## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

BIB.COLL.
VALGIR.S.J.

Bibliotheca S.J.
Les Fontaines
CHANTILLY
E
137/31

Digitized by Google

Digitized by Google

C. 16°

Digitized by Google

# BIBLIORUM

E137/3

# SACRORUM

## LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ,

SEU

## VETUS ITALICA,

ET

Cæteræ quæcunque in Codicibus Mss. & antiquorum libris reperiri potuerunt:

Quæ cum Vulgata Latina, & cum Textu Græco comparantur.

ACCEDUNT

Præfationes, Observationes, ac Notæ, Indexque novus ad VULGATAM è regione editam, idemque locupletissimus.

*Operâ & studio* D. PETRI SABATIER, *Ordinis Sancti Benedicti, è Congregatione Sancti Mauri.*

TOMUS TERTIUS.

SOC. JES. PARIS. ... IHS

PARISIIS,

Apud FRANCISCUM DIDOT, ad Ripam Augustinianorum.

ROMÆ, apud JOAN. BOUCHARD. ULISSIPONI, apud FRATRES REYCEND.
VENETIIS, apud JOAN. MANFRÈ. MATRITO, apud JACOB. BARTHELEMI.
MEDIOLANO, apud REYCEND & COLOMB. GADIBUS, apud LUDVIC. BONNARDEL.
COLONIÆ AGRIPINÆ, apud METTERNICH. ANTVERPIÆ, apud JOAN. BAPT. VERDUSSEN.

Ex Regiâ REGINALDI FLORENTAIN Rhemensis Typographiâ.

M. DCC. LI.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

I. SUAM olim, primis fidei temporibus, Latinæ Ecclesiæ Latinam fuisse Scripturarum Interpretationem, quæ in usu publico & communi erat, priusquam S. Hieronymus novam Sacrorum Librorum Versionem elaboraret; eamque longè antiquissimam Interpretationem non ita interiisse, postquam Hieronymiana obtinuit, ut revocari etiamnum in lucem non possit, non tantùm pluribus demonstravimus; verùm etiam hanc, si minùs totam & integram, quantaque olim exstitit, saltem quoad plurimas sui partes luci reddidimus. Geminos namque jam emisimus tomos, quibus Veteris Testamenti Interpretatio hæc longævâ antiquitate veneranda continetur; quotquot nimirum libros, sive integros, sive plus minùs imperfectos recuperavimus. Superest, idque à nobis exspectari intelligimus, ut idem nunc in Novo præstemus, atque in Veteri jam præstitimus Fœdere. En igitur & ipsa Novi Testamenti antiqua Interpretatio, sed longè feliciùs recuperata: quippe singulos Novi Fœderis libros, nulla parte mutilos, sed totos atque integros, tam ex SS. Patrum scriptis, quàm ex codicibus manu exaratis recuperatos emittimus.

II. Cùm autem quæcunque de antiqua Scripturarum Interpretatione in Præfatione priori tomo prævia disputavimus, perinde ad utrumque Fœdus tam Novum quàm Vetus pertineant, huc revocari etiam possunt, & debent, quæ de Versionis antiquæ signis, de indiciis quibus secerni & dignosci possit, aliisque id genus latè prosecuti sumus in prima parte. Sua tamen huic quoque tomo erit Præfatio, eaque forsan longior, quàm rebamur. Quamvis enim nec laboribus nec vigiliis pepercerimus, quo perfectissima prodiret in lucem nova hæc Bibliorum editio, non ita tamen felices fuisse, neque adeo omne tulisse punctum ipsi nobis videmur, ut nihil in nostro desiderari opere, nihil in eo posse reprehendi existimemus. Itaque nova fuit adornanda Præfatio, in qua, si quæ deerant in prioribus tomis, supplerentur; si quæ reprehensa, aut emendarentur, si meritò; aut defenderentur, si immeritò fuerint culpata. Binæ igitur erunt hujus præfationis partes, quarum altera erit instar appendicis, in qua quæ in emissis jam tomis desiderari possent, supplebuntur; altera ad vindicandam & defendendam antiquam Interpretationem, sive Italam, instructa ad-



Digitized by Google

versùs Bentleyum, qui eam olim ante impugnavit quàm in lucem prodiret; & Casleyum, qui profectum à Bentleyo commentum confirmare conatus est in Bibliothecæ Londinensis Mss. Catalogo, quem anno 1734. vulgavit.

III. Equidem in hac difficillima quæstione, seu in investigatione veteris Interpretationis, tam morosum & tam fastidiosum esse neminem decet: sat enim est, opinor, nec plura exspectari & desiderari debent, si versio Scripturarum ab Hieronymi seu translatione seu emendatione libera revocetur in lucem, & restituatur qualis & quanta nunc exstat tum in codicibus qui hodie supersunt, tum in scriptis SS. Patrum Hieronymo antiquiorum, vel quos Hieronymianam translationem constat non esse secutos. Varii, fateor, olim discrepantesque fuerunt Latini Scripturarum codices; hi quoque qui nunc hodie supersunt descripti ex illis antiquioribus necesse est ut discrepent inter se, non secus atque ipsi SS. Doctores, qui variis discrepantibusque sæpe usi sunt codicibus Scripturarum. Tum verò quisquis antiquam exquirit Interpretationem, has inter discrepantias hœrebit. Quid igitur capiet consilii? Atqui sunt regulæ, sunt signa, quibus hanc ipsam, quam investigat, ab aliis possit dignoscere. Has regulas, hæc signa assignavimus: sed ut meliùs erat, singulas præterea retulimus discrepantias, variasque lectiones subjecimus, & lectoris judicio permisimus quænam lectiones magis redoleant antiquam Interpretationem: *Nihil enim tam temerarium, tam indignum sapientis gravitate atque constantia, quàm..... quod non satis exploratè perceptum sit & cognitum, sine ulla dubitatione defendere.* (Cic. de Nat. Deor.) Ab eo vitio ita declinavimus, ut quamvis sat manifestis sæpius indiciis perspexerimus quid verum, aut saltem quid vero similius esset in iis, quæ veterem hanc spectant Interpretationem, vix quidquam definire atque affirmare ausi simus; nec modò à rebus incertis, sed à certis etiam aliquando assensum cohibentes, lectoris judicio omnia permiserimus, quo ab omni nos liberaremus invidia.

IV. Quod si verò tanta diligentia, tanta adhibita cautione, id non sumus assecuti ut nihil in nostro desideretur opere, nullaque illud censura mordeat; certè in animo habuimus efficere, ut quàm maximè perfectum elaborari posset, prodiret in lucem, nec justæ ulli pateret censuræ; justæ, inquam, nam ut iniquæ non pateat nihil moror, nec curo. Modò enim labor ille noster aliquam Ecclesiæ utilitatem afferat, piisque ac doctis probetur viris, cæterorum nihil vereor censuram, scilicet illorum, *qui*, ut scribit Augustinus, *sibi docti non videntur, nisi alienos labores non judicando conentur discutere, sed lacerando conscindere.* (De bono viduit. t. 6. c. 15.) Est namque quoddam eruditulorum genus, qui quidquid legerint semper in pejorem rapiunt partem, arrepta è trivio maledicta congerere soliti in optimum quemque scriptorem. Intra hæc omnis eorum est scientia, omnis pietas, omnis humanitas; ut mirum nemini videri debeat, si, cùm de scriptis, quæ minùs intelligunt, judicium facere audent, tam ineptè, tam imperitè, tanta ex cupiditate judicant, tantamque nudent inscitiam. Ab his profectò eruditulis ego culpari & reprehendi, quàm probari ac laudari malo. Talibus displicuisse non ultima laus est. Sed hæc obiter pro tempore dixisse sat est, nunc ad primam Præfationis partem aggrediamur.

Digitized by Google

# PRIMA PRÆFATIONIS PARS,

*in qua novis supplentur curis, quæ nos in investigandâ primùm antiqua Scripturarum Interpretatione præterierunt.*

## § PRIMUS.

*Quid in emissis duobus tomis desiderari possit.*

V. Antiqua Scripturarum Interpretatio Latina è sanctorum Patrum, cæterorumque scriptis doctorum, qui Latinam Ecclesiam illustrarunt ad usque Gregorii magni tempora, cujus ævo vetus illa Interpretatio in usu esse desiit, repetenda erat, necnon ex codicibus manu exaratis. Hos adiimus fontes, & inde haustam & extractam Veteris Testamenti librorum antiquam Interpretationem jam in lucem emisimus, quantam recuperare licebat; nisi fortè quædam partes delituerint, ubi eas delitescere ignoravimus. Quod ad SS. Patres attinet, quorum scripta sunt potior ac purior fons, è quo antiquam haurire Versionem libeat, fas sit asserere hac in parte vix quidquam aliorum labori à nobis relictum esse: hæc namque scripta tam diligenter versavimus, & singulas, quæ inter legendum occurrerunt, veteris Versionis sententias tam accuratè exscripsimus, ut penè nihil sit quod nostra aut cujusquam ars efficere possit amplius.

VI. De codicibus verò manu exaratis idem non ausim asserere ac de SS. Patrum scriptis; nempe tantâ curâ versatos fuisse à nobis omnes, ut nullos prætermiserimus. Quamcunque enim adhibuerimus diligentiam, ut ne qui nos laterent, latuere tamen nonnulli. Verùm tanti id esse non debet, ut propterea editio nostra manca & mutila videri debeat. Ut enim fateamur (veris namque concedendum) fuisse, hodieque esse apud exteras gentes quosdam etiam bonæ satis notæ Scripturarum codices, quos non versavimus, seu ignorati à nobis fuerint, seu negata nobis eos versandi copia; certè jacturam hanc damnumque istud sarcitum abundè solamur lautissima messe sententiarum, quas SS. Patrum volumina suppeditarunt. Præclara enim hæc volumina, purior atque uberior sunt antiquæ Interpretationis fons, quod ego jam monui, iterumque iterumque monebo; & id mecum necesse est omnes fateantur. Quamlibet enim bonæ sint notæ hodie superstites manu exarati codices, quorum ope antiqua Scripturarum Interpretatio revocari in lucem possit, certè SS. Doctores usi sunt & antiquioribus, & melioribus, probè cauti inter varia exemplaria, quibus ipsorum ætas abundabat, optima quæque & emendatissima seligere, ut exemplo est divus Augustinus, qui de studio Scripturarum disserens tam sollicitè monet translationes varias non petendas nisi ex codicibus emendatis, *ut emendatis non emendati cedant.* Optandum sanè erat ut tota Scripturarum Interpretatio vetus, quanta olim exstitit quo tempore in usu & honore erat, nunc in SS. Patrum voluminibus exstaret; facilis foret jactura codicum, quos evolvere nobis non licuit, quorum etiam fortè si data nobis copia fuisset, editio nostra mole gravior quàm locupletior prodiisset.

VII. Quidquid sit, damnum istud qualecunque, si tamen damnum



Digitized by Google

ullum eſt, facilè & æquo animo feret lector, maximè poſtquam noverit vix ullas eſſe in codicibus, qui nos prœterierunt, alicujus momenti diſcrepantias, quas aliunde quæſitas, tum ex SS. Patrum ſcriptis, tum ex aliis exemplaribus, noſtræ non exhibeant notæ. Quapropter longioris appendicis labore ſuperſedendum exiſtimavimus. Primò namque ſubierat in animum ſingulas colligere diſcrepantias, quas ſive ex Blanchini volumine recèns in lucem emiſſo, ſive ex codicibus manu exaratis, qui ſeriùs ad nos pervenerunt, extrahere licebat, totaſque undequaque collectas ſeorſim repræſentare, jamque plurimas extraxeramus. Verùm ab incœptis citò deſtitimus, poſtquam varias illas lectiones cum noſtris contulimus notis: quippe aut omnes illæ diſcrepantiæ hîc nobis occurrerunt; aut ut plurimùm lectiones codicum noſtrorum notæ melioris viſæ ſunt. Rei periculum facere lectorem ipſum jubemus, propoſito in exemplum eximio codice, quo uſus eſt doctiſſimus Blanchinus, & ad cujus fidem Pſalterium *auro cedroque dignum* (ſic enim apellat) vulgavit.

---

## § II.

### *De Pſalterio.*

VIII. Diximus vix ullas eſſe alicujus momenti diſcrepantias in codicibus, qui nos in antiquæ Interpretationis inveſtigatione præterierunt, quas aliunde quæſitas, ſive ex aliis codicibus, ſive ex SS. Patrum ſcriptis, noſtræ non exhibeant notæ. Addidimus præterea codicum, quibus uſi ſumus, lectiones notæ melioris eſſe ut plurimùm. Rei periculum erudite lector facias, atque intelliges editionem noſtram nonniſi mole graviorem, minimè verò locupletiorem futuram fuiſſe ex his codicibus. In exemplum ſit codex ad cujus fidem ſuum vir clariſſimus Blanchinus edidit Pſalterium: non eſt alter codex, quo ſe plus jactet vir doctus, nec immeritò. Jam verò ſi inſigniores hujus codicis diſcrepantiæ in noſtris exhibeantur notis; ſi ubi codex alter ab altero diſſidet, potior meliorque ſit codicis noſtri lectio; ſi codex ad cujus fidem antiquam Pſalterii Interpretationem luci reddidimus, magis veterem oleat Interpretationem, quàm Veronenſis: Quid plura? ſi in codice Veronenſi plurima Hieronymianæ correctionis appareant indicia; ſi codex Veronenſis ſecunda manu ſit recognitus, ſive, ut cum Blanchino loquar, ſit *vitiatus*, noſter verò ex omni parte purus, integer, ſincerus; profectò etiamſi codicis Veronenſis data nobis fuiſſet copia, noſtro tamen Sangermanenſi fuiſſet poſthabendus. Nihil eſt ergo quod nos pœnitere debeat, hunc, alioſve nonnullos codices, ſi qui ſint, manibus non triviſſe. Leviſſimum iſtud damnum eſt, quod immenſa variarum lectionum, quæ in notis occurrunt, ſegete rependimus. Has adibit lector, ſi libuerit: interea nos ipſius oculis præcipuas codicis utriuſque diſcrepantias ſubjicimus, ut exploratè & rectè queat judicare uter utri poſthabendus ſit codex, uter ſincerior, uter Græci textus tenacior, uter ab Hieronymiana correctione liberior, uter demum magis antiquam exhibeat Interpretationem.

### LECTIONES VARIÆ

| Codicis Sangermanensis. | Codicis Veronensis. |
|---|---|
| *Pſal. I.* ℣. 6. Iter impiorum peribit. *Hæc lectio præferenda ex Ambroſio: vide Notas.* | Via impiorum peribit. |

Digitized by Google

| Codex Sangerman. | Codex Veron. |
| --- | --- |
| *Psal. V.* ℣. 6. Non habitabit juxta te malignus. *Ita Augustinus, & ita Vulgatam habere testatur Hieronymus epistolâ ad Suniam & Fretelam. Vide Notas in hunc locum.* | Non erit incola tibi malignus. |
| *Psal. VII.* ℣. 10. Consummetur nequitia peccatorum, & diriges; *Græc.* καὶ κατευθυνεῖς. | ..... & dirige. |
| *Psal. IX.* ℣. 1. In finem propter occulta filii, Psalmus ipsi David. | *Hic titulus omittitur in Veron.* |
| ℣. 13. Non est oblitus orationem; *Gr.* τῆς δεήσεως. | Non est oblitus clamorem. |
| *Psal. XVI.* ℣. 2. Oculi mei videant æquitates; *Gr.* εὐθύτητας. | æquitatem. |
| *Psal. XVII.* ℣. 3. Cornu salutis meæ, adjutor meus; *Gr.* βοηθός μου. | Cornu salutis meæ, redemptor meus. |
| ℣. 30. In Deo meo transgrediar. *Vide Notas in hunc versum.* | In Deo meo sperans transgrediar. *Verbum* sperans *abest à Græco.* |
| *Psal. XXI.* ℣. 9. Eripiat eum..... quoniam vult eum; *Gr.* ὅτι θέλει αὐτόν. | ..... quoniam voluit. |
| ℣. 19. Diviserunt sibi vestimenta mea. *Observat Blanchinus legendum* sua, *non* mea; *refragante Græco, & omnibus Patribus. Confer ejus Notam in hunc locum, cum nostris.* | |
| ℣. 20. Tu autem ne moreris Domine auxilium; *Gr.* μὴ μακρύνῃς. *Aptiùs, ut videtur, expressit vetus Interpres hoc uno verbo vocem Græcam.* | Tu autem Domine ne longè feceris. |
| *Psal. XXVI.* ℣. 1. Psalmus David, priusquam ungueretur. | *Malè apud Blanchinum* ingrederetur, *pro* ungueretur. |
| *Psal. XXX.* ℣. 23. Ego dixi in pavore meo. *In Latinis codicibus legebatur, inquit Hieronymus epist. ad Suniam & Fretelam*, in pavore meo; *& nos juxta Græcum transtulimus* in excessu mentis meæ. *S. Augustinus habet* in exstasi mea; *Græc.* ἐν τῇ ἐκστάσει μου. | Ego dixi in excessu mentis meæ. |
| *Psal. XXXIII.* ℣. 8. Immittet angelus Domini; *Græc.* Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου. *Hanc lectionem constanter retinet S. Augustinus in hunc loc. additque: Sic scriptum est, fratres, non quomodo habent aliqui mendosi codices*, Immittet angelum Dominus. | Immittet angelum Dominus. |
| *Psal. XXXVIII.* ℣. 11. Amove à me plagas tuas; *Græc.* τὰς μάστιγάς σου. | Amove à me flagella tua. |
| ℣. 14. Priusquam abeam, & ampliùs jam non ero; *Gr.* Πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν. | Priusquam eam, & ampliùs non ero. |
| *Psal. XXXIX.* ℣. 10. Domine tu cognovisti ℣. 11. justitiam meam. Non abscondi in corde meo veritatem tuam, & salutarem tuum dixi. *Notanda hæc interpunctio, quæ concinit cum Græco edit. Rom. Vide Notas in hunc locum.* | Domine tu cognovisti. 11. Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi. |
| *Psal. XLIII.* ℣. 3. Adflixisti populos, *ut in Vulgata hod. & in Hebræo: sed & Græco concinit* Ἐκάκωσας λαούς· *& infra*, ℣. 20. in loco afflictionis, κακώσεως. *Vide Notas in hunc locum.* | Infirmasti populos. ... in loco infirmitatis. |
| ℣. 22. Propter te morte adficimur tota die. *Vide Notas in hunc locum: utraque lectio probatur; sed nostra magis usurpata ab antiquis.* | Propter te mortificamur tota die. |
| *Psal. XLV.* ℣. 3. Propterea non timebimus; *Gr.* οὐ φοβηθησόμεθα. | Propterea non timebitis, *nullo suffragante.* |
| *Psal. XLVII.* ℣. 4. In gravibus ejus; *Gr.* ἐν ταῖς βάρεσιν. *Vide Notas in hunc locum, & in versum* 9. *Psalmi* 44. | Deus in domibus ejus. |
| ℣. 14. Distribuite turrem ejus, τὰς βάρεις. *Vide Notas in hunc locum.* | Distribuite gradus ejus. |
| *Psal. XLIX.* ℣. 7. Audi populus meus, Ἄκουσον λαός μου. | Audi populum ejus, *nullo suffragante.* |
| *Psal. LXV.* ℣. 4. Omnis terra adorent tibi, & psallant tibi: psalmum dicant nomini tuo, Altissime. *Hæc lectio Græco concinit.* Omnis terra, *ait Aug. dictum est, pro omnibus hominibus, qui sunt in terra. Vide Notas.* | Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psallat..... |
| ℣. 12. Superposuisti homines super capita nostra, ἐπεβίβασας ἀνθρώπους. | Imposuisti super homines capita nostra. |
| *Psal. LXVII.* ℣. 9. Cœli distillaverunt à facie Dei nostri, mons Sina à facie Dei Israel. *Observat Augustinus quosdam codices Græcos & Latinos non habere* mons Sina, *sed*, à facie Dei Sina. | Cœli distillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. |
| ℣. 15. Nive dealbabuntur in Selon (*l.* Selmon:) ℣. 16. montem Dei, montem uberum; montem caseatum, montem uberem. *Ambiguus est, ait Augustinus, in Græco casus, utrum sit nominativus, an accusativus; quoniam in ea lingua* mons *neutri est generis, non masculini. Ideo nonnulli Latini non interpretati sunt* montem Dei, *sed* mons Dei. *Puto melius esse*, in Selmon, montem Dei. | Nive dealbabuntur in Selmon, ℣. 16. montem uberem; mons incaseatus, mons uber. |

Digitized by Google

| Codex Sangerman. | Codex Veron. |
| --- | --- |
| ℣. 31. Increpa bestias silvæ, concilium taurorum; Ἐπιτίμησον..... ἡ συναγωγή. | Increpas feras silvæ, concilia taurorum. |
| *Psal. LXX.* In finem, Psalmus ipsi David, ℣. 1. filiorum Jonadab, & priorum captivorum. *Quæ concinunt Græco.* | Psalmus David non subscriptus apud Hebræos. *Hunc titulum hausisse videtur librarius ex aliquo codice S. Hieronymi.* |
| ℣. 20. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, Ὅσας ἔδειξας. | Quia ostendisti mihi. *Hebræo consonat.* |
| ℣. 21. Multiplicasti justitiam tuam, *ut in Græco.* | magnificentiam tuam. |
| *Psal. LXXI.* ℣℣. 3. 4. Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles. In justitia judicavit pauperes plebis suæ, & salvabit. *Gr.* Ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ..... καὶ σώσει. *Vide Notas.* | Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles. Justitia judica pauperes populi, & salvos facies. |
| *Psal. LXXII.* ℣. 4. Quia non est requies morti eorum. *Legit Ambrosius* reclinatio, *& addit: Non* declinatio, *ut plerique codices Latini scripti sunt, sed* reclinatio. *Porro* requies *&* reclinatio *idem sonant.* | Quia non est declinatio morti eorum. |
| ℣. 25. Quid enim mihi superest in cœlo? *Gr.* Τί γάρ μοι ὑπάρχει. | Quid enim mihi est in cœlo? |
| *Psal. LXXIII.* ℣. 2. Memorare congregationis tuæ, quam adquisisti ab initio. Liberasti virgam hæreditatis tuæ: montem Sion hunc, in quo commoratus es in eo. *Vide Notas in hunc versum, & in versum* 16. *Psal.* 67. *supra.* | Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Liberasti virgam virtutis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo. |
| ℣. 5. Et non cognoverunt sicut in introitum eorum desuper: εἰς τὴν ἔξοδον. | Et non cognoverunt sicut ingressus desuper. |
| ℣. 9. Signa nostra non vidimus, non est adhuc propheta, & nos non sciet adhuc. *Quod magis Græco concinit.* | Signa nostra non cognovimus, & non est etiam propheta, & nos non cognoscet amplius. |
| ℣. 19. Ne tradideris bestiis animam confitentem tibi: animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem: ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι, *&c.* | Ne tradas bestiis animas confitentium tibi, animas pauperum tuorum: ne obliviscaris me. |
| ℣. 21. Ne avertatur humiliatus, & confusus: egenus, & pauper: τεταπεινωμένος. | Ne avertatur humilis confusus: pauper, & inops. |
| ℣. 22. Exsurge Domine, judica judicium tuum: memorare improperiorum tuorum, quæ sunt ab insipiente tota die. *Hoc magis concinit Græco; August.* ab imprudente. | Exsurge Domine, judica causam tuam: memento improperiorum tuorum, quæ sunt ab insipientibus tota die. |
| ℣. 23. Superbia odientium te ascendit in æternum. *Græc.* τῶν μισούντων σε ἀνέβαιν διαπαντὸς πρὸς σέ. *Hæc duo verba* πρὸς σὲ, *desunt in Ald. & Complut. in iisd. est* ἀνέβη. | Superbia eorum, qui te oderunt, ascendat ad te semper. |
| *Psal. LXXV.* ℣. 2. Notus in Judæa Deus: in Israel magnum nomen ejus. *Ita omnes cum Vulgata; Irenæus, Ambros. August. &c.* | Notus in Judæa Deus Hrahel: magnum nomen ejus. |
| *Psal. LXXVI.* ℣. 5. Præoccupaverunt custodias omnes inimici mei. *Gr.* Προκατελάβοντο φυλακὰς πάντες οἱ ἐχθροί μου. | Anticipaverunt vigilias oculi mei. *Ald. & Complut.* ὀφθαλμοί μου. |
| *Psal. LXXVII.* ℣. 15. Sicut in abysso multa, ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ. | Sicut abyssus multa. |
| ℣. 30. Non sunt fraudati à concupiscentia sua. *Græc.* Οὐκ ἐστερήθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν. | Non est denegatum eis desiderium ipsorum. |
| ℣. 54. Et sorte dedit eis terram funiculum hæreditatis. Καὶ ἐκληροδότησεν αὐτοὺς ἐν σχοινίῳ κληροδοσίας, *f. legit* κληρονομίας. | Et sortem distribuit eis in funiculo distributionis. |
| *Psal. LXXVIII.* ℣. 1. Posuerunt Jerusalem sicut casam pomarii, ὡς ὀπωροφυλάκιον. *Casa pomarii, casa est ad custodienda poma. Cassiodorus,* velut pomorum custodiarium. *August. & Hieron. cum Vulgata concinunt: Neque aliter, inquit Hieronymus, potest verti quàm à nobis translatum est.* | Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. |
| *Psal. LXXXI.* ℣. 1. In medio autem deos discernit, θεοὺς διακρινεῖ. | In medio deos discernere. |
| ℣. 8. Surge Deus..... quoniam tu disperdis (disperdes) in omnibus. *Ita Augustinus, qui addit: Nec prætereundum quod nonnulli codices habent:* Non hæreditabis in omnibus. | Exsurge Domine..... quoniam tu hæreditaberis in omnibus. |
| *Psal. LXXXIII.* ℣. 5. Beati, qui habitant in domu tua. | Beati, qui ambulant in domo tua; *nemine suffragante.* |
| ℣. 6. Beatus vir, cui est auxilium à te, Domine. *Hieron.* Beatus, cujus: *& scribens ad Suniam & Fretelam, ait: In Græco invenisse vos dicitis,* cui est auxilium, *quod quia vitavimus, ut dicitis, reprehendimur.* | Beatus vir, cujus est susceptio ejus abs te, Domine. *Ita Aug.* |
| *Psal. LXXXIV.* ℣. 11. Misericordia & veritas obviaverunt: justitia & pax complexæ sunt se. *Hieron. ad Suniam & Fretelam: Dicitis quòd in Græco* sibi *non habeat. Nec Hebræum habet, & apud LXX. obelo prænotatum est.* | Misericordia & veritas occurrerunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt se. |
| ℣. 13. Etenim Dominus dabit benignitatem. *August.* suavitatem. *Addit aliqui interpretati sunt* bonitatem; *aliqui* beni- | Etenim Dominus dabit suavitatem. |

Digitized by Google

| CODEX SANGERMAN. | CODEX VERON. |
| --- | --- |
| gnitatem. | |
| *Psal. LXXXVII.* ℣. 2. Domine Deus salutis meæ, in die clamavi. *Nusquam reperio* salvasti me. | Domine Deus salvasti me: per diem clamavi. |
| ℣. 15. Ut quid Domine repulisti animam meam. *Ita Ms. Alexand. Ald. & Complut.* | Quare Domine repulisti orationem meam. *Ita Aug.* |
| *Psal. LXXXVIII.* ℣. 8. Deus, honorificandus in consilio sanctorum, ἐν βουλῇ. | Deus, glorificandus inter filios justorum. *Nusquam* inter filios. |
| *Psal. XCVI.* ℣. 4. Adparuerunt fulgura ejus orbi terræ. | Adparuerunt fulgura tua orbi terræ. *Nusquam lego* tua. |
| *Psal. XCVII.* ℣. 8. Flumina plaudent manibus suis, montes exsultabunt: 9. quia venit judicare terram. *Ita in edit. Rom. textus Græci.* | *Hic Veronensis codex cum nostro codice concinebat, sed manus antiqua post* exsultabunt, *addidit* ante faciem Domini: quoniam venit. |
| *Psal. XCVIII.* ℣. 9. Adorate in monte sancto ejus. | Adorate montem sanctum ejus, *nullo suffragante.* |
| *Psal. C.* ℣. 2. Perambulavi in innocentia cordis mei in media domu tua. *Vide Notas in hunc locum.* | Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. |
| ℣. 4. Declinante à me maligno, non cognoscebam. Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ. | Cùm declinaret à me malignus, non cognoscebam. |
| *Psal. CI.* ℣. 8. Vigilavi, & factus sum sicut passer singularis in ædificio. *Hieron. ep. ad Suniam & Fretelam: Dicitis, inquit, vos in Græco invenisse ἐπὶ δώματι, quod antiqui codices Latinorum interpretati sunt* in ædificio. Δῶμα *in Orientalibus provinciis ipsum dicitur quod apud nos* tectum. *Vide Notas.* | Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. |
| ℣. 9. Tota die exprobrabant me, ὠνείδιζόν με. *Ita etiam omnes, duobus exceptis.* | exprobrabant mihi. |
| *Psal. CII.* ℣. 7. Notas fecit vias suas Moysi. | Notas fecisti vias tuas Moysi, *nemine suffragante.* |
| *Psal. CV.* ℣. 7. Et inritaverunt ascendentes in rubrum mare. *Observat Augustinus plures codices, quos inspicere potuerat, Græcos, & Latinos sic habere; vel quod expressius de Græco est,* Et amaricaverunt. *Unde colligo, hoc verbum* inritaverunt, *tam ad antiquam Versionem pertinere, quàm* amaricaverunt, *quod Blanchinus profert inter voces ad Italicam spectantes. Vide Notas.* | Et amaricaverunt ascendentes in rubrum mare. |
| ℣. 9. Et increpavit rubrum mare, & siccavit: & deduxit eos in aquis multis. *Augustinus Veronensi concinit: sed addit: Abyssos dixit multitudinem aquarum: nam quidam volentes istum versiculum totum interpretari, dixerunt,* & eduxit eos in aquis multis. *Ita Cassiodorus.* | Et increpuit rubrum mare, & siccatum est: & deduxit eos per abyssum. |
| ℣. 10. Et liberavit eos de manu odientium. *Hunc versum, ait August. per circuitum quidam interpretati sunt, verba minùs Latina vitantes:* Et salvos, *&c. ut in Veronensi.* | Et salvos fecit eos de manu eorum, qui eos oderunt. |
| ℣. 12. Laudaverunt laudem ejus, Ἤνεσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. | Cantaverunt laudes ejus. |
| ℣. 40. Et iratus est animo Dominus. *Vide Notas in hunc versum.* | Et iratus est ira Dominus. |
| *Psal. CVI.* ℣. 41. Posuit sicut oves patrias, ὡς πρόβατα πατριάς. *Hîc vides Interpretis scrupulum; vocem barbaram usurpat, ut magis Græco consonet.* | Posuit sicut oves familias. |
| *Psal. CXVIII.* ℣. 28. Ingemuit anima mea à vexatione. *Notanda hæc versio:* Ingemuit *hîc idem sonat quod* Stillavit. *Vide Notas.* | Dormitavit anima mea præ tædio. |
| ℣. 31. Adhæsi testimoniis tuis Domine: Domine, ne me confundas, μή με καταισχύνῃς. | Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere. |
| ℣. 33. Legem statue mihi, Domine, viæ justificationum tuarum. *Vide Notas in hunc locum.* | Legem statue mihi, Domine, in via justificationum tuarum. |
| ℣. 114. Adjutor, & susceptor meus es tu, Βοηθός μου. *Ita omnes, Hilar. Ambros. August. Prosp. Cassiod. Psalt. Fabri; nusquam* Defensor. | Defensor, & susceptor meus es tu. |
| ℣. 120. Infige timore tuo carnes meas. *Veronensis lectio magis probatur. Vide Notas.* | Confige clavis à timore tuo carnes meas. |
| ℣. 126. Et tempus faciendi Domino: dissipaverunt iniqui legem tuam. *Ita Hilarius, necnon August. qui ait id plures codices habere; non, ut quidam,* Domine. *Græcè:* Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ. | Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam. |
| ℣. 147. Præveni in maturitate; *lege* in immaturitate *ex Aug. Vide Notas.* | Præveni intempesta nocte. |
| ℣. 154. Propter eloquium tuum. *Hic observo Veronensem codicem sæpissime* verbum tuum *habere, ubi noster* eloquium tuum, *è Græc.* λόγιόν σου. *Vide* ℣℣. 158. 162. 169. 170. 172. | Propter verbum tuum. |
| ℣. 158. Vidi non servantes pactum, & tabescebam. *Aug. ut in Veron.* Vidi insensatos, *&c. vel, inquit,* Vidi non servantes pactum: *& hoc plures codices habent.* | Vidi insensatos, & tabescebam. |

Digitized by Google

| Codex Sangerman. | Codex Veron. |
| --- | --- |
| ℣. 164. Septies in die laudem dixi tibi. | Septies in die laudabo te, *nullo ſuffragante.* |
| ℣. 172. Pronunciavit lingua mea eloquia tua. | Reſpondeat lingua mea, Domine, verba tua, *nullo ſuffragante.* |
| ℣. 175. Vivet anima, & laudavit (*l.* laudabit) te. | Vivat anima mea, *nullo ſuffragante.* |
| *Pſal. CXIX.* ℣. 1. Canticum aſcenſum. *Obſervat Auguſt.* gradus, *quomodo in his Pſalmis poſiti ſunt*, aſcendentes *ſignificare.* | Canticum graduum. |
| ℣. 5. Heu me, quòd incolatus meus prolongatus eſt. *Teſtatur Hieron. epiſt. ad Suniam & Fretelam, ita vertiſſe Interpretem Latinum*, Heu mihi, quia, *&c. ut ſupra.* | Heu me, quòd incolatus meus elongatus eſt à me. *Nuſquam lego* à me. |
| *Pſal. CXXVII.* ℣. 2. Labores fructuum tuorum manducabis. *Ita legebant Latini antiqui. Vide Notas in hunc locum.* | Labores manuum tuarum manducabis. |
| *Pſal. CXXIX.* ℣. 3. Si iniquitas adſiſtit, quis ſuſtinebit? | Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis tolerabit? |
| *Pſal. CXXXI.* ℣. 13. Præelegit eam in habitationem ſuam. *Ita SS. Patres*, Præelegit. | Elegit eam in habitationem ſibi. *Ita Vulgata hod.* |
| ℣. 18. Floriet ſanctificatio mea. *Illud quod jam auferre non poſſumus, ait Auguſtinus, de ore cantantium populorum*, ſuper ipſum autem floriet, *&c. nihil profectò ſententiæ detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, &c. Vide Notas.* | Florebit ſanctificatio mea. |
| *Pſal. CXXXIV.* ℣. 21. Benedictus Dominus ex Sion. *Ita omnes. Hilarius*, Benedictus Deus ex Sion. | Benedicat te Dominum ex Sion, *nullo ſuffragante.* |
| *Pſal. CXXXVII.* ℣. 5. Et cantent in canticis: quoniam magna eſt gloria Domini. *Vide Notas in hunc locum.* | Et cantent in viis: quoniam magna eſt gloria Domini. |
| *Pſal. CXXXVIII.* ℣. 2. Tu cognoviſti paſſionem meam, & reſurrectionem meam. *Vide Notas.* | Tu cognoviſti ſedem meam, & reſurrectionem meam. |
| ℣. 15. Non occultum oſſum meum ad ea, quæ feciſti in occulto. *Mallem, inquit Aug. cum barbariſmo dici*, Non eſt abſconditum à te oſſum meum. *Vide Notas.* | Non eſt abſconditum os meum à te, quod feciſti in occulto. |
| *Pſal. CXLII.* ℣. 6. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. | ..... ſine aqua ſitivi, *nemine ſuffragante.* |

IX. Hæ ſunt præcipuæ codicis Veronenſis à noſtro Sangermanenſi diſcrepantiæ. Cæteræ nullius ſunt momenti, eæque vel duntaxat à diverſa ſcribendi ratione, vel litterarum mutatione profectæ. Has verò, lector, diſcrepantias ſi diligenter expenderis, & cum noſtris notis contuleris, plurimas jam hîc aliunde extractas reperies. Deinde animadvertes, ubi Pſalterium Veronenſe à Sangermanenſi diſcrepat, lectionem Sangermanenſis codicis plerumque melioris eſſe notæ, magis olere antiquam Interpretationem, & ſæpius etiam textus Græci tenaciorem: demum Pſalterium Veronenſe nequidem ab Hieronymiana correctione liberum. Quod quidem ego appoſitione exemplorum oſtendam, ut ne cui hæc gratis aſſerere videar.

X. Primùm igitur Pſalterium Sangermanenſe, ſi quando à Veronenſi diſcrepat, magis olet Italam. Plurima ſubjicere exempla cùm mihi proclive ſit, unum aut alterum duntaxat ſeligam. Primum ſuppeditat ſextus Pſalmi quinti verſiculus, qui in Pſalterio noſtro ita legitur, *Non habitabit juxta te malignus;* in Veronenſi autem, *Non erit incola tibi malignus.* Utra lectio magis olet antiquam Interpretationem? Suam profectò contendet Blanchinus; ego verò meam. Habet vir doctus quo ſuam tueatur ſententiam: in codice enim Veronenſi verſiculus ille ad verbum redditur è Græco, quod antiquæ Interpretationis indicium eſſe ſolet; Οὐ παροικήσει σοι πονηρός. Id quidem fatemur; nec minùs tamen interea contendimus talem in noſtro codice verſiculum hunc exhiberi, qualem antiqua exhibebat Interpretatio. Judex ad dirimendam hanc controverſiam ſedeat divus Hieronymus. Porro S. Doctor non tantùm docet verſiculum hunc à Latino Interprete redditum aliter fuiſſe, atque in codice Veronenſi exhibetur; verùm etiam rationem edit, cur Latinus Interpres verbum de verbo non extulerit hunc locum. Interrogatus enim cùm fuiſſet Hieronymus à Sunia & Fretela circa hunc verſiculum, datis

Digitized by Google

Tom. 2. nov. edit. col. 627. c. ad eos litteris ita respondit : *Prima de quinto Psalmo quæstio fuit*, Neque habitabit juxta te malignus, *pro quo habetur in Græco*, Οὐτε παροικήσει σοι πονηρὸς, *sive* πονηρευόμενος, *ut Vulgata editio continet ; & miramini cur* παροικίαν, *id est*, incolatum, *Latinus interpres non verterit, sed pro hoc posuerit* habitationem, *quæ Græcè dicitur* κατοικία...... *Sciendum quòd si voluerimus dicere*..... Neque incolet juxta te malignus, *perdet* εὐφωνίαν ; *& dum interpretationis* κακοζηλίαν *sequimur, omnem decorem translationis amittimus ; & hanc esse regulam boni Interpretis, ut* ἰδιώματα *linguæ alterius suæ linguæ exprimat proprietate.* Nihil isto S. Hieronymi testimonio planius ad fidem faciendam Psalterii nostri lectionem, ipsam esse veteris Latini interpretis Versionem ; in Psalterio autem Veronensi aliter reddi versiculum sextum Psalmi quinti, atque olim à Latino interprete redditus fuerat.

XI. Nec est quod quis reclamet, & contendat aut lectionem Veronensis codicis, qua verbum verbo redditur, magis olere antiquam Interpretationem ; aut malefidam constitutam à nobis esse regulam, qua dignoscatur hæc antiqua Interpretatio, quòd nempe sit *tenacior verborum.* Equidem nisi Hieronymus auctor esset, Interpretationem versiculi, de quo agitur, aliam fuisse olim in interprete Latino, diversamque à lectione codicis Veronensis, fateremur juxta regulam, quam ex Augustino constituimus, codicis Veronensis lectionem antiquæ Interpretationis indicium præ se ferre in eo versiculo. Verùm suadent contrarium Hieronymi verba, ex quibus discimus aliter à Latino interprete redditum olim istum fuisse versiculum, ac redditur in codice Veronensi. Ergone malefida est regula ab Augustino petita, cujus ope antiqua Interpretatio inde secerni & dignosci dicitur, quòd sit *tenacior verborum ?* Haud equidem : sed ea tamen regula non ita est urgenda, ut quidquid in Scripturarum Interpretatione ad Græcum fontem propiùs accedit, semper ex Itala descriptum esse ; quidquid aliquantulum discedit, ex ipsa minimè extractum videri debeat. Itala enim, sive antiqua Interpretatio, est *tenacior verborum* ; at non ita tenacem dicimus, neque adeo id de singulis intelligendum versiculis contendimus, ut nullos esse existimemus, in quorum Interpretatione non sit *tenacior verborum*, & qui etiam feliciùs aliquando ab aliis Interpretibus non fuerint translati. Hinc Augustinus, licet ipso judice *cæteris præferenda sit Itala*, plures jubet conquirere Interpretationes, *quarum numerositas plurimùm juvat.* Hinc idem præcipit ut *Latinis quibuslibet emendandis*, adeoque & ipsius Italæ codicibus, *Græci adhibeantur codices.* Hinc demum Augustinus, licet Italam cæteris prætulerit, & secutus fuerit, non ita tamen & semper sequitur, ut nunquam ab ea diffideat, nunquam aliam usurpet Versionem, aut ab alio *qui verbis tenaciùs inhæserit*, aut proprio marte confectam. Cùm igitur in investiganda Scripturarum antiqua Interpretatione statuimus hanc pro antiqua Versione, sive Itala, esse habendam, quæ sit *tenacior verborum cum perspicuitate sententiæ ;* id minimè de singulis hujus Interpretationis partibus intelligi volumus ; neque enim tam generalis constituta est à nobis, seu potiùs ab Augustino regula, ut absque ulla sit exceptione ; qua sine nullam esse regulam tritum est sermone vulgi proverbium.

XII. Alterum ejusdem generis exemplum suppeditabit versiculus 23. Psalmi 30. qui in codice Veronensi ita legitur, *Ego dixi in excessu mentis meæ ;* in Psalterio nostro, *Ego dixi in pavore meo.* Veronensis codicis lectio hîc iterum tenacior est Græci textus ; Psalterium tamen Sancti Germani antiquam ejusdem versiculi Interpretationem repræsentat, quod ipse etiam iterum docet Hieronymus his verbis tam disertis, ut nemini du-



Digitized by Google

bitare liceat. *In Latinis codicibus*, inquit Hieronymus in eadem ad Suniam & Fretelam epistola, *legebatur* in pavore meo: *& nos juxta Græcum translulimus* ἐν τῇ ἐκστάσει μου, *id est*, in excessu mentis meæ. Ex quo Hieronymi testimonio liquet versiculum hunc talem in nostro legi codice, qualis olim *in Latinis codicibus legebatur*; in codice autem Veronensi, qualis ab Hieronymo est translatus; quod juvat observare, ut noveris Veronensem codicem nequidem ab Hieronymiana translatione sive correctione liberum esse. Percurrat lector, si vacat, ℣. 8. Ps. 33. item Ps. 72. ℣. 4. Ps. 78. ℣. 1. Ps. 105. ℣. 10. Ps. 118. ℣. 126. Ps. 119. ℣. 5. Ps. 130. ℣. 18. &c. Plura non referam. Hæc è multis pauciora ostendunt satis, idque auctoritate Hieronymi confirmatum, S. Germani Psalterium antiquam magis olere Interpretationem, vel in iis etiam ipsis locis in quibus Veronensis codex discrepans à Psalterio Sangermanensi, cum Græco textu consentit. Quantò magis igitur, ubi Psalterium Sancti Germani Græci textus est tenacius quàm Veronense?

XIII. Innumera se passim offerunt exempla. Sic, ut unum è multis proferam, versiculus octavus Psalmi trigesimi tertii in codice nostro ita legitur: *Immittet angelus Domini*: quæ lectio verbum verbo è Græco est expressa, Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου. Versiculum autem hunc ita exhibet Veronensis codex: *Immittet angelum Dominus*: quæ lectio non tantùm à Græco textu prorsus discrepat, sed etiam ab Augustino ut mendosa vitiosaque repudiatur & damnatur. Postquam enim S. Doctor hanc codicis nostri lectionem retulit, *Immittet angelus Domini*; ita prosequitur: *Sic scriptum est, fratres, non quomodo habent aliqui mendosi codices, Immittet angelum Dominus.* Mendosus igitur codex Veronensis, qui hanc interpretationem exhibet. Hìc alios duntaxat indicabo versiculos, in quibus codicem nostrum Græci textus esse tenaciorem fas est animadvertere: hi sunt alios inter Ps. 7. ℣. 10. Ps. 9. ℣. 13. Ps. 16. ℣. 2. Ps. 17. ℣℣. 3. & 30. Ps. 21. ℣℣. 19. & 20. Ps. 38. ℣℣. 11. & 14. Ps. 43. ℣℣. 3. & 20. Ps. 45. ℣. 3. Ps. 49. ℣. 7. Ps. 65. ℣℣. 4. & 12. Ps. 67. ℣. 31. Ps. 70. ℣℣. 20. & 21. Ps. 71. ℣℣. 3. & 4. Ps. 73. ℣℣. 5. 19. 21. 22. 23. &c.

XIV. Sed quid ego nequicquam exempla referre laboro, cùm sponte sua legenti occurrant. Penes est lectorem alia evolvere, suoque indulgere ingenio: conferat, si libuerit, varias utriusque codicis lectiones; collatisque cum Græco textu his lectionibus, arbiter sedeat, & decernat ipse uter codex purius sinceriusque sit antiquæ Interpretationis exemplar, nostrumne, an Veronense; & utrum utri sit posthabendum. Utcunque autem cesserit, nihil est tamen, quod jam in nostra editione Psalterii possit desiderari; cùm varias lectiones codicum, qui primas scrutationes effugerant, aut hìc secundis curis restituerimus, aut jam in notis aliunde sint exscriptæ, aut demum nullius sint momenti. Id quidem patet satis in codice Veronensi, quo non est ullus præstantior, & qui cum nostris de palma possit contendere.

XV. Cæterùm neminem arbitror fore tam iniquum, qui quæ hactenus diximus, aut dicturi postea sumus, sic accipiat atque intelligat, ac veluti præclarissimum Blanchini opus extenuare, & virum doctissimum rodere in animo habeamus; quo certè nihil à moribus nostris alienum magis est. Sed & hanc iniquam suspicionem præoccupavimus, & jam satis propulsavimus in Præfatione priori tomo prævia. Quisquis legerit quæ hìc scripsimus in laudem Viri Clarissimi, ejusque operis, (præfat. part. 3. n. 178. p. lxvii.) intelliget facilè quantùm ab omni rivali-

Digitized by Google

tate alieni fuerimus cùm hæc scriberemus. Adeo autem hæc scripsisse non pœnitet, nec nostra de viro docto mutata est sententia; & adeo laudes, quibus tunc tum opus tum opificem cumulavimus, revocare & retractare non est animus, ut etiam plenioribus nunc utrumque cumularemus, & cumulare debeamus; maximè verò cùm singularem viri doctissimi, & scriptoribus quàm minimè consuetam, neque hîc prætermittendam benignitatem experti simus. Rogatus namque à R. P. D. Peristiani Benedictino Bibliothecæ monasterii Veronensis custode, (viro pietate pariter & scientia insigni, cujus amicitiâ gloriamur, vellemusque præclara in nos nostrosque merita & officia commemorare) ut nonnulla Novi Testamenti exemplaria communicare nobiscum non gravaretur; non tantùm petenti facilem se præbuit, verùm etiam omnes vigiliarum suarum fructus, quidquid nimirum collegerat, quoscunque antiquæ Interpretationis codices in lucem emittendos paraverat, quæcunque descripserat fragmenta, liberalissimè obtulit. Tanta benignitas, tanta prætermitti non debuit liberalitas. Et quamvis oblatis uti non licuerit pro tempore, tum quòd litteræ serius ad nos pervenerint, tum quòd jam multa satis, imo tam multa ex optimæ notæ innumeris codicibus, immensisque Patrum voluminibus descripserimus, ut vix quidquam novi, saltem quoad Novum Testamentum, fas sit reperire, & plus molestiæ & tædii quàm utilitatis allaturi simus, si plura congesserimus; nihilominus tamen tam tenemur dono, quàm si nos vir doctus onustos dimisisset, reque ipsa quascunque congessit opes impertiisset. Verùm à proposito deerramus longiùs. Nunc de aliis nonnullis Antiqui Testamenti libris dicamus.

---

## § III.

### *De Cantico Canticorum.*

XVI. IN investiganda Cantici Canticorum antiqua Interpretatione Latina feliciorem quàm nos impendisse operam videri possit vir clarissimus Blanchinus; qui quem nos librum ex Ambrosii duntaxat operibus descriptum, & quibusdam etiam commatibus truncatum in lucem emisimus, ipse totum atque integrum nulla parte mutilum ad antiqui fidem exemplaris vulgavit. Nimirum vir doctus in Bibliotheca Vaticana insignem reperit codicem ante annos mille exaratum, qui brevem in Canticum Canticorum Latinam complectitur expositionem ab Epiphanio Cypri episcopo (ut putat) elaboratam; qua in expositione sacer Cantici textus meram versionem Italam referre Blanchino videtur.

XVII. Fas mihi sit hîc in primis occurrere errori, in quem delapsus est doctissimus Blanchinus (quod à nemine alienum est) circa hujus expositionis auctorem. Quem enim putat esse hunc, ille nequaquam est, quem inscriptio fallax mentitur. Haud, inquam, hujus expositionis architectus est Epiphanius in Cypro episcopus, sed Latini sermonis scriptor aliquis, quisquis ille sit. Quod quidem miror virum doctum non animadvertisse. Illa enim Latina expositio minimè olet scriptionem, quæ primùm à Græco interprete elaborata, deinde reddita sit Latinè; sed proprius, purus atque sincerus est Latini scriptoris fœtus: quod animadvertet facilè quisquis legerit. Namque ut omittam hanc expositionem nulla translationis indicia præ se ferre, expositionis illius architectus antiquam vulgò sequitur Scripturarum Interpretationem Latinam. Ex



Digitized by Google

quo conficitur expositionem hanc non Græcè primùm scriptam, ac deinde redditam Latinè, sed à scriptore Latino, qui unus propriusque est ejus parens, elaboratam. Et certè interpres Latinus, si è Græco fonte manaret illa expositio, occurrentes in ea Scripturæ versiculos perinde atque ipsam expositionem ad Græci textus fidem vertisset, quod solent interpretes; nec antiquam Scripturarum Interpretationem Latinis propriam secutus fuisset. Nisi forsan dixeris Latinum interpretem, cùm Græcam expositionem Latinè redderet, maluisse occurrentes in ea Scripturæ sententias ex codice Latino describere, ut labori parceret, quàm proprio marte horum versiculorum Interpretationem elaborare; quod quidem nos de Irenæi interprete diximus. At ratio longè dissimilis; prætereaque, etiamsi id ita contingere potuisse concederemus, nihilominus expositionem hanc non esse auctoris Græci fœtum Latinè redditum inde semper constaret, quòd nulla translationis indicia præferat, ut legenti cuique manifestum fit.

XVIII. Vellem hìc mihi liceret gravem dissimulare Garetii nostri allucinationem, qui Græcum expositionis, de qua disputamus, contextum vidisse se scribit præ manibus viri clarissimi Emerici Bigotii. Nusquam enim gentium Græcus ille textus existit, nec in ullo codice quem præ manibus habuerit Bigotius. Quid ergo? isne fuit Garetius, fingere qui non visa posset? Haud ita senserim de viro pio perinde ac docto. Sed eum fuisse arbitror Garetium, cui verba dari potuerint, & cui reipsa data sint, quacunque ratione id contigerit. Si quis conjecturis locus, forsitan id ita potuit contingere. Inter codices Mss. Bigotii, qui hodie in Regia exstant Bibliotheca, unus est qui præter Latinam expositionem, de qua lis est, quatuor divi Chrysostomi sermones Græcè exaratos simul complectitur. Fortè Bigotius hunc Garetio codicem ludibundus ostendens, Græcum esse contextum expositionis Latinæ in Cantica per jocum finxit; Garetius verò præcipiti judicio abreptus, fallaci titulo delusus, nulloque prævio examine, arbitratus est id quod Græcè scriptum cernebat, Græcum esse contextum Latinæ expositionis in Cantica. Eò autem faciliùs in hunc labi errorem potuit Garetius, quòd noverat à Cassiodoro, quem assiduis manibus terebat, hujusmodi expositionem Epiphanio Cyprio episcopo fuisse adscriptam; quam expositionem ipsemet Cassiodorus se *in Latinam linguam per amicum suum virum disertissimum Epiphanium fecisse transferri* scribit lib. 1. Divin. lect. cap. 5. Hæc forsan fuit erroris causa Garetio. Sed quæcunque tandem causa fuerit, sive in errorem sponte sua delapsus, seu jocosè à Bigotio inductus, error certè est, quem facilè perpexisset Garetius, si, quem in manibus Bigotii vidisse se scribit, codicem suis ipse versavisset, atque oculis propiùs inspexisset. Ille namque codex Bigotii in Regia asservatus Bibliotheca, quem nobis & intueri & manibus versare licuit, non nisi quatuor sermones Græcos divi Chrysostomi cum Latina illa expositione Epiphanio adscripta, seu potius afficta, complectitur. Nunc dicamus paucis de Interpretatione quam expositionis illius in Cantica scriptor sequitur.

XIX. Interpretatio Cantici, quam sequitur expositionis auctor, plerùmque cum illa concinit Versione, quam ex Ambrosio descripsimus. Ubi tamen Ambrosius has voces Græcas ἀδελφιδός, ἀδελφιδὴς, Latinis istis vocibus reddit, *frater*, *fraternus*, *consobrinus*; auctor expositionis vocem *fratruelis* semper adhibet cum Hieronymo, & interdum cum Augustino. Neque in his duntaxat, sed & in aliis pluribus locis Hieronymum sequitur interpretem: exempla reperies c. 1. ℣. 6. *ne fortè efficiar sicut oper-*

Digitized by Google

*ta*, &c. item ℣. 7. ℣. 12. ab his nimirum verbis, *in medio uberum meorum commorabitur*, &c. c. 2. ℣. 8. *vox fratruelis mei*, &c. ℣. 9. ℣. 12. c. 3. ℣. 8. c. 4. ℣. 8. ℣. 11. c. 5. ℣. 16. &c.

XX. Si quæ præterea aliæ sint discrepantiæ inter Interpretationem, quam ex Ambrosio descripsimus, & eam quam expositionis auctor sequitur, hæ ferè omnes in notis occurrent. Nec prætermittendum editionem nostram, sive ab Ambrosio mutuatam, tenaciorem esse Græci contextus. Exemplo sit cap. 1. ℣℣. 1. 2. 4. 6. 7. 8. 16. cap. 2. ℣℣. 3. 5. 7. 16. cap. 3. ℣. 2. cap. 4. ℣℣. 4. 7. 9. 10. 11. 16. cap. 5. ℣℣. 2. 3. 4. 5. 7. 10. 11. 12. 13. 14. 15. cap. 7. ℣℣. 1. 4. 5. 10. 11. 18. cap. 8. ℣℣. 5. 6. 8. 11. 12. 13. Nec tamen idcirco spernendam dixerim hanc Interpretationem, cujus propriæ quædam sunt lectiones, quæ cum Græco textu apprime cohærent; & in qua etiam veteris Vulgatæ stichonomia servatur; nullisque capitibus liber Cantici distinctus est. Superest jam ut ope codicis Bigotiani, nonnullas editionis nostræ rimas expleamus; sive quosdam Cantici versiculos, qui in Ambrosio deerant, ex hac Interpretatione descriptas hîc restituamus. Versiculos integros subjicimus, ne laceras Scripturæ sententias legere fastidiosum sit lectori. Ut autem norit quid ex expositione in Cantica mutuati simus, quæ apud Ambrosium desunt, diverso charactere repræsentantur.

## ADDENDA

### IN LIBRO CANTICI CANTICORUM.

*Cap. I.* ℣. 14. Ecce es bona proxima mea, ecce es bona, *oculi tui columbæ.*

*Cap. II.* ℣. 13. ficus protulit grossos suos: *vineæ florentes dederunt odorem.*

℣. 17. usque dum aspiret dies, & amoveantur umbræ. *Revertere: similis esto tu, fratruelis meus, damulæ, aut binnulo cervorum super montes convallium.*

*Cap. III.* ℣. 3. *Invenerunt me qui servant, qui circumeunt in civitatem:* Nunquid quem dilexit anima mea, vidistis?

℣. 8. omnes tenentes frameam, edocti ad bellum: vir, gladius ejus in femore ipsius *præ pavore in noctibus.*

*Cap. IV.* ℣. 1. ..... Capillatura tua sicut greges caprarum, *qui ascenderunt de Galaath.*

℣. 5. *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemini capreæ, qui pascuntur inter lilia.*

℣. 6. *Donec respiret dies, & amoveantur umbræ*, ibo ad montem murræ, & ad collem Libani.

℣. 14. *nardum & crocum, calamus & cinnamum cum omnibus lignis Libani*, murra & aloe cum omnibus primis unguentis.

*Cap. V.* ℣. 8. *Adjuravi vos filiæ Hierusalem in virtutibus & in viribus agri, si inveniatis fratruelem meum, quid nuncietis ei*, quia vulnerata caritatis sum ego.

℣. 9. *Quid fratruelis tuus à fratrueli, ô speciosa inter mulieres? Quid fratruelis tuus fratrueli, quia sic adjurasti nos?*

℣. 15. Tibiæ pedum ejus columnæ marmoreæ, fundatæ super bases argenteas. *Species ejus Libanus, electus ut cedri.*

℣. 16. Guttur ejus dulcedo, & totus concupiscentia *hic fratruelis meus, hic proximus meus, filiæ Hierusalem.*

℣. 17. *Quò abiit fratruelis tuus, ô speciosa inter mulieres? quò respexit fratruelis tuus? & quæramus eum tecum.*

*Cap. VI.* ℣. 4. Converte oculos tuos contra me, *quoniam ipsi suscitaverunt me.*

℣. 5. Dentes tui sicut greges detonsarum, qui ascenderunt de lavacro, omnes gemellos habentes, & infecunda non est in eis: sicut restis coccinea labia tua, *& loquela tua speciosa.*

℣. 6. Tanquam cortex malogranati genæ tuæ, *extra taciturnitatem tuam.*

℣. 10. In hortum nucis descendi videre in generatione torrentis, *videre si floruisset vinea. Floruerunt malogranata.*

℣. 11. *Illic dabo ubera mea tibi:* posuit me currus Aminadab.

*Cap. VII.* ℣. 3. *Hic versus deest in codice, ut & in Ambrosio.*

℣. 5. *Caput tuum in te sicut Carmelus:* & ornatus capitis tui, purpura: *rex vinctus in transcursibus.*

℣. 8. Dixi: Ascendam in palmam, tenebo altitudines ejus: *& erunt ubera tua sicut botriones vitis:* & odor narium tuarum sicut mala.

℣. 9. Et fauces tuæ tanquam vinum bonum, *vadens fratrueli meo in directionem, sufficiens labiis meis & dentibus.*

℣℣. 11. & 12. Veni fratruelis meus, exeamus in agrum, maneamus in vicis. De luce vigilemus ad vineas, videamus si floruit vinea, *floruit odor suavis*, floruerunt malogranata.

*Cap. VIII.* ℣. 11. Vinea facta est Salomoni in Beelamon, dedit vineam suam custodientibus, *vir affert in fructu ejus mille argenti.*

Digitized by Google

## § IV.

### *De Libris Sapientiæ & Ecclesiastici.*

XXI. Librorum *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* non aliam esse antiquam Interpretationem, quàm quæ hodie in SS. Bibliis Vulgatæ editionis exstat, concors est omnium sententia; & nostra etiam fuit. Verùm ecce vir clarissimus Blanchinus à communi discedens opinione, nequaquam hanc esse veterem priscis usitatam Ecclesiæ sæculis Versionem, sed novam ab Hieronymo emendatam affirmat. Cùm enim vir doctus unum & alterum *Sapientiæ* fragmentum in antiquo codice Veronensi repererit, in quo utroque fragmento nonnullæ sunt variæ lectiones; has lectiones varias, sive discrepantias, Versionis antiquæ, nempe Italæ reliquias esse existimavit. *Accipe ergo*, inquit, amicum suum Joannem alloquens, to. 1. p. 289. *duplex libri* Sapientiæ *fragmentum..... ex quibus pura puta Itala versio indicata saltem, si non integrè inventa existimabitur.* Hinc *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* Versio, quæ in Vulgata nostra obtinet, quæ antiqua Versio, antiquior Hieronymo, & ab ejus castigatione penitus libera omnibus ad hunc diem semper visa erat, ipsi Hieronymianus labor esse videri cœpit. Hinc vir doctus, non modò reclamantibus eruditis omnibus, sed ipso quoque reclamante Hieronymo, in emendandis *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* libris impensam à S. Doctore operam fuisse contendit, in quibus ipse S. Doctor negat his verbis se ullam impendisse: *Porro*, inquit Hieronymus præfat. in libros Salomonis juxta LXX. *in eo libro*, *qui à plerisque* Sapientia Salomonis *inscribitur*, *& in* Ecclesiastico..... *calamo temperavi.*

XXII. Hanc *pulcherrimam rerum incognitarum notitiam* doctissimo Blanchino *duo fragmenta antiquissimi codicis Veronensis*, *quæ hodie supersunt*, *sexto vel septimo Christi sæculo ab antiquario exarata attulerunt.* Felicem virum doctum, cui tam pulchra notitia rerum tam multis sæculis incognitarum allata est; cui uni res deperditas, nec ulli unquam notas, è tenebris eruere & in lucem proferre concessum est! Forsitan erit, ut integrum aliquando *Sapientiæ* librum luci reddat, juxta eam Interpretationem quam omnibus lapsis retro sæculis nemo exstitisse suspicatus est: *Non erit*, inquit vir doctus, *Deo auspice*, *fortasse difficile hanc libri* Sapientiæ *editionem tam veterem*, *tamque præclaram*, *aliorum codicum ope collationeque aliquando perficere.*

XXIII. Interea tamen vereor, ne doctus Blanchinus (quod ego pace viri clarissimi dixerim) nimiùm pro more conjecturis indulgeat, & inani spe mentem pascat. Versio quippe librorum *Sapientiæ* & *Ecclesiastici*, quæ hodie in Vulgata obtinet, illa ipsa est Interpretatio quæ semper obtinuit, Hieronymo antiquior, & ab ipsius castigatione libera. Ab his libris emendandis, cùm alios Scripturarum libros aut verteret, aut emendaret S. Doctor, abstinuisse se tam disertis affirmat verbis, ut nemini dubitare liceat: *In eo libro*, *qui à plerisque* Sapientia Salomonis *inscribitur*, *& in* Ecclesiastico... *calamo temperavi.* Victus tam disertis verbis vir clarissimus Blanchinus nequicquam contendit, *primùm quidem S. Hieronymum designasse ut utriusque libri* Sapientiæ *&* Ecclesiastici *editionem ex Græco prætermitteret*, *sed postmodum mutato consilio*, *antiquam Italam eorumdem librorum versionem Græco originis pumice perpolivisse.*

XXIV. Merum profectò istud est commentum. Unde enim verò expiscatus est doctissimus Blanchinus, primùm ab Hieronymo librorum

Digitized by Google

*Sapientiæ* & *Ecclesiastici* emendationem fuisse prætermissam, sed eandem postmodum mutato consilio à S. Doctore susceptam? Edisserat nobis vir doctus, unde hæc *pulcherrima rerum incognitarum notitia ipsi allata sit?* Eamne hausit ex Hieronymi scriptis? Scribit S. Doctor se librorum *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* emendationem prætermisisse, seu in his libris, dum alios emendaret, *calamo temperavisse*. Verùm nusquam docet se postmodum, mutata sententia, in his quoque libris emendandis operam impendisse. Nemo tamen, cui notus sit Hieronymus, ignorat quàm accuratè S. Doctor scriptionum suarum rationem reddere solitus sit. Quo tempore, qua data occasione, quid denique laboris in singulis Scripturarum libris impenderit, disertè semper enarrat & exponit. Ut quid ergo immemor librorum *Sapientiæ* & *Ecclesiastici*, hos duntaxat prætermisisset, quamvis idem in illis atque in cæteris præstitisset? Cur mutati consilii non meminit, quamvis ante omnia meminisse debuerit; ne, quod ante scripserat, se nempe in his libris *calamo temperavisse*, quemquam in errorem induceret? Ecquis enim credat libros *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* ab Hieronymo fuisse emendatos, postquam ipse Hieronymus disertis verbis asseruit in his libris se *calamo temperavisse;* nisi idem Hieronymus se postmodum mutasse sententiam, & librorum quos primùm prætermiserat, mutato consilio, emendationem postea suscepisse docuerit?

XXV. Præterea non tantùm scribit Hieronymus se in libris *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* calamo temperavisse; sed etiam quid causæ fuerit, cur calamo temperaret, edocet, quòd nimirum hos libros pro Canonicis Scripturis non haberet: *In libro*, inquit, *qui à plerisque* Sapientia Salomonis *inscribitur*, *& in* Ecclesiastico..... *calamo temperavi*, *tantummodo Canonicas Scripturas vobis emendare desiderans.* Jam verò dicat vir clarissimus Blanchinus, an Hieronymus suam de his libris mutaverit sententiam, quæ quominus eos emendaret, ipsi causa fuit: dicat, inquam, an Hieronymus, qui in libris *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* calamo temperaverat, seu non ut cæteros emendaverat, quòd illos ut Canonicas Scripturas non haberet, habuerit postmodum pro Canonicis, adeoque, mutato consilio, emendaverit libros, quos primùm prætermittendos duxerat, *tantummodo Canonicas Scripturas emendare desiderans.* Hæc de afficta Hieronymo Interpretatione.

XXVI. Postremò mirari subit doctissimum Blanchinum non animadvertisse quàm latè olim nostra regnaverit vulgata Interpretatio librorum, de quibus res est. Hanc unam antiqui omnes laudant, hanc unam adhibent. Nusquam alia apparet Versio; nulla alterius Interpretationis vestigia in tam multis ac spissis Patrum voluminibus. Ubi ergo tum erat *plæclara* illa Versio Patribus non exaudita, cujus nunc primùm pars aliqua luce fruitur cura clarissimi Blanchini? Necesse est in alta semper oblivione delituerit. Etenim, cùm veteres optimæ notæ codices, tum laudata à SS. Patribus *Sapientiæ* & *Ecclesiastici* testimonia contulimus, nec tamen ulla nobis occurrit lectio, quæ firmo satis sit argumento, aliam fuisse horum librorum antiquam Interpretationem Latinam, sive aliam Italam, quàm quæ in Vulgata hodierna obtinet. Quod quidem ego temere dixisse nemini videbor, qui subjectas editioni nostræ notas percurrerit.

XXVII. Quid ergo tandem de duobus præclaris Blanchini fragmentis statuendum? In utroque fragmento Editionem veterem, seu Italam elucere viro docto concedens; negaverim tamen Versionem, cujus hæc fragmenta sunt laciniæ, ita pro antiqua Versione, sive Itala, esse

Digitized by Google

habendam, ut ea quæ in Vulgata obtinet, non ſit eodem ordine habenda. Nulla enim inter utramque Interpretationem diſcrepantia, quæ aut diverſum interpretem, aut correctorem indicet. Equidem in Blanchini fragmentis verſiculi priſco more diſtincti repræſentantur: verùm in cæteris nihil penè à Vulgata noſtra diſcrepant; adeo ut neutra Verſio ab Hieronymo emendata, neutra Græco originis pumice perpolita, ſed utraque Verſio eadem haberi debeat, aut certè unius ejuſdemque Verſionis duplex codex, non alias exhibens diſcrepantias, quàm quæ à diverſis proficiſcuntur librariis, quibus ſine nulli ſunt codices. Quid plura? unam atque eandem eſſe Verſionem conſtat vel ex ipſis locis, quæ emendata ab Hieronymo fuiſſe contendit Blanchinus. Hæc oculis judicioque lectoris ſubjicio.

## LECTIONES VARIÆ

| VULGATÆ HODIERNÆ. | CODICIS VERONENSIS. |
|---|---|
| *SAPIENTIÆ Cap. IX.* ℣. 7. Tu elegiſti me regem. | Tu me elegiſti regem. |
| ℣. 10. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis. | Mitte illam de ſanctis cœlis tuis, ἐξ ἁγίων οὐρανῶν. |
| ℣. 11. Deducet me in operibus meis ſobriè. | Deducet me in actibus meis ſobriè, ἐν ταῖς πράξεσί μου. |
| ℣. 17. Senſum autem tuum quis ſciet? | Senſum autem tuum quis ſcibit? |
| *Cap. X.* ℣. 3. Per iram homicidii fraterni deperiit. | Per iram homicidii fratris deperiit. |
| *Cap. XII.* ℣. 5. Et filiorum ſuorum necatores. | *In codice Veron. deeſt* ſuorum, *ut in Græco.* |
| ℣. 6. Perdere voluiſti. | Voluiſti perdere, ἐβουλήθης ἀπολέσαι. |

Tantæne ſunt illæ diſcrepantiæ, Lector, ut propterea codicis Veronenſis fragmenta puram referre, & olere Verſionem antiquam librorum *Sapientiæ* & *Eccleſiaſtici*, ſeu Italam; noſtram autem Vulgatam ab Hieronymo fuiſſe emendatam, exiſtimare debeamus? Sed ne quis leviores diſcrepantias à nobis ſubjectas fuiſſe, graviores verò prætermiſſas, en alias iterum ſubjicimus.

*Cap. VIII.* ℣. 14. Nationes mihi erunt ſubditæ. *Mſ. Veron. legit* ſubjectæ.

℣. 18. In operibus manuum illius honeſtas. *Mſ. Veron.* divitiæ, *pro* honeſtas.

*Ibid.* Et in certamine loquelæ illius ſapientia. *Mſ. Veron.* Et in exercitatione illius loquela ſapientiæ.

*Cap. IX.* ℣. 1. Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ. *Mſ. Veron.* Domine patrum, & Domine miſericordiæ tuæ.

℣. 6. Nam & ſi quis erit conſummatus. *Mſ. Veron.* Et ſi quis ſit confirmatus.

℣. 8. Et dixiſti me ædificare templum. *In Mſ. Veron. deeſt* me, *ut in textu Græco.*

*Ibid.* Et in civitate habitationis tuæ altare. *Mſ. Veron.* Et in civitate habitationis tuæ aram.

℣. 15. Corpus enim, quod corrumpitur, adgravat animam. *Mſ. Veron.* Corruptibile enim corpus adgravat animam. Τὸ γὰρ φθαρτὸν σῶμα.

℣. 19. Nam per ſapientiam ſanati ſunt quicunque placuerunt tibi Domine à principio. *Mſ. Veron.* Et per ſapientiam ſalvati ſunt, *ut in Græco,* καὶ τῇ σοφίᾳ ἐσώθησαν, *cæteris omiſſis.*

*Cap. XII.* ℣. 1. O quàm bonus & ſuavis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus! *Mſ. Veron.* Incorruptibilis enim eſt ſpiritus tuus in omnibus, *ut in Græco,* Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι.

Jam judicium lectoris ſit an ex tantillis illis variis lectionibus textus noſter abs Hieronymo emendatus, & ſolus codex Veronenſis meram referre Italam videri debeat. Obſervamus tamen, & ſuo loco* monemus, multò pauciores & leviores varietates in teſtimoniis ex hoc textu adhibitis in S. Auguſtini ſpeculo occurrere, quàm in aliis veterum, atque etiam in ipſiuſmet Auguſtini ſcriptis, indeque poſſe conjici, *Sapientiæ* & *Eccleſiaſtici* libros abs aliquo fortè auctore Auguſtini ævo recognitos fuiſſe. At ſemper manebit, nullam eorum Interpretationem ab Antiqua noſtra diverſam uſquam reperiri, ab iiſque libris abſtinuiſſe Hieronymum: *In eo*, inquit, *libro, qui à pleriſque* Sapientia Salomonis *inſcribitur, & in* Eccleſiaſtico..... *calamo temperavi.*

* Vide Admonit. præviam in Sap. lib. pag. 390.

Digitized by Google

# PARS SECUNDA PRÆFATIONIS.

*Ad vindicandam antiquam Scripturarum Interpretationem, sive* Italam.

XXVIII. CUm primum ad revocandam in lucem antiquam Scripturarum Interpretationem, quæ priscis Ecclesiæ sæculis in usu & honore fuit, animum appuli; quantæ molis opus aggrederer non me latuit; nec existimavi aliquando opus tam perfectum à me elaborari posse, ut nulla illud posset mordere & vellicare censura : errare humanum est, proindeque nec à me alienum. Verùm, ut emendare, si quid meritò fuerit reprehensum, sic & defendere quod iniqua momorderit censura, perinde mihi gratum atque expeditum erit. Qua quidem in causa, ut Tullii verbis utar, & *benevolos objurgatores placare, & invidos vituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse pœniteat, & alteri se didicisse gaudeant. Nam qui admonent amicè, docendi sunt; qui inimicè insectantur, repellendi.* A Bentleyo incipiam, quem simul cum discipulo, nempe Casleyo, refellam.

*Lib. 1. de Nat. Deor.*

---

*Refellitur profectum à Bentleyo, repetitum à Casleyo commentum, circa antiquam Scripturarum Interpretationem, quam Augustinus* Italam *appellat.*

XXIX. UNa omnium hactenus doctorum virorum fuit sententia, priusquam divus Hieronymus Scripturas sacras, sive ex Hebræo Latinè reddendas, sive ad Græcum emendandas aggrederetur, exstitisse longè antiquissimam, tantùmque non ab ipsis profectam Apostolis, sed eorum certè proximam temporibus, Latinam Scripturarum Interpretationem, quæ in usu & honore apud Latinos, & prope eodem ordine haberetur, atque apud Græcos Septuaginta Interpretum Versio habebatur. Veterem hanc Interpretationem, non modò olim exstitisse viri doctissimi existimarunt, sed hodieque hanc esse superstitem, si minùs totam atque integram, saltem pluribus constantem partibus, ita sibi persuasere, ut ad eam investigandam labores suos conferre non dubitaverint. Sed heu infelices! oleum atque operam perdidere, immensisque laboribus nihil aliud quàm vanum & inane commentum, si nupero scriptori fides, investigarunt, fugacemque umbram consectati sunt. Tandem hunc errorem feliciter dispulit nuperus ille scriptor, atque fugata caligine, clarissimum lumen cæcutientibus & umbram sectantibus prætulit. Quid plura? antiquam Scripturarum Interpretationem, nomine *Italam*, re & nomine esse quid commentitium docuit, eamque deinceps investigare dedocuit.

XXX. Singularis hujus beneficii Casleyo, qui Mss. Bibliothecæ Londinensis catalogum anno 1734. vulgavit, debitores essemus, nisi verecundus scriptor id ipse se alteri, nempe Bentleyo, debere fateretur. Ego verò jam antea noram hujus commenti inventorem esse Bentleyum. Datis namque vir doctus litteris ad unum è nostris, scripserat primùm se, *ex Millii & aliorum præconio, versionem illam Italicam aliquando investigasse, sed id solum ex diuturna investigatione consecutum esse, ut de invenienda illa desperaret.* Deinde alias nobis ipsis inscriptas dedit litteras, quibus non jam

tantùm de invenienda hac Versione penitus desperare se significat, verùm etiam hanc nullam fuisse omnino, nec re nec nomine, his verbis pronunciat: *In diuturno jam errore de commentitia illa* Italica *versati sunt viri eruditi, quæ tantùm abest ut veterum Patrum totiusque Latinæ Ecclesiæ publicum authenticumque exemplar unquam fuerit, ut nulla fuerit omnino, nec re nec nomine.* Neque etiam illic stetit Bentleyus; sed, ut Italicæ Versionis nequidem nomen subsisteret, erratum esse contendit in his Augustini verbis: *In ipsis Interpretationibus* Itala *cæteris præferatur:* & pro *Itala*, legendum esse *illa*, affirmat.

XXXI. Profectum istud à Bentleyo commentum, quo certè nihil prodigio similius, nobis unis, ut rebamur, notum, jacere in oblivione unà suo cum inventore passi eramus, (indulgentia in eum usi, cujus præclara in nos sunt merita, eaque, ubi se dabit occasio, commemoranda) atque etiamnum pateremur, nisi à Casleyo, qui profectò malè & suæ & amici famæ consulit, esset repetitum. In præfatione priori tomo prævia jam paucis illud impugnavimus, tum quòd ad alia properabamus, tum etiam quòd verebamur, ne, si tam inauditam opinionem pluribus impugnassemus, bonas malè horas collocare, operamque abuti videremur. At nunc tamen visum est abs re non fore, pleniùs & uberiùs referre ac refellere argumenta, quibus commentum istud confirmare conati sunt Bentleyus & Casleyus, ne quis eadem deinceps objiciat. Primùm igitur ostendam, idque paucis, (jam enim multa satis diximus in præfatione) fuisse priscis Ecclesiæ temporibus apud Latinos Scripturarum Interpretationem communi ac publico usu consecratam; seu, ut Bentleyi verbis utar, *veterum Patrum totiusque Latinæ Ecclesiæ publicum authenticumque exemplar;* quæ quidem interpretatio proprio nomine *Itala* ab Augustino fuerit appellata. Deinde refellam; dicamne rationes, an ratiunculas? quibus in Augustini testimonio erratum esse, & pro *Itala*, legendum esse *illa*, probare nequicquam laborat Bentleyus.

XXXII. De nomine *Italæ* nihil hìc curo, veniam postea ad hunc locum. Ad rem namque aut parum aut nihil attinet, utrum versio, de qua lis est, quam *re & nomine* esse quid commentitium Bentleyus & Casleyus contendunt, *Italica*, an *Vulgata*, an alio appelletur nomine; modò *Vulgatæ*, aut *Italicæ*, aut alio quovis nomine, versio quædam intelligatur usu publico recepta in Latina Ecclesia, sive quæ *totius Latinæ Ecclesiæ publicum authenticumque exemplar fuerit.* Adeoque etiamsi mendosus foret Augustini locus, etiamsi vox *Itala* de medio cederet, rem tamen ipsam nihilominus teneremus, modò fuerit olim Latina Scripturarum versio tam communi usu recepta, ut proprio nomine *Vulgata Editio* appellaretur.

XXXIII. Idoneus profectò ad dirimendam hanc controversiam, fidemque faciendam, auctor & testis esse debet Hieronymus; qui si antiquam hanc Versionem suis ipse oculis inspexerit, manibusque triverit & versaverit, necesse est eam exstitisse aliquando. Quid si igitur ostendero notam fuisse Hieronymo, & à S. Doctore laudatam Scripturarum Interpretationem, ab aliis quibuscunque versionibus distinctam, & singulari *Vulgatæ Editionis* nomine insignitam? Ecquis dubitaverit fuisse olim Scripturarum versionem communi usu receptam, quæ publicum authenticumque Latinæ Ecclesiæ exemplar fuerit? Id autem tam disertis verbis docet Hieronymus, ut nullus dubitandi supersit locus. Subjicienda sunt S. Doctoris verba, lib. 2. Comment. in Matth. cap. 23. ad hunc Evangelii locum: *Ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem:*

Digitized by Google

*Aperiam in parabolis*, &c. « Hoc testimonium, inquit S. Doctor, de septuagesimo Psalmo sumptum est. Legi in nonnullis codicibus, & studiosus lector fortè reperiet idipsum in eo loco, ubi nos posuimus, & Vulgata habet Editio, *Ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem*, &c. ibi scriptum, *per Isaiam prophetam dicentem.* Quod quia minimè inveniebatur in Isaia, arbitror postea à prudentibus viris esse sublatum. » Hæc Hieronymus. Exstabat ergo hujus S. Doctoris ævo, & ab ipso versata fuit Latina Scripturarum Interpretatio, cui proprium ac peculiare nomen fuit *Vulgata Editio*, ut à cæteris codicibus secerneretur; quæ profectò eo nomine non est insignita, nisi quia vulgi manibus terebatur, eratque usu communi ac publico recepta. Quid enim aliud ex his Hieronymi verbis colligi possit, *Ubi nos posuimus, & Vulgata habet Editio?* En igitur editio Latina Scripturarum, distincta ab aliis, sive exemplaribus, sive translationibus Latinis, quæ quia in Ecclesia veluti publica & authentica præ cæteris obtinebat, apto *Vulgatæ*, seu *Communis* nomine donatur. Atque illa ipsa est, quam investigavimus, & cujus etiam plurimas partes feliciter satis recuperavimus. Quid ad hæc Bentleyus, & Casleyus? Mendosum ne dicent Hieronymi testimonium, & eradendam continuò vocem hanc, *Vulgata?* Hanc sibi importunam molestamque esse fateantur necesse est; nec minùs profectò molestam importunamque, quàm & apud Augustinum *Itala.* Excogitent quam ei ex deperditis forsan codicibus substituant. Omnia namque apud Hieronymum optimè cohærent. Agitur de Isaiæ voce malè addita in quibusdam codicibus, rectè prætermissa in Editione Communi, seu *Vulgata;* quæ vox pariter detracta fuerat à S. Doctore ex ea, quam plures ante annos instruxerat, Novi Testamenti Editione? Quid Bentleyus & Casleyus capient consilii? qua conjectura ex Hieronymi testimonio vocem hanc, *Vulgata*, detrahent? Plura non addam, quò probem antiquam Scripturarum Interpretationem, quæ *totius Latinæ Ecclesiæ publicum authenticumque exemplar fuerit, re* non esse quid commentitium. Id vel ex hoc uno Hieronymi testimonio constare debet. Qui plura volet, adeat præfationem priori tomo præviam, in cujus prima parte de hac antiqua Interpretatione prolixè satis disputavimus, eamque olim exstitisse tam multis ac firmis ostendimus argumentis, ut aliis id confirmare supervacaneum fuerit.

XXXIV. Nunc verò duntaxat expendendum, & ab inanibus adversariorum momentis vindicandum nobis est præclarum divi Augustini testimonium de ea antiqua Interpretatione; cui Interpretationi, cùm jam *rem* teneamus, suum quoque *nomen* est asserendum. Proferamus integra Augustini verba, ut meliùs intelligatur id de quo disputetur. Petuntur ex libro 2. de doctr. Christ. ubi S. Doctor disserens, quâ ratione studio Scripturarum sit vacandum, de variis translationibus ita loquitur: *Plurimùm hìc quoque juvat interpretum numerositas, collatis codicibus, inspecta atque discussa; tantùm absit falsitas. Nam codicibus emendandis primitus debet invigilare solertia eorum, qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere venientes.* IN IPSIS AUTEM INTERPRETATIONIBUS ITALA CÆTERIS PRÆFERATUR: NAM EST VERBORUM TENACIOR CUM PERSPICUITATE SENTENTIÆ. Ita Augustinus; cujus quot verba, tot sunt jacula, quibus confodiuntur adversarii. Istud Augustini testimonium ita exhibent, ipsis fatentibus, omnes S. Doctoris operum editiones; nec verò tantùm editiones, sed & codices manu exarati omnes. Omnes, inquam; nihil enim moror geminos codices à Casleyo laudatos, in quorum altero ita legitur, *ita labor cæteris præferatur: nam*, &c. in altero autem, *Italica*

To. 3. part. 1. col. 27. f. 28. a.

*cæteris præferatur*, &c.

XXXV. Utrumque codicem mendosum esse fateri cogitur Casleyus. Sed, quod mirere, inde colligit ex Augustini textu eradendam esse vocem *Itala*. Nimirum Casleyo verosimile videtur, primùm in Augustiniano textu fuisse, *illa Latina cæteris præferatur*. Deinde, cùm vitio librariorum, ut putat, pro *illa Latina*, vox ista, *Itala*, irrepsisset, necesse fuit ut pro *quæ*, vox etiam alia substitueretur, scilicet ista, *nam*. Deus bone! Quò non rapit præjudicata opinio? quâ qui delectatur, quæ sibi non fingit somnia? Vestram fidem, vestrum judicium, lectores! Quid ex laudatis à Casleyo codicibus possit elici? an verò ad duorum codicum fidem, quos etiam mendosos esse constat, eradenda est ex Augustini textu vox *Itala*, quam cæteri omnes manu exarati codices tanta exhibent consensione, ut nullus sit in quo desit? De codicibus certè neminem metuimus. Proferant vel unum adversarii, in quo pro *Itala*, legatur *illa Latina*; & jus ipsis remittimus. Quis verò ferat è textu S. Doctoris eradi vocem, quam nullus non repræsentat codex; idque ad nullius codicis fidem? Neque enim vel in mendosis codicibus, quos laudat Casleyus, Augustini textus talis exhibetur, qualem vult esse germanum S. Doctoris textum: imo verò ne quidem ullus est Casleyi conjecturæ locus. Mendum enim quod in utroque occurrit codice, hujusmodi mendum est, ex quo nihil penitus, quod Casleyano seu Bentleyano faveat commento, elici potest. Quippe mendosi utriusque exemplaris vitiosa lectio propiùs ad eam accedit Augustini textus lectionem, quam nos germanam esse contendimus, quàm ad illam vitiosam & peregrinam, quæ Casleyo placet. Nec verò tantùm accedit propiùs, verùm etiam hanc totam atque integram, quamvis deformatam librarii dormitantis oscitantia, saltem confusè & perturbatè repræsentat. Adeoque vel ex his ipsis codicibus, admittendam potiùs quàm amovendam vocem *Itala*, conficimus. Demum, si eo loci mendum sit, (mendum autem esse constat) detergenda est macula, suaque textui restituenda puritas. Qua verò ratione restituenda? Nimirum ope codicum manu exaratorum. At omnia exemplaria, eaque longè antiquissima, & probatissimæ notæ, vocem *Itala* magna consensione exhibent. Vox igitur *Itala* nonmodo non est eradenda ex Augustini textu, verùm etiam ut germana ac sincera lectio habenda & retinenda est; suoque loco adeo non est movenda, in quibus occurrit codicibus, ut etiam esset revocanda & restituenda, si qui essent, à quibus forsan oscitantia & incuria librariorum aut abesset penitus, aut deformata repræsentaretur, qualis repræsentatur in laudatis à Casleyo codicibus.

XXXVI. Quanto igitur in errore versatur Bentleyus, qui contra omnium codicum fidem ex Augustini textu vocem *Itala* convellendam, & aliam, quæ in nullo occurrit codice, subrogandam contendit, *licet omnes qui hodie manent codices in contrarium eant!* Ecquæ fides haberetur, aut esset habenda scriptoribus antiquitatis amantibus, qui SS. Patrum scriptorumque Ecclesiasticorum operibus in lucem revocandis incumbunt? qua, inquam, fide essent digni, si editor, sive auctor quilibet pro sua mente, auctoritate propria, contra omnium codicum auctoritatem, in veterum Patrum scriptis corrigeret, mutaret, emendaret?

XXXVII. Sed quæ tandem tam gravia sunt momenta, quæ viros doctos tam inauditam tueri opinionem impulere, ut detracta ex Augustini textu voce, quam omnia exemplaria exhibent, alteram peregrinam, quæ in nullo occurrit, velint subrogare? Gravia namque illa, & gravissima

Digitized by Google

eſſe oportet momenta, quæ mutare Auguſtini textum compellunt, *licet omnes qui hodie manent codices in contrarium eant.* Imo verò an quidquam infirmius & imbecillius, ne dicam ineptius fingi, poſſit haud ſcio. Quod Casleyum ſpectat, cùm duntaxat Bentleyum exſcripſerit, ſeu audita ab ipſo litteris mandaverit, ac præterea, cùm quod ille è ſuo penu addidit, jam ſatis confutaverimus; à Bentleyo, qui hujus ſententiæ primarius eſt parens, argumenta repetam, ipſaque parentis verba proferam. *Age verò*, inquit Bentleyus in epiſtola, quam præ oculis habemus, *videamus ſi quibus argumentis probare vobis poſſimus tam novam rem & παράδοξον.* Meritò certè & aptiſſimo nomine appellat opinionem ſuam Bentleyus, cùm *rem novam & παράδοξον* nominat : verum enim propriumque hujus opinionis nomen eſt. Felicior profectò Bentleyus cùm ſuæ nomen opinioni imponit, quàm cùm antiquæ Interpretationi Scripturarum, quæ ab Auguſtino *Itala* nuncupatur, ſuum detrahere nititur. « Unde igitur, inquit Bentleyus, notitia & nomen iſtius *Italicæ* proceſſit primò, & inter eruditos inolevit? Et parate, quæſo, aures animoſque : jam enim rem ipſam cauſæque caput aggredior. Nimirum ex unico S. Auguſtini dicto in libello jam citato, ubi, *plurimùm*, inquit, *juvat interpretum numeroſitas, collatis codicibus, inſpecta atque diſcuſſa..... In ipſis autem interpretationibus* Itala *cæteris præferatur*, &c. » Poſtquam Auguſtini teſtimonium exſcripſit Bentleyus, ſic proſequitur. « Ita editiones Auguſtini exhibent univerſæ, *Itala cæteris præferatur*, & huic ſoli loco, huic unico vocabulo tanta res innititur : veſtram fidem! quàm infirmo tibicine fulta! Quid enim ſi ego dixero codices hîc mendoſos eſſe? Quid ſi non dixero tantùm, ſed & argumentis prorſus evicero? Et principio quidem, quis illud ſatis emiretur, nuſquàm alibi in tot ſpiſſis voluminibus ſanctiſſimum Patrem hanc *Italam* vel mentione dignatum eſſe? »

XXXVIII. En primum Bentleyi contra *Italam* argumentum : ſcilicet convellenda eſt & eradenda ex Auguſtini textu vox *Itala*, quia ſemel occurrit, & nuſquam alibi S. Doctor in tot ſpiſſis voluminibus hanc *Italam* mentione dignatus eſt. Ex uno diſce cætera. Veſtram fidem, veſtrum judicium, lectores! An quæcunque res ſingulari inſignita nomine in Auguſtini, in Hieronymi, ſive in alterius cujuſvis ſcriptoris operibus occurrit, quam aut Auguſtinus, aut Hieronymus, aut alter quilibet ſcriptor iterum mentione dignatus non ſit, nuſquam & nunquam exſtitiſſe credenda eſt, habendaque ut ſpuria & commentitia? an, inquam, res illa *re* & *nomine* commentitia eſt habenda, quæ nonniſi ſemel ſuo eſt appellata nomine? Si ita eſt, quàm multa ex ſanctorum Patrum ſcriptis convellenda! quàm multa ex Republica litteraria detrahentur! Immane quantùm aberrat à vero Bentleyus, cùm *rem novam & παράδοξον* nequicquam probare laborat! imo verò quàm multa etiamnum re penitus deleta & oblitterata, nonniſi *unico*, ſed proprio vocabulo cognoſcuntur? Quis neſciat ſuo rem quamlibet innoteſcere nomine, quo probè ab aliis ſecernatur? Quid ergo incommodi, ſi vetus Interpretatio Latina, quæ olim in uſu & honore erat, priuſquam nova ab Hieronymo adornaretur, proprio nomine ab Auguſtino *Itala* ſit nominata? quid etiam incommodi, ſi vox iſta ſemel, atque ibi tantùm occurrat, ubi ab aliis Interpretationibus proprio nomine erat ſecernenda, nec deinceps eodem nomine inſignita reperiatur? Quid plura? nonne ſat eſſe debet, ſi vel ſemel ab Auguſtino ita fuerit appellata vetus Interpretatio Latina? Eam verò hoc nomine fuiſſe donatam, quis revocare in dubium poſſit; cùm fatente Bentleyo, nomen iſtud *editiones Auguſtini exhibeant univerſæ;* & quod majus eſt, uni-

Digitized by Google

versi etiam codices manu exarati? Sufficit igitur nobis si, vel in uno loco, hujus *Italæ* meminerit Augustinus; quæ *Itala* tandiu stabit, saltem nomine, quidquid reclamet Bentleyus, quandiu exstabunt codices, qui voculam illam exhibeant.

XXXIX. At mendosi forsan sunt codices. *Quid enim*, inquit Bentleyus, *si ego dixero codices hîc mendosos esse? Quid si non dixero tantùm, sed & argumentis prorsus evicero?* Id quidem promittit Bentleyus, at promissa explere hoc opus, hic labor. Ego verò nullis id eum argumentis evicisse, aut unquam evicturum fidentissimè assero; nec satis queo mirari fiduciam scriptoris, qui quod *argumentis prorsus evicturum* se spondet, ne uno quidem vel levissimo probat momento. Proferat vel unum codicem bonæ notæ, vetustate probatum, qui hac in re ipsi faveat; in quo desit vox *Itala;* in quo denique talis exhibeatur Augustini textus, qualem legendum esse contendit: proferat, inquam, hujusmodi codicem, & ego mea me causa cecidisse fatebor.

XL. Quid verò prodest Bentleyo addere, vocem hanc, *Itala*, quæ in Augustini textu occurrit, dictionem esse planè poeticam, quæ nullibi præterquam in poetis legatur? Quid tibi, lector, videtur istud momentum? Firmumne satis ad evincendum mendosos esse codices in quibus vox illa, *Itala*, legitur apud Augustinum, qui cùm poeta non fuerit, dictionem poeticam adhibuisse nequaquam existimandus est? Ergone ita nefas auctoribus, qui soluto sermone scribunt, dictiones poeticas adhibere, ut, si quam vocem propriam vatibus usurpaverint, mendosus haberi locus, ubi occurrerit, & vox illa poetica convelli, aliaque subrogari debeat? Ita Bentleyo visum est. « Illud quoque mecum perpendite,
» verba sunt Bentleyi: *Itala*, inquit Augustinus, *cæteris præferatur:* subau-
» ditur utique *versio*, *translatio*, *interpretatio*. Atqui, *Itala versio*, planè poe-
» tica est dictio, nec in soluta oratione locum habet. *Itala regna*, *Italæ*
» *vires*, *Itala virtus*, poetarum sunt, qui nomina gentilia pro possessivis
» ponere amant. Sed si hoc in animo habuisset Augustinus, non *Itala*, sed
» *Italica* dixisset; & sic locuti sunt omnes, vel à Ciceronis ætate, qui so-
» luto sermone loquebantur. Mendosus ergo locus est, nec Augustinus hîc
» posuit *Itala.* »

XLI. Lepidum certè argumentum! Vox *Itala*, *dictio est poetica*, quam qui soluto sermone scribunt, non adhibent: ergo *Augustinus*, qui soluto sermone scripsit, *non posuit Itala: mendosus ergo locus est*, in quo legitur, *licet omnes qui hodie manent codices in contrarium eant.* Tam futilia argumenta referre & refellere unum idemque est: hæ namque meræ sunt nugæ. Fatemur equidem vocem hanc, *Itala*, dictionem esse poeticam, & poetis notiorem quàm oratoribus: sed quid hoc Bentleyum juvat? Si de quodam Ciceronis, aut boni cujusquam alterius Latini scriptoris loco res esset, aliquid forsitan haberet firmitatis istud argumentum; atque inde confici utcunque posset mendum esse, & pro *Itala*, legendum esse *Italica:* id ultro concedimus. Verùm quid hoc juvat, quidve probat ubi agitur de scriptoribus, qui grammatices hujusmodi tricas parum curarunt? Sed esto mendum sit, atque emendandus Augustini textus; certè, quandoquidem conjecturæ Bentleyo placent, quin potiùs dicat, pro *Italica*, librarios oscitantes scripsisse *Itala?* divinatio minùs abfuisset à vero. Cætera expendamus.

XLII. Paulò gravius est quod postea objicit Bentleyus; qui admissa voce *Itala*, & corrumpi textum Augustini, & pugnare secum sanctum Doctorem affirmat. « Nonne, inquit Bentleyus, cum prioribus pugnat? Pri-

Digitized by Google

mò jubet Augustinus plures interpretationes inquirere : numerositatem illarum plurimùm juvare : mox verò edicit, ut *Itala* Interpretatio *cæteris præferatur*. Hoccine ut tam absurdum dederit magnus Augustinus? Si enim *Itala* ista cæteris præferenda erat, frustra utique & ineptè præciperet, ut cæteræ illæ conquirerentur. » Pergit Bentleyus, & pugnantem secum Augustinum induci arbitratur, idque confirmare nititur. Quippe Augustinus postquam scripsit *Italam* cæteris interpretationibus esse præferendam, addit Latinis quibuslibet codicibus emendandis Græcos esse adhibendos; &, si quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere. Hæc inter se pugnare Bentleyo videntur. « Si enim, inquit, ut docet Augustinus, *Itala illa & verborum tenax est*, *& perspicuitatem sententiæ servat*; quid ampliùs in interprete desiderandum? Cur hujus loci oblitus Augustinus, *Latinos quoslibet emendandos esse jubet?* Quis verò in Latinis varietatibus titubare possit, qui unam illam Latinam, sive *Italam* habeat, nec à verbis, nec à sententia aberrantem? Hæc opinor ἀσύστατα sunt, & Augustino indigna. »

XLIII. Hæc sunt Bentleyi momenta, quibus evicisse sibi videtur convellendam ex Augustini textu vocem *Itala*; eaque detracta, alteram meliorem & germanam esse admittendam. Ea verò melior & genuina in promptu est, & se sua sponte offert Bentleyo. « Lego itaque, inquit, *In ipsis autem interpretationibus, illa cæteris præferatur, quæ est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ.* » Mirum quantum in hac præclara novæ fictæque lectionis inventione seu excogitatione glorietur Bentleyus! Usque adeo delectatur eo commento, ut *hanc lectionem non posse non esse veram*, *licet omnes qui hodie manent codices in contrarium eant*, asserere non vereatur.

XLIV. Ego verò indubitanter assero vitiosam, peregrinam, alienam ab Augustini mente, hanc esse confictam à Bentleyo lectionem, quæ in nullo codice, cùm tam multi sint, legitur; eamque solam germanam ac sinceram, quam *exhibent editiones Augustini universæ*, necnon universi codices manu exarati. Legat igitur Bentleyus ut libuerit, atque editionum universarum, omniumque auctoritatem codicum suis posthabeat somniis, quoniam sibi somnia fingere, & legere amat quæ nullibi sunt scripta; ego legere pergam Augustini textum, qualem hactenus docti omnes legerunt, qualem *editiones Augustini exhibent universæ*, & universi codices: legam, inquam, in Augustino: *In ipsis autem interpretationibus* Itala *cæteris præferatur*. Quacunque autem, non dicam argumentorum, quæ nulla sunt, sed verborum vi & copia, hanc vocem, *Itala*, impugnaverit Bentleyus, nullatenus ab ipso læsam esse, sed integram manere, nec ab eo vel leviter, aut etiam minusculo digito labefactatam demonstrare mihi facillimum est, atque etiam demonstrabo.

XLV. Singula igitur excutiamus Bentleyi momenta, (si tamen momenta sunt appellanda) atque perpendamus, num admissa voce *Itala* Augustini locus tot sit obsitus incommodis, ut pugnantia secum adversis frontibus componi, & indigna Augustino admitti necesse sit; quæ quidem incommoda & difficultates evanescant, si eadem illa vox *Itala* detrahatur, novaque à Bentleyo conficta subrogetur. Nullum certè in Augustini testimonio incommodum est, si *Itala* legatur, nulla verborum rerumve pugna; sed accurata, plana sunt omnia, cohærent universa, nec ulla vel levissima est dissonantia; & adeo vox *Itala* Augustini testimonium non corrumpit, ut eâ rejectâ vix intelligi possit. Planum id fiet ex ipsis verbis ac scopo divi Augustini. In libro secundo de doctrina Christiana, ubi de sacrarum Scripturarum lectione agitur; de impedimentis & difficultati-

Digitized by Google

bus, quæ inter legendum moram ſtudioſis ſolent afferre, & de impedimentorum difficultatumque iſtarum remediis plurima diſſerit S. Doctor: *Duabus cauſis*, inquit, *non intelliguntur quæ ſcripta ſunt, ſi aut ignotis, aut ambiguis ſignis obteguntur.* Deinde ut ignorantia ſignorum tollatur, neceſſariam dicit *linguarum cognitionem*, ac præſertim *Græcæ* & *Hebrææ*: *Propter diverſitates*, inquit, *interpretum, illarum linguarum eſt cognitio neceſſaria. Qui enim Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari poſſunt; Latini autem interpretes nullo modo: ut enim cuique, primis fidei temporibus, in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibi utriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari.* Hanc autem interpretationum, etiam Latinarum, varietatem S. Doctor perutilem judicat, nedum deſpectui haberi velit. *Quæ quidem res*, inquit, *plus adjuvit intelligentiam, quàm impedivit, ſi modò legentes non ſint negligentes: nam nonnullas obſcuriores ſententias plurium codicum ſæpe manifeſtavit inſpectio.* Quod quidem abunde confirmat pluribus & variis Scripturæ locis, quibus non parum lucis affundit codicum ſimul & interpretum inter ſe variantium contentio. Deinde aperit quo pacto interpretationis Latinæ vitium emendari poſſit: *Aut linguarum illarum*, ait, *ex quibus in Latinam Scriptura pervenit, petenda cognitio eſt; aut habendæ interpretationes eorum, qui ſe verbis nimis obſtrinxerunt, non quia ſufficiunt, ſed ut ex eis veritas, vel error detegatur aliorum, qui non magis verba quàm ſententias interpretando ſequi maluerunt.* Tandem ignotorum verborum & ignotæ locutionis cognitio unde eruenda ſit declarat, & concludit his verbis: *Plurimùm hic quoque juvat interpretum numeroſitas, collatis codicibus, inſpecta atque diſcuſſa; tantùm abſit falſitas: nam codicibus emendandis primitus debet invigilare ſolertia eorum, qui Scripturas divinas noſſe deſiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere venientes. In ipſis autem interpretationibus* Itala *cæteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus LXX. interpretum, quod ad Vetus Teſtamentum attinet, excellit auctoritas.* Hæc Auguſtinus.

Tom. 3. part. 1. col. 24. e. & col. 25. c. ſeqq.

col. 26. d.

col. 27. f. 28. a.

XLVI. Ignoſcat lector, ſi plura retuliſſe, atque etiam nonnulla retractaviſſe videamur, de quibus jam in præfatione priori tomo prævia diſputavimus. Plura nimirum referenda erant, ne paucis fucum facere videremur; & retractanda, ut ab adverſariorum argutiis vindicaretur præclarum Auguſtini de antiqua Scripturarum Interpretatione, quam *Italam* appellat, teſtimonium, quod hîc ego nunc expendam. Si bene aſſequor S. Doctoris mentem, ad explicanda obſcura vel ignota Scripturæ verba, tria potiſſimùm requirit: 1°. linguarum primigeniarum Hebrææ & Græcæ notitiam: 2°. ut conſulantur variæ ejuſdem Scripturæ interpretationes: 3°. ut translationes illæ variæ non petantur niſi ex codicibus emendatis. In duobus poſtremis plurimùm inſiſtit S. Pater, nempe variis translationibus, & codicum Mſſ. diſcrimine ac delectu.

XLVII. Quoad translationes diverſas, ſive Græcas, ſive Latinas, harum *numeroſitatem* ad intelligentiam Scripturæ multùm juvare contendit; ſed *eorum* potiſſimùm *habendas interpretationes* ſuadet, *qui ſe verbis nimis obſtrinxerunt*; ſcilicet, *ut ex eis veritas, vel error detegatur aliorum, qui non magis verba quàm ſententias interpretando ſequi maluerunt.* Quamobrem inter Latinas *Italam* Interpretationem cæteris præferendam jubet Auguſtinus, quia verborum tenacior eſt: *In ipſis autem interpretationibus*, inquit, Itala *cæteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ*: quod profectò cohæret optimè cum his quæ ſupra dixerat, nempe præponendas interpretationes *eorum, qui ſe verbis nimis obſtrinxerunt.* Inter Græcas autem,

Digitized by Google

quas omnes *Latinis quibuslibet emendandis adhibendas* contendit, LXX. versionem anteponendam suadet, quòd scilicet ejus *excellat auctoritas*.

XLVIII. Verùm quoniam diversæ illæ interpretationes, sæpe sæpius oscitantia librariorum, vel ignorantia, mendis ac interpolationibus fœdabantur, idcirco non priùs illas usurpandas admonet, quàm de codicum integritate & fide constiterit. *Plurimùm juvat*, inquit, *interpretum numerositas, collatis codicibus, inspecta atque discussa; tantùm absit falsitas: nam codicibus emendandis primitus invigilare debet solertia eorum, qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere venientes*. Quid clarius tota hac Augustini argumentatione? extrema cum primis, omnia inter se quàm aptissimè cohærent; nihil quod non quadret omni ex parte. Quid igitur in illa reprehendi queat? quo pacto voce *Itala* Augustini sententia corrumpi Bentleyo videatur, profectò me fugit, captum superat. Quid? S. Augustinus diversarum Scripturæ translationum, cùm Græcarum, tum Latinarum utilitatem commendat; inter varias utriusque generis unam cæteris anteferri jubet, nempe Latinis *Italam*, Græcis versionem Septuaginta interpretum; judicii delectusque sui rationem edit: in his omnibus ecquid malè cohærens, quid discrepans, quid pugnans, quid vitiosum mendosumque apparet?

XLIX. Verùm ecce nobis è transverso occurrit Bentleyus, qui nobis cernit acutiùs, hîc esse mendum clamitans, & pugnantem secum Augustinum induci. Augustinus enim « *jubet plures interpretationes conquirere; numerositatem illarum plurimùm juvare; mox verò edicit ut* Itala *interpretatio cæteris præferatur. Hoccine ut tam absurdum dederit magnus Augustinus? si enim* Itala *ista cæteris præferenda erat, frustra utique & ineptè præceperat ut cæteræ illæ conquirerentur*. » O lepida & bella conclusio! Augustinus varias interpretationes conquirendas suadet, ut scilicet omnes consulantur; ergo una præ cæteris adhiberi non potest. Quasi verò ejusdem auctoritatis omnes essent, ac ponderis. Quid ab sancti Doctoris mente alienius? Cur autem Augustinus tot diversas translationes conquirendas jubeat, ipsemet aperit cap. XII. col. 25. d. his verbis: *Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestavit inspectio*; siquidem *difficile est*, ut ait postea, *ita diversos à se interpretes fieri, ut non se aliqua vicinitate contingant*. At licet tot varias translationes consulendas suadeat S. Augustinus, non sequitur quasdam non esse, quæ cæteris antecellentes præ cæteris consuli debeant. Imò contrarium disertis verbis docet ipse S. Doctor, cùm ait *habendas esse interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt; non quòd sufficiant*, inquit, *sed ut ex eis veritas, vel error detegatur aliorum, qui non magis verba quàm sententias interpretando sequi maluerunt*. Quoniam verò inter Latinas illas versiones, unam noverat super omnes excellere, utpote *verborum tenaciorem cum perspicuitate sententiæ*, nempe *Italam*; idcirco illam cæteris omnibus præferendam jubet; quemadmodum & *Latinis quibuslibet emendandis* unam Græcam LXX. versionem præ aliis Græcis adhibendam suadet, quòd nimirum illa cæteras omnes Græcas *auctoritate præcelleret*. Quemadmodum autem Augustinus nihil dabat absurdum, præcipiendo ut Versio LXX. præ cæteris Græcis adhiberetur, licet præter istam alias Græcas admitteret; ita nihil absurdi dedit, dum voluit unam aliquam Latinam, nempe *Italam*, Latinis omnibus præferri, quamvis reliquas omnes Latinas conquirendas jusserit.

L. At *si Itala illa*, inquit Bentleyus, *& verborum tenax est, & perspicuitatem sententiæ servat; quid ampliùs in interprete desiderandum? Cur Latinos quoslibet*

*ex Græcis emendandos esse jubet?* Responsum in promptu est: *Itala* illa equidem verborum tenacior erat, & præ cæteris sententiæ perspicuitatem servabat; veruntamen non ea erat quæ à mendis omnibus vacaret, itave suis esset numeris absoluta, ut ad Græcos in omnibus æquipararetur. Non mirum ergo si Augustinus illam cæteris quidem Latinis præferri jubeat, non verò Græcis, quos immo Græcos *Latinis quibuslibet emendandis*, proindeque & ipsimet *Italæ* suadet adhibendos; quemadmodum supra dixerat, ad emendandum Latinæ Interpretationis vitium, *linguarum illarum, ex quibus in Latinam Scriptura pervenit, petendam esse cognitionem.* Erant namque Latinæ versiones plus minùs imperfectæ ac vitiosæ: versio quidem *Itala* paucioribus laborabat nævis, & ideo Latinis eam aliis præferebat Augustinus; sed ipsamet tamen *Itala* non omni ex parte sana erat & integra: ideo illi ipsi *Italæ*, quamvis cæteris præferendæ, Latinisve quibuslibet Græcos adhiberi curat, unde corrigantur; & quidem rectè: erant enim Græcæ interpretationes (maximè verò LXX.) ad Latinas, instar fontium ad rivos. Quò autem magis rivus ad fontem accedit, eò purior est ac liquidior aqua. Quid mirum igitur, si Latinos, utpote è Græcis, tanquam ex fontibus, derivatos, ex ipsismet Græcis emendari jubeat? Quid plura? Quamlibet pura & liquida sit unda rivi ex fonte decurrentis, quis nesciat in ipso fonte adhuc puriorem & liquidiorem esse aquam, ut meritò cecinerit poeta, *Puriùs ex ipso fonte bibuntur aquæ?*

LI. Argumenta, quibus evicisse sibi videbatur Bentleyus ex Augustini textu convellendam esse vocem *Itala*, retuli, atque etiam, opinor, satis superque confutavi. Tuum jam esto judicium, Lector, an lectio apud Augustinum recepta, quam *editiones Augustini exhibent universæ*, ipso fatente Bentleyo, quam universi quoque exhibent codices manu exarati, convellenda sit, ut alia, quæ ne in uno quidem legitur codice, subrogetur. Pergit tamen Bentleyus, & quasi lectionem ab omnibus receptam hactenus prudens omnino sustulisset, aliam bonis avibus inventam sic mira obtrudere conatur audacia: « In promptu est, inquit, altera, eaque me-
» lior & genuina; nullo negotio, sponte sua mihi succurrit. Lego itaque,
» *In ipsis autem interpretationibus, illa cæteris præferatur, quæ est verborum tenacior*
» *cum perspicuitate sententiæ.*» Meritò dicit Bentleyus, *Lego*, nam præter ipsum nemo hactenus legit: saltem huc usque & antiquis, & recentioribus prorsus inaudita correctio ista, ipso non diffitente Bentleyo. Ipsi tamen adeo arrisit, placuitque inventum, ut quasi sibi gratulando exclamet: *Videte quàm exigui jactu pulveris quantæ turbæ, quanta certamina consilescant!* Somnia certè sibi fingit Bentleyus. Quæ enim turbæ unquam hac de re? Quis harum primus turbarum, si quæ sint, auctor, nisi Bentleyus? ubi terrarum id unquam adductum fuit in certamen, utrum Vulgata vetus Latina, seu *Italica*, aliquando exstiterit, necne; utrum mendosum sit Augustini testimonium; an detrahenda sit & convellenda vox *Itala?* Nulla certa pugna, nullæ turbæ, nulla controversia. Et si deficeret Augustini auctoritas, quam ne quidem attingit Bentleyus, nonne & Hieronymus ipsi coævus, & Gregorius Magnus, & quotquot vel exstitere, aut etiamnum exstant eruditi, una voce omnes pro Vulgata sua vetere Latina reclamarent, nedum *unico* Italæ *vocabulo tantam rem inniti concedamus?*

LII. At volo hîc mendum esse in codicibus, & pro voce *illa*, ab oscitante librario scriptum *Itala*, vocis nempe similitudine decepto; quis erit sensus? Sic enim apud Augustinum legimus, *Itala cæteris præferatur: nam est*

Digitized by Google

*verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ;* ſicque optimè fluit oratio: ponamus *illa:* ecquis erit ductus ejuſdem atque nexus? ſic enim legendum erit: *Illa cæteris præferatur: nam eſt verborum tenacior.* Quid ſibi vult vox *illa* cum conjunctione cauſali *nam?* Incommodum ſenſit Bentleyus; idcirco loco *nam*, cautè ſcripſit *quæ*. At ego quæro, undenam relativum *quæ:* ſiquidem codices Mſs. omnes exhibent *nam.* Ut enim ſtet Bentleyi conjectura, qua facilitate contendit ex una non abſimili voce *illa*, factum fuiſſe *Itala*, eadem debet contendere conjunctionem *nam*, mutatam fuiſſe in relativum *quæ.* At vix unâ litterulâ conveniunt inter ſe *nam* & *quæ.* Ergo non ex ſimilitudine vocum, ſed ex Bentleyi ingenii vena fluxit conjectura, quæ cùm nullo, nec codicum Mſs. nec aliorum quorumvis teſtium ſuffragio nitatur, repudiari prorſus debet. Præterea, quis ſapiens tulerit lectionem apud omnes receptam, Mſs. omnium auctoritate firmatam, qualis illa eſt, quam convellendam fruſtra contendit Bentleyus, privata cujuſvis auctoritate deleri, abradi; & aliam novam, peregrinam, ab Auguſtini mente alienam, & quæ in nullo codice Mſ. reperitur, ſubrogari? Fruſtra igitur obſecrat Bentleyus, ut *Mſs. hujus libelli codices, quotquot ubique exſtant, conſulendos curemus.* Id abunde præſtitum fuit ab iis è noſtris, qui ſuam pluribus ab hinc annis, in recenſendis operibus S. Auguſtini, operam navarunt. Quanto ſtudio, & labore, & ſumptibus undique conquiſiti codices! Qua religione collati omnes! Quanta denique cura ac diligentia omnia æſtimata, ponderata! Attamen integer intactuſque ab eis relictus eſt Auguſtini locus; nec vel minima mendi ſuſpicio ipſis, circa hunc S. Doctoris locum, incidit. An cæcutiebant in meridiana luce oculati homines? Quid juvaret iterum rei periculum facere? ſupervacaneus inaniſque labor ille & nobis foret, quibus actum agere non libet; & Bentleyo, qui uſque adeo ſua delectatur conjectura, ut aſſerere non vereatur, *lectionem illam ſuam non poſſe non eſſe veram, etiamſi omnes qui hodie manent codices in contrarium eant.*

LIII. Sed de his nimis multa diſſerui; atque etiam tædet levioribus confutandis immorari diutius. Concludamus igitur, antiquam Scripturarum Interpretationem, nomine *Italam*, non eſſe *commentitiam*, eamque olim *& re & nomine* exſtitiſſe, atque etiamnum adhuc, ſaltem *nomine*, exſtare apud Auguſtinum; futilia verò & inania eſſe omnia momenta, quibus ex Auguſtini textu vocem *Italam* eſſe eradendam probare nititur Bentleyus; & hanc eſſe germanam ſinceramque S. Doctoris lectionem, *In ipſis autem Interpretationibus* Itala *cæteris præferatur: nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ.*



Digitized by Google

# LECTORI BENEVOLO.

ACERBISSIMUM dolorem, quem nobis Reverendi Patris Domni PETRI SABATIER intempestiva mors attulit, hactenus intra nos reconditum, corde prementes, dissimulavimus. Sed nunc tandem nefas foret hîc silere de vita & moribus clarissimi viri, cujus studio & operâ revocata est in lucem hæc Antiqua Scripturarum Interpretatio, quæ tot annis delituit.

Ex Occitania oriundus, Pictavis natus est anno 1682. Domnus PETRUS SABATIER. Puerulus Lutetiam venit bonis artibus imbuendus. In Collegio Mazarinæo præstantissimis traditus professoribus, eos in pietate ac litteris progressus habuit, quos à tantis magistris in puero, quem ad litteras ac pietatem natura formaverat, exspectare licebat. Eximia siquidem illi sponteque religiosa indoles, ingenium docile, quietum, facillimè cedens præcipientibus, adeo pronum ad virtutem, & à vitio abhorrens, ut nec stimulis, quibus ad illam excitaretur, nec frenis minisve esset opus, quibus ab hoc deterreretur.

Emenso humaniorum litterarum curriculo, veritus ne aliquà nocerent innocentiæ morum mundi illecebræ, maturè circumspexit in quem se portum reciperet. Vix sancitam Ecclesiæ decretis ætatem attigerat, cùm ad Christi signa transiit, ipsique militaturus sub regula S. Benedicti in Monasterium sancti Faronis Meldis adjacens se contulit, ubi confecto tyrocinio, solemnia religionis vota nuncupavit.

Interjecto aliquo tempore, Parisios, ad Philosophiæ Theologiæque studia capessenda, accersitur à præpositis Congregationis S. Mauri in Monasterium S. Germani. Illic videre, & propiùs intueri licuit Mabillonium, Ruinartium, Custantium, cæterosque viros eximios, qui præclaris scriptis tam bene de Ecclesia meriti sunt, & nunquam intermorituram sibi famam pepererunt. Tantorum exemplo virorum delectatus, & accensus D. PETRUS SABATIER, vestigia etiam premere conatus est, & ut ipse aliquando non inutilem Ecclesiæ navaret operam, Philosophiæ & Theologiæ gnaviter incubuit; quæ pietas plurimùm ad studiorum felicem exitum contulit.

Post confecta Theologiæ studia, illum sibi socium & adjutorem adjunxit Ruinartius. Magna arctaque inter utrumque fuit necessitudo, consentientibus nimirum utriusque sensibus, moribus, studiis, consiliis. D. PETRUS SABATIER, discendi & parendi cupidus, totum Ruinartio se dedit in disciplinam; nec minor erat in discipulo magistri, quàm litterarum amor; nec minor observantia, quàm filii erga parentem. Magister vicissim tenera docilem cervice discipulum tam eximiæ indolis singulari benevolentia complexus, benigna & familiari voluntate ad litteras fingebat. Sed, heu! ex adverso incurrens sæva mors, sublato è vivis Ruinartio, spes omnes rescidit.

Cùm in absolvendo quinto annalium Benedictinorum tomo, consors laboris D. PETRUS SABATIER suam Ruinartio navasset operam, postquam iste extinctus est, fortunam operis ille secutus est, sociusque additus Massueto, in cujus manus venerat opus. Verùm, non consentientibus ingeniis, oborta nescio quæ simultatis nubecula alterum ab altero sejunxit.

Tum verò D. PETRUS SABATIER suæ spontis, cùm ex sese jam magnum aliquid posset moliri, & ad perficiendum esset idoneus, ad revocandas in lucem reliquias longævæ celeberrimæque Interpretationis Scripturarum, quam S. Augustinus *Italam* appellat, animum appulit. Res profectò magnæ molis, & operosa. Sed vir patiens laboris & vigiliarum, labore non est deterritus. Immensa Patrum Latinorum volumina sibi revolvenda, excutiendos omnes bibliothecarum, etiam exterarum forulos, undequaque conquirendos codices manu exaratos intellexit, nec tamen incœpto destitit. Scilicet dignus ipsi visus est viro religioso labor, & in usus utilitatemque Ecclesiæ aliquando cessurus. Hæc animos addidere.

Ad opus igitur aggreditur, strenuèque incumbit. At quamvis tanta & tam operosa molitio, ad quam deerat potiùs quàm supererat tempus, nihil sibi subripi pateretur, suas tamen partiri horas, & bibliothecam S. Germani tractare coactus est ad annum

Digitized by Google

1727, quo anno, relictis Parisiis, Remos migravit. Illic incœpta persequitur, penèque perficit. Interea Monasterii S. Nicasii Remensis egregia Bibliotheca ordinanda delegatur D. PETRO SABATIER, in qua præter mirificam librorum designationem, eximiumque delectum, admirationem præcipuè movet index librorum singulari industria ab ipso elaboratus, de quo juvat paucis dicere. Primùm in eo indice, servata litterarum serie, longo ordine singulorum nomina auctorum recensentur; deinde quæcunque ab ipsis in lucem emissa sunt scripta, ea scilicet quæ adsunt in bibliotheca; demum generalis, eaque minutior, servata itidem litterarum serie, omnium argumentorum seu materiarum, de quibus disputarunt, expositio. Hujus indicis ope, si quem requiras librum, auctoris nomen tibi quærendum, quo reperto, protinus nosces an liber, quo indiges, adsit, an desit in bibliotheca; seriem quoque omnium ejusdem scriptoris lucubrationum reperies. Sin autem aliquod tibi tractandum est argumentum, quidquid ad materiam, de qua scribere paras, pertinet, subtiliter & minutatim tuis subjicitur oculis; singulorumque librorum, in quibus de eodem disputatur argumento, pagina & numeri indicantur.

Consilium præterea fuerat ad singulorum indicem librorum, eorumdem notitiam addere. Verùm vir modestus non ausus ipse de aliis ferre judicium, eruditorum de variis scriptis sparsa hinc inde judicia & censuras colligere statuerat. Annos jam plures huic labori impenderat, multaque congesserat, cùm ecce tandem advenit tempus, quo proferenda in lucem erat antiqua Scripturarum Interpretatio, superatisque omnibus impedimentis, pietate & liberalitate Celsissimi Aurelianensium Ducis erat prodiitura. Quantùm doctissimus Abbas Sallier, Regiæ Bibliothecæ præfectus, adlaboraverit ut hæc editio prodiret; quanta hujus pars fuerit, tum pro sua erga D. PETRUM SABATIER benevolentia, tum pro flagranti studio in bonas litteras, maximè Christianas, prosequi longius esset.

Remotis igitur, ut jam dixi, quæ obstabant quominus Versio antiqua Scripturæ prodiret, D. PETRUS SABATIER omissum repetit opus, membranas intus positas & penè nonum pressas in annum versat & revolvit, præloque mandandas disponit, atque etiam mandat. Primus è prelo tomus exierat, & secundus jamjam erat exiturus, cùm in lethalem morbum incidit. Vir religiosus in se sæviens, austerus perinde ac doctus, respuit semper fomenta, quibus ætas ipsa, infirma valetudo, & labor assiduus, uti innoxiè non modò sinebant, verùm etiam postulabant. Studium & oratio solæ illi deliciæ; studii labor pro castigatione, orationis dulcedo erat pro lenimento. Confectus tandem diuturnis laboribus, attritusque infirmitatibus, acutissimis doloribus per dies quindecim conflictatus summa patientia, piissimam efflavit animam 22. Martii an. 1742. Statura fuit modica, liberali facie, vultu præferens lenitatem, nonnihil tamen naturâ tristis. Ante omnia vir spectatæ integritatis, qua multos sibi amicos conciliavit: comis & urbanus in colloquiis, quæ hilaritate norat condire, atque etiam salibus nonnunquam aspergere. Religiosam nactus conscientiam, ab ea ne transversum unguem discedebat: ab omni specie mali abhorrens; in dictis factisque semper sollicitus, in perpetua quadam erat vigilia ne quid præter fas diceret aut ageret, ne cui ulla re, sive domi, sive extra domum, esset offendiculo. Omnes in eo virtutes effulgebant, flagrans in Deum amor, quem unum in studiis finem habuit; egregia in proximum caritas; summa paupertas; tanta animi submissio, tantus parendi amor, ut in omnibus à nutu præpositi penderet, nec quidquam agendum susciperet, nisi quod ille aut jussisset, aut permisisset. Ex his paucioribus intelligis facilè, lector, qualis quantusque fuerit D. PETRUS SABATIER, & quantum moriens sui apud nos desiderium reliquerit.

Digitized by Google

# ADDENDA

## Tomo I°. in Textu Versionis antiquæ, & in Notis.

### *IN TEXTU.*

DEUTER.

*Ex Auct. l. cont. Fulgent. Donat. append. Aug. to. 9. col. 9. d.*

*Cap. XII.* ℣. 13. Adtende tibi, ne offeras holocaustomata in omni loco, quemcunque videris:

℣. 14. sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus in tribu tua, in hac offeres holocaustomata, & ibi facies omnia quæcunque præcipio tibi hodie.

IV. REG.

*Ex eod. Auct. ibid. col. 10. a.*

*Cap. II.* ℣. 19. Et dixerunt viri civitatis ad Eliseum: Ecce commoratio civitatis bona, sicut & tu domine vides: sed aquæ multæ & steriles sunt hic.

℣. 20. Et dixit Eliseus: Accipite mihi unum vas fictile, & immittite in illud sal. Et acceperunt illud:

℣. 21. & venit ad exitus aquarum, & projecit sal, & dixit: Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas istas, & non erit mors in eis, neque sterilitas.

℣. 22. Et sanatæ sunt aquæ usque in hunc diem.....

*Ex eod. Auct. ibidem, col. 10. c.*

*Cap. IV.* ℣. 1. Et mulier una ex mulieribus prophetarum clamabat post Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu scis quomodo servus tuus erat timens Dominum: & ecce quibus debeo, venerunt accipere duos filios meos in servos.

℣. 2. Et dixit Eliseus: Quid faciam? Indica mihi, quid est tibi in domo tua? At illa dixit: Non est mihi ancillæ tuæ aliquid in domo, nisi vas unum olei.

℣. 3. Et dixit Eliseus: Vade, pete tibi vasa deforis ab omnibus commorantibus tecum, vasa copiosa.

℣. 4. Et introibis, & claudes ostium ad te, & ad filios tuos: & implebis vasa oleo, & reddes debitum.

### *IN NOTIS.*

GENES.

Cap. I. ℣. 26. lin. 26. post *sicut*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 1. p. 135. & ibid. tract. 19. & 20. pp. 205. 207.* Deinde, *& Ambros.* &c.

℣. 27. l. 16. post *eum*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 151. & tract. 19. & 20. pp. 205. 207. Et fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem Dei.* Deinde, *Vigilius*, &c.

*Cap. III.* ℣. 17. l. 17. post *vitæ tuæ*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 133. Maledicta terra erit in omnibus operibus tuis, in tristitia gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Deinde, *Ambros.* &c.

℣. 18. l. 8. ante *spinas*, pone *necnon Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 133.*

℣. 19. l. 13. ante *Ambros.* adde, *Similiter habet Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 133. usque ad De qua.* Dein, *Ambros.* &c.

*Cap. XVIII.* ℣. 4. l. 7. post *pedes vestri*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 12. p. 175. addit, Refrigerate vos sub ista arbore magna.* Dein, *Græc.* &c.

EXOD.

*Cap. XII.* ℣. 11. l. 6. post *Domini*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tr. 65. p. 279. alludens dicit: Præcinge lumbos tuos, indue pedibus calciamenta, arripe baculum manu: & supra, tract. 55. p. 267. addit: Pascha est Domini.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Cap. XXII.* ℣. 20. l. 3. post 264. *b.* adde, *Item Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 112.* Deinde, *Sic etiam August.*

LEVIT.

*Cap. VII.* ℣. 19. l. 1. post *habet*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 118. necnon.* Deinde, *S. Pacianus*, &c.

℣. 20. l. 2. post *& anima*, adde, *Itidem Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 118. nisi quòd hab. De carne, pro Ex carne*; & inf. *Immunditia ejus, loco Immund. ipsius.* Deinde, *in Gr.* &c.

DEUTER.

*Cap. X.* ℣. 12. l. 5. post 424. *d.* adde, *cum Zenone Veron. l. 1. tract. 8. p. 70.* Deinde, *legit*, &c. & infra, l. 9. post *ut bene*, adde, (*Zeno*, & bene.) Deinde, *&c. prætermissis.*

*Cap. XII.* ℣. 13. Ita Donatista: *Catholicus respondet: Optimè & saluti tuæ multùm conveniens testimonium posuisti: Adtende tibi*, &c. quæ sup. Græcè pariter: Πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἀνενέγκῃς τὰ ὁλοκαυτώματά σου ἐν παντὶ τόπῳ, οὗ ἐὰν ἴδῃς.

℣. 14. Eadem reperit Cathol. exceptis his, *in hac offeras holocaust.... præcipiet tibi*: at infra: *ibi offeres holocaust. tua..... præcepta sunt tibi.* Græc. ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον, ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν φυλῶν σου, ἐκεῖ οἴσετε τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, καὶ ἐκεῖ ποιήσεις πάντα ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον.

*Cap. XXX.* ℣. 6. l. 6. post *amandum*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 13. p. 98. Novissimis diebus circumcidet Deus cor tuum, & cor seminis tui, ad Dominum Deum tuum amandum.* Deinde, *Sedulius*, &c.

*Cap. XXXII.* ℣. 17. l. 14. post *& non Deo*, adde, *Similiter Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 112.* Deinde, *Hieron.* &c.

JOSUE

*Cap. V.* ℣. 2. l. 15. post *circumcide*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 13. p. 98. Et dixit Deus ad Jesum: Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, & adside, circumcideque secundò filios Israel.* Deinde, *Apud Marten.* &c.

I. REG.

*Cap. XVI.* ℣. 7. l. 24. post *videt*, adde, *Itidem Zeno Veron. l. 1. tr. 7. p. 66. detracta conjunct. Autem.* Deinde, *Anastas. I.* &c.

IV. REG.

*Cap. II.* ℣. 19. Eadem sunt in Græco, præter posteriora, quæ sic leguntur: καθὼς ὁ κύριος βλέπει· καὶ τὰ ὕδατα πονηρὰ, καὶ ἡ γῆ ἀτεκνουμένη· i. e. *sicut dominus videt: & aqua mala, & terra sterilis.* Ambros. ser. 87. teste Nobilio: *sed aquæ malæ & steriles sunt.*

℣. 20. Græcum: Καὶ εἶπεν Ἐλισαιέ· Λάβετέ μοι ὑδρίσκην καινὴν, καὶ θέτε ἐκεῖ ἅλα. Καὶ ἔλαβον, καὶ ἤνεγκαν πρὸς αὐτόν· *Et dixit Elisæe: Sumite mihi hydriolam novam, & ponite ibi sal. Et sumpserunt, & adtulerunt ad eum.*

℣. 21. Græcum: καὶ ἐξῆλθεν Ἐλισαιὲ εἰς τὴν διέξοδον τῶν ὑδάτων, καὶ ἔρριψεν ἐκεῖ ἅλα..... Ἴαμαι τὰ ὕδατα, οὐκ ἔσαι ἔτι ἐκεῖθεν θάνατος, καὶ ἀτεκνουμένη· i. e. *& exivit Elisæe ad transitum aquarum, & projecit illuc sal....... Sanavi aquas has, non erit ultra inde mors, & sterilis.* Ambros. ser. 87. ex Nobilio: *non erit ex eis moriens, neque sterilis*; editio Complut. ἀποθνήσκων, οὐδὲ ἀτεκνουμένη.

*Cap. IV.* ℣. 1. Græcum sub finem hab. καὶ ὁ δανειστὴς ἦλθε λαβεῖν τοὺς δύο υἱούς μου ἑαυτῷ εἰς δούλους· *& creditor venit tollere ambos filios meos sibi in servos*: priora quadrant.

℣. 2. Græcum addit σοί, *tibi*, ad verbum *faciam*; tollit verò pronom. *tua*, post *domo*; extremò sic: Οὐκ ἔστι τῇ δούλῃ σου οὐδὲν ἐν τῷ οἴκῳ, ὅτι ἀλλ' ἢ ὃ ἀλείψομαι ἔλαιον· i. e. *Non est ancillæ tuæ quicquam in domo, nisi, quo ungar, oleum*: ed. Compl. ἀλλ' ἢ ἀγγεῖον ἐλαίου ἐν τῷ οἴκῳ, ᾧ ἀλείψομαι, *nisi vas olei in domo, quo ungar.*

℣. 3. Græcum: Καὶ εἶπε πρὸς αὐτήν· Δεῦρο, αἴτησαι σεαυτῇ σκεύη ἔξωθεν παρὰ πάντων τῶν γειτόνων σκεύη κενά· μὴ ὀλιγώσῃς· i. e. *Et dixit ad eam: Vade, pete tibi vasa deforis ab omnibus vicinis, vasa vacua; non parcas.*

℣. 4. Græcè ultima tantùm sic variant: καὶ ἀποχεεῖς εἰς τὰ σκεύη ταῦτα· καὶ τὸ πληρωθὲν ἀρεῖς· *& effundes in vasa ista: & quod impletum fuerit, tolles.*

Digitized by Google

# ADDENDA

## Tomo II°. in Textu Versionis antiquæ, & in Notis.

### IN TEXTU.

**Proverb.**

*Aug. in Job. 15. col. 710. b. c.* *Cap. XXIII.* ℣. 5. Si enim direxeris oculum tuum ad illum, nusquam parebit: parabit enim sibi pennas sicut aquilæ, & vadet in domum præpositi sui.

### IN NOTIS.

**Psalm.**

*Psal. I.* ℣. 5. lin. 3. post *Ita quoque*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 130. & l. 2. tract. 21. p. 209. necnon.* Deinde, *Auctor op.* &c.

℣. 6. l. 5. post *Similiter*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 130. cum.* Deinde, *Auct. quæst.* &c.

*Psal. VIII.* ℣. 4. l. 10. post *tuos*, adde, *Apud Zenon. Veron. l. 2. tract. 22. post 213. Et videbo cælos, opera digitorum tuorum.* Deinde, *Apud S. Pacianum*, &c.

*Psal. XII.* ℣. 2. l. 6. post *hominum*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 7. p. 66. deminuerunt veritatem à filiis hominum.*

℣. 3. l. 1. post ℣. 3. adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 7. p. 66. Vana locuti sunt unusquisque ad..... labia dolosa, in corde locuti sunt mala.* Deinde, *Brev. Moz.* &c.

℣. 4. l. 2. post *Compl.* adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 7. p. 66. Disperdat Deus, &c. quæ in textu.*

℣. 5. l. 1. post ℣. 5. adde, *Itidem Zeno Veron. ubi supra.* Deinde, *Apud August.* &c.

*Psal. XIII.* ℣. 3. ** l. 5. post *Æthiop.* adde, *Item apud Zenonem Veron. l. 1. tract. 13. p. 97. his tantùm mutatis, Sepulcrum patens est..... linguis suis dolosè egerunt.... Quorum os maledicto & amaritudine..... contritio & miseria in viis eorum, & iter pacis non cognoverunt: non est, &c.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. XXII.* ℣. 4. l. 10. post 1477. *b.* adde, *& Zenonem Veron. l. 2. tract. 13. & 14. pp.* 180. 187.

℣. 5. l. 3. post *meum*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tr. 14. p. 187. Parasti in.... Impinguasti oleo caput meum: & poculum tuum inebrians quàm præclarum!* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. XXIII.* ℣. 1. * l. 12. post *Concinunt*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 15. p. 191.* Deinde, *Ambrosiaster*, &c.

℣. 7. l. 3. post *Similiter*, adde, *habet Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 151. Item.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. XXXI.* ℣. 1. l. 7. post 440. *c.* adde, *Zeno Veron. l. 2. tr. 39. p. 238.* Deinde, *August.* &c.

*Psal. XXXIII.* ℣. 11. l. 10. post *bono*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 34. requirentes autem Dominum, non minuentur omnibus bonis.* Deinde, *Græc.* &c.

℣. 12. l. 4. post *Græc.* adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 8. p. 69. legit Dei, non, Domini.*

℣. 19. l. 8. post *salvabit*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tr. 7. p. 66. Proximus est Deus contribulatis corde: & humiles spiritu salvabit.* Deinde, *Victor Tun.* &c.

*Psal. XXXVI.* ℣. 25. l. 8. post *panem*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tr. 3. p. 34. Adolescentior fui, & senui: & nunquam vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. XLIV.* ℣. 2. l. 9. post 365. *d.* adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 7. & 13. pp. 157. 178.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. XLIX.* ℣. 7. l. 2. post *supra*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 3. Audi populus meus, & loquar; Israel, & testificabor tibi: quoniam Deus, &c.* Deinde, *Apud August.* &c.

℣. 12. l. 2. post ult. *Gr.* adde, *Similiter Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 3. ab his, Meus est orbis, &c.*

℣. 13. l. 2. post 182. *a.* adde, *Zeno Veron. ubi supra.* Deinde, *August.* &c.

℣. 14. l. 1. post 154. *c.* adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 112.* Deinde, *Ambros.* &c.

℣. 15. l. 7. post *eruam*, adde, *Zeno Veron. ubi supra: Et invoca me in die tribulationis tuæ (Mss. 2. in tribulatione tua:) & eripiam te, & magnificabis me.* Deinde, *In Actis*, &c.

*Psal. LXI.* ℣. 12. l. 1. post ℣. 12. adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 13. p. 178. ita legit: Semel locutus est Dominus, & hæc duo audivimus. Vulgatæ verò.* Deinde, *accinunt Hilar.* &c.

*Psal. LXXIII.* ℣. 12. l. 1. post *Ita*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 151.* Deinde, *August.* &c.

*Psal. LXXIX.* ℣. 1. l. 4. post *supra*, adde, *Apud Zenonem Veron. l. 2. tract. 27. p. 218. hæc pauca: In finem, pro his qui immutabuntur.* Deinde, *Apud August.* &c.

*Psal. LXXXI.* ℣. 6. l. 1. post ℣. 6. adde, *Concinit Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 181. At.* Deinde, *Vet. Iren.* &c.

*Psal. XCII.* ℣. 2. l. 3. post *supra*, adde, *Apud Zenonem Veron. l. 2. tract. 6. p. 151. Parata sedes tua Deus ex tunc: & à sæculis tu es.* Deinde, *Apud August.* &c.

*Psal. XCIII.* ℣. 11. l. 5. post *sunt*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tr. 3. p. 32. Novit Deus cogitationes sapientium, quia sunt stultæ.* Deinde, *Auctor epist.* &c.

*Psal. XCV.* ℣. 5. l. 1. post 321. *b.* adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 111.* Deinde, *& Ambros.* &c.

*Psal. C.* ℣. 1. * l. 1. post *Sic*, adde, *Zeno Veron. l. 2. tract. 21. p. 208. cum.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. CXIII.* ℣. 4. l. 8. post *hominum*, adde, *Item apud Zenonem Veron. l. 1. tract. 10. p. 80. Idola gentium argentum & aurum.* Deinde, *Bene quidem*, &c.

*Psal. CXIV.* ℣. 7. l. 1. post *legit*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 133. cum.* Deinde, *Hilar.* &c.

℣. 8. l. 4. post *pro de*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 133. Quia liberavit animam meam à morte, &c. ut in Vulg.* Deinde, *Ambros.* &c.

℣. 9. l. 10. post *cum*, adde, *Zenone Veron. l. 1. tr. 16. p. 133. necnon.* Deinde, *Cassiod.* &c.

*Psal. CXVIII.* ℣. 103. l. 3. post *necnon apud*, adde, *Zenonem Veron. l. 2. tract. 38. p. 238.* Deinde, *Prosperum, Fulgent.* &c. Item infra, lin. 9. post *dulciora sunt*, adde, *Imò Hilar. in Ps. 118. col. 388. n. 5. τὸ & favum, agnovisse videtur, cùm dicat: Verbum Dei ex corde malus abripit, quod altra mel & favum in ore delectat.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. CXXVII.* ℣. 1. lin. 3. post *Vide sis*, adde *Zenonem Veron. l. 1. tr. 8. p. 69. &.* Deinde, *Ambros.* &c.

*Psal. CXXX.* ℣. 1. * l. 2. post *Itidem*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 7. p. 66. &.* Deinde, *S. Paulinus.*

℣. 2. l. 17. post *Apud*, adde, *Zenonem Veron. l. 1. tr. 7. p. 68. necnon.* Deinde, *Ambros.* &c.

**Proverb.**

*Cap. V.* ℣. 17. l. 6. post 381. *f.* adde, *Item Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 7. d. ita refert: Fons aquæ tuæ privatus sit tibi, ne quisquam extraneus communicet tibi.*

℣. 18. l. 6. post 16. 17. adde, *necnon Auctorem l. cont. Fulg.* ℣. 17.

*Cap. VIII.* ℣. 30. adde, *Maximin. Arian. apud Aug. to. 8. col. 670. d. ego eram ad quem adgaudebat quotidie: lætabar autem ante faciem ejus in omni tempore.*

℣. 31. adde, *Maximin. Arian. ubi sup. cùm lætaretur orbe perfecto, & lætaretur in filiis hominum.*

*Cap. IX.* ℣. 18. adde, *Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. August. col. 7. d. ita refert: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longo vivas tempore, & adjicientur tibi anni vitæ.*

*Cap. XXIII.* ℣. 3. adde, *August. in Job. 15. col. 709. g. 710. a. quòd si avidior es, noli concupiscere cibos ejus: hæc enim vitam habent fallacem.*

℣. 4. adde, *August. in Job. 15. col. 710. a. Noli extendere te, cùm sis pauper, contra divitem: tuo autem consilio abstine te.*

℣. 5. Græc. Ἐὰν ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτὸν, οὐδαμοῦ φανεῖται· κατεσκεύασται γὰρ αὐτῷ πτέρυγες ὥσπερ ἀετοῦ, καὶ ὑποστρέφει εἰς τὸν οἶκον τοῦ προεστηκότος αὐτοῦ.

**Eccles.**

*Cap. VII.* ℣. 17. lin. 6. post *oportet*, adde, *Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 13. Noli esse sapiens multùm: & noli argumentari plusquam oporteat.* Deinde, *Facundus*, &c.

℣. 21. l. ult. post *respondent sup.* adde, *August. in Job. 16. to. 3. col. 731. b. Non est justus in terra, qui faciet bonum, & non peccabit.*

**Sapient.**

*Cap. II.* ℣. 1. lin. 3. post *cogitantes*, &c. adde, *Zeno*

Digitized by Google

Veron. l. 1. tract. 12. p. 89. subdit, cum Vulgata: Exiguum, & cum tædio, &c. quæ supra. Deinde, Græc. &c.

℣. 2. lin. 3. post scintilla, &c. adde, Zeno Veron. ubi supra: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam qui non fuerimus, & non est reversio finis, &c. de ℣. 5. prætermissis mediis. Deinde, Græcè, &c.

℣. 5. lin. 6. post ult. Paulino, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 12. p. 90. & non est reversio finis nostræ: quoniam consignata est, & nemo revertitur.

℣. 6. lin. 4. post ult. Compl. adde, Zeno Veron. ubi supra, similiter legit: Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt: & utamur creatura tanquam in juventute (Mſ. 1. tanquam juventute) celeriter.

℣. 7. lin. 2. post 1060. e. adde, cum Zenone Veron. ubi supra. Deinde, Græc. loco, &c.

℣. 8. lin. 3. post ult. quod non, &c. adde, Apud Zenonem Veron. loco cit. omnia ut in Vulg. excepto uno Transeat, pro pertranseat.

℣. 9. lin. 12. post ult. superbia, adde, Zeno Veron. ubi sup. cum Ambrosio concinit: huic enim sententiæ ℣. præced. Nullum pratum sit, quod non transeat luxuria nostra: continuò subdit: Ubique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc sors: detractâ istâ mediâ, Nemo nostrûm exsors, &c. de Vulgata.

Cap. III. ℣. 4. lin. 6. post ult. &c. adde, Zeno Veron. l. 2. tr. 6. pp. 152. 153. Et si coram hominibus tormenta passi fuerunt, spes eorum immortalitate plena est: Mſ. Pomp. cum edit. Venet. passi fuerint, spes eorum immortalitatis plena est.

℣. 5. l. 4. post cit. adde, cum Zenon. Veron. l. 2. tr. 6. p. 153. Deinde, In Mſ. etiam, &c.

℣. 6. lin. 10. post hostiam, adde, Zeno Veron. l. 2. tr. 6. p. 153. & quasi holocaustomata accepit illos, &c. quæ supra. Deinde, Græc. &c.

℣. 7. lin. ult. post discurrunt, adde, Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 153. hunc versiculum omittit, quamvis & antecedentem & subsequentem habeat.

℣. 8. l. 4. post 346. b. adde, cum Zenone Veron. ubi supra. Deinde, nec refragatur, &c.

Cap. V. ℣. 8. lin. 6. post 309. c. adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 9. p. 75. Quid profuit nobis superbia? aut quid divitiarum ambitio contulit nobis? Deinde, Auct. op. imp. &c.

℣. 9. lin. ult. post hoc, 121. a. adde, Zeno Veron. l. 1. tr. 9. p. 75. Transierunt ista omnia tanquam umbra.

ECCLI.

Cap. III. ℣. 22. lin. 7. post fueris, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 14. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus sis. Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in plurimis operibus illorum non eris curiosus. Deinde, Fulgent. l. 1. &c.

℣. 26. lin. 4. post &c. adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 14. Multos enim seduxit suspicio illorum, & in vanitate, &c. quæ sup. Deinde, Græc.

Cap. XV. ℣. 18. lin. 5. post dabitur ei, adde, Zeno Veron. autem l. 1. tract. 12. p. 92. legit: Ante hominem bonum & nequam, mors & vita: quod elegerit, hoc dabitur ei. Deinde, Tertul. &c.

Cap. XVI. ℣. 1. lin. 3. post in ipsis, adde, Zeno Veron. l. 1. tr. 5. p. 50. & si multiplicentur filii, non oblecteris in illis, si non est timor Domini cum illis. Deinde, August. &c.

℣. 2. lin. ult. post respexeris, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 5. p. 50. initio hab. Non conrideas animæ illorum: statimque, Melior est enim, &c. de ℣. seq.

℣. 3. lin. 1. post Ita legit, adde, Zeno Veron. ubi sup. cum. Deinde, August. &c.

Cap. XIX. ℣. 21. lin. ult. post Ὑψίςυ, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 13. ita legit: Melior qui deficit sensu in timore, quàm qui abundat astutia, & transgreditur legem.

Cap. XXIV. ℣. 5. lin. 3. post 574. adde, necnon apud Zenonem Veron. l. 2. tract. 7. p. 157. nisi quòd utrobique. Deinde, deest vox, &c.

Cap. XXXIV. ℣. 23. lin. 6. post 328. b. adde, & apud Zenonem Veron. l. 1. tr. 15. p. 114. Deinde, In Græco, &c.

ISAIÆ

Cap. I. ℣. 2. lin. 18. post 575. adde, & Zeno Veron. l. 2. tract. 22. p. 212. seq. Deinde, Audi cælum, &c.

℣. 11. lin. 13. post nolo, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 112. Quò mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? plenus sum holocaustomatis arietum, & pinguamine agnorum: sanguinem taurorum, & hircorum nolo: rursum l. 2. tract. 68. p. 282. plenus sum holocaustomatis arietum, & pinguamine agnorum. Deinde, Acta mart. &c.

℣. 12. lin. 7. post 280. a. adde, cum Zenone Veron. l. 1. tr. 15. p. 112. Deinde, quis enim, &c. Ibid. lin. 8. post 183. d. adde, cum eodem Zenone, l. 2. tr. 68. p. 282. Deinde, quis, &c.

Cap. VII. ℣. 9. lin. 5. post intelligetis, adde, Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 32. cum. Deinde, Ambrosiast. &c.

℣. 13. lin. 1. post 17. b. adde, cum Zenone Veron. l. 2. tr. 7. p. 160. Deinde, Irenæus verò, &c.

℣. 14. lin. 17. post ad verbum, adde, Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 160. Propter hoc dabit Deus vobis signum. Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur (Mſs. 4. vocabis) nomen ejus Emmanuel. Deinde, Ambros. &c.

℣. 15. lin. 6. post eliget bonum, adde, Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 160. Butyrum & mel manducabit, priusquam cognoscat puer bonum, aut malum. Deinde, Hieron. &c.

Digitized by Google

# MONITUM

## IN VETEREM QUATUOR EVANGELISTARUM INTERPRETATIONEM.

*AD revocandam in lucem antiquam Veteris Testamenti Interpretationem, sæpe copia luxque codicum Manuscriptorum, quos ad id opus adhiberemus, defuit. Defuere & SS. Patrum aliorumque scripta Doctorum, ex quibus quæ deerant delibaremus. Hinc hæsit aqua sæpius; eaque laborantes inopia, totos nonnunquam libros ita exstinctos, aut maximam eorum partem ita deperditam, ut nulla eam aliquando recuperandi spes affulgeat, ingemuimus; nec quidquam aliud potuimus, quàm ingemiscere, nostramque flere & deplorare infelicitatem.*

*Nunc verò demum eam Scripturæ partem attigimus, ad cujus antiquam Versionem excitandam non eadem laboramus inopia, imò in magna monumentorum abundantia versamur. Abundè enim nobis adsunt manu exarati codices; affatim librorum, ex quibus vetus Novi Testamenti Interpretatio possit restitui.*

*Nimirum incredibile olim Novum Testamentum legendi studium fuit Patribus nostris; hæc vitæ verba meditandi inexplebilis in iis erat aviditas. Exemplaria sacra, stimulantibus ad id verbo & exemplo pastoribus, diurna nocturnaque manu versabant; castæ pastoris simul & gregis deliciæ erant. Ab his avelli nequidem mortis metu poterant: plurimos namque domi servasse, mortis periculo, & ipsam quoque mortem oppetiisse potiùs, quàm sacros tradidisse libros eripere volentibus, præclaris historia docet exemplis. En quo ex fonte tanta Mss. codicum & monumentorum, quorum ope veterem Novi Testamenti Interpretationem recuperavimus, manavit copia. Cùm enim tantus hanc præstantissimam sacrarum Scripturarum partem legendi ardor esset omnibus, & quasi certamen, necesse fuit ut tot suppeterent manu exarati codices, quot tanto & tam laudabili explendo ardori essent satis.*

*Haud equidem dixerim tot codices tam longinquæ vetustatis ad nos pervenisse incolumes. Unum contendo, tam multa exemplaria, quæ sex prioribus Ecclesiæ sæculis Christianorum manibus versabantur, non ita posteriorum incuria sæculorum excidisse & interiisse omnia, ut non aliqua saltem commune naufragium vitaverint. Deinde hi longè antiquissimi codices labentibus retro sæculis exscripti sunt. Sic codicum crevit numerus; vel certè jactura veterum, qui temporis incuria ceciderant, partim reparata est. Fatebor equidem, nova hæc exemplaria, si jure antiquitatis certetur, iis cedere quæ sunt antiquiora, suoque fonti propiora: at licet ratione ætatis cedant, hoc uno duntaxat sunt inferiora, quòd recentiori manu sint exscripta; cæterùm fide & auctoritate penè ex æquo debent certare.*

*Præter manu exaratos codices, immensa SS. Patrum volumina in consilium adhibuimus. Cùm autem in his infinitis propemodum scriptis vix ulla sit pagina, quæ, in quamcunque voluminis partem oculos conjicias, plures non exhibeat Novi Testamenti versiculos; mirum quantas ex his thesauris divitias hauserimus. Unum hîc est, quod circa excerptos è SS. Patrum scriptis versiculos nobis monendus est lector. Scilicet SS. Doctores, dum inter scribendum sacra Evangeliorum verba usurpant, nonnunquam silent quo ex Evangelio, Matthæi, verbi gratia, alteriusve, ea hauserint. Cùm autem Evangelistæ res non modò easdem, sed eas & verbis aut omnino aut penè iisdem narrent, difficile fuit sæpius divinare & certò assequi quo ex Evangelio descriptus fuerit versiculus, qui aliquando apud Matthæum, Marcum, aut etiam apud plures reperitur Evangelistas; & qui tam ex uno quàm ex altero, tam ex Matthæo quàm ex Marco, tam ex Luca quàm ex Joanne videri possit descriptus. Quid inter has angustias facto opus erat? Hæc potior visa est sententia: singulis Evangelistis inseruimus hujusmodi versiculos, qui ex singulis Evangelistis descripti pari ratione visi sunt: aut certè, si eos ubicunque inserere licebat, non inseruimus, lectorem monuimus, ejusque rem judicio permisimus, ut cui liberet adscribere, adscribendosque censeret, etiam adscriberet pro arbitrio. Hæc monuisse sat est; nec appositione exemplorum opus esse opinor.*

*Jam verò quod ad veterem Novi Testamenti Interpretationem spectat, non tanta est veteris & novæ Interpretationis discrepantia, quanta in antiqua Testamenti librorum Versione nova & vetere occurrit. Nec mirum. Cùm enim antiqua Interpretatio Veteris Testamenti ex Græcis, & nova ex Hebræis sit elaborata, necesse fuit ut ex diversis fontibus manantes rivuli undas nonnihil diversas traherent. Magnam enimverò discrepantiam esse inter He-*



Digitized by Google

*bræum Veteris Testamenti textum, & Græcum, norunt omnes. Quæ causæ sint hujus discrepantiæ in utroque textu, nostri non est instituti inquirere: sat est edere causam, cur non tanta sit inter veterem & novam Novi Testamenti Versionem discrepantia. Id quidem ago. Libri omnes Novi Testamenti, si unum duntaxat Matthæi Evangelium excipias, Græco sermone scripti sunt. Ex hoc uno textu utraque Novi Testamenti Versio, tam vetus quàm nova, confecta est, adeoque magna inter utramque discrepantia esse nequit. Quid ergo altera differt ab altera, vetus à nova? Sæpe voces sunt diversæ, aut phrases sono tantùm discrepantes, nisi quòd aliæ aliis sint interdum significantiores. Menda interdum sunt, quæ aut librariorum oscitantia, vel, si mavis, ignorantia irrepserunt, aut eruditulorum temeritate, qui aliquando de suo addere, resecare, mutare quæ minùs intelligebant, non sunt veriti. Postrema hæc sunt, quæ D. Hieronymum novam compulerunt interpretationem elaborare:* Ad Græcam originem revertentes, *inquit, præf. in quatuor Evang.* ea, quæ vel à vitiosis interpretibus malè edita, vel à præsumptoribus emendata perversiùs, vel à librariis dormitantibus addita sunt aut mutata, corrigimus. *Absit autem ut quisquam his deceptus Hieronymi verbis, quæ nimiùm antiquam Interpretationem, si de ea accipiantur, extenuare videntur, existimet hoc uno tantùm differre inter se geminam Novi Testamenti Interpretationem, quòd antiqua vitiis laboret, sitque aspersa maculis, quibus nova ab Hieronymo elaborata libera sit & expurgata. Si hæc una foret discrepantia, profectò satius erat dormire, & delitescentem in Mss. veterem Interpretationem relinquere, quàm tot vigiliis tantoque labore menda & vitia è tenebris, quibus digna erant, in lucem proferre. Verùm ut concedamus novam veteri præstare Interpretationem, atque utilem & laudandam in istud opus collatam ab Hieronymo operam; sua quoque veteri laus esse debet, suaque utilitas est & maxima. Sed de his jam multa satis in præfatione priori tomo prævia diximus. Quod cœperam prosequor, hisque generatim præmissis de antiqua novi Testamenti Versione, ad veterem Evangeliorum Interpretationem festino.*

*Nunc primùm prodit in lucem versio Italica quatuor Evangelistarum ex Ms. Colbertino, qui numericâ nota* 4051. *est insignitus. Probatissimæ notæ codex ille est, non tamen remotissimæ antiquitatis, siquidem vix illi septingentos annos concesserimus: utlibet, notæ est optimæ & fidei. Matthæi Evangelium jam olim vulgavit Martianæus noster ex duobus longè antiquissimis codicibus. Unus est Corbeiensis, num.* 21. *Alter Sangermanensis, num.* 15. *Posthabitis tamen his codicibus, tametsi Colbertino antiquioribus, isto usi sumus. Colbertinus namque, licet recentior, cæteris longè præstat. Primùm quidem integra quatuor Evangelia complectitur, cùm codices Corbeiensis & Sangermanensis nonnisi unum Matthæi Evangelium exhibeant. Deinde illud ipsum Matthæi Evangelium in codice Colbertino magis olet veterem Interpretationem, & certiora ejus indicia præ se fert, quàm in codicibus Corbeiensi & Sangermanensi. Uterque, fateor, in multis antiquam sapit Versionem non secus ac Colbertinus; at in pluribus discrepat, neque eam videtur repræsentare; aliquando etiam ita novæ Vulgatæ similis est, ut ovum ab ovo citiùs discernas. Exemplo esse possunt priora Ms. Corbeiensis capita, quæ sic cum Vulgata conveniunt, ut vix ullam animadvertas discrepantiam, quæ tamen magna est in Colbertino, imò & in Sangermanensi. Hæ ergo sunt causæ, cur cæteros manu exaratos codices, licet antiquissimos, Colbertino codici posthabuerimus:* 1°. *codex Colbertinus suis omnibus partibus est expletus:* 2°. *omnes variationes & discrepantias, quæ separatim in aliis occurrunt codicibus, ipse unus omnes, aut penè omnes complectitur:* 3°. *alias solus exhibet discrepantias, & quidem insignes, quas frustra in aliis quæsieris codicibus:* 4°. *Quid plura? versiculi Evangeliorum, quales in SS. Patrum voluminibus laudantur, maximè in Hilarii scriptis, tales leguntur iisdemque verbis in codice Colbertino; nec ulla est discrepantia, si quando aliqua occurrit, quæ non alicujus antiqui Doctoris testimonio possit confirmari. Quod argumento esse debet, eo codice illam contineri Scripturæ Interpretationem, qua usi sunt antiqui Scriptores. Hæc autem non alia est, quàm vetus Vulgata.*

*Quamvis nemini dignus videri non debeat Colbertinus codex, qui cæteris præferatur; non ita tamen illi palmam dedimus, ut alios nullo ordine haberemus. Imò ubi ventum est ad Joannis Evangelium; cùm plures veteris Interpretationis notæ in sex prioribus capitibus hujus Evangelii in codice Corbeiensi altero, num.* 195, *quàm in Colbertino apparerent, & iste ad novam Vulgatam videretur accedere, consilium fuit sex illa priora capita ex codice Corbeiensi, posthabito Colbertino, describere. Nec verò tantùm fuit consilium, sed jam penè perfeceramus, & penitus etiam perfecissemus, ni mutare sententiam viri docti compulissent. Nimirum, inquiebant, tametsi antiquæ Interpretationis signa præferat codex Corbeiensis in illis sex capitibus, id non tanti esse debet, ut propterea mutetur codex, ex quo integra quatuor Evangelia, exceptis tantùm sex illis capitibus, descripta sunt. Urgebant prætereà vehementiùs, contendentes sex illa capita codicis Colbertini non ita novam Vulgatam redolere; quippe quæ interdum ab ea discrepant, atque etiam cum Mss. aliis codicibus longè antiquissi-*

Digitized by Google

*mis, & cum Patribus conveniunt. His victi rationibus totum Joannis Evangelium ex Ms. Colbertino edimus. Id autem monendum lectorem existimavimus; cujus judicio, pro more, rem totam permittimus. Varias lectiones codicis Corbeiensis subjecimus, quibus lectis collatisque, penes ipsum erit judicare uter codex antiquæ Interpretationi sit propior.*

*Nec verò tantùm adhibuimus codices Corbeiensem & Sangermanensem, sed & alios præterea quoscunque nancisci potuimus; nempe Corbeiensem alterum, alterum item Sangermanensem, Claromontanum, Cantabrigiensem; codices quoque S. Mauri Fossatensis, S. Gatiani, S. Martini, & Majoris Monasterii Turonensis. De singulis hisce exemplaribus breviter dicere, ætatem assignare; quibus constent, quibus careant partibus, quibus laborent vitiis, referre & explicare operæ pretium fuerit.*

*Ex illorum numero codicum tres ad calcem sui in Apocalypsim Commentarii vulgavit R. P. Domnus Augustinus Calmet, magnum Congregationis S. Vitoni, ne dicam totius ordinis Benedictini, decus & ornamentum. Hi sunt Corbeiensis, S. Gatiani, & Majoris Monasterii codices. Ab his dicere incipiam. Primus se se offert canitie venerandus alter Corbeiensis codex num.* 195. (*de altero, qui num.* 15. *inscribitur, jam diximus.*) *Quatuor Evangelistas eo ordine, Matthæum, Joannem, Lucam, Marcum, complectitur perantiquus ille codex ante annos mille & ampliùs litteris uncialibus exaratus, verùm pluribus sui partibus truncatus. In Evangelio namque Matthæi desunt tota undecim priora capita: in Evangelio Lucæ dimidium capitis noni à* ℣. 49. *ad finem usque: à* ℣. 1. *cap.* 10. *ad* ℣. 22. *& à* ℣. 44. *cap.* 11. *usque ad* ℣. 7. *cap.* 12. *in Evangelio Joannis à* ℣. 15. *cap.* 17. *ad* ℣. 9. *cap.* 18. *à* ℣. 22. *cap.* 20. *ad medium versiculum octavum capitis* 21. *Ni tot partibus esset truncatus ille codex Corbeiensis, poterat ex æquo contendere cum codice Colbertino, quem etiam antiquitate vincit.*

*Non eodem ordine habemus geminos alios codices ad calcem Commentarii in Apocalypsim editos, nempe S. Gatiani & Majoris Monasterii, quibus videtur sociandus S. Martini codex, ne Turonensem hunc codicem à popularibus suis divellamus. Si quis autem codicum illorum quæ sit ætas requirat; codices S. Gatiani & S. Martini ætate pares mille sibi annos circiter vindicant, codex Majoris Monasterii octingentos. In singulis codicibus quatuor Evangelistæ proprio ordine descripti sunt, & quidem litteris aureis in codice S. Martini, ex quo varias lectiones Marci, Lucæ, & Joannis tantùm excerpsimus.*

*Præter Ms. codicem Sangermanensem sub num. nota* 15. *de quo jam verba fecimus, alter est Sangermanensis, cujus etiam meminimus, cui nulla nota numerica est apposita. Is codex annis abhinc circiter octingentis exaratus ad superiorem codicum classem proximè accedit; sed codici Colbertino nonnisi longo proximus est intervallo.*

*Nec prætermittendus codex antiquus in S. Germani bibliotheca asservatus; Fossatensem dico codicem, qui certè eximius est. Præcipuum id istius est codicis ante nongentos, ne dicam mille, abhinc annos exarati litteris Anglo-Saxonicis, quòd præfationibus & capitulis cujusque Evangelii capiti præfixis sit auctus. Licet mille circiter annorum sit codex Fossatensis, minimè tamen Italicam sapit versionem, nisi forsan Joannis Evangelium excipias, in quo nec unam, nec levis momenti discrepantiam animadvertimus.*

*Denique altera insignium sequitur exemplarium manu exaratorum classis. Codices hi sunt Cantabrigiensis & Claromontanus. Uterque longè vetustissimus est, atque ut de isto primùm dicam, anni non minùs centum supra mille Claromontano codici sunt tribuendi. Copiam hujus nobis fecere perhumaniter præfecti bibliothecæ Collegii Ludovici Magni RR. PP. Toubot & Languedoc. Codex ille Evangelii juxta Matthæum versionem Italicam continet; in plerisque cum Colbertino convenit, atque præ cæteris aliis antiquam sapit Interpretationem. At tribus fere prioribus capitibus est mutilus, & totidem aliis circa medium, nempe capitibus* 15. 16. 17. *necnon tertia parte capitis* 18.

*Quod ad secundum postremæ hujus exemplarium classis codicem spectat, celeberrimus hic ille est codex, quo Theodorus Beza academiam Cantabrigiensem donavit, unde illi nomen Cantabrigiensis, famosus controversiis quas inter viros doctos excitavit. Non nostrum est tantas lites componere, imò ne quidem eas referam: tantùm dicam de isto codice, uti de cæteris dixi; paulò tamen uberiùs, quoniam sunt quædam in eo admodum singularia. Hunc ad nos codicem tam accuratè descriptum, ut exemplum quod præ manibus habemus, pro archetypo possit haberi, misit vir doctus Richardus Bentleyus. Ingrati certè essemus, nisi viri bonis artibus studiisque expoliti (utinam perinde vera & orthodoxa fide fuisset imbutus!) urbanitatis atque etiam munificentiæ in nos meminerimus. Ita enim officio nobiscum certavit, ut petentibus duntaxat copiam nobis codicis fieri, totum suis descriptum impensis ad nos miserit. Ad codicem venio. Nullus ex cunctis codicibus, quos hactenus memoravimus, Cantabrigiensi codice est antiquior, quippe qui sibi ducentos supra mille annos vindicat. Quatuor Evangelia Græcè & Latinè unà cum Actibus Apostolorum complectitur. Nonnullæ etiam ex aliis Novi Testamenti partibus supersunt reliquiæ, quæ indicio esse possunt totum*

Digitized by Google

*fortassis olim Novum Testamentum illo in codice exaratum fuisse, partemque maximam temporum injuria excidisse. Sed ne quidem integri & incolumes ad nos pervenere Evangeliorum & Actuum Apostolorum libri, plurima namque in ipsis desiderantur.*

*Quatuor Evangelia primùm exhibet codex ille, sed perturbato ordine. Matthæum sequitur Joannes, deinde Lucas, postremò Marcus. Marci autem Evangelium in hæc verba desinit,* Nolite timere: Jesum quæritis, *hisque verbis clauditur pagina. Verba verò ista,* crucifixum: surrexit, non est hîc, *&c. ad finem usque capitis leguntur in duabus paginis sequentibus, sed aliâ, eâque recentiori, manu scripta & restituta, haud equidem ex antiqua Versione, sed ex Vulgata nostra, quæ præstò fuit librario, ex qua descripsit quæ deerant, ne mutilum & imperfectum esset Marci Evangelium. Eadem quoque recentiori manu scribitur ad calcem ejusdem Evangelii:* Evangelium secundùm Marcum explicit. Incipiunt Actus Apostolorum. *Sed imperitè ineptèque postrema verba è suo addidit librarius; quandoquidem pagina, quæ proximè sequitur, his verbis prima manu scriptis exorditur:* Qui malè facit, non vidit Deum: *quæ verba, verba sunt extrema versiculi undecimi tertiæ Joannis epistolæ. Ad calcem verò istius epistolæ, quæ his verbis clauditur,* Saluta amicos nominatim, *scriptum legitur eadem manu antiqua:* Epistola Joannis III. explicit. Incipit Actus Apostolorum: *quæ manifestè indicant mutilum illic esse codicem, & olim inter Evangelium Marci & Actus Apostolorum, saltem tres Joannis epistolas descriptas fuisse, easque inde detractas esse. Quin & laceratum eo loci codicem esse manifestis patet indiciis. Hæc si animadvertisset librariolus recens, errorem suum pervidisset, nec insulsè scripsisset ad calcem Evangelii juxta Marcum:* Incipiunt Actus Apostolorum.

*Nec verò tantùm hîc mutilus est codex Cantabrigiensis, sed pluribus aliis in locis, in quibus quæ desunt, ex Vulgata versione restituta sunt manu recentiori* 600. *ferme annorum. Loca ista minutiùs sunt indicanda. In Evangelio Matthæi desunt undecim versus priores capitis primi, necnon caput secundum à versu* 21. *usque ad* ℣. 8. *cap.* 3. *Desunt pariter omnia ab initio Evangelii secundùm Joannem, usque ad medium ferè versum* 16. *cap.* 3. *subinde omnia à versu* 2. *cap.* 18. *ejusdem Evangelistæ, usque ad versum* 1. *cap.* 20. *Apud Marcum verò à versu* 6. *cap.* 16. *usque ad finem. Quæ omnia loca ex Vulgata versione restituta sunt manu recentiori* 600. *ferme annorum, ut jam diximus, si modò exceperis initium Evangelii secundùm Matthæum, & initium Evangelii Joannis, quod omnino desideratur. Richardus Simonius asserit ultimos Marci versus, nempe à versu* 6. *cap.* 16. *ad finem usque Evangelii, in Græco hujus Ms. codicis reperiri; quod manifesto est indicio & Latinè olim descriptos fuisse, cùm in hocce Ms. Latinum è regione Græco ad verbum respondeat, ita ut Græcum in una pagina, Latinum verò in altera collaterali inscriptum videatur: unde fit ut si avellatur folium unum, cujus prior pagina Latinam versionem exhibeat, Græcum, quod eidem respondet à sinistris, manere debeat integrum, utpote quod inscribatur in folii antecedentis aversa facie. Hæc obiter dicta sint adversùs eos qui veterum aliquot Ecclesiasticorum Scriptorum fide, quorum commentaria in Marcum ad versum usque* 6. *capitis* 16. *tantummodo progrediuntur, eo loci desinere Marci Evangelium sunt opinati.*

*Jam verò qualem versionem contineat Cantabrigiensis ille codex, non ita assequi facile est. Italicam certè vix credere fas est: præterquam quòd enim rarissimè cum Mss. nostris Corbeiensi, Clarom. Sangerman. &c. conveniat, sæpe sæpius ab antiquorum Patrum testimoniis alienus est. Verbo dicam. Ms. ille ita singularis est, ut à cæteris aliis plerumque discrepet. Non tamen diffitebor Evangelia Marci & Joannis ut plurimùm convenire cum Ms. Corbeiensi, qui in multis Italicam sapit: sed eo uno cæteris antecellit Cantabrig. quòd magis ad verbum Græcum exprimat, ut facilè crediderim interpretationem peculiarem exhibere ab aliquo factam, cui vulgares interpretationes Latinæ non placuerint, ob hanc fortasse rationem, quòd Græcum illæ non satis arctè reddant. At nos, qui versionem illam indagamus, qualis publicè olim legebatur in Ecclesia, & in antiquorum Patrum libris citari notum est, illos præferre debemus Mss. codices, qui cum variis ex iisdem Scriptoribus prolatis locis magis concordant. Quod certè textui nostro Colbertino optimè convenit.*

Digitized by Google

# [a]PROLOGUS IN MATTHÆUM,

## Ex Mſ. Colbert. n. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.

[b] MATTHÆUS ſicut in ordine primus ponitur, Evangelium in Judæa primus ſcripſit: cujus vocatio à Deo ex publicanis actibus fuit. Duorum in generatione Chriſti principia præſumens; unius, cujus prima circumciſio [c] carnis; alterius, cujus ſecundùm cor electio fuit: & ex utriſque [d] partibus Chriſtus: ſicque quaternario numero triformiter poſito, principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & [e] electione in transmigrationis diem dirigens; atque à transmigratione uſque ad Chriſtum definiens, decurſam adventus Domini oſtendit generationem: ut & numero [f] ſatisfaceret & tempori; & ſe eſſe quod eſſet oſtendens, & Dei opus in ſe monſtrans, etiam in his, quorum genus [g] poſuit, Chriſti operantis à principio teſtimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, diſpoſitio, vel ratio, quod fidei neceſſarium, eſt. Deus Chriſtus eſt, qui factus eſt ex muliere, factus ſub lege, natus ex virgine, paſſus in carne, omnia in cruce fixit: ut [h] triumphans ea in ſemetipſo, reſurgens in corpore, [i] & Patris nomen Patri reſtituens & Filii; ſine principio, ſine fine, oſtendens unum ſe cum Patre eſſe, quia unus eſt. In quo Evangelio utile eſt deſiderantibus Deum ſic prima, vel media, vel perfecta cognoſcere, ut & vocationem Apoſtoli, & opus Evangelii, & dilectionem Dei in carne naſcentis, per univerſa legentes intelligant; [k] atque in eo quo adprehenſi ſunt, & adprehendere expetunt, recognoſcant. Nobis enim hoc [l] ſtudio argumenti fuit, & fidem factæ rei tradere, & operantis Dei [m] intelligentiam diligentem eſſe diſpoſitionem quærentibus non tacere. Amen.

Explicit Præfatio.

NOTÆ.

[a] Hic Prologus totidem pene verbis editus eſt à Martianæo noſtro ante Evangelium Matthæi ſecundùm Verſionem Italicam. Is autem non reperitur in Mſs. duobus S. Germ. n. 15. & Corb. n. 21. unde hoc Evangelium Martianæus eruit, ſed in alio quodam codice, cujus notam minimè indicavit. In Mſ. noſtro Colb. præfixus habetur idem Prologus eo quo nunc exhibemus modo: reperitur etiam in aliis duobus Mſs. Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, uno aureo, abſque numerica nota; altero ſub num. 174. annorum 900. In editione Martianæi ſub hac profertur inſcriptione: *Incipit præfatio Matthæi, cunctorum Evangeliſtarum arche.* In aureo codice S. M. Turon. nullus invenitur titulus. In altero n. 174. iſte: *Incipit argumentum ſecundùm Matthæum.*

[b] Martianæi editio cum Mſ. S. Mart. Turon. n. 174. *Matthæus ex Judæa, ſicut in ordine primus ponitur, ita Evangelium..... cujus vocatio ad Deum;* Mſ. *ad Dominum.*

[c] *Carnis.* Edit. *in carne.* Mſ. Turon. n. 174. *uniuſcujuſque prima circumciſio in carne.*

[d] *Partibus*, &c. Edit. cum Mſ. Turon. n. 174. *in patribus..... ſicque quaterdenario numero.* Alter Turon. *ſitque quaternario denatio* (l. *denario*) *numero.*

[e] *Electione.* Mſ. 1. Turon. *electio.* Alter n. 174. cum edit. *ex electione;* paulòque poſt, *atque à transmigrationis die uſque in Chriſtum*, &c. ſubinde in Mſ. 1. Turon. *decurſum*, non *decurſam.*

[f] *Satisfaceret*, &c. Edit. *ſatisfaciens & tempori, & ſe quid eſſet oſtenderet, & Dei opus in ſe demonſtrans.* Similiter in Mſ. Turon. n. 174. exceptis his, *& ſe quod eſſet...* *& Dei in ſe opus monſtrans.* In altero Turon. *& ſe quod eſſet oſtendens*, non *oſtenderet;* dein, *& Dei in ſe opus monſtrans*, ut ſup.

[g] *Poſuit.* Sic etiam in Mſs. Corb. n. 18. & 1. Turon. in edit. verò *expoſuit.*

[h] Mſ. Turon. n. 174. *triumphans eam*, non *ea.*

[i] *Et Patris nomen Patri*, &c. Edit. *& Patris nomen in patribus Filio, & Filii nomen Patri reſtitueret in filiis, ſine principio*, &c. Itidem in Mſ. Turon. n. 174. præter unum *reſtituens*, loco *reſtitueret.* Item in alio Turon. *Patri reſtituens in filiis, ſine*, &c. paulò verò poſt, *unum ſe cum Patre eſſe, qui unus eſt*, non *quia.*

[k] Mſ. Turon. n. 174. *atque id in eo in quo.* Edit. *atque in eo in quo.*

[l] *Hoc ſtudio.* Mſ. Turon. n. 174. cum edit. *hoc in ſtudio.*

[m] *Intelligentiam diligentem eſſe.* Mſ. Turon. 174. *intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem*, &c. Edit. *intelligendam diligenter diſpoſitionem*, &c.



Digitized by Google

# ᵃ INCIPIUNT CAPITULA IN MATTHÆUM,

## Ex eodem Mſ. Colbert.

I. *Nativitas Chriſti in Bethleem* [b] *Judaa.* cap. 2. ℣. 1.

II. *Magi munera offerunt, & infantes interficiuntur.* c. 2. ℣℣. 1. 16.

III. *Regreſſio Jeſu ex Ægypto in Nazareth.* c. 2. ℣℣. 19. 20. 23.

IV. *De baptiſmo Johannis in Jordane, & Chriſti baptiſmate.* c. 3. ℣℣. 5. 13.

V. [c] *Diabolus tentavit Jeſum, & jejunavit quadraginta diebus.* c. 4. ℣℣. 2. 3.

VI. *Ubi Johannes traditus eſt, &* [d] *ſeceſſit Jeſus in Capharnaum.* c. 4. ℣℣. 12. 13.

VII. *Ubi Petrum & Andream piſcatores convocat.* c. 4. ℣. 18.

VIII. *De beatitudine, & catera mandata ad diſcipulos loquitur.* c. 5. ℣℣. 3. 13.

IX. *Non venit Jeſus ſolvere legem* [e] *aut prophetas, ſed adimplere.* c. 5. ℣. 17.

X. *Non mœchandum.* c. 5. ℣. 28.

XI. *De dilectione inimicorum.* c. 5. ℣. 44.

XII. *De eleemoſynis :* Neſciat ſiniſtra tua quid faciat [f] dextera. c. 6. ℣℣. 2. 3.

XIII. *In jejuniis non contriſtandum, & in oratione non multùm loquendum, & de theſauro in cœlo.* c. 6. ℣℣. 7. 16. 20.

XIV. Nemo poteſt duobus dominis ſervire : *& de volatilibus,* [g] *& liliis agri, & de ſollicitudine diei.* c. 6. ℣℣. 24. 26. 28. 34.

XV. *De feſtuca & trabe in oculo :* [h] *dè margarita non mittenda ante porcos.* c. 7. ℣℣. 3. 6.

XVI. Intrate per anguſtam portam ; *&* [i] cavete à falſis prophetis. c. 7. ℣℣. 13. 15.

XVII. [k] Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum : *& de domo adificata ſupra petram, & arenam.* c. 7. ℣℣. 21. 24. 26.

XVIII. *Deſcendens Jeſus* [l] *de monte, leproſum mundavit.* c. 8. ℣℣. 1. 3.

XIX. *Ubi puerum* [m] *centurionis Jeſus ſalvum fecit.* c. 8. ℣℣. 5. 6.

XX. [n] *Socrum Petri febribus liberavit.* c. 8. ℣℣. 14. 15.

XXI. *Ubi quidam dixit :* Magiſter ſequar te : *& alio dixit Jeſus :* Sequere me : *& in navicula dormiens excitatur à diſcipulis.* c. 8. ℣℣. 19. 22. 24. 25.

XXII. *In terra Geraſenorum* [o] *legionem damoniorum ejecit.* c. 8. ℣. 28.

XXIII. *Ubi paralyticum juſſit ire cum lecto ; & Matthaum vocat de tholoneo.* c. 9. ℣℣. 2. 6. 9.

XXIV. [p] Non egent ſani medico, ſed malè habentes. c. 9. ℣. 12.

XXV. [q] Non jejunant filii ſponſi, quandiu cum illis eſt ſponſus. c. 9. ℣. 15.

XXVI. *Ubi mulier à* [r] *fluvio ſanguinis ſanatur, & filia principis à mortuis reſuſcitatur.* c. 9. ℣℣. 20. 23.

XXVII. *Ubi cacis oculos* [ſ] *aperuit ; & ſurdum &*

### NOTÆ.

ᵃ Eadem capitula præfert Mſ. S. Germani, n. 15. annor. circiter 900. quo ex codice edita ſunt à Martianæo noſtro in fronte Evangelii S. Matthæi ſecundùm verſionem *Italam.* Nos autem illa proponimus, quomodo leguntur in Mſ. codice Colbertino, ſubnexis tamen infra variantibus lectionibus non paucis prædicti Mſ. Sangermanenſis, ubi ſic habetur inſcriptio : *Capitulatio Evangelii ſecundùm Matthaum.* Nonnullos alios id genus Indices facilè reperias in Mſs. Bibliis, quorum tres diverſos vulgavit idem Martianæus initio ſupradicti Evangelii ſecundùm Matthæum. Similes quoque editi ſunt tituli à Cuſtantio noſtro ante Commentarium S. Hilarii Pictavienſis epiſcopi in Matthæum, ſub hac inſcriptione : *Incipiunt capitula S. Hilarii ſuper Matthaum.* « Magna nobis, inquit editor, oboritur ſuſpicio titulos illos jam Hilarii ævo « in Evangeliorum exemplaribus prænotatos fuiſſe, illumque ex iis ſelegiſſe, quorum utiliorem duceret explanationem..... Hoc verò illa ætate uſitatum confirmat Hieronymus de Script. Eccleſ. ubi Fortunatianum Aquileienſem epiſcopum *in Evangelia titulis ordinatis brevi & ruſtico ſermone commentarios ſcripſiſſe* commemorat. Quæ cùm ita ſint, opinari licet Hilarium, etſi non ipſorum titulorum, ſaltem eorum collectionis, ſeu prævii Indicis fuiſſe auctorem. At certè non recentiorem eum exiſtimare cuiquam permittitur, quem pleríque Mſs. etiam antiquiores exhibent ſub laudata inſcriptione. » Hæc Hilarii capitula, ſicut & alia id genus à Martianæo vulgata, huc revocare poſſemus : ſed præterquamquod jam edita ſunt ſuis locis, ubi facilè conſuli poſſunt ; illa profectò non ita differunt inter ſe, vel ab his quæ reperiuntur in Mſ. Colbertino, quin ſæpe, & in multis inter ſe congruere videantur. Quamobrem illa prætermittenda duximus. Sicubi tamen in ipſis aliquid notatu dignum invenitur, vel quod capitulis Colbertinis lucis aliquid afferre queat, illud obſervare non omittemus.

ᵇ Similiter infra in textu Colb. *Judaa,* non *Juda,* quod habetur in Vulg. Græcè pariter Ἰουδαίας.

ᶜ Edit. Martian. è Mſ. Sangerm. n. 15. *Ubi diabolus tentat Jeſum, & jejunavit Jeſus xl. diebus & noctibus.*

ᵈ Edit. *receſſit.*

ᵉ Edit. Mart. delet hoc, *aut prophetas.*

ᶠ Edit. *dextera tua.*

ᵍ Edit. Martianæi add. *cœli,* voci *volatilibus ;* tollit verò ſeq. *& liliis agri.*

ʰ Edit. pluraliter, *de margaritis non mittendis.*

ⁱ Similiter in 1. Indice edito à Martianæo, ad artic. VI. *A pſeudoprophetis cavendum.* Vulg. *Attendite à falſis prophetis.* Græc. Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν.

ᵏ Index 1. apud Martian. artic. VI. pluraliter, *Non omnes qui dicunt, Domine, Domine, introibunt in,* &c.

ˡ Edit. *montem,* non *de monte.*

ᵐ Index 1. apud Martian. art. VII. *tribuni,* non *centurionis ;* ſimiliter *tribuni* in Indice Hilariano, artic. VII. Græc. ἑκατόνταρχος.

ⁿ Edit. *Ubi ſocrum Petri à febribus liberavit.*

ᵒ Edit. *legionem damonum ejicit.* Index 1. apud Martian. artic. VIII. *damonia ejicit.* Index 3. ibid. artic. XXVIII. *damonia ejecit.* Index Hilar. artic. VIII. *De duobus damoniacis in terra Geraſenorum.* Græc. c. 8. ℣. 28. δύο δαιμονιζόμενοι, & inf. ℣. 31. οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτόν, &c.

ᵖ Index 1. ap. Martian. artic. IX. *Dicit Phariſais, non eſſe opus validis medico :* tertius ibid. art. XXX. *non eſſe opus ſanis medicum.* Similiter infra in textu Colb. c. 9. ℣. 12. *Non eſt opus ſanis medicus.* Vulg. *Non eſt opus valentibus medicus.* Gr. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ.

ᑫ Similiter infra in textu Colb. c. 9. ℣. 15. *Nunquid poſſunt filii ſponſi jejunare, quandiu cum illis eſt ſponſus ?* Vulg. *filii ſponſi lugere, quandiu,* &c. Gr. πενθεῖν, ἐφ' ὅσον, &c.

ʳ Edit. Martian. *à profluvio ſanguinis..... à morte reſuſcitatur.* Index 1. ibid. artic. X. *Mulierem à profluvio liberat ; & filiam principis cujuſdam mortuam ſuſcitat.* Tertius ibid. artic. XXXII. *Filiam principis mortuam dum vadit ſuſcitare, mulierem à profluvio liberat.* Index Hilar. art. IX. *De profluvio mulieris ; de filia principis excitata à mortuis.* Textus Colb. infra c. 9. ℣. 20. *Et ecce mulier, qua ſanguinis profluvium habebat ;* Vulg. *qua ſanguinis fluxum patiebatur ;* Gr. αἱμοῤῥοοῦσα.

ſ Edit. *aperit,* non *aperuit.* Similiter habet Index 1. ap. Martian. artic. X. *Cacis oculos aperit ;* ſtatimque, *ſurdum & mutum damonium ejicit.* Index 3. ibid. artic. XXXIII. *Caci oculi aperiuntur : ſurdum & mutum damonium ejicitur.* Index Hilar. *De duobus cacis : de ſurdo &*

Digitized by Google

*mutum dæmonium ejicit.* c. 9. ℣℣. 27. 32.

XXVIII. Messis multa, operarii autem pauci: *& dat Apostolis* [a] *potestatem curationis.* c. 9. ℣. 37. c. 10. ℣. 1.

XXIX. *Nomina Apostolorum* [b] *dicit, quos misit cum omni doctrina.* c. 10. ℣. 2.

XXX. Si vos persequuntur in unam civitatem, fugite in aliam. c. 10. ℣. 23.

XXXI. [c] Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus. c. 10. ℣. 37.

XXXII. *Johannes ad Jesum de carcere* [d] *mittit; & Jesus de Johanne ad turbas loquitur:* lex & prophetæ usque ad Johannem. c. 11. ℣℣. 2. 7. 13.

XXXIII. *Ubi improperat* [e] *Corazain & Bethsaida civitatibus.* c. 11. ℣. 21.

XXXIV. Confiteor tibi Domine Pater, qui abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis [f] tuis. c. 11. ℣. 25.

XXXV. [g] *Discipuli spicas vellunt sabbatis.* c. 12. ℣. 1.

XXXVI. [h] *Manum aridam sanavit, & hominem à dæmonio cæcum & mutum curavit.* c. 12. ℣℣. 10. 22.

XXXVII. [i] *Scribæ & Pharisæi signum petunt ab Jesu.* c. 12. ℣. 38.

XXXVIII. [k] Mater, & fratres tui foris stant, *dicunt Jesu.* c. 12. ℣. 47.

XXXIX. *Sedens in navicula Jesus, turbis parabolas exponit: de semine* [l] *supra petram, & spinas, & in bonam terram seminato.* c. 13. ℣℣. 2. 19.

XL. [m] *De zizania & tritico, & de grano sinapis, & fermento.* c. 13. ℣℣. 25. 31. 33.

XLI. *De thesauro abscondso in agro, & de bona margarita,* [n] *& de retiaculo misso in mari.* c. 13. ℣℣. 44. 46. 47.

XLII. *De Johannis capite in disco; & de quinque panibus, & duobus piscibus in quinque millia hominum.* c. 14. ℣℣. 11. 17.

XLIII. *Ubi* [o] *Jesus supra mare ambulat; Petrum mergentem elevat.* c. 14. ℣℣. 25. 30. 31.

XLIV. *In terra Gennesar multi curati sunt, tangentes* [p] *fimbriam vestimenti Jesu.* c. 14. ℣℣. 34. 35. 36.

XLV. *De manibus lavandis; & de his quæ de ore exeunt, quia* [q] *ipsa coinquinant, non quæ intrant.* c. 15. ℣℣. 2. 11. 18.

XLVI. [r] *Filiam mulieris à dæmonio curavit.* c. 15. ℣℣. 22. 28.

XLVII. *De septem panibus & paucis piscibus in* [f] *quatuor millia virorum: & Sadducæi petunt ab Jesu signum: de fermento Pharisæorum.* c. 15. ℣. 34. c. 16. ℣℣. 1. 6.

XLVIII. *De episcopatu Petri supra petram.* c. 16. ℣. 18.

XLIX. [t] *Dicit Jesus:* Qui vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me. c. 16. ℣. 24.

L. [u] *In monte cum Moyse & Elia apparet; & puerum lunaticum salvat; & de fide dicit, sicut granum sinapis.* c. 17. ℣℣. 1. 14. 19.

LI. *Didragma dicit Petro reddere:* [x] *de statere qui fuit in ore piscis.* c. 17. ℣℣. 23. 26.

LII. *De humilitate sicut* [y] *pueris: de manu, & pede, & oculo eruendo; & de ove erratica.* c. 18. ℣℣. 2. 3. 8. 9. 12.

LIII. *De* [z] *correptione fratrum; & indulgeri debere alterutrum.* c. 18. ℣℣. 15. 21.

LIV. [aa] *Qui conservum suum propter denarios centum suffocat.* c. 18. ℣. 28.

LV. *Uxorem non debere dimitti:* [bb] *spadonibus dicit.* c. 19. ℣℣. 3. 9. 12.

LVI. [cc] *De divite, quem difficile intrare in regnum cælorum.* c. 19. ℣. 23.

LVII. Erunt primi novissimi, & novissimi primi. c. 19. ℣. 30.

LVIII. *De filiis Zebedæi, &* [dd] *primo accubitu cœnæ.* c. 20. ℣℣. 20. 28.

LIX. *De duobus cæcis secus viam sedentibus.* c. 20. ℣. 30.

## NOTÆ.

*muto.* In Vulgata pariter c. 9. ℣. 27. memorantur *duo cæci;* at infra ℣. 32. habetur simpliciter: *obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem:* in textu verò Colb. *hominem mutum & surdum dæmonium habentem;* quæ respondent variis titulis supra. Græcè, ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον. Porro κωφὸς, non tantùm *surdus*, sed & *mutus;* à κόπτω, *scindo;* παρὰ τὸ κεκόφθαι τὴν ὄπα, quia cæsus, hoc est, læsus voce; ut vocem scilicet non audiat, nec ipse eloquatur: hinc κωφόω, άω, & έω, *exsurdo, surdum reddo, surdeo.* Schrevel.

[a] Edit. *curandi potestatem.*

[b] Edit. *imponit, & misit*, loco *dicit, quos misit.*

[c] Item inf. in textu Colb. c. 10. ℣. 37. *Qui diligit;* Vulg. *Qui amat.*

[d] Edit. *misit.*

[e] Edit. *Corozain.*

[f] In edit. deest pronom. *tuis.*

[g] Edit. *Ubi discipuli spicas evellunt sabbatis.*

[h] Edit. *Ubi manum aridam*, &c. extremò Index Hilar. habet, *cæcum & dæmoniacum curavit.* Alii duo ap. Martian. artic. XII. XXXVIII. *à dæmonio cæcum & mutum*, ut in Colb. supra.

[i] Edit. *Ubi Scribæ..... petunt ab eo.*

[k] Edit. *Mater tua, & fratres tui..... dicunt ad Jesum.*

[l] Edit. *super petram, & in spinis.*

[m] Edit. *De zizania in triticum..... & de fermento.*

[n] Edit. *& de retia missa in mare.* Item inf. in textu Colb. cap. 13. ℣. 47. *Simile est..... retia missæ in mare;* in Vulg. *sagenæ*, è Gr. σαγήνη.

[o] In edit. abest nomen *Jesus.*

[p] Edit. *fimbriam ejus.*

[q] In edit. deest *ipsa.* Notandum in Mſ. Colb. hoc capitulum XLV. poni ante XLIV. sed aperto errore librarii, cùm versiculi utrique capitulo respondentes non invertantur infra in textu. Ordo etiam capitulorum ritè servatur in editis à Martianæo.

[r] Edit. *Ubi filiam mulieris Chananææ à dæmonio curavit.* Indices 1. & 3. apud eundem Martian. loco *Chananææ*, scribunt *Syrophœnissa*, ut in Vulg. Marc. 7. ℣. 26.

[f] Edit. *quinque millia:* alii verò Indices, *quatuor millia*, cum Vulg. & Græco.

[t] Edit. *Ubi dicit Jesus: Si quis vult*, &c.

[u] Edit. *Ubi in monte cum Mose & Elia apparet; & puerum lunaticum sanat*, &c.

[x] Edit. *& de statere.*

[y] Edit. *sicut puerum*, non *pueris.*

[z] Edit. *correctione.*

[aa] Edit. *De eo qui conservum suum*, &c.

[bb] Edit. *& de spadonibus*, absque seq. *dicit.* In textu etiam Colb. c. 19. ℣. 12. legitur, *sunt enim spadones;* iterumque infra & tertiò: in Vulg. constanter *eunuchi;* & in aliis Indicibus duobus editis à Martianæo, *de eunuchis.*

[cc] Edit. *De infantibus quibus manus imposuit; & de divite, quòd difficilè introibit in regnum cælorum.*

[dd] Edit. pro *primo accubitu cœnæ*, hab. *de minimo majores fieri.* At in 1. Indice apud Martian. sic ad art. XX. *De petitione filiorum Zebedæi; & de primis accubitibus cœnæ.* Similiter in Indice tertio artic. LXXIV. LXXV. *De filiis Zebedæi: de primis accubitis cœnæ.* Item in Indice Hilariano: *De filiis Zebedæi: de primo accubitu.* In his etiam quatuor Indicibus proximè sequitur capitulum istud: *De duobus cæcis.* Porro in Vulgata nostra Matth. cap. 20. inter ℣. 20. & ℣. 30. ubi fit mentio de filiis Zebedæi, & de duobus cæcis, nihil interpositum legitur de *primis accubitibus cœnæ*, vel de hoc, *è minimo majores fieri.* « Unde, inquit Martianæus in prolegom. evidens exsurgit argumentum, capitula jam dicta propria fuisse antiquæ Vulgatæ & Italicæ Versioni, quæ in Matthæo nonnulla retinebat ex aliis Evangeliis, ac præcipuè parabolam invitati ad cœnam. » Hæc autem parabola è Lucæ capite 14. ℣℣. 8. & seqq. derivata est in Matthæi caput 20. ut ibidem legi potest infra in textu Colb. post ℣. 28. ubi sic: *Vos autem quæritis de pusillo crescere, & de majore minor esse:* statimque: *Intrantes autem & rogati ad cœnam*, &c. quæ desiderantur eò loci in Vulgata, & in Græco.





Digitized by Google

LX. [a] *Et cùm Jesus sederet super pullum asinæ: & nummularios ejecit de templo.* c. 21. ℣℣. 7. 12.

LXI. *De arbore ficûs, quæ [b] arida facta est; & homine qui filios suos in vineam mittit: & parabolam dicit de publicanis & meretricibus.* c. 21. ℣℣. 19. 28. 31.

LXII. *De vinea locata colonis, ubi interficiunt missos ad se; & invitati contemnunt venire ad nuptias.* c. 21. ℣℣. 33. 35. c. 22. ℣. 3.

LXIII. [c] Reddite Deo quæ sunt Dei, & Cæsari quæ Cæsaris. c. 22. ℣. 21.

LXIV. *De muliere, quam septem fratres habuerunt uxorem: & discipulos interrogat de Christo, cujus [d] filius esset.* c. 22. ℣℣. 25. 26. 42.

LXV. *Quæ Pharisæi dicunt, ut fiant; sed quæ faciunt, [e] non faciant.* c. 23. ℣. 3.

LXVI. *De proselyto; de juramento; de camelo & culice; de catino lavando; de monumentis dealbatis; & de monumentis Prophetarum.* c. 23. ℣℣. 15. 16. 24. 25. 27. 29.

LXVII. Jerusalem, Jerusalem, quæ interficis Prophetas. c. 23. ℣. 37.

LXVIII. [f] *Pseudochristi proximare diem novissimum, & brevitatem temporum, & pseudoprophetas.* c. 24. ℣℣. 5. 22. 24.

LXIX. *De decem virginibus; & de talentis.* c. 25. ℣℣. 1. 15.

LXX. *De segregatione ovium & hædorum.* c. 25. ℣. 32.

LXXI. *De muliere, quæ unguento perfudit caput Jesu.* c. 26. ℣. 7.

LXXII. *Et dicit Jesus ad discipulos suos, quòd unus eum traderet: & sacramentum corporis & sanguinis sui dicit.* c. 26. ℣℣. 21. 26.

LXXIII. *Petro dicit quòd ter eum [g] abnegaturus esset: [h] oratio Jesu ad Patrem, ubi Judas eum traderet: & Petrus tertiò [i] abnegavit, & lacrymatur: & ubi Judas laqueo se suspendit: de agro figuli: de passione Jesu.* c. 26. ℣℣. 34. 39. 47. 69. 75. c. 27. ℣℣. 5. 7. 27. *seqq.*

LXXIV. *De resurrectione Jesu; itemque mandata, & doctrina ejus de Baptismo.* [k] *Amen.* c. 28. ℣℣. 2. 19. 20.

[l] *Expliciunt capitula Evangelii Matthæi.*

NOTÆ.

[a] Edit. *Et Jesus sedit super pullum..... & nummularios ejicit*, &c.

[b] Edit. *aruit.*

[c] Edit. *Reddite quæ Dei sunt, Deo; & quæ sunt Cæsaris, Cæsari.*

[d] Edit. *filius sit.*

[e] Edit. *non fiant.*

[f] Ms. vitiosè *De Pseudochristi*: mel. in edit. *De Pseudochristo..... & brevitate temporum, & pseudoprophetis.*

[g] Edit. *negaturus.*

[h] Edit. *& oratio.* Index Hilarii ad artic. XXXI. hæc habet: *Cùm venit Jesus in agrum, qui dicitur Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete donec eam illuc orare; & de tristi anima sua usque ad mortem: de calice, si possibile est transire à se: de spiritu prompto, & carne infirma: & rursum: Pater, non potest hic calix transire nisi illum bibam, fiat voluntas tua.* Vulg. c. 26. ℣. 36. non *agrum* legit, sed *villam*; textus Colb. *prædium*; Gr. χωρίον. Subinde in Vulg. *Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem*: at in textu Colb. pene ut supra: *Sedete hîc, donec eo illuc orare*: Gr. Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν, προσεύξωμαι ἐκεῖ.

[i] Edit. *negat.*

[k] In edit. deest *Amen.*

[l] Edit. *Explicit capitulatio secundùm Matthæum.*

# *SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

Luc. 3. 31. Genes. 21. 3. Genes. 25. 26. Genes. 29. 35. Genes. 38. 29. 1. Par. 2. 4. Ruth. 4. 18. 1. Par. 2. 5.

1. LIBER generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham.
2. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus.
3. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram.

### VERSIO ANTIQUA.

1. LIBER generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham.
2. Abraham genuit Iſaac. Iſaac genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus.
3. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram.

*Ex Mſ. Colbert. num. 4051. annor. circiter 600. ipſi nota.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* In Mſ. S. Germani, n. 15. ann. circ. 900. talis eſt inſcriptio : *Initium Evangelii ſecundùm Mattbæum.* Tum ſubjicitur priorum Patriarcharum ſeries ab Adam uſque ad Abraham, hoc modo : *Deus fecit Adam. Adam genuit Setb. Setb genuit Enos. Enos genuit Cainan. Cainan genuit Maleletl. Maleleel genuit Geretb. Jaretb genuit Enocb. Enocb genuit Matbuſalem. Matbuſala genuit Lamecb. Lamecb genuit Noe. Noe genuit Sem. Sem genuit Arfaxat. Arfaxat genuit Salatb. Salatb genuit Eber. Eber genuit Phalecb. Phalecb genuit Ragau. Ragau genuit Serucb. Serucb genuit Nachor. Nachor genuit Thara. Thara genuit Abraham.* Deinde ſequitur : *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham*, &c. ita tamen ut inter priorum Patriarcharum ſeriem, & initium ipſum Evangelii Matthæi, aliquod ſpatium intercedat, quo ſignificetur priorem ſeriem non eſſe Matthæi evangeliſtæ, ſed librarii, aut alterius cujuſdam additamentum, Evangelio præfixum ; quippe, ni fallor, ut generationum ſeries apud Matthæum, illi ſeriei à S. Luca contextæ ( c. III. 23. ) aliqua ratione reſponderet. Quomodo enim *Lucas*, teſte Leone M. ep. 17. al. 13. *retrorsùm ſucceſſionum gradus relegens, ad ipſum humani generis principem redit, ut Adam primum, & Adam noviſſimum ejuſdem oſtendat naturæ ;* ita librarius, vel alius quivis, apud Matthæum, ordine communi ſervato, generationes ductas videri voluit ab Adam uſque ad Chriſtum, id eſt, à primo Adam terreno homine, ad ſecundum & cœleſtem hominem, de quo Apoſtolus 1. Cor. 15. 47.

℣. 1. Sic habent Irenæus l. 3. c. 11. & 16. p. 191. a. 204. c. Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1316. b. 1317. f. & de apol. Dav. 716. c. necnon Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 27. c. Tertullianus verò l. de carne Chr. p. 553. a. *Liber genituræ J. C. filii David, filii Abraham.* Hilar. in Matth. col. 610. b. *Liber generationis J. C. filii David, filii Abrahæ.* Ita quoque Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 11. at paulò ſupra legit *Abraham.* Gr. Βίϐλος γενέσεως..... υἱοῦ Ἀϐραάμ.

℣. 2. Conjunctio media *autem*, bis omittitur in Mſ. S. Germ. ſaltem 1. manu, poſt *Iſaac*, & poſt *Jacob ;* in Corb. deeſt tantùm poſt *Iſaac*, ut in Colb. Ambroſius, l. 3. in Luc. col. 1320. a. textui Sangerm. conſonat ; Græc. Vulgatæ.

℣. 3. Hoc med. *& Zaram de Thamar*, non legitur in Mſ. Sangerm. additur tamen ad marg. *& Zara de Thamar*, ſed ſecunda manu, & fortè alienâ. Mſ. Corb. hab. *& Zara ex Thamar*, paulòque poſt ſcribit *Eſroin*, cum Auct. op. imp. in Matth. Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1314. f. ait : *Phares fuit filius Judæ principis tribûs :* deinde, *Hic generavit Heſron, & Heſron generavit Aram :* & infra 1320. a. 1321. a. *Judas autem genuit Phares, & Zaram ex*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

4. Aram autem genuit Aminadab.
Aminadab autem genuit Naason.
Naason autem genuit Salmon.
5. Salmon autem genuit Booz de Rahab.
Booz autem genuit Obeth ex Ruth.
Obed autem genuit Jesse.
Jesse autem genuit David regem.
6. David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ.
7. Salomon autem genuit Roboam.
Roboam autem genuit Abiud.
Abiud autem genuit Asaph.
8. Asaph autem genuit Josaphat.
Josaphat autem genuit Joram.
Joram autem genuit Oziam.
9. Ozias autem genuit Joatham.
Joatham autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezechiam.
10. Ezechias autem genuit Manassen.
Manasses autem genuit Amos.
Amos autem genuit Josiam.
11. Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigrationem Babylonis.
12. Et post transmigrationem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel.
Salathiel autem genuit Zorobabel.
13. Zorobabel autem genuit Abiut.
Abiut autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor.
14. Azor autem genuit Saddoch.
Saddoch autem genuit Achim.

**VULGATA NOVA.**

4. Aram autem genuit Aminadab.
Aminadab autem genuit Naasson. Num.
Naasson autem genuit Salmon. 7. 12.
5. Salmon autem genuit Booz de Rahab.
Booz autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Jesse.
Jesse autem genuit David regem. Ruth.
6. David autem rex genuit Salomonem ex ea 4. 22.
quæ fuit Uriæ. 1. Reg. 16. 1.
7. Salomon autem genuit Roboam. 2. Reg.
Roboam autem genuit Abiam. 12. 24.
Abias autem genuit Asa. 3. Reg.
8. Asa autem genuit Josaphat. 11. 43.
Josaphat autem genuit Joram. 3. Reg. 14. 31.
Joram autem genuit Oziam. 3. Reg.
9. Ozias autem genuit Joatham. 15. 8.
Joatham autem genuit Achaz. 2. Par.
Achaz autem genuit Ezechiam. 26. 23.
10. Ezechias autem genuit Manassen. 2. Par. 27. 9.
Manasses autem genuit Amon. 2. Par.
Amon autem genuit Josiam. 28. 27.
11. Josias autem genuit Jechoniam, & fra- 2. Par.
tres ejus in transmigratione Babylonis. 32. 33.
12. Et post transmigrationem Babylonis: Je- 2. Par. 33. 20.
chonias genuit Salathiel. & 25.
Salathiel autem genuit Zorobabel. 2. Par.
13. Zorobabel autem genuit Abiud. 36. 1. 2.
Abiud autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor.
14. Azor autem genuit Sadoc.
Sadoc autem genuit Achim.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*Thamar. Phares genuit Esron. Esron genuit Aram.* Græc. Vulgatæ favet, nisi quòd habet Ζαρά, & Ἐσρώμ. In Ms. S. Germ. *Ezsrhon*, & *Ezsrom*.

℣. 4. Concinit Ms. Corb. nisi quòd bis habet *Naasson*; Sangerm. 1. *Naason*; Auct. op. imp. in Matth. p. 14. *Naasan*, inf. *Naason*. Ambros. l. 3. in Luc. col. 1314. f. *Et Aram generavit Hamminadab. Et Hamminadab generavit Nabasson. Et Nabasson generavit Salmon.* Græc. Vulgatæ consonat.

℣. 5. Ms. Corb. *Salmon autem..... de Rachab. Booz genuit Obed..... Obed autem..... Jesse genuit David regem.* Sangerm. 1. & 2. constanter ferunt *Obeth*; Gr. Ὠβήδ (al. Ὠβήθ, teste Millio;) at sup. constanter, Ῥαχάβ, non *Rahab*. Auct. op. imperf. in Matth. p. 16. a. ait: *Hæc autem Raab, postquam nupsit Salmon, nominata est Rachab.* Ms. etiam Sangerm. 1. habet *ex Rachab*. Millius monet in Ms. Gonvill. deesse ἐκ τῆς Ῥαχάβ, ex incuria scribæ. Ambros. tamen id similiter omittit l. 3. in Luc. col. 1314. f. ubi sic: *Et Salmon generavit Boboz. Et Boboz generavit Obed. Et Obed generavit Jesse. Et Jesse generavit David.* Gaud. Brix. in serm. p. 955. f. legit: *Booz genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse genuit David regem.* Auct. op. imp. in Matth. p. 16. constanter scribit *Obeth*: & post paulò: *Jesse autem genuit David regem*: Ms. Sangerm. 1. omittit *regem*.

℣. 6. In Ms. Sangerm. 1. omittitur id, *autem rex*; in altero verò deest tantùm *rex*; abest quoque ὁ βασιλεύς ab Eph. Syr. Arab. Pers. teste Millio: nec legitur *rex* apud Auct. op. imp. in Matth. p. 17. Ms. Corb. optimè concordat cum Vulg. sicut etiam Græc. nisi quòd habet Σολομῶντα, loco *Salomonem*; Ms. S. Gatiani Turon. *Salamonem*; Sangerm. 1. *Solomonem*: observat etiam Millius in Græcis Mss. pluribus scriptum Σολομῶνα.

℣. 7. Ms. Corb. Vulgatæ accinit, unà cum Auctore op. imp. in Matth. p. 18. sed prior Sangerm. codex hab. *Abiuth. Abiuth autem genuit Asaph*; Sangerm. alter, *Abiud. Abiud autem genuit Asaph*, ut in Colb. supra. Græc. Vulgatæ accedit, si primum nomen exceperis Σολομών, ut & istud, Ἀβιά, loco *Abiam*, & *Abias*. Codex Maj. Mon. fert *Salamon*; Sangerm. 1. *Solomon*; exinde Ms. Maj. Mon. *Roboas*; Barb. 1. Gr. Ἀσάφ, sicut Armen. Æthiop. Copt. Pers. si Millio fides. Apud Ambros. l. 4. Hexa. col. 70. f. 71. a. *Abia genuit Asa.* De nominum autem mutatione seu corruptione in antiquis codicibus, non semel queritur Hieronymus; v. g. in Ezech. XL. ℣. 7. ubi ait: *Et diligentem, & studiosum lectorem admonendum puto..... ut sciat omnia prope verba Hebraïca & nomina, quæ in Græca & Latina translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorumque vitio depravata; & dum de inemendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imo nullius gentis; dum & Hebræa esse desierint, & aliena esse non cœperint.*

℣. 8. Similiter habent *Asaph*, Mss. duo S. Germ. Sangerm. verò secundus, *Joras autem*, non *Joram*; & *Jam*, pro *Osiam*. Ambros. l. 4. Hexa. col. 71. a. *Et Asa genuit Josaphat. Et Josaphat genuit Joram. Et Joram genuit Osiam.* Auct. op. imp. in Matth. cum Vulgata concinit & Græco.

℣. 9. In Ms. S. Germ. 2. constanter legitur *Jas*, pro *Ozias*; paulòque post, *Joathas autem*. Apud Auct. op. imperf. in Matth. bis *Joathan*. Græc. Vulgatæ accinit cum Mss. Corb. & Colb.

℣. 10. *Amos* similiter legitur in Mss. Corb. Sangerm. 1. & 2. & apud Auct. op. imp. in Matth. In Gr. ed. Rom. Ἀμών; in Mss. Barb. 1. Med. M. Colb. 8. Ἀμώς, teste Millio. Præterea Sangerm. 1. habet *Manassem*, non *Manassen*, Gr. τὸν Μανασσῆ.

℣. 11. Solus Colb. habet *in transmigrationem*; Gr. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας. De *Jechonia* autem vide not. ad ℣. seq.

℣. 12. Huc usque mutilus erat textus Latinus in Ms. Cantabrigiensi: nunc verò sic habet: *Post transmigrationem Babylonis*, &c. Ms. Corb. & Sangerm. duo, Vulgatæ congruunt; Græcum, Ms. Cantabrigiensi. Huc revocanda ducimus, quæ de duplici Jechonia monet Hieron. in Matth. 1. to. 4. col. 7. a. *Si voluerimus*, inquit, *Jechoniam in fine primæ* (l. *secundæ*) *tessaræ decadis ponere, in sequenti non erunt quatuordecim, sed tredecim: sciamus igitur* Jechoniam *priorem, ipsum esse quem &* Joacim; *secundum autem filium, non patrem; quorum prior per* c *&* m, *sequens per* ch *&* n *scribitur; quod scriptorum vitio, & longitudine temporum apud Græcos Latinosque confusum est*; rursum in Dan. 1. to. 3. col. 1075. a. *Nemo igitur putet eundem in Danielis principio esse* Joacim, *qui in Ezechielis exordio* Joachin *scribitur: iste enim extremam syllabam* chin *habet, ille* cim. *Et ob hanc causam in Evangelio secundùm Matthæum una videtur deesse generatio: quia secunda* τεσσαρεσκαιδέκας *in* Joacim *desinit filio Josiæ, & tertia incipit à* Joachin *filio* Joacim. *Quod ignorans Porphirius calumniam struit Ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum evangelistæ Matthæi arguere nititur falsitatem.* Consulendus etiam hac de re Auctor op. imp. in Matth. p. 22.

℣. 13. Ms. Corb. habet *Abiuth*; & Sangerm. ambo *Eliachim*; Cantabrig. *Abiuth..... Eliecib. Heliacib autem*, &c. Græc. Ἀβιούδ..... Ἐλιακείμ. Ἐλιακείμ δὲ, &c.

℣. 14. In Ms. Corb. *Saddoc*; in Sangerm. utroque *Saddoch*, ut in Colb. Extremò Germ. 1. hab. *Achim genuit*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Achim autem genuit Eliud.

15. Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
Mathan autem genuit Jacob.

16. Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus.

17. Omnes itaque generationes ab Abraham uſque ad David, generationes quatuordecim : & à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim : & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim.

Luc. 1. 27. 18. Chriſti autem generatio ſic erat : Cùm eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto.

19. Joſeph autem vir ejus, cùm eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens : Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt :

VERSIO ANTIQUA.

Achim autem genuit Eliud. Ex Mſ. Colbert.

15. Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
Mathan autem genuit Jacob.

16. Jacob autem genuit Joſeph, cui deſponſata virgo Maria. Maria autem genuit Jeſum, qui dicitur Chriſtus.

17. Omnes ergo generationes ab Abraham uſque ad David, generationes ſunt XIV. & à David rege uſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes ſunt XIV. & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum, generationes ſunt XIV. Omnes itaque generationes ab Abraham uſque ad adventum Jeſu Chriſti generationes ſunt XLII.

18. Chriſti autem generatio ſic erat : Cùm deſponſata eſſet mater ejus Maria Joſeph, priuſquam convenirent, inventa eſt prægnans de Spiritu ſancto.

19. Joſeph autem vir ejus, cùm eſſet homo juſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens : Joſeph fili David, ne timueris Mariam accipere conjugem tuam : quod enim ex ea naſcitur, de Spiritu ſancto eſt :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Eliam*, ſaltem prima manu ; quod emendator aliquis ſic mutavit : *Achim autem genuit Eliachin. Eliachin autem*, &c. Cantabrig. *Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim....* *Heliut.* Gr. Ἀζὼρ..... Σαδὼκ..... Ἀχείμ..... Ἐλιὺδ.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Heliut autem genuit Heleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem*, &c. Mſ. Corb. *Eliud autem genuit Eliazar. Eliazar autem genuit Matthan. Matthan autem*, &c. S. Germ. 1. *Eliam autem genuit Eleazarum. Eleazar autem genuit Mattham. Mattham autem*, &c. S. Germ. alter, *Matham. Mathas autem*, &c. In Mſ. etiam Bodl. 7. Ἐλιάζαρ ; & in Compl. Ματθάμ. In ed. Rom. Ματθὰν ; cætera ut in Vulg. Apud Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1318. f. *Matthæus, Jacob qui fuit pater Joſeph, filium Mathan eſſe memoravit.* Aug. q. 46. in Deut. to. 3. 573. b. *Secundùm Matthæum*, inquit, *Mathan eſt avus Joſeph : ſecundùm Lucam verò non* Mathan, *ſed* Mathath. *Quòd ſi quiſquam putat eſſe tantùm ſimilitudinem nominis, ut ab ſcriptoribus in una littera erratum ſit, ut fieret tam parva & pene nulla diverſitas ; quid de iſtorum patribus dicturus eſt ? Nam ſecundùm Lucam*, Mathath *filius fuit Levi ; ſecundùm Matthæum autem*, Mathan *ex Eleazar genitus invenitur.*

℣. 16. Mſ. S. Germ. 1. *Jacob autem genuit Joſeph, cui diſponſata virgo Maria genuit Jeſum, qui vocatur Chriſtus.* Cantabrig. *Jacob autem genuit Joſeph, cui deſponſata virgo Maria peperit Chriſtum Jeſum.* Tertul. l. de carne Chr. c. 20. p. 552. b. *Jacob generavit Joſeph virum Mariæ, ex qua naſcitur Chriſtus.* Græc. Vulgatæ favet : à Mſ. tamen uno, extremò abeſt Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος· quod etiam deeſt apud Tertul. ſupra.

℣. 17. Itidem Mſ. Cantabrig. uſque ad *Omnes itaque*, &c. detracto tamen *rege*, poſt *David*. Sangerm. 2. ſub finem habet : *& à tranſmigratione Babylonis generationes ſunt XIV.* abſque hoc medio, *uſque ad Chriſtum*. Addit Æthiop. *Et fuerunt omnes generationes ab Abraham uſque ad Chriſtum, generationes quadraginta & duæ ;* quæ reſpondent textui Colbertino. Græc. Vulgatæ conſonat ad verbum ; cui pariter accinunt Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1331. a. & Anonymus apud ipſum to. 2. col. 3. b.

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Chriſti autem generatio ſic fuit : Deſponſata enim Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto.* Cæteri Mſs. codd. concordant cum Vulg. Græcè ita : Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, &c. ut in Vulg. At Irenæus l. 3. c. 11. pag. 191. a. incipit cum Vulg. *Chriſti autem generatio ſic erat :* & infra c. 16. p. 204. c. ait : *Potuerat dicere Matthæus :* Jeſu verò generatio ſic erat : *ſed prævidens Spiritus ſanctus depravatores, & præmuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthæum ait :* Chriſti autem generatio ſic erat : deinde : *Cùm eſſet deſponſata mater ejus Joſeph, priuſquam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto :* & c. 21. p. 216. c. *priuſquam conveniſſet Joſeph cum Maria, inventa eſt in utero hab. de*, &c. Hilar. in Matth. col. 612. a. *priuſquam convenirent, inventa eſt in utero habens.* Ambroſ. l. 2. de Spir. S. to. 2. 642. a. 645. d. *Cùm deſponſata eſſet Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens ex Spiritu ſancto :* tum addit : *Nam licèt plerique habeant*, de Spiritu ; *Græcus tamen, unde tranſtulerunt Latini*, ἐκ Πνεύματος ἁγίου *dixit, hoc eſt, ex Spiritu ſancto.* Quî autem præpoſitio *ex*, differt ab altera *de*, explicat Auguſt. l. de nat. boni, c. 27. to. 8. 508. c. ad hoc Rom. 11. 36. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum*, &c. *Ex ipſo autem*, inquit, *non hoc ſignificat, quod* de ipſo. *Quod enim de ipſo eſt, poteſt dici ex ipſo : non autem omne quod ex ipſo eſt, rectè dicitur de ipſo. Ex ipſo enim cælum & terra, quia ipſe fecit ea : non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Sicut aliquis homo ſi gignat filium, & faciat domum, ex ipſo filius, ex ipſo domus : ſed filius de ipſo, domus de terra & ligno.* Ambroſ. tamen l. de inſtit. virg. 257. f. 258. c. legit, *in utero habens de Spiritu S.* ſicut l. de Myſt. p. 342. b. cum Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 32. g. 36. b. Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 312. b. hæc habet : *Chriſti generatio ſic fuit : Cùm deſponſata eſſet Maria mater ejus ab Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu S.* Auct. op. imp. in Matth. p. 23. *Generatio autem Chriſti ſic erat : Maria cùm eſſet deſponſata Joſeph, priuſquam convenirent*, &c. at infra : *Cùm eſſet deſponſata mater ejus Maria Joſeph, priuſquam conven. inventa eſt in utero hab. de*, &c.

℣. 19. Similiter habet Mſ. Sangerm. 1. præter hæc ult. *voluit tacitè illam dimittere.* Item in Sangerm. 2. & Maj. Mon. *cùm eſſet homo juſtus.* In Cantabrig. *cùm eſſet juſtus, & nollet eam præpalare, voluit clam eam dimittere.* Gr. Vulgatæ favet. Hilar. in Matth. 1. col. 612. a. ait : *Et dictum hoc Joſeph volenti eam abjicere, quia juſtus ipſe nollet in eam lege decerni.* Ambroſ. de inſtit. virg. col. 257. f. *noluit eam traducere.* Auguſt. ep. 153. to. 2. 527. e. *& cùm eſſet homo juſtus, & nollet eam divulgare, ſtatuit eam occulte dimittere :* at l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 33. d. & 36. b. nil differt à Vulg. nec etiam Auctor op. imp. in Matth. p. 25. Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 312. b. legit : *Joſeph autem vir ejus, cùm eſſet homo juſtus, & nollet eam detegere*, &c. Gr. παραδειγματίσαι, quod propriè eſt *oſtendere in exemplum, ignominiæ exponere.* Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. col. 98. b. *Joſeph, cùm eſſet homo juſtus*, &c. ut in Vulg. Juvencus poeta Hiſpanus l. 1. hiſt. Evang. p. 56. h. hunc locum quatuor verſibus ſic reddit.

*Interea Mariæ ſponſo miracula mentem*
*Sollicitant, manifeſta uteri quod pondera vidit.*
*Et ſecum volvit quanam ratione propinquæ*
*Dedecus oppreſſum celet, thalamoſque recuſet.*

℣. 20. Mſ. S. Germ. 1. *Hæc eo cogitante, ecce Angelus* (Mſ. *angullus*) *Domini apparuit Joſeph in ſomnis, dicens..... noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim ex ea naſcetur, de*, &c. Similiter in Sangerm. 2. *apparuit in ſomnis Joſeph, dicens.* In Cantabrig. *Ipſo a. cogitante, ecce Ange-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 21. pariet autem filium : & vocabis nomen ejus JESUM : ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Isaiam prophetam dicentem :

23. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium : & vocabunt nomen ejus Emmanuel : quod est interpretatum Nobiscum Deus.

24. Exsurgens autem Joseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem suam.

25. Et non cognovit eam donec pareret fi-

VULGATA NOVA.

21. pariet autem filium : & vocabis nomen ejus JESUM : ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Luc. 1. 31. Act. 4. 12.

22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem :

23. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium : & vocabunt nomen ejus Emmanuel : quod est interpretatum Nobiscum Deus. Isai. 7. 14.

24. Exsurgens autem Joseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit conjugem suam.

25. Et non cognoscebat eam donec peperit

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lus Domini per visum apparuit ei, dicens..... ne timeas suscipere Mariam uxorem tuam : quod enim in ea natum est, de Sp. &c. In Mss. SS. Mart. & Gat. Turon. quod enim ex ea nascitur, vel nascetur : in Ms. Maj. Mon. ex ea natum est. Græc. Vulgatæ suffragatur. Ms. tamen 1. habet, φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ, pro ἐφάνη αὐτῷ. Iren. l. 3. c. 9. p. 184. d. Angelus Domini apparuit Joseph in somnis : & infra c. 16. p. 204. d. ne timueris assumere Mariam conjugem tuam : quod enim habet in utero, de Spiritu sancto est : sic etiam l. 4. c. 23. p. 259. d. præter hoc, in ventre, ex Spiritu S. Tertul. l. de carne Chr. p. 552. b. Et Angelus in somnis ad Joseph : Nam quod in ea natum est, de Spiritu S. est. Cypr. l. 2. Testim. p. 288. a. Joseph fili David, ne metueris assumere Mariam uxorem tuam : quod enim ex illa natum fuerit, de Spir. S. est. Hilar. in Matth. 1. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 641. b. 652. c. Joseph..... noli timere accip. Mariam uxorem tuam : quod enim ex ea nascetur, de Spir. S. est : similiter l. de instit. virg. 263. d. præter conjugem tuam. Auct. l. de Spir. S. apud Ambros. col. 607. e. Joseph..... ne timueris accip. Mar. conjugem tuam : quod enim in ea generatum est, de Spir. S. est. Auct. op. imp. in Matth. p. 25. Hæc eo cogitante, apparuit ei Angelus in somnis, dicens : Joseph... ne timeas accip. Mar. conjugem tuam : quoniam quod nascetur ex ea, de Spir. S. est. Vigil. Taps. l. 12. de Trin. p. 312. b. Hæc autem eo cogit. ecce Ang. Dom. in somnis visus est ab Joseph, dicens illi : Joseph..... ne timeas recipere Mariam uxorem tuam : quod enim ex ea nascetur, de Spir. S. est. Aug. l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 33. & 36. Vulg. consonat, sicut in consequentibus : at epist. 153. to. 2. 527. e. habet : Hæc eo cogitante, apparuit illi Angelus. Juvencus l. 1. p. 56.

> Talia tractanti, torpescunt membra sopore.
> Mox stertente, Dei vox est audita monentis :
> Accipe conjugium nullo cum crimine pacta,
> Spiritus implevit sancto cui viscera fetu.

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. habet vocabit, non vocabis ; Gr. καλέσεις ; Seld. 4. καλέσῃ ; Mont. & Laud. 5. καλέσουσι, teste Millio. A Sangerm. 2. absunt posteriora verba, ipse enim salvum faciet pop. &c. Cantabrig. fert : pariet autem..... & vocabis..... ipse enim salvabit pop. suum de pecc. &c. Iren. l. 4. c. 23. p. 259. d. textui Cantabrig. consonat, nisi quòd habet à peccatis ; Ms. tamen Clarom. ibid. legit, & vocabitur nomen ejus Jesus : supr. autem l. 3. c. 16. p. 204. d. & vocabis nom. ejus Jesum : hic enim salvabit pop. suum à peccatis suis. Cypr. l. 2. Testim. p. 288. a. pariet autem fil. & vocabis nom. ejus Jesum : hic enim salvum faciet populum suum à pecc. eorum. Hilar. in Ps. 66. col. 186. f. pariet autem fil. & vocabis nom. ejus Jesum : quia ipse salvum faciet populum suum à peccatis, absque seq. eorum : similiter in Ps. 118. col. 305. c. præter hoc, ipse enim salvum faciet : at in Ps. 51. col. 82. b. & cognominabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum fac. populum suum à peccatis. Ambros. in Ps. 35. col. 767. c. pariet filium, & vocabit nomen ejus Jesum : & in Ps. 118. col. 1034. b. quia salvum faciet populum suum. Auct. op. imp. in Matth. p. 26. & pariet filium : vocabisque nomen ejus Jesum : ipse salvabit populum suum à pecc. eorum. Gaud. Brix. serm. 11. p. 961. g. vocabis nomen ejus, &c. ut in Vulg.

℣. 22. Ms. Cantabrig. habet : ut impleretur quod..... per Esaiam, &c. similiter in Ms. S. Germ. 1. per Esaiam. Græc. Vulgatæ consonat, sicut Iren. l. 4. c. 23. p. 259. d. at l. 3. c. 21. p. 216. d. legit : Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est ab Esaia propheta : Ecce, &c. & supra c. 16. p. 204. d. Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam : Ecce, &c. Hieron. de opt. gen. interpr. to. 4. 252. f. Hoc autem totum factum est, ut compleretur, &c. ut in Vulg. Auct. op. imp. in Matth. p. 26. ut impleretur ; nec addit Isaiam : addit Leo M. ser. 22. & 28. in nativ. Dom. Augustinus autem l. 2. de cons. Evang. col. 36. nil differt à Vulg. sicut & supra p. 33. nisi quòd habet, ut impleretur.

℣. 23. Ms. Corb. Ecce virgo in utero concipiet..... & vocabit nom. ejus Emmanuel, &c. S. Germ. 1. Ecce virgo in utero concipiet..... & vocabunt nom. ejus Emanuhel, &c. Maj. Mon. similiter, in utero concipiet. Cantabrig. in utero habebit..... & vocabit nomen ejus Inmanuel, &c. Iren. l. 3. c. 21. p. 216. d. Ecce virgo in utero concipiet : & l. 4. c. 23. p. 259. d. in utero accipiet..... & vocabitur nomen ejus Emmanuel : at l. 3. c. 16. p. 204. d. accipiet in utero..... & vocabunt nomen ejus Emmanuel : quod est, Nobiscum Deus : & l. 3. c. 9. p. 184. b. in utero accipiet..... & vocabunt nomen ejus Emman. quod est interpretatum Nobiscum Deus. Tertul. l. 1. cont. Prax. p. 857. d. cujus & vocabitur nomen Emmanuel : quod est interpretatum Nobiscum Deus : & l. cont. Jud. c. 9. p. 141. b. c. quod interpretatur Nobiscum Deus. Novatianus de Trin. p. 1037. c. 1042. a. Ecce virgo concipiet, & pariet filium : & vocabitis nom. ejus Emman. quod interpretatum est Nobiscum Deus. Cypr. ep. 8. ad Mart. p. 17. b. Ecce virgo in uterum accipiet..... & vocabitis, &c. similiter l. 2. Testim. p. 287. c. & vocabitis ; cæt. ut in Vulgata. Ambros. in Ps. 35. col. 767. c. Ecce virgo in utero accipiet..... & vocabitur nom. ejus Emmanuel : quod interpretatur, &c. Ita quoque l. de instit. virg. p. 257. a. præter hoc, quod est interpretatum. Hilar. l. 2. de Trin. p. 801. c. Emmanuel, id est, Nobiscum Deus. Hieron. in Matt. 1. to. 4. col. 8. c. Pro eo quod evangelista Matthæus dicit, in utero habebit, in Propheta scriptum est, in utero accipiet : & l. de opt. gen. interpr. p. 252. f. relata lectione vulg. subdit : quod LXX. transtulerunt : Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium : & vocabitis, &c. & in Isai. 7. to. 3. 71. e. ad hæc, vocabis nomen ejus, &c. addit : & LXX. & reliqui similiter transtulerunt ; pro quo in Matthæo scriptum est vocabunt, quod in Hebræo non habetur : rursus ibid. In multis testimoniis, inquit, quæ Evangelistæ vel Apostoli de libris veteribus assumpserunt, curiosiùs attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum : unde & in præsenti loco, pro concipiet in utero, Matthæus posuit in utero habebit ; & pro vocabis, vocabunt. August. in Ps. 109. to. 4. 1232. a. Ecce virgo accipiet in utero..... & vocabunt, &c. ut in Vulg. Similiter l. 18. de civit. Dei, c. 46. to. 7. 529. c. at l. 1. de cons. Evang. to. 3. 18. c. Ecce virgo concipiet, & pariet fil. & vocabunt, &c. lib. verò 2. col. 36. Ecce virgo in utero habebit..... & vocabitur nomen ejus Emmanuel, &c. Maxim. Taurin. in homil. p. 5. f. Ecce virgo in utero accipiet, & pariet : & vocabunt, &c. Leo M. ser. 22. in nat. Dom. cum Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. p. 22. Ecce virgo concipiet in utero..... & vocabunt, &c. Vigilius Taps. l. 3. de Trin. p. 222. a. 227. c. Ecce virgo in utero concipiet... & vocabis..... quod interpretatur, &c. Auctor op. imp. in Matth. Vulgatæ congruit, sicut & Græcum edit. Rom. apud quosdam tamen, ἐν γαστρὶ λήψεται, pro ἕξει ; & καλέσεις, vel καλέσετε, pro καλέσουσι, si Millio fides.

℣. 24. Ms. Cantabrig. Exsurgens autem Joseph de somno, fecit sicut præcepit..... & suscepit uxorem suam. Corb. Exsurgens autem Joseph à somno, fecit sicut præceperat, &c. ut in Vulg. Similiter habet Sangerm. 2. sicut præceperat ; ultimò verò, & accepit Mariam conjugem suam ; quod etiam est in Æthiop. & Arab. teste Millio. Ambrosius simpliciter, accepit conjugem suam. August. l. 2. de cons. Ev. to. 3. 33. e. & 36. c. concordat cum Vulg. & Græco. Auct. op. imp. in Matth. p. 26. Exsurgens autem Joseph à somno, accepit Mariam conjugem suam.

℣. 25. Ms. Sangerm. 1. Et non cognovit eam donec peperit filium : & vocavit, &c. Corb. verò : Et non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum : & vocavit, &c. Cantabrig. Et non cognovit eam quousque peperit filium primogenitum : & vocavit, &c. S. Germ. 2. Et non cognovit eam donec peperit filium suum unigenitum : & vocavit nomen ejus, &c. Maj. Mon. & vocabunt nomen ejus, &c. Græc. Vulgatæ consonat. A Ms. tamen Barb. 1. & Copt. abest hoc, αὐτῆς

VULGATA NOVA.

filium suum primogenitum : & vocavit nomen ejus Jesum.

VERSIO ANTIQUA.

lium : & vocavit nomen ejus Jesum. *Ex Ms. Colbert.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*τὸν πρωτότοκον*, teste Millio. Apud Ambr. etiam l. 2. in Luc. col. 1284. a. & l. de instit. virg. col. 257. f. 258. d. simpliciter : *Non cognovit eam donec peperit filium.* Item apud Hilar. in Matth. 1. *Non cognovit eam donec peperit.* Apud Auct. verò op. imp. in Matth. p. 26. *Et non cognovit eam donec peperit fil. suum primogenitum.* Apud Aug. l. 2. de conf. Evang. col. 33. & 36. *Et non cognoscebat eam*, &c. ut in Vulg. Ad hanc autem vocem *primogenitum*, Hieronymus, comm. in Matth. ait : *Ex hoc loco quidam perversissimè suspicantur, & alios filios habuisse Mariam, dicentes primogenitum non dici, nisi qui habeat & fratres.* Fortè ne quis in hunc errorem induceretur, nonnulli scribæ *suum primogenitum* abstulerunt.

# CAPUT II.

VULGATA NOVA.

Luc. 2. 7. 1. CUm ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam,

2. dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum ? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.

3. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo.

4. Et congregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

5. At illi dixerunt ei : In Bethlehem Judæ : Sic enim scriptum est per Prophetam :

Mich. 5. 2. Joan. 7. 42. 6. Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

1. CUm ergo natus esset Jesus in Bethleem civitate Judææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt in Jerosolymam,

2. dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum ? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.

3. Audiens autem rex Herodes, turbatus est, & omnis Jerosolyma cum eo.

4. Et congregavit omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, & interrogavit ab eis ubi Christus nascitur.

5. At illi dixerunt : In Bethleem Judææ : Sic enim dictum est per Prophetam :

6. Et tu Bethleem Judææ, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. Corb. & Sangerm. 2. *Cùm ergo natus esset Jesus in Bethleem Judæ*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *in Bethleem civitatem Judææ*, &c. Cantabrig. *Jesu autem nato in Bethleem Judææ..... in Hierosolyma.* Ita quoque in Græco. Tertul. l. de idol. p. 9. b. ait : *Magi & astrologi ab oriente venerunt.* Cypr. l. 2. Testim. p. 289. c. & 297. b. *Et cùm Jesus natus esset in Bethleem Judæ*, &c. ut in Vulg. Augustinus l. 2. de conf. Evang. to. 3. p. 33. f. *Cùm ergo natus esset Jesus in Bethleem Judæ*, &c. ut in Vulg. Sic etiam hab. Sedulius l. 2. oper. pasch. c. 4. p. 477. h. Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. deletâ voculâ *ergo*. Accinit Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 738. a. at infra p. 739. e. legit : *Cùm ergo natus esset Jesus in Bethleem Judæ in civitate David, ecce Magi*, &c. ut in Vulg. Auct. l. de Judaica incred. p. 569. *Cùm autem natus esset Jesus in Bethleem Judæ in diebus..... ecce Magi ab oriente venerunt in Jerosolymam.* Maxim. Taurin. in homil. p. 9. & 11. a. *ecce Magi ab oriente advenerunt Jerosolymam.* Juvenc. l. 1. p. 57. e.

*Gens est Eoi, Phœbo orto proxima, regni ;*
*Astrorum solers ortusque obitusque notare :*
*Hujus primores nomen tenuere Magorum :*
*Hinc lecti proceres Solymas per longa viarum*
*Deveniunt, regemque adeunt*, &c.

℣. 2. Ms. Cantabr. habet : *ejus stellam in oriente, & venimus adorare ei ;* quibus Gr. favet. Ms. verò Maj. Mon. *venimus cum muneribus adorare eum.* Ita quoque legit Cypr. l. 2. Testim. p. 289. c. at infra p. 297. b. Vulgatæ consonat ; sicut Iren. l. 3. c. 9. p. 184. b. August. l. 2. de conf. Evang. to. 3. 33. f. 38. a. Sedulius l. 2. oper. pasch. c. 4. p. 477. h. Auctor op. imp. in Matth. p. 27. & Auct. l. de Judaica incred. p. 569. Maximus verò Taurin. p. 9. g. 11. a. *vidimus stellam ejus in oriente, & venimus ad eum ;* Gr. *καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ·* Seld. 4. cum ed. Ald. *αὐτόν.* Vide sis Hilar. in Ps. 2. n. 24. col. 39. a. & Zenonem Veron. l. 2. p. 151. c. Juvencus l. 1. p. 57. e. sic pergit :

*..... orantque doceri,*
*Quæ regio imperio puerum Judæa teneret.*
*Progenitum*, ( al. *Jam genitum*, ) *& sese stellæ fulgentis ab ortu*
*Admonitos, venisse viam, quò supplice dextra*
*Exortum terris venerabile numen adorent.*

℣. 3. Ms. Cantabrig. *Herodes turbatus est, & Hierosolyma cum ipso.* Græc. Vulgatæ congruit ; sicut August. l. 2. de conf. Evang. to. 3. 37. & Auctor op. imp. in Matth. p. 29. sed infra p. 33. habet : *turbatus est Herodes, & omnis civitas cum illo.* Vide Juvencum ad ℣. seq.

℣. 4. Similiter habet Ms. S. Germ. 1. *Et congregavit omnes principes..... & interrogavit ab eis ubi nascitur Christus.* Cantabrig. *Et congregans omnes principes..... interrogabat ubi Christus nascitur.* Corb. *Et congregans omnes princip..... & interrogavit ab eis ubi Christus nasceretur.* Græc. Vulgatæ favet ; in Mss. tamen Lin. Laud. 5. & Bodl. 6. deest *ἀπ' αὐτῶν, ab eis*, sicut à Cantabr. teste Millio. Auctor op. imp. in Matth. p. 29. legit : *Convocavit autem principes sac. & Scribas, & interrogavit ab eis ubi Christus nasceretur.* Sedulius l. 2. oper. pasch. c. 4. p. 477. h. *sciscitavit ab eis ubi Chr. nasceretur.* Item ap. S. Leon. s. 3. p. 89. f. *nasceretur ;* in Gr. *γεννᾶται.* Juvenc. l. 1. p. 57. e.

*Territus Herodes, vatum legumque peritos,*
*Quique prophetarum veterum præsagia noscunt,*
*Imperio accitos jubet omnia quærere* (al. *acquirere*) *legis*
*Quis* ( al. *Quâ* ) *pateat, quæ sint genitalia mœnia Christo,*
*Omnia venturum spondent quem oracula vatum.*

℣. 5. Ms. Cantabrig. *Qui autem dixerunt ei : In Bethleem Judææ*, &c. ut in Vulg. Sangerm. 1. & Corb. delent voculam *ei ;* delet pariter *ei*, Sangerm. 2. qui hæc verba, *per Prophetam*, alia manu scripta exhibet. Ms. S. Gat. habet, *In Betlem Juda ;* tollitque *per Prophetam.* Maj. Mon. *In Betleem Juda : Sic enim scriptum est per Prophetam, dicentem.* Gr. Vulgatæ consonat, nisi quòd scribit *τῆς Ἰουδαίας*, loco *Juda.* Auctor op. imp. in Matth. p. 29. *At illi dixerunt : In Bethleem Judæ : Sic enim dictum est per Prophetam.* Item Sedul. l. 2. oper. pasch. c. 4. p. 477. h. *Dixerunt : In Bethl. Juda*, &c. ut in Vulg. At Hieron. in Matth. 2. to. 4. 9. a. legit, *In Bethleem Judææ ;* sed addit : *Librariorum hîc error est : putamus enim ab Evangelista primùm editum, sicut in ipso Hebraïco legimus*, Judæ, *non Judææ :* & l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. a. *In eodem Evangelista legimus*, inquit, *Herodem ad adventum Magorum fuisse turbatum, Scribisque & Sacerdotibus congregatis, sciscitatum ab eis ubi Christus nasceretur ; illosque respondisse : In Bethleem Judæ : Sic enim scriptum est in Propheta :* & in Mich. 5. to. 3. col. 1531. b. *Respondisse narrantur : In Bethleem terra Juda.* Vide Juvencum in fine ℣. seq.

℣. 6. Itidem in Mss. Cantabrig. & Sangerm. 1. nisi quòd in illo legitur *non minima es ;* in isto *princeps*, non *dux ;* in Mss. S. Gat. & Maj. Mon. *rex.* In Corb. verò, *Et tu Bethleem terra Judæorum, nunquid minima es in principibus Juda ? ex te enim exiit dux, qui reget pop. meum Israël.* Græc. cum Vulgata concinit, nisi exceperis vocem *ἡγέμοσιν, ducibus*, vel *rectoribus*, pro *principibus*, quæ idem valent. In cod. 2. Roberti Steph. habetur sup. interrogativè, *μὴ ἐλαχίστη εἶ*, non *οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ*, quod in Vatic. Tertullianus l. adv. Jud. c. 13. p. 146. a. legit : *Et tu Bethleem, non minima es in ducibus Juda : ex te enim exiet*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

7. Tunc Herodes vocavit ad ſe occultè Magos, & diligenter exquiſivit ab eis tempus, quando paruit eis ſtella :

8. & miſit illos in Bethleem, dicens : Ite, & interrogate diligenter de puero : & cùm inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniam, & adorem illum.

9. Qui cùm audiſſent regem, abierunt : & ecce ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, uſquedum venit, & ſtetit ſupra puerum.

10. Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes in domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrram.

12. Et admoniti in ſomnis ne redirent ad Herodem, & per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.

13. Qui cùm receſſiſſent, ecce angelus Domi-

VULGATA NOVA.

7. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis :

8. & mittens illos in Bethlehem, dixit : Ite, & interrogate diligenter de puero : & cùm inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum.

9. Qui cùm audiſſent regem, abierunt : & ecce ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, uſquedum veniens ſtaret ſupra, ubi erat puer.

10. Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Pſalm. 71. 10.

12. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.

13. Qui cùm receſſiſſent, ecce angelus Domi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dux, qui paſcat pop. meum Iſraël.* Hilar. in Pſ. 131. col. 452. c. *Et tu Bethleem Judæ, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet, qui reget pop.* &c. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 3. col. 318. a. *Et tu Bethleem, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet princeps, qui regat pop. meum :* ſimiliter in Pſ. 35. col. 767. d. adjunctâ voce *Judææ*, ad *Bethleem :* ita rurſum l. 3. in Luc. col. 1326. f. addito inſuper *Iſraël*, in fine : at epiſt. 70. col. 1065. b. hæc habet : *In libro Prophetico invenimus* ὀλίγοσος εἶ, *id eſt*, in paucioribus es. *In Matthæo autem :* Et tu Bethleem domus Juda, non es in paucioribus. *Ibi domus Juda, hîc domus Ephrata.* Hieron. in Mich. 5. to. 3. 1531. c. & l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. a. *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in ducibus Juda : ex te enim egredietur dux, qui regat pop. meum Iſraël.* Leo M. ſer. 31. & 33. p. 89. f. 92. c. *Et tu Beth. terra Juda, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet princeps* (al. *dux*,) *qui regat*, &c. Auct. op. imp. in Matth. p. 30. *Et tu Bethl. terra Juda, non es minima inter principes Juda*, &c. ut in Vulg. niſi quòd addit ex Mich. 5. *dieſque ejus à diebus ſæculi.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 732. c. *Et tu Bethl. terra Juda, nequaquam minima es in millibus Juda : ex te enim prodiet rex, qui regat pop. m. Iſr.* Junilius Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. *Et tu Bethleem civitas Juda, nullo modo minor es in civitatibus Juda : ex te enim prodiet dux, qui reget pop. m. Iſraël.* Similiter apud Sedul. l. 2. oper. paſch. p. 477. h. *qui reget.* Juvencus l. 1. p. 57. e. hunc verſiculum cum præcedenti ita exprimit :

*Tunc manifeſtatur Bethlem quòd mœnibus illum*
*Progigni maneat, cui ſacram ducere plebem*
*Iſraëlitarum ſacra virtute neceſſe eſt.*

℣. 7. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc Herodes occultè vocavit Magos, & diligenter exquiſivit ab eis tempus, quando apparuit eis ſtella.* Cantabrig. *Tunc Herodes occultè vocans Magos, exquiſivit ab eis tempus apparentis ſtellæ.* S. Gat. *Tunc Herodis clam vocavit Magos, diligenter exquiſivit ab eis*, &c. ut in Vulg. Græc. Mſ. Cantabrigienſi favet. Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. Vulgatæ ; ſicut etiam Sedul. l. 2. oper. paſch. c. 4. p. 477. h. detracto uno *diligenter.* Auct. op. imp. in Matth. p. 30. legit : *Tunc vocavit occultè Magos, & diligenter exquiſivit tempus, quando apparuit eis ſtella.*

℣. 8. Cantabrig. Mſ. *& mittens eos in Bethleem, dixit eis : Euntes interrogate..... cùm autem inveneritis..... ut & ego veniens adorem ei.* Ita quoque in Græco eſt, deletâ voculâ *eis*, poſt *dixit.* Mſ. S. Germ. 1. concordat cum textu Colbertino. Sangerm. 2. & S. Gat. habent, *interrogate dilig. de puero hoc ;* addit codex S. Gat. *& cùm inveneritis eum ;* ultimòque, *ut & ego veniam, & adorem.* Auct. op. imp. in Matth. p. 29. *& ait illis : Ite, & videte de puero : & cùm inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum :* & infra p. 32. *exquirite de puero, ut & ego veniam, & adorem eum.* Auguſt. l. de conſ. Evang. p. 37. & Sedul. l. 2. oper. paſch. c. 4. p. 477. h. Vulgatæ accinunt. Juvenc. l. 1. p. 57. e.

*Tunc jubet Herodes Perſas pertendere greſſum,*
*Inventumque ſibi puerum monſtrare colendum.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. 1. textui Colb. conſonat, niſi quòd habet, *ſtella, quam viderunt in orientem.* Cantabrig. ſic : *Qui autem audientes regem, abierunt : & ecce ſtella, quam viderant in oriente, præcedebat eos, donec venit, & ſtetit ſupra puerum.* Auctor op. imp. in Matth. p. 30. *& ecce ſtella, quam viderant in oriente, præcedebat* (inf. *antecedebat*) *eos, uſquedum venit, & ſtetit ſuper caput pueri.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 173. d. *ecce ſtella, quam viderant Magi in oriente, præibat eos, donec venit, & ſtetit ſupra locum, ubi erat puer.* Maxim. Taurin. in homil. p. 11. c. *donec venit, & ſtetit ſupra, ubi erat puer.* Auguſt. l. de conſ. Evang. col. 37. & Sedul. l. 2. oper. paſch. c. 5. p. 478. c. Vulgatæ accedunt, & Græco. Juvenc. l. 1. p. 57. f.

*Ecce viæ* (al. *iteris*) *medio ſtellam percurrere cernunt,*
*Sulcantem flammis auram, quæ in culmine ſummo*
*Reſtitit, & pueri luſtrata habitacula monſtrat.*

℣. 10. Mſ. S. Germ. 2. *Videntes ſtellam Magi gaviſi ſunt*, &c. Auct. op. imp. in Matth. p. 31. *Et videntes ſtellam gaviſi ſunt*, &c. Auguſt. l. de conſ. Evang. 37. g. & Sedul. l. 2. oper. paſch. c. 5. textui accinunt, cum Græco. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 173. d. delet *valde.* Juvencus, l. 1. p. 57. f.

*Gaudia magna Magi gaudent* (al. *Magis redeunt*,) *fiduſque ſalutant.*

℣. 11. Mſ. S. Germ. 1. ſcribit *procedentes*, veterum more, non *procidentes ;* & *murram* non *myrram ;* cæt. ut in Vulg. Cantabrig. *Et venientes in domum, viderunt puerum cum Maria matre ſua, & cadentes adoraverunt ei : & aperientes theſauros ſuos, obtul. ei mun. aurum, & thus, & ſmyrram.* Græc. textui Cantabr. congruit, excepto tantùm verbo εὗρον, *invenerunt*, pro *viderunt ;* ſed Mſs. plures habent εἶδον, teſte Millio. Tertul. de idol. c. 9. p. 241. b. *Thus, & myrrham, & aurum infanti tunc Domino obtulerunt.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 173. d. *Ingreſſi itaque, invenerunt puerum, & matrem ejus : apertiſque theſauris, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Auct. op. imp. in Matth. p. 31. *Et intrantes domum, viderunt puerum, & matrem ejus, & adoraverunt eum :* ſubinde, *apertis enim theſauris ſuis*, &c. ut in Vulg. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. a. *Et intrantes in domum, invenerunt puerum, & Mariam matrem ejus : & apertis*, &c. Arnob. annot. in Evang. p. 330. f. *aperientes theſauros ſuos, obtulerunt*, &c. Juvenc. l. 1. p. 57. f.

*At poſtquam puerum vidêre ſub ubere matris,*
*Dejecti prono texerunt corpore terram :*
*Submiſſique ſimul mox myſtica munera promunt ;*
*Aurum, thus, myrrham, regique, Deoque, hominique*
*Dona ferunt*, &c.

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. *Et admoniti in ſomnis ne redirent ad Herod. per aliam viam reverſi ſunt in ſuam regionem.* Cantabrig. *Et moniti per ſomnum non reverti ad Eroden, per aliam*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *ſed per aliam viam reverſi ſunt*, &c. Græc. textui Cantabr. accedit ; Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. p. 33. g. Vulgatæ ; infra tamen 38. a. legit, *regreſſi ſunt in reg. ſuam.* Auct. op. imp. in Matth. *Et admoniti in ſomnis ne redirent*, &c. ut in Vulg. Arnob. annot. in Evang. p. 330. f. *Et reſponſo moniti ſunt in ſomnis ne reverterentur ad Herodem, ſed per aliam viam regreſſi ſunt.* Vide ſis Tertul. de idol. c. 9. p. 241. b. & Hilar. l. 2. de Trin. 801. d. & in Matth. 2. col. 613. b. Juvenc. l. 1. p. 57. f.

*..... totam mox horrida ſomnia noctem*
*Sollicitant, ſævumque jubent vitare tyrannum :*
*Denique diverſis Herodis callibus aulam*
*Diffugiunt, patriamque Magi rediere latentes.*

℣. 13. Mſs. S. Germ. 1. & S. Gatiani cum textu Colb.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

ni apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

14. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum :

15. & erat ibi usque ad obitum Herodis : ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum. (Osee 11. 1.)

16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis.

17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem :

18. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus : Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. (Jer. 31. 15.)

19. Defuncto autem Herode, ecce angelus

**VERSIO ANTIQUA.**

ni apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum istum perdere. (Ex Ms. Colbert.)

14. Surgens autem Joseph à somno, accepit puerum & matrem ejus nocte, & abiit in Ægyptum :

15. & erat ibi usque ad consummationem Herodis : ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum.

16. Tunc Herodes vidit quoniam delusus est à Magis, iratus est valde, & misit, & occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus regionibus ejus, à bimatu & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis.

17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem :

18. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus : Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

19. Defuncto autem Herode, ecce angelus Do-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

concinunt. Ms. verò Maj. Mon. ultimò habet : *quærat puerum istum ad perdendum eum.* Cantabrig. *Iisdem autem recedentibus, ecce ang. Dom. apparuit in visu Joseph, dicens : Surgens suscipe puerum, & matr. ejus, & fuge in Ægypto, & esto ibidem quousque tibi dicam. Incipit enim Herodes quærere puerum ut perdat eum.* Græc. textui Cantabrig. magis accedit, nisi quòd pro *incipit*, habet μέλλει. Hilar. in Matth. 2. col. 612. b. *Cùm transire*, inquit, *Joseph ad Ægyptum admonetur, ita dicitur : Accipe puerum, & matrem ejus.* Auct. op. imp. in Matth. *Qui cùm recessissent..... in somnis Joseph, dicens : Tolle puerum*, &c. ut in Vulg. usque ad *Ægyptum.* August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. nil differt ab ipsa. Auct. verò l. de promiss. p. 3. col. 174. b. legit : *Angelus Domini apparuit Joseph in somnis, dicens : Surgens accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Quæsiturus est enim Herodes puerum ut eum perdat.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. *Surgens autem Joseph, accepit puerum & matrem ejus nocte, & abiit in Ægyptum.* Cantabrig. *Qui autem exsurgens, accepit pueram & matrem ejus per noctem, & secessit in Ægyptum.* Sangerm. 2. *nocte secessit in Ægyptum.* Maj. Mon. *& fugit in Ægyptum.* August. l. de cons. Evang. p. 38. Vulgatæ favet ; Græc. verò textui Cantabrigiensi. Juvencus l. 1. p. 57. f.

*Ipsum etiam puerum monitis cælestibus actus,*
*Ægyptum cum matre simul transportat Ioseph.*

℣. 15. Ms. S. Germ. 1. similiter habet cum Colb. *Et erat ibi usque ad consummationem Herodis*, &c. Cantabrig. & S. Gat. *usque ad mortem Herodis*, &c. Gr. ἕως τῆς τελευτῆς, &c. subinde Ms. Cantabr. *ut compleretur quod dictum est..... De Ægypto*, &c. Irenæus l. 3. c. 9. p. 184. *uti adimpleatur quod dictum est..... Ex Ægypto*, &c. ut in Vulg. Item apud Ambros. l. de Jos. c. 8. col. 500. b. *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Apud August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. omnia ut in Vulg. usque ad finem capitis. Huc autem redeunt quæ Hieron. ait l. de Script. Eccl. to. 4. p. 2. col. 102. f. *Animadvertendum quòd ubicunque Evangelista* (Matthæus) *sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, Veteris Scripturæ testimoniis abutitur, non sequatur LXX. Translatorum auctoritatem, sed Hebraïcam, è quibus illa duo sunt : Ex Ægypto vocavi filium meum : &, Quoniam Nazaræus vocabitur :* & ad hunc Matth. 2. locum, *Ex Ægypto*, &c. col. 9. d. *Respondeant*, inquit, *qui Hebræorum voluminum denegant veritatem, ubi hoc in LXX. legatur Interpretibus ? quod cùm non invenerint, nos eis dicemus, in Osee propheta scriptum :* rursum epist. ad Damas. to. 4. 146. b. *Illud neque in Græcis, neque in Latinis codicibus possumus invenire : Ex Ægypto vocavi filium meum.* « Universi autem discriminis cardo, inquit Mo-
» rinus l. 1. exercit. 3. c. 5. p. 79. unam super litteru-
» lam apud Hebræos vertitur : legit enim S. Evangelista *be-*
» *ni, filium meum ; LXX. benau, filios ejus :* hi litteram *vau*
» asciscendam judicaverunt, ille rejiculam ; quod posterius
» Judæi huc usque observant. »

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. *Tunc Herodis, ut vidit quoniam inlusus est à Magis, iratus est valde, & mittens occidet omnes pueros, qui erant in Bethleem Judææ, & omnibus regionibus ejus, à bimatu*, &c. Cantabrig. *Tunc Herodes videns quia delusus est à Magis, iratus est valde, & mittens interfecit*, &c. ut in Vulg. Græc. textui Cantabr. favet. Cod. S. Germ. 2. scribit, *ab immatu ;* Cypr. epist. 56. p. 92. b. *à bimatu & infra.* Lucif. Cal. l. 1. & 2. pro S. Athan. p. 201. c. legit : *Tunc Herodes, cùm videret quia delusus est à Magis, iratus est vehementer, & misit occidere omnes infantes in Bethleem*, &c. ut in Vulg. Maximus Taurin. in homil. p. 11. c. *Herodes contemptus à Magis, iratus est valde, & misit, & occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, à bimatu & infra.* Auct. op. imp. in Matth. p. 32. *Tunc Herodes videns quoniam delusus esset à Magis, iratus est vehementer :* paulòque post : *misit, & occidit omnes pueros in Bethleem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra*, &c. Juvenc. l. 1. p. 57. g.

*At ferus Herodes sibimet succedere credit,*
*Quem callens astris quæsisset cura Magorum :*
*Quorum præcauto discessu sollicitatus,*
*Crudeli tinxit Bethlemica compita cæde ;*
*Infantes mandans, teneroque sub ubere plebem*
*Innocuam, in sinubus rigido succumbere ferro.*
al. *Infantes cunctos, teneramque sub ubere plebem*
*Evellit ferro, nullo sub crimine culpa.*

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Tunc completum est quod dictum est à Domino per Hieremiam*, &c. Græc. Vatic. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου, &c. Cod. verò 2. Rob. Steph. ὑπὸ Κυρίου διὰ Ἱερεμ. &c. Juvencus l. 1. p. 57. g.

*Hac etiam cædes olim præscripta manebat :*
*Nam pius hanc Vates, divino numine doctus,*
*Complerat*, al. *Complorat*, &c.

℣. 18. Ms. Cantabrig. *Vox in Rama..... ploratio, & planctus, & ululatus multus : Rachel plangens filios*, &c. ut sup. Græcè similiter, θρῆνος, καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς πολύς· à Mss. tamen quibusdam abest hoc, θρῆνος καὶ, si Millio fides ; à Corb. Lat. abest *multus.* Apud Hilar. in Matth. 2. col. 613. d. omnia ut in Vulg. Apud Ambros. in Ps. 37. col. 819. c. *Vox audita est in Rama, fletus, & ululatus multus : Rachel plorans*, &c. ut sup. at epist. 70. n. 9. col. 1064. e. *Vox in Rama audita est Rachel plorantis filios suos.* Auct. l. de promiss. p. 3. col. 174. c. *Vox in Rama audita est, fletus, & ululatus : Rachel plorans filios*, &c. Auctor op. imp. in Matth. p. 33. *Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus.* Hieron. in Jerem. 31. col. 679. a. *Nec juxta Hebraïcum*, inquit, *nec juxta LXX. Matthæus sumpsit testimonium : legimus enim in eo post descriptionem infantium necis :* Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam proph. dicentem : Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus : Rachel flentis filios suos, & noluit, &c. *Ex quo perspicuum est Evangelistas & Apostolos nequaquam ex Hebræo interpretationem alicujus secutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis, quod legebant Hebraïcè, suis sermonibus expressisse.* Juvencus l. 1. p. 57. g. hunc versiculum sic reddit :

*..... misero sobolis pro funere matres*
*Horrendis graviter cælum pulsare querelis.*

℣. 19. Ms. Cantabrig. *ecce angelus Domini paruit in somnis Joseph*, &c. Corb. & Sangerm. 2. *ecce apparuit angelus Domini in somnis Joseph*, &c. Sangerm. 1. *ecce angelus Domini apparuit Joseph in somnis*, &c. Auctor op. imp. in Matth. p. 33. Vulgatæ suffragatur. Gr. ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ, &c. Juvencus l. 1. p. 57. g.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* mini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto,

20. dicens: Surge, accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

21. Et ſurgens Joſeph, accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.

22. Audiens autem Joſeph quòd Archelaus in Judæa regnaret pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.

23. Et venit, & habitavit in civitatem, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam: Quoniam Nazaræus vocabitur.

### VULGATA NOVA.

Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto,

20. dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

21. Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.

22. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.

23. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Aſt ubi ſopitus furor eſt, & ſæva tyranni*
*Infantum horribili feritas ſatiata cruore,*
*Exſtinxiſſe putat cunctos, quos primus & alter*
*Annus lætiferi miſerè ſuppreſſerat ævi;*
*Mirandis rurſum devinctus membra ſopore.*

℣. 20. Mſ. Cantabrig. *dicens: Surgens accipe puerum... & abi in terram Iſraël: mortui ſunt enim, qui quærebant animam pueri.* Ita quoque in Græco. Hilar. l. 10. de Trin. col. 1073. c. nil diſcrepat à Vulgata: in Matth. verò 612. b. *Revertere cum puero, & matre ejus.* Auctor oper. imperf. in Matth. legit: *dicens: Accipe puerum, & matrem ejus, & revertere in terram Juda: defuncti ſunt enim, qui,* &c. at infra ponit, *vade in terram Iſraël.* Auguſt. Enchirid. to. 6. col. 213. e. *mortui ſunt enim, qui quærebant animam pueri:* Mſ. Sangerm. 1. *animam pueri perdere;* quod verb. *perdere*, nullibi additur, neque in Græcis, neque in Latinis aliis. Juvencus l. 1. p. 57. g. ſic pergit:

*Joſeph, urgetur monitis Mariam, puerumque*
*Ægypto ad patriam vectare.*

℣. 21. Mſ. Corb. *Qui ſurgens, accepit*, &c. S. Germ. 1. *Et ſurgens, accepit*, &c. S. Germ. 2. *Et conſurgens, accepit*, &c. Gr. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς, (Colb. 8. διεγερθεὶς) παρέλαβε, &c. Vide ſis Hilar. in hunc loc. col. 614. b. Mutilus autem eſt hìc Mſ. Cantabrig. uſque ad ℣. 8. capitis ſeq.

℣. 22. Mſ. S. Germ. 1. *Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Judæam..... timuit illuc ire*, &c. Similiter Sangerm. 2. *timuit illuc ire;* ſicut & Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. Græcum textui S. Germ. favet. Auctor oper. imperf. in Matth. legit: *admonitus autem in ſomnis, ſeceſſit*, &c. Hilarius in eund. loc. col. 614. b. dicit: *Et revertens, cùm Archelaum Herodis filium regnare audiſſet, timuit eò venire: & per angelum monetur ut in Galilæam tranſeat, & in regionis ejus civitate Nazareth inhabitet.*

℣. 23. Mſ. S. Germ. 1. *Et venit, & habitavit in civitate..... ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas*, &c. Sangerm. 2. *Et veniens habitavit in civitatem..... ut impleretur..... per Prophetas*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco eſt: Mſ. tamen 1. Bodlei. habet ſingulariter, διὰ τοῦ Προφήτου, teſte Millio; & Corb. Lat. *per Prophetam;* quæ etiam lectio eſt Mſ. Colb. ſupra. Sed Hieron. priorem tuetur in Comment. dicens: *Nunc autem pluraliter* Prophetas *vocans, oſtendit ſe non verba de Scripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. relato Vulgatæ verſu, ſubdit: *Dum dicit* per Prophetas, *non* per Prophetam, *manifeſtat quòd non certam auctoritatem Prophetiæ protulit, ſed ſenſum Prophetarum colligens, dixit*, &c. Non omittendum etiam quod Hieron. in ep. ad Damaſ. to. 4. 146. b. ait, hunc Matthæi locum, *ut compleretur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur: neque in Græcis, neque in Latinis codicibus ſe potuiſſe invenire:* vide etiam in Iſai. xi. 6. col. 99. b. necnon Morinum hac de re, l. 1. exercit. 3. c. 5. n. 12.

## CAPUT III.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* 1. IN illis autem diebus venit Johannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ,

2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum.

3. Hic eſt enim, de quo dictum eſt per Iſaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus: omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in viam planam: & videbit omnis caro ſalutare Dei.

4. Ipſe autem Johannes habebat veſtimentum

### VULGATA NOVA.

1. IN diebus autem illis venit Joannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ,

2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropin- *Marc.*
quavit enim regnum cœlorum. *1. 4.*

3. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam pro- *Luc. 3.*
phetam dicentem: Vox clamantis in deſerto: Pa- *3.*
rate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus. *Iſai. 40.*

*3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4.*

4. Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. S. Germ. 1. *In illis diebus venit*, &c. S. Germ. 2. *In illis autem diebus*, &c. ſubinde ipſe cum Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. *in deſerto Judæ.* Græc. cum Vulgata concinit. Hilar. in Matth. 3. col. 614. d. legit: *In diebus illis venit Johannes prædicans in deſ. Judææ.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. addita voce *Baptiſta*, ad *Johannes.*

℣. 2. Mſ. S. Germ. 2. ipſo initio delet *&;* tollit pariter Hilar. in Matth. 614. d. Tertul. l. de pœnit. c. 2. p. 165. c. legit: *Pœnitentiam initote: jam enim ſalus nationibus appropinquabit.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1239. e. cum Hilar. ubi ſupra, *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regn. cælor.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. p. 34. & 41. præter *appropinquabit.*

℣. 3. Mſ. S. Germ. 1. *Hic eſt enim, de quo dictum eſt per Iſaiam*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Hic eſt enim, quod dictum eſt per Iſaiam*, &c. Quod autem ſpectat ad verba ultima: *omnis vallis implebitur*, &c. illa iſtuc advecta ſunt ex Lucæ cap. 3. ℣℣. 5. 6. librarii imperitiâ: eadem quoque addita præfert Mſ. S. Gat. Turon. præter extrema, *& videbit omnis caro*, &c. quæ abſunt. Hujuſmodi aſcititiorum meminit Hieron. præfat. in Evangelia, de quibus copiosè diximus in præfatione generali. Irenæus l. 3. c. 9. p. 184. b. præſenti additamento aliquo modo favere videtur, dum dicit: *Ait Matthæus, ſimiliter autem & Lucas: Hic enim eſt, qui dictus eſt à Domino per Prophetam: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas Dei noſtri: omnis vallis implebitur, & omnis mons..... & erunt tortuoſa in directa, & aſpera in vias planas: & videbit..... ſalutare Dei.* Arnob. quoque annot. in Evang. p. 330. g. habet quaſi ex Matthæo ſolo: *Vox clam. in deſ. Parate viam Domini: rectas facite ſemitas Dei noſtri: omnis vallis impleb. & omnis mons..... & erunt prava in directa.* At Græc. Vulgatæ ſuffragatur. Auctor op. imp. in Matth. p. 34. legit: *Hic eſt enim, de quo dictum eſt per Eſaiam*, & reliqua ut in Vulg. nec plura. Tertul. l. de Bapt. c. 6. p. 389. b. alludens dicit: *Joannes antepræcurſor Domini fuit, præparans vias ejus.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium p. 269. e. *Vox exclamantis in deſerto: Dirigite viam Domini.*

℣. 4. Mſ. S. Germ. 1. *Ipſe autem Johannes habuit veſtim. ſuum de pilis camelorum, & zona pellicia ſuper lumbos ejus:*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos : esca autem ejus erat locustæ, & mel silvestre. | de pilis camelorum, & zonam pelliciam circa lumbos suos : esca autem ejus erat locusta, & mel silvestre. *Ex Ms. Colbert.* |
| *Marc. 1. 5.* 5. Tunc exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem ; | 5. Tunc exibant ad eum ab Jerosolymis à Judæa, & omnes qui commorabantur circa Jordanem ; |
| 6. & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua. | 6. & baptizabantur ab illo in Jordane, confitentes peccata sua. |
| *Luc. 3. 7.* 7. Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira ? | 7. Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere ab ira ventura ? |
| 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. | 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. |
| *Joan. 8. 39.* 9. Et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham : dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. | 9. Et nolite proferre vos, dicentes : Patrem habemus Abraham : dico enim vobis quoniam potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*esca autem ejus erat locustæ*, &c. S. Germ. 2. *Ipse autem Johan. habens de pilis camel. & zonam pellic. circa lumbos ejus : esca autem ejus erat locusta*, &c. In Ms. S. Gat. *Ipse enim Johannes*, &c. Græcum Vulgatæ consonat, addito uno αὐτȣ͂, ad *vestimentum*. Vulgatæ pariter accinit Auct. op. imp. in Matth. hom. 3. detracto tamen *erat*, ante vocem *locustæ* : at infra dicit : *Ipse autem Johannes habuit vestimenta de pilis cameli, & zonam pelliceam super lumbos ejus : & locustas, & mel silvestre edebat* : paulòque post : *& zona pellicea super lumbos ejus* ; inf. *circa lumbos ejus* ; sed hæc posteriora sumpta videntur ex Marco 1. 6. Tertullianus de idol. c. 19. p. 245. c. dicit cinctum fuisse *loro* Johannem. Hilarius in Matth. col. 615. a. *pilis etiam camelorum vestis adtexta* : subinde : *zona autem præcinctio..... in esum etiam electæ locustæ*. Arnob. annot. in Evang. p. 330. h. *cibus autem Johannis erant locustæ, & mel silvestre*. Quæ omnia Juvencus l. 1. p. 58. his versibus reddit :

*Texta camelorum fuerant velamina setis,*
*Et zona pellis medium cinxere Prophetam,*
*Arvis qui solitus ruralibus esse locustas,*
*Et tenuem victum, silvestria mandere mella.*

al. *Et tenuem victum præbent silvestria mella.*

℣. 5. Ms. S. Germ. 1. *Tunc exiebant ad eum ex Jerosolymis, & omnis Judæa, & omnes qui morabantur circa Jordanem*. Sangerm. alter : *Tunc exierunt ad eum Jerosolyma*, &c. ut in Vulgata. Græc. Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, &c. ut in Vulg. Cui etiam suffragatur Auctor op. imp. in Matth. hom. 3. Hunc versum Juvencus l. 1. p. 58. b. ita exprimit cum sequenti :

*Ergo aderant populi, passimque hinc inde ruentes*
*Complebant ripas, avidique lavacra petebant.*

℣. 6. Ms. S. Germ. 1. *confitentes peccata sua ; & baptizabantur ab illo in Jordane*. Corb. *& baptizabantur in Jordane ab eo, confitentes peccata sua*. Ita quoque in Græco : in uno tamen Colb. est, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες, &c. & apud Hilar. in Ps. 137. col. 497. f. *& baptizabantur omnes in Jordane, confitentes pecc. sua*. Apud Tertul. l. de Bapt. p. 392. c. *tinguebantur confitentes delicta sua*.

℣. 7. Ms. Corb. *Videns autem multos Pharisæorum..... quis demonstravit vobis fugere à futura ira ?* S. Germ. 1. *Videns autem Johannes multos Pharisæorum..... quis ostendit vobis fugere ab ira futura ?* S. Germ. 2. *Videns autem multos Pharisæos, & Saducæos..... quis demonstravit vobis fugere ab ira futura ?* Similiter in Mss. Cantabrig. & Maj. Mon. *ab ira futura*, vel *futura ira* ; Gr. ἀπὸ τῆς μελλȣ́σης ὀργῆς. Iren. l. 3. c. 9. p. 184. b. *Progenies viperarum, quis vobis monstravit fugere ab ira ventura ?* Tertul. l. de anima, p. 487. c. *Genimina viperarum*. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. d. *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere ab ira superventura ?* Hilar. in Ps. 35. n. 17. & 21. *Natio viperarum, quis monstravit vobis fugere à futura ira ?* similiter in Ps. 59. col. 137. f. excepto verbo *ventura*, pro *futura* : & comment. in Matth. col. 615. c. ait : *Venientes Pharisæos, & Sadducæos ad baptismum, progenies nuncupat viperarum*. Ambros. l. de fuga sæc. c. 6. col. 431. c. *Progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere ab ira ventura ?* at in Ps. 37. col. 816. b. legit : *Generatio viperarum*, &c. Item Augustinus tract. 9. & 42. in Joh. to. 3. col. 366. g. 578. f. g. necnon in Ps. 31. to. 4. 1477. c. ac l. de fide & op. to. 6. 176. a. *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira ?* lib. verò de cons. Evang. col. 43. Vulgatæ consonat de more. Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 3. sed Fulgentius l. 2. de rem. pecc. p. 392. legit : *Genimina viperarum, quis vobis demonstravit fugere ab ira futura ?* Auct. quæst. ex utroque Test. ap. Aug. to. 3. q. 127. *Progenies viperarum* ; Gr. Γεννήματα ἐχιδνῶν. Juvencus l. 1. p. 58. b. totum versum sic reddit :

*Isque ubi tot populos diversis sedibus ortos,*
*Irruere ad fluvium cernit, sic increpat ore :*
*Viperæ gentis soboles, quis dedita vobis*
*Supplicia, urgentesque iras evadere monstrat ?*

℣. 8. Ita ferunt Mss. Sangerm. 1. Corb. Cantabrig. & Maj. Mon. Ita quoque Iren. l. 3. c. 9. p. 184. b. nisi quòd ibi vetus Feuard. cod. habet, *fructum dignæ pœnitentiæ*. Hilarius in Ps. 2. col. 37. c. & in Matth. 3. col. 615. c. *fructum dignum pœnit*. Similiter August. tr. 10. in Joh. col. 366. g. 367. a. & in Gal. col. 957. c. & in Ps. 131. col. 1477. c. at in Job, to. 3. col. 673. a. & tr. 42. in Joh. col. 578. f. legit *fructus dignos* ; sicut & Tertul. l. de anima p. 487. c. ac de pudic. p. 1005. c. item Ambros. in Ps. 37. col. 816. b. Auctor op. imp. in Matth. p. 36. & Fulgent. l. 2. de rem. pecc. p. 392. Sic etiam in Ms. Sangerm. 2. juxta Græc. Vatic. ubi καρπȣ̀ς ἀξίȣς τῆς, &c. sed in aliis pluribus, καρπὸν ἄξιον, teste Millio ; & apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. *Facite ergo dignum pœnitentia fructum*. Suffragatur Juvencus l. 1. p. 58. c. dicens :

*Sed facite, ô miseri, fructum, si pœnitet, aptum.*

Origenes comm. in Joh. p. 119. hoc notat esse discrimen inter Lucæ & Matthæi textum, ut in isto *ad Pharisæos & Sadducæos numero singulari dictum* : Facite fructum dignum pœnit. *turbis verò, apud Lucam, numero plur.* fructus dignos : Πρὸς τȣ̀ς Φαρισαίȣς, καὶ Σαδδȣκαίȣς· Ποιήσατε, εἴρηται ἑνικῶς, καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας· πρὸς δὲ τȣ̀ς ὄχλȣς, παρὰ Λȣκᾶν, πληθυντικῶς, καρπȣ̀ς ἀξίȣς. In Vulgata etiam nostra, Lucæ 3. 8. legitur : *Facite ergo fructus dignos* ; non *fructum dignum*, ut supra apud Matthæum ; quamvis utrobique sit in Gr. saltem Vatic. Ποιήσατε ȣ̂ν καρπȣ̀ς ἀξίȣς.

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *Et nolite præferre vos, dicentes..... dico enim vobis quoniam potest Deus ex lapidibus*, &c. Similiter in Sangerm. 2. & S. Gat. *quia potest Deus* ; in Ms. Maj. Mon. *quia potens est Deus*. In Cantabrig. *Et ne putetis dicere intra vos : Patrem..... dico enim vobis quia potest Deus de lapid.* &c. In Gr. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα..... λέγω γὰρ ὑμῖν..... ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν, &c. Iren. l. 3. c. 9. p. 184. b. *Et nolite dicere in vobis ipsis : Patrem..... dico enim vobis quoniam potens est Deus ex lapidibus*, &c. ut in Vulg. & l. 4. c. 7. p. 235. c. *potens est enim Deus ex*, &c. Tertul. de pudic. p. 1005. c. *Et ne dixeritis : Patrem habemus Abraham* : & post paulò : *potest enim Deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahæ* : vide etiam l. de anima, p. 487. c. & l. cont. Hermog. p. 414. b. 421. b. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. *Et nolite præferre vos, dicentes : Patrem habemus Abraham : dico enim vobis quòd potens sit Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Hilarius in Ps. 65. col. 178. f. 179. a. *Nolite proferre* ( Reg. Ms. *præferre* ) *inter vos, dicentes : Patrem habemus Abraham : potens est enim Deus ex lapidibus istis suscit.* &c. & in Matth. 3. col. 615. c. *Neve Abraham*, inquit, *patrem habere se glorientur, quia ex lapidibus Deus potens est Abrahæ filios excitare* : & in Ps. 52. col. 92. b. *potens est Deus Abrahæ filios de lapidibus excitare*. Ambros. ep. 35. col. 927. c. *potens est enim Deus ex lapid. filios Abrahæ excitare*. Sic etiam August. in Job, to. 3. 651. c. at l. 2. de cons. Evang. 43. c. legit, *quoniam potest Deus ex*, &c. sed in Joh. 2. to. 3. 367. a. *Nolite dicere : Patrem habemus Abraham : potens est enim Deus*, &c. ut in Vulg. ita rursum inf. in Joh. 8. col. 578. g. præter hoc 1. *Et nolite dicere intra vos ipsos* : in Ps. 131. to. 4. 1477. c. *Et ne dixeritis : Patrem bab. Abraham : potens est enim Deus*, &c. similiter in Job, col. 673. a. & in ep. ad Gal. col. 957. c. addito uno *vobis*, ad verbum *dixeritis*. Auctor op. imp. in Matth. p. 37. *Nolite dicere : Quia patrem habemus Abraham* : & inf. *potens est Deus de*, &c. ut in Vulg. Fulgentius l. 2. de rem.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 10. Jam enim ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venit, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & in igni.

12. Habens ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili.

13. Tunc venit Jeſus à Galilæa in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo.

VULGATA NOVA.

10. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Joan. 1. 26.

12. Cujus ventilabrum in manu ſua: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili. Act. 1. 5.

13. Tunc venit Jeſus à Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Marc. 1. 9.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pecc. p. 392. *Et ne velitis dicere: Patrem habemus Abr.* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Nec generis veſtri tollat fiducia mentes:*
*Nam potis eſt dura superûm rex cautè creare*
*Progeniem, quando ſoboles ſua degener errat* (al. *erat.*)

℣. 10. Mſ. Cantabrig. *Jam autem ſecuris ad radices arborum..... Omnis ergo arbor non faciens..... exciditur, & in ignem mittitur.* Sangerm. 1. *Jam enim ſecuris ad radices arborum..... Omnis ergo arbor, quæ non facit..... exciditur, & in ignem mittitur.* Similiter habent *radices* Sangerm. 2. & S. Gat. cætera verò ut in Vulg. In Græco ſic: Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν..... κεῖται. Πᾶν οὖν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν..... ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Iren. l. 5. c. 17. p. 314. b. *Jam autem ſecuris ad radicem arborum poſita eſt:* & l. 4. c. 8. p. 237. b. *Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, abſcindetur, & in ignem mittetur:* & infra c. 36. p. 279. a. *excidetur, & in ignem mittetur.* Similiter habent Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. 440. b. & Aug. l. 2. de conſ. Evang. col. 43. d. Lucifer Cal. verò l. 2. pro S. Athan. p. 201. *exciditur, & in ignem mittitur.* Tertul. l. de corona mil. c. 13. p. 293. b. ſic: *Securis ad caudices arboris poſita:* ubi *caudex* accipitur pro ſtirpe radicis, quemadmodum apud Plinium l. 16. Apud Hilarium in Matth. 3. col. 616. a. *Securis verò radicibus arborum appoſita.* Apud Auct. l. de laude mart. p. 431. c. *Jam quidem ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.* Itidem Auct. op. imp. in Matth. p. 37. detracto adverb. *quidem.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 314. b. addit: *Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur,* &c. ut ſupra. Auguſt. in Joh. 7. to. 3. col. 512. f. legit: *Ecce enim ſecuris ad radicem arborum,* &c. ut in Vulg. Fulgentius l. 2. de rem. pecc. p. 392. *Jam enim ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Omnis arbor,* &c. Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Proxima roboreis jamjam radicibus inſtat*
*Cunctorum ante oculos acies ſublata* (al. *acieſque levata*) *ſecuris.*
*Cædentur ſilvæ ſteriles, ignemque fovebunt.*

℣. 11. Mſ. S. Germ. 1. textui Colbertino congruit. Sangerm. 2. habet: *Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentia,* &c. ut in Vulgata: Maj Mon. *in aqua & pœnitentia.* Cantabrig. *Ego quidem baptizo vos aquâ in pœnitentiam: qui autem venit, fortior me eſt, cujus non ſum idoneus calciamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu S. & igni;* Sangerm. 2. *& igne.* Græc. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, &c. ut in Vulg. Cyprianus l. 1. Teſtim. p. 279. b. *Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam: qui venit autem poſt me, fortior me eſt, cujus non ſum idoneus calciamenta portare: ipſe vos,* &c. ut in Vulg. Hilar. in Pſ. 118. col. 258. c. *Ego quidem baptizo vos in aqua pœnitentiæ: qui autem poſt me venit* (abeſt *poſt me,* à 2. Mſs.) *fortior me eſt: ipſe vos baptizabit in..... & igni:* at in Matth. 3. col. 616. b. ait: *Se quidem baptizare in pœnitentiam dicit: ſed fortiorem eſſe venturum, cujus ferendorum calciamentorum ſit indignus officio: ille baptizabit vos in Spir. ſancto & igni.* Ambroſ. de apol. Dav. col. 722. b. *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem venit poſt me, fortior me eſt, cujus non ſum dignus,* &c. ut in Vulg. & in Pſ. 118. col. 997. f. *Ego vos baptizo in pœnitentiam:* ſubinde: *qui venit poſt me, fortior me eſt,* &c. ut in Vulg. excepto *& igne:* & libro de Iſaac, col. 382. a. *in Spiritu & igne:* & l. de Spir. S. 608. c. *Ego vos aqua baptizo: veniet autem fortior me, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit Spiritu S. & igni:* vide etiam in Pſ. 118. col. 1189. a. Irenæus l. 4. p. 231. d. *ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 20. p. 202. d. *hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto & igni.* Auguſt. tract. 6. in Joh. 333. b. *Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem poſt me venit, major me eſt, cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere: ipſe vos baptizabit in Sp. ſancto, & igni.* Auct. op. imp. in Matth. 3. p. 38. *Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam: qui autem poſt me venit, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta ſolvere: ipſe baptizabit vos in Spiritu & igne;* infra, *ille autem baptizabit vos in Spiritu:* & poſt plura: *Ego baptizo vos in aqua: poſt me autem veniet fortior me: ipſe vos baptizabit in Spiritu & igne.* Vigil. Tapſ. l. 2. de Trin. p. 215. c. *Ego quidem vos baptizo in aqua pœnitentiæ: poſt me autem veniet, qui vos baptizabit Spiritu ſancto & igne:* & l. cont. Varim. *veniet fortior me, qui vos baptizet in Spiritu ſancto & igne.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 707. g. *in Spiritu & igne.* Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Nunc ego præteritas maculas in flumine puro*
*Abluere inſtitui: veniet ſed fortior alter,*
*Cujus vincla pedum non ſum contingere dignus:*
*Abluet ille homines ſancto Spiramine mergens,*
*Flammarumque globis purgabit noxia corda.*

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. *Habens ventilabrum in manu ſua, & permundabit..... & congregabit triticum in horreum ſuum,* &c. ut ſupra. Cantabrig. *Cujus ventilabrum in manu ejus: & purgabit aream ſuam: & congr. triticum ſuum in horreum, paleas,* &c. Vulgatæ Græcum favet, niſi excipias ſingul. ἄχυρον, *paleam,* loco plural. *paleas.* Irenæus l. 4. c. 4. p. 231. d. ita legit: *Palam habens in manu ejus, ad emundandam aream ſuam: & fructum congregabit in horreum, paleas autem,* &c. ut in Vulg. & l. 4. c. 33. p. 273. c. *colligit triticum in horrea, paleas autem,* &c. Tertul. l. de præſcr. c. 3. p. 330. c. *Palam in manu portat, ad purgandam aream ſuam.* Hilar. in Matth. 3. col. 616. c. *Habens ventilabrum in manu, & purgabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum,* &c. ut in Vulg. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 997. f. *Habet ventilabrum in manu ſua: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum,* &c. ut in textu. Auguſt. l. ad Donat. poſt collat. to. 9. 589. c. *Veniet ferens ventilabrum in manu ſua: & mundabit aream ſuam: frumenta recondet in horreo, paleas autem,* &c. ut ſup. at epiſt. ad Macrob. habet, *Ferens palam in manu ſua;* ſicut Hieron. adv. Luciferianos. Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 20. p. 202. e. *Ferens ventilabrum in manu ſua: & purgabit aream ſuam: frumenta recondet in horreo, paleas comburet igni inexſting.* Arnob. annot. in Evang. p. 331. a. *Habens palam in manu ſua, purgabit aream ſuam: & colliget frumentum in horrea, paleas autem,* &c. ut ſup. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 751. a. *Habens ventilabrum in manu ſua, & mundabit aream ſuam: & congregabit fructum in horrea ſua, paleas autem,* &c. ut ſupra. Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 9. p. 392. *Habens ventilabrum in manu ſua, permundabit aream ſuam: & congregabit triticum,* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Illius & manibus ruralis pala tenetur:*
*Et propria ipſius purgabitur area frugum:*
*Horreaque implebit ſecreti copia farris,*
*Æternuſque leves paleas populabitur ignis.*

℣. 13. Textui conſonant Mſs. alii, cum Hilario in Matth. col. 617. a. & Auctore op. imp. in eund. hom. 4. nec ipſis Græcum refragatur, niſi quòd initio hab. Τότε παραγίνεται. Cantabrigienſis, *Tunc advenit Jeſus de Galilæa ad Jordanen ad Johannen Baptiſtam, ut,* &c. Lectionar. Luxovienſe, ante annos mille exaratum: *Venit Dominus Jeſus..... in Cana Galilaæ in Jordane ad Joannem, ut,* &c. Maximus Taurinenſis in homil. p. 12. c. *Venit Jeſus in Jordanem, ut baptizaretur à Johanne.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 175. b. adjuncto uno *à Galilæa,* poſt *Jeſus.* Sedul. l. 2. op. paſch. c. 8. p. 479. d. *Tunc Jordanis ad fluenta baptizaturus acceſſit.* Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Hæc ait, & properis per ſilvam paſſibus ipſum*
*Cernit Jordanis veneranda lavacra petentem.*

Vide ſis fabellam ex Evangelio ſecundùm Hebræos relatam ab Hieronymo l. 3. adv. Pelag. c. 1.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Joannes autem prohibebat eum, dicens:
Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?
15. Respondens autem Jesus, dixit ei: Sine
modò: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.
Luc. 3. 21. 16. Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam,
& venientem super se.
Luc. 9. 35. 2. Pet. 1. 17. 17. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est fi-

VERSIO ANTIQUA.

14. Et prohibebat eum Johannes, dicens: Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Ex Ms. Colbert.
15. Respondens autem Jesus, dixit ei: Sine modò: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc baptizavit eum.
16. Et baptizato Jesu, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli: & vidit Spiritum descendentem de cœlo sicut columbam, venientem in ipsum.
17. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Ms. Sangerm. 1. Colbertino consonat ad verbum. Cantabrig. verò habet: *Qui autem probibebat eum Johannes, dicens: Ego abs te opus habeo baptizari, & tu venis ad me?* Sangerm. 2. cum Faustino presb. l. cont. Arian. p. 641. f. *& tu venisti ad me?* Græc. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Auctor l. de promiss. p. 3. col. 175. b. *Et probibebat eum Johannes, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Similiter Ambros. de apol. Dav. to. 1. 689. e. ab hoc, *Ego à te*, &c. rursum eodem to. col. 640. b. 980. a. 1009. b. 1311. e. 1360. d. & to. 2. col. 352. f. 362. c. 400. f. 594. e. Auctor l. de bapt. Chr. ap. Cypr. p. 458. ult. verba sic invertit: *Tu venis ad me? & à te debeo baptizari.* Item August. in Joh. 1. col. 318. d. 319. c. *Tu ad me venis? ego à te debeo baptizari:* & inf. 333. b. *Tu ad me venis baptizari? ego à te debeo baptizari:* at sup. 321. b. & in Joh. 3. col. 391. a. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Auct. op. imp. in Matth. nil omnino discedit à Vulgata. Juvencus l. 1. p. 58. c. eadem sic memorat:

*Sed vetat increpitans Vates, & talia fatur:*
*Tu ne meis manibus digneris mergier undis,*
*Cùm tua me meliùs possint mundare* (al. *purgare*) *lavacra?*

℣. 15. Ms. Germ. 2. *Respondens Jesus & dixit: Sine modò: sic enim decet*, &c. ut in Vulg. Clarom. annor. 1000. opt. not. *sic enim oportet nos adimplere omnem justit.* &c. Cantabrig. *sic enim decens est nobis implere omnem justitiam. Tunc dimisit illum.* Ambros. in Ps. 118. col. 980. a. *Respondit Jesus: Sine modò: sic enim decet nos adimplere omnem justitiam:* at inf. 1009. b. & l. de apol. Dav. col. 703. a. *Sine modò: sic enim oportet nos implere omnem justitiam:* & epist. 42. col. 967. d. *Sine nos implere omnem justitiam:* verùm l. de parad. to. 1. 153. a. *Sine modò: sic enim decet nos implere*, &c. similiter in eodem tomo, col. 689. e. 1229. f. 1309. a. 1311. e. 1360. d. & tomo 2. col. 352. f. 400. f. 1205. b. Aug. in Joh. 1. col. 318. d. *Sine modò impleatur omnis justitia:* dein, *Quid est, Impleatur omnis justitia?* rursum ita post pauca, sicut col. 324. a. at in Joh. 3. col. 391. a. *Sine modò, ut impleatur omnis justitia.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 989. g. cum Maximo Taurin. in homil. p. 12. c. *Sine modò: sic enim decet nos implere*, &c. Chromat. infra legit *oportet*, non *decet*; cui lectioni favet Hilarius in Matth. 3. col. 617. a. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 4. p. 41. Auctor verò l. de bapt. Chr. p. 458. *Sine modò: sic enim decet nos omnem complere justitiam.* Auct. l. de promiss. p. 3. col. 175. b. *Respondit ei Jesus: Sine modò: sic enim decet implere nos omnem justitiam. Tunc tinxit eum.* Juvencus l. 1. p. 58. d.

*Dixit Joannes: cui talia reddit Iesus:*
*Nunc sine: nam decet hoc: sic sancta per omnia nobis*
*Justitiæ consectandus complebitur ordo.*

℣. 16. Ms. Sangerm. 1. ista præfert: *Et cùm baptizaretur Jesus, lumen magnum fulgebat de aqua, ita ut timerent omnes qui congregati erant:* tum addit: *Et baptizato Jesu, confestim ascendit*, &c. quæ in textu Colb. adjuncta una voce *Dei*, ad *spiritum*. Unde autem exceperit Interpres Latinus priora verba, vix divinamus; cùm in Græcorum ullo, vel in codicibus Latinis nostris aliis nullatenus reperiantur: aliquid tale tamen odoramur in his duobus Juvenci versibus:

*Hæc memorans, vitreas penetrabat fluminis undas:*
*Surgenti manifesta Dei præsentia claret:*

deinde: *Scinditur auricolor cæli*, &c. ut infra.
Porro illa *claritas*, inquit Martianæus, idem credi potest, quod *lumen magnum fulgens in aqua*, dum Jesus baptizaretur. In altero codice Sangerm. nostro omnia ut in Vulg. præter hæc ultima, *& vidit Spiritum Dei descendentem de cælo, sicut columbam venientem in ipsum, super se.* In Mss. S. Gat. & Maj. Mon. similiter additur *de cælo*, sed tollitur *in ipsum*. In Cantabrig. sic: *Et baptizatus est Jesus, & ascendit mox de aqua..... & vidit Spiritum Dei descendentem de cælo sicut columbam, & venientem super eum.* In Clarom. *Et cùm baptizatus esset Jesus, ascendit confestim de aqua..... & vidit Spiritum Dei descend. de cælo sicut columb. venientem in ipsum.* Græc. Vulgatæ congruit. Ms. tamen Steph. 2. addit ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, post verbum *descendentem*. Irenæus l. 3. c. 9. p. 184. c. legit: *aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei quasi columbam, venientem super eum.* Tertul. de Bapt. c. 8. p. 389. c. *Sanctissimus Spiritus libens à Patre descendit..... columbæ figurâ delapsus in Dominum.* Hilar. in Ps. 138. col. 507. e. *Et baptizato Jesu, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem de cælo sicut columbam, venientem in ipsum:* item in Matth. 3. col. 617. b. alludens dicit: *Baptizato eo, reseratis cælorum aditibus, Spiritus sanctus emittitur, & specie columbæ visibilis agnoscitur.* Ambros. l. 1. de Sacram. c. 5. col. 353. d. *Descendit in aquam Christus, & Spiritus S. sicut columba descendit.* August. in Joh. 1. col. 332. d. *Ascendit enim Dominus ab aqua: & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum descendentem velut columbam, & mansit super eum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 990. b. *Et baptizatus Jesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descend. quasi columbam:* dein, *Et ecce vox*, &c. de ℣. seq. Auctor verò l. de promiss. p. 3. col. 175. b. ita ex Matthæo: *Et baptizato Jesu, statim ascendit de aqua: & aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum S. descendentem de cælo sicut columbam, & manentem super eum.* Vigil. Taps. l. 4. de Trin. *Et baptizato Jesu, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt cæli: & vidit Spiritum descend. de cælo sicut columbam venientem in ipsum.* Auct. op. imp. in Matth. p. 42. *Jesus autem baptizatus, confestim ascendit de aqua: & aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum descend.* &c. ut in Vulg. subinde: *Non dixit*, egressus est, *sed* ascendit *de aqua*. Juvencus l. 1. hist. Evang. p. 58. d. jam citatus supra, totum hunc locum sic reddit:

*Hæc memorans, vitreas penetrabat fluminis undas:*
*Surgenti manifesta Dei præsentia claret:*
*Scinditur auricolor cæli septemplicis æthra:*
*Corporeamque gerens speciem, descendit ab alto*
*Spiritus aeream simulans* (al. *similans*) *ex nube columbam;*
*Et sancto Flatu corpus perfudit Iesu.*

In Evangelio quod Hebræo sermone conscriptum legebant Nazaræi, hæc scripta reperisse se testatur Hieronymus in Isai. xi. to. 3. col. 99. d. e. *Factum est autem cùm ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis Spiritus sancti, & requievit super eum: & dixit illi: Fili mi, in omnibus prophetis exspectabam te, ut venires, & requiescerem in te: tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum:* quæ postrema respondent versiculo sequenti.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Et ecce vox de cælo dicens ad eum: Tu es filius meus dilectus, in quo bene placui.* Clarom. *Et ecce vox de cælo audita est dicens ad eum: Hic est... dilectus, in quo bene complacui:* Sangerm. 2. *in quo mihi complacuit bene.* In Sangerm. verò 1. ita: *Et ecce vox de cælis ad eum dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene placui, ipsum audite:* item in Ms. Maj. Mon. *in quo bene placui, ipsum audite.* Hoc autem, *ipsum audite*, huc advectum videtur ex Matthæi c. 17. ℣. 5. Ambrosius enim l. 2. de Spir. S. n. 57. ait: *Annuntiavit in baptismate, dicens: Tu es filius meus dilectissimus, in quo bene complacui. Annuntiavit in monte, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Hilarius quoque l. 6. de Trin. n. 24. refert *in monte..... Moyse atque Elia assistentibus.....* hanc vocem paternam de cœlo fuisse: *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, hunc audite:* unde constat *hunc audite*, dictum quidem in monte, non verò eo loco ubi baptizatus est Jesus. Et sanè in Græco, Matth. 3. 17. simpliciter habetur: Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· nec subjicitur αὐτοῦ ἀκούετε, nisi infra c. 17. 5. ubi transfiguratio Domini narratur. Vide etiam Cypr. l. 1. Testim. p. 278. c. cum Auctore op. imp. in Matth. p. 43. Irenæus pariter l. 3. c. 9. p. 184. c. hîc simpliciter legit: *Et ecce vox de cælo dicens: Hic est..... dilectus, in quo mihi bene complacui.* Item Ambros. l. 2. & 3. in Luc. 1314.

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* meus dilectiſſimus, in quo bene complacui.

**VULGATA NOVA.**

lius meus dilectus, in quo mihi complacui.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1318. *Hic eſt fil. meus dilectus, in quo complacui;* ſicut l. de Incarn. col. 714. e. ſed l. 2. Hexa. col. 31. c. 32. a. *in quo mihi complacui:* & l. de Abr. c. 8. col. 304. f. *Hic eſt fil. m. dilectiſſimus, in quo complacui.* Auguſtinus in Joh. 1. col. 332. d. *Et ſtatim vox conſecuta eſt*, inquit, *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* & ſer. 52. to. 5. 302. d. *Hic eſt fil. meus dilectus, in quo bene ſenſi.* At Fauſtus hæret. ap. Auguſt. l. 12. cont. ipſum, col. 226. f. hæc habet: *Deus ipſe de Filio ſuo..... non per vatem, nec per interpretem, ſed ultro cælitus erupta voce, cùm eum mitteret ad terram, dixit: Hic eſt filius meus dilectiſſimus, credite illi:* itidem infra *credite illi*, l. 16. col. 284. d. his inſuper præmiſſis, *quod de cælo dictum omnes audierant;* quæ verba intelligi non poſſunt de his quæ dicta ſunt in monte, cùm illic non ab omnibus, ut priùs, ſed à paucis tantùm audita fuerint: *Et audientes*, ait Matth. 17. 6. *diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam*, &c. Attamen idem Fauſtus ap. eund. Aug. l. 23. col. 423. f. loquens de baptiſmo Chriſti iſta refert ex Matthæo: *Hic eſt filius meus dilectiſſimus, in quo bene complacui;* nec habet ut ſupra, *credite illi.* Chromatius Aquil. in Matth. p. 990. b. *Et ecce vox de cælo dicens: Hic eſt..... dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ita quoque Maximus Taurin. in homil. p. 12. c. Sedulius l. 2. de op. Paſch. c. 8. p. 479. e. & Leo M. ſer. 61. p. 136. d. Auctor verò l. de promiſſ. p. 3. col. 175. b. *Et vox facta eſt de cælo dicens: Hic eſt..... dilectus, in quo bene complacui.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 740. c. *Et ecce vox de cælo dicens: Hic eſt..... dilectiſſimus, in quo mihi bene complacui:* at l. 4. de Trin. *dilectus, in quo bene complacui.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 4. p. 43. *dilectus, in quo complacui.* Hilarius Pictav. Ep. non parvam hîc difficultatem præbet, pro duplici modo citandi: nunc enim legit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui;* vel quid ſimile: nunc: *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* quæ ultima lectio nullibi reperitur, ſaltem in Vulgata, præterquam in Pſ. 2. ℣. 7. unde pariter adducta in Act. 13. ℣. 33. ac etiam in Hebr. 1. 5. & 5. 5. Quo autem ex loco Hilarius hanc ſententiam proximè eruerit, an ex Matthæo, an ex alio Evangeliſta, non facile eſt affirmare: ſingulos proponemus locos quomodo referuntur ab ipſo ex uno vel multiplici codice. Ac primò quidem in Pſ. 138. n. 6. ita legit: *Et ecce vox de cælo dicens* (al. *dicens ad eum:*) *Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui:* ſimiliter l. 6. de Trin. n. 23. *in quo complacui:* at l. 2. n. 8. *in quo bene complacui:* & l. cont. Conſtant. n. 9. *in quo mihi bene complacui.* Verùm in Pſ. 2. n. 29. ſic habet: *Scriptum eſt autem, cùm aſcendiſſet ex aqua: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* iterum l. 8. de Trin. n. 25. *Poſt conſummati baptiſmi nativitatem, tum hæc quoque proprietatis ſignificatio audita eſt, voce teſtante de cælo: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* item l. 11. n. 18. *Aſcendente eo de Jordane, vox Dei patris audita eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Itaque Hilarium poſteriorem hanc ſententiam *Filius meus es tu*, &c. in Evangelio legiſſe, res minimè dubia; ſola quæſtio oritur, nec facilè ſolvenda, teſte Cuſtantio noſtro not. g. col. 42. num verè in aliquo Matthæi exemplari ipſam legerit: non enim tribus tantùm laudatis locis illam citat, ſed etiam in ipſomet Matthæi commentario cap. 2. n. 6. cùm tamen & in Pſ. 138. & l. 2. & 6. de Trin. & contra Conſtantium Vulgatam alteram adducat, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo*, &c. Neque verò prior lectio, inquit Cuſtantius, memoriæ lapſui attribui poteſt, cùm eandem exhibeat Juſtinus Mart. dial. cont. Tryph. p. 331. *Poſtquam namque*, inquit, *Chriſtus ex amne Jordane aſcendit, voce de eo edita: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Addere potuiſſet & Juvencum, qui l. 1. hiſt. Evang. poeticè ſic pergit:

*Tunc vox miſſa Dei longum per inane cucurrit:*
*Ablutumque undis Chriſtum, flatuque perunctum*
*Alloquitur: Te nate hodie per gaudia teſtor*
*Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria prolis.*

quæ verba plùs denunciant ſcripturam iſtam: *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* quàm alteram: *Hic eſt filius meus dilectus*, &c. quamvis ſubdatur, *placet hæc mihi gloria prolis*, quod reſpondere videtur huic, *in quo mihi complacui.* His poſitis, credi poſſet Hilarium cum Juſtino & Juvenco, legiſſe apud Matthæum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sed hoc, ſi non falſum, ſaltem maximè dubium affirmamus multiplici ratione: primò quia Hilarius aliam admiſit quatuor in locis, Matthæi uſitatæ lectioni conſentaneam: ſecundò quia Auguſtinus l. 2. de conſ. Evang. col. 46. d. monet hanc, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, in nonnullis exſtitiſſe codicibus, *ſecundùm Lucam*, non ſecundùm Matthæum: & verò Lucæ 3. 22. Mſs. Cantabrig. & noſter Colbertinus illam præferunt, ut videbitur infra: tertiò quia Fauſtus hæreticus ap. Auguſt. l. 23. cont. ipſum, to. 8. 423. e. illam ipſam tribuere videtur Lucæ. Nec reponere juvat Hilarium commentario in Matthæum, & ubi ipſa Matthæi verba perſequitur, eandem ſententiam retuliſſe: nodum ſolvit Martianæus in obſervat. ad verſionem Ital. Matthæi, p. XVII. dicendo eum falli qui putet Hilarium commentario ſuo in Matth. ſola ſemper Matthæi verba uſurpaviſſe; quaſi verò, in iis ſaltem locis, ubi cæteri Evangeliſtæ eandem cum Matthæo hiſtoriam referunt, ipſorum etiam verba adhibere non potuerit. Id patet ex Juvenco qui hiſtoriam Evangelicam non tantùm ex uno Evangeliſta, ſed ex aliis etiam texuiſſe videtur. Imo & ipſa Hilarii verba quæ hanc lectionem antecedunt in comment. magis reſpondere videntur textui Lucæ, quàm Matthæi: ita enim diſſerit ibidem, col. 617. b. c. *Ordo etiam in eo arcàni cæleſtis exprimitur: nam baptizato eo, reſeratis cælorum aditibus, Spiritus S. emittitur, & ſpecie columbæ viſibilis agnoſcitur, & iſtiuſmodi paternæ pietatis unctione perfunditur: vox deinde de cælis ita loquitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Porro hæc verba pene ad vivum exprimunt locum Lucæ, non Matthæi: ſic enim legimus Lucæ 3. 21. 22. juxta Vulg. *Et Jeſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum, & deſcendit Spiritus S. corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cælo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Matthæi verò 3. 16. 17. *Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus... in quo*, &c. Unum reſtat, quod movere poteſt; nempe quod ait Irenæus, l. 3. c. 11. n. 7. Ebioneos eo Evangelio, quod eſt ſecundùm Matthæum ſolo uſos fuiſſe: jam verò in illo ipſorum Evang. apud Epiph. hæreſi 30. paragr. 13. vox de cælo bis ſonuiſſe dicitur: *Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui*, ſubnexis priore vice his ex Pſ. 2. *ego hodie genui te.* At reſpondendum cum Epiphanio ipſo Ebionitas Evangelio quidem ſecundùm Matthæum, ſeu Hebraïco, uſos fuiſſe, ſed interpolato, multiſque in locis corrupto. Fuſiùs hac de re diſſerunt Erneſtus Grabius, & Renatus noſter Maſſuetus in notis ad hunc Irenæi locum, quos vide. Conſule pariter not. noſtram ad Lucæ 3. 22.

## CAPUT IV.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* 1. TUnc Jeſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo.

2. Et cùm jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.

**VULGATA NOVA.**

1. TUnc Jeſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. *Marc.* 1. 12.

2. Et cùm jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. *Luc.* 4. 1.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabrig. *Tunc Jeſus delatus eſt in deſertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 17. b. *ductus eſt in eremum à Spiritu, ut*, &c. Hilarius verò in Matth. col. 617. e. textui Colb. congruit; ſicut Ambr. l. de Sp. S. 627. b. Sedulius l. 2. op. paſch. c. 8. p. 479. e. & Auctor op. imp. hom. 5. Tertul. l. de orat. c. 8. p. 181. c. dicit *Chriſtum tentatum à diabolo.* Juvencus hunc & ſeq. verſiculum exprimere videtur ex Marco & Luca, quò ipſum remittendum duximus.

℣. 2. Mſ. Cantabrig. *Et jejunans dies xxxx. & xxxx. noctes, poſterà eſuriit.* Hilar. in Matth. 4. col. 617. e. ait: *Poſt quadraginta dies, non in quadraginta diebus eſuriit.* Arnob. annot. in Evang. p. 331. a. *Et cùm jejunaſſet Jeſus, poſtea eſuriit.* Auctor verò op. imp. in Matth. p. 45. cum

Digitized by Google

### Vulgata nova.

3. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei
es, dic ut lapides isti panes fiant.
Deuter. 4. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non
8. 3. in solo pane vivit homo, sed in omni verbo,
Luc. 4. quod procedit de ore Dei.
4. 5. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi,
6. & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deor-
Psalm. sum. Scriptum est enim: Quia angelis suis man-
90. 11. davit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Deuter. 7. Ait illi Jesus: Rursum scriptum est: Non
6. 16. tentabis Dominum Deum tuum.

### Versio antiqua.

3. Et accessit ad eum tentator diabolus, & dixit illi: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Ex Ms. Colbert.
4. Cui respondens Jesus dixit illi: Scriptum est: Non tantum in pane vivet homo, sed in omni verbo Dei quod procedit de ore.
5. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnam templi,
6. & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandavit de te, ut in manus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
7. Ait illi iterum Jesus: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

Sedulio l. 2. oper. pasch. textui nostro consonat, & Græco.

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. *Et accessit ad eum tentator, & dixit illi: Si filius Dei es*, &c. Clarom. *Et accessit ad eum diabolus, & dixit ei*, &c. Cantabrig. *Et accessit ad eum qui tentabat, & dixit: Si filius es Dei, dic*, &c. Sangerm. 2. *Et accedens ad eum tentator, dixit ei*, &c. Similiter habet Sedul. l. 2. op. pasch. c. 8. p. 479. d. Arnobius verò annot. in Evang. p. 331. *Et dixit ad eum is qui tentat: Si filius*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων εἶπεν· Εἰ, &c. ut in textu. Apud Iren. pariter l. 5. c. 21. p. 318. a. *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Item apud Tertul. l. cont. Prax. p. 844. a. præter hoc, *Si tu es filius Dei;* at inf. 857. a. *Si filius Dei es.* Sic etiam apud Hilar. in Matth. 4. col. 619. a. Ambros. ep. 63. col. 1026. c. S. Pacian. ser. de Bapt. p. 318. d. Maxim. Taurin. in homil. p. 15. d. Leonem M. ser. 39. p. 102. e. & Auctorem op. imp. in Matth. p. 46. At Julius Firmic. l. de errore prof. relig. c. 15. legit: *Si filius Dei es, fac ut isti lapides panes fiant.* August. l. de vera relig. to. 1. 773. b. & in Ps. 30. to. 4. 151. c. *dic lapidibus istis ut panes fiant.* Juvencus l. 1. p. 58. e.

*Tunc epulas demum monuit conquirere corpus,*
*Horrendi interea sceleris fallacia tentans:*
*Si te pro certo genuit Deus, omnibus, inquit,*
*His poteris saxis forti sermone jubere*
*Usum triticei formamque capessere panis.*

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Cui respondens Jesus dixit: Scriptum est: Non in pane tantùm vivet homo, sed in omni verbo Dei.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit: Scriptum est: Non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo Dei.* Clarom. *Qui respondens Jesus dixit: Script. est: Non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo procedenti ex ore Dei.* S. Gat. & Maj. Mon. *Scriptum est enim: Quia non in solo pane vivit homo.* S. Germ. 2. *Scriptum est enim: Non in pane solo..... sed in omni verbo Dei.* In Corb. omnia ut in Vulgata, excepto uno *vivet*, pro *vivit*. Græcè pariter ζήσεται; initio verò sic: Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· reliqua ut in Vulg. Tertullianus l. de resurr. carn. p. 576. c. dicit Dominum pronunciasse, *ne in pane quidem victurum hominem.* Novatianus de cibo Jud. p. 1065. c. *Non in pane tantùm vivit homo, sed in omni verbo, quod proficiscitur ex ore Dei.* Hilar. l. de Synod. col. 1190. b. *Non in pane solo vivit homo:* ita rursum in Matth. col. 619. b. additque inf. *sed in verbo Dei.* Auctor op. imp. in Matth. p. 46. *Non in pane solo..... sed in omni verbo Dei.* Ambrosiast. *Non in pane tantùm vivit homo*, &c. ut in Vulg. Hieron. in Isai. 3. col. 31. f. *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur per os Dei.* August. l. 2. de cons. Evang. col. 47. a. juxta unum è Mss. Colb. *Non in pane solo vivet homo.* Sedulius l. 2. de op. pasch. c. 8. p. 480. a. *Respondens autem Dominus satanæ, sic dixit: Scriptum est: Non in solo*, &c. ut in Vulg. Arnobius annot. in Evang. p. 331. *Ille autem dixit ei: Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo Dei:* sed hæc peti possunt ex Lucæ cap. 4. ℣. 4. ubi simpliciter *in omni verbo Dei*, non verò, *in omni verbo, quod procedit ex ore Dei*, ut in Vulg. apud Matthæum: observandum tamen in Mss. Cantabrig. & Sangerm. duobus legi sup. ex Matthæo, *sed in omni verbo Dei.* Apud Juvencum pariter l. 1. p. 58. e.

*Christus ad hæc fatur: Nil me jam talia terrent:*
*Nam memini scriptum: Quoniam non sola tenebit*
*Vitam credentis facilis substantia panis,*
*Sed sermone Dei complet pia pectora virtus.*

℣. 5. Mss. Corb. Clarom. & Sangerm. 1. similiter habent cum Colb. *supra pinnam templi;* sicut Vulgata, Lucæ 4. 9. Sangermanensis alter initio hab. *Tunc venit, & assumpsit eum diabolus;* reliqua verò ut in Vulgata. Cantabr. *Tunc suscepit eum diabolus..... & statuit eum supra pinnam*, &c. Græc. Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος... καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον, &c. Hilarius in Matth. col. 619. b. *Cùm eum in summum templi sustulisset.* Arnob. in Matth. p. 331. *Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnam templi.* Auctor op. imp. in Matth. p. 46. *Et assumpsit Jesum in sanctam civit. & statuit eum super pinnaculum templi.* Sedulius l. 2. de op. pasch. p. 480. b. nil differt à Vulgata. Juvencus l. 1. p. 58. e. sic pergit:

*Rursus at ille dolos versutis artibus aptans,*
*Nectere tentator properat: nam mœnibus urbis*
*Mox inferre pedem sensit, vis livida Christum*
*Culmine marmorei suasit consistere templi.*

℣. 6. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *Si filius es Dei..... Quoniam ang. suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne forte offendas à lapide*, Corb. *ad lapidem*, &c. Cantabrig. *Si filius es Dei..... Scriptum est enim: Qui angelis suis mand. de te, & in manibus tollent te, nequando offendas ad lapidem*, &c. Sangerm. 2. *ut in manibus tollent te, ne forte*, &c. Maj. Mon. *ut custodiant te, & in manibus tollente.* Clarom. *de te, ut in manibus tollant te.* Græc. Vulgatæ favet. Ipsi quoque accinunt Iren. l. 5. c. 21. p. 318. c. & Sedul. l. 2. oper. pasch. p. 480. b. Tertullianus verò cont. Prax. p. 844. a. legit: *Si tu es filius Dei, dejice te hinc. Scriptum est enim: Quòd mandavit angelis suis super te (utique pater,) ut te manibus suis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas.* Hilar. in Matth. col. 619. b. cum Ambr. l. 1. in Luc. 1283. b. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Victorinus Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. g. *Filius es tu Dei, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quod angelis suis præcipiet de te.* August. in Ps. 30. to. 4. 151. c. *mitte te deorsum. Quia scriptum est: Quia angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, nequando offendas ad lap.* &c. ut sup. Maximus Taurin. in homil. p. 16. h. *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quòd ang. suis mand. de te, ut manibus tollant te, ne unquam offendas ad lap.* &c. Arnobius annot. in Evang. p. 331. *Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum: & excipient te angeli, ne forte offendas ad lap.* &c. Auctor op. imp. in Matth. p. 47. *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia ang. suis mand. de te, ut in manibus tollant te.* Juvencus l. 1. p. 58. e.

*Tunc sic aggreditur vocis fallente veneno:*
*Si Deus est verè genitor tibi, culmine templi*
*Aera per vacuum saltu jaculabere corpus.*
*Testis erit Scriptura tibi, quæ spondet apertè*
*Mandatum summi genitoris tale ministris:*
*Ut lapsum studeant casu defendere corpus,*
*Et famulis manibus curent tua membra levare,*
*Ne lapidis lædat summas offensio plantas.*

℣. 7. Similiter in Mss. Clarom. & Sangerm. 1. *Ait illi iterum Jesus: Scriptum est*, &c. In Cantabrig. verò, *Ait ei Jesus: Iterum scriptum est*, &c. Græc. Vulgatæ congruit: observat tamen Millius apud quosdam sic interpungi, ὁ Ἰησοῦς πάλιν· Γέγραπται, &c. Irenæus l. 5. c. 21. & 22. p. 318. c. 319. e. 320. a. legit: *Item scriptum est: Non tentabis Dom. Deum tuum.* Huic suffragatur Ambros. l. 1. de Cain & Ab. c. 5. col. 191. f. cum Maximo Taurin. in hom. p. 15. e. & Sedulio l. 2. op. pasch. c. 8. p. 479. e. Hilarius autem in Matth. col. 619. d. sic habet: *Non tentabis Deum & Dominum tuum.* August. tr. 51. in Joh. & tr. 2. in 1. Joh. to. 3. 637. d. 842. g. *Redi retro* (tr. 2. *post me*) *Satanas: scriptum est enim* (tr. 51. absque *enim:*) *Non tentabis Dom. Deum tuum.* Item Vigilius Taps. l. cont. Varim. *Vade retro Satanas: Non tentabis Dom.* &c. sed hæc priora verba petita videntur è ℣. 10. Auctor op. imp. in Matth. p. 47. *Respondit ad eum: Scriptum est*, &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 58. f.

*Reddidit his Christus dictis contraria dicta:*
*Me meminisse magis scripti cœlestis oportet:*
*Ne vires Domini fidens audacia tentet.*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

8. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum nimis: & ostendit ei omnia regna mundi, & honorem eorum,

9. & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me.

10. Tunc dixit ei Jesus: Vade retro Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

12. Cùm audisset autem Jesus quòd Johannes traditus esset, secessit in Galilæam:

13. & relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum maritimam, à finibus Zabulon & Neptalim:

14. ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem:

## VULGATA NOVA.

8. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum,

9. & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

10. Tunc dicit ei Jesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, Deuter. 6. 13.
& illi soli servies.

11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

12. Cùm autem audisset Jesus quòd Joannes traditus esset, secessit in Galilæam: Marc. 1. 14.

13. & relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nepthalim: Luc. 4. 14. Joan. 4. 43.

14. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Ms. Clarom. *Iterum assumpsit eum diab. in montem altum nimis: & ostendit ei omnia regna mundi hujus, & gloriam illorum.* Cantabrig. *Iterum suscepit eum diab. in montem altum nimis: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Sangerm. 2. habet *zabulus*, non *diabolus*; & Sang. 1. *honorem*, non *gloriam*. Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd initio hab. παραλαμβάνει, pro *assumpsit*. Hilar. in Matth. col. 619. e. ita disserit: *Constituto Domino in monte excelso, universa orbis terrarum regna, eorumque gloriam obtulit, si modò adoraretur ipse.* Maximus Taurin. in hom. p. 15. f. legit: *Post hæc vero duxit illum in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum.* Ita quoque apud Auct. op. imp. in Matth. hoc tantùm excepto, *Et sic assumpsit eum super montem.* Apud Juvencum l. 1. p. 58. f.

*Rursus in abrupti montis consistere celsis*
*Mox furibunda jugis sensit fallacia Christum,*
*Ostendens olli fulgentia regna per orbem.*

℣. 9. Mss. Sangerm. 1. & Clarom. textui Colbertino consonant ad verbum. Cantabrig. verò Vulgatæ. Græcè ita: καὶ λέγει αὐτῷ· Ταῦτα..... δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι· Colb. cod. 8. initio hab. καὶ εἶπεν αὐτῷ. Hilar. in Ps. 118. col. 337. f. addit ut sup. *Omnia hæc tibi dabo, si procidens adoraveris me.* Habet etiam *procidens* Ambros. l. 2. de Abr. c. 9. col. 340. c. & lib. de Tob. col. 601. c. & in Ps. 36. 37. ac 118. col. 812. b. 825. b. 1226. e. 1236. a. unà cum Maximo Taurin. in hom. p. 15. f. necnon Auctore op. imp. in Matth. p. 48. 49. Augustinus verò lib. de vera relig. to. 1. 773. b. & lib. 11. de civit. Dei, c. 33. to. 7. 298. d. *Omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me.* Juvencus l. 1. p. 58. f.

*Cernis, ait, quæ sit tantarum gloria rerum:*
*Cuncta tibi* (al. *tuo*) *pessum jamjam concedere regna* (al. *regno*,).
*Talia donantem si me* (al. *me si*) *veneratus adores.*

℣. 10. Ms. Corb. *Tunc dicit ei Jesus: Vade retro Satanas*, &c. ut supra. Similiter in Sangerm. utroque, ac Maj. Mon. *Vade retro Satanas.* In Cantabrig. *Vade post me Satana: Script. est enim..... & ipsi soli servies.* In Clarom. *Vade post me Satanas: Scriptum est: Dominum*, &c. Ed. Rom. Τότε λέγει αὐτῷ Ἰησοῦς· Ὕπαγε Σατανᾶ, &c. ut in Vulg. Exemplar tamen Græc. Cantabr. cum pluribus aliis hab. Ὕπαγε ὀπίσω μου· sed Orig. in Matth. ait, si Millio fides, Ὕπαγε Σατανᾶ, χωρὶς τῆς, ὀπίσω μου, προσθήκης. Item in epist. ad Philip. Ignatio adscripta: Ὕπαγε Σατανᾶ· οὐκ εἶπεν Ὕπαγε ὀπίσω μου· οὐ γὰρ ὑποστρέψαι οἷός τε· ἀλλ' Ὕπαγε Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπελέξω. Idem confirmat Hieron. in Matth. 4. to. 4. 13. d. dicens: *Non, ut plerique putant, eâdem Satanas & apostolus Petrus sententiâ condemnantur: Petro enim dicitur* (Marc. 8. 33.) Vade retro me Satana, *id est, sequere me...... hic verò audit* Vade Satana; *& non ei dicitur* retro me, *ut subaud. Vade in ignem æternum.* Hieronymo astipulatur Irenæus l. 5. c. 21. p. 319. a. legendo: *Vade Satana: Scriptum est enim*, &c. ut in Vulg. Tertul. verò adv. Gnost. p. 833. e. legit: *Recede Satanas, scandalum mihi es: Scriptum est: Dominum*, &c. ut supra. Hilar. in Matth. col. 620. a. *Vade Satana: Scriptum est enim*, &c. sed monet editor è nostris, in Carnut. codice scribi: *Vade retro post me Satana.* Ambros. l. 4. de interpel. Dav. c. 10. col. 671. d. *Vade retro Satana:* & l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. a. addit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies:* similiter l. 16. in Luc. col. 1470. c. & lib. de Spir. S. col. 642. e. nisi quòd hoc ult. loco hab. *& ipsi soli servies*, non *illi*. August. in Ps. 9. to. 4. 47. e. *Redi retro Satanas:* & tract. 2. in 1. Joh. to. 3. 842. g. *Redi post me Satanas*, &c. de ℣. 7. superiori. Maximus Taurin. in hom. p. 15. f. *Vade retro Satana: Scriptum est enim: Dom... & ipsi soli servies.* Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. *Vade retro Satanas.* Auct. op. imp. in Matth. p. 48. *Tunc dicit ei Jesus: Vade retro Satana: Scriptum est*, &c. Juvencus l. 1. p. 58. f.

*Tum sic instantem dictis rejecit Iesus:*
*Effuge pestiferi rabies vesana veneni:*
*Hæreat ut semper nobis immobile jussum,*
*Ut justus cœli Dominum devotus adoret,*
*Unius & famulans veneretur nomen in ævum.*

℣. 11. Ms. Sangerm. 1. *Tunc discessit ab eo diabolus: & ecce*, &c. ut supra. Clarom. *Tunc recessit ab eo diabolus*, &c. Cantabrig. *Tunc dimisit eum diabolus*, &c. Sangerm. alter: *Tunc relinquit eum diab.* &c. Græc. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβ. &c. ut in Lat. Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 181. c. & Sedulius l. 2. op. Pasch. p. 480. d. concordant cum textu Colb. Hilarius verò in Ps. 138. col. 508. a. simpliciter habet: *Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli ministrabant ei:* item in Matth. 4. col. 620. b. ait: *Post hanc ergo diaboli fugam, angeli Christo ministrant.* Juvencus pariter l. 1. p. 58. f. diaboli fugam hoc versu exprimit:

*Talibus excussus fugit per devia dæmon.*

Auct. op. imp. in Matth. hom. 5. p. 50. legit: *Tunc reliquit eum diab. & accedentes angeli Dei ministrabant ei.* Maxim. Taurin. in hom. p. 17. b. *accedentes angeli ministrabant ei.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 111. ap. Aug. to. 3. 112. c. *& accesserunt angeli, & ministrabant ei.*

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Audiens autem quia Joh. traditus est*, &c. Sangerm. 1. *Cùm audisset autem Jesus quòd Joh. traditus est*, &c. Similiter in Clarom. *Cùm audisset autem Jesus;* & in Ms. Maj. Mon. *quia Johannes traditus est:* nec aliter in Græco. Apud Hilar. in Matth. 4. col. 620. c. & Auct. op. imp. hom. 6. omnia ut in textu Colb. Apud Hieron. in Isai. 9. col. 82. f. *Audiens autem Jesus quòd Johannes esset traditus, secessit in Galil.* Apud Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. h. *Cùm audisset & Jesus quia Johannes traditus est, secessit in Galil.* Apud Juvencum l. 1. p. 58. g. ita:

*Ille ubi Johannem cognovit carceris umbris*
*Submersum, tristi compressit corda dolore.*

℣. 13. Ms. Cantabrig. *& relinquens Nazareth, veniens habitavit in Cafarnaum maritimam, in finibus Zab. & Nepthalim.* Similiter hab. Sangerm. 1. *in Capharnaum maritimam*, & *Nepthalim*. Clarom. *in Capharnaum, quæ est in maritima, posita in finibus Zab.* &c. Græc. καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ· Mss. quidam scribunt Ναζαρέθ; Syr. Arab. Pers. Καφαρναοὺμ; & Cantabr. παραθαλασσίον. Hieron. in Isai. 9. col. 82. f. *& derelinquens Nazareth, venit, & habitavit in Capharn. quæ est juxta mare, in finibus*, &c. Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. h. *& relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit Capharn. maritimum oppidum, in finibus Zab.* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 6. *& relicta civitate Nazar. veniens habitavit in Capernaum, in finibus Zab. & Nepthalim.* Juvencus l. 1. p. 58. g.

*Finibus & statuit Zabulonum ponere sedes.*

℣. 14. Ms. Cantabrig. *ut compleretur*, &c. ut in textu Colb. Sangerm. ambo cum Corb. & Clarom. *ut impleretur quod dictum est per Esaiam proph.* Germ. 2. addit *dicentem*, cum Colb. & Cantabrig. Ita quoque in Græco est, & apud Hieron. in Isai. 9. col. 82. f. Gaudentius Brix. s. 8. p. 954. h. legit: *ut adimpleretur quod per Isaiam proph. dictum erat.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 6. Vulgatæ congruit. Juvencus l. 1. p. 58. g.

*Ut dictum Isaia concurreret ordine sacli.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Isai. 9. 1. 15. Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium,

16. populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Marc. 1. 15. 17. Exinde cœpit Jesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum.

Marc. 1. 16. Luc. 5. 2. 18. Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores)

19. & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

20. At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.

21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocavit eos.

22. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

VERSIO ANTIQUA.

15. Terra Zabulon, & terra Neptalim, via maris trans Jordanen, Galilææ gentium, Ex Ms. Colbert.

16. populi qui sedebant in tenebris, lucem viderunt magnam: qui sedebant in umbra mortis, lux orta est illis.

17. Exinde Jesus cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum.

18. Cùm transiret autem Jesus secus mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & * Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores) * Ms. Andreas frater.

19. & ait illis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

20. At illi continuò relictis retibus suis, secuti sunt eum.

21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem ejus in navicula cum Zebedæo patre ipsorum, reficientes retia sua: & vocavit eos.

22. Illi autem statim relictis retibus suis, & patre suo, secuti sunt eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Ms. Cantabrig. *Terra Zabulon, & Nepthalim, viam maris trans Jord. Galilææ gentium.* Sangerm. 1. cum Clarom. *Terra Zab. & terra Nephthal. viam maris trans Jord. Galilaæ gentium.* Sangerm. 2. cum Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *via maris..... Galilaæ gentium*, ut in textu Colb. Græcum Vulgatæ consonat, præterquàm quòd hab. ὁδὸν, *viam*, pro *via*: aliquot tamen codd. ferunt Γαλιλαίας, non Γαλιλαία· ut in Vaticano. Observat Hieron. in Isai. 9. col. 82. f. *testimonium hoc posuisse Matthæum non juxta LXX. sed juxta Hebræos*; deinde refert illud quomodo exstat in Vulgata, nisi quòd legit *Galilaæ* pro *Galilæa*. Accinunt Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. h. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 6. Apud Juvencum l. 1. p. 58. g. ita:

*Terra Zabulon, & regio, cui Nephthala nomen,*
*Et via trans pelagus longè, Galilaaque rura,*
*Trans & Jordanem gentes*, &c.

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. *populus qui sedebat in tenebris, lucem viderunt magnam: qui sedebat in regione umbræ mortis, lux orta est illis.* Similiter in Clarom. exceptis his; *qui sedebant in regionem.* In Corb. & S. Gat. *populus... lucem vidit magnam: & sedentibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis.* Ita quoque in Græco. In Ms. Sangerm. 2. *populus qui sedebat in tenebris, & in umbra mortis, lux orta est eis.* Sic etiam habet Barb. 1. Gr. cum Alex. Isaiæ 9. 2. ἐν σκότει καὶ σκιᾷ. In Cantabrig. Lat. sic: *populus qui sedebat in tenebris, viderunt lumen magnum: qui sederunt in terra umbra mortis, lumen ortum est eis.* Gaud. Brix. s. 8. p. 954. h. *populus qui sedebat in tenebr. vidit lucem mag. & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est illis.* Similiter apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 6. p. 51. a. Apud Hieron. verò in Isai. 9. col. 82. f. omnia ut in Vulg. Epiphan. comment. in 8. 2. Cantici Cantic. habet: *qui sedebant in tenebris, & in umbra mortis, lumen viderunt per lucem ineffabilem.* Apud Juvencum l. 1. p. 58. g. sic:

*..... populique tenebris*
*Inclusi, magnum lumen subitumque videbunt:*
*In mortisque illis umbra residentibus, alma.*
*Exoritur fidei resplendens luce voluntas.*

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Exinde enim cœpit Jesus prædic. & dicere: Pœnitemini: approp. enim*, &c. Clarom. *Exinde Jesus cœpit... Pœnitentiam agite: quoniam approping.* &c. Gr. textui Cantabr. congruit, detracto 1. *enim*. Hieron. in Isai. 9. col. 82. f. *Ex eo tempore cœpit Jesus prædic. & dicere: Appropinquavit regnum cœlorum.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 6. p. 51. *Ex tunc cœpit Jesus prædic. & dicere: Pœnit. agite: appropinquabit enim regn.* &c. rursum inf. *appropinquabit*, & iterum p. 52. Apud Ambros. l. 2. de pœnit. 437. d. *Pœnit. agite: appropinquavit enim*, &c. Juvencus l. 1. p. 58.

*Ergo instare Dei regnantis munera Christus*
*Nunciat, increpitans præconia larga salutis.*

℣. 18. Ms. S. Germ. 1. *Cùm transiret autem juxta mare..... Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream..... mittentes retiam in mare, (erant enim pisc.)* Cantabrig. *Transiens autem secus mare..... Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes retiam in mari, (erant autem piscat.)* Clarom. *Cùm transiret autem Jesus secus mare*, &c. ut in Cantabr. hoc excepto *erant enim*, pro *autem*. Corb. scribit *retia* cum Colb. non *retiam*, vel *rete*. Græc. Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν..... Σίμωνα, τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν..... βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν, &c. ut in Vulg. Ms. 2. Steph. cum Cantabrig. Gr. habet initio παράγων, loco περιπατῶν; abest autem seq. ὁ Ἰησοῦς à pluribus aliis codd. & inf. in quibusdam legitur καλούμενον, non λεγόμενον, al. ἐπικαλούμενον, teste Millio. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 7. sic: *Ambulans autem Jesus secus mare, vidit duos fratres, Simonem & Andream.* Apud Juvencum l. 1. p. 58.

*Præteriensque, videt geminos (al. ponti) per littora fratres,*
*Præsolidum Simonem, dignum cognomine Petri,*
*Andreamque simul, sinuosa volumina lini*
*Piscibus insidias disponere marmoris undis.*

℣. 19. Ms. Cantabrig. *& dicit eis: Venite*, &c. ut supra. Clarom. *& dixit illis Jesus..... & faciam vos piscatores hominum*: à Græco etiam abest verbum *fieri*; & pro *dixit Jesus*, simpliciter est λέγει; addunt ὁ Ἰησοῦς, Syr. & Æthiop. sicut codd. plures γενέσθαι, ante ἁλιεῖς, ut ap. Marcum 1. 17. teste Millio. Ambros. quoque l. 15. in Luc. 1464. b. & de virginit. 243. e. omittit verbum *fieri*; sicut August. in Joh. 1. 8. & 21. col. 345. d. 577. e. 810. a. necnon l. de fide & op. to. 6. 184. a. & l. 20. de civit. Dei, c. 30. col. 615. b. Sic etiam Epiphan. comment. in Cantic. Cant. cap. 2. ℣. 9. *Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.* Apud Juvencum l. 1. p. 58.

*Nunc, inquit, pisces capitis maris æstibus altis;*
*Sed me si libeat sectari, fortia vobis*
*Provenient hominum præpulchra indagine lucra.*

℣. 20. Ms. Sangerm. 1. *At illi continuò relictis retiis suis*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *retibus suis.* Cantabrig. *Qui autem mox relinquentes retiam, secuti sunt eum.* Græc. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, quidam add. αὐτῶν. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 702. a. *Relictis naviculis secuti sunt eum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 7. *Et relictis retibus, secuti sunt eum.* Juvencus l. 1. p. 58. h.

*Illi confestim firmato pectore certi,*
*Retibus abjectis, pariter præcepta sequuntur.*

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. Colbertino textui favet, nisi quòd habet *navi*, pro *navicula*. Clarom. *Et procedens inde paululùm, vidit..... fratrem ejus in navicula cum Zebed. patre ipsorum, reficientes retias suas*, &c. Cantabrig. *Et progressus inde, vidit alios duos..... in navi cum Zebed. patre eorum, concinnantes retias suas*, &c. Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd ipso initio habet, Καὶ προβὰς, sicut in Vulg. Marc. 1. 19. *Et progressus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 7. *Et procedens inde, vidit alios duos fratres Jacobum..... fratrem ejus, componentes retia: & similiter vocavit eos.* Juvenc. l. 1. p. 58. h.

*Post, fratres, Jacobum, Joannemque marinis*
*Insidias gregibus maculoso innectere textu*
*Ut vidit, similemque dedit de littore vocem.*

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. *Illi autem relictis retiis suis, & patre suo, sec.* &c. Clarom. *Illi autem relictis retiis, & patre suo*, &c. Germ. 2. *Illi autem relictis retibus*, &c. Cantabrig. *Qui autem mox relinquentes navem & patrem suum*, &c. Ita quoque in Græco. Tertul. de idol. c. 12. p. 242. c. huc alludens dicit: *Jacobus & Joannes vocati à Domino, & patrem navemque derelinquunt.* Ambros. l. 5. de fide, col. 561. e. *Relictis retibus & patre, secuti*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* 23. Et circuibat Jeſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & omnes curavit:

25. & ſequebantur eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & ab Jeroſolymis, & Judæâ, & trans Jordanen.

VULGATA NOVA.

23. Et circuibat Jeſus totam Galilæam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos:

25. & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Jeroſolymis, & de Judæa, & de trans Jordanem. *Marc.* 3. 7. *Luc.* 6. 17.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ſunt eum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 7. *At illi relicto patre & navi, ſecuti ſunt eum.* Juvencus l. 1. p. 58. h.

*Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt,*
*Illico ſectantes pulcherrima juſſa ſalutis.*

℣. 23. Mſ. Cantabrig. *Et circumibat Jeſus totam..... & curans omn. languorem*, &c. Similiter in Sangerm. 1. præter 1. *Et circuibat.* Clarom. *Et circumibat Jeſus univerſam Galil..... & ſanans omnem valitudinem, & omnem infirmitat. in plebe.* Gr. Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλ. ὁ Ἰησοῦς..... ϗ θεραπεύων πᾶσαν νόσον, ϗ πᾶσαν μαλακίαν, &c. Hilarius in Matth. col. 620. c. ait: *Galilæam igitur circuit, & in ſynagogis prædicat regni evangelium; & omnium ægritudinum infirmitates medendo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 8. *Et circumibat Jeſus totam Galilæam:* addit inf. *prædicans & docens evangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in plebe.* Juvencus l. 1. p. 58.

*Exin per terram Galilææ ſancta ſerebat,*
*Inſinuans populis regni præconia Chriſtus:*
*Donabatque citam invalidis ægriſque medelam.*

℣. 24. Mſ. Clarom. initio hab. *Et abiit opinio ejus in univerſam Syriam;* ultimòque cum Colb. *& omnes curavit;* media etiam ſimilia. Sangerm. 1. *Et abiit fama ejus in totam Syriam..... & omnes curavit.* Cantabrig. *Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtul. ei..... variis infirmitatibus, & tormentis correptos, & dæmoniacos, & lunat... & omnes curavit.* Græc. Vulgatæ reſpondet. Mſ. tamen 2. Steph. in fine habet, ϗ πάντας ἐθεράπευσεν. Hilar. in Matth. col. 620. c. dicit: *Factis ipſe ſe profert.* Auct. op. imp. hom. 8. *& obtulerunt ei omnes malè habentes, & curavit eos.* Juvencus l. 1. p. 58. h. totum locum his verſibus declarat:

*Et mox crebra procul Syriam jam fama tenebat,*
*Mille ſonans linguis præſentia munera Chriſti:*
*Denique certatim languoris tabe pereſos,*
*Diverſiſque malis nexos, quîs longa dolore*
*Abſumpſit populans membrorum robora tabes,*
*Monſtrabant Chriſto: facili ſed munere cunctos*
*Reddebat properè miranda ad gaudia ſanos:*
*Jamque animæ ipſius morbi, ſævique furores,*
*Et lunæ curſum comitata inſania mentis,*
*Diſceſſere gravi ſermonis pondere juſſa.*

℣. 25. Mſ. Clarom. *& ſequebantur eum turbæ multæ à Galilæa*, &c. ut in textu Colb. Sangermanenſis 1. *& ſequebantur eum turbæ multæ de Galil. & à Decap. & ab Jeroſol. & à Judæa, & trans Jordanem.* Cantabr. *& ſecutæ ſunt eum turbæ m. de Galil. & Decapolim, & Hieroſolymâ, & Judæâ, & trans Jordanen.* Sangerm. 2. *& ſecutæ ſunt..... à Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis, & Judæa*, &c. Ita quoque in Græco. Mſ. Maj. Mon. addit *& Idumæa.* Juvencus l. 1. p. 59.

*Illum ſtipantes, miracula magna moventem,*
*Miſtæ ſectantur turbæ, Solymique, Syrique,*
*Et Judæa frequens populis, Galilæaque plebes,*
*Et quos Jordanis dirimit ſtagnante fluento.*

---

# CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* 1. Videns autem turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus:

2. & aperuit os ſuum Jeſus, & docebat eos, dicens:

3. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

4. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.

VULGATA NOVA.

1. Videns autem Jeſus turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus,

2. & aperiens os ſuum docebat eos, dicens:

3. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Luc.* 6. 20.

4. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. *Pſ.* 36. 11.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Abeſt etiam *Jeſus*, in principio, à Mſs. Sangerm. 2. Cantabrig. & Græco. In Clarom. verò eſt, *Videns autem turbam Jeſus;* paulòque poſt in Mſ. S. Gat. *& cùm ſediſſet ibi, acceſſerunt*, &c. In Cantabr. *& ſedente eo, acceſſerunt*, &c. Græc. huic ult. favet: codex tamen Colb. duplex initio addit Ἰησοῦς, teſte Millio. Hilarius in Matth. col. 620. f. ſic alludit: *Congregatis igitur pluribus turbis, montem conſcendit, & docet.* Ambroſ. l. 6. in Luc. col. 1367. a. legit: *Videns autem turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet, aſcenderunt ad eum diſcipuli ejus.* Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in mon. to. 3. 165. d. *Cùm vidiſſet autem turbas multas*, &c. ut in Vulg. Chromatius Aquil. in Matth. *Videns autem turbas Jeſus, aſcendit montem, & ſedente eo, acceſſerunt ad eum*, &c. Auct. oper. imperf. hom. 9. *Videns autem Jeſus turbas multas, aſcendit in montem.* Juvencus l. 1. p. 59. a. hunc verſiculum cum ſeq. ſic jungit:

*Hos populos cernens, præcelſa in rupe reſedit,*
*Ac ſic diſcipulis gremium cingentibus infit.*

℣. 2. Mſs. S. Germ. 1. & Maj. Mon. *& aperuit os ſuum, & docebat eos, dicens.* Cantabrig. *& aperiens os ſuum docuit eos, dicens.* Apud Hilar. in Matth. 620. f. & Ambr. l. 6. in Luc. col. 1367. b. *aperuit os ſuum, & docebat.* Ap. Auguſt. l. 1. de ſer. Do. in m. to. 3. 165. d. necnon Chromat. Aquil, in Matth. p. 977. g. omnia ut in Vulg. ſicut etiam in Græco.

℣. 3. Concinunt Mſs. Cantabrig. Corb. Sang. Clarom. &c. unà cum Græco. Sic etiam legunt Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. a. Hilarius in Pſ. 67. 68. 118. 131. col. 197. b. 229. c. 297. a. 324. c. 459. c. & in Matth. 621. a. & l. 9. de Trin. 100. c. Ambroſius l. de Nab. c. 8. col. 576. b. & de Apol. Dav. 728. b. & in Pſ. 36. col. 789. a. & l. 1. offic. 17. c. at in Pſ. 43. col. 925. a. & de ob. Val. 1185. c. legit: *Beati paup. ſp. ipſorum eſt enim regnum*, &c. Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 166. c. & ſer. 53. to. 5. 311. e. textui Colb. accinit, ſicut Chromat. Aquil. in Matth. p. 976. e. 977. g. & Auct. op. imp. hom. 9. p. 56. 205. Tertul. verò l. de pat. c. 11. p. 202. b. *Beati paup. ſpiritu: illorum eſt enim regn. cœlorum:* & l. de fuga in perſ. p. 973. c. *Felices pauperes: quia illorum eſt regnum cœlorum:* & l. de idol. c. 12. p. 242. c. ait: *Felices egenos Dominus appellat.* Juvencus l. 1. p. 59. a.

*Felices humiles, pauper quos ſpiritus ambit:*
*Illos nam cœli regnum ſublime receptat.*

℣. 4. Mſ. S. Germ. 1. cum Clarom. *Beati manſueti: quon. ipſi poſſidebunt terram.* Cantabrig. cum Sangerm. 2. & Gr. *Beati mites: quoniam ipſi hæreditabunt terram.* Ita quoque Irenæus l. 5. c. 32. p. 332. b. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 305. c. & Hilarius in Matth. 621. e. At Hilar. in Pſ. 51. & 147. col. 77. b. 583. a. legit: *Beati manſueti:*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Isai. 61. 2. 5. Beati, qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur.

6. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam : quoniam ipsi saturabuntur.

7. Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Psalm. 23. 4. 8. Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt.

9. Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabuntur.

1. Pet. 2. 20. & 3. 14. & 4. 14. 10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

5. Beati, qui lugent : quoniam ipsi consolabuntur.

6. Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam : quoniam ipsi saturabuntur.

7. Beati misericordes : quoniam ipsis miserebitur Deus.

8. Beati mundo corde : quia ipsi Deum videbunt.

9. Beati pacifici : quia filii Dei vocabuntur.

10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quia ipsorum est regnum cœlorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quon. ipsi hæreditabunt*, &c. & in Ps. 146. col. 578. b. *mansueti possidebunt terram.* Tertul. verò l. de pat. c. 11. p. 202. b. hab. *Beati mites.* Similiter Ambros. l. 6. in Luc. 1367. e. sicut in Ps. 43. col. 891. e. ubi subdit : *ipsi enim possidebunt terram.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 167. a. seqq. *Beati mites : quon. ipsi hæreditate possidebunt terram :* sic etiam in Ps. 1. to. 4. col. 3. d. 16. d. & ser. 53. to. 5. 311. e. seqq. & l. cont. Adim. to. 8. 142. a. cui accinit Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. e. sed subinde caret voce *hæreditate ;* ut & supra 976. f. Iren. verò l. 5. c. 9. p. 303. c. addit, *hæreditate possidebunt.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. & 49. p. 57. 205. *Beati mansueti : quoniam ipsi hæreditabunt terram.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 8. *Beati mites : quia ipsi possidebunt terram.* Juvencus l. 1. p. 59. b.

*His similes mites, quos mansuetudo coronat ;*
*Quorum debetur juri pulcherrima tellus.*

Observandum autem in Græco hanc secundam beatitudinem postponi sequenti, *Beati qui lugent*, &c. quem etiam ordinem servant Hilarius in Ps. 118. col. 297. a. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 9. p. 57. Faustus Manich. ap. Aug. l. 5. cont. ipsum, to. 8. 196. c. septem tantùm memorat hac dispositione : *In monte cùm doceret, Beati pauperes spiritu*, ( abest *spiritu* ab omnibus fere Mss. ) dixit ; *Beati mites ; Beati pacifici ; Beati puro corde ; Beati, qui lugent ; Beati, qui esuriunt ; Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*

℣. 5. Consonant Mss. Corb. Sang. duo, & Maj. Mon. codex verò Clarom. cum Cantabr. scribit, *Beati, qui lugunt*, &c. Ms. S. Gat. *Beati, qui lugent nunc : quoniam*, &c. Tertul. l. de pat. c. 11. p. 202. b. *Beati flentes atque lugentes :* & l. de corona mil. c. 13. p. 293. b. *Felices lugentes.* Cypr. l. 3. Testim. p. 306. a. *Beati plangentes : quoniam ipsi consolabuntur.* Concinit Vict. Tun. l. de pœnit. p. 599. b. at sup. 591. d. legit : *Beati, qui nunc lugent*, &c. Hilarius in Ps. 118. 122. & 125. col. 297. a. 396. e. 412. c. 419. d. *Beati lugentes : quon. ipsi consolab.* similiter in Matth. 622. a. sicut in Græco. Ambros. verò l. 6. in Luc. 1367. e. *Beati, qui lugent :* ita quoque l. 1. offic. col. 17. c. ubi addit : *quoniam ipsi consolationem habebunt.* Hieron. in Eccles. to. 2. 749. c. & in Isai. 16. to. 3. 172. e. & in Jer. 31. col. 678. e. & in Ose. 9. col. 1293. a. *Beati lugentes : quon. ipsi consolab.* Sic etiam S. Facianus ep. 3. p. 312. d. & Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 7. p. 195. b. cum Augustino in Job. to. 3. 653. c. & tract. 10. in Joh. col. 368. a. & in Ps. 6. to. 4. 27. e. & l. cont. Adim. to. 8. 139. c. & l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 167. c. 180. e. at supra 169. c. f. habet : *Beati, qui lugent*, &c. sicut etiam Maxim. Taurin. in hom. p. 14. b. cum Chromatio Aquil. in Matth. p. 976. g. & Auctore op. imp. hom. 9. p. 56. 205. Juvencus l. 1. p. 59. a.

*Hîc modò lugentes solatia digna sequentur.*

℣. 6. Ms. S. Germ. 2. *Beati, qui esur. & sitiunt propter justitiam*, &c. Cantabrig. *Beatï, qui esurientes & sitientes justitiam*, &c. cui favet Græcum. Textui verò Colb. & Vulg. consonant Mss. Sangerm. 1. Corb. Clarom. &c. quibus accinunt magno consensu Cypr. l. 3. Testim. p. 303. a. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. d. & e. Hilarius in Ps. 61. col. 148. b. & in Matth. 622. b. Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 2. col. 641. a. Gaud. Brix. ser. 2. p. 947. d. Chromat. Aquil. in Matth. p. 976. h. Leo M. ser. 39. & 49. pp. 102. b. 118. d. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 57. 205. Concinit etiam August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 169. g. & in Joh. 3. 6. & 7. col. 393. a. 494. a. 512. a. at ser. 53. to. 5. 313. b. legit cum Cypr. ep. 63. p. 106. b. *Beati esurientes & sitientes justitiam.* Ambros. verò l. 6. in Luc. col. 1367. b. simpliciter, *Beati, qui esuriunt ;* infra 1371. b. *& sitiunt :* & l. 1. offic. col. 17. c. *Beati, qui esuriunt : quia ipsi saturabuntur.* Maximus Taurin. in hom. p. 17. c. *Beati, qui esur. & sitiunt just. quia ipsorum est regnum cælorum.* Juvencus l. 1. p. 59. a.

*Pabula justitiæ qui nunc potusque requirunt,*
*Illos plena manet saturandos copia mensæ.*

℣. 7. Ms. Cantabrig. *Beati miseric. quoniam ipsi miserabuntur.* Ita quoque in Græco est. In Mss. verò Sangerm. 1. & Clarom. *quoniam ipsis miserebitur Deus.* Similiter apud Hilarium in Matth. 622. b. Ambrosium l. 1. offic. col. 17. c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. h. & 988. d. S. Valerianum, hom. 7. Sirm. to. 1. 645. a. 646. e. & Auctorem op. imp. hom. 9. p. 57. Leo M. ser. 9. 11. & 48. pp. 58. e. 59. f. 63. e. 117. d. legit : *quoniam ipsorum miserebitur Deus.* Itidem August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 167. d. seqq. & l. de spir. & litt. to. 10. 120. a. 1. tamen loco delet vocem *Deus*, nec semel : at epist. 167. to. 2. 601. f. legit : *quia ipsis miserebitur Deus :* ser. verò 53. to. 5. 313. b. *quoniam ipsi misericordiam consequentur :* hanc ultimam lectionem admittit Cypr. l. 3. Testim. p. 303. a. cum Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 7. p. 195. b. Ita quoque in Mss. Corb. S. Germ. 2. &c. Apud Juvencum l. 1. p. 58. a. sic :

*Felix, qui miseri doluit de pectore sortem :*
*Illi nam Domini miseratio larga manebit.*

℣. 8. Ms. Cantabrig. cum Clarom. *Beati, qui mundo sunt corde : quia*, vel *quon. ipsi*, &c. Corb. cum Gr. *Beati mundi corde : quon.* &c. Ita quoque legit Irenæus l. 4. c. 9. p. 238. b. at infra c. 20. p. 254. d. *Beati mundo corde*, &c. Similiter habent *mundo corde*, Novatian. de Trin. p. 1050. c. Cyprian. l. 3. Testim. p. 325. b. Hilar. in Ps. 52. & 118. col. 93. d. 289. b. necnon in Matth. 622. c. & l. 11. de Trin. 1104. b. Ambros. in Ps. 118. col. 1221. b. & l. 1. offic. col. 17. c. 51. b. & l. de virginit. 236. a. item Auctor op. imp. in Matth. hom. 9. & 49. cum Auct. quæst. ex utroque Test. quæst. 122. ap. Aug. to. 3. 132. e. Ita rursum Ambros. l. de apol. Dav. col. 698. e. nisi quòd subdit : *ipsi enim Deum videbunt :* itidem in Ps. 118. col. 1063. f. & l. 1. in Luc. col. 1275. b. at l. 1. offic. col. 51. b. hab. *quia ipsi etiam Deum videbunt :* & l. 5. de fide, col. 566. c. *Beati mundo corde : ipsi enim Deum videbunt.* Augustinus ep. 147. & 242. to. 2. 488. a. 867. d. *Beati mundi cordes : quoniam ipsi*, &c. similiter in Joh. 17. to. 3. col. 781. f. & l. cont. Adim. 121. b. & cont. epist. Manich. 180. f. & l. 1. de Trin. to. 8. 760. d. & ser. 277. to. 5. 1121. c. at ser. 6. col. 34. e. habet : *Beati mundo corde : quon.* &c. item in Joh. 1. to. 3. col. 292. c. 297. d. & in Joh. 5. col. 433. e. 454. b. 463. f. & in Joh. 6. & 12. col. 501. b. 648. f. sed l. 1. de ser. Dom. in m. col. 167. e. seqq. & in Joh. 1. & 5. col. 292. c. 446. b. legit : *Beati, mundi corde*, &c. ser. verò 12. to. 5. 72. c. 76. f. *Beati qui puro sunt corde*, &c. Cyprianus etiam ep. 46. p. 60. c. dicit *Beatos esse puros corde.* Juvencus l. 1. p. 59. b.

*Felices puro cælum qui corde tuentur :*
*Visibilis Deus iis per sæcula cuncta manebit.*

℣. 9. Sic est in Mss. Corb. Germ. Cantabrig. Clarom. &c. S. Gat. solus habet cum Gr. *quoniam ipsi filii Dei vocab.* Ita quoque Cypr. l. de unit. Eccl. p. 203. a. & l. 3. Testim. p. 304. b. item August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 167. e. seqq. & Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. p. 195. b. Ambrosius verò l. 9. in Luc. col. 1402. f. *Beati pacif. ipsi enim filii Dei vocab.* & l. 2. de Abrah. c. 8. col. 337. c. *Beati pacifici : quoniam ipsi possidebunt terram.* Optat. l. 3. & 4. cont. Donat. p. 60. b. 70. a. *Felices pacifici : quia ipsi filii Dei voc.* Hilarius in Matth. 622. d. & Auct. op. imp. hom. 9. & 49. textui Colb. consonant. Tertul. etiam l. de pudic. p. 1001. c. habet : *Beati pacifici :* & l. de pat. c. 11. p. 202. b. dicit : *Pacificos eodem titulo felicitatis notat, & filios Dei nuncupat.* Juvencus l. 1. p. 59. b.

*Pacificos Deus in numerum sibi prolis adoptat.*

℣. 10. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. Clarom. &c. cum Græco. In Ms. Cantabrig. *quia ipsorum erit regnum*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 11. Beati estis cùm vos maledicent, & persequentur, & dicent omne malum adversùm vos, propter justitiam:

12. gaudete, & exsultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt & prophetas, qui erant ante vos, patres eorum.

13. Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

VULGATA NOVA.

11. Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversùm vos mentientes, propter me:

12. gaudete, & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

13. Vos estis sal terræ. Quòd si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Marc. 9. 49. Luc. 14. 34.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cælorum*; & in Steph. Ms. 2. ὅτι αὐτῶν ἐςαι ἡ βασίλεια, &c. Apud Tertul. l. de resur. carn. p. 582. b. *Beati, qui persecut. pat. propt. just. quia illorum est regn. cælorum*: & l. cont. Gnost. p. 829. a. *ob justitiam: quoniam illorum est*, &c. Apud Cypr. epist. 26. p. 35. c. *Beati, qui persecut. passi fuerint propt. justitiam: ipsorum enim est regn. cælorum*: similiter ep. ad Fortun. p. 272. c. & l. 3. Testim. p. 310. a. præter *quoniam*, vel *quia ipsorum est*. Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. h. Vulgatæ consonat. Sic etiam Hilar. in Matth. col. 622. e. & fragm. 1. col. 1281. e. Item Ambrosius l. 2. de Cain & Ab. c. 6. col. 216. c. & l. 1. offic. col. 17. c. cum August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 168. a. seqq. & Auctore l. de promiss. dimid. temp. c. 7. p. 195. b. necnon Epiphan. comment. in Cantic. Cant. c. 1. 3. Apud Auctorem op. imp. in Matth. hom. 9. p. 58. 205. c. deest *quoniam ipsorum est*, &c. Hormisdas PP. ep. 21. Conc. to. 4. 1458. d. legit: *Beati, qui passiones patiuntur propter justitiam*. Juvencus l. 1. p. 59. b.

*Felices nimium, quos insectatio frendens*
*Propter justitiam premit: iis mox regia cæli*
*Pandetur.....*

℣. 11. Ms. S. Germ. 1. *Beati estis cùm vos odio habuerint homines, & maledicent, & persequentur, & dicent omne malum adversùm vos, propter justitiam*. Ms. Floriac. *Beati estis cùm vos odio habebant homines, & objicient, & persequentur, & exprobrabunt, & dicent adversùm vos omne malum: gaudete*, &c. Cantabrig. *Beati estis cùm persequentur vos, & improperaverint, & dixerint adversùm vos omne malignum, propter justitiam*. Clarom. *Beati cùm vos persequentur, & exprobrabunt, & dicent adversùs vos omne malum, propter me*. Mss. S. Gat. & Maj. Mon. *Beati estis cùm vos maledixerint homines, & persecuti vos*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. *Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti*, &c. Textui Colb. suffragatur Hilarius in Ps. 118. col. 362. c. & l. cont. Constant. 1237. c. & fragm. 1. col. 1281. e. Accinit pariter Ambros. l. 2. offic. col. 17. c. 73. b. nisi quòd hab. *cùm vobis maledicent*. Græcè ita: Μακάριοί ἐςε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ· al. ἕνεκα δικαιοσύνης. Tertul. adv. Gnost. p. 829. a. legit: *Beati eritis cùm vos dedecoraverint, & persecuti fuerint, & dixerint adversùs vos omnia mala, propter me*: & l. de pat. c. 8. p. 201. b. *cùm vos maledixerint, gaudete*. Lucif. Cal. l. de mori. pro Dei fil. p. 242. b. *Beati estis cùm vos odio habuerint homines, & maledicentes persecuti fuerint, & exprobraverint, & dixerint adversùm vos omne malum: gaudete*, &c. vide etiam l. de non parc. in De. del. Moyses epist. 26. ad Cypr. p. 35. c. *Beati eritis cùm vos persecuti fuerint, & odio habuerint: gaudete*, &c. Ambrosiast. p. 52. d. *Beati eritis cùm vos persequentur, & dicent omne malum adversùm vos, propter justitiam*. S. Paulin. ep. 1. p. 2. c. *Beati estis cùm vobis maledicent homines, & dicent omne malum adversùm vos, & exprobrabunt nomen meum tanquam malum: gaudete*, &c. August. l. 1. de ser. Do. in m. to. 3. 170. c. d. *Beati eritis cùm vobis maledicent, & persequentur vos, & dicent omne malum adversùm vos mentientes, propter me*: at in Ps. 102. to. 4. 1123. a. legit: *Beati eritis cùm vos persecuti fuerint homines, & dixerint adversùs vos omne malum mentientes, propter nomen meum*. Similiter habet Cassiod. in Ps. 32. p. 106. c. *mentientes, propter nomen meum*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. a. *Beati estis cùm vos persequuntur, & exprobrant, & dicunt omne malum adversùm vos, propter justitiam, mentientes*: & infra 979. e. *Beati eritis cùm vos persecuti fuerint homines, & exprobrabunt, & dicent omne malum contra vos*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 58. *Beati eritis cùm vos exprobraverint homines, & dixerint omne verbum malum adversùm vos mentientes, propter me*. Symmach. ep. 6. adv. Anast. Imp. Conc. to. 4. 1296. *cùm vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum adversùm vos, propter justitiam, gaudete*. De his autem omnibus silet Juvencus. Vide Luc. 6. 22. ex quo nonnulla advecta videntur supra in Matthæum.

℣. 12. Ms. Sangerm. 2. *gaudete in illa die, exsultate, quoniam merces v. copiosa est*, &c. ut in Vulgata. Floriac. *gaudete, & exsult. quia merc. vestra multa est in cælis: sic enim persecuti sunt & prophetas ante vos*. Clarom. *gaudete, & exsult. quoniam merc. vestra multa est in cælo: sic enim persecuti sunt & proph. qui fuerunt ante vos*. Cantabrig. cum Gr. Vatic. *gaudete, & exsult. quia merc. vestra multa in cælo* (Gr. ἐν τοῖς οὐρανοῖς) *ita enim persecuti sunt proph. qui ante vos fuerunt*. In Sangerm. verò 1. multò plura, nempe: *gaudete, & exsult. quon. merc. vestra copiosa est in cælis: sic enim persec. sunt & prophetas, qui erant ante vos*: deinde: *Nolite gaudere, cùm benedixerint vos omnes homines: sic enim faciebant pseudoprophetis patres eorum*: sed hæc posteriora verba huc adducta fuerunt è Lucæ 6. ℣. 26. sicut ult. τὸ *patres eorum*, quod habetur sup. in textu Colb. Irenæus l. 4. c. 33. p. 272. d. simpliciter legit: *sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt*. Tertul. l. de pat. c. 11. p. 202. b. *gaudete, & exsultate, quoties vos maledicent, & persequentur: merces enim vestra plurima in cælo*: & l. cont. Gnost. p. 829. a. *gaudete, & exsult. quon. merces vestra plurima in cælo*. Lucifer Cal. l. de mori. pro Dei fil. p. 242. b. *gaudete, & exsult. quon. merc. vestra multa est in cælo: sic enim persec. sunt & prophetas, qui erant ante vos*. Similiter habent Hilarius l. cont. Constant. 1237. c. & Ambros. l. 2. offic. col. 73. b. excepta voce *copiosa*, pro *multa*: rursus etiam *copiosa* hab. Hilar. fragm. 1. col. 1281. e. & in Ps. 118. col. 362. c. & Ambros. l. 2. offic. 17. d. at iste l. 3. de interpel. Job, p. 656. b. legit *multa*. Moyses epist. 26. ad Cypr. p. 35. c. *gaudete, & exsultate: sic enim & prophetas persecuti sunt, qui ante vos fuerunt, patres eorum*. S. Paulin. ep. 1. p. 2. c. *gaudete, & exsult. quon. merc. vestra copiosa est in cælis*. August. in Ps. 54. to. 4. 503. f. *magna est in cælis*: & l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 170. c. 171. b. *multa est in cælis*: & infra 171. c. *ita enim persec. sunt & prophetas, qui ante vos fuerunt*: & ser. 356. to. 5. 1391. d. *gaudete & exsult. quando detrahunt de vobis dicentes falsa, quia merces vestra magna est in cælis*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 58. *gaudete..... quia merc. vestra multa est in cælo*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. c. nil omnino differt à Vulg. at inf. 979. f. legit pene ex Lucæ 6. 23. *gaudete in illa die, & exsult. dico enim vobis, quia merces vestra multa est in cælis: sic enim faciebant & prophetis patres eorum*: deinde ait: *Vos estis sal*, &c. quæ tamen ultima non sequuntur nisi apud Matth. Apud Juvencum l. 1. p. 59. b. ita:

*..... gaudete operum, quos justa tenentes*
*Urgebit præceps stimulis injuria sævis;*
*Plurima nam merces vobis servatur in æthra:*
*Namque prophetarum fuit insectatio talis.*

℣. 13. Sic habet Ms. Corb. cum Sangerm. 2. Sic etiam Sangerm. 1. & Maj. Mon. sed ablata voce *ultra*. Ms. S. Gat. habet *projiciatur*, loco *mittatur*; cæt. ut in Vulgata. Cantabrig. ita cum Clarom. *Vos estis sal terræ. Si enim* (Clarom. *si autem*) *sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras, & concul*c. &c. Græc. Claromontano favet, nisi quòd addit ἔτι, post *valet*. Cypr. in Conc. Carthag. p. 331. b. similiter habet: *Vos estis sal terræ. Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ex eo ad nihilum valebit, nisi ut projiciatur foras, & conculc. ab hom.* ita rursum l. 3. Testim. p. 326. b. præter hoc, *ad nihil. valet*, detracto præced. *ex eo*. Hilarius in Matth. col. 623. a. *Vos estis sal terræ. Quòd si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur*: Editor noster ibid. monet in Mss. Colb. & Carn. legi *evanuerit*, non *infatuatum fuerit*: in Gr. Vatic. μωρανθῇ, sed aliàs μαρανθῇ, Millio teste: Μαραίνω, *marcessere facio, flaccidum reddo*: Μωραίνω verò, *infatuo*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. legit: *Quòd si sal evanuerit*. At Hieron. l. cont. Luciferian. to. 4. 291. b. *Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum est utile, nisi ut projiciatur foras, & conculc.* &c. & in Soph. 2. to. 3. 1665. d. partim ex Matth. partim ex Luc. 14. 35. *Vos estis sal mundi. Si autem sal infatuatum..... ad nihilum est utile, neque in terram, neque in sterquilinium: sed foras projiciunt illud, ut ab hominibus conculcetur*. August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 171. d. *Vos estis sal terræ. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum va-*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

14. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita :

Marc. 4. 21. Luc. 8. 16. & 11. 33. 15. neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

1. Pet. 2. 12. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.

17. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere.

## Versio antiqua.

14. Vos estis lux mundi hujus. Non potest civitas abscondi supra montem posita : Ex Ms. Colbert.

15. neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.

17. Nolite putare quia veni solvere legem, aut prophetas : non veni solvere legem, aut prophetas, sed adimplere.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*let, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab homin.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. f. *Vos estis sal terræ. Sed si sal terræ infatuatum fuerit, ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras, & conculc.* &c. & inf. 980. c. *Si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur? ad nihilum valet, nisi ut projic.* &c. Auctor l. de Aleatorib. ap. Cypr. p. 492. *Sal autem si fatuatum fuerit, nihil valebit, nisi ut projiciatur foras, & conculc.* &c. Juvencus l. 1. p. 59. b.

*Discite vos hac in terra salis esse saporem.*
*Hic sapor amissâ si jam virtute senescit,*
*Quæ salis absumptos acuet substantia gustus?*
*Nec quisquam fatui* (al. *vani*) *post hæc superest salis usus,*
*Ni longe abjecti* (al. *abjectum*) *cuncta ut vestigia calcent.*

℣. 14. Colbertino textui favent Mss. Sangerm. 1. & Clarom. Cantabrig. verò habet cum Gr. *Vos estis lumen mundi. Non potest:.... super montem posita.* Item apud Iren. l. 1. c. 6. & l. 4. c. 7. pp. 28. c. 235. d. *Vos estis lumen mundi.* Apud Tertul. l. de idol. c. 15. p. 244. b. *Tu lumen es mundi :* & l. de cultu femin. c. 13. p. 268. a. ait : *Quid lumen terræ vocavit? Quid civitati supra montem constitutæ comparavit? si non relucemus inter tenebras.* Apud Hilar. in Matth. col. 623. d. & in Ps. 143. col. 557. e. *Vos estis lum. mundi :* & in Ps. 66. ait Christum esse *lucem mundi*, Apostolos verò *lumen :* & in Matth. addit : *Non potest civit. abscondi supra montem ædificata.* Similiter hab. *lumen* Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 372. f. & quæst. 4. ad Algas. to. 4. 193. c. addit : *Non potest latere civitas super montem posita.* August. ep. 140. & 208. to. 2. 424. e. 775. g. *Vos estis lumen mundi. Non pot. civit. abscondi super montem constituta :* sic etiam l. de unit. Eccl. to. 9. 366. c. 385. b. lib. 1. & 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 171. f. g. 201. e. necnon tr. 13. & 54. in Joh. col. 473. c. e. 650. g. nisi quòd hoc ult. loco 650. legit, *Vos estis lux*, non *lumen.* Itidem Ambrosius in Ps. 118. col. 1142. d. *Vos estis lux mundi :* at inf. 1174. f. *lux hujus mundi.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. e. concordat cum Vulg. sicut etiam Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. Apud Juvencum l. 1. p. 59. b. sic :

*Vos estis mundi clarum* (*ne abscondite*) *lumen :*
*Nam quis præcelsis impostam rupibus urbem*
*Occultare queat?* &c. ut inf. ad ℣. 16.

℣. 15. Ms. Cantabr. *nec incendunt lucernam, & ponent eam sub modium, sed supra cand.* &c. S. Germ. 2. *neque ascendunt lucernam, & ponunt eam sub modio.* S. Germ. 1. *sub modium*, è Gr. ὑπὸ τὸν μόδιον ; subinde in eod. Gr. ϰ λάμπει, *& lucet*, loco *ut luceat.* Tertul. de præscr. c. 26. p. 335. c. ait docuisse Christum, *lucernam non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, ut luceat omnibus, qui in domo sunt :* & l. de cultu fem. c. 13. p. 268. a. *Quid lumen terræ vocavit..... si lucernam tuam sub modium abstruseris?* Hilar. in Matth. col. 623. e. *neque accendunt luc. & ponunt eam sub modio :* at in Ps. 118. col. 322. b. *nemo lucernam accendit, & ponit eam sub modio*, fortè ex Lucæ 8. 16. vel 11. 33. attamen August. epist. 140. to. 2. 424. e. & ser. 46. to. 5. 227. e. similiter habet, *nemo accendit lucernam*, &c. quæ sup. in Vulg. adjuncto seq. ℣. 16. *Sic luceat*, &c. quod satis indicat Matthæum ibi citari ab ipso : at epist. 208. col. 775. g. legit : *neque accendunt lucern.* &c. ut in Vulg. Similiter l. 1. & 3. de ser. Dom. in m. col. 171. g. 172. c. d. 201. a. necnon tr. 23. & 54. in Joh. col. 473. e. 650. g. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. e. 981. c. Hieron. verò l. cont. Lucifer. to. 4. 292. a. *neque enim lucerna accenditur, & ponitur subter modium, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. p. 60. *nec qui accendunt lucernam, ideo eam accendunt, ut ponant sub modio*, &c. ut in Vulg. Vide Juvencum sup. ad ℣. 14.

℣. 16. Ms. Corb. *Sic luceat lux..... ut videant vestra bona opera, & glorificent*, &c. Cantabrig. unà cum Græco : *Sic luceat lumen vestrum..... ut vid. vestra bona opera, & glorificent*, &c. S. Germ. 1. Clarom. & Maj. Mon. *opera vestra bona, & magnificent*, &c. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. b. *Luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona facta vestra, & clarificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Tertul. de cultu fem. c. 13. p. 268. a. & l. de idol. c. 15. p. 243. c. cum Cœlestino, ep. 4. ad ep. Vien. to. 1. 1067. c. *Luceant opera vestra.* Cypr. ep. 6. ad Rogat. p. 12. a. & l. 3. Testim. p. 314. b. *Luceat lumen vestrum..... ut videant op. vestra bona, & clarificent*, &c. ut sup. Hilarius in Ps. 65. col. 175. a. b. cum Ambrosiast. p. 240. a. *Sic luceat lumen vestrum coram hom. ut videant op. vestra bona, & magnificent*, &c. vide etiam Hilar. in Matth. col. 624. c. at in Ps. 61. col. 148. b. dicit : *Sic luceant opera vestra coram hominibus, ut magnificent patrem vestrum, qui est in cælis.* Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. a. *Opera vestra luceant coram patre meo, qui in cælis est.* August. in ep. ad Galat. to. 3. 946. e. *Luceant opera vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est :* similiter in Ps. 105. to. 4. 1193. b. & l. 5. de civit. Dei, c. 16. to. 7. 131. b. ita quoque epist. 140. to. 2. 451. c. juxta 6. Mss. secundùm alios : *Luceant bona opera vestra coram hominibus, & glorificent patrem*, &c. & in Ps. 3. to. 4. 10. a. *Luceant opera vestra coram hominibus, ut benedicant patrem vestrum, qui in cælis est :* at l. 1. & 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 172. d. e. f. 201. a. & ser. 290. to. 5. 1161. d. e. legit : *Sic luceat lumen vestrum coram hom. ut videant bona facta vestra, & glorificent*, &c. & tr. 23. in Joh. to. 3. col. 473. f. *Sic luceat lumen vestrum coram hom. ut videntes bona opera vestra, glorificent*, &c. item tr. 54. & 82. col. 650. g. 705. g. *Sic luceat lumen vestrum coram hom.* sed addit, *ut videant opera vestra bona, & glorif.* &c. vide etiam epist. 140. & 208. col. 424. e. 775. g. & ser. 46. & 54. to. 5. 227. e. 318. e. Hieronymus in Isai. 14. & 52. to. 3. 159. b. 378. b. *Luceat lumen vestrum coram hom. & videant bona op. vestra, & glorif.* &c. Leo M. ser. 25. p. 80. d. *Sic luceat lumen vestrum..... ut videant..... & glorif.* &c. Similiter ser. 37. 44. & 77. pp. 99. d. 110. e. 162. a. excepto verbo *magnificent :* at ser. 34. & 42. p. 95. e. 108. e. *Et sic luceat lumen vestrum..... ut videntes op. vestra bona, magnificent*, &c. Ita quoque Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. b. cum Auct. l. de sing. Cleric. p. 523. Chromatius verò Aquil. in Matth. p. 981. d. cum Auct. op. imp. hom. 10. & Gilda castig. in Eccl. ord. p. 718. d. *Sic luceat lux vestra..... ut videant..... & magnificent*, &c. Sed Auct. op. imp. hom. 13. p. 72. 74. legit : *Sic luceat lumen vestrum coram hom. ut videant homines opera vestra bona, & magnificent*, &c. Concil. Arvern. to. 4. 1806. d. *Sic luceat lumen vestrum..... ut videntes vestra bona opera, glorificent*, &c. Auct. quæst. ex utroq. Test. q. 105. p. 101. b. *Luceat lumen vestrum..... ut videntes opera..... magnificent.* Fulg. l. 1. ad Monim. c. 14. p. 12. *Sic luceat lux vestra..... ut videntes vestra bona opera, glorificent*, &c. Juvencus l. 1. p. 59.

*..... vestrum sed lumen ad omnes*
*Perveniat, rerumque decus sub luce serena*
*Ponatur : cunctis genitoris gloria vestri*
*Laudetur; celsi thronus est cui regia cæli.*

℣. 17. Ms. Clarom. *Nolite existimare quoniam veni solvere legem, aut proph. non veni solvere legem, sed adimplere.* Cantabrig. *Nolite putare quia veni dissolvere legem, aut..... non veni dissolvere, sed implere.* Sangerm. 2. simpliciter habet : *Nolite putare quia veni solvere, sed adimplere.* Irenæus verò l. 4. c. 34. p. 275. b. cum Gr. *Ne putetis quoniam veni dissolvere legem, aut prophetas : non veni dissolvere, sed adimplere.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 729. c. *non veni dissolvere legem & prophetas, sed potius adimplere :* & supra p. 706. b. c. *non veni dissolvere legem, sed adimplere :* vide etiam l. de monog. p. 954. a. Hilarius in Matth. col. 624. d. *Nolite putare quon. veni dissolvere leg. aut proph. non veni dissolvere, sed adimplere ;* post paulò utitur verbis *solvere, implere :* & in Ps. 118. col. 258. a. & inf. 368. f. necnon. l. 11. de Trin. col. 1098. d.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.
18. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat
cœlum & terra, iota unum, vel unus apex non præ-
teribit à lege, donec omnia fiant : cœlum & terra
tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.
19. Qui enim ſolverit unum de mandatis iſtis
minimis, & docuerit ſic homines, minimus vo-
cabitur in regno cœlorum : qui autem fecerit ſic,
hic magnus vocabitur in regno cœlorum.
20. Dico enim vobis, quia niſi abundaverit ju-
ſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum,
non intrabitis in regnum cœlorum.

VULGATA NOVA.

18. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat Luc. 16.
cœlum & terra, iota unum, aut unus apex non 17.
præteribit à lege, donec omnia fiant.
19. Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis Jac. 2.
minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabi- 10.
tur in regno cœlorum : qui autem fecerit & docue-
rit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.
20. Dico enim vobis, quia niſi abundaverit
juſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæo- Luc. 11.
rum, non intrabitis in regnum cœlorum. 39.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Ita quoque Ambroſ. l. de Tob. c. 14. col. 607. a. & inf. 708. b. & l. 1. & 5. in Luc. col. 1273. f. 1282. d. 1355. c. & epiſt. 25. col. 893. a. at l. de fuga ſæc. c. 4. col. 426. a. legit : *non veni ſolvere legem, ſed implere* : ita rurſum epiſt. 26. 44. 63. 72. 74. col. 895. f. 978. c. 1041. b. 1076. e. 1081. c. Ambroſiaſter : *non veni ſolvere legem, aut prophetas, ſed adimplere.* Sic etiam Auctor quæſt. N. T. q. 69. ap. Aug. to. 3. 69. g. Auguſt. verò l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 308. d. à Vulgata non differt, nec etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. e. nec Auct. op. imp. in hom. 10. nec Mſs. codd. S. Germ. 1. Corb. Maj. Mon. &c. Auguſt. tamen l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 173. b. leg. *non veni ſolvere, ſed implere* ; pauloque poſt, necnon in Joh. 21. col. 814. d. *non veni ſolvere legem, ſed implere.* Leo M. ſer. 15. p. 65. c. *non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Juvencus l. 1. p. 59. c.

*Non ego nunc priſcas leges diſſolvere veni,*
*Vertere nec veteres ponunt quæ juſſa prophetæ :*
*Omnia nam vobis per me complenda manebunt.*

℣. 18. Mſ. Corb. *Amen dico vobis, donec,* &c. ut in Vulg. Similiter abeſt *quippe* à Germ. 1. ſed in fine ponit, *donec hæc omnia fiant.* Sangerm. 2. *Amen quippe dico..... iotha unus non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Clarom. *Amen dico vobis..... iota una, vel unus apex..... donec omnia fiant.* Cantabrig. *Amen enim dico vobis..... iota unum, aut unus apex non tranſiet à lege, donec fiant omnia.* Ita quoque in Græco eſt, nec plura. In Mſ. 1. Steph. Ἀμὴν ἀμὴν, loco, Ἀμὴν γὰρ ; deeſt γὰρ in codd. plurimis, Millio teſte : huic autem, ἀπὸ τοῦ νόμου, *à lege,* vel ſecundùm quoſdam, ἐκ τοῦ νόμου, editi libri nonnulli addunt, καὶ τῶν προφητῶν· unde Irenæus l. 4. c. 34. p. 275. b. legit : *Amen enim dico vobis, donec pertranſeat cælum & terra, iota unum, aut unus apex non tranſiet à lege & prophetis, quoadusque omnia fiant :* at l. 1. p. 14. e. *iota unum, aut unus apex non præteribit* (al. *præteriet,*) *quoadusque omnia fiant.* Hilar. in Pſ. 118. col. 350. b. *iota unum, aut apex non præteribit ex lege, donec hæc omnia fiant :* & in Matth. col. 625. b. ait, *cælum quidem & terram, maxima, ut arbitramur, elementa, eſſe ſolvenda ; cæterùm ne minimum quidem poſſe eſſe de mandatis legis infectum ; in ipſo enim lex, & prophetia omnis impletur.* Heſych. apud Auguſt. epiſt. 198. to. 2. 741. e. *quia cælum & terra tranſient, iota autem unum, vel unus apex non tranſiet à lege, donec omnia fiant.* S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 316. b. ſimiliter habet : *cælum & terra tranſibunt,* dein, *iota unum aut apex non poterunt tranſire, priuſquam omnia compleantur.* Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 173. c. *Amen dico vobis, donec tranſeat cælum..... iota unum, aut unus apex non tranſiet à lege, donec omnia fiant :* & l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 308. e. *Amen, amen dico vobis... iota unum..... non tranſiet de lege,* &c. Caſſiod. præf. in Pſal. c. 10. p. 5. a. *Amen, amen dico vobis..... iota unum... non præteribit à lege, donec omnia compleantur.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. g. *donec cælum & terra tranſeant, iota unum vel unus apex à lege non cadent, donec omnia fiant.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. col. 202. e. *priuſquam cælum & terra tranſeat, iota unum, aut unus apex non cadet ex lege, qui non impleatur ;* al. *donec omnia impleantur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. p. 61. Vulgatæ conſonat, deletâ tamen 1. conjunct. *quippe.* Juvencus l. 1. p. 59. c. hæc tota ſic reddit :

*Vera loquor, donec cæli, terræque, mariſque*
*Interitus veniat, legis nec* (al. *ne*) *littera ſaltem,*
*Aut apicis parvi gracilis diſtinctio dêrit,*
*Omnia quin fiant digeſta ex ordine ſæcli.*

Porro quod extremò additur in textu Colb. *Cælum & terra tranſibunt, verba autem,* &c. ineptè huc adductum videtur è cap. 24. ℣. 35. aut ex Marc. 13. 31. vel ex Luca 21. 33.

℣. 19. Mſ. S. Germ. 1. *Qui enim ſolverit unum..... qui autem fecerit & docuerit ſic, magnus vocab.* &c. Sangerm. 2. ſimiliter habet initio : *Qui enim ſolverit unum,* &c. ſed omittit poſtrema, *qui autem fecerit & doc.* &c. uſque ad finem ℣. Eadem quoque delet Mſ. Cantabrig. ſed initio ponit : *Quicunque enim ſolverit unum..... & docuerit homines,* &c. Claromont. *Quicunque ergo ſolverit unum ex mandatis..... & docuerit ſic homines..... quicunque autem fecerit & docuerit ſic, hic magnus,* &c. Græc. hod. Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν, &c. ut in Vulg. obſervat tamen Millius à Cantabrig. Græco abeſſe poſteriora, *qui autem fecerit,* &c. ſicut à Pariſ. 5. 8. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. e. hæc ſola leguntur : *Quicunque ſolverit unum ex mandatis his minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum :* nec plura exprimere videtur Hilarius comm. in Matth. col. 625. c. dicendo : *Itaque ne minima quidem mandatorum Dei, niſi cum piaculo Dei* (al. *Deus*) *conſtituit eſſe ſolvenda ; futuros minimos, id eſt, noviſſimos, ac pene nullos denuncians minima ſolventes :* paulò tamen poſt addit : *Minimum autem eſt omnium, Domini paſſio, & crucis mors ; quam ſi quis tanquam erubeſcendam non confitebitur, erit minimus : confitenti verò magnæ in cælo vocationis gloriam pollicetur.* Porro « hîc *magnæ vocationis gloriam* dicit Hilarius, quaſi magni nominis, juxta illud, *hic magnus vocabitur.* » Ita noviſſ. editor, n. d. Cypr. ep. 63. p. 109. a. *Qui ſolverit unum ex mandatis iſtis minimis, & ſic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum :* & ep. 77. p. 160. b. ac l. 3. Teſtim. p. 327. a. addit : *qui fecerit, & ſic docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. 220. a. *Qui docuerit & fecerit, hic vocabitur maximus in regno cælorum : qui autem docuerit, & non fecerit, erit minimus :* & epiſt. 1. ad Rufin. to. 4. p. 2. col. 4. a. *qui docuerit, & non fecerit, minimus vocabitur in regno cælorum.* Tichonius, reg. 6. p. 63. f. *Qui ſolverit unum ex mandatis iſtis minim. & ſic docuerit hom. minimus voc...... qui autem fecerit, & ſic docuerit,* &c. Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 173. d. g. *Qui enim ſolverit unum de mandat. iſtis minim. & docuerit ſic hom. minimus voc..... qui autem fecerit, & docuerit ſic, magnus vocab.* &c. ſimiliter in Joh. 21. col. 814. d. niſi quòd initio hab. *Qui ergo ;* tollitque *ſic,* poſt ult. *docuerit :* at l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 308. e. legit : *Quicunque ergo ſolverit unum ex mandat...... quicunque autem fecerit, & ſic docuerit,* &c. & in Job, to. 3. 653. c. *qui autem fecerit, & ſic docuerit, magnus vocabitur in regnum cælorum.* Victor Tun. apud Ambroſ. col. 594. e. *qui fecerit, & ſic docuerit, maximus vocab. in regno cæl.* Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 10. p. 61. priora tantùm refert : *Si quis ſolverit unum de mandat. iſtis minim. & docuerit ſic hom. minimus vocabitur in regno cælorum :* non etiam alia memorat in comment. nec plura habet hom. 42. p. 181. præter iſta : *Si quis unum ex minimis mandatis iſtis ſolverit, & doc.* &c. Chromat. autem Aquil. in Matth. p. 981. h. Vulgatæ ſuffragatur, ſicut etiam Juvencus l. 1. p. 59. c. his verſibus :

*Si quis enim minimam mandati ſolvere partem*
*Auſus erit, pariterque homines ſuadendo docebit,*
*Hic minimi nomen cæleſti in ſede tenebit :*
*At quicunque operis proprii moderamina ſervans,*
*Inviolata ſimul tradet præcepta priorum,*
*Magnus erit, magnique feret trans ſidera nomen.*

℣. 20. Conſonant Mſs. S. Germ. 1. & Corb. unà cum Græco ed. Rom. Sangerm. verò 2. habet : *Dico autem vobis,* &c. cum Clarom. ſed à Cantabrig. codice verſus totus abeſt ; ſicut ab editt. 1. Eraſm. & Ald. verba priora, Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι. Apud Irenæum quoque l. 4. c. 13. p. 242. d. hæc ſola : *Niſi abundaverit juſtitia veſtra,* &c. quæ ſupra. Similiter habent Ambroſiaſt. p. 97. c. 123. f. & Auctor l. de ſing. Cleric. p. 534. cum Chromatio Aquil. in Matth. p. 982. a. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 11. Hilarius verò in Matth. col. 625. d. præponit iſta : *Dico autem vobis ;* dein, *quia niſi abundaverit,* &c. ut ſupra. Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 173. f. & in Joh. 21. col. 814. f. *Dico enim vobis, quia,* &c. ut ſup. & l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 308. f. *Dico enim vobis, niſi abund...... pluſquam*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

Exod. 20. 13. 21. Audiſtis quia dictum eſt antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit judicio.

Deuter. 5. 17. 22. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca : reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue : reus erit gehennæ ignis.

23. Si ergo offers munus tuum ad altare,

**Versio antiqua.**

21. Audiſtis quia dictum eſt ab antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit in judicio. Ex Mſ. Colbert.

22. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit in judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, rachab : reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue : reus erit gehennæ ignis.

23. Si ergo offeres munus tuum ad altare, &

## Notæ ad Versionem antiquam.

&c. at l. de fide & op. to. 6. 191. b. & l. 21. de civit. Dei, c. 27. col. 651. e. & l. de unit. Eccl. to. 9. 380. a. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra ſuper Scribarum, & Phariſæorum, non intrab.* &c. S. Paulinus, ep. 24. p. 164. c. *Niſi abundaverit..... ſuper juſtitiam Phariſæorum, non introibitis in regnum cæl.* Tertul. l. de idol. c. 2. p. 239. b. dicit : *Quomodo abundabit juſtitia noſtra ſuper Scribas, & Phariſæos?* Auct. quæſt. ex N. T. q. 69. p. 70. d. cum Vulgata concinit. Juvencus l. 1. hiſt. Evang. de hoc verſu nihil memorat in poemate.

℣. 21. Mſ. Cantabrig. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis : Non occides : quicunque enim occiderit, reus erit judicio.* A Sangerm. 1. abeſt vox *antiquis*. In Clarom. *Non occidis : quicunque autem*, &c. Hilarius in Matth. col. 625. e. dicit : *Lex vetuit occidere, reatum homicidii ſeveritate judicii expiatura.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. b. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. b. omnia ut in Vulg. cui etiam Græc. favet. Similiter ap. Auguſt. l. 1 de ſer. Dom. in m. to. 3. 174. c. niſi quòd ultima verba ſic invertuntur, *judicio reus erit.* Apud Iren. verò l. 4. c. 13. p. 242. c. ſimpliciter habetur : *Dictum eſt : Non occides :* deinde : *Ego autem dico*, &c. de ℣. ſeq. Item apud Ambr. in Pſ. 118. col. 1025. a. *Dictum eſt antiquis : Non occides. Ego autem*, &c. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. p. 62. *Scitis quia dictum eſt antiquis : Non occides. Ego autem dico*, &c. Apud Tertul. apol. c. 45. p. 74. *Non occides.* Apud Juvencum autem l. 1. p. 59. c. ita :

*Audiſtis veteris juſſum moderamine legis :*
*Humano ſi quis macularit ſanguine palmas,*
*Ille reus ferro perſolvet vindice pœnas.*

℣. 22. Mſ. Corb. *Ego autem dico vobis : quòd omnis, qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fr. ſuo, racha : reus erit concilio. Qui autem dixerit fratri ſuo, fatue : reus erit gebennæ ignis.* Sangerm. 1. cum Clarom. *Ego autem dico vobis : quia* (Clarom. *quòd*) *omnis, qui iraſcitur fr. ſuo ſine cauſa, reus*, &c. ut in Vulgata. Item in Mſ. Maj. Mon. additur *ſine cauſa*. In Sangerm. verò 2. priora deſunt verba, *Ego autem dico*, &c. uſque ad 1. *Qui autem.* In Cantabrig. ita : *Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iraſc. fr. ſuo ſine cauſa, reus erit judic. Qui autem dixerit fr. ſuo, raccha : reus erit conventiculo. Qui autem dixerit, fatue : reus erit in gebennam ignis.* Græc. Vulgatæ congruit, præterquamquod hab. εἰκῆ, *ſine cauſa*; ultimòque, εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, ut in Cantab. Irenæus l. 4. c. 13. & 16. p. 242. c. 247. c. ſimiliter habet : *Ego autem dico vobis : omnis, qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio.* Tertul. apolog. c. 45. p. 74. ait : *Ne iraſcaris quidem :* & l. de orat. c. 10. p. 182. a. *Dominus amplians legem, iram in fratrem homicidio ſuperponit : ne verbo quidem malo permittit expungi :* & l. de pudic. p. 1002. a. *Qui dixerit fratri ſuo, racha : reus erit gebennæ :* & l. de pat. c. 6. p. 200. *Nec verbo quidem laceſſere, nec fatue quidem dicere, ſine judicii periculo licet.* Cyprianus, l. 3. Teſtim. p. 306. b. *Ego autem dico vobis : quia omnis, qui iraſcitur fr. ſuo ſine cauſa, reus erit judicio :* & inf. 309. a. *Qui dixerit fratri ſuo, fatue : reus erit in gebennam ignis :* & epiſt. 55. p. 81. b. *Qui dixerit fr. ſuo, fatue : & qui dixerit, racha : reus erit in gebenna ignis.* Hilarius in Pſ. 58. col. 128. c. *Iraſci*, inquit, *ſine cauſa fratri, reatus gebennæ eſt :* & in Matth. col. 625. e. 626. a. *Non minùs rea ira eſt ſine ratione ſuſcepta, quàm in operibus legis homicidium..... Et qui dixerit fratri ſuo, racha : reus erit concilio..... Qui autem fatuum dixerit, reus erit gebennæ ignis.* Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 174. d. Vulgatæ congruit, niſi quòd addit *ſine cauſa*, ad *iraſcitur*; & ſcribit *racha*, non *raca*; quod *unum*, inquit, *hîc verbum obſcurum poſitum eſt, quia nec Græcum nec Latinum eſt Racha..... Hujuſmodi voces quarumque linguarum ſunt propriæ, nec in aliam linguam facilè transferuntur : quæ cauſa utique coegit tam Græcum Interpretem, quàm Latinum, vocem ipſam ponere, cùm quomodo eam interpretaretur non inveniret.* Additamentum autem *ſine cauſa*, pariter admittit Philaſtrius Brix. l. de hæreſ. p. 720. b. *qui iraſcitur*, inquit, *fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicii.* Item Auctor op. imp. in Matth. hom. 11. p. 62. *Ego autem dico : ſi quis iratus fuerit fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio :* & infrà : *qui iraſcitur..... ſine cauſa :* & poſt pauca : *Si quis dixerit fratri ſuo, racha, ſine cauſa : reus erit concilio..... Si quis autem dixerit, fatue : reus erit gebennæ :* quinimo inf. p. 63. *In communi*, inquit, *intelligendum eſt ubique* ſine cauſa, *id eſt, Qui iratus fuerit ſine cauſa : Qui racha ſine cauſa dixerit : Qui fatue ſine cauſa dixerit. Si autem cædere cum cauſa, peccatum non eſt; quantò magis cum cauſa fatue dicere, non eſt peccatum?* In cujus ſententiæ confirmationem adducit illud Apoſtoli, *O inſenſati Galatæ*, &c. rurſumque iſtud Chriſti Dom. poſt reſurrect. *O ſtulti & tardi corde*, &c. Idem ſentiebat Auguſtinus circiter Chriſti annum 393. cùm l. 1. de ſer. Dom. in m. n. 25. col. 175. e. ita ſcribebat : *Sanè in tribus iſtis ſententiis ſubauditio verborum intuenda eſt : habet enim prima ſententia omnia verba neceſſaria, ut nihil ſubaudiatur :* Qui iraſcitur, *inquit*, fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio : *in ſecunda verò cùm ait*, Qui autem dixerit fratri ſuo, racha, *ſubauditur* ſine cauſa, *& ita jungitur*, reus erit concilio : *jam in tertia ubi ait*, Qui autem dixerit, fatue, *duo ſubaudiuntur*, *&* fratri ſuo, *&* ſine cauſa : *hoc eſt unde defenditur quòd Apoſtolus Galatas vocat* ſtultos, *quos etiam fratres nominat : non enim id facit* ſine cauſa. *Ideo autem hîc* frater *ſubaudiendus eſt, quia de inimico poſtea dicitur* (inf. ℣. 25.) *quomodo etiam ipſe tractandus ſit majore juſtitiâ.* Attamen Auguſt. l. 9. conf. col. 169. e. *fratrem* non ſubaudit, ſed exprimit, ita referendo : *Si quis dixerit fratri ſuo, fatue : reus erit gebennæ ignis :* hîc pariter *fratri ſuo* add. Mſ. Steph. 8. cum Arab. Perſ. Pariſ. 6. & Lipſ. ſi Millio fides. Illud autem, *ſine cauſa*, Auguſt. l. 1. retract. c. 19. deeſſe dicit in Græcis codicibus, etiam poſt *iraſcitur :* quam prætermiſſionem probare videtur, licet alteram lectionem cum additamento ad legitimum ſenſum revocato, non excludat : *Illud etiam*, inquit, *melius intelleximus poſtea, quod ſcriptum eſt*, qui iraſcitur fratri ſuo : *codices enim Græci non habent* ſine cauſa, *ſicut hîc poſitum eſt, quamvis idem ipſe ſit ſenſus. Illud enim diximus intuendum, quid ſit iraſci fratri ſuo, quoniam non fratri iraſcitur, qui peccato fratris iraſcitur : qui ergo fratri, non peccato iraſcitur, ſine cauſa iraſcitur.* Sed id, *ſine cauſa*, tollendum eſſe credit Hieronymus : quippe l. 2. cont. Pelag. to. 4. 513. f. 517. a. ait : *In eodem Evangelio legimus :* Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio : *licet in pleriſque codicibus antiquis*, ſine cauſa, *additum non ſit; ut ſcilicet ne cum cauſa quidem debeamus iraſci :* & l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 377. e. *Fruſtra eſt additum* ſine cauſa, *quia nec cum cauſa nobis iraſci conceditur :* & comm. in Matth. col. 16. c. *In quibuſdam codicibus additur* ſine cauſa : *cæterùm in veris definita ſententia eſt, & ira penitus tollitur, dicente Scriptura :* Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit, *&c. Radendum eſt ergo, ſine cauſa.* Nunc tamen vix ullum reperias Græcum codicem, præter Vatic. necnon Barb. 1. & Bodlei. 7. ſi Millio fides, qui non habeat εἰκῆ, *ſine cauſa*, quod in ſuo quoque Chryſoſtomus legebat; & ita legiſſe Patres Latinos antiquiores pleroſque, allata ſuadent teſtimonia. Non etiam aliter legit S. Paulinus epiſt. 24. p. 164. c. cùm dicat : *Nec iraſcêris ſine cauſa fratri tuo.* Item Gregor. M. l. 5. in Job 4. c. 11. col. 146. ait : *Qui ſine cauſa fratri fatue dixerit, gebennæ ſe ignibus addicit :* & l. 2. in Ezech. hom. 3. p. 1335. e. habet : *Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa*, &c. renitentibus tantùm Mſs. 3. attamen l. 21. in Job 31. c. 5. p. 682. tollit *ſine cauſa*. Nec etiam illud habet Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. b. c. neque Juvenc. l. 1. p. 59. c. ubi totum verſum his reddit :

*Aſt ego præcipio* (al. *præcipiam*) *ne quis conſurgere in iras*
*Audeat, atque odio fratris fervente moveri :*
*Nam reus hîc æquo pœnas ſub judice pendet* (al. *reddet.*)
*Nec minor illorum convicia flamma ſequetur,*
*Qui fatui, miſerive cient ſub nomine fratrem.*

Caſſianus putat *ſine cauſa*, Latinæ verſioni temerè adjectum eſſe. Abeſt quoque εἰκῆ ab Æthiop. & Arab. Syrus autem & Copt. teſte Millio, vocem hanc ita propriam huic loco æſtimarunt, ut retinere eam maluerint, quàm interpretari.

℣. 23. Similiter habet Mſ. Claromont. *Si ergo offeres..... & ibi rememoratus fueris*, &c. Ita quoque Sangerm. 1. ni-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. ibi rememoratus fueris quia frater tuus habet aliquid adversùs te :

24. relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo : & tunc veniens offeres munus tuum.

25. Esto consentiens adversario tuo citò dum es cum illo in via : ne fortè tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro : & in carcerem mittaris.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

VULGATA NOVA.

& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversùm te :

24. relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo : & tunc veniens offeres munus tuum.

25. Esto consentiens adversario tuo citò dum es in via cum eo : ne fortè tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro : & in carcerem mittaris. Luc. 12. 58.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

si quòd scribit *offeris*, & in fine delet *te*. Cantabrig. *Si ergo offeres..... & ibi rememoreris quia..... adversùm te.* Sangerm. 2. *Si ergo offeres*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς..... κἀκεῖ μνησθῇς..... κατὰ σοῦ. Irenæus l. 4. c. 18. p. 250. b. *Cùm igitur offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quoniam frater tuus*, &c. ut in Vulg. Cyprianus l. 3. Testim. p. 305. a. *Si obtuleris munus tuum ad alt. & illic recordatus fueris quia frater*, &c. ut in Vulg. Lucifer verò Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. f. *Si igitur offers munus tuum ad alt. & ibi rememoratus fueris quòd habeas aliquid cum fratre tuo.* Lucifero suffragatur Hilarius in Matth. col. 626. b. dicendo : *Altario munera offerentes, si recordentur habere se cum fratribus aliquid simultatum.* Item Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. a. *Si habes adversùs fratrem tuum iram.* At Hieron. ep. 13. ad Castorin. to. 4. p. 2. col. 18. f. *Si offers munus..... ibique recordatus fueris quia frater tuus habet*, &c. & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 517. c. *Si offers donum tuum ad alt. & ibi fueris recordatus quia frater*, &c. August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 175. f. *Si ergo obtuleris munus..... & illic recordatus fueris quòd frater*, &c. ut in Vulg. & l. 21. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 651. f. ex Mss. plerisque, *Si ergo offeres*, &c. ita quoque Enchirid. to. 6. 227. b. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. d. *Si offers munus tuum ante altare, & ibi rememoratus fueris quia habet aliquid frater tuus adversùm te.* Maximus Taurin. in homil. p. 30. h. cum Vulgata concinit. Auctor op. imp. in Matth. hom. 11. p. 63. a. *Si ergo offers munus tuum ad alt. & illic recordatus fueris quod habet aliquid adversùs te frater tuus :* tum addit : *Habet scilicet, si iratus ei fueris sine causa : si dixisti ei, racha, vel fatue, sine causa.* Item Aug. ubi sup. de ser. Dom. in m. *Sententia quæ sequitur*, inquit, *ea conjunctione connectitur, ut superiori adtestetur : non enim ait : Si autem obtuleris, &c. sed ait :* Si ergo obtuleris munus tuum ad altare. *Nam si irasci fas non est fratri suo sine causa ; aut dicere, racha ; aut dicere, fatue ; multò minùs fas est animo tenere aliquid, ut in odium indignatio convertatur.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. d. ita :

*Sin offerre voles venerans altaria donis,*
*Et tua tunc tacitæ mentis penetralia tanget*
*Quòd tibi sit cum fratre domi suscepta simultas.*

Hic autem ult. versus concordat cum Hilarii verbis notatis supra.

℣. 24. Ms. Corb. Colbertino favet, nisi quòd habet *offer*, pro *offeres*. Sangerm. 2. *& tunc venies, offeres.* Maj. Mon. *& tu venies, & offeres.* Sangerm. 1. *vade, priùs reconciliare fratri tuo : & tunc veniens auferes*, &c. Similiter in Clarom. *reconciliare ;* cæt. ut in Vulg. In Cantabrig. *dimitte ibi munus tuum ante altare, vade priùs, & reconciliare fratri tuo*, &c. ut in Vulg. Græc. ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου..... καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ..... καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ, &c. Irenæus l. 4. c. 18. p. 250. b. *dimitte munus tuum ante altare, & vade primùm reconciliari fr. tuo : & tunc reversus offeres* (al. *offer*) *munus tuum.* Tertul. l. de pat. c. 12. p. 202. c. ait : *Nemo, convulsus animum in fratrem suum, munus apud altare perficiet, nisi priùs reconciliando fratri reversus ad patientiam fuerit :* vide etiam l. de orat. c. 10. p. 182. a. Cyprianus l. 3. Testim. p. 305. a. *relinque illic munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fr. tuo : & tunc veni, & offer munus tuum ad altare.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. f. *pone munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari... & tunc reversus offer munus tuum.* Optat. l. 6. cont. Donat. p. 91. c. *depone munus tuum ante altare, & redi, priùs concorda cum fratre tuo : ut possit pro te sacerdos offerre.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 517. c. *dimitte ibi donum tuum ante altare, & vade, primùm reconciliare fratri tuo*, &c. ut in Vulg. August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 175. f. *relinque ibi..... & vade, priùs reconciliare..... & tunc veniens offer munus tuum :* similiter l. 21. de civit. Dei, c. 27. col. 651. f. præter *ad altare*, pro *ante ;* extremòque, *& tunc veniens offeres*, &c. Concinit Maxim. Taurin. in homil. p. 30. h. Philastr. verò Brix. l. de hæres. p. 720. a. ita : *vade, reconciliare : & sic postea offeres*, &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. d. *relinque illic munus tuum, & vade priùs reconciliari..... & tunc offer*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. p. 63. *dimitte illic munus tuum, & vade reconciliari priùs fratri tuo :* paulò verò post : *vade primùm, & reconciliare : & sic veniens offeres.* Juvencus l. 1. p. 59. d.

*Munera cuncta adytis illis admota relinque,*
*Et priùs ad pacem properans transcurre petendam :*
*Fraterno demum jam conciliatus amori,*
*Offer grata Deo, tranquillo pectore, dona.*

℣. 25. Consonant Mss. Corb. & S. Germ. 2. ad verbum. Sangerm. 1. habet : *Esto consentiens..... citò dum es cum illo in via : ne fortè tradat te adversarius tuus judici*, &c. ut supra. Clarom. *Esto consentiens..... citò cùm es cum illo in via : ne fortè..... & in carcere mittaris.* Cantabrig. *Esto benivolus adversario tuo citò quandiu es cum illo in via : nequando te tradat adversarius judici, & judex te tradat ministro : & in custodia mittêris.* Ita quoque in Græco est, præter hoc ult. καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Hilarius in Matth. col. 626. c. ait : *Citò in omni vitæ nostræ via reconciliari nos adversario benignitate præcepit : ne..... nos adversarius judici tradat, & judex ministro : & in carcerem mittamur.* Ambros. cum textu Colb. *Esto consentiens adversario tuo citò dum es cum illo in via :* similiter l. 12. in Luc. col. 1447. e. detracto uno *citò ;* subditque : *εὐνοῶν autem Græcus dixit, hoc est, benevolens.* Idem observat Hieron. in Matth. 5. to. 4. 16. f. *Pro eo quod nos*, inquit, *habemus in Latinis codicibus*, consentiens, *in Græcis scriptum est εὐνοῶν, quod interpretatur, benevolus.* August. quoque l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 176. g. legit : *Esto adversario tuo benevolus citò dum es in via*, &c. ut in Vulg. at in Joh. 10. to. 3. 600. f. & ser. 251. to. 5. 1037. d. *Concorda cum adversario tuo citò dum es*, &c. ser. verò 109. col. 558. d. *Esto consentiens adversario tuo citò cùm es cum illo in via : ne fortè adversarius tradat te judici, judex ministris.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 331. c. *Esto benignus adversario tuo citò dum es cum illo in via : ne fortè adversarius tradat te judici, & judex ministris : & in carcerem mittaris.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. g. Vulgatæ accinit, detractâ tantùm voculâ *citò.* Auctor etiam l. de quæst. N. T. q. 70. apud Aug. to. 3. 71. b. habet, *Esto consentiens advers. tuo ;* sed addit *citò.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. p. 64. cum reliquis de Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 59. d. ita :

*Est tibi præterea virtus contraria semper?*
*Corporis hæc casti celeri curetur amore*
*Dum rapidæ tecum graditur per compita vitæ :*
*Accusabit enim polluti corporis usus,*
*Et te sublimi statuet sub judice vinctum :*
*Damnatum rapient ad vincula sæva ministri.*

℣. 26. Accinunt magno consensu Mss. S. Germ. Corb. Clarom. Cantab. &c. unà cum Gr. Cyprian. verò l. 3. Testim. p. 320. b. legit : *non exibis inde, donec exsolvas novissimum quadr.* & ep. 52. p. 72. b. *donec solvas.* Tertul. de anima p. 495. a. 505. b. *donec exsolvas ultimum quadr.* Item Auct. l. de laude martyrii ap. Cypr. p. 427. scriptum esse ait, *usque quadrantem nos ultimum reddere.* Iren. l. 1. c. 25. 104. b. necnon Hilar. in Matth. col. 626. c. & in Ps. 129. col. 440. c. textui Colb. favent. Similiter habet Ambros. l. 20. in Luc. col. 1503. a. excepto verbo *solvas*, pro *reddas.* Itidem August. l. 1. de serm. Dom. in m. col. 177. c. d. e. supra tamen 176. g. & infra 211. b. legit *reddas.* Ita quoque Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. g. Auctor l. de XLII. mans. col. 15. a. *Dico tibi, non exies inde, donec etiam minimum quadrantem reddas.* Juvencus l. 1. p. 59. d.

*Nec priùs è tenebris solvêris* (al. *mittêris*) *carceris atri,*
*Ultima quàm minimi reddatur portio nummi.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Exod. 20. 14. 27. Audiſtis quia dictum eſt antiquis : Non mœchaberis.

28. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Marc. 9. 46. Inf. 18. 9. 29. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.

30. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te, abſcide eam, & projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Deuter. 24. 1. Inf. 19. 7. 9. 31. Dictum eſt autem : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii.

Marc. 10. 11. 12. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. 10. 32. Ego autem dico vobis : Quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari : & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

VERSIO ANTIQUA.

27. Audiſtis quia dictum eſt ab antiquis : Non mœchaberis. Ex Mſ. Colbert.

28. Ego autem dico vobis : quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

29. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te : expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

30. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te, abſcide eam, & projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

31. Dictum eſt autem : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, det illi libellum repudii.

32. Ego autem dico vobis : Quia omnis, quicunque dimiſerit uxorem ſuam, exceptâ causâ fornicationis, facit illam mœchari : & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Mſ. Cantabrigienſis tollit *ab antiquis* : Mſs. verò Corb. Clarom. Sangerm. &c. ſimpliciter *antiquis*. Poſterioribus his, ut Vulgatæ, ſuffragantur Iren. l. 4. p. 242. c. Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 179. b. Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. c. necnon Auctor op. imp. hom. 12. ſed hom. 49. p. 205. c. ait : *In lege ſcriptum eſt : Non adulteraberis.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. d. ſic :

*Haud ignota, reor, vobis ſtat cautio legis,*
*Corpus adulterio prohibens.....*

℣. 28. Mſ. S. Germ. 1. *Ego autem..... quòd omnis, qui viderit mul. ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam,* &c. Sangerm. 2. delet τὸ ult. *eam.* Cantabrig. habet, *qui videt*, non *viderit* ; cui Græcum favet : in Mſ. tamen uno βλέψας, non βλέπων ; in alio ἐμβλέψας, teſte Millio. Claromont. Lat. textui Colb. congruit. Sic etiam Iren. l. 4. c. 13. & 16. p. 242. c. 247. c. Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 179. b. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 12. item hom. 32. p. 136. c. niſi quòd delet *jam* : at hom. 49. p. 205. c. legit : *Ego autem dico : nec uſque ad oculum concupiſcas.* Tertul. verò l. de anima p. 483. b. 505. b. *qui viderit feminam ad concupiſcendum, jam adulteravit in corde* : & ſupra 497. b. *qui viderit mulierem ad concupiſcentiam, jam adulteravit in corde* : & l. de pudic. p. 1002. a. *qui viderit ad concupiſcentiam, jam mœchatus eſt in corde ſuo* : & l. de exhort. caſtit. p. 942. b. *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam ſtupravit eam in corde ſuo* : & l. de reſur. carn. p. 571. c. *Qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendum, jam adulteravit in corde* : idem etiam inſinuat l. de idol. c. 2. & 23. p. 239. b. 246. c. necnon l. de cultu fem. c. 2. p. 265. a. ubi ait : *Perit ille ſimul in tua forma ſi concupierit, & admiſit jam in animo quod concupivit.* Hilarius in Pſ. 139. col. 529. a. *qui ad concupiſcentiam vidit, jam mœchatus in corde eſt* : & in Matth. p. 626. f. *Adulterio motus tantùm oculi incidentis æquatur, & cum fornicationis opere punitur illecebroſa viſus tranſcurrentis affectio.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 978. b. 1067. f. 1170. d. *qui viderit mul. ad concupiſcendum eam, jam adulteravit eam in corde ſuo* : ſimiliter l. 1. offic. col. 69. b. & l. 1. de pœnit. col. 408. f. & epiſt. 72. col. 1075. f. at l. 9. in Luc. col. 1405. d. & l. de vid. to. 2. 207. a. legit, *jam mœchatus eſt*, &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. c. *Ego autem dico vobis : ſi quis viderit mulierem*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 59. e. ſic pergit :

*..... ſed nunc mea juſſa*
*Occulta internæ frenent molimina mentis :*
*Nec minùs optati, quàm facti, pœna luenda eſt.*

℣. 29. Similiter habet Mſ. Clarom. excepto ult. *in gehenna*, pro *in gehennam.* Sangerm. 1. *Quòd ſi oculus tuus..... expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm quòd totum corpus tuum eat in gehennam.* Corb. *expedit enim ut pereat unum membror...... quàm totum..... mittatur in gehennam.* S. Gat. *in gehennam ignis.* Cantabrig. *Si autem oculus tuus..... erue eum, & mitte abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membr. tuorum, & non totum..... eat in gehennam.* Ita quoque Græcum ſonat, niſi exceperis verbum βληθῇ, pro *eat*, ſed al. ἀπέλθῃ. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. g. textui Colb. bene conſentit, niſi quòd habet *mittatur*, pro *eat.* Hilarius etiam in Pſ. 118. col. 346. e. & in Matth. col. 627. a. legit : *Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Similiter Ambroſ. l. 9. in Luc. 1405. d. uſque ad *& projice.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. c. deſunt voces *dexter*, & *tuum* poſt *corpus* ; cæt. ut in Vulg. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 12. p. 65. *Si dexter oculus tuus ſcandalizaverit te, erue eum.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. e. ita :

*Si te fortè oculi dextri laqueaverit error,*
*Auctorem miſeræ properans convellito labis ;*
*Et jaculare procul : nam membrum perdere præſtat*
*Exiguum, flammis quàm totum dedere corpus,*
*Perpetuiſque animam pariter convolvere pœnis.*

Juvencus legiſſe videtur, *quàm totum corpus tuum, & anima mittatur in gehennam*, quod nullibi.

℣. 30. Accinunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. Claromont. &c. Alter autem Sangerm. extremò hab. *quàm tot. corp. tuum exeat in gehennam.* Gr. ἢ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σε βληθῇ εἰς γέενναν· al. ἀπέλθῃ. Verſus totus prætermittitur in Mſ. Cantabrig. oſcitatione procul dubio haud librariis inſolitâ ; quippe cùm voces ſimiles in fine ſententiarum recurrunt, è duabus alteram facilè relinquunt. Tertul. l. de idol. c. 7. p. 240. c. legit : *Si te manus tua ſcandalizat, amputa eam.* Lucif. Cal. de non conven. cum hæret. p. 223. g. *Et ſi dextera manus tua..... expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quàm totum..... eat in gehennam.* Ambroſ. verò ep. 74. col. 1081. f. & l. 9. in Luc. col. 1405. d. nil differt à Vulg. nec etiam Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. 181. a. neque Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. f. niſi quòd tollit vocem *dextra.* Ambroſ. l. de parad. 172. d. legit : *Si ſcandalizaverit te dextera tua*, &c. & verò in ed. Pariſ. 5. eſt σκανδαλίζῃ, non σκανδαλίζει. Juvencus l. 1. p. 59. e. hæc habet :

*Et ſi dextra manus mentem per devia ducit,*
*Erroris cauſam præſtat decidere ferro,*
*Quàm totum æternis corpus concedere flammis.*

℣. 31. Ita ferunt Mſs. Corb. S. Gat. &c. cum Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 181. c. & l. 2. de conjug. adult. to. 6. col. 410. a. Ita quoque Mſs. Sangerm. 1. & Cantabrig. cum Hilario in Matth. col. 627. c. niſi quòd hi tres extremò habent, *det illi repudium.* In Mſ. Claromont. ſic : *Audiſtis quia dictum eſt : Quicunque dimiſ... det ei repudium.* Græcè : Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ... δότω αὐτῇ ἀποστάσιον. Obſervat Millius in Mſs. nonnullis deeſſe conjunct. δὲ, ſicut in aliquibus ὅτι ; in uno autem cod. ſubjici τοῖς ἀρχαίοις, verbo ἐῤῥέθη. Chromat. etiam Aquil. in Matth. p. 983. h. legit : *Audiſtis quia dictum eſt antiquis : Qui dimiſerit uxor. ſuam, det ei libellum repudii.* Auct. op. imp. hom. 12. p. 66. *Dictum eſt antiquis : Si quis vult dimittere uxorem, det ei libellum repudii.* Juvencus l. 1. p. 59. e.

*Præcipiunt veteres : Si quis connubia rumpit,*
*Scribere diſſidium juris feralia verba.*

℣. 32. Textui Colbertino favent Mſs. Sangerm. 2. Corb. S. Gat. &c. Sangerm. verò 1. habet : *Ego autem dico vobis : Quicunque dimiſerit..... exceptâ fornic. causâ..... & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Clarom. *Ego autem dico vobis : Quicunque dimiſerit..... exceptâ causa adulterii..... & ſi quis dimiſſam nupſerit, mœchatur.* Cantabrig. *Ego autem dico vobis : Quicunque dimiſ...... exceptâ ratione adulterii, facit eam mœchari* ; reliqua deſunt. Græc. hod. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν..... παρεκτὸς λόγου πορνείας..... καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται· Mſs. nonnulli initio ferunt : Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὅτι πᾶς ὁ ἀπολύων, &c. poſteriora verò, καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην, &c. delet Cantabrig. Græcus, ſicut Lat. Has & alias id genus varietates apud Matthæum obſervat Au-



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

33. Iterum audiſtis quia dictum eſt ab antiquis : Non perjuraveris : reddes autem Deo juramenta tua.

34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino : neque per cœlum, quia thronus Dei eſt :

35. neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus : neque per Hieroſolymam, quia civitas eſt magni regis :

36. neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt : non, non :

## VULGATA NOVA.

33. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis : Non perjurabis : reddes autem Domino juramenta tua. *Levit.* 19. 12.

34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino : neque per cœlum, quia thronus Dei eſt : *Exod.* 20. 7. *Deuter.* 5. 11.

35. neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus : neque per Jeroſolymam, quia civitas eſt magni regis : *Jac.* 5. 12.

36. neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt : non, *Jac.* 5. 12.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

guſt. l. 1. de conjug. adulterin. to. 6. 393. b. c. dicens : *In ſermone illo prolixo..... quem Dominus habuit in monte (hunc enim tractandum ſuſceperam) verba illic ita leguntur ut poſui, id eſt, Quicunque dimiſerit*, &c. quæ retulimus infra ; tum addit : *Ubi, etſi nonnulla exemplaria verbis diverſis eundem ſenſum habent interpretatum, non tamen ab eo quod intelligitur diſcrepant. Alia quippe habent :* Quicunque dimiſerit : *alia*, Omnis, qui dimiſerit. *Itemque alia*, exceptâ causâ fornicationis : *alia*, præter cauſam fornicationis : *alia*, niſi ob cauſam fornicationis. *Item alia :* qui ſolutam à viro duxerit, mœchatur : *alia*, qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur : *Ubi puto quòd videas nihil intereſſe ad unam eandemque ſententiam ; quamvis illud ultimum, id eſt*, qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur, *in eo ſermone quem Dominus fecit in monte, nonnulli codices & Græci & Latini non habeant. Credo propterea, quia & ibi explicatus hic ſenſus putari potuit, in eo quòd ſuperiùs dictum eſt*, facit eam mœchari : *quomodo enim dimiſſa fit mœcha, niſi fiat, qui eam duxerit, mœchus?* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 727. a. legit : *Qui dimiſerit uxorem ſuam, præter cauſam adulterii, facit eam adulterari :* & l. de pudic. p. 1009. c. *Qui dimiſerit uxorem, præter cauſam mœchiæ, facit eam mœchari : & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur :* vide etiam l. 2. ad uxor. c. 2. p. 281. b. Zeno Veron. l. 1. tr. 4. p. 43. *Qui dimiſerit ux. ſuam, exceptâ causâ adulterii, facit eam mœchari.* Ambroſ. l. 16. in Luc. col. 1471. a. *Qui dimittit mulierem, facit eam mœchari.* Hieron. epiſt. ad Amand. to. 4. 162. c. *Qui dimittit uxorem ſuam, exceptâ causâ fornic. facit eam mœchari : & qui dimiſſam acceperit, adulter eſt.* Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. 181. d. & l. 1. de conjug. adult. col. 393. b. *Ego autem dico vobis : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, exceptâ fornic. causâ, facit eam mœchari : & qui ſolutam à viro duxerit, mœchatur :* & l. cont. Adim. to. 8. 113. g. *Dico autem vobis : Quicunque dimiſerit ux. ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, facit eam mœchari : & ipſe ſi alteram duxerit, adulterium committit :* vide etiam in Pſ. 103. to. 4. 1152. c. at l. 2. de conjug. adult. to. 6. 410. b. concordat cum Vulgata. Philaſtr. verò Brix. l. de hæreſ. p. 710. h. legit : *Qui dimiſerit uxor. ſuam ſine cauſa criminis, facit eam mœchari.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. h. *Quicunque dimiſerit uxorem ſuam*, &c. Auctor op. imp. hom. 12. p. 66. *Ego autem dico : Si quis dimiſerit ux. ſuam, exceptâ fornic. causâ, facit..... & ſi quis dimiſſam duxerit, mœchatur.* Vide plura de his ap. Auguſt. lib. cit. de conjug. adult. necnon Hilarium in Matth. col. 627. d. Juvencus l. 1. p. 59. eadem ſic memorat :

*Sola viri rectè diſcedet adultera teſtis :*
*Aſt aliæ maneant ; nam caſti jura pudoris*
*Auctore amittet mulier deſerta marito.*

Vide inf. ad cap. 19. ℣. 9.

℣. 33. Mſ. S. Germ. 1. *Iterum audiſtis quia dict. eſt antiquis :* Non *jurabis : ſed reddes Domino juram. tua.* Clarom. *Iterum dictum eſt antiquis :* Non *perjurabis : ſed reddes Dom.* &c. Cantabrig. *Non pejurabis : reddes autem Dom.* &c. Græc. Vulgatæ conſonat ; ſicut etiam Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. atque Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. b. niſi quòd is delet *iterum*, ſcribitque *pejerabis*. Hilar. in Matth. p. 627. d. *Iterum aud. quia dict. eſt antiquis : Non perjurabis.* Irenæus verò l. 4. c. 13. p. 242. c. legit ſimpliciter : *Dictum eſt : Non perjurabis :* dein : *Ego autem dico*, &c. Sed Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 187. b. *Iterum aud. quia dict. eſt antiquis : Non pejerabis : reddes autem Dom. jusjurandum tuum :* ſimiliter habet *jusjurandum tuum*, ſerm. 307. to. 5. 1244. d. 1246. d. at ſcribit *perjurabis.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 12. p. 67. *Item dictum eſt : Non perjurabis*, &c. ut in Vulg. & hom. 49. p. 205. b. *In lege ſcriptum eſt : Non perjurabis.* Juvencus l. 1. p. 59. e.

*Antiquæ leges prohibent perjuria linguis :*

ſequentia ſilet.

℣. 34. Concinunt Mſs. Corb. S. Germ. ambo, &c. Claromont. verò habet : *Ego autem dico vobis : Ne omnino juretis : neque per cælum, quia ſedis Dei eſt.* Cantabrig... *Non jurate omnino : neque in cælum, quia ſedis eſt Dei.* Gr. Μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ ὐρανῷ, &c. Iren. l. 4. c. 13. p. 242. c. *Ego autem dico vobis, neque jurare in totum :* at ſup. c. 2. p. 229. c. *Ne juraveritis in totum : neque in cælum, quoniam thronus eſt Dei.* Tertul. de idol. c. 10. p. 242. a. dicit : *Taceo de perjurio, quando ne jurare quidem liceat.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. omnia ut in Colbert. textu & Vulg. præter vocem *Domini*, loco *Dei.* Sic etiam apud Auguſt. l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 187. c. & ſer. 307. to. 5. 1244. d. 1246. d. ſed cum voce *Dei.* Ita quoque habent Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. b. & Auct. op. imp. in hom. 12. at hom. 49. p. 205. c. *Ego autem dico : Non jures omnino.* Hilar. in Matth. col. 628. b. *neque per cælum jurabis, quia ſedes Dei eſt.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1145. b. *non jurandum omnino :* at infra, *non jurare omnino : neque per cælum : neque per*, &c. Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. 121. c. *Non jurabis : neque per cælum, quia ſedes Dei eſt :* & l. 1. de Gen. to. 1. 656. c. *Nolite per cælum jurare, quia ſedes Dei eſt :* at cont. Adim. col. 140. g. *quia thronus ejus eſt.* Juvencus l. 1. p. 59. e.

*Sed noſtris jurandi cedat audacia juſſis :*
*Nec fas eſt homini cælum jurare per altum,*
*Quod ſedes Domini.....*

℣. 35. Sic habet Mſ. S. Germ. 1. cum Corb. S. Gat. &c. Cantabrig. verò cum Græco, *neque in terram, quia ſubpedaneum eſt pedum ipſius : neque in Hieroſolyma, quia*, &c. Claromont. *quia ſcamillum eſt pedum ejus.* Sangerm. 2. *quia ſcamellum pedum ejus : neque per Hieroſ. quia civitas magna regis eſt.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. Colbertino textui conſentit, ſicut Auguſt. l. 1. de ſer. Do. in m. col. 187. c. & l. 1. de Gen. to. 1. 656. c. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. b. & Auct. op. imp. hom. 12. p. 68. Apud Irenæum l. 4. c. 2. p. 229. c. *neque in terram, quoniam ſcabellum eſt pedum ejus : neque per Jeruſalem, quoniam*, &c. ut in Vulg. & infra c. 36. p. 279. a. *neque in Jeroſolyma jures, quon.* &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1145. c. *neque per Jeroſolymam.* Similiter habet Hilar. in Pſ. 121. col. 384. e. ſubditque, *quia civitas eſt regis magni :* & in Matth. col. 628. c. *Quid momenti erat*, inquit, *jurare per cælum Dei ſedem ; jurare per terram ſcabellum pedum ejus ; jurare per Jeruſalem..... quæ magni regis eſt civitas?* Juvencus l. 1. p. 59. e.

*..... nec quā veſtigia geſtat*
*Terra Dei ; Solymæve urbis venerabile nomen,*
*Quod regis magni patria eſt, jurabitur unquam.*

℣. 36. Accinunt Mſs. Germ. Corb. Clarom. &c. Cantabrig. verò fert : *neque in caput tuum jurabis, quia non potes facere capillum unum album, aut nigrum.* Græc. μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν, ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Cyprianus l. 3. Teſtim. textui Colb. favet ad verbum. Ita quoque Auguſt. ſer. 307. to. 5. 1244. d. 1246. d. nec aliter l. 1. de ſer. Do. in m. to. 3. 188. a. præter ult. voces ſic inverſas, *quia non potes facere capillum unum album, aut nigrum ;* ſicut etiam habet Cypr. de hab. virg. p. 178. b. Chromatius Aquil. in Matth. p. 984. c. & Auctor op. imp. hom. 12. p. 68. nil pariter differunt à textu Colb. niſi quòd ille legit *jurabis*, pro *juraveris ;* iſte verò neutrum admittit. Apud Tertul. l. de cultu fem. c. 6. p. 266. a. ita : *Dominus ait : Quis veſtrûm poteſt capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro?* Apud Hilar. in Matth. col. 628. c. *Per caput autem jurare cur vellent? nunquid vel capilli unius mutandi facultas eſſe poterat juranti?* Apud Juvencum denique l. 1. c. 59. e. ſic :

*Nec caput in proprium cuiquam jurare licebit,*
*Namque poteſtatem minimi non eſſe capilli*
*Cernitis, albumve aut nigrum mutare colorem.*

℣. 37. Colbert. textui noſtro conſonant Mſs. Sangerm. ambo. In Claromont. ita : *Sic autem ſermo veſter, eſt, eſt : & non, non : quod autem amplius eſt, à malo eſt.* In Cantabrig. *Sit autem..... eſt, eſt ; non, non : quod autem am-*

Digitized by Google

Levit. 19. 12. Exod. 20. 7. Deuter. 5. 11. Jac. 5. 12.

Jac. 5. 12.

VULGATA NOVA.

non : quod autem his abundantius est, à malo est.

Exod. 21. 24. Levit. 24. 20. Deuter. 19. 21. 38. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

Luc. 6. 29. 1. Cor. 6. 7. 39. Ego autem dico vobis, non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram :

40. Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium :

41. & quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo.

Deuter. 15. 7. 8. 42. Qui petit à te, da ei : & volenti mutuari à te, ne avertaris.

VERSIO ANTIQUA.

quod autem amplius est, à malo est. Ex Ms. Colbert.

38. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, dentem pro dente.

39. Ego autem dico vobis, non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram :

40. Et ei, qui tecum vult in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium :

41. & quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo adhuc alia duo.

42. Et qui petit à te, da ei : & volenti mutuari à te, ne averteris te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*plius his, de malo est.* Ita quoque Græc. habet. Iren. l. 4. c. 13. p. 242. c. *Sit autem vobis sermo, etiam, etiam : non, non.* Tertul. l. de præscr. c. 26. p. 336. a. *Sit sermo vester, est, est : non, non : quod amplius, hoc à malo est :* similiter l. de carne Chr. p. 553. b. interposita conjunctione *& ; est, est : & non, non :* & l. cont. Prax. p. 847. b. addit : *nam quod amplius est, hoc à malo est.* Hilarius in Matth. col. 628. b. *& quod ultra est, id omne de malo est.* August. ep. 82. to. 2. 198. d. *Sit in ore vestro, est, est : non, non :* sic etiam l. de quæst. to. 6. 22. a. e. & in Ps. 5. to. 4. 18. e. sed hoc posteriori loco subdit : *quidquid amplius est, à malo est :* & enchirid. to. 6. 205. e. *quod enim amplius est, à malo est :* rursum ser. 307. to. 5. 1244. d. *Sit autem in ore vestro, est, est : non, non : si quid amplius est, à malo est :* at l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 187. e. *Sit autem sermo vester, est, est : non, non : quod autem amplius est, à malo est.* Itidem Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 517. d. *quod autem amplius est, à malo est.* Auct. quæst. ex utroq. T. mixtim, q. 127. b. *quod extra est, à malo est.* Auct. l. de sing. cleric. p. 526. *quod amplius est, à malo est.* Cypr. verò l. 3. Testim. p. 308. c. & epist. 55. p. 87. a. nil discrepat à Vulg. nisi quòd delet 1. *autem.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. c. tota pariter ut in ipsa, detractâ tantùm voculâ *bis*, ante *abundantius.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. e. ita :

*Est, est, sufficiat : quod non est, dicite, non est :*
*Quod superest istis, totum fallaciter ægro*
*Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.*

℣. 38. Textui Colb. favent Mss. Sangerm. duo cum Cantabrig. Ita quoque legit Hilar. in Matth. col. 628. d. Sic etiam Auct. op. imp. hom. 12. cum Auct. quæst. N. T. q. 69. p. 70. f. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. g. addito uno *antiquis*, post *dictum est.* Apud Tertul. de exhort. castit. p. 941. b. & Ambr. de parad. 172. d. *Oculum pro oculo, & dentem pro dente*, ut in Vulg. & Græco. Similiter habet August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 189. f. cum his quæ ibid. antecedunt : at l. cont. Adim. to. 8. 119. d. legit : *Audistis quia dictum est antiquis : Oculum... & dentem*, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 59. e. sic :

*Pervulgata diu legis præcepta tenetis :*
*Lædentem semper similis vindicta sequatur.*

℣. 39. Ms. S. Germ. 1. *Ego autem dico vobis, non resistere malum : sed si quis te percuss. in maxillam tuam dexteram, præbe illi & sinistram.* Corb. & Germ. 2. *non resistere malo : sed si quis te percuss. in dextera maxilla tua, præbe illi & alteram.* Maj. Mon. *non resistere à malo.* Claromont. *non resist. malo : sed si quis te in dextera maxilla percusserit, præbe*, &c. Cantabrig. *sed qui te percusserit alapam in maxillam tuam, converte illi & alteram.* Græc. Ἐγὼ δὲ..... μὴ ἀντισῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σου σιαγόνα, &c. ut in Lat. Colb. Hilarius in Matth. 629. a. ait : *acceptâ alapâ, maxillam alteram jubemur offerre.* Ambros. in Ps. 118. col. 1087. a. b. & l. de Spir. S. to. 2. 636. d. *qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 189. f. *Ego autem dico vobis, non resistere adversùs malum : sed si quis te percusserit*, &c. ut in textu Colb. similiter habet l. 22. cont. Faust. to. 8. 406. a. 410. a. præter ult. vocem *sinistram*, loco *alteram :* item *sinistram* habet, epist. 138. to. 2. 414. f. at l. 1. cont. Adversar. legis, to. 8. 567. d. *Nemini reddideritis malum pro malo : sed si quis vos percusserit in unam maxillam, præbete & alteram :* quibus favet Hilar. in Ps. 137. col. 503. a. Rursum August. l. de vera relig. to. 1. 749. f. *accepisti alapam, para alteram maxillam :* ita quoque l. de mendac. to. 6. 436. d. sed l. cont. Adim. seu fortè Adimantus ipse to. 8. 119. d. legit : *Ego... dico... non resistere malo : sed si quis te percuss. in maxillam, præbe illi & alteram :* quibus suffragatur Auct. op. imp. in Matth. hom. 12. at hom. 49. p. 205. b. legit : *Ego autem dico, non resistere malo omnino.* Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 984. g. *sed si quis te percuss. in maxillam dexteram, præbe illi & sinistram :* nec aliter habet Auctor quæst. N. T. q. 69. ap. Aug. to. 3. 70. f. nisi quòd addit *tuam*, ad *maxillam.* Juvencus l. 1. p. 59. f.

*Sed tranquilla malum meliùs patientia vincet :*
*Ac si quis partem palmâ percusserit oris,*
*Mox aliam vultûs partem præbere memento.*

℣. 40. Similiter in Mss. S. Germ. 2. & S. Gat. *Et ei, qui vult tecum in judicio contendere*, &c. In Claromont. *Et qui voluerit tecum judicio contendere*, &c. Sangerm. 1. & Corb. Vulgatæ congruunt. Solus Cantabrig. habet : *Qui voluerit judicio congredi, & tunicam tuam accipere, dimitte ei & vestimentum.* Græc. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Tertul. l. de pat. c. 7. p. 201. a. id monet, *auferenti tunicam, etiam pallium offerre.* Similiter habet *pallium* Hilar. in Ps. 137. col. 503. a. & in Matth. 629. b. ait : *Tunicam nobis volenti judicio exuere* al. *eruere, remittamus & pallium.* August. verò l. 1. de ser. Dom. in m. col. 189. g. legit : *Et qui voluerit tecum judicio contendere, & tunic. tuam tollere, remitte illi & vestimentum :* at infra 192. e. ait : *Nonnulli* pallium *interpretati sunt, quod Græcè positum est ἱμάτιον* : & l. cont. Adim. to. 8. 119. d. ni potiùs Adimantus ipse : *Et quicunque voluerit tecum judicio contend. & tunic. tuam auferre, dimitte illi & pallium :* sed August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 211. c. *Si quis tibi tunicam tollere voluerit, & judicio tecum contendere, remitte ei & vestimentum.* Leo M. epist. ad Demetr. c. 3. p. 40. b. *Qui vult tecum judicio contend.* &c. ut in Vulg. Auctor op. imp. in Matth. p. 68. *Et ei qui vult tecum in judicio contend.* &c. ut in Vulg. Itidem apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. g. detractâ unâ præp. *in*, ante *judicio.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. f.

*Auferat aut tunicam si quis, vi judicis instans,*
*Cede libens, pariterque ferat tua pallia secum.*

℣. 41. Colbertino codici consonat Sangerm. 1. Clarom. verò fert : *& si quis te angariaverit*, &c. ut in Vulg. Sangerm. 2. *& qui te angarizaverit*, &c. similiter *angarizaverit* in Mss. S. Gat. & Maj. Mon. In Corb. *angariaverit ;* extremò verò, *vade cum illo alia duo.* In Cantabrig. *& qui te angariaverit milium unum* ( al. manu, *milium passum*, ) *vade cum eo adhuc alia duo.* Græc. καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο· Ms. Steph. 2. ἔτι ἄλλα δύο. Irenæus l. 4. c. 13. p. 243. b. *& si quis te angariaverit mille passus, vade cum eo alia duo.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 189. g. 192. e. *& qui te angariav. mille passus, vade cum illo alia duo.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. b. *quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo adhuc alia duo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 12. p. 69. *si quis te angariaverit mille passus*, &c. ut in Vulg. Apud Hilarium quoque in Matth. col. 629. b. *Jubemur..... & mille passus, onus vehentes, progredi in spatium passuum duûm millium.* Item apud Juvencum l. 1. p. 59. f. g.

*Si te fortè aliquis passus per mille jubebit*
*Ire viam, gravis atque oneris perferre laborem,*
*Mox perges, aliudque viæ comitabere duplum.*

℣. 42. Ms. S. Germ. 1. *Omni qui petit à te, da ei : & volenti mutuari à te, ne avertas te ab eo.* Claromont. *Omni petenti tribue : & qui mutuari à te voluerit, ne averteris te ab eo.* Cantabrig. *Qui te petit, da : & volenti mutuari, ne avertaris.* S. Germ. 2. *ne averteris.* Græc. Τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποσραφῇς. Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Omni poscenti te, da : & ab eo qui voluerit mutuari, ne adversatus fueris.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 517. f. *Petenti te, da : & volentem à te accipere mutuum, ne averseris.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 189. g. 195. b. d. *Omni petenti te, da : & qui voluerit à te mutuari, ne aversatus fue-*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 43. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum.

44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, & benedicite qui maledicent vobis, & benefacite his, qui odiunt vos: & orate pro calumniantibus vobis, & persequentibus vos:

45. ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri jubet super bonos & malos: & pluit super justos & injustos.

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?

### Vulgata nova.

43. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Levit. 19. 18.

44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: Luc. 6. 27. Rom. 12. 20.

45. ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super justos & injustos. Act. 7. 59. Luc. 23. 34.

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?

### Notæ ad Versionem antiquam.

*vis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. c. *Et qui petit à te, da ei: & omni volenti mutuari à te, ne avertaris.* Cassiod. in Ps. 111. p. 389. b. *Omni petenti te, da: & volenti mutuari abs te, ne probibeas eum.* Hilar. quoque in Matth. col. 629. b. c. ait: *Omnibus etiam dari quæ poposcerint jubet; & à precibus volentium mutuari, as atque animum non referre:* & infra: *& mutuari volentibus non negemus quod mutuamur à Deo.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. g.

*Si quis egens poscet, vel se simulabit egentem,*
*Ex animo miserans largire: aut mutua si quis*
*Orabit, tribue, & mitem ne subtrahe vultum.*

℣. 43. Colbertino textui accedunt Mss. S. Germ. 1. Corb. Cantabrig. Maj. Mon. & S. Gat. unà cum Græc. Sangerm. verò 2. habet: *Audistis quia dictum est antiquis: Diliges..... & odies inimic.* &c. Ita quoque legit Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. Item Auctor op. imp. hom. 13. addit *antiquis;* cæt. ut in Vulg. at hom. 49. p. 205. c. ait: *In lege scriptum est: Amabis amicum, & odies inimicum.* Cyprianus l. de bono pat. p. 248. c. consentit omnino cum Vulg. sicut Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. g. sed Cypr. l. de zelo & liv. p. 260. b. ita scribit: *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tibi, & odio habebis inimicum tibi.* Itidem Auct. q. ex N. T. q. 69. Aug. tom. 3. 71. a. Apud Hilar. verò in Matth. col. 629. d. omnia ut in textu Colb. Item ap. August. ipsum, l. 1. de ser. Dom. in m. col. 195. f. si excipiatur unum *oderis*, pro *odies*. Apud Juvencum l. 1. p. 59. g. velut è ℣. sequenti:

*Nec tibi sit placitum solis succurrere amicis,*
*Aut cæcis odiis inimicos ducere dignos.*

℣. 44. Ms. Cantabrig. *Ego autem..... Diligite inim. vestros, benedicite maledicentibus vos, benefacite odientibus vos: & orate pro calumniantibus, & persequentibus vos.* Clarom..... *& benedicite qui vos maledicent, & benefacite bis qui vos odiunt: & orate pro calumniantibus, & perseq. vos.* Sangerm. 1..... *Diligite inim. vestros, benefacite bis qui oderunt vos: & orate pro eis qui vos persequuntur, & calumniantur vobis.* S. Germ. 2. *& benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vobis.* Græc. hod. Colbertino textui favet, sublatâ conjunct. &, ante *benedicite*, & *benefacite*. Porro intermedia ista, εὐλογεῖτε τὺς καταρωμένυς ὑμᾶς, huc traducta esse videntur ex Lucæ 6. 28. & absunt ab ed. Gr. Paris. 4. Millio teste. Jam & totum istud: εὐλογεῖτε τὺς καταρωμ. ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τὺς μισῦντας ὑμᾶς· ut & seq. τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ϗ, omittit versio Coptica cum cod. Colb. n. 2467. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. e. legit: *Diligite inim. vestros: & orate pro eis qui vos oderunt.* Tertul. de anima p. 495. a. *Diligite inim. vestros: orate pro maledicentibus vos:* at l. de pat. c. 6. p. 200. c. *Diligite inim. vestros, & maledicentibus benedicite: & orate pro persecutoribus vestris:* vide etiam l. de orat. c. 3. p. 180. c. & l. de spectac. c. 16. p. 217. b. Cyprianus l. de bono pat. p. 248. c. & l. de zelo & liv. p. 260. b. *Ego autem dico vobis: Diligite inim. vestros; & orate pro eis, qui vos persequuntur: ut sitis,* &c. ita quoque habet, nec plura, l. 3. Testim. p. 319. a. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. g. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, & benedicite maledicentes vos, & benefacite eis, qui persequuntur vos: & orate pro eis, qui vos persequuntur.* Hilarius in Ps. 118. col. 303. e. *Diligite inimicos vestros: & orate pro calumniantibus vos* (al. *vobis*,) *ac persequentibus vos:* & supra 297. a. *benedicite qui vos persequuntur: & orate pro calumn. vos, ac perseq. vos.* Ambros. in Ps. 38. col. 846. b. d. *Diligite inimicos vestros;* subinde, *benefacite iis, qui oderunt vos: orate pro calumniantibus, & pers. vos:* & l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. b. *benedicite eos, qui vos persequuntur:* & l. 1. offic. to. 2. 62. b. *Diligite inim. vestros: orate pro calumn. & perseq. vos:* vide etiam epist. 63. col. 1042. f. & in Ps. 118. col. 1130. b. 1134. b. 1164. b. Augustinus epist. 153. to. 2. 525. d. & l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 195. f...... *Diligite inim. vestros, benefacite bis, qui vos oderunt: & orate pro eis, qui vos persequuntur: ut sitis,* &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. Vulgatæ favet. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 13. legit: *Ego autem dico vobis: Diligite inim. vestros, & benefacite iis, qui oderunt vos: orate pro calumn. vos:* vide etiam hom. 49. p. 205. b. Epiphan. comment. in Cant. Cantic. c. 1. ℣. 3. *Diligite inimicos vestros, benefacite odio vos babentibus:* & in c. 8. ℣. 1. *Diligite inimic. vestros, benefacite odio vos babentibus: & orate pro eis, & pro persequentibus vos.* S. Pacian. ep. 2. p. 307. e. ait: *Orare pro persequentibus jubemur, maledicentibusque benedicere.* Juvencus l. 1. p. 59. g. his quæ leguntur sup. addit:

*Quin ego præcipiam semper blando esse per omnes*
*Obsequio, precibusque Deum mollire benignis*
*Pro vita ipsorum qui vos exscindere gaudent,*
*Adversisque truces animis odiisque sequuntur.*

℣. 45. Ms. S. Germ. 1. similiter habet, *qui solem suum oriri jubet.* Cantabrig. *quia solem suum oriri facit super malos & bonos: & pluet,* &c. Item Gr. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηρὺς ϗ ἀγαθὺς· ϗ βρέχει, &c. Irenæus l. 5. c. 27. p. 325. c. *solem suum oriri faciens super malos & bonos: & pluens super justos,* &c. at l. 2. c. 22. & l. 4. c. 36. p. 280. e. *solem suum oriri facit super malos..... & pluit,* &c. Tertul. de pat. c. 6. p. 200. c. *ut filii sitis patris vestri cælestis:* & l. 4. adv. Marc. p. 729. c. *qui pluit super justos & injustos: & solem suum oriri facit super bonos & malos:* at l. de resurr. carn. p. 576. b. *pluens super bonos & malos: & solem suum emittens super justos,* &c. similiter l. 2. adv. Marc. p. 650. c. præter hoc, *oriri faciens,* pro *emittens:* vide etiam l. de pat. c. 2. p. 198. c. & de præscr. c. 44. p. 340. b. Cyprianus l. de bono pat. p. 248. c. & l. de zelo & liv. p. 260. b. cum Vulgata concordat ad verbum; sicut etiam l. 3. Testim. p. 319. a. ac de orat. Dom. p. 209. b. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. g. *ut sitis filii patris vestri, qui est in cælis: qui solis ortus exbibet super bonos & malos: & pluit super justos & injustos.* Hilarius in Matth. col. 629. e. dicit: *Vocat igitur nos in Dei, ut bæreditatem, ita & imitationem, bonis & injustis..... solem tribuentis, & pluviam:* & in Ps. 118. 293. d. *Estote boni, sicut pater vester, qui solem suum oriri facit super bonos,* &c. ut in Vulg. Ambrosius ep. 29. col. 908. c. *ut imitemini patrem, qui pluit super justos & injustos.* August. l. cont. Adim. to. 8. 117. f. 118. f. *Estote benigni, sicut pater vester cælestis, qui solem suum oriri facit super bonos,* &c. at epist. 153. to. 2. 525. d. necnon in Joh. 2. to. 3. 367. b. *ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit,* vel *facit oriri,* &c. at l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 195. f. *qui solem suum oriri jubet,* &c. ut in Vulg. sed infra 199. f. 200. c. ponit, *oriri facit.* Sic etiam *oriri facit,* &c. cùm ap. S. Leonem, ser. 40. p. 104. b. tum apud Ambrosiast. p. 36. e. & Philastr. Brixiensem l. de hæres. p. 720. e. Philastrius tamen ultima verba sic invertit, *super justos & injustos: & pluit super bonos & malos.* Auctor verò op. imp. hom. 13. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. legit: *ut sitis filii patris vestri, qui solem suum jubet oriri super bonos,* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 59. g. addit his quæ supra:

*Nam genitor noster communia lumina solis,*
*Communesque dedit pluvias justisque malisque.*

℣. 46. Ms. Corb. *Si enim diligatis eos..... quam mercedem habetis?* S. Germ. 2. & S. Gat. similiter hab. *Si enim diligatis.* Sangerm. 1. *quam mercedem habetis? nonne & public. bæc faciunt?* Claromont. *nonne & public. ita faciunt?* Cantabrig. *Si enim dilexeritis diligentes vos, quam mercedem babebitis? non & publicani sic faciunt?* Græc. ed. Rom. Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; ὐχὶ ϗ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιῦσι; Mss. plures, Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε; infra quidam, μισθὸν ἕξετε; rursum plures, ὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ (al. ὕτω) ποιῦσι; Cyprianus de bono pat. p. 248. c. legit: *Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam merced. habebitis? nonne sic & publicani faciunt?* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. g.

Digitized by Google

Levit. 19. 18. Luc. 6. 27. Rom. 12. 20. Act. 7. 59. Luc. 23. 34.

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 47. Et si salutaveritis fratres vestros tantùm, quid ampliùs facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? | 47. Et si salutatis fratres vestros tantùm, quid ampliùs facietis? nonne & ethnici hoc faciunt? *Ex Ms. Colbert.* |
| 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. | 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester, qui in cœlis est, perfectus est. |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam merc. habebitis? nonne & public. ista faciunt?* Item ap. August. l. 1. de ser. Dom. in m. col. 195. g. *Si enim dilexeritis eos;* reliqua verò ut in Vulg. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. f. *Si diligitis eos, qui vos,* &c. ut in Vulg. Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. at hom. 17. p. 90. legit: *Si autem diligitis diligentes vos, quam merced. habebitis? nonne gentiles hoc faciunt?* Juvencus l. 1. p. 59. g. sic pergit:

*Quòd si conjunctos tantùm veneramur amicos,*
*Quis locus hîc justæ poterit mercedis haberi?*
*Servit amicitiæ tantum gens dedita lucris.*

℣. 47. Ms. Corb. *Et si salutaveritis fratres..... quid ampliùs facietis? nonne & ethnici hoc faciunt?* Sangerm. 1. *quid ampliùs facitis? nonne & gentes hæc faciunt?* S. Germ. 2. *nonne ethnici hoc faciunt?* Cantabrig. *non & gentiles idem faciunt?* Claromont. *Et si salutatis amicos vestros tantùm, quid ampl. facitis? nonne & publicani ita faciunt?* Græc. Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς..... τί..... ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; Mss. plures habent φίλους, pro ἀδελφοὺς, teste Millio. Cyprianus de bono pat. p. 248. c. cum Vulgata concinit, sicut August. l. 1. de ser. Dom. in m. col. 195. g. nisi quòd Cypr. habet: *nonne & ethnici idipsum faciunt?* August. *hoc ipsum faciunt?* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. g. *Et si salutatis amicos vestros tantùm, quid plus facitis? nonne & gentiles idipsum faciunt?* Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. nil differt à Vulg. Auctor verò op. imp. in hom. 13. de hoc ℣. tacet cum Juvenco.

℣. 48. Ms. S. Germ. 1. *Estote ergo & vos perfecti, sicut pater vester, qui in cœlis est, perfectus est.* S. Germ. 2. *Estote ergo perfecti,* &c. ut in Vulg. Claromont. *Estote ergo vos..... sicut pater vester, qui est in cœlis, perfectus est.* Cantabrig. *sicut pater vester in cœlis perfectus est.* Græc. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τέλειός ἐστι· Mss. quidam, ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 628. b. *Eritis enim perfecti, quemadmodum pater vester, qui in cœlis est.* Cypr. l. de bono pat. p. 248. c. *Estote itaque vos perf. sicut pater v. cœlestis perf. est.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. g. *Eritis ergo & vos perfecti, sicut & pater vester, qui est in cœlis, perfectus est.* Ambros. l. de fuga sæc. c. 4. col. 425. c. *Perfecti estote, sicut & pat. v. qui in cœlis est, perf. est:* & l. 5. de fide, col. 567. a. *Estote perf. sicut & pater meus, qui in cœlis est, perfec. est:* & l. 2. offic. col. 110. d. *Estote ergo & vos perf. sicut & p. vester, qui in cœl. est, perf. est:* similiter l. de Incarn. col. 727. f. 728. a. detracta voce *ergo*: vide etiam ep. 29. col. 908. c. August. l. de Gen. to. 1. 661. f. *Estote perfecti, sicut pat. vester, qui in cœlis est:* & in Ps. 94. to. 4. 1023. f. *Estote ergo, sicut pat. vester, perfecti:* at l. 1. de ser. Dom. in m. col. 196. a. textui Colb. congruit; sicut etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. f. Auct. verò op. imp. in Matth. p. 71. *Estote ergo perfecti, sicut & pater vester perfectus est.* Hilarius quoque in Matth. col. 629. e. ait: *Ita nos ad perfectam vitam..... quia nobis in cœlo pater sit perfectus imitandus, instituit.* Juvencus l. 1. p. 59. g.

*Sed vos perfecto similes estote parenti.*

# CAPUT VI.

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. | 1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. *Ex Ms. Colbert.* |
| 2. Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. | 2. Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. *Attendite autem ne just...... ut videamini ab eis,* &c. Corb. *& videamini ab eis.* Clarom. *ut ab eis videamini.* Cantabrig. *Attendite justitiam vestram non facere coram..... ut videamini eis,* &c. Græc. Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν..... πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε μισθὸν οὐκ ἔχετε, &c. Ms. Colb. 8. Προσέχετε δὲ; dein Steph. 2. δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν· Veles. lect. infra, μισθὸν οὐκ ἕξετε. Hilarius in Matth. col. 629. f. *Attendite justitiam vestram ne faciatis coram hominibus.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 201. d. 203. e. *Cavete ergo facere justitiam vestram coram,* &c. ut in textu: & tract. 6. in 1. Joh. col. 864. c. 878. b. *Cavete facere justitiam vestram,* &c. similiter l. 5. de civit. Dei, c. 16. to. 7. 131. b. & in Ps. 44. to. 4. 451. g. at in Ps. 76. col. 808. a. b. *Nolite facere justitiam,* &c. quæ supra. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. a. *Cavete ne justitiam, hoc est eleemosynam, vestram faciatis coram,* &c. ut in textu. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. g. *Attendite ne justitiam vest. coram hominib. faciatis, ut vid. ab eis: alioq. merced. non habebitis à patre vestro, qui,* &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 71. *Attendite autem ne eleemosynam vestram faciatis..... ut videamini ab eis:* & post paulò: *Attendite vobis, ne eleemosynam vestram coram hom. faciatis: alioqui non habebitis merced. apud patr. vestrum.* Juvencus l. 1. p. 59. g. sic habet:

*Sicubi justitiæ pandetur justa facultas,*
*Devitate oculos hominum: nam nulla manebit*
*Merces in cœlo, quæ factum tale sequatur.*

Deinde de ℣. seq.

*Applaudet tantùm sterilis laudatio vulgi.*

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. *Cùm ergo facis eleem. noli..... sicut hypocr. faciunt in synagogis, & in plateis, & in vicis, ut..... perceperunt merc. suam.* Claromont. *Cùm ergo facies eleemos. noli..... sicut hyp. fac. in synagogis, & in plateis, ut..... vobis, quia perceperunt merc. suam.* S. Germ. 2. *Cùm ergo facies eleemosynam..... in synagogis, & in viciis, ut,* &c. Cantabrig. *Cùm ergo facis eleem. noli..... in synagogis, & in plateis, ut glorificentur ab hominib..... perceperunt merc. suam.* Græc. Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς..... ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν..... ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν· edit. Paris. 6. initio hab. Ὅταν οὖν ποιεῖς ἐλεημοσύνην. Mss. quidam extremò, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν. Cyprian. l. 3. Testim. p. 317. c. *Cùm facis eleemos. noli buccinare ante te, quomodo hypocritæ faciunt in vicis, & synagogis, ut clarificentur ab hominibus. Amen dico vobis compleverunt mercedem suam;* Mss. quidam, *compensaverunt,* vel *pensaverunt,* vel *perceperunt,* vel *receperunt mercedem suam:* ita quatuor suo quisque modo. Ambros. l. 1. in Luc. col. 1272. e. *Cùm feceris eleemosynam, noli tuba canere ante te:* & l. 1. offic. 70. f. *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam;* & in Ps. 37. col. 820. c. *habet mercedem suam.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 202. c. e. 203. e. *Cùm ergo facis eleem. noli tuba canere ante te, sicut hypocr. faciunt in synagog. & in vicis, ut glorificentur ab hom. Amen dico vob. perceperunt merc. suam:* at in Ps. 76. to. 4. 808. a. *noli tubicinare ante te, sicut,* &c. rursus l. 5. de civit. Dei, c. 16. col. 131. b. *Amen dico vob. perceperunt,* &c. Itidem apud Maxim. Taurin. in hom. p. 14. b. Chromatius verò Aquil. in Matth. p. 985. g. legit: *Cùm autem facis eleem. noli tuba can. ante te, sicut hyp. faciunt, qui amant stare in synagogis, & in plateis, ut honorificentur ab hom.* &c. ut in Vulg. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. & 15. p. 73. 81. *Tu ergo cùm facis eleemos. noli tuba canere ante te,* &c. ut sup. apud August. Vide Juvencum sup. ad ℣. 1.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

3. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua :

4. ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in palam.

5. Et cùm oratis, nolite eſſe ſicut hypocritæ, qui amant ſtare in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus : amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam.

6. Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito : & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi in palam.

7. Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut ethnici : putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.

### VULGATA NOVA.

3. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua :

4. ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

5. Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus : amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

6. Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito : & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

7. Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut ethnici : putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Concinit Mſ. Corb. Sangerm. verò 1. hab. cum Clarom. *neſciat manus tua ſiniſtra quid faciat*, &c. Cantabrig. *quid facit.* Græc. favet Cantabrigienſi. Irenæus l. 4. c. 30. p. 268. a. *Cùm facis miſericordiam* (al. *eleemoſynam*) *non ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 317. c. & Ambroſ. l. 1. off. to. 2. 39. c. *neſciat ſiniſtra tua quid faciat*, &c. Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 202. f. 203. f. textui Colb. pariter congruit, præterquamquod hab. *non ſciat*; at infra 204. a. *neſciat.* Accinunt Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. g. Auctor op. imp. in Matth. hom. 13. & 15. pp. 73. 81. & Arnobius annot. in Evang. p. 331. Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 32. col. 159. e. *non ſciat ſiniſtra tua*, &c. Apud Hilar. in Matth. col. 630. a. *Siniſtra quoque manus ut ignoret opus dexteræ jubet.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. h.

*Sed quod dextra facit, facias neſcire ſiniſtram.*

℣. 4. Mſ. S. Germ. 1. *ut ſit eleemoſ. tua in abſconſo, & pater tuus, qui videt in abſconſo, reddet tibi in palam.* Scribunt pariter *in abſconſo* codd. S. Gat. & Maj. Mon. ſed Claromont. loco 1. fert *in abſcondito*; ſubinde, *in occulto, ipſe reddet tibi in palam.* Cantabrig. *ut eleemoſ. tua ſit in occulto, & pater tuus, qui videt in occulto, ipſe reddet tibi.* Græc. hod. Claromontano favet : à Mſs. tamen multis abeſt αὐτὸς, *ipſe*; ſicut à pluribus aliis, hoc ult. ἐν τῷ φανερῷ, teſte Millio. Et verò Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 204. e. obſervat *multa Latina exemplaria ſic* habere : *& pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi palam. Sed quia*, inquit, *in Græcis, quæ priora ſunt, non invenimus* palam, *non putavimus hinc eſſe aliquid diſſerendum.* Quamobrem ipſe textum illic non refert, niſi eo modo quo habetur in Vulgata : & in Pſ. 76. to. 4. 808. b. tantùm legit : *ſed ſit eleemoſ. tua in occulto, & pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi*; abſque ſeq. *palam.* Tollit ſimiliter *palam* Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 317. c. nec in cæteris diſcedit à Vulgata. Chromat. etiam Aquil. in Matth. p. 985. g. omittit *palam*; ſed legit bis *in abſconſo.* Item τὸ *in abſconſo*, ultimo loco eſt apud Arnob. annot. in Evang. p. 331. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 74. ita : *ſed ſit eleemoſy. tua in abſconſo, & pater tuus, qui videt in abſconſo, reddet tibi in manifeſto :* ſic iterum infra hom. 15. p. 81. exceptis his, *ut ſit eleemoſ..... in abſcondito..... in abſcondito.* Hilar. in Matth. col. 630. a. dicit ſiniſtram ignorare debere opus dexteræ, *ut in Dei ſcientia opera noſtra conſiſtant.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. h. ſimpliciter :

*Cùm veniet, juſtis meritis tum digna rependet,*
*Occulti ſolus ſcrutator præmia cordis.*

Vide ſis Th. Mareſchalli obſervat. in verſ. Goth. & Martianæi notas in verſ. Ital. Matth. p. XXIII.

℣. 5. Mſ. Claromont. concordat cum textu Colbert. præterquamquod habet, *& orantes*, loco *orare.* Sangerm. 2. ſic : *Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant ſalutare in angulis platearum, & in ſynagogis ſtantes orare, ut videantur..... perceperunt merc. ſuam.* Cantabrig. *Et quando oras, non eris ſicut hypocritæ, quia amant ſtare in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes & orantes, ut pareant hominibus : amen dico vobis, perceperunt merc. ſuam.* Sangerm. 1. verſum hunc totum cum ſeq. prætermittit. Græcè ita : Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ.... ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς..... ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν, &c. Mſs. quidam delent ult. ὅτι. Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1272. e. legit : *Cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ.* Apud Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 204. e. omnia ut in Vulg. excepto uno *perceperunt*, pro *receperunt*; rurſum *perceperunt*, tr. 47. in Joh. col. 604. b. ſed in Pſ. 141. to. 4. 1579. f. ſic : *Cùm autem oratis, nolite eſſe ſicut hypocritæ, qui ſtant in plateis & vicis orantes, ut videantur ab hominibus.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. b. *Et cùm oratis, non eritis..... qui amant ſtare in ſynagogis & in angulis*, &c. ut in Vulg. Item apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 74. *Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant ſtare in ſynagogis :* at infra, *qui amant in ſynagogis orare, & in ang. plat.* &c. ultimòque, *perceperunt merc. ſuam.* Apud Juvencum, l. 1. p. 59. h.

*Sunt quos prætumidæ tollit jactatio mentis,*
*Et precibus propriis gaudent aſſiſtere turbas,*
*Multifluiſque diem verbis ducendo fatigant :*
*His votis pompæ fructus ſuccedit inanis.*

℣. 6. Mſ. Corb. *Tu autem cùm orabis, intra..... ora patrem tuum in abſconſo : &..... qui videt in abſconſo, reddet tibi.* Sangerm. 2. *Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum, & clauſo oſtio, ora patr. tuum in abſcondito : &..... qui videt in abſconſo, reddet tibi :* ſimiliter in Mſ. S. Gat. *cùm orabis.* In Claromont. *Tu autem cùm oras, intra in cubic. tuum, &..... ora patr. tuum in occulto : &..... qui videt in occulto, ipſe reddet tibi in palam.* In Cantabrig. *Tu autem cùm oras, intra in cubiculo tuo, & claudens oſtium tuum, ora patrem tuum in occulto : & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi.* Græc. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ· in Mſs. quibuſdam deeſt τῷ, ante ἐν τῷ κρυπτῷ; ſed à Mſ. Gonvill. totum iſtud abeſt, τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, ſicut à Barb. 1. ultimum ἐν τῷ φανερῷ, teſte Millio. Hilarius in Pſ. 65. col. 184. c. legit : *intra in cubiculum tuum, & claude oſtium tuum, & ora : & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi :* & in Matth. col. 630. c. *Clauſo quoque cubiculi oſtio, jubemur orare.* Ambroſ. l. 1. de Cain & Ab. c. 9. col. 200. b. *Tu autem cùm orabis, intra in cubic. tuum, & clauſo oſtio, patrem tuum ora in abſcondito : & pat. tuus qui vid. in abſcondito, reddet tibi :* ſimiliter in Pſ. 45. & 118. col. 928. a. 979. f. ſic etiam in Pſ. 40. col. 884. d. niſi quòd habet : *Tu autem cùm oras..... ora patr. tuum qui eſt in abſcondito :* at in Pſ. 43. col. 899. d. e. *Cùm autem oras..... ora patr. tuum in abſcondito :* vide etiam in Pſ. 118. col. 991. f. & l. de inſtit. virg. 251. b. & l. 6. de Sacram. 382. c. e. f. Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 204. f. g. 205. a. legit : *Vos autem cùm oratis, introite in cubicula veſtra, & claudentes oſtia, orate patrem veſtrum in abſcondito : & pater veſter qui videt in abſcondito, reddet vobis :* ſed in Pſ. 141. to. 4. 1579. f. *Tu autem cùm oras, intra in cubiculum tuum, & claude oſtium, & deprecare Deum tuum in occulto : & qui videt in occulto, reddet tibi :* & in Pſ. 33. col. 219. b. *intra in cubic. tuum, claude oſtium tuum, & ora in occulto : & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. b. *Tu autem cùm oraveris, intra in cubic. tuum, & clauſo oſtio, ora patr. tuum : & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 75. *Tu autem cùm oras, intra in cubic. tuum, & claude oſtium tuum :* & poſt plura : *& pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi palam.* Juvencus l. 1. p. 59. h.

*Sed ſecreta domus precibus penetralia caſtis*
*Claudantur* al. *Claudentur*, &c.

℣. 7. Mſ. S. Germ. 1. *Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt : putant enim quòd in multiloquio exaudiantur.* Claromont. *ſicut ethnici faciunt : æſtimantes enim quia in multiloq. ſuo exaudiantur.* Canta-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Nolite ergo assimilari eis : scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Luc. 11. 2. 9. Sic ergo vos orabitis : Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum.

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

VERSIO ANTIQUA.

8. Nolite ergo assimilari eis : scit enim pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo. Ex Ms. Colbert.

9. Sic ergo vos orabitis eum : Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum.

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua in cœlo, & in terra.

11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brig. *Orantes autem, non vana loquimini, sicut gentes : putant enim quia in multiloq. suo exaudientur.* Gr. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. August. l. 2. de serm. Dom. in m. 205. b. cum textu Colbert. concinit ; si exceperis unum *arbitrantur*, pro *putant.* Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 986. d. Germanensi 1. favet, addito tantùm *suo*, post *multiloquio.* Item apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 75. *Orantes autem, nolite multùm loqui, sicut ethnici faciunt.* Hilar. quoque in Matth. col. 630. d. ait : *Orare ad Deum non multiloquio, sed conscientiâ, admonemur : quia dictorum verbis opus omne præcellat.* Juvencus l. 1. p. 59. h. subdit his quæ sup.

*..... paucisque Deum venerabere verbis.*

℣. 8. Colbertino textui consonat Ms. Sangerm. 1. nisi quòd habet *similare*, pro *assimilari.* In Cantabrig. quoque, *similare.* In Germ. 2. *adsimilare ;* extremòque, *quid opus sit, antequam petatis ab eo.* In Claromont. *Nolite ergo similes esse illis : scit enim pat. vester, quid opus sit, priusquam os aperiatis.* Græcè : Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. In Ms. verò Steph. 2. πρὸ τοῦ ὑμᾶς ἀνοῖξαι τὸ στόμα. Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4. p. 275. a. ait Deum *scire quid cuique servorum suorum opus sit.* August. l. 2. de ser. Do. in m. 205. c. *Nolite itaque similes illis esse : scit enim pater vester, quid vobis necessarium sit, antequam petatis ab eo :* & ser. 56. to. 5. 325. c. *scit enim..... quid vobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo :* similiter ep. 140. to. 2. 448. f. præter unum *novit*, pro *scit :* & serm. 57. to. 5. 337. b. *novit enim pater v. quia ista necessaria sunt vobis, priusquam petatis ab eo :* & l. 11. confess. to. 1. 195. c. *novit pater vester, quid vobis opus sit, priusquam petatis ab eo.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 9. col. 200. b. 201. a. *scit enim pat. vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 76. *scit enim..... quid vobis necessarium sit, antequam petatis eum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. d. initio habet *similari eis ;* ultimòque, *petatis ab eo ;* cæt. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 59. h.

*Scit pater ipse, tui* (al. *tibi*) *quæ sit trepidatio cordis :*
*Nil absente Deo loquimur, nil abdita clausum*
*Pectoris antra tegunt : præsens Deus omnia cernit.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. *Sic ergo orabitis eum*, &c. à Corb. quoque abest *vos :* subinde in Clarom. *qui in cœlis es.* In Cantabr. verò hîc desunt multa, scilicet omnia à medio versu 8. hujus capitis sexti, usque ad medium ℣. 27. capitis 8. In Græco hod. sic : Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, &c. In Ms. Vel. προσεύξεσθε. Apud Cyprianum l. de orat. Dom. p. 205. c. 206. b. *Sic orate : Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nom. tuum.* Apud Tertul. l. de orat. c. 2. p. 180. b. *Pater, qui in cœlis es :* l. verò cont. Prax. *Pater noster, qui es in cœlis :* & l. de orat. c. 3. p. 180. c. *sanctificetur nomen tuum.* Similiter apud Hilarium in Ps. 134. col. 477. e. & Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. 377. a. 385. a. Apud August. verò l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. *Sic itaque orate vos : Pater noster*, &c. ut in Vulg. & ser. 56. to. 5. 325. c. *Vos ergo dicite : Pater noster*, &c. vide etiam ep. 130. to. 2. 390. a. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. e. *Sic ergo orabitis : Pater n. qui in cœlis es*, &c. ut sup. Apud Sedul. l. 2. de oper. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctorem op. imp. in Matth. hom. 14. *Pater noster, qui es in cœlis*, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 59. h.

*His igitur votum placeat concludere verbis :*
*Sidereo genitor residens in vertice cœli :*
*Nominis, oramus, veneratio sanctificetur*
*In nobis, Pater alte, tui.....*

℣. 10. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *Veniat regnum tuum. Fiat vol. tua, sicut in cœlo*, &c. Claromont. & alii, Vulg. congruunt. Græcè : Ἐλθέτω ἡ..... Γενηθήτω..... ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Apud Tertul. l. de orat. c. 4. p. 180. c. *Fiat voluntas tua in cœlis, & in terra ;* subinde p. 181. *Veniat regnum tuum ;* quæ petitio tertium locum tenet apud ipsum. Cyprian. verò l. de orat. Dom. p. 205. c. Vulgatæ suffragatur. Accinunt pariter Hilarius in Ps. 119. & 134. col. 374. e. 477. e. Ambrosius l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. a. & in Ps. 118. col. 1078. a. Augustinus epist. 130. to. 2. 390. a. & l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. & Enchirid. to. 6. 239. f. item Chromatius Aquil. in Matth. p. 986. h. 987. a. cum Sedulio l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 14. Ambrosius tamen l. de Elia, c. 21. col. 561. a. & l. 5. de Sacram. c. 4. n. 22. legit : *Veniat regnum tuum*, &c. ut in Vulg. Similiter August. ser. 56. to. 5. 325. c. sed addit cum nostro Colb. *Fiat vol. tua in cœlo, & in terra :* Mss. tamen plerique in hoc & seq. serm. ferunt *Adveniat.* Apud Juvencum l. 1. p. 59. h.

*.....tranquillaque mundo*
*Adveniat, regnique tui lux ampla patescat.*
*Sic cœlo, ut terris, fiat tua clara voluntas.*

℣. 11. *Panem nostr. quotidianum* similiter habent Mss. S. Germ. 1. Corb. Clarom. Maj. Mon. & S. Gatiani : hic postremus scriptum etiam præfert *supersubstantialem*, eadem manu : sed *quotidianum* constanter retinent Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. Cyprian. de orat. Dom. p. 205. c. Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 378. a. 385. b. necnon August. l. 2. de ser. Dom. in m. 206. a. & in Joh. 15. col. 723. a. & epist. 130. to. 2. 390. & ser. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. g. & alibi. Item Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. b. Sedul. l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 14. Nec aliter habet antiquissim. Lectionar. Luxoviense. Ita quoque legitur in Vulgata ad Luc. 11. ℣. 3. nempe, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Græcè verò tam in Matthæo, quàm in Luca, Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, &c. Unde Hieronymus l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. 432. a. b. *Illud*, inquit, *quod in Evangelio secundùm Latinos Interpretes, scriptum est :* Panem nostrum quotidianum da nobis hodie : *meliùs in Græco habetur :* Panem nostrum ἐπιούσιον, *id est, præcipuum, egregium, peculiarem :* & post pauca : *Quidam ἐπιούσιον existimant in oratione Dominica panem dictum, quòd super omnes οὐσίας sit, hoc est, super universas substantias. Quod si accipitur, non multùm ab eo sensu differt, quem exposuimus : quidquid enim egregium est, & præcipuum, extra omnia est, & super omnia :* rursum comment. in Matth. col. 21. a. b. dicit : *Quod nos* supersubstantialem *expressimus, in Græco habetur ἐπιούσιον, quod verbum LXX. περιούσιον frequentissimè transferunt. Consideravimus ergo in Hebræo, & ubicunque illi περιούσιον expresserunt, nos invenimus* sgolla, *quod Symmachus ἐξαίρετον, id est,* præcipuum, *vel* egregium *transtulit ; licet in quodam loco* peculiare *interpretatus sit :* & infra : *In Evangelio quod appellatur secundùm Hebræos, pro* supersubstantiali pane, *reperi* mahar, *quod dicitur* crastinum, *id est, futurum da nobis hodie :* ipse etiam in Ezech. 18. to. 3. 822. f. ita legit : *Panem nostrum substantivum, sive superventurum da nobis :* at l. 3. cont. Pelag. to. 4. 543. c. *Panem quotidianum.* Eadem observat Ambros. l. 5. de Sacram. c. 4. n. 24. *Panem quidem dixit, sed ἐπιούσιον, hoc est, supersubstantialem :* & infra : *Latinus autem hunc panem* quotidianum *dixit, quem Græci dicunt* advenientem ; *quia Græci dicunt τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, advenientem diem.* Negat Jos. Scaliger, ἐπιούσιον reddi posse per *supersubstantialem*, eo quòd non derivetur ἀπὸ τῆς οὐσίας ; *dicendum enim esset*, inquit, ἐπουσίον ; sed ab ἐπὶ, & ἰὼν, ἰοῦσα, ab εἶω, unde ἄπειμι, & ἐπιοῦσα, *crastina dies.* Huic sententiæ contradicit Victorin. Afer l. 2. cont. Arium p. 273. g. *Græcum Evangelium*, inquit, *habet*, ἐπιούσιον, *quod denominatum est à substantia..... Hoc Latini, vel non intelligentes, vel non valentes exprimere..... tantummodo* quotidianum *posuerunt, non ἐπιούσιον :* & supra p. 262. f. *Unde enim deductum ἐπιούσιον, quàm à substantia ?* tum addit : *Da panem nobis ἐπιούσιον, hodiernum :* at infra 270. d. *Panem nostrum consubstantialem da nobis hodie.* Similiter habet Juvencus l. 1. p. 60. a.

*Vitalisque hodie sancti substantia panis*
*Proveniat nobis.....*

Vide sis Ambros. l. 3. de fide col. 519. a. cum notis ; si-



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne passus nos fueris induci in tentationem. Sed libera nos à malo.

14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet vobis & pater vester, qui in cœlis est, delicta vestra.

15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater remittet vobis peccata vestra.

16. Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminantes facies suas, ut pa-

### Vulgata nova.

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Eccli. 28. 3. 4. 5.

15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Inf. 18. 35. Marc. 11. 25.

16. Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut

## Notæ ad Versionem antiquam.

cut Tho. Mareschalli observat. in vers. Goth. p. 393. quæ Gothica versio reddit *panem continuum, perpetuum.*

℣. 12. Textui Colb. congruunt Mss. S. Germ. 1. & 2. Corb. Maj. Mon. &c. Clarom. verò habet: *Et remitte nobis debita & peccata nostra, sicut & nos remittimus*, &c. Græcum prioribus codicibus favet: quibus accinunt Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. a. b. & de apol. Dav. col. 734. b. Victor Tun. ap. Ambros. 602. d. Hieronymus ep. 13. ad Castorin. to. 4. p. 2. col. 19. a. August. epist. 130. to. 2. 390. c. d. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 206. a. tr. 26. in Joh. 498. d. ser. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. f. Item Chromatius Aquil. in Matth. p. 987. c. cum Sedulio l. 2. op. pasch. c. 11. p. 480. h. 481. a. Leone M. ser. 38. & 42. pp. 101. e. 108. a. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. Optatus verò l. 7. cont. Donat. p. 103. b. *Dimitte nobis peccata, sicut & nos dimittimus*, &c. Irenæus l. 5. c. 17. p. 313. e. *Et remitte nobis debita nostra.* Sic etiam Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. c. necnon l. 3. Testim. p. 314. a. ubi addit, *sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Tertul. de orat. c. 7. p. 181. c. ait: *Decet itaque petamus dimitti nobis debita nostra:* deinde, *Remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris.* Hilarius in Matth. n. 19. col. 626. c. *Remitti nobis peccata nostra oramus.* Juvencus l. 1. p. 60. a. antecedentibus addit:

*.....Tua mox largitio solvat*
*Innumera indulgens erroris debita pravi,*
*Et nos haud aliter concedere fœnora nostris.*

℣. 13. Ms. Corb. cum Clarom. & Maj. Mon. *Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à malo.* Ita quoque habet Sangerm. 1. sed ultimò addit: *quoniam tuum est regnum, & virtus, & gloria in sæcula:* quæ tota pariter subjiciuntur in Græco, hoc insuper addito, Ἀμήν, in fine: sed hoc additament. abest à Mss. quibusdam Græcis, & à Latinis pene omnibus, de quibus vide Millium. Mss. S. Germ. 2. & S. Gat. ferunt: *Et ne patiaris nos induci in tentationem. Sed lib. nos à malo.* Tertul. l. de fuga in pers. p. 969. c. *Ne nos inducas in tentationem. Sed erue nos à maligno; id est*, inquit, *Ne nos induxeris in tentationem:* & l. de orat. c. 8. p. 181. b. *Ne nos inducas in tentationem, id est, Ne nos patiaris induci ab eo utique, qui tentat:* & post paulò: *Sed evehe nos à malo.* Cyprianus de orat. Dom. p. 205. c. *Et ne nos patiaris induci in tentationem. Sed lib. nos à malo. Amen.* Similiter habet Ambros. l. 5. & 6. de Sacram. col. 377. a. 385. c. sed absque *Amen* in fine. Item Arnob. de Deo trino, p. 233. d. *Ne nos patiaris induci in tentationem.* Augustinus verò l. 2. de ser. Dom. in m. col. 206. a. *Et ne nos inferas in tentationem. Sed lib. nos à malo:* & infra 212. a. addit: *Nonnulli codices habent* inducas, *quod tantumdem valere arbitror: nam ex uno Græco, quod dictum est* εἰσενέγκῃς, *utrumque translatum est. Multi autem precando, ita dicunt:* Ne nos patiaris induci in tentationem: *exponentes videlicet quomodo dictum sit* inducas: at ipse constanter legit *inferas*, cùm epist. 130. & 157. to. 2. 390. f. 391. a. 544. a. tum in Joh. 12. to. 3. 642. c. 647. a. 690. c. & serm. 56. to. 5. 325. c. & Enchirid. to. 6. 239. g. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. 41. f. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 32. d. *Ne nos inducas;* al. *inferas*, &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. e. & Sedul. l. 2. de op. pasch. c. 11. p. 481. *Et ne nos inducas*, &c. ut in Vulg. absque ult. *Amen.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. nisi quòd addit: *Ad illa respondet: Quia tua est gloria.* Hilarius autem in Ps. 118. col. 250. c. *In Dominicæ orationis ordine* ait contineri: *Non derelinquas nos in tentatione, quam ferre non possimus:* sed in Matth. 25. col. 744. b. simpliciter *in oratione* traditum dicit: *Non inducas nos in tentationem.* Priorem lectionem etiam admittere videtur Paschasinus episc. epist. ad Leon. PP. cùm dicat: *Deus..... non tradat bestiis animas confitentes sibi; neque ampliùs patiatur tentari nos supra id, quod ferre possumus: sed faciat cum tentatione proventum misericordem..... ut sustinere possimus.* Hieron. quoque in Ezech. 48. to. 3. 1067. c. id monet: *Quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in tentationem, quam ferre non possumus.* Item Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. f. *Et ne nos inferas in tentationem, quam sufferre non possumus:* quæ ultima verba ut ad orationem Dom. pertinere credamus, inducimur cum ex prædictis locis, tum ex serm. 84. appendicis August. n. 4. ubi eadem velut ex oratione Domini petita memorantur. Idem significare videtur Ambrosius l. 5. de Sacram. c. 4. 379. ita disserendo: *Vide quid dicat:* Et ne patiaris induci nos in tentationem, quam ferre non possumus. *Non dicit:* Non inducas in tentationem: *sed quasi athleta, talem vult tentationem, quam ferre possit humana conditio.* Facilè tamen crediderim verba ista, *quam ferre non possumus*, meram expositionem esse antecedentium verborum ap. Ambros. quod & ipse satis innuit, cùm non solùm hîc, & initio capitis; verùm etiam l. seq. c. 5. post illas voces, *induci in tentationem*, proximè subjungat ultimam petitionem, *Sed libera nos à malo:* at l. 6. c. 5. col. 385. iisdem verbis, *Sed libera nos à malo*, subdit alia: *Quid sequitur?* inquit, *Audi quid dicat sacerdos: Per Dominum nostrum Jesum Christum, in quo tibi est, cum quo tibi est honor, laus, gloria, magnificentia, potestas cum Spiritu sancto, à sæculis, & nunc, & semper, & in omnia sæcula sæculorum, amen:* quæ exhibent clausulam à sacerdote solo in Liturgia recitari solitam: quemadmodum in Græca ecclesia à sacerdote solo, teste Aria Montano, pronunciabatur ista, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, &c. quæ ex Jacobi, Basilii, & Chrysostomi Liturgiis in Evangelicum Matthæi textum translata fuisse videtur. De his consule Morini exercit. Bibl. p. 37. Juvencus autem l. 1. p. 60. a. hæc sola reddit:

*Tetri sæva procul tentatio dæmonis absit.*
*Deque malis tua nos in lucem dextera tollat.*

℣. 14. Colbertino textui consentit Ms. S. Germ. 1. Claromontanus verò habet: *Si enim dimiseritis hom. delicta eorum: demittet vobis & pater vester, qui est in cœlis. Sin verò*, &c. Græcè pariter: Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς..... τὰ παραπτώματα αὐτῶν· ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· nec plura. In Sangerm. 2. & Maj. Mon. sic: *Si enim dimis. hom. peccata eorum: dimittet & vobis pater v. cœlestis peccata vestra:* quibus Mss. accinit Maxim. Taurin. in homil. p. 30. g. August. verò l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. b. Claromontano favet & Græco. Item Leo M. serm. 38. p. 101. f. legit: *Si enim dimis. hom. peccata eorum: dimittet & pater v. vobis, qui in cœlis est. Si autem*, &c. at serm. 42. p. 108. b. *dimittet & vobis pat. v. qui in cœlis est, delicta vestra:* & sup. p. 49. a. *dimittet vobis & pater v. qui in cœlis est, peccata vestra.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. g. *remittet vobis pater vester, qui est in cœlis, delicta vestra.* Juvencus l. 1. p. 60. a.

*Tunc etenim genitor populis delicta remittet,*
*Si vestra alterni vobis peccata velitis*
*Cedere, nec durum erratis intendere* (al. *impendere*) *pectus.*

℣. 15. Ms. S. Germ. 2. *Si enim non dimiseritis hom. peccata eorum: nec pater vester cœlestis dimittet.* Ita quoque in Ms. S. Gat. præter conjunct. *autem*, pro *enim*. In Claromont. sic: *Sin verò non dimiseritis hominibus: nec pater vester vobis remittet delicta vestra.* Græcè: Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς..... τὰ παραπτώματα αὐτῶν· οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Ms. Cant. omittit τὰ παραπτώματα αὐτῶν· huic autem, ὁ πατὴρ ὑμῶν, Seld. 2. Comp. & Arab. jungunt ὁ οὐράνιος; addunt pariter Cant. Syr. Arab. ὑμῖν, post ἀφήσει. August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. b. Vulgatæ suffragatur; sicut etiam Leo M. ser. 38. p. 101. f. at ser. p. 49. a. legit, *remiseritis*, &, *remittet.* Maximus Taurin. in homil. p. 30. g. *Si autem non dimiseritis: nec pater vester dimittet debita vestra.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 14. p. 78. *Si enim non dimis. hom. peccata eorum: nec pater vester dimittet vobis.* Hic autem ℣. non redditur à Juvenco.

℣. 16. Mss. Corb. & S. Germ. 1. cum Vulgata concinunt, præterquamquod habent *pareant*, pro *appareant.* Græcè pariter φανῶσι; cæt. ut in Vulgata. Ms. Claromont.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

17. Tu autem, cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava,

18. ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur.

Luc. 12. 33. 1. Tim. 6. 19. 20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur.

**VERSIO ANTIQUA.**

reant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. *Ex Mss. Colbert.*

17. Vos autem, cùm jejunatis, ungite caput vestrum, & faciem vestram lavate,

18. ne pareatis hominibus jejunantes, sed patri vestro, qui est in abscondito: & pater vester, qui videt in abscondito, reddet vobis in palam.

19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea exterminat: & ubi fures effodiunt, & furantur.

20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea exterminat; & ubi fures non effodiunt, nec furantur.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Cùm autem jejunatis, nolite esse sicut hypoc. tristes; qui exterminant facies suas, ut pareant..... Amen dico vobis, perceperunt merc. suam.* Sangerm. 2. & S. Gat. *demoliuntur enim facies suas, ut pareant*, &c. similiter in Mss. Maj. Mon. *demoliuntur.* Unde Hieron. in hunc loc. to. 4. 21. d. ait: *Verbum* exterminant, *quod in Ecclesiasticis Scripturis, vitio Interpretum, tritum est, aliud multò significare, quàm vulgò, intelligitur: exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo sermone*, demoliuntur *semper accipere debemus.* Græcè ἀφανίζουσι. Hilarius in eundem Matth. loc. col. 630. e. solito more legit: *Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocr. tristes: exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus jejunantes.* Item August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. c. *Cùm autem jejunatis, nolite fieri..... tristes: exterminant enim vultum suum, ut videantur hom. jejunantes. Amen dico vobis, perceperunt merc. suam.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 15. Vulgatæ congruit, deleto tantùm *quia*, ante *receperunt*. Sic etiam Leo M. ser. 89. p. 175. f. cum Chromatio Aquil. in Matth. p. 987. h. sublato præterea *autem*, ante *jejunatis*. Apud Ambros. l. de Elia, c. 10. col. 546. a. hæc pauca: *Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Apud Maxim. Taurin. in homil. p. 13. g. *Cùm jejunatis, non eritis sicut..... exterminant enim fac. suas, ut appareant hom. jejunare.* Ambrosiast. p. 194. f. addit: *Amen dico vobis, perceperunt merc. suam.* Apud Juvenc. l. 1. p. 60. a.

*Sunt etiam pergrata Deo jejunia plebis:*
*Sed propriam multi faciem fœdare laborant,*
*Quo vanam captent hominum jejunia famam.*

℣. 17. Itidem in Ms. Clarom. nisi excipiatur unum *unguete*; Sangerm. 2. scribit *ungue*. S. Germ. 1. *Vos autem, cùm jejunatis, ungite capita vestra, & faciem vestram lavate.* Græc. Vulgatæ consonat, sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 15. & 17. Hilarius verò in Ps. 140. col. 538. d. cum textu Colbert. consentit ad verbum. Concinunt pariter Ambros. l. de Elia, c. 10. col. 546. b. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. h. Apud August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. d. sic: *Vos autem jejunantes, unguite capita vestra, & facies vestras lavate:* infra verò 217. a. *Vos autem, cùm jejunatis*, &c. Apud Maxim. Taurin. in homil. p. 14. a. *Sed unge, cùm jejunas, caput tuum, & lava faciem tuam.* Idem insinuat Hilar. in Matth. col. 630. f. Item Juvencus l. 1. p. 60. a. dicens:

*Tu verò, & grato crinem nitefactus olivo,*
*Lætantem puris de fontibus ablue vultum.*

℣. 18. Claromont. codex consentit cum textu Colbert. nisi quòd scribit bis *in absconso*. Sangerm. 1. hab. *ut non videamini hominibus jejunantes, sed patri vestro, qui est in absconso: & pater vester, qui vidit in absconso, reddet vobis in palam.* S. Gat. *ne videaris ab hominibus jejunans: sed pater tuus, qui videt in absconso, reddet tibi.* Corb. similiter hab. *in absconso.* Græc. Vulgatæ respondet, addito uno in fine, ἐν τῷ φανερῷ, quod tamen abest à plerisque aliis Mss. Græcis, si Millio fides. Ambrosius l. de Elia, c. 10. col. 546. b. legit: *ne pareatis hominibus quia jejunatis, sed patri vestro, qui est in abscondito: & pater vester, qui videt in abscondito, reddet vobis.* Similiter August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 216. d. 217. a. exceptis his, *ne videamini hominibus jejunantes*, loco, *ne pareatis..... quia jejunatis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. h. 988. a. *ne appareatis hominibus jejunantes, sed patri vestro, qui est in absconso: & pater vester, qui est in absconso, reddet vobis.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. p. 91. *ne appareas hominibus jejunans*, &c. ut in Vulg. Apud Juvenc. l. 1. p. 60. a.

*Ut solus genitor devoti pectoris aptum*
*Servitium cernens, laudem meritumque rependat.*

℣. 19. Ms. Corb. textui Colbertino consonat. Sangerm. 1. scribit *exterminant*, num. plurali. Claromont. verò habet: *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram: ubi tinea, & ærugo disperdit: & ubi fures*, &c. Ita quoque in Græco est. Verbum autem *exterminat* non probat Hieronymus, ut notavimus sup. ad ℣. 16. quapropter hîc & inf. in Vulgata illud permutavit cum isto *demolitur*, quo sensu ait semper accipiendum esse in Scripturis verbum *exterminat*. Cyprianus quoque l. de op. & eleem. p. 239. b. legit more veteri: *Nolite vobis condere thesauros super terram: ubi tinea, & comestura exterminat: & ubi fures effodiunt, & furantur.* Hilarius autem in Matth. col. 631. a. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* similiter Ambros. l. 2. de Sp. S. col. 633. b. subditque: *ubi ærugo, & tinea exterminat*, &c. quæ in textu Colb. at in Ps. 118. col. 1058. f. legit: *Nolite thesaurum vobis condere in terra:* post plura verò, 1114. f. *Nolite thesaurizare vobis in terra: ubi ærugo, & tinea exterminant.* August. l. de vera relig. to. 1. 749. e. *Nolite vobis condere thesauros in terra: ubi tinea, & ærugo exterminant*, &c. ut in Vulg. similiter ser. 312. to. 5. 1255. f. exceptis his prioribus, *Ne thesaurizetis vobis in terra:* at ser. 36. & 60. col. 177. d. 348. b. necnon l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 217. f. *Nolite vobis condere thesauros in terra: ubi tinea, & comestura exterminant* (vel *exterminat:*) *& ubi fures*, &c. & l. de op. Monach. to. 6. 497. b. *Nolite condere vobis thesauros in terris: ubi ærugo, & tinea exterminat*, &c. & lib. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 11. c. & in Ps. 44. 396. c. *Nolite condere vobis..... ubi tinea, & rubigo exterminant*, vel *exterminat.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. d. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea exterminant: ubi fures effodiunt, & involant.* Arnobius Afr. annot. in Evang. p. 331. d. *Nolite vobis condere thesauros super terra: ubi tinea, & comestura exterminant: & ubi fures effod. & furantur.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 15. p. 81. *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram: ubi tinea, & comestura exterminant: & ubi fures effod. & furantur.* Fulgent. ep. 2. p. 160. legit *exterminat*; cæt. verò ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 1. p. 60. b. ita:

*Vanum est defossis terra invigilare talentis:*
*Illic ærugo, & tineæ dominantur edaces:*
*Cunctaque diripiunt fures egesta latebris.*

℣. 20. Ms. S. Germ. 1. cum Claromont. & Corb. *Thesaurizate autem vobis thesauros*, (Corb. *thesaurum*,) *ubi neque ærugo, neque tinea exterminat; & ubi fures non effodiunt, & furantur;* Corb. *nec furantur.* Similiter perantiquum Luxoviense Lectionarium, *ubi neque ærugo, neque tinea exterminat.* In Sangerman. verò 2. initio deest *autem*; subinde sic: *ubi nec ærugo, nec tinea demoliuntur*, &c. ut in Vulgata. Græcum textui favet. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 239. b. & l. 3. Testim. p. 303. a. *Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: ubi neque tinea, neque comestura exterminat*, &c. ut supra. Hilar. in Matth. col. 631. b. 632. c. ait, cœlestem laudem æternam esse; *nec tinea, aut rubigine invidiæ exedendam.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 633. c. legit: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo: ubi neque ærugo, neque tinea exterminat; & ubi fures non effod. & furantur:* at in Ps. 118. col. 1058. f. *Sed thesaurum vobis condite in cælo:* infra verò 1114. f. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 15. p. 82. *Sed thesaurizate vobis in cælo.* Gaud. Brix. in serm. p. 943. f. *ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit; neque fures effod. & furantur.* August. l. de vera relig. to. 1. 749. e. *Sed thesaurizate vobis thesauros in cælo: ubi neque tinea, neque rubigo exterminat; neque fures effodiunt, neque furantur:* at l. 2. de ser. Dom. in m. col. 217. f. *Thesaurizate autem vobis..... ubi neque tinea, neque comestura exterminant; & ubi fures non effod. nec furantur:* & in Ps. 44. to. 4. 396. c. *Sed thesaurizate vobis thesauros in cælo: ubi neque fur, neque tinea corrumpit:* & ser. 60. to. 5. 348. b. *in cælo, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit. Ubi enim*, &c. Similiter ser. 312. col. 1255. f. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. 11. c. at lib. de op. Monach. to. 6. 497. c. ita legit: *Recondite verò vobis thesauros in*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. 21. Ubi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.

22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est: totum corpus tuum lucidum est.

23. Si autem oculus tuus nequam est: totum corpus tuum tenebrosum est. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt: tenebræ quantæ sunt?

24. Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut unum patietur, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ.

25. Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde vestro quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca: &

**Vulgata nova.**

21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Luc. 11. 34.

23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?

24. Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. Luc. 16. 13.

25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm es- Psalm. 54. 23. Luc. 12. 22. Phil. 4. 6. 1. Tim. 6. 7. 1. Pet. 5. 7.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*cœlo: ubi neque tinea, neque rubigo exterminat; & ubi fures non perfodiunt, & furantur.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. d. *Thesaurizate autem vobis..... ubi neque ærugo, neque tinea exterminant*, &c. ut in textu Colb. Arnobius Afer, annot. in Evang. p. 331. e. simpliciùs: *Thesaurizate autem vob. thesauros in cœlo: ubi fures non effodiunt, neque furantur.* Fulgent. verò ep. 2. p. 160. *Thesaurizate autem vob. in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea exterminat; & ubi fures*, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 60. b.

*Condite thesauros vobis in vertice cœli:*
*Non ærugo illos, tineæve, aut horrida furum*
*Factio* (al. *Pactio*) *diripiet.....*

℣. 21. Colbertino textui favent Mss. Claromont. Sangerm. 1. & S. Gat. quibus accedunt Cyprianus l. de op. & eleem. p. 239. b. ac l. 3. Testim. p. 303. a. Ambros. l. 2. de Jacob, c. 5. col. 466. c. & l. 2. de Spir. S. col. 633. c. necnon Auctor op. imp. in Matth. hom. 15. In Mss. S. Germ. 2. & Maj. Mon. sic: *Ubi est enim thes. tuus, ibi erit & cor tuum.* Gr. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. Apud Tertul. ad Mart. c. 2. p. 191. b. *Ubi erit cor tuum, illic erit & thesaurus tuus.* Apud Ambr. l. de Nab. c. 14. p. 582. b. *Ubi thes. tuus, ibi & cor tuum.* Apud August. l. 2. de serm. Dom. in m. col. 217. f. *Ubi enim est thes. tuus, ibi erit & cor tuum:* similiter serm. 60. to. 5. 348. b. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. col. 11. c. at in Ps. 44. col. 396. c. *Ubi enim fuerit thes. tuus, illic erit & cor tuum:* & l. 6. de musica, to. 1. 527. d. necnon l. de op. Monach. to. 6. 497. c. *Ubi enim erit..... ibi erit &*, &c. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. e. *Ubi enim erit..... illic erit*, &c. & paulò supra: *Ubi fuerit..... ibi erit &*, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 60. b.

*..... Vobis ubi condita res est,*
*Illic corda etiam simili ditione tenentur.*

℣. 22. Mss. Claromont. & S. Germ. 1. *Lucerna corp. tui..... Si ergo oculus tuus simplex fuerit: totum..... lucidum erit.* A Germ. 2. abest pronom. *tui*, post vocem *corporis*. Item Græcè: Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου, &c. ut in Vulg. In quibusd. Mss. deest οὖν, post ἐὰν, teste Millio. Hilarius in Ps. 138. col. 520. b. legit: *Lucerna corp. tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est: totum corp. tuum erit lucidum:* vide etiam in Ps. 118. & 119. col. 322. d. 376. d. & in Matth. col. 631. c. Apud Ambros. in Ps. 43. col. 919. e. *Lucerna corp. tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit:* & epist. 7. col. 777. d. *Lucerna tua oculus tuus est.* Apud August. l. 2. de serm. Dom. in m. col. 218. b. *Lucerna corporis tui oculus tuus est. Si ergo oculus tuus simplex fuerit*, &c. ut in Vulg. ita rursum l. de op. Monach. to. 6. 497. e. Chromat. autem Aquil. in Matth. p. 988. h. legit: *Lucerna corp. tui est oculus tuus. Si oculus simplex est: totum corp. tuum lucidum est.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 15. nil differt à Vulgata. Juvencus l. 1. p. 60. b. eadem sic reddit:

*Corporis est lumen, quo publica lumina cernis.*
*Sed si pura acies oculi, simplexque nitebit:*
*Clarè totius splendebunt corporis artus.*

℣. 23. Ms. Claromont. *Si verò oculus tuus nequa fuerit: totum corp. tuum tenebrosam est. Si ergo lum. quod in te est, teneb. sunt: ipsa tenebra quantæ sunt?* Similiter in Sangerm. 1. *nequa;* sicut in fine, *quantæ sunt?* Item in Sangerm. 2. & in pervetusto Luxov. Lectionario, *quantæ sunt?* In Græco τὸ σκότος πόσον; Apud Hilarium in Psalm. 138. col. 520. b. *Si autem oculus tuus nequam est: totum corpus tuum tenebrosum erit*, &c. ut in Vulgata, at in Ps. 119. col. 376. d. *tenebræ ipsæ quantæ sunt?* vide etiam in Matth. col. 631. c. Apud Ambr. in Ps. 43. col. 919. e. *Si autem nequam fuerit oculus tuus: totum corpus tuum tenebrosum erit.* Apud Hieron. l. cont. Lucif. to. 4. 292. a. *Si oculus tuus nequam fuerit: omne corpus tenebrosum est. Si autem lumen, quod in te est*, &c. ut in Vulg. Apud August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 218. b. *Si autem oculus tuus nequam est: totum..... tenebrosum erit. Si ergo lumen..... tenebræ sunt: tenebræ quantæ?* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. h. *Si autem oc. tuus nequam est: totum..... tenebrosum est. Si ergo lumen..... tenebræ sunt: tenebræ ipsæ quantæ sunt?* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 15. *Si autem oc. tuus nequam fuerit: totum..... tenebrosum erit. Si autem lumen..... tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ sunt?* Apud Oros. l. cont. Pelag. p. 453. b. *Et si ipsa lux, quæ in nobis est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Apud Juvencum l. 1. p. 60. b.

*Sin verò nequam fuerit, pravumque videbit:*
*Obscuræ incumbent super omnia membra tenebræ.*
*In nigras lumen sed si convertitur umbras:*
*Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris?*

℣. 24. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. repetitâ conjunct. *enim*, post 2. *aut.* Corb. *aut enim unum odio habet, & alterum diligit: aut unum sustinebit*, &c. Claromont. *aut enim unum odiet, & alterum amabit: aut unum patietur*, &c. Sic etiam habet Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 43. d. Græc. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει, &c. ut supra. Iren. l. 3. c. 8. p. 182. e. *Non potestis duobus dominis servire:* & 183. a. *Non potestis Deo servire & mammonæ.* Similiter apud Tertul. l. de anima, p. 484. b. & l. de corona mil. c. 12. p. 293. a. at l. de spectac. c. 26. p. 219. b. & de idol. c. 12. p. 242. c. *Nemo duobus dominis servire potest:* vel *Nemo potest duob. dom. servire:* vide etiam l. de fuga in pers. p. 973. c. Cyprianus de lapsis p. 190. *Non potestis duob. dominis servire.* Hilarius in Matth. col. 631. e. *Nemo potest duob. dominis servire: in alterum enim necesse est odium sit, in alterum amor.* Ambros. l. 20. in Luc. col. 1505. a. *Nolite duobus dominis servire:* similiter l. 1. de fide, col. 448. c. & l. 3. de Spir. S. col. 686. e. f. Ambrosiaster p. 61. e. *Nemo potest duobus dom. servire:* & infra 145. e. *Non potestis Deo servire & mammonæ.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 219. a. *Nemo potest duob. Dom. servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut alterum patietur, & alt. contemnet*, &c. ut in Vulg. Chromat. Aquil. in Matth. p. 989. d. *Nemo potest..... aut enim unum odiet, & alterum amabit: patietur unum, & alt. contemnet*, &c. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 1. p. 60. b.

*Nemo potest dominis æquè servire duobus:*
*Unius aut odiis cedet, vel cedet amori:*
*Nec pariter dominum servus patietur utrumque.*
*Haud unquam poterit quis divitiisque Deoque*
*Inservire simul?.....*

℣. 25. Ms. Claromont. *Ideo dico vobis, nolite cogitare in corde vestro quid manducetis, aut quid bibatis, neque in corpore vestro quid induatis. Nonne anima plus est quàm esca: & corpus quàm vestimentum?* Sangerm. 1. *Ideo... ne cogitetis in corde vestro quid manducetis, aut quid bibatis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima vestra plus est quàm esca: & corpus plus est quàm indumentum?* Corb. cum Germ. 2. *& corpus quàm vestimentum?* Ms. S. Gat. *Ideo..... ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis, neque corpori..... Nonne anima plus est..... & corpus quàm vestimentum?* Ita quoque in Græco est, præter unum καὶ, pro *aut*, post *manducetis*: à Ms. tamen Colb. 1. abest hoc, καὶ τί πίητε, teste Millio. At in

VULGATA NOVA.

ea : & corpus plus quàm veſtimentum ?

26. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea : & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis ?

27. Quis autem veſtrûm cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ?

28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis ? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt : non laborant, neque nent.

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis.

30. Si autem fenum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit : quantò magis vos modicæ fidei ?

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

corpus plus eſt quàm veſtimentum ?

26. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea : & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos pluris eſtis illis ?

27. Quis autem veſtrûm cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ?

28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis ? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt : non laborant, neque nent.

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon coopertus eſt in omni gloria ſua ſicut unum ex iſtis.

30. Si enim fenum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit : quantò magis vos minimæ fidei ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

celebri Lection. Luxovii aſſervato, ſicut & in ſup. laudatis codd. Lat. leg. *quid manducetis, aut quid bibatis.* Tertul. l. de idol. c. 12. p. 242. c. alludens dicit : *Nolite cogitare de victu.* Hilarius in Matth. col. 631. e. 632. a. c. e. *Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis, neque corpori veſtro quid veſtiatis* ( al. *induatis.* ) *Nonne anima veſtra pluris eſt quàm eſca : & corpus pluris eſt quàm veſtimentum ?* Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 43. e. *Ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis, neque corpori veſtro,* &c. ut in Vulg. ſed in Matth. to. 4. 22. c. ait *in nonnullis codicibus additum eſſe, Neque quid bibatis.* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 219. e. f. *Ideo dico vobis, non habere ſollicitudinem animæ veſtræ quid edatis, neque corpori veſtro quid induatis. Nonne anima plus eſt quàm eſca : & corpus quàm veſtimentum ?* & l. de op. Monach. to. 6. 496. f. 497. a. *Nolite ſolliciti eſſe animæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini :* at ſupra 475. c. d. Vulgatæ congruit, deleto uno *plus,* poſt *corpus.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 16. legit : *Ne ſolliciti ſitis in cordibus veſtris quid manducetis.* Juvencus l. 1. p. 60. b.

*..... Sed vos hæc juſſa tenete,*
*Sollicitet proprio ne vos pro corpore veſtis,*
*Nec faciles victus ægrâ diſquirite curâ.*
*Nonne animam pluris facimus quàm corporis eſcas :*
*Aut dubitat corpus quiſquam præponere veſti ?*

℣. 26. Mſs. Maj. Mon. & S. Gat. *Reſpicite volatilia cœli, quomodo non ſerunt,* &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *Reſpicite volatilia cœli, quoniam..... Nonne magis vos plures eſtis illis multò ?* S. Germ. 2. *Nonne vos magis plures eſtis illis ?* Claromont. *Nonne vos magis plus eſtis illis ?* Græc. Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν... Οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν ; in Mſ. Colb. 2. Οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε αὐτῶν ; Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4. p. 275. a. ait : *Volatilia cœli nullo ipſorum labore paſcit.* Cypr. verò l. de op. & eleem. & l. 3. Teſtim. p. 241. a. 307. b. legit : *Aſpicite volatilia cœli, quoniam non ſeminant, neque metunt, neque colligunt in horrea : & pater veſter cœleſtis alit* ( al. *paſcit* ) *illa. Nonne vos pluris eſtis illis ?* Hilarius in Matth. col. 633. b. cum Vulgata conſentit, niſi quòd omittit *neque metunt :* vide etiam l. 4. de Trin. col. 830. f. Ambroſius l. 3. Hexa. col. 43. e. tollit tantum *magis* ſub finem, ante *pluris ;* cætera ut in Vulg. at l. 4. col. 64. f. & l. 12. in Luc. col. 1439. e. initio legit : *Conſiderate volatilia,* &c. lib. verò de vid. col. 187. a. *Reſpicite volatilia :* & l. 5. Hex. col. 90. b. ait : *Si reſpicit volatilia, ſi paſcit illa, nonne vos pluris eſtis illis ?* Adimant. apud Auguſt. l. cont. ipſum, to. 8. 115. e. *Reſpicite volatilia cœli, quia non ſeminant, neque metunt, neque colligunt in horrea.* Auguſt. ipſe l. de op. Monach. to. 6. 475. d. *Conſpicite volatilia,* &c. ut in Vulg. & infra 493. d. 495. a. *Reſpicite volat. cœli, quia neque ſeminant, neque metunt, neque congregant in apothecas :* at l. 2. de ſer. Dom. in m. to. 3. 220. a. omnia ut in Vulg. detracto uno *magis,* ante *pluris.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. p. 84. *Videte volatilia cœli, neque ſeminant, neque metunt.* Juvencus l. 1. p. 60. c.

*Aerias ſpectemus aves, non, vomere preſſo,*
*Terga ſoli ſubigunt, jaciunt nec ſemina farris,*
*Aut ſegetum culmos incurvâ falce recidunt :*
*Proveniet tamen his ſatias potuſque cibique.*
*Nonne Deo magis eſt hominum curatio cordi ?*

℣. 27. Mſ. Claromont. *Quis autem veſtrûm poteſt adjicere ſtaturæ ſuæ cubitum unum ?* Sangerm. 2. *Quis enim veſtrûm cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam,* &c. Sangerm. verò 1. cum Corb. Maj. Mon. &c. textui Colb. conſonat. Ita quoque in Græco eſt : ab uno tamen Mſ. Gon. abeſt μεριμνῶν, *cogitans,* vel *curans,* ſi Millio fides. Tertul. l. de cultu fem. c. 7. p. 266. b. dicit *ad menſuram neminem ſibi adjicere poſſe :* & l. de ſpectac. c. 23. p. 218. c. *Nemo poteſt adjicere cubitum unum ad ſtaturam ſuam.* Hilarius in Matth. col. 633. c. *Quis autem veſtrûm poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ?* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 220. b. *Quis autem veſtrûm curans poteſt adjicere ad,* &c. ut ſup. at l. de op. Mon. to. 6. 475. d. legit *cogitans,* non *curans.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. p. 84. *Quis veſtrûm cogitando poteſt,* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 60. c.

*Nec dignum fuerat veſtis ſuſpendere curam*
*Pectoribus noſtris. Num ſicubi talia poſſunt*
*Incrementa ſuis homines imponere membris ?*

Hæc autem : *Nec dignum fuerat,* &c. uſque ad *Num,* reſpondent priori membro ℣. ſequentis.

℣. 28. Mſ. Claromont. *Et de veſtimento ſolliciti eſtis ? Conſiderate lilia agri quemadmodum creſcunt : non laborant, neque neunt.* Similiter in Sangerm. 1. *non laborant, neque neunt.* In Sangerm. 2. *Conſiderate lilia agri quàm creſcunt,* &c. Græc. Vulgatæ favet. Ipſi pariter accinit Hilar. in Matth. col. 634. b. ad verbum. Item Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in m. col. 220. b. c. & l. de op. Monach. to. 6. 475. d. necnon Auctor op. imp. in Matth. hom. 16. Tertullianus quoque l. de idol. c. 12. p. 242. c. dicit *veſtitûs* habere nos *exemplum, lilia.* Ambroſ. l. 3. Hex. col. 47. a. *Conſiderate lilia agri.* Epiph. comm. in Cantic. Cant. c. 2. ℣. 1. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt : non laborant, neque neunt.* Juvenc. l. 1. p. 60. c. antecedentibus proximè addit :

*Cernite per pingues agros ut lilia florent :*
*Non ulli tamen iis unquam incubuere ligones.*

℣. 29. Mſ. Sangerm. 1. *Dico autem vobis, quoniam nec Solomon,* &c. ut in Vulgata. Claromont. *quon. nec Solomon in omni gloria ſua veſtitus eſt quomodo unus ex iſtis.* Maj. Mon. *in omni glor. ſua veſtiebatur ſicut unum ex iſtis.* Ita quoque in Græco, cum hoc Σολομῶν. Hilarius in Matth. col. 634. b. nil omnino differt à Vulgata : neque etiam Auguſt. l. de op. Monach. to. 6. 475. d. at l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 220. c. legit : *Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtitus eſt ut unum ex his :* & l. 10. de civit. Dei, c. 14. to. 7. 251. b. *nec Salomon in tanta gloria ſua ſic amictus eſt ſicut unum ex eis.* Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 47. b. *nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur ſicut unum ex iſtis.* Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. *neque Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur.* Juvenc. l. 1. p. 60. c.

*Nec Salomona gravem, cùm regni divitis aula*
*Affiueret, talis contexit gratia veſtis.*

℣. 30. Mſ. Sangerm. 1. *Si enim fenum agri, quod..... & cras in ignem mittitur..... quantò magis vos modicæ fidei ?* Claromont. *Quòd ſi fenum agri..... & cras in clibanum mittitur..... quantò magis vos puſillæ fidei ?* Sangerm. 2. & Corb. ut & pervetuſtum Luxovienſe Lectionarium, *minimæ fidei ?* Græc. Vulgatæ congruit. Hilarius in Matth. col. 635. c. codici Germanenſi 1. ſuffragatur ad verbum ; ſicut etiam Ambroſ. l. 5. Hexa. col. 90. b. detractâ tantùm conjunct. *enim :* plures tamen Hilarii Mſs. ferunt, *minimæ fidei,* non *modicæ.* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 220. d. *Si autem fenum agri..... & cras in clib. mittitur..... quantò magis ergo vos modicæ fidei ?* & l. 10. de civit. Dei, c. 14. col. 251. b. *Quòd ſi fenum agri,* &c. ut in Vulg. at l. de op. Monach. to. 6. 475. d. nil prorſus differt ab ipſa. Auctor op. imp. in Matth. hom. 16. *Si enim fenum agri,* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 60. d.

*Quòd ſi pratorum, fruticumque virentia læta*
*Ipſe Deus veſtit noſtris obnoxia flammis :*
*Cur vobis potior non eſt fiducia patris ?*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur ?

32. hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit autem pater vester, quòd horum omnium indigetis.

33. Quærite ergo primùm regnum Dei, & justitiam ejus : & hæc omnia apponentur vobis.

34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus est sibiipsi : sufficit enim diei malitia sua.

### Vulgata nova.

31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur ?

32. hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.

33. Quærite ergo primùm regnum Dei, & justitiam ejus : & hæc omnia adjicientur vobis.

34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi : sufficit diei malitia sua.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 31. Mss. Sangerm. 1. & Major. Mon. *Nolite ergo solliciti esse, dicentes..... aut quid operiemur ?* Ita quoque in Græco est. Lectionar. Luxoviense, *aut quid vestiemur ?* Ms. Sangerm. 2. *Nolite solliciti esse*, &c. ut in Vulgata. Claromont. *Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur ?* Itidem August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 220. e. at l. de op. Monach. to. 6. 475. d. cum Vulgata concinit; sicut Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. nisi quòd is omittit membrum ult. *aut quo operiemur ?* Cyprianus l. de orat. Dom. p. 210. c. legit : *Nolite cogitare, dicentes : Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vestiemur ?* similiter l. de op. & eleem. p. 240. b. & l. 3. Testim. p. 307. b. Auctor verò reg. cleric. apud Aug. to. 1. 39. b. *Nolite cogitare, dicentes : Quid editis, aut quid vestiemini ?* Juvencus l. 1. p. 60. d.

*Ergo cibum, potum, vestemque, & inania cuncta,*
*Gentibus infidis terrenam linquite curam.*

Hic autem posterior versus pertinet ad ℣. seq.

℣. 32. Ms. Sangerm. 1. *omnia enim hæc gentes quærant. Scit autem pater vester, quia horum omnium indigetis.* Claromont. *omnia enim hæc gentes inquirunt. Scit enim pater vester cælestis, quòd horum omnium indigetis.* Ita quoque Græcum habet. Cyprianus l. de orat. Dom. p. 210. c. & l. de op. & eleem. p. 240. b. *hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater vester, quia horum omnium indigetis :* similiter l. 3. Testim. p. 307. b. præter unum *inquirunt.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 220. f. 222. c. *hæc enim omnia gentes quærunt. Scit enim pater vester, quia* ( al *quòd* ) *horum omnium indigetis :* at l. de op. Monach. to. 6. 475. d. *hæc enim..... inquirunt. Scit autem*, &c. ut in Vulg. Auctor reg. cleric. ap. Aug. to. 1. 39. b. *hoc enim gentes cogitant. Scit pater vester, quia horum omnium indigetis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. *hæc enim omnia gentes quærunt.* Hilar. in Matth. col. 635. d. dicit : *Gentium igitur est infidelitatis istius curâ angi.* Vide Juvencum sup. ad ℣. 31.

℣. 33. Ms. Clarom. Colbertino textui consonat. Sangerm. 1. fert : *Quærite ergo..... & hæc omnia præstabuntur vobis.* Corb. cum Gr. *Quærite autem..... & omnia hæc adjicientur vobis.* Similiter in Lectionario Luxov. *Quærite autem.* A Ms. Sangerm. 2. abest vox *Dei*, cujus loco Cop. habet, *αὐτοῦ*, *ejus.* Cypr. l. 3. Testim. p. 307. b. *Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus : & omnia ista apponentur vobis :* sic etiam l. de op. & eleem. p. 240. b. & de orat. Dom. p. 210. c. nisi quòd hoc posteriori loco scribit *hæc*, pro *ista.* Hilarius in Ps. 54. col. 111. b. *Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus : & omnia præstabuntur vobis ;* abest *ejus*, à Ms. Reg. Ambros. verò l. 1. de Cain, c. 4. col. 188. f. *Quærite regnum Dei : & ecce omnia præsto sunt vobis :* & l. de exhort. virg. col. 292. d. *& ecce omnia suppetent vobis.* Hieron. ep. 5. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 7. b. *& hæc omnia apponentur vobis.* Similiter apud August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 220. f. g. 222. d. 224. c. *Quærite ergo primùm..... & hæc omnia apponentur vobis :* & l. de op. Monach. to. 6. 475. d. *Quærite autem primùm..... & omnia hæc apponentur vobis :* at ser. 57. to. 5. 337. b. & tract. 122. in Joh. c. 21. to. 3. 811. c. *Quærite primùm regnum, & justitiam Dei : & hæc omnia apponentur vobis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. p. 85. *Quærite regnum Dei, & just. ejus : & hæc omnia apponentur vobis.* Similiter habet S. Paulinus epist. 11. p. 57. c. cum Auct. reg. cleric. ap. Aug. to. 1. 39. b. addito uno *primùm*, post *Quærite.* Juvenc. l. 1. p. 60. d.

*Vos potiùs dignè cælestia quærite regna,*
*Justitiamque Dei : spontanea cætera current.*

℣. 34. Ms. Sangerm. 1. habet : *Ne ergo cogitaveritis de crastinum. Crastinus enim dies ipse pro se cogitabit : sufficit diei*, &c. Claromont. *Nolite ergo cogitare de crastino. Crastinus enim dies ipse cogitavit : sufficit enim diei*, &c. Sangerm. 2. Corb. Maj. Mon. &c. cum Vulgata concinunt ; sicut & Græcum, nisi quòd pro *sibiipsi*, fert τὰ ἑαυτῆς ; at Mss. plures habent ἑαυτῇ, teste Millio ; & quidam addunt γὰρ, verbo *sufficit :* edit. verò Paris. 6. omittit ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς, si eidem Millio fides. Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4. p. 275. a. ait *Deum prohibere de crastino, victuque curari.* Cyprian. l. de orat. Dom. p. 210. b. legit : *Nolite in crastinum cogitare. Crastinus enim ipse cogitabit sibi : sufficit diei malitia sua :* & l. 3. Testim. p. 307. b. *Nolite cogitare in crastinum. Crastinus enim dies ipse cogit.* &c. at Hilarius in Matth. c. 635. f. 636. a. *Nolite ergo solliciti esse de crastino. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse : sufficit diei malitia sua :* & in Ps. 54. col. 111. b. *Nolite solliciti esse de crastino : sufficit enim diei*, &c. Similiter Hieron. ep. ad Amand. to. 4. 160. f. sicut etiam l. 2. cont. Pelag. 518. b. nisi quòd post τὸ *de crastino*, subdit : *Crastinus enim dies sollicitus erit pro se :* deinde, *sufficit diei*, &c. Item ap. Ambros. l. de bono mort. c. 2. col. 391. e. *sufficit diei malitia sua.* Apud S. Paulin. ep. 11. p. 57. c. *Nolite cogitare in crastinum : sufficit enim diei malitia sua.* Apud August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 222. f. g. *Nolite cogitare de crastino. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi : sufficit enim diei malitia sua :* sed in Mss. prope omnibus, *Nolite solliciti esse de crastino :* & l. de op. Monach. to. 6. 476. a. *Nolite ergo solliciti esse in crastinum*, &c. ut in Vulg. at infra 494. f. 495. a. *Nolite ergo cogitare in crastinum :* & l. de mendac. col. 437. b. *Nolite cogitare de crastino :* similiter l. cont. Adim. to. 8. 115. e. subnexis his : *Nam crastinus dies ipse cogitabit sibi.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. b. *Nolite cogitare de crastino. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. p. 85. *Nolite ergo solliciti esse in crastinum :* subinde sic : *Quod est cras, curabit se :* & post pauca : *sufficit enim diei malitia sua.* Apud Juvencum l. 1. p. 60. d.

*Crastina nec vobis curetur copia rerum.*
*Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.*

# CAPUT VII.

### Versio antiqua.

1. NOlite judicare, ut non judicemini.

2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis : & in qua mensura mensi fue-

### Vulgata nova.

1. NOlite judicare, ut non judicemini. *Luc. 6. 37.*

2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini : & in qua mensura mensi fueritis, *Rom. 2. 1. Marc. 4. 24.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Accinunt Mss. Sangerm. Corb. Clarom. &c. Concinunt etiam Ambros. l. de parad. c. 168. d. 173. f. Ambrosiast. p. 124. c. & Gild. castig. in Eccl. ord. p. 718. d. Iren. l. 4. c. 30. p. 268. c. legit : *Nolite judicare, ne judicemini.* Sic etiam Tertul. l. de pat. c. 10. p. 202. a. & de pudic. p. 1000. a. cum Hilario in Matth. col. 636. d. e. Augustinus verò l. 2. de ser. Dom. in m. col. 224. e. 225. e. & de agone Chr. to. 6. 258. b. *Nolite judicare, ne judicetur de vobis.* Similiter habet Optat. l. 7. cont. Donat. p. 103. b. Auctor autem op. imp. in Matth. hom. 17. *Nolite judicare, ut ne judicemini :* & infra 86. *ut non judicemini.* Ita quoque in Græco est. Apud Juvencum l. 1. p. 60.

*Judicium vestrum fugiat damnatio sæva :*
*Nam Dominus vestri juris documenta sequetur.*

℣. 2. Ms. Corb. *In quocunque enim judicio judicaveritis, judicabimini*, &c. ut in Vulg. Sangerm. 1. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis : & in qua..... eadem remetietur vobis.* Claromont. *In quo enim judicio judi-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

remetietur vobis.

3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui : & trabem in oculo tuo non vides ?

4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo : & ecce trabs est in oculo tuo ?

5. Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

6. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.

Inf. 21. 22. 7. Petite, & dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulsate, & aperietur vobis.

Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Joan. 14. 13. Jac. 1. 6. 8. Omnis enim qui petit, accipit : & qui quærit, invenit : & pulsanti aperietur.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

ritis, in eadem remetietur vobis.

3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui : trabem autem in oculo tuo non vides ?

4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo : & ecce trabis in oculo tuo est ?

5. Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

6. Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpant vos.

7. Petite, & dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulsate, & aperietur vobis.

8. Omnis enim qui petit, accipit : & qui quærit, invenit : & pulsanti aperietur.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*caveritis, in eo judicio judicabitur de vobis : & in qua..... eadem remetietur vobis.* Græc. Vulg. favet. Tertul. de pudic. p. 1000. b. legit : *Quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Irenæus l. 4. c. 30. p. 268. c. *In quo enim judicio judicabitis, judicabitur de vobis :* & Cypr. de orat. Dom. p. 211. b. *in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. h. *In quo judicio judicaveritis, & de vobis judicabitur : & in qua mensura mensi fueritis, in eadem remittetur vobis.* Hilarius in Matth. col. 636. d. e. & in Ps. 118. col. 359. b. *Quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Victor Tun. de pœnit. ap. Ambros. col. 602. d. *In quo judicio judicaveritis, in eodem judicabitur de vobis : & in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 224. e. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis,* &c. ut in Vulg. at inf. 225. e. & l. 1. col. 172. b. necnon l. de agone Christ. to. 6. 259. a. *in ea remetietur vobis.* Leo M. epist. 18. *Quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis : & qua mensura..... eadem remetietur vobis.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. p. 86. *In quocunque enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. d. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Auct. l. de promiss. p. 3. col. 184. d. *in qua mensura..... in ea remittetur vobis.* Juvencus l. 1. p. 60. d.

*Qua vos in terris statuetis tempore capti,*
*Hæc eadem vobis genitor servabit in æthra :*
*Mensuram tibi quam ponis, portare necesse est.*

℣. 3. Itidem Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. h. cum Hilario in Matth. col. 637. a. necnon Augustino l. 2. de ser. Dom. in m. col. 226. c. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 17. August. tamen in Ps. 50. to. 4. 465. e. legit *stipulam*, non *festucam.* Vulgatæ consonant Mss. Sangerm. Corb. Clarom. &c. Græc Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου· τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; Ambros. l. 2. de pœnit. c. 433. a. *Festucam in oculo fratris tui vides : trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides ?* & ep. 26. col. 896. d. *Festucam, quæ in oculo est fratris tui, vides : trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides ?* Gelas. 1. tract. 2. Conc. to. 4. 1235. b. *Festucam vides in oculò fratris : & in tuo trabem non vides ?* Juvencus l. 1. p. 60. d.

*Cernis adhærentem festucam in lumine fratris :*
*Nec tamen in proprio tignum consistere sentis ?*

℣. 4. Ms. Claromont. cum textu Colb. concinit. Corb. verò cum Sangerm. 1. habet : *Aut quomodo dices fratri tuo : Sine..... & ecce trabis est in oculo tuo ?* Sangerm. 2. *Aut quomodo dicis fratri tuo : Frater, sine ejiciam festucam..... & ecce trabis est,* &c. Græc. Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ..... καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου; Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 201. h. *Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine ut ejiciam tibi festucam de oculo tuo : & ecce trabes in oculo tuo est ?* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 226. e. *Quomodo enim dicis,* &c. ut in Vulgata, præter unum *trabes*, pro *trabs.* Gildas castig. in Eccl. ord. p. 718. d. *Aut quomodo dicis fratri tuo : Frater, sine ejiciam festucam ex oculo tuo : & ecce trabs in oculo tuo est ?* Similiter habet Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. p. 86. Juvencus l. 1. p. 60. d. antecedentibus addit :

*Atque oculum priùs alterius purgare laboras ?*

℣. 5. Textui consonant Mss. Sangerm. Corb. Clarom. &c. unà cum Græco. Accinunt pariter Lucifer Cal. lib. 2. pro S. Ath. p. 201. h. Ambros. l. 6. Hexa. col. 137. f. & l. 2. de pœnit. col. 433. a. Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. necnon August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 226. e. & in Ps. 54. to. 4. 504. c. nisi quòd hoc ultimo loco habet *sic*, pro *tunc.* Irenæus verò l. 4. c. 30. p. 268. a. legit : *Hypocrita, exime primò trabem de oculo tuo, & tunc perspicies auferre festucam de oculo fratris tui.* Apud Juvencum l. 1. p. 60. d. ita :

*Diripe sed proprio fallax de lumine tignum,*
*Demere tum minimam alterius curabis aristam.*

℣. 6. Ms. Clarom. concordat cum textu Colb. nec refragatur Sangerm. 1. nisi quòd pro *disrumpant*, habet *corrumpant.* Græc. ῥήξωσιν ὑμᾶς, cum cæt. quæ supra. Tertul. l. de bapt. p. 392. b. *Nolite dare sanctum canibus, & porcis projicere margaritas vestras :* & l. 2. ad uxor. c. 5. p. 282. a. *Nolite margarita vestra porcis jactare, ne conculcent ea, & conversi vos quoque evertant :* habet etiam *porcis jactare*, l. de præscript. c. 26. & 41. pp. 335. c. 339. b. Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. a. *Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne fortè inculcent ea pedibus suis, & conversi elidant vos :* similiter ep. ad Demetr. p. 216. b. his exceptis, *ne inculcent eas pedibus,* &c. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 39. b. *Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis marg. vestras ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis, & conversi elidant vos.* Ambros. l. 8. in Luc. col. 1394. f. *Nolite dare sanctum canibus, nec miseritis margaritas porcis, ne fortè conculcent eas pedibus suis :* & in Ps. 118. col. 991. c. *nolite mittere margaritas vestras porcis :* at l. 2. de pœnit. col. 434. f. 435. a. *neque miseritis marg. vestras ante porcos.* Vide etiam to. 2. 305. f. Hilarius in Matth. col. 637. e. 638. a. textui Colb. favet ; sicut August. ad verbum l. 2. de ser. Dom. in m. col. 227. e. 228. b. Item Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. d. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. p. 87. iste tamen infra legit : *margaritas vestras nolite mittere ante porcos.* August. verò l. de conjug. adult. to. 6. 403. d. *neque projeceritis margaritas,* &c. Hilar. quoque in Ps. 118. col. 253. c. ait : *Novimus neque margaritas ante porcos projiciendas esse, neque sanctum canibus dare oportere.* Cassian. collat. 14. c. 17. *Et ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis marg.* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 60. d.

*Ne canibus sanctum dederitis, neve velitis*
*Turpiter immundis jactare monilia porcis,*
*Namque illa in cœno pedibus subjecta jacebunt,*
*Conversique canes (al. sues) vasto vos vulnere rumpent.*

℣. 7. Consonant Mss. Clarom. Sangerm. Corb. &c. & Græcum. Suffragantur pariter Hilar. in Ps. 60. 118. & 125. col. 143. e. 293. f. 407. d. Ambros. l. 1. de Cain c. 6. col. 194. f. & epist. 8. col. 785. c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. & Siricius PP. epist. 10. to. 1. 687. Item August. l. de morib. Eccl. to. 1. 699. b. & ser. 61. to. 5. 351. g. & l. 2. de ser. Dom. in m. col. 229. g. at l. 12. conf. to. 1. 209. d. & epist. 153. to. 2. 529. d. legit : *Petite, & accipietis,* &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. c. *Petite, & dabitur vobis.* Tertul. l. de præscrip. c. 8. p. 332. a. *quærite, & inven.* &c. ut in textu. Aug. tr. 2. & 25. in Joh. to. 3. 301. c. 409. a. *pulsate, & aperietur vobis.* Juvencus l. 1. p. 560. d. nihil habet quod huic versui respondeat, præter ea quæ leguntur infra.

℣. 8. Ms. Claromont. *Omni enim petenti dabitur : & qui quæret, invenit,* &c. ut supra. Sangerm. 1. *Omnis enim qui petit, accepit : & qui quærit, invenit,* &c. Sangerm. 2. *& qui credit, invenit ;* sed aperto mendo pro *quærit :* cæteri Colbertino textui accinunt, & Græco. Concinit pariter August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 229. g. 230. c. & epist. 153. to. 2. 529. d. at serm. 61. to. 5. 351. g. legit : *Omnis enim qui petit, accipit : & quærens, invenit,* &c. Græc. καὶ ὁ ζητῶν, εὑρίσκει. Ambros. l. 1. in Luc. col. 1264.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

9. Aut quis ex vobis homo, à quo petit filius ejus panem, nunquid lapidem porriget ei?

10. Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?

11. Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

12. Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines bona, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ.

13. Intrate per angustam portam: quia lata, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

14. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ

VULGATA NOVA.

9. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?

10. Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?

11. Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

12. Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ. *Tob. 4. 16. Luc. 6. 31.*

13. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. *Luc. 13. 24.*

14. Quàm angusta porta, & arcta via est,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

a. *qui quærit, inveniet: & qui pulsat, aperietur ei.* Juvencus l. 1. p. 60. d. e.

*Poscenti dabitur: quærens inventa tenebit:*
*Pulsantique aditus foribus pandetur apertis.*

℣. 9. Ms. Sangerm. 1. *Aut quid est ex vobis homo, à quo petit filius ejus panem*, &c. Clarom. *Aut quis ex vobis homo, à quo petit filius suus panem, nunquid lap. porrigit ei?* S. Gat. *à quo si petierit;* Maj. Mon. *à quo petit;* Sangerm. 2. *quem si petierit..... nunquid lapidem dabit illi?* Græc. Vulgatæ congruit. Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. *Nunquid filio panem poscenti lapidem tradit?* Cypr. epist. 52. p. 73. a. *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius ejus panem, lapidem porrigat illi?* August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 230. c. d. *Aut quis erit ex vobis homo, quem si petierit filius ejus panem*, &c. ut in textu Colb. at epist. 130. to. 2. 388. d. *Aut quis est ex vobis homo, à quo filius suus panem petit, nunquid lapidem porrigit ei?* item serm. 61. to. 5. 351. g. *Aut quis est ex vobis homo, à quo petit filius ejus panem*, &c. ut in textu. Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. p. 90. *Quis vestrûm habens filium, & si petat ab eo panem, nunquid lapidem porriget ei?* Juvencus l. 1. p. 60. e.

*Vos homines, natis panem poscentibus, omnes*
*Num lapidem dabitis; piscemve petentibus, anguem?*

℣. 10. Mss. Corb. & Clarom. *Aut si piscem petit, nunquid serp. porrigit ei?* Sangerm. 1. *Aut si piscem petit, nunquid serp. porriget ei?* Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. cum textu Colb. concinunt, & Græco. Sic etiam August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 230. d. & serm. 61. to. 5. 351. g. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 17. p. 90. at idem August. epist. 130. to. 2. 388. d. *Aut si piscem petit, nunquid serpentem porrigit illi?* Cypr. ep. 52. p. 73. a. legit: *Aut si piscem postulaverit, serpentem illi porrigat?*

℣. 11. Sic habent Mss. Clarom. Sangerm. 1. S. Gat. &c. cum Græco; soli Corb. & Sangerm. 2. delent *data*. Cyprianus ep. 52. p. 73. a. legit: *Si ergo vos, cùm sitis nequam, scitis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester cœlestis dabit bona poscentibus eum?* Hilarius quoque in Matth. col. 638. b. ait: *Cùm nos filiis piscem, panemve poscentibus, non serpentem simus, aut lapidem reddituri: quantò magis nobis optimus..... pater Deus orantibus..... munera largietur?* Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 541. b. *Si vos, cùm sitis mali, scitis bona dare filiis vestris*, &c. ut in Vulgata. August. verò epist. 153. to. 2. 529. d. & l. 2. de ser. Dom. in m. col. 230. d. & ser. 61. & 105. col. 352. a. 543. d. textui nostro congruit ad verbum. Item Ambros. l. de Spir. S. to. 2. 614. b. at in Ps. 118. to. 1. col. 1084. a. legit: *& pater vester, qui bonus est, dabit bona data petentibus se.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 17. p. 90. *Si vos, cùm sitis mali, scitis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester, qui in cœlis est, dabit spiritum bonum petentibus se.* Hoc autem, *spiritum bonum*, sumpsisse videtur ex Luc. 11. ℣. 13. Apud Juvencum l. 1. p. 60. e.

*Vos inquam rigidi, quibus altè est insita cordi*
*Durities, vestris dabitis dona optima* (al. *semper bona*) *natis:*
*Indulgens hominum genitor, bona mitia dignè*
*Quàm præstare magis gaudet poscentibus æquis?*

℣. 12. Ms. Sangerm. 1. *Omnia ergo quæcunque vultis bona ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis*, &c. Sangerm. 2. *ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite eis*, &c. Claromont. *Omnia ergo quæcunque volueritis bona vobis fieri ab hominibus, similiter & vos illis facite*, &c. Græc. Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς, &c. ab uno Ms. abest οὕτω, teste Millio. Cypr. de orat. Dom. p. 213. b. *Quæcunque volueritis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 296. c. fortè ex Luc. 6. 31. *Quæ vultis vobis faciant homines, hæc eadem & vos eis facite similiter.* August. verò l. 2. de serm. Dom. in m. col. 230. f. 231. d. legit: *Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis*, &c. quæ supra: tum addit: *In exemplaribus Græcis sic invenimus:* Omnia ergo quæc. vultis ut faciant vobis homines, ita & vos, *&c. sed ad manifestationem sententiæ puto à Latinis additum*, *bona:* & infra: *Quòd si deest exemplaribus Græcis* (bona,) *etiam illa emendanda sunt: sed quis hoc audeat? Intelligendum est ergo plenam esse sententiam, & omnino perfectam, etiamsi hoc verbum non addatur:* rursum l. 14. de civit. Dei, c. 8. to. 7. 356. f. ait: *Nonnulli Interpretes addiderunt* bona, *& ita interpretati sunt:* Quæcunque vultis ut faciant vobis homines bona..... *sed in Græco Evangelio, unde in Latinum translatum est, non legitur* bona, *sed: Quæcunque vultis ut fac. vob. homines, hæc & vos facite illis:* inf. 357. b. *eadem & vos facite illis.* Similiter apud Siricium PP. ep. 10. to. 1. 698. a. *Quæ enim vultis ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis.* Hilarius verò in Matth. col. 638. c. vocem *bona* legisse videtur, cùm dicat: *Consummavit omnia bonitatis exemplo..... in eo legis & Prophetarum mandata constituens, ut universorum in nos bonitatem optantes, ipsi omnibus boni simus.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. p. 90. omnia ut in Vulgata. Apud Juvencum autem l. 1. p. 60. e. ut in textu Colb.

*Quæ cupitis vobis hominum benefacta venire,*
*Hæc eadem cunctis vestro præstate favore.*
*Hæc legis summa est, hoc jus dixere Prophetæ.*

℣. 13. Mss. Corb. & Sangerm. 2. *Intrate per..... quia lata porta, & spatiosa via, quæ*, &c. Ita quoque est in Græco. In Ms. Sangerm. 1. *& spatiosa est via, quæ*, &c. In Claromont. verò: *Intrate per..... quàm lata, & spatiosa est via, quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui per illam intrant!* Item apud Cypr. l. 3. Testim. p. 306. b. *quàm lata, & spatiosa via est, quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui intrant per eam!* Sic etiam habet Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. a. & l. de mor. pro Dei fil. p. 248. vel. 250. h. Apud Hilarium in Matth. col. 638. c. *Intrate per angust. portam: quàm lata, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem!* & infra: *hanc plures obtinent, illam pauci inveniunt.* Ap. Hieronymum verò in Ezech. 32. to. 3. 931. b. *lata enim, & spatiosa via est, quæ ducit ad mortem, & multi ingrediuntur per eam.* Ap. Ambrosium, l. 4. in Luc. col. 1344. c. *lata, & spatiosa* (via) *quæ ducit ad mortem.* Ap. Gaud. Brix. præf. ad Benevol. p. 943. d. *quia lata, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem*, &c. ut in Vulg. Apud Arnob. de Deo trino, p. 213. c. *lata enim, & spatiosa via est, quæ ducit ad mortem*, &c. August. verò l. de unit. Eccl. to. 9. 362. g. legit: *Intrate per ang. portam: quàm lata, & spat. via est, quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui pergunt per illam!* similiter in Ps. 43. col. 377. c. præter unum *ambulant*, pro *pergunt:* at l. 2. de serm. Dom. in m. col. 232. a. *Introite per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui introeunt per eam:* sed Mss. omnes, excepto uno, ibid. ferunt *quàm lata*, non *quia*. Item apud Fulgent. l. 2. de rem. pecc. p. 387. *Intrate per angustam portam: quàm lata porta, & spatiosa via, quæ ducit ad perdit. & multi sunt qui intrant per ipsam!* Apud Juvencum, l. 1. p. 60. e.

*Ite per angustam justi super æthera portam:*
*Quàm lata, & spatiosa via est, quæ limite lævo,*
*Præruptum convolvit iter caligine mortis,*
*Innumeræque illam penetrant per prona catervæ!*

℣. 14. Mss. Corb. & Sangerm. 2. *Quàm ang. porta, & arcta via, quæ*, &c. Sangerm. 1. *Quàm angusta est porta*,

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui inveniunt eam !

*Luc. 6. 44.* 15. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces :

16. à fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus ?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere : neque arbor mala bonos fructus facere :

*Sup. 3. 10.* 19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

**VERSIO ANTIQUA.**

ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui inveniunt eam ! *Ex Mſ. Colbert.*

15. Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, abintus autem ſunt lupi rapaces :

16. ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus ?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non poteſt arbor bona malos fructus facere : neque arbor mala bonos fructus facere :

19. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& arcta via, quæ*, &c. Claromont. *Quàm anguſta eſt via, & difficilis, quæ ducit*, &c. Græcum : Ὅτι ϛενὴ ἡ πύλη, ϗ τεθλιμμένη ὁδὸς, ἡ, &c. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. legit : *Quàm arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui eam inveniunt !* Hilar. in Pſ. 147. col. 583. d. *Vitæ via*, inquit, *anguſta, & tribulata eſt.* Ambroſ. l. 4. in Luc. col. 1344. c. *Arcta, & anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam :* & epiſt. 28. col. 903. f. *Anguſta porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui inveniunt eam.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. b. *Quàm arcta via, & anguſta eſt, quæ ducit ad*, &c. ut ſupra. Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 232. b. *Quàm anguſta eſt porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui eam inveniunt !* at in Pſ. 43. to. 4. 377. c. *Quàm arcta, & anguſta via eſt, quæ..... & pauci ſunt, qui ambulant per illam !* & l. de unit. Eccl. to. 9. 362. g. *Quàm anguſta porta, & arcta via, quæ ducit ad..... & pauci ſunt, qui ingrediuntur per illam !* & epiſt. 93. to. 2. 243. d. *Anguſta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui ambulant in ea.* Gaud. Brix. ſerm. 18. p. 971. g. *Quoniam verò arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam.* ſed præf. ad Benevol. p. 943. d. *Quàm anguſta eſt porta, & arcta eſt via, quæ*, &c. ut in textu. Leo M. ſerm. 24. & 44. pp. 77. f. 110. a. *Anguſta, & ardua via eſt, quæ ducit ad vitam.* Fulg. l. 2. de rem. pecc. p. 387. *Quam anguſta porta, & arcta via, quæ*, &c. Arnob. de Deo trino, p. 213. c. *Anguſta enim porta eſt, quæ ducit ad vitam : & pauci ſunt, qui intrant per eam.* Juvencus l. 1. p. 60. e. eadem ſic reddit :

*Vitalis vaſtis ſtipatur ſemita ſaxis :*
*Celſaque vix paucos ducet per ſcrupea virtus.*

Tum addit :

*At ſi quos nimium fallax, illexque malorum*
*Planities ſuaſit, deformi lubrica lapſu,*
*Arripit hos, pronoſque trahit, velut impetus amnis,*
*Aut alacer ſonipes ruptis effrenus habenis,*
*Aut rectoris egens ventoſa per æquora puppis.*

At horum veſtigium nullibi aliàs reperimus ; ut vero ſimile omnino ſit Juvencum in argumenti tractatione liberiùs excurriſſe.

℣. 15. Mſ. Sangerm. 1. cum textu Colb. concinit, niſi quòd habet *intus*, pro *abintus*. Claromont. *Attendite vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, abintus autem*, &c. Græc. Vulgatæ favet, ſi id excipias primum, Προσέχετε δὲ, *Attendite autem ;* deeſt tamen δὲ, in Pariſ. 1. 8. teſte Millio. Tertul. l. de præſcript. c. 4. p. 331. a. notat dixiſſe Dominum, *multos eſſe venturos ſub pellibus ovium rapaces lupos.* Lucif. Cal. l. 2 pro S. Ath. col. 202. a. pariter legit : *Attendite vobis à falſis proph. qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, intrinſecus autem*, &c. ut ſup. Ita quoque Ambr. l. 6. Hex. col. 127. c. 132. c. & l. 10. in Luc. col. 1422. e. & l. de Spir. S. excepto uno *intus*, pro *intrinſecus.* Hilarius in Matth. col. 638. e. *Attendite à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium :* ſimiliter l. cont. Conſtant. col. 1245. a. ſubditque, *abintus autem ſunt lupi rapaces ;* al. *intrinſecus*, al. *intus.* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 232. d. *Cavete à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, intrinſecus autem*, &c. vide etiam l. cont. mendac. to. 6. 454. f. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. e. *Attendite vobis à falſis proph. qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem*, &c. Gaud. Brix. ſer. 5. p. 950. h. *qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, abintus autem*, &c. Siricius PP. epiſt. 6. to. 1. 665. *multi venient ad vos in veſtimentis ovium, intus autem*, &c. Leo M. ſer. 15. p. 64. a. *veniunt enim ſub veſtitu ovium, intus autem ſunt*, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 18. vel 19. concordat cum Vulgata : infra tamen legit *abintus ;* & poſt plura p. 91. *Attendite vobis à*, &c. Juvencus l. 1. p. 60. f.

*Obſervate illos, falſo qui nomine vobis*
*Inſidias faciunt, appellanturque prophetæ :*
*Hos ovium ſpecies veſtit, ſed ſæva luporum*
*Pectora fraude tegunt, lacerantque incauta trahentes*
*Agmina credentum, ſævus quos decipit error.*

℣. 16. Mſſ. Sangerm. 1. Corb. Clarom. &c. *à fructibus eorum*, &c. ut in textu. Sangerm. 2. *ex fructibus eorum*, &c. Græc. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν paulòque poſt, ϛαφυλὴν, pro *uvas.* Item Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. a. b. legit : *ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uvam, aut de tribulis ficus ?* Hilarius l. cont. Conſtant. col. 1245. a. *à fructibus eorum cognoſcetis eos :* vide etiam in Matth. col. 638. f. Ambroſius l. 10. in Luc. 1422. e. *ex fructibus eorum cogn. eos :* & l. de Tob. c. 14. col. 608. a. *Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus ?* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 232. d. *à fructibus eorum*, &c. ut in textu Colb. at in Joh. 10. col. 604. g. legit ſingulariter : *Nunquid collig. de ſpinis uvam, aut de tribulis ficum ?* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 331. f. ut in textu Colb. *uvas..... ficus.* Item apud Gildam Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. d. cum hoc, *à fructibus*, &c. Apud Auctorem op. imp. in Matth. hom. 19. p. 92. *ex fructibus eorum*, &c. ut in textu. Ap. Juvencum, l. 1. p. 60. f.

*Fructibus è propriis noſcuntur talia monſtra ;*
*Quemque petat finem fallax doctrina, videndum eſt.*
*Quapropter rerum molitio perſpiciatur :*
*Nam neque de tribulis ficus, de* (al. *nec* ) *ſentibus uvas*
*Proveniſſe unquam ruris per terga notaſtis.*

℣. 17. Mſ. Sangerm. 1. *Sic omnis bona arbor bonos fructos facit : mala autem arbor malos fructos facit.* Sangerm. 2. *Sicut omnis arbor*, &c. ut in textu Colbertino. Corb. Clarom. &c. *Sic omnis*, &c. ut ſupra. Græc. Οὕτω πᾶν, &c. Tertul. de præſcript. c. 51. p. 342. c. *Omnis arbor bona bonos fructus facit : mala autem malos.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. b. cum textu noſtro concinit. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1083. f. & l. 18. in Luc. col. 1487. f. & l. 1. de pœnit. col. 422. b. & l. de Spir. S. 615. a. Item Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 232. d. cum Arnobio, annot. in Evang. p. 331. f. Gildas verò, caſtig. in Eccl. ord. p. 718. d. cum Tertul. ſupra : *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, & mala malos.* Juvencus l. 1. p. 60. f.

*Utque arbor proprio veſtitur germine pomi,*
*Sic dolus illorum, fructu monſtrante, pateſcit.*

℣. 18. Mſ. Sangerm. 1. & Clarom. ſcribunt *fructos ;* alii *fructus*, &c. ut in textu ; cui etiam Græcum conſonat. Accinunt Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. 202. b. Hilar. in Pſ. 1. n. 10. col. 21. & Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. 232. e. f. ac l. cont. Adim. to. 8. 147. d. Item Tertul. l. 1. cont. Marc. p. 619. c. ait, *quòd neque bona malos, neque mala bonos proferat fructus :* & l. cont. Hermog. p. 414. b. *Certè nec bona arbor fructus malos edit..... nec mala arbor bonos.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 303. f. *Non poteſt arbor bona fructus afferre malos : neque arbor mala fructus afferre bonos.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 19. p. 93. *Non poteſt arbor bona fructus malos facere : & non poteſt arbor mala facere bonum fructum.* Juvencus l. 1. p. 60. f. hunc verſum non reddit cum duobus ſeqq.

℣. 19. Mſſ. Sangerm. 1. & Clarom. concordant cum textu Colb. In Germ. 2. *Omnis autem arbor*, &c. In Corb. *Omnis arbor..... excidetur, & in ignem mittitur.* In Græco : Πᾶν δένδρον..... ἐκκόπτεται, ϗ εἰς πῦρ βάλλεται. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. omnia ut in Vulg. Sic etiam apud Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in m. col. 232. e. præter hoc, *Omnis enim arbor.* Apud Ambroſ. in Pſ. 38. col. 844. a. *Omnis enim arbor non faciens fructum, excidetur, & in ignem mittetur.*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.
21. Non omnis, qui mihi dicet, Domine, Do-
mine, intrabit in regnum cœlorum : ſed qui facit
voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe in-
trabit in regnum cœlorum.
22. Multi mihi dicent in illa die : Domine, Do-
mine, nonne in tuo nomine prophetavimus, &
in tuo nomine dæmonia ejecimus, & in tuo no-
mine virtutes multas fecimus ?
23. Et tunc dicam illis : Quia non vos novi :
diſcedite à me operarii iniquitatis.
24. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, &

### VULGATA NOVA.

20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.
21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Do- *Inf.* 25.
mine, intrabit in regnum cœlorum : ſed qui facit 11.
voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe in- *Luc.* 6.
trabit in regnum cœlorum. 46.
22. Multi dicent mihi in illa die : Domine,
Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus,
& in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in no- *Act.* 19.
mine tuo virtutes multas fecimus ? 13.
23. Et tunc confitebor illis : Quia nunquam
novi vos : diſcedite à me, qui operamini iniquita- *Pſal.* 6.
tem. 9.
24. Omnis ergo, qui audivit verba mea hæc, *Inf.* 25.
41.

*Luc.* 13. 27. *Luc.* 6. 48. *Rom.* 2. 13. *Jac.* 1. 22.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Mſ. Sangerm. 1. cum Clarom. *Itaque ex fructibus eorum*, &c. Corb. ſimpliciter, *Ex fructibus eorum*, &c. Græc. Ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν, &c. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. b. *Ex fructibus enim eorum cognoſcetis eos.* Apud Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 232. f. ut in textu Colb. Hilarius quoque in Matth. col. 638. f. ait *omnes cognoſcendos eſſe de fructibus.*

℣. 21. Mſ. Sangerm. 1. *Non omnis, qui dicit mihi..... introibit in regnum cælorum : ſed hi, qui faciunt voluntat..... ipſi intrabunt in regnum cælorum.* Clarom. *Non omnis, qui dicit..... intrabit in regno cælorum : ſed qui facit voluntat. Patris mei, qui in cælis eſt ;* nec addit alia. Ita quoque in Græco, nec plura. Mſs. verò Sangerm. 2. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ conſonant : ſicut Hilarius l. cont. Conſtant. col. 1244. a. & Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. d. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. Hilarius tamen ubi ſup. legit, *hic intrabit*, non *ipſe*. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 311. b. *Non omnis, qui mihi dicit, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum : ſed is, qui facit voluntat. P. mei, qui in cælis eſt, ipſe introibit in*, &c. at epiſt. 73. p. 134. b. hab. *intrabit.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. b. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 19. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum : ſed qui facit volunt. Patris mei.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1126. f. & l. 1. de fide to. 2. 446. c. *Non quicunque dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum :* & in eund. Pſ. col. 991. d. *Non enim quicunque dixerit, Domine, Domine, ipſe intrabit in regnum cælorum : ſed qui voluntatem Dei fecerit :* & l. 1. offic. col. 34. a. *Non enim qui dixerit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum : ſed qui fecerit ea quæ dico :* at l. 3. de Spir. S. col. 692. d. *Non omnes, qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum.* Similiter habet Tichon. reg. 6. p. 63. e. excepto uno *introibunt*, pro *intrabunt.* Auctor l. de dupl. mart. p. 589. *Non omnis, qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum : ſed qui facit voluntatem Patris cæleſtis.* Auguſtinus l. 2. de ſerm. Dom. in m. col. 234. d. f. *Non omnis, qui dicit mihi..... ſed is, qui facit volunt.* &c. ut in textu Colb. vide etiam l. de catechiſ. rud. to. 6. 293. a. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 45. p. 192. a. *Non omnes, qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum : ſed qui faciunt voluntatem Patris mei.* Juvencus l. 1. p. 60. f.

*Non ergo palpantum verbis & honore movebor,*
*Nec me quod Dominum perblanda adulatio dicit,*
*Præmia cæleſtis capiet ſpontanea ſedis :*
*Olli ſed merito gaudebunt munere regni,*
*Qui faciunt noſtri Genitoris juſſa volentes.*

℣. 22. Textui Colb. conſonat Claromont. nec diſſentiunt Corb. Sangerm. 2. S. Gat. &c. à Sangerm. verò 1. abeſt hoc, *& in nomine tuo dæmonia ejecimus ;* ſicut ab uno Græco, ſi Millio fides. In aliis Græcis omnia ut in textu Colb. Apud Cypr. l. de unit. Eccl. p. 199. b. *Multi mihi dicent in illo die : Domine, Dom. nonne in tuo nom. prophet. & in tuo nom. dæmonia excluſimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus ?* ſimiliter l. 3. Teſtim. p. 314. b. Auct. etiam l. de rebapt. ap. Cypr. p. 358. b. habet : *virtutes magnas fecimus :* ſupra verò, *dæmonia ejecimus.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1235. c. *Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus ?* Ambroſiaſt. *Multi mihi dicent... Dom. Domine, nonne in nomine tuo prophet. & in nomine tuo dæm. ejecimus, & virtutes multas fecimus ?* Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. 157. e. *Nonne in nomine tuo comedimus, & bibimus, & virtutes multas fecimus, & dæmonia ejecimus ?* Similiter apud Auguſt. l. de catech. rud. to. 6. 293. b. *Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, in nomine tuo manducavimus, & bibimus :* & in Pſ. 100. to. 4. 1086. g. *In illa die multi venturi ſunt, & dicent : Dom. Domine, in nomine tuo dæmonia ejecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo manducavimus, & bibimus :* at l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 235. b. nil diſcrepat à Vulg. rurſum l. 2. cont. adverſ. legis to. 8. 589. d. legit : *Multi mihi dicent..... Domine, in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo prophetavimus*, &c. quod autem ſupra adjecit cum Hieronymo, *manducavimus, & bibimus*, ſumptum videtur ex Lucæ 13. 26. Auctor l. ad Novat. p. 437. ait : *Quo tempore multi incipient dicere : Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia excluſimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus ?* Oroſius cont. Pelag. p. 452. b. *Multi enim dicent in illa die : Dom. Dom. nonne in nomine tuo prophet. & in nom. tuo virtutes magnas fecimus ?* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. cum Vulgata concinit. Huic etiam favet Hilarius in Matth. col. 639. a. b. necnon Auct. op. imp. in Matth. hom. 19. p. 94. at inf. hom. 46. p. 197. e. legit : *Domine, Domine, nos in nomine tuo dæmonia ejecimus :* & poſt paulò : *nos in nomine tuo docuimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus :* & hom. 29. p. 123. b. *Multi dicent mihi in illa die : Domine, nos in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus.* Juvencus l. 1. p. 60. f.

*Adveniet mox ſumma dies, quæ jure ſevero*
*Præmia juſtitiæ tribuet, ſcelerique gehennam.*
*Tum mihi multorum clamabit talia fletus :*
*Nonne tuo quondam nobis ſub nomine virtus*
*Exſtitit, & noſtris parebant omnia juſſis ?*
*Sæpe etiam noſtra eſt vox annumerata prophetis,*
*Servivitque tuo nobis ſub nomine dæmon.*

℣. 23. Mſ. Clarom. textui Colb. conſonat ad verbum. S. Germ. 1. quoque habet : *Et tunc dicam illis : Quia non novi vos ;* reliqua verò ut in Vulg. Mſ. Maj. Mon. *Et tunc jurabo illis*, &c. ut in Vulg. at Græcum eidem Vulg. accinit ad verbum. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 199. b. legit : *Et tunc dicam illis : Nunquam vos cognovi : recedite à me, qui operamini iniquitatem :* ſimiliter l. 3. Teſtim. p. 314. b. præter unum *novi.* Auctor l. de aleatorib. ap. Cypr. p. 495. *Recedite à me omnes, qui operamini injuſtitiam : nunquam vos cognitos habui.* Auctor l. de rebaptiz. ibid. 358. b. *Quia nunquam cognovi vos : diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.* Hilarius l. 9. de Trin. col. 1027. a. *Et tunc jurabo : Quia non novi vos : diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Ambroſius in Pſ. 118. col. 1164. f. 1165. a. 1235. c. *diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem :* ſimiliter in Pſ. 36. col. 791. e. hoc addito, *neſcio vos.* Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 152. a. *Diſcedite à me, non novi vos, qui operamini iniquitatem.* Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 235. c. *Et tunc dicam illis : Nunquam vos cognovi : recedite à me, qui operamini iniquitatem :* & in Pſ. 34. to. 4. 238. f. *Non novi vos : recedite à me, qui operamini iniquitatem :* & in Pſ. 100. col. 1087. a. *Et dicam illis : Diſcedite à me operarii iniquitatis : non novi vos :* & l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 589. d. *Et tunc dicam illis : Recedite à me : quoniam nunquam vos ſcivi, quia operati eſtis iniquitatem.* Oroſ. cont. Pelag. p. 452. b. *At tunc ego jurabo illis, & dicam : Non novi vos : diſced. à me operarii iniquitatis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 19. & 29. pp. 97. 123. b. *Tunc jurabo illis : Quia neſcio qui eſtis :* rurſus p. 97. *Non dicit illis : Diſcedite à me, qui operati eſtis iniquit. ſed, qui operamini.* Auctor tamen l. ad Novat. p. 437. legit : *Diſcedite à me omnes, qui operati eſtis iniquitatem : non novi vos.* Item Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 31. p. 159. b. & dimid. temp. c. 5. p. 192. b. *Non novi vos : diſcedite à me omnes, qui operati eſtis iniquitatem.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. *Et tunc dicam illis : Nunquam novi vos : diſcedite à me operarii iniquitatis.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 319. b. fortè ex Luc. 13. 27. *Diſcedite à me : quia nunquam cogn. vos, operarii iniquitatis.* Juvenc. l. 1. p. 60. f.

*Tunc jurabo illis, quòd talis cognita nunquam*
*Vita mihi eſt hominum, geſtis quæ ſordet iniquis.*

℣. 24. Mſ. Sangerm. 1. *Omnis ergo, qui audit verba*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram,

25. & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit : fundata enim erat super petram.

26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam :

27. & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

28. Et factum est : cùm consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus.

VERSIO ANTIQUA.

facit ea, similis est viro sapienti, qui ædificavit domum suam super petram : *Ex Ms. Colbert.*

25. descendit pluvia, flaverunt venti, advenerunt flumina, & impegerunt in domum illam, & non cecidit : fundata enim erat super petram.

26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam :

27. descendit pluvia, flaverunt venti, advenerunt flumina, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina ejus magna.

28. Et factum est : cùm consummaret Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mea, & facit ea, similis est viro sapienti*, &c. ut supra. Claromont. *Omnis ergo..... mea hæc, & facit ea, similem æstimabo eum viro prudenti, qui*, &c. Græc. Πᾶς οὖν ὅςις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, &c. sed versio Goth. omittit τούτους; & in pluribus Mss. est, ὁμοιωθήσεται. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 194. b. & l. 3. Testim. p. 327. a. legit : *Omnis, qui audit verba mea, & facit ea, similabo eum viro sapienti, qui ædificavit*, &c. ut supra. Similiter Epiphan. comment. in Cantic. Cant. c. 8. ℣. 7. addito *enim*, post *Omnis;* positoque *assimilabitur*, pro *similabo eum*. Lucifer. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 202. c. *Omnis, qui audit hos sermones meos, & facit illos, similem æstimabo illum viro prudenti*, &c. Hilarius in Matth. col. 639. c. *Omnis ergo, qui audit verba mea, & facit, similem eum æstimabo viro sapienti, qui ædif.* &c. Ambros. l. 1. de Cain, c. 6. col. 194. f. *Omnis ergo, qui audit omnia verba mea hæc, & facit ea, similis est viro sapienti :* & in Ps. 118. col. 1093. f. *Omnis, qui audierit mea verba hæc, & fecerit ea, similis erit viro sapienti.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. col. 165. b. *Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro sapienti, qui ædificavit*, &c. at l. 2. col. 236. b. habet, *similis est viro sapienti*, &c. epist. verò 127. to. 2. 376. b. *similabo eum viro prudenti*, &c. itidem in Joh. 1. col. 347. f. sed addit, *ædificanti super petram :* & inf. in Joh. 14. col. 687. e. *similabo eum viro prudenti, qui ædificat domum suam supra petram.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 20. *Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti*, &c. at infra, *similabo eum viro sap.* deinde : *Non dixit, æstimabo eum virum sapientem ; sed, similabo eum viro sapienti.* Sic etiam apud Arnob. annot. in Evang. p. 331. f. *Omnis, qui audit verba mea hæc..... similabo eum viro sap.* &c. Apud Juvencum l. 1. p. 60. g.

*Quisque meis monitis auresque & facta dicabit,*
*Hunc æquabo viro solidis fundamina saxis*
*Ponenti, librata super quæ mœnia surgent.*

℣. 25. Ms. Sangerm. 1. *descendit pluvia, flaverunt venti, advenerunt flumina, & offenderunt in domum illam*, &c. ut supra. Similiter habet Claromont. excepto uno *venerunt*, pro *advenerunt*. Sangerm. 2. *& descendit pluvia, & veniunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit : fundamenta enim erant super terram.* Mss. S. Gat. & Maj. Mon. *& impugerunt in domum illam*, &c. ut in Vulg. cui etiam Græcum favet. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 194. b. & l. 3. Testim. p. 327. a. *descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit : fundata enim fuit super petram.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. c. *descendit pluvia, & venerunt flumina, flaverunt venti, impegerunt in domum illam, & non cecidit*, &c. ut in Vulg. His pariter alludit Hilar. in Ps. 128. col. 434. b. dicens : *Firma sunt quæ fundamentis fidelibus supra petram jacta, fluviis, ventis, inundationibus non moventur :* & in Matth. col. 639. f. *moveri non possint, vel pluviis, vel fluminibus, vel vento*, &c. Hieron. in Isai. 64. col. 475. d. *venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non potuerunt subvertere eam : quia super petram stabili erat mole fundata.* August. l. 1. & 2. de ser. Dom. in m. col. 165. b. 236. b. *descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & offenderunt in domum illam*, &c. ut in textu Colb. similiter epist. 127. to. 2. p. 376. b. & in Joh. 1. col.. 347. f. g. excepto uno *impegerunt*, pro *offenderunt*. Arnob. Afer annot. in Evang. p. 331. g. *descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam..... fundata enim fuit*, &c. Auctor l. de XLII. mans. apud Ambros. col. 18. c. *descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & non cecidit.* Epiphan. in Cantic. Cant. cap. 8. ℣. 7. *descenderunt pluviæ, venerunt venti, & percusserunt domum illam, & non cecidit : fundata enim erat super petram :* sup. verò in cap. 2. ℣. 11. *venerunt flumina, & percusserunt..... & non corruit : fundata enim*, &c. Juvencus l. 1. p. 60. g.

*Illa domus pluviis, ventisque illæsa manebit,*
*Torrentumque minas firmato robore vincet :*
*Hærent immotæ quoniam fundamina petræ.*

℣. 26. Ms. Claromont. cum textu Colb. concinit. Item Sangerm. 1. nisi quòd ultimo habet, *super arenam maris.* Sangerm. 2. *& non faciet ea, similis erit*, &c. ut in textu Colb. Græc. Καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅςις, &c. ut in Vulg. Cyprianus l. 3. Testim. p. 327. a. legit : *Et omnis, qui audit verba mea, & non facit ea, similabo eum viro stulto*, &c. ut supra. Similiter habet Arnob. Afer annot. in Evang. p. 331. g. Lucifer verò Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. c. *Et omnis, qui audit sermones meos, nec illos facit, similem æstimabo eum homini stulto, qui*, &c. August. ep. 127. to. 2. 376. b. *Qui autem audit verba mea hæc..... similabo eum viro stulto*, &c. & l. 1. de ser. Dom. in m. col. 165. b. *Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non..... similabo eum viro stulto, qui ædificavit*, &c. at l. 2. col. 236. d. *similis erit viro stulto, qui ædificat domum super arenam :* & in Joh. 1. col. 347. g. post hoc ult. ℣. præced. *super petram*, proximè addit : *Qui audit verba mea, & non..... similabo eum viro stulto, qui ædificavit*, &c. Itidem Auctor l. ad Novat. p. 436. Gildas autem Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. f. *assimilabitur viro stulto*, &c. Vide etiam Hilar. in Matth. col. 640. a. Apud Juvencum l. 1. p. 60. g. ita :

*Qui verò auditu tantùm mea jussa tenebit,*
*Diversisque procul factis per lubrica perget,*
*Hunc similem faciam volucri, qui fulcit arenâ*
*Fundamenta domus.*

℣. 27. Similiter habet Ms. Sangerm. 1. præter unum *offenderunt*, pro *impegerunt*. Sic etiam in Claromont. his insuper mutatis, *venerunt flumina, flaverunt venti.* Itidem apud August. l. 1. & 2. de ser. Dom. in m. col. 165. b. 236. d. at epist. 127. col. 376. b. & in Joh. 1. col. 347. g. hab. *impegerunt*, non *offenderunt*. Similiter apud Cypr. l. 3. Testim. p. 327. a. *descendit pluvia, venerunt flum. flaverunt venti, & impegerunt..... & facta est ruina*, &c. Lucifer autem Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 202. c: legit : *descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, inliserunt domui illi, & cecidit, & facta est ruina ejus magna.* Auctor l. ad Novat. p. 436. *venerunt tempestates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est*, &c. Arnobius Afr. annot. in Evang. c. 11. p. 331. g. *descendit pluvia, flaverunt venti, impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina ejus magna.* Gildas castig. in Eccl. ord. p. 720. f. *venerunt flum. flaverunt venti, & impegerunt..... & fuit ruina ejus magna.* Auct. op. imp. in Matt. hom. 20. p. 99. *& erit ruina ejus magna.* Vide etiam Hilarium in Ps. 128. col. 434. b. & in Matth. col. 640. a. Græcè : καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 60. g. ita :

*..... cui mox ut flamina venti,*
*Et pluvia effusis cœpere incumbere rivis,*
*Omnis subverso procumbit pondere moles,*
*Insequiturque gravis tectorum strage ruina.*

℣. 28. Ms. Sangerm. 1. cum Corb. & Clarom. *Et factum est : cùm consummasset..... admirab. turbæ supra doctrinam ejus.* Græc. Vulgatæ suffragatur. Ipsi pariter accinunt August. l. 2. de ser. Dom. in m. col. 236. d. & Auctor



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

VULGATA NOVA.

29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi. Marc. 1. 22. Luc. 4. 32.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

op. imp. in Matth. hom. 20. p. 99. Hilarius verò in Matth. col. 640. a. habet: *Conſummatis igitur omnibus, turbæ mirabantur doctrinam ejus.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 706. c. *adhuc in vigore obſtupeſcebant in doctrina ejus.* Juvencus l. 1. p. 60. g.

*Talia dicentem magna admiratio plebis*
*Immensùm ſtupuit.....*

℣. 29. Mſ. Sangerm. 1. *Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut..... & Phariſæi:* Corb. *aut Phariſæi:* Sangerm. 2. *& Phariſæorum:* à Græco abeſt τὸ ult. *eorum, & Phariſæi.* In Mſs. tamen Colb. 8. & Vel. additur, Γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ſed reclamantibus aliis. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 706. c. *Erat enim docens tanquam virtutem habens.* Apud Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. col. 236. d. *Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, non quaſi Scribæ eorum;* nec plura in omnibus Aug. Mſs. Hilarius verò in Matth. col. 640. b. antecedentibus addit: *Quia ſe non Scribarum & Phariſæorum more docuiſſet: in verborum enim virtutibus effectus poteſtatum metiebantur.* Hieron. ep. ad Princip. col. 685. a. *in poteſtate habebat ſermonem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 20. *Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens.* Juvencus l. 1. p. 60. h.

*.....quoniam tranſcenderet altè*
*Doctrinam veterum Chriſto conceſſa poteſtas.*

---

# CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET deſcendente eo de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ:
2. & ecce leproſus quidam veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare.
3. Et extendens manum Jeſus, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus.
4. Et ait illi Jeſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offeres munus tuum, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.
5. Poſt hæc autem cùm introiſſet Jeſus Capharnaum, acceſſit ad eum quidam Centurio, rogans eum,
6. & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.
7. Et ait illi Jeſus: Ego veniens, curabo illum.

VULGATA NOVA.

1. CUm autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ:
2. & ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Marc. 1. 40. Luc. 5. 12.
3. Et extendens Jeſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra ejus.
4. Et ait illi Jeſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. Levit. 14. 2.
5. Cùm autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, Luc. 7. 1.
6. & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.
7. Et ait illi Jeſus: Ego veniam, & curabo eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Sangerm. 1. textui Colb. conſonat; ſicut etiam Hilarius in Matth. col. 640. c. & in Pſ. 138. col. 508. e. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 21. Mſ. verò Claromont. habet: *Et cùm deſcendiſſet de monte, ſecuta eſt illum turba multa.* Græc. Καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· Colb. 8. Καταβάντος δὲ αὐτοῦ; & in fine, ὄχλος πολύς. Apud Juvencum l. 1. p. 60. g.

*Denique linquentem celſi faſtigia montis,*
*Stipabat gaudens populorum turba ſequentum.*

℣. 2. Mſs. Sangerm. 1. & Clarom. concordant cum textu Colb. A Corb. verò abeſt vox *quidam;* paulòque poſt eſt *adoravit.* Græc. Vulgatæ favet. Hilarius in Matth. col. 640. c. & in Pſ. 138. col. 508. e. textui Colb. congruit. Similiter apud Ambroſ. in Pſ. 1. col. 752. b. *ſi vis, potes me mundare;* ut & l. 2. de fide, col. 480. a. 492. f. Apud Juvencum l. 1. p. 60. g. ſic:

*Ecce ſed horrendâ confixus viſcera tabe,*
*Quem toto obſeſſum fœdarat corpore lepra,*
*Procubuit venerans juvenis, Chriſtumque precatur:*
*Ut caream* (al. *careat*) *tandem langoris pondere tanti,*
*Sufficiat voluiſſe tuum.....*

℣. 3. Accinunt Mſs. Sangerm. ambo, Maj. Mon. &c. Claromont. ſolus habet: *Et extendens manum, tetigit eum Jeſus, dicens: Volo. Mundare. Et ſtatim mundata eſt,* &c. Ita quoque in Græco eſt. A Mſ. Corb. abeſt nomen *Jeſus.* Sed apud Hilar. in Pſ. 138. col. 508. e. ut in Clarom. *Et extendens manum, tetigit eum Jeſus, dicens: Volo. Mundare.* Item apud Ambroſ. in Pſ. 1. col. 712. b. necnon Auctorem op. imp. in Matth. hom. 19. p. 101. *Volo. Mundare.* Hieron. in Matth. 8. to. 4. 26. f. addit: *Non ergo, ut plerique Latinorum putant, jungendum eſt, & legendum,* Volo mundare: *ſed ſeparatim, ut primùm dicat,* Volo, *deinde imperans dicat,* Mundare. Apud Juvencum l. 1. p. 60. h.

*..... tum dextera Chriſti*
*Attactu ſolo purgavit lurida membra.*

℣. 4. Mſ. Clarom. *Et ait..... Vide ne cui dixeris: ſed vade, & demonſtra te ſacerdotibus, & offers munus, quod præcepit,* &c. Mſ. Sangerm. 1. *& offeres munus, quod;* cæt. ut in Colb. ſupra. Vulgatæ favent Sangerm. 2. Corb. S. Gat. &c. ad verbum, unà cum Græco. Cypr. ep. 55. p. 81. c. legit: *vade, & demonſtra te ſacerdoti:* & ep. 65. p. 113. *vade, & demonſtra te ſac. & offer donum.* Hilarius in Matth. col. 640. e. f. 641. a. rem ſic narrat: *Jubetur ſilere; ſed tamen oſtendere ſe ſacerdoti, & munus, quod Moyſes in teſtimonium fieri præcepit, offerre:* & in Pſ. 118. col. 246. e. *offer munus tuum, in teſtimonium, quod conſtituit Moyſes illis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 21. p. 101. *Et præcepit ei ut offerret munera, ſecundùm quod præceperat Moſes.* Juvencus l. 1. p. 60. h.

*Incolumique dehinc celaret* (al. *celare hæc*) *gaudia juſſit,*
*Et legi parens offerret* (al. *offerri*) *munera templo.*

℣. 5. Mſ. Clarom. *Poſt hæc autem cùm introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum quidam Centurio, deprecans eum.* Similiter in Sangerm. 1. præter unum *rogans,* loco *deprecans.* In Sangerm. 2. *Cùm autem introiſſet in Capharnaum, acceſſit ad eum quidam Centurio, rogans eum.* In Græco: Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναούμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτόν. In Colb. 8. Εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς, &c. In Pariſ. 6. Εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς, &c. In aliis pluribus: Εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς, &c. Apud Hilarium in Matth. col. 641. b. *Poſt hæc autem cùm introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum quidam Tribunus, rogans eum.* Apud Auctorem op. imp. in Matth. hom. 22. *Poſt hæc autem cùm veniſſet in Capernaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum.* Item ap. Tertullianum l. de Idol. c. 19. p. 245. c. *Centurio.* Apud Juvencum l. 1. p. 60. h. pariter:

*Inde recedenti ſupplex ſe protinus offert*
*Centurio, & precibus projectus talibus orat.*

℣. 6. Conſonant Mſs. Corb. Sangerm. S. Gat. &c. Claromont. autem extremò habet, *& graviſſimè torquetur.* Gr. δεινῶς βασανιζόμενος. Apud Hilar. in Matth. p. 641. b. *& dicens: Puer meus jacet in domo paralyticus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. nil diſcrepat à textu Colb. & Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 60. h. 61. a. ita:

*Impubis pueri cruciatur ſpiritus æger,*
*Cujus cuncta tepens membrorum munia languor*
*Diſſolvit, vitamque tenet jam pœna ſuperſtes.*

℣. 7. Colb. textui accinunt Mſs. Sangerm. 1. & Claromont. cum Græco. Auctor op. imp. in Matth. hom. 22.

Digitized by Google

## Vulgata nova.

Luc. 7. 6. 8. Et respondens Centurio, ait : Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.

9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic : Vade, & vadit ; & alii, Veni, & venit ; & servo meo, Fac hoc, & facit.

10. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.

Malac. 1. 11. 11. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum :

12. filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus, & stridor dentium.

13. Et dixit Jesus Centurioni : Vade, & si-

## Versio antiqua.

8. Et respondens Centurio, ait : Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbo, & curabitur puer meus. Ex Ms. Colbert.

9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic : Vade, & vadit ; & alio, Veni, & venit ; & servo meo dico, Fac hoc, & facit.

10. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.

11. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum :

12. filii autem regni hujus ibunt in tenebras exteriores : ibi erit fletus, & stridor dentium.

13. Et dixit Jesus Centurioni : Vade, & sicut

## Notæ ad Versionem antiquam.

p. 103. habet : *Respondit ei Jesus : Ego veniam, & curabo eum :* paulò verò post : *Veniam, & sanabo eum.* Ambros. ep. 79. col. 1095. b. *Ego veniam, & curabo eum.* August. tract. 16. in Joh. col. 421. b. *Ego venio, & curabo eum.* Apud Hilar. in Matth. & Juvencum hic versiculus deest.

℣. 8. Ms. Clarom. *Et respondens Centurio, dixit illi : Domine non sum dignus ut sub tecto meo intres : sed dic tantùm verbo, & sanabitur,* &c. Sangerm. 1. cum Corb. *Et respondens Centurio, dixit* ( Sangerm. 1. *dixit illi :* ) *Domine..... ut intres sub tectum meum : sed tantùm dic verbum, & sanab.* &c. Ita quoque in Græco est. Hilarius in hunc loc. col. 641. b. ita disserit : *Quid istud est, quòd non dignum se Tribunus, pueri dominus, profitetur esse, ut Christus domum ejus introeat, puerum videat..... & Dominum curationem verbo posse præstare ?* Ambros. l. de Spir. S. col. 635. a. habet : *dic verbo, & sanabitur.* Similiter August. ep. 189. to. 2. 698. e. & serm. 63. to. 5. 423. f. ita pariter tract. 16. in Joh. to. 3. 420. g. ubi sic hab. *Qui ei dixit : Non sum dignus ut sub tectum meum intres : sed tantùm dic verbo, & sanabitur,* &c. & tr. 49. col. 621. c. *ait enim : Non sum dignus ut intres sub,* &c. verùm serm. 62. col. 357. b. 358. b. legit, *sed tantùm dic verbum,* &c. Vide l. 3. cont. Faust. to. 8. 464. b. Auctor op. imp. in Matth. hom. 22. p. 103. *Respondit autem Centurio : Domine non..... ut intres sub tect. meum : sed dic verbo, & sanab.* &c. Juvencus l. 1. p. 61. a.

*Sed jussu miserere, precor : nam tecta subire*
*Crimina nostra vetant, vitæ lucisque parentem.*
*Nunc verbo satis est jubeas remeare salutem.*

℣. 9. Mss. Clarom. & Sangerm. 2. Colbertino textui congruunt ad verbum. Mss. quoque Maj. Mon. & S. Gat. habent, *servo meo dico,* &c. Sangerm. 1. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, & habeo sub me milites..... & alio, Veni, & venit ; & servo meo dico, Fac hoc, & facit.* Corb. *Nam & ego homo sum sub potestatem, habens sub me milites, & dico..... & alio, Veni, & venit ; & servo meo, Fac hoc,* &c. Sic etiam in Græco est. Apud Iren. l. 1. c. 7. p. 34. d. ita : *Et ego enim sub potestate mea habeo milites, & servos ; & quod jussero faciunt.* Hilarius quoque in Matth. col. 641. c. observat, Tribunum illum dixisse, *se habere milites ; jubere quod velit ; & in potestate posito parere sibi plurimos.* August. ep. 189. to. 2. 698. e. & serm. 62. to. 5. 357. b. 358. b. 423. f. Vulgatæ suffragatur, sicut etiam Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. præterquam quòd habet *alteri,* pro *alii ;* August. in Joh. 5. to. 3. col. 421. a. iterum *huic.* Juvencus l. 1. p. 61. a.

*Subjectos mihi sæpe viros sic nostra potestas*
*Officiis verbo jussis parere coegit.*

℣. 10. Utrique textui succinunt Mss. Corb. Clarom. Maj. Mon. & Sangerm. 2. Germ. verò 1. extremò habet : *non inveni in nullo tantam fidem in Israël.* S. Gat. *apud nullum inveni tantam,* &c. Græc. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον· supra verò non addit *se,* verbo *sequentibus ;* unus tamen Ms. Colb. hab. τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ, teste Millio. Hilarius in hunc loc. *Miratus deinde fidem, ait : Non inveni tantam fidem in Israel.* August. epist. 140. & 189. to. 2. col. 440. c. 698. e. nil discrepat à Vulg. nec etiam l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. b. idem in Joh. 5. to. 3. 421. a. initio habet : *Conversus ad eos, qui se sequebantur, dixit ;* reliqua ut in Vulg. sed in Ps. 38. to. 4. 322. e. legit : *Amen dico vobis, in nullo inveni tantam fidem in Israel.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. p. 104. *Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit : In nullo tantam fidem inveni in Israel :* & post pauca : *in nullo tantam inveni fidem in,* &c. Apud Juvencum l. 1. p. 61. a.

*Dixerat : Ille viri motus precibusque fideque,*
*Talia conversus populo dat dicta sequenti :*
*Haud unquam talem memini me gentis avitæ*
*Invenisse fidem.....*

℣. 11. Concordant cum utroque textu Mss. alii Corb. Sangerm. Clarom. &c. nec dissimile quid in Græco. Concinunt pariter Cyprianus de orat. Dom. p. 208. a. & l. 1. Testim. p. 283. a. Hilarius l. 2. ad Constant. col. 1230. a. & in Matth. col. 641. b. August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. b. & l. de unit. Eccl. to. 9. 363. b. at epist. 140. col. 440. c. legit : *Ideo dico vobis, quia multi,* &c. & in Joh. 5. to. 3. 421. e. *Propterea dico vobis, quia multi ab,* &c. quæ supra. Faustus ap. August. l. 33. cont. ipsum, to. 8. 463. b. 464. b. *Solus Matthæus,* inquit, *hoc adjicit, Jesum prosecutum esse, ut diceret : Amen dico vobis, quia multi venient ab Oriente, & Occid. & recumbent,* &c. Et verò Lucas cap. 7. ℣℣. 1..... 9. agens de Centurione, hæc verba non subjicit : sed infra c. 13. ℣. 29. hæc habet : *Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei.* Unde Irenæus l. 3. c. 8. p. 236. c. partim ex Matthæo, partim ex Luca legisse videtur : *quoniam venient ab Oriente & Occidente, ab Aquilone & Austro, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cælorum :* at l. 4. c. 36. p. 281. a. pura ex Matth. solo : *multi ab Oriente, & Occasu venient, & recumbent cum Abrah. & Isaac, & Jacob in regno cælorum.* Ambrosius autem l. 9. in Luc. col. 1403. e. velut ex utroque Evangelista : *quia venient ab Oriente, & Occidente, & Septentrione, & Austro, & recumbent cum Abrah. & Isaac, & Jacob in regno cælorum.* Item Hieron. in Ezech. 38. to. 3. 966. c. *multi de Oriente, & Occid. & Septentrione, & Meridie venient, & discumbent cum Abrah. Isaac, & Jacob in regno Dei :* & in Ezech. 43. col. 1018. d. *multi ab Oriente, & Occid. & ab Aquilone, & Meridie venient, & accubabunt cum Abrah. Isaac, & Jacob in regno cælorum.* Auct. l. de promiss. p. 3. col. 184. *multi ab Oriente, & Occid. venient, & recumbent cum Abrab..... in regno patris sui.* Juvencus l. 1. p. 61. a.

*.....sed veris discite dictis,*
*Quàm multos homines diversis partibus orbis*
*Progenitos cœli regnum sublime vocabit*
*Cum patribus nostris vitali accumbere mensæ.*

℣. 12. Ms. Sangerm. 1. *filii autem regni hujus ibunt in..... ibi erit fletus oculorum, & stridor dentium.* Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *filii autem regni hujus ejicientur,* &c. ut in textu Colb. Clarom. habet : *filii autem hujus ibunt in,* &c. Græc. Vulgatæ suffragatur. Irenæus l. 4. c. 36. p. 281. a. *filii autem regni ibunt in tenebras exter. illic erit fletus, & stridor dent.* Cyprian. de orat. Dom. p. 208. a. *filii autem regni expellentur in tenebras exteriores : illic erit ploratio, & stridor dentium :* similiter l. 1. Testim. p. 283. a. præter *exibunt,* pro *expellentur.* Augustin. epist. 140. to. 2. 440. c. *filii autem regni ibunt in.... : illic erit ploratio, & stridor dentium :* similiter in Joh. 5. to. 3. 421. f. & l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. b. *filii autem regni ibunt in teneb. exter.* in Joh. verò 11. 628. f. *filii autem regni hujus,* &c. item l. de unit. Eccl. to. 9. 363. b. *ibunt in tenebras exteriores :* & in Ps. 36. to. 4. 263. f. *ibi erit ploratus, & strid. dentium.* Faustus ap. August. l. 33. cont. ipsum, to. 8. 464. c. *filios autem regni mittent in teneb. exteriores.* Apud Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 644. h. *ubi erit fletus oculorum, & stridor dent.* Apud Juvencum l. 1. p. 61. a.

*Progenies quorum cæcis demersa tenebris,*
*Dentibus horrendum stridens, fletumque frequentans,*
*Perpetuis pœnam cruciatibus acta subibit.*

℣. 13. Ms. Claromont. cum Sangerm. 2. *Et dixit.....*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* credidisti, fiat tibi. Et sanus factus est puer ex illa hora.

14. Et cùm venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem:

15. & tetigit manum ejus, & remisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.

16. Vesperâ factâ, obtulerunt illi multos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus immundos verbo: & omnes malè habentes curavit:

17. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Quia infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portavit.

18. Videns autem Jesus turbam multam circum se, jussit discipulos suos ire trans fretum.

19. Et accedens quidam Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quòcunque ieris.

20. Ait illi Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos ubi requiescant: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.

21. Alius autem discipulus ait illi: Domine,

VULGATA NOVA.

cut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

14. Et cùm venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem:

15. & tetigit manum ejus, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.

16. Vespere autem facto, obtulerunt ei mul- *Marc.*
tos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus verbo: *1. 32.*
& omnes malè habentes curavit:

17. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam *Isai. 53.*
prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras *4.*
accepit: & ægrotationes nostras portavit. *1. Pet. 2. 24.*

18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum.

19. Et accedens unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quòcunque ieris.

20. Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, *Luc. 9.*
& volucres cœli nidos: filius autem hominis non *58.*
habet ubi caput reclinet.

21. Alius autem de discipulis ejus ait illi: Do-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Vade, sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.* S. Gat. *& sanatus est puer ejus in illa hora.* Sic etiam est in Græco hod. sed in quibusdam Mss. legitur ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης· nonnulli etiam addunt: Καὶ ὑποστρέψας ὁ Ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εὗρε τὸν παῖδα ὑγιαίνοντα, teste Millio. Et verò Ms. noster Lat. Sangerm. 1. habet: *Et dixit..... Vade, sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Et conversus Centurio in domum suam, eadem horâ invenit puerum sanum:* quod additamentum ex Lucæ cap. 7. ℣. 10. in hunc Matthæi locum irrepsisse suspicatur Lucas Brugensis. Apud Iren. l. 4. c. 37. p. 282. c. *Vade, sicut credidisti, fiat tibi.* Apud Ambros. l. de apol. Dav. col. 698. c. *fiat tibi secundùm fidem tuam.* Apud Optat. l. 5. contr. Donat. p. 88. c. *Et curatus est puer in illa hora.* Apud Juvencum l. 1. p. 61. a. ut in Ms. Sangerm. 1. sup. & quibusdam Græcis:

*Ac tibi jam, juvenis, (al. juveni) mentis virtute fidelis,*
*Ut credis, veniet fructus cum luce salutis.*
*Dixerat: & dicto citiùs cum voce loquentis,*
*Ad puerum celeris transcurrunt munera verbi.*
*Ingressusque domum miles, properante recursu,*
*Prævenisse Dei lætatur dona medentis.*

℣. 14. Ita ferunt Mss. Sangerm. Corb. Clarom. &c. unà cum Græco. Sic etiam Hilar. in Matth. col. 642. a. Item apud Juvencum l. 1. p. 61. b.

*Ædes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,*
*Cujus anhela socrus æstu, febrique jacebat.*

℣. 15. Similiter hab. *remisit* Ms. Sangerm. 1. paulòque post, *& surrexit confestim, & ministrabat eis.* Ita quoque in Ms. Claromont. Græcum verò Vulgatæ favet: in Paris. tamen 6. est εὐθέως ἀφῆκεν, teste Millio. Apud Hilar. in Matth. col. 642. b. *mox deinde sanata, officii famulatu ministrat.* Apud Juvencum l. 1. p. 61. b.

*Utque illi dextram tetigit salvator Iesus,*
*Sana ministerium præbebat femina mensis.*

℣. 16. Ms. Sangerm. 1. *Vespere autem facto, obtulerunt ei dæmonia habentes: & verbo ejiciebat eis dæmonia: & curat omnes malè habentes.* Sangerm. 2. *Vespere facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus immundos verbo: & omnes malè habentes curavit.* S. Gat. & Maj. Mon. *Vespere autem facto, obtulerunt ei omnes malè habentes: & ejiciebat spiritus immundos verbo: & omnes malè hab. curavit.* Sic etiam habet Corb. detracta voce *immundos:* sed addit *immundos* Ms. Claromont. Græc. verò Vulgatæ consonat. Hilarius in Matth. col. 642. c. legit: *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejiciebat spiritus immundos:* tum addit: *omnium peccata dimittens, omnium infirmitates auferens,* &c. Apud Juvencum l. 2. p. 61. b. tam ex Matthæo, quàm ex Marco, c. 1. ℣. 32.

*Jamque dies prono decedens lumine, pontum*
*Inciderat, furvamque super nox cærula pallam*
*Sidereis pictam flammis, per inane trahebat;*
*Cùm multos homines mentis languore ruentes,*
*Devinctasque animas sceleratâ dæmonis arte,*
*Certatim populi cæcâ jam nocte ferebant.*
*Sed verbum Christi, tanto languore remoto,*
*Omnibus indulgens, præbebat munera patris.*

℣. 17. Ms. Claromont. *ut adimpleretur..... per Esaiam proph. dicentem: Quoniam ipse infirmitates nostras suscepit: & valitudines nostras portavit.* Sangerm. 1. *Quia ipse infirmit. nostras accepit: & ægrimonia nostra portavit.* Corb. *dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes portavit.* Ita quoque in Græco. Apud Hilar. in hunc loc. col. 642. c. *Passione corporis sui, secundùm Prophetarum dicta, infirmitates humanæ imbecillitatis absorbens.* Apud Juvencum nihil invenitur quod huic versui respondeat, præter allata ℣. præcedenti.

℣. 18. Ms. Sangerm. 1. *Videns autem Jesus turbam multam circum se, jussit discipulis suis ut irent trans fretum.* Claromont. *turbas multas circa se, præcepit discipulis suis ut irent trans fretum.* Græcum Vulgatæ favet. Hilarius ad hunc loc. habet: *Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit discipulos suos ire trans fretum.* Juvencus l. 2. p. 61. b.

*Ecce sed exortus major cum luce tumultus*
*Gratantis populi; cùm turbis anxius ille,*
*In mare velivolum celsam deducere jussit*
*Discipulis puppim.....*

℣. 19. Ms. Clarom. *Et accessit ad eum quidam Scriba, & dixit ei: Magister,* &c. ut supra. Sangerm. 1. *Et accessit ad eum quidam Scriba, & ait illi: Magister, sequar te, quocumque vadis.* Græc. Vulgatæ respondet. Hilarius in hunc loc. col. 642. d. *Et accedens ad eum quidam Scriba, ait: Magister, sequar te, quocumq. ieris.* Apud August. l. de S. virginit. to. 6. 367. a. *Domine, sequar te, quocumque ieris.* Item apud Ambros. l. 2. de pœnit. 423. c. *sequar te.* Juvencus l. 2. p. 61. c. subdit:

*..... precibus tum Scriba profusis,*
*Navigio sancti pariter poscebat abire.*

℣. 20. Ms. Claromont. concordat cum textu Colb. cui etiam accinit Ambros. l. 6. Hexa. col. 131. e. & l. de Isaac, c. 4. col. 365. b. & in Ps. 118. col. 988. f. 1113. f. 1152. b. Item Hilarius in hunc loc. col. 642. e. dicens: *Dominus respondit, Vulpibus esse foveas, & cœli volucribus nidos quiescendi: filio autem hominis, quò reclinet caput suum, locum esse nullum.* Ms. quoque Sangerm. 1. habet: *Dicit illi Jesus: Vulpes fov. hab. & volucres cœli nidos ubi requiescunt: filius autem hom. non hab. ubi caput suum reclinet.* Corb. Maj. Mon. &. S. Gat. constanter, *nidos ubi requiescant.* In Sangerm. verò 2. ita: *Vulpes foveas habeant, & volucres cœli tabernacula: filius autem hominis non hab. ubi caput suum reclinet.* Græcè ut in Vulgata. Apud Cypr. l. 3. Testim. n. 11. p. 307. c. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli diversoria: filius autem hom. non hab. ubi caput suum inclinet.* Similiter apud August. l. de S. virginit. to. 6. 367. b. præter hoc med. *& volatilia cœli nidos.* Auct. quæst. in Matth. q. 5. apud August. to. 3. p. 2. col. 277. d. legit: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli tabernacula,* &c. ut in Vulg. Epiphan. comment. in Cantic. Cant. cap. 3. ℣. 7. *filius hominis non habet ubi reclinet caput suum:* & in ℣. 10. *ubi caput reclinet.* Juvencus l. 2. p. 61. c.

*Olli Christus ait: Quò tu me Scriba sequêris?*
*Vulpibus in saltu rupes excisa latebram*
*Præbet, & aereis avibus dat silva quietem:*
*Ast hominis nato nullis succedere tectis*
*Est licitum, gentis sic sunt molimina vestræ.*

℣. 21. Ms. Clarom. nil differt à textu Colb. Sangerm. 1. verò habet: *Alius autem ex discipulis ejus ait..... Permitte mihi primùm ire,* &c. Sangerm. 2. *Alius autem discipulus ejus ait..... Permitte primùm ire,* &c. Græc. Ἕτε-

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

mihe, permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum.

22. Jeſus autem ait illi : Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

*Marc.* 4. 36. *Luc.* 8. 22.

23. Et aſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli ejus :

24. & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

25. Et acceſſerunt ad eum Diſcipuli ejus, & ſuſcitaverunt eum, dicentes : Domine, ſalva nos, perimus.

26. Et dicit eis Jeſus : Quid timidi eſtis, modicæ fidei ? Tunc ſurgens, imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

27. Porro homines mirati ſunt, dicentes : Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei ?

*Marc.* 5. 1. *Luc.* 8. 26.

28. Et cùm veniſſet trans fretum in regionem

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum.

22. At ipſe ait illi : Sequere me, & remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

23. Et aſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli ejus :

24. & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

25. Et acceſſerunt, & ſuſcitaverunt eum, dicentes : Domine, libera nos, perimus.

26. Ait illis Jeſus : Quid timidi eſtis, modicæ fidei ? Tunc ſurgens, imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

27. Illi autem homines mirati ſunt, dicentes : Qualis eſt hic, quia venti & mare obaudiunt eum ?

28. Et cùm veniſſet trans fretum in regionem

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτῦ εἶπεν..... ἐπίσρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, &c. in Pariſ. 3. ἐπίσρεψόν με. Hilar. in hunc loc. col. 642. f. dixit *diſcipulum poſtulaſſe dari ſibi tempus patris ſepeliendi.* Auguſt. tract. 49. in Joh. to. 3. 625. d. *Eam priùs ſepelire patrem meum.* Tertul. de idol. c. 12. p. 240. c. *Sepelire patrem tardum fuit fidei.* Apud Juvencum l. 2. p. 61. c. ita :

*Tunc è diſcipulis unus ſic ore rogabat :*
*Ultima defuncto debentur munera patri :*
*Hinc ſpatium tribuat tua nobis ſancta voluntas,*
*Ut liceat miſeri genitoris condere corpus.*

℣. 22. Mſ. Sangerm. 1. *Cui reſpondens Jeſus, dixit : Sequere me, & dimitte*, &c. Clarom. *Cui reſpondit Jeſus : Sequere me, & dimitte*, &c. Græcum Vulgatæ conſonat. Hilar. in Pſ. 67. col. 195. a. legit : *ſinite mortuos ſepelire mortuos ſuos :* & in Matth. col. 643. f. ait : *Sequi Dominum jubetur..... ita ut mortui mortuum ſepeliant :* & infra 644. a. *dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Similiter Ambroſ. l. de bono mort. c. 9. col. 405. f. & l. 2. de fide reſ. to. 2. 1143. e. at in Pſ. 48. & 118. col. 954. d. 996. f. *relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Auguſt. in Joh. 5. to. 3. 467. e. *dimitte mortuos ſepeliant mortuos ſuos :* & inf. 477. e. *ſine mortuos ſepeliant mort. ſuos :* at in Joh. 11. col. 625. d. *ſine..... mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu veni, ſequere me :* & l. 5. de civit. Dei, c. 18. col. 134. g. necnon l. 20. c. 6. col. 579. a. *Sequere me, & ſine mortuos ſepelire*, &c. vide etiam l. 4. de Trin. to. 8. 813. d. Juvencus l. 2. p. 61. c.

*Chriſtus ad hæc : Itiner potiùs comitabere noſtrum,*
*Et ſine defunctis defunctos condere terrâ.*

℣. 23. Mſs. Sangerm. ambo, cum Clarom. *Et aſcendente eo in navicula*, &c. Græc. Vulgatæ accedit, ſicut Auct. op. imp. in Matth. hom. 23. ac etiam Hilar. in Matth. 644. c. niſi quòd is tollit ult. *ejus.* Juvencus l. 2. p. 61. c. ſimpliciter habet :

*Conſcendunt navem :* deinde : *ventoque inflata tumeſcunt*, &c. de ℣. ſeq.

℣. 24. Mſ. Sangerm. 1. *& ecce tempeſtas magna orta eſt in mari, ita ut navicula illa à fluctibus operiretur, ipſe verò dormiebat.* Claromont. *& ecce tempeſtas magna facta eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluct. Jeſus verò dormiebat.* Sangerm. 2. & S. Gat. *& ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus : erat autem illis ventus contrarius, ipſe verò dorm.* Græc. concordat cum Vulgata, niſi quòd hab. ὑπὸ τῶν κυμάτων, *à fluctibus :* Mſ. etiam unus Gon. proximè addit, ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς, teſte Millio ; quod additamentum huc adductum fortè eſt ex cap. 14. ℣. 24. Matth. vel ex Marci 6. 48. Tertul. l. de bapt. c. 12. p. 391. a. alludens dicit, *naviculam in mari fluctibus inquietari, Domino per patientiam velut dormiente :* item ibid. *Apoſtoli in navicula fluctibus adſperſi operti ſunt.* Hilarius in Matth. col. 644. c. legit : *& ecce tempeſtas magna facta eſt in mari :* pauloque poſt : *tempeſtas oritur, mare commovetur, navigantes turbantur, ipſe verò ſomno conſopitus*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 23. *orta magna tempeſtas eſt, ita ut navem conciti maris inſurgentes fluctus obruerent, ipſe verò dormiebat.* Item Ambroſ. l. 3. Hex. col. 36. e. *cùm gravis eſſet procella, & magnus in mari motus*, &c. Juvencus l. 2. p. 61. d. eadem ſic reddit, liberiùs excurrens :

*..... ventoque inflata tumeſcunt*
*Vela ſuo, fluctuque volat ſtridente carina.*
*Poſtquam altum tenuit puppis, conſurgere in iras*
*Pontus, & immenſis hinc inde tumeſcere ventis*
*Cœpit, & abruptos ad cœlum tollere montes ;*
( al. *Inſtat, & ad cœlum rabidos ſuſtollere montes ;* )
*Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine proram,*
*Illiſoſque ſuper laterum tabulata receptant*
*Fluctus, disjectoque aperitur terra profundo.*
*Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus.*

℣. 25. Mſ. Corb. *Et acceſſerunt, & ſuſcitaverunt eum, dicentes : Domine, ſalva nos, perimus.* Sangerm. 1. *Et acceſſerunt Diſcipuli ejus, & ſuſcit..... Domine, libera nos, perimus.* Succinit Claromont. deleta tantùm voce *ejus*, poſt *Diſcipuli.* Græc. Καὶ προσελθόντες οἱ Μαθηταὶ αὐτῦ, ἤγειραν αὐτὸν, &c. ut in Vulg. abeſt αὐτῦ, à pluribus Mſs. ſi Millio fides. Hilarius in hunc loc. 644. d. narrando ſic pergit : *Timentium metu excitatur, oratur ut opem afferat.* Item Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 36. e. Trepidantes *Apoſtoli naufragii periculum, excitaverunt dormientem in puppi Dominum Jeſum :* & in Pſ. 43. col. 922. b. *Domine, ſalva nos, perimus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 23. ait : *Diſcipuli timore perculſi, Dominum ſuſcitant, dicentes : Domine, libera nos, perimus.* Apud Gaud. Brix. in ſerm. p. 974. a. & Cæleſtinum epiſt. 14. to. 1. 1139. ſimiliter, *Domine, libera nos, perimus.* Apud Juvencum l. 2. p. 61. d.

*Illum Diſcipuli pariter, nautæque paventes,*
*Evigilare rogant, pontique pericula monſtrant.*

℣. 26. Mſ. Sangerm. 1. *Et ait ad illos : Quid timidi..... Tunc exſurgens, imperavit vento & mari*, &c. Clarom. *Et dixit eis Jeſus : Quid..... Tunc ſurgens Jeſus, imperavit vento*, &c. Sangerm. 2. ſimiliter hab. *vento.* Græc. cum textu Colb. concinit, deleto uno *Jeſus*, poſt *ait illis.* Hilarius in hunc loc. col. 644. d. dicit : *Et increpitis iis, quod modicæ eſſent fidei, vento & mari tranquillitatem imperavit :* & infra : *Modicæ fidei, quid timidi eſtis ?* Ambroſ. l. 3. Hex. col. 36. e. *Et ſurgens, imperavit vento & mari, ſedata eſt tempeſtas, refuſa tranquillitas :* vide etiam col. 1393. d. Auctor op. imp. in Matth. hom. 23. *Surgens ergo Dominus, ait illis : Quid timidi eſtis, modicæ fidei ? & imperavit vento & mari, & facta eſt tranq. magna.* Juvencus l. 2. p. 61. d.

*Ille dehinc : Quàm parva ſubeſt fiducia vobis !*
*Infidos animos timor irruit ? Inde procellis*
*Imperat, & placidam ſternit ſuper æquora pacem.*

℣. 27. Mſ. Germ. 1. *Illi autem homines mirati ſunt, dicentes : Quis eſt hic, quoniam venti & mare obediunt ei ?* Corb. *Homines autem illi mirati ſunt, dicentes : Qualis eſt hic, quia*, &c. Clarom. *Illi autem hom. admirati ſunt, dicentes : Qualis eſt hic, quòd venti & mare obaudiunt ei ?* Cantabrig. *Qualis eſt hic, quia & venti & mare obaudiunt ei ?* Græc. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες· Ποταπός..... ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ..... ὑπακούουσιν αὐτῷ ; Hilarius etiam in hunc loc. col. 644. d. dicit, *cum admiratione hominum præceptis ejus ventum & mare obediſſe :* & poſt pauca : *Qualis hic homo eſt, quòd venti & mare obediunt ei ?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 23. *Illi, inquit, qui erant in navi, mirati ſunt, dicentes : Qualis eſt hic, quòd venti & mare obediunt ei ?*

℣. 28. Mſ. Clarom. cum Sangerm. 1. *Et cùm veniſſet Jeſus trans fretum in..... occurrerunt ei duo homines dæmonia habentes, de monumentis exeuntes, periculoſi nimis, ita ut nemo poſſit*, &c. Itidem apud Hilar. in Matth. col. 645. a. ad hoc uſque, *ita ut ;* detracto tamen nomine *Jeſus*, initio. Mſ. Maj. Mon. habet *trans fretum maris ;* Corbque *duo homines*, ut ſupra. In Cantabrig. verò ſic : *Et venienti eo trans in terram Geraſenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, de monumentis exeuntes, peſſimi valde, ita ut non*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

Geraſenorum, occurrerunt ei duo homines, de monumentis exeuntes, periculoſi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per illam viam.

29. Et exclamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Jeſu fili Dei? Quid veniſti huc ante tempus torquere nos?

30. Erat autem non longè ab eis grex porcorum multorum paſcentium.

31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum.

32. Et ait illis Jeſus: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex præcipitans ſe in mari: & mortui ſunt in aquis.

33. Illi autem, qui eos paſcebant, fugerunt: & venientes in civitatem, nunciaverunt omnia, & de his, qui dæmonia habebant.

34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jeſu: & viſo eo rogabant, ut tranſiret à finibus eorum.

VULGATA NOVA.

Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam.

29. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Jeſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?

30. Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens. Marc. 5. 11.

31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Luc. 8. 32.
Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.

33. Paſtores autem fugerunt: & venientes in civitatem, nunciaverunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jeſu: & viſo eo rogabant, ut tranſiret à finibus eorum. Marc. 5. 17. Luc. 8. 37.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*poſſet tranſire aliquis per viam illam.* Græcè pariter: Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν (al. Γεργεσαίων,) ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ, &c.

℣. 29. Mſ. Sangerm. 1. *Et exclamaverunt, dicentes: Quid..... Jeſu fili Dei? Veniſti ante tempus torquere nos?* Cantabrig. *Et ecce exclamaverunt, dicentes: Quid..... Jeſu fili Dei? Veniſti hîc ante temp.* &c. Clarom. *Et clamaverunt, dicentes: Quid..... Jeſu fili Dei? Veniſti ante tempus*, &c. A Corb. abeſt nomen *Jeſu*. In Sangerm. 2. *Veniſti ante tempus huc torquere nos?* S. Gat. *perdere nos?* Gr. βασανίσαι ἡμᾶς; cæt. ut in Vulgata. Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 296. c. *Quid nobis, & tibi, fili David? Quid huc veniſti ante tempus punire nos?* Ambroſ. l. 2. in Luc. col. 1283. b. *Novimus qui ſis* (al. *quis ſis*, al. *quod ſis*) *Jeſu filius Dei. Quid veniſti ante tempus torquere nos?* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1036. d. 1109. d. *Quid veniſti ante tempus torquere nos?* at epiſt. 22. col. 878. d. *Jeſu fili Dei vivi, quid veniſti ante tempus torquere nos?* & l. 8. in Luc. col. 1394. e. *perdere nos?* Auguſt. l. 8. de civit. Dei, c. 23. to. 7. 212. a. *Quid nobis, & tibi, Jeſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos?* Auctor l. de promiſſ. p. 1. c. 33. col. 115. a. *Quid nobis, & tibi, Jeſu fili David? Veniſti ante tempus perdere nos?* & p. 3. col. 186. b. *Quid veniſti ante tempus perdere nos*, al. *torquere nos?* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. g. *Quid nobis, & tibi, fili Dei veniſti?*

℣. 30. Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. cum Clarom. & Sangerm. 1. textui Colbertino congruunt. Sic etiam in Cantabrig. detracta negatione ante *longè*: quæ negatio conſtanter abeſt à Græco; cætera verò ibid. ut in Vulgata.

℣. 31. Codex Sangerm. 1. ſcribit, *Dæmonia*; deletque voculam *hinc*, quæ in Vulg. cum Mſ. Colb. Tollunt pariter *hinc*, Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. cum Sangerm. 2. Claromont. & Cantabrig. Claromontanus addit, *jube nos ire in gregem porcorum.* Græcè pariter: Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν, &c. al. tamen, ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς, &c. Hilarius in hunc loc. col. 645. b. memorat *transfugiendi in porcos deprecationem.*

℣. 32. Mſ. Sangerm. 1. *Et ait illis Jeſus: Ite. At illi euntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex præcipitans ſe in mare: &*, &c. ſimiliter in Sangerm. 2. *euntes abierunt.* In Claromont. *Et ait illis Jeſus: Ite. At illi exeuntes abierunt in gregem porcorum, & ecce impetu abiit..... per præceps in mari*, &c. In Cantabrig. *Et dixit eis: Ite. Qui autem exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetum fecit totus grex per præceps in mare*, &c. ut ſupra. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑπάγετε. Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων, καὶ ἰδοὺ ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, &c. Mſs. plures primo loco ferunt, εἰς τοὺς χοίρους; paulòque poſt à nonnullis abeſt τῶν χοίρων, ſi Millio fides. Hilar. in Matth. col. 645. b. loquitur de *gregis ipſius per præceps in mare caſu, purgatis hominibus*: & poſt pauca, 646. a. habet: *& mortui ſunt in aquis multis.*

℣. 33. Mſ. Clarom. textui Colb. favet. Sangerm. 1. verò habet: *Paſtores autem fugerunt: & euntes in civitatem..... & de his, qui dæmonia habebant*; Corb. *habuerunt*. Cantabrig. *Paſtores autem fugerunt: & abeuntes in civitatem, renuntiaverunt omnia de dæmoniacis.* Græcè pariter: Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Hilarius quoque in Matth. col. 645. d. meminit de *paſtorum in oppidum fuga.*

℣. 34. Mſ. Sangerm. 2. *& viſo eo rogabant eum, ut*, &c. Sangerm. 1. cum Clarom. *& cùm vidiſſent eum, rogabant eum, ut*, &c. Cantabrig. *& videntes eum rogaverunt, ut tranſiret de*, &c. Iſti Græcum favet, niſi quòd habet ἀπὸ τῶν ὁρίων, *à finibus*; at in Mſ. 1. ἐκ τῶν ὁρίων, teſte Millio. Vide ſis Hilarium in hunc loc. col. 645. b.

# CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

1. ET aſcendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem ſuam.

2. Et ecce obtulerunt ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua.

VULGATA NOVA.

1. ET aſcendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem ſuam.

2. Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem Marc. 2. 3.
in lecto. Et videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata Luc. 5. 18.
tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Sangerm. 1. *Et aſcendens in navicula, transfretavit, & venit in civitatem Judææ.* Similiter hab. Germ. 2. *aſcendens in navicula*; Claromont. *aſcendens in navem.* Cantabrig. *aſcendens navem..... & venit in ſuam civitatem.* Gr. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον..... καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Hilar. in Matth. p. 646. b. *In civitatem ſuam revertitur..... in hanc navi vectus introiit.* Juvencus l. 2. p. 61. f.

*Inde domum repedat terrarum lumen Ieſus.*

℣. 2. Mſ. Sangerm. 1. cum Clarom. *Et ecce obtulerunt ei paralyticum in lecto jacentem. Et videns Jeſus fidem eorum, dixit paralytico: Conſtans eſto fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua.* Cantabrig. *Et ecce obtulerunt ei paral. in lecto jac..... Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.* Græc. Καὶ ἰδοὺ προσέφερον αὐτῷ..... Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ, &c. Cyprianus l. de rebapt. p. 366. b. *Bono animo eſto fili, dimittuntur tibi peccata.* Hilar. in Matth. col. 646. b. *Non dicitur paralytico: Sanus eſto. Non dicitur: Surge, & ambula: ſed dicitur: Conſtans eſto fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua:* item in Pſ. 131. col. 456. c. *remiſſa ſunt tibi peccata.* Sed apud Iren. l. 5. c. 17. p. 313. d. & Tertul. de bapt. c. 12. p. 391. a. *remittuntur tibi peccata tua.* Similiter apud Epiphan. comment. in Cantic. Cant. 2. 9. præmiſſo *Confide fili.* Apud Auguſt. verò in Pſ. 36. to. 4. 284. d. *Conſtans eſto fili, remiſſa ſunt enim tibi peccata tua.* Itidem

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se : Hic blasphemat.

4. Et cùm vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit : Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris ?

5. Quid est facilius, dicere : Dimittuntur tibi peccata tua : an dicere : Surge, & ambula ?

6. Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

7. Et surrexit, & abiit in domum suam.

8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Marc. 2. 14. Luc. 5. 27. 9. Et, cùm transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi : Sequere me. Et surgens, secutus est eum.

10. Et factum est discumbente eo in domo,

**Versio antiqua.**

3. Quidam autem de Scribis dixerunt intra se : Hic blasphemat. *Ex Ms. Colbert.*

4. Et cùm vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit eis : Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris ?

5. Quid est facilius, dicere : Remissa sunt tibi peccata tua : aut dicere : Surge, & ambula ?

6. Ut sciatis autem, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

7. Et surrexit, & abiit in domum suam.

8. Hoc viso, turbæ timuerunt, & honorificaverunt Deum, quia tantam dedit potestatem hominibus.

9. Et, cùm transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem ad teloneum, nomine Matthæum. Et ait illi : Sequere me. Et surgens, secutus est eum.

10. Et factum est recumbente eo in domo, ec-

## Notæ ad Versionem antiquam.

ap. S. Leon. ser. 60. detracto *enim*. Item apud Oros. cont. Pelag. p. 451. f. *Constans esto fili, dimissa sunt tibi peccata tua*. Apud Juvencum, l. 2. p. 61. f.

*Ecce revertenti, juvenis torpentia membra,*
*Officium quorum morbus dissolverat acer,*
*Ante pedes ponunt tepido recubantia lecto.*
*Quem miserans animo, verbis compellat Iesus :*
*Adsit certa tuæ, juvenis, constantia menti,*
*Nam tibi præteritus vitæ donabitur error.*

℣. 3. Mss. Sangerm. *Quidam autem de Scribis dixerunt intra se : Blasphemat.* Clarom. *Quidam de Scribis..... Hic blasphemat.* Cantabrig. *Et ecce quidam Scribarum..... Hic blasphemat.* Ita quoque est in Græco. Apud Hilar. in hunc loc. col. 646. d. *Movet Scribas remissum ab homine peccatum.* Apud Juvencum l. 2. p. 61. f.

*Hoc dictum Scribæ mentis per operta malignæ*
*Carpebant, quòd verba Dei virtute verenda* (al. *ferenda*)
*Protulerat Christus.....*

℣. 4. Ms. Claromont. *Videns autem Jesus cogitationes eorum, dixit eis : Ut quid*, &c. ut supra. Cantabrig. *Et videns Jesus cogit. eorum, dixit eis : Ut quid*, &c. Sangerm. Corb. &c. Vulgatæ consonant cum Græco : quidam tamen codd. addunt αὐτοῖς, verbo *dixit*, teste Millio. Cyprianus de orat. Dom. p. 205. a. cum Tertul. l. de anima p. 483. b. legit : *Quid cogitatis nequam in cordibus vestris ?* vel, *in cordibus vestris nequam ?* sic iterum Tertul. l. de resur. carn. p. 571. c. & l. de pudic. p. 1015. a. cum Victore Vit. l. 3. de pers. Afric. p. 43. a. Hilarius in Matth. col. 646. d. ait : *Murmurationem eorum Dominus introspicit :* & in Ps. 139. col. 527. d. necnon l. 9. de Trin. col. 1027. d. legit : *Quid cogitatis mala in cordibus vestris ?* Sic etiam Ambros. l. de parad. col. 176. c. & l. 1. de Cain, c. 9. col. 200. f. & in Ps. 1. & 45. col. 762. e. 927. e. & l. 5. de fide to. 2. 592. a. & l. 3. de Spir. S. col. 695. e. & de apol. Dav. col. 732. c. Item Anastasius II. epist. 1. Conc. to. 4. 1279. c. *Sciens autem Jesus cogit. eorum, dixit : Quid cogitatis mala in*, &c. Similiter Epiphan. ubi sup. *Quid cogitatis in cordibus vestris mala ?* Juvencus l. 2. p. 61. f. g.

*..... sed pectora talia cernens :*
*Hoc, inquit, verbum Scribarum dicta retractant.*

℣. 5. Mss. Sangerm. 1. & Claromont. *Quid est enim facilius, dicere : Remissa sunt tibi pecc. tua : aut dicere*, &c. Cantabrig. *Quid enim est facilius, dicere : Dimittuntur tibi peccata : aut dicere*, &c. similiter in Sangerm. 2. *aut dicere*. In Gr. Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, &c. à quibusdam libb. initio abest γάρ ; & in plerisque est, Ἀφέωνταί σου, non σοι· unus Mont. hab. Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ita ex Millio. Apud Tertul. l. de pudic. p. 1015. a. sic : *Quid enim facilius est, dicere paralytico : Dimittuntur tibi peccata : aut : Surge, & ambula.* Solus Marcus, 2. 9. addit *paralytico*, verbo *dicere*. Vide sis Hilar. in Matth. col. 646. d. Juvencus l. 2. p. 61. g. antecedentibus subdit :

*Quod quanto levius fuerit dixisse, sequentis*
*Et dicti & facti pariter virtute probabo.*

℣. 6. Ms. Clarom. cum textu Colb. concinit, nisi quòd habet, *& tolle grabatum tuum ;* Sangerm. ambo, *& tolle lectum tuum.* Cantabrig. *Ut autem sciatis, quoniam fil. hom. potestatem habet super terram dimittere peccata, tunc dicit paralytico : Surge, & tolle lectum tuum*, &c. Græc. Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ..... ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, τότε λέγει..... Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, &c. Ms. Mont. τὸν κράββατον. Iren. l. 5. c. 17. p. 314. b. legit : *Ut sciatis, quoniam potestatem habet filius hominis remittere peccata.* Hilarius in Matth. col. 647. a. *Ut sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittere peccata, ait paralytico : Surge, & tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Epiphan. comment. in Cantic. Cant. 2. 14. *Surge, tolle lectum tuum, & ambula :* quæ etiam referri possunt ad Marc. 2. 9. imo & ad hunc loc. magis pertinere videntur. Juvencus l. 2. p. 61. g. addit :

*Ut* (al. *Et*) *mihi concessum peccata remittere cernant* (al. *cernent :*)
*Quapropter, juvenis, firmato corporis usu,*
*Surge vigens, stratumque tuum sub tecta reporta* (al. *referto.*)

℣. 7. Mss. Sangerm. 1. & Cantabrig. cum Clarom. *Et surgens abiit in domum suam.* Gr. Καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν, &c. Sangerm. 2. Corb. &c. textui Colb. conguunt.

℣. 8. Mss. Germ. 1. & Clarom. *Videntes autem turbæ tim. & honorificaverunt Deum, qui dedit tantam potestatem hominibus.* Ita quoque habet Hilar. in hunc loc. c. 647. b. Mss. verò Cantabrig. Germ. 2. Corb. &c. Vulgatæ consonant. Irenæus l. 5. c. 17. p. 313. e. legit : *Videntes populi clarificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. c. 172. g. *Timuerunt, & glorificaverunt Deum*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν, &c. ut in Vulg. sed in Mss. plurib. ἐφοβήθησαν, καὶ ἐδόξασαν. Apud Juvencum l. 2. p. 61. g.

*Tunc timor, & laudes Domini per pectora plebis*
*Concelebrata, simul miracula læta frequentant.*

℣. 9. Ms. Sangerm. 1. *Et, cùm transiret inde Jesus, videt hom. sed. ad teloneum, Matth. nomine*, &c. ut supra. S. Germ. 2. *Et, cùm transisset inde Jesus, vidit hom. sed. in teloneo*, &c. Clarom. *Et, cùm transiret inde... vidit hom. sed. in teloneum, nomine Matthæum*, &c. Cantabrig. *Et transiens inde Jesus, vidit hom. sed. super teloneum, Matthæum nom. & dicit ei..... Et surgens, sequebatur eum.* A Corb. abest *surgens*. Græc. textui Colbert. favet, nisi quòd habet, ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον· sed Paris. 3. τελωνεῖον ; & Barb. 1. cum Syr. Æthiop. Arab. Ματθαῖον ὀνόματι. Tertul. l. de bapt. p. 391. b. & de idol. c. 12. p. 242. c. scribit *teloneum*. Hilar. quoque in Matth. col. 647. e. legit : *Et, cùm transiret inde Jesus, vidit hom. sed. in teloneo, Matthæum nom. & ait illi : Sequere me.* August. in Joh. 13. 667. b. *vidit in telonio sedentem quemdam publicanum, nomine Matthæum. Et ait illi : Sequere me.* Faustus Manich. ap. August. l. 17. cont. ipsum, to. 3. 305. f. *Et, cùm transiret Jesus, vidit hom. sedentem ad telonium, nomine Matth. & vocavit eum. At ille confestim surgens, secutus est eum.* Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 749. g. *Transeunte Jesu, vidit hominem quemdam sedentem ad telonium, Matthæum nomine. Et vocavit eum, & dixit ei : Sequere me.* Laurentius Mediol. de mul. Chanan. Analect. to. 2. p. 22. *Transiens Dominus, vidit eum sedentem in teloneo. Dixitque illi*, &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 2. p. 61. g.

*Progrediens tunc inde, ad vectigalia vidit*
*Consessu in medio Matthæum. Protinus illi*
*Discipulis hærere jubet. Nihil ille recusans,*
*Imperio Christi paret, gaudetque secutus.*

℣. 10. Ms. Clarom. textui Colb. congruit, posita una



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. ce multi publicani & peccatores venerunt, & recumbebant cum Jesu, & cum discipulis ejus.

11. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis ejus: Quare Magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat?

12. At Jesus audiens, ait: Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus.

13. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam.

14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Johannis, dicentes: Quare nos, & Pharisæi, jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant?

15. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi jejunare quandiu cum illis est sponsus? Venient

### Vulgata nova.

ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus.

11. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester?

12. At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.

13. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. Osee 6. 6. Inf. 12. 7. 1. Tim. 1. 15.

14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos, & Pharisæi, jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant? Marc. 2. 18.

15. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Ve- Luc. 5. 33.

### Notæ ad Versionem antiquam.

conjunct. &, ante *ecce*. Ita quoque in Sangerm. 1. nisi quòd habetur, *Et factum est recumbentem eum in domum.* Cantabrig. *Et factum est ipso discumbente in domo, ecce multi..... venientes, simul discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus.* Nec dissimile quid in Græco, præposito uno καὶ, voci *ecce*. Apud Hilar. in hunc loc. col. 647. e. *Et consedens in domum, convivium instruit, & cum eo publicanorum & peccatorum turba discumbit.* Apud Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 149. e. f. *Cùm autem discumberet in domo, ecce multi peccat. & public. venientes, recumbebant cum Jesu, & cum,* &c. Apud Juvencum l. 2. p. 61. g. ponitur hîc vocatio Philippi, ut habetur Joh. 1. 43. seqq. deinde quæ continentur capp. 2. & 3. ejusd. Johan. usque ad ℣. 21. & toto cap. 4. Mox Juvencus Matthæi caput 9. resumit p. 63. e. his verbis:

*Forte dies epulis multos sociaverat unus,*
*Publica conductis qui vectigalia lucris*
*Professi, rapiunt alieno nomine prædam.*
*Hos cum discipulis simul accipiebat Iesus.*

℣. 11. Ms. Sangerm. 1. textui Colb. suffragatur. Concinit pariter Claromont. nisi quòd initio hab. *Quod cùm vidissent Pharisæi.* Cantabrig. *Videntes autem Pharisæi, dixerunt discipulis ejus: Quare Magister vester cum peccatoribus & public. manducat?* Sangerm. 2. & Maj. Mon. *manducat & bibit Magister vester?* Græc. Vulgatæ consonat; sed Mss. plures hab. ἐσθίει καὶ πίνει, teste Millio. Hilarius in hunc loc. col. 647. f. ait à Pharisæis objurgatos *discipulos, cur Magistro cum publicanis cibus esset:* August. q. 49. in Jud. to. 3. 617. f. *quòd cum publicanis & peccatoribus manducaret:* & in Ps. 101. to. 4. 1097. f. *Quare Magister vester cum peccatoribus & publicanis manducat?* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 149. e. Vulgatæ accinit. Juvencus l. 2. p. 63. a.

*Ecce Pharisæi occulto reprehendere risu,*
*Quòd Legis doctor convivia talia adiret* (al. *iniret.*)

℣. 12. Ms. Sangerm. 1. *Audiens autem Jesus, ait: Non est sanis opus medicus, sed malè habentibus.* Claromont. *Quod cùm audisset Jesus, ait illis: Non egent sani medicum, sed malè habentes.* Cantabrig. *Qui autem audiens, dixit: Non necesse habent fortes medico, sed malè habentes.* Item Græcè: Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Tertul. l. 4. adv. Marc. 704. c. ait, *Medicum sanis non esse necessarium, sed malè habentibus:* Hilar. in hunc loc. c. 647. f. *Sanis medico opus non esse, sed curatione ægrotos indigere.* Cyprianus epist. 52. & 67. pp. 71. a. 116. e. *Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus.* Concinunt Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. c. 600. c. & Auctor l. de promiss. p. 2. c. 9. col. 133. a. Ambros. verò de apol. Dav. col. 701. a. legit: *Non opus est sanis medicus, sed infirmis:* & in Ps. 118. col. 1209. e. *Non opus est sanis medicus, sed iis qui malè habent:* similiter l. 1. & 2. de pœnit. col. 398. d. 430. e. necnon epist. 63. col. 1033. d. Hieron. epist. ad Damas. to. 4. p. 149. e. *Qui audiens, dixit: Non necesse habent sani medicum, sed malè habentes.* August. ep. 157. to. 2. 544. e. *Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus:* sic etiam in Ps. 101. to. 4. 1097. f. & l. 3. cont. ep. Parm. n. 6. to. 9. 59. e. & l. de nat. & Grat. to. 10. 135. g. 136. d. ita rursum serm. 278. to. 5. 1124. c. sed infra 1125. b. necnon in Joh. 1. 350. b. legit *malè habentibus*, non *ægrotantibus*. Gaud. Brix. serm. 19. p. 953. e. 975. f. cum Auct. l. de dupl. mart. p. 588. c. *Non est opus sanis medico, sed malè habentibus.* Orientales episc. ep. ad Symm. Conc. to. 4. 1304. b. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus:* & infra 1307. a. *Non opus habent sani medico, sed malè habentes.* Vide Marc. 2. 17. & Luc. 5. 31. Apud Juvencum l. 2. p. 63. e. sic:

*Ille sed inspiciens quid pectora clausa* (al. *sæva*) *tenerent:*
*Non, inquit, medicis opus est, ubi fortia membra*
*Intemerata salus vegetat, viresque ministrat,*
*Ægris sed meritò miserans adbibenda medela est.*

℣. 13. Ms. Sangerm. 1. *Euntes autem discite quid sit: Misericordiam volo, quàm sacrificium. Non enim veni..... sed peccatores ad pœnitentiam.* Sangerm. 2. *in pœnitentiam.* Clarom. verò, Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, sicut etiam Cantabrig. nisi quòd hab. *quid sit*, pro *quid est*. Vulgatæ pariter consonat Græc. hod. subnexo tamen in fine, εἰς μετάνοιαν, quod abest à pluribus aliis Græcis, ut monet Millius: traductum videtur è Lucæ 5. 32. Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. ait: *Misericordiam mavult, quàm sacrificium.* Item Hilarius in hunc loc. col. 648. a. *Euntes jubet discere quid sit: Misericordiam volo, quàm sacrificium:* & infra: *Misericordiam volo, non sacrificium. Non enim veni justos vocare, sed pecc. in pœnitentiam.* Ambros. ep. 51. col. 1000. e. *Misericordiam malo, quàm sacrificium:* & in Ps. 118. col. 1101. a. simpliciter: *Non veni vocare justos, sed peccatores:* similiter l. 1. de pœnit. col. 405. c. & de apol. Dav. col. 701. a. At Victor Tun. l. de pœnit. col. 600. c. addit *ad pœnitentiam;* nisi fortè citaverit ex Lucæ 5. 32. siquidem his, *malè habentibus*, nullo medio, subdit: *Non enim veni*, &c. omissis aliis, *Euntes autem discite quid*, &c. quæ à solo Matthæo referuntur. Eadem pariter omittit August. l. de nat. & Gra. to. 10. 135. g. necnon tract. 7. in 1. Joh. 350. b. ubi statim post *malè habentibus*, addit, *Non veni vocare justos, sed peccatores:* sed l. 2. de cons. Evang. n. 61. habet: *Misericordiam volo, & non sacrif.* paulò verò post: *Miseric. volo, quàm sacrificium.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 201. e. *Misericordiam volo magis, quàm sacrificium:* supra verò, p. 2. c. 9. col. 133. a. cum *malè habentibus* nectit absque ullo medio, *Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnit.* Similiter apud Gaud. Brix. serm. 19. p. 975. f. & in epist. Orient. pontif. ad Symm. Conc. to. 4. 1304. b. præter *ad pœnitentiam;* quod August. l. 2. de cons. Evang. c. 27. soli Lucæ attribuit. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 149. f. legit: *Euntes autem discite quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim*, &c. ut in Vulg. Hi autem omnes citare videntur ex Matthæo, ut liquet ex ℣. præced. Juvencus etiam l. 2. p. 63. e. eadem sic reddit:

*Discite nunc saltem jubeant quid verba Prophetæ:*
*Non ego sacra magis, quàm mitia pectora quæro.*
*Haud etenim justos veni ad directa viantes,*
*Sed revocare malos peccantum à limine gressus.*

℣. 14. Accinunt Mss. Sangerm. Corb. S. Gat. &c. nec ab his differt Claromont. nisi quòd habet sub fin. *& discipuli tui.* In Cantabrig. verò sic: *Tunc accedunt ad eum discipuli..... Quare nos, & Pharisæi jejunamus multa: discipuli autem tui*, &c. Ita quoque in Græco ad verbum. Apud Hilar. in hunc loc. col. 648. d. omnia ut in textu Colb. sicut apud Hieron. quæst. 1. ad Algas. to. 4. 189. a. Apud Juvencum l. 2. p. 63. f. sic:

*Ecce, sed è numero mirantum munera Christi,*
*Unus Iohannis quærebat discipulorum,*
*Cur ipsi legis jejunia crebra tenerent:*
*Nullaque sub Christo plebes jejunia ferrent.*

℣. 15. Mss. Sangerm. 1. & Clarom. consentiunt cum textu Colbertino. Corb. etiam habet: *Nunquid possunt filii sponsi jejunare:* & Ms. Maj. Mon. in fine: *tunc jejunabunt in illis diebus.* Cantabrig. *Et dixit eis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi jejunare in quantum cum ipsis est sponsus? Venient autem dies cùm tollatur ab eis sponsus: & tunc je-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

nient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt.

16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus à vestimento, & pejor scissura fit.

17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, & ambo conservantur.

Marc. 5. 22. Luc. 8. 41. 42. — 18. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & vivet.

19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, & discipuli ejus.

Marc. 5. 25. Luc. 8. 43. — 20. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum

**Versio antiqua.**

autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt in illis diebus. — *Ex Ms. Colbert.*

16. Nemo autem committit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim fortitudinem ejus à vestimento veteri, & pejor fit scissura.

17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpentur utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, & ambo reservantur.

18. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, & adoravit eum, dicens: Filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & vivet.

19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, cum discipulis suis.

20. Et ecce mulier, quæ sanguinis profluvium

## Notæ ad Versionem antiquam.

*junabunt in illis diebus.* Græc. Vulgatæ favet. Apud Hilar. in hunc loc. col. 648. e. f. ita: *Præsente sponso, jejunandi necessitatem discipulis non esse, respondet..... Ablato autem, se jejunaturos esse dicit.* Apud Ambros. ep. 31. col. 915. a. fortè ex Marco 2. 20. *Cùm auferetur ab eis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.* Apud August. q. 49. in Judic. to. 3. 620. d. *Non possunt jejunare filii sponsi quandiu*, &c. ut in Vulg. & in Ps. 3. to. 4. col. 7. b. *Quandiu cum eis est sponsus, non jejunant filii sponsi*: & epist. 36. to. 2. 69. f. *Venient dies ut auferatur sponsus ab eis: & tunc jejunabunt filii sponsi*: & in Joh. 14. to. 3. 693. c. *Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt filii sponsi*: at serm. 210. to. 5. 928. g. *Non possunt lugere filii sponsi quandiu cum eis est sponsus. Sed veniet hora quando auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt*: & l. cont. Adim. to. 8. 139. c. *Tunc lugebunt filii sponsi, cùm ablatus fuerit ab eis sponsus.* Arnob. annot. in Evang. p. 331. h. *Non possunt filii sponsi jejunare quandiu cum illis est sponsus. Venient autem dies, auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt illis diebus.* Juvencus l. 2. p. 63. f.

*Christus ad hæc contrà placido sic ore profatur:*
*Qui sponsi lætis comitantur vota choreis,*
*Non præsente illo jejunia tristia portant.*
*Jamque dies aderit cùm sponsus turbine sæcli*
*E medio comitum rapietur: tristibus illi*
*Tuncque dabunt animos lacrymis, horrore ciborum*
*Languida concipient animis jejunia flentes.*

℣. 16. Ms. Claromont. *Nemo autem committit commiss. panni rudis in vestimento veteri: tollit enim fortitudinem ejus à vestimento, & pejor fit scissura.* Similiter habent *fortitudinem ejus* Mss. Sangerm. 1. & Maj. Mon. Sangerm. 2. verò, *tollit plenitudinem ejus.* Cantabrig. *Nemo autem inmittit commissuram panni novi in vestimento veteri: tollit enim plenitudo ejus de vestimento, & pejor scissura fit.* Græc. Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκυς ἀγνάφυ ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, &c. ut in Vulgata. Tertul. de orat. Dom. c. 1. p. 180. a. & l. 3. adv. Marc. p. 675. c. ait fortè ex Marco 2. 21. *novam plagulam non assui veteri vestimento.* Hilar. tamen in Matth. col. 649. a. pariter dicit *pannum rudem vestimento veteri non assui, quia vetustatis infirmitatem virtus adsumenti* (al. *adsumti*, vel, *adsuti*) *rudis dissolvat*: & infra, *fiet enim scissura pejor.* Hieron. verò in Ezech. 16. to. 3. 794. a. legit: *Nemo assumit commissuram panni rudis in veteri vestimento: alioquin tollit de plenitudine ejus, & pejor scissura fiet.* Auctor l. ad virg. devot. p. 366. f. *Non potest committi pannum vetus cum novo: tollit enim fortitudinem ejus, & pejor scissura fit.* Philastrius Brix. l. de hæres. p. 706. g. *Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus.* Apud Arnob. annot. in Evang. p. 331. h. omnia ut in Vulg. præter vocem unam *major*, loco *pejor.* Apud Juvencum l. 2. p. 63. f.

*Quàm stultum est rudibus veteres subtexere pannos*
*Vestibus, ut veteris pejor scissura patescat!*

℣. 17. Iidem in Mss. Corb. & S. Gat. excepto uno ult. *conservantur*, pro *reservantur.* Sangerm. 1. *Neque mittunt..... alioquin rumpit vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum..... mittunt, & ambo conservabuntur.* Sangerm. 2. *alioquin rumpentur in utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum... mittunt, & ambo conservant.* Claromont. *alioquin rumpentur utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum..... mittunt, & utraque servantur.* Cantabrig. *Nec mittunt vinum novellum in utres veteres: alioquin rumpit vinum novellum utres, & vinum perit, & utres. Mittunt autem vinum novellum in utres novos, & utrique servantur.* Gr. Οὐδὲ βάλλυσιν οἶνον νέον εἰς..... εἰ δὲ μήγε ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολῦνται. Ἀλλὰ βάλλυσιν... καὶ ἀμφότερα συντηρῦνται· Mss. quidam ferunt, ἀπόλλυνται; sicut alii plures, ἀμφότεροι συντηρῦνται. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 675. c. ait, *Nec vinum novum veteribus utribus credi*: & l. de orat. c. 1. p. 180. a. *Sed novum vinum novis utribus recondi.* Hilarius quoque in Matth. col. 649. a. alludens dicit, *Vinum novum veteribus utribus non infundi: ferventis enim musti calor utres veteres abrumpit: fiet enim scissura pejor, effusoque vino, utres veteres peribunt.* August. serm. 210. to. 5. 929. a. *Neque mittunt vinum novum in utres veteres, ne & utres rumpantur, & vinum effundatur. Sed vinum novum in utres novos mittunt, & utraque servantur.* Philastr. Brix. de hæres. p. 706. g. *Neque vinum novum in utres veteres: alioquin rumpentur utres, & effundetur vinum.* Arnob. annot. in Evang. p. 332. a. *Neque immittunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpit vinum utres, & vinum perit, & utres. Sed mittunt vinum novum in utres novos, & utraque servantur*: quæ Ms. Cantabrigiensi satis accedunt. Apud Juvencum l. 2. p. 63. f. ita:

*Utribus aut calidùm tritis committere mustum,*
*Quîs ruptis, totum sequitur disperdere vinum.*
*Utribus est rectum rudibus spumantia musta*
*Condere; sic vinum conservant fortia vasa.*

℣. 18. Ms. Sangerm. 1. *Hæc illo loquente ad eos, ecce quidam princeps accessit, & adorabat eum, dicens: Filia mea*, &c. ut supra. Cantabrig. *Hæc eo loquente illis, ecce unus princeps veniens, adorabat ei, dicens: Filia mea modò mortua est: sed veniens impone manum*, &c. Claromont. *Hæc illo loq. ad eos, ecce quidam princeps, nomine Jairus, veniens, adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone super illam manum tuam, & vivet.* Nomen autem *Jairi* hîc assutum videtur ex Marco 5. 22. vel Luca 8. 41. In Græco sic: Ταῦτα αὐτῦ λαλῦντος αὐτοῖς, ἰδὺ ἄρχων ἐλθὼν, προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Ὅτι ἡ..... ἀλλὰ ἐλθὼν, ἐπίθες τὴν, &c. Mss. nonnulli delent αὐτοῖς· deinde quidam ferunt, ἰδὺ ἄρχων εἷς ἐλθών· alii quidam, ἄρχων τις ἐλθὼν, vel εἰσελθών· subinde in aliis, λέγων· Κύριε, ὅτι ἡ, &c. in aliis abest Ὅτι; ita ex Millio. Apud Hilar. in hunc loc. 649. b. sic: *Hæc illo loq. ecce princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò def. est: veni, & pone manum super eam.* Apud Juvencum l. 2. p. 63. f.

*Talia tractanti, perculsus pectora luctu,*
*Ecce sacerdotum princeps procumbit adorans;*
*Et sibi defunctam, funus miserabile, natam*
*Implorat lacrymans, certamque venire salutem*
*Defunctæ vitam* (al. *Defuncto vitâ*) *poscebat munere* (al. *munera*) *Christi.*

℣. 19. Ms. Sangerm. 1. concordat cum textu Colb. Sangerm. 2. verò, Cantabrig. Corb. &c. cum Vulgata. Claromont. habet: *Exsurgens autem Jesus, sequebatur eum, cum discipulis suis.* Gr. Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησῦς, ἠκολύθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ, &c. Mss. quidam, ἠκολύθει, &c. Hilarius in Ps. 138. col. 508. f. textui Colb. suffragatur ad verbum. Juvencus l. 2. p. 63. g. ait:

*Haud mora, consurgens, graditur salvator Iesus.*

℣. 20. Ms. Sangerm. 1. *Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum habebat xii. annis, accessit retro, & tetigit vestimentum ejus.* Claromont. *Et ecce mulier, quæ profluvio sanguinis vexabatur xii. annis*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Et ecce mulier fluxum sanguinis habens xii. annis, accedens retro, tetigit fimbriam*, &c. Ita quoque in Græco est, ubi αἱμοῤῥοῦσα, loco *fluxum sanguinis habens.* Apud Hilar. in



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. habebat annis XII. acceſſit retro, & tetigit veſtimentum ejus.

21. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero.

* Et continuò ſtetit profluvius ſanguinis. At ille converſus, dixit diſcipulis ſuis: Quis me tetigit? Illi autem dixerunt: Turba te comprimit, & tu dicis: Quis me tetigit? Non quòd turba me comprimit, ſed aliquis me tetigit: ego enim ſenſi virtutem exiſſe à me. Tunc mulier cùm ſciſſet, quòd non poſſet latere, venit, & cecidit ante pedes ejus: & dixit quid feciſſet ei, quomodo ſanata eſſet.

22. At ille converſus, vidit eam, & dixit: Conſtans eſto filia, fides tua te ſalvam fecit: vade in pace. Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora.

23. Et cùm veniſſet Jeſus in domum principis, videns tibicines & turbam tumultuantem, dixit:

24. Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

25. Et cùm ejecta eſſet turba, intravit: & tenuit manum ejus. Et ſurrexit puella.

VULGATA NOVA.

patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus.

21. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero.

22. At Jeſus converſus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit. Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora.

23. Et cùm veniſſet Jeſus in domum principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat.

24. Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

25. Et cùm ejecta eſſet turba, intravit: & tenuit manum ejus. Et ſurrexit puella.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Matth. col. 649. d. ſic: *Hæc ad Domini prætereuntis occurſum, tactu veſtis Domini, ſanam ſe de profluvio ſanguinis futuram eſſe confidit..... fimbriam veſtis per fidem feſtinat attingere.* Apud Arnob. annot. in Evang. p. 332. b. *Ecce mulier ſanguinis profluvium habebat per annos duodecim, & acceſſit retrò, & tetigit veſtimentum ejus.* Vide ſis Ambroſ. epiſt. 67. to. 2. 1059. a. Apud Juvencum l. 2. p. 63. g. ita:

*Progreſſi* (al. *Progreſſos*,) *mulier ſequitur veſtigia ſervans,*
*Quam languore gravi, bis ſex labentibus annis,*
*Carpebat fluxus, lacerans* (al. *macerans*) *ſine fine, cruoris.*
*Torquebat ſolvens morbus pallore virentem,*
*Viribus abſumptis, & toto corpore feſſam:* vide inf. ad ℣. 22.

℣. 21. Mſs. Corb. & Sangerm. 1. nil differunt à textu Colb. & Vulgata. Sangerm. 2. habet: *Si tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero.* Clarom. *Si tetigero veſtimentum ejus, ſalva ero.* Cantabrig. *Si tetigero tantùm veſtimenti ejus, ſalvabor.* Græcè ita: Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι· in Pariſ. tamen 6. Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· al. Ὅτι ἐὰν μόνον, teſte Millio. Apud Ambroſ. in Pſ. 48. to. 1. 945. e. *Si tetigero fimbriam ejus, ſalva ero:* at l. 1. de pœnit. c. 399. a. *Quia ſi tetigero veſtimentum ejus, ſalva ero.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 89. b. *Mittam manum meam, & tangam fimbriam veſtimenti hujus, & ſana fiam.* Arnob. annot. in Evang. p. 332. b. Vulgatæ ſuffragatur & Mſ. Colbertino. Juvencus l. 2. p. 63. g. ſic pergit:

*Pectoris hæc tacitam volvebat credula mentem,*
*Arcanaque fide ſecum jam certa tenebat,*
*Abdutum feſſo fugeret quòd corpore tabes,*
*Extremam Chriſti poſſet ſi tangere veſtem.*

* Hoc additamentum nec habetur in Vulgata, nec in Mſs. Latinorum, vel Græcorum ullo: huc additum videtur ex Marci cap. 5. ℣℣. 29. 30. &c. vel potiùs ex Lucæ 8. ℣℣. 44. 45. Arnobius tamen annot. in Evang. p. 332. b. ita legit ex Matthæo: *Si tetigero..... ſalva ero:* tum addit, velut ex ipſo: *Ille autem dixit ad diſcipulos ſuos: Quis me tetigit? ſenſi enim à me exiſſe virtutem. At ubi vidit mulier illa, quæ tetigerat veſtimentum ejus, non poſſe celari, procidit ad pedes ejus, dicens: Ego Domine tetigi, quia profluvio vexabar.* Quæ omnia licet Marci, aut Lucæ ſenſum exprimant, non tamen reddunt verbum è verbo; uti nec illa quæ Mſ. Colb. exhibet: unde concludi poſſet neque ex Marco, neque ex Luca eruta fuiſſe verba illa, ſed in Evangelio Matthæi ita olim inſerta fuiſſe, niſi refragarentur alii Mſs. Latini, & Græci omnes.

℣. 22. Mſ. Sangerm. 1. *At Jeſus converſus, & videns eam, dixit: Conſtans eſto filia, fides tua te ſalvam fecit. Et ſalva facta eſt,* &c. ut ſupra. Claromont. *Jeſus autem converſus, & videns eam, dixit: Conſtans eſto filia,* &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Qui autem converſus, ſtetit, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua ſalvavit te. Et ſalvata eſt mulier ab illa hora.* Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν..... Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ ἐσώθη, &c. Mſs. quidam ferunt: Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη στραφεὶς, καὶ ἰδών· paulòque poſt codex unus huic, σέσωκέ σε, addit, ὕπαγε εἰς εἰρήνην. Καὶ ἐσώθη, &c. ut habetur in textu Colb. & apud Marcum, 5. & Luc. 8. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 996. c. *Conſtans eſto filia, remiſſa ſunt tibi peccata tua.* Apud Arnob. annot. in Evang. p. 332. b. antecedentibus additur: *Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te ſalvam fecit;* ut apud Marcum, 5. 34. & Lucam, 8. 48. Epiphan. comment. in 2. 9. & 5. 16. Cantic. Cant. *Confide filia, fides tua te ſalvam fecit, vade in pace.* Hilarius in Matth. col. 649. e. alludens hæc habet: *Fitque mox ſana..... cujus fidem & conſtantiam Dominus mox laudavit.* Apud Juvencum l. 2. p. 63. g.

*Hæc ubi per populum ſummi pendentia pepli*
*Fila manu trepidâ tractavit, protinus ille*
*Et cauſas morbi, & credentia pectora cernens,*
*Conceſſit celerem tali cum voce ſalutem:*
*Accipe, quod meruit fidei conſtantia, munus.*
*Et mox conſtricto viguerunt* (al. *conſtrictæ viguerunt*) *ſanguine venæ.*

℣. 23. Mſ. Corb. *Et cùm veniſſet Jeſus in domum cujuſdam principis, & vidiſſet tibicines... dicebat.* Sangerm. 1. *Et cùm veniſſet Jeſus in domum principis, & vidiſſet tibicines..... dixit ad eos.* Sangerm. 2. *& vidiſſet tibicines & turbarum tumultuantem, dicebat.* Clarom. *videns tubicines & turbam tumult. & dixit.* Cantabrig. *Et veniens Jeſus in domum principis, & videns ſynphoniacos & multitudinem turbantem ſe, dicebat:* Græc. Vulgatæ accinit, niſi quòd pro *dicebat*, hab. λέγει αὐτοῖς; quidam verò Mſs. ἔλεγεν αὐτοῖς. Hilar. in hunc loc. col. 650. b. ait: *Ingreditur deinde Dominus domum principis, ſynagogam videlicet, cui in canticis legis hymnus luctuum perſonabat.* Ambroſ. verò in Luc. col. 1398. *Matthæus ait tibicines fuiſſe in domo principis, & turbam tumultuantem.* Apud Juvencum l. 2. p. 63. g.

*Poſtquam perventum eſt ubi funera virginis ingens*
*Plangentis populi fremitus, clangorque tubarum*
*Ultima ſupremæ celebrabant funera pompæ.*

℣. 24. Ita ferunt Mſs. Corb. Sangerm. Clarom. &c. unà cum Græco. Cantabrig. habet: *Diſcedite: non enim mortua eſt puella,* &c. Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 61. f. *Quod autem*, inquit, *nonnulli codices habent ſecundùm Matthæum*, non enim mortua eſt mulier, ſed dormit, *cùm eam Marcus & Lucas* 12. *annorum puellam fuiſſe teſtentur; intelligas Hebræo more locutum eſſe Matthæum. Nam & aliis Scripturarum locis hoc invenitur, non eas tantùm quæ virum paſſæ fuerant, ſed omnino feminas etiam intactas atque integras, mulieres appellari.* Hilarius autem in hunc loc. 650. b. *puellam* dicit, è Gr. κοράσιον; & paulò ſupra, Chriſtum Dominum irriſum fuiſſe à plurimis. Apud Juvencum l. 2. p. 63. h. ſic:

*Abſcedant, inquit, tectis hæc triſtia veſtris:*
*Namque puella jacet placido demerſa ſopore,*
*Defunctam retur flentum quam neſcia plebes.*
*Talia dicentem ridentum turba reliquit,*
*Quòd morte abreptam dixit dormire puellam.*

℣. 25. A Mſ. Corb. abeſt *intravit*. In Sangerm. 1. ſic: *Et cùm ejecta eſſet turba, accedens tenuit manum ejus,* &c.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 26. Et exiit fama hæc in universam terram illam. | 26. Et exivit fama hæc in universam terram illam. *Ex Ms. Colbert.* |
| 27. Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, fili David. | 27. Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, fili David. |
| 28. Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. | 28. Et venit in domum, & accesserunt ad eum cæci. Et dicit illis Jesus: Creditis quia possum hoc facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. |
| 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem vestram fiat vobis. | 29. Tunc tetigit oculos illorum, dicens: Secundùm fidem vestram fiat vobis. |
| 30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Jesus, dicens: Videte ne quis sciat. | 30. Et aperti sunt oculi illorum: & comminatus est eis Jesus, dicens: Videte ne quis sciat. |
| 31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa. | 31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in totam terram illam. |
| Inf. 12. 22. Luc. 11. 14. 32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. | 32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt illi hominem mutum & surdum, dæmonium habentem. |
| 33. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. | 33. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam sic apparuit in Israël. |
| 34. Pharisæi autem dicebant: In principe dæ- | 34. Pharisæi autem dicebant: In principe dæ- |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut supra. In Clarom. verò: *Cùm autem ejecta esset turba foris, accedens tenuit manum ejus, & dixit: Puella exsurge. Et surrexit confestim puella.* In Cantabrig. *Quando autem ejecta est turba, veniens tenuit manum ejus. Et surrexit puella.* Ita quoque in Græco, nisi exceperis verbum εἰσελθὼν, pro *veniens*, ad litt. *ingrediens.* Apud Hilar. in hunc loc. 650. b. *Apprehensam igitur puellam manu, cujus apud se mors erat somnus, retraxit ad vitam:* subinde: *turba omnis expulsa est.* Porro ex Lucæ 8. 54. invectum fuisse, velut ex Matthæo, videtur in Ms. Clarom. Tò *& dixit: Puella exsurge:* quod tamen additamentum confirmare videtur Juvencus l. 2. p. 63. h. dicens:

*Sed Christus lethi victor, vitæque repertor,*
*Frigentis dextram dignatus prendere dextrâ,*
*Surgere mox jussit, miranda ad gaudia patris.*

℣. 26. Textui Colb. favent Mss. Clarom. S. Germ. Corb. &c. Solus Cantabrig. habet: *Et exiit fama ejus in totam terram illam.* In Græco φήμη αὕτη, non *fama ejus.* In Mss. tamen nonnullis φήμη αὐτοῦ, si Millio fides. Apud Hilar. in hunc loc. 650. c. *Et exeunte fama in universam terram illam*, &c. Apud Juvencum l. 2. p. 63. h. nihil est quod versiculo respondeat.

℣. 27. Textui suffragantur Mss. Corb. Cantabrig. & Sangerm. 1. nisi quòd Cantabrig. delet *eum.* Germ.que hab. *Miserere nobis, fili David.* Germ. 2. *Miserere nostri, Domine, fili David.* Claromont. *sequebantur illum duo cæci..... dicentes: Miserere nobis, fili David.* Græc. textui Colb. consonat, & Vulgatæ: Mss. tamen plures ponunt Κύριε, ante *fili David*, ut supra in Germ. 2. Apud Hilar. in Matth. col. 650. c. sic: *Exeunte Domino, mox cæci duo sequuntur... quin etiam & filium David nuncupant, & salvari se rogant.* Apud Juvencum l. 2. p. 63. h.

*Inde revertenti clamor se protinus offert*
*Lumine captorum, gressu labente, duorum.*

℣. 28. Ms. Sangerm. 1. *Et venit in domum, & accesserunt ad eum cæci, deprecantes. Et dixit illis Jesus: Creditis quia possum hoc vobis facere?* &c. Sangerm. 2. *Cùm autem venisset in domo, accesserunt ad eum duo cæci. Et dicit eis..... quia possum hoc facere vobis?* &c. Claromont. *Et mox venit in domum, accesserunt ad eum duo cæci, rogantes. Quibus ait Jesus: Creditis quòd possum hoc*, &c. ut supra. Cantabrig. *Et venit in domum, & accesserunt ad eum duo cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia possum hoc facere? Dicunt ei: Etiam, Domine:* hîc superpositum *credimus*, ut sit, *Etiam credimus, Domine;* sed alia manu scriptum est *credimus*, nec habetur ibid. in Græco. Hodiernum Vulgatæ congruit, deleto uno *vobis*, post *facere.* Apud Hilar. in hunc loc. 650. e. *Quibus Dominus ostendens..... per fidem salutem exspectandam..... si credidissent, visum pollicetur; & credentibus præstat.* Apud Oros. l. cont. Pelag. p. 451. f. *Creditis quòd possum hoc facere?* Apud Juvencum l. 2. p. 63. h.

*Atque his* (al. *ollis*) *Christus ait: Si credunt pectora vestra,*
*Nunc virtute mea se reddet lumen ademptum.*
*Olli firmato se credere corde fatentur.*

℣. 29. Consonant Mss. Sangerm. Corb. S. Gat. &c. unà cum Græco. Ms. Claromont. habet: *Tunc tetigit oculos eorum, & ait*, &c. Cantabrig. *& dixit*, &c. Apud Iren. l. 4. c. 37. p. 282. b. legitur singulariter, *Secundùm fidem tuam fiat tibi.* Similiter apud Ambros. in Ps. 36. col. 787. b. *Fiat tibi secundùm fidem tuam.* Meliùs apud Epiphan. comment. in 2. 14. Cantici Cantic. *Secundùm fidem vestram fiat vobis*, ut in textu. Apud Juvencum l. 2. p. 63. h.

*Tunc Christus fatur: Credentes cernite lucem.* (al. *lumen.*)

℣. 30. Ms. Sangerm. 1. cum Clarom. *Et confestim aperti sunt oculi ipsorum*, &c. ut supra. In Cantabrig. omnia ut in textu Colb. excepto penult. *nemo*, pro *ne quis;* Gr. μηδεὶς; cæt. ut in Vulg. Ms. tamen unus addit παραχρῆμα, verbo *aperti sunt*, ut in Claromont. supra. Apud Hilar. in hunc loc. 650. e. *Et silentium imperat.* Item apud Juvencum l. 2. p. 63. h.

*Nec cuiquam nostrum post hæc edicite nomen.*

℣. 31. Ms. Clarom. *At illi egressi, diffamav. eum in totam terram illam.* Cantabrig. *Qui autem exeuntes, divulgabant eum in tota terra illa.* Sangerm. ambo textui Colb. favent. Græc. Οἱ δὲ ἐξελθόντες, διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ, &c. Apud Juvencum l. 2. p. 63. h.

*Dixit: sed major per gaudia tanta videntum*
*Ardor inexpletus famam per cuncta ferebat.*

℣. 32. Ms. Sangerm. 1. *Egredientibus autem illis, ecce... hominem mutum & surdum, dæm.* &c. Clarom. *Exeuntibus autem illis, ecce..... mutum & surdum*, &c. Sangerm. 2. similiter habet *mutum & surdum;* cæteri ut in Vulgata. Ita quoque Mss. S. Gat. & Maj. Mon. Cantabrig. verò sic: *Iisdem autem exeuntibus, ecce obtul. ei hominem surdum dæmoniacum.* Gr. Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ..... ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον. Porro κωφὸς utrumque significare potest, & *surdum*, & *mutum.* Hieron. tamen in Matth. 9. to. 4. 33. e. ait, *κωφὸν magis tritum esse sermone communi, ut* surdus *magis, quàm* mutus *intelligatur: sed moris est*, inquit, *Scripturarum κωφὸν indifferenter, vel* mutum, *vel* surdum *dicere.* Apud Hilar. in eund. loc. 651. a. *Quin etiam post hæc in muto, & surdo, & dæmoniaco, gentium plebs offertur.* Apud Juvencum verò l. 2. p. 63. h. simpliciter:

*Offerturque dehinc juvenis, cui rapta sonoræ*
*Dæmonis incursu fuerat substantia vocis.*

℣. 33. Ms. Corb. textui Colb. consonat. Sic etiam in S. Germ. 1. excepto *dæmone*, pro *dæmonio.* Sangerm. 2. tollit *&*, ante *ejecto;* paulòque post hab. *admiratæ sunt turbæ*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et ejecto dæmonio, locutus est surdus, & miratæ sunt..... Nunquam sic paruit in Israel.* Similiter in Claromont. *Nunquam sic paruit*, &c. Græc. Ὅτι οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως· cæt. ut in Vulg. Hilarius in hunc loc. 651. a. b. dicit: *Dæmon priùs ejicitur, & tum reliqua corporis officia succedunt:* subinde: *& visus, & auditus, & sermo salutis invehitur, cujus facti admirationem talis turbæ est consecuta confessio: Nunquam sic apparuit in Israël:* & infra: *laudes Dei homo mutus surdusque* loquebatur. Juvencus l. 2. p. 64. a.

*Atque propulsus ubi fugit de pectore dæmon,*
*Confestim sanæ redierunt munera linguæ.*
*Talia mirantis populi stipante tumultu*
*Vallatur:* reliqua silet usque ad ℣. 36.

℣. 34. Ms. Sangerm. 1. cum Clarom. *In Belzebul* (Clarom. *Belzebut*) *principem dæmoniorum hic ejicit dæmonia.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. moniorum ejecit dæmonia.

35. Et circuibat Jeſus civitates omnes, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni, & curans omnem languorem, & infirmitatem in populo.

36. Videns autem turbas, miſertus eſt illis: quòd eſſent vexati, & jacentes ſicut oves non habentes paſtorem.

37. Tunc dixit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.

38. Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

VULGATA NOVA.

moniorum ejicit dæmones.

35. Et circuibat Jeſus omnes civitates, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Marc. 6. 6.

36. Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati, & jacentes ſicut oves non habentes paſtorem.

37. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Luc. 10. 2.

38. Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Sangerm. 2. *In Beelzebub principe dæm. ejicit dæmones.* S. Gat. *In Belzebub principe dæm.* &c. Sed à Mſ. Cantabrig. Græc. & Lat. totus hic verſus abeſt, de quo vide Millium. Non etiam de ipſo meminit Hilarius comm. in Matth. nec Juvencus l. 2. hiſtor. Evang. ut monuimus ſupra. Apud Auguſt. in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 938. d. id legitur: *Quando in principe dæmoniorum dæmonia excludere blaſphemabant.* Græc. Vulgatæ conſonat.

℣. 35. Mſ. Sangerm. 1. *Et circuibat Jeſus civit. omnes... & curans omn. lang. & omnem infirmitatem in populo: & multi ſecuti ſunt eum.* Clarom. *Et circumibat Jeſus univerſas civitates..... & ſanans omnem valetudinem, & omnem infirmitatem: & multi ſecuti ſunt eum.* Cantabrig. ſimiliter habet initio, *Et circumibat Jeſus civitates univerſas;* reliqua verò ut in Vulg. nec plura. Mſ. autem S. Gat. extremò addit *in plebe;* ſtatimque, *& multi ſecuti ſunt eum;* ſed altera manu. Corb. Sangerm. 2. &c. nil differunt à Vulg. Græc. Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας..... ϗ θεραπεύων πᾶσαν νόσον, ϗ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ· deeſt verò, ἐν τῷ λαῷ, in pluribus Mſs. ſi Millio fides. Contrà in aliis τῷ λαῷ ſubjicitur iſtud, ϗ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. Hilar. in hunc loc. 651. a. b. ait: *Civitates omnes, & caſtella omnia virtute & ingreſſu Chriſti illuminantur, & omnem infirmitatem veterni languoris evadunt.*

℣. 36. Mſ. Sangerm. 1. *Videns autem Jeſus turbas..... quia eſſent vexati,* &c. Sangerm. 2. *Videns autem Jeſus..... quia erant,* &c. Clarom. Corb. S. Gat. &c. nil diſſentiunt à Vulg. Cantabrig. verò habet: *Videns autem turbas, miſericordia motus eſt pro eis: quia erant fatigati, & projecti ſicut oves non,* &c. Græc. Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν· ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι, ϗ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα, &c. Apud Hilar. in Matth. col. 651. d. *Videns autem turbas, miſertus eſt: quòd eſſent vexatæ, & jacentes:* & inf. *Turbarum,* inquit, *Dominus miſeretur vexatarum, & jacentium tanquam gregis ſine paſtore diſperſi.* Juvencus editis ſup. ad ℣. 33. proximè addit:

*..... Cernens ſed millia tanta virorum,*
*Ingemit ut ruris Dominus, cui paſcua lata*
*Innumeræ tondent pecudes rectoris egentes.*

℣. 37. Mſ. Clarom. *Tunc ait diſcipulis,* &c. Sangerm. Corb. Cantabrig. &c. Vulgatæ conſonant, & Græco. Apud Hilar. in hunc loc. 651. d. *Et ait meſſem multam, paucos operarios.* Apud Ambroſ. l. de Spir. S. col. 602. a. *Meſſis enim multa, operarii autem pauci.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. a.

*Tunc ad diſcipulos depromit talia verba:*
*Quàm latè* (al. *lætè*) *ſegetes ruris per terga pateſcunt,*
*Sed rarus meſſor frugis ſuperatur acervo!*

℣. 38. Utrique textui accinunt Mſs. Sangerm. Corb. & Claromont. &c. In Cantabrig. verò ſic: *Orate ergo Dominum meſſis, ut ejiciat operarios ad meſſem ſuam.* Ita quoque in Græco. Hilar. in hunc loc. 651. d. ſimiliter ait, *Orandum Dominum meſſis, ut operarios plures in meſſem ejiciat.* Auguſt. l. de conſ. Evang. to. 3. 62. d. *Rogate ergo Dominum meſſis, ut ejiciat operarios in meſſem ſuam.* Juvencus l. 2. p. 64. a.

*Jam ſupereſt Dominum ſegetis depoſcere tanta,*
*Ut ſua rura velit numero complere colentum.*

# CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET convocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem valitudinem, & omnes infirmitates.

2. Duodecim autem Apoſtolorum nomina hæc ſunt. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus,

3. Jacobus Zebedæi, & Johannes frater ejus, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi, & Thaddæus,

VULGATA NOVA.

1. ET convocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Marc. 3. 13. Luc. 6. 13. & 9. 1.

2. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus,

3. Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi, & Thaddæus,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Clarom. *Et convocatis Jeſus duodecim,* &c. ut in Vulgata; cui accinunt ad verbum Corb. Sangerm. 2. S. Gat. &c. Sangerm. 1. verò habet: *Et convocatis duodecim..... dedit illis poteſtatem ejiciendi ſpiritus immundos, & curandi omnem valitudinem, & omnem infirmitatem in populo.* Cantabrig. *Et advocans xii. diſcipulos ſuos, dedit eis pot. ſpirituum immund. ut ejiciant eos; & curare omnem lang.* &c. ut in Vulg. nec refragatur Græcum, niſi quòd aliqui Mſs. initio ferunt: Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς; & quidam in fine ad μαλακίαν, addunt ἐν τῷ λαῷ. Hilarius in hunc loc. 651. d. legit: *Et diſcipulis convocatis dedit poteſtatem ejiciendorum ſpirituum immundorum, curandæque cunctæ infirmitatis, omniſque languoris.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. a.

*Hæc fatus, populo ex omni delecta ſeorſum*
*Fortia conglomerat biſſeno pectora cætu.*

℣. 2. Utrique textui favent Mſs. Clarom. Cantabrig. Sangerm. 2. S. Gat. &c. Item Sangerm. 1. cum Corb. ſed ambo iſti, loco *dicitur,* hab. *cognominatus eſt;* ſicut unus Colb. Gr. pro λεγόμενος, fert καλούμενος. Cæteri Græci codd. textui noſtro Lat. accinunt.

℣. 3. Mſ. Sangerm. 1. cum Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. *Jacobus Zebedei..... Jacobus Alphei, & Judas Zelotes, & Simon,* &c. Sangerm. 2. verò: *Jacobus Zebethei... Jacobus Alphæi, & Thatheus, Simon,* &c. Cantabrig. *& Jacobus Zebedæi..... Jacobus Alſei, & Lebbeus, & Simon,* &c. Græc..... Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, ϗ Λεββαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος· al. ϗ Θαδδαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Λεββαῖος. Hieron. in hunc loc. to. 4. 35. a. ait *Thaddæum apoſtolum ab evangeliſta Luca* dici *Judam Jacobi;* deinde: *Et alibi,* inquit, *appellatur* Lebæus, *quod interpretatur* corculus; *credendumque eſt eum fuiſſe trinomium.* Idem obſervat Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 62. g. dicens: *Lucas à Matthæo non diſcrepat, niſi in nomine* Judæ Jacobi, *quem Matthæus* Thaddæum *appellat. Nonnulli autem codices habent* Lebbæum. *Quis autem unquam prohibuerit duobus vel tribus nominibus hominem unum vocari?* Unde autem derivatus fuerit in codd. prædictos *Judas Zelotes,* incompertum adhuc nobis eſt, præſertim cùm *Simon* dicatur *Zelotes,* Luc. 6. 15. non *Judas* aliquis è numero diſcipulorum: neque etiam ullus extat Græcus

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

[Marc. 6.6.] 4. Simon Chananæus, & Judas Iscariotes, qui & tradidit eum.

5. Hos duodecim misit Jesus; præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis:

6. sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domûs Israël.

[Luc. 10. 2.] 7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cœlorum.

8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.

[Marc. 6.8. Luc. 9. 3. & 10. 4.] 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris:

10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.

11. In quamcunque autem civitatem aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

4. Simon Chananæus, & Judas Scarioth, qui tradidit eum.

5. Hos duodecim misit Jesus; præcipiens eis, & dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis:

6. sed potiùs ite ad oves perditas domûs Israël.

7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quoniam appropinquavit regnum cœlorum.

8. Infirmos visitate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia ejicite: gratis accepistis, gratis date.

9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris:

10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam in manibus vestris: dignus est enim operarius mercede sua.

11. In quamcunque autem civitatem aut castellum introieritis, interrogate, quis in ea dignus est: & ibi manete donec exeatis inde.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

codex in quo legatur *Judas Zelotes.*

℣. 4. Ms. Sangerm. 1. concordat cum textu Colb. Concinit etiam Clarom. nisi quòd habet, *& Simon.* Cantabrig. *& Simon Chan. & Judas Scariotes, qui & tradidit eum.* S. Germ. 2. *Simon Cannaneus, & Judas Scariothis, qui &,* &c. Corb. *& Judas Iscarioth, qui eum tradidit.* Græc. Vulgatæ consonat.

℣. 5. Ms. Sangerm. 1. hoc uno differt à textu Colb. *in via*, pro *in viam.* Clarom. & Cantabrig. hab. *& dicens: In viam gent... & in civitatem Samarit. ne introieritis.* Similiter *& dicens* in Sangerm. 2. sicut in Corb. *ne introieritis.* Græc. Vulgatæ favet, nisi quòd hab. num. singul. εἰς πόλιν, non *in civitates.* Item Tertul. l. de fuga in persec. p. 971. b. legit: *In viam nationum ne ieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis:* vide etiam l. de præscript. c. 8. p. 332. b. 334. b. Cyprian. pariter ep. 76. p. 154. a. *In viam nationum ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis.* Ambros. verò l. 9. in Luc. col. 1408. d. *In viis gentium ne ambulaveritis, & in civitates Samaritanorum ne introieritis.* August. in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 961. a. *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne introieritis.* Similiter habet Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 3. p. 20. d. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 77. ap. Aug. to. 3. 74. e. is verò inf. p. 2. q. 18. col. 149. a. *& in civitatem Samarit.* &c. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 151. a. nil differt à Vulgata, nec Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 173. e. Apud Hilar. in hunc loc. 652. a. b. sic: *Ut messores numerosos ex his duodecim primùm Apostolis diffundendos indicaret..... abstinere se à viis gentium admonentur..... in civitates Samaritanorum vetiti sunt introire.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. a.

*Hos ubi delegit, præceptis talibus implet:*
*Devitate viam, quam gentes perfidiosæ,*
*Atque Samaritum fraudis vestigia calcant.*

℣. 6. Textui Colb. favet Ms. Corb. cum Clarom. Sangerm. verò duo, necnon Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. In Cantabrig. sic: *Ite magis ad oves perditas,* &c. Græcè: Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα, &c. ut supra. Iren. l. 4. c. 2. p. 230. a. legit: *Ite ad oves, quæ perierunt domûs Israël.* Tertul. l. de fuga in persec. p. 971. b. *Sed ite potiùs ad oves perditas domûs Israëlis.* Hilar. in hunc loc. 652. b. ait: *Mittuntur deinde ad oves perditas domûs Israël.* Ambr. l. 9. in Luc. col. 1408. d. *Ite autem ad oves, quæ perierunt domûs Israël.* August. in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 961. a. *Sed ite primùm ad oves, quæ perierunt domûs Israël.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 3. p. 20. d. Vulgatæ suffragatur, sicut Auct. quæst. N. T. q. 77. ap. Aug. to. 3. 74. e. 149. a. necnon Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 173. Apud Juvencum l. 2. p. 64. a. ita:

*Pergite quà patrii pecoris custodia balat.*

℣. 7. Consonant Mss. Cantabrig. Clarom. Sangerm. 1. Corb. & Græcum: solus Germ. 2. habet, *Appropinquavit enim.* Sed prioribus accinit August. l. de oper. Mon. to. 6. 479. f. Apud Tertul. l. de res. carn. p. 579. a. sic: *Dicite illis; quòd appropinquaverit regnum Dei.* Apud Hilar. in Matth. 652. b. *Prædicent regnum cælorum propinquare.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 173. a. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Pergentes verò, similem mihi sumite mentem.*

℣. 8. Mss. S. Germ. 1. & Clar. cum Vulg. conveniunt, nisi quòd hab. *dæmonia*, non *dæmones.* Sic etiam in Cantabrig. prætereaque, *purgate*, pro *mundate.* In S. Germ. 2. & S. Gat. *quod gratis accepistis, gratis date.* Græc. hod. prioribus Mss. favet, mutato tantùm vocum aliquarum ordine; sed in pluribus aliis Græcis deest, *mortuos suscitate.* Nostris etiam Latinis Sangerm. 1. & Clarom. congruit August. l. de op. Mon. to. 6. 479. f. Apud Hilar. in Matth. col. 652. c. d. sic: *Infirmos curent, mortuos suscitent, leprosos emundent, dæmones ejiciant:* & post pauca: *dare gratis, quod gratis acceperunt, jubentur.* Apud Ambros. l. 9. in Luc. col. 1408. d. *leprosos mundate, dæmonia ejicite:* & l. 19. col. 1499. a. *gratis enim accepistis, gratis date:* similiter l. 7. col. 1391. b. detractâ conjunct. *enim.* Sic etiam apud Iren. l. 1. c. 4. p. 20. c. & Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. Apud Juvencum l. 2. p. 64. b. ita:

*Ut vobis subigat virtutes dæmonis atri*
*Sancta fides, curamque piam languoribus aptet:*
*Hæ vires nulla vobis mercede dabuntur,*
*Et vos haud aliter cunctis impendite dona.*

℣. 9. Sic habent Mss. Sangerm. Corb. Clarom. &c. quibus accinunt August. l. de op. Mon. to. 6. 479. f. & Gaud. Brix. ser. 5. p. 950. f. Ms. verò S. Gat. ad *pecuniam*, addit, *neque æs in zonis vestris:* & in Cantabrig. legitur: *Ne possideritis aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris.* Ita quoque in Græco ad verbum. Hilarius in hunc loc. 652. d. ait: *Aurum, argentum, pecuniam possidere inhibentur in zonis.* Item apud Ambros. in Ps. 118. col. 1028. b. 1057. e. & l. 2. offic. to. 2. 100. d. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam:* vide etiam l. 10. in Luc. col. 1423. b. Adimantus ap. August. l. cont. ipsum, to. 8. 142. g. *Nolite portare aurum, neque argentum, neque nummos in zonis vestris.* Similiter apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Non auri, argentive domet possessio mentem,*
*Nec vos nummorum subigat scelerata cupido.*

℣. 10. Ms. Sangerm. 1. *non peram in via..... neque virgam in manibus vestris: dignus est enim operarius mercedem suam.* Similiter in Claromont. leg. præter *in viam*, absque verbo *est*, post *dignus.* In Ms. Maj. Mon. *non peram in via, neque pecuniam, neque duas tunicas*, &c. ut in Vulgata. In Cantabrig. *neque peram in via, neque duas tunic. neque calciam. neque virgam: dignus est enim operar. esca sua.* In Corb. *dignus est enim operarius mercede sua.* In Gr. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο..... μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν, plures Mss. τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Apud Irenæum l. 4. c. 8. p. 237. a. *dignus est enim operarius esca sua.* August. l. de op. Mon. to. 6. p. 479. f. nil dissentit à Vulg. neque etiam Adimantus apud ipsum to. 8. 142. g. neque Gaud. Brix. ser. 5. col. 950. f. præterquam quòd uterque habet *mercede sua*, non *cibo suo.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. *non peram in via, non panem, neque duas tunicas*, &c. ut in Vulg. Apud Hilar. verò in Matth. 652. e. 653. a. b. *Inhibentur..... & peram in via ferre, & duas tunicas, & calciamenta, & virgam in manibus assumere: & dignus mercede sua est operarius.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Nec geminas vestes, nec plantis tegmina bina,*
*Virtuti nudæ cupiat servire minister.*

℣. 11. Ms. Corb. *In quamcunque autem civitatem introieritis, interrogate, quis ibi dignus sit: & illic manete donec exeatis.* Sangerm. 1. *In quacunque verò civitate aut ca-*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 12. Intrantes autem in domum, aut civitatem, dicetis: Pax huic domui.

13. Et si fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertetur.

14. Et quicunque non receperint vos, neque audierint sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris, in testimonium illis.

15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit civitati Sodomorum aut Gomorrhæorum in die judicii, quàm illi civitati.

16. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

17. Attendite vobis ab hominibus. Tradent

## VULGATA NOVA.

12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.

14. Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.

15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quàm illi civitati.

16. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio Luc. 10.
luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, 3.
& simplices sicut columbæ.

17. Cavete autem ab hominibus. Tradent

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*stellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus est: & ibi*, &c. Sangerm. 2. *In quamcunque civitatem aut*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *In quacunque autem civitate introieritis, interrog. quis in ea dignus est: & ibi*, &c. Cantabrig. *Civitas, in quacunque introieritis in ea, interrogate, quis in ea dignus est*, &c. ut in Vulg. cum qua etiam concordat Græcum. Ms. tamen 1. Colb. habet initio: Ἡ πόλις εἰς ἣν ἂν εἰσέρχησθε εἰς αὐτὴν, &c. ut in Cantabrig. Apud Hilar. in hunc loc. 653. c. *In quamcunque civitatem introieritis, interrogate, quis in ea dignus est:* & infra: *Introeuntes*, inquit, *jubet interrogare, & cum eo habitare usque ad profectionem.* Apud Ambros. l. 9. in Luc. col. 1408. d. *Et in quamcunque civitatem intraveritis, discite, quis in ea dignus sit: atque ibi manete.* Apud Maxim. Taurin. in homil. p. 47. e. *In quamcunque civit. introieritis, interrogate, quis in ea dignus est: & ibi*, &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 2. p. 64. c.

*Ingressi muros urbis, perquirite semper,*
*Hospitio quorum par sit succedere justis.*

℣. 12. Ms. Sangerm. 1. ita, inversione vitiosa: *Intrantes autem, salutate eam, in domum dicentes: Pax huic domui.* Cantabrig. *Introeuntes autem domum, salutate eam, dicentes: Pax domui huic.* A Græco hod. absunt ult. ista, *dicentes: Pax domui huic:* sed in Mss. plurimis subsequuntur, teste Millio. Hilar. etiam in hunc loc. 653. d. ait: *Domum quoque ab introeuntibus* (jubet) *pacificè salutari:* & post pauca: *dicite: Pax huic domui:* subinde: *salutate eam, dicentes: Pax huic domui.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Ingressique dehinc, pacem sub tecta vocate.*

℣. 13. Textui Colb. accedunt Mss. Sangerm. 1. & Clarom. In Cantabrig. verò sic: *Si enim fuerit domus digna, erit pax vestra super eam: alioquin pax vestra ad vos revertetur.* In Corb. *Si quidem fuerit domus illa digna, veniet*, &c. ut in textu Colb. Similiter in Sangerm. 2. positâ conjunct. *&*, ante *veniet*. Græcè ita: Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω. In ed. Compl. ἔσαι, pro ἐλθέτω; & in Ms. Wheel. 1. ἐπιστρέψει, pro ult. ἐπιστραφήτω. Apud Hilar. in hunc loc. 653. d. *Quæ si digna est, & pacis communione sit digna: si indigna, pax invicem revertatur.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Si tranquilla domus fuerit, pax illa manebit:*
*Sin erit indignis habitantum moribus horrens,*
*Diffugiet, vestrumque abitum pax vestra sequetur.*

℣. 14. Mss. Sangerm. 1. & Clarom. consentiunt cum textu Colb. & satis respondent Marci lectioni cap. 6. ℣. 11. In Corb. verò sic: *Et quicunque non receperit vos, neque audierit..... exeuntes foras extra domum, vel civitatem, excutite pulv. de pedibus vestris.* In Cantabrig. *exeuntes foras civitate, excutite pulverem pedum vestrorum.* In Sangerm. 2. *exeuntes foras de domo, vel de civ. vel de castello, excutite pulv. de pedibus vestris:* nec adduntur plura in tribus his posterioribus Mss. Græcè nunc sic legimus: Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς..... ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας, ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν... τῶν ποδῶν ὑμῶν. In Æthiop. pluraliter: Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσι τοὺς, &c. subinde in Mss. quibusdam, ἐξερχόμενοι ἔξω τῆς οἰκίας· mox in Paris. 6. ἢ τῆς πόλεως, ἢ τῆς κώμης ἐκείνης· sed ab aliquibus Mss. abest. ἐκείνης: hæc tota ex Millio. Apud Hilar. in Matth. 653. d. sic: *Qui autem non receperint eos, sermonesque eorum, his excusso pedum pulvere, æternæ maledictionis semina relinquenda:* vide etiam in Ps. 126. col. 422. a. Apud August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 368. d. *Si quis vos non receperit, excutite illis pulverem de calceamentis vestris.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. b.

*Excludet quicunque ferox vos limine tecti,*
*Auribus aut duris spernet* (al. *penetret*) *vitalia verba;*
*Sive aversa Dei famulos succedere tectis,*
*Hospitiique focos miscere gravata vetabit:*
*Excutite, egressi domibus, vestigia vestra,*
*Hæreat injustæ ne vobis portio vitæ.*

℣. 15. Ms. Corb. *Amen dico vobis: Tolerabilius erit Sodomæ & Gomorræ in die*, &c. Sangerm. 1. *Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in diem*, &c. Clarom. *terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die*, &c. Cantabrig. *terræ Sodomûm & Gomorræ in die jud. quàm civit. illi.* Gr. Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων, Mss. quidam, Γομόῤῥας. Apud Hilar. in hunc loc. 654. f. *Tolerabilius in die judicii terræ Sodomorum & Gomorrhæorum erit, quàm civitati isti:* & in Ps. 68. col. 226. c. *Tolerabilius his in die judicii futurum, quàm his civitatibus.* Apud August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 368. d. *Amen dico vobis: Quia tolerabilius erit Sodomæ in die judicii, quàm illi civitati.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. c.

*Illos deterior Sodomorum pœna manebit*
*Suppliciis, veniet mundo cùm terminus omnis.*

℣. 16. Mss. Clarom. Sangerm. 2. S. Gat. &c. textui Colb. & Vulgatæ consonant. Sic etiam Germ. 1. nisi quòd initio hab. *Et ecce ego.* Cantabrig. *Ecce ego;* paulòque post, *Estote ergo sapientes sicut serpentes*, &c. Corb. *Ecce mitto vos sicut oves inter lupos. Estote prudentes sicut..... & simplices ut columbæ.* Græc. cum Vulg. consentit; à Ms. tamen 1. initio abest ἐγώ. Tertul. adv. Gnost. p. 829. b. legit: *Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum:* & l. cont. Valent. p. 441. b. *Estote prudentes ut serpentes; & simplices ut columbæ:* & l. de bapt. c. 8. p. 389. c. *estote simplices sicut columbæ.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. e. *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos.* Cypr. l. 3. Testim. p. 326. a. *Estote prudentes sicut serp. & simplices sicut columbæ.* Hilar. in Matth. col. 654. f. 655. a. *Se eos sicut oves in medio luporum ait mittere; prædicans simplices sicut columbas, & prudentes sicut serpentes esse oportere:* & l. de Synod. col. 1165. a. *Estote prudentes ut sunt serpentes, & simplices ut columbæ.* Ambros. in Ps. 118. col. 1037. f. *Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum:* & paulò supra: *Estote astuti sicut serpentes:* similiter l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 637. f. additis his, *& prudentes sicut columbæ:* & in Ps. 36. & 37. col. 781. b. 818. c. *Estote astuti sicut serpentes, & simplices sicut columbæ:* itidem l. de myst. col. 331. d. & l. 3. de fide to. 2. 519. f. at l. 2. in Luc. col. 1305. c. legit, *Estote prudentes sicut serpentes:* l. verò 5. Hex. col. 86. b. c. constanter, *astuti;* sicut l. de fuga sæc. c. 7. col. 433. e. & l. 20. in Luc. col. 1502. c. Augustinus in Joh. 1. to. 3. 343. d. necnon in Ps. 21. & 140. to. 4. col. 97. d. 1574. f. *Ecce ego mitto vos sicut* (in Ps. 21. *velut*) *agnos in medio luporum:* & epist. 55. to. 2. 132. f. *Estote astuti sicut serp. & simplices ut columbæ:* & epist. 167. col. 597. b. *astuti ut serpentes:* sic iterum l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 55. f. & in Ps. 57. to. 4. 548. a. & serm. 64. to. 5. 366. g. *Astutiam* quoque *serpentium* laudat Cœlestinus PP. ep. 25. to. 1. p. 1210. Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 24. Vulgatæ favet, cum Arnob. annot. in Evang. p. 332. c. & Gaud. Brix. in serm. p. 973. a. Apud Juvencum l. 2. p. 64. c. ita:

*Pergitis en ut oves sævorum* (al. *durorum*) *præda luporum.*
*Sed vos arguto serpentum corde vigete,*
*Simplicitate tamen puras* (al. *dulces*) *superate columbas.*

℣. 17. Ms. Clarom. *Attendite autem vobis ab hominibus*, &c. ut in utroque textu. Sangerm. 1. cum Colb. sup. *Attendite vobis ab hominibus*, &c. Cantabrig. *Attendite ab ho-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Luc. 12. 11. enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos:

18. & ad præſides & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus.

19. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini:

20. non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

c. 10. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient:

22. & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

VERSIO ANTIQUA.

enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: Ex Mſ. Colbert.

18. & apud reges & præſides ſtabitis propter me, in teſtimonium illis, & gentibus.

19. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini:

20. non enim eſtis vos qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & exſurgent filii in parentes, & morte eos afficient:

22. & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*minibus. Tradent enim vos in conventiculis, & in*, &c. S. Germ. 2. *in conſiliis, & in ſynagogis flag.* &c. Mſ. Floriac. *Cavete ab hominibus. Tradent enim vos in concilio*, &c. Gr. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, &c. ut in Vulg. Auct. op. imp. in Matth. hom. 24. textui Colb. ſuccinit ad verbum. Tertul. verò l. cont. Gnoſt. p. 829. b. legit: *Cavete ab hominibus. Tradent enim vos in conſeſſus, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.* Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 361. f. *Tradent enim vos, & flagellabunt in ſynagogis.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. c.

*Nam ſæpe incumbet vobis injuria præceps,*
*Conciliiſque hominum ſtatuentur corpora veſtra:*
*Vos flagris, vincliſque feris*, &c.

℣. 18. Mſ. Corb. *& ante præſides & reges ſtabitis propter me, in teſtimonium ipſorum, & gentium.* Floriac. *& ante reges & præſides ſtabitis propter me, in teſtim. eorum, & gentium.* Sangerm. 1. *& ante reges & præſides ſtabitis propter nomen meum, in teſtimonium illis, & gentibus.* Clarom. *& ante reges & præſides ſtabitis propter me*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Cantabrig. hoc tamen deleto, *reges &*. Græcè: καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε, &c. ut in Vulg. Apud Iren. l. 3. c. 18. p. 210. a. partim ex cap. præſ. partim ex cap. 23. ℣. 34. *ante duces & reges ſtabitis propter me: & ex vobis flagellabunt, & interficient, & perſequentur à civitate in civitatem.* Tertul. verò adv. Gnoſt. p. 829. b. legit: *& ad præſides & reges perducemini mei causâ, in teſtimonium illis, & nationibus.* Apud Cypr. Moyſes ep. 26. ad ipſum p. 35. c. *ante reges & poteſtates ſtabitis.* Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 362. a. *& ſtabitis ante reges & poteſtates, in teſtimonium illis, & gentibus:* & in Matth. 10. col. 655. c. ait, *judicibus etiam & regibus terræ offerendos, dum extorquere aut ſilentium noſtrum aut conniventiam tentant: teſtes enim ipſis, & gentibus futuri*, &c. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. a. *& ante reges & præſides ſtabitis propter me*, &c. ut in textu. Similiter habet Auct. op. imp. in Matth. hom. 24. detracto uno *propter me.* Juvencus l. 2. p. 64. c.

*Vos flagris, vincliſque feris, duriſque tyrannis*
*Frendens urgebit pro me violentia ſæcli.*

℣. 19. Utrique textui conſonant Mſs. Clarom. S. Gat. Sangerm. 2. &c. In Corb. ſic: *Cùm autem tradent vos, nolite ſolliciti eſſe quomodo aut quid*, &c. Ita quoque in Græco, niſi hoc excipiatur, παραδιδῶσι, pro *tradent.* In Mſs. pleriſque, παραδώσωσιν· al. παραδώσουσιν. In Sangerm. 1. & Cantabrig. Lat. *Cùm tradiderint autem vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini;* reliqua verò abſunt, ſicut à quibuſdam Græcis, ſi Millio fides. In Floriac. pariter: *Cùm autem tradent vos, nolite ſolliciti eſſe quid loquamini:* dein, *non enim vos eſtis*, &c. de ℣. ſeq. detractis intermediis. Apud Cyprianum, ep. 8. p. 17. a. *Cùm vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini:* & epiſt. 54. p. 78. c. *Cùm autem vos tradiderint, nolite cogitare quid*, &c. & epiſt. 56. p. 92. a. *Cùm autem vos apprehenderint, nolite cogitare quid..... dabitur enim*, &c. & ep. 77. p. 160. b. necnon ep. ad Fortun. p. 268. a. *Cùm autem vos tradiderint, nolite cogit. quomodo aut quid..... dabitur enim*, &c. lib. verò 3. Teſtim. p. 310. a. *Cùm autem tradiderint vos, nolite cogit. quid loquamini: non enim vos eſtis qui*, &c. Hilarius in Pſ. 118. col. 303. a. *Cùm ergo tradent vos, nolite cogit. quomodo aut quid loquamini: dabitur enim*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambroſ. in eund. Pſ. col. 1099. e. ſicut epiſt. 8. col. 785. d. niſi quòd hoc poſter. loco fert, *Cùm autem tradent vos:* at epiſt. 40. col. 947. d. partim ex ℣. 18. *Cùm ſtabitis ante reges & præſides, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim*, &c. Auguſt. l. de op. Mon. to. 6. 477. b. *Cùm vos adtraxerint ad judicia, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim*, &c. Leo M. ſerm. 74. p. 158. b. necnon Auct. epiſt. ad Demetriad. p. 47. f. textui Colb. accinit. Ita quoque Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. a. ſed is omittit poſtrema, *dabitur enim vobis*, &c. Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 743. b. legit: *Cùm tradiderint vos, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid dicatis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 24. p. 107. *Cùm autem tradent vos, nolite ſolliciti eſſe quomodo aut quid loquamini;* nec addit plura. Fulgentius ſerm. 9. p. 571. *nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quomodo aut quid loquamini.* Ennodius Ticin. epiſt. 19. l. 2. Sirmond. to. 1. p. 1417. c. *ne cogitetis quid loquamini: Pater enim veſter*, &c. de ℣. ſeq. Juvencus l. 2. p. 64. c.

*Cùm vos prodiderint, verborum ponite curam:*
*Sponte fluens dabitur ſermonis gratia vobis.*

℣. 20. Succinunt Mſs. Sangerm. Corb. Floriac. Clarom. Cantabrig. &c. unà cum Græco: nec diſſimiliter legunt Iren. l. 3. c. 17. p. 208. b. Cyprian. l. 3. Teſtim. p. 310. a. & epiſt. 8. 54. 56. 77. necnon ad Fortun. pp. 17. a. 78. c. 92. a. 160. b. 268. a. Hilarius in Pſ. 67. col. 197. c. & in Pſ. 118. col. 303. a. & Ambroſius l. 1. de Spir. S. col. 613. a. & epiſt. 40. col. 947. d. at ep. 8. col. 785. d. habet: *non enim vos eritis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur*, &c. & in Pſ. 118. col. 1099. e. *non enim vos eſtis..... ſed Pater meus, qui loquitur in vobis:* & l. 1. de Spir. S. col. 606. d. *non enim vos eritis loquentes, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Ennod. l. 2. ep. 19. Sirm. to. 1. p. 1417. c. *Pater enim veſter eſt, qui loquitur in vobis.* Ambroſiaſter p. 154. f. nil differt à textu Colb. & Vulgata: neque Auguſt. l. de op. Mon. to. 6. 477. b. nec Leo M. ſerm. 74. p. 158. b. nec Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. b. nec Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 743. b. Juvencus verò l. 2. p. 64. c. poſteriora tantùm reddit hoc verſu:

*Spiritus in vobis pro vobis digna loquetur.*

℣. 21. Mſ. Corb. *Tradet enim frater fratrem ad mortem*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 1. *Tradet autem frater fratrem in morte..... & morti eos adficiunt.* Similiter habet S. Germ. 2. *in morte;* ſed *adfigent*, pro *adficiunt.* Cantabrig. *Tradet autem frater fratrem in mortem..... & inſurgent filij in patres, & mortificabunt eos.* Clarom. nil diſcrepat à Vulg. nec etiam Græcum. Apud Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 829. b. *Tradet autem frater fratrem, & pater filium in mortem: & inſurgent filii in parentes, & mortificabunt eos:* & infra, 831. a. ait: *Sic enim efficitur, ut tradat frater fratrem in mortem, & pater filium; & inſurgant filii in parentes, & mori eos efficiant.* Cypr. epiſt. 26. p. 35. c. *Et tradet frater fratrem ad mortem, & pater filium.* Hilar. in Matth. 655. b. *Tradet frater fratrem, & pater filium: & inſurgent filii in parentes.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. b. *Tradet enim frater fratrem in mortem*, &c. ut in Vulgata. Auctor op. imp. in Matth. hom. 24. *Frater fratrem tradet in mortem.* Juvencus l. 2. p. 64. c.

*Prodet enim fratrem ſcelerata inſania fratris,*
*Ad lethumque dabunt genitorum corpora nati.*

℣. 22. Mſs. Sangerm. 1. S. Gat. Maj. Mon. & Clarom. conſentiunt cum textu Colb. Corb. verò habet: *& eritis odium omnibus propter*, &c. Cantabrig. *& eritis odio ab omnibus propter..... qui autem ſuſtinebit in finem, hic ſalvus erit:* nec abſimile Græcum eſt. Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 829. b. *& eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, iſte ſalvus fiet:* & infra, 830. c. *hæc qui ſuſtinuerit in finem, iſte erit ſalvus:* paulò verò poſt, 831. a. *& qui ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Cyprian. l. de hab. virg. n. 2. & l. de unit. Eccl p. 201. c. *qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit;*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 23. Cùm autem perſequentur vos in civitatem iſtam, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

24. Non eſt diſcipulus major ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum:

25. ſatis eſt diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus; & ſervus, ſicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt: quantò magis domeſticos ejus?

26. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum eſt, quod non reveletur; & occultum, quod non ſciatur.

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

VULGATA NOVA.

23. Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

24. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum: Luc. 6. 40.

25. ſufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus; & ſervo, ſicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt: quantò magis domeſticos ejus? Joan. 13. 16. & 15. 20.

26. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non ſcietur. Marc. 4. 22. Luc. 8. 17. & 12. 2.

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at epiſt. 5. p. 10. b. *qui toleraverit uſque ad finem, hic ſalvabitur*: ſimiliter ep. 37. p. 50. b. & l. de bono pat. p. 251. b. præter hoc, *ſalvus erit*: & l. 3. Teſtim. p. 310. a. *qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Ita ferè Marci 13. 13. Moyſes ep. 26. apud Cypr. p. 36. a. *& qui perſeveraverit uſque ad finem, hic ſalvus erit*. Sic etiam habetur libello prec. Marcell. & Fauſt. Sirm. to. 1. p. 242. b. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1098. e. ait: *Beatus qui permanſerit uſque in finem*. Ambroſ. l. 17. in Luc. col. 1481. f. *ſed qui perſeveraverit in finem, hic ſalvus erit*: & in Pſ. 36. col. 804. c. *qui enim uſque in finem perſeveraverit, hic ſalvus erit*. Auguſt. in Joh. 6. & 8. to. 3. 487. b. 570. f. *qui enim perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 24. p. 107. e. *& eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*: & infra, 108. a. *qui perſeveraverit uſque in finem, hic*, &c. Accinit Auctor quæſt. ex utroq. Teſt. q. 102. ap. Auguſt. to. 3. 97. c. Cæleſtin. I. ep. 15. to. 1. 1147. a. ait *permanentes uſque ad finem, ſalvos eſſe*. Hormiſdas ep. 76. Conc. to. 4. 1545. c. *qui perſeveraverit in fine, hic ſalvus erit*: & epiſt. 78. col. 1550. e. *qui perſeveraverit uſque ad finem, ſalvus erit*. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. b. cum Vulgata concinit ad verbum. Apud Juvencum l. 2. p. 64. c. ita pro more:

*Vos odia urgebunt ſemper pro nomine noſtro:*
*Sed finem fidei comitatur gloria vitæ.*

℣. 23. Mſ. Corb. *Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam: quòd ſi in aliam perſequentur vos, fugite in alteram. Amen dico vobis*, &c. ut in textu. Similiter habet Sangerm. 1. exceptis his, *fugite in alia..... fugite in aliam*. Sangerm. 2. *fugite in aliam: & cùm in alia perſequentur vos, fugite in alteram. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates in Iſraël*, &c. Claromont. *fugite in aliam: ſi autem & in illam perſequentur vos, fugite & in aliam. Amen dico*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *fugite in aliam: & cùm in aliam perſequentur vos, fugite in tertiam. Amen dico*, &c. Ita quoque habere teſtatur Lucas Brug. veterem Eccleſiæ ſuæ codicem. Verſio Anglo-Saxonica ſimiliter: *& cùm perſequentur vos in illa, fugite in tertiam*. Mſ. Cantabrig. *Cùm autem perſecuti fuerint vos in civitate hac, fugite in altera: ſi autem in alia perſequuntur vos, fugite in altera. Amen dico*, &c. ut ſupra. Græc. hod. Vulgatæ favet; ſed plures alii Mſs. teſte Millio, ferunt: φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην (al. ἑτέραν.) Ἀμὴν γὰρ λέγω, &c. deeſt γὰρ in pluribus. De his omnibus vide Luc. Brug. in notis ad var. lect. edit. Lat. Evang. ſec. Matth. & Thomam Mareſch. obſerv. in verſ. Anglo-Sax. p. 495. Apud Tertullianum l. de fuga in perſ. p. 970. c. 971. a. ſic: *Cùm cœperint perſequi vos, fugite de civitate in civitatem*: & infra: *non conſummabitis civitates Iſraëlis*: vide etiam l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. Hilar. in Matth. col. 656. a. ait: *Ex una deinde in duas urbes fugam ſuadet*: ſubinde: *non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat*, &c. & in Pſ. 126. col. 418. a. *Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat Filius hominis*. Ambroſ. l. 1. offic. col. 6. dicit: *Tempore perſecutionis de civitate in civitatem concedere, imo, ut verbo ipſo utar, fugere vult Dominus*: & in Pſ. 38. col. 862. f. *Cùm perſequentur vos in hac civitate, fugite in aliam*: & l. de fuga ſæc. c. 4. col. 425. e. *Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam: quòd ſi in alia perſequentur vos, in aliam fugite. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſraël, donec veniat*, &c. Aug. in Joh. 10. to. 3. 605. g. & de op. Mon. to. 6. 498. b. *Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Epiphan. comment. in 5. 11. Cant. Cantic. *Si vos perſecuti fuerint in hanc civitatem, fugite in aliam*. Juvencus l. 2. p. 64. d.

*Profugite è tectis, qua vos ſectabitur, urbis:*
*Inde aliam, mox inde aliam conquirite ſedem.*
*Nam vobis urbes ſemper ſupereſſe neceſſe eſt,*
*Iſraëlitarum qua dent ſub nomine plebem.*

℣. 24. Mſs. Clarom. Cantabrig. Sangerm. Corb. &c. non differunt à Vulg. neque etiam Græcum. Eidem Vulgatæ ſuffragantur Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 829. b. & cont. Marc. p. 624. b. & Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. col. 528. c. ac l. 2. de fide, col. 482. d. Itidem Hilarius in Matth. col. 656. c. niſi quòd delet *ſuum*. Apud Juvencum l. 2. p. 64. d. ſic:

*Diſcipulus nunquam tranſcendat celſa magiſtri*
*Culmina, nec dominum tentet præcellere ſervus.*

℣. 25. Mſ. Sangerm. 1. conſentit cum textu Colb. ſi excipias unum *Beelzebul*, pro *Beelzebub*. Corb. *ſufficit diſcipulo, ut ſit..... & ſervo, ut ſit ſicut dominus ejus. Si patrem famil. Beelzebul*, &c. Sangerm. 2. *ſufficit enim diſcipulo..... & ſervo, ſicut.... Si autem patrem fam. Beelzebub*, &c. Claromont. *ſatis eſt enim diſcipulo..... & ſervus, ſicut dominus ipſius. Si patrem..... Beelzebul*, &c. S. Gat. *& ſervus, ſicut dom. ejus..... Si patrem..... Belzebub*, &c. Maj. Mon. *Belzebud*. Cantabrig. *ſufficit diſcipulo, ut fiat ſicut magiſter ejus; & ſervus, ſicut..... Si patrem famil. Belzebul vocant: quantò*, &c. Ita quoque in Græco, niſi exceperis nomen Βεελζεβοὺλ, cum ſeq. aor. ἐκάλεσαν, pro *vocant*: Steph. cod. 2. ſcriptum præfert Βεελζεβούβ· Hieron. quoque l. de nom. Hebr. ait in fine hujus vocabuli, *b* litteram eſſe legendam, non *l*; *muſca enim*, infit, *zebub vocatur*: unde concludi poteſt, ætate Hieronymi, *Beelzebul* ſcriptum fuiſſe in quibuſdam exemplaribus Latinis, non *Beelzebub*. Cyprianus tamen l. 3. Teſtim. p. 325. b. legit: *Si patrem familias dixerunt Beelzebub: quantò magis domeſticos ejus?* Hilarius in Matth. p. 656. d. *Si enim patri familias cognomentum, per invidiam, dæmonis addiderunt: quantò magis in domeſticos ejus?* S. Paulin. epiſt. 1. p. 4. a. *Si patrem fam. Beelzebub vocaverunt: quantò*, &c. itidem ep. 38. p. 232. c. præter verbum *dixerunt*, pro *vocaverunt*. Auguſt. in Pſ. 21. to. 4. 95. d. *ſufficit ſervo, ut ſit ſicut dominus ejus*: & l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 198. b. *Si enim patrem famil. Beelzebub vocaverunt: quantò*, &c. Juvencus l. 2. p. 64. d.

*Diſcipulo ſatis eſt vires æquare magiſtri,*
*Vel domini ſimilem virtutem prendere ſervo.*

℣. 26. Mſ. Corb. *Ne ergo timueritis eos. Nihil eſt enim opertum, quod non reveletur; & occultum, quod non manifeſtetur*. Sangerm. 1. *Nihil eſt enim opertum, quod non revelabitur; neque occultum, quod non ſciatur*. Cantabrig. *Nihil eſt enim coopertum, quod non revelabitur; & abſconſum, quod non ſcietur*. Sangerm. 2. & Clarom. Vulgatæ congruunt, & Græco. Tertullianus l. de pœnit. c. 6. p. 167. c. & de vel. virg. c. 14. p. 314. b. legit: *Nihil occultum, quod non revelabitur*. Item Hilar. in Matth. col. 656. d. cum Auguſt. l. de mor. Eccl. to. 1. 699. b. & in Joh. 12. to. 3. 646. f. *Nihil eſt occultum, quod non revelabitur*. Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. 311. e. *Nihil occultum, quod non revelabitur*: & in Pſ. 43. col. 921. a. *neque opertum, quod non revelabitur*. Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 25. *Nihil opertum, quod non reveletur; & occultum, quod non ſciatur*. Juvencus l. 2. p. 64. d.

*Pectoribus veſtris ſemper timor omnis aberret:*
*Nam nudata ſuis promentur cuncta latebris.*

℣. 27. Textui utrique noſtro favent Mſs. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Sangerm. 1. verò habet: *& quod in aure audieritis*, &c. Sangerm. 2. *in aure audiſti*; Cantabrig. *in aure audiſtis, prædicate in tectis*. Græc. καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

2. Reg. 14. 11. Act. 27. 35. 29. Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro?

VERSIO ANTIQUA.

28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potiùs eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. *Ex Ms. Colbert.*

29. Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex illis non cadit super terram sine voluntate patris vestri ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κηρύξατε ἐπὶ τῶν, &c. Tertul. l. de præscr. c. 26. p. 335. c. ait : *Si quid in tenebris, & in abscondito audissent ; in luce, & in tectis prædicarent.* Hilarius in Ps. 65. col. 179. f. & & in Matth. col. 656. f. optimè concordat cum textu Colb. Hieron. autem ep. ad Sun. & Fret. 655. a. legit : *quæ auditis in aure, dicetis super domata ;* & infra, *id est, super tecta.* August. tr. 57. in Joh. to. 3. p. 2. col. 659. b. *Quæ dico vobis in tenebris,* &c. ut in textu Colb. & Vulg. sed tr. 113. col. 787. d. *Quod dico vobis,* &c. ut supra. Auctor op. imp. in Matth. hom. 25. legit : *Quod dico vobis in..... & quæ in aure auditis,* &c. Juvencus l. 2. p. 64. d.

*In tenebris tacitè vobis quæcunque jubentur,*
*Dicite præclaro nitidi sub lumine solis :*
*Auribus & vestris dicam quæcunque susurrans,*
*Excelso in populos spargantur culmine tecti.*

℣. 28. Ms. Sangerm. 1. textui Colb. consonat cum Claromont. In Corb. verò sic : *Et nolite timere eos, qui..... timete ergo magis eum, qui potest & animam & corpus,* &c. In Sangerm. 2. *sed potiùs eum timete, qui potest corpus & animam,* &c. In Floriac. *Nec timeatis eos, qui occidere possunt corpus, animam autem..... timete autem magis eum, qui potest & animam & corpus occidere in gehennam.* In Cantabrig. *Et ne timueritis ab his, qui occidunt corpus, animam autem..... timete autem magis eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Ita quoque in Græco est ad verbum, nisi excipiatur ult. ἐν γεέννῃ, *in gehenna.* Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. b. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : timete autem magis eum, qui habet potestatem & corpus & animam mittere in gehennam.* Tertul. l. de fuga in pers. p. 971. c. *Nolite timere eos, qui corpus occidere possunt, animæ autem nihil valent facere : sed timete eum, qui & corpus & animam perdere potest in gehennam :* & l. cont. Gnost. p. 829. b. ait, *Nôn eos timendos, qui solum corpus occidant, animam autem interficere non valeant : sed illi potiùs metum consecrandum, qui & corpus & animam occidere & perdere possit in gehennam :* & l. de resur. carn. p. 579. c. *eum potiùs timendum, qui corpus & animam occidat in gehennam, id est, Dominum solum : non qui corpus occidant, animæ autem nihil nocere possint.* Novatian. de Trin. p. 1043. a. *Ne timueritis eos, qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt.* Cyprian. ep. 81. p. 164. b. & ep. ad Fortun. p. 265. b. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : magis autem metuite eum, qui potest & animam & corpus occidere in gehennam :* similiter epist. 56. p. 93. a. & l. 3. Testim. p. 310. a. præter hoc, *Ne timueritis,* pro *Nolite timere.* Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 243. vel 245. b. *Nolite metuere eum, qui potest occidere corpus : magis autem metuite eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.* Hilarius in Ps. 52. col. 89. d. *Nolite timere eos, qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt occidere : timete autem magis eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna :* nec dissimiliter insinuat in hunc Matth. loc. col. 657. a. Ambros. l. 6. Hexa. col. 129. c. & l. 2. de fide, col. 481. b. *Nolite timere eos, qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt :* cui loco etiam favet l. de bono mort. c. 10. col. 407. c. at in Ps. 61. col. 961. c. legit : *Nolite timere eos, qui possunt occidere carnem, animam autem non possunt : sed potiùs eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam :* & l. 1. de pœnit. col. 394. f. cum Vulgata concinit, nisi quòd hab. *mittere in gehennam :* vide etiam l. de bono mort. c. 5. col. 396. e. Hieronymus l. 3. in epist. ad Eph. to. 4. 397. a. partim ex Matth. partim ex Luc. 12. 4. 5. *Nolite timere eos, qui possunt occidere corpus, & plus non habent quod vobis faciant : sed timete eum, qui potest & animam & corpus occidere in gehennam.* Similiter August. ex Matthæo, & Luca ; tract. 43. in Johan. to. 3. p. 2. col. 587. a. b. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant : sed eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehenna ignis :* ita pariter tract. 47. 610. e. sublatis tamen voculis *sed, &, ignis :* itidem in Ps. 68. to. 4. 691. b. his exceptis, *qui corpus occidunt, & amplius ;* extremòque, *in gehenna ignis :* at in Ps. 63. col. 619. a. legit : *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere : sed eum potiùs timete, qui habet potestatem & animam & corpus occidere in gehenna ignis :* similiter in Joh. 10. 613. f. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere :* & in Ps. 140. col. 1580. d. *qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehenna ignis :* supra verò, 1574. f. *qui & corpus & animam potest mittere in gehennam ignis :* & in Ps. 120. col. 1383. a. *Nolite timere eos..... animam autem non possunt occidere : sed potiùs timete eum, qui potest & corpus & animam occidere in gehenna ignis :* & l. de agone Chr. to. 6. 256. f. *Nolite timere eos..... animæ autem nihil possunt facere :* & l. 13. de civit. Dei, to. 7. 325. g. *eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam :* & serm. 65. to. 5. 368. b. *occidere in gehenna :* & l. 14. cont. Faust. to. 8. 270. c. 272. a. *occidere in gehennam ignis :* sed l. 1. cont. adversar. leg. col. 562. e. nihil differt à Vulgata : nec etiam Philastr. Brix. l. de hæres. p. 711. h. nisi quòd habet : *sed timete hunc potiùs, qui potest animam :* infra, 713. c. deest *potiùs.* Fulg. l. 1. ad Monim. c. 6. 40. b. legit : *magis autem eum timete,* &c. ut in Vulg. Auctor op. imp. in Matth. hom. 25. p. 110. e. *Et nolite timere eos, qui occidunt corpus : sed eum timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.* Epiphan. in 1. 3. Cant. Cantic. *Non timeatis ab his, qui videntur corpus occidere, animam autem non possunt lædere :* & inf. in 6. 5. *Nolite timere ab his, qui occidunt corpus, animam verò occidere non possunt.* Juvencus l. 2. p. 64. d.

*Despicite illorum rabiem, qui corpora vestra*
*Prosternent ferro ; non est his ulla potestas*
*Vivacem letho pariter demittere mentem :*
*Illum sed potiùs cordis secreta pavescant,*
*Corporis est animæque simul cui cuncta potestas.*

℣. 29. Ms. Corb. cum Clarom. *Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex illis non cadet in terram sine voluntate patris vestri, qui in cælis est ?* Ita quoque in Sangerm. 1. nisi quòd vitiosè habetur *as eveneunt,* paulòque post, *super terram.* In Sangerm. 2. *& unus & ex illis non cadet super terram sine consilio & voluntate, patre vestro, qui in cælis est ?* S. Gat. *sine voluntate patris vestri,* absque hoc, *qui in cælis est.* Cantabrig. Vulgatæ consonat, præterquàm quòd habet, *asse veniunt, & unum ex his.* Ita quoque in Græco est hodier. at in Mss. pluribus ad hoc, ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, additur τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Versio Gothica hab. *sine patris vestri voluntate ;* & cum ipsa consentit Arabs Interp. ferens, *citra voluntatem patris vestri ;* quibus & Ægypt. subscribit, non solùm addendo *sine voluntate,* ante *patris vestri ;* sed etiam subjiciendo, *qui in cælis est,* ut in Gr. & Lat. supra. Irenæus l. 2. c. 26. p. 154. a. legit : *Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex his non cadet super terram sine patris vestri voluntate ?* Tertul. l. de resur. carn. p. 580. a. ait, *quòd ex duobus* ( passeribus ) *non cadat alter in terram sine Dei voluntate :* & l. de monog. p. 955. b. *unus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris voluntate :* & l. de fuga in pers. p. 970. b. *sine cujus voluntate nec passer unius assis cadit in terram.* Novatian. de Trin. p. 1035. b. *ex duobus passeribus unus non cadet sine patris voluntate.* Cyprian. epist. 55. p. 82. a. *Nonne duo passeres asse veneunt : & neuter eorum cadit in terram sine patris vestri voluntate ?* similiter ep. 69. p. 121. deleto pronom. *vestri.* Hilarius l. 4. de Trin. col. 831. a. cum textu Colb. concinit ad verbum ; sicut etiam in Matth. col. 657. b. Eidem suffragatur August. in Ps. 145. to. 4. 1633. a. nisi quòd hab. *non cadet in terram :* at l. cont. Adim. to. 8. 146. f. *non cadit ;* sicut l. de agone Chr. to. 6. 250. a. sed ubique constanter, *sine voluntate patris vestri ;* quod etiam fert Auctor op. imp. in Matth. hom. 25. p. 111. a. Maximinus quoque Arian. ap. August. to. 8. 669. a. legit : *Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex illis non cadet in terram sine voluntate patris ?* Apud S. Paulin. ep. 40. p. 248. c. *unus non cadit super terram sine voluntate patris.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. d. *Nonne duo passeres asse veneunt : & unus ex illis non cadet in terra sine voluntate patris vestri, qui in cælis est ?* Apud Juvencum l. 2. p. 64. d.

*Passeribus pretium nummi vix portio parva*
*Proveniet : non est tamen unum credere dignum,*
*Ni jussu Domini, laqueos incurrere vestros.*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

30. Sed & capilli capitis vestri numerati sunt omnes.

31. Nolite ergo timere : multò meliores estis passeribus.

32. Omnis ergo qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est :

33. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.

34. Nolite arbitrari quoniam veni mittere pacem in terram : non enim veni mittere pacem, sed gladium :

## Vulgata nova.

30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.

31. Nolite ergo timere : multis passeribus meliores estis vos.

32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est : *Marc.* 8. 38.

33. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. *Luc.* 9. 26. & 12. 8. 2. *Tim.* 2. 12.

34. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram : non veni pacem mittere, sed gladium : *Luc.* 12. 51.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 30. Ms. Clarom. optimè consentit cum textu Colb. In Corb. sic : *Sed & capilli capitis omnes numerati sunt.* In Sangerm. 1. *Sed & capilli cap. vestri omnes dinumerati sunt.* Similiter in Cantabrig. excepto verbo *numerati.* In Sangerm. 2. *Vestri autem & capilli capitis omnes num.* &c. Ita quoque in Græco est : sicut apud Auct. op. imp. in Matth. homil. 25. at infra, *Vestri etiam capilli capitis num.* &c. Apud Iren. l. 2. c. 26. p. 154. e. *Et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Tertul. etiam de resur. carn. p. 580. b. ait : *Capillos capitis omnes numeratos affirmans, salvos utique repromittit.* Apud Novatian. l. de Trin. p. 1035. b. necnon Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 637. b. *Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Itidem in Vulg. Lucæ 12. 7. Apud Hilar. l. 4. de Trin. col. 831. a. *Sed & capilli cap. vestri numerati sunt :* vide etiam in Matth. col. 658. c. Apud Juvencum l. 2. p. 64. e. hic versiculus non attingitur.

℣. 31. Ms. Sangerm. 1. *Nolite ergo timere eos : multò enim vos meliores estis passeribus.* Clarom. *Nolite ergo timere : multò vos meliores estis passeribus.* Cantabrig. *Ne ergo timueritis : multorum passerum superponite vos.* Nunc etiam Græcè : Μὴ ὖν φοβηθῆτε· πολλῶν στρεθίων διαφέρετε ὑμεῖς· al. Μὴ ὖν φοβεῖσθε αὐτὺς, &c. Apud Tertul. l. cont. Gnost. p. 829. b. *Nolite ergo metuere : multis passeribus antistatis :* & l. de fuga in persec. p. 970. b. *Nos autem, puto, multis passeribus antistamus :* similiter l. de resur. carn. p. 580. b. Vide Luc. 12. 7. Apud Juvencum l. 2. p. 64. e. hic versiculus duobus seqq. ita exprimitur :

*Quis dubitet sapiens Domini sub pectore multis*
*Cedere pennatis hominem pro millibus unum ?*

℣. 32. Itidem Ms. Sangerm. 2. Corb. verò habet : *Omnis ergo qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram,* &c. Sangerm. 1. *Omnis ergo qui confessus me fuerit coram..... confitebor & ego eum coram Patrem meum, qui in cœlis.* Claromont. *Omnis ergo qui confitebitur me coram..... & ego confitebor eum,* &c. Cantabrig. *Omnis ergo qui confitebitur in me coram..... confitebor & ego coram,* &c. Ita quoque in Græco est, subjuncto ἐν αὐτῷ, voci *ego.* Apud Tertul. pariter l. cont. Gnost. p. 829. b. *Omnis igitur qui in me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor in illo coram Patre meo, qui in cœlis est :* & infra, 830. b. *Qui in me confessus fuerit coram hom. in cœlis & ego in illum confitebor coram Pat. meo, qui in cœlis est :* & l. de fuga in persec. p. 971. c. *Qui confessus fuerit in me, & ego confitebor in illo coram Patre meo.* Apud Cyprian. l. 3. Testim. p. 310. a. *Quicunque me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram Patre meo, qui in cœlis est :* similiter epist. ad Fortun. p. 265. b. sicut ep. 9. p. 18. c. nisi quòd initio habet *Qui,* pro *Quicunque :* sed ep. 37. p. 50. b. *Qui in me confessus fuerit coram..... & ego in illo confitebor coram,* &c. & l. de laps. p. 188. a. *Qui confessus me fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cœlis est.* Auctor l. de laud. mart. p. 427. partim ex Matth. partim ex Luca, 12. 8. *Qui me confessus fuerit in terris coram hom. & ego confitebor eum coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Hilarius verò l. 9. de Trin. col. 985. c. nil omnino differt à Vulg. nec etiam fragm. 1. col. 1281. d. nec in Ps. 118. col. 362. a. Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 394. f. legit : *Omnis ergo qui confessus me fuerit,* &c. ut in Vulg. vide etiam l. de bened. Patr. c. 7. col. 523. f. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 361. b. *Quicunque me confessus fuerit..... confitebor illum & ego coram,* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 25. p. 112. a. *Omnis ergo qui me confessus fuerit coram..... & ego confitebor eum coram Patre meo : qui autem,* &c. de ℣. seq. Juvencus l. 2. p. 64. e.

*Qui me confessus fuerit sub judice terræ,*
*Hunc ego non aliter coram Genitore fatebor.*

℣. 33. Ms. Corb. *qui autem negaverit me..... & ego negabo eum coram Patre meo, qui est in cœlis.* Sangerm. 1. *negabo & ego eum coram Patrem meum, qui est in cœlis.* Clarom. cum Cantabrig. *quicunque autem me negaverit coram,* &c. ut in Colb. & Vulg. Ita quoque in Græco. Tertul. l. de coron. mil. c. 11. p. 292. c. ait, *Jesum negaturum omnem negatorem, & confessurum omnem confessorem :* & l. cont. Gnost. p. 829. c. *& omnis qui negaverit me coram hom. & ego negabo illum coram Patre meo, qui in cœlis est :* & infra, 830. a. observat Dominum dixisse : *qui me negaverit,* non, *qui in me :* at l. de idol. c. 13. p. 243. b. ita legit : *qui autem confusus super me fuerit penes homines, & ego confundar super illo penes Patrem meum, qui est in cœlis :* & l. de carne Chr. p. 545. b. *qui me confusus fuerit, confundar & ego eum :* similiter l. de fuga in persec. p. 971. c. exceptis his, *& ego confundar eum coram Patre meo :* rursum l. cont. Gnost. p. 830. a. *qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram Patre meo, qui in cœlis est.* Cyprianus verò epist. ad Fortunat. p. 265. b. *qui autem negaverit me..... & ego negabo eum,* &c. ut in textu : similiter epist. 9. p. 18. c. & l. de lapſ. p. 188. a. & l. 3. Testim. p. 310. a. Vulgatæ pariter accinit Hilarius, l. 9. de Trin. col. 985. c. & in Ps. 118. col. 362. b. sicut Ambros. l. 1. de pœnit. col. 395. a. sed l. de bened. Patr. c. 7. col. 523. f. & in Ps. 40. col. 916. b. legit : *qui autem me confusus fuerit coram hom. confundam & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est :* itidem epist. 58. col. 1013. e. præter unum *confundar,* pro *confundam.* Vide Marci 8. 38. Cleri Rom. epist. ad Cypr. apud ipsum 31. p. 44. c. partim ex Matth. partim ex Lucæ 12. 9. *qui me negaverit coram hom. negabo & ego eum coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 362. c. *quicunque me negaverit coram..... negabo eum & ego coram,* &c. ut in Vulgata. S. Pacian. ep. 3. p. 310. d. cum Auct. l. ad Novat. p. 437. d. *qui me negaverit coram hom. negabo eum coram,* &c. Acta mart. S. Achat. Ruin. p. 154. *qui me denegaverit..... & ego denegabo eum,* &c. ut in Vulg. Marcell. & Faust. libell. prec. Sirm. to. 1. 243. e. *qui me negaverit..... & ego negabo eum coram Patre meo : & qui me confessus fuerit coram hom. ego confit. eum coram Patre meo.* Auctor quæst. ex utroq. Test. q. 102. p. 94. b. 97. f. *qui me negaverit, & ego negabo ipsum ;* al. *eum.* Juvencus l. 2. p. 64. e.

*Sic itidem coram Genitore negabo negantem.*

℣. 34. Mss. Corb. & Sangerm. 1. cum Clarom. & Cantabrig. *Nolite putare quia veni pacem mittere super terram* ( Germ. 1. & Clarom. *in terram :* ) *non veni,* &c. ut in Vulgata : nec dissimiliter in Græco est. Item apud Iren. l. 1. p. 17. a. *non veni pacem mittere, sed gladium.* Apud Tertul. verò l. adv. Gnost. p. 831. a. ita : *Ne putaveritis venisse me uti pacem mittam in terram : non veni, sed ut machæram certè in terram :* & l. 3. adv. Marc. p. 675. a. ait : *machæram venit mittere in terram, non pacem.* Hilar. in Matth. 658. e. *Nolite arbitrari quoniam veni pacem mittere in terram : non veni pacem mittere, sed gladium :* at in Ps. 59. col. 139. b. *non veni pacem mittere in terram, sed divisionem :* in Ps. verò 149. col. 593. e. *gladium venit mittere in terram.* Similiter Ambros. l. de virginit. to. 2. 214. c. *gladium veni mittere in terram :* & l. 3. de Spir. S. col. 673. e. *non veni pacem mittere, sed gladium ;* paulò verò sup. 672. b. *non veni pacem mittere, sed machæram.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. 100. f. *Nolite putare quia venerim mittere pacem super terram : non enim veni mittere pacem, sed gladium :* & in Isai. 19. col. 182. b. e. *Nolite putare quòd veni..... super terram : non veni,* &c. & l. 2. contra Pelag. to. 4. 518. d. *non veni pacem mittere super terram, sed gladium.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 26. *Nolite arbitrari quòd venerim pacem mittere in terram : non veni mittere pacem, sed gladium.* Juvencus l. 2. p. 64. e.

*Non ego nunc pacem terris immittere veni,*
*Sed gladium,* &c.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

35. veni enim ſeparare hominem adversùs patrem ſuum, & filiam adversùs matrem ſuam, & nurum adversùs ſocrum ſuam :

Mich. 7. 6. 36. & inimici hominis, domeſtici ejus.

Luc. 14. 26. 37. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus : & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

Inf. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 14. 27. 38. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

Luc. 9. 24. & 17. 33. Joan. 12. 25. 39. Qui invenit animam ſuam, perdet illam : & qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mſ. Colbert.

35. veni enim ſeparare filium adversùs patrem ſuum, & filiam adversùs matrem ſuam, & nurum adversùs ſocrum ſuam :

36. & inimici hominis, domeſtici ejus.

37. Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus : & qui diligit filium aut filiam plus quàm me, non eſt me dignus.

38. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt meus diſcipulus.

39. Qui invenit animam ſuam, perdet illam : & qui perdidit animam ſuam propter me, inveniet eam.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Mſ. Sangerm. 1. textui Colb. conſonat. Corb. *veni enim dividere filium adversùs patrem ſuum..... & ſocrum adversùs nurum ſuam.* Clarom. *veni enim ſeparare filium adversùs patr..... & nurum contra ſocrum ſuam.* Cantabrig. *veni enim ſeparare filium adversùm patrem ſuum, & filiam adversùs matrem ſuam, & ſponſam adversùs ſocram ſuam.* Ita quoque in Græco, præter unum ἄνθρωπον, ut in Vulg. loco *filium*; ſed al. υἱόν. Iren. l. 5. c. 27. p. 325. a. *veni enim dividere hominem adversùs patrem ſuum, & filiam adversùs matrem, & nurum adversùs ſocrum.* Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 831. a. *veni enim dividere hominem adversùs patrem ſuum, & filiam adversùs matrem ſuam, & ſocrum adversùs nurum ſuam :* vide etiam l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. Hilar. in Matth. col. 659. a. *veni enim ſeparare filium adversùs patrem, & filiam adversùs matrem, & nurum,* &c. ut in Vulg. Hieronymus in Iſai. 19. to. 3. 182. b. *veni enim dividere virum adversùs proximum ſuum, & filiam contra matrem ſuam, & nurum contra ſocrum ſuam :* & infra, *veni enim dividere hominem contra patrem ſuum, & filiam contra..... & nurum contra,* &c. ſimiliter in Iſai. 49. col. 351. a. & l. cont. Pelag. to. 4. 518. f. Auctor op. imp. in Matth. hom. 26. p. 113. *veni enim ſeparare filium adversùs patrem.* Juvencus l. 2. p. 64. e.

*Sed gladium, patrio dirimat qui pectore natum,*
*Et dulcem natam dirimat qui pectore matris.*

℣. 36. Accinunt Mſs. Sangerm. Corb. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. & Græcum. Nec refragatur Hilar. in hunc loc. 659. a. nec Hieron. in Iſai. 19. to. 3. 182. b. & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. f. nec etiam Tertul. cont. Gnoſt. p. 831. b. niſi quòd habet, *& inimici homini, domeſtici ſui.* Juvencus hunc verſiculum non reddit.

℣. 37. Mſ. Sangerm. 1. nil omnino differt à textu Colb. Sangerm. 2. *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me... & qui amat filium aut filiam plus quàm me,* &c. Corb. *Qui amat patrem aut matrem ſuper me..... & qui amat filium aut filiam ſuper me,* &c. Clarom. *Qui amat patr. aut matrem ſuper me..... & qui diligit filium aut filiam plus quàm me,* &c. Cantabrig. *Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus;* nec ſubdit plura. Græc. Vulgatæ favet, niſi quòd utrobique habet ὑπὲρ ἐμέ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 713. c. ait *qui patrem, aut matrem, aut fratres præponeret verbo Dei, non eſſe dignum diſcipulum :* & l. de bapt. p. 391. b. *Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, non eſt me dignus :* at l. de fuga in perſec. p. 971. c. partim ex Luca, 14. 26. *Qui pluris fecerit animam ſuam quàm me, non eſt me dignus :* item l. cont. Gnoſt. p. 831. b. *Qui pluris fecerit etiam animam ſuam quàm me, non eſt me dignus.* Apud Cypr. Moyſes ep. 26. ad ipſum p. 35. c. *Qui plus diligit patrem aut matrem quàm me, non eſt me dignus : & qui plus diligit animam ſuam quàm me, non eſt me dignus.* Cyprianus l. de op. & eleem. p. 242. b. & epiſt. ad Fortun. p. 265. c. *Qui diligit patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus : & qui diligit filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus :* ſic etiam l. 3. Teſtim. p. 311. b. niſi quòd pro *diligit*, bis legit *amat.* Hilar. in Matth. 660. e. 661. a. ſic alludit : *Qui domeſticas nominum charitates dilectioni ejus prætulerint, futurorum bonorum indigni erunt hæreditate.* Ambroſ. l. 2. de Jacob, cap. 5. col. 467. c. *Qui plus fecerit patrem aut matrem quàm me, non eſt me dignus :* at in Pſ. 118. col. 1163. f. & l. 12. in Luc. col. 1443. c. *Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus.* Auguſt. ſerm. 344. to. 5. 1329. f. *Qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus :* deinde, *& qui non tulerit crucem,* &c. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. f. *Qui amat patrem aut matrem ſupra me, non eſt..... & qui amat filium aut filiam ſupra me, non eſt,* &c. Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 109. ap. Aug. to. 3. 107. b. *Quicunque plus fecerit domum, aut parentes, aut fratres, aut cognatos quàm me, non eſt me dignus :* & infra, q. 117. col. 128. b. *Si quis diligit patrem, & matrem, aut filios ſupra me, non eſt me dignus.* Auctor l. de promiſſ. c. 17. ap. Proſp. p. 103. c. *Qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus : aut qui amat filium aut filiam plus quàm me, non eſt,* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 26. p. 114. b. *Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus.* S. Valerian. hom. 4. ap. Sirm. to. 1. p. 630. c. *Qui plus amaverit filium aut filiam quàm me, non eſt me dignus.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. e.

*Si quis amore meo genitorem pluris habebit,*
*Vel matri ſobolive meum poſtponet amorem,*
*Sentiet horribilem noſtra de ſede repulſam.*

℣. 38. Ita Mſ. Colb. partim ex Luca, 14. 27. Corb. verò habet : *Et qui non acceperit crucem ſuam, & ſequutus me fuerit, non eſt me dignus.* Sangerm. 2. *Et qui non accepit crucem ſuam, & ſequatur me, non eſt me dignus.* Clarom. *Et qui non acceperit.... & ſequutus me fuerit, non eſt mihi dignus.* Cantabrig. Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet, *& ſequitur poſt me.* Ita quoque in Græco. Mſ. S. Germ. 1. nil differt à Vulg. nec etiam Hilarius in Matth. col. 661. a. & in Pſ. 118. col. 308. a. & l. 10. de Trin. col. 1042. b. at in eund. Pſ. 118. col. 274. c. legit : *Qui non tulerit crucem ſuam, & ſecutus me fuerit, non eſt me dignus.* Tertul. l. de fuga in perſec. p. 971. c. fortè ex Luca, 14. 27. *Et qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 311. b. textui Colb. ſuccinit ad verbum. Moyſes verò ep. 26. ap. ipſum p. 35. c. *Et qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Itidem Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 518. f. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1025. d. *Niſi qui tulerit crucem ſuam, & poſt me ſecutus fuerit, non eſt me dignus :* & infra, 1169. f. *Niſi quis tulerit..... & ſecutus me fuerit,* &c. & col. 1175. e. *Qui non tulerit crucem ſuam, & ſecutus me fuerit, non eſt me dignus.* Similiter habet Auguſt. ſerm. 344. to. 5. 1329. f. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 26. p. 114. c. Leo M. verò ſerm. 46. & 57. pp. 113. c. 129. b. Vulgatæ congruit. Juvencus l. 2. p. 64. e. hunc verſum ſilet.

℣. 39. Mſ. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. Sic etiam Claromont. niſi quòd poſt *inveniet eam*, addit *in vitam æternam.* Corb. *Qui amat animam ſuam, perderet illam : & qui perdiderit,* &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. verò hab. partim ex Marco, 8. 35. partim ex Johanne, 12. 25. *Qui autem voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam : nam qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam in vitam æternam.* Cantabrig. *Qui invenit anim. ſuam, perdet eam : qui autem perdiderit,* &c. ut in textu. Eidem Colbertino conſonat Græc. ad verbum. Tertul. l. contra Gnoſt. p. 831. b. legit : *Qui animam ſuam invenerit, perdet illam : qui verò perdiderit illam mei causâ, inveniet illam.* Hilarius in Matth. col. 661. b. *Qui invenerit animam ſuam,* &c. ut in Vulg. at l. 10. de Trin. col. 1042. b. *Et qui invenit..... & qui perdiderit eam propter me,* &c. Item apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 26. p. 114. *Qui invenit anim. ſuam, perdet eam.* Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. e. & ſerm. contra Auxent. to. 2. 866. a. addit : *qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.* Auguſt. l. 22. contra Fauſt. to. 8. 368. c. partim ex Joh. 12. 25. *qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam æternam inveniet eam.* Item Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 183. b. *qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam æternam conſervabit illam.* Epiphan. in 5. 6. Cantici Cantic. *quicunq. perdit animam ſuam propter me, in vitam ætern. ſervabit eam.* Juvencus l. 2. p. 64. e.

*Contemnet quicunque animam pro nomine noſtro,*
*Inveniet læta florentem fruge ſalutis.*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

40. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.

41. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.

42. Et quicunque dederit potum uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, quoniam non peribit merces ejus.

**VULGATA NOVA.**

40. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. *Luc. 10. 16.* *Joan. 13. 20.*

41. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.

42. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Marc. 9. 40.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 40. Textui utrique consonant Mss. S. Germ. 1. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. unà cum Græco. Sic etiam in Corb. nisi quòd habetur constanter hîc & infra, *suscipit*, pro *recipit*. Sangerm. 2. *Qui recipit vos..... & qui me recepit, recipit eum*, &c. Colbertino nostro accinit Hilar. in hunc loc. col. 661. e. & l. 6. de Trin. col. 903. b. Hieron. verò in Ezech. 3. to. 3. 716. b. habet: *Qui vos non recipit, me non recipit.* August. in Joh. 12. to. 3. 650. e. *Qui vos recipit, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me misit:* l. verò de op. Mon. to. 6. p. 497. e. *Qui vos excipit, me excipit: & qui me excipit, excipit eum qui me misit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 26. *Qui vos recipit*, &c. ut supra in textu. Apud Juvencum l. 2. p. 64. e. ita:

*Qui vos suscipiet, me suscepisse benignis*
*Obsequiis; idem me pro Genitore supremo*
*Suscepisse sibi gaudebit, perpete vita.*

℣. 41. Mss. S. Germ. Clarom. S. Gat. Maj. Mon. &c. & Græcum consentiunt cum textu Colb. nisi quòd Corb. 1. loco habet, *Qui suscipit;* Cantabrig. *recipit*, sed caret altero membro, *& qui recipit justum*, &c. Hilar. in hunc loc. 661. f. textui Colbertino favet, cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 26. p. 114. Ambrosius l. 2. off. col. 95. f. legit: *quicunque enim justum receperit in nomine justi, mercedem justi accipiet.* August. l. 13. conf. to. 1. 240. b. *Qui susceperit prophetam..... & qui susceperit justum*, &c. quæ supra: at in 1. Joh. 3. to. 3. 859. d. & in Ps. 103. to. 4. 1157. c. *Qui suscipit justum..... & qui suscipit prophetam*, &c. l. verò de op. Mon. to. 6. 497. e. *Qui excipit prophetam..... & qui excipit justum*, &c. ut supra. Juvencus l. 2. p. 64. e. hunc versum silentio prætermittit cum sequenti.

℣. 42. Ms. Clarom. nil omnino differt à textu Colb. nec etiam Sangerm. 1. præterquam quòd habet *in nomine meo*, absque sequenti voce *quoniam.* Item in Sangerm. 2. & Corb. *tantùm in nomine meo;* sed infra, *non perdet mercedem suam.* In Cantabrig. *Et quicunque potaverit unum de minimis his calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli: amen dico vobis, non peribit merces ejus.* Græc. Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν, &c. In Ms. Steph. 2. ἐλαχίστων, non μικρῶν; & in Cantabr. Gr. sicut in vers. Goth. & Copt. ὕδατος ψυχροῦ. In quibusdam etiam Mss. deest μόνον, *tantùm.* Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. ut in Cantabr. Lat. *Et qui potaverit unum ex minimis istis calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli: amen dico vobis, non peribit merces ejus.* Apud Hilar. in Matth. col. 661. f. *Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ.* Ambros. l. 1. de Abr. c. 5. p. 295. e. alludens dicit: *Quicunque dederit hospiti potum aquæ frigidæ.* August. in 1. Joh. 3. to. 3. 859. d. & in Ps. 103. to. 4. 1157. c. *Et qui dederit calicem aquæ frigidæ uni ex his minimis tantùm in nomine discipuli*, &c. ut in Vulg. at. l. de op. Mon. to. 6. 497. e. *Et qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non peribit merces ejus.* S. Valerian. hom. 9. Sirm. to. 1. p. 652. e. *Qui dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ: amen dico vobis, quia non peribit merces ejus.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 26. p. 115. c. *Et quicunque uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ dederit tantùm in nomine discipuli: amen..... non perdet merced. suam.*

---

# CAPUT XI.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

1. ET factum est, cùm consummasset Jesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret & prædicaret in civitatibus eorum.

2. Johannes autem cùm audiret in carcerem opera Christi, mittens discipulos suos,

3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium speramus?

**VULGATA NOVA.**

1. ET factum est, cùm consummasset Jesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret & prædicaret in civitatibus eorum.

2. Joannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, *Luc. 7. 18.*

3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Mss. Corb. Clarom. & S. Germ. 1. Sangerm. 2. habet: *Et factum est, cùm consummasset Jesus verba hæc, præcipiens discipulis suis xii. transiit inde ut doceret, & prædicarent in civit. eorum.* Item Mss. Maj. Mon. & S. Gat. *Et factum est, cùm consummasset Jesus omnia verba hæc;* cæt. ut in textu Colbertino. Cantabrig. ut in Vulg. exceptis his postr. *transiit inde docere & prædicare in civit. eorum.* Ita quoque in Græco hod. Ms. tamen unus nomini *Jesus*, subdit τοὺς λόγους τούτους, si Millio fides. Apud Juvencum l. 2. p. 64. e.

*Talia discipulis bis sex cùm jussa dedisset.*

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. *Johannes autem cùm audisset in carcerem opera Christi, mittens duo ex discipulis suis.* Corb. *Johannes autem cùm reclausus esset in carcerem, audit de operibus Christi: misit duos de discipulis suis ad Jesum.* Clarom. *Johannes autem cùm audisset in carcere opera Christi, mittens discipulos suos ad eum.* Cantabrig. *Johannes autem audiens in carcerem opera Jesu; mittens per discipulos suos.* Versio etiam Goth. habet *per discipulos.* Græc. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν, &c. Hilar. in hunc loc. 662. c. *Johannes cùm audisset in carcere opera Christi, mittens ad eum discipulos suos.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. Vulgatæ suffragatur. Auctor quæst. N. T. p. 2. q. 10. col. 147. g. ait: *Misit ad Jesum Johannes de carcere discipulos suos.* Juvencus l. 2. p. 64. f.

*Justus Joannes cæci de carceris umbris,*
*Sectantum è numero delectos*, &c. ut inf.

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. *mandavit ad Jesum, dicens: Tu es.... an alium exspectamus?* Concinit Corb. detracto verbo *mandavit.* Clarom. *ad eum, dicens*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *ait illis: Euntes dicite: Tu es*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Euntes dicite illi: Tu es*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *dixit ei: Tu es, qui venis, aut alium exspectamus?* Ita quoque in Græco est. Hilar. in Matth. col. 662. c. Vulgatæ congruit; sicut Ambros. l. 4. de fide, to. 2. 522. b. & in Ps. 118. to. 1. 1186. a. cum Hieron. ad Algas. q. 1. to. 4. 188. c. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. Apud Aug. serm. 66. to. 5. 372. f. *Ite, dicite illi: Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?* & infra, 373. f. *Tu es, qui venis, an alium exsp.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 13. p. 175. e. *Venerunt discipuli Johannis, missi ab eo ad Jesum, & dicunt ei: Hæc dicit Magister: Tu es, qui venisti, an alium exspectamus?* Juvencus l. 2. p. 64. f. antecedentibus addit

*...... talia dicta*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

4. Et respondens Jesus ait illis : Euntes renuntiate Joanni quæ audistis, & vidistis.
Isai. 35. 5. & 61. 1. 5. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur :
6. & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
Luc. 7. 24. 7. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne : Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?
8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.
9. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm prophetam.

## VERSIO ANTIQUA.

4. Respondens autem Jesus ait illis : Euntes renuntiate Johanni quæ auditis, & videtis. Ex Ms. Colbert.
5. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur :
6. & beatus est, qui in me non fuerit scandalizatus.
7. Abeuntibus autem illis, cœpit Jesus dicere ad turbas de Johanne Baptista : Quid existis in desertum videre? arundinem à vento agitari?
8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.
9. Sed quid existis videre? prophetam? Dico vobis etiam, plus quàm prophetam.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Ad Christum portare jubet, verumque referre :*
*Tu ne piis animis requies, quam regia cæli*
*Pollicita est terris, nostro sub tempore fulges?*
*An superest aliam postbac sperare salutem?*

℣. 4. Ms. Cantabrig. similiter habet : *Respondens autem Jesus dixit eis : Euntes renunt. Joh. quæ auditis, & videtis.* Sangerm. 1. verò cum Corb. & Clarom. *Respondens autem Jesus ait* (Corb. *dixit*) *illis*, &c. ut in Vulgata. Itidem in Sangerm. 2. præter hoc 1. *Et respondit Jesus.* Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες..... ἃ ἀκούετε, καὶ βλέπετε. August. serm. 66. to. 5. col. 373. a. *Ite, dicite Johanni :* & infra, *Ite, renuntiate.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. *Ite, dicite Johanni.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 13. col. 175. e. *Respondit eis Jesus : Ite, dicite Johanni quæ vidistis, & audistis.* Auct. quæst. N. T. p. 2. q. 10. col. 147. g. *Tunc Jesus respondit discipulis ejus, dicens : Ite, dicite Johanni quæ videtis, & auditis.* Juvencus l. 2. p. 64. f.

*Talibus hæc Christus dictis mandata remittit.*

℣. 5. Textui nostro duplici accedunt Mss. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Sic etiam in Sangerm. 1. nisi quòd hab. *& surdi..... & mortui..... & pauperes*, &c. In Sangerm. 2. & Clarom. tantùm *& pauperes.* In Cantabrig. *Cæci vident, leprosi mundantur, & surdi audiunt, & mortui resurg. & pauperes*, &c. Græcè : Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ..... καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ..... καὶ πτωχοὶ, &c. Colb. 2. καὶ νεκροί. Orig. omittit membrum 2. χωλοὶ περιπατοῦσι, cum penult. νεκροὶ ἐγείρονται. Apud Auct. etiam l. de promiss. p. 175. e. deest τὸ *mortui resurgunt;* cæt. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ favet August. serm. 66. to. 5. 373. b. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 27. p. 116. d. legit simpliciter : *Cæci vident, surdi audiunt :* deinde : *& beatus*, &c. de ℣. 6. Sed Hilar. in Matth. col. 663. a. ait, *totum se Dominum rerum miraculis prodidisse, cæcorum scilicet visu, claudorum cursu, leprosorum curatione, surdorum auditu, voce mutorum, vita mortuorum, pauperum prædicatione.* Apud Auct. quæst. N. T. p. 2. q. 10. col. 147. g. *Cæci vident, surdi audiunt, leprosi mund. claudi ambulant, mortui resurgunt : & beatus*, &c. Apud Juvencum l. 2. p. 64. f.

*Cæcorum tenebræ mutantur lumine lucis,*
*Debiliumque vigent firmato robore membra,*
*Lurida discutitur squamoso corpore lepra,*
*Aëriæ vocis penetrat surdas sonus aures,*
*Redditur amissa lethi post funera vita,*
*Ad corpus remeans animæ jam libera virtus :*
( al. *Depositum repetens animæ substantia corpus :* )
*Pauperibusque suis non dedignata patescit*
*Fulgentis splendens adventus gloria terris.*

℣. 6. Colbertino textui consonat Ms. S. Germ. 1. Sic etiam Clarom. nisi quòd habet *erit*, pro *est*. Corb. Sangerm. 2. & Græc. non differunt à Vulgata. Cantabrig. verò fert : *& beatus est, quicunque non scandalizatur in me.* Hilar. in hunc loc. col. 663. b. *beatus, qui in me non fuerit scandalizatus.* Auctor l. de promiss. ubi supra p. 175. d. *& beatus, qui non fuerit scand. in me.* Vide sis Aug. serm. 66. to. 5. 373. b. Auctor quæst. N. T. p. 2. q. 10. col. 147. g. legit : *& beatus ille, qui non fuerit scand.* &c. Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. g. *beatus est, qui non scandalizatur in me.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. f. sic :

*Ille beatus erit, quem non deceperit error.*

℣. 7. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. *Abeuntibus autem illis, cœpit..... de Johanne Baptista : Quid existis in deserto* (Clarom. *desertum*) *videre? arundinem à vento moveri?* Sangerm. 2. similiter addit *Baptista;* at in fine, *à vento agitatam.* Cantabrig. *His autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere turbis de Johanne : Quid existis in desertum videre? arund. à vento moveri?* Ita quoque in Græco, nisi excipiatur verbum ult. σαλευόμενον, pro *moveri.* Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt. Hilarius in hunc loc. col. 663. d. e. ait : *Abeuntibus illis, ad turbas de eo locutus est : Quid existis in desertum videre? arundinem vento moveri?* Hieron. in Ezech. 40. to. 3. 978. e. *Quid existis in desertum videre? calamum vento agitari?* August. in Joh. 1. to. 3. 316. a. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitari?* & serm. 66. to. 5. 372. b. *arundinem vento moveri?* Auctor quæst. N. T. p. 2. q. 10. col. 147. g. *Abeuntibus autem nuntiis Johannis, cœpit Jesus dicere ad turbas de Johanne Baptista : Quid existis in desertum videre? arundinem vento moveri?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. *Abeuntibus autem illis, cœpit dicere ad turbas de Johanne : Quid existis in desertum videre? calamum à vento moveri?* Juvencus l. 2. p. 64. f.

*Talia discipuli referunt mandata magistro.*
*Hæc super ad populum depromit talia Christus :*
*Cur in deserto voluistis visere nuper*
*Stramen arundineum vento vibrante moveri?*

℣. 8. Textui Colb. favent Mss. Corb. & S. Germ. 2. nec dissentit Sangerm. 1. nisi quòd habet *mollia*, pro *mollibus.* Clarom. *hominem mollibus vestimentis indutum?* &c. S. Gat. *hominem mollibus vestitum indumentis?* Major. Mon. *hominem mollibus vestitum in domibus?* Cantabrig. *hominem in mollibus indutum? Ecce qui mollibus utuntur*, &c. Græc. ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, &c. Hilarius in hunc loc. 663. f. nil differt à textu Colb. nec etiam August. in Joh. 1. to. 3. 316. b. Ambrosius verò l. 5. Hexa. col. 109. e. legit : *Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur*, &c. ut in Vulg. & in Ps. 38. col. 856. f. *Ecce enim qui mollibus vestiuntur*, &c. at l. de virginit. col. 225. e. *Qui mollioribus vestibus induuntur, in domibus regum sunt.* Tertul. l. de idol. c. 18. p. 245. b. *Ecce qui teneris vestiuntur, in domibus regum sunt.* Hieron. quæst. ad Algas. to. 4. 189. b. *Sed quid existis in solitudinem videre? hominem mollibus vestitum?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. p. 117. a. *Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum?* Auct. quæst. N. T. p. 2. q. 10. ap. Aug. to. 3. col. 148. a. post hoc ult. ℣. præced. *vento moveri*, statim addit, *aut hominem mollibus vestibus indutum? Ecce qui*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 2. p. 64. f.

*Cur etiam molli vestitum veste videre?*
*In domibus regum molli cum veste tenentur.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *Sed quid....., prophetam? Et ego dico vobis, plus quàm prophetam.* Clarom. *prophetam? Dico autem vobis etiam, & plus quàm prophetam.* Cantabrig. *prophetam? Etiam dico vobis, & amplius quàm propheta.* Sic etiam in Græco est. In Mss. autem Corb. Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata. Hilarius in hunc loc. 664. b. textui Colb. favet ad verbum. Iren. quoque l. 3. c. 10. p. 185. e. dicit : *Quoniam & plus quàm propheta habuit aliquid Johannes.* Ambros. l. de Elia, c. 3. col. 537. c. *etiam plus quàm propheta.* August. in Joh. 1. col. 316. b. *Sed quid existis videre? prophetam? Ita dico vobis, major quàm propheta hic :* & serm. 66. to. 5. 372. c. *prophetam? Ita, & major quàm propheta.* Gaud. Brix. serm. 17. p. 968. h. *Quid existis in deserto videre? prophetam? Dico vobis, & plus quàm prophetam.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 27. *Quid existis in desertum videre? prophetam? Amen dico vobis, & plus quàm prophetam.* Auct. quæst. N. T. p. 2. q. 10. ap. Aug. to. 3. 148. a. *Sed quid existis videre? prophetam? Dico vobis, quoniam plus quàm prophetam.* Juvencus l. 2. p. 64. f.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

10. Hic est enim de quo scriptum est : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, & præparabit viam tuam ante te.

11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum propheta major Johanne Baptista : qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo.

12. A diebus autem Johannis Baptistæ usque nunc, regnum cœlorum cogitur, & cogentes diripiunt illud.

13. Omnes enim prophetæ & lex, usque ad Johannem, prophetaverunt :

14. & si vultis audire, ipse est Elias, qui venturus est.

15. Et qui habet aures audiendi, audiat.

16. Cui autem similem æstimabo generatio-

### Vulgata nova.

10. Hic est enim de quo scriptum est : Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Mal. 3. 1. Marc. 1. 2. Luc. 7. 27.

11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista : qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo.

12. A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

13. Omnes enim prophetæ & lex, usque ad Joannem, prophetaverunt :

14. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Mal. 4. 5.

15. Qui habet aures audiendi, audiat.

16. Cui autem similem æstimabo generationem

### Notæ ad Versionem antiquam.

*Ille prophetarum solus transcendere vires*
*Indicio veteris scripti promittitur olim.*

℣. 10. Ms. Corb. cum Sangerm. 2. *Hic est enim..... Ecce mitto..... qui præparabit*, &c. ut supra. Sangerm. 1. *Hic est de quo..... Ecce ego mitto*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Hic est de quo..... Ecce ego mitto.... qui præparavit viam ante te.* Corb. Clarom. S. Gat. &c. & Græcum, nil discrepant à Vulgata. Nihil etiam Tertul. l. cont. Jud. c. 9. p. 143. a. ab hoc, *Ecce ego*. Apud Ambros. l. de Elia, c. 3. col. 537. c. vix dissimiliter : *Hic est de quo scriptum est : Ecce mitto ang. meum ante fac. tuam, qui præparabit viam tuam ante te :* & l. 1. de Sacram. col. 351. a. *& præparabit viam tuam*, &c. Gaud. Brix. serm. 17. p. 968. h. *Hic est enim de quo..... Ecce mitto ang. meum, qui præparabit viam tuam.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 27. p. 117. *Hic est de quo dictum est per prophetam : Ecce ego mitto ang. meum ante faciem tuam.* Auct. quæst. N. T. p. 2. q. 10. ap. Aug. to. 3. 148. a. *Hic est de quo scriptum est : Ecce ego..... ante fac. tuam, qui præparet viam tuam.* Ad hæc Hieron. in Malach. 3. col. 1823. e. ait : *Hoc interpretatus est Dominus in Evang. dicens : Iste est de quo scriptum est : Ecce ego mitto ang. meum ante fac. tuam, & præparabit viam tuam coram me :* tum addit : *nec eisdem usus est verbis, quæ LXX. Interpretes transtulerunt :* & post pauca : *Ex quo perspicuum est Apostolos, & Evangelistas, & ipsum Dominum Salvatorem non LXX. Interpretum auctoritatem sequi, quâ, Hebrææ linguæ habentes scientiam, non indigent ; sed ex Hebræo transferre quod legerint, non curantes de syllabis, punctisque verborum, dummodo sententiarum veritas transferatur.* Apud Hilar. in Matth. col. 664. b. *Et quomodo Christum ignorare creditur, qui missus in angeli potestate viam venturo paraverit?* Apud Juvencum l. 2. p. 64. f. sic :

*Hunc etenim memorat venerandæ lectio vocis :*
*En ego mitto meum stratas aptare ministrum*
*Ante tuos vultus......*

℣. 11. Mss. S. Germ. 1. & Clarom. consentiunt cum textu Colb. à Corb. verò, Sangerm. 2. S. Gat. &c. abest *propheta ;* sicut à Cantabrig. in quo solo ultimæ voces sic invertuntur : *minor autem qui est in regno cælorum, major illo est.* Græc. Vulgatæ respondet, nisi quòd hab. ἐν γεννητοῖς, pro *inter natos*, quod idem sonat. Cyprianus alicubi legit : *inter prophetas non surrexit major Johanne Bapt.* Hilar. in hunc loc. 664. c. *ex natis mulierum nullus major propheta surrexit : nisi quòd qui minor eo est..... hic in regno cælorum major est.* August. in Joh. 1. to. 3. 329. c. *in natis mulierum nemo surrexit major Johanne Baptista :* epist. verò 189. to. 2. 698. f. & in Joh. 8. to. 3. 539. b. *in natis mulierum non surrexit major Johanne Baptista ;* similiter habet tract. 9. & 13. in eund. Joh. to. 3. 366. g. 391. b. & in Ps. 29. to. 4. 134. f. & serm. 289. to. 5. 1158. g. præter unum *exsurrexit :* item in Joh. sup. 391. b. addit : *qui autem minor est in regno cæler. major est illo.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 27. p. 117. Vulgatæ congruit usque ad, *qui autem.* Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. col. 170. c. *in natis mulierum nemo exsurrexit major Joanne Baptista.* Juvencus l. 2. p. 64. g.

*....... genuit nec femina quemquam*
*Major Joannis nostri qui viribus esset :*
*Sed minimus cæli qui in regno est, major habetur.*
al. *Sed minor hoc cæli fiet sublimior aula.*

℣. 12. Ms. S. Germ. 1. *A diebus autem..... usque nunc, regnum cælor. vim patitur, & violenti diripiunt illud.* Sangerm. 2. *& violenti rapiunt illud.* Clarom. *regn. cæl. cogitur : & qui vim faciunt, diripiunt illud.* Cantabrig. *A diebus..... usque adhuc, regn. cæl. cogitur : & qui cogunt, diripiunt illud.* Corb. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν..... ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία..... βιάζεται, καὶ βιαςαὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Iren. l. 4. c. 37. p. 283. a. *& qui vim faciunt, diripiunt illud.* Hilar. in Matth. col. 664. c. *A diebus autem Joh. Bapt. usque nunc, regn. cæl. vim patitur, & vim facientes diripiunt illud :* sic etiam in Ps. 2. n. 46. col. 51. d. ac in Ps. 134. col. 470. f. sublatis verbis *Baptistæ usque nunc.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 4. col. 188. f. *A diebus Johannis Bapt. regnum cælor. cogitur, & cogentes diripiunt illud :* sic etiam constanter l. 2. de interpel. Dav. c. 7. to. 1. 634. d. & in Ps. 43. col. 902. b. & l. 7. in Luc. col. 1382. d. 1388. a. & epist. 63. col. 1046. a. S. Paulinus verò, epist. 25. p. 168. b. *A diebus autem Johannis usque ad hodiernum diem, vim patitur regnum cælorum, & qui vim faciunt, rapiunt illud :* & ep. 24. 155. c. *Regnum cælorum à diebus Johannis vim patitur,* (al. *vi petitur,*) *& à diripientibus obtinetur.* Hieron. in Ezech. 18. to. 3. 822. b. cum Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 24. p. 349. c. *& violenti diripiunt illud.* August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 182. c. *regnum cælorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud :* similiter in Job, to. 3. p. 1. col. 672. c. & l. 2. quæst. in Luc. to. 3. p. 2. col. 264. a. & serm. 5. to. 5. 32. f. & l. de quæst. to. 6. 22. b. & l. de fide & op. ibid. 186. g. Optatus l. 5. cont. Donat. p. 85. a. *A diebus Joannis usque in hodiernum, regnum Dei vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud ;* al. *possident eum.* Juvencus l. 2. p. 64. g.

*Hujus ab exortu vim cæli regia sensit,*
*Et cæli regnum violentia diripit atrox.*

℣. 13. Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. & S. Gat. textui Colb. favent, cum Græco. Solus Clarom. habet : *Omnis ergo lex & prophetæ*, &c. Cantabrig. scribit *prophetarunt.* Tertul. verò l. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. *Lex & prophetæ, usque ad Johannem, fuerunt :* sic etiam l. 3. contr. Marc. p. 679. c. & contra Psych. p. 982. b. 987. a. detracto *fuerunt.* Apud Cyprian. l. 1. Testim. p. 278. c. *Omnes prophetæ*, &c. ut supra. Apud Juvencum l. 2. p. 64. g.

*Lex omnis summam Baptistæ ad tempora cœpit,*
*Atque prophetarum finis conclusus eodem,*
al. *concluditur idem.*

℣. 14. Mss. S. Germ. 1. cum Clarom. *& si vultis scire, ipse est Helias*, &c. Cantabrig. *& si vultis accipere*, &c. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. & Græcum, Vulgatæ favent. Tertul. l. de anima c. 35. legit cum Colb. *& si vultis audire, hic est Helias, qui venturus est.* Hilar. in hunc loc. 664. d. ait : *Jam Eliæ spiritus in Johannis voce præmittitur.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. g. ita :

*Si vultis volucris penetralia noscere sæcli,*
*Ipse est Elias felix venturus in ævum.*

Tum addit :

*Corpus Joannis felix habitabile sumpsit*
*Elias, quondam quem turbine jussa* (al. *missa*) *corusco*
*Flammipedum rapuit simulatio quadrijugorum.*

℣. 15. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. deletâ conjunct. *Et.* A Cantabrig. pariter abest, prætereaque verbum med. *audiendi.* Apud Juvencum l. 2. p. 64. g.

*Audiat hæc dictis pandens vitalibus aures.*

℣. 16. Mss. S. Germ. 1. & Clarom. textui Colb. respondent ; Corb. verò, S. Germ. 2. S. Gat. Vulgatæ. Cantabrig. habet : *Cui autem similabo generat. hanc ? Similis est pueris sed. in foro : qui respondentes aliis*, &c. ut infra. Græc. Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην ; Ὁμοία ἐςὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus

17. dicunt : Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis : lamentavimus, & non planxiſtis.

18. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt : Dæmonium habet.

19. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt : Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

20. Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes ejus, quia non egiſſent pœnitentiam.

Luc. 10. 13. 21. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida : quia, ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.

22. Veruntamen dico vobis : Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quàm vobis.

23. Et tu Capharnaum, nunquid uſque in cœlum exaltaberis? uſque in infernum deſcendes : quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent uſque in hanc diem.

### Versio antiqua.

nem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, & clamantibus ad invicem, Ex Mſ. Colbert.

17. dicentibus : Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis : lamentavimus, & non planxiſtis.

18. Venit enim Johannes neque manducans, neque bibens, & dicunt : Dæmonium habet.

19. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt : Ecce homo vorax, & potator vini, amicus publicanorum, & peccatorum. Et juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

20. Tunc cœpit improperare civitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes ejus, quòd non egerint pœnitentiam.

21. Væ tibi Corozaim, & Bethſaida : quia, ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.

22. Veruntamen dico vobis : Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quàm vobis.

23. Et tu Capharnaum, nunquid uſque in cœlum exaltaberis? & ſi exaltata fueris, uſque ad inferos deſcendes : quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent uſque in hodiernum diem.

### Notæ ad Versionem antiquam.

Mſs. plures, παιδίοις ἐν ἀγορᾷ καθημένοις· mox in al. ἃ προσφωνοῦντα τοῖς ἑτέροις· ita ex Millio. Verſio etiam Goth. habet *aliis ;* Ægyptiacus autem utitur voce, per quam transferre ſolet Græc. ἀλλήλων· hæc ex Tho. Mareſcallo. Apud Hilar. in hunc loc. col. 665. a. omnia ut in textu Colb. Apud Juvencum verò deſunt, cum reliquis, uſque ad ℣. 25. ſicut apud Auct. op. imp. in Matth.

℣. 17. Mſ. S. Germ. 1. *& dicentibus : Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis*, &c. Clarom. *dicentes : Cantavimus vobis, & non ſalt. lamentavimus vobis, & non*, &c. Cantabrig. *dicunt : Cantavimus vobis, & non ſalt. flevimus, & non lamentaſtis.* A Sangerm. 2. abeſt *dicunt ;* reliqua Vulgatæ ſimilia. In Gr. καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ, &c. Apud Ambroſ. l. 7. in Luc. col. 1385. e. & ep. 58. col. 1014. d. *Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis.* Hilar. quoque in Matth. col. 665. b. ait, *quòd cantantibus ſibi officio corporis non obſecundaverint..... ad cantantium enim modum ſaltantium motus aptatur.*

℣. 18. Textui duplici noſtro accinunt Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. Cantabrig. &c. & Græcum : nec refragari videtur Hilar. in hunc loc. col. 665. c. Apud Auguſt. l. de bono conjug. to. 6. 334. f. ſic : *Venit enim Johannes non manducans, neque bibens, & dixerunt : Dæmonium habet :* vide etiam epiſt. 36. to. 2. 78. e. & l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 303. d.

℣. 19. Mſ. Corb. *Et venit filius hominis*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. *Venit & filius hominis*, &c. Clarom. *Venit filius hom...... & vini potator, amicus public.* &c. Cantabrig. *Venit fil. hom..... & vini potator, publicanorum amicus, & peccat.* &c. Ita quoque in Græco, ſervato eodem vocum ordine. Similiter apud Iren. l. 4. c. 31. p. 269. a. *Venit filius hominis manducans, & bibens.* Tertul. etiam l. cont. Pſych. p. 982. & 985. alludens dicit : *Cùm & ipſe manducaret, & biberet..... ecce homo vorator, & potator :* itidem l. de monog. p. 955. a. *vorator, & potator homo ;* dein, *prandiorum, & cœnarum cum publicanis, & peccatoribus frequentator.* Auguſt. l. de bono conjug. to. 6. 334. f. *Venit filius hom. manducans, & bibens, & dixerunt : Ecce homo vorax, & potator vini ;* Mſs. nonnulli, *& vinaria ;* al. *& vinarius ;* al. *vinaurius :* & l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 303. d. *Venit filius hom..... & dicunt : Ecce homo vorax, & vinarius, amicus public. & peccatorum :* & epiſt. 36. to. 2. 78. e. *Ecce homo vorax, & vinoſus, amicus public. & peccatorum.* Hilar. in Matth. col. 665. d. cum Ambroſio, l. 7. in Luc. col. 1383. e. addit : *Et juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.* Hieron. in eund. Matth. loc. to. 4. col. 44. monet in quibuſdam Evangeliis legi : *Juſtificata eſt ſapientia ab operibus ſuis :* & epiſt. ad Dam. de filio prod. to. 4. 150. d. eadem refert quæ ſup. *Ecce homo vorax, & vini potator, amicus public. & peccatorum.*

℣. 20. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc cœpit increpare civitatibus, in quibus facta ſunt plurima virtutes, eò quòd non egerint pœnitentiam.* Corb. *Tunc cœpit exprobrare civit. in quibus..... virtutes ejus, eò quòd non egerint pœnit.* Clarom. *Tunc cœpit Jeſus improperare civit. in quibus..... virtutes ejus, quòd pœnitentiam non egerint.* Cantabrig. *Tunc cœpit improperare civit. in quibus facta ſunt plurimæ virtutes, quia non pœnituerint.* Sic etiam hodie in Græco, addito uno αὐτοῦ, *ejus*, ad *virtutes ;* Mſs. plures addunt etiam ὁ Ἰησοῦς, poſt *cœpit*, ut in Clarom. Lat. ſupra.

℣. 21. Mſ. S. Germ. 1. cum Clarom. *Væ tibi Corozain, & Bethſaida*, &c. ut in textu. Corb. *Væ tibi Corazain, & Bethſaida*, &c. Cantabrig. *Væ tibi Chorazain, & Betſaida : quia, ſi in Tyro, & Sidona..... olim jam in ſacco, & in cinere pœnituiſſent.* Ita quoque in Græco noſtro, exceptis his prioribus, Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι· alii ſcribunt Χοροζαΐμ, al. Χοραζείν, al. Χοροζαΐν, al. Χαραζίν; & al. καὶ Βηθσαϊδά; nonnulli etiam infra, verbo *pœnituiſſent*, præponunt τὸ, καθήμεναι, ſicut habetur in Vulg. Lucæ 10. 13. Item apud Gaud. Brix. ſerm. 3. ad Neoph. p. 948. g. *Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethſaida : quia, ſi in Tyro, & Sidone...... olim utique in cilicio, & cinere ſedentes pœnitentiam egiſſent.* Apud Hilar. in Matth. col. 666. b. *Væ tibi Corozain, & Bethſaida : quia, ſi in Tyro, & Sidone facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis.* Collat. S. Aviti cum Arian. Conc. to. 4. 1320. b. *Væ tibi Corrazaim, væ tibi Betzaida : quia, ſi in Tyro, & in Sidone virtutes factæ eſſent, quæ ſunt factæ in vobis, jamdudum in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.*

℣. 22. Mſs. Corb. Clarom. & Cantabrig. *Veruntamen ..... Tyro, & Sidoni tolerabilius erit*, &c. Sangerm. ambo & S. Gat. textui Colb. conſonant ; ſicut etiam Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 5. col. 576. e. & Gaud. Brix. ſerm. 3. p. 948. g. Apud Tertul. l. de reſur. carn. p. 579. a. *Tolerabilius erit Tyro & Sidoni in die judicii.* Græcè conſtanter, ἀνεκτότερον ἔσαι.

℣. 23. Mſ. S. Germ. 1. *Et tu Capharnaum, quæ uſque in cœlum exaltaberis, uſque in infernum deſcendes : quia, ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes..... fortè manſiſſent in hodiernum diem.* Clarom. *Et tu Capharnaum, quæ uſque ad cœlum exaltata eſt, uſque ad infernum deſcendes : quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes..... fortè manſiſſent in hodiernum diem.* Cantabrig. *Et tu Capharnaum, ne uſque ad cœlum exaltaveris ; aut uſque ad inferos deſcendes : quia, ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes..... manſiſſent utique uſque in hodiernum.* Sangerm. 2. *Et tu Caph. nunquid uſque in cœlum exaltaveritis ? & uſque in infernum deſcendes : quia, ſi in Sodomis..... fortè manſiſſent uſque in hunc diem.* S. Gat. *in te manſiſſent uſque in hanc diem.* Græc. hod. Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ· ὅτι, εἰ..... ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Codd. quidam ſcribunt Καφαρναούμ; dein multi, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ; ἕως ᾅδου καταβήσῃ· al. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψώθης; al. ἐὰν ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψώθης. Ita ex Millio. Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. e. legit : *Et tu Capharnaum, nunquid uſque ad cœlum exaltaberis? uſque ad inferos deſcendes : quoniam, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, manſiſſent uſque in hodiernum diem.* Gaud. Brix. ſerm. 3. ad Neoph. p. 948. g. *Et tu Caph. quæ uſque in cœlum extolleris, uſque in infernum demergeris : quia, ſi Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, manſiſſent uti-*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 24. Sed tamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, quàm vobis.

25. In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Domine, Pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis.

26. Ita Pater: quoniam sic fuit beneplacitum ante te.

27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

## Vulgata nova.

24. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, quàm tibi.

25. In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Luc. 10. 21.

26. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.

27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Joan. 6. 46. 7. 28. 29. 8. 19. & 10. 15.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*que usque in hodiernum diem.* Apud Hieron. in Matth. 11. col. 44. f. uterque legendi modus reperitur: *Et tu Caph. nunquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes:* tum addit: *In altero exemplari reperimus:* Et tu Caph. quæ usque in cœlum exaltata es, usque ad inferna descendes: *& est duplex intelligentia*, &c.

℣. 24. Ms. Corb. *Veruntamen dico vobis, quia Sodomæ remissius erit..... quàm vobis.* Similiter in Sangerm. 1. *quàm vobis.* In Clarom. *terræ Sodomorum tolerabilius erit...... quàm vobis.* Ita quoque in Cantabrig. præter unum *Sodomon:* nec dissimile Græcum est, nisi quòd ultimò habet σοί, *tibi;* sed aliàs ὑμῖν, *vobis.* Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. e. *Veruntamen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis in die judicii, quàm vobis.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 576. e. *Amen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, quàm tibi.* Gaud. Brix. serm. 3. ad Neoph. p. 948. g. *Sed tamen dico vobis*, &c. ut in textu Colb. Item apud Auct. l. de promiss. p. 1. c. 16. col. 102. e. *terræ Sodomorum remissius erit... quàm vobis.*

℣. 25. Textui Colb. favet Ms. S. Germ. 2. Germ. verò 1. Vulgatæ. Clarom. sic: *In illo tempore respondit Jesus dicens: Confiteor tibi, Pater, Dom..... qui abscondisti hæc*, &c. Corb. *In illo temp. ait Jesus: Confitebor tibi, Deus, Pater cœli & terræ, quia abscond. hæc*, &c. Cantabrig. *In illo temp. respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pat. Dom..... qui abscondisti hæc à sap. & sensatis, &*, &c. Græc. Vulgatæ congruit. Irenæus l. 1. c. 20. p. 93. a. *Confiteor tibi, Pater, Domine terræ & cœlorum, quoniam abscondisti ea à sap.* &c. ut in textu Colb. & infra, l. 4. c. 2. p. 229. b. *Domine cœli & terræ.* Tertul. l. cont. Prax. p. 857. a. *Confiteor tibi, Pater, quòd absconderis hæc à sapientibus.* Hilarius in Matth. 11. col. 666. d. *In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Domine, Pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis:* similiter in Ps. 66. col. 187. e. necnon in Ps. 118. col. 344. c. sed hoc ult. loco hab. *à sapientibus, & intelligentibus:* at in Ps. 131. col. 456. d. *Confitebor tibi, Domine, Pater*, &c. ut in Vulg. & in Ps. 137. col. 497. e. *Confitebor tibi, Domine, Pater..... quia abscond. hæc à sap. & prud. sæculi*, &c. & in Ps. 138. col. 518. c. *Confitebor tibi, Pater, Domine*, &c. ut in Vulg. rursum in Ps. 139. col. 529. e. *Confitebor.* Ambros. l. 2. de Spir. S. to. 2. 626. b. *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc*, &c. ut in Vulg. vide etiam l. 3. col. 686. f. & l. 5. de fide, col. 568. e. & epist. 46. col. 985. a. Ambrosiaster col. 105. e. *Confitebor tibi*, &c. ut in Vulg. Augustinus l. de S. virginit. to. 6. 358. c. eidem Vulgatæ accinit; sicut etiam Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. f. Auctor verò op. imp. in Matt. hom. 28. concinit cum textu Colb. Phæbadius Agin. l. cont. Arian. p. 302. d. habet: *Pater, qua abscondisti à sapientibus, revelasti ea parvulis.* Auctor l. quæst. ex utroq. T. q. 100. apud Aug. to. 3. 92. a. *Confiteor tibi, Domine cœli & terræ, qui abscondisti hæc*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 2. p. 64. h.

*Nunc tibi confiteor, Genitor, cui gloria servit*
*Fulgentis cœli & terrarum frugiferarum,*
*Celasti nunc quòd sapientibus ista superbis,*
*Parvulaque infantum vis hæc comprendere corda.*

℣. 26. Mss. S. Germ. 1. & Clarom. assentiunt textui Colb. Corb. verò habet: *Ita Pater: quia sic tibi placuit.* Cantabrig. *Et jam Pater: quoniam ita facta est voluntas ante te.* Græc. Ναὶ ὁ Πατήρ· ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Iren. l. 1. c. 20. p. 93. a. *Ita Pater meus: quoniam in conspectu tuo placitum factum est.* Hilar. in Ps. 138. col. 518. c. *Ita Pater: quia sic fuit placitum ante te.* Succinit Auctor quæst. ex utroque Test. q. 100. p. 92. a. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 28. p. 119. d. Ambrosiaster p. 105. huic voci, *parvulis*, ultimæ ℣. præced. proximè addit: *quoniam bonum placitum fuit ante te.* August. verò l. de S. virginit. to. 6. 358. c. legit: *Ita Pater: quoniam sic placitum est coram te.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. f. *quoniam sic beneplacitum est ante te.*

℣. 27. Ms. S. Germ. 1. *Et nemo novit Filium, nisi Patrem: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & si cui voluerit Filius revelare.* Corb. *Et nemo cognoscit Filium, nisi Pater: neque Patrem cognoscit quis, nisi*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Et nemo agnoscit Filium..... neque Patrem agnoscit quis, nisi*, &c. Cantabrig. *Et nemo cognoscit Filium ..... nec Patrem aliquis cognoscit*, &c. nec refragatur Græcum. Irenæus l. 4. c. 20. p. 253. e. cum omnibus Mss. sup. legit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo:* & c. 6. p. 233. c. *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis cognoscit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare:* tum addit: *Sic & Matthæus posuit, & Lucas similiter, & Marcus idem ipsum; Johannes enim præteriit locum hunc. Hi autem qui posteriores Apostolis volunt esse, sic describunt: Nemo cognovit Patrem, nisi Filius: nec Filium, nisi Pater, & cui voluerit Filius revelare:* ipse etiam l. 1. c. 20. p. 93. a. ita legit: *Omnia mihi trad. s. à Patre. Et nemo cognovit Patrem, nisi Filius: & Filium, nisi Pater, & cuicunque Filius revelaverit.* Quod autem Irenæus notat sup. hæc verba, *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater: neque Patrem*, &c. sic & Matthæum retulisse, & Lucam *similiter*, & Marcum *idem ipsum*, Johannem autem silentio præterivisse, non omnino nobis constat. Quod enim agnoscunt omnes in Luca (10. 22.) sicut in Matthæo, vix aut nullo modo affirmari potest de Marco, apud quem nihil simile legimus, nisi quòd c. 13. ℣. 32. id habetur: *De die autem illo, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater:* quod Matthæi loco longiùs abest. Quinimo in Johannis Evangelio & multa, & viciniora multò invenire est, quod tamen inficiatur Irenæus supra; v. g. Joh. 10. ℣. 15. id legitur: *Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem:* vide etiam c. 6. ℣. 46. rursum c. 7. ℣℣. 28. 29. item c. 8. ℣℣. 18. 19. Unde magis crediderim, vel Irenæum hîc memoriâ vacillasse, scribendo Marcum pro Johanne, & Johannem pro Marco; vel etiam in ejus exemplari Matthæi verba in Marcum translata fuisse, quod non raro animadvertimus in antiquis Evangeliorum codicibus. Ad postremum legendi modum allatum supra ab Iren. quod spectat, hunc admisit Phæbadius Agin. l. contr. Arian. p. 302. b. cùm legat: *Nemo novit Patrem, nisi Filius: nec Filium quis novit, nisi Pater, & cui voluerit Filius revelare.* Tertul. l. cont. Prax. p. 855. antecedentia verba sic reddit: *Omnia mihi Pater tradidit:* lib. verò 2. cont. Marc. p. 654. c. posteriora: *Nemo cognovit Patrem, nisi Filius:* & lib. de præscr. c. 21. p. 334. b. *Nec alius Patrem novit, nisi Filius, & cui Filius revelavit.* Novatian. l. de Trin. p. 1037. a. ait: *Cui à suo Patre omnia tradita sunt.* Zeno Veron. l. 2. tr. 6. & 15. pp. 152. 191. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. g. *Omnia mihi tradita sunt à Patre. Nullus cognoscit Filium, nisi Pater: nec Patrem, nisi Filius cognoscit, & cui vult Filius revelare:* & l. 4. p. 287. h. *Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem, nisi Filius.* Hilarius verò l. 2. & 6. de Trin. col. 794. d. 798. c. 895. e. 903. c. nil differt à textu Colb. & Vulg. nec etiam l. 9. & 11. col. 1017. d. 1108. d. vide pariter in Ps. 134. & 138. col. 471. b. 517. f. at in Matth. 11. col. 667. a. utitur verbo *cognoscere.* Vulgatæ accinit ad verbum Ambrosius l. 22. in Luc. to. 1. col. 1522. d. necnon l. 4. & 5. de fide, to. 2. 547. c. 587. f. 593. a. & l. de Spir. S. col. 657. c. 659. d. ac epist. 70. col. 1063. a. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. f. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 28. p. 119. Apud August. in Joh. 10. to. 3. 668. a. *Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quisquam novit, nisi*, &c. ut sup. & in Joh. 7. col. 521. e. *Patrem non cognoscit, nisi Filius, & cui*, &c. & l. de S.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

29. Tollite jugum meum super vos, & discite
Jer. 6. à me, quia mitis sum, & humilis corde: & in-
16. venietis requiem animabus vestris.

1. Joan. 30. Jugum enim meum suave est, & onus
5. 3. meum leve.

**Versio antiqua.**

28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. *Ex Ms. Colbert.*

29. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.

30. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.

## Notæ ad Versionem antiquam.

virginit. to. 6. 358. c. *Et nemo cognoscit Filium, nisi Pater: & nemo cognoscit Patrem, nisi Filius*, &c. item quæst. in Matth. to. 3. p. 2. col. 241. a. ait: *Cùm diceret*: Nemo novit Filium, nisi Pater: *non dixit*, & cui voluerit Pater revelare: *quemadmodum cùm diceret*: nemo novit Patrem, nisi Filius: *addidit, & cui voluerit Filius revelare.* Similiter apud Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 637. c. *Nemo novit Filium, nisi Pater: & nemo novit Patrem, nisi*, &c. Ambrosiast. p. 163. b. *Omnia mihi trad. s. à Patre meo*: & p. 116. a. *Nemo novit, neque vidit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Juvencus l. 2. p. 64. g.

*Jam mihi regnantis sunt omnia tradita Patris.*
*Nec quisquam Domini poterit cognoscere Natum,*
*Ni solus Genitor: Genitorem mente videbit*
*Filius, aut idem pandet cui talia Natus.*

℣. 28. Ms. Corb. textui Colb. consonat. Sangerm. 1. vitiosè: *Venite à me omnes, qui laboratis, & honorati estis, & ego reficiam vos.* Sangerm. 2. *Venite ad me omnes, qui laborati estis, & honorati estis, & ego reficiam, vos requiescere faciam.* Clarom. *qui laboratis, & qui onerati estis*, &c. Græc. textui Colb. favet: ipsique pariter accinunt Irenæus l. 1. c. 20. p. 92. c. Hilarius in Ps. 2. n. 21. col. 37. c. & in Ps. 118. col. 324. a. 332. a. & l. 9. de Trin. col. 994. b. Ambrosius l. 3. Hex. to. 1. 52. e. ut & infra passim, to. 1. 210. d. 360. c. 486. f. 628. b. 827. d. 933. b. 945. c. 950. b. 1044. b. 1146. f. 1157. c. 1165. a. 1466. d. & to. 2. 390. a. 865. e. 1106. b. 1166. b. Item August. epist. 26. & 55. & 127. col. 42. a. 136. c. 375. b. & l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 43. b. & tract. 15. & 34. in Joh. to. 3. 412. b. 537. c. & l. de S. virginit. to. 6. 358. c. vide etiam l. 2. de serm. Dom. in m. col. 232. b. & in Ps. 13. & 114. to. 4. 68. d. 1267. a. & l. cont. Adim. to. 8. 113. a. Suffragatur Leo M. serm. 22. & 34. pp. 74. f. 95. e. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 120. necnon Epiphan. in Cantic. Cant. 2. 14. & 5. 11. 16. Cypr. verò l. 1. & 3. Testim. p. 279. b. 329. b. legit cum Tichonio, reg. 5. p. 62. e. & Prædestin. l. 3. Sirmond. to. 1. 527. b. 538. e. *Venite ad me omnes, qui lab. & oner. estis, & ego vos requiescere faciam.* Zeno Veron. l. 1. tr. 7. p. 66. *Venite qui laboratis, & onerati estis*, &c. ut in Vulgata. Auctor l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 575. *Venite ad me omnes, qui sub onere laboratis, & ego vos reficiam.* S. Paulinus epist. 24. p. 156. c. *Venite ad me onerati, & laborantes*; dein è ℣. seq. *& invenietis requiem animabus vestris.* Hieron. in Isai. 58. to. 3. 435. f. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & oner. estis, & ego vobis dabo requiem: hoc enim*, inquit, *significat* ἀναπαύσω ὑμᾶς. Similiter hab. Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. & 43. pp. 147. e. 183. c. *& ego vobis requiem dabo.* Philastr. Brix. l. de hæres. pp. 63. & 716. b. *Venite ad me omnes, qui lab..... & ego vos sublevabo.* Juvencus l. 2. p. 64. g.

*Huc omnes veniant, oneris quos sarcina vasti*
*Comprimit: iis poterit virtus mea, munere Patris,*
*Antiquas vires hilari reparare quiete.*

℣. 29. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Sic etiam in Clarom. & Cantabrig. excepta voce *animis*, pro *animabus*; Gr. ψυχαῖς. Colb. textui accinunt magno consensu Cyprianus l. 1. & 3. Testim. pp. 279. b. 329. b. Hilarius in Ps. 118. col. 324. a. & in Ps. 128. col. 433. b. & l. 9. de Trin. col. 994. b. Zeno Veron. l. 1. p. 66. Ambrosius l. 2. de Cain, c. 3. col. 210. d. & in Ps. 48. col. 945. c. & in Ps. 118. col. 1146. f. 1147. a. 1157. c. vide etiam to. 1. 447. b. 721. a. 919. d. 945. c. 1222. f. 1228. a. 1368. e. & to. 2. 394. d. 580. c. 1166. b. 1183. b. Item Augustinus ep. 55. to. 2. 136. c. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 232. b. & in Joh. 6. & 8. col. 493. b. 537. c. & in Ps. 13. & 114. to. 4. 68. d. 1267. a. Leo M. serm. 22. & 34. pp. 74. f. 95. e. & Auctor. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 121. Hieron. verò in Zach. 9. to. 3. 1767. e. legit: *discite à me, quoniam mansuetus sum, & humilis corde*: & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 293. d. *discite à me, quia humilis sum, & mitis, & mansuetus corde*: & infra, 305. c. *quoniam mitis sum, & humilis, & mansuetus corde.* Sic etiam Hilar. in Ps. 131. col. 447. a. *quia mansuetus, & humilis corde sum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 37. p. 157. c. *Tollite onus meum super vos, & videte, quia mitis sum, & humilis corde.* Juvencus l. 2. p. 64. g. versum hunc cum seq. sic reddit:

*Sumite forte jugum, levis est mea sarcina justis:*
*Namque humili dulcem largitur corde salutem.*

℣. 30. Mss. S. Germ. ambo concordant cum textu Colb. Clarom. habet: *Quia jugum meum suave est, & onus meum leve est.* Cantabrig. *Jugum enim meum suave, & onus meum leve est.* Ita quoque in Græco. Cypr. l. 1. Testim. p. 279. b. legit: *Jugum enim meum bonum est, & sarcina levis*: at l. 3. p. 329. b. *Jugum..... bonum est, & onus meum leve est.* Auctor l. cont. Jud. p. 575. *Est enim jugum meum placidum, & onus levissimum.* Hilarius l. 9. de Trin. col. 994. b. cum textu Colb. *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.* Similiter habent Hieron. in Soph. 3. to. 3. 1675. b. ac l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 292. c. & Ambros. l. 1. de pœnit. to. 2. 394. d. sed l. de Isaac, c. 8. col. 378. b. tollit ultimum *est*: contra l. de ob. Valent. to. 2. 1177. c. legit: *Jugum meum suave, & onus m. leve est*: & l. de ob. Theod. col. 1213. a. *Jugum enim meum suave est, & onus m. leve*: & l. de apol. David, to. 1. 721. a. ac serm. contra Auxent. to. 2. 865. e. *Tollite jugum meum, quia leve est*: itidem in Ps. 118. to. 1. 993. b. 1082. a. sed addit: *& onus meum, quia suave est*: attamen l. de ob. Valent. col. 1177. c. observat in *Evangelio jugum suave* dici, *& onus leve, non jugum leve.* Ambrosiast. p. 135. d. *Tollite jugum meum super vos, quia suave est; & onus meum, quia leve est*: vide etiam sup. p. 62. b. Item apud Novat. Cathol. hom. ad fratr. Bibl. PP. to. 5. 1083. e. *Tollite jugum meum, quia leve est, & sarcina mea levis.* Apud August. ep. 26. to. 2. 42. a. *Jugum enim meum lene est, & sarcina mea levis est*: similiter l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 43. c. & l. 2. de serm. Dom. in m. col. 232. b. & tract. 12. in Joh. col. 386. e. & in Ps. 13. to. 4. 68. e. & l. cont. Adim. to. 8. 113. a. at epist. 127. to. 2. 375. b. legit: *Jugum enim meum lene, & onus meum leve est*: & in Ps. 7. to. 4. 37. f. *Jugum enim m. lene est, & onus m. leve*: sed in Ps. 114. col. 1267. a. *Jugum enim m. suave est, & sarcina mea levis est*: & l. de vera relig. to. 1. 771. a. *Jugum meum leve est.* Apud Eucher. q. in Matth. p. 848. e. *Jugum meum lene, & onus meum leve est.* Apud Leonem M. ser. 34. p. 95. necnon Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 121. ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 2. p. 64. g.

*Sumite forte jugum, levis est mea sarcina justis.*

# CAPUT XII.

**Vulgata nova.**

Marc. 2. 23. Luc. 6. 1. 1. IN illo tempore abiit Jesus per sata sabbato: discipuli autem ejus esurientes cœperunt vel-

**Versio antiqua.**

1. IN illo tempore abiit Jesus per segetem sabbatis: discipuli autem ejus esurientes velle- *Ex Ms. Colbert.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. *In illo tempore abiit Jesus per segetes sabbatis*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *abiit Jesus sabbato per sata*, &c. Corb. 1. *In tempore illo abiit Jesus sabbatis per segetem: discipuli autem ejus esuriebant, & cœperunt spicas vellere, & manducare.* Corb. 2. *abiit Jesus per segetes sabbatis: discipuli autem ejus servientes cœperunt*, &c. Clarom. *In illo temp. transiebat Jesus sabbatis per segetes*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *In illo temp. abiit Jesus sabbatis per*



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| Ex Mſ. Colbert. bant ſpicas, & confricantes eas manibus ſuis, manducabant. | lere ſpicas, & manducare. |
| 2. Phariſæi autem videntes illos, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui quid faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis. | 2. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis. |
| 3. At ipſe dixit eis: Non legiſtis quid fecit David, cùm eſuriret ipſe, & qui cum illo erant: | 3. At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit David, quando eſuriit, & qui cum eo erant: 1. Reg. 21. 4. |
| 4. quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis manducavit, quos non licebat ei manducare, neque his qui cum illo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? | 4. quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? |
| 5. Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? | 5. Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? Levit. 24. 8. Num. 28. 9. 10. |
| 6. Dico autem vobis, quia templo major eſt hic. | 6. Dico autem vobis, quia templo major eſt hic. |
| 7. Si enim ſciretis, quid eſt: Miſericordiam volo, quàm ſacrificium: nunquam condemnaſſetis innocentes. | 7. Si autem ſciretis, quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquam condemnaſſetis innocentes. Oſe. 6. 6. |
| 8. Dominus enim eſt ſabbati filius hominis. | 8. Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbati. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ſata: diſcipuli autem ejus eſurierunt, & cœperunt ſpicas vellere, & manducare.* Ita quoque in Græco eſt: Mſs. tamen duo hab. ἐπορεύετο, pro *abiit*, non ἐπορεύθη; ſicut unus τῷ σαββάτῳ, num. ſingulari. Apud Hilar. in hunc loc. 667. c. *In illo tempore abiit Jeſus per ſegetes ſabbatis*, &c. ut in Vulg. Quod autem addit textus Colb. *confricantes eas manibus ſuis*, ſumptum videtur è Luca 6. 1. Apud Auguſtin. quæſt. 2. in Matth. to. 3. col. 241. b. ita legitur: *Quòd diſcipuli Domini cœperunt vellere ſpicas, & manducare, quod niſi confricantes eas facere non poſſent, hinc eſt*, &c. Apud Juvencum l. 2. p. 64. h.

*Hæc ubi dicta dedit, meſſis per culta gravatæ*
*Præterit, & populus ſectantum diſcipulorum*
*Spicarum gravidam carpebat in ordine frugem:*
*Ille dies veteri poſcebat lege quietem;*
*Sabbata nam priſcis repetebant otia juſſis.*

℣. 2. Ita Mſ. Colb. partim ex Marco 2. 24. Sangerm. 1. cum Clarom. *Phariſæi autem videntes eos, dixerunt ei: Ecce diſc. tui fac. quod non licet eis fac. ſabbatis.* Corb. 1. *Phariſæi autem cùm vidiſſent illos, dixerunt ei: Ecce diſcip. tui faciunt quod non licet;* nec addit *facere ſabbatis.* Cantabrig. *Phariſæi autem videntes eos, dixerunt illi: Ecce diſc. tui faciunt quod non licet facere ſabbato.* Iſti Græcum favet, niſi quòd delet *eos*, ultimòque hab. ἐν σαββάτῳ· ſed aliàs ἰδόντες ἀυτὸς, & in fine, τοῖς σάββασιν. Hilar. in hunc loc. 668. b. ait: *Phariſæi, qui penes ſe clavem cælorum eſſe exiſtimarent, illicita agere diſcipulos coarguunt.* Item Juvencus l. 2. p. 65. a.

*Ecce Phariſæi curant reprehendere Chriſtum,*
*Quòd ſanctæ legis calcarent juſſa metentes*
*Diſcipuli......*

℣. 3. Mſ. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. niſi quòd hab. *fecerit*, pro *fecit.* Corb. 1. *Jeſus verò reſpondens, ait illis: Non legiſtis quid fecerit David, quando eſuriſſet ipſe, & qui cum eo erant.* Clarom. *Jeſus autem reſpondens, dixit illis: Non leg. quid fecerit David, cùm eſuriiſſet ipſe, & qui cum illo erant.* Cantabrig. *Qui autem dixit eis: Non legiſtis quid fecit David, cùm eſuriit, & qui cum eo.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν ἀυτοῖς· Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν ἀυτὸς, καὶ οἱ μετ᾽ ἀυτοῦ· Quidam Mſs. initio ferunt, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, & à pleriſque abeſt ἀυτὸς, poſt ἐπείνασεν. Apud Auguſt. l. de util. cred. to. 8. 48. f. *Non legiſtis quod fecit David, cùm eſuriret, & qui cum eo erant.* Item apud Ambroſiaſt. p. 130. f. *Non legiſtis quid fecit David, cùm eſuriret.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. a.

*.....legum ſed tunc completor Ieſus*
*Incipit, his Veteris Scripti monimenta retexens:*
*Legiſtis certè in templo Davida canorum*
*Cum populo quondam panes ſumpſiſſe ſacratos,*
*Et propriam comitumque famem ſedaſſe: ſed illos*, &c.

℣. 4. Textui Colb. favent Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. In Sangerm. 2. & S. Gat. *quando intravit*, &c. ut in Vulg. In Corb. 1. *quomodo intravit in..... & panes propoſit. edidit, quos non licebat ei manducare, neque eis qui cum illo erant*, &c. In Cantabrig. *quomodo introivit in domum Dei, & panes propoſit. manducavit, quod non licebat ei manducare, nec qui cum eo, niſi ſacerdotibus ſolis?* Ita quoque in Græco, præter ὃς, pro *quod;* & τοῖς, pro *qui.* Hilarius in hunc loc. 668. b. dicit: *Admonuit David, unà cum his qui ſecum aderant, eſurientem, panibus illicitis expletum fuiſſe.* Auguſt. l. de util. cred. to. 8. 48. f. nil differt à textu Colb. Ambroſiaſt. verò p. 130. f. legit partim ex Luca 6. 4. *quomodo intravit in domum Domini, & panes propoſitionis accepit, quos non licebat ei edere?* Juvencus l. 2. p. 65. a.

*.....ſed illos*
*Illicitum cuiquam fuerat contingere panes,*
*Sumere quos ſolus poterat de lege ſacerdos.*

℣. 5. Mſ. Clarom. *Nec hoc legiſtis in lege*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Aut non legiſtis in lege, quia in ſabbatis ſacerdotes in templo..... & ſine culpa ſunt?* Sangerm. 2. cum Corb. duplici, & Græco, textui Colb. conſonat: ita etiam S. Germ. 1. niſi quòd vitioſè habet, *ſacerdotes templo ſabbato violant.* Hilar. in Pſ. 91. col. 236. d. & in Matth. col. 668. c. *Neſcitis, quia ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?* Hieron. in Ezech. 44. to. 3. 1033. a. *ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & abſque culpa ſunt.* Græc. καὶ ἀναίτιοί εἰσι. Juvencus l. 2. p. 65. a.

*Ejuſdem ſcriptum eſt juſto moderamine legis:*
*Vates in templo ſine crimine feſta profanent.*
al. *Sabbata profanent templo ſine crimine vates.*

℣. 6. Mſ. S. Germ. 1. cum Clarom. & Corb. 2. *Dico autem vobis, quia ſabbato major eſt hic.* Corb. 1. *Dico enim vobis, quia majus eſt hic, quàm templum.* Cantabrig. *Dico enim vobis, quia à templo major eſt hic.* Sangerm. 2. Vulgatæ conſonat. Apud Iren. l. 4. c. 9. p. 237. e. *Plus eſt enim templo hic.* Obſervat Hieron. in Matth. 12. to. 4. 47. *Hic, non pronomen, ſed adverbium loci legendum, quòd major templo ſit locus, qui Dominum templi teneat.* Hilar. verò in eund. loc. 668. c. ait: *Templum ſeipſum indicat..... quia major ipſe ſit ſabbato.* Sed in Gr. ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε. In Mſs. pluribus μεῖζον, *majus.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. a.

*Nec minor eſt iſthic veſtra glomeratio turba,*
*Quàm templi virtus.....*

℣. 7. Textui Colb. conſonant Mſs. Clarom. & Sangerm. 1. Sic etiam Corb. 1. niſi quòd hab. *quid ſit*, non *quid eſt.* Cantabrig. *Si autem ſciretis, quid ſit: Miſeric. volo, & non ſacrificium: non condemnaſſetis innocentes.* Sangerm. 2. & Corb. 2. Vulgatæ favent, cum Græco. Irenæus l. 4. c. 17. p. 249. e. *Si enim cognoviſſetis, quid eſt*, &c. ut in Vulgata: al. verò: *Miſericordiam volo, quàm ſacrif. nunquam condemnaretis immerentes.* Hilarius in hunc loc. col. 668. d. *Si enim ſciretis, quid eſt: Miſeric. volo, non ſacrif. nunquam condemnaſſetis innocentes.* Juvencus l. 2. p. 65. a.

*..... caperent ſi pectora veſtra,*
*Quòd non ſacra Deus, ſed mallet mitia corda:*
*Non tam ſæpe viros damnaſſet factio veſtra*
*Expertes culpæ.....*

℣. 8. Mſs. Corb. 1. & Cantabrig. conſentiunt cum textu Colb. Item Sangerm. ambo, Corb. 2. & Clarom. legunt: *Dominus eſt enim ſabbati filius hominis.* Gr. Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ, &c. ſed à pluribus Mſs. abeſt καὶ. Apud Tertul. l. de carne Chr. p. 550. b. *Dominus eſt ſabbati filius hominis.* Apud Ambroſiaſt. p. 270. b. *Dominus eſt enim filius hominis etiam ſabbati.* Vide Marc. 2. 28. & Luc. 6. 5. Hilar. quoque in Matth. 12. ait: *Neque exiſtimaſſent ſabbati præſcripto Dominum ſabbati contineri.* Juvencus l. 2. p. 65. a.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum.

Marc. 3. 1. Luc. 6. 6. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum.

11. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit, & levabit eam? (Deuter. 22. 4.)

12. Quantò magis melior est homo ove? Itaque licet sabbatis benefacere.

13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversùs eum, quomodo perderent eum.

15. Jesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curavit eos omnes:

16. & præcepit eis ne manifestum eum facerent.

VERSIO ANTIQUA.

9. Et inde transiens Jesus, venit in synagogam eorum. Ex Ms. Colbert.

10. Et ecce homo erat manum habens aridam, & interrogaverunt eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum.

11. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, habet ovem unam, & si ceciderit in foveam sabbatis, non tenebit, & levabit eam?

12. Quantò magis melior est homo ove? Itaque sabbatis licet benefacere, aut non?

13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit manum suam, & restituta est ei sicut altera.

14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversùs eum, quomodo eum perderent.

15. Jesus autem sciens secessit inde: & sequebantur eum multi, & curavit eos: omnes autem quos curavit,

16. præcepit eis ne provulgarent eum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*.... sed nunc ego sabbata cuncta*
*Sponte mea dominans legis sub jure tenebo.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. *Et transiens inde Jesus*, &c. ut supra. Corb. 1. *Et inde transiens, venit in synagogam ipsorum.* Cantabrig. *Et transiens inde, venit in synagoga eorum.* Similiter habet Corb. 2. *in synagoga eorum.* Græc. Vulgatæ congruit. Apud Hilar. in hunc loc. 668. e. *Et post hæc synagogam ingressus.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. e. *venit Jesus in synagogam.* Apud Juvenc. l. 2. p. 65. b.

*Tunc conventicula ipsorum post talia dicta*
*Ingreditur*, &c.

℣. 10. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. & Clarom. & Maj. Mon. *Et ecce homo erat ibi manum habens aridam, & interrogabant eum*, &c. ut supra. Cantabrig. *Et ecce homo erat ibi manum habens aridam, & interrogaverunt eum*, &c. Corb. 1. *Et ecce erat ibi quidam habens manum aridam, & interrogabant..... aut accusarent eum?* Sangerm. 2. *Et ecce homo erat manum aridam habens, & interrogabant*, &c. S. Gat. *Et ecce homo erat manus habens*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηράν, καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, &c. ἐκεῖ autem, *ibi*, innectunt Mss. plures fortè ex Marco 3. vel Luca 6. Apud Hilar. in hunc loc. col. 668. e. *Hominem aridæ manûs offerunt, interrogantes an curare sabbatis liceret, occasionem arguendi eum ex responsione quærentes.* Apud Arnob. Afr. in Evang. p. 332. e. *Et invenit ibi hominem habentem manum aridam.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. b.

*..... mox hîc juvenem pro limine cernit*
*Siccatum ex humero, cui pondus inutile palma*
*Pendebat: sed tum dictis tentando dolosis,*
*Ægris an liceat per sabbata ferre medelam,*
*Quærunt; calcata ut legis vindicta maneret.*

℣. 11. Ms. S. Germ. 1. *Ipse autem dixit illis: Quis ex vobis homo habet ovem, & si ceciderit in foveam sabbato, nonne tenebit eam, & levabit eam?* Sangerm. 2. ..... *Quis autem erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit eam, & levabit eam?* Corb. 1. *Jesus autem ait illis: Quis de vobis homo habens ovem, si ceciderit sabbato in foveam, nonne apprehendens elevavit illam?* Clarom. *Jesus autem..... Quis ex vobis homo habens ovem unam, & si ceciderit sabbato in foveam, nonne adprehendens levavit eam?* Corb. 2. *Jesus autem dixit illis: Qui ex vobis homo*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Qui autem dixit eis: Qui est in vobis homo, qui habet ovem unam, & ceciderit sabbatis in gurgitem, nonne tenet eam, & levat?* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Τίς ἔσται (al. ἐστὶν) ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἓν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; Hilarius in hunc loc. col. 668. a. ait *illos decidentis in foveam ovis conclusisse exemplo, quam sine crimine sabbato extrahere sint solliciti.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. b.

*Christus ad hæc: Foveam si fortè pecuscula vestra*
*Inciderint, certè transibitis otia legis,*
*Et pecus abrupto tolletis vile profundo.*

℣. 12. Ms. Corb. 1. *Quantùm ergo differt homo ab ove? Itaque licet sabbatis benefacere, aut non?* Claromont. *Quantò magis melior est homo ab ove?* &c. ut in Vulgata. Cantabrig. verò habet: *Quando ergo superponit homo ab ove, itaque licet sabbatis benefacere.* Sangerm. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant ad verbum. Gr. Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; Ὥστε, &c. Ms. 1. præponit μᾶλλον verbo διαφέρει. Hilar. in hunc loc. 668. e. dicit, *rectiùs homini, qui ovi præstet, medendum esse; neque ministerio salutis humanæ existimandum sabbatum posse violari; quod extrahendæ de fovea ovis sollicitudo non violet.* Juvencus l. 2. p. 65. b.

*Quantò igitur nobis hominum curatio major*
*Ad benefacta animos tollens accendere debet?*

℣. 13. Itidem in Ms. S. Germ. 1. deleto uno *ei*, post *restituta est.* Claromont. etiam habet: *Et extendit manum suam:* sed addit: *& restituta est ei sicut & alia.* Corb. 1. *Tunc ait ad hominem: Porrige manum tuam. Et extendit, & facta est sicut altera.* Cantabrig. *Tunc dicit homini: Extende man. tuam. Et extendit, & restituta est salva sicut alia.* Ita quoque in Græco est ad verbum. Hilar. in hunc loc. col. 669. a. ait: *Dominus igitur manum eum jussit extendere; quæ restituta est ei sicut altera.* Arnob. Afer annot. in Evang. p. 332. e. *Et dixit illi Jesus: Extende manum tuam. Et extendit manum, & facta est sana sicut altera.* Juvencus l. 2. p. 65. b.

*Ergo age tu juvenis, redivivam extendito dextram.*
*Cum dicto palmam sanus porrexit utramque.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. *Et exeuntes Pharisæi, consilium faciebant adversùs eum, ut eum perderent.* Corb. 1. cum Clarom. *Et exeuntes inde Pharisæi, consilium fecerunt adversùs eum, ut perderent illum.* Clarom. *ut eum perderent.* Cantabrig. *Et egressi Pharisæi, consilium acceperunt de eo, ut eum perderent.* Græc. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ᾽ αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Mss. plures ferunt ἐποίησαν, pro ἔλαβον. Apud Hilar. in hunc loc. 669. b. *Sed invidia facti Pharisæos commovet, & adversùs eum ineunt consilium.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. b.

*Istis pro signis, quæ vix veneratio posset*
*Mirantis digno populi sustollere cultu,*
*Consiliis trucibus conclamant decipiendum.*

℣. 15. Ms. Corb. 1. *Quo cognito Jesus secessit inde: & secuti sunt eum multi, & curavit illos: omnes autem quos curavit*, &c. Sangerm. 1. *Jesus autem sciens recessit inde: & sequebantur eum multi, & curavit eos omnes.* Clarom. *Jesus autem sciens secessit inde: & secutæ sunt eum turbæ multæ, & sanavit illos.* Similiter habet Cantabrig. hoc excepto, *curavit eos*, pro *sanavit illos*; sed addit in fine, cum Colb. & Corb. 1. *omnes autem quos curavit*, &c. Græc. Vulgatæ congruit, nisi quòd in ipso non *multi* simpliciter; sed ὄχλοι πολλοί, ut sup. in Cantabrig. & Clarom. Item apud Hilar. in hunc loc. col. 669. b. *Sciensque eorum consilia, secessit: pluresque eum turbæ secutæ sunt.* Hieron. quæst. 2. ad Algas. to. 4. 190. a. cum Vulgata consentit. Juvencus l. 2. p. 65. b. ita reddit:

*Talia prospiciens procerum molimina Christus,*
*Decedens, variis hominum languoribus aptat*
*Concessam in populos patria virtute medelam.*

℣. 16. Mss. Corb. 1. & Cantabrig. post hoc ultimum ℣. antecedentis, *omnes autem quos curavit*, proximè addunt, *comminatus est eis, ne eum manifestarent;* Cantabr. *ut non manifestarent eum.* Claromont. *& comminatus est omnibus quoscunque curavit, ne eum manifestarent.* Sangerm. 1. verò simpliciter: *& præcepit eis ne provulgarent eum.* Græc. καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν,

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 17. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem :

18. Ecce filius meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nunciabit.

19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus :

20. arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non exstinguet, donec ejiciat victoriam ad judicium :

21. & in nomine ejus Gentes sperabunt.

22. Tunc oblatus est ei homo dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum ita ut loqueretur, & videret.

## VULGATA NOVA.

17. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem :

18. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nunciabit. Isai. 42. 1.

19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus :

20. arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non exstinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium :

21. & in nomine ejus Gentes sperabunt.

22. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum ita ut loqueretur, & videret.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hilar. in hunc loc. 669. c. *his verò quos curat, silentium imperavit :* quæ lectionem Mss. Corb. Cantabrig. & Clarom. ritè confirmant. Juvencus autem istum non reddit, neque seqq. usque ad ℣. 22.

℣. 17. Ms. Corb. 1. cum Clarom. *Ut impleretur quod dictum est per Esaiam*, &c. Cantabrig. *Ut compleretur quod*, &c. Sangerm. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. *Ut adimpleretur*, &c. Græc. Ὅπως πληρωθῇ, &c. Apud Hilar. in hunc loc. 669. d. *Dictorum per Esaiam effectus impletur.*

℣. 18. Ms. S. Germ. 1. *Ecce puer meus, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam..... & judic. gentibus adnuntiabit.* Sangerm. 2. cum Clarom. *in quo bene complacuit anima mea;* cæt. ut in Vulgata. Corb. 1. *dilectus, quem suscepit anima mea..... judic. gentibus adnuntiabit.* Cantabrig. *Ecce puer meus..... dilectus meus, in quo complacuit anima mea..... judic. gentibus adnuntiabit.* Græc. Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Θήσω τὸ..... καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. legit : *Ecce filius meus dilectissimus, in quo bene sensi. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus annuntiabit.* Tertul. l. cont. Prax. p. 848. b. *Ecce filius meus, quem elegi, dilectus meus, in quem bene sensi. Ponam spiritum meum super ipsum, & judicium nationibus annuntiabit.* Hilar. in Ps. 68. col. 223. b. *Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit anima mea :* similiter l. 8. de Trin. col. 961. a. at l. 4. col. 848. e. & in Ps. 131. & 138. col. 447. a. 509. b. *in quo complacuit anima mea;* reliqua ut in Vulg. & in Matth. 12. col. 669. d. ait, *hunc & dilectum à Deo, & in eo paternæ beneplacitum voluntati, & spiritum Dei super eum esse, & ab eo judicium gentibus nunciari.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. *Ecce puer meus dilectissimus. Ponam super eum spiritum meum*, &c. ut in Vulg. Cassiod. in Ps. 85. & 88. pp. 292. b. 301. a. *Ecce puer meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea :* itidem in Ps. 108. p. 376. b. præter vocem *servus*, loco *puer :* & in Ps. 17. p. 61. b. *electus meus, in quo complacuit anima mea.* Junil. Afr. l. 2. de part. div. leg. c. 22. p. 318. e. *Ecce puer meus, dilectus mihi, in quo complacuit anima mea. Ponam spir. meum super eum.* Hieron. in Isai. 41. to. 3. 99. e. ita ex Matthæo : *Ecce puer meus, quem elegi, electus meus, in quo complacuit animæ meæ. Ponam spir. meum super illum, judicium gentibus proferet :* sed epist. ad Algas. q. 2. to. 4. 190. a. nil omnino differt à Vulgata; subditque ex eo apparere *Matthæum Evangelistam non veteris interpretationis auctoritate constrictum, dimisisse Hebraïcam veritatem; sed quasi Hebræum ex Hebræis, & in lege Domini doctissimum, ea gentibus protulisse, quæ in Hebræo legerat.*

℣. 19. Mss. S. Germ. ambo cum Corb. 2. & S. Gat. textui Colb. succinunt. Item Corb. 1. cum Clarom. fert : *Non contendet..... neque audiet quisquam vocem ejus in plateis.* Cantabrig. *neque audiet quis in plateis vocem ejus.* Ita quoque in Græco. Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. *Non contendet, neque clamabit, neque quisquam audiet vocem ejus in plateis.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 717. c. *Non contendet, nec vox ejus in platea audietur :* & l. cont. Jud. c. 9. p. 143. b. *Neque contendit, neque clamavit, neque audita est foris vox ejus :* & l. de pat. c. 3. p. 199. a. *Non contendit, non reclamavit, nec quisquam in plateis vocem ejus audivit.* Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *non audietur in plateis vox ejus.* Hilar. in Ps. 131. col. 447. a. cum textu Colb. & Vulg. concinit : at in Ps. 138. col. 509. inverso vocum ordine legit : *Non clamabit, non contendet, neque quisquam in plateis vocem ejus audiet.* Item Ambros. in Ps. 45. col. 930. d. *Non clamabit, neque contendet, nec quisquam audiet in platea vocem ejus :* & in Ps. 118. col. 1214. f. *neque audiet quisquam in plateis vocem ejus.* Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. p. 348. e. *Non dicet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem ejus.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. *Non clamabit, neque contendet.*

℣. 20. Ms. S. Germ. 1. consentit cum textu Colb. Cantabrig. verò cum Vulgata. Sangerm. 2. habet, *donec & ejiciat ad victoriam judicium.* Corb. 1. *calamum quassatum non confringet, & linum fumigans...... donec ponat judicium ad vincendum.* Corb. 2. *linum fumigantem non exstinguet, donec ejiciat in victoriam judicium.* Clarom. *linum fumigantem non exstinguet, donec ejiciat victoriam ad judicium.* Similiter habet Ms. Maj. Mon. *fumigantem;* S. Gat. verò codex, *donec ejiciatur ad judicium.* Græc. Vulgatæ respondet. Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. *calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non exstinguet, usquequo emittat in contentionem judicium.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 717. c. *arundinem quassatam non comminuet, & linum fumigans non exstinguet :* & l. cont. Jud. c. 9. p. 143. b. *qui arundinem contusam non comminuit, qui linum ardens non exstinxit :* & l. de pat. c. 3. p. 199. a. *arundinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit.* Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non exstinguet.* Hilar. in Matth. 12. 669. e. ait, *arundinem, quæ quassata sit, non esse confractam, & linum fumigans non exstinctum :* paulòque post, *donec cùm ejiciat victoriam ad judicium.* Ambros. in Ps. 45. col. 930. d. *donec ejiciat in victoria judicium.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. *arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non exstinguet, quoadusque expellat in contentione judicium.* Hieron. in Isai. 42. 4. to. 3. 317. e. ad hæc Isai. verba juxta LXX. *splendebit, & non conteretur, donec ponat super terram judicium :* observat illa Matthæum Evangelistam non posuisse; *sive*, inquit, *inter judicium & judicium media, scriptoris errore, sublata sunt.*

℣. 21. Accinunt Mss. nostri omnes, unà cum Græco. Similiter habet Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. Auctor verò l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. *& in nomine ejus Gentes credent, & sperabunt.*

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. nisi quòd verbo *loqueretur*, præponit vocem *mutus.* Sangerm. 2. nil omnino differt ab textu Colb. nec etiam Corb. 2. nec S. Gat. nec Maj. Mon. In Cantabrig. sic : *Tunc oblatus est ei dæmoniacus, cæcus, & mutus, & curavit eum ita ut surdus loqueretur, & videret.* Corb. verò 1. habet : *Tunc oblatus est ei homo quidam dæmonium habens, cæcus, surdus, & mutus, & sanavit illum ita ut surdus audiret, & videret, & loqueretur.* Clarom. pariter : *Tunc oblatus est ei quidam homo dæmonium habens, cæcus, & surdus, & mutus, & curavit eum ita ut loqueretur, & audiret, & videret.* Græc. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς, καὶ κωφός, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν ὥστε τὸν τυφλὸν, καὶ κωφὸν, καὶ λαλεῖν, καὶ βλέπειν· porro κωφός utrumque significat, & *surdum*, & *mutum; à κόπτω, scindo; παρὰ τὸ κεκόφθαι τὴν* ὦτα, quia cæsus, hoc est, læsus voce, ut vocem scilicet non audiat, nec ipse eloquatur. Ita Schrevel. Non mirum igitur si in Ms. Cantabrig. legatur, *ita ut surdus loqueretur.* Apud Hilarium in hunc loc. 669. f. *Tunc oblatus est ei homo dæmonium habens, cæcus, & mutus.* Apud August. quæst. 4. in Matth. to. 3. ut in Vulg. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. *Tunc oblatus est Jesu dæmonium habens, cæcus, & mutus.* Apud Juvenc. l. 2. p. 65. b.

*Oblatusque illi est quem dæmonis horrida virtus*
*Et linguâ, & visu truncatum, vivere pœnæ,*
*Et propriis escam cruciatibus esse volebat,*
*Hunc ubi curatum, visuque, & voce vigentem*, &c.

ut inf. ad ℣. 24.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt filius David?

Sup. 9. 34. Marc. 3. 22. Luc. 11. 15. Luc. 11. 17.

24. Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

25. Jeſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diviſum contra ſe, deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit.

26. Et ſi ſatanas ſatanam ejicit, adversùs ſe diviſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum ejus?

27. Et ſi ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt.

28. Si autem ego in ſpiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

23. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt filius David?

24. Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

25. Jeſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diviſum contra ſe, deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit.

26. Si ergo ſatanas ſatanam ejicit, adversùs ſe diviſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum ejus?

27. Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, utique filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt.

28. Si autem in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, utique appropiavit ad vos regnum Dei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Mſ. S. Germ. 1. *Et ſtupebant in eum omnes turbæ*, &c. ut ſupra. Corb. 1. *Et mirabantur omnes turbæ*, &c. Clarom. *Et mirabantur omnes turbæ, dicentes: Nunquid hic eſt filius Dei?* Cantabrig. verò, Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. textui Colb. conſonant, unà cum Græco. Apud Hilarium in hunc loc. 670. a. *Stupuerunt facti ipſius opus turbæ.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. *Stupebant autem turbæ, dicentes: Nunquid hic eſt filius David?* & infra: *Nonne hic eſt filius David?* Ap. Juvencum l. 2. p. 65. c. hic verſiculus deeſt.

℣. 24. Mſ. S. Germ. 1. *Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmonia niſi in Beelzebul principem dæmoniorum.* Corb. 1. *Phariſæi autem audientes hoc, dixerunt: Hic non ejicit dæmonia niſi in Beelzebub principem*, &c. Clarom. *Phariſæi autem hoc audientes, dix. Non ejicit dæmonia niſi in Beelzebul principe*, &c. Cantabrig. *Phariſæi autem audientes, dicebant: Hic non ejecit dæmonia niſi in Belzebul principem*, &c. Sangerm. 2. *Hic non ejecit dæmones niſi in Beelzebub principe*, &c. Corb. 2. *niſi in Belzebul principe*, &c. Græc. Vulgatæ congruit, niſi quòd ſcribit Βεελζεβὺλ: de vocabulo autem iſto vide quæ notavimus ſupra ex Hieronymo ad caput 10. ℣. 25. Hilarius in hunc loc. 670. a. ait: *Sed Phariſæorum ingraveſcit invidia... omnemque hanc ejus ex Beelzebub principe dæmonum eſſe dicebant in dæmones poteſtatem:* & in Pſ. 1. n. 9. *In Beelzebub dæmonia eum Judæi ejicere dixerunt.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. to. 2. 421. a. *Hic non ejicit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmoniorum:* & infr. 422. c. *In Beelzebub ejicit dæmonia.* Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 198. b. *Dixerunt quòd in Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia Dominus expelleret.* S. Pacian. epiſt. 3. p. 312. f. *Hic non expellit dæmonia niſi in Beelzebul principe dæmoniorum.* Auct. op. imperf. in Matth. hom. 29. p. 122. d. cum textu Colb. concinit ad verbum. Juvencus l. 2. p. 65. c.

*Cæca Phariſææ cognovit factio gentis:*
*Dæmonis auxilio, qui princeps dæmoniorum*
*Solus nequitiæ vires ditione teneret,*
*Hæc illum feciſſe ferunt.....*

℣. 25. Mſ. S. Germ. 1. *Sciens autem Jeſus*, &c. ut in utroque contextu. Itidem in Corb. 2. excepto uno præſ. *deſolatur*, pro fut. *deſolabitur*. Corb. 1. *Videns autem Jeſus..... dixit: Omne regnum diviſum adversùm ſe, deſtituetur: & omnis..... diviſa adversùm ſe, non ſtabit.* Cantabrig. *Videns autem cogit. eorum, dixit eis: Omne regnum diviſum in ſe, deſolatur: & omnis...... diviſa in ſe, non ſtabit.* Claromont. *diviſa adversùm ſe, non ſtabit;* cæt. ut in textu Colb. Græcè: Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς..... εἶπεν αὐτοῖς· Πᾶσα..... μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα..... μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται· Mſs. quidam, Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς· al. inf. μερισθεῖσα ἐφ' ἑαυτήν. Iren. l. 5. c. 26. p. 324. a. *Omne regnum diviſum in ſe, deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa in ſe, non ſtabit.* Hilar. in Matth. 12. col. 670. e. *Jeſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit illis: Omne regnum diviſum contra ſe, deſolabitur: ſed & civitas, & domus diviſa contra ſe, non ſtabit.* Ambroſ. l. 1. & 3. de fide, col. 446. a. 513. f. *Omne regnum in ſe diviſum, facilè deſtruetur:* & l. 2. de pœnit. col. 421. a. *Omne regn. diviſum contra ſe, deſtruetur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 29. p. 122. *Sciens autem Jeſus cogit. eorum, dixit eis: Omne regnum adversùm ſe diviſum, deſolabitur;* inf. *in ſeipſum diviſum.* Juvencus l. 2. p. 65. c.

*...... Sed talia Chriſtus*
*Veridicis aperit convincens pectora verbis:*
*Si gemina regnum diſtractum parte dehiſcat,*
*Et ſciſſa adversùm ſeſe diſtractio* (al. *diviſio*) *pugnet,*
*Diſruptis properè labentur cuncta medullis.*

℣. 26. Mſ. Corb. 1. cum Clarom. *Si ergo ſatanas ſatanam ejicit, adversùm ſe*, &c. ut ſupra. Corb. 2. cum Sangerm. 1. *Si enim ſatanas*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Si autem ſatanas ſatanam ejicit, in ſe diviſus eſt*, &c. Græc. Vulgatæ reſpondet. Hilar. in hunc loc. 670. f. *Si enim ſatanas ſatanam ejicit, adversùs ſe diviſus eſt;* nec ſequentia addit: deſunt pariter in Mſ. Colb. Gr. n. 2259. ſi Millio fides. Apud Ambroſ. verò l. 2. de pœnit. col. 421. a. *Si enim ſatanas ſatanam ejicit, adversùm ſe diviſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum ejus?* & l. 3. de fide, col. 517. d. *quomodo ſtabit regnum ipſius?* Juvencus l. 2. p. 65. c.

*Horridus & dæmon ſi dæmone pellitur atro,*
*Adverſa ſibimet ſciſſus virtute repugnat.*

Nec plura exprimit uſque ad ℣. 29.

℣. 27. Mſ. S. Germ. 1. *Quòd ſi ego in Beelzebul ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices erunt veſtri.* S. Germ. 2. *Et ſi ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii autem veſtri in quo*, &c. ut in textu. Corb. 1. *Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejicient? Ideoque judices erunt veſtri.* Corb. 2. cum Clarom. *Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices erunt veſtri.* Cantabrig. *Si autem in Beelzebul ejicio dæmonia*, &c. ut in Corb. 2. Græc. Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; Διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί· Mſs. plures, in principio ferunt Εἰ δὲ ἐγὼ, &c. aliique poſt paulò, ἐκβαλοῦσι. Hilar. in hunc loc. col. 671. a. ait: *Quòd ſi in virtute Beelzebub Chriſtus dæmones ejicit, filii eorum.... in cujus nomine ejiciunt? Atque idcirco dignè ſunt in eos judices conſtituti.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 421. a. *Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt?* Auguſt. in Job, to. 3. 641. d. *Si ergo in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. p. 123. *Si ergo ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt.* Similiter Ambroſiaſt. p. 39. c. *Ipſi judices veſtri erunt.*

℣. 28. Mſ. S. Germ. 1. *Si autem in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, utique adpropiavit in vobis regnum Dei.* Corb. 1. *Si autem in ſpir. Dei ego ejicio dæmonia, utique adpropinquavit ſuper vos regnum Dei.* Similiter in Corb. 2. & Clarom. præter hoc, *appropiavit in vos.* In Cantabrig. *Si autem ſpiritu Dei ego ejicio dæmonia, ergo prævenit in vos regnum Dei.* In Germ. 2. *igitur pervenit inter vos regnum Dei.* Gr. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· ſupra verò à quibuſdam Mſs. abeſt ἐγώ. Hilar. l. 8. de Trin. col. 961. a. legit: *Si autem in ſpiritu Dei ego ejicio dæmonia, utique appropiavit in vobis regnum Dei:* & infra 962. a. *Quòd ſi in ſpiritu Dei ego ejicio dæmones:* vide etiam in Matth. 12. col. 671. a. Ambroſius de apol. Dav. col. 730. c. & in Pſ. 43. col. 914. c. *Quòd ſi in ſpiritu Dei* (*ego*) *ejicio dæmonia:* ſimiliter l. 3. de Spir. S. to. 2. 667. f. & 697. d. ubi addit: *profectò pervenit in vos regnum Dei:* at in Pſ. 38. col. 852. e. *Quòd ſi in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt?* Auguſt. quæſt. 25. in Exod. to. 3. p. 1. col. 429. a. *Si ego in ſpiritu Dei ejicio dæmonia:* & quæſt. 5. in Matth. col. 241. d. *igitur pervenit in vos regnum Dei:* l. verò 1. de Trin. to. 8. 764. b. *Si ego in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, certè ſupervenit ſuper vos regnum Dei.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. c. *Si ego in ſpiritu Dei ejicio dæmones, ſcitote quia pervenit in vos regnum Dei:* & l. 12. de Trin. *Si autem in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, pervenit in vos utique regnum Dei.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. p. 123. *Si autem in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, appropinquavit in vos regnum Dei:* & infra: *Si ego in ſpiritu..... appropinquat in vos*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

29. Aut quomodo poteſt quis intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi priùs alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet.
30. Qui enim non eſt mecum, contra me eſt: & qui mecum non colligit, diſpergit.
31. Et ideo dico vobis: Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur hominibus.
32. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

VULGATA NOVA.

29. Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi priùs alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet.
30. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit.
31. Ideo dico vobis: Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſ- Marc.
phemia non remittetur. 3. 28. Luc. 12. 10.
32. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 29. Mſ. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. In Sangerm. 2. *Aut quomodo quiſque poteſt intrare*, &c. In Clarom. *Aut quis poteſt intrare*, &c. In Corb. 1. *Aut quomodo poteſt aliquis introire..... niſi priùs alligaverit ipſum fortem?* &c. In Cantabrig. *Aut quomodo quis introire poterit...... niſi primùm alligaverit fortem? & tunc dom. ejus diripiet.* In Græco: Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς..... ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, &c. Irenæus l. 5. c. 21. p. 319. a. *Non poteſt aliquis introire in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi primùm ipſum fortem alligaverit:* vide etiam l. 3. c. 8. p. 183. b. & Notas noſtras ad Marc. 3. 27. Auguſt. l. 20. de civit. Dei c. 8. to. 7. 584. e. 585. a. *Quis intrat* (inf. *intrabit*) *in domum fortis, ut vaſa ejus eripiat, niſi priùs alligaverit fortem?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. p. 124. a. *Quomodo poteſt quis intrare in domum ejus qui fortis eſt, vaſa ejus diripere, niſi priùs alligaverit fortem?* Juvencus l. 2. p. 65. c.

*Quis poterit prædam tectis auferre virorum,*
*Ni priùs aggreſſor cuſtodum brachia nodis*
*Vinciat, ut facilis veniat direptio prædæ?*

℣. 30. Mſ. Corb. 1. *Qui non eſt mecum, adversùm me eſt*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. *Qui enim non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, diſpergit.* Clarom. *& qui mecum non congregat, ſpargit;* Germ. 1. & Corb. 2. *diſpargit.* Cantabrig. *Qui non eſt mecum, adversùm me eſt: & qui non colligit mecum, diſpargit.* Græc. Vulgatæ favet: Mſ. 1. tamen ipſo initio hab. Ὁ γὰρ μὴ ὢν, &c. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 195. c. legit: *Qui non eſt mecum, adversùs me eſt: & qui mecum non colligit, ſpargit:* ſimiliter l. 3. Teſtim. p. 326. a. 333. a. niſi quòd habet, *& qui non mecum colligit.* Hilar. in Matth. col. 671. d. ait: *Quando qui ſecum non eſt, adversùm ſe ſit: & qui ſecum non congregat, diſpergat.* Hieron. ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 7. d. *& qui mecum non colligit, ſpargit.* Auguſt. ep. 208. to. 2. 776. e. *Qui mecum non eſt, adversùm me eſt: & qui mecum non colligit, ſpargit:* ſic etiam in Pſ. 21. to. 4. 102. g. & l. 4. cont. Donat. to. 9. 131. b. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. 30. e. at in Joh. 17. to. 3. 781. c. hæc ſola, *Qui non eſt mecum, adversùm me eſt.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 29. p. 125. *Qui non eſt mecum, adversùm me eſt:* & infra: *& quia non congregant nobiſcum, ſpargunt.* Vide Not. ad Luc. 11. 23. Apud Juvencum l. 2. p. 65. c.

*Quiſque meis aberit diſcretus miles ab armis,*
*Hoſtis in adverſa conſiſtet fronte duelli:*
*Quiſque meis gregibus cogendis liber oberrat* (al. *aberrat*,)
*Disjicit ille mei pecoris per devia paſtus.*

℣. 31. Mſ. S. Germ. 1. ſimiliter habet: *Ideo dico vobis: Omne pecc. & blaſphemia remittetur hominibus;* reliqua verò prætermittit. Sangerm. 2. addit: *ſpiritus autem blaſphemia non remittetur.* Cantabrig. cum Corb. 2. *ſpiritûs autem blaſphemia non remittetur hominibus.* Corb. 1. *Ideo dico vobis: Omne peccatum, & blaſphemia remittuntur hominibus: qui autem in ſpiritum Dei blaſphemaverit, non remittitur ei.* Clarom. *Ideo dico vobis: Quoniam omne peccatum, & blaſphemiæ remittentur hominibus: qui autem in Spiritu Sancto blaſphemaverit, non remittetur illi.* Maj. Mon. ſimiliter, *& blaſphemiæ remittentur*, &c. Græc. Vulgatæ congruit, niſi quòd addit τοῖς ἀνθρώποις in fine, quod tamen à pluribus Mſs. abeſt, teſte Millio: unus etiam ὅτι, *quia*, ante *omne*. Hilar. in hunc loc. 671. e. legit cum Vulg. *Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritûs autem blaſphemia non remittetur.* Ambroſius l. 2. de pœnit. col. 420. f. 422. a. *Ideo dico vobis: Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia*, &c. ut in textu Colb. Victorinus Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. h. *Omnis blaſphemia, & peccatum remittetur hominibus;* dein, *& ſi quis dixerit*, &c. de ℣. ſeq. prætermiſſis intermediis. S. Pacianus, epiſt. 3. p. 312. c. *Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus, qui autem in Spiritum Sanctum peccaverit*, &c. de ℣. 32. Victor Vit. l. 3. de perſec. Afric. p. 43. c. *Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominib. qui autem blaſphemav.* &c. ut infra. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Propterea dico vobis: Quoniam omne peccat. & blaſphemia remittetur hominib. ſpiritûs autem blaſphemia non remittetur eis:* ſimiliter infra, niſi quòd loco *ſpiritûs autem blaſphemia*, ſic jungit: *qui autem blaſphemaverit in*, &c. fortè ex Marco 3. 29. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 125. *Omne peccatum remittitur, ſpiritûs autem blaſphemia non remittitur.* Fulgent. fragm. 15. cont. Fab. p. 596. cum Leone M. ſer. 74. *Omne pecc. & blaſphemia remittetur hom. ſpiritûs autem blaſphemia*, &c. addit Fulg. ibid. *Scire debemus genitivum caſum eſſe, id eſt, hujus ſpiritus, non nominativum, ſicut putantes plerique falluntur; quod diſtinctum reperitur in Græco, ubi non dicitur* τὸ πνεῦμα, *ſed* τοῦ πνεύματος: *denique Græcus codex Evangelii ſic habet*, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται. Auctor etiam quæſt. ex utroque T. q. 102. ap. Aug. to. 3. p. 95. f. legit: *Spiritus autem Sancti blaſphemia non remittetur hominibus.* Juvencus l. 2. p. 65. d.

*Sed quicunque hominum fuerit ſuper omnibus error,*
*Dimitti poterit; tantùm, ne ſpiritus unquam*
*Vocibus inſanâ laceretur mente profuſis.*

℣. 32. Textui noſtro duplici conſonant Mſs. S. Germ. ambo, necnon S. Gat. & Græcum. Succinit pariter Corb. 2. cum Clarom. niſi quòd iſte habet *adversùs Spiritum S.* ille verò, *adversùs filium hom.* Similiter in Corb. 1. *adversùs filium hom.* & inf. *non remittitur ei neque in hoc*, &c. In Cantabrig. *Et quicunque dixerit verbum adversùs filium hom. remittetur illi: quicunque dixerit adversùm Spiritum S. non dimittetur illi neque in iſto ſæculo, neque in futuro.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 314. c. *Qui dixerit verbum adversùs filium hom. remittetur illi: qui autem dixerit adversùs Spiritum S. non remittetur illi neque in iſto ſæculo, neque in futuro.* Hilarius quoque in Matth. col. 672. d. ait: *Adversùm filium hominis dicta, ſub venia ſint: blaſphemia autem ſpiritûs careat veniâ.* Victorinus Afric. l. 1. adv. Arium p. 257. h. *Et ſi quis dixerit ſermonem adversùm filium hom. remittetur ei: qui autem dixerit adversùm Spiritum S. non remittetur ei neque in iſto ſæculo, neque in futuro.* Lucifer verò Calar. l. de non parc. in De. del. p. 237. h. legit: *Omnis enim qui peccaverit in filium hom. dimittetur ei: qui autem blaſphemaverit in Spiritum S. non dimittetur ei neque hîc, neque in futuro.* S. Pacian. epiſt. 3. p. 312. e. *qui autem in Spiritum S. peccaverit, non dimittetur ei neque hîc, neque in futuro.* Optat. l. 7. cont. Donat. p. 107. b. *qui peccaverit in Spiritum S. non remittetur ei neque hîc, neque in futuro ſæculo:* & Breviar. fid. cont. Arian. ap. Sirm. p. 391. a. *quicunque in Spiritu Sancto peccaverit, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro:* & inf. 400. c. *quicunque blaſphemaverit in Spiritu Sancto, non ei remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. 268. b. *Qui dixerit verbum contra filium hominis, dimittetur ei: quicunque autem dixerit contra Spiritum S. nec hîc, nec in futuro dimittetur ei.* Ambroſ. l. de Spir. S. col. 611. a. & c. *Qui blaſphemaverit in filium hom. remittetur ei: qui autem blaſphemaverit in Spiritum S. nec hîc, nec in futurum remittetur ei:* at l. 2. de pœnit. col. 420. f. nil differt à textu Colb. nec etiam Hieron. ep. ad Marcel. to. 4. 164. a. nec Leo M. ſerm. 73. & 74. pp. 156. d. 157. c. Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 198. c. habet: *Quicunque enim dixerit verbum nequam adversùs filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum adversùs Spiritum S.* &c. ut in Colb. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 711. h. ait, *non dimitti hominibus blaſphemiam in Spiritum S. neque hîc, neque in futuro.* Victor Vit. l. 3. de perſ. Afr. p. 43. c. *qui autem blaſphemaverit in Spiritum S. non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Vide ſis Marc. 3. 29.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

33. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum : aut facite arborem malam, & fructum ejus malum : siquidem ex fructu arbor agnoscitur.

34. Progenies viperarum, quomodo potestis
Luc. 6. 45. bona loqui, cùm sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

35. Bonus homo de bono thesauro profert bona : & malus homo de malo thesauro profert mala.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

37. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

### Versio antiqua.

33. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum : aut facite arborem malam, & fructum ejus malum : siquidem ex fructu arbor agnoscitur. *Ex Ms. Colbert.*

34. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

35. Bonus homo de bono thesauro profert bona : & malus homo de malo thesauro profert mala.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

37. Unusquisque enim verbis suis justificabitur, aut verbis suis condemnabitur.

### Notæ ad Versionem antiquam.

unde testimonium hoc sumi potuit, ut & alia similia. Vigilius Tapſ. autem l. 12. de Trin. vix discedit à textu nostro Matth. cùm legat : *Et quicunque dixerit verbum in filium hom. remittetur ei : qui autem dixerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in isto sæculo, neque in futuro.* Item Fulg. frag. 15. cont. Fab. p. 596. cum Vulgata concinit, nisi quòd hab. *remittitur ei : qui autem.* Juvencus l. 2. p. 65. d.

*Sive furens hominis nato convicia quisquam*
*Ingerit, hæc etiam poterunt peccata remitti :*
*Spiritus at Sanctus tantùm à quocunque* (al. *cuicunque*) *profanâ*
*Verborum rabie violabitur, irrevocatis*
*Suppliciis nunc & semper torrebitur ignis.*

℣. 33. Mſ. S. Germ. 1. similiter hab. cum aliis : *Aut facite arborem bonam*, &c. sed in fine ille legit, *ex fructu enim arbor agnoscetur.* S. Germ. 2. *siquidem ex fructu arbor cognoscitur.* Corb. 1. *ex fructu enim omnis arbor agnoscitur.* Corb. 2. *ex fructu enim arbor cognoscitur.* Clarom. *nam ex fructu arbor cognoscitur.* Cantabrig. *de fructu enim arbor adgnoscitur.* Gr. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Hilar. in Pſ. 1. n. 9. *Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos : aut facite arborem malam, & fructus ejus malos : ex fructu enim arbor cognoscitur :* similiter in Matth. 12. col. 672. c. exceptis his : *quia ex fructibus suis de se arbor ipsa testabitur.* Gelaſ. I. epiſt. 1. Conc. to. 4. 1160. e. *à fructibus enim arbor cognoscitur ;* cæt. ut supra. Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in m. col. 198. d. textui pariter accinit, ad hoc usque, *siquidem.* Juvencus de his nil reddit.

℣. 34. Mſs. S. Germ. ambo, Clarom. Corb. 1. S. Gat. & Græc. textui Colb. congruunt. Corb. verò 2. extremò hab. *nam ex abundantia cordis unusquisque loquitur de ore suo mala.* Cantabrig. *Generatio viperarum, quomodo potestis bona loqui, dum maligni estis? de abundantia autem cordis os loquitur bona.* Cyprian. epiſt. 55. p. 81. b. legit : *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis nequam? de abundantia enim cordis os emittit.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. e. *Progenies viperarum, quomodo potestis quæ bona sunt loqui, cùm sitis mali? nam ex abundanti corde unusquisque loquitur de ore suo.* Ambroſ. l. de parad. to. 1. 170. d. *Generatio viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?* similiter l. 2. de pœnit. to. 2. 421. b. excepta 1. voce *Progenies ;* in Ambroſiaſt. p. 45. a. *Natio viperarum.* Apud Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 233. a. *Hypocritæ, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?* similiter l. contra Adim. to. 8. 147. b. quæſt. verò 6. in Matth. to. 3. 241. e. legit, *Progenies viperarum.* Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Quando veneniferi serpentis sæva propago,*
*Sermonum dulci poterit mitescere fructu?*

℣. 35. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 1. cum textu Colb. concinunt. Germ. 2. habet : *Bonus enim homo*, &c. Corb. 2. *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *de bono thesauro cordis sui*, &c. Clarom. *bona profert...... mala profert.* Cantabrig. *Bonus homo de bono thesauro ejicit bona : & malus*, &c. ut in textu. Græc. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ..... ἐκβάλλει πονηρά. Mſ. unus initio hab. Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ; à plerisque verò abeſt inf. τῆς καρδίας. Cyprian. ep. 55. p. 81. b. *Bonus homo de bono thesauro emittit bona : & nequam homo de nequam thesauro emittit nequam.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. e. *Bonus homo de bono thesauro emittit bona : & malus homo de malo thesauro profert mala.* Hilar. in Pſ. 52. col. 86. a. *Bonus homo de bono thesauro profert bona :* & in Matth. 12. col. 673. b. ait *de malo thesauro nonnisi quæ mala sunt posse proferri.* Tichonius reg. 7. p. 67. a. *homo malus de thesauro cordis emittit mala.* Ambroſiaſt. p. 291. e. *Bonus homo de bono thesauro profert bona.* Gaud. Brix. ſerm. 7. p. 952. c. *Homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* Fulg. l. 3. ad Monim. c. 4. p. 46. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona : & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala :* sic etiam l. 1. ad Traſim. c. 11. p. 79. fortè ex Luca 6. 45. quem vide. Juvencus l. 2. p. 65. d.

*Nam bona thesauris promuntur dulcia justis :*
*Et mala lethifero procedunt ore venena.*

℣. 36. Mſ. S. Germ. 1. *Dico autem vobis, quòd..... reddent pro eo rationem in*, &c. S. Germ. 2. cum utroque Corb. & Græco, *reddent de eo rationem*, &c. Clarom. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quodcunque locuti fuerint hom. reddent de eo rationem*, &c. Cantabrig. *quoniam omne verbum vacuum, quod loquuntur homines, reddent pro eo rationem in*, &c. Irenæus l. 2. c. 19. p. 142. c. *Omnis sermo otiosus, quem locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die judicii :* similiter l. 4. c. 16. p. 247. c. præter *Omnem sermonem otiosum.* Cyprian. l. 3. Teſtim. p. 309. a. non differt à textu Colb. nisi quòd extremò hab. *reddent pro eo ;* Ambroſiaſt. *reddent de eo rat.* &c. Tertul. l. de pat. c. 8. p. 201. b. huc alludens, dicit *manere nos omnis vani & supervacui dicti reatum :* & l. de ſpectac. c. 17. p. 217. b. *scurillitatem & omne vanum verbum judicatum à Deo.* Item Hilar. in Matth. 12. col. 673. b. *omnis otiosi, id est, inepti & inutilis dicti, rationem Deo esse reddendam :* & in Pſ. 129. col. 440. c. *quin etiam de otioso verbo rationem unusquisque præstabit :* & in Pſ. 139. col. 529. a. *de omni etiam otioso verbo, in die judicii erit ratio reddenda.* Ambroſ. quoque in Pſ. 37. col. 836. f. ait *pro omni sermone otioso judicium esse subeundum :* & in Pſ. 118. col. 979. a. *omne verbum otiosum, quod locutus fueris, reddes pro eo rationem :* vide etiam in Pſ. 38. col. 844. a. Auctor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 219. b. *quia de omni verbo otioso reddituri sumus rationem.* Juvencus l. 2. p. 65. d. hunc verſum prætermittit.

℣. 37. Mſ. Sangerm. 1. *Unusquisque enim ex verbis suis justificabitur, aut ex verbis suis condemnabitur.* Corb. 2. simpliciter habet : *Unusquisque enim ex verbis condemnabitur.* Cantabrig. verò : *De verbis enim tuis justificaberis, & de verbis tuis condemnaberis.* S. Gat. *Ex verbis tuis justificaberis*, &c. abſque medio *enim.* Sangerm. 2. cum Clarom. Corb. 1. & Græco, Vulgatæ ſuccinunt ad verbum. Tertul. l. de idol. c. 20. p. 245. c. & l. 2. cont. Marc. p. 654. a. legit : *Ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo damnaberis.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 309. a. *De sermonibus enim tuis justificaberis, & de sermonibus tuis condemnaberis.* Hilar. in Pſ. 140. col. 536. b. *Ex verbis tuis justificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis :* vide etiam in Matth. col. 673. b. S. Paulinus ep. 13. p. 77. b. *Verbis tuis justificaberis, aut verbis tuis condemnaberis.* Ambroſ. l. 4. in Luc. col. 1354. c. *Ex ore enim tuo justificaberis :* & l. 1. offic. to. 2. 3. c. *Ex verbis tuis condemnaberis.* Gelaſ. I. ep. 13. Conc. to. 4. 1202. a. *Ore tuo justificaberis, ex ore tuo condemnaberis.* Acta purg. Cæcil. apud Optat. p. 264. a. *Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo justificaberis.* Apud Juvenc. l. 2. p. 65. d.

*Verborum meritis dabitur sub judice vita,*
*Verborum meritis veniet sub judice pœna.*

Quæ ſubſequuntur autem ibid. reſpondent Johannis cap. 5. à ℣. 19. ad ℣. 46.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

38. Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes : Magiſter, volumus à te ſignum videre.

39. Jeſus autem reſpondens ait illis : Generatio mala & adultera ſignum quærit : & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ.

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

41. Viri Ninivitæ ſurgent in judicium cum generatione iſta, & condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicationem Jonæ. Et ecce plus hîc quàm Jona.

42. Regina auſtri ſurget in judicium cum generatione iſta, & condemnabit eam : quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus hîc quàm Salomon.

VULGATA NOVA.

38. Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes : Magiſter, volumus à te ſignum videre.

39. Qui reſpondens ait illis : Generatio mala & adultera ſignum quærit : & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ. Inf. 16. 4. Luc. 11. 29. 1. Cor. 1. 22.

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Jon. 2. 1.

41. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quàm Jonas hic. Jon. 3. 5.

42. Regina auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam : quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic. 3. Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc reſponderunt ad Jeſum quidam de Scribis & Phariſæis*, &c. Corb. 1. *Tunc reſponderunt illi quidam ex Scribis Phariſæorum*, &c. Cantabrig. *Tunc reſponderunt ei quidam Scribarum & Phariſæorum, dicentes*, &c. Clarom. *quidam ex Scribis & Phariſæis, dicentes : Magiſter, volumus à te aliquod ſignum videre.* Sangerm. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. nil differunt à textu Colb. & Vulg. Græcum Cantabrigienſi Lat. favet, deleto uno *ei*. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 30. legit : *In illo tempore acceſſerunt ad Jeſum Scribæ & Phariſæi, dicentes : Magiſter*, &c. ut in textu Colb. Apud Hilar. in eund. loc. 673. c. *Signum rogatur ut præſtet.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. g.

*Talia tum contrà Scribarum verba ſequuntur :*
*Vocibus indubitata fides comitabitur iſtis,*
*Si virtus certis firmet miracula ſignis.*

℣. 39. Textui Colb. accedunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. Corb. 1. initio habet : *At ille reſpondens ait illis ;* reliqua ut ſupra. Sangerm. 2. *Qui reſpondens ait*, &c. abſque *illis*. Cantabrig. *Qui autem reſpondens dixit eis*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, &c. ut in Latino. Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 295. b. legit : *Progenies nequam & adultera ſignum quærit*, &c. ut in textu. Ambroſ. in Pſ. 47. col. 945. a. 946. a. *Generatio nequam & adultera ſignum quærit : & ſignum non dabitur ei, niſi Jonæ prophetæ.* Ambroſiaſt. p. 45. a. *Generatio mala & adultera.* Auguſt. in Pſ. 65. to. 4. 645. f. *Generatio iſta prava & amaricans ſignum quærit*, &c. ut ſup. ſimiliter in Pſ. 85. col. 916. b. at l. de util. cred. to. 8. 50. a. *Generatio hæc ſignum quærit*, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. nil differt à textu Colb. Apud Hilarium in Matth. col. 673. c. *Signum ſe ex Jonæ ſigno daturum eſſe reſpondit.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. h.

*Ille dehinc : Polluta malis* (al. *magis*) *generatio quærit*
*Signa ſibi : rebus ſtabuat ſed ſigna futuris.*

℣. 40. Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. textui Colb. favent, niſi quòd Germ. 1. cum Clarom. habet : *ſic erit & Filius hominis ;* Corb. 1. *ſic & Filius hom. erit.* Cantabrig. *Sicut enim erat Jonas in ventre ceti tres dies, & tres noctes ; ſic erit & Filius hom..... tres dies, & tres noctes.* Ita quoque in Græco, deletâ conjunct. &, poſt *erit.* Iren. l. 5. c. 31. p. 331. a. legit : *Quemadmodum Jonas in ventre ceti tres dies, & tres noctes manſit ; ſic erit & Filius hominis in corde terræ.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. b. *Quomodo enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ; ita erit*, &c. ut in textu. Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 4. to. 1. 426. c. & in Pſ. 43. col. 922. c. necnon l. de virginit. to. 2. 244. a. *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus..... ſic erit & Filius hom.* &c. ut ſupra : vide etiam l. 1. de interpel. Job, c. 5. to. 1. 630. d. Accinunt Auguſt. in Pſ. 65. & 85. to. 4. 645. f. 916. b. Maximus Taurin. in homil. p. 24. h. & Auctor quæſt. ex N. T. q. 64. ap. Aug. to. 3. 67. c. Hilarius in Matth. col. 673. eodem ſenſu ait : *Et ſicut triduo, & totidem noctibus Jonas in ceti ventre detentus ſit ; ita ſe intra interiora terræ pari temporis ſpatio demoraturum* reſpondit. Item Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. legit : *Sicut fuit Jonas triduo in ventre ceti, ſic erit Filius hominis in corde terræ.* Auctor verò l. de promiſſ. ap. Proſp. promiſſ. 29. p. 180. e. *Sicut enim Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ; ita oportet & Filium hominis in corde terræ eſſe tribus diebus, & tribus noctibus :* hæc autem poſteriora, *tribus diebus*, &c. abſunt à Mſ. Remig. nec etiam illa ſubnectit Auct. quæſt. ex N. T. notatus ſupra. Apud Juvencum l. 2. p. 65. h. ita :

*Namque Propheta cavo quantùm ſub pectore ceti*
*Temporis abſumpſit ; terræ in penetralibus altis*
*Progenies hominis tantùm demerſa manebit.*

℣. 41. Mſ. Corb. 1. *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum hac generatione, & damnabunt illam*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Viri Ninevitæ reſurgent in judicium...... Et ecce plus quàm Jona.* Sangerm. 1. *Viri Ninevitæ ſurgent in judicio..... Et ecce plus quàm Jona hic eſt.* Germ. 2. *Viri Ninivetæ..... in prædicatione Jonæ prophetæ. Et ecce plus quàm Jona hic.* Clarom. *Viri Ninivitæ reſurgent in judicio..... Et ecce plus hîc quàm Jonas.* Cantabrig. *Viri Ninevitæ reſurgunt in judicio cum generat. hac..... Et ecce plus Jonæ hic.* Græc. Ἄνδρες Νινευῖται ἀναςήσονται ἐν τῇ κρίσει..... καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ. Καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε. Hilar. in Pſ. 2. n. 42. col. 50. *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio, & judicabunt generationem hanc : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce major quàm Jona hic :* & in Pſ. 121. col. 387. e. *Ninivitæ condemnabunt : quia hi pœnitentiam ſuper Jonæ prædicatione egerunt.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 576. f. concordat cum Vulgata, niſi quòd ultimò hab. *Jona*, non *Jonas*. Item apud Auctor. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. d. *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio.* Apud Juvencum l. 2. p. 65. h.

*Adveniet tempus cùm ſurget reddita vitæ,*
*Gens hominum propriis in fletum dedita geſtis :*
*Hæc iſtam digno damnabit crimine gentem,*
*Quòd maris è fundo ſurgentis voce Prophetæ*
*Commonita, in lacrymas Dominum projecta reflexit.*
*Hîc & Ionæis monitis potiora jubentur,*
*Contemnitque feris animis gens impia lucem.*

℣. 42. Mſ. Corb. 1. *Regina auſtri exſurget in judicio cum hac generatione, & damnabit eam : quia venit in finibus terræ*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Regina auſtri reſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam : quia venit ab ultimis partibus terræ....... & ecce plus hîc quàm Salomon.* Cantabrig. *Regina auſtri exſurget in judicium cum generat. hac, & condemnabit eam : quia venit à finibus terræ aud. ſap. Solomonis, & ecce plus Solomone hic.* Ita quoque in Græco, præter hoc, ἐν τῇ κρίσει, *in judicio.* Mſ. Claromont. *& ecce plus hîc quàm Solomon.* Sangerm. ambo, & S. Gat. Vulgatæ favent, niſi quòd Germ. 1. hab. *Solomonis*, & *Solomon*. Hilar. in Pſ. 2. n. 42. col. 50. d. *Regina auſtri ſurget in judicio, & judicabit generationem hanc : quia venit ab ultimis partibus terræ obaudire ſapientiam Salomonis, & ecce major hic Salomone :* & in Pſ. 121. col. 387. e. alludendo dicit : *Sed & regina auſtri condemnabit : quia illa ex ultimis terræ partibus veniens, ſapientiam Salomonis audivit :* ſimiliter in Matth. 12. col. 673. c. S. Paulinus ep. 23. p. 141. a. habet : *ecce major Salomone hîc.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 576. f. nil diſſentit à Vulg. Auctor quæſt. ex N. T. q. 91. p. 83. b. *Regina auſtri venit ab ultimis terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus Salomone hic.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 36. col. 184. c. *Regina auſtri exſurget in judicio cum generat. hac, & condemnabit eam : venit enim à finibus terræ*, &c. ut in Vulg. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 127. a. *Regina auſtri ſurget in judicio, & condemnabit generationem hanc.* Juvencus l. 2. p. 65. h.

*Et regina Nothi vitales ſurget in oras ;*
*Illius ad ſpecimen damnabitur effera plebes :*
*Finibus extremis Lybiæ quòd venerit illa,*
*Ut Salomona pium præceptis dedita juſtis*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Luc. 11. 24. 43. Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.

44. Tunc dicit : Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.

45. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant
2. Pet. 2. 20. ibi : & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

Marc. 3. 31. Luc. 8. 20. 46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

47. Dixit autem ei quidam : Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.

48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait : Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei ?

49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos,

## VERSIO ANTIQUA.

43. Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. Ex Mſ. Colbert.

44. Tunc dicet : Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, & ſcopis mundatam, & ornatam.

45. Tunc vadit, & aſſumit ſecum alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant in eo : & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater & fratres ejus ſtabant foris, quærentes loqui cum eo.

47. Dixit autem ei quidam : Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes loqui tecum.

48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait : Quæ eſt mater mea, & fratres mei ?

49. Et extendens manum ſuam ſuper diſcipu-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Audiret : potior nunc eſt Salomone poteſtas :*
*Et tamen obtuſæ cæcantur pectora plebis.*

℣. 43. Mſs. S. Germ. ambo, & S. Gat. concordant cum textu Colb. & Vulg. Sic etiam Corb. 2. niſi quòd hab. *& non inveniet.* Clarom. *vadit per loca arida, quærens requiem, & non inveniet.* Cantabrig. *circuit per inaquoſa loca quærens req. & non invenit.* Corb. 1. *perambulat per loca arida & deſerta, deſiderans requiem, & non inveniens.* Græc. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. Hilar. in Matth. col. 673. e. *Cùm autem immundus ſpir. exierit ab hom. ambulat per loca arida, quærens req. & non inveniet :* & infra, *arida & inaquoſa.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 127. *Cùm autem imm. ſpir. exierit ab hom. perambulat loca arida,* &c. ut in textu. Cæſar. Arelat. hom. 16. *Cùm exierit immundus ſpiritus ab homine, vadit per loca arida, & quærit requiem, & non invenit :* & homil. 35. *Cùm..... ſpiritus immundus...... quærens requiem,* &c. Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. b. dicit : *Spiritus autem immundus errans per loca deſerta, jejunus dicit,* &c. ut inf. Juvencus l. 2. p. 65. h.

*Expulſus ſi quando fugit de pectore dæmon,*
*Quem turbat ſanctus purgato è pectore* (al. *corpore*) *flatus,*
*Ille venenatis colluſtrat paſſibus oras,*
*Quâ nulla excurrit fontani gurgitis unda,*
*Si requiem placidæ ſedis non repperit ardens.*

℣. 44. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc dicit : Revertar in domum, unde exivi. Et veniens invenit vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.* S. Germ. 2. delet *vacantem.* Cantabrig. *Tunc dicit : In dom. meam revertar..... Et veniens invenit domum vacantem, mundatam, & ornatam.* Corb. 1. *Et veniens, ſi invenerit vacantem, & mundatam, tunc,* &c. Clarom. *Et veniens, ſi invenerit eam vacantem, & ſcopis mundatam, & ornatam.* Græc. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. Hilar. in hunc loc. col. 673. f. *Tum intra ſe loquetur, congruum ſibi eſſe ad domum ſuam, unde exivit, reverti ; quam inveniet vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. b. dicit : *Domus mea vacua eſt, revertar illuc, & habitabo.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 127. b. *Revertar in domum meam priorem ;* & inf. *in domum meam, unde exivi.* Cæſar. Arelat. hom. 16. *Poſt hæc revertitur, & invenit domum ſuam, unde exierat, mundatam :* & homil. 35. *Poſtea revertens invenit domum ſuam vacuam, & ſcopis mundatam.* Juvencus l. 2. p. 66. a.

*Tunc repetit ſuetæ ſitiens habitacula mentis.*
*At ſi fortè ſuis obnoxia corda venenis,*
*Ornatuque levi ridentia limina cernit,* &c.

℣. 45. Mſ. S. Germ. 1. cum Clarom. *Tunc vadit, & adſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores quàm ſe, & intrantes habitant in eum : & fiunt noviſſima hominis illius pejora magis quàm priora. Sic erit generationi huic peſſimæ ;* Clarom. *Sic enim erit,* &c. Maj. Mon. ſimiliter habet *nequiores quàm ſe.* Sangerm. 2. *Tunc vadet, & aſſumet ſecum ſeptem alios ſpir. neq. ſe, & intrantes habitabant ibi,* &c. ut in textu. Corb. 1. *Tunc vadet, & aſſumet ſeptem alios ſpir. nequiores ſe ipſo ; intrantes habitabunt ibi,* &c. ut in textu. Corb. 2. *Tunc vadit, & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpir. neq. ſe, & introeuntes habitant in eo : & fiunt..... pejora magis quàm priora,* &c. Cantabrig. *Tunc vadit, & ſuſcipit ſecum ſept. al. ſpir. neq. ſe, & introeuntes habitant ibi : & fiunt noviſſima ejus pejora prioribus hominis illius. Ita erit & gen.* &c. Græc. Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα..... πονηρότερα ἑαυτοῦ..... καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Οὕτως ἔσται καὶ...... τῇ πονηρᾷ. Hilar. in hunc loc. 673. f. *Aſſumetque ſecum ſeptem ſpiritus ſe nequiores, introeunteſque habitabunt ibi : & noviſſima hominis illius primis pejora ſunt* (inf. *pejora erunt prioribus.*) *Sic erit generationi huic peſſimæ.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. b. *Et adducit ſecum alios ſeptem ſæviores, & habitabit illic : & erunt hominis illius pejora noviſſima, quàm quod fuerunt prima.* Auguſt. l. de fide & op. to. 6. 190. d. *& erunt noviſſima illius hom. pejora quàm erant prima.* Cæſar. Arelat. hom. 16. *Et ducit ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe : & erunt noviſſima hominis illius pejora prioribus :* & homil. 35. *Et adducit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,* &c. Juvencus l. 2. p. 66. a.

*Aſſociat ſeptem ſimiles glomerando furores*
*Vis inimica homini, penetratque in viſcera ſerpens.*
*Sic genus hoc vero ſenſu, cùm degener errat,*
*Vincula perpetuis deflebit ſubdita pœnis.*

℣. 46. Mſ. S. Germ. 1. cum Clarom. & Corb. 2. *Hac eo loquente ad turbas, ecce mater ejus & fratres..... quærentes loqui cum eo.* S. Germ. 2. *Et adhuc eo loq..... ecce mater & fratres ejus,* &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Loquente eo ad turbas, ecce mat. ejus & fratres..... deſiderantes loqui cum eo.* Cantabrig. *Loquente autem eo turbis, ecce mater illius & fratres ejus ſtabant,* &c. ut in Vulgata. Græc. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ..... ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 128. *Adhuc eo loquente, ecce mater & fratres ejus.* Apud Juvenc. l. 2. p. 66. a.

*Atque ea cùm populis vitalia dicta frequentat,*
*Pro foribus mater cum fratribus aſtitit illic,*
*Et miſcere foris ſermonem cominus orat.*

℣. 47. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. textui Colb. favent : ſed à Corb. 1. hic verſus abeſt. In Cantabrig. ſic : *Dixit autem quidam illi : Ecce..... ſtant foras, quærentes loqui tibi.* Græcè ſimiliter : Εἶπε δέ τις αὐτῷ· Ἰδοὺ ἡ...... ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι. Tertul. l. de carne Chr. p. 546. c. ait annuntiatum *illi matrem, & fratres ejus foris ſtare.* Hilar. in Matth. col. 675. a. *Nuncianti ſibi quòd foris à matre, atque à fratribus exſpectaretur.* Auguſt. in Joh. 2. to. 3. 369. a. *Cùm ei nunciati eſſent mater, & fratres ejus foris ſtantes,* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 128. d. *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, volentes loqui tecum.* Vide Juvencum inf. ad ℣. 49.

℣. 48. Mſ. S. Germ. 1. conſentit cum textu Colb. Sangerm. verò 2. & S. Gat. cum Vulgata. Corb. 1. habet : *At ille reſpondens, dixit eis, qui ſecum loquebantur : Quæ eſt..... aut qui ſunt fratres mei ?* Cantabrig. *Qui autem reſpondens, dixit dicentibus ſibi : Quæ eſt..... aut qui ſunt fratres mei ?* Clarom. *Ipſe autem reſpondens dicenti ſibi, ait : Quæ eſt..... aut qui ſunt fratres mei ?* Corb. 2. *an fratres mei ?* Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. de carne Chr. p. 546. c. *Quæ mihi mater, & qui mihi fratres ?* Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 2. col. 420. c. *Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei ?* & in Luc. 13. col. 1459. d. *Quæ eſt mater mea, aut qui fratres mei ?* at inf. l. 23. col. 1532. e. *& qui ſunt,* &c. & ep. 16. to. 2. 823. b. *Qui ſunt fratres mei, aut quæ mater mea ?* Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. 342. b. *Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei ?* & in Joh. 2. to. 3. 369. a. *Quæ mihi mater, vel qui fratres ?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 128. e. *Et quis eſt mater mea, & fratres mei ?* fortè ex Marco 3. 33. quem vide.

℣. 49. Mſ. S. Germ. 1. *Et extendens manum in diſcipulis*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.* os suos, dixit : Ecce mater mea, & fratres mei.

50. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ipse meus frater, & soror, & mater est.

**Vulgata nova.**

dixit : Ecce mater mea, & fratres mei.

50. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ipse meus frater, & soror, & mater est.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*suis, dixit*, &c. ut in textu. Corb. 1. *Et extendens manum ad discipulos suos, dixit*, &c. Clarom. *Et extendens manum suam ad discipulos suos, dixit*, &c. Cantabrig. *Et extendens manum super discipulos suos, dixit*, &c. Sangerm. 2. tollit *Et*, cum seq. *suos*. In cod. Maj. Mon. deest ult. *& fratres mei*. Græcè : Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν, &c. ut in textu Colb. Apud Hilar. in hunc loc. 675. a. *Manum in discipulos extendens, eos sibi fratres esse, matremque respondit*. Apud August. l. de S. virginit. to. 6. 342. b. 343. d. necnon in Joh. 2. to. 3. 369. a. *Et extendens manum super discipulos suos, ait* (in Joh. *dixit* :) *Hi sunt fratres mei*. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 128. e. *Et extendit cautè manus suas super Apostolos, dixit*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 2. p. 66. a. ℣℣. 47. 48. 49. sic jungit :

*Talia tum matris mandatis dicta remittit :*
*Hic mecum genitrix, mecum germana residunt*
*Corpora......*

℣. 50. Mss. S. Germ. 1. Clarom. Corb. 2. S. Gat. &c. textui Colb. consonant & Græco. Cantabrig. habet : *Quicunque enim facit*, &c. Sangerm. 2. *Quicum enim fecerit...... ipse meus frater, & soror, & mater mea est*. Corb. 1. *hic mihi & frater, & soror, & mater est*. Hilar. in hunc loc. 675. a. ait, *& quicunque voluntati Paternæ obsecutus esset, eum esse & fratrem, & sororem, & matrem*. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1509. f. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; ipse mihi & frater, & soror, & mater est* : item eod. l. col. 1539. f. 1540 a. *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei*, &c. at l. 2. offic. to. 2. 83. b. partim ex Matth. partim ex Luca 8. 21. *Quicunque enim verbum Dei fecerit, ipse meus frater, & soror, & mater est*. August. l. de S. virginit. to. 6. 342. b. 343. d. legit : *Et quicunque fecerit voluntatem Patris mei, ipse mihi frater, & mater, & soror est* : similiter in Joh. 2. to. 3. 369. a. præter hoc, *ille mihi mater, & frater*, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 30. p. 128. b. *Quicunque fecerit vol. Patr. mei, ille mater mea, & frater est*. Juvencus l. 2. p. 66. a.

*...... Nam Patria impletur cuicunque voluntas,*
*Ille meo proprium connectit sanguine corpus,*
*Et matris, generisque mei sub nomine habetur.*

# CAPUT XIII.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.* 1. IN illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare.

2. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam ascenderet & sederet : & omnes turbæ stabant in littore :

3. & locutus est ad eos multa in parabolis, dicens : Ecce exiit seminans seminare.

4. Et cùm seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres, & comederunt ea.

5. Quædam autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebat terram multam : & continuò exorta sunt, quia non habebant multitudinem terræ :

**Vulgata nova.**

1. IN illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare.

2. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam ascendens sederet : & omnis turba stabat in littore : *Marc. 4. 1.*

3. & locutus est eis multa in parabolis, dicens : Ecce exiit qui seminat, seminare. *Luc. 8. 5.*

4. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea.

5. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam : & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ :

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *In illa die exiit Jesus, & sedebat secus mare*. Corb. 1. *In illa die egressus est Jesus, & sedebat juxta mare*. Clarom. *In illa autem die egressus est Jesus de domo, & sedit juxta mare*. Cantabrig. *In die autem illo exiit Jesus, & sedebat secus mare*. S. Gat. *secus mare Galilaæ*. Græc. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν. Ms. 1. initio delet δέ. Hilar. in hunc loc. 675. d. legit : *In illa die exiit Jesus, & sedebat secus mare*. Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Progreditur templo terrarum lumen Iesus,*
*Et maris extrema, terræque resedit in ora.*

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. *Et congregata sunt..... ita ut in navicula ascenderet & sederet : & omnis turba stabat in littore*. Corb. 1. *ita ut ascenderet in navem, & ibi sederet : & omnis turba in littore stabat*. Cantabrig. *ita ut in navi ascendens sederet : & omnis turba supra littus stabat*. Corb. 2. *Et congregatæ sunt ad eum turbæ, ita ut in naviculam ascenderet sedere : & omnes turbæ stabant*. Clarom. *Et congregata est ad illum turba multa, ita ut naviculam ascenderet & sederet : & omnes turbæ stabant in littore*. Græc. Vulgatæ favet. Apud Hilar. in hunc loc. 675. d. similiter : *Et congregatæ sunt ad eum turbæ, ita ut in naviculam ascenderet*. Apud Juvencum l. 2. p. 66. b.

*Innumeræque illuc plebis fluxere catervæ :*
*Ille sed excelsam scandens, quæ proxima, puppim,*
*Littora complenti*, &c.

℣. 3. Ms. Corb. 1. *& locutus est eis...... dicens : Exiit seminator seminare semen suum*. Clarom. *& locutus est ad eos..... dicens : Ecce exiit seminator seminans semen suum*. Cantabrig. textui Colb. consonat & Græco, nisi quòd hab. *eis*, αὐτοῖς, loco *ad eos*. In Corb. 2. *ad eos*; reliqua ut in Vulg. Ipsi Vulgatæ Sangerm. 1. & 2. favent ad verbum. Millius observat Ms. Eph. verbo ult. σπείρειν, jungere, τὸν σπόρον αὐτοῦ. Hieron. in Isai. 54. col. 391. f. legit : *Egressus est qui seminat, seminare*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. *Ecce exiit qui seminat, seminare* : paulò verò post, *Exiit seminator*. Juvencus l. 2. p. 66. b.

*...... depromit talia plebi :*
*Ecce sator proprio commendat semina ruri.*

℣. 4. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. & Cantabrig. textui Colb. accinunt, nisi quòd hab. *dum*, pro *cùm*. Corb. 1. Clarom. & S. Gat. &c. nil differunt à Vulgata. Græc. Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν...... καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ, &c. sed in Mss. pluribus, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. *Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres, & comederunt ea*. August. tract. 17. in Johan. to. 3. p. 2. col. 425. d. *& venient, inquit, volatilia cæli, & colligent ea*. Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Illa cadunt diversa solo, sortesque locorum*
*Pro virtute ferunt : nam sicubi trita viarum*
*Sub pedibus solido densetur limite tellus,*
*Aeriis avibus dant nudam* (al. *vilem*) *semina prædam.*

℣. 5. Ms. S. Germ. 1. *Quædam autem ceciderunt in loca petrosa, ubi non habebant*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. *ubi non habebant altitudinem terræ*; cætera verò delet. Corb. 1. *Alia verò ceciderunt super petrosa loca, ubi non erat copiosa terra : & confestim nata sunt*; reliqua desunt. Corb. 2. *Quædam autem ceciderunt*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. cum Clarom. *Quædam autem cecid. in petrosa, ubi non habebat terram multam...... propter quòd non haberent altitudinem terræ*; Clarom. *& quia non habebant altitudinem terræ*. Græc. Vulgatæ respondet. Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. p. 129. *Quædam autem ceciderunt super petrosam*. Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Ast ubi pertenui velantur pulvere saxa,*
*Farra quidem viridem depromunt germinis ortum :*
*Sed quia nulla subest siccis substantia glebis*, &c. quæ infra.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

6. ſole autem orto æſtuaverunt : & quia non habebant radicem, aruerunt.

7. Alia autem ceciderunt in ſpinas : & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea.

8. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

9. Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei : Quare in parabolis loqueris eis ?

11. Qui reſpondens, ait illis : Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum : illis autem non eſt datum.

Inf. 25. 29. 12. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit : qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

13. Ideo in parabolis loquor eis : quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

### VERSIO ANTIQUA.

6. ſole autem orto æſtuaverunt : quia non habebant radicem, aruerunt. Ex Mſ. Colbert.

7. Alia autem ceciderunt in ſpinis : & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea.

8. Alia verò ceciderunt in terram bonam : & dabant fructum, quædam centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

9. Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et accedentes diſcipuli ejus dixerunt ei : Quare in parabolis loqueris ad eos ?

11. At ipſe reſpondens, ait illis : Quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum : illis autem non eſt datum.

12. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit : qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

13. Ideo in parabolis loquor : ut videntes non videant, & audientes non audiant, & non intelligant, nequando convertantur.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Mſs. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt & Græco. Clarom. habet : *ſole orto æſtuaverunt : & quia radicem non habebant*, &c. Cantabrig. *ſole autem oriente æſtuaverunt : & quia*, &c. Corb. 1. *orto autem ſole æſtuantes aruerunt, eò quòd non haberent radicem.* Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Inſerto areſcunt radicum fila calore ;*
*Cunctaque mox apicum labuntur acumina letho.*

℣. 7. Mſs. S. Germ. 1. & Clarom. textui Colb. conſonant. Sangerm. 2. & Corb. 2. Vulgatæ. Corb. 1. cum Cantabrig. habet : *Alia autem..... in ſpinis : & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocav. illa.* Gr. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. *Alia ceciderunt in ſpinas.* Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Seminibuſque aliis contingunt aſpera rura,*
*Sentibus hic, ſpiniſque feris velocius exit*
*Roboris augmentum, frugemque internecat angens.*

℣. 8. Mſ. S. Germ. 1. *Alia verò ceciderunt in...... & dabunt fructum, quædam centeſimum, & aliud ſexag. aliud verò trigeſimum.* Corb. 1. *Alia autem cecid..... & ederunt fructum, aliud centeſ. aliud ſexag. aliud verò trigeſimum.* Cantabrig. *Alia autem cecid...... & dabant fructum quidam c. quidam autem lx. quidam xxx.* Corb. 2. *quædam centeſimum.* S. Gat. *aliud ſexageſimum, aliud triginteſimum.* Maj. Mon. *aliud tricenteſimum.* Sangerm. 2. cum Clarom. concordat cum Vulgata. Græc. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν..... καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. *Quædam ſuper terram bonam :* exinde memorat numerum centeſ. ſexag. & trigeſimum ; ſicut Hilar. in Pſ. 64. col. 170. c. Juvencus l. 2. p. 66. b.

*Uberibus verò dantur quæ ſemina glebis,*
*Illa ferunt pulchram ſegetem, cui læta frequentat*
*Incrementa ſui centeno copia fœtu.*

℣. 9. Concinunt Mſs. S. Germ. 2. Corb. 2. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. & Græcum. Mſ. Sangerm. 1. hab. *audiendi, audiet ;* Corb. 1. delet verbum *audiendi.* Apud Juvencum l. 2. p. 66. c. ita :

*Audiat hæc, aures mentis qui geſtat apertas.*

℣. 10. Mſs. S. Germ. 1. & Clarom. concordant cum textu Colb. Sangerm. 2. verò, S. Gat. &c. & Græcum cum Vulgata : plures tamen codd. Græci addunt αὐτοῦ, ad μαθηταί. Item Cantabrig. Lat. habet : *Et accedentes diſcipuli ejus ;* ultimò autem, *loqueris illis :* Corb. 2. *loqueris ad eos ?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. p. 131. *Et accedentes ad eum diſcipuli ejus, dixerunt : Quare in parabolis loqueris illis ?* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. *Tunc accedentes diſcipuli ejus dixerunt ei : Quare in parab. loq. eis ?* Similiter Iren. l. 4. c. 29. p. 266. e. *Quare in parabolis loqueris eis ?* Tertul. l. de reſur. carn. p. 578. c. *Quare in parabolis loqueris ?* Ambroſiaſt. p. 158. a. *Domine, quare in parab. loq. illis ?* Juvencus l. 2. p. 66. c.

*Talia diſcipuli mirantes dicta, requirunt*
*Implicitis populo cur clauderet omnia verbis.*

℣. 11. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 2. conſentiunt cum textu Colb. detracta voce *cœlorum.* Corb. 1. habet : *Quibus reſpondens, ait : Quoniam vobis datum eſt ſcire arcana Dei : illis autem*, &c. Clarom. *Quibus reſpondens, dixit illis : Quoniam vobis datum eſt noſſe arcana regni cœlorum*, &c. ut ſupra. Cantabrig. *Qui autem reſpondens, dixit eis : Quia vobis datum eſt ſcire myſterium regni cœlorum*, &c. Maj. Mon. *myſterium regni : illis autem*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς, &c. ut in Vulg. Mſs. tamen quidam loco τῶν οὐρανῶν, *cœlorum*, ferunt τοῦ Θεοῦ, *Dei*, teſte Millio. Iren. l. 4. c. 29. p. 266. e. legit : *Quoniam vobis eſt datum noſſe myſterium regni cœlorum.* Tertul. l. de præſcript. c. 22. p. 334. c. ait, *Illis datum eſſe cognoſcere arcana, quæ populo intelligere non liceret.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. *At ipſe reſpondens, ait illis*, &c. ut in Vulgata. Auct. op. imp. in Matth. hom. 31. p. 131. *At ille reſpondens, ait illis : Quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum.* Phæbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. d. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Dei.* Marc. 4. 11. & Luc. 8. 10. *myſterium regni Dei.* Juvencus l. 2. p. 66. c.

*Ille ſed admotâ credentum plebe profatur :*
*Vobis, qui firmo robuſtam pectore mentem*
*Ad capienda Dei penetralia conſtabiliſtis,*
*Conceſſum eſt adytis penitus conſiſtere regni :*
*Illis pro merito clauduntur lumina mentis*, al. *limina vitæ.*

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. cum utroque Corb. textui Colb. favet, & Vulgatæ. Sic etiam in Cantabrig. excepto uno *tolletur*, pro *auferetur.* In Clarom. *Quicunque enim habet..... qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.* Similiter in Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. *etiam quod habet ;* id verò deeſt in Mſ. Sangerm. 2. Græcum textui ſuffragatur, niſi quòd hab. initio & infra, ὅστις, pro *qui.* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 17. *Qui habet, dabitur illi, & abundabit : qui autem non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo.* Hilar. in Matth. 12. col. 675. f. nil omnino differt à textu Colb. neque Auctor op. imp. in Matth. hom. 31. p. 132. Apud Juvencum l. 2. p. 66. c. ſic :

*Si quid habet dignus, capiet potiora redundans :*
*Qui verò expertes cœleſtis muneris errant,*
*Amittent etiam proprium quodcunque retentant.*

Vide Matth. 25. 29. & Luc. 19. 26.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. conſonat textui Colb. addito uno *eis*, ad *loquor.* Item Sangerm. 1. habet : *Idcirco in parabolis loquor illis : ut videntes non videant, & audientes non audiant, & non intelligunt, nequando convertantur.* Corb. 1. *Propter hoc in parabolis loquor illis : ut videntes non videant, & audientes non audiant, neque intelligant.* Corb. 2. *Ideo in parabolis loquor eis : videntes non videant, & audientes audiant, & non intelligant, nequando convertantur.* Clarom. *Ideo in parabolis loquor illis : ut audientes non audiant, & videntes non videant, & non intelligant, nequando convertantur, & ſanem illos.* Sangerm. 2. Maj. Mon. & S. Gat. Vulgatæ ſuffragantur, ſicut & Græcum : ſed Pariſ. 6. Græcus favet textui Colb. Irenæus l. 4. c. 29. p. 266. e. pariter legit : *Illis autem in parabolis loquor : ut videntes non videant, & audientes non audiant, intelligentes non intelligant.* Tertullianus quoque lib. de reſurrectione carn. p. 578. c. *Propterea in parabolis loquor ad eos : ut videntes non videant, & audientes non audiant.* Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 31. p. 132. e. Vulgatæ reſpondet. Vide ſis Marc. 4. 12. & Luc. 8. 10. Apud Juvencum l. 2. p. 66. c. hæc ſola :

*Idcirco obſcuris cooperta ambagibus illum*
*Promitur in populum ſermonis gratia noſtri.*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

14. Et tunc complebitur prophetia Isaiæ dicentis : Vade, & dic populo huic : Auditu audietis, & non intelligetis : & videntes videbitis, & non videbitis.

15. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos clauserunt : nequando oculis videant, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem illos.

16. Vestri autem beati oculi qui vident, & aures quæ audiunt.

17. Amen dico vobis, quòd prophetæ, & justi cupierunt videre quæ vos vidistis, & non viderunt ; & audire quæ vos audistis, & non audierunt.

18. Vos ergo audite parabolam seminantis.

19. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde illius : hoc est quod secus viam seminatum est.

20. Qui autem supra petrosa seminatus est, hic est, qui audit verbum, & continuò cum gaudio accipit illud :

21. sed non habet in se radicem, & est tem-

## VULGATA NOVA.

14. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicentis : Auditu audietis, & non intelligetis : & videntes videbitis, & non videbitis. Isai. 6. 9. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.

15. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt : nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt.

17. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt ; & audire quæ auditis, & non audierunt. Luc. 10. 24.

18. Vos ergo audite parabolam seminantis. Luc. 8. 11.

19. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus : hic est qui secus viam seminatus est.

20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud :

21. non habet autem in se radicem, sed est

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. *Et tunc implebitur in eis prophetia Esaiæ dicentis : Vade, & dic populo huic : Auditu audietis, & non intelligetis : & videntes videbitis, & non aspicietis.* Similiter habet Clarom. excepta voce *aure*, pro *auditu*. Corb. 1. *Et tunc implebitur in illis...... dicentis : Vade, & dic populo huic : Aure audietis, & non intelligetis, & videntes non videbitis*. Corb. 2. *Et tunc impletur in eis prophetia Isaiæ dicentis : Vade, & dic populo huic : Auditu audietis*, &c. ut in textu Colbertino. Cantabrig. *Et tunc complebitur super eos proph. Esaiæ dicentis : Vade, & dic populo huic : Aure audietis*, &c. ut in Colb. Sangerm. 2. *Et ut impleretur proph. Esaiæ*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. *Ut adimpleretur in eis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφ. Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Mss. quidam initio ferunt, Καὶ πληρωθήσεται, al. Καὶ τότε πληρωθήσεται. Apud Irenæum, l. 4. c. 29. p. 266. e. simpliciter : *Ut impleatur erga eos prophetia Esaiæ dicens :* deinde, *Incrassa*, &c. de ℣. seq. al. *Ut adimpleatur*, vel *adimpleretur apud eos*. Apud Juvencum l. 2. p. 66. c. similiter :

*Ut dictum Isaiæ merita de plebe recurrat :*
*En populi mentes*, &c. de ℣. 15. Vide Act. 28. ℣℣. 26. 27.

℣. 15. Mss. Corb. ambo, Maj. Mon. & S. Gat. textui Colb. accinunt deleto pronom. *suis*, post *auribus*. Cantabrig. ita scribit : *Ingrassatum est enim cor...... & auribus graviter aud. & oc. suos cluserunt : nequando videant oculis....... & convertantur, & sanabo illos*. Gr. ἰάσωμαι, al. verò ἰάσομαι αὐτούς. Sangerm. 2. cum Clarom. *Incrassatum est enim cor..... & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos concluserunt : nequando oculis videant*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 1. delet conjunct. *enim*, cum his, *& oculos suos clauserunt*. Græc. Vulgatæ favet. Apud Iren. autem l. 4. c. 29. p. 266. e. ita : *Incrassa cor populi hujus, & aures eorum obtura, & oculos eorum excæca :* dein : *Vestri autem beati*, &c. de ℣. seq. al. *Incrassatum est*. Apud Juvenc. l. 2. p. 66. d.

*En populi mentes velantur ad omnia crassis*
*Obicibus, sensu ne tangant munera vitæ :*
*Auribus assistunt clausis, oculisque gravatis,*
*Ne conversa bono sanetur noxia plebes.*

℣. 16. Ms. Corb. 2. consentit cum textu Colb. sicut etiam Corb. 1. & Clarom. addito uno *vestræ*, ad *aures*. Sangerm. 1. habet, *oculi quia vident, & aures quæ audiunt*. Sangerm. 2. Cantabrig. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt & Græco. Irenæus verò l. 4. c. 29. p. 266. e. ita legit partim ex Luca 10. 23. *Vestri autem beati oculi qui vident, quæ vos videtis ; & aures vestræ quæ audiunt, quæ auditis ;* al. *quoniam audiunt*. Hilar. in Matth. 13. col. 676. a. nil omnino differt à contextu Colb. neque Gaud. Brix. ser. 1. p. 945. g. nec etiam Ambros. l. 7. in Luc. col. 1378. c. nisi quòd is annectit *vestræ*, ad *aures*. Apud Juvencum l. 2. p. 66. d. hæc sola :

*Quàm vestræ nunc sunt aures, oculique beati !*

℣. 17. Ms. S. Germ. 1. *Amen dico vobis, quòd multi prophetæ, & justi cupierunt videre quæ vos videtis ; & audire quæ audistis, & non audierunt*. Germ. 2. *quæ audietis, & non aud.* Corb. 1. & 2. *Amen dico vobis, quia*, vel, *quòd multi*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Amen dico vobis, quòd multi proph. & justi desideraverunt videre quæ videtis, & non viderunt ; & audire quæ vos audistis, & non audierunt*. Cantabrig. *Amen enim dico vobis, quia multi...... cupierunt vid. quæ videtis, & non potuerunt videre ; & audire*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *cupierunt videre quæ vos videtis*, &c. Maj. Mon. *voluerunt videre quæ vidistis*, &c. ut in Vulg. Græcum eid. Vulgatæ consonat ad verbum. Iren. l. 4. c. 11. & 22. p. 239. e. legit : *multi prophetæ, & justi cupierunt videre*, &c. ut in Vulg. similiter habent Cypr. l. 2. Testim. p. 296. a. & Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. 349. e. Hilar. verò in Ps. 118. col. 305. e. *Amen dico vobis, multi proph. & justi quæsierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ auditis :* & in Ps. 67. & 68. col. 208. c. 219. b. *Amen dico vobis, quia multi proph. & justi cupierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis :* & in Ps. 13. & 131. col. 59. b. 453. b. *multi...... cupierunt videre, quæ vos vid. & audire quæ auditis*. Ambros. l. de apol. Dav. col. 697. b. & in Ps. 118. col. 1192. b. *multi proph. & justi voluerunt videre quæ videtis, & audire quæ auditis*. Ambrosiast. p. 48. d. cum Auct. quæst. ex utroq. T. q. 123. ap. Aug. to. 3. 134. b. *multi justi, & proph. cupierunt videre quæ videtis, & audire*, &c. ut in Vulgata. Gaud. Brix. serm. 1. p. 945. g. *Amen dico vobis, multi proph. & justi desideraverunt videre quæ videtis, & non viderunt*, &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 2. p. 66. d. hæc pauca :

*Nam multi veteres justi, sanctique prophetæ,*
*Quæ vobis clarent orarunt cernere dona.*

℣. 18. Ita ferunt Mss. omnes simul cum Græco. Apud Juvencum pariter l. 2. p. 66. d.

*Accipite ergo animis quis sit de semine sensus.*

℣. 19. Mss. Corb. ambo, Sangerm. 1. S. Gat. & Maj. Mon. textui Colb. accinunt. Itidem in Sangerm. 2. & Clarom. excepto uno *malignus*, pro *malus*. Cantabrig. habet : *venit malignus, & rapit quod seminatur in corde ipsius : hic est qui...... seminatus est*. Græc. Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς...... οὗτός ἐστιν ὁ, &c. Juvencus l. 2. p. 66. d.

*Quisque meum verbum summas demittit in auras,*
*Nec sensus recipit stabili præcepta vigore,*
*Eripit illius totum de pectore dæmon :*
*Hic agro est similis duro qui germina calle*
*Exponit rapidis avibus sine fruge rapinam.*

℣. 20. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. consentiunt cum textu Colb. Sangerm. 2. habet : *Qui autem supra petrosam seminatus est*, &c. ut supra. Corb. 1. *Qui autem super petrosa..... & continuò cum gaudio accepit illud*. Clarom. *Qui autem supra petrosa loca seminatus est, hic est..... & confestim cum gaudio excepit illum*. Cantabrig. *accipit eum*, è Gr. αὐτόν, per relat. ad λόγον ; cæt. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ, sicut Græco, consonant Mss. S. Gat. Maj. Mon. ad verbum. Apud Juvencum l. 2. p. 66. d.

*Sunt alii, læto qui pectore nostra receptant.*

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. *sed non habet in se radicem, sed est temporalis : facta autem tribul. vel persec.* &c. ut supra. Corb. 1. *non habet in se radicem*, &c. Corb. 2. *sed non habet*, &c. ut in Vulg. Clarom. *& non habet radicem in se, sed est temp. facta autem trib. vel persec.* &c. Cantabrig. *non*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

temporalis : facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur.

22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

23. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò trigesimum.

Marc. 24. Aliam parabolam proposuit illis, dicens :
4. 26. Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo :

25. cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit.

26. Cùm autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

27. Accedentes autem servi patris familias, dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo ? Unde ergo habet zizania ?

28. Et ait illis : Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei : Vis, imus, & colligimus ea ?

### Versio antiqua.

poralis : facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Ex Ms. Colbert.

22. Qui autem in spinis seminatur, hic est, qui audit verbum, sollicitudo sæculi istius, & voluptas divitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

23. Qui autem in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit : tunc fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.

24. Aliam parabolam proposuit illis Jesus : Simile est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo :

25. cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizaniam inter triticum, & abiit.

26. Sed cùm crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuit zizania.

27. Accesserunt autem servi patris familias, & dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo ? Unde ergo habet zizaniam?

28. Et ait illis : Inimicus homo hoc fecit. Dicunt ei servi : Vis, imus, & colligimus ea ?

### Notæ ad Versionem antiquam.

*habet autem rad. in se, sed temp. est : facta autem tribul. aut persec. propter verbum*, &c. Ita quoque in Græco est : solus Germ. 2. addit nomen *Dei*, ad *verbum*. Apud Juvencum l. 2. p. 66. d. ita :

*Sed brevis est illis perceptæ gratia frugis :*
*Nam si dura premat mentem strictura coercens,*
*Continuò trepidi produnt sibi credita farra :*
*His saxosus ager simili levitate virescit.*

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. *Qui autem in spinis seminatur, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo sæculi, & voluptas divitiarum, suffocant verbum*, &c. Concinit Corb. 2. nisi quòd hab. *suffocat*. Cantabrig. *Qui autem in spinis seminatur, hic est, qui audit verbum, & sollic. sæculi, & seductio divitiarum, simul suffocat verbum, & infructuus fit*. Sangerm. 2. *Qui autem seminatus est in spinis...... & sollicitudo sæculi hujus, & fallacia divitiarum, suffocant verbum*, &c. Clarom. *& à sollicitudine sæculi, & voluptas divitiarum suffocat*, &c. ut in textu. Vulgatæ respondent & Græco, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ad verbum. Apud Juvencum l. 2. p. 66. d.

*At spinosus ager curarum mole gravatis*
*Respondet, pressant quos pondera divitiarum :*
*Semina sic nostri sermonis pressa gravantur,*
*Nec fructus sequitur, spinarum horrore necatus.*

℣. 23. Ms. S. Germ. 1. *Qui verò in terram bonam seminatus est...... & fructum afferet...... aliud sexagesimum, aliud tricesimum*. Sangerm. 2. *Qui verò in terra bona seminatus est..... & fructum affert..... aliud sexag. aliud verò tricessimum*. Corb. 1. *aliud autem sexagesimum, porro aliud verò tricesimum*. Corb. 2. *aliud sexag. aliud trigesimum*. Clarom. *tunc fructum affert, & facit aliud quidem*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *centissimum fructum, aliud sexagissimum, porro aliud trigintissimum*. Cantabrig. *Qui autem super terram bonam semin..... tunc fructificat, & facit quodam c. quod autem lx. quod autem xxx*. Græc. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς...... ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκ. ὃ δὲ, &c. Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Pinguia sic itidem paribus stant viribus arva*
*Illis, qui clarè* (al. *claræ*) *capiunt præcepta salutis,*
*Quæ penetrant animum, sensu tractante tenaci,*
*Centuplicemque ferunt virtutis robore frugem.*

℣. 24. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. posito uno *dicens*, loco *Jesus*. Sangerm. 2. habet : *posuit illis, dicens : Simile est*, &c. Corb. 1. S. Gat. &c. *Simile factum est*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Simile est*, &c. Clarom. *Simile est..... homini seminanti*, &c. Cantabrig. *adposuit eis, dicens : Simile est..... homini seminanti..... in suo agro*. Græc. Vulgatæ favet, nisi quòd hab. σπείροντι, pro *qui seminavit*. Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 132. & Ambros. l. 3. Hexa. col. 49. f. cum textu : *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo*. Concinit August. tr. 68. in Joh. to. 3. 680. a. & l. de unit. Eccl. to. 9. 369. a. præterquam quòd habet *homini seminanti*. Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Hæc tum discipulis, plebique hæc insuper addit :*
*Agricolæ simile est regnum sublime tonantis :*
*Ille jacit proprio mandans bona semina ruri.*

℣. 25. Ms. S. Germ. 2. *cùm dormirent homines*, &c. ut in Vulg. Sangerm. 1. & Corb. 2. *cùm autem dormirent homines..... & superseminavit zizania in triticum*, &c. Clarom. *& dormientibus hominibus, venit inimicus, & superseminavit zizania in triticum*, &c. Corb. 1. cum Vulg. *in medio tritici*, &c. Cantabrig. *inter medium tritici*, &c. Ita quoque in Græco est hod. nisi quòd hab. ἔσπειρε, pro *superseminavit*; sed in Ms. uno, ἐπέσπειρε, si Millio fides. Iren. l. 4. c. 40. p. 287. a. *cùm autem dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit zizania inter frumentum, & abiit*. Zeno Veron. l. 1. tr. 13. & 16. pp. 101. 133. *dormientibus autem hominibus, venit inimic. ejus, & supersemin. zizania in triticum*. Ambros. l. 3. Hex. col. 49. f. *cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania inter triticum*. Nicetius verò c. 3. Spicil. to. 3. 4. b. *dum dormirent homines, venit malus, & superseminavit zizania inter triticum, & abiit*. Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Sed post surripiens homini insidiando soporem,*
*Trux inimicus adit, loliumque inspergit amarum.*

℣. 26. Ms. Clarom. concinit cum textu Colb. Corb. verò 1. & S. Gat. cum Vulgata. Sangerm. 1. hab. cum Corb. 2. *Sed cùm crevisset herba..... tunc apparuerunt zizania;* Corb. *zizaniæ*. Sangerm. 2. *Cùm autem crevisset herba..... tunc apparuit zizania*. Cantabrig. *Cùm autem germinasset fenum..... tunc paruit zizania*. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια. Apud Juvencum l. 2. p. 66. e.

*Ecce sed ad fructum culmus cùm spiceus, horror,*
*Processit, lolio messis maculata redundat.*

℣. 27. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. consonant, nisi quòd habent *zizania*; & Germ. 1. *familiæ*, non *familias*. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, & Græco. Clarom. habet : *Accesserunt autem servi ad patrem familias, & dixerunt ei*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. verò : *Accedentes autem servi patris familiæ illius, dicunt ei*, &c. ut in Vulg. Ambrosius l. 3. Hexa. col. 49. c. 50. a. *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?* August. in Ps. 149. to. 4. 1684. f. *Unde hic sunt zizania?* Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Tum domino famuli mirantes talia fantur :*
*Nonne bonum terræ semen per terga dedisti ?*
*Unde igitur lolio turpi tua rura gravantur ?*

℣. 28. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. respondent textui Colb. nisi quòd prior tollit &, ante *ait*. Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Sangerm. 2. habet : *Et ait illis.... Dixerunt ei : Si vis, imus, & colligimus ea*. Claromont. *Qui ait illis..... Dixerunt ergo ei : Vis, euntes colligimus ea?* Cantabrig. *Qui autem dixit eis..... Dicunt ei servi : Vis, euntes colligimus ea ?* Grec. Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς..... Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ· Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; al. Οἱ δὲ δοῦλοι λέγουσιν αὐτῷ· al. συλλέξομεν. Ambros. l. 3.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

29. Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul & triticum.

30. Sed sinite utraque crescere usque ad messem, & tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate ea fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

31. Aliam parabolam locutus est illis dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo:

32. quod minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creverit, majus fit omnibus oleribus, & fit arbor magna, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.

33. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinam mensuris tribus, donec fermentatum est totum.

34. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis:

35. ut impleretur quod dictum erat per Pro-

VULGATA NOVA.

29. Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.

30. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

31. Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: Marc. 4. 31. Luc. 13. 19.

32. quod minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.

33. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Luc. 13. 21.

34. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis:

35. ut impleretur quod dictum erat per Pro-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hex. col. 50. a. *Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.* Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Sed jam, si jubeas, messem purgabimus omnem,*
*Triticeusque nitor, selecta sorde, nitescet.*

℣. 29. Textui Colb. favent Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. Corb. verò 1. S. Germ. 2. &c. Vulgatæ. Clarom. habet: *Ait illis: Nolite: ne fortè..... eradicetis simul & triticum.* Cantabrig. *Dicit eis: Non: ne fortè..... eradicetis simul & triticum cum eis.* Gr. Ὁ δὲ ἔφη· Οὔ· μήποτε... ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον· al. ἅμα αὐτοῖς καὶ τὸν σῖτον. August. in Ps. 64. to. 4. 639. d. *ne fortè cùm vultis eradicare zizania, eradicetis simul & frumentum:* & l. 3. cont. ep. Parm. to. 9. 64. g. *ne cùm voluerint colligere zizania, eradicent simul & triticum.* Juvencus l. 2. p. 66. e.

*Tum dominus miti contrà sermone profatur:*
*Hic dolus est, inimice, tuus.......*

℣. 30. Textui Colb. succinunt Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. junctâ præp. *in*, voci *tempore*. Clarom. habet: *Sed sinite utraque crescere..... & in temp. messis dicam messoribus meis: Colligite..... & alligate fasciculos*, &c. S. Gat. *Dicam messoribus meis: Colligite..... & colligate ea fasciculos*, &c. Maj. Mon. *ea fasciculis.* Cantabrig. *Sinite utraque simul crescere..... & in tempore messis dico messoribus: Colligite..... & ligate manipulos ad comb. triticum autem colligite in*, &c. Corb. 1. Vulgatæ favet, sicut & Græcum. August. in Ps. 64. to. 4. 639. d. versum præced. sic admiscet præsenti: *Sinite utraque crescere usque ad messem, ne fortè cum vultis eradicare zizania, eradicetis simul & frumentum: sed in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate fasciculos ad comburendum* (Gr. πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά) *frumentum autem recondite in horreum:* & in Ps. 149. col. 1684. g. *triticum autem meum reponite in horreo.* Juvencus l. 2. p. 66. e. f.

*....... sed farra sinamus*
*Crescere cum lolio, pleno nam tempore messis*
*Secretum lolium connexo fasce jubebo*
*Ignibus exuri, at nostro de semine messor*
*Horrea nostra dehinc purgata fruge replebit.*

℣. 31. Mss. Corb. 2. & Cantabrig. nihil discrepant omnino à textu Colb. Corb. verò 1. cum utroque S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ congruit & Græco. Clarom. habet: *Aliam parab. locutus est ad eos dicens*, &c. ut supra. Hilar. in hunc loc. 676. b. & Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 343. b. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* Apud Juvencum l. 2. p. 66. f.

*Haud aliter simile est, cordis si panditis aures,*
*Præparvi grano regnum cæleste sinapis,*
*Quod proprio insinuans disponit cultor agello.*

℣. 32. Itidem in Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. detractâ voce *magna*. In Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata ad verbum. In Clarom. verò sic: *cùm autem creverit, major est omnib. oler. & fit arbor talis, ita ut veniant volucres cæli, & inhabitent in*, &c. In Cantabrig. *quod minimum quidem est omnium seminum: cùm autem creverit, majus oleribus est, & fiet arbor, ita ut veniant aves cæli, & habitent*, &c. Græcè: ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστί, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τά..... καὶ κατασκηνοῦν ἐν, &c. Apud Ambrosium l. 13. in Luc. col. 1454. f. *minimum quidem est omnibus seminibus: fit autem cùm creverit, majus omnibus oleribus.* Hilar. in Matth. 13. col. 676. b. ita differit: *Grano sinapis se ipsum Dominus comparavit, acri maximè, & omnium seminum minimo..... hoc igitur, postquam in agro satum fuerit..... ultra mensuram omnium olerum excrescit..... sed jam ex ramis arboris ex solo in sublime prolata, cæli volucres inhabitant.* Juvencus l. 2. p. 66. f.

*Seminibusque illud minus omnibus esse virentum*
*Creditur: at justi mox ut crementa viroris*
*Sumpserit, erecto transcendit vertice cunctas*
*Agrorum fruges, ramis ut plumea turba*
*Considat, possitque umbras habitare virentes.*

℣. 33. Ms. Sangerm. 1. *Aliam parab. locutus est eis. Simile est..... fermento, quo accepto, mulier abscondit in farina mensuris tribus, donec*, &c. Sangerm. 2. verò ita: *locutus est eis, dicens: Simile est..... fermento, quod acceptum mul. abscond. in farinæ (apud Palæstinos modum & dimidium modi capiens) satis tribus, donec*, &c. sed hoc insititium aliubi non reperitur. Ms. Corb. 2. hab. cum Sang. 1. *in farinæ mensuris tribus.* Clarom. *locutus est eis, dicens: Simile est..... fermento, quod, accepto, mul. abscondit in farinam mensuris tribus*, &c. Cantabrig. *Aliam parabolam. Simile est regn. cælor. fermento, quod accipiens mul. abscondit in farinam mensuras tres, donec fermentetur omne.* Græc. Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς. Ὁμοία.... ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. Ms. quidam addit λέγων, voci αὐτοῖς; Cantabrig. verò Gr. cum Vien. delet verbum ἐλάλησεν. Apud Hilar. in hunc loc. 676. *Simile est regn. cæl. fermento, quod acceptum mul. abscond. in farinæ mensuris tribus, donec fermentatum est totum.* Apud Rufin. in Symb. p. 174. b. *Simile est regn. cæl. fermento, quod abscondit mul. in farinæ mensuris tribus.* Ambros. quoque l. 1. de Cain & Ab. c. 9. col. 200. a. necnon ep. 64. col. 1050. a. legit: *Fermento simile est regn. cælor. quod abscondit mul. in farinæ mensuris tribus, donec fermentaretur totum.* August. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 55. e. *Simile est regn. cælor. mulieri, quæ abscondit fermentum in tribus mensuris farinæ, donec fermentaretur totum:* in Joh. verò 2. col. 367. e. *Simile est regnum cælorum fermento, quod accepit mulier, & abscondit in farinæ mensuris tribus, quoadusque fermentaretur totum:* & quæst. 12. in Matth. col. 242. f. *fermentum, quod accepit mulier, & abscondit in farinæ satis tribus.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 213. a. *Simile est regn. cælor. fermento, quod accipiens mulier miscuit in tribus fermenti mensuris.* Apud Juvencum l. 2. p. 66. f.

*Fermento par est munus cæleste salubri,*
*Quod magnâ condit mulier sub mole farinæ:*
*Illa dehinc modico fermenti mista calore,*
*Conducto unius coalescit corpore massæ.*

℣. 34. Textui utrique nostro consonant Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Clarom. habet: *Hæc omnia locutus est..... ad turbam*, &c. Cantabrig. *turbis: & sine parabola non*, &c. Ita quoque in Græco est. Apud Tertul. l. de resur. carn. p. 578. c. *Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis: & sine parabola non loquebatur ad illos.* Apud Juvencum l. 2. p. 66. g.

*Talia tum populo perplexis condita verbis*
*Promebat.......*

℣. 35. Ms. S. Germ. 1. *ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dic....... eructuabo absconsa à constitutione*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Ps. 77. 2. phetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

Marc. 4. 34. 36. Tunc, dimiſſis turbis, venit in domum : & acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes : Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.

37. Qui reſpondens ait illis : Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis.

38. Ager autem, eſt mundus. Bonum verò ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem, filii ſunt nequam.

39. Inimicus autem, qui ſeminavit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſæculi eſt.

Apoc. 14. 15. Meſſores autem, angeli ſunt.

40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur ; ſic erit in conſummatione ſæculi :

41. mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem :

## VERSIO ANTIQUA.

phetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructuabo abſcondita ante conſtitutionem mundi. Ex Ms. Colbert.

36. Tunc, dimiſſis turbis, venit in domum : & acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes : Diſſere nobis parabolam tritici, & zizaniorum.

37. At Jeſus reſpondens ait illis : Qui ſeminavit bonum ſemen, Filius eſt hominis.

38. Ager eſt autem, hic mundus. Bonum verò ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem, filii ſunt nequitiæ.

39. Inimicus autem, qui ſeminavit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem, angeli ſunt.

40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur : ſic erit in conſummatione ſæculi :

41. mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mundi.* S. Germ. 2. *ut impleretur quod dictum eſt ...... eructabo abſconſa à conſt.* &c. Corb. 1. *ut adimpleretur quod dictum erat ...... eructabo abſconſa à conſt.* &c. Corb. 2. *ut impleretur quod dictum eſt..... eructabo abſconſa ante conſtitutionem mundi.* Clarom. *ut impleretur quod dictum eſt... eructuabor abſconſa ab initio ſæculi.* Itidem in Cantabrig. excepto uno *ut compleretur.* Græc. Vulgatæ favet. Hilar. in Pſ. 1. n. 3. col. 16. ait : *Ideo in parabolis loquebatur, ut impleretur quod dictum eſt : Aperiam in parabolis os meum :* & in Pſ. 118. col. 365. d. *eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.* Juvencus l. 2. p. 66. g.

*..... veteris quò poſſent dicta Prophetæ*
*Ordine ſeclorum juſſis concurrere rebus :*
*Os aperire meum dignabor, condita mundi*
*Convolvet ructans varii ſermonis imago.*

Atque illud non omittemus, quod Hieron. in hunc Matthæi locum obſervat, to. 4. 58. b. c. *Hoc teſtimonium*, inquit, *de 77. Pſalmo ſumptum eſt. Legi in nonnullis codicibus, & ſtudioſus lector fortè reperiet, idipſum in eo loco, ubi nos poſuimus, & Vulgata habet editio :* Ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem : *ibi ſcriptum*, per Iſaiam prophetam dicentem : *quod quia minimè inveniebatur in Iſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatum. Sed mihi videtur in principio ita editum :* quod ſcriptum eſt per Aſaph prophetam dicentem : *ſeptuageſimus enim ſeptimus Pſalmus, de quo hoc ſumptum eſt teſtimonium*, Aſaph *prophetæ titulo inſcribitur : & primum ſcriptorem non intellexiſſe* Aſaph, *& putaſſe ſcriptoris vitium, atque emendaſſe nomen* Iſaiæ, *cujus vocabulum maniſeſtius erat. Sciendum eſt itaque quòd in Pſalmis, & hymnis, & canticis Dei, non ſolùm David, ſed & cæteri, quorum præſcripta ſunt nomina, prophetæ ſint appellandi*, Aſaph *videlicet*, & Idithux.

℣. 36. Mſ. S. Gat. concordat cum textu Colbertino. Sangerm. 1. hab. *Enarra*, non *Diſſere ;* ultimòque, *tritici, & zizaniorum agri.* Sangerm. 2. *Diſſere nobis parab. tritici, & zizaniorum agri.* Corb. 1. *Diſſere nobis parab. zizaniorum, & agri.* Corb. 2. *Tunc dimiſit turbas..... Narra nobis parabol. tritici, & zizaniorum agri.* Claromont. *Tunc, relictis turbis, abiit in domum Jeſus : &..... Enarra nobis parabolam tritici, & zizaniorum, & agri.* Cantabrig. *Tunc dimittens turbas, venit in domum, &..... Narra nobis parab. zizaniorum agri.* Græc. Vulgatæ reſpondet, niſi quòd addit nomen ὁ Ἰησοῦς, ad *domum.* Auguſt. in Pſ. 149. to. 4. 1684. g. *Narra nobis parabolam zizaniorum.* Juvencus l. 2. & 3. p. 66. g.

*Inde domum repetit ſerus, turbaſque relinquit.*
*Fuderat in terras roſeum jubar ignicomus ſol,*
*Diſcipuli rogitant lolii quid quæſtio vellet,*
*Et ſegetis.....*

℣. 37. Mſ. S. Germ. 1. conſonat textui Colb. detracta voce *illis ;* Sangerm. alter, S. Gat. & Corb. 1. Vulgatæ ; Corb. tamen delet *illis.* Corb. 2. habet : *At Jeſus reſpondens ait : Qui ſeminat bonum ſemen, Filius hominis eſt.* Clar. *Jeſus reſpondens ait eis*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Qui autem reſpondens dixit : Qui ſeminat ſemen bonum, eſt*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς, &c. ut in Vulg. Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 577. a. Vulgatæ pariter accinit ; ſicut Collat. Carthag. p. 486. a. Apud Juvencum l. 3. p. 66. g. ſic :

*..... Clarus quibus hæc depromit Ieſus :*
*Optima qui farris commendat ſemina glebis,*
*Filius eſt hominis......*

℣. 38. Mſ. S. Germ. 1. *Ager autem, eſt hic mundus..... Zizania autem, ii ſunt filii nequitiæ.* S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Ager autem, hic mundus....... Zizania autem, filii ſunt nequitiæ.* Clarom. *Ager autem, eſt hic mundus..... Zizania autem, ſunt filii maligni.* Cantabrig. *Ager autem, eſt ſæculum. Bonum autem ſemen, hi..... Zizania autem, ſunt filii maligni.* Græc. Ὁ δὲ ἀγρὸς, ἐστιν ὁ κόσμος..... Τὰ δὲ ζιζάνια, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. Apud Iren. l. 4. c. 40. p. 287. a. *Ager autem, ſæculum eſt :* & infra 288. a. *Zizania, ſunt filii maligni.* Auguſt. in Joh. 13. to. 3. 671. d. *Bonum ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem, filii maligni :* & inf. 680. a. *Bonum autem ſemen, hi ſunt filii regni :* at l. 20. de civit. Dei, c. 5. col. 577. a. conſentit cum Vulg. In Collat. Carthag. p. 486. a. *Ager autem, eſt hic mundus. Bonum autem ſemen, ii ſunt fil. regni. Zizania autem, filii ſunt maligni.* Epiphan. in 2. 6. Cantici Cantic. *Campus, mundus eſt.* Apud Juvencum l. 3. p. 66. g.

*..... Mundum ſub nomine ruris*
*Accipite. Atque homines puro pro ſemine juſtos.*
*At lolium infelix, cooperti dæmonis arte*
*Sunt homines.....*

℣. 39. Textui Colb. & Vulgatæ ſuffragantur Mſs. Corb. ambo, S. Germ. 1. Cantabrig. Clarom. &c. niſi quòd Corb. 1. delet *ea*, cum Cantabrig. Germ. 1. tollit *eſt*, poſt *ſæculi ;* Clarom. verò ſic hab. *diabolus eſt..... conſummatio eſt ſæculi.* Sangerm. 2. *qui ſeminat ea, eſt zabulus. Meſis verò, conſ. ſæculi. Meſores autem*, &c. Græcè, ut in Vulg. & textu Colb. ſicut apud Auguſt. l. cit. de civit. Dei : tract. verò 115. in Joh. to. 3. 792. c. ait : *Meſſis enim finis eſt ſæculi, quando meſſores venient, id eſt, angeli*, &c. de ℣. 41. In Collat. Carth. p. 486. a. *Inimicus autem, qui ſeminat ea, diabolus eſt. Meſſis autem, conſ. ſæculi. Meſſores autem, ang. ſunt.* Apud Juvencum l. 3. p. 66. g.

*..... Inimicus erit, vis horrida dæmon.*
*Extremus mundi finis, pro tempore meſſis.*
*Meſſores, Patris venient per rura miniſtri.*

℣. 40. Mſs. Corb. ambo, S. Germ. 1. S. Gat. &c. textui congruunt Colb. & Vulgatæ. Sic etiam in Cantabrig. S. Germ. 2. & Clarom. niſi quòd Cantabr. ſcribit *ita erit*, non *ſic ;* S. Germ. 2. *igne comburuntur : ſic erit & in conſ. ſæculi ;* Clarom. *ſæculi hujus ;* cui poſtremo Græc. hod. accedit : in pluribus tamen Mſs. deeſt τούτου, poſt *ſæculi.* Iren. l. 4. c. 40. p. 287. d. legit : *Quemadmodum colliguntur zizania, & igni comburuntur* (al. *in ignem mittentur :*) *ſic erit in conſummatione ſæculi.* Hoc etiam, *in conſumm. ſæc.* legitur apud Hilar. l. 11. de Trin. p. 1103. d. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. c. & Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 5. omnia ut in textu Colb. & Vulg. Apud Juvencum l. 3. p. 66. g. nihil, præter ea quæ leguntur ſup. ad ℣. 39. & inf. ad ℣. 41.

℣. 41. Mſs. S. Germ. ambo, cum utroque Corb. S. Gat. &c. concordant cum Vulg. & textu Colb. In Clarom. ſic : *mittit filius hominis..... & congregabunt de regno*, &c. ut ſupra. In Cantabrig. *mittet filius hom..... & congregabunt de regno..... & facientes iniquitates.* Gr. ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ... καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς..... καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Iren. l. 4. c. 40. p. 287. d. & Aug. l. 20. de civit. D. c. 5. & l. 21. c. 1. col. 577. b. 617. e. textui Colb. aſſentiunt. Ita quoque Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. c. Hilar. l. 11. de Trin. col. 1103. d. & Vig. Tapſ. l. cont. Var. p. 738. h. præterquàm quòd Lucif. habet *congregabunt*, pro *colligent ;* Hilar. *& qui faciunt*, abſque med. *eos ;* Vigilius,



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. 42. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

43. Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ſui. Qui habet aures audiendi, audiat.

44. Simile eſt regnum cœlorum theſauro in agro abſconſo: quem cùm invenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum.

45. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonam margaritam.

46. Inventa autem una pretioſa margarita, abiit, & vendidit quæcunque habuit, & emit illam.

47. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum retiæ miſſæ in mare, ex omni genere piſcium congreganti:

48. quam, cùm impleſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſis ſuis, malos autem miſerunt foris.

## Vulgata nova.

41. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

43. Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Sap. 3. 7. Dan. 12. 3.

44. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui invenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum.

45. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

46. Inventa autem una pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

47. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti:

48. quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*& eos qui operantur iniquitatem.* Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 102. p. 97. d. *& ſegregabunt de regno Dei omnia ſcandala, & eos qui iniquitatem faciunt.* Juvencus l. 3. p. 66. g. his quæ ſup. ℣. 39. ſubnectit:

*Quos hominis natus, proprii de corpore regni,*
*Colligere erroris laqueos, labemque jubebit.*

℣. 42. Textui noſtro duplici ſuccinit Mſ. S. Germ. 1. cum utroque Corb. & Gr. nec refragantur Clarom. & Cantabrig. niſi quòd hab. *in camino.* S. Gat. *& mittet eos*, &c. Maj. Mon. *in caminum ignis ardentis*, &c. Sangerm. 2. *& mittat eos in caminum ignis, ubi erit*, &c. Iren. l. 4. c. 40. p. 287. d. *& mittent eos in clibanum ignis. Illic erit*, &c. quæ ſupra. Auguſt. l. 21. de civit. D. c. 1. to. 7. 617. e. *& mittent in caminum ignis ardentis* (Mſs. *ardentem.*) *Illic erit*, &c. at l. 20. c. 5. col. 577. b. textui Colb. conſonat; ſicut etiam Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. c. Hilarius verò l. 11. de Trin. col. 1103. d. cum Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 739. a. legit: *& mittet eos in caminum ignis. Ibi erit*, &c. Apud Ambr. quoque in Pſ. 35. col. 777. a. *Ibi erit*, &c. quæ ſupra. Juvencus l. 3. p. 66. g. ſic pergit:

*Collectoſque ſimul rapidis exurere flammis.*
*Dentibus his ſtridor ſemper, fletuſque* (al. *luctuſque*) *perennis.*

℣. 43. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc juſti fulg. ſicut ſol in regnum Patris ſui*, &c. ut ſupra. Clarom. textui Colb. conſonat; Corb. verò uterque, cum Sangerm. 2. S. Gat. & Gr. Vulgatæ. Cantabrig. fert: *Tunc juſti lucebunt ſicut ſol in reg. Patris ſui*, &c. Similiter habet Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. c. excepto verbo, *fulgebunt*. Iren. l. 2. c. 32. p. 165. d. *Juſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum:* & l. 4. c. 40. p. 287. d. *Tunc juſti fulgeb..... in reg. Patris ipſorum.* Apud Hilar. l. 11. de Trin. col. 1103. d. tota ut in Vulg. niſi quòd verbum *audiendi*, abeſt à Mſs. pene omnibus. Apud Ambr. l. de Nab. c. 8. col. 575. f. *Juſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno Patris ſui:* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1142. e. & epiſt. 70. col. 1066. c. præter hoc 1. *Tunc juſti:* at l. 3. de fide, to. 2. 514. e. legit *in reg. Patris mei.* Ambroſiaſt. p. 165. d. cum Aug. in Joh. 14. to. 3. 680. a. necnon l. 20. & 21. de civit. Dei, col. 577. b. 617. e. *Tunc juſti fulgebunt..... in reg. Patris ſui.* Auct. l. de promiſſ. c. 4. p. 204. c. *Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in conſpectu Patris ſui.* Juvencus l. 3. p. 66. h.

*Secretiſque piis veniet lux aurea vitæ,*
*Sedibus ut cœli vibrantur lumina ſolis.*

℣. 44. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Simile eſt regn. cœl. theſauro abſconſo in agro: quem qui invenit*, &c. ut ſupra. Corb. 2. *quem cùm invenit*, &c. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ reſpondent. In Clarom. ſic: *Iterum ſimile eſt regn. cœl. theſ. abſconſo in agro: quem inveniens homo, abſcondit, & præ gaud. ejus vadet, & vendet*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Simile eſt..... theſauro abſconſo in agro: quem quidam inveniens, abſc. & præ gaud. ejus vadit, & vendit omnia quæ habet*, &c. Græc. Πάλιν ὁμοία ἐςὶν ἡ βασιλεία..... θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ· ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος..... ϰ πάντα ὅσα ἔχει, πωλεῖ, &c. Hilar. in hunc loc. 677. a. ait: *Iterum ſimile eſt regn. cœl. theſauro abſcondito: in cujus pretium omnes ſæculi vendendæ ſunt facultates:* & inf. *Ideo abſconſus eſt theſaurus, quia & agrum emi oportebat.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 991. a. *Simile eſt regn. cœl. theſ. abſcondito in agro.* Auguſt. quæſt. 13. in Matth. to. 3. 243. a. *Theſaurum in agro abſconditum dixit..... & vadit, & vendit omnia ſua, & emit agrum illum* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 332. f. *Simile eſt regn. cœl. theſ. abſconſo in agro: quem qui invenerit homo abſconſum, vadet, & vendet omnia quæ habet, & emet agrum illum.* Juvencus l. 3. hiſt. Evang. p. 66. h. hunc verſum non reddit, nec ſubſequentes uſque ad ℣. 53.

℣. 45. Mſ. S. Germ. 1. cum Cantabrig. *Iterum ſimile eſt..... homini negotianti*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. cum Clarom. *homini negotianti, quærenti bonam margaritam.*. S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. nil differunt à Vulg. & Græco: neque etiam Cypr. l. de op. & eleem. p. 239. c. ſed l. 3. Teſtim. p. 303. b. legit *negotianti.* Item Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 343. b. *Simile eſt regn. cœlorum negotianti.* Mſs. quoque nonnulli Gr. ferunt ſimpliciter, ἐμπόρῳ, abſque præced. ἀνθρώπῳ, teſte Millio. Hilarius etiam in hunc loc. col. 677. c. ait: *Et de margarita par ratio eſt: ſed ad negotiatorem ſermo eſt, diu enim eſt negotiatus.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 976. d. *Simile eſt regn. cœlor. hom. negotianti, quærenti bonas margaritas.*

℣. 46. Mſ. S. Germ. 1. *Inventam autem pretioſam margaritam, abiit, & vendidit omnia quæcunque habuit, & emit illam.* S. Germ. 2. *Inventa autem..... & vendit omnia quæ habuit*, &c. Corb. 2. *& vendidit quæ habuit*, &c. Clarom. *Inveniens autem bonam margaritam, abiit, & vendidit quæcunque habuit*, &c. Cantabrig. *Et inveniens pretioſam margaritam, abiit, & vendidit quæ habebat*, &c. Gr. Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν, πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, ϰ, &c. Mſ. 1. delet πάντα. Cypr. l. de op. & eleem. p. 239. c. & l. 3. Teſtim. p. 303. b. *Ubi autem invenit pretioſam margaritam, abiit, & vendidit*, &c. ut in Vulg. Apud Hilar. in hunc loc. 677. d. ſic: *Margaritam aliquando, qualem optabat, invenit, cui & unius hujus deſiderati lapidis pretium reliqui laboris jactura eſt comparandum.* Apud Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 9. col. 343. b. *Qui emit agrum, & invenit in eo margaritam pretioſam.*

℣. 47. Mſ. S. Germ. 1. *Iterum ſimile eſt....... reciæ miſſæ in mare, quæ ex omni genere piſcium collexit.* Corb. 2. *reti miſſo in mare, quod ex omni genere piſcium collegit.* Clarom. *retiæ miſſæ in mare, quæ ex omni genere piſcium colliget.* Cantabrig. cum Sangerm. 2. *ſaginæ miſſæ in mari, & ex omni genere congreganti.* Græcè pariter deeſt vox *piſcium.* Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Ambroſ. l. 5. Hexa. to. 1. p. 85. b. legit: *Simile eſt regnum cœlor. reti miſſo in mare, quod ex omni genere piſcium congregavit:* rurſum hab. *reti*, l. de virginit. to. 2. 243. c. ſicut Hilar. in Matth. 677. d. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 976. d. Apud Auguſt. ſerm. 252. to. 5. 1035. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. 362. e. *Simile eſt regn. cœl. ſagenæ miſſæ in mare, quæ congregat omnia genera piſcium;* inf. 1039. a. to. 5. *ex omni genere piſcium:* at in Joh. 21. to. 3. 814. e. legit: *Simile eſt..... ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere congreganti.* Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 102. col. 97. d. *Simile eſt..... reti miſſo in mare, quod ex omni genere piſcium colligit.*

℣. 48. Mſ. Corb. 2. *Cùm autem eſſet impletum, eduxerunt id ad littus; & ſedentes, elegerunt optimos in vaſis ſuis, malos autem projecerunt foras.* S. Germ. 1. *Cùm autem eſſet impleta, duxerunt eam ad littus; & ſedentes, optimos elegerunt in vaſis ſuis, malos autem foras miſerunt.* Clarom. *Cùm autem eſſet plena, eduxerunt eam ad littus; & ſedentes, elegerunt optimos piſces in vaſis ſuis, malos autem projiciunt foras.* Cantabrig. *Cùm autem impleta fuerit, educentes eam ad littus, & ſedentes, collegerunt meliora in vaſis,*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

49. Sic erit in consummatione sæculi : exibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum,

50. & mittent eos in caminum ignis : ibi erit fletus, & stridor dentium.

51. Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Etiam.

52. Ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliæ, qui profert de thesauro suo nova & vetera.

53. Et factum est, cùm consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.

Marc. 6. 1. Luc. 4. 16. Joan. 6. 42.

54. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent : Unde huic sapientia hæc, & virtutes ?

55. Nonne hic est fabri filius ? Nonne mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas ?

**VERSIO ANTIQUA.**

49. Sic erit in consummatione sæculi : exibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum, Ex Ms. Colbert.

50. & mittent eos in caminum ignis ardentis : ibi erit fletus, & stridor dentium.

51. Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Utique Domine.

52. Et ait illis Jesus : Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui proferet de thesauro suo nova & vetera.

53. Et factum est, cùm consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.

54. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent : Unde huic sapientia tanta, & virtutes ?

55. Nonne hic est fabri filius, & mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, Simon, & Judas ?

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*mala autem foris miserunt.* Corb. 1. *quam, cùm impleta est,* &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ Sangerm. 2. S. Gat. &c. consonant ad verbum. Græcè ita : ἥν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ, &c. Mss. nonnulli initio ferunt ἀνεβίβασαν αὐτὴν, loco ἀναβιβάσαντες. Ambros. l. 5. Hex. col. 85. b. *Cùm autem esset impletum, duxerunt id ad littus ; & sedentes, elegerunt optimos in vasis suis, malos autem foras miserunt.* August. l. de unit. Eccl. to. 9. 362. e. *Cùm autem esset impleta, eduxerunt eam ad littus ; & sedentes, elegerunt optimos in vasa sua, malos autem foras miserunt :* & serm. 252. to. 5. 1035. f. alludens dicit : *& colligunt bonos, & mittunt in vascula, malos autem projiciunt.* Auctor quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 97. d. *Cùm autem venissent ad littus, bonos segregaverunt in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Vide Hilar. in Matth. 677. e.

℣. 49. Textui Colb. favent Mss. Corb. ambo, S. Germ. 2. S. Gat. &c. & Græcum. Succinit Ms. Clarom. nisi quòd hab. *exient*, pro *exibunt*. S. Germ. 1. *Sic autem in consummatione sæculi : exibunt angeli, & segregabunt malos*, &c. Cantabrig. *Sic erit in....... exient ang. & segregabunt malos de*, &c. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. c. *exient angeli, & separabunt malos à justorum conversatione.* Ambr. l. 5. Hexa. col. 85. b. nil differt à textu Colb. nec etiam l. 12. in Luc. col. 1448. b. Accinit August. l. de unit. Eccl. to. 9. 362. e. præterquam quòd scribit *exient*. Auct. quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 97. d. *Sic erit in consum. sæculi : exibunt angeli, & segregabunt de regno Dei omnia scandala*, &c. ut sup. ℣. 41.

℣. 50. Ms. S. Germ. 2. *& emittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus, & stridor*, &c. S. Germ. 1. *& mittent eos in camin. ignis : ibi erit fletus oculorum, & stridor*, &c. Corb. ambo, Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. Vulgatæ respondent, & Græco. Accinunt pariter Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. Ambros. l. 12. in Luc. col. 1448. b. & August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 362. e.

℣. 51. Ms. S. Germ. 1. consentit cum textu Colb. item Corb. 2. detracto ult. *Domine*. S. Gat. habet : *Etiam Domine*. Corb. 1. simpliciter, *Intelleximus*. Cantabrig. *Etiam*, ut in Vulg. at è regione additum præfert, *Intelleximus*, alia quidem manu, sed veteri. Sangerm. 2. *Dixit autem eis : Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Etiam Domine.* Clarom. *Et ait illis Jesus : Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei : Utique Domine.* Græcè pariter : Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Συνήκατε ταῦτα πάντα ; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναὶ Κύριε. Apud Hilar. in hunc loc. 678. b. *Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Utique.*

℣. 52. Ms. S. Germ. 1. *Et ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regnum cælor..... qui proferet de*, &c. ut supra. Corb. 1. *Et ait ad illos : Ideo*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Et ait illis*, &c. Sangerm. 2. & Corb. 2. cum Vulg. *Ait illis*, &c. exinde Ms. S. Gat. *iterum similis est homini*, &c. Maj. Mon. *iterum simile est hom.* &c. Cantabrig. *Dicit eis : Ideo..... similis est homini patrifamiliæ, qui emittit de thesauris suis nova & veteria.* Gr. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν..... ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ, &c. Iren. l. 4. c. 9. p. 237. c. *Propterea omnis scriba doctus in regno cælorum*, &c. ut in Vulg. Hilarius in Matth. col. 678. b. *Et ait illis : Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum :* & post pauca addit : *ipsos sub patrisfamiliæ nomine sibi comparat, quòd doctrinam de thesauro suo novorum & veterum sint adepti :* & in Ps. 118. col. 271. d. *Scriba doctus novit, divitis patrisfamilias exemplo, de thesauris proferre vetera & nova.* Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 180. *Omnis scriba doctus de regno cælorum, similis est patri* (al. *patris*) *familias proferenti de thesauris suis nova & vetera.* Ambros. epist. 39. to. 2. 945. e. *Scriba doctus in regno cælorum novit, similis illius patrisfamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.* August. serm. 74. to. 5. 409. b. *Scriba eruditus in regno Dei, similis patrifamilias proferenti de thesauro suo nova*, &c. similiter l. 20. de civit. Dei, c. 4. to. 7. 576. d. præter hoc, *similis est viro patri :* & l. 4. cont. Faust. to. 8. 194. c. *Propterea omnis scriba eruditus in..... similis est homini patrifam. proferenti*, &c. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 33. col. 182. e. *Omnis scriba eruditus in regno Dei, similis est viro proferenti de thesauris suis* (al. *de thesauro suo*) *nova & vetera.* Epiphan. in 7. 12. Cantici Cantic. *Simile est regnum cælorum homini proferenti de thesauro suo nova & vetera.*

℣. 53. Itidem in Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. Corb. 1. verò habet : *Et factum est, cùm finisset Jesus parab. istas, transivit inde.* Item *transivit* in Sangerm. 2. In Cantabr. *migravit inde ;* in Gr. μετῆρεν ἐκεῖθεν. Hilar. in hunc loc. 678. c. consentit cum textu Colb. & Vulgata.

℣. 54. Ms. S. Germ. 1. *Et veniens in patriam suam..... Unde huic ista sapientia, & virtutes ?* Corb. 1. & Clarom. *Et cum venisset in patriam suam..... Unde huic sapientia hæc* (Clarom. *tanta sapientia*) *& virtutes ?* Corb. 2. *Unde huic sapientia, & virtutes ?* Ambros. l. 13. in Luc. col. 1455. c. *Unde huic ista sapientia ?* Cantabrig. codex : *Et veniens in patria sua, docebat eos in synagogas eorum..... Unde huic omnis sapientia hæc, & virtutes ?* Sangerm. 2. S. Gat. &c. Vulg. accedunt. Græc. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν· Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη (Ms. 1. πᾶσα ἡ σοφία) καὶ αἱ δυνάμεις ; Hilar. in hunc loc. col. 678. c. *Et venit in patriam suam :* & infra 679. a. *Inhonoratur*, inquit, *Dominus à suis, quanquam & docendi prudentia, & operandi virtus admirationem commoveret.* Juvencus l. 3. p. 66. h. intermissa sic resumit, & coercet :

*Hæc docuit, patriamque redit Salvator in urbem :*
*Illic expediens populis, mirabile dictu,*
*Justitiæ leges, vitæque salubria jussa,*
*Virtutes patrias simul insinuando, docebat.*
*Tunc livore gravi plebes commota suorum,*
*Præsentisque simul Domini miracula volvens,*
*Et generis noti reputans ex ordine gentem,*
*Hæc inter sese mussanti* (al. *submissa*) *voce volutant*, &c.

℣. 55. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Nonne hic est filius Joseph fabri ? Nonne mater ejus dicitur Maria*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. ipso initio habet : *filius fabri, & mater dicitur Maria ; & fratres ejus*, &c. ut in textu. Corb. 1. *Nonne hic est fabri filius ? Nonne mater illius Maria dicitur ; & fratres ejus*, &c. Clarom. *Nonne hic est fabri filius Joseph ? Nonne mater illius dicitur Maria*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Nonne hic est fabri filius ? Nonne mater ejus Maria dicitur ; & fratres ejus, Jacobus, & Johannes, & Simon, & Judas ?* S. Gat. *Nonne hic est fabri filius Joseph, & mater ejus..... & fratres ejus, Jacobus, & Johannes, & Joseph, Semeon, & Judas ?* Maj. Mon. *Nonne hic est filius fabri Joseph ? Nonne mater ejus, quæ dicitur Maria ; & fratres ejus, Jacobus, & Johannis, & Joseph, Simon, & Judas ?* Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd scribit Μαριὰμ, pro *Maria*, & Ἰωσῆς, pro *Joseph* ; in quibusdam Mss. ponitur Ἰωάννης, loco Ἰωσῆς. Apud Tertul. l. de carn. Chr. p. 546. c.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 56. & sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?

57. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.

58. Et ideo non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

VULGATA NOVA.

56. & sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?

57. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.

58. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

partim ex Joh. 6. 42. *Creditum patrem ejus Joseph fabrum; & matrem Mariam; & fratres, & sorores ejus optimè notos sibi esse dicebant:* & l. de spectac. c. 30. p. 220. b. *Hic est ille, dicam, fabri, aut quæstuarii filius.* Apud Hilar. in hunc loc. col. 678. c. *Quin etiam patrem ipsius, matrem, fratresque nuncupant, & paternæ artis quodam opprobrio lacessunt; sed planè hic fabri erat filius.* Apud Ambr. l. 3. & 13. in Luc. col. 1313. e. 1455. c. fortè ex Luca, 4. 22. *Nonne hic est filius Joseph fabri?* Apud Juvenc. l. 3. p. 66. h.

*Nonne hic est fabri soboles, cui nomen Ioseph?*
*Num Maria est genitus* (al. *Non Maria est genitrix;*)
*num fratrum nota propago est?*

℣. 56. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. unà cum Græco. In Cantabrig. vix dissimiliter: *& sorores ejus, non omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia hæc?* In Clarom. *& sorores ejus, omnes nobiscum sunt. Unde ergo huic omnia ista?* In Corb. 1. *& sorores illius, omnes nobiscum sunt. Unde ergo huic ista sapientia?* Similiter Ambros. l. 13. in Luc. col. 1455. c. relato hoc versiculo, *Nonne hic est filius Joseph fabri*, paulò post addit, vel ex ℣. 54. præced. vel etiam ex Marco 6. 2. *Unde huic ista sapientia?* Item Juvencus l. 3. p. 66. h. quasi ex iisdem locis:

*Unde igitur legis doctor, tantæque magister*
*Virtutis, cedit cui labes victa laborum* (al. *malorum?*)

℣. 57. Ita ferunt Mss. Clarom. Corb. 2. S. Gat. &c. simul cum Græco. Sic etiam in Ms. Cantab. deleto pronom. *sua*, post *patria*. Corb. 1. habet, *nisi in sua civitate, & in domo sua.* Sangerm. 1. initio: *Et scandalizabantur in eum;* ultimòque, *nisi in patriam suam;* nec addit plura. Sangerm. 2. *Et scandalizabant in eo..... Nonne propheta sine honore*, &c. ut in Colb. Apud Hilar. in hunc loc. 678. d. *In his igitur scandalizabantur omnes....... quibus Dominus inhonorabilem in patria sua prophetam esse respondit.* August. tract. 15. in Johan. to. 3. p. 2. col. 414. f. & tr. 44. 593. a. *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.* Similiter Auctor l. de prom. p. 2. col. 149. e. Apud Juvenc. l. 3. p. 66. h.

*Nazara sic plebes: cui talia reddit Iesus:*
*Temnuntur propriis miracula semper in oris,*
*Et sine honore manent patria sub sede prophetæ.*

℣. 58. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. favet cum Clarom. Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. Corb. 1. verò habet: *Et non fecit ibi virtutes ampliùs, propter incredulitatem illorum.* Cantabrig. *Et non fecit ibidem virtutes multas, propter incredulitates eorum.* Græcè ut in Vulgata. Apud Hilar. in hunc loc. 679. a. *Propter eorum incredulitatem, omnibus divinæ operibus virtutis abstinuit.* Apud Juvencum l. 3. p. 66. h.

*Talibus indignans pressit sua munera Christus.*

# CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. IN illo tempore audiit Herodes tetrarcha famam de Jesu:

2. & ait pueris suis: Hic est Johannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

3. Herodes enim tenuit Johannem, & alligavit eum: & misit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui.

4. Dicebat enim illi Johannes: Non licet tibi habere illam.

5. Et volens illum occidere, timuit populum:

VULGATA NOVA.

1. IN illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jesu: Marc. 6. 14.

2. & ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Luc. 9. 7.

3. Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Marc. 6. 17. Luc. 3.

4. Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam. 19.

5. Et volens illum occidere, timuit populum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. *In illo temp. audivit Herod. tetr. famà Jesu.* Corb. 1. *Audivit Herod. tetrarcha de opinione Jesu.* Cantabrig. *In illo autem temp. audivit Herodes tetr. opinionem Jesu.* Clarom. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata; sicut apud Hilar. in hunc loc. 679. a. Gr. Ἐν ἐκείνῳ τῷ....... ἤκουσεν....... τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ. Apud Juvencum l. 3. p. 67. a.

*Interea ad regem volitabat fama superbum,*
*Quòd mala cuncta illic virtus divina domaret.*

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. consonat cum Corb. 2. nisi quòd Corb. habet *dixit*, pro *ait*; Germ. que, *eum*, pro ult. *eo*. Corb. 1. *& dixit pueris suis: Hic est Joh. Bapt. quem ego ipse decollavi: ipse resurrexit à mortuis*, &c. ut in textu. Sangerm. 2. *& ait..... Nunquid hic est Joh. Bapt. quem decollavi? ipse surrexit*, &c. Clarom. cum Cantabrig. *& dixit..... Nunquid hic est Joh. B. quem ego decollavi? & ipse resurrexit*, &c. Cantabrig. *hic surrexit.* S. Gat. *Nonne hic est Joh. B. quem ego decollavi*, &c. Maj. Mon. *Nunquid hic est*, &c. ut in Colb. Græcum hod. nil omninò differt ab eodem textu Colb. Ms. 1. tamen habet: Μήτι οὗτός ἐστιν Ἰωάν. ὁ Βαπτ. dein alii, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα; tum unus, οὗτος, &c. de quibus vide Millium. Id autem *quem ego decollavi*, reperitur in Vers. Anglosax. si Thomæ Mareschallo fides; mutuatum videtur à Marci cap. 6. ℣. 16. Apud Juvencum l. 3. p. 67. a. hæc sola:

*Sed putat Herodes, lethi quòd lege remissus*
*Tanta ut Ioannes virtutis dona teneret.*

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. nisi quòd jungit *eum*, verbo *misit*. S. Germ. 2. cum Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. ultimò hab. *fratris sui Philippi.* Clarom. *Herodes enim adprehensum Johannem ligavit: & in carcerem misit propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.* Corb. 1. *Herodes autem adprehensum Johannem alligavit: & in carcerem misit propter Herodiad.* &c. ut in Colbertino. Cantabrig. *Herodes enim tenens Johannen, ligavit eum in carcere, propter Herodiad.* &c. Gr. Ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ, &c. Apud Hilar. in hunc loc. col. 680. b. *Johannes in carcere continebatur.* Apud Juvencum verò l. 3. p. 67. a. ita:

*Nam quondam cernens liventi pectore dæmon,*
*Erroris labem puris quòd solveret undis*
*Justus Ioannes, damnis accensa malorum*
*Tunc petit Herodem pestis sævissima regem,*
*Et facilè injusti penetrans habitacula cordis,*
*Accumulare feris subigit scelera impia gestis.*
*Arserat illicito Herodes accensus amore*
*In thalamos fratris.....*

℣. 4. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. Clarom. Cantabrig. &c. textui nostro utrique favent, & Græco. Corb. verò 1. habet: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, ut Marci c. 6. ℣. 18. Hilarius in Matth. col. 680. a. ait: *Herodem Johannes monebat, ne fratris sui uxorem sibi jungeret.* Ambr. l. de virginit. col. 216. f. *Non licet tibi eam uxorem habere.* Juvencus l. 3. p. 67. a. tam ex ℣. 3. quàm ex ℣. 4.

*..... sancto quod jure vetabat*
*Doctus Ioannes: feritas sed nescia recti*
*Subjecit leges pedibus, fruiturque nefandis*
*Connubiis, ipsumque super, quia prava vetabat,*
*Carceris immersit tenebris, vinclisque gravavit.*

℣. 5. Ms. S. Germ. uterque, Clarom. Corb. 2. S. Gat.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| Inf. 21. 26. quia sicut prophetam eum habebant. | quia sicut prophetam eum habebant. Ex Ms. Colbert. |
| 6. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. | 6. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio triclinio, & placuit Herodi. |
| 7. Unde cum juramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. | 7. Unde cum juramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. |
| 8. At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hìc in disco caput Joannis Baptistæ. | 8. Illa autem præmonita à matre sua, dixit: Da mihi in disco caput Johannis Baptistæ. |
| 9. Et contristatus est rex: propter juramentum autem, & eos qui pariter recumbebant, jussit dari. | 9. Et contristatus est rex Herodes: sed propter jusjurandum, & propter simul recumbentes, jussit dari puellæ; |
| 10. Misitque, & decollavit Joannem in carcere. | 10. *Vide Notas.* |
| 11. Et allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ. | 11. puella autem attulit matri suæ. |
| 12. Et accedentes discipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud: & venientes nunciaverunt Jesu. | 12. Et accesserunt discipuli ejus, & tulerunt corpus ejus; & sepelierunt illud: & venerunt, & renuntiaverunt Jesu. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Græc. accommodantur textui Colb. Corb. 1. quoque habet: *Et volens occidere illum, timuit populum: quia quasi prophetam habebant illum.* Cantabrig. *Et volens eum occidere, timuit turbas,* &c. ut in textu. Hilar. in Matth. col. 680. d. *Herodes significatus est Joannem velle occidere, & metu populi demorari: quia sicut propheta habebatur.* Juvencus l. 3. p. 67. a.

*Sanguine nam justi, primo compressa timore,*
*Abstinuit sitiens feritas: quia magna prophetam*
*Plebis Ioannem veneratio suscipiebat.*

℣. 6. Textui Colb. respondent Mss. Germ. 1. Corb. 2. & Maj. Mon. Corb. 1. verò habet: *Sed cùm advenisset dies natalis Herodis, saltavit Herodiadis filia in convivio, & placuit Herodi.* Cantabrig. *Natale autem facto Herodis, saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.* S. Germ. 2. *saltavit filia ipsius Herodiadis in medio triclino,* &c. S. Gat. *in medio convivio,* &c. ut supra; Clarom. *in medio triclinio, & placuit Herodiadi.* Græc. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τῦ Ἡρώδυ, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, ϗ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ. Apud Hilar. in hunc loc. 679. b. *Herodiadi erat filia, quæ natali die cùm saltans placeret,* &c. Apud Juvenc. l. 3. 67. a.

*Natali sed fortè die cùm læta tyrannus*
*Herodes celsis strueret convivia tectis,*
*Luxuriæ quoniam conjuncta superbia gaudet,*
*In medio juvenum reginæ filia virgo,*
*Alternos laterum celerans sinuamine motus,*
*Compositas citharâ jungit modulante choreas.*
*Ipse sed in primis, miratâ virginis arte,*
*Attonitus stupuit.....*

Vide Marc. 6. 21. 22.

℣. 7. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. Corb. verò 1. legit: *Propter quod jurejurando promisit daturum se illi quidquid postulasset ab eo.* Cantabrig. *Unde cum jurejurando promisit ei dare quodcunque petierit.* Ita quoque in Græco, ubi ὡμολόγησεν, loco *promisit*, al. ὤμοσεν. Apud Hilar. in hunc loc. 679. *Potestatem cujus vellet præmii, sacramento jurantis, accepit.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. b.

..... *Nunc* (al. *Tunc*) *præmia cuncta patere*
*Juratus spondet, quæcunque puella petisset.*

℣. 8. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. & Clarom. *At illa præmonita à m. sua, dixit: Da mihi in disco caput,* &c. S. Germ. 2. *dixit: Da mihi, inquit, hìc caput Joh. Bapt. in disco.* Corb. 1. *Puella autem monita à matre sua, dixit ad eum: Da mihi in disco caput,* &c. Cantabrig. *Quæ autem docta à matre sua, dixit: Da mihi hìc caput Joh. Baptistæ.* Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd hab. προβιβασθεῖσα, loco *præmonita*, ad litt. *priùs edocta*, & quasi *informata*, vel *producta*. Apud Hilar. in hunc loc. *Et Johannis caput in carcere diu habiti, puella, matre admonente, disco sibi inferri precata est.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. b.

*Illa sed horrendæ servans scelera impia matris,*
*Urget Ioannis caput à cervice revelli,*
*Et lance inferri præsentia munera poscit.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. Clarom. & Maj. Mon. *Et contristatus est rex Herodes: propter juramentum, & propter simul recumbentes, jussit dari.* Cantabrig. *Et contristat. est rex: propter jusjurandum, & propter conrecumbentes, jussit dari.* Sangerm. 2. *Et contristat. est rex Herodes: propter juramentum autem, & qui pariter recumbebant, jussit dari.* Corb. 1. *Et contristat. est rex Herodes: propter jusjurandum, & propter eos qui simul recumbebant, jussit dari.* S. Gat. *Et contrist. est rex: propter juramentum,* &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τὺς ὅρκυς, ϗ τὺς συνανακειμένυς, ἐκέλευσε δοθῆναι. Apud Hilar. in hunc loc. 679. *Et Herodes, tristis licet, sacramento fidem reddidit.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. b.

*Præsentum Herodes procerum sub pondere tristis,*
*Jurandique memor juris, tamen imperat ægrè*
*Insontis caput auferri, tradique puellæ.*

℣. 10. Hìc mutilus videtur esse codex Colbertinus, ubi post hoc ult. è ℣. 9. *jussit dari*, adjuncta exhibetur vox *puellæ*, statimque ista sequuntur, *puella autem attulit matri suæ*, quæ sunt ultima verba versûs seq. 11. Errorem creare potuit apta copulatio vocis *puellæ*, cum verbo *dari*: cùm enim librarius primùm scripsisset *jussit dari* in fine ℣. 9. & infra ℣. 11. oscitanter legisset vocem *puellæ*, convenientiâ deceptus, extrema cum primis sic junxit: *jussit dari puellæ: puella autem attulit matri suæ*: prætermissis omnibus intermediis, nempe toto versiculo 10. & prioribus verbis ℣. 11. Relicta autem ibi ab incogitante librario, facilè suppleri possunt ex aliis Mss. codicibus Versionis antiquæ, & Græco. Et verò Ms. Sangerm. 1. detracta sup. voce ult. *puellæ*, hìc addit: *Et misit, & decollavit Johannem in carcerem*: exinde: *Et allatum est..... & datum est puellæ; puella autem,* &c. de ℣. seq. Corb. 1. *Et statim misit, & decollavit Joh. in carcere,* &c. Corb. 2. *Misitque, decollavit eum. Et allatum est,* &c. ut infra. Cantabrig. *Et mittens decollavit Johannen in carcerem.* Sangerm. 2. & Clarom. ut in Vulgata. Græc. Καὶ πέμψας; ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Apud Hilar. in hunc loc. col. 679. & apud Juvencum l. 3. p. 67. b. non alia, præter illa quæ notata sunt sup. ℣. 9.

℣. 11. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Et allatum est cap. ejus in disco, & datum est puellæ; puella autem attulit matri suæ.* Sic etiam habet Clarom. præter hoc inversum, *in disco caput ejus.* Corb. 1. *Et allatum est in disco caput ejus, & datum est puellæ; illa autem attulit matri suæ.* Cantabrig. *Et adlatum est cap. ejus supra disco..... & adtulit matri suæ*; S. Germ. 2. *& tulit,* &c. Maj. Mon. *& illa tulit*; S. Gat. *& illa atollit.* Græc. Vulgatæ favet. Apud Hilar. in hunc loc. hæc sola leguntur: *& matri puella munus exhibuit*: sicut apud Juvencum l. 3. p. 67. c.

*Illa, nefas, matris scelerata ad gaudia portat:*

quæ lectionem contractam Colb. codicis tantùm non confirmant: Hilar. tamen infra 680. f. dicit: *Inter reliqua dissoluti populi gaudia, in disco Johannis caput affertur..... & ita per puellam ad matrem defertur.*

℣. 12. Ms. S. Germ. 1. vix dissimiliter: *Et accesserunt discipuli ejus, & tulerunt corpus, & sepelierunt illud: & venerunt, & nunciaverunt Jesu.* Concinit Clarom. addito uno *ejus*, ad *corpus*. Corb. 1. *Et accesserunt discipuli Johannis, & tulerunt corp. ejus, & sepelierunt eum: & venerunt, & nunciaverunt Jesu.* Corb. 2. *Et accesserunt discip. ejus, & tulerunt corp. ejus..... & venerunt, & renuntiaverunt hoc.* Lectionarium Luxoviense, *nunciaverunt Domino Jesu quod factum fuerat.* Sangerm. 2. & Cantabrig. Vulgatæ congruunt, nisi quòd extremò hab. *renuntiaverunt*, non *nunciaverunt*, Germ. que *istud*, non *illud*, post *sepelierunt*; cod. Maj. Mon. solus, *& sepelierunt illud in monumento.* Græcè ut in Vulg. detracta voce *ejus*, post *corpus*: quidam tamen Mss. ferunt, τὸ σῶμα ἀυτῦ. Hilar. in hunc loc. *Et sepulto eo, discipuli ejus ad Dominum transierunt*: & infra 680. g. *Discipuli ejus res ita gestas Domino nunciant.* Juvencus l. 3. p. 67. b.

*Corporis at lacerum flentes sine nomine truncum*
*Discipuli condunt terræ, Christumque sequuntur.*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* 13. Quo audito, Jesus secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum: & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de civitatibus.

14. Et cùm exissent, vidit turbam multam, & misertus est illis, & curavit infirmos eorum.

15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus locus est, & hora jam præterit: dimitte turbas, ut euntes in castella, emant sibi escas.

16. Jesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis autem vos manducare.

17. Responderunt ei: Non habemus hîc nisi quinque panes, & duos pisces.

18. Et ait illis Jesus: Afferte eos ad me.

19. Et cùm jussisset turbam discumbere super fenum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis panes, discipuli autem turbis.

20. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

### Vulgata nova.

13. Quod cùm audisset Jesus, secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum: & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de civitatibus. *Marc. 6. 31. Luc. 9. 10. Joan. 6. 1.*

14. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curavit languidos eorum.

15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in castella, emant sibi escas.

16. Jesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare.

17. Responderunt ei: Non habemus hîc nisi quinque panes, & duos pisces.

18. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.

19. Et cùm jussisset turbam discumbere super fenum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.

20. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 13. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. consonant. Germ. verò 2. S. Gat. &c. Vulgatæ, nisi exceperis istud, *pedes tres*, quod in Germ. apertè mendum est. Corb. 1. habet: *Quo audito, Jesus recessit inde per navem, in locum desertum solus: quod cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedibus à civitatibus suis.* Clarom. *Quo audito, Jesus secessit inde in navicula..... seorsum: quo audito, turbæ secutæ sunt eum pedestræ de civitatibus.* Cantabrig. *Audiens autem Jesus, secessit inde navigio in des. locum seorsum: & audientes turbæ, secutæ sunt eum pedestri de civitatibus.* Græc. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ, εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν· καὶ ἀκούσαντες...... ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν, &c. Mss. quidam initio ferunt, Ἀκούσας δέ. Apud Hilar. in hunc loc. *Auditisque his, Dominus in naviculam in loca deserta secessit.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. c.

*Ille ubi cognovit justi miserabile lethum,*
*Deserit insonti pollutam sanguine terram,*
*Frondosaque latet secreta vallis in umbra:*
*Sed populi immensæ virtutis dona sequuntur.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. consentit cum textu Colb. si exceperis singul. *exisset.* In Clarom. *Et exiens Jesus, vidit.... & curavit infirmos eorum.* In Corb. 1. *Et egressus, vidit...... & sanavit languidos eorum.* In Corb. 2. *Et vidit turbam multam, misertus est illis, & curavit infirmos eorum.* In Cantabrig. *Et egressus, vidit turbam m. & misertus est de eis, & curavit infirmos eorum.* Sangerm. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. Græc. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶδε..... καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν· à quibusdam initio abest ὁ Ἰησοῦς. Apud Hilar. in hunc loc. *Et sequentium se turbarum vexationem misertus est:* & infra 681. a. *Quam videns misertus est, & omnem languorem ejus, infirmitatemque curat.* Apud Juvencum, l. 3. p. 67. c.

*Ille ubi credentum turbas in valle remota*
*Convenisse videt, morborum tabe repulsa,*
*Corpora subjecit miseratus multa medelæ.*

℣. 15. Mss. Sangerm. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. textui Colb. favent, si excipias unum *præteriit.* Accinunt Cantabrig. & Clarom. præterquam quòd primus initio hab. *Sero autem facto;* alter sub fin. *& euntes in castella.* Corb. 1. sic: *Cùm sero autem factum esset, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus locus est ubi sumus, & hora jam præteriit: dimitte turbam istam, ut euntes in vicis emant sibi escas.* Græc. Vulgatæ suffragatur. Hilar. in hunc loc. ait: *Dimitti eas in castella ad coemendos cibos Apostoli admonent.* Juvenc. l. 3. p. 67. c. fortè è Luca, 9. 12.

*Jamque sub extremo labentis lumine solis,*
*Discipuli Christo suadent dimittere turbas,*
*Ut sibi quisque paret, quærens per compita, victum.*

℣. 16. Mss. S. Germ. 1. Clarom. S. Gat. &c. nil differunt à Vulgata. Sic etiam ferunt Corb. ambo, cum Sangerm. 2. nisi quòd Corb. 1. initio hab. *Et ait illis Jesus;* alter verò delet *eis*, post *dixit;* sicut Germ. *vos*, ante *manducare.* In Cantabrig. ita: *Qui autem dixit eis: Non necesse habent ire: date vos manducare eis.* Græc. Vulgatæ congruit, nisi exceperis verbum compos. ἀπελθεῖν, pro *ire.* Hilar. in hunc loc. *Et Dominus respondet, necessitatem eò revertendi ipsas non habere; darique his cibum præcipit.* Juvencus l. 3. p. 67. c. quasi è Luca, 9. 13.

*Ille jubet cunctis illic convivia poni.*

℣. 17. Ms. S. Germ. 1. *Qui dixerunt ei: Non habemus hîc,* &c. ut supra. Cantabrig. *Qui autem dicunt ei: Non habemus hîc,* &c. Corb. 1. *At illi dixerunt: Non habemus nobiscum nisi,* &c. Sangerm. 2. Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. textui Colb. accedunt. Græc. Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Οὐκ ἔχομεν ὧδε, &c. Hilar. in hunc loc. *Et solos se quinque panes & duos pisces habere causantur.* Juvencus l. 3. p. 67. c.

*Discipuli ostendunt nihil amplius esse ciborum,*
*Ni pisces geminos, & farris fragmina quinque.*

℣. 18. Mss. S. Germ. 1. & Clarom. assentiunt textui Colb. Sic etiam habet Corb. 2. deleto uno *eis.* S. Germ. 2. *Qui ait eis: Afferte illos mihi huc.* Corb. 1. *Respondens Jesus ait: Afferte illos huc.* Cantabrig. *Qui autem dixit: Adferte mihi illos.* Gr. Ὁ δὲ εἶπε· Φέρετε, &c. ut in Vulgata. Hilar. in hunc loc. *offerri sibi eos jussit.* Juvencus l. 3. p. 67. c.

*Hoc, inquit, satis est.....*

℣. 19. Mss. S. Germ. ambo, Clarom. Corb. 2. S. Gat. &c. concordant cum textu Colb. nisi quòd Germ. 1. & Corb. 2. scribant, *supra fenum;* Germ. 2. *turbas discumbere..... fregit, dedit;* omnesque tollant pronom. *suis*, post *discipulis.* Corb. 1. ita: *Et jussit turbam discumbere super fenum: & acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, respiciens ad cælum benedixit eos, & fregit, & dedit discipulis, discipuli autem turbis.* Cantabrig. *Et cùm jussisset turbas discumbere super fenum, accepit quinque panes, & duos pisces; respiciens in cælum benedixit, & frangens dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.* Græc. Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, καὶ λαβὼν τοὺς....... ἀναβλέψας....... εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἔδωκε, &c. ut in Vulg. al. τὸν χόρτον, λαβὼν...... τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Hilar. in hunc loc. *Turbamque sub strato feno accumbere* (jussit,) *& oblata benedixit, & turbæ manducanda comminuit, & dedit discipulis ut offerrent:* & infra 681. e. 687. b. *acceptis igitur panibus, atque piscibus, Dominus respexit ad cælum, benedixit, & fregit, Patri agens gratias.* Juvencus l. 3. p. 67. c.

*.....Tum mox discumbere plebem,*
*Gramineisque thoris jussit componere membra:*
*Suspiciensque dehinc cælum, Genitore precato,*
*Ipse duos pisces, & quinque ex ordine panes*
*Dividit, & dapibus mensas oneravit opimis.*

℣. 20. Ms. S. Germ. 1. *Et manduc. omnes, & satur. sunt. Et colligerunt reliquias, duodecim cophinos plenos.* Corb. 1. *Et manduc. universi, & satur. sunt. Et sustulerunt quod superfuit, duodecim cophinos plenos.* Cantabrig. *Et manduc. & saturati sunt. Et tulerunt reliq. fragmentorum xij. cophinos plenos.* Germ. 2. *Et reliquias colligerunt xij. cophinos fragmentorum plenos.* Corb. 2. *Et reliquias colligerunt fragmentorum xij. coph. plenos.* Clarom. *Et reliq. colligerunt xij. coph. plenos fragmentorum.* Gr. Καὶ ἔφαγον πάντες..... Καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα, &c. al. τῶν περισσευόντων κλασμάτων, &c. Apud Hilar. in

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

21. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis.

Marc. 6. 45. 22. Et statim compulit Jesus discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

Joan. 6. 15. 23. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi:

24. navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare.

26. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt.

27. Statimque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.

## VERSIO ANTIQUA.

21. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis pueris, & mulieribus. Ex Ms. Colbert.

22. Et statim Jesus jussit discipulos suos ascendere in navicula, & præcedere eum trans fretum, donec ipse dimitteret turbas.

23. Et dimissa turba, ascendit Jesus in monte solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi:

24. navicula autem jam in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim illis ventus contrarius.

25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos Jesus ambulans supra mare.

26. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt.

27. Statimque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc loc. *Et saturatis omnibus, supplementa cophinorum duodecim superfuerunt.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. c.

*Jamque expleta jacet, dictu mirabile, plebes.*
*Relliquiasque dehinc mensis legère ministri,*
*Bis senosque sinus cophinorum fragminis implent.*

℣. 21. Textui Colb. respondent Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. Clarom. & Maj. Mon. Corb. verò 1. habet: *Et erant qui manducaverunt, hominum quinque millia, exceptis pueris, & mulieribus.* Cantabrig. *Qui autem manducarunt, erant viri ad quinque millia, exceptis infantibus, & mulieribus.* Ms. S. Gat. *exceptis mulieribus, & pueris.* Græc. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν, καὶ παιδίων. Apud Hilar. in hunc loc. *Cùm tamen extra mulierum, puerorumque numerum, quinque millia virorum expleta essent.* Apud Ambr. l. de virginit. *Saturata sunt de quinque panibus* 4000. *hominum, exceptis pueris, & mulieribus.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. d.

*Cænantum numerus tum millia quinque virorum,*
*Præterea populus matrum fuit, & puerorum.*

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. convenit cum textu Colb. deleta voce *eum*, post *præcedere*. Germ. 2. *Et statim Jesus jussit discipulos suos ascendere*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Tunc jussit discipulis suis ascendere in naviculam, & ire trans fretum, donec dimitteret turbam.* Corb. 2. *Et statim Jesus jussit discipulos suos ascendere in naviculam, & præcedere trans fretum, donec ipse dimitteret turbas.* Sic etiam habet Clarom. præter hæc, *discipulis suis..... in navicula;* S. Gat. *jussit discipulos;* Maj. Mon. *jussit Jesus discipulos.* Cantabrig. *Et continuò coegit discipulos ascendere navem, & præcedere trans, donec*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ, &c. à pluribus Mss. abest αὐτοῦ. Apud Hilar. in hunc loc. *Et discipulos naviculam conscendere, & trans fretum præcedere jubet:* & infra 682. f. *Conscendere post hæc in navem discipulos præcepit, donec turbas ipse dimitteret.* Arnob. Afer, annot. in Evang. *Et coegit discipulos ut ascenderent navem, & procederent trans mare, donec remitteret turbas.* Juvencus l. 3. p. 67. d.

*Discipulis tunc inde jubet conscendere navem,*
*Et transire fretum, donec dimitteret omnes*
*In sua quemque viros.....*

℣. 23. Ms. S. Germ. 1. *Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem solus erat ibi.* Corb. 1. *Et cùm dimisisset illos, ascendit in montem, & orabat solus. Vespere autem facto*, &c. Corb. 2. *Et dimisit turbam, & ascendit in montem*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Et cùm dimisisset turbas, ascendit in montem seorsum orare. Sero autem facto solus erat ibidem:* nec dissimile Græcum est. Sangerm. 2. verò, Clarom. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Apud Hilar. in hunc loc. *Dimissaque ipse turba, in montem orare solus ascendit. Factoque vespere solus fuit:* & infra 682. f. *Et dimissa turba, montem conscendit orare. Et vespere facto solus erat.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. g. hæc tota desunt. Apud Juvenc. l. 3. p. 67. d. sic:

*..... Tunc montis celsa petivit,*
*Secretusque dehinc Genitoris numen adorat.*
*Jamque soporata torpebant omnia nocte.*

℣. 24. Ms. Clarom. textui Colb. favet. Sangerm. 1. habet: *navicula autem jam in medio mari jactabatur à fluctibus;* sequentia verò delet; sicut & Colb. Græc. n. 3947. Corb. 1. legit: *navis autem erat in medio mari, & jactabatur fluctibus: erat enim contrarius illis ventus.* Cantabrig. *navis autem erat in medium maris, & vexabatur à fluctibus*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *erat enim illis ventus contrarius;* S. Germ. 2. *erat autem illis contrarius ventus.* Gr. τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· reliqua ut in Vulg. Apud Hilar. in hunc loc. *& navis mari medio, vento adversante, fluctibus jactabatur.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. g. *navis autem jam erat in medio mari fluctibus turbata: fuit enim contrarius ventus.* Apud Juvencum l. 3. p. 67. d.

*Cùm puppis medio sulcabat in æquore fluctus,*
*Jactata adverso surgentis flamine venti.*

℣. 25. Textui Colb. consonant Sangerm. 2. Corb. 2. & Clarom. Vulgatæ verò Corb. 1. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Cantabrig. habet: *Quarta autem vig. noctis, abit ambulans ad eos super mare;* S. Germ. 1. *supra mare.* Græc. Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, &c. al. ἦλθε; al. deest ὁ Ἰησοῦς. Hilar. in hunc loc. *Et quarta vigilia, Dominus venit super mare ambulans.* August. quæst. 4. in Num. to. 3. p. 1. col. 529. c. consentit cum Vulgata. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 14. p. 176. b. *Quarta autem noctis vigilia, venit Jesus ad discipulos suos ambulans supra mare.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 332. g. *Quarta autem vigilia noctis, abiit ad illos ambulans in mari.* Juvenc. l. 3. p. 67. d.

*Ast ubi jam vigilum quarta statione premebat*
*Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus,*
*Fluctibus in liquidis, sicco vestigia gressu*
*Suspensus carpebat iter, mirabile visu.*

℣. 26. Mss. S. Germ. 2. S. Gat. &c. congruunt cum textu Colb. Similiter habet Corb. 2. præter hæc. 1. *Videntes autem illum.* Sangerm. 1. *Videntes autem eum ambulantem supra mare..... Et præ timore exclamaverunt.* Itidem in Clarom. præter hoc, *illum supra mare ambul.* Cantab. *Discipuli autem videntes eum super mare ambul...... Quoniam phantasma est. Et à timore exclamaverunt.* Corb. 1. partim ex Marco 6. 52. *Videntes autem illum super mare ambul..... Quia phantasma esset: non enim intellexerant, sicut nec in panibus; erat enim cor eorum obtusum. Et præ timore clamant.* Græcè additur οἱ μαθηταί, *discipuli*, ad *videntes eum;* cæt. ut in textu Colb. deest tamen οἱ μαθηταί à Ms. 1. si Millio fides. Hilar. ad hunc loc. ait: *Videntesque turbati sunt: & inanis visûs phantasma credentes, clamaverunt præ timore.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 332. f. *Et cùm viderent eum, turbati sunt*, nec plura addit usque ad ℣. 28. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 14. p. 176. b. *Videntes verò eum discipuli, timuerunt, dicentes: Quia phantasma est:* reliqua prætermittit. Juvencus l. 3. p. 67. d.

*Jamque propinquabat puppi; sed nescia nauta*
*Attoniti tremulo vibrabant corda pavore,*
*Clamoremque simul confusa voce dederunt.*

℣. 27. Itidem in Mss. S. Germ. 2. S. Gat. &c. In Sangerm. autem 1. ita: *Statim verò Jesus locutus est eis, dicens: Constantes estote: nolite timere, ego sum.* Sic etiam in Corb. 2. & Clarom. præter hoc 1. *Et statim Jesus;* Clarom. *Statimque.* In Corb. 1. *Confestim autem locutus est ad eos, dicens: Constantes estote, & nolite timere.* In Cantabrig. *Continuò autem locutus est eis, dicens: Fidete: ego sum, nolite timere.* Ita quoque in Græco est, addito nomine ὁ Ἰησοῦς, post *eis;* quod tamen abest à pluribus Mss. Hilarius in hunc loc. ait: *Quibus mox Dominus locutus est, & constantes esse jussit:* & infra 683. d. *dicet: Ego sum.* Ambrosiast. p. 200. c. *nolite timere, ego sum.* Auct. l. de promiss. part. 3. p. 176. b. *Accedens autem ad eos Jesus, dixit eis: Ego sum, nolite timere.* Juvencus l. 3. p. 67. d.

*Tum pavidis Christus loquitur: Timor omnis abesto,*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 28. Respondens autem Petrus dixit : Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquam.

29. At ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum.

30. Videns verò ventum validum, timuit : & cùm cœpisset mergere, clamavit dicens : Domine, salva me.

31. Et apprehendit illum : & ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti ?

32. Et cùm ascendisset in naviculam, cessavit ventus.

33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes : Verè Filius Dei est.

34. Et cùm transfretassent inde, venerunt in terram Genesar.

35. Et cùm cognovissent eum viri loci illius, adorabant eum ; & miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes :

## VULGATA NOVA.

28. Respondens autem Petrus dixit : Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.

29. At ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum.

30. Videns verò ventum validum, timuit : & cùm cœpisset mergi, clamavit dicens : Domine, salvum me fac.

31. Et continuò Jesus extendens manum, apprehendit eum : & ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti ?

32. Et cùm ascendissent in naviculam, cessavit ventus.

33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes : Verè Filius Dei es.

34. Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesar. *Marc. 6. 53.*

35. Et cùm cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Credentumque regat vegetans constantia mentem :*
*En ego sum, vestræ doctorem noscite lucis.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 2. nil differt à textu Colb. Nec etiam Corb. 2. Cantabrig. & Sangerm. 1. nisi quòd in duob. primis additur *ei*, post *autem*; in tertio verò *illi*, post *dixit*. In Corb. 1. *Et respondens ei Simon Petrus dixit*, &c. ut in textu Colb. Græcè : Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ, &c. ut in Vulg. à pluribus Mss. abest αὐτῷ. Apud Hilar. in hunc loc. col. 680. 683. ita : *Et ex plurimis Petrus respondens postulavit, uti ad Dominum super aquas veniret.* Ambros. l. 2. de fide, to. 2. 479. d. 556. d. *Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas :* similiter l. 1. de Interpel. Job, c. 5. col. 631. b. at in Ps. 118. col. 1143. d. *super aquam ;* Ambrosiast. p. 200. c. cum Gaud. Brix. ser. 19. p. 973. h. *super aquas.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 332. f. *Dixit autem Simon Petrus : Domine*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 3. p. 67. e.

*Olli confidens respondet talia Petrus :*
*Si tua nos verè dignatur visere virtus,*
*Me pariter permitte tuo super æquora jussu*
*Fluctibus in liquidis immersos figere gressus.*

℣. 29. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. ritè conveniunt cum textu Colb. Item Clarom. nisi quòd habet *dixit*, pro *ait*. Corb. 1. ita : *Et ille dixit : Veni. Et descendit Petrus de navi, & ambulabat super aquam ut*, &c. S. Gat. *ambulabat supra mare ut veniret ad Jesum.* Maj. Mon. *supra mare ut ven. ad Dominum.* Cantabrig. *Qui autem dixit : Veni. Et descendens de navi Petrus, ambulavit super aquas ut veniret ad Jesum.* Ita quoque Græc. habet. Hilar. in hunc loc. col. 683. *Qui de navicula descendens, & progressus aliquantulum.* Gaud. Brix. ser. 19. p. 973. h. *At ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquas ut perveniret ad Jesum :* nec dissimiliter legit Cælestin. ep. 24. to. 1. 1206. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. f. *At ille ait : Veni. Et descendens Petrus super aquam ambulans ut veniret ad Jesum.* Juvencus l. 3. p. 67. d.

*Annuit bis Dominus. Navem mox linquere Petrus*
*Audet, & innixus figit vestigia ponto.*

℣. 30. Ms. Corb. 1. *Videns autem ventum validum, extimuit : & cùm cœpisset demergere, clamavit*, &c. ut in Vulg. Ipsi autem Vulgatæ Corb. 2. S. Germ. ambo, Clarom. S. Gat. &c. accinunt ad verbum : sicut Gaud. Brix. ser. 19. p. 973. h. & Græcum. Ms. Cantabrig. habet : *Videns autem..... timuit : & incipiens demergi, clamavit dicens : Domine, libera me.* Apud Hilar. in hunc loc. *Vento invalescente, & timere cœpit, & mergi.* Apud August. ser. 76. to. 5. 418. b. *& cùm cœpisset mergi, exclamavit : Domine, pereo, libera me.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. g. *Videns autem Petrus fluctum validum venientem ad se, timuit : & cùm cœpisset mergi, clamavit dicens : Domine, salvum me fac.* Juvencus l. 3. p. 67. e. eadem sic reddit :

*Verùm ubi tantarum mentem miracula rerum*
*Terrificant, ventique minas crebrescere cernit,*
*Paulatim cedunt dubio liquefacta timore,*
*Quæ validum fidei gestabant æquora robur :*
*Jamque Simon medio submersus corpore clamat :*
*Fluctibus horrendis pereuntem diripe Christe.*

℣. 31. Ms. Corb. 1. *Et confestim Jesus extendens manum, apprehendit eum*, &c. ut supra. Corb. 2. S. Germ. ambo, Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Cantabrig. sic : *Continuò autem Jesus extendens man. adprehendit eum : & dicit illi*, &c. Ita quoque in Græco est : al. Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς..... καὶ εἶπεν αὐτῷ. Hilar. in hunc loc. 683. *Quem apprehendens Dominus, objurgavit, cur fidei modicæ sit.* Cypr. l. 3. Testim. p. 317. c. & Ambr. in Ps. 118. col. 1241. a. *Modicæ fidei, quare dubitasti ?* ita rursum Ambros. l. 8. in Luc. col. 1393. d. & l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 631. b. ex pluribus Mss. sed ex quatuor melioris notæ, *quare titubasti ?* & ep. 78. col. 1094. d. *Minima fidei, quare dubitasti ?* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 219. c. *Modicæ fidei, quid dubitasti ?* Gr. εἰς τί ἐδίστασας; Gaud. Brix. ser. 19. p. 973. h. *Et continuò Jesus extendit man. & apprehendit eum, dicens illi : Modicæ fidei, quare dubitasti ?* Juvenc. l. 3. p. 67. e.

*Dextera confestim protenditur obvia Petro,*
*Et dubitata fides verbis mulcetur amaris.*

℣. 32. Mss. S. Germ. 1. & Maj. Mon. *Et cùm ascendisset in navicula*, &c. ut supra. Corb. 1. *Et cùm ascendisset in navem*, &c. S. Gat. *Et cùm ascendisset Jesus in navicula*, &c. Corb. 2. cum Clarom. *Et cùm ascendisset in naviculam*, &c. Cantabrig. verò, *Et ascendentibus in navi, quievit ventus.* Gr. Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ, &c. Copt. ἐμβάντος αὐτοῦ. Apud Hilar. in hunc loc. col. 683. *Ingressusque navem, tranquillitatem, vento & mari quiescente, revocavit.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. e.

*Ascensæque rati contraria flumina* ( al. *flamina* ) *cedunt.*

℣. 33. Ms. Corb. 2. congruit cum textu Colb. Clarom. verò & Sangerm. 1. cum Vulgata. Corb. 1. habet : *Et hi qui in navi erant, adoraverunt eum, dic. Verè Filius Dei es.* Cantabrig. *Qui autem in navi erant, venientes adoraverunt ei, dicentes : Verè Filius Dei es tu.* Ms. S. Gat. *adorabant eum*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Verè Dei Filius es.* Græc. Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, &c. ut in Vulg. Apud Hilar. in hunc loc. 684. c. *admirantes universi locuti sunt : Verè Filius Dei est :* similiter l. 6. de Trin. col. 912. f. *Verè Filius Dei est.* Ambr. verò l. 1. de fide, col. 466. d. legit : *Verè Dei Filius es.* August. quæst. 15. in Matth. *Verè Filius Dei es.* Juvencus l. 3. p. 67. f.

*Præsentemque Dei sobolem stupuere rogantes,*
*Cuncti navigio socios quos casus habebat.*

℣. 34. Vulgatæ respondent Mss. S. Germ. ambo, cum utroque Corb. Cantabrig. S. Gat. &c. nisi quòd Corb. 1. scribit *Gennesar*, S. Germ. 2. *Genesareth*, Cantabrig. *Gennasar.* Gr. Γεννησαρέτ· al. Γεννησαρά. Ms. Clarom. hîc mutilus est ; desunt nempe omnia ab hoc versu ad ℣. 12. capitis 18. Apud Hilar. in hunc loc. 684. c. sic : *Cùm transfretassent, venerunt in terram Gennesar.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Transierat tandem sulcans freta fervida puppis,*
*Optatumque gravis comprenderat anchora portum.*

℣. 35. Ms. Corb. 2. consentit cum textu Colb. Sangerm. verò ambo, Cantabrig. S. Gat. & Græc. cum Vulgata. Corb. 1. habet : *Et ut cognoverunt homines loci illius, adoraverunt eum ; & confestim miserunt in omnem confinem,*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

36. & rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

36. & rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*& obtulerunt ei omnes malè habentes.* Hilar. in hunc loc. 684. c. *Et cùm cognovissent eum viri loci illius, adorabant eum..: aliquos ex suis infirmos, ægrotosque* offerentes *Domino.* Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Conveniunt populi rapido per littora cursu*
*Portantes ægros .......*

℣. 36. Ita ferunt Mss. S. Germ. duo, Corb. 2. S. Gat. &c. Corb. 1. verò habet: *& rogabant eum ut tantùm fimbriam ..... Et quicunque tetig. salvati sunt.* Cantabrig. *& deprecabantur eum ut tantùm tangerent fimbriam vestim. ejus. Et quotquot tetig. salvati sunt:* nec absimile Græcum est. Hilar. in hunc loc. 684. d. ait: *oblatique fimbrias vestimentorum contingere optabant, sani per fidem futuri.* Juvencus l. 3. p. 67. f. addit:

*, ...... vestisque attingere fila*
*Extrema exoptant. Miroque hoc munere cuncti*
*Credentes referunt plenam per membra salutem.*

# CAPUT XV.

**Vulgata nova.**

Marc. 7. 1. 1. TUnc accesserunt ad eum ab Jerosolymis Scribæ, & Pharisæi, dicentes:

2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas cùm panem manducant.

3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit:

Exod. 20. 12. Deuter. 5. 16. Ephes. 6. 2. 4. Honora patrem, & matrem: & : Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

Exod. 21. 17. Levit. 20. 9. Prov. 20. 20. 5. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit:

6. & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

1. TUnc accesserunt ad eum Scribæ, & Pharisæi ab Jerosolymis, dicentes:

2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas cùm panem manducant.

3. Ipse autem respondit illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit:

4. Honora patrem tuum, & matrem tuam: & : Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.

5. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit:

6. & non honorificat patrem suum, & matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. concordant cum textu Colb. nisi quòd Germ. hab. *ab Jerosolyma.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. nil omnino differunt à Vulgata. Cantabrig. fert: *Tunc accedunt ad eum ab Jerosolymis Pharisæi, & Scribæ, dicentes:* Græc. Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς, &c. Hilar. in hunc loc. 684. f. consentit cum textu Colb. Juvencus l. 3. p. 67. f.

*Ecce Pharisæi, Scribæque hinc inde dolosi*
*Captantes Christum, promunt fallacia dicta.*

℣. 2. Textui utrique nostro favent Mss. Corb. ambo, Cantabrig. S. Gat. &c. cum Græco. In Germ. 2. *Quare discip. ..... traditiones,* &c. In Sangerm. 1. *non enim lavunt manus cùm panem manducant.* Apud Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Cur tua discipulos patitur doctrina labare*
*Præceptis veterum? Manibus nam cura lavandis*
*Præterit, assumuntque simul cum sordibus escas.*

℣. 3. Ms. Corb. 1. *At ille respondens ait illis: Quare...... propter vestram traditionem,* &c. Ita quoque Græc. habet præter hoc ult. ἐνετείλατο λέγων, *mandavit dicens,* pro *dixit.* Corb. 2. *Jesus autem respondens ait illis,* &c. Cantabrig. *Qui autem respondens dixit: Quare ...... Deus enim dixit.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Iren. l. 4. c. 9. p. 238. d. *Quare vos frustramini præceptum Domini propter tradit. vestram? Deus enim dixit:* at infra, c. 11. p. 241. b. *Quare vos transgredimini præceptum Dei,* &c. Hieron. in Isai. 29. col. 247. c. *Quare & vos præteritis mandatum Dei propter traditiones vestras?* August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. f. *Ut quid & vos transgredimini mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis? Deus enim dixit:* & in Gal. to. 3. 945. f. *dissolventes,* inquit, *mandatum Dei propter traditiones suas.* Siric. PP. ep. 10. to. 1. p. 687. d. *Rejecistis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Auctor quæst. ex V. T. q. 16. p. 48. e. *Quare & vos præteritis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis? Nam Deus dixit.* Juvencus l. 3. p. 67. f.

*Ille sub hæc fatur: Magis hoc est quærere dignum*
*Transgressi mandata* (al. *præcepta*) *Dei quod proditis omnes.*
*Namque Deus,* &c. quæ infra.

℣. 4. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colb. sicut etiam Sangerm. 1. detracta voce *tuam.* Ita quoque Gr. habet; sed Mss. plures delent σου, post *patrem;* unde Sangerm. 2. & Corb. 1. legunt *Honora patrem, & matrem: & : Qui maledixerit patri, vel matri, morte morietur.* S. Gat. *patrem tuum, & matrem tuam...... morietur.* Cantabrig. *Honora patrem, & matrem: & : Qui maledicit patri, aut matri, morte morietur.* Apud Iren. l. 4. c. 9. p. 238. d. ut in Vulgata, nisi excipiatur conjunct. *aut,* pro *vel.* Sic etiam Cyprian. epist. 73. p. 135. c. Item August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. f. excepto ult. *morietur.* Apud Auct. quæst. ex V. T. q. 16. p. 48. e. *Honora patrem tuum, & matrem: & : Qui ...... aut matri,* &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 3. p. 67. f.

*.... . Deus mortem defixa lege* (al. *morte*) *minatur,*
*Si genitor cuiquam verbo lædatur amaro,*
*Vel genitrix nati verbis pulsetur acerbis.*

℣. 5. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. deest tamen *est* in Sangerm. 1. sicut in Græco. In Corb. 1. verò ita: *Vos autem dicitis: Quicunque maledixerit patri suo, vel matri suæ, reus erit gehennæ ignis.* In Cantabrig. *Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, aut matri, Munus quod ex me, tibi prodest.* Apud Ambr. l. 8. in Luc. 1491. d. *Quicunque dixerit, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit.* Apud Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 422. d. *Quia quicunque dixerit patri, & matri, Munus,* &c. ut supra. Apud August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. f. *Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, vel matri, Munus quod est ex me, proderit.* Apud Auct. quæst. ex V. T. q. 16. p. 48. e. *Vos autem dicitis: Quicunque dix. patri, aut matri, Omne munus quodcunque fuerit ex me, tibi proderit.* Juvencus l. 3. p. 67. f. hunc versum non reddit.

℣. 6. Ms. S. Germ. 1. *non honorificabit patrem suum, aut matrem: & irritum fecistis mandat. Dei,* &c. Corb. 2. *non honorificavit patrem suum, aut matrem: & irritum fecistis verbum Dei,* &c. Cantabrig. *non honoravit patrem suum: & irritum fecistis verbum Dei propter tradit. vestram.* Corb. 1. *quod non honorificavit patrem suum, vel matrem suam: & irritum fecistis verbum Dei propt. tradit. vestram, quam tradidistis:* hoc ult. additum videtur ex Marci cap. 7. ℣. 13. Græc. καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα, &c. ut in Vulg. Iren. l. 4. c. 9. p. 238. d. *& frustrati estis sermonem Dei propter traditionem vestram.* Ambr. l. 8. in Luc. col. 1491. d. *non honorificabit patrem, aut matrem.* Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 422. d. *& non honorificabit patrem suum, & matrem.* August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 298. f. non



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 7. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias, dicens:

8. Plebs hæc labiis me honorat: cor autem illorum longè est à me.

9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

10. Et convocatis ad se turbis, dixit illis: Audite, & intelligite.

11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit de ore, hoc communicat hominem.

12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quòd Pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt?

13. At Jesus respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.

14. Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum: cæcus enim si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.

VULGATA NOVA.

7. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias, dicens:

8. Populus hic labiis me honorat: cor autem Isai. 29.
eorum longè est à me. 13.

9. Sine causa autem colunt me, docentes do- Marc.
ctrinas & mandata hominum. 7. 6.

10. Et convocatis ad se turbis, dixit eis: Au- Marc.
dite, & intelligite. 7. 14.

11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt?

13. At ille respondens ait: Omnis plantatio, Joan.
quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradi- 15. 2.
cabitur.

14. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæco- Luc. 6.
rum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, am- 39.
bo in foveam cadunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*honorabit patrem suum: & irritum fecistis verbum Dei propter vestram traditionem.* Auct. quæst. ex V. T. q. 16. p. 48. e. *& non honorificabit patrem, aut matrem suam.* Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Irrita vos isthæc facitis, perversa docendo.*

℣. 7. Itidem Mss. S. Germ. Corb. Cantabrig. S. Gat. & Græcum; sicut etiam Hieron. in Isai. 29. col. 247. c. Apud Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Quàm manifesta vigent de vobis dicta prophetæ!*

℣. 8. Ms. Corb. 1. *Plebs ista labiis me honorat: nam cor eorum longè est à me.* Corb. 2. *Plebs hæc me labiis honorat: cor autem illorum,* &c. Cantabrig. *Populus hic labiis me diligit: cor autem eorum,* &c. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græc. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· i. e. *Appropinquat mihi populus iste ore suo, & labiis me honorat: cor autem,* &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 712. a. *Populus iste me labiis diligit: cor autem eorum longè absistit à me.* Cypr. ep. 68. p. 118. *Populus iste labiis suis honorificat me: cor verò eorum longè separatum est à me.* Hilar. in Ps. 148. col. 590. a. *Plebs hæc labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me.* Similiter Auct. quæst. ex N. T. q. 79. col. 75. d. f. & Ambrosiast. p. 61. e. Ambros. verò in Ps. 118. col. 1212. d. & l. de virginit. to. 2. 244. a. & ep. 41. col. 960. d. cum Vulg. concinit: item Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 422. d. at in Isai. 29. to. 3. 247. c. *Populus hic lab. me honorat: cor autem ejus longè est à me.* Gaud. Brix. in serm. p. 965. b. *Populus hic me labiis diligit: cor verò eorum longè est à me.* Juvenc. l. 3. p. 67. f.

*Me populus summis labiis sublimat honore:*
*Sed diversa procul cordis secreta pererrant.*

℣. 9. Textui Colb. consonant Mss. S. Germ. 1. S. Gat. &c. sic etiam in Corb. 2. & Cantabrig. deletâ conjunctione &. In Germ. 2. *me colunt, docentes doctrinas &,* &c. In Corb. 1. *docentes doctrinam &,* &c. Græc. Cantabrigiensi favet: quidam tamen Ms. fert καὶ ἐντάλματα; alii plerique tollunt καί. Cypr. ep. 68. p. 118. legit: *Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 422. f. *Sine causa autem me colunt, docentes,* &c. ut in textu Colb.

℣. 10. Ms. Corb. 1. *Et convocatis ad se turbis, dixit ad illos: Audite vos, & intelligite.* Cantabrig. *Et convocans turbam, dixit eis: Audite, & intelligite.* Germ. verò ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. textui Colb. favent. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, &c. ut in textu Lat. Aug. l. 16. cont. Faust. to. 8. 304. a. *Et convocatis turbis, ait illis: Audite, & intelligite.* Juvencus l. 3. p. 67. g.

*Accipite ergo omnes, auresque advertite cordis.*

℣. 11. Ms. Corb. 1. *Non quod intrat in os, coinquinat hom. sed quod procedit ex ore, coinquinat hominem.* Corb. 2. *sed quod proc. de ore, hoc coinquinat hom.* quæ postrema pars integra abest à Germ. 2. In Cantabrig. verò sic: *Non omne quod intrat in os, communicat hominem: sed quod egreditur de ore, illud communicat hominem.* In Sangerm. 1. ut in Vulg. sicut etiam in Græco. Tertul. l. cont. Psych. p. 982. c. ait, *Non his communicari hominem, quæ in os inferantur; sed quæ ex ore proferuntur:* similiter l. de pat. c. 8. p. 201. b. Ambrosius de apol. Dav. col. 731. d. & in Ps. 118. col. 1102. c. legit: *Non enim quod intrat in os, coinquinat hom. sed quod exit de ore.* Hieron. autem in Matth. to. 4. 67. d. *Non quod intrat in os, communicat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc communicat hominem:* tum addit: *Verbum* communicat (Gr. κοινοῖ) *propriè Scripturarum est, & publico sermone conteritur.* Similiter apud August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 304. a. d. *Non quod intrat in os, communicat hom. sed quod proc. de ore, communicat hominem:* at l. de mor. Eccl. to. 1. 712. b. 727. b. *Non quod intrat in os vestrum, vos coinquinat, sed quod exit:* sic etiam l. de contin. to. 6. 299. a. Juvencus l. 3. p. 67. g.

*Non illata homini, fuerint quæcunque, pudendis*
*Sordibus aspergent, vitave, animove sedebunt:*
*Erumpunt hominum sed quæ penetralibus oris,*
*Internam miserè maculabunt edita mentem.*

℣. 12. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. & S. Gat. textui Colb. congruunt. Corb. 1. verò habet: *Tunc accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Scis quia Pharisæi audito hoc sermone, scandalizati sunt?* Cantabrig. *Tunc accedentes discipuli, dicunt ei: Scis quoniam Pharisæi audientes verbum, scandalizati sunt?* Græc. textui Colb. respondet, deleto uno *hoc* ante *verbo:* abest tamen αὐτοῦ, ab 1. Ms. post *discipuli;* & in aliis, loco εἶπον, *dixerunt,* est λέγουσιν, *dicunt.* Apud Aug. l. 16. contra Faust. to. 8. 304. b. *Tunc accedentes discipuli, dixerunt ad eum: Scis,* &c. ut in textu Colb. & l. cont. Adim. col. 132. g. *Scis quia Pharisæi audito verbo, scandalizati sunt?* Apud Juvencum l. 3. p. 67. g.

*Discipuli Christo memorant quæ verba loquentis*
*Occulto traherent Scribarum pectora risu.*

℣. 13. Ms. S. Germ. 1. *Jesus verò respondens ait: Omnis,* &c. ut in textu. Corb. 2. *At Jesus respondens,* &c. Cantabrig. *Qui autem respondens dixit,* &c. Corb. 1. *Jesus autem respondens ait,* &c. paulòque post delet pronom. *meus.* Sangerm. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accedunt unà cum Græco; ab uno tamen Ms. abest adject. οὐράνιος, post *Pater.* Tertul. quoque l. de præscr. c. 3. p. 330. c. dicit, *plantam, quam non plantavit Pater,* eradicandam. Cypr. epist. 49. & 73. pp. 64. c. 135. b. *Omnis plantatio,* &c. ut in textu, cui succinit Hilar. in Ps. 1. n. 10. col. 21. rursusque in Matth. col. 684. f. & l. 6. de Trin. col. 895. a. sed absque τῷ *cœlestis.* Eadem voce carent Ambros. l. de parad. to. 1. 146. b. Faustin. Presb. l. cont. Arian. p. 642. b. Cœlestin. ep. 25. to. 1. 1215. a. & Xistus III. epist. 6. p. 1256. c. August. verò l. contra Adim. to. 8. 132. g. & l. 16. cont. Faust. col. 304. b. cum Vulgata concinit, sicut Ambrosiast. p. 121. f. necnon Leo M. serm. 38. p. 101. d. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 6. p. 3. a. Apud Juvencum l. 3. p. 67. g. sic:

*Ille dehinc: Genitor plantarum semina noster,*
*Quæ non ipse sui consevit in æquore ruris,*
*Abjiciet penitus radicibus eruta longè.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. *Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadent.* Sic etiam habet Sangerm. 2. excepto uno, *præstet,* loco *præbeat.* Corb. 1. *Sinite illos: cæci sunt enim duces cæcorum: cæcus autem si cæco viam demonstret, uterque in foveam cadunt.* Corb. 2. *cæci sunt duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum dederit, ambo in fov. cadent.* Cantabrig. *Sinite cæcos: cæci sunt duces: cæcus autem cæcum si ducat, utrique incidunt in foveam.* Gr. Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν· τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ,

## Vulgata nova.

Marc. 7. 17. 15. Respondens autem Petrus dixit ei : Edissere nobis parabolam istam.

16. At ille dixit : Adhuc & vos sine intellectu estis ?

17. Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur ?

18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem :

19. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ :

20. hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

21. Et egressus inde Jesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.

Marc. 7. 25. 22. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

15. Respondens autem Petrus dixit ei : Dissere nobis parabolam istam.

16. At ille dixit : Adhuc & vos sine intellectu estis ?

17. Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur ?

18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, hæc coinquinant hominem :

19. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ :

20. hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

21. Et egressus inde Jesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.

22. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis

## Notæ ad Versionem antiquam.

ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται· nonnulli Mss. τυφλοί εἰσιν ὁδηγοὶ τυφλῶν· alii in fine, ἐμπεσοῦνται. Tertul. l. de præscr. c. 14. p. 333. b. ait : *cæcus ad cæcos in foveam deducaris necesse est*. Cypr. ep. 40. p. 54. a. *cæci sunt duces cæcorum : cæcus autem cæcum ducens, simul in foveam cadent* : similiter l. de unit. Eccl. p. 200. b. præter ult. *cadunt*. Hilar. in Matth. col. 685. a. ait, *cæcis ipsis, & ducibus cæcorum casum in foveam esse communem*. August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 304. c. *Sinite illos : cæci sunt duces cæcorum : cæcus autem si cæcum ducat, ambo in fov. cadunt* : sic etiam in Job, to. 3. 654. d. *cæci sunt duces cæcorum* : at l. contrà Adim. to. 8. 132. g. Vulgatæ consentit : sicut Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. f. nisi quòd extremò hab. *cadent*. Optat. l. 1. cont. Donat. p. 18. a. *cæcus cæcum si duxerit, utrique in foveam cadunt* ; al. *uterque in foveam cadit*. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 33. p. 160. c. *cæci sunt duces cæcorum : cæcus autem dum cæcum ducit* (al. *cæcum ducens*,) *simul in foveam cadunt*. Felix VI. ep. 3. Conc. to. 4. 1057. a. *cæcus cæco ducatum præbens, cum eodem mergitur in foveam*. Juvencus l. 3. p. 67. g.

*Cæcus forte ducem cæcum si nactus oberret,*
*Decidet in foveam pariter demersus uterque.*

℣. 15. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Respondens autem Petrus dixit ei : Narra nobis parab. istam*. Sic etiam in Cantabrig. deleta vocula *ei*. Corb. 1. *dixit : Dic nobis similitudinem istam*. Germ. 2. textui Colb. favet. Gr. εἶπεν αὐτῷ· Φράσον ἡμῖν τὴν παραβ. &c. August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 304. c. *ait illi : Narra nobis parab. istam* : at l. contra Adim. col. 133. a. *Edissere nobis parab.* &c. Juvencus l. 3. p. 67. g.

*Tunc petit absolvi Petrus quid quæstio vellet,*
*Ipse Pharisæis quam mox Scribisque dedisset.*

℣. 16. Textui Colb. consentiunt Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. Corb. 1. verò habet : *Quibus ait : Adhuc & vos insensati estis ?* Cantabrig. *Qui autem dixit : Adhuc & vos insipientes estis ?* Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε ; à Ms. quodam abest Ἰησοῦς. Apud Aug. l. de mend. to. 6. 438. d. & l. cont. Adim. to. 8. 133. a. omnia ut in textu Colb. at l. 16. contra Faust. col. 304. d. legit : *Adhuc & vos insipientes estis ?* Hesych. in Levit. l. 1. c. 5. p. 67. f. *Adhuc & vos sine intellectu estis ?* Juvenc. l. 3. p. 67. g.

*Tum sator æternæ respondit talia vitæ :*
*Vos etiam duro discluditis omnia corde*
*Jussa, nec admittit mentis dubitatio lucem ?*

℣. 17. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. Corb. 1. autem : *Non intelligitis, quoniam omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per secessum abjicitur ?* Cantabrig. *Non intellig. quia omne quod introit in os, in ventrem cadit, & in secessum mittitur ?* Græc. Οὔπω νοεῖτε, ὅτι..... εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται ; Apud August. l. de mend. to. 6. 438. d. & cont. Adim. to. 8. 133. b. omnia ut in textu Colb. item l. 16. contra Faust. col. 304. c. præter hoc 1. *Et non intelligitis*, ult.que, *& in latrinam emittitur*. Apud Hesych. verò in Levit. l. 1. c. 5. p. 67. f. *Nescitis, quia omne quod ingreditur in os*, &c. ut in Colb. Apud Juvenc. l. 3. p. 67. g.

*Nam quæcunque hominum veniunt extrinsecus ori,*
*In ventrem cedunt, animoque incognita currunt.*

℣. 18. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. nisi quòd hab. & *ipsa*, loco *hæc*. Corb. 1. *Quæ autem exeunt de ore, de corde procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem*. Cantabrig. *Quæ autem exeunt de ore, de corde exeunt, illa communicant hominem* ; ad marg. hîc & inf. ℣. 20. *coinquinant*, alia quidem manu, sed veteri. Sangerm. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, nec refragatur Græcum. Eidem pariter accinit August. l. de mendac. to. 6. 438. d. & l. cont. Adim. to. 8. 133. a. at. l. 16. cont. Faust. col. 304. e. legit : *Quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt, & illa communicant hominem*. Hesych. in Levit. l. 1. c. 5. p. 67. f. *Quæ autem egrediuntur de ore, de corde exeunt, & hæc inquinant hominem*. Juvencus l. 3. p. 67. h.

*Quæ verò interno concepta è pectore promunt*
*Ora hominum, mentem possunt aspergine labis*
*Polluere, immundoque hominem maculare piaclo.*

℣. 19. Ms. S. Germ. 2. hab. *adulteria, blasphemiæ, detractiones, fornicationes, furta, falsa testimonia*. Germ. 1. verò, Corb. 1. Cantabrig. S. Gat. &c. textui Colb. consentiunt, & Græco. Sic etiam in Corb. 2. nisi quòd ult. voci *blasphemiæ*, subduntur, *avaritiæ, nequitiæ ; doli, impudicitiæ, oculus malus* ; quæ huc translata sunt è Marci c. 7. ℣. 22. Hilar. in Ps. 118. col. 304. c. legit : *de corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, lascivia, fornicationes, furta, falsitates, blasphemiæ* : & infra, 332. a. *deintus exeunt cogit. malæ, cædes, mœchiæ, fornic. furta, falsitates, blasphemiæ* : at in Ps. 130. col. 443. e. omnia ut in textu Colb. Ita quoque ap. Ambros. in Ps. 118. col. 1102. c. necnon August. l. de mend. to. 6. 438. d. & l. contra Adim. to. 8. 132. g. item l. 16. cont. Faust. col. 304. e. præter hoc 1. *nam de corde*. Apud Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 519. a. *de corde egrediuntur cogitationes pessimæ* ; &c. ut in textu. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. f. *de corde enim exeunt cogit. malæ, homicidium, adulterium, blasphemia, falsa testimonia*. Apud Hesych. l. 1. in Levit. c. 5. p. 67. f. *etenim de corde exeunt cogit. malæ, homicidia, adulteria, falsa testim. furta, blasphemia*. Apud Juvencum l. 3. p. 67. h.

*Secreto cordis promuntur noxia vitæ*
*Consilia, & cædes, & furta nefanda thororum ;*
*Et fraudes, fallaxque hominum pro testibus error,*
*Et rabida cælum pulsans insania vocis.*

℣. 20. Mss. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. concinunt cum textu Colb. & Græco. Ita quoque S. Germ. 1. nisi quòd utrobique habet *coinquinant*. Corb. 1. primo loco, *communicant*, altero *coinquinat*. Cantabrig. *hæc sunt, quæ communicant hominem. Inlotis autem manibus manducare, non communicat hominem*. Similiter habet August. l. 16. contra Faust. to. 8. 304. e. præter hoc, *Non lotis* : at l. de mendac. to. 6. 438. d. & l. contra Adim. to. 8. 133. b. legit, *coinquinant ..... coinquinat*. Ambros. pariter in Ps. 118. col. 1102. c. *hæc sunt, quæ coinquinant hominem* ; sicut Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. f. Hilarius verò in Ps. 118. col. 332. a. *hæc enim sunt, quæ communem hominem faciunt*. Juvencus l. 3. p. 67. h.

*Hæc sunt, quæ maculant hominem, quæ sordibus implent ;*
*Illotis autem manibus non polluit unquam*
*Corporis arbitrio terrenum sumere victum.*

℣. 21. Ms. Corb. 1. *Et egressus .... secessit in regionem Tyri & Sidonæ*. Cantabrig. *Et exiens ..... secessit in partes Tyri & Sidonæ*. Sangerm. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. textui Colb. respondent & Græco, nec refragatur Hilar. in hunc loc. col. 685. b. Vigil. autem Tapf. l. cont. Varimad. p. 747. e. legit : *Cùm venisset Jesus in partes Tyri & Sidonis*. Juvencus l. 3. p. 67. h.

*Hæc ubi dicta dedit, pulcherrima rura Syrorum*
*Sidonem Tyrumque petit.....*

℣. 22. Ms. Corb. 1. *Et ecce mulier Chan. de finibus illis*

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. egressa clamabat, dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur.

23. At Jesus non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte illam: quia clamat post nos.

24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domûs Israël.

25. At illa venit, & adorabat eum, dicens: Adjuva me Domine.

26. Ipse autem respondens ait: Non licet accipere panem filiorum, & mittere canibus.

27. At illa dixit: Utique Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

28. Tunc respondens Jesus, ait: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia illius ex illa hora.

## VULGATA NOVA.

egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur.

23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos.

24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domûs Israël. Sup. 10. 6.

25. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine, adjuva me. Joan. 10. 3.

26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

28. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*egressa clamabat ad eum, dicens: Miserere..... filia mea à dæmonio malè vexatur.* Corb. 2. *egressa à finibus illis.* Sangerm. 1. nil differt à Vulg. nec etiam Mss. S. Gat. & Maj. Mon. Sangerm. 2. verò delet voculas *ei*, & *malè*. Cantabrig. habet: *Et ecce mul. Chan. de finibus illis exiens clamabat post illum, dicens: Miserere.... filia mea malè dæmonizatur.* Græc. Vulgatæ favet. Ms. tamen quidam hab. ἔκραξεν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγουσα, loco ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα, quod in aliis est. Hilarius in hunc loc. col. 685. b. c. & Ambros. l. 5. in Luc. col. 1383. b. necnon l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. a. accinunt textui Colb. Hieron. in Ezech. 27. 887. a. legit: *filia mea malè vexatur à dæmonio.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. p. 103. c. *filia mea malè à dæmonio torquetur.* Juvencus l. 3. p. 67. h. sic pergit:

*....... Tùm femina fusis*
*Crinibus, & precibus, natam causata jacentem,*
*Volvitur, & tacitum non desinit* (al. *deserit*) *anxia Christum*
*Orare, ut mentem vexatam dæmone sævo*
*Redderet, & miseræ tandem resipisse liceret.*

℣. 23. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. consonant; sicut etiam Cantabrig. nisi quòd ipso initio hab. *Qui autem.* Corb. 1. *Ille autem non respondit ei verbum. Et accesserunt discipuli, & rogabant eum dicentes,* &c. Sangerm. 2. *Qui non respondit ei ullum verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant dicentes,* &c. Græc. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη, &c. ut in textu. Epiphan. comment. in Cantic. Cant. 1. 2. *Dimitte eam: quia clamat post nos.* Hilar. in hunc loc. col. 685. b. ait: *Dominus silet; discipuli pro ea rogant.* Juvencus l. 3. p. 67. h.

*Tunc etiam precibus sectantum discipulorum*
*Respondit......*

℣. 24. Textui Colb. accinunt Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 1. nisi quòd hab. *ad oves perditas domûs Israël:* ita quoque in Græco. In Cantabrig. Lat. sic: *Qui autem respondens dixit: Non sum missus nisi ad oves has, quæ perierunt,* &c. Apud Tertul. l. de præscr. c. 8. p. 332. a. *Non sum missus nisi ad oves perditas domûs Israëlis:* similiter l. 4. adv. Marc. p. 700. c. præter unum *Israël.* Suffragantur Hilar. in Matth. col. 685. b. & Gaud. Brix. ser. 7. p. 952. h. Ambros. verò l. de parad. to. 1. 161. c. legit: *Non veni nisi ad oves perditas domûs Israël:* sic etiam l. de Joseph, c. 3. col. 486. c. & l. de bened. Patr. c. 11. col. 526. f. at l. de Joseph c. 12. to. 1. 506. b. & in Ps. 43. col. 907. c. necnon l. 2. de fide, to. 2. 489. c. *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt,* &c. Itidem August. in Joh. 7. & 10. to. 3. 525. a. 608. g. Juvencus l. 3. p. 68. a. eadem sic reddit:

*Respondit, proprias genitoris malle bidentes*
*Cogere, quas magnus* (al. *vanus*) *latè disperserat error.*

℣. 25. Ms. S. Germ. 1. nil differt à textu Colb. Sangerm. 2. habet: *At venit, & adorabat eum, dicens: Domine, adjuva me.* Corb. 2. *Adjuva me Domine.* Cantabrig. *Quæ autem veniens adorabat, ei dicens: Domine, adjuva me.* Corb. 1. *At illa veniens, adorabat eum, dicens: Adjuva me Domine.* Græc. codici Cantabr. favet. Hilar. in hunc loc. 685. b. ait: *Illa verò adorans, adjuvari se postulat.* Vigil. Tap. l. cont. Varimad. p. 747. e. *clamat, dicens: Adjuva me Domine.* Juvencus l. 3. p. 68. a.

*Crebriùs instanti,* &c.

℣. 26. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. consonant. Corb. 1. habet: *At ille respondens ait ad illam: Non licet accipere panem filiorum,* &c. Cantabrig. *Qui autem respondens dixit: Non licet accipere panem,* &c. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accedunt. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν..... καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις· Ms. 1. εἶπεν αὐτῇ, deinde alter Οὐκ ἔξεστι λαβεῖν. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 700. c. *Non est auferre panem filiis, & dare eum canibus:* & l. de præscr. c. 8. p. 332. a. dicit: *Nondum canibus jactabat panem filiorum.* Hilar. in Matth. 15. col. 686. b. *Non licet accipere panem filiorum, & dare canibus.* Ambros. in Ps. 43. col. 907. d. *Non licet accipere panem filiorum, & mittere catulis.* Similiter habet Ambrosiast. p. 130. f. præter ult. *canibus.* Ita quoque Auctor quæst. ex V. T. q. 39. p. 54. d. Hieron. in Ezech. 27. to. 3. 887. a. ac epist. ad Damas. de fil. prod. to. 4. 151. a. *Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus.* August. quæst. 37. in Jud. to. 3. 606. c. & l. de fide & op. to. 6. 182. c. cum Epiphan. comment. in 1. 2. Cantici Cantic. *Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus:* idem Aug. in ep. ad Rom. to. 3. 924. a. 932. f. *Non est bonum panem filiorum mittere canibus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. p. 103. d. *Non est bonum tollere panem filior. & dare canibus.* Similiter habet Gaud. Brix. in serm. p. 957. b. Juvencus l. 3. p. 68. a.

*....... tum talia fatur Iesus:*
*Natis quisque suis panem non detrahet unquam,*
*Et canibus jaciet.....*

℣. 27. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. & Græco. Sic etiam Corb. 2. habet, præter vocem *canes*, loco *catelli;* S. Gat. *catuli.* Corb. 1. *At illa dixit: Ita Domine: nam & catuli edunt de micis dominorum suorum.* Sangerm. 2. *Etiam Domine: nam & catelli edunt de mensa dominorum suorum.* Cantabrig. *Quæ autem dixit: Etiam Domine: & canes enim edent de micis, quæ cadent de mensis dominorum suorum.* Hilar. in hunc loc. col. 686. c. ait: *Sed Chananæa respondit micis, quæ de mensa exciderint, pasci catellos.* Ambros. l. 5. & 8. in Luc. col. 1383. c. 1474. a. cum Epiphan. ubi sup. *Utique Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum:* & in Ps. 43. col. 907. f. *quia & catuli canum edunt de micis,* &c. August. in ep. ad Rom. to. 3. 932. f. *Ita Domine: nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de mensa domin. suorum.* Juvenc. l. 3. p. 68. a.

*...... Tum talia femina fatur:*
*Micarum saltem canibus sua portio mensæ*
*Decidit, & nihilo dominorum cœna gravatur.*

℣. 28. Ms. Corb. 2. nil omnino differt à textu Colb. uti nec S. Germ. 1. nec S. Gat. à Vulgata. Sangerm. 2. legit: *Tunc respondit Jesus, ait illi,* &c. Corb. 1. *Tunc Jesus respondens, dixit ad eam: O mulier, magna est fides tua: contingat tibi ut vis. Et sana facta est filia ejus ex illa hora.* Cantabrig. *Tunc respondens, dixit ei: O mulier, magna est tua fides: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ab hora illa.* Ita quoque in Græco, addito uno ὁ Ἰησοῦς, ad *respondens*, deleto verò *est*, post *magna*. Apud Hilar. in hunc loc. 685. c. *O mulier, magna est fides tua;* paulòque post: *Et in tempore ipso puellæ sanitas reddita est.* Item ap. Ambr. l. 8. in Luc. col. 1474. a. *O mulier, magna est fides tua:* & l. 5. col. 1383. c. *fiat tibi sicut vis:* similiter in Ps. 43. col. 907. f. Apud Juvencum l. 3. p. 68. a.

*Tum Dominus loquitur: Veniant tibi digna salutis*
*Præmia, quæ fidei meruerunt robora tanta.*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

29. Et cùm transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.

Isai. 35. 5. 30. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos:

31. ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israël.

Marc. 8. 1. 32. Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo jam perseverant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.

33. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

34. Et ait illis Jesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos.

35. Et præcepit turbæ, ut discumberent super

## Versio antiqua.

29. Et cùm transisset inde Jesus, venit iterum secus mare Galilææ: & ascendens in monte, sedebat ibi. Ex Ms. Colbert.

30. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum cæcos, claudos, debiles, mutos, & alios multos: & projecerunt eos ante pedes ejus, & curavit eos omnes:

31. ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israël.

32. Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ huic, quia triduum est jam quòd perseverant mecum, & non habent escam: & dimittere eos nolo jejunos, ne deficiant in via.

33. Dicunt autem ei discipuli ejus: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturentur turbæ?

34. Et ait illis Jesus: Quot panes hîc habetis? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisces.

35. Et præcipit turbæ recumbere in terra.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*Talia Salvator verbis & voce loquutus,*
*Virginis & mentem, discusso dæmone, virtus*
*Complexam implevit donis fœcunda salutis.*

℣. 29. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Et cùm transisset inde, venit iterum secus mare*, &c. ut in Vulg. Sic etiam habet Sangerm. 2. addito nomine *Jesus*, post *inde*. Corb. 1. *Et cùm recessisset inde Jesus, venit secus mare*, &c. Cantabrig. *Et transiens inde Jesus, venit secus mare... & ascendens in monte*, &c. Græc. Vulgatæ congruit. Juvencus l. 3. p. 68. a.

*Inde Galilæas repedat Salvator in oras:*
*Præcelsique procul montis consedit in arce*, al. *conscendit in arcem.*

℣. 30. Ms. S. Germ. 1. concinit cum textu Colb. detracta voce *multæ*; posito verò *ad*, loco *ante*. Sangerm. 2. hab. *secum multos claudos, cæcos, debiles, & alios multos: & projicierunt eos ad*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et ascenderunt ad eum turba multæ, habentes secum surdos, cæcos, claudos, mancos, debiles, & multos alios mutos: & substraverunt eos ante pedes ejus, & curavit eos.* Corb. 2. *Et accesserunt ad eum turba* (al. manu *multæ*,) *habentes secum claudos, cæcos, debiles, mutos, & alios multos: & projec. eos ad ..... & curavit eos omnes.* S. Gat. *ante pedes ejus.* Cantabrig. *Et accesserunt ad eum turba multæ, habentes secum claudos, cæcos, sideratos, & alios multos: & projec. eos sub pedibus ejus, & curavit eos omnes.* Græc. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες ..... χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλούς· καὶ ἔρριψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς· quidam Mss. loco τοῦ Ἰησοῦ, ferunt αὐτοῦ· quidam etiam ultimò addunt πάντας. Hieron. in Matth. 15. to. 4. 70. b. ait: *In eo loco, ubi Latinus Interpres transtulit* debiles, *in Græco scriptum est* κυλλοὺς, *quod non generale debilitatis, sed unius infirmitatis est nomen ..... nos proprietatem hujus verbi non habemus.* Apud Hilar. in hunc Matth. loc. col. 686. d. *Continuò in monte obsessi vario genere morborum, à turbis Domino offeruntur.* Apud Juvencum l. 3. p. 68. a. ita:

*Haud mora, conveniunt populi, secumque trahebant*
*Pars captos oculis, & crurum debile vulgus*, al. *& vulgus debile crura,*
*Elinguesque alii, morbique vocabula mille:*
*Omnibus ille tamen languores dempsit amaros,*
*Viribus & validis venerando munere donat.*

℣. 31. Ita ferunt Mss. S. Germ. 1. Corb. ambo, S. Gat. &c. Sangerm. 2. habet, *multos loquentes, cæcos videntes, claudos ambulantes.* Cantabrig. *ita ut turba miraretur, videns surdos loquentes, sideratos incolumes, & claudos ambulantes, & cæcos videntes: & glorificaverunt Deum Israël.* Græc. ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν, &c. nonnulli Mss. initio hab. τὸν ὄχλον; unus κωφοὺς ἀκούοντας; alii ἀλάλους λαλοῦντας; plerique καὶ ἐδόξαζον. Hieron. in hunc loc. to. 4. 70. c. ait Interpretem Latinum *de* κυλλοῖς *tacuisse, quia quid è contrario diceret non habebat.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. b. sic:

*Tum populi pariter miracula tanta frequentant,*
*Æternoque Patri laudes gratesque celebrant.*

℣. 32. Ms. S. Germ. 1. *Jesus autem ..... dixit: Misereor turbæ, quia triduum est jam quòd perseverant mecum, & non habent quod manducent*, &c. ut in Vulg. Similiter habet S. Germ. 2. præter hoc, *turbæ huic.* Corb. 1. *Misereor huic turbæ, quoniam jam triduum est quòd adhærent mihi, & non habent quod edant*, &c. Corb. 2. *quia triduum est jam quòd perseverant mecum, & non habent quod manducent: & dimitt. eos jejun. nolo, ne fortè deficiant in via.* Cantabrig. *Jesus autem convocans discipulos suos, dixit: Misereor super turbam hanc, quia jam dies tres sunt, & sustinent me, & non habent quid manducent: & dimitt. eos jejunos nolo, ne dissolvantur in itinere:* hæc autem ult. *ne dissolvantur*, &c. cùm in Græco, tum in Latino illic insertum est secunda manu, sed vetere. Græc. hod. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπε· Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ..... μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ. Hilar. in hunc loc. col. 686. e. *Jesus autem, convocatis discipulis, ait: Misereor turbæ huic, quia triduum est jam quòd perseverat mecum:* subinde addit: *quam dimittere jejunam non vult, ne in via præ inedia deficiat.* Ambros. l. 5. Hex. col. 113. b. 114. a. *Misereor hujus turbæ, quia triduum est quòd perseverant mecum, & non habent escam: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via:* & l. 6. in Luc. col. 1401. f. *Misereor hujus turbæ, quia triduum est jam quòd perseverant mecum:* paulòque post: *dimittere eos jejunos nolo*, &c. & l. 2. de interpel. David, c. 7. col. 649. c. *triduum habent quòd perseverant mecum: & dimittere eos jejunos*, &c. ut sup. Vigil. Tapſ. p. 749. g. *Misereor huic turbæ, quoniam triduum habent: & dimittere eos jejunos nolo.* Juvencus l. 3. p. 68. b.

*Discipulos Christus cogens in vertice montis,*
*Secretè alloquitur: Plebis miseratio multa est,*
*Tertia nam terris remeant jam lumina solis*
*Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum:*
*Jejunam nolim tantam dimittere plebem,*
*Ne labor afficiat populos per longa viantes.*

℣. 33. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Dicunt* (Ms. Corb. *Et dicunt*) *ei discipuli: Unde ergo in deserto panes tantos, ut saturentur turba?* S. Germ. 2. *Et dicunt ...... Unde ergo nobis in des. panes tantos, ut saturarentur turbæ tantæ?* Corb. 1. *Dixerunt illi discipuli: Unde ergo nobis panes in deserto, ut saturentur turba?* Cantabrig. *Et dicunt ei discip. ejus: Unde ergo nobis in des. panes tanti, ut satientur turba tanta?* Similiter in Ms. S. Gat. *panes tanti.* Maj. Mon. *panes tantos in deserto, ut saturentur turba tanta?* Græc. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον; Ms. 1. delet αὐτοῦ, post μαθηταὶ; alter verò adjicit οὖν, ad Πόθεν; ultimòque Paris. 6. habet ὄχλον τοσούτους. Juvencus l. 3. p. 68. b. hunc versum non reddit. Hilarius verò in Matth. col. 686. f. ait: *Causantur discipuli panes non esse tantos, quibus expleri saturarique possit* (turba tanta.)

℣. 34. Ms. Corb. 1. *Ait illis Jesus: Quot panes habetis? Responderunt: Septem, & duos pisces.* Cantabrig. *Et dicit eis Jesus: Quot panes habetis? Qui autem dixerunt: Septem, & paucos pisciculos.* Sangerm. uterque favet Vulgatæ & Græco, sicut Corb. 2. S. Gat. &c. Hilar. in Matth. col. 687. a. dicit: *Percontatus est Dominus, quot panes haberent. Responderunt illi, septem panes esse, & paucos pisces.* Juvencus l. 3. p. 68. b.

*Discipuli Christo ostendunt septem sibi panes*
*Esse, & pisciculos alimenta ad proxima paucos.*

℣. 35. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Et præcepit turba discumbere in terram.* Corb. 1. *supra terram recumbere.* Can-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

36. Et accepit Jesus panes, & pisces, & gratias egit, & fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo.

37. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et quod abundavit de panibus, tulerunt septem sportas plenas.

38. Erant autem qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra pueros & mulieres.

39. Et, dimissa turba, ascendit in naviculam: & venit in finibus Magedan.

VULGATA NOVA.

terram.

36. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.

37. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.

38. Erant autem qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres.

39. Et, dimissa turba, ascendit in naviculam: & venit in fines Magedan.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tabrig. *Et cùm jussisset turbas discumbere supra terram, accepit*, &c. ut infra. S. Germ. 2. Vulgatæ consonat. Græc. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· al. ϗ παραγγείλας τῷ ὄχλῳ ..... ἔλαβε, &c. Apud Hilar. in Matth. col. 687. a. *Turbis jubetur in terram discumbere.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. b.

*Tunc populum jussit terræ per terga cubare.*

℣. 36. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. consentiunt textui Colb. nisi quòd Germ. tollit hoc, *& fregit*, uterque verò addit pronom. *suis*, post *discipulis*. Sangerm. 2. habet: *Et accipiens Jesus septem*, &c. ut in Vulg. sed absque pronom. *suis*. Corb. 1. *Et acceptis septem panibus, & duobus piscibus, gratias agens, fregit, & dedit discipulis, & discipuli turbis.* Cantabrig. *Accepit septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dabat discipulis, discipuli autem turbæ.* Græc. Καὶ λαβὼν τὺς ἑπτὰ ἄρτυς, ϗ τὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας, ἔκλασε, ϗ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ· Mſ. 1. delet ἑπτὰ; al. habet, καὶ εὐχαριστήσας ..... ϗ ἐδίδυ· al. delet seq. αὐτῦ; al. extremò hab. τοῖς ὄχλοις. Hilar. in Matth. 687. a. *Et Dominus panes, ac pisces accipiens, gratias egit, & fregit, & discipulis præfracta, ut offerrent, dedit.* Juvencus l. 3. p. 68. b.

*Quodque fuit, totum propriis decerpere palmis,*
*Et cunctæ curat mensatim tradere plebi,*
*Discipuli ponunt epulas*, &c.

℣. 37. Mſ. Corb. 2. concinit cum textu Colb. nisi quòd hab. *abundaverat*, pro *abundavit*. Sangerm. 1. *Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et quod superavit de fragmentis, tulerunt*, &c. ut supra. Similiter habet Cantabrig. præter unum *fragmentorum*, loco *de fragmentis*. Corb. 1. *Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt quod superavit, septem sportas panibus plenas.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Gr. Καὶ ἔφαγον πάντες...... Καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ, &c. Hilar. in Matth. 687. a. ait: *Sed fragmenta panum septem, paucorumque piscium explent*, &c. Juvencus l. 3. p. 68. b.

....... *populusque repletur*
*Ad satiem dapibus. Relegunt mox fragmina panis,*
*Et sportas referunt, cumulato pondere, septem.*

℣. 38. Itidem in Mſ. Corb. 2. excepto uno *manducaverant*. Corb. 1. verò habet: *Et qui manducaverunt, erant ferè quatuor millia, exceptis pueris & mulieribus.* Cantabrig. *Qui autem manducaverant, erant quatuor millia viri, exceptis infantibus & mulieribus.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ consonant, nisi quòd Germ. alter initio delet *autem*. Græc. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν ϗ παιδίων· al. ὡς τετρακισχίλιοι. Hilar. in Matth. 687. a. sic narrat: *Explent virorum* 4000, *ita tamen quòd replendis septem sportis præfractus panis, saturatis omnibus, abundavit.* Juvencus l. 3. p. 68. b.

*Quatuor ex omni fuerant tum millia plebe*, al. *plebis*,
*Nec numero quisquam matres puerosque notavit.*

℣. 39. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. consonant textui Colb. nisi quòd Germ. scribit *in navicula*, ultimòque Corb. 2. *Magedam*. Corb. 1. *Et, dimissis turbis, ascendit in naviculam: & venit in fines Magedan.* Cantabrig. *Et dimittens turbas, ascendit navem: & venit in finibus Magadan*; S. Germ. 2. *Magidan*. Græc. Καὶ ἀπολύσας τὺς ὄχλυς, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον· ϗ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλὰ, al. Μαγδαλὰν, al. Μαγαδάν. August. l. 2. de conf. Evang. to. 3. 78. c. ait: *Marcus hoc idem subjicit* (8. 10.) *quod Matthæus, nisi quòd* Dalmanutha, *quod in quibusdam codicibus legitur, non dixit Matthæus, sed Magedan.* Apud Hilar. in Matth. col. 688. b. sic: *Turba dimittitur satiata..... & navem..... plebe comitatus ingreditur.* Apud Juvencum l. 3. p. 68. c.

*Inde Mageddarum navi transcurrit in oras.*

---

# CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes eum: & rogaverunt illum ut signum illis de cœlo ostenderet.

2. At ille respondens, ait: Cùm serò factum est, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cum nubibus cœlum.

3. Et manè: Hodie tempestas est, rubicundum

VULGATA NOVA.

1. ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogaverunt eum ut signum de cœlo ostenderet eis. Marc. 8. 11.

2. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Luc. 12. 54.

3. Et manè: Hodie tempestas, rutilat enim

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. 1. *Et accesserunt ad eum Pharis. & Sadducæi tentantes: & interrogaverunt eum, dicentes ut ostenderet eis signum de cælo.* Cantabrig. *Et accedentes Pharisæi & Sadducæi tentantes eum, interrogaverunt ut signum de cælo ostenderet eis.* Ita quoque in Græco est, postposita voce αὐτὸν, *eum*, verbo *interrogaverunt*. Sangerm. ambo cum Vulgata concinunt; necnon Corb. 2. deleto uno *eum*, post *rogaverunt*. Hilar. in hunc loc. 688. d. nil differt à Vulg. nisi quòd ponit *illis*, ante *ostenderet*. Juvencus l. 3. p. 68. c.

*Ecce Pharisæi Sadducæique dolosi*
*Noscere tentantes instant cælestia signa.*

℣. 2. Mſ. S. Germ. 1. *At ille respondens, ait: Cùm serò factum fuerit, dicitis: Serenum erit, rubicundum enim est cum nubibus cælum.* S. Germ. 2. *At ille resp. ait eis: Facto vespere dicitis: Serenum erit cras, rubicundum est cælum.* S. Gat. & Maj. Mon. *Serenum erit cras, rubic. est enim cælum cum nubibus.* Corb. 1. *Jesus autem respondens, ait illis: Cùm serò factum fuerit, dicitis: Serenum erit, rubicundum enim est cælum.* Corb. 2. *Jesus autem respondit illis, ait: Cùm serò factum fuerit, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cum nubibus cælum.* Cantabrig. *Qui autem respondens, dixit: Serò factum dicitis serenum, rubic. est enim cælum.* Græc. Vulgatæ favet, nisi quòd habet simpliciter Εὐδία, *Serenitas*, loco *Serenum erit.* August. quæst. 20. in Matth. to. 3. 243. f. legit cum Vulg. *Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cælum.* Hæc autem tota cum ℣. seq. 3. asterisco notantur in Mſ. quodam Græco, si Millio fides: desunt pariter in ed. Paris. 6. Quinimo Hieronymus comment. in hunc loc. relatis totis à ℣. 1. ejusdem cap. ad hoc usque ℣. 4. *Et relictis illis*, &c. subdit: *Hoc in plerisque codicibus non habetur, sensusque manifestus est, quòd ex elementorum ordine atque constantia possint & sereni & pluviæ dies prænosci.* Hilar. tamen in eund. loc. 688. e. eadem sic memorat: *Multa eos de natura cæli conjicere solere respondit, cùm rubicundo aut ortu, aut vespere, serenum, nimbosumve pronuncient.* Juvencus pariter l. 3. p. 68. c.

*Sed Christus cernens fallacia pectora, fatur:*
*Convexum quoties claudit nox humida cælum,*
*Si ruber astrifero procedit vesper olympo,*
*Dicitis: Adveniet ventura luce serenum.*

℣. 3. Mſ. S. Germ. 1. textui Colb. congruit, detracto uno *est*, post *tempestas*, Corb. 1. *Manè autem: Tempestas*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

triſte cœlum.

4. Faciem ergo cœli dijudicare noſtis : ſigna
Sup. 12. autem temporum non poteſtis ſcire ? Generatio
39. mala & adultera ſignum quærit : & ſignum non
Jonæ 2. dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ. Et relictis
1. illis, abiit.

5. Et cùm veniſſent diſcipuli ejus trans fretum,
obliti ſunt panes accipere.

Marc. 6. Qui dixit illis : Intuemini, & cavete à fer-
8. 15. mento Phariſæorum, & Sadducæorum.
Luc. 12. 7. At illi cogitabant intra ſe dicentes : Quia
1. panes non accepimus.

8. Sciens autem Jeſus, dixit : Quid cogitatis
intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis ?

9. Nondum intelligitis, neque recordamini
Sup. 14. quinque panum in quinque millia hominum, &
17. quot cophinos ſumpſiſtis ?
Joan. 6. 10. neque ſeptem panum in quatuor millia ho-
9. Sup. 15. minum, & quot ſportas ſumpſiſtis ?
34.

VERSIO ANTIQUA.

enim eſt cum triſtitia cœlum. Ex Mſ. Colbert.

4. Faciem ergo cœli noſtis æſtimare : ſigna autem temporum non poteſtis ſcire ? Generatio mala & adultera quærit ſignum : & non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ. Et relictis illis, abiit.

5. Et cùm veniſſet trans fretum, obliti ſunt diſcipuli ejus panes accipere.

6. Jeſus autem dixit illis : Attendite vobis à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.

7. Tunc cogitabant inter ſe dicentes : Quia panes non accepimus.

8. Sciens autem Jeſus, dixit : Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis ?

9. Nondum intellexiſtis, neque meminiſtis de quinque panibus in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis ?

10. neque de ſeptem panibus in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*rubicundum eſt cum triſtitia cœlum.* Corb. 2. *Et manè dicitis : Tempeſtas erit, rubicundum eſt enim cum triſtitia cœlum.* Cantabrig. *Et manè : Hodie pluvia, rubet enim triſte cœlum.* Græc. Καὶ πρωΐ· Σήμερον χειμών, πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Auguſt. quæſt. 20. in Matth. to. 3. col. 243. g. *Et manè : Hodie tempeſtas, rubet enim cum triſtitia cœlum.* Juvencus l. 3. p. 68. c.

*Jamque ſub exortu ſolis ſi triſtia rubro*
*Nubila miſcentur confuſa luce colori,*
*Dicitis agricolis nautiſque venire fragoſam*
*Ventorum rabiem, tempeſtatumque furores.*

℣. 4. Mſ. S. Germ. 1. *Hypocritæ, faciem ergo cœli noſtis æſtimare : ſigna autem temporum non poteſtis ? Generatio mala ſignum quærit : & ſignum non dab. ei, ni ſignum Jonæ*, &c. quæ ſupra. Sangerm. 2. quoque, & S. Gat. carent verbo *ſcire* ; loco verò *æſtimare*, Mſ. S. Gat. habet *judicare* ; Maj. Mon. *exiſtimare*. Corb. 1. *Hypocritæ, faciem quidem cœli ſcitis diſcernere : ſigna autem temporum non poteſtis ſcire ? Generatio mala ſignum deſiderat : & ſignum non dab. ei, niſi ſignum Jonæ*, &c. Corb. 2. *Faciem cœli quidem noſtis æſtimare : ſigna autem temporum non poteſtis cognoſcere ? Generatio mala ſignum*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Faciem quidem cœli ſcitis judicare : ſigna autem temporum non poteſtis ? Generatio mala ſignum quærit : & ſignum non dab. ei, niſi ſign. Jonæ. Et relinquens eos, abiit.* Græcè, Ὑποκριταὶ, τὸ μὲν πρόσωπον, &c. ut in Vulg. præter unum *ſcire*, quod deeſt : abeſt etiam τὸ, Ὑποκριταὶ à pluribus Mſs. alii verbo δύνασθε, ſubdunt δοκιμάζειν, al. γνῶναι ; codex 1. delet hoc, τοῦ προφήτου : de his totis vide Millium. Apud Auguſt. quæſt. 20. in Matth. to. 3. 243. g. *Faciem ergo cœli judicare noſtis : ſigna autem temporum non poteſtis ?* Hilar. quoque in hunc loc. 688. e. ait : *Porro autem ignorare eos temporum ſigna* (reſpondit,) *ſed ortûs è cœlo ſignum his terreſtre conſtituit ..... dandum dicens Jonæ ſignum ..... Et relictis illis, abiit.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. c.

*Fallaces, noſtis faciem diſcernere cœli :*
*Sæclorum verò neſcitis tempora ſignis*
*Explorare ſuis ? Sed vobis ſigna dabuntur,*
*Quæ maris immenſo quondam venere profundo,*
*Bellua cum tenuit ventris ſub carcere Vatem.*

℣. 5. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 2. cum textu Colb. concinunt. S. Germ. 2. S. Gat. &c. cum Vulgata & Gr. Corb. 1. habet : (abiit) *in regionem quæ trans erat, & obliti ſunt diſcipuli ejus panes tollere ſecum.* Cantabrig. *Et venientes trans, obliti ſunt diſcipuli panes accipere.* Hilar. in hunc loc. 689. b. nil differt à textu Colb. Apud Juvenc. l. 3. p. 68. c. ita :

*Hæc ait : & properè puppis retinacula ſolvens,*
*Trans freta contendit rapido comprendere curſu*
*Arva Philipporum*, &c.

℣. 6. Mſ. Corb. 2. conſentit cum textu Colb. Ita quoque in Sangerm. 1. hoc addito, *& cavete*, poſt *vobis*. Corb. 1. hab. *Et dixit ad eos : Videte, & cavete à fermento*, &c. quæ ſupra. Sangerm. 2. *Dixit illis : Adtendite vos, & cavete à ferm.* &c. Cantabrig. *Jeſus autem dixit eis : Videte, & adtendite à fermento*, &c. Ita quoque in Græco eſt ; à quibuſdam tamen codd. abeſt nomen Ἰησοῦς. Iren. l. 4. c. 41. p. 288. a. legit : *Attendite à fermento Phariſ. & Sadducæorum.* Lucif. Cal. l. de non conven. cum hær. p. 226. a. *Attendite vobis à fermento Phariſ. & Sadducæorum.* Hilar. in Matth. col. 689. b. concordat cum textu Colb. Ambroſius l. 7. in Luc. col. 1456. f. & Ambroſiaſt. p. 128. a. *Cavete à fermento Phariſ.* Anonym. apud Ambroſ. col. 5. c. *Intuemini, & cavete à ferm.* &c. Hieron. in Amos 4. col. 1400. d. *Cavete vobis à fermento.* Gaud. Brix. ſerm. 7. p. 952. h. *Attendite vobis, & cavete à fermento Phariſ. & Sadduc.* Juvenc. l. 3. p. 68. d.

*...... ſociiſque hæc talia fatur :*
*Sollicitè vobis vitentur noxia farra,*
*Fermentumque ferox veſtris avertite menſis.*
*Illa Phariſæi, Sadducæique doloſi*
*Admiſcent eſcis*, &c. quæ inf.

℣. 7. Mſ. S. Germ. 1. *Tunc illi cogitabant inter ſe*, &c. quæ ſupra. Sangerm. 2. *At illi cogitabant inter ſe*, &c. Corb. 1. *At illi cogitab. intra ſe dicentes : Ideo hoc dicit, quia panes non attulimus.* Corb. 2. *Tunc cogitabant intra ſe*, &c. ut in textu Colb. Similiter habet Cantabrig. præter *inter ſe*. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt & Græco. Lucif. Cal. l. de non conv. cum hær. p. 226. b. *Tunc cogitabant inter ſe dicentes : Quia panem non habemus.* Juvencus l. 3. p. 68. d. antecedentibus addit :

*...... falluntque in nomine panis.*

℣. 8. Itidem Mſs. Cantabrig. S. Gat. & Maj. Mon. Sangerm. 1. verò habet : *Quibus cogitantibus dixit : Quid cogitatis inter vos*, &c. ut ſupra. Corb. 2. *Quibus cogitantibus dixit Jeſus : Quid cogitatis intra vos*, &c. S. Germ. 2. *Sciens autem Jeſus cogitationes eorum, dixit : Quid cogitatis inter vos*, &c. Corb. 1. *Quo cognito, Jeſus dixit ad illos : Quid cogitatis intra vos*, &c. Græc. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς ...... ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε ; Mſs. plures delent αὐτοῖς ; alii verò habent ultimò, ἔχετε, non ἐλάβετε. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hær. p. 226. b. *Quibus cogitantibus dixit Jeſus : Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panem non habetis ?* Juvenc. l. 3. p. 68. d.

*Cur vobis tacitas volvit cunctatio mentes ?*
*Proh, quàm* (al. *Pro qua*) *parva fides, ſenſu torpente, fatiſcit !*
*Dicitis averſi, navi quòd tollere panes*
*Non fuerit vobis vacuum, farriſque cavendas*
*Inſidias jubeam*, &c.

℣. 9. Mſ. S. Germ. 1. *Nondum intelligitis, neque meminiſtis quinque panum quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis ?* Ita quoque in Græco eſt. S. Germ. 2. *Nondum intellegiſtis, neque meminiſtis quinque panum in quinque millia*, &c. Similiter habet Corb. 2. excepto verbo, *intellexiſtis*. Corb. 1. *Nondum intelligitis, neque in mente habetis de quinque panibus, & quinque millia hominum, quot cophinos ſuſtuliſtis ?* Cantabrig. *Nondum intelligitis, neque meminiſtis, quando quinque panes quinque millibus, & quot cophinos accepiſtis ?* Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. b. *Nondum intelligitis, neque meminiſtis quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophinos ſumpſeritis ?* Juvenc. l. 3. p. 68. d.

*......., Meminiſſe, & ſcire putabam*
*Quòd panes quini plebis mihi millia quinque*
*Implerint dapibus, cophiniſque ſuperflua tantis*
*Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum.*

℣. 10. Mſs. S. Germ. ambo cum Corb. 2. *neque ſeptem panum, & 4000. hominum*, &c. ut ſupra. Corb. 1. *& ſeptem panes in 4000. hominum, & quot ſportas tuleritis ?* Cantabrig. *nec ſeptem panes quatuor millibus, & quot ſportas accepiſtis ?* Gr. οὐδὲ τοὺς ..... τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας ..... ἐλάβετε ; Lucif. Cal. l. de non conven. cum hær. p. 226. b. *neque ſeptem panum, & ſeptem millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis ?* Juvencus l. 3. p. 68. d.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ms. Colbert. 11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Attendite à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum?

12. Tunc intellexerunt, quia non dixit à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum attenderent sibi.

13. Venit autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis?

14. At illi dixerunt: Alii Johannem Baptistam, alii autem Eliam, alii verò Jeremiam, aut unum ex prophetis.

15. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis?

16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi.

### Vulgata nova.

11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum?

12. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.

13. Venit autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Marc. 8. 27. Luc. 9. 18.

14. At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii verò Jeremiam, aut unum ex prophetis.

15. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis?

16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi. Joan. 6. 69. 70.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*Quatuor & rursum cœnantum millia panes*
*Quòd faciliè implerint septem, sportasque referri*
*Vidistis rursus completas relliquiarum.*

℣. 11. Ms. S. Germ. 1. *Quare non intelligitis, quia..... Cavete à ferm. Sadducæorum, & Pharis.* Corb. 1. *Quomodo non intelligitis*, &c. ut in Vulg. Corb. 2. *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi: Attendite à ferm.* &c. Cantabrig. *Quomodo non intellegistis, quia non de panibus dixi: Attendite de fermento Pharis.* &c. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Πῶς ὐ νοεῖτε, ὅτι ὐ περὶ ἄρτυ εἶπον ὑμῖν· Προσέχειν ἀπὸ τῆς, &c. Mss. nonnulli περὶ ἄρτων; alii plures, Προσέχειν, προσέχετε δὲ ἀπὸ, &c. al. Προσέχετε, absque præced. Προσέχειν; de quibus vide Millium. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. b. *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi: Attendite à fermento Pharis. & Sadduc.* Similiter ap. Ambros. l. 1. de pœnit. to. 2. 411. e. detracto *Quare.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. d.

*Sed moneo istorum semper fermenta cavenda.*

℣. 12. Ms. S. Germ. 1. *Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum à ferm. panum, sed à doctrina Pharis. & Sadducæorum attenderent sibi.* Corb. 1. *Tunc intellexerunt, quia non dixit illis ut abstinerent à fermento Pharis. & Sadduc. sed à doctrina illorum.* Corb. 2. *Tunc intellexerunt, quia non dixit à fermento, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.* Cantabrig. *Tunc intellex. quia non dixit: Adtendite de fermento, sed de doctrina Pharis. & Sadducæorum.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, nisi quòd Germ. scribit, *panium.* Græc. Τότε συνῆκαν, ὅτι ὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῦ ἄρτυ, ἀλλ' ἀπὸ, &c. ut in Vulg. quidam delent τῦ ἄρτυ. Hilar. in hunc loc. col. 689. e. ait: *Absoluta omnis de fermento Pharisæorum, & Sadduc. obscuritas est.* Item Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 291. c. *Evangelista manifestiùs faciens, addit: Dixerat autem eis de doctrina Pharisæorum.* Juvenc. l. 3. p. 68. d.

*Discipuli tandem vitalia verba sequuti,*
*Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.*

℣. 13. Itidem Mss. S. Gat. & Maj. Mon. sicut alii duo S. Germ. 1. & Corb. 2. præterquam quòd habent: *Quem me dicunt homines esse? Filium hominis?* Germ. 2. *Quem me homines dicunt*, &c. Corb. 1. *Et cùm venisset Jesus in regionem Cæsaræa Philippi, interrogabat ...... dicens: Quem me dicunt esse homines? Filium hominis?* Cantabrig. *Veniens autem Jesus in partes Cæsariæ Philippi, interrogabat discip. dicens: Quem me dicunt hom. esse? Fil. hominis?* Græc. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππυ, ἠρώτα τὺς μαθητὰς αὐτῦ, λέγων· Τίνα με λέγυσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; Τὸν υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ; quidam codd. tollunt με, post Τίνα; sed plerique addunt ut supra. Similiter Iren. l. 3. c. 18. p. 210. c. *Quem me homines dicunt esse? Filium hominis?* Hilar. in Matth. col. 689. d. *Venit autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discip. suos:* subinde, 690. b. *Quem se homines esse dicerent: & adjecit: Hominis Filium?* & infra: *Quem me homines esse dicunt? Filium hominis?* & in Ps. 119. col. 372. c. *Quem me dicunt homines? Filium hominis?* Ambros. in Ps. 61. col. 956. c. *Quid me dicunt esse homines? Filium hominis?* & l. de Incarn. to. 2. 709. d. *Quem me dicunt esse homines?* at l. 10. in Luc. to. 1. 1521. b. *Quem dicunt esse homines Filium hominis?* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 78. e. *Quem me dicunt homines esse? Filium hominis?* In editt. quidem exciderat *me*, sed in optimæ notæ Mss. habetur, ut in Græco. Idem etiam August. serm. 232. to. 5. 981. e. legit: *Quem me homines esse dicunt? Filium hominis?* & tr. 25. in Joh. to. 3. 489. a. *Interrogans discipulos, ait: Quem me dicunt esse homines? Filium hominis?* Item Capreol. Carthag. epist. ad Vital. Conc. Hispan. to. 2. 199. *Quem me dicunt homines esse? Filium hominis?* Eadem occurrit lectio apud Leonem M. Apud Juvenc. l. 3. p. 68. d. ita:

*Inde ubi perventum est liquidi per terga profundi,*
*Clara Philippæo qua pollent nomine rura,*
*Cogit concilium sectantum discipulorum,*
*Et quærit quem se populorum fama putaret.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. *At illi dixerunt: Johannem Baptistam..... alii autem Hieremiam, aut unum de prophetis.* Sic etiam Cantabrig. habet, præter hoc, *Qui autem dixerunt.* Corb. 1. *At illi responderunt, dicentes: Johannem Bapt.* &c. ut in textu Colb. cui textui consonant ad verbum Corb. 2. S. Germ. 2. S. Gat. &c. nec dissonum Græcum est, nisi quòd hab. Οἱ μὲν Ἰωάννην, loco *Alii Johannem.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1521. b. *alii Eliam, alii Jeremiam, aut unum de prophetis:* & l. de Incarn. col. 710. e. *aut Eliam, aut Jeremiam, aut unum ex prophetis.* August. in Joh. 6. to. 3. 489. a. *Et illi: Alii Johannem, alii Eliam, alii Jeremiam, aut unum ex prophetis:* at serm. 232. to. 5. 981. e. *Alii dicunt quòd Elias es, alii quia Johannes Baptista, alii quia Jeremias, aut unus ex prophetis.* Juvencus l. 3. p. 68. e.

*Respondent multas plebis tunc esse loquelas,*
*Crebrius audisse, & multos firmare quòd esset*
*Justus Ioannes, populos qui flumine lavit:*
*Pars memorat volucris famæ sibi cognita verba,*
*Eliam venisse iterum, quem præpete cursu*
*Turbine cœlesti quondam simulata quadrigis*
*Astris inseruit rapidæ vis fervida flammæ:*
*Jeremiam dixere alii, pars esse prophetam.*

℣. 15. Ita ferunt Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. S. Gat. &c. sicut etiam Sangerm. 2. nisi quòd hab. initio, *Dixit illis.* Corb. 2. *At ille ait illis: Vos verò quem me esse dicitis?* Cantabrig. *Dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse?* Ita quoque in Græco est; in Mss. tamen nonnullis additur ὁ Ἰησῦς, post *Dicit illis.* Apud Hilar. in Ps. 119. col. 372. c. *Vos autem quem me dicitis?* al. *Vos autem quid dicitis?* Apud Ambros. l. de Incarn. to. 2. 710. e. *Vos autem quid me dicitis?* Apud August. in Joh. 6. col. 489. b. *Et ille: Vos verò quem me dicitis esse?* & serm. 232. to. 5. 981. e. *Nunc ergo vos quem me esse dicitis?* Apud Optat. l. 7. cont. Donat. p. 105. c. *Vos quem me dicitis esse?* al. *Tu Petre, quem me esse dicis?* Capreol. Carthag. epist. ad Vital. p. 199. *Vos autem quem me dicitis esse?* Auct. l. de voc. gent. c. 23. p. 14. b. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 25. p. 109. b. *Vos autem quem me esse dicitis?* Juvencus l. 3. p. 68. e.

*Tunc Christus cunctis arridens pectore blando,*
*Conquirit quæ sit sententia discipulorum.*

℣. 16. Itidem Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. sicut Corb. 1. addito uno *ad eum*, verbo *dixit.* Cantabrig. *Respondens autem Simon Petrus dixit ei: Tu es Christus, filius Dei salvatoris;* ad marg. *viventis*, alia quidem manu, sed veteri. Græcè pariter ibid. prima manu σώζοντος, pro quo emendatum ζῶντος, ut in aliis Græcis est. Iren. l. 3. c. 18. p. 210. c. *Tu es Christus, filius Dei vivi.* Tertul. cont. Marc. p. 853. b. *Tu es filius Dei.* Novatian. de Trin. p. 1043. c. *Tu es filius Dei vivi.* Hilar. in Matth. 690. c. *Petrus respondit: Tu es Christus, filius Dei vivi:* sic etiam l. 6. de Trin. col. 903. a. Concinit Ambros. l. 6. & 10. in Luc. col. 1406. a. 1521. b. & l. 2. de fide, to. 2. 493. f. & l. de Incarn. col. 709. e. at l. 8. in Luc. col. 1474. e. *Tu es filius Dei vivi.* Ita quoque Optat. l. 7. contra Donat. p. 105. c. August. in Joh. 6. to. 3. 489. b. 496. b. & in Joh. 19. col. 800. g. *Respondit Petrus: Tu es Christus, filius Dei vivi:* item serm. 232. to. 5. 981. f.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona: quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.

Joan. 1. 42. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.

Isai. 22. 22. 19. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Joan. 20. 23.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Jona: quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.

18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non prævalebunt adversùs eam.

19. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hæc ead. repetit, sed absque *Respondit Petrus*. Similiter Leo M. serm. 2. p. 51. e. & Auct. l. de voc. gent. c. 23. p. 14. b. & Epiphan. in Cantic. Cantic. 6. 5. at sup. in 3. 3. postremus iste tollit *vivi*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 25. p. 109. b. legit: *Responderunt: Tu es Christus, filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti*. Apud Juvencum pariter l. 3. p. 68. e.

*Sed stabilis Petrus: Tu Sancti filius, inquit,*
*Christus, magnifico terras qui lumine comples.*

℣. 17. Concinunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. sicut etiam Cantabrig. detractâ voculâ *ei*, post *dixit*. Corb. 1. habet: *Et respondens Jesus, dixit ad eum: Beatus es..... non enim caro, & sanguis revelavit tibi .... qui est in cœlis*. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, &c. ut in textu. Colb. & Vulgata. Tertul. l. cont. Marc. p. 853. b. dicit *Beatum Petrum* affirmasse, *cui non caro, neque sanguis revelasset, sed Pater, qui in cœlis est*. Nec dissimilia refert Iren. l. 3. c. 18. p. 210. c. Item apud Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Beatus es Simon Bar Jona: quoniam hoc tibi non revelavit caro, & sanguis*, &c. ut in textu. Hilar. in Matth. col. 691. a. *Beatus hic est*, inquit, *qui ultra humanos oculos & intendisse, & vidisse laudatus est, non id quod ex carne & sanguine erat contuens, sed Dei filium cœlestis Patris revelatione conspiciens*: & l. 6. de Trin. col. 903. a. *Petro non caro, neque sanguis revelavit, sed Pater, qui in cœlis est*: & in Ps. 138. col. 518. f. *non caro, non sanguis revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est*. Ambros. l. 6. & 7. in Luc. col. 1406. c. 1426. f. *Beatus es Simon Bar Jona: quia non caro, & sanguis revelavit tibi, sed*, &c. ut supra. Hier. in Isai. 52. & 65. to. 3. 380. d. 479. f. *non revelaverunt tibi, sed*, &c. August. in Joh. 1. to. 3. 350. g. *Beatus es Simon Bar Jona: quia non tibi revelavit caro, & sanguis, sed Pater meus, qui est in cœlo*: & in Joh. 6. 496. b. *Beatus es ..... quia ..... sed ...... qui in cœlis est*: similiter in Joh. 11. 622. c. at inf. d. *non caro, & sanguis tibi revelavit hoc, sed*, &c. & in Ps. 55. to. 4. 525. f. *quia non tibi caro, & sanguis revelavit hoc, sed Pater*, &c. serm. verò 232. to. 5. 981. e. nil differt à textu Colb. nec etiam Leo M. serm. 2. p. 53. f. nec Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 23. & 27. p. 14. b. 31. e. nec Maxim. Taurin. in hom. p. 34. c. Apud Juvenc. l. 3. p. 68. e.

*Tum Dominus forti respondet talia Petro:*
*Petre, beatus eris: nam talia pandere certè*
*Humanus sanguis, vel terræ portio corpus*
*Haud unquam poterit: Genitoris munera sola*
*Possunt tam validum fidei concedere robur.*

℣. 18. Ms. S. Germ. 1. *Et ego tibi dico: Tu es Petrus*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et ego tibi dicam, quia tu es Petrus, & super istam petram ..... & portæ inferorum non vincent eam*. Corb. 2. *Et ego dico tibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ...... & portæ inferni non prævalebunt ei*. S. Germ. 2. *Et ego dico tibi, quia ..... & portæ inferni non prævalebunt adv. eam*. Cantabrig. *Et ego autem dico tibi, quia: .... & portæ inferorum non prævalebunt ei*. Græc. Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ...... καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Tertul. l. de pudic. p. 1014. b. pariter leg. *super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*. Cypr. ep. 27. p. 37. c. *Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo eccl. meam, & portæ inferorum non vincent eam*: similiter l. de unit. Eccl. p. 195. a. præter *hanc petram*. Hilar. in Ps. 131. col. 447. c. ait, *Petrum..... super quem ecclesiam ædificaturus erat, adversùs quam portæ inferni nihil prævalerent*, &c. Ambros. in Ps. 40. col. 879. f. cum Maximo Taurin. in homil. p. 38. c. 41. f. & Arnobio de Deo trino, p. 213. a. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt ei*: rursum l. de bono mort. c. 12. col. 413. a. *portæ inferi non præval. ei*: vide etiam l. 4. de fide, col. 531. d. & epist. 43. col. 972. e. Ambrosiast. p. 236. f. *super istam petram ædificabo eccl. meam*. August. ser. 232. to. 5. 981. e. *Et ego dico tibi: Tu es Petrus, & super hanc p. æd. eccl. meam, & portæ inferorum non vincent eam*: & in Ps. 55. to. 4. 525. f. *Propterea tu es Petrus, & super istam petram ...... & portæ inferorum non vincent eam*: quæ ult. verba rursum habet ep. 53. col. 120. f. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 30. b. *Tibi dabo claves..... & portæ inferorum non vincent eas*. Bonif. I. ep. 15. to. 1. 1041. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædif. eccl. meam*. Gelas. I. ep. 14. Conc. to. 4. 1215. e. *Tu es Petrus, & sup. hanc petram fundabo eccl. meam*, &c. ut in Vulg. Laurent. Mediol. de mul. Chan. Analect. to. 2. p. 21. *super hanc petr. æd ..... & portæ inferorum non prævalebunt ad eam*. Fulg. l. 1. de rem. pecc. p. 374. *Tu es Petrus, & sup. hanc petr. ædific. eccl. meam, & portæ inferorum non*, &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ succinunt ad verbum Leo M. serm. 2. p. 53. f. ac 60. c. & S. Pacian. ep. 3. p. 311. h. Apud Juvencum l. 3. p. 68. f.

*Tu nomen Petri digna virtute tueris,*
*Hac in mole mihi saxique in robore ponam*
*Semper mansuras æternis mœnibus ædes:*
*Inferni domus hæc non exsuperabile portis*
*Claustrum perpetuo munitum robore habebit.*

℣. 19. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. concordant cum textu Colb. nisi quòd hab. singulariter, *ligaveris*, & *solveris*. Ita quoque in Corb. 1. sed præterea deest &, ante *dabo*, sicut post *ligata*, & *soluta*. Cantabrig. legit: *Tibi dabo ..... Et quodcunque ligaveris ..... erit ligatum in cœlis: & quod solveris in terra, erit solutum in cœlis*. Græc. Vulgatæ consonat, detracto duplici &, ante *in cœlis*. Tertul. l. de præscr. c. 22. p. 334. c. ait, *Petrum claves regni cœlorum consecutum, & solvendi & alligandi in cœlis & in terris potestatem*: & l. de pudic. p. 1014. b. *Dabo tibi claves*; vel, *Tibi dedi claves regni cœlestis. Et quæcunque alligaveris vel solveris in terra, erunt alligata vel soluta in cœlis*. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 195. a. ac epist. 27. p. 37. c. *Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæ ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis*: similiter ep. 75. p. 148. a. præter hoc, *quæcunque ligaveris*. Hilarius quoque in Ps. 131. col. 447. c. alludens dicit: *Cui* (*Petro*) *superiùs claves regni cœlorum dederat ...... qui quæ in terris solvisset vel ligasset, ea in cœlis vel soluta persisterent vel ligata*, &c. Apud Ambros. l. 4. de fide, to. 2. 531. d. *Et tibi dabo claves regni cœlorum*: sic etiam l. 3. col. 514. f. ac de ob. Val. col. 1183. b. & ep. 71. col. 1070. e. detracta 1. conjunct. &: similiter in Ps. 38. to. 1. 858. c. ubi addit: *Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunque solveris sup. terram, erit solutum & in cœlo*: at l. 1. de pœnit. to. 2. 399. c. *Et quæcunque ligaveris sup. terr. erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solveris super terr. erunt soluta & in cœlis*. August. in Ps. 55. to. 4. 525. f. *Et tibi dabo claves regni cœlorum*: itidem in Joh. 12. to. 3. 633. d. & serm. 232. to. 5. 981. g. sublato &: sed utrobique addit: *Quæcunque* (serm. 232. *Et quæcunque*) *solveris in terra, soluta erunt & in cœlo: & quæcunque ligaveris in terra, ligata erunt & in cœlo*: tr. verò 124. in Joh. col. 822. d. *Tibi dabo claves....: Et quodcunque ligaveris*, &c. ut in Vulgata. S. Pacian. ep. 3. p. 311. h. *Et tibi dabo claves regni cœlor. Et quæcunque ligaveris sup. terram, ligata erunt & in cœlis: & quæcunque solveris sup. terram, erunt soluta & in cœlis*: paulò autem supra: *Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solveritis in terra, erunt soluta & in cœlo*: & ep. 1. p. 306. h. *Quæ ligaveritis in terris, ligata erunt & in cœlis: & quæcunque solveritis in terris, soluta erunt & in cœlis*. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. f. *Et quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis: & quæcunque ligaveris sup. ter. erunt ligata & in cœlis*. Gelas. I. ep. 4. Conc. to. 4. 1168. e. *Quæ ligaveris super terram, ligata erunt & in cœlis: & quæ solveris super terram, erunt soluta & in cœlis*: & ep. 12. col. 1198. a. *Quæ ligaveritis ...... & quæ solveritis*: & ep. 14. col. 1215. e. *Et quæcunque ligaveris vel solveris in terra, erunt ligata vel soluta in cœlo*: & in Conc. Rom. 2. p. 1274. b. *Quæcunque ligaveris ..... erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solveris ..... erunt soluta & in cœlis*: & tract. 1. de Anathem. ibid. 1229. d. *Quæcunque dimiseritis su-*

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* 20. Tunc imperavit discipulis suis, ut nemini dicerent quòd ipse esset Christus Jesus.

21. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Jerosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & à principibus sacerdotum, & occidi, & post tertium diem resurgere.

22. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare, & dicere: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc.

23. At ipse conversus, dixit Petro: Vade retro me satanas, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.

24. Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget se sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me.

### Vulgata nova.

20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent quia ipse esset Jesus Christus.

21. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.

22. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc.

23. Qui conversus, dixit Petro: Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. *Mart.* 8. 33.

24. Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Sup.* 10. 38. *Luc.* 9. 23. & 14. 27.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*per terram, dimissa erunt & in cælis: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cælis.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 30. col. 112. e. *Quæcunque ligaveris super terram, ligata erunt & in cælo: & quæ solveris super terram, soluta erunt & in cælo.* Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 19. p. 374. *Et tibi dabo claves ..... Et quodcunq. adligaveris sup. ter. erit ligatum & in cælo: & quodcunque solv. sup. terr. erit solutum & in cælo.* Leo M. ser. 2. p. 51. e. 53. f. Vulgatæ consentit. Juvencus l. 3. p. 68. f.

*Cælestisque tibi claves committere regni*
*Est animus. Terrisque tuo quæ nexa relinques*
*Arbitrio, cælis pariter nodata manebunt:*
*Solverit & rursus tua quæ sententia terris,*
*Haud aliter venient cæli sub sede soluta.*

℣. 20. Ms. Corb. 2. concinit cum textu Colb. Sangerm. 1. habet: *Tunc præcepit ..... quòd ipse esset Christus.* Sangerm. 2. *quòd ipse esset Jesus Christus.* Corb. 1. *Tunc præcepit disc. suis, ne cui dicerent quia ipse est Christus.* Cantabrig. *Tunc comminatus est discipulis, ut nemini dicerent quia hic est Jesus Christus.* Græc. Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· à plerisque Mss. abest ὁ Ἰησοῦς. Hilar. in Matth. col. 691. a. *Jubet etiam discipulis, ne cui loquantur quòd ipse est Christus.* Juvencus l. 3. p. 68. f.

*Sed vos discipuli Christum me dicere cunctis*
*Parcite, quò* (al. *quod*) *soli cognoscant talia digni.*

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. *Exinde cœpit Jesus ostendere discip. suis, quia oportet eum ire Hierosolymis*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Et inde cœpit Jesus..... quia oportet eum ire in Jerusalem*, &c. Corb. 1. *Ex illo die cœpit Jesus .... quia oporteret illum ire in Jerosolymam, & multa pati à seniorib. & principib. sac. & ab Scribis, & occidi, & tertia die*, &c. Cantabrig. *Exinde cœpit Jesus ..... quia oportet eum Hierosolyma ire, & multa pati à seniorib. & princ. sac. & Scribis, & interfici, & post tres dies resurgere.* Corb. 2. Vulgatæ consonat, præterquam quòd ultimò hab. *post tertium diem resurgere.* Gr. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς ...... ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχιερέων, καὶ Γραμματέων, &c. ut in Vulg. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. d. *Ex eo enim cœpit demonstrare discentibus, quoniam oportet illum Hierosolymam ire, & multa pati à sacerdotibus, & reprobari, & crucifigi, & tertia die resurgere.* Hilar. in Matth. col. 691. b. *Prædicare* cœpit *oportere se Jerosolymam ire, pati deinde plura à senioribus plebis, & à Scribis, & principibus sacerdotum, occidi etiam, & post diem tertium resurgere.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 16. b. *Crucifigi oportet filium hominis, & mori.* Juvencus l. 3. p. 68. f.

*Jam lux adveniet properis mihi cursibus instans.*
*Mœnibus in Solymis rabies cùm plena furore*
*Eximios vatum saturabit sanguine nostro:*
*Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum,*
*Consurget radiis pariter redimita salutis*
*Vita mihi, cunctisque dabit sua munera terris.*

℣. 22. Mss. S. Germ. 1. & Maj. Mon. conveniunt cum textu Colb. Germ. 2. verò habet, *cœpit increpavit illum, dicens*, &c. ut supra. Corb. 1. *Et suspiciens* (f. *suscipiens*) *eum Petrus, cœpit dicere: Absit Domine: hoc non erit.* Corb. 2. *Et assumens ..... cœpit increpare, & dicere: Absit à te, propitius tibi, Domine: non erit istud.* Cantabrig. *Et suscipiens eum Petrus, cœpit increpare eum, & dicere: Misereatur tibi, Domine: non erunt hæc tibi.* Græc. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων· Ἵλεώς σοι, Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· al. Μὴ γένοιτο, Κύριε· οὐ μὴ, &c. Hilar. in Matth. col. 691. b. *Apprehendens eum Petrus, ait: Absit à te, Domine: non erit istud;* al. *non erit tibi istud:* & l. 6. de Trin. col. 905. a. *Propitius tibi, Domine: non erit istud;* al. *Propitius tibi esto, Domine;* al. *Propitius tibi Dominus*, al. *Deus.* Ambros. l. 5. in Luc. col. 1379. a. *Propitius esto, Domine: non fiet hoc.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 16. b. *Propitius esto, Domine: non tibi erit hoc.* Anonym. apud Cypr. de rebapt. p. 359. c. *Propitius sit tibi: non erit istud.* August. verò in Joh. 11. 622. c. & in Ps. 68. to. 4. 704. e. *Absit à te, Domine, propitius tibi esto: non fiet istud:* & serm. 296. to. 5. 1198. d. *Absit à te, Domine, absit à te; propitius esto tibi.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 5. col. 129. c. *Absit à te, Domine; propitius tibi esto: non fiet istud.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 35. p. 148. c. *Propitius esto tibi: & hoc tibi non erit.* Juvencus l. 3. p. 68. g.

*Tunc Petrus magno perculsus corda dolore:*
*Absint Christe, tuis, inquit, tam tristia sanctis*
*Monstra procul membris: nec fas est credere tantum.*
*Nec tibi tam durus poterit contingere casus.*

℣. 23. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *At ipse conversus, dixit Petro: Vade post me satanas, scandalum est mihi;* Corb. 2. *es mihi;* reliqua desunt in Germ. in Corb. verò addita aliâ manu. S. Germ. 2. cum Vulgata concinit, nisi quòd scribit *satanas.* Corb. 1. *Jesus autem conversus, dixit ad eum: Vade post me satanas, scandalum es mihi: quia non quæ Dei sunt sapis, sed quæ sunt hominis.* Cantabrig. *Qui autem conversus, ait Petro*, &c. ut in Vulg. exceptis his, *quia non sapis quæ sunt Dei, sed quæ hominis;* in marg. al. manu, *sunt hominis.* Græc. Ὁ δὲ στραφεὶς (al. ἐπιστραφεὶς) εἶπε τῷ Πέτρῳ· Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Hilar. in Matth. col. 691. b. *At ipse conversus, Petro dixit: Vade retro post me satana, scandalum mihi es;* nec addit plura: similiter l. 6. de Trin. col. 905. a. *Vade retro post me satanas, scand. mihi es;* in Ms. 1. desideratur *post me:* contrà in Ps. 131. col. 447. c. habet: *Vade post me satana, scandalum mihi es.* Ambros. in Ps. 118. col. 1143. d. *Vade retro post me.* Hieron. in Isai. 53. col. 384. f. *Vade retro me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Rufin. l. de bened. Patr. p. 16. b. *Vade retro me satana, scandalum mihi es: quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Anonym. de rebapt. ap. Cypr. p. 359. c. *Vade post me satanas, scandalum mihi es.* August. in Joh. 6. to. 3. col. 505. a. *Et ait illi: Redi post me satanas: non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominis sunt:* & in Joh. 11. 622. c. *Et continuò Dominus: Redi post me satanas: non enim ..... sed quæ hominum;* infra, *Redi retro;* & paulò post, *sed quæ sunt hominis:* item l. de unit. Eccl. to. 9. 386. a. *Redi post me satana:* at in Ps. 55. to. 4. 525. g. *Redi retro satanas, scandalum mihi es: non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominis.* Juvencus l. 3. p. 68. g.

*Christus ad hæc: Procul hinc, inquit, procul effuge dæmon:*
*Nil divina tuam mentem prudentia tangit,*
*Sed terrena sapis, mollique timore tremiscis.*

℣. 24. Ms. S. Germ. 1. nil differt à textu Colb. nec etiam Corb. 2. nisi quòd hab. *post me vult venire.* Corb. 1. *Tunc ait Jesus discip. suis: Si quis vult post me venire*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. & Cantabrig. *abneget seipsum*, &c. nec dissimile quid in Græco est. Iren. l. 3. c. 18. p. 210. e. legit: *Si quis vult post me venire, neget* (al. *abneget*) *se, & tollat*, &c. ut supra. Tertul. l. de idol. c. 12. p. 242. c. *Si vis*, inquit, *Domini discipulus esse, crucem tuam tollas, & Dominum sequaris necesse est.* Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei filio, p. 244. vel 246. a. *Si quis vult post me venire, abneget se sibi, & tollat crucem suam*, &c. ut

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Luc. 17. 33. Joan. 12. 25. 25. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

26. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Act. 17. 31. Rom. 2. 6. 27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis : & tunc reddet unicuique secundùm opera ejus.

Marc. 8. 39. Luc. 9. 27. 28. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

25. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui enim voluerit animam suam perdere propter me, inveniet eam.

26. Quid enim prodest homini, si hunc mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem animæ suæ?

27. Nam Filius hominis venturus est in majestate Patris sui cum angelis suis : & tunc reddet unicuique secundùm opera ejus.

28. Amen dico vobis, quoniam sunt hîc aliqui de istis astantibus, qui non gustabunt mortem, quoadusque viderint Filium hominis venientem in regno suo.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in textu Colb. Hilarius in Matth. col. 692. a. *Tum Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget seipsum;* Mss. 3. *seipsum sibi.* Ambros. l. 2. de pœnit. to. 2. 437. b. *Qui vult post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me :* similiter ep. 63. col. 1040. b. præter unum *seipsum :* & l. 2, offic. col. 73. b. *Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.* Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 37. a. *Qui vult venire post me; abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me.* August. cont. Adim. to. 8. 140. f. *Si quis vult me sequi, abneget semetipsum sibi, & tollat,* &c. ut supra. Juvencus l. 3. p. 68. g.

*Sed si quis vestrûm vestigia nostra sequetur,*
*Abneget hic sese, corpusque animamque recusans;*
*Atque crucem propriam comitatibus addere nostris*
*Gaudeat, amissam redimet cui gloria vitam.*

℣. 25. Ms. Corb. 1. *Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam : quicunque autem perdiderit eam mei causâ, inveniet illam.* Sangerm. 2. *Nam qui perdiderit animam suam propter me, inveniet in vitam æternam.* Sangerm. 1. & Corb. 2. Vulgatæ congruunt; sicut etiam Cantabrig. præterquam quòd hab. *salvare*, pro *salvam facere.* Ita quoque in Græco est. Ms. tamen 1. pro *inveniet*, hab. σώσει; al. εὑρήσει. Iren. l. 3. c. 18. p. 210. a. *Quicunque enim salvaverit* (al. *salvabit*) *animam suam, perdet eam : & qui perdiderit, inveniet eam.* Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. vel 246. a. nil differt à Vulgata. Ambros. l. de virg. to. 2. 168. e. *quicunque perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Vide etiam Tertul. l. de coron. mil. c. 11. p. 292. c. & Hilar. in Matth. col. 692. a. Apud Juvencum l. 3. p. 68. g.

*Nam servata perit terris possessio lucis.*

℣. 26. Ms. Corb. 1. *Quid autem prodest homini, si lucretur omnem mundum, & animam suam detrimentum faciat? Aut quam dab. homo commut. pro anima sua?* Cantabrig. *Quid autem prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum faciat? Aut quid dabit homo commutationem animæ suæ?* S. Gat. *Quid enim proderit homini,* &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *si totum mundum lucretur,* &c. ut in textu Colb. Germ. 1. verò Vulgatæ consonat ad verbum : sicut etiam Germ. 2. nisi quòd hab. *patietur.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. vel 246. a. cum Vulgata pariter concinit, si *totum* ponas loco *universum.* Græcè ita : Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Cypr. l. de laud. Mart. p. 348. b. ait : *Si totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdideris, quid proderit tibi? Aut quam homo commutationem dabit pro anima sua?* Hilar. in Matth. col. 692. c. *Quid enim prodest occupasse mundum . . . . . si perdenda anima, & suscipiendum vitæ detrimentum est? Qua autem commutatio pro anima?* Zeno Veron. l. 1. tr. 9. p. 75. *Quid prodest unicuique lucrari mundum, & animæ sua pati detrimentum?* Ambros. in Ps. 43. col. 905. e. *Quam enim dabit commutationem animæ suæ?* August. in Ps. 51. col. 479. g. *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, se autem ipsum detrimentum faciat?* & l. cont. Adim. to. 8. 140. f. *si totum mundum lucretur, anima verò suæ,* &c. ut in Vulg. Hesychius in Levit. l. 5. c. 16. p. 118. h. *Quid enim prodest, homo si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum faciat? Aut quam dabit,* &c. ut in Vulg. Juvencus l. 3. p. 68. g.

*Sed quid proficient* (al. *proficiunt*) *sæcli mortalia lucra,*
*Si damnum pariant vitæ, lucisque perennis?*
*Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?*

℣. 27. Ms. Corb. 2. consonat textui Colb. sicut etiam Germ. 1. præterquam quòd hab. initio, *Filius enim hominis.* Corb. 1. *Venit enim Filius hom. in majestate Patris sui . . . . & tunc reddet unicuique secundùm facta eorum;* Sangerm. 2. *secundùm opus suum;* S. Gat. *secundùm opus ejus.* Cantabrig. verò legit : *Incipiet enim Filius hominis venire in gloriam Patris sui cum sanctis angelis suis : & tunc . . . secundùm opera sua.* Græc. Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ..... μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε...... κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· al. μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων....... al. κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Hilar. in hunc loc. 692. c. dicit : *Cum angelis enim Christus aderit, reddens singulis ut merebuntur.* Avit. Vien. ep. 2. Sirm. to. 2. p. 15. b. *Filius enim hom. venturus est in majestate Patris sui cum angelis suis sanctis : & tunc . . . . . secundùm opera sua.* Junil. Afric. l. 2. de part. divinæ leg. c. 24. p. 349. c. *Veniet enim Filius hominis in gloria Patris sui cum angelis suis : & tunc reddet unicuique secundùm opera sua.* Juvenc. l. 3. p. 68. g.

*Filius huc hominis veniet sub nomine Patris;*
*Cælestesque illum, fremitu comitante, ministri*
*Stipabunt : reddetque homini sua debita vitæ.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Amen dico vobis, quoniam sunt aliqui de hîc stantibus, qui non gustab. mortem, donec videant Filium hominis in regno suo.* Corb. 1. *Amen dico vobis, quia sunt hîc aliqui de adstantibus, qui non . . . . . donec videant Filium hom. venientem in regnum Patris sui.* Corb. 2. *quoniam sunt aliqui de istis stantibus,* &c. ut in Vulg. Germ. 2. *de his stantibus.* Cantabrig. *Amen dico vobis, sunt quidam de stantibus hîc, qui,* &c. ut in Vulg. nec dissimilia Græcum habet. Hilar. in Matth. 692. e. *Amen, amen dico vobis, quoniam sunt aliqui de adstantibus istis, qui mortem non gustabunt,* &c. ut in Vulg. similiter habet l. 11. de Trin. col. 1103. c. detracto uno *amen.* Ambros. l. 3. de fide, to. 2. 514. c. *Amen, amen dico vobis, quoniam sunt aliqui de hîc adstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Fil. hom. ven. in regnum suum :* Mss. plures ibid. *de istis adstantibus;* al. *de his :* item l. de fide ref. col. 1159. b. *Amen, amen dico vobis, multi ex his astantibus non gustabunt mortem, donec videant . . . . . in regno suo :* & in Ps. 118. col. 1169. f. *sunt aliqui de istis adstantibus, qui non gustabunt,* &c. ut in Vulg. August. in ep. ad Gal. to. 3. 948. b. *sunt hîc quidam de circumstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis in regno Patris sui.* Similiter Auctor quæst. ex utroque T. q. 107. e. duobus tantùm exceptis, nempe *circumstantium,* pro *de circumstantibus;* & *regno suo,* pro *regno Patris sui.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 24. p. 349. c. *Dico autem vobis, quia sunt aliqui de hîc stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hom. venientem in regno suo.* Juvencus l. 3. p. 68. h.

*Vera loquor, certos istic sub limine* (al. *nomine*) *lucis*
*Inveniam, cæli fulgens cùm regna capessam.*



Digitized by Google

# CAPUT XVII.

## Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET factum eſt, poſt dies ſex aſſumpſit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Johannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum :

2. & transfiguratus eſt Jeſus ante eos. Et reſplenduit facies ejus ſicut ſol : veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix.

3. Et ecce apparuit illis Moyſes, & Helias, cum eo loquentes.

4. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Jeſum: Domine, bonum eſt nos hîc eſſe : faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum.

5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit ea. Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectiſſimus, in quo mihi bene complacui : ipſum audite.

6. Et audientes diſcipuli ejus ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

## Vulgata nova.

1. ET poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum: Mar. 9. 1. Luc. 9. 28.

2. & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies ejus ſicut ſol : veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix.

3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes.

4. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Jeſum : Domine, bonum eſt nos hic eſſe : ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum.

5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipſum audite. Sup. 3. 17. 2. Pet. 1. 17.

6. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſs. S. Germ. ambo conſentiunt textui Colb. Sic etiam in Corb. 2. excepto uno *ducit*, pro *duxit* ; S. Gat. *educit*. Corb. 1. *Et factum eſt, poſt diem ſextum aſſumſit Jeſus ..... & ducit illos in altum montem ſecretò.* Cantabrig. *Et factum eſt, poſt dies ſex ſuſcepit Jeſus ...... & levavit eos in montem excelſum nimis.* Græc. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, Ἰάκωβον, ϗ ...... ϗ ἀναφέρει (al. ἀνάγει) αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. Hilar. l. 11. de Trin. col. 1103. c. Mſ. Corbeienſi 2. reſpondet ad verbum. Apud Juvencum l. 3. p. 68. h. ſic :

*Hæc ubi dicta dedit, paſſus bis terna dierum*
*Lumina converſo* (al. *convexo*) *terras tranſcurrere cælo,*
*Tum ſecum jubet abruptum conſcendere montem*
*Petrum, Zebedeique duos per devia natos.*
*Inde ubi perventum eſt ſecreti montis in arcem.*

℣. 2. Mſ. S. Germ. 1. nil differt à textu Colb. ita quoque in Corb. 2. præter unum *candida*, pro *alba*. Corb. 1. habet : *& transfiguratus eſt Jeſus coram illis. Et effulſit facies ejus ſicut lux : & veſtimenta illius facta ſunt candida ſicut nix.* Cantabrig. *& transfiguratus Jeſus coram illis. Effulſit vultus ejus ſicut ſol*, &c. ut in Colbertino. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, unà cum Græco, niſi quòd pro ult. *nix*, hab. τὸ φῶς, *lux* ; in Mſs. verò plur. χιών. Apud Hilar. l. 11. de Trin. col. 1103. c. *& transfiguratus eſt Jeſus ante eos. Et reſplenduit facies ejus ut ſol : veſtimenta autem ejus facta ſunt ſicut nix* : & in Pſ. 67. col. 199. a. *veſtimenta ejus ſuper nivem alba ſunt viſa* : & in Matth. col. 693. c. *Ipſis inſpectantibus Dominus transfiguratur, & toto claritatis ſuæ habitu circumſplendet* : & poſt pauca, 694. a. *fit nive ac ſole candidior.* Apud Auguſt. ſerm. 79. to. 5. 428. b. *Splenduit vultus ejus ſicut ſol : veſtimenta ejus facta ſunt candida ſicut nix.* Apud Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 642. a. *Refulſit facies ejus ſicut ſol.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. h.

*Continuò Chriſtus faciem fulgore coruſco*
*Mutatur, veſtiſque nivis candore niteſcit.*

℣. 3. Mſs. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. conſonant textui Colb. Sangerm. 2. habet : *Et ecce apparuit ei Moyſes*, &c. Cantabrig. *Et ecce paruit eis Moyſes*, &c. Corb. 1. verò : *Et ecce viſi ſunt cum eo Moyſes ..... loquentes cum eo* ; Corb. 2. *colloquentes cum eo*. Ita quoque in Græco eſt. Apud Hilar. in hunc loc. 694. d. *Moyſes & Helias aſſiſtunt.* Apud Juvenc. l. 3. p. 68. h.

*Reſpiciunt comites, mediumque aſſiſtere ſanctis*
*Eliæ Moſique vident......*

℣. 4. Mſs. S. Germ. ambo cum Cantabrig. & Corb. 2. Vulgatæ congruunt, niſi quòd Germ. 1. habet *& Moſæ* ; Germ. 2. & Cantabrig. *& Moyſi* ; rurſuſque Cantabrig. *Jeſu*, loco *ad Jeſum*, cui Mſ. Græcum favet ad verbum. Mſ. 1. tamen habet ποιήσω, loco ποιήσωμεν, quod in omnibus aliis eſt. Corb. 1. ita : *Ait autem Petrus ad Jeſum : Domine, bonum eſt nos hîc eſſe : & ſi vis, faciam tria tabernacula, tibi unum, & Moyſi unum*, &c. Maj. Mon. *bonum eſt nobis hîc eſſe.* Similiter habet Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. col. 382. d. & ep. 29. col. 907. b. Item S. Leo, p. 180. b. c. Hilarius etiam in hunc loc. 694. b. dicit : *Petro autem, ut tria illic tabernacula fierent, efferenti, nihil reſpondetur.* Juvencus l. 3. p. 68. h.

*...... Tum talia Petrus :*
*Reſpice num nobis potius diſcedere longè,*
*Anne iſthic tantæ ſpectacula cernere molis*
*Conveniat : trina attamen hîc tentoria vobis,*
*Si jubeas, frondis faciam diverſa paratu,*
*Singula ſub noctem quæ vos aulæa receptent.*

℣. 5. Mſ. S. Germ. 1. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic eſt Fil.m. dilectus, in quo complacui : ipſum audite.* Corb. 1. *ecce nubes candida obumbravit eos ..... Hic eſt Filius meus chariſſimus, in quo complacui : audite eum.* Cantabrig. *ecce nubs lucida obumbrabat eos ..... Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui : audite eum.* S. Germ. 2. *ecce nubes candida obumbravit eos*, &c. ut in Vulg. S. Gat. & Maj. Mon. *ecce nubs lucida obumbravit*, &c. Corb. 2. *in quo bene mihi complacui : ipſum audite.* Græc. ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε· &c. ut in Vulgata. Tertul. l. de præſcr. c. 22. p. 334. c. ait : *Quid eos ignoraſſe voluit, quibus etiam gloriam ſuam exhibuit, & Moyſen & Eliam, & inſuper de cælo Patris vocem ?* & l. cont. Prax. p. 855. a. b. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo bene ſenſi : audite illum.* Cypr. epiſt. 63. p. 108. c. & l. 1. Teſtim. p. 278. c. *Et ecce vox de nube, dicens : Hic eſt Filius meus dilectiſſimus, in quo bene ſenſi : ipſum audite.* Hilar. in Matth. col. 694. b. ait : *Sed loquente adhuc eo, nubes eos candida inumbravit, & divinæ virtutis ſpiritu ambiuntur. Hunc eſſe Filium, hunc dilectum, hunc complacitum, hunc audiendum, vox de nube ſignificat* : & in Pſalm. 138. col. 508. b. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui : hunc audite* : ſimiliter l. 6. de Trin. col. 893. b. 896. d. at l. 9. col. 996. d. *in quo bene complacui*, al. *bene placui*. Hieron. in ep. ad Philem. to. 4. 446. d. cum Gaud. Brix. ſerm. 8. p. 954. f. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : hunc audite.* Ambroſ. in Pſ. 45. col. 926. e. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui : ipſum audite* : ſic etiam l. 2. in Luc. col. 1314. a. deleta voce *mihi* : & l. 1. & 2. de fide, col. 456. d. 460. c. 493. c. *Hic eſt Filius meus dilectiſſimus, in quo complacui : ipſum audite.* Optat. l. 4. contra Donat. p. 75. b. *Hic eſt Filius meus, de quo bene ſenſi : hunc audite.* Fauſtin. presb. l. contra Arian. p. 642. a. *nubes lucida inumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo bene complacui : ipſum audite.* Vigil. Tapſ. l. 4. de Trin. *Hic eſt Filius meus dilectiſſimus, in quo bene complacui : ipſum audite.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 4. p. 43. b. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui : ipſum audite.* Juvencus l. 3. p. 68. g.

*Talia dum loquitur, cælo præfulgida nubes*
*Circumjecta oculis, veſtibat lumine montem.*
*Et vox è medio lucis manifeſta cucurrit :*
*Unicus hic meus eſt Natus, mea ſumma voluptas* (al. *voluntas* : )
*Hujus juſtitiam juſto comprendite corde.*

℣. 6. Mſ. Corb. 1. *Quo audito diſcipuli conciderunt in faciem ſuam, & timuerunt vehementer.* Cantabrig. *Audientes autem diſcipuli*, &c. ut in Vulg. Eidem Vulg. conſonant ad verbum S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. nec refragatur Græcum. Ambroſ. l. 3. de Spir. S. 683. c. *Viderunt Apoſtoli, & in faciem prociderunt* : & l. 2. de fide, col. 493. c. *& ceciderunt in faciem ſuam, & timuer. valde.* Juvenc. l. 3. p. 69. a.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

7. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

8. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.

9. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

Marc. 9. 10. — 10. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt quòd Eliam oporteat primùm venire?

Mal. 4. 5. — 11. At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia:

Sup. 11. 14. Sup. 14. 10. — 12. dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis.

13. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixisset eis.

Marc. 9. 16. Luc. 9. 38. — 14. Et cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam:

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Colbert.

7. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

8. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.

9. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visum, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

10. Et interrogaverunt eum, dicentes discipuli: Quid ergo Scribæ dicunt quòd Heliam oportet primùm venire?

11. At ipse respondens, ait: Helias quidem venturus est restituere omnia:

12. dico autem vobis, quia Helias jam venit, & non cognoverunt eum, & fecerunt ei quanta voluerunt.

13. Tunc intellexerunt discipuli ejus, quòd de Johanne Baptista dixit illis. Sic & Filius hominis necesse habet pati ab eis.

14. Et cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & aliquando in aquam:

## Notæ ad Versionem antiquam.

*Discipuli pavido presserunt corpore terram.*

℣. 7. Colb. textui favent Mss. Sangerm. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. Sangerm. 1. verò habet: *Et accessit Jesus, & tetigit eos, dicens: Surgite*, &c. Corb. 1. *Et accessit Jesus, & tetigit illos: & ait: Surgite*, &c. Cantabrig. *Et accessit Jesus, & tetigit eos: & dixit: Surgite*, &c. Græc. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν· Ἐγέρθητε, &c. Hilar. in Matthæum, 694. c. *Territos deinde, & consternatos elevavit.* Juvenc. l. 3. p. 69. a.

*Nec priùs è prono vultus sustollere casû*
*Audebant, sancto Christi quàm dextera tactu*
*Demulcens blandis firmasset pectora verbis:*
*Surgite, & abjectum fortes calcate timorem.*

℣. 8. Mss. Sangerm. ambo, Corb. 2. Cantabrig. S. Gat. &c. nil differunt à textu Colb. nec etiam Corb. 1. nisi quòd initio hab. *Elevantes.* Græc. Ἐπάραντες, &c. ut in Lat. Hilarius in Matt. col. 694. c. ait: *Et solum contuentur, quem medium constitisse inter Moysen & Eliam viderant.* Juvenc. l. 3. p. 69. a. hunc versum sequenti postponit, quem vide.

℣. 9. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. text. Colb. congruunt, unà cum Græco. Corb. 1. *Et cùm descenderent de monte, præcepit illis Jesus, dicens: Videte ne cui dixeritis, donec Filius*, &c. Cantabrig. *Et descendentes de monte, præcepit eis, dicens Jesus: Nemini dixeritis visum, donec*, &c. S. Germ. 2. *Præcepit Jesus, dicens: Nemini dixeris visionem*, &c. Græc. τὸ ὅραμα. Apud Hilar. in Matth. col. 694. c. *Silentium rerum gestarum, quas viderant, imperat, donec cùm à mortuis resurgeret.* Juvencus l. 3. p. 69. a.

*Nec cuiquam præsens pandatur visio vobis,*
*Ni priùs huc hominis Soboles speciosa reportet*
*In lucem referens mortis de sede trophæa.*
*Consurgunt, solumque vident*, &c.

℣. 10. Ms. S. Germ. 1. *Et interrogaverunt eum discipuli: Quid ergo Scribæ dicunt quòd oportet Eliam primùm venire?* Corb. 1. *Tunc interrogaverunt illum discipuli, dicentes: Quare ergo Scribæ dicunt quia oportet primùm Eliam venire?* Cantabrig. *quia Eliam oportet venire primùm?* Similiter habent *oportet*, S. Germ. 2. & Corb. 2. Græcum Cantabrigiensi favet, nisi quòd addit pronomen αὐτοῦ, *ejus*, ad vocem *discipuli;* sed hoc αὐτοῦ, à Ms. 1. abest. Hilarius in hunc locum, col. 694. f. dicit: *Solliciti etiam de temporibus Eliæ requirunt.* Augustinus in Joh. 1. to. 3. col. 314. e. *Responderunt illi discipuli: Quomodo ergo dicunt Scribæ quia Eliam oportet primùm venire?* Juvencus l. 3. p. 69. a. sic pergit:

*..... Et voce requirunt*
*Cur scriptis veterum Scribarum factio certet*
*Eliam primùm cœli de sede reverti*
*In terras, Christique dehinc consurgere lucem.*

℣. 11. Ms. S. Germ. 1. *At ipse respondens, ait eis: Elias quidem venturus est restituere omnia.* Corb. 1. *Quibus respondens, ait: Elias quidem veniet, ut omnia restituat.* Cantabrig. *Qui respondens, ait: Helias quidem venit restituere omnia.* Corb. 2. textui Colb. consonat; S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· à pluribus Mss. absunt voces tres, Ἰησοῦς, αὐτοῖς, & πρῶτον. Tertull. l. de anima, p. 495. b. *Hic est Helias, qui venturus est.* Hilar. in Matth. col. 694. f. *Quibus respondet Eliam esse venturum, & restituere universa.* August. quæst. 21. in Matth. to 3. 244. a. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Juvencus l. 3. p. 69. a.

*Christus ad hæc: Veniet certo sub tempore justus*
*Elias, reddens mox omnia debita sæclo.*

℣. 12. Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. & Cantabrig. *dico autem vobis, quòd* (Cant. *quia*) *Helias jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt ei quanta* (Corbeiensis *quæcunque*) *voluerunt:* deinde, *Tunc*, &c. de ℣. 13. Corbeiensis 1. *sed ego dico vobis, quoniam Helias jam venit*, &c. ut in Germ. 1. nec plura. Germ. 2. verò, S. Gatiani, &c. Vulgatæ consentiunt, unà cum Græco. Tertul. l. de anima, p. 495. b. *Helias jam venit, & non cognoverunt eum.* Hilar. in Matth. col. 694. f. 695. a. *sed & in virtute ac spiritu Eliæ Johannem venisse significat, in quo gravia quæque atque aspera exercuissent: ut Domini adventum prænuntians, passionem quoque præcurreret, & injuriæ, & vexationis exemplo.* August. in Joh. 1. to. 3. 314. e. *Elias jam venit, & fecerunt ei quæ voluerunt.* Juvencus l. 3. p. 69. a.

*Sed si quis credit, jam venerat ante renascens,*
*Ignotum veluti rabies quem cæca furoris*
*Demersit letho. Mox sævior altera cædes*
*En hominis Nato trucibus laniatibus instat.*

℣. 13. Ms. Corb. 2. concinit cum textu Colb. deleto uno *ejus*, post *discipuli*. Sangerm. 1. *Tunc cognoverunt discipuli, quòd de Joanne Bapt. dixit illis. Sic & Filius hominis necesse habet pati ab eis.* Corb. 1. *Tunc intellexerunt discipuli ejus, quia de Johanne dixit illis. Sic & Filius hominis passurus est ab eis.* Cantabrig. *Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joh. Bapt. dixit eis. Sic & Filius hominis incipiet pati ab eis.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Tunc intellexerunt discip. quia de Joh. Bapt. dixit eis;* nec plura. Ita quoque Græcum habet. Vide Hilar. & Juvenc. supra ℣. 12.

℣. 14. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. consonat, nisi quòd hab. *quidam*, pro *homo;* statimque, *genibus provolutibus*, sed vitiosè. Germ. 2. *homo genibus provolutis;* paulòque post: *miserere filii mei*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et ecce de turba accessit ad eum homo genibus provolutus, deprecans, & dicens: Domine, mis. filio meo, quia lunaticus est, & malè vexatur: frequenter enim cadit à dæmonio in ignem, & aliquando in aquam.* Cantabrig. *Et cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo adgeniculans ante eum, & dicens: Dom. mis. fili mei, quia lunaticus est, & malè patitur: aliquotiens enim cadit in igne, sæpiùs in aqua.* In Corb. 2. omnia ut in textu Colb. præter vocem *aliquotiens*, pro *aliquando*. Apud Hilar. in eundem loc. col. 695. a. *Et cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus, dicens: Domine, miserere filio meo:* & post pauca: *puer offertur dæmoniacus, frequenter & in aquam decidens, & in ignem.* Apud August. quæst. 22. in Matt. to. 3. 244. a. *sæpe cadit in ignem, & aliquando in aquam.* Apud Juvencum l. 3. p. 69. b.

*Hæc ait, & populum repetit, montemque relinquit:*
*Ecce, sed inflexis genibus, fletuque solutus*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

15. & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

16. Respondens autem Jesus, ait: O generatio incredula, & perversa, quoadusque patiar vos? quandiu ero vobiscum? Afferte huc illum ad me.

17. Et increpavit illum Jesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

18. Tunc accesserunt ad Jesum discipuli secretò, & dixerunt ei: Quare nos non potuimus ejicere eum?

19. Dicit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. Amen dico vobis, si habueritis fidem, tanquam granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

20. Hoc autem genus dæmonii non ejicietur nisi per orationem, & jejunium.

21. Ipsis autem revertentibus in Galilæam, dixit illis Jesus: Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum:

VULGATA NOVA.

15. & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

16. Respondens autem Jesus, ait: O generatio incredula, & perversa, quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.

17. Et increpavit illum Jesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

18. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum?

19. Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Luc. 17. 6.

20. Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem, & jejunium.

21. Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum: Inf. 20. 18. Marc. 9. 30. Luc. 9. 44.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Vir senior, precibus Christum veneratus adorat:*
*Davidis Soboles, hominum lumenque salusque,*
*Te precor, horribilem nati de corpore morbum*
*Perturbes* (al. *proturbes*) *reddasque seni solatia vitæ:*
*Nam cursus lunæ natum mihi dæmonis arte*
*Torquet; & in liquidas dejectum projicit undas,*
*Aut miserum medio projectum volvit in igne.*

℣. 15. Itidem Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. Cantabrig. S. Gat. &c. solus Corb. extremò habet, *& non potuerunt illum sanare.* Ita quoque in Græco est. Apud Hilar. in hunc loc. 695. a. *cui curationem afferre discipuli non potuerunt.* Apud Juvencum l. 3. p. 69. b.

*Nam tua discipuli sectantes jussa, frequenter*
*Connisi, nulla in solidum mihi dona dederunt.*

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. *Respondens Jesus, ait: O generatio incredula, & perversa, quousque patiar vos? quousque ero vobiscum? Adferte huc illum ad me.* Corb. 1. *Respondens ei Jesus, dixit: O natio incred. & perversa, quousque vobiscum sum? quandiu vos patior? Afferte illuc huc.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit: O generatio incredula, & perv. quousque vobiscum ero? usquequo patiar vos? Adferte mihi illum huc.* S. Germ. 2. *Afferte illum huc ad me.* Græcum Cantabrigiensi favet. Hilar. in hunc locum, col. 695. b. 696. a. *Generatio incredibilis, & perversa, quousque ero vobiscum?* Juvencus l. 3. p. 69. b. habet:

*Tunc Christus magno commotus corda dolore:*
*O gens nullius fidei, gens effera semper,*
*En etiam patiar vobiscum me fore terris?*
*Sic ait, & puerum mandat perferre parenti*
*Ante suos vultus.*

℣. 17. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. & S. Gat. *Et increpavit ei Jesus,* &c. ut in textu. Cantabrig. *Et increpavit ei Jesus, & exiit ab illo dæmon. & sanatus est puer ab illa hora.* Ita quoque in Græco est. Sangerm. 2. fert pariter *ab illa hora.* Corb. 2. *Et increpavit ei Jesus, & continuò exivit dæmonium ab illo, & sanatus est puer ex illa hora.* Hilar. in eundem loc. 695. b. *Objurgatis his, & increpato dæmone, sanus puer factus est.* Juvencus l. 3. p. 69. c.

*.....Tum vocis pondere multo*
*Incubuit, mentisque simul convulsa venena*
*Dæmonis horrendi, purgato corde, fugavit.*

℣. 18. Ms. Corb. 1. *Tunc accesserunt ad Jesum secretò discipuli, & dixerunt: Quare,* &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *Tunc accessf. discip. ad Jesum secretò, & dixerunt ei: Quare,* &c. Corb. 2. *& dixerunt ei: Quare nos non pot. ejicere illud?* S. Germ. 2. *& dixerunt: Quare non potuimus ejicere eum?* Cantabrig. *Tunc accedentes discipuli ejus ad Jesum seorsum, dixerunt: Quare nos non potuimus expellere illud?* Græc. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον· Διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; al. αὐτόν; Hilar. in hunc loc. col. 695. c. *Quærentibus à se cur dæmonium ejicere non potuissent.* Juvencus l. 3. p. 69. c.

*Discipuli rogitant cur non successerit illis*
*Ejusdem pueri toties tentata medela.*

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. deleto nomine *Jesus*, positoque *sicut*, pro *tanquam.* Sic etiam habet Corb. 2. excepto penult. *est*, pro *erit.* Sangerm. 2. *Dixit illis: Propter..... Amen dico vobis..... dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit,* &c. ut in textu. Corb. 1. *Ait illis: Propter..... Amen dico vobis..... dicetis huic monti, Transi hinc illuc, & transiet,* &c. S. Gat. *diceretis monti huic, Transi hinc,* &c. Cantabrig. *Qui autem dicit eis: Propter incred. vestram. Amen enim dico vobis..... dicetis monti huic, Transi hinc illò, & transiet,* &c. ut in Colb. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τὴν..... Ἀμὴν γὰρ λέγω, &c. ut in textu; al. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, paulòque post deest γάρ. Hilar. in Matth. col. 695. c. 696. a. *Respondit, de inopia fidei effectum esse ne possent: quæ si in illis tanquam granum sinapis esset, monti huic ut à loco in locum transiret cum efficiendi potestate præciperent.* Cypr. etiam l. 3. Testim. p. 317. c. legit: *si habueritis fidem, quasi granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illò, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Ambros. in Ps. 45. col. 929. f. *si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc illò:* & paulò supra: *si monti huic dixeritis, Tollere, & jactare in mare, nihil impossibile erit vobis:* & in Ps. 36. col. 811. d. *si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere, & jactare in mare:* similiter l. 7. in Luc. col. 1453. c. & l. 3. de fide, to. 2. 517. d. August. in Ps. 45. to. 4. 402. a. c. *si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tollere, & mittere in mare, & fiet:* vide etiam in Joh. 8. to. 3. 568. d. Hieron. in Ezech. 42. to. 3. 1003. f. *si habueritis fidem, ut granum sinapis, & dixeritis monti huic, Transmigra, & transplantare in mari, fiet:* & l. contra Luciferian. to. 4. 298. d. *dicetis huic monti, Transmigra, & transmigrabit.* Sed horum multa partim ex loco præs. partim ex cap. 21. ℣. 21. necnon ex Marco 11. 23. expressa videntur. Apud Juvencum l. 3. p. 69. c. ita:

*Respondit Dominus: Titubat quia pectore vestro*
*Instabilis fidei nutans per lubrica gressus.*
*Nam si tanta foret credendi portio vobis,*
*Quæ minimi posset granum præstare sinapis,*
*Istius hinc montis possetis vellere verbo,*
*Inque alias sedes cunctam transvolvere molem.*

℣. 20. Ms. Cantabrig. *Hoc autem genus non exit nisi in oratione, & jejunio.* Ita quoque Græcum habet: Ms. 1. tamen pro ἐκπορεύεται, vel ἐξέρχεται, fert ἐκβάλλεται. Sangerm. nostri ambo Lat. Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Abest versiculus totus à Corb. 1. sicut à Colb. 8. Græco, necnon ab Æthiop. & Copt. de quibus vide Millium. Hilarius in Matth. col. 695. d. hunc ℣. memorat, dicens: *In hanc efficaciam jejunium & oratio prosequentur.* Item Ambr. ep. 42. col. 969. a. *Non ejicietur hoc genus dæmon. nisi per orationem, & jejunium:* & in Ps. 45. col. 929. f. *Non ejicitur hoc genus nisi in oratione, & jejunio:* & ep. 63. col. 1026. d. *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi in oratione, & jejunio.* August. serm. 80. to. 5. 429. f. *Hoc genus non ejicitur nisi jejuniis, & orationibus.* Similiter habet Maxim. Taurin. in serm. p. 17. c. excepta voce ultima, *oratione.* Juvencus l. 3. p. 69. c.

*Nam genus hoc morbi duntaxat iova precesque* (al. *morbi precibus sine fine, fideque,*
*Multaque robusti jejunia pectoris arcent.*

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. *Conversantibus autem eis in Galilæam, dixit illis Jesus: Futurum est ut Filius hominis tradatur in manibus hominum.* S. Germ. 2. *Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit eis Jesus: Futurum est enim ut Filius hominis tradetur in manus hominum.* Corb. 2. *Ipsis autem conversantibus in Galilæa, dixit illis Jesus: Futurum est*

**VULGATA NOVA.**

22. & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

23. Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei : Magister vester non solvit didrachma ?

24. Ait : Etiam. Et cùm intrasset in domum, prævenit eum Jesus, dicens : Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum ? à filiis suis, an ab alienis ?

25. Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi sunt filii.

26. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : & aperto ore ejus, invenies staterem : illum sumens, da eis pro me, & te.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

22. & occident eum, & post tertium diem resurget. Et contristati sunt vehementer.

23. Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui tributum exigebant, ad Petrum, & dixerunt ei : Magister vester non solvit didrachma ?

24. At ille ait : Etiam. Et cùm intrasset domum, prævenit eum Jesus, dicens : Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum ? à filiis suis, an ab alienis ?

25. At ille dixit : Ab alienis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi sunt filii.

26. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle illum : & aperto ore ejus, invenies ibi staterem : illum sumens, da eis pro me, & te.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ut Filius hominis tradatur in manus hominum.* Cantabrig. *Ipsis autem conversantibus in Galilæa, dixit eis Jesus : Incipiet Filius hominis tradi in manus hominum.* Corb. 1. *Redeuntibus autem illis in Galilæam, ait Jesus : Incipiet Filius hom. tradi in manibus peccatorum.* Græc. Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων· Mss. plures addunt, ἁμαρτωλῶν. Hilarius in hunc Matthæi loc. 696. b. *Ipsis autem conversantibus in Galilæa, dixit Jesus : Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum.* Vulgata pariter, Luc. 9. ℣. 44. *Futurum est*, &c. Anonym. de rebapt. apud Cypr. p. 359. b. *Incipit Filius hominis tradi in manus hominum.* Juvencus l. 3. p. 69. c. nec versum istum, nec sequentem memorat.

℣. 22. Ms. Corb. 1. *& occident illum, & tertia die resurget. Quo audito discipuli ejus contristati sunt vehementer.* Cantabrig. *& occident eum, & post tres dies resurget. Et contristati sunt valde.* S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. cum Vulgata concinunt & Græco. Hilar. in hunc loc. 696. b. dicit : *Sequitur mæstitia cognitionem passionis.* Anonym. de rebapt. apud Cypr. p. 359. b. *& interficient eum, & post triduum resurget.*

℣. 23. Ms. S. Germ. 1. *Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt qui didragmam exigebant, ad Petrum, & dixerunt : Magister vester non solvet didragma ?* S. Germ. 2. *Et cùm venisset Capharn. accesserunt qui dragma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt : Magister vester non solvit didrachma ?* Corb. 1. *Et cùm venissent Caph. accesserunt hi qui tributum exigunt, & dixerunt : Magister vester quare non solvit tributum ?* Corb. 2. & S. Gat. *Et cùm venissent Capharn. access. qui didragma exigebant, ad Petrum, & dixerunt : Magister*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et venientibus eis in Caph. accesserunt qui tributum accipiunt, & dixerunt Petro : Magister vester non præstat tributum ?* Græcum Vulgatæ respondet. Hilarius in eundem loc. col. 696. c. *Et cùm venisset Jesus Capharnaum, accesserunt qui didrachma exigebant, ad Petrum.* August. in Ps. 137. to. 4. 1533. a. *Magister vester non solvit tributum ?* Auctor quæst. ex N. T. q. 75. apud August. to. 3. 73. f. *Magister vester non solvit didrachmam ?* Juvenc. l. 3. p. 69. c.

*Inde Capharnitum gradiens pervenit ad oras :*
*Convenere Petrum, quibus instat cura tributi,*
*Solvere poscentes solitum pro nomine Christi.*

℣. 24. Ms. S. Germ. 1. initio habet cum Vulgata, *Ait : Etiam ;* ultimò verò, *aut ab alienis ?* cætera ut in textu. Corb. 2. *Ait : Utique. Et intravit in domo.....* extremòque, *aut ab alienis ?* Corb. 1. ipso initio legit : *Et cùm introisset domum Petrus, prævenit illum Jesus, dicens :* & in fine : *à suis, an ab extraneis ?* Cantabrig. *Et dicit : Etiam. Et ingresso in domum, prævenit eum Jesus, dicens ..... à quibus accipiunt vectigal aut censum ? à filiis suis, aut ab alienis ?* Sangerm. 2. Vulgatæ consonat. Græc. Λέγει· Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, &c. ut in textu. Hilar. in hunc loc. 696. d. ait : *Petrum post conventionem silentem, tali eum sermone prævenit : Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum aut censum ?* Ambros. in Ps. 48. col. 949. e. *Simon, reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum ? à filiis suis, aut ab alienis ?* similiter l. 5. Hexa. col. 85. d. præter hoc ult. *an ab alienis ?* August. in Ps. 137. to. 4. 1533. a. *Et ille : Reges terræ à quibus exigunt tributum ? à filiis suis, an ab alienis ?* Juvencus l. 3. p. 69. c. d.

*Ille sed ad Petrum conversus, talia fatur :*
*Dic, inquit, Reges quorum dependere natos,*
*Externos, propriosne sibi jussere tributa ?*

℣. 25. Ms. S. Germ. 1. *Et ille dixit : Ab alienis. Dicit illis Jesus : Ergo liberi sunt filii.* Corb. 1. *At ille respondens, ait : Ab extraneis. Dixit illi Jesus*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Dicit illi : Ab alienis. Ait illi Jesus*, &c. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græc. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, &c. Hilarius in hunc locum, 696. d. *Nunquid ambiguum est filios regum tributis obnoxios non esse ?* Ambros. l. 5. Hexa. col. 85. d. *Et respondente Petro : Ab alienis : ait Dominus : Vade ad mare*, &c. & in Ps. 48. col. 949. e. *Respondit Petrus : Ab alienis. Cui dixit Dominus : Ergo liberi sunt filii.* August. in Ps. 137. to. 4. 1533. a. *Responderunt : Ab alienis*, &c. ut in textu : vide etiam quæst. 23. in Matth. to. 3. 244. b. Juvencus l. 3. p. 69. d.

*Respondit Petrus : Alienos solvere certum est.*
*Cernis, ait Christus, natum non solvere regis.*

℣. 26. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit, nisi quòd detrahit *illum*, post *tolle*. In altero S. Germ. hæc variant : *mitte hamum ad eum piscem primum qui ascenderit, tolle... illum sumens, da.* Corb. 1. legit : *Ne tamen scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascend. tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem : illum dabis pro me, & pro te.* Corb. 2. *qui primus ascenderit, sume : & aperto..... invenies staterem : illum tollens, da eis pro me, & te.* Cantabrig. *Ut autem non scandalizemus eos, pergens ad mare, mitte hamum : & qui ascenderit primùm piscis, tolle : & aperiens os ejus, invenies illic staterem : illum accipiens, da eis pro me, & pro te.* Haud absimilia Græcum habet, detracta duplici vocula, *illic*, & *pro* ante *te*. Hilarius in hunc loc. col. 697. a. b. dicit : *Scandalum præstat ut solvat : cæterùm debito legis est liber :* deinde : *Ire Petrus ad mare jubetur, hamum mittere, & primi piscis ascendentis os requirere, repertumque in eo staterem pro se ac Domino offerre :* paulòque post : *Ideo ait : Da pro me, & te.* Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 178. *mitte hamum in mare : & piscem, qui primus ascenderit, tolle : & aperto ore ejus, invenies duos denarios : da pro me, & te ;* Mss. 2. ibid. *& pro te ;* alii tres delent sup. *tolle*, cum seq. *&*. Ambros. l. 5. Hex. col. 85. d. *vade ad mare, & mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : & aperto ore ejus, invenies ibi staterem : illum sumens, dabis eis pro me, & te :* & in Ps. 48. col. 949. e. *Ut autem non faciamus illis offendiculum..... mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : & aperto ore ejus, invenies staterem : illum tollens, dabis pro me, & pro te :* vide etiam l. 4. in Luc. col. 1354. a. rursum epist. 7. to. 2. 781. e. f. *Ne scandalizentur, vade ad mare, & mitte hamum : & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : & aperto ore ejus, invenies ibi staterem : illum sumens, da iis pro me, & te :* & l. 1. off. col. 65. d. *dabis eis pro me, & pro te.* August. in Ps. 137. col. 1533. a. *Sed tamen ne scandalizemus eos, ait Petro, vade, mitte hamum in mare : & qui primus piscis ascenderit, aperi os ejus, & invenies staterem..... da illis pro me, & te.* Juvencus l. 3. p. 69. d. hæc tota sic reddit :

*Sed ne quem lædam, præceptum suscipe nostrum,*
*Et maris undisoni rupes quæ prodit in altum,*
*Scandatur tibi summa, Simon, hamusque profundo,*
*Stamine setarum connexus, præcipitetur :*
*Hæserit & curvo qui primus acumine piscis,*
*Hujus pandantur scissi penetralia ventris :*
*Illic inventum duplex dissolve tributum.*

Item Sedulius l. 2. carm.

*.....medii de gurgite ponti*
*Hamum ferre jubet gerulum didragmatis aurei ;*
*Incola mox pelagi pendentia fila momordit,*

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Jussa tributa ferens; graviorque onerante metallo, Vilis honor piscis pretio majore pependit.*

# CAPUT XVIII.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. IN illa die accesserunt discipuli ejus ad Jesum, dicentes: Quisnam major est in regno cœlorum?

2. Et Jesus vocavit puerum, & statuit eum in medio eorum,

3. & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, ut efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regno cœlorum.

4. Quicunque ergo humiliavit se sicut puer iste, hic major est in regno cœlorum.

5. Et qui acceperit unum puerum talem in nomine meo, me accipit:

6. qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & præcipitetur in profundo maris.

## VULGATA NOVA.

1. IN illa hora accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? Marc. 9. 33. Luc. 9. 46.

2. Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, Inf. 19. 14.

3. & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. 1. Cor. 14. 20.

4. Quicunque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum.

5. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit:

6. qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Marc. 9. 41. Luc. 17. 2.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. *In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis utique major est in regno cælorum?* Corb. 1. *In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis erit major in regno cælorum?* Corb. 2. initio habet pariter, *In illa die;* seqq. verò ut in Vulgata. Cantabrig. *In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis nunc major est in regno cælorum?* Græc. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ... Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν, &c. al. Ἐν ἐκείνῃ ἡμέρᾳ. Hilarius in hunc loc. col. 697. f. *In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est,* &c. ut sup. S. Leo serm. 36. p. 98. c. *Quis eorum major..... in regno cælorum?* Juvencus l. 3. p. 69. d.

*Discipuli post inde rogant, quis maximus alto*
*In cæli regno meritis pro qualibus esset.*

Item Sedulius l. 2. carm.

*Discipulisque suis se percontantibus, aulâ*
*Cælestis regni major quis possit haberi.*

℣. 2. Ms. Corb. 2. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. *Et vocavit Jesus parvulam, & statuit,* &c. S. Germ. 2. *Et Jesus vocans parvulum, statuit,* &c. Corb. 1. *Et vocans infantem Jesus, statuit,* &c. Cantabrig. *Et advocans Jesus puerum unum, statuit illum,* &c. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν, &c. Leo M. ser. 36. p. 98. c. *Vocavit parvulum, & statuit,* &c. Juvencus l. 3. p. 69. d.

*Tum Christus medio puerum consistere cœtu*
*Præcipit,* &c.

℣. 3. Ms. Corb. 1. *& ait: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, facti tales sicut infans hic est, non intrabitis in regno cælorum.* Cantabrig. *& dixit: Amen dico vobis, si non convertamini, & fueritis sicut pueri, non introibitis in regno cælorum.* S. Germ. 2. S. Gat. & Græcum Vulgatæ consonant: sic etiam Germ. 1. & Corb. 2. nisi quòd ultimò scribunt *regno*, non *regnum;* prætereaque Corb. 2. *pueri*, loco *parvuli;* Græc. τὰ παιδία· Copt. Arab. τὸ παιδίον τοῦτο. Hilar. in eundem loc. 697. f. *Nonnisi reversos in naturam puerorum introire regnum cælorum Dominus docet.* Ambros. in Ps. 36. col. 800. f. *Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum cælorum:* similiter l. de parad. col. 173. d. & l. 1. de Abr. c. 5. col. 297. a. & l. 8. in Luc. col. 1485. b. & l. 1. off. to. 2. 26. c. Sic etiam legit Maxim. Taurin. in serm. p. 27. c. additque: *Non dicit, sicut pueri isti, sed sicut puer iste.* Hieron. in Isai. 8. to. 3. 80. f. sic: *nisi conversi fueritis quasi unus de pueris, non intrabitis in regnum cæl.* & epist. 10. ad Ant. mon. to. 4. p. 2. col. 17. c. *quicunque vestrûm non fuerit conversus sicut infans, non potest introire in regnum cælorum.* Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 7. c. *nisi conversi facti fueritis sicut infans, non intrabitis in regnum cælorum.* August. in Joh. 6. to. 3. 493. d. & l. de S. virginit. to. 6. 356. f. *nisi fueritis sicut pusillus* (to. 6. *puer*) *iste, non intrabitis in regnum cælor.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 133. c. *nisi conversi fueritis, & effic. sicut pueri, non intrab.* &c. at inf. 136. c. *nisi facti fueritis sicut puer iste, non intrabitis,* &c. Juvencus l. 3. 69. d.

*.....& placido doctor sermone profatur:*
*En hujus* (al. *Istius en*) *similem pueri se reddere certet*
*Quisque cupit celsam cæli conscendere sedem.*

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Quicunque enim humiliaverit se sicut puer iste, hic major erit in regno cælorum.* S. Germ. 2. cum Græco: *Quicunque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic major est,* &c. Corb. 2. *Quicunque ergo humiliavit se sicut puer iste,* &c. Cantabrig. *Quicunque ergo humiliaverit se sicut puer iste, hic erit major,* &c. A Corb. 1. versus integer abest. Apud Maximum Taurin. in serm. p. 40. g. & S. Leonem serm. 36. p. 98. c. *Quicunque* (Leo addit *ergo*) *humiliaverit se sicut puer iste, hic major erit in regno cælorum.* Hæc autem non memorat Hilarius in hunc loc. 697. f. neque Juvencus l. 3. p. 69. e. Sedulius autem l. 2. carm.

*Ut Deus & doctor mirabilis omnibus, inquit:*
*Celsior est humilis, cunctisque potentior ibit,*
*Qui cunctis subjectus erit, seseque minorem*
*Demissa cervice gerit, velut iste videtur*
*Parvulus,* &c.

℣. 5. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. uno tantùm verbo differunt à textu Colb. nempe ult. *suscipit*, pro *accipit;* Corb. 2. *accepit.* Corb. 1. verò habet: *Et qui exceperit unum talem infantem in nomine meo, me excipit;* Germ. 2. *me suscepit.* Cantabrig. *Et quicunque susceperit unum puerum talem... me recipit.* Græc. Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν ἐπὶ.... ἐμὲ δέχεται. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. d. *Qui acceperit unum puerum talem in nomine meo, me accipit.* Hilarius in Matth. col. 698. b. *Si qui autem in Christi nomine tales receperint, Christi recepti præmium consequentur.* Juvencus hunc etiam versum silet.

℣. 6. Ms. Corb. 1. *Quicunque autem scandalizaverit unum de pusillis istis..... expedit illi ut suspendatur mola asin. collo ejus, & præcipitetur in profundum maris.* Cantabrig. *Qui autem scandalizaverit unum de minimis istis, qui credunt in me, expedit ei ut suspendatur mola asin. super collum ejus, & demergi in pelago maris.* S. Germ. ambo, cum Corb. 2. & S. Gat. &c. Vulgatæ respondent; solus Germ. 2. delet *ei*, post *expedit*. Græc. Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν... συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ... ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. d. *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis, qui in me credunt, expedit ei ut suspend. mola asin. in collo ejus, & mergatur in profundum maris.* Hilarius in Matth. col. 698. b. *Qui autem scandal. unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola asin. in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Ambrosius l. de Tob. c. 20. col. 615. d. *Væ enim qui scandalizaverit unum de pusillis istis:* & in Ps. 118. col. 1244. f. *Quicunque scandalizaverit unum de pusillis istis minimis:* & l. 8. in Luc. col. 1486. d. *expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Paulin. in vita Ambros. to. 2. p. v. f. *Qui scandalizaverit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo ejus alligetur, & demergatur in profundum maris.* S. Paulin. epist. 1. col. 2. b. *Væ iis qui scandalizaverint unum ex modicis istis in me credentibus: expedit homini illi ut suspendatur mola asin. collo ejus, & præcipitetur in profundum maris.* August. quæst. 24. in Matth. to. 3. 244. c. *Qui autem scandaliz. unum de pusillis istis:* paulòque post: *expedit ei ut mola asin. suspendatur collo ejus, & præcipitetur in profundum maris.* Maxim. Taurin. in serm. p. 41. b. *Qui scandaliz. unum de pusillis,* &c. ut in Vulgata, excepto verbo *mergatur*. Juvencus l. 3. p.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim ut veniant ſcandala : veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit.

Sup. 5. 30. Marc. 9. 42. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te : abſcide eum, & projice abs te : bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

9. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te : bonum tibi eſt cum uno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Pſalm. 33. 8. 10. Videte ne contemnatis unum ex his puſillis : dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.

Luc. 19. 10. 11. Venit enim filius hominis ſalvare quod perierat.

Luc. 15. 4. 12. Quid vobis videtur ? ſi fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis : nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam quæ erravit ?

VERSIO ANTIQUA.

7. Væ autem huic mundo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enim venire ſcandala : veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Ex Mſ. Colbert.

8. Quòd ſi manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te : abſcide eum, & projice abs te : bonum tibi eſt in vitam venire debilem, vel claudum, quàm duos pedes, aut duas manus habentem mitti in gehennam æternam.

9. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te : bonum tibi eſt unum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

10. Videte ne contemnatis unum ex puſillis his, qui credunt in me : dico enim vobis, quòd angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.

11. Venit enim filius hominis ſalvare & quærere quod perierat.

12. Quid vobis videtur ? ſi fuerint alicui homini centum oves, & erraverit una ex eis : nonne relinquet nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam quæ erravit ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

69. d.

*Qui verò è parvis iſtis deceperit unum,*
*Si ſapiat, nectat ſaxo ſua colla molari,*
*Præcipitemque maris ſeſe jaculetur in undas.*

Obſervandum tres iſtos Juvenci verſus non poni niſi poſt alios duos qui ℣. ſeptimo Matthæi reſpondent.

℣. 7. Mſ. S. Germ. 1. textui Colb. conſonat, deleto uno *illi*, poſt *homini*. Ita quoque legit Cantabr. ſed delet præterea initio τὸ *autem huic*. Corb. 1. fert : *Væ autem huic mundo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enim venire ſcandala : veruntamen væ illi homini, per quem ſcandalum veniet*. Corb. 2. *Væ autem mundo à ſcand. Neceſſe eſt enim venire ſcand.* &c. ut in textu. Sic etiam in Germ. 2. & S. Gat. detracta conjunct. *autem* : nec abſimile Græcum eſt. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. d. nil omnino differt à textu Colb. nec etiam Hilarius in Matth. col. 698. e. niſi quòd initio tollit *autem* : at in Pſ. 127. col. 429. a. legit : *Væ nunc mundo à ſcandalis*. Ambroſ. l. 8. in Luc. col. 1486. c. *Væ huic mundo ab ſcandalis*. Ambroſiaſt. p. 148. f. *Oportet venire ſcandala*. Auguſtinus in Job, to. 3. 669. d. *Væ mundo à ſcandalis. Oportet enim venire ſcandala : væ autem illi hom. per quem ſcand. venit*. Auct. l. de ſing. cleric. apud Cypr. p. 526. a. *Væ huic mundo ab ſcandalis : veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit*. Juvencus l. 3. p. 69. d.

*Erroris laqueos ſæclis increſcere certum eſt :*
*Sed tamen infelix, per quem generabitur error.*

At primam ſacri textus partem non exprimit Poëta. Vide quæ notavimus ſub fine ℣. præced.

℣. 8. Mſ. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. ſi exceperis ult. *vel duas manus hab. mitti in ignem æt.* Sangerm. 2. *bonum tibi ad vitam ingredi deb.* &c. ut in Vulgata. S. Gat. *ad vitam debilem, vel claudum intrare, quàm duas manus..... mitti in gehennam ignis*. Maj. Mon. *venire, quàm duas manus*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. ita : *Quòd ſi te manus tua, vel pes ſcandalizat : præcide illum, & projice à te : bonum eſt tibi ad vitam venire debilem, vel claudum, quàm duos pedes, vel duas manus habentem mitti in gehennam ignis*. Corb. 2. *Quòd ſi manus tua..... abſcinde eum..... bonum eſt enim tibi in vitam venire debilem, quàm duos pedes, vel duas*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Si autem manus tua, aut pes... abſcide eum, & mitte abs te : bonum tibi eſt introire in vit. claudum, aut ſideratum, quàm duo pedes, aut duas*, &c. ut in Vulg. Græc. Εἰ δὲ ἡ χείρ σου, ἢ ὁ πούς σου..... ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας, &c. ut in Vulg. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. d. *Quòd ſi manus tua, vel pes tuus ſcand. te : abſcinde eum, & projice abs te*. Hilarius in Pſ. 118. col. 346. e. *Et ſi pes dexter, aut manus ſcandalizat te : erue eum, & abſcide abs te* : & in Pſ. 120. col. 380. c. *Et ſi pes tuus dexter ſcandalizat te, abſcinde eum* : vide etiam in Matth. col. 627. a. b. S. Pacian. ep. 3. p. 313. a. *Quòd ſi manus tua, vel pes tuus ſcandalizaverit te : abjice eum abs te*. Hic autem verſus totus, & ſequens, non redditur à Juvenco in Carmine Evang. Vide ſup. ad Matth. 5. 30.

℣. 9. Mſ. Corb. 2. cum textu Colb. concinit. Sic etiam Sangerm. 1. niſi quòd hab. *venire*, pro *intrare*. S. Germ. 2. *bonum tibi eſt uno oculo ad vitam intrare*, &c. S. Gat. *uno oculo (habentem) ad vitam intrare*. Corb. 1. *Et ſi oculus tuus ſcandalizat, exime illum, & projice à te : utilius eſt enim tibi unum oculum habentem intrare ad vitam*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Similiter & ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & mitte abs te : bonum tibi eſt luſcum in vitam venire, quàm..... mitti in gehennam*. Græcum Vulgatæ reſpondet.

℣. 10. Mſ. Corb. 2. accedit ad textum Colb. ſicut etiam S. Germ. 1. detractâ voculâ *his*, poſt *puſillis*. S. Germ. 2. *Vide ne contemnatis unum ex puſillis, qui in me credunt*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *de puſillis iſtis, qui in me*, &c. Corb. 1. *Videte ne contemnatis de his puſillis credentibus in me : dico enim vobis, quoniam angeli eorum vident ſemper faciem patris mei, qui*, &c. Cantabrig. *Videte ne contemnatis unum horum minimorum, qui credunt in me : dico enim vobis, quòd angeli eorum in cælis ſemper..... qui eſt in cælis*. Similiter addit, *qui credunt in me*, Verſio Anglo-Saxon. teſte Thoma Mareſchallo ; ſed abeſt ab omnibus penè Græcis : illuc tranſlatum videtur è verſu 6. præced. Et verò Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. d. hoc non admittit, ſed cum Vulgata concinit ad verbum, præterquam quòd habet *quòd*, pro *quia*. At Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 699. a. legit : *Videte ne contemnatis unum de puſillis iſtis, qui credunt in me* : paulòque poſt ait : *puſillorum enim angeli quotidie Deum vident. Quia filius*, &c. de ℣. ſeq. A Mſ. etiam uno aut altero Gr. abeſt τὸ ult. *qui in cælis eſt* : ſed idem Hilar. in Pſ. 118. col. 247. c. habet : *angeli parvulorum patrem noſtrum quotidie vident, qui in cælis eſt* : at in Pſ. 122. col. 396. d. *minimorum angeli Deum quotidie vident* : & in Pſ. 65. col. 178. c. *quotidie in cælis Deum patrem vident* : & in Pſ. 129. col. 439. f. *ſunt & puſillorum angeli quotidie Deum videntes*. Ambroſius l. 1. in Luc. col. 1277. a. *Nolite contemnere unum de puſillis iſtis*. Juvencus l. 3. p. 69. e. ſic :

*Nec quiſquam faſtu parvos contempſerit iſtos :*
*Horum cuſtodes cæleſti in ſede tuentur*
*Altithroni vultum genitoris ſidera ſuprà.*

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Venit enim filius hominis ſalvare id quod perit*. Sangerm. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ conſentiunt cum Græco. Abeſt integer verſiculus à Corb. 1. Lat. ſicut à Pariſ. 6. Gr. In pleriſque autem aliis Græcis eſt, ζητῆσαι καὶ σῶσαι, ut in textu Colb. & Lucæ c. 19. 10. Tertul. l. de reſur. carn. p. 570. a. *Ego veni, ut quod periit ſalvum faciam* : & infra, p. 579. b. *Ad hoc veniſſe ſe dicit, uti quod periit ſalvum faciat* : & l. de pudic. p. 1004. c. *Venerat Dominus utique, ut quod perierat ſalvum faceret*. Hilarius in hunc Matthæi loc. 699. a. *Filius hominis venit ſalvare quæ perdita ſunt*. Ambroſ. l. 4. de interpel. David, c. 2. p. 663. d. *Venit Dominus, ut ſalvum faceret quod perierat*. Damaſ. I. ep. 4. to. 1. 499. a. *Venit filius hominis ſalvare quod perierat totum*. Apud Juvenc. non legitur hic verſiculus.

℣. 12. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. conſonant : ſic etiam Germ. 2. niſi quòd habet *in montem*. S. Gat. cum Claromont. *in montibus, & vadet quærere eam quæ erraverit ?* Claromont. *erravit*. Maj. Mon. *in deſerto, & vadet quærere eam quæ erraverit ?* Corb. 1. *Quid vobis videtur ? ſi cui homini fuerint centum oves, & erraverit una ex illis : nonne relinquit..... & vadit quærere illam*, &c. ut



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

13. & si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quòd gaudebit in eam magis quàm super nonaginta novem, quæ non erraverunt.

14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus ex pusillis istis.

15. Quòd si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe illum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum:

16. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum testium, vel trium, stet omne verbum.

17. Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

18. Amen, amen dico vobis, quæcunque alli-

VULGATA NOVA.

13. & si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quàm super nonaginta novem, quæ non erraverunt.

14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis.

15. Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: *Lev. 19. 17. Eccli. 19. 13. Luc. 17. 3.*

16. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. *Jac. 5. 19. Deuter. 19. 15. Joan. 8. 17. 2. Cor. 13. 1. Heb. 10. 28.*

17. Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. *1. Cor. 5. 9. 2. Thess. 3. 13.*

18. Amen dico vobis, quæcunque alligaveri- *Joan. 20. 23.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in textu. Cantabrig. *Quid autem vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oves..... nonne relinquet xcix. in montibus, & pergens quæret eam quæ erravit?* Græc. Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν..... οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς, ζητεῖ τὸ πλανώμενον; al. οὐχὶ ἀφήσει... καὶ πορευθείς. Hilarius in hunc locum, col. 699. b. dicit: *Posuit exemplum ejus qui oves xcix. in montibus reliquisset, & errantem unam requisisset.* Juvencus l. 3. p. 69. e.

*Sed si quis pastor, cui pascua credita, tondens*
*Centum balantes, unam cùm fortè seorsum*
*Nescius error habet: quæsitor deserit omnes*
*Unius, & totis lustrat vestigia silvis.*

℣. 13. Ms. S. Germ. 1. *& si contigerit ut inveniet eam: Amen dico vobis, quòd gaudebit super eam magis quàm in nonaginta novem, quæ,* &c. Corb. 1. *Amen dico vobis, quòd plùs gaudebit in eam, quàm in xcix,* &c. S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. *quia gaudebit super eam magis quàm super xcix.* &c. Corb. 2. cum Claromont. *quòd gaudebit in eam magis quàm in nonag. & novem,* &c. Claromont. tollit &. Cantabrig. *& si fuerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet magis in illa, quàm super xcix.* &c. Græc. pariter: καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό· Ἀμὴν..... ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ, &c. Apud Hilar. in hunc locum, col. 699. b. *quâ inventâ, plus gaudii sit, quàm habebatur in xcix. conservatione lætitiæ.* Apud Juvencum l. 3. p. 69. e.

*Illam si magno possit reperire labore,*
*Lætitia inventa major tum nascitur agnæ,*
*Quàm pro cunctarum numero quòd nulla recessit.*

℣. 14. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, cum Claromont. Corb. 1. & Græco. In Corb. 2. deest *unus*, post *pereat*. In Cantabrig. sic: *Sic non est vol. coram Patre vestro, qui est in cælis, ut pereat unum de minimis his.* Apud August. in Joh. 6. to. 3. 493. d. *Sic non est voluntas in conspectu Patris vestri, ut pereat unus de pusillis istis.* Apud Juvencum, l. 3. p. 69. e.

*Ex istis parvis Genitor sic perdere quemquam*
*Non patitur, gaudetque suis increscere regnis.*

℣. 15. Mss. S. Germ. 1. & Claromont. concinunt cum textu Colb. præterquam quòd habent, *lucratus es*, non *eris*. Corb. 1. *Quòd si peccaverit..... vade, corripe illum solus cum solo: si te audierit, lucratus es,* &c. Corb. 2. *Quòd si peccaverit..... vade, corripe eum inter te,* &c. ut in textu. Maj. Mon. *Si autem peccav... vade, & argue eum inter te,* &c. Cantabrig. *Si autem peccav..... vade, argue eum inter te..... lucratus es,* &c. S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ..... ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου..... ἐκέρδησας, &c. alii plures ὕπαγε, ἔλεγξον, absque medio καί. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. f. nil differt à textu Colb. nisi quòd habet, *& si audierit*, pro *si te audierit*. Similiter Hilar. in hunc loc. col. 700. a. *Quòd si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* Ambros. l. 8. in Luc. col. 1475. c. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum:* vide etiam ep. 40. to. 2. 948. b. August. serm. 83. to. 5. 447. d. *Sed si peccaverit in te frater tuus,* &c. ut in textu, præter unum *lucratus es*: & l. de fide & op. to. 6. 167. c. *Adtendite vobis: Si peccaverit in te..... lucratus eris,* &c. hoc autem *Adtendite vobis*, petitum videtur è Lucæ c. 17. ℣. 3. Apud Juvencum, l. 3. p. 69. e. sic:

*Si fratrem proprio delicto commaculatum*
*Cernis, secretò mox dictis corripe solus:*
*Si tua verborum patiens moderamina laudat,*
*Labentis mentem frater lucrabere fratris.*

℣. 16. Ms. S. Germ. uterque: *si autem non te audierit,* &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *quòd si te non audierit, adhibe unum, aut duos tecum, & præsentibus duobus, vel tribus testibus stabit omne verbum.* Cantabrig. *si autem non audierit, adsume tecum adhuc unum, aut duos, ut in ore duorum, vel trium stet,* &c. Corb. 2. *adhibe tecum unum, vel duos,* &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ Claromont. S. Gat. &c. succinunt ad verbum. Græc. textui Colb. respondet, deleto uno *te*, ante *non audierit*. A nonnullis etiam abest ἔτι, *adhuc*. Tertul. l. de præscr. c. 22. p. 334. c. ait: *in tribus testibus stabit omne verbum:* similiter l. de bapt. c. 6. p. 389. b. & l. 4. contra Marc. p. 715. b. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. f. legit: *si autem non te audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.* Hilar. in hunc Matth. loc. col. 700. b. *unum, atque duos jussit adhiberi, ut in ore duûm testium fides verbi, ac veritas maneat.* Ambros. ep. 4. to. 2. 765. f. *duobus, & tribus testibus stat omne verbum:* huc etiam alludit ep. 40. col. 948. b. August. serm. 83. to. 5. 447. d. *si autem contempserit, adhibe tecum duos, vel tres, ut in ore duorum, vel trium stet,* &c. & l. de fide & op. to. 6. 167. c. *si autem non audierit te, assume tecum unum, vel duos,* &c. ut in Vulgata: & tr. 37. in Joh. 549. c. necnon l. 16. contra Faust. to. 8. 289. f. *in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.* Itidem Symmach. ep. 6. Conc. to. 4. 1297. c. Maximinus verò Arian. ap. August. to. 8. 669. f. *in ore duûm, aut trium testium constabit omne verbum.* Juvenc. l. 3. p. 69. e.

*Sin tua solius contemnet verba reluctans,*
*Tunc alius pariter monitor pia jussa frequentet.*

Nec ibi subdit plura: vide tamen inf. ad ℣. seq.

℣. 17. Ms. S. Germ. 1. *Quòd si non aud. eos..... si autem & ecclesiam non aud. sit tibi tanquam ethnicus & public.* S. Germ. 2. *Quòd autem non audierit eos,* &c. ut in textu. Corb. 1. *Quòd si & eos non audierit: dic eccles. si autem & ecclesiam non aud. sit tibi tanquam ethnicus, & ut public.* Corb. 2. simpliciter habet: *Quòd si non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus:* media quidem illic addita, sed recentiori manu. Clarom. *Quòd si non audierit eos: refer ecclesiæ: si autem & ecclesiam, sit tibi quasi ethnicus & publicanus;* S. Gat. *sicut gentilis & publicanus.* Cantabrig. *Si autem minùs audierit eos: dic ecclesiæ: si autem & ecclesiam non audierit, erit tibi sicut ethnicus, & sicut publicanus.* Græc. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν· εἰπὲ... ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, &c. ut in textu. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. f. eidem textui Colb. assentit ad verbum, nisi quòd hab. *tanquam*, pro *sicut*. Sic etiam August. l. de fide & op. to. 6. 167. c. & l. 3. cont. ep. Parm. to. 9. col. 67. a. at serm. 83. to. 5. 447. d. *Si autem & ipsos contempserit: dic ecclesiæ: quòd si ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & public.* S. Paulin. epist. 1. p. 3. c. *sit tibi ut extraneus & publicanus.* Cypr. ep. 55. & 76. pp. 89. c. 152. a. *si autem (al. verò) ecclesiam contempserit, sit tibi tanquam ethnicus & public.* Hilarius l. de synod. col. 1151. a. dicit, *post primam & iteratam conventionem, eos, qui etiam sub testimonio ecclesiæ inobedientes existerent, haberi sicut ethnicos publicanosque:* vide etiam in Matth. 18. col. 700. c. Juvencus l. 3. p. 69. f.

*Sed si decutiet doctorum frena duorum,*
*Tunc ad concilium referantur crimina plenum,*
*Ut populi saltem sanetur pondere victus:*
*Sin & multorum contempserit efferus ora,*
*Sit tibi divisæ mulctatus nomine gentis.*

℣. 18. Mss. S. Germ. 1. S. Gat. & Clarom. concordant cum textu Colb. detracto uno *amen*. Item Corb. 1. hab. *Amen dico;* paulò verò post, *erunt alligata in cælo;* ultimòque, *erunt soluta in cælo.* Corb. 2. *erunt alligata & in cælo.* S. Germ. 2. simpliciter: *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt soluta & in cælo,* omissis

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

tis super terram, erunt ligata & in cœlo : & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est.

20. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit : Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei ? usque septies ? (Luc. 17. 4.)

22. Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuagies septies.

**Versio antiqua.** (Ex Ms. Colbert.)

gaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo : & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

19. Iterum amen dico vobis, quòd si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est.

20. Ubi enim fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum.

21. Tunc accedens ad eum Petrus, dixit ei : Domine si peccaverit in me frater meus, quotiens dimittam illi ? usque septies ?

22. Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuagies septies.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

intermediis. In Cantabrig. quoque : *Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis in terram, erunt soluta in cælis ;* sed in imo marg. alia manu, tam Græcè quàm Latinè, additur, *erunt ligata in cælis : & quæcunque solveritis in terram.* Gr. textui Colb. accedit, nisi quòd pro *alligaveritis*, ponit δήσητε ; tollitque duplex *&*, ante *in cælo.* Editio Paris. 2. initio geminat Ἀμὴν ; & in fine habet, ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Hilarius in Ps. 67. col. 211. e. *quæcunque ligaveritis super terram, ligata erunt & in cælis : & quæcunque solveritis super terram, soluta erunt & in cælis :* similiter idem Hilar. in Matth. 700. d. Ambrosiast. p. 174. e. *quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* August. in Joh. 5. to. 3. 468. d. *quæ solveritis in terra, soluta erunt & in cælo :* itidem l. de fide & op. to. 6. 167. c. tum addit : *& quæ ligaveritis in terra, ligata erunt & in cælo.* Horum autem nihil redditur à Juvenco.

℣. 19. Ms. Maj. Mon. textui Colb. congruit. Corb. 2. autem Vulgatæ. Sangerm. 1. cum Clarom. sic : *Iterum amen dico vobis, quia si duobus ex vobis convenerit super terram de omni re, quæcunque petierint, fiet illis,* &c. ut supra. Sangerm. 2. *Iterum amen dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super..... quæcunque petierint, fiet,* &c. Corb. 1. *Amen dico vobis, quia si duobus convenerit sup... quæcunque petierint, continget illis à patre meo, qui est in cælis.* Cantabrig. *Iterum dico vobis, quia si duo convenerint ex vobis super..... quamcunque petierint, fiet eis à,* &c. Græc. Vulgatæ consonat : Mss. tamen plures initio ferunt, Πάλιν ἀμὴν ; nonnulli, Πάλιν δὲ ἀμὴν. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Amen dico vobis, quoniam si duobus ex vobis convenerit in terra, de omni re quamcunque petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cælis est :* similiter ep. 7. p. 14. a. & l. de unit. Eccl. p. 198. a. præterquam quòd 1. loco hab. *Dico autem vobis ;* altero, *Dico vobis.* Ambros. l. 7. in Luc. col. 1457. f. *si duobus ex vobis convenerit super terram, de omni re quamcunque petieritis, fiet vobis à patre meo, qui in cælis est :* & l. de instit. virg. to. 2. 252. b. *si duobus ex vobis convenerit super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet à patre meo, qui,* &c. Hilarius in hunc Matthæi loc. 700. d. ait, *unitatis merito, omnia quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse.* Ennod. l. 1. epist. 5. Sirm. to. 1. 1375. *si convenerit duobus aut tribus vestrûm, quidquid petieritis, impetrabitis.* Acta mart. SS. Mont. &c. Ruinart. p. 233. *si duo ex vobis consenserint,* &c. ut in Vulgata. Juvencus l. 3. p. 69. f. allatis supra ad ℣. 17. proximè addit :

*Namque in concilium semper præsentia nostra*
*Adveniet,* &c.

℣. 20. Ms. Corb. 1. *Ubi enim sunt duo vel tres congregati tantùm in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Corb. 2. cum Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. *Ubi enim duo sunt... congregati in nomine meo, ibi & ego sum,* &c. S. Germ. 1. *Ubi enim sunt duo vel tres congr. in nomine meo, ibi sum & ego in medio eorum :* deinde sic : *non enim sunt congregati in nomine meo, inter quos ego non sum.* In Cantabrig. similia, sed sola ; nempe : *Non enim sunt duo aut tres collecti in meo nomine, apud quos non ero in medio eorum.* In Germ. 2. verò, & Græco, omnia ut in Vulgata. Tertul. l. 2. ad uxor. c. 9. p. 283. a. ait : *Ubi duo, ibi & ipse.* Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Ubicunque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum :* ita rursum l. de unit. Eccl. p. 198. a. c. Hilar. quoque in Ps. 124. col. 405. b. dicit : *Nam & tribus vel duobus in nomine suo congregatis erit præsens :* & in Matth. col. 700. d. *Ubi duo atque tres pari spiritu ac voluntate collecti sint, ibi se medium eorum pollicetur futurum.* Ambros. l. 2. de Cain & Ab. c. 2. col. 208. e. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eor.* similiter l. de instit. virg. to. 2. 252. b. f. & epist. 63. col. 1023. c. addito uno *enim*, post *Ubi :* at l. de myst. col. 332. b. *Ubi fuerint duo vel tres, ibi & ego sum.* Victor Vit. l. 3. pers. Afric. p. 44. b. *Ubicunque fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi & ego sum in,* &c. Cælestin. I. epist. 18. to 1. 1155. a. *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in,* &c. Concil. Tolet. 16. Daguir. to. 2. 745. c. *Ubicunque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi sum & ego in med.* &c. & Tolet. 17. p. 752. f. *Ubicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, & ego ero in,* &c. Juvencus l. 3. p. 69. f.

*.....mediumque duûm me stare necesse est,*
*Sive trium fuerit cætus sub nomine nostro.*

℣. 21. Ms. Clarom. consentit cum textu Colb. Ita quoque Germ. 1. & Corb. 2. nisi quòd hab. *remittam ei.* S. Germ. 2. *Tunc accedens Petrus ad eum, dixit : Domine quòd si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei ? usque septies ?* Corb. 1. *ad eum Petr. dixit ei : Domine si peccaverit in me fr. meus, quotiens remittam illi ? septies ?* Cantabrig. *Tunc accedens Petr. dixit ei : Domine quotiens peccaverit in me frater meus, &,* &c. ut in Vulgata. Græc. Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε· Κύριε ποσάκις ἁμαρτήσει, &c. ut in Vulg. al. ἁμαρτήσῃ. Tertul. l. de orat. c. 7. p. 181. c. ait : *Cùm interrogasset Petrus, si septies remittendum esset fratri,* &c. & l. de pat. c. 12. p. 202. c. *vel semel ignoscet fratri suo.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. b. & c. *Tunc accedens ad eum Petrus, dixit ei : Domine si peccaverit in me frater meus, quoties remittam ei ? usque septies ?* Hilar. in Matth. 18. col. 701. a. ait : *Quærenti deinde Petro, an peccanti in se fratri septies remitteret,* &c. Ambrosius l. 2. de Jacob, c. 6. col. 467. f. *Si frater meus in me peccaverit, quoties dimittam ei ? usque septies ?* & in Ps. 36. col. 800. b. ac epist. 63. col. 1047. a. *Si peccaverit in me frater meus, quoties remittam ei ? usque septies ?* Similiter habet Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. p. 602. c. præter hoc, *dimittam illi ?* August. serm. 83. to. 5. 448. f. *quoties debeo ignoscere ? sufficit usque septies ?* Juvencus l. 3. p. 69. f.

*Tum Petrus quærit quot fratri errata remittat ;*
*An septem lapsus homini indulgere liceret.*

℣. 22. Accinunt Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. S. Gat. &c. Itemque Corb. 1. cum Clarom. detracto secundo *usque.* Germ. 2. initio hab. *Dixit illi,* &c. ut in textu. Cantabr. *Dicit ei Jesus : Non dico tibi septies ; sed septuagies septies.* Græc. textui Colb. consonat, nisi quòd pro ult. *septies*, ponit ἑπτά. Tertul. l. de orat. c. 7. p. 181. c. *immo*, inquit, *septuagies septies :* & l. de pat. c. 12. p. 202. c. *Non dicam septies ; sed septuagies septies :* vide etiam l. de pudic. p. 1014. b. Lucifer Calaritan. lib. 2. pro S. Athan. p. 208. b. *Dicit illi : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuagesies septies :* itidem infra, detracto altero *usque.* Hilar. in hunc Matth. loc. 701. a. *Respondit : Non usque septies ; sed usque septuagies septies.* Ambros. l. 2. de Jacob, c. 6. to. 1. 467. f. *Respondit ei Dominus Jesus : Non solùm septies ; sed usque septuagies septies :* & in Ps. 36. col. 800. b. *Non solùm septies ; sed etiam septuagies septies :* similiter l. 8. in Luc. col. 1476. a. & epist. 63. col. 1047. b. Victor Tun. lib. de pœnit. p. 602. c. *Dixit illi Jesus : Non dico tibi,* &c. ut in textu. August. serm. 83. to. 5. 448. f. *Non dico tibi septies ; sed septuagies septies :* & l. contra Adim. to. 8. 117. f. *Non solùm septies ; sed septuagies septies.* « In Evang. juxta Hebræos, » quod Chaldaico Syroque sermone, sed Hebraicis litteris » scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni, secun» dùm Apostolos, sive ut plerique autumant, juxta Mat» thæum, quod & in Cæsariensi habetur Bibliotheca, hæc » habentur : » *Si peccaverit frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit illi Simon discipulus ejus : Septies in die ? Respondit Dominus, & dixit ei : Etiam ego dico tibi usque septuagies septies.* Ita ex Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. col. 533. c. Apud Juvenc. l. 3. p. 69. f. sic :

*Christus prosequitur : Non septem crimina tantùm ;*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

23. Ideo simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.

24. Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat centum talenta.

25. Cùm autem non habebat unde redderet, jussit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, ut redderet debitum.

26. Procidens autem servus ille, rogabat dominum suum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

27. Misericordiâ autem motus dominus servi illius, debitum remisit ei.

28. Regressus autem servus ille, invenit unum ex conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum

## VULGATA NOVA.

23. Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.

24. Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.

25. Cùm autem non haberet unde redderet, jussit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.

26. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

27. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

28. Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Sed decuplata superdonentur vulnera fratri.*

℣. 23. Ms. Corb. 1. non differt à textu Colb. nec etiam Cantabrig. nisi quòd hab. *tollere rationem*. S. Germ. 1. *Ideo similis est habitus regni cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere*, &c. Corb. 2. *Ideo simile est habitum regnum cælorum*, &c. ut in textu. Clarom. *Ideo dico vobis, simile habitum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem discutere cum*, &c. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία..... ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ, &c. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. *Ideo simile est habitum regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.* Juvenc. l. 3. p. 69. f.

*Nam cæli regnum domino prædivitis aulæ*
*Consimile est, nummi rationem qui sibi poni*
*Jusserit*, &c.

℣. 24. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est..... qui debebat decem millia talenta.* S. Germ. 2. *Et cùm cœp. ratione ponere cum servis suis, oblatus est*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. & Corb. 2. *rationem ponere cum servis suis*; subinde Corb. 2. *qui debebat decem millia*, &c. Clarom. *Et cùm cœpisset discutere, oblatus est..... qui debebat decem millia tal.* Cantabrig. *Incipiente autem eo tollere, oblatus est ei unus debitor decem millium denariorum.* Græc. Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων· al. συναίρειν λόγον. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. cum Vulgata concinit, deleto uno *ei*, ante *decem*. August. quæst. 25. in Matth. to. 3. 244. c. *oblatus est domino*, inquit, *debitor decem millium talentorum.* Juvencus l. 3. p. 69. f. addit:

*.....& servum debentem multa talenta.*

*Multa* quoque Copt. Versio habet, non *decem millia*, vel *centum* ut in Ms. Colb.

℣. 25. Ms. S. Germ. 1. *Cùm autem non haberet..... jussit eum venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæcunque habebat, & reddi debitum.* S. Germ. 2. *jussit eum dominus venundari, & uxorem, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi debitum.* Corb. ambo, *jussit eum dominus suus* (Corb. 2. *ejus*) *venundari, & uxorem ejus, & fil. & omnia quæ hab. & reddi debitum.* Clarom. *jussit eum dominus ejus venundari, & uxorem, & filios ejus, & omnia quæcunque habebat, & reddi debitum.* Cantabrig. *Non habente autem eo unde redderet, jussit eum dominus venundari, & uxor. ejus, & fil. & omnia quæ hab. & restituere.* Græc. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, &c. ut in Vulgata. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. *Cùm autem non haberet unde redd. jussit eum dominus venundari, & ux. ejus, & filios, & omnia quæ hab. & reddi debitum.* August. quæst. 25. in Matth. col. 244. d. post hoc, 10000. *talentorum*, subdit, *& jussit eum venundari, & uxor. ejus*, &c. quæ in Vulg. Juvenc. l. 3. p. 69. f.

*Præcipit abreptum, cum conjuge, progenieque,*
*Atque opibus cunctis, venali nomine sisti.*

℣. 26. Ms. Corb. 1. *Procidens autem servus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & ego reddam omnia.* Corb. 2. *orabat eum, dicens: Domine, patientiam habe in me, & omnia reddam.* S. Germ. 1. *orabat eum, dicens: Domine, patientiam..... & omnia reddam tibi.* S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. *rogabat eum, dicens.* Subinde Maj. Mon. & S. Gat. *in me domine.* Clarom. *Procidens autem servus ille ad pedes domini sui, orabat eum, dicens: Pat. habe in me domine, & omnia reddam tibi.* Cantabrig. *Cadens autem servus ille, adorabat eum; dicens: Patiens esto in me, & omnia restituam.* Græc. Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος, προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. al. Καὶ πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, παρεκάλει αὐτόν· paulòque post omittitur Κύριε. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. Vulgatæ suffragatur ad verbum. Juvencus l. 3. p. 69. f.

*Tum servus dominum, prostrato corpore, adorat,*
*Et spondet, spatii sibi si foret ulla facultas,*
*Omnem nummorum domino dissolvere summam.*

℣. 27. Ms. Corb. 1. *Misertus autem dominus..... dimisit eum, & universum debitum donavit illi.* Corb. 2. *Misertus autem dom. servi illius, & remisit ei, & debitum remisit ei.* Clarom. *Misertus est autem dominus servo illi, dimisit eum, & debitum remisit ei.* Maj. Mon. *Misertus est autem dominus servi illius, dimisit eum, & omne debitum dimisit ei.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Ita quoque in Cantabrig. præter unum *fenus*, loco *debitum*. Græc. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ... ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Tertul. l. de orat. c. 7. p. 181. c. *illi servo dominus debitum remisit.* Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 701. d. *servo unde redderet non habenti, omne dominus debitum relaxavit.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. consentit cum Vulgata. Juvencus l. 3. p. 69. g.

*Commovit dominum famuli miseratio flentis,*
*Cunctaque trans meritum concessit debita servo.*

℣. 28. Ms. Corb. 2. *Egressus autem..... invenit unum ex conservis suis*, &c. ut supra. Cantabrig. *Egressus autem... invenit unum de cons. suis, qui debebat ei denarios centum: & tenens eum suffocabat, dicens: Redde quæ debes.* S. Germ. ambo, Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt: nec refragatur Græc. nisi quòd sub fine habet: καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων· Ἀπόδος μοι ὅ τι ὀφείλεις· al. deest μοί. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. textui Colb. favet, si excipiatur verbum 1. *egressus*. Vide sis Hilar. in hunc Matthæi loc. 701. d. Juvencus l. 3. p. 69. g.

*Ille sed egrediens conservum limine in ipso*
*Nactus constringit: tum debita fortiùs urget*
*Persolvi.*

℣. 29. Similiter habent Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. deleta voce *omnia* sub fin. Corb. 1. *Et procidens conservus ille, rogabat*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Cadens ergo conservus ejus, rog..... & ego reddam tibi.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. nil differunt à Vulg. & textu Colb. Græc. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, &c. ut sup. sed à pluribus Mss. abest εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, sicut ab aliis vox πάντα, ante *reddam*. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. *Et procidens servus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & reddam tibi.* Apud Juvenc. l. 3. p. 69. g. hic versus non exprimitur.

℣. 30. Accinunt Corb. ambo, S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. &c. cum Lucifero Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. Unus cod. S. Germ. 1. extremò hab. *omnem debitum.* Cantabrig. *Qui autem noluit: sed abiit..... donec redderet quod debebatur.* Græc. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν, ἔβαλεν.....

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in carcerem, donec redderet debitum.

31. Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narraverunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

32. Tunc vocavit illum dominus suus: & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me:

33. nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum?

34. Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.

35. Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

in carcerem, donec redderet debitum.

31. Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde: & enarraverunt omnia quæ facta fuerant, domino suo.

32. Tunc vocavit illum dominus suus: & ait illi: Nequam serve, omne debitum remisi tibi quia rogasti me:

33. nonne ergo oportuit te misereri conservo tuo, sicut & ego tui misertus sum?

34. Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.

35. Sic & vobis faciet Pater meus, qui in cœlis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον. August. quæst. 25. in Matth. to. 3. 244. d. *Noluit ignoscere conservo suo: sed abiit, & misit eum in carcerem*, &c. Juvencus l. 3. p. 69. g. allatis sup. ad ℣. 28. proximè addit:

*.....precibusque locum truculentus ademit,*
*Carceris & mersum tenebris, pœnisque premebat.*

℣. 31. Mss. S. Germ. ambo Vulgatam omnino referunt. Corb. uterque, *contristati sunt: & venerunt, & narraverunt dom. suo omnia quæ facta sunt;* Corb. alter, *facta fuerant*. Maj. Mon. & S. Gat. *contristati sunt valde: & nunciaverunt domino suo omnia quæ facta fuerant.* Clarom. *valde: & narraverunt dom..... quæ facta erant.* Cantabrig. *Videntes ergo cons. ejus..... contristati sunt valde: & venientes narraverunt dom..... quæ facta sunt.* Ita quoque in Græco est, exceptâ voculâ δὲ, pro *ergo;* al. verò οὖν. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. d. *Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt: & venerunt, & narraverunt domino suo omnia quæ facta erant.* Vide August. ubi supra. Juvencus l. 3. p. 69. g.

*Quæ postquam dominus famulorum noscere verbis*
*Incipit*, &c.

℣. 32. Mss. S. Germ. ambo Vulgatæ respondent, nisi quòd hab. saltem Germ. 1. *nequa*. Corb. 1. *Tunc convocavit eum dom. suus: & ait illi: Serve nequa, omne deb. donavi tibi*, &c. Corb. 2. *Tunc vocavit illum dominus ejus*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *dominus suus..... Serve nequa, omne debitum remisi tibi*, &c. Cantabrig. *Tunc advocans eum dominus ejus, dicit: Serve nequam, omne debitum illud dimisi tibi quia*, &c. Ita quoque Græc. habet, addito uno αὐτῷ, ad verbum *dicit*. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. *Tunc vocavit eum dom. suus, & ait illi: Serve nequam, omne deb. remisi tibi quia rogasti me.* Cypr. l. de orat. dom. p. 211. a. *dimisi tibi omne debitum quia me rogasti.* Cleri Rom. ep. 31. ad Cypr. p. 44. c. *donavi tibi omne debitum quia me rogasti.* August. serm. 83. to. 5. 448. a. *Serve nequam, omnia dimisi tibi.* Juvencus l. 3. p. 69. g.

*.....adducto ingessit justissima servo*
*Dicta dolens*, &c. ut infra ad ℣. 34.

℣. 33. Ms. S. Germ. 1. *non ergo oportuit te misereri conservo tuo, sicut ego tui misertus sum?* Corb. 1. *nonne ergo oportebat & te misereri conservo tuo, sicut & ego misertus sum tibi?* Corb. 2. *nonne ergo oportuit te quoque misereri conservo tuo*, &c. ut in textu. Clarom. *non ergo oportuit & te quoque misereri conservo tuo*, &c. Cantabrig. *non oportebat ergo & te misereri conservo tuo, sicut & ego misertus sum tui?* Græc. οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; al. οὐκ οὖν ἔδει. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. *non oportuit te quoque misereri conservo tuo, sicut & ego misertus sum tibi?* August. serm. 83. to. 5. 448. a. *nonne ergo & te oportebat misereri?*

℣. 34. Itidem Mss. S. Germ. & Corb. ambo, cum Clarom. S. Gat. &c. Cantabrig. verò ultimò hab. simpliciter, *donec redderet debitum.* Græc. ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ· sed à pluribus codd. abest πᾶν, sicut ab aliis αὐτῷ. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. textui suffragatur ad verbum. Tertul. l. de orat. c. 7. p. 181. c. sic alludit: *Nam & quòd idem servus à domino liberatus, non perinde parcit debitori suo; ac propterea delatus penes dominum, tortori delegatur, ad solvendum novissimum quadrantem.* Juvencus l. 3. p. 69. g. positis sup. ad ℣. 32. subdit:

*.....iramque movet, jussisque severis*
*In tormenta ferum detrusit, cuncta revolvens*
*Debita, dum dignas lueret per vincula pœnas*, al. *quâ dignis..... pœnis.*

℣. 35. Mss. S. Germ. 1. & Corb. duo conveniunt cum textu Colb. Ita quoque Clarom. habet, præterquam quòd in fine addit, *delicta eorum.* In Cantabrig. sic: *Ita & vobis faciet Pater meus cælestis, nisi dimiseritis unusq..... de cord. vestris.* S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ consonant, sicut & Græc. nisi quòd ultimò addit cum Clarom. Lat. τὰ παραπτώματα αὐτῶν, quod tamen à pluribus Mss. abest, teste Millio. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. concordat ad verbum cum textu Colb. Ita quoque Ambros. epist. 41. to. 2. 958. d. August. verò serm. 83. to. 5. 448. b. legit: *Sic & vobis faciet Pater vester cælestis, si non remiseritis unusquisque vestrûm fratribus vestris ex corde vestro;* al. *fratri suo ex cordibus vestris:* & serm. 84. col. 451. b. *Faciet ita vobis Pater vester cælestis, si non remiseritis unusquisque fratribus vestris ex cordibus vestris.* Observat quoque Millius in Ms. uno cod. legi Πατὴρ ὑμῶν, non Πατήρ μου, quam tamen lectionem carpit Chrysost. si eidem Millio fides. Οὐ λέγει, ὁ Πατὴρ ὑμῶν· ἀλλ' ὁ Πατήρ μου, inquit Chrysostomus. Apud Juvenc. l. 3. p. 69. g. ita:

*Sic vobis faciet Genitor, qui culmina cæli*
*Possidet, immites sævo si pectore fratrum*
*Peccata orantum durè punire voletis.*

# CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

*Marc. 10. 1.*

1. ET factum est, cùm consummasset Jesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem,

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

1. ET factum est, cùm locutus esset sermones istos, transtulit se à Galilæa, & venit in finibus Judææ, & trans Jordanem,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. Corb. 1. & S. Germ. 1. non differunt à textu Colb. nisi quòd addunt nomen *Jesus*, ad verbum *locutus esset;* habentque *fines*, pro *finibus;* Corb. etiam delet &, post *Judææ*. Similiter habet Corb. 2. *Et factum est, cùm locutus esset Jesus sermones istos, transivit se* (al. *transtulit se*) *à Galilæa, & venit in finibus Judææ trans Jord.* Item Cantabrig. *Et factum est, cùm locutus esset Jesus sermones hos, transtulit se à Galilæa, & venit in finibus Judææ trans Jordanen.* Sangerm. 2. *Et factum est, cùm consummasset Jesus sermones istos, transtulit se à Galilæa, & venit in fines Judæ trans Jord.* Claromont. *Et factum est, cùm consummasset Jesus serm. istos, transiit de Galilæa, & venit in finibus Judææ, & trans Jord.* Maj. Mon. *Et factum est, cùm consummasset Jesus omnia verba hæc*, &c. ut in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ consonat ad verbum: loco tamen ἐτέλεσεν, Cantabrig. Græc. habet ἐλάλησεν; & Copt. πάντας τοὺς λόγους. Hilar. quoque in hunc Matthæi loc. col. 702. b. legit: *Et factum est, cùm locutus esset sermones istos Jesus, transtulit se in Galilæam, & venit in fines Judææ.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. nil differt à Vulg. paulò post tamen legit: *reliquit Galilæam, & venit*, &c. Juvencus l. 3. p. 69. g.

*Talia dicta dedit, Galilææque arva reliquit,*
*Judæamque petit, quà pinguia rura silenter*
*Agmine Jordanis viridis prorumpit amœno.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

2. & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

3. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes illi: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa?

4. Et respondens Jesus, ait: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit:

5. Propterea reliinquet homo patrem aut matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus junxit, homo non separet.

7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem?

8. Ait illis Jesus: Quia ad duritiam cordis vestri

VULGATA NOVA.

2. & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

3. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa? Marc. 10. 2.

4. Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit: Genes. 1. 27.

5. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Genes. 2. 24. 1. Cor. 6. 16.

6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Ephes. 5. 31.

7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Deuter. 24. 1.

8. Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cor-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vide sis Sedulium, l. 3. carm.

℣. 2. Similiter habent Mss. S. Germ. & Corb. ambo, necnon Cantabrig. S. Gat. Maj. Mon. & Græcum. Solus Clarom. cod. delet *ibi*, in fine: & sanè à pluribus Græcis abest τὸ, ἐκεῖ, si Millio fides. Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. textui pariter congruit. Hilar. in hunc loc. 702. b. ait: *Galilæos in Judææ finibus curat.* Juvencus l. 3. p. 69. g.

*Nec minùs in stratis ægris donare salutem* (al. *ægros donare salute*)
*Sublimisque Patris concedere munera perstat.*

℣. 3. Ms. Clarom. textui Colb. congruit ad verbum. Sic etiam S. Germ. 1. Corb. 2. & S. Gat. deletâ voculâ *illi*, post *dicentes*. S. Germ. 2. ac Maj. Mon. *& dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, nisi ob fornicationem, quacunque ex causa?* Cantabrig. *& dicunt illi: Si licet homini dimittere uxorem suam, per omnem causam?* Corb. 1. *ex quacunque causa?* Græc. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; cæt. ut in textu Colb. deest tamen αὐτῷ, post *dicentes*, in Mss. quibusdam. Tertul. l. de carn. Chr. p. 546. c. similiter habet: *Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes.* Hilar. in Matthæum, col. 702. c. *Tunc accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet*, &c. ut in textu Colb. Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 133. *Et accesserunt ad eum Pharisæi tent. eum, & dicentes ei: Si licet homini, quacunque ex causa, uxorem suam dimittere?* at infra: *Si licet homino ux. suam dimitt. quacunque ex causa?* & post plura p. 135. *Si licet viro dimitt.* &c. August. in Ps. 103. to. 4. 1152. c. *Si licet dimittere uxor. ex omni causa?* Juvencus l. 3. p. 69. h.

*Ecce Pharisæi tentantes quærere pergunt,*
*Conjugis an liceat rejectum scindere vinclum,*
*Quicquid erit, læsi tanget quod corda mariti.*

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Et respondens Jesus, ait eis:* Non *legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos, & benedixit.* S. Germ. 2. *Qui respondens, ait eis: Nonne legistis, quia qui fecit ab initio, masculum*, &c. ut in textu. Corb. 1. *Quibus respondens, ait: Non legistis, quia qui fecit, masculum & feminam fecit? & dixit.* Corb. 2. *Et accesserunt ad eum: & respondens Jesus, dixit: Non legistis, quia qui fecit, masculum & fem. fecit eos? & dixit.* Clarom. *Et respondens Jesus, dixit: Non leg. quia qui fecit ab initio, masculum & fem. fecit eos*, &c. Cantabrig. *Jesus autem respondens, dixit: Non leg. quia qui fecit ab initio, masc.* &c. ut in textu. S. Gat. *qui fecit ab initio, masc. & feminam ab initio fecit eos*, &c. Codex quoque Maj. Mon. delet *hominem*, post 1. *fecit*, sicut & Græcum, excepto Ms. uno. Non etiam hanc vocem, *hominem*, admittit Hieron. comment. in Matth. nec antiqua Lat. Biblia Corb. Non legitur pariter apud August. l. 14. de civit. Dei, c. 22. to. 7. 372. g. sed ista tantùm: *Non legistis, quia qui fecit ab initio, masc. & fem. fecit eos? & dixit:* itidem l. 19. contra Faust. to. 8. 330. g. & contra Adim. col. 113. f. at in Ps. 103. to. 4. 1152. c. *Non scitis, inquit, quia Deus ab initio masculum & feminam fecit?* Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 32. habet: *Ille respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit homines ab initio, masculum & fem. fecit eos?* Juvencus l. 3. p. 69. h.

*Hæc ubi percepit, depromit talia Christus:*
*Principio Deus in terris par, dispare sexu,*
*Constituit*, &c.

℣. 5. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. *Propter hoc relinquit homo patr. & matrem*, &c. ut supra. Corb. 1. *Propter hoc remittet homo patrem & matrem*, &c. Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, &c. solus Corb. 2. hab. *aut*. Cantabrig. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & conjungetur mulieri suæ, & erunt*, &c. Græc. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει..... τὸν πατέρα καὶ τὴν..... καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· Mss. quidam addunt αὐτοῦ, ad πατέρα, & μητέρα. S. Germ. 2. Lat. Vulgatæ consonat; sicut August. l. 14. de civit. Dei, c. 22. col. 372. g. & l. 19. contra Faust. to. 8. 330. g. itidem l. contra Adim. col. 113. f. nisi quòd legit *relinquet*, cum Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. a. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 134. b. *Propter quod relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit*, &c. ut in textu. Ap. Tertul. l. 2. ad uxor. c. 9. p. 282. c. postrema tantùm, *duo in carne una:* & l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *Qui marem & feminam fecerat, Erunt duo*, dixerat, *in carnem unam.* Apud Ambros. ep. 42. col. 966. c. *erunt ambo in carne una, & in uno spiritu:* in edit. verò epist. summ. Pontif. to. 1. 670. a. legitur ex Ambr. *erunt ambo in unam carnem*, quod magis Græcum sapit. Apud Juvencum l. 3. p. 69. h.

*.....Jussitque uno de corpore necti;*
*Amborumque animos junctis inolescere membris.*

℣. 6. Ms. S. Germ. uterque Vulgatam reddit, verbum è verbo. Cantabrig. verò legit: *Alioquin non sunt jam duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit in unum*, &c. ut supra. Similiter habet Clarom. *conjunxit in unum;* Corb. 2. *conjunxit in uno;* Corb. 1. *junxit in unum, homo non disjungat.* Græc. Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρ. μὴ χωριζέτω· al. ἀποχωριζέτω. Tertul. de monog. p. 953. a. *Ideoque quos Deus ab initio conjunxit in unam carnem duos, hodie homo non separabit:* & infra, 955. b. 956. a. *Quos Deus conjunxit, homo non separabit repudio:* & l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *Quod Deus itaque junxit, homo non disjunget.* Ambros. l. 8. in Luc. col. 1471. d. *Quæ Deus conjunx. homo non separet:* & l. 10. col. 1533. b. *Quod Deus conj. homo non separet.* Itidem August. in Joh. 2. to. 3. 360. g. in Ps. 103. to. 4. 1152. c. l. 14. de civit. Dei, c. 22. col. 373. a. & l. 19. cont. Faust. to. 8. 331. a. at l. contra Adim. col. 113. f. legit: *Quod ergo Deus conjunxit in unum*, &c. Ita quoque Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. a. Innoc. verò I. epist. 17. to. 1. 832. *Quod ergo Deus junxit, homo non separet.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 135. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Apud Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. p. 139. a. omnia ut in Vulg. Juvencus l. 3. p. 69. h. allatis sup. addit:

*Quod Deus ergo jubet proprio concrescere verbo,*
*Illicitum est homini fœdo secernere luxu.*

℣. 7. Ms. S. Germ. 1. *Dicunt illi: Quid ergo Moses mandavit libellum repudii dare, & dimittere?* S. Germ. 2. *Dicunt: Quid ergo Moyses mand. dari libellum*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Dixerunt illi: Quare ergo Moyses præcepit dare lib.* &c. Corb. 2. *Dicunt illi: Quid ergo M. mand. dari libellum repudii, & dimittere uxorem?* Clarom. *mandavit dare librum repud. & dimittere?* Similiter habet Cantabrig. præter verbum *præcepit*, pro *mandavit*. Ms. S. Gat. addit cum Colb. *dimittere uxorem?* Maj. Mon. *uxores?* Græc. ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον..... καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν; al. deest αὐτήν. Iren. l. 4. c. 15. p. 245. d. legit: *Quare ergo Moyses præcepit dare libellum repudii, & remittere uxorem?* Ambr. l. 8. in Luc. col. 1471. e. *Quomodo Moyses mandavit dari librum repudii, & dimittere uxorem?* August. l. contra Adim. to. 8. 113. g. *Quid ergo Moyses mand. dari libellum repud. & dimittere?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 134. e. *Quid ergo Moses mand. dare libellum repud. & dimitti?*

℣. 8. Ms. S. Germ. 1. *Ait illis: Quoniam ad duritiam... permisit vobis Moses*, &c. ut sup. Sic etiam in Corb. duobus, & Clarom. nisi excipiatur vox *Moyses*. In Cantabr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras : ab initio autem non fuit ſic.

Sup. 5. 32. 9. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur : & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. 10. Dicunt ei diſcipuli ejus : Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere.

1. Cor. 7. 10. 11. Qui dixit illis : Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt : & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus : & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.

VERSIO ANTIQUA.

permiſit vobis Moyſes dimittere uxores veſtras : ab initio autem non fuit ſic. Ex Mſ. Colbert.

9. Dico autem vobis : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, exceptâ cauſâ fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur : & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

10. Dicunt ei diſcipuli ejus : Si ita eſt cauſa viri cum uxore, non expedit nubere.

11. Ait autem illis Jeſus : Non omnes capiunt verbum illud, ſed quibus datum eſt.

12. Sunt enim ſpadones, qui de utero matris ſunt nati : & ſunt ſpadones, qui facti ſunt ab hominibus : & ſunt ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Dicit eis : Quia ad durum cor veſtrum permiſit vobis Moyſes*, &c. quæ ſupra. S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ congruunt. Græc. Λέγει αὐτοῖς· Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, &c. al. Μωϋσῆς. Iren. l. 4. c. 15. p. 245. d. *Hæc vobis propter duritiam cordis veſtri permiſit : ab initio autem non ita factum eſt :* Græc. οὐ γέγονεν οὕτω. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *Moyſes propter duritiam cordis veſtri præcepit libellum repudii dare : à primordio autem non fuit ſic* : & l. de monog. p. 953. a. ait *illud propter duritiam ipſorum à Moyſe eſſe permiſſum ; ab initio autem non ita fuiſſe.* Ambroſius, l. 8. in Luc. col. 1471. f. *Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dare librum repudii, & dimittere uxores : ab initio autem non fuit ſic.* Auguſt. l. contra Adim. to. 8. col. 113. g. *Dicit illis Jeſus : Quia ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes*, &c. ut in textu : at l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 181. e. *Hoc Moyſes propter duritiam veſtram fecit :* & l. de utilit. cred. to. 8. 48. g. *Hoc Moyſes fecit propter duritiam cordis veſtri.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. a. *Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit hoc Moyſes, dari librum repudii : ab initio autem non fuit ſic.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 134. b. *Tunc ait Jeſus : Moſes propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras :* & infra : *Bene dixit : Quia Moſes hoc permiſit, non præcepit.* Juvencus l. 3. p. 69. h.

*Moſes præcepit, quòd pectora dura videret,*
*Scribere diſſidium, quo ſaxea corda revinci*
*Per proprios apices poſſent ſub judice flammæ.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. 1. *Dico autem vobis, quia quicunq. dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur ;* reliqua deſunt. In Corb. 1. hæc pariter ſola : *Dico autem vobis : Quicunque dimiſerit ux. ſuam, exceptâ cauſâ adulterii, facit eam mœchari.* In Corb. 2. *quia quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, fornicatur ;* nec leguntur plura. Item in Clarom. ſimpliciter : *Quicunque dimiſ. ux. ſuam, niſi ob cauſa fornicationis, & aliam dux. mœchatur ;* omiſſis aliis. In Cantabrig. *Quicunque dimiſerit ux. ſuam, excepta ratione adulterii, & duxerit aliam, mœchatur ;* nec adduntur alia. S. Gat. & Maj. Mon. codd. *niſi ob cauſam fornicationis, & al. dux. adulterium committit.* S. Germ. 2. ut in Vulgata, deleta tantùm voce *quia*. Græcum verò ipſi Vulgatæ conſonat ad verbum : in Mſs. tamen pleriſque, loco εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, eſt μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, abſque præced. εἰ ; al. παρεκτὸς λόγου πορνείας ; deinde, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· quidam etiam cum Latinis ſup. omittunt hoc ult. καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται· ita ex Millio. Tertul. l. 4. adv. Marc. c. 34. p. 726. f. legit : *Qui dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium commiſit : qui dimiſſam à viro duxerit, aquè adulter eſt :* & infra, 727. a. *& qui à marito dimiſſam duxerit.* Auguſt. in Pſ. 103. to. 4. 1152. c. *Qui dimiſerit uxorem ſuam, exceptâ causâ fornicationis, facit eam mœchari : & ſi aliam duxerit, mœchatur :* & l. 1. de conjug. adult. to. 6. 391. e. *Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ex cauſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur :* & l. cont. Adim. to. 8. 113. g. *Dico autem vobis : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, facit eam mœchari : & ipſe ſi alteram duxerit, adulterium committit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 135. *Amen dico vobis : Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi fornicationis causâ, mœchatur :* & infra : *Quicunque dimiſerit uxorem, niſi ob cauſam fornic. & aliam duxerit, mœchatur.* Apud Juvenc. l. 3. p. 69. h.

*Nam temerè exſolvet caſti qui jura cubilis,*
*Alteraque illius thalamis ſociabitur uxor,*
*Crimen adulterii populo ſub teſte ſubibit.*

Vide ſup. ad cap. 5. ℣. 32. & Marc. 10. 11.

℣. 10. Mſs. Corb. 2. Clarom. & Maj. Mon. concinunt cum textu Colb. ſicut etiam Sangerm. 1. detractâ voculâ *ejus*. S. Germ. 2. hab. *Dicunt ei diſcipuli ejus : Si ita eſt cauſa homini cum uxore*, &c. Corb. 1. *Dicunt ei diſcipuli : Si ita eſt cauſa cum uxore, non*, &c. Cantabrig. *Dicunt ei diſcipuli ejus : Si ſic eſt cauſa viri cum muliere, non*, &c. Græc. Vulgatæ congruit : à Mſ. 1. tamen abeſt αὐτοῦ, poſt *diſcipuli*. Apud Ambroſ. l. de virginit. to. 2. 220. e. *Si ita eſt cauſa viri cum uxore, non expedit nubere :* & l. de exhort. virg. col. 282. c. *Si ita eſt cauſa viri, ut non liceat illi uxorem dimittere, niſi ex ſola cauſa fornicationis, non expedit nubere.* Hieron. epiſt. ad Amand. to. 4. 162. c. *Si ita eſt, non expedit homini uxorem accipere :* & l. 1. contra Jovin. to. 8. p. 2. col. 155. e. 156. a. *Si talis eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Auguſtinus in Pſ. 103. to. 4. 1152. d. *Si talis eſt cauſa cum uxore, non expedit ducere :* ſimiliter l. de conjug. adult. to. 6. 416. b. & l. de S. virginit. col. 351. d. excepto ult. *nubere*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 135. *Dicunt ei diſcipuli : Si ita eſt cauſa viri cum uxore, non expedit nubere.* Iridem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. a. ab hoc, *Si ita eſt.* Ambroſiaſt. p. 146. a. *Si hæc eſt cauſa viri cum uxore, non expedit nubere.* Juvencus l. 3. p. 69. h.

*Diſcipuli referunt : Urget lex iſta virorum,*
*Servitiique premit non æquo pondere partem,*
*Ut melius fuerit thalamis caruiſſe peroſis.*

℣. 11. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. *Dixit autem illis : Non omnes cap. verbum iſtud*, &c. Clarom. & Corb. *illud*. Germ. 2. *Qui dixit : Non omnes cap. verbum iſtud*, &c. Corb. 1. *Dixit autem ad illos Jeſus : Non omnes capiunt verbum iſtud*, &c. Cantabrig. *Qui autem dixit eis : Non omnes capiunt verbum hoc*, &c. Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, &c. Mſs. plures, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, &c. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. c. & l. de hab. virg. p. 174. b. *Non omnes capiunt verbum, ſed illi quibus datum eſt.* Ambroſ. l. de vid. col. 206. d. *Non omnes cap. verbum iſtud, ſed quibus datum eſt :* ſimiliter l. de virginit. col. 220. f. & l. de exhort. virg. col. 282. e. Sic etiam apud Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. 351. d. & l. de conjug. adult. col. 416. b. præter *hoc*, pro *iſtud*. Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 710. h. *Non omnes capiant hoc verbum.* Apud Siric. verò ep. 10. to. 1. 695. a. *Non omnes capiunt verbum Dei, ſed quibus datur.* Apud Juvenc. l. 3. p. 70. a.

*Reſpondit Dominus : Non omnes pondere tanto*
*Subjicient humeros, lectæ ſunt talia dona*
*Virtutis*, &c.

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. hoc uno differt à textu Colb. *qui de matris utero ſic nati ſunt.* Item Corb. 1. legit : *Sunt enim ſpadones, qui de matris utero ſic nati ſunt : & ſunt ſpadones, qui ab hominibus facti ſunt : & ſunt ſpadones, qui ſe ipſos excaſtraverunt propter*, &c. Corb. 2. cum Clarom. *Sunt enim ſpadones, qui de matris utero ſic nati ſunt : & ſunt ſpadones, qui caſtrati ſunt ab hominibus : & ſunt ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt*, &c. S. Germ. 2. *Sunt enim eunuchi, qui matris utero ſic nati ſunt : & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ex hominibus : & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos eunuchaverunt*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *enuchizaverunt*. Cantabrig. *Sunt enim eunuchi, qui ex utero matris nati ſunt ſic : & ſunt eunuchi, qui eunuchi facti ſunt ab hominibus : & ſunt eunuchi*, &c. ut in textu. Ita quoque in Græco eſt. Tertul. l. de pat. c. 13. p. 203. a. dicit : *Patientia viduam tenet..... & voluntarium ſpadonem ad regna cæli levat :* & l. de cultu fem. c. 9. p. 267. a. *Multi*, inquit, *ſe ſpadonatui aſſignant propter regnum Dei :* vide etiam l. ad uxorem c. 6. p. 275. b. item l. de reſur. carn. p. 576. c. de iis meminit, *qui ſemetipſos caſtraverunt propter regna cælorum :* & l. de monog. p. 958.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

13. Tunc oblati ſunt ei infantes, ut manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem ejus prohibebant eos.

14. Jeſus verò ait: Sinite infantes, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cœlorum.

15. Et cùm impoſuiſſet illis manus, abiit inde.

16. Et ecce unus acceſſit ad illum, & ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam?

17. At Jeſus dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. Sed ſi vis in vitam venire, ſerva mandata.

VULGATA NOVA.

13. Tunc oblati ſunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Marc. 10. 13. Luc. 18. 15. Sup. 18. 3.

14. Jeſus verò ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cœlorum.

15. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit inde.

16. Et ecce unus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? Marc. 10. 17. Luc. 18. 18.

17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

b. addit: *Qui poteſt capere, capiat:* & l. de fuga in perſ. p. 974. c. *Qui capit, capiat.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. c. & l. de hab. virg. p. 174. b. *Sunt enim ſpadones, qui ex utero matris ſic nati ſunt: & ſunt ſpadones, qui coacti ſunt ab hominibus: & ſunt ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt*, &c. ut in textu. Similiter habet Ambroſ. l. de vid. to. 2. 206. d. 207. c. & l. de virginit. col. 220. e. & epiſt. 72. col. 1075. a. commutato verbo *coacti*, cum iſto, *facti*. Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. 351. d. *Sunt enim ſpadones, qui ita nati ſunt: ſunt autem alii, qui ab hominibus facti ſunt: & ſunt ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt*, &c. quæ ſupra: at l. 2. de conjug. adult. col. 416. b. legit: *Sunt enim eunuchi*, &c. ut in Vulgata. Severus presb. ep. 2. Miſcell. to. 1. p. 336. *Sunt enim ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt propter*, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 136. b. *Sunt eunuchi, qui ſic nati ſunt ex utero matris ſuæ: & ſunt eunuchi, qui ab hominibus fiunt: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos eunuchos fecerunt propter*, &c. infra, *qui ſic naſcuntur ex utero*, &c. & poſt pauca: *ſunt qui ſe eunuchizant propter*, &c. Auctor l. de prom. p. 1. c. 14. p. 101. e. *ſunt ſpadones, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum Dei.* Hilarius in hunc Matthæi loc. 702. e. alludens dicit: *Nobis circa eunuchos ſermo ſit: In uno poſuit naturam, in altero neceſſitatem, in tertio voluntatem. Naturam in eo, qui ita naſcitur: neceſſitatem in eo, qui ita factus eſt: voluntatem in illo, qui ſpe regni cæleſtis talis eſſe decreverit: cui nos ſimiles effici, ſi tamen poſſimus, admonuit.* Juvencus l. 3. p. 70. a.

*..... Trino truncantur corpora more,*
*Quæ nulla gaudent genitali lege thororum:*
*Namque alios tales progigni in luminis oras*
*Comperimus: pleroſque hominum vis ferrea ſexu*
*Exuit: aſt alios ipſos ſibi demere conſtat*
*Pro cœli regnis pronum de pectore amorem.*
*Quiſque capax fuerit, celſa virtute capeſſat,*
*Quod paucis lectiſque Deus vult pandere munus.*

℣. 13. Mſs. Corb. 1. & Clarom. optimè conveniunt cum textu Colb. Sangerm. 1. verò habet: *Tunc oblati ſunt ei infantes, ut manus ejus imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eis.* In Germ. 2. pariter *increpabant eis*; ſed abſque hoc anteced. *& oraret.* In Corb. 2. *Tunc oblati ſunt ei pueri, ut manum eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem prohibebant eos.* In Cantabrig. *Tunc oblati ſunt ei pueri, ut imponeret manus eis, & oraret. Diſcipuli autem comminati ſunt eis.* Græc. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς· al. μαθηταὶ αὐτοῦ. Hilarius in hunc Matthæi loc. 702. e. legit: *Tunc oblati ſunt ei infantes, ut manus his imponeret, & oraret. Diſcipuli autem prohibebant eos.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 136. *Tunc oblati ſunt ei pueri, ut manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem vetabant eos.* Auguſt. in Pſ. 46. to. 4. 409. b. ait: *Vocavit pueros, & cùm prohiberentur ab illo, dixit*, &c. Juvencus l. 3. p. 70. a.

*Hæc ait: & pueros, quos gaudens cura parentum*
*Cum precibus læti certatim hinc inde ferebant,*
*Suſcipit; & plebem ſectantem* (al. *ſectantum*) *quòd prohiberet,*
*Increpat*, &c.

℣. 14. Mſ. Corb. 1. *Jeſus verò ait: Sinite, & nolite eos prohibere venire ad me*, &c. quæ ſupra. Corb. 2. textui Colb. congruit, detracta conjunct. *enim*, poſt *talium eſt*. Sangerm. 1. Vulgatæ favet. S. Germ. 2. *ait eis: Nolite prohibere parvulos, ſinite illos venire ad me: talium eſt regnum cælorum.* S. Gat. & Maj. Mon. *Sinite parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere: talium eſt enim*, &c. Clarom. *Quibus Jeſus ait: Sinite infantes, & nolite*, &c. ut in textu Colb. In Cantabrig. ſic: *Jeſus autem dixit eis: Dimittite pueros, & ne prohibueritis eos venire ad me: talium enim*, &c. Ita quoque Græcum habet, detractâ voculâ *eis*, poſt *dixit*. Hilar. in hunc loc. p. 703. a. *Quos Dominus ait non oportere prohiberi, quia talium ſit regnum cælorum.* Tertul. l. de bapt. p. 392. b. *Nolite illos prohibere ad me venire.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 800. f. *Sinite pueros, & nolite eos prohibere ad me venire:* & l. de virginit. to. 2. 223. d. *Sinite eos venire ad me: talium eſt enim regnum cælorum.* Similiter Auguſt. in Pſ. 46. to. 4. 409. b. at in Pſ. 112. col. 1250. f. *Sinite pueros venire ad me*, &c. S. Leo, ſerm. 31. p. 90. a. *Sinite parvulos*, &c. ut in Vulg. Auctor op. imp. in Matth. hom. 32. p. 136. d. *Nolite vetare pueros;* & infra, *talium eſt enim regnum cælorum.* Juvencus l. 3. p. 70. a.

*..... & plebem ſectantum, quòd prohiberet,*
*Increpat, ac tales affirmat regna mereri*
*Aulæ cæleſtis*, &c.

℣. 15. Ita ferunt Mſs. S. Germ. S. Gat. &c. unà cum Græco. Corb. autem duo: *Et impoſitis illis manibus, abiit inde.* Cantabrig. *Et impoſitis manibus eis, abiit inde.* Clarom. *Et impoſuit illis manum, abiit inde.* Juvencus l. 3. p. 70. a.

*..... Sanctas hinc* (al. *his*) *ordine palmas*
*Imponit, redditque ulnis portare parentum.*

℣. 16. Mſ. Clarom. conſentit cum textu Colb. ſicut etiam duo Corbeienſes, præterquam quòd unus delet *τὸ bone*, alter verò *boni*. Cantabrig. legit: *Et ecce unus accedens, ait illi: Magiſter, quid boni faciam ut*, &c. cui accinunt S. Germ. ambo, S. Gat. & Maj. Mon. addito uno *bone*. Ita quoque Græcum habet: in Mſ. tamen uno aut altero deeſt τὸ, ἀγαθέ. Apud Hilar. in Matth. 703. b. *Et ecce unus acceſſit ad eum, & ait illi: Magiſter, quid boni faciam ut habeam vitam æternam?* Mſs. plures: *Ecce juvenis unus:* unde & ipſe paulò poſt ait: *Succedit hic juvenis requirens..... Juvenis ipſe & interrogavit:* & l. 9. de Trin. 994. c. *Magiſter bone, quid boni faciam.* Auguſt. in Pſ. 118. to. 4. 1280. a. & ſerm. 38. to. 5. 196. g. *Magiſter bone, quid boni faciam ut vitam æternam conſequar?* Similiter habet Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. h. excepto ult. *habeam*, pro *conſequar*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. *Et ecce vir unus acceſſit ad eum, & ait: Mag. bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam?* & hom. 49. p. 205. c. *quid faciam ut vivam?* paulò verò poſt, *ut vitam æternam poſſideam?* Item Gaud. Brix. tract. 7. de Exod. p. 952. c. *Magiſter bone, quid faciam ut vitam æternam poſſideam?* Juvencus l. 3. p. 70. a. partim è Marci 10. 17.

*Ecce ſed è populo juvenis, cui rura, domuſque,*
*Et gazæ ſtabat rerum poſſeſſio fulgens,*
*Accedit, Chriſtumque palam ſubmiſſus adorat:*
*O bone præceptor, dic nunc quæ facta ſequamur,*
*Ut mihi perpetuam liceat comprendere vitam.*

Mſs. codd. Græci nonnulli initio ferunt pariter: Καὶ ἰδοὺ νεανίσκος τὶς προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ γονυπετῶν αὐτὸν (al. αὐτῷ) καὶ λέγων, &c. de quibus vide Millium.

℣. 17. Mſ. Corb. 2. textui Colb. conſonat. Germ. 1. habet: *Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, niſi unus Deus. Si autem vis ad vitam venire, ſerva*, &c. Hoc autem, *Nemo bonus, niſi unus Deus*, ita legitur in Vulg. Marc. 10. ℣. 18. Claromont. *Jeſus verò dixit ei: Quid me interrogas de bono? Nemo eſt bonus, niſi unus Deus. Sed ſi vis in vitam æternam venire, ſerva mandata.* Corb. 1. *Cui reſpondit Jeſus: Quid me interrogas de bono? Unus eſt Deus, bonus;* reliqua ut in Vulgata. Cantabrig. *Qui autem dicit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus. Si autem vis in vitam venire, ſerva mandata.* S. Germ. 2. *mandata Dei.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, τήρησον τὰς ἐντολάς. Mſs. quidam in principio habent: Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· mox ita in pluribus: Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; Εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός· quidam addunt, ὁ Θεός· de his autem omnibus conſule Millium. Tertul. l. de reſur. carn. p. 569. c. ait: *Bonum Deum novimus, & ſolum optimum à Chriſto ejus addiſcimus:* & l. de pudic. p. 1000. a. *Deus bonus, & optimus.* Novatian. l. de Trin. p. 1052. c. *Quid me interrogas de bono? Unus Deus, bonus.* Similiter Adim. apud Auguſt. to. 8. 126. e. præter hoc: *Nemo*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 18. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: (Exod. 20. 13.) | 18. Dixit illi: Quæ? Jesus autem dixit ei: Non occides: Non adulterium committes: Non furtum facies: Non dices falsum testimonium: (Ex Mſ. Colbert.) |
| 19. Honora patrem tuum, & matrem tuam: &, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. | 19. Honora patrem & matrem: &, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. |
| 20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi deest? | 20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi deest? |
| 21. Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me. | 21. Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bonus, nisi unus Deus.* Irenæus l. 4. c. 12. p. 241. a. *Si vis in vitam introire, custodi præcepta.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 201. b. *Si vis ad vitam venire, serva mandata.* Similiter habet Cypr. l. de unit. Eccl. p. 194. a. & l. 3. Testim. p. 303. b. sicut Ambrosiast. p. 66. a. & Gaud. Brix. serm. 18. p. 971. h. Hilarius verò in hunc Matthæi loc. col. 703. d. habet: *Cui Dominus: Quid me vocas bonum?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. a. fortè è Marco 10. 18. *Dicit ei Jesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus:* & post plura: *Si vis venire in vitam, serva mandata.* Ambrosius l. 1. offic. to. 2. 11. b. sic: *Si vis in vitam æternam venire, serva mandata.* August. epist. 157. to. 2. col. 554. a. *Si vis venire ad vitam, serva mandata:* ita rursum in Joh. 5. to. 3. col. 465. g. necnon serm. 85. to. 5. 453. a. & l. de fid. & op. to. 6. 176. d. 179. c. & cont. Adim. to. 8. 117. d. Severus presb. epist. 2. Miscell. to. 1. 337. *Si vis in vitam pervenire, serva mandata.* Juvencus l. 3. p. 70. b.

*Huic auctor vitæ tum talia reddit Iesus:*
*Nunc demum quæris veteri qua lege tenentur?*

℣. 18. Mſ. Corb. 1. *Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non occides: Non mæchaberis: Non furtum facies: Non falsum testim. dices.* Corb. 2. cum Claromont. *Jesus autem dixit illi: Non occides: Non mæchaberis: Non furtum facies,* &c. ut in textu. Cantabrig. *Dicit ei: Quæ? Jesus autem dixit: Non occides: Non mæchaveris: Non furabis: Non falsum testimonium dices.* S. Germ. 1. ut in Vulgata. Græc. Λέγει αὐτῷ· Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Τό· Οὐ φονεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις, &c. Iren. l. 4. c. 12. p. 241. e. *Quæ? Non mæchaberis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium reddes.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Dicit illi Jesus: Non occides: Non mæchaberis: Non falsum testim. dices.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 10. col. 345. a. *Non occides: Non adulterium, non furtum facies: Non falsum testim. dices:* & in Ps. 1. col. 745. b. *Dominus Jesus respondit ei: Non adulterabis: Non homicidium facies: Non furtum facies:* & l. 1. offic. to. 2. 11. b. *Dixit ille: Quæ? Jesus autem dixit illi: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testim. dices.* August. l. de fide & op. to. 6. 180. g. fortè ex Lucæ cap. 18. 20. *Non occides: Non mæchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices.* Item apud Hilar. in hunc Matthæi loc. 703. e. 704. a. *Verbis legis ei Dominus respondit:* & post paulò: *Jussus fuerat non occidere..... non mæchari..... non furari..... non falsum testem fieri.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. *Si vis intrare in vitam, non occidas, ne adultereris, ne furtum facias:* & infra: *Non falsum testim. dices:* & hom. 49. p. 205. c. *Non occides: Non adulterabis.* Juvencus l. 3. p. 70. b.

*Non hominis perimes vitam: Non furta thororum*
*Invades; quæstumve alienis noxia rebus*
*Mens aut dextra leget: Non testis falsa loquêris.*

℣. 19. Mſs. S. Germ. duo, & Cantabrig. non differunt à textu Colb. nisi quòd primus Germ. delet pron. *tuum*, post *proximum;* ambo verò cum Cantabrig. ponunt *sicut*, pro *tanquam.* Corb. 1. similiter habet *tanquam;* cæt. ut in Vulgata; cui Vulgatæ Corb. 2. S. Gat. &c. consonant ad verbum. Claromont. *Honora patrem tuum, & matrem: &, Diliges,* &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco est: Mſs. tamen plerique delent σου, post πατέρα; quidam verò addunt ad μητέρα. Iren. l. 4. c. 12. p. 241. e. *Honora patrem & matrem: &, Diliges proximum tanquam te ipsum.* Tertul. l. de cultu fem. c. 2. p. 265. a. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Honora patrem & matrem: &, Diliges proximum tibi tanquam te.* Hilarius in hunc Matthæi loc. 704. a. similiter ait: *Adolescens* ille *patrem & matrem jussus est honorare..... proximum tanquam se amare præceptus est.* Ambrosius l. 1. offic. to. 2. 11. b. *Honora patrem & matrem..... Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* August. l. de fide & op. to. 6. 180. g. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Zozim. epist. 3. to. 1. 952. b. *Diliges proximum tuum tanquam te ipsum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. c. ut in Vulg. Juvencus l. 3. p. 70. b.

*Sit genitor genitrixque tuo sublimis honore:*
*Proximus & puro pro te tibi cedat amore.*

℣. 20. Mſ. S. Germ. 1. *Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi, quid adhuc,* &c. ut supra. S. Germ. 2. & Corb. 1. *Dixit illi adolescens,* &c. ut in Sangerm. 1. hoc etiam omisso, *à juventute mea.* Corb. 2. verò habet: *Dicens illi adolescens: Omnia hæc custodivi à juventute mea,* &c. ut supra. Cantabrig. *Dicit ei juvenis: Hæc omnia custodivi à juventute, quid adhuc mihi deest?* Claromont. *Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi restat?* nec absimile Græcum est, nisi quòd ultimò habet: τί ἔτι ὑστερῶ; ad verbum, *quo ampliùs egeo?* quod idem sonat: si Millio fides, à quibusdam tamen Mſs. Græcis abest, ἐκ νεότητός μου, sicut ab antiquissimis codd. Latinis *à juventute mea,* teste Luca Brugensi. Cypr. l. 3. Testimon. p. 303. b. *Dicit illi juvenis: Omnia ista observavi, quid adhuc mihi deest?* Iren. l. 4. c. 12. p. 241. e. *Omnia feci.* Item Hilar. in hunc Matthæi loc. 704. b. ait: *Respondet hæc omnia fecisse se à juventute sua, & quærit quid adhuc sibi restet.* Ambrosius l. 1. offic. col. 11. c. *Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi deest?* at in Ps. 118. col. 1059. a. *Hæc omnia feci, quid mihi restat?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 138. d. 139. b. *Et respondit: Hæc omnia servavi à juventute mea:* similiter hom. 49. p. 205. c. Auctor verò l. de prom. p. 1. c. 7. col. 97. b. *Omnia hæc mandata feci, quid adhuc mihi superest?* Juvencus l. 3. p. 70. b.

*Ille dehinc: Isthæc semper mihi perpete cura*
*Observata reor; sed ne quid fortè relictum*
*Desit, præsenti liceat me voce moneri.*

℣. 21. Mſ. Corb. 2. *Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia bona tua, & da,* &c. ut in textu. Claromont. *vade, vende bona tua, & da,* &c. S. Germ. 2. *vade, & vende omnia quæ habes, & da,* &c. Corb. 1. *vade, & vende omnia quæ possides, & da,* &c. Sangerm. 1. Vulgatæ consonat, nisi quòd habet *in cælis*, non *in cælo.* Cantabr. *Dicit ei Jesus: Si vis perf. esse, vade, vende substantiam tuam, & da pauperibus, & habebis thes. in cælis,* &c. Græc. Ἔφη αὐτῷ..... ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς, &c. ut in Latino. Iren. l. 4. c. 12. p. 242. a. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & divide pauperibus: & veni, sequere me.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Dicit illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thes. in cælo: & veni, sequere me:* similiter l. de lapſ. p. 184. c. & l. de op. & eleem. p. 239. c. nisi quòd 1. loco hab. *in cælis;* altero, *da egenis.* Hilarius in Matth. col. 704. b. ait Dominum respondisse, *vendenda omnia bona sua esse, & danda pauperibus, & tunc eum futurum esse perfectum, habiturumque thesaurum in cælis.* Zeno Veron. l. 1. tr. 3. p. 32. legit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia tua, & da pauperibus, & tolle crucem tuam: & veni, sequere me.* Ambros. l. 1. offic. to. 2. 11. c. *Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia bona tua, & da pauperibus, & habebis,* &c. quæ in textu: & l. 1. de Abr. c. 3. col. 286. f. *vade, vende omnia tua, & da pauperibus: & veni, sequere me:* & in Ps. 48. col. 951. a. *vade, vende bona tua: & veni, seq. me:* & l. 7. in Luc. col. 1458. f. *vende omnia tua, & sequere me:* & in Ps. 118. col. 1175. d. ac ep. 48. to. 2. 992. c. *dimitte omnia tua, & sequere me:* & l. 1. de fide, col. 470. f. *relinque omnia tua: & veni, sequere me:* at l. de Nabut. c. 14. col. 582. c. *Si vis perfectus esse, omnia quæcunque habes vende, & da paup. & habebis thes. in cælo:* & in Ps. 118. col. 1059. b. 1126. a. *Si vis perfect. esse, vade, vende omnia quæ habes, & da paup. & habebis thes. in cælo: & veni, sequere me.* Hieron. epist. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 9. c. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da paup. & veni, sequere me:* & l. 1. contra Pelag. col. 489. *Si vis perfect. esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da paup. & veni, seq. me.* S. Paulin. epist. 24. p. 154. a. *Si vis perfect. esse, vade, & vende omnia tua, & da pauper. & veni, seq. me.* August. in Ps. 103. to. 4. 161. b. *dimitte omnia tua, vel,*

Ex Ms. Colbert.

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| 22. Cùm audisset autem adolescens hoc verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. | 22. Cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. |
| 23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quòd dives difficilè intrabit in regnum cœlorum. | 23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cœlorum. |
| 24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum. | 24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum cœlorum. |
| 25. His auditis, discipuli mirabantur, & timebant valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse? | 25. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse? |
| 26. Aspiciens autem Jesus cogitationes eorum, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. | 26. Aspiciens autem Jesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*vende omnia tua, & da paup. & habebis thes. in cælis: & veni*, &c. at l. contra Adim. to. 8. 144. b. *Si vis perfect. esse, vende omnia quæcunque possides, & divide pauperibus*: & tract. 34. ac 122. in Joh. to. 3. 537. b. 810. b. *vade, vende omnia* (2. loco deest *omnia*) *quæ habes, & da paup.* &c. quæ in textu: & serm. 85. to. 5. 453. b. partim ex Marci 10. 21. *Si vis perfectus esse, unum tibi deest: vade, vende*, &c. Philastr. Brix. de hæres. p. 724. d. *Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da paup. & veni, sequere me: & habebis thesaur. in cælo.* Gaud. Brix. serm. 13. p. 965. d. cum Maximo Taurin. in hom. p. 40. h. *Si vis perf. esse, vende omnia tua, & da pauperibus*: subdit Gaudent. *& habebis thes. in cælo*, &c. quæ supra. Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. g. *vade, vende omnia quæ habes, da paup. & habebis thes. in cælo.* Similiter Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 1. c. 8. col. 97. b. c. nisi quòd loco *& habebis*, &c. jungit, *& veni, sequere me.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 139. partim ex Lucæ 18. 22. *Respondit Jesus: Adhuc tibi restat unum: vade, & vende omnia tua, & da paup.* &c. quæ in textu: tum addit: *Si ergo omnia ista servasti à juventute tua: ut fias perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da paup.* &c. quæ magis textui Matthæano respondent: item inf. hom. 49. p. 205. c. legit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia tua, & da paup.* &c. Juvencus l. 3. p. 70. b.

*Tum Christus fatur: Nunc si perfecta requiris*
*Prendere præcelsis meritis vestigia vitæ,*
*Omnia quæ proprio retines solus dominatu*
*Distrahe, & in miseros confer securus egentes:*
*Tunc thesaurus erit cœli tibi conditus arce,*
*Virtutisque tenax vestigia nostra sequêris.*

℣. 22. Ms. Corb. 1. concinit cum textu Colb. Corb. 2. verò, & ambo Sangerm. cum Vulgata. Claromont. sic habet: *Hoc audito, juvenis abiit tristis*, &c. ut supra. Cantabrig. *Audiens juvenis verbum, abiit tristis: erat enim habens possess. multas.* Græc. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον (al. add. τοῦτον) ἀπῆλθε, &c. ut in Lat. Hilarius in hunc Matthæi loc. 704. c. d. ait: *Sed adolescens, auditis his, tristis recessit: multam enim opulentiæ fiduciam habebat.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 140. c. *Ille autem, his auditis, tristis abiit: erat enim habens multas possessiones.* August. in Joh. 8. to. 3. 537. b. *tristis abscessit.* Juvencus l. 3. p. 70. c.

*Hæc adolescentis veniunt ubi dicta per aures,*
*Dejecit vultum, tristisque in tecta refugit.*

℣. 23. Itidem Ms. Corb. 1. sicut etiam S. Germ. ambo, nisi quòd hab. *quia dives*, pro *quòd*. Corb. 2. cum Claromont. *quia difficilè dives intrabit in regno*, &c. Clarom. *in regnum.* Cantabrig. *quoniam dives difficilè introibit in regnum cælorum.* S. Gat. *intrare in regnum*, &c. Græcum Claromontano consonat. Hilarius in hunc loc. *Dominus respondit difficilè divitem venturum in regnum cælorum.* August. epist. 157. to. 2. 554. e. *Amen dico vobis: Difficilè dives intrabit in regnum cælorum*: at quæst. 26. in Matth. to. 3. 244. e. *in regnum Dei.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 332. h. textui Colb. accinit, nisi quòd hab. *quia difficilè dives*, &c. Chromat. Aquil. in Matth. 988. e. *quoniam dives difficilè intrabit in regnum cælorum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 140. a. partim ex Marco, 10. 23. vel Luc. 18. 24. *Dominus dicit: Quàm difficilè dives intrabit in regnum cælorum!* Juvencus l. 3. p. 70. c.

*Tunc sic discipulis vitæ spes unica fatur:*
*Difficile est terris affixos, divite gaza*
*Avelli, cælique leves in regna venire.*

℣. 24. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, cum Claromont. S. Gat. &c. Corb. 1. verò tollit *Et* initio, ante *iterum*; sicut inf. *intrare*, post *divitem*. Corb. 2. autem legit: *quàm divitem intrare in regno cælorum.* Cantabrig. *quàm divitem introire in regnum Dei.* Græcum in principio habet: Πάλιν δὲ λέγω· extremòque: ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν· à Ms. 1. abest δὲ, post Πάλιν; in pluribus est Καὶ πάλιν; & infra in al. τῶν οὐρανῶν, loco τοῦ Θεοῦ; unus tantùm cod. delet ult. εἰσελθεῖν. Hilarius in hunc loc. 704. e. *Quin etiam adjecit, camelum faciliùs per foramen acus posse transire, quàm cælorum regnum divitem introire.* Ambros. in Ps. 118. col. 987. f. 988. a. *Facilius est camelum*, &c. ut in textu Colb. & Vulg. Concinunt Maxim. Taurin. in hom. p. 40. h. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 140. a. 142. a. August. verò epist. 157. to. 2. 554. e. *Et iterum dico vobis: Faciliùs intrabit camelus per foramen acus, quàm dives in regnum cælor.* Item in Act. mart. SS. Jac. & Mariani, Ruinart. p. 227. *Faciliùs camelus intrabit per foramen acus, quàm dives in regna cælorum.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 332. h. *Iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem in regnum Dei.* Apud Juvencum l. 3. p. 70. c.

*Nam citiùs tenuis per acus transire foramen*
*Deformis poterunt immania membra cameli,*
*Quàm queat ut dives cælestia regna videre.*

Apud Sedulium pariter l. 3. carm.

*Namque foramen acûs sicut penetrare camelus*
*Membrorum præ mole nequit, sic dives opima*
*Fertilitate tumens tenuem non possit adire*
*Cælestis regni ducentem ad limina callem.*

℣. 25. Mss. S. Germ. 2. & Maj. Mon. *Auditis autem his, discipuli mirabantur, & timebant valde*, &c. quæ supra. Corb. 2. *Auditis autem discipuli his verbis, mirabantur, & timebant valde, dicentes: Et quis potest salvus fieri?* Cantabrig. *Audientes autem discipuli, stupebant, & timuerunt valde, dicentes: Quis igitur potest salvari?* Claromont. *Audientes autem discipuli, mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse?* Sangerm. 1. *Auditis autem his, discipuli mirati sunt valde, dicentes*, &c. ut in Colb. supra. Corb. 1. *Quo audito, discipuli ejus mirabantur valde, dicentes*, &c. Græc. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες· Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; à quibusdam Mss. abest αὐτοῦ, post μαθηταὶ; & unus sub fin. habet, Καὶ τίς ἄρα· solus Cantabrig. Gr. verbo ἐξεπλήσσοντο, addit, καὶ ἐφοβήθησαν· ita ex Millio. Hilarius in hunc loc. 706. b. *Auditis itaque istis, discipuli admirantur, & metuunt, dicentes neminem posse salvari.* August. quæst. 26. in Matth. to. 3. 244. e. *discipuli dicunt: Quis potest salvus fieri?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 142. *Turbati autem sunt discipuli ejus, dicentes: Et quis potest salvus fieri?* Juvencus l. 3. p. 70. c.

*Talibus attoniti comites, stupidique silebant,*
*Volventes quæ tanta foret sub pectore virtus*
*Humano, talem posset quæ prendere vitam.*

℣. 26. Ms. Corb. 1. *Conspiciens autem Jesus, dixit illis*, &c. quæ in textu. Corb. 2. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant. Claromont. habet: *Apud homines quidem hoc impossibile est*, &c. dein S. Germ. 2. *apud Deum autem hæc omnia possibilia sunt.* Cantabrig. *Respiciens autem Jesus, dixit eis: Apud hominibus hoc impossibile est*, &c. ut supra. Ita quoque in Græco est: in Ms. autem nullo, neque Græco, neque Lat. præter Colb. post nom. *Jesus*, additur τὸ *cogitationes eorum*: unus tantùm Græcus delet *sunt*, in fine. Hilarius in hunc loc. col. 706. b. *Dominus respondit: Hoc quidem impossibile est apud homines: possibile autem apud Deum.* S. Paulin. epist. 7. p. 37. c. *Hominibus hæc ardua: apud Deum autem omnia possibilia.* Similiter Auctor quæst. N. T. q. 97. p. 88. c. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 33. p. 142. a. *Quibus respondit: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Apud Ambrosiast. pariter p. 120. c. *apud Deum au-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

27. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

28. Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.

29. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

*Inf.* 20. 16. *Marc.* 10. 31. *Luc.* 13. 30.

30. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

27. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos qui reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

28. Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quoniam vos qui secuti estis me, in resurrectione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël.

29. Et omnis quicunque reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam consequetur.

30. Multi autem sunt primi novissimi, & novissimi primi.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tem omnia possibilia sunt.* Apud Juvencum l. 3. p. 70. c.

*Respicit æternæ justorum gloria vitæ,*
*Atque ait: Hæc homini forsan videantur acerba:*
*Sed Deus electis facilem præpandit in æthra,*
*Possibilemque viam, virtus quam celsa capessit.*

Item apud Sedulium l. 3. carm.

*Ni genitor rerum.....*
*Quem frons nulla videt, sed totum conspicit ipse,*
*Hoc impossibile est homini, dixisset, at alto*
*Possibile est jus omne Deo,* &c.

℣. 27. Ms. S. Gat. textui Colb. consonat; sicut Clarom. deleto relat. medio *qui.* Ita quoque Græcum habet. Ms. Corb. 1. *Tunc respondens Petrus, dixit: Ecce nos reliquimus,* &c. S. Germ. 1. *dixit ei: Ecce nos relinquimus,* &c. Corb. 2. *Et ecce nos reliquimus,* &c. Cantabrig. & Maj. Mon. *Ecce nos dimisimus omnia,* &c. Cantabr. *quid igitur erit nobis?* S. Germ. 2. *quid erit nobis?* Huic postremo succinit Hilar. in Psalmum 118. col. 287. d. Vulgatæ verò favet Auctor op. imp. in Matthæum, hom. 33. p. 142. e. cum Ambrosio in Psalm. 43. to. 1. 925. b. & in Psalm. 118. col. 1057. f. 1126. a. 1172. e. & l. 9. in Luc. col. 1502. e. & l. de vid. to. 2. 205. e. & l. de exhort. virg. col. 286. a. Similiter habet August. in Job, to. 3. 672. d. præter hoc, *Ecce dimisimus omnia:* & tract. 119. in Joh. to. 3. 802. e. necnon l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. 461. g. *Ecce nos dimisimus omnia,* &c. ut in Vulg. Marc. 10. 28. vel Luc. 18. 28. Apud Juvenc. l. 3. p. 70. c.

*Tum Petrus fidei munitus mœnibus, infit:*
*Omnia nostra olim projecta reliquimus omnes,*
*Et tua jussa sequi nobis spes unica restat:*
*Quid nostris animis superest? dic, Christe, precamur.*

℣. 28. Ms. Corb. 1. *Jesus autem..... Amen dico vobis, quia vos qui me secuti estis, in regenerat. cùm sed. Fil. hominis in throno gloriæ suæ, sedebitis & vos,* &c. ut supra. S. Germ. 1. Clarom. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Corb. 2. habet: *in generatione, cùm venerit Filius hominis,* &c. S. Germ. 2. *in generatione ista, cùm sederit,* &c. Cantabrig. *Jesus autem dixit ei: Amen dico vobis, quoniam vos..... in regenerat. cùm sederit Filius hominis super sedem gloriæ suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes, judicantes,* &c. Sic etiam in Græco est, præter unum εἶπεν αὐτοῖς, *dixit eis,* non *ei;* Mss. tamen quidam ferunt εἶπεν αὐτῷ, teste Millio; & sub fin. Cantabrig. Gr. cum Orig. καθίσεσθε καὶ αὐτοὶ, non ὑμεῖς. Hilarius in Ps. 60. col. 144. c. *Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, & vos sedebitis super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israël:* & in Ps. 118. col. 287. d. *Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione sedebitis super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israël:* rursum *super xii. thronos* habet in Ps. 121. col. 387. e. at in Matth. 19. col. 706. b. *Quibus Dominus, cùm sederit in majestatis suæ sede, sessuros super sedes duodecim, ac totidem tribus Israël judicaturos spopondit:* & infra, 707. b. *vos qui secuti estis me, in regeneratione judicabitis xii. tribus Israël.* Ambros. l. de vid. to. 2. 206. a. *vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & ipsi supra duodecim sedes, judicantes tribus Israël:* similiter l. 5. de fide, col. 564. e. *sedebitis & ipsi;* deinde, *super sedes duodecim, judic. duodecim tribus Israël:* & infra, 565. f. *duodecim vos sedebitis super sedes, judicantes xii. tribus Israël:* at l. 7. in Luc. to. 1. 1450. a. *sedebitis super duodecim thronos, judicantes duodecim,* &c. Similiter habet August. in Ps. 110. to. 4. 1244. e. item tract. 28. in Joh. to. 3. 509. g. posito *sedes,* pro *thronos:* sed lib. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 577. c. cum Vulgata concinit, sicut etiam Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 142. post plura tamen legit: *& vos sedebitis super xii. thronos.* Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 944. g. *Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in resurrectione, cùm venerit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & ipsi super duodecim thronos, judicantes xii. tribus Israël.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 730. h. *in generatione, cùm Filius hominis sederit in sede majest..... sedebitis & vos cum eo super xii. sedes, judicantes duod.* &c. Arnob. in Psalmos, p. 329. a. *sedebitis super xii. thronos, judicantes xii. tribus Israël.* Epiphan. comment. in Cantici Cant. 8, 13. *sedebitis & vos super duod. sedes, judicantes duodecim,* &c. Juvenc. l. 3. p. 70. d.

*Talibus ad Petrum verbis respondet Iesus:*
*Vos quicunque meum mentis penetralibus altis*
*Credentes servatis iter, cùm sederit altè*
*Progenies hominis, celso quem cinget honore*
*Majestas, bis sex illic pulcherrima virtus*
*Constituet vobis sublimi in vertice sedes,*
*Judiciumque hominum pariter tractare licebit.*

℣. 29. Ms. S. Germ. 1. *Et omnis qui derelinquerit domum, vel fratres,* &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Et omnis qui relinquerit patrem, & matrem, vel domum, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios, aut agros,* &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et omnis quicunque reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros,* &c. ut in Vulgata. Similiter habet Claromont. nisi quòd add. *aut patrem, aut matrem.* Corb. 2. verò: *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros,* &c. Cantabrig. *Et omnis quicunque reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros..... & vitam æternam hæreditabit.* Græc. Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς..... καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει· Mss. quidam initio ferunt, Καὶ πᾶς ὅστις· dein plerique, ἀφῆκεν οἰκίαν· solus Cantabrig. Græc. tollit ἢ πατέρα. Iren. l. 5. c. 33. p. 332. c. legit: *Quicunque dimiserit agros, aut domos, aut parentes, aut fratres, aut filios, propter me, centuplum accipiet in hoc sæculo, & in futuro vitam æternam hæreditabit.* Tertul. l. de idol. c. 12. p. 242. c. ait: *Parentes, conjuges, liberi propter Deum relinquendi erant.* Item Hilarius in Matth. 19. col. 706. b. *Omnibus qui universa reliquerint propter nomen ejus, fructum centupli præmii reservatum:* & fragm. 1. col. 1280. c. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut matrem, aut filios, aut agrum, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Ambros. in Ps. 118. col. 1059. c. *Quicunque reliquerit patrem, aut matrem, domum, aut fratres, aut sorores, centuplum accipiet in hoc sæculo, & vitam æternam possidebit:* at l. 2. offic. to. 2. 71. e. Vulgatæ succinit ad verbum. S. Paulin. epist. 13. p. 79. c. *Omnis qui reliquerit fratres, & sorores, aut matrem, aut filios, vel filias, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æt. possidebit.* August. epist. 157. to. 2. 555. f. *Quicunque dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc sæculo centuplum, & in futuro vitam æternam possidebit.* Fundat. Agaun. Monast. Conc. to. 4. 1560. e. *Quicunque reliquerit domos, aut agros, propter nomen meum,* &c. ut in Vulgata. Auctor l. de promiss. c. 36. p. 2. col. 165. d. *Si quis dimiserit domum, aut agrum, aut uxorem, aut filios, causâ nominis mei, & hîc multiplicia accipiet, & vitam æternam consequetur.* Vide Marc. 10. 29. 30. & Luc. 18. 30. Juvencus l. 3. p. 70. d.

*Sic quicunque sui linquet generisque domusque*
*Gazas, affectusque omnes, pro nomine nostro,*
*Centuplicata dehinc capiet, vitamque perennem.*

℣. 30. Ms. Corb. 1. *Multi enim sunt primi,* &c. ut supra. Corb. 2. *Multi autem sunt,* &c. Clarom. Sangerm. Cantabrig. S. Gat. &c. *Multi autem erunt,* &c. Ita quo-



Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que in Græco. Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 706. c. ait, *Multos autem ex novissimis primos, & ex primis futuros novissimos.* Juvencus l. 3. p. 70. d.

*Primorum meritum postremi transgredientur,*
*Ultima præteriti capient vix præmia primi.*

# CAPUT XX.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. SImile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam.

2. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos operari in vineam suam.

3. Et egressus circa horam tertiam, invenit alios stantes in foro otiosos,

4. & illis dixit: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis.

5. Illi autem abierunt. Iterum exiit circa sextam & nonam horam: & fecerunt similiter.

6. Circa undecimam autem horam exiit, & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hîc statis tota die otiosi?

7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam.

## VULGATA NOVA.

1. SImile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam.

2. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

3. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos,

4. & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis.

5. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter.

6. Circa undecimam verò exiit, & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hîc statis tota die otiosi?

7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habent Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ad quos accedit Sangerm. 1. nisi quòd repetit, *qui pater exiit;* dein, *primo manè*, &c. Corb. 2. *Simile est enim... qui exivit primo manè*, &c. Claromont. *Simile est autem*, &c. quæ in textu. Cantabrig. *Simile est enim..... qui exiit diluculo conducere*, &c. Græc. Ὁμοία γάρ ἐστιν..... ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι, &c. Hilarius in hunc loc. 707. d. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. consentiunt cum textu Colb. nisi quòd Hilar. scribit *exivit*, cum Ms. Corb. 2. nec addit *in vin. suam.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. *Simile est regn. cœl. homini patrifam. qui prodiit manè in foro conducere*, &c. quæ supra. Juvencus l. 3. p. 70. d.

*Sedulus ut ruris dominus, cui dulcia fundum*
*Pinguibus in campis latè vineta coronant:*
*Hic ubi progressus primo cum lumine solis*
*Conduxit juvenum fortissima robora*, &c.

℣. 2. Ms. Clarom. optimè convenit cum textu Colb. S. Germ. autem ambo, totidemque Corb. & S. Gat. &c. cum Vulgata. Solus Cantabr. legit: *Conveniens autem cum operariis ex denario diem, misit eos in vineam suam.* Item Græcè: Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν, &c. Auctor op. imp. in Matthæum, hom. 34. *Conventione autem facta cum operario ex denario diurno, misit eos in vineam suam:* nec malè *cum operario*, siquidem Hilar. in eundem loc. col. 708. b. ait: *Primis enim, sed & cæteris dictum est:* Ite ad vineam: *merces tamen denarii cum primo constituta est.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. *Et placuit illi cum operariis, singulis denariis diurnis.* Apud Juvenc. l. 3. p. 70. d.

*..... pactus*
*Unius in lucis certa mercede laborem,*
*Et sua tum jussit cultu vineta polire.*

℣. 3. Mss. Clarom. & Cantabrig. nil differunt à textu Colb. nec etiam Corb. 2. nisi quòd habet initio, *Egressus autem.* Sangerm. 1. verò: *Et egressus horâ tertiâ, vidit alios*, &c. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata; cui etiam Græc. consonat. Solus Cantabrig. Græc. habet εὗρεν, *invenit*, pro εἶδεν, *vidit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. a. Vulgatæ pariter congruit, nisi quòd infra, 145. c. habet: *Item exiit circa tertiam.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. hæc prætermittit tota, cum reliquis ad medium usque ℣. 5. Juvencus autem l. 3. p. 70. d. habet:

*Ipse sed egrediens ubi tertia venerat hora,*
*Invenit ecce alios.....*

℣. 4. Textui Colb. accedunt Mss. S. Germ. & Corb. ambo, sicut Clarom. S. Gat. &c. In Cantabrig. sic: *& illis dixit: Ite & vos in vineam, & quod fuerit justum*, &c. Ita quoque in Græco est: Mss. tamen plures addunt μου, ad *vineam.* Hilarius in hunc loc. 708. b. *Ite ad vineam.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. ut in Vulgata. Juvencus l. 3. p. 70. e. sic pergit:

*..... ad opus quos ire jubebat,*
*Pro meritis operum promittens præmia digna.*

℣. 5. Mss. S. Germ. duo, cum Corb. 2. Vulgatæ congruunt. Corb. 1. *Iterum exivit circa..... & idem fecit.* Claromont. *Iterum exivit*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Iterum abiit circa*, &c. Cantabrig. *Qui autem abierunt. Iterum autem exiens circa horam sextam & nonam, fecit identidem:* nec refragatur Græc. nisi quòd delet *autem*, post *iterum;* transfertque *horam*, post *nonam:* Mss. tamen nonnulli hab. πάλιν δέ. Item Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. *Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa horam sextam & nonam: & fecit similiter:* at infra, 146. c. *Item exiens circa sextam & nonam.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. *Et egressus circa horam sextam & non. & idem fecit.* Juvencus l. 3. p. 70. e.

*Illi non aliter læti præcepta sequuntur.*
*Ast ubi sexta dehinc lucis transfluxerat hora,*
*Haud secus hinc alios juvenes conducere pergit:*
*Horaque nona dehinc ubi solis cursibus acta est,*
*Tunc alios pariter conductos jussit adire.*

℣. 6. Ms. S. Germ. 1. tollit vocem *horam;* cætera ut sup. Ita quoque Corb. 2. nisi quòd habet, *Circa autem undecimam exiit.* Corb. 1. & S. Germ. 2. *Circa xi. verò exivit..... & dixit illis*, &c. Cantabrig. *Circa xi. autem exiit*, &c. Claromont. *Circa xi. verò exiit, & invenit alios stantes otiosos, & dicit illis: Quid hîc statis otiosi tota die?* Græc. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς, &c. ut in textu. Ms. 1. hab. εἶδεν ἄλλους, non εὗρεν; quidam verò delent seq. ἀργούς. Hilar. in hunc loc. 708. b. ait: *novissimis verò dicitur: Quid hîc statis?* Ambros. l. de fide res. to. 2. 1151. b. & Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 159. f. *Quid hîc statis tota die otiosi?* Arnob. Afer, annotat. in Evang. p. 333. a. *Sed & circa horam undecimam egressus est, & invenit alios stantes, & ait illis: Quid hîc statis otiosi?* Auctor op. imp. in Matthæum, hom. 34. ut in Vulgata. Juvencus l. 3. p. 70. e.

*Ultima labentis restabat portio lucis;*
*Egressus cernit juvenes, causasque requirit,*
*Cur pigris manibus torperent otia lenta.*

℣. 7. Ms. Corb. 1. *Dixerunt ei: Quia nemo... Dicit illis: Ite & vos, operamini in vineam.* Clarom. *Dicunt ei: Quia... Ait illis: Ite & vos, operamini in vineam meam; & quod fuerit justum accipietis.* Cantabrig. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ favent, sicut etiam Græc. nisi quòd loco vocis ult. *meam*, addit cum Claromont. Lat. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε. Mss. tamen plures adnectunt μου, ad *vineam;* unusque aut alter omittit καὶ ὃ ἐὰν ᾖ, &c. Hilarius in hunc loc. 708. c. *Qui responderunt: Nemo nos conduxit:* paulòque post: *hi igitur mittuntur ad vineam.* Arnob. Afer, annotat. in Evang. p. 333. a. *Et illi responderunt: Quia nemo nos conduxit. Et ait illis: Ite & vos in vineam.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. nil differt à Vulg. infra tamen, p. 146. b. legit: *At illi dixerunt: Nemo nos conduxit. Et dixit eis: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis:* tum addit: *Nota quia cùm primis solis convenit specialiter dare denarium, istos autem omnes sub incerto pacto conduxit, id est, quod justum fuerit.* Juvencus l. 3. p. 70. e.

*Conductor, reddunt ipsi, quòd* (al. *ipsis quòd*) *nulla dedisset*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Cùm serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos.

9. Cùm venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.

10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

11. Et accipientes murmurabant adversùs patremfamilias,

12. dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus.

13. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum?

14. Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi.

15. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

8. Cùm serò autem factum fuisset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos.

9. Cùm venissent ergo qui circa horam undecimam venerant, acceperunt singulos denarios.

10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

11. Et accipientes murmuraverunt adversùs patremfamilias,

12. dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus.

13. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice non tibi facio injuriam: nonne ex denario convenisti mecum?

14. Tolle itaque quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi.

15. Aut non licet mihi quod volo facere de rebus meis? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Jussa sibi.* ( al. *Suo* ) *Dominus mox hos insistere ruri*
*Tunc etiam jussit*, &c.

℣. 8. Mſ. Corb. 1. *Cùm serò autem factum esset, dicit dominus..... incipiens à novissimis usque ad primum.* Sangerm. 1. *Cùm autem serò factum esset, dicit*, &c. ut in textu. S. Germ. 2. *dixit*, &c. Clarom. & Maj. Mon. *dicit;* & infra, *redde illis mercedem suam.* Corb. 2. & S. Gat. ut in Vulgata; cui etiam favet Cantabr. præterquam quòd initio habet: *Sero autem facto, dicit.* Ita quoque in Græco est. Apud Hilar. in hunc loc. col. 708. c. *Et cùm serò esse cœpisset, donum constitutæ in totius diei labore mercedis primi operarii hora vesperis consequuntur.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. legit: *Vespere autem facto, dixit dominus procuratori suo: Operarios voca, & redde illis mercedem*, &c. ut in textu. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. a. ut in Vulgata: sed infra, p. 146. d. legit: *Cùm autem serò factum fuisset.* Juvencus l. 3. p. 70. e.

*..... Sed vespere protinus orto,*
*Præcipit ut cuncti caperent mercedis honorem,*
*Æqualique omnes portarent præmia nummo.*

℣. 9. Accinunt magno consensu Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet: *Venientes ergo qui circa undecimam horam, acceperunt singulos denarios.* Græc. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Mſ. unus ad ὥραν, addit ἐληλύθεισαν. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 34. ut in textu Colb. Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. *Cùm ergo venissent qui circa undecimam fuerant vocati, acceperunt singulos denarios.*

℣. 10. Hic versus totus deest in Mſ. Colb. errore proculdubio, & oscitatione librarii, ut liquet ex ℣. subsequenti. Illum autem supplevimus è codicibus aliis, nempe S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. in quibus constanter habetur ut in Vulgata. In Cantabrig. verò sic: *Et cùm venissent primi, speraverunt quòd plus acciperent: acceperunt autem singulos denarios.* Græcè: Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι, ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον· al. δὲ καὶ οἱ πρῶτοι. Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. cum Vulgata optimè concinit. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. legit: *Venerunt autem & priores, sperantes se ampliùs accepturos: & cùm accepissent singulos denarios*, &c. de ℣. seq. Juvencus l. 3. p. 70. e.

*Tunc manus illa virûm, prima quæ luce laborem*
*Sustulerat, fractisque diem toleraverat æquum,*
*Indignans.....*

℣. 11. Textui Colb. suffragantur Mſs. S. Germ. 1. Corb. ambo, & Claromont. Sangerm. 2. verò, S. Gat. &c. Vulgatæ. Cantabrig. *Accipientes autem murmuraverunt adversùs*, &c. Græc. Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον, &c. al. ἐγόγγυσαν, vel διεγόγγυσαν. Apud Hilar. in hunc locum, 708. c. *Hinc murmur operantium est.* Apud Auctor. op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. omnia ut in Vulgata: sed infra, p. 147. a. legit: *Accipientes autem murmuraverunt adversùs*, &c. Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 333. a. *cœperunt murmurare adversùs patremfamilias.* Juvencus l. 3. p. 70. e.

*Indignans, secum tali cum murmure fatur.*

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. *dicentes: Hi novissimi unam horam fecerunt, & pares illos nobis fecisti*, &c. quæ supra. Corb. 1. *Hi novissimi unâ horâ tantùm laboraverunt, & æquales illos nobis fecisti*, &c. Claromont. cum Cantabrig. *unâ horâ fecerunt, & æquales illos nobis fecisti, qui portav. pondus diei, & æstum;* Cantabrig. *æstus.* S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. Vulgatæ consonant. Græc. λέγοντες· Ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ..... καὶ τὸν καύσωνα. Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 708. e. ait: *Hinc gratuitæ mercedis invidia est, quòd..... sub æstus nomine non longo..... idem præmium redhibeatur operantibus.* Hieron. epist. ad Damaſ. to. 4. 159. f. *Hi novissimi venerunt, & unâ horâ fecerunt, & æquales illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. cum Vulg. consentit: at infra, 147. a. legit: *dicentes: Quoniam hi novissimi unâ tantùm horâ fecerunt, & æquales illos nobis fecisti*, &c. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. a. *dicentes: Hi novissimi unâ horâ operati sunt, & pares illos nobis fecisti, qui sustinuimus laborem totius diei.* Juvencus l. 3. p. 70. e.

*.....fatur:*
*Injustum est istos similem, ut nos, quærere nummum,*
*Ultima quos operi sero conduxerat hora.*

℣. 13. Textui Colb. favent Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. fert: *Qui autem respondens uni eorum, dixit: Amice non tibi nocui: nonne denario placuisti mecum?* Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν· Ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. & Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 17. p. 11. e. cum textu Colb. concinunt. Juvencus l. 3. p. 70. f.

*Tum dominus ruris, sedato pectore, fatur:*
*Illibata tibi mercedis portio salvæ*
*Redditur, & pacti servantur jura fidelis.*

℣. 14. Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. *Tolle quod tuum est*, &c. ut in textu. Corb. 1. *Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo tantùm dare, quantùm & tibi.* Cantabrig. *Tolle tuum, & vade: volo autem novissimo huic dare sicut & tibi:* nec absimile Græcum est. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 553. b. *volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi.* Sic etiam Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 17. p. 11. e. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 34. Juvencus l. 3. p. 70. f. hunc versum cum sequenti sic jungit:

*Istis de nostro liceat concedere tantum,*
*Extima quos operis glomeravit portio ruri.*

℣. 15. Mſ. Corb. 1. *Aut non licet mihi quod volo facere de re mea? an oculus tuus nequa est, quia*, &c. Sic etiam habet Sangerm. 1. sublato uno *de re mea.* S. Germ. 2. & Corb. 2. *Aut non licet mihi facere quod volo? an oculus*, &c. Claromont. *Aut non licet mihi quod volo facere in meis? aut oculus tuus nequa est*, &c. Maj. Mon. *Aut non licet mihi in meis quod volo facere?* Cantabrig. *Non licet mihi quod volo facere in meis? aut oculus tuus nequam est, quòd ego*, &c. Græc. Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς, &c. ut in Lat. al. deest ἐν τοῖς ἐμοῖς. Apud Ambroſ. in Pſ. 43. col. 892. b. *si ego bonus, oculus tuus quare nequam?* similiter l. de exhort. virg. to. 2. 289. b. ubi *nequam est*, ut & l. 2. de fide, col. 475. e. at ep. 29. col. 906. a. legit ut supra, *an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Itidem Hieron. epist. ad Damaſ. to. 4. col. 160. a. præposito isto, *amice;* sed in Isai. 54. to. 3. 394. b. legit:

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

In Mſ. Colbert.

16. Sic erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi: multi ſunt enim vocati, pauci electi.

17. Et aſcendens Jeſus Jeroſolymis, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos in via ſeorſum, & ait illis:

18. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte,

19. & tradent eum Gentibus ad deludendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

20. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.

21. Ipſe autem dixit ei: Quid vis? Ait & illa: Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in regno tuo.

22. Reſpondens autem Jeſus, dixit illis: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus.

### VULGATA NOVA.

16. Sic erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Sup. 19. 30.

17. Et aſcendens Jeſus Jeroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis: Marc. 10. 31. Luc. 13. 30.

18. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, Marc. 10. 32. Luc. 18. 31.

19. & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget.

20. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Marc. 10. 35.

21. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in regno tuo.

22. Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*amice, ſi ego bonus, quare oculus tuus nequam?* & epiſt. 12. ad Hermon. virg. to. 4. col. 18. d. *amice, ſi ego bonus ſum, quare oculus tuus nequam eſt?* Auctor l. de vocat. gent. lib. 1. c. 17. p. 11. e. *Aut non licet mihi de re mea facere quod volo? aut oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* S. Pacian. epiſt. 3. p. 312. f. *An non invidet oculus tuus, quia bonus eſt paterfamilias? non licet illi facere quod vult?* Apud Auctor. op. imp. in Matth. homil. 34. ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 3. p. 70. f.

*Iſtis de noſtro liceat concedere tantum*, &c. quæ retulimus ſupra.

℣. 16. Mſ. Corb. 1. cum Claromont. *Sic ergo erunt noviſſimi primi*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 1. cum Cantabrig. *Sic erunt noviſſimi primi..... pauci autem electi.* Sangerm. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata, & in Græco; quibus ſuffragatur Auctor op. imp. in Matth. hom. 34. p. 144. infra tamen, p. 148. delet *enim*, poſt *multi*. Iren. l. 4. c. 27. p. 265. c. legit: *vocati multi, pauci verò electi.* Tertul. l. de fuga in perſ. p. 974. c. *multi vocati, pauci electi.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 22. p. 13. e. *multi enim ſunt vocati, pauci autem electi.* Apud Juvencum l. 3. p. 70. f.

*Nam multos homines dignatio ſancta vocavit,*
*E quîs per minimam dignum eſt ſecernere partem.*

Nota hîc primam verſiculi partem à Juvenco non reddi, ut nec poſteriorem verſûs anteced.

℣. 17. Mſ. Claromont. *Et aſcendens Jeſus Jeroſolymis, aſſumpſit xii. diſcipulos ſeorſum in via, & ait illis.* Cantabrig. *Et aſcendens Jeſus Jeroſolymâ, ſuſcepit duodecim ſeorſum in via, & dixit eis.* Sangerm. 1. *Et cùm aſcendit Jeſus Jeroſolymis, aſſumpſit xii. diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis.* Sic etiam in Germ. 2. exceptis his, *Et aſcendens Jeſus Jeroſolymam.* Corb. 1. *Et cùm aſcenderet Jeſus Jeroſolymam, aſſumpſit xii. diſcipulos, & ait illis.* Corb. 2. *Et aſcendens Jeſus in Jeroſolymis, aſſumpſit xii. diſcipulos, & ait illis.* Græc. Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ᾽ ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ, &c. Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 708. e. *Et aſcendens Jeſus Jeroſolymam, aſſumpſit xii. diſcipulos, & ait illis;* ſex Mſs. addunt *ſecretò*, poſt *diſcipulos*. Ita quoque habet Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. Apud Juvencum l. 3. p. 70. f.

*Hæc ait, & Solymos repetit, comiteſque ſeorſum*
*Alloquitur: Solymiſque iterum regionibus inſit.*

℣. 18. Mſ. Corb. 2. *Ecce aſcendimus in Jeroſolymam*, &c. ut ſupra, niſi quòd in fine 1. manu hab. *& condemnabunt me morte;* recentiori, *eum*. Cantabrig. cum Clarom. *Ecce aſcendimus Jeroſolyma*, &c. rurſus Cantabrig. cum Germ. 1. *& condemnabunt eum morti.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. nil diſcrepant à textu Colb. nec etiam Græc. niſi quòd ſcribit εἰς Ἱεροσόλυμα. Hilarius in Matth. col. 708. e. *Ecce aſcendimus Jeroſolymam.* Similiter habet Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. cum ſequentibus ut ſupra. Tichon. reg. 5. p. 61. h. ait: *Oportet Filium hominis Jeruſalem ire, & multa pati à ſenioribus, & principibus ſacerdotum, & Scribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere.* Juvencus l. 3. p. 70. f.

*Ingredimur gnari, truculentaque mœnia adimus;*
*Filius hic hominis tradetur ad ultima mortis.*

℣. 19. Textui Colb. favent Mſs. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam Clarom. niſi quòd hab. *ad deludendum eum;* Corb. 2. vitiosè, *ad dolendum*, &c. Græc. εἰς τὸ ἐμπαῖξαι, καὶ, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *& tradent eum Gentibus ad caſtigandum, & inludendum, & crucifigendum, & tertio die reſurget.* Auctor op. imperf. in Matth. hom. 35. p. 148. ut in Vulgata; ſed infra, 149. legit *ad deludendum.* Juvencus l. 3. p. 70. f. ſic pergit:

*Scribarum procerumque ferens ludibria membris,*
*Affixuſque cruci poſt tertia lumina ſurget.*

℣. 20. Ita ferunt Mſs. S. Germ. ambo, Claromont. S. Gat. & Cantabr. Sic etiam uterque Corb. niſi quòd prior jungit *eum*, verbo *adorans;* poſterior verò delet *ſuis*, poſt *filiis*. Græc. textui Colb. favet, ſicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. p. 148. at infra, 150. e. legit: *acceſſit ad eum rogans & petens*, &c. Hilar. in hunc loc. col. 709. a. *Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis.* Juvencus l. 3. p. 70. f.

*Hîc tum Zebedei conjunx ſubmiſſa rogabat.*

℣. 21. Mſs. Corb. duo, textui Colb. congruunt, præterquam quòd prior leg. *Et ait*, pro *Ait & illa*. S. Germ. ambo: *Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut ſedeant... & unus ad ſiniſtram tuam*, &c. Claromont. *Ipſe autem dixit ei: Quid vis? Ait illa: Dic ut ſedeant..... ad ſiniſtram tuam*, &c. Cantabrig. *Qui autem dixit ei: Quid vis? Dicit ei: Dic ut ſedeant..... unus à dextris tuis, & unus à ſiniſtris, in*, &c. Ita quoque in Græco eſt: Mſs. tamen plures addunt pronomen σου, ad vocem εὐωνύμων, *ſiniſtris*. Hilarius in hunc Matth. loc. 709. b. ait: *Deferri filiis ſuis orat, ut in Domini regno, unus ad dexteram ejus ſedeat, alius ad ſiniſtram.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 561. f. *Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & alter ad ſiniſtram, in regno tuo.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. p. 148. *Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic*, &c. ut in textu: at infra, 150. e. *Dicit ei Jeſus: Quid vis?* & poſt paulò, 151. a. c. *At illa dixit: Dic ut ſedeant..... & alius ad ſiniſtram tuam*, &c. Juvencus l. 3. p. 70. f. antecedentibus addit:

*Ut Chriſto medio, cœli ſublimis in arce*
*Felices nati dextrâ lævâque ſederent.*

℣. 22. Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 2. nil differunt à textu Colb. nec etiam S. Germ. niſi quòd tollit *illis*, poſt *dixit*. Corb. 2. habet: *Reſpondens autem illis Jeſus: Neſcitis*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis..... Poteſtis calicem bibere, quod ego bibiturus ſum? Dicunt: Poſſimus.* Claromont. ad hoc, *quem ego bibiturus ſum*, adjungit, *aut baptiſma, quod ego baptizor, baptizari?* dein, *Dicunt ei: Poſſumus.* Ita quoque Græcum habet: Mſs. tamen plures tollunt media iſta, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι· ſicut Orig. qui, cùm antecedentia verba retuliſſet è Matthæo, poſteriora iſta diſertè Marco tribuit, ut etiamnum legitur apud ipſum, cap. 10. ℣. 38. Nec etiam hoc additamentum memorat Hilarius in hunc Matthæi loc. col. 709. b. ubi ait: *Cui Dominus reſpondit, neſcire eam quid oret.... Denique in medio ſermone, an calicem ſuum poſſent bibere, interrogat...... At illi..... bibituros ſe pollicentur.* Similiter apud Ambroſ. l. 5. in Luc. p. 1369. f. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* nec plura: itidem l. 5. de fide, to. 2. 562. d. ubi paulò poſt addit, *Poſſumus.* Auctor op. imp. in Matth. homil. 35. p. 148. Vulgatæ pariter accinit, nec admiſcet alia: ſed infra in commentar. 151. c. huic verbo *bibiturus ſum*, non *bibo*, quod apud Marcum, ſubdit, *aut baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari?* ut in Mſ. Clarom. Apud Juvenc. l. 3. p. 70. g. ſimpliciter:

*Tum quærit Chriſtus, calicem ſi ſumere poſſent,*
*Quem ſibi præceptis inſtaret ſumere Patris.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Ait illis : Calicem quidem meum bibetis : sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

Marc. 10. 41. 24. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.

Luc. 22. 25. 25. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait : Scitis quia principes gentium dominantur eorum : & qui majores sunt, potestatem exercent in eos.

26. Non ita erit inter vos : sed quicunque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister :

27. & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus :

Philip. 2. 7. 28. sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis.

VERSIO ANTIQUA. Ex Ms. Colbert.

23. Ait illis Jesus : Calicem meum quidem bibetis : sedere autem ad dexteram meam, aut ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

24. Et audientes cæteri decem, indignati sunt de duobus fratribus.

25. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait : Scitis quòd principes gentium dominantur eorum : & qui majores sunt, potestatem exercent in eis.

26. Non ita erit inter vos : sed quicunque voluerit inter vos major esse, erit vester minister :

27. & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus :

28. sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Respondent se posse simul.*

℣. 23. Ms. S. Germ. 2. concordat cum textu Colb. sicut etiam Corb. duo, & S. Germ. 1. nisi quòd Corb. 1. scribit, *& ad sinistram* ; alter, *vel sinistram* ; S. Germ. 1. *& sinistram* : ab hoc etiam postremo abest nomen *Jesus*. In Cantabrig. verò sic : *Ait illis Jesus : Calicem quidem meum bib. sedere autem à dextris meis, & à sinistris, non est meum dare ; aliis præparatum est à Patre meo.* In Claromont. *Et ait illis : Calicem quidem meum bibetis ; & baptisma, quod ego baptizor, baptizari* (supp. *potestis*, vel l. *baptizabimini* :) *sedere autem ad dextram meam, vel ad sinistram meam, non est dare vobis, sed quibus*, &c. Similiter in Græco hod. exceptis his paucis, βαπτισθήσεσθε, loco *baptizari* ; &, ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς. Mss. plures ipso initio delent Καὶ ; quidam verò subjungunt nomen ὁ Ἰησοῦς· à multis absunt media ista, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· sicut μου à nonnullis, post εὐωνύμων· mox in pluribus est, τοῦτο οὐκ ἔστιν· & in uno additur ὑμῖν, verbo δοῦναι· in solo Cantabrig. Gr. ἄλλοις, *aliis*, pro ἀλλ' οἷς· ita ex Millio, quem vide. Hilarius in hunc loc. col. 709. c. *Dominus*, inquit, *collaudans eorum fidem, ait, martyrio quidem eos secum compati posse, sed lævæ ejus ac dexteræ assidere, aliis à Deo patre fuisse dispositum.* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. p. 562. e. *Ait illis Jesus : Calicem quidem meum bibetis : sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo :* vide etiam epist. 26. col. 897. b. Vulgatæ accinit Auctor operis imp. in Matth. hom. 35. p. 148. e. sed in consequentibus sacrum contextum explanans, sic hab. p. 152. d. *Et dicit eis : Calicem quidem meum bibetis ; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini : sedere autem ad..... aut ad sinistram*, &c. ut in Ms. Claromont. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 220. *Calicem quidem meum bibetis : sedere autem à dextris meis, sive à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Apud Juvenc. l. 3. p. 70. g.

*..... Tum talia Christus :*
*Vos nostrum calicem fas est potare : sed altis*
*Sedibus æquali mecum considere honore,*
*Non hoc nostra dabit cuiquam pro munere* (al. *nomine*) *virtus :*
*Hæc certis Genitor sublimia dona reservat.*

℣. 24. Mss. Corb. duo, & Claromont. *Et audientes decem, contristati sunt de duobus*, &c. S. Germ. ambo, Cantabrig. S. Gat. &c. *Et audientes decem, indignati sunt*, ut in Vulgata. Ita quoque in Græco est. Copt. & Sax. numero *decem*, addunt μαθηταὶ, teste Millio. Hilar. quoque in hunc loc. col. 710. d. habet : *Decem discipuli contristati sunt de fratribus duobus.* Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 159. c. *Reliqui decem discipuli indignati sunt.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. p. 148. *Et audientes decem, indignati sunt de*, &c. at infra, 152. e. *Et aud. decem, contristati sunt*, &c. Juvencus l. 3. p. 70. g.

*Exin discipulos dictis pro talibus omnes*
*Commotos*, &c. ut infra.

℣. 25. Ms. Corb. 1. & Clarom. textui Colb. favent : S. Germ. ambo, Vulgatæ. Maj. Mon. *Jesus autem convocavit eos ad se, & ait : Scitis quòd..... & contumaces*, &c. Similiter Corb. 2. *Scitis quòd principes* ; ultimò verò, *potestatem habent in eis.* Cantabrig. *Jesus autem convocans eos, dixit eis : Scitis quòd reges gentium dominantur eorum : & magni principantur eorum.* Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν· Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν· Ms. 1. addit πρὸς ἑαυτὸν, ad αὐτούς. Hilarius in hunc loc. 711. a. ait : *Dominus docet principatum ab his, non modo gentium, capessendum.* Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 159. c. *Et Jesus advocans eos, dixit : Scitis quia principes gentium dom.... & qui majores s. potestatem exercent in eis :* at in Ezech. 45. to. 3. 1038. c. cum Vulgata concinit ; sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. Juvencus l. 3. p. 70. g.

*..... tali* (al. *stabili*) *sermonis mulcet honore :*
*Gentibus infidis celsa ditione potestas*
*Imponit quoscunque velit* (al. *quemcunque super*) *dominentur eorum :*
*Exercentque trucem subjectis urbibus iram.*

℣. 26. Ms. Clarom. non differt à textu Colb. nec etiam Corb. 1. nisi quòd habet, *major esse inter vos, sit vester minister.* S. Germ. 1. ut in Vulgata. A Germ. 2. abest ult. *minister.* In Corb. 2. ita : *Inter vos autem non erit sic : sed quicunque voluerit inter vos major fieri, erit vester minister.* Cantabrig. *Non ita est in vobis : sed qui voluerit in vobis magnus fieri, erit vester minister.* Græc. Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος· à plerisque Mss. abest δὲ, post οὕτως ; in uno verò est εἶναι, loco γενέσθαι ; & in multis, ἔσται, pro ἔστω. Hilar. in hunc loc. col. 711. b. ait *ministros & servientes, & non quibus ministratum sit, ad gloriam honoris maximi advocandos.* Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1038. c. *Non sic erit inter vos* ; & sup. in cap. 42. 1008. b. *qui vult inter vos major esse, fiat omnium minimus :* epist. verò ad Damas. to. 4. 159. c. *Non ita erit inter vos : sed quicunque voluerit inter vos major esse, sit vester minister :* & l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 351. e. *qui vult in vobis major esse, fiat omnium minor :* & l. 1. in ep. ad Tit. col. 409. b. *qui voluerit inter vos esse major, sit omnium servus :* & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 168. *qui voluerit inter vos major esse, minimus omnium sit :* & l. 2. col. 224. c. *qui vult inter vos major esse, sit omnium minimus.* Leo M. epist. 79. c. 2. cum Vulgata concinit, sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. p. 148. a. infr. autem p. 153. b. post hoc, *major fieri*, hab. *erit omnium minister.* Juvencus l. 3. p. 70. g.

*Vos inter* (al. *Vos hîc sed*) *longè tranquillior æquora vita*
*Concordi sternit mitis moderatio pace ;*
*Magnus & obsequiis crescit super alta minister.*

℣. 27. Itidem Mss. S. Germ. cum utroque Corb. In Claromont. *& quicunque voluerit*, &c. In Cantabr. ac S. Gat. *& qui voluerit in vobis esse primus, erit*, &c. Græcè : καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω, &c. in plerisque Mss. ἔσται. Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 159. c. *& quicunque vestrûm voluerit inter vos esse primus, sit vester servus.* Leo M. epist. 79. c. 2. *& quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 35. ut in Vulg. & textu Colb. Juvencus l. 3. p. 70. g.

*Nec primus quisquam, nisi cunctis serviat unus,*
*Esse potest*, &c.

℣. 28. Similiter habent Mss. S. Germ. & Corb. ambo, necnon Clarom. Cantabr. S. Gat. &c. unà cum Græco. Hilar. in hunc loc. 711. a. exemplum Domini proponit, *qui animam suam pro redemptione nostræ salutis impenderit.* Ambros. l. 1. de Spir. S. to. 2. 602. b. *filius hominis venit non ministrari, sed ministrare.* Hieron. in Ezech. 45. to. 3. 1038. c. *filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare anim. suam redempt. pro pluribus :* & epist. ad Damas. to. 4. 159. c. *quoniam filius hominis non venit ministrari*, &c. ut in textu. Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 647. d. *venit enim non ministrari, sed ministrare.* August. in Joh. 12. to. 3. p. 2. 638. e. *sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere pro multis :* & in Job, to. 3. p. 1. col. 662. f. *non venit ministrari, sed ministrare.* Sic etiam legit Auctor l. de promiss. p. 2. c. 24.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mf. Colbert.* * Vos autem quæritis de pufillo crefcere, & de majore minores effe.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 150. e. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 35. qui pofterior addit, *& dare animam fuam in redemptionem pro multis.* Juvencus l. 3. p. 70. g.

*... Hominis natus fic cuncta miniftrat,*
*Obfequio folus proprio pia munera geftans,*
*Pro multifque animam pretiofo fanguine ponit.*

* Mf. Colb. fcriptum præfert ultimo loco *minor effe*, non *minores effe*, fed lapfu calami fatis aperto; quod vitium fuftulimus aliorum codicum ope, necnon S. Leonis. Quippe Corbeienfium duorum alter cum Clarom. planè legit: *Vos autem quæritis de pufillo crefcere, & de majore minores effe:* fic etiam Leo M. epift. 18. ad Dorum, p. 236. ad verbum: Mf. Corb. 1. duo folùm immutat, nempe initio *quæretis*, pro *quæritis*; & in fine, *de majore minores fieri*, pro *effe*. Cantabrig. *Vos autem quæritis de minimo crefcere, & de magno minui;* quod idem fonat. Contra Mf. Sangerm. prior (n. 15.) fic habet: *Vos autem quæritis de pufillo crefcere, & de minore majores fieri;* quod ult. cùm magis confequens videatur, plus arridet: hanc etiam lectionem confirmat Index capitulorum Matthæi eidem codici præfixus; ubi fic ad artic. LVIII. *De filiis Zebedæi; & de minimo majores fieri; & de duobus cæcis*, &c. Eidem quoque lectioni favet codex Monafterii S. Andreæ fecus Avenionem, in quo ita fe legiffe teftatur Martianæus: *Vos autem quæritis de pufillo crefcere, & de magnis majores effe. Magnus* enim hìc oppofitus *majori*, *minoris* locum tenet. Imò Leo Magnus, qui fup. ep. 18. ad Dorum legebat, *& de majore minores effe;* in alia 79. ad Pulcheriam, c. 2. p. 298. alludens, dicit: *Hæc illis tunc infinuabantur, qui de pufillo volebant crefcere, & de infimis ad fumma tranfire:* quæ poftrema codicum 2. S. Germ. & S. Andr. fcripturam tuentur. Ex his duo facilè colliguntur: 1°. in antiqua Verfione Latina, vel faltem in multis ejufdem codicibus fententiam iftam infertam fuiffe, quæ non habetur in Vulgata noftra. 2°. Eandem pro variis codicibus, diverfo quoque modo expreffam fuiffe. De primo nihil eft quod dubitetur; rem declarant Mfs. codices allati fupra. De fecundo hoc venit in dubium, ecquænam de duabus fententiis admittenda fit; an illa, *& de majore minores effe?* an ifta, *& de minore majores fieri*, vel quid fimile? Sua cuique adfunt momenta, fui patrocinantur codices. Huic nempe, *de minore majores fieri*, fuffragatur Sangermanenfis primus (n. 15.) cui adjungendus codex Monaft. S. Andreæ, necnon forfan S. Leonis locus ita fcribentis ad Pulcheriam Auguftam de ambitu Anatolii epifcopi C. P. *Parum confiderans*, inquit, *quanto pietatis* (Pulcheriæ) *beneficio, & Summi Pontificis affenfu*, C. P. *ecclefiæ facerdotium fuerit confecutus, non tam de adeptis gavifus, quàm de immodicis appetendis fupra menfuram fui honoris accenfus eft:* & poft pauca: *Ille verò erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente Domino:* Quicunque voluerit inter vos major fieri, fit vefter minifter: & quicunque voluerit inter vos primus effe, erit vefter fervus, &c. *Et tamen hæc illis tunc infinuabantur, qui de pufillo volebant crefcere, & de infimis ad fumma tranfire.* Tum addit: C. *P. verò præful ecclefiæ, quid amplius, quàm affecutus eft, concupifcit?..... Superbum nimis eft & immoderatum ultra proprios terminos tendere.* Ex quibus fatis colligitur Leonem, ita fcribendo, in hanc potiffimùm codicis noftri Sangerm. lectionem intendiffe, *& de minore majores fieri;* vel in iftam Mf. S. Andreæ, *& de magnis majores effe:* fecus quomodo cohæreret, vel fibi conftaret fummi Pontificis oratio? Accedit illud, quòd hæc verba, *& de minore majores fieri*, vel *effe*, iis fubnexa, *Vos autem quæritis de pufillo crefcere*, planiorem fenfum faciunt, in quem alliciuntur omnes. En momenta quibus fulta videtur lectio illa, *& de minore majores fieri.* At verò plura funt multò, & potiora, quibus nititur altera lectio, *& de majore minores effe:* fi enim priori fcripturæ favet unius aut alterius Mf. auctoritas, huic fuffragantur codices quinque, fcilicet Colbertinus, Corbeienfes duo, Claromontanus, & Cantabrigienfis, quorum quatuor ferunt, *de majore minores effe*, vel *fieri;* unus Cantabrig. *de magno minui*, quod eòdem recidit. Prætereà idem affumentum totidem penè verbis exftat Græcè ex tribus Apographis in Bibliorum polyglott. Londinenfium, to. VI. en illa: Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἔλαττον εἶναι, al. ἐλαττοῦσθαι. His adde teftimonium S. Leonis M. epift. 18. ad Dorum Beneventanum epifc. p. 236. qui hanc fententiam ipfifmet verbis adhibet, quibus conftat fupra in textu Colbertino. Non etiam aliter legiffe debuiffe, vel potuiffe fanctiffimum virum, ex fcopo & ferie totius epiftolæ ritè concluditur. Enimverò presbyteros juri fuo & honori temerè cedentes cùm redargueret, fuumque cuique ordinem vindicaret pro ordinationis tempore, ita Dorum ipfum antiftitem increpat: *Cognovimus apud te novo ambitu, fædoque colludio presbyterii ordinem fuiffe turbatum, ita ut unius feftina & immatura provectio, quædam eorum dejectio facta fit, quorum ætas ordinem commendabat, & nulla culpa minuebat. Quòd fi ambientis intentio, aut imperita faventium ftudia..... pofcebant ut incipiens emeritis, & novellus præferretur antiquis, tuæ fuerat induftriæ atque doctrinæ, ut injufta petentium defideria rationabili auctoritate cobiberes, ne quem facerdotali properè provehebas honore, ad injuriam eorum quibus fociabatur, inciperet, minorque fe fieret, dum in illo non humilitatis virtus, fed elationis vitium roboraretur.* Tum addit: *Neque enim ignorabas dixiffe Dominum, quòd* Qui fe humiliat, exaltabitur: *eundemque dixiffe:* qui verò fe exaltat, humiliabitur. Vos autem quæritis de pufillo crefcere, & de majore minores effe: *utrumque enim inordinatum, utrumque præpofterum eft: & omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum menfura vacuatur, fi tantùm quis affequitur dignitatis, quantùm adulationis obtinuit; ut cupiditas eminendi, non folùm fuperbientem minuat, fed etiam conniventem.* Ex his porro liquet, ut ex tota ferie epiftolæ, à S. Leone legi debuiffe, non, *de minore majores effe*, fed è contrario, *de majore minores effe.* Advertendum etiam hoc membrum, *Vos autem quæritis de pufillo crefcere*, illic fubjunctum fuiffe, ut refponderet antecedenti ei, *Qui fe humiliat, exaltabitur:* viciffim iftud, *& de majore minores effe*, ut opponeretur huic, *qui verò fe exaltat, humiliabitur:* quod cùm ab antiquis operum S. Leonis editoribus non animadverteretur, (verba funt P. Quefnelli) hoc in caufa fuit, ut textum adulteraverint, ponendo *de pufillo crefcere, & de honore majores effe;* quæ non opponuntur: hæc autem duo fibi invicem opponi debere teftantur fequentia Leonis verba, *utrumque enim inordinatum, utrumque præpofterum eft.* Verùm reftat difficultas, orta nimirum ex altera S. Leonis epift. 79. ad Pulcheriam, ubi ad eandem Vulgatæ antiquæ additionem procul dubio alludens, dicit: *Et tamen hæc illis infinuabantur, qui de pufillo volebant crefcere, & de infimis ad fumma tranfire.* Nodum folvere tentat noviffimus Editor fupra laudatus; nec malè: ait enim nefcire fe an cuiquam perfuaderi poffit hæc ultima verba, *de infimis ad fumma tranfire*, effe explicationem illorum, *de minore majores effe*, quæ gratìs fupponuntur illic admiffa fuiffe à S. Leone. « Certum potiùs videtur, inquit, nihil aliud effe quàm priorum repetitionem, aliis verbis conceptam. Nimirum hoc unum in ea epiftola Leonis menti infidebat confilium, ut Anatolii ambitum culparet, ac odiofum Pulcheriæ redderet, auctoritate verborum quibus duorum Apoftolorum ambitionem Chriftus repreflerat dicens: *Quicunque voluerit inter vos major fieri, fit vefter minifter: & qui voluerit inter vos primus effe, erit vefter fervus:* quæ nullam oppofitionem arguunt. In epiftola verò 18. ad Dorum, non modò hæc ultima verba, *de majore minores effe*, vel refecandi (ut in epift. 79.) vel in alia mutandi neceffitatem non habuit: fed contra hæc Pontifici ita neceffaria fuerunt, ut fine illis fua ipfius verbis veritas non conftet. Duo enim redarguit in Beneventana ecclefia; 1. *immaturam* presbyteri noviffimi *provectionem:* 2. eorum *dejectionem, quorum ætas ordinem commendabat, & nulla culpa minuebat... qui illum cum fui dedecore pofcebant honorari..... qui proprio fe judicio dejiciebant..... qui primatus fuos deformi & ignava dejectione in alterum transferentes fubfequentium fuorum minuebant dignitatem..... qui ultimum fibi antepofuerant..... qui indignos fe honoris fui ordine funt profeffi..... qui novello & immaturè ordinato inferiores fieri delegerunt.* Ecce verba, *de majore minores*, aliis verbis fexies ab ipfo Leone reddita. » Hactenus Quefnellus: Plura qui volet, confulat obfervationes ejus ad hanc epiftolam; necnon Richardi Simonii obfervationes ad textum & verfiones N. Teftamenti cap. 21. p. 458. ubi Leonini textus emendationem à Quefnello factam vellicat: item ejufdem Simonii differt. critic. ad calcem ejufdem libri editam, in qua D. Antonii Arnaldi Doctoris difficultatibus circa Mf. Cantabrig. refpondere conatur. Unum addam aut alterum, quod obfervari velim, nempe hoc additamentum, *Vos autem quæritis*, &c. apud Hilarium comm. in Matth. nec legi, nec etiam innui vel leviffimè; quamvis fubfequens *De primo accubitu cœnæ* manifeftò indicetur, cùm inter capitula toti operi præfixa, tum in commentario ipfo, ut videbitur infra: ex eo quòd tamen de additamento priori taceatur in indice prævio, nequaquam inde fequitur ut adhiberi non potuerit in commentario; Mfs. enim codices Corb. 1. & Colbertinus, licet utrumque additamentum admittant in contextu Matth. non tamen nifi unum *De primis accubitibus cœnæ* memorant inter capitula, Sangermanen-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

* * Intrantes autem, & rogati ad cœnam, nolite recumbere in locis eminentioribus, ne fortè clarior te superveniat : & accedens qui ad cœnam vocavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum accede : & confundaris. Si autem recubueris in loco inferiori, & supervenerit humilior te, dicat tibi qui te ad cœnam vocavit : Accede adhuc superiùs : & erit tibi utilius. Ex Ms. Colbert.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sis noster n. 15. solus id significat ad num. LVIII. capitulorum, *De minimo majores fieri* ; nec malè, cùm in sequenti contextu id solum adhibeatur, *Vos autem quæritis de pusillo crescere*, & *de minore majores fieri*, statimque transeatur ad cæcorum duorum historiam, prætermisso toto assumento *De primo accubitu cœnæ*, quod subsequitur in aliis. Contra Hilario suffragatur codex Sangerm. alter, ubi additamentum primum deest, quamvis posterius *De primo accubitu*, ibidem subjungatur. Sed apud Juvencum l. 3. histor. Evang. p. 70. g. utrumque redditur, eodemque Matthæi loco : enimverò post hoc de ℣. 28. antecedenti,

*Pro multisque animam pretioso sanguine ponit* :

longiùs prosequitur, dicens :

*At vos ex minimis opibus transcendere vultis*,
*Et sic è summis lapsi comprenditis imas*.

Deinde :

*Si vos quisque vocat cœna*, &c. quæ videbuntur infrà. Porro hic versus posterior, *Et sic è summis lapsi*, &c. apertè reddit sententiam Ms. nostri Colbertini, & *de majore minores esse*, imò & planiorem facit : hæc enim si prima specie aliquantùm obscuritatis habet in codice Latino ; ut modò exprimitur à Juvenco, nihil offert quod sensum impediat : quippe ita intelligi potest ac si diceretur : Qua ambitione vos quæritis de pusillo crescere, eâ ipsâ labi quæritis, & de majore minores fieri ; vel, Quo ipso vos quæritis de pusillo crescere, in eo ipso labimini, & de majore minores estis. Sensum paulò diversum præbet Versio Anglo-Saxonica Matthæi, adornata verisimiliter ad antiquam Vulgatam Latinam, ubi eadem interjecta leguntur ex Mss. quatuor, si Thomæ Marescallo fides : ita verò Latinè sonant priora verba, eodem Marescallo interprete : *In rebus exiguis crescere vos cupitis*, & *in maximis rebus minui*. Reliqua vide ad Not. seq.

* * Idem additamentum huc invehunt alii Mss. codices sex, videlicet Corbeiensis unus & alter, Sangermanensis minor absque numerica nota, Claromontanus, Cantabrigiensis, & codex Monast. S. Andreæ secus Avenionem. In codice majori Sangerm. n. 15. nihil de ipso subnectitur, sed id exstat unum quod notavimus articulo superiori. E contrario in Sangermanensi codice minori hoc posterius assumentum habetur, secluso priori. De his autem *qui primos accubitus eligebant* in conviviis, additamenti Colbertini satis paria legere est in Vulgata nostra ad Lucæ c. 14. ℣℣. 8. 9. 10. unde forsan advecta sunt in hunc Matthæi locum. Ad sex codices laudatos quod attinet, quatuor ad textum Colbert. satis accedunt, alii duo plùs minùs differunt ; omnes vocibus duntaxat, vel earum ordine ; nequaquam re, aut sensu. Ms. Claromont. his variat paucis : *Intrantes autem..... nolite discumbere in locis... Si autem in loco inferiori discubueris..... dicet tibi qui... Accede adhuc sursum* : & *erit hoc tibi utilius*. Item his Corb. alter : *Intrantes autem..... nolite recumbere eminentioribus locis.....* & *adcedens qui te vocavit ad cœnam, dicat..... deorsum adcide..... Si autem in loco inferiore recubueris..... dicit tibi qui te vocabit ad cœnam : Adcede.....* & *erit hoc tibi utilius*. Ms. S. Andreæ has dissimilitudines habet : *Intrantes autem ad cœnam, nolite recumbere in locis eminentibus, ne... Si autem in loco inferiori recubueris..... dicet tibi qui te ad cœnam invitavit : Accede adhuc sursum* : & *hoc erit tibi utilius*. Corb. 1. vicissim istas : *Intrantes autem ad cœnam rogati, nolite discumbere in locis eminentioribus, ne.....* & *accedens qui invitavit te, dicat tibi : Adhuc.....* & *erit tibi confusio. Si autem in loco inferiori discubueris..... dicet tibi qui te..... vocavit : Accede adhuc sursum* : & *erit tibi hoc utilius*. Sangerm. minor nullo numero notatus, sic legit : *Cùm autem introieritis ad cœnam vocati, nolite recumbere in superioribus locis, ne fortè dignior te superveniat* : & *accedens is qui te invitavit, dicat tibi : Adhuc inferiùs accede* : & *confundaris. Si autem recubueris in inferiori loco*, & *advenerit humilior te, dicet tibi qui te invitavit : Accede adhuc superiùs* : & *erit tibi hoc utilius*. Cantabrig. denique ita : *Introeuntes autem*, & *rogati cœnare, ne discubueritis in eminentibus locis, ne fortè dignior te superveniat* : & *accedens cœnæ invitator, dicat tibi : Adhuc deorsum accede* : & *confundaris. Si autem discubueris in minimum locum*, & *superveniat minor te, dicit tibi invitator cœnæ : Collige adhuc superiùs* : & *erit tibi hoc utile*. Eadem exstant Græcè ex tribus Mss. codicibus in Bibliorum polyglott. Londin. tomo VI. Εἰσερχόμενοι δὲ, καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι (al. δειπνεῖσθαι) μὴ ἀνακλείνασθε (al. ἀνακλίνεσθε) εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ· καὶ προσελθὼν ὁ δειπνοκλήτωρ, εἴπῃ σοι· Ἔτι κάτω χώρει· καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ· Σύναγε ἔτι ἄνω· καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. His adde Versionem Anglo-Saxonicam Matthæi, in qua sequentia leguntur eò loci, Thoma Marescallo interprete : *Cùm autem vos ad refectionem vel convivium vocati fueritis, ne discumbite in primis sedibus, ne fortè vir te honorabilior accedat post te* : & *paterfamilias te surgere jubeat*, & *alteri locum dare* : & *tu confundaris. Si in convivio discubueris in sede ultima*, & *post te accedat alius conviva, dicatque tibi invitator : Amice, interiùs discumbe : tunc tibi honorificentius erit, quàm si te exteriùs detrudant*. Talem accessionem quoque intra textum Matthæi indicant duo capitulorum Indices præfixi Evangelio Matthæi, & à Martianæo editi, secundùm antiquam Versionem Italicam. Prior scilicet è Corb. nostro 1. descriptus, sic habet ad num. XX. *De petitionibus filiorum Zebedæi* ; & *de primis accubitibus cœnæ* ; dein, *de duobus cæcis*, &c. Similiter in altero ibidem edito, ad art. LXXIV. LXXV. LXXVI. Inter capitula etiam à nobis edita ante Evang. Matthæi è Ms. Colb. quæque optimè conveniunt cum his quæ Martianæus expressit è Ms. Sangerm. n. 15. sic legitur ad num. LVIII. *De filiis Zebedæi* ; & *primo accubitu cœnæ*, vel ut in Ms. Sangerm. *de minimo majores fieri* ; tum, *De duobus cæcis*, &c. Idem animadvertitur in capitulis commentario S. Hilarii in Matth. præfixis, ubi sic legere est num. XX. *De filiis Zebedæi* ; *de primo accubitu* ; *de duobus cæcis*. Nec reponere juvat articulum medium *de primo accubitu*, respondere posse solius Lucæ capiti 14. ℣℣. 7. 8. 9. 10. Præterquam quòd enim hæc capitula præficiuntur uni Evangelio Matthæi, tam in codicibus laudatis, quàm apud Hilarium supra ; ut certè disponuntur articuli tres prædicti, nonnisi in unum Matthæum quadrant, apud quem solum narrationem *De filiis Zebedæi*, subsequitur altera *de duobus cæcis* ; neutrorum autem fit mentio loco cit. apud Lucam. Præterea Hilarius commentario ipso in Matth. col. 711. b. (quod maximè notandum est) relato *exemplo Patriarcharum*, & *Prophetarum, qui servierint* ; deinde *Apostolorum, qui ministraverint* ; denique *Domini, qui animam suam pro redemptione nostræ salutis impenderit*, alludendo nimirum ad ℣℣. præcedd. 26. 27. & 28. Matthæi, continuò addit : *Ad gloriam autem humilitatis istius, cœna eos* & *convivii modo instruit, monens in locis eminentioribus accubari non oportere, ne fortè eo adveniente, qui clarior est, per dominum cœnæ, occupato loco, cum decenti* (al. *concedendi*, al. *cœnandi*) *contumelia admonitus decedat. Porro autem si in humilibus accubuerit, advenientibus humilioribus, ad gloriam loci celsioris accedet*. Exinde transit ad ℣. 29. & seq. Matthæi, ubi agitur de duobus cæcis ; quæ omnia mirificè confirmant interjecta in Mss. nostris, versum 28. inter & versum 29. quod cùm novissimo editori operum Hilarii Custantio suboluisset, (non enim Mss. nostros viderat,) subdit Not. b. ad hunc Hilarii loc. « Hanc autem parabolam, quam « apud Lucam duntaxat legere est, hîc fortè Hilarius in suo « exemplari subnexam habuerit. » Hanc procul dubio subjunctam habebat Juvencus l. 3. hist. Evang. cùm duobus versibus, quibus prius additamentum expressit, hos proximè addiderit :

*Si vos quisque vocat cœnæ convivia ponens,*
*Cornibus in summis devitet ponere membra,*
*Quisque sapit : veniet forsan si nobilis alter,*
*Turpiter eximio cogetur cedere cornu,*
*Quem tumor inflati cordis per summa locarat.*
*Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,*
*Inferiorque dehinc si mox conviva subibit ;*
*Ad potiora pudens transibit strata thororum.*

Relictis tamen sequentibus hujus capitis ℣℣. ubi de cæcorum duorum curatione, continuò venit ad caput seq. 21. Matthæi, quod quidem respondet Lucæ capiti 19. ℣℣. 29. 30. & seqq. non verò his quæ sequuntur apud Lucam cap. 14. ℣℣. 7. 8. 9. &c. ubi de primis accubitibus. Id autem observamus, ut omnis suspicio tollatur



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Ms. Colbert.* 29. Et egredientibus eis ab Jericho, secutæ sunt eum turbæ multæ : | 29. Et egredientibus illis ab Jericho, secuta est eum turba multa : *Marc.* 10. 46. |
| 30. ecce duo cæci secus viam, audierunt quòd Jesus transiret : & clamaverunt, dicentes : Miserere nobis, Jesu fili David. | 30. & ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Jesus transiret : & clamaverunt, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. *Luc.* 18. 35. |
| 31. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nobis, fili David. | 31. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. |
| 32. Et stetit Jesus, & vocavit eos ad se, & ait illis : Quid vultis ut faciam vobis ? | 32. Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait : Quid vultis ut faciam vobis ? |
| 33. Dicunt ei : Domine, ut aperiantur oculi nostri. Quibus dixit Jesus : Creditis posse me hoc facere ? Qui responderunt ei : Ita Domine. | 33. Dicunt illi : Domine, ut aperiantur oculi nostri. |
| 34. Misertus est autem illis Jesus, & tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. | 34. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

legenti quæ supra, Juvencum ad Lucæ caput 14. magis aspexisse, quàm ad Matthæi locum de quo disputatur.

℣. 29. Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. & Cantabrig. textui Colb. favent. Sangermanensis 1. verò cum Corb. 2. Claromont. S. Gat. &c. Vulgatæ. Eidem quoque Vulgatæ consonat Græcum ; sicut Hilar. in hunc loc. col. 711. c. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 36. p. 154. Juvencus de his & seqq. nihil tangit ad finem usque capitis, ut monuimus supra. August. quæst. 28. in Matth. to. 3. 244. f. dicit : *Ab Jericho egreditur Dominus : sequuntur eum turbæ multæ.*

℣. 30. Ms. Corb. 1. *& ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quòd Jesus transiret : & exclamaverunt, dicentes : Miserere nostri, fili David.* Corb. 2. *audierunt quòd Jesus transit : & exclamaverunt, dicentes : Miserere nobis, Domine fili David.* S. Germ. 1. similiter habet *exclamaverunt ;* cæt. ut in Vulg. S. Germ. 2. *audierunt quòd Jesus transire : exclamaverunt*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *audierunt quòd Jesus transit : & clamaverunt, dicentes : Miserere nostri, Jesu fili David.* Itidem Cantabrig. detracto nomine *Jesu*. Maj. Mon. *audientes quia Jesus transiret, clamarent*, &c. ut in Vulg. Græc. ϰ̀ ἰδὺ δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ..... ἀϰύσαντες ὅτι Ἰησῦς παράγει, ἔκραξαν, λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Hilar. in hunc loc. 711. c. *& ecce duo cæci sedentes super viam, audierunt quòd Jesus transit.* Augustin. quæst. 28. in Matth. col. 244. g. *duo cæci sedentes juxta viam :* & tr. 49. in Joh. 615. b. hæc adjungit : *clamaverunt : Miserere nostri, fili David.* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 569. f. *clamantibus cæcis : Jesu fili David, miserere nobis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 36. *& ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quòd Jesus transiret : & clamaverunt, dicentes : Miserere nobis, Domine fili David.*

℣. 31. Textui Colb. consonant ad verbum Mss. Sangerm. 2. & Clarom. Vulgatæ verò S. Germ. 1. S. Gat. &c. Sic etiam Cantabrig. nisi quòd hab. *Qui autem majus*, loco, *At illi magis.* Corb. 1. pluraliter, *Turbæ autem increpabant eos*, &c. ut in Vulg. Corb. 2. *Turba autem increpabat ;* & in fine : *Miserere nobis, Domine fili David.* Hilarius in hunc loc. 711. d. e. ait : *Sibi visum reddi deprecantur... Eos turba objurgat cur clament, & ut sileant increpat... At illi magis clamant.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 36. *Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Miserere nobis, Domine fili David.*

℣. 32. Ms. Clarom. concordat cum textu Colb. Corb. 1. habet : *Et stetit Jesus, & vocans eos, ait illis*, &c. quæ supra. Corb. 2. *& vocavit eos, & ait illis*, &c. Cantabrig. *Et stans Jesus vocavit eos, & dixit : Quid*, &c. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ϛὰς ὁ Ἰησῦς, ἐφώνησεν αὐτὺς, ϰ̀ εἶπε· Τί, &c. Hilar. in hunc locum, col. 711. e. *Sed Dominus miseretur, & quid volunt requirit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 36. p. 155. a. *Et stans Jesus vocavit eos, & ait*, &c. ut supra.

℣. 33. Mss. alii, Corb. S. Germ. Claromont. Cantabrig. S. Gat. &c. Vulgatæ respondent, nec habent assumentum textûs Colb. Haud etiam invenitur in Græcorum ullo ; nec apud Hilar. legitur, nec apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 36. sed ambo cum Vulgata consentiunt.

℣. 34. Ms. Clarom. concinit cum textu Colbert. Corb. unus & alter hab. *Misertus autem eis Jesus, tetigit*, &c. sed Corb. 1. delet ult. *& secuti sunt eum.* S. Germ. 2. *Misertus est autem eorum Jesus*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Et misertus Jesus, tetigit oculos eorum. Et continuò respexerunt, & secuti sunt eum.* S. Germ. ut in Vulgata. Græc. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησῦς, ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, ϰ̀ ἠκολύθησαν αὐτῷ. In Mss. pluribus deest hoc, αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hilar. in hunc loc. 711. f. ait : *Quibus misertus, oculos contigit, & visum reddidit. Et qui cæci fuerant, videntes, Dominum suum sunt secuti.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 36. p. 155. c. *Misertus est autem eis Jesus, & tetigit oculos illorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.*

# CAPUT XXI.

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Ms. Colbert.* 1. ET cùm appropinquassent Jerosolymis, venerunt in Bethphage in Montem oliveti : tunc Jesus misit duos discipulos suos, | 1. ET cùm appropinquassent Jerosolymis, & venissent Bethphage ad Montem oliveti : tunc Jesus misit duos discipulos, *Marc.* 11. 1. *Luc.* 19. 29. |
| 2. dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est, & invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea : solvite, & adducite mihi : | 2. dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea : solvite, & adducite mihi : |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. nil differt à Vulg. nisi quòd addit *suos*, ad *discipulos*. S. Germ. 2. habet : *Et cùm appropinquarent Jerosolymis, & venerunt Bethphage*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et cùm appropinquassent Jerosolymis, & venissent in Bethphage in Montem oliveti : tunc Jesus misit duos discipulos suos.* Similiter in Corb. 2. præter hoc, *venisset Bethphage.* S. Gat. *Et cùm appropinquasset Jerosolymis, & venisset Bethfage ad..... misit discip. suos.* Clarom. *Et cùm adpropiassent Jerosolymis, & venissent Bethphage in Montem oliveti : tunc Iesus misit duos ex discip. suis.* Cantabrig. *Et ut appropinquassent Jerosolyma, venerunt in Bethphage ad Montem oliveti : tunc Jesus misit duos discip. suos.* Græc. Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, ϰ̀ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ Ὄρος τῶν ἐλαιῶν· τότε ὁ Ἰησῦς ἀπέστειλε δύο μαθητὰς· al. Καὶ ὅτε ἤγγισεν..... ἦλθεν· quidam etiam addunt αὐτῦ in fine, ad μαθητὰς ; unus hab. ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτῦ. Unde Hilar. in hunc loc. col. 712. b. legit : *tunc Jesus misit duos ex discipulis suis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. *Et cùm appropinquasset Jesus Jerosolymis ;* paulòque post, *tunc Jesus misit duos discip.* Juvencus l. 3. p. 70. h.

*Proxima tum Solymis conscendit culmina montis,*
*Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ :*
*Hinc lectis jussit sectantum discipulorum.*

℣. 2. Ms. Corb. 1. *dicens : Ite in castellum..... & invenietis asinam allig. & pullum ejus cum ea*, &c. Corb. 2. *dicens : Ite in cast..... & confestim invenietis... & pullum cum ea*, &c. Clarom. *dicens eis : Ite in castel. quod contra vos est : invenietis asinam allig. & pullum ejus cum ea*, &c. Cantabrig. *dicens : Ite in castel. quod contra vos, & mox invenietis asinam allig. & pullum cum ea : solventes adducite mihi.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet : & confestim dimittet eos.

4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem :

Isai. 62. 11. Zach. 9. 9. Joan. 12. 15.

5. Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.

6. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

7. Et adduxerunt asinam, & pullum : & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

8. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via : alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via :

9. turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes : Hosanna fi-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

3. & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus opera eorum desiderat : & confestim dimittet eos.

4. Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Zachariam prophetam dicentem :

5. Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum novellum subjugalem.

6. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

7. Et adduxerunt asinam, & pullum ejus : & imposuerunt super eos vestimenta sua : & sedebat super eum Jesus.

8. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via : alii autem cædebant de arboribus ramos, & straverunt in via :

9. turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes : Osanna filio

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ita quoque in Græco est, addito uno αὐτοῖς, ad *dicens*. Mss. S. Germ. ambo Vulgatæ consonant. Hilar. in hunc loc. col. 712. b. legit : *dicens : Ite in castellum, quod contra vos est ;* paulòque post sic narrat ipse : *mittuntur ut asinam ligatam cum pullo ejus absolvant, atque ad eum perducant.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. *dicens eis : Ite in cast. quod contra vos est, & confestim invenietis asinam allig.* &c. quæ in textu. Juvencus l. 3. p. 70. h. sic pergit :

*Obvia castelli monstrans habitacula Christus,*
*Inde asinam pariter fœtu comitante repertam*
*Ducere.....*

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. cum textu Colb. congruit. Corb. verò duplex habet : *& si quis vobis..... dicite quoniam Dominus operam eorum desiderat : & confestim remittet eos.* Sic etiam in Clarom. excepto uno *demittit*, pro *remittet*. S. Germ. 2. *& si quis aliquid dixerit vobis, dicite*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *& si quis vobis dixerit : Quid facitis ? dicetis quoniam Dominus eorum opus habet : & continuò dimittit eos.* Ita quoque in Græco est, nisi quòd τί, *quid*, jungitur cum antecedentibus, detracto nimirum seq. *facitis ;* extremòque legitur, εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ· sed in Mss. nonnullis additur Τί ποιεῖτε ; & in plerisque ultimò habetur præs. ἀποστέλλει, non fut. ἀποστελεῖ. Vide sis apud Marc. 11. 3. & Luc. 19. 31. Hilarius in Matth. col. 712. b. rem sic narrat : *& si quis interroget cur ita fiat, respondeant, Domino necessarios, ac statim remittendos.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 156. e. *& si quis vobis aliquid dixerit, dicite : Dominus operam eorum desiderat : confestim autem remittet eos.* Juvencus l. 3. p. 70. h.

*..... vel si quis causam disquirere vellet*
*Cur sua tam subitò quoquam jumenta trahantur,*
*Reddere huic* ( al. *Huic reddas* ) *nostro nunc his opus esse Magistro.*

℣. 4. Ms. Clarom. ad verbum consonat textui Colbertino. Accinunt pariter S. Germ. 1. & Corb. 1. sed tacent *Zachariam.* Similiter in Corb. 2. & Cantabrig. *Hoc autem factum est, ut impleretur ;* Cantabrig. *compleretur*, &c. absque nomine *Zachariam.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata, cui etiam respondet Græcum : Ms. 1. tamen addit Ζαχαρίου. Hilarius quoque in Ps. 145. col. 572. d. legit : *Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est per Zachariam proph. dicentem.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 37. p. 157. *Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per Proph. dicentem.* Juvencus l. 3. p. 70. h. hunc versum cum sequenti transfert post versum septimum, quem vide.

℣. 5. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. consentiunt cum textu Colb. præterquam quòd tollunt ambo penult. *novellum ;* ac præterea S. Gat. conjunctionem *&*, ante *sedens.* S. Germ. 2. hab. *& sedens ;* cæt. verò ut in Vulgata. Corb. 1. simpliciter, *sedens super pullum asinæ.* Corb. 2. & Clarom. cum Colb. nostro, *sedens super asinam, & pullum novellum subjugalem.* Cantabrig. *ascendens super asinam, & pullum subjugalem.* Græc. καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου· al. deest καὶ, ante πῶλον. Hilar. in Ps. 145. col. 572. d. eadem omnino refert quæ in textu Colb. detracta tantùm conjunct. *&*, ante *sedens.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. habet : *Dicite..... Ecce..... sedens super asinam, & pullum filium jumenti :* paulò verò post, *super asinam, & pullum ejus.*

℣. 6. Concinunt Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Clarom. verò habet : *Exeuntes autem discipuli ejus, fecerunt sicut præcepit*, &c. Cantabrig. *Abeuntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat*, &c. Græc. Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν, &c. al. ἐποίησαν καθὼς, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 158. a. *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat eis Jesus.* Juvencus l. 3. p. 70. h.

*Discipuli celeri complent præcepta paratu.*

℣. 7. Ms. Corb. 1. *Et adduxerunt asinam, & pullum : & imposuerunt super eum vestimenta : & sedebat super eum.* Sic etiam habet Corb. 2. addito nomine *Jesus*, in fine. Clarom. *Et adduxerunt asinam, & pullum ejus : & imposuerunt super eum vestimenta sua : Jesus autem ascendit, & sedit super eum.* Cantabrig. *Et adduxerunt asinam, & pullum : & superposuerunt super eum vestimenta : & sedebat super eum.* S. Germ. 2. *& imposuerunt eum vestimenta, & super eum sedere fecerunt.* S. Gat. *& imposuerunt ei vestimenta*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *& posuerunt ei*, &c. S. Germ. 1. nil omnino differt à Vulg. Græc. Ἤγαγον τὴν ὄνον, καὶ τὸν πῶλον· καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν· al. ἐπέθηκαν αὐτῷ· subinde Mss. plures, ἐκάθιζεν ; ál. ἐπάνω αὐτῆς, al. αὐτοῦ. Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 158. *Et adduxerunt asinam, & pullum : & imposuerunt super eum vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. c. *Et adduxerunt asinæ pullum, & sedit super eum.* Similiter in Vulg. Marc. 11. 7. *& sedit super eum.* Juvencus l. 3. p. 70. h. 71. a.

*Adducunt, mollisque super velamina vestis*
*Insternunt placidum pullum, præbentque sedendum.*

Tum addit :

*Hinc veteris quondam fluxit vox nuncia Vatis :*
*Ecce venit placidus tibi rex, quem terga sedentem*
*Præmitis gestant asinæ, pullique sequentis :*

quæ respondent versibus 4. & 5. antecedentibus. Vide etiam Joh. 12. 14. 15. in Vulgata.

℣. 8. Ms. S. Germ. 2. *Plurimæ autem turbæ straverunt*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Plurima autem turba substraverunt vestimenta sua in via : alii autem..... & straverunt in via.* Clarom. *Major autem pars turbæ substernebant vestimenta sua in via : alii autem..... & substernebant in via.* Cantabrig. *Plurima autem turba straverunt vestim. sua in via : alii verò præcidebant ramos..... & sternebant*, &c. S. Germ. 1. & Corb. 1. ut in Vulgata ; cui etiam Græc. consonat. Hilar. in hunc loc. col. 713. d. dicit : *Vestimenta sua incedentis itineri substernunt :* paulòque post : *excisarum arborum ramos post vestimenta substernunt.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 158. *Plurima autem turba vestimenta sua sternebat : alii autem*, &c. ut in Vulg. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. c. *Et deponentes vestimenta sua in via : alii autem cædebant ramos de arboribus, & projiciebant ante eum.* Juvencus l. 3. p. 71. a.

*Tum populi stratas prætexunt vestibus omnes,*
*Quàque iter est Christo, subnexa fronde coronant :*
*Proxima tunc alii spoliant palmeta virore.*

℣. 9. Ms. Clarom. nil omnino differt à textu Colb. nec etiam S. Germ. 1. nisi quòd habet *qui venis*, & *Ossanna.* S. Germ. 2. *Ozanna fili David : benedictus, qui venturus est in nom. Dom. ozanna in excelsis.* Corb. 1. addit *eum*, ad verbum *præcedebant ;* tollitque *& quæ sequebantur ;* cæt. ut in Vulgata. Cantabrig. verò legit : *turbæ autem, quæ præcedebant eum, & quæ sequebantur, clamabant dic. Ossana..... ossana in excelsis.* S. Gat. *Osanna filii David : benedictus, qui venturus es*, &c. Maj. Mon. *Osanna fili*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. David : benedictus, qui venit in nomine Domini : osanna in excelsis.

10\. Et cùm intrasset Jesus Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic ?

11\. Multi autem dixerunt : Hic est Jesus propheta à Nazareth Galilææ.

12\. Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes ementes & vendentes in templo ; & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit :

13\. & dixit illis : Scriptum est : Domus mea domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum.

14\. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo : & sanavit eos.

15\. Videntes autem principes sacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit Jesus, & pueros clamantes in templo, & dicentes : Hosanna filio David : indignati sunt,

16\. & dixerunt ei : Audis quid isti dicunt ? Jesus autem dixit illis : Utique : non legistis : Quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem ?

## VULGATA NOVA.

lio David : benedictus, qui venit in nomine Domini : hosanna in altissimis. Psalm. 117. 26.

10\. Et cùm intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic ? Marc. 11. 10. Luc. 19. 38.

11\. Populi autem dicebant : Hic est Jesus propheta à Nazareth Galilææ.

12\. Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo ; & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit : Marc. 11. 15. Luc. 19. 45. Joan. 2. 14.

13\. & dicit eis : Scriptum est : Domus mea domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum. Isai. 56. 7. Jer. 7. 11.

14\. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo : & sanavit eos. Luc. 19. 46.

15\. Videntes autem principes sacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes : Hosanna filio David : indignati sunt,

16\. & dixerunt ei : Audis quid isti dicunt ? Jesus autem dixit eis : Utique : nunquam legistis : Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem ? Psal. 8. 3.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*David ..... in excelsis.* Corb. 2. Vulgatæ consonat, unà cum Græco ; Mss. tamen nonnulli addunt αὐτὸν, ad *præcedebant.* Iren. l. 4. c. 11. p. 240. b. *Osanna fili David : benedictus*, &c. ut in textu Colb. Tertul. l. cont. Prax. p. 852. a. *benedictus, qui venit in nomine Domini.* Hilar. in hunc Matth. loc. col. 713. d. *turba autem, & præcedens, & consequens clamabat : Hosanna fili David* (Mss. 7. *filio* :) *benedictus, qui venit in nomine Domini.* Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 146. c. textui Colb. succinit : & infra, 148. e. dicit : *Matthæus, qui Evangelium Hebræo sermone conscripsit, ita posuit : Osanna barrama, osanna in excelsis.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. c. legit : *Et turbæ antecedebant eum, dicentes : Hosanna filio David.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. & 38. p. 158. 161. 164. *turba autem, quæ præcedebat, & quæ sequebatur, clamabat, dicens : Hosianna filio David : benedictus, qui venit in nom. Domini.* Juvencus l. 3. p. 71. a.

*Conclamantque omnes Davidis origine creto*
*Oschanna* (al. *Osanna*,) *excelsis sit gloria læta trophæis.*

℣. 10. Ms. S. Germ. 2. cum Corb. 2. & Clarom. *Et cùm intrasset Jesus Jerosolymis*, &c. quæ supra. S. Germ. 1. delet nomen *Jesus*, sed habet *Jerosolymis.* Corb. 1. *Et cùm introisset Jerosolymis, commota est*, &c. Cantabrig. *Et ingresso eo in Jerosolyma, mota est omnis civitas*, &c. Ita quoque Græc. habet. Hilar. in hunc loc. 713. e. *commovetur Jerosolyma.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. *Et cùm intrasset Jesus Jerosolymam, commota est universa civitas*, &c. ut supra. Juvencus l. 3. p. 71. a.

*Sic tunc ingreditur Solymorum mœnia Christus :*
reliqua silentio præterit usque ad ℣. 14.

℣. 11. Ms. Cantabrig. textui Colb. congruit, nisi quòd ponit nom. *Jesus*, post *propheta.* Clarom. & Corb. 1. habent : *Multi autem dicebant*, &c. ut in textu. S. Germ. 1. *Populus autem dicebat*, &c. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, &c.

℣. 12. Ms. S. Germ. 2. *Et intravit Jesus templum Dei, & ejicit*, &c. quæ supra. Clarom. *& mensas numulariorum effundit, & cathedras vend. columbas evertit.* Corb. 2. *& columbas vendentium cathedras evertit* ; Corb. 1. *subvertit.* Cantabrig. *Et introiit Jesus in templum Dei, & ejecit omnes vend.... & mensas numulariorum evertit, & cathedras vendentium columbas.* S. Germ. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Hilar. in hunc loc. habet : *Templum verò introiit ... à quo primùm omnia sacerdotalis ministerii vitia jure potestatis expellit ..... neque emi aliquid ... aut vendi libertas doni debebat admittere ; cathedras autem præcipuè vendentium columbas evertit :* & in Ps. 145. col. 572. d. *Ingressuro*, inquit, *templum Domino, & numulariorum mensas, & ementium, ac vendentium negotia subversuro*, &c. Ambros. l. 9. in Luc. col. 1498. d. *& ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo ; & mensas numulariorum evertit, & cathedras vendentium columbas.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. *Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat vendentes & ementes de templo ; & mensas numulariorum subvertit, & cathedras vendentium columbas evertit.*

℣. 13. Mss. Corb. ambo, & S. Germ. 2. accedunt textui Colbertino. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ & Græco. Clarom. habet : *& dixit ad illos : Scriptum est*, &c. ut supra. Cantabrig. *& dicit eis : Scriptum est ..... vos autem eam fecistis*, &c. Iren. l. 4. c. 2. p. 229. e. *Scriptum est : Domus mea domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Sic etiam legit Hilar. in Matth. col. 714. b. cum Auct. l. de promiss. p. 3. promiss. 17. col. 177. a. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 160. a. nisi quòd hic habet, *Scriptum est enim* : Hilar. *Nam scriptum est.* August. l. cont. Adim. to. 8. 121. f. *Domus Patris mei, domus orationis vocabitur : vos autem*, &c. quæ supra.

℣. 14. Similiter habent Mss. S. Germ. duo, cum Corb. 2. S. Gat. & Græco. Sic etiam Corb. 1. & Cantabrig. nisi quòd extremò ferunt *curavit*, pro *sanavit.* Clarom. *in templum : & sanavit illos.* Hilar. in hunc loc. 714. c. ait : *Infirmitates quoque cæcorum, & claudorum curavit in templo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 161. *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo : & sanavit eos omnes.* Juvencus l. 3. p. 71. a.

*Ingresso occurrit primo sub limine templi*
*Cruribus atque oculis certatim debile vulgus.*

℣. 15. Textui Colb. respondent Mss. Corb. ambo ; sicut etiam S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd scribunt *fili*, non *filio.* Clarom. *Videntes autem ..... mirabilia quæ faciebat Jesus*, &c. quæ supra. Cantabrig. & S. Germ. 1. Vulgatæ accinunt ad verbum, unà cum Græco. Concinit pariter Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 161. c. Hilarius in eund. loc. 714. c. hæc habet : *Invident autem puerorum clamoribus principes sacerdotum.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 147. d. *clamantes parvulos : Osianna filio David :* & infra, 148. a. *De verbo autem*, inquit, *Osianna, quia in Græcum non poterant* (Evangelistæ) *transferre sermonem ..... ipsum Hebræum posuerunt, dicentes, Osianna.* Ms. Cantabr. constanter, *Ossana* ; Græc. Ὡσαννά. Juvencus l. 3. p. 71. a. sic pergit :

*Quos ubi tam subito gressu visuque vigentes,*
*Cuncta sacerdotum cognovit factio mirans,*
*Et pueros templi complentes tecta canore,*
*Oschanna* (al. *Osanna*) *egregia Davidis stirpe creato*,
&c.

℣. 16. Mss. Corb. ambo, & Clarom. concordant cum textu Colb. deleta conjunct. *Quia*, post *legistis.* S. Germ. 1. habet : *& dixerunt ei : Audis quid isti dicant ? Jesus autem dixit eis : Utique : nunquam legistis : Quia*, &c. ut in textu Colbertino. S. Germ. 2. *Utique : nonne legistis in lege : Quia ex ore infant. & lactantium perfecisti laudem ?* Cantabrig. *dicit eis : Etiam : nunquam legistis : Ex ore infantium & lactantium præparasti laudem ?* Ita quoque Græcum habet, addita conjunct. Ὅτι, *Quia* ; quæ tamen abest à Mss. quibusdam ; loco verò *præparasti*, constanter κατηρτίσω, *perfecisti, aptasti.* Iren. l. 4. c. 11. p. 240. b. *Audis quid isti dicunt ? Nunquam legistis : Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem ?* Nicetius episc. Spicil. to. 3. p. 106. *Non legistis scriptum : Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem ?* Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 147. d. ait *dixisse ei : Audis quid isti loquuntur ? & Jesum respondisse eis : Nunquam legistis : Quia ex ore inf. & lactentium perfecisti laudem ?* Hilar. in hunc loc. 714. c. *Eum*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit.

18. Manè autem revertens in civitatem, esuriit.

Marc. 11. 13. 19. Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea nisi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea.

Marc. 11. 20. 20. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuò aruit?

Sup. 17. 19. 21. Respondens autem Jesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & jacta te in mare, fiet.

Sup. 7. 7. 22. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

Marc. 11. 24. Joan. 14. 13. & 16. 23. 23. Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum, & se-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit.

18. Manè autem transiens Jesus in civitatem, esuriit.

19. Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: & nihil invenit in illa nisi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea.

20. Et videntes discipuli, mirabantur, dicentes: Quomodo continuò aruit?

21. Respondens autem Jesus, dixit illis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tollere, & jactare in mare, fiet.

22. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

23. Et cùm venisset Jesus in templum, accesserunt ad eum principes sacerdotum, & seniores

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*admonent cur ista audiat: in redemtionem enim venisse domûs David prædicabatur. Quibus respondit, non legisse eos: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. ut in Vulgata, detracto uno *Quia*. Apud Juvencum, l. 3. p. 71. a.

*Tum percontantur* (al. *præcontantur*) *cuncti, quæ causa canoris*
*Impubem tantam tollat per gaudia plebem.*
*Christus ad hæc: Legis, inquit, vos scripta tenere*
*Creditur, infantum quæ dicit ab ore venire,*
*Lactentum & linguis justi consurgere laudem.*

℣. 17. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. Clarom. & S. Gat. Cantabrig. verò habet: *Et relinquens eos, exiit foras civitate in Bethaniam, & mansit ibi:* nec refragatur Græcum. Ms. Maj. Mon. verbo ult. *mansit*, subdit istud: *& docebat eos de regno Dei:* quod etiam legitur in Missalibus Mss. nonnullis, si Millio fides. Hilar. in hunc loc. col. 714. e. *Et his dictis, civitatem egressus, reliquit eos: atque in Bethania mansit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 38. *Et relictis eis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: & mansit ibi.* Juvencus l. 3. p. 71. b.

*Hæc ait, ingratam linquens cum civibus urbem,*
*Bethaniamque petit......*

℣. 18. Cum textu Colb. conveniunt Mss. Corb. ambo, Clarom. & Cantabrig. sublato nomine *Jesus*. Sangerm. verò duplex, S. Gat. &c. cum Vulgata & Græco. In ed. Paris. 6. additur ὁ Ἰησοῦς, verbo ἐπαράγων, pro quo ult. Cantabr. Gr. habet παράγων. Hilar. in hunc loc. 714. e. *Manè autem transiens in civitatem, esuriit.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. *Manè autem revertens*, &c. Vide Juvencum inf. ad ℣. 19.

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. *Et videns arborem fici unam secus viam*, &c. quæ supra. S. Germ. 2. *Et vidit fici arborem..... & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuò ficulnea.* Corb. 1. *Et videns arborem ficus secus viam, venit ad eam: & nihil invenit nisi folia tantùm*, &c. ut in textu. Corb. 2. *Et videns arborem unam ficus secus viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea nisi..... Et arida facta est continuò ficulnea.* Clarom. *Et videns arborem ficus secus viam.... & ait ad illam: Nunquam ex te..... Et aruit continuò ficulnea.* Cantabrig. *Et videns ficum unam super viam, venit ad eam, & nihil invenit in eam..... & dicit ei: Jam non ex te fructus erit in æternum. Et aruit subitò ficus.* Nec absimile Græcum est, nisi quòd pro *in eam*, hab. ἐν αὐτῇ, al. ἐπ' αὐτὴν; & inf. pro *erit in æternum*, sic, γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· sup. post *ficum*, alicubi deest *unam*. Apud Hilar. in hunc loc. 714. e. *Et videns arborem fici unam secus viam, venit ad eam:* & infra, 715. a. ait: *invenit infecundam, foliis tantummodo vestitam.... fructibus vacuam..... & quia pœnitendi tempus excesserit, in perpetuum sententiâ judicii cœlestis arescet.* Ap. Ambros. l. 7. & 8. in Luc. col. 1451. f. 1483. e. *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Ap. Hieron. in Abac. 3. col. 1638. e. & infra: *Non afferes fructum usque in sæculum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. 40. cum Vulgata concinit ad verbum. Juvencus l. 3. p. 71. b.

*..... rediensque in margine cernit*
*Stratæ tendentem diffusa umbracula ficum.*
*Illic fortè cibi pertentans corda voluntas,*
*Arboris attrectat ramos: sed nulla facultas*
*Pomorum sterili frondis concreverat umbra.*
*Olli Christus ait: Non sit tibi fructibus unquam*
*Copia promendis. Tunc protinus aruit arbor.*

℣. 20. Ms. S. Germ. 2. *Et videntes discip. mirati sunt, dic. Quomodo aruit continuò?* Clarom. & S. Gat. *Quomodo continuò aruit ficulnea?* Cantabrig. *Quomodo subitò aruit ficus?* S. Germ. 1. cum Corb. duobus, ut in Vulgata. Gr. Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; sed in quibusdam Mss. abest ult. ἡ συκῆ. Hilar. in hunc loc. col. 715. b. ait: *Admirantur verò discipuli arborem in momento dicti ipsius aruisse.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. p. 168. *Et videntes discip. mirati sunt, dic. Quomodo continuò aruit ficulnea?* Juvencus l. 3. p. 71. b.

*Discipuli celerem mirantur in arbore mortem.*

℣. 21. Ms. Corb. 1. Vulgatæ consonat; sicut etiam Corb. 2. & S. Germ. ambo, nisi quòd habent, *Tolle te, & jacta te in mare.* Clarom. *Tolle, & jacta te in mare, & fiet.* S. Gat. *Tolle te, & jactas te in mare, fiet.* Cantabr. *Respondens autem Jesus, dixit eis: Amen..... non solùm de ficu facietis, sed & si..... dixeritis, Tollere, & mitte te in mare, fiet.* Græc..... οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν ...εἴπητε, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται. Hilar. in hunc loc. Matth. 715. c. *Ait enim ita: Si fidem habueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & jacta te in mari, fiet.* Ambros. in Ps. 36. col. 811. d. *Tollere, & jactare in mare:* similiter l. 7. in Luc. col. 1453. c. & l. 3. de fide, to. 2. 517. d. August. verò quæst. 29. in Matth. to. 3. 245. c. *Dominus dicit discipulis suis: Dicetis monti huic, Tolle, & jacta te in mare:* & in Ps. 45. to. 4. 402. a. c. *Dicetis monti huic, Tollere, & mittere in mare, & fiet.* Hieron. in Ezech. 42. col. 1003. f. *& dixeritis monti huic, Transmigra, & transplantare in mari, fiet:* & l. cont. Luciferian. to. 4. 298. d. *Transmigra, & transmigrabit.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. *Tolle te, & jacta te in mare, fiet;* cætera ut in Vulg. paulò verò post, *& mitte te in mare.* Vide sup. Matth. 17. ℣. 19. & Marc. 11. 23. & Luc. 17. 6. Apud Juvencum l. 3. p. 73. b. ita:

*Sed Christus stupidis assistens, talia fatur:*
*Nunc ligni istius nostro stupuistis honore*
*Desisse ad vires terrenos ducere succos:*
*Sed veris verbis iterumque iterumque monebo:*
*Namque fides si certa animi consistet in arce,*
*Nec dubiis nutans vitiis tremebunda jacebit,*
*Arboris istius vobis substantia cedet;*
*Nec tantùm istius, sed montis celsa revelli*
*Credentum verbo poterunt, undisque profundis,*
*Cum silvis pariter, saxisque, ferisque recondi.*

℣. 22. Sic habent Mss. S. Germ. Corb. Claromont. Cantabrig. S. Gat. &c. & Græcum. Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. p. 164. a. *Et omne quodcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Juvencus l. 3. p. 71. b.

*Et quæcunque fides robusto pectore poscet*
*Credentum, semper digna virtute tenebit.*

℣. 23. Mss. Corb. 1. & S. Germ. 2. concordant cum textu Colb. nisi quòd tollunt nomen *Jesus;* habentque, *Aut quis*, pro *Et quis*. S. Germ. 1. & Corb. 2. Vulgatæ accinunt. Sic etiam Clarom. præterquam quòd tollit *docentem*. Cantabrig. habet: *Et veniente eo in templum, accesserunt ad eum docentem princip...... & seniores plebis, dicentes: In qua..... Et quis tibi dedit pot. hanc?* Græc.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. populi, dicentes : In qua poteſtate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc poteſtatem ?

24. Reſpondens Jeſus dixit illis : Interrogabo vos & ego unum verbum : dicite mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio.

25. Baptiſmus Johannis unde erat ? de cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe, dicentes :

26. Si dixerimus, de cœlo, dicet nobis : Quare ergo non crediditſtis illi ? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam : omnes enim habebant Johannem ſicut prophetam.

27. Et reſpondentes ad Jeſum, dixerunt : Neſcimus. Ait illis & Jeſus : Neque ego vobis dico in qua poteſtate hæc facio.

### Vulgata nova.

niores populi, dicentes : In qua poteſtate hæc Marc. 11. 28.
facis ? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem ?

24. Reſpondens Jeſus dixit eis : Interrogabo Luc. 20. 2.
vos & ego unum ſermonem : quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio.

25. Baptiſmus Joannis unde erat ? è cœlo, an ex hominibus ? At illi cogitabant inter ſe, dicentes :

26. Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis : Quare ergo non crediditſtis illi ? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam : omnes enim habe- Sup. 14. 5.
bant Joannem ſicut prophetam.

27. Et reſpondentes Jeſu, dixerunt : Neſcimus. Ait illis & ipſe : Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

### Notæ ad Versionem antiquam.

Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι, &c. Mſs. quidam initio ferunt : Καὶ ἐλθόντος αὐτοῦ. Hilar. in hunc loc. 716. c. *Phariſæi..... ſolliciti ſunt, & interrogant, in qua hæc faciat poteſtate :* & in Pſ. 58. col. 133. b. *Quis tibi dedit hanc poteſtatem? Et in qua poteſtate hæc agis?* Ambr. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. b. *In qua poteſtate hæc facis?* Auguſt. in Joh. l. 8. to. 3. 301. b. 539. c. *Dic nobis in qua poteſtate iſta facis?* ſimiliter in Pſ. 80. to. 4. 864. d. fortè ex Luca, 20. 2. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 39. p. 164. a. nihil differt à Vulg. infra legit : *In qua pot. facis hæc?* Juvencus l. 3. p. 71. c.

*Hæc ubi dicta dedit, templi ſe mœnibus infert :*
*Confeſtim proceres populi, miracula rerum*
*Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dediſſet.*

℣. 24. Mſ. S. Germ. 1. *Reſpondens Jeſus dixit illis : Interrogabo & ego vos unum ſermonem : quem ſi dixeritis mihi*, &c. quæ ſupra. S. Germ. 2. *Reſpondens autem Jeſus dixit eis : Interrogabo & ego vos*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Ait ad illos Jeſus : Interrogo vos & ego unum ſermonem : dicite mihi, & ego vobis*, &c. Corb. 2. *Reſpondens Jeſus dixit eis : Interrogabo vos & ego unum verbum : dicite mihi : quòd ſi dixeritis mihi, & ego*, &c. Similiter in Clarom. detracto hoc medio, *quòd ſi dixeritis mihi.* Cantabrig. *Reſpondens autem Jeſus dixit eis : Interrogabo vos & ego unum ſermonem : ſi dixeritis mihi, & ego*, &c. Ita quoque Græc. habet, niſi quòd addit ὃν, *quem*, poſt *ſermonem.* Hilar. in hunc loc. col. 716. c. *Dominus reſpondet, dicturum eſſe ſe in qua hæc faceret poteſtate, ſi modò illi interroganti ſibi reſpondiſſent.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. b. *Interrogabo & ego vos unum verbum : quod ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio.* Auguſt. in Joh. 1. to. 3. 301. b. *Interrogabo vos & ego unum ſermonem : dicite mihi : Baptiſmus*, &c. & inf. 326. f. *Interrogabo & ego vos iſtum ſermonem : dicite mihi : Baptiſma*, &c. item in Joh. 8. 339. d. *Interrogabo & ego vos unum ſermonem : dicite mihi : Baptiſmus*, &c. at in Pſ. 80. to. 4. 864. d. *Reſpondete mihi & vos unum ſermonem : Bapt.* &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 164. *Reſpondens autem Jeſus dixit : Interrogabo vos unum verbum : quod ſi dixeritis mihi, & ego vobis dico in qua poteſtate hæc facio.* Juvencus l. 3. p. 71. c.

*Ollis Chriſtus ait : Quærentibus omnia vobis*
*Dicere jam facile eſt, ſi nobis veſtra viciſſim*
*Percontata priùs paucis ſententia ſolvat* (al. *ſolvet.*)

℣. 25. Mſ. Corb. 1. *Baptiſmum Johannis unde erat? de cœlo, an ex hominibus? Illi verò cogitaverunt intra ſe, dicentes.* Corb. 2. *Baptiſmum Johannis, de cœlo, an ex hominibus*, &c. ut in textu. S. Germ. 1. *Baptiſmum Johan. unde erat? è cœlo, an ex hominibus*, &c. Clarom. *Baptiſmum Joh. unde erat? è cœlo, an ex hom. Illi autem cogitabant inter ſe*, &c. Cantabrig. *Baptiſma Joh. unde eſt? de cœlo, aut ex hominibus? Qui autem altercabantur inter ſe, dicentes.* Maj. Mon. *Baptiſmum Johan. unde fuit? de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe, dicentes.* Sangerm. 2. & Græc. ut in Vulgata. Mſ. unus addit ἦν, *erat*, huic voci, *cœlo.* Tertul. l. de bapt. c. 10. p. 390. b. *Baptiſmus ab Johanne denuntiatus..... cœleſtiſne is baptiſmus eſſet, an verò terrenus?* Hilar. in Matth. col. 716. c. *Johannis baptiſma utrum de cœlo, aut ex hominibus... At illi reſponſionis ſuæ periculo cunctantur, cogitantes.* Ambroſ. l. 9. in Luc. 1502. d. *Baptiſmus Johannis unde eſt? de cœlo, an ex hominibus?* Similiter Auguſt. in Pſ. 80. to. 4. 864. d. ubi addit, *Et aiunt apud ſe;* Gr. Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες· at in Joh. 1. to. 3. 301. b. *Baptiſmus Joh...... an ab hominibus? Et turbati ſunt, & dixerunt apud ſemetipſos :* & infra, 326. f. *Baptiſma Johannis..... an ex hominibus? Et illi cœperunt volvere apud ſemetipſos, & dicere :* item in Joh. 8. 539. d. *Baptiſmus Johan...... an ex hominibus? Turbati illi intra ſemetipſos cogitabant, quia*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. *Baptiſma Johannis unde erat? de cœlo, an ex hominibus?* Juvencus l. 3. p. 71. c.

*Nuper Ioannes, puro qui gurgite lavit*
*Sordentes populi maculas, divina poteſtas,*
*Anne hominis potiùs vobis fallacia viſa eſt?*

℣. 26. Similiter in Mſ. S. German. 1. præter ſub fin. *habent*, pro *habebant.* S. Germ. 2. *Si dixerimus, à cœlo..... Si autem dicemus, ex hominibus, timebimus turbam : omnes enim habebant*, &c. Corb. 1. *Si dixerimus, de cœlo, dicet nobis : Cur ergo..... Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam : omnes enim Johannem ut prophetam habuerunt.* Corb. 2. cum Cantabrig. *Si dix. de cœlo, dicet nobis : Quare non credid...... omnes enim habent Johannem ſicut prophetam.* Clarom. Vulgatæ reſpondet ad verbum. Sangerm. 1. hoc uno differt ab ipſa, ſcil. *habent* ſub fin. pro *habebant.* Ita quoque in Græco eſt cum ἔχουσι; ſed al. εἶχον. Hilar. in hunc loc. col. 716. d. ait : *Si de cœlo, profeſſi eſſent confeſſione ſua ſe reos deprehendendos, cur cœleſtis teſtimonii auctoritati non credidiſſent. Si ex hominibus dixiſſent, turbas verebantur : plures enim prophetam Johannem habebant.* Auguſt. in Joh. 1. to. 3. 301. b. partim ex Matth. partim ex Luc. 20. 5. 6. *Si dixerimus, de cœlo, dicturus eſt nobis : Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem ex hominibus dixerimus eſſe, timemus populum, ne lapidet nos, quia tanquam prophetam habebant Johannem :* item inf. 326. f. *Si dixerimus quia de cœlo eſt, dicturus eſt nobis : Quare non credidiſtis ei?* & 327. a. *Quare ergo non ..... Si dixerimus quia ex hominibus eſt, lapidamur à populo, quia prophetam habent Johannem :* & in Joh. 8. 539. d. *quia ſi dicerent ab hominibus, lapidari poſſent à turba, quæ Johannem prophetam eſſe credebant : ſi dicerent de cœlo, reſponderet eis : Ille*, &c. at in Pſ. 80. to. 4. 864. d. *Si dixerimus, de cœlo, dicturus eſt nobis : Quare ergo non credidiſtis? ille enim teſtimonium Chriſto perhibuit. Si dixerimus, de terra, lapidat nos populus, quia ut prophetam eum habent.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 39. p. 164. *Quare ergo non creditis eis?* Juvencus l. 3. p. 71. c.

*Hæc ait, ancipiti verborum pondere claudens*
*Captantum procerum mentem : nam magna prophetam*
*Plebis Ioannem veneratio ſuſcipiebat,*
*Nec poterant ejus fallacem dicere vitam.*
*Rurſus ſublimem dixiſſent ſi eſſe prophetam,*
*Occidiſſe illum traheret confeſſio culpam.*

℣. 27. Mſ. S. Germ. 1. *Et reſpondentes ad Jeſum, dixerunt : Neſcimus. Ait illis & ipſe*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Et reſpondentes ad Jeſum, dixerunt : Neſcimus. Ait illis Jeſus : Neque ego vobis dicam*, &c. quæ ſupra. Corb. 2. *Et reſponderunt ad Jeſum, & dixerunt : Neſcimus. Ait illis & Jeſus : Nec ego vobis dico*, &c. Clarom. *Et reſpondentes ad Jeſum, dixerunt : Neſcimus. Ait illis Jeſus : Nec ego dico vobis*, &c. Cantabrig. S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulgata, & Græco. Hilar. in hunc loc. 716. e. *Reſponderunt itaque neſcire ſe.* Auguſt. in Joh. 1. to. 3. 301. c. *Dixerunt enim : Neſcimus :* paulòque poſt : *Et ait eis Dominus : Nec ego dico vobis in qua peteſtate iſta facio :* & inf. 327. a. *Dixerunt : Neſcimus. Et Dominus : Nec ego vobis dico*, &c. ſimiliter in Joh. 8. 539. e. *Et dixerunt : Neſcimus. Et Dominus eis : Nec ego dico vobis*, &c. rurſum in Pſ. 80. to. 4. 864. e. *Reſponderunt : Neſcimus. Nec ego vobis dico*, &c. quæ ſupra. Auct. op. imp. in Matth. hom. 39. p. 165. *Et reſpondentes, dixerunt Jeſu :*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.

29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus, abiit.

30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo, domine, & non ivit:

31. quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vineam meam.

29. At ille respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus, abiit in vineam.

30. Accessit autem ad alterum, & dixit illi similiter. At ille respondens, ait: Eo, domine, & non abiit:

31. quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quòd meretrices, & publicani præcedunt vos in regno Dei.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*Nescimus. Et ipse ait eis: Nec ego vobis dico in qua pot. hæc facio.* Juvencus l. 3. p. 71. d.

*Se nescire tamen respondit factio fallax.*
*Tum Christus: Non est injustum claudere vocem,*
*Cùm mihi claudantur procerum responsa superba.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Quid autem vobis videtur? Quidam homo habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit illi: Fili, vade hodie, operare in vin. meam.* S. Germ. 2. *Quid vobis videtur? Homo habebat duos filios*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Quid autem vobis videtur? Homo quidam habuit duos filios: accedens ad primum, dixit ei: Fili, vade, operare hodie in vinea.* Corb. 2. *Homo quidam habebat..... & accedens ad primum, ait: Fili, vade hodie operari in vinea.* S. Gat. *Homo qui habebat..... & accedens ad primum, dixit illi: Fili, vade hodie, operare in vineam meam.* Maj. Mon. *Homo quidam qui habebat..... dixit: Fili, vade hodie, operare in vineam meam.* Clarom. *Homo quidam habebat..... dixit illi: Fili, vade hodie operari in vineam.* Cantabrig. *Homo habebat filios, & accedens priori, dixit: Fili, vade hodie, operare in vineam.* Græc. Vulgatæ consonat, omissa voce *quidam*, post *Homo*; sed Mss. plures addunt τὶς; extremò autem abest μου à pluribus post *vinea.* Hilar. in hunc loc. col. 716. e. legit: *Homo quidam habebat duos filios.* Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. additque: *& accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam*; inf. *in vinea mea*: & post plura, p. 167. *& dixit uni eorum: Fili, vade hodie operari in vineam meam.* Juvencus l. 3. p. 71. d.

*Nam geminæ prolis genitor, majoris in aures*
*Talia dicta dedit: Vitis mihi portio major*
*Semiputata jacet; sed perge, & robore forti*
*Nunc scrobibus, nunc falce premens, vineta retunde.*

℣. 29. Ms. Corb. 1. *Ille autem respondens, ait: Nolo. Et postea, pœnitentia ductus, abiit in vineam.* Corb. 2. *Ille autem respondens: Nolo: postea verò, pœnitentia motus, abiit in vineam.* Clarom. *Ille autem respondens, ait: Non eo. Postea, pœnitentia motus, abiit in vineam.* Cantabrig. *Qui autem respondens, dixit: Nolo. Postea autem, pœnitentia ductus, iit in vineam.* S. Germ. 1. Vulgatæ accinit, & Græco. Alter S. Germ. delet tantùm secundam conjunct. *autem.* Hilar. ad hunc loc. alludens, dicit: *Quis hic existimari poterit filius senior, qui iturum se ad opus negaverit, & per pœnitentiam emendatus, eò rursum profectus sit?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 165. cum Vulgata consentit; sed infra, 167. legit: *At ille respondit: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus, ivit.* Juvenc. l. 3. p. 71. d.

*Tum juvenis sese tam sordida vincla laboris*
*Nolle pati memorat. Post, omnia jussa parentis*
*Exequitur, duræ damnans responsa loquelæ.*

℣. 30. Ms. Corb. 1. *Accessit autem ad alterum, & dixit illi similiter. Cui respondens, dixit: Eo, domine, & non abiit.* Corb. 2. *Accessit autem ad alterum, & dixit similiter. At ille respondens..... & non abiit.* Clarom. *Et accedens ad alterum, dixit..... & non abiit.* Cantabrig. *Accedens autem alteri, dixit idemtidem. Qui autem respondens, dixit: Ego, domine, eo, & non iit.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græc. Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἐγὼ, κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθε· Mss. quidam initio, Προσελθὼν δὲ; tum in al. τῷ ἑτέρῳ; paulò post quidam, Ναὶ, κύριε· al. Ἐγὼ, ὑπάγω· al. Ὑπάγω, κύριε· de quibus omnibus consule Millium. Hilar. in hunc loc. 716. f. memorat *juniorem, qui iturum se spoponderit, & non abierit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 40. p. 165. e. cum Vulgata concinit. Juvencus ubi sup.

*Post, alium natum simili sermone jubebat*
*Ad vineta sui dependere jussa laboris.*
*Annuit is juvenis, nec dictis facta repensat.*

℣. 31. Ms. Corb. 1. *quis ergo ex duobus voluntatem patris fecit? Dicunt ei: Novissimus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quia meretrices, & publicani præcedent vos in regno cælorum.* Corb. 2. *quis ex duobus fecit..... Dicunt ei: Novissimus. Dicit..... quòd meretrices, & public. præcedent vos in regno Dei.* S. Germ. 1. *Dicunt: Novissimus. Dicit..... quia publicani, & meretr. præcedunt vos in regno Dei.* Clarom. *quis ergo ex vobis fecit..... Dicunt ei: Novissimus. Dicit*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *quis de duobus voluntatem patris fecit? Dicunt: Novissimus. Dicit eis..... antecedent vos in regno cælorum.* Itidem *Novissimus* in Ms. S. Andr. Avenion. at in Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Dicunt ei: Primus*; extremòque, *præcedunt*; Germ. 2. *vobis in regnum Dei*; S. Gat. *vos in regno Dei.* Græcè ita: Λέγουσιν αὐτῷ· Ὁ πρῶτος. Λέγει..... ὅτι οἱ τελῶναι, καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς. Quidam Mss. delent αὐτῷ, post Λέγουσιν; duo subdunt Ὁ ἔσχατος, loco Ὁ πρῶτος; quia scilicet (si Millio fides) duo versus præced. 29. & 30. sic invertuntur in illis codicibus: Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ὑπάγω, κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθεν. Dein: Προσελθὼν δὲ τῷ ἑτέρῳ· εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Οὐ θέλω. Ὕστερον δὲ, μεταμεληθεὶς, ἀπῆλθε. Ultimò quidam ferunt, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ· al. εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Observat Thomas Marescallus in Versione Anglo-Sax. legi: *Tum dicebant illi: Posterior*; sed ex Arabicis exemplaribus Romanum, & Erpenianum legere, *Primus*; Londinense verò, *Postremus*, cum altero Kirsteniano; quam ult. lectionem Petrus Kirstenius ita excusat dicens: *Ms. transponit prioris filii responsum ultimo loco, & posterioris primò.* Interpres quoque Ægyptiacus unius & alterius filii invertit responsionem, unde apud ipsum consequenter legitur, Ὁ ἔσχατος, non πρῶτος· sed in Mss. nostris Latinis plerisque, quamvis nulla antecedat perturbatio versiculorum 29. 30. constanter hoc præsenti loco subditur *Novissimus*, non *Primus*, ut in Vulg. & in textu Colb. Hanc etiam lectionem agnovisse videtur Augustinus, l. 5. locut. to. 3. p. 1. col. 368. a. cùm dicat: *Talis locutio est in Evangelio, quando quæritur, ex duobus fratribus quis eorum fecerit voluntatem patris; & respondetur*, Novissimus, *cùm duo fuerint.* Sed hunc legendi modum certò admisisse Hilarium liquet ex commentario, col. 716. f. ubi relatis his de ℣. 28. *Homo quidam habebat duos filios, & reliqua*: continuò addit: *Multa & gravia sunt, quæ confundere intelligentiam possunt, nisi prioris & posterioris sensus ordinem tenuerimus. Quis enim hic existimari poterit filius senior, qui iturum se ad opus negaverit, & per pœnitentiam emendatus, eò rursum profectus sit? ..... Juniorem autem quem sentiemus, qui iturum se spoponderit, & non abierit?* unde colligitur ordinem versiculorum 29. & 30. unum ac eumdem fuisse in codice Hilarii, atque eum qui nunc habetur in Vulgata nostra & Mss. Latinis supra laudatis. Attamen Hilarius in ℣. seq. 31. non legit *Primus*, ut in Vulg. sed *Novissimus*, ut in Mss. nostris: *Deinde*, inquit, *ipsa Pharisæorum responsio quid momenti habeat, quærendum est. Dicunt voluntati juniorem obedisse.* Porro hîc *Junior* & *Novissimus* unum sonant; sed in hoc semper hæremus, quî *Junior* vel *Novissimus* filius obediens erit, præ altero, nempe *Seniori*, aut *Primo.* Quippe, ut ait Hilarius, *hoc rerum ratio non patitur, ut simulata professio meritum perfectæ veritatis obtineat; ut plus sit fefellisse spondentem, quàm perfecisse omnia non pollicentem. Quis autem non malit negari sibi id quod poscat, dummodo id quod poposcerit fiat; quàm non fieri, quod spondeatur ut fiat; cùm facti effectus ex desperatione sit gratior, spes autem destituta plus doleat?* Nodus sanè difficilis, de quo, quomodo expediatur, consuli potest Hilarius ipse in consequentibus: sat nobis esse debet quòd eruditum lectorem lectionis admissæ à S. Doctore commonefecerimus. Quin autem ipse in præsenti legerit *Novissimus*, non *Primus*, ut in Vulg. nemini dubium esse potest. Audiendus hac de re novissimus editor noster D. Custantius, not. a. in hunc loc. « Pharisæos hoc « de *Seniore* responsum dedisse, nunc legimus. At non Hi- « larii modò, sed & Hieronymi temporibus vulgata erat « lectio, eos *Juniori*, seu *Novissimo* obedientiæ palmam de- « disse. Illam tamen ita recipit Hieronymus, eique inter- «

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

32. Venit enim Johannes ad vos in via justitiæ, & non credidistis ei : publicani autem, & meretrices crediderunt ei : vos autem videntes hæc, pœnitentiam habuistis postea, quòd non credidistis.

33. Aliam parabolam audite : Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem ei circumdedit, & fodit in ea torcular, & ædificavit in ea turrim, & locavit eam colonis, & peregrè profectus est.

34. Cùm tempus autem fructuum appropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.

35. Et apprehensis servis ejus, unum cecide-

VULGATA NOVA.

32. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei : publicani autem, & meretrices crediderunt ei : vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

33. Aliam parabolam audite : Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrè profectus est. Isai. 5. 1. Jer. 2. 21. Marc. 12. 1.

34. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Luc. 20. 9.

35. Et agricolæ, apprehensis servis ejus,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» pretationem accommodatam subjicit, ut & admoneat in » veris Exemplaribus non haberi Novissimum, sed Pri- » mum. » *Porro*, inquit Hieron. comm. in Matth. to. 4. 101. a. *Quod dicitur :* Quis ex duobus fecit voluntatem patris ? *Et illi dicunt :* Novissimus : *sciendum est in veris Exemplaribus non haberi* Novissimum, *sed* Primum, *ut proprio judicio condemnentur.* Tum addit : *Si autem* Novissimum *voluerimus legere, manifesta est interpretatio : ut dicamus intelligere quidem veritatem Judæos ; sed tergiversari, & nolle dicere quod sentiunt : sicut & baptismum Johannis scientes esse de cœlo, dicere noluerant.* Hilarius ubi sup. 718. a. *Inviti licet, confitentur quis obsecutus sit voluntati, Junior scilicet filius, obediens professione, licet non efficiens in tempore ; quia fides sola justificat. Ideo publicani in regno erunt priores.* Verùm Auctor op. imp. in Matth. hom. 40. constanter legit supra *Primus*, cum *veris Exemplaribus*, & nostro Colbertino. Ita quoque Juvencus l. 3. p. 71. d. ut patet his versibus :

*Dicite uter* (al. *quis*) *potiùs genitoris jussa sequatur ?*
*Illi collaudant nati responsa prioris.*
*Prosequitur Christus :* Nunc *vera advertite dicta :*
*Jam magis hinc cœli sedem comprendere certum est,*
*Corporis è vitiis quærentes sordida lucra,*
*Quàm vestrûm quemquam.....*

Irenæus l. 4. c. 20. p. 257. c. posteriora tantùm verba refert : *publicani, & meretrices præcedunt vos in regno cœlorum.* Zeno Veron. l. 2. tr. 14. p. 187. *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* Ambros. l. de Elia, c. 20. col. 558. f. *public. & meretr. præcedunt vos in regnum Dei :* at l. 7. in Luc. col. 1468. f. *meretrices, & publicani præcedunt vos in regnum cœlorum :* & in Ps. 35. col. 775. b. *meretrices, & public. præcedent vos in regno cœlorum.* Similiter habet Faustin. presb. p. 642. e.

℣. 32. Ms. Corb. 1. *Venit enim ad vos Johannes.... publicani autem, & meretrices crediderunt : vos verò cùm cognovissetis, nec pœnitentiam habuistis postea, ut ei crederetis.* Corb. 2. *vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis post, quòd non credidistis.* Clarom. *in viam justitiæ..... vos autem videntes, nec pœnitentiam egistis postea, quòd non credidistis ei.* Cantabrig. *vos autem videntes, pœnituistis postea, ut crederetis ei.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ respondent, nisi quòd Germ. 1. delet *ei*, post verb. *crederetis ;* ut & Germ. 2. *autem*, post *publicani.* Græc. etiam ab eadem Vulg. non discrepat, nisi quòd hab. οὐ μετεμελήθητε, *non pœnitentiam habuistis*, pro *nec ;* sed Mss. plures, οὐδὲ μετεμελήθητε· solus Cantabr. Gr. Lat. cum ed. Paris. 6. tollit negationem οὐ, quæ etiam abest à textu Colb. nisi mendum putaveris *hæc*, pro *nec ;* quod simile vero videtur. Et sanè Hilarius, quamvis ℣. præcedenti legerit, *Novissimus*, vel *Junior ;* tamen in consequentibus, 718. a. hæc habet : *Ideo publicani, & meretrices in regno erunt priores, quia Johanni crediderint..... Pharisæi autem videntes hæc, & contemnentes, qui justificati per fidem non erant, nec per pœnitentiam regressi sunt ad salutem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 145. cum Vulgata concinit ad verbum ; & infra, p. 146. legit : *vos autem videntes, nec pœnitentiam egistis postea, nec credidistis.* Item Juvencus l. 3. p. 71. e. sic pergit :

*..... Vobis nam venerat ante*
*Justus Ioannes, sed non est credere vestrum :*
*Namque fidem potiùs meretricum pectora certam*
*Hauserunt, sordesque animi posuere pudendas :*
*At vos tantorum scelerum nil pœnitet unquam.*

℣. 33. Ms. Corb. 1. *Homo erat pater..... & sepem circumdedit eam, & fodit in ea lacum, & ædificavit turrim, & locavit eam colonis*, &c. Clarom. *Homo quidam erat pater..... & sepem circumd. ei, & fodit in ea lacum, & ædificavit in eam turrem, & locavit eam colonis*, &c. Sangerm. 1. *& effodit eâ torcular, & ædif. turrem, & locavit eam agricolis*, &c. Corb. 2. *colonis.* Maj. Mon. *& ædificavit turrem in medio ejus.* Cantabrig. *Homo fuit paterfamilias, qui plant. vineam, & maceriam circumposuit, & fodiit ei torcular, & ædif. turrem, & locavit eam cultoribus, & profectus est peregrè.* Græc. Ἄνθρωπός τις ἦν..... ὅστις ἐφύτευσεν..... καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν· à Mss. pluribus initio abest τὶς, sicut ἐν, post ὤρυξεν. Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. legit : *Homo erat quidam paterfamilias, & plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædif. turrim, & locavit eam colonis, & peregrè prof. est.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. d. *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit, & fodit in ea torcular, & ædif. turrem, & locavit eam colonis, & peregrè prof. est.* Hilar. in Matth. 21. col. 718. d. *Aliam parabolam audite : Homo erat paterfam. & plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & turrem ædificavit :* subinde, 719. a. *colonis* habet, non *agricolis ;* ita etiam Luc. 20. 9. Ambros. l. 9. in Luc. col. 1499. f. *& sepe circumdedit, & fodit in ea torcular, & ædif. turrim :* & l. 7. col. 1460. b. alludens dicit : *& sepem circumdedi, & circumfodi eam.* August. l. 2. cont. advers. leg. to. 8. 589. f. Vulgatæ consentit ad verbum. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. d. habet : *Aliam parab. audite : Erat quidam paterfam. qui plantavit vineam, & sepem ille circumdedit, & fodit in ea lacum, & ædificavit turrem, & locavit eam colonis, & ipse peregrè profectus est.* Arnob. de Deo trino, p. 215. b. *Paterfamilias plantavit vineam, & sepsit eam, & ædificavit in ea turrim, & locavit eam agricolis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. *locavit eam colonis.* Juvencus l. 3. p. 71. e.

*Sic quidam dives, cui jugera multa nitentis*
*Vineti sepes circumdensata coercet,*
*In medio turrem, prælumque, & dolia fecit,*
*Cultoresque dedit, fructusque locavit habendos,*
*Impositam statuens mercedis solvere legem :*
*Tum longinquæ petit.....*

℣. 34. Ms. Corb. 1. *Cùm tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus vineæ suæ.* Corb. 2. *Cùm autem tempus..... misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.* Clarom. *Cùm autem appropinquasset fructuum tempus, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.* Cantabrig. *Cùm adpropinquasset autem tempus fructuum, misit servos suos ad colonos, accipere fructus suos.* S. Germ. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant ; sicut etiam Germ. 2. detracto ultimo *ejus.* Gr. Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργοὺς, λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ. Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. *Cùm autem appropinquasset tempus fructuum, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. d. *Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperet de fructibus suis.* Hilarius in Matth. 21. col.. 719. a. ait : *Servi missi sunt, ut fructus perciperent.* Apud August. l. 2. cont. advers. leg. to. 8. 589. f. ut in Vulgata usque ad ℣. 39. seq. Apud Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 333. d. *Cùm autem appropinquasset tempus fructuum, misit servos suos ad cultores illos, ut acciperent de fructibus suis.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 169. *Cùm autem tempus appropinquasset fructuum, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis.* Apud Juvencum l. 3. p. 71. e.

*..... Sed fructus tempore certo*
*Actores famulos mittit, queis portio salva*
*Cultorum certa ruris mercede daretur.*

℣. 35. Ms. Corb. 1. *Et apprehenderunt servos coloni : alios ceciderunt, alios occiderunt, alios verò lapidaverunt.*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt. | runt, alium autem lapidaverunt, alium verò occiderunt. *Ex Ms. Colbert.* |
| 36. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. | 36. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt eis similiter. |
| 37. Novissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. | 37. Novissimè autem misit illis filium suum unicum, dicens: Forsitan reverebuntur filium meum. |
| 38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. *Inf. 26. 3. & 27. 2.* | 38. Coloni autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. |
| 39. Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt. *Joan. 12. 53.* | 39. Et apprehensum eum occiderunt, & ejecerunt eum extra vineam. |
| 40. Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? | 40. Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet colonis illis? |
| 41. Aiunt illi: Malos malè perdet; & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. | 41. Dixerunt: Malos malè perdet; & vineam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructum temporibus suis. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Corb. 2. *Coloni autem, apprehensis servis, unum ceciderunt, alium verò lapidaverunt, alium verò occiderunt.* Clarom. *Et coloni, apprehensis servis, unum ceciderunt, alium autem lapidaverunt, alium verò occiderunt.* Cantabrig. *Et accipientes coloni servos ejus, quem quidem ceciderunt, quem autem occiderunt, quem verò lapidaverunt.* S. Germ. 1. ut in Vulgata, præposita conjunct. *autem*, verbo *occiderunt*. S. Germ. 2. ipso initio tollit *Et*, ante *agricolæ*; paulòque post habet *alium cæderunt, alium occid. alium autem lapidaverunt.* Græc. Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν. Ms. 1. delet αὐτοῦ, post δούλους. Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. legit: *Et coloni, apprehensis servis, unum quidem ceciderunt, alium autem lapidaverunt, alium verò occiderunt.* Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 147. a. *alios lapidaverunt, alios fugaverunt, plures verò ad mortis necem tradiderunt.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. d. *Et coloni, apprehensis servis, unum ceciderunt, alterum autem lapidaverunt, alium verò occiderunt.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. d. *Coloni autem apprehensos servos, alium ceciderunt, alium verò lapidaverunt, alium decollaverunt.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 169. d. *Et apprehendentes coloni servos ejus, unum ceciderunt, alium autem occiderunt, alium verò lapidaverunt.* Juvencus l. 3. p. 71. e.

*Ecce colonorum rabies hos verbere sævo,*
*Ast alios lapidum proterrent undique telis,*
*Denique lethali prosternunt vulnere multos.*

℣. 36. Ita ferunt Mss. S. Germ. duo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. unà cum Græco. Corb. 1. habet: *Rursus iterum misit alios servos plures prioribus, similiter & ipsis fecerunt.* Cantabrig. *Iterum verò misit alios plures servos prioribus, & fecerunt eis identidem.* Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. textui Colb. suffragatur, sicut August. l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 589. f. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. c. hoc uno differt, *Item*, pro *Iterum*. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. d. *Iterum misit ad illos servos plures, & fecerunt eis similiter.* Hilar. in hunc loc. col. 719. a. ait: *Missi autem rursum plures prioribus..... variis temporibus verberati, & lapidati, & occisi sunt.* Juvencus l. 3. p. 71. e.

*Tum dominus ruris plures incedere servos*
*Præcipit, & rursum mercedis pacta reposcit.*
*Major at in plures audax injuria surgit.*

℣. 37. Ms. Corb. 1. *Postremò autem misit filium suum unicum, dicens: Verebuntur utique filium meum.* Corb. 2. *Novissimè autem misit illis filium suum unicum, dicens: Forsitan verebuntur filium meum.* Sic etiam legit Clarom. præter unum *Fortè*, pro *Forsitan*. Cantabrig. *Novissimè autem misit illis filium suum, dicens: Reverebuntur filium meum.* Ms. Maj. Mon. *Forsitan verebuntur*, &c. S. Germ. ambo, & S. Gat. nil omnino discrepant à Vulgata. Græc. Ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· Ἐντραπήσονται τὸν, &c. Mss. quidam omittunt πρὸς αὐτούς; alii habent αὐτοῖς; unus, Ἴσως ἐντραπήσονται. Irenæus l. 4. c. 36. p. 277. d. *Novissimè autem misit eis filium suum unicum, dicens: Fortè verebuntur filium meum.* Itidem Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. d. sicut Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 567. f. 590. c. & Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. c. nisi quòd Lucifer & Ambros. delent *Fortè*; Arnob. verò hab. *Forsitan filium meum verebuntur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 169. non differt à Vulgata: at infra legit: *Forsitan filium meum reverebuntur.* Apud Hilar. in Matth. 21. col. 719. a. hæc pauca: *Filio verò ad ultimum misso.* Apud Juvencum l. 3. p. 71. f.

*Ultima jam domino natum dimittere mens est,*
*Quòd sobolem partemque sui vis digna pudoris*
*Cultorum cordi venerandam posceret esse.*

℣. 38. Ms. Clarom. congruit textui Colb. nisi exceperis *intra*, pro *inter*. Itidem in Cantabrig. præter verbum *habeamus*, pro *habebimus*. Corb. 2. *Coloni autem vid. filium ejus, dixerunt..... & habemus hæreditatem ejus;* Maj. Mon. *& habeamus*. Corb. 1. *Illi autem ut viderunt filium, dixerunt..... & possideamus hæreditatem ejus.* S. Germ. unus & alter, necnon S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον..... καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. *Coloni verò cùm vidissent filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæredit. ejus.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. e. *Coloni autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est hæres, venite, occidamus illum, habebimus hæredit. ejus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 169. b. *At illi videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & obtinebimus hæreditatem ejus:* & post paulò: *Ecce hic est hæres.* Juvencus l. 3. p. 71. f.

*Sed contra illorum jam mens maculata cruore,*
*Progenie exstincta domini, sibi post dominatum*
*Cedere credentes.....*

℣. 39. Ms. Corb. 2. consentit textui Colb. sicut etiam Clarom. & Maj. Mon. nisi quòd tollunt ambo *eum*, post *ejecerunt*. Cantabrig. habet: *Et accipientes eum, occiderunt, & ejecerunt extra vineam.* Corb. 1. S. Germ. duo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἐξέβαλον ἔξω τοῦ..... καὶ ἀπέκτειναν. Versio Anglo-Sax. interprete Thoma Mareschallo: *occiderunt eum, & ejecerunt extra vineam*, ut in Vulg. Marc. 12. 8. Irenæus verò l. 4. c. 36. p. 277. d. legit: *Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt eum.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. e. ut in textu Colb. verbum è verbo. August. l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 589. g. *Et apprehensum eum, ejecerunt eum foras extra vineam, & occiderunt.* Apud Hilar. in hunc loc. col. 719. a. *extra vineam abjectus est.* Apud Juvencum l. 3. p. 71. f.

*..... crudeli vulnere fixum*
*Obtruncant, jaciuntque foras trans septa cadaver.*

℣. 40. Mss. Corb. duo, & Clarom. textui Colb. respondent; S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ. Cantabr. habet: *Si ergo venerit dom..... quid faciet colonis illis?* Gr. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ..... τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; Iren. l. 4. c. 36. p. 277. d. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. e. & Arnob. jun. de Deo trino, p. 215. b. textui Colb. consentiunt, sicut etiam Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 170. deleta voce med. *vineæ*. August. in Ps. 30. to. 4. col. 151. g. *quid faciet ille paterfamilias colonis malis?* Juvencus l. 3. p. 71. f.

*Post hæc jam dominus veniet, pœnasque reposcet*
*Tantorum scelerum*, &c.

deinde transit ad ℣. 43. omissis duobus intermediis.

℣. 41. Ms. Corb. 1. *Aiunt illi: Malos malè perdet; & vineam tradet aliis colonis, qui reddant ei fructus temporibus suis.* S. Germ. 1. *& vineam locabit aliis agricolis, qui reddant eis fructum*, &c. S. Germ. 2. *& vineam locabit aliis agricolis, qui reddunt ei fructum*, &c. Corb. 2. *Dicunt illi: Malè perdet eos; & vineam locabit illis colonis, qui reddant fructus*, &c. Clarom. *Et dixerunt illi: Malos malè perdet; & vineam suam locabit* (vet. more, *locavit*) *aliis colonis, qui reddant ei fructus*, &c. Cantabrig. *Dicunt ei: Malos malè perdet eos; & vineam locavit aliis colonis, qui reddent ei fructus temporibus suis.* Ita quoque Græcum habet, nisi quòd pro *locavit*, ponit ἐκδόσεται; præponitque ἂν voci *temporibus*. Irenæus l. 4. c. 36. p. 277. d. *Et dixerunt il-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Et Mſ. Colbert. 42. Dicit illis Jeſus : Nunquam legiſtis in Scripturis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli ? A Domino factus eſt hic, & eſt mirabilis in oculis noſtris ?

43. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.

44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur : ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.

45. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quòd de ipſis diceret.

46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas : quoniam ſicut prophetam eum habebant.

VULGATA NOVA.

42. Dicit illis Jeſus : Nunquam legiſtis in Scripturis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli ? A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris ? Pſalm. 117.22. Act. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

43. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.

44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur : ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.

45. Et cùm audiſſent principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quòd de ipſis diceret.

46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas : quoniam ſicut prophetam eum habebant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*li : Malos malè perdet ; & vineam ſuam locabit aliis colonis, qui reddant ei fructus temp. ſuis.* Lucif. Calarit. l. 2. pro S. Athan. p. 208. d. *Dicunt illi : Malos malè perdet illos ; vineam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructum temp. ſuis.* Auguſt. in Pſ. 30. to. 4. col. 151. g. *Malos malè perdet*, &c. ut in Vulg. cui etiam favet l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. 589. g. Auctor op. imp. in Matth. hom. 40. p. 170. b. *Dicunt illi : Malos malè perdet.* Arnob. jun. de Deo trino, p. 215. a. *Et reſpondentes Judæi, dixerunt : Malos malè perdet ; & vineam ſuam aliis locabit agricolis.* Epiphan. in 1. 5. Cantici Cantic. hæc habet : *Venit dominus vineæ, & malos malè diſperdet ; & vineam tradet aliis cultoribus, qui facient fructus ſuos in tempore ſuo.*

℣. 42. Mſ. Corb. 1. breviùs : *Ait ad illos Jeſus : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in..... A Domino factus eſt hic, & eſt mirabilis in oculis noſtris.* Corb. 2. *Dicit illis Jeſus : Nunquam legiſtis in Scripturis : Lapidem quem reprob. ædif. hic eſt, hic factus eſt in cap. anguli ? A Domino factus hic eſt mirabilis in oc. noſtris ?* Clarom. poſt *ædificantes*, ſtatim addit : *hic factus eſt in cap. anguli ?* deinde : *A Domino factus eſt iſte, & eſt mirabilis*, &c. Cantabrig. verò : *A Domino facta eſt hæc, & eſt mirabilis*, &c. Græcè pariter : Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομῦντες, ὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας ; dein : Παρὰ Κυρίυ ἐγένετο αὕτη, ϗ ἔςι θαυμαςὴ ἐν, &c. Porro hîc pronom. αὕτη refertur ad nomen γωνίας, quod Græcè generis eſt feminini ; unde interpres Cantabrig. tranſtulit *facta eſt hæc*, minimè attendens vocem Latinam *anguli* maſculini generis eſſe ; quod ſi animadvertiſſet, procul dubio vertiſſet, *factus eſt hic*, cum Mſ. Colb. & aliis ; quibus etiam favet Verſio antiqua noſtra Pſalmi cxvii. ℣. 23. ut & Græcus contextus ibid. quæ conſuli debent. Mſs. duo Sangerm. Matthæi Vulgatæ conſonant, præterquam quòd alter initio habet, *Dixit illis*, non *Dicit* ; prior verò tollit inf. *in Scripturis.* Mſ. S. Gat. habet : *Nunquam non legiſtis in Scripturis : Si lapidem quem*, &c. de Vulgata. Maj. Mon. *Nunquam legiſtis in Scripturis in Pſalmo : Lapidem quem*, &c. Irenæus verò l. 4. c. 36. p. 277. d. *Nunquam legiſtis in Script. Lapidem quem reprob. ædific. hic factus eſt in cap. anguli ? A Domino factus eſt, & eſt mirabilis in oculis noſtris ?* Hilar. quoque in Matth. 21. col. 719. a. ait : *Sed hic filius lapis eſt, ab ædificantibus improbatus, & in faſtigium angularis erectus, & in oculis omnium mirabilis.* Aug. in Pſ. 30. to. 4. col. 151. g. *Quid & illud ? Non legiſtis : Lapidem quem reprob. ædif. hic factus eſt in cap. anguli ?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 40. p. 170. *Nunquam legiſtis :* & poſt pauca : *Lapidem quem reprobaverunt ædif. hic factus eſt in cap. anguli ?* Vide Marc. 12. 10. & Luc. 20. 17.

℣. 43. Mſs. Corb. duo, textui Colb. congruunt ; prior tamen delet pronom. ult. *ejus.* Clarom. *Ideo dico vobis, quia tolletur à vobis*, &c. ut in textu Colbertino. Cantabrig. *Propter hoc dico vobis, quia tolletur à vobis..... & dabitur genti facienti fructus ſuos.* Sangerm. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata & Græco. Accinunt pariter Hieron. in Eccleſ. to. 2. 747. b. Auguſt. l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 590. a. & Gaud. Brix. ſerm. 7. p. 952. h. Irenæus l. 4. c. 36. p. 277. d. vix diſſimiliter : *Propter quod dico vobis, quoniam auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. g. *Ideo dico vobis, quia*, &c. ut in textu Colbert. Arnobius jun. de Deo trino, p. 215. b. *Amen dico vobis : Auferetur à vobis*, &c. ut in Vulg. Ambroſiaſter, col. 84. b. & 220. e. *quia tolletur à vobis..... & dab. genti facienti fructus ejus.* Auct. quæſt. ex N. T. q. 74. p. 73. d. *tolletur à vobis... & dab. genti facienti fructum ejus.* Epiphan. in 1. 5. Cantici Cantic. *auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ſuos.* Juvencus l. 3. p. 71. f. antecedentibus de ℣. 40. hæc proximè addit :

*.....Sed vobis tradita quondam*
*Fulgentis regni ſedes, tranſlata feretur*
*Ad gentem, dignos poſſit quæ reddere fructus.*

℣. 44. Hic verſus abeſt à Mſs. Corb. duobus, & à Cantabrigienſi. In utroque verò Sangerm. necnon S. Gat. & Maj. Mon. habetur ut in textu Colb. In Clarom. verò ſic : *Et qui ceciderit ſuper lapidem hunc, confringetur : ſuper quem ceciderit autem, ſicut pulverem comminuet eum.* Græcè : Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Apud Auguſt. quæſt. 30. in Matth. to. 3. 245. d. omnia ut in textu Colb. & Vulg. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 171. c. *Qui ceciderit ſuper eum, confringetur : ſuper quem autem ceciderit, comminuet eum.* Juvencus de his non meminit, nec etiam de ſubſequentibus uſque ad ℣. 2. cap. 22.

℣. 45. Ita ferunt Mſs. Clarom. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Sangerm. 1. verò habet : *Et cùm audiſſent principes ſac. & Phariſæi ſeniores parabolas ejus, cognoverunt quod de ipſis diceret ;* Corb. 1. *quia de ipſis diceret ;* Corb. 2. *quòd de ipſis dicit.* Cantabr. *Et audientes principes ſac. & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quia de ipſis dicit :* nec refragatur Græcum. Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 171. c. *Et cùm audiſſent princ. ſac. & Phariſæi parabolam ejus*, &c. ut in textu Colb.

℣. 46. Similiter habent Mſs. S. Germ. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. unà cum Græco. Ita quoque in Corb. 1. excepto uno *ut*, pro *ſicut.* In Corb. 2. *timuerunt populos : quoniam ſicut prophetam habebant eum.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 171. c. *Et quærebant eum tenere.*

# CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET reſpondens Jeſus, dixit illis iterum in parabolis, dicens :

2. Simile eſt regnum cœlorum homini regi,

VULGATA NOVA.

1. ET reſpondens Jeſus, dixit iterum in parabolis eis, dicens :

2. Simile factum eſt regnum cœlorum homini Luc. 14. 16. Apoc. 19. 9.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. S. Germ. 1. nil differt à textu Colbert. nec etiam Corb. 1. niſi quòd hab. *ait*, pro *dixit.* Corb. 2. *Et reſpondens iterum Jeſus, dixit illis in parabolis.* Clarom. *Et reſpondens Jeſus, dixit illis iterum in parabolis.* Cantabrig. *Et reſpondens Jeſus, iterum dixit in parabolis, dicens eis.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησῦς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς, λέγων· à quibuſdam abeſt λέγων. Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 172. *Et reſpondens Jeſus, iterum dixit eis in parabolis.*

℣. 2. Mſs. Clarom. & Cantabrig. concordant cum textu Colbertino. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. cum Vulgata. Corb. 1. *Simile eſt regnum..... qui fecit nuptias filii ſui.*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

regi, qui fecit nuptias filio suo.

3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire.

4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.

5. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam:

6. reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt.

7. Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.

8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni:

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

qui fecit nuptias filio suo.

3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & noluerunt venire.

4. Iterum misit alios servos suos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei & saginatio occisa, & omnia parata sunt: venite ad nuptias.

5. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alii in villam suam, alii verò ad negotiationem suam:

6. reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumeliâ affectos occiderunt.

7. Ille autem rex cùm audisset, iratus est: & misit exercitum suum, & perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.

8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui fuerunt invitati, non fuerunt digni:

## Notæ ad Versionem antiquam.

Corb. 2. *Simile erit*, &c. ut in textu. Græc. Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία, &c. ut in Vulg. Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. c. ait: *Simile est regnum cælorum regi nuptias facienti filio suo.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. g. *Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.* Iidem Hilar. in hunc loc. col. 719. d. cum Aug. quæst. 31. in Matth. to. 3. 245. e. & Auctore op. imp. in Matth. hom. 41. Apud Juvencum l. 3. p. 71. f. ita:

*Ut* (al. *At*) *rex, qui nato thalamorum vincula nectens,*
*Præcepit*, &c. quæ infra.

℣. 3. Textui Colb. consonant ad verbum Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. Vulgatæ verò Cantabrig. S. Germ. 2. S. Gat. &c. & Græcum. Corb. 1. solus: *Et misit servos suos, ut vocarent invitatos ad nuptias, & illi venire noluerunt.* Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *Et mittenti servos suos ad conrogandum* (al. *congregandum*) *eos, qui vocati fuerunt ad nuptias.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. g. h. *Et misit servos suos ad invitatos ad nuptias, & noluerunt venire.* Hilarius in hunc loc. col. 719. d. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. *Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias.* Hieron. in eundem Matth. to. 4. 103. b. *Et misit servum suum vocare;* paulò verò post ait *servos* pleraque exemplaria habere. Juvencus l. 3. p. 71. f. sic pergit:

*..... proceres convivia læta frequentent,*
*Accitos famulos voti regalis honorem*
*Concelebrare simul; cuncti sed adire recusant*
*Regales thalamos, regalis pocula mensæ.*

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Iterum misit alios servos, dicens: Dicite..... tauri mei & saginata mea occisa, & omnia parata: venite ad nuptias.* S. Germ. 2. *tauri mei & altilia occisa, & omnia parata sunt: venite*, &c. Corb. 1. *tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata sunt: venite*, &c. Corb. 2. *tauri & saginata mea occisa sunt, & omnia parata sunt*, &c. Sic etiam habet Clarom. addito uno *mei*, ad *tauri*. Cantabrig. *tauri mei & saginata occisa, & omnia parata: venite*, &c. Ita quoque in Græco est. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *Iterum alios servos misit, dicens: Dicite his qui sunt vocati: Venite, prandium meum paravi, tauri mei & omnia saginata occisa, & omnia parata sunt: venite ad nuptias.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. h. *Iterum misit ad illos* (f. *alios*) *servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium paravi meum, tauri mei & saginata occisa, & omnia parata: venite ad nuptias.* Eòdem redeunt quæ dicit Hilar. in hunc Matth. loc. col. 720. a. *Qui verò iterum cum præceptorum conditione mittuntur..... tauri autem saginati..... saginata verò..... his omnibus jam paratis, & in numerum complacitæ multitudinis collectis..... nuptiæ nunciantur.* August. quæst. 31. in Matth. to. 3. 245. e. *tauri mei & altilia occisa sunt:* deinde: *tauros dixit principes plebium; altilia verò, omnia saginata.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 173. 174. *Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei & saginata occisa sunt, & omnia jam parata: venite ad nuptias.* Juvencus l. 3. p. 71. f.

*Post, alios mittit, sese largissima cuncta,*
*Magnificasque dapes, convivia læta parasse.*

℣. 5. Ms. Corb. 2. concinit cum textu Colb. Ita etiam Clarom. nisi quòd hab. *in villa sua.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, sicut & Corb. 1. deletâ conjunct. *verò.* Cantabrig. solus: *Qui autem negligentes, abierunt, quidam in suum agrum, quidam ad negotiationem suam.* Græcè pariter: Οἱ δὲ ἀμελήσαντες, ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, ὁ δὲ εἰς τὴν, &c. al. ὃς μὲν..... ὃς δέ; al. οἱ μὲν..... οἱ δέ. Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. c. *Illi autem abierunt, negligentes eum, alii quidem in agrum suum, alii autem in negotiationem suam.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. ut in textu Colbert. verbum pro verbo. Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 174. d. *At illi neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius in negotiationem suam.* Hilar. in hunc loc. 720. b. dicit: *Sed eorum quoque admonitionem ita neglexerunt, ut aliqui eorum... agro occuparentur, plures verò..... negotiatione detinerentur.* Juvencus l. 3. p. 71. f.

*Illi neglectis dapibus, diversa petebant:*
*Hic ædes proprias, hic ruris tecta propinqui;*
*Ast alius potiùs merces ac lucra revisit.*

℣. 6. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. textui Colb. consonant. S. Germ. 2. & Corb. 2. Vulgatæ. Corb. 1. *cæteri verò apprehenderunt servos ejus, & contumeliâ illos afflixerunt, & occiderunt.* Clarom. *cæteri autem adprehensos servos illius, contumeliis affectos occiderunt;* Maj. Mon. *afflictos occiderunt.* Cantabrig. *reliqui autem tenentes servos ejus, injuriaverunt, & occiderunt.* Sic etiam in Græco. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *reliqui verò arripuerunt servos* (al. *servos ejus*,) *& alios quidem contumeliosè tractaverunt, alios verò occiderunt.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. ad verbum convenit cum textu Colb. sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 174. e. Hilarius verò in hunc loc. col. 720. b. *cæteri autem missos servos... affectos injuriis occiderunt.* Juvencus l. 3. p. 71. g.

*Multi præterea missos, qui ad læta vocarent,*
*Insontes famulos rapiunt, & corpora ferro*
*In mortem cruciant*, &c.

℣. 7. Ms. Corb. 2. optimè convenit cum textu Colb. sicut etiam Corb. 1. nisi quòd initio hab. *Rex verò cùm audisset.* Clarom. *Rex autem cùm audisset, iratus est: & misit exercitum suum, & disperdidit homicidas illos*, &c. quæ sup. Cantabrig. *Ille rex audiens, iratus est: & mittens exercitum suum, occidit homicidas illos, & civitatem eorum accendit.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, ὠργίσθη· καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς, &c. Mss. plures initio ferunt, Καὶ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς· plures subdunt ἐκεῖνος; Cantabrig. & Copt. singulariter leg. τὸ στράτευμα. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *Rex autem cùm audisset, iratus est: & mittens exercitus suos, perdidit interfectores illos, & civitatem eorum succendit:* & infra, 280. c. *mittens exercitus suos, perdidit interfectores illos, & civitatem illorum incendit;* Græc. ἐνέπρησε. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. *Ille Rex cùm audisset, iratus est: & misit exercitum suum, & perdidit homicidas illos, & civitatem eorum incendit.* Hilarius in hunc loc. col. 720. c. alludens dicit: *missi exercitus cælestes, omnem eorum congregationem..... flammis..... succendent.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. a. *Audiens autem rex, iratus est: & misit exercitum suum, & perdidit homicidas illos, & civitates eorum succendit.* Juvencus l. 3. p. 71. g.

*..... Tum rex ubi comperit acta,*
*Millibus armatis cives cum mœnibus ipsis*
*Subruit, effusi famulorum sanguinis ultor.*

℣. 8. Ms. Corb. 1. *Tunc ait servis suis..... invitati autem non fuerunt digni.* Clarom. *Tunc dixit servis suis... sed qui vocati sunt, non fuerunt digni.* Cantabrig. *Tunc dicit servis suis..., qui autem vocati sunt, non fuerunt digni.* S. Germ. 1. *sed qui invitati fuerant, non fuerunt digni.* Sangerm. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata; nec refragatur Græc. Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. d. *Et dixit servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, vocati verò non fuerunt di-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mʃ. Colbert. 9. ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias.

10. Et egreſſi ſervi ejus in vias, congregaverunt omnes quotquot invenerunt, bonos & malos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

11. Intravit autem rex videre diſcumbentes, & videt ibi hominem non veſtitum veſtimento nuptiali.

12. Et ait illi: Amice, quomodo huc veniſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.

13. Tunc ait rex miniſtris: Tollite illum manibus & pedibus, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

VULGATA NOVA.

9. ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias.

10. Et egreſſi ſervi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

11. Intravit autem rex ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.

12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.

13. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Sup. 8. 12. & 13. 42. Inf. 25. 30.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*gni.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. Vulgatæ ſuffragatur. Hilar. in hunc Matthæi loc. col. 720. b. c. ait *indignos repertos hos, qui primi invitati fuerant.* Juvencus l. 3. p. 71. g.

*Tunc ſervis fatur: Nunc feſta jugalia cœnæ*
*Prælargis dapibus quæcunque inſtruximus illis,*
*Contempſere meis proceres contingere menſis.*

℣. 9. Similiter habent Mſs. S. Germ. duo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. Corb. 1. autem extremò, *invitate ad nuptias.* Cantabrig. *ite ergo in exitus viarum, & quotquot inveneritis, vocate ad nuptias.* Græc. πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ ὅσους ἂν εὕρητε, καλέσατε, &c. Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. d. *exite* (al. *ite*) *igitur ad exitus viarum, & quotquot inveneritis, congregate ad nuptias.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. ut in Vulgata & textu Colb. Hilar. in hunc loc. col. 720. e ait: *Jubet iri ad exitus viarum..... vocari deinde omnes ſine aliqua exceptione ad nuptias.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. *Et dixit ſervis ſuis: Ite ad exitus viarum, & quoſcunque inven. vocate ad nuptias.* Itidem Auguſt. ab *Ite*, nempe quæſt. 31. in Matth. to. 3. 245. e. quem etiam vide epiſt. 208. to. 2. 776. f. ut & inf. ad Luc. 14. 21. 23. Juvencus l. 3. p. 71. g.

*Ite igitur properè per publica ſepta viarum,*
*Et quoſcunque illic caſus glomeraverit, omnes*
*Huc lætis nati thalamis adhibete vocantes.*

℣. 10. Mſ. Corb. 1. *Et egreſſi ſervi ejus per vias, congregaverunt omnes quoſcunque invenerunt, malos vel bonos: & repletæ ſunt nuptiæ recumbentium.* Corb. 2. *Et egreſſi ſunt ſervi ejus; congregaverunt quotquot invenerunt, malos & bonos,* &c. ut in textu. Sangerm. 1. *Et egreſſi ſervi ejus in vias, congreg. omnes quos invenerant, malos & bonos,* &c. Claromont. *quoſcunque invenerunt, bonos & malos,* &c. Maj. Mon. *quotquot invenerunt, malos & bonos,* &c. Sangerm. 2. *bonos & malos,* &c. Cantabrig. *Et exeuntes ſervi illius in vias, collegerunt omnes quos invenerunt, malos & bonos: & repletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.* Græc. Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς, &c. al. δοῦλοι αὐτοῦ; & inf. πάντας οὓς. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *Et exeuntes ſervi ejus, congregaverunt omnes quotquot invenerunt, bonos & malos: & impletæ ſunt nuptiæ à diſcumbentibus.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. h. *Et egreſſi ſervi in vias, congregaverunt quotquot invenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ à diſcumbentibus.* Hilar. in hunc loc. col. 720. c. *mali ſimul cum bonis veniunt.* Auguſt. ſerm. 90. to. 5. 488. f. *invitaverunt bonos & malos.* Caſſiod. in Pſ. 49. p. 165. c. *Et exierunt in exitus viarum, & vocaverunt quoſcunque invenerunt, bonos & malos.* Juvencus l. 3. p. 71. g.

*Progreſſi famuli per compita cuncta viarum,*
*Inventos duxere ſimul: jam denique cuncta*
*Complentur menſæ miſta ſine nomine plebe:*
*Hic juſti injuſtique ſimul cubuere vocati.*

℣. 11. Mſ. Corb. 1. *Ingreſſus autem rex ut videret diſcumbentes, vidit ibi hominem non veſtitum veſtem nuptialem.* Corb. 2. *Intravit autem rex videret diſcumbentes,* &c. ut in Vulgatâ. S. Germ. 1. cum Clarom. *Intravit autem rex ut videret diſcumbentes, & vidit... non veſtitum veſtem nuptialem;* S. Germ. 2. *inveſtitum veſte nuptiali.* Cantabrig. *Ingreſſus autem rex videre diſcumbentes, vidit ibi hominem non indutum veſtem nuptialem.* Sic etiam in Græco eſt, ubi γάμου, loco *nuptialem.* Irenæus pariter l. 4. c. 36. p. 279. d. *Introiens autem rex videre recumbentes, vidit ibi hominem non veſtitum indumentum nuptiarum;* al. *indumento nuptiarum;* al. *veſte nuptiali.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. Vulgatæ conſentit. Nec ipſi contradicere videtur Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. e. niſi quòd hab. in fine *veſtimentum nuptiale.* Hilarius in hunc loc. col. 720. f. *Ingreſſus..... cœtum, & hominem accumbentem ſine nuptiali veſte conſpiciens,* &c. Auguſt. ſerm. 90. to. 5. 489. c. d. *Ingreſſus paterfamilias inſpicere* (al. *ut inſpiceret*) *diſcumbentes, & invenit hominem non habentem veſtem nuptialem.* Donatiſtæ in collat. Carth. p. 486. a. *Intrans rex videre recumbentes, vidit illic hominem non habentem veſtimentum nuptiale.* Juvencus l. 3. p. 71. g.

*At rex ingreſſus, convivia læta reviſit:*
*Hic videt indutum pollutæ veſtis amictu,*
*Lætitiæ thalami fuerat quæ diſſona longè.*

℣. 12. Textui Colb. conſonat Mſ. S. Germ. 1. cum utroque Corb. Itidem Clarom. niſi quòd hab. *introiſti,* pro *veniſti.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. *intraſti,* ut in Vulgata. Cantabrig. *Et dicit ei: Amice, quomodo veniſti hic non habens veſtem nuptialem? Qui autem obmutuit.* Nec diſſimile Græcum eſt, niſi quòd hab. Ὁ δὲ, pro *Qui autem;* Cantabrig. Græc. Ὃς δέ. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. c. *Et dicit ei: Amice, quomodo veniſti huc non habens indumentum nuptiarum?* deinde, *Illo autem obmuteſcente,* &c. quæ infra. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 208. h. *Et ait illi: Amice, quomodo huc veniſti non habens veſtimentum nuptiale? At ille obmutuit:* ſed infra, 209. a. legit: *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Ambroſius epiſt. 43. col. 971. a. *Amice, quomodo huc veniſti ad nuptias?* Auguſt. in Joh. 2. to. 3. 366. a. *Amice, quid huc veniſti? Et ſicut ille obmutuit, ita,* &c. at ſerm. 90. to. 5. 489. d. e. *Et ait illi: Amice, quomodo huc veniſti non habens veſtem nuptialem?* Similiter habet Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambroſ. col. 599. e. Donat. verò in collat. Carth. p. 486. a. ſimpliciter: *Et ait illi: Amice, quomodo huc veniſti? Ille autem obmutuit.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 716. g. *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Itidem Auctor op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. ſed addit: *Et obmuteſcet.* Juvencus l. 3. p. 71. h.

*Iſque ubi regalis ſermonis pondere cauſas*
*Reddere pro veſtis maculis & labe jubetur,*
*Oppreſſo tacuit non puri pectoris ore.*

℣. 13. Mſs. S. Germ. ambo: *Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis pedibus ejus & manibus, mittite eum in tenebras,* &c. quæ ſupra. Corb. 1. *Tunc juſſit miniſtris: Tollite eum, ligatis pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras,* &c. Corb. 2. cum Clarom. *Tunc rex dixit miniſtris: Tollite illum manibus & pedibus, & mittite eum in tenebras,* &c. Cantabrig. *Tunc ait rex miniſtris: Tollite eum pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras,* &c. Maj. Mon. *Alligate eum manibus & pedibus, & mittite in tenebras,* &c. Græc. Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, &c. al. χεῖρας καὶ πόδας· al. deeſt ἄρατε αὐτὸν, καὶ· al. exſtat βάλετε. Iren. l. 4. c. 36. p. 279. d. *Dixit rex miniſtris: Tollite eum à pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras, quæ ſunt exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. h. *Tunc dixit rex miniſtris: Tollite eum pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 629. c. *dentium frendor in exterioribus tenebris.* Hilar. in Pſ. 149. col. 593. f. *Vincti enim manibus & pedibus, in exteriores tenebras deputantur:* & in Matth. 22. col. 720. f. *Hic itaque tollitur, & in exteriores tenebras mittitur.* Ambroſ. l. de apol. Dav. col. 699. c. *Tollite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium:* & l. 7. in Luc. col. 1448. b. *Tollite, & mittite illum in tenebras exteriores:* & col. 1460. c. *& mittetur in tenebras exteriores: illic erit fletus,* &c. Ambroſiaſt. p. 100. d. *Tollite illum, &, ligatis manibus & pedibus, mittite in tenebras exteriores.* Vict. Tun. de pœnit. apud Ambroſ. col. 599. e. *Tollite eum, ligatis manibus & pedibus, & mittite in tenebras exter. illic erit plo-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Marc. 12. 13. Luc. 20. 20. 15. Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt ut caperent eum in sermone.

16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum:

17. dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non?

18. Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

19. ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

20. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio?

Rom. 13. 7. 21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Red-

VERSIO ANTIQUA.

14. Multi autem sunt vocati, pauci verò electi. Ex Ms. Colbert.

15. Tunc abierunt Pharisæi, & consilium fecerunt ut eum caperent in sermone.

16. Et miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personas hominum:

17. dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, aut non?

18. Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

19. ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

20. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio?

21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis Jesus:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ratio, & stridor dentium.* Hieron. epist. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 10. e. *Tollite illum, ligatis manibus & pedibus, & mittite eum in tenebras exter. ubi erit fletus, & stridor dentium.* August. serm. 90. to. 5. 489. f. *Ligate illi manus & pedes, & mittite illum in tenebras,* &c. & in Joh. 2. & 9. to. 3. 370. c. 372. a. 591. e. necnon l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. 561. d. 563. f. *Ligate illi manus & pedes, & projicite eum in tenebras exteriores.* Donat. in collat. Carthag. p. 486. a. *Et dixit rex ministris suis: Auferte illum pedibus & manibus, & mittite illum in tenebras exteriores: illic erit ploratio, & stridor dentium.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. d. 176. d. *Tunc dicet rex ministris: Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* Juvencus l. 3. p. 71. h.

*Et tunc conversus famulis rex præcipit illum,*
*Connexis manibus pedibusque, & corpore toto,*
*In tenebras raptum mox præcipitare profundas:*
*Illic stridor erit vasti sine fine doloris,*
*Et semper fletus,* &c.

℣. 14. Mss. S. Germ. ambo, & Clarom. textui Colb. consonant; Corb. verò uterque, cum Cantabr. & S. Gat. Vulgatæ; cui etiam Græcum favet. Vulgatæ pariter succinit Iren. l. 4. c. 36. p. 279. d. necnon Hilarius in Ps. 64. col. 164. c. nisi quòd habet: *Multi enim vocati sunt, sed pauci electi:* & in Matth. 22. col. 721. a. *Quia multi vocati sunt, & pauci electi.* Juvencus l. 3. p. 71. h.

..... *Multis nam sæpe vocatis,*
*Paucorum felix hominum selectio fiet.*

℣. 15. Ms. Corb. 1. *Tunc abierunt Pharisæi, & consilium fecerunt ut in sermone eum caperent.* Corb. 2. cum Claromont. *Tunc abierunt Pharisæi, & consilium fecerunt ut caperent eum in verbo.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Tunc euntes Pharisæi, consilium ceperunt quomodo eum captarent in verbo.* Nec absimile Græcum est: Mss. tamen aliqui, loco συμβούλιον ἔλαβον, habent συμβ. ἐποίησαν. Et Hilar. in hunc loc. col. 721. c. *Tunc abierunt Pharisæi, & consilium fecerunt ut eum caperent in verbo.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 76. Vulgatæ assentit: sed infra legit: *abierunt, & consilium acceperunt ut eum cap. in sermone.* Juvencus l. 4. p. 71. h.

*Talia dicentem confestim factio frendens*
*Tentare aggreditur verbis cum fraude malignis.*

℣. 16. Ms. Corb. 1. *Et immiserunt discipulos suos...... & viam Dei in verit. doces, & de nullo tibi cura est: non enim accipis personam hominum.* Claromont. *Et mittunt ei discip. suos..... & viam Domini in verit. doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis in personas hominum.* Cantabr. *Et mittunt ad eum discip. suos..... & viam Dei in verit. doces, & non pertinet ad te de nullo: non enim respicis ad faciem hominum.* S. Germ. 1. Corb. 2. Maj. Mon. S. Gat. & Græc. ut in Vulgata, nisi quòd priores 3. habent *personas hominum;* Maj. Mon. *in personam;* Græc. εἰς πρόσωπον· al. deest εἰς. Ms. S. Germ. 2. nil omnino differt à Vulg. nec etiam Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. at infra, p. 180. b. legit, *personas hominum.* Auctor verò l. de promiss. p. 2. c. 22. p. 147. c. *Magister, scimus quia in veritate doces, & nullius personam accipis.* Juvencus l. 4. p. 71. h.

*Certum est veridicum te nunc venisse magistrum,*
*Nec quemquam metuens, Domini vestigia servas.*

℣. 17. Mss. S. Germ. 1. & Clarom. concordant cum textu Colb. mutato uno *dare*, cum *dari*. Corb. ambo, hoc prætermisso priori, *dic ergo nobis*, subdunt: *quid tibi videtur, licet tributum* (Corb. 2. *censum*) *dari Cæsari, aut non?* A Cantabrig. etiam abest istud, *dic ergo nobis;* sequitur verò: *quid tibi videtur, licet dare censum Cæsari, aut non?* Sangerm. 2. delet tantùm *nobis;* cætera ut in Vulgata. Græc. eidem Vulg. respondet ad verbum. Apud Tertul. l. de idol. c. 15. p. 244. a. rogatur similiter, *præstandusne esset census Cæsari, an non.* Apud Hilar. in Matth. 22. p. 721. d. *an reddi tributum Cæsari oporteret.* Apud Ambros. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. b. *licet tributum dari Cæsari, an non?* Apud Hieron. l. 3. in epist. ad Tit. to. 4. 433. f. *licet Cæsari dare tributum, an non?* Apud Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 20. c. *dic nobis, licet censum dare Cæsari, aut non?* Ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. *dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, aut non?* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 22. p. 147. c. post hoc ult. de ℣. præced. *& nullius personam accipis,* subdit: *licet tributum dare Cæsari, an non?* fortè è Lucæ c. 20. ℣℣. 21. 22. Juvencus l. 4. p. 71. h.

*Dic ergo, an liceat nostræ dissolvere genti*
*Cæsaris urgentis semper sub lege tributum.*

℣. 18. Itidem Mss. S. Germ. duo, S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 1. & Clarom. nisi quòd iste habet *dixit*, pro *ait;* ille delet vocem ult. *hypocritæ.* Corb. 2. *Cognovit autem Jesus nequitiam eorum, & ait: Quid me tent. hypocritæ?* Cantabrig. *Sciens autem Jesus malitiam eorum, dixit: Quid me tent. hypocritæ?* nec refragatur Græcum. Hilar. in hunc loc. col. 721. d. *Qui interna cogitationum secreta cognoscens, afferri sibi,* &c. quæ infra. Ambr. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. b. & epist. 7. col. 781. b. *Quid me tentatis hypocritæ?* Similiter Auctor l. de promiss. p. 2. c. 22. p. 147. c. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. Ap. Juvenc. l. 4. p. 72. a. ita:

*Ille sed inspiciens sævi penetralia cordis,*
*Cur tentatis, ait, nunc me concludere verbis?*
*Fallacis mentis prodit* (al. *perdit*) *fallacia fructum.*

℣. 19. Similiter habent Mss. S. Germ. cum Corb. Clarom. S. Gat. &c. & Græco. Solus Cantabrig. legit: *ostendite mihi denarium census. Qui autem obtulerunt ei denarium.* Tertul. de idol. c. 15. p. 244. a. ait: *monetam ostendi sibi Dominus postulavit.* Hilar. in Matth. 22. col. 721. d. *afferri sibi denarium jussit.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. b. & epist. 7. col. 781. b. *ostendite mihi numisma census.* Itidem Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. e. 177. a. subjunctis his quæ supra. Auctor l. de prom. p. 2. c. 22. p. 147. c. *adferte mihi numisma census. At illi adtulerunt ei denarium.* Juvencus l. 4. p. 72. a. hunc versiculum non reddit.

℣. 20. Concinit Ms. Corb. 2. sicut etiam S. Germ. 2. & Claromont. detracta conjunct. *Et*, ante *ait*. Corb. 1. *Ait illis Jesus: Cujus est hæc imago, aut superscriptio?* S. Germ. 1. *& suprascriptio?* Cantabrig. *Dicit eis Jesus: Cujus imago hæc, & inscriptio?* Græc. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη, καὶ ἡ ἐπιγραφή; quidam ipso initio delent Καὶ, alii verò addunt ὁ Ἰησοῦς, sequenti αὐτοῖς. Tertul. l. de idol. c. 15. p. 244. a. ait: *Et de imagine, cujus esset, requisivit.* Hilar. in hunc loc. col. 721. d. *Et quæsivit cujus & inscriptio esset, & forma.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. c. *Cujus est imago, & superscriptio?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. e. *Et ait illis Jesus,* &c. ut in textu; infra tamen, 177. a. tollit nomen *Jesus.* Auctor l. de prom. p. 2. c. 22. p. 147. c. *Et Dominus: Cujus est imago, & superscriptio?* Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Aspicite in nummum, sculptique numismatis æra.*

℣. 21. Ms. S. Germ. 2. *Dicunt: Cæsaris. Tunc ait illis Jesus,* &c. ut in Vulgata. Clarom. *Dicunt ei: Cæsaris. Tunc dixit illis Jesus,* &c. Sic etiam legit Corb. 1. sed ad-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.

22. Et illi audientes, mirati sunt, & relicto eo abierunt.

23. In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogaverunt eum,

24. dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratris sui.

25. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ducta, defunctus est, non habens semen: & reliquit uxorem suam fratri suo.

26. Similiter secundus, & tertius, usque ad septimum.

27. Novissimè autem omnium & mulier defuncta est.

28. In resurrectione autem cujus erit de septem uxor? omnes enim eam habuerunt.

VULGATA NOVA.

dite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.

22. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

23. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogaverunt eum, Act. 23. 18.

24. dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Deuter. 25. 5. Marc. 12. 19. Luc. 20. 28.

25. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

26. Similiter secundus, & tertius, usque ad septimum.

27. Novissimè autem omnium & mulier defuncta est.

28. In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dit: *Reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.* Cantabrig. *Tunc dicit eis: Reddite quæ Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo.* Ita quoque Græc. habet, addito uno οὖν, *igitur*, verbo *Reddite*. Sangerm. 1. Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Iren. l. 3. c. 8. p. 182. e. ait: *Cæsari quidem, quæ Cæsaris sunt, reddi jubet; & quæ Dei sunt, Deo.* Tertul. l. de idol. c. 15. p. 244. a. *Cùm audisset, Cæsaris: Reddite, ait, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo:* similiter l. de fuga in perf. p. 974. a. necnon l. de coro. mil. c. 12. p. 293. a. & l. cont. Gnost. p. 833. b. deleto uno *sunt*, ante vocem *Dei*. Hilar. in hunc Matth. loc. col. 721. d. e. *Pharisæi responderunt Cæsaris eam esse. Quibus ait Cæsari redhibenda esse, quæ Cæsaris sunt; Deo autem reddenda esse, quæ Dei sunt.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 8. col. 524. c. & epist. 7. col. 781. b. cum Vulgata consentit: sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. necnon Hieron. l. 3. in epist. ad Titum, to. 4. 433. f. detracta conjunct. *ergo*. August. epist. 127. to. 2. 375. f. & in Joh. 8. to. 3. col. 569. c. 571. d. *Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt; & Deo, quæ Dei sunt:* itidem in Rom. 13. to. 3. 920. g. & in Ps. 94. & 115. to. 4. 1023. e. 1271. e. at in Ps. 4. col. 15. b. & l. 1. cont. ep. Parmen. to. 9. 22. a. *Viso nummo, ait: Reddite Cæsari, quod Cæsaris est; & Deo, quod Dei est.* Auct. l. de prom. p. 2. c. 22. p. 147. d. *Dixerunt: Cæsaris. Reddite, ait Dominus, Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & Deo, quæ Dei sunt.* Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. e. *Reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.* Fulg. ser. 10. p. 573. *Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt; & quæ sunt Dei, Deo.* Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Cæsaris expressum proprium* (al. *promptum*) *est ibi cernere vultum:*
*Solvite nunc illi proprium sub lege tributum;*
*Atque Deo proprium legis servetis honorem.*

℣. 22. Ms. Corb. 2. *Illi autem audientes, mirati sunt,* &c. quæ supra. Claromont. *His autem auditis, mirati sunt, & relicto eo recesserunt.* Cantabrig. cum Sangerm. duobus, S. Gat. &c. Vulgatæ consonat. Sic etiam Corb. 1. nisi quòd hab. *recesserunt*, pro *abierunt*. Græc. Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν, καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον. Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. a. hunc versiculum tacet.

℣. 23. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. & Claromont. textui accedunt. Itidem Cantabrig. præterquam quòd hab. *dicentes*, loco *qui dicunt*; cui Græc. favet. Corb. 1. leg. *negantes resurrectionem mortuorum*; omittit verò seqq. *& interrogaverunt eum.* Tertul. l. de præscr. c. 45. p. 340. b. *Taceo*, inquit, *Sadducæos, qui... ausi sunt... resurrectionem carnis negare.* Hilar. in hunc Matth. loc. col. 722. a. *In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem.* Concinit Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. e. 177. e. subnexis his, *& interrogaverunt eum.* Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Post, Sadducæi* (al. *Inde Saducæi*) *tali cinxere latratu.*

℣. 24. Ms. Clarom. textui Colb. congruit, nisi quòd hab. *filios*, loco *filium*. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. ut in Vulgata. Maj. Mon. *dicentes: Magister, Moyses mandavit nobis: Si quis mortuus fuerit, & non habens filium,* &c. Corb. 1. *& dixerunt ei: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filios, ut frater ejus uxorem illius accipiat, & suscitet semen fratri suo.* Cantabrig. *dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filios, ut nubat fratri suo, & excitet semen fratri suo.* Græc. λέγοντες· Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν· Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ· al. Ἵνα ἐάν τις· post paulò, τέκνον, non τέκνα; dein, ἐπιγαμβρεύσῃ..... καὶ ἀναστῇ· al. ἵνα ἐπιγαμβρεύσει. Tertul. l. de monog. p. 954. a. *In lege præcipitur, ut quis fratris sui uxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat, ad suscitandum fratri suo semen.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Mosea qui legum posuit præcepta, jubere:*
*Si quis conjugium properata morte relinquet,*
*Pignoribus mediis nondum de germine cretis,*
*Hujus germano rursus sociabile vinclum*
*Deberi, generis pereat ne portio lapsi.*

℣. 25. Ms. Corb. 1. *Erant ergo apud nos septem fratres: & primus uxorem duxit, & defunctus est, non relicto semine: & reliquit uxorem suam fratri suo.* Claromont. *Erant ergo apud nos septem fratres: & primus uxorem duxit, & mortuus est, & non habens semen: & reliquit,* &c. S. Germ. 2. *relinquens*. Cantabrig. *Erant apud nos septem fratres: & primus nubens, mortuus est: & non habens semen, dimisit uxorem suam fratri suo.* S. Germ. 1. Corb. 2. Maj. Mon. Vulgatæ respondent, & Græco. Item Ms. S. Gat. nisi quòd hab. *mortuus est*. Eidem Vulgatæ consentit Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. Arnob. Afer verò, annot. in Evang. p. 333. f. legit: *Fuerunt apud nos septem fratres: primus eorum, uxore ducta, non relictis filiis, mortuus est: & reliquit uxorem suam fratri suo.* August. quæst. 32. in Matth. to. 3. 245. f. sic contrahit: *Fuerunt apud nos septem fratres: & unus, accepta uxore, obiit; & secundus, & cæteri.* Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Finibus in nostris septem germana fuerunt*
*Corpora: sed major natu, cùm vincula nuptæ*
*Sumpsit, præceleri cecidit sub acumine mortis.*

℣. 26. Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. Clarom. & Cantabr. *Similiter & secundus, & tertius, usque ad septimum;* solus Cantabrig. *usque ad septem.* S. Germ. 1. *Similiter secundus, & tertius, & usque ad septimum.* Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Colb. & Vulgata. Græc. Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά· Ms. 1. τρίτος, καὶ ὁ τέταρτος, &c. unde Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. f. *Similiter & secundus, & tertius, & quartus, usque ad septimum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. ut in textu superiori. Juvencus l. 4. p. 72. a.

*Post, alius frater thalami sine fructibus æquè*
*Concidit, & cuncti jacuere ex ordine fratres;*
*Unius & cunctos fletus gemuere maritæ.*

℣. 27. Itidem Mss. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. Sangerm. 2. verò, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ferunt, *Novissima autem omnium,* &c. Cantabrig. *Novissimè autem omnium mortua est & mulier:* cui favet Græcum. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 333. f. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. textui Colb. accinunt ad verbum. Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Post, ipsam rapuit gelidæ inclementia mortis.*

℣. 28. Mss. S. Germ. 1. Corb. ambo, Cantabrig. Claromont. S. Gat. &c. *In resurrectione ergo,* &c. quæ in Vulgata. Ita quoque in Græco est. In Claromont. *eam habuerunt.* Sangerm. 2. tollit *eam*. Græci cod. 2. addunt ἔχων

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.
30. In resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo.
31. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis:
Exod. 3. 6. 32. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.
33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus.
34. Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum:
Marc. 12. 28. 35. & interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum:
Luc. 10. 25. 36. Magister, quod est mandatum magnum in Lege?

VERSIO ANTIQUA.

29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. Ex Ms. Colbert.
30. In resurrectione enim, neque nubent, neque ducunt uxores: sed sunt sicut angeli in cœlo.
31. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est vobis à Deo dicente:
32. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed vivorum.
33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus.
34. Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt ad eum:
35. & interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum, & dicens:
36. Magister, quod est mandatum magnum in Lege?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτὴν γυναῖκα· unde Arnobius Afer, annot. in Evang. p. 333. f. legere potuit, ni mavis è Lucæ 20. 33. *In resurrectione ergo cujus eorum erit uxor? nam omnes septem habuerunt illam uxorem.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. ut in Vulgata. Hilar. in eundem loc. col. 722. b. c. *cujus uxor sit deputanda de septem.* Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Si venient igitur cuncti sub lumina vitæ,*
*Cujus connubiis mulier reddenda resurget?*

℣. 29. Ita ferunt Mss. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. & Gr. Itidem Clarom. nisi quòd hab. initio, *Respondens Jesus, dixit.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit eis: Erratis..... nec virtutem Dei.* Iren. l. 4. c. 5. p. 232. c. *Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Similiter Hilar. in hunc Matth. loc. 722. c. necnon Hieron. in Isai. 65. col. 478. d. & August. in Ps. 43. to. 4. 376. c. ac l. de bono viduit. to. 6. 377. b. Item Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. at infra, p. 179. a. d. legit: *Nescitis Scripturas.* Philastr. Brix. de hæres. p. 708. b. *Nescitis Scripturas, & virtutem earum ignoratis.* Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Ollis Christus ait: Errori obnoxia pravo*
*Legibus & jussis Domini mens dura resistit.*

℣. 30. Ms. Corb. 2. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. *In resurrectionem enim, neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut angeli Dei in cælo.* Itidem Corb. 1. præter hoc, *In resurrectione.* Claromont. cum Cantabrig. *neque nubunt, neque nubuntur: sed sunt sicut angeli in cælo;* Cantabrig. transfert *sunt*, in finem. Ita quoque in Græco est, adjuncto uno, τοῦ Θεοῦ, ad vocem *angeli.* Sangerm. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Tertul. l. de monog. p. 956. a. alludens dicit: *In illo ævo, neque nubent, neque nubentur: sed erunt æquales angelis:* & l. de resur. carn. p. 592. c. *erunt tanquam angeli:* & l. 3. advers. Marc. p. 672. c. *erunt enim sicut angeli:* vide etiam l. 5. p. 792. c. & l. 1. ad uxor. c. 1. p. 274. a. Hilar. in Matth. 22. col. 722. d. *non nubent, neque nubentur... sed erunt similes angelis Dei.* Zeno Veron. l. 1. tr. 5. p. 49. *neque nubunt, neque nubentur: sed sicut angeli erunt.* Ambros. l. 1. de virginit. to. 2. 159. a. *In resurrectione autem, neque nubent, neque ducent uxores: sed erunt sicut angeli in cælo:* & infra, c. 6. col. 220. c. *Qui enim non nubunt, neque ducunt uxores, erunt sicut angeli in cælo:* vide pariter in Ps. 118. col. 1227. e. & l. 5. de fide, col. 564. f. & l. de Spir. S. col. 618. a. Hieron. in Isai. 65. to. 3. 478. d. *In resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur: sed erunt similes angelorum.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 182. d. *In resurrectione enim, neque nubent, neque uxores ducent: sed erunt sicut angeli Dei in cælis:* & l. 2. col. 208. e. *In resurrectione erunt sicut angeli in cælis:* item col. 229. b. *In resurr. neque uxores ducent, neque nubent: sed erunt sicut angeli in cælis:* rursus l. cont. Adim. to. 8. 124. f. *non nubent, neque uxores ducent: sed erunt sicut angeli in cælis:* vide etiam l. 9. de Gen. ad lit. to. 3. 248. d. at in Joh. 3. 387. c. & l. de agone Chr. to. 6. 261. b. habet: *sed erunt æquales angelis Dei*, fortè ex Lucæ 20. 36. Philastr. Brix. de hæres. p. 708. b. *Nam in die judicii, non nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 176. ut in Vulgata: sed infra, 179. e. legit, *neque nubent, neque uxores ducent: sed erunt*, &c. supra, *sed sunt.* Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Namque sequenda dehinc læta reparatio vitæ,*
*Non thalamos novit, non terra gaudia vana:*
*Sed similes levibus Genitoris justa ministris*
*Constituet regni virtus sublimis in aula.*

℣. 31. Mss. Clarom. & Cantabrig. textui Colb. respondent & Græco. Sangerm. verò ambo, cum totidem Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Iren. l. 4. c. 5. p. 232. e. *De resurrectione enim mortuorum non legistis quid dictum est à Deo dicente.* Hilar. in Matth. 22. col. 722. e. & in Ps. 137. col. 500. a. *non legistis quod dictum est vobis à Deo dicente.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. *Et de resurrectione autem mortuorum non legistis*, &c. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 4. p. 72. b. nil simile exstat.

℣. 32. Mss. Corb. 1. Claromont. & Cantabrig. concordant ad verbum cum textu Colbert. Corb. 2. verò, S. Germ. 2. & Maj. Mon. cum Vulgata. S. Germ. 1. & S. Gat. ferunt, *Non est Deus mort. sed Deus viventium.* Græc. Ὀυκ ἔςιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων à pluribus autem abest 1. ὁ Θεός. Iren. l. 4. c. 5. p. 232. e. cum Vulgata concinit ad verbum. Sic etiam Hilar. in Ps. 137. col. 500. a. & in Matth. 22. col. 722. e. at in Ps. 51. & 135. col. 77. c. 484. b. legit: *Non est Deus mort. sed vivorum;* fortè è Marco 12. 27. Tertul. l. de anima, p. 490. c. *Deus enim vivorum, non mortuorum.* August. in Joh. 11. to. 3. 625. d. ead. habet quæ in textu Colb. Vide Marc. 12. 26. 27. & Luc. 20. 38. Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Nec Deus illorum dominum se ponere mavult,*
*Qui tetram proni meruerunt sumere mortem,*
*Sed potiùs vitæ possunt qui prendere lucem.*

℣. 33. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 1. Clarom. verò, & Corb. 2. legunt: *Et cùm audissent turba, mirab.* &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Et audientes Scribæ, mirab.* &c. Cantabrig. *Et audientes turba, stupebant super doctrina ejus.* Græc. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ, &c. Juvencus hunc versiculum cum sequenti non reddit.

℣. 34. Ms. Corb. 2. *Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuit Sadducæis, convenerunt ad eum.* Clarom. *quòd silentium imposuit Sadducæis, congregati sunt adversùs eum.* Cantabrig. *quia ommutuit Sadducæos, congregati sunt ad eum.* Græc. ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Mss. S. Germ. duo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt; sicut etiam Auctor op. imp. in Matth. homil. 42. p. 180. d. Hilar. verò in eundem loc. col. 723. a. legit: *Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, congregati sunt adversùs eum;* ut in Claromont. supra.

℣. 35. Textui Colb. consonant Mss. Clarom. & Corb. 2. Sic etiam Cantabrig. nisi quòd loco *legis doctor*, habet *jurisperitus.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. delet tantùm *eum*, post *interrogavit:* tollit quoque Græcum, sed in fine addit, καὶ λέγων, quod omittit Ms. unus, si Millio fides. Tertul. l. de carne Chr. p. 546. c. *ecce surrexit legis doctor, tentans eum.* Hilar. verò in Matth. 22. col. 723. a. *& interrogavit eum unus ex his legis doctor.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 180. c. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Ecce alii rogitant*, &c.

℣. 36. Ita ferunt Mss. S. Germ. duo, totidemque Corb. ac Maj. Mon. Clarom. verò habet: *Magister, quod mandatum maximum est in Lege?* Cantabrig. *Magister, quod mandatum in Lege majus?* S. Gat. *quod est primum mandatum magnum*, &c. Græc. ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ Νόμῳ; Hilar. in Matth. col. 723. b. *Pharisæi quærunt, quod mandatum esset potissimum in Lege.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 42. p. 180. e. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Ecce alii rogitant, quæ sit firmissima Legis*
*Regula, quod summum comprendat cætera verbum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

37. Ait illi Jeſus : Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in omni virtute tua.

38. Hoc eſt maximum, & primum mandatum.

39. Secundum autem ſimile eſt huic : Diliges proximum tuum, tanquam te ipſum.

40. In his duobus mandatis univerſa lex pendet, & prophetæ.

41. Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos Jeſus,

42. dicens : Quid vobis videtur de Chriſto ? cujus filius eſt ? Dicunt ei : David.

43. Ait illis : Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens :

VULGATA NOVA.

37. Ait illi Jeſus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Deuter. 6. 5.

38. Hoc eſt maximum, & primum mandatum.

39. Secundum autem ſimile eſt huic : Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Levit. 19. 18.

40. In his duobus mandatis univerſa lex pendet, & prophetæ. Marc. 12. 31.

41. Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos Jeſus,

42. dicens : Quid vobis videtur de Chriſto ? cujus filius eſt ? Dicunt ei : David.

43. Ait illis : Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 37. Mſs. Corb. duo, S. Germ. 2. & Claromont. non differunt à textu Colb. niſi hoc ultimo, *in tota mente tua*, pro *in omni virtute tua :* in Mſ. S. Germ. 1. neutrum habetur. In Cantabrig. verò : *Dicit ei Jeſus : Diligis Dom. De. tuum in toto corde tuo*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *in tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & in tota mente tua.* Maj. Mon. *ex tota anima tua.* Perantiquum Luxov. Lectionarium : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota mente tua, tota anima tua.* Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ. Ἀγαπήσεις.... ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου ( Mſ. 1. addit, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύϊ σου, ) καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· al. ἰσχύϊ, pro διανοίᾳ. Hilar. in hunc loc. col. 723. c. *Reſpondit itaque primum eſſe mandatum : Diliges Dom. Deum tuum in toto corde tuo*, &c. quæ in Vulgata. Zeno Veron. l. 1. tr. 2. p. 21. *Diliges Dom. D. t. ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Anonym. apud Cypr. de rebapt. p. 363. a. *Diliges Dom. D. tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota cogitatione tua.* Victor Tun. apud Ambroſ. p. 594. c. *Diliges Dominum De. tuum ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua.* Ambroſiaſt. p. 227. d. *Diliges..... ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.* Auguſt. l. 2. de Geneſ. to. 1. 680. a. *Diliges Dom. D. tuum*, &c. ut in Vulg. ſimiliter l. de quæſt. to. 6. 13. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 240. f. præter *in toto corde :* at in Joh. 5. to. 3. 425. e. cum Oroſio, l. cont. Pelag. p. 457. d. *Diliges Dom. D. t. ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente* ( Oroſ. *virtute* ) *tua.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. c. *Diliges Dom. D. t. in toto corde tuo, & in tota anima tua.* Auct. quæſt. ex utroque T. q. 111. p. 111. f. *Diliges Dom. D. t. ex toto corde tuo, & ex omni virtute tua.* Juvencus l. 4. p. 72. b.

*Ille indefeſſus nulli reſponſa negabat :*
*Sublimem cœli Dominum devotio cordis*
*Diligat*, &c.

℣. 38. Itidem Mſs. S. Germ. Corb. & S. Gatiani. Claromont. verò, & Maj. Mon. legunt : *Hoc eſt magnum, & primum mandatum.* Cantabrig. *Hoc eſt primum, & magnum mandatum.* Ita quoque in Græco eſt ; al. ἡ μεγάλη, καὶ πρώτη· Mſ. 1. delet μεγάλη ; al. hab. μεγίστη. Hilar. in Matth. 22. col. 723. e. *Hoc eſt magnum, & primum mandatum.* Auguſt. l. 2. de Gen. to. 1. 680. a. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 42. p. 181. d. *Hoc eſt primum, & maximum mandatum.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*..... Eſt iſthæc virtus firmiſſima Legis.*

A pluribus verò Patribus prætermittitur hic verſiculus.

℣. 39. Mſs. Clarom. Cantabrig. & S. Germ. 2. *Secundum autem ſimile huic*, &c. S. Germ. 1. Corb. duo, S. Gat. *ſimile eſt huic*, &c. ut in Vulg. Græc. ὁμοία αὐτῇ, &c. al. αὕτη. Cyprian. l. de unit. Eccl. p. 199. c. *Et ſecundum ſimile huic : Diliges proximum tuum, tanquam te :* ſimiliter l. de exhort. mart. p. 264. a. at l. de orat. Dom. 213. b. *Et ſecundum ſimile eſt huic : Diliges proximum tibi, tanquam te ipſum.* Hilar. in hunc loc. 723. e. *Secundum verò ſimile huic*, &c. ut in Vulgata. Apud Tertul. l. contra Pſych. p. 983. a. *Diligam Deum, & proximum mihi.* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 21. cum Oroſio, l. contra Pelag. p. 457. d. *Et ſecundum ſimile huic : Diliges proximum tuum*, &c. Anon. apud Cypr. l. de rebapt. p. 363. a. *Et diliges proximum tibi, tanquam te.* Julius Firm. l. de err. prof. religion. c. 29. p. 176. h. *Et ſecundum ſimile huic : Diliges proxim. tibi, tanquam te.* Auguſt. l. 2. de Gen. to. 1. col. 680. a. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 181. e. ut in Vulgata, ad verbum : idem Auguſt. in Joh. 5. to. 3. 425. e. necnon Victor Tun. apud Ambroſ. p. 594. c. *Et diliges proximum tuum, tanquam te ipſum.* Itidem Ambroſiaſt. p. 227. d. detracto verbo *diliges.* Ap. Juvencum l. 4. p. 72. c.

*Conſimile eſt iſti : Magno teneantur amore*
*Ad jus fraternum juſtæ penetralia mentis.*

℣. 40. Ita ferunt Mſs. Corb. 2. S. Germ. 2. & S. Gatiani. Corb. 1. *Et in his duobus mand. univerſa lex pendet*, &c. S. Germ. 1. & Clarom. *tota lex pendet*, &c. Maj. Mon. *pendet tota lex*, &c. Cantabrig. *totum verbum pendet*, &c. Græc. ὅλος ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται κρέμανται· al. ὅλος ὁ νόμος κρέμαται, καὶ οἱ, &c. Tertul. adv. Pſych. p. 983. a. *In his enim duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ.* Accinunt magno conſenſu Cypr. l. de unit. Eccleſ. p. 199. c. & l. de exhort. mart. p. 264. a. Julius Firm. l. de erro. prof. relig. p. 176. h. Auguſt. quæſt. 33. in Matth. to. 3. 245. f. & in Joh. 4. ibid. 419. c. 425. e. necnon Anonymus ap. Cypr. l. de rebapt. p. 363. a. niſi quòd priores tres tollunt conjunct. *enim.* Zeno Veron. l. 1. tr. 2. p. 21. legit pariter : *In his duobus præceptis pendet omnis lex, & prophetæ.* Rurſum Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in m. to. 3. 231. b. d. *In his autem duobus præceptis*, inquit, *non tantùm ait, lex pendet, & prophetæ ; ſed etiam addidit, tota lex, & prophetæ ;* Mſs. 10. *& omnes prophetæ :* hunc etiam vide l. 2. de Gen. to. 1. 680. a. Hilarius in hunc loc. col. 723. e. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. d. & Auctore q. ex utroq. T. q. 111. p. 111. d. necnon Ambroſiaſt. p. 227. d. *In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ.* Anon. apud Ambr. to. 2. col. 3. b. *In his duobus univerſa lex pendet, & prophetæ.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*His etenim geminis dependent omnia juſſis.*

℣. 41. Itidem Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. ſolus Cantabrig. *Collectis autem Phariſæis*, &c. Græc. Συνηγμένων δὲ τῶν, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. e. ut ſup. in textu. Juvencus hunc verſiculum tacet.

℣. 42. Similiter habent Mſs. S. Germ. 1. Corb. 1. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. & Græc. Solus Sangerm. 2. extremò legit : *Dicunt ei omnes : David.* Corb. 2. *cujus filium dicunt ? David.* Hilar. in hunc loc. col. 724. a. *Requirit quid illis videretur Chriſtus ; cujuſnam filius futurus eſſet. Qui reſponderunt : David.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 568. e. cum Vigilio Tapſ. l. 3. de Trin. *Quid vobis videtur de Chriſto ?* &c. ut in Vulg. & textu Colbertino. Auguſt. in Joh. 10. to. 3. 615. a. *ait illis : Quid vobis videtur de Chriſto ? cujus filius eſt ? Reſponderunt ſecundùm opinationem ſuam : David :* & in Pſ. 33. to. 4. 212. a. *cujus filium eſſe dicitis Chriſtum ? Et reſponderunt : Filium David.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. e. *Quid vobis vid. de Chriſto ? cujus filius eſt ? Reſponderunt : David.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Sed vobis cujus ſoboles ventura videtur*
*Chriſtus, quem cuncti ſpondent in ſæcla prophetæ ?*
*Reſpondent illum Davidis germine naſci.*

℣. 43. Concinunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. Clarom. Cantabr. S. Gat. &c. Corb. 1. hab. *Ait illis Jeſus : Quomodo*, &c. quæ ſup. Similiter in Sangerm. 2. hoc excepto, *vocat eum in ſpiritu Dominum, dicens :* Græc. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· al. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Hilarius in hunc loc. col. 724. a. *Quibus ait : Quomodo in ſpiritu Dominus à David nuncuparetur, qui ejus filius futurus eſſet ; & quomodo ab eo dictum eſſet*, &c. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 568. e. *Ait illis Jeſus : Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens.* Auguſt. in Joh. 10. to. 3. 615. a. *Reſpondit eis : Quomodo ergo David in ſpiritu dicit eum Dominum, dicens :* & in Pſ. 33. to. 4. 212. a. *Et ille : Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, ubi ait :* & in Pſ. 109. 1230. a. *Quomodo ergo David in ſpiritu di-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Psalm. 109. 1. Luc. 20. 42. 44. Dixit Dominus Domino meo : sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum ?

45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est ?

46. Et nemo poterat ei respondere verbum : neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ampliùs interrogare.

VERSIO ANTIQUA.

44. Dixit Dominus Domino meo : sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis ? Ex Ms. Colbert.

45. Si ergo David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est ?

46. Et nemo poterat respondere ei verbum : neque ausus est quisquam ex illa die interrogare eum ampliùs.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cit eum Dominum ?* & in Ps. 10. col. 58. c. *Si filius David Christus est, quomodo in spiritu vocat eum Dominum, dicens.* Leo M. serm. 28. p. 83. c. *Quomodo illum Dominum suum David in spiritu vocat, dicens.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. e. *Et dixit eis : Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat, si filius ejus est ?* & infra : *Et quomodo David eum in spiritu Dominum vocat ?* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Prosequitur Christus : Cur illum dicere David*
*Divino flatu scriptum est, Dominumque Deumque,*

dein è ℣. 45.

*Quod proprio patrem non æquum est dicere nato.*

℣. 44. Ms. Clarom. extremò hab. *donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis ?* Cantabrig. *subtus pedes tuos ?* Sangerm. & Corb. ambo, necnon S. Gat. Vulgatæ respondent, & Græco. Mss. tamen plures loco ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, ferunt ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου. Hilar. in hunc loc. col. 724. a. cum Vulgata consentit; sicut Ambr. l. 5. de fide, to. 2. 568. e. & S. Leo serm. 28. p. 83. c. At August. in Ps. 10. to. 4. 58. c. & in Ps. 109. col. 1230. a. *Dixit Dominus Dom. meo : sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis :* similiter in Ps. 33. col. 212. a. nisi quòd habet, *omnes inimicos tuos :* & in Joh. 10. to. 3. 615. b. *sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis ?*

℣. 45. Mss. S. Germ. 2. cum Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. concordant cum textu Colb. Ita quoque Cantabrig. deleto ultimo *est.* Clarom. *Si ergo David in spiritu vocat..... quomodo ergo filius ejus est ?* Græc. Vulgatæ consonat : Mss. tamen plerique addunt ἐν πνεύματι, ad *David.* Item Hilar. in Ps. 138. col. 504. e. *Si David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo dicitis, quòd filius ejus est ?* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 568. f. *Si ergo David in spiritu vocat eum Dom. quomodo filius ejus est ?* & l. 3. de Spir. S. col. 687. b. *Si enim David in spiritu vocat eum, &c.* & l. de apol. Dav. col. 715. e. *Si David Dominum illum vocat, quomodo ejus filius est ?* August. in Ps. 33. & 109. to. 4. 212. a. 1230. a. *Si ergo David in spiritu vocat, &c.* ut in textu. Itidem Vigil. Taps. l. 3. de Trin. rursumque August. in Joh. 10. to. 3. 615. b. nisi quòd hab. *in spiritu dicit*, non *vocat.*

℣. 46. Ms. S. Germ. 1. *Et nemo poterat respondere ei verbum : neque ausus fuerit quisquam, &c.* ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Nemo poterat respondere ei unum verbum : neque ausus fuit, &c.* Clarom. *neque ausus est, &c.* ut in Vulgata. Cantabrig. *neque ausus est aliquis ex illa hora interrogare eum ampliùs.* Corb. duo, S. Gat. &c. ut in Vulgata ad verbum : nec absimile Græc. est, nisi quòd proximè ponit ἐπερωτῆσαι, *interrogare*, post vocem ἡμέρας, pro qua Mss. quidam hab. ὥρας. Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 568. f. *Et nemo poterat ei respondere verbum.* August. in Ps. 33. to. 4. 212. a. *Et non potuerunt illi respondere.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 182. d. *Et nemo poterat respondere ei verbum : neque ausus est quisquam ex illa hora eum ampliùs interrogare.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Talia Salvator : cuncti obstupuere silentes.*

# CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. Tunc Jesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos,

2. dicens : Super cathedram Moysi sederunt
2. Esd. 8. 4. Scribæ, & Pharisæi.

3. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate, & facite : secundùm opera verò eorum nolite facere : dicunt enim, & non faciunt.

Luc. 11. 46. Act. 15. 10. 4. Alligant enim onera gravia, & importa-

VERSIO ANTIQUA.

1. Tunc Jesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, Ex Ms. Colbert.

2. dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.

3. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate, & facite : secundùm autem facta eorum nolite facere : dicunt enim, & ipsi non faciunt.

4. Alligant autem onera gravia, & importa-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinunt Mss. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet : *Tunc locutus est Jesus turbis, & discipulis suis.* Ita quoque ap. Hilar. in hunc loc. 724. d. sicut in Gr. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 43. textui Colb. favet, & Vulgatæ. Apud Juvenc. l. 4. p. 72. c.

*Ille sed accitâ credentum plebe, profatur.*

℣. 2. Itidem Mss. Corb. ambo, Clarom. S. Gat. &c. sicut etiam S. Germ. 2. & Cantabr. nisi quòd hi duo ferunt *Super cathedra.* S. Germ. 1. *Super cathedra Mosi ;* Græc. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας. Iren. l. 4. c. 12. p. 241. b. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, &c.* Accinit Hilar. in Ps. 1. 2. & 138. col. 18. e. 28. b. 508. c. & in Matth. 23. col. 724. d. Item Ambros. in Ps. 43. col. 913. f. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. nisi quòd prior scribit *Moysis*, alter *Mosi.* August. in Joh. 1. 10. & 21. to. 3. 327. d. 604. e. 814. f. *Scribæ, & Pharisæi cathedram Moysi sedent :* & ep. 208. to. 2. 775. g. *super cath. Moysi sedent :* similiter habet l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. 233. e. & l. cont. Adim. to. 8. 134. e. Item Anastas. II. ep. 2. Conc. to. 4. 1281. a. *Scribæ, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent.* Vide Tertul. l. de monog. p. 955. a. Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Aspicite Scribas sublimi sede superbos.*

℣. 3. Ms. Corb. 2. cum Clarom. *Omnia ergo quæcunque..... servate, & facite : secundùm facta verò eorum ne feceritis* (Clarom. *nolite facere :*) *dicunt enim, & ipsi non faciunt.* S. Germ. 2. *secundùm verò opera eorum nolite facere : dicunt enim, & non ipsi faciunt.* Cantabrig. *Omnia ergo quæ dixerint vobis, facite, & custodite : secundùm opera autem, &c.* ut in Vulg. Eidem Vulgatæ S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. consonant ad verbum. Accinit pariter & Græc. nisi quòd ad *vobis*, addit τηρεῖν, *servare ;* deinde τηρεῖτε, καὶ ποιεῖτε, &c. sed al. deest τηρεῖν. Iren. l. 4. c. 12. p. 241. b. *Omnia itaque quæcunque dixerint vobis, custodite, & facite : secundùm autem opera eorum nolite facere : dicunt enim, & non faciunt.* Hilar. in Ps. 1. n. 5. col. 18. e. *Quæcunque dixerint vobis, facite : quæ autem faciunt, facere nolite :* & in Ps. 2. n. 2. col. 28. b. *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate, & facite : secundùm verò facta eorum nolite facere :* & in Ps. 138. col. 508. c. d. *Omnia ergo quæcunque dicunt vobis, facite, & observate : secundùm autem opera eorum nolite facere : dicunt enim, & non faciunt.* Ambros. in Ps. 43. col. 913. f. *Omnia ergo quæ dicunt vobis, servate, & facite : secundùm opera eorum nolite facere : quæ enim dicunt, non faciunt.* August. in Joh. 1. 10. & 21. to. 3. 327. d. 604. e. 814. f. necnon l. 3. de serm. Dom. in m. 233. c. & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. 30. e. 36. a. 39. c. 42. a. *Quæ dicunt, facite : quæ autem faciunt, facere nolite, &c.* ut in Vulg. & l. cont. Adim. to. 8. 134. e. *Quæ dicunt, facite : sed quæ faciunt, facere nolite : dicunt enim, & non faciunt :* ita rursum epist. 208. to. 2. 775. g. sed cum hoc, *quæ autem faciunt ;* cui postremo loco accinit Anastas. II. epist. 2. Conc. to. 4. 1281. a. Gildas verò Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. f. ut in Vulgata. Itidem Auctor op. imp. in Matth. hom. 43. p. 182. e. infra tamen, 183. d. legit : *secundùm verò facta eorum nolite, &c.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Hi quæcunque docent, justum est comprendere cordis*
*Obsequio; maculas ipsorum temnite vitæ.*

℣. 4. Textui Colb. accinit Ms. Corb. 1. sicut etiam S.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. bilia, & imponunt in humeros hominum : digito autem ſuo nolunt ea movere.

5. Omnia verò opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus : dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias ſuas.

6. Amant autem primos diſcubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis,

7. & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

8. Vos autem nolite vocari Rabbi : unus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.

9. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt.

10. Nec vocemini magiſtri : quia Magiſter

VULGATA NOVA.

bilia, & imponunt in humeros hominum : digito autem ſuo nolunt ea movere.

5. Omnia verò opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus : dilatant enim phylacteria ſua, & Num.
magnificant fimbrias. 15. 38.

6. Amant autem primos recubitus in cœnis, Deuter. 22. 12.
& primas cathedras in ſynagogis, Marc.

7. & ſalutationes in foro, & vocari ab homi- 12. 39.
nibus Rabbi. Luc. 11.

8. Vos autem nolite vocari Rabbi : unus eſt 43. & 20.
enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres 46.
eſtis. Jac. 3. 1.

9. Et patrem nolite vocare vobis ſuper ter- Mal. 1.
ram : unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis 6.
eſt.

10. Nec vocemini magiſtri : quia Magiſter

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Germ. 1. detractâ præp. *in*, ante *humeros*. S. Germ. 2. *Alligant autem onera gravia, & importab. & imponunt ſuper humeros*, &c. quæ ſupra. Corb. 2. *Alligant autem onera gravia, & imponunt ſupra humeros*, &c. Clarom. *Alligant enim onera gravia, & imponent ſuper humeros*, &c. Cantabrig. *Alligant enim onera gravia, & non ferenda, & imponunt ſuper humera hominum : ipſi autem digito ſuo nolunt movere ea.* Græc. Vulgatæ favet : Mſs. tamen plures initio hab. Δεσμεύουσι δὲ, loco γὰρ ; vox autem *importabilia*, abeſt à Copt. Syr. Perſ. Arab. & Æthiop. ſi Millio fides. Iren. quoque l. 4. c. 12. p. 241. b. hæc admittit ſola : *Alligant enim ſarcinas graves, & imponunt ſuper humeros hominum : ipſi autem nec digito quidem volunt eas movere.* Hilar. in Matth. 23. col. 724. e. alludens dicit : *Ipſi enim ſubdito ſibi populo graviſſima legis onera imponunt, ne digitum quidem ſuum contingendis ipſis admoventes.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 913. f. *Alligant autem onera gravia, & imponunt ſuper humeros hominum : ipſi autem digito ſuo nolunt ea movere :* & in Pſ. 1. col. 747. c. *imponunt hominibus onera gravia : ipſi autem digito nolunt ea movere :* vide etiam in Pſ. 118. col. 1160. b. Hieron. verò ita : *Alligant quoque Phariſæi onera gravia, & quæ portari non poſſunt, & ſuperponunt ea ſuper humeros hominum : ipſi autem uno ea digito nolunt contingere.* Fundat. Agaun. monaſt. Conc. to. 4. 1559. *Alligant enim onera gravia, & importabilia, & ponunt ea in humeros*, &c. ut in textu. Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. p. 182. *Alligant autem onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros*, &c. & infra, 183. e. *ſuper humeros hom. ipſi autem digito ſuo*, &c. Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Abrupta imponunt humeris nam pondera veſtris,*
*Ipſi quæ digito ſaltem contingere nolunt.*

℣. 5. Similiter habet Mſ. Sangerm. 2. præter hoc ult. *& magnificabant fimbrias*, abſque ſeq. *ſuas*. Cantabrig. *Omnia autem opera ſua faciunt ut videantur hominibus : dilatant enim..... & amplificant fimbrias.* Corb. 2. *Omnia ergo opera ſua faciunt ut videantur ab hom. dilatant enim..... & magnificant fimbrias veſtimentorum ſuorum.* Clarom. etiam extremò legit, *& magnificant fimbrias veſtimentorum ſuorum ;* S. Gat. *fimbrias veſtimenti ſui ;* Maj. Mon. *fimbriam veſtimenti ſui.* Sangerm. 1. & Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς..... πλατύνουσι δὲ τὰ....... καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Mſs. autem nonnulli ipſo initio ferunt, Πάντα γὰρ· & in fine quidam adimunt τῶν ἱματίων αὐτῶν. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 913. f. *Omnia autem faciunt ut videantur ab hominibus.* Hilar. in hunc loc. col. 724. f. alludens dicit : *Verborum quoque ſuorum gloriam tanquam phylacteria dilatantes..... tanquam fimbrias ex veſte magnificant.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. p. 182. e. Vulgatæ conſentit ; at infra, 184. b. legit, *fimbriam veſtimentorum ſuorum.* Juvencus l. 4. p. 72. c. hunc verſum ſilentio prætermittit.

℣. 6. Textui Colb. conſonat Mſ. Cantabrig. Favent quoque Sangerm. 2. & Corb. 1. niſi quòd S. Germ. hab. *recubitos*, Corb. *recubitus*. Sic etiam alter Sangerm. ſed in fine tollit hoc, *in ſynagogis*, cum ſeq. *& ſalutationes*. Corb. 2. *Amant autem & primum diſcubitum in conviviis*, &c. ut in textu. Clarom. *primos diſcubitus in conviviis*, &c. S. Gat. *primos diſcumbitos ;* Maj. Mon. *accubitos in cœnis*, &c. Gr. Φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας, &c. Mſs. plures, τὰς πρωτοκλισίας ; unus, τὴν πρωτοκαθεδρίαν. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. c. *Diligunt primum recumbendi locum in cœnis, & primam ſeſſionem in ſynagogis.* Hilar. ubi ſup. 725. a. ſic pergit : *Amantes primos accubitus in conviviis, & primas cathedras in ſynagogis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. p. 185. a. *Amant enim primos recubitus in conviviis*, &c. at ſupra, 182. e. cum Vulgata concinit. Juvenc. l. 4. p. 72. c.

*Accubitu primo cœnæ, faſtuque ſuperbo,*
*Atque*, &c.

℣. 7. Ita ferunt Mſs. Corb. ambo, S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. &c. ſolus Cantabrig. habet, *& ſalutationes in foros, & vocari ab hominibus Magiſter, Magiſter.* Græc. καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι..... Ῥαββὶ Ῥαββί· Mſ. 1. ἐν τῇ ἀγορᾷ, alius ſemel, Ῥαββί. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. c. cum Auct. op. imp. in Matth. homil. 43. *& ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Hilar. in Matth. 23. col. 725. a. *ſed & ſalutationes in foro..... vocari etiam ab hominibus Magiſtri volunt.* Juvencus l. 4. p. 72. c.

*Atque ſalutantum vano tolluntur honore,*
*Et nomen ſublime volunt geſtare Magiſtri.*

℣. 8. Itidem Mſs. Corb. ambo, Maj. Mon. & S. Gat. Sangerm. 1. verò habet : *unus enim eſt Magiſter veſter, qui in cœlis eſt, omnes autem vos*, &c. S. Germ. 2. *omnes enim vos*, &c. Clarom. *Vos verò ne vocemini Rabbi : unus eſt Magiſter veſter, nam vos omnes fratres eſtis.* Cantabrig. *Vos autem nolite vocari Magiſtri : unus eſt enim veſter Doctor, omnes autem vos fratres eſtis.* Græc. Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε Ῥαββί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ Καθηγητὴς, ὁ Χριστός, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε· Mſs. plerique loco Καθηγητὴς, ferunt Διδάσκαλος ; à quibuſdam etiam abeſt, ὁ Χριστός. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. c. legit : *Vos autem ne vocaveritis Rabbi : unus eſt enim vobis Magiſter.* Hilar. in hunc Matth. loc. 725. b. *Meminerint omnes fratres eſſe ſe.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. nil differt à textu Colb. & Vulg. Juvencus l. 4. p. 72. d.

*Sed vos noluerim præcelſi nominis arcem*
*Affectare : tamen vobis eſt una Magiſtri*
*Impoſita æternùm cœli de lege poteſtas,*
*Vos eadem fratrum parili conjunxit amore.*

℣. 9. Similiter habent Mſs. S. Germ. 1. Corb. ambo, Clarom. & S. Gat. Sangerm. 2. verò : *Et patrem noli vocare*, &c. Cantabrig. *Et patrem ne vocaveritis ſuper terram : unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis.* Sic etiam in Græco eſt, adjuncto uno ὑμῶν, ad *vocaveritis ;* quod tamen abeſt ab uno Mſ. aliàs ὑμῖν. Tertul. l. de orat. c. 2. p. 180. b. *Præcepit*, inquit, *ne quem in terris patrem vocemus, niſi quem habemus in cœlis.* Cypr. ep. ad Fortun. p. 270. b. *Ne vocaveritis vobis patrem ſuper terram : unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt :* vide etiam l. de orat. Dom. p. 206. c. Hilar. in Matth. 23. col. 725. c. *Meminerint omnes..... eſſe ſe filios Parentis unius.* Auguſt. l. de fid. & ſymb. to. 6. 156. b. *Nolite vobis patrem dicere in terris : unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt.* Item in collat. Carthag. col. 482. a. *Ne vobis patrem dicatis in terram : unus eſt Pater veſter, Deus :* & infra, 483. a. *Nolite vobis dicere patrem in terra ;* & poſt paulò : *Ne vobis patrem dicatis in terra.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 70. a. *ne vocetis vobis quemquam patrem in terris : quia unus eſt Pater veſter in cœlis, Salvator noſter Chriſtus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. ut in Vulg. & textu Colb. Juvencus l. 4. p. 72. d.

*Unus item Pater eſt, cœli qui in culmine regnat.*

℣. 10. Accinunt Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet : *Nec vocemini doctores : quia Doctor veſter eſt, Chriſtus.* Græc. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ Καθηγητὴς, ὁ Χριστός. Hilar. l. 9. de Trin. col. 995. c. *Ne vocemini magiſtri : quia Magiſter veſter Chriſtus eſt.* Ambroſ. epiſt. 75. col. 1084. d. *Nolite dicere vobis dominum, & magiſtrum : quia Dominus, & Magiſter veſter unus eſt, Chriſtus :* itidem l. de inſtit. virg. to. 2.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

vester unus est, Christus.

11. Qui major est vestrùm, erit minister vester.

*Luc.* 14. 11. & 18. 14. 12. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur.

13. Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.

*Marc.* 12. 40. *Luc.* 20. 47. 14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium.

15. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Qui-

**Versio antiqua.** *Ex Ms. Colbert.*

vester unus est, Christus.

11. Qui major est in vobis, erit vester minister.

12. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur.

13. Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.

14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quoniam comeditis domos viduarum, occasione longa orantes: propterea accipietis amplius judicium.

15. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Qui-

## Notæ ad Versionem antiquam.

264. d. *quia Magister vester unus est, Christus.* Concinunt Ambrosiast. col. 240. d. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. August. in Joh. 14. 697. b. *unus est Magister vester, Christus.* Juvencus autem hunc versum silet cum sequenti.

℣. 11. Ms. Clarom. *Qui vult major in vobis esse, erit vester minister.* Cantabrig. *Major vester, erit vester minister.* S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græc. Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσαι ὑμῶν διάκονος. Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. ut in textu Colb.

℣. 12. Ms. Clarom. & Cantabrig. *Quicunque autem exaltaverit se, humiliabitur: & qui se humil.* &c. Cantabrig. *& quicunque humiliaverit se,* &c. Corb. 2. *Quicunque autem se exaltaverit, humil. & quicunque se humiliaverit,* &c. S. Germ. 1. *& qui se humiliavit,* &c. S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in textu Colb. & Vulgata. Græc. Ὅςις δὲ ὑψώσῃ ἑαυτὸν..... καὶ ὅςις ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, &c. al. ὑψώσῃ..... ταπεινώσῃ. Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 247. vel 249. h. *Omnis qui se exaltat, humil. & qui se humiliat, exaltabitur.* Hilar. in Ps. 118. col. 358. d. *Omnis enim qui se humiliaverit, exaltabitur: & qui se exaltaverit, humiliabitur.* Lactant. l. 5. Institut. c. 15. p. 598. *Qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. textui nostro suffragatur. Juvencus l. 4. p. 72. d.

*In vobis si quis sublimia colla levabit,*
*Decidet, & barathri mergetur ad ultima cœno:*
*Ast humilis claram conscendet liber in æthram.*

℣. 13. Ms. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Væ autem vobis Scribæ..... qui clauditis... vos autem* (S. Germ. *enim*) *non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.* Corb. 2. *vos autem non intratis,* &c. quæ supra. Clarom. *vos enim non introitis, nec introeuntes sinitis introire.* S. Germ. 2. *nec introeuntes sinetis introire.* Cantabrig. *Væ autem vobis..... quoniam cluditis regnum cælorum coram hominibus: vos autem non introitis, nec introeuntes sinitis introire.* Itidem Græcè, exceptâ conjunct. γὰρ, *enim*, pro *autem*, ante *non introitis.* Hilar. in hunc loc. col. 725. d. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui clauditis* (Mss. *cluditis*) *regnum cælorum:* & inf. *ipsique non adeuntes viam æternitatis, adire quoque cæteros non sinunt.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. g. *Væ vobis hypocritæ: qui clauditis regnum cælor. ante omnes: vos autem non intratis,* &c. ut in textu Colb. Auctor op. imp. in Matth. hom. 44. p. 186. b. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui clauditis regnum cælorum ante homines.* Hunc autem versum idem Auctor postponere videtur versui 14. sicut etiam postponitur in pluribus Mss. Græcis, si Millio fides; necnon in Evang. Syriacis, Arab. Copt. &c. teste Tho. Mareschallo. Secus in Lat. & apud Hilar. Apud Juvencum etiam l. 4. p. 72. d. ita & proximè:

*Deflendi semper Scribæ & lacrymabilis ævi*
*Cæca Pharisææ cunctis fallacia plebis:*
*Nam vobis iter clausum quia jure negatur,*
*Non sinitis quemquam penetrare per ardua lucis,*
*Et cunctos trahitis sævæ ad consortia flammæ.*

℣. 14. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet *propter hoc*, loco *propterea.* Clarom. sic: *Væ vobis Scribæ & Pharis. hypocr. qui devoratis domos viduarum, occasione prolixæ orationis: pro hoc accipietis majus judicium.* Græc. Οὐαὶ ὑμῖν..... ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα· à quibusdam autem aliis Græcis abest versus ipse totus; sicut à Latinis Mss. nostris, S. Germ. duobus, Corb. 1. Cantabr. S. Gat. & Maj. Mon. deest pariter in Translatione Saxonica, teste Tho. Mareschallo, cujus videndæ observat. in hanc Vers. p. 499. Lucas Brug. in variis lect. Lat. ait: *Hunc versum plurimi boni Latini codices omittunt: à quibus autem legitur, variis, & loco, & modo legitur.* Ipsum admittunt Versiones Orient. sed in Eusebiano canone solis Marco & Lucæ adscriptus est. Veruntamen Hilar. comment. in Matth. col. 725. e. de hoc sic meminit: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui comeditis domos viduarum..... ut longæ orationis dignatione spolientur..... & ideo accipient amplius judicium:* & in Ps. 52. col. 89. a. *comedentes domos viduarum, & oratione longa orantes.* Item Ambrosiast. p. 176. a. *comeditis domos viduarum & pupillorum, oratione longa orantes: propterea accipietis majus judicium.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 44. hunc versum præcedenti 13. anteponit, & legit: *Væ vobis autem Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui devoratis domos viduarum, oratione longa orantes.* Ex hoc autem Auctore emendari posset textus Colb. ubi *occasione longa;* nisi lectio illa pariter haberetur in Ms. Corb. 2. necnon firmaretur à Ms. Clarom. in quo bene, *occasione prolixæ orationis;* quæ scriptura satis respondet huic Marci 12. ℣. 40. *sub obtentu prolixæ orationis,* vel isti Lucæ 20. 47. *simulantes longam orationem.* A Juvenco prætermittitur versus totus, cum consequentibus usque ad ℣. 27. Vide Jo. Morinum l. 1. Exercit. 2. cap. 2. n. XI. p. 43.

℣. 15. Eadem prorsus legit Ms. Corb. 1. Clarom. *qui circuitis mare & aridam,* &c. Maj. Mon. *qui circumitis mare & aridum,* &c. S. Gat. *quia circumitis mare & aridam,* &c. Similiter habet Sangerm. 2. sed addit, *ut & faciatis unum proselytum,* &c. S. Germ. 1. *& cùm factus fuerit, facietis eum,* &c. Corb. 2. *faciatis eum,* &c. Cantabrig. *quia circumitis mare & aridam, ut faciatis..... & cùm factus fuerit, facitis eum..... duplum quàm vos.* Nec refragatur Græcum, nisi quòd ultimò hab. διπλότερον ὑμῶν. Mss. quidam, loco ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, ferunt, ἵνα ποιήσητε ἕνα, &c. al. τοῦ ποιῆσαι. Hilar. in hunc loc. 725. f. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui circuitis mare & aridam:* & infra: *Significat eos legis jugo... aliquos subdituros ex gentibus..... sed quisquis fuerit acquisitus ad plebem, filius fit gehennæ, pœnæ soboles....... Ideo autem pœnæ duplicatæ erit filius,* &c. August. l. de fide & op. to. 6. 191. a. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi: qui circumitis mare & terram, facere unum proselytum: cùm autem feceritis, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos estis:* & l. 16. cont. Faust. to. 8. 302. c. *Væ vobis Scribæ & Pharis. hypocr. qui circumitis mare & aridam, facere unum prosel. & cùm feceritis eum, facitis eum fil. gehennæ duplo quàm vos estis.* Adimantus apud August. l. cont. ipsum, to. 8. 134. c. *Væ vobis Scribæ & Pharis. hypocritæ: qui circumitis mare & terram, ut faciatis unum prosel. & cùm feceritis, erit filius gehennæ multò plus quàm estis vos.* Optat. l. 2. cont. Donat. p. 32. c. 33. a. *Væ vobis hypocritæ: qui circuitis maria & terras, ut faciatis unum proselytum: & cùm inveneritis, facitis eum filium gehennæ dupliciter quàm vos estis.* Acta SS. Saturn. apud Optat. p. 243. c. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui circuitis mare & aridam, facere unum proselytum: & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ dupliciter plus quàm estis vos.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 187. b. *Væ vobis Scribæ & Pharis. hyp. qui circuitis mare & aridam, ut faciatis..... & cùm fuerit factus, facitis eum fil. geh. duplo quàm vos estis.* Ambrosiast. col. 313. f. *ambulatis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum.*

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. *Væ vobis duces cæci, quia dicitis: Quicunque juraverit in templo, nihil est: qui autem juraverit in aurum templi, debet.* S. Germ. 2. *Væ vobis Scri-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. cunque juraverit per templum, nihil eſt : quicunque autem juraverit in aurum templi, debitor eſt.

17. Stulti, & cæci : Quid enim majus eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

18. Et quicunque juraverit in altare, nihil eſt : ſed quicunque juraverit in dono, quod eſt ſuper illud, debitor eſt.

19. Stulti, & cæci : Quid enim majus eſt, donum, aut altare, quod ſanctificat donum?

20. Qui ergo jurat in altare, jurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt :

21. & qui jurat in templo, jurat in eo, & in illo qui habitat in ipſo :

22. & qui jurat in cœlo, jurat & in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ : qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem : hæc oportuit facere, & illa non omittere.

24. Duces cæci, liquantes culicem, camelum autem glutientes.

VULGATA NOVA.

cunque juraverit per templum, nihil eſt : qui autem juraverit in auro templi, debet.

17. Stulti, & cæci : Quid enim majus eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

18. Et quicunque juraverit in altari, nihil eſt : quicunque autem juraverit in dono, quod eſt ſuper illud, debet.

19. Cæci : Quid enim majus eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum?

20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt :

21. & quicunque juraverit in templo, jurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo :

22. & qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ : qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem : hæc oportuit facere, & illa non omittere. Luc. 11. 42.

24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bæ & Phariſæi hypocritæ, duces cæci, qui dicitis : Quicunque juraverit in templum, nihil eſt : qui autem juraverit in aurum templi, debitor eſt.* Corb. 1. *Væ vobis duces cæci, quia dicitis : Quicunque juraverit in templum, nihil eſt : qui autem jurav. in aurum templi, debitor eſt.* Corb. 2. Clarom. & S. Gat. *qui dicitis : Quicunque jurav. in templum, nihil eſt : qui autem jurav. in auro templi, debitor eſt.* Cantabrig. *Væ vobis duces cæci, dicentes : Quicunque jurav. in templo, nihil eſt : qui autem juraverit in auro templi, debitor eſt.* Similiter in Mſ. Maj. Mon. *debitor eſt.* Græcè, ὀφείλει ; cætera ut in Lat. Cantabr. Apud Hilar. in hunc loc. col. 726. a. *Væ vobis duces cæci, qui dicitis : Quicunque juraverit in templum, nihil eſt.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 44. *Væ vobis duces cæci, qui dicitis : Quicunque jurav. per templum, nihil eſt : qui autem juraverit per aurum templi, debet.*

℣. 17. Itidem Mſs. S. Germ. 1. Clarom. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. ambo, niſi quòd hab. *aurum, aut templum.* S. Germ. 2. *Quid enim major eſt, aurum, an templum, quod,* &c. Cantabrig. *Quis enim major eſt, aurum, aut templum, qui ſanctificavit aurum?* Græc. Τίς γὰρ μείζων ἐςὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς, ὁ ἁγιάζων, &c. Auguſt. quæſt. 34. in Matth. to. 3. 245. g. *Quid enim majus eſt,* &c. ut in textu Colb. & Vulgata. Hilar. in hunc loc. col. 726. b. dicit : *Igitur redarguit quòd aurum templi, & dona altaris, pro ſacramentorum religione venerarentur, cùm honor potior eſſet & altaris & templi..... atque ita ſtulti, cæcique ſunt, ſanctificante præterito, ſanctificata venerantes.* Eòdem redeunt quæ habet Auct. op. imp. in hunc Matth. loc. hom. 44.

℣. 18. Mſ. Corb. 2. textui Colb. ſuccinit ad verbum. Sic etiam Clarom. præterquam quòd ſcribit *in altario.* Itidem Mſ. S. Gat. *in altario..... debitor eſt.* S. Germ. 1. *Et quicunque juraverit in altare, nihil eſt : qui verò juraverit in dono..... debet.* S. Germ. 2. *Et quicunque juravit in altare, nihil eſt : quicunque autem juraverit..... debitor eſt.* Similiter in Corb. 1. & Maj. Mon. præter unum *juraverit*, pro *juravit.* Cantabrig. *Et qui juraverit in altare, nihil eſt : qui autem juraverit in dono, quod eſt ſuper eum, debet.* Sic etiam in Græco eſt, niſi hoc excipiatur, ἐν τῷ θυσιαςηρίῳ, *in altari.* Vide Hilar. ſupra ad ℣. 17.

℣. 19. Mſ. Cantabrig. *Cæci : Quid enim eſt majus, donum, aut altare,* &c. Similiter Clarom. *aut altare.* Sangerm. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt ; Græc. verò textui Colb. deleto uno *eſt* : addit ἐςὶ Mſ. 1. alii autem duo ipſo initio delent Μωϱοὶ καὶ. Apud Auguſt. quæſt. 34. in Matth. to. 3. 245. g. *Quid enim majus eſt,* &c. ut in Vulgata.

℣. 20. Mſs. S. Germ. ambo, & Corb. 1. nil diſcrepant à textu Colb. Corb. 2. verò legit : *Qui ergo juraverit in altare, jurat & in eo, & in omnibus quæ ſuper illud.* Clarom. *Qui ergo juraverit per altare, jurat & per omnia quæ ſuper illud ſunt.* Cantabrig. *Qui ergo juraverit in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ ſuper eum.* Ita quoque Græcum habet. Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. f. *Qui jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt.* Vide ſis Hilarium, & Auctorem operis imperfecti in eundem locum.

℣. 21. Mſ. Corb. 1. *& quicunque juraverit in templum, jurat in illo, & in eo qui inhabitat in ipſo.* Corb. 2. *& qui juraverit in templo, jurat in illo, & qui habit. in ipſo.* Similiter hab. S. Germ. duo, hoc adjuncto, *& in eo*, poſt *in illo.* Clarom. *& qui juraverit per templum, jurat in illo, & in eo,* &c. ut in textu. Cantabrig. *& qui juraverit in templo, jurat in eo, & in habitanti eum.* Nec abſimile Græcum eſt : Mſs. tamen plures ipſo initio ferunt, καὶ ὁ ὀμνύων, loco ὁ ὀμόσας ; ultimòque ἐν αὐτῷ, loco αὐτόν. S. Gat. Lat. *qui jurat* ; Maj. Mon. *qui juravit.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. f. *& qui jurat in throno Dei, jurat in eo, & in eo qui habitat in ipſo.*

℣. 22. Mſ. Clarom. *& qui juraverit per cœlum, jurat per thronum Dei, & per eum qui ſedet ſuper ipſum.* Cantabrig. *& qui juraverit in cœlo, jurat in ſede Dei, & qui ſedet ſupra eum.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ conſonant. Item Corb. 2. niſi quòd ultimò hab. *ſedet ſuper ipſum.* Græc. etiam Vulgatæ ſuccinit, niſi exceperis verbum ὁ ὀμόσας, quod meliùs ſonat *qui juraverit*, quàm *qui jurat.* Vide Chromat. Aquil. ad ℣. præced.

℣. 23. Mſs. Corb. 1. S. Gat. &c. nil differunt à textu Colb. nec etiam S. Germ. 1. niſi quòd hab. *relinquitis.* S. Germ. 2. *quia decimatis mentem..... & hæc oportuit facere,* &c. Clarom. *quia decimatis mentham..... hæc autem oportuerat facere,* &c. Cantabrig. *quoniam decimatis mentam..... & cuminum, & reliquiſtis graviora legis..... hæc autem oportuit facere,* &c. Corb. 2. *qui decimatis mentam..... & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora erant legis..... hæc oportuerat facere,* &c. Græc. ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον..... καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου..... ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, &c. Mſs. plures, ταῦτα δὲ ἔδει. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. cum textu Colb. concinit ad verbum ; ſicut etiam Auct. op. imp. in Matth. homil. 44. ad hoc uſque, *hæc oportuit.* Hilar. in eund. Matthæi loc. 726. e. habet : *Væ vobis Scribæ & Pharïſ. hypocritæ : qui decimatis mentham, & anethum, & omne olus..... miſericordiam verò, atque juſtitiam, & fidem, & omnem benevolentiæ affectum reliq..... decimatio illa oleris..... non debebat omitti, effici autem hoc oportebat.* Auguſt. l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 305. a. hunc verſum cum ſequenti ſic jungit : *decimatis mentham, & cyminum, & relinquitis graviora legis, miſericordiam, & judicium, liquantes culicem, camelum autem glut. hæc oportebat facere, illa autem non omittere :* & quæſt. 35. in Matth. to. 3. 246. a. *præteritis graviora legis, miſericordiam, & judicium, & fidem.* Gaud. Brix. ſerm. 2. p. 947. b. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ : qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ fortiora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 7. p. 131. d. *Væ vobis Scribæ & Pharïſ. hypoc. quia decimatis mentam, cyminum, & omne olus, mundantes catinum,* &c. vox *olus*, habetur in Vulg. Luc. 11. 42.

℣. 24. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. concordant cum textu Colb. Similiter habet Cantabrig. *liquantes culicem*, deinde, *camellum autem devorantes.* S. Germ. 2. *excolentes culicem, camelum autem deglutientes.* Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata : nec refragatur Græcum. Lucif. Cal. l.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

25. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia.

26. Pharisæe cæce, munda priùs quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id, quod deforis est, mundum.

27. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia:

28. sic & vos aforis quidem paretis hominibus justi: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

29. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta justorum,

30. & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum:

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

25. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & parapsidis: intus autem pleni estis rapina, & intemperantia.

26. Pharisæi cæci, mundate priùs quod intus est calicis & parapsidis, ut fiat id, quod foris est, mundum.

27. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia:

28. sic & vos aforis quidem paretis hominibus justi: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

29. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumenta justorum,

30. & dicitis: Quia si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum:

## Notæ ad Versionem antiquam.

2. pro S. Athan. p. 208. c. *Duces cæci, liquantes culicem, & camelum contra glutientes*, vel *transglutientes*. Hilarius in hunc loc. 726. e. ait: *Irridet eorum in colandis culicibus diligentiam, quorum in glutiendis camelis esset incuria.* Ambros. l. 1. in Luc. to. 1. 1267. e. *Duces cæci, liquantes culicem, camelum autem glutientes.* Similiter habet August. l. 16. cont. Faust. to. 8. 305. a. absque hoc, *Duces cæci:* sed quæst. 35. in Matth. col. 246. a. legit *excolantes culicem.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 44. p. 187. e. *Hypocritæ, liquantes culicem, camelum autem glutientes:* & infra, 188. a. *Duces cæci, liquantes*, &c.

℣. 25. Mss. Clarom. & Corb. 2. *Væ vobis... quia mundatis quod deforis est calicis & parapsidis* (Corb. *paropsidis:*) *intus autem plena sunt rapinâ, & intemperantiâ.* S. Germ. duplex, *parapsidis: intus autem sunt pleni rapina, & immunditia.* Maj. Mon. *pleni sunt.* Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Cantabrig. *Væ vobis... quia mundatis quod foras est calicis & parapsidis: intus autem plena sunt rapinæ, & intemperantiæ.* Gr. ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ... καὶ τῆς παροψίδος· ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς, καὶ ἀκρασίας· Ms. 1. γέμετε; plures conjunctim, ἐξαρπαγῆς; alii simpliciter, ἁρπαγῆς, absque præpos. ἐξ· plerique, ἀδικίας, loco ἀκρασίας; Chrysost. Paris. 2. πλεονεξίας. Æthiop. ἀδικίας καὶ πλεονεξίας· al. ἀκαθαρσίας; de quibus omnibus consulendus Millius. Hilar. in hunc Matthæi loc. 726. f. dicit: *Par quoque in eos pœnæ denuntiatio est, qui calices & paropsides extrinsecus eluentes, eorum interiora non mundent.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 44. p. 188. b. *Væ vobis Scribæ & Pharis. hypoc. qui emundatis quod foris est calicis & paropsidis: ab intus autem pleni estis rapina, & iniquitate.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 7. p. 131. d. *mundantes catinum & calicem, cùm intus pleni sitis rapina, & iniquitate:* fortè è Lucæ cap. 11. 39.

℣. 26. Ms. S. Germ. 1. *Pharisæe cæce, ecce munda quod intus est calicis & parapsidis, ut fiat & id, quod deforis est, mundum.* S. Germ. 2. *Pharise, ecce munda priùs quod intus est cal. & parapsidis, ut fiat id*, &c. Corb. 1. & Claromont. Vulgatæ favent. Corb. 2. legit: *Pharisæe cæce, munda priùs quod deintus est calicis & paropsidis, ut fiat id, quod deforis est, unum mundum.* S. Gat. *munda priùs id quod intus est*, &c. Maj. Mon. *ut fiat & id, quod foris est, mundum.* Cantabrig. *Pharisæe cæce, munda primùm quod intus est calicis, ut fiat & quod foras est, mundum.* Sic etiam in Græco est, hoc addito, καὶ τῆς παροψίδος, ad voc. *calicis;* sicut αὐτῶν, ad *foras est:* quidam tamen delent καὶ τῆς παροψίδος; & nonnulli, αὐτῶν; alii ferunt αὐτοῦ. Iren. l. 4. c. 18. p. 250. b. *Pharisæe cæce, emunda quod est intus calicis, ut fiat & quod foris est, mundum.* Hilar. in hunc loc. 726. f. ait: *Ideo interioris... nitor est obtinendus, ut ea, quæ sunt forinsecus, eluantur.* Ambr. in Ps. 118. col. 975. d. *Pharisæe cæce, munda priùs quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id, quod foris est, mundum.* August. l. de vera relig. to. 1. 756. b. huc alludens, dicit: *mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt:* itidem l. de contin. to. 6. 299. a. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. 260. b. Auctor verò op. imp. in Matthæum, hom. 44. p. 188. d. *O Pharisæe cæce, munda priùs quod intus est cal. & paropс. ut fiat id, quod foris est, mundum.*

℣. 27. Textui Colb. consentiunt Mss. S. Germ. 1. Corb. ambo, & Maj. Mon. nisi quòd posteriores duo, ferunt, *aforis.* S. Germ. 2. & S. Gat. *quæ aforis appareant*, &c. ut supra. Clarom. *quia similes estis monumentis dealbatis, quæ aforis apparent*, &c. Cantabrig. *quoniam similatis monumentis dealbatis: aforis monumentum paret* (1. ma. *paretur*) *decorum, intus autem est plenum ossibus mortuorum, & totius immunditiæ.* Græc. textui Colbertino favet, & Vulgatæ. Eidem quoque Vulg. accinit Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 208. c. ad verbum. Iren. verò l. 4. c. 18. p. 250. a. legit: *Væ vobis Scribæ & Pharis. hyp. quoniam similes estis monumentis dealbatis: foris enim sepulcrum apparet formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & universa immunditia.* Tertul. l. de resurr. carn. p. 573. b. *Dominus*, inquit, *Scribas & Pharisæos sepulcris dealbatis adæquavit.* Hilar. in hunc Matth. loc. 726. f. *Sepulcris quoque eos comparavit, quæ humano opere cultuque splendentia, mortuorum ossibus, & cadaverum immunditiis interiùs sordescant.* August. in Ps. 87. col. 933. a. *similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris parent*, &c. ut in textu Colb. at l. de unit. Eccl. to. 9. 342. g. *similes estis monumentis dealbatis, quæ aforis apparent hominibus speciosa*, &c. quæ supra: itidem in Ps. 31. col. 176. c. *similes estis monumentis dealbatis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. *Væ vobis..... qui similes estis sepulcris dealbatis.* Juvencus l. 4. p. 72. d. missis totis à ℣. 13. sic pergit:

*Vos similes dicam tectis splendore sepulcris,*
*Quis facies nitida est, internaque turpia bustis.*

℣. 28. Consonant Mss. S. Germ. 1. Corb. duo, Maj. Mon. & Græcum. Sic etiam S. Germ. 2. & S. Gat. nisi quòd hab. *apparetis quidem.* Clarom. verò: *sic & vos aforis quidem videmini hominibus justi: intus autem pleni estis fincta simulatione, & iniquitate.* Cantabrig. *ita & vos aforis quidem paretis hominibus justi: ab intus autem estis pleni hypocrisi, & iniquitate.* Iren. l. 4. c. 18. p. 250. a. *sic & vos aforis quidem apparetis hominibus quasi justi: intus autem pleni estis malitia, & hypocrisi.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 208. c. *sic & vos aforis quidem paretis hominibus justi: intus verò pleni estis hypocrisi, & iniquitate.* Similiter ap. August. in Ps. 87. to. 4. 933. a. sicut etiam l. de unit. Eccl. to. 9. 342. g. excepto uno *apparetis;* Græc. φαίνεσθε· & in Ps. 31. col. 176. c. *aforis quidem apparetis hominib. justi: intus autem pleni estis dolo, & iniquitate.* Hilar. in hunc loc. 727. a. dicit: *Præferunt scilicet inanibus verbis justitiæ speciositatem: habent verò intra se conscientiæ suæ, mentisque fœtorem.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 519. c. *deforis quidem videmini hominibus justi: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.* Juvencus l. 4. p. 72. d.

*Sic vox velatur justæ sub imagine vitæ,*
*Atque adytis mentis celantur sordida corda.*

℣. 29. Mss. Clarom. & Cantabrig. cum Græco, favent textui Colb. Sangerm. 1. verò, Corb. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ. Sangerm. 2. *& honoratis monumenta justorum.* Cantabrig. *& urnatis*, vitiosè. Cyprianus: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, quia ædificatis monumenta prophetarum.* Hilar. in Matth. 23. col. 727. a. *Væ vobis Scribæ & Pharis. hyp. qui ædificatis sepulcra prophetarum.* Similiter August. l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 590. d. adjunctis his quæ in textu. Ita quoque Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. & 46. p. 189. 192. at hom. 41. p. 173. e. hæc tantùm habet: *qui ædificatis sepulcra prophetarum:* deinde: *& dicitis: Si fuissemus*, &c. de ℣. seq. Juvencus versum integrum silentio prætermittit, cum seqq. usque ad ℣. 37.

℣. 30. Mss. Clarom. & Corb. 2. cum textu Colb. concinunt; Corb. 1. verò, S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulgata.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 31. itaque testimonium redditis vobis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt.

32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

33. Serpentes progenies viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ?

34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes viros, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem:

35. donec veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.

36. Amen vobis dico, venient hæc omnia super generationem istam.

37. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties

VULGATA NOVA.

31. itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt.

32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

33. Serpentes genimina viperarum, quomo- Sup. 3.
do fugietis à judicio gehennæ? 7.

34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem:

35. ut veniat super vos omnis sanguis justus,
qui effusus est super terram, à sanguine Abel ju- Genes.
sti usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, 4. 8.
quem occidistis inter templum & altare. Heb. 11.
36. Amen dico vobis, venient hæc omnia su- 4. 2. Par.
per generationem istam. 24. 22.
37. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis pro- Luc. 13.
phetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quo- 34.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ita quoque in Græco est: Mss. tamen nonnulli ferunt, ὅτι εἰ ἤμεν· al. ἤμεθα hic & inf. ante *socii*. Sangerm. 2. Lat. *& dicitis: Si fuissetis*, &c. ut supra. S. Germ. 1. delet vocem *eorum*, post *socii*. Cantabrig. habet: *nunquam essemus eorum socii in*, &c. August. l. 2. cont. advers. leg. to. 8. 590. e. Vulgatæ consentit; sicut Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 189. b. nisi quòd hab. *non fuissemus socii eorum*; & hom. 41. p. 173. e. *non fuissemus participes eorum*, &c.

℣. 31. Ms. Corb. 2. nil discrepat à textu Colb. Sangerm. 1. verò, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. à Vulgata. In Clarom. sic: *itaque testimonium perhibetis vobis, quia filii estis eorum*, &c. ut supra. S. Germ. 2. *itaque testimonium perhibentes estis vobis, quia filii estis eorum, qui occiderunt prophetas.* Cantabrig. *itaque testes estis vobis, quia filii estis, qui occiderunt prophetas.* Græc. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 45. p. 190. d. *itaque testimonium redditis vobis, quia filii estis illorum, qui occiderunt prophetas.*

℣. 32. Accinunt Mss. S. Germ. & Corb. ambo, cum Clarom. Cantabrig. autem habet: *Et vos implestis mensuram*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Et vos impletis*, &c. Gr. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε, &c. al. ἐπληρώσατε; al. πληρώσετε. Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. d. *Implete mensuram patrum vestrorum*: iidem l. de Joseph, c. 3. col. 489. e. & l. 7. in Luc. col. 1435. d. August. verò l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 590. e. cum Auctore op. imp. in Matth. hom. 45. p. 191. a. *Et vos implete*, &c. quæ supra.

℣. 33. Mss. Clarom. Corb. 2. & Cantabr. *Serpentes generatio viperarum, quomodo fugietis à judicio* (Cantabr. *de judicio*) *gehennæ?* S. Gat. *quomodo affugetis à*, &c. S. Germ. ambo, Corb. 1. & Maj. Mon. ut in Vulg. nec aliter Græcè. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 209. d. e. *Serpentes generamina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ?* rursus ibid. *Serpentes generamina..... quomodo fugietis judicium gehennæ?* at infra, f. & g. *Serpentes genimina vip.* Sic etiam Aug. l. 2. cont. advers. leg. to. 8. 590. e. qui addit (saltem è Mss. codd.) *quomodo fugietis judic. gehennæ?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 45. p. 191. a. ut in Vulgata. Hilarius in Matth. col. 727. c. iisdem alludens, dicit: *Serpentes, & viperina generatio sunt, quia mensuram paternæ voluntatis implebunt: & quomodo effugient judicium, detestantes cædem prophetarum?*

℣. 34. Similiter habent Mss. S. Germ. & Corb. ambo, nisi quòd tollunt vocem *viros*, post *sapientes*. Sic etiam Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. sed præter vocem *viros*, delent etiam *ex eis*, ante *flagellabitis*; Clarom. verò addit *eos*, ad *persequemini*; & tollit ult. *in civitatem*: Sangerm. 2. scribit *persequimini*. Cantabrig. *Propter hoc ecce mitto prophetas, & sapientes, & scribas, & ex his occidetis, & crucifigetis, & persequemini de civitate in civitate.* Græc. Vulgatæ suffragatur, cum August. l. 2. contra adversar. leg. to. 8. 590. e. Iren. verò l. 3. c. 18. p. 210. a. legit: *Ecce mitto ad vos prophetas, & sapientes, & doctores, & ex his interficietis, & crucifigetis*: & l. 4. c. 9. p. 237. e. *Ecce mitto ad vos sapientes, & scribas, & doctores, & ex eis occidetis, & effugabitis à civitate in civitatem.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 209. d. & e. *Ideo ecce mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & persequimini de civitate in civitatem.* Hilar. in hunc Matth. loc. 727. e. ait *Apostolos, qui... prophetæ sunt ..... sapientes.... scribæ, cæsos, lapidatos, crucifixos, & à civitatibus in civitates fugatos.* Ambros. l. 7. in Luc. col. 1435. e. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 46. *Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sap. & scribas, & ex ipsis occidetis, & crucifigetis, & persequemini de civitate in civitatem*: & infra, p. 193. c. *& ex ipsis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis, ut veniat*, &c. & post pauca: *Ideo ecce ego mitto ad vos sap. & scribas, & ex illis occidetis, & crucif. & flagellab. in synag. vestris, & persequemini*, &c.

℣. 35. Mss. S. Germ. duo, Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. *ut veniat super vos*, &c. ut in textu. Similiter in Cantabrig. & Corb. 2. hoc excepto, *qui effunditur super terram*: præterea Corb. 2. extremò hab. *inter templum, & inter altare.* Græc. ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον· ultimòque, μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ, &c. Mss. quid. initio ferunt, ὅπως ἂν ἔλθῃ; paulòque post unus, αἷμα πάντων δικαίων. Iren. l. 5. c. 14. p. 310. c. partim ex Lucæ 11. 50. *exquiretur omnis sanguis justus, qui effunditur super terram, à sang. Abel justi*, &c. quæ sup. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 209. d. *ut veniat ad vos omnis sanguis justorum, qui effusus est super terram, à sanguine Abel*, &c. ut in utroque textu. Hilar. etiam in Matth. 23. col. 727. e. ait: *omnis sanguis justorum ab Abel usque ad Zachariam redundavit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 46. p. 193. e. *ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est*, &c. quæ in textu: at infra, 194. b. *qui effunditur super terram.*

℣. 36. Ms. Corb. 1. *Amen dico vobis, venient hæc omnia super generatione ista.* Cantabrig. *venient omnia hæc super generatione ista.* Claromont. *hæc omnia venient super istam generationem.* S. Germ. ambo, Corb. 2. & S. Gat. ut in Vulgata. Iren. l. 5. c. 14. p. 310. c. *Etiam dico vobis, venient omnia ista super generat. istam.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 209. d. *Amen vobis dico*, &c. quæ in textu Colb. August. l. 2. contra adversar. leg. to. 8. 590. f. ut in Vulgata, & Græco.

℣. 37. Mss. S. Germ. 2. & Maj. Mon. nil omnino differunt à contextu Colb. Corb. 2. extremò habet, *sub alis suis, sed noluistis?* S. Gat. *sub alis suis, & noluisti?* Sangerm. 1. *Jerusalem, Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te, quotiens volui... quemadmodum... sub alas suas, & noluisti?* Cantabrig. *Jerus. Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te, quotiens volui... sicut gallina..... sub alas suas, & noluistis?* Claromont. *Jerus. Jerus. quæ occidis proph. & lapidas missos ad te, quotiens volui..... sicut gallina..... sub alas suas, & noluisti?* Sangerm. 2. ut in Vulgata. Græc. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσ. ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς..... καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα..... ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις..... ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Mss. quidam habent πρός σε, loco πρὸς αὐτήν & in fine, unus num. singul. ἠθέλησας. Iren. l. 4. c. 36. p. 281. a. *Jerusalem, Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas* (al. *ascillas*,) *& noluisti?* & l. 4. c. 37. p. 282. d. *quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub ascellas, & noluisti?* Tertul. l. de resurr. carn. p. 576. c. *Jerusalem... quæ occidit prophetas, & lapidavit ad se missos.* Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. *Jerusalem, Jerus. quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina pullos sub alas suas, & noluisti?* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 205. c. *Jerusalem, Jerus. quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te.* Zeno Veron. l. 1. tr. 14. p. 104. *Jerusalem, Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te, quotiens volui col-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

ties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

39. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

**Versio antiqua.**

volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? *Ex Ms. Colbert.*

38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

39. Dico autem vobis, quia non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*ligere filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti?* Auctor l. de Jud. incred. apud Cypr. p. 568. a. *Jerus. Jerus. quæ interficis proph. & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina colligit filios suos sub assellas suas, & noluisti?* Hilarius in Ps. 138. col. 509. e. *Jerus. Jerus. quæ occidis proph. & lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens volui congreg. filios tuos, sicut gallina congregans pullos suos, & noluisti?* at in Ps. 56. col. 118. c. *quotiens volui colligere filios tuos, sicut gallina quæ congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti?* & in Matth. 23. col. 727. e. *Jerus. Jerus. quæ interficis proph. & lapidas eos qui ad te missi sunt:* & inf. 728. b. *congregare eos voluit*, inquit, *tanquam gallina congregans pullos suos..... sub alis suis voluit continere..... quod noluerunt.* Ambros. l. de Isaac, col. 382. b. *quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas?* similiter in Ps. 118. col. 989. f. 990. a. & 1121. e. detracto verbo *congregat:* & l. 7. in Luc. col. 1418. e. *quoties volui congreg. filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluisti?* Hieron. in Osee 3. to. 3. 1259. b. *Jerus. Jerus. quæ occidis proph. & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congreg. filios tuos, sicut gallina congregabat pullos suos sub alas, & noluisti?* Ambrosiast. quoque p. 45. a. legit: *Jerusalem, Jerus. quæ occidis prophetas.* August. autem in Ps. 121. to. 4. 1385. f. *Jerus. Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te:* & in Ps. 101. col. 1096. f. 1104. d. *Jerusalem, Jerus. quotiens volui congreg. filios tuos, tanquam gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti?* similiter in Ps. 118. col. 1218. c. præter unum *colligere*, pro *congregare:* at quæst. 36. in Matth. to. 3. 246. c. *quoties volui congregare fil. tuos, sicut gallina congregat filios suos sub alas, & noluisti?* & in Joh. 4. col. 409. c. *quotiens volui congreg. fil. tuos sub alas, tanquam gallina pullos suos, & noluisti?* sed Enchirid. to. 6. 232. c. *quotiens volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluisti?* Gaud. Brix. ser. 8. p. 955. e. *Jerusalem, Jerus. quæ occidis proph. & lapidas eos qui ad te mittuntur, quoties*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Auct. op. imp. in Matth. hom. 46. p. 195. e. detracto penult. *sub alas;* delet quoque inf. verbum *congregat*, post *gallina.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. ap. Aug. to. 3. 95. c. *Jerus. Jerus. quæ interficis proph. & lapidas missos ad te, quoties volui congregare fil. tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti?* Similiter habet Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 596. b. cum Fulgentio l. 2. de rem. pecc. c. 2. p. 384. exceptis his, *sicut gallina..... sub alas suas;* Fulg. etiam initio scribit *occidis*, non *interficis.* Auctor verò l. de promiss. p. 2. c. 6. p. 130. e. legit: *quoties volui, Jerusalem, colligere filios tuos, sicut gallina colligit pullos suos sub alas, & noluisti?* Cassiod. in Ps. 90. p. 309. a. *Jerusalem, Jerus. quoties volui congreg. filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alis suis, & noluisti?* similiter in Ps. 56. p. 190. b. *sub alis suis*, cum Prædest. in l. 3. ap. Sirm. to. 1. 521. e. Epiphan. comment. in Cantici Cantic. 3. 8. *Hierusalem, Hierus. quotiens volui colligere filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos, & non voluistis?* & infr. in 8. 8. *Hierus. Hierus. quæ prophetas occidis, & eos qui ad te mittuntur lapidas, quotiens volui colligere filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub alas, & noluistis?* Juvencus l. 4. p. 72. intermissa sic resumit:

*O Solymi, Solymi, ferro qui sæpe prophetas*
*Ad vestram missos vitam sine fine necastis,*
*Quàm volui vestram gentem populumque tueri,*
*Ales uti molli solita est sub corpore pullos*
*Obice pennarum circumcomplexa fovere,*
*Sed vobis semper cœlestia munera sordent?*

℣. 38. Accinunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. Corb. 2. verò hab. *Ecce relinquitur vobis domus vestra*, absque seq. *deserta.* Cantabr. verò: *Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta.* Græc. Ἰδοὺ ἀφίεται, &c. ut in textu; al. ἀφήσεται· abest ult. ἔρημος à Vers. Copt. Irenæus l. 4. c. 36. p. 281. b. legit: *Ecce remittitur vobis domus vestra deserta:* at inf. c. 37. p. 282. d. *Quapropter relinquetur vobis domus vestra deserta.* Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Itidem Ambros. in Ps. 43. & 45. col. 916. c. 931. d. & in Ps. 118. col. 989. f. 990. a. 1121. e. item l. 7. in Luc. 1418. e. deleto uno *vobis.* Sic etiam Gaud. Brix. serm. 8. p. 955. e. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 46. 196. a. retento tamen pronom. *vobis.* Similiter Epiphan. in Cantici Cantic. 8. 8. at sup. in 3. 8. *Propterea dico vobis, relinquetur domus vestra deserta.* Zeno Veron. l. 1. tr. 14. p. 104. *Ecce remittetur vobis domus vestra.* August. in Ps. 101. to. 4. 1104. d. *Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta.* Hilar. in Matth. 23. col. 728. c. *Domus eorum deserta & vacua relinquetur.* Juvencus l. 4. p. 72. e.

*Deseritur jam nunc domus hæc vastata ruinis.*

℣. 39. Mss. Clarom. & Corb. 2. textui Colb. congruunt. Sangerm. verò ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ. Cantabrig. *Dico enim vobis, quia non videbitis me amodo, donec*, &c. ut supra. Græc. Λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε, &c. Mss. quidam Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μή, &c. Hilar. in hunc loc. 728. d. ait: *Usque in id tempus eum non videbunt, quo in Domini nomine revertentem..... benedicent.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 46. p. 197. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. e.

*Nec vobis nostrum fas ultra est cernere vultum.*

# CAPUT XXIV.

**Vulgata nova.**

1. ET egressus Jesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationes templi.

Marc. 13. 1. Luc. 21. 5. 2. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis

**Versio antiqua.**

1. ET egressus Jesus de templo, ibat. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, ut ostenderent ei structuras templi. *Ex Ms. Colbert.*

2. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ms. Clarom. concordat cum textu Colb. dempto uno *ad eum.* Itidem Corb. 2. nisi quòd ultimò hab. *structuram templi;* S. Germ. 1. *ædificationem templi.* Sangerm. 2. *Et egressus est Jesus de templo..... Et accesserunt discipuli, ut ostenderent ei ædificationes templi.* Corb. 1. *ut ostenderet eis ædificationem templi.* Cantabrig. *Et exiens Jesus de templo, abiebat. Et accesserunt discipuli ejus, ostendere ei fabricas templi.* Græc. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. Καὶ προσῆλθον οἱ, &c. ut in textu. Mss. plures, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο· quidam, Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ, &c. Hilar. in hunc loc. 728. f. *Et egressus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei structuram templi.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 47. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. e.

*Egreditur templo, cujus præcelsa notantes*
*Mœnia discipulos, &c.*

℣. 2. Similiter habent Mss. S. Germ. 2. Corb. ambo, Clarom. S. Gat. &c. Sic etiam Sangerm. 1. deleto adverb. *hic.* Cantabrig. *Qui autem respondens dixit eis: Vidistis hæc omnia? Amen dico vobis, quia non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur.* Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος..... ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται· Mss. plures, Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· deinde quidam delent οὐ. Hilar. in hunc loc. 729. a. *Qui ait destruenda omnia esse, & dispersis totius substructionis lapidibus, diruenda.* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 588. e. *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem, qui*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

3. Sedente autem ipſo in Monte oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?

4. Et reſpondens Jeſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat ullo modo:

5. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.

6. Audientes autem prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis:

7. inſurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per ſingula loca:

8. hæc autem omnia initia ſunt dolorum.

VULGATA NOVA.

hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. *Luc.* 19. 44.

3. Sedente autem eo ſuper Montem oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?

4. Et reſpondens Jeſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat: *Epheſ.* 5. 6.

5. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. *Col.* 2. 18.

6. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis:

7. conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca:

8. hæc autem omnia initia ſunt dolorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*non deſtruatur.* Cypr. l. 1. Teſtim. n. 15. cum Zenone Veron. l. 1. tr. 14. p. 104. *non relinquetur in templo lapis ſuper lapidem, qui non diſſolvatur.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 47. p. 198. c. *Jeſus autem reſpondens eis ait: Videtis hæc omnia?* &c. ut in textu. Juvencus l. 4. p. 72. e.

*..... tali ſermone docebat:*
*Hæc operum vobis miracula digna videntur*
*Obtutu ſtupido. Veris ſed diſcite dictis,*
*Quòd mox cuncta ſolo paſſim disjecta jacebunt.*

℣. 3. Mſ. Clarom. *Sedente autem illo in Montem oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus ſecretò, dicentes: Domine, dic,* &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Sedente autem eo ſuper Montem oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſeorſum, dicentes: Dic nobis, quando erunt? & quod ſignum..... & conſummationis ſæculi?* S. Gat. vitioſè, *& conſummationem ſæculi?* S. Germ. & Corb. ambo, ac Maj. Mon. ut in Vulgata. Nec aliter Græcè, niſi quòd Mſs. quidam addunt αὐτοῦ, ad vocem *diſcipuli.* Hilar. in hunc loc. 729. a. ait: *Et cùm receſſiſſet in montem, adeuntes eum ſecretò diſcipuli, interrogant quando hæc fierent, quodve ſignum adventus ſui, & conſummationis ſæculi noſcerent.* Auguſt. ſer. 269. to. 5. 1093. b. partim ex Marci 13. 4. *Dic nobis, quando iſta fient? & quando tempus adventus tui?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 198. a. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. e.

*Hæc ad Oliveti dicens pervenerat arcem:*
*Diſcipuli ſolum poſtquam vidêre, rogabant*
*Ut ſibi venturi tempus diſtingueret ævi,*
*Promiſſa ipſius quem poſcant prendere finem,*
*Cujus & adventus terræ conſumeret orbem.*

℣. 4. Mſs. Corb. 2. & Maj. Mon. ad verbum conſonant textui Colb. Corb. 1. verò cum Cantabrig. S. Germ. duobus, & S. Gat. Vulgatæ & Græco. Clarom. *Quibus reſpondens Jeſus, dixit: Vide ne quis vos ſeducat ullo modo.* Cantabrig. *ne qui vos.* Cypr. ep. ad Fortunat. p. 268. b. *Cavete ne quis vos fallat.* Anonym. ap. Cypr. de rebapt. p. 362. b. *Cavete ne quis vos in errorem inducat.* Tichon. reg. 1. p. 50. e. *Cavete ne quis vos ſeducat.* Hilarius in ~~hunc Matthæi loc.~~ col. 729. b. ~~*ne quis fallax*~~ *poſſet ignorantibus obrepere.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. & 49. p. 198. e. 207. e. *Et reſpondens, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat.* Juvencus l. 4. p. 72. e.

*Quærentum verbis reſpondet talia Chriſtus:*
*Obſervate dolum, falſo ne nomine capta*
*Credulitas laqueis errantum præcipitetur.*

℣. 5. Ita ferunt Mſs. omnes, S. Germ. Corb. Cantabr. Clarom. &c. unà cum Græco. Tertul. l. de præſcript. c. 44. p. 340. b. ait *venturos multos qui etiam virtutes maximas ederent:* item, *futuros fallaciæ magiſtros in* Chriſti *nomine, & Prophetarum, & Apoſtolorum.* Cypr. epiſt. 73. & 75. pp. 134. b. 145. c. & l. de unit. Eccl. p. 199. b. & epiſt. ad Fortunat. p. 268. b. *multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos fallent.* Similiter Anonym. apud Cypr. de rebapt. p. 362. b. præter hoc, *in errorem inducent,* pro *fallent.* Itidem iterum Auct. l. de prom. dim. temp. c. 5. col. 192. a. niſi quòd extremò legit *ſeducent,* ſtatimque ſubdit, *nolite ire poſt eos,* è Lucæ 21. 8. Hilarius in Matth. 24. col. 729. b. *venturi enim..... qui ſe Chriſtum eſſent nuncupaturi.* Tichon. reg. 1. p. 50. e. ex Mſ. Rem. *multi enim venient in nomine meo.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 199. d. omnia ut in textu Colb. & Vulgata: at infra, hom. 49. p. 207. hab. *dicentes: Quia ego ſum Chriſtus;* ſed poſt plura, p. 209. b. tollit *Quia.* Juvencus l. 4. p. 72. f. nil addit hîc præter ea quæ ad ℣. anteced. relata ſunt.

℣. 6. Mſ. Corb. 1. *Audituri autem eſtis prælia,* &c. quæ ſupra. Corb. 2. *Audient enim prælia,* &c. Clarom. *Audietis enim pugnas, & opiniones præliorum. Sed videte ne,* &c. Cantabrig. *Incipietis autem audire bella, & opiniones bellorum. Videte, nolite turbari: oportet enim fieri, ſed necdum eſt finis.* S. Germ. 2. *oportet enim fieri, ſed nondum,* &c. S. Germ. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, ϗ ἀκοὰς πολέμων. Ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι, ἀλλ' οὔπω, &c. al. Ὁρᾶτε μὴ θορυβεῖσθε· dein al. δεῖ γὰρ πάντα ταῦτα, al. ταῦτα, abſque πάντα; ſubinde in aliis, ἀλλ' οὐκ εὐθέως ἐστὶ, &c. de quibus omnibus vide Millium. Cypr. epiſt. ad Fortunat. p. 268. b. *Incipietis autem audire bella, & auditus bellorum. Videte, nolite tumultuari: oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis.* Paul. Oroſ. l. 7. hiſtor. p. 433. h. *Audituri autem eſtis prælia,* &c. quæ in Vulgata. Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 200. b. *Audietis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini.* Hilar. in eund. loc. p. 729. c. *non eſt finis.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. *Cùm videritis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini.* Juvencus l. 4. p. 72. f.

*Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris.*
*Sed vos prævalido conſiſtite robore cordis,*
*Ne mens accepto jaceat turbata tumultu:*
*Non etenim prima imponent mox prælia finem.*

℣. 7. Mſ. Corb. 2. *inſurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt fames, & terræ motus per loca.* Clarom. *ſurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt fames, & peſtes, & terræ motus per loca ſingula.* Cantabrig. *exſurget enim gens ſuper gentem, & regnum ſupra regnum, & erunt fames, & terræ motus per loca.* Maj. Mon. *& regnum ſuper regnum.* S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, ϗ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ϗ ἔσονται λιμοὶ, ϗ λοιμοὶ, ϗ σεισμοὶ κατὰ τόπους. Cyprian. epiſt. ad Fortunat. p. 268. b. *exſurget enim gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt fames, & terræ motus, & peſtilentiæ per ſingula loca.* Similiter Auguſt. epiſt. 199. to. 2. 754. c. *exſurget gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnum.* Hilar. in Matth. 24. col. 729. c. *gentes adversùs ſe mutuò, & regna concurrent, & fames, ac terræ motus erunt.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. g. *inſurget autem regnum ſuper regnum, & gens ſuper gentem, & erunt fames, & terræ motus per loca ſingula.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 200. b. c. e. *inſurget enim gens ſuper gentem, & regnum ſuper regnum:* & infra, 201. a. *& erunt fames, & peſtilentiæ, & terræ motus per loca.* Paul. Oroſ. l. 7. hiſtor. p. 433. h. cum Vulgata conſentit. Juvencus l. 4. p. 72. f. ſic pergit:

*Gentibus & gentes, & regibus obvia reges*
*Signa ferent, nec tunc morbi corrumpere tractum*
*Aeris, aut peſtes proſternere corpora parcent,*
*Fixa etiam ſolido per inania pondere tellus*
*Per diverſa loci, motu quaſſante, tremiſcet.*

℣. 8. Itidem Mſs. S. Germ. 1. Corb. ambo, S. Gat. & Maj. Mon. In Clarom. ſic: *omnia autem hæc initia ſunt dolorum.* Ita etiam in Cantabrig. deleto verbo *ſunt.* In S. Germ. 2. *hæc enim omnia,* &c. ut in textu. Græcè: πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων. Cypr. ep. ad Fortunat. p. 268. b. *omnia autem iſta initia parturitionum ſunt.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. g. *ſed hæc omnia initia erunt gemitus, & doloris.* Hilar. in eund. loc. 729. c. *ſed dolorum initia.* Paul. Oroſ. l. 7. hiſtor. p. 433. h. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. f.

*Hæc in primitiis* ( al. *primitias* ) *tentamina parva ma-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Sup. 10. 17. 9. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

Luc. 21. 12. Joan. 15. 20. & 16. 2. 10. Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem.

11. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.

12. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum:

13. qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

14. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.

Dan. 9. 27. Marc. 13. 14. Luc. 21. 20. 15. Cùm ergo videritis abominationem deso-

VERSIO ANTIQUA.

9. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Ex Ms. Colbert.

10. Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem.

11. Et multi pseudoprophetæ insurgent, & seducent multos.

12. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum:

13. sed qui permanserit usque ad finem, hic salvus erit.

14. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.

15. Cùm ergo videritis abominationem deso-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nebunt.*

℣. 9. Ita legunt Mss. Corb. duo, S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam Sangerm. 1. & Clarom. præter ablat. *in tribulatione.* Cantabr. *Tunc tradent vos in angustiis, & occident vos: & eritis odibiles omnibus gentibus*, &c. Græc. Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλῖψιν..... καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων ἐθνῶν, &c. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 209. d. textui Colb. succinit ad verbum. Itidem Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 201. c. cum Paulo Oros. l. 7. histor. p. 433. h. Cyprianus verò epist. ad Fortunat. p. 268. b. legit: *Tunc tradent vos in pressuram, & interficient vos: & eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum.* Hilar. in Matth. 24. col. 729. c. *Confirmat eos*, inquit, *ad tolerantiam passionum, fugæ, verberationis, interitûs, & publicum in eos gentium odium propter nomen ejus.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. g. simpliciter habet: *Tunc tradent vos in mortem.* Juvencus l. 4. p. 72. f.

*Prodentur multi vestrûm, lethoque dabuntur:*
*Proque meo vobis incumbere nomine gentes*
*Tormentis, pœnisque feris, odiisque, necesse est.*

℣. 10. Ms. Corb. 1. textui Colb. consonat; sicut Sangerm. 1. nisi quòd habet, *& odio habebant;* sed mendosè. Corb. 2. S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. *& invicem se tradent*, dein Corb. 2. *& odio habebunt in invicem.* Cantabrig. *& invicem tradent, & odient alterutrum.* Græc. καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 209. d. optimè consentit cum textu Colb. sicut etiam Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 101. c. nec longè abest Cypr. epist. ad Fortunat. p. 268. b. legendo: *Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odient invicem.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. g. *Tunc autem multi scandalizabuntur, & tradent se alterutrum ad mortem.* Hilar. in Matth. 24. col. 729. c. dicit: *Atque his vexationibus multi turbabuntur, & tantis insurgentibus malis, scandalizabuntur, & usque in mutuum odium excitabuntur.* Juvencus l. 4. p. 72. f.

*Livor erit terris, erroribus omnia plena.*

℣. 11. Ms. Corb. 2. nil omnino differt à textu Colbertino: nec S. Germ. duplex, Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. à Vulgata. Huic etiam Græcum favet. Cantabrig. habet: *Et multi pseudoprophetæ exsurgent*, &c. ut supra. Itidem Cypr. l. de exhort. martyr. ad Fortunat. p. 268. b. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 209. d. Arnob. Afer in Matth. p. 333. f. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 201. e. Apud Hilar. in eund. loc. 729. d. *Et falsi prophetæ erunt... multosque ementita veritate pervertent.* Apud Tertul. l. de præscr. c. 4. p. 331. a. *pseudoprophetæ.* Apud Juvenc. l. 4. p. 72. f.

*Et falsi surgent populorum labe prophetæ.*

℣. 12. Accinunt Mss. Corb. ambo, & S. Germ. 2. Clarom. verò habet: *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescit charitas multorum.* Similiter codd. S. Gat. & Maj. Mon. *abundabit;* & S. Germ. 1. *refrigescit;* S. Gat. *refrigerescet.* Cantabrig. *Et quia repleta est iniquitas, refrigescet*, &c. Gr. Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται, &c. Cyprianus de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. *Et eò quòd facinus abundet, refrigescet charitas multorum.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 209. e. *Et quoniam abundabit iniquitas, perfrigescet charitas multorum.* Hilarius in Matth. 24. col. 729. d. *Et abundante nequitia, charitas frigescet.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1508. d. *Quia abundaverat iniquitas, refrixerat charitas.* Hieron. l. 1. in epist. ad Tit. to. 4. 425. f. *Cùm multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* August. in Joh. 6. 486. g. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Arnob. Afer in Matthæum, p. 333. g. *Et propter scelerum abundantiam, refrigescet charitas multorum.* Juvencus l. 4. p. 72. f. hunc versiculum non reddit. Nec etiam refert Auct. op. imp. in hunc Matth. loc. hom. 48.

℣. 13. Ms. Corb. 2. *qui autem permanserit usque ad finem, hic salvus erit.* Cantabrig. *qui autem sustinuerit in finem, hic liberabitur.* S. Germ. duo; Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. *qui autem toleraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hilar. in hunc Matth. loc. 729. e. *sed usque in finem perseverantibus salus reservata est:* & in Ps. 14. n. 14. col. 67. b. *beati qui manserint usque in finem.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. g. Vulgatæ suffragatur; sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 48. p. 102. d. deleta voce *usque.* Juvencus l. 4. p. 72. f.

*Hæc inter si quis protectum à vulnere pectus*
*Ad finem servare queat, sublimia lucis*
*Æternis vitæ sertis redimitus adibit.*

℣. 14. Similiter habent Mss. Corb. duo, S. Germ. 2. S. Gat. &c. S. Germ. 1. verò: *Et prædicabitur hoc Evangelium in universo orbe, in testim..... & tunc venit consummatio.* Clarom. *Et prædicabitur hoc Evang. regni per totum orbem, in testim..... & tunc veniet fines.* Cantabrig. *Et prædicabitur Evangelium hoc regni in toto mundo, in testim..... & tunc veniet finis.* Græc. Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς... καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. Mss. quidam transferunt τοῦτο, post Εὐαγγέλιον. Sax. adimit τῆς βασιλείας· & Mss. duo ferunt, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. *Et prædicabitur Evangelium istud regni per totum orbem terræ, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet finis.* Hilar. in Matth. 24. col. 729. e. *Ac tum per omnes orbis partes..... Evangelii veritas prædicabitur: & cùm universis fuerit cognitio sacramenti cælestis invecta, tunc Jerusalem occasus & finis incumbet.* Hieron. in Isai. 55. to. 3. 403. d. partim ex Marci 13. 10. *Oportet prædicari Evangelium istud in omni orbe, in testimonium cunctis gentibus.* August. epist. 197. to. 2. 738. c. *Et prædicabitur hoc Evang. regni in universo orbe, in testim. omnibus gentibus: & tunc veniet finis:* similiter l. de unit. Eccl. to. 9. 368. c. 374. f. sicut l. 3. contra Crescon. col. 471. d. deleta voce *regni.* Hesych. ep. 198. apud August. to. 2. 741. b. *Et prædicabitur hoc Evangelium in universo mundo: & tunc veniet finis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 202. e. *Et prædicabitur hoc Evangelium in universo orbe.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 40. p. 188. b. *Et prædicabitur Evangelium hoc, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet finis.* Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Regnorum cæli celebratio pervolitabit*
*In cunctas terræ metas; gens omnis habebit*
*Testem lucifluo sanctæ sermone salutis:*
*Et tunc finis erit, currentia sæcula solvens.*

℣. 15. Concinunt Mss. S. Germ. 1. Corb. 1. & S. Gat. nisi quòd priores duo scribunt *Danielo*, seu *Danihelo.* Sangerm. 2. *Cùm ergo videris abomin. desol. quæ dicta est à Danielo... qui legat, intelligat.* Ms. Maj. Mon. tollit vocem *desolationis;* habetque: *qui legit, & intelligat.* Corb. 2. *Cùm ergo videritis abomin. desol. quod dictum est à Daniele*, &c. ut in textu. Clarom. & Cantabrig. *quod dictum est per Danielum prophetam, stans in loco sancto: qui legit, intelligat.* Græc. Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν, &c. ut in textu Latino. Iren. l. 5. c. 25. p. 323. b. *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam:* & supra, 322. c. *Cùm autem videritis abomin. desol. quod dictum est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat.* Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. *Cùm ergo videritis abominationem vastationis, quæ dicta est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto: qui legit,*

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. lationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto : qui legit, intelligat :

16. tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montibus :

17. & qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua :

18. & qui in agro eſt, non revertatur tollere tunicam ſuam.

19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

20. Orate ergo ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato :

21. erit autem tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio ſæculi uſque modò, neque fiet.

VULGATA NOVA.

lationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto : qui legit, intelligat :

16. tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes :

17. & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua :

18. & qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam.

19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

20. Orate autem ut non fiat fuga veſtra in hieme, vel ſabbato : Act. 1.

21. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modò, neque fiet. 12.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*intelligat.* Hilar. in hunc Matth. loc. 729. f. *Cùm abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto videbunt.* Tichon. reg. 6. p. 63. b. *Cùm videritis quod dictum eſt per Danielem prophetam.* Ambroſ. epiſt. 41. col. 960. c. & l. 10. in Luc. col. 1509. a. *qui legit, intelligat.* Heſych. epiſt. 198. ap. Auguſt. to. 2. 741. f. *Cùm videritis abominationem deſol. quod dictum eſt per Danielem prophetam, ſtantem in loco ſancto : qui legit, intelligat.* Auguſt. ipſe, l. 12. cont. Fauſt. to. 8. 248. e. *Cùm videritis abominationem vaſtationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto : qui legit, intelligat :* at epiſt. 199. to. 2. 751. e. cum textu concinit Colb. ſicut Hieron. ad Algaſ. quæſt. 11. to. 4. 108. f. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. Auctor verò l. de promiſſ. dimid. temp. c. 10. p. 196. e. *Cùm videritis vaſtationem deſolationis, quæ dicta eſt in Daniele propheta,* &c. quæ ſupra. Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Adveniet jam tunc triſtis defectio terris* ( al. *terræ*, )
*Quæ Danielis habet juſſam veriſſima vocem :*
*Hæc dignus tantùm poterit cognoſcere lector.*

℣. 16. Mſs. Corb. 2. & Clarom. conveniunt cum textu Colb. S. Germ. 1. verò, Corb. 1. S. Gat. &c. cum Vulgata. S. Germ. 2. *fugient ad montes.* Cantabrig. *tunc qui in Judæa, fugiat in montibus.* Græc. τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη. Iren. l. 5. c. 25. p. 322. b. *tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montes.* Itidem Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. & Auguſt. epiſt. 199. to. 2. 751. e. cum Tichonio, reg. 6. p. 63. b. ſaltem è Mſ. B. M. Rem. nam in edit. Lugd. *fugient ad montes.* Hieron. ad Algaſ. quæſt. 11. col. 208. f. *fugiant ad montes.* Similiter habent Arnob. Afer in Matth. p. 333. h. & Auctor op. imp. in eund. loc. hom. 48. p. 203. b. Hilarius in Matth. 24. col. 730. a. *Judæam deſeri monet, & transfugere in montes.* Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Judæi longè fugient, monteſque capeſſent.*

℣. 17. Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 2. *& qui in tecto, non deſcendant tollere aliquid de domo ſua.* Similiter hab. Corb. 2. detracto pronom. *ſua.* Cantabr. *qui autem ſuper tectum, non deſcendat tollere aliquid de domo.* S. Germ. 1. Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· Mſs. quidam initio ferunt, ὁ δὲ ἐπὶ· al. καὶ ὁ ἐπί. Iren. l. 5. c. 25. p. 322. c. *& qui in tecto eſt, non deſcendat tollere quidquam de domo.* Itidem Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 268. b. Hilar. verò in Pſ. 128. col. 434. c. *& qui ſuper tectum eſt, non deſcendat tollere de domo aliquid :* & in Matth. 24. col. 730. b. *& qui in tecto ſunt, non deſcendant tollere aliquid de domo.* Ambroſ. l. 8. in Luc. col. 1480. e. *qui in tecto eſt, non deſcendat.* Hieron. ad Algaſ. quæſt. 11. to. 4. 208. f. *& qui in tecto, non deſcendant tollere aliquid de domo ſua.* Tichon. reg. 6. p. 63. a. *qui erit in tecto, & vaſa ejus in domo, non deſcendat tollere ea.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 204. a. *qui ſuper tectum eſt, non deſcendat aliquid tollere de domo :* infra : *& qui ſuper tectum eſt in tempore illo, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Auguſt. epiſt. 199. to. 2. col. 751. e. Vulgatæ ſuffragatur. Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Nec quiſquam domibus repetet ſuſtollere ſecum.*

℣. 18. Mſ. Corb. 2. *& qui in agro ſunt, non revertantur tollere,* &c. Cantabrig. *& qui in agro, non convertatur retro tollere,* &c. ut ſupra. S. Germ. ambo, Corb. 1. Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· Mſs. quidam delent ὀπίσω; plures habent τὸν ἱμάτιον. Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 269. a. *& qui in agro eſt, non convertatur retro auferre veſtimentum ſuum.* Hilar. in Matth. 24. *& qui in agro erit, non revertatur tollere tunicam ſuam.* Ambroſ. l. 8. in Luc. col. 1480. e. *& qui in agro eſt, non revertatur retro.* Tichon. reg. 6. p. 63. a. *& qui in agro, ſimiliter non revertatur retro.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. h. *& qui in agro eſt, non revertatur retro ad veſtimentum ſuum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 205. a. *qui eſt in agro, non revertatur retro tollere tunicam ſuam.* Auguſt. epiſt. 199. to. 2. col. 751. e. cum Vulgata concinit. Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Quæ fuga conſociet, veſtemve, aut mobile quidquam.*

℣. 19. Accinunt magno conſenſu Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet : *Væ autem in utero habentibus, & lactantibus in illis diebus.* Ita quoque in Græco eſt. Apud Tertul. l. 1. ad uxor. c. 5. p. 275. a. *Væ prægnantibus, & nutricantibus :* & l. de monog. p. 959. a. *Væ prægnantibus, & lactantibus :* & l. de exhort. caſt. p. 942. b. *Væ illud ſuper prægnantes, & lactantes.* Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. cum textu Colb. *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* Itidem Hieron. ad Algaſ. quæſt. 4. to. 4. 193. a. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 205. b. Sic etiam Auguſt. ep. 199. to. 2. 751. d. e. at l. 9. de Trin. to. 8. 885. c. legit : *Væ prægnantibus, & mammantibus in illis diebus.* Hilar. in Matth. 24. col. 730. f. *Væ prægnantibus, & nutrientibus.* Ambroſ. verò in Pſ. 47. col. 940. f. *Væ in utero habentibus, & nutrientibus.* Arnob. Afer in Matth. p. 333. h. *Væ autem prægnantibus, & lactantibus in illis diebus.* Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Deflendæ tum* ( al. *jam* ) *ſunt uteri cum pondere matres,*
*Et miſeros fetus dulci quæ lacte rigabunt.*

℣. 20. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 1. & Cantabrig. *Orate autem ut non fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato ;* Cantabr. *hieme, nec ſabbato.* S. Germ. 2. Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Gr. Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ..... χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ· abeſt ἐν, à pleriſque Mſs. Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. legit : *Orate autem ne fiat fuga veſtra hieme, neque ſabbato.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. b. *Orare admonemur,* inquit, *ne vel hieme fuga noſtra, vel ſabbato ſit.* Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. col. 431. a. *Orate ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato :* ſimiliter in Pſ. 35. col. 775. d. 816. a. & l. 10. in Luc. col. 1511. b. at l. de apol. Dav. col. 723. a. & in Pſ. 43. col. 910. c. legit : *Videte ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato.* Hieron. ad Algaſ. quæſt. 4. to. 4. 193. a. *Orate ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato.* Itidem Auguſt. quæſt. 37. in Matth. col. 246. d. necnon quæſt. N. T. p. 2. col. 149. b. & Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 24. p. 349. f. Aug. verò epiſt. 199. col. 751. d. cum Arnobio Afro in Matth. p. 333. h. *Orate autem ut non fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato.* Sic etiam Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 206. c. at infra : *Videte ne fuga veſtra hieme, aut ſabbato fiat.* Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Poſcite jam precibus triſtis ne frigore brumæ*
*Adveniat fuga veſtra, aut ne tum ſabbata feſta*
*Anceps præcipiti turbet trepidatio curſu.*

℣. 21. Mſ. Clarom. concordat cum textu Colb. Corb. 1. verò habet : *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio ſæculi uſque nunc ;* nec addit, *neque fiet.* Corb. 2. pariter : *erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio ſæculi.* Cantabrig. *erit enim tunc tribul. mag. qualis non fuit ab initio ſæculi uſque nunc, nec fiet.* Mſ. etiam Maj. Mon. leg. *ab initio ſæculi.* S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulgata, cui Græc. conſonat. Sangerm. 1. Lat. tollit adv. *tunc ;* deeſt quoque in Mſs. quibuſdam Græcis. Irenæus l. 4. c. 33. p. 274. c. ita refert : *erit terræ motus magnus, qualis non eſt factus ab initio :* & l. 5. c. 25. p. 322. c. *erit enim tunc preſſura magna, qualis non eſt facta ab initio ſæculi uſque nunc, ſed neque fiet :* & infra, c. 29. p. 327. e. *erit tribulatio, qualis non eſt facta ab initio, neque fiet.* Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. *erit enim tunc preſ-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.

Marc. 13. 21. 23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere.

Luc. 17. 23. 24. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.

25. Ecce prædixi vobis.

26. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere.

27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & pa-

VERSIO ANTIQUA.

22. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos meos breviabuntur dies illi. Ex Ms. Colbert.

23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut ecce illic: nolite credere.

24. Exsurgent enim pseudoprophetæ, & pseudochristi: & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant (si fieri potest) etiam electos meos.

25. Ecce prædixi vobis.

26. Si autem dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite credere; ecce in cubiculis, nolite exire.

27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & pa-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*sura magna, qualis non est facta ab initio mundi usque nunc, sed neque fiet.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. b. ait: *gravis vexatio incumbet, & intolerabilis cunctis:* & l. cont. Constant. col. 1237. b. *sustineatur tribulatio, qualis non fuit à constitutione mundi.* Hieron. in Ecclesiast. to. 2. 782. b. *erit tribulatio & angustia, qualis non fuit à principio creatura, sed neque fiet.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 24. to. 7. 437. a. *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio:* itidem epist. 199. to. 2. 751. d. & addit, *ab initio mundi, neque fiet.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 206. c. *erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio sæculi usque modò.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 10. 196. e. *in diebus autem illis erit tribulatio & angustia, qualis non fuit ab initio.* Juvencus l. 4. p. 72. g.

*Nam cunctis venient sævissima pondera terris:*
*Tale malum non sæcla priùs, nec postera norunt.*

℣. 22. Ms. Clarom. ad verbum refert quæ in textu Colbertino. S. Germ. verò ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. quæ in Vulgata. Corb. 1. *Et nisi breviati fuerint dies illi, non esset salva omnis caro: sed propter electos meos breviabuntur dies illi.* Cantabrig. *Et nisi breviati essent dies illi, non salvata esset omnis caro: propter electos autem breviabuntur dies illi.* Huic etiam Græcum favet. Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. legit pariter: *Et nisi breviati essent dies illi, non esset salva omnis caro: propter electos autem breviabuntur illi dies.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. b. *nisi quòd, causâ electorum Dei, diebus illis sit brevitas afferenda:* & l. contra Constant. col. 1237. b. *sed intelligantur breviandi dies propter electos Dei.* Ambros. in Ps. 43. col. 888. b. *propter electos breviabuntur dies.* Hesych. epist. 198. ap. August. to. 2. 740. f. *Quia nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 207. e. *Et nisi Deus breviasset dies illos, non fieret salva omnis caro.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 10. p. 197. a. *Et nisi breviasset Deus dies illos, non remansisset omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.* In Vulg. etiam ad Marc. 13. 20. legitur: *Et nisi breviasset Dominus dies*, non *breviati fuissent.* Apud Juvencum pariter l. 4. p. 72. h.

*Et ni sublimis Genitor decerpere tempus,*
*Et numerum miserans vellet breviare dierum,*
*Nulla dehinc trepidæ superarent corpora vitæ:*
*Sed propter lectos veniet miseratio justos.*

℣. 23. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. *Tunc si quis..... Ecce hic est Christus, aut ecce illic,* &c. S. Germ. 2. & Cantabr. *Ecce hîc Christus, aut illic,* &c. Corb. 2. delet ult. ista, *aut illic: nolite credere.* Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε· μὴ, &c. al. ἢ ἐκεῖ· al. ἰδοὺ ἐκεῖ. Tertul. l. de præscr. *Multi venient qui dicent: Ecce hîc est Christus.* Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. *Tunc si quis dixerit vobis: Ecce hîc est Christus, aut ecce illic: nolite credere.* Auct. l. de rebapt. ap. Cypr. p. 362. b. *Tunc si quis dix. vobis: Ecce hîc Christus, aut hîc: nolite credere.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. c. ait: *Multis in locis Christum esse, atque haberi mentientur.* Hieron. ad Algas. quæst. 11. to. 4. 208. f. *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hîc Christus, aut illic: nolite credere.* Ambros. in Ps. 43. col. 888. c. *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut ecce illic: nolite credere.* Itidem Ambrosiast. p. 282. d. detracto *Tunc.* August. l. 2. de sermone Dom. in m. to. 3. 235. e. cum Vulg. congruit. Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 207. e. *Tunc si quis..... Ecce hîc est Christus, ecce illic: nolite credere:* & infra, 209. b. partim ex Lucæ 17. 23. *Tunc dicent vobis: Ecce hic est Christus, ecce illic: nolite credere.* Vide Marc. 13. 21. Juvencus l. 4. p. 72. g. hunc versum non exprimit.

℣. 24. Ms. Corb. 1. *Exsurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem mittant etiam (si fieri potest) electos meos.* Claromont. *Multi enim exsurgent pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prod. ita ut in errorem inducant (si fieri possit) etiam electos meos.* Cantabrig. *Exsurgent enim pseudochristi, & pseudoproph. & dabunt signa magna, & prodigia, ut seducantur (l. seducant) (si possibile est) & electos.* Græcè pariter: ὥστε πλανῆσαι (vel δυνατὸν) καὶ τοὺς ἐκλεκτούς· Mss. tamen quidam ferunt, ὥστε πλανηθῆναι..... καὶ τοὺς, &c. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Cyprianus de exhort. mart. ad Fortunat. p. 269. a. ita legit (f. ex Marci 13. 22.) *Surgent enim pseudochristi, & pseudoproph. & dabunt signa magna, & prodigia ad errorem faciendum (si fieri potest) etiam electis.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 362. b. *Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & portenta, ita ut errent (si fieri potest) etiam electi.* Hieron. ad Algas. quæst. 11. to. 4. 208. f. cum Vulgata concinit: sicut Ambros. in Ps. 43. col. 888. c. ad verbum: necnon August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. col. 235. e. hoc tantùm omisso, *si fieri potest:* at l. 13. cont. Faust. to. 8. 254. d. habet: *Exsurgent multi pseudochristi..... & facient signa, & prodigia multa, ut fallant (si fieri potest) etiam electos.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 6. p. 192. d. *Exsurgent pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, in quibus seducantur (si dici potest) etiam ipsi electi.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 208. e. *Exsurgent enim pseudochr. & pseudoproph. & dabunt signa magna:* & infra: *ita ut in errorem mittant (si fieri potest) etiam electos.* Juvencus l. 4. p. 72. h.

*Nomine fallentes Christi, falsique prophetæ*
*Exsurgent terris: & monstra potentia fingent,*
*Quæ forsan lectos capient miracula justos.*

℣. 25. Sic habent Mss. S. Germ. Corb. Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. unà cum Græco. Ms. unus addit πάντα; & Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. legit: *Ecce prædixi vobis omnia;* sed fortasse ex Marci 13. 23. nam August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 235. e. & Hieron. ad Algas. quæst. 11. to. 4. 208. f. assentiunt textui Colb. sicut Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 209. a. & Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 6. p. 192. d. Apud Juvenc. l. 4. p. 72. h. ita:

*En prædicta patent instantia sæcula vobis.*

℣. 26. Ms. Corb. 1. *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite credere; vel, Ecce in hospitio, nolite exire.* Corb. 2. *Si autem dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; aut, Ecce in penetralibus, nolite credere.* Cantabrig. *Si ergo dixerit vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in cubiculo, nolite credere.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ consonant, & Græco. Sic etiam Clarom. mutata voce *ergo*, cum ista, *autem.* Cypr. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 269. a. *Si ergo dixerint vobis, Ecce in solitudine est, nolite exire; ecce in cubiculis, nolite credere.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. d. *nunc in desertis esse dicentes, ut errore depravent; nunc in penetralibus asserentes.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 209. c. *Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est, nolite exire; ecce in domibus, nolite credere:* & infra: *Si quis vobis dixerit, Ecce in solitudine est,* &c. Hieron. ad Algas. quæst. 11. to. 4. 208. f. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 72. h.

*Desertum* (al. *Desertis*) *si quis Christum peragrare loquetur,*
*Occultisque procul penetralibus esse repostum;*
*Longè credulitas absit vanissima vobis.*

℣. 27. Ms. S. Germ. 1. *Sicut enim fulgor exit ab Oriente, & paret usque Occidentem: ita erit & adv.* &c. S. Germ. 2. *Sicut ergo fulgur exiit ab Oriente, & pariet usque in Occidentem: ita erit &,* &c. Corb. 1. *& paret usque ad Occidentem: sic erit adventus,* &c. Corb. 2. *& apparet usque in Occidentem: ita erit &,* &c. Clarom. *Sicut enim fulgor exit ab Or. & paret usque ad Occid. ita erit adventus,* &c. S. Gat. &



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. ret uſque ad Occidentem : ita erit & adventus
Filii hominis.
28. Ubicunque enim fuerit corpus, illic con-
gregabuntur aquilæ.
29. Statim autem poſt tribulationem dierum
illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lu-
men ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes
cœlorum movebuntur :
30. & tunc parebit ſignum Filii hominis in
cœlo : & tunc plangent ſe omnes tribus terræ :
& videbunt Filium hominis venientem in nubibus
cœli cum virtute magna, & majeſtate.
31. Et mittet angelos ſuos cum tuba, & vo-
ce magna : & congregabunt electos ejus à qua-
tuor ventis, à ſummis cœlorum uſque ad termi-
nos eorum.

VULGATA NOVA.

ret uſque in Occidentem : ita erit & adventus Fi-
lii hominis.
28. Ubicunque fuerit corpus, illic congrega- Luc. 17.
buntur & aquilæ. 37.
29. Statim autem poſt tribulationem dierum Iſai. 13.
illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lu- 10.
men ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes Ezech.
cœlorum commovebuntur : 32. 7.
30. & tunc parebit ſignum Filii hominis in Joel. 2.
cœlo : & tunc plangent omnes tribus terræ : & 10. & 3. 15.
videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœ- Marc.
li cum virtute multa, & majeſtate. 13. 24.
31. Et mittet angelos ſuos cum tuba, & voce Luc. 21. 25.
magna : & congregabunt electos ejus à quatuor Apoc.
ventis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eo- 1. 7.
rum. 1. Cor. 15. 52. 1. Theſſ. 4. 15.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Maj. Mon. *Sicut enim fulgor exiit*, &c. Cantabr. *Sicut enim ſcoriſcatio exit ab Oriente, & lucet uſque in Orientem : ita erit adventus*, &c. Græc. Vulgatæ accedit ; à Mſs. tamen pleriſque abeſt conjunct. ϗ, ante *adventus*. Cyp. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 269. a. legit : *Sicut enim coruſcatio exit ab Oriente, & apparet uſque ad Occidentem : ita erit & adventus Filii hominis.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. d. ait : *Sed ubicunque & in conſpectu omnium præſentem futurum, modo fulguris, quod ab Oriente elatum, lumen ſuum uſque ad Occidentis plagas ſpargit, & undecunque micans, ubicunque cernitur.* Hieron. ad Algaſ. ſupra, nil differt à Vulgata. Rufin. verò in Symb. p. 187. c. legit : *Sicut fulgur de Oriente reſplendet uſque in Occidentem : ita erit adventus Filii hominis.* Auguſt. quæſt. 38. in Matth. to. 3. 246. e. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & pervenit uſque ad Occid. ita erit & adv.* &c. Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 17. p. 200. c. *Sicut enim fulgur exiens ab Oriente, pergit in Occidentem : ſic erit & adv.* &c. Vigil. Tapſ. l. 1. cont. Eutych. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet uſque ad Occid. ita erit & adv.* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 209. d. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem : ita erit adventus*, &c. Juvencus l. 4. p. 72. h.

*Sicut enim fulgur cœlum tranſcurrit apertum,*
*Et cerni facile eſt cunctis, Orientis ab oris*
*Uſque ſub Occiduum cœli vergentis in orbem :*
*Sic rapido adventu clarebunt lumina Chriſti.*

℣. 28. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 1. & Clarom. textui favent Colb. detracta conj. *enim*. S. Germ. 2. leg. *illuc*, non *illic*, *congregabuntur aquilæ.* Item Corb. 2. *Ubicunque enim fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.* Cantabrig. *Ubicunque fuerit cadaver, ibi congregabuntur aquilæ.* Græc. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. Mſs. quidam loco πτῶμα, ferunt σῶμα ; aliique addunt ϗ, ad verbum *congregab.* Iren. l. 4. c. 14. p. 244. b. *Ubicunque eſt cadaver, illuc congregabuntur & aquilæ.* Cypr. de exhort. mart. p. 269. a. *Ubi fuerit cadaver, illuc colligentur aquilæ.* Hilar. in Matth. 24. col. 731. d. *Ubicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilæ.* Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. col. 430. c. & l. 1. de Sacram. to. 2. 350. d. *Ubi corpus, ibi & aquilæ :* ſimiliter l. 4. col. 366. d. addita conjunct. *enim*, poſt *Ubi* : at in Pſ. 48. col. 953. b. *Ubi ruina, ibi & aquilæ :* & ſanè τὸ πτῶμα, *caſum*, & *ruinam* ſignificat. Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 210. a. *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ.* Juvencus l. 4. p. 72. h. hunc verſiculum ſilet.

℣. 29. Mſs. Corb. 2. & Maj. Mon. textui Colb. reſpondent ad verbum. Sic etiam S. Germ. ambo, cum Clarom. & S. Gat. niſi quòd ultimò habent cum Vulg. *commovebuntur.* Corb. 1. ita : *Confeſtim poſt illos dies tribulationum, ſol convertetur in tenebras, & luna non dabit lumen ſuum..... & virtutes cœlorum commovebuntur.* Cantabrig. *Continuò autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit..... & virtutes cœli movebuntur.* Itidem Græcè, præter plur. τῶν οὐρανῶν, *cœlorum.* Cyprianus de exhortatione mart. p. 269. a. *Continuò autem poſt preſſuram dierum illorum, ſol tenebreſcet, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum movebuntur.* Hilar. in Matth. 24. col. 732. b. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur :* paulòque poſt ait : *Gloriam adventûs ſui indicat obſcuritate ſolis, defectione lunæ, caſu ſtellarum, virtutum cœleſtium motu.* Ambroſ. l. 4. Hex. col. 67. d. & l. 10. in Luc. col. 1511. f. *tunc ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. 782. b. *ſol enim tenebreſcet, & luna non dabit*, &c. quæ in Vulg. Auguſtinus ep. 199. to. 2. 757. b. *& virtutes cœlorum movebuntur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 210. cum Vulgata conſentit. Juvencus l. 4. p. 72. h.

*Sol rutilus furvis radios abſcondet in umbris,*
*Amittet curſum lunaris gratia lucis,*
*Ignicomæque ruent ſtellæ, cœlumque relinquent ;*
*Omnis item virtus cœli commota ſuperni*
*Signa dabit*, &c.

℣. 30. Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. optimè conveniunt cum textu Colbertino. Corb. 1. habet : *& tunc parebit ſignum..... & tunc plangent omnes tribus terræ : & videbunt... venientem... cum virtute multa, & majeſtate ſua.* Sangerm. 1. ſcribit *plangebunt* ; Corb. 2. *plangent ſe* ; Clarom. *lamentabunt ſe.* Sangerm. 2. *& tunc apparebit ſignum Filii hominis*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *& tunc parebit ſignum Filii hominis, qui in cœlo eſt : & plangebunt tunc omnes tribus terræ : & videbunt Filium hominis venientem ſuper nubes cœli cum virtute magna, & gloria.* Græc. ϗ τότε φανήσεται τὸ..... ἐν τῷ οὐρανῷ· ϗ τότε κόψονται πᾶσαι... ϗ ὄψονται τὸν Υἱὸν.... ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως, ϗ δόξης πολλῆς. Mſs. quidam ferunt τοῦ ἐν οὐρανοῖς, pro ἐν τῷ οὐρανῷ ; ultimòque, μετὰ δυνάμεως πολλῆς, ϗ δόξης. Cyprian. de exhort. mart. ad Fortun. p. 269. a. *& tunc apparebit ſignum Filii hominis in cœlo : & lamentabuntur omnes tribus terræ : & videbunt Filium hom. venientem in nubibus cœli cum virtute magna, & claritate.* Hilar. in hunc Matth. loc. 732. c. dicit : *Gloriam adventus ſui indicat..... oſtenſione ſigni ſalutaris, lamentatione gentium, cognoſcentium Filium hominis in Dei gloria.* Ambroſ. l. 2. de Spir. S. to. 2. 638. e. *videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli in virtute maxima, & majeſtate.* Tichon. reg. 1. p. 50. d. è Mſ. B. M. Rem. ait : *non viſuros venientem in nubibus cœli, niſi in noviſſimo tantùm die : plangent ſe omnes tribus terræ : & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli.* Aug. ep. 199. to. 2. 757. b. *& tunc apparebit ſignum Filii hom. in cœlo : & tunc plangent omnes tribus terræ : & videbunt Fil. hom. ven. in nubibus cœli in virtute multa, & majeſtate.* Similiter habet Hieron. ad Algaſ. quæſt. 11. to. 4. 208. f. *tunc apparebit ſignum ;* reliqua ut in Vulg. prætermiſſis his, *& tunc plangent omnes tribus terræ.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 210. c. *tunc apparebit ſignum Filii hominis in cœlo :* & inf. addit : *tunc plangent ſe omnes tribus terræ : & videbunt Fil. hom. ven. in nubibus cœli cum virtute, & gloria multa.* Juvencus l. 4. p. 72. h.

*..... Proles hominis quîs vertice cœli*
*Clareat, omnigenaſque tribus defectio lucis*
*Urgebit, veniet cùm nubibus ignicoloris*
*Majeſtate potens hominis per ſidera Natus.*

℣. 31. Ita legunt Mſs. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 1. S. Germ. 1. & Clarom. niſi quòd Corb. 1. extremò hab. *à ſummis uſque ad ſumma eorum* ; S. Germ. 1. *à ſummis uſque ad terminos aerum* ; Clarom. *à ſummis cœlorum uſque ad extremis illorum.* Cantabrig. ita : *Et mittet angelos..... & concolligent electos ejus à quatuor ventis, ab extremo cœlorum uſque ad ſummum eorum.* Gr. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς... μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης· ϗ ἐπισυνάξουσι τοὺς... ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. Mſs. plures addunt ϗ, poſt σάλπιγγος ; quidam delent ſeq. φωνῆς ; & unus hab. συνάξουσι, non ἐπισυνάξουσι. Cypr. de exhort. mart. ad Fortun. p. 269. a. legit : *Et mittet angelos ſuos cum tuba magna : & colligent electos ejus à quatuor ventis, à ſummis cœlorum uſque ad ſummitates eorum.* Hilar. in Pſ. 146. col. 577. a. *Emittet angelos ſuos cum tuba, & voce magna : & congregabit electos à quatuor angulis ventorum.* Auguſt. ep. 199. to. 2. 757. b. cum textu Colb. concinit ; ſicut etiam Hieron. ad Algaſ. quæſt. 11. to. 4. 208. f. niſi quòd hab. *à ſummo cœlorum.* Auguſt. autem quæſt. 8. in Deut. to. 3. 558. a.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

32. Ab arbore autem fici discite parabolam: cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas:

33. ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis.

34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.

Marc. 13. 31. 35. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

36. De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus Pater.

Genes. 7. 7. Luc. 17. 26. 37. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & adventus Filii hominis:

**Versio antiqua.**

* Cùm cœperint autem hæc fieri, respicite, & levate capita: quoniam appropinquit redemptio vestra. *Ex Ms. Colbert.*

32. A fici autem arbore discite parabolam: cùm jam ramus ejus tener factus fuerit, & folia nascentur, scitis quia prope est æstas:

33. ita & vos cùm audieritis hæc omnia fieri, scitote quia prope est in januis.

34. Amen dico vobis, quia non præteribit hæc generatio, donec omnia hæc fiant.

35. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

36. De die autem illa, & de hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nec Filius, nisi solus Pater.

37. Sicut autem in diebus Noe, ita erit adventus Filii hominis:

## Notæ ad Versionem antiquam.

b. constanter, *à summis cælorum usque ad terminos eorum:* & in Joh. 19. col. 800. e. *Dicit*, inquit, *missurum se angelos suos, ut colligant electos ejus à quatuor ventis.* Juvencus l. 4. p. 73. a.

*Tum tuba terrifico stridens clangore, vexatos*
*Justos quadrifido mundi glomerabit ab axe.*

* Ms. Clarom. pariter addit: *Cùm cœperint autem hæc fieri, respicite, & adlevate capita vestra: quoniam adpropinquabit redemptio vestra.* Cantabrig. *Incipientibus autem his fieri, respicite, & levate capita vestra: quia adpropiat redemptio vestra.* His autem verbis carent cæteri Mss. codd. cùm Lat. tum Græci: nec etiam leguntur apud Hilarium, nec apud Juvencum, nec ap. Auctorem op. imp. in hunc Matthæi loc. nec apud August. ep. 199. to. 2. 757. b. Huc adducta sunt è Lucæ cap. 21. ℣. 28.

℣. 32. Ms. Corb. 1. *A facie autem arboris ficûs discite parabolam: cùm jam ramus ejus fuerit tener, & folia procreaverit*, dein, omissis intermediis, addit, *cognoscetis quia prope est in januis;* quæ sunt ultima verba ℣. seq. Corb. 2. *A fici autem arbore discite parabolam, intelligite: cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nascuntur, scitis quia prope est æstas.* Clarom. *A fici autem arbore discite parabolam: cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata fuerint, cognoscitis prope esse æstatem.* Cantabrig. *A fico autem discite parabolam: cùm jam ramus ejus factus fuerit mollis, & folia germinant, cognoscitis quia prope est æstas:* nec refragatur Græcum, nisi quòd hab. ἐκφύῃ, pro *germinant;* Mss. plures ἐκφυῆ. S. Germ. 1. Lat. Vulgatæ congruit, sicut S. Germ. 2. præterquam quòd hab. *dicite parabolam.* Maj. Mon. & S. Gat. initio: *Ab arbore autem ficûs;* ultimòque, *quia prope est æstus.* Hilar. in eund. loc. col. 732. d. ait: *Cognoscendi temporis signum in similitudine ficûs arboris posuit, cujus cùm ramus tener fuerit, atque fronduerit, tum prope esse æstas intelligitur.* August. ep. 199. to. 2. 757. b. nil omnino differt à Vulgata; sed quæst. 39. in Matth. to. 3. 247. a. legit *similitudinem*, non *parabolam.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 211. *A ficu autem discite parabolam;* ut in Vulg. Marci 13. 28. Juvencus versum hunc totum prætermittit cum sequenti.

℣. 33. Ms. Clarom. *sic & vos cùm videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam prope est in januis.* Corb. 1. hæc tantùm habet: *cognoscetis quia prope est in januis.* Cantabrig. *scitote quoniam prope est ad jannas;* cætera ut in Vulg. cui Vulgatæ S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. respondent ad verbum. Græc. οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις, al. ἐπὶ θύρας· à Ms. 1. absunt hæc, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, ut & alia ℣. præcedentis, à verbo γινώσκετε; ita ut sic jungatur in eo codice, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, οὕτω καὶ ὑμεῖς γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις· quæ Corb. 1. Latino favent. August. ep. 199. to. 2. 757. b. cum Vulgata consentit. Hesych. ep. 198. ap. Aug. to. 2. 740. f. legit: *hæc omnia cùm videritis, scitote quoniam*, &c. ut sup. Hilar. autem hunc versum non memorat; nec Auctor op. imp. in Matth. nec Juvencus in eund. loc.

℣. 34. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. *Amen dico vobis, quoniam non præteribit hæc generatio, donec hæc omnia fiant.* Itidem Cantabrig. *donec hæc omnia fiant.* Corb. 1. tollit *hæc*, ante *omnia.* Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata; cui etiam Græcum favet, detractâ conjunct. *quia;* nonnulli tamen codd. addunt ὅτι; alii delent ταῦτα, post πάντα. Hilar. in Matth. 24. col. 732. f. *Amen dicendo*, inquit, *adjecit generationem nostram præterire non posse, nisi universa ista transcurrerent.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 46. p. 194. a. *Amen dico vobis, non transibit generatio hæc, donec omnia fiant:* paulò verò sup. *non præteribit.* Vide ad Marc. 13. 30. Juvencus l. 4. p. 73. a.

*Præteriet nec enim præsens generatio sæcli,*
*Donec cuncta sequens claudat sibi debita finis.*

℣. 35. Consonant Mss. S. Germ. 1. Clarom. S. Gat. &c. Corb. 1. verò habet: *Cælum & terra transibunt, nam sermones mei non præteribunt.* S. Germ. 2. *verba autem mea non transibunt.* Corb. 2. *verbum autem hoc non præteribit.* Cantabrig. *Cælum & terra transient, verba autem mea non transient.* Græc. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι· Mss. plures singulariter, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται. Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. b. *Cælum & terra præteribunt.* Hilar. in Ps. 118. col. 310. d. *Amen dico vobis, cælum & terra præterient, verba autem mea non transient;* Mss. 2. *præteriet, verba autem mea non præteribunt:* & inf. 312. b. *Cælum enim & terra præteribit:* & in Ps. 138. & 148. col. 510. d. 588. b. *Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt.* Similiter Ambros. l. 1. Hexa. col. 13. c. & in Ps. 36. col. 786. f. at infra, 813. b. & in Ps. 118. col. 1115. f. *Cælum & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.* Itidem Auctor op. imp. in Matth. hom. 49. p. 212. a. & Auct. l. de sing. cleric. p. 521. August. in Joh. 14. 688. a. *Et cælum enim, & terra transibit.* Juvencus l. 4. p. 73. a.

*Hæc tellus cælumque supersolventur in ignes,*
*Sed mea non unquam solventur ab ordine dicta.*

℣. 36. Ms. Corb. 1. *De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, sed nec Filius, nisi solus Pater.* Corb. 2. *neque angeli cælorum, neque Filius, nisi Pater solus.* Clarom. *neque angeli in cælis, neque Filius, nisi Pater solus.* Cantabrig. *nec angeli cælorum, nec Filius, nisi Pater solus.* S. Germ. 1. *De die autem & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi Pater solus.* Itidem S. Germ. 2. addita *illa*, ad vocem *hora.* S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata; nec aliter Græcè, nisi quòd habetur ὁ Πατήρ μου, *Pater meus;* Mss. tamen plures carent μου; quidam præponunt, οὐδὲ ὁ Υἱός. Hilar. quoque in hunc loc. 733. a. ait *diem illum* dici *esse nemini cognitum, & non solum angelis, sed etiam sibi ignoratum.* Similiter Ambros. l. 8. in Luc. col. 1478. e. *De die autem & hora nemo scit, neque angeli cælorum, neque Filius:* & l. 2. de Sp. S. col. 656. d. *De die autem illa & hora nemo novit, neque angeli cælorum.* Item August. in Ps. 6. to. 4. 22. e. *De die verò & illa hora nemo scit, neque angelus, neque virtus, neque Filius, nisi solus Pater.* Auctor etiam op. imp. in Matth. hom. 50. p. 212. b. hab. *neque angeli cælorum, neque Filius, nisi solus Pater.* Et verò Hieron. comment. in hunc loc. to. 4. 118. a. testatur *in quibusdam Latinis codicibus additum* neque Filius, *cùm in Græcis, & maximè Adamantii, & Pierii exemplaribus hoc non habetur adscriptum: sed quia*, infit; *in nonnullis legitur; differendum videtur.* Id verò, *neque Filius*, Vulgata exhibet ad Marci 13. 32. unde forsan in Matthæum adductum est. Phæbad. Agin. l. cont. Arian. p. 300. h. simpliciter legit: *De die autem & hora nemo scit, nisi Pater solus.* Item Juvencus l. 4. p. 73. a.

*Quis sit at ille dies, nescire est omnibus æquum,*
*Ni soli (al. solùm) rerum Domino, qui sidera torquet.*

℣. 37. Ms. Clarom. textui Colb. congruit; S. Germ. 1. & Corb. 2. Vulgatæ. S. Germ. 2. *Sicut autem fuit in diebus Noe*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. *Sicut enim fuit in diebus Noe*, &c. Corb. 1. *Sicut autem dies Noe, sic erit adventus Filii hominis.* Cantabrig. *Sicut enim dies Noe, ita erit adventus Filii hominis.* Græc. Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ, &c. in Ms. 1. deest καί. Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. *Sicut enim*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

38. ſicut enim erant in diebus illis ante dilu-
vium manducantes & bibentes, nubentes & nu-
ptum tradentes, uſque in eo die, quo introivit
Noe in arcam,
39. & non cognoverunt donec venit dilu-
vium, & tulit omnes: ſic erit & adventus Filii
hominis.
40. Tunc duo erunt in agro: unus aſſumetur,
& unus relinquetur:
41. duæ molent in mola: una aſſumetur, &
una relinquetur:
* duo in lecto: unus aſſumetur, & unus re-
linquetur.
42. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Do-
minus veſter venturus ſit.
43. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pa-

VULGATA NOVA.

38. ſicut enim erant in diebus ante diluvium
comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tra-
dentes, uſque ad eum diem, quo intravit Noe in
arcam,
39. & non cognoverunt donec venit diluvium,
& tulit omnes: ita erit & adventus Filii homi-
nis.
40. Tunc duo erunt in agro: unus aſſumetur,
& unus relinquetur:
41. duæ molentes in mola: una aſſumetur, &
una relinquetur.
42. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Do-
minus veſter venturus ſit. Marc. 13. 33.
43. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pa- Luc. 12. 39.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in diebus Noe, ita erit & adventus*, &c. & infra, *ſic erit &*, &c. Juvencus hunc verſiculum non reddit.

℣. 38. Mſ. Cantabrig. *ſicut enim erant in diebus illis ante diluvium manducantes & bibentes, nubentes & nuptiis tradentes, uſque in eum diem, quo introiit Noe in arcam.* Gorb. 2. *ſicut enim erant in diebus illis ante diluvium manducantes & bibentes, uxores ducentes & nuptui tradentes, uſque ad eum diem*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *ſicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes & bib. nubentes & nuptum tradentes, uſque ad eum diem, quo intravit in arcam Noe.* S. Gat. *comedentes & bibentes, nubentes & nuptum tradentes, uſque ad diem, quo*, &c. Maj. Mon. *bibentes, & uxores ducentes, uſque in eum diem, quo*, &c. Clarom. *ſicut enim erat in diebus illis ante diluvium, manducabant & bibebant, & nubebant & nuptui tradebant, uſque in eum diem, quo introivit Noe in arcam.* Corb. 1. *nam ſicut erat in diebus diluvii, manducabant, bibebant, uxores ducebant;* reliqua deſunt. S. Germ. 1. Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet *edentes*, pro *comedentes.* Græc. ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες, &c. ut in Vulg. in Mſ. 1. ὥσπερ γὰρ ἦν, &c. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 212. c. omnia ut in Vulg. at infra legit: *ſicut erant in diebus ante diluvium manducantes & bibentes, & nubentes*, &c. Juvencus l. 4. p. 73. a.

*Ut quondam terras undæ involvêre furentes.*

℣. 39. Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. Colbertino textui favent, niſi quòd hab. cum Vulg. *ita erit & adventus;* S. Germ. 2. *ita erit adventus.* Itidem Clarom. ſed pro *cognoverunt*, ponit *ſenſerunt.* Corb. 1. *& non ſcierunt quòd modò venit cataclyſmus, & tulit omnes: ita erit adventus*, &c. Cantabrig. *& neſcierunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit adventus*, &c. Græc. καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ..... οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ, &c. à quibuſdam abeſt καὶ ante ἡ παρουσία. Victorin. Afric. l. 1. cont. Arium, p. 271. a. legit: *ſicut erit & præſentia Filii hominis.* Juvencus l. 4. p. 73. a. ſic pergit:

*Et diverſa ſibi tractantes munia cunctos*
*Diluvii rapuit ſubito violentia tractu:*
*Sic ſubitas flammas volvens, deſcendet ab æthra*
*Adventus noſter, nec cunctos ille ſub una*
*Conditione premet.*

℣. 40. Itidem Mſs. Cantabrig. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Corb. 1. verò & Clarom. ultimò hab. *& alter relinquetur.* Corb. 2. *& alius relinquetur.* Græc. ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται· Mſ. 1. παραληφθήσεται..... ἀφεθήσεται. Hilar. in hunc loc. 733. c. dicit: *Cùm, duobus in agro poſitis, aſſumatur unus, & alius relinquatur.* Ambroſ. ep. 67. n. 13. col. 1059. f. *Sicut enim duo ſunt in agro, & unus eorum adſumetur, & alius derelinquetur: ita*, &c. Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 271. a. *Tunc duo erunt in agro: unus accipietur, & unus relinquetur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 213. d. *Tunc duo erunt in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur.* Juvencus l. 4. p. 73. a.

*..... Nam tunc, ubi jugera lata*
*Infindent duo, depreſſis ſub vomere ſulcis;*
*Unus correpto tolletur corpore arator,*
*Ignaruſque alius vaſto linquetur in agro.*

℣. 41. Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. conveniunt cum textu Colb. Sangerm. 1. verò habet cum Vulg. *duæ molentes in mola*, &c. S. Germ. 2. *demolantes in mola*, &c. ſed aperto mendo, pro *duæ molantes.* Clarom. *duo molentes ad mola*, &c. Cantabr. *duæ molentes in piſtrino*, &c. A Corb. duplici verſus totus abeſt. In Græco ſic: δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται· Mſs. plures leg. ἐν τῷ μύλῳ· unus verſum integrum omittit: nec etiam ipſum reddit Juvencus l. 4. carm. Evang. Hilarius verò ad eund. ℣. col. 733. c. ait: *Cùm..... duabus molentibus, improbetur altera, & altera eligatur.* Item Ambroſ. ep. 64. col. 1050. b. *illa mulier, quæ bene emoluerit, adſumetur: ea autem, quæ malè emoluerit, derelinquetur:* & l. 1. de Cain, col. 197. f. *una adſumetur, altera relinquetur;* ſed fortè ex Lucæ c. 17. 35. Victorin. Afric. l. 1. adverſ. Arium, p. 271. a. *duæ molentes in piſtrino: una accipietur, & una relinquetur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 213. a. *duæ molentes ad molam: una aſſumetur, & una relinquetur.*

* Hoc aſſumento carent Mſs. Sangerm. ambo: totidem verò Corbeienſes illud admittunt, loco verſûs antecedentis; ſcilicet Corb. prior ita: *duo erunt in lecto jacentes: unus dimittetur, & alius adſumetur.* Corb. alter: *duo in lecto: unus adſumetur, & unus relinquetur.* Sed Mſs. Clarom. Cantabrig. S. Gat. & Maj. Mon. eadem verba verſui præcedenti ſubdunt; nempe Clarom. ſic: *duo in lecto: unus adſumetur, & alius derelinquetur.* Cantabrig. & Maj. Mon. ut in textu Colbertino ſupra. S. Gat. *duo erunt in lecto jacentes: unus admittetur, & alter adſumetur.* Verùm iſta omittuntur in Græco, præterquam in Mſs. quibuſdam, ubi ſic: δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται. In Verſione etiam Anglo-Saxonica: *duo erunt in lecto: unus aſſumetur, & alter relinquetur.* Thomæ Mareſchalli conſulendæ obſervationes in hanc Verſ. necnon Lucæ Brug. Notationes prolixiores. Idem additamentum exhibet Hilar. ad hunc Matth. loc. 733. c. *Cùm*, inquit, *duabus molentibus, improbetur altera, & altera eligatur; & ex duobus, qui in lecto erunt, adhæreat unus, alter deſeratur*, &c. infra etiam: *ex duobus in lecto, alius relinquitur, alius aſſumitur.* Sed Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 213. d. ait: *Lucas Evangeliſta exponit de duobus in lecto, & de duobus ad molam: præſens autem Matthæus de duobus in agro, & de duobus ad molam. Ubi enim Lucas* (17. 34.) *poſuit duo in lecto, ibi Matthæus poſuit duo in agro.* E contrario Juvencus l. 4. in eundem Matthæi loc. p. 73. b. prætermiſſis iis de duabus *ad molam*, dictis ſup. de duobus *in agro*, hæc proximè ſubdit:

*Uno quinetiam recubantes ſtramine lecti,*
*Diſpar judicium diverſa ſorte ſubibunt:*
*Unus enim ſocium quæret per ſtrata relictus.*

℣. 42. Similiter habent Mſs. S. Germ. ambo, ſicut etiam Corb. 1. & Clarom. niſi quòd hi duo mutant ult. verbum *ſit*, cum iſto *eſt.* Corb. 2. legit: *quia neſcitis qua die Dominus venturus eſt.* Cantabrig. *quo die Dominus veſter venturus eſt.* S. Gat. *qua hora, vel qua die Dominus veſter venturus ſit.* Maj. Mon. *qua die, vel qua hora*, &c. Gr. ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται· al. ποίᾳ ἡμέρᾳ ὁ, &c. Iren. l. 4. c. 36. p. 278. c. *Vigilate igitur, quoniam neſcitis qua die Dom. veſter veniet.* Hilar. in hunc loc. 734. a. ait: *Vigilare nos propter adventum furis admonuit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. cum textu concinit. Juvencus l. 4. p. 73. b. ſic pergit:

*Idcirco famuli vigilent, quia neſcius illis*
*Adventus Domini ſubitas deſcendet in horas;* al. *auras*, vitioſè.

℣. 43. Mſ. Clarom. accedit textui Colb. Sic etiam Corb. 2. niſi quòd habet *perfodi;* S. Germ. 1. *perfodire;* Corb. 1. *perfodere;* S. Germ. 2. & S. Gat. *perfodiri.* Maj. Mon. *qua hora fur veniret..... & non ſineret perfodiri*, &c. Cantabrig. *qua vigilia fur veniret..... & non dimiſiſſet perforari*, &c. Græc. ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται..... καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι, &c. Mſs. nonnulli, ποίᾳ ὥρᾳ. Hilar. in Matth. 24. col. 734. a. *Furem*, inquit, *eſſe oſtendit diabolum, ad detrahenda ex nobis ſpolia pervigilem.* Auguſt. in Pſ. 120. to. 4. 1373. b. *ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, amen dico vobis, quia non pateretur perfodi parietem ſuum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

terfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.

44. Ideo & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora, Filius hominis venturus eſt.

45. Quis, putas, eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore?

Apoc. 46. Beatus ille ſervus, quem cùm venerit do-
16. 15. minus ejus, invenerit ſic facientem:

47. amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

48. Si autem dixerit malus ſervus ille in corde ſuo: Moram facit dominus meus venire:

49. & cœperit percutere conſervos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis:

50. veniet dominus ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat:

51. & dividet eum, partemque ejus ponet

VERSIO ANTIQUA.

terfamilias qua hora fur venit, vigilaret utique, Ex Mſ. Colbert.
& non ſineret perfodiri domum ſuam.

44. Ideoque & vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora Filius hominis venturus eſt.

45. Quiſnam eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore?

46. Beatus ille ſervus, quem veniens dominus ejus, inveniet ſic facientem:

47. amen vobis dico, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

48. Si autem dixerit malus ſervus ille in corde ſuo: Moram facit dominus meus venire:

49. & incipiet percutere conſervos ſuos, manducet autem & bibat cum ebriis:

50. veniet autem dominus ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat:

51. & dividet eum, partemque ejus ponet cum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auct. op. imp. in Matth. hom. 52. p. 214. d. *Illud autem ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 4. p. 73. b.

*Præmonitum furis tempus ſi inſiſtere ſciret*
*Quiſque domûs cuſtos, vigilaret, & obvia ferret*
*Arma procul, ruptas ne quis penetraret in ædes.*

℣. 44. Mſ. S. Germ. 2. cum textu Colb. congruit. Sic etiam Clarom. Corb. 1. & S. Gat. detractâ unâ conjunct. *que*, poſt *Ideo*. S. Germ. 1. *quia qua hora neſcitis, Fil. hom. venturus eſt*. Corb. 2. *quia neſcitis qua hora Fil. hom. venturus ſit*. Cantabr. *quia qua non ſperatis hora, Fil. hom. veniet*. Græc. ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς τοῦ... ἔρχεται· al. οὐκ οἴδατε. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1029. a. *Ideo & vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora Filius hominis venturus eſt*. Similiter Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 589. e. at Nicetius epiſc. c. 3. Spicil. to. 3. p. 4. c. *Itaque & vos eſtote parati: quia qua hora neſcitis, Filius hominis venturus eſt*. Juvencus l. 4. p. 73. b.

*Sed vos intentis animis aſſiſtite ſemper:*
*Namque repentinus vobis, ſubituſque recurret*
*Filius huc hominis, juſtis ſua præmia ſervans.*

℣. 45. Mſ. Corb. 2. *Quiſnam eſt fidelis ſervus, aut prudens*, &c. quæ ſupra. Clarom. *Quiſnam eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper famil. ſuam, ut det illis cibum & in tempore?* Itidem S. Germ. 2. *dominus*, abſque pronom. *ſuus*. Corb. 1. *Quiſnam eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſt. dom. ſuus..... ut det illis cibarium in tempore?* Cantabrig. *Quis enim eſt fidelis ſervus, & ſapiens, quem conſt. dominus ſuper famil. ſuam, dare eis cibaria in tempore?* S. Germ. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος, καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Mſ. 1. delet pronom. αὐτοῦ, poſt κύριος. Irenæus l. 4. c. 26. p. 263. b. *Quis igitur erit fidelis actor, bonus, & ſapiens, quem præponit dominus ſuper familiam ſuam, ad danda eis cibaria in tempore?* Hilarius in Matth. 24. col. 734. c. *Quis namque eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam?* Ambroſ. l. 5. de fide, p. 551. b. *Quiſnam eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore cibum?* Ita pariter Heſych. epiſt. ad Auguſt. apud ipſum 198. to. 2. 739. f. præter hoc leve, *cibum in tempore*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 215. d. *Quis enim fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ejus ſuper famil. ſuam, ut det illis cibum*, &c. & poſt pauca: *Quis eſt fidelis ſervus*, &c. Juvencus l. 4. p. 73. b.

*Ille fidelis erit ſervus, cui credere cunctas*
*Ædes & famulos voluit per longa profectus*
*Vir pater ipſe domûs*, &c.

℣. 46. Mſs. Clarom. & Corb. 2. conſonant cum textu Colb. niſi quòd Corb. 2. ultimò hab. *ita facientem*. Corb. 1. *Beatus eſt ſervus ille, quem veniens dominus ejus, invenerit ita facientem*. Cantabrig. *Beatus ſervus ille, quem veniens dominus ejus, invenerit ita facientem*. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ..... εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. Mſs. quidam pro εὑρήσει, ponunt εὑρήσαι. Irenæus l. 4. c. 26. p. 263. b. *Beatus ille ſervus, quem veniens dominus, invenerit ſic facientem*. Itidem Hilar. l. 9. de Trin. col. 1029. a. & Ambroſ. l. 5. de fide, col. 551. b. addito *ejus*, ad vocem *dominus*. Heſych. ubi ſupra, *Beatus ille ſervus, quem veniens dominus ejus, invenerit ſic facientem*. S. Paulin. epiſt. 34. p. 222. c. *Beatus homo, quem veniens dominus, inveniet ita facientem*. Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambroſ. col. 597. c. partim ex Lucæ 12. 37. *Et beatus ſervus erit, quem adveniens dominus, invenerit vigilantem*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. Vulgatæ ſuccinit. Juvencus l. 4. p. 72. b.

*..... Sapiens, nimiumque beatus,*
*Quem veniens dominus, ſervantem juſſa videbit.*

℣. 47. Mſs. S. Germ. ambo, Clarom. Cantabrig. S. Gat. &c. textui utrique ſuffragantur. Itidem Corb. 2. præpoſita conjunct. &, verbo *conſtituet*. Corb. 1. ſolus: *amen dico vobis, quoniam ſuper omnem ſubſtantiam ſuam conſtituet eum*. Græc. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, &c. Hilar. in hunc loc. 734. d. *ſuper omnia bona conſtituetur*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. e. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 73. c.

*Illum majori famulum cumulabit* (al. *redimibit*) *honore.*

℣. 48. Ita legunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. S. Gat. &c. Item S. Germ. 2. niſi quòd hab. *malus ille ſervus*. Corb. 1. cum Cantabrig. *Si autem dixerit ſervus ille* (Cantabrig. *malus ille ſervus*) *in corde ſuo: Tardat dominus meus venire*. Clarom. *Moratur dominus meus venire:* nec aliter in Græco eſt: à Mſs. tamen quibuſdam abeſt ἐκεῖνος, *ille;* ſicut ab uno, ἐλθεῖν, *venire*. Similiter habet Irenæus l. 4. c. 26. p. 262. e. *Si autem dixerit malus ſervus in corde ſuo: Tardat dominus meus: & incipiat*, &c. Heſych. apud Auguſt. epiſt. 198. to. 2. 739. g. *Quòd ſi dixerit malus ſervus: Moram facit dominus meus venire: veniet dominus*, &c. de ℣. 50. omiſſis intermediis. Auctor op. imp. in Matth. Vulgatæ accinit, cum Gilda Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. g. Juvencus l. 4. p. 73. c.

*Aſt ille infelix, qui obſcænè luxuriatus,*
*Tardantem contemnit herum*, &c.

℣. 49. Mſ. Corb. 1. nil omnino differt à textu Colb. Item habet Corb. 2. cum Clarom. *& incipiet percutere;* ultimòque Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *cum ebriis*. Cantabrig. *& incipiat cædere conſervos ſuos..... cum ebrioſis*. S. Germ. 1. Vulgatæ conſonat ad verbum. Græc. καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς..... ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων· Mſs. plures, ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ. Hilar. in Matth. 24. col. 734. d. *adversùm conſerves inſoleſcet, & ſæculi malis, vitiiſque ſe tradet*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. a. *& incipiat percutere conſervos ſuos, manducet autem & bibat cum ebriis*. Juvencus l. 4. p. 73. c.

*..... famuloſque fatigat*
*Verberibus, ſegniſque indulgens ebrietati,*
*Luxurioſorum convivia concelebrabat* (al. *concelebrando.*)

℣. 50. Textui Colb. conſonat Mſ. Clarom. Item Sangerm. uterque, cum Corb. 2. S. Gat. &c. deleta conjunct. *autem;* tollit pariter Cantabrig. ultimòque mutat verbum *ignorat*, cum iſto, *neſcit*. Corb. 1. legit: *venit dominus ſervi illius die, qua neſcit, & hora, qua non ſperat*. Græc. ἥξει ὁ κύριος.... ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ, ᾗ οὐ γινώσκει. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. c. *veniet dominus ejus in die, qua non ſperat*. Hilar. in Pſ. 59. col. 139. a. *veniet dom. ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat:* & in hunc loc. 734. d. *deſperata die dominus adveniet*. Heſych. apud Auguſt. epiſt. 198. to. 2. 739. g. omiſſo præced. ℣. ſtatim poſt *venire*, hæc ſubdit: *veniet dominus ejus in die, qua neſcit, & hora, qua ignorat*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. d. *veniet dom. ejus hora, qua neſcit*. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. g. *veniet ergo dominus ſervi illius in die, in qua non ſperat*, &c. ut in textu. Juvencus l. 4. p. 73. c.

*Adveniet dominus, ſervumque incautâ furentem*
al. *Adveniet dominus ſubitò, ſervumque furentem.*

℣. 51. Ita ferunt Mſs. S. Germ. Corb. 2. Clarom. S.

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Colbert. hypocritis : illic erit fletus, & ſtridor dentium.

**Vulgata nova.**

cum hypocritis : illic erit fletus, & ſtridor dentium. Sup. 13. 42. Inf. 25. 30.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

Gat. &c. nec aliter in Cantabrig. niſi iſta exceperis, *& partem ejus ponet..... ibi erit.* In Corb. 1. *& findet eum, partemque ejus ponet cum publicanis : illic erit*, &c. S. Germ. 1. *cum hypocritis ponet : illic erit*, &c. Græc. ϗ διχοτομήσει αὐτὸν, ϗ τὸ μέρος αὐτȢ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔςαι, &c. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. c. *& dividet eum, & partem ejus cum hypocritis ponet.* Hilar. in Pſ. 59. col. 139. a. *& dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis* : item in hunc loc. 734. f. *eumque à bonis, quæ ſpoponderat, dividet, portionemque ejus cum hypocritis in pœnæ æternitate conſtituet.* Tichon. reg. 2. p. 51. h. *partemque ejus cum hypocritis ponet.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. g. *& dividet eum à ſanctis, partemque ejus ponet cum hypocritis : illic erit*, &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. d. *& dividet eum, partemque ejus cum hypocr. & infidelibus ponet.* Juvencus l. 4. p. 73. c.

*Præcipitem dignis pœnarum cladibus abdet :*
*Illum perpetuus fletus, ſtridorque manebit.*

---

# CAPUT XXV.

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Colbert. 1. TUnc ſimile æſtimabitur regnum cœlorum decem virginibus : quæ acceperunt lampades ſuas, & venerunt obviam ſponſo & ſponſæ.

2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes :

3. ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non ſumpſerunt oleum ſecum :

4. prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus ſuis.

5. Moram autem ſponſo faciente, dormitaverunt omnes & dormierunt.

6. Media autem nocte clamor factus eſt : Ecce

**Vulgata nova.**

1. TUnc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus : quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obviam ſponſo & ſponſæ.

2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes :

3. ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum :

4. prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

5. Moram autem faciente ſponſo, dormitaverunt omnes & dormierunt.

6. Media autem nocte clamor factus eſt : Ecce

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Mſ. Corb. 1. *Tunc ſimile æſtimabitur regnum cælorum decem virginibus : quæ, acceptis lampadibus ſuis, exierunt in obviam ſponſo & ſponſæ.* Corb. 2. *Tunc ſimile æſtimabitur..... quæ acceperunt lampades ſuas, & prodierunt, & venerunt obviam ſponſo*, &c. Clarom. *Tunc ſimilabitur..... quæ acceperunt lampades ſuas, & exierunt obviam ſponſo*, &c. Cantabrig. *Tunc ſimilabitur..... quæ acceperunt..... & exierunt in obviam ſponſi & ſponſæ.* S. Germ. 1. *Tunc ſimile eſt*, &c. ut in Vulgata. Eidem Vulgatæ conſonant S. Germ. 2. S. Gat. &c. ad verbum. Græcè ita : Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ... δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβȢσαι τὰς..... ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τȢ νυμφίȢ· al. ſubditur, ϗ τῆς νύμφης, de quo vide Millii notas. Hilar. in eund. loc. col. 735. a. legit : *Tunc ſimilabitur regnum cælorum decem virginibus.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. c. *Tunc ſimile æſtimabitur regnum cælorum decem virg. quæ acceperunt lampades ſuas, & venerunt obviam ſponſo. Quinque*, &c. Tichon. verò reg. 1. p. 50. c. *exierunt obviam ſponſo & ſponſæ.* Arnob. Afer in hunc Matth. loc. p. 334. a. *Tunc ſimile æſtimabitur regnum cælor. decem virgin. quæ acceperunt lampades ſuas, & exierunt obviam ſponſo & ſponſæ.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 52. *Tunc ſimile eſt regnum cælor. decem virg.* at infra, 217. e. *Tunc ſimile erit ;* paulòque poſt, *quæ acceperunt lampades ſuas :* & infra, 218. b. *& venerunt obviam ſponſo & ſponſæ.* Apud Juvenc. l. 4. p. 73. c.

*Conferri poſſunt cæleſtia regna puellis*
*Bis quinis.....*

reliqua poſtponuntur verſui ſequenti, quem vide.

℣. 2. Similiter habent Mſs. S. Germ. duo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. Itidem Corb. 1. detracto verbo *erant.* Cantabrig. *Quinque autem ex his erant ſtultæ, & quinque ſapientes.* Gr. Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, ϗ αἱ πέντε μωραί· al. ἐξ αὐτῶν ἦσαν μωραὶ, ϗ πέντε φρόνιμοι. Hilar. in hunc loc. col. 735. a. dicit : *abſolutè enim in quinque prudentibus, & in quinque fatuis*, &c. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. c. cum textu Colb. concinit, & Vulgata. Arnob. Afer annot. in Evang. p. 334. a. *Quinque autem ex illis fatuæ erant, & quinque prudentes.* Juvencus l. 4. p. 73. c.

*..... quarum pars eſt ſapientior una,*
*Altera præſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde.*

Deinde :

*Occurrere illæ votis ſponſalibus omnes*
*Ornatu accinctæ tædarum flammicomantum.*

Sed hi duo poſteriores verſus reſpondent verbis ultimis verſûs præcedentis.

℣. 3. Mſs. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. legunt cum Vulgata : *ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non*, &c. Claromont. *ſed fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non*, &c. Corb. 2. *fatuæ ergo, acceptis lampadibus, non*, &c. Corb. 1. *ſtultæ autem, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum in vaſis.* Cantabrig. *ſtultæ ergo, accipientes lampades ſuas, non acceperunt ſecum oleum in vaſis ſuis.* Lectionarium Luxov. antiquiſſimum, textui Colb. accinit. Græc. αἵτινες μωραὶ, λαβȢσαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν, ȣ̓κ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον· Mſ. 1. αἱ γὰρ μωραὶ· Cantabrig. Græc. addit in fine, ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν. Aug. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non ſumpſerunt oleum ſecum.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 218. d. *fatuæ autem, accipientes lampades ſuas, non ſumpſerunt oleum ſecum.* Arnob. Afer in eund. Matthæi loc. p. 334. a. *fatuæ autem, acceptis lampadibus ſuis, non tulerunt ol. ſecum in vaſis ſuis.* Juvencus l. 4. p. 73. c. hunc verſum poſtponit ſequenti, quem vide.

℣. 4. Mſ. Clarom. *prudentes verò acceperunt oleum in vaſis cum lampadibus ſuis.* Cantabrig. *ſapientes autem acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus ſuis.* S. Germ. 1. *prudentes autem ſumpſerunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.* Corb. 1. *prudentes verò tulerunt oleum ſecum ;* nec addit plura. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ conſonant ; Gr. textui Colbertino ; ſed Froben. edit. cum Ald. tollit αὐτῶν, poſt *lampadibus ;* ſicut Cantabrig. Græc. Syr. Æthiop. & Arab. ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *prudentes autem acceperunt oleum ſecum in vaſis ſuis cum lampadibus :* at ſerm. 93. to. 5. 504. b. *prudentes tulerunt oleum ſecum in vaſis ſuis : ſtultæ verò non tulerunt oleum ſecum.* Arnob. Afer annot. in Matth. p. 334. a. *prudentes autem tulerunt in vaſis cum lampadibus ſuis.* Juvencus l. 4. p. 73. c. ita cum Aug. ſupra :

*Sed ſapiens pars illa, ſibi quo lumina flammæ*
*Suſciperet, portare ſimul curabat olivum :*
*Stultarum verò non eſt prudentia talis.*

℣. 5. Mſs. S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. &c. textui favent utrique. Sangerm. 1. unà cum Luxovienſi Lection. habet : *Mora autem faciente ſponſo*, &c. quæ ſupra. Claromont. *Mora autem ſponſo faciente, dormitabant omnes*, &c. Corb. 1. *Tardante autem ſponſo, fatuæ obdormierunt.* Cantabrig. *Tardante autem ſponſo, dormitaverunt omnes & dormiebant.* Ita quoque in Græco eſt. Apud Aug. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *Tardante autem ſponſo, dormitaverunt omnes & dormierunt :* at ſerm. 93. to. 5. 504. b. Vulgatæ favet. Auctor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 218. a. *Moram autem faciente ſponſo, dormitaverunt omnes virgines & dormierunt.* Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Cùmque moraretur ſponſus, tum membra ſopore*
*Solvuntur cunctis per compita lata viarum.*

℣. 6. Mſ. S. Germ. 1. *Media autem nocte... Ecce ſponſus eſt, venite, exite obviam ei.* Corb. 1. *Ecce ſponſus venit, ite in obviam ei.* Corb. 2. *Et ecce ſponſus venit, ſurgite obviam ei.* Cantabrig. *Ecce ſponſus, exite obviam ei.* S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. &c. ut in Vulgata ; cui etiam favet Græ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſponſus venit, exite obviam ei.
7. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades ſuas.
8. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt : Date nobis de oleo veſtro : quia lampades noſtræ exſtinguuntur.
9. Reſponderunt prudentes, dicentes : Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.
10. Dum autem irent emere, venit ſponſus : & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua.
11. Noviſſimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis.
12. At ille reſpondens ait : Amen dico vobis, neſcio vos.
Marc. 13. 33. 13. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, ne-

VERSIO ANTIQUA.

ſponſus venit, ſurgite obviam ei. Ex Mſ. Colbert.
7. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & acceperunt lampades ſuas.
8. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt : Date nobis de oleo veſtro : quia lampades noſtræ exſtinguuntur.
9. Reſponderunt prudentes, dicentes : Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.
10. Et dum eunt emere, venit ſponſus : & quæ paratæ fuerant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua.
11. Noviſſimè autem venerunt reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis.
12. Ait eis : Amen dico vobis, quòd neſcio vos.
13. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum, niſi quòd extremò hab. εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *Media autem noƈte clamor factus eſt : Ecce ſponſus venit, ſurgite obviam ei ;* ut in textu Colb. Auƈtor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 218. d. *Media noƈte clamor factus eſt : Ecce*, &c. quæ in Vulg. Hilarius in Matth. 24. col. 735. a. ait : *Tuba excitante, ſponſo obviam proditur :* & infra : *Noƈte media clamor*, &c. Juvencus l. 4. p. 73. c.

*Jam noƈtis medio clamor crebreſcere magnus*
*Incæpit* ( al. *exoritur*, ) *lætoque dehinc occurrere voto*
*Admonuit, tædiſque vias ornare coruſcis.*

℣. 7. Mſ. Clarom. *Tunc ſurrexerunt omnes illæ virgines, & acceperunt lampades ſuas.* Corb. 1. *Tunc ſurrex. omnes illæ virgines, & compoſuerunt lampades ſuas.* Cantabrig. *Tunc ſurgunt omnes virgines, & aptaverunt lampades ſuas.* Sangerm. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulg. & Græco. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *Tunc ſurrexerunt virgines illæ, & aptaverunt lampades ſuas.* Auƈtor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 219. a. *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & compoſuerunt lampades ſuas.* Græc. καὶ ἐκόσμησαν τὰς, &c. Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Surgere tunc properant, & claro lumine tædas*
*Inſtruere, & flammas pingui componere olivo.*

℣. 8. Accinunt Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. &c. necnon Cantabrig. ipſe, niſi quòd hab. *Stultæ autem*, & *lampadæ*. Corb. 1. *Stultæ autem dixerunt prudentibus : Date*, &c. Græc. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, &c. ut in Lat. ſupra. Hilar. in Matth. 24. col. 735. a. dicit : *Et quia prodire obviam fatuæ, exſtinƈtis lampadibus, non poſſunt, deprecantur eas quæ prudentes erant, ut oleum mutuentur.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *Et dixerunt illæ ſtultæ ad ſapientes : Date nobis de oleo veſtro*, &c. ut in textu. Auƈtor quæſt. ex N. T. q. 62. col. 156. g. *ſtultas* pariter vocat. Apud Auƈt. op. imp. in Matth. hom. 52. p. 219. e. omnia ut in Vulg. & textu Colb. Apud Juvenc. l. 4. p. 73. d.

*Tunc ſtolidæ rogitant olei ſibi cedere partem,*
*Prudentes ſecum quod tunc geſtare videbant.*

℣. 9. Ita legunt Mſs. S. Germ. 2. & Maj. Mon. Sic etiam Sangerm. 1. & Corb. 1. niſi quòd hab. *& dixerunt*, loco *dicentes*. S. Gat. verò : *dicentes : Non, ne fortè non ſufficiat*, &c. Corb. 2. *ſed ite potiùs ad vendentes*, &c. Claromont. *Et reſponderunt prud. dicentes : Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad eos qui vendunt, & emite vobis.* Cantabrig. *Reſponderunt autem ſapientes, dicentes : Nequando non ſufficiat*, &c. ut in textu. Græc. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι· Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, &c. Mſ. 1. λέγουσαι· Οὔ, μήποτε· plures, πορεύεσθε μᾶλλον. Hilar. in hunc loc. 736. a. ait : *Quibus reſponderunt non poſſe ſe dare, quia non ſit fortè quod omnibus ſatis ſit..... hortantur ut redeant ad emendum.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 7. col. 499. d. *ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. ſeq. *Reſponderunt autem ſapientes, dicentes : Ne fortè*, &c. quæ in textu : ſic etiam epiſt. 140. to. 2. 453. e. *ite potiùs*, &c. Auƈtor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 219. e. *Reſponderunt autem prudentes, dicentes : Ne fortè nec nobis nec vobis ſufficiat, ite potiùs ad vendentes*, &c. Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Sed quoniam ſapiens pavitat chorus, omnibus æquè*
*Ne deſint claræ nutrimina pinguia flammæ,*
*Ex parvo æqualis ſi detur portio cunƈtis*, &c.

℣. 10. Mſ. Corb. 1. *Illæ autem dum vadunt emere, venit ſponſus : & quæ paratæ erant....... & clauſæ ſunt januæ.* Corb. 2. *Dum eunt emere, venit ſponſus : & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo in nuptias, & clauſa eſt*, &c. Itidem Clarom. niſi quòd habet initio, *Et dum eunt emere.* S. Germ. 2. *Dum irent emere*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Cùm vadunt emere, venit..... & quæ paratæ erant, introierunt..... ad nupt. & cluſa eſt*, &c. Sangerm. 1. S. Gat. &c. nil diſcrepant à Vulgata. Græc. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι..... καὶ αἱ ἕτοιμοι, εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη, &c. al. ἕτοιμαι. Hilar. in hunc loc. 736. d. *Quibus morantibus, ſponſus ingreſſus eſt, atque unà cum eo in nuptias, ſapientes.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. *Et dum irent emere*, &c. quæ in Vulg. & epiſt. 140. to. 2. 453. f. *Et dum eunt emere*, &c. & ſerm. 93. to. 5. 504. b. ſeqq. *Cùm eunt emere, venit ſponſus : & intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſum eſt oſtium.* Auƈtor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 219. e. *Abeuntibus autem eis, ecce venit ſponſus : & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo, & clauſa eſt janua.* Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Tunc pergunt ſtultæ liquidum ut mercentur* ( al. *liquidum mercantur* ) *olivum :*
*Dum pergunt, lætæ tranſcurrunt omnia pompæ,*
*Et ſponſo tantùm comitatur factio prudens.*

℣. 11. Mſ. S. Germ. 1. & S. Gat. necnon antiquiſſimum Luxov. Leƈtionarium : *Noviſſimè veniunt & reliquæ virg.* &c. quæ ſup. S. Germ. 2. *Noviſſimè autem veniunt & reliquæ*, &c. Corb. 1. *Noviſſimè verò veniunt & cæteræ virgines*, &c. Cantabrig. *Noviſſimè venerunt reliquæ virg.* &c. Clarom. *Poſtea veniunt & reliquæ*, &c. Corb. 2. & Maj. Mon. ut in Vulg. ad verbum. Græc. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ, &c. ut in Lat. Hilarius in hunc loc. 736. d. *Fatuæ accurrunt : aperiri ſibi aditum rogant.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. & ſerm. 93. to. 5. 506. b. cum Vulgata conſentit. Auƈtor op. imp. in Matth. hom. 52. p. 220. c. *Noviſſimè autem venerunt & reliquæ*, &c. Auƈtor etiam l. quæſt. ex N. T. apud Auguſt. to. 3. q. 62. col. 156. g. hab. *Domine, Domine, aperi nobis.* Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Adveniunt fatuæ* (al. *brutæ* ) *ſero poſt tempore ſegnes,*
*Et ſponſi pulſare fores, & limina clauſa*
*Nequicquam ingeminant, precibuſque ingrata frequentant,*
*Ut liceat miſeris penetrare in limina læta.*

℣. 12. Mſs. Corb. 1. & Clarom. *At ille reſpondens ait : Amen dico vobis, quia neſcio vos.* Cantabrig. *Qui autem reſpondens dixit*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. eidem Vulgatæ ad verbum congruunt. Gr. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν..... οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Hilar. in Matth. col. 736. d. *Quibus reſpondetur à ſponſo : Neſcio vos :* & l. 9. de Trin. col. 1027. c. *Amen dico vobis, quia neſcio vos.* Hieron. l. 2. in epiſt. ad Gal. to. 4. 271. a. *Et ad ſtultas virgines : Neſcio vos quæ eſtis.* Auguſt. l. de quæſt. to. 6. p. 30. d. cum Vulgata concinit : at ſerm. 93. to. 5. 506. b. leg. *Amen dico vobis, non novi vos.* Ambroſiaſt. pp. 160. c. 182. d. *Amen dico vobis, neſcio vos.* Auƈt. quæſt. ex N. T. apud Auguſt. to. 3. q. 62. col. 156. g. *Amen dico vobis, quòd neſcio vos.* Auƈt. op. imp. in Matth. hom. 52. p. 220. d. *At ille reſp. ait : Amen dico vobis, neſcio vos qui eſtis.* Vide Luc. 13. 27. Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Illas non comitum ſponſi cognoſcere quiſquam*
*Non ſponſus voluit. Quare vigilate*, &c.
al. *Non ipſus ſponſus voluit. Vigilate*, &c.

℣. 13. Itidem Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet : *Vigilate ergo, quoniam neſcitis diem, nec horam.* Græc. ad *horam*, addit, ἐν ῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* horam.

14. Sicut enim homo peregrè profecturus, vocavit ſervos ſuos, & tradidit eis bona ſua.

15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum, unicuique autem ſecundùm propriam virtutem, & profectus eſt.

16. Continuò autem abiit qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque.

17. Similiter & qui duo talenta acceperat, lucratus eſt in eis alia duo.

18. Qui autem unum talentum accepit, fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

19. Poſt multum verò temporis venit dominus ſervorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

20. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta mihi tradidiſti, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

VULGATA NOVA.

que horam.

14. Sicut enim homo peregrè proficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua. *Luc.* 19. 12.

15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum, unicuique ſecundùm propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim.

16. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque.

17. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

19. Poſt multum verò temporis venit dominus ſervorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

20. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἔρχεται, *in qua Filius hominis venit;* quæ abſunt à Mſs. pluribus, teſte Millio, nec occurrunt apud probatiſſimos primæ ætatis Interpretes, ſi Clario fides: ex capite 24. ℣. 44. huc adducta fuiſſe videntur. Apud Hilar. l. 9. de Trin. col. 1027. c. hæc ſola: *Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.* Similiter apud Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 30. d. cui ſuffragatur Juvencus l. 4. p. 73. d. dicens:

*..... Quare vigilate timentes,*
*Adventus vobis quòd non eſt certior hora.*

℣. 14. Mſ. Clarom. *Sicut enim homo peregrè affuturus, vocavit,* &c. quæ in textu. Corb. 2. *Sicut enim homo peregrè profectus, vocavit,* &c. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. cum Vulg. *Sicut enim homo peregrè proficiſcens,* &c. Corb. 1. *Sicut enim homo peregrè profectus, vocavit..... & tradidit illis ſubſtantiam ſuam.* Itidem Cantabrig. niſi quòd delet conjunct. *enim;* legitque *& tradidit eis.* Græc. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν, ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Hilar. in hunc loc. 736. d. *Sicut enim homo peregrè proficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis ſubſtantiam ſuam.* Succinit Auct. l. de vocat. gent. l. 2. c. 8. p. 22. e. necnon Tichon. reg. 5. p. 62. a. hoc monendo, Matthæum dixiſſe *tribus ſervis creditam Domini ſubſtantiam.* Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 53. nil cum Vulgata diſcordat. Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Sicut enim longas cui contigit ire profecto*
*In terras, credens ſervis tractanda talenta.*

℣. 15. Mſ. S. Germ. 1. textui Colb. favet, cùm jungere videatur adverbium ult. *ſtatim*, cum ℣. ſequenti. Corb. 1. pariter legit: *Uni dedit talenta quinque, alii autem duo, altero verò unum, unicuique ſecundùm virtutem ſuam, & profectus eſt:* deinde, *Et continuò abiit,* &c. de ℣. ſequenti. Corb. 2. *Et uni quidem dedit quinque talenta..... unicuique ſecund. propr. virtutem; profectus eſt ſtatim.* Similiter habet Claromont. poſita una conjunct. *&*, ante *profectus eſt;* deleto verò ſeq. *ſtatim.* Cantabr. *Et cuidam quidem dedit quinq. talanta, cuidam duo, cuidam unum, unicuique ſecundùm virtutem ſuam, & profectus eſt continuò.* S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata; cui etiam ſuffragatur Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 8. p. 22. e. Græcè ita: Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε..... ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, &c. ut in Vulgata. Hilar. in hunc loc. 736. e. ait: *Diviſio pecuniæ inæqualis eſt..... ait enim unumquemque ſecundùm virtutem ſuam accepiſſe.* Juvencus l. 4. p. 73. d.

*Uni quinque dedit, duo cepit & alter habenda,*
*Tertius unius curam tractare talenti*
*Suſcepit, vires quoniam diverſa merentur.*

℣. 16. Mſ. Corb. 1. *Et continuò abiit qui quinque talenta acceperat, operatus eſt in eis,* &c. quæ ſupra. Corb. 2. breviùs: *Continuò autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis alia quinque.* S. Germ. 1. *Statim abiit qui quinque talenta acceperat,* &c. ut in textu. Clarom. *Continuò autem abiit ille, qui quinque talenta acceperat,* &c. Cantabrig. *Pergens autem qui quinque talenta accepit, operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque talenta:* nec aliter Græcè, niſi exceperis verbum ἐποίησε, pro *lucratus eſt;* ſed Mſs. plures hab. ἐκέρδησε; quidam etiam tollunt *talenta* in fine. Hilarius in hunc loc. 737. b. ait: *Sed ſervus ille, qui quinque talenta accepit..... profectus..... duplicavit.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 220. c. *Statim autem abiit qui quinque talenta acceperat, & acquiſivit alia quinque.* Juvencus l. 4. p. 73. e.

*Sed major quibus* (al. *quis*) *eſt concredita portio nummi,*
*Certatim duplis auxerunt munera donis.*

℣. 17. Mſ. Corb. 1. *Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt in eis alia duo.* Corb. 2. *Et ſimiliter qui duo accepit, lucratus eſt in eis alia duo.* Clarom. *Similiter autem & qui duo accepit, lucratus eſt & ipſe alia duo.* Cantabrig. *Similiter & qui duo talanta accepit, & ipſe lucratus eſt alia duo.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ conſonant, niſi quòd S. Germ. 2. tollit *&*, poſt *Similiter.* Gr. Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο· à quibuſdam Mſs. abeſt, καὶ αὐτός. Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 220. d. *Similiter & ille, qui duo talenta accepit, lucratus eſt alia duo.* Vide Juvenc. ad ℣. præced.

℣. 18. Mſ. Corb. 1. *Qui autem unum talentum acceperat, fodiit terram,* &c. quæ ſupra. Corb. 2. *Qui autem unum talentum accepit, fodit, & abſcondit pecuniam domini ſui.* S. Germ. 2. *fodit in terra,* &c. Clarom. *Qui autem unum accepit talentum, abiit, effodit in terram, & abſcondit,* &c. Cantabrig. *Qui autem unum acceperat, fodit in terra, & abſcondit argentum domini ſui.* Sic etiam in Græco eſt, addito verbo ἀπελθὼν, iſti, λαβὼν, *acceperat;* ſed τὸ ἀπελθὼν abeſt à Mſs. quibuſdam: unus Alex. habet ἓν τάλαντον λαβών. Auct. op. imp. in Matth. hom. 53. p. 220. e. *Qui autem unum accepit, abiens fodit in terram.* Juvencus l. 4. p. 73. e.

*Ille ſed unius cui credita cura talenti eſt,*
*Telluri infodiens, condit ſine fructibus æra.*

℣. 19. Concinunt Mſs. Clarom. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Item S. Germ. 1. & Corb. 2. niſi quòd prior habet, *Poſt multum verò tempore;* alter, *Poſt multum verò tempus.* Cantabrig. *Poſt multum autem tempus venit..... & tollit rationem cum eis.* Corb. 1. *Poſt multum verò temporis venit dom. ſ. illorum, ut acciperet ab eis rationem.* Græc. Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται..... καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον. Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 221. e. *Poſt multum verò temporis venit dom. ſerv. illorum.* Juvencus l. 4. p. 73. e.

*Jamque aderat præſens dominus,* &c. quæ infra.

℣. 20. Mſ. S. Germ. 2. concordat cum textu Colb. ſicut Sangerm. 1. præterquam quòd hab. *lucratus ſum.* Corb. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Clarom. *Et acceſſit qui quinque tal. acceperat, & obtulit alia quinque, dicens,* &c. ut in textu. Corb. 1. ſimiliter hab. *Et acceſſit qui quinque talenta acceperat, & obtulit;* ſed extremò legit: *Domine, quinque talenta mihi dediſti, ecce alia quinque adquiſivi.* Cantabrig. *Et accedens qui quinque acceperat talanta, obtulit alia quinque talanta, dicens: Domine, quinque talanta mihi tradidiſti, ecce alia quinque talanta ſuperlucratus ſum.* Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd pro ult. *ſuperlucratus ſum*, ponitur ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Mſs. quidam ἐπεκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς, al. ἐν αὐτοῖς. Hilar. in hunc loc. 737. b. ait: *In ratione autem ponenda judicii examen eſt..... Igitur cui erant quinque commiſſa, domino reverſo, de quinque decem obtulit.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 553. a. *Domine, quinque talenta mihi dediſti, & ecce alia quinque lucratus ſum.* Caſſiod. in Pſ. 111. p. 383. c. *Domine, quinque talenta dediſti mihi.* Juvencus l. 4. p. 73. e. ſic pergit:

*..... Tum primus & alter*
*Se geminaſſe illi pariter concredita monſtrant.*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. *Ex Mſ. Colbert.* |
|---|---|
| 21. Ait illi dominus ejus : Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. | 21. Ait illi dominus ejus : Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. |
| 22. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait : Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. | 22. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait : Domine, duo talenta dediſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. |
| 23. Ait illi dominus ejus : Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. | 23. Ait illi dominus ejus : Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. |
| 24. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait : Domine, ſcio quia homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti : | 24. Accedens autem qui unum talentum acceperat, ait : Scio, domine, quia homo durus es, & metes ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti : |
| 25. & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra : ecce habes quod tuum eſt. | 25. & timens abii, & abſcondi talentum tuum in terra : ecce habes quod tuum eſt. |
| 26. Reſpondens autem dominus ejus, dixit ei : Serve male, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi : | 26. Reſpondens autem dominus ejus, dixit ei : Nequam ſerve, male, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſpargo : |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Textui noſtro reſpondent Mſs. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Sic etiam Clarom. niſi quòd hab. *dominus ſuus : Euge bone ſerve.* Itidem S. Germ. 2. *bone ſerve.* Corb. 2. delet iſtud, *quia ſuper pauca fuiſti fidelis* ; cæt. ut in textu. Corb. 1. legit : *Et ait illi dominus ſuus : Euge ſ. bone, & fid. quoniam in minimo fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra,* &c. Cantabrig. *Ait illi dominus ſuus : Eu ſerve bone, & fid. quia in modicis fuiſti fidelis, ſuper multa te,* &c. Græc. Ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· Εὖ δοῦλε... καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε, &c. Mſs. plures tollunt δὲ, poſt Ἔφη. Iren. l. 4. c. 11. p. 240. d. *Euge ſerve bone, & fidelis, quia in modico fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.* Itidem Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. vel 236. d. niſi quòd habet, *fuiſti fidelis, ſupra.* Ambroſ. l. 7. in Luc. col. 1429. e. *Euge bone ſerve, quoniam ſuper pauca fidelis fuiſti, ſuper multa,* &c. ut in textu : & epiſt. 9. to. 2. 794. a. *Euge ſerve bone :* & l. de vid. to. 2. 206. a. *quoniam ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam :* & l. 2. de interpel. Dav. n. 34. to. 1. 651. e. *intra in gaudium domini tui.* Similiter Hilar. in Pſ. 52. col. 86. a. *ſerve bone, intra in gaudium domini tui.* S. Paulin. ep. 34. p. 218. a. *Euge bone ſerve, intra in gaudium domini tui :* & inf. 220. b. *Euge bone ſerve, quia in paucis fidelis fuiſti, ſupra multa te conſtituam :* & epiſt. 39. p. 240. b. *Euge ſerve bone, intra in gaudium domini tui : quia fidelis fuiſti in paucis, ſuper multa te conſtituam.* Auguſt. in Joh. 15. col. 710. f. *Euge ſerve bone, quia in paucis fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam :* in Pſ. verò 113. to. 4. 1258. d. *Euge bone ſerve, quoniam in paucis fidelis fuiſti, ſupra,* &c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 221. ut in Vulg. & textu Colb. Juvencus l. 4. p. 73. e.

*Illos laudat herus, potioraque credere tanta*
*Promittit fidei. Sed tertius,* &c. de ℣. 24.

℣. 22. Similiter in Mſs. S. Germ. duobus, & Clarom. præter hoc, *mihi tradidiſti*, pro *dediſti mihi.* Corb. 2. legit : *Acceſſit autem qui duo,* &c. ut in Vulgata. S. Gat. *Acceſſit alter & qui duo,* &c. Corb. 1. *Et cùm acceſſiſſet is, qui duo talenta acceperat, ait : Domine, duo talenta mihi dediſti, ecce duo alia talenta acquiſivi.* Cantabrig. *Accedens autem & qui duo talanta acceperat, dixit : Domine, duo talanta mihi tradidiſti, ecce alia duo talanta ſuperlucratus ſum.* Ita quoque Græc. habet, cum hoc in fine, ἐκέρδησα ἐπ᾽ αὐτοῖς. Auctor operis imp. in Matth. hom. 53. p. 221. e. *Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait : Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo.*

℣. 23. Mſs. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ſimiliter habent, adjuncto uno *fuiſti*, ad *pauca*, ut in Vulgata. Corb. 2. inſuper præponit *Et*, primo verbo *ait.* Clarom. *Et ait illi dominus ſuus : Euge bone ſerve, & fidelis, quia ſuper pauca fidelis fuiſti, ſuper multa conſtituam te,* &c. Corb. 1. *Ait illi dominus ejus : Euge ſ. bone, & fid. quoniam in modico fuiſti fidelis, ſuper majora te,* &c. ut in textu. Cantabr. *Ait illi dominus ſuus : Eu ſerve bone, & fidelis, quia in modicis fuiſti fidelis,* &c. Græc. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν, &c. al. initio : Ἔφη δὲ αὐτῷ. Hilar. in hunc loc. 737. c. dicit : *Ratione ac reditu diſſimili, par tamen à domino munus amborum eſt..... nam collaudatione eadem jubetur in gaudium domini introire.* Ambroſ. ep. 15. col. 821. b. *Euge bone ſerve, & fidelis, quoniam ſuper pauca fidelis fuiſti, ſuper multa te conſtituam.* S. Valerian. hom. 11. ap. Sirm. to. 1. 660. d. *Euge ſerve bone, quia in pauca fuiſti fidelis, in multa te conſtituam, intra,* &c. ut ſupra.

℣. 24. Mſ. Corb. 1. *Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait : Domine, ſciebam te durum hominem eſſe, metis ubi non ſeminaſti, & colligis ubi non diſperſiſti.* S. Germ. 2. *Accedens autem qui unum talentum acceperat, ait,* &c. quæ in Vulgata ; S. Germ. 1. *ait illi.* Maj. Mon. *Domine, ſcio, homo durus es,* &c. Clarom. *ait : Domine, ſciebam te quia homo durus es, & metis ubi non ſeminaſti, & colligis ubi non ſparſiſti.* Cantabrig. *Accedens autem qui unum talantum acceperat, dixit : Domine, cognovi quia durus es homo, metens ubi non ſeminaſti, & congregans ubi non ſparſiſti.* Corb. 2. *& congregans quod non ſparſiſti.* Græc. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε· Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· Mſs. nonnulli ferunt λαβὼν, pro εἰληφὼς ; al. delent σε, poſt ἔγνων ; al. ponunt ὅπου, loco ὅθεν. Hilar. in hunc loc. 737. d. *Qui verò unum talentum accepit... ita ait : Scio quia homo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & colligis ubi non ſparſiſti.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 222. b. ut in Vulgata : at infra, p. 234. a. legit : *ait : Sciebam quia homo durus es, metis quod non ſeminaſti, & congregas quod non ſparſiſti.* Juvencus l. 3. p. 73. e.

..... *Sed tertius ille refodit,*
*Reddidit & domino* ( al. *Et domino reddit* ) *tali cum voce talentum :*
*Quòd ſcirem domino memet ſervire ſevero,*
*Qui meteret ſegetes alieno ſemine cretas.*

℣. 25. Itidem Corb. 2. Cantabrig. & Maj. Mon. ſicut etiam Clarom. & Corb. 1. niſi quòd hab. initio, *timens ergo abii.* S. Germ. 2. ac S. Gat. *& timens ego abii.* S. Germ. 1. *timens abii, & abſcondi talent. tuum in terram : & ecce habes,* &c. Græc. καὶ φοβηθεὶς ἀπελθὼν, ἔκρυψα τὸ..... ἴδε ἔχεις τὸ σόν. Hilar. in hunc loc. 737. d. *Qui verò unum talentum accepit, & in terra recondidit... ita ait : Timui te... ecco quod tuum eſt.* Juvencus l. 4. p. 73. e.

*Extimui, argentumque tuum concredere terræ*
*Malui, uti ſemper ſalvum tibi reddere poſſem.*

℣. 26. Mſ. Corb. 1. *Cui reſpondens dominus ſuus, dixit : Serve nequa, & piger, ſciebas me metere ubi non ſeminavi, & colligere ubi non diſperſi.* Corb. 2. *Reſpondens autem dom. ejus, dixit ei : Serve nequam, & piger,* &c. quæ in Vulgata. Clarom. *Serve nequa, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſeminavi, & colligo ubi non ſparſi.* S. Germ. 1. vitiosè, *quia non meto ubi non ſemino.* Cantabrig. *Nequa ſerve, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſeminavi, & congrego ubi non diſparſi.* Nec abſimile Græcum eſt, niſi id exceperis, ὅθεν, *unde*, pro ult. *ubi.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. vel 236. c. *Serve nequam, & piger.* Itidem ap. Auguſt. l. de catech. rud. to. 6. 278. f. Item apud Hieron. ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 10. f. *Serve nequam.* Hilar. in Matth. col. 237. f. iiſdem alludens, dicit : *Magis ſine venia erit cur..... commiſſum ſibi talentum ſuffoderit, cùm ſciret meſſurum eſſe ſine ſemine, & collecturum eſſe quæ non ſparſiſſet.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 552. b. cum Vulg. *Serve male, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 222. b. *Serve nequam, & piger, ſciebas quia meto ubi non ſeminavi, & congrego ubi non ſparſi.* Juvencus l. 4. p. 73. e.



Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

27. oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem quod meum est.

28. Tollite ab eo itaque talentum, & date ei qui habet decem talenta:

29. omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

30. Et nequam servum projicite foras in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

31. Cùm autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ:

32. & congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis:

**VULGATA NOVA.**

27. oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura.

28. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta: Sup. 13. 12.

29. omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Marc. 4. 25. Luc. 8. 18. & 19. 26.

30. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

31. Cùm autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ:

32. & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Tum dominus famulo respondens, talibus infit:*
*Si nescire meos auderes dicere mores,*
*Nequitiæ tantæ veniam concedere possem.*

℣. 27. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colb. nisi quòd hab. *tradere*, pro *committere*. S. Germ. 1. *oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis, ut veniens ego recepissem utique quod meum est cum usuris.* S. Germ. 2. *oportuit ergo te mittere..... & ego veniens recepissem*, &c. quæ in Vulgata. Corb. 1. *oportuit ergo te dare pec.... & ego veniens exegissem illam cum usuris.* Clarom. *oportuit ergo te dare pec..... & ego veniens cum usuris recepissem quod meum est.* S. Gat. & Maj. Mon. *oportuit ergo te mittere pec..... & veniens ego recepissem utique cum usuris quod meum esset.* Cantabrig. *oportebat ergo te mittere argentum meum nummul. & veniens ego accepissem utique quod meum est cum usura.* Ita quoque Græcum habet: Ms. 1. loco βαλεῖν, *mittere*, habet καταβαλεῖν. Hilar. in hunc loc. 738. a. ait *potiùs oportuisse eum numulariis dare.* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 552. b. *oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, ut veniens ego recepissem quod meum est:* similiter in Ps. 36. col. 796. f. *oportuit te pecuniam meam committere nummulariis:* at l. 9. in Luc. col. 1498. f. *pecuniam meam dedisses nummulariis, & ego veniens cum usuris recepissem eam.* Vide Luc. 19. 23. August. l. 1. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 4. d. & l. de catech. rud. to. 6. 278. f. *Serve nequam, dares pecuniam meam nummulariis.* Cassiod. in Ps. 14. p. 52. a. *nonne oportuerat te committere pecuniam meam nummulariis? & ego veniens exegissem utique quod meum est cum usuris.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 222. b. & d. *oportuit ergo te committere pecun. meam nummulariis, & veniens ego recepissem eam cum usuris.* Juvencus l. 4. p. 73. f.

*Hoc igitur gnarum potiùs præstare decebat,*
*Ut fructum nobis tractata pecunia ferret.*

℣. 28. Accinunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 2. Claromont. S. Gat. &c. Corb. 1. habet: *Tollite ab illo talentum*, &c. Cantabrig. *Tollite ergo ab eo talantum, & date habenti quinque talenta.* Nec dissimile quid in Græco, præter vocem δέκα, pro *quinque*. Hilar. in hunc loc. 738. b. ait: *Talentum ab eo aufertur, eique qui quinque duplicaverit, datur.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 223. a. textui nostro suffragatur. Juvencus l. 4. p. 73. f.

*Quapropter segni tollatur portio nostra,*
*Prudentique dehinc detur possessio major,*
*Quem cumulasse duplis lucris mea quinque talenta*
*Inveni*, &c.

℣. 29. Ms. Corb. 2. nil differt omnino à textu Colb. S. Germ. verò ambo, S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulgata conveniunt, nisi quòd S. Germ. 2. addit *ei*, ad verbum *dabitur*. Clarom. *omni enim habenti dabitur, & abundabit ei: qui autem non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Corb. 1. *omni enim habenti dabitur: ei autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Cantabrig. *habenti enim dabitur, & abundabit: non habentis autem, & quod habet, tolletur ab eo.* Gr. τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ· quidam Mss. delent παντὶ; paulò post ferunt alii, τοῦ δὲ μὴ ἔχοντος· dein plerique, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, &c. Hilarius in Matth. 25. col. 738. d. *omni enim habenti dabitur, & abundabit: qui autem non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo:* vide etiam in Ps. 68. col. 225. d. & in Ps. 118. col. 252. d. e. Ambros. in Psal. 118. col. 988. f. *quia omni habenti dabitur: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Hieron. in Jerem. 4. to. 3. col. 546. b. *qui enim habet, dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur ab eo.* S. Paulin. epist. 34. p. 218. a. *omni enim habenti dabitur: non habenti verò, & id quod habet, auferetur.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 597. a. *omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 35. p. 34. c. *omni habenti dabitur: non habenti autem, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 724. f. *habenti dabitur, & plus ei adjicietur: non habenti autem, & quod habere videtur, auferetur ab eo.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 53. p. 223. a. ut in Vulgata. Vide ad Matth. 13. 12. & Luc. 19. 26. Juvencus l. 4. p. 73. f.

*..... namque est certum potiora mereri,*
*Cui res uberior cumulatæ sortis abundat:*
*At cui parva subest segni substantia corde,*
*Id minimum penitus justè tolletur ab illo.*

℣. 30. Ms. Corb. 2. concinit cum textu Colb. Sic etiam in Clarom. exceptâ voculâ *foris*. Ms. Corb. 1. *Et servum nequa projicite foras in tenebras exter. ibi erit*, &c. S. Germ. 1. *Et inutilem servum injicite in tenebras exter. illic erit*, &c. Maj. Mon. *ibi erit.* Cantabrig. *Et inutilem servum mittite foras in tenebras exter. ibi erit*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ consonant, sicut & Græc. Mss. tamen quidam addunt ἔξω, ad verbum ἐκβάλετε. Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. e. *Tollite illum in tenebras exteriores.* Victor Tun. l. de pœnit. ubi supra: *Servum supervacuum expelle foras in tenebras exteriores: ibi erit*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 53. p. 223. c. *Et hunc nequam servum projicite in tenebras exteriores.* Juvencus l. 4. p. 73. f.

*At nequam servus tenebras demersus ad imas,*
*Perpetuos fletus pœnæ stridore frequentet.*

℣. 31. Accinunt magno consensu Mss. S. Germ. Corb. Claromont. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet: *Cùm autem venerit..... in gloria sua..... super sedem gloriæ suæ.* Gr. Ὅταν δὲ ἔλθῃ..... ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι..... ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ· Mss. plures tollunt ἅγιοι. Textui nostro suffragantur Hilar. in Matth. col. 738. e. Ambros. l. 3. de fide, col. 515. d. August. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 578. b. & Auctor op. imp. in Matth. hom. 53. p. 223. e. 225. g. Verùm Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. a. ac l. 2. Testim. p. 297. c. legit: *Cùm venerit Filius hominis in claritate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suæ:* similiter l. 3. Testim. p. 303. b. præter hoc, *in majestate sua.* Avit. Vien. ep. 2. apud Sirm. to. 2. 14. d. *Cùm venerit Filius hom. in majestate sua, & omnes ang. cum eo, tunc congregabuntur*, &c. Itidem Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 730. f. 739. a. S. Valerian. autem hom. 8. Sirm. to. 1. 647. d. *Cùm venerit Fil. hom. in majestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc segregabit omnes ab invicem*, &c. vide etiam 650. c. Leo M. serm. 9. p. 58. c. *Cùm autem venerit Filius hominis in majestate sua, & sederit in throno gloriæ suæ.* Juvencus l. 4. p. 73. f.

*En hominis Natus veniet, Patrisque ministris*
*Stipatus, celsa judex in sede sedebit.*

℣. 32. Ms. Cantabrig. hoc uno differt à textu Colb. *segregat*, pro *segregabit*: S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. *separabit*, &c. quæ supra; Græc. ἀφοριεῖ. Iren. l. 4. c. 40. p. 287. b. ultima tantùm refert, *quemadmodum pastor segregat oves ab hædis.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. a. *& colligentur ante eum omnes gentes, & segregabit eos ab invicem, quemadmodum pastor segregat oves ab hædis:* similiter l. 2. & 3. Testim. pp. 297. c. 303. b. August. verò l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 578. c. cum

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

33. & ftatuet oves quidem à dextris fuis,
hœdos autem à finiftris.
34. Tunc dicet rex his, qui à dextris ejus
erunt: Venite benedicti Patris mei, poffidete
paratum vobis regnum à conftitutione mundi:
Isai. 58. 7. 35. efurivi enim, & dediftis mihi manducare: fitivi, & dediftis mihi bibere: hofpes
Ezech. 18. 7. 16. eram, & collegiftis me:
36. nudus, & cooperuiftis me: infirmus, &
Eccli. 7. 39.

VERSIO ANTIQUA.

33. & ftatuet oves à dextris fuis, hœdos au- Ex Ms. Colbert.
tem à finiftris.
34. Tunc dicet rex his, qui à dextris ejus funt:
Venite benedicti Patris mei, poffidete regnum,
quod vobis præparatum eft ab origine hujus mundi:
35. efurivi enim, & dediftis mihi manducare:
fitivi, & dediftis mihi bibere: hofpes eram, &
collexiftis me:
36. nudus, & veftiftis me: infirmus, & vifi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vulgata concinit. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 730. f. *tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, & feparabit eas ab invicem, ficut paftor fegregat agnos ab hædis:* ita rurfum infra, 739. a. excepto verbo *fegregabit.* Caffiod. in Pf. 49. p. 165. a. *mittet angelos fuos, & congregabunt ante eum omnes gentes, & feparabit eos ab invicem, ficut paftor fegregat oves ab hædis.* Avit. Vien. ep. 2. Sirm. to. 2. 14. d. *tunc congregabuntur ante illum omnes gentes, & feparabit eas ab invicem, & ftatuet juftos,* &c. S. Valerian. hom. 8. Sirm. to. 1. 647. d. *tunc fegregabit omnes ab invicem.* vide etiam 650. c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 225. b. *tunc fegregabit eos ab invicem, ficut fegregat paftor oves ab hædis.* Juvencus l. 4. p. 73. f.

*Tunc gentes cunctæ diverfis partibus orbis*
*Convenient, juftofque omni* (al. *omnes*) *de labe malorum*
*Secernet, dextraque libens in parte locabit:*
*At pravos læva defpectos parte relinquet,*
*Ut paftor pecoris difcernit pafcua mifti.*

℣. 33. Textui Colb. congruunt Mff. Clarom. & Cantabrig. nifi quòd Clarom. hab. *ftatuit.* Vulgatæ verò confonant S. Germ. ambo, Corb. 2. S. Gat. &c. & Græcum. Corb. 1. habet: *& ftatuet oves ad dexteram fuam, hædos autem ad finiftram.* Itidem Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. a. & l. 2. Teftim. p. 297. c. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 226. c. fic iterum Cypr. l. 3. Teftim. p. 303. b. nifi quòd delet pronom. *fuam,* poft *dexteram;* deeft quoque αὐτῦ in Mff. quibufdam Græcis. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 730. f. 739. a. *& ftatuet agnos ad dexteram fuam, hædos autem ad finiftram.* Avit. Vien. ep. 2. Sirm. to. 2. 14. d. *& ftatuet juftos quafi agnos à dextris, impios autem ficut hædos ad lævam.* S. Valerian. hom. 8. Sirm. to. 1. 647. d. *oves à dextris, & hædos à finiftris.* Hilarius in Matth. 25. col. 738. f. *feparabit........ hædos ab agnis, & in dextera ac finiftra collocans unumquemque,* &c. Auguft. l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 578. b. cum Vulgata confentit. Juvencus l. 4. p. 73. f. fic pergit:

*Lanigeris dextri permittens mollia prati,*
*At lævos hirtis dumos tondere capellis.*

℣. 34. Mf. S. Germ. 1. *Tunc dicit rex his,* &c. ut in Vulgata. Clarom. *Tunc dicit rex his, qui à dextris ejus funt,* &c. quæ in Vulg. Corb. 2. *Tunc dicet rex his, qui à dextris funt ejus,* &c. ut in Vulg. Corb. 1. *Tunc dicet eis, qui ad dexteram ejus funt: Venite..... poffidete paratum vobis regn. ab origine mundi.* Itidem cod. Maj. Mon. ab hoc, *poffidete.* S. Gat. *poffidete regnum, quod vobis præparatum eft à conftitutione mundi.* Cantabrig. *Tunc dicet rex his, qui à dextris ejus: Venite..... hæreditate poffidete præparatum vobis regnum ab origine mundi.* Nec aliter in Græco eft, nifi excipiatur vox καταβολῆς, pro *origine,* mel. *conftitutione.* Irenæus l. 4. c. 18. p. 251. d. *Venite bened. Patris mei, percipite præparatum vobis regnum: efurivi,* &c. & cap. 40. p. 287. c. *percipite regnum, quod paratum eft vobis:* & cap. 28. p. 266. b. *percipite hæreditatem regni, quod præparatum eft vobis in fempiternum.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. b. *Tunc dicet rex iis, qui ad dexteram fuam erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eft ab origine mundi:* fimiliter l. 2. & 3. Teftim. pp. 297. c. 303. b. nifi quòd priori loco habet, *qui ad dexteram ejus erunt;* altero, *qui ad dexteram fuam funt:* eadem iterum refert l. de orat. Dom. pp. 207. c. 208. a. & l. de zelo & liv. p. 260. b. ab hoc, *Venite.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. vel 236. g. & Epiphan. in 2. 6. 14. & 3. 8. Cantici Cantic. *Venite..... percipite regnum, quod vobis paratum ab origine mundi.* Hilar. in Pf. 51. & 58. col. 70. c. 131. e. *Venite benedicti Patris mei, poffidete præparatum vobis regnum à conftitutione mundi:* nec aliter legit cùm in Pf. 118. col. 324. c. & in Pf. 140. col. 535. f. tum in Pf. 143. col. 560. c. & l. 9. & 11. de Trin. col. 1000. c. 1104. b. Ambrof. verò l. de ob. Theod. col. 1205. f. *Venite ben. P. mei, hæreditate poffidete paratum vobis regnum à conftitutione mundi:* fimiliter l. de vid. col. 199. a. deleta voce *hæreditate.* Itidem Hieron. in Ifai. 58. to. 3. 430. d. & Leo M. ferm. 44. p. 110. c. cum Auguftino, l. 20. de civitate Dei, c. 5. to. 7. 578. c. at idem Auguft. in Joh. 3. & 6. to. 3. 404. e. 485. e. legit: *Venite bened. Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eft ab origine* (col. 485. *ab initio*) *mundi:* rurfum in Joh. 5. col. 469. e. 462. g. & inf. in cap. 9. col. 591. g. hæc priora: *Venite bened. Patris mei, percipite regnum:* in Pf. verò 44. to. 4. 396. d. *percipite regnum, quod vobis paratum eft ab initio mundi:* item l. 3. de pecc. mer. to. 10. col. 74. a. *poffidete paratum vobis regnum ab initio mundi.* Maxim. Arian. apud Auguft. to. 8. 671. d. *Venite bened. P. mei, poffidete regnum paratum vobis ab origine mundi.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 88. b. *percipite regnum, quod vobis paratum eft ab origine mundi.* Similiter hab. Caffiod. in Pf. 38. p. 134. d. at fup. in Pf. 27. p. 92. a. c. legit, *ab initio mundi.* Avit. Vien. ep. 2. Sirm. to. 2. 14. d. *Tunc dicet rex illis: Venite bened. Patris mei, poffidete regnum, quod paratum eft vobis à conftitutione mundi.* S. Valerian. hom. 7. Sirm. to. 1. 642. a. 643. d. *Venite bened. P. mei, poffidete mecum regnum cælor. promiffum vobis à conftit. mundi:* & hom. 8. p. 647. e. *Venite filii mei, poffidete mecum regnum cæl.* ita etiam 650. c. abfque *filii mei:* & hom. 20. p. 698. c. *Venite filii, poffidete mecum regn. paratum vobis à conftitutione mundi.* Gaud. Brix. ferm. 18. p. 971. d. *Venite bened. P. mei, poffidete regnum, quod vobis paratum eft ab origine mundi.* Philaftr. Brix. l. de hæref. p. 721. f. *Venite, percipite regnum, quod vobis paratum eft ab origine mundi.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 54. p. 226. a. b. *Tunc dicet illis, qui ad dexteram: Venite bened. P. mei, poffidete paratum vobis regnum à conftitutione mundi.* Symmach. ep. 8. Conc. to. 4. 1309. b. *Venite bened. P. mei, hæreditate paratum vobis regnum ab initio mundi.* Juvencus l. 4. p. 73. g.

*Sed rex ad dextros converfus, talia dicet:*
*Huc veniant fancti, jamdudum debita fumant*
*Dona Patris, mundo quæ funt æquæva nitenti;*
*Et juftis primo promiffa parantur ab ortu.*

℣. 35. Mf. S. Germ. 1. *efurivi enim, & dedifti mihi manducare: fitivi, & dedifti mihi bibere: hofpes eram, & collexiftis me.* Similiter habet S. Germ. 2. fingulariter; *& dedifti mihi mand..... & dedifti;* reliqua ut in Vulg. Eidem Vulgatæ confonant Corb. ambo, S. Gat. & Maj. Mon. Solus Corb. 1. hab. *hofpes fui.* Clarom. *hofpis eram, & fufcepiftis me.* Cantabrig. *fitivi, & potaftis me: peregrinus eram, & collexiftis me.* Ita quoque Græcum habet. Iren. l. 4. c. 18. & 30. pp. 251. d. 268. e. *efurivi enim, & dediftis mihi manducare: fitivi, & potaftis me: hofpes fui, & collegiftis me.* Itidem Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. a. ac l. 2. & 3. Teftim. pp. 298. a. 303. b. excepto verbo *adduxiftis,* pro *collegiftis.* Hilar. in Pf. 140. col. 535. f. *efurivi enim, & dediftis mihi mand. fitivi, & dediftis mihi bibere: hofpes eram, & fufcepiftis me.* Concinit Ambrof. l. 1. de Abr. c. 5. col. 295. f. ficut lib. de Nabuthe, cap. 14. col. 582. e. & lib. 2. offic. to. 2. 104. b. nifi quòd hab. *collegiftis,* pro *fufcepiftis.* Hieron. in Ifai. 58. to. 3. 430. d. *efurivi enim, & dediftis mihi mand. fitivi, & ded. mihi bibere: infirmus eram, & in carcere, & veniftis ad me: peregrinus, & duxiftis me in domum veftram:* at l. 1. in epift. ad Tit. to. 4. 417. c. *hofpes fui, & fufcepiftis me.* Similiter Auguft. in Joh. 5. col. 459. e. *efurivi enim, & dediftis mihi manducare:* item in Pf. 44. col. 396. d. *efurivi, & dediftis mihi manducare:* fed addit ibid. *fitivi, & dediftis mihi bibere: nudus fui, & veftiftis me: hofpes, & adduxiftis me:* & in Pf. 75. col. 798. g. *fitivi, & dediftis mihi potum: hofpes fui, & adduxiftis me:* & in Pf. 86. col. 922. d. *fitivi, & potaftis me: hofpes, & collegiftis me:* at l. 20. de civit. Dei, c. 5. cum Vulg. concinit ad verbum: ficut S. Valerian. hom. 7. & 8. Sirm. to. 1. 642. a. 643. d. 647. e. 650. c. qui tamen hom. 1. p. 618. e. legit: *hofpes fui, & fufcepiftis me.* Leo M. ferm. 44. p. 110. c. *peregrinus eram, & collegiftis me;* cæt. ut in Vulg. Itidem Gaud. Brix. ferm. 18. p. 971. d. Juvencus l. 4. p. 73. g.

*Namque fame feffum quondam me grata refecit*
*Hæc plebes, potuque fitim mihi fæpe removit;*
*Hofpitiumque domus patuit mihi fæpe vocato.*

℣. 36. Mf. S. Germ. 1. *nudus, & operuiftis me..... in carcerem eram, & veniftis ad me.* Clarom. & S. Gat. *in carcerem fui,* &c. S. Germ. 2. *nudus eram, & operuiftis me;*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* tastis me: in carcere eram, & venistis ad me.

37. Tunc respondebunt & justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi bibere?

38. quando autem te vidimus hospitem, & suscepimus: aut nudum, & vestivimus te?

39. aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

40. Et respondens rex eis, dicet illis: Amen, amen dico vobis, quandiu fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui à sinistris ejus sunt: Discedite à me maledicti, ite in ignem æternum, quem paravit Pater meus diabolo, & angelis ejus:

VULGATA NOVA.

visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.

37. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum?

38. quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te?

39. aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

40. Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: *Psalm.*
Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui *6. 9.*
paratus est diabolo, & angelis ejus: *Sup. 7. 23. Luc. 13. 27.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. ut in textu. Corb. 1. *nudus, & texistis me: infirmus fui, & visitastis me: in carcere fui, & venistis ad me.* Corb. 2. simpliciter habet, *infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me*, detracto priori membro. Cantabrig. *nudus, & operuistis me: infirmatus sum, & visitastis me: in carcere fui, & venistis ad me.* Sic etiam in Græco est. Irenæus l. 4. c. 18. p. 251. d. *nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere, & venistis ad me:* at inf. c. 30. p. 268. d. *& nudus fui, & vestistis me.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. a. *nudus, & vestistis me: infirmatus sum, & visitastis me: in carcere fui, & venistis ad me:* at l. 2. Testim. p. 298. a. *nudus, & texistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere fui, & venistis ad me:* & l. 3. Testim. p. 303. b. *nudus, & texistis me: infirmatus sum, & visitastis: in carcere fui*, &c. & infra, 328. b. necnon ep. 60. p. 100. b. *infirmus fui, & visitastis me: in carcere fui*, &c. Hilarius in Ps. 140. col. 536. a. post hæc, *hospes eram, & suscepistis me*, subdit: *infirmus, & visitastis me: in carcere fui, & liberastis me.* Ambros. l. 2. offic. to. 2. 96. a. *in carcere eram, & venistis ad me: nudus eram, & operuistis me:* & l. 5. de fide, col. 582. f. *infirmus eram, & visitastis me:* & l. 1. de pœnit. col. 399. b. *æger eram, & visitastis me.* Hieron. in Isai. 58. to. 3. 430. d. *& nudus, & vestistis me.* August. in Ps. 44. to. 4. 396. d. *nudus fui, & vestistis me..... infirmus, & in carcere, & visitastis me:* & in Ps. 86. 922. d. *nudus, & vestistis me: æger, & visitastis me:* at l. 20. de civit. Dei, c. 5. cum Vulgata consentit. Sic etiam Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. d. & S. Valer. hom. 1. Sirm. to. 1. pp. 618. e. at hom. 7. & 8. pp. 643. d. 647. e. 650. c. habet: *nudus eram, & vestistis me.* Similiter Leo M. serm. 44. p. 110. c. *nudus eram;* reliqua ut in Vulg. Juvencus l. 4. p. 73. g.

*Et nudus vestis blandissima tegmina sumpsi:*
*Carceris & pœnis horum solatia cepi.*

℣. 37. Ms. Corb. 1. *Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus: sitientem, & potum tibi dedimus?* Itidem S. Germ. 1. præter hoc, *dedimus tibi potum?* Corb. 2. *aut sitientem, & dedimus tibi potum?* Clarom. & Cantabr. *& pavimus: aut sitientem, & potavimus?* Nec aliter in Gr. est. Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. b. & l. 2. Testim. p. 298. a. *Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus: sitientem, & potavimus?* Similiter habet Auctor op. imp. in Matth. hom. 54. p. 226. e. posita conjunct. *aut*, ante *sitientem:* versum autem hunc integrum idem Auctor postponit versui sequenti. August. in Joh. 5. col. 459. e. *Domine, quando te vidimus esurientem?* itidem l. 20. de civit. Dei, c. 5. cum cæt. quæ in Vulg. Juvencus l. 4. p. 73. g. ita:

*Tum Domino tali respondent voce beati:*
*Non meminit nostrûm quisquam te visere nudum,*
*Nec famis oppressum dura ditione notavit.*

℣. 38. Ms. Clarom. *quando autem te vidimus hospitem, & suscepimus: aut nud. & oper. te?* S. Germ. 1. *quando autem te vid. hospitem, & colleximus: aut nudum, & cooperuimus te?* Corb. 1. *quando autem te vidimus peregrinum, & collex. aut quando te vidimus nudum, & teximus?* Cantabr. *quando autem vidimus te peregrinum, & collex. aut nudum, & cooperuimus?* S. Germ. 2. Corb. 2. S. Gat. ut in Vulgata. Ita quoque in Græco est, detracto posteriori duplici *te.* Cyprianus l. de op. & eleem. p. 245. b. *quando te vidimus hospitem, & adduximus: nudum, & vestivimus?* similiter l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. 303. b. nisi quòd primo loco addit *autem*, ad *quando.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 5. col. 578. c. Vulgatæ constanter accinit, cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 226. e. Juvencus l. 4. p. 73. g. nil de his exprimit, præter illa quæ notata sunt ad ℣. præc.

℣. 39. Ita legunt Mss. S. Germ. 2. Corb. 2. Cantabr. S. Gat. &c. sicut etiam S. Germ. 1. nisi quòd hab. *in carcerem.* Corb. 1. *quando te vidimus infirmum, & in carcere, & venimus ad te?* Clarom. *vel quando te vidimus infirmum, & in carcerem, &*, &c. Græc. πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ, &c. ut supra. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 245. b. *quando autem te vidimus infirmari, & in carcere, & venimus ad te?* similiter l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. & 303. b. præter unum *infirmum*, loco *infirmari.* Apud August. l. 20. de civit. Dei, c. 5. col. 578. d. ut in textu Colb. & Vulg. Juvencus l. 4. p. 73. g. his quæ sup. ℣. 37. addit:

*Carceris aut pœnis meminit vidisse revinctum.*

℣. 40. Ms. Corb. 1. *Respondens autem, dixit illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis.* Corb. 2. *Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis uni horum minimorum, & mihi fecistis.* Cantabrig. *Et respondens, dixit eis rex: Amen dico vobis, in quantum fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis.* Nec absimile Græcum est, præterquam quòd initio hab. βασιλεὺς, ἐρεῖ αὐτοῖς· Clarom. pariter, *rex, dicit illis;* paulò verò post: *quandiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi*, &c. S. Germ. 2. *uni de his fratribus*, &c. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulg. ad verbum. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 245. b. *Tunc respondens rex, dicet eis: Amen dico vobis, quandiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis:* sic etiam l. 2. Testim. p. 298. a. præter conjunct. *Et*, loco *Tunc:* præterea l. 3. Testim. p. 303. b. addit *&*, post vocem *minimis.* Hilarius autem in Ps. 131. col. 458. d. legit: *Amen, amen dico vobis, quia quæ fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis:* & in Ps. 140. col. 536. a. *Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus minimis, mihi fecistis.* Ambros. l. 1. de Abr. c. 5. col. 295. f. *quod enim uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis:* similiter in Ps. 61. col. 964. b. & l. 5. de fide, to. 2. 582. f. & epist. 1. 41. & 70. col. 753. c. 961. e. 1065. c. ita rursum l. 2. offic. col. 104. b. & l. de vid. col. 200. d. deleta voce *minimorum:* at in Ps. 118. col. 1095. d. legit: *quod uni eorum dedistis, mihi dedistis:* & inf. 1096. b. *quandiu uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis:* & l. 6. in Luc. col. 1390. c. *quidquid uni minimorum horum fecistis, & mihi fecistis.* Tichon. reg. 6. p. 63. e. *quandiu fecistis uni ex fratribus meis minimis in me credentibus, mihi fecistis;* Ms. B. M. Rem. hab. *uni ex istis fratrib.* August. l. 2. de Gen. to. 1. 681. a. *quod fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis:* & tract. 51. in Joh. to. 3. p. 2. 631. d. *cùm uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis:* sup. verò tract. 21. col. 459. f. *cùm uni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis:* at l. 20. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 578. d. cum Vulgata concinit. Ambrosiast. p. 191. f. *quandiu fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis.* Gaud. Brix. serm. 17. p. 965. c. *quod enim fecistis uni ex minimis his, mihi fecistis:* & serm. 18. p. 971. d. *cùm fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. d. *quandiu uni ex minimis istis fecistis*, &c. Leo M. ser. 44. p. 110. d. *Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 227. a. *quandiu fecistis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis.* Hilar. in Matth. col. 738. f. his alludens, dicit: *Indicans se in minimis suis... & esurientibus ali, & sitientibus potari, & peregrinantibus confoveri, & nudis contegi, & infirmis visitari, & sollicitis consolari.* Juvencus l. 4. p. 73. g.

*Respondens illis, dicit tum talia judex:*
*Fratribus ista meis, humiles miserando labores,*
*Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fructum.*

℣. 41. Ms. Corb. 1. *Tunc dicet & eis, qui ad sinistram sunt: Discedite à me maledicti in ignem æt. quem paravit Pater meus diabolo, & angelis ejus.* Similiter habet S. Germ. 1. cum Claromont. exceptis prioribus his de Vulg. *Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt;* Clarom. *sinistris ejus sunt;* S. Gat. & Maj. Mon. *à sinistris ejus erunt.* S. Germ. 2. Tunc

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 42. esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: | 42. *esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi bibere: | *Ex Ms. Colbert.* |
| 43. hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. | 43. hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcerem, & non visitastis me. | |
| 44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? | 44. Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, vel nudum, aut in carcerem, aut infirmum, & non ministravimus tibi? | |
| 45. Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: Quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. | 45. Tunc respondebit & ipsis, dicens: Amen dico vobis: Quandiu non fecistis uni ex minimis his, nec mihi fecistis. | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dicet rex his, qui à sinistris erunt: Discedite..... qui præparatus est diabolo, &*, &c. Corb. 2. verò, *quem præparavit Pater meus diabolo*, absque seq. *& angelis ejus*. Cantabrig. *Tunc ait & his, qui à sinistris: Ite à me maledicti in igne æternum, quod præparavit Pater meus diabolo, & angelis ejus*. Ita quoque in Græco est, præter unum τὸ ἡτοιμασμένον, loco *quod præparavit Pater meus*; sed Mss. quidam ferunt, ὃ ἡτοίμασεν ὁ Πατήρ μου. Similiter Iren. l. 3. c. 23. p. 221. c. *Abite maledicti in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo, & angelis ejus*: ita rursum l. 4. c. 33. p. 273. d. & cap. 40. p. 287. c. nisi quòd primo loco hab. *Abite à me*; altero, *Discedite à me*: sic etiam c. 28. p. 266. b. vide etiam l. 2. p. 124. b. Tertul. l. cont. Herm. p. 491. c. ait diabolum abiisse *in ignem, quem præparavit illi Deus, & angelis ejus*: at l. de carne Chr. p. 549. c. *in ignem præparatum diabolo, & angelis ejus*. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 245. b. *Tunc dicet & illis, qui ad sinistram ejus erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem paravit Pater meus diabolo, & angelis ejus*: itidem l. 2. Testim. p. 298. a. sublata conjunct. *&*, post *dicet*: & ibidem l. 3. p. 303. b. legit: *Tunc dicet illis, qui à sinistris ejus sunt*, &c. Similiter Hilar. l. 11. de Trin. col. 1100. f. *Discedite à me maledicti in ignem æt. quem præparavit Pater meus diabolo, & angelis ejus*: & in Ps. 143. col. 557. d. *Abite in ignem æt. quem præparavit Pater meus*, &c. at in Ps. 121. col. 386. e. *Abite à me maledicti in præparatum ignem diabolo, & angelis ejus*. Ambros. in Ps. 118. col. 998. d. *Intrate in ignem æternum*. S. Paulin. epist. 1. p. 4. b. *Ite in ignem æternum, quem præparavit Deus patri vestro, & angelis ejus*. August. l. de nat. boni, to. 8. 509. f. *Ite in ignem æternum, quem paravit Pater meus diabolo, & angelis ejus*: lib. verò 20. de civit. Dei, c. 5. col. 578. d. Vulgatæ congruit: & in Joh. 3. to. 3. 404. d. legit: *Ite in ignem æt. qui præparatus est diabolo, & ang. ejus*: itidem in Joh. 5. 9. & 16. col. 462. g. 591. g. 730. d. excepto uno *paratus est*. Gaud. Brix. ser. 18. p. 972. *Discedite à me in ignem æternum, quem paravit Pater meus diabolo*, &c. Leo M. serm. 17. p. 67. b. *Discedite à me maled. in ignem æt. quem præparavit Pater meus diabolo*, &c. S. Valerian. hom. 8. Sirm. to. 1. p. 647. e. *Dicet illis, qui à sinistris sunt: Recedite à me maledicti in ignem æternum*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 54. p. 227. e. *Tunc dicet illis, qui ad sinistram sunt: Discedite à me maledicti in ignem ætern.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 202. a. *Ite in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo, &*, &c. Avit. Vien. ep. 2. Sirm. to. 2. p. 14. d. *Et eis, qui à sinistris sunt, ut discedant ab eo in ignem æternum, quem præparavit Deus Pater diabolo, &*, &c. Juvencus l. 4. p. 73. g.

*At vos injusti justis succedite flammis,*
*Et pœnis semper mentem torrete malignam,*
*Quas Pater horrendis barathri per stagna profundi*
*Dæmonis horrendi sociis, ipsique paravit.*

℣. 42. Accinunt textui Colbertino Mss. S. Germ. & Corb. ambo, cum Clarom. Solus Cantabrig. habet cum Græco: *esurivi enim, & non dedistis... sitivi, & non potastis me*. Ambros. in Ps. 118. col. 1096. a. *esurivi, & non dedistis mihi manduc. sitivi, & non dedistis mihi bibere*. Similiter habent Leo M. serm. 17. p. 67. b. & S. Valerian. hom. 8. p. 647. e. 650. c. Cyprian. verò l. de op. & eleemos. p. 245. b. necnon l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. 303. b. *esurivi enim, & non dedistis mihi mand. sitivi, & non potastis me*. Ita quoque legunt August. in Ps. 37. to. 4. 295. a. & Arnob. in Ps. 40. p. 259. c. sed August. in Ps. 4. col. 12. g. hab. *esurivi, & non cibastis me: sitivi, & potum non dedistis mihi*. Juvencus l. 4. p. 73. h.

*Namque sitim passo quondam mihi pocula nulla,*
*Nec famis in pœna parvi mihi fragmina panis*, &c.

℣. 43. Ms. S. Germ. 1. *hospes eram, & non collexistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcerem, & non visitastis me*. Corb. 1. *peregrinus eram, & non collegistis me: nudus, & non vestistis: infirmus, & in carcere, & non venistis ad me*. Item in Ms. S. Gat. ac Versione Copt. *& non venistis ad me*. In Corb. 2. *hospes eram, & non recepistis me: nudus, & non operuistis me*, &c. ut in Vulg. similiter *operuistis* in S. Germ. 2. In Clarom. *hospes eram, & non suscepistis me: nudus, & non*, &c. ut in textu Colb. In Cantabrig. *peregrinus fui, & non collexistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcerem, & non visitastis me*. Nec aliter in Græco, præter hoc, ἐν φυλακῇ, *in carcere*. Cyprian. l. de op. & eleem. p. 245. b. & l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. 303. b. *hospes fui, & non adduxistis me: nudus, & non vestistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me*. Ambros. l. de Joseph, c. 5. col. 493. f. *in carcere eram, & non venistis ad me*: itidem in Ps. 118. col. 1076. c. sed addit: *nudus eram, & non operuistis me*: & infra, 1096. a. ac l. de instit. virg. to. 2. col. 265. d. *æger eram, & non visitastis me*: similiter epist. 81. col. 1098. c. adjunctis his, *nudus eram, & non operuistis me*. Arnob. in Ps. 40. p. 259. c. *hospes fui, & non suscepistis me: infirmus fui, & non visitastis me*. Juvencus l. 4. p. 73. h.

*Aut peregrina mihi tecti, vestisve parumper*
*Tegmina, de magnis gracili pro parte dabantur:*
*Carceris aut septo claustris, morbisve jacenti,*
*Unquam visendi solatia vestra fuerunt.*

℣. 44. Mss. S. Germ. 1. & Cantabrig. conveniunt cum textu Colb. nisi quòd habent, *aut nudum, aut infirmum, vel in carcerem*. Similiter S. Germ. 2. *vel in carcerem*; delet verò *aut sitientem*. Corb. 1. *Tunc respondebunt & ipsi... quando te vidimus esur. & sitientem; aut nudum, aut peregrinum, aut infirmum, aut in carcere*, &c. Clarom. *vel in carcerem*; cætera ut in Vulg. Eidem Vulgatæ Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. consonant ad verbum unà cum Græco. Mss. tamen plerique delent αὐτῷ, post *respondebunt*. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 245. b. ac l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. 303. b. *Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?* S. Paulin. epist. 1. p. 4. b. *Domine, quando te vidimus nudum, & non vestivimus: esurientem, & non cibavimus: infirmum, & non visitavimus?* August. l. de fide & op. to. 6. 179. e. *Domine, quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministravimus tibi?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 54. p. 227. d. *Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Domine, quando vidimus te esurientem, aut sitientem?* Juvencus l. 4. p. 73. h.

*His damnata dehinc respondet factio verbis:*
*Haud equidem* ( al. *unquam* ) *nostrûm meminit te visere quisquam,*
*Aut sitis, aut sæva famis ægrum agitare laborem,*
*Hospita vel fessis errare per oppida rebus,*
*Carceris aut mersum pœnis, morbove gravatum,*
*Ut tibi sollicito fieret miseratio justa.*

℣. 45. Ms. Corb. 1. *Tunc respondebit illis: Amen dico vobis: Quandiu uni ex minimis istis non fecistis, nec mihi fecistis*. Corb. 2. *uni de minimis istis*. Clarom. *uni de minimis his*. Cantabrig. *In quantum non fecistis uni horum minimorum, nec mihi fecistis*. Ita quoque in Græco est. Sangerm. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. b. necnon l. 2. & 3. Testim. pp. 298. a. 303. b. *Et respondebit illis: Amen dico vobis: Quandiu non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis*. Ambros. verò in Ps. 118. col. 1076. c. *Quod enim uni eorum non fecistis, nec mihi fecistis*. August. l. 21. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 651. c. *Quando uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis*. Gaud. Brix. serm. 18. p. 972. *Cùm non fecistis misericordiam indigentibus, nec mihi fecistis*. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 19. p. 202. a. *Quandiu uni ex minimis meis non fecistis, neque mihi fecistis*. Juvencus l. 4. p. 73. h.

*His rerum dicet Dominus: Cùm vestra superbe* . .

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 46. Et ibunt hi in ignem æternum ; juſti autem in vitam æternam.

VULGATA NOVA.

46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum ; juſti autem in vitam æternam. Dan. 12. 2. Joan. 5. 29.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Anguſtis rebus feritas ſub corde tumebat,*
*Calcavitque humiles minimos, me ſprevit in illis.*

℣. 46. Mſ. Corb. 2. reſpondet textui Colb. ſicut Claromont. niſi quòd habet, *Et tunc ibunt iſti.* Corb. 1. *Et ibunt illi in ignem æternum ; juſti autem*, &c. S. Germ. 1. cum Cantabrig. *Et ibunt hi in pœnam æternam ; juſti autem in*, &c. Græc. Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ, &c. Cypr. l. de op. & eleem. necnon l. 2. & 3. Teſtim. pp. 290. a. 303. b. *Et abibunt iſti in ambuſtionem æternam ; juſti autem in vitam æternam.* Similiter Auguſt. in Joh. 5. to. 3. 447. d. *Ibunt iſti in ambuſtionem æternam ; juſti autem in vitam æternam :* & inf. 463. c. *Sic ibunt illi in ambuſtionem æternam ; juſti autem in*, &c. & in Pſ. 85. to. 4. 915. a. *Sic ibunt impii in ambuſtionem æt. juſti autem*, &c. itidem in Pſ. 109. col. 1239. e. excepto uno *Tunc*, pro *Sic :* at l. quæſt. ad Dulcit. to. 6. 124. a. & l. de fide & op. to. 6. 179. g. *Sic ibunt illi in combuſtionem æternam*, &c. & l. ad Oroſ. cont. Priſcill. to. 8. 614. e. *Ibunt illi in ambuſtionem æternam*, &c. Fulg. l. 1. ad Monim. c. 14. & 25. pp. 12. & 20. *Tunc illi ibunt in combuſt. æternam ; juſti autem in vitam æt.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 19. p. 202. a. *Ibunt impii in combuſtionem æternam.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 24. p. 349. c. *Et ibunt iſti in pœnam æternam ; juſti verò in vitam æternam.* Juvencus l. 4. p. 73. h.

*Hæc ubi dicta dabit* ( al. *dedit*, ) *meritis ſua præmia reddet :*
*Æternâ miſerûm* ( al. *Æternùm miſeri* ) *pœnâ fodientur iniqui,*
*Æternùmque ſalus juſtis conceſſa manebit.*

# CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET factum eſt : poſtquam conſummavit Jeſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis :

2. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur.

3. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & Scribæ, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui vocatur Caiphas :

4. & conſilium fecerunt ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent eum.

5. Dicebant autem, non in die feſto hæc facerent, ne fortè tumultus fieret in populo.

6. Cùm autem eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis leproſi,

7. acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſupra caput ejus, recumbente ipſo.

8. Videntes autem indignati ſunt diſcipuli ejus, dicentes : Ut quid perditio hæc ?

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt : cùm conſummaſſet Jeſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis :

2. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.

3. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi, in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas :

4. & conſilium fecerunt ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent.

5. Dicebant autem : Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

6. Cùm autem Jeſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, Joan. 11. 2. & 12. 3. Marc. 14. 8.

7. acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

8. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes : Ut quid perditio hæc ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. 2. *Et factum eſt : cùm conſummavit Jeſus*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Et factum eſt : cùm conſummaſſet Jeſus omnes ſermones hos, dixit diſcipulis : Quia poſt biduum*, &c. de ℣. ſequenti. Clarom. *Cùm conſummaſſet Jeſus omnia verba hæc, dixit ad diſcipulos ſuos.* Corb. 1. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐγένετο· ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Hilar. in hunc loc. 739. a. b. *Poſt quem ſermonem, nunc paſſurum eſſe ſe admonet.* Juvencus hìc ſubnectit ſuſcitationem Lazari, quam vide infra ad Joh. 11. 1.

℣. 2. Ita ferunt Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. ſolus Cantabrig. habet : *Quia poſt biduum Paſcha fit*, &c. quæ ſup. detracto verbo *Scitis*. At in Græco : Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται, καὶ..... παραδίδοται εἰς τὸ, &c. Auguſt. ep. 36. to. 2. 80. e. nil differt à textu Colb. & Vulgata.

℣. 3. Mſ. S. Gat. textui Colb. congruit, niſi quòd ſcribit *Chaipas*. Clarom. etiam & S. Germ. 2. addunt *& Scribæ.* Cantabrig. habet : *& ſeniores plebis in atrium principis ſac. qui dicitur Caiphas.* Itidem Mſ. Maj. Mon. *qui dicitur Caiphas.* S. Germ. 1. & Corb. ambo, ut in Vulgata. Similiter apud Auguſt. epiſt. 36. to. 2. 80. e. ut & alia plura de ſequentibus. Græcè : Τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ Γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι..... εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα· ſed à pluribus Mſs. abeſt hoc, καὶ Γραμματεῖς. Apud Juvenc. l. 4. p. 74. f. ita :

*Ergo ad concilium Scribæ, plebiſque vocatur*
*Jam gravior numerus, qua vatum principis altè*
*Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis.*

℣. 4. Mſ. Cantabrig. *& conſiliabantur ut Jeſum dolo*, &c. ut in Vulgata. Eidem Vulgatæ accinunt Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. ad verbum, unà cum Græco. Hilar. in hunc loc. 739. a. dicit : *ſumitur inter hæc perimendi ejus à Judæis conſilium ; & congregatis principibus ſacerdotum, occaſio tanti facinoris exſpectatur.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*Illic complacuit Chriſtum proſternere letho.*

℣. 5. Mſ. Clarom. *Dicebant autem : Non in die feſto, ne tumultus in populo fieret.* Corb. 2. *Ne in die feſto, tumultus fieret in populo.* Cantabrig. *Ne in die feſto, ut non tumultus fieret in populo.* Ita quoque in Græco. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt. Juvencus l. 4. p. 74. f.

*Sed vitare dies Paſchæ, ne plebe frequenti*
*Diſcordes populi raperent in bella furorem.*

℣. 6. Textui Colb. accinunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & Clarom. Corb. verò 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ. Cantabrig. habet : *Jeſu autem facto in Bethania*, &c. quæ ſupra. Græc. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, &c. Hilar. in hunc loc. 739. c. *Cùm autem eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis leproſi.* Ambroſ. l. 6. in Luc. col. 1386. f. *Jeſus cùm veniſſet in Bethaniam in domum Simonis leproſi.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*Ille Simonis erat tectis, quem lurida lepra*
*Virtute ipſius diffugerat.*

℣. 7. Mſs. Clarom. & Corb. 2. ritè conveniunt cum textu Colb. S. Germ. verò ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. cum Vulgata. Sic etiam Cantabrig. niſi quòd habet, *& perfudit ſuper caput ejus diſcumbentis :* nec refragatur Græcum. Mſ. S. Gat. *ſuper caput ejus recumbentis ;* Maj. Mon. *ſuper caput ipſius, recumbente ipſo.* Hilar. in hunc loc. 739. c. *acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi :* & poſt pauca : *non ex nihilo eſt ut mulier unguentum pretioſum recumbentis Domini capiti infuderit.* Ambroſ. l. 6. in Luc. col. 1386. f. *acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & recumbente illo, fudit ſuper caput ejus.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*..... ecce cubanti* ( al. *en recubanti* )
*Accedit mulier propiùs, frangenſque alabaſtrum,*
*Quo pretioſa inerant latè fragrantis olivi*
*Unguenta, ab ſummo perfudit vertice Chriſtum.*

℣. 8. Mſ. Clarom. *Quod cùm vidiſſent diſcipuli, indignati ſunt, dicentes*, &c. quæ ſupra. S. Germ. Corb. S. Gat. &

Digitized by Google

## Vulgata nova.

9. potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.

10. Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me:

11. nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

13. Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.

Marc. 14. 10. Luc. 22. 3. 14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum:

15. & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

16. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.

## Versio antiqua.

9. potuit enim istud unguentum venundari pretio, & dari pauperibus. Ex Ms. Colbert.

10. Quod ut cognovit Jesus, ait illis: Ut quid molesti estis mulieri huic? opus bonum operata est in me:

11. nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

13. Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ipsius.

14. Tunc abiit unus de duodecim, qui vocabatur Judas Scariotha, ad principes sacerdotum:

15. & ait illis: Quid vultis mihi dare, ego vobis illum tradam? At illi constituerunt illi triginta argenteos.

16. Et exinde quærebat opportunitatem temporis ut eum traderet eis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

Maj. Mon. ut in Vulgata, & Græco. Hilar. in hunc loc. 739. c. ait: *dehinc ut discipuli irascerentur, & dicerent*, &c. Ambros. l. 6. in Luc. col. 1390. b. *Quare hoc sic periit?* August. in Ps. 21. to. 4. 94. e. *Ut quid ista perditio?* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*Discipuli increpitant, fantes*, &c.

℣. 9. Ms. Clarom. *potuit enim hoc veniri pretio, & dari pauperibus.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *potuit enim istud venundari pretio multo, & dari*, &c. S. Germ. 1. *venundari multo, & dari*, &c. Corb. 2. *venundari, & dari*, &c. Cantabrig. *poterat enim hoc venundari caro, & dari*, &c. Græc. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι, &c. sed à Mss. quibusdam abest τὸ μύρον· Hilar. in hunc loc. 739. c. ait *vendi istud potiùs in usum paup. debuisse.* Ambr. l. 6. in Luc. col. 1390. b. *potuit enim* (inf. c. *pot. hoc*) *venundari pretio, & dari pauperib.* & in Ps. 40. col. 873. c. *potuit hoc venundari, & dari pauperibus.* August. in Ps. 21. to. 4. 94. e. *poterat res pretiosa venundari, & proficere pauperibus.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*..... fantes potuisse juvari*
*De pretio unguenti miserorum corpora egentum.*

℣. 10. Ms. Clarom. *Quod ut cognovit Jesus, ait illis: Quid molesti estis mulieri? opus enim*, &c. Corb. 2. *Quod ut cognovit Jesus, dixit: Quid molesti estis mulieri? opus enim*, &c. S. Germ. ambo, & Corb. 1. *Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis mulieri? opus bonum*, &c. Itidem S. Gat. *opus bonum*, &c. absque medio *enim*. Cantabrig. *Sciens autem Jesus, dixit eis: Quid labores præstatis mulieri? opus enim*, &c. nec aliter in Gr. est. Ms. 1. tamen tollit γὰρ, post *opus*. Ambros. l. 6. in Luc. col. 1390. d. *Quid molesti estis huic mulieri?* August. in Ps. 21. to. 4. 94. e. *Ut quid molesti estis mulieri? bonum opus operata est in me.* Epiphan. in 1. 11. Cantici Cantic. *Dimitte... & quid molesti estis mulieri? bonum enim opus operata est in me.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*Has Dominus prohibet voces, factumque probavit:*
*Desinite obsequio justo prohibere puellam.*

℣. 11. Accinunt Mss. Corb. 1. & S. Germ. 2. textui Colbertino. S. Germ. 1. verò Vulgatæ. S. Gat. & Maj. Mon. *nam semper paup. habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis.* Clarom. *semper enim paup. habetis vobiscum, me autem non semper habebitis vobiscum.* Corb. 2. similiter addit *vobiscum*, in fine. Cantabrig. *semper enim paup. habetis..... me autem non semper habetis.* Ita quoque in Græco: Ms. 1. tamen bis legit ἕξετε, non ἔχετε. Hilarius in hunc loc. 740. a. *Quibus Dominus ait plurimum esse temporis, quo habere curam pauperum possent.* Ambros. l. 6. in Luc. col. 1390. d. *semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper.* S. Paulinus ep. 32. p. 212. a. *omni tempore pauperes vobiscum habetis.* Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Pauperibus semper dabitur succurrere tempus:*
*Sed me non semper tribuetur visere vobis.*

℣. 12. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. unà cum Græco. Clarom. cum Hilario l. 10. de Trin. col. 1074. b. *Hæc enim mittens unguentum hoc*, &c. Cantabrig. *Mittens enim hæc unguentum super corpus meum*, &c. Ambros. l. 6. in Luc. col. 1420. f. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 692. a. *Hæc enim mittens hoc unguentum in*, &c. quæ sup. & iterum l. 6. in Luc. col. 1390. e. *Mittens enim ung. hoc in corpus meum*, &c. Gaud. Brix. in ser. p. 964. d. *Mittens hæc unguentum hoc in*, &c. Epiphan. in 1. 11. Cantici Cantic. *Sumens enim hoc unguentum, in diem sepulturæ meæ fecit hoc.* Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Funeris ista mei multum laudanda ministrat*
*Officio*, &c.

℣. 13. Ms. Corb. 2. nil omnino differt à textu Colb. neque S. Germ. 1. cum Corb. 1. à Vulgata. Huic etiam succinit S. Germ. 2. nisi quòd caret pronom. *hæc*. S. Gat. *in toto orbe, dicetur & quod fecit hæc in memoriam ipsius.* Maj. Mon. *in toto mundo, narrabitur & quod fecit hæc in memoriam ipsius.* Itidem Clarom. excepto *orbe*, pro *mundo*. Cantabrig. *ubicunque prædicabitur Evang. hoc in toto mundo, loquetur & quod fecit hæc in mem. ejus.* Sic etiam in Gr. ubi λαληθήσεται, pro *loquetur*, mel. *dicetur*; dein, καὶ ὃ ἐποίησεν, &c. Hilar. in hunc loc. 740. a. *ubi prædicabitur hoc Evangelium, narrabitur opus ejus.* Ambros. in Ps. 40. col. 883. b. *Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium.* August. in Ps. 21. to. 4. 94. e. *ubicunque autem prædicabitur hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit mulier ista.* Epiphan. in 1. 2. Cantici Cantic. *Amen, amen dico vobis, ubicunq. prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam ejus.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*..... mundumque implebunt talia facta.*

℣. 14. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Tunc abiit unus de duod. qui dicitur Judas Scarioth*, &c. Corb. 1. *unus ex duodecim, qui dicebatur Judas Scariot*, &c. Clarom. *Juda Scarioth.* Cantabrig. *Tunc abit unus de duod. qui dicitur Judas Scariotes*, &c. Græc. Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, &c. Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Tunc è discipulis unus se subtrahit amens*
*Judas, qui ad proceres tali cum voce cucurrit.*

℣. 15. Ms. S. Germ. 1. *& ait illis: Quid vultis dare mihi, & ego vobis tradam eum?* &c. quæ supra. In Cantabrig. hìc membrana lacera, & malè consuta: hæc tamen videtur habere: *ecce nunc au...... Quid voltis mihi dare..... bis trado eum? Qui autem statuerunt ei xxx. stateras.* Clarom. *stateres argenteos.* S. Germ. 2. Corb. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. εἶπε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Tertul. l. de corona mil. c. 12. p. 293. a. ait: *Aliquibus aureis venditans Christum, ut argenteis, Judas.* Ambros. in Ps. 35. col. 771. c. *Quid mihi dabitis, & ego eum vobis tradam?* & l. 3. de Spir. S. to. 2. 692. c. dicit: *Trecentis denariis æstimas, & passionem ejus triginta denariis vendis.* Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Quod pretium sperare datur, si prodere* (al. *tradere*) *vobis,*
*Quæsitumque diu possim monstrare magistrum?*
*Argenti ter dena illi mox pollicebantur*
*Pondera.*

℣. 16. Ms. S. Germ. 2. *Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.* S. Germ. 1. & Corb. ambo ut in Vulg. ad verbum, & Græco. His pariter adjungendus videtur Cantabrig. quamvis, ob laceram membranam, hæc legi possint sola ..... *inde quærebat opportunitatem..... eum traderet.* Clarom. addit *eis*, in fine, cum Colbert. & quibusdam Græcis. Ms. verò Maj. Mon. hab. *quærebat occasionem ut eum morti traderet.* Juvencus l. 4. p. 74. f.

*..... Dehinc Judas sceleri se subdidit alto.*

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 17. Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi manducare Pascha?

18. At ille dixit eis: Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

19. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha.

20. Vespere autem facto, discubuit cum duodecim discipulis suis.

21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quòd unus vestrûm me traditurus est.

22. Et contristati nimis, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum Domine?

23. At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in parabsidem, hic me tradet.

24. Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat homini illi non nasci.

25. Respondit autem Judas, qui traditurus erat eum, & dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi Jesus: Tu dixisti.

VULGATA NOVA.

17. Prima autem die azymorum accesserunt *Marc.*
discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus 14. 12.
tibi comedere Pascha? *Lu*
18. At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quem- 7.
dam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum
prope est, apud te facio Pascha cum discipulis
meis.
19. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis
Jesus, & paraverunt Pascha.
20. Vespere autem facto, discumbebat cum *Marc.*
duodecim discipulis suis. 14. 17.
21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico *Luc.* 22.
vobis, quia unus vestrûm me traditurus est. 14.
22. Et contristati valde, cœperunt singuli *Joan.*
dicere: Nunquid ego sum Domine? 13. 21.
23. At ipse respondens, ait: Qui intingit
mecum manum in paropside, hic me tradet.
24. Filius quidem hominis vadit, sicut scri- *Psalm.*
ptum est de illo: væ autem homini illi, per quem 40. 10.
Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus
non fuisset homo ille.
25. Respondens autem Judas, qui tradidit
eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi:
Tu dixisti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colb. sicut etiam S. Germ. 1. & Corb. 1. nisi quòd hab. *comedere*, pro *manducare*. Cantabrig. *Prima autem azymorum access. discipuli Jesu, dicentes: Ubi vis paremus tibi manducare Pascha?* S. Gat. *azæmorum..... Domine, ubi vis..... manducare Pascha?* S. Germ. 2. *Domine, ubi vis..... comedere Pascha?* Clarom. *Pascha manducare?* Græc. Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων..... λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ, &c. Ms. plures carent αὐτῷ, post λέγοντες; plures etiam hab. ἑτοιμάσομεν. Tertul. l. cont. Jud. c. 10. p. 145. a. *Prima die azymorum.* Hilarius in Matth. 26. col. 740. c. *Prima autem die azymorum, accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi Pascha manducare?* abest autem *die*, à Mss. duobus. Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Jamque dies Paschæ primo processerat ortu,*
*Discipuli à Christo quærunt ubi sumere Pascha*
*Vellet.*

℣. 18. Ms. Corb. 1. *Ait Jesus: Ite*, &c. quæ supra. Corb. 2. *At ille dixit: Ite*, &c. Itidem S. Germ. 2. sed post paulò habet, *Magister dixit*, &c. Clarom. *At ille dixit: Ite in civitatem ad Dinan* (Græc. δεῖνα, quemdam,) *& dicite ei: Mag. dicit*, &c. Cantabrig. *Qui autem dixit eis: Ite in civitate ad quemdam, & dicite ei: Mag. dicit... ad te faciam Pascha cum*, &c. Græc. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ..... πρός σε ποιῶ τὸ Πάσχα, &c. Mss. quidam, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· al. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. Hilar. in hunc loc. 740. c. *Discipuli ire ad quemdam hominem jubentur, & ei dicere, quòd cum eo Dominus Pascha cum discipulis facere vellet.* Ambros. in Ps. 118. col. 1055. b. & l. 10. in Luc. col. 1513. d. *Ite in civitatem ad quemdam.* Juvencus l. 4. p. 74. g.

*..... At ille sibi quemdam sine nomine quæri,*
*Ultima qui Domini caperet mandata, jubebat.*

℣. 19. Itidem Mss. S. Germ. cum Corb. Item Cantabr. nisi quòd hab. *eis*, pro *illis*. Clarom. & S. Gat. *sicut præcepit*, pro *constituit*; Græc. ὡς συνέταξεν, al. προσέταξεν. Maj. Mon. *& præparaverunt Pascha.* Hilar. in hunc loc. 740. c. *Qui præceptis obtemperaverunt, & Pascha paraverunt.* Vide Juvencum ad ℣. præced.

℣. 20. Mss. Clarom. & S. Gat. respondent textui Colb. Sic etiam Corb. 2. addito nomine *Jesus*, ad verbum *discubuit*. S. Germ. 1. & Corb. 1. *discumbebat cum xii. discipulis*, absque pronom. *suis*. Cantabrig. simpliciter: *Sero autem facto, discumbebat cum duodecim.* Nec plura in Græco; quidam tamen codd. addunt μαθητῶν, ad *duodecim*; al. μαθητῶν αὐτοῦ. August. ep. 54. to. 2. 126. f. *Cùm sero autem factum esset, recumbebat cum duodecim.* Juvencus l. 4. p. 74. g.

*Vespere mox primo bis sex recubantibus unà*
*Discipulis*, &c.

℣. 21. Ms. Corb. 2. textui Colb. congruit ad verbum: S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. Vulgatæ. Maj. Mon. hab. *Comedentibus illis, dixit Jesus*, &c. Clarom. *Et manducantibus illis, dixit..... quia unus vestrûm tradet me.* Cantabrig. *Et manducantibus eis, dixit: Amen..... quoniam unus ex vobis tradet me.* Nec aliter in Græco est; Ms. 1. tamen delet hoc, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. August. quoque ep. 54. to. 2. 126. f. legit: *Et manducantibus eis, dixit: Quoniam unus ex vobis tradet me.* Item Collat. Carth. col. 489. b. *Unus ex vobis me tradet;* fortè ex Marco 14. 18. Leo M. verò serm. 56. p. 127. e. cum textu Colb. *Amen dico vobis, quòd unus vestrûm me traditurus est.* Juvencus l. 4. p. 74. g. sic pergit:

*.....tali divinat voce Magister:*
*Exsurget* (al. *En urget*) *tempus Christum cùm tradere morti*
*E vobis unus scelerato corde volutat.*

℣. 22. Similiter Mss. Corb. 2. & Clarom. ut in textu Colb. Corb. 1. S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et contristati valde, cœperunt dicere unusquisque eorum: Nunquid*, &c. Sic etiam in Græco est, addito αὐτῷ, *ei*, ad verb. *dicere;* id autem αὐτῷ, abest à Mss. quibusdam. Apud Juvencum l. 4. p. 74. h.

*Continuò cuncti quærunt, quis talibus ausis*
*Insano tantum cepisset corde venenum.*

℣. 23. Accinunt Mss. S. Germ. ambo, nisi quòd legunt *in parapside;* Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. *in paropside.* Corb. 2. *Ipse verò respondens*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Quibus respondens, dixit: Qui intinget mecum manum in parapsidem*, &c. Cantabrig. *Qui autem respondens, dixit: Qui intinguet mecum in parapside, hic*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, &c. Juvencus l. 4. p. 74. h.

*Ille dehinc: Epulis mecum nunc vescitur, inquit.*

℣. 24. Ms. Corb. 2. *Filius quidem hominis vadet*, &c. ultimò verò cum Colb. *bonum erat homini illi non nasci.* Clarom. *bonum erat homini illi, si non fuisset natus.* Cantabrig. *væ autem..... per quem Filius hom. traditur: propter hoc bonum erat ei, si non esset natus homo ille.* In S. Germ. 1. & S. Gat. pariter *traditur;* tum in S. Germ. *bonum erat ei, si non fuisset natus homo ille.* Ita quoque Græc. habet; Ms. 1. tamen, παραδοθήσεται, *tradetur.* S. Germ. 2. & Corb. 1. Lat. Vulgatæ consonant. Iren. l. 2. cont. hæres. c. 20. p. 145. c. *væ homini, per quem Filius hominis tradetur: melius erat ei, si natus non fuisset.* Hieron. in Eccles. to. 2. 738. b. *melius erat non nasci homini illi.* Avit. Vien. Sirm. to. 2. p. 158. e. *bonum fuerat homini illi non nasci.* Juvencus l. 4. p. 74. h.

*Sed Soboles hominis quondam præscripta subibit*
*Supplicia ad tempus: miserabilis ille per ævum,*
*Qui Justum tradet: quantò felicior esset,*
*Si nunquam in terris tetigisset limina vitæ!*

℣. 25. Ms. S. Gat. optimè convenit cum textu Colbertino. Clarom. & Corb. 2. ferunt: *Respondens autem Judas, qui traditurus eum erat, dixit... Ait illi Jesus*, &c. Sic etiam Maj. Mon. nisi quòd hab. *traditurus est*, non *erat*. S. Germ. ambo, & Corb. 1. ut in Vulgata. Cantabrig. *Respondens autem Juda, qui tradebat eum, dixit: Nunquid... Dicit ei: Tu dixisti.* Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε, &c. ut in Vulg. Ms. 1. addit αὐτῷ, ad εἶπε. Ambros. in Ps. 40. col. 873. d. *Nunquid ego sum Rabbi? ... Tu dixisti.* Collat. Carthag. col. 489. b. *Nunquid ego sum*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| 1. Cor. 11. 24. — 26. Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. | 26. Ipsis autem cœnantibus, accepit Jesus panem, & benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum. — *Ex Ms. Colbert.* |
| 27. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. | 27. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: |
| 28. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. | 28. Hic est calix sanguinis mei novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissione peccatorum. |
| 29. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. | 29. Dico autem vobis: non bibam amodo de hac creatura vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam novum in regno Patris mei. |
| 30. Et hymno dicto, exierunt in Montem oliveti. | 30. Et hymno dicto, exierunt in Montem oliveti. |
| Marc. 14. 27. Joan. 16. 32. Zachar. 13. 7. — 31. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. | 31. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, hac nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Domine? ..... Tu dixisti.* Auctor l. de prom. p. 3. prom. 18. col. 177. c. *Nunquid ego sum Rabbi?* Apud Juvenc. l. 4. p. 74. h.

*At Judas graviter tunc pectora conscia pressus,*
*Nunquid, ait, Judam talis suspectio tangit?*
*Respondit Dominus: Te talia dicere cerno.*

℣. 26. Mss. Corb. 2. & Clarom. textui Colb. consonant, nisi quòd Corb. habet *& ait*, pro *dicens*; Clarom. *hoc enim est*. S. Gat. & Maj. Mon. *hoc est enim*; cæt. ut in Vulgata. S. Germ. 2. delet tantùm *&*, post *panem*. S. Germ. 1. habet, *Accipite, & edite*. Cantabrig. *Ipsis autem manducantibus, Jesus accipiens panem, & benedicens, fregit; & dans discipulis, dixit: Accipite, & manducate: hoc est meum corpus*. Corb. 1. ad *corpus meum*, addit, *quod pro vobis tradetur*; sed hoc assumentum abest à cæteris Mss. illuc irrepsisse videtur vel ex prima ad Corinth. c. 11. ℣. 24. vel f. ex Lucæ cap. 22. ℣. 19. Græc. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· al. καὶ δοὺς τοῖς μαθηταῖς, εἶπε· plures, μαθηταῖς αὐτοῦ. Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. legit: *hoc est meum corpus*. Tertul. de orat. c. 6. p. 181. b. & Ambros. l. de Myst. to. 2. col. 339. e. *hoc est corpus meum*. Epiphan. in 2. 3. Cantici Cantic. *Accipite, & manducate: hoc est enim corpus meum*. Auctor de concord. V. & N. T. ex Ms. Navarræo n. B. 158. hæc habet: *Nocte illa comedens cum discipulis suis, accepit panem, & benedixit, & dedit eis: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum, quod offero in sacrificium pro peccato hominum*. Juvencus l. 4. p. 74. h.

*Hæc ubi dicta dedit, palmis sibi frangere* (al. *tangere*) *panem,*
*Divisumque dehinc tradit, sanctèque precatus,*
*Discipulos docuit proprium se tradere corpus.*

℣. 27. Ms. S. Germ. 1. cum Clarom. *Et accipiens calicem grat. egit: & dedit illis, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes*. S. Germ. 2. delet *&*, post *egit*, cum verbo *Accipite*; cæt. ut supra. Corb. 1. *& dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes*; Corb. 2. *ex eo omnes*. Cantabr. ..... *& gratias agens, dedit eis, dicens: Bibite ex eo omnes*. Huic etiam Græcum favet. Iren. l. 5. c. 32. p. 333. c. similiter hab. *Bibite ex eo omnes*. Cypr. ep. 63. p. 106. c. *Bibite ex hoc omnes*. Ambros. l. 4. de Sacram. to. 2. 371. c. d. *Accipite, & bibite ex hoc omnes*. Auct. l. de concord. Vet. & N. T. ex Ms. Navarræo n. B. 158. *Et iterum accepit calicem, in quo erat vinum, & dixit: Bibite ex hoc omnes*. Epiphan. ubi sup. *Accipite, & bibite*. Juvencus l. 4. p. 74. h.

*Hinc calicem sumit Dominus, vinoque repletum*
*Magnis* (al. *Gratis*) *sanctificat verbis, potumque ministrat,*
*Edocuitque suum se divisisse cruorem,*
*Atque ait.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Hic est enim sanguis novi test. qui pro multis effundetur in remissione peccatorum*. Similiter Corb. 2. *in remissione*. Corb. 1. S. Germ. 2. Maj. Mon. & Clarom. *Hic est enim sanguis meus*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Hoc est enim sanguis meus..... qui pro multis effunditur in remissionem*, &c. In Ms. S. Gat. pariter *effunditur*, è Gr. ἐκχυνόμενον; Ms. 1. tamen fert ἐκχυθησόμενον; plures delent γὰρ, *enim*, in principio. Iren. quoque l. 5. c. 32. p. 332. c. legit: *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Similiter hab. Cypr. ep. 63. p. 106. c. præter hoc, *Hic est enim sanguis novi*. Ambros. l. 4. de Sacram. to. 2. 371. d. *Hic est enim sanguis meus*. Auct. l. de concord. Vet. & N. T. ex Ms. Navarræo n. B. 158. *Hic est sanguis meus, qui offertur in remissione peccatorum*. Epiphan. in 2. 3. Cantici Cantic. *Hic est enim sanguis meus, qui pro vobis effusus est*: & in 7. 9. *Hic est..... meus, quod pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Juvencus l. 4. p. 74. h.

*..... Hic sanguis populi delicta remittet.*
*Hunc potate meum*, &c.

℣. 29. Ms. S. Germ. 2. *Dico autem vobis, quòd non bibam*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. *quia non bibam*, &c. Corb. 2. *quoniam non bibam amodo de hac creatura vitis*, &c. Clarom. *amodo non bibam de hac creatura vitis, usque in illum diem, cùm illud bibam*, &c. Cantabrig. *non bibam amodo ab hac creatura vitis, usque ad diem illum, cùm illum bibam*, &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ Corb. 1. & S. Germ. 1. consonant ad verbum, nisi quòd Germ. 1. legit *illum*, pro *illud*. Græc. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ᾽ ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς..... ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ᾽ ὑμῶν, &c. à quibusdam Mss. abest ὅτι; al. legitur ἀμπέλου ταύτης. Iren. l. 5. c. 32. p. 332. c. *Dico autem vobis: amodo non bibam de generatione vitis hujus, usque in diem illum, quando illum bibam vobiscum novum in regno Patris mei*. Cypr. ep. 63. p. 106. c. *Dico vobis: non bibam amodo ex ista creatura vitis, usque in diem illum, quo vobiscum bibam novum vinum in regno Patris mei*. Hilar. in hunc loc. 740. f. ait; *universos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum*. Eucher. quæst. in Matth. p. 848. f. *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genim. vitis, usque in diem illum, quo illud bibam vobiscum novum*, &c. Juvencus l. 4. p. 74. h.

*..... nam (veris credite dictis)*
*Posthac non unquam vitis gustabo liquorem,*
*Donec regna Patris melioris munere vitæ*
*In nova me rursus concedent surgere vina.*

℣. 30. Itidem Mss. S. Germ. Corb. Clarom. Cantabr. S. Gat. &c. Græc. Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ Ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Hilar. in hunc loc. 740. f. *Hymnoque dicto, in Montem reversi sunt*. Juvencus l. 4. p. 75. a.

*Exin cantato sanctis concentibus hymno,*
*Montis oliveti conscendunt culmina cuncti.*

℣. 31. Concinunt Mss. S. Germ. & Corb. ambo, nisi quòd hab. cum Vulg. *in ista nocte*. Itidem Clarom. excepto verbo *dispargentur*. Cantabrig. *Omnes vos scandalizamini in me, in nocte hac. Scriptum est enim..... & dispargentur oves gregis*. S. Gat. & Maj. Mon. *gregis sui*. Græc. textui Lat. favet. Hilar. in Ps. 52. col. 87. d. legit: *Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte*: & in Matth. 26. col. 743. b. *scandalum patiemini in me, ista nocte*: & supr. 740. f. addit *percusso pastore, oves esse spargendas*: & in Ps. 68. col. 226. e. *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*. Similiter Ambros. in Ps. 118. col. 987. a. & l. 10. in Luc. col. 1517. d. cum Ambrosiast. p. 171. b. Hieron. verò in Isai. 53. to. 3. 384. f. *Omnes vos, in hac nocte, in me scandalum sustinebitis*: & in Isai. 10. col. 98. e. *Percutiam pastorem, & oves dissipabuntur*: item l. de optim. gen. interpr. to. 4. 252. b. dicit: *In Matthæo legimus Dominum prædicentem Apostolis fugam, & hoc ipsum Zachariæ testimonio confirmantem: Scriptum est, ait, Percutiam pastorem, & dispergentur oves*. Juvencus l. 4. p. 75. a.

*Talia tum Christus depromit pectore verba:*
*Omnes præsentis noctis vos tempore longè*
*Disperget, miserè deserto principe, terror.*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mſ. Colbert.* 32. Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

33. Reſpondens autem Petrus, dixit: Si omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

34. Dixit illi Jeſus: Amen dico tibi, quòd hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.

35. Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

36. Tunc venit Jeſus cum illis in prædium, quod dicitur Geſſamani, & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hîc, donec eo illuc orare.

37. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

38. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate mecum.

39. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater meus, ſi fieri po-

### Vulgata nova.

32. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam *Marc.*
vos in Galilæam. 16. 7.

33. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

34. Ait illi Jeſus: Amen dico tibi, quia in *Marc.*
hac nocte antequam gallus cantet, ter me ne- 14. 30. *Joan.*
gabis. 13. 38.

35. Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me *Marc.*
mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes 14. 31. *Luc.* 22.
diſcipuli dixerunt. 33.

36. Tunc venit Jeſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem.

37. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

38. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate mecum.

39. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater mi, ſi poſ-

### Notæ ad Versionem antiquam.

*Sic etenim ſcriptum eſt: Paſtoris caſibus omnes*
*In diverſa fugam capient per rura bidentes.*

℣. 32. Mſs. Clarom. & Corb. 2. nil omnino diſcrepant à textu Colb. neque S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. à Vulgata; cui etiam favet Græcum. Cantabrig. Lat. habet: *Poſt autem ſurrexero, præcedam*, &c. Hilar. in hunc loc. 740. f. ait *ſe tamen reſurgentem, in Galilæam præceſſurum eſſe*. Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1544. b. *præcedam vos in Galilæam*. Juvencus l. 4. p. 75. a.

*Poſt, ubi vita novos cœli mihi reddet honores,*
*Præveniam, veſtroſque choros genitalibus arvis*
*Grata Galilææ volitans per rura docebo.*

℣. 33. Mſ. Clarom. *Reſpondens autem Petrus, dixit illi: Et ſi omnes ſcandalizabuntur in te, ego autem nunquam ſcandalizabor.* Ita quoque in Græco, detracta conjunct. *autem*. Corb. 2. Lat. *ait: Si omnes ſcandalizabuntur in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Similiter habet Cantabrig. præter *dixit ei*. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Mſs. plures Græci tollunt *Et*, poſt *ait illi*; plures verò ſubjiciunt δὲ, poſt *ego*. Hilar. in eund. loc. 740. f. dicit: *Sed Petrus reſpondit, cæteris licet ſcandalizantibus, nunquam ſe ſcandalizaturum.* Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1523. d. *Et ſi alii ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor.* Juvencus l. 4. p. 75. a.

*Reſpondet* (al. *Reſpondit*) *Petrus: Cunctos (ſi credere fas eſt*
*Quòd tua labentes poſſunt præcepta negare)*
*Sed mea non ullus* (al. *unquam*) *mutabit pectora caſus.*

℣. 34. Mſ. Corb. 2. textui Colb. conſonat. Sic etiam Clarom. niſi quòd hab. *Dicet*, pro *Dixit*. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Ait illi Jeſus...... quia hac nocte..... ter abnegabis me.* Nec aliter in Græco eſt, poſitâ præp. ἐν, *in*, ante *hac nocte*. Apud Hilar. in eund. loc. 740. f. *Cui ait: Priuſquam gallus cantet, ter me negabis.* Similiter Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1520. a. *ter me negabis.* Optat. l. 7. cont. Donat. p. 105. b. *Petre, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Itidem Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 24. p. 349. d. e. deleto nom. *Petre*. Juvencus l. 4. p. 75. a.

*Ille dehinc: Nox hæc, quæ lucida ſidera terris*
*Inducet, lucemque premens nunc incubat undis,*
*Audiet ut trinis pavidus mendacia verbis*
*Dices, & Chriſtum, fortiſſime Petre, negabis,*
*Et priùs alitibus reſonent quàm tecta domorum.*

℣. 35. Ita legunt Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Ita quoque Clarom. & Cantabrig. niſi quòd hab. initio, *Dicit ei Petrus*; Cantabrig.que, *Etſi oportuerit me tecum mori*, &c. nec abſimile Græcum eſt, niſi exceperis verbum ἀπαρνήσομαι, *abnegabo*; ſed al. ἀρνήσομαι. Hilar. in hunc loc. 741. a. ait: *Sed tam ille, quàm cæteri, ne mortis quidem metu deceſſuros ſe de confeſſione nominis ſui, pollicentur.* Juvencus l. 4. p. 75. b.

*At Petrus: Duram mortem mihi ſumere malim,*
*Vox oblita ſuum quàm deneget iſta magiſtrum.*
*Has vires cordis perſtant promittere cuncti.*

℣. 36. Mſ. Corb. 2. reſpondet textui Colb. niſi quòd hab. *Getſamani, & dicit.* Clarom. *Tunc venit cum illis Jeſus in agro, qui dicitur Geſſamani, & dixit..... donec eam illuc orare.* S. Gat. *Gethſamani..... Sedete huc, donec eam illuc orare.* Maj. Mon. *Gethſamani..... donec vadam, & illuc orem.* S. Germ. ambo, & Corb. 1. ut in Vulgata. Cantabrig. *Tunc venit Jeſus cum eis in agrum, qui dicitur Gethſemani, & dicit..... Sedete ibidem, quouſque eam illic orare.* Græc. Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς· Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ· al. Γεθσημανὶ; plures inſ. μαθηταῖς αὐτοῦ. Hilar. in Matth. 26. col. 741. c. *Tunc venit cum illis Jeſus in agrum, qui dicitur Gethſemani, & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec eam illuc orare.* Juvencus l. 4. p. 75. b.

*Nominis Hebræi ſunt Gethſemaneida rura:*
*Illò progreditur vitæ luciſque repertor,*
*Quem mox diſcipuli, Juda fugiente, ſequuntur;*
*Atque illic reliquos juſſit reſidere miniſtros.*

℣. 37. Eadem verba ferunt Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, cum Clarom. & S. Gat. &c. Solus Cantabrig. hab. *Et ſuſcipiens Petrum, & duos filios Zebedæi, cœpit contriſtari & deficere.* Græc. Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς..... ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Hilar. in eund. loc. col. 141. c. partim ex Marci c. 14. ℣. 33. *Et aſſumpſit Petrum, Jacobum, & Johannem, Zebedæi filios; quibus aſſumptis, triſtis eſſe mæſtuſque cœpit.* Juvencus l. 4. p. 75. b.

*Ille ſed aſſumpto longè procedere Petro,*
*Zebedæique ſimul natis, per devia tendit:*
*Tunc angore gravi mæſtus*, &c.

℣. 38. Ita rurſum legunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Sic etiam Clarom. hoc priori excepto, *Tunc dicit illis Jeſus.* Cantabrig. *Tunc dicit eis: Triſtis eſt..... ſuſtinete, & vigilate mecum.* Græc. textui Lat. congruit, præterquam quòd hab. Περίλυπος, *Valde triſtis*, non ſimpliciter *Triſtis*: plerique Mſs. addunt ὁ Ἰησοῦς, poſt *ait illis*. Iren. l. 1. c. 8. p. 38. a. *Quàm triſtis eſt anima mea!* Tertul. l. de carne Chr. p. 549. c. *Anima illa triſtis uſque ad mortem*; deinde: *Quid anxia eſt anima mea uſque ad mortem?* Hilar. in Pſ. 141. col. 545. c. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem:* ſimiliter in Matth. 26. col. 741. d. & l. 1. & 10. de Trin. col. 782. b. 1041. d. Concinit Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 133. necnon Ambroſ. l. de bono mort. c. 7. col. 401. d. & in Pſ. 39. ac 61. col. 862. f. 957. b. item lib. 7. in Luc. col. 1442. d. & l. 10. col. 1517. c. necnon l. de Incarn. col. 718. a. Accedunt Auguſt. in Joh. 12. to. 3. 640. c. Victorin. Afer l. 3. adv. Arium, p. 276. b. Gaud. Brix. in ſerm. p. 974. b. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 709. b. & Auct. l. de promiſſ. p. 2. cap. 22. col. 148. b. Hilarius in Matthæum col. 743. c. addit, *ſuſtinete, & vigilate mecum.* Juvencus l. 4. p. 75. b.

*.....ſic voce profatur:*
*Triſtia nunc volvens animus mihi pectora turbat*
*Morte tenus: ſed nunc vos ſegnem excludite ſomnum.*
*Sollicitamque ſimul vigilando ducite noctem.*

℣. 39. Mſ. Clarom. *Et progreſſus..... dicens: Pater meus, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: ſed tamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.* Similiter hab. Corb. 2. præter hoc, *ſi poſſibile eſt*. S. Germ. ambo, *Mi Pater, ſi poſſibile eſt*; S. Germ. 2. *ſicut tu vis*; cui favet Mſ. Maj. Mon. Cantabrig. verò legit: *Et accedens puſillum, cecidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater meus, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me..... verùm non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Corb. 1. Vulgatæ conſonat; nec refragatur Græcum. Iren. l. 1. c. 8. p. 38. a. *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix.* Tertul. l. de fuga in perſec. p. 972. a. *Poſtulavit*, inquit,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

sibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

40. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum?

41. Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

42. Iterum secundò abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eundem sermonem dicens.

45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

test, transfer à me calicem istum: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.

40. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & ait Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum?

41. Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

42. Iterum secundò abiit, & oravit, dicens: Pater, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eundem sermonem dicens.

45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit il-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*à Patre, si fieri posset, transiret ab illo calix passionis: verùm non quod ego volo, sed quod tu.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 208. b. & l. 3. Testim. p. 311. b. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: veruntamen non quod ego volo, sed quod tu:* vide Marc. 14. 36. Hilar. in Matth. col. 743. c. *Et progressus procidit in faciem suam, orans:* & sup. 741. d. *Pater meus, si possibile est, transeat à me calix iste: sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* similiter l. 10. de Trin. col. 1059. d. 1060. a. b. at supra, 1041. d. & l. 1. col. 782. b. c. e. *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Ambros. in Ps. 38. col. 863. a. *Pater meus, si possibile est:* & in Ps. 39. col. 862. e. *Pater, si possibile est, transfer à me calicem hunc: sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* itidem l. de Incarn. to. 2. 718. a. exceptis his, *Pater meus...... sed tamen:* & l. 4. in Luc. col. 1337. f. *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: sed non quod ego volo, sed quod tu vis:* & l. 2. de fide, to. 2. 478. d. e. *sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. b. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: veruntamen non quod ego volo, sed sicut tu.* August. ep. 130. to. 2. 392. e. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: verùm non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater:* sic iterum infra, 432. e. & in Joh. 12. & 17. to. 3. 640. c. 780. a. Maximin. verò Arian. ap. eund. to. 8. 671. g. *Abba Pater, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Victorin. Afric. l. 3. adv. Arium, p. 276. b. *Pater, si fieri potest, transferatur à me hic calix.* Gaud. Brix. in serm. p. 974. a. *Pater, si possibile est, transfer calicem hunc à me.* Vitalis epist. ad Capreol. Carthag. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: verùm non quod ego volo, sed quod tu vis.* Cassiod. in Ps. 27. p. 91. a. *sed sicut tu vis.* Leo M. serm. 54. p. 124. c. *Pater, si possibile est,* &c. quæ in Vulg. at serm. 56. & 57. pp. 127. f. 128. c. *Pater, si fieri potest.* Juvencus l. 4. p. 75. b.

*Hæc ait: & paulùm procedens, corpore terram*
*Deprimit, & tali projectus voce precatur:*
*Si fas est, Genitor, calicis pertranseat* (al. *me transeat*) *hujus*
*Incumbens valido nobis violentia tractu:*
*Sed tua jam veniat potiùs quàm nostra voluntas,*
*Quæ tibi decreta est tantis sententia rebus.*

℣. 40. Mss. Corb. 2. textui Colb. congruit, nisi quòd habet, *non potuisti.* Sic etiam S. Germ. 2. & S. Gat. *non potuisti;* Cantabrig. verò, *non valuistis.* Præterea S. Germ. ambo legunt, *dixit Petro.* Corb. 1. & Clarom. ut in Vulgata; cui etiam Græc. favet, nisi quòd delet pronom. *suos,* post *discipulos,* cum S. Germ. 2. Lat. Nicetius episc. Spicil. to. 3. p. 5. a. *Non potuistis una hora vigilare mecum?* Juvencus l. 4. p. 75. c.

*Tunc ad discipulos repedat, sed somnus anhelis*
*Prostratos terrâ membris dissolverat omnes:*
*Tunc ait ad Petrum: Non est tibi ponere virtus*
*Unam pervigilem tantis sub casibus horam?*

℣. 41. Eadem omnino ferunt Mss. S. Germ. 1. Corb. 1. & Maj. Mon. sicut etiam Clarom. & S. Gat. præterquam quòd habent, *ne intretis.* S. Germ. 2. *ut ne intretis.* Corb. 2. *ut non veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, caro autem infirmis.* Itidem Cantabrig. excepto isto, *ut non intretis in tentatione.* Græc. textui nostro suffragatur, detracto uno *est,* post *promptus.* Irenæus l. 5. c. 9. p. 302. c. legit: *Caro infirma, spiritus promptus.* Tertul. l. 1. ad uxor. c. 4. p. 274. c. *Carnem legimus infirmam..... legimus tamen spiritum firmum:* at l. ad mart. c. 3. p. 191. c. ait, *Quòd caro infirma sit, spiritus promptus:* & l. de orat. c. 8. p. 181. c. *orate ne tentemini:* & l. de bapt. p. 392. c. *Vigilate, & orate ne incidatis in tentationem:* & l. de pat. c. 13. p. 203. a. *Spiritus promptus, caro infirma:* itidem l. de carn. Chr. p. 548. b. *caro infirma.* Hilar. in Matth. 26. col. 744. b. *orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. c. *Vigilate, & orate ne intretis,* &c. ut in textu Colb. & Vulg. Itidem Ambros. in Ps. 38. col. 862. f. deleto adverb. *quidem,* post *Spiritus:* sic etiam l. de parad. col. 154. e. & l. 4. 7. & 10. in Luc. col. 1337. e. 1454. e. 1517. c. & l. 3. de virg. col. 178. f. & l. de instit. virg. col. 256. c. at l. de Elia, c. 4. col. 538. d. legit: *Jejunate, & orate ne intretis,* &c. S. Paulin. epist. 49. p. 287. a. *Vigilate, & orate ut non veniatis in tentationem.* Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 9. p. 366. *Vigilate, & orate ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma est.* Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 28. p. 31. b. f. *Vigilate, & orate ne intretis,* &c. ut in textu. Itidem Nicetius episc. Spicil. to. 3. p. 5. a. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 75. p. 73. g. Phœbad. verò Agin. l. cont. Arian. p. 301. b. *Caro infirma, spiritus promptus est:* similiter infra, 304. d. detracto verbo *est.* Juvencus l. 4. p. 75. c.

*Sed vigilate, precor, ne vos tentatio raptos*
*Horrida præcipitet sæva per lubrica mortis.*
*Spiritus iste viget, sed corpus debile lapsat.*

℣. 42. Similiter habent Mss. S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. subjunctâ voculâ *mi,* post *Pater.* Sic etiam S. Germ. 1. deleto verbo *dicens.* Corb. 2. autem habet, *dicens: Pater meus, si non potest hoc transire à me nisi illud bibam, fiat voluntas tua.* Clarom. *Pater meus, non potest hoc poculum transire donec illud bibam, fiat vol. tua.* Cantabrig. *Iterum secundò abiens oravit, dicens: Pater meus, si non potest calix iste transire nisi illud bibam, fiat,* &c. Nec absimile Græcum est, nisi quòd addit ἀπ' ἐμοῦ, ad verbum *transire;* sed abest ἀπ' ἐμοῦ, à Mss. quibusdam; sicut τὸ ποτήριον, ab aliis nonnullis. Hilar. in hunc Matth. loc. 744. b. d. legit cum Colb. nostro: *Pater, si non potest hic calix transire nisi illum bibam, fiat voluntas tua:* at l. 10. de Trin. col. 1061. b. *Pater meus, non potest calix iste transire à me nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Ambros. in Ps. 39. col. 864. d. *si non potest hoc transire nisi illud bibam, fiat voluntas tua.* Leo M. serm. 57. p. 128. c. *si non potest calix iste transire à me nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Juvencus l. 4. p. 75. c.

*Secessit rursus secreti montis in arcem,*
*Orabatque Patrem: Rerum mitissime rector,*
*Hunc quoniam calicem non est transire facultas,*
*Jam tua perveniat nostra de sorte voluntas.*

℣. 43. Concordant bene Mss. Corb. ambo, S. Germ. 1. & Clarom. Sic etiam S. Germ. 1. addito *somno,* ad verbum *gravati;* Maj. Mon. *gravati de somno;* S. Gat. *gravati à somno;* præterea idem cod. initio legit: *Et venit iterum ad discipulos suos.* Cantabrig. *Et veniens iterum, invenit eos dormientes,* &c. quæ in textu. Græc. Καὶ ἐλθὼν, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, &c. quæ supra: Mss. nonnulli, Καὶ ἐλθὼν πάλιν, εὗρεν αὐτοὺς, &c. ed. Paris. 7. addit in fine, ἀπὸ ὕπνου. Juvencus l. 4. p. 75. c.

*Rursus discipulos somni sub pondere pressos*
*Invenit,* &c.

℣. 44. Accinunt magno consensu Mss. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet: *Et relinquens eos, iterum abiit,* &c. absque seq. *tertiò.* Græc. Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών· Ms. 1. ἀπῆλθε πάλιν, καὶ al. deest ἐκ τρίτου. Juvencus l. 4. p. 75. c.

..... *& rursus per idem Genitore precato.*

℣. 45. Eadem omnino referunt Mss. S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Item Corb. 2. nisi quòd extremè

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. lis: Dormite jam, & requiescite: ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet.

47. Adhuc ipso loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus plebis.

48. Qui autem tradidit illum, dedit illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

50. Dixitque illi Jesus: Ad quid venisti, amice? Tunc accesserunt, & injecerunt manus in Jesum, & tenuerunt eum.

51. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percussit servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam ejus.

52. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui accipiunt gladium, gladio peribunt.

VULGATA NOVA.

illis: Dormite jam, & requiescite: ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet.

47. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Marc. 14. 43. Luc. 22. 47. Joan. 18. 3.

48. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

50. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum.

51. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam ejus.

52. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Genes. 9. 6. Apocal. 13. 10.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hab. *in manibus peccatorum.* S. Germ. 2. *& dixit illis..... ecce adpropinquabit..... in manibus peccatorum.* Claromont. *& ait illis..... ecce adpropiavit hora, & Filius hominis traditur in manus*, &c. Cantabrig. *& dicit eis: Dormite de cætero, &..... ecce adpropiavit hora*, &c. ut in textu Colb. Ita quoque in Græco est, excepto præs. παραδίδοται, *traditur*; sed in Ms. 1. fut. παραδοθήσεται. Hilarius l. 10. de Trin. p. 1061. b. legit: *Dormite jam, & requiescite*: similiter in Matth. 26. col. 744. e. item infra, 745. a. ait: *Tertiò, quiescere jubet.* Ambros. in Ps. 39. col. 863. e. *ecce appropinquat hora, ut Filius hominis tradatur in manus peccatorum.* Leo M. serm. 54. p. 124. e. *Dormite jam*, &c. quæ in textu. Juvencus l. 4. p. 75. c.

*Alloquitur fesso nexos languore quietis:*
*Jam dormire licet, sociosque revisere vestros.*

℣. 46. Itidem Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 2. & Clarom. nisi quòd legunt, *ecce adpropiavit*; Cantabrig. *ecce proximat.* Leo M. serm. 54. p. 124. e. ut sup. in textu. Græc. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με. Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Nam venit ecce meum qui dedat in* (al. *tradet ad*) *omnia corpus,*
*Quæ maculata meis imponet factio membris.*

℣. 47. Ms. Corb. 2. cum textu Colb. concinit ad verbum; Corb. 1. autem, & S. Germ. 2. cum Vulgata. S. Germ. 1. in principio legit pariter, *Adhuc ipso loquente*; sed tollit inf. duo verba *missi*, & *plebis*. S. Gat. habet, *& seniores populi.* Clarom. *Adhuc ipso loquente, ecce Judas..... & cum eo plurima turba, cum*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Adhuc autem eo loquente*, &c. ut in textu Colb. nisi quòd tollere videtur verbum *missi*. Græcè pariter: Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, &c. ut in textu, detracto verbo *missi*; sed Ms. 1. addit ἀπεσταλμένοι. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. f. eadem omnino refert quæ exstant in textu Colb. Hilar. in Matth. 26. col. 745. c. *Et adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo plurima turba.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Cum dicto Judas, numero stipante catervæ,*
*Advenit procerum jussu, populique ferocis,*
*Pars strictis gladiis, pars fidens pondere clavæ.*

℣. 48. Mss. Corb. ambo, S. Germ. 2. S. Gat. &c. respondent textui Colb. Sic etiam S. Germ. 1. nisi quòd habet *Quem*, non *Quemcunque*. Clarom. *Qui autem eum tradidit, illis signum dedit, dicens: Quem ego osculatus fuero*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Qui autem tradebat eum, dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero*, &c. Græc. Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, &c. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. f. *Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero*, &c. ut supra. Ambros. in Ps. 35. col. 769. e. & 771. d. *Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Signa sequebantur Judæ promissa furentis:*
*Oscula nam pepigit sese contingere Christi,*
*Quo facilè ignotum caperet miserabile vulgus.*

℣. 49. Sic habent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. Itidem Clarom. præter hoc, *Habe Rabbi.* Cantabr. *Et continuò acced. ad Jesum, dixit: Habe Rabbi*, &c. Græc. Χαῖρε Ῥαββί, &c. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. f. *Et confestim accedens ad Jesum, ait: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.* Similiter Ambros. l. 10. in Luc. col. 1518. b. *Et osculatus est eum.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Ille ibi dissimulans blanda cum voce salutat:*
*Attigit & labiis Justi miserabilis ora.*

℣. 50. Mss. Corb. 2. & Clarom. *Cui dixit Jesus: Amice, ad quid* (Clarom. *ad quod*) *venisti?* &c. ut in Vulg. Sic etiam Germ. ambo, Corb. 1. & Maj. Mon. *ad quod venisti?* S. Gat. *Cui dixit Jesus: Amice, ad quod venisti, fac. Tunc*, &c. Cantabrig. *Dixit autem illi Jesus: Ad quod venisti, amice? Tunc accedentes, immiserunt manus in Jesum*, &c. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε προσελθόντες, ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, &c. Mss. plures, ἐφ' ὃ πάρει, quomodo legendum censet Casaubonus. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. f. *Dixit illi Jesus: Ad quid venisti, amice? Tunc accesserunt*, &c. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Continuò Christus: Totum complere licebit,*
*Huc venisse tuo quacunque est causa paratu.*
*Injecere manum turbæ, Christumque prebendunt.*

℣. 51. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. ritè conveniunt cum textu Colb. sicut etiam S. Germ. 2. nisi quòd ad *auriculam ejus*, addit *dexteram*. Clarom. *& exemit glad. suum, & percussit..... & abscidit auric. ejus.* Cantabrig. *extendens manus, ejecit gladium suum, & percussit servum princip. sacerdotis, & abstulit ejus auriculam.* Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν..... καὶ πατάξας τὸν..... ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. Copt. addit τὸ δεξιὸν ex Lucæ c. 22. ℣. 50. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. f. ad verbum concinit cum textu Colb. Hilarius in Matth. 26. col. 745. d. ait: *Unus autem ex his qui erant cum eo, gladium exserens, servo principis sacerdotum aurem abscidit.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Tunc è discipulis unus, fulgente machæra,*
*Occurrit vatis famulo, sublatus in iram,*
*Tempore & excisam rapuit vi vulneris aurem.*

℣. 52. Ms. Cantabrig. nil differt à textu Colb. nisi quòd hab. *dicit ei*, pro *ait illi*. Corb. 2. *Converte gladium tuum in loco suo: omnes enim, qui accipiunt gladium, & gladio utuntur, gladio peribunt.* Clarom. *omnes enim, qui gladio utuntur, in gladio peribunt.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *omnes enim, qui acceperint glad. in gladio peribunt.* Ita quoque in Græco est: quidam tamen ferunt λαμβάνοντες μάχαιραν, non λαβόντες; plerique etiam, ἀποθανοῦνται, pro ultimo ἀπολοῦνται. S. Germ. 1. Lat. *omnis enim, qui gladio percutit, gladio peribit.* Corbeiensis primus ut in Vulgata; cui etiam succinit Lucifer Calarit. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. f. at l. 2. pro S. Athan. p. 209. g. legit: *Converte gladium tuum in loco suo: omnes enim, qui accipiunt gladium, gladio peribunt.* Tertul. l. de corona mil. c. 11. p. 292. b. dicit *gladio periturum, qui gladio fuerit usus.* Hilar. in Matth. 26. col. 745. e. *Eique Dominus ait: Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui gladio utuntur, gladio peribunt.* Ambros. l. 3. of-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

53. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum?

Isai. 53. 10. 54. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

55. In illa hora dixit Jesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.

Thren. 4. 20. 56. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

Marc. 14. 50. Luc. 22. 54. Joan. 18. 24. 57. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant.

58. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem.

59. Principes autem sacerdotum, & omne concilium, quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent:

60. & non invenerunt, cùm multi falsi testes

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

53. Aut non putas me posse rogare patrem meum modò, & exhibebit mihi plusquam duodecim millia legiones angelorum?

54. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ prophetarum, quia sic oportet fieri?

55. In illa hora dixit Jesus turbis: Tanquam ad latronem venistis ad me cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam in templo docens, & non me tenuistis.

56. Hoc autem totum factum est, ut impleantur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

57. At illi tenentes Jesum, duxerunt eum ad Caiphan principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant,

58. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem.

59. Principes autem sacerdotum, & universum concilium, quærebant falsum testimonium adversùs Jesum, ut eum morti traderent:

60. & cùm multi falsi testes accessissent, non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fic. to. 2. 114. d. *Reconde gladium tuum: omnis enim, qui gladio percusserit, gladio ferietur.* August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 402. e. *Reconde gladium: qui enim gladio usus fuerit, gladio cadet:* & l. de agone Christ. to. 6. 259. b. ait: *Non dixit Dominus: Qui occiderit gladio, gladio morietur: sed, Qui gladio usus fuerit, gladio morietur:* paulò sup. legit: *qui enim gladio percusserit, gladio morietur:* & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. 226. a. *omnis, qui percusserit gladio, gladio morietur.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 104. col. 100. a. *omnis enim, qui accipit gladium, gladio peribit.* S. Pacian. ad Sympronian. *si quis gladio occiderit, gladio morietur.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*Olli Christus ait: Gladium tu ponito noster:*
*Nam quicunque ferox confidit vindice ferro,*
*Hunc justi similis ferri vindicta manebit.*

℣. 53. Ms. Corb. 2. *Aut non putas me posse modò rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim millia angelorum?* Clarom. *Aut putas non posse me modò rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim millia legiones angelorum?* S. Germ. 1. *An putas, quia non possim rogare... & exhibebat mihi modò plusquam duodecim millia legiones ang.* S. Germ. 2. *An putas non posse me modò rogare... & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones ang.* S. Gat. *quia non possum modò rogare*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *quia non possum ego rogare*, &c. Cantabrig. *Aut putas, quia non possum modò rogare..... & adsistet mihi plus xii. legiones angelor.* Græc. Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν ..... καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ( al. λεγεώνων ) ἀγγέλων; Tertul. de pat. c. 3. p. 199. a. alludens ait: *Ille, cui legiones angelorum, si voluisset, uno dicto de cælis affuissent, ne unius quidem discentis gladium in ultorem probavit.* Hilar. verò in Matth. 26. col. 745. d. *Qui juris sui habebat adversùm traditores advocare duodecim millia legionum angelorum:* rursum in Ps. 53. col. 94. c. ait *Domino duodecim millia legionum angelorum potuisse in tempore passionis assistere.* Hieron. in Isai. 50. to. 3. 360. c. *An putatis, quia non possum rogare patrem meum, ut exhiberet mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum?* Oros. l. contra Pelag. p. 456. c. *An putas non posse me modò rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angel.* Juvencus l. 4. p. 75. d.

*An ego non possum cælestia castra vocare,*
*Et patris innumeras in prælia ducere turmas?*

Sedulius presb. carm. l. 4.

*..... Nec enim vindicta Tonanti*
*Conveniens humana fuit, qui millia patrem*
*Angelicas sibimet legiones poscere posset*
*Plus duodena dari*, &c.

℣. 54. Ms. Corb. 1. textui Colb. congruit ad verbum. S. Germ. verò ambo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. Vulgatæ. Cantabrig. *Quomodo ergo complebuntur Scripturæ, quia*, &c. Græc. Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι, &c. al. πληρωθήσονται. Oros. l. cont. Pelag. p. 456. c. *Sed quomodo complebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?* Juvencus l. 4. p. 75. e.

*Sed Scriptura meis complenda est debita rebus.*

℣. 55. Ms. S. Germ. 2. consonat cum textu Colb. deleto uno *ad me*, post *venistis*. Item Cantabrig. Corb. 2. & Maj. Mon. habent: *Quasi ad latronem venistis cum*, &c. Sic etiam Clarom. & S. Gat. sed initio ferunt, *dixit Jesus ad turbas.* Corb. 1. & S. Germ. 1. ut in Vulgata; cui etiam Græc. favet. Hilar. in hunc loc. 746. a. ait: *Turba autem omnis adversùs Dominum gladiis armata processerat.* Juvencus l. 4. p. 75. e.

*Vos autem stricto quid me comprendere ferro,*
*Fustibus & gladiis concurritis? en ego vobis*
*Occurro* ( al. *Occurram*, ) *templi media qui semper in arce*
*Vobiscum residens docui, nec talia quisquam*
*Insonuit, tantis circum latratibus audax.*

℣. 56. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Hoc autem totum factum est, ut implerentur*, &c. quæ supra. Corb. 2. *ut adimpleantur*, &c. Clarom. *ut implerentur*; subinde cum Mss. S. Gat. & Maj. Mon. *Tunc discipuli ejus omnes*, &c. Cantabrig. *ut complerentur..... Tunc discipuli omnes relinquentes eum, fugerunt.* Nec absimile Græcum est. Tertul. l. contra Jud. c. 10. p. 143. c. *ut Scripturæ implerentur de ore prophetarum.* Juvencus l. 4. p. 75. e. ultima tantùm reddit:

*Discipuli passim Christo fugere relicto.*

℣. 57. Ms. Clarom. *Illi autem tenentes Jesum*, &c. Similiter Corb. 2. cum Cantabrig. sed Corb. addit *perduxerunt ad Caipham*, &c. Cantabrig. *duxerunt ad Caiphan*; ultimòque, *& seniores congregati sunt.* S. Germ. 1. S. Gat. ac Maj. Mon. *& seniores convenerunt.* Corb. 1. & S. Germ. 2. ut in Vulgata. Gr. Οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν, ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν..... ὅπου οἱ..... συνήχθησαν. Juvencus l. 4. p. 75. e.

*Jamque Caiphæa steterat Salvator in aula,*
*Convenere omnes Scribæ proceresque vocati.*

℣. 58. Accinunt Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. necnon S. Germ. 2. nisi quòd hic tollit *eum*, post *sequebatur*. Corb. 2. & Clarom. ultimò habent: *Et ingressus intus, sedebat... ut videret exitum rei*; S. Gat. & Maj. Mon. *finem rei.* Cantabrig. *Petrus autem sequebatur eum de longe, usque ad januam principis sacerdotis. Et ingressus intus, sedebat cum ministris, videre finem rei.* Græcè ut in Vulg. & textu Colb. Mss. tamen quidam carent αὐτῷ, post ἠκολούθει, *sequebatur.* Juvencus l. 4. p. 75. e. eadem sic reddit:

*At Petrus longè servans vestigia, solus*
*Occultè mæstus sedit cum plebe ministra,*
*Extremum opperiens tanto sub turbine finem.*

℣. 59. Mss. Corb. 2. & Clarom. nil differunt à textu Colb. nisi quòd primus legit *contra Jesum*, alter, *adversùm Jesum.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Principes autem sacerdotum, & conventiculum totum, quærebant falsum testim. adversùs Jesum, quatenus mortificarent eum.* Græc. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὸ συνέδριον ὅλον... ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι· sed à Mss. quibusdam abest οἱ πρεσβύτεροι. Apud Hilar. in eund. loc. 746. a. *falsi testes conquisiti.* Item apud Juvenc. l. 4. p. 75. e.

*Ecce sacerdotes falsos conquirere testes*
*Incumbunt, fictasque volunt contexere causas;*
*Quîs mortem insonti possent imponere Christo.*

℣. 60. Ms. Corb. 2. initio habet: *& non invenerunt exitum*; deinde: *& cùm multi falsi testes accessissent, non invenerunt quicquam in eo. Novissimè autem*, &c. quæ supra. Clarom. similiter: *& non invenerunt exitum rei: & cùm*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. invenerunt in eo quicquam. Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,

61. & dixerunt : Audivimus hunc dixiſſe : Poſſum deſtruere templum hoc Dei, & poſt triduum aliud reædificare.

62. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi : Nihil reſpondes ad hæc, quæ iſti adversùm te teſtificantur ?

63. Jeſus autem tacebat. Et reſpondens princeps ſacerdotum, ait illi : Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei.

64. Dicit illi Jeſus : Tu dixiſti : amen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis, & venientem cum nubibus cœli.

65. Tunc princeps ſacerdotum conſcidit veſtimenta ſua, dicens : Blaſphemavit : quid & adhuc egemus teſtibus ? ecce nunc audivimus blaſphemiam :

66. quid vobis videtur ? At illi reſponderunt

VULGATA NOVA.

acceſſiſſent. Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,

61. & dixerunt : Hic dixit : Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. Joan. 2. 19.

62. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi : Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adverſum te teſtificantur ?

63. Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi : Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei.

64. Dicit illi Jeſus : Tu dixiſti : veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Sup. 16. 27. Rom. 14. 10. 1. Theſſ. 4. 15.

65. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens : Blaſphemavit : quid adhuc egemus teſtibus ? ecce nunc audiſtis blaſphemiam :

66. quid vobis videtur ? At illi reſponden-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*multi falſi teſtes veniſſent, non invenerunt in eum quicquam. Noviſſimè autem*, &c. Cantabrig. *& non invenerunt ſequentia : & multi acceſſerunt falſi teſtes, & non invenerunt rei ſequentia. Noviſſimè autem*, &c. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt, niſi quòd Corb. delet *autem*, poſt *Noviſſimè*; & S. Gat. legit *veniſſent*, pro *acceſſiſſent*. Græc. καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον. Ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες. Aliàs ipſo initio deeſt, καὶ οὐχ εὗρον· al. quoque infra, non repetitur οὐχ εὗρον. Vide Joh. Morin. l. 1. Exercit. 2. n. XIII. p. 43. Ap. Juvenc. l. 4. carm. Evang. p. 75. e. ita :

*Sed nullus tanto viſus ſatis eſſe furori.*
*Tandem* (al. *Ultimò*) *proſiliunt teſtes.....*

Apud Sedul. presb. l. 4. carm.

*..... jamjamque volant mendacia mille*
*In Dominum, vanis hominum conflata labellis :*
*Et pereunt levitate ſui, velut ignis oberrans*
*Arentes ſtipulas, vires cui ſumma cremandi*
*Materies infirma rapit, victoque furore,*
*Labitur invalidæ deformis gloria flammæ.*

℣. 61. Mſ. Clarom. cum Corb. 2. *& dixerunt : Audivimus hunc dixiſſe : Poſſum deſtruere templum hoc Dei, & poſt triduum reædificare illud.* Cantabrig. *& dixerunt : Hunc audivimus dicentem : Poſſum diſſolvere templum hoc Dei, & poſt tres dies ædificare eum.* S. Gat. *templum Dei, & poſt triduum diem reædificare illud.* Maj. Mon. *templum hoc Dei, & poſt tertium diem reſuſcitare illud.* Corb. 1. & S. Germ. ambo, *ædificare illud* ; cæt. ut in Vulgata. Græc. εἶπον· Οὗτος ἔφη· Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν· al. μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Caſſiod. in Pſ. 34. p. 115. c. *& dixerunt : Audivimus hunc dixiſſe : Poſſum deſtruere templum hoc Dei*, &c. quæ in Vulg. Vide ad Marc. 14. 58. Juvencus l. 4. p. 75. e.

*..... qui dicere Chriſtum*
*Audiſſent, templum quòd ſolus vertere poſſet,*
*Et verſum trinis iterum inſtaurare diebus.*

℣. 62. Itidem Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. præter unum *ad ea*, pro *ad hæc*. Clarom. *Et exſurgens princeps ſac. dixit illi : Nihil reſpondes ad ea*, &c. Cantabrig. *Et ſurgens..... ait illi : Nihil reſpondes ? quid iſti teſtantur de te ?* Græc. Καὶ ἀναστὰς ὁ..... εἶπεν αὐτῷ· Οὐδὲν ἀποκρίνῃ ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν ; Juvencus l. 4. p. 75. f.

*Ipſe ſacerdotum princeps urgere tacentem*
*Inſiſtit, fervens furiis, ac talia fatur :*
*Cur nihil ad tantas nunc reſpondere querelas*
*Convictus veris procerum ſub teſtibus audes ?*

℣. 63. Mſ. Corb. 2. textui Colb. congruit, addito uno *vivi*, ad ult. *Dei*. Itidem S. Gat. *Dei vivi*. Claromont. *Jeſus autem tacebat. Et reſpondens princeps ſac. dixit illi : Adjuro te per Deum vivum, dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei.* Eadem quoque habet Cantabrig. exceptis his : *Reſpondens ergo..... dixit ei..... ut nobis dicas.* S. Germ. ambo, Corb. 1. & Maj. Mon. Vulgatæ conſonant. Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ· Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Mſs. plures ſubdunt τοῦ ζῶντος· quidam verò delent initio, ἀποκριθείς. Hilar. in Pſ. 2. n. 25. col. 39. c. legit : *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei.* Accinunt Ambroſ. l. de Joſeph, c. 12. col. 506. c. & Leo M. ſerm. 55. p. 125. a. Apud Juvenc. l. 4. p. 75. f. ſic :

*Adjurabo tamen ſummi per regna Tonantis,*
*Ut fateare palam ſi fas te credere Chriſtum.*

℣. 64. Mſs. Clarom. *Et dixit illi Jeſus : Tu dixiſti : amen dico vobis, amodo videb. Filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis, & venientem in nubibus cœli.* Corb. 2. *Dicit illi Jeſus : Tu dixiſti : tamen dico vobis, amodo videbitis..... ad dexteram virtutis, & venientem cum nubibus cœli.* Cantabrig. *Dicit ei Jeſus..... veruntamen dico vobis, quia amodo videbitis..... ſedentem à dextris virtutis, & venientem ſuper nubes cœli.* S. Gat. *cum nubibus cœli.* S. Germ. 1. Corb. 1. & Maj. Mon. ut in Vulgata, deleta voce *Dei*, poſt *virtutis*. Nec aliter in Græco eſt : Mſ. tamen unus addit τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ· alius ſup. ὅτι, *quia*, ante *amodo*. Sangerm. 2. initio habet, *Dixit illi* ; reliqua ut in Vulg. Hilarius in Pſ. 2. n. 25. col. 39. c. 40. d. *Et dicit illi Jeſus : Tu dixiſti : verùm dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli* : at l. 1. de Trin. col. 782. e. ſimpliciter, *à dextris virtutis* : & l. 10. col. 1056. d. *à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 12. col. 506. c. *Tu dixiſti : amen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli* : ſimiliter l. de fide, to. 2. 581. f. præter *in nubibus cœli* : & l. de apologia Dav. to. 1. 716. a. *amodo videb. Fil. hom. ſedentem ad dexteram Dei* : itidem epiſt. 76. to. 2. 1087. b. at in Pſ. 61. & 118. col. 965. c. & 994. b. *ad dexteram virtutis* : ſic etiam l. 2. de fide, to. 2. 490. d. & l. de ob. Val. col. 1183. b. lib. verò de Jacob, cap. 9. col. 473. f. & l. de Spir. S. col. 637. f. *amodo videb. Fil. hom. ſedentem ad dext. virtutis Dei.* Accinunt Ambroſiaſt. p. 234. b. & Tichon. reg. 1. p. 50. d. adduntque, *& venientem cum nubibus cœli* ; Tichon. *in nubibus*. Mſ. Rem. Tichon. delet ſup. *Dei*, poſt *virtutis*. Caſſiod. in Pſ. 33. p. 115. c. legit : *videbitis Filium hominis ſedentem ad dexteram Patris.* Leo M. ſerm. 55. p. 125. a. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 75. f.

*Ille dehinc tali compellat voce ſuperbum :*
*Iſthæc ſola tibi procedunt pectore verba :*
*Vera tamen veniet vobis viſenda per auras*
*Majeſtas, Proles hominis virtutis ad altæ*
*Cùm ſedeat dextram per nubes ignicolores.*

℣. 65. Mſ. Clarom. *Tunc princeps ſac. conſcindit veſtim. ſua, dicens : Blaſphemavit : quid adhuc indigemus teſtibus ? ecce nunc audiſtis blaſphemiam.* Cantabrig. *Tunc princeps ſacerd. diſrupit veſtimenta ſua, dicens : Blaſphemavit : quid adhuc opus habemus teſtium ?* reliqua deſunt uſque ad verſum 2. capitis 27. ſcilicet inter hoc & folium proximè ſequens deeſt folium unum. S. Germ. 1. delet verbum *Blaſphemavit* ; cæt. ut in Vulgata. S. Gat. *Hic blaſphemavit... ecce nunc audiſtis blaſphemiam ejus.* Itidem Corb. 2. & S. Germ. 2. detracta vocula *Hic*. Maj. Mon. *audivimus blaſphemiam ejus.* Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων· Ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων ; ἴδε νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ· al. ἰδοὺ νῦν ἠκούσαμεν. Hilarius in hunc loc. col. 746. a. *veſtem ſibi diſcidit.* Juvencus l. 4. p. 75. f.

*Talibus auditis, ſcindit de pectore veſtem,*
*Inſultans furiis, & cæco corde ſacerdos,*
*Atque ait : Audiſtis pugnantis fœda prophani*
*Verba Deo.*

℣. 66. Mſs. Clarom. & S. Gat. concordant cum textu

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

tes dixerunt : Reus est mortis.

Isai. 50. 6. Marc. 14. 65. 67. Tunc exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt,

68. dicentes : Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit ?

Luc. 22. 55. 69. Petrus verò sedebat foris in atrio : & accessit ad eum una ancilla, dicens : Et tu cum Jesu Galilæo eras.

Joan. 18. 17. 70. At ille negavit coram omnibus, dicens : Nescio quid dicis.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi : Et hic erat cum Jesu Nazareno.

72. Et iterum negavit cum juramento : Quia non novi hominem.

73. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro : Verè & tu ex illis es : nam & loquela tua manifestum te facit.

74. Tunc cœpit detestari, & jurare quia non novisset hominem. Et continuò gallus cantavit.

75. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat : Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amarè.

**VERSIO ANTIQUA.**

omnes, & dixerunt : Reus est mortis. *Ex Ms. Colbert.*

67. Tunc exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt,

68. dicentes : Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit ?

69. Petrus verò sedebat foris in atrio : & accessit una ex ancillis, dicens : Et tu cum Jesu Galilæo eras.

70. Et ille negavit coram omnibus, dicens : Nescio quid dicis.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi : Et hic erat cum Jesu Nazareno.

72. Et iterum negavit cum juramento, dicens : Non novi hominem.

73. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro : Verè ex illis es tu : nam & loquela tua similis est.

74. Tunc cœpit devotare se, & jurare quòd non nosset hominem. Et continuò gallus cantavit.

75. Et rememoratus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat : Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, ploravit amarè.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Colb. nisi quòd Clarom. hab. *Et*, pro *At*. Corb. 1. *Et illi respondentes dixerunt*, &c. Corb. 2. *At illi responderunt, & dixerunt*, &c. S. Germ. ambo, & Maj. Mon. ut in Vulgata, & Græco. August. in Joh. 19. to. 3. col. 797. b. *Reus est mortis.* Juvencus l. 4. p. 75. f.

*..... polluta malis consurgat in iras*
*Relligio, & vestram cuncti jam pandite mentem.*
*Conclamant omnes, mortique addicere certant.*

℣. 67. Concinunt Mss. Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. ad verbum. Sic etiam Corb. 1. & Sangerm. 1. præterquam quòd ultimò hab. *in faciem ei dederunt*; solus verò S. Germ. *&*, pro *alii autem*. S. Germ. 2. *cæderunt*, *alii autem palmas in faciem dederunt*. Hæc ultima verba, *alii autem*, &c. absunt à Corb. 2. subjuncta tamen à recentiori manu. Pro his Græcum simpliciter habet, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν· cætera ut in textu : quidam Mss. ἐῤῥάπισαν αὐτόν. Apud Tertul. l. de spectac. c. 30. p. 220. b. *Arundine & colaphis diverberatus, sputamentis dedecoratus.* Apud Hilar. in Matth. col. 746. b. *In palmis atque sputis..... universa in eum contumeliarum genera exercebantur.* Apud Juvencum l. 4. p. 75. g.

*Tunc sanctam Christi faciem sputa improba complent,*
*Et palma in malis, colaphique in vertice crebri*
*Insultant.*

Item apud Sedulium presb. carm. l. 4.

*Sacrilegas movisse manus, non denique passim*
*Vel colaphis pulsare caput, vel cædere palmis,*
*Aut spuere in faciem plebs exsecranda quievit.*

℣. 68. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Solus Clarom. scribit *Propheta*, loco *Prophetiza*. Græc. Προφήτευσον. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 19. col. 177. c. *dicentes : Prophetiza nobis Christe, quis te percussit ?* Juvencus l. 4. p. 75. g.

*..... verbisque omnes illudere certant :*
*Christe, prophetabis cujus te palma cecidit ?*

℣. 69. Ms. Clarom. *Petrus verò sedebat..... & accessit ad eum una ex ancillis, & dixit : Et tu*, &c. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulg. cui etiam Græc. respondet. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1521. b. *Et tu ex illis es, qui cum Jesu Galilæo erant.* Juvencus l. 4. p. 75. g.

*At Petrum mulier tristem quòd viderat intus :*
*Tu ne etiam, juvenis, fueras comes additus, inquit,*
*Isti, quem ludens procerum sententia damnat ?*

℣. 70. Mss. S. Germ. Corb. & Clarom. *At ille negavit coram omnibus*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *coram hominibus, dicens : Nescio quid dicis*; Maj. Mon. subjungit, *neque intelligo*. Græc. Vulgatæ favet. Hilarius in hunc loc. col. 746. d. *Ait non se intelligere quid diceret.* Anonym. ap. Cypr. de rebapt. p. 359. c. fortè è Marco 14. 68. *Nescio quid dicas, neque novi te.* Ambr. l. 10. in Luc. col. 1520. f. *Nescio quid dicas.* Juvencus l. 4. p. 75. g.

*Ille negat, tectisque foras se promere tentat.*

℣. 71. Concinunt Mss. Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. necnon Corb. 2. nisi quòd habet, *& ait eis qui*. A Corb. 1. & S. Germ. abest *ancilla*. Græc. Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ· Καὶ οὗτος, &c. al. ἄλλη παιδίσκη. Juvencus l. 4. p. 75. g.

*Ecce sed egressum primo sub limine cernens*
*Altera, consimili prodebat voce ministris.*

℣. 72. Ms. Corb. 2. nil differt à textu Colb. neque Corb. 1. S. Germ. 2. & S. Gat. à Vulgata. Clarom. habet : *Et iterum negavit cum juramento, dicens : Quia nescio hominem.* S. Germ. 1. *Et iterum juravit cum juramento : Quia non novi hominem.* Maj. Mon. *Et iterum negavit..... quia non novisset hominem.* Græc. Καὶ πάλιν ἠρνήσατο..... Ὅτι οὐκ οἶδα, &c. al. λέγων· Οὐκ οἶδα, &c. Hilar. in hunc loc. col. 746. c. *nam primo ait se non intelligere quid diceret : sequenti, non se ei adhæsisse.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1521. d. *Nescio hominem.* Juvencus l. 4. p. 75. g.

*Rursus perjurans, illum se nosse negavit.*

℣. 73. Ms. Clarom. *Et post pusillum accesserunt qui ibi stabant, & dix. Petro : Verè ex illis es tu : nam & loquela tua similis est illi.* Itidem Corb. 2. præter hoc, *Et tu ex illis es.* S. Gat. *accesserunt qui ibi stabant, & dix. Petro : Revera & tu ex illis es*; cæt. ut in Vulg. Eidem Vulg. Sangerm. 1. & Corb. 1. consonant ad verbum : sicut S. Germ. 2. & Maj. Mon. nisi quòd habent, *qui ibi stabant*. Græc. Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 4. p. 75. g.

*Tunc percontatum multi accessere sequentes,*
*Deque sono vocis sese cognoscere dicunt,*
*Cuncta Galilæam streperent quòd verba loquelam.*

℣. 74. Ms. Corb. 2. similiter : *Tunc cœpit devotare se, & jurare quòd non novisset hominem*, &c. Itidem Ms. Maj. Mon. detracto uno *se*. Clarom. *Tunc cœpit devotare, & jurare : Quia non novi hominem. Et statim gallus*, &c. Sangerm. ambo, Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον, &c. Hilar. in hunc loc. col. 746. c. *ait tertiò, hominem non nosse.* Juvencus l. 4. p. 75. g.

*Et Petrus jurans devotis omnia verbis,*
*Nescire affirmat, quisquis foret ille negando.*
*Hanc vocem, plausum quatiens sub culmine tecti,*
*Ales prosequitur cantu.*

℣. 75. Ms. Corb. 2. *Et rememoratus est Petrus..... Antequam gallus cantet..... Et egressus foras, amarissime ploravit.* Itidem Clarom. excepto uno *Prius*, pro *Ante*. S. Germ. 1. *Et recordatus est verbi Jesu*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *Recordatus est Petrus verbi Jesu..... Et egressus est foras, amarissimè flevit*; Sangerm. 2. *flevit amarissimè*; S. Gat. *ploravit amarè*. Græc. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ· Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με, &c. ut in Vulg. S. Pacianus, epist. 2. p. 311. e. *flevit amarissimè.* Hilar. in Matth. 26. col. 746. d. *amarissimè flevit.* Juvencus l. 4. p. 75. h.

*..... mentemque Simonis*
*Circumstant tristem verbis præsagia Christi.*
*Egressusque dehinc, ploratus fudit amaros.*

Similia reddit Sedul. presb. l. 4. carminum de negatione Petri.



Digitized by Google

Ex Mſ. Colbert.

# CAPUT XXVII.

## VERSIO ANTIQUA.

1. ET cùm manè factum eſſet, conſilium fecerunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores plebis adverſùs Jeſum, ut eum morti traderent.

2. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quia damnatus eſt; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus,

4. dicens: Peccavi, quòd tradiderim ſanguinem juſtum. At illi dixerunt ei: Quid ad nos? tu videris.

5. Et projectis argenteis in templo, ſeceſſit: & abiit, & laqueo ſe ſuſpendit.

6. Tunc principes ſacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet mittere eos in loculum: quia pretium ſanguinis eſt.

7. Conſilio autem facto inter ſe, emerunt ex eis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

8. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Acheldemach, quod eſt, ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem.

## VULGATA NOVA.

1. MAnè autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores populi adverſùs Jeſum, ut eum morti traderent.

2. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Marc. 15. 1.

3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, Luc. 23. 1. Joan. 18. 28.

4. dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

5. Et projectis argenteis in templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Act. 1. 18.

6. Principes autem ſacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.

7. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

8. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. Act. 1. 19.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Clarom. *Manè autem cùm factum eſſet, conſilium acceperunt omnes..... & ſeniores plebis adverſùm Jeſum, ut morti traderent eum.* Concinit Corb. 2. niſi quòd habet, *adverſùs Jeſum, ut eum morti trad.* Corb. 1. *conſilium inierunt omnes princ. ſac. & omnes ſeniores populi*, &c. S. Gat. *conſilium fecerunt*, &c. S. Germ. ambo ut in Vulgata. Græc. Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβȣ́λιον ἔλαβον, &c. ut in textu: al. συμβȣ́λιον ἐποίησαν. Leo Mag. ſerm. 52. p. 122. e. nil diſcrepat à Vulg. Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Sidera jam lucis concedunt, & rapidus ſol*
*Progreditur, radiis terras crepitantibus implens.*

℣. 2. Ita ferunt Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet: *Et ligantes eum duxerunt, & tradiderunt*, &c. Luxovienſe Lectionarium, *Et vinctum à Caipha adduxerunt*, &c. Græc. Καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, ϗ παρέδωκαν αὐτὸν, &c. al. add. αὐτὸν, poſt ἀπήγαγον. Hilar. in hunc loc. col. 746. e. ait: *Traditur deinde Pilato gentium judici.* Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Jamque è concilio Chriſtum poſt terga revinctum*
*Præſidis ad gremium magno clamore trahebant.*

Reliqua uſque ad ℣. 11. poſtponit verſui 26.

℣. 3. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 2. & S. Gat. rite reſpondent textui Colb. Sic etiam Corb. 1. niſi quòd hab. *quia damnatus eſſet.* Clarom. *quia judicatus eſt; pœnitentia ductus, retulit triginta ſtateres principibus*, &c. Cantabrig. *quoniam damnatus eſt; pœnitentia ductus, miſit triginta argenteos*, &c. S. Germ. 2. *pœnitentiam ductus, retulit*, &c. Maj. Mon. *pœnitentiam motus*, &c. Corb. 1. ut in Vulg. Græc. .....ὅτι κατεκρίθη· μεταμεληθεὶς, ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς, &c. Hilar. in Matth. 27. col. 746. f. *Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quoniam damnatus eſt..... agens pœnitentiam, pretium ſanguinis reddidit ſacerdotibus.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. h. *pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. *Judas pœnitentia ductus, ſacerdotibus, & ſenioribus dixit.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 18. p. 177. d. *Et iterum abiit Judas, & retulit argentum principibus ſacerdotum.* Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Proditor at Judas, poſtquam ſe talia cernit*
*Accepto ſceleris pretio feciſſe* (al. *generaſſe*) *furentem*,
*Infelix ægris damnans ſua geſta querelis*, &c.

℣. 4. Textui Colb. conſonat Mſ. Clarom. Item Corb. 2. detracto uno *ei*, poſt *dixerunt*. S. Germ. vero ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. Itidem Cantabr. niſi quòd hab. *Qui autem*, loco *At illi.* Græc. Ἥμαρτον, παραδȣ̀ς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπον· Τί, &c. al. παραδιδȣ̀ς; al. αἷμα δίκαιον. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. h. *dicens: Peccavi, quòd tradiderim ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 61. col. 960. b. & l. 10. in Luc. col. 1524. b. & epiſt. 67. to. 2. 1059. b. & l. 2. de pœnit. col. 422. d. Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 290. c. & Leo M. ſer. 50. p. 120. a. leg. *Peccavi, tradens ſanguinem juſtum.* Hilar. in Matth. 27. col. 746. f. *Qui reſponderunt: Quid ad nos? tu videris.* Auct. quæſt. ex N. T. q. 94. p. 84. g. *Peccavi, quòd tradiderim ſanguinem juſtum.* Auct. l. de prom. p. 3. prom. 18. p. 177. d. *Peccavi, tradendo ſanguinem juſtum.*

℣. 5. Mſ. Corb. 2. concordat cum textu Colb. Sic etiam Clarom. præterquam quòd delet *& abiit.* S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. legunt, *ſeceſſit: & abiens laqueo ſe*, &c. Corb. 1. & S. Germ. 2. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et projiciens argentum in templo, diſceſſit: & pergens ſuſpendit ſe.* Græc. Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· ϗ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. vel 239. h. cum textu Colb. *Et projectis argenteis in templo, ſeceſſit: & abiit, & laqueo ſe ſuſpendit.* Hilar. in Matth. 27. col. 746. f. *ſecedens itaque, ſuſpendit ſe.* Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Argentum & culpans ſacram projecit in ædem:*
*Exorſuſque ſuas laqueo ſibi ſumere pœnas,*
*Informem rapuit ficûs de vertice mortem.*

℣. 6. Mſ. Corb. 2. optimè convenit cum textu Colbertino. Clarom. habet: *Tunc principes ſacerdotum, acceptis argenteis, dix. Non licet eos mittere in corbam*, &c. S. Germ. 1. *in corban.* Maj. Mon. & Corb. 1. *in corbanam.* S. Gat. *Tunc principes ſac..... in corbonam*, &c. Cantabrig. *Principes autem ſac. accipientes pecuniam, dixerunt: Non licet mittere eam in corbam*, &c. Græc. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον· Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ, &c. al. κορβονᾶν. Hilar. in hunc loc. 747. a. ait: *De argenteis verò redditis, quia pretium ſanguinis eſſet, neque in corbanam, id eſt, in oblationum pecunia, admiſceri liceret.* Ambroſ. in Pſ. 61. col. 959. f. *Non licet nobis mittere in loculum: quia pretium ſanguinis eſt.* Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Inde ſacerdotes, pretium quòd ſanguinis eſſet,*
*Illicitum fantes adytis jam condere templi;*
*Quod dare tum licitum, dum ſanguis diſtraheretur,*
*Credebant.*

℣. 7. Mſs. Clarom. & Cantabrig. *Conſilio autem accepto inter ſe, emerunt agrum figuli, in ſepultura peregrinorum;* Cantabrig. *ad ſepulturam.* Similiter habet Corb. 2. *accepto inter ſe*; reliqua ut in textu. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ ſimiles. Græc. Συμβȣ́λιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν.... εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις· al. abeſt ἐξ αὐτῶν. Hilar. in eund. loc. 747. a. *Conſilio inito, emitur ager figuli, & in ſepulturam peregrinorum deputatur..... in cujus rei fidem Jeremiæ prophetia ſubditur.* Juvencus l. 4. p. 76. b.

*.....agrum mercati nomine vero*
*Sanguinis, horrendo ſignant ſcelera impia facto.*

℣. 8. Textui Colb. congruunt Mſs. S. Germ. 1. Maj. Mon. & Lectionarium Luxovienſe. Similiter habent Mſs. Corb. 2. & Sangerm. 2. *Acheldemach;* Corb. 1. *Acheldamach.* S. Gat. *Propterea vocatus eſt ager ille linguâ eorum*,

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

9. Tunc impletum est quod dictum est per Je-
Zach. 11. 12. remiam prophetam, dicentem : Et acceperunt tri-
ginta argenteos pretium appretiati, quem appre-
tiaverunt à filiis Israël :

10. & dederunt eos in agrum figuli, sicut con-
stituit mihi Dominus.

Marc. 15. 2. Luc. 23. 3. Joan. 18. 33.

11. Jesus autem stetit ante præsidem, & interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Judæorum ? Dicit illi Jesus : Tu dicis.

12. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

13. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversùm te dicunt testimonia ?

14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.

15. Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent :

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

9. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem : Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quod appretiaverunt à filiis Israël :

10. & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

11. Jesus autem stetit ante præsidem, & interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Judæorum ? Dicit ei Jesus : Tu dicis.

12. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

13. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversùm te dicunt testimonia ?

14. Et non respondit ei ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.

15. Per diem autem solemnem consueverat præses dimittere populo unum vinctum, quem voluissent :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Hacheldemach, quod est*, &c. Clarom. *Propter hoc cognominatus est ager ille, Acheldemach, quod est*, &c. Cantabrig. *Propter quod appellatus est ager ille, Echeldemach, hoc est*, &c. Græc. simplicius : Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, Ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον· Mſ. 1. ad ἐκεῖνος, addit Ἀκελδαμὰ, τουτέστιν. August. l. 3. de conſ. Evang. n. 28. col. 114. legit *Acheldemach*, cum textu Colb.

℣. 9. Mſ. Maj. Mon. nil omnino differt à textu Colb. neque etiam Corb. 2. nisi quòd initio hab. *Tunc adimpletum est*. S. Germ. 1. *Tunc impletum est quod dictum est per Jerem..... Et acceperunt xxx. argenteos pretium quod appretiaverunt filiis Israël*. S. Gat. *Tunc adimpletum est quod dictum erat per Jerem...... Et acceperunt xxx. ſtateres*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Tunc adimpletum est quod dictum est per Jer...... Acceperunt triginta ſtateres pretium appretiati, quod appretiaverant filii Israël*. Cantabrig. *Tunc completum est quod dictum est per Jerem...... Et acceperunt xxx. argenteos pretium adpretiati, quem adpretiaverunt de filiis Istrahel*. S. Germ. 2. & Corb. 1. ut in Vulgata, nec aliter in Græco : à Mſ. 1. tamen abest nomen Ἱερεμίου. Et verò Hieron. in hunc Matth. loc. to. 4. 234. f. ait : *Hoc testimonium in Jeremia non invenitur : in Zacharia verò, qui pene ultimus est..... quædam similitudo fertur ; & quanquàm sensus non multùm discrepet, tamen & ordo & verba diversa sunt. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit Jeremiæ apocryphum, in quo hæc ad verbum scripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium, Evangelistarum & Apostolorum more vulgato, qui verborum ordine prætermisso, sensus tantùm de veteri Testamento proferunt in exemplum*. Vide Zach. 11. 12. rursusque Hieron. l. de opt. gen. interpret. ad Pammach. to. 4. 251. f. ubi relato isto è Zacharia testimonio, subdit : *Quantùm distet ab Evangelistæ testimonio LXX. Translatio, perspicuum est*. Verùm August. l. 3. de consensu Evang. c. 7. n. 2. to. 3. 114. f. de hoc loco ita differit : *Si quis autem movetur, quòd hoc testimonium non invenitur in scriptura Jeremiæ prophetæ, & ideo putat fidei Evangelistæ aliquid derogandum, primò noverit non omnes codices Evangeliorum habere, quòd* per Jeremiam *dictum sit, sed tantummodo*, per Prophetam. *Possemus ergo dicere his potiùs codicibus esse credendum, qui Jeremiæ nomen non habent : dictum est enim hoc per Prophetam, sed Zachariam : unde putatur codices esse mendosos, qui habent nomen Jeremiæ, quia vel Zachariæ habere debuerunt, vel nullius, sicut quidam, sed tantùm* per Prophetam, dicentem, *qui utique intelligitur Zacharias. Sed utatur ista defensione, cui placet : mihi autem cur non placeat, hæc causa est, quia & plures codices habent Jeremiæ nomen; & qui diligentiùs in Græcis exemplaribus Evangelium consideraverunt, in antiquioribus Græcis ita se perhibent invenisse; & nulla fuit causa, cur adderetur hoc nomen, ut mendositas fieret. Cur autem de nonnullis codicibus tolleretur, fuit utique causa, ut hoc audax imperitia faceret, cùm turbaretur quæstione, quòd hoc testimonium apud Jeremiam non inveniretur* : & post plura, quærens *cur hoc nomen Jeremiæ in testimonio Zachariæ sic manere permissum, vel potiùs sancti Spiritus auctoritate præceptum sit*, addit : *Est apud Jeremiam quòd emerit agrum à filio fratris sui, & dederit ei argentum, non quidem sub hoc nomine pretii, quod positum est apud Zachariam, triginta argenteis ; veruntamen agri emptio non est apud Zachariam. Quòd autem prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit Evangelista, quod modò de Domino completum est, ut hoc esset pretium ejus, manifestum est : sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto quod Jeremias dixit, hinc potuit mysticè significari, ut non hîc Zachariæ nomen poneretur, qui dixit triginta argenteis, sed Jeremiæ, qui dixit de agro empto ; ut lecto Evangelio, atque invento nomine Jeremiæ ; lecto autem Jeremia, & non invento testimonio de triginta argenteis, invento tamen agro empto, admoneatur lector utrumque conferre, & inde sensum enucleare prophetiæ, quomodo pertineat ad hoc quod in Domino impletum est. Nam illud quod subjecit huic testimonio Matthæus, cùm ait*, quem appretiaverunt filii Israël : & dederunt eos, *&c. nec apud Zachariam, nec apud Jeremiam reperitur*. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 733. c. legit : *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, vel honorati* : tum subdit : *& dederunt eos*, &c. de ℣. seq. item l. de resur. carn. p. 574. a. ait Jesum *triginta argenteis appretiatum à proditore*. Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Hæc quondam cooperta canens vox vera Propheta,*
*Eventum rerum patefecit in ordine sæcli :*
*Argenti triginta minas posuere profani,*
*Hoc pretium pretiosi corporis instituentes.*

Vide sis Morin. l. 1. Exercit. 2. c. 2. p. 45.

℣. 10. Itidem Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. & Cantabr. unà cum Græco. Juvencus ubi sup. addit :

*Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum.*

℣. 11. Sic habent Mſs. S. Germ. 1. Corb. ambo, & Maj. Mon. Ita quoque in Clarom. præter hoc penult. *Dixit ei Jesus*. S. Germ. 2. *Dicit eis Jesus*. Cantabrig. *Jesus autem ait : Tu dixisti*. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ· Σὺ λέγεις. Mſ. S. Gat. loco *præses*, ponit *Pilatus* ; Gr. ἡγεμών. Apud Hilar. in hunc loc. col. 747. c. *Interroganti autem Pilato, an ipse esset rex Judæorum, respondit : Tu dicis* : & in Pſ. 2. n. 24. col. 39. b. *Tu es rex Judæorum ? ..... Tu dixisti*. Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Interea celsum Dominum stantem ante tribunal,*
*Talibus exceptum Pilatus vocibus arsit :*
*Tu rex Judææ gentis, quod dicitur, adstas ?*
*Respondit Christus : Vestris hæc audio verbis.*

℣. 12. Concordant Mſs. S. Germ. ambo, & Corb. 1. Accedunt pariter Corb. 2. & Clarom. nisi quòd habent in fine, *nihil respondebat*. Itidem Cantabrig. ac præterea initio, *Et dum accusaretur*. Græc. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν..... οὐδὲν ἀπεκρίνατο· al. ἀπεκρίνετο. Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Exin terribilis justi accusatio surgens*
*Infremit, & sanctum mendax facundia pressat :*
*Respondere nihil trucibus dignatur Iesus.*

℣. 13. Ita ferunt constanter Mſs. S. Germ. ambo ; & Corb. 1. Corb. 2. autem extremò legit : *Non audis quanta adversùm te testificantur ?* Clarom. *quanta adversùs te testificantur ?* Cantabrig. *quanta testantur de te ?* S. Gat. *quanta isti adversùm te testimonia testificantur ?* Maj. Mon. *quanta adversùm te testificantur, & dicunt testimonia ?* Græc. πόσα σου καταμαρτυροῦσι ; Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Pilatus quærit, quænam sit* (al. *quæ sit tum*) *causa tacendi.*

℣. 14. Textui Colb. accinunt Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, necnon S. Gat. Cantabrig. verò habet : *Et non respondit ei unum verbum, ita ut miraretur præses valde*. Claromont. *ad ullum verbum, ita ut miraretur Pilatus vehementer*. Græc. πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν· al. πρὸς οὐδὲν ῥῆμα. Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Ille magis perstans, miranda silentia servat.*

℣. 15. Consonant Mſs. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Cantabrig. verò legit : *Per diem autem festum consueverat præses dimittere unum vinctum populo, quem volebant* : nec aliter in Græco est. Hilar. in eund. loc. 748. a. ait : *Offerenti Pilato ut secundùm solemnis diei privilegium, quo*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 16. habebant autem vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

17. Congregatis autem eis, dixit illis Pilatus: Quem vultis vobis dimittam: Barabbam, aut Jesum, qui dicitur Christus?

18. Sciebat enim quòd per invidiam tradiderunt eum.

19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum uxor ejus, dicens: Nihil tibi sit, & justo illi: multa enim hodie per somnum passa sum propter eum.

20. Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populo ut peterent Barabbam, Jesum verò perderent.

21. Respondens verò præses, ait illis: Quem vultis vobis dimittam? At illi dixerunt: Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciemus de Jesu, qui dicitur Christus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

24. Videns autem Pilatus quia nihil proficit, sed magis tumultum fieri: accepta aqua, lavit manus coram omni populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis.

VULGATA NOVA.

16. habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus?

18. Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum.

19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

20. Principes autem sacerdotum, & seniores Marc.
persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Je- 15. 11.
sum verò perderent. Luc. 23. 18.

21. Respondens autem præses, ait illis: Quem Joan.
vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: 18. 40.
Barabbam. Act. 3.

22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de 14.
Jesu, qui dicitur Christus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*unum ex reis poscentibus dimitti oportebat, Jesum absolveret.* Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Solemni sed fortè die concedere leges*
*Unum damnati capitis de more jubebant.*

℣. 16. Ms. Claromont. *habebant autem vinctum insignem, qui vocabatur Barabbas.* Cantabrig. Corb. 2. & S. Gat. *habebant autem tunc vinctum insig. qui dicebatur Barabbas;* S. Gat. *Barabas.* Maj. Mon. *habebant autem unum vinctum*, &c. S. Germ. 2. *habebant autem tunc unum vinctum..... qui diceb. Barrabas.* S. Germ. 1. & Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν. Juvencus l. 4. p. 75. h.

*Et fuit in vinclis famoso nomine latro,*
*Quem Christo infensus populus dimittere vitæ*
*Ardebat*, &c. quæ inf. ad ℣. 19.

℣. 17. Ms. Cantabrig. textui Colb. favet. Clarom. legit: *Congregatis autem illis, dixit Pilatus ad eos: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, aut Jesum*, &c. Similiter habent S. Germ. 1. & Corb. 2. *Congregatis autem:* subinde S. Germ. 1. cum S. Germ. 2. *Baraban, an Jesum*, &c. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata. Nec refragatur Græcum, nisi quòd addit αὐτοῖς, ad verbum *dixit.*

℣. 18. Cum textu Colb. congruunt Mss. Clarom. & Corb. 2. S. Germ. verò ambo, Corb. 1. & Maj. Mon. cum Vulgata. Cantabrig. habet, *quia per invidiam tradiderant eum.* S. Gat. *quòd propter invidiam tradidissent eum.* Græc. ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. *Sedentem autem eum pro trib. misit ad illum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & justo illi*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Nihil tibi sit*, &c. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. *Nihil sit tibi*, &c. ut in Vulgata. Clarom. *Nihil sit tibi, & illi justo*, &c. ut in Vulg. Corb. 2. *Nihil sit tibi, & justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter illum.* Cantabrig. *Nihil tibi sit cum justo illo*, &c. ut in Vulg. Græc. Μηδὲν σοὶ, καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν. Hilar. in Matth. col. 747. f. *Sedente autem Pilato pro tribunali, misit ad illum uxor sua, dicens: Nihil tibi sit, & justo isti.* Juvencus l. 4. p. 75. h.

*.....Trucibus somno sed territa visis*
*Pilati conjunx, justi discedere pœnâ*
*Mandatis precibusque virum suspensa rogabat.*

℣. 20. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. nil differunt à textu Colb. Nec etiam Clarom. nisi quòd habet, *Princeps autem.* Corb. 2. *Principes autem sac...... persuaserunt populo, ut peteret Barrabam, Jesum verò perderent.* Cantabrig. *persuaserunt turbis ut peterent Barabban, Jesum autem perderent.* Itidem scribunt, *Barabban*, S. Germ. ambo. Corb. 1. verò cum Vulgata concinit. Græc. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ..... ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, &c. Hilar. in hunc loc. 748. a. dicit: *Barabban potiùs, hortantibus sacerdotibus, populus elegit.* Juvencus l. 4. p. 76. a. versum hunc cum sequenti sic jungit:

*Tum judex iterum procerum disquirere mentem*
*Tentat, & instanti cuperent quem solvere pœnâ*
*Plebis ad arbitrium mittit de lege requiri.*
*At proceres populum fusa ambitione rogabant*
*Latronem legi peterent, Christumque necarent.*

℣. 21. Ms. Clarom. *Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis de duobus vobis dimittam?* &c. S. Germ. 1. & Corb. 2. *Quem vultis vobis de duobus dimittam?* Cantabr. *dixit eis: Quem vultis de duobus dimittam vobis? Qui autem dixerunt: Barabban.* S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Gr. Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ, &c. Vide Juvencum ad ℣. præced. & seq.

℣. 22. Ms. Clarom. *Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciemus Jesum, qui*, &c. Corb. 2. *Dicit illi: Quid ergo faciemus de Jesu*, &c. Maj. Mon. *Quid ipso faciemus de Jesu*, &c. S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulg. Cantabrig. *Dicit eis Pilatus: Quid ergo faciem* (l. *faciam*) *Jesum, qui*, &c. Ita quoque in Græco est. Juvencus l. 4. p. 76. a.

*At postquam procerum incendit sententia vulgus,*
*Latronisque petit potiùs sibi cedere vitam,*
*Consuluit præses populum, quid vellet Iesu.*

℣. 23. Mirè concinunt Mss. Corb. ambo, S. Germ. 2. Clarom. & S. Gat. Sic etiam habet Maj. Mon. præter nomen *Pilatus*, loco *præses.* S. Germ. 1. verò delet hoc, *Ait illis præses*, cum reliquis subsequentibus. Cantabrig. addit: *Dicit eis præses: Quid enim mali fecit? Qui autem ampliùs clamabant*, &c. Græc. Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Σταυρωθήτω. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, &c. Ambros. epist. 32. col. 918. c. *Crucifigatur, crucifigatur.* Juvencus l. 4. p. 76. a.

*Plebs incensa malo, sævos miscere tumultus*
*Et crucis ad pœnas iterumque iterumque petebat.*

Tum addit:

*Qui regis nomen cuperet, qui Cæsaris hostem*
*Confessus, sese proprio damnaverit ore.*

℣. 24. Ms. Clarom. *Videns autem Pilatus quia nihil profecit, sed magis tumultum fieri: accepta aqua, lavit manus suas coram omni populo, dicens*, &c. Itidem Corb. 2. deleto uno *omni*, ante vocem *populo.* Maj. Mon. *Videns autem Pilatus nihil proficere, sed magis tumultum fieri..... lavit manus suas coram omni populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine ejus.* Similiter habet Ms. S. Gat. *manus suas coram omni populo;* S. Germ. 2. tantùm *manus suas.* Cantabrig. *Videns autem Pilatus quia nihil proficit, sed magis tumultum fieri: accipiens aquam, lavit manus suas coram populo, dicens: Innocens sum ego à sanguine hujus: vos videbitis.* Luxoviense Lectionarium antiquissimum Vulgatæ accinit, nisi quòd addit *in populo*, post *tumultus fieret.* Græc. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται· λαβὼν ὕδωρ, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων· Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε· Ms. 1. addit αὐτοῦ, ad τὰς χεῖρας. Hilarius in hunc loc. col. 748. a. dicit: *Pilatus & manus lavit, & populo ..... innocentem se à Domini sanguine esse testatus est.* Ambr.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

26. Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

27. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum

Ps. 21. in prætorium, congregaverunt ad eum universam

17. cohortem:

Marc. 28. & exuentes eum, chlamydem coccineam

15. 16. circumdederunt ei;

Joan. 29. & plectentes coronam de spinis, posue-

19. 2. runt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave rex Judæorum.

30. Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.

31. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum ut crucifigerent.

Marc. 32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cy-

15. 21.

Luc. 23.

26.

### Versio antiqua.

25. Et respondens universa turba, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Ex Ms. Colbert.

26. Tunc dimisit eis Barabbam: Jesum autem flagellis cæsum tradidit eis ut cruci eum figerent.

27. Tunc milites præsidis susceperunt eum in prætorio, & congregaverunt ad eum universam cohortem:

28. & induerunt eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei;

29. & coronam de spinis posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et adgeniculantes ante eum, deludebant eum, dicentes: Ave rex Judæorum.

30. Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.

31. Et postquam illuserunt eum, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimenta ejus, & duxerunt eum ut crucifigerent.

32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cy-

### Notæ ad Versionem antiquam.

in Ps. 61. col. 964. e. *Innocens sum à sanguine justi hujus.* Ambrosiast. col. 118. d. *Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis.* Auctor l. contra Judæos apud Cypr. p. 574. c. *Innocens & immunis sum ab hujus sanguine.* Juvencus l. 4. p. 76. a.

*Denique vi victus, detestatusque cruentum*
*Officium, increpitans se libera sanguine ab hujus*
*Corda tenere sibi, coramque à crimine palmas*
*Abluit, ut genti tantùm macula illa maneret.*

℣. 25. Textui Colb. succinit Ms. Corb. 2. Sic etiam Clarom. nisi quòd hab. *omnis turba;* S. Germ. 2. *universus populus, dicens.* Cantabrig. *omnis populus, dixit: Sanguis hujus super nos,* &c. S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant: nec refragatur Græcum. Tertul. l. contra Jud. c. 8. p. 141. *Sanguis hujus super nos, & super filios nostros:* & l. 2. contra Marc. p. 650. a. *Sanguis illius super capita nostra, & filiorum nostrorum.* Ambr. ep. 32. & 34. col. 918. c. 924. a. *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* Concinit Leo M. ser. 51. p. 120. e. Paulin. in vita Ambros. to. 2. 111. b. *Sanguis hujus super nos.* Itidem Optat. l. 7. contra Donat. p. 102. c. cum Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 574. c. Hilar. in Matth. 27. col. 748. a. ait, Judæos suscepisse *in se, ac filios suos fusi Dominici sanguinis crimen.* August. in Ps. 16. to. 4. 73. d. *Peccatum hoc super nos, & super filios nostros.* Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Hoc magis inclamant: Nos nos cruor iste sequatur,*
*Et genus in nostrum scelus hoc, & culpa redundet.*

℣. 26. Mss. Corb. 2. & Clarom. consentiunt cum textu Colb. nisi quòd Corb. hab. *verò*, pro *autem;* Clarom. & S. Gat. extremò, *ut eum crucifigerent.* Cantabrig. *Jesum autem flagris cæsum tradidit èis ut crucifigerent eum.* Sangerm. ambo, Corb. 1. & Maj. Mon. ut in Vulgata. Gr. τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σαυρωθῇ. Juvencus l. 4. p. 76. b.

*Pilatus donat plebi, solvitque Barabbam:*
*Et crucis ad pœnam vinctum concedit Iesum.*

℣. 27. Ms. Corb. 2. textui Colb. favet. Clarom. *Tunc milites..... suscipientes Jesum in prætorio, congreg.* &c. S. Gat. *duxerunt Jesum in prætorium, & congregarent,* &c. S. Germ. ambo, Corb. 1. Cantabrig. & Maj. Mon. Vulgatæ non dissimiles; neque etiam Græc. Juvencus l. 4. p. 76. b. præmissis his quæ sunt de morte Judæ, subdit:

*Traditus at trucibus justus, scelerisque ministris,*
*Innocuus scelerata opprobria corpore perfert.*

℣. 28. Ms. Corb. 2. textui Colb. accedit. Clarom. verò habet: *& exeuntes illum, induerunt eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam.* S. Germ. 2. *& exeuntes, chlamydem coccineam circumdederunt ei.* S. Gat. *& exeuntes eum, & vestierunt eum tunica porphorea, & chlamydem coccineam circumdiderunt ei.* Maj. Mon. *ei, & vestem purpuream.* Lectionarium Luxoviense: *& exuentes eum vestimentis suis, induerunt eum tonicam purpuream, & chlamydem,* &c. Ms. Cantabr. *& vestientes eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei.* S. Germ. 1. *circumdederunt ea.* Corb. 1. Vulgatæ similis; nec longè abscedit Græcum. Hilar. in hunc loc. 748. b. ait: *Cæso deinde Domino imponitur chlamys coccinea, & vestis purpurea.* Juvencus l. 4. p. 76. c.

*Purpureamque illi tunicam, chlamydemque rubentem*
*Inducunt,* &c.

℣. 29. Ms. Corb. 2. duobus tantùm differt à textu Colb. nempe *in dexteram*, pro *in dextera;* paulòque post, *se*, pro *ante eum.* Ms. Claromont. *& coronam de spinis imposuerunt super caput ejus, & arundinem in dexteram ejus. Et genu posito ante eum, deludebant eum, dicentes: Habe rex Judæorum.* S. Gat. *& plectentes coronam de spinis texuerunt, & posuerunt supra caput ejus..... Et genu posito, illudebant, dicentes,* &c. Similiter habent *inludebant*, vel *illudebant, dicentes*, Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 1. & Maj. Mon. Cantabrig. verò ita: *& torquentes coronam de spinis, imposuerunt super caput ejus..... Et adgeniculantes ante eum, inluserunt eum, dicentes: Habe rex Judæorum.* Gr. καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ. Καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες· Χαῖρε ὁ, &c. al. ἔθηκαν ἐπὶ..... ἐν τῇ δεξιᾷ..... ἐνέπαιζον αὐτόν. Apud Hilar. in hunc loc. 748. b. c. *imponitur..... corona spinea, & arundo dexteræ. Et genu posito, adoratus illuditur.* Auct. l. contra Jud. ap. Cypr. p. 499. b. *Alii verò irridentes, de arundine caput ejus quassabant, blasphemantes, & dicentes: Ave rex Judæorum.* Tertul. l. de spectac. c. 30. p. 220. b. *arundine & colaphis diverberatus.* Ambros. in Luc. l. 10. col. 1526. e. *Arundo quoque vel secundùm Matthæum comprehenditur manu ejus; vel secundùm Marcum caput ejus percutit.* Juvencus l. 4. p. 76. c.

*.....spinisque caput cinxere cruentis,*
*Inque vicem sceptri dextram comitatur arundo.*
*Tunc genibus nixi regem dominumque salutant*
*Judææ gentis.*

℣. 30. Consentiunt Mss. S. Germ. 1. Corb. ambo, & Maj. Mon. S. Germ. verò 2. delet *arundinem.* S. Gat. *Et exspuentes in faciem ejus,* &c. ut in textu. Clarom. *Et exspuebant in eum, & acceperunt arund.* &c. Cantabrig. *Et conspuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant super caput ejus.* Lectionarium Luxov. partim ex Joan. 19. 3. partim ex hoc loco: *Et dabant ei alapas, & exspuentes in eum, accipiebant arundinem,* &c. Græc. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν..... καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· à Ms. 1. abest εἰς. Apud Tertul. l. de spectac. c. 30. p. 220. b. *sputamentis dedecoratus.* Apud Hilar. in hunc loc. 748. d. *Quin etiam capiti ejus illiditur.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. c.

*.....faciem lavere salivis,*
*Vertice & in sancto plagis lusere nefandis.*

℣. 31. Ms. Clarom. *Et postquam inluserunt eum, spoliaverunt eum chlamydem, & vestem purpuream, & induerunt eum vestimenta sua, & duxerunt eum,* &c. Corb. 2. *Et postquam illuserunt eum, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum vestimenta ejus, & duxerunt ut,* &c. Cantabrig. *Et cùm lusissent eum, exuerunt eum chlamydem, & vestierunt eum vestimenta sua, & duxerunt eum,* &c. S. Germ. ambo similiter habent *chlamydem;* S. Germ. 2. verò delet seq. &. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt. Græc. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν, &c. quidam delent αὐτόν. Lectionarium Luxoviense: *Suscipientes autem Dominum Jesum, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum vestimentis suis,* &c. Juvencus l. 4. p. 76. c.

*Hæc ubi transegit miles ludibria demens,*
*Indutum propriæ ducebat tegmine vestis,*
*Et crucis ad pœnam sanctum justumque trahebat.*

℣. 32. Textui Colb. consonant Mss. Clarom. Corb. 2. S. Gat. & Cantabrig. nisi quòd S. Gat. cod. scribit *Cyri-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. renæum venientem obviam ſibi, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus.
33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus.
34. Et dederunt ei acetum bibere cum felle miſtum. Et cùm guſtaſſet, noluit bibere.
35. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes : ut impleatur quod dictum eſt per Prophetam : Diviſerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
36. *Vide Notas.*
37. Et impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam : HIC EST JESUS REX JUDÆORUM.
38. Tunc crucifixerunt cum eo duos latrones : unus à dextris, nomine Zoatham ; & unus à ſiniſtris, nomine Camma.
39. Tranſeuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua,
40. Et dicentes : Vah qui deſtruebat templum Dei, & in triduo illud reædificabat : libera te, ſi filius Dei es : & deſcende de cruce.

VULGATA NOVA.

renæum, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus.
33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus. Marc. 15. 22.
34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum. Et cùm guſtaſſet, noluit bibere. Luc. 23. 33. Joan. 19. 17.
35. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes : ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem : Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Marc. 15. 24. Luc. 23. 34. Joan. 19. 23.
36. Et ſedentes ſervabant eum.
37. Et impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam : HIC EST JESUS REX JUDÆORUM. Pſalm. 21. 19.
38. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones : unus à dextris, & unus à ſiniſtris.
39. Prætereuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua,
40. & dicentes : Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas : ſalva temetipſum : ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Joan. 2. 19.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

neum ; Clarom. *Quirinæum* ; Cantabrig. *obviam ſibi venientem.* S. Germ. 2. *Cyrineum venientem obviam ei*, &c. Maj. Mon. hab. *in obviam illis.* S. Germ. 1. & Corb. 1. Vulgatæ ſuffragantur, & Græco ; Lectionarium verò Luxovienſe textui Colb. ad verbum. Hilar. in hunc loc. 748. c. d. ait : *Procedentes autem homini cuidam Cyrenenſi lignum paſſionis imponunt.* Juvencus l. 4. p. 76. c.

*Ecce ſed egreſſi quemdam cepere Simonem*
*Cyrenæ genitum, lignumque afferre jubebant,*
*Quo Dominum lucis duris ſuffigere clavis*
*Inſtans urgebat ſæcli immutabilis ordo.*

℣. 33. Accinunt magno conſenſu Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 2. Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. Cantabrig. initio habet : *Et venientes in locum* ; reliqua ut ſupra. Corb. 1. ultimò, *quod eſt Calvariæ locus nominatus.* Græc. Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον..... ὅς ἐςι λεγόμϑμος Κρανίȣ τόπος· Mſs. plures, ὅ ἐςι μεθερμηνευόμϑμον, &c. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 21. col. 178. c. *Venientes ad locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus, ibi eum crucifixerunt.* Juvencus l. 4. p. 76. c.

*At poſtquam ventum eſt, ubi ruris Golgotha nomen*, &c.

℣. 34. Mſ. Clarom. textui Colb. congruit ad verbum ; S. Germ. verò, & Corb. ambo, Vulgatæ ; ſicut codd. Maj. Mon. & S. Gat. In Cantabrig. ita : *Et dederunt ei bibere vinum..... Et guſtans, noluit bibere.* Græcè : ἔδωκαν ἀυτῷ πιεῖν ὄξος..... Καὶ γευσάμϑμος, ȣ̓κ, &c. in Mſs. pluribus, οἶνον, non ὄξος. Apud Hilar. in eundem loc. 748. f. *Oblatum quoque vinum felli admiſtum, bibere recuſavit.* Apud Tertul. l. de ſpectac. c. 30. p. 220. b. *felle, & aceto potatus.* Apud Juvenc. l. 4. p. 76. d.

*Permiſtum felli vinum dant pocula Chriſto.*
*Ille ſed in ſummo guſtu tractata recuſat,*
*Ut ſatis antiquis fieret per talia dictis ;*
*Nec tamen inſultans hominum furor omnia poſſet.*

℣. 35. Mſ. S. Germ. 2. *Poſtquam autem..... diviſerunt ſibi veſtimenta ejus, ſorte mittentes : ut adimpleretur*, &c. ut in Vulgata. In Lectionario Luxovienſi ſimiliter *ſorte mittentes.* In Mſ. Clarom. *diviſerunt ſibi veſtim. ejus, ſortem mittentes : ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam : Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem.* In Cantabrig. *Cùm autem crucifixiſſent eum, diviſerunt ſibi veſtimenta ejus, mittentes ſortem* ; nec leguntur ſequentia, quæ ſimiliter abſunt à Mſs. Corb. duobus, & S. Germ. 1. In Græco ſic : Σταυρώσαντες δὲ ἀυτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια ἀυτȣ̃, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τȣ̃ Προφήτȣ· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μȣ ἑαυτοῖς, ϗ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μȣ ἔβαλον κλῆρον· ſed in pleriſque aliis Græcis deſunt iſta, ἵνα πληρωθῆ, &c. quæ huc in Matth. tranſlata, vel ex Johannis 19. 24. vel potiùs ex Pſalmi 21. ℣. 19. Vide ſis Lucæ Brug. variantes lect. ad hunc loc. Apud Hilar. in eundem Matth. loc. col. 748. f. id unum legitur : *Veſtis ejus ſorte potiùs diviſa, quàm ſciſſa* ; intactis aliis. Gaud. Brix. verò, ſerm. 19. p. 975. b. refert ſubſequentia : *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea*, &c. Auguſt. tr. 118. in Joh. to. 3. 799. c. priora tantùm memorat, dicens : *Matthæus ait : Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes.* Juvencus pariter l. 4. p. 76. d. hæc ſola reddit :

*Jamque cruci affixum pendebat in arbore corpus,*
*Intactamque dedit tunicam ſub ſorte per omnes,*
*Militis unius ſervans poſſeſſio textum :*

deinde :

*Et ſcriptum cauſæ titulum*, &c. de ℣. 37.

℣. 36. Hic verſiculus abeſt à Mſ. Colb. Legitur verò in aliis S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. ſicut in Vulgata. Cantabrig. legit : *Et ſedentes ſervabant eum ibi.* Ita quoque in Græco.

℣. 37. Eodem modo legunt Mſs. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. Cantabrig. delet tantùm vocem *ipſius* ; ſicut Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. nomen *Jeſus.* Clarom. verò hab. *Et poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ejus ſcriptam Hebraicè, Græcè, & Latinè : Hic eſt Jeſus rex Jud.* Græc. textui Colb. congruit ; deeſt tamen Ἰησȣ̃ς, in Mſs. pluribus. Apud Juvenc. l. 4. p. 76. d. ſic :

*Et ſcriptum cauſa titulum, meritique locarunt,*
*Quòd rex Judææ plebis, gentiſque fuiſſet.*

℣. 38. Mſ. S. Germ. 2. *Tunc crucifixerunt cum eo duo latrones : unus à dextris, & unus à ſiniſtris.* S. Germ. 1. & Clarom. *Tunc crucifixerunt cum eo duo latrones : unum à dextris, & unum à ſiniſtris.* Cantabrig. *Tunc crucifiguntur cum eo*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. eidem Vulgatæ conſonant ad verbum. Græc. Τότε ςαυρȣ̃νται, &c. ut in Vulgata. Apud Hilar. in hunc loc. 748. f. *Atque ita in ligno ſuſpenditur, cui duo latrones lævæ ac dexteræ affiguntur.* Apud Juvenc. l. 4. p. 76. d.

*Accidit ut pariter pœnæ conſortia ferrent*
*Latrones hinc inde duo.*

℣. 39. Mſs. Clarom. & Corb. 2. optimè conveniunt cum textu Colb. Sic etiam Cantabrig. niſi quòd hab. ſingulariter, *caput ſuum.* S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ παραπορευόμϑμοι, &c. ut in textu. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 911. c. *Qui tranſibant, blaſphemabant Dominum Jeſum, moventes capita ſua :* at in Pſ. 61. col. 961. e. *Tranſeuntes autem blaſphemabant eum moventes capita ſua :* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1158. f. Juvencus l. 4. p. 76. d.

*..... Sed cæca furentis*
*Inſultat plebis fixo veſania Chriſto.*

℣. 40. Mſ. Clarom. *& dicentes : Vah qui deſtruebas templum, & in triduo illud reædificabas : ſalvum te fac, ſi filius Dei es : & deſcende de cruce.* Corb. 1. *& dicentes : Qui deſtruebas templum Dei, & in triduo illud reædificabas : ſalva temetipſum : ſi filius Dei es, deſcende de cruce.* Similiter Mſ. Maj. Mon. & S. Gat. *Qui deſtruebas... reædificabas.* Corb. 2. verò : *Vah qui deſtruebat templum Dei, & in triduum illud reædificabat : ſi filius Dei es, deſcende nunc de cruce.* S. Germ. 1. *& dicentes : Qui deſtruet templum, & in triduum illud reædificat*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Vah qui deſtruit templum Dei, & in triduo illud reædificat*, &c. Cantabrig. *Va qui diſſolvit templum, & tribus diebus ædificat : libera te, ſi filius es Dei : & deſcende de cruce.* Græc. ϗ λέγοντες· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, ϗ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν· σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τȣ̃ Θεȣ̃, κατάβηθι, &c. al. Οὐαὶ ὁ καταλύων, vel Οὐὰ..... ϗ κατάβηθι. Hilar. in hunc loc. 748. f. 749. a. *Hic eſt qui deſtruebat templum Dei, & in triduum illud reædificabat : non erat difficile de cruce deſcen-*

VULGATA NOVA.

41. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum Scribis & ſenioribus dicebant :

42. Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere : ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei : *Sap. 2. 18.*

43. confidit in Deo : liberet nunc, ſi vult eum : dixit enim : Quia filius Dei ſum. *Pſalm. 21. 9.*

44. Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

45. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam.

46. Et circa horam nonam clamavit Jeſus voce magna, dicens : Eli, Eli, lamma ſabacthani ? hoc eſt : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me ? *Pſalm. 21. 2.*

VERSIO ANTIQUA. *Ex Mſ. Colbert.*

41. Similiter & principes ſacerdotum deludentes eum cum Scribis & Phariſæis dicebant :

42. Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere : ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei :

43. confidit in Deum : liberet nunc eum, ſi vult eum : dixit enim : Quia Dei filius ſum.

44. Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

45. Et poſtquam crucifixus eſt, à ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam.

46. Circa autem horam nonam clamavit Jeſus voce magna, dicens : Eli, Eli, lamma ſabacthani ? hoc eſt : Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dere.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1158. f. & *dicentes : Vah qui deſtruebat templum Dei, & in triduo illud reædificabat : libera te, ſi filius Dei es.* Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 480. d. *Vah qui deſtruit templum, & in tribus diebus ædificat illud.* Auguſt. in Joh. 1. & 8. to. 3. col. 305. c. 554. g. ultima tantùm : *ſi filius Dei eſt, deſcendat de cruce.* Caſſiod. in Pſ. 29. p. 95. c. *Vah qui deſtruit templum, & in triduo reædificat illud :* & in Pſ. 87. p. 296. b. *Vah qui deſtruit templum Dei, & in triduum ædificat illud.* Juvencus l. 4. p. 76. d.

*Hic eſt qui templum poterat diſſolvere ſolus ;*
*Hic eſt qui trino lucis reparare meatu :*
*Sed nunc deſcendat proles veneranda Tonantis,*
*Et crucis è pœna corpuſque, animumque reſolvat.*

℣. 41. Mſ. Clarom. nil omnino differt à textu Colb. nec etiam Cantabrig. nec Corb. 2. nec S. Gat. niſi quòd tollunt *eum*, poſt *deludentes.* Corb. 1. *Similiter autem & principes ſac. illudentes eum cum Scribis & ſenioribus dicebant.* Sic etiam cod. Maj. Mon. habet, *illudentes eum..... dicebant ;* S. Germ. ambo, *dicentes.* Græcum Vulgatæ favet, addito uno δὲ, *autem*, ad *Similiter ;* ſed à quibuſdam abeſt δὲ ; quidam etiam ferunt inf. μετὰ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων. Caſſiod. in Pſ. 34. p. 116. b. *Similiter & principes ſacerdotum deridentes eum cum Scribis & Phariſæis dicebant.* Juvencus l. 4. p. 76. d.

*Hæc vulgi proceres vecordis dicta ſequuntur ;*
*Atque Phariſæi, Scribæque, & factio demens*
*Illudunt, motuque caput, linguaſque loquelis*
*Inſanis quatiunt, æternæ ad vincula pœnæ.*

℣. 42. Ita ferunt Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Clarom. verò habet, *ſeipſum non poteſt ſalvare*, &c. Similiter habet Cantabrig. *ſalvare ;* delet autem ſeq. *ſi ;* & in fine legit *credemus ei ;* Græc. πιστεύσομεν αὐτῷ· cæt. ut in textu : ſed in Mſ. 1. deeſt εἰ, *ſi ;* quidam verò habent πιστεύσωμεν ; alii πιστεύομεν. Ambroſ. l. de Joſeph, c. 3. col. 487. b. *ſi rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei :* ſimiliter in Pſ. 1. 43. 61. & 118. col. 756. b. 915. d. 960. f. 1245. e. & l. de virginit. to. 2. 238. b. niſi quòd in Pſ. 1. omittit *ſi rex Iſraël eſt ;* & in Pſ. 61. voculam *nunc.* Sic etiam legit Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 480. d. cum S. Leone, ſerm. 53. p. 123. b. Auguſt. verò in Pſ. 3. to. 4. col. 7. g. *Alios ſalvavit, ſeipſum non poteſt : deſcendat de cruce, ſi filius Dei eſt :* & in Pſ. 29. col. 136. d. *Caput movebant, & dicebant : Ecce filius Dei, alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt : deſcendat de cruce, & credimus in eum.* Caſſiod. in Pſ. 34. p. 116. b. *Alios ſalvos fecit, ſeipſum ſalvum facere non poteſt.* Juvencus l. 4. p. 76. d.

*Nonne alios quondam trucibus ſervare ſolebat*
*Morborum vinclis ? Seſe cur ſolvere pœnis* ( al. *vinclis* )
*Non valet ? En regem, noſtræ quem credere gentis*
*Debemus, ſolvat ligni de robore corpus,*
*Tunc ſanctis dignè poterimus credere ſignis* ( al. *verbis.* )

℣. 43. Mſ. S. Germ. 1. *confidet in Deum : liberet nunc eum, ſi vult : dixit enim : Quia filius Dei ſum.* S. Germ. 2. & Corb. 1. *confidit in Domino : liberet nunc eum, ſi vult : dixit enim : Quia Dei filius ſum.* S. Gat. *confidat in Deo ;* Maj. Mon. *in Domino ;* Corb. 2. addit : *liberet eum*, &c. quæ in Vulgata. Claromont. *ſi confidet in Deo, liberet nunc eum*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *ſi confidit in Deum, liberet nunc eum, ſi vult eum : dixit enim : Quia Dei filius ſum.* Græc. πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεόν· ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν· εἶπε γάρ· Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός· al. deeſt νῦν, poſt ῥυσάσθω. Ambroſ. l. de Joſeph, c. 3. col. 487. b. legit : *confidit in Deum : liberet nunc eum, ſi vult :* ſimiliter in Pſ. 43. & 118. col. 915. d. 1245. e. præter *in Deo :* at l. de virginit. col. 238. b. *in Domino.* Juvencus l. 4. p. 76. e.

*Confidit genitore Deo : dimittere pœnâ*
*Cur propriam non vult ſobolem veneranda poteſtas ?*

℣. 44. Similiter habent Mſs. Corb. ambo, S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. &c. S. Germ. 1. verò legit : *Idipſum & latrones, qui fixi erant cum eo*, &c. Cantabr. *Identidem autem & latrones, qui fixi erant cum eo, increpabant eum.* Græc. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ, οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτῷ, plerique Mſs. αὐτόν. Apud Hilar. in hunc loc. col. 749. *Latrones ambo conditionem ei paſſionis exprobrant.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. e.

*Nec minùs increpitant dextrâ lævâque gementes ;*
*Affixi crucibus ſcelerum pro ſorte latrones.*

℣. 45. Mſ. Corb. 2. *Ab hora autem ſexta tenebræ..... uſque in horam nonam.* Item Sangerm. 2. *uſque in horam nonam.* Claromont. *uſque in hora nona.* Cantabrig. *Ab hora autem ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram uſque nonam horam.* S. Germ. 1. Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Nec abſimile Græcum eſt, niſi quòd hab. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· al. verò, ἐφ' ὅλην τὴν γῆν. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram uſque ad horam nonam.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 582. *Ab hora ſexta uſque in nonam tenebræ fuerunt.* Gaud. Brix. ſerm. 3. p. 948. e. *Ab hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam.* Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 26. col. 179. e. *Poſtquam crucifixus eſt Jeſus, tenebræ factæ ſunt per univerſam terram à ſexta hora uſque in nonam.* Juvencus l. 4. p. 76. e.

*Jam medium curſus lucis conſcenderat orbem,*
*Cùm ſubitò fugit ex oculis, furviſque tenebris*
*Induitur, trepidumque diem ſol nocte recondit.*

℣. 46. Mſ. Corb. 1. cum textu Colb. concinit, niſi quòd habet initio, *Et circa horam ;* paulòque poſt, *Heli, Heli, lema ;* S. Germ. 1. *Et circa horam nonam clamavit.... Heli, Heli, lema zabacthani ? hoc eſt : Deus, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliq. me ?* S. Germ. 2. *Et circa horam ix. exclamavit*, &c. quæ in Vulgata. Corb. 2. cum Cantabr. *Circa horam autem ix. exclamavit*, &c. Similiter Clarom. ſed addit, *Eli, Eli, lama zapthani ? hoc eſt : Deus, Deus meus*, &c. Cantabrig. *Heli, Heli, lama zapthani ? hoc eſt : Deus meus, Deus meus, ut quid me*, &c. S. Gat. *Heli, Heli, lama zabathehoii ?* Maj. Mon. *Heloi, Heloi, lama thzabacthani ?* Græc. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς..... Ἠλὶ, Ἠλὶ, &c. ut in Colb. textu : al. Ἠλεὶ, Copt. Ἐλωΐ· tum Mſs. plures, λειμά. Vide ſis Tho. Mareſch. obſervat. in Verſ. Sax. p. 500. necnon Lucæ Brug. notas in hunc loc. Irenæus l. 1. de hæreſ. c. 8. p. 38. a. legit : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti ?* Sic etiam Tertul. l. cont. Prax. p. 859. a. at ſupra, 856. b. *ad quid me*, &c. Hilar. in Pſ. 68. col. 216. b. & l. 1. & 10. de Trin. 782. c. 1041. d. & in Matth. 27. col. 750. *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti ?* Itidem Ambroſ. ep. 32. col. 919. a. & l. 10. in Luc. col. 1528. d. ſed infra, col. 1531. d. habet : *clamavit Jeſus voce magna, dicens : Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti ?* rurſus inf. 1532. c. *Addiderunt*, inquit, *Matthæus & Marcus : Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliq.* & ſupra, 1527. b. legit : *Deus, Deus meus, reſpice me, quare me dereliquiſti ?* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 582. *Suſpenſus igitur, atque affixus, exclamavit ad Dominum voce magna.* Maxim. Taurin. in homil. p. 17. f. *Eli, Eli, lamma zabathani ? hoc eſt : Deus meus, Deus meus, quare me dereliq.* Juvencus l. 4. p. 76. e.

*Aſt ubi turbatus nonam tranſiverat horam,*
*Conſternata ſuo redierunt lumina mundo :*
*Et Chriſtus magna genitorem voce vocabat*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 47. Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.

48. Et continuò currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.

49. Cæteri verò dixerunt: Sine videamus si veniat Elias, & liberabit eum.

50. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt,

52. & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum dormientium exsurrexerunt.

53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.

54. Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu, & his quæ fie-

VULGATA NOVA.

47. Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.

48. Et continuò currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.

49. Cæteri verò dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum.

50. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt, 2. Par. 3. 14.

52. & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.

54. Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu, & his quæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Hebraæ in morem linguæ. Sed*, &c.

℣. 47. Mss. S. Germ. & Corb. ambo, Clarom. S. Gat. &c. rite conveniunt cum textu Colbert. nisi quòd quidam scribunt *Heliam*. Cantabrig. *Quidam autem illic stantium audientes, dicebant: Heliam vocat iste.* Gr. Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑςώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον· Ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος. Juvencus l. 4. p. 76. e.

*.... Sed nescia plebes*
*Eliam vocitare putat.*

℣. 48. Consentiunt Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. & Maj. Mon. Sic etiam Clarom. & S. Germ. 1. præterquam quòd hab. *acceptâ spongiâ;* Clarom. & Corb. 2. inf. *in arundine;* S. Gat. *in arundinem.* Cantabr. *Et continuò currens unus ex his, & accipiens spongiam, implens aceto, & imponens harundini, potabat eum.* Isti favet Græcum. Hilar. in eundem loc. 751. ait: *Per calamum datum in spongia acetum cùm potasset.* August. in Joh. 19. to. 3. 803. d. *In arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia levaretur.* Juvencus l. 4. p. 76. e.

*..... Tum* (al. *Tunc*) *concitus unus*
*Cogebat spongo turpi, calamoque revincto,*
*Impressum labiis acidum potare saporem.*

℣. 49. Ms. Corb. 2. *Cæteri verò dixerunt: Sine videamus si venit Elias, & liberavit eum.* Cantabrig. *Cæteri autem dixerunt: Sine vid. si venit Helias, & liberat eum.* Clarom. *si venit Helias, & salvabit eum.* S. Germ. 2. *an veniat Helias liberare eum.* Sic etiam habet Ms. S. Gat. sed addit: *Alius autem, acceptâ lanceâ, pepungit, & aperuit latus ejus; & exivit sanguis, & aqua.* Maj. Mon. *si veniat Helias liberare eum. Alius autem acceptâ l. pupungit latus ejus; & exivit aqua, & sanguis.* S. Germ. 1. & Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· Ἄφες ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώζων αὐτόν· al. σῶζαι· in pluribus Mss. sequitur: Ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην, ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν· καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ, καὶ αἷμα· ita ex Joh. 19. 34. Apud Juvencum l. 4. p. 76. f.

*Cætera turba furens, tali cum voce cachinnat:*
*Spectemus pariter cælo ne fortè remissus*
*Elias veniat, celsa qui sede quiescit,*
*Liberet & misero confixum stipite regem.*

℣. 50. Accinunt Mss. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Itidem Cantabrig. & Clarom. nisi quòd hic habet *exclamans;* ille, *dimisit spiritum.* Græc. κράξας..... ἀφῆκε τὸ, &c. Hilar. in hunc loc. 751. a. *proclamans, spiritum reddidit:* & post pauca: *spiritum cum clamore, & voce magna emisit.* Ambros. l. de fide resurr. to. 2. 1156. c. *clamans iterum voce magna, emisit spiritum:* vide etiam col. 712. c. & l. 10. in Luc. to. 1. 1531. c. Apud Lactant. l. 4. Institut. c. 18. p. 582. ita: *Exclamavit ad Dominum voce magna, & ultro spiritum posuit.* Apud Hieron. Hedib. quæst. 8. to. 4. 176. a. ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 4. p. 76. f.

*Tunc clamor Domini magno conamine missus,*
*Æthereis animam comitem commiscuit auris.*

℣. 51. Similiter habent Mss. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. quibus adjungendi Clarom. & Cantabrig. nisi quòd hic legit, *à susu usque deorsum;* ultimòque, *& petræ fissæ sunt;* ille, *& terræ motus factus est magnus, & petræ scissæ sunt.* Græcè ut in Colb. supra, detracta voce *partes;* sed al. scriptum, εἰς δύο μέρη. Apud Tertul. l. contra Jud. c. 13. p. 146. c. *Terra contremuit, & velum templi scissum est.* Apud Hilar. in Ps. 58. col. 132. b. *Velum templi discinditur:* & in Matth. 27. col. 751. a. *Velum templi scinditur ..... movetur terra..... petræ scissa sunt.* Apud Ambros. l. de Joseph, c. 3. col. 489. f. *Et velum templi scissum est:* item l. de fide resurr. to. 2. 1156. c. *& terra mota est, & petræ scissæ sunt.* Apud Lactant. l. 4. Institut. c. 18. p. 582. *Et eâdem horâ terræ motus factus est, & velum templi scissum est in duas partes, & sol repente subductus est.* Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 26. col. 179. e. *Postquam emisit spiritum Jesus, velum templi scissum est in duas partes à summo usque ad deorsum:* & infra, prom. 28. col. 180. c. *terra mota est; & petræ scissæ sunt.* Hedibia quæst. 8. apud Hieron. to. 4. 176. a. eadem refert quæ sup. in textu. Observat autem ibid. Hieron. *in Evangelio, quod Hebraicis litteris scriptum est*, legi, *non velum templi scissum, sed superliminare templi miræ magnitudinis corruisse.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. f. sic:

*Scinduntur pariter sancti velamina templi,*
*Carbasaque in geminas partes dirupta dehiscunt:*
*Et tremebunda omni concussa est pondere tellus,*
*Dissiliuntque suo ruptæ de corpore cautes.*

℣. 52. Ms. Corb. 2. *& monumenta patefacta sunt: & multa corp. sanctorum dormientium surrexerunt.* Clarom. similiter habet *dormientium;* item S. Gat. subjuncto verbo *resurrexerunt;* Maj. Mon. *qui dormierunt, surrexerunt.* Cantabrig. *dormientium sanctorum surrexerunt.* Ita quoque in Græco est. S. Germ. ambo, & Corb. 1. Vulgatæ similes. Tertul. l. contra Jud. c. 13. p. 146. c. legit: *& monumenta dirupta sunt.* Hilar. verò in Matth. col. 751. a. *& monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt.* Succinit ad verbum Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 28. col. 180. c. nec dissimile quid apud Ambr. l. de fide resurr. col. 1156. c. præter ult. *resurrexerunt.* Item apud Gaud. Brix. serm. 10. p. 960. c. *& multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt.* Hedibia quæst. 8. apud Hieron. to. 4. 176. a. Vulgatæ accedit. August. in Joh. 21. to. 3. 819. g. *Ad horam*, inquit, *multa sanctorum corpora surrexerunt, quando passus est Christus.* Juvencus l. 4. p. 76. f.

*Tum veterum monumenta virûm patuere repulsis*
*Obicibus, vivæque animæ per membra reversæ.*

℣. 53. Itidem Mss. S. Germ. ambo, & Maj. Mon. quibus adnectendi Corb. duo, Clarom. Cantabrig. & S. Gat. præterquam quòd ultimus habet: *Qui exeuntes*, &c. Corb. ambo, *post resurrect. ipsius;* Claromont. *& multis apparuerunt;* Cantabrig. *& paruerunt multis.* Græcè ut in textu Colb. nisi excipiatur verbum εἰσῆλθον, pro *venerunt.* Apud Ambros. in Ps. 1. col. 763. e. *ingressi sunt in sanctam civitatem:* at l. de fide resurr. col. 1156. d. legit: *Et exeuntes de monumento post resurr. ejus, venerunt in sanctam civit. & multis apparuerunt.* Gaud. Brix. serm. 10. p. 960. c. *Et exeuntes de monumentis post resurrect. ipsius, intraverunt in sanctam civitatem, & multis apparuerunt.* Itidem apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 28. col. 180. c. excepto verbo *venerunt.* Hedibia quæst. 8. apud S. Hieron. to. 4. col. 176. a. nil discrepat à textu Colb. August. quoque in Joh. 21. to. 3. col. 819. g. ait: *& post ejus resurrectionem apparuerunt multis in sancta, sicut scriptum est, civitate.* Juvencus l. 4. p. 76. f.

*Et visum passæ populi per mœnia latæ*
*Erravere urbis: sic terrent omnia mundum.*

℣. 54. Textui Colb. respondent Mss. Corb. ambo, S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. &c. Ita quoque S. Germ. 1. nisi

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iste.

55. Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei:

56. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Marc. 15. 42. Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.

57. Cùm autem serò factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu:

58. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus.

59. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda.

60. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.

61. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum.

62. Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum,

63. dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

bant, timuerunt valde, dicentes: Verè Dei Filius erat iste.

55. Erant autem ibi mulieres multæ à longè videntes, quæ secutæ erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei:

56. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Joseph, & mater filiorum Zebedæi.

57. Cùm serò autem factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathia, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu:

58. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus.

59. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda.

60. Et posuit eum in monumento suo novo, quod excidit in petra. Et advoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit.

61. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum.

62. Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum,

63. dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quòd extremò habet, *Dei Filius est iste.* Cantabrig. *Centurio autem, & qui cum eo servabant Jesum, videntes terræ motum, & quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè Dei Filius erat hic.* Græc. Ὁ δὲ Ἑκατόνταρχος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν, καὶ τὰ γενόμενα, &c. ut in textu Colb. Hilarius in hunc loc. 751. a. ait: *Centurio, & custodes... contuentes, Dei Filium confitentur:* & in Ps. 58. col. 132. c. necnon l. 6. de Trin. col. 913. a. legit: *Verè Dei Filius erat iste.* Similiter Ambros. l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 630. c. & l. 1. de fide, to. 2. 466. e. & l. de Spir. S. col. 645. b. August. autem in Joh. 7. to. 3. 523. a. cum Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *Verè Filius Dei est hic:* & sanè in quibusdam Græcis est ἐστιν οὗτος, loco ἦν οὗτος, quod in aliis. Apud Juvencum l. 4. p. 76. f.

*Militibus primis quatiuntur corda pavore,*
*Dedita qui sævæ servabant corpora pœnæ,*
*Et Sobolem dixere Dei, Christumque fatentur.*

℣. 55. Ms. Corb. 2. concinit cum textu Colbert. sicut Clarom. & Maj. Mon. nisi quòd habent, *secutæ fuerant.* Itidem *secutæ fuerant* in Corb. 1. & S. Gat. sed absque verbo *videntes.* In Cantabrig. *Erant autem & mulieres multæ de longè videntes, quæ secutæ sunt Jesum de Galilæa,* &c. S. Germ. 1. Vulgatæ consonat. Græc. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν, &c. Juvencus l. 4. p. 76. f.

*E speculis matres miracula tanta tuentur*
*Omnes, obsequium Christo quæ ferre solebant.*

℣. 56. Ms. S. Gat. ad verbum convenit cum textu Colbert. S. Germ. verò & Corb. ambo, Clarom. & Maj. Mon. cum Vulgata. Cantabr. habet: *in quibus erat Maria Magd... & Joseph mater, & mater,* &c. Græcè similiter: ἐν αἷς ἦν Μαρία..... καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν, &c.

℣. 57. Ms. S. Germ. duplex nil differt à textu Colb. nec etiam uterque Corb. nisi quòd 1. habet, *ab Arimathæa..... erat discip. Jesu;* alter, *Cùm autem serò..... erat discip. Jesu.* Ms. S. Gat. *ab Arimathia... qui & ipse discip. fuerat Jesu.* Maj. Mon. *ab Arimathæa..... qui..... discip. fuerat,* &c. Clarom. ut in Vulgata. Cantabrig. *Sero autem facto, venit homo dives ab Arimathia, cui nomen Joseph, qui & ipse didicerat ab Jesu.* Ita quoque in Græco est. Apud Juvencum l. 4. p. 76. g.

*Jamque recedenti vesper succedere soli*
*Cœperat, & procerum solus tum justior audet*
*Corpus ad extremum munus deposcere Christi.*
*Hic ab Arimathia nomen gestabat Ioseph,*
*Qui quondam verbis aures præstabat Iesu.*

℣. 58. Concinunt Mss. S. Germ. 1. & Corb. duo: ad quos accedunt Cantabrig. S. Germ. 2. Clarom. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd Cantabrig. scribit *petit*, pro *petiit;* & alii quatuor, *jussit dari*, pro *reddi.* Græcè: οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο..... Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. Apud Hilar. in hunc loc. 751. *à Joseph rogato Pilato ut corpus redderet.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. g.

*Pilatum tunc iste rogat sibi cedere membra,*
*Queis nuper tulerat vitam vis horrida pœnæ.*
*Concessit præses.*

℣. 59. Ita ferunt Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam S. Germ. 1. deleta præpos. *in.* Corb. 2. cum Clarom. *Et cùm accepisset Joseph corpus Jesu, involvit in sindone munda.* Cantabrig. *Et suscipiens Joseph corpus, involvit illud in,* &c. Græc. Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ· al. ἐν σινδόνι. Hilar. in hunc loc. 751. b. *& munda sindone involvitur.* Juvencus l. 4. p. 76. g.

*..... Sed corpus fulgida lino*
*Texta tegunt.*

℣. 60. Similiter habent, *Et posuit eum,* &c. Mss. Clarom. & Corb. 2. reliqua ut in Vulg. nisi quòd Claromont. ultimò ponit *discessit*, pro *abiit.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. nihil differunt à Vulgata. Cantabr. verò legit: *Et posuit illud in novo suo monumento, quod absciderat in petra. Et advolvens saxum magnum ostio monumenti, abiit.* Ita quoque in Græco. Hilar. in Matth. col. 751. b. dicit: *Et in monumento novo in petra excisa reponitur, & saxum monumenti ostio advolvitur.* Ambros. in Ps. 43. col. 922. e. *Ipsum enim Joseph posuit in monumento suo novo, quod excîdit in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti:* similia refert l. de Sacr. to. 2. 217. c. Juvencus l. 4. p. 76. g.

*..... saxique novo componitur antro.*
*Limen concludunt immensa volumina petræ.*

℣. 61. Itidem Mss. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Clarom. verò pluraliter: *Erant autem ibi..... & alia Maria,* &c. Cantabrig. *Erat autem ibidem..... & alia Maria,* &c. nec refragatur Græcum. Juvencus l. 4. p. 76. g.

*E speculis servant matres, & cuncta tuentur.*

℣. 62. Accinunt magno consensu Mss. S. Germ. Corb. Clarom. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. habet: *In crastinum autem, quæ est post cena pura, convenerunt,* &c. Græc. Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν, &c. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 180. e. *Venientes principes sacerdotum dixerunt Pilato.* Juvencus l. 4. p. 76. g.

*Jamque dies rutilo complebat lumine terras,*
*Otia qui semper prisca de lege jubebat:*
*Nulla sed immitis procerum furor otia servat.*
*Conveniunt,* &c.

℣. 63. Ita rursum legunt Mss. S. Germ. ambo, & Corb. 1. Item S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd extremò habent: *Post tertium diem resurgam.* Corb. 2. cum Clarom. *dicentes: Domine, rememorati sumus, quòd seductor ille dixit cùm adhuc viveret: Post tertium diem resurgam.* Cantabrig. *Domine, rememorati sumus, quia ille seductor dixit adhuc vivens: Quia post tres dies resurgam.* Græc. Κύριε, ἐμνήσθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 64. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit novissimus error pejor priore.

65. Ait illis Pilatus: Habetis custodes, ite, custodite sicut scitis.

66. Illi autem euntes cum custodibus, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

VULGATA NOVA.

64. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit novissimus error pejor priore.

65. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis.

66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐγείρομαι. August. serm. 44. to. 5. 217. a. alludens dicit: *Domine, audivimus, quia ille planus, id est, ille impostor, dixit discipulis suis, quia resurrecturus erit occisus.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 180. e. *Domine, rememorati sumus, quòd seductor ille dixerit adhuc vivens: Post tertium diem resurgam.* Juvencus l. 4. p. 76. g.

*..... onerantque simul sic judicis aures:*
*Erroris laqueos justissima pœna resolvit;*
*Nunc meminisse decet, planus quoniam ille solebat*
*Vulgari semper jactans promittere plebi*
*E mortis sese tenebris ad lumina vitæ,*
*Cum terno solis pariter remeare recursu.*

℣. 64. Totidem verba ferunt Mss. Corb. 1. Claromont. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque Corb. 2. & S. Germ. duo, nisi quòd S. Germ. habent initio *custodire*, non *custodiri*; Corb.que inf. *Quia surrexit à mortuis.* Cantabrig. ita: *Jube ergo muniri sepulcrum usque ad diem tertiam: ne fortè venientes discipuli ejus, furentur eum, & dicent plebi, &c.* Gr. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι, &c. à Mss. pluribus abest νυκτός. Apud August. serm. 44. to. 5. 217. a. *Jube custodiatur sepulcrum: ne fortè veniant discipuli ejus nocte, & auferant eum, & fiat error major priore.* Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 180. e. *Jube ergo custodiri sepulcrum.* Apud Hilar. etiam in Matth. col. 751. b. hæc memorantur, *metus furandi corporis, & sepulcri custodia, atque obsignatio.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. h.

*Sed petimus, custos miles nova funera servet:*
*Ne fera discipulis furandi audacia corpus*
*Consurgat, turbetque recens insania plebem.*

℣. 65. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. concordant ad verbum cum textu Colb. Corb. 1. verò, S. Germ. 2. & Maj. Mon. cum Vulgata. Clarom. & S. Gat. *Habetis milites, ite, &c.* quæ supra. Cantabrig. *Dicit autem eis Pilatus: Habetis custodes, ite, munite sicut scitis.* Græc. Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ..... Ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε, &c. alii plures initio tollunt δέ. Got. Arab. Copt. ferunt *custodes*; de qua lectione vide Tho. Mareschal. in hunc loc. p. 411. August. serm. 44. to. 5. 217. a. *Ait illis Pilatus: Habetis milites, ite, custodite sicut vultis.* Juvencus l. 4. p. 76. h. similiter:

*Et Pilatus ad hæc: Miles permittitur, inquit:*
*Servate, ut vultis, corpus tellure sepultum.*

℣. 66. Ms. Claromont. *Illi autem exeuntes cum custodibus, munierunt sepulcrum, & signaverunt lapidem.* Corb. 2. *Illi autem euntes, munierunt sepulcrum, &c.* ut in textu. Cantabrig. *Qui autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.* Maj. Mon. addit, *& discesserunt.* S. Germ. 2. *munierunt contra sepulcrum, signantes, &c.* ut in textu. Græc. Οἱ δὲ πορευθέντες, ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας, al. ταῖς κουστωδίαις. Juvencus l. 4. p. 76. h.

*Conveniunt, saxique ingentia pondera volvunt,*
*Et limen signis, & saxum milite servant.*

# CAPUT XXVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. VEspere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum.

2. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo: & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum:

3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur: & vestimenta ejus velut nix.

VULGATA NOVA.

1. VEspere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum. Marc. 16. 1. Joan. 20. 11.

2. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo: & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum:

3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur: & vestimentum ejus sicut nix.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habent Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. Claromont. &c. Corb. 2. verò, *quæ luscessit in prima sabbathorum.* Cantabrig. *Sero autem sabbatorum inlucescente in una sabbatorum, venit Maria Magd. & alia Maria, &c.* Sic etiam in Græco est, nisi hoc exceperis, εἰς μίαν σαββάτων. August. l. 3. de cons. Evang. to. 3. 133. c. *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in primam sabbati.* Ambros. in Ps. 47. col. 937. a. *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati:* similiter l. 10. in Luc. col. 1536. e. deinde ut sup. *venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum.* Hieron. ad Hedib. q. 6. to. 4. col. 175. b. *Vespere autem sabbati, quæ lucescebat in prima sabbati, &c.* item sup. col. 172. c. quærenti Hedibiæ *cur Matthæus dixerit, Vespere autem sabbathi, illucescente in una sabbathi, Dominum surrexisse,* subinde respondet Hieron. col. 173. b. *Mihi videtur Evangelistam Matthæum, qui Evangelium Hebraïco sermone conscripsit, non tam* vespere *dixisse, quàm* sero; *& eum, qui interpretatus est, verbi ambiguitate deceptum, non* sero *interpretatum esse, sed* vespere. Tichon. reg. 5. p. 61. b. *Matthæus,* inquit, *nocte dicit venisse mulieres ad monumentum, & vidisse Dominum:* & infra: *Quidam dicunt ex die computandum, quoniam Dominus tres dies & noctes dixit, non tres noctes & dies.* Hilarius in Matth. 28. col. 751. *Motus terræ, tempore matutino.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 181. a. *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magd. & alia Maria, videre sepulcrum.* Epiphan. in 3. 8. Cantici Cantic. *Vespere sabbati, quæ lucescit in una sabbati.* Juvencus l. 4. p. 76. h.

*Sidera jam noctis venturo cedere soli*
*Incipiunt, tumulo* ( al. *tumuli* ) *matres tum visere septum*
*Concurrunt.*

℣. 2. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 2. & Cantabrig. nisi quòd habent, *Angelus autem Domini;* tum Cantabrig. *descendens de cælo, accedens revolvit lapidem, &, &c.* Claromont. *revolvit lapidem ab ostio, & sedebat, &c.* Græc. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. Ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ, &c. à quibusdam Mss. abest ἀπὸ τῆς θύρας. Hilar. in hunc loc. *Motus verò terræ, tempore matutino..... Angelus autem Domini de cælo descendens, & lapidem revolvens, & sepulcro adsidens.* Ambr. l. 10. in Luc. col. 1536. e. *Et ecce terræ motus factus est magnus.* Similiter habent Hieron. ad Hedib. quæst. 6. to. 4. 175. b. & Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 181. a. Epiphan. ubi sup. *terræ motus factus est magnus, & Angelus Domini revolvit lapidem.* Apud Juvencum l. 4. p. 76. h.

*..... Motus sed terram protinùs omnem*
*Concutit: & cælo lapsus descendit aperto*
*Nuncius, & saxum tumuli de limine volvit.*

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. *erat autem..... sicut fulgor: & vestimenta ejus sicut nix.* S. Germ. 2. *& vestimenta sicut nix.* Corb. 2. cum Clarom. *& vestimenta ejus candida sicut nix:* præterea Clarom. legit sup. *sicut fulgor.* Itidem S. Gat. & Maj. Mon. *sicut fulgor:* dein, *vestimenta ejus candida sicut nix.* Cantabrig. *sicut fulgur: & vestitus ejus albus sicut nix.* Corb. 1. Vulgatæ congruit. Græc. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐ-

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Jesum, qui crucifixus est, quæritis:

6. non est hìc: surrexit enim, sicut dixit: venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus.

7. Et citò euntes dicite discipulis ejus quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis.

8. Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare discipulis ejus.

9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

11. Quæ cùm abiissent, ecce quidam de cu-

### VERSIO ANTIQUA.

4. A timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. *Ex Ms. Colbert.*

5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Jesum crucifixum quæritis:

6. non est hìc: surrexit enim, sicut dixit: venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus.

7. Et citò euntes dicite discipulis ejus quia surrexit à mortuis, & præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce dixi vobis.

8. Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare discipulis ejus.

9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem accedentes, tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, illic me videbunt.

11. Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custo-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τῦ ὡς ἀςεραπὴ, ϗ τὸ ἔνδυμα ἀυτῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών· al. deest λευκόν. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 181. a. *fuit autem aspectus ejus metuendus* (al. *gloriosus:*) *& vestimenta ejus velut nix.* Hieron. Hedibiæ quæst. 6. to. 4. 175. b. cum Vulgata consentit. Juvencus l. 4. p. 76. h.

*Illius & facies splendet ceu fulguris ignis:*
*Et nivis ad speciem lucent velamina vestis.*

℣. 4. Ms. Corb. 2. *A timore autem ejus commoti sunt qui custodiebant, & facti sunt sicut mortui.* Cantabrig. *A timore autem ejus commoti sunt custodes, & facti sunt tanquam mortui.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ similes. Græc. Ἀπὸ δὲ τῦ φόβυ ἀυτῦ ἐσείσθησαν οἱ τηρῦντες, ϗ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί· al. ὡς νεκροί. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 181. a. *Metu autem ejus expaverunt custodes, & facti sunt veluti mortui.* Epiphan. in 3. 8. Cantici Cantic. *Rectè illi pavefacti fuerunt, & facti sunt sicut mortui.* Juvencus l. 4. p. 76. h.

*Militibus terror sensum disclauserat omnem,*
*Et jacuere simul ceu fusa cadavera letho.*

℣. 5. Ms. Cantabrig...... *scio enim, quia Jesum crucifixum quæritis.* Claromont. *quia Jesum, qui crucifixus est, quæritis.* Maj. Mon. *angelus Domini dixit;* subinde cum S. Gat. *scio enim, quòd Jesum Christum, qui crucifixus est, quæritis.* S. Germ. & Corb. ambo ut in Vulgata. Græc. textui Colbert. favet; Ms. 1. tamen delet δὲ, post *Respondens.* Hilarius in hunc Matth. loc. ait: *Confestim mulierculis per angelum adhortatis occurrit.* Ambros. l. de bono mort. c. 12. col. 414. b. legit: *Nolite timere:* & l. de Isaac, c. 5. col. 368. c. *Jesum, qui crucifixus est, quæritis:* itidem l. de exhort. virg. to. 2. 290. c. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 29. col. 181. a. *Dixit autem angelus mulieribus: Nolite timere vos,* &c. quæ in Vulg. Juvencus l. 4. p. 76. h.

*Ille sed ad matres tali cum voce profatur:*
*Vestra pavor nullus quatiens nunc corda fatiget:*
*Nam manifesta fides sanctum vos quærere corpus,*
*Quod crucis in ligno scelerata insania fixit.*

℣. 6. Eadem referunt Mss. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. sicut etiam S. Germ. 1. Cantabrig. & Græc. deletâ conjunct. &, post *venite.* Corb. 2. habet: *non est hìc: resurrexit à mortuis, sicut dixit,* &c. ut in textu. Clarom. *sicut dixerat,* &c. Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 368. c. *non est hìc: surrexit enim:* & l. de exhort. virg. to. 2. 290. c. *non est hìc: sed surrexit.* Auct. l. de prom. col. 181. a. ut in Vulgata. Juvencus l. 4. p. 77. a.

*Surrexit Christus, æternaque lumina vitæ*
*Corpore cum sancto, devicta morte, recepit:*
*Visere jam vobis licitum est, quòd sede sepulcri*
*Nulla istbic jaceant, fuerant quæ condita, membra.*

℣. 7. Ms. Corb. 2. optimè convenit cum textu Colb. si exceperis fut. *præcedet.* Clarom. *Sed citò ite, & dicite discipulis ejus quia surrexit, & præcedet vos..... ecce dixi vobis.* S. Germ. 2. *quia surrexit à mortuis: ecce præcedit,* &c. ut in Vulgata. S. Gat. *surrexit à mortuis: ecce præcedet vos..... & ecce dixi vobis.* S. Germ. 1. Corb. 1. & Maj. Mon. *ecce præcedit vos;* Corb. in fine, *ecce dixi vobis.* Cantabrig. *& præcedit vos in Galilæa...... ecce dixi vobis.* Græc. textui Colb. consonat, posito uno ἰδὲ, ante *præcedit:* à Ms. 1. tamen abest istud, ἀπὸ τῶν νεκρῶν. August. l. de cons. Evang. to. 3. 133. d. similiter legit: *& ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce dixi vobis.* Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 750. d. partim ex

℣. 10. inf. *Et nunciate fratribus quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis.* Juvencus l. 4. p. 77. a.

*Dicite præterea celeri properoque recursu*
*Discipulis Christum remeasse in luminis oras:*
*Inque Galilæam lætum præcedere terram.*

℣. 8. Consentiunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. sicut etiam Corb. 2. sublata voce *timore.* Maj. Mon. *Et exierunt mulieres citò de monum. cum timore,* &c. Clarom. *& gaudio magno, occurrentes nunciare,* &c. Cantabrig. *Et exeuntes citò de monum. cum tim. & gaud. magno, cucurrerunt renuntiare,* &c. Ita quoque Græcum habet. Juvencus l. 4. p. 77. a.

*His dictis, visisque, animos perfuderat ardens*
*Lætitia attonitos stupido ancipitique pavore* (al. *favore:*)
*Denique præcipiti celebrantes gaudia cursu,*
*Talia discipulis referunt, tumulumque relinquunt.*

℣. 9. Ms. Corb. 2. *Et ecce Jesus occurrens illis,* &c. quæ in Vulgata. Clarom. *Illæ autem accesserunt; & amplexaverunt pedes ejus,* &c. Cantabrig. *Et ecce Jesus occurrit eis, dicens: Habete. Quæ autem accedentes, tenuerunt..... & adoraverunt ei.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. nil omnino à Vulgata differunt. Græcum exhibet plura, videlicet: Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς ἀυτῦ, ϗ ἰδὲ ὁ Ἰησῦς ἀπήντησεν ἀυταῖς, λέγων· Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθῦσαι, ἐκράτησαν...... ϗ προσεκύνησαν ἀυτῷ· sed à codd. multis absunt priora verba; Ὡς δὲ..... μαθηταῖς ἀυτῦ. Hilar. in hunc loc. col. 751. ait: *Occurrit, & consalutat...: genibus advolvuntur.* Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 368. d. *Occurrit eis Jesus, dicens: Avete. Illæ autem accesserunt; & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum:* vide etiam l. 5. de fide, to. 2. 560. f. August. pariter tr. 121. in Joh. to. 3. 808. a. dicit narrare Matthæum, *quòd occurrerit illis Jesus, dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, inquit, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Juvencus l. 4. p. 77. a.

*Ecce viæ* (al. *iteris*) *medio clarus se ostendit Iesus,*
*Et fidas matres blandè salvere jubebat.*
*Occurrunt illæ, & genibus plantisque prehensis,*
*Victorem lethi pavidæ venerantur Iesum.*

℣. 10. Ms. Cantabrig. *Tunc dicit eis Jesus: Nolite timere: ite, nunciate..... ut eant in Galil. & ibi me videbitis.* Claromont. *ite, & nunciate fratribus meis, quia præcedo vos in Galilæam, & ibi me videbitis.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *sed ite,* &c. ut in Vulgata. Corb. 2. in fine, *& ibi me videbunt.* S. Germ. 1. & Corb. 1. ut in Vulgata. Græc. Τότε λέγει ἀυταῖς ὁ Ἰησῦς· Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε..... ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς..... κἀκεῖ με ὄψονται· al. ἐκεῖ με, &c. Hilar. in eund. loc. *nunciare Apostolis jubentur.* Ambros. l. de Joseph, c. 12. col. 507. b. *Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, & ibi me videbunt.* Ambrosiast. verò col. 40. b. *ite, dicite fratribus meis, quia præcedo vos in Galilæam.* Juvencus l. 4. p. 77. b.

*Talibus ille dehinc præceptis pectora firmat:*
*Mentibus absistat fidei pavor omnis, & istbæc* (al. *ista*)
*Fratribus hinc nostris properè mandata referte:*
*Nostri* (al. *Noster*) *conspectus si curæ est, ite volentes,*
*Inque Galilæam properè transcurrite terram.*

℣. 11. Ms. Claromont. concordat cum textu Colb. S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. cum Vulgata. Sic etiam S.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. ſtodibus venerunt in civitatem, & nunciaverunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta ſunt.

12. Et congregati cum ſenioribus, accepto conſilio, pecuniam copioſam dederunt militibus,

13. dicentes: Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus.

14. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos perſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.

15. At illi, accepta pecunia, fecerunt ſicut erant docti. Et divulgatum eſt verbum iſtud apud Judæos, uſque in hodiernum diem.

16. Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus.

17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.

18. Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra:

19. euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti:

VULGATA NOVA.

ſtodibus venerunt in civitatem, & nunciaverunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant.

12. Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus,

13. dicentes: Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus.

14. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.

15. At illi, accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et divulgatum eſt verbum iſtud apud Judæos, uſque in hodiernum diem.

16. Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus.

17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.

18. Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra:

19. euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: Marc. 16. 15.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Germ. 2. niſi quòd habet, *annuntiaverunt*. Corb. 2. initio hab. *Ipſis autem euntibus, cùm veniſſet;* ultimòque, *omnia quæ facta ſunt*. Cantabrig. *Euntibus autem illis, ecce quidam de cuſtodibus venientes in civitate, renuntiaverunt..... omnia quæ facta ſunt*. Græc. Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ τινὲς τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν..... τὰ γενόμενα. Juvencus l. 4. p. 77. b.

*Interea tumuli cuſtodum exterrita corda*
*Mittunt è numero partem, quæ tanta referret*
*Judæis rerum miracula.*

℣. 12. Accinunt Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 1. Cantabrig. S. Gat. &c. niſi quòd ſic invertunt cum Vulg. *conſilio accepto*. Corb. 2. verò habet: *Et congregati cum ſenioribus, conſilium acceperunt, & pecunias copioſas dederunt militibus*. Claromont. *conſilium acceperunt, & pecuniam magnam dederunt*, &c. Græc. Καὶ συναχθέντες μετὰ..... συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν, &c. al. ἀργύριον ἱκανόν. Hilarius in hunc loc. *Emitur verò à cuſtodibus, qui omnia hæc viderant, argento, reſurrectionis Chriſti ſilentium, & mendacium furti*. Juvencus l. 4. p. 77. b.

*..... Sed manus amens*
*Jam ſemel inſano penitus devota furori,*
*Præmia militibus certatim magna rependit,*
*Et famam argento redimit*, &c.

℣. 13. Similiter habent Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Ita quoque Clarom. præter hoc: *& dixerunt illis: Dicite*. Cantabrig. *dicentes: Dicite quoniam diſcipuli ejus per nocte venientes, furati ſunt*, &c. nec refragatur Græcum. Vide Tertul. l. de ſpectac. c. 30. p. 220. b. Ambroſ. l. 5. & 10. in Luc. col. 1384. b. 1537. b. *Dicite quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus*. Auguſt. in Pſ. 63. to. 4. 624. d. *Damus, inquiunt, vobis pecuniam, & dicite quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli ejus, & abſtulerunt eum*. Epiphan. in 3. 8. & 8. 6. Cantici Cantic. *Dicite: Quia nobis dormientibus, diſcipuli ejus rapuerunt eum*. Juvencus l. 4. p. 77. b. ſic pergit:

*..... quòd limine rupto*
*Furtim ſuſtulerit corpus defenſa tenebris*
*Occultè rapiens audacia diſcipulorum.*

℣. 14. Mſ. Clarom. *Et ſi hoc audierit præſes noſter, ſuademus ei, & ſecuros vos faciemus*. Cantabrig. verò: *Et ſi auditum fuerit hoc à præſide, nos ſuademus ei, & vos ſecuros faciemus*. S. Germ. & Corb. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. Juvencus l. 4. p. 77. b. hunc verſum omittit cum ſequenti.

℣. 15. Mſs. S. Germ. & Corb. ambo, ac Maj. Mon. nil omnino diſcrepant à textu Colb. niſi quòd hab. *accepta pecunia*, pro quo Mſ. Colbert. præfert *acceperunt pecunia;* ſed aperto mendo, quod correximus. Clarom. & S. Gat. ferunt: *ſicut erant inſtructi*, &c. Cantabrig. *Qui autem, accepta pecunia, fecerunt ſicut docti erant. Et divulgatum eſt verbum hoc*, &c. Græc. Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. Καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος, &c.

℣. 16. Concinunt Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. Cantabrig. Claromont. & Græcum. Unus Corb. 2. ultimò hab. *Jeſus Dominus*. Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1544. d. ut ſup. *Undecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus*. Apud Juvencum l. 4. p. 77. b.

*Jamque Galilæos conſcenderat anxia montes*
*Mandatis Chriſti concurſans turba ſuorum.*

℣. 17. Ita ferunt Mſs. S. Germ. duo, Corb. 1. Cantabrig. S. Gat. &c. Claromont. verò cum Corb. 2. *Et cùm vidiſſent, eum adoraverunt*, &c. Græc. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν. Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1544. d. *Et videntes eum adoraverunt*, &c. quæ ſup. Juvencus l. 4. p. 77. b.

*Cernitur ecce ſuis proles veneranda Tonantis:*
*Illam procumbens ſanctè* (al. *ſanctus*) *chorus omnis adorat:*
*Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat*
*Pectoribus virtus, nam pars dubitabat eorum.*

℣. 18. Accinunt magno conſenſu Mſs. S. Germ. Corb. Claromont. S. Gat. &c. Sic etiam in Cantabrig. exceptis his ſub fin. *in cælis, & ſuper terram*. Græc. ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς. Apud Tertul. l. cont. Prax. p. 851. b. *cui data eſt omnis poteſtas à Patre in cælis, & in terra:* & l. de fuga in perſ. p. 969. c. *à quo omnem accipit poteſtatem in cælis, & in terris*. Cypr. epiſt. 25. p. 34. a. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra:* ita rurſum epiſt. 63. & 73. pp. 110. b. 131. a. & l. 2. Teſtim. p. 295. c. ſicut in Conc. Carth. p. 331. b. Concinunt Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 25. p. 174. f. Ambroſ. l. de Joſeph, c. 12. col. 507. b. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 19. c. necnon Hilar. in Pſ. 2. n. 30. col. 42. & in Pſ. 65. col. 177. e. & l. 11. de Trin. col. 1099. d. at in Pſ. 131. col. 446. c. legit: *Omnia enim mihi data ſunt in cælo, & in terra:* & in Pſ. 143. col. 554. f. *Omnia data ſunt mihi in cælo, & in terra*. Juvencus l. 4. p. 77. c.

*Tunc ſic diſcipulos clarus compellat Ieſus:*
*In cælo, & terris Genitor mihi cuncta ſubegit:*
*Me Pater eſt vobis dignatus mittere lucem.*

℣. 19. Itidem Mſs. S. Germ. 1. & Corb. ambo, quibus accedunt codd. Maj. Mon. & S. Gat. præterquam quòd initio hab. *ergo nunc docete*. Claromont. *euntes nunc docete*, &c. Cantabrig. *ite nunc, docete..... & ſancti Spiritus*. S. Germ. 2. delet *eos*, poſt *baptizantes*. Græc. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε..... βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ... καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· al. deeſt οὖν. Iren. quoque l. 3. c. 17. p. 208. b. legit: *euntes docete omnes*, &c. ut in textu. Tertul. l. de Bapt. p. 391. b. *ite, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti:* & l. de præſcr. c. 20. p. 334. a. *Reliquos undecim*, inquit, *poſt reſurrectionem juſſit ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum ſanctum:* vide etiam c. 8. p. 332. b. Cyprian. epiſt. 25. & 63. pp. 34. a. 110. b. *ite ergo, & docete gentes omnes, tingentes eos in nomine Patris*, &c. ſimiliter l. 2. Teſtim. p. 295. c. at epiſt. 73. p. 131. a. legit, *baptizantes eos*, &c. Item in Conc. Carthag. apud Cyprian. p. 331. b. 333. c. *ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine*, &c. & infra, *ite, & baptizate omnes gentes in nomine*, &c. & p. 334. c. *ite, & docete gentes, baptizantes eos*, &c. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 358. b. *ite, docete gentes, tinguite eos in nomine Patris*, &c. Julius Firm. l. de erro. prof. relig. c. 25. p. 174. f. *ite ergo, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine*, &c. Lucif. Calar. l. de non conv. cum hæret. p. 224. c. *euntes baptizate credentes in nomine Patris*, &c. Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 180. *ite ergo, & docete omnes gentes,*

Digitized by Google

| Vulgata nova. | Versio antiqua. |
|---|---|
| 20. docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. | 20. docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Amen. * Explicit Evangelium Matthæi. |

*Ex Ms. Colbert.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

*intingentes eos in nomine Patris*, &c. Hilarius in Ps. 2. n. 30. col. 42. & l. 2. de Trin. col. 787. a. *euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine*, &c. Succinit Victorin. Afric. l. 4. cont. Arium, p. 285. a. sicut Faustin. presb. contra Arian. p. 650. d. adjuncto *ergo*, ad *euntes*. Ambros. verò l. 1. de Jac. c. 3. col. 447. b. & l. de Joseph, c. 12. col. 507. b. cum Fausto Manich. apud Aug. l. 5. contra ipsum, to. 8. 196. b. & Epiphan. in 2. 14. Cantici Cantic. *ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine*, &c. Similiter Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 572. b. at l. de Tob. c. 18. col. 612. d. & l. de institut. virg. col. 264. f. *ite, baptizate gentes in nomine*, &c. sic etiam l. 1. de fide, col. 445. d. e. & l. de Spir. S. col. 615. d. 627. e. & infra, 647. f. item l. 2. de Sacram. col. 1357. b. *ite, baptizate omnes gentes in*, &c. sed in Ps. 45. col. 934. e. *euntes docete omnes gentes*. August. tract. 6. in Joh. to. 3. col. 333. g. *ite, inquit, baptizate gentes*: & inf. tr. 9. 364. c. *ite, baptizate gentes in nomine P. & F. & Spiritus S.* Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 347. b. *euntes baptizate omnes gentes in nomine*, &c. Itidem Philastr. Brix. l. de hæres. p. 716. c. Auctor verò l. ad Novatian. p. 436. a. *euntes evangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine Patris*, &c. S. Pacian. ep. 3. p. 311. f. *ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in*, &c. Optat. l. 5. contra Donat. p. 85. a. *ite, docete omnes gentes, baptizantes*, &c. & supra, 82. b. *ite, baptizate omnes gentes in nomine*, &c. Gaud. Brix. serm. 9. p. 957. h. *baptizate omnes gentes in nom.* &c. Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 2. p. 19. c. *euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. Juvencus l. 4. p. 77. c.

*Gentibus haud aliter nunc vos ego mittere cunctis*
*Institui, vestrûm est cunctas mihi jungere gentes:*
*Pergite, & ablutos homines purgantibus undis*
*Nomine sub sancto Patris, Natique lavate,*
*Vivifici pariter currant spiramine Flatus.*

℣. 20. Sic habent Mss. Corb. ambo, cum Claromont. S. Germ. 2. verò, S. Gat. & Maj. Mon. *docentes eos observare omnia*, &c. subinde Maj. Mon. delet *ego*, cum Sangerm. 1. & in fine S. Gat. subdit *Amen.* Cantabrig. *docentes eos servare omnia quanta mandavi vobis. Et ecce ego sum vobiscum omnibus dieb. usque in consumm. sæculi.* Græcum textui Colb. congruit ad verbum: abest Ἀμήν à quibusdam libb. sicut pronom. ἐγὼ à Ms. uno. Cyprianus ep. 25. & 63. pp. 34. a. 110. b. necnon l. 2. Testim. p. 295. c. cum Julio Firm. l. de erro. prof. relig. c. 25. p. 174. f. *docentes observare omnia quæcunque præcepi vobis.* Item Cyprian. epist. 81. p. 163. c. addit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem mundi.* Novatian. de Trin. p. 1037. c. *Ecce vobiscum sum, usque ad consummat. sæculi.* Lucifer Calar. l. de mori. pro Dei fil. p. 244. vel 246. b. *Vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummat. sæculi.* Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 180. *docentes eos servare omnia quæcunque præcepi vobis.* Hilarius l. 2. de Trin. col. 787. a. *docentes eos servare omnia quæcunque mando vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque in consummationem sæculi*: & in Ps. 56. col. 121. f. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vitæ, usque in consummationem sæculi*: similiter in Ps. 124. & 126. col. 405. b. 417. f. deleta voce *vitæ*; sicut in Ps. 123. & 137. col. 398. f. 503. c. posito *ad*, pro *in*, ante *consummationem*: & in Ps. 142. col. 551. c. *Ego sum vobiscum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Epiphan. ubi sup. & *docentes eos custodire omnia quæcunque præcepi vobis. Et ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi*: & in 7. 5. Cantici Cantic. *Ecce vobiscum sum*, &c. Ambros. l. 1. Hexa. col. 6. b. *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem mundi*: nec aliter l. de Isaac, c. 7. col. 374. f. & in Ps. 45. col. 936. c. & l. 3. de fide, to. 2. 506. a. & l. 5. col. 577. c. ita rursum l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 637. a. & in Ps. 118. col. 1128. e. præter vocem ult. *sæculi*: & l. de Joseph, c. 12. col. 507. c. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consumm. sæculi*: at l. de Spir. S. col. 628. e. *Ecce ego..... omnibus diebus, usque ad consummationem mundi*: & l. 5. in Luc. col. 1360. a. *Vobiscum ero, usque ad consumm. mundi.* Ambrosiast. col. 108. b. 112. b. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consumm. sæculi.* Accinunt Victorin. Afer, l. 4. cont. Arium, p. 285. a. Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 152. a. Gaud. Brix. serm. 9. & 14. pp. 957. h. 966. d. Leo M. serm. 4. p. 54. e. Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 2. p. 19. c. & Auct. epist. ad Demetriad. p. 45. a. Faustus Manich. ap. August. l. 5. contra ipsum, to. 8. 196. b. legit: & *docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis.* August. tr. 35. & 50. in Joh. to. 3. 541. c. 630. g. 634. a. *Ecce ego vobiscum sum, usque ad* (vel *in*) *consummat. sæculi.* Oros. contra Pelag. p. 451. b. *Ego autem vobiscum sum omn. diebus, usque ad consumm. sæculi.* Juvencus l. 4. p. 77. c.

*Ablutisque dehinc nostra insinuate docentes*
*Præcepta, ut vitam possint agitare perennem.*
*Nec vobis unquam nostri præsentia deerit,*
*Donec consumens dissolvat sæcula finis.*

* Ms. Corb. cum Cantabrig. *Evangelium secundùm Matthæum explicit.* S. Gat. & Maj. Mon. *Explicit Evang. secundùm Matthæum.*

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

## Auctore Francisco Luca Brugensi.

## *MATTHÆUS.*

CAP. I. ℣. 2. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. *Malè à libris quibusdam additur* autem, *post* Abraham; & *ab aliis tollitur post* Isaac.

℣. 18. Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph. *Retinendum est pronomen* ejus, *non substituendum antecedens* Jesu.

℣. 23. Et vocabunt nomen ejus Emmanuel. *Germana lectio habet futurum plurale personæ tertiæ* vocabunt, *non singulare personæ, aut secundæ* vocabis, *aut tertiæ* vocabitur.

CAP. II. ℣℣. 1. 5. In Bethlehem Juda. *Legendum est* Juda, *vel* Judæ, *non addita una syllaba*, Judææ.

℣. 23. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas. *Non est commutandus numerus pluralis* prophetas, *cum singulari* prophetam.

CAP. III. ℣. 2. Appropinquavit enim regnum cœlorum. *Cave ne scribas futurum* appropinquabit, *loco præteriti. Idem observandum infra*, 4. ℣. 17.

℣. 3. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam. *Noli scribere* de quo dictum est, *pro* qui dictus est.

℣. 7. Quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? *Servandum est præteritum, non vertendum in futurum* demonstrabit.

℣. 12. Et congregabit triticum suum in horreum. *Ut non est omittendum pronomen* suum, *ita addendum nomini* triticum, *non nomini* horreum.

℣. 15. Tunc dimisit eum. *Injuriâ omittuntur à quibusdam libris hæc verba.*

℣. 16. Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua. *Non sunt auferenda nomen* Jesus, & *adverbium* confestim.

*Ibidem.* Et venientem super se. *Interpres vertit* se *reciprocum, non* ipsum.

CAP. IV. ℣. 4. Non in solo pane vivit homo. *Non mutes præsens* vivit, *cum futuro* vivet.

℣. 7. Rursum scriptum est. *Non jungas adverbium* rursum, *verbo præcedenti* ait.

℣. 10. Tunc dicit ei Jesus: Vade Satana. *Ut non est omittendum adverbium* tunc, *ita non addendum* retro, *aut* post me, *quod quidam aliunde huc adscripserunt.*

℣. 13. In Capharnaum maritima. *Non addas* civitate.

℣. 15. Galilæa gentium. *Non mutes primum casum* Galilæa, *cum secundo* Galilææ.

℣. 16. Populus qui sedebat in tenebris. *Germana hujus loci scriptura est* sedebat, *non* ambulabat.

℣. 24. Et abiit opinio ejus. *Non scribas* fama, *pro* opinio.

CAP. V. ℣. 1. Videns autem Jesus turbas. *Romani Correctores non judicarunt omittendum nomen* Jesus.

℣. 11. Beati estis cùm maledixerint vobis. *Non addas* homines, *quod non est hujus loci, sed Lucæ 6. ℣. 22.*

℣. 20. Dico enim vobis. *Non mutes* enim *conjunctionem*

Digitized by Google

*causalem, cum adversativa* autem.

℣. 22. Omnis qui irascitur fratri suo. *Non est addendum* sine causa.

℣. 30. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam. *Sic est in Sixtinis Bibliis, ex veteribus manuscriptis*, abscide, *voce deducta à cædo, pro eo quod alia habent* abscinde, *à scindo. Idem usu venit infra* 18. ℣. 8. & *Marc.* 9. ℣. 43.

℣. 32. Et qui dimissam duxerit, adulterat. *Cave ne omittas hanc pericopen, ut olim quidam.*

℣. 39. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam. *Nec hic omittas adjectivum* dexteram.

℣. 41. Vade cum illo & alia duo. *Nec hinc denique auferas vocem* alia.

℣. 48. Sicut & pater vester cœlestis perfectus est. *Vox* cœlestis *non est commutanda cum* qui in cœlis est.

Cap. VI. ℣. 4. Reddet tibi. *Non est addendum* in palam, *quod olim fecerunt quidam.*

℣. 7. Nolite multùm loqui, sicut ethnici. *Redundat, quod sequitur in quibusdam libris, verbum* faciunt.

℣. 11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. *Non mutes* supersubstantialem, *cum* quotidianum.

℣. 13. Sed libera nos à malo. Amen. *Ut non est omittendum* Amen; *ita non addendum*, Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in sæcula sæculorum.

℣. 16. Ut appareant hominibus jejunantes. *Non supponas simplex* pareant, *pro composito* appareant.

℣. 25. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis. *Superfluum fuit, quod olim quidam addiderunt*, neque quid bibatis.

℣. 34. Sufficit diei malitia sua. *Non est addendum* enim.

Cap. VII. ℣. 1. Nolite judicare, ut non judicemini. *Quod sequitur in quibusdam libris*, Nolite condemnare, ut non condemnemini, *non est hujus Evangelii, sed Lucæ* 6. ℣. 37.

℣. 6. Et conversi dirumpant vos. *Non addas* & canes conversi.

℣. 11. Nostis bona data dare. *Non est omittendum* data.

℣. 12. Ut faciant vobis homines. *Non est addendum* bona.

℣. 14. Quàm angusta porta, & arcta via est. *Non est legendum* quoniam, *vel* &, *pro* quàm.

℣. 23. Discedite à me qui operamini iniquitatem. *Superfluit, quod quidam addunt*, omnes.

℣℣. 25. 27. Et descendit pluvia. *Conjunctio auferenda non est.*

Cap. VIII. ℣. 1. Cùm autem descendisset de monte. *Non addas nomen* Jesus.

℣. 10. Audiens autem Jesus. *Nec hic addas pronomen* hæc.

℣. 13. Et sanatus est puer in illa hora. *Legendum est* in, *non* ex.

℣. 15. Et ministrabat eis. *Correctores prætulerunt plurale* eis, *singulari* ei.

℣. 18. Jussit ire trans fretum. *Non interponas* discipulos.

℣. 20. Ubi caput reclinet. *Non addas pronomen* suum.

℣. 25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus. *Non omittas* discipuli ejus.

℣. 28. Et cùm venisset trans fretum. *Ut non est addendum nomen* Jesus; *ita non mutandum singulare* venisset, *cum plurali* venissent.

℣. 29. Venisti huc ante tempus torquere nos? *Non est præponendum adverbium* cur.

℣. 32. Et ecce impetu abiit. *Vox* magno, *quam interjiciunt quidam, non hic, sed Marc.* 5. ℣. 13. *ab Interprete data est.*

℣. 33. Nunciaverunt omnia. *Superfluit* hæc, *quod addunt quidam.*

℣. 34. Rogabant ut transiret. *Similiter redundat hic* eum.

Cap. IX. ℣. 1. Et ascendens in naviculam, transfretavit. *Omittendum est nomen* Jesus.

℣. 5. Dimittuntur tibi peccata tua. *Non auferas pronomen possessivum* tua.

℣. 13. Non veni vocare justos, sed peccatores. *Quod in nonnullis codicibus sequitur*, ad pœnitentiam, *non est hujus loci, sed Luc.* 5. ℣. 32.

℣. 18. Accessit, & adorabat. *Sic legendum*, adorabat *imperfectum, potiùs quàm perfectum* adoravit.

*Ibidem.* Impone manum tuam super eam. *Non omittas pronomen* tuam.

℣. 25. Et tenuit manum ejus. *Quod sequitur in multis libris*, Et dixit: Puella surge, *non est hujus loci, sed Luc.* 8. ℣. 54.

℣. 38. Ut mittat operarios in messem suam. *Alii libri, pro* mittat, *scribunt* ejiciat.

Cap. X. ℣. 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. *Non est legendum hoc loco* discipulorum, *pro* Apostolorum.

℣. 3. Jacobus Alphæi. *Non præponas* & *conjunctionem*. *Ibidem.* Et Thaddæus. *Harum duarum vocum loco, quidam legunt sex*, Et Lebbæus, qui cognominatus est Thaddæus, *sed non sunt Latinæ editionis.*

℣. 4. Et Judas Iscariotes. *Non scribas* Scariotes, *omissa* I *littera initiali, tametsi ita sit in antiquis libris*, & *hoc*, & *aliis Evangeliorum locis.*

℣. 7. Quia appropinquavit regnum cœlorum. *Cave ne mutes præteritum in futurum* appropinquabit.

℣. 8. Infirmos curate, mortuos suscitate. *Non temerè omittendum est posterius illud* mortuos suscitate.

℣. 10. Dignus est enim operarius cibo suo. *Pro* cibo suo, *quod scribunt quidam* mercede sua, *Lucæ est cap.* 10. ℣. 7.

℣. 13. Veniet pax vestra... pax vestra revertetur. *Non mutes futura indicativi*, veniet, revertetur, *cum imperativis*, veniat, revertatur.

℣. 22. Et eritis odio omnibus. *Non addas* hominibus.

℣. 23. Fugite in aliam. *Quod sequitur in nonnullis libris*, Et cùm in aliam persequentur vos, fugite in tertiam, *superfluit.*

℣. 26. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. *Conjunctiva*, reveletur, sciatur, *sunt Lucæ cap.* 12. ℣. 2.

℣. 28. Qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. *Non est omittenda conjunctio* & *vel priori loco.*

℣. 39. Qui invenit animam suam, perdet illam. *Non mutes futurum indicativi* perdet, *cum præsenti imperativi* perdat.

Cap. XI. ℣. 17. Cecinimus vobis. *Interpres addidit* tibiis, *non hic, sed Luc.* 7. ℣. 32.

Cap. XII. ℣. 2. Quod non licet facere sabbatis. *Non addas pronomen* eis, *verbo* licet.

℣. 18. Ecce puer meus, quem elegi. *Malè interponunt quidam nomen* electus.

℣. 20. Arundinem quassatam non confringet. *Ex propheta sumptum est, quod quidam legunt*, conteret.

℣. 31. Spiritus autem blasphemia non remittetur. *Cave ne nominativum* blasphemia *commutes cum genitivo* blasphemiæ.

℣. 32. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum. *Non repetas vocem* verbum, *sed subaudias è proximo.*

℣. 47. Foris stant quærentes te. *Pro* quærentes te, *non scribas* quærentes loqui tecum, *aut* quærentes te alloqui, *sed ita intelligas.*

Cap. XIII. ℣. 3. Ecce exiit qui seminat, seminare. *Non est hic addendum* semen suum, *quod Lucæ proprium est.*

℣. 8. Aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. *Non mutes numerum ordinalem cum cardinali:* aliud centum, aliud sexaginta, aliud triginta.

℣. 11. Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum. *Plurale* mysteria, *Matthæi est; singulare, posteriorum Evangelistarum.*

℣. 12. Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. *Pro* & quod habet, *infra* 25. ℣. 29. *legitur* & quod videtur habere.

℣. 14. Et adimpletur in eis. *Retinendum est, cum conjunctione copulativa, præsens indicativi* adimpletur; *non substituendum, cùm conjunctione causali*, adimpleretur, *vel* adimpleatur.

℣. 16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. *Non est mutanda conjunctio* quia, *cum relativis* qui, *vel* quæ.

℣. 20. Qui autem super petrosa. *Non legas* petram *pro* petrosa, *substantivum pro adjectivo.*

℣. 28. Vis imus, & colligimus ea? *Non addas* igitur *verbo* vis.

℣. 33. In farinæ satis tribus. *Luc* 13. ℣. 21. *legitur quarto casu* sata tria.

℣. 43. Qui habet aures audiendi, audiat. *Non omittas gerundivum* audiendi.

℣. 47. Et ex omni genere piscium congreganti. *Interpres addidit* piscium, *tametsi Græcè non legatur.*

℣. 48. Elegerunt bonos in vasa. *Non addas pronomen* sua, *quod quidam.*

℣. 51. Dicunt ei: Etiam. *Nec hic addas* Domine.

Cap. XIV. ℣. 2. Hic est Johannes Baptista. *Superfluit* quem ego decollavi, *quod sequitur in quibusdam libris.*

℣. 3. Propter Herodiadem uxorem fratris sui. *Non est Latinæ editionis, quod additur à quibusdam libris, nomen* Philippi.

℣. 6. Saltavit filia Herodiadis in medio. *Quidam addunt* triclinio, *quæ glossa est, non textus.*

℣. 19. Discipuli autem turbis. *Superfluit, quod quidam libri addunt*, dederunt: *relinquitur enim intelligendum è proximo.*

Digitized by Google

℣. 22. Et statim compulit. *Servandum est* compulit, *quod est, coëgit; non supponendum* jussit, *quod est, præcepit.*

℣. 32. Et cùm ascendissent. *Quidam numero singulari scribunt* ascendisset; *malè.*

CAP. XV. ℣. 2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? *Non est commutandus numerus singularis* traditionem, *cum plurali.*

℣. 31. Mutos loquentes. *Quod subjiciunt quidam libri,* debiles sanos, *ex Græco adjectum est.*

℣. 38. Erant autem qui manducaverunt. *Quidam libri præterito plusquamperfecto legunt* manducaverant.

CAP. XVI. ℣℣. 2. 3. 4. Facto vespere dicitis, *& cætera usque ad finem quarti versiculi, immeritò olim à quibusdam omissa fuere.*

℣. 4. Faciem ergo cœli dijudicare nostis. *Non præponas nomen* hypocritæ.

*Ibidem.* Nisi signum Jonæ prophetæ. *Non omittas nomen* prophetæ.

℣. 13. Quem dicunt homines esse Filium hominis? *Non est addendum pronomen* me, *tametsi Græcè legatur.*

℣. 23. Vade post me satana. *Non scribas* retro, *loco* post me.

CAP. XVII. ℣. 1. Et post dies sex assumit Jesus Petrum. *Non mutes præsens* assumit, *cum præterito* assumpsit; *ut neque mox* ducit, *cum* duxit.

℣. 11. Elias quidem venturus est. *Subjiciunt quidam libri* primùm, *ex Græco non dubium emendati.*

℣. 23. Didrachma *legendum est, neutro genere, numero plurali; non* didrachmam, *numero singulari generis feminini.*

CAP. XVIII. ℣. 8. Abscide eum. *Similis locus supra* 5. ℣. 30.

℣. 9. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare. *Non scribas* unum oculum habentém, *pro* cum uno oculo.

℣. 12. Nonne relinquit. *Præferendum est præsens* relinquit, *futuro* relinquet.

*Ibidem.* In montibus. *Non scribas* in deserto, *ex Luc.* 15. ℣. 4.

℣. 16. Adhibe tecum adhuc unum, vel duos. *Non omittas adverbium* adhuc.

CAP. XIX. ℣. 5. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem. *Non mutes* dimittet, *cum* relinquet, *quod alterius est loci.*

℣. 12. Qui seipsos castraverunt. *Quidam scribunt* eunuchizaverunt.

℣. 14. Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire. *Marci est & Lucæ, quod transpositis verbis quidam habent:* Sinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere eos.

*Sequitur:* Talium est enim regnum cœlorum. *Non est omittenda conjunctio* enim.

℣. 18. Dicit illi: Quæ? *Non est legendum nominativo casu* ille, *sed dativo* illi.

℣. 19. Et diliges proximum sicut teipsum. *Non est omittenda conjunctio* &.

℣. 20. Omnia hæc custodivi à juventute mea. *Romani Patres censuerunt non esse omittendum illud* à juventute mea, *tametsi vetusta manuscripta omittant.*

℣. 21. Vade, vende quæ habes. *Noli legere* Vade, & vende omnia quæ habes, *additis voculis* & omnia.

CAP. XX. ℣. 7. Ite & vos in vineam meam. *Non subjicias,* & quod justum fuerit accipietis: *est enim superioris versus quarti, non hujus septimi.*

℣. 15. Aut non licet mihi quod volo facere? *Interpres noster non addit* in meis, *quod alii.*

℣. 17. Duodecim discipulos. *Non addas pronomen* suos.

℣. 21. Et unus ad sinistram in regno tuo. *Non mutes* unus, *cum* alius, *quod Marci est.*

℣. 25. Potestatem exercent in eos. *Non est legendum* inter eos, *ut quidam malè, pro* in eos.

℣. 28. Et dare animam suam redemptionem pro multis. *Non est præponenda præpositio* in, *nomini* redemptionem.

CAP. XXI. ℣. 1. Et cùm appropinquassent Jerosolymis, & venissent Bethphage. *Non mutes numeros plurales in singulares,* appropinquasset, venisset.

*Ibidem.* Misit duos discipulos. *Non addas* suos, *quod ex Luca quidam.*

℣. 3. Et confestim dimittet eos. *Sic legendum est futuro tempore* dimittet, *non præsenti* dimittit.

℣. 4. Hoc autem totum factum est. *Correctores non judicarunt omittendum* totum.

℣. 7. Et imposuerunt super eos vestimenta sua. *Non mutes pronomen plurale* eos, *cum singulari* eum.

℣. 9. Hosanna filio David. *Cave legas quintum casum* ô fili, *ut quidam, loco tertii* filio.

℣. 17. Ibique mansit. *Superfluit quod subjiciunt quidam libri,* & docebat eos de regno Dei.

℣. 27. Ait illis & ipse. *Non est omittendum medium illud* &, *quod etiam Græcè legitur.*

*Ibidem.* Nec ego dico vobis. *Non est legendum futurum* dicam, *sed præsens* dico.

℣. 28. Fili, vade hodie, operare in vinea mea. *Non mutes imperativum* operare, *cum infinitivo* operari, *nec sextum casum cum quarto* vineam meam.

℣. 31. Dicunt ei: Primus. *Non omittas pronomen* ei, *multòque minùs, pro* Primus, *substituas contrarium* Novissimus, *quod olim quidam.*

*Ibid.* Præcedent vos in regnum Dei. *Præferendus est quartus casus* regnum, *sexto* regno.

℣. 32. Venit enim ad vos. *Non legas* autem, *pro* enim.

℣. 33. Et ædificavit turrim. *Non addas* in medio ejus, *quod quidam ex Isa.* 5. ℣. 2.

℣. 37. Verebuntur filium meum. *Quod quidam adjiciunt adverbium* forsitan, *Lucæ est cap.* 20. ℣. 13.

℣. 41. Qui reddant ei fructum. *Non mutes præsens conjunctivi* reddant, *cum futuro indicativi* reddent.

CAP. XXII. ℣. 1. Dixit iterum in parabolis eis, dicens. *Non postponas pronomen* eis, *participio* dicens.

℣. 3. Et misit servos suos. *Non commutes numerum pluralem cum singulari* servum suum, *qui est Evangelii secundùm Lucam, cap.* 14. ℣. 17.

℣. 4. Tauri mei & altilia occisa sunt. *Non omittas verbum substantivum* sunt.

℣. 13. Ligatis manibus & pedibus ejus. *Non præponas* pedes manibus, *quod quidam.*

℣. 14. Multi enim sunt vocati. *Non est legendum* autem *adversativum, pro* enim *rationali.*

℣. 15. Ut caperent eum in sermone. *Non est substituendum antecedens* Jesum, *loco pronominis* eum.

℣. 17. Licet censum dare Cæsari, an non? *Non est mutandum activum* dare, *cum passivo* dari.

℣. 30. Sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. *Correctores prætulerunt futurum* erunt, *quod respondet præcedentibus, præsenti* sunt.

CAP. XXIII. ℣. 13. Væ autem vobis. *Non omittenda conjunctio* autem.

*Ibidem.* Quia clauditis regnum cœlorum ante homines. *Non substituas pronomen* qui, *pro conjunctione* quia.

℣. 14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. *Etsi hic versiculus videatur Marco & Lucæ proprius esse, non tamen judicarunt Correctores hìc expungendum esse.*

℣. 16. Quicunque juraverit per templum. *Non addas* Dei.

℣. 19. Cæci: Quid enim majus est. *Non præponas hìc* Stulti, &, *quemadmodum supra* ℣. 17.

℣. 21. Jurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. *Non est legendum antecedens* templo, *pro relativo* ipso.

℣℣. 25. & 26. Calicis, & paropsidis. *Alii loco vocalis quartæ, scribunt primam* parapsidis: *utroque enim modo vox effertur. Similis infra* 26. ℣. 23.

℣. 29. Qui ædificatis sepulchra. *Hic* qui *legitur Latinè, tametsi Græcè sit conjunctio* quia.

℣. 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas. *Non adjicias* dico vobis, *post* Ideo.

℣. 37. Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. *Non addas pronomen* suas.

CAP. XXIV. ℣. 12. Et quoniam abundavit iniquitas. *Præteritum* abundavit *præferendum est futuro* abundabit.

℣. 23. Ecce hìc est Christus, aut illìc. *Non repetas* ecce, *ante* illic.

℣. 30. Cum virtute multa, & majestate. *Non est commutandum* multa *cum* magna, *quod Lucæ est.*

℣. 33. Scitote quia prope est in januis. *Non est interjiciendum* & *ante* in januis.

℣. 34. Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. *Non est omittendum, vel posteriori loco, pronomen* hæc.

℣. 36. Neque angeli cœlorum, nisi solus Pater. *Non interponas* neque Filius, *quod Marco proprium est.*

℣. 41. Duabus molentibus *subjiciunt multi Latini codices* Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur: *sed non est Matthæi, verùm Lucæ, quemadmodum clarè docuimus in Notationibus nostris in varias Bibliorum lectiones.*

℣. 43. Quâ horâ fur venturus esset. *Non mutes optativum* esset, *cum indicativo* est.

℣. 44. Quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est. *Quidam scribunt* quia qua hora non putatis: *sed illud Lucæ est cap.* 12. ℣. 40.

℣. 47. Super omnia bona sua constituet eum. *Non omittas nomen* bona.

CAP. XXV. ℣. 12. Vigilate itaque. *Quod quidam libri adjungunt,* & orate, *non est hujus loci.*

℣. 22. Ecce alia duo lucratus sum. *Sic legendum est hoc loco: nam vigesimi versus est verbum, non simplex, sed com-*

Digitized by Google

*positum*, superlucratus.

℣. 27. Oportuit ergo te. *Non interponas* & *ante* te.

℣. 31. Et omnes angeli cum eo. *Non addas pronomen* ejus, *nomini* angeli.

℣. 41. Tunc dicet & his. *Omittenda est vox* rex, *quam quidam interjiciunt*.

Cap. XXVI. ℣. 2. Et Filius hominis tradetur ut crucifigatur. *Non est hic subjungenda interrogationis nota.*

℣. 11. Me autem non semper habetis. *In aliis libris est futurum* habebitis.

℣. 23. At ipse respondens, ait. *Legenda est adversativa* At, *non copulativa* Et.

℣. 25. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit. *Non est interponenda conjunctio* & *ante* dixit.

℣. 28. Hic est enim sanguis meus. *Nequaquam commutes pronomen masculinum* Hic, *cum neutro* Hoc.

*Ibidem.* Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Malè quidam legunt* vobis, *pro* multis: *nam* vobis *Lucæ est cap.* 22. ℣. 20. *Porro etsi Græcè sit præsens* effunditur, *Latinus tamen Interpres futurum dedit; nec simplex* fundetur, *sed compositum* effundetur, *quale est Græcè.*

℣. 29. Sed sicut tu. *Non est addendum verbum* vis.

℣. 40. Sic non potuistis unâ horâ vigilare mecum? *Quidam libri collocant interrogationis notam post adverbium* Sic: *nonnulli, pro plurali* potuistis, *habent singulare* potuisti; *sed hoc quidem malè.*

℣℣. 45. 46. Ecce appropinquavit. *Neutro horum locorum commutandum est præteritum* appropinquavit, *cum futuro* appropinquabit.

℣. 50. Amice, ad quid venisti? *Retinendum est* quid *interrogativum*, *non substituendum* quod *relativum.*

℣. 53. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò. *Hoc postremo loco legendum est adverbium* modò, *non rejiciendum in anteriora.*

℣. 59. Principes autem sacerdotum. *Non commutes plurale* Principes, *cum singulari* Princeps.

℣. 61. Et post triduum reædificare illud. *Nec hic commutes verbum compositum* reædificare, *cum simplici* ædificare.

℣. 63. Si tu es Christus filius Dei. *Non addas* vivi, *quod est alterius loci, supra* 16. ℣. 16.

℣. 67. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt. *Non substituas* alapas, *pro* palmas.

℣. 71. Vidit eum alia ancilla. *Non est omittenda vox* ancilla, *utpote ab Interprete data.*

℣. 72. Quia non novi hominem. ℣. 74. *legitur*, quia non novisset hominem.

℣. 73. Et post pusillum accesserunt. *Non addas* ad eum.

℣. 75. Verbi Jesu, quod dixerat. *Non est legendum* verbi, quod dixerat ei Jesus, *quod est Evangelii secundum Marcum.*

Cap. XXVII. ℣. 3. Principibus sacerdotum & senioribus. *Meritò hic omissa est vox* populi, *ut & infra* ℣. 12.

℣. 15. Unum vinctum, quem voluissent. *Sic legendum est numero plurali, non singulari* voluisset.

℣. 17. Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? *Quidam olim adscripserunt* Jesum *etiam ante* Barabbam; *sed malè.*

℣. 32. Exeuntes autem. *Ita legendum est verbum compositum* exeuntes, *non simplex* euntes.

*Ibidem.* Hominem Cyrenæum. *Non addas* venientem obviam sibi, *aut* venientem de villa, *quod quidam ex Marco & Luca huc transtulerunt.*

℣. 33. Qui dicitur Golgotha. *Quarta vocali, non prima, legunt secundam syllabam vocis* Golgotha *libri meliores.*

℣. 37. Hic est Jesus. *Non addas* Nazarenus, *hoc enim Johanni proprium est cap.* 19. ℣. 19.

℣. 40. Vah qui destruis. *Non est omittenda interjectio* Vah.

℣. 42. Descendat nunc de cruce, & credimus ei. *Non mutes præsens* credimus, *in futurum* credemus.

℣. 43. Confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum. *Pronomen* eum *adjunctum verbo* vult, *ex insigni Romanorum Patrum correctione, non est rejiciendum in anteriora, ita ut adjungatur verbo* liberet, *quod faciunt plerique libri.*

℣. 46. Eli, Eli. *Non legas, addito* o *vocali*, Eloi, Eloi, *hoc enim est Marci, illud Matthæi.*

℣. 61. Erat autem ibi. *Non mutes singulare* erat *in plurale* erant.

Cap. XXVIII. ℣. 3. Et vestimentum ejus sicut nix. *Singulare* vestimentum *non vertas in plurale* vestimenta; *multòque minùs addas* facta sunt alba, *quod non est hujus loci, sed supra* 17. ℣. 2.

℣. 7. Et ecce præcedit vos in Galilæam. *Non est mutandum præsens* præcedit, *cum futuro* præcedet.

*Ibidem.* Ecce prædixi vobis. *Non legas tertiâ personâ* sicut dixit vobis, *quod Marci est cap.* 16. ℣. 7.

℣. 17. Quidam autem dubitaverunt. *Non addas pronomen* eorum.

℣. 19. Euntes ergo docete. *Non mutes* ergo *cum* autem.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *MATTHÆUS.*

Cap. III. ℣. 10. Excidetur, & in ignem mittetur. *Quædam Heutenii exemplaria legunt præsenti tempore*, exciditur, & in ignem mittitur, *conformiter Græco & Syro.*

Cap. IV. ℣. 6. Quia angelis suis mandavit de te. *Complura Mss. pro præterito* mandavit, *scribunt futurum* mandabit, *adstipulantibus codicibus Græcis ac Syricis, necnon Hebræo & LXX.*

℣. 16. In regione umbræ mortis. *Quidam insignes libri interponunt conjunctionem*, in regione & umbra mortis, *Græco Syroque conformiter.*

Cap. V. ℣. 24. Et vade priùs reconciliari fratri tuo. *Pro modo infinito* reconciliari, *in aliis bonis libris est imperativus* reconciliare, *consentaneè Græco & Syro.*

*Ibidem.* Offeres munus tuum. *Similiter hic, pro indicativo* offeres, *quidam codices legunt imperativum* offer, *juxta Græca & Syra.*

Cap. VI. ℣. 22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. *Quidam, omissis pronominibus, legunt* Lucerna corporis est oculus, *suffragante Græco & Syro.*

℣. 33. Quærite ergo. *Antiqui codices, pro* ergo, *scribunt* autem, *quod est Græcè & Syriacè.*

Cap. VIII. ℣. 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. *Multi antiqui libri, consentaneè Græco ac Syro, omittunt vocem* constitutus, *quæ ex Luc.* 7. ℣. 8. *huc adscripta creditur.*

Cap. X. ℣. 12. Dicentes: Pax huic domui. *Hæc verba à multis confodiuntur, tanquam eadem cum iis quæ precedunt*, salutate eam.

Cap. XV. ℣. 5. Quodcunque est ex me. *Videtur auferendum verbum substantivum* est.

℣. 14. Cæci sunt, & duces cæcorum. *Media conjunctio* & *tollitur à multis Mss. consentaneè Græco & Syro.*

℣. 38. Quatuor millia hominum. *Brugense Ms. pro* hominum, *legit* virorum, *quemodo est & Græcè & Syriacè.*

Cap. XVI. ℣. 10. Quinque panum in quinque millia. *Quædam Mss. loco præpositionis* in, *scribunt conjunctionem* &.

Cap. XVII. ℣. 2. Facta sunt alba sicut nix. *Non dissimilis vero sit conjectura, Latinè non minùs quàm Græcè & Syriacè, scriptum fuisse* lux, *quod est* φῶς *Græcè, loco ejus quod nunc legitur* nix, *quod est* χιών.

Cap. XX. ℣. 1. Simile est regnum. *Quidam libri interjiciunt conjunctionem* enim, *Græco Syroque conformiter.*

Cap. XXI. ℣. 21. Tolle, & jacta te in mare. *Verisimile est scribendum esse* Tollere, & jactare in mare.

℣. 26. Omnes enim habebant. *Alii libri cum Græcis legunt præsens* habent.

℣. 31. Præcedent vos in regnum Dei. *Pro futuro* præcedent, *in aliis libris est præsens* præcedunt, *consentaneè Græco & Syro.*

Cap. XXIII. ℣. 24. Intus autem pleni estis rapina. *Valde fit verisimile, pro secunda persona* estis, *legendum esse, ut habent alii libri, tertiam* sunt, *suffragantibus Græcis & Syris.*

℣. 26. Ut fiat id, quod deforis est, mundum. *Alii libri interponunt conjunctionem* &, *consentaneè Græco & Syro.*

℣. 36. Et noluisti. *Quædam Mss. conformiter Græco & Syro, legunt numero plurali* noluistis.

Cap. XXVI. ℣. 63. Sedentem à dextris virtutis Dei. *Multi boni libri, consentaneè Græco & Syro, omittunt vocem* Dei, *ut ex aliis locis huc adscriptam.*

Cap. XXVII. ℣. 8. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis. *Existimant quidam has tres voculas*, Haceldama, hoc est, *hic superfluere, ut ex Actor.* 1. ℣. 19. *huc additas.*

℣. 9. Quod dictum est per Jeremiam prophetam. *Sunt qui hic omittendum doceant nomen* Jeremiam, *nec tamen substituendum* Zachariam.

℣. 35. Sortem mittentes. *Quod sequitur*, ut implere-

Digitized by Google

tur quod dictum est per prophetam, dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, *videtur non esse hujus loci.*

℣. 40. Qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. *Alii præferunt personam tertiam* destruit, reædificat.

Cap. XXVIII. ℣. 15. Sicut erant edocti. *Videtur præferendum simplex* docti.

℣. 23. Usque ad consummationem sæculi. *Quædam insignia Mss. addunt* Amen; *quemadmodum additur Græcè & Syriacè.*

# [a] INCIPIT PROLOGUS IN MARCUM,

## Ex Ms. Colbert. n. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.

MARCUS Evangelista [b] Dei, & Petri in baptismate filius, atque in divino sermone discipulus, sacerdotium [c] in Israël agens, secundùm carnem Levita: conversus ad fidem Christi, Evangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid & generi suo deberet, & Christo. Nam initium principii in voce propheticæ exclamationis instituens, ordinem Leviticæ electionis ostendit, ut prædicans [d] Johannem prædestinatum filium Zachariæ, in voce angeli adnuntiantis emissum, non solùm Verbum [e] caro factum, sed & corpus Domini [f] in omnia per verbum divinæ vocis animatum initio Evangelicæ prædicationis ostenderet: ut qui hæc legens sciret, cui initium carnis in Deo, & Jesu advenientis habitaculum caro deberet agnoscere, atque in se verbum vocis, quod in consonantibus perdiderat, inveniret. [g] Denique & perfecti Evangelii opus intrans, & à baptismo Domini prædicare Deum inchoans, non laboravit nativitatem carnis, quam in prioribus viderat, dicere; sed totus [h] in primis expositionem deserti, jejunium numeri, tentationem diaboli, congregationem bestiarum, & ministerium protulit angelorum: ut instituens nos ad intelligendum, [i] ac singula in brevi compingens, nec auctoritatem factæ rei demeret, [k] & perficiendo operi plenitudinem non negaret. Denique amputasse sibi post fidem pollicem dicitur, ut sacerdotio reprobus haberetur. Sed tantùm consentiens fidei prædestinata potuit electio, ut nec sic in opere verbi perderet, quod priùs meruerat in genere. Nam Alexandriæ episcopus fuit, cujus per singula opus [l] scire, Evangelii in se dicta disponere, & disciplinam in se legis agnoscere, & divinam in carne [m] Domini intelligere naturam, quæ in nos primùm requiri, dehinc inquisita volumus agnosci, habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat, & qui rigat, unum sunt; qui autem incrementum præstat, Deus est.

[n] Explicit Præfatio Evangelii Marci.

NOTÆ.

[a] Aureus cod. Ms. S. Martini Turon. *Incipit argumentum Evangelii secundùm Marcum.* Alter ibid. n. 174. simpliciter: *Incipit prologus.*

[b] Ms. 1. Turon. *Dei electus, &.*

[c] In Ms. 1. Turon. deest τὸ *in Israël.*

[d] Ms. Turon. n. 174. *prædestinatum Johannem.*

[e] Ms. 1. Turon. *carnem factum.*

[f] Ms. 1. Turon. tollit *in omnia.*

[g] Ms. 1. Turon. *Denique perfecti Evang. opus intrans, & à,* &c. Alter Turon. n. 174. *Denique & perfecti Evang. opus intrasset, à;* vitiosè, pro *intrans, & à,* quod supra.

[h] Ms. Turon. n. 174. *inexprimens expositionem;* sed alter Turon. *in primis exposit.* ut supra.

[i] In utroque Ms. S. M. Turon. deest *ac*, ante *singula.*

[k] Ms. 1. Turon. *& perficiendi operis plenitudinem.*

[l] Ms. 1. Turon. *sciret;* in altero tamen, n. 174. *sciré,* ut in Colb. supra.

[m] A Ms. 1. Turon. abest vox *Domini;* paulòque post legitur, *quæ & nos primùm oportet requiri.*

[n] Ms. 1. Turon. simpliciter: *Explicit præfatio.* Alter, n. 174. *Explicit argumentum.*

# * INCIPIUNT CAPITULA IN MARCUM,

## Ex eodem Ms. Colbert.

I. *ET erat Johannes baptizans Jesum, & venit* [a] *super Jesum Spiritus Dei, & fuit in deserto tentatus.* cap. 1. ℣℣. 9. 10. 13.

II. *Et postquam traditus est Johannes, prædicavit Jesus, & vocavit discipulos, & hominem ab spiritu immundo* [b] *curavit.* c. 1. ℣℣. 14. 16. 23.

III. *Socrum Petri febribus liberavit; & quærebant eum turbæ ut salvarentur.* c. 1. ℣℣. 30. 31. 33.

IV. *Et rogavit Jesum leprosus, & mundavit eum.* c. 1. ℣. 40.

V. *Et sanans paralyticum, dixit ei: Tolle* [c] *grabatum tuum, & vade. Et* [d] *Jacobus secutus est Jesum.* c. 2. ℣℣. 3. 11. 14.

VI. *Non est opus sanis medicus, sed malè habenti-*

NOTÆ.

* Totidem Capitula præfert Ms. cod. Sangerm. n. 15. ann. circ. 900. Quoniam verò in hoc insigni codice dissimilitudines sunt non paucæ, has, si non omnes, saltem præcipuas, haud prætereundas duximus. Ac primò quidem Titulus sic mutatur: *Incipit Capitulatio secundùm Marcum.*

[a] Ms. Sangerm. 15. *super eum Spiritus, & fuit,* &c.

[b] Ms. Sang. *sanavit.*

[c] Ms. Sang. *lectum tuum,* absque seq. *& vade.*

[d] Ms. Sang. *Jacobus secutus est eum.* Qui autem hîc vocatur *Jacobus*, in Vulgata cùm Marci II. 14. tum Lucæ 5. 27. *Levi* nominatur. *Vidit*, inquit Marcus, *Levi Alphæi sedentem ad telonium.* Sed in textu nostro Colb. habetur: *Vidit Jacobum Alphæi sedentem ad teloneum.* Vide inf. Not. ad hunc Marci locum.



Digitized by Google

*bus. Et non possunt jejunare filii sponsi, sponso præsente.* c. 2. ✠✠. 17. 19.

VII. [a] *Discipuli vellentes spicas sabbatis manducabant.* c. 2. ✠. 23.

VIII. [b] *Et in synagoga hominem habentem manum aridam sanavit.* c. 3. ✠. 1.

IX. [c] *Et cùm multos infirmos sanavit, Apostolos nominatim vocavit.* c. 3. ✠✠. 9. 16. seqq.

X. *Omne regnum adversùm se divisum non stabit. Et qui dixerit in Spiritu [d] sancto, non remittetur ei. Et hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris mei.* c. 3. ✠✠. 24. 29. 35.

XI. *Ecce exiit qui seminat, seminare; & dum seminat, &c.* c. 4. ✠✠. 3. 4.

XII. *Homo misit semen: & cùm dormit, exiit semen, & fecit spicam, & [e] mittit falcem.* c. 4. ✠✠. 26. 27. seqq.

XIII. *Et dormiens in navicula Jesus, [f] facta tempestate, excitatus compescuit ventum & mare.* c. 4. ✠✠. 37. 38. seqq.

XIV. [g] *In regione Gerassenorum hominem à legione dæmoniorum mundavit.* c. 5. ✠✠. 1..... 20.

XV. [h] *Et cùm filiam principis à mortuis salvaret, mulierem à profluvio sanguinis sanavit.* c. 5. ✠✠. 22. 23. 25. seqq.

XVI. [i] *Non est propheta acceptus in patria sua.* c. 6. ✠. 4.

XVII. *Et misit Jesus discipulos xii.* [k] *ut prædicarent, & curarent infirmos.* c. 6. ✠. 7.

XVIII. [l] *Et Herodes decollavit Johannem. Et venerunt discipuli ad Jesum, & refecit eos.* c. 6. ✠✠. 17. seqq. 30..... 37. seqq.

XIX. *De quinque panibus in v. millia hominum.* c. 6. ✠✠. 38. 39. seqq.

XX. *Ubi super fluctus maris* [m] *ambulabat; & infirmos sanavit.* c. 6. ✠✠. 48. 56.

XXI. [n] *Non lotis manibus edere, non communicat hominem.* c. 7. ✠✠. 15. 18. 23.

XXII. *Non licet tollere panem filiorum, &* [o] *mittere canibus; & mundavit puellam à dæmonio.* c. 7. ✠✠. 27. 29. 30.

XXIII. *Hominem surdum & mutum sanavit, ut audiret & loqueretur.* c. 7. ✠✠. 32. 33. &c.

XXIV. *De vii. panibus in iv. millia hominum.* c. 8. ✠. 5. seqq.

XXV. [p] *Cavete à fermento Pharisæorum. Et cæcus dixit: Video homines sicut arbores ambulantes.* c. 8. ✠✠. 15. 24.

XXVI. [q] *Et dixit Jesus: Quem esse me dicunt homines? Et dixit: Qui vult me sequi, tollat crucem suam.* c. 8. ✠✠. 27. 34.

XXVII. *Et in monte visi sunt cum Jesu Moyses & Helias.* c. 9. ✠. 4.

XXVIII. *Puerum à dæmonio mundavit, quem discipuli ejicere non potuerunt.* c. 9. ✠✠. 18..... 25. seqq.

XXIX. *Dixit Johannes: Vidimus quemdam ejicientem dæmonia, qui non sequitur nobiscum.* [s] *Et de manu, & de pede, & oculo eruendo.* c. 9. ✠✠. 38. 43. 45. 47.

XXX. *Non debere dimitti uxorem. Et debere suscipere regnum Dei* [r] *viriliter.* c. 10. ✠✠. 7. 8. 9. &c. 15.

XXXI. *Qui pecunias habent, difficilè intrabunt in regnum cœlorum.* c. 10. ✠. 23.

XXXII. *Qui voluerit in vobis esse primus, erit omnium servus.* c. 10. ✠. 44.

XXXIII. [f] *Quemdam cæcum sedentem secus viam illuminavit Jesus.* c. 10. ✠. 46. seqq.

XXXIV. [t] *Sedenti Jesu super pullum asinæ, turba clamabant, Osanna.* c. 11. ✠✠. 7. 8. 9.

XXXV. [u] *Cùm malediceret Jesus arborem ficus. Et vendentes ejiciebat de templo.* c. 11. ✠✠. 13. 14. 15.

XXXVI. [x] *Et: Baptismum Johannis de cœlo fuit; an ex hominibus?* c. 11. ✠. 30.

XXXVII. *De vinea, & colonis, qui occiderunt hæredem.* c. 12. ✠✠. 1. 2. seqq.

XXXVIII. *Reddite* [y] *quæ Dei sunt, Deo; & quæ Cæsaris, Cæsari.* c. 12. ✠. 17.

XXXIX. *De septem fratribus,* [z] *qui unam uxorem habuerunt. Et debere diligere Deum, & proximum.* c. 12. ✠✠. 20. 30. 31.

XL. *Et cùm interrogaret de Christo, cujus filius sit, dixit: Cavete ab Scribis.* c. 12. ✠✠. 35. 38.

XLI. [aa] *Et laudavit Jesus viduam, quæ miserat quadrantem in gazophylacio, in dona Dei.* c. 12. ✠✠. 42. 43.

XLII. [bb] *Et cùm diceret de lapidibus templi, designavit novissimum tempus.* c. 13. ✠✠. 2. 3. seqq.

XLIII. [cc] *Et mulier quædam perfuderat Jesum unguento. Abiit Judas ut traderet eum. Et manducavit Jesus cum discipulis pascha.* c. 14. ✠✠. 3. 10. 12.

XLIV. [dd] *Dixit Jesus: Hoc corpus meum, & sanguis meus, qui pro multis effundetur.* c. 14. ✠✠. 22. 23. 24.

XLV. [ee] *Et cùm dixisset Petro: Ter me negabis: ait: Orate, ne veniatis in tentationem.* c. 14. ✠✠. 30. 38.

XLVI. [ff] *Cùm duceretur Jesus ad Caipham, quidam sequebatur amictus sindone: & ductus est Jesus ad passionem.* c. 14. ✠✠. 46. 51. c. 15. ✠. 20. seqq.

XLVII. [gg] *Post resurrectionem apparuit Jesus Apostolis, & dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvabitur: qui non crediderit, damnabitur. Et receptus est in cœlis Dominus Jesus.* c. 16. ✠✠. 14. 15. 16. 19.

## Notæ.

[a] Mſ. S. Germ. *Ubi discipuli evellent spicas sabbato.*

[b] Mſ. S. Germ. *Ubi in synagoga manum aridam sanat.*

[c] Mſ. S. Germ. *Ubi multos curavit..... & Apostolos*, &c.

[d] In Mſ. S. Germ. deest *sancto.*

[e] Mſ. S. Germ. *misit.*

[f] Mſ. Sang. detracto isto, *facta tempestate;* subdit, *excitatur, & comp.* &c.

[g] Mſ. S. Germ. *Ubi in reg. Gerasenorum hominem à legione dæmonum liberavit.*

[h] Mſ. Sangerm. *De filia principis, quam à morte suscitat: & mulierem à..... sanat.*

[i] In Mſ. Sangerm. hoc præmittitur, *Ubi dicit;* exinde: *Non est*, &c. quæ supra.

[k] Mſ. S. Germ. *prædicare, & curare.*

[l] Mſ. Sang. *Ubi Herodes*, &c.

[m] Mſ. Sang. *ambulavit..... curavit.*

[n] Mſ. Sang. *Ubi non lotis*, &c. quæ supra.

[o] Mſ. Sang. *dare.*

[p] Mſ. Sang. *Ubi dicit: Cavete*, &c.

[q] Mſ. Sang. *Ubi interrogat Jesus: Quem me dicunt esse homines? Et dicit: Qui*, &c.

[r] Mſ. Sangerm. *ut puer*, loco *viriliter;* meliùs.

[f] Mſ. Sang. *Ubi quemdam.*

[t] Mſ. Sang. *Ubi sedentem Jesum..... turbæ clamant*, &c.

[u] Mſ. Sang. *Ubi arborem fici maledicit. Et vendentes ejicit*, &c.

[x] Mſ. Sang. *Ubi interrogat: Baptisma*, &c.

[y] Mſ. Sang. *quæ Dei, Deo; & Cæsari, Cæsaris.*

[z] Mſ. Sangerm. *Qui una uxorem.*

[aa] In Mſ. Sangerm. *Ubi viduam laudat, quæ misit quadrantem in gazophylacio;* nec plura.

[bb] Mſ. Sang. *Ubi dicit de lapid. & designat*, &c.

[cc] Mſ. Sang. *Ubi mulier perfundit..... Et abiit Judas*, &c.

[dd] Mſ. Sangerm. *Ubi dicit Jesus: Hoc est corpus, & sanguis meus;* absque seqq.

[ee] Mſ. Sang. *Ubi dicit Petro..... & ait: Orate, ne intretis*, &c.

[ff] Mſ. Sang. *Ubi ducitur Jesus..... & ductus est ad*, &c.

[gg] Mſ. Sang. *Ubi post resurr..... Et receptus est in cœlis Deus.* Extremò ita: *Explicit secundùm Marcum.*

Digitized by Google

# *SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

## CAPUT PRIMUM.

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 1. INITIUM Evangelii Jesu Christi, Filii Dei. | 1. INITIUM Evangelii Jesu Christi, Filii Dei. |
| Mal. 3. 1. 2. Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. | 2. Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. |

Ex Ms. Colbert. num. 4051. annor. circiter 600. opt. nota.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ms. Sangerm. prior n. 15. hunc habet titulum: *Incipit secundùm Marcum.* Corb. 1. & Cantabrig. *Incipit Evangelium secundùm Marcum.* S. Gat. *Item incipit Evang. secundùm Marcum.* Maj. Mon. *Item nunc orditur Evangelium Jesu Christi.* Græc. Τὸ κατὰ Μαρκὸν Εὐαγγέλιον. In Cantabrigiensi codice, sicut in altero Corbeiensi, ordo Evangeliorum mutatur: quippe in his duobus Matthæi Evangelium proximè sequitur τὸ secundùm Johannem; tertio loco ponitur τὸ secundùm Lucam; ultimo, secundùm Marcum. Colbertinus noster, & alii morem usitatum retinent: imò Sangerm. 15. initio Marci hos versus quatuor præfert:

*Matthæus instituit virtutum tramite mores,*
*Et benè vivendi justo dedit ordine leges.*
*Marcus fremit ore Leo, similisque rudenti*
*Intonat æternæ pandens mysteria vitæ.*

℣. 1. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. unà cum Græco. S. Gat. verò, & Maj. Mon. habent: *Initium Evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Irenæus l. 3. c. 10. & 16. pp. 187. c. 205. c. *Marcus initium Evangelicæ conscriptionis fecit sic: Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei.* Concinit Ambros. l. 10. in Luc. col. 1529. d. Hieron. autem l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. f. ait: *Marcus ita suum orditur Evangelium: Principium Evangelii Jesu Christi:* deinde: *Sicut*, &c. de ℣. seq. & in Malach. 3. to. 3. 1823. e. 1824. a. *Initium Evangelii Jesu Christi. Sicut*, &c. at in Matth. 2. to. 4. 10. f. *Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei.*

℣. 2. Ita Ms. aureus S. Martini Turon. ad verbum. Cantabrig. *Sicut scriptum est in Esaiam prophetam: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparavit viam tuam:* dein: *Vox*, &c. Sangerm. 1. verò: *Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto ang. meum ante faciem tuam, qui præparavit viam tuam ante te.* Corb. 1. *Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto ang. meum ante te, & ante faciem tuam, qui præparavit viam meam ante te.* Similiter habent S. Germ. 2. & Corb. 2. *Ecce mitto*, absque pronom. *ego*; cæt. ut in Vulgata. Eidem suffragantur codd. S. Gat. & Maj. Mon. Græc. Ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· Ἰδοὺ ἐγὼ, &c. ut in Vulg. quidam verò Mss. ferunt, ἐν Ἠσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· in paucis deest ἐγὼ, sicut ult. ἔμπροσθέν σου in Cantabrig. Græc. necnon Syr. Copt. Pers. Æthiop. Origenes etiam to. 7. in Joh. p. 118. scribit Evangelistam, compendio Prophetæ verborum facto, omisisse ἔμπροσθέν σου. Irenæus l. 3. c. 11. p. 191. b. legit: *Quemadmodum scriptum est in Esaia propheta:* at infra, c. 16. p. 205. c. *Quemadmodum scriptum est in prophetis:* similiter habet c. 10. p. 187. c. & addit: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vox*, &c. tum monet Marcum *manifestè initium Evangelii esse* dicere *sanctorum prophetarum voces:* quod firmat lectionem istam *in prophetis.* Hieron. autem l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. f. legit: *Sicut scriptum est in Isaia propheta*, &c. ut in Vulg. sed addit: *Hoc exemplum ex duobus prophetis compositum est, de Malachia videlicet, & Isaia: nam primum quod dicitur*, Ecce ego mitto... viam tuam ante te, *in Malachiæ fine* (3. 1.) *scriptum est: sequens autem quod infertur*, Vox clamantis in deserto, *&c. in Isaia* (40. 3.) *legimus:* similiter in Malach. 3. to. 3. 1823. e. *Marcus*, inquit, *Evangelista duo testimonia Malachiæ & Isaiæ sub unius prophetæ sermone contexens, ita exorsus est: Initium Evangelii....... Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto..... qui præparabit viam tuam;*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 3. Vox clamantis in deſerto : Parate viam Domino, rectas facite ſemitas Dei noſtri.

* Omnis vallis replebitur : & omnis mons, & collis humiliabitur : & omnia prava erunt recta, & aſpera in planitiem. Et videbitur gloria Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri : quoniam Deus locutus eſt. Vox dicentis : Clama. Et dixit : Quid clamabo? Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus ſicut flos feni : aruit fenum, & flos decidit : Verbum autem Domini manet in æternum.

4. Fuit Johannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

5. Et veniebat ad illum omnis Judææ regio, & omnes Jeroſolymitæ, & baptizabantur ab illo in Jordane, confitentes peccata ſua.

6. Erat autem Johannes ipſe indutus pilos cameli, & zona pellicia circa lumbos ejus, locuſtas, & mel ſilveſtre edens. Qui prædicabat dicens :

7. Venit fortior me poſt me : cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus.

8. Ego baptizo vos in aqua, ipſe autem baptizabit vos in Spiritu ſancto.

9. Et factum eſt : in illis diebus venit Jeſus à Nazareth Galilææ : & baptizatus eſt ab Johanne in Jordane.

10. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit aperiri

VULGATA NOVA.

3. Vox clamantis in deſerto : Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Iſai. 40. 3. Matth. 3. 3. Luc. 3. 4. Joan. 1. 23.

4. Fuit Joannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

5. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata ſua. Matth. 3. 5.

6. Et erat Joannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ejus, & locuſtas, & mel ſilveſtre edebat. Et prædicabat dicens : Matth. 3. 4. Levit. 11. 22.

7. Venit fortior me poſt me : cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Matth. 3. 11. Luc. 3. 16.

8. Ego baptizavi vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto. Joan. 1. 27.

9. Et factum eſt : in diebus illis venit Jeſus à Nazareth Galilææ : & baptizatus eſt à Joanne in Jordane. Act. 1. 5. 2. 4. 11. 16. & 19. 4.

10. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cœ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& in Matth. 2. to. 4. 10. f. ait : *Porphyrius iſtum locum Marci Evangeliſtæ principio comparat, in quo ſcriptum eſt :* Initium Evangelii... Sicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta : Ecce mitto..... qui præparabit viam tuam. Vox, &c. *Cùm enim teſtimonium de Malachia Iſaiaque contextum ſit, quærit quomodo velut ab uno Iſaia exemplum putemus aſſumptum. Cui eccleſiaſtici viri pleniſſimè reſponderunt. Nos autem nomen Iſaiæ putamus additum ſcriptorum vitio, quod & in aliis locis probare poſſumus, aut certè de diverſis teſtimoniis Scripturarum unum corpus effectum : lege xiii. Pſalmum, & hoc idem reperies.* Tertul. l. contra Jud. c. 9. p. 143. a. legit : *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Ambr. l. 1. in Luc. col. 1263. a. *Ecce mitto angelum meum.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 732. a. *Ecce mitto..... ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te.*

℣. 3. Mſs. Cantabrig. Corb. 2. Maj. Mon. & S. Mart. Turon. *Vox clamantis in deſerto : Parato viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri.* S. Germ. ambo initio ferunt : *Et iterum : Vox clamantis*, &c. & in fine S. Germ. 1. *ſemitas ejus ;* S. Germ. 2. verò, *ſemitas Dei noſtri.* Corb. 1. & S. Gat. Vulgatæ conſonant unà cum Græco. Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. c. ex Marco : *Vox clamantis in deſerto : Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ante Deum noſtrum.* At Hieron. in Malach. 3. to. 3. 1823. e. dicit : *Pro eo quod Lxx. tranſtulerunt :* rectas facite ſemitas Dei noſtri : *Marcus Lucaſque dixerunt : rectas facite ſemitas ejus :* vide etiam l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. f.

* Hæc tota nullo alio leguntur in codice Evang. præter Colbertinum. Huc tranſlata videntur fuiſſe partim ex Iſaiæ capite 40. ℣℣. 4. 5. 6. 7. & 8. partim ex Lucæ 3. ℣℣. 5. 6.

℣. 4. Conſonant Mſs. S. Germ. 1. Corb. duo, S. Gat. &c. ſicut etiam S. Germ. 2. & Cantabrig. niſi quòd legunt *in remiſſione.* Græc. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, &c. ut in textu. Tertul. l. de Bapt. c. 10. p. 390. b. *Prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem delictorum.*

℣. 5. Mſ. S. Mart. Turon. *Et veniebat ad eum omnis regio Judææ, & omnes Jeroſolymitæ..... in Jordane*, &c. Cantabrig. *Et egrediebatur ad illum omnis Judæa regio, & Jeroſolymitæ univerſi, & baptizabantur in Jordanen ab illo, conſit.* &c. Corb. 2. *Et egrediebatur ad illum omnis regio Judææ, & omnes Jeroſolymitæ, & baptiz. ab illo in Jordane*, &c. Sangerm. 1. & Corb. 1. *Et egrediebantur ad illum omnis Judæa regio..... in Jordane flumine*, &c. Corb. 1. *Jordanne.* Sangerm. 2. *in Jordanen flumine.* Maj. Mon. *Et egrediebatur ad illum omnis Judæa*, &c. quæ in Vulg. Græc. Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, &c. Mſs. quidam initio habent ἐξεπορεύοντο ; alii Ἱεροσολυμῖται πάντες, καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ, &c.

℣. 6. Mſ. S. Martini Turon. ſimpliciter habet : *Erat autem Joh. ipſe indutus pilis cameli ; locuſtas, & mel ſilveſtre edebat. Qui prædicabat dicens.* Corb. 2. *Erat autem Johannes indutus pilos cameli, & lucuſtas, & mel ſilveſtre edens. Qui prædicabat dicens.* Cantabrig. *Et erat Johannes veſtitus pilos camelli, & edebat lucuſtas, & mel ſilveſtre. Et dicebat illis.* Corb. 1. Vulgatæ conſonat, ſicut etiam S. Germ. 1. niſi quòd ſcribit *pilos cameli, & zona pellicia..... & locuſta.* S. Germ. 2. *zona pellicia circa lumbos ſuos, locuſta, & mel*, &c. Similiter codd. S. Gat. & Maj. Mon. *circa lumbos ſuos.* Græc. Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας, καὶ μέλι ἄγριον. Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων. Mſ. Cantabrig. Græcus delet καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ.

℣. 7. Mſ. S. Mart. Turon. ſimpliciter : *Veniet fortior me : cujus non ſum dignus ſolvere corrig.* &c. S. Germ. 1. *Quoniam venit fortior me poſt me*, &c. ut in textu Colb. S. Germ. 2. verò, Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ omnino ſimiles, ſicut & Græcum : Mſ. 1. tamen delet κύψας, *procumbens ;* & in quibuſdam eſt ſingulariter τοῦ ὑποδήματος, *calceamenti.* In Cantabrig. verſus hic & ſequens invertuntur hoc modo : *Ego quidem vos baptizo in aqua : veniet autem poſt me fortior me : cujus non ſum dignus ſolvere corregiam calceamentorum ejus : ipſe vos baptizavit in Spiritu ſancto.* Similiter in Corb. 2. *Ego quidem baptizo vos in aquam : veniet fortior me : cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus : ipſe vos baptizavit in*, &c. Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1326. e. *cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamenti ejus.*

℣. 8. Textui Colb. accinunt Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 1. niſi quòd hab. *ille autem baptizabit*, &c. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Ego baptizavi vos in aqua, ille verò*, &c. Mſ. S. Mart. Turon. *Ego quidem baptizo vos in aqua, ipſe autem baptiz. vos in*, &c. Græcè ſimiliter : Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ..... ἐν Πνεύματι, &c. Mſ. unus delet μὲν, cum Syr. & Æthiop. quidam ferunt βαπτίζω ἐν ὕδατι· alii delent ἐν ; quidam addunt in fine, καὶ πυρί, *& igne.*

℣. 9. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Et factum eſt : in diebus illis venit..... & baptizatus eſt in Jordanem ab Johanne.* S. Germ. 2. *in Jordanen à Johanne.* S. Mart. Turon. *Factum eſt autem : in illis diebus & venit..... & baptizatus eſt in Jordane ab Johanne.* Corb. 2. *Factum eſt autem : in diebus illis venit..... & baptizatus eſt in Jordannen à Johannem.* Cantabrig. *Et factum eſt : in illis diebus..... & baptiz. eſt in Jordanen ab Johannen.* Græc. Καὶ ἐγένετο· ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις...... καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην· al. ἐν τῷ Ἰορδάνῃ.

℣. 10. Mſ. Cantabrig. *Et aſcendens de aqua, vidit aper-*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Luc. 3. 22. los apertos, & Spiritum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso.

Joan. 1. 32. 11. Et vox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Matth. 4. 1. 12. Et statim Spiritus expulit eum in desertum.

Luc. 4. 1. 13. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à satana: eratque cum bestiis, & angeli ministrabant illi.

Matth. 4. 12. 14. Postquam autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium

Luc. 4. 14. regni Dei,

Joan. 4. 43. 15. & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquavit regnum Dei: pœnitemini, & credite Evangelio.

Matth. 4. 18. 16. Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem ejus, mit-

Luc. 5. 2. tentes retia in mare, (erant enim piscatores,)

17. & dixit eis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

18. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum.

19. Et progressus inde pusillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & ipsos componentes retia in navi:

20. & statim vocavit illos. Et relicto patre

## VERSIO ANTIQUA.

cœlos, & Spiritum tanquam columbam descendentem super illum. Ex Ms. Colbert.

11. Et vox facta est de cœlo, dicens: Tu es filius meus charissimus, in te complacui.

12. Et protinus Spiritus expulit eum in desertum.

13. Et erat in deserto diebus quadraginta, & noctibus quadraginta: & tentabatur à satana: & erat cum bestiis, & angeli ministrabant ei.

14. Et factum est postquam traditus est Johannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium Dei:

15. Quoniam adimpleta sunt tempora, & appropinquavit regnum Dei, dicens: pœnitemini, & credite in Evangelium Dei.

16. Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem ejus, retia jactantes in mare (erant enim piscatores.)

17. Dicit ergo illis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

18. Illi verò relictis omnibus, secuti sunt eum.

19. Et egressus inde pusillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem ejus, in nave componentes retia:

20. & vocavit illos. Qui statim relicto patre suo

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tos cælos, & Spiritum tanquam columbam descendentem in ipsum.* S. Mart. Turon. *Ascendens autem de aqua, vidit apertos cælos, & Spiritum tanquam columbam descendentem super illum.* S. Germ. 1. & Corb. 1. *Ascendens autem de aqua, vidit apertos cælos, & Spiritum..... descendentem, & manentem in ipsum;* Corb. 1. *in ipso.* Corb. 2. *Ascendens autem..... vidit cælos apertos, & Spiritum..... descendentem super illum, & manentem in ipso.* S. Germ. 2. *& Spiritum Dei*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν. Pers. Arab. Æthiop. delent initio εὐθέως; subinde Mss. nonnulli ferunt ἐκ τοῦ ὕδατος· tum alii, εἶδε ἠνοιγμένους τοὺς οὐρανούς· unus addit, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· alius, Πνεῦμα ἅγιον· extremò quidam, καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ᾽ αὐτὸν· al. εἰς αὐτόν. Ambr. in Ps. 118. col. 1119. c. *vidit Spiritum sanctum descendentem de cælo sicut columbam, & manentem super eum.*

℣. 11. Ms. S. Mart. Turon. *Et vox de cælis, dicens: Tu es filius meus charissimus, in te complacui.* Itidem Corb. 2. detracto uno *dicens*. Cantabrig. *Et vox de cælis: Tu es filius meus dilectus, in quem complacui.* S. Germ. 1. *Et vox de cælis audita est: Tu es filius meus dilectus, in quo bene complacui.* S. Germ. 2. *in te bene complacui.* Græc. ἐν ᾧ εὐδόκησα· cæt. ut in Vulgata; Mss. plures, ἐν σοὶ εὐδόκησα· quidam post vocem *cælis*, subdunt λέγουσα, *dicens*. Apud Hilar. l. 6. de Trin. col. 896. d. *Tu es filius meus.* Apud Ambros. in Ps. 43. col. 892. d. *Filius meus tu es, in te complacui.*

℣. 12. Ms. S. Mart. Turon. nil omnino differt à textu Colbertino. Corb. 2. habet: *Et protinus Spiritus tulit in deserto.* S. Germ. 1. *Et statim Spiritus expulit illum in deserto;* Corb. 1. *expellit in desertum;* S. Gat. *emisit eum in deserto.* Cantabrig. *Et statim Spiritus sanctus ejecit eum in deserto.* S. Germ. 2. ac Maj. Mon. ut in Vulgata. Græcè: Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν, &c. Ms. unus, ἐξέβαλε; quidam addunt τὸ ἅγιον, ad vocem *Spiritus*.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Et erat in deserto quadraginta diebus: & tentabatur à Satana: & erat cum bestiis, & angeli ministrabant ei.* Similiter habet Ms. S. Martini Turon. cum Corb. 2. S. Germ. 1. verò & Corb. 1. addunt, *& quadraginta noctibus;* deinde, *& tentabatur à satanan;* S. Germ. 2. *à diabolo.* Græc. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, &c. Mss. plures delent ἐκεῖ; paulò verò post addunt quidam, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα. Ambros. l. 2. in Luc. col. 1298. e. *cum bestiis erat, & angeli ministrabant ei.* Juvencus l. 1. p. 58. d. eadem sic reddit:

*Tum petit umbrosos montes, & lustra ferarum,*
*Obsequiumque illi Patris præbere ministri*
*Certabant: rabidi mox livor dæmonis ater*
*Cum terrore rapit mentem, nec defuit ægro*
*Tentandi interea Christum versutia fallax.*

℣. 14. Ms. S. Mart. Turon. concinit cum textu Colbertino. Corb. 2. verò initio habet: *Postquam traditus est Johannes;* extremòque, *prædicans Evangelium Dei.* S. Germ. 1. & Cantabrig. *Sed postquam traditus est Johannes..... prædicans Evangelium regni Dei.* S. Gat. delet *Dei*. Corb. 1. S. Germ. 2. & Maj. Mon. ut in Vulgata; cui etiam Græcum favet: in Mss. tamen nonnullis deest vox penult. βασιλείας, *regni*.

℣. 15. Mss. Cantabrig. & S. Germ. 1. *dicens: Quoniam impleta sunt tempora, & adpropiavit regnum Dei: pænitemini, & credite in Evangelio.* Corb. 2. *dicens: Quoniam adimpleta sunt tempora, & adpropiavit regnum Dei: pænitemini, & credite in Evangelium.* Codex aureus S. Mart. Turon. ipso initio habet: *Quoniam adimpleta sunt tempora, & adpropinquavit*, &c, quæ in Vulgata. Corb. 1. verò, S. Germ. 2. & S. Gat. ut in ipsa ad verbum. Ita quoque in Græco. Hesych. apud August. epist. 198. to. 2. 740. b. 746. b. *pænitentiam agite, completa sunt tempora, credite Evangelio;* Mss. *in Evangelio*, è Gr. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

℣. 16. Ms. S. Germ. 2. habet, *Simonem Petrum, & Andream.* Cantabrig. *Simonem, & Andream..... mittentes retias in mare (erant autem piscatores.)* Corb. 2. *jactantes retiam in mare*, &c. Cæteri codd. Vulgatæ congruunt. Græc. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν..... εἶδε Σίμωνα, καὶ Ἀνδρέαν..... βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἦσαν γὰρ, &c. Mss. plures initio ferunt: Καὶ παράγων παρὰ τὴν, &c. quidam inf. βάλλοντας τὰ δίκτυα· dein aliqui, εἰς τὴν θάλασσαν. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 12. col. 175. c. ita ex Marco: *Invenit Jesus Simonem Petrum, & Andream fratrem ejus juxta mare Galilaæ, componentes retia; & ait:* vide inf. ℣. 19.

℣. 17. Mss. Cantabrig. S. Germ. 2. & Corb. 2. *& dixit illis Jesus*, &c. quæ supra. Alii, *& dixit eis*, &c. Corb. 1. solus, *& faciam fieri piscatores*, &c. Græc. καὶ εἶπεν αὐτοῖς... καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι, &c. à Mss. quibusdam abest γενέσθαι. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 12. col. 175. c. similiter: *& ait illis: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.*

℣. 18. Ms. S. Germ. 1. *Et protinus relictis retiis suis*, &c. Corb. 2. *Et protinus relictis omnibus*, &c. Cantabrig. *Et statim relictis omnibus*, &c. Alii Mss. codd. ut in Vulgata. Gr. Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν, &c. Cantabrig. Græcus habet πάντα, loco δίκτυα αὐτῶν, ut in Latino.

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. *Et progressus pusillum vidit Jacobum..... & ipsos in navi componentes retia.* Similiter habent Corb. 1. S. Mart. Tur. & S. Germ. 2. præposito uno *inde*, voci *pusillum*. Ita quoque in Græco est. Corb. 2. tollit *inde;* paulòque post legit, *& ipsos in navicula aptantes retiam.* Cantabr. *Et progressum pusillum, vidit..... & ipsos in navi componentes retiam.* S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata. In Syr. Arab. & Pers. initio deest *inde*.

℣. 20. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colbert. alii codd. Vulgatæ congruunt; Cantabrig. tamen initio habet, *& continuò vocavit illos;* cæt. ut in Vulg. Græcè pariter:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. Zebedæo in navicula cum mercenariis, ſecuti ſunt eum.

21. Et ingrediens cum eis ſabbatis in ſynagogam Capharnaum, docebat populum.

22. Et ſtupebant omnes ſuper doctrinam ejus: erat enim docens eos, ut poteſtatem habens, non ſicut Scribæ eorum.

23. Erat autem homo in ſynagoga habens ſpiritum immundum: & exclamavit,

24. dicens: Quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene: veniſti huc perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei.

25. Et comminatus eſt ei Jeſus, dixitque ei: Ommuteſce, & exi ab homine, ſpiritus immunde.

26. Et exclamavit voce magna, & diſcerpens eum ſpiritus immundus, exiit ab eo.

27. Et mirati ſunt omnes, & conquirebant inter ſe dicentes, quænam eſſet hæc doctrina, in poteſtate, quam ſpiritibus immundis imperat, & obaudiunt illi.

28. Et proceſſit rumor iſte in omnem regionem illam Galilææ.

29. Egreſſus autem inde de ſynagoga Jeſus, venit in domum Simonis, & Andreæ, & Jacobi, & Johannis.

30. Accumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & retulerunt illi de illa.

31. Ille verò veniens, apprehendit manum e-

VULGATA NOVA.

ſuo Zebedæo in navi cum mercenariis, ſecuti ſunt eum.

21. Et ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam, docebat eos. Matth. 4. 13.

22. Et ſtupebant ſuper doctrina ejus: erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ. Luc. 4. 31. Matth. 7. 28.

23. Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamavit, Luc. 4. 32.

24. dicens: Quid nobis, & tibi Jeſu Nazarene: veniſti perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei.

25. Et comminatus eſt ei Jeſus, dicens: Obmuteſce, & exi de homine.

26. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo.

27. Et mirati ſunt omnes, ita ut conquirerent inter ſe dicentes: Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc nova? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.

28. Et proceſſit rumor ejus ſtatim in omnem regionem Galilææ.

29. Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Jacobo & Joanne. Matth. 8. 14. Luc. 4. 38.

30. Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa.

31. Et accedens elevavit eam, apprehenſa

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ϗ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτὺς. Καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ..... ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτῦ· quidam initio detracta voce εὐθέως, poſtpaulò hab. Καὶ εὐθὺς ἀφέντες, &c.

℣. 21. Mſ. S. Germ. 1. *Et ingrediuntur Capharnaum: & ſabbatum ſtatim ingreſſus in ſynagoga, docebat eos.* Sic etiam in Cantabrig. & S. Gat. excepto uno *ſtatim ſabbato*, loco *ſabbatum ſtatim.* Maj. Mon. *& ſtatim ſabbatis introgreſſus in ſynagogam*, &c. S. Germ. 2. delet *ſabbatis;* Corb. 1. verò hab. *ingreſſus ſynagogam*, cum Mſ. S. Mart. Turon. Corbeienſis 2. ut in Vulgata. Eidem etiam Græc. favet, præterquam quòd ſcribit εἰς Καπερναὺμ, tollitque *eos* in fine, poſt *docebat.* Mſs. quidam legunt Καφαρναὺμ; & Armen. ἐδίδασκε αὐτὺς.

℣. 22. Mſ. S. Germ. 1. cum Corb. 1. *Et ſtupebant ſuper doctrinam ejus;* reliqua ut in Vulg. Similiter in Corb. 2. niſi quòd ſubjicitur, *erat enim docens eos, ut poteſtatem habens.* S. Germ. 2. *erat autem docens eos, quaſi poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.* S. Gat. *& non ſicut Scribæ, & Phariſæi.* Cantabrig. *Et obſtupeſcebant ſuper doctrinam ejus: erat enim..... quaſi poteſtatem habens, non quaſi Scribæ.* Maj. Mon. & S. Mart. Turon. Vulgatæ ſimiles, ſicut & Græcum: ſed Mſs. quidam addunt πάντες, ad verbum ἐξεπλήσσοντο, *ſtupebant;* ut & alii plures αὐτῶν, ad nomen *Scribæ*, detracta præced. conjunct. *καί.*

℣. 23. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 2. cum Cantabrig. *Et erat in ſynagoga homo in ſpiritu immundo*, &c. Maj. Mon. *Et erat in ſynagoga Judæorum homo in ſpiritu*, &c. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Mart. & S. Gat. ut in Vulgata; cui etiam Græcum favet.

℣. 24. Mſ. Cantabrig. *dicens: Quid nobis, & tibi Jeſus Nazorenæ: veniſti perdere nos? ſcio qui ſis*, &c. Corb. 2. & Maj. Mon. *ſcio te qui ſis*, &c. S. Germ. 2. *dicens: Scio te qui ſis, Sanctus Dei es;* nec plura exhibet. Alii Mſs. codd. Vulgatæ conſonant. Græc. λέγων· Ἔα, τί ἡμῖν, ϗ σοὶ Ἰησῦ Ναζαρηνέ· ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, &c. ut in Vulg. al. deeſt Ἔα; cod. unus ſcribit, Ναζωρηνέ; & inf. quidam, οἴδαμεν. Iren. l. 4. c. 6. p. 234. d. *ſcimus te qui es, Sanctus Dei.* Tertul. l. contra Prax. p. 857. a. *ſcimus qui ſis, Filius Dei.* Ambroſ. epiſt. 22. col. 880. a. *ſcio te quis ſis, tu es Filius Dei vivi.* Paulin. vita Ambroſ. to. 2. p. v. b. *ſcimus te quia ſis Dei Filius.* Auguſt. in Joh. 1. to. 3. 343. f. *Quid nobis, & tibi eſt: veniſti ante tempus perdere nos? ſcimus qui ſis, Sanctus Dei.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 746. c. *ſcito te qui ſis, tu Sanctus Dei.* Vide Luc. 4. 34.

℣. 25. Mſ. S. Germ. 1. *Et comminatus eſt ei, dicens: Obmuteſce, & exi ab homine, ſpiritus immunde.* Similiter habent Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. addito nomine *Jeſus*, ad *comminatus eſt.* S. Germ. 2. & Corb. 2. *& exi de homine, ſpiritus immunde.* Cantabrig. *Et comminatus eſt ei, dicens: Ommuteſce, & exi de homine, ſpirite immunde.* Gr. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, λέγων· Φιμώθητι, ϗ ἔξελθε ἐξ αὐτῦ, al. ἐκ τῦ ἀνθρώπυ. Cantabrig. Græc. addit, πνεῦμα ἀκάθαρτον· addunt pariter Goth. & Æthiop. Item Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 517. e. *Obmuteſce, & exi immunde ſpiritus.*

℣. 26. Mſ. Cantabrig. *Et exiit ſpiritus immundus, diſcerpens eum: & clamans voce magna, diſceſſit ab eo.* Corb. 2. *Et exiit diſcerpens eum ſpiritus immundus: & exclamans voce magna, diſceſſit ab eo.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græc. Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, ϗ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτῦ· al. ϗ κράξας φωνῇ, &c.

℣. 27. Ita Mſ. Colb. *in poteſtate, quam*, fortaſſe pro *quoniam.* Corb. 2. meliùs: *Et mirati ſunt omnes, & conquirebant, quænam eſſet hæc doctrina poteſtatis: quoniam ſpiritibus immundis imperat, & obaudiunt ei.* Cantabrig. *Et mirabantur omnes, & conquirebant inter ſe dicentes: Quænam eſt doctrina iſta nova, hæc poteſtas? quia & ſpiritibus immundis imperat, & obaudiunt ei.* S. Germ. 1. *Et mirati ſunt omnes, ita ut conquirerent inter ſe dicentes: Quidnam eſt hoc? quæ doctrina hæc nova? quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat*, &c. Corb. 1. & S. Mart. Turon. *quæ doctrina nova hæc? quia in poteſtate & ſpiritibus immundis imperat*, &c. S. Germ. 2. *quæ doctrina hæc nova eſt? quia in poteſtatem & ſpiritibus*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *quæ eſt doctrina hæc nova? quia in poteſtate & ſpiritibus*, &c. Græc. Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥςε συζητεῖν πρὸς αὐτὺς λέγοντας· Τί ἐςι τῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ὅτι κατ᾽ ἐξυσίαν ϗ τοῖς πνεύμασι, &c. al. deeſt, Τί ἐςι τῦτο;

℣. 28. Mſ. S. Germ. 1. *Et proceſſit iterum in omnem regionem Galilææ.* S. Germ. 2. *Et proceſſit rumor eorum ſtatim in omnem regionem Gal.* Corb. 2. *Et exiit rumor iſte in omnem reg. Gal.* Cantabrig. *Et proceſſit rumor iſte ſtatim in omnem reg. Gal.* Corb. 1. S. Gat. Maj. Mon. &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς, &c. al. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ, &c. omiſsâ voculâ εὐθύς.

℣. 29. Mſ. S. Germ. 1. *Et egreſſus de ſynagoga, venit in domum Simonis;* reliqua ut in Vulgata. Corb. 1. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. Turon. *Et protinus egrediens de ſynagoga, venerunt in*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *venit in.* Corb. 2. *Et egreſſus autem de ſynagoga Jeſus, venit*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Procedens autem de ſynagoga, venit in... cum Jacobo & Johannen.* Græc. Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον (al. ἐξελθὼν, ἦλθεν)..... μετὰ, &c.

℣. 30. Mſ. Cantabrig. *Decumbebat autem..... & continuò dicunt ei de illa.* S. Germ. 1. *& nunciaverunt ei de illa;* Corb. 2. *& retulerunt ei de illa.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο, &c. ut in Vulg.

℣. 31. Mſ. Cantabrig. *Et acceſſit, extendens manum adprehenſam elevavit: & ſtatim remiſit illam febris, & miniſtrabat ei.* Corb. 2. *Et acceſſit, elevavit eam, apprehenſa ma-*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

manu ejus : & continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis.

32. Vespere autem facto cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes :

33. & erat omnis civitas congregata ad januam.

Luc. 4. 41. 34. Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa ejiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

35. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat.

36. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant.

37. Et cùm invenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te.

38. Et ait illis : Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi prædicem : ad hoc enim veni.

39. Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia ejiciens.

Matth. 8. 2. Luc. 5. 12. 40. Et venit ad eum leprosus deprecans eum : & genu flexo dixit ei : Si vis, potes me mundare.

41. Jesus autem misertus ejus, extendit manum suam : & tangens eum, ait illi : Volo: Mundare.

## VERSIO ANTIQUA.

jus, & levavit eam : & continuò reliquit eam febris ; & surrexit, & ministrabat eis. Ex Ms. Colbert.

32. Vespere autem facto cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes variis languoribus, & eos qui dæmonia habebant :

33. & omnis civitas conveniebat ad januam ejus.

34. Et curabat multos malè habentes variis languoribus, & dæmonia multa ejecit, & non permittebat ea loqui, quoniam cognoscebant eum.

35. Et diluculo exiens, inde abiit in desertum locum, ibique orabat.

36. Et secuti sunt illum Simon, & qui cum illo erant,

37. dicentes ei : Quærebant te omnes.

38. Quibus ipse ait : Eamus in proximos vicos, & civitates, prædicare : ad hoc enim veni.

39. Et erat prædicans in synagoga omnis Galilææ, & dæmonia ejiciens.

40. Et venit ad eum leprosus, deprecans eum, & dicens : Domine, si vis, potes me mundare.

41. Jesus autem misertus est ejus : & extendens manum suam, dixit : Volo : Mundare.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nu ejus : & continuò reliquit eam febris, & ministrabat eis.* S. Germ. 1. *Et accedens, adprehensa manu ejus, elevavit eam : & continuò dimisit*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Et accedens levavit eam*, &c. ut in Vulg. Græcè : Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, ( Ms. 1. add. καὶ ἠγέρθη ) καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

℣. 32. Ms. S. Germ. 1. *Vespere autem facto, cùm decubuisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes variis languoribus, & dæmonia habentes.* Similiter in Cantabrig. exceptis his, *facta*, pro *facto ; occidisset*, pro *decubuisset ;* & *dæmo*, loco *dæmonia habentes*, f. lapsu calami. S. Germ. 2. *Vespere autem cùm occidisset sol, afferebant*, &c. ut in Vulgata ; S. Mart. Turon. & Corb. 1. *offerebant.* S. Gat. *cùm occubuisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes ;* nec subdit plura. Corb. 2. *afferebant ad eum malè habentes variis languoribus, & dæmoniis apprehensum.* Græc. ἔφερον..... πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομένους. August. in Joh. 15. to. 3. 722. c. ut in Vulgata, verbum pro verbo.

℣. 33. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. concordant cum textu Colb. Cantabrig. verò habet : *& erat tota civitas congregata ad januam ejus.* S. Germ. 2. *& omnis civitas erat congregata ad januam.* Græc. καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν· quidam addunt αὐτοῦ. August. ubi sup. *& erat omnis civitas ad januam congregata.*

℣. 34. Ms. Corb. 2. *Et curabat multos malè habentes variis languoribus, & qui dæmonia habebant, & ejiciebat illa ab eis, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.* Sangerm. 1. *Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus : & qui dæmonia habebant, ejiciebat illa ab eis, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant Christum eum esse.* Similiter habet Corb. 1. *quoniam sciebant Christum eum esse ;* S. Mart. Turon. *loqui ea, quoniam sciebant eum Christum esse ;* cætera ut in Vulgata. Cantabrig. autem legit : *Et curavit illos : & qui dæmonia habebant, ejiciebat illa ab eis, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum : & curavit multos malè habentes variis languoribus, & dæmonia multa ejiciebat.* S. Germ. 2. nil differt à Vulgata, præterquam quòd habet, *Et curabat multos..... & non sinebat eis loqui.* S. Gat. *Et curavit multos, qui vexab. variis doloribus*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις, καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν· subdunt Mss. plures, Χριστὸν εἶναι· item Ambrosiast. col. 118. e. *sciebant enim Christum ipsum esse Jesum.* Auct. quæst. N. T. apud August. to. 3. q. 66. col. 68. e. *sciebant eum ipsum esse ;* sed hæc pericope fortè desumpta est è Lucæ c. 4. ℣. 41. Apud August. in Joh. 15. to. 3. 722. d. omnia ut in Vulgata, ad hoc usque, *& non sinebat.*

℣. 35. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. 2. & Cantabrig. *Et diluculo exsurgens, abiit in desertum locum*, &c. Corb. 1. *Et diluculo valde surgens, egressus est, & abiit in desertum locum*, &c. S. Mart. Turon. *egressus est Jesus, & abiit*, &c. S. Germ. 2. *Et diluculo valde surgens, & egressus abiit*, &c. Græc. Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς, &c.

℣. 36. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. *Et consecuti sunt eum Simon*, &c. S. Mart. Turon. *Et persecuti sunt eum Simon*, &c. Cantabrig. *Et consecuti sunt eum tunc Simon, & qui cum eo erant.* S. Germ. 2. & Corb. 1. *Et persecutus est eum Simon*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Et subsecutus est eum Simon*, &c. Gr. Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων, &c. Mss. plures, κατεδίωξεν.

℣. 37. Mss. Corb. 1. & S. Mart. Turon. *Et cùm vidissent eum, dixerunt ei : Quia omnes quærunt te.* Corb. 2. S. Germ. ambo, Cantabrig. S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι πάντες ζητοῦσί σε· al. ἔλεγον, pro λέγουσιν.

℣. 38. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. *Et ait illis : Eamus in proximos vicos, & civitates, ad prædicandum : ad hoc*, &c. S. Germ. 2. *Et ait illis Jesus : Eamus*, &c. ut in Vulgata. Eidem Vulgatæ Corb. 1. Cantabrig. S. Martini Turon. S. Gat. & Maj. Mon. accinunt ad verbum. Græc. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα· Mss. quidam, Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας, καὶ εἰς τὰς πόλεις· & in fine plures, ἐλήλυθα, al. ἐξῆλθον.

℣. 39. Ms. S. Germ. 1. cum Cantabrig. *Et erat prædicans in synagogis eorum in totam Galilæam, & dæmonia ejiciens.* Ita quoque in Græco. Corb. 1. legit, *in synagogis eorum, & in omni Galilæa, dæmonia ejiciens.* Corb. 2. *in synagogis eorum, & in omnibus finibus Galilææ, & dæmonia ejiciens.* S. Germ. 2. *in synagogis eorum, & omni Galilæa : & dæmonia ejiciebat, & non sinebat eis loqui, quoniam sciebant eum :* quæ postrema huc adducta videntur ex versu supra 34.

℣. 40. Textui Colb. accinunt Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. sicut etiam Cantabrig. nisi quòd hab. *Si volueris*, loco *Domine, si vis.* S. Germ. 2. & Corb. 1. ut in Vulgata, deleto uno *ei*, post *dixit.* Ms. S. Gat. *Et venit ad eum leprosus quidam : & deprecans eum, genu flexo, dixit : Si vis*, &c. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. *dixit : Domine, si vis*, Græc. Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ· Ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαι, &c. Mss. plures delent αὐτὸν, post γονυπετῶν, sicut inf. nonnulli, Ὅτι ; hujus ult. loco Ms. unus ponit Κύριε.

℣. 41. Ms. S. Germ. 1. hæc sola refert : *Et extendens manum suam Jesus, & tangens eum, ait illi : Volo : Mundare.* S. Germ. 2. *Jesus autem misertus est ejus, extendit*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. verò sic : *Et iratus, extendens manum suam, & tangens eum, dixit : Volo*, &c. Cantabrig. *Et iratus, extendit manum suam, & tetigit eum : & ait illi : Volo*, &c. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ· καὶ λέγει αὐτῷ· Θέλω, &c. Cantabrig. Græcus initio habet : Καὶ ὀργισθεὶς, ut in Lat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 42. Et discessit ab eo lepra, & mundatus est.

43.... *Vide Not.*

44. Ait illi: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offeres pro emundatione tua munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

45. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita ut non posset manifestè in civitate introire, sed foris in desertis locis esse, & conveniebant ad eum undique.

VULGATA NOVA.

42. Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

43. Et comminatus est ei, statimque ejecit illum:

44. & dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses in testimonium illis. *Levit.* 14. 4.

45. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita ut jam non posset manifestè introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset, & conveniebant ad eum undique.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 42. Ms. S. Germ. 1. cum Cantabrig. *Et statim discessit* (Cantabrig. *decessit*) *ab eo lepra, & mundatus est.* Corb. 2. *Et confestim discessit ab eo lepra*, &c. S. Germ. 2. *Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra ejus, &*, &c. Græc. Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν, &c. ut in Vulgata; à Mss. quibusdam abest εἰπόντος αὐτοῦ· sicut à Copt. Pers. Syr. & Arab.

℣. 43. Hic versiculus abest à Ms. Colb. Sic autem habetur in S. Germ. 1. & Corb. 2. *Et comminatus est ei, & statim dimisit illum.* In Cantabrig. *Et comminatus ei, statim dimisit illum.* In Corb. 1. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *statim & ejecit illum*; sed in Sangerm. 2. deest *Et comminatus est ei.* Græc. Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν.

℣. 44. Ms. Cantabrig. *& dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende teipsum sacerdoti, & offers pro emundatione tua*, &c. quæ in Vulgata. Cod. S. Mart. Turon. initio hab. *& dixit ei.* Subinde Corb. 1. *& ostende te principi sacerdotum, & offer pro mundatione tua*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. *ostende te principibus sacerdotum*, &c. Corb. 2. *ostende te sacerdotibus*, &c. Græc. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ᾽ ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ..... ἃ προσέταξε Μωσῆς, &c. Mss. plures delent μηδέν; subinde quidam ferunt τῷ ἀρχιερεῖ; paulòque post, Copt. & Armen. δῶρον, ὃ προσέταξε, &c.

℣. 45. Ms. S. Germ. 1. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet *in civitatem.* S. Germ. 2. *ita ut non posset manifestè in civitatem introire, sed foris... esset*, &c. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. *esse.* Corb. 2. *Ille verò egressus cœpit prædicare, & diffamatum sermonem, ita ut jam non posset manif....., sed foris..... esse, & conveniebat*, &c. Cantabrig. *At ille egressus cœpit præd. & diffamare serm. ita ut non posset manif. introire in civitate, in desertis locis esse, & conveniebant*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν..... ἀλλ᾽ ἔξω ἐν..... ἦν, καὶ ἤρχοντο, &c. al. συνήρχοντο. Vide Not. ad Lucæ c. 5. ℣. 15.

# CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 1. Et cùm venisset Capharnaum post dies,

2. auditum est quòd in domo esset, & confestim convenerunt ad eum multi, ita ut non caperet eos introitus januæ, & loquebatur ad eos verbum.

3. Venerunt autem ad eum portantes in lecto paralyticum.

4. Et cùm non possent accedere præ turba, denudaverunt tecta ubi erat Jesus: & summiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat.

5. Cùm vidisset autem Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua.

6. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis, & dicentes:

VULGATA NOVA.

1. Et iterum intravit Capharnaum post dies, *Matth.* 9. 1.

2. & auditum est quòd in domo esset, & convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam, & loquebatur eis verbum.

3. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. *Luc.* 5. 18.

4. Et cùm non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum ubi erat: & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat.

5. Cùm autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

6. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabrig. *Et iterum intravit in Cafarnaum post dies.* S. Germ. Corb. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι᾽ ἡμερῶν· Mss. quidam, Καὶ εἰσελθὼν πάλιν, &c.

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. *& auditum est quòd in domum esset, & confestim convenerunt*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *& auditum est..... & confestim convenerunt multi, ut jam non posset capere usque ad januam, & loquebatur ad illos verbum.* Corb. 2. *& confestim convenerunt multi, ita ut jam non caperet usque ad januam, & loquebatur ad eos verbum.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *ita ut non caperet domus neque ad januam*, &c. Græc. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι· καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, &c. Mss. codd. plures delent εὐθέως; sicut unus inf. μηδέ.

℣. 3. Ms. S. Germ. 1. *Et venerunt adferentes ad eum paralyticum, qui à quatuor portabatur.* Similiter habent Cantabrig. & Corb. 2. præter hoc, *ad eum adferentes.* S. Mart. Turon. *ferentes ad eum.* S. Germ. 2. *Et convenerunt ferentes paralyticum*, &c. Græc. Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν παραλυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων· Ms. 1. & Copt. subdunt ἐπὶ κλίνης.

℣. 4. Ms. Corb. 2. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. *Et cùm non possent accedere præ turba, nudaverunt tectum ubi erat Jesus: & immiserunt grabatum, ubi paralyticus jacebat.* Cantabrig. *Et cùm non possent accedere præ turba, nudaverunt tectum ubi erat Jesus: & dimiserunt grabatum, in quo erat paralyticus jacens.* Similiter habent S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *ubi erat Jesus.* Græc. Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν· καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον, ἐφ᾽ ᾧ, &c. ut in Vulgata: Mss. quidam initio ferunt προσενέγκαι, loco προσεγγίσαι.

℣. 5. Mss. S. Germ. 1. & Cantabrig. *Cùm vidisset autem Jesus*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. initio habet: *Videns autem Jesus*; subinde *peccata*, absque seq. pronom. *tua*: tollit pariter *tua* Ms. S. Mart. Turon. cum Corb. 1. Græc. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς..... αἱ ἁμαρτίαι σου· Mss. quidam, Καὶ ἰδὼν ὁ, &c.

℣. 6. Ms. Corb. 2. concordat cum textu Colbert. sicut etiam S. Germ. 1. deletâ conjunct. *&*, ante *dicentes.* Cantabrig. *Erant autem quidam de Scribis illic sedentes, & cogit. in cordibus suis, dicentes.* Græc. Ἦσαν δέ τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι, &c. ut in Vulgata: Cantabrigiensis Græcus ultimò subdit λέγοντες; Copt. ἔλεγον.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Job. 14. 4. Isai. 43. 25. 7. Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

8. Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

9. Quid est facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

10. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)

11. tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

12. Et statim surrexit ille: &, sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia nunquam sic vidimus.

13. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Matth. 9. 9. Luc. 5. 27. 14. Et cùm præteriret, vidit Levi Alphæi sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.

15. Et factum est, cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus: erant enim multi, qui & sequebantur eum.

16. Et Scribæ & Pharisæi videntes quia man-

### VERSIO ANTIQUA.

7. Quis est hic qui sic loquitur, blasphemans? Quis autem potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ex Ms. Colbert.

8. Quo cognito Jesus in spiritu, quid cogitarent, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris nequam?

9. Quid est facilius, dicere paralytico: Remittuntur tibi peccata tua: aut dicere: Surge, & ambula?

10. Ut sciatis autem quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)

11. Surge, & tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

12. Ille verò surgens, sublato grabato suo, coram omnibus abiit, ita ut admirarentur turbæ, & honorificarent Deum, dicentes quoniam nunquam taliter viderunt.

13. Et progressus est rursus ad mare: & omnes turbæ veniebant ad eum, & docebat eos.

14. Et cùm præteriisset, vidit Jacobum Alphæi sedentem ad teloneum, & ait illi: Sequere me. Et exsurgens secutus est eum.

15. Et factum est, discumbentibus illis in domo, multi publicani & peccatores simul recumbebant cum Jesu, & cum discipulis ejus: erant enim multi, qui secuti sunt eum.

16. Scribæ autem & Pharisæi videntes quia man-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Mss. S. Germ. & Corb. ambo, Cantabr. S. Gat. &c. nil omnino differunt à Vulgata. Græc. habet: Τί οὗτος λαλεῖ βλασφημίας; Τίς δύναται..... εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; Tertul. l. de pudic. p. 1013. c. *Quis enim dimittit delicta, nisi solus Deus?* & l. de bapt. c. 10. p. 390. b. *Neque peccatum dimittit, neque spiritum indulget, nisi Deus solus.* Hilar. in Matth. col. 646. d. *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 694. b. *Quis potest dimittere peccata, nisi unus Deus?*

℣. 8. Ms. S. Germ. 1. *Quo cognito Jesus in spiritu suo, quod cogitarent intra se, dixit illis: Quid ista cogit.* &c. quæ in Vulgata. Corb. 2. *Quo cognito Jesus spiritu, quid cogitarent intra se, dixit: Quid cogitatis in cord. vestris?* Cantabrig. *Quo cognito Jesus in spiritu, quòd sic cogitarent intra se; dixit illis*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Gat. *Quo statim cognito Jesus Spiritu sancto, quia sic*, &c. quæ in Vulgata. Græc. Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί ταῦτα, &c. Mss. plures tollunt εὐθέως.

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *Quid est facilius..... Dimittuntur tibi peccata: aut dicere: Surge, & tolle grab. tuum, & ambula?* S. Mart. Turon. *Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & tolle*, &c. S. Germ. 2. *aut dicere: Surgere, & ambula; & tolle grab. tuum, & vade in domum?* Corb. 2. *& vade in domum tuam?* Cantabrig. *Quid est facilius, dic. paralytico: Surge, & tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam: aut dicere: Dimittuntur tibi peccata?* Græc. Τί ἐστιν..... εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν· Ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει; Ms. unus delet παραλυτικῷ; alter verò addit σου ad ἁμαρτίαι; subinde plures habent, Ἔγειρε, ἆρον; ultimòque, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, quæ Armen. pariter subdit verbo *ambula*. Aug. in Rom. 1. to. 3. 939. g. *Quid est facilius, dicere: Dimissa sunt tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula?* Ambros. l. 4. de fide, col. 531. a. *tolle grabatum tuum, & ambula.*

℣. 10. Mss. Corb. 1. & S. Germ. 1. textui Colb. favent. S. Germ. 2. verò, Corb. 2. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. Vulgatæ. Cantabrig. *Ut autem sciatis quia habet potestatem Filius hominis in terra demittere peccata, ait paral.* S. Gat. *tunc ait paralytico*, &c. Græc. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱός... ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, λέγει, &c. Mss. plures, ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρ. &c. Aug. in Rom. 1. to. 3. 940. a. *Ut sciatis autem quia potestatem habet Filius hominis dimittere peccata, dicit paralytico.*

℣. 11. Mss. Cantabrig. S. Mart. Turon. & S. Germ. 2. *tibi dico: Surge, & tolle*, &c. Similiter S. Germ. 1. Corb. ambo, S. Gat. &c. detracta conjunct. *&*, post *Surge*. Gr. σοὶ λέγω· Ἔγειραι, καὶ ἆρον, &c. Mss. quidam tollunt initio, σοὶ λέγω, sicut alii plures καὶ, post Ἔγειραι. Ambros. ep. 80. col. 1096. e. pariter: *Surge, tolle grabatum tuum.* Item August. in Rom. 1. col. 940. a. adjunctis his quæ in Vulgata.

℣. 12. Ms. Corb. 2. *Ille verò surgens, & sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut admirarentur omnes, &..... dicentes: Quoniam nunquam taliter vidimus.* Cantabrig. *Et statim surrexit: &, sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut admirarentur omnes, &..... & dicerent: Quia taliter nunquam vidimus.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Et statim ille surrexit: &, sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut admirarentur omnes*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *coram omnibus tulit, ita ut*, &c. Græc. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως· καὶ ἄρας τὸν κράββατον, ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων, ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν, &c. ut in Vulg. Mss. duo post κράββατον, addunt αὐτοῦ; & Goth. in fine habet εἴδον, pro εἴδομεν.

℣. 13. Ms. Corb. 2. *Et exiit Jesus iterum ad mare: & omnes turbæ veniebant ad eum*, &c. Cantabrig. *Et processit iterum ad mare: & omnes* (l. *omnis*) *turba veniebat ad eum*, &c. Item S. Germ. 2. *& omnis turba veniebat*, &c. S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, &c. Ms. 1. ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς.

℣. 14. Mss. S. Germ. 1. Cantabrig. & Corb. 2. *Et cùm præteriret, vidit Jacobum Alphæi sedentem ad theloneum;* reliqua ut in Vulgata, excepto quòd Corb. 2. habet *Et exsurgens*, &c. Corb. 1. Maj. Mon. S. Gat. & S. Mart. Turon. *vidit Levin Alphæi*, &c. S. Germ. 2. *vidit Levin Alphæum;* delet verò ult. *Et surgens secutus est eum.* Græc. Καὶ παράγων, εἶδε Λευὶν τὸν τοῦ Ἀλφαίου, &c. Mss. plures, Λευί; codd. aliqui Ἰάκωβον ferunt, teste Victore Antioch. qui & in aliis scriptum dicit Ματθαῖον. Hanc postremam lectionem probasse videtur Orig. l. 1. contra Celsum; de quo vide Millium.

℣. 15. Ms. Cantabrig. *Et factum est, recumbentibus illis in domo ejus, multi publicani &..... simul recumbebant cum Jesu, & discipulis ejus: erant enim multi, qui & secuti sunt eum.* Corb. 2. *Et factum est, discumbentibus illis in domo ejus, multi public. & peccatores simul recumbebant, & discipuli: erant enim multi, qui secuti erant eum.* S. Mart. Turon. *multi, qui sequebantur eum.* Maj. Mon. *multitudo, qui & sequebantur eum.* S. Germ. ambo, Corb. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς..... ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ· al. οἳ καὶ ἠκολούθειν αὐτῷ. Tertul. l. de pat. c. 3. p. 199. a. huc alludens dicit: *Non peccatores, non publicanos aspernatus est.*

℣. 16. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Scribæ autem & Pharisæi videntes quia manducaret cum peccatoribus & publicanis, dicebant*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Scribæ autem & Pharisæi viderunt quia cum public. & peccatoribus manducat, & dicebant discipulis ejus: Quare cum public. & peccatoribus manducat?* sequentia prætermittit, *& bibit Magi-*



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Ms. Colbert.* ducabat cum peccatoribus & publicanis, dicebant discipulis ejus: Quare Magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit? | ducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester? |
| 17. Jesus autem cùm hoc audisset, dixit: Non egent sani medico, sed malè habentes: non enim veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam. | 17. Hoc audito Jesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent: non enim veni vocare justos, sed peccatores. *1. Tim. 1. 15.* |
| 18. Et erant discipuli Johannis, & Pharisæi jejunantes: & venientes, dixerunt illi: Quare discipuli Johannis & Pharisæorum jejunant, discipuli autem tui non jejunant? | 18. Et erant discipuli Joannis, & Pharisæi jejunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Joannis & Pharisæorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant? |
| 19. Ait illis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi, quandiu cum illis sponsus est, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare. | 19. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare. |
| 20. Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt in illis diebus. | 20. Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt in illis diebus. *Matth. 9. 15.* |
| 21. Nemo autem assumentum panni novi assuit vestimento veteri: sin autem tollit supplementum veteri, & major fit scissura. | 21. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum novum à veteri, & major scissura fit. *Luc. 5. 35.* |
| 22. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres, sed in novos: alioquin disrumpit vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: sed vinum novum in utres novos mitti debet. | 22. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin dirumpet vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: sed vinum novum in utres novos mitti debet. |
| 23. Factum est autem cùm sabbatis transiret per | 23. Et factum est iterum cùm Dominus sab- *Matth. 12. 1. Luc. 6. 1.* |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ster vester.* Tollit quoque Cantabrig. sed initio habet: *Et Scribæ & Pharisæi & viderunt quia manducat cum peccat. & public. & dicebant*, &c. quæ in Corb. 2. In cod. S. Mart. Tur. pariter, *cum peccatoribus & publicanis*; cæt. ut in Vulgata. Græc. Καὶ οἱ..... ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον..... Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει; nec addit *Magister vester*: in Mss. tamen pluribus sequitur ὁ Διδάσκαλος ὑμῶν.

℣. 17. Ms. S. Germ. 1. *Hoc audito Jesus ait: Non necesse habent sani medicum, sed qui malè habent: non veni vocare justos, sed peccat. in pœnitentiam.* Similiter habet Corb. 1. ad hoc, *sed qui.* Corb. 2. *Jesus autem hoc audito dixit: Non egent sani medico*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Hoc audito Jesus ait illis: Non necesse habent qui sani sunt medico*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Et hoc audit Jesus, ait: Non desiderant qui sani sunt medicum, sed qui malè habent: non veni vocare justos, sed peccatores.* Maj. Mon. addit *in pœnitentiam.* Gr. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· Mss. quidam delent αὐτοῖς, post λέγει· infra sic in aliis, οὐ γὰρ ἦλθον· extremò abest à pluribus, εἰς μετάνοιαν· quod additamentum August. l. 2. de cons. Evang. c. 27. col. 59. a. soli Lucæ attribuit. Tertul. l. de resurr. carn. p. 569. c. ait: *Medicum non desiderant nisi malè habentes*: & lib. de pudic. p. 1004. a. *Medicus languentibus magis quàm sanis necessarius.* August. l. de nat. & grat. to. 10. 135. g. 136. d. *Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: non veni vocare justos, sed peccatores*: & quæst. 49. in Jud. to. 3. 617. f. dicit *non esse necessarium sanis medicum, sed ægrotis.* Vide Matth. 9. 12. & Luc. 5. 31.

℣. 18. Mss. S. Germ. 1. Corb. 1. & S. Mart. Tur. *Et erant discipuli Johannis, & Pharisæorum jejunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discip.* &c. quæ in Vulg. Corb. 1. tamen, S. Gat. & Maj. Mon. *Cur discipuli.* Corb. 2. *Et erant discipuli Johannis, & Pharisæi jejunantes: & venientes, dixerunt illi: Quare discipuli Johannis, & Pharisæi jejunant?* reliqua delet. S. Germ. 2. *Cur discipuli Johannis, & Pharisæi jejunant frequenter, tui autem*, &c. Cantabrig. cum Vulgata concinit ad verbum; sicut etiam Græcum, nisi quòd habet οἱ τῶν Φαρισαίων, loco *Pharisæi*; Mss. tamen plures, οἱ Φαρισαῖοι.

℣. 19. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. *Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi, quandiu cum illis est sponsus, jejunare?* S. Germ. 2. *Nunquid possunt filii sponsi jejunare, quandiu cum illis est sponsus?* Cantabrig. *Et ait illis: Nunquid possunt filii sponsi, quandiu sponsus cum illis est, jejunare?* Itidem cod. S. Mart. Turon. interjecto nomine *Jesus*, post *ait illis.* Corb. 2. Vulgatæ consonat; sed posteriora delet: *Quanto tempore habent secum*, &c. quæ similiter desunt in S. Germ. 1. & Cantabr. secus in Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. Turon. Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd hab. νυμφῶνος, loco *nuptiarum*: quidam etiam codd. omittunt in fine, Ὅσον χρόνον, &c. usque ad ℣. 20.

℣. 20. Consentiunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. Sic etiam Ms. S. Gat. nisi quòd hab. initio, *Veniunt.* Cantabrig. *Venient autem dies..... & tunc jejunabunt in illa die.* Corb. 2. *Sed venient dies....... & tunc jejunabunt in illa die.* Græc. textui favet: Mss. tamen plures ultimò ferunt, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, non, ἐν ἐκείναις ταῖς, &c. Sed Ambros. epist. 31. col. 915. a. legit: *cùm auferetur ab eis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.*

℣. 21. Mss. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Nemo enim adsumentum panni rudis*, &c. ut in Vulgata. Similiter habet Ms. S. Gat. præter unum *adferet*, pro *aufert.* Maj. Mon. *Nemo enim comissuram panni novi adsuit..... alioquin auferet*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Nemo autem adsumentum panni rudis adsuit..... alioquin auferet supplementum novum à veteri, & pejor scissura efficitur.* Græc. Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται· Mss. plerique delent Καὶ initio, ante οὐδεὶς; quidam habent Οὐδεὶς δέ· & alii infra, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. Tertul. l. de orat. Dom. c. 1. p. 180. a. & l. 3. adv. Marc. p. 675. c. ait *novam plagulam non assui veteri vestimento.* August. serm. 210. to. 5. 928. g. & l. de fide & op. to. 6. 169. g. *Nemo assuit pannum novum vestimento veteri, ne major scissura fiat.* Ambrosiast. col. 226. f. *Nemo additamentum panni rudis adsuit vestimento veteri: tollit enim fortitudinem ejus à vestimento, & major fit scissura.* Faustus Manich. apud August. l. 8. cont. ipsum, to. 8. 213. d. *Pannum novum nemo assuit vestimento veteri: alioquin major scissura fiet.*

℣. 22. Ms. Corb. 1. *Et nemo mittit vinum novellum in utres veteres: alioquin disrumpet vinum utres, & vinum effunditur*, &c. quæ in textu. Similiter habet S. Germ. 2. *vinum novellum.* Cantabrig. cum Corb. 2. *Et nemo mittit novellum* ( Corb. *novum* ) *vinum in utres veteres: alioquin disrumpet* ( Corb. *disrumpit* ) *utres vinum, & vinum & utres peribunt*: reliqua in utroque Ms. desunt. E contrario S. Germ. 1. omnia quæ in Vulgata leguntur exhibet, ac insuper in fine addit: *& ambo conservabuntur.* S. Gat. *Et nemo mittit novellum vinum in utres veteres: alioquin disrumpet vinum novum utres veteres, & vinum effundetur, & utres peribunt: sed vinum novum..... mitti debet, & utraque servantur.* Maj. Mon. & S. Mart. Turon. *Et nemo mittit vinum novellum in..... alioquin rumpet* ( S. M. *disrumpet* ) *vinum utres, & vinum effundetur..... sed..... mitti debet, & utraque servantur.* Græc. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μὴ ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον· Mss. quidam hab. ῥήξει, non ῥήσσει· quidam verò delent ὁ νέος· sicut Cantabrig. Græc. ultima ista, ἀλλὰ οἶνον νέον, &c. Tertul. l. de orat. Dom. c. 1. p. 180. a. *Oportebat*, inquit, *novum vinum novis utribus recondi*: & l. 3. adv. Marc. p. 675. c. *nec vinum novum veteribus utribus credi.* Hilar. in Ps. 118. col. 306. b. *Nemo mittit vinum novum in utres veteres.* Itidem August. l. de fide & op. to. 6. 169. f.

℣. 23. Ms. Cantabrig. *Et factum est iterum cum sabba-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

batis ambularet per sata, & discipuli ejus cœperunt progredi, & vellere spicas.

24. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt sabbatis quod non licet?

1. Reg. 21. 6. 25. Et ait illis: Nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant?

26. quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare, nisi sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Levit. 24. 9.

27. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum.

28. Itaque Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

**Versio antiqua.**

sata, discipuli autem ejus cœperunt vellere spicas, & manducare. *Ex Ms. Colbert.*

24. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt sabbatis discipuli tui quod non licet eis?

25. Quibus ipse dixit: Nec hoc legistis quid fecerit David, cùm fuisset in necessitate, & esurisset ipse, & qui cum illo erant?

26. quomodo intravit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & manducavit panes propositionis, & dedit eis qui cum illo erant, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus?

27..... *Vide Not.*

28. Dico autem vobis: Quoniam filius hominis, etiam Dominus est sabbati.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*tis ambulare per sata, & discipuli ejus cœperunt vellere spicas.* Ms. etiam S. Mart. Turon. initio hab. *Et factum est iterum eum sabbatis*, &c. S. Germ. 1. *Et factum est iterum cùm sabbatis ambularet per sata, & discipuli ejus cœperunt vellere spicas.* Similiter in Corb. 1. addito verbo *progredi*, ad *cœperunt*. Corb. 2. *Factum est autem iterum eum sabbatis transire per segetem, discipuli verò cœperunt vellere spicas, & manducare.* S. Germ. 2. *Et factum est iterum cùm sabbatis ambularet Jesus per sata, discipuli autem ejus cœperunt progredi, & vellere spicas; & manibus confricantes, manducabant.* Græc. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας· Armen. subdit, καὶ ἐσθίοντες. Mss. quidam Græci initio ferunt, Καὶ ἐγένετο πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διαπορεύεσθαι, &c. al. ἐν τῷ παραπορεύεσθαι.

℣. 24. Textui Colb. favent Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. Sic etiam Corb. 1. & S. Mart. Turon. deletâ ult. voculâ *eis*. Cantabrig. *Pharisæi autem dicebant: Ecce, quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licebat eis?* S. Germ. 2. *Ecce discipuli tui faciunt sabbatis quod non licet.* S. Gat. *Ecce, quid faciunt discipuli tui sabbatis quæ non licet eis facere?* Græc. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ· Ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν ὃ οὐκ ἔξεστι; Mss. plures, ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου· al. extremò, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν;

℣. 25. Ms. S. Germ. 1. *Et ait illis: Nec hoc legistis quod fecerit David, cùm necessitatem habuit, & esuriret ipse, & qui cum illo erant?* Cantabrig. *Et respondens, ait illis: Nunquam legistis quid fecerit David, cùm necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum illo erant?* Corb. 2. *Et dixit illis: Nec hoc legistis quid fecerit David, cùm necessitatem habuit, & esuriit ipse*, &c. S. Gat. *Ait illis: Nunquid legistis*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Ait illis Jesus: Nunquam legistis*, &c. S. Germ. 2. *quando esuriit, & quando necessitatem habuit ipse*, &c. Græc. Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; Mss. quidam initio ferunt: Καὶ λέγει αὐτοῖς· Armen. Καὶ Ἰησοῦς ἔλεγεν. Hieron. l. de opt. gen. interp. to. 4. 253. f. ita ex Marco: *Nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit, & esurivit ipse, & socii ejus?* Ambrosiast. *Non legistis quid fecit David, cùm esuriret?*

℣. 26. Ms. S. Germ. 1. *quomodo introiit in..... & panes proposit. manducavit, & dedit eis qui cum illo erant, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus?* Cantatabrig. *introivit in domum Dei, & panes propositionis manducavit, & dedit eis qui cum illo erant, quos non licebat manducare, nisi sacerdotibus.* Corb. 2. simpliciter: *quomodo introivit in domum Dei, & panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare, nisi sacerdotibus?* cætera desunt. S. Gat. *& panes prepositionis manducavit, quos non licebat ei manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit ei?* Maj. Mon. *quos non licebat ei manducare, nisi solis sac. & dedit his qui cum ipso erant?* Similiter habent Corb. 1. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *nisi solis sacerdotibus.* Græc. Vulgatæ congruit; Mss. tamen plures addunt μόνοις, voci *sacerdotibus*; & Armen. verbo *erant*, postponit hæc, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι, ut in Ms. Colb. Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 253. f. ita ex Marco: *quomodo ingressus domum Dei sub Abiathar pontifice, & panes propositionis comedit, quibus non licebat vesci, nisi solis sacerd.* Vide sis Joh. Morin. l. 1. Exercit. 2. c. 2. p. 42.

℣. 27. Hic versus pariter abest à Mss. Cantabr. & Corb. 2. In S. Germ. 2. verò, Corb. 1. S. Gat. &c. omnia ut in Vulg. Itidem in S. Germ. 1. præter hoc, *Sabbatum propter homines.* Græcè ut in Vulg. detracta conjunct. &, post *factum est.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Dico autem vobis: Dominus est filius hom. etiam sabbati.* Sic etiam habet Cantabrig. præter unum &, pro *etiam*. Corb. 2. *Dico autem vobis: Filius hom. Dominus est, etiam sabbati.* Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata, cui pariter Græcum favet.

## CAPUT III.

**Vulgata nova.**

Matth. 12. 9. Luc. 6. 6. 1. Et introivit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

2. Et observabant eum, si sabbatis curaret, ut accusarent illum.

3. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.

4. Et dicit eis: Licet sabbatis bene facere,

**Versio antiqua.**

1. Et cùm introisset in synagogam, accessit ad eum homo, qui habebat manum aridam. *Ex Ms. Colbert.*

2. Et observabant eum, si sabbatis curaret, ut haberent unde accusarent eum.

3. Et ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medio.

4. Quo facto, dixit ad illos: Licet sabbatis be-

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. nil differunt à Vulgata; neque etiam Cantabrig. nisi quòd habet, *aridam habens manum.* Græc. ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα· Mss. quidam, ξηρὰν ἔχων, &c.

℣. 2. Ms. S. Germ. 1. *Et observabant eum, etiam si sabbatis*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *eum, si sabbato*, &c. S. Germ. 2. Corb. 2. Cantabrig. S. Gat. &c. Vulgatæ suffragantur, sicut & Græcum, nisi quòd addit αὐτὸν, *eum*, ad *curaret.*

℣. 3. Ms. Corb. 2. *Et ait Jesus homini, qui habebat manum aridam: Surge in medium.* Cantabrig. *Et ait hom. habenti manum aridam: Surge, & sta in medium.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ λέγει τῷ..... τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον· Mss. quidam, ξηρὰν ἔχοντι subinde Cantabr. Græc. cum Æthiop. Ἔγειραι, καὶ στῆθι ἐν μέσῳ.

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Et dixit ad illos: Si licet sabbatis aliquid bene facere, an male?..... an perdere? At illi tacuerunt.* S. Germ. 2. S. Mart. Turon. & S. Gat. *Et dicit eis*, vel *illis: Si licet sabbatis*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Et ait ad illos: Licet*, &c. Cantabrig. *Et dixit ad illos: Licet sabbatis aliquid bene facere, aut male facere? animam salvam facere, magis quàm perdere? At illi tacebant.* Græc. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἔξεστι τοῖς..... ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυ-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. ne facere, aut malè? animam ſalvam facere, aut perdere? At illi tacebant.

5. Et circumſpiciens eos cum indignatione, ſuper emortua illorum corda, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus ei, ſicut & altera.

6. Exeuntes autem inde Phariſæi, cum Herodianis conſilium faciebant, ut illum perderent.

7. Jeſus autem ſeceſſit cum diſcipulis ſuis ad mare: & multa turba à Galilæa & Judæa,

8. & ab Jeroſolyma, & à trans Jordanem, & de circa Tyrum & Sidonem, ſequebantur eum, audientes quanta faciebat.

9. Tunc dixit Jeſus diſcipulis ſuis ut navicula ſibi deſerviret propter turbam, ne affligeretur:

10. multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas.

11. Sed & ſpiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei: & exclamabant dicentes:

12. Tu es Filius Dei. Et comminabatur eis ne alicui manifeſtarent illum.

13. Et aſcendens in montem convocavit ad ſe quos voluit: & venerunt ad eum.

14. Et fecit eos ut eſſent duodecim ſecum.

15. Et dedit illis poteſtatem curandi valetudines, & ejicere dæmonia; & circumeuntes prædicarent

VULGATA NOVA.

an male? animam ſalvam facere, an perdere? At illi tacebant.

5. Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.

6. Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant adversùs eum, quomodo eum perderent.

7. Jeſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Judæa ſecuta eſt eum,

8. & ab Jeroſolymis, & ab Idumæa, & trans Jordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

9. Et dixit diſcipulis ſuis ut navicula ſibi deſerviret propter turbam, ne comprimerent eum;

10. multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas.

11. Et ſpiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes:

12. Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.

13. Et aſcendens in montem vocavit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. Matth. 10. 1.

14. Et fecit ut eſſent duodecim cum illo: & ut mitteret eos prædicare. Luc. 6. 13. & 9. 1.

15. Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

χὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι, &c. Mſs. plures, Τί ἔξεσι· alii, ἀπολέσαι, pro ἀποκτεῖναι. Gaud. Brix. ſerm. 11. p. 962. a. *Licet ſabbatis bene facere animali? animam ſalvam facere, aut perdere?*

℣. 5. Mſ. Cantabrig. *Et circumſpiciens eos cum ira indignationis, ſuper emortua cordis eorum, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi ſtatim.* S. Germ. 1. *Et circumſpiciens eos cum indignatione, contriſtatus ſuper cæcitatem cordis eorum, dixit homini: Extende manum tuam. Extendit, & reſtituta eſt ſtatim manus ejus.* Corb. 2. *Et circumſpiciens eos cum indignatione, contriſtatus eſt ſuper illum, & emortua illorum corda: dixit homini..... & reſtituta eſt manus ejus ſtatim.* S. Gat. *& reſtituta eſt manus illius ſanitati, ſicut altera.* S. Germ. 2. *& ſtatim reſtituta eſt manus illi, ſicut & altera.* Græcum Vulgatæ accedit, præterquam quòd hab. πωρώσει, *obduratione*, pro *cæcitate*; ultimòque, ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη, *manus ejus ſana, ſicut altera.* In Cantabrig. Græco eſt νεκρώσει, *mortificatione*, non πωρώσει· al. inf. χεὶρ αὐτῷ, pro χεὶρ αὐτοῦ; extremò deeſt in pluribus, ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη.

℣. 6. Mſs. S. Germ. ambo: *Exeuntes autem Phariſæi, cum Herodianis conſilium faciebant adversùs Jeſum, quomodo eum perderent.* Itidem Cantabrig. & S. Mart. Turon. præter *eum*, loco *Jeſum.* Corb. 2. *Et exierunt Phariſæi, cum Herodianis conſilium faciebant adversùs eum, ut illum perderent.* Græc. Καὶ ἐξελθόντες οἱ..... εὐθέως μετὰ τῶν, &c. ut in Vulg. al. deeſt εὐθέως.

℣. 7. Mſs. Corb. 2. & Cantabrig. *Jeſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Judæa.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Et Jeſus cum diſcipulis...... & Judæa ſecuta eſt eum.* Corb. 1. *Et Jeſus cum diſcipulis... & Judæa ſecuta ſunt eum.* S. Germ. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησαν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας· Mſs. quidam, πολὺς ὄχλος; & alii plures, ἠκολούθησεν αὐτῷ.

℣. 8. Mſ. Cantabrig. *& ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Jordanen, & circa Tyrum, & circa Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.* Corb. 2. delet *ab Idumæa*; paulòque poſt habet, *& de circa Tyrum.* S. Germ. 2. *& de trans Jordanem*; Corb. 1. *& ab Jordane.* S. Germ. 1. S. Gat. &c. ſimul cum Græco Vulgatæ congruunt.

℣. 9. Mſs. S. Germ. 1. Corb. 1. ac Maj. Mon. *Et dixit diſcipulis ſuis ut in navicula ſibi deſervirent*, &c. quæ in Vulg. Corb. 1. *deſerviret.* Cantabrig. *ut in navicula ſibi deſerviret propter turbam, uti ne comprimerent eum multi.* S. Gat. *ut navicula praſtò eſſet illi*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *ut naviculam ſibi providerent propter turbam, ne comprimeretur.* Corb. 2. *Et dixit diſcip. ſuis Jeſus ut naviculam ſibi providerent propter turbam, ne comprimeret eum multitudo.* Græc. Καὶ εἶπε τοῖς..... αὐτοῦ ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ... ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν. Mſs. quidam addunt, οἱ ὄχλοι.

℣. 10. Ita legunt Mſs. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. 2. & Cantabrig. niſi quòd uterque habet, *ſanavit*; Corb. verò *habebat plagas*, Cantabrig. *haberent plagas*; S. Mart. Turon. *quotquot autem habebant plagas.* Gr. ἐθεράπευσεν... ὅσοι εἶχον μάστιγας· aliàs, ἐθεράπευεν.

℣. 11. Mſs. Cantabrig. & Corb. 2. *Et ſpiritus immundi, cùm viderent illum, procidebant ei: & exclamabant dicentes.* S. Germ. 1. ſimiliter, *exclamabant.* Maj. Mon. *Et ſpiritus immundos, cùm illum videbant, projiciebant ſe ei: & exclamabant*, &c. S. Mart. Tur. pariter, *Et ſpiritus immundos.* S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. ut in Vulgata. Græcè: Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν, &c.

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Tu es Filius Dei. Et multa comminabatur eis ut non manifeſtarent illum.* S. Germ. 1. *Et comminabatur eis ne manifeſtarent illum, quoniam ſciebant eum.* Itidem S. Germ. 2. præpoſito adv. *vehementer*, voci *comminabatur.* Corb. 2. *Et comminabatur eis ne eum manifeſtarent, ſciebant enim eum.* Corb. 1. S. Gat. Maj. Mon. &c. ut in Vulgata. Græc. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι· abeſt Ὅτι ab Arab. Syr. Perſ. & Æthiop. extremò autem addit edit. Pariſ. 6. ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι.

℣. 13. Mſs. Cantabrig. & Corb. 2. *Et aſcendit in montem, & vocavit ad ſe quos voluit ipſe*, &c. S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον, &c. al. Καὶ ἀνέβη..... καὶ προσεκλήθη, &c.

℣. 14. In Mſ. Colb. hîc non leguntur plura; ſed manifeſto errore librarii, qui ſeqq. *& circumeuntes prædicarent Evangelium*, tranſtulit in fin. verſ. 15. Simile erratum admiſiſſe videntur Mſs. tres, videlicet S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. ut apparebit infra. Cantabrig. verò hîc habet: *Et fecit ut eſſent xii. cum ipſo: & ut mitteret illos prædicare Evangelium:* addunt pariter *Evangelium* Corb. ambo, S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. Græc. Καὶ ἐποίησε δώδεκα ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ· καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν. Cantabrig. Græc. & Perſ. ſubdunt τὸ Εὐαγγέλιον.

℣. 15. Mſ. S. Germ. 1. *Et dedit illis poteſtatem curandum infirmitates, & ejiciendi dæmonia.* Corb. 2. & Cantabr. *curandi valetudines.* S. Germ. 2. & S. Gat. *curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia:* deinde, *& ut circumeuntes prædicarent Evangelium:* quæ pertinent ad ℣. 14. Itidem in Mſ. Maj. Mon. præter vocem *valetudines.* Græc. Καὶ ἔχειν

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

16. Et impoſuit Simoni nomen Petrus :
17. & Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, Filii tonitrui :
18. & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum,
19. & Judam Iſcariotem, qui & tradidit illum.
20. Et veniunt ad domum : & convenit iterum turba, ita ut non poſſent neque panem manducare.
21. Et cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum : dicebant enim : Quoniam in furorem verſus eſt.
22. Et Scribæ, qui ab Jeroſolymis deſcenderant, dicebant : Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Matth. 9. 34.
23. Et convocatis eis, in parabolis dicebat illis : Quomodo poteſt ſatanas ſatanam ejicere ?
24. Et ſi regnum in ſe dividatur, non poteſt regnum illud ſtare.
25. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.
26. Et ſi ſatanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet.
27. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in do-

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mſ. Colbert.

Evangelium.
16. Et impoſuit nomen Simoni, Petrus :
17. & Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem Jacobi : communiter autem convocavit eos Boanerges, quod eſt, Filii tonitrui.
18. Erant autem Simon & Andreas, Jacobus & Johannes, Philippus & Bartholomæus, Judas & Matthæus, Thomas & Jacobus Alphæi, & Taddeus, Simon Chananeus,
19. & Judas Scariotha, qui & tradidit illum.
20. Et venit iterum turba ad eum, ita ut non poſſent panem manducare.
21. Et cùm audiſſent de eo Scribæ & Phariſæi, exierunt tenere eum :
22. dicebant enim : Beelzebub habet principem dæmoniorum, & per eum ejicit dæmonia.
23. Et convocavit eos, & dicebat illis Jeſus in parabolam : Quomodo poteſt ſatanas ſatanam ejicere ?
24. Et ſi regnum in ſemetipſum dividatur, non poteſt ſtare regnum illud.
25. Et ſi domus in ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.
26. Et ſi ſatanas ſatanan expellit, diviſum eſt regnum illius, non poteſt ſtare, ſed finem habet.
27. Nemo poteſt vaſa fortis diripere ingreſſus

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Mſs. quidam initio ferunt : Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, &c.

℣. 16. Mſs. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Et impoſuit Simoni nomen Petrum.* Ita quoque Græc. habet. Corb. 2. *Et poſuit Simoni nomen Petrum.* S. Germ. 1. Corb. 1. & Cantabr. ut in Vulgata.

℣. 17. Mſ. Cantabrig. *& Jacobum Zebedai, & Johannen..... & impoſuit eis nomina Boanges ; quod eſt, Filius tonitrui.* S. Germ. 2. *& Andream, Jacobum Zebedæi, & Johannem fratrem ejus, & impoſuit*, &c. quæ in Vulg. Ipſi Vulg. Corb. ambo, S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. accinunt ad verbum ſimul cum Græco. Sic etiam S. Germ. 1. præterquam quòd habet *fratrem ejus*, loco *Jacobi*, abſque ſeq. *&*.

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Et Andream, & Filippum, & Barthilomeum, & Mattheum, & Thoman, & Jacobum Alfei, & Lebbeum, & Simonem Cananeum.* Similiter habet Corb. 2. *& Lebbeum ;* S. Germ. 2. *& Tatheum*, initio verò tollit *& Andream.* S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ accedunt, & Græco. Mſs. tamen quidam ferunt Λεββαῖον, loco Θαδδαῖον.

℣. 19. Mſs. S. Germ. ambo, cum Corb. duobus : *& Judam Scarioth*, &c. S. Mart. Turon. *& Judam Scorioth ;* Cantabrig. *& Judas Scarioth*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ ſimiles, ſicut & Græcum ; ſed cod. unus ſcribit Σκαριώθ.

℣. 20. Mſ. S. Germ. 1. *Et veniunt in domum : & convenit iterum turba, ita ut non poſſent nec panem manducare.* Itidem Cantabrig. niſi quòd habet *uti*, pro *ita ut.* S. Germ. 2. *Et convenit turba iterum ad domum, ita ut*, &c. ut in Vulgata. Corb. 2. *Et introivit..... turba ad Jeſum, ita ut non poſſet manducare panem.* Corb. 1. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. ut in Vulgata ; cui etiam Græcum favet.

℣. 21. Mſ. S. Germ. 1. *Et cùm audiſſent de eo Scribæ & cæteri, exierunt tenere eum : Quoniam, dicebant enim, demens factus eſt.* S. Germ. 2. ſimiliter : *Et cùm audiſſent de eo Scribæ & cæteri, exierunt tenere eum ;* reliqua ut in Vulg. Itidem Corb. 2. cum Cantabrig. niſi quòd Corb. habet *exſentiat eos*, loco *in furorem verſus eſt ;* Cantabr. *exentiat eos*, è Gr. ἐξέστη, vel ἐξέσταται. Mſ. S. Gat. *Et cùm audiſſent diſcipuli*, &c. ut in Vulg. Maj. Mon. *diſcipuli ſui*, &c. Græc. Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· Ὅτι ἐξέστη. Copt. & Goth. initio : Καὶ ὅτε ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποὶ, &c. extremò ed. Pariſ. 6. Ὅτι ἐξέσταται. De his vide Millium ; necnon Joh. Morin. l. 1. Exercit. 2. c. 2. p. 42.

℣. 22. Mſ. Corb. 2. *Et Scribæ, qui ab Jeroſolymis deſcenderant, dicebant : Quoniam Beelzebul habet principem dæmoniorum, & per eum ejicit dæmonia.* Cantabrig. *Et Scribæ, qui..... deſcenderunt, dicebant : Quoniam Bealzebul habet, & quia in principem dæmoniorum ejicit dæmonia.* S. Germ. 1. *Quoniam Beelzebul habet, & quia in principem dæmonum ejicit dæmonia.* S. Germ. 2. *Quoniam inſanit, & Beelzebup habet, & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia ;* S. Gat. *hic ejicit dæmonia ;* S. Mart. Turon. *ejecit*, vet. more. Gr. Vulgatæ favet, ſi exceperis nomen Βεελζεβοὺλ.

℣. 23. Mſs. S. Germ. ambo, cum Corb. 2. *Et convocatis eis, in parabolis dicebat illis Dominus Jeſus : Quomodo*, &c. Cantabrig. *Et convocatis eis, in parabolam dicebat Dominus Jeſus : Quomodo*, &c. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς, &c. al. αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, ἐν παραβ. &c. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 70. f. *Non poteſt ſatanas ſatanam excludere.*

℣. 24. Mſ. Corb. 2. *Et ſi regnum in ſemetipſo dividatur*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. Turon. *non poteſt ſtare regnum illud.* S. Gat. & Maj. Mon. *non poterit regnum illud ſtare.* S. Germ. 2. *non poterit ſtare domus illa.* Cantabrig. *non poteſt ſtare regia illa.* Græc. Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη.

℣. 25. Mſ. S. Germ. 1. *Et ſi domus ſuper ſemetipſa diſpertiatur, non poterit domus illa ſtare :* item cod. S. Mart. Turon. *non poterit*, &c. Corb. 2. *Et ſi domus ſuper ſeipſa diſpertiatur, non poteſt*, &c. Cantabrig. *Et ſi domus ſuper ſemetipſam dividatur, non poteſt*, &c. Maj. Mon. *non poterit domus illa ſtare, ſed finem habet.* Græcè ut in Vulg. poſito σταθῆναι, ante *domus ;* Mſ. 1. habet ἐφ' ἑαυτῇ, non ἐφ' ἑαυτήν· à quibuſdam aliis abeſt verſus totus, ſicut à S. Germ. 2. Latino.

℣. 26. Mſ. Corb. 2. *Et ſi ſatanas ſatam expellit, dividitur ſuper regnum ejus, & non poteſt ſtare, ſed finem habet.* Cantabrig. *Et ſi ſatanas ſatanan ejicit, diſpertitur ſuper ſe, non poteſt ſtare regnum ejus, ſed*, &c. S. Germ. 1. *Et ſi ſatanas ſatanan ejicit, diviſus eſt ſuper ſe, & non poterit ſtare regnum ejus, ſed finem habet.* S. Mart. Turon. *Et ſi ſatanas conſurrexit in ſemetipſum, diſpertitus eſt..... ſed finem habere.* S. Germ. 2. *diſperditus eſt, & non poterit*, &c. Græc. Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ μεμέρισται, οὐ δύναται (al. δυνήσεται) σταθῆναι, &c. ut in Vulg. Gaud. Brix. ſerm. 6. p. 951. g. *Si ſatanas inſurrexit adversùs ſeipſum, diviſus eſt.*

℣. 27. Mſs. Cantabrig. & Corb. 2. *Nemo autem poteſt*, &c. quæ in Vulgata. Corb. 1. *ingreſſus domum diripere, niſi primùm fortem alliget*, &c. S. Mart. Turon. pariter, *ingreſſus domum.* S. Germ. 2. *ingreſſus in domum ejus diripere, niſi priùs alligaverit fortem*, &c. Itidem Mſ. Maj. Mon. detracto uno *ejus.* Gr. Οὐ δύναται οὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. in domum, nisi priùs fortem ligaverit, & tunc domum ejus diripiet.

28. Amen, amen dico vobis, quoniam remittentur omnia peccata, & blasphemiæ filiis hominum:

29. qui autem blasphemaverit in Spiritu sancto, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit sempiterni delicti.

30. Quoniam dicebant illum spiritum immundum habere.

31. Et venerunt mater ejus, & fratres ejus: & foris stantes miserunt ad illum vocantes eum,

32. & sedentes circa eum turbæ, dixerunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui, & sorores tuæ, foris stantes quærunt te videre.

33. Qui respondens, dixit illis: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?

34. Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

35. Et qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror, & mater est.

VULGATA NOVA.

mum diripere, nisi priùs fortem alliget, & tunc domum ejus diripiet.

28. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemaverint: Matth. 12. 31. Luc. 12. 10.

29. qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. 1. Joan. 5. 16.

30. Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

31. Et veniunt mater ejus & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum, Matth. 12. 46.

32. & sedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te. Luc. 8. 19.

33. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei?

34. Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.

35. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρῦ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ, &c. Mss. nonnulli initio ipso ferunt, Ἀλλ' οὐδεὶς δύναται· alii, Οὐδεὶς δύναται· subinde quidam, ἐὰν μὴ πρότερον, &c. Irenæus l. 5. c. 21. p. 319. a. *Non potest aliquis introire in domum fortis, & vasa ejus diripere, nisi primùm ipsum fortem alligaverit:* item l. 3. c. 8. p. 183. b. dicit *Non aliter aliquem posse diripere vasa fortis, si non priùs ipsum alliget fortem, & tunc domum ejus diripiet.* Ambros. l. 2. in Luc. col. 1307. f. *Nemo enim potest vasa fortis diripere, nisi priùs alligaverit fortem.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. 581. c. *Nemo potest introire in domum fortis, & vasa ejus eripere, nisi priùs alligaverit fortem:* & in Rom. 8. to. 3. 915. d. *Nemo vasa fortis diripiet, nisi priùs alligaverit fortem.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 4. p. 191. a. *Nemo intrat in domum fortis, ut vasa domus ejus diripiat, nisi priùs alligaverit fortem.* Prædestinat. l. 3. Sirm. to. 1. p. 562. d. *Nemo intrat in domum fortis, & vasa ejus diripiet, nisi priùs fortem ligaverit, & tunc vasa ejus diripiet.* Vide Not. ad Matth. 12. 29.

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. legit: *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata, & blasphemiæ;* nec addit, *quibus blasphemaverint:* deest pariter hæc pericope in Corb. 2. In Cantabrig. verò sic, *quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quæcunque blasphemaverint.* Græcè: ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς..... καὶ βλασφημίαι ὅσας ἄν, &c. Apud Cypr. epist. 9. ad Clerum, p. 18. c. & l. 3. Testim. p. 314. c. *omnia peccata remittentur filiis hominum, & blasphemiæ;* deinde, *qui autem,* &c. de ℣. seq. Hilarius quoque in Matth. col. 671. e. dicit *omnino peccata cujusque generis remittenda;* dein ex ℣. 29. *blasphemiam in Sp. S.* &c. Ambrosiast. col. 132. a. *quia omnia peccata, & blasphemia remittentur hominibus: qui autem,* &c.

℣. 29. Ms. S. Germ. 1. *qui autem blasphemaverit in Spiritum S. non habet remissionem, sed reus erit æterni delicti.* Corb. 2. *qui autem blasphemaverit in Spiritu sancto, non habet remissionem, sed reus erit sempiterni delicti.* Cantabrig. *si quis autem blasphemaverit in Spir. sanctum, non habet remissionem, sed reus erit æterni delicti.* S. Gat. *non habet in se remissionem, neque in hoc sæculo, neque in futuro, sed reus erit æt.* &c. Itidem S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *non habet remissionem;* cæt. ut in Vulgata. Ita quoque in Græco est, præter hoc ult. ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως· sed al. ἔσται, non ἐστίν; & sup. ἕξει, pro ἔχει. Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 314. c. *qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur illi, sed reus erit æterni peccati:* & epist. 9. ad Cler. p. 18. c. *non habebit remissam, sed reus est æterni peccati.* Hilarius etiam in Matth. col. 671. dicit *blasphemiam in Spiritum S. non remittendam.* Vigil. Taps. l. 12. de Trinit. *qui autem blasphemaverit in Spiritu sancto, non remittetur eis.* Ambrosiast. col. 132. a. *qui autem peccaverit in Spiritum S. non remittetur ei, neque hîc, neque in futuro.* Vide Matth. 12. 32.

℣. 30. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 2. textui Colb. consonant. Cantabrig. *Quoniam dicebant spiritum immundum habere eum.* S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata: nec aliter Græcè.

℣. 31. Ms. S. Germ. 1. *Et venit mater ejus, & fratres,* &c. quæ supra. Corb. 2. & Cantabrig. *Et venit mater ejus, & fratres ejus,* &c. Græc. Ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, &c. al. Καὶ ἔρχονται· quidam, ἀδελφοὶ αὐτοῦ· alii, inverso verborum ordine, ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ.

℣. 32. Ms. S. Germ. 2. *sedebant autem circa eum turbæ: & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te, stantes.* Corb. 2. *& sedebant circa eum turbæ: & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui, & sorores tuæ foris quærunt te.* Cantabrig. *& sedebat..... & sorores tuæ foras quærunt te.* S. Germ. 1. Corb. 1. & S. Gat. Vulgatæ congruunt. Græc. καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ. Ἰδοὺ, &c. ut in Vulg. al. καὶ λέγουσιν αὐτῷ· paulòque post, ἀδελφοί σου, καὶ αἱ ἀδελφαί σου, &c.

℣. 33. Ms. S. Germ. 1. similiter habet initio: *Qui respondens, dixit illis;* deinde ut in Vulgata. Corb. 2. *Qui respondens, dixit illis..... aut qui fratres mei?* S. Mart. Turon. *Et respondens Jesus, ait eis: Quæ est..... & qui sunt fratres mei?* item cod. Maj. Mon. *& qui sunt fratres mei?* Cantabrig. *Et respondit eis, dicens: Quæ... aut fratres mei?* Sic etiam in Græco est; sed Ms. 1. habet: Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ λέγει· al. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, λέγει, &c. ultimòque al. καὶ οἱ ἀδελφοί μου. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1509. f. *Quæ mihi est mater, aut qui fratres?* & ep. 16. col. 823. b. *Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea?* August. ep. 243. to. 2. 870. f. *Quæ mihi mater, aut qui fratres?*

℣. 34. Textui Colb. consonant Mss. Cantabr. & Corb. 2. nisi quòd Cantabrig. delet *eos.* S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. nil omnino differunt à Vulg. cui etiam Græcum favet. In Ms. S. Germ. 2. deest versus integer. Apud Aug. verò l. de serm. Do. in m. to. 3. 208. g. legitur: *Ecce mater mea, & ecce fratres mei.*

℣. 35. Mss. Cantabrig. & S. Germ. 1. *Qui enim fecerit..... hic meus frater, & soror, & mater est.* S. Germ. 2. *& mater, & soror mea est:* abest *mea* à Corb. 2. In Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. &c. omnia ut in Vulg. Sic etiam in Græco est. Apud August. l. 2. de serm. Do. in m. to. 3. 209. a. *Et quicunque fecerit voluntatem Dei, hic mihi est frater, & mater, & soror.* Ambros. l. 2. offic. to. 2. 83. b. *Quicunque enim verbum Dei fecerit, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Vide ad Matth. 12. 50. & ad Luc. 8. 21.

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## VULGATA NOVA.

Matth. 13. 1. Luc. 8. 4.

1. ET iterum cœpit docere ad mare : & congregata eſt ad eum turba multa, ita ut navim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat:

2. & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua:

3. Audite : ecce exiit ſeminans ad ſeminandum.

4. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt illud.

5. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, ubi non habuit terram multam : & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ:

6. & quando exortus eſt ſol, exæſtuavit : & eò quòd non habebat radicem, exaruit.

7. Et aliud cecidit in ſpinas : & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocaverunt illud, & fructum non dedit.

8. Et aliud cecidit in terram bonam : & dabat fructum aſcendentem, & creſcentem; & afferebat unum triginta, unum ſexaginta, & unum centum.

9. Et dicebat : Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et cùm eſſet ſingularis, interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.

11. Et dicebat eis : Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei : illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt:

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

1. ET cœpit iterum docere ad mare : & congregata eſt ad eum turba multa, ita ut in navem aſcenderet, & ſedens proximè littus, & omnis turba in littore ſtaret:

2. & docebat illos in parabolis, dicens:

3. Ecce exiit ſeminans ſeminare.

4. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & venerunt aves, & comederunt illud.

5. Aliud verò cecidit ſupra petroſa : & quoniam non habebat terram multam, & ſtatim exortum eſt:

6. & quia non habebat radicem, facto æſtu, exaruit.

7. Et aliud cecidit in ſpinis : & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocatum eſt, & fructum non dedit.

8. Aliud autem cecidit in terram bonam : & dabat fructum aſcendentem, & creſcentem; & afferebat fructum triceſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum.

9. Et dicebat : Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et cùm eſſet ſingularis, interrogaverunt eum diſcipuli ejus, quæ eſſet parabola hæc.

11. Quibus ipſe dixit : Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei : illis autem, qui foris ſunt, in parabolis dicitur:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. S. Germ. 1. *Et cœpit iterum docere ad mare : & congreg..... ita ut in navem aſcenderet, & ſederet, & omnis turba ſtabat in littore.* Corb. 2. *ita ut in navem aſcendens ſederet proximè littus, & omnis turba ſtabat in littore.* Cantabrig. *ita ut ipſe in navi aſcendens ſederet circa mare, & omnis turba circa mare erant.* S. Mart. Turon. *ita ut in navem aſcendens.* S. Germ. 2. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulgata, cui etiam Græcum favet.

℣. 2. Mſ. Cantabrig. *& docebat illos in parabolis multis, & dicebat illis in doctrina ſua.* S. Germ. & Corb. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, ſicut & Græc. Mſ. 1. tamen loco πολλὰ, *multa*, habet λέγων, *dicens*; Cantabr. Gr. πολλαῖς.

℣. 3. Mſ. Cantabrig. *Audite : ecce exiit ſeminator ſeminare.* Corb. 2. *Audite : ecce exiit ſeminans ſeminare.* S. Germ. 2. *Audite : ecce exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. ut in Vulg. Græc. Ἀκούετε· ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· Mſs. quidam adjungunt, τὸν σπόρον αὐτοῦ· al. deeſt initio Ἀκούετε; aliàs eraſum eſt.

℣. 4. Mſs. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus* (S. Mart. *circa*) *viam, & venerunt volucres, & comederunt illud.* Corb. 2. *Et dum ſeminat, aliquid cecidit ſecus viam, & venerunt aves, & comederunt ea.* Cantabrig. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ conſonant. Græc. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, &c. ut in Vulgata : al. omittitur ἐγένετο; ſicut infra in Mſs. pleriſque τοῦ οὐρανοῦ, poſt *volucres.* Apud Auguſt. tract. 17. in Joh. to. 3. col. 425. d. *Et venient,* inquit, *volatilia cœli, & colligent ea.*

℣. 5. Mſ. Cantabrig. *Et aliud cecidit ſuper loca petroſa : & quoniam non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, propter quòd non habuit altitudinem terræ.* Corb. 2. *ſupra petroſa : & quoniam non habebat terram multam, & ſtatim exortum eſt, quia non habebat altitudinem terræ.* S. Germ. 1. *ſupra loca petroſa*, &c. ut in Vulgata. Corb. 1. *ubi non habebat terram multam*, &c. S. Germ. 2. *ſuper petroſam, ubi non habuit..... quoniam non habebant altitudinem terræ.* Gr. ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς· al. ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου, &c.

℣. 6. Mſ. Corb. 2. *& cùm exortus eſt ſol, exæſtuavit : & quoniam non habebat radicem, exaruit.* Cantabrig. *& quando exortus eſt ſol, exæſtuavit : & quia non habebat rad. exaruit.* S. Gat. *exortum eſt : ſole autem orto, exæſtuavit : & eò quòd non haberet radicem, exaruit.* Maj. Mon. *æſtuavit : & eò quòd non habuit rad.* &c. S. Germ. 1. *& quia non habuit rad.* &c. S. Germ. 2. & Corb. 1. *& quia non haberet*, &c. S. Mart. Turon. *& eò quòd non haberet*, &c. Græc. ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος, ἐκαυματίσθη, &c. ut in Vulg.

℣. 7. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. 2. *Et aliud cecidit in ſpinas : & increſcentibus ſpinis, ſuffocatum eſt, & fructum non dedit.* S. Gat. *Et aliud cecidit in ſpinis : & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt illud*, &c. Cantabrig. Corb. 1. & Maj. Mon. cum Vulgata concinunt, ſicut & S. Germ. 2. niſi quòd hab. *in ſpinis.* Græc. ut in Vulg.

℣. 8. Mſ. Corb. 2. *Aliud autem cecidit..... & dat fructum aſcendentem; & afferet creſcentem, unum tricenſimum, & aliud ſexagenſimum, aliud verò centeſimum.* S. Germ. 1. cum Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. *& afferebat unum tricenſimum, & unum ſexageſimum, & unum centeſimum.* Cantabrig. *& dat fructum....... & adferet unum xxx. & unum lx. & unum c.* S. Germ. 2. *& dabit fructum*, &c. ut in Vulgata. Ipſi autem Vulgatæ Græc. ſuccinit ad verbum; Mſ. unus tamen habet ἐν τριακοστὸν, καὶ ἐν ἑξηκοστὸν, καὶ ἐν ἑκατοστὸν, loco τριάκοντα..... ἑξήκοντα..... ἑκατόν.

℣. 9. Itidem Mſs. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. &c. Sic etiam S. Germ. ambo, & Cantabr. ſed addunt, *& intelligens, intelligat.* Corb. 2. *Qui habet aures, audiat; & intelligens, intelligat.* Græc. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω· à pleriſque Mſs. abeſt αὐτοῖς; ſolus Cantabrig. Græc. ſubdit, καὶ ὁ συνιῶν, συνιέτω.

℣. 10. Textui Colb. accedunt Mſs. Cantabrig. S. Germ. 1. & Corb. 2. niſi quòd duo priores habent, *illum diſcipuli ejus, quæ eſſet parab. iſta;* Corb. 2. *quæ eſſet hæc parabola.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. ſimpliciter, *parabolas.* S. Gat. & Maj. Mon. *de parabolis.* Græc. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, τὴν παραβολήν· ſed Mſs. plures ferunt : αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, τίς ἡ παραβολὴ αὕτη.

℣. 11. Mſ. Corb. 2. *Et dixit illis : Vobis datum eſt noſſe myſterium Dei : illis autem, qui foris ſunt, in parabolis dicitur.* S. Germ. 1. *Et ait illis : Vobis datum eſt cognoſcere myſterium regni Dei : illis autem, qui foris ſunt, non eſt datum, ſed in parabolis dicitur.* Cantabrig. *Et ait illis : Vobis ..... cognoſcere myſt. regni Dei : illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia dicitur.* Corb. 1. *Vobis datum eſt myſterium regni Dei*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. Turon. *ſcire*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 12. ut videntes videant, & non videant : & audientes audiant, & non intelligant : nequando convertantur, & remittantur eis peccata.

13. Et ait illis : Nescitis parabolam istam? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

14. Qui loquitur verbum, ipse est qui seminat.

15. Hi autem, qui seminantur circa viam, ipsi sunt qui negligunt, verbum suscipientes, & cùm audierint, venit confestim satanas, & auferet verbum, quod seminatum est in eis.

16. Et hi sunt, qui seminati sunt super petrosa : qui cùm audierint verbum, cum gaudio accipiunt illud :

17. & non habent radicem in se, sed sunt temporales : deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.

18. Et alii qui in spinis seminantur : hi sunt qui verbum audiunt,

19. & sollicitudinibus victi, & delectationibus mundi abalienati offocant verbum, & sine fructu efficiuntur.

20. Et hi sunt, qui super terram bonam ceciderunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt & fructificant, unum tricesimum, & unum sexagesimum, & unum centesimum.

21. Et dicebat illis : Nunquid accenditur lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? sed supra candelabrum ponitur.

22. Non enim est aliquid absconditum, quod non manifestetur : nec factum occultum, quod non in palàm veniat.

VULGATA NOVA.

12. ut videntes videant, & non videant : & audientes audiant, & non intelligant : nequando convertantur, & dimittantur eis peccata. Isai. 6. 9. Matth. 13. 14. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.

13. Et ait illis : Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

14. Qui seminat, verbum seminat.

15. Hi autem sunt, qui circa viam, ubi seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum.

16. Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur : qui cùm audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud :

17. & non habent radicem in se, sed temporales sunt : deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.

18. Et alii sunt qui in spinis seminantur : hi sunt qui verbum audiunt, 1. Tim. 6. 17.

19. & ærumnæ sæculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

20. Et hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

21. Et dicebat illis : Nunquid venit lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne ut super candelabrum ponatur? Matth. 5. 15. Luc. 8. 16. & 11. 33.

22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur : nec factum est occultum, sed ut in palàm veniat. Matth. 10. 26. Luc. 8. 17.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mysterium*, &c. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. nil omnino discedunt à Vulg. neque etiam Græcum : à Mss. tamen pluribus abest verbum γνῶναι, ante *mysterium*; & in fine quidam ferunt λέγεται, pro γίνεται, *fiunt*. Auctor l. cont. Judæos, p. 497. b. legit : *Vobis quidem datum est intelligere sacramenta Dei : aliis autem in similitudinibus*. Fulg. l. 3. de verit. præd. p. 488. *Vobis datum est scire mysterium*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Ms. S. Germ. 1. *ut videntes videant, & non aspiciant..... nequando convertantur, & dimittam eis peccata*. Corb. 2. & Cantabr. *ut videntes videant, & non videant... nequando convert. & remittam* ( Cantabrig. *demittam*) *eis peccata*. S. Germ. 2. *nequando convert. & sanem eos, & dimittantur eis peccata*. Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulg. & Græco. Solus Cantabr. Græc. ultimò hab. καὶ ἀφεθήσομαι αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα, pro ἀφεθῇ. Horum loco in ed. Paris. 6. legitur, καὶ ἰάσωμαι αὐτοὺς. Apud Ambr. in Ps. 61. col. 968. b. *videbunt, & non videbunt : audient, & non audient*. August. in Joh. 18. to. 3. 787. d. *ut videntes videant, & non videant*.

℣. 13. Ms. Corb. 2. convenit cum textu Colb. Cantabrig. verò, Corb. 1. S. Germ. S. Gat. &c. cum Vulgata ad verbum; cui suffragatur Græcum.

℣. 14. Mss. S. Germ. Corb. Cantabrig. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant unà cum Græco. Ap. Ambros. pariter, l. 3. Hex. col. 50. b. *Qui seminat, verbum seminat*.

℣. 15. Ms. S. Germ. 1. *Hi autem sunt, qui circa viam, quibus seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit satanas, & auferat verbum, quod seminatum est in corde eorum*. Similiter habent Corb. 2. & Cantabrig. *quibus seminatur verbum*; subinde, cum Ms. S. Mart. Turon. *& auferet verbum, quod seminatum est in corda eorum*. Corb. 1. *& auferet verbum, quod seminatum est in corde eorum*. Itidem S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *in corde eorum*. Græcum Vulgatæ respondet : Mss. tamen quidam ferunt, οἷς σπείρεται, loco ὅπου σπείρεται, *ubi seminatur*.

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. *Et hi, qui supra petrosa seminantur : hi sunt, qui cùm..... statim cum gaudio accipiunt illud*. Corb. 2. *Et hi sunt, qui super petrosam seminantur : qui cùm audierint verbum, cum gaudio*, &c. Cantabrig. *Et hi sunt, qui super petrosa seminantur : qui cùm aud. verbum, cum gaudio excipiunt illud*. Corb. 1. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ similes, sicut & Græcum. Sed Mss. quidam delent adverb. ὁμοίως, *similiter*; ut & alii istud, εὐθέως, *statim*. Apud August. in Ps. 90. to. 4. 966. c. sic : *Hi sunt qui audiunt verbum, & ad horam gaudent ad verbum*.

℣. 17. Ita ferunt Mss. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque Corb. ambo, cum S. Germ. 2. nisi quòd hic legit, *continuò scandalizantur*; Corb. 1. *statim scandaliz*. Corb. 2. *& confestim scandaliz*. Cantabrig. *deinde facta tribulatione & persec..... confestim scandalizabuntur*; S. Mart. Turon. *scandalizentur*. Græcum textui favet, præterquam quòd ponit ἢ διωγμοῦ, *aut persecutione*. August. in Ps. 90. to. 4. 966. c. *& in tribulatione, quæ fit propter verbum, continuò scandalizantur*.

℣. 18. Vulgatæ magis accedunt Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. S. Gat. &c. Græcè ita : Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες.

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. *& sollicitudines victûs, & errores mundi, & deceptio divitiarum, & reliquæ concupiscentiæ simul incidentes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur*. Corb. 2. *& sollicitudines victûs, & delectationes mundi incendentes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur*. Cantabrig. *& sollicitudinem victûs, & errores mundi simul incedentes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur*. Similiter habent *efficiuntur* Corb. 1. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. cætera verò ut in Vulgata. S. Germ. 2. ipsi consonat ad verbum; sicut etiam Græcum, nisi quòd habet, καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, *& curæ sæculi hujus*, loco *ærumnæ sæculi*. Goth. βίου.

℣. 20. Ms. S. Germ. 1. *Et hi, qui supra terram bonam seminati sunt, hi sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt & fructificant, unum tricesimum, & aliud sexagesimum, & aliud centesimum*. Corb. 2. *Hi sunt autem, qui super terram bonam ceciderunt, qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificat, unum tricensimum, & unum sexagensimum, unum verò centesimum*. Corb. 1. *& fructum faciunt, unum tricesimum, & unum sexagesimum, & unum centesimum*. Cantabrig. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata : nec refragatur Græcum. Ms. S. Germ. 2. Lat. post hoc, *seminati sunt*, addit, *hi sunt qui audiunt.... & unum sexaginta* : item in Cantabrig. & S. Mart. Turon. *& unum sexaginta*, ut in Græco.

℣. 21. Ms. S. Germ. 1. *Et dicebat illis : Nunquid accenditur lucerna ut sub..... aut sub lectum? nonne ut*, &c. quæ in Vulgata. Corb. 2. *Nunquid accenditur lucerna, & sub modio ponatur, aut sub lecto? & non supra candelabrum ponatur?* Cantabrig. *Nunquid accenditur lucerna, & sub modio ponitur, aut sub tectum? & non super candelabrum ponatur?* S. Germ. 2. *non ut supra candelabrum ponatur, ut omnibus luceat?* Corb. 1. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt simul cum Græco. Mss. tamen quidam, loco ἔρχεται, *venit*, habent καίεται, al. ἅπτεται, *accenditur*.

℣. 22. Ms. Cantabrig. *Non est enim absconditum, sed ut*

### Vulgata nova.

23. Si quis habet aures audiendi, audiat.
Matth. 24. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In
7. 2. qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis,
Luc. 6. & adjicietur vobis.
38. 25. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non
Matth. habet, etiam quod habet auferetur ab eo.
13. 12. & 26. Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quem-
25. 29. admodum ſi homo jaciat ſementem in terram,
Luc. 8. 27. & dormiat, & exſurgat nocte & die, &
18. & 19. ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille.
26.

28. Ultro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.

29. Et cùm produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

30. Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

Matth. 31. Sicut granum ſinapis, quod cùm ſemina-
13. 31. tum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſemini-
Luc. 13. bus, quæ ſunt in terra:
19. 32. & cùm ſeminatum fuerit, aſcendit, &
fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut poſſint ſub umbra ejus aves cœli habitare.

33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire:

34. ſine parabola autem non loquebatur eis: ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

35. Et ait illis in illa die, cùm ſerò eſſet factum: Tranſeamus contra.

### Versio antiqua.

23. Qui habet aures audiendi, audiat. Ex Mſ. Colbert.

24. Et iterum dicebat illis Jeſus: Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur vobis, & adjungetur vobis.

25. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, & quod habet auferetur ab illo.

26. Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo mittat ſemen ſuper terram,

27. & dormiat, & ſemen ſurgat diem & noctem, & germinet, & creſcat dum neſcit ille.

28. Ultro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum triticum ſpicæ.

29. Et cùm mutaverit fructum, mittet falcem, quoniam adeſt meſſis.

30. Et dicebat: Cui ſimilabimus regnum Dei? aut in quam parabolam ſimilabimus illud?

31. Simile eſt regnum Dei ſicut granum ſinapis, quod cùm ſeminatum eſt in terra, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt in terra:

32. at ubi creverit, fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut poſſint ſub umbra ejus aves cœli inhabitare.

33. Talibus parabolis loquebatur ad eos, qualiter poterant audire:

34. ſine parabolis autem non loquebatur ad eos: ſecretò autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

35. Et ait illis Jeſus in illa die, cùm ſerò eſſet factum: Tranſeamus contra.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*manifeſtetur: nec factum eſt occultum, ſed ut veniat in palàm.* Corb. 2. *Non eſt enim abſconſum, ſed ut manifeſtetur: neque factum eſt occultum, ſed ut*, &c. S. Germ. 2. *Non enim abſconditum, quod non manifeſtatur*, &c. quæ in Vulg. Ipſi autem Vulgatæ S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. conſonant ad verbum, unà cum Græco: Mſs. tamen Gr. plerique tollunt τὶ, ante *abſconditum*, ſicut ℣, proximè ſequens.

℣. 23. Mſ. Corb. 2. textui Colb. reſpondet: S. Germ. ambo, Corb. 1. Cantabr. S. Gat. &c. Vulgatæ, ſimul cum Græco.

℣. 24. Mſ. S. Germ. 2. *Et dicebat illis ſimilitudinem: Videte*, &c. quæ in Vulgata. Corb. 2. *Et dicebat illis Jeſus: Videte quid audiatis. In quam menſuram menſi fueritis*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *In qua enim menſura menſi fueritis, remetietur vobis*; nec addit, *& adjicietur*, vel *adjungetur vobis*; quod etiam delent Mſs. Cantabr. & S. Gat. loco verò *menſi fueritis*, Cantabr. legit *metieritis*. Gr. ita ..... Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν· Mſs. plures, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν· quidam verò delent ſeqq. καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν· alii ultimum tantùm, τοῖς ἀκούουσιν. Ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 314. a. *In qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur vobis.*

℣. 25. Mſ. Cantabrig. *Qui enim habet, adjicietur illi: & qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.* S. Germ. 2. *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: & qui non habet, auferetur ab eo.* S. Gat. ſimiliter, *& qui non habet, auferetur ab eo.* Corb. 2. *qui autem non habet, quod habet auferetur ab eo.* S. Germ. 1. Corb. 1. Maj. Mon. &c. ut in Vulg. Græc. ut in textu Colb. initio tamen ponit, Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ.

℣. 26. Mſ. Corb. nil diſcrepat à textu Colbertino: S. Germ. 1. & Cantabr. his paucis, *quemadmodum ſi homo jactet ſemen in terram*; S. Germ. 2. *jacebat ſemen ſuum in terram*; S. Gat. & Maj. Mon. *jactat ſementem in terram*: S. Mart. Turon. *jaciat homo ſementem in terra.* Græc. ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς· al. ὥσπερ ἐὰν..... βάλλῃ, &c. Ambroſ. l. 3. Hex. col. 50. f. *Quia ſic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo jaciat ſemen ſuper terram.*

℣. 27. Mſs. S. Germ. ambo, cum Cantabrig. *& obdormiat, & exſurgat nocte & die*, &c. quæ in Vulg. Ita quoque refert Ambroſ. l. 3. Hex. col. 50. f. Mſ. Corb. 2. *& dormiat, & ſurgat*, &c. ut in Vulg. ſubinde cod. S. Mart. Turon. *& creſcat.* Græc. καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ, καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

℣. 28. Mſ. Corb. 2. concinit cum textu Colb. Corb. 1. verò, S. Germ. 2. S. Gat. Maj. Mon. &c. cum Vulgata; cui etiam Græcum favet. Cantabrig. *Quoniam ultro terra fructificat..... deinde plenum granum in ſpicam*; S. Germ. 1. *deinde plenum triticum in ſpicam.*

℣. 29. Mſ. Corb. 1. *Et cùm ſe produxerit fructus*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Et cùm ſe produxerit fructum*, &c. Cantabr. & S. Germ. 1. *Et cùm produxerit fructum*; dein Sangerm. *ſtatim mittet falcem*, &c. Corb. 2. extremò hab. *quoniam adſtat meſſis.* Græc. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.

℣. 30. Mſ. Corb. 2. *Et dicebat: Cui aſſimilavimus..... aut in quam parabolam comparavimus illud?* S. Germ. 1. *aut in qua parabola comparabimus illud?* Cantabrig. *aut in qua parabola transferamus illud?* Græc. ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν; Mſ. quidam, ἢ ἐν τίνι παραβολῇ, dein al. παραβαλοῦμεν αὐτήν;

℣. 31. Mſs. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Sic eſt ut granum ſinapis*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Similis eſt grano ſinapis, quod cùm ſeminatum eſt in terram, minor eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt in terram.* Corb. 2. *quod cùm ſeminatum eſt in terra, minus eſt omnibus ſemin. quæ ſunt ſuper terram.* Maj. Mon. *minimum eſt omnibus ſemin. quæ ſunt in terra*; S. Germ. 1. *quæ ſunt in terram.* Græc. Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· Mſs. quidam ipſo initio, Ὡς κόκκος; plerique, Ὡς κόκκον· al. inf. μικρότερον.

℣. 32. Mſ. Cantabrig. omiſſis prioribus verbis, *at ubi creverit*, vel aliis de Vulg. ſic jungit: *& fit major omnibus oleribus...... ita ut poſſint ſub...... aves cæli inhabitare.* Corb. 2. autem initio habere mihi videtur: *quod ſeminatum fuerit in terra, aſcendit*; ultimòque cum cod. S. Germ. 1. *inhabitare.* S. Germ. 2. *ita ut poſſent..... habitare.* Græcum Vulgatæ ſuffragatur: Mſs. tamen quidam, loco σπαρῇ, *ſeminatum fuerit*, hab. αὐξηθῇ.

℣. 33. Mſ. S. Germ. 1. *Et aliis multis parabolis loquebatur verbum, prout poterant audire.* Corb. 2. *Talibus multis parabolis loquebatur verbum, prout*, &c. Cantabr. *Et talibus multis parab. loquebatur verbum, prout*, &c. cæteri Mſs. Vulgatæ patrocinantur, & Græco. Mſs. tamen plures delent vocem πολλαῖς, *multis.*

℣. 34. Mſ. Corb. 1. *ſine parabolis autem*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *ſeorſum tamen..... diſſerebat omnia*; Cantabrig. *diſſerebat eas*; Corb. 2. *exſolvebat eas*; Maj. Mon. *loquebatur omnia.* Græc. ἐπέλυε πάντα· cætera ut in Vulgata.

℣. 35. Mſ. Corb. 2. textui Colb. conſonat. S. Germ. 1. verò ſic invertit voces: *In illa die, cùm ſerò eſſet factum, ait illis Jeſus: Tranſeamus contra.* Cantabr. *Tranſeamus ultra.* Græc. Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν· al. εἰς τὸ ἐναντίον.



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

36. Et dimittunt turbas, & accipiunt eum ita ut erat in navi: & aliæ naves simul erant cum illo.

37. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navi, ita ut impleretur navis.

38. Et erat ipse in puppe super cervical dormiens: & excitantes eum, dicunt ei: Magister, non est tibi cura, quoniam perimus?

39. Et exsurgens comminatus est vento & mari, dicens: Ommutesce. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna.

40. Et ait illis: Quid timidi estis? nondum fidem habetis? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quomodo venti & mare obaudiunt ei?

### Vulgata nova.

36. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita ut erat in navi: & aliæ naves erant cum illo. *Matth. 8. 23.*

37. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, ita ut impleretur navis. *Luc. 8. 22.*

38. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?

39. Et exsurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna.

40. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 36. Ms. Corb. 2. *Et dimittunt turbas, & acceperunt illum ita ut..... & aliæ naves multæ simul erant cum illo.* Cantabrig. *Et dimittunt turbam, & acceperunt eum ita ut... & aliæ autem naves multæ erant cum illo.* S. Germ. 2. *Et dimittens turbam, & adsumunt eum*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. Turon. *adsumunt ita ut in navi erant*, &c. S. Germ. 1. Corb. 1. S. Gat. &c. nil differunt à Vulg. neque etiam Græcum, nisi quòd hab. ὡς, pro *ita ut;* paulòque post, καὶ ἄλλα δὲ, pro *& aliæ.* Mss. quidam initio ferunt ἀφίουσι, non ἀφίεντες.

℣. 37. Ms. Cantabrig. *Et facta est..... & fluctus mittebat in navi, ita ut impleret navem.* S. Germ. 2. *& fluctus mittebantur in navem, ita ut impleretur navis.* S. Germ. 1. Corb. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulg. Græc. τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι· al. καὶ τὰ κύματα; ultimòque, καταποντίζεσθαι.

℣. 38. Ms. Corb. 2....... *& excitantes illum, dicunt: Magister, non est tibi cura, quia perimus?* Cantabrig. *& excitantes eum, dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quòd pereamus.* Alii cod. Vulgatæ respondent. Græc. καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν..... οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα; al. καὶ διεγείραντες, vel ἐγείραντες αὐτὸν, λέγουσιν, &c.

℣. 39. Ms. Cantabrig. *Et exsurgens comminatus est vento & mari, & dixit: Sile, commutesce*, &c. quæ sup. Corb. 2. *comminatus est vento & mari, & dixit: Obmutesce*, &c. Alii Vulgatæ accinunt ad verbum, sicut & Græcum.

℣. 40. Ms. Cantabrig. *Et dixit illis: Quid..... nondum habetis fidem?..... & dicebant ad invicem: Quisnam est iste, quia & mare & venti obaudiunt ei?* Corb. 2. *nondum fidem habetis?... & dicebant ad alterutrum: Quisnam hic est, cui mare & venti obaudiunt?* S. Germ. 2. *Qualis est iste, quia & venti & mare obediunt ei?* S. Gat. *Quis, putatis, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?* S. Germ. 1. *quia ventus & mare oboediunt ei?* Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;..... καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ... ὑπακούουσιν αὐτῷ; Mss. quidam, δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε πίστιν;

# CAPUT V.

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

1. Et venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum.

2. Et descendentibus illis de navi, obviavit illis homo de monumentis, spiritum immundum habens,

3. qui habebat domicilium in monumentis, & neque catena jam quisquam eum alligare poterat:

4. quòd sæpe ligatus compedibus, & catenis vinctus, disrupisset eas, nec quisquam valeret ampliùs eum domare:

5. nocte autem & die in monumentis erat, exclamans.

6. Et accucurrit, & adoravit eum:

### Vulgata nova.

1. Et venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. *Matth. 8. 28.*

2. Et exeunti ei de navi, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, *Luc. 8. 26.*

3. qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quisquam poterat eum ligare:

4. quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare:

5. & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus.

6. Videns autem Jesum à longè, cucurrit, &

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. S. Germ. 2. *Et veniunt trans fretum maris in regione Gerasenorum.* Corb. 2. *Et venerunt trans in regionem Gerasenorum.* Cantabrig. *Et venerunt ultra in regionem Geras.* Gr. Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν· à pluribus Mss. abest hoc, τῆς θαλάσσης; in pluribus legitur, τῶν Γεργεσηνῶν; al. Γερασηνῶν.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *Et exeuntibus illis de nave, statim occcurrit illis homo de monumentis in spiritu immundo.* Corb. 2. *Et exeuntibus illis de navi, obviavit illi de monum. homo in spiritu immundo.* S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. *Et exeunti ei de navi, statim occurrit ei de monum.* &c. de Vulg. Ita quoque Græcum habet: sed quidam Mss. ferunt, Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου.

℣. 3. Ms. Corb. 2. *qui domicilium habebat in monumento, & neque catenis jam quisquam poterat illum adligare.* S. Germ. 2. delet vocem *catenis.* S. Germ. 1. Corb. 1. Cantabrig. S. Gat. &c. nihil cum Vulgata discordant; neque etiam Græcum, detractâ voculâ *jam;* sed in Manuscriptis pluribus legitur: οὐκέτι οὐδεὶς, &c. Juvencus l. 2. p. 61. d.

*Illi grata domus tetris habitare sepulcris,*
*Nec poterat rabidum quisquam retinere furorem.*

℣. 4. Ms. Corb. 2. *quoniam sæpe compedes & catenas, quibus ligatus erat, disrupisset, & compedes comminuisset, nec quisquam posset eum ampliùs domare.* Cantabrig. *quoniam sæpius eum ligatum compedibus & catenis, quibus ligatus erat, disrumpebat, & compedes comminuebat, nec quisquam posset eum ampliùs domare;* Maj. Mon. *dominare.* S. Germ. 1. Corb. 1. & S. Gat. Vulgatæ assentiunt; sicut etiam S. Germ. 2. nisi quòd ipso initio habet, *quia jam sæpe compedibus.* Græc. διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. Juvencus l. 2. p. 61. e.

*Ferrea quinetiam rumpebant vincula membris,*
*Scindebatque graves ut linea fila catenas,*
*Et jam compedibus levis insultare soluto*
*Ludus erat, saxisque ferum concidere pectus.*

℣. 5. Ms. Cantabrig. *nocte autem & die in montibus & in monumentis erat, exclamans, & concidens se lapidibus.* Corb. 2. *nocte autem ac die in monum. & in montibus erat, exclamans, & concidens*, &c. S. Mart. Turon. *& semper nocte ac die.... & clamans*, &c. Græc. καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν, &c. ut in Vulgata.

℣. 6. Ms. Cantabr. *Videns autem Jesum à longè, adcucurrit*, &c. Alii codd. ut in Vulgata, & in Græco. Ap. Ju-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

adoravit eum:

7. & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi, Jesu fili Dei altissimi? adjuro te per Deum, ne me torqueas.

8. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

9. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.

10. Et deprecabatur eum multùm, ne se expelleret extra regionem.

11. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens.

12. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos ut in eos introeamus.

13. Et concessit eis statim Jesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari.

14. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciaverunt in civitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum:

15. & veniunt ad Jesum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis: & timuerunt.

16. Et narraverunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis.

17. Et rogare cœperunt eum ut discederet de finibus eorum.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

7. & exclamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi est, Jesu fili Dei summi? adjuro te per Deum, ne me torqueas.

8. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

9. Et interrogavit eum Jesus: Quod tibi nomen est? Qui respondens dixit: Nomen mihi Legio est, quia multi sumus.

10. Rogabant autem eum multùm, ne expelleret eos foras regionem.

11. Erat autem ibi grex porcorum magnus circa montem, pascens.

12. Et rogaverunt eum dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos ut in eos intremus.

13. Et continuò Jesus misit eos in porcos. Qui introeuntes in porcos spiritus immundi, fecerunt impetu magno ire * gregem per præceps, & ceciderunt in mari quasi ad duo millia, & suffocati sunt in mare.

* Ms. vitiosè in gregem.

14. Qui autem pascebant illos, fugerunt, & renuntiaverunt in civitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset quod factum est:

15. & venerunt ad Jesum: & viderunt illum hominem, qui vexabatur à dæmonio, sedentem, vestitum, & sanæ mentis sobrium: & timuerunt valde.

16. Narraverunt autem illis hi, qui viderant, qualiter factum sit ei qui dæmonium habuerat, & de porcis.

17. Illi verò rogare cœperunt Jesum ut discederet à finibus eorum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vencum l. 2. p. 61. e.

*Isque ubi pergentem Christum per littora vidit,*
*Cum clamore ruit, longèque accurrit adorans.*

℣. 7. Ms. S. Germ. 1. *& exclamans... Quid mihi, & tibi, Jesus fili Dei summi?* &c. quæ supra. Corb. 2. *& exclamans..... Quid mihi, & tibi, Jesu fili Dei summi? adjuro te per Deum vivum, ne*, &c. Similiter habent S. Germ. 2. S. Gat. & S. Mart. Turon. *Dei summi;* Cantabrig. *Dei excelsi.* Græc. ut in Vulgata.

℣. 8. Mss. Cantabrig. & Corb. 2. *Dicebat enim illis Jesus*, &c. Cæteri codd. ut in Vulgata, & Græco.

℣. 9. Ms. Cantabrig. *Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et respondit: Est mihi nomen Legio, quia*, &c. S. Germ. 1. *Et dixit: Legio nomen est mihi, quia*, &c. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Et dicit ei: Legio nomen mihi est, quia*, &c. Corb. 2. priora tantùm verba præfert: *Et interrogavit eum Jesus: Quod tibi nomen est?* reliqua delet. Ms. verò Maj. Mon. addit, *Et dicit ei: Legio nomen est mihi*, sed tollit seq. *quia multi sumus.* Græc. Καὶ ἐπηρώτα αὐτόν· Τί σοι ὄνομα; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι, &c. quæ in Lat. Mss. plures, Καὶ λέγει αὐτῷ· Λεγεών, &c. al. ὄνομα ἐστί μοι.

℣. 10. Ms. S. Germ. 1. *Et deprecabantur eum, ne eos expelleret extra regionem.* Corb. 2. *Et deprecabantur eum spiritus immundi, ne expelleret eos de regione.* Cantabrig. *Et deprecabatur eum multùm, ut ne se expelleret extra regionem.* S. Germ. 2. pariter, *Et deprecabantur;* reliqua verò ut in Vulg. Græc. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας· al. ἀποστείλῃ αὐτὸν, &c.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *Erat autem circa montem grex porcorum pascentium.* S. Germ. ambo, Corb. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Sic etiam Corb. 2. detracta voce *magnus.* Græc. Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τὰ ὄρη, &c. ut in Vulgata: Mss. plerique, πρὸς τῷ ὄρει· subinde alias deest μεγάλη, *magnus.*

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Et deprecabantur eum dæmonia, dicentes*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Et deprecab. eum spiritus immundi, dicentes: Mitte*, &c. S. Gat. *Et deprec. eum spiritus, dicentes: Si ejicis nos, mitte*, &c. S. Germ. ambo, & Corb. 2. ut in Vulgata. Græc. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες· Πέμψον, &c. Mss. plures, Καὶ παρεκάλουν· à quibusdam abest vox πάντες.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Et statim Dominus Jesus misit eos in porcos. Et exeuntes spiritus immundi intraverunt in porcos: & præcipitatus est grex per præceps in mari ad duo millia, & suffocati sunt in mare.* Corb. 2. *Et statim Dominus Jesus misit illos in porcos. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare quasi ad duo millia, & suffocati sunt in mare.* S. Germ. 1. *Et præcepit eis Jesus. Et statim exeuntes spiritus imm. introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare, & duo millia suffocati sunt in mare.* S. Germ. 2. *Et concessit eis statim Dominus Jesus. Et exeuntes spiritus imm. grex præcipitatus est in mare, & suffocati sunt in mare: erant autem quasi duo millia.* S. Gat. *grex porcorum præcipitatus est;* Maj. Mon. *impetu abiit;* S. Mart. Turon. *præcipitatus est in mare: erant autem ad duo millia, & suffoc.* &c. Græc. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι, καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ· al. initio: Καὶ εὐθέως Κύριος Ἰησοῦς ἔπεμψεν αὐτούς· Cantabr. Gr. addit, εἰς τοὺς χοίρους.

℣. 14. Ms. Corb. 2. textui Colb. congruit: S. Germ. 1. verò Vulgatæ. Ita quoque Cantabrig. nisi quòd scribit *in civitate*, tollitque extremò, *factum.* Similiter hab. S. Germ. 2. *in civitate;* ultimò autem, *quid esset facti.* Itidem codd. S. Gat. & S. Mart. Turon. *quid esset facti.* Maj. Mon. *quod esset facti.* Gr. Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους, ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν..... Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός· Mss. nonnulli hab. αὐτοὺς, loco τοὺς χοίρους.

℣. 15. Ms. Corb. 2. *& veniunt ad Jesum: & vident illum hominem, qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis sobrium: & timuerunt.* S. Gat. & Maj. Mon. *& venerunt ad Jesum;* subinde S. Germ. 2. delet *vestitum;* addit verò Ms. S. Mart. Turon. uti post *sanæ mentis*, id, *qui habuerat legionem*, dein, *& timuerunt.* S. Germ. 1. & Cantabr. codd. Vulgatæ similes. Gr. καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν· καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον, καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν· Mss. quidam adimunt καὶ, post καθήμενον; unus tollit ἱματισμένον.

℣. 16. Ms. Corb. 2. *Narraverunt autem illis*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Narraverunt autem illis, qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmonio vexabatur, & de porcis.* S. Germ. 2. *qualiter esset factum ei*, &c. ut in Vulg. Alii concordant cum ipsa ad verbum. Græc. Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς..... πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, &c. Mss. plures initio; Διηγήσαντο δέ.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Et rogabant eum ut discederet de regionibus eorum.* Corb. 2. *Et rogare cœperunt Jesum ut disced. de finibus eorum.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Et rogare eum cœperunt ut disced. à finib.* &c. Græc. Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 18. Cùmque aſcenderet Jeſus navem, cœpit illum deprecari is, qui à dæmonio vexabatur, ut eſſet cum illo :

19. Jeſus verò non permiſit ei, ſed ait illi : Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecit, & quomodo miſertus eſt tui.

20. Ille verò egreſſus, cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi fecit Jeſus : & omnes mirati ſunt.

21. Et cùm transfretaſſet inde iterum Jeſus, convenit ad illum turba multa juxta mare.

22. Et ecce quidam de principibus ſynagogæ nomine Jaïrus, videns Jeſum, procidit ad pedes ejus,

23. & rogabat eum, dicens : Filia mea in extremis eſt, Sed veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet.

24. Et abiit cum illo, & ſequebatur Jeſum turba multa, comprimentes eum.

25. Et ecce mulier, quæ fuerat in profluvio ſanguinis per annos duodecim,

26. quæ multa pertulerat à pluribus medicis : & erogaverat omnia ſua, & nihil profecerat, ſed pejùs habebat :

27. hæc, audito Jeſu, venit in turba, & tetigit veſtimentum ejus :

28. dicens intra ſe : Si veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero.

29. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus : & ſenſit corpori ſuo quòd eſſet ſalva.

30. Cognovit autem Jeſus virtutem, quæ exie-

### VULGATA NOVA.

18. Cùmque aſcenderet navim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, ut eſſet cum illo :

19. & non admiſit eum, ſed ait illi : Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

20. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Jeſus : & omnes mirabantur.

21. Et cùm tranſcendiſſet Jeſus in navi rurſum trans fretum, convenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

22. Et venit quidam de archiſynagogis nomine Jaïrus : & videns eum, procidit ad pedes ejus,

23. & deprecabatur eum multùm, dicens : Quoniam filia mea in extremis eſt, Veni, impone manum ſuper eam, ut ſalva ſit, & vivat.

24. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

25. Et mulier, quæ erat in profluvio ſanguinis annis duodecim,

26. & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis : & erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deteriùs habebat :

27. cùm audiſſet de Jeſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus :

28. dicebat enim : Quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero.

29. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus : & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.

30. Et ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſcens

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Mſ. Corb. 2. *Cùmque aſcenderet Jeſus navem, cœpit illum rogare, qui à dæm. vexatus fuerat*, &c. S. Germ. 2. *Cùmque aſcenderet in navem, cœpit illum deprecare*, &c. S. Germ. 1. *deprecare, qui dæmonio vexatus fuerat*, &c. Cantabrig. *Et aſcendente illo in navi, cœpit deprecari illum, qui dæmonio vexabatur, ut*, &c. Græc. Καὶ ἐμβάντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς, ἵνα, &c. Mſs. plures initio, Καὶ ἐμβαίνοντος, &c.

℣. 19. Mſ. Corb. *Jeſus verò non permiſit ei, ſed ait illi ..... & annuntia illis quanta Dominus tibi fecit, & quòd & miſertus eſt tui.* S. Germ. 2. *Jeſus autem non admiſit eum, ſed ait illi..... & annuntia illis quanta tibi Dom. fecerit, & quòd miſertus eſt tui.* Cantabrig. *Jeſus autem non admiſit illum : & ait illi..... & annuntia illis quanta tibi Deus fecit, & quòd miſertus eſt tui.* S. Gat. *Et Jeſus non admiſit eum.* Maj. Mon. *Et non dimiſit eum.* Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ..... καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ἠλέησέ σε· Mſs. plures initio, Καὶ οὐκ ἀφῆκεν· al. Καὶ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν· extremò Cantabr. Græc. cum Syr. καὶ ὅτι ἠλέησε. Vide Millii Not. in hunc loc.

℣. 20. Mſ. Corb. *Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ei fecit Jeſus : & omnes mirati ſunt.* Cantabr. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata, niſi quòd S. Germ. 1. leg. *in Decapolim.* Græc. Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

℣. 21. Mſ. Corb. *Et cùm transfretaſſet ultra iterum Jeſus, convenit ad illum magna turba circa mare.* Cantabrig. *Et cùm transfretaſſet Jeſus ultra, rurſum convenit turba multa ad eum circa mare.* S. Germ. 1. *Cùm aſcendiſſet autem Jeſus in navi, & veniſſet trans fretum, iterum convenit turba multa ad illum, & erat circa mare.* Græc. Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν· Mſs. plures delent ἐν τῷ πλοίῳ· Syr. & Perſ. habent πάλιν συνήχθη· ſubinde Mſs. quidam, πολὺς πρὸς αὐτόν.

℣. 22. Mſ. Corb. breviùs : *Et venit quidam archiſynagogus : & vidit eum, & procidit ad pedes ejus.* Cantabrig. adhuc ſimpliciùs : *Et venit quidam archiſynagogus : & procidens ad pedes ejus.* S. Germ. ambo, S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων ὀνόματι Ἰάειρος· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ· Mſ. quidam, τὶς τῶν ἀρχισυν..... ſubinde al. προσπίπτει.

℣. 23. Mſ. Corb. *& rogans eum, & dicens : Quoniam filia mea in extremis eſt, Et veniens tange eam de manibus tuis, ut ſalva ſit, & vivat.* Cantabrig. *rogans eum, & dicens : Filia mea in extremis eſt, Veni, tange eam de manibus tuis, ut ſalva ſit, & vivat.* S. Germ. ambo, *& deprecabatur eum multùm, dicens : Quia filia mea..... eſt, Veni, impone manum tuam ſuper eam, ut*, &c. S. Mart. Turon. *impone manus ſuper*, &c. Græc. καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, λέγων· Ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει, Ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ, καὶ ζήσεται· Mſ. quidam, Ἐλθὲ, ἵνα ἐπιθῇς· al. Ἐλθὲ, ἐπίθες αὐτῇ τὴν χεῖρά σου· extremò alius, καὶ ζήσηται, al. ζήσῃ.

℣. 24. Mſ. Cantabrig. *Et ibat cum illo, & ſequebatur eum..... & comprimebant illum.* S. Germ. 2. *Et abiit cum illo..... ita ut comprimebant illum.* Corb. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata, & Græc.

℣. 25. Mſ. Corb. *Et ecce mulier, quæ erat in profluvio*, &c. Cantabrig. *Et mulier quendam erat in profluvio*, &c. S. Germ. 2. *in profluxione ſanguinis*, &c. Græc. Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει..... ἔτη δώδεκα· à Mſs. pluribus abeſt τίς.

℣. 26. Mſ. Corb. *quæ multa paſſa fuerat à pluribus medicis : & erogaverat omnia ſua, & nihil profecerat, ſed pejùs habebat.* Cantabrig. *quæ multa paſſa erat à compluribus medicis : & erogaverat ſua omnia, nec quicquam proficiebat, ſed magis deteriùs habebat.* Græc. καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν· καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα· al. παρὰ πολλῶν ἰατρῶν, al. ἀπὸ πολλῶν, &c.

℣. 27. Mſ. Corb. *audito de Jeſu, venit in turba de retro, & tetigit*, &c. Cantabrig. *audito de Jeſu, venit de retro, & tetigit*, &c. Græc. ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο, &c.

℣. 28. Mſ. Corb. *dicens intra ſe : Vel ſi veſtim. ejus tetigero, ſalva ero.* Cantabrig. *dicens intra ſe : Quia ſi veſtimentum ejus adtigero, ſalva ero.* Græc. ἔλεγε γάρ· Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι· Mſs. quidam, ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· Ὅτι, &c. al. τοῦ ἱματίου· al. deeſt Ὅτι.

℣. 29. Mſ. Corb. *Et confeſtim ſiccatus eſt....... & ſenſit corpori ejus quòd eſſet à plaga ſana.* Cantabrig. *& ſenſit corpori quòd ſana eſſet à plaga.* S. Germ. 1. *& ſenſit corpori quòd ſana eſſet à plaga.* S. Germ. 2. *& ſenſit corpori ſuo quòd ſanata eſſet à plaga.* Græc. καὶ ἔγνω τῷ σώματι ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

℣. 30. Mſ. Corb. *Cognovit autem Jeſus virtutem exiſſe à ſe ; converſus ait ad turbas : Quis tetigit veſtimenta mea?* Cantabrig. *Et ſtatim cognovit Jeſus virtutem, quæ exierat de illo ; & converſus in turba, ait : Quis tetigit veſtimenta mea?*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| virtutem, quæ exierat de illo, conversus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? | rat de se; & conversus ad turbas, ait: Quis tetigit vestimenta mea? *Ex Ms. Colbert.* |
| 31. Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit? | 31. Dixerunt autem discipuli ejus: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis tetigit vestimenta mea? |
| 32. Et circumspiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. | 32. Cùm autem circumspexisset; |
| 33. Mulier verò timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. | 33. mulier timens & tremens, sciens quod factum esset in se, procidens ante eum, dixit quid factum est. |
| 34. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. | 34. Jesus verò ait ad illam: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace, & esto salva à plaga tua: & sana facta est mulier. |
| 35. Adhuc eo loquente, veniunt ab archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid ultra vexas Magistrum? | 35. Adhuc eo loquente, venerunt ad principem synagogæ, dicentes: Filia tua mortua est: quid ampliùs vexas illum? |
| 36. Jesus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede. | 36. Jesus autem audito verbo, ait archisynagogo: Noli timere: tantùm crede. |
| 37. Et non admisit quemquam se sequi, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi. | 37. Et non admisit quemquam sequi se, nisi Petrum, & Jacobum, & Johannem fratrem Jacobi. |
| 38. Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ejulantes multùm. | 38. Et venit in domum archisynagogi, & videt flentem turbam, & clamantem multùm. |
| 39. Et ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. | 39. Et ingressus, ait: Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. |
| 40. Et irridebant eum. Ipse verò, ejectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur ubi puella erat jacens. | 40. Illi verò irridebant illum. Ipse verò, ejecta turba foris, assumpsit patrem & matrem puellæ, & qui cum eo erant, & introivit ubi erat puella jacens. |
| 41. Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge: | 41. Et tenens manum ejus, ait illi: Thabita cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge: |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

S. Germ. ambo: *Et statim Jesus cognoscens in semetipso virtutem, quæ exierat de eo, conversus ad turbam, dicebat*, &c. Græcè pariter, nisi hoc exceperis, ἐν τῷ ὄχλῳ, loco *ad turbam*.

℣. 31. Ms. Corb. *Dicunt ergo discipuli ejus*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Discipuli autem illius dicunt ei: Vides*, &c. ut in Vulg. Similiter habet S. Germ. 1. *discipuli ejus*, cum cæteris de Vulgata; cui etiam Græcum favet. Armen. extremò hab. Τίς ἥψατο τῶν ἱματίων μου; Iren. l. 1. p. 15. b. *Quis me tetigit?*

℣. 32. Ms. Corb. *Et circumspiciebat Jesus videre quæ hoc fecerat.* Itidem Cantabrig. detracto nomine *Jesus*. Gr. Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.

℣. 33. Ms. Corb. *Et mulier timens & tremens quod fecerat occultò, sciens factum, ipsa venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem*; S. Germ. 2. *omnem virtutem*. Cantabrig. *Mulier autem timens & tremens quod fecerat occultum, sciens quid esset acti, ipsa venit & procidit*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *Mulier autem timens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit*, &c. ut in Vulg. Græc. eidem Vulgatæ consonat ad verbum: Ms. tamen quidam habet, τρέμουσα διʼ ὃ πεποιήκει λάθρα· Orig. Cat. in Marc. ἐφοβήθη ὅτι κρύφα τοῦτο πεποίηκε· extremò, pro πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, sic in ed. Paris. 6. ἔμπροσθεν πάντων πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς· al. πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς ἔμπροσθεν πάντων.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Jesus autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pacem, & esto sana à plaga tua.* Corb. *Jesus verò ait illi....... vade in pacem*, &c. ut in Vulg. nec plura. Ita quoque in Græco est, præter unum Ὁ, loco *Jesus*; sed Mss. plures habent, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, &c. Ms. etiam S. Mart. Turon. *Jesus autem dixit ei.* Auctor verò quæst. ex utroque T. q. 102. & 115. col. 99. c. 126. f. *Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit.*

℣. 35. Ms. Corb. *Adhuc eo loquente, veniunt ad archisynagogum, dicentes: Filia tua mortua est: quid ampliùs vexas Magistrum?* S. Germ. 2. *veniunt ad archisynagogum, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid vexas Magistrum?* Cantabr. *veniunt ab archisynagogo, dicentes ei: Quia... quid jam vexas Magistrum?* S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata, & Græco; Mss. tamen quidam addunt αὐτῷ ad *dicentes*; alii verò delent ἔτι, ante *vexas*.

℣. 36. Ms. Cantabrig. *Jesus autem audito hoc verbo, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede.* Corb. *Jesus autem audiens hoc verbum, ait archisynagogo..... tantùm crede.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Jesus autem verbo, quod dicebatur, audito, ait*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *audito, quod dicebatur, verbo, ait*, &c. Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ..... μόνον πίστευε· à Mss. pluribus abest εὐθέως; sicut inf. à Cantabr. Græc. Arab. ac Æthiop. λαλούμενον.

℣. 37. Mss. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. concordant cum textu Colb. ad verbum etiam hoc, *sequi se*. S. Germ. 2. verò, Corb. S. Gat. &c. cum Vulgata. Sic etiam Cantabrig. nisi quòd hab. *ejus*, loco *Jacobi*. Græc. Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ, &c. ut in Vulg. al. ἀκολουθῆσαι; al. ultimò, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

℣. 38. Ms. Corb. *Et venit in dom. archisyn. & vidit flentem turbam, & lamentantem multùm.* Cantabr. *Et veniunt in dom. archisyn. & videt turbam flentem, & lamentantem multùm.* S. Germ. 1. *Et veniunt in domum archisynagogo, & vidit tumultum*, &c. quæ in Vulg. Itidem S. Germ. 2. *& vidit.* S. Mart. Turon. *Et veniunt ad domum...... & videt*, &c. Græc. Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ.... καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας, καὶ ἀλαλάζοντας πολλά· al. Καὶ ἔρχονται.... καὶ κλαίοντας, &c.

℣. 39. Mss. S. Germ. 1. ac S. Mart. Turon. *Et ingressus, ait eis*, &c. quæ sup. Corb. *Et ingressus, ait: Quid turbamini, & quid ploratis?* &c. Cantabrig. *Quid turbamini, & quid turbatis?* &c. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, & Gr. ubi pro τὸ παιδίον, *puella*, Ms. 1. hab. κοράσιον. August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 61. f. ait nonnullos codices habere *secundùm Matthæum*: Non enim mortua est mulier, sed dormit: *cùm eam Marcus & Lucas duodecim annorum puellam fuisse testentur*: vide inf. ℣. 42.

℣. 40. Ms. Cantabrig. *At illi irridebant eum. Ipse autem ejiciens turba (l. turbam) foris, adsumpto patre & matre puellæ, & qui cum illo erant, & introivit ubi erat puella.* Corb. *Illi verò irridebant illum. Ipse verò, abjectâ turbâ foras, assumpto patre & matre puellæ, & qui erant cum eo, & introivit ubi puella erat.* S. Mart. Turon. *& ingrediuntur ubi erat puella jacens.* S. Germ. 2. *At illi irridebant eum. Ipse verò, ejectis omnibus foris, adsumit Petrum, & Jacobum, & Johannem, & patrem, & matrem puellæ*, &c. quæ in Vulg. Græc. ipsi Vulgatæ respondet.

℣. 41. Ms. Corb. habet *Tabitha cum.* S. Germ. 1. *Thalitha chumi.* S. Germ. 2. *Tabitha*, absque *cumi*. Cantabr. verò, *Rabbi Thabita cumi*; cæt. ut in Vulg. Ipsi itidem Vulg. Gr. succinit ad verbum. Suidas alicubi Ταλιθὰ, teste Drusio, qui & pro κοῦμι, habet κοῦμ, quomodo & Mss. duo.

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* 42. & confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obſtupuerunt omnes ſtupore maximo.

43. Et præcepit illis Jeſus ut nemini dicerent, ſed darent illi aliquid manducare.

**VULGATA NOVA.**

42. & confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtupore magno.

43. Et præcepit illis vehementer ut nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 42. Mſs. S. Germ. 2. & S. Gat. cum textu Colbert. concinunt. Cantabrig. *& confeſtim exſurrexit puella, & ambulabat..... & obſtipuerunt omnes ſtupore magno.* Corb. *& ſtupuerunt omnes ſtupore magno.* S. Mart. Turon. *& obſtipuerunt ſtupore maximo.* Maj. Mon. *& obſtupuerunt parentes ejus ſtupore maximo.* Græc. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ. Mſs. quidam, ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς ἐκστάσει μεγάλῃ. Vide Aug. l. 2. de conſ. Evang. cit. ſup. ad ℣. 39.

℣. 43. Mſ. Corb. *Et præcepit illis Jeſus ut nemini dicerent: & dixit dari illi manducare.* Cantabrig. *Et præcepit illis uti nemini dicerent: & dixit dari illi manducare.* S. Germ. 1. *& dixit dare illi manducare.* S. Germ. 2. *& juſſit dare illi manducare.* Græc. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο· καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

# CAPUT VI.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* 1. ET egreſſus inde Jeſus, abiit in patriam ſuam cum diſcipulis ſuis:

2. & cœpit ſabbatis in ſynagoga docere, ita ut admirarentur in doctrina ejus omnes, & dicerent: Unde huic tanta? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi; & virtutes, quæ per labia ejus efficiuntur?

3. Nonne hic eſt fabri filius & Mariæ, frater Jacobi, & Judæ, & Simonis? nonne & ſorores ejus hic ſunt nobiſcum? Et hæc dicentes, ſcandalizabantur in illo.

4. Dicebat autem ad eos Jeſus: Quia non eſt propheta ſine honore niſi in domo, & in patria ſua.

5. Et non faciebat illic virtutes multas, niſi paucos infirmos imponens eis manus curavit:

6. & mirabatur propter incredulitatem illorum, & circumibat caſtella in circuitu docens.

7. Et convocatis duodecim, miſit illos binos, dans illis poteſtatem fugare ſpiritus immundos:

**VULGATA NOVA.**

1. ET egreſſus inde, abiit in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli ſui: *Matth. 13. 54. Luc. 4. 16.*

2. & facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Unde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi; & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur?

3. Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Jacobi, & Joſeph, & Judæ, & Simonis? nonne & ſorores ejus hic nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabantur in illo. *Joan. 6. 42.*

4. Et dicebat illis Jeſus: Quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. *Matth. 13. 57. Luc. 4. 24. Joan. 4. 44.*

5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curavit:

6. & mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat caſtella in circuitu docens.

7. Et vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. *Matth. 10. 1. Sup. 3. 14. Luc. 9. 1.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Maj. Mon. *Et egreſſus inde, ibat in patriam ſuam*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. & S. Germ. ambo: *Et egreſſus inde, abiit in patriam ſuam: & ſequebantur illum diſcipuli ejus.* Corb. *Et egreſſus inde Jeſus, abiit..... & ſequebantur illum diſcipuli illius.* Græc. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς..... καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

℣. 2. Mſ. Corb. *& cœpit die ſabbati docere in ſynagoga: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, omnes dicentes: Unde huic hæc? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi, ut & virtutes ejus per manus efficiantur?* Cantabrig. *& die ſabbatorum cœpit docere in ſynagogam: & multi audientes admirabantur in doctrina ipſius, dicentes: Unde huic hæc? & quæ..... ut & virtutes iſtæ per manus ejus efficiantur?* S. Germ. 1. *admirabantur in doctrinam ejus, dicentes*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *admirab. de doctrina, dicentes*, &c. Græc. καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν· καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες· Πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία, ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; Mſs. codd. quidam, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, λέγοντες· deinde unus, Πόθεν τούτῳ ταῦτα πάντα; infra plerique tollunt ὅτι; extremò hab. unus, γινόμεναι. al. γίνωνται; loco verò χειρῶν, Interpres Colbert. legiſſe videtur χειλῶν, quod facilè commutari potuit cum χειρῶν.

℣. 3. Mſ. S. Germ. 1. *Nonne iſte eſt Joſeph fabri filius & Mariæ, frater Jacobi, & Joſeph, & Judæ*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Nonne iſte eſt fabri filius Joſeph & Mariæ, frater Jacobi, & Joſeph..... nonne ſorores*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Nonne iſte eſt fabri filius & Mariæ, frater Jacobi, & Joſeph*, &c. A Corb. abeſt *& Joſeph.* In Mſ. Cantabrig. omnia quæ in Vulgata, præter hæc, *& frater Jacobi, & Joſetis*, loco *Joſeph.* Gr. Ἰωσῆ; cæt. pene ad verbum ut in ead. Vulg. at Mſs. aliqui, loco τέκτων, *faber*, ferunt ὁ τοῦ τέκτονος· alii addunt, ὁ υἱὸς καὶ τῆς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ, &c. ſubinde loco Ἰωσῆ, quidam Ἰώσητος.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Et dicebat illis Jeſus: Quia non eſt ..... niſi in patria ſua, & in genere ſuo, & in domo ſua.* S. Germ. 2. *Quia nemo propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in cogitatione* (l. *cognatione*) *ſua, & in domo ſua.* S. Germ. 1. *niſi in patriam ſuam, & in cognatione ſua, & in domo ſua.* Corb. *niſi in patriam ſuam, & in cognationem, & in domum ſuam.* Græc. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι οὐκ ἔστι..... εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· al. Καὶ ἔλεγε αὐτοῖς..... καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι αὐτοῦ, καὶ, &c. Auguſt. tr. 15. & 44. in Joh. to. 3. col. 414. f. 593. a. *Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua.* Ita pariter Auctor l. de promiſſ. p. 2. col. 149. e.

℣. 5. Mſ. Corb. *Et non fecit ibi virtutes multas, niſi paucos infirmos imponens manum curavit.* S. Germ. 2. *Et noluit ibi virtutes multas facere, niſi paucos..... impoſitis manib. curavit.* Maj. Mon. *Et ideo non poterat illic multam virtutem facere*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et non potuit ibi ullam facere virtutem, niſi paucos infirmos imponens manum curavit.* Græc. Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε· al. ὀλίγους ἀῤῥωστοῦντας. Hieron. l. 2. contra Pelagium to. 4. 519. f. *Et non poterat ibi ne unam quidem facere virtutem, niſi paucis ægrotantibus manus imponens ſanavit eos.*

℣. 6. Mſ. Corb. *& mirabantur propt..... & circumibat Jeſus caſtella in circuitu docens.* S. Germ. 2. *& mirabatur..... & circumibat caſtella docens.* S. Germ. 1. *& circuibat Jeſus caſtella in circuitu docens.* Cantabrig. *& circuibat caſtella, & circumibat docens.* Græcum Vulgatæ favet: Mſ. tamen unus habet numero plurali καὶ ἐθαύμαζον· paulò poſt alius, καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς κύκλῳ κώμας. Gaud. Brix. ſerm. 5. p. 950. g. ex Marco: *& circuibat caſtella Jeſus docens.*

℣. 7. Mſ. Corb. *Et convocatis duodecim diſcipulis, miſit illos per binos, dans illis poteſtatem fugare ſpirituum immundorum.* Itidem Cantabrig. detracto verbo *fugare.* S. Germ. 2. *Et convocavit duodecim diſcipulos: & cœpit eos mittere binos, & dabit eis poteſtatem ejicere ſpirituum immundorum.* Similiter in Mſs. S. Germ. 1. ac S. Mart. Turon. *Et convocavit;* reliqua ut in Vulg. Græc. Καὶ προσκαλεῖται, &c. ut in eadem Vulg. Mſs. tamen quidam addunt μαθητὰς αὐτοῦ, ad numerum *duodecim.* Cantabrig. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς, ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο, δύο, &c. Gaud. Brix. ſerm. 5. p. 950. g. ex Marco: *Et convo-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm; non peram, non panem, neque in zona æs,

*Act. 12. 8.* 9. sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis:

10. & dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde:

*Matth. 10. 14. Luc. 9. 5.* 11. & quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis.

*Act. 13. 51. & 18. 6.* 12. Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam agerent:

*Jac. 5. 14.* 13. & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.

*Matth. 14. 2. Luc. 9. 8.* 14. Et audivit rex Herodes, (manifestum enim factum est nomen ejus) & dicebat: Quia Joannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo.

15. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii verò dicebant: Quia propheta est, quasi unus ex prophetis.

16. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Joannem, hic à mortuis resurrexit.

*Luc. 3. 19.* 17. Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.

*Levit. 18. 16.* 18. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

VERSIO ANTIQUA.

8. præcipiens illis ne quid secum tollerent in via, nisi virgam tantùm; non peram, non panem, neque nummos in zonis, *Ex Ms. Colbert.*

9. sed calciatos caligulas, & ne induerentur duas tunicas:

10. & dixit eis: Quocunque introieritis in domum, ibi manete donec exeatis inde:

11. & quicunque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris, quod subtus est, in testimonium illis:

12. & exeuntes prædicate ut pœnitentiam agant.

13. Et quidam illorum multa dæmonia ejiciebant, & imponentes oleum, multos ægros sanabant.

14. Cùm audisset autem Herodes rex, (manifestatum enim fuerat ei nomen Jesu) & dicebat, Quòd Johannes Baptista surrexisset à mortuis: & ideo virtutes per illum efficiuntur.

15. Alii autem dicebant de eo, Quòd Helias venerit: alii verò, unum de prophetis.

16. Quo audito Herodes dixit: Quem ego decollavi Johannem, hic resurrexit à mortuis.

17. Ipse enim Herodes misit, & tenuit Johannem, & alligavit eum in carcere propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui, quòd eam uxorem duxisset.

18. Dicebat enim illi Johannes: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*catis illis duodecim, misit eos binos, dans illis potestatem fugare spiritus immundos.*

℣. 8. Ms. Corb. *Et præcipiens illis ne quid secum tollerent in viam, nisi virgam tantùm; non peram, neque panem, neque nummos in zonis.* Cantabr. *Et præcepit illis ut ne quid tollerent in viam, nisi virgam tantùm; non peram, non panem, neque in zonam æs.* Ita quoque Græcum habet. Item in Ms. S. Germ. 1. Lat. *neque in zonam æs.* Apud Gaud. Brix. serm. 5. p. 950. g. ex Marco: *Et præcipiens illis ne quid secum tollerent in via, nisi virgam tantùm; non peram, non panem, neque nummos in zonis.*

℣. 9. Ms. Corb. *sed calciatos gallicùlas, & ne induerentur binas tunicas.* Cantabr. *sed calciatos sandalia, & ne indueritis duas tunicas.* S. Germ. ambo, S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας· al. ἐνδύσασθε, al. ἐνδύσησθε. Gaud. Brix. serm. 5. p. 950. g. ex Marco: *sed calciatos caligulis, & ne induerent duas tunicas.*

℣. 10. Ms. Corb. *& dixit eis: Quocunque introieritis, ibi manete donec exeatis inde.* Itidem in Cantabr. excepto uno *illic*, pro *ibi*; Græcè ἐκεῖ; cæt. ut in Vulg.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *& quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite pulver. pedum vestrorum in testimonium illis.* S. Germ. 1. & S. Gat. breviùs: *& quicunque non receperint vos, exeuntes inde,* &c. quæ in Vulg. Itidem in S. Germ. 2. sed post *testimonium illis*, subjiciuntur ista: *Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in die judicii, quàm illi civitati.* Græcè: καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν, τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· deinde ut in Sangerm. 2. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ· Mss. nonnulli delent τὸν ὑποκάτω; sicut alii quidam tota seqq. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, &c. huc fortasse adducta ex Matthæi cap. 10. ℣. 15.

℣. 12. Mss. Cantabrig. Corb. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. S. Germ. 2. habet: *Exeuntes illi prædicabant*, &c. Græc. Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα μετανοήσωσι.

℣. 13. Mss. Corb. & Cantabrig. *& dæmonia multa ejiciebant, & unguentes oleo multos ægros sanaverunt.* S. Germ. 1. *& unguebant oleo, & multos ægrotos sanabant.* S. Germ. 2. *& ungebant multos oleo ægros, & sanabantur.* S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata, & Græco.

℣. 14. Ms. Corb. *Et audivit rex Herodes, (manifestatum enim fuerat illi nomen ejus) & dicebant, Quòd Iohannes surrexisset à mortuis: & ideo virtutes in illo efficiuntur.* Cantabrig. *Et audiit Herodes rex, (manifestum enim factum est nomen ejus) & dicebant: Quòd Johannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea efficiuntur virtutes in ipso.* Similiter habet cod. S. Mart. Turon. *& dicebant;* ultimò verò, *operantur virtutes in illo.* S. Germ. 2. *Et audivit rex Herodes, (manifestum enim factum nomen) & dicebat: Quia Johannes surrexit à mortuis: & propterea operantur virtutes in illo.* Græc. à Vulgata vix discedit: Mss. tamen plures initio hab. Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, (φανερὸν, &c.) subindè quidam fert ἔλεγον, pro ἔλεγεν, al. ἐλέγοσαν; paulòque post nonnulli, Βαπτιστὴς, loco βαπτίζων.

℣. 15. Ms. Corb. *Alii autem dicebant, Quòd Helias venit: alii verò, quòd unus de prophetis.* Cantabr. *Alii autem dicebant: Quoniam Helias est. Alii autem dicebant: Quasi unus ex prophetis.* S. Germ. 1. *Alii autem dicebant: Quia Helias est. Alii verò dicebant: Propheta est, quasi unus ex,* &c. Græc. Ἄλλοι ἔλεγον· Ὅτι Ἠλίας ἐστίν. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν, &c. Mss. quidam, Ἄλλοι δὲ...... Ἄλλοι ἔλεγον· pauló post, plures delent ἤ.

℣. 16. Ms. Corb. textui Colb. congruit; S. Germ. verò ambo, Vulgatæ. Cantabr. *Audito autem Herodes ait: Quem ego decollavi, hic à mortuis surrexit.* Maj. Mon. *Johannes hic à mortuis resurrexit.* Gr. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης εἶπεν· Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν· à Mss. quibusdam abest Ὅτι; sicut inf. ab aliis, οὗτός ἐστιν. Hieron. in Matth. 16. to. 4. 73. e. *Quem ego decollavi Johannem, ipse surrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.* Vide Matth. 15. 2.

℣. 17. Ms. Corb. *Ipse enim Herodis misit, & tenuit Johannem, & adligavit eum, & misit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quòd eam uxorem duxisset.* Itidem Cantabr. nisi quòd scribit, *Herodes... Johannen..... alligavit..... Herodiaden;* ultimòque, *quòd duxisset eam uxorem.* S. Germ. 2. *Ipse autem Herodes misit, ac... & vinxit in carcere propter Herod. uxorem Philippi fratris sui;* reliqua desunt usque ad ℣. 19. S. Germ. 1. *& inclusit eum in carcerem propter Herodiadam,* &c. ut in Vulg. Gr. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης ἀποστείλας, ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ, &c. ut sup. al. ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν φυλακήν· al. καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν φυλακὴν, absque hoc anteced. ἔδησεν αὐτόν.

℣. 18. Mss. Corb. Cantabrig. S. Germ. 1. S. Gat. &c. cum Vulgata concinunt. Sic etiam Græcè, posito uno Ὅτι, *Quia*, ante *Non licet*. Hilar. cont. Const. col. 1241. c. *Non tibi licet facere istud.* Ambros. in Ps. 35. col. 771. a. *Non licet tibi eam uxorem habere:* similiter l. 3. offic. col. 129. f.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

19. Herodias autem insidiabatur illi: & quærebat occidere illum, nec poterat.

20. Herodes verò timebat Johannem, sciens eum virum esse justum & sanctum: & observabat eum, & cùm audisset illum multa facere, libenter eum audiebat.

21. Cùm dies autem opportunus accidisset natalis Herodis, fecit cœnam magnam principibus suis, & tribunis, & primis Galilææ:

22. introivit verò filia Herodiadis saltare: & cùm saltasset, placuit Herodi, & simul recumbentibus; tunc dixit rex ad puellam: Pete à me quid vis, & dabo tibi:

23. & juravit illi: Quia quodcunque petieris dabo tibi, etiamsi dimidium regni mei.

24. Quæ cùm exisset ad matrem suam, dixit ei: Quid petam? Illa verò dixit: Caput Johannis Baptistæ.

25. Illa autem ingressa ad regem, petit sibi dari caput Johannis Baptistæ.

26. Et contristatus est rex, ut audivit: propter jusjurandum autem, & recumbentes simul, noluit negare:

27. sed misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et cùm abisset, decollavit eum in carcere,

28. & attulit caput ejus in disco: & dedit puellæ, illa autem dedit matri suæ.

29. Quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus: & posuerunt illud in monumento.

30. Et reversi Apostoli ad Jesum, renuntiave-

### Vulgata nova.

19. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.

20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

21. Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ:

22. cùmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi:

23. & juravit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

24. Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Joannis Baptistæ.

25. Cùmque introisset statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ.

26. Et contristatus est rex: propter jusjurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare:

27. sed misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere,

28. & attulit caput ejus in disco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.

29. Quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus: & posuerunt illud in monumento.

30. Et convenientes Apostoli ad Jesum, re-

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 19. Ms. Corb. *Herodes autem insidiabatur illi: & volebat..... & non poterat.* Similiter habet *Herodes* S. Germ. 2. S. Gat. verò, & Maj. Mon. *Herodis*. Cantabrig. *Herodes autem..... & quærebat..... & non poterat.* Græc. Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς..... καὶ ἤθελεν..... καὶ οὐκ ἠδύνατο.

℣. 20. Ms. Corb. *Herodes enim timebat Johannem, sciens eum virum justum & sanctum: & observabat illum, & audito eo multa faciebat, & libenter audiebat illum.* S. Germ. 2. *sciens virum justum & sanctum esse: & custodiebat eum, & audito eo quòd multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Cantabrig. cum Vulgata concinit, nisi quòd addit *esse*, ad *sanctum*. Græcè: εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον· καὶ συνετήρει αὐτὸν, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, &c. ut in Lat. Mss. plures, καὶ ἀκούων, pro καὶ ἀκούσας; deinde unus, πολλὰ ἃ ἐποίει.

℣. 21. Ms. Corb. *Cùm dies autem opportunus accidisset, & Herodis natalis sui cœnam fecit*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Herodis natali suo cœnam fecit principibus..... & primis à Galilææ.* Græc. Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς χιλιάρχοις, &c. Mss. quidam, τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει; alii, ἐποίησεν.

℣. 22. Ms. Corb. *introiens autem filia ipsius Herodiadis saltare, cùm saltasset, placuit Herodi, & simul discumbentibus: dixit rex puellæ: Pete à me quod vis, &*, &c. S. Germ. 2. *Cùmque introisset filia ipsius Herodiadis, & placuisset Herodi, simulque recumb. rex ait puellæ, cùm ipsa salutasset, & placuisset illis: Pete à me quod vis*, &c. Cantabrig. nil à Vulgata discrepat, præterquam quòd hab. *dixit rex*, loco *rex ait*. Græc. εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ· Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ, &c. Ambros. l. 3. de virg. col. 181. d. sic narrat: *Tunc rex delectatus dixit puellæ, ut peteret à rege quod vellet.*

℣. 23. Ms. Corb. *& juravit illi multa: Quia quodcunque me petieris, dabo tibi, etiamsi dimidium regni.* S. Gat. *& juravit illi multa: Quia*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *& juravit illi multa: Quòd quidquid me petieris..... licet dimid. regni mei.* S. Germ. 1. *licet et si dimidium regni mei.* Græc. καὶ ὤμοσεν αὐτῇ· Ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου· Ms. quidam, καὶ ὤμοσεν αὐτῇ πολλά· subinde quidam delent μέ. Ambros. l. 3. de virg. to. 2. 181. d. sic pergit: *deinde juravit quòd vel dimidium regni si petisset, concederet.*

℣. 24. Mss. Cantabrig. & S. Germ. 1. cum Vulgata concinunt, nisi quòd habent, *Et illa dixit*; Corb. *Illa verò dixit.* Græc. Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα, εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς..... Ἡ δὲ εἶπε, &c. ut in in Lat. supra.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Cùmque introisset ad regem, ait: Da mihi in disco hîc caput Johannis Baptistæ.* Corb. *Cùmque introisset statim cum festinatione ad regem, confestim dixit: Da mihi in disco caput Johannis Baptistæ.* Græc. Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο λέγουσα· Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν, &c. sed abest εὐθέως μετὰ σπουδῆς à Ms. Cantabrig. Gr. necnon à Copt. & Armen. subinde in al. Ms. deest Θέλω; sicut in aliis duobus, ἐξ αὐτῆς; in unoquoque Ms. deest ἐπὶ πίνακι.

℣. 26. Ms. Corb. *Et contristatus est rex, ut audivit: propter jusjurandum autem, & propter simul recumbentes, noluit eam contristare.* S. Germ. 2. *Et contristatus est rex, mox ut audivit: propter juramentum autem, & propter simul discumbentes, noluit eam contristari.* Item *contristari* in Ms. S. Mart. Turon. Cantabr. *Et contristatus est rex, mox audiit: propter jusjurandum, & propter simul recumbentes, noluit eam coutristare.* Græc. Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεύς· διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι· Mss. quidam addunt, ὡς ἤκουσε, post vocem βασιλεὺς: dein al. διὰ δὲ τοὺς ὅρκους· ultimòque, αὐτὴν ἀνταθετῆσαι; al. delet αὐτὴν; al. habet αὐτὴν λυπεῖσθαι. Ambr. l. 3. de virg. to. 2. 181. e. *Rex contristatus est..... sed propter discumbentes..... & propter jusjurandum*, &c.

℣. 27. Ms. Cantabrig. *sed statim misso* (Ms. *mis*) *speculatore præcepit adferri caput ejus. Et cùm abisset, decollavit eum in carcerem.* Itidem in Corb. detracto uno *statim*; Ms. S. Gat. addit *statim*. S. Germ. 1. *sed misit speculatorem, & præcepit adferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcerem.* Græc. καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν, ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ· Ms. quidam initio hab. ἀλλ' εὐθέως ἀποστείλας· al. delet seq. ὁ βασιλεὺς; quidam addunt ἐπὶ πίνακι, post κεφαλὴν αὐτοῦ· dein al. Καὶ ἀπελθὼν, &c.

℣. 28. Ms. Corb. *& atttulit caput ejus in lance: & dedit illud puellæ, puella autem dedit*, &c. Cantabr. *& adtulit caput in disco: & dedit*, &c. ut in Vulgata. Græc..... καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς, cætera ut in Vulg.

℣. 29. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. 1. præterquam quòd S. Germ. 1. scribit *in monumentum*. Cantabrig. *Audientes autem discipuli ejus, venerunt, & tulerunt*, &c. ut in textu. Græc. Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦλθον, καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, &c. al. τὸ σῶμα αὐτοῦ.

℣. 30. Ms. Corb. *Et convertentes Apostoli ad Jesum, renuntiaverunt ei omnia, quæ fecerunt, & docuerunt.* Canta-

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| nuntiaverunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant. | runt ei omnia, quæ fecerant, & quomodo docuerunt. *Ex Ms. Colbert.* |
| *Matth. 14. 13. Luc. 9. 10.* 31. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillùm. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. | 31. Et ait illis Jesus: Venite, eamus in desertum locum, & requiescite pusillùm. Erant autem quidam euntes: & nec manducandi spatium habebant. |
| 32. Et ascendentes in navim, abierunt in desertum locum seorsum. | 32. Et ascendentes in navi, abierunt in desertum locum secretò. |
| 33. Et viderunt eos abeuntes, & cognoverunt multi: & pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos. | 33. Et viderunt eos abeuntes: & convenerunt pedestres multi ab omnibus civitatibus, & concurrerunt illuc. |
| *Matth. 9. 36. & 14. 14.* 34. Et exiens vidit turbam multam Jesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. | 34. Cùm verò Jesus vidisset turbam, misertus est illis, quia erant sicut oves, quibus non est pastor, & cœpit docere eos. |
| 35. Et cùm jam hora multa fieret, accesserunt discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus hic, & jam hora præteriit: | 35. Et cùm jam hora multa fieret, accesserunt ad eum discipuli, dicentes: Desertus locus est, & hora jam præterivit: |
| *Luc. 9. 12.* 36. dimitte illos, ut euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos, quos manducent. | 36. dimitte illos, ut euntes in proximas villas & castella, emant sibi cibos, quos manducent. |
| 37. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare. | 37. Quibus Jesus dixit: Date illis vos manducare. Illi autem dixerunt: Euntes ememus panes ducentorum denariorum, & dabimus illis manducare. |
| 38. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognovissent, dicunt: Quinque, & duos pisces. | 38. Ipse verò ait illis: Quot panes hîc habetis? ite, videte. Qui dixerunt: Quinque panes, & duos pisces. |
| *Joan. 6. 10.* 39. Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes secundùm contubernia super viride fenum. | 39. Et præcepit illis ut discumberent omnes per contubernia super viride fenum. |
| 40. Et discubuerunt in partes per centenos, & quinquagenos. | 40. Et discubuerunt plurimi per centenos, & quinquagenos. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brig. *Et convenerunt Apostoli ad Jesum, & renuntiaverunt... quæ egerant, & quæ docuerant.* Maj. Mon. *quæcunque egerant, & docuerant.* S. Germ. 1. *& docuerunt.* Gr. Καὶ συνάγονται οἱ Ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν· Mss. plures delent καὶ, post πάντα.

℣. 31. Ms. Corb. *Et ait illis Jesus: Venite, eamus in desertum locum, & requiescite pusillùm. Erant enim quidam euntes & redeuntes: & nec manducandi spatium habebat.* Cantabr. *Et ait illis Jesus: Venite, eamus in desertum... Erant enim qui rediebant & qui ibant multi: & nec manducandi spatium habebant.* S. Mart. Turon. *Venite, seorsum eamus in desertum*, &c. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί· καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν· Mss. quidam in principio hab. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· mox al. Δεῦτε, ὑπάγωμεν εἰς ἔρημον..... καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρως εἶχον.

℣. 32. Ms. Corb. non differt à textu Colbertino: neque Cantabrig. nec S. Germ. 1. à Vulgata, præterquam quòd scribit uterque *in navi.* Gr. Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον, τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν. al. Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἀπῆλθον, &c. al. Καὶ ἀναβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθον κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον· al. ἐν τῷ πλοίῳ.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Et viderunt eos abeuntes, & cognoverunt multi: & pedestre de omnem civitatem concurrerunt illuc, & venerunt ibi.* Corbeiensis, *& pedestres ab omnibus civitatibus, & venerunt illuc*, &c. Græc. Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί· καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν· Mss. plerique delent οἱ ὄχλοι; sicut multi, αὐτὸν, post ἐπέγνωσαν· al. tollunt seq. πολλοί; quidam habent πεζοὶ, loco πεζῇ· nonnulli adimunt inf. καὶ προῆλθον αὐτοὺς; alii verò seq. καὶ συνῆλθον. De his vide Millium.

℣. 34. Ms. Corb. *Et videns Jesus turbas multas, misertus est illis, quia erant sicut oves, quibus non erat pastor, & cœpit illos docere multa.* Cantabrig. *Et exientes, & videns multam turbam Jesus, condoluit super eos, qui erant sicut oves non habentes pastorem, & cœpit docere illos multa.* S. Gat. *Et exiens inde vidit*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Et exiens inde Jesus vidit turbam*, &c. à S. Germ. 1. abest nomen *Jesus.* Gr. Vulgatæ patrocinatur; deest tamen initio ὁ Ἰησοῦς in Mss. quibusdam.

℣. 35. Ms. Cantabrig. *Et cùm jam hora multa fieret, accesserunt discipuli ejus; dicunt ei: Quia desertus est locus, & jam hora multa.* Corb. *dicentes: Desertus est locus, & jam hora multa est.* S. Germ. 2. *dicentes ei: Desertus locus hic, jam præteriit hora.* Græc. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν· Ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή· Mss. plures, προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν αὐτῷ· extremò quidam, ὁ τόπος οὗτος, καὶ ἤδη ὥρα παρῆλθεν.

℣. 36. Ms. Corb. *dimitte illos, ut exeuntes in prox. villas & castella, emant sibi quod manducent.* Cantabrig. *villas & vicos, & emant sibi quod manducent.* S. Germ. 2. *dimitte ergo illos, ut euntes in prox. villas & vicos, emant sibi escas, quas manducent.* Gr. ἀπόλυσον αὐτοὺς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν· Ms. quidam, pro κύκλῳ, habent ἔγγιστα; paulòque post alii, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν· al. ἑαυτοῖς βρώματα, ἃ φάγωσι.

℣. 37. Ms. Corb. *Et respondens Jesus dixit illis: Date illis..... Illi autem dixerunt ei: Euntes ememus ducentorum denariorum panes*; &c. quæ supra. Cantabrig. *Et respondens ait illis Jesus: Date*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Et respondens Jesus ait illis: Date..... Et dixerunt ei: Euntes eamus, & emamus ducentis den. panes*, &c. S. Germ. 1. *Illi autem dixerunt ei: Euntes emimus panes denariis ducentis*; &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Δότε....... Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους, καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν· Ms. 1. Καὶ ἔλεγον αὐτῷ· subinde alii, ἀγοράσομεν, paulòque post quidam, καὶ δώσωμεν; al. δώσομεν. Similiter apud Ambros. in Ps. 118. col. 1166. b. *Date illis vos manducare.*

℣. 38. Ms. Corb. *Ipse verò ait illis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognovissent, dicunt ei: Quinque panes, & duos pisces.* S. Germ. 2. *Et dicit ei: Quot panes hîc habetis?.... Et cùm cognovissent, dicunt ei: Quinque, & duos pisces.* Cantabrig. *Et dicit eis Jesus: Quot panes habetis? ite, videte. Et cùm cognovissent, dicunt ei: Quinque panes, & duos pisces.* S. Gat. & Maj. Mon. similiter; *dicunt ei: Quinque panes, & duos pisces.* Græc. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Πόσους ἄρτους, &c. ut in Vulg. quidam Mss. addunt αὐτῷ; ad verbum *dicunt*; sicut al. ἄρτους, ad vocem *Quinque.*

℣. 39. Ms. Cantabr. *Et præcepit illis Jesus uti discumberent omnes secundùm contubernia super viridem fenum.* Itidem Corb. detracto nomine *Jesus.* S. Germ. 2. verò addit nom. *Jesus*, cum Ms. S. Mart. Turon. paulòque post legit *contuberniam.* Græc. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ· al. ἀνακλιθῆναι; exinde Cantabr. Gr. κατὰ τὴν συμπόσιαν· al. συμπόσια, absque geminatione.

℣. 40. Ms. Corb. *Et discubuerunt in partes per centenos, & per quinquagenos.* Cantabrig. *Et discub. in partes per C. & per L.* S. Germ. 2. *Et discubuerunt omnes in partes*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα· al. non geminatur πρασιαί.



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 41. Et accepit Jesus quinque panes, & duos pisces: & respiciens in cœlum, benedixit, & gratias agens fregit quinque panes, & duos pisces, & dedit discipulis suis, ut ponerent eos: & posuerunt ante illos, ut manducarent.

42. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

43. Et sustulerunt fragmentorum duodecim cofinos plenos, & de piscibus.

44. Erant autem qui manducaverunt panes & pisces, quinque millia virorum.

45. Et surgens, coegit discipulos suos ascendere navem, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.

46. Et cùm dimisisset eos, abiit in montem orare.

47. Et cùm serò esset factum, venit Jesus:

48. & invenit illos in mari tribulari in tempestate remigantes (erat enim illis ventus contrarius) & ipse solus erat super terram, & erat hora circiter quartam vigiliam noctis: venit ergo ipse ambulans super mare: & volebat transire illos.

49. Illi verò ut viderunt illum ambulantem super mare, putaverunt phantasma esse; & exclamantes

50. omnes conturbati sunt. Ipse autem dixit ad illos: Animæquiores estote, ego sum, nolite timere.

51. Et ascendit in navem ad illos, & cessavit ventus. Alii autem magis plus stupebant:

52. non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor illorum obtusum.

53. Et cùm transfretassent inde, pervenerunt ad terram Genesar.

### Vulgata nova.

41. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in cœlum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos: & duos pisces divisit omnibus.

42. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

43. Et sustulerunt reliquias fragmentorum, duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

44. Erant autem qui manducaverunt quinque millia virorum.

45. Et statim coegit discipulos suos ascendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.

46. Et cùm dimisisset eos, abiit in montem orare.

47. Et cùm serò esset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra.

48. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. Matth. 14. 24.

49. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt.

50. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere.

51. Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant:

52. non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

53. Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Matth. 14. 34.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 41. Ms. Cantabrig. *Et acceptis v. panibus, & ii. piscicibus, aspiciens in cœlum, benedixit, & fregit v. panes, & dedit discipulis, ut adponerent ante eos: & duos pisces divisit omnibus.* Corb. *Et acceptis Jesus quinque panibus..... respiciens in cœlum, benedixit, & fregit quinque panes,* &c. quæ in Vulg. Similiter habet S. Germ. 2. *& fregit quinque panes;* reliqua ut in Vulg. deleto tamen pronom. *suis*, post *discipulis.* Gr. Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας, &c. ut in Vulg. nisi quòd habet αὐτοῖς, loco *ante eos;* Cantabrig. Gr. κατέναντι αὐτῶν, quæ idem sonant.

℣. 42. Similiter in Mss. S. Germ. Corb. Cantabrig. &c. & Græc.

℣. 43. Ms. Cantabrig. ad verbum concinit cum textu Colb. S. Germ. verò ambo, & S. Gat. cum Vulg. Corb. legit: *Et tulerunt reliquias fragm.* &c. Maj. Mon. ultimò, *& de piscibus similiter.* Gr. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.

℣. 44. Ms. Cantabrig. *Et erant qui manducaverant quinque millia virorum.* Corb. similiter habet *manducaverant;* dein S. Germ. 2. *quinque millia hominum.* Gr. Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες· al. τοὺς πέντε ἄρτους, quod in quibusdam deest; sicut ὡσεὶ, in plerisque.

℣. 45. Mss. Corb. ac S. Germ. 2. *Et statim surgens, coegit..... ascendere navem, ut præced. eum* (Germ. *in navem, ut præcederent ante eos*) *trans fretum ad Bethsaidam*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Et statim exsurgens, coegit discipulos suos ascendere in navem, ut præcederent eum ultra ad Bethsaidam, dum ipse demitteret turbam.* Græc. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον· Mss. plures, καὶ προάγειν αὐτὸν, al. αὐτούς.

℣. 46. Ita legunt Mss. Corb. Cantabr. S. Germ. &c. S. Gat. autem habet, *in montem solus orare.* Græc. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

℣. 47. Ms. Corb. *Et cùm serò esset factum, erat navis in medio mari, & ipse Jesus solus in terra.* Cantabrig. *Et cùm serò esset factum, jam erat navis in medio mare, & ipse solus in terra.* S. Germ. 2. *Et cùm serò esset factum, jam navis erat in medio maris, & ipse solus in terra.* S. Gat. *solus erat in terra.* Græc. Καὶ ὀψίας γενομένης, ἦν τὸ πλοῖον, &c. ut in Vulg. ab uno cod. abest hoc ult. καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς· quidam verò addunt ἦν, ad μόνος. In Latino nostro Colb. hæc pericope transfertur in ℣. seq.

℣. 48. Ms. Corb. *Et videns illos remigantes & laborantes* (*erat enim ventus contrarius illis*) *& circiter quartâ vigiliâ noctis venit Jesus ambulans supra mare: & volebat præterire illos.* Cantabrig. *Et videns eos remigantes & laborantes* (*erat enim ventus contrarius illis*) *& circa quartam vigiliam noctis venit Jesus ambulans super mare: & volebat transire illos.* S. Germ. 2. *venit Jesus ad eos ambulans*, &c. Græc. Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam initio ferunt, Καὶ ἰδὼν αὐτοὺς βασανιζομένους· & infra al. ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.

℣. 49. Ms. Corb. *Illi verò ut viderunt illum ambulantem supra mare...... & exclamaverunt omnes, &*, &c. Cantabrig. *At illi ut viderunt illum ambul. super mare..... & clamaverunt omnes, &*, &c. Græc. Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης..... καὶ ἀνέκραξαν.

℣. 50. Mss. Cantabrig. & Corb. alligant *omnes* ad versum antecedentem; statimque addunt: *& conturbati sunt. Et locutus est ad eos, dicens: Confidite*, &c. quæ in Vulgata. Ms. verò Maj. Mon. habet: *Omnes enim qui viderunt;* deinde, *& magis intra se stupebant*, quæ sunt de ℣. sequenti. Ms. S. Gat. *Omnes enim qui viderunt eum*, &c. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt ad verbum; nec dissimilia Græcum habet, præter unum λέγει, pro *dixit.*

℣. 51. Ms. Cantabrig. *Et ascendens in navem ad illos, & cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant.* Maj. Mon. & S. Gat. ut notatum est sup. ad ℣. 50. Græc. Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς..... καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. Καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον· Ms. 1. omittit λίαν, sicut alter ἐν ἑαυτοῖς; deest etiam ult. καὶ ἐθαύμαζον, in quibusdam.

℣. 52. Ms. Corb. *non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum contusum.* Similiter habet Cantabr. præter ult. *obtusum.* Græc. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.

℣. 53. Mss. Corb. & Cantabrig. similiter habent: *Et cùm transfretassent inde, pervenerunt in terram Genesar;* nec addunt plura. Itidem Ms. Maj. Mon. *pervenerunt in terram Genezar.* S. Germ. 1. *Et cùm fretassent, venerunt in terram Gennesareth, & applic.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *pervenerunt in terram Genesareth*, vel *Gennesareth, &*, &c. Græcè ut in Vulg. Mss. quidam addunt ἐκεῖθεν, *inde*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

54. Cùmque egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum :

55. & percurrentes universam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se malè habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse.

56. Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent : & quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

54. Et egressus de navi, continuò cognoverunt eum habitantes loci illius :

55. & circumcurrentes universam regionem illam, cœperunt in grabatis malè habentes circumferre, ubicunque audiebant eum esse.

56. Et quocunque introisset, in vicos, vel in civitates, aut in villas, ponebant infirmos suos in plateis, & deprecabantur illum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent : & quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad verbum *transfretassent* ; unus tollit ult. ϗ προσωρμίσθησαν.

℣. 54. Ms. S. Germ. 2. *Cùmque egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum inhabitantes loci illius.* S. Gat. *cognoverunt eum viri loci illius.* Corb. autem simpliciter : *Cùmque egressus esset de navi, continuò cognoverunt eum.* Cantabrig. *Et egredientibus illis de navi, continuò cognov. eum.* Græc. Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτόν· Ms. quidam initio, Καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ· subinde plures, ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου, aliqui subdunt ἐκείνου.

℣. 55. Ms. Corb. *& circumcurrentes universam reg. illam, cœperunt in grabatis ferre omnes malè habentes ; circumferebant autem eos, ubicunque audiebant Jesum esse.* Cantabrig. *circumcurrentes autem totam regionem illam, cœperunt in grabatis ferre omnes malè habentes ; circumferebant enim eos, ubicunque audierant Jesum esse.* Gr. περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξατο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι.

℣. 56. August. in Joh. 15. to. 3. 722. d. cum Mss. S. Germ. 1. & Cantabrig. *Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut in civitates,* &c. ut in Vulgata. Itidem in Ms. S. Germ. 2. detracto uno *vel in villas.* Maj. Mon. habet : *Et quocunque introeat, in vicos, vel in villas, aut in civitates, & in plateas,* &c. Corb. *Et quocunque introiebat, in vicos, vel in villas, aut in civitates, in plateis ponebant ..... & quotquot tetigissent, salvi fiebant.* Gr. Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο, εἰς κώμας ; ἢ πόλεις, ἢ ἀγροὺς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας, &c. ut in textu Latino : Mss. quidam ferunt, ἢ εἰς πόλεις, ἢ εἰς ἀγρούς· tum aliqui, ἐν ταῖς πλατείαις, &c.

# CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. ET conveniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jerosolymis.

Matth. 15. 2. 2. Et cùm vidissent quosdam ex discipulis ejus communibus manibus, id est non lotis, manducare panes, vituperaverunt.

3. Pharisæi enim, & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum :

4. & à foro nisi baptizentur, non comedunt : & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum :

5. & interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ : Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem ?

6. At ille respondens, dixit eis : Bene prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum
Isai. 29. 13. est : Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me :

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. ET convenerunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jerosolymis.

2. Qui cùm vidissent quosdam ex discipulis ejus non lotis manibus manducare panem, vituperaverunt illos.

3. Pharisæi autem, & omnes Judæi, nisi pugillo lavent manus, non manducant panem suum, tenentes traditionem seniorum :

4. & cùm à foro venerint, nisi baptizentur, cibum non capiunt : & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum :

5. & interrogantes eum Scribæ, & Pharisæi, dixerunt : Quare discipuli tui non sequuntur traditionem seniorum, sed non lotis manibus manducant panem ?

6. Quibus ipse respondens, dixit : Bene prophetavit Isaias de vobis simulatoribus, dicens : Populus hic labiis me diligit, cor autem illorum longè est à me :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Colbert. S. Germ. 2. verò habet : *Et cùm venissent ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes,* &c. Corb. delet *venientes.* Græc. Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, καί τινες..... ἐλθόντες, &c.

℣. 2. Ms. Corb. *Qui cùm vidissent quosdam ex..... communibus manibus, id est non lotis, manducare panem, vituperaverunt.* Cantabr. *Et cùm vidissent quosdam discipulorum suorum communibus manibus, id est non lotis, manducare panem, vituperaverunt.* S. Germ. 2. *id est non lotis manibus, manducare panes, vituperaverunt.* S. Mart. Turon. *manduc. panem, vituperaverunt eos.* Græc. Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, ἐσθίοντας ἄρτους, (Mss. quidam ἄρτον) ἐμέμψαντο.

℣. 3. Ms. Corb. *Pharisæi autem...... nisi pugillo laverint manus, non manducant panem, tenentes,* &c. Cantabrig. *Pharisæi enim...... nisi primò laverint manus, non manducant panem, tenentes,* &c. S. Germ. 1. *nisi priùs crebrò lavent manus, non manducant, tenentes,* &c. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *nisi crebrò lavent,* &c. Græc. Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι..... ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες, &c. Mss. quidam, ἐσθίουσι τὸν ἄρτον.

℣. 4. Ms. Corb. *& à foro cùm venerint, cibum non accipiunt : & alia multa sunt..... baptismum calicum,* &c. quæ sup. Cantabr. *& cùm venerint à foro, nisi baptizentur, non capiunt cibos : & alia multa, quæ tradita sunt..... baptismos calicum, & orceorum,* &c. S. Germ. 2. *& à foro, nisi baptizentur, non comedunt cibum : & alia multa, quæ tradita sunt ..... & æramentorum, & electorum.* Græc. ϗ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι· ϗ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς, &c. ut in textu. Mss. quidam initio hab. ϗ ἀπὸ ἀγορᾶς ὅταν ἔλθωσιν.

℣. 5. Ms. Corb. *& interrogant eum Pharisæi, & Scribæ ; dicentes : Quare discipuli tui non sequuntur traditionem seniorum, sed non lotis manibus manducant panem ?* Cantabr. *& interrogant eum Pharis..... dicentes : Quare discipuli tui non sequuntur secundùm traditionem seniorum, sed communibus manibus,* &c. S. Germ. 2. similiter addit *dicentes ;* cæt. ut in Vulg. Græc. ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι... Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν..... ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίουσι, &c. Mss. quidam initio, ϗ ἐπερωτῶσιν ; al. ἐρωτῶσιν ; subinde aliqui, λέγοντες· Διατί... ἀνίπτοις χερσὶν ; al. κοιναῖς χερσίν. August. l. 2. cont. advers. leg. to. 8. 580. g. 581. a. b. consentit cum Vulg. ab hoc, *Quare discipuli tui,* usque ad ℣. 14. inf.

℣. 6. Ms. Corb. *At ille respondens, dixit : Bene prophetavit Esaias de vobis hypocritis, dicens : Populus autem hic labiis me honorat, cor autem eorum longè habetis à me ;* S. Mart. Turon. *longè abest à me.* Cantabrig. *At ille respondens, ait illis : Quia bene prophetavit Esaias de vobis hypo-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 7. vanò autem colunt me, docentes doctrinam, & præcepta hominum.

8. Baptismos calicum, & urceorum, & alia similia multa facitis, derelinquentes præcepta Domini, & tenentes doctrinas hominum.

9. Et dicebat illis: Bene irritum facitis testamentum Dei, ut traditionem vestram statuatis.

10. Moyses enim dicit: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et: Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.

11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri suo, aut matri, Donum quodcunque ex me, tibi proficiet, (quod est Corban:)

12. jam non missum facitis illum quidquam facere patri, aut matri,

13. irritum facientes verbum Domini per traditionem vestram stultam, quam tradidistis: & similia hujusmodi multa facitis.

14. Et advocans ad se turbas, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite:

15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod eum possit communicare, sed quæ de homine procedent, illa sunt quæ communicant hominem.

16. Et si quis habet aures audiendi, audiat.

17. Et cùm introisset domum à turbis, interrogaverunt eum discipuli ejus parabolam istam.

18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intellexistis, quoniam omne quod introit ex-

VULGATA NOVA.

7. in vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.

8. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum, & calicum: & alia similia his facitis multa.

9. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis.

10. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, Exod.
& matrem tuam. Et: Qui maledixerit patri, vel 20. 12.
matri, morte moriatur. Deuter.

11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, 5. 16. Ephes.
aut matri, Corban (quod est donum) quodcun- 6. 2.
que ex me, tibi profuerit: Exod.

12. & ultra non dimittitis eum quidquam fa- 21. 17.
cere patri suo, aut matri, Levit.

13. rescindentes verbum Dei per traditionem 20. 9. Prov.
vestram, quam tradidistis: & similia hujusmodi 20. 20.
multa facitis.

14. Et advocans iterum turbam, dicebat il- Matth.
lis: Audite me omnes, & intelligite. 15. 10.

15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem.

16. Si quis habet aures audiendi, audiat.

17. Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli ejus parabolam.

18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tritis, *& dixit: Populus hic*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *Et ille respondens*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *Bene prophetavit de vobis Esaias propheta, dicens hypocritis, sicut scriptum est*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ....... πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Ms. 1. delet Ὅτι, ante καλῶς; subinde Cantabr. Gr. hab. ἀγαπᾷ, loco τιμᾷ; alius ἄπεστιν, pro ἀπέχει, al. ἐστίν.

℣. 7. Ms. Corb. *vanò autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.* Cantabrig. *in vanum autem colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum.* S. Germ. 2. *in vanum enim me colunt*, &c. ut in Vulg. Græc. μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Hieron. in Isai. 29. col. 247. c. *frustra autem colunt me, docentes doctrinas, & præcepta hominum:* subinde hæc addit: *Notare debemus illud quod plerumque admonuimus, Evangelistas & Apostolos non verbum interpretatos esse de verbo, nec Lxx. Interpretum auctoritatem secutos, quorum Editio illo jam tempore legebatur; sed quasi Hebræos & instructos in lege, absque damno sensuum, suis usos esse sermonibus.*

℣. 8. Ms. Corb. *Baptizantes urceos, & calices, & alia similia, quæ multa facitis, derelinquentes præceptum Dei, tenentes traditionem hominum.* Cantabrig. *Baptizantes orceos, & calices, & alia similia, quale faciunt hujusmodi multa, relinquentes mandatum Dei, tenentes traditiones hominum.* Græcum hod. eundem vocum ordinem servat qui in Vulgata est, eademque legit, præter hoc, παρόμοια τοιαῦτα, loco *similia bis*; sed al. παρόμοια τούτοις. Mss. verò quidam ita ferunt: καὶ ἄλλα παρόμοια ἃ ποιεῖτε τοιαῦτα πολλὰ, ἀφέντες τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων.

℣. 9. Ms. Corb....... *Bene irritum facitis præceptum Dei, ut tradit. vestram statuatis.* Cantabrig. *Bene inritum facitis præceptum Dei, ut tradit. vestram tradatis.* Gr. Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν..... τηρήσητε· al. στήσητε. Cypr. epist. 40. & 63. & 68. & 74. pp. 54. b. 108. c. 109. a. 118. b. 139. b. *Rejicitis mandatum Dei, ut tradit. vestram statuatis:* itidem l. de unit. Eccl. p. 201. a. & de orat. Dom. p. 204. b. Zeno Veron. l. 1. tr. 1. p. 12. cum Siricio, epist. 6. p. 659. b. *Rejicitis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.*

℣. 10. Ms. Cantabrig. *Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem. Et: Qui maledixerit patri, aut matri, morti morietur.* Similiter S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *patri, aut matri;* Corb. *morti moriatur.* Græcè ut in Vulgata. Ms. unus delet σου, post *matrem.*

℣. 11. Mss. Corb. & S. Germ. 2. *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri suo, aut matri, Corban (quod est donum) quodcunque ex me, tibi proderit.* Itidem in Cantabrig. præter unum *Corbam.* Ms. quoque S. Gat. ultimò habet *tibi proderit;* Græc. ὠφεληθῇς; cæt. ut in Vulg. Mss. tamen quidam addunt αὐτοῦ, ad vocem *patri.* Avitus Vien. epist. 1. Sirm. to. 2. p. 2. a. *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri suo, aut matri, Corban..... tibi profuerit.*

℣. 12. Ms. Corb. *jam non missum facitis illum quidquam facere patri suo, aut matri.* Cantabrig. *jam non missum facitis eum quidquam facere patri, aut matri.* S. Germ. 2. *& ultra non dimittatis eum facere quidquam patri suo*, &c. Gr. καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ms. 1. initio delet καὶ; quidam ferunt καὶ οὐκ ἀφίετε; al. delent utrumque αὐτοῦ. Avit. Vien. ep. 1. Sirm. to. 2. p. 2. a. legit: *& jam non missum facitis eum quidquam facere patri, aut matri.*

℣. 13. Ms. Corb. *inritum facientes verbum Dei per traditionem vestram stultam, quam trad.* &c. quæ sup. Cantabrig. *scindentes verbum Dei per tradition. vestram stultam, quam trad.* &c. S. Germ. 2. *propter tradit. vestram & stultam, quam trad.* &c. Gr. ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε, &c. Cantabr. Gr. παραδόσει ὑμῶν τῇ μωρᾷ.

℣. 14. Mss. S. Germ. ambo, & Cantabrig. Vulgatæ consonant: sic etiam Corb. deleta conjunct. *&*, ante ult. *intelligite.* In Ms. S. Mart. Turon. deest sup. *dicebat illis.* Græcè, Καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam habent πάλιν, pro πάντα.

℣. 15. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi uno *procedunt.* Itidem Cantabrig. sed in fine, pro *communicant*, legit *coinquinant.* S. Germ. 2. *Nihil enim est..... quod possit eum coinquinare, sed quæ..... coinquinant hominem.* Græc. Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν..... ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα, ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· Mss. nonnulli ferunt, ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενα. Tertul. l. de pat. c. 8. p. 201. b. ait *non vasculorum inquinamentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, hominem communicari:* & l. cont. Psych. p. 982. c. *non his communicari hominem, quæ in os inferantur, sed quæ ex ore proferantur.* August. cont. Adimant. to. 8. 131. c. 132. d. *Nihil est ingrediens in hominem, coinquinans eum, sed ea quæ procedunt de eo, coinquinant.*

℣. 16. Ms. S. Germ. 1. *Qui habet aures audiendi*, &c. Cantabrig. *Si quis habet aures audiendum*, &c. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. ut in Vulgata; Gr. Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, &c.

℣. 17. Mss. Corb. Cantabrig. S. Germ. &c. cum Vulgata concinunt; sicut etiam Græcum, nisi quòd ultimò habet, περὶ τῆς παραβολῆς, *de parabola;* sed Mss. quidam, τὴν παραβολήν.

℣. 18. Ms. Germ. 1. *Non intelligitis, quia omne quod à foris intret in hominem, non potest communicare eum?* Cantabrig. & Corb. ut in Vulg. præterquam quòd hab.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

in hominem, non poteſt eum communicare:

19. quia non intrat in cor ejus, ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas?

20. Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.

Geneſ. 6. 5. 21. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,

22. furta, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.

23. Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

Matth. 15. 21. 24. Et inde ſurgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere.

25. Mulier enim ſtatim ut audivit de eo, cujus filia habebat ſpiritum immundum, intravit, & procidit ad pedes ejus.

26. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum ut dæmonium ejiceret de filia ejus.

27. Qui dixit illi: Sine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

28. At illa reſpondit, & dixit illi: Utique Domine, nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum.

### Versio antiqua.

trinſecùs in hominem, non poteſt eum communicare: Ex Mſ. Colbert.

19. quia non intrat in cor ejus, ſed in ventrem, & in ſeceſſum exit, purgans eſcam?

20. Dicebat autem, quoniam quæcunque de homine exeunt, ipſa communicant hominem.

21. Abintus autem ſunt de corde hominum cogitationes malæ, procedunt adulteria, furta, fornicationes, homicidia,

22. cupiditas, malitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blaſphemiæ, ſuperbia, imprudentia.

23. Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem: non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

24. Et exiens Jeſus abiit in finibus Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum, neminem volebat ſcire; & non potuit latere.

25. Mulier enim ſtatim ut audivit de eo, cujus filia habebat ſpiritum immundum, introivit ad eum.

26. Erat enim Græca, Syropheniſſa genere. Et procidens ad pedes ejus, rogabat eum ut ejiceret dæmonium à filia ejus.

27. Qui dixit: Sine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum tollere panem filiorum, & mittere catellis.

28. At illa reſpondens, dixit ei: Domine, ſed & catelli ſub menſa de micis puerorum edent.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*quod omne extrinſecus*; S. Gat. *omne quod extrinſecus*; S. Germ. 2. *quia omne extrinſecus*, &c. Gr. ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν, &c. ut in Vulg.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *nec enim introiit in cor ejus, ſed in ventrem, & in ſeceſſum exiit, purgans omnes eſcas?* S. Germ. 1. *quia non introiit in cor ejus, ſed in ventrem; & in ſeceſſum exit*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *quoniam non introiit in cor ejus, ſed in ventrem, & in ſeceſſum exiit*, &c. S. Gat. *quoniam non intravit in cor ejus, ſed in ventrem, & in ſeceſſum exiit*, &c. S. Mart. Turon. *non introivit in... ſed in ventrem, & in ſeceſſum exit*, &c. Corb. *non intrat in cor ejus, ſed in ventrem, & in ſeceſſum exit*, &c. Ita quoque in Græco eſt; abſque verbo *vadit*; Mſ. unus inſuper delet πάντα, ante ult. βρώματα.

℣. 20. Mſ. Corb. *Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, hæc communicant hominem*. S. Germ. 2. & S. Gat. *illa coinquinant hominem*. S. Germ. 1. & Cantabrig. ut in Vulgata. Græc. Ἔλεγε δὲ, ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

℣. 21. Mſ. Cantabrig. *Abintus autem de corde hominum cogitationes malæ procedunt, adulteria, furta, fornic. homicidia*. Corb. *Deintus autem de corde*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. delet *homicidia*. Gr. Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας..... οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι· à Mſ. uno abeſt φόνοι.

℣. 22. Mſ. Corb. *furta, avaritia, malitia, dolus, impudicitia, oculus malus*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *furta, impudicitia, invidia, oculus malus*, &c. Cantabrig. *avaritia, dolus; nequitia, impudicitia, oculus malus*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *furta, avaritia..... blaſphemiæ*, &c. S. Mart. Turon. *impudicitia..... blaſphemia*. Græc. Κλοπαὶ, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρὸς, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη· Mſs. plures, ἀσέλγειαι..... βλασφημίαι.

℣. 23. Mſ. Corbeienſis, *Omnia hæc mala deintus procedunt, & hæc communicant hominem*. Cantabrigienſis, S. Germani ambo, S. Gatiani, &c. Vulgatæ conſonant, & Græco.

℣. 24. Mſ. Corb. *Et exſurgens inde Jeſus abiit in fines Tyri: & ingreſſus in domum, neminem voluit ſcire*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Et exſurgens inde abiit in fines Tyri: & ingreſſus in domum, neminem voluit ſcire*, &c. S. Germ. 1. *Et exſurgens inde Jeſus abiit*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *in finibus Tyri & Sidonis*, &c. Græcè ut in Vulgata, additâ præp. *in*, ante *domum*. Mſs. nonnulli delent καὶ Σιδῶνος. Auct. quæſt. N. T. q. 77. p. 74. d. legit: *intrans in domum, voluit neminem ſcire, & non potuit latere*: itidem infra 149. f.

℣. 25. Mſ. S. Germ. 1. *Mulier enim quædam, cujus filia habebat ſpiritum immundum, ſtatim ut audivit de eo, intravit, & procidit ad pedes ejus*. Cantabrig. & S. Mart. Turon. *Mulier autem ſtatim ut audiit de eo, cujus habebat filia..... intravit; & procidit*, &c. Corb. *introivit*. S. Germ. 2. delet *ſtatim*. Græc. Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Mſs. quidam, Ἀλλ' εὐθὺς ἀκούσασα γυνὴ, &c.

℣. 26. Mſ. Corb. *Erat enim Græca; Syrophœniſſa à genere. Et rogabat eum ut dæmonium ejiceret à filia ejus*. Cantabrig. *Mulier autem erat Græca, Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum..... de filia ejus*. Ambo S. Germ. *Erat autem mulier Gentilis*, &c. quæ in Vulgata. In Mſ. S. Mart. Turon. ſcriptum *Serophœniſſa*. Græc. Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, &c. ut in Vulgata.

℣. 27. Mſ. Corb. *Qui dixit ei: Sine priùs..... non eſt enim bonum accipere panem filiorum, & mittere canibus*. Cantabr. *Et dixit ei: Sine priùs..... non eſt enim bonum accipere panem filiorum, & mittere catellis*. S. Germ. 1. *Et ait ad illam: Sine priùs..... non eſt enim bonum accipere panem*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Qui dixit illis Jeſus: Sine priùs ..... non eſt bonum ſumere panem*, &c. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· Ἄφες πρῶτον..... οὐ γὰρ καλόν ἐστι λαβεῖν..... καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. alludens dicit: *Nunquid panem filiis pater auſert, & canibus tradit?* Auct. quæſt. ex N. T. q. 77. p. 74. g. *Sine nati priùs ſaturentur: non enim licet accipere panem filiorum, & mittere canibus*. Epiphanius in 2. 1. Cantici Cantic. *non eſt bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus*.

℣. 28. Mſ. Corb. *At illa reſpondit, dixit ei: Domine, ſed & catelli manducant ſub menſa de micis puerorum*. Cantabrig. *Ad illa reſpondit ei, dicens: Domine, ſed & catelli ſubtus menſa manducant de micis puerorum*: ſcriptum autem initio *Ad illa*, pro *At illa*, veterum more; unde inf. ℣. 36. in eodem codice legitur *Ad illi magis*, &c. pro *At illi*; vide inf. ad ℣. 36. Mſ. S. Germ. 1. *At illa reſpondens, ait: Utique Domine, nam & catelli ſub menſam comedunt de*, &c. S. Germ. 2. *At illa reſpondens, dixit illi: Utique Domine, nam & catelli edunt ſub menſa de*, &c. Itidem S. Gat. *edunt*. Græc. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων. Mſs. quidam, Ἡ δὲ ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγουσα· al. ἀποκριθεῖσα, λέγει αὐτῷ· al. deeſt Ναί· al. ſequitur, ἀλλὰ καὶ τὰ κυνάρια. Auctor op. imp. in Matth. hom. 22. p. 103. d. *Etiam Domine, nam & catelli de micis filiorum manducant*.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

29. Qui dixit ad illam: Vade, propter hunc sermonem exiet dæmonium à filia tua.

30. Et cùm abiisset domum suam, invenit puellam jacentem super lectum, & dæmonium ab ea fugatum.

31. Iterum venit Jesus per Sidonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapolis.

32. Et adduxerunt ad eum surdum hominem & mutum, & deprecabantur eum, ut ei manum imponeret.

33. Et accipiens eum à turba secretò, expuit, & immisit digitos in auriculas ejus: & tetigit linguam ejus:

34. & aspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Effetha, quod est aperire.

35. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur confidenter.

36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Illi verò magis magisque prædicabant:

37. & eò ampliùs admirabantur, dicentes: Omnia bene facit: & surdis præstat auditum, & multis præbet loquelam.

### Vulgata nova.

29. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade; exiit dæmonium à filia tua.

30. Et cùm abiisset domum suam, invenit puellam jacentem supra lectum, & dæmonium exiisse.

31. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

32. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Matth. 9. 32.

33. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens, tetigit linguam ejus:

34. & suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire.

35. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè.

36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant:

37. & eò ampliùs admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 29. Ms. Cantabrig. *Et ait ei: Vade, propter hunc sermonem exiit dæmonium de filia tua.* S. Germ. 1. *Et ait illi Jesus: Vade, propter sermonem exiit*, &c. S. Germ. 2. *exiet dæm. de filia tua.* S. Gat. *Et ait illi Jesus: Propter hunc serm. vade, & exiit dæmon.* &c. Corb. ut in Vulgata, & Græco.

℣. 30. Ms. Cantabr. & Corb. *Et cùm abisset in domum, invenit filiam* (Corb. *puellam*) *jacentem supra lectum, & dæm. exisse*; S. Mart. Turon. *exisse de ea.* S. Germ. 2. *Et cùm abiisset ad domum suam*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης· Ms. 1. delet αὐτῆς, post οἶκον, deinde quidam hab. solito ordine: εὗρε τὴν θυγατέρα βεβλημένην...... καὶ τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός.

℣. 31. Mss. Cantabrig. S. Germ. ambo, & S. Gat. nil omnino discrepant à Vulgata: nec etiam Corb. nisi quòd ultimò hab. *inter medium fines Decapolis.* Græc. Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως· Mss. plures, ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς· subinde quidam, Τύρου, ἦλθε διὰ Σιδῶνος, &c.

℣. 32. Ms. Corb. *Et adferunt ei surdum & mutum, & deprecab. eum, ut imponeret illi manum.* Itidem Cantabrig. nisi quòd scribit *adferent*, non *adferunt*; paulòque post, *& deprecab. illum.* S. Germ. 1. *Et adducunt..... ut imponeret illi manum.* S. Germ. 2. *Et adducent..... & imponat illi manum.* S. Gat. *Et adducunt ei surdum & mugillatum ..... ut imponat*, &c. Græc. Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ, &c. al. παρεκάλουν.

℣. 33. Ms. Corb. *Et accipiens eum à turba secretò, misit digitos suos in auricula: & expuens, tetigit linguam ejus.* Cantabrig. *Et suscipiens eum de turba seorsum, expuens, misit digitos suos in auriculas ejus: & tetigit linguam ejus.* Gr. Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ, &c. ut in Vulg. al. ἐπέβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ, πτύσας εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· καὶ ἥψατο, &c.

℣. 34. Ms. Corb. *& respiciens*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *& aspiciens in cælo, ingemuit, & ait illi: Effecta, quod est adaperite.* Græcè ut in Vulgata, nisi quòd ita scribitur Ἐφφαθά. Ambros. l. 1. de Sacram. col. 349. c. *Ephpheta*: & l. de Myst. col. 325. *Epheta, quod est adaperire.*

℣. 35. Ms. Corb. cum Cantabrig. *Et apertæ sunt aures ejus..... & loquebatur confidenter.* Gr. Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί..... καὶ ἐλάλει ὀρθῶς.

℣. 36. Ms. Corb. *Et præcepit ne cui dicerent. At illi magis magisque prædicabant.* Cantabrig. *Et præcepit eis ne cui aliquid dicerent. At* (Ms. *Ad*) *illi magis tantum prædicabant.* S. Germ. 2. Vulgatæ congruit, mutato tantùm adv. *Quanto*, in *Quando*; pro more antiquo, quo ponitur *d* pro *t*; vide quæ notavimus sup. ad ℣. 28. Græc. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν. Ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον· Mss. quidam, ἵνα μηδενὶ μηδὲν, &c. quidam verò delent αὐτὸς, post Ὅσον δέ.

℣. 37. Mss. Corb. & Cantabrig..... *Bene omnia fecit: & surdis præstat auditum, & mutis loqui*; Cantabr. *multis*, sed vitiosè, reor, pro *mutis*, ut in Colbertino. S. Gat. *Bene omnia facit: & surdos facit audire*, &c. Græc. Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν· Ms. 1. tollit ἀλάλους; f. non malè, quòd κωφοὶ sint ἄλαλοι.

## CAPUT VIII.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

1. In illis autem diebus iterum cùm multa turba esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis:

2. Misereor super istam turbam: quoniam triduum est jam quod hîc sunt, & non habent quod manducent:

### Vulgata nova.

1. In diebus illis iterum cùm turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis: Matth. 15. 32.

2. Misereor super turbam: quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent:

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. *In illis autem diebus iterum cùm turba multa esset, nec haberet quod manducaret*, &c. quæ supra. Cantabrig. *In illis autem diebus iterum cùm multa turba esset, & non habentibus eis quod manducent*, &c. S. Germ. 2. *In diebus illis iterum cùm turba multa esset cum Jesu, nec haberent quod manducarent, convoc. discipulis suis, ait illis.* Græc. Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Mss. plures initio, πάλιν πολλοῦ ὄχλου· subinde quidam, καὶ μὴ ἐχόντος; paulòque post in pluribus deest ὁ Ἰησοῦς, sicut αὐτοῦ, post μαθητάς.

℣. 2. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd hab. *triduo*, pro *triduum*. Cantabrig. *Misereor super istam turbam: quoniam jam triduum est ex quo hîc sunt, & non habent quod manducent.* S. Germ. 1. *Misereor super turbam istam*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *turbæ huic.* Græc. Vulgatæ respondet; Ms. tamen quidam addit τοῦτον, ad *turbam*.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

3. & ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.

4. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Unde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?

5. Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

6. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis ut apponerent, & appoſuerunt turbæ.

7. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & juſſit apponi.

8. Et manducaverunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperaverat de fragmentis, ſeptem ſportas.

9. Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos.

10. Et ſtatim aſcendens navim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.

Matth. 16. 1. Luc. 11. 54. 11. Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eum.

12. Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum.

13. Et dimittens eos, aſcendit iterum navim, & abiit trans fretum.

Matth. 16. 5. 14. Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi unum panem non habebant ſecum in navi.

15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, &

**Versio antiqua.** Ex Mſ. Colbert.

3. & ſi ſic illos remiſerimus ire in domos ſuas jejunos, fatigantur in via: quoniam quidam ex eis de longinquo venerunt.

4. Et reſpondentes ei diſcipuli ſui, dixerunt: Unde iſtos quis poteſt ſaturare panibus in deſerto?

5. Qui interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

6. Juſſit verò Jeſus ut turbæ diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes illos Jeſus, gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ut apponerent, & appoſuerunt turbis.

7. Habuerunt autem & paucos piſciculos: & ipſos benedixit, & juſſit apponi.

8. Et manducaverunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperaverat fragmentorum, ſeptem ſportas.

9. Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia hominum: & dimiſit illos.

10. Jeſus autem aſcendens navem, venit cum diſcipulis ſuis in finibus Mageda.

11. Et cœperunt Phariſæi conquirere cum eo, quærentes ab eo ſignum de cœlo videre, tentantes illum.

12. Ipſe autem ingemiſcens in ſpiritu ſuo, ait: Quid generatio iſta quærit ſignum? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi huic ſignum.

13. Et dimittens eos, aſcendit navem, & abiit ultra.

14. Et obliti ſunt diſcipuli emere panes, niſi unum tantùm, quem ſecum habebant in navi.

15. Et præcepit illis Jeſus, dicens: Videte, &

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Mſ. Corb. & *dimittere eos jejunos in domum nolo, ne fatigentur in viam: quidam ex eis de longinquo venerunt.* Cantabrig. & *dimittere eos jejunos nolo in domo, ne fatigentur in via: quoniam quidam ex illis de longè venerunt.* S. Germ. 2. *quidam autem ex eis de longè*, &c. Græc. cum Vulgata concinit, niſi quòd extremò hab. μακρόθεν ἥκυσι. al. ἀπὸ μακρόθεν, al. ἥκασι.

℣. 4. Mſ. Corb. *Et reſponderunt diſcipuli ſui: Unde iſtos poſſit quis ſaturare panibus in deſerto?* Cantabrig. *Et reſponderunt ei diſcip. ſui: Unde iſtos poſſit quis ſaturare panibus in ſolitudinem?* S. Germ. 1. *Et reſponderunt ei diſcip. ejus: Unde iſtos quis hîc poterit*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Unde iſtos poterit quis*, &c. Græc. Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας; cæt. ut in Vulg. Mſ. quidam, Πόθεν αὐτοὺς; dein al. δύναται· al. inf. deeſt ὧδε.

℣. 5. Mſs. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. necnon Cantabr. Vulgatæ ſuccinunt. Ita quoque S. Germ. 1. deleto uno *eos*. Græc. Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς· Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά· al. initio, ἐπηρώτησεν.

℣. 6. Mſ. Cantabrig. *Et præcepit turbæ diſcumbere in terram. Et accepit ſeptem panes, & gratias agens fregit, & dedit*, &c. quæ in Vulg. Corb. *Juſſit ergo turba diſcumbere ſuper terram*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *ſupra terram. Et accipiens..... fregit, & dabat*, &c. S. Germ. 2. *fregit, & dabit..... & poſuerunt turbæ.* Græc. Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν..... Καὶ λαβὼν..... εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου, &c. ut in Vulg.

℣. 7. Mſ. Corb. *Habuerunt autem piſciculos paucos..... & juſſit poni.* Cantabrig. *Et habebant piſces paucos: & gratias agens dixit, & ipſos juſſit adponi.* Græc. Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά· Mſs. plures, καὶ ταῦτα εὐλογήσας· al. καὶ αὐτὰ εὐλογ. quidam, καὶ εὐλογήσας αὐτά· al. deeſt καὶ αὐτὰ, in fine.

℣. 8. Mſ. Cantabr. textui Colb. favet; ſicut etiam Corb. niſi quòd habet *quod ſuperavit fragmentorum.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Ἔφαγον δέ..... καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, &c. al. initio, Καὶ ἔφαγον.

℣. 9. Mſs. Cantabrig. & Corb. *Erant autem qui manducaverant, ad quatuor millia*, &c. S. Mart. Turon. *qui manducaverunt, quaſi*, &c. S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. cui etiam Græc. reſpondet.

℣. 10. Mſ. Corb. *Jeſus autem aſcendens navem cum diſcip. ſuis, venit in partem Agedam.* Cantabr. *Et ipſe aſcendens in navem cum diſcipulis ſuis, & venit in partes Magidan.* S. Germ. 1. *Et ſtatim aſcendens in navem*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Et ſtatim accedens navem*, &c. Græc. Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ, &c. ut in Vulg. Mſs. tamen quidam, pro ult. Δαλμανουθὰ, ferunt Μαγεδὰ; al. Μαγδαλά. Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 78. c. ait: *Hunc ordinem etiam Marcus tenens, poſt illud de ſeptem panibus miraculum, hoc idem ſubjicit quod Matthæus; niſi quòd* Dalmanutha, *quod in quibuſdam codicibus legitur, non dixit Matthæus, ſed* Magedan.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Et exierunt Phariſæi, & cœperunt quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eum.* Sangerm. 2. *Et exierunt ad eum Phariſæi, & cœperunt quærere cum eo, quærentes ab illo ſignum*, &c. S. Germ. 1. Corb. & S. Gat. Vulgatæ favent ſimul cum Græco: Mſ. tamen unus initio tollit, Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι· alius verò delet, συζητεῖν αὐτῷ, *conquirere cum eo.*

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. *Et ipſe ingemiſcens in ſpiritu ſuo, ait*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *Et ingemiſcens ſpiritu ſuo: Quid generatio iſta..... ſi dabitur generationi huic ſignum.* S. Germ. 2. *Et ingemiſcens ait à ſpiritu: Quid generatio iſta ſignum quærit, & ſignum non habebit? Amen dico vobis, ſi dabitur*, &c. Cantabr. Vulgatæ conſonat, præterquam quòd hab. *quæret ſignum;* & inf. *generationi huic.* Græc. Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει· Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; Ἀμὴν..... εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον· Mſ. quidam delet αὐτοῦ, ante λέγει; alius habet ζητεῖ, pro ἐπιζητεῖ; al. οὐ δοθήσεται, loco εἰ δοθήσεται.

℣. 13. Mſ. Corb. *Et relinquens eos, aſcenderunt rurſus, & abiit ſurſum.* Cantabrig. *Et miſſum faciens illos, iterum aſcendit in navem, abiit ultra.* S. Germ. 1. *Et dimittens eos, aſcendens iterum, abiit trans fretum.* Itidem S. Germ. 2. hoc interpoſito, *in navem*, poſt *iterum:* item in Mſ. S. Mart. Tur. *aſcendens... abiit.* Gr. Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *Et obliti ſunt diſcipuli ſumere panes, niſi unum panem, quem habebant ſecum in navem.* Corb. *Et obliti panes ſumere: & niſi unum panem, quem ſecum hab. in navem.* S. Germ. 1. *Et obliti ſunt ſumere panes: & niſi unum panem non habebant ſecum in via.* S. Germ. 2. *Et obliti ſunt ſumere panes: niſi unum panem habebant ſecum in navi.* Græcum Vulgatæ reſpondet: ſed Mſs. plures addunt οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ad verbum *obliti ſunt;* poſt λαβεῖν ἄρτους, ſic pergunt: ἕνα μόνον ἔχοντες μεθ' ἑαυτοῦ· extremò quidam, εἰς τὸ πλοῖον, non ἐν τῷ πλοίῳ.

℣. 15. Mſs. S. Germ. 2. ac S. Gat. *Et præcipiebat eis* (S. Germ. delet *eis*) *Jeſus, dicens: Videte, cavete* (S. Germ. *& cavete*) *à fermento Phariſæorum, & Saducæorum, & fermento Herodis;* S. Germ. ambo, *& à fermento Herodis.* Corb. *Et præcepit illis, dicens: Videte à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* Similiter in Cantabrig. commutato verbo *Videte*, cum iſto, *Cavete.* Græc. Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέ-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. cavete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

16. Quo audito, discipuli dicebant intra se, quòd panes non habent.

17. Quo cognito, Jesus ait illis: Quid cogitatis in cordibus vestris, quia panes non habetis? nondum intelligitis nec respicitis? sic obtusa sunt corda vestra?

18. oculos habetis, & nondum videtis? & aures habetis, & non auditis? Nec in mente habetis

19. de quinque panibus, quos fregi in quinque millia hominum: ex quibus quot cofinos fragmentorum sustulistis? Qui dixerunt: Duodecim.

20. Et quando septem panes fregi in quatuor millia hominum: quot sportas fragmentorum tulistis plenas? At illi dixerunt: Septem.

21. Et ait illis: Quomodo nondum intelligitis?

22. Et venerunt Bethsaida, & ecce adducunt illi cæcum, & rogaverunt illum ut eum tangeret.

23. Et apprehensa manu cæci, duxit illum extra castellum: & expuit in oculos ejus, & imposuit illi manum, & interrogavit illum si aliquid videret.

24. Ille autem dixit: Video homines sicut arbores ambulantes.

25. Et rursus imposuit manus suas super oculos ejus: & cœpit videre: & restitutus est ei visus, ita ut videret manifestè.

26. Et dimisit illum in domum suam, præcipiens ei, ne cui diceret in castellum.

**Vulgata nova.**

cavete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

16. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus.

17. Quo cognito, ait illis Jesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

18. oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? Nec recordamini, Sup. 6. 41.

19. quando quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Joan. 6. 11.

20. Quando & septem panes in quatuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem.

21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?

22. Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret.

23. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret.

24. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes.

25. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre: & restitutus est, ita ut clarè videret omnia.

26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

των· Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ, &c. ut in Vulgata: Mss. quidam, καὶ βλέπετε· ultimòque nonnulli, καὶ Ἡρωδιανῶν, loco Ἡρώδου.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Et cogitabant ad alterutrum, quòd panes non haberent.* Corb. *Et cogitabant ad alterutrum quot panes haberent.* S. Germ. 2. *ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habent.* S. Germ. 1. & S. Gat. ut in Vulgata, & Gr. quidam tamen codd. delent Ὅτι, *Quia*; unus pro ult. ἔχομεν, fert εἶχαν, al. ἔχουσι, quidam ἐλάβομεν.

℣. 17. Ms. Corb. *Quo cognito, ait illis Jesus: Quid cogitatis in cordibus vestris, quia panes non habetis? nondum intelligitis nec perspicitis? sic obtusa sunt corda vestra?* Itidem Cantabrig. exceptis his, *Jesus ait illis; & intellegistis.* S. Germ. 2. *Jesus ait illis: Quid cogitatis in cordibus vestris, quia panes non habetis? nondum intelligitis nec cognoscitis? adhuc cæcatum*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους..... οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; Mss. quidam, Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς· alii, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

℣. 18. Ms. Cantabrig. *oculos habentes non videtis? nec aures habentes non auditis? Nec meministis*, &c. Corb. *oculos habentes non videtis & aures habentes? Nec in mente habetis*, &c. S. Germ. 2. *oculos habentes, & non videtis? & aures habentes, & non auditis? Nec recordamini.* Græcè ut in Vulg.

℣. 19. Ms. Corb. *de quinque panibus, quos fregi in quinque millia hominum: quot cophinos fragmentorum tulistis? Qui dixerunt: Duodecim.* Cantabr. *quando de quinque panibus, quos fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmentorum sustulistis? At illi dixerunt: Duodecim.* S. Gat. *quomodo quinque panes fregi*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. ambo, *in quinque millia hominum: & quot cophinos fragm. plenos*, &c. ut in Vulg. Ms. S. Mart. Turon. caret voce *fragmentorum.* Græc. nil pene differt à Vulgata.

℣. 20. Mss. Cantabrig. & Corb. *Quando autem septem in quatuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? At illi dixerunt: Septem.* S. Germ. 2. *Quando & septem panes in quatuor millia hominum: & quot sportas*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *sustulistis? Dicunt ei: Septem.* Græc. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους· πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά· Mss. quidam, ἑπτὰ ἄρτους εἰς τοὺς τετρακισχ. dein al. πόσας σπυρίδας· al. tollunt seq. πληρώματα.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *Et ait illis: Quomodo non intellexistis?* Itidem Corb. præter hoc, *nondum*, pro *non.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς οὐ συνίετε; Mss. plures initio, Καὶ λέγει· subinde al. Πῶς οὔπω συνίετε;

℣. 22. Ms. Corb. *Et venerunt Bethaniam, & adferunt illi cæcum, & rogaverunt eum ut illum tangeret.* Cantabrig. *Et veniunt Bethaniam, & adferunt ei cæcum, & rogaverunt eum*, &c. S. Germ. 1. at S. Mart. Turon. *Et veniunt Bethsaida*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Et venerunt Bethsaida*, &c. Græc. Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδὰν, καὶ φέρουσιν αὐτῷ..... καὶ παρακαλοῦσιν, &c. Mss. quidam initio, Καὶ ἔρχονται; dein multi, Βηθσαϊδὰ; Goth. Βηθανίαν.

℣. 23. Ms. Corb. *Et adprehendens manum cæci, & duxit illum extra castellum: & expuens in oculos ejus impositis illi manibus, interrogabat illum si aliquid videret.* Cantabrig. *Et adprehendi manum cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus, & impositis manibus illi, interrogabat eum si quid videret.* S. Germ. 1. *Et adprehendens manum cæci..... interrogavit eum si aliquid videret.* S. Germ. 2. *Et adprehendens manum cæci, & duxit eum extra vicum: & expuens in oculis eorum impositis illis manibus suis, interrogavit eum si quid*, &c. S. Gat. *Et adprehendens manum cæci, duxit eum extra vicum: & spuens in oculos ejus impositis manib. suis, interrogavit eum si aliquid videret.* Græc. Vulgatæ respondet, nisi quòd hab. αὐτῷ, *ei*, pro *suis*, post *manibus*: sed Mss. quidam αὐτοῦ; ultimò constanter, βλέπει, pro *videret.*

℣. 24. Ms. Corb. *Et aspiciens, dixit: Video homines sicut arbores ambulantes.* Cantabrig. S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græcè: Καὶ ἀναβλέψας, ἔλεγε· Βλέπω τοὺς..... ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας· sed à Mss. pluribus abest ὁρῶ.

℣. 25. Ms. Cantabrig. *Et iterum imposuit ei manus super oculos ejus: & cœpit videre: restitutus est, ita ut videret clarè omnia.* Itidem Corb. præter *manum*, pro *manus*; S. Germ. 2. *manum super oculos suos.* Gr. Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ· καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας· Ms. quidam hab. τὰς χεῖρας αὐτοῦ· alii subinde, καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, ὥστε ἀναβλέψαι τηλαυγῶς πάντα.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Et dimisit illum in domum suam, & ait illi: Vade in domum tuam: & nemini dixeris in vico.* Corb. *Et dimisit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vico introieris, nemini dixeris.* Itidem S. Germ. 1. *& si in vico*; cæt. ut in Vulg. cui etiam S. Germ. 2. & S. Gat. favent. Gr. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων· Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ· i. e. *Et dimisit eum in domum suam, dicens: Neque in vicum introieris, neque dixeris cuiquam in vico.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Matth. 16. 13. Luc. 9. 18. 27. Et egressus est Jesus, & discipuli ejus, in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines?

28. Qui responderunt illi, dicentes: Joannem Baptistam, alii Eliam, alii verò quasi unum de prophetis.

29. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.

30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

31. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere.

32. Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.

33. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

34. Et convocata turba cum discipulis suis,
Matth. 10. 38. & 16. 24. Luc. 9. 23. & 14. 27. & 17. 33. Joan. 12. 25. dixit eis: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.

35. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Evangelium, salvam faciet eam.

36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat?

VERSIO ANTIQUA.

27. Et profectus inde Jesus cum discipulis suis, venit in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me esse dicunt homines? Ex Ms. Colbert.

28. Qui responderunt illi, dicentes: Johannem Baptistam, alii Heliam, alii autem quasi unum ex prophetis.

29. Ipsos autem interrogavit, dicens: Vos verò quem me dicitis esse? Cui respondens Petrus, ait: Tu es Christus.

30. Et comminatus est ei Jesus, ut nemini dicerent de se.

31. Et cœpit docere illos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & ab Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere.

32. Et palàm verbum loquebatur. Quem suscipiens Petrus, cœpit rogare, ne cui hæc diceret.

33. Et conversus, videns discipulos, comminatus est Petro, dicens: Vade post me satanas, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum.

34. Et convocata turba cum discipulis suis, ait: Si quis vult post me venire, abneget se sibi: & tollat crucem suam, & sequatur me.

35. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Evangelium, salvam facit illam.

36. Quid enim proderit homini, si lucretur universum orbem: & damnum faciat animæ suæ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Codd. quidam, teste Luca Brug. λέγων· Ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς, μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ· alii, λέγων· Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ· al. λέγων· Εἰς τὴν κώμην μὴ εἰσέλθῃς, ἀλλ᾽ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· καὶ ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὴν κώμην, μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς.

℣. 27. Ms. Corb. *Et profectus est Jesus in Cæsarea Philippi: & in via interrogabat*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Et profectus est Jesus, & discipuli ejus, in Cæsariam Philippi: & in via interrogabat..... dicens: Quem me dicunt esse homines?* S. Germ. 2. *Quem me dicunt homines esse?* Ita quoque in Græco, ut & cæt. de Vulg. aliàs deest, τοῦ Φιλίππου. Apud Tertul. l. contra Gnost. p. 830. b. *Quem me aiunt esse homines?* Apud Ambros. l. de Incarn. to. 2. 709. d. *Quem me dicunt esse homines?*

℣. 28. Ms. Cantabrig. *Qui responderunt ei... alii autem Heliam, alii autem quasi unum ex prophetis.* Corb. *& alii Heliam, alii autem quasi unum ex prophetis.* Gr. Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν..... καὶ ἄλλοι Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν· al. ἄλλοι δὲ... καὶ ἄλλοι.

℣. 29. Ms. Corb. *Ipse autem interrogavit eos: Vos verò quem me esse dicitis? Respondens autem Petrus, ait illi*, &c. Cantabrig. *Ipse autem interrogavit eos: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus, dicit illi*, &c. Similiter S. Germ. 1. *Vos autem quem me dicitis esse?* S. Germ. 2. *Vos ergo quem me esse dicitis?* Gr. Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ, &c. al. initio, Καὶ αὐτὸς (al. Αὐτὸς δὲ) ἐπηρώτα αὐτούς· subinde quidam, Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ, &c.

℣. 30. Ms. Corb. *Et comminatus est eis, ut nemini dicerent de eo.* Cantabr. *Et comminatus est eis, nemini dicerent de illo.* Gr. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ· al. initio, αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

℣. 31. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. Cantabrig. verò cum Vulgata, præterquam quòd delet *& occidi;* subditque, *& tertia die resurgere.* Itidem S. Germ. 1. sed interponit *& occidi;* tollit verò S. Germ. 2. Græcum Vulgatæ respondet: Ms. quidam, loco ult. μετὰ τρεῖς ἡμέρας, habet, ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. a. *oportet enim filium hominis multa pati, & reprobari, & crucifigi, & die tertio resurgere.* Vide ad Luc. 9. 22.

℣. 32. Ms. Corb. *Et palàm verb. loqueb. Quem suscipiens Petrus, cœpit objurgare eum.* Cantabrig. *Quem respiciens Petrus, cœpit objurgare eum.* Gr. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ.

℣. 33. Ms. Corb. *At ille conversus, videns discip. suos, comminatus est Petro, & dixit: Vade post me satanas*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *At ille conversus, videns discip. suos, commin..... dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum.* S. Gat. *satanas...... sed quæ hominum.* S. Germ. 2. *satanas... sed quæ hominum sunt.* Græc. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων· Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, ὅτι..... τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ambrosius in Ps. 38. & 40. col. 852. d. 878. e. *Vade retro post me satana:* at in Ps. 43. col. 900. f. *Vade retro me satana:* & in Ps. 61. col. 962. d. *Veni retro post me:* & infra: *quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum:* & in Ps. 118. col. 987. a. *Veni retro me satana:* vide etiam inf. col. 1143. d. & l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. e. & l. 2. de fide, to. 2. 480. c. Hieron. in Matth. 4. to. 4. 13. d. *Vade retro me satana.* Aug. in Joh. 6. & 11. to. 3. 505. a. 622. d. *Redi post me satanas: non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominis sunt:* & ser. 296. to. 5. 1198. d. *Redi retro satanas: neque enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.*

℣. 34. Ms. Corb. *Et convocata turba cum discipulis, dixit: Si quis post me vult sequi, abneget se sibi: & tollat*, &c. Cantabrig. *Et convocata turba cum discip. suis, dixit: Si quis vult post me sequi, deneget seipsum: & tollat*, &c. S. Germ. 1. & S. Gat. *Si quis vult post me venire, deneget seipsum*, &c. S. Germ. 2. *semetipsum;* S. Mart. Turon. *seipsum.* Gr. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον.... Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω, &c. Mss. plures, Εἴ τις θέλει, al. θέλει μοι ἐλθεῖν, al. ἀκολουθεῖν. Ambr. ep. 72. to. 2. 1073. d. *Qui vult me sequi, tollat crucem suam, & sequatur me:* & in Ps. 118. col. 1134. b. *Qui sequitur me, tollat*, &c.

℣. 35. Ms. Cantabrig. *Qui enim voluerit..... qui autem perdiderit eam propter Evangelium, salvam faciet eam.* Corb. *qui autem perdid. animam suam propter me, salvam faciet eam;* S. Germ. 1. *salvum faciet eam.* Gr. οὗτος σώσει αὐτήν· cæt. ut in Vulg. Mss. plures delent οὗτος. Tertul. l. de corona mil. c. 11. p. 292. c. dicit *Jesum salvam facturum animam pro nomine ejus amissam: perditurum autem de contrario adversùs nomen ejus lucri habitam.*

℣. 36. Ms. Corb. *Quid enim proderit hom. si lucretur mundum universum: & damnum faciat animæ suæ?* Cantabrig. *Quid enim proderit hom. si lucretur universum orbem: & detrimentum patiatur animæ suæ?* S. Gat. *universum mundum.* Græc. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον· καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; al. Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ἐὰν, &c. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. *Quid prodest homini, si mundum universum*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 37. Aut quid dabit homo commutationem animæ ſuæ?

38. Qui autem confuſus me fuerit, & ſermones meos, in generatione hac adultera & peccatrice: & filius hominis confundet illum, cùm venerit in gloria patris ſui cum ſanctis angelis.

39. Et dicebat illis: Amen, amen dico vobis, quoniam ſunt hîc quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniſſe in virtute.

VULGATA NOVA.

37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua?

38. Qui enim me confuſus fuerit, & verba mea, in generatione iſta adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis. Matth. 10. 33. Luc. 9. 26. & 12. 9.

39. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. Matth. 16. 28. Luc. 9. 27.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum faciat?* & in Pſ. 51. col. 479. g. *Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur: ſe autem ipſum detrimentum faciat?* Iſych. l. 5. in Levit. c. 16. p. 118. h. *Quid enim prodeſt homo, ſi totum mundum lucretur: animæ autem ſuæ detrimentum faciat?*

℣. 37. Mſ. S. Germ. 1. *Aut quid dabit homo commutationem pro anima ſua?* Cantabr. *commutatione pro anima ſua?* Corb. *commutationem animæ ſuæ?* Gr. ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Abeſt verſiculus totus à Mſ. S. Germ. 2. necnon à Græco uno.

℣. 38. Mſ. Corb. concordat cum textu Colb. niſi quòd habet *confundetur*, pro *confundet*: itidem S. Germ. 1. *confundet*. Cantabrig. *Qui autem confeſſus* (vitiosè pro *confuſus*) *fuerit me, & mea verba, in generatione hac..... & filius hom. confundetur eum, cùm venerit in gloriam patris*, &c. Græc. Vulgatæ reſpondet. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 715. c. *Qui confuſus me fuerit, & ego confundar eum:* & l. contra Gnoſt. c. 9. *Qui me confuſus fuerit coram hominibus, & ego*, &c. Cyprian. l. de lapſ. p. 190. c. *Qui confuſus me fuerit, confundet eum filius hominis:* itidem epiſt. 63. p. 109. b. excepto verbo *confundetur*, pro *confundet*. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 7. col. 523. f. *Qui me confuſus fuerit coram hominibus, confundam & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt:* itidem ep. 72. col. 1077. c. præter verbum *confundar*, pro *confundam*: at l. 3. de fide, col. 516. a. *& filius hominis confundet eum, cùm venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis;* Mſs. plures, *confitebitur*, pro *confundet*. Auguſt. cont. Adim. to. 8. 141. f. *Omnis qui confuſus fuerit me, aut verba mea, in gente iſta adultera & peccatrice: & filius hom. confundetur eum, cùm venerit in gloria patris ſui, & laude ſanctorum:* ita rurſum l. cont. adverſ. leg. col. 572. c. præter ſeqq. *Qui me confuſus fuerit, & verba mea, in generatione iſta..... cùm venerit in gloriam patris ſui cum angelis ſanctis.* Vide ſup. ad Matth. 10. 33.

℣. 39. Mſ. Cantabr. *Et dicebat illis: Amen dico vobis, quòd ſunt quidam hîc circumſtantium mecum, qui..... donec videant regnum Dei veniens in virtutem.* Corb. *quoniam ſunt quidam hîc circumſtantium me, qui*, &c. ut in Vulg. Græc. ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται, &c. al. γεύσονται. Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 514. d. *Amen dico vobis, quòd ſunt quidam circumſtantium, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.*

# CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET poſt dies ſex aſſumpſit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Johannem: & duxit illos in montem altiſſimum ſecretò ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis.

2. Et veſtimenta ejus facta ſunt ſatis fulgentia velut nix, qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere.

3. Et apparuit cum illo Moyſes, & Helias, fabulantes.

4. Et reſpondens Petrus ad Jeſum, ait: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe: itaque ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, Tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum:

5. non ſciens quid loqueretur: timore enim exterriti erant.

6. Et facta eſt nubes obumbrans eos: & ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus chariſſimus: audite illum.

7. Et repentè circumſpicientes, neminem alium viderunt ſecum, niſi ſolum Jeſum.

VULGATA NOVA.

1. ET poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joannem: & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. Matth. 17. 1. Luc. 9. 28.

2. Et veſtimenta ejus facta ſunt ſplendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.

3. Et apparuit illis Elias cum Moyſe: & erant loquentes cum Jeſu.

4. Et reſpondens Petrus, ait Jeſu: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacula, Tibi unum, & Moyſi unum, & Eliæ unum.

5. Non enim ſciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.

6. Et facta eſt nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus chariſſimus: audite illum.

7. Et ſtatim circumſpicientes, neminem ampliùs viderunt, niſi Jeſum tantùm ſecum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. *Et poſt dies ſex aſſumit Jeſus..... & ducit illos in montem altiſſimum ſecretò ſolus, &*, &c. quæ ſupra. S. Germ. 1. *Et poſt dies ſex aſſumpſit Jeſus*, &c. ut in Vulgata. Similiter habent Cantabr. & S. Gat. præter hoc, *ſeorſum ſolus*. Itidem S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *ſeorſum ſolus.* Græcè ut in Vulg. niſi hoc exceperis, ἀναφέρει, pro *ducit*; al. ἀνάγει.

℣. 2. Mſ. Cantabrig. *Et veſtimenta ejus facta ſunt ſplendida, candida nimis, qualia non poteſt quis candida facere ſuper terram.* S. Germ. 1. *Et veſtim. ejus facta ſunt ſplendida, & candida nimis velut nix, qualia fullo ſuper terra non poteſt candida facere.* Corb. *facta ſunt fulgentia, candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram tam candida facere.* S. Germ. 2. *ſplendentia, & candida velut nix*, &c. ut in Vulg. Gr. ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι· al. οὐ δύναταί τις οὕτως λευκᾶναι.

℣. 3. Mſs. Corb. S. Germ. Cantabr. &c. Vulgatæ ſuffragantur, & Græco. Verbum autem *fabulantes* ſumitur hîc in Mſ. Colb. pro familiari colloquio, è Græco συλλαλοῦντες.

℣. 4. Mſ. Corb. *Et reſpondens Petrus, ait ad Jeſum: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe: vis faciamus hîc tria*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Et reſpondens Petrus, dixit ad Jeſum: Rabbi...... eſſe: vis faciam tabernacula tria, Tibi unum, & unum Moyſi, & Heliæ unum.* Græcè ut in Vulg.

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Non ſciebat enim quid loquebatur: timore enim exterriti erant.* Corb. *Non enim ſciebat quid loqueretur*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *erant enim in timore exterriti.* Græc. Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.

℣. 6. Mſs. Cantabrig. ac S. Germ. 1. *Et facta eſt nubs obumbrans illos: & venit vox de*, &c. ut ſupra. Corb. *Et factus eſt nubs.... & ecce vox exiit, dicens*, &c. Græc. Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet ἀγαπητὸς, *dilectus*, loco *chariſſimus*. Mſs. plures, Καὶ ἰδοὺ ἐγένετο, loco Καὶ ἐγένετο.

℣. 7. Mſ. Corb. *Et repentè circumſpicientes, neminem ampliùs viderunt, niſi Jeſum ſolum.* Cantabr. S. Germ. & S. Gat. &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν· Mſs. quidam initio ferunt, Καὶ εὐθέως; ſubinde plures, εἰ

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Matth. 17. 9. 8. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cùm Filius hominis à mortuis resurrexerit.

9. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset: Cùm à mortuis resurrexerit.

Mal. 4. 5. 10. Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm?

11. Qui respondens, ait illis: Elias, cùm venerit primò, restituet omnia: & quo modo scri-
Isai. 53. 3. 4. & 5. ptum est in Filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur.

Matth. 17. 12. 12. Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcunque voluerunt) sicut scriptum est de eo.

13. Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.

14. Et confestim omnis populus videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes salutabant eum.

15. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis?

Luc. 9. 38. 16. Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum:

17. qui ubicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

18. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me.

19. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans.

### VERSIO ANTIQUA.

8. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis ne cui dicerent quæ viderunt: nisi cùm Filius hominis à mortuis resurrexerit. Ex Ms. Colbert.

9. Retinuerunt verbum apud se, conquirentes quid esset: Cùm à mortuis resurrexisset.

10. Et interrogabant eum, dicentes: Quid utique dicunt Pharisæi & Scribæ, quia Heliam oportet primùm venire?

11. Respondens Jesus, dixit illis: Helias veniens primùm, restituet omnia: & quo modo scriptum est in Filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur.

12. Sed dico vobis quia & Helias venit (& fecerunt ei quanta voluerunt) sicut scriptum est de eo.

13. Et cùm venisset Jesus ad discipulos suos, vidit turbam multam ad eos, & Scribas conquirentes cum illis.

14. Et confestim omnis multitudo videntes Jesum, expaverunt, & gaudentes salutaverunt eum.

15. Et interrogavit illos: Quid inter vos conquiritis?

16. Et respondit illi unus de turba, dicens: Magister, attuli ad te filium meum habentem spiritum immundum mutum:

17. qui ubicunque illum occupaverit, elidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

18. Et respondens Jesus, dixit illis: O generatio incredula, quandiu ero apud vos? quandiu vos sufferam? adducite illum huc ad me.

19. Et adduxerunt eum. Cùm autem vidisset illum, spiritus confestim conturbavit puerum: & cadens in terram, volutabat spumans.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μὴ τὸν Ἰησοῦν, &c.

℣. 8. Ms. Corb. *Et descendentibus illis..... præcepit illis ne cui dicerent quæ viderunt: nisi cùm Filius hom. à mortuis surrexisset.* Cantabrig. *ut ne cui quæ vidissent, narrarent: nisi cùm..... à mortuis resurrexisset.* S. Germ. 1. *ne cui quæ vidissent, dicerent*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *ne cui quæ vidissent, narrarent*, &c. Græc. Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν..... διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ..... ἀναστῇ.

℣. 9. Ms. Cantabr. *Et verbum continuerunt apud se, conquærentes quid esset: Quòd à mortuis surrexisset;* S. Germ. 2. *resurrexit.* In Corb. totus versus abest. Græcè: Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζητοῦντες τί ἐστι τὸ, Ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, al. ἀναστῆναι.

℣. 10. Ms. Cantabrig. *Et interrogabant illum, dicentes: Quia Scribæ dicunt, quia Heliam oportet primùm venire.* S. Germ. 1. *Et interrogaverunt eum*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Quia dicunt Scribæ: Heliam oportet venire primùm.* S. Germ. 2. *oporteat primùm venire.* Græc. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι Ἡλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον· Mss. codd. multi: Καὶ ἐπηρώτησαν· subinde quidam delent Ὅτι, ante λέγουσιν; alii ferunt, Πῶς οὖν λέγουσιν· al. Τί οὖν λέγουσιν; tum al. οἱ Φαρισαῖοι καὶ Γραμματεῖς· alii denique tollunt seq. ὅτι. August. in Joh. 1. to. 3. 314. e. *Quomodo ergo dicunt Scribæ, quia Eliam oportet primùm venire?* Vide ad Matth. 17. 10.

℣. 11. Ms. Corb. *Respondens autem, dixit illis: Helias, cùm venerit primùm*, &c. ut in textu. Cantabr. *At ille respondens, ait illis: Si Helias venit primùm restituere omnia*, &c. Gr. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἡλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα, &c. al. ἀποκαθιστάνει πάντα.

℣. 12. Mss. S. Germ. 1. & Corb. consentiunt cum textu Colb. Cantabr. verò cum Vulgata, nisi quòd extremò hab. *sicut scriptum est in eum.* S. Gat. *Helias jam venit.* Græc. ὅτι καὶ Ἡλίας ἐλήλυθε (καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν) καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν, al. περὶ αὐτοῦ. August. in Joh. 1. to. 3. 314. e. *Et ait Dominus: Elias jam venit (& fecerunt ei quæ voluerunt)* tum addit: *& si vultis scire, ipse est Johannes Baptista;* quæ magis respondent Matthæi capiti 17. 13.

℣. 13. Ms. Corb. *Et veniens ad discipulos, vidit turbam multam ad eos, & Scribas*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Et veniens ad discipulos, vidit turbam magnam ad eos, & Scribæ*, &c. Gr. Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτοὺς, καὶ Γραμματεῖς, &c. al. πρὸς αὐτοὺς, καὶ Γραμμ. quidam etiam addunt αὐτοῦ, ad μαθητάς.

℣. 14. Ms. Corb. textui Colbert. consonat; sicut etiam Cantabrig. excepto uno *turba*, loco *multitudo.* S. Germ. ambo, *omnis populus videns eum, stupefactus est*, &c. quæ in Vulg. Itidem S. Gat. & S. Mart. Tur. sed pro *accurrentes*, scribunt *occurrentes.* Græc. Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν, ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν· al. πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, al. ἰδόντες· al. ἐξεθαμβήθη, καὶ ἐξεφοβήθησαν, καὶ, &c.

℣. 15. Ita legunt Mss. Corb. S. Mart. S. Germ. 1. &c. Cantabr. *Quid conquiritis inter vos?* S. Germ. 2. *conquiratis.* Gr. Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς Γραμματεῖς· Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτοὺς; al. initio, ἐπηρώτησεν αὐτούς.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Et respondit ei unus de turba: Magister, adtuli filium meum ad te habentem spiritum mutum.* S. Germ. 2. & S. Gat. *spiritum immundum: qui*, &c. Corb. hîc & infra mutilus est, scilicet à versu 15. ad vers. 19. item à versu 20. ad versum 24. rursum à versu 27. ad vers. 29. & à versu 29. ad versum 33. Græc. Vulgatæ respondet: Ms. tamen quidam hab. initio, Καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ· & alius in fine, ad ἄλαλον, seu *mutum*, addit καὶ κωφὸν, *& surdum:* κωφὸς etiam utrumque significat, & *mutum*, & *surdum*, quòd qui surdi ab ortu naturâ sunt, iidem & muti vivant.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *& ubicunque eum adprehenderit, applontat, & spumat, & stridet..... & non potuerunt ejicere eum.* S. Germ. 1. *qui ubicunque eum apprehendit, adlidet eum, & spumat*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *allidit eum, & stridit*, &c. S. Gat. *& duxi discipulis tuis*, &c. Gr. καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτὸν, καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας, &c. ut in textu Colb.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et respondens, dixit: O*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *Qui respondens, dixit ei: O..... quandiu ero apud vos? quandiu patiar vos?* &c. S. Germ. 2. *Qui respondens, dixit illis: O*, &c. S. Mart. Turon. *dicit: O*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, λέγει· Ὦ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, al. αὐτοῖς· al. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγει, al. εἶπεν.

℣. 19. Ms. Cantabr. *Et adtulerunt eum. Et videns illum, spiritus conturbavit eum: & elisus in terra, volutabatur spu-*

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

20. Et interrogavit Jesus patrem ejus: Quantum temporis est ex quo hoc factum est illi? Ille autem dixit: Ab infantia:

21. nam & frequenter illum & in ignem, & in aquas misit, ut eum perderet: sed si quid potes, auxiliare nobis, & miserere nostri.

22. Jesus autem dixit illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

23. Continuò exclamans pater pueri, cum lacrymis dicebat: Credo, Domine: subveni incredulitati meæ.

24. Et cùm videret Jesus turbam concurrentem, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Mute & surde spiritus, ego tibi præcipio, exi ab illo: & ne redieris in illo.

25. Et exclamavit, & dissipavit eum, & exivit de eo; & projecto illo, factus est puer velut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.

26. Jesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit.

27. Et cùm introisset domum, interrogabant eum discipuli secretò, dicentes: Quare nos non potuimus illum ejicere?

28. Quibus ipse dixit: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio.

29. Et inde egressi ibant per Galilæam: nec volebat quemquam scire.

30. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident illum, & post tres dies resurget.

31. Illi autem ignorabant verbum: & timebant interrogare illum.

32. Et venerunt Capharnaum. Qui cùm in do-

### Vulgata nova.

20. Et interrogavit patrem ejus: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia:

21. & frequenter eum in ignem, & in aquas misit, ut eum perderet: sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri.

22. Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

23. Et continuò exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat: Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam.

24. Et cùm videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & ampliùs ne introeas in eum.

25. Et exclamans, & multùm discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.

26. Jesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit.

27. Et cùm introisset in domum, discipuli ejus secretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere eum?

28. Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio.

29. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam scire.

30. Docebat autem discipulos suos, & dice- *Matth.*
bat illis: Quoniam filius hominis tradetur in ma- *17. 21.*
nus hominum, & occident eum, & occisus ter- *Luc. 9.*
tia die resurget. *22. & 44.*

31. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

32. Et venerunt Capharnaum. Qui cùm domi

### Notæ ad Versionem antiquam.

*mans.* Corb. *Cùm vidisset Jesum, spiritus conturbavit puerum: & cadens in terram, volutabatur*, &c. S. Germ. 1. *Et cùm vidisset illum*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *statim conturbavit eum: & elisus in terra*, &c. S. Gat. *discerpsit eum conturbans: & elisus in terram*, &c. Gr. Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων· al. συνεσπάραξεν, al. ἐσπάραξε τὸ παιδίον· al. ἐτάραξεν αὐτον.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Et interrog. patrem ejus: Quantum ..... ex quo hoc accidit ei? At ille dixit*, &c. S. Mart. Turon. *patrem ejus, dicens: Quantum*, &c. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulgata: nec refragatur Græcum, nisi quòd habet ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ, loco *ex quo ei hoc accidit*; al. ἐξ οὗ τοῦτο γέγονεν αὐτῷ· in uno etiam Ms. additur ὁ Ἰησοῦς, verbo *interrogavit*; ultimòque al. loco Παιδιόθεν, habetur Ἐκπαιδιόθεν.

℣. 21. Ms. Cantabr. *& frequenter illum in ignem, & in aquam mittit, ut eum perdat: sed si quid potes, subveni nobis Domine, misertus super nos.* S. Germ. 1. *& frequenter eum & in ignem, & in aquam misit*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *& in ignem, & in aquas misit: sed..... adjuva nos, subveni nobis Domine, miserere super nos.* Græc. καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε, καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν· ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς.

℣. 22. Mss. Cantabrig. & S. Germ. 1. textui Colb. congruunt, deleto verbo *sunt*. S. Germ. 2. *ait illi: Potes credere? omnia possibilia credenti.* Græc. Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι· Mss. plures delent Τό. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. b. *omnia possibilia sunt credenti.* Zeno Veron. l. 1. tr. 2. p. 17. *omnia possibilia credenti.* Auct. quæst. ex utroque Test. q. 114. col. 126. f. *Si credis, omnia possibilia sunt credenti.*

℣. 23. Mss. Cantabrig. & S. Germ. 1. *Et continuò..... ait: Credo: adjuva incredulitatem meam.* S. Germ. 2. *adjuva me in credulitate mea.* Gr. Πιστεύω, Κύριε· βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ· al. deest Κύριε.

℣. 24. Ms. Corb. *Et cùm videret Jesus quòd concurrit turba, comminatus est..... Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & ne redieris in illo.* Cantabr. *quod concurreret turba, comminatus est sp. immundo, dixit illi: Mute & surde spirite, ego tibi præcipio, exi ab illo: & cave ne introeas in eum.* S. Gat. *Surde & mute spiritus, tibi præcipio*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ...... λέγων αὐτῷ· Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, &c. ut in Vulgata. Vigil. Tapsf. l. cont. Varimad. p. 750. e. *Surde & mute spiritus, ego tibi impero, ut exeas ab eo, & ampliùs ne introeas in eum.*

℣. 25. Ms. Cantabr. *Et clamans, & multùm discerpens, exiit ab eo*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Et exclamavit, & multùm discerpens, exivit de eo*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *Et clamans, & multùm discerpens eum, exiit ab eo*, &c. S. Germ. 2. *& factus est sicut mortuus puer*, &c. Græc. Καὶ κράξαν, καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν, ἐξῆλθε, καὶ ἐγένετο, &c. ut in Vulgata.

℣. 26. Succinunt Mss. S. Germ. Cantabr. S. Gat. &c. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἀνέστη· Mss. plures, τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

℣. 27. Ms. Cantabrig. *Et cùm introisset ipse in domum*, &c. S. Germ. 2. *Et cùm introisset domum*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν· Ὅτι ἡμεῖς, &c.

℣. 28. Ms. S. Germ. 2. *Et dixit illis Jesus: Hoc genus dæmoniorum in nullo potest*, &c. ut sup. Cantabrig. *nisi in orationibus, & jejuniis*; cæt. ut in Vulg. cui Vulgatæ Græcum congruit ad verbum, unà cum Mss. S. Germ. 1. S. Gat. &c.

℣. 29. Ms. Corb. *Et inde egressi, transibat per Galilæam*, &c. quæ supra. Cantabr. *Et inde profecti transiebant in Galilæa*, &c. S. Germ. 2. verò: *Et inde profecti, prætergrediebatur per Galilæam: nec volebant quemquam scire, ut cognoscerent eum.* Gr. Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τὶς γνῷ.

℣. 30. Ms. Cantabrig. *Docebat enim discipulos suos...... Quia filius hom..... & occident eum, & in tres dies resurget.* S. Germ. 1. *& occident eum, & tertia die resurget.* Gr. Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ... Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται..... καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ ἀποκτανθεὶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται· al. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται· extremò post ἀποκτανθεὶς, quod Arab. & Copt. delent, nonnulli codd. subdunt, μετὰ τρεῖς ἡμέρας, &c.

℣. 31. Mss. codd. Cantabr. S. Mart. Turon. &c. Vulgatæ similes, nisi quòd ultimò ferunt *eum interrogare*: ita quoque in Græco.

℣. 32. Ms. Cantabr. *Et venerunt in Capharn. Qui cùm domi esset*, &c. quæ in Vulg. Itidem S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. *Qui cùm domi esset.* Græc. Καὶ ἦλθεν εἰς Κα-

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?

33. At illi tacebant: siquidem in via inter se
Matth. disputaverant, quis eorum major esset.
18. 1. 34. Et residens vocavit duodecim, & ait illis:
Luc. 9. Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus,
46. & omnium minister.

35. Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cùm complexus esset, ait illis:

36. Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit me.

Luc. 9. 37. Respondit illi Joannes, dicens: Magister,
49. vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

38. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum:
1. Cor. nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo,
12. 3. & possit citò malè loqui de me:

39. qui enim non est adversùm vos, pro vobis est.

Matth. 40. Quisquis enim potum dederit vobis cali-
10. 42. cem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Matth. 41. Et quisquis scandalizaverit unum ex his
18. 6. pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si
Luc. 17. circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in ma-
2. re mitteretur.

Matth. 42. Et si scandalizaverit te manus tua, absci-
5. 30. & de illam: bonum est tibi debilem introire in vitam,
18. 8. quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem:

43. ubi vermis eorum non moritur, & ignis

## VERSIO ANTIQUA.

mo esset, interrogabat eos, dicens: Quid in via tractabatis? Ex Ms. Colbert.

33. Illi autem tacebant: tractaverunt enim ad invicem in via, quisnam esset illorum major.

34. Et considens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister.

35. Et assumens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cùm complexus esset, ait illis:

36. Quisquis ex hujusmodi pueris exceperit in nomine meo, me excipit: & quicunque me excipit, non me excipit, sed eum, qui me misit.

37. Respondit autem Johannes, & dixit illi: Magister, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus illum.

38. Ait illis Jesus: Nolite prohibere eos: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poterit malè loqui de me:

39. qui enim non est adversùs vos, pro vobis est.

40. Quisquis enim potum dederit ex vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

41. Et quisquis scandalizaverit unum ex pusillis his credentibus in me: bonum illi magis si circumdaretur mola asinaria circa collum ejus, & in mare mitteretur.

42. Et si scandalizat te manus tua, amputa illam abs te: bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, ubi est ignis inexstinguibilis:

43. ubi vermis eorum non morietur, & ignis

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*περναύμ. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς· Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε*; al. ipso initio, *Καὶ ἦλθον εἰς Καπερναούμ*, non *ἦλθεν*, num. singulari.

℣. 33. Ms. Cantabr. *At illi tacebant: inter se enim disquirebant, quis esset illorum major.* Corb. *inter se enim disquirebant in viam, quisnam illorum major esset.* S. Germ. 1. *siquidem intra se in via disputaverant, quis esset illorum major.* Itidem Ms. S. Mart. Turon. præter hoc, *inter se in via disputaverunt.* Græc. *πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων·* al. *πρὸς ἀλλήλους δὲ*; dein al. *διελογίζοντο ἐν τῇ ὁδῷ·* al. ultimò, *τίς εἴη μείζων·* al. *τίς αὐτῶν εἴη μείζων.*

℣. 34. Ms. Cantabr. *Tunc consedit, & vocavit duodecim;* sequentia verò prætermittit. Corb. legit: *Tunc sedens vocavit duod.... Si quis vult primus esse, fiat omnium novissimus*, &c. Græc. *Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ*, &c. ut in Vulgata: Mss. tamen plures ferunt *ἔσω*, pro *ἔσαι*, ante 1. *omnium.* Hilar. in Ps. 134. col. 474. d. *Qui voluerit in vobis esse primus, sit omnium novissimus.* Hieron. in Ezech. 18. col. 821. f. *Qui vult inter vos esse primus, sit omnium minimus:* & l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 351. e. *Et qui vult esse primus, sit omnium novissimus.* Vide inf. ad cap. 10. ℣℣. 43. 44.

℣. 35. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. Cantabr. verò legit: *Et accipiens puerum, statuit illum in... quem cùm complexus est*, &c. al. *quem cùm conspexisset, dixit illis.* Gr. *Καὶ λαβὼν παιδίον... καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ*, &c.

℣. 36. Mss. Cantabrig. & Corb. *Quisquis ex hujusmodi pueris receperit in*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *Quisquis enim unum ex hujusmodi*, &c. S. Germ. 2. *me recepit: & quicunque me recepit, non me recepit*, &c. Gr. *Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται..... ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται*, &c. al. initio, *Ὃς ἂν ἐκ τῶν*, &c.

℣. 37. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *Respondens illi Johannes, dixit: Magister, videmus... qui non sequitur nobiscum, &*, &c. Gr. *Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης..... ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν·* al. *Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, εἶπε*, &c. à pluribus autem codd. abest ult. *ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.*

℣. 38. Ms. Colb. præponit negationem verbo *faciat*, sed aperto mendo, quod sustulimus. Corb. habet: *At ille respondens, ait: Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat..... & poterit malè loqui de me.* Itidem Cantabr. deleto uno *eum*, post *prohibere*. Græc. Vulgatæ favet: Ms. tamen unus initio delet nomen *Ἰησοῦς*; ut & infra adverb. *ταχὺ*, *citò*.

℣. 39. Textui Colb. consonant ad verbum Mss. Cantabrig. & Corb. Græc. verò, loco *vos*, *pro vobis*, hab. *ἡμῶν*, *ὑπὲρ ἡμῶν*, *nos*, *pro nobis*.

℣. 40. Ms. Corb. *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nom. meo, quia Domini estis: amen dico vobis, quia non perdet*, &c. S. Germ. 2. *calicem aquæ frigidæ..... quia Christi estis: amen dico vob. quòd non perdet*, &c. S. Gat. *aquæ frigidæ tantùm;* & inf. *quia non perdet*, &c. Item in Cantabrig. *quia non perdet;* cæt. ut in Vulg. Græcè: *Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον*, &c. ut in Vulg. Mss. quidam præponunt *ὅτι*, huic, *non perdet*.

℣. 41. Ms. Corb. *Et quisquis scandaliz. unum de his pusillis modicis credentibus: bonum est ei magis si circumd. mola asinaria circa collum ejus, & in mari mitteretur.* Cantabrig. *Quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis fidem habentium: bonum illi magis si circumdaretur mola collo ejus, & in mare mitteretur.* S. Germ. 2. *bonum illi magis si circumd. mola asin. in collo ejus*, &c. Græc. *Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ· καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν*, &c. Mss. plures, *ἕνα τούτων τῶν μικρῶν.*

℣. 42. Ms. Corb. *Et si scandalizaverit te manus tua, amputa illam: bonum est..... quàm.... ire in gehennam, ubi est ignis inexstinguibilis.* Cantabrig. *Et si scandalizat te manus tua, abscide illam: bonum est..... quàm..... mitti in gehennam, ubi est ignis inexstinguibilis.* S. Germ. 2. *abscide eam: bonum tibi debilem..... quàm..... ire in gehennam, ignem inexstinguibilem.* S. Gat. *mitti in gehennam ignis inexstinguibilis.* Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd habet *ἀπελθεῖν*, pro *ire;* Mss. plures, *βληθῆναι*; deinde unus, *εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς ἄσβεστου.* Iren. l. 2. c. 32. p. 165. e. *in ignem æternum.* August. l. 21. de civit. Dei, to. 7. 630. a. concordat cum Vulg. ab his, *bonum est tibi*.

℣. 43. Mss. Corb. S. Mart. Turon. & Cantabr. *ubi vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur.* S. Germ. 2. *& ignis eorum non exstinguitur.* Sic etiam apud August. l. 21. de civit. Dei, col. 630. a. Græcè ut in Vulgata. Apud Iren. l. 2. c. 32. post hoc, *in ignem æternum*, sequitur: *ubi vermis ipsorum non morietur, & ignis non exstinguetur.* Apud Cyprianum, ep. ad Demetr. p. 224. b. necnon

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.* eorum non exſtinguetur.

44. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum à te: bonum enim eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inexſtinguibilis:

45. ubi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur.

46. Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te: exime eum à te: bonum enim eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem introire in gehennam:

47. ubi ignis non exſtinguetur, & vermis non morietur.

48. Omnis enim victima ſalietur.

49. Bonum eſt ſal: quòd ſi ſal infatuatum fuerit: in quo illum condies? Habete in vobis ſal, & pacem habete in vobis.

**Vulgata nova.**

non exſtinguitur.

44. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inexſtinguibilis:

45. ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exſtinguitur. *Iſai. 66. 24.*

46. Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis:

47. ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exſtinguitur.

48. Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. *Levit. 2. 13.*

49. Bonum eſt ſal: quòd ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. *Matth. 5. 13. Luc. 14. 34.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

ap. Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 248. g. vel. 250. g. *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur.* Hæc autem ſumi potuerunt ex Iſaiæ cap. 66. ℣. 24. quæ vide.

℣. 44. Mſ. Corb. *Et ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam, quàm..... mitti in gehennam, ubi ignis inexſtinguibilis.* Cantabrig. *ſcandalizat te, abſcide illum: bonum eſt..... in vitam æternam, quàm..... mitti in gehennam, in ignem exſtinguibilem;* vitiosè pro *inexſtinguibilem.* S. Germ. 2. *Et ſi pes tuus ſcandalizaverit te, amputa illum: bonum eſt..... quàm..... mitti in gehennam ignis & inexſtinguibilis.* Gr. Καὶ ἐὰν ὁ πῦς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν· καλόν ἐςί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ...... βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεςον. Ap. Auguſt. l. 21. de civit. Dei, col. 630. a. ut in Vulgata.

℣. 45. Mſs. Corb. & S. Mart. Turon. *ubi vermis illorum*, vel *eorum, non morietur, & ignis non exſtinguetur.* Cantabrig. *ubi vermis eorum non morietur, & ignis non exſtinguitur.* S. Germ. 2. *ubi vermes eorum non moritur, & ignis eorum non exſtinguitur.* Græcè ut in Vulgata; necnon ap. Aug. l. 21. de civit. Dei, col. 630. a.

℣. 46. Mſ. Corb. *Quòd ſi oculus...... exime illum: bonum eſt tibi luſcum.... quàm... mitti in gehennam.* Cantabrig. *exime illum: bonum eſt tibi cum uno oculo introire..... quàm..... ire in gehennam.* S. Germ. 2. *mitti in gehennam ignis inexſtinguibilis.* Gr. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτὸν, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam, loco βληθῆναι, *mitti*, habent ἀπελθεῖν; & unus delet in fine, τοῦ πυρός. Aug. l. 21. de civit. Dei, col. 630. a. nil omnino diſcedit à Vulgata.

℣. 47. Mſs. Corb. & S. Mart. Turon. *ubi vermis illorum non morietur, & ignis non exſtinguetur.* Itidem Cantabrig. & S. Germ. 1. excepto verbo *exſtinguitur.* S. Germ. 2. *& ignis eorum non exſtinguuntur.* Græc. Vulgatæ conſonat.

℣. 48. Mſ. Corb. *Omnis enim victima ſale ſalietur;* nec habet plura. Item in Cantabr. hæc ſola: *Omne enim ſacrificium ſali ſalietur.* S. Germ. 1. verò legit: *Omnes enim igne examinantur, & omnis victima ſale ſalietur.* S. Germ. 2. & S. Gat. *Omnis enim ignis ſalietur, & omnis victima ſalietur:* in codice etiam S. Mart. Turon. *victima ſalietur*, abſque medio *ſale.* Græcè ut in Vulgata: Mſs. quidam ferunt: Πᾶς γὰρ ἐν πυρὶ δοκιμασθήσεται· aliàs deeſt, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ, &c. al. deeſt tantùm ἁλί. Apud Ambroſ. l. 5. in Luc. col. 1356. e. *Omnis victima ſale ſalietur.*

℣. 49. Mſ. Cantabr. *Bonum eſt ſal: quòd ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud condietur? Habete in vobis ſalem*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *quòd ſi ſal inſalſum fuerit: in quo aliud condietis? Habete in vobis ſalem*, &c. S. Gat. *quòd ſi ſal inſalſum fuerit: in quo illud condietur? Habete in vobis ſalem*, &c. Similiter habet Corb. *ſalem;* cæt. ut in Vulgata. Gr. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, &c. Mſs. quidam, Καλὸν γὰρ τὸ ἅλας· ἐὰν γὰρ, &c. Hieron. in Ezech. 47. col. 1059. a. *Bonum eſt ſal: ſi autem ſal infatuatum fuerit, in nihil eſt utile.*

# CAPUT X.

**Versio antiqua.**

*Ex Mſ. Colbert.* 1. ET inde exſurgens Jeſus venit in fines Judææ trans Jordanem: & convenit turba ad eum: & docebat illos iterum, ſicut conſueverat.

2. Et accedentes quidam Phariſæi, tentantes interrogabant eum, dicentes: Si licet homini dimittere uxorem ſuam.

3. Reſpondens autem Jeſus, dixit illis: Quid vobis præcepit Moyſes?

4. Dixerunt: Permiſit nobis libellum repudii dare ſcriptum, & dimittere.

5. Ipſe verò dixit ad illos: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit Moyſes præceptum hoc:

**Vulgata nova.**

1. ET inde exſurgens venit in fines Judææ ultra Jordanem: & conveniunt iterum turbæ ad eum: & ſicut conſueverat, iterum docebat illos. *Matth. 19. 1.*

2. Et accedentes Phariſæi interrogabant eum: Si licet viro uxorem dimittere: tentantes eum.

3. At ille reſpondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyſes?

4. Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudii ſcribere, & dimittere. *Deuter. 24. 1.*

5. Quibus reſpondens Jeſus, ait: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud:

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Mſ. S. Germ. 2. *Et exinde ſurgens venit in fines Judææ*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *ultra Jordanen: & convenit iterum turba ad eum, ſicut conſuerat: & iterum docebat eos.* Corb. *trans Jordanem: & convenit turba ad eum, ſicut conſueverat: & iterum docebat eos.* Græc. Vulgatæ favet: ſed Mſs. quidam, loco συμπορεύονται...... ὄχλοι, hab. συμπορεύεται..... ὁ ὄχλος.

℣. 2. Mſ. Corb. *Et accedentes quidam interrogabant illum*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. in principio habet: *Et interrogabant illum: Si licet*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν, al. ἐπηρώτων αὐτὸν, &c. ut in Vulg.

℣. 3. Mſ. Corb. conſentit cum textu Colb. Cantabrig. verò & S. Germ. 2. cum Vulgata, & Græco.

℣. 4. Mſ. Corb. *Qui dixerunt: Permiſit nobis libellum repudii dare ſcriptum, & dimittere.* Cantabr. *Qui dixerunt: Permiſit Moyſes libellum repudii dare ſcriptum, & dimittere.* S. Germ. 2. *At illi dixerunt: Moyſes*, &c. quæ in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ εἶπον· Μωσῆς ἐπέτρεψε, &c. ut in Vulgata: Mſ. unus habet δοῦναι, non γράψαι.

℣. 5. Mſ. Corb. *Reſpondens verò Jeſus, dixit illis: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum hoc.* Cantabr. *Et reſpondens Jeſus, ait: Ad duritiem..... ſcripſit Moyſes præceptum iſtud.* S. Germ. 1. *ſcripſit vobis Moſes præceptum*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

Genes. 1. 27. 6. ab initio autem creaturæ, masculum & feminam fecit eos Deus.

Genes. 2. 24. 7. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit ad uxorem suam :

Matth. 19. 5. 8. & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro.

1. Cor. 6. 16. 9. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Ephes. 5. 31. 10. Et in domo iterum discipuli ejus de eodem interrogaverunt eum.

1. Cor. 7. 10. 11. Et ait illis : Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.

12. Et si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur.

13. Et offerebant illi parvulos ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus.

14. Quos cùm videret Jesus, indignè tulit, & ait illis : Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos : talium enim est regnum Dei.

15. Amen dico vobis : Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.

16. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

Matth. 19. 16. Luc. 18. 18. 17. Et cùm egressus esset in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum : Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam ?

18. Jesus autem dixit ei : Quid me dicis bonum ? Nemo bonus, nisi unus Deus.

## Versio antiqua.

6. ab initio autem creaturæ, masculum & feminam fecit eos, & dixit: Ex Ms. Colbert.

7. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adjungetur uxori suæ :

8. & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro.

9. Quod ergo Deus junxit, homo non disjungat.

10. Et interrogaverunt eum discipuli secretò de hoc sermone.

11. Et dixit illis : Quisquis dimiserit uxorem suam, & aliam ducit, adulterium committit super eam.

12. Et mulier, si reliquerit virum, & alii nupserit, mœchatur super illum.

13. Et offerebant illi pueros ut tangeret eos. Discipuli autem ejus comminabantur eis.

14. Quos cùm videret Jesus, indignè tulit, & ait illis : Sinite pueros venire ad me, & nolite prohibere illos : talium est enim regnum Dei.

15. Amen dico vobis : Qui non susceperit regnum Dei sicut infans, non introibit in illud.

16. Et convocans infantes ad se, imponebat manum super illos, & benedicebat eos.

17. Et cùm egressi essent, ecce quidam adgeniculans dicebat : Magister bone, quid faciam ut vitam æternam accipiam ?

18. Cui Jesus dixit : Quid me dicis bonum ? Nemo bonus, nisi solus Deus.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*istud*. S. Germ. 2. *scripsit Moyses præceptum hoc*. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς, &c. ut in Vulg. Mss. plures delent ὑμῖν, post *scripsit*. Ambrosiast. col. 314. b. legit : *Quia hæc ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses.*

℣. 6. Ms. Corb. *ab initio autem masculum & feminam fecit, & dixit.* Itidem Cantabr. interposito nomine *Deus*, post *fecit*. S. Germ. 1. *fecit eos Deus, & benedixit*. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *fecit eos Deus, & dixit*. S. Gat. *fecit illos Deus, dicens*. Græc. Vulgatæ congruit : sed Mss. quidam ultimò subdunt, ϗ εἶπεν. Item Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 138. g. *quoniam ab initio fecit Deus masculum & feminam, & dixit.* Vide Matth. 19. 4.

℣. 7. Ms. Corb. *Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit ad*, &c. Ita quoque in Cantabr. detracto pron. *suum*, post *patrem*. S. Germ. 2. S. Gat. & S. Mart. Turon. *adhærebit uxori suæ*. Gr. concordat cum Vulg. Mss. tamen nonnulli extremò habent, προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, non πρὸς τὴν, &c. Hieron. ep. ad Amand. to. 4. col. 161. e. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ*. Itidem Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. a. Vide Matth. 19. 5.

℣. 8. Ita legunt Mss. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Sic etiam Cantabrig. & Corb. detracto uno *jam*. In Corb. præterea deest ablat. *unâ*. Gr. ϗ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, &c. Hieron. ep. ad Amand. to. 4. 161. e. *& erunt duo in carnem unam*. Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. a. ut sup. in textu.

℣. 9. Mss. Corb. & Cantabr. *Quod ergo Deus conjunxit, homo non disjungat*, vel *dejungat*. S. Germ. *Quod ergo Deus junxit, homo non separet*. Græcè ut in Vulg. Apud Ambr. l. 8. in Luc. col. 1470. d. *Quæ Deus conjunxit, homo non separet.*

℣. 10. Ms. S. Germ. 2. *Et iterum in domo discipuli ejus interrogaverunt eum de eodem sermone*. Cantabr. *Et in domum iterum discipuli ejus de eodem sermonem interrogaverunt eum*. Corb. *de hoc sermone interrog. eum*. Græc. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ... περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν· Mss. quidam initio, Καὶ εἰς τὴν οἰκίαν· subinde al. περὶ τούτου.

℣. 11. Ms. Corb. concinit cum textu Colb. S. Germ. 1. verò & S. Gat. cum Vulgata. S. Germ. 2. *Et dicit illis : Quicunque..... adulterium commiserit super eam*. Cantabrig. *Dixit illis : Quicunque..... mœchatur super eam*. Nec aliter in Græco, præter hoc 1. Καὶ λέγει αὐτοῖς. Ap. Tertul. l. 4. cont. Marc. c. 34. p. 726. f. *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium commisit.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *Et si mulier exiet à viro, & alium duxerit, mœchatur*. Corb. *Et mulier, si exeat à viro, & alii nupserit, mœchatur super illum : & qui dimissam ducit, mœchatur*. Itidem S. Germ. 2. ab hoc, *& alii nupserit*. Sangerm. 1. ut in Vulg. & Græco.

℣. 13. Ms. Corb. *Et offerebant illi pueros ut tangeret eos. Discipuli autem comminabantur eis qui offerebant*. Cantabr. *Et adferunt illi pueros ut tangeret eos. Discipuli autem ejus comminab. offerentibus*. Græc. Vulgatæ congruit.

℣. 14. Ms. Corb. eadem hab. quæ in textu Colb. S. Germ. 1. *Quos cùm vidisset Jesus.... Sinite pueros*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Videns autem Jesus..... Sinite pueros*, &c. ut in Vulg. S. Gat. *talium est enim regnum cælorum*. Græc. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἠγανάκτησε, &c. ut in Vulg. Mss. tamen quidam, loco ult. τοῦ Θεοῦ, ferunt τῶν οὐρανῶν.

℣. 15. Ms. Corb. *Amen dico vobis : Quisquis non receperit regnum Dei sicut infans, non intrabit in illud*. Cantabr. *Quisque non recep..... velut puer*, &c. S. Germ. 1. *Qui non receperit..... velut parvulus*, &c. Græc. ut in Vulgata. August. in Ps. 112. to. 4. 1250. f. *Si quis non receperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.*

℣. 16. Ms. Corb. *Et convocans eos, imponebat manus super illos, & benedicebat eos*. Sic etiam habet Cantabr. præter unum *deponebat*, pro *imponebat*. S. Germ. 1. *Et complectens eos, & imponens manum super illos*, &c. Græc. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας, &c. Cantabrig. Gr. Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτὰ, &c.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Et cùm egressus esset ipse in via, adcurrit unus, & adgeniculans, rogabat eum, dicens : Magister bone*, &c. ut in Vulg. Corb. *Et cùm egressus esset in viam, procurrens quidam, & adgeniculans ante eum, rogabat eum : Magister*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *rogabat eum, dicens ei : Magister bone, quid faciam ut vitam æternam accipiam ?* S. Mart. Tur. *dicens : Magister bone*. Gr. Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἷς, ϗ γονυπετήσας αὐτὸν, ἐπηρώτα αὐτόν· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω ; al. τί ποιήσας ζωὴν, &c. & Hieron. ep. ad Hedib. q. 1. to. 4. 169. b. *Magister, quid faciens vitam æt. possidebo ?* sed f. è Luc. 18. 18. August. serm. 306. to. 5. 1241. c. *Magister bone, quid faciam ut vitam æternam consequar ?*

℣. 18. Ms. Corb. *Et Jesus dixit illi : Quid me dicis bonum ? Nemo bonus, nisi solus Deus*. Cantabr. *Jesus autem dixit illi..... Nemo bonus, nisi solus unus Deus*. S. Gat. *nisi solus Deus*. Græcè ut in Vulgata. Hilar. l. 4. & 9. de Trin. col. 830. e. 984. c. 994. a. *Quid me dicis bonum ? Nemo est bonus, nisi unus Deus :* & infra : *Quid me vocas bonum ? Nemo bonus, nisi unus Deus :* vide etiam in Matth. 19. col. 703. d. Ambr. l. 2. de fide, to. 2. 474. c. *Quid me dicis bonum ?* & l. 1. col. 473. d. cum August. in Joh. 6. col. 506. b. *Nemo bonus, nisi unus Deus :* & l. 8. in Luc. col. 1488. e. *Nemo bonus, nisi Deus*. Gaud. Brix. ser. 7. p. 952. c. *Quid me dicis bonum ? Nemo bonus, nisi unus Deus*. Itidem Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. a. Ambrosiast.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 19. Custodi præcepta. Ille dixit : Quæ ? Et dixit illi Jesus : Non occides, Non adulterabis, Non fornicaberis, Non falsum testimonium dices, Non abnegabis, Honora patrem tuum, & matrem tuam.

20. At ille respondens, ait : Magister, hæc omnia custodivi à juventute mea : quid adhuc mihi deest ?

21. Jesus autem intuitus eum, dilexit, & dixit illi : Unum tibi deest : vade, & vende quæcumque habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo : & veni, sequere me.

22. Ille autem contristatus est in hoc verbo, & recessit tristis : erat enim habens multas possessiones.

23. Et circumspiciens Jesus, ait discipulis suis : Quàm difficile est his qui pecunias habent, introire in regnum Dei !

24. Discipuli autem ejus pavebant in verbis istis. Jesus verò respondens illis iterum dicit : Quàm difficile est divitem in regnum Dei introire !

25. Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum Dei.

26. Qui magis admirabantur, inter se dicentes : Et quis potest salvus fieri ?

27. Et intuens illos Jesus, ait : Hoc apud homines impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.

28. Et cœpit Petrus dicere : Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

29. Respondens autem Jesus, dixit ad illos : A-

## VULGATA NOVA.

19. Præcepta nosti : Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum, & matrem. Exod. 20. 13.

20. At ille respondens, ait illi : Magister, hæc omnia observavi à juventute mea.

21. Jesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei : Unum tibi deest : vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo : & veni, sequere me.

22. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens : erat enim habens multas possessiones.

23. Et circumspiciens Jesus, ait discipulis suis : Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt !

24. Discipuli autem obstupescebant in verbis ejus. At Jesus rursus respondens ait illis : Filioli, quàm difficile est, confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire !

25. Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum Dei.

26. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos : Et quis potest salvus fieri ?

27. Et intuens illos Jesus, ait : Apud homines impossibile est, sed non apud Deum : omnia enim possibilia sunt apud Deum.

28. Et cœpit ei Petrus dicere : Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Matth. 19. 27.

29. Respondens Jesus, ait : Amen dico vo- Luc. 18. 28.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 291. e. *Nemo est bonus, nisi unus Deus.* Vide Not. ad Luc. 18. 19.

℣. 19. Ms. S. Germ. 1. *Præcepta nosti : Non adulterabis, Non occides, Non furaberis ; Non falsum testimonium dixeris, Non fraudem feceris, Honora,* &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *Præcepta nosti : Non adulterabis, Non occides, Non fureris, Non falsum testim. dices,* &c. quæ in Vulg. Corb. *Non adulterabis, Non occides, Non falsum testim. dices, Non fraudem feceris,* &c. Cantabr. Vulgatæ consonat, nisi quòd hab. *Ne falsum testim. dicas* ; deletque pronom. *tuum*, post *patrem.* S. Martini Turon. codex scribit *Ne adultereris.* Græc. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, Μὴ ἀποστερήσῃς, &c. ut in Vulg. Mss. plures, μοιχεύσεις..... φονεύσεις..... κλέψεις..... ψευδομαρτυρήσεις ..... ἀποστερήσεις· quidam etiam addunt σου, ad *matrem.*

℣. 20. Ms. Corb. cum Græco : *At ille respondens, dixit illi : Magister, hæc omnia custodivi à juventute mea.* S. Mart. Turon. *Et ille respondens, ait illi : Magister bone, hæc omnia servavi à,* &c. S. Germ. 1. *Et ille respondens, ait : Magister,* &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ consonant Cantabrig. S. Germ. 2. & S. Gat. nullus horum addit in fine : *quid adhuc mihi deest ?* quod petitum videtur è Matthæi cap. 19. ℣. 20.

℣. 21. Ms. Cantabr. *Jesus autem aspiciens eum, dilexit eum, & dixit illi,* &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Jesus autem intnitus eum, dilexit eum, & dixit illi..... vade, vende omnia quæ habes, & da,* &c. Corb. S. Germ. 1. & S. Gat. Vulgatæ similes ; sicut & Græcum, nisi quòd in fine habet : καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν· sed al. deest ἄρας τὸν σταυρόν. Hilar. l. 9. de Trin. col. 995. a. legit cum Vulg. *Unum tibi deest : vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo : & veni, sequere me.* Item Ambros. in Ps. 1. col. 547. b. *& habebis thesaurum in cælo :* & in Ps. 38. *veni, sequere me.* August. in Ps. 80. to. 4. 858. d. *vade, vende omnia quæ possides, & da paup. & habebis thes. in cælis : & veni, sequere me.*

℣. 22. Ms. Corb. *Ille autem contristatus est in hoc verbo, & recessit, & abiit tristis : erat enim habens multas pecunias.* Cantabr. *At ille contristatus in hoc verbo, & abiit tristis : erat enim habens multas pecunias.* S. Germ. 1. *abiit tristis : erat enim hab. possessiones multas.* Gr. Ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, &c. ut in Vulg.

℣. 23. Vulgatæ suffragantur Mss. Cantabrig. Corb. S. Germ. &c. unà cum Græco. Similiter Ambros. l. de Nab. c. 14. col. 582. c. *Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt !* August. ser. 85. to. 5. 453. e. *Quàm difficile est ut qui divitias habet, intret in regnum cælorum !* Hieron. ep. ad Hedib. to. 4. col. 170. c. *Quàm difficilè qui divites sunt, intrare possunt in regna cælorum !* Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. f. *Quàm difficilè qui pecunias habent, intrabunt in regnum Dei !*

℣. 24. Ms. Cantabrig. anteponit versum 25. versui 24. hoc modo : *Facilius est, camellum per foramen acus transire, quàm dives in regnum Dei. Discipuli autem ejus pavebant in verbis ejus. Et Jesus rursus respondens ait illis : Fili, quàm difficile est confidentes in pecunias, in regnum Dei introire !* Itidem Corb. & eodem ordine, nisi quòd habet, *quàm divitem in regno Dei* ; paulòque post, *At Jesus..... Filioli..... in pecuniis,* &c. S. Germ. 1. *Discipuli autem admirabantur in verbis ejus. Jesus autem rursus,* &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. tollit *rursus.* Græc. nil discrepat à Vulg.

℣. 25. Ms. S. Germ. 2. *Facilius est enim, camelum... quàm divitem intrare in regnum cælorum.* S. Germ. 1. & S. Gat. ut in Vulg. Vide Corb. & Cantabr. sup. ad versum 24. Hieron. ep. ad Hedib. to. 4. 170. c. consentit cum Vulg. sicut etiam Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. f. Apud August. quæst. 26. in Matth. to. 3. 244. e. *Ait Dominus divitem non intrare in regnum Dei.*

℣. 26. Ms. Corb. *Qui autem magis admirabantur,* &c. ut in Vulg. Cantabr. *Magis autem admirabantur, dicentes ad semetipsos : Et quis poterit,* &c. S. Germ. 2. *Qui magis mirabantur,* &c. quæ in Vulg. Gr. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, &c. ut in Vulg. Apud August. quæst. 26. in Matth. col. 244. e. *Et discipuli dicunt : Quis potest salvus fieri ?*

℣. 27. Ms. Corb. *Et intuens illos Jesus, ait : Apud homines impossibile est, apud Deum autem possibile ;* nec addit alia. Cantabr. *Intuens autem eos Jesus, ait : Apud homines hoc impossibile est, apud Deum verò possibile :* non subdit plura. S. Germ. 2. *Et intuens illos Jesus, ait : Apud homines hæc impossibilia videntur, sed non apud Deum : omnia enim,* &c. quæ in Vulg. Gr. Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, &c. ut in Vulg. deleto uno *est*, post *impossibile.* Ms. quidam habet, τοῦτο ἀδύνατον, al. τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον· plures delent posteriora verba, πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Et cœpit Petrus dicere : Ecce nos relinquimus omnia,* &c. Corb. cum Cantabr. *Et cœpit Petrus dicere ei : Ecce nos missum fecimus omnia, & secuti sumus te.* Ms. S. Gat. addit ex Matth. 19. 27. *quid ergo erit nobis ?* Græcum Vulgatæ congruit : Mss. tamen quidam subdunt in fine, τί ἄρα ἔσται ἡμῖν ; Hieron. quæst. 1. ad Hedib. to. 4. 169. c. *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.* Similiter Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 461. g.

℣. 29. Ms. Cantabr. *Respondens autem Jesus : Amen di-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

bis : Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter Evangelium,

30. qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam.

Matth. 19. 30. 31. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.

32. Erant autem in via ascendentes Jerosolymam : & præcedebat illos Jesus, & stupebant : &
Luc. 18. 31. sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei eventura.

33. Quia ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus :

34. & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum : & tertia die resurget.

Matth. 20. 20. 35. Et accedunt ad eum Jacobus & Joannes filii Zebedæi, dicentes : Magister, volumus ut quodcunque petierimus, facias nobis.

36. At ille dixit eis : Quid vultis ut faciam vobis ?

37. Et dixerunt : Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.

38. Jesus autem ait eis : Nescitis quid petatis : potestis bibere calicem, quem ego bibo ; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari ?

**Versio antiqua.**

men dico vobis : Nemo est, qui missum fecerit domum, vel fratres, aut sorores, aut matrem, aut patrem, & filios, aut agros, propter me, & Evangelium, *Ex Ms. Colbert.*

30. qui non accipiat centies tantum, nunc in hoc sæculo : in futuro autem sæculo vitam æternam accipit.

31. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.

32. Erant autem ascendentes in viam in Jerosolymis : & præcedebat illos Jesus : & pavebant qui sequebantur eum. Et assumens illos duodecim, cœpit illis iterum dicere quæ sibi ventura essent.

33. Quia ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & senioribus, & damnabunt illum morti, & tradent gentibus :

34. & illudent eum, & conspuetur, & flagellabunt eum, & occident : & post tertium diem resurget.

35. Et accesserunt ad eum Jacobus & Johannes filii Zebedæi, dicentes : Magister, volumus ut quodcunque petierimus, facias nobis.

36. Quibus ipse dixit : Quid vultis ut faciam vobis ?

37. Illi autem dixerunt ei : Da nobis ut unus à dextris tuis, & alius à sinistris sedeamus in gloriam tuam.

38. Dixit illis Jesus : Nescitis quid petatis : potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum ; aut baptismum baptizari, quem ego baptizari habeo ?

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*co vobis : Nemo est, qui reliquerit aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, aut propter Evangelium.* Corb. *Respondens autem Jesus, dixit*, &c. ut in Vulgata, sublato uno *aut patrem*. Gr. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Οὐδείς ἐστιν, ὅς ἀφῆκεν, &c. ut in Vulg. præterquam quòd interponit ἢ γυναῖκα, *aut uxorem*, post *matrem* ; deletque *propter*, ante *Evangelium*.

℣. 30. Ms. Corb. *qui non accipiat centies tantum, nunc in hoc tempore : qui autem reliquerit domum, & sorores, & fratres, & matrem, & filios, cum persecutionibus, in venturo vitam æternam accipiet.* Cantabr. *qui non accipiet centies tantum, nunc in hoc tempore : qui autem reliquerit domum, & sorores, & fratres, & matrem, & filios, & agros, cum persecutionibus, in ævo venturo vitam æternam accipiet.* Gr. ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα, νῦν, &c. ut in Vulg. Ms. quidam initio hab. ὃς οὐ λάβῃ. Tichon. reg. 5. p. 61. f. *centies tantum recipiet in isto sæculo.* Cypr. l. de lapſ. p. 185. b. *& non recipiat septies tantum in isto tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam.* Itidem August. serm. 303. to. 5. 1234. a. nisi quòd hab. *in sæc. autem futuro vitam æt. habebit.* At vereor ne locus iste Cypriani & Augustini aliunde acceptus sit, nempe è Lucæ c. 18. ℣. 30. quem vide.

℣. 31. Itidem Mss. Corb. Cantabr. S. Germ. & S. Gat. unà cum Græco. Tertul. l. de præscr. c. 3. p. 330. c. huc alludens, *de primis novissimos* memorat.

℣. 32. Ms. Corb. *Erant autem in via ascendentes in Jerosolyma : & præcedebat illos Jesus : & pavebant sequentes. Et assumens illos duodecim, cœpit eis iterum ditere quæ sibi essent eventura.* Cantabr. *Erant autem in viam ascendentes Jerosolyma : & erat præcedens Jesus : & pavebant. Et assumpsit iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ ei essent ventura.* Sangerm. 1. & S. Mart. Turon. ut in Vulgata, exceptis his, *in Jerosolyma....... & sequentes eum timebant*, vel *timebant eum..... quæ essent ei ventura.* Gr. Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο· καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο, &c. ut in Vulg. Mss. plures delent hoc, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο· ut & inf. quidam πάλιν, *iterum*, post *assumens*.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Quia ecce ascendimus in Jerosolyma, & Filius hom. trad. summis sacerdotibus, & Scribis, & damnabunt*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *Quia ecce ascendimus Jerosolyma, & Filius.... principibus sacerdotum, & Scribis, & damnabunt illum morti*, &c. Itidem in S. Germ. 1. præter accus. *Jerosolymam.* Apud August. in Joh. 18. to. 3. 790. e. necnon apud Fulgent. fragm. 33. cont. Fab. p. 635. *Ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hom. tradetur principibus sac. & Scribis, & damnabunt eum morte* ( Fulgent. *morti* ) &c. ut in Vulg.

℣. 34. Ms. Corb. *& illudent eum, & conspuent eum, & occident eum : & post tres dies resurget.* Sic etiam in Cantabrig. præter hoc med. *& occident eum*, quod deest. Ms. S. Germ. 2. delet duo ista de Vulg. *& flagellabunt eum, & interficient eum.* Cod. S. Mart. Turon. adimit tantùm *eum*, post *conspuent*, & post *flagellabunt*. In Græco hod. totidem verba exstant, quæ in Vulgata ; sicut apud August. & Fulgent. ubi supra. Ms. tamen quidam Gr. id omittit, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν· alii tollunt istud, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ· unus verò delet, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· ultimò quidam ferunt, μετὰ τρεῖς ἡμέρας, &c. non verò, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, quod in editis.

℣. 35. Ms. Corb. *Et accesserunt ad eum..... volumus ut quodcunque petierimus te, præstes nobis.* Cantabr. *Et accesserunt ad illum..... & dicunt illi : Magister, volumus ut quodcunque petierimus te, præstes nobis.* Græcè ut in Vulgata. Mss. quidam jungunt σὲ, verbo *petierimus*.

℣. 36. Ms. Corb. *At ipse dixit : Quid*, &c. ut supra. Cantabr. affirmatè : *At ille dixit illis : Præstabo vobis* ; sed malè. Græc. Vulgatæ consonat. Ms. 1. delet *eis*, post *dixit*.

℣. 37. Ms. S. Mart. Turon. initio hab. *Qui dixerunt* ; reliqua ut in Vulgata. Corb. *Illi autem dixerunt ei : Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in gloriam tuam.* Cantabr. *Et dixerunt ei : Da nobis ut unus ad dext. tuam, & unus ad sinistram sedeamus in gloria tua.* S. Germ. 1. *ut unus ad dexteram, & alius ad sinistram sedeamus*, &c. S. Germ. 2. *& unus ad sinistram sedeamus*, &c. S. Gat. *& unus ad sinistr. tuam*, &c. Græc. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ, &c.

℣. 38. Ms. Cantabr. *Et Jesus respondens, ait illis : Nescitis..... quem ego bibiturus sum ; aut baptismum, quod ego baptizor, baptizari ?* Itidem S. Germ. 1. ab hoc, *bibiturus sum.* Corb. *At Jesus respondens, ait illis : Nescitis..... quem ego bibiturus sum ; aut*, &c. ut in Vulg. Similiter habent S. Germ. 2. & S. Gat. *bibiturus sum.* Græc. Vulgatæ accinit, nisi quòd hab. hîc & inf. καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ, &c. Mss. quidam ferunt : Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν..... ἢ τὸ βάπτισμα, &c. Iren. l. 1. c. 21. p. 94. d. *potestis baptisma baptizari, quod ego habeo baptizari ?* Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 363. b. *potestis bibere calicem, quem ego bibo ; aut baptismate, quo ego baptizor, baptizari ?*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

39. At illi dixerunt : Possumus. Ait illis Jesus : Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis ; & baptismum, quem ego baptizor, baptizabimini :

40. sedere autem à dextris meis, vel à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.

41. Hoc audito, cæteri decem cœperunt indignè ferre de Jacobo, & Johanne.

42. Quos cùm advocasset Jesus, ait illis : Scitis quia qui videntur principari gentibus, dominantur eorum : & majores illorum potestatem habent eorum.

43. In vobis autem non ita est, sed quicunque voluerit in vobis esse major, erit vester minister :

44. & quicunque voluerit in vobis esse primus, erit omnium servus.

45. Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, sed dare animam suam redemptionem pro multis.

46. Et venerunt in Jericho, & factum est cùm exisset ab Jericho cum multa turba, & ecce quidam cæcus filius Timæi Barthimeus, sedebat circa viam mendicans.

47. Qui cùm audisset quòd Jesus Nazarenus esset qui transibat, cœpit clamare, & dicere : Miserere mei, Jesu Fili David.

48. Et comminabantur illi ut taceret. Ille magis magisque clamabat : Miserere mei, Fili David.

49. Respiciens verò Jesus jussit illum vocari. Et abierunt vocare illum dicentes : Animæquior esto : surge, vocat te.

## Vulgata nova.

39. At illi dixerunt ei : Possumus. Jesus autem ait eis : Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis ; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini :

40. sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.

41. Et audientes decem, cœperunt indignari de Jacobo, & Joanne.

42. Jesus autem vocans eos, ait illis : Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis : & principes eorum potestatem habent ipsorum. *Luc. 22. 25.*

43. Non ita est autem in vobis, sed quicunque voluerit fieri major, erit vester minister :

44. & quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus.

45. Nam & Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

46. Et veniunt Jericho, & proficiscente eo de Jericho, & discipulis ejus, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat juxta viam mendicans. *Matth. 20. 29. Luc. 18. 35.*

47. Qui cùm audisset quia Jesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere : Jesu fili David, miserere mei.

48. Et comminabantur ei multi ut taceret. At ille multò magis clamabat : Fili David miserere mei.

49. Et stans Jesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei : Animæquior esto : surge, vocat te.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 39. Ms. Corb. *At illi dixerunt : Possumus. Et ait illis Jesus : Calicem quidem, quem ego bibero, bibetis*, &c. quæ in Vulg. præter ult. *baptizamini*. Cantabrig. *At illi dixerunt : Possumus. Jesus autem dixit illis : Calicem quidem, quem ego bibero, bibetis ; & baptisma, quod ego baptizor, baptizamini.* S. Germ. 2. *Illi autem dixerunt*, &c. ut in Vulg. excepto verbo *baptizemini*. S. Gat. hab. *Calicem, quem bibo*. S. Germ. 2. *Calicem quidem, quem ego bibiturus sum, bibetis ; & baptismum, quo*, &c. Græcè ut in Vulgata. Mss. quidam initio delent αὐτῷ, post *dixerunt*.

℣. 40. Mss. Corb. & Cantabr. *sedere autem ad dexteram* (Corb. addit *meam*) *vel ad sinistram, non est meum dare : aliis paratum est.* Græc. τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται· Mss. plures, ἢ ἐξ εὐωνύμων.

℣. 41. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. verò habet : *Et audientes cæteri decem, cœperunt indignari de*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. *indignati sunt de*, &c. S. Germ. 1. ut in Vulgata, & Græco. Mss. tamen nonnulli pro ἤρξαντο ἀγανακτεῖν, habent ἠγανάκτησαν.

℣. 42. Ms. Cantabr. *Quos cùm advocasset Jesus, ait illis : Scitis quòd hi, qui videntur principari gentibus, & dominantur eorum : & majores eorum potestatem habent illorum.* Corb. *Quos cùm advocasset Jesus, ait illis : Scitis quia hi, qui videntur principari gentium, dominantur eorum : & principes eorum potestatem hab. illorum.* S. Germ. 1. *quia hi, qui videntur principes gentium esse, dominantur eis*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *quia hi, qui videntur principari gentes, dominantur eorum : & princeps eorum*, &c. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς..... Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

℣. 43. Ms. Corb. *Non ita est in vobis, sed quicunque voluerit major esse in vobis, erit*, &c. Cantabrig. *Non ita est in vobis, sed quicunque voluerit major inter vos esse, erit*, &c. S. Germ. 1. *Non enim ita est in vobis*, &c. ut in Vulg. Desunt tota in Ms. S. Germ. 2. Græc. Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται διάκονος ὑμῶν· Mss. quidam, ἔστω διάκονος, &c. Hilar. in Ps. 118. col. 358. c. *qui vult esse ex vobis major, fiat omnium minimus.* Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 351. e. *qui vult in vobis major esse, fiat omnium minor.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 24. col. 150. e. *qui voluerit major esse in vobis, erit vester servus.*

℣. 44. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. 1. & S. Gat. In Ms. S. Germ. 2. ita : *sed quicunque voluerit in vobis..... erit vester servus.* In Cantabrig. *& quicunque voluerit vestrûm primus esse, erit vester servus.* Gr. καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος. Mss. quidam, ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔσται, al. ἔστω, &c. Ambros. l. de parad. to. 1. 178. d. *qui vult inter vos primus esse, sit omnium servus.* Hieron. in Ezech. 45. to. 3. 1038. c. *sed qui voluerit esse primus, sit omnium servus :* & l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 351. e. *& qui vult esse primus, sit omnium novissimus :* & l. 1. in epist. ad Tit. col. 409. b. *qui voluerit inter vos esse major, sit omnium servus.* Vide sup. ad cap. 9. ℣. 34.

℣. 45. Mss. Corb. & Cantabrig. *Nam & Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam*, &c. ut apud Matth. 20. 28. Ita quoque in Græco est. Ap. Hieron. verò in ep. ad Tit. to. 4. 409. b. *Filius hominis venit, non ut ministraretur sibi, sed ut ministraret.*

℣. 46. Ms. Cantabr. *Et venit Hiericho, & proficiscente eo inde cum discipulis suis, & turba plurima, filius Timeæ Baritimeas cæcus, sedebat circa viam mendicans.* Corb. *Et tunc venit Jericho, & proficiscente eo inde cum discipulis suis, & turba multa, filius Timeæ Barthimeas cæcus, sedebat circa viam*, &c. S. Germ. 2. *Et venit Jericho, & proficisc. eo de Jericho, & discipuli ejus*, &c. quæ in Vulg. Gr. Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ, καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, &c. ut in Vulg. al. initio, Καὶ ἔρχεται, &c. subinde Ms. quidam, ἰδοὺ ὁ υἱὸς Τιμαίου, &c.

℣. 47. Ms. S. Germ. 1. *Qui cùm audisset quia cum Jesus Nazarenus transiret, cœpit clamare*, &c. ut in Vulg. Corb. *Cùm audisset hic cum quòd Jesus Nazoreus est, cœpit clamare*, &c. Cantabrig. *Et cùm audisset quia Jesus Nazorenus est, cœpit clamare, & dicere : Fili David Jesu, miserere mihi.* Sic etiam in Græco est, cum hoc, Ναζωραῖός ἐστιν, al. Ναζωρηνός· quidam ferunt παρέρχεται, loco ἐστίν. Ms. S. Mart. Turon. legit *Nazarenus esset*, tollitque inf. nomen *Jesu*.

℣. 48. Mss. Cantabrig. Corb. & S. Gat. Vulgatæ respondent, & Græco. Ms. S. Mart. Turon. initio legit : *Et comminabantur illi ut taceret. At ille*, &c. S. Germ. 1. *Et ille multò magis*, &c. S. Germ. 2. *At ille magis clamabat*, &c.

℣. 49. Ms. Corb. *Et stans Jesus jussit illum vocari. Qui dicunt cæco : Animæquior esto*, &c. Cantabr. *Et stans Jesus dixit illum vocari. Illi autem dixerunt cæco : Animæquior esto*, &c. S. Germ. 1. *jussit illum vocari.* S. Gat. ultimò : *surge, vocat te Magister.* Græc. Vulgatæ accinit, præterquam quòd habet εἶπεν, loco *præcepit* ; & Θάρσει, pro *Ani-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

50. Qui projecto vestimento suo exsiliens, venit ad eum.

51. Et respondens Jesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut videam.

52. Jesus autem ait illi: Vade, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

**VERSIO ANTIQUA.** Ex Ms. Colbert.

50. Ille verò ut audivit, projecit vestimenta sua; & exsiliens, venit ad eum.

51. Cui dixit Jesus: Quid vis ut faciam tibi? Cæcus autem dixit: Rabboni, ut videam.

52. Jesus verò dixit ei: Vade, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*nequior esse.*

℣. 50. Ms. Corb. *Qui verò projecto vestimento suo exsiliens*, &c. ut supra. Cantabr. *Ille autem projecto vestim. suo*, &c. Gr. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἀναστὰς, ἦλθε, &c. al. ἀναπηδήσας, ἦλθε, &c.

℣. 51. Ms. S. Germ. 2. *Et respondens illi Jesus dixit: Quid vis tibi faciam?* &c. quæ in Vulg. Cantabrig. *Et respondens illi Jesus dixit: Quid vis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei: Domine Rabbi*, &c. Itidem Corb. *Domine Rabbi*; S. Germ. 1. simpliciter, *Rabbi*. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί θέλεις ποιήσω σοι; &c. ut in Vulg. al. Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ms. S. Mart. Turon. Lat. *Quid vis ut tibi faciam?*

℣. 52. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabrig. verò S. Germ. & S. Gat. cum Vulg. Sic etiam in Græco, præter nomen τοῦ Ἰησοῦ sub fin. loco *eum*; sed Mss. plures ferunt αὐτῷ. Apud Tertul. l. de præscr. c. 12. p. 333. a. necnon Zeron. Veron. l. 1. tr. 2. p. 17. *fides tua te salvum fecit.*

---

# CAPUT XI.

**VULGATA NOVA.**

Matth. 21. 1. Luc. 19. 29. 1. ET cùm appropinquarent Jerosolymæ & Bethaniæ ad montem Olivarum, mittit duos ex discipulis suis,

2. & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: solvite illum, & adducite.

3. Et si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc.

4. Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio: & solvunt eum.

5. Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis solventes pullum?

6. Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Jesus, & dimiserunt eis.

Joan. 12. 14. 7. Et duxerunt pullum ad Jesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.

8. Multi autem vestimenta sua straverunt in via: alii autem frondes cædebant de arboribus,

**VERSIO ANTIQUA.** Ex Ms. Colbert.

1. CUm autem appropinquaret Jerosolymam & Bethaniam ad montem Oliveti, misit duos ex discipulis suis,

2. & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & introeuntes statim, invenietis pullum asinæ alligatum novellum, super quem nemo sedit: solvite illum, & adducite.

3. Et si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite: Dominus opera ejus desiderat: & continuò remittit illum.

4. Et abierunt illi duo, & invenerunt ad ostium foris secus transitus pullum ligatum: & cùm vellent illum solvere,

5. quidam de circumstantibus dixerunt eis: Ubi ducitis eum?

6. Qui dixerunt secundùm verba quæ dixerat illis Jesus: at illi remiserunt eos.

7. Et adduxerunt pullum ad Jesum: & imposuerunt vestimenta sua super eum, & sedit supra Jesus.

8. Multi autem vestimenta sua sternebant in via: alii verò ramos cædebant de arboribus, & sterne-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi uno *mittit*, pro *misit*. Cantabrig. *Et cùm appropinquaret Jerosolyma, & in Bethaniam ad montem Oliveti, mittit*, &c. S. Germ. 1. *Et cùm appropinquasset Jerosolymis in Bethsage & Bethania ad montem Olivarum, mittit*, &c. S. Gat. *Oliveti*; dein S. Germ. 2. *misit*, &c. Gr. Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, ἀποστέλλει, &c. Ms. quidam initio hab. Καὶ ὅτε ἤγγιζεν, al. ἤγγισεν· al. Ἱεροσόλυμα; al. inf. ἀπέστειλε.

℣. 2. Ms. Cantabr. *& ait illis: Ite in castellum, qui est contra vos, & statim introeuntes, invenietis pullum ligatum, super quem nemo hominum sedit*, &c. Corb. *quod contra vos est, & statim introeuntes, invenietis pullum alligatum*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *quod est contra vos, & statim introeuntes illuc, inven. pullum lig. super quem ne hominum sedit*, &c. S. Germ. 2. *& statim introeuntes illud, inven. pullum asinæ ligatum, super quem nemo hominum sedit*, &c. S. Gat. *& statim introeuntes in illud*, &c. ut in Vulg. Gr. καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην, τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν, ἀγάγετε· Ms. quidam habet ἐκεῖσε, pro εἰς αὐτήν; subinde plures, ἐφ' ὃν οὔπω οὐδεὶς· al. οὐδεὶς πώποτε κεκάθικε· λύσαντες, al. λύσατε. Ambros. l. 9. in Luc. col. 1495. f. legit: *quem nemo adhuc sedit hominum.*

℣. 3. Ms. Cantabr. *Et si quis vobis dixerit: Quid solvitis pullum? dicite, quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet*: tum addit *iterum hoc*, quod, interposito puncto, jungere videtur cum subsequentibus. Corb. *Quid solvitis pullum? & dicetis: Domino necessarius est*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *Quid facitis hoc? dicite*, &c. S. Germ. 1. *& continuò dimittit illum huc*. S. Germ. 2. *dimittet illum huc*. Gr. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει, &c. ut in Vulgata: Mss. quidam, Τί λύετε τὸν πῶλον; εἴπατε, &c. ultimò plures, ἀποστέλλει ὧδε, non ἀποστελεῖ.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Et abeuntes invenerunt pullum alligatum ante januam foris in transitu: & solverunt eum.* Corb. *pullum ligatum ante januam foris in transitum: & solverunt eum.* S. Germ. 1. *pullum alligatum ante januam foris in transitum: & solvunt eum.* S. Germ. 2. *illum ligatum... in bivio: & solvit eum.* Græc. Ἀπῆλθον δὲ, καὶ εὗρον τὸν πῶλον, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Ms. Corb. *Et quidam de circumstantibus, qui erant ibi, dixerunt eis: Quid facitis solventes pullum?* Cantabrig. *Et qui erant illic stantes dixerunt illis: Quid facitis solventes pullum?* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata, cui etiam Græcum favet.

℣. 6. Ms. Corb. *Qui dixerunt sicut dixerat illis Jesus; & permiserunt illis.* Cantabr. *At illi dixerunt sicut præceperat illis Jesus, & permiserunt illos.* Gr. Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀφῆκαν αὐτούς· Mss. quidam, καθὼς εἶπεν, mox alii, αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

℣. 7. Ms. Corb. post hoc ult. ℣. anteced. *& permiserunt illis*, subdit, *ducere pullum ad Jesum*: deinde, *& imponunt illi vestimenta, & sedit supra illum.* Cantabr. verò sic: *Et adduxerunt pullum ad Jesum: & imponunt illi vestim. sua, & sedebat super eum.* S. Germ. 2. *& imposuerunt illi vestim. sua, & sedit*, &c. S. Mart. Turon. *& imponentes illi vestim.* &c. Gr. Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν· καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ, &c. ut in Vulg. al. ἐπιβάλλουσιν.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Multi autem vestim. sua sterneb. in*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. bant in itinere.
9. Et qui præibant, & qui sequebantur, clama-
bant: Osanna in excelsis:
10. Benedictus qui venit in nomine Domini:
Benedictum quod venit regnum patris nostri Da-
vid: Osanna in excelsis.
11. Et cùm introisset Jesus Jerosolymam in san-
ctam civitatem, circumspexit omnia: & cùm jam
vespera hora esset, exiit in Bethania cum duo-
decim discipulis suis.
12. Et alia die cùm exisset à Bethania, esuriit
Jesus.
13. Et cùm vidisset arborem ficus à longè ha-
bentem folia, venit videre si quid esset in eam:
& nihil invenit in ea nisi folia tantùm: non enim
erat tempus ficûs.
14. Et ait ad arborem: Jam non ampliùs quis-
quam fructum ex te manducet. Et audiebant di-
scipuli ejus.
15. Et venerunt in Jerosolymam. Et cùm in-
troisset in templum, evertit mensas numulario-
rum: & cœpit ejicere vendentes & ementes, &
cathedras vendentium columbas:
16. & non sinebat quemquam vas transferre per
templum:
17. & ait illis, dicens: Scriptum est: Domus
mea, domus orationis vocabitur omnibus genti-
bus. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.
18. Quo audito, summi sacerdotes & Scribæ quæ-
rebant quomodo illum perderent: timebant au-
tem, quoniam universa turba admirabantur super
doctrinam ejus.
19. Et cùm vespera facta esset, egrediebantur

VULGATA NOVA.

& sternebant in via.
9. Et qui præibant, & qui sequebantur, cla-
mabant, dicentes: Hosanna:
10. Benedictus qui venit in nomine Domini: Psalm. 117. 26.
Benedictum quod venit regnum patris nostri Da- Matth.
vid: Hosanna in excelsis. 21. 9.
11. Et introivit Jerosolymam in templum: Luc. 19.
& circumspectis omnibus, cùm jam vespera esset 38.
hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Matth. 21. 10.
12. Et alia die cùm exirent à Bethania, esu-
riit.
13. Cùmque vidisset à longè ficum haben- Matth.
tem folia, venit si quid fortè inveniret in ea: 21. 19.
& cùm venisset ad eam, nihil invenit præter
folia: non enim erat tempus ficorum.
14. Et respondens dixit ei: Jam non ampliùs
in æternum ex te fructum quisquam manducet.
Et audiebant discipuli ejus.
15. Et veniunt Jerosolymam. Et cùm introisset
in templum, cœpit ejicere vendentes & ementes
in templo: & mensas numulariorum, & cathe-
dras vendentium columbas evertit:
16. & non sinebat ut quisquam transferret
vas per templum:
17. & docebat, dicens eis: Nonne scriptum
est: Quia domus mea, domus orationis vocabitur Isai. 56.
omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam spe- 7.
luncam latronum. Jer. 7.
18. Quo audito, principes sacerdotum & 11.
Scribæ quærebant quomodo eum perderent: ti-
mebant enim eum, quoniam universa turba ad-
mirabatur super doctrina ejus.
19. Et cùm vespera facta esset, egrediebatur

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*via: alii autem frondes cædebant de..... & sternebant in viam.* Corb. *sternebant in viam: alii verò ramos..... & sterneb. in viam;* S. Gat. *instraverunt.* Gr. ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας..... καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν· al. initio & inf. ἐστρώννυον· al. ἐν τῇ ὁδῷ.

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Benedictus,* &c. de ℣. seq. absque vocabulo med. *Hosanna.* Corb. *Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant: Benedictus,* &c. S. Germ. 1. *Et qui præcedebant, & qui sequeb.* &c. ut in Vulg. Græcum ab ead. Vulgata non differt: Mſ. tamen quidam delet penult. λέγοντες; plures verò ad Ὡσαννὰ, subdunt ἐν ὑψίστοις. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 146. c. *Marcus,* inquit, *ita: clamabant, dicentes: Osanna.*

℣. 10. Ita legunt Mſs. S. Germ. Corb. & S. Gat. Sic etiam Cantabrig. positâ conjunct. *&*, ante *Benedictum;* scribit etiam *Ossanna.* Gr. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ πατρὸς, &c. Mſs. quidam, καὶ εὐλογημένη; deest in aliis ἐν ὀνόματι Κυρίου. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 146. c. ita ex Marco: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum quod venit in nomine Domini regnum patris nostri,* &c. quæ supra.

℣. 11. Mſ. Corb. *Et cùm introisset Jerosolyma in templo, circumspexit omnia: cùm jam advespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.* Cantabr. *Et cùm introisset in Jerosolyma, & in templum circumspexisset omnia, cùm vespera jam esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim discipulis.* S. Germ. 2. *Et cùm introisset Jerosolymam in templum, & circumspectis omnibus, & cùm jam vespera esset hora, exivit in Bethaniam cum duodecim discipulis suis.* Gr. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam delent ὁ Ἰησοῦς; sicut conjunct. seq. καὶ; alii verò ultimò subdunt μαθητῶν; alii, μαθητῶν αὐτοῦ.

℣. 12. Mſ. Corb. *Et alia die cùm exisset à Bethania, esuriit.* S. Germ. 2. *cùm exiret à Beth. cum duodecim, esuriit.* Item S. Mart. Turon. *cùm exiret.* Cantabr. *cùm exissent à Beth. esuriit.* Gr. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν, &c. ut in Vulg. al. deest αὐτῶν.

℣. 13. Mſ. Corb. *Et cùm vidissent à longè ficum hab. folia, venit videre si quid esset in eam: & nihil invenit nisi folia: non enim erat tempus ficuum.* Cantabr. *Et cùm vidisset à longè ficum hab. folia, venit videre si quid esset in ea: & nihil invenit præter folia: non enim erat tempus ficûm.* S. Germ. ambo, *Cùmque vidisset à longè,* &c. subinde Sangerm. 1. *venit si quid fortè inveniret in ea: & cùm venisset, nihil invenit præter,* &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *venit videre si quid esset in ea: & cùm... nihil invenit in ea præter folia: non erat tempus,* &c. Itidem S. Gat. *venit videre si,* &c. Gr. Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, &c. ut in Vulg. Mſs. plures, συκῆν ἀπὸ μακρόθεν· subinde quidam, ἦλθεν εἰς αὐτὴν εἰ ἄρα, &c. S. Paulin. epist. 43. p. 261. 2. *non enim erat tempus ut fructum haberet.*

℣. 14. Mſ. Corb. *Et ait ei: Jam non ampliùs,* &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Respondens dixit ei: Jam non ampliùs in æt. ex te quisquam fructum manducet,* &c. S. Germ. 1. *quisquam ex te fructum manducet.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *quisquam fructum ex te manducet.* Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα οὐδεὶς καρπὸν φάγοι, &c. Mſs. quidam ipso initio delent Καὶ; uti plures inf. ὁ Ἰησοῦς.

℣. 15. Mſ. Corb. *Et venerunt iterum Jerosolyma,* &c. quæ in Vulgata. S. Mart. Turon. *Et veniunt iterum Jerosolymam,* &c. Cantabrig. *Et intraverunt in Jerosolyma. Et cùm esset in templum, cœpit ejicere inde vendentes,* &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Mſs. Corb. Cantabrig. S. Germ. &c. concinunt cum Vulgata, & Græco.

℣. 17. Mſ. Corb. *& docebat, illis dicens: Scriptum est enim: Domus mea,* &c. quæ sup. Cantabr. *& docebat, dicens illis: Scriptum est: Domus mea,* &c. S. Germ. 1. *& docebat eos, dicens: Nonne scriptum est: Quia domus mea,* &c. Græcè ut in Vulgata; Mſs. tamen quidam delent Οὐ, ante *scriptum est;* alii Ὅτι, ante *domus.* Auguſt. in Pſ. 130. to. 4. 1462. c. *Domus mea, dom. orationis vocab.* &c. ut in textu.

℣. 18. Mſ. Corb. nil differt à textu Colb. nisi quòd habet cum Vulg. *admirabatur.* S. Germ. 2. *mirabatur.* Cantabrig. *Et audierunt summi sacerdotes, & Scribæ quærebant quomodo illum perderent: timebant enim eum, quoniam omnis turba admirabatur,* &c. Gr. Καὶ ἤκουσαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν, &c. ut in Vulg. Mſs. tamen quidam tollunt αὐτὸν, post *timebant enim;* & alii inf. pluraliter, ἐξεπλήσσοντο, pro *admirabatur.*

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Et cùm vespere esset factum, egre-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

de civitate.

20. Et cùm manè transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

21. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit.

Matth. 21. 21. 22. Et respondens Jesus ait illis: Habete fidem Dei:

23. amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare: & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei.

Matth. 7. 7. & 21. 22. 24. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis.

Matth. 6. 14. & 18. 35. Luc. 11. 9. 25. Et cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversùs aliquem: ut & Pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.

26. Quòd si vos non dimiseritis: nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra.

Luc. 20. 1. 27. Et veniunt rursus Jerosolymam. Et cùm ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & Scribæ, & seniores:

28. & dicunt ei: In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem ut ista facias?

29. Jesus autem respondens, ait illis: Interrogabo vos & ego unum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam.

VERSIO ANTIQUA.

de civitate. Ex Ms. Colbert.

20. Et cùm transirent, viderunt arborem fici aridam factam à radicibus.

21. Et recordatus Petrus, ait illi: Rabbi, ecce arbor fici, cui maledixisti, aruit.

22. Et respondens Jesus ait illis: Habete fiduciam:

23. amen dico vobis, quoniam si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Tolle te, & mitte te in mare: & non hæsitaveritis corde, sed credideritis futurum, fiet quodcunque dixeritis.

24. Propterea dico vobis, omnia quæcunque oratis & petitis, credite quoniam accipietis, & erit vobis.

25. Et cùm statis ad orationem, remittite si quid habetis adversùs aliquem: ut & Pater vester qui in cœlis est, remittat vobis delicta vestra.

26. Quòd si vos non remiseritis: nec Pater vester, qui in cœlis est, remittet vobis peccata vestra.

27. Et venit iterum Jerosolymam. Et cùm deambulabat in templo, venerunt ad illum principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores:

28. & dixerunt ei: In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias?

29. Jesus verò respondit eis, dicens: Interrogo vos & ego unum sermonem, respondete mihi: & ego vobis dicam in qua potestate hæc faciam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dicebantur de civitate.* S. Germ. Corb. & S. Gat. ut in Vulgata; cui etiam Gr. respondet.

℣. 20. Ms. Corb. *Et cùm manè transirent, viderunt arborem fici aridam factam à*, &c. Cantabr. *Et cùm transirent manè, viderunt ficum*, &c. S. Germ. 2. *arborem ficum*, &c. S. Germ. 1. *Et cùm manè transiret, viderunt ficum aridam à radicibus factam.* S. Mart. Turon. similiter, *transiret.* S. Gat. *Et cùm transfretassent*, &c. quæ in Vulgata. Græc. Καὶ πρωΐ παραπορευόμενοι, &c. ut in Vulgata: al. πορευόμενοι.

℣. 21. Mss. Corb. & Cantabr. concordant cum textu Colb. S. Germ. verò ambo cum Vulg. nisi quòd habent *dicit ei.* Ita quoque in Gr. est. In Ms. S. Mart. Turon. *Et recordatus est Petrus, dicit ei*, &c.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Et respondens Jesus ait illis: Si habueritis fidem Dei.* Corb. *Habete in vobis fidem Dei.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. & Græco: Mss. tamen quidam ferunt, Εἰ ἔχετε πίστιν Θεοῦ. Ambros. l. 7. in Luc. col. 1453. d. *Habete fidem in vobis ipsis.*

℣. 23. Ms. Corb. *amen dico vobis, quoniam quicunque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare: & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit futurum, fiet quodcunque dixerit.* Cantabrig. *amen dico vobis: quicunque dixerit monti huic: Tollere..... sed crediderit futurum, quodcunque dixerit, erit illi.* S. Germ. 2. pariter, *amen dico vobis: quicunque*, minimè interposito *quia*, quod rursum delet post *crediderit*. S. Germ. 1. ultimò, *quodcunque dixerit, fiat, fiet.* Gr. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν..... καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ, ὅτι ἃ λέγει, γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ· al. ὃ λέγει, γενηθήτω, γενήσεται αὐτῷ, absque seq. ὃ ἐὰν εἴπῃ. Ambros. in Ps. 36. col. 811. d. & l. 3. de fide, col. 517. d. *si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Tollere, & jactare in mare.* Itidem August. in Ps. 45. to. 4. 402. a. c. excepto verbo *mittere*, pro *jactare*. Ms. S. Mart. Turon. *Tolle, & mitte te*, &c. Hieron. præf. in Ezech. 42. to. 3. 1003. f. *si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic: Transmigra, & transplantare in mari: fiet.* Vide Matth. 17. 19. & 21. 21. necnon Luc. 17. 6.

℣. 24. Ms. Corb. concinit cum textu Colb. sicut etiam Cantabr. præterquam quòd hab. *qui accipietis, & venient vobis.* S. Germ. 1. *quæcunque orantes petieritis, credite... & veniet vobis.* S. Germ. 2. *quæ cùm orantes petetis, credite..... & veniet vobis.* S. Mart. Turon. *& venient*, &c. Gr. πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν· al. αἰτῆσθε; subinde al. ὅτι λήψεσθε. Cypr. l. 3. Testim. p. 318. a. *omnia quæcunque oratis & petitis, credite quia accipietis, & erunt vobis.*

℣. 25. Ms. Corb. *Et cùm statis ad orandum*, &c. ut in Vulg. detracto uno *vobis*, post *dimittat.* Cantabr. *Et cùm stabitis ad orandum, dimittite..... ut & Pater vester qui est in cœlis, dimittat vobis delicta vestra.* S. Germ. 2. *dimittet vobis peccata vestra.* Gr. Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι..... ἵνα ..... ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν· al. Καὶ ὅταν στήκετε προσευχόμενοι..... ἀφήσει ὑμῖν, &c. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 198. c. *Et cùm steteritis ad orationem, remittite si quid habetis adversùs aliquem: ut & Pater vester qui in cœlis est, remittat vobis peccata:* similiter l. de orat. Dom. p. 211. b. præter hoc ult. *peccata vestra vobis:* itidem l. 3. Testim. p. 314. a.

℣. 26. Ms. Corb. *Quòd si vos non remittitis: nec..... remittet*, &c. ut supra. Cantabr. *Si autem vos non dimiseritis: neque..... qui est in cœlis, remittet vobis delicta vestra.* Ita quoque in Græco est, detracto uno *vobis*, post *dimittet;* quod tamen Mss. nonnulli interponunt. Abest versus integer in S. Germ. 2. Lat. ut & in aliquibus Græcis: de quo vide Joh. Morin. l. 1. Exercit. 2. c. 1. p. 39. Cypr. l. de orat. Dom. p. 211. b. ita: *Si autem vos non remiseritis: neque Pater vester, qui in cœlis est, remittet vobis peccata vestra:* & l. 3. Testim. p. 314. a. *Si autem vos non dimiseritis: neque... dimittet vobis*, &c.

℣. 27. Ms. Corb. *Et venit rursus Jerosolyma. Et cùm deambularet templo, venerunt ad eum principes sacerdotum*, &c. Cantabr. *Et venit iterum Jerosolyma. Et in templo deambulante eo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & Scribæ, & seniores populi.* S. Germ. 1. *Et venerunt iterum Jerosolymam*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Et cùm ambularet in templum, accesserunt ad eum*, &c. Gr. Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατοῦντος αὐτοῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς, &c. ut in Vulg. Mss. quidam initio ferunt, Καὶ ἔρχεται, ultimòque, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ.

℣. 28. Ms. Cantabr. simpliciter habet: *& dicunt ei: In qua potestate hæc facis?* omissis seqq. Corb. id solum omittit, *ut ista facias?* S. Germ. 1. legit *ut hæc facias?* Græc. Vulgatæ favet. Armen. extremò tollit hoc, ἵνα ταῦτα ποιῇς; Hìc & infra in subsequentibus ℣℣. vide Not. ad Matth. 21. 23. & seqq. & ad Lucæ 20. 2. & seqq.

℣. 29. Ms. Corb. *Jesus autem respondens, ait illis: Interrogo vos & ego unum verbum, &..... & ego dicam vobis in qua potestate hæc facio.* Cantabr. *Jesus autem respondens, dixit illis: Interrogabo vos & ego unum verbum, respond..... & ego dico vobis in qua pot. hæc facio.* S. Germ. 1. *Jesus autem ait illis: Interrogabo vos..... verbum, respondite mihi*, &c. S. Germ. 2. *Interrogabo & ego vos*, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 30. Baptiſmum Johannis, de cœlo fuit, an ex hominibus? Reſpondete mihi.

31. Illi verò cogitare cœperunt quid ei dicerent: Si dixerimus, De cœlo, dicet nobis: Quare non crediditis ei?

32. Si autem dicimus, Ex hominibus, timemus populum: omnes enim ſciebant Johannem prophetam fuiſſe.

33. Et reſpondentes dixerunt ad Jeſum: Neſcimus. Ait illis & Jeſus: Nec ego vobis dico in qua poteſtate hæc facio.

VULGATA NOVA.

30. Baptiſmus Joannis, de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi.

31. At illi cogitabant ſecum, dicentes: Si dixerimus, De cœlo, dicet: Quare ergo non crediditis ei?

32. Si dixerimus, Ex hominibus, timemus populum: omnes enim habebant Joannem quia verè propheta eſſet.

33. Et reſpondentes dicunt Jeſu: Neſcimus. Et reſpondens Jeſus ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græcum Vulgatæ congruit: à Mſs. tamen quibuſdam abeſt initio verbum ἀποκριθεὶς, *reſpondens.*

℣. 30. Mſ. Corb. *Baptiſmum Johannis, de cœlo eſt,* &c. Mſ. S. Mart. Turon. ſimiliter *Baptiſmum.* Cantabr. *Baptiſma Joh. de cœlo erat,* &c. Sic etiam in Græco eſt.

℣. 31. Mſ. Corb. *Illi verò cogitabant ad invicem, dicentes: Quid reſpondemus? Si dixerimus, De cœlo, dicet nobis: Quare non crediditis ei?* Cantabrig. *Et cogitabant inter ſemetipſos, dicentes: Quid dicemus? Si dixerimus, De cœlo, dicet nobis: Quare non crediditis illi?* Item in Mſ. S. Mart. Turon. *dicet nobis: Quare,* &c. S. Germ. 1. *At illi cogitabant inter ſe, dicentes,* &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ· Διατί οὖν, &c. Mſs. plures, Τί εἴπωμεν; Ἐὰν εἴπωμεν, &c. ſubinde quidam, ἐρεῖ ἡμῖν· Διατί οὖν· multi delent οὖν.

℣. 32. Mſ. Corb. *Si autem dixerimus, Ex hominibus, timemus populum: omnes enim ſciebant Johannem verè prophetam eſſe.* Cantabr. *Si dixerimus, Ex hominibus, timemus plebem: omnes enim ſciebant Johannem quia verè propheta erat.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Si dicemus, Ex hominibus,* &c. ut in Vulg. Gr. Ἀλλ᾽ ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν· ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν· Mſs. plerique delent 1. Ἀλλά; ſubinde quidam ferunt φοβούμεθα; paulòque poſt unus, εἴχοσαν; alii, ᾔδεισαν τὸν Ἰωάννην· plures delent ὄντως, poſt ὅτι.

℣. 33. Mſ. Corb. *Et reſponderunt ad Jeſum, dicentes: Neſcimus. Et reſpondit Jeſus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua pot. hæc facio.* Cantabr. *Et reſpondentes dixerunt ad Jeſum: Neſcimus. Reſpondens Jeſus ait illis: Nec ego dico vobis in qua pot. hac facio.* S. Mart. Turon. *Et reſpondentes ad Jeſum dixerunt: Neſcimus,* &c. S. Germ. 1. *Reſpondens autem Jeſus ait illis,* &c. S. Germ. 2. *Reſpondens Jeſus ait illis: Neque ego..... hæc facio.* S. Gat. ſimiliter, *facio;* Gr. ποιῶ; cæt. ut in Vulg. Mſ. unus, Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, &c.

# CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET cœpit Jeſus in parabolis loqui, dicens: Homo quidam plantavit vineam, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificavit turrem, & locavit eam colonis, & peregrè profectus eſt.

2. Et miſit in tempore ſervum ad colonos, ut darent illi ex vinea fructum.

3. Quem illi apprehendentes ceciderunt, & dimiſerunt vacuum.

4. Iterum miſit ad illos alterum ſervum: multaverunt, & contumeliis afflixerunt.

5. Et alium miſit, & ipſum ceciderunt: & alios plures ex eis: quoſdam ceciderunt, quoſdam verò occiderunt.

6. Noviſſimè autem filium ſuum miſit, quem habebat unicum dilectiſſimum, dicens: Reverebuntur filium meum.

7. Coloni autem illi, cùm vidiſſent eum, dixe-

VULGATA NOVA.

1. ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam paſtinavit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Iſai. 5. 1. Jer. 2. 21. Matth. 21. 33. Luc. 20. 9.

2. Et miſit ad agricolas in tempore ſervum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

3. Qui apprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt vacuum.

4. Et iterum miſit ad illos alium ſervum: & illum in capite vulneraverunt, & contumeliis affecerunt.

5. Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt: & plures alios: quoſdam cædentes, alios verò occidentes.

6. Adhuc ergo unum habens filium chariſſimum: & illum miſit ad eos noviſſimum, dicens: Quia reverebuntur filium meum.

7. Coloni autem dixerunt ad invicem: Hic

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. *Et cœpit Jeſus in parabolis loqui: Vineam paſtinavit homo, & circumd. ſepem, & fodit torcular, & ædific..... & loc. eam colonis,* &c. Cantabrig. *Et cœpit illis in parab. loqui: Vineam plantavit homo..... & fodit lacum, & fabricavit turrem, & tradidit eam colonis,* &c. Similiter S. Germ. 2. *Vineam plantavit.* Gr. Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν· Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμὸν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε· Mſs. quidam, loco λέγειν, ferunt λαλεῖν; alius addit τίς, ad vocem ἄνθρωπος.

℣. 2. Mſ. Corb. ad verbum concinit cum textu Colbertino. Cantabrig. verba ſic invertit: *Et miſit ad colonos in tempore ſervum, ut de fructibus ex vinea darent ei.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. & Græco.

℣. 3. Mſs. Cantabr. & Corb. *Et adprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt vacuum ad eum;* Corb. *miſerunt.* S. Germ. 1. *remiſerunt.* Gr. Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν· Mſs. quidam initio, Καὶ λαβόντες; ſubinde alii, ἔδηραν.

℣. 4. Mſs. Cantabr. Corb. S. Germ. &c. Vulgatæ ſuffragantur. Gr. Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον· Mſs. verò quidam cum Vulgata, κἀκεῖνον ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἠτίμησαν.

℣. 5. Mſ. Corb. *Et alium ſervum miſit, & illum occiderunt: & plures alios: & quoſdam ceciderunt, quoſdam verò occiderunt.* Cantabr. *Et alium miſit ſervum, & illum occiderunt: & plures alios: quoſdam ceciderunt, alios autem occiderunt.* Gr. Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε, κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους· τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες· à quibuſdam abeſt πάλιν initio.

℣. 6. Mſ. Cantabr. *Adhuc etiam unum habens filium chariſſimum: & illum miſit noviſſimum, dicens: Quia filium meum verebuntur.* Similiter habent S. Germ. ambo, *verebuntur.* Corb. *Adhuc autem unum habens filium chariſſ. & illum miſit noviſſimum, dicens: Quia forſitan reverebuntur fil.* &c. Gr. Ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ· ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων· Ὅτι ἐντραπήσονται τὸν, &c. Mſs. quidam, Ὕστερον δὲ ἔτι ἕνα υἱὸν ἔχων, &c. al. εἶχεν; ſubinde in aliis deeſt καὶ αὐτὸν, poſt ἀπέστειλε; ſicut Ὅτι, in pluribus, ante ἐντραπήσονται; in aliis, Ἴσως ἐντραπήσονται.

℣. 7. Mſs. Corb. Cantabr. S. Germ. &c. nil omnino diſcrepant à Vulgata. Gr. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτούς· Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, &c. ut in Latino. Mſs. plures: Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτοὺς, εἶπον, &c. Auguſt. in Pſ. 30. to. 4. 151. g. & l. 174

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

est hæres : venite, occidamus eum : & nostra erit hæreditas.

8. Et apprehendentes eum, occiderunt : & ejecerunt extra vineam.

9. Quid ergo faciet Dominus vineæ ? Veniet, & perdet colonos : & dabit vineam aliis.

Psalm. 117. 22. Isai. 28. 16. Matth. 21. 42. Act. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

10. Nec scripturam hanc legistis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli :

11. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris ?

12. Et quærebant eum tenere : & timuerunt turbam : cognoverunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

Matth. 22. 15. Luc. 20. 20.

13. Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis, & Herodianis, ut eum caperent in verbo.

14. Qui venientes dicunt ei : Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam : nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces : licet dari tributum Cæsari, an non dabimus ?

15. Qui sciens versutiam illorum, ait illis : Quid me tentatis ? afferte mihi denarium ut videam.

16. At illi attulerunt ei. Et ait illis : Cujus est imago hæc, & inscriptio ? Dicunt ei : Cæsaris.

Rom. 13. 7.

17. Respondens autem Jesus dixit illis : Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari : & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

Matth. 22. 23. Luc. 20. 27.

18. Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse : & interrogabant eum dicentes :

Deuter. 25. 5.

19. Magister, Moyses nobis scripsit, ut si cujus frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

runt ad alterutrum : Hic est hæres : venite, occidamus eum : & nostra erit hæreditas.

8. Et apprehensum occiderunt : & ejecerunt illum extra vineam.

9. Quid ergo faciet Dominus vineæ ? Veniet, & perdet colonos illos : & dabit vineam aliis colonis.

10. Nec scripturam istam legistis : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli :

11. A Domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris ?

12. Et quærebant eum tenere : & timuerunt turbam : cognoverunt enim quoniam ad ipsos dixerat parabolam. Et relicto eo abierunt.

13. Et miserunt quosdam ex Pharisæis, & ex Herodianis, ut eum tenerent in verbo.

14. Et venientes Pharisæi, interrogabant eum, dicentes : Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam : nec enim aspicis hominum personas, sed in veritate viam Dei doces : dic ergo nobis, si licet tributum dari Cæsari, aut non.

15. Jesus verò videns simulationem illorum, ait illis : Quid me tentatis ? afferte mihi denarium ut videam.

16. At illi attulerunt denarium. Et ait illis : Cujus est imago, & superscriptio ? Illi verò dixerunt : Cæsaris.

17. Ait illis & Jesus : Reddite ergo quæ Cæsaris sunt, Cæsari : & quæ Dei sunt, Deo. Et admirabantur in illo.

18. Et ecce Sadducæi venerunt ad illum, qui dicunt resurrectionem non esse : & interrogaverunt eum dicentes :

19. Magister, Moyses scripsit nobis, ut si cujus frater defunctus fuerit, & habuerit uxorem, & filium non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 484. a. *Hic est hæres, venite, occidamus eum*, &c. ut in Vulg. Similiter habet Auctor l. de promiss. p. 1. c. 26. col. 109. c.

℣. 8. Ms. Corb. *Et apprehensum eum occiderunt : & projecerunt illum extra vineam.* Similiter habet Cantabr. præter unum *ejecerunt*. Græcè ut in Vulg. Mss. tamen plures addunt αὐτὸν, *eum*, ad *ejecerunt*. Epiphanius in Cantic. Cantic. 6. 10. habet : *Illi autem ejicientes eum extra vineam, occiderunt.*

℣. 9. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. deleta voce *illos*. Cantabrig. verò, & S. Germ. 1. cum Vulg. & Græco. Sic etiam legit S. Germ. 2. detracto adv. *ergo*. Græci nonnulli addunt τούτους, ad *colonos*; alii, ἐκείνους.

℣. 10. Mss. Corb. Cantabr. S. Germ. &c. Vulgatæ consonant ad verbum : nec aliter Græcè.

℣. 11. Ms. Cantabr. *A Domino factus est iste, & est admirabilis in oculis nostris.* Itidem Corb. præter unum *hic*, pro *iste*. S. Germ. 1. *A Domino factum est, hic est mirabilis in oculis nostris.* S. Germ. 2. *factum est istud, hoc est mirabile in*, &c. Gr. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν, &c. al. καὶ ἐστιν.

℣. 12. Ms. Corb. *Et quærebant... cognoverunt enim quoniam ad eos dixit parabolam. Et relicto illo abierunt.* Cantabrig. *quoniam ad eos parabolam dixit*, &c. S. Germ. 2. *dixerat*. Gr. ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε. Καὶ ἀφέντες αὐτὸν, &c. Mss. quidam addunt ταύτην, ad παραβολήν.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Et mittunt quosdam Pharisæorum, & Herodianis, ut eum caperent verbo.* Corb. *Et immittunt ad eum quosdam ex Pharisæis, & Herodianis*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *quosdam ex Pharis. cum Herodianis*, &c. S. Gat. *quosdam cum Herodianis ex Pharisæis.* Græc. Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων, καὶ τῶν Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ· al. ἐκ τῶν Φαρισαίων· subinde al. ἵνα αὐτὸν παγιδεύσωσι· al. ἐν λόγῳ.

℣. 14. Ms. Corb. *Et venientes Pharisæi, interrogabant eum subdolè : Magister, scimus...... nec enim aspicis personas hominum, sed in..... dic ergo nobis, si licet tributum dare Cæsari, aut non.* Cantabr. *Et interrogabant Pharisæi eum : Magister, scimus... non enim aspicis in faciem hominum, sed in veritatem viam Domini doces : dic ergo nobis, si licet nobis dare trib. Cæsari, aut non.* S. Germ. 1. *nec enim aspicis in faciem hominum, sed..... doces : licet dare tributum Cæs. an non ?* S. Germ. 2. *sic ergo nobis licet tribut.* &c. ut in Vulg. S. Gat. *dic ergo nobis : licet*, &c. Gr. Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε..... καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ᾽..... τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; Mss. quidam, Οἱ δὲ ἐλθόντες ἤρχοντο (al. ἤρξαντο) ἐρωτᾷν αὐτὸν ἐν δόλῳ, λέγοντες, &c. extremò unus, ἢ οὐ δῶμεν; Goth. Arab. Æthiop. & Pers. omisisse videntur ult. δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; ut superfluum.

℣. 15. Ms. Corb. *Videns verò Jesus versutias eorum, ait illis*, &c. ut in textu. Cantabr. *Jesus autem videns illorum versutiam, ait illis*, &c. Gr. Ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, &c. ut in Lat. supra : Mss. quidam, Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὴν ὑπόκρισιν, al. πονηρίαν· subinde quidam addunt ὑποκριταί, ad verbum *tentatis*.

℣. 16. Ms. Corb. *At illi attulerunt. Et ait illis : Cujus est imago hæc, & superscriptio ? Illi verò dixerunt : Cæsaris.* Sic etiam habet Cantabr. præter hoc, *Dicunt illi*, pro *Illi verò dixerunt*. S. Germ. 1. *At illi attulerunt. Ait illis : Cujus est imago hæc*, &c. Gr. Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη, καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, &c. al. λέγουσιν αὐτῷ.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Respondens autem Jesus ait : Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari : & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eum.* Corb. *Reddite ergo..... Et admirabantur super eum.* Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, &c. ut in Vulg. Ms. quidam, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, al. λέγει αὐτοῖς· quidam, Ἀπόδοτε οὖν.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et veniunt ad eum Sadducæi*, &c. quæ in Vulgata. Corb. S. Germ. & S. Gat. nil omnino ab ipsa differunt. Græc. Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτὸν..... καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, &c. al. ἐπηρώτων.

℣. 19. Ms. Corb. *Magister, Moyses nobis scripsit, ut si cujus frater defunctus fuerit, & habuerit uxorem, & filium non reliquerit, ut accipiat*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *ut si cujus frater decesserit, & habuerit uxorem, & filios non reliquerit, ut accipiat frater ejus uxorem ejus, & resuscitet*, &c. S. Germ. 1. *ut frater ejus accipiat uxorem ipsius*,

Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 20. Septem igitur fratres fuerunt apud nos: & primus accepit uxorem, & obiit non relicto semine.

21. Et secundus accepit eam, ad suscitandum semen fratris sui: & ipse obiit non relicto semine. Et tertius similiter.

22. Deinde omnes septem: & non reliquerunt semen. Et mulier relicta est sine filiis.

23. Cui enim manebit uxor munda? septem enim illam habuerunt, & ipsa mortua est: in resurrectione autem cujus erit?

24. Ad quos Jesus respondens, dixit: Erratis, non intelligentes Scripturas, neque virtutem Dei.

25. Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli in cœlis.

26. De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, in rubo quomodo dicit illi Dominus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob?

27. Non est Deus mortuorum, sed vivorum. Vos verò multùm erratis.

28. Et accedens unus de Scribis, qui audierant illos conquirentes, videns quòd bene illis respondit, interrogavit illum, dicens: Magister, quod est præceptum primum?

29. Respondit illi Jesus, dicens: Primum mandatum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Dominus unus est:

## Vulgata nova.

20. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est non relicto semine.

21. Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter.

22. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Novissima omnium defuncta est & mulier.

23. In resurrectione ergo cùm resurrexerint, cujus de his erit uxor? septem enim habuerunt eam uxorem.

24. Et respondens Jesus, ait illis: Nonne ideo erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei?

25. Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli in cœlis.

26. De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Exod. 3. 6.

27. Non est Deus mortuorum, sed vivorum. Vos ergo multùm erratis. Matth. 22. 32.

28. Et accessit unus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, interrogavit eum quod esset primum omnium mandatum. Matth. 22. 35.

29. Jesus autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est: Deuter. 6. 4.

## Notæ ad Versionem antiquam.

&c. Græcè, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, ϗ καταλίπῃ γυναῖκα, ϗ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, &c. al. ἀποθάνῃ, ϗ γυναῖκα ἔχῃ· dein al. ϗ τέκνον μὴ, &c. August. in Psalmos: *si mortuus fuerit frater, accipiat uxorem ejus frater ejus, & suscitet semen fratri suo.*

℣. 20. Ms. Corb. *Septem fratres fuerunt ergo: & primus accepit uxorem, & mortuus est, & non reliquit semen.* Cantabr. *Fuerunt ergo apud nos septem fratres..... & mortuus est, & non reliquit semen.* S. Gat..... *erant apud nos*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν..... ϗ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα· Mss. quidam, ἦσαν παρ' ὑμῖν· extremò alii, ϗ ἀπέθανε, ϗ οὐκ ἀφῆκε, &c.

℣. 21. Ms. Corb. *Et secundus accepit eam, & mortuus est: & non reliquit semen;* nec addit seqq. Itidem Cantabr. nisi quòd ultimò habet, *& nec hic reliquit semen.* S. Germ. 1. *Et secundus accepit, & mortuus est*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. *nec ipse reliquit semen. Et tertius similiter*, S. Mart. Turon. *& nec ipse reliquit semen*, &c. Gr. ϗ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα. Καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Et similiter acceperunt eam septem: & non reliq. semen. Et mulier mortua est.* Corb. *Postea & mulier mortua est.* S. Germ. 2. *& mortui sunt, non relinquentes semen. Novissima omnium*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *Novissima autem omnium*, &c. Græcè ut in Vulg. dempto uno *similiter*: in quibusdam tamen codicibus additur ὡσαύτως ϗ οἱ ἑπτά· subinde, Ἐσχάτη δὲ, al. Ἐσχάτη οὖν, &c.

℣. 23. Ms. Corb. *In resurrectione ergo cùm resurrexerint, cui eorum manebit uxor? septem enim habuerunt eam uxorem.* Cantabr. *In resurrectione ergo, cujus illorum erit uxor? septem enim habuerunt eam uxorem.* Ita quoque in Græco est, hoc interposito, ὅταν ἀναστῶσι, post *ergo*. S. Germ. 2. pariter, *cùm surrexerint:* deest autem ὅταν ἀναστῶσι, in Mss. quibusdam.

℣. 24. Ms. Corb. *Ad quos respondit Jesus, dixit: Non ideo erratis, non intelligentes Scripturas, neque*, &c. ut supra. Cantabr. *Respondens autem Jesus, ait illis: Non ideo erratis, non intelligentes Scripturas, neque virtutem Dei scitis?* S. Germ. 1. pariter, *Non ideo erratis.* Græc. Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε; cæt. ut in Vulg.

℣. 25. Ms. S. Germ. 2. *Cùm autem resurrexerint à mortuis, neque nubent..... sed erunt sicut angeli in cælo.* Corb. *neque nubunt, neque nubuntur, sed erunt*, &c. Cantabrig. *non nubunt, neque nubuntur, sed erunt*, &c. Græc. Ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς..... ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Mss. quidam, ἐν οὐρανῷ.

℣. 26. Ms. Corb. *De mortuis autem quòd resurgent, non legistis in libro Moysi, in rubo quomodo dixerit illi Deus, dicens*, &c. Cantabr. *in rubum quomodo dix..... dicens: Ego Deus Abr.* &c. S. Germ. 1. *super rubum..... dicens*, &c. Gr. Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν ὅτι ἐγείρονται..... ἐπὶ τοῦ βάτου ὡς..... λέγων· Ἐγὼ ὁ Θεὸς, &c. August. tr. 43. in Joh. to. 3. col. 587. c. *De resurrectione autem mortuorum non legistis, quomodo ait Dominus de rubo ad Moysen: Ego sum Deus*, &c. itidem l. 16. cont. Faust. to. 8. col. 298. a. nisi quòd habet ibid. *quid Deus locutus sit*, pro *quomodo ait Dominus:* sed hæc partim ex Matth. 22. 31. partim ex Marco citasse videtur Augustinus.

℣. 27. Mss. Corb. Cantabr. & S. Germ. Vulgatæ consonant: nec refragatur Græcum, nisi quòd ibi repetitur Θεὸς, ante *vivorum.* Vide Notas ad Matth. 22. 32. & Luc. 20. 38.

℣. 28. Ms. Corb. *Et accedens unus de Scribis, qui audierat illos conquir. & videns quòd bene illis respondit, interrogavit illum, dicens: Magister, quod est præceptum primum?* Cantabrig. *Et accessit unus..... & videns quoniam bene illis respondit, interrogabat eum, dicens: Magister, quod est præceptum primum?* S. Gat. *Et accessit unus..... qui aud. illos conquirentes, quoniam bene illis responderit, interrogavit eum: Magister, quod est*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *responderat, interrogavit eum, dicens: Magister, quod est primum mandatum?* S. Germ. 1. *primum omnium mandatum?* Græc. Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτόν· Ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή; Mss. quidam delent πασῶν. August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. 737. b. *Et accessit unus de Scribis, qui audierat illos perquirentes, & videns*, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Ms. Corb. *Respondens autem Jesus, dixit ad eum: Omnium primum mandatum hoc est: Deus noster, Deus unus est.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit illi: Omnium primum: Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est.* S. Mart. Turon. *Dominus Deus noster, Deus unus est.* Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ· Ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν· Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι· al. πρώτη πάντων ἐντολή ἐστι· extremò Mss. quidam, Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι· al. deest Κύριος; al. Θεὸς εἷς ἐστι. August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. 737. b. *Jesus autem respondit ei: Primum omnium mandatum est*, &c. quæ in Vulg. Auctor quæst. ex utroque T. q. 111. col. 111. f. *Hoc est primum mandatum.* Cypr. l. de exhort. mart. p. 264. a. *Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est.* Similiter habet Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 29. p. 178. h. Hilarius verò l. 9. de Trin. col. 999. d. e. 1001. c. *Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est;* Mss. plures, *Deus tuus.*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

30. & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.

Levit. 19. 18. Matth. 22. 39. Rom. 13. 9. Galat. 5. 14. Jac. 2. 8.

31. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Majus horum aliud mandatum non est.

32. Et ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter eum.

33. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, majus est omnibus holocautomatibus, & sacrificiis.

34. Jesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo jam audebat eum interrogare.

35. Et respondens Jesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse David?

Psalm. 109. 1. Matth. 22. 44. Luc. 20. 42.

36. Ipse enim David dicit in Spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

37. Ipse ergo David dicit eum Dominum, & unde est filius ejus? Et multa turba eum libenter audivit.

Matth. 23. 6. Luc. 11. 43. & 20. 46.

38. Et dicebat eis in doctrina sua: Cavete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro,

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

30. &, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.

31. Et secundum mandatum simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Majus his præceptis alium non est.

32. Et ait illi Scriba: Bene dixisti Magister in veritate, unus est enim Deus, & non est alius præter eum.

33. Et diligere eum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute: & diligere proximum tanquam seipsum, majus est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.

34. Et videns Jesus quia sapienter respondit, ait illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo ampliùs audebat interrogare eum.

35. Et respondens Jesus, docens in templo ait: Quomodo dicunt Scribæ quia Christus filius est David?

36. Ipse autem David dicit in Spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub scabellum pedum tuorum.

37. Si David appellat illum Dominum suum, unde est filius ejus? Multa turba audiebant illum libenter.

38. Ipse autem docebat illos, dicens: Videte ab Scribis, qui ambulant in stolis, & volunt salutari in foro,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Ms. Cantabr. textui Colb. consonat ad verbum, nisi quòd habet *præceptum*, pro *mandatum*. Corb. & Sangerm. 1. ferunt, *ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Hoc est*, &c. Græcè verò totidem verba, quot in Vulgata. Armen. delet hoc, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου. Item Cypr. l. de unit. Eccl. p. 199. c. *diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc est primum mandatum:* similiter l. de orat. Dom. p. 213. b. at l. de exhort. mart. p. 264. a. legit: *& diliges Dominum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc primum.* Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 29. p. 176. h. *& diliges Dom. Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc primum est.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 999. d. *& diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis visceribus tuis, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.* August. l. de gr. & lib. arb. to. 10. 737. b. *& diliges Dom. D. tuum ex toto... & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum mandatum.*

℣. 31. Ms. Corb. *Secundum autem simile est huic: Diliges prox. tuum sicut teipsum. Majus horum præceptorum aliud non est.* Cantabr. *Secundum autem simile illi: Diliges prox. t. sicut teipsum. Majus horum præceptorum aliud non est.* Gr. Καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη, &c. ut in Vulg. al. ὁμοία ταύτῃ; al. αὐτῇ. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 199. c. & l. de exhort. mart. p. 264. a. *Et secundum simile huic: Diliges proxim. tuum tanquam te:* deinde quasi ex Matth. 22. 40. *In his duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ.* Similiter habet Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 29. p. 176. h. Hilar. verò l. 9. de Trin. col. 999. d. *Secundum simile illi: Diliges prox. tuum tanquam teipsum. Majus autem horum mandatum non est.* August. l. de gra. & l. arb. to. 10. 737. b. *Secundum autem simile illi: Diliges prox. tuum tanquam teipsum. Majus horum aliud non est mandatum.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 111. p. 111. f. *Et secundum est simile illi: Diliges prox. t. sicut teipsum.*

℣. 32. Ms. Corb. *Et ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixisti, quòd unus sit Deus, nec est alius præter illum.* Cantabr. *Bene dixisti, Magister, in veritate, quòd unus sit Deus, & non est præter illum.* S. Germ. 2. *alius Deus præter eum.* Græcè ut in Vulgata. Hilarius l. 9. de Trin. col. 999. f. *Bene dixisti, Magister, in veritate, quòd unus sit Deus, nec est alius præter illum.*

℣. 33. Ms. Corb. ad verbum concinit cum textu Colb. nisi quòd hab. *sicut*, pro *tanquam*. Cantabr. *Et diligere illum ex toto corde, & ex tota virtute, & ex tota anima tua: & diligere proximum tanquam teipsum, majus est omnibus olocautomata* (f. *olocautoma*) *& sacrificiis.* S. Germ. 2. delet *ex toto corde.* Gr. Καὶ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, &c. ut in Vulg. Mss. tamen plures hab. σεαυτὸν, *teipsum*, non ἑαυτὸν, *seipsum*. Hilar. l. 9. de Trin. col. 999. f. 1000. a. *Ita diligendus ex toto corde, & ex totis viribus, & ex tota anima: & diligere proximum tanquam seipsum, hoc majus est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.* Sic etiam scribunt codd. S. Germ. ambo, *holocaustomatibus.*

℣. 34. Ms. Corb. *Jesus autem videns quia sapienter respondit, ait illi..... Et nemo ampliùs audebat eum interrogare.* Cantabrig. *Et Jesus cùm vidisset quòd sapienter respondisset, dixit illi*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *respondisset ei, dixit illi: Non est longè*, &c. Gr. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ... Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα, &c. Mss. plures tollunt αὐτὸν, post ἰδών. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1000. b. *Videns autem Jesus quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei:* & inf. 1001. a. *Et nemo jam audebat eum interrogare.*

℣. 35. Ms. Cantabr. succinit textui Colb. posito *dixit*, pro *ait*; ultimòque, *filius David est*. Corb. *Et respondens Jesus ait, docens*, &c. quæ in Vulg. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων...... Πῶς λέγουσιν οἱ..... ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ; Apud Hilar. l. 9. de Trin. col. 1001. a. *Et respondens Jesus dixit, docens in templo: Quomodo*, &c. ut in Vulg.

℣. 36. Ms. Corb. *Ipse autem David dicit*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Et ipse David in Spiritu sancto: Dixit Dominus..... sede ad dexteram meam, donec ponam...... scamillum pedum tuorum;* S. Germ. 1. *scabyllum.* Gr. Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ.... Εἶπεν ὁ Κύριος, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Αὐτὸς Δαβὶδ εἶπεν, al. λέγει. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1001. a. eadem omnino refert quæ in Vulg.

℣. 37. Ms. Corb. *Si ipse David dicit eum Dominum, & unde est filius ejus? Et multa turba eum libenter audiebat.* Cantabrig. *Ipse David dicit eum Dom. & unde est... Et multa turba & libenter eum audiebat.* S. Mart. Turon. *Ipse ergo David eum Dominum vocat, & unde..... Et multa turba eum libenter audiebat.* Similiter hab. S. Germ. 1. *audiebat;* S. Germ. 2. *audiebant.* Gr. Αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν... καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως· Mss. nonnulli delent οὖν, ante Δαβίδ· alii subdunt καλεῖ αὐτὸν Κύριον, &c. Hilar. l. 9. de Trin. p. 1001. a. *Ipse David dicit eum Dominum, & unde est filius ejus?*

℣. 38. Ms. Corb. *Ipse autem docebat eos, dicens illis: Videte ab Scribis, qui volunt*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Et ille docens dicebat eis: Videte ab Scribis, & qui volunt in stolis ambulare, & salutationes in foro facitis.* Græcum Vulgatæ suffragatur, nisi quòd hab. Βλέπετε, pro *Cave-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 39. & primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos accubitus habere in cœnis :

40. qui devorant domos viduarum & orphanorum, oratione prolixa orantes, & hæc in oratione faciunt : hi accipiunt prolixiorem damnationem.

41. Et ſedens Jeſus contra gazophylacium, vidit quanta turba mittebant in gazophylacio, & divites quanta mittebant.

42. Cùm veniſſet autem quædam vidua, miſit æra duo, quod eſt quadrans,

43. & convocans diſcipulos ſuos, ait illis : Amen dico vobis, quoniam vidua hæc paupera plus omnibus miſit in gazophylacium.

44. Unuſquiſque enim ex èo, quod abundavit illi, miſit : hæc verò de penuria ſua omnem victum ſuum quem habuit, miſit.

VULGATA NOVA.

39. & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis :

40. qui devorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis : hi accipient prolixius judicium.

41. Et ſedens Jeſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa. Luc. 21. 1.

42. Cùm veniſſet autem vidua una pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans,

43. & convocans diſcipulos ſuos, ait illis : Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium.

44. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miſerunt : hæc verò de penuria ſua omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

re ; & ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, loco *ſalutari in foro* ; Mſs. plures, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν, &c.

℣. 39. Mſ. Corb. *& in primis cathedris.... & primos diſcubitos in conviviis*. Cantabr. *& primas cathedras in ſynagogis, & primos cubitos in conviviis*. S. Germ. 1. *& in primas cathedras ſedere in... & primos diſcubitos in cœnis*. Sangerm. 2. *& amant primos diſcubitos in*, &c. Gr. καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς... καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις.

℣. 40. Mſ. Corb. *qui devorant domos viduarum & orphanorum, occaſione longa orantes : hi accipient majus judicium*. Cantabrig. *qui devorant domos vid. & pupillorum, ſub obtentu orantes : iſti accipient prolixius judicium*. Itidem S. Germ. 2. addit *& pupillorum* ; paulòque poſt, cum Mſ. S. Mart. Turon. *hi accipiunt*. Gr. οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα· al. οἱ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, Mſs. plures ſubdunt καὶ ὀρφανῶν, καί ; al. deeſt ult. καί.

℣. 41. Mſ. Corb. *Et cùm ſediſſet Jeſus contra gazophyl. videbat quomodo turbæ mittebant pecuniam in gazophyl. & multi divites mittebant multa*. Cantabr. hæc habet ſola : *Et contra gazoph. ſedens Jeſus, aſpiciebat quomodo turbæ mitterent æs*. Sangerm. 2. verò iſta : *Et ſedens Jeſus contra gazoph. & multi divites jactabant multa*, nec addit plura. Mſ. S. Mart. Turon. hoc ult. *& multi divites jactabant multa*, interjicit *gazophylacium* inter, & verbum *aſpiciebat*. Græcè ut in Vulgata, præter unum βάλλει, pro *jactaret* ; Mſ. verò unus, ἔβαλε.

℣. 42. Mſ. Corb. *Cùm veniſſet autem vidua una, miſit æra minuta duo, quod*, &c. Cantabr. *Cùm veniſſet autem una vidua, & miſit æra duo, quod*, &c. S. Germ. 2. *Cùm veniſſet autem una vidua paupercula, miſit æra duo minuta*, &c. S. Gat. ſimiliter *vidua paupercula* ; Mſ. S. Mart. Turon. hìc & inf. *paupera*. Græc. Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ, ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ, &c. al. deeſt μία, cum πτωχή· al. legitur ἔβαλλε.

℣. 43. Mſ. Corb. *& convocans..... Amen dico vobis, vidua hæc paupercula plus omnibus miſit in gazophylacium munus*. Cantabr. *quoniam vidua egena hæc plus omnibus miſit mittentibus in gazophylacio*. S. Germ. 2. *quoniam vidua hæc paupercula pluſquam omnibus miſit in gazophylacium*. Græc. Vulgatæ reſpondet : quidam tamen libb. delent penult. hoc, τῶν βαλόντων, *qui miſerunt*. Cyprian. l. de op. & eleem. p. 242. a. *Amen dico vobis, quoniam vidua iſta plus omnibus miſit in dona Dei*. Ambroſ. l. de vid. col. 193. c. *vidua hæc plus omnibus miſit*.

℣. 44. Mſ. Cantabr. *Omnes enim ii ex eo, quod abundat illis, miſerunt : hæc verò de penuria ſua omnia quæ habuit*, &c. ut in Vulgata. Corb. *quæcunque habuit, miſit* ; Sangerm. 2. *quæ habuit*. Gr. πάντα ὅσα εἶχεν· cæt. ut in Vulg. Cyprian. ubi ſup. *Omnes enim iſti ex eo, quod abundavit illis, miſerunt in dona Dei : hæc autem de inopia ſua omnem, quemcunque habuit, victum miſit*. Auguſt. tr. 17. in Joh. col. 425. e. alludens in hunc locum, dicit : *Meritò & illa vidua omnes facultates ſuas, duo minuta miſit in dona Dei*. Vide ad Luc. 21. 4.

# CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. ET cùm egrederetur de templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis : Magiſter, ecce quales lapides, & qualia ædificia templi.

2. Ad quem reſpondens Jeſus, ait : Nonne videtis hæc omnia magna ædificia ? Amen dico vobis quòd non relinquetur in iſto templo lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur : & in triduo reſuſcitabo illud ſine manibus.

3. Et factum eſt, cùm ſederet in Montem oliveti contra templum, interrogaverunt eum Petrus, & Jacobus, & Johannes, & Andreas, dicentes :

VULGATA NOVA.

1. ET cùm egrederetur de templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis : Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ. Matth. 24. 1.

2. Et reſpondens Jeſus, ait illi : Vides has omnes magnas ædificationes ? Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Luc. 19. 44. & 21. 6.

3. Et cùm ſederet in Monte olivarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Jacobus, & Joannes, & Andreas :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. *Et cùm egrederetur, ait illi unus ex diſcipulis ejus : Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ templi*. Cantabr. *Et procedente eo de templo, ait illi unus ex diſc. ſuis : Magiſter, aſpice quales lap. & quales ſtructuræ templi*. S. Mart. Turon. *quales lapides ſint, & quales ſtructuræ templi*. Similiter habent S. Germ. 2. & S. Gat. *ſtructuræ templi*. Græcè ut in Vulg.

℣. 2. Mſ. Corb. *Et reſpondens Jeſus, ait illis : Nonne videtis hæc omnia magna ædificia ? Amen dico vobis quòd non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur ; & in triduo illud reſuſcitetur ſine manibus*. Cantabr. *Et reſpondens, dixit illis Jeſus : Videte has magnas ſtructuras. Amen dico vobis quia non relinquetur hìc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur ; & poſt tertium diem & aliud reſuſcitetur ſine manibus*. S. Germ. 2. *ait illis : Videtis has magnas ædificationes ? Amen dico vobis quoniam non relinquetur hìc lapis ſuper lap. qui non deſtruatur ; & in triduo illud reſuſcitetur ſine manibus*. S. Gat. *Vide has magnas ædificationes*, &c. ut in Vulg. S. Mart. Turon. *Nonne vides has*, &c. Græc. nil differt à Vulg. niſi quòd delet *omnes*, ante *magnas* : Mſs. tamen plures, loco *Vides*, ferunt Βλέπετε ; ſubinde quidam addunt, Ἀμὴν λέγω σοι ὅτι οὐ μὴ ἀφεθῇ· mox aliqui ſubjiciunt ὧδε ; ſolus Cantabrig. Græc. ultimo loco iſta : καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλος ἀναστήσεται ἄνευ χειρῶν. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. a. ſimiliter : *Non relinquetur in templo lapis ſuper lapidem, qui non diſſolvatur : & poſt triduum aliud excitabitur ſine manibus*.

℣. 3. Mſ. Corb. *Et cùm ſederet in Montem oliveti contra templum, interrogaverunt eum ſecretò Petrus*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Et ſedente eo in Monte oliveti contra templum*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Dic nobis, quando iſta fient? & quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari?

Ephes. 5. 6. 2. Theſſ. 2. 3. 5. Et reſpondens Jeſus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos ſeducat:

6. multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum: & multos ſeducent.

7. Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: ſed nondum finis.

8. Exſurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

9. Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me, in teſtimonium illis.

10. Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Evangelium.

Matth. 10. 19. Luc. 12. 11. & 21. 14. 11. Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus.

12. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſurgent filii in parentes, & morte afficient eos.

13. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſalvus erit.

Dan. 9. 27. Matth. 24. 15. Luc. 21. 20. 14. Cùm autem videritis abominationem deſolationis, ſtantem ubi non debet: qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montes:

VERSIO ANTIQUA.

4. Dic nobis, quando iſta fient? & quod ſignum erit, quando omnia incipient hæc conſummari? Ex Mſ. Colbert.

5. Reſpondens Jeſus cœpit dicere ad illos: Videte ne quis vos ſeducat:

6. multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducunt.

7. Cùm autem audieritis bella, & opiniones bellorum, nolite timere: oportet enim fieri: ſed nondum finis eſt.

8. Exſurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per ſingula loca, & fames.

9. Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me, in teſtimonium illis,

10. & gentibus. Primùm autem oportet hoc Evangelium prædicare.

11. Et cùm perduxerint vos tradentes, nolite cogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, ipſum loquimini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus ſanctus.

12. Et tradet frater fratrem in mortem, pater filium: & inſurgent filii in parentes, & morte illos afficient.

13. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem toleraverit uſque ad finem, hic ſalvus erit.

14. Cùm autem videritis abominationem deſolationis, quod dictum eſt per Danielem prophetam, ſtare ubi non oportet: qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montibus:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*interrogabant eum ſeorſum Petrus..... & Andreas.* Græcè ſimiliter.

℣. 4. Mſ. Corb. *Dic nobis, quando hæc fient? & quod ſignum erit, cùm hæc omnia conſummabuntur?* Cantabr. *Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum, cùm omnia hæc conſummabuntur?* Gr. Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔςαι; καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι; al. μέλλῃ. Auguſt. ſer. 269. to. 5. 1093. b. *Dic nobis, quando iſta fient?*

℣. 5. Mſ. Corb. *Reſpondens autem Jeſus cœpit dicere illis*, &c. quæ ſupra. Cantabr. *Et reſpondens Jeſus ait illis*, &c. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς ἤρξατο λέγειν, &c. Mſs. quidam, Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς· tum alii, εἶπεν αὐτοῖς. Cypr. ep. ad Fortun. p. 268. b. *Videte ne quis vos fallat.*

℣. 6. Mſ. Cantabr. *multi enim venient..... dicentes: Ego ſum: & multos ſeducent.* Corb. id prætermittit, *multi enim venient*, cum ſeq. *quia*; cæt. ut in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Gat. habent, *Ego ſum Chriſtus.* Græc. nil omnino differt à Vulg. Mſs. tamen nonnulli delent ὅτι, *quia*; & alii ſubdunt, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριςός.

℣. 7. Mſ. Corb. *Cùm audieritis autem prælia, & opiniones præliorum, nolite timere*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Cùm autem audieritis bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim fieri: ſed nondum eſt finis.* S. Germ. 2. *& opiniones præliorum, ne timuer. oportet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis.* Græc. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ᾽ οὔπω τὸ τέλος· al. ταῦτα γενέσθαι.

℣. 8. Mſ. Corb. *Exſurget enim gens ſuper gentem..... per loca, & fames. Et initium dolorum hæc.* Cantabr. *Inſurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, erunt terræ motus per loca, & famis. Initium*, &c. S. Germ. 1. *Exſurget autem gens*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. *Exſurget enim gens ſuper gentem, & regnum adverſùs regnum..... per loca, & fames. Omnia hæc initium dolorum.* Gr. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοὶ, καὶ ταραχαί. Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα· Mſs. quidam initio ferunt Ἐγερθήσονται; ſubinde aliqui delent καὶ, ante ἔσονται; ſicut alii in fine, καὶ ταραχαί· nonnulli ſubdunt, Ἀρχὴ ὠδίνων. Aug. in Job, to. 3. 627. e. *Exſurget gens contra gentem.* Avit. Vien. ep. 20. *Exſurgent gens contra gentem, & regnum contra regnum.*

℣. 9. In Mſ. Corb. deeſt hoc, *Videte autem voſmetipſos*: ſequitur verò, *Tradent enim voſipſos in conciliis*, &c. quæ ſupra. Cantabr. ſimiliter tollit iſtud, *Videte autem voſmetipſos*: ſed addit, *Deinde voſipſos tradent in conciliis*, &c. ultimòque cum Mſ. S. Germ. 2. *in teſtimonium illis, & in omnes gentes*: præterea S. Germ. 2. *& in ſynagogis ſuis vapulabitis*, &c. quæ ſupra. Græc. Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς. Παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ εἰς συναγωγάς, δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε, &c. ut in Vulg. Mſs. tamen quidam delent initio, Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς· ſubinde aliqui ferunt, ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν· tum quidam, καὶ δαρήσεσθε.

℣. 10. Mſs. Corb. & Cantabrig. ita legunt: *Primùm autem oportet prædicari Evangelium in omnibus gentibus.* Sangerm. 2. verò hab. *Sed conſtantes eſtote*: dein, *Primùm autem oportet prædicare Evangelium in omnibus gentibus.* Græcè ut in Vulg. Apud Hieron. in Iſai. 55. to. 3. 403. d. partim ex Matth. 24. 14. *Oportet prædicari Evangelium iſtud in omni orbe, in teſtimonium cunctis gentibus.*

℣. 11. Mſ. Corb. *Cùm autem perduxerint vos, nolite cogitare quid loquamini: ſed..... id loquimini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed*, &c. Cantabrig. *Et cùm perduxerint vos tradentes, nolite cogitare quid loquamini: ſed..... hoc loquimini: non enim eritis vos loquentes, ſed*, &c. S. Germ. 1. *non enim eſtis vos qui loquimini, ſed*, &c. S. Mart. Turon. *Et cùm duxerint vos ante præſides, nolite cogitare quid ..... ſed quod datum fuerit vobis in..... illud loquemini: non enim vos eſtis loquentes, ſed*, &c. Græc. Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ᾽ ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν..... τοῦτο λαλεῖτε, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam initio, Καὶ ὅταν ἀγάγωσιν· ſubinde alii, μεριμνᾶτε· à pluribus abeſt μηδὲ μελετᾶτε· alii legunt προμελετᾶτε; alii paulò poſt, ἐκεῖνο λαλεῖτε. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 743. b. *Cùm duxerint vos tradentes, nolite cogitare quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini: non enim eſtis vos loquentes, ſed*, &c.

℣. 12. Mſ. Cantabr. concordat cum textu Colb. addita conjunct. *&*, poſt *mortem*; ultimò ſic, *& morti adficient eos.* Corb. *Tradet autem frater*, &c. ut in Colb. nec aliter in Græco eſt.

℣. 13. Mſ. Corb. non differt à textu Colb. niſi quòd habet *in finem*, loco *uſque ad finem.* S. Gat. *uſque in finem.* Cantabr. *Et eritis odio ab omnibus*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ, &c. ut in Lat.

℣. 14. Mſ. Corb. *Cùm autem videritis abomin. deſolat. ſtantem ubi non oportet: & qui legit, intelligat: tunc qui Judæa ſunt, fugiant in montibus.* Cantabr. *Cùm autem vid. abom. deſol. ſtantem ubi non debet: qui legit, intelligat quod*



Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* 15. qui in ſuperioribus, non deſcendat ut tollat quicquam de domo ſua :
16. & qui in agro erit, non revertatur retro tollere veſtimentum ſuum.
17. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.
18. Orate ergo ut non hieme fiant.
19. Erunt enim dies illi tribulationis & preſſuræ, quales non fuerunt ab initio creaturæ uſque modò, neque erunt poſt hoc.
20. Et niſi breviaſſet Deus dies illos, non eſſet ſalva omnis caro : ſed propter electos, quos elegit, breviavit dies.
21. Tunc ergo ſi quis vobis dixerit : Ecce hîc Chriſtus, vel ecce illic, nolite credere.
22. Exſurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & prodigia ad ſeducendum, ſi fieri poteſt, etiam electos.
23. Ecce prædixi vobis omnia.
24. Sed in illis diebus, poſt tribulationem illam, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum :
25. & ſtellæ, quæ ſunt in cœlo, erunt cadentes,

**VULGATA NOVA.**

15. & qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo ſua :
16. & qui in agro erit, non revertatur retro tollere veſtimentum ſuum.
17. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.
18. Orate verò ut hieme non fiant.
19. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, uſque nunc, neque fient.
20. Et niſi breviaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalva omnis caro : ſed propter electos, quos elegit, breviavit dies.
21. Et tunc ſi quis vobis dixerit : Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis. *Matth.* 24. 23. *Luc.* 17. 23. & 21. 8.
22. Exſurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.
23. Vos ergo videte : ecce prædixi vobis omnia.
24. Sed in illis diebus, poſt tribulationem illam, ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum : *Iſai.* 13. 10. *Ezech.* 32. 7. *Joel.* 2. 10.
25. & ſtellæ cœli erunt decidentes, & vir-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*legit : tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montem.* S. Germ. 1. *ſtantem in loco ſancto : qui leget, intelligat*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *qui legit, intelligat quod legat : nunc qui in Judæa*, &c. Gr. Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam delent τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου. Auguſt. etiam l. 2. de conſ. Evang. c. 77. dicit hoc è Marco adſcriptum non fuiſſe : nec etiam ipſe habet epiſt. ad Heſych. to. 2. 751. f.

℣. 15. Mſ. Corb. *& qui in ſuperioribus, non deſcendat in domum, neque introeat tollere quicquam de domo ſua.* Cantabrig. *& qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat tollere quid de domo ſua.* S. Germ. 1. *non deſcendat in domum, nec introeat tollere aliquid de domo ſua.* Gr. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω, &c. ut in Lat. Apud Aug. ep. ad Heſych. to. 2. 751. f. omnia ut in Vulg.

℣. 16. Itidem Mſ. Corb. deleto verbo *erit*. Cantabr. *& qui in agro, non revertatur retro tollere tunicam ſuam.* Sangerm. 1. *& qui in agro ſunt*, &c. ut in Vulg. Gr. καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὢν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ· al. deeſt ὢν. Ap. Cypr. l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 269. a. *& qui in agro eſt, non convertatur retro auferre veſtimentum ſuum.* Apud Arnob. Afr. in Matth. p. 333. h. *& qui in agro eſt, non revertatur retro ad veſtim. ſuum.* Apud Auguſt. ep. ad Heſych. to. 2. 751. f. ut in textu Colb. & Vulgata.

℣. 17. Similiter habent Mſs. Cantabrig. & S. Germ. Corb. verò, *Væ autem peregrinantibus, & nutrientibus*, &c. ſed in Gr. conſtanter, ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις. Ap. Auguſt. epiſt. ad Heſych. col. 751. d. f. ut in textu ſup.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Et orate ut non hieme veniant.* Corb. *Orate ergo ut hieme non fiant.* S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. *Orate autem ut hieme non fiant hæc.* S. Germ. 2. *Orate verò ut hieme non fiat fuga veſtra, vel ſabbato.* S. Gat. *ut ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato.* Gr. Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος· Mſ. 1. addit, ἢ σαββάτου ; al. ἢ ἐν σαββάτῳ ; al. μηδὲ σαββάτῳ. Auguſt. epiſt. 199. to. 2. 751. d. *Orate ut hieme non fiant.*

℣. 19. Mſ. Corb. *Erunt enim dies illi tribulationes, quales non fuerunt à creatura uſque modò, neque erunt poſt hæc.* Cantabr. *Erunt enim diebus illis tribulationes, quales non fuerunt tales ab initio creaturæ uſque modò, neque erunt poſt hæc.* S. Gat. *Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non*, &c. quæ in Vulg. S. Mart. Turon. *Erunt autem dies tribulationis tales, quales nunquam fuerunt*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται· Mſs. quidam, θλίψεις, οἷαι οὐκ ἐγένοντο τοιαῦται· al. deeſt τοιαύτη ; ſicut inf. κτίσεως ; item al. deeſt, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεός· extremò quidam ferunt, οὐδὲ μὴ γένωνται· de quibus vide Millium. Auguſt. ep. 199. to. 2. 751. d. legit : *Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales*, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Mſ. Corb. *Et niſi breviaſſet dies Dominus propter electos ſuos, non fuiſſet ſalva omnis caro : ſed propter electos*, &c. ut ſupra. Cantabr. *Et niſi Dominus breviaſſet dies propter electos ſuos, non fieret ſalva ulla caro : ſed propter electos*, &c. S. Germ. 1. *Et niſi breviaſſet Dominus dies illos, non fuiſſet ſalva*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *Et niſi breviaſſet Dominus dies illos, non fuiſſet..... ſed propter electos, quos elegit, breviabuntur.* Itidem cod. S. Mart. Turon. hoc excepto ult. *breviabit dies*, pro *breviabuntur*. Gr. Vulgatæ congruit : Mſs. tamen quidam, loco *Dominus*, ferunt ὁ Θεός ; alii addunt ἐκείνας, ad 1. ἡμέρας· quibus patrocinatur Aug. ep. 199. to. 2. 751. d. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 207. e. *Et niſi Deus breviaſſet dies illos, non fieret ſalva omnis caro.* Apud Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 10. col. 197. a. *Et niſi breviaſſet Deus dies illos, non remanſiſſet omnis caro : ſed propter electos breviabuntur dies illi.* Vide ad Matth. 24. 22.

℣. 21. Mſ. Corb. *Et tunc ſi quis... Ecce hîc Chriſtus, vel illic, nolite credere.* Cantabrig. *Et tunc ſi quis..... Ecce hîc Chriſtus, aut ecce illic, nolite credere.* S. Germ. 2. *Ecce hîc Chriſtus, aut ecce illic, ne credetis.* Itidem Græcè, præte. hoc ult. μὴ πιστεύσητε· Mſs. tamen quidam hab. μὴ πιστεύετε· plures tollunt ἤ, ante 2. *ecce*. Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 11. col. 197. b. *Cùm vobis dixerint : Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illic, nolite credere.*

℣. 22. Mſ. Corb. ritè convenit cum textu Colbert. Cantabrig. verò habet : *Exſurgent enim pſeudoprophetæ, & facient ſigna & prodigia ad ſeducendos, ſi poteſt fieri*, &c. S. Gat. *& dabunt ſigna magna & prodigia*, &c. Gr. Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι, καὶ ψευδοπροφ. καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς· Mſs. quidam, καὶ ποιήσουσι σημεῖα, &c. unus, πρὸς τὸ πλανῆσαι, &c. Apud Tertul. l. de anima, p. 504. c. *ſignaque portentoſiora editurus ad evertendos, ſi fieri poſſit, electos* : & l. de præſcript. *Et ſigna edent fallaciæ magiſtri, & pſeudoprophetæ, ad evertendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.* Ap. Cypr. l. de exhort. mart. ad Fortun. p. 269. a. *Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ad errorem faciendum, ſi fieri poteſt, etiam electis.* Auguſt. tr. 13. in Joh. to. 3. 399. a. *In noviſſimis temporibus exſurgent pſeudoprophetæ, facientes ſigna & prodigia ut in errorem inducant, ſi fieri poteſt, etiam electos.*

℣. 23. Mſ. Corb. *Videte : ecce prædixi vobis omnia.* Cantabr. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulg. Gr. Ὑμεῖς δὲ βλέπετε· ἰδοὺ, &c. ut in Vulg. Cypr. epiſt. 73. p. 134. b. & l. de unit. Eccl. p. 200. b. *Vos autem cavete : ecce prædixi vobis omnia.* Auguſt. tract. 13. in Joh. to. 3. col. 399. a. ſimpliciter : *Ecce prædixi vobis.*

℣. 24. Mſ. Corb. concinit cum textu Colb. Cantabrig. verò habet..... *ſol contenebricabit, & luna non dabit ſplendorem ſuum.* S. Germ. 2. *poſt tribul. iſtam, ſol contenebrabitur, & luna non dabit lumen ſuum.* Gr. μετὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, al. φῶς αὐτῆς. Auct. l. de quæſt. ex utroque Teſt. q. 105. col. 100. e. *In illis diebus ſol contenebrabitur, & luna non dabit lumen ſuum.* Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 17. col. 200. c. *ſol tenebrabitur, & luna non dabit lumen ſuum.*

℣. 25. Mſ. Corb. non differt à textu Colb. nec etiam

Digitized by Google

## Vulgata nova.

tutes, quæ in cœlis sunt, movebuntur.

26. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria.

Matth. 24. 31. 27. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ, usque ad summum cœli.

28. A ficu autem discite parabolam. Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas:

29. sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.

30. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant.

31. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

32. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater.

Matth. 24. 42. 33. Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit.

34. Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit servis suis potestatem cujusque operis, & janitori præcepit ut vigilet.

35. Vigilate ergo, (nescitis enim quando dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè)

36. ne cùm venerit repentè, inveniat vos dormientes.

37. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

## Versio antiqua.

& virtutes cœlorum movebuntur. Ex Ms. Colbert.

26. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & gloria.

27. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, ab ultimo terræ, usque ad summum cœlorum.

28. A fici autem arbore discite parabolam. Cùm jam ramus ejus tener factus fuerit, & prodeunt folia, cognoscitis quòd in proximo sit æstas:

29. sic & vos cùm videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est in januis.

30. Amen dico vobis, quoniam non transiet generatio ista, donec fiant omnia.

31. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

32. De die autem illa vel horà nemo scit, nec angeli in cœlo, neque Filius, nisi solus Pater.

33. Videte itaque, & vigilate: quia nescitis tempus.

34. Sicut enim homo profectus peregrè linquit domum suam, & dans servis suis potestatem unicuique operis sui faciundi, & janitori præcepit ut vigilet:

35. sic ergo vigilate, (nescitis enim quando veniat dominus domus: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè)

36. ne cùm venerit derepentè, inveniat vos dormientes: Ecce dixi vobis.

37. Quod autem vobis dico, omnibus dico.

## Notæ ad Versionem antiquam.

Cantabr. nisi quòd hab. *cælestium*, loco *cælorum*. S. Germ. 1. *& stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur*. S. Germ. 2. similiter habet, *& stellæ cadent de cælo*. Græcè ut in Vulgata. Sic etiam apud Aug. ep. 199. to. 2. 756. f. usque ad ℣. 30. Apud Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 17. p. 200. d. *& stellæ de cælo erunt decidentes, & virtutes cælorum movebuntur.*

℣. 26. Mss. Corb. & Cantabr. textui Colb. accinunt, nisi quòd habent, *cum nubibus*, absque seq. *cæli*. S. Germ. 1. omittit *cum nubibus*. Græc. concordat cum Vulg. sicut Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 17. p. 200. c. præterquam quòd hab. *cum virtute magna*. Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 739. a. *in nubibus cæli cum virtute magna*, &c.

℣. 27. Ms. Corb. *Et tunc mittet angelos, & congregabit electos à quatuor ventis, ab ultimo terræ, usque ad summum cælorum.* Itidem Cantabr. uno excepto, *à summum terræ*. S. Germ. 2. *& congregabunt electos ejus à*, &c. ut in Vulg. Græc. eidem Vulgatæ succinit ad verbum: al. interjicitur μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, post *angelos suos*. Vigil. Tapf. quoque l. cont. Varimad. legit: *Tunc mittet angelos suos in tuba magna, & congregabit electos suos*, &c. quæ in Vulg.

℣. 28. Ms. Corb. *A ficu autem discite parab. Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & nascuntur folia, cognoscitis quia in proximo est æstas.* Cantabr. *& nata fuerint folia, cognoscetis quòd in proximo est æstas.* S. Germ. 2. *Ab arbore autem discite parabolam*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν. Ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν· al. καὶ ἐκφυῇ τὰ φύλλα.

℣. 29. Ms. Corb. nil omnino discrepat à textu Colb. nec etiam Cantabr. nisi quòd ultimò hab. *quòd in proximo est in ostiis*. S. Germ. 1. *quia in proximo est in januis*. Græc. οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις· al. πάντα ἴδητε. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 40. p. 188. d. *cùm videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est finis.*

℣. 30. Ms. Corb. *Amen dico vobis, quòd non transiet*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *quoniam non transiet generatio hæc, donec hæc omnia fiant.* S. Germ. 1. *donec omnia fiant*. Gr. μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.

℣. 31. Similiter habent Mss. Cantabrig. & S. Germ. nec differt Corb. nisi quòd extremò hab. *non præteribunt*. Gr. παρελεύσονται..... παρέλθωσι. Hilar. in Ps. 1. n. 11. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt:* at l. 10. de Trin. col. 1063. a. *non præteribunt*. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 710. c. textui Colb. suffragatur.

℣. 32. Ms. Corb. *De die autem illa vel hora nemo scit, neque angeli de cælo*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *De die autem illo & hora*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *De die autem illo & hora..... neque angeli cælorum, neque Filius*, &c. Gr. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας, &c. ut in Vulg. Mss. plures, ἢ τῆς ὥρας· subinde quidam omittunt, οὐδὲ ὁ Υἱός· extremò unus hab. εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, cum Pers. & Armen. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. *De die autem illa & hora nemo scit, neque Filius, nisi Pater solus.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 781. d. *De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli in cælis, neque Filius, nisi Pater solus:* sed infra abest vox *illa* à melioribus Mss. similiter l. 9. col. 1022. e. & l. de Synod. col. 1199. a. absque voce *illa*: sed l. 9. de Trin. col. 984. e. habetur vox *illa*. Ambros. l. 5. de fide, c. 16. to. 2. 586. b. *De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nec Filius, nisi solus Pater:* tum addit: *Veteres non habent codices Græci*, quia nec Filius scit; *sed non mirum si & hoc falsarunt qui Scripturas interpolavere divinas. Qua ratione autem videatur adjectum, proditur, dum ad interpretationem tanti sacrilegii derivatur.* August. in Ps. 6. to. 4. 22. e. *De die verò & illa hora nemo scit, neque angelus, neque virtus, neque Filius, nisi solus Pater.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 31. col. 158. a. *De die & hora nemo scit, neque angeli, neque Filius.* Vide ad Matth. 24. 36.

℣. 33. Ms. Corb. *Videte itaque, vigilate, & orate: nescitis quando tempus sit.* Cantabr. *Videte ergo, vigilate: nescitis enim*, &c. S. Germ. 2. *Videte ergo, vigilate, & orate*, &c. Græcè ut in Vulg.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Sicut homo peregrè profectus relinquat domum suam, & data servis suis potestate cujusque operis, & ostiario præcepit ut vigilaret.* Corb. *Sicut homo peregrè profectus est, reliquit domum suam, & dans servis suis potestatem unicuique opus suum, & janitori præcipiat ut vigilet.* S. Germ. 2. *Sicut homo peregrè proficiscens reliquit... & dedit servis suis pot. cujusque operis, & janitori præcepit ut vigilet, ita erit.* Gr. Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ· al. initio, Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος· item Ms. S. Mart. Turon. *Sicut enim homo.*

℣. 35. Mss. Corb. & S. Germ. 2. Vulgatæ accinunt; sicut etiam Cantabr. & S. Germ. 1. nisi quòd iste habet, *quia nescitis*; ille verò, *aut media nocte, an galli cantum*. Græcè ut in Vulg. excepto verbo ἔρχεται· al. verò, ἔρχηται. Apud August. ep. 199. to. 2. 743. b. *Vigilate ergo, quia nescitis*, &c. ut in Vulg. Ambrosiast. col. 282. d. *Vigilate, quia nescitis horam, qua Dominus vester venturus est.*

℣. 36. Mss. Corb. Cantabr. S. Germ. &c. Vulgatæ respondent, & Græco.

℣. 37. Ms. Corb. *Ecce autem vobis dico: Vigilate.* Can-

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tabr. *Ego autem dico vobis : Vigilate.* S. Gat. *Quod autem vobis dico, Vigilate, omnibus dico : Vigilate.* Græc. Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω· Γρηγορεῖτε. Ap. August. ep. 199. to. 2. 743. b. ut in Vulg. Ap. Optat. l. 1. cont. Donat. p. 2. a. *Quod uni ex vobis dico, omnibus dico.*

# CAPUT XIV.

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. | |
|---|---|---|
| *Ex Ms. Colbert.* 1. ERat autem futurum Paſcha & Azyma poſt biduum : & quærebant ſummi ſacerdotes, & Scribæ, quomodo eum tenerent dolo, & occiderent eum. | 1. ERat autem Paſcha & Azyma poſt biduum : & quærebant ſummi ſacerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. | *Matth.* 26. 2. *Luc.* 22. 1. |
| 2. Dicebant enim : Ne, cùm venerit turba in diem feſtum, tumultus oriatur in populum. | 2. Dicebant autem : Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. | |
| 3. Et cùm eſſet Bethania Jeſus in domum Simonis leproſi : diſcumbente illo, venit mulier habens ampullam unguenti nardi ſpicati pretioſi, & confringens, fudit ſuper caput ejus. | 3. Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet : venit mulier habens alabaſtrum unguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput ejus. | *Marc.* 26. 6. *Joan.* 12. 1. |
| 4. Quo viſo, quidam indignè tulerunt, dicentes : Ut quid hæc perditio gratuita facta eſt ? | 4. Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes : Ut quid perditio iſta unguenti facta eſt ? | |
| 5. Hoc enim poterat venundari denariis trecentis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. | 5. Poterat enim unguentum iſtud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. | |
| 6. Jeſus verò ait illis : Sinite illam, ut quid moleſti eſtis ? Bonum enim opus operata eſt in me : | 6. Jeſus autem dixit : Sinite eam, quid illi moleſti eſtis ? Bonum opus operata eſt in me : | |
| 7. ſemper enim pauperes habetis vobiſcum ; & cùm vultis, poteſtis illis benefacere : me autem non ſemper habebitis. | 7. ſemper enim pauperes habetis vobiſcum ; & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere : me autem non ſemper habetis. | |
| 8. Cæterùm quod habuit hæc, fecit : præoccupans unguento ungere corpus meum in ſepulturam. | 8. Quod habuit hæc, fecit : prævenit ungere corpus meum in ſepulturam. | |
| 9. Amen dico vobis : Quoniam ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium, in totum orbem dicetur, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ejus. | 9. Amen dico vobis : Ubicunque prædicatum fuerit Evangelium iſtud in univerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus. | |
| 10. Et Judas Scariotha unus de duodecim, abiit ad principes ſacerdotum, ut proderet eum. | 10. Et Judas Iſcariotes unus de duodecim, abiit ad ſummos ſacerdotes, ut proderet eum illis. | *Matth.* 26. 14. |
| 11. At illi gaviſi ſunt : & pecuniam promiſerunt | 11. Qui audientes gaviſi ſunt : & promiſerunt | |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. *Erat autem futurum Paſcha & Azyma biduum : & quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Futurum autem erat Paſcha poſt biduum*, &c. S. Gat. *Erat autem Paſcha & Azymorum poſt biduum : & quærebant ſummi... quomodo eum dolo tenerent, & occiderent eum dolo.* S. Mart. Turon. *& quærebant eum ſummi*, &c. Græc. καὶ ἐζήτουν οἱ..... πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν· al. δόλῳ κρατήσωσιν, abſque præp. ἐν.

℣. 2. Mſ. Corb. *Dicebant enim :* Ne *in die feſto tumultus oriretur populi.* Cantabr. *Dicebant enim : Ne in die feſto tumultus fieret populi.* S. Mart. Turon. *Dicebant enim : Non in*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἔλεγον δέ· Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ· Mſs. quidam initio, Ἔλεγον γάρ· ultimò quidam, θόρυβος γένηται τοῦ λαοῦ, al. τῷ λαῷ.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Et cùm eſſet Jeſus in Bethaniam in domum Simonis leproſi : recumbente eo, venit mulier habens ampullam nardi piſtici pretioſi, & fracto alab.* &c. ut in Vulg. Corb. *Et cùm eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis leproſi : diſcumbente illo, venit mul. hab.* &c. quæ in Vulg. Sangerm. 2. & S. Mart. Turon. *Et cùm eſſet Jeſus in Bethania in..... & recumberet :* dein S. Germ. 2. *venit mulier habens alabaſtrum unguenti nardi piſtici pretioſi*, &c. S. Germ. 1. *unguenti piſtici pretioſi.* S. Gat. *nardi piſtici pretioſi*, &c. Gr. Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ..... κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς, καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς, al. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

℣. 4. Mſ. Corb. *Diſcipuli autem ejus indignè ferebant, dicentes : Ut quid perditio hæc unguenti ?* Cantabr. *Diſcipuli autem ejus indignè ferebant, & dicebant : Ut quid perditio iſta unguenti ?* S. Germ. ambo, *perditio hæc.* Græc. Vulgatæ favet : Mſs. tamen nonnulli delent in fine γέγονεν, *facta eſt.*

℣. 5. Mſ. Cantabrig. *Potuerat veniri unguentum iſtud pluſquam ccc. & dari*, &c. S. Germ. 1. *Poterat enim unguentum iſtud venundari ampliùs denariis trecentis*, &c. S. Germ. 2. *venundari pretio magno, pluſquam trecentis denariis*, &c. Gr. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ, &c. al. τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι, &c. Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. col. 488. d. & in Pſ. 40. col. 868. e. *Potuit hoc venundari trecentis denariis, & dari pauperibus :* itidem l. 6. in Luc. col. 1391. a. præter hoc, *Potuit enim venund.*

℣. 6. Mſ. Corb. *Jeſus verò ait illis : Sinite illam, quid ei*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Jeſus autem ait illis : Sinite eam, quid illi*, &c. S. Germ. 2. *dixit illis : Sine illam, quid illi*, &c. Græcè ut in Vulg. Mſs. tamen quidam addunt γὰρ, *enim*, ad *Bonum.*

℣. 7. Mſ. Corb. nil differt à textu Colb. niſi quòd ponit *habetis*, pro *habebitis.* S. Germ. 2. *ſemper enim pauper. habebitis vobiſcum...... me autem non ſemper habebitis vobiſcum.* Itidem Mſs. S. Mart. Turon. & S. Gat. deleto ultimo *vobiſcum.* S. Germ. 1. & Cantabr. ut in Vulgata, & Græco.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Quod habuit hæc, fecit : prævenit unguento unguere corpus meum*, &c. S. Germ. 1. *prævenit enim ungere*, &c. S. Germ. 2. *prævenit ungere caput meum*, &c. Corb. ut in Vulg. & Græco.

℣. 9. Mſ. Corb. *Amen dico vobis : Ubicunque prædicat. fuerit Evangelium in totum mundum, & quod fecit hæc, narrabitur in memor. ipſius.* Cantabr. *Amen dico vobis quòd ubicunque prædic. fuerit Evang. in univerſum mundum, & quod*, &c. ut in Vulg. S. Germ. ambo, *Evangelium iſtud in univerſum mundum*, &c. ut in Vulg. nec aliter in Græco eſt, niſi exceperis verbum λαληθήσεται, pro *narrabitur* ; utrumque idem ſonat.

℣. 10. Mſ. Corb. *Et Judas Scarioth unus... abiit ad principes ſacerdotum, ut traderet eum.* Cantabr. *Et Judas Scariotes*, &c. quæ in Vulg. detracto ult. *illis.* S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. *Scariothes* ; S. Gat. *Scariothis..... ut proderet Chriſtum illis.* Græcum Vulgatæ congruit : ſed Mſs. quidam tollunt vocem αὐτοῖς, poſt hoc, παραδῷ αὐτόν.

℣. 11. Mſ. Corb. *At illi gaviſi ſunt : & promiſerunt ei pecuniam dare. Sed & quærebat*, &c. Cantabr. *At illi gavi-*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.

Matth. 26. 17. Luc. 22. 7. 12. Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi ut manduces Pascha?

13. Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in civitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, sequimini eum:

14. & quòcunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Ubi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

15. Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis.

16. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha.

Matth. 26. 20. Luc. 22. 14. Joan. 13. 21. 17. Vespere autem facto, venit cum duodecim.

18. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Jesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

19. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Nunquid ego?

20. Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

Ps. 40. 10. Act. 1. 16. 21. Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si non esset natus homo ille.

Matth. 26. 26. 1. Cor. 11. 24. 22. Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum.

23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

se daturos ei. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.

12. Factum est autem cùm advenisset prima dies Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi ut manduces Pascha?

13. Et misit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in civitatem: & occurret vobis homo portans lagenam aquæ, sequimini eum:

14. & quòcunque introierit, dicite domino domus: Magister noster dicit: Ubi est refectio, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

15. Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum stratum, paratum: illic parabitis nobis.

16. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem: & fecerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha.

17. Vespere autem facto, venit Jesus cum duodecim.

18. Et discumbentibus illis, & manducantibus, dixit: Amen dico vobis, quòd unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

19. Illi autem cœperunt contristari, & dicere: Nunquid ego, aut alius? hoc singuli cœperunt dicere.

20. Quibus ipse ait: Unus de duodecim, qui intingit manum in voletario, ipse me tradet.

21. Et Filius quidem hominis tradetur, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum illi, si non esset natus homo ille.

22. Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: & benedicens fregit, & dedit illis, & dixit: Accipite, hoc est enim corpus meum.

23. Et accepto calice, benedixit, & dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*si sunt: & promis. illi pecun. dare. Et quærebat quomodo opport. eum traderet.* S. Gat. *& promiserunt ei pretium se daturos.* S. Germ. 2. addit alia manu, *& spopondit;* deinde manu prima, *Et ex eo quærebat*, &c. Gr. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν· καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐζήτει, &c.

℣. 12. Ms. Corb. *Et prima die Azymorum quando... Ubi vis eamus*, &c. Cantabrig. *Et prima die Azymorum quando Pascha immolabatur*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *Quò vis ut eamus, & paremus tibi Pascha manducare?* Gr. Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν Ἀζύμων ὅτε τὸ..... λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς, &c. Mss. quidam addunt σοὶ, verbo ἑτοιμάσωμεν.

℣. 13. Ms. Corb. *Et misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in civitatem: & occurrit vobis homo lagenam aquæ portans*, &c. Cantabr. *Et misit duos ex disc. suis, dicens: Ite in civitate: & occurret vobis homo amphoræ aquæ portans*, &c. S. Germ. 1. *laguenam aquæ;* S. Germ. 2. *amphoram aquæ.* Gr. κεράμιον ὕδατος; cæt. ut in Vulg. Tertul. l. de bapt. p. 392. c. *invenietis hominem aquam bajulantem.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1513. f. *lagenam aquæ portans.*

℣. 14. Ms. Corb. *quòcunque introierit..... domino domus: Magister dicit: Ubi est refectorium, ubi Pascha*, &c. Cantabr. Vulgatæ consonat, nisi quòd ultimo loco ponit *Pascha*, nempe post *manducem.* Græc. loco *refectio*, habet κατάλυμα, *diversorium*, absque seq. μου; cæt. ut in Vulg. Mss. tamen quidam addunt μου. In Ms. S. Mart. Turon. sic: *Ubi est diversorium meum, & refectio mea, ubi*, &c.

℣. 15. Ms. Corb. *Et ipse vobis demonstrabit stratum grande, paratum: illic parate nobis.* Cantabrig. *Et ipse vobis demonstrabit stratum paratum grande: & illic parate nobis.* Gr. Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν· Mss. plures tollunt ἕτοιμον.

℣. 16. Ms. Corb. respondet textui Colb. ad verbum. S. Germ. verò ambo, Vulgatæ. Cantabr. legit: *Et abierunt discipuli ejus:* rursumque: *& venerunt discipuli ejus: & venit in civitate: & fecerunt sicut dixit illis, & præparaverunt Pascha.* Ms. S. Mart. Turon. similiter, *præparaverunt.* Gr. Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν· καὶ εὗρον, &c. ut supra. Mss. quidam, καὶ ἐποίησαν, loco καὶ εὗρον.

℣. 17. Accinunt Mss. Corb. Cantabrig. & S. Germ. 1. detracto nomine *Jesus.* S. Germ. 2. & S. Gat. habent, *cum duodecim discipulis.* Græcè ut in Vulgata, nisi quòd ipso initio habetur, Καὶ ὀψίας· al. verò, Ὀψίας δέ.

℣. 18. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colb. Cantabr. verò, & S. Germ. Vulgatæ favent, & Græco. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 18. col. 177. c. *Scitis quia unus ex vobis tradet me?*

℣. 19. Ms. Corb. *Illi autem cœperunt contristari, & dicere singuli: Nunquid ego? & alius: Nunquid ego?* Cantabrig. *At illi cœperunt contristari, & dicere illi singuli: Nunquid ego? & alius: Nunquid ego?* S. Germ. 2. & S. Gat. *singillatim: Nunquid ego sum?* Itidem Ms. S. Mart. Turon. detracto ult. *sum.* Gr. Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς· Μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ; al. Μήτι ἐγώ εἰμι; Mss. quidam delent hoc, καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ;

℣. 20. Ms. Cantabr. *Quibus ait: Unus ex duodecim, qui intingit mecum in parapside.* Corb. *Quibus ait*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Εἷς ἐκ... ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον· al. deest initio ἀποκριθείς; quidam addunt τὴν χεῖρα, post μετ' ἐμοῦ; alii verò post τρυβλίον, ista, αὐτός με παραδώσει. Auct. l. de prom. p. 3. prom. 18. col. 177. c. *cui intinctam buccellam dedero, ipse est.*

℣. 21. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd habet *vadit*, pro 1. *tradetur.* Cantabr. *Filius quidem hominis tradetur, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem tradetur: bonum esset illi, si non esset natus homo ille.* S. Germ. 1. *per quem Filius hom. traditur: bonum esset ei*, &c. S. Mart. Turon. *bonum est ei;* dein S. Germ. 2. *si natus non fuisset*, &c. Gr. Ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει..... δι' οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ..... παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ, &c. Mss. quidam, loco ὑπάγει, ferunt παραδίδοται; unus inf. παραδοθήσεται. Tertul. l. de præscript. c. 30. p. 336. c. ait: *Dominum tradi oportebat, sed væ traditori.*

℣. 22. Ms. Corb. delet nomen *Jesus;* subinde ponit, *& dedit illis, & dixit: Accipite, & edite, hoc est corpus meum.* Cantabr. *Et manducantibus illis, accipiens panem, benedixit, & fregit, & dedit illis, & dixit: Accipite, hoc est corpus meum.* Græc. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε, καὶ..... καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ, &c. Mss. quidam, καὶ εὐλογήσας; al. εὐλόγησε; plures adimunt φάγετε.

℣. 23. Ms. Corb. *Et accepit calicem, & benedixit, & de-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

24. Et ait illis : Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

25. Amen dico vobis, non bibam de generatione vitis hujus, usque in diem illum, cùm novum ex illo bibam in regno Dei.

26. Et hymno dicto exierunt in Montem olivieti.

27. Tunc ait illis Jesus : Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista : quia scriptum est : Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.

28. Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

29. Petrus verò respondit illi, & dixit : Et si omnes scandalizati fuerint, sed ego non.

30. Cui Jesus dixit : Amen dico tibi, quòd tu hodie in nocte hac, priusquam gallus cantet, ter me negabis.

31. At ille ampliùs loquebatur, multa dicens : Videbis quòd si oportuerit me commori simul tecum, non te abnegabo. Similiter etiam omnes dixerunt.

32. Et venerunt in prædium, cui nomen erat Gessamani. Et ait discipulis suis : Sedete hìc donec orem.

33. Et assumpsit Petrum, & Jacobum, & Johannem secum : & cœpit paveri, & tædiari.

34. Et ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem : sustinete hìc, & vigilate.

35. Et cùm præcessisset pusillùm, procidit in faciem : & orabat, ut si fieri potest, pertransiret illa hora,

36. dicens : Abba pater, omnia tibi licent, transfer à me hunc calicem, sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis pater.

### VULGATA NOVA.

24. Et ait illis : Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

25. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam novum in regno Dei.

26. Et hymno dicto exierunt in Montem olivarum.

27. Et ait eis Jesus : Omnes scandalizabimini in me in nocte ista : quia scriptum est : Percutiam pastorem, & dispergentur oves. *Joan. 16. 32. Zachar. 13. 7.*

28. Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

29. Petrus autem ait illi : Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.

30. Et ait illi Jesus : Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

31. At ille ampliùs loquebatur : Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

32. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis : Sedete hic donec orem. *Matth. 26. 36. Luc. 22. 40.*

33. Et assumit Petrum, & Jacobum, & Joannem secum : & cœpit pavere, & tædere.

34. Et ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem : sustinete hic, & vigilate.

35. Et cùm processisset paululum, procidit super terram : & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora :

36. & dixit : Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dit eis : & biberunt ex eo omnes.* Cantabr. *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis*, &c. Gr. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον, &c.

℣. 24. Ms. Corb. delet hoc, *novi testamenti.* Cantabr. verò legit : *Hoc est sanguis meus, qui est testamenti, qui pro multis effunditur.* S. Germ. 2. *effundetur in remissionem peccatorum.* Gr. Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον· al. ὑπὲρ πολλῶν; al. ἐκχυθησόμενον; quidam subdunt, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

℣. 25. Ms. Corb. *Amen dico vobis, quòd jam non bibam de generatione vitis, usque in diem illum*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *quia non adponam bibere ex generatione vitis, usque*, &c. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *quòd jam non bibam de genimine vitis*, &c. S. Germ. 2. *vobis, jam non bibam amodo de genimine vitis*, &c. S. Gat. *quoniam non bibam de germine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum novum in*, &c. Gr. ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν, &c. Mss. plures, ἐκ τοῦ γενήματος.

℣. 26. Textui Colb. favent Mss. Corb. Cantabr. & S. Germ. ambo; Græc. verò Vulgatæ.

℣. 27. Ms. Corb. *Tunc ait illis Jesus : Omnes vos scandalizari habetis : quia scriptum est*, &c. ut in Vulg. Accinit Cantabr. nisi quòd præponit *qui*, voci *omnes.* S. Germ. 1. *Et ait eis : Omnes scandalizamini in nocte ista : quia scriptum est*, &c. S. Gat. *Omnes vos scandalizamini in ista nocte*, &c. S. Germ. 2. *Et ait illis : Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte*, &c. Gr. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam habent πάντες ὑμεῖς; plures delent ἐν ἐμοὶ; sicut alii, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· aliqui verò extremò addunt τῆς ποίμνης, ad *oves.* Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 358. a. *Quia vos omnes scandalizabimini in me.*

℣. 28. Ita legit Ms. Corb. Cantabrig. verò habet, *Sed posteaquam surrexero*, &c. Itidem S. Germ. 1. Græcè, Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, &c.

℣. 29. Ms. Corb. *Petrus verò dixit illi : Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego scandalizabor.* Cantabrig. *Petrus verò ait illi : Et si omnes scandalizati fuerint, sed ego non scandalizabor.* Itidem S. Germ. 1. detractâ voculâ *sed.* Mss. S. Mart. Turon. & S. Gat. pariter delent *in te*; cæt. ut in Vulg. Ita quoque in Græco est : Ms. tamen quidam initio habet, Πέτρος ἀποκριθεὶς λέγει· subinde alii addunt ἐν σοὶ, post *scandalizati fuerint.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1523. d. *Et si alii scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor.* Vide Matth. 26. 33.

℣. 30. Ms. Corb. *Cui dixit Jesus : Amen dico tibi, quòd hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Cantabr. *Ait illi Jesus..... quod hac nocte, priusquam gallus cantet, ter me negabis.* S. Germ. 1. *in nocte hac, priusquam gallus bis vocem det, ter me negaturus es.* S. Germ. 2. *priusquam bis gallus cantet, ter me negatus eris.* Gr. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς..... ὅτι σήμερον (al. σὺ σήμερον) ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

℣. 31. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd initio habet, *Et ille.* Cantabr. ut in Vulg. exceptis his, *simul me commori, non te negabo.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *commori tecum.* Gr. Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον· Ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, &c. ut in Vulg. Quidam delent μᾶλλον, post ἔλεγε.

℣. 32. Ms. S. Germ. 2. *Et venerunt*, &c. ut in Vulg. S. Gat. *Et venerunt..... cui nomen est Getsamani*, &c. Item in Corb. *Getsamani.* In Cantabr. *Et veniunt in..... cui nomen est Gesamani. Et ait illis : Sedete*, &c. Gr. Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον, οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ, &c. Mss. quidam, Γησαμανεί; al. Γηθσημανί; al. Γηθσημανεῖ.

℣. 33. Ms. Cantabr. convenit cum textu Colbert. nisi quòd scribit *pavere.* Itidem Corb. habet, præter unum *assumit.* S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. *Et assumpsit*, &c. quæ in Vulg. Gr. Καὶ παραλαμβάνει..... καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι, καὶ ἀδημονεῖν.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Tunc ait illis : Contristata est anima mea*, &c. quæ supra. Corb. *Et ait illis : Contristata est*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. *sustinete hic, & vigilate mecum.* Græcè ut in textu Colb. & Vulgata : Mss. tamen quidam ipso initio ferunt, Τότε λέγει; & alii in fine, γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

℣. 35. Ms. Corb. *Et accedens pusillùm, procidit in faciem super terram : & orabat, si fieri potest, transiret ab eo illa hora.* Cantabr. *Et cùm processisset paululum, cecidit in faciem super terram : & orabat, si fieri potest, ut transiret ab eo hora hæc.* S. Germ. 2. *processit super terram in faciem suam*, &c. Gr. Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ προσηύχετο, ἵνα εἰ δυνατόν ἐστι, &c. ut in Vulg. Mss. plures, Καὶ προσελθὼν· subinde alii, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, &c. quidam, ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ· extremò alii, ὥρα αὕτη.

℣. 36. Ms. Corb. concinit cum Vulg. præterquam quòd ultimò habet, *sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Sangerm. 2. *sed quod non ego volo, sed quod tu vis.* Cantabr.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

37. Et venit, & invenit eos dormientes. Et ait Petro : Simon, dormis ? non potuisti una hora vigilare ?

38. Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma.

39. Et iterum abiens oravit, eundem sermonem dicens.

40. Et reversus, denuò invenit eos dormientes, ( erant enim oculi eorum gravati ) & ignorabant quid responderent ei.

41. Et venit tertiò, & ait illis : Dormite jam, & requiescite. Sufficit : venit hora : ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

42. Surgite, eamus : ecce qui me tradet, prope est.

43. Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes unus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & lignis, à summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus.

Matth. 26. 47. Luc. 22. 47. Joan. 18. 3.

44. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens : Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè.

45. Et cùm venisset, statim accedens ad eum, ait : Ave Rabbi: & osculatus est eum.

46. At illi manus injecerunt in eum, & tenuerunt eum.

47. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit servum summi sacerdotis: & amputavit illi auriculam.

48. Et respondens Jesus, ait illis : Tanquam

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

37. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes. Et ait Petro : Simon dormis ? non valuisti una hora vigilare ?

38. Surgite, & orate ut transeat à vobis tentatio. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

39. Et iterum abiit orare.

40. Et veniens, invenit illos dormientes, ( erant enim oculi eorum gravati ) & ignorabant quid responderent ei.

41. Et venit tertiò, & dixit illis : Dormite jam, & requiescite. Adest enim consummatio, & hora : ecce tradetur Filius hominis in manibus peccatorum.

42. Et nunc surgite, eamus : jam enim proximat traditor meus.

43. Adhuc eo loquente, venit Judas Scariotha unus de duodecim, & cum illo turba multa, cum gladiis & fustibus, à summis sacerdotibus, & senioribus, & Scribis missi.

44. Dedit autem signum qui tradidit eum, dicens : Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite diligenter.

45. Et cùm accessisset, ait illi : Ave Rabbi : & osculatus est illum.

46. Illi verò qui acceperant signum, injecerunt manus in illum, & tenuerunt eum.

47. Et unus de circumstantibus exemit gladium suum, & percussit servum principis sacerdotum : & amputavit auriculam ejus.

48. Et respondens, ait illis Jesus : Tanquam ad

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*si possibilia omnia tibi sunt, transferre hunc calicem à me, non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Græc. Vulgatæ respondet : Mss. tamen nonnulli extremò ferunt, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Tertul. l. de fuga in perf. p. 972. a. ait : *Postulavit & ipse à Patre, si fieri posset, transiret ab illo calix passionis :* subinde addit : *verùm non quod ego volo, sed quod tu.* Cypr. l. 3. Testim. p. 311. b. *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste, veruntamen non quod ego volo, sed quod tu.* Hilarius l. 9. & 10. de Trin. col. 1032. a. 1060. d. *Pater, possibilia tibi omnia sunt :* & inf. 1056. b. *Abba pater, possibilia tibi omnia sunt, transfer hunc calicem à me ;* Mss. Sorb. & Colb. *si omnia possib.* Carnut. *si possibile est, transfer à me cal. istum.* Ambros. in Ps. 1. col. 756. a. *Pater, transfer à me calicem istum, sed non quod ego volo, sed quod tu vis :* & in Ps. 39. col. 862. e. *Pater, si possibile est, transfer à me calicem hunc, sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis :* & l. 2. de fide, to. 2. 477. e. *Pater meus, si possibile est, transfer à me calicem hunc :* & in Ps. 39. col. 864. d. *non quod ego volo, sed quod tu vis.* Maximin. Arian. apud August. to. 8. 671. g. *Abba pater, transeat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Vide Matth. 26. 39.

℣. 37. Mss. Corb. & Cantabr. Vulgatæ congruunt, nisi quòd habent, *non potuistis una hora.* S. Gat. *Et venit ad eos, & invenit eos..... non potuisti una hora vigilare mecum ?* Gr. οὐκ ἴσχυσας ; Mss. verò plures, οὐκ ἰσχύσατε ; quidam in fine addunt, μετ' ἐμοῦ, verbo *vigilare.*

℣. 38. Ms. Corb. textui Colbert. consonat ad verbum. Cantabr. *Vigilate, & orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* S. Germ. 1. *Spiritus quidem promptus, caro verò,* &c. Ita quoque in Græco est. Apud Cypr. l. de orat. Dom. p. 212. b. *Vigilate, & orate ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

℣. 39. Textui Colb. succinunt Mss. Corb. & Cantabr. nec addunt plura. Græcè ut in Vulg.

℣. 40. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nec etiam Cantabr. præterquam quòd jungit *à somno*, verbo *gravati.* S. Gat. *ingravati à somno.* Græcè ut in Vulg. translato adv. *denuo*, post *invenit eos.*

℣. 41. Ms. Corb. *Et venit tertiò, & ait illis : Dormite jam, & requiescite. Adest enim consummatio, & venit hora : ecce Filius,* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *& requiescite. Sufficit : finis & hora : ecce traditur Filius,* &c. S. Germ. 2. *& ecce tradetur,* &c. Gr. Vulgatæ congruit, nisi exceperis verbum παραδίδοται, *traditur :* Ms. unus tollit verb. Ἀπέχει, *Sufficit ;* contra quidam hab. Ἀπέχει τὸ τέλος· paulòque post unus παραδοθήσεται.

℣. 42. Ms. Corb. *Surgite, eamus : ecce proximat traditor meus.* Cantabr. *ecce prope est qui me tradet.* Gr. ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με, ἤγγικε.

℣. 43. Ms. Corb. *Et, adhuc.... venit Judas Scarioth unus de duodecim, & cum eo turba, cum gladiis & fustibus, à principibus sacerdotum missi.* Cantabr..... *Judas Scariotes unus ex duodecim, & cum illo turba multa, cum gladiis & fustibus, à summis sacerdotibus, & ab Scribis, & à senioribus.* Sangerm. 1. *Judas Scarioth unus ex duodecim, & cum illo..... cum gladiis & fustibus,* &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *Judas Scarioth unus ex duod..... cum gladiis & linguis,* ( l. *lignis* ) *missi à principibus sacerdotum, & Scribis, & à senioribus.* S. Gat. & S. Mart. Turon. *missi à summis sacerdotibus,* &c. Gr. Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας εἷς ὢν τῶν δώδεκα, &c. ut in Vulg. quidam delent εὐθέως ; paulò verò post addunt plures, Ἰσκαριώτης ; sicut alii, ἀπεσταλμένοι παρὰ τῶν ἀρχιερέων, &c.

℣. 44. Ms. Corb. *Dederat autem traditor ejus signum, dicens : Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete illum, & ducite diligenter.* Cantabr. *Dederat autem..... signum, dicens : Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum diligenter.* S. Germ. 1. *dicens eis : Quemcunque..... & ducite eum cautè.* S. Mart. Turon. *ducite cum omni sollicitudine.* Gr. Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω..... καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς· Mss. quidam initio ; Ἐδεδώκει δὲ, &c.

℣. 45. Ms. Corb. *Et cùm accessisset, ait illi : Rabbi : & osculatus est illum.* Cantabr. *Et accedens, ait illi : Rabbi,* &c. S. Germ. ambo similiter adimunt *Ave.* S. Mart. Turon. breviùs, *ait : Rabbi.* Gr. Καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει· Ῥαββὶ, Ῥαββί· καὶ, &c. Mss. quidam initio delent ἐλθών ; alii verò paulò post habent, Χαῖρε Ῥαββί.

℣. 46. Ms. Corb. *Illi verò manus injecerunt, & tenuerunt eum.* Cantabr. *At illi manus injecerunt, & tenuerunt eum.* Gr. Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ, &c. al. deest ἐπ' αὐτὸν, necnon αὐτῶν, post χεῖρας.

℣. 47. Ms. Corb. *Et unus de circumstantibus, exempto gladio, percussit servum principis sacerdotum : & amputavit auriculam ejus.* Cantabrig. *Et unus ejiciens gladium, percussit servum principis sacerdotis : & amputavit illi auric.* S. Gat. *servum summi pontificis ;* Græc. τοῦ ἀρχιερέως ; cæt. ut in Vulgata ; nisi ult. exceperis, αὐτοῦ τὸ ὠτίον, *ejus auriculam.*

℣. 48. Ms. Corb. *Jesus autem dixit illis : Tanquam ad latronem venistis cum gladiis & fustibus,* &c. Cantabr. *Jesus autem ait illis : Ad latronem existis cum gladiis & fustibus,*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me?

49. quotidie eram apud vos in templo docens, & non tenuistis me. Sed ut compleantur Scripturæ.

50. Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.

51. Adolescens autem quidam sequebatur eum à longè amictus sindonem: & tenuerunt eum.

52. At ille relicta sindone, fugit nudus.

53. Et adduxerunt Jesum ad principem sacerdotum: & convenerunt omnes principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores.

54. Petrus autem à longè sequebatur, donec venit intus in atrium summi sacerdotis: sedens cum ministris, calefaciebat se ad ignem.

55. Principes autem sacerdotum, & omne concilium, quærebant adversùs Jesum testimonium, ut morti eum damnarent, & non inveniebant.

56. Multi autem testimonium falsum dicebant adversùs eum: nec erant convenientia testimonia.

57. Alii autem exsurgentes falsi testes, dicebant adversùs eum:

58. Hic dixit: Ego destruam templum hoc manu factum, & post triduum suscitabo illud non manu factum.

59. Et non erat æquale testimonium illorum.

60. Tunc exsurgens princeps sacerdotum in medio, cœpit interrogare Jesum, dicens: Quare nihil respondes quicquam adversùs accusationes eorum?

61. Ille autem tacebat, & nihil respondit. Ad quem iterum ait: Tu es Christus filius Benedicti?

VULGATA NOVA.

ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me?

49. quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturæ.

50. Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt. Matth. 26. 56.

51. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum.

52. At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis.

53. Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: & convenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores. Matth. 26. 57. Luc. 22. 54. Joan. 18. 13.

54. Petrus autem à longè secutus est eum, usque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.

55. Summi verò sacerdotes, & omne concilium, quærebant adversùs Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant. Matth. 26. 59.

56. Multi enim testimonium falsum dicebant adversùs eum: & convenientia testimonia non erant.

57. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversùs eum, dicentes:

58. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo. Joan. 2. 19.

59. Et non erat conveniens testimonium illorum.

60. Et exsurgens summus sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi objiciuntur ab his?

61. Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. S. Germ. 2. *cum gladiis & linguis*, &c. Græcum ut in Vulg.

℣. 49. Ms. Corb. textui Colbert. congruit, præterquam quòd legit, *ut adimpleantur*. Similiter habet Cantabr. cum utroque Sangerm. necnon Ms. S. Mart. Turon. Græcè ut in Vulgata.

℣. 50. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, S. Mart. Turon. & S. Gat. Corb. verò, cum Cantabr. simpliciter: *Et relinquentes eum, omnes fugierunt:* nec aliter in Græco est. Mss. tamen quidam habent: Τότε οἱ μαθηταὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἅπαντες ἔφυγον· al. ἀφέντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, &c.

℣. 51. Ms. Corb. *Adolescens quidam sequebatur eos amictus sindone supra nudum: &*, &c. Cantabr. *Adolescens autem quidam sequebatur illos amictus sindone nuditatis: &*, &c. S. Germ. 1. *super nudum.* Græc. Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι· Mss. quidam hab. ἠκολούθει αὐτοῖς· quidam verò delent ult. οἱ νεανίσκοι.

℣. 52. Similiter habent *relicta sindone* Mss. Corb. Cantabr. & S. Germ. Græcè, Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν· Copt. delet ult. ἀπ' αὐτῶν. Cantabrig. Lat. legit, *profugit nudus ab eis.*

℣. 53. Ms. Corb. *Et adduxerunt Jesum ad principem sacerdotum: & convenerunt principes sacerdotum, & Scribæ*, &c. Cantabr. *ad summum sacerdotem: & convenerunt omnes summi sacerdotes, & Scribæ*, &c. S. Germ. 2. *ad summum sacerdotum: & conveniunt omnes sacerdotes*, &c. S. Mart. Turon. similiter, *& conveniunt.* Gr. Καὶ ἀπήγαγον... πρὸς τὸν ἀρχιερέα· καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ Γραμματεῖς· Mss. plures, καὶ συνῆλθον αὐτῷ· al. οἱ ἱερεῖς. Ambros. in Ps. 118. col. 1135. b. *convenerunt sacerdotes, & Scribæ, & seniores.*

℣. 54. Ms. Corb. *Et Petrus à longè sequebatur, usque in atrium principis sacerdotum: & sedens cum ministris, calefaciebat se ad ignem.* Cantabrig. *Et Petrus à longè sequebatur eum, usque in atrium summi sacerdotis: & erat sedens cum ministros calefacientes se ad ignem.* S. Germ. 1. *usque in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.* Itidem S. Germ. 2. S. Mart. Turon. & S. Gat. hoc interjecto *usque intrò.* Græcè pariter: Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ, ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως· καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς· al. deest ult. πρὸς τὸ φῶς· al. scriptum πῦρ, loco φῶς.

℣. 55. Ms. Corb. *Principes autem sacerdotum, & universum concilium, quærebant..... ut eum morti darent, & non inveniebant.* Cantabr. *Summi verò sacerdotes, & universum concilium, quærebant..... ut morti traderent eum, & nec inveniebant.* Sic etiam in Græco est, præter unum οὐχ, *non*, pro *nec* penul.

℣. 56. Mss. Cantabr. S. Germ. &c. nil omnino differunt à Vulgata. Ipsi etiam Græcum consonat; sicut Ms. Corb. Lat. nisi quòd hab. *Multi autem.*

℣. 57. Ms. Corb. *Et alii exsurgentes, falsum testim. dicebant adversùs eum.* Cantabr. *Et alii surgentes, falsum testim. dicebant adversùm eum.* Græcè ut in Vulg. Ms. 1. tamen initio hab. Καὶ ἄλλοι δὲ ἀναστάντες, &c.

℣. 58. Ms. Corb. *Quoniam nos audivimus hunc dicentem: Ego destruam templum Dei manu factum, & post triduum illud suscitabo non manu factum.* Cantabr. *Quoniam nos audivimus hunc dicentem: Quia ego destruam hoc templ. manu factum, & post tertium diem aliud suscitabo non manibus factum.* Gr. Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος· Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω· al. μετὰ τρεῖς ἡμέρας, loc. διὰ τριῶν, &c.

℣. 59. Ms. Corb. *Et non erant æqualia testimonia illorum.* Cantabr. *Et nec sic erat conveniens testimonia illorum.* Gr. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν· al. ἴσαι ἦσαν αἱ μαρτυρίαι.

℣. 60. Ms. Corb. *Et exsurgens princeps sacerdotum in medium, interrogabat Jesum, dicens: Non respondes quidquam adversùm ea, quæ*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Et exsurgens summus sac. in medium, interrogabat Jesum, dicens: Non respondes nihil? quid isti tibi testantur?* Gr. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;

℣. 61. Ms. Cantabr. *Ille autem tacens, nihil respondit. Et ait illi summus sacerdos: Tu es Christus filius Benedicti?* Corb. *Ille autem tacuit, & nihil respondit. Iteratò ait: Tu es Christus filius Benedicti?* S. Germ. 1. *Iterum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Christus filius Be-*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Matth. 24.30.& 26.64. 62. Jesus autem dixit illi : Ego sum : & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli.

63. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait : Quid adhuc desideramus testes ?

64. Audistis blasphemiam : quid vobis videtur ? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.

65. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei : Prophetiza : & ministri alapis eum cædebant.

Matth. 26.69. 66. Et cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis :

Luc. 22. 56. Joan. 18.17. 67. & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait : Et tu cum Jesu Nazareno eras.

68. At ille negavit, dicens : Neque scio, neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantavit.

Matth. 26.71. 69. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus : Quia hic ex illis est.

Luc. 22. 56. Joan. 18.25. 70. At ille iterum negavit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro : Verè ex illis es : nam & Galilæus es.

71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare : Quia nescio hominem istum, quem dicitis.

Matth. 26.75. Joan. 13.38. 72. Et statim gallus iterum cantavit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus : Priùs quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

62. Jesus verò ait illi : Ego sum : & videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis, & venientem cum nubibus cœli.

63. Ad hæc summus sacerdos scidit vestimenta sua, & ait : Quid ampliùs quæritis operam testium ?

64. Audistis blasphemiam : quid vobis videtur ? Omnes autem judicaverunt eum esse reum mortis.

65. Et cœperunt quidam irridere eum, & conspuerunt in illum ; & velantes faciem ejus, colaphizabant eum, & dicebant ei ministri : Prophetiza nobis : & alapis eum cædebant.

66. Petrus autem cùm esset in atrium, venit ad illum una ex ancillis summi sacerdotis :

67. cùm vidisset illum calefacientem se, aspiciens, ait illi : Et tu cum Jesu Nazareno eras.

68. At ille negavit, dicens : Neque scio, neque novi quid dicis. Et exiit foris ante atrium.

69. Rursum autem cùm vidisset illum altera ancilla, cœpit dicens astantibus : Quia & hic ex illis est.

70. Et ille iterum negavit. Et post pusillum iterum qui astabant, dixerunt Petro : Verè ex ipsis es : nam & Galilæus es.

71. Ille autem cœpit devotare se, & jurare : Quia nescio hominem istum, quem dicis.

72. Et continuò gallus cantavit. Tunc rememoratus est Petrus verbum, quod dixit illi Jesus : Priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. Et cœpit flere.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nedicti ?* Ita quoque habetur Græcè : Mss. tamen quidam id præponunt, Θεοῦ τοῦ, ultimæ voci, εὐλογητοῦ. Hilar. verò l. 6. de Trin. col. 912. a. legit : *Tu es Christus filius Benedicti ?* Ambr. l. de Joseph, c. 12. col. 506. c. *Tu es Filius Dei ?*

℣. 62. Ms. Corb. *Jesus autem respondens, ait illi : Ego sum : & videbitis Filium hom. sedentem ad dexteram Dei, & venientem cum*, &c. Cantabr. *Jesus verò respondens, dixit illi : Ego sum : & videbitis Fil. hominis ad dexteram sedentem virtutis, venientem cum*, &c. S. Mart. Turon. *à dextris sedentem virtutis, & venientem cum*, &c. Itidem S. Germ. 2. *à dextris virtutis*, absque seq. *Dei*. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἐγώ εἰμι· καὶ ὄψεσθε τὸν Υἱὸν.... καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον, &c. Ambros. in Ps. 40. 878. b. *videbitis ab hinc Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis.* Vide Matth. 24. 64.

℣. 63. Ms. Corb. *Audiens hæc summus sacerdos, scidit vestimenta sua, & ait : Quid adhuc opus habemus testibus ?* Cantabr. *Summus autem sacerdos scidit vestimenta sua, & ait : Quid*, &c. quæ in Vulg. Græcè ut in eadem Vulgata, nisi quòd extremò habetur, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων ; ut in Corb. sup. Apud Ambr. verò in Ps. 118. col. 1007. b. *Quid adhuc desideramus testes ?*

℣. 64. Ms. Cantabr. *Audistis omnes blasphemias ejus : quid... Omnes autem condemnaverunt eum reum mortis.* S. Mart. Turon. & S. Gat. *Audistis blasphemiam ejus*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *Et omnes condemnaverunt eum reum mortis.* Græc. Οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου· al. Καὶ πάντες.

℣. 65. Ms. Cantabr. *Et cœperunt quidam conspuere in faciem ejus, & colaphizabant eum, & dicebant ei : Propheta : & alapis cædebant eum.* Corb. *Et cœperunt quidam conspuere eum, & velantes faciem ejus, colaphis agere, & dicere : Prophetiza : & ministri cum voluntate alapis eum cædebant.* S. Gat. *Prophetiza nobis Christe, qui est qui te percussit ? & ministri*, &c. Græcè ut in Vulgata : sed Mss. plures habent : Προφήτευσον ἡμῖν Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε ; καὶ, &c.

℣. 66. Ms. Corb. cum Cantabr. *Et cùm esset Petrus in atrium, venit ad illum* ( vel *eum* ) *una*, &c. S. Germ. 1. *in atrium seorsum.* Gr. ut in Vulg.

℣. 67. Ms. Corb. *& cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens, ait illi : Et tu cum Jesu Nazoreo eras.* Itidem Cantabr. excepto uno *Nazoreno*. Græc. Vulgatæ favet. Ms. tamen quidam delet Πέτρον ; alius loco ejus ponit αὐτόν.

℣. 68. Ms. Cantabrig. non differt à Vulgata, nisi uno isto, *quid dicis*, pro *dicas*. Corb. delet inf. *ante atrium*. S. Mart. Turon. hab. *At ille negavit : Neque scio, neque novi quid dicis*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων· Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον, καὶ, &c. ut in Vulg. at in Copt. deest ultimum καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Anonym. ap. Cypr. de rebapt. p. 359. c. *Nescio quid dicas, neque novi te.*

℣. 69. Ms. Corb. *Iterum autem cùm audisset illum ancilla, cœpit dicere astantibus : Quia & hic ex illis est.* Cantabr. *Iterum autem cùm vidisset eum ancilla :* tum addit, *At ille rursus negavit*, quæ verba huc malè translata sunt, & pertinent ad ℣. 70. sequitur enim : *& cœpit dicere circumstantibus : Quoniam hic ex ipsis est :* deinde : *Et post pusillum*, &c. quæ infra. Gr. Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν· Ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν· Copt. habet, παιδίσκη ἑτέρα· subinde Ms. quidam, Ὅτι καὶ αὐτὸς, al. καὶ οὗτος.

℣. 70. Ms. Corb. *At ille iterum negavit. Et..... rursus qui astabant, dixerunt Petro : Verè ex illis es : nam Galilæus es.* Cantabr. *Et post pusillum iterum qui stabant, dicebant : Verè ex illis es : etenim Galilæus es.* S. Germ. 1. *ex illis es tu : nam*, &c. Græcè ut in Vulgata, præterquam quòd huic ult. *Galilæus es*, id subnectitur, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει, *& loquela tua similis est :* at Mss. quidam his posterioribus verbis carent.

℣. 71. Ms. Corb. *Ille autem cœpit devotare, & jurare : Quia non novi hominem istum, quem dicitis.* Cantabr. *At ille cœpit devotare, & dicere : Quia nescio hominem*, &c. Sangerm. 1. *cœpit eum anathematizare*, &c. Græc. Vulgatæ respondet. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1521. d. *Nescio hominem.*

℣. 72. Ms. Corb. *Et continuò gallus iterum cantavit. Et rememoratus est Petrus verbum, quod dixit illi Jesus : Priùs quàm gallus cantet, ter me neg.* &c. Cantabrig. *Et statim secundò gallus cantavit. Et rememoratus est Petrus verborum, quod dixerat illi Jesus. Et cœpit flere.* S. Gat. *verbi Jesu, quod dixerat ei : Priùs quàm gallus cantet bis*, &c. S. Germ. 1. delet *bis*. Gr. Καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Καὶ.... Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε· Mss. quidam initio legunt, Καὶ εὐθὺς ἐκ δευτέρου, &c. Pers. deletis his mediis, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνήσῃ με τρὶς, subdit : Καὶ ἤρξατο κλαίειν.



Digitized by Google

# CAPUT XV.

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 1. Cum autem manè factum esset, consilium fecerunt summi sacerdotes, cum senioribus, & Scribis, & universo concilio; & vinctum Jesum duxerunt in atrium, & tradiderunt Pilato.

2. Et interrogavit eum Pilatus, dicens: Tu es rex Judæorum? Ille verò ait: Tu dicis.

3. Et accusabant eum summi sacerdotes multa. Ipse autem nihil respondebat.

4. Iterum Pilatus interrogavit eum, dicens: Non respondes eis quicquam? ecce quanta te accusant.

5. Jesus autem nihil ampliùs respondit, ita ut Pilatus miraretur.

6. Per diem autem solemnem dimittere solebat eis unum vinctum, quemcunque petissent.

7. Erat autem in carcerem qui dicebatur Barabbas, cum seditiosis reclusus, qui in seditione fecerat homicidium.

8. Et cùm ascendisset turba, rogabant Pilatum, ut, sicut consueverat per diem festum, dimitteret illis unum vinctum.

9. Pilatus autem respondit illis, dicens: Vultis remittam vobis regem Judæorum?

10. Sciebat enim quòd per invidiam tradiderant eum principes sacerdotum.

11. Scribæ autem persuaserunt turbis, ut dicerent: Magis Barabban dimitte nobis.

12. Pilatus autem iterum respondit eis, dicens: Quid ergo vultis ut faciam regi Judæorum?

13. Illi verò clamaverunt, dicentes: Cruci eum affige.

14. Pilatus autem dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifige eum.

15. Tunc Pilatus volens populo satisfacere, di-

## Vulgata nova.

1. Et confestim manè consilium facientes summi sacerdotes, cum senioribus, & Scribis, & universo concilio, vincientes Jesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Matth. 27. 1. Luc. 22. 66. Joan. 18. 28.

2. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis.

3. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Matth. 27. 12. Luc. 23. 2. Joan. 18. 33.

4. Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant.

5. Jesus autem ampliùs nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

6. Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex vinctis, quemcunque petissent.

7. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.

8. Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.

9. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Judæorum?

10. Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

11. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis.

12. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Judæorum? Matth. 27. 22. Luc. 23. 14. Joan. 18. 39.

13. At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum.

14. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.

15. Pilatus autem volens populo satisfacere,

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. cum Cantabr. *Et confestim manè consilium fecerunt summi... & vinctum Jesum duxerunt in atrium; & tradid.* &c. S. Mart. Turon. pariter, *vinctum Jesum duxerunt.* Gr. Vulgatæ favet, nisi quòd habet καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, loco *& universo concilio;* & ἀπήνεγκαν, pro *duxerunt.* Ambros. in Ps. 118. col. 1135. b. *fecerunt sacerdotes consilium cum senioribus, ut eum traderent.* Vide Matth. 27. 1.

℣. 2. Ms. Corb. ut in Vulgata, deleta voce *illi*, post *ait.* Cantabr. *Et respondens, dixit illi: Tu dicis.* Gr. Vulgatæ consonat: Ms. tamen unus addit λέγων, ad nomen Πιλάτος.

℣. 3. Ms. Corb. *Et accusabant eum summi sacerdotes multa:* nec addit alia. Itidem Cantabr. unà cum Græco: Mss. tamen plures post ult. πολλὰ, subdunt, Αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο.

℣. 4. Ms. Corb. *Iterum Pilatus interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide quanta te accusant.* Cantabr. *Pilatus autem interrogavit eum iterum, dicens: Non respondis quidquam? vides quanti te accusant.* Gr. Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν, al. κατηγοροῦσιν.

℣. 5. Ms. Corb. delet *ampliùs.* Cantabrig. Vulgatæ respondet, & Græco.

℣. 6. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. prætérquam quòd habet *ex vinctis*, pro *vinctum.* Cantabr. ut in Vulgata. Græc. Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, &c.

℣. 7. Ms. Corb. *Erat autem qui dicebatur Barrabbas, cum seditiosis clausus, qui in seditione,* &c. Cantabr. *& cum seditiosis vinctus, qui in sedit.* &c. S. Gat. *nam in carcere qui cum seditiosis erat vinctus,* &c. Gr. Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς, μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν· Ms. 1. verò cum Armen. ὅς ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκει.

℣. 8. Ms. S. Gat. Et *cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis per diem solemnem, ut dimitteret unum vinctum.* S. Mart. Turon. *Et cùm accessisset turba, cœpit rogare eum, sicut,* &c. quæ in Vulgata. Corb. *Et cùm ascendisset turba, rogabat, sicut semper faciebat eis.* Cantabr. *Et ascendit tota turba, & cœpit rogare eum, sicut semper faciebat eis.* Gr. Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, ἤρξατο αἰτεῖσθαι καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς· Mss. quidam initio, Καὶ ἀναβὰς ὁ ὄχλος· Armen. inf. καθὼς εἰώθει, ἵνα ἀπολύσῃ αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν.

℣. 9. Ms. Corb. *Pilatus autem respondens illis, dixit:* &c. ut in Vulg. Cantabr. *Pilatus autem respondens, ait illis: Vultis dimittam regem Jud.* Gr. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων, &c. ut in Vulg.

℣. 10. Ms. Corb. textui Colb. accedit; Cantabr. verò Vulgatæ. Græc. utrique respondet.

℣. 11. Ms. Corb. *Principes autem sacerdotum persuaserunt turbæ, ut magis Barabbam dicerent.* Cantabr. *Principes verò sacerdotum suaserunt turbas, ut magis Barabbam dimitteret eis.* S. Gat. *ut magis Baraban peterent dimittere eis.* Gr. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, ἀνέπεισαν.

℣. 12. Ms. Corb. *Pilatus autem respondens, ait: Quid ergo vultis faciam,* &c. Cantabr. *Pilatus autem respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regem,* &c. S. Germ. 2. delet *ergo;* S. Gat. hab. *ut faciam;* S. Germ. 1. *regem Judaorum.* Gr. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀποκριθεὶς πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς· Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν, &c. Mss. plures tollunt πάλιν; sicut alii, ὃν λέγετε.

℣. 13. Ms. Corb. *At illi exclamaverunt, dicentes: Cruci adfige eum.* Cantabr. *At illi magis clamabant: Cruci adfige eum.* S. Mart. Turon. *At illi iterum clamabant: Crucifige eum.* S. Gat. *At illi iterum clamaverunt, dicentes: Crucifige, crucifige eum.* Græcè ut in Vulg. Mss. tamen quidam verbo ἔκραξαν, subdunt λέγοντες; alii geminant verb. σταύρωσον.

℣. 14. Ms. Corb. *Pilatus ergo..... Quid enim malè fecit? At illi clamabant: Crucifige eum.* Cantabrig. *Cruci adfige eum;* cæt. ut in Vulg. Græc. nil omnino differt à Vulg. Ms. 1. tamen jungit λέγοντες, verbo ἔκραξαν.

℣. 15. Ms. Corb. *Pilatus autem dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum,* &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Pilatus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

Matth. 16. Milites autem duxerunt eum in atrium præ-
27. 27. torii, & convocant totam cohortem,
Joan. 17. & induunt eum purpura, & imponunt ei
19. 2. plectentes spineam coronam.

18. Et cœperunt salutare eum: Ave rex Judæorum.

19. Et percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.

20. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum ut crucifigerent eum.

Matth. 21. Et angariaverunt prætereuntem quem-
27. 32. piam, Simonem Cyrenæum, venientem de villa,
Luc. 23. patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus.
26.

22. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Calvariæ locus.

23. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.

Matth. 24. Et crucifigentes eum, diviserunt vestimen-
27. 35. ta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid
Luc. 23. tolleret.
34.
Joan. 25. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt
19. 23. eum.

26. Et erat titulus causæ ejus inscriptus: REX JUDÆORUM.

27. Et cum eo crucifigunt duos latrones; unum à dextris, & alium à sinistris ejus.

Isai. 53. 28. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et
12. cum iniquis reputatus est.

29. Et prætereuntes blasphemabant eum, mo-
Joan. 2. ventes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis
19. templum Dei, & in tribus diebus reædificas:

VERSIO ANTIQUA.

misit illis Barabban, & tradidit illis Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur. Ex Ms. Colbert.

16. Milites ergo acceptum Jesum duxerunt eum in atrium prætorii, & convocaverunt cohortem,

17. & vestierunt eum purpuram, & imposuerunt illi factam spineam coronam.

18. Et salutabant eum, dicentes: Ave rex Judæorum.

19. Et percutiebant illum de arundine in caput: & conspuebant ei, & ponentes genua, adorabant eum.

20. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpuram, & induerunt illum vestimenta sua: & duxerunt illum ut crucifigerent eum.

21. Et apprehenderunt quemdam Cyrenæum transeuntem, cui nomen erat Simon, qui veniebat de villa sua; erat autem pater Rufi & Alexandri; & fecerunt illum portare crucem ejus.

22. Et duxerunt in Golgotha: quod interpretatur Calvariæ locus.

23. Et dederunt ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.

24. Et crucifixerunt eum, & diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem, quis quid tolleret.

25. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum.

26. Et erat inscriptio causæ ejus: JESUS REX JUDÆORUM.

27. Et crucifixerunt cum eo duos latrones; unum à dextris nomine Zoathan, & alium à sinistris nomine Chammatha.

28. Et adimpleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est.

29. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: Vah qui destrues templum, & reædificas illud tribus diebus:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*autem dimisit illis Barabban: Jesum autem flagellis cæsum tradidit, ut cruci adfigeretur.* S. Gat. *reddidit illis Jesum;* S. Germ. 2. *tradidit eis Jesum.* Græcè tota quæ in Vulg.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Milites autem duxerunt eum intus in atrium quod est prætorii, & convocaverunt totam cohortem.* S. Gat. *duxerunt Jesum intrò in atrium*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. & S. Mart. Tur. *duxerunt eum intrò in atrium prætorium*, S. M. *prætorii.* Corb. ut in Vulg. ad verbum. Græc. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν. Mss. quidam, αὐτὸν εἰς τὴν αὐλήν· al. ἕως τῆς αὐλῆς.

℣. 17. Ms. Corb. concinit cum textu Colbert. nisi quòd scribit *purpura.* Cantabr. *& induerunt eum purpuram, & imposuerunt ei coronam factam de spinis.* Gr. καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ, &c. ut in Vulgata.

℣. 18. Ms. Corb. similiter cum textu Colbert. detracto uno *dicentes.* Cantabr. verò Vulgatæ congruit, nisi quòd scribit *Habe*, pro *Ave.* Gr. ut in Vulg.

℣. 19. Ms. Corb. *Et percutiebant illum de arundine in caput: & conspuebant ei, & ponebant genua*, &c. In Cantabr. hæc sola: *Et percutiebant eum arundine in caput: & conspuebant eum.* Græcè ut in Vulgata ad verbum. Auct. l. cont. Jud. apud Cypr. p. 499. b. his alludens dicit: *Alii verò irridentes, de arundine caput ejus quassabant, blasphemantes, & dicentes: Ave rex Judæorum.*

℣. 20. In Ms. Corb. eadem sunt quæ in textu Colbert. nisi quòd habetur initio, *deluserunt ei;* ultimòque deletur *eum*, post *crucifigerent.* Cantabrig. breviùs: *Et postquam exuerunt eum purpuram, & induerunt eum vestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigerent.* Gr. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια· καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Ms. Corb. *Et angariaverunt transeuntem Simonem Cyrenæum, venientem de villa, patrem Alexandri, ut tolleret crucem ejus.* Cantabr. *Et angariaverunt Simonem transeuntem Cyrenæum, veniente de villa, patre Alexandri & Rufi, ut*, &c. quæ in Vulg. S. Mart. Turon. *quemdam Simonem Cyrenæum*, &c. Gr. Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα, Σίμωνα Κυρηναῖον, ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, &c. ut in Vulgata.

℣. 22. Ms. Corb. *Et adducunt illum*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et perduxerunt eum in locum Golgotha*, &c. Græc. Καὶ φέρουσιν αὐτὸν, &c. ut in Vulg. Mss. plures, Καὶ ἄγουσιν, &c.

℣. 23. Ms. Corb. textui favet Colb. Cantabr. verò habet, *Et dabant ei bibere murram cum vino: & non accepit.* Græcum ut in Vulgata, nisi hoc ult. exceperis, ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.

℣. 24. Ms. Corb. nil differt à textu Colbert. Cantabr. autem legit: *Et cruci adfixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super ea:* nec addit plura. Græc. Vulgatæ respondet. August. quoque tr. 118. in Joh. to. 3. 799. c. eadem omnino refert quæ in Vulg. Marcum comparando cum aliis tribus Evangelistis.

℣. 25. Ms. Corb. *Erat autem hora diei tertia: & custodiebant eum.* Itidem in Cantabr. sed absque voce *diei.* Græc. textui Colb. congruit, & Vulgatæ; necnon August. tract. 116. & 117. in Joh. col. 795. f. 796. e.

℣. 26. Ms. Corb. *Et erat superscriptio criminis scripta: Rex Judæorum.* Cantabr. *Erat autem causa criminis ejus inscriptio: Hic est rex Judæorum.* Gr. Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ, &c. ut in Vulg. al. ἡ αἰτία τῆς ἐπιγραφῆς· al. ultimò: Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεύς.

℣. 27. Ms. Corb. *Et cum eo crucifixerunt...... unum ad dexteram, & alium ad sinistram.* Sic etiam in Cantabr. nisi quòd repetitur *unum*, loco *alium.* Græcè: Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσι... ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα, &c.

℣. 28. Mss. Corb. & S. Germ. 1. textui Colbert. congruunt. Versus autem totus abest à Cantabr. Græcè ut in Vulg. In Mss. tamen quibusdam versus deest, sicut in Cantabr.

℣. 29. Ms. Corb. cum Vulgata concinit, deleta tantùm voce *Dei*, post *templum.* Cantabr. legit: *Et prætereuntes.... moventes capita, & dicentes: Qui destruit templum, & ædificat illud in tribus diebus.* S. Mart. Turon. *Va qui destruit templum, & in tribus diebus ædificavit.* Item S. Gat. *Va qui destruit..... ædificat.* S. Germ. 1. *Oa qui destruet templum, & in tribus diebus ædificat.* Itidem S. Germ. 2. præter hoc, *Va qui destruit.* Gr. Οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ... οἰκοδομῶν. Ambr. in Ps. 43. col. 911. c. *Qui prætéribant.* Sedul. Scot. in epist. ad Rom. p. 534. d. *Vah qui destruebas templum Dei.*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 30. salvum te fac, & descende de cruce.

31. Et Scribæ cum principibus sacerdotum irridentes eum, dicebant: Alios salvos fecit, teipsum salvum fac,

32. si Christus es: rex Israël descendat nunc de cruce, & credimus ei. Et qui simul cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

33. Et cùm hora esset sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram usque ad horam nonam.

34. Et nona hora exclamavit Jesus voce magna, dicens: Heli, Heli, lema sabacthani? quod est interpretatum, hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid exprobrasti me?

35. Et quidam de circumstantibus audiebant eum, & dicebant: Heliam vocat iste.

36. Et accurrens unus, implens spongiam aceto, imposuit arundini, & potum dabat ei, dicens: Sine, videamus si veniat Helias deponere eum.

37. Jesus autem emittens vocem magnam, emisit spiritum.

38. Et velum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum.

39. Cùm autem videret Centurio, qui stabat contra eum, quòd sic clamans emisisset spiritum, dixit: Verè hic homo Filius erat Dei.

40. Erant autem multæ mulieres à longè audientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris & Joseph, & mater Salome:

41. quæ cùm essent in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum ipso ascenderant Jerosolymis.

42. Et cùm serò esset factum (quod est parasceve sabbati)

43. venit Joseph ab Arimathia dives decurio, qui erat & ipse exspectans regnum Dei: hic constanter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.

### VULGATA NOVA.

30. salvum fac temetipsum descendens de cruce.

31. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.

32. Christus rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

33. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram usque in horam nonam.

34. Et hora nona exclamavit Jesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? *Psalm. 21. 2. Matth. 27. 46.*

35. Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

36. Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

37. Jesus autem emissa voce magna exspiravit.

38. Et velum templi scissum est in duo, à summo usque deorsum.

39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans exspirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.

40. Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris & Joseph mater, & Salome: *Matth. 27. 55.*

41. & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Jerosolymam. *Luc. 8. 2.*

42. Et cùm jam serò esset factum (quia erat parasceve, quod est ante sabbatum) *Matth. 27. 57.*

43. venit Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat exspectans regnum Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. *Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Mss. Cantabr. & Corb. ut in textu Colb. nec refragatur Græcum. Mss. tamen plures loco penult. καὶ κατάβα, ferunt καταβὰς, cum Vulg.

℣. 31. Ms. Corb. ipso initio: *Et principes sacerdotum illudentes*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Et summi sacerdotes irridentes alterutrum*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, &c. ut in Vulg. Mss. plures delent δὲ, post Ὁμοίως. Sever. Sulpic. ep. 1. p. 355. e. *Alios salvos fecit, seipsum salvum facere non potest.*

℣. 32. Ms. Corb. *Christus rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus ei. Et qui simul fixi erant, convitiabantur.* Cantabr. *Christus rex...... & videamus, & credamus ei. Et qui simul cum eo adfixi erant, convitiabantur.* S. Gat. *Si Christus rex Israël, descendat nunc..... ut videamus, & credamus ei*, &c. quæ in Vulg. Græc. ab ipsa nil differt: Ms. tamen unus initio habet: Εἰ ὁ Χριστός ἐστι βασιλεύς· subinde verbo πιστεύσωμεν, plures subdunt αὐτῷ.

℣. 33. Ms. Cantabr. initio hab. *Et facta est hora sexta*; dein, *tenebræ*, &c. quæ in Vulg. Corb. *Et facta hora*, &c. ut in Vulg. nisi id exceperis, *super totam terram*; S. Gat. *super universam terram*. Gr. ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν.

℣. 34. Ms. Corb. cum Vulgata concinit, nisi quòd delet verbum *dicens*; scribitque *lazapmathani*; ultimòque, *quare dereliquisti me?* Cantabr. *Et hora nona exclamavit voce magna: Heli, Heli, lama zaphtani, quod est interpr. Deus meus, Deus meus, quid me dereliquisti?* S. Gat. *Heloi, Heloi, lamazabathani.* Similiter S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Heloi, Heloi*; S. Germ. 2. & S. Mart. *lema zabachtani.* Gr. Vulgatæ respondet, nisi quòd hab. ἐβόησεν; at Mss. quidam, ἀνεβόησεν· subinde alii, Θεὲ, Θεέ μου. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1531. d. 1532. c. *clamavit Jesus voce magna, dicens: Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Tertul. l. contra Prax. p. 856. b. *Deus meus, ad quid me dereliquisti?*

℣. 35. Ms. Cantabr. *Et quidam de.... audientes, dixerunt: Heliam vocat iste.* Corb. *Ecce Heliam vocat iste.* S. Gat. *Helcani vocat iste.* Græc. ut in Vulg.

℣. 36. Ms. Corb. *Et accurrens unus, implevit spongiam aceto, & circumposuit arundini, potum dabat ei, dicens: Si videamus si venit Helias, & deponit eum.* Cantabr. *Et adcurrit unus, & plena spongia aceto, & potum dabat ei, dicens: Sine, videamus si venit Helias, & deponit eum.* Sangerm. 2. *si veniet.* S. Germ. 1. *si venit.* Græc. Vulgatæ favet. Mss. tamen plures loco pluralis Ἄφετε, habent sing. Ἄφες.

℣. 37. Ms. Corb. Vulgatæ consonat; sicut etiam Cantabr. nisi quòd habet, *missa voce.* Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε.

℣. 38. Textui Colb. congruunt Mss. Corb. Cantabr. & S. Gat. Solus Germ. 1. habet, *à sursum usque deorsum.* Gr. εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω.

℣. 39. Ms. Corb. vix uno differt à contextu Colb. nempe *emisit*, pro *emisisset.* Cantabr. *Videns autem Centurio, qui adstabat ibi, sic eum exclamasse, & exspirasse: Verè hic homo Dei Filius erat.* Gr. Ἰδὼν δὲ ὁ Κεντυρίων, ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτω κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν· Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος Υἱὸς ἦν Θεοῦ.

℣. 40. Ms. Corb. *Erant autem & mulieres à longè stantes: quibus erat Maria*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Erant autem & mulieres à longè videntes*, &c. Græcè pariter, cum sequentibus his: ἐν αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ, &c.

℣. 41. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. præterquam quòd ultimò hab. *Jerosolyma.* Cantabr. *quæ cùm esset in Galilæa, sequebatur eum, & aliæ multæ, quæ simul ascenderant cum illo in Jerosolyma.* Græc. αἳ καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ, αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα· Mss. quidam delent istud, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

℣. 42. Ms. Corb. Vulgatæ respondet ad verbum. Sic etiam Cantabr. nisi quòd habet, *quæ est parasceve.* Gr. ἐπεὶ ἦν παρασκευή.

℣. 43. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colb. nisi exceperis istud, *intravit*, pro *introiit.* Cantabr. *venit Joseph ab Arimathia dives decurio, qui erat & ipse exspectans regnum Dei, constanter venit ad Pilatum, & petit*, &c. S. Gat. *audaciter introivit*; S. Mart. Turon. *introiit...... & petit*, &c. Gr. ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας εὐσχήμων βουλευτὴς, ὅς... τολμήσας εἰσῆλθε, &c.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

44. Pilatus autem mirabatur si jam obiisset. Et accersito centurione, interrogavit eum si jam mortuus esset.

45. Et cùm cognovisset à centurione, donavit corpus Joseph.

46. Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & advolvit lapidem ad ostium monumenti.

47. Maria autem Magdalene, & Maria Joseph, aspiciebant ubi poneretur.

**Versio antiqua.** Ex Ms. Colbert.

44. Pilatus autem mirabatur si jam obiisset Jesus. Et vocans centurionem, interrogabat eum si jam mortuus esset.

45. Qui cùm cognovisset à centurione, donavit corpus Joseph.

46. Joseph autem emens sindonem, deposuit eum, & involvit in ea corpus Jesu, & posuit eum in monumento, quod erat excisum in petra, & advolvit lapidem ad ostium monumenti.

47. Maria autem Magdalene, & Maria Jacobi & Joseph, notaverunt sibi locum ubi poneretur.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Pilatus autem admirabatur si jam obiisset. Et vocans centurionem, interrogavit eum*, &c. quæ sup. Corb. *Et vocans centurionem, interrogabat*; reliqua desunt. Gr. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα; ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε· al. ἤδη ἀπέθανε.

℣. 45. Ms. Cantabr. Vulg. congruit, addito uno *ejus*, ad *corpus*. S. Gat. *corpus Jesu Joseph*. Corb. toto versu caret. Gr. ut in Vulg.

℣. 46. Ms. Cantabr. *Joseph autem mercatus sindonem, accipiens eum involvit in sindonem..... quod erat excisum in petra, & advolvit lap. ad ost. monumenti, & abiit*. Corb. habet, *in sindone, & posuit..... quod erat excisum in petram*. S. Germ. 2. *& deponentes eum, involvit in sindone, & posuit ..... quod erat excisum in petra*. Gr. Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνείλησε τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν αὐτὸν, &c. ut in Vulg. sed Mss. nonnulli ferunt: Ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἀγοράσας· subinde alii, ἐνείλησε εἰς τὴν σινδόνα· quidam, καὶ ἔθηκεν αὐτόν· paulò post unus, λελατομημένον ἐν τῇ πέτρᾳ· extremò alter subdit ἀπῆλθεν, ut in Cantabr.

℣. 47. Ms. Corb. *Maria autem Magd. & Maria Jacobi, notaverunt locum ubi ponebatur*. Itidem Cantabr. præter ult. *poneretur*. S. Germ. 2. & S. Gat. *Maria autem Magdal. & Maria Jacobi, & Maria Joseph*, &c. ut in Vulg. Gr. Vulgatæ respondet ad verbum, nisi quòd scribit Ἰωσῆ· Armen. Μαρία Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ, ἐθεάσαντο τόπον ὅπου τέθειται.

# CAPUT XVI.

**Vulgata nova.**

Matth. 28. 1. Luc. 24. 1. Joan. 20. 1.

1. Et cùm transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Jesum.

2. Et valde manè una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam sole.

3. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?

4. Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Matth. 28. 5. Luc. 24. 4. Joan. 20. 12.

5. Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.

6. Qui dicit illis: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.

Sup. 14. 28.

7. Sed ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

8. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento:

**Versio antiqua.** Ex Ms. Colbert.

1. Et cùm præterisset sabbatum, abeuntes Maria Magdalene, & Maria Jacobi, attulerunt aromata ut eum ungerent.

2. Et venientes una sabbati ad monumentum, oriente sole,

3. dicebant ad invicem: Quis nobis revolvet lapidem ab ostio monumenti? Erat enim magnus valde.

4. Et veniunt, & inveniunt revolutum lapidem.

5. Et ingressæ in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & expaverunt.

6. Et dixit eis: Nolite expavescere: Jesum Nazarenum quæritis, crucifixum: surrexit, & abiit, videte locum ejus ubi positus erat.

7. Sed ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

8. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento:

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. uno tantùm verbo discrepat à textu Colb. nempe *emerunt*, pro *attulerunt*. Cantabr. simpliciter habet: *Et abeuntes emerunt aromata ut eum ungerent*; prætermissis aliis. S. Germ. 1. S. Mart. Turon. & S. Gat. ut in Vulgata, hoc ultimo excepto, *ungerent*, vel *unguerent eum*. Sic etiam in Græco est: Mss. tamen plures ferunt, ἀλείψωσιν τὸν Ἰησοῦν.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Et veniunt manè una sabbati ad monumentum, oriente sole*. S. Germ. 1. *Et valde manè prima sabbatorum*, &c. quæ in Vulg. Gr. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται..... ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Ambros. l. 10. in Luc. col. 1536. a. *valde manè*. Tichon. reg. 5. p. 61. b. *Marcus dicit: Oriente sole, non orto*. Item August. l. 3. de cons. Evang. to. 3. 134. c. *Quod enim*, inquit, *dicit Lucas*, valde diluculo; & *Johannes*, manè cùm adhuc tenebræ essent; *hoc intelligitur Marcus dicere*, valde manè oriente jam sole, *id est, cùm cælum ab orientis parte jam albesceret, quod non fit utique, nisi sub orientis vicinitate; ejus enim est ille fulgur, qui nomine auroræ appellari solet*.

℣. 3. Ita ferunt Mss. Cantabrig. & Corb. cum nostro Colb. posito uno *Et*, ante *dicebant*. Græc. ut in Vulg. ubi hoc, *Erat enim magnus valde*, transfertur in versum seq.

℣. 4. Ms. Cantabr. ad verbum concinit cum textu Colb. Corb. verò habet: *Et venerunt, & invenerunt revolutum lapidem*; reliqua ut ℣. præced. Græcè: Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος. Ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.

℣. 5. Ms. Corb. *Et ingressæ in monum. viderunt adolescentem sedentem ad dexteram, amictum stolam candidam, & expaverunt*. Cantabr. *Et intrantes in monum. viderunt juvenem sedentem ad dexteram, indutum stolam candidam, & expaverunt*. S. Germ. 1. *coopertum stolam candidam*, dein cum Ms. S. Mart. Turon. & *obstipuerunt*. Gr. textui Colb. respondet.

℣. 6. Ms. Corb. *Et dixit eis angelus: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazareum, crucifixum: resurrexit, non est hic, videte, ecce locum ejus ubi positus erat*. Cantabr. *Et dixit illis angelus: Nolite timere: Jesum quæritis*: his autem verbis clauditur pagina in hoc Ms. codice: quæ sequuntur ad finem usque capitis, scripta sunt manu alia, & paucis admodum differunt à Vulgata nostra, ut ab ea ipsa penè ad verbum descripta videantur. Vide Not. nostram infra in ℣. 9. Ad præsentem ℣. 6. quod attinet, post hæc ult. verba Versionis antiquæ, *Jesum quæritis*, id sequitur alia manu, ut dixi, puta recentiori, *crucifixum*, prætermissa voce media *Nazarenum*; mox ita: *surrexit, non est hic, ecce locum ubi*, &c. de Vulg. Græcè: Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς· Μὴ ἐκθαμβεῖσθε, &c. ut in Vulg. præter unum ἴδε, pro *ecce*.

℣. 7. Ms. Corb. delet medium *quia*; ut & infra, *ibi eum*; cætera similia. Ms. S. Mart. Turon. legit: *Sed ite, & dicite..... quia.....ibi eum*, &c. Græc. Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε, &c. ut in utroque textu.

℣. 8. Ms. Corb. *Et exeuntes illa, profugerunt à monu*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. invaserat enim illas timor & pavor: & nemini quicquam dicebant: timebant enim.

9. Surgens autem Jesus manè, prima sabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.

10. Illa autem præcurrens nunciavit eis, qui cum ipso erant, lugentibus & flentibus eis.

11. At illi audito quòd viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt.

12. Post hæc apparuit duobus ex eis ambulantibus in alia effigie, euntibus in villam:

13. & illi euntes nunciaverunt cæteris: nec ipsis crediderunt.

14. Novissimè autem recumbentibus illis undecim apparuit: & exprobravit incredulitatem ipsorum, & duritiam cordis eorum; quoniam eis, qui viderant illum resurrexisse, non crediderunt.

15. Et dicit illis: Ite in universum orbem, &

## VULGATA NOVA.

invaserat enim eas tremor & pavor: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

9. Surgens autem manè, prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia. Joan. 20. 16.

10. Illa vadens nunciavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

11. Et illi audientes quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt.

12. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam: Luc. 24. 13.

13. & illi euntes nunciaverunt cæteris: nec illis crediderunt.

14. Novissimè recumbentibus illis undecim apparuit: & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

15. Et dixit eis: Euntes in mundum universum

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mento*: dein vitiosè, *inviam enim erat illas timor & pavor*, &c. de Vulg. Gr. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ, ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος, καὶ ἔκστασις, &c. ut in Vulg. al. initio, Αἱ δὲ ἐξελθοῦσαι, &c.

℣. 9. Mss. Corb. & S. Mart. Turon. similiter habent, cum Colb. *Surgens autem Jesus manè*, &c. Itidem Mss. Sangerm. ambo. Græcè ut in Vulgata: Mss. tamen plures textui Colb. adstipulantur, interjiciendo nomen Ἰησοῦς. Hieron. ep. ad Hedib. to. 4. 172. c. hunc locum ita refert ex Marco: *Cùm autem resurrexisset una sabbati manè, apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia*, &c. Cùm autem hic locus negotium facesseret Hedibiæ, ex eo quòd apud Matthæum legisset, Vespere autem sabbati, illucescente in una sabbati, Dominum surrexisse; apud Marcum verò manè resurrectionem ejus esse factam; hujus quæstionis duplicem solutionem esse ait S. Doctor: *Aut enim*, infit, *non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur Evangeliis, omnibus Græciæ libris penè hoc capitulum in fine non habentibus; præsertim cùm diversa atque contraria Evangelistis cæteris narrare videatur: aut hoc respondendum quòd uterque verum dixerit*, &c. Gregorius quoque Nyssenus, orat. 2. de resurr. testatur Marci Evangelium desinere ad hæc verba, *Timebant enim*, quæ sunt ultima versûs præcedentis: Ἐν τοῖς ἀκριβεστέροις, inquit, τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, μέχρι τοῦ, Ἐφοβοῦντο γὰρ, ἔχει τὸ τέλος. Idem agnoscit Euthymius hoc loco, dicens: *Quidam Interpretum asserunt hoc loco completum esse Marci Evangelium; quæ verò sequuntur, recentiorem esse additionem*. Et verò Victor Antioch. & Anonymus Tolosanus Cat. in Marcum, huc usque nec ultra commentantur. Sed alii Scriptores, maximè Augustinus l. 3. de cons. Evang. to. 3. 138. f. & seqq. cum pluribus Mss. Græcis, & omnibus Latinis, posteriores illos versus agnoscunt. De uno Cantabrigiensi Latino nihil est, opinor, quod dubitetur; quamvis enim hoc in loco, ob distracta quædam folia, mutilus sit, ex his tamen quæ supersunt, satis apparet integrum fuisse primitùs, nec his etiam ultimis Marci versiculis truncatum. Ita enim se habet veterrimus ille codex: Primò Evangelia quatuor exhibet, non eo quidem ordine, quo nunc habentur apud nos, sed inverso: scilicet Matthæus ibi agmen ducit, tum sequitur Johannes, deinde Lucas, ultimò Marcus. Marci autem Evangelium, prima manu scriptum, desinit in hæc verba cap. 16. ℣. 6. *Nolite timere: Jesum quæritis*: reliqua ad finem hujus Evangelii scripta exhibentur alia manu. Extremò etiam hoc subditur eadem manu, puta recentiori: *Evangelium secundùm Marcum explicit*: deinde: *Incipiunt Actus Apostolorum*: sed ineptè omnino hoc ultimum positum fuit, cum vetus pagina sequens non ordiatur ab Actis illis Apostolicis, imò potiùs ab his ultimis verbis vers. 11. epist. tertiæ S. Johannis, *Qui malè facit, non vidit Deum*, & aliis subsequentibus. Sub finem autem ejusdem paginæ, quæ complectitur ultimos tres versiculos prædictæ epistolæ secundùm antiquam Versionem, id legitur eadem seu prima manu subscriptum: *Epistolæ Johannis III. explicit*: exin: *Incipit Actus Apostolorum*: quæ apertè commonstrant olim inter Evangelium S. Marci & Apostolorum Acta interjectas fuisse saltem tres S. Johannis epistolas; quod quidem si amanuensis posterior animadvertisset, non imperitè scripsisset in fine Evangelii suppleti à se ex Vulgata nostra: *Evangelium secundùm Marcum explicit. Incipiunt Actus Apostolorum*: sed, *Incipiunt iii. Johannis epistolæ*. Porro Marci duodecim ultimos versus, nempe à ℣. 9. ad finem usque, prima manu olim subjunctos fuisse Latinè vel ex eo ducimus, quòd iidem ℣℣. etiamnum reperiantur Græcè in hoc Ms. Ita enim confectus est vetus ille codex, ut Græcum à sinistris positum, seu in aversa facie, ad verbum respondeat Latino è regione, seu in pagina sequenti ad dexteram posito. Unde quamvis folium illud subsequens, cujus pagina dextra complectebatur residuum Marci Latinum à ℣. 6. & deinceps, avulsum fuerit, remanere tamen debuit pagina Græca antecedens ad lævam posita; cujus Latina Versio ipsi respondens hodie legeretur, si folium subsequens adesset, vel abstractum non fuisset. Porro reliquos illos versiculos Evangelii Marci etiamnum legi Græcè in pagina anteriori hujus Ms. testatur Richardus Simonius: quin ergo iidem inscripti fuerint Latinè olim in sequenti pagina è regione posita, nemini dubium esse potest. Nec tantùm eò loci mutilus videtur Ms. ille codex, sed etiam aliis in locis foliorum aliquorum fecit jacturam, quæ, ut quoquo modo restituerentur, pleraque suppleta sunt à manu recentiori annorum circiter 600. non quidem ex antiqua Versione Latina, quæ deficiebat; sed ex ea quæ præsto erat Vulgata nostra. De his vide Admon. nostram in IV. Evang.

℣. 10. Ms. Corb. *Illa autem præcurrens nunciavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus*. S. Germ. 2. *At illa vadens*, &c. de Vulg. Cantabrigiensis Lat. alia manu unum tantùm mutat, sc. *qui cum eo venerant*, pro *qui cum eo fuerant*. Gr. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, cæt. ut in Vulgata: Ms. tamen unus ipso initio habet Ἐκείνη δὲ, non simpliciter Ἐκείνη. Apud Hieron. ep. ad Hedib. to. 4. 172. c. *Et illa abiens nunciavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus*.

℣. 11. Ms. Corb. ad verbum concinit cum textu Colb. Gr. verò Vulgatæ favet. Hieron. ep. ad Hedib. to. 4. col. 172. c. legit: *Illique audientes quòd viveret, & quòd vidisset eum, non crediderunt ei*.

℣. 12. Ms. Corb. *Post hæc autem duobus ex his ambulantibus apparuit in*, &c. quæ supra. Ms. Cantabr. recentiori manu: *Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensa est in*, &c. sed vitiosè, pro *ostensus est* de Vulg. Gr. ἐφανερώθη; cæt. ut in Vulg.

℣. 13. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd habet *ipsi*, pro *ipsis*, ante *crediderunt*; Gr. οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.

℣. 14. Ms. Corb. Vulgatæ succinit, nisi quòd addit *illorum*, ad vocem *cordis*; deletque seq. *iis*. Græcè ut in Vulgata ad verbum. Ms. tamen cod. unus ipso initio habet, Ὕστερον δὲ, & S. Germ. 1. *Novissimè autem*, ut in textu Colbertino. Ms. S. Mart. Turon. similiter habet initio, *Novissimè autem*; extremò verò addit: *quia his, qui viderant eum resurrexisse, & nunciantibus illis, non crediderunt*. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. c. *Discumbentibus illis undecim, apparuit illis Jesus: & increpavit incredulitatem eorum & duritiam cordis*, &c. ut in Vulg. Hieron. l. 2. cont. Pelag. col. 520. b. ait: *In quibusdam exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus juxta Marcum in fine ejus Evangelii scribitur*: Postea cùm accubuissent undecim, apparuit eis Jesus: & exprobravit incredulitatem & duritiam cordis eorum; quia his, qui viderant eum resurgentem, non crediderunt. Exinde: *Et illi satisfaciebant, dicentes: Sæculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem: idcirco jam nunc revela justitiam tuam*: sed hæc posteriora verba, quæ nuspiam hodie leguntur, ex apocrypho quodam Evangelio desumpta procul dubio sunt. De his autem vide Sixtum Sen. Bibl. S. l. 1. p. 28. necnon Lucam Brug. & Richard. Simonium.

℣. 15. Ms. S. Mart. Turon. *Et dixit eis Jesus: Euntes*,

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

prædicate Evangelium omni creaturæ.

16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: *Act. 16. 18. & 2. 4. & 10. 46.*

18. serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. *Act. 28. 5. 8.*

19. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. *Luc. 24. 51.*

20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

prædicate Evangelium universæ creaturæ.

16. Qui autem crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, damnabitur.

17. Signa autem credentes hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis:

18. serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non nocebit illos: super languentes manus imponent, & bene se habebunt.

19. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est illis, assumtus est in cœlis, & sedet ad dexteram Dei.

20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino adjuvante, & sermonem confirmante, prosequentibus signis. Amen.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. ut in Vulg. cui Græcum consonat. Apud Ambros. verò in Ps. 36. col. 796. e. ut in Colb. *Ite per orbem universum, & prædicate Evangilium universæ creaturæ:* itidem l. 7. in Luc. col. 1429. b. & l. 1. de fide, col. 461. d. & l. 2. de Spir. S. col. 663. c. sicut ap. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 19. e. 20. d.

℣. 16. Græcè ut in Vulg. Apud Ambros. l. 7. in Luc. col. 1429. b. *Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic salvus erit:* similiter l. 6. Hexa. col. 127. a. necnon l. 2. de Spir. S. col. 663. c. deleta prima conjunct. *Et:* ultimo loco addit: *qui verò non crediderit, damnabitur.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 19. e. *Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, ipse salvus fiet: qui verò non crediderit, damnabitur.*

℣. 17. Græc. textui Colb. congruit. Similiter apud Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 663. e. *Signa autem credentes ista sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis:* ita rursum l. 2. de interp. Job, c. 1. col. 639. e. & l. 1. de pœnit. col. 400. a. ab his, *In nomine meo,* &c. Auct. l. de prom. p. 3. prom. 31. col. 181. e. *Signa autem credentes hæc subsequentur: In nomine meo,* &c. quæ supra.

℣. 18. Ms. Corb. pariter: *super languentes manus imponent, & bene se habebunt.* Cantabr. recentiori manu: *super ægrotos manus imponent,* &c. Ambros. l. 2. de interpel. Job, c. 1. col. 639. e. & l. 2. de Spir. S. col. 663. c. & l. 1. de pœnit. col. 400. a. Vulgatæ consentit, & Græco.

℣. 19. Ms. Corb. *Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est illis, receptus est in cælum,* &c. S. Germ. 1. & Cantabr. secunda manu: *Et Dominus quidem postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedit à dextris Dei.* Gr. Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Mss. quidam initio ferunt, Κύριος ὁ Ἰησοῦς; subinde alii, εἰς τοὺς οὐρανούς; ultimòque Æthiop. τοῦ Θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Iren. l. 3. c. 10. p. 188. a. *Et quidem Dominus Jesus postquam locutus est eis, receptus est in cælos, & sedet ad dexteram Dei.* Tertul. l. contra Prax. p. 859. a. *hic sedet ad dexteram Patris.* Ambros. de apol. Dav. col. 716. a. *& sedet ad dexteram Dei.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 31. col. 181. e. *Et postquam hæc locutus est, ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Dei.*

℣. 20. Græc. Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.



Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

## Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *MARCUS.*

CAP. I. ℣. 6. Et erat Joannes vestitus pilis cameli. *Legendum est numero singulari* cameli, *non plurali* camelorum.

℣. 7. Venit fortior me post me. *Cave legas futurum* veniet, *pro præsenti* venit.

℣. 10. Et spiritum. *Non addas* sanctum, *quod frustra quidam.*

℣. 15. Et appropinquavit regnum Dei. *Non est legendum futurum* appropinquabit, *sed præteritum, ut secundùm Matthæum.*

℣. 24. Venisti perdere nos? *Non est addendum* ante tempus, *quod quidam hîc adscripserunt ex Matth.* 8. ℣. 29.

℣. 27. Etiam spiritibus immundis imperat. *Pro* etiam, *quædam manuscripta legunt* &, *quod est æquivalens: quædam neutrum legunt, malè.*

CAP. II. ℣. 1. Et iterum intravit Capharnaum post dies. *Spurium est, quod additur in quibusdam libris*, octo.

℣. 2. Et convenerunt multi. *Non addas* confestim.

*Ibidem.* Ita ut non caperet neque ad januam. *Singulare* caperet *præferendum est plurali* caperent.

℣. 8. Jesus spiritu suo. *Non legas* sancto, *pro* suo.

℣. 16. Manducat & bibit Magister vester. *Non facilè omittas*, τὸ Magister vester, *etsi Græcè non legatur.*

℣. 22. Alioquin dirumpet vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt. *Non sunt mutanda futura*, dirumpet, effundetur, *cum præsentibus, tametsi Græcè lectis.*

*Sequitur:* Sed vinum novum in utres novos mitti debet. *Quod sequitur in quibusdam libris*, & ambo conservantur, *est Evangelii secundùm Matthæum.*

℣. 24. Ecce quid faciunt. *Non addas* discipuli tui.

℣. 26. Nisi sacerdotibus. *Nec hîc addas* solis, *quod non est hujus Evangelistæ.*

*Sequitur:* Et dedit eis qui cum eo erant. *Denique nec hîc addas alterum* & *ante* qui.

CAP. III. ℣. 6. Exeuntes autem Pharisæi statim. *Non est præponendum adverbium* statim *nomini* Pharisæi.

℣. 8. Et trans Jordanem. *Non interjicias præpositionem* de.

℣. 9. Ut navicula sibi deserviret. *Malè legitur in quibusdam libris* ut in navicula sibi deservirent, *addita præpositione, mutatoque numero singulari cum plurali.*

℣. 14. Et ut mitteret eos prædicare. *Non addas* Evangelium, *quod quidam.*

℣. 21. Et cùm audissent sui. *Nequaquam addas* discipuli, *quod ineptè quidam.*

CAP. IV. ℣. 1. Et iterum cœpit docere. *Non interponas nomen* Jesus.

℣℣. 8. 20. Unum triginta, unum sexaginta, & unum centum. *Interpres, secundùm Marcum usus est numero cardinali, secundùm Matthæum ordinali.*

℣. 10. Parabolam. *Non mutes singulare plurali* parabolas, *nec addas* exponere.

℣. 19. Et sine fructu efficitur. *Non est legendum numero plurali* efficiuntur.

℣. 20. Et unum centum. *Non addas* qui habet aures audiendi, audiat.

℣. 22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur. *Non mutes* manifestetur *cum* reveletur.

*Sequitur:* Nec factum est occultum, sed ut in palam veniat. *Ex Matthæo, & præsertim Luca, correxerunt quidam*, quod non in palam.

℣. 24. Et adjicietur vobis. *Immeritò omittuntur à quibusdam hæc verba.*

℣. 28. Deinde plenum frumentum in spica. *Pro* frumentum *non est scribendum* fructum, *nomen generale.*

℣. 29. Et cùm produxerit fructus. *Plerique omnes libri addunt pronomen* se, *ante* fructus.

℣. 32. Et cùm seminatum fuerit, ascendit. *Malè legitur in quibusdam libris* natum *pro* seminatum, *quod est, satum: nec minùs malè additur* in arborem, *quod ex Matthæo, aut potiùs Luca, huc esse adscriptum, indubium est.*

℣. 36. Assumunt eum ita ut erat in navi. *Quidam codices Latini legunt* erant, *numero plurium, sed malè.*

CAP. V. ℣. 8. Dicebat enim illi. *Non est addendum* Jesus, *sed subaudiendum.*

℣. 11. Grex porcorum magnus, pascens. *Quod subsequitur quibusdam in libris* in agris, *transfodiendum est.*

℣. 13. Grex præcipitatus est in mare ad duo millia. *Non addas* erant autem quasi, *ante* ad duo millia.

℣. 15. Et veniunt ad Jesum. *Non mutes præsens* veniunt, *cum præterito* venerunt.

*Ibid.* Vestitum, & sanæ mentis. *Non addas* eum qui habuerat legionem, *tametsi Græcè legatur.*

℣. 19. Et non admisit eum. *Quidam loco* Et, *scribunt* Jesus autem: *quidam* permisit, *loco* admisit: *verùm hoc minùs rectè.*

℣. 21. Et cùm transcendisset. *Non scribas* adscendisset, *pro* transcendisset.

℣. 34. Ille autem dixit ei. *Non est legendum nomen* Jesus *loco pronominis* Ille.

℣. 35. Veniunt ab archisynagogo. *Sic legendum est sexto casu, ex correctione Sixtina: non est addendum* nuntii, *nec scribendum quarto casu, mutata præpositione*, ad archisynagogum.

℣. 40. Et ingreditur ubi puella erat jacens. *Præferendum est singulare* ingreditur *plurali* ingrediuntur.

℣. 41. Talitha cumi. *Multi libri erroneè, pro* Talitha, Tabitha *scribunt, id est*, b *pro* l, *mutam pro liquida: sumta erroris occasione ex simili historia Act.* 9. ℣. 40. *Atqui voces diversæ sunt: nam* tabitha, *quod est Lucæ, capream:* talitha, *quod Marci, puellam significat, ipsis Evangelistis interpretibus.*

℣. 42. Et obstupuerunt stupore magno. *Non interponas* omnes.

℣. 43. Et dixit dari illi manducare. *Ut non est mutandum* dixit *cum* jussit, *ita non infinitivus* dari *cum imperativo* date.

CAP. VI. ℣. 3. Nonne hic est faber. *Non est legendus genitivus* fabri, *pro nominativo* faber.

℣. 5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere. *Marci est* virtutem ullam: *Matthæi* virtutes multas, *cap.* 13. ℣. 58.

℣. 11. Et quicunque non receperint vos, nec audierint vos. *Injuriâ omittunt libri quidam hæc verba* vos, nec audierint vos.

℣. 13. Et ungebant oleo multos ægros, & sanabant. *Pro adjectivo plurali* sanabant, *non est substituendum, vel passivum* sanabantur, *vel singulare* sanabat.

℣. 21. Herodes natalis sui cœnam fecit. *Pro* natalis sui, *non supponas* in natali suo.

℣. 25. Petivit, dicens. *Non mutes præteritum* petivit *in præsens* petit.

℣. 27. Sed misso spiculatore. *Non addas* confestim.

℣. 28. Et decollavit eum in carcere, & attulit caput ejus in disco. *Nequaquam omittenda hæc verba sunt.*

℣. 37. Date illis vos manducare. *Non est negligendum pronomen* vos.

℣. 48. Et videns eos laborantes in remigando. *Non mutes participium* videns *cum præterito* vidit.

CAP. VII. ℣. 3. Tenentes traditionem seniorum. *Non mutes singulare cum plurali* traditiones.

℣. 4. Et à foro nisi baptizentur. *Non est adjiciendum participium* venientes *voci* foro.

℣. 5. Pharisæi, & Scribæ. *Superfluit participium* dicentes, *quod quidam subjungunt.*

℣. 8. Tenetis traditionem hominum. *Præferendum est singulare plurali* traditiones.

℣. 9. Bene irritum facitis præceptum Dei. *Non est mutandum præsens* facitis *cum præterito* fecistis.

℣. 19. Quia non intrat in cor ejus. *Neque hîc mutes præsens* intrat *in præteritum* introiit.

℣. 31. Ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. *Non interponas* quæ, *aut* quod est inter.

℣. 37. Et surdos fecit audire, & mutos loqui. *Non est omittenda conjunctio* & *vel priori loco.*

CAP. VIII. ℣. 1. Cùm turba multa esset. *Non addas* cum Jesu.

℣. 10. Venit in partes Dalmanutha. *Pro* Dalmanutha, *non supponas* Magedan, *quod Matthæi est cap.* 15. ℣. 39.

℣. 12. Si dabitur generationi isti signum. *Non est surrogandum adverbium* non *in locum conjunctionis* si.

℣. 19. Quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? *Non est his verbis præponenda conjunctio* &, *ex aliis plerisque libris.*

℣. 20. Quando & septem panes. *Hîc plures codices omittunt mediam conjunctionem* &, *malè.*

Digitized by Google

℣. 28. Johannem Baptistam. *Superfluit nomen* alii, *quod quidam præponunt.*

℣. 32. Cœpit increpare eum. *Quod subjiciunt quidam libri*, Dicens: Domine, propitius esto tibi, nam hoc non erit tibi, *redundat: Matthæi enim proprium est.*

℣. 37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? *Hæc secundùm Marcum germana scriptura est: secundùm Matthæum autem ista:* Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? *cap.* 16. ℣. 26.

℣. 38. Qui enim me confusus fuerit, &c. & Filius hominis confundetur eum. *Pro* confusus fuerit, *&* confundetur, *verbis à confusione pro pudore accepta deductis, quidam vitiosè scribunt*, confessus fuerit, confitebitur, *verba deducta à confessione, accepta pro agnitione. Errori causam dedere, tum insolens Interpretis phrasis, tum loca Matthæi* 10. ℣. 32. *& Luc.* 12. ℣. 8.

*Ibid.* Cum angelis sanctis. *Spurium est pronomen* suis, *quod quidam adjiciunt, quidam pro* sanctis *substituunt.*

℣. 39. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus, &c. *Rectè Correctores Romani versiculum hunc adjunxerunt octavo capiti, à quo plerique codices incboant caput nonum, minùs congruè.*

Cap. IX. ℣. 1. Et post dies sex assumit. *Non mutes præsens præterito* assumsit.

*Ibidem.* Et ducit illos in montem excelsum seorsum solos. *Malè est in quibusdam codicibus primus casus* solus, *pro quarto* solos.

℣. 4. Et faciamus tria tabernacula. *Quidam omittunt* & *conjunctionem, malè.*

℣. 14. Et accurrentes salutabant eum. *Sic legendum est prima vocali, non quarta* occurrentes, *quod est, currentes obviam.*

℣. 18. Qui respondens eis, dixit. *Non mutes plurale* eis *cum singulare* ei.

℣. 32. Qui cùm domi essent. *Neque hîc mutes plurale* essent *singulari* esset.

℣. 34. Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus. *Non addas* quasi *ante* omnium.

℣. 36. Non me suscipit, sed eum qui misit me. *Redundat* solum, *quod quidam addunt ante* suscipit.

℣. 39. Qui enim non est adversùs vos, pro vobis est. *Non sunt substituenda pronomina primæ personæ*, nos, nobis, *pro secundæ*, vos, vobis.

℣. 40. Calicem aquæ. *Non addas* frigidæ, *quod Matthæi est cap.* 10. ℣. 42.

℣. 43. Abscide illam. *Non corrigas, addita* n *litera*, abscinde. *Vide Matth.* 5. ℣. 30.

℣. 48. Omnis enim igne salietur. *Non est interponenda vox* homo.

Cap. X. ℣. 5. Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis. *Non addas* Moyses.

℣. 7. Propter hoc relinquet homo patrem suum. *Non præponas his verbis* & dixit, *quod Matthæi est cap.* 19. ℣. 5.

℣. 11. Adulterium committit super eam. *Cave ne pronomen* eam *commutes cum nomine* terram.

℣. 15. Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus. *Quidam malè pro* regnum *substituunt* verbum, *sive sermonem.*

℣. 17. Et cùm egressus esset in viam. *Non mutes casum quartum cum sexto* via.

*Ibidem.* Rogabat eum: Magister bone. *Non interjicias participium* dicens.

℣. 20. Magister, hæc omnia observavi. *Non hîc addas epitheton* bone.

℣. 28. Et cœpit ei Petrus dicere. *Superfluit adverbium* posthæc, *quod additur à quibusdam.*

℣. 32. Et sequentes timebant. *Non addas pronomen* eum, *multòque minùs supponas* dicebant *pro* timebant.

℣. 35. Ut quodcunque petierimus. *Meritò omissum est* à te, *quod subjungunt quidam.*

℣℣. 38. 39. Baptismo, quo ego baptizor. *Non mutes* baptismo *casum sextum, in quartum* baptismum *aut* baptisma, *quod multi.*

℣. 40. Non est meum dare vobis. *Romani Patres non judicarunt auferendum pronomen* vobis.

Cap. XI. ℣. 1. Et appropinquarent Jerosolymæ. *Retinendus est numerus pluralis, non substituendus singularis* appropinquaret.

*Ibidem.* Mittit duos ex discipulis suis. *Non mutes præsens* mittit *cum præterito* misit.

℣. 2. Invenietis pullum ligatum. *Voci* pullum *non addas* asinæ, *ex Luca.*

℣. 3. Et si quis vobis dixerit. *Superfluit* aliquid, *quod quidam addunt.*

℣. 5. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. *Legendum est* dicebant, *numero plurali, non* dicebat, *singulari.*

℣. 6. Et dimiserunt eis. *Alii pro tertio casu* eis, *legunt quartum* eos.

℣. 18. Timebant enim eum. *Non mutes conjunctionem causalem* enim, *cum adversativa* verò.

℣. 22. Habete fidem Dei. *Malè à quibusdam libris omittitur vox* Dei.

℣. 23. Tollere, & mittere in mare. *Nequaquam mutanda sunt imperativa passiva cum activis* Tolle, & mitte.

℣. 33. Et respondens Jesus ait illis. *Non omittas conjunctionem* Et *præpositam.*

Cap. XII. ℣. 1. Et circumdedit sepem. *Non addas pronomen* ei.

℣. 14. Nec enim vides in faciem hominum. *Ut non est omittenda præpositio* in, *ita non mutandus numerus pluralis* hominum *in singularem* hominis.

℣. 15. Qui sciens versutiam illorum. *Quidam libri, pro* versutiam, *legunt* simulationem, *ex alia versione.*

℣. 16. At illi attulerunt ei. *Hîc legitur* attulerunt, *secundùm Matthæum* obtulerunt.

*Ibidem.* Cujus est imago hæc, & inscriptio? *Secundùm Matthæum vertit* superscriptio, *hîc* inscriptio.

℣. 25. Sed sunt sicut angeli in cœlis. *Non est hîc addenda vox* Dei, *quæ Matthæi est cap.* 22. ℣. 30.

℣. 34. Et nemo jam audebat eum interrogare. *Non addas* ampliùs.

Cap. XIII. ℣. 19. Erunt enim dies illi tribulationes tales. *Legendus est nominativus pluralis* tribulationes, *non genitivus singularis* tribulationis.

℣. 20. Breviavit dies. *Præteritum præferendum est futuro* breviabit.

℣. 22. Et dabunt signa & portenta. *Hîc* portenta, *secundùm Matthæum* prodigia, *legit Latina editio incorrupta.*

℣. 26. Venientem in nubibus. *Non addas* cœli.

℣. 28. Cognoscitis quia in proximo sit æstas. *Non mutes indicativum* cognoscitis *cum imperativo* cognoscite.

Cap. XIV. ℣. 2. Dicebant autem: Non in die festo. *Præferenda est conjunctio* autem *conjunctioni causali* enim.

℣. 3. Et cùm esset Bethaniæ. *Ut non est addendum nomen* Jesus, *ita non omittendum* Bethaniæ.

*Ibidem.* Unguenti nardi spicati pretiosi. *Retinendum est* spicati *à spica deductum, non mutandum cum* pistici, *à pistis.*

℣. 4. Et dicentes: Utquid perditio ista? *Non est omittenda copulativa* &.

℣. 7. Semper enim pauperes habetis vobiscum. *Præsens* habetis *non est hîc commutandum in futurum* habebitis; *ut nec in verbis sequentibus*, Me autem non semper habetis.

℣. 8. Quod habuit hæc, fecit. *Cave ne scribas neutrum* hoc *pro feminino* hæc.

*Sequitur:* Prævenit ungere corpus meum in sepulturam. *Servandus est quartus casus* sepulturam, *non variandus in sextum.*

℣. 14. Ubi est refectio mea? *A quibusdam libris additur* & diversorium meum: *quod ex Luca huc transcripsit sciolus, ignorans ejusdem rei alteram esse interpretationem.*

℣. 21. Si non esset natus. *Sic lege secundùm Marcum, secundùm Matthæum autem*, si natus non fuisset.

℣. 25. De hoc genimine vitis. *Multi antiqui codices omittunt pronomen* hoc.

℣. 27. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista. *Non auferas* in me.

*Ibidem.* Et dispergentur oves. *Non est addendum* gregis, *quod Matthæi est cap.* 26. ℣. 31.

℣. 29. Etsi omnes scandalizati fuerint in te. *Non est omittendum postremum* in te.

℣. 34. Sustinete hîc, & vigilate. *Non addas* mecum, *quod non est hujus loci, sed Matth.* 26. ℣. 38.

℣. 37. Non potuisti una hora vigilare? *Nec hujus loci est* mecum, *sed Matth.* 26. ℣. 40.

℣. 43. A summis sacerdotibus, & Scribis. *Non est præponendum vel addendum participium* missi.

℣. 47. Unus autem quidam de circumstantibus. *Non omittas pronomen* quidam.

℣. 52. At ille rejecta sindône. *Non mutes* rejecta *cum* relicta.

℣. 53. Et convenerunt omnes. *Non interponas* in unum.

℣. 54. Quærebant adversùs Jesum testimonium. *Non addas* falsum, *quod solius Matthæi est cap.* 26. ℣. 59.

℣. 58. Ego dissolvam templum hoc. *Non commutes futurum cum præsenti* dissolvo.

*Ibidem.* Et per triduum. *Quidam legunt* & post triduum: *sed Matthæi est* post *cap.* 26. ℣. 61. *Marci* per.

℣. 68. Et gallus cantavit. *Non est addenda vox* statim, *quæ est alterius loci.*

℣. 69. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla. *Vox* alia, *quam hîc addunt quidam codices, ex Matthæo accepta est cap.* 26. ℣. 70.

Cap. XV. ℣. 6. Unum ex vinctis. *Hæc est lectio editionis nostræ secundùm Marcum: nam secundùm Matthæum est* unum vinctum.

℣. 8. Sicut semper faciebat illis. *Malè suppletur hîc locus in quodam manuscripto* per diem solemnem, ut dimitteret



Digitized by Google

unum vinctum.

℣. 15. Et tradidit Jesum. *Non hîc addas pronomen* eis.

℣. 20. Ut crucifigerent eum. *Non hic omittas pronomen* eum, *quamvis minùs necessarium.*

℣. 25. Erat autem hora tertia. *Cave scribas* sexta *pro* tertia.

℣. 29. Et in tribus diebus reædificas. *Non addas pronomen* illud, *sed subaudias.*

℣. 40. Erant autem & mulieres. *Nec addendum est adverbium* ibi, *nec legendum est* ibi *pro* &.

℣. 44. Interrogavit eum. *Non est legendum præteritum imperfectum* interrogabat, *pro perfecto.*

CAP. XVI. ℣. 7. Quia præcedit vos in Galilæam. *Non magis hic quàm secundùm Matthæum, mutandum est præsens* præcedit, *cum futuro* præcedet.

*Ibidem.* Sicut dixit vobis. *Cave legas primam personam* dixi, *pro tertia* dixit, *tametsi Matthæus scribat* Ecce prædixi vobis.

℣. 9. Surgens autem manè. *Non addas* Jesus.

℣. 14. Novissimè recumbentibus illis undecim apparuit. *Non hîc addas nomen* Jesus : *ut nec paulò post* à mortuis, *ubi dicitur* qui viderant eum resurrexisse.

---

## Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

### *MARCUS.*

CAP. II. ℣. 15. Qui & sequebatur eum. *Plerique libri addunt* &, *quidam demunt* : qui *Græcè & Syriacè non legitur : crediderim Interpretem mutasse* &, *cum* qui.

℣. 23. Et discipuli ejus cœperunt. *Quædam Mss. quemadmodum & Syrus, omittunt* &, *sensu clariore.*

CAP. III. ℣. 14. Et fecit ut essent duodecim cum illo. *Videtur legendum hoc verborum ordine :* Et fecit duodecim ut essent cum illo.

℣. 26. Et non poterit stare. *Quidam boni libri, Græco ac Syro similiter, habent præsens* potest, *pro futuro* poterit.

℣. 27. Ingressus in domum. *Quidam liber addit* ejus : *quod quidem Græco consonat, nec dissonat à Syro.*

℣. 29. Non habebit remissionem in æternum, sed reus erit. *Quædam exemplaria, conformiter Græco, scribunt præsens tempus* habet, *pro futuro* habebit. *Unde colligas, proximè legendum similiter cum Græcis præsenti tempore*, sed reus est, *quomodo scriptum invenitur in codice Leodiensi.*

CAP. IV. ℣. 4. Et venerunt volucres cœli. *Antiqua Mss. omittunt* cœli, *quemadmodum etiam Syrus, & quidam Græci libri.*

℣. 29. Et cùm produxerit fructus. *Plerique omnes libri addunt pronomen* se, *ante* fructus.

CAP. VI. ℣. 4. Nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. *Antiqui libri legunt hoc ordine :* nisi in patria sua, & in cognatione sua, & in domo sua, *consentaneè Græco & Syro.*

℣. 14. Et dicebat : Quia Johannes. *DD. Augustinus, Beda, & Thomas, legunt numero plurali*, dicebant.

℣. 27. Sed misso spiculatore. *Quidam libri scribunt* speculatore, *primâ syllabâ imbutâ vocali secundâ, non tertiâ.*

CAP. VII. ℣. 19. Sed in ventrem vadit. *Videtur* vadit *huc adscriptum esse ex Matthæo.*

℣. 26. Erat enim mulier. *Pro* enim, *optima Mss. legunt* autem, *Græco & Syro concinentibus.*

CAP. X. ℣. 40. Non est meum dare vobis. *Quidam libri omittunt pronomen* vobis, *conformiter Græco & Syro.*

CAP. XI. ℣. 32. Timemus populum. *Multi boni libri scribunt* timebant, *tertiam personam præteriti imperfecti, similiter Græco.*

CAP. XII. ℣. 29. Dominus Deus tuus. *Alii libri certiùs scribunt pronomen primæ personæ*, noster.

*Ibidem.* Deus unus est. *Et hic certior videtur vox* Dominus, *quàm vox* Deus.

CAP. XIII. ℣. 8. Gens contra gentem, & regnum super regnum. *Pro* contra *legendum esse* super, *priori hujus sententiæ membro posteriori, intelligere videmur ex antiquis nostris Mss.*

CAP. XIV. ℣. 45. Ave Rabbi. *Multi boni libri omittunt* Ave, *ut Matthæo proprium.*

℣. 54. Et sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. *Alius est ordo verborum in aliis libris Latinis, ut etiam in Græcis & Syriacis.* Et sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.

℣. 61. Et dixit ei. *Pro præterito* dixit, *legitur ab optimis Mss. Græco consonantibus, præsens* dicit.

*Ibidem.* Tu es Christus Filius Dei benedicti. *Vox* Dei *non immerito omittatur.*

℣. 62. A dextris virtutis Dei. *Simile hîc judicium occurrit.*

CAP. XV. ℣. 7. Qui cum seditiosis erat vinctus. *Quoddam Ecclesiæ Audomarensis Ms. legit*, cum seditiosis vinctus, *omissis* qui, *&* erat.

℣. 16. Duxerunt eum in atrium. *Antiqui libri addunt adverbium* intrò, *consentaneè Græco & Syro :* Duxerunt eum intrò.

℣. 31. Summi sacerdotes illudentes. *Multi antiqui libri legunt simplex*, ludentes, *pro composito* illudentes.

℣. 36. Dicens : Sinite, videamus. *Sunt quidam libri tam Græci quàm Latini, quos aliàs nominavimus, qui singulare* Sine, *scribunt. Reliqua lege in Notationibus.*

℣. 41. Et cùm esset in Galilæa. *Latinus textus Regiorum Bibliorum præponit relativum* quæ ( quæ & cùm esset ) *consentaneè Græcæ editioni.*

CAP. XVI. ℣. 19. Et sedet à dextris Dei. *Optima Mss. nostra ferè legunt præteritum* sedit, *conformiter Græco ac Syro, pro præsenti* sedet.

Digitized by Google

# [a] PROLOGUS IN EVANG. LUCÆ,

## Ex Mſ. Colbert. n. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.

LUCAS [b] natione Syrus, Antiochenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea verò Paulum ſecutus uſque ad [c] paſſionem ejus, ſerviens Domino ſine crimine (nam neque uxorem unquam [d] habuit, neque filios) ſeptuaginta & quatuor annorum obiit in Bithynia plenus Spiritu ſancto. Qui, cùm jam ſcripta eſſent Evangelia; per Matthæum quidem in Judæa, per Marcum autem in Italia; ſancto inſtigante Spiritu, in Achaiæ partibus hoc ſcripſit Evangelium: ſignificans etiam ipſe in principio [e] ante alia eſſe deſcripta. Cui, extra ea quæ ordo Evangelicæ diſpoſitionis expoſcit, ea maximè neceſſitas laboris fuit, ut primùm Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem Dei Chriſti manifeſtata [f] humanitate, ne Judaicis fabulis attenti in ſolo legis deſiderio tenerentur, [g] ne vel hæreticis fabulis & ſtultis ſollicitationibus ſeducti [h] exciderent à veritate, elaboraret: dehinc ut in principio Evangelii Johannis nativitate præſumpta, cui Evangelium ſcriberet, & in quo [i] electus ſcriberet, indicaret: conteſtans in ſe completa eſſe quæ eſſent ab aliis inchoata. Cui ideo poſt baptiſmum Filii Dei, à perfectione generationis in Chriſto [k] impletæ, repetendæ à principio nativitatis humanæ poteſtas permiſſa eſt: ut requirentibus demonſtraret in quo apprehendens erat, per Nathan [l] filium introitu recurrentis in Deum generationis admiſſo, [m] indiſparabilis Dei: prædicans in hominibus Chriſtum ſuum, perfecti opus hominis redire in ſe per filium faceret, qui per David patrem venientibus iter præbebat in Chriſto. Cui Lucæ non immeritò etiam ſcribendorum [n] Apoſtolicorum Actuum poteſtas in miniſterium datur: ut Deo in Deum pleno, & filio perditionis exſtincto, oratione ab [o] Apoſtolis facta, ſorte Domini electionis numerus compleretur; ſicque Paulus conſummationem Apoſtolicis Actibus daret, [p] quem diu contra ſtimulum recalcitrantem Dominus elegiſſet. Quod legentibus ac requirentibus Deum etſi per ſingula expediri à nobis utile fuerat, ſciens tamen quòd operantem agricolam oporteat [q] de fructibus ſuis edere, vitavimus publicam curioſitatem, ne non tam volentibus Deum [r] videremur, quàm faſtidientibus prodidiſſe.

Explicit Prologus.

NOTÆ.

[a] Hic prologus ſimiliter habetur in Mſ. codice aureo Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, ſub hoc titulo: *Incipit prologus Evangelii ſecundùm Lucam.* Editus quoque eſt to. 9. operum S. Hieronymi Pariſiis apud Cl. Chevallonium an. 1534. p. 52. cum hac inſcriptione: *Præfatio B. Hieronymi presbyteri in Evangelium ſecundùm Lucam.* Sed ineptè hanc tribui Hieronymo optimè notavit D. Johannes Martianæus, qui & ipſe illam typis excudendam curavit inter varia opuſcula Hieronymo falsò adſcripta. Vide ſis to. 5. Nov. edit. col. 923. 924. Nos verò ipſam illam rurſum edimus, quomodo exſtat in Mſ. noſtro Colbertino, ſubnexis tamen variis lectionibus cùm Mſ. Turonenſis, tum editionis Eraſmianæ, quam ſecutus eſt Martianæus.

[b] Editt. *Lucas Syrus natione, Antiochenſis*, al. *Antiochenus*.

[c] Mſ. S. Mart. ſimiliter hab. *paſſionem;* editt. verò *conſummationem;* al. *confeſſionem*.

[d] Mſ. Turon. cum editt. *habens*, non *habuit*.

[e] Editt. *ante ſuum alia*.

[f] Mſ. S. Mart. *humanitas*.

[g] Editt. *vel ne;* Mſ. S. Mart. *ne ve*.

[h] Mſ. S. Mart. *excederent*.

[i] al. *electis*.

[k] al. *completæ;* Mſ. Turon. add. *& repetendæ*.

[l] Editt. *filium David*.

[m] Edit. Eraſm. *inſperabilis;* Martian. *inſeparabilis;* Mſ. Turon. conſtanter, *indiſparabilis* cum Colb. ſubinde editt. ferunt *ut prædicans*.

[n] Editt. *Actuum Apoſtolorum..... in miniſterio datur*.

[o] Editt. *ipſis Apoſtolis facta ſorte Domini*, al. *Dominicæ electionis*, &c.

[p] Editt. *quandiu contra ſtimulum*, Mſ. Turon. *ſtimulo;* ſubinde editt. *quod & legentibus ac*, &c.

[q] Editt. hîc interponunt *primùm*, dein, *de fructibus*, &c.

[r] Editt. poſt *Deum*, addunt *demonſtraſſe;* exin *videremur;* ultimòque *prodidiſſe*, al. *prodeſſe*.

Digitized by Google

# *INCIPIUNT CAPITULA IN LUCAM,

## Ex eodem Ms. Colbert.

I. *Zachariæ sacerdoti apparuit Angelus Gabriel: & annuntiavit ei filium Johannem: & Johannes* [a] *præcedet Dominum in spiritu Heliæ. Et idem Angelus annuntiavit Mariæ filium Jesum.* cap. 1. ℣℣. 11. 13. 17. 26. &c.

II. *Nativitatem* [b] *Jesu annuntiat Angelus pastoribus.* c. 2. ℣℣. 8. 9. 10.

III. *Et accepit Simeon puerum Jesum*, & benedixit Deum. [c] Et erat Anna prophetissa. c. 2. ℣℣. 28. 36.

IV. *Annorum duodecim Jesus in templo docebat seniores.* c. 2. ℣. 46.

V. *Et Johannes baptizat populum baptismo pœnitentiæ.* c. 3 ℣. 3.

VI. *Et baptizatus Jesus à Johanne fuit ferè annorum triginta, quòd putabatur* [d] *eum filium Joseph esse; & in superiores partes usque ad Adam. Et filius Dei & in deserto agebatur à diabolo tentatus, jejunavit xl. diebus.* c. 3. ℣℣. 21. 23. 24. seqq. c. 4. ℣. 2.

VII. *Et in Nazareth legit librum Jesus Isaiæ: & dixit:* Non est propheta acceptus in patria sua. c. 4. ℣℣. 17. 18. 24.

VIII. *In synagoga hominem habentem dæmonium* [e] *mundavit.* c. 4. ℣℣. 33. 34. &c.

IX. *Et Apostolis dicit Jesus:* [f] Venite post me, *&* faciam vos piscatores hominum. c. 5. ℣. 10.

X. *Quòd leprosum mundavit Jesus;* [g] *& mundato dixit:* Vade, ostende te sacerdoti. c. 5. ℣℣. 12. 13. 14.

XI. [h] *Paralyticum mundavit Jesus, qui tollens grabatum suum, abiit in domum suam.* c. 5. ℣℣. 18. 24. 25.

XII. [i] *Et secutus est Dominum Publicanus nomine Levi. Et dixit Jesus:* Nemo mittit vinum novum in utres. c. 5. ℣℣. 27. 28. 37.

XIII. *Die sabbati discipuli vellebant spicas, & manducabant. Et in synagoga curavit* [k] *hominem dextram manum aridam habentem.* c. 6. ℣℣. 1. 6. 8.

XIV. *Ubi discipulos Dominus elegit, & nomina eorum* [l] *designat; & docet beatitudinem.* cap. 6. ℣℣. 13. 14. &c. 20. 21. &c.

XV. *De festuca, & trabe de oculo eruendo: & de domo ædificata super petram, & arenam.* cap. 6. ℣℣. 41. 42. 48. 49.

XVI. *Ubi centurionis servum curavit Jesus.* cap. 7. ℣℣. 2. 3. seqq.

XVII. [m] *Mortuum unicum filium viduæ resuscitavit Jesus, & matri restituit.* c. 7. ℣℣. 12. 13. 14. 15.

XVIII. *Johannes de carcere ad Jesum mittit, dicens:* Tu es qui venturus es? *Et Jesus ad turbas de Johanne loquitur.* c. 7. ℣℣. 19. 20. 24. &c.

XIX. [n] *Recumbens Jesus in domo Pharisæi, quædam mulier ingressa lacrymis lavit pedes ejus, & capillis tergens osculabatur, & ungebat unguento.* c. 7. ℣℣. 36. 37. 38.

XX. [o] *Proponit* Dominus *parabolam seminantis, & adaperit eam discipulis suis. Et nunciabatur ei mater, & fratres ejus, quia foris stant.* c. 8. ℣℣. 5. 6. &c. 10. 11. &c. 20.

XXI. [p] *Et dormiente Jesu in navicula, facta est tempestas: & rogatus à discipulis, compescuit ventum, & mare siluit.* c. 8. ℣℣. 23. 24.

XXII. [q] *In regione Gerassenorum dæmoniorum legio rogat Jesum, ut exeuntes de homine irent.* cap. 8. ℣℣. 26. 30. 31.

XXIII. [r] *Filiam principis resuscitat Dominus. Et mulierem à profluvio sanguinis salvavit.* c. 8. ℣℣. 41. 43. 44. &c. 54. 55.

XXIV. *Potestatem dedit Dominus* [s] *discipulis dæmonia expellere, & languores sanare, & cætera.* c. 9. ℣℣. 1. 2. &c.

XXV. [t] *De v. panibus & ii. piscibus saturavit quinque millia virorum.* c. 9. ℣℣. 13. 14. &c.

XXVI. [u] *Interrogavit Jesus discipulos suos quem eum esse dicerent: & dixit:* Qui vult, tollat crucem suam, & sequatur me. *Et immutatus in montem, loquebatur cum Moyse & Helia.* c. 9. ℣℣. 18. 23. 29. 30.

XXVII. *Descendente eo de monte, puerum à dæmonio curavit. Et* [x] *docebat humilitatem, sicut pueros fieri. De quodam prohibito, qui non sequebatur Jesum.* c. 9. ℣℣. 38. 39. 43. 47. 48. 59. 60.

XXVIII. [y] *Dixerunt Jacobus & Johannes:* Domine, si vis, petimus ignem, ut petiit Helias de cœlo. c. 9. ℣. 54.

XXIX. *Et ait quidam ad Jesum:* Sequar te. *Et alio dixit Jesus:* Sequere me: *&*, Sine mortuos sepeliant mortuos suos. *Et*, Nemo retro attendens, ponit manum suam super aratrum. c. 9. ℣℣. 57. 59. 60. 62.

### NOTÆ.

* Eadem Capitula reperiuntur in Ms. codice S. Germani Paris. n. 15. ann. 900. non paucis mutatis, quorum præcipua notabuntur infra.

[a] Ms. Sang. *præcederet.*

[b] Ms. Sang. *Christi.*

[c] Ms. Sang. *Et Anna erat prophetizans.*

[d] Ms. Sang. *esse filius Joseph:* deinde: *& enumeratio generationum in superiores partes..... Et filius Dei in deserto ageb.* &c. quæ sup.

[e] Ms. Sang. *mundat.*

[f] Ms. Sang. *Venite, faciam vos vivificare homines.*

[g] A Ms. Sang. absunt ultima ista: *& mundato dixit: Vade*, &c.

[h] Ms. Sang. *Ubi paralyticum mundavit Dominus; qui*, &c.

[i] Ms. Sang. initio hab. *Ubi secutus est;* ultimòque *in utres*, cum ult. syllaba verbi sequentis *es*, procul dubio, *veteres;* & bene.

[k] Ms. Sang. *homini manum aridam*, absque seq. *habentem.*

[l] Sang. cod. *designavit.*

[m] Ms. Sang. simpliciter: *Ubi filium viduæ resuscitavit Dominus.*

[n] Ms. Sang. *Ubi recumbenti Jesu in domum Pharisæi, ingressa mulier lacrymas lavit pedes, & unxit unguento.*

[o] Ms. Sang. *Ubi proponit parab. seminantis, & aperit... Et nunciantur ei mater & fratres sui foris stantes.*

[p] Ms. Sang. *Ubi dormiens in navicula, excitatus à discipulis, compescuit tempestat. & mare, & siluit.*

[q] Ms. Sang. *Ubi in regionem Gerasenorum legio dæmonum rogat Jesum, ut exeuntes de homine intrent in porcos.*

[r] Ms. Sang. *Ubi filium principis... à profluvio sanat.*

[s] In Ms. Sang. deest vox *discipulis;* loco verò *sanare*, habetur *curare*, quod unum & idem.

[t] Ms. Sang. *Ubi de quinque..... & duo..... satiat quinque*, &c.

[u] Ms. Sang. *Ubi Jesus interrogat discipulos, quem eum.... & dicit*, &c. deest, *& sequatur me.*

[x] Ms. Sang. *docet;* paulòque post: *Et de quodam probibito à curis, qui non sequeretur Jesum.*

[y] Ms. Sang. *Ubi dixerunt...... ignem de cœlo, sicut petivit Helias.*

Digitized by Google

XXX. [a] *Designavit Deus lxx. duos, & mandata eis dedit. Et improperat civitatibus.* c. 10. ℣℣. 1. 2. &c. 13. 14.

XXXI. *Et reversi lxx. duo gaudentes, dixit eis Jesus:* Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. *Et confessio Jesu ad Patrem.* c. 10. ℣℣. 17. 20. 21.

XXXII. [b] *Hominis parabolam descendentis ab Jerusalem in Jericho, qui incidit in latrones.* c. 10. ℣℣. 30. 31. seqq.

XXXIII. [c] *Et dixit Dominus Jesus Marthæ:* Maria bonam partem elegit. c. 10. ℣℣. 41. 42.

XXXIV. [d] *Et petitus Dominus, docuit discipulos orare. Et proponit parabolam petentis tres panes: & dicit:* Petite, & accipietis. c. 11. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 9.

XXXV. [e] *Et cùm diceretur, quòd in Beelzebub ejicit dæmonia, dixit:* Omne regnum divisum adversùm se, non stabit. c. 11. ℣℣. 15. 17.

XXXVI. *De signo Jonæ prophetæ. Et,* lucerna corporis est oculus. c. 11. ℣℣. 30. 32. 34.

XXXVII. *De calice & catino, mundantes* [f] *Pharisæi à foris.* c. 11. ℣. 39.

XXXVIII. *De primis cathedris. Et monumenta prophetarum* [g] *innumerat Dominus Pharisæis.* c. 11. ℣℣. 43. 47.

XXXIX. *Dicit Dominus discipulis:* Attendite à fermento Pharisæorum. *Et,* qui dixerit in Spiritu sancto, non remittetur ei. *Et,* nolite cogitare quid loquamini. c. 12. ℣℣. 1. 10. 11.

XL. *Hominis divitis uberes fructus possessio attulit.* [h] Nolite solliciti esse animæ quid opus sit, *& de lilio agri dicit.* c. 12. ℣℣. 16. 22. 27.

XLI. [i] Noli timere pusillus grex. *Et de servo, quem constituit Dominus super familiam suam, ut eis cibaria daret.* c. 12. ℣℣. 32. 42.

XLII. [k] Non veni mittere pacem, sed gladium. Da operam liberari ab adversario, dum es cum illo in via. *Et cùm venit ad arborem fici plantatam in vineam, quæ non facit fructum per annos tres.* c. 12. ℣℣. 51. 58. c. 13. ℣℣. 6. 7.

XLIII. *De sanguine Galilæorum, quem miscuit Pilatus cum sacrificiis.* c. 13. ℣. 1.

XLIV. [l] *Mulierem ab infirmitate annorum decem & octo sanavit Jesus. Item de grano sinapis, & fermento absconso in farina.* c. 13. ℣℣. 11. 12. &c. 19. 21.

XLV. [m] *Filii regni expelluntur. Et erunt novissimi primi.* c. 13. ℣℣. 28. 30.

XLVI. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas. c. 13. ℣. 34.

XLVII. *Ubi Hydropicum Jesus curavit. Et docet non diligere primos accubitus: & ad cœnam non divites, sed pauperes invitandos.* c. 14. ℣℣. 2. 4. 7. 8. &c. 12. 13.

XLVIII. *De eo qui voluerit turrem ædificare. Et,* Bonum [n] est sal. c. 14. ℣℣. 28. 29. 30. 34.

XLIX. *De ove, quæ erraverit de centum. Et mulier, quæ perdiderat unam de decem dragmis.* c. 15. ℣℣. 4. 5. 6. 7. 8. &c.

L. [o] *Homo quidam habuit duos filios, & divisit eis substantiam.* c. 15. ℣. 11. seqq.

LI. *De villico iniquitatis, quòd prudenter fecit.* cap. 16. ℣. 1. seqq.

LII. Nemo potest duobus dominis servire. *Et,* qui dimittit uxorem, & aliam ducit, mœchatur. c. 16. ℣℣. 13. 18.

LIII. *De quodam divite, &* [p] *Eleazaro paupere. Et per quem venit scandalum, bonum illi erat non nasci.* c. 16. ℣℣. 19. 20. c. 17. ℣. 2.

LIV. Si peccaverit frater tuus, corripe illum. Et dixerunt discipuli: [q] Domine, auge nobis fidem. *Et dicit de servo arante.* c. 17. ℣℣. 3. 5. 7.

LV. *Decem viri leprosi mundati sunt, ex quibus unus gratias egit Deo.* c. 17. ℣. 12. seqq.

LVI. *Sic veniet regnum Dei, sicut fuit in diebus Noe,* [r] *nubentes, & edentes. Et,* ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. cap. 17. ℣℣. 26. 27. 37.

LVII. [s] *De vidua, & judice iniquitatis. Cùm venerit Filius hominis, si inveniet fidem in terra?* c. 18. ℣℣. 2. 3. &c. 8.

LVIII. Duo homines ascenderunt in templum adorare, Pharisæus & Publicanus. *Et,* quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer. c. 18. ℣℣. 10. 11. seqq. 17.

LIX. Facilius est camelum per foramen acus transire. c. 18. ℣. 25.

LX. *Adventum passionis suæ dicit. Et cæcum secus viam sedentem* [t] *illuminat.* c. 18. ℣℣. 32. 33. 35. seqq.

LXI. *De Zachæo publicano statu* [u] *parvissimo.* c. 19. ℣. 1. seqq.

LXII. *Homo dives abiit regnum accipere sibi, & dedit servis suis decem mnas.* c. 19. ℣℣. 12. 13. &c.

LXIII. *De asina, & pullo. Et dixit Jesus:* Si hi tacuerint, lapides clamabunt: *& flevit super Jerusalem. Et de templo ejecit vendentes.* c. 19. ℣℣. 30. seqq. 40. 41. 45.

LXIV. *Et interrogavit Jesus baptismum Johannis unde esset.* c. 20. ℣. 4.

LXV. *Ubi coloni occiderunt dominum vineæ.* [x] *Et de lapide angulari.* c. 20. ℣℣. 14. 17.

LXVI. Reddite [y] quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. c. 20. ℣. 25.

LXVII. *De septem fratribus, qui unam uxorem habuerunt. Et Christus si* [z] *filius David fuit.* c. 20. ℣℣. 29. 30. &c. 41.

LXVIII. [aa] *Et sedens vidit Jesus quæ mittebantur in gazophylacio, & laudavit viduam.* c. 21. ℣℣. 1. 2. 3.

NOTÆ.

[a] Ms. Sang. *Ubi Jesus iterum designat alios xxii... & innumerat civitatibus.*

[b] Ms. Sang. *Ubi dicit hominis parab.* &c.

[c] Ms. Sang. *Ubi dicit Dominus Marthæ: Maria optimam,* &c.

[d] Ms. Sang. *Ubi petitus Dominus,* &c.

[e] Ms. Sang. *Ubi dicitur, quòd,* &c. deest inf. *adversùm se.*

[f] Ms. Sang. *Pharisæos,* absque seq. *à foris.*

[g] Ms. Sang. *inprobat Pharisæis Dominus.*

[h] Ms. Sang. *Et dicit: Nolite sollicitè esse:* extremò deest *dicit.*

[i] Ms. Sang. *Nolite timere... super familiam, ut det illis cibariam.*

[k] Ms. Sang. *Ubi dicit: Non veni..... Et da operam liberari ab adversario. Et de arbore fici in vineam, quæ non fecit fructum annos tres.*

[l] Ms. Sang. *Ubi mulierem in infirmit. annis xxiv. sanavit Jesus. Et de grano..... & de ferm.*

[m] Ms. Sang. *Ubi dicit: Filii regni expellentur,* &c.

[n] Ms. Sang. *esto sal.*

[o] Ms. Sang. *Homo qui habuit.*

[p] Ms. Sang. *Lazaro. Et per quem,* &c.

[q] Ms. Sang. tollit *Domine.*

[r] Ms. Sang. non interponit hoc, *nubentes & edentes*; nec inf. *illuc*; sed addit simpliciter, *veniunt aquilæ.*

[s] A Ms. Sangerm. abest *De vidua*; ut & infra partic. *si*, cum ult. *in terra.*

[t] Ms. Sang. *inluminavit Jesus.*

[u] Ms. S. Germ. *minimo.*

[x] Ms. S. Germ. post *vineæ*, subdit, *& data est vinea aliis*; nec plura.

[y] Ms. S. Germ. *quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei, Deo.*

[z] Ms. S. Germ. *Filius Dei fuit in terris.*

[aa] Ms. S. Germ. *Et respiciens vidit quæ mitteb. in gazophylacio*; reliqua desunt.

Digitized by Google

LXIX. [a] Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari in illa hora quid loquimini. c. 21. ℣℣. 9. 14.

LXX. [b] *De arbore ficulnea dicitis quia prope est æstas: sic & cùm videritis hæc, scitote quia prope est in januis.* c. 21. ℣℣. 29. 30. 31.

LXXI. [c] *Et introivit sathanas in corde Judæ, ut traderet Jesum.* c. 22. ℣℣. 3. 4.

LXXII. *Et misit Dominus discipulos, & paraverunt Pascha,* [d] *& cœnaverunt cum eo.* c. 22. ℣℣. 10. 11. seqq.

LXXIII. [e] *Qui vult ut sit in vobis major, fiat minor & minister.* c. 22. ℣. 26.

LXXIV. *Qui habet sacellum* [f] *& peram, tollat in via :* & qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium. c. 22. ℣. 36.

LXXV. *Et in monte cùm solus* [g] *oraret, ait discipulis :* Orate ne intretis in tentationem. c. 22. ℣. 40.

LXXVI. *Et dixit Jesus Judæ :* Juda, osculo Filium hominis tradis? c. 22. ℣. 48.

LXXVII. *Et ad Jesum dixerunt principes sacerdotum :* Si tu es Christus, dic nobis [h] palàm. *Et obtulerunt eum Pilato, & Herodi.* c. 22. ℣. 66. c. 23. ℣℣. 1. 7.

LXXVIII. *Et in passione Jesus dixit :* Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. *Et uni de latronibus dixit :* [i] Quia mecum eris hodie in paradiso. c. 23. ℣℣. 34. 43.

LXXIX. *Post resurrectionem* [k] *apparuit illis duobus euntibus in villam ; & postea Apostolis. Et benedicens eos, ascendit in cœlum.* c. 24. ℣℣. 13. seqq. 36. seqq. 51.

*Expliciunt Capitula Evangelii Lucæ.*

NOTÆ.

[a] Ms. Sang. hæc habet sola : *Ponite in cordibus vestris non meditari in illa hora quid loquamini.*

[b] Ms. Sang. *De arbore fici discite similitudine, quia prope est in januis.*

[c] Ms. Sang. *Introit satanas in cor Juda, ut,* &c.

[d] Ms. S. Germ. loco *& cœnaverunt,* &c. hab. *& dixit sacramentum corporis & sanguinis sui.*

[e] Ms. S. Germ. *Qui vult in vobis esse major, sit omnibus minor,* &c.

[f] Ms. S. Germ. *tollat & peram : & qui.*

[g] Ms. Sang. *orasset, dixit discip.* &c.

[h] In Ms. Sang. deest *palàm.*

[i] In Ms. Sang. abest *quia.*

[k] Ms. Sang. *apparuit Jesus duobus euntibus ad villam, & Apostolis.*

Digitized by Google

*SANCTUM

# JESU CHRISTI EVANGELIUM

## SECUNDUM LUCAM.

## CAPUT PRIMUM.

### Vulgata nova.

1. QUONIAM quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum:

2. ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis:

3. viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile,

### Versio antiqua.

1. QUONIAM quidem multi conati ſunt ordinare rerum narrationem, quæ in nobis completæ ſunt: *Ex Mſ. Colbert. num. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.*

2. ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonibus:

3. viſum eſt & mihi, aſſecuto à principio omnia diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile,

### Notæ ad Versionem antiquam.

* Mſ. Corb. *Incipit Evangelium ſecundùm Lucam. Amen.* S. Germ. 1. *Incipit ſecundùm Lucam.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Incipit Evangelium ſecundùm Lucam.* Itidem Cantabrig. niſi quòd ſcribit *Lucan.* S. Gat. *Item incipit Evangel. cata Lucan.* In uno cod. Græco titulus eſt: Ἐκ τῦ κατὰ Λυκᾶν Εὐαγγέλιον. In ed. Compl. Τὸ κατὰ Λῦκαν ἅγιον Εὐαγγέλιον.

℣. 1. Textui Colb. ritè congruit Mſ. Corb. Ita quoque S. Germ. 1, niſi quòd ponit *rerum*, poſt *narrationem*. Cantabrig. habet: *Quoniam quidem multi tentaverunt conſcribere narrationem de bis, quibus completa ſunt in nobis, rebus.* Hieron. præfat. in Matth. to. 4. col. 2. d. *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ ſunt.* Itidem Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1265. b. 1266. d. deleto uno *quidem*; his verò, *quæ in nobis completæ ſunt*, ſubdit, *vel, quæ in nobis redundant*; Græcè, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων.

℣. 2. Vulgatæ reſpondent Mſs. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. nec diſſimile quid in Cantabrig. præter ult. *verbi*, loco *ſermonis*. Ita quoque apud Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1267. a. unde iſta ſubdit: *Non congruit iſta locutio, ut magis miniſterium verbi viſum, quàm auditum eſſe credamus. Sed quia non prolativum verbum, ſed ſubſtantiale ſignatur verbum illud, quod caro factum eſt, & habitavit in nobis: non vulgare verbum, ſed illud cæleſte intelligamus, cui Apoſtoli miniſtrarunt.* Item Irenæus l. 3. c. 14. p. 202. a. legit: *quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio contemplatores, & miniſtri fuerunt verbi:* & præf. in l. 4. p. 227. e. *qui ab initio ſpeculatores, & miniſtri fuerunt verbi.* Hieron. verò præf. in Matth. to. 4. 2. d. *qui ab initio ipſi viderunt ſermonem, & miniſtraverunt ei.* Gr. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τῦ λόγυ.

℣. 3. Textui Colb. favet Mſ. S. Gat. Corb. autem Vulgatæ. S. Germ. 1. habet: *viſum eſt mihi, & Spiritui ſancto, adſecuto à principio omnibus diligenter*, &c. Cantabrig. *viſum eſt & mihi, adſecuto de ſuſum omnibus diligenter*, &c. S. Germ. 1. *aſſecuto à principio omnibus dilig.* &c. S. Mart. Turon. *de omnibus dilig.* &c. Gr. ἔδοξε κἀμοὶ, παρηκολυθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, &c. Goth. Evangel. cod. Lat. antiquiſſ. in Biblioth. Bodlejana, κἀμοὶ, καὶ τῷ Πνεύματι ἁγίῳ. Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1269. e. *viſum eſt & mihi, adſecuto à principio omnia diligenter ex ordine*; nec addit plura juxta Mſs. codd. omnes, licet vet. editiones ſubdant *tibi ſcribere.* In conſequentibus etiam Ambroſius dicit: *Adſecuto omnia viſum eſt ſcribere non omnia, ſed ex omnibus: non enim ſcripſit omnia, ſed adſecutus eſt omnia:* & poſt pauca, n. 12. *Scriptum eſt autem Evangelium ad Theophilum, hoc eſt, ad eum quem Deus diligit.*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

4. ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

5. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth.

6. Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela,

7. & non erat illis filius, eò quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo progreſſi erant in diebus ſuis.

8. Factum eſt autem, cùm ſacerdotio fungeretur Zacharias ex ordine vicis ſuæ ante Dominum Deum,

9. ſecundùm conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit ut incenſum poneret ei, ingreſſus in templum Domini:

10. & omnis multitudo foris orabat horâ incenſi.

11. Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi.

12. Et videns Zacharias turbatus eſt, & timor cecidit ſuper illum.

13. Et ait ad illum Angelus Domini, dicens: Ne timeas Zacharia, quoniam ecce obſecratio tua exaudita eſt: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Johannes:

### VULGATA NOVA.

4. ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

5. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth. *1. Par. 24. 10.*

6. Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela,

7. & non erat illis filius, eò quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.

8. Factum eſt autem, cùm ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum,

9. ſecundùm conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit ut incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini:

10. & omnis multitudo populi erat orans foris horâ incenſi. *Exod. 30. 7.*

11. Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi. *Levit. 16. 17.*

12. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum.

13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Accinunt Mſs. S. Germ. 1. Corb. S. Gat. &c. Sangerm. 2. delet tantùm præp. *de*, ante relat. *quibus*. Cantabr. hab. *uti cognoſcas, de quibus ſtructus es, verborum veritatem*, Gr. ἵνα ἐπιγνῷς, περὶ ὧν κατηχήθης, λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

℣. 5. Mſs. S. Germ. 1. S. Mart. Turon. & Cantabr. concordant ad verbum cum textu Colb. Sic etiam Corb. deleto penult. *ejus*. S. Germ. 2. habet: *Fuit in diebus Herodis Judæ ſacerdos quidam*, &c. ut in Vulg. Græcè ut in ipſa Vulg. verbum pro verbo: Mſs. tamen quidam loco γυνὴ αὐτοῦ, ferunt γυνὴ αὐτῷ· unde Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 34. g. *& uxor illi*, cum cæteris de Vulg. Ambr. verò l. 1. in Luc. col. 1271. a. nil ab ipſa diſcrepat, niſi quòd ſcribit *uxor ejus*, non *illius*. At Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 489. legit: *Fuit in diebus Herodis, regis Judæ..... & uxor illi de filiab. Aaron, & nomen illius Eliſabeth*. Juvencus l. 1. Hiſt. Evang. p. 56. a. eadem ſic reddit:

> *Rex fuit Herodes Judæa in gente cruentus,*
> *Sub quo ſervator juſti, templique ſacerdos*
> *Zacharias, vicibus cui templum cura tueri*
> *Digeſto inſtabat lectorum ex ordine vatum.*
> *Hujus inhærebat thalamis digniſſima conjunx.*

℣. 6. Ita legunt Mſs. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Ita quoque S. Germ. 1. exceptis his, *ante Dominum..... & juſtificationibus Dei*. Cantabrig. *in conſpectu Dei, ambulantes in omnibus mand. & juſtitiis Domini ſine macula*. Græcè ut in Colb. & Vulg. Apud Irenæum l. 3. c. 10. *Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtitiis Domini ſine querela*. Apud Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1271. a. d. *Et erant ambo juſti, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela*. Ap. Hieron. ep. ad Algaſ. quæſt. 8. to. 4. 201. f. *Erant juſti ambo in conſpectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini abſque querela*. Similiter habet Tichon. reg. 3. p. 52. c. exceptis his, *Dei ſine querela*; ſed Mſ. B. M. Rem. tollit ibi vocem *Dei*. Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 34. Vulgatæ conſentit uſque ad verſum 23. Juvencus l. 1. p. 56. a.

> *Cura bis ambobus parilis moderaminis æqui*
> *Ambos adnexos legis præcepta tenebant.*

℣. 7. Itidem Mſs. Corb. & S. Germ. 1. excepto uno *proceſſi erant*, loco *progreſſi*. S. Gat. *proceſſerant ætate*. Cantabr. *quoniam erat Eliſabeth ſterilis, & ambo erant ſeniores in diebus ſuis*. Gr. καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. Juvencus l. 1. p. 56. a.

> *Nec fuit his ſoboles, jam tunc urgentibus* ( al. *vergentibus* ) *annis,*
> *Gratius ut donum jam deſperantibus eſſet.*

℣. 8. Mſs. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Factum eſt autem, cùm Zacharias ſacerdotio fungeretur*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *cùm ſac. fungeretur in ordine ſacerdotii ſui in conſpectu Dei*. Corb. *cùm ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Dominum Deum*. Ita quoque legit Ambr. l. 1. in Luc. 1273. a. Irenæus verò l. 3. c. 10. Vulgatæ conſonat ad verbum, & Græco; ſicut Aug. tr. 49. in Joh. to. 3. 629. b. Juvencus l. 1. p. 56. a.

> *Sed cùm fortè* ( al. *ſorte* ) *adytis ariſque inferret odores*
> *Zacharias*, &c. de ℣. 10. & 11.

℣. 9. Mſ. S. Germ. 1. *ſecundùm ſacerdotii ſortem, exiit ut incenſum poneret, ingreſſus*, &c. Corb. *& ingreſſus*, &c. S. Gat. *poneret in templo ingreſſus*, &c. Cantabr. *ſecundùm conſuetudinem ſacrificii fortè accidit ſacrificare intrantem in templum Domini*. Græcè ut in Vulg. cui etiam ſuffragatur Ambroſ. in Luc. 1273. a. cum Auguſt. tr. 49. in Joh. 629. b. Apud Irenæum verò l. 3. c. 10. ita: *ſecundùm conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exivit ut incenſum poneret, & venit uti ſacrificaret, intrans in templum Domini*.

℣. 10. Mſ. Corb. *omnis multitudo populi orabat foris horâ incenſi*. S. Germ. 1. *& omnis multitudo orabat horâ incenſi*. S. Germ. 2. Cantabr. & S. Gat. ut in Vulgata, & Græco. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1273. b. *& omnis populus foris orabat horâ incenſi*. Vide Juvencum ad ℣. ſeq.

℣. 11. Similiter habent Mſs. S. Germ. S. Mart. & Corb. ſicut etiam Cantabr. & S. Gat. niſi quòd ille initio hab. *Viſus eſt*, è Gr. Ὤφθη, loco *Apparuit*; hic verò, *ſupplicationis*, loco *incenſi*. Huic ultimo favere videtur Tertul. l. de orat. c. 12. p. 182. c. dicens: *ſub conſpectu Dei vivi Angelo adhuc orationis aſtante*. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1274. a. nil differt à textu Colb. nec etiam à Græco. Juvencus l. 1. p. 56. a. hæc habet:

> ..... *viſus* ( al. *juſſus* ) *cælo deſcendere aperto*
> *Nuncius, & ſoli juſſas perferre loquelas:*
> *Cætera nam foribus plebes adſtrata rogabat:*

quæ ultima reſpondent verſui antecedenti.

℣. 12. Mſs. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. textui Colbertino reſpondent, præterquam quòd Sangerman. hab. *inruit*, pro *cecidit*. In Corb. *cecidit*; cætera verò ut in Vulgata. In Cantabrig. *Et conturbatus eſt Zacharias videns, & timor incidit ſuper eum*: nec refragatur Græcum.

℣. 13. Mſ. Corb. *Et ait ad illum Angelus Domini, dicens: Ne timeas Zacharias, quoniam ecce obſecratio tua audita eſt*, &c. ut in Vulg. Itidem Mſs. S. Gat. & S. Germ. 2. *Zacharias*; dein S. Gat. *quia ecce exaudita eſt*, &c. de Vulg. S. Germ. 1. *Ait autem ad illum Angelus Domini, dicens: Ne timeas Zacharia, quoniam ecce exaudita eſt*, &c. S. Mart. Turon. *Et ait ad illum Angelus, dicens: Ne*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Et dixit ad eum Angelus: Ne timueris Zacharia, quia exaudita eſt oratio tua*, &c. de Vulgata. Græcum ipſi Vulgatæ conſonat ad verbum. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1275. c. 1276. a. legit: *Ne timeas Zacharia, quoniam ecce oratio tua exaudita eſt: & uxor tua Eliſabeth pariet filium, & vocabis nomen ejus Johannem*. Auguſt. quæſt. 1. in Luc. to. 3. 249. a. *exaudita eſt oratio tua: Ecce Eliſabeth uxor tua concipiet, & pariet filium, & vocabis*, &c. ut in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. & erit gaudium tibi, & exsultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt:

15. erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ:

16. & multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum.

17. & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

Mal. 4. 6. Matth. 11. 14.

18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Et erat plebs exspectans Zachariam: &

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

14. & erit gaudium tibi, & exsultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt:

15. erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris suæ:

16. & multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum:

17. & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredibiles ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Dominum: & missus sum ad te loqui, & hæc tibi evangelizare.

20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant, propter hoc quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Et erat plebs exspectans Zachariam, & mi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vulg. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 743. d. *Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua: ecce uxor tua*, &c. ut in Vulg. Arnobius Afric. annot. in Evang. p. 334. b. *ideoque nascetur tibi filius: vocabis nomen ejus Johannem.* Juvencus l. 1. p. 56.

*Quid tibi terribilis concussit corda pavorè*
(al. *Quem tibi terribilis concussit corda paverem*)
*Visus, cùm læti sermonis gratia placat?*
*Nam me propitius rerum Pater unicus alto*
*E cœli solio tibi nunc in verba venire*
*Præcipit: & chara tibi mox de conjuge natum*
*Promittit*, &c.

℣. 14. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò habet: *& erit tibi gaudium, & exaltatio, & multi super nativitate ejus gaudebunt.* Græc. textui Colb. consonat, nisi quòd ultimò hab. ἐπὶ τῇ γεννήσει; Ms. verò unus, ἐν τῇ γεννήσει. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1276. a. *& erit gaudium tibi, & multi in nativitate ejus gaudebunt.* Arnob. annot. in Evang. p. 334. b. *& multi super ejus nativitate gaudebunt.* Juvencus l. 1. p. 56. b.

..... *grandis rerum cui gloria restat;*
*Plurima qui populis nascendo gaudia quæret.*

℣. 15. Ms. Cantabr. *erit enim magnus in conspectu Domini: & vinum & sicera non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc de ventre matris suæ:* nec aliter in Græco est. Goth. habet, ἐν τῇ κοιλίᾳ, loco ἐκ κοιλίας. Mss. verò Lat. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. *ex utero*, cum Vulgata. Ms. S. Mart. Turon. initio: *& erit magnus coram Domino.* Itidem Ambroſ. in Luc. 1276. d. & inf. 1277. c. addit: *& Spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris suæ.* Auguſt. l. 4. de Trin. to. 8. 829. f. *Spiritu sancto replebitur jam inde ab utero matris suæ.* Iren. l. 3. c. 10. *erit magnus in conspectu Domini.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 743. d. *vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto implebitur adhuc in utero matris suæ.* Juvencus l. 1. p. 56. b.

*Sobrius æternùm; clausum quem Spiritus ipsis*
*Visceribus matris complebit lumine* (al. *numine*) *claro.*

℣. 16. Concinunt Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Item Cantabrig. nisi quòd scribit semper *Istrahel*, pro *Israël*; ultimòque, *eorum*, loco *ipsorum*; Gr. αὐτῶν. Irenæus l. 3. c. 10. & Ambroſ. l. 1. in Luc. 1277. f. textui nostro suffragantur. Juvencus l. 1. p. 56. b.

*Istius hic partem populi pleramque docendo*
*Ad verum convertet iter*, &c.

℣. 17. Ms. Corb. S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. textui Colb. congruunt. Cantabr. verò habet: *& ipse antecedet in conspectu ejus in spiritu & virtute Heliæ: convertete corda patrum ad filios, & non consentientes in sapientia justorum, præparare Domino plebem consummatam.* Græc. καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι...... ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον· Mss. quidam initio: καὶ αὐτὸς προπορεύσεται, &c. Irenæus l. 3. c. 10. *& ipse præcedet in conspectu ejus in spiritu & in virtute Heliæ: præparare Domino plebem perfectam.* Tertul. l. de anima, p. 495. b. *& ipse præcedet coram populo in virtute & in spiritu Heliæ.* Ambroſ. l. 1. in Luc. 1278. a. *præibit in conspectu Domini in spiritu & virtute Heliæ.* Auguſt. tr. 4. in Joh. to. 3. col. 315. a. *& erit præcursor Altissimi in spiritu & virtute Eliæ.* Hilar. in Pſ. 59. col. 141. c. subsequentibus alludit, dicens: *Ultima prædicatio convertet corda patrum ad filios.* Juvencus ubi sup. sic pergit:

..... *Dominumque Deumque*
*Continuò primus noscet, plebemque novabit* (al. *vocabit*)
*Nomine Ioannem quem tu vocitare memento.*

℣. 18. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabrig. autem legit: *Et dixit Zacharias ad Angelum: Quomodo cognoscam hoc? ego enim sum senior, & uxor mea præcedens in diebus suis.* Græc. Καὶ εἶπε..... Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν, &c. Mss. quidam, Πῶς ἔσαι τοῦτο; loco Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Auguſt. ser. 290. to. 5. 1163. e. *Per quid cognoscam hoc? ego enim sum senex.* Ambroſ. l. 1. in Luc. 1279. b. & Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 490. ut sup. in textu Colb. & Vulgata. Juvencus l. 1. p. 56. b.

*Olli confusa respondit mente sacerdos:*
*Æmula promissis obsistit talibus ætas;*
*Nec senibus soboles* (al. *fetus*) *poterit contingere fessis,*
*Quam* (al. *Quem*) *Deus avertens primævo in flore negavit.*

℣. 19. Ms. Corb. *Et respondit Angelus, & dixit ei: Ego enim sum Angelus Gabriel, qui adsto Dominum*, &c. Sangerm. 1. *qui adsto ante Dominum*, &c. Cantabrig. *qui adsisto in conspectu Dei: & missus sum loqui ad te, & evangelizare tibi hæc.* Ita quoque in Græco est. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1279. c. *Et respondit ei Angelus, dicens: Ego sum Gabriel Angelus, qui adsisto ante Deum: & missus sum hæc annuntiare tibi*: & l. 5. de fide, col. 564. d. *Ego sum Gabriel, qui adsto ante Dominum.* Juvencus l. 1. p. 56. c.

*Hæc trepidans vates: cui talia Nuncius infert* (al. *addit:*)
*Si tibi mortalis sobolem promitteret ullus,*
*Ad desperandum forsan cunctatio mentis*
*Debuerat tardis hærens insistere verbis:*
*Nunc ego, quem Dominus cœli terræque creator*
*Ante suos vultus voluit patere* (al. *parere*) *ministrum,*
*Auribus ingratis hominis visuque receptus,*
*Summi jussa Dei non contemnenda peregi.*
*Quare promissis manet irrevocabile donum.*

℣. 20. Ms. Corb. textui Colbert. accedit, præterquam quòd habet, *propter hoc non credidisti*; absque medio *quòd*. Cantabrig. *Et ecce eris tacens, & non potens loqui, usque in diem quo fiant hæc, quia non credidisti verbis meis, quæ complebuntur in tempore suo.* Huic etiam codici Græcum favet. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1279. b. non differt à textu Colb. nisi isto uno *propterea quòd*, loco *propter hoc quòd*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 490. legit: *Eris tacens, & loqui non poteris, usque ad diem quo fient hæc, quia non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo:* & l. 2. col. 520. b. *Quia non credidisti verbis meis, eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem nativitatis ejus.* Juvencus l. 1. p. 56. b.

*Sed tibi claudetur rapidæ vox nuncia mentis,*
*Donec cuncta Dei firmentur munera vobis.*
*Hæc ait, & sese teneris immiscuit auris.*

℣. 21. Itidem Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Cantabrig. verò in fine legit: *& mirabantur in eo quòd tarda-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* rabantur quòd tardaret ipse in templo.

22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quòd visum vidisset in templo. Et ipse erat annuens illis, & permansit mutus.

23. Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam:

24. post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, & celabat se mensibus quinque, dicens:

25. Quia sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

26. Eodem autem tempore, missus est Angelus Gabriel à Domino in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

27. ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis, Maria.

28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu inter mulieres.

29. Quæ cùm vidisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum:

VULGATA NOVA.

mirabantur quòd tardaret ipse in templo.

22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus.

23. Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam:

24. post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, & occultabat se mensibus quinque, dicens:

25. Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

26. In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

27. ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis, Maria.

28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

29. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ret in templo:* nec refragatur Græcum. Juvencus l. 1. p. 56. c.

*Interea populum* ( al. *populus* ) *miracula longa trahebant* ( al. *trahebat* )
*Quid tamen* ( al. *tantum* ) *in templo vellet cessare sacerdos.*

℣. 22. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. legunt cum Colb. *Et ipse erat annuens;* &c. quæ in Vulg. Corb. *Et ille erat innuens*, &c. Cantabrig. *Exiens autem non poterat loqui illis, & cognoverunt quia visionem vidit in templo. Et ipse erat adnuens eis, & permanebat surdus.* Sic etiam in Græco est, ubi ultima vox habetur, κωφὸς, quæ *mutum* perinde ac *surdum* refert. Ambros. in Luc. 1279. d. ait: *Zacharias qui non credidit, non potuit loqui: sed erat annuens illis, & remansit mutus:* infra: *Et ipse erat annuens illis;* subinde, *innuens.* Juvencus l. 1. p. 56. c.

*Egressus trepidè, numen vidisse supernum*
*Nutibus edocuit, miseræ & dispendia vocis.*

℣. 23. Similiter habent Mss. S. Germ. ambo, S. Gat. & S. Mart. Turon. Corb. verò: *Et factum est, ut impleti sunt dies illi officii, abiit*, &c. Cantabrig. *Et factum est, ut completi sunt dies ministerii ejus, tunc abiit*, &c. Ita quoque in Græco est præter adverb. *tunc*, quod deest. Apud Ambr. l. 1. offic. to. 2. 8. f. ut in textu Colb. & Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 56. c.

*Inde domum rediit, completo ex ordine vates*
*Officio, amissamque levant promissa loquelam.*

℣. 24. Mss. S. Germ. ambo, Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Cantabr. habet: *& post dies istos concepit Elisabeth uxor ejus, & abscondebat se menses quinque, dicens.* Ap. Ambros. l. 1. in Luc. 1280. e. ut in Vulg. cui etiam Græcum favet. Apud Juvencum l. 1. p. 56. c. ita:

*Nec dilata diu venerunt munera prolis:*
*Anxia sed ventris celabat gaudia conjunx,*
*Donec quinque cavam complerent lumina lunam.*

℣. 25. Textui Colbert. succinunt Mss. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. Vulgatæ verò S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. Solus Cantabr. habet: *Quoniam sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum in hominibus.* Ita quoque in Græco est. Apud Ambros. l. 1. in Luc. 1280. e. interrogativè: *Quid mihi sic fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines?*

℣. 26. Ms. Corb. ad verbum convenit cum textu Colb. S. Germ. autem, & S. Gat. cum Vulg. & Græco. Item Cantabrig. hab. *In mense autem sexto, missus est... in civitatem Galilææm*, delet verò ult. *cui nomen Nazareth.* In Ms. S. Mart. Turon. est, *cui nomen erat Nazareth.* Apud Iren. l. 3. c. 10. p. 185. b. *In ipso autem tempore, missus est Angelus Gabr. à Deo.* Apud Ambros. l. 2. in Luc. 1281. d. *Eodem autem tempore, missus est Ang. Gabr. à Domino*, &c. ut in textu. Apud August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 33. a. *In mense autem sexto*, &c. quæ supra. Maximus Taurin. in homil. Bibl. PP. to. 6. 5. g. caret his: *in civitatem Galil. cui nomen Nazareth.* Juvencus l. 1. p. 56. c.

*Tunc majora dehinc idem mandata minister*
*Detulit*, &c.

℣. 27. Sic habent Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. S. Gat. &c. quibus adstipulatur Græcum, nisi quòd ultimò hab. Μαριάμ; sed Ald. ed. Μαρία. Accinunt magno consensu Ambros. l. 2. in Luc. 1281. d. Aug. l. 2. de cons. Evang. col. 33. a. & Maximus Taurin. in homil. Auctor verò l. de promiss. p. 3. prom. 4. col. 172. c. legit: *ad Virginem desponsatam, cui nomen erat Maria.* Tertul. l. de vel. virg. c. 6. p. 311. b. utitur etiam voce *desponsata.* Juvencus l. 1. p. 56. c. sic pergit:

*..... ad Mariæ demissus virginis aures:*
*Hæc desponsa suo per tempora certa propinquo*
*Abdita virgineis castè pubescere tectis,*
*Et servare diem, jussis permissa parentum.*

℣. 28. Ms. Corb. *Et ingressus ad eam Angelus, benedixit eam, & dixit illi: Ave gratiam plena: Dominus tecum: Benedicta tu inter mulieres.* Cantabr. *Et introiens Angelus ad eam dixit: Ave benedicta: Dominus tecum: Benedicta tu inter mulieres.* S. Gat. *in mulieribus:* dein, *& benedictus fructus ventris tui.* Græcè ut in Vulgata, cum verbo κεχαριτωμένη, pro *gratia plena.* Ms. Bodl. extremò addit: καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. ut in Ms. S. Gat. sup. Tertul. l. de vel. virg. c. 6. p. 311. b. *Benedicta tu inter mulieres.* Similiter habet Ambros. l. 2. in Luc. 1284. d. cum aliis quæ supra. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 4. col. 172. c. ita: *Qui & ingressus sic eam salutavit: Ave gratia plena: Dominus tecum.* Apud Juvencum l. 1. p. 56. d.

*Ad quam tranquillum sermonem Nuncius infert:*
*Salve progeniem terris paritura salubrem.*

℣. 29. Ms. S. Gat. *Ipsa autem quæ cùm vidisset, turbata est*, &c. quæ supra. S. Germ. 1. *Quæ cùm vidisset, turbata est in introitu ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio, & quòd sic benedixisset eam.* Corb. *Ipsa autem ut vidit eum, mota est in introitu ejus, & erat cogitans quòd sic benedixisset eam.* Cantabr. *Illa autem super verbo conturbata est, & cogitabat in semetipsa qualis sit salutatio hæc.* Gr. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Copt. & Armen. delent verbum ἰδοῦσα; Mss. quidam ferunt ἀκούσασα; unus addit ἐν ἑαυτῇ, verbo διελογίζετο. Ambros. l. 2. in Luc. 1284. d. *Ipsa autem ut vidit eum, mota est in introitu ejus:* & infra: *erat tamen cogitans qualis esset hæc salutatio.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 33. a. & 35. d. *Quæ cùm vidisset, turbata est*, &c. ut in textu. Juvencus l. 1. p. 56. d. hunc versum non reddit.

℣. 30. Mss. Corb. & S. Germ. 1. *Et ait ei Angelus Domini: Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum;* Sangerm. 1. *invenisti enim.* S. Gat. *Et dixit ei Angelus Domini: Ne timeas*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Et dixit ei Angelus: Ne timeas*, &c. Græcè ut in Colb. & Vulg. nisi quòd constanter scribitur Μαριάμ. Apud Irenæum l. 3. c. 10. p. 185. b. *Qui & dixit Virgini: Noli timere Maria, invenisti enim*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Isai. 7. 14. 31. ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM:
Inf. 2. 21. 32. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum,
Dan. 7. 14. 27. 33. & regni ejus non erit finis.
Mich. 4. 7. 34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?
35. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.
36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa con-

### VERSIO ANTIQUA.

31. & ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM: Ex Ms. Colbert.
32. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris sui: & regnabit in domo Jacob in æternum,
33. & regni ejus non erit finis.
34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?
35. Et respondit Angelus, & dixit ad illam: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascitur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.
36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa con-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*gratiam apud Deum.* Apud Cypr. l. 2. Testim. p. 289. b. *Et dixit Angelus ad illam: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam ante Deum.* Hîc etiam hab. *ante Deum* Vig. Tapf. l. 3. de Trin. Ambrof. l. 2. in Luc. 1285. a. *Et ait Angelus ad eam: Ne timeas*, &c. ut in textu: itidem l. 2. de Abr. c. 9. col. 339. d. ab hoc, *Ne timeas.* Juvencus l. 1. p. 56. d.

*Desine conspectu mentem turbare verendo.*

℣. 31. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colbertino. Cantabr. scribit: *& ecce concipiens in utero, & paries*, &c. Gr. καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, &c. deest autem conjunct. καὶ in edd. Ald. & Froben. Apud Ambrof. l. 2. de Abr. c. 9. col. 339. d. ac l. 2. in Luc. 1285. a. *& ecce concipies in utero, & paries*, &c. ut in textu: at l. 3. in Luc. 1330. c. delet *&*, ante *ecce*; sicut Cypr. l. 2. Testim. p. 289. b. qui etiam in reliquis textui Colb. accinit. Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. *ecce in utero habebis, & paries*, &c. quæ sup. Maxim. Taur. in homil. Bibl. PP. to. 6. p. 5. g. *Ecce concipies in utero..... & vocabunt nomen ejus Jesum.* Tertul. verò l. 4. cont. Marc. p. 701. a. *& vocabis nomen ejus Jesum.* Juvencus l. 1. p. 56. d.

*Nam tua concipient cælesti viscera jussu*
*Natum*, &c.

℣. 32. Ms. S. Germ. 2. *hic erit magnus coram Domino, & Filius Altissimi*, &c. quæ in Vulg. Eidem Vulgatæ consonant ad verbum Corb. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Cantabr. autem habet: *hic erit magnus coram Domino, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit ei Dom. Deus thronum David patris ejus: & regnavit super domum Jacob in sæcula.* Ita quoque in Græco est, excepto uno βασιλεύσει, *regnabit.* Apud Irenæum l. 3. c. 10. & 16. p. 185. b. 205. e. *hic erit magnus, & Fil. Alt. vocabitur, & dabit ei Dom. Deus thronum David patris sui: & regnavit in domo Jac. in æternum.* Ap. Cypr. l. 2. Testim. p. 289. b. *hic erit magnus, & Filius Alt. vocabitur, & dabit illi Dom. Deus thronum David patris sui: & regnabit super domum Jacob in sæcula.* Itidem Zeno Veron. l. 2. tr. 6. p. 152. necnon Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 687. b. ab hoc, *dabit illi.* Ambrof. verò l. 3. in Luc. 1329. e. 1330. c. nil omnino differt à contextu Colb. nec etiam Ambrosiast. col. 163. b. neque Auctor quæst. N. T. q. 86. col. 80. a. ab hoc, *& dabit.* Ap. August. l. 2. de conf. Evang. to. 3. 33. & 35. omnia ut in Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 56. d. ita:

*..... quem regnare Deus per sæcula cuncta,*
*Et propriam credi sobolem, gaudetque jubetque.*
*Huic, ubi sub lucem dederis, sit nomen Iesus.*

℣. 33. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. S. Gat. &c. simul cum Græco. Accinunt magno consensu Irenæus l. 3. c. 10. p. 185. b. Cypr. l. 2. Testim. p. 289. b. Zeno Veron. l. 3. p. 152. Ambrof. l. 3. in Luc. 1330. c. Ambrosiast. col. 163. b. Hieron. ep. ad Principiam, to. 2. 687. b. August. l. 2. de conf. Evang. col. 33. 35. & Auctor quæst. N. T. q. 86. col. 80. a.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Et dixit Maria ad Angelum: Quomodo erit hoc, quia virum non novi?* S. Germ. 1. *quoniam virum non cognovi?* Corb. *ego enim nescio virum?* Græc. textui Colbert. respondet, nisi quòd habet ἔσται, pro *fiet.* Ambrof. l. 2. in Luc. 1283. d. 1286. f. 1287. c. *Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognovi?* similiter l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. e. Hieron. verò in Isai. 53. to. 3. 385. f. *Unde mihi hoc, quia virum non cognovi?* & l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 132. e. *Quomodo erit hoc, quia virum non cognovi?* Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. *Quomodo erit istud, quia virum non novi?* August. quæst. 19. in Num. Vulgatæ congruit; sicut etiam in Joh. 16. to. 3. 747. d. Auctor quæst. N. T. p. 1. q. 51. col. 62. e. *Et unde hoc sciam, quia virum non cognosco?* Itidem p. 2. col. 152. a. præter hoc, *non cognovi?* Juvencus l. 1. p. 56. d.

*Ad quem Virgo dehinc pavido sic incohat ore:*
*Nullos conceptus fieri sine conjuge dicunt:*
*Unde igitur sobolem mihi nunc sperabo venire?*

℣. 35. Ms. Corb. *Et respondit Angelus, & dixit ei: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit te. Ideoque quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* S. Gat. *Et id quod nascitur ex te Sanctum*, &c. S. Germ. 2. tollit *ex te.* Cantabr. *Et respondens..... Spir. S. superveniet super te, & virtus Altissimi obumbravit te. Propter quod & quod nascitur Sanctum, vocab.* &c. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον Ἅγιον, κληθήσεται, &c. Mss. quidam, γεννώμενον ἐκ σοῦ. Irenæus l. 3. c. 21. p. 216. d. *Spiritus sanctus adveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te. Quapropter quod nascetur ex te Sanctum, vocab.* &c. ut supra. Tertul. contra Prax. p. 856. b. c. *Spiritus Dei superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei:* at infra, 857. a. *Propterea quod nascetur Sanctum, vocabitur*, &c. l. verò 4. adv. Marc. p. 701. a. *Propterea quod in te nascetur, vocabitur Sanctum, Filius Dei.* Novatianus l. de Trinit. p. 1042. a. *Spiritus S. veniet in te, & virtus Altiss. obumbrabit tibi. Propterea & quod ex te nascetur Sanctum, voc.* &c. Cypr. l. 2. Testim. p. 289. a. *Et respondens Angelus dixit ad illam:* (similiter hab. Ms. S. Mart. Turon. *dixit ad illam*) dein Cypr. *Spiritus S. superveniet in te, & virtus Alt. obumbrabit te. Quapropter quod nascetur ex te Sanctum, voc.* &c. Hilarius l. 2. de Trin. col. 801. b. *Spiritus S. desuper veniet in te, & virtus Alt. obumbrabit tibi:* & in Ps. 59. & 67. col. 138. d. 201. e. *& quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Victorin. Afric. l. 1. advers. Arium, p. 269. g. *Spiritus S. adveniet in te, & virtus Alt. obumbrabit tibi:* & inf. 270. c. *inumbrabit tibi.* Ambrosius l. de bened. Patr. c. 12. col. 531. a. & in Ps. 118. col. 979. e. *Spiritus S. superveniet in te, & virtus Alt. obumbrabit tibi:* at l. 1. in Luc. 1278. e. & l. de Incarn. to. 2. 717. d. *obumbrabit te:* & sup. 715. e. *& quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Dei Filius:* similiter in Ps. 45. col. 931. b. & l. 3. de Spir. S. to. 681. b. sed l. 2. in Luc. 1300. b. *Quia quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Auctor l. de fide orthod. apud Ambrof. col. 356. c. *Spiritus Dei veniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 688. a. *Spiritus S. veniet super te, & virtus Alt. obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te Sanctum, voc.* &c. similiter in Isai. 7. col. 70. d. nisi quòd hab. *nascetur in te*; at infra, 76. c. *ex te:* & post plura in c. 45. col. 336. b. *Quod autem nascetur in te Sanctum, voc.* &c. August. quæst. 19. in Num. to. 3. 536. b. *Spiritus S. superveniet super te, & virtus Alt. obumbrabit te:* sed l. 2. de conf. Evang. col. 33. a. & 35. a. Vulgatæ consentit, præterquam quòd delet *ex te*, post *nascetur*: at serm. 291. to. 5. 1168. a. habet: *Propterea quod nascetur de te Sanctum:* & l. de corr. & gra. to. 10. 767. a. *Propterea quod nascetur ex te*, &c. vide etiam in Joh. 16. to. 3. 747. d. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 735. d. & l. 12. de Trin. *Spiritus S. superveniet in te, & virtus Alt. obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Itidem Cassiod. in Ps. 21. p. 73. c. 329. b. & Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 4. col. 172. e. Maximus Taurin. in homil. Bibl. PP. to. 6. *& quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur*, &c. Auctor quæst. N. T. q. 51. col. 63. a. *Propterea & quod nascetur ex te Sanctum, vocab.* &c. Juvencus l. 1. p. 56. d.

*Nuncius hæc contra celeri sermone profatur:*
*Virtus celsa Dei circumvolitabit obumbrans,*
*Spiritus & veniet purus, lectissima Virgo,*
*Ac tibi mox puerum casto sermone jubebit*
*Magnificum gigni, populis quem credere Sanctum,*
*Supremique Dei Natum vocitare necesse est.*

℣. 36. Ms. S. Germ. 1. nil omnino differt à textu Colb. legitque *senecta.* In Cantabrig. verò, Sangerm. 2. ac S. Gat.

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. cepit filium in senecta sua : & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis:

37. quia non est impossibile Deo omne verbum.

38. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundùm verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

39. Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in civitatem Judæ:

40. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

41. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus : & repleta est Spiritu sancto Elisabeth :

42. & exclamavit voce magna, dicens : Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?

44. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.

45. & beata es, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

**Vulgata nova.**

cepit filium in senectute sua : & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis :

37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

38. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

39. Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda :

40. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

41. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus : & repleta est Spiritu sancto Elisabeth :

42. & exclamavit voce magna, & dixit : Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me ?

44. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.

45. & beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

## Notæ ad Versionem antiquam.

ut in Vulg. & Græco. Itidem in Corb. nisi quòd ultimò habetur *vocabatur sterilis*. Apud Juvencum l. 1. p. 56. e.

*Sic cognata tibi, sterilis quæ credita cunctis,*
*Zachariæ conjunx, mortali germine nuper*
*Ævo defessis auxit miracula membris:*
*Sextus adest mensis*, &c.

℣. 37. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Cantabrig. autem habet : *quia non est difficile omne verbum apud Deum.* Gr. ὅτι ὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ, &c. Ambros. epist. 42. col. 967. b. cum Colb. *quia non est impossibile Deo omne verbum.* Juvencus l. 1. p. 56. e.

*..... parent sic omnia jussis.*

℣. 38. M. Corb. ritè convenit cum textu Colbertino. Cantabr. hab. *Et dixit Maria : Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundùm verbum tuum. Et recessit ab ea Angelus.* Sangerm. S. Gat. &c. ut in Vulg. & Græco. Irenæus l. 3. c. 22. p. 219. d. *Ecce ancilla tua, Domine, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Ambros. l. 2. in Luc. 1287. d. & epist. 42. col. 967. c. *Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundùm verbum tuum.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. Vulgatam optimè reddit, usque ad ℣. 50. Juvenc. l. 1. p. 56. e.

*Virgo dehinc : Domino famulam nunc ecce* (al. *esse*) *jubenti,*
*Ut tua verba sonant, cernis servire paratam.*
*Nuncius abscedens, vacuis se condidit auris.*

℣. 39. Ms. Cantab.. *Surgens autem Maria in diebus istis abiit in montanam cum festinatione, in civitate Juda.* Corb. *in civitatem Judææ.* S. Mart. Turon. *in civitatem Judæ.* Gr. Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν, &c. ut in Vulg. Ms. unus pro ταύταις, habet ἐκείναις. Ambros. l. 2. & 3. in Luc. 1288. d. 1315. e. optimè convenit cum textu Colbertino. Juvencus l. 1. p. 56. e.

*Illa dehinc rapidis Judæam passibus urbem*, &c. ut infra.

℣. 40. Mss. Corb. & Cantabrig. *Et introivit in domum Zach.* &c. Apud Ambros. l. 2. in Luc. 1288. d. ut supra in textu ; cui etiam Gr. favet. Juvencus l. 1. p. 56. e. sic pergit :

*Zachariæque domum penetrat, gravidamque salutat*
*Elisabeth.*

℣. 41. Concinunt Mss. S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. ad verbum. In Sangerm. 2. verò, & Corb. desunt ista : *exsultavit infans*, &c. usque ad finem. In Cantabrig. sic : *Et factum est, ut...... exsultavit in utero Elisabeth infans ejus : & impleta est Spiritu sancto Elisabeth.* In Ms. S. Gat. *exsultavit in gaudio infans*, &c. ut in Colb. Græcè : Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκυσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ, &c. ut in textu. Ms. 1. hab. τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ, &c. Cypr. l. 2. Testim. p. 288. b. *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus : & impleta est Spiritu sancto : &*, &c. Ambros. l. 2. in Luc. 1289. c. *Simul enim ut audivit salut.* &c. ut in textu, detracto ult. *Elisabeth* : at l. 4. de fide col. 541. f. 542. a. addit : *& repleta est Spiritu S. Elisabeth.* Juvencus l. 1. p. 56. e.

*..... clausæ cui protinus anxia prolis*
*Membra uteri gremio motu majore resultant :*
*Et simul exsiliit mater concussa tremore,*
*Divinæ vocis completa Afflamine sancto.*

℣. 42. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit. S. Germ. 2. Corb. Cantabrig. & S. Gat. Vulgatæ, & Græco. Accinunt pariter Irenæus l. 3. c. 21. p. 217. d. Cypr. l. 2. Testim. p. 288. b. Ambros. in Ps. 118. col. 1021. f. & l. 2. in Luc. 1289. e. 1290. a. & l. 2. de Spir. S. col. 641. c. ab hoc, *Benedicta tu.* At August. ep. 187. to. 2. 685. c. legit : *Beata tu inter mulieres, & beatus fructus ventris tui :* lib. 2. verò de cons. Evang. to 3. col. 35. ut in Vulgata. Tertul. l. de carne Chr. p. 552. c. *benedictus fructus uteri tui.* Juvencus l. 1. p. 56. e.

*Et magnùm clamans : Felix ô femina salve,*
*Felicem gestans uteri sinuamine fetum.*

℣. 43. Concordant Mss. S. Germ. ambo, Cantabrig. S. Gat. &c. Solus Corb. habet *Domini Dei*, loco *Domini mei.* Gr. simpliciter, Κυρίυ μυ πρός με. Tertul. l. de carne Chr. p. 552. c. *Et unde mihi ut mater Domini mei ad me veniat ?* Cypr. l. 2. Testim. p. 288. b. *Et unde hoc mihi contingit, ut veniat mater Domini mei ad me ?* Ambros. l. 2. in Luc. 1289. e. ut in textu Colb. & Vulg. Sic etiam ap. August. ep. 187. to. 2. 685. e. & l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. Apud Juvenc. l. 1. p. 56. e.

*Unde meam tanto voluit Deus æquus honore*
*Illustrare domum, quam mater Numinis alti*
*Viseret ?*

℣. 44. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Sic etiam in Cantabr. exceptis his, *in aures meas ;* paulòque post, *in lætitia infans.* Gr. εἰς τὰ ὦτά μυ, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ, &c. Ambros. l. 1. & 2. in Luc. 1282. c. 1290. b. & l. 4. de fide, col. 541. f. textui Colb. suffragatur, nisi quòd vocum ordinem variat, & loco medio tollit *in*, ante *gaudio.* August. ep. 187. to. 2. 685. c. & l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 35. nil omnino differt. Nec etiam Maxim. Taurin. in homil. Bibl. PP. to. 6. p. 32. e. Juvencus l. 1. p. 56. f. ita reddit :

*..... Ecce meo gaudens in viscere proles*
*Exsultat, Mariæ cùm prima affamina sensit.*

℣. 45. Ms. Corb. *& beata, quæ credidisti, quoniam perficientur omnia, quæ dicta sunt tibi à Domino.* S. Gat. & S. Mart. Turon. delent *tibi.* S. Germ. ambo ut in Vulgata. Cantabr. verò sic : *& beata, quæ crediderit, quia erit consummatio, quæ dicta sunt illi à Domino.* Græcè pariter : καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσαι τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίυ. Apud Ambros. l. 2. in Luc. 1290. b. *& beata, quæ credidisti.* Similiter apud August. l. 2. de cons. Evang. col. 35. additis reliquis de textu Colb. & Vulgata. Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Felix, quæ confisa fidem mox affore verbo,*
*Quod Deus ad famulos, magnum dignando, locutus ;*
(al.) *Felix, quæ credit finem mox affore verbis,*
*Quæ Deus ad famulos, magnum dignando, loquetur.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

46. Et ait Maria:
Magnificat anima mea Dominum:
47. & exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.
48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
49. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.
50. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.
Isai. 51. 9. 51. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Psalm. 32. 10. 52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.
1. Reg. 2. 5. 53. Esurientes implevit bonis: & divites dimisit inanes.
Psalm. 33. 11. 54. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.
Genes. 17. 9. & 22. 16. 55. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in sæcula.
Psalm. 131. 11. Isai. 41. 8. 56. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reversa est in domum suam.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum:
47. & exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.
48. Qui respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
49. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.
50. Et misericordia ejus in sæcula sæculorum timentibus eum.
51. Fecit potentiam suam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.
53. Esurientes replevit bonis: & divites dimisit inanes.
54. Suscepit Israël puerum suum memoriâ misericordiæ suæ.
55. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in sæcula.
56. Mansit autem Maria quasi mensibus tribus: & reversa est in domum suam, magnificans Dominum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 46. Ms. S. Germ. 1. *Et dixit Maria: Magnificat an. mea Domino.* Itidem Cantabr. præter ult. *Dominum.* S. Germ. 2. S. Mich. & Brev. Moz. nil differunt à Vulg. nec etiam Ms. cod. Vatic. olim Regin. Suec. n. 11. Corb. verò habet: *Magnifica anima mea Dominum.* S. Gat. *Magnificavit*, &c. Græc. Μεγαλύνει. Iren. l. 3. c. 10. p. 185. c. & l. 4. c. 7. p. 235. c. *Magnificat anima mea Dominum.* Similiter Ambros. in Ps. 47. col. 941. a. & l. 2. in Luc. 1290. e. necnon August. l. 2. de cons. Evang. col. 35. Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Illa trahens animum per gaudia multa, pudore*
*Suppresso, vocis pavitantia dicta volutat:*
*Magnificas laudes animus, gratesque rependit*
*Immenso Domino mundi.*

℣. 47. Accinunt magno consensu Mss. S. Germ. Corb. S. Mich. Vatic. S. Gat. &c. Ita quoque in Breviar. Moz. Solus Cantabr. extremò hab. *in Deo salutari meo.* Gr. ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου· al. σωτηρίῳ μου. Iren. l. 3. c. 10. p. 185. c. & l. 4. c. 7. p. 235. c. textui Colbert. consentit. Similiter Ambros. in Ps. 47. col. 941. a. nisi quòd scribit: *& lætatus est spir.* at l. 2. in Luc. col. 1290. e. ait: *Magnificat autem anima Mariæ Dominum: & exsultat spiritus ejus in Deo:* & sup. *Quæcunque anima magnificet Dominum, sicut anima Mariæ magnificavit Dominum; & exsultavit spiritus ejus in Deo salutari.* Juvencus l. 1. p. 56. f.

*..... vix gaudia tanta*
*Spiritus iste capit, quòd me dignatus*, &c.

℣. 48. Vulgatæ respondent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. S. Mich. Vatic. & Breviar. Moz. Solus Cantabrig. habet: *Quoniam respexit Dominus super humilitatem ancillæ suæ: ecce enim amodo beatam me*, &c. Græc. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με, &c. Ambros. l. 5. in Luc. 1357. f. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Hieron. in Isai. 8. to. 3. 76. d. *ecce enim amodo beatam me dicent omnes gen.* at l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. *ecce enim ex hoc beatam*, &c. Itidem August. l. 2. de cons. Evang. col. 35. Juvencus l. 1. p. 56. f. subdit:

*..... quòd me dignatus in altum*
*Erigere ex humili celsam, cunctisque beatam*
*Gentibus*, &c.

℣. 49. Itidem Mss. codd. S. Germ. Corb. S. Mich. S. Gat. Vatic. & Brev. Moz. Cantabr. verò: *Quoniam fecit mihi magna Deus qui potens est*, &c. Gr. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ, &c. Hieron. in Isai. 8. to. 3. 76. d. & August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. ut in textu Colb. & Vulg.

℣. 50. Ms. S. Germ. 1. *Et misericordia ejus in generatione & generatione timentibus eum.* Corb. *Et misericordiam in progeniem & progeniem*, &c. S. Gat. *Et misericordia ejus in progenie & progenies*, &c. Vatic. ac S. Mart. Turon. *in progenies & progenies*, &c. S. Mich. *Et misericordia ejus in progeniem timentibus eum.* Breviar. Moz. *Et misericordia ejus in omni progenie & generatione super timentes eum.* Gr. Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν· Mss. plures, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· al. εἰς γενεὰς καὶ γενεάς· al. ἀπὸ γενεᾶς καὶ γενεᾶς. August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 35. *Et misericordia ejus in progenies & progenies timentibus eum.* Juvencus l. 1. p. 56. f.

*..... & sæclis voluit Deus æquus haberi.*

℣. 51. Mss. Corb. & S. Germ. 1. *Fecit potentiam in..... disparsit superbos mente cordis ipsorum.* Vatic. *Fecit potentiam in..... dispersit superbos mentem cordis eorum.* Cantabr. *Fecit virtutem in...... disparsit superbos in cogitatione cordis eorum.* S. Mich. *Fecit potentiam in..... disjexit superbos mente cordis sui.* Breviar. Moz. *disjexit superbos mente intellectus cordis eorum.* Gr. Ἐποίησε κράτος ἐν...... διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 35. ut in Vulgata. Vide Juvencum ad versum sequentem.

℣. 52. Ita ferunt Mss. S. Germ. Vatic. Corb. S. Mich. S. Gat. & Brev. Moz. Unus Cantabr. habet: *Deposuit potentes à sedibus*, &c. Græc. Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, &c. al. ἀπὸ θρόνου. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 728. a. huc alludens, dicit: *Qui de thronis deponit dynastas, & de sterquiliniis elevat inopes.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. ut in textu Colbertino, & Vulgata. Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Sustulit ecce thronum sævis, fregitque superbos.*

℣. 53. Vulgatæ accinunt Mss. S. Germ. Corb. Vatic. S. Mich. &c. Cantabr. è Græco: *Esurientes implevit bonorum*, &c. Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Largifluis humiles opibus ditavit egentes.*

℣. 54. Mss. S. Germ. 1. & S. Mich. *Suscepit Israël puerum suum, memorare misericordiæ suæ.* S. Mart. Turon. *memorari misericordiæ suæ.* Corb. *memorari misericordiæ*, absque seq. *suæ.* S. Gat. *memorari misericordia.* Breviar. Moz. *memor misericordiæ suæ.* Vatic. *memor factus misericordiæ suæ.* Cantabrig. *Adjuvavit Israël pueri sui, memorare misericordiam.* Gr. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους. Iren. l. 3. c. 10. p. 185. c. *Assumpsit enim Israël puerum suum, reminisci* (al. *reminiscens*) *misericordiæ.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. *Suscepit Israël..... memorari misericordiæ suæ.*

℣. 55. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. 2. & S. Gat. Cantabr. verò: *Sicut locutus est ad... Abrahæ, & semini ejus in æternum.* S. Germ. 1. *Abraham, & semini ejus usque in sæcula.* S. Mich. cum Vatic. *Abraham, & semini ejus usque in sæculum.* Itidem Brev. Moz. sed initio habet, *Quæ locutus est ad*, &c. Gr. Καθὼς ἐλάλησε πρὸς..... τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, al. ἕως αἰῶνος. Iren. l. 3. c. 10. p. 185. c. *Quemadmodum locutus est ad patres nostros, Abrahæ, & semini ejus in æternum.* August. l. 2. de cons. Evang. col. 35. ut in textu Colb. & Vulgata.

℣. 56. Mss. Corb. & S. Germ. 1. ut in Vulgata, detracto adverbio *quasi.* Cantabr. *Mansit autem Maria cum ea menses tres*, &c. quæ in Vulg. nec plura. S. Gat. *Mansit autem Maria apud illam quasi mensibus*, &c. Græc. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, &c. ut in Vulg. Mss. quidam tollunt ὡσεί. Unde Ambros. l. 2. in Luc. 1290. f. 1291. a. legit: *Mansit autem Maria cum illa mensibus tribus: & reversa est in domum suam.* August. verò l. 2. de cons. Evang. to. 3. 35. nil omnino dissentit à Vulgata. Juvencus l. 1. p.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 57. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

58. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

59. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ejus Zachariam.

60. Et respondens mater ejus, dixit: Non, sed Johannes vocabitur.

61. Et dixerunt ad illam: Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

62. Annuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum.

63. Et accepit pugillarem, & scripsit, dicens: Johannes est nomen ejus. Et mirati sunt omnes.

64. Continuò autem resolutum & apertum est os, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.

65. Et factus est timor magnus super omnes vicinos eorum, & universam montanam Judææ: & diffamabantur hæc verba omnia:

66. & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quid, putas, erit puer iste? Etenim manus Domini erat cum illo.

67. Et Zacharias pater ejus impletus est Spiritu sancto: & prophetabat, dicens:

## VULGATA NOVA.

57. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

58. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

59. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

60. Et respondens mater ejus, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes.

61. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

62. Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum.

63. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi. Sup. 13.

64. Apertum est autem illico os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.

65. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc:

66. & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

67. Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto: & prophetavit, dicens:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

56. f.

*Tunc illic mansit ternos* (al. *trinos*) *ex ordine menses,*
*Ad propriamque domum repedat* (al. *remeat*) *jam certa futuri.*

℣. 57. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. 2. & S. Gat. Cantabrig. autem ita: *Elisabeth autem completum est tempus ut pariret, & peperit filium.* S. Germ. 1. *& genuit filium.* Gr. Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν. Apud August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 36. d. ut in textu Colb. & Vulgata. Apud Ambros. in Luc. 1291. b. *Impletum est tempus ut pareret Elisabeth:* & inf. *peperit ergo filium Elisabeth.* Apud Juvencum l. 1. p. 56. f.

*Jamque aderat tempus, quo sarcina deserat alvum*
*Elisabeth, liquidas solvenda in luminis auras.*

℣. 58. Eadem referunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Sic etiam in Cantabrig. præter hæc, *cum ea, & congaudebant ei.* Græc. καὶ συνέχαιρον αὐτῇ. Ambros. in Luc. 1291. c. *& congratulabantur vicini.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 36. d. vix à Vulgata discrepat ab hoc versu usque ad ℣. 21. capitis 2. Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Ad partus famâ tantos collecta cucurrit*
*Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes*
*Concelebrant,* &c.

℣. 59. Ms. Corb. *Et factum est in die octava ut venirent circumcidere puerum, & vocaverunt eum in nomine patris ejus Zachariam.* Similiter habet S. Germ. 1. *& vocaverunt eum in nomine patris ejus Zach.* S. Gat. *& vocaverunt eum nomine patris ejus Zach.* Cantabrig. *Et factum est die octavo, venerunt circumcidere infantem, & vocabant eum in nomine patris sui Zach.* Græcè similiter, positâ præpos. ἐν, ante *die octavo.* August. l. 2. de cons. Evang. col. 36. *& vocabant eum nomine patris ejus,* &c. Juvencus l. 1. p. 56. f.

..... *Nomenque jubent genitoris habere.*

℣. 60. Textui Colb. suffragatur Ms. Corb. Vulgatæ verò S. Germ. 1. & S. Gat. unà cum Græco. S. Germ. 2. habet: *Et respondit mater ejus,* &c. Cantabrig. *Et respondens mater ejus, dixit: Non, sed vocabitur nomen ejus, Johannes.* Ambros. l. 2. in Luc. col. 1291. d. *Et respondit mater ejus, & dixit: Non, sed vocabitur Johannes.* Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Abnuit hoc genitrix, sed Ioannes vocitetur,*
*Ingeminat,* &c.

℣. 61. Ms. S. Germ. 1. *Et dixerunt ad illam: Nemo est in cogn. tua, qui vocatur hoc nomine.* Corb. *Et dixerunt ad illam: Nemo est, qui vocetur hoc nomine.* Cantabrig. *Et dixerunt ad eam: Nemo est in cognatione tua, qui vocatur nomen hoc.* Græcè ut in Vulgata. Ambros. l. 2. in Luc. 1291. e. *Et responderunt ad illam: Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.*

℣. 62. Mss. S. Germ. ambo, & Corb. textui Colb. congruunt. Cantabr. verò habet: *Innuebant autem patri ejus, quid vult vocari eum.* Græc. Ἐνένευον δὲ..... τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. Ambros. l. 2. in Luc. 1291. e. *Annuebant ergo patri ejus, quem vellet vocari eum.* Juvencus l. 1. p. 56. f.

..... *Placuit muti* (al. *cunctis*) *tunc jussa parentis*
*Consulere, in scriptoque rogant edicere nomen.*

℣. 63. Ms. Corb. cum Ambrosio in Luc. 1291. e. *Et accepit pugillares, & scripsit, dicens..... Et mirati sunt omnes.* Cantabrig. *Et cùm petisset tabulam, scripsit: Johannes est nomen ejus,* &c. quæ infra. S. Germ. 1. *Et accepit pugillarem, & scripsit, dicens: Johannes est nomen ejus;* reliqua vide ad ℣. seq. Gr. Vulg. respondet. Tertul. l. de idol. c. 23. p. 246. e. alludens dicit: *Zacharias temporali vocis orbatione multatus... nomen filii sine ore pronunciat, loquitur in stylo.* Vide Juvencum ad ℣. præced.

℣. 64. Ms. S. Germ. 1. *Et continuò resoluta est lingua ejus, & omnes mirati sunt: apertum est autem os ejus, & loquebatur benedic.* &c. Cantabrig. *Et confestim soluta est lingua ejus, & mirati sunt omnes: apertum est autem os ejus, & loquebatur benedic.* &c. Corb. *Et continuò resoluta est lingua ejus, & apertum est os ejus, & loquebatur,* &c. Græcè ut in Vulg. Mss. tamen quidam addunt verbum διηρθρώθη, ad *lingua ejus.* Ambros. l. 2. in Luc. 1291. e. *Continuò autem resoluta est lingua ejus, & apertum est os ejus, & loquebatur benedicens Deum.* Juvencus l. 1. p. 56. f.

*Sed prô mira fides! tabulis cùm scribere tentat,*
*Implicitam solvit per verba sonantia linguam.*

℣. 65. Ms. Cantabrig. *Et factum est timor magnus super omnes vicinos ejus: & in tota montana Judaeæ eloquebantur omnia verba hæc.* S. Germ. 1. *& in universa montana Judaeæ.* Græc. Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ, &c. Ms. quidam hab. φόβος μέγας, ut in Lat. sup.

℣. 66. Ms. S. Germ. 1. *& posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quid utique erit puer iste? Etenim,* &c. Corb. 1. *& posuerunt omnes qui audiebant omnia verba hæc in corde suo, dicentes: Quid utique erit puer iste? Etenim,* &c. Cantabrig. *& posuerunt omnes qui audierunt in cordibus suis, dicentes: Quid utique erit infans hic? Etenim manus Domini cum illo.* S. Germ. 2. S. Mart. Turon. & S. Gat. *Quid, putas, puer iste erit?* Sic etiam apud August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 36. Græcè: καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες· Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ᾽ αὐτοῦ· al. ἐν ταῖς καρδίαις· subinde, Καὶ γὰρ χεὶρ Κυρίου ἦν, &c. al. deest ἦν.

℣. 67. Ms. S. Gat. convenit cum textu Colbertino. Item S. Germ. 1. S. Mart. Turon. & Cantabrig. scribunt *impletus est;* ultimò verò Cantabr. loco *prophetabat, dicens,* habet simpliciter, *dixit.* Græcè ut in Vulgata. Apud Cypr. l. 2. Testim. p. 288. a. *Et Zacharias impletus est Spiritu sancto: & prophetavit, dicens:* Apud Ambros. in Luc. 1292. d. ut in textu Colb. ad verbum. Item apud August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 36. *Et Zacharias pater ejus impletus est;* sed inf. *prophetavit,* non *prophetabat.* Apud Juven-

### VULGATA NOVA.

Psalm. 73. 12. 68. Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ:
Psalm. 131. 17. 69. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui.
Jer. 23. 6. & 30. 10. 70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, prophetarum ejus:
71. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos:
72. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Genes. 22. 16. 73. Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:
Jer. 31. 33. Heb. 6. 13. 17. 74. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi;
75. In sanctitate & justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
76. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus:
Mal. 4. 5. Sap. 17. 77. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum:
78. Per viscera misericordiæ Dei nostri: in

### VERSIO ANTIQUA.

68. Benedictus est Deus Israël, qui visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ: Ex Ms. Colbert.
69. Et erexit cornu salutis nobis, in domum David pueri sui.
70. Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui à principio sunt, & prophetarum ejus:
71. Et liberavit nos ab inimicis nostris, & de manu omnium qui nos oderunt:
72. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memoratus est testamenti sancti sui.
73. Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:
74. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus ei;
75. In sanctitate & justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
76. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini præparare vias ejus:
77. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum:
78. Per viscera misericordiæ Dei nostri: in qui-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum l. 1. p. 56. f.

*Mox etiam assuetam penetrant spiracula mentem,*
*Completusque canit venturi conscia dicta.*

℣. 68. Ms. Corb. *Benedictus Deus Israël*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. initio S. Germ. 1. ultimò verò, *plebi suæ*, non *plebis*. S. Mich. *Benedictus Dominus Deus Israël, quoniam visitavit nos, & fecit redemptionem plebis suæ.* Cantabrig. *Benedictus Dom. Deus Isr. qui visitavit, & fecit salutem populo suo.* S. Germ. 2. S. Gat. & Breviar. Moz. ut in Vulgata. Sic etiam in Græco, excepto penult. τῷ λαῷ, *plebi*; al. verò τȣ͂ λαȣ͂. Apud Irenæum l. 3. c. 10. p. 186. a. *Benedictus Dom. Deus Israël, quia visitavit, & fecit redemptionem populo suo.* Apud Cypr. l. 2. Testim. p. 288. a. *Benedictus Dominus Deus Israël, qui prospexit redemptionem populo suo.* Apud Ambros. l. 8. in Luc. 1488. c. *Benedictus Deus Israël, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Similiter apud August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 36. e. addita voce *Dominus*, ad *Benedictus*. Auct. quæst. ex utroq. T. q. 105. col. 100. f. legit: *Benedictus Dominus Israël, quia visit. & fecit red. plebis suæ.* Juvencus l. 1. p. 56. g.

*Concelebrent cuncti laudes, gratesque frequentent,*
*Astrorum, & terræ, pontique, hominumque parenti,*
*Viscere qui voluit, propriamque absolvere plebem.*

℣. 69. Vulgatæ consonant Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. & Breviar. Moz. Cantabrig. verò habet: *Et elevavit cornum salutis nobis, in domo David*, &c. S. Mich. *Et excitavit cornu salutis nobis, in domu David*, &c. Græc. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν, ἐν τῷ οἴκῳ, &c. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. Vulgatæ suffragatur; sicut August. l. 2. de cons. Evang. 36. f. & Auctor quæst. utriusq. T. q. 105. col. 100. f. Cypr. verò l. 2. Testim. p. 288. a. legit: *Et excitavit nobis cornu salutis, in domo David pueri sui.* Juvencus l. 1. p. 56. g.

*En beat antiquam gentem, cornuque salutis*
*Erecto, indulget Davidis origine lumen.*

℣. 70. Ms. Corb. *Sicut locutus est per os sanctorum, prophetaverunt qui ab ævo sunt.* S. Germ. 1. cum Breviar. Moz. *Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui ab ævo sunt.* Cantabr. *Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum ejus, qui à sæculo.* S. Mich. *Sicut locutus est ad patres nostros ore sanctorum prophetarum suorum, qui ab ævo sunt.* S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Apud Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. *Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui à sæculo sunt.* Similiter habet Auct. quæst. ex utroq. T. q. 105. col. 100. f. necnon Breviar. fid. cont. Arian. apud Sirm. to. 1. p. 389. a. Apud Juvencum l. 1. p. 56. g. ita:

*Hoc est quod prisci cecinere ex ordine vates.*

℣. 71. Mss. S. Germ. 1. & Corb. concordant omnino cum textu Colb. S. Germ. 2. verò & S. Mich. cum Vulgata, & Græco. Breviar. Moz. habet: *Et liberavit vos de inimicis vestris, & de manu*, &c. Ms. S. Gat. *Salutem & liberavit nos de inimicis nostris*, &c. Cantabrig. *Salutem, de manu inimicorum nostrorum, & omnium qui oderunt nos.* Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. *Salutem ex inimicis nostris, & ex manu omnium qui oderunt nos.* Similiter apud August. l. 2. de conf. Evang. col. 36. hoc excepto, *de manu.* Apud Auctorem verò quæst. ex utroq. T. q. 105. col. 100. f. *Et liberabit nos de inimicis nostris, & de manu*, &c. Apud Juvencum l. 1. p. 56. g.

*Hæc est illa salus, quæ nos ex hostibus atris*
*Eripit, ut justè justo servire queamus.*

℣. 72. Ms. Corb. *Ad faciendam misericordiam suam patribus nostris: & rememorari testamenti sancti sui.* Cantabr. *Facere misericordiam cum patribus nostris: memorari testamenti sancti ejus.* S. Germ. ambo, S. Gat. S. Mich. & Breviar. Moz. ut in Vulgata, postposito pronom. *sui*; *sancti sui.* Græc. Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν..... ϗ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτȣ͂. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. *Ad faciendam mis. cum patribus nostris: & reminisci testamenti sui sancti.* Hæc & sequentia Juvencus silet, ad ℣. usque 76.

℣. 73. Concinunt Mss. S. Germ. ambo, S. Mich. S. Gat. & Breviar. Moz. Item Ms. Corb. nisi quòd hab. *daturum nobis se nobis*; sed vitiosè. Cantabrig. *Juramentum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, ut daret nobis.* Græc. Ὅρκον, ὃν ὤμοσε..... τȣ͂ δȣ͂ναι ἡμῖν. Irenæus l. 3. c. 10. p. 186. a. *Jusjurandum, quod juravit ad Abr. patr. nostrum, uti det nobis.*

℣. 74. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. & S. Mich. Sic etiam Breviar. Moz. deleta ult. voce *ei*. Ms. S. Gat. *Ut sine timore, de manibus inimicorum*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberatos, servire ei.* Ita quoque in Græco est. Apud Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. *Sine timore, ex manu inimicorum ereptos, servire sibi*; al. *ereptis*.

℣. 75. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. S. Mich. & S. Gat. cum Breviar. Moz. Cantabr. verò habet: *In sanctitate & justitia in conspectu ejus, omnes dies nostros.* Græc. Ἐν ὁσιότητι ϗ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτȣ͂, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν· Mss. quidam, πάσαις ταῖς ἡμέραις· à pluribus verò abest τῆς ζωῆς. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. legit: *In sanctitate & justitia in conspectu suo, omnes dies nostros.*

℣. 76. Itidem codd. S. Germ. S. Gat. S. Mich. & Breviar. Moz. Græcè ut in Vulgata. Ms. autem Cantabr. legit: *Et tu autem infans, propheta Altissimi vocaberis: antecedes enim ante faciem Domini parare vias ejus.* Corb. *viam ejus.* Ambros. l. 2. in Luc. 1292. f. & l. de virginit. to. 2. 243. f. & l. 3. de fide, col. 498. e. consentit cum textu Colb. nec refragatur Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 19. p. 12. c. Juvencus l. 1. p. 56. g.

*Et tu parve puer, sanctus dignusque propheta*
*Dicêre, & (al. diceris) Dominum mox prægredierê viando.*

℣. 77. Consonant Mss. S. Germ. 1. & Breviar. Moz. Corb. verò delet vocem *salutis*. S. Gat. scribit *plebis ejus*. S. Germ. 2. & S. Mich. *peccatorum meorum*. Cantabrig. solus: *Dare intellectum salutis populi ejus, in remissione peccatorum eorum.* Græc. Τȣ͂ δȣ͂ναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτȣ͂, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν· Mss. plures, ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 19. p. 12. c. *Ad dandam scientiam salutis populo ejus, in remissionem peccatorum ipsorum.* Juvencus l. 1. p. 56. g.

*Illius & populum duces per lumen (al. limen) apertum.*

℣. 78. Accinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Mich. S. Gat.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert. bus visitavit nos, oriens ex alto:

79. Illuminare his, qui in tenebris sunt, & in umbra mortis sedentibus: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

80. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem progressionis suæ ad Israël.

**VULGATA NOVA.**

quibus visitavit nos, oriens ex alto: Zachar. 2. 9.

79. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Malac. 4. 2.

80. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israël.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

& Breviar. Moz. Cantabrig. hab. initio: *Propter viscera misericordiæ*, &c. quæ sup. Gr. Διὰ σπλάγχνα, &c. Iren. l. 5. c. 17. p. 313. e. *Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitavit nos:* at l. 3. c. 10. p. 185. e. *conspexit nos, oriens ex alto.* Ambros. l. 4. Hex. col. 73. b. *in quibus visitavit nos, oriens ex alto.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 19. p. 12. c. *Propter viscera misericordiæ Domini nostri*, &c. ut supra.

℣. 79. Ms. S. Germ. 1. *Inluminare eos, qui in tenebris, & in umbra*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *Illuminare his, qui in tenebris, & qui in umbra*, &c. Cantabr. *Inluminare lumen his, qui in tenebris, & umbra mortis sedentibus: ut prosperè faciat pedes nostros in viam pacis.* S. Germ. 2. S. Gat. S. Mich. & Breviar. Moz. ut in Vulgata. Græc. Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει, καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· τοῦ κατευθῦναι τοὺς, &c. Irenæus l. 3. c. 10. p. 185. e. dicit: *Et apparuit his, qui in tenebris, & umbra mortis sedebant: & direxit pedes nostros in viam pacis.* Item Tertul. l. contra Jud. c. 5. p. 139. a. alludens: *Qui sedebamus in tenebris, & in umbra mortis detinebamur.* Ambros. l. 4. Hex. col. 73. b. *Illuminare iis, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 19. p. 12. c. *Lucere his, qui in tenebris*, &c. ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 56. g.

*Errorem per te spernent, mortisque tenebras*
*Abrumpent omnes, tua qui præcepta sequentur.*

℣. 80. Ms. Corb. *Puer autem crescebat, & confortab. in spiritu*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. codex similiter hab. *in spiritu*; dein verò, *& gratia Dei erat cum illo: & erat in desertis*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Puer autem crescebat, & invalescebat spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis ejus ad Israël.* Græc. nil omnino differt à Vulg. nec etiam Aug. l. 2. de cons. Evang. col. 36. Vigil. Taps. autem l. contra Varim. p. 748. c. legit: *& confortabatur in spiritu.* Juvencus l. 1. p. 56. g.

*Exin (al. exhinc) secretis in vallibus abdita semper*
*Vita fuit puero, donec poscentibus annis,*
*Vatis ad officium pleno pubesceret ævo.*

# CAPUT II.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert. 1. Factum est autem in illis diebus, exivit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis terræ.

2. Hæc professio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino:

3. & ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem.

4. Ascendit autem & Joseph à Galilæa de civitate Nazareth, in Judæa in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: eò quòd esset de domo & familia David,

5. ut profiteretur cum uxore sua prægnante.

6. Factum est autem, cùm essent ibi, & impleti sunt dies ut pareret.

7. Et peperit filium primogenitum, & pannis

**VULGATA NOVA.**

1. Factum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.

2. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino:

3. & ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem.

4. Ascendit autem & Joseph à Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam in civitatem David, 1. Reg.
quæ vocatur Bethlehem: eò quòd esset de domo 20. 6.
& familia David, Mich. 5. 2.

5. ut profiteretur cum Maria desponsata sibi Matth.
uxore prægnante. 2. 6.

6. Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.

7. Et peperit filium suum primogenitum, &

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Ms. Corb. *Factum est autem..... exivit edictum..... ut profiteretur universus orbis terræ.* S. Germ. 1. *ut describeretur universus orbis terræ.* S. Gat. *ut censum describeretur*; recent. manu, *profiterentur.* Cantabr. *profiteri omnem orbem terrarum.* Græc. ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ambros. l. 2. in Luc. 1293. b. *Factum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut censum profiteretur universus orbis terræ.* Apud August. l. 2. de cons. Evang. col. 36. omnia ut in Vulg. ab hoc versu usque ad ℣. 21. Apud Juvencum l. 1. p. 56. h. ita:

*Sed tum fortè novi capitum discussio census,*
*Cæsaris Augusti jussu per plurima terræ*
*Describebatur*, &c.

℣. 2. Ms. Corb. *Hæc professio prima, facta est à præside Syrio Cyrino.* S. Gat. *Hæc descriptio* (recent. ma. *professio*) *prima, facta est à præside Syriæ, Cyrino nomine.* S. Germ. 1. *Hæc descriptio prima, facta est præside Syriæ Cyreno.* Cantabrig. *Hæc fuit professio prima, ducatum agente Syriæ Cyrenio.* Græc. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, al. Κυρινίου. Ambr. l. 2. in Luc. 1294. b. d. *Hæc professio prima, facta est præside Syriæ Cyrino.* Similiter apud August. l. 2. de cons. Evang. *præside*, absque præpos. *à*. Apud Juvencum l. 1. p. 56. h.

*Describebatur Syriæ, quam jure regebat*
*Cyrinus, proprii cui tota per oppida fines*
*Addebant populi, vires, nomenque, genusque.*

℣. 3. Itidem Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. Solus Cantabr. hab. *& ibant omnes profiteri, unusquisque in suam patriam*; S. Gat. *in suam regionem.* Græc. καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, al. πατρίδα.

℣. 4. Mss. S. Germ. ambo, & S. Mart. Tur. circa med. legunt, *in Judæam civitatem David*; subinde Corb. & S. Gat. *eò quòd esset de domo & patria David.* Verùm Cantabrig. ita refert, versum hunc cum sequenti copulando: *Ascendit autem & Joseph de Galilæa de civitate Nozared, in terram Juda in civitate David, quæ voc. Bethleem, profiteri cum Maria desponsata ei prægnanti: propterquòd esset de domo & patria David.* Græcè ut in Vulg. verbum è verbo. Ap. Juvencum l. 1. p. 57. a.

*Urbs est Judææ Bethlem, Davida canorum*
*Quæ genuit, generis censum quæ jure petebat.*
*Edidit hic Mariam: Davidis origine Joseph*
*Obtulit hîc illam, genus hinc quod uterque trahebat.*

℣. 5. Ms. Corb. *ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore, cùm esset in utero habens.* S. Gat. *sibi uxore prægnante de Spiritu sancto.* Cantabr. *profiteri cum Maria desponsata ei prægnanti.* Gr. ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ· al. deest vox γυναικί. Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Desponsamque sibi scribens, gravidamque professus.*

℣. 6. Vulgatæ consentanei codd. S. Germ. ambo, Corb. S. Gat. &c. unà cum Græco. Unus Cantabrig. habet: *Cùm autem advenirent, consummati sunt dies ut pareret.* Ap. Ambros. l. 2. in Luc. 1294. e. omnia ut in Vulgata; sicut ap. August. l. 2. de cons. Evang. col. 36. Auctor l. de prom. p. 3. prom. 5. col. 173. b. legit: *Cùm autem impleti sunt dies Mariæ.* Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Hospitium amborum Bethlem sub mœnibus urbis*
*Angusti fuerant perparva habitacula ruris.*

℣. 7. Ms. Corb. ritè convenit cum textu Colb. S. Germ.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio : quia non erat eis locus in diverſorio. | eum involvit, & poſuit eum in præſepio : quia non erat locus in diverſorio. *Ex Mſ. Colbert.* |
| 8. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. | 8. Et paſtores erant in illa regione vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum. |
| 9. Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. | 9. Et ecce Angelus Domini ſtetit circa illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. |
| 10. Et dixit illis Angelus : Nolite timere : ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : | 10. Et dixit illis Angelus : Nolite timere : ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni plebi : |
| 11. quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. | 11. quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. |
| 12. Et hoc vobis ſignum : Invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. | 12. Et hoc vobis ſignum : Invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. |
| 13. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium : | 13. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo exercitûs cœleſtis, laudantes Deum, & dicentes : |
| 14. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. | 14. Gloria in altiſſimis Deo, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. ſimiliter hab. *& poſuit in præſepio.* S. Germ. 2. Cantabr. & S. Gat. Vulgatæ accedunt, & Græco. Ambroſ. l. 2. in Luc. 1294. e. *Et peperit filium primogenitum, & pannis eum involvit, & poſuit in præſepio : quia non erat locus in eo diverſorio :* omnes autem editt. Ambroſ. cum recent. Mſs. *quia non erat ei locus in diverſ.* reliqui, *in eo diverſorio :* quæ lectio etiam eo confirmatur, inquiunt Editores noſtri, quòd infra Mſs. & editt. magno conſenſu præ ſe ferant : *Ille alium locum in eo diverſorio non habuit.* Maxim. Taurin. in homil. p. 5. h. *non erat illis locus in diverſorio.* Mſs. tamen Græci quidam N. T. ſcribunt αὐτῇ, pro αὐτοῖς. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 5. col. 173. b. legit : *Peperit filium, & pannis eum involvit, & poſuit in præſepe : quoniam non erat locus in diverſorio.* Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. *Et peperit filium primogenitum, & pannis eum involvit, & poſuit eum in præſepio.* Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Illic virgo novum completo tempore fetum*
*Edidit, & leni pannoſo tegmine motu*
*Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat.*

℣. 8. Mſs, Corb. & S. Germ. 1. *Paſtores autem erant in illa regione vigilantes,* &c. ut in Vulg. Cantabr. *Paſtores autem erant in regione illa cantantes, & cuſtodientes cuſtodias noctis ſuper paſcua ſua.* Gr. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν. Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Curâ ſollicita pecorum cuſtodia noctis*
*Paſtores tenuit vigiles per paſcua læta.*

℣. 9. Mſ. S. Gat. textui Colb. favet. Corb. verò hab. *Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & majeſtas circumfulſit illos,* &c. S. Germ. 1. delet *ecce.* Cantabr. *Et ecce Angelus Domini adſtitit eis, & gloria circumluxit eis, & timuerunt timorem magnum :* nec aliter in Græco eſt, addita voce Κυρίου, poſt *gloria :* al. deeſt Κυρίου. Irenæus l. 3. c. 10. p. 186. a. ait : *Apparuit & paſtoribus Angelus Domini, annuntians gaudium eis.* Ambroſius l. 2. in Luc. 1298. c. *Ecce Angelus Domini ſtetit ante illos.* Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Ecce Dei monitu juſſus deſcendere cœlo*
*Nuncius, ac ſubito* ( al. *ſubitus* ) *terror tremefacta pavore*
*Proſtravit viridi paſtorum corpora terræ.*

℣. 10. Mſ. Corb. concordat cum textu Colb. S. Germ. verò ambo cum Vulg. & Græco. Mſ. S. Mart. Turon. delet hoc, *Nolite timere.* S. Gat. habet *nuncio*, pro *evangelizo.* Cantabr. ultimò, *quæ erit & omni populo.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. a. *Ne timueritis : ecce enim annuntio vobis, quia,* &c. Arnob. in Pſ. 132. p. 316. b. *nunciamus vobis gaudium magnum,* &c. ut in Vulg. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 228. a. & Gaud. Brix. ſer. 19. p. 973. f. textui Colb. accinunt ; Leo M. ſer. 28. p. 85. a. Vulgatæ, cum Hieron. l. contra Helvid. to. 4. col. 134. Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Talis & attonitis cœlo vox miſſa cucurrit :*
*Ponite terrorem mentis, mea ſumite dicta,*
*Paſtores, quibus hæc ingentia gaudia porto.*

℣. 11. Similia prorſus habent Mſs. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. & Græcum. S. Germ. 1. verò legit initio, *quia natus eſt nobis.* Cantabrig. *quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Jeſus, in,* &c. Itidem Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. a. Iren. verò l. 3. c. 10. p. 186. b. *quoniam generatus eſt hodie vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dom.* &c. quæ ſupra. Ambroſ. l. 3. de fide, col. 507. d. *quia natus eſt nobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dom.* &c. Similiter habet Gaud. Brix. ſer. 19. p. 973. f. cum Leone M. ſer. 28. p. 85. a. & Vigilio Tapſ. l. 3. de Trin. p. 228. a. Arnob. verò in Pſ. 131. p. 316. b. *quia natus eſt vobis hodie Dominus, qui eſt Salvator omnium.* Juvencus l. 1. p. 57. a.

*Nam genitus puer eſt, Davidis origine clara,*
*Qui populis lucem mox lætitiamque propaget.*

℣. 12. Sic etiam Mſs. S. Germ. 2. & S. Gat. S. Germ. 1. verò : *Et cujus ſignum hoc vobis,* &c. Corb. *Et hujus hoc vobis ſignum,* &c. Cantabr. *Et hoc vobis ſignum ſit : Invenietis infantem pannis involutum in præſepio.* Græcè ut in textu Colb. & Vulg. deleta tamen conjunct. *&*, poſt *involutum.* Mſs. quidam addunt καὶ ante κείμενον ; unus delet κείμενον. Gaud. Brix. ſer. 19. p. 973. f. & Vigil. Tapſ. l. 3. de Trinit. p. 228. a. ſcribunt *pannis obvolutum.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 5. col. 173. b. dein, *& poſitum in præſepio ;* Gaud. Brix. *in præſepi.* Arnob. in Pſ. 131. p. 316. b. *Et hoc vobis ſignum erit : Invenietis puerum involutum pannis, & poſ.* &c. Juvencus l. 1. p. 57. b.

*Hoc ſignum dicam, puerum quòd cernere vobis*
*Jam licet, implentem gracili præſepia voce.*

℣. 13. Mſs. Corb. & S. Germ. 1. accedunt textui Colb. præterquam quòd habent *laudantium...... & dicentium.* S. Gat. *Et ſubitò facta eſt cum Angelis multitudo exercitus cœleſtis,* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Et continuò facta eſt multitudo cum Angelo militiæ cœli, laudantes Deum, & dicentium :* Gr. Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ Ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων, &c. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. a. dicit : *Deinde multitudo exercitus cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium.* Ambroſ. l. 2. in Luc. 1298. d. *Et facta eſt cum Angelo multitudo exercitus cœleſtium, laudantium Deum, & dicentium.* Gaud. Brix. ſer. 19. p. 973. f. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo exerc. cœleſtis, laudantium Deum,* &c. Vigilius Tapſ. l. 3. de Trin. p. 228. a. *Et ſubitò facta eſt cum eo Angelorum multitudo exercitus cœleſtis, laudantium Deum,* &c. Sedulius l. 2. op. Paſch. p. 477. f. cum Vulgata conſentit ad verbum. Juvencus l. 1. p. 57. b.

*Talia dicenti junguntur millia plebis*
*Cœleſtis, cunctique Deum laudantque rogantque,*
*Talis & uniti vox agminis aëra complet.*

℣ 14. Mſ. S. Germ. 1. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax in hominibus bonæ voluntatis.* Similiter habet Mſ. S. Gat. deleta præp. *in*, ante *hominibus.* Corb. delet penult. vocem *bonæ ;* cæt. ut in Vulg. Cantabr. *Gloria in altis Deo, & ſuper terra pax in hominibus conſolationis.* Græc. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· al. deeſt ἐν, ante ἀνθρώποις ; extremò Mſs. plures ſcribunt εὐδοκίας. Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. b. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax :* & ſup. 186. a. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Itidem Epiphanius in 6. 3. Cantici Canticorum. Hieron. in Iſai. 6. to. 3. 60. f. *Gloria in excelſis Deo, & ſuper terra pax hominib. bonæ voluntatis :* & in Iſai. 57. col. 422. f. *Gloria in excelſis Deo, & ſuper terram pax :* itidem in Ezech. 40. col. 993. e. & l. contra Helvid. to. 4. 134. f. ſed addit, *in hominibus bonæ vol.* S. Leo ſer. 20. p. 70. e. *Gloria in excelſis Deo, & pax in terra bonæ voluntatis hominibus.* Optat. l. 2. & 4. contra Donat. pp. 31. b. 71. b. *pax hominibus in terra bonæ voluntatis.* Maxim. Taurin. in homil. to. 6. p. 6. b. *Gloria in excelſis Deo, & pax in terra hominibus bonæ vol.*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

15. Et factum est, ut discessisset ab illis Angelus in cœlum: & illi pastores dixerunt ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, sicut Dominus ostendit nobis.

16. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

17. Et cognoverunt de verbo, quod dictum est illis de puero hoc.

18. Et omnes, qui audierant, mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

19. Maria verò conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20. Et reversi sunt pastores magnificantes & laudantes Dominum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dicta sunt ad illos.

21. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur: vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priùs quàm in utero conciperetur.

22. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundùm legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino,

23. sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculum quod aperit vulvam, sanctum Dei vocabitur:

## VULGATA NOVA.

15. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum: pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

16. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

17. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

19. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20. Et reversi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

21. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priùs quàm in utero conciperetur. Genes. 17.12. Levit. 12.3. Matth. 1.21.

22. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundùm legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, Sup. 1.31.

23. sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur: Levit. 12.6. Exod. 13.2. Num. 8.16.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Concinit Nicetius Spicil. to. 3. 10. a. sicut Leo M. ser. 20. p. 70. c. translata voce *hominibus*, post ult. *voluntatis*. Vulgatæ accinunt Ambros. l. 2. in Luc. 1298. d. Gaudent. Brix. serm. 19. p. 973. f. Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. d. Vigil. Taps. l. 3. de Trin. p. 228. a. & Sedulius l. 2. op. Pasch. p. 477. f. Juvencus l. 1. p. 57. b. eadem sic reddit:

*Gloria supremum comitetur debita Patrem;*
*In terris justos homines pax digna sequatur.*

℣. 15. Ms. Corb. *Et factum est, ut discessit ab eis Angelus in cælum: pastores loquebantur ad invicem, & dixerunt: Transeamus*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli........ pastores loquebantur ad invicem, dicentes: Transeamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.* Cantabr. *Et factum est, ut abierunt Angeli ab eis in cælum: & homines pastores dixerunt ad alterutrum: Pertranseamus usque Bethleem, & videamus verbum hoc, quod factum est, quod Dominus demonstravit nobis.* Gr. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ Ἄγγελοι· καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο, τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν· Mss. quidam delent istud, καὶ οἱ ἄνθρωποι· extremò unus habet, ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ἐγνώρισεν ἡμῖν. Ambr. l. 2. in Luc. 1298. f. *Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, sicut Dominus ostendit nobis.* Ap. Juvenc. l. 1. p. 57. b. simpliciter:

*Et simul his dictis cæli secreta revisunt.*

℣. 16. Itidem Mss. Corb. S. Germ. & Cantabrig. unà cum Græco. S. Gat. autem codex: *Et venerunt festinanter*, &c. Ambros. l. 2. in Luc. 1298. f. *Et venerunt festinantes.* Juvencus l. 1. p. 57. b.

*Pastores properè veniunt, puerumque jacentem*
*Præsepis gremio cernunt.*

℣. 17. Similiter hab. Ms. Corb. *Et cognoverunt de verbo*; reliqua ut in Vulgata. S. Germ. 1. *Et videntes cognoverunt de*, &c. S. Gat. *Cognoverunt eum de verbo*, &c. Cantabr. *Videntes autem cognoverunt de verbo, quod factum est ad eos de infante.* Græcè ut in Vulgata. Juvencus l. 1. p. 57. b. sic pergit:

*..... Post inde frequentes*
*Dispergunt latè celebris vaga semina famæ.*

℣. 18. Mss. Corb. & S. Germ. 1. suffragantur textui Colb. nec etiam aliter in Græco. Cantabr. habet: *Et omnes, qui audiebant, mirati sunt de his, quæ dicta sunt pastoribus ad eos.* Ambros. l. 2. in Luc. 1299. b. *mirati sunt de iis, quæ dicebantur à pastoribus ad ipsos.* Juvencus l. 1. p. 57. b.

*Mirantes laudant, lætantes constupuerunt,*
*Omnia nocturnis monitis quòd vera recurrant.*

℣. 19. Eadem referunt Mss. Corb. S. Germ. & S. Gat. quibus accedit Cantabrig. nisi quòd hab. *committens*, pro *conferens*; Gr. συμβάλλουσα. Ambros. l. 2. in Luc. 1299. b. nil differt à Vulg. & textu Colb. iisdem quoque favet l. 1. offic. to. 2. 70. a. & l. 2. de virg. col. 165. f. cum Hieron. l. 1. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 134.

℣. 20. Ms. Corb. totidem verba refert quæ sunt in Colb. præter unum *Deum*, loco *Dominum*. S. Gat. *Et reversi sunt pastores laudantes & benedicentes Dominum*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *glorificantes & laudantes Deum, in omnibus qui audierant & viderant, sicut dicta sunt ad illos.* Cantabrig. *honorificantes & laudantes Deum, in omnibus quibus audierunt & viderunt, sicut dictum est*, &c. Gr. δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, &c. ut in Vulg. Iren. l. 3. c. 10. p. 187. d. *Pastores revertebantur glorificantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, quemadmodum & narratum est ad eos.*

℣. 21. Mss. S. Germ. 1. Corb. & S. Mart. Turon. nil differunt à textu Colbertino: S. Germ. 2. verò & S. Gat. addunt vocem *puer*, ad *circumcideretur*, ut in Vulg. Solus Cantabrig. habet: *Et cùm consummati sunt dies octo ut circumciderent infantem: nominatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo antequam conciperetur in ventre matris.* Gr. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον· καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ..... πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ· Mss. plures loco τὸ παιδίον, habent αὐτόν. Juvencus l. 1. p. 57. b.

*Viderat octavam lucem puer: ecce recidi*
*Ad morem legis, nomenque aptare necesse est,*
*Impositumque illi est, monitis cælestibus olim*
*Quod Mariæ vox missa Deo præcepit, Iesus.*

℣. 22. Totidem verba in Mss. S. Germ. S. Mart. Tur. & S. Gat. nec diversa refert Corb. præter unum *statuerent*, pro *sisterent*. Solus Cantabr. legit: *Et cùm consummati sunt dies purgationis ejus..... adduxerunt eum in Jerosolyma, adsistere Domino.* Gr. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς..... ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ, &c. Mss. quidam ferunt τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν. Iren. l. 3. c. 10. p. 187. d. *Cùm impleti essent dies purgationis, imposuerunt eum in Jerusalem, adstare Domino.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. c. dicit: *Cùm dies quadraginta* (Ms. Corb. *octo*) *complerentur ex Mariæ virginis partu, tulerunt Dominum nostrum Jesum in Jerusalem, ut offerrent Domino secundùm legem.* Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 136. b. *Cùm expleti essent dies purgationis eorum secundùm legem Moysi, duxerunt eum in Jerusalem, ut offerrent eum Domino.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 38. a. *Posteaquam impleti sunt dies*, &c. ut in textu Colb. & Vulg.

℣. 23. Similiter habent *omne masculum* Mss. Corb. & S. Gat. Cantabrig. verò, *omne masculinum aperiens vulvam*; cæt. ut in Vulg. Græc. nil omnino differt ab eadem Vulg. Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. d. legit: *quemadmodum scriptum est in lege Domini: Quoniam omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domini vocabitur:* at l. 1. p. 16. a. *omne masculinum aperiens vulvam.* Tertul. l. 1. de carne Chr. p. 553. c. *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum vocabitur Domino.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 11.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

24. & ut darent hostiam secundùm quod di-
Levit. 12. 8. ctum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus, & timoratus, exspectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo.

26. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.

27. Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundùm consuetudinem legis pro eo:

28. & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

29. Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace:

30. Quia viderunt oculi mei salutare tuum,

31. Quod parasti ante faciem omnium populorum;

**Versio antiqua.**

24. & ut darent hostiam sicut dictum est in lege Ex Ms. Colbert.
Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25. Et ecce erat homo in Jerusalem, cui nomen erat Simeon, & hic homo justus, & timoratus, exspectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in ipso.

26. Responsum autem acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Dominum.

27. Et hic venit in spiritu in templo. Et cùm ducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundùm consuetudinem legis pro eo:

28. & ipse accepit eum in manus suas, & benedixit Deum, & dixit:

29. Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace:

30. Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum,

31. Quod parasti ante faciem omnium populorum;

## Notæ ad Versionem antiquam.

col. 347. f. & epist. 33. to. 2. 920. d. *Omnis masculus adaperiens vulvam, sanctus Domino vocabitur:* at l. 2. in Luc. 1300. a. *Quia omne masculinum*, &c. ut in Vulg. Itidem Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 136. b. cum August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. Vigilius autem Taps. l. 3. cont. Eutych. p. 27. c. legit: *Omne primitivum quod aperit vulvam, sanctum Domino vocabitur.* Juvencus l. 1. p. 57. e.

*Scripserat antiquæ Moses moderamina legis,*
*Atque inter* (al. *Inter quæ*) *primos prisco de sanguine vatum*
*Observare dedit fetus offerre sacrandos.*

℣. 24. Ms. S. Germ. 1. *& ut..... secundùm quod dictum est in lege, par turturum, & duos pullos*, &c. similiter Corb. *& duos pullos.* Cantabr. *& ut darent sacrificium secundùm quod dictum est in lege Dom. par turturum, aut duos nidos columborum.* Gr. καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς, &c. Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. a. *& ut darent sacrificium secundùm quod*, &c. ut in Vulg. Ambros. l. 5. Hex. col. 104. f. *quia scriptum est in lege Domini ut darent hostiam, par turturum, aut duos pullos columbarum:* similiter l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. c. August. verò quæst. 40. in Levit. to. 3. p. 1. col. 509. 510. b. *par turturum, aut duos pullos columbinos.* Hieron. l. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 136. b. *& ut darent hostias secundùm quod dictum est*, &c. quæ in Vulg. Apud Juvenc. l. 1. p. 57. c.

*Implumesque simul ferre ad delubra columbas.*

Deinde:

*Hæc ubi per Mariam templo servata feruntur.*

℣. 25. Ms. S. Gat. *Et ecce homo erat in Jerus. nomine Simeon*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *& homo iste justus erat, & timoratus*, &c. Cantabr. *Et erat homo in Jerus. cui nomen Simeon, & homo hic justus, & metuens, exspectans... & Spiritus S. erat super eum.* Gr. Καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεὼν, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος, καὶ εὐλαβὴς...... καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν· al. εὐσεβὴς, pro εὐλαβής. Ambros. l. 2. in Luc. 1300. d. & August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. Vulgatæ consentiunt. Juvenc. l. 1. p. 57. c.

*Ecce senex Simeon, dignus comprendere sensum*
*Cælestis vocis.*

℣. 26. Mss. S. Germ. 1. & Corb. 1. conveniunt cum textu Colbert. nisi quòd ultimò legunt, *Christum Domini.* Cantabr. *Responsum autem fuerat super eum à Spiritu sancto, non videre mortem, priusquam videat Christum Domini.* Ambros. l. de bo. mort. c. 2. col. 391. b. *Responsum acceperat, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.* Gr. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. e. *non eum visurum mortem, priusquam videret Christum Domini.* Juvencus l. 1. p. 57. c.

*..... cui quondam præscia rerum*
*Virtus prodiderat, quòd carcere corporis ægri*
*Deposito, mortem liber requiemque videret,*
*Cùm primùm cæli laudem terræque salutem,*
*Omnia quem vatum spondent oracula, Christum*
*Vidisset templo solemnes ferre palumbos,* (al. *columbas.*)

℣. 27. Mss. S. Germ. Corb. & S. Gat. eadem ferunt quæ in Vulg. Unus Cantabrig. habet: *Et venit..... Et cùm inducerent parentes infantem Jesum, ut facerent secundùm consuetudinem legis de eo.* Græcè pariter, nisi id exceperis, κατὰ τὸ εἰθισμένον, ad litt. *secundùm consuetum.* Hieron. l. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 132. d. *Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent parentes ejus puerum Jesum, ut facerent de illo secundùm consuetudinem legis.* Ambros. l. de bo. mort. c. 2. col. 391. b. *Et cùm eum parentes in templum inducerent.* August. quæst. 40. in Levit. to. 3. 509. g. & l. 2. de cons. Evang. col. 38. concordat cum Vulg. Juvencus l. 1. p. 57. c.

*Isque ubi curvato defessus corpore templum*
*Jam gravior penetrat, monuit quod spiritus auctor:*
*Ecce simul parvum gremio genitricis Iesum*
*Ad templum sensit venisse*, &c.

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *& ipse accepit eum in manibus suis*, &c. quæ sup. Cantabr. *& ipse accepit eum in alas suas*, &c. Corb. breviùs: *& ipse accepit eum, & benedixit Deum*, &c. Græcè ut in Vulg. Iren. l. 2. c. 10. p. 187. a. *Simeon benedixit Deum, & ait:* & l. 1. c. 8. p. 40. a. *in manus suas accepit Christum, & gratias egit Deo, & dixit.* Ambr. l. de bo. mort. c. 2. col. 391. b. *suscepit manibus suis, & dixit:* & l. 2. in Luc. *Qui vult dimitti*, inquit, *veniat in templum..... accipiat in manibus Verbum Dei.* August. l. 2. de cons. Evang. cp. 3. 38. *& ipse accepit eum in amplexus suos, & benedixit eum, & dixit.* Juvencus l. 1. p. 57. c. sic pergit:

*..... trementibus ulnis*
*Accepit puerum, lætusque hæc dicta profatur.*

℣. 29. Itidem Mss. codd. S. Germ. Corb. Cantabr. S. Mich. S. Gat. & Græcum. Accinunt magno consensu Iren. l. 3. c. 10. & 16. pp. 187. a. 205. a. Cyprianus l. de mortal. p. 230. a. & l. 3. Testim. p. 321. a. Hilarius in Ps. 13. n. 5. col. 59. b. Hieron. l. contra Helvid. to. 4. col. 134. August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. f. Cassiod. in Ps. 39. pp. 1[illegible] c. 327. b. Auct. l. de Judaic. incred. apud Cypr. p. [illegible] b. Auctor quæst. ex utroque T. q. 127. col. 140. c. [illegible] non Ambros. in Ps. 118. col. 1229. b. ac l. de bo. mort. c. 2. col. 391. f. at l. de Jos. c. 3. col. 486. d. legit: *Nunc Domine, dimitte servum tuum in pace:* similiter habet *Nunc dimitte servum tuum* l. 2. in Luc. 1301. b. sicut Ambrosiast. col. 88. a. Iren. verò l. 1. c. 8. p. 40. *Nunc remittis servum tuum Domine, secund. sermonem tuum in pace.* Juvencus l. 1. p. 57. c.

*Nunc nunc me famulum Dominus, nunc liberat arctis* (al. *atris*)
*Corporis è vinclis, finemque imponere verbis*
*Dignetur cum pace suis.*

℣. 30. Sic habent cum Vulg. Mss. S. Germ. Cantabrig. S. Mich. & S. Gat. Sic etiam Corb. nisi quòd scribit *salutarem.* Græc. τὸ σωτήριον. Textui nostro suffragantur Iren. l. 3. c. 10. & 16. & l. 4. c. 7. pp. 187. a. 205. a. 235 c. Cyprianus l. de mortal. p. 230. a. & l. 3. Testim. p. 321. a. Hilarius in Ps. 13. n. 5. col. 59. b. Ambros. l. de Jos. c. 3. col. 486. d. & in Ps. 118. col. 1229. c. Hieron. in Isai. 51. to. 3. 366. e. August. l. 2. de cons. Evang. col. 38. & l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. 460. b. Auct. l. de Judaica incred. ap. Cypr. p. 569. Auctor quæst. ex utroque T. q. 127. col. 140. c. necnon Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 18. p. 28. f. Itidem in passione Marculi Donat. apud Optat. p. 306. c.

℣. 31. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. S. Mich. & S. Gat. Cantabr. verò sic: *Quod præparasti in conspectu*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

* Ex Ms. Colbert. 32. Lumen ad revelationem gentium, & gloria
plebi Israël.
33. Et erat Joseph & mater ejus mirantes super
his, quæ dicebantur de illo.
34. Et benedixit illos Simeon, & dixit ad Ma-
riam matrem illius: Ecce hic positus est in rui-
nam, & in resurrectionem multorum in Israël; &
in signum, quod contradicetur:
35. & tuam, & ipsius animam pertransiet gla-
dius, ut revelentur multorum cordium cogita-
tiones.
36. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de
tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, &
vixerat annis cum viro suo septem à virginitate
sua.
37. Et hæc vidua annorum octoginta quatuor:
quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecra-
tionibus serviens nocte ac die.
38. Et hæc ipsa orans, confitebatur Domino:

VULGATA NOVA.

32. Lumen ad revelationem gentium, & glo-
riam plebis tuæ Israël.
33. Et erat pater ejus & mater mirantes super
his, quæ dicebantur de illo.
34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Ma-
riam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, Isai. 8.
& in resurrectionem multorum in Israël; & in si- 14.
gnum, cui contradicetur: Rom. 9.
35. & tuam ipsius animam pertransibit gladius, 32. 1. Pet.
ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. 2. 7.
36. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel,
de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis,
& vixerat cum viro suo annis septem à virginitate
sua.
37. Et hæc vidua usque ad annos octoginta
quatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis
& obsecrationibus serviens nocte ac die.
38. Et hæc, ipsa hora superveniens, confite-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*omnium populorum.* Græcè ut in textu Colb. & Vulg. Concinunt etiam Irenæus l. 3. c. 10. & 16. pp. 187. a. 205. a. August. l. 2. de conf. Evang. col. 38. & Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. f. Hilarius autem in Ps. 13. n. 5. col. 59. b. legit: *Quod præparasti in conspectu universorum populorum.* Similiter Hieron. in Isai. 51. to. 3. 366. c. præter vocem *omnium.* Irenæus l. 4. c. 7. p. 235. c. *in facie omnium populorum;* vel *ad faciem;* al. *ante faciem.*

℣. 32. Mss. S. Germ. Corb. S. Mich. & S. Gat. nil omnino differunt à Vulg. cui etiam Græcum favet. Cantabrig. habet: *Lumen in revelationem, & gloriam populi tui Israël.* Irenæus l. 3. c. 10. & 16. pp. 187. a. 205. a. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam populi tui Israël;* al. *in revelationem;* sicut apud Hieron. in Isai. 51. to. 3. 366. e. Apud Hilar. in Ps. 13. n. 5. col. 59. b. *Lumen in revelatione gentium.* Apud Aug. l. 2. de conf. Evang. col. 38. & Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. f. ut in Vulgata. Apud Juvenc. l. 1. p. 57. d.

*..... En splendida nostros*
*Lux oculos tua circumstat, radiis* (al. *radius*) *que refulget,*
*Quam cunctis hominum lustratis gentibus addet* (al. *addit*)
*Israëlitarum cumulatæ gloria plebis.*

℣. 33. Mss. Corb. & S. Germ. 1. ad verbum conveniunt cum textu Colb. S. Germ. 2. verò, & S. Gat. cum Vulg. Sic etiam Cantabr. nisi quòd hab. *in his, quæ diceb. de eo.* Græcè autem ut in Colb. Καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, &c. Similiter apud Hilar. in Matth. col. 612. b. *Et erat Joseph & mater ejus.* Hieronymus l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 134. f. 141. a. legit: *Et erant pater illius & mater admirantes super his, quæ diceb. de eo:* tum addit: *Licet tu mirâ impudentiâ hæc in Græcis codicibus falsata contendas, quæ non solùm omnes penè Græciæ Tractatores in suis voluminibus reliquerunt, sed nonnulli quoque è Latinis, ita ut in Græcis habentur, assumpserint; nec necesse est nunc de exemplariorum varietate tractare, cùm omne & Veteris & Novæ Scripturæ instrumentum in Latinum sermonem exinde translatum sit, & multò purior manare credenda sit fontis unda, quàm rivi,* &c. August. l. 2. de conf. Evang. col. 28. b. 38. c. cum Vulgata concinit.

℣. 34. Ms. Corb. textui Colb. congruit; sicut etiam S. Germ. 1. & Cantabrig. nisi quòd ille habet ultimò, *cui contradicetur,* hic verò *contradicentem;* Gr. ἀντιλεγόμενον; cæt. ut in Lat. supra. Tertul. l. de carne Chr. p. 553. b. *Ecce hic positus est in ruinam, & suscitationem multorum in Israël; & in signum, cui contradicetur.* Itidem S. Paulin. epist. 50. p. 201. a. & August. l. 2. de conf. Evang. col. 38. c. præter vocem *resurrectionem.* Sic etiam Auct. quæst. ap. Aug. to. 3. 72. d. 100. f. Ambros. in Luc. 1301. c. *Simeon,* inquit, *prophetat in ruinam, & resurrectionem plurimorum.* Ap. Juvencum l. 1. p. 57. d. ita:

*Hinc ait: Hæc quid virgo tibi tam mira videntur?*
*Quid tantùm Mariæ stupuerunt pectora matris?*
*Hic puer ad populi casum datur, iste renasci*
*Concedet populis: illi signum esse negabunt*
*Fœderis, hi contra cœlo venisse tenebunt.*
*Livor edax faciet lethum ut percurrat amarum.*

Al. post hoc, *Concedet populis,* ita sequitur: *dicta in contraria signum*
*Istius adveniet percurrens debita letho:*
dein ut inf. ad ℣. 35.
*Atque animam,* &c.

℣. 35. Ms. Cantabr. *& tuam ipsius autem animam pertransiet gladius, ut revelentur multorum cordium consilia.* Corb. & S. Gat. *multorum cordium cogitationes;* initio verò cum S. Germ. duobus, ac Vulg. *& tuam ipsius animam,* &c. Gr. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί· al. deest ἐκ, ante πολλῶν; al. ultimò λογισμοί. Hilarius in Ps. 118. col. 261. a. ait: *Beatæ Mariæ animam gladius pertransivit, ut revelentur multorum cordium cogitationes.* Ambros. l. de Isaac, c. 6. col. 373. b. & in Luc. 1301. d. *& tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes:* similiter in Ps. 37. col. 824. f. & in Psal. 43. col. 891. f. & in Psal. 118. col. 1119. a. 1220. a. & l. de virginit. col. 214. c. 229. e. & ep. 66. col. 1056. b. at l. 2 de interpel. David, c. 4. col. 643. b. legit, *ad revelandas multorum cogitationes cordium.* S. Paulinus epist. 50. p. 301. a. cum Auct. quæst. N. T. q. 73. col. 72. e. *tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes:* & infra Paulinus hab. *framea, vel gladius.* August. etiam epist. 149. to. 2. 515. f. *& tuam ipsius animam pertransibit framea, ut denudentur multorum cordium cogitationes:* sed l. 2. de conf. Evang. to. 3. col. 38. ut in Vulg. Apud Juvencum l. 1. p. 57. d.

*Atque animam matris ferro fulgente machæra,*
*Quo pateant tecti tenebrosa volumina cordis.*

℣. 36. Ms. Cantabr. *Et Anna prophetis, filia Fanuel: & hæc processerat in diebus multis, quæ vixit annos septem cum viro à virginitate sua.* Similiter in Corb. *quæ vixit annos septem;* cæt. ut in textu Colb. S. Germ. verò ambo, & S. Gat. Vulgatæ congruunt, sicut & Græc. nisi quòd habet, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ, &c. Apud Iren. l. 3. c. 10. p. 187. b. legitur *Anna prophetissa:* & l. 1. c. 8. p. 40. b. *septem annis cum viro vixisse.* Apud Hilar. in Ps. 14. n. 4. col. 62. *Anna prophetes.* Apud Ambr. ep. 42. col. 968. b. *Anna, quæ vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* August. l. de bono vid. to. 6. 377. f. & l. 2. de conf. Evang. to. 3. 38. Vulgatæ consentaneus. Juvencus l. 1. p. 57. d.

*Hæc ait in Simeone Deus. Vox ecce prophetæ*
*Femineam sancto complet Spiramine mentem:*
*Anna fuit natu gravior, quam in flore juventæ*
*Destituit viduam mors immatura mariti.*

℣. 37. Ms. S. Gat. *Et hæc erat vidua usque ad annos lxxxiv. quæ non discedeb..... jejun. & obsecr. serviens Deo die ac nocte.* Cantabr. *Et hæc vidua annorum lxxxiv. quæ non recedebat de templo, jejun. & orationibus serviens nocte & die.* Corb. & S. Germ. ambo ut in Vulgata. Græc. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων· ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ, &c. ut in Colb. & Vulg. Mss. quidam, ἕως ἐτῶν. Cypr. l. de orat. Dom. p. 215. c. legit: *non discedebat de templo, jejuniis & orationibus serviens nocte ac die.* Hilar. in Ps. 14. n. 4. col. 62. *non discedebat à templo, jejuniis & obsecrationibus serviens die ac nocte.* Ambros. ep. 42. col. 968. b. *Et hæc vidua annorum octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens die ac nocte:* vide etiam l. 2. in Luc. 1301. f. Apud August. l. de bono vid. to. 6. 377. f. & l. 2. de conf. Evang. to. 3. 38. ut in Vulgata. Apud Juvencum l. 1. p. 57. d.

*Hinc fruitur casta caro pro conjuge vita,*
*Continuoque Dei cultu.*

℣. 38. Ms. Corb. *Et hæc, ipsa hora stans, confitebatur Domino: & loq..... qui exspectabant redemptionem Jerusalem.*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

batur Domino : & loquebatur de illo omnibus, qui exſpectabant redemptionem Iſraël.

39. Et ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam in civitatem ſuam Nazareth.

40. Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapientia : & gratia Dei erat in illo.

41. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jeruſalem, in die ſolemni Paſchæ. *Exod. 23. 15. & 34. 18. Deuter. 16. 2.*

42. Et cùm factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Jeroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti,

43. conſummatiſque diebus, cùm redirent, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus.

44. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.

45. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum.

46. Et factum eſt, poſt triduum invenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus.

48. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater

**Versio antiqua.**

& loquebatur de illo omnibus, qui ſpectabant redemptionem Jeruſalem. *Ex Mſ. Colbert.*

39. Et ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam in civitatem ſuam Nazareth.

40. Puer autem confortabatur, & creſcebat, & implebatur ſapientia : & gratia Dei erat cum illo.

41. Et ibant Joſeph & Maria mater ejus per omnes annos in Jeruſalem, in omni die ſolemni Paſchæ.

42. Et cùm factus eſſet Jeſus annorum duodecim, & aſcendiſſent parentes ejus in Jeruſalem ſecundùm conſuetudinem diei feſti azymorum,

43. conſummatiſque diebus, cùm redirent, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognovit Joſeph, & mater ejus.

44. Æſtimantes illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.

45. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum.

46. Et factum eſt, poſt triduum & invenerunt illum in templo ſedentem in medio docentium, audientem illos, & interrogantem eos.

47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus.

48. Et viſo illo, expaverunt. Et dixit mater

**Notæ ad Versionem antiquam.**

S. Germ. 1. *Et hæc, ipſa hora veniens*, &c. quæ in Vulg. etiam cum ult. voce *Iſraël*; S. Mart. Turon. & S. Germ. 2. *Jeruſalem.* S. Gat. *Et hæc, ipſa hora adſiſtens, confitebatur Dom..... qui exſpectabant redemptionem in Jeruſalem.* Cantabrig. *Et in ipſa hora inſtans, deprecabatur Deo : & dicebat de eo omnibus, qui ſpectabant ſalvationem in Jeruſalem.* Gr. Καὶ αὕτη, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ· καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ· al. ἐν τῷ Ἰσραήλ; al. τοῦ Ἰσραήλ. Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. b. *& loquebatur de eo omnibus, qui exſpectabant redemptionem Jeruſalem.* Similiter habet Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 38. Juvencus l. 1. p. 57. d.

*..... Quæ numine ducta,*
*Cognovit Chriſtum, & ſimili ſermone locuta eſt.*

℣. 39. Totidem verba in Mſs. S. Germ. Corb. & S. Gat. Cantabrig. verò initio habet : *Et cùm conſummaverunt omnia*, &c. quæ ſupra ; ſed in fine addit ex Matth. 2. 23. *ſicut dictum eſt per Prophetam : Quoniam Nazareus vocabitur.* Græcè : Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν, &c. quæ in Mſ. Colb. & Vulg. nec plura. Apud Juvencum l. 1. p. 57. e.

*Inde ubi ſolemnem pueri pro nomine legem*
*Complevit genitrix, & Joſeph omnia mirans,*
*Ad patriam læti repedant* (al. *redeunt*) *puerumque reportant.*

℣. 40. Mſs. Corb. & S. Germ. ambo Vulgatæ ſimiles. Mſ. S. Gat. extremò habet : *& gratia Dei erat cum illo.* Cantabr. ſolus : *Infans autem Jeſus convaleſcebat, & creſcebat, adimplebatur ſapientia : & gratia Dei erat cum eo.* Gr. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό· al. deeſt πνεύματι. al. in fine legitur ἐπ' αὐτῷ; al. ἐπ' αὐτόν; al. ἐν αὐτῷ. Apud Ambroſ. l. de Incarn. col. 720. b. *Puer autem creſcebat, & confortabatur, & implebatur ſapientia : & gratia Dei erat cum illo.* Itidem apud Gaud. Brix. ſer. 19. p. 973. e. verbum è verbo. At apud Auguſt. in Joh. 14. to. 3. 692. c. omnia ut in Vulg. Juvencus l. 1. p. 57. g.

*Creſcebat rapidis annorum greſſibus infans,*
*Præcurrens ævum ſapientia præveniebat;*
*Gratiaque in vultu & verbis veneranda micabat.*

℣. 41. Mſ. Corb. congruit textui Colb. ad verbum. Item Sangerm. 1. habet : *Et ibant Joſeph & Maria per omnes annos*; reliqua ut in Vulgata. Cantabrig. *Ibant autem & parentes ejus ſecundùm tempus in Jeruſalem, in die feſto Paſchæ.* Græc. Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ, τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα. Vide Juvencum ad ℣. ſeq.

℣. 42. Mſ. Corb. *Et cùm factus eſſet annorum duodecim Jeſus, & aſcendiſſent in Jeruſalem*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *Et cùm factus eſſet annorum xii. & aſcendiſſent Jeroſolymam*, &c. Cantabrig. *Et cùm facti ſunt ei anni duodecim, aſcenderunt parentes ejus, habentes eum ſecundùm conſuetudinem diei feſti azymorum.* Item apud Ambroſ. l. 2. in Luc. 1301. f. *Et cùm facti eſſent illi anni duodecim.* Græcè ut in Vulg. pene ad verbum. Apud Juvencum ℣. hic ita jungitur cum antecedenti :

*At jam biſſenos ævi comprenderat annos,*
*Cùm Paſchæ ritum ſervando ex more parentes*
*Ad templum læti puerum perducere feſtis*
*Omnibus annorum vicibus de more ſolebant.*
*Ergo aderant Paſchæ pariter.*

℣. 43. In Mſ. Corb. eadem quæ in textu Colb. niſi quòd ponitur *Jeſus*, loco *Joſeph*, calami lapſu. In Sangerm. 1. *& conſummatis diebus, cùm redirent..... & non cognoverunt Joſeph & mater ejus.* In Cantabrig. *& conſummatis diebus, cùm reverterentur..... & neſcierunt parentes ejus.* Græc. καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς..... καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· ſed Mſs. plures cum Vulg. καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. Juvencus l. 1. p. 57. h.

*..... cunctiſque diebus*
*Feſtorum impletis, patriam remeare parabant :*
*Tum puer in populo comitis veſtigia matris*
*Deſeruit, templique libens ſecreta petivit.*

℣. 44. Mſ. Corb. *Exiſtimantes illum ſecum comitari, venerunt*, &c. quæ ſupra. Cantabrig. *Et putantes eum eſſe in comitatu, venerunt viam diei unius, & requirebant eum in cognatis, & inter notos.* S. Mart. Turon. *natos*, non *notos*, ſed aperto errore. Græcè : Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, καὶ..... ἐν τοῖς..... καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς. Apud Juvencum l. 1. p. 57. h. ſic :

*Illum per vicos, urbiſque per abdita tecta,*
*Perque vias ſtratas, per notos, perque propinquos*
*Quærebat genitrix.*

℣. 45. Concinunt Mſs. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ſicut etiam S. Germ. 1. cum Cantabr. niſi quòd habent, *reverſi ſunt* : nec aliter Græcè, niſi quòd add. αὐτόν, *eum*, verbo *invenientes*.

℣. 46. Mſs. S. Germ. Corb. & S. Gat. non differunt à Vulgata. Cantabrig. habet : *Et factum eſt, poſt dies tres invenerunt eum ſedentem in templo in medio magiſtrorum*, &c. quæ ſup. Ita quoque in Græco eſt, præpoſito uno καὶ, verbo *audientem*; abeſt tamen conjunct. iſta à pluribus Mſs. codd. Apud Juvencum l. 1. p. 57. h. ita :

*..... Sed lux ubi tertia venit,*
*Ad templum properè remeat, vatumque coronæ* (al. *choreis*)
*Invenit inſertum, legumque obſcura ſenili*
*Tractantem cœtu.*

℣. 47. Similiter habent Mſs. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. unà cum Græco. Sangerm. 1. tamen ſcribit *ſuper prudentiam*; Corb. *ſuper prudentiam reſponſi ejus.* Cantabrig. *Expaveſcebant autem omnes, qui audiebant eum, in intellecto & reſponſionibus ejus.*

℣. 48. Mſ. Corb. ſimiliter habet initio : *Et viſo illo, expaverunt*; at paulò poſt omittit, *ecce pater tuus & ego*; ſub-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* ejus ad illum : Fili , quid feciſti nobis ſic ? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49. Et ait ad illos : Quid eſt quòd me quærebatis ? neſcitis quia in his , quæ patris mei ſunt , oportet me eſſe ?

50. Et ipſi non intellexerunt verbum , quod locutus eſt ad illos.

51. Et deſcendit cum illis , & venit in Nazareth : & erat ſubditus illis. Et mater ejus conſervabat omnia verba hæc in corde ſuo.

52. Et Jeſus proficiebat ætate , & ſapientia , & gratia apud Deum & homines.

VULGATA NOVA.

ejus ad illum : Fili , quid feciſti nobis ſic ? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49. Et ait ad illos : Quid eſt quòd me quærebatis ? neſciebatis quia in his , quæ patris mei ſunt , oportet me eſſe ?

50. Et ipſi non intellexerunt verbum , quod locutus eſt ad eos.

51. Et deſcendit cum eis , & venit Nazareth : & erat ſubditus illis. Et mater ejus conſervabat omnia verba hæc in corde ſuo.

52. Et Jeſus proficiebat ſapientia , & ætate , & gratia apud Deum & homines.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ditque , *dolens & triſtis quærebamus te.* S. Germ. 1. *Et videntes illum , admir..... ecce pater tuus & ego dolentes & triſtes quærebamus te.* Itidem S. Gat. *dolentes & triſtes.* Cantabrig. *Et videntes eum , de mente* ( f. *dementes* ) *facti ſunt. Et dixit ad eum mater ejus : Fili..... ecce pater tuus & ego dolentes & triſtes quærebamus te.* Græc. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν , ἐξεπλάγησαν. Καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε , &c. ut in textu Colb. al. deeſt αὐτὸν , poſt ἰδόντες. Ambroſiaſt. col. 213. f. *Quid feciſti nobis , fili ? ego & pater tuus mœſti & triſtes quærebamus te.* Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 141. a. *ego & pater tuus dolentes quærebamus te.* Auctor quæſt. N. T. q. 56. col. 64. c. *Fili , quid feciſti nobis ſic ? etenim ego & pater tuus mœſti & triſtes quærebamus te.* Juvencus l. 1. p. 57. h.

*..... Vix admiratio digna*
*De pueri verbis ſenibus fuit. At pia mater ,*
*Nate , ait , amiſſum lacrymis te quæro profuſis ,*
*Anxia cum genitore gemens : quæ cauſa parentum*
*Secernit greſſu , templique in ſede retentat ?*

℣. 49. Mſ. S. Germ. 1. *Et ait ad illos : Quid eſt quòd quærebatis me ? neſciebatis* , &c. quæ ſupra. Corbeienſis , *neſcitis quia in patris mei oportet me eſſe ?* Sancti Gatiani , *neſcitis quia in his , quæ patris mei ſunt* , &c. Cantabrig. *Et dixit ad eos : Quid quòd quærebatis me ? neſcitis quoniam in his , quæ ſunt patris mei* , &c. Gr. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με ; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου , &c. Ambroſ. l. 2. in Luc. 1302. b. *Quid eſt quòd me quærebatis ? neſciebatis quia in propria patris mei oportet me eſſe ?* Irenæus lib. 2. cap. 20. p. 92. a. *non ſcitis quoniam in his , quæ patris mei ſunt , oportet me eſſe ?* Tertullianus lib. contra Prax. pag. 856. c. *non ſcitis quòd in patris mei me eſſe oportet ?* Gaud. Brix. ſer. 3. p. 949. b. *Quid quærebatis me ? neſciebatis* , &c. ut in textu. Leo M. epiſt. 16. c. 2. *neſciebatis quòd in his , quæ patris mei ſunt , oportet me eſſe ?* Unus tamen cod. Attrebat. S. Vedaſti , quem olim vidit , & impensè laudavit Pamelius , hanc lectionem exhibet : *neſcitis quòd in domo patris mei oportet me eſſe ?* cui lectioni favere videtur quæ prope ſequitur S. Doctoris expoſitio : *ſignificans* , inquit , *ejus ſe eſſe filium , cujus eſſet & templum.* Et verò apud Armen. Syr. & Perſ. horum loco ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου , ita legere eſt , ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου. Eandem ſcripturam tuetur Juvencus l. 1. p. 58. a. dicens :

*Ille autem : Quid me tantùm , quid quæritis , inquit ?*
*An nondum ſentis genitrix , quòd jure paternis*
*Ædibus atque domo natum inhabitare neceſſe eſt ?*
( al. *Sedibus & domibus natum eſt habitare neceſſe ?* )
*Hæc ait* , &c.

℣. 50. Concinunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. unà cum Græco. Cantabr. verò hab. *Ipſi autem non intellexerunt verbum , quod dixit illis.* Vide Juvencum ad ℣. ſeq.

℣. 51. Mſ. Cantabrig. *Et deſcendit cum eis in Nazaret : & erat ſubditus illis. Mater autem ejus conſervabat verba omnia in corde ſuo.* S. Germ. Corb. & S. Gat. textui Colb. ſuffragantur , & Græco. Ambroſ. l. 2. & 8. in Luc. 1302. c. 1490. a. *Et venit Nazareth : & erat ſubditus illis.* Juvencus l. 2. p. 58. a. hunc ℣. antecedenti ſic jungit :

*..... & greſſum ſociat , patriamque reviſit :*
*Nec genitrix tanti perſenſit pondera verbi :*
*Ordine cuncta tamen cordis ſecreta reſervat.*
*At puer obſequiis aptè prædulcibus ambos*
*Ad proprium ſemper cogens nectebat amorem.*

℣. 52. Mſ. Cantabr. *Et Jeſus proficiebat ætate , & ſapientia , & gratia ad Deum , & ad hominibus.* Sangerm. Corb. & S. Gat. ut in Vulgata. Gr. Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ , καὶ ἡλικίᾳ , καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ambroſ. l. 5. de fide , col. 591. e. *Et Jeſus proficiebat ætate , & ſapientia* , &c. ut in textu Colb. Similiter l. de Incarn. col. 719. f. & epiſt. 81. col. 1099. d. Apud Auguſt. in Joh. 15. to. 3. 706. g. 707. a. ut in Vulgata.

# CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.* 1. ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris , procurante Pontio Pilato Judæam , tetrarcha autem Galilææ Herode , Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ , & Trachonitidis regionis , & Lyſania Abilinæ tetrarcha ,

2. ſub ſacerdotum principibus Anna & Caipha : factum eſt verbum Domini ſuper Johannem Baptiſtam , Zachariæ filium , in deſerto.

3. Et venit in omnem regionem Jordanis , prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum ,

VULGATA NOVA.

1. ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris , procurante Pontio Pilato Judæam , tetrarcha autem Galilææ Herode , Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ , & Trachonitidis regionis , & Lyſania Abilinæ tetrarcha ,

2. ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha : factum eſt verbum Domini ſuper Joannem , Zachariæ filium , in deſerto. *Act. 4. 6.*

3. Et venit in omnem regionem Jordanis , prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum , *Matth. 3. 1. Marc. 1. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinunt Mſs. S. Germ. 2. & S. Gat. Sic etiam in codice S. Germ. 1. exceptis his , *procurante Pontio Pilato in Judæa , thetarcha autem Herode Galilææ..... & Lyſiniæ Abilinæ thetarcha.* Corb. *& Lyſanio Ablianæ tetrarcha.* Cantabrig. *In anno autem quintodecimo ducatus Tiberii Cæſaris , procurante Pontio Pilato Judææ , quaterducatus Galilææ Herode , Philippi autem fratris ejus quaterducatus Iturææ , & Trachonitidis regionis , & Lyſaniæ Abillianetis quaterducatus.* Græc. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος , ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας , καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου , Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας , καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 700. b. huc alludens , ait , *Anno quinto principatus Tiberiani..... Deum deſcendiſſe in civitatem Galilææ Capharnaum.* Juvencus l. 1. p. 58. a.

*Interea veteris ſcripti per debita currens ,*
*Omnia ſæclorum ſeries promiſſa trahebat.*

℣. 2. Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ reſpondent , & Græco. Nec longè Cantabr. abſcedit ; hæc enim variant ſola : *ſub principe ſacerd...... ad Johanen :* & verò Mſs. plerique Græci ſcribunt ſingulariter , ἐπ᾽ ἀρχιερέως , non ἀρχιερέων. Sed apud Auguſt. in Joh. 18. to. 3. 788. c. *ſub principibus ſacerdotum* , &c. quæ in Vulg. Apud Ambr. l. 2. in Luc. 1303. b. *factum eſt verbum Domini* ( Gr. Θεοῦ ) *ſuper Johannem Zach.* &c.

℣. 3. Similiter habent Mſs. S. Germ. Cantabr. S. Gat. &c. nec refragatur Græcum. Mſ. tamen cod. unus loco περίχωρον , leg. χώραν , nec malè. Corb. Lat. ſolus omittit ult. *in remiſſionem peccatorum.* Cantabrig. ſcribit *baptiſma* ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. ficut fcriptum eft in Libro fermonum Ifaiæ
Iſai. 40. 3. prophetæ : Vox clamantis in deferto : Parate viam
Joan. 1. 23. Domini : rectas facite femitas ejus :
5. omnis vallis implebitur : & omnis mons, &
collis humiliabitur : & erunt prava in directa, &
afpera in vias planas :
6. & videbit omnis caro falutare Dei.
7. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut ba-
Matth. 3. 7. & 23. 33. ptizarentur ab ipfo : Genimina viperarum, quis o-
ftendit vobis fugere à ventura ira ?
8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, &
ne cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham.
Dico enim vobis, quia potens eft Deus de lapidi-
bus iftis fufcitare filios Abrahæ.
9. Jam enim fecuris ad radicem arborum pofi-
ta eft. Omnis ergo arbor non faciens fructum bo-
num, excidetur, & in ignem mittetur.
10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes :
Quid ergo faciemus ?
Jac. 2. 15. 11. Refpondens autem dicebat illis : Qui ha-
bet duas tunicas, det non habenti : & qui habet
1. Joan. 3. 17. efcas, fimiliter faciat.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

4. ficut fcriptum eft in Libro proverbiorum
Ifaiæ prophetæ : Vox clamantis in deferto : Parate
viam Domini : rectas facite femitas ejus :
5. omnis vallis implebitur : & omnis mons, &
collis humiliabitur : & erunt prava in directa, &
afpera in vias planas :
6. & videbit omnis caro falutare Dei.
7. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut bapti-
zarentur ab eo : Progenies viperarum, quis often-
dit vobis fugere ab ira ventura ?
8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne
cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham. Di-
co enim vobis, quia potens eft Deus de lapidibus
iftis fufcitare filios Abrahæ.
9. Jam autem & fecuris ad radices arborum po-
fita eft. Omnis autem arbor non faciens fructum
bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
10. Et interrogaverunt illum turbæ, dicentes :
Quid faciemus ?
11. Refpondens autem dicebat illis : Qui habet
duas tunicas, det non habenti : & qui habet efcas,
fimiliter faciat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non *baptifmum*. Juvencus l. 2. p. 58. b.

*Zachariæ foboles, defertis vallibus, omnes*
*Ad deponendas maculas clamore vocabat,*
*Fluminis ut liquidi caperent miranda lavacra,*
*Queis animæ fpecies abluta forde niteret.*

℣. 4. Similia prorfus in Mſs. Corb. & Cantabr. præter unum *verborum*, loco *proverbiorum*. S. Germ. ambo, & S. Gat. legunt *fermonum*, cum Vulg. Græc. λόγων, &c. ut in textu Vulg. addito verbo λέγοντος, *dicentis*, ad vocem *prophetæ* : fed à Mſs. quibufdam abeft λέγοντος. Ambrof. l. 2. in Luc. 1304. f. *Vox clamantis in deferto.* Irenæus l. 3. c. 10. p. 187. d. *Parate viam Domini : rectas facite femitas ante Deum noftrum.* Hilarius in Pf. 67. col. 193. c. *Parate vias Domini : rectas facite femitas ejus.* Leo M. ferm. 44. p. 109. f. *Parate viam Domini : rectas*, &c. quæ fupra. Juvencus l. 1. p. 58. b.

*Iſaias vates cecinit quod Numine juffus :*
*Vox latè refonat defertis vallibus : Amplas*
*Sternite jam ftratas : omnis fit recta viarum*
*Semita, quæ Domini dignè veftigia geftet.*

℣. 5. Ita ferunt Mſs. Corb. S. Germ. & S. Gat. Cantabrig. verò habet : *omnis vallis adimplebitur..... & erunt prava in directum, & afpera in vias lenes.* Gr. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται..... καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. Irenæus l. 3. c. 9. p. 184. b. *omnis vallis implebitur : & omnis mons, & collis humiliabitur : & erunt tortuofa in directa, & afpera in vias planas.* Hilar. in Pf. 67. col. 193. c. *omnis vallis implebitur : & omnis collis humiliabitur.* Leo M. ferm. 44. p. 109. f. 110. a. eadem omnino refert quæ fupra in textu. Juvencus l. 1. p. 58. b.

*Subfident colles, vallis complebitur omnis :*
*Corriget anfractus callis bona linea recti.*

℣. 6. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. *& videbit...... falutarem Dei.* Cantabrig. *falutarem Domini.* Græc. τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Irenæus l. 3. c. 19. p. 184. b. ut fupra in textu, cui pariter accinunt Tertul. l. de refur. carn. p. 591. c. Hilar. in Pf. 55. col. 114. a. Ambrof. ep. 72. col. 1076. b. & Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 276. a. Ap. Juvenc. l. 1. p. 58. b. fic :

*Corporeifque oculis lumen tractare ferenum*
*Omnibus indulget Genitor, Dominufque falutis.*

℣. 7. Mſ. Corb. *Dicebat ergo Johannes ad turbas quæ exiebant..... Generatio viperarum*, &c. ut in textu Colb. S. Germ. 1. *Dicebat ergo ad turbas quæ exierant..... Generatio viperarum*, &c. S. Germ. 2. *Semina viperarum*, &c. Cantabrig. *Dicebat autem qui egrediebantur populi baptizari in confpectu ejus : Progenies viperarum, quis vobis oftendit fugere à ventura ira ?* Gr. Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ· Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν, &c. al. initio, Ἔλεγε δὲ, &c. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. b. *Progenies viperarum, quis monftravit vobis fugere ab ira ventura ?* Ambrofius in Pf. 118. col. 1175. f. & l. 2. in Luc. 1305. a. legit : *Generatio viperarum, quis oftendit vobis fugere ab ira ventura ?* Tertul. l. contra Hermog. p. 414. b. & l. de anima, p. 487. c. *Genimina viperarum.* Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Ifque ubi tot populos, diverfis fedibus ortos,*
*Irruere ad fluvium cernit, fic increpat ore :*
*Viperea gentis foboles, quis debita vobis*
*Supplicia, urgentefque iras evadere monftrat ?*

℣. 8. Mſ. Cantabrig. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne incipiatis dicere à femetipfis : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eft*, &c. quæ fupra. S. Germ. 1. *Dico autem vobis*, &c. Corb. *Dico vobis.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *Dico enim vobis, quia poteft Deus*, &c. Græc. textui confonat, nifi quòd addit ἐν ἑαυτοῖς, verbo *dicere* ; paulòque poft habet δύναται, loco *potens eft.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. b. *Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.* Ambrof. l. 2. in Luc. 1305. a. *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere : Pater nofter eft Abraham. Dico autem vobis, quia potens eft Deus*, &c. ut fup. vide etiam in Pf. 118. col. 1175. f. Arnob. Afer annot. in Evang. p. 334. c. *ne dixeritis : Patrem habemus Abraham. Dico autem vobis, quoniam potens eft Deus de*, &c. Irenæus l. 5. c. 32. p. 332. a. *quoniam potens eft Deus de lapidibus fufcitare filios Abrahæ.* Similiter habet Tertul. l. de anima p. 487. c. Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Sed facite, ô miferi, fructum, fi pœnitet, aptum,*
*Nec generis veftri tollat fiducia mentes.*
*Nam potis eft durâ fuperûm Rex cote creare*
*Progeniem, quando foboles fua degener errat.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. 1. *Jam enim fecuris ad radices arborum pofita eft. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.* Similiter habet Cantabrig. præter hoc prius, *Jam autem fecuris ad radicem.* Corb. *Omnis arbor non faciens fructum, excidetur*, &c. ut in textu. Græc. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται· al. ἐκκοφθήσεται... βληθήσεται. Cypr. l. de laud. mart. p. 351. c. *Jam fecuris ad radicem arboris pofita eft.* Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 248. vel 250. h. *Jam autem fecuris ad radicem arborum pofita eft. Si quis non fecerit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur.* S. Paulin. epift. 43. p. 261. c. *Securis jam ad radices arborum pofita.* Ambrof. l. 2. in Luc. 1306. a. *Quia jam fecuris ad radices arborum pofita eft.* Arnob. Afer annot. in Evang. p. 334. c. *Jam quidem fecuris ad radices arborum pofita eft. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur*, &c. Juvencus l. 1. p. 58. c.

*Proxima roboreis jamjam radicibus inftat*
*Cunctorum ante oculos acies fublata fecuris ;*
*Cædentur filvæ fteriles, ignemque fovebunt.*

℣. 10. Mſ. Corb. *Et interrogaverunt eum turbæ, dicentes : Quid ergo faciemus ?* S. Germ. 1. & S. Gat. *Quid ergo faciemus ut vivamus ?* Cantabr. *Et interrogaverunt illum populi, dicentes : Quid faciemus ut falvi fimus ?* Græcè ut in Vulg. Mſs. tamen quidam addunt in fine, ἵνα σωθῶμεν.

℣. 11. Mſ. S. Germ. 1. *Refpondens autem dixit illis : Qui habet duas tunicas, det unam non habenti.* Corb. *& qui habet bonas efcas, fimiliter faciat.* Cantabr. textui Colbert. congruit, & Vulgatæ ; nifi quòd hab. *dixit*, pro *dicebat.* Græc. λέγει, &c. ut in textu ; al. ἔλεγεν. Iren. l. 4. c. 30. p. 268. d. *Qui enim habet duas tunicas, det ei qui non habet : & qui habet efcam, faciat fimiliter.* Tertul. l. de pat. c. 7. p. 201. a. alludens, ait : *Quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit ?* Item Auguft. in Pf. 92. to. 4. 990.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

12. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Quid faciemus, Magiſter?

13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius exigatis, quàm quod conſtitutum eſt vobis.

14. Interrogaverunt etiam & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

15. Exiſtimante autem plebe, & cogitantibus omnibus in præcordiis ſuis de Johanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus:

16. reſpondens, dixit Johannes omnibus: Ego quidem vos aqua baptizo in pœnitentiam: veniet autem fortior me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni:

17. & ferens ventilabrum in manu ſua, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili.

18. Multa quidem & alia hortans evangelizabat populum.

19. Herodes autem tetrarcha, cùm corriperetur ab illo de Herodiada uxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes,

### VULGATA NOVA.

12. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus?

13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.

14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

15. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Joanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus:

16. reſpondit Joannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni: *Matth.* 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Joan.* 1. 26.

17. cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili. *Matth.* 3. 11. *Act.* 1. 5. & 11. 16. & 19. 4.

18. Multa quidem & alia exhortans evangelizabat populo.

19. Herodes autem tetrarcha, cùm corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, *Matth.* 14. 4. *Marc.* 6. 17.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

e. *Omnis qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, paſcat eſurientem.*

℣. 12. Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. nil omnino differunt à Vulgata, & Græco. Cantabr. verò legit: *Venerunt autem & publicani ſimiliter baptizari, & dixerunt ad eum: Magiſter, quid faciemus ut ſalvi ſimus?* Mſs. quidam Gr. ſubdunt ὑπ' αὐτοῦ, *ab eo*, verbo *baptizari.*

℣. 13. Mſ. S. Germ. 1. textui Colbert. conſonat; ſicut etiam Corb. deleto uno *ad eos.* Mſ. S. Mart. Turon. *Quibus ipſe ait: Nihil amplius exigatis, quàm quod conſtitutum eſt vobis.* S. Gat. *Nihil amplius, quàm conſtitutum eſt vobis, exigatis.* Cantabr. *At ille dixit illis: Nihil amplius exigatis adversùs quod præceptum vobis eſt agere.* Græcè ut in Vulg. Apud Auguſt. l. de fide & op. to. 6. 176. b. *Nihil amplius exigatis, præterquam conſtitutum eſt vobis.* Ambroſius quoque l. 2. in Luc. 1306. f. ait: *Ita publicanis* (reſponſum tribuit) *ne ultra præceptum exigant.*

℣. 14. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. *Interrogaverunt autem illum & milites*, &c. quæ ſupra. Cantabr. *Interrogaverunt autem & milites, dicentes: Quid faciemus ut ſalvi ſimus? At ille dixit illis: Neminem concuſſeritis, neque calumniaveritis: & ſufficientes eſtote ſtipendiis veſtris.* Mſ. S. Mart. Tur. circa med. habet: *dicentes: Nos quid faciemus?* cæt. ut in Vulgata. Gr. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες· Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε· καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. Auguſt. epiſt. 138. & 189. to. 2. col. 416. d. 698. f. *Neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis: ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum:* ſimiliter l. de fide & op. to. 6. 176. b. & l. 22. contra Fauſt. to. 8. 405. c. Huc alludit Tertul. l. de idol. c. 19. p. 245. c. dicens: *Adierant milites ad Johannem, & formam obſervationis acceperant.* Ambroſ. l. 2. in Luc. 1306. e. *Militibus* (ait) *ne calumniam faciant, ne prædam requirant: docens idcirco ſtipendia conſtituta militiæ*, &c.

℣. 15. Mſs. S. Germ. 1. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ ſimiles. S. Germ. 2. habet: *Exiſtimante autem omni populo*, &c. Cantabr. vitioſè: *Exſpectantes autem populo, & cogitantium omnium in cordibus ſuis de Johanne, ne*, &c. Græc. Προσδοκῶντος (al. Δοκοῦντος) δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, &c. Ambr. l. 2. in Luc. 1307. a. *Æſtimante autem populo, & cogitante in cordibus ſuis de Johanne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus.*

℣. 16. Mſ. Corb. *reſpondit Johannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos in pœnitentiam: venit autem fortior me, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos*, &c. quæ ſupra. Mſ. S. Mart. Turon. *reſpondit, dicens: Ego quidem vos in aqua baptizo in pœnitentia: venit autem fortior me*, &c. Mſ. S. Gat. ſimiliter addit *in pœnitentia: venit autem*, &c. Sangerm. 1. *in pœnitentiam.* Unus Cantabrig. legit: *cognoſcens intellectum eorum, dixit: Ego vos baptizo in aqua in pœnitentiam: qui autem venit, fortior me eſt, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calciamenti: ipſe vos*, &c. ut ſupra. Græcè ut in Vulgata, niſi quòd habetur ἔρχεται, pro *veniet*: in Mſs. quibuſdam non jungitur ἁγίῳ, voci *Spiritu.* Et verò Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. col. 44. a. ait: *Sicut enim Matthæus, ita & Lucas dixit, & eodem ordine:* Ipſe vos baptizabit in Spiritu, & igni: *niſi quòd Lucas non addidit* ſancto, *ſicut & Matthæus.* Similiter Tertul. l. de Bapt. c. 10. p. 390. b. ait *venturum mox qui tingueret in Spiritu, & igni.* Ambroſ. autem l. 2. in Luc. 1307. a. f. *reſpondit, dicens: Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentia: venit autem fortior me, cujus non ſum dignus calceamenta portare:* & inf. 1308. c. *ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.* Auct. l. de rebapt. ap. Cyprianum, p. 366. c. partim ex Matth. 3. 11. *Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venit, fortior me eſt, cujus ego non ſum dignus ſolvere corrig. calceamenti: ipſe vos baptizabit in Sp. ſancto, & igni:* vide etiam ſup. p. 354. b. Item ap. Auguſt. in Joh. 1. to. 3. 333. b. *ait illis: Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem poſt me venit, major me eſt, cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere: ipſe vos baptizabit in Sp. ſancto, & igni.*

℣. 17. Mſs. Corb. & S. Germ. 1. *& ventilabrum in manu ejus*, &c. quæ ſup. Mſ. S. Mart. Turon. *habens ventilabrum in manu ſua, purgavit*, &c. Cantabrig. *cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream, & quidem triticum congregabit in repoſitionem, paleam autem comburet igni inexſtintibili.* Sic etiam in Græco eſt, addito uno αὐτοῦ, cùm ad *aream*, tum ad *repoſitionem*, ſeu ἀποθήκην; deleto verò adv. *quidem;* ſed al. τὸν μὲν σῖτον, abſque præced. αὐτοῦ. Iren. l. 1. p. 17. a. legit: *ventilabrum in manu ejus, emundare* (al. *emundabit*) *aream, & colliget frumentum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inexſtinguibili.* Ambroſ. l. 2. in Luc. 1308. c. d. *habens ventilabrum in manu ſua, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem igni comburet inexſtinguibili.* Tertul. l. de præſcr. c. 3. p. 330. c. alludens dicit: *palam in manu portat ad purgandam aream ſuam.* Auguſt. in Pſ. 8. to. 4. 39. g. *frumenta recondet in horreis, paleas autem comburet igni inexſtinguibili.* In Collat. Carthag. p. 491. c. *Johannes dixit: Mundabit aream ſuam, frumenta recondet in horreo.*

℣. 18. Mſ. Cantabrig. non differt à textu Colb. niſi eo uno, *conſolans*, pro *hortans.* Mſ. S. Mart. Turon. *exhortans populum evangelizabat.* Corb. pariter ſcribit *populum.* Græcè: Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν.

℣. 19. Succinunt Mſs. S. Germ. & Corb. Item S. Gat. niſi quòd extremò hab. *faciebat*, pro *fecit.* Cantabr. *Herodes autem quaterducatus, cùm argueretur ab eo de Herodiade uxore fratris ſui, & de omnibus quibus fecit malis Herodes.* Gr. Ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης, ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρώδης· à Mſs. pluribus abeſt Φιλίππου; ultimò quidam ferunt ἐποίει πονηρῶν. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 234. b. vel 236. b. *Herodes autem tetrarcha, cùm corriperetur ab illo propter Herodiadem uxorem fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

20. adjecit & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere.

Matth. 3.16. Marc. 1.10. Joan. 1.32. 21. Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum:

22. & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.

Matth. 3.17. & 17.5. Inf. 9.35. 2. Pet. 1.17. 23. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat,

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

20. adjecit & hoc supra omnia, & inclusit Johannem in carcerem.

21. Factum est autem cùm baptizatus esset omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum:

22. & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

23. Et ipse Jesus erat incipiens ferè annorum triginta, quòd putabatur esse filius Joseph,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Herodes.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *adjecit & hoc in omnibus, inclusit Johanen in carcere.* S. Germ. 1. *in carcerem.* S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. Gr. προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ, &c. ut in Vulg. Lucif. Cal. l. de non parc. in Dedel. p. 234. b. 236. b. cum Ms. S. Mart. Turon. *adjecit hoc super omnia, & inclusit Johannem in carcere;* Ms. Tur. *in carcerem.*

℣. 21. Ms. Corb. *Factum est autem ut baptizatus esset omnis populus, & Jesu baptizante, & orante,* &c. Cantabr. *Factum est autem cùm baptizatus esset omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, aperiri cælum.* Gr. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα...... ἀνεωχθῆναι τὸν οὐρανόν. Ap. Ambros. l. 2. in Luc. 1308. f. *Factum est autem cùm baptizatus esset omnis populus,* &c. ut in textu Colb. & Vulg.

℣. 22. Ms. Corb. ad verbum convenit cum textu Colb. subjecto uno *dicens*, post *facta est*. S. Germ. 2. & S. Gat. similiter addunt *dicens;* dein verò cum codice S. Martini Turon. *Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi.* Cantabr. huic ult. de ℣. anteced. *aperiri cælum*, subdit: *& descendere Spiritum sanctum corporali figura quasi columbam in eum: & vocem de cælo factam: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Gr. καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερὰν ἐπ' αὐτόν· καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν· Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα· Mss. quidam tollunt λέγουσαν; solus Cantabr. Græc. ultimò hab. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Itidem Hilarius l. 8. de Trin. n. 25. col. 961. d. *Naturæ*, inquit, *suæ communionem in filio, etiam in carne nato, per sacramentum spiritalis hujus unctionis ostendit, cùm post consummati baptismi nativitatem, tum hæc quoque proprietatis significatio audita est, voce testante de cælo: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* rursum l. 11. n. 18. col. 1094. a. *Ascendente eo de Jordane, vox Dei Patris audita est: Filius meus es tu, ego hodie genui te: ut per hoc testimonium sanctificatæ in eo carnis, unctio spiritalis virtutis cognosceretur:* & in Ps. 2. n. 29. col. 42. b. *Scriptum est autem cùm ascendisset ex aqua: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* cui lectioni favet Lactant. l. 4. c. 15. Sed Ambros. l. 2. in Luc. 1308. f. 1312. d. 1313. c. legit: *& descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Filius meus es tu, in te complacui:* & l. 2. de Spir. S. c. 6. n. 57. *Annuntiavit*, inquit, *in baptismate, dicens: Tu es filius meus dilectissimus, in quo bene complacui.* Leo M. ep. 16. c. 2. *Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui.* Similiter apud August. l. 1. de Gen. ad lit. to. 3. 119. a. *Tu es filius meus dilectus:* item l. 2. de cons. Evang. n. 31. col. 46. ubi relato Matthæi testimonio, c. 3. ℣. 16. & 17. ista subjungit: *Hoc & alii duo Marcus & Lucas similiter narrant, sed de verbis vocis, quæ de cælo facta est, variant locutionem, salva tamen sententia. Quod enim*, inquit, *Matthæus ait dictum:* Hic est filius meus dilectus; *& alii duo dicunt:* Tu es filius meus dilectus: *ad eandem sententiam explicandam valet.* Et post pauca: *Jam verò quod alius dicit:* in quo mihi complacui; *alius*, in te complacui; *alius*, in te complacuit mihi: *si quæris quid horum in illa voce sonuerit, quodlibet accipe, dummodo intelligas eos, qui non eandem locutionem retulerunt, eandem retulisse sententiam.* Et infra: *Illud verò quod nonnulli codices habent secundùm Lucam, hoc illa voce sonuisse quod in Psalmo scriptum est:* Filius meus es tu, ego hodie genui te: *quanquam in antiquioribus codicibus Græcis non inveniri perhibeatur, tamen si aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari possit, quid aliud quàm utrumque intelligendum est quolibet verborum ordine de cælo sonuisse?* Istam Augustini sententiam optimè confirmat Juvencus l. 1. his versibus:

*Tunc vox missa Dei longum per inane cucurrit,*
*Ablutumque undis Christum, flatuque perunctum*
*Alloquitur: Te nate hodie per gaudia testor*
*Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria prolis.*

Hanc pariter lectionem, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, deducere videtur Faustus Manichæus ex Luca. Agens enim de Matthæi locis duobus 1. 1. & 3. 17. ita disserit apud August. l. 23. contra ipsum, to. 8. 423. e. *Illic dicit baptizatum à Johanne eum, quem David in exordio filium designavit, factum aliquando esse filium Dei, post annos duntaxat, secundùm Lucæ fidem, ferme triginta, ubi & vox tunc audita est, dicens ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* & post pauca: *Nusquam in parturitionibus Mariæ dictum legitur illud: Filius meus ès tu, ego hodie genui te: aut: Hic est filius meus dilectiss. in quo bene complacui* (Matth. 3. 17.) *sed in expiatione ejus apud Jordanem.* Vide sis quæ annotavimus sup. ad Matth. 3. ℣. 17.

℣. 23. Ultimo loco mutilus esse videtur Ms. Corb. Enimvero Ms. S. Germ. 1. ita legit: *Et ipse Jesus erat incip. quasi annorum triginta, quòd putabatur esse filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathiæ.* S. Mart. Turon. *erat ferè annorum xxx. ut putabatur,* &c. Corb. *ferè annorum triginta, quòd putabatur esse filius Joseph, filii Heliæ, filii Matthiæ.* Cantabr. *Erat autem Jesus quasi annorum xxx. incipiens, ut videbatur esse filius Joseph, qui fuit Jacob, qui fuit Matthan.* Græc. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλί. Irenæus l. 2. c. 22. p. 148. b. *Jesus autem erat quasi incipiens triginta annorum.* Ambros. l. 3. in Luc. 1313. d. *Et ipse Jesus erat incipiens ferè annorum triginta, qui putabatur esse filius Joseph.* Auctor quæst. ex N. T. q. 56. col. 64. e. *Et ipse Jesus erat incipiens ferè annorum triginta, filius, sicut putabatur, Joseph, qui fuit Heli.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. 30. c. ad nomen *Joseph*, addit, *qui fuit filius Heli:* & quæst. in Deuteron. col. 573. b. istud, *qui fuit Mathat.* Hilar. in Matth. col. 609. c. ait: *Lucas acceptum per Nathan ex tribu Levi genus edocet.* Notanda etiam quæ disserunt Ambrosius & Augustinus de genealogia Christi, facta comparatione Matthæi cum Luca. Ambros. loco cit. in Luc. 1318. c. hæc habet: *Matthæus ab Abraham usque ad Christum quadraginta duas generationes enumeravit, Lucas verò quinquaginta... Per alias* etiam *personas Matthæus, per alias Lucas generationem manasse descripsit:* & post pauca: *Quòd verò per Salomonem Matthæus generationem derivandam putavit, Lucas verò per Nathan; alter regalem, alter sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere:* & infra: *Illud quoque advertimus, quòd S. Matthæus Jacob, qui fuit pater Joseph, filium Mathan esse memoraverit: Lucas verò Joseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli; Heli autem filium Melchi esse descripserit. Quomodo unius duo patres, id est, Heli & Jacob? Quomodo etiam duo paterni avi, Mathan & Melchi?* &c. August. quæst. in Deut. to. 3. 573. b. ita: *Secundùm Matthæum Mathan est avus Joseph; secundùm Lucam verò, non Mathan, sed Mathat. Quòd si quisquam putat esse tantam similitudinem nominis, ut ab scriptoribus in una littera erratum sit, ut fieret tam parva & penè nulla diversitas, quid de istorum patribus dicturus est? Nam secundùm Lucam Mathat filius fuit Levi, secundùm Matthæum autem Mathan ex Eleazar genitus invenitur: atque ita inde sursum versùs diversi sunt patres & avi; & deinde majores usque ad Zorobabel, qui ferè est vigesimus sursum ab Joseph apud Lucam, apud Matt. autem undecimus. Qui propterea idem ipse esse creditur, quia pater ejus apud utrumque Evangelistam Salathiel invenitur, quamvis fieri potuerit, ut alius fuerit eodem nomine, habens ejusdem nominis patrem, cujus & ille habuit. Nam & inde sursum versùs diversi sunt: alium quippe habet Zorobabel avum apud Lucam, qui est Neri; alium apud Matthæum, qui est Jechonias: atque inde superiùs nusquam est consonantia, quousque veniatur ad David, apud Matthæum per Salomonem, apud Lucam per Nathan. Difficillimum autem videtur non fuisse aliquem propinquiorem, qui duceret uxorem fratris sui, quàm eum qui ex David esset consanguineus tam longinquo gradu, non aliqua infra propinquitate conjunctus; cùm sit apud Lucam David penè quadragesimus à Joseph, apud Matthæum autem ferme vigesimus septimus.* Sequentia vide utrobique.

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

24. Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph,
25. qui fuit Naum, qui fuit Esli, qui fuit Magge,
26. qui fuit Mathatiæ, qui fuit Semei, qui fuit Josec, qui fuit Juda,
27. qui fuit Johanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salatiel, qui fuit Meeri,
28. qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Er,
29. qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Matthatam, qui fuit Levi,
30. qui fuit Symeon, qui fuit Juda, qui fuit Josef, qui fuit Jonam, qui fuit Eliachim,
31. qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mattata, qui fuit Natam, qui fuit David,
32. qui fuit Jesse, qui fuit Jobed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33. qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Fares, qui fuit Judæ,
34. qui fuit Jacob, qui fuit Isac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
35. qui fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Eber, qui fuit Sale,
36. qui fuit Cainan, qui fuit Arfaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
37. qui fuit Matusale, qui fuit Enoc, qui fuit Jareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
38. qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

### Vulgata nova.

24. qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph,
25. qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,
26. qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda,
27. qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
28. qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,
29. qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi,
30. qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim,
31. qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David,
32. qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33. qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ,
34. qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
35. qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
36. qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
37. qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
38. qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 24. Ms. Corb. scribit *Janna*; S. Germ. 2. *Jane*; Gr. τȣ̃ Ἰαννὰ. Observandum autem codicem Corbeiensem, hoc, & aliis sequentibus versibus habere *filius*, loco *qui fuit*. In Cantabrig. verò ita: *qui fuit Eliazar*, *qui fuit Eliud*, *qui fuit Jachin*, *qui fuit Sadoc*.

℣. 25. Ms. S. Germ. 1. *qui fuit Matthatiæ*, *qui fuit Amos*, *qui fuit Naum*, *qui fuit Hesli*, *qui fuit Naggæ*. S. Germ. 2. legit *Navum*..... *Esli*.... *Maggæ*. Corb. *Matthiæ* ..... *Anum*.... *Sedi*... *Nagge*. S. Mart. Turon. *Matthathiæ* ..... *Naum*..... *Esli*..... *Naggæ*. Cantabr. *qui fuit Ozor*..... *Eliacim*..... *Abiud*..... *Zorobabel*..... *Salathiel*. Græcè ut in Vulgata, nisi ult. exceperis Ναγγαὶ, pro *Nagge*; codices tamen multi scribunt Ναγγέ; sicut initio quidam, Μαθθίȣ, loco Ματταθίȣ.

℣. 26. Mss. S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. *qui fuit Maath*, *qui fuit Matthathiæ*, *qui fuit Semei*, *qui fuit Josech* (S. Mart. *Joseth*) *qui fuit Joda*. S. Germ. 2. *qui fuit Mathath*, *qui fuit Mathatiæ*, *qui fuit Semei*, *qui fuit Josech*, *qui fuit Juda*. Corb. *filius Maath*, *filius Matthiani*..... *Semei*..... *Osehc*..... *Judæ*. Cantabrig. *qui fuit Jechoniæ*..... *Joacim*..... *Eliacim* ..... *Josia*..... *Amos*. Græc. Vulgatæ consonat; codd. tamen quidam pro Ἰωσὴφ, scribunt Ἰωσὴχ.

℣. 27. Ms. Corb. *Joannæ*..... *Resæ*..... *Zorababel*..... *Salathiel*..... *Neri*. Cantabr. *qui fuit Manasse*..... *Ezecia*... *Achas*..... *Joathan*..... *Ezecia*. S. Germ. ambo nil differunt à Vulg. neque etiam Græcum.

℣. 28. Ms. Cantabrig. *qui fuit Amasim*..... *Joas*... *Ochozia*...... *Joram*...... *Jusaphad*. S. Germ. ambo, Corb. & S. Gat. ut in Vulg. præterquam quòd S. Germ. 1. scribit *Cosam*..... *Helmadan*; S. Germ. 2. *Chosam*.... *Helmodan*. Gr. Κωσὰμ..... Ἐλμωδάμ· sed Mss. quidam, Κωσὰν, alii Ἐλμωδὰν, al. Ἐλμαδὰδ, al. Ἐλμαδάμ.

℣. 29. Ms. Corb. *filius Zoses*..... *Eliezer*..... *Jorim*..... *Matthim*..... *Leuvi*. S. Germ. 1. *qui fuit Hiesu*..... *Heliazer* ... *Jorim*... *Mattad*... *Levi*. S. Germ. 2. *qui fuit Hiesu*..... *Eliezer*..... *Joram*..... *Mathat*..... *Levi*. Cantabrig. *qui fuit Asaph*..... *Abiud*..... *Roboam*..... *Solomon*..... *David*. Græc. τȣ̃ Ἰωσὴ, τȣ̃ Ἐλιέζερ, τȣ̃ Ἰωρεὶμ, τȣ̃ Ματθὰτ, τȣ̃ Λευΐ· Mss. plures, τȣ̃ Ἰησȣ̃; subinde quidam, τȣ̃ Ἰωρίμ; tum alii, Ματθὰν, al. Ματάθ.

℣. 30. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit; S. Germ. 2. verò, & S. Gat. Vulgatæ. Corb. scribit *Judæ*, & *Jonæ*. Cantabr. *qui fuit Jesse*.... *Obed*.... *Boos*..... *Salmon*... *Naasson*. Græcum initio hab. Συμεὼν, ultimóque, Ἰωνὰν... Ἐλιακείμ· Mss. quidam, Ἰωνά; mox alii, Ἐλιακίμ.

℣. 31. Ms. S. Germ. 1. *qui fuit Melia*..... *Menna*..... *Matthatiæ*..... *Nathan*..... *David*. S. Germ. 2. *qui fuit Melea*, &c. ut in Vulg. S. Gat. *qui fuit Mecha*..... *Menna*.... *Mathathia*. Corb. *filius Melsivæ*, *filius Cenam*, *filius Mathatha*, &c. Cantabr. *qui fuit Aminadab*..... *Aram*..... *Asron*..... *Fares*..... *Juda*. Græc. τȣ̃ Μελεᾶ, τȣ̃ Μαϊνὰν, τȣ̃ Ματταθὰ, &c. ut in Vulg. Ms. 1. initio, τȣ̃ Μελχά· subinde al. Ματταθία.

℣. 32. Mss. S. Germ. 1. & Corb. legunt *Obeth*, non *Obed*; cæt. ut supra. Cantabr. *qui fuit Jacob*...... *Isac*..... *Abraham*..... *Thara*..... *Nachor*. S. Germ. 2. & S. Gat. nil omnino discrepant à Vulg. Gr. τȣ̃ Ἰεσσαὶ, τȣ̃ Ὠβὴδ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, τȣ̃ Ἰωβὴδ, al. Ἰωβήθ.

℣. 33. Ms. S. Germ. 1. *qui fuit Aminadab*.... *Aran*..... *Esdrom*, &c. quæ supra. Cantabr. *qui fuit Seruc*.... *Ragau* ...... *Phalec*....... *Eber*....... *Sala*. S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco; ultimò tamen scriptum ibi, τȣ̃ Ἰȣ́δα· Mss. quidam hab. supra, Ἐσρὼν, al. Ἐζρώμ.

℣. 34. Ms. Cantabr. *qui fuit Arphaxad*..... *Sem*..... *Noe* ..... *Lamech*... *Mathusala*. S. Germ. codd. ambo, Corb. & S. Gat. Vulgatæ similes: cui etiam Græcum favet, præterquam quòd scribit Ἀβραὰμ, & Θαρά.

℣. 35. Ms. S. Germ. 1. *qui fuit Seruch*... *Ragau*... *Phalech*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. S. Germ. 2. *Seruch*; S. Gat. *Serug*. Corb. *Seruch*... *Ragau*... *Phalec*... *Heber*... *Salæ*. Cantabr. *qui fuit Arphxad*... *Sem*... *Noe*... *Lamech*... *Mathusala*. Gr. τȣ̃ Σαρȣ̀χ, τȣ̃ Ῥαγαῦ, τȣ̃ Φαλὲκ, τȣ̃ Ἐβὲρ, τȣ̃ Σαλά· Mss. quidam initio, τȣ̃ Σερȣ́χ.

℣. 36. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. & Græco. S. Germ. 2. & S. Gat. cum Vulgata, nisi quòd prior scribit *Noæ*. Cantabr. *qui fuit Ænox*..... *Jarad*.... *Maleleel*.... *Cainan*... *Enos*... *Seth*... *Adam*... *Dei*.

℣. 37. Mss. S. Germ. 1. *qui fuit Matusala*... *Enoch*... *Jareth*..... *Maleel*.... *Cainan*. S. Gat. *Mathusalem*. Corb. *Malelel*... *Cainam*. S. Germ. 2. *Malehel*. Gr. τȣ̃ Μαθȣσάλα... Μαλελεὴλ, &c. ut in Vulg. Vide codicem Cantabrig. sup. ut & Millii notas de hoc exemplari veteri, in quo, inquit, infinita pro arbitrio addita, detracta, mutata: cujus scriba ex suopte cerebro prognatam γενεαλογίαν quandam in genuinæ locum substituit, omnibus hactenus incognitam.

℣. 38. Ms. S. Germ. 1. & Cantabr. ritè concinunt cum textu Colb. & Græco. Hieron. in ep. ad Ephes. to. 4. 356. f. legit: *filii Seth*, *filii Adam*, *filii Dei*. Auctor quæst. ex N. T. q. 56. col. 64. c. *qui fuit filius Seth*, *qui fuit filius Adæ*, *qui fuit filius Dei*.

Digitized by Google

Ex Ms. Colbert.

# CAPUT IV.

## VULGATA NOVA.

Matth. 4. 1. Marc. 1. 12.

1. JEsus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Jordane : & agebatur à Spiritu in desertum

2. diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis : & consummatis illis esuriit.

3. Dixit autem illi diabolus : Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.

Deuter. 8. 3. Matth. 4. 4.

4. Et respondit ad illum Jesus : Scriptum est : Quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.

5. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis,

6. & ait illi : Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum : quia mihi tradita sunt; & cui volo do illa.

7. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.

Deuter. 6. 13. & 10. 20.

8. Et respondens Jesus, dixit illi : Scriptum

## VERSIO ANTIQUA.

1. JEsus autem plenus Spiritu sancto regressus est ab Jordane : & agebatur à Spiritu in desertum

2. per dies quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducavit diebus : & consummatis his esuriit.

3. Dixit autem illi diabolus : Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.

4. Et respondit ad illum Jesus, dicens : Scriptum est : Quia non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo Dei.

5. [9.] Et duxit illum diabolus in Jerusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc.

6. [10.] Scriptum est enim quòd Angelis suis mandavit de te, ut te conservent :

7. [11.] quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

8. [12.] Respondens Jesus, dixit illi : Scriptum

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. S. Germ. ambo, S. Mart. Turon. & Corb. *Jesus autem.... agebatur in Spiritu in desertum.* S. Mart. & S. Germ. 1. *in deserto.* Cantabr. *Jesus autem plenus Sp. S. reversus Jordanem : & ducebatur in Spiritu in deserto.* Græc. Ἰησοῦς δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, al. ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ambrof. l. de Spir. S. to. 2. 618. c. cum Gaud. Brix. tr. 2. de Paschæ observ. *Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est ab Jordane :* sed Ambrof. l. 4. in Luc. 1336. a. ubi contextum Evangelii Lucæ satis continenter persequitur, ita refert : *Tunc Jesus ductus est in desertum ab Spiritu, ut tentaretur à diabolo :* quæ ipsissima sunt Matthæi verba c. 4. ℣. 1.

℣. 2. Mss. S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ consentanei. Sic etiam Corb. nisi quòd interponit adverb. *postea*, inter *illis*, & verbum ult. *esuriit*. Cantabrig. *diebus quadraginta tentatus à Satana. Et nihil manducavit in diebus illis*, &c. quæ in Vulg. Gr. ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν ὕστερον ἐπείνασε· al. deest ὕστερον. Apud Ambr. l. 4. in Luc. 1338. d. *quadraginta dies.* Apud Juvenc. l. 1. p. 58. d.

*Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,*
*Ex quo nulla cibi potusve alimenta dabantur :*
*Sed contexta simul firmi jejunia cordis*
*Terrarum ad regnum mentis secreta tenebant.*
*Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.*

℣. 3. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Cantabrig. verò, *Si filius es Dei, dic ut lapides isti panes fiant.* Græcè ut in textu Colb. & Vulg. nisi quòd initio habetur, Καὶ εἶπεν, *Et dixit :* sed in Mss. pluribus, Εἶπε δέ. Apud Ambrof. l. 4. in Luc. 1339. a. omnia ut supra in textu : sic etiam l. 1. de Cain & Abel, c. 5. col. 191. e. & l. de Elia, c. 1. col. 535. d. & l. de fide ref. to. 2. 1157. a. & l. 3. de fide, col. 502. e. Julius Firm. l. de erro. prof. relig. legit : *Si filius Dei es, fac ut isti lapides panes fiant.*

℣. 4. Textui Colbertino consonat Ms. S. Germ. 2. ad verbum. Sic etiam S. Germ. 1. & Corb. præterquam quòd habent *& dixit*, pro *dicens*. Cantabrig. *Et respondens Jesus, dixit : Scriptum est : Non in pane solo vivet homo*, &c. Græcè ut in textu Colb. Mss. tamen quidam tollunt λέγων, *dicens;* sicut unus paulò post, ὅτι, *quia*. Tertul. l. contra Psych. p. 984. b. ait, *Non in solo pane vivere hominem, sed in omni verbo Dei :* & l. de resur. carn. p. 592. b. *Non in pane vivet homo, sed in Dei verbo.* Cypr. ep. 77. p. 159. b. *At non in solo pane vivit homo, sed in sermone Dei.* Julius Firm. l. de errore prof. relig. p. 170. c. *Non in pane tantùm vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Ambrof. l. 4. in Luc. 1339. d. *Respondit, dicens : Scriptum est : Quoniam non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei :* vide etiam l. 7. col. 1463. b. & l. 1. & 2. de Cain & Abel, c. 5. col. 191. e. 207. a. & l. de Elia, c. 1. col. 535. d. & in Ps. 1. col. 754. c. & in Psal. 36. col. 793. a. & in Ps. 40. col. 876. c. & in Ps. 118. col. 1037. a. & l. 3. de virg. col. 178. a. & ep. 63. col. 1026. c. Accinunt August. l. de vera relig. to. 1. 773. b. Leo M. serm. 39. p. 102. c. & Auctor op. imp. in Matth. p. 46. ab hoc, *Non in solo pane.* Maxim. Taurin. in homil. p. 15. e. legit : *Non in pane tantùm vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 331. b. *Ille autem dixit ei : Non in solo pane vivet homo, sed*, &c. quæ sup.

℣. 5. [9.] Tentationes posteriores duæ hîc invertuntur in Ms. Colbertino ; postponunturque versus 5. 6. 7. 8. totidem versibus 9. 10. 11. 12. Vulgatæ, ut supra apud Matth. c. 4. Eundem quoque ordinem servât Ms. S. Germ. 1. cui suffragari videntur Juvencus, & Arnobius Afer, at in primis Ambrosius cùm l. 1. de Cain & Ab. c. 5. col. 191. e. tum l. 4. in Luc. col. 1340. b. Cæteri verò codd. Mss. scilicet S. Germ. 2. Cantabr. S. Gat. & S. Mart. Turon. ordinem in Vulg. adhibitum retinent simul cum Græco. Porro ubi Ms. Colb. habet *super pinnam*, S. Germ. 1. & Corb. ferunt *supra pinnam ;* S. Germ. 2. *super pinnaculum ;* tollunt verò vocem *diabolus ;* & subdunt in fine, *deorsum*, cum Vulg. Eidem Vulgatæ accinit Cantabr. nisi quòd initio legit, *Et adduxit eum ;* paulòque post, *Si filius es Dei.* Græc. Vulgatæ pariter congruit. Sed Ambrof. l. 1. de Cain, n. 16. col. 191. e. postquam ad ℣. 3. & 4. Lucæ ait : *Tetenderat diabolus primum laqueum gulæ, dicens : Si filius Dei es, dic huic lapidi*, &c. pergens ad ℣. qui in Vulgata nonus est, subdit : *Posuit iterum diabolus secundum jactantiæ laqueum..... Et duxit illum*, inquit, *in Jerusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc. Scriptum est enim*, & reliqua usque ad ℣. 13. exclus. Subinde transit ad ℣. Vulgatæ sextum, *Tibi dabo*, &c. quæ omnia satis arguunt textus Ambrosiani cum Ms. nostro Colbertino similitudinem. Eundem etiam versuum ordinem præfert Ambrof. l. 4. in Luc. col. 1340. b. eademque retinet verba, præter unum *deorsum*, loco ult. *hinc.* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 331. b. *Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.* Vide sis Juvencum ad Matth. 4. ℣℣. 5. 6.

℣. 6. [10.] Sic habent Mss. S. Germ. Corb. & S. Gat. Cantabr. verò : *Scriptum est enim quia angelis suis demandabit de te, ut custodiant te.* Gr. Γέγραπται γὰρ ὅτι τοῖς Ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε. Apud Ambrof. l. 1. de Cain & Ab. c. 5. col. 191. e. ut in Vulg. Ap. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 331. b. *& excipient te Angeli*, &c. de ℣. seq. omissis intermediis de ℣. 10. præf.

℣. 7. [11.] Ms. Corb. *quia in manibus tolent te, ne fortè perdas ad lapidem*, &c. Cantabrig. *& in manus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem*, &c. S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. Sic etiam in Græco : in Mss. tamen plerisque deest ὅτι, *quia*. Apud Ambrof. l. 1. de Cain, c. 5. col. 191. e. ut in textu Colb. Ap. Arnob. Afr. ubi sup. *& excipient te Angeli, ne fortè offendas ad lapidem*, &c.

℣. 8. [12.] Ms. S. Germ. 1. *Et respondens, ait illis : Scriptum est : Non tentabis*, &c. Corb. *Et respondens Jesus, dixit illi : Et scriptum est : Non tentabis*, &c. Itidem Cantabr. deleta conjunct. *Et*, ante *Scriptum est.* Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι εἴρηται· Οὐκ ἐκπειράσεις, &c. al. γέγραπται, non εἴρηται.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* est : Non tentabis Dominum Deum tuum.

9. [5.] Et duxit illum iterum diabolus in montem altissimum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis,

10. [6.] & dixit ad illum diabolus : Hæc omnia mihi tradita sunt ; & cui volo do illa.

11. [7.] Tu verò si adoraveris coram me, erunt tua omnia.

12. [8.] Respondens, dixit illi Jesus : Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

14. Et reversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit de illo in universam regionem.

15. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab hominibus.

16. Et venit in Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundùm consuetudinem in die sabbati in synagoga, & surrexit legere.

17. Et traditus est illi Liber Isaiæ prophetæ. Et ut revolvit librum, & invenit locum ubi erat scriptum :

18. Spiritus Domini super me : quòd unxit me,

VULGATA NOVA.

est : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

9. Et duxit illum in Jerusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi : Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.

10. Scriptum est enim quòd Angelis suis mandavit de te, ut conservent te : *Psalm.* 90. 11.

11. & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

12. Et respondens Jesus, ait illi : Dictum est : Non tentabis Dominum Deum tuum. *Deuter.* 6. 16.

13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

14. Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per universam regionem de illo. *Matth.* 4. 12. *Marc.* 1. 14.

15. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

16. Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundùm consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. *Matth.* 13. 54. *Marc.* 6. 1.

17. Et traditus est illi Liber Isaiæ prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat : *Joan.* 4. 45.

18. Spiritus Domini super me : propter quod *Isai.* 61. 1.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. [5.] Huc redeunt ℣℣. 5. 6. 7. 8. Vulgatæ in Ms. Colb. necnon in S. Germ. 1. & apud Ambros. locis duobus sup. citatis. Mss. verò S. Germ. duo cum codice S. Mart. Turon. tollunt adverb. *iterum*, sicut inf. *in montem altissimum.* Cantabrigiensis habet : *Et adsumens eum in montem altum valde, ostendit illi omnia regna mundi in momento temporis.* Græc. Καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν, &c. al. τοῦ κόσμου. In Copt. desunt ista, ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλόν. Hilar. in Ps. 2. n. 42. col. 49. b. legit : *Et duxit illum diabolus in montem altissimum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Ambros. l. 4. in Luc. 1341. c. *Et duxit illum diabolus iterum in montem altissimum*, &c. ut in textu. Sedul. l. 2. op. pasch. p. 480. a. & Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 732. e. *Et duxit illum diabolus, & ostendit ei omnia regna orbis terræ in mom.* &c. Vigil. delet vocem *orbis.* Juvencus l. 1. p. 58. f.

*Rursus in abrupti montis consistere celsis*
*Mox furibunda jugis sensit fallacia Christum,*
*Ostendens olli fulgentia regna per orbem.*

℣. 10. [6.] Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *& ait ad illum diabolus : Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum : quia mihi tradita sunt ; & cui volo*, &c. S. Gat. *& cui voluero*, &c. Cantabrig. *& dixit ad eum diabolus : Tibi dabo hanc potestatem omnem, & gloriam eorum : quia mihi tradita est ; & cui volo do illam.* Ita quoque in Græco est ; Ms. 1. tamen delet vocem ἅπασαν, *omnem*, post *potestatem.* Irenæus l. 5. c. 21. p. 319. a. partim ex Matth. 4. 9. partim ex Luca : *Hæc omnia tibi dabo : quoniam mihi tradita sunt ; & cui volo do ea :* & infra, c. 23. p. 321. b. *hæc omnia mihi tradita sunt ; & cui volo do ea.* Hilar. in Ps. 2. n. 42. col. 49. b. *& ait ad illum diabolus : Tibi dabo potestatem hanc, & gloriam eorum : quia mihi tradita sunt.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. b. *Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam eorum : quia mihi tradita sunt :* similiter in Ps. 36. col. 797. f. nisi quòd Mss. quidam post *potestatem hanc*, interponunt *universa hæc regna*, subduntque cum aliis, *& gloriam illorum : quia mihi tradita sunt ; & cui volo do illa :* & in eund. Ps. col. 790. d. *omnia hæc mihi tradita sunt ; & cui volo do illa.* Apud Sedulium, l. 2. op. pasch. p. 480. a. ut in Vulgata ad verbum. Apud Gaud. Brix. verò ser. 18. p. 972. d. *hæc omnia mea sunt ; & cui volo do illa.* Apud Juvencum, l. 1. p. 58. f.

*Cernis, ait, quæ sit tantarum gloria rerum?*
*Cuncta tibi possum jamjam concedere regna.* ( al. *tuo possum..... concedere regno.* )

℣. 11. [7.] Ms. Corb. *Tu verò si procidens adoraveris ante me, erunt tua omnia.* S. Germ. 1. *Tu ergo si procidens adoraveris me, erunt*, &c. Cantabrig. *Tu ergo si adoraveris in conspectu meo, erunt*, &c. Ita quoque in Græco : Mss. tamen quidam verbo προσκυνήσῃς, præponunt istud, πεσών. Irenæus l. 5. c. 21. p. 320. a. post hoc ult. ℣. anteced. *do ea*, statim addit, *si procidens adoraveris me.* Ambros. l. 2. de Abrah. c. 9. col. 340. c. *Tibi dabo potestatem hanc, si procidens adoraveris me.* Gaud. Brix. verò ser. 18. p. 972. d. *Tu itaque si procidens adoraveris me, erunt tua omnia.* Apud Sedul. l. 2. op. pasch. p. 480. a. & Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 732. e. ut in Vulgata. Juvencus duobus versibus qui supra, hunc addit :

*Talia donantem si me veneratus adores.*

℣. 12. [8.] Mss. S. Germ. ambo, Corb. & S. Gat. cum Vulgata concinunt. Cantabrig. *Et respondens illi Jesus, dixit : Scriptum est : Dominum.... & ipsi soli deservies.* Græcè verò ita : Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, &c. in pluribus Mss. deest hoc, Ὕπαγε ὀπίσω μου· ut in plerisque, γὰρ, post γέγραπται. Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 732. e. legit : *Respondit Jesus, & dixit illi : Scriptum est : Dominum.... & illi servies.* Cypr. ep. ad Demetr. p. 217. c. & Sedul. l. 2. op. pasch. p. 480. a. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*

℣. 13. Ita legunt Mss. S. Germ. ambo, Corb. & S. Gat. cum Ambr. l. 4. in Luc. 1343. e. Sic etiam Ms. Cantabr. nisi quòd vitiosè habet, *Et consummata omnem tentationem.* Gr. Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, &c. Ambrosiast. col. 118. d. *diabolus recessit usque ad tempus.* Ms. S. Mart. Turon. *discessit ab illo*, &c.

℣. 14. Mss. S. Germ. Corb. & S. Gat. Vulgatæ similes. Cantabr. habet : *Et conversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exivit per omnem regionem de illo.* Gr. Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς, &c. ut in Vulg. nisi id exceperis, τῆς περιχώρου, loco *regionem* ; sed al. ad litt. χώρας. Ap. Ambros. l. 4. in Luc. 1345. f. *Et egressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam.* Apud Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 742. d. *Ipse autem Jesus regressus est in virtute Spiritus in Galilæam.*

℣. 15. Textum Colb. reddit ad verbum Ms. Corb. S. Germ. autem duo, S. Gat. &c. Vulgatæ favent. Cantabr. habet : *Et ipse docebat in synagogis, gloriam accipiens ab omnibus.* Græc. Καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων.

℣. 16. Mss. Corb. S. Germ. & S. Gat. concordant cum Vulg. nisi exceperis unum *introivit*, quod est in Corb. In Cantabr. ita : *Veniens autem in Nozared, ubi erat nutricatus, introivit secundùm consuetudinem in sabbato in synagogam, & surrexit legere.* Græcè : Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲτ, οὗ ἦν τεθραμμένος, καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι· Ms. 1. loco plur. τῶν σαββάτων, habet sing. τοῦ σαββάτου, ut in Lat. sup.

℣. 17. Vulgatam referunt Mss. Corb. S. Germ. & S. Gat. nisi quòd scribunt *Esaiæ.* Cantabr. unus habet : *Et porrectus est illi propheta Esaias. Et revolvens, invenit locum ubi erat scriptum.* Græc. Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε, &c. al. deest τὸ βιβλίον, ante εὗρε.

℣. 18. Mss. Corb. S. Mart. Turon. & Cantabr. simili-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,

19. prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

20. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.

21. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

22. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Joseph?

23. Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

3. *Reg.* 17. 9. 25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra:

26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

VERSIO ANTIQUA.

evangelizare pauperibus misit me, *Ex Ms. Colbert.*

19. prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

20. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium oculi erant in synagoga intendentes in eum.

21. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

22. Et omnes illi testimonium reddebant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Joseph?

23. Et ait ad illos: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

24. Ait autem Jesus: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

25. In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra:

26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ter adimunt membrum ult. *sanare contritos corde*, cum Colb. addunt verò sup. *propter quod*; S. Gat. *eò quòd*. Græcè ut in Vulgata ad verbum: Mss. tamen nonnulli omittunt ἰάσασθαι τὺς συντετριμμένυς τὴν καρδίαν· tollunt pariter Copt. Armen. Æthiop. Sax. cum Orig. & August. si Millio fides. At Irenæus l. 4. c. 23. p. 260. a. habet: *Spiritus Domini super me: quapropter unxit me, evangelizare pauperibus misit me, curare contribulatos corde.* Hilar. autem in Ps. 52. col. 92. e. *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me*; deinde, *prædicare captivis remissionem*, &c. de ℣. seq. prætermissis intermediis: sed in Ps. 146. col. 577. c. dicit: *Venit enim Dominus secundùm Evangelium sanare contritos corde, prædicare captivis*, &c. & l. 8. de Trin. col. 961. a. antecedentia refert: *Spiritus Domini super me: propterea unxit me.* Ambros. l. de institut. virg. to. 2. 270. b. & l. de Spiritu S. col. 622. c. *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me*: ita rursum l. de instit. virg. col. 265. a. subditque: *evangelizare pauperibus misit me*; dein, *prædicare captivis remissionem*, absque his, *sanare contritos corde*: vide etiam l. 2. de fide, col. 485. e. & l. 4. in Luc. col. 1346. b. Item Hieron. in Isai. 32. to. 3. 270. d. legit: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare paup. misit me, prædicare captivis*, &c. itidem inf. in cap. 34. col. 278. f. uno excepto *eò quòd*, loco *propter quod*; detracto verò semper membro isto, *sanare contritos corde.* August. in Joh. 14. to. 3. col. 692. c. *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me*, nec plura. Apud Faustin. presb. l. contra Arian. p. 648. d. hæc pauca: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me.*

℣. 19. Ms. Corb. *prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere conquassatos in requiem, prædicare annum*, &c. quæ supra. S. Germ. 1. *& cæcis visum restituere, dimittere confractos in requiem, prædicare acceptum, & diem retributionis.* Cantabrig. *adnuntiare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissione, adnuntiare annum Domini acceptum*; nec addit seq. *& diem retributionis.* Itidem in Græco est, nec plura, nisi exceperis verbum κηρύξαι, loco duplicis *adnuntiare.* Irenæus l. 4. c. 23. p. 260. a. legit: *præconare captivis remissionem, & cæcis visionem*; Gr. ἀνάβλεψιν. Hilar. in Ps. 52. col. 92. e. *prædicare captivis remissionem, & cæcis visionem, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum*: at in Ps. 146. col. 577. c. *prædicare captivis remiss. & cæcis visum, dimittere confractos in requiem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Similiter habet Ambros. l. 1. in Luc. col. 1278. d. *annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Hieron. in Isai. 34. to. 3. 278. f. *prædicare captivis remissionem, & cæcis ut videant, vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis Deo nostro*, &c. de Isaia c. 61. ℣℣. 2. 3. & sup. in c. 32. col. 270. d. *prædicare captivis remiss. & cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem.*

℣. 20. Ms. Cantabrig. *Et volvens librum, reddens ministro, sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes ei.* Corb. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Vulgatæ respondent, nisi quòd Corb. omittit ult. *in eum.* Græc. Cantabrigiensi magis accedit, nisi exceperis verbum πτύξας, loco *volvens*; πτύσσω, *complico, plico.*

℣. 21. Itidem Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. & Græcum. Cantabrig. habet: *Cœpit autem dicere ad eos: Hodie repleta est scriptura hæc in auribus vestris.* Iren. l. 4. c. 23. p. 260. a. legit: *Hodie adimpleta est scriptura hæc in auribus vestris.* Hilar. in Ps. 52. col. 92. e. *Quia hodie impleta est prophetia hæc in auribus vestris.* Ambros. l. 3. de Spir. S. to. 2. 665. c. *Hodie completa est hæc scriptura in auribus vestris.* Gaud. Brix. ser. 3. p. 949. b. *Hodie impleta est hæc scriptura in*, &c.

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit; sicut etiam Corb. nisi quòd nomini *Joseph*, jungit vocem *fabri.* Cantabrig. legit: *Et omnes testabantur ei: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ exiebant de ore ejus, & dicebant: Nonne filius Joseph est hic?* Nec aliter in Græco est, præter unum ὗτός ἐστιν, *hic est*, translatum post *Nonne.* Apud Ambros. l. 3. in Luc. col. 1313. e. *Nonne hic est filius Joseph fabri?*

℣. 23. Mss. S. Germ. 1. Corb. & S. Gat. textui nostro suffragantur. S. Germ. 2. habet: *Utique dicitis*, &c. Græc. Πάντως ἐρεῖτε. Cantabr. *Et dixit ad eos: Uti dicetis mihi parabolam hanc: Medice cura teipsum: quæcunque audivimus facta in Capharnaum*, &c. Ita quoque in Græco. Similiter habet Ambros. in Ps. 36. & 43. col. 778. b. 910. b. *Medice cura teipsum.* Itidem Cælestinus PP. ep. 13. to. 1. 1127. b.

℣. 24. Ms. Corb. *Ait autem Jesus: Amen, amen dico vobis, quòd nemo propheta acceptus est in patriam suam.* S. Germ. 1. *Dixit autem: Amen dico vobis, quia nemo..... in patriam suam.* Cantabrig. *Dixit autem: Amen, amen dico vobis*, &c. ut in textu Colb. Græc. Vulgatæ respondet ad verbum. Ambros. l. 4. in Luc. 1346. d. *Amen dico vobis, quòd nemo propheta acceptus est in patria sua.* Hieron. ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 9. f. *nemo propheta in patria sua honorem habet.*

℣. 25. Ms. Corb. *In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ..... cùm facta esset fames magna super omnem terram.* S. Germ. 1. *fuerunt in diebus Heliæ... cùm facta est famis magna in omni terra.* Cantabrig. ut in Vulgata, exceptis his, *annis tribus & men. sicut facta est famis grandis in omnem terram.* Ambros. l. 4. in Luc. 1347. a. *In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ.* Græc. Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς..... ὅτε ἐκλείσθη ὁ..... ἐπὶ ἔτη τρία, καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο..... ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

℣. 26. Accinunt Mss. Corb. S. Germ. 2. & S. Gat. Item Sangerm. 1. nisi quòd scribit *Serepta.* Cantabrig. &

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

27. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta : & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

28. Et repleti sunt omnes in synagoga iracundia, hæc audientes.

29. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem : & duxerunt illum super cilium montis, supra quem civitas erat ædificata ipsorum, ut præcipitarent eum.

30. Ipse autem transivit per medium ipsorum, & ibat.

31. Et descendit Capharnaum in civitatem Galilææ, & docebat illos sabbatis.

32. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius.

33. Et in synagoga erat homo habens dæmonium, & exclamavit voce magna,

34. dicens : Quid nobis, & tibi est Jesu Nazarene? ut quid venisti ante tempus perdere nos? scio te qui sis, Sanctus Dei filius.

35. Et increpavit illum Jesus, dicens : Ommutesce, & exi ab illo. Et projiciens eum dæmonium in medium, exiit ab eo, nihilque illum nocuit.

36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes : Quis est iste sermo, quòd in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?

37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

38. Surgens autem de synagoga, intravit in domum Simonis & Andreæ, Socrus autem Simonis

**VULGATA NOVA.**

27. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta : & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. 4. Reg. 5. 14.

28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes.

29. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem : & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.

30. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

31. Et descendit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Matth. 4. 13.

32. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius. Marc. 1. 21.

33. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamavit voce magna, Matth. 7. 28.

34. dicens : Sine, quid nobis, & tibi Jesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. Marc. 1. 23.

35. Et increpavit illum Jesus, dicens : Obmutesce, & exi ab eo. Et cùm projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes : Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?

37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

38. Surgens autem Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis te- Matth. 8. 14. Marc. 1. 30.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*ad neminem eorum missus est Helias, nisi in Sarepta*, &c. Græc. ϗ πρὸς ὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἡλίας, εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, &c.

℣. 27. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. ambo, & Cantabrig. nisi quòd Ms. Corb. cum S. Germ. 1. scribit *Neman*, Cantabr. *Naemas*. Ms. S. Gat. legit : *Et multi leprosi erant in Jerusalem sub..... & nemo..... nisi Neman Syrus*. Græc. Καὶ πολλοὶ..... ἦσαν ἐπὶ Ἐλισσαίȣ τȣ̃ προφ. ἐν τῷ Ἰσραὴλ· ϗ ὐδεὶς..... εἰ μὴ Νεεμὰν, &c. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 728. b. huc alludens, ait *Multos tunc fuisse leprosos apud Israëlem in diebus Helisæ prophetæ : & neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum*. Ambros. l. 4. in Luc. 1347. b. *Et multi leprosi erant in Judæa temporibus Elisæi prophetæ : & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.*

℣. 28. Ms. Cantabr. *Illi autem impleti sunt omnes furore in synagoga, audientes hæc*. S. Germ. Corb. & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμȣ̃ ἐν τῇ... ἀκȣ́οντες ταῦτα. Ambros. l. 4. in Luc. 1349. b. *Et repleti sunt ira omnes in synagoga, hæc audientes.*

℣. 29. Ms. Corb. *Et surrexerunt..... & duxerunt illum super clivum montis, super quem civitas ipsorum erat ædific.* &c. Cantabrig. *Et surgentes, ejecerunt eum extra civitatem : & adduxerunt eum usque ad supercilium montis, ubi civitas ædificata est eorum, ut*, &c. S. Germ. ambo & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἀναστάντες, ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως· ϗ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος, &c. ut in Vulgata. Ambros. l. 4. in Luc. 1349. b. *Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem.*

℣. 30. Ms. S. Germ. 1. *Ipse autem transiit per medium illorum, & abiit*. Corb. *Ipse autem per medium illorum ibat*. Cantabrig. *Ipse autem transiens per medium eorum, abiit*. S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ congruunt, & Græco.

℣. 31. Ms. Cantabrig. partim ex Matth. 4. 13. *Et descendit in Cafarnaum civitatem Galilææ ad maritimam, in finibus Zabulon & Nepthalim : & erat docens eos in sabbatis*. Corb. S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata. Græc. Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναȣ̀μ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ϗ ἦν διδάσκων αὐτȣ̀ς ἐν τοῖς σάββασι.

℣. 32. Ms. S. Germ. 1. *Et stupebant in doctrinam ejus, quia*, &c. ut supra. Corb. *Stupebant autem super doctrinam ejus, quia in potestate erat sermo ejus*. Cantabrig. *Et mirabantur in doctrina ejus, quoniam in potestate erat verbum ejus*. Græc. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτȣ̃, ὅτι ἐν ἐξȣσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτȣ̃. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 700. e. *Stupebant autem omnes ad doctrinam ejus, quoniam in potestate erat sermo ejus.*

℣. 33. Ms. Cantabrig. *Erat autem in synag. homo habens dæm. immundum*, &c. quæ supra. Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίȣ ἀκαθάρτȣ, ϗ ἀνέκραξε, &c. Mss. verò quidam ferunt, ἔχων δαιμόνιον ἀκάθαρτον. Ambros. l. 4. in Luc. 1349. f. *Et in synagoga erat homo habens spiritum immundum* : & infra, 1350. e. *Et bene*, inquit, *In synagoga homo erat, qui spiritum immundum habebat.*

℣. 34. Ms. Corb. *dicens : Quid nobis, & tibi Jesu Nazarene?..... scio quis es tu, Sanctus Dei*. S. Germ. 1. initio interponit *Sine;* extremò sic : *scio te qui sis; tu es Sanctus Dei*. S. Gat. *scio te qui sis, Sanctus Dei*. S. Mart. Turon. *scio te quia sis Sanctus Dei*. Cantabrig. *dicens : Quid nobis, & tibi Jesu Naz. venisti nos hîc perdere? scio te quis es, Sanctus Dei*. S. Germ. 2. Vulgatæ congruit; nec refragatur Græcum : Mss. tamen nonnulli omittunt Ἔα, post *dicens*, paulò verò post unus addit ὧδε, post *nos;* deinde alius : οἶδα ὅτι σὺ εἶ ὁ Υἱὸς, &c. Armen. οἴδαμέν σε, &c. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 701. a. *Quid nobis, & tibi est Jesu? venisti perdere nos? scio qui sis, Sanctus Dei*. Hilar. in Ps. 59. col. 138. d. *scimus quia tu Sanctus Dei es :* & in Ps. 67. col. 201. e. *scimus qui sis, Sanctus Dei;* al. *quia sis.*

℣. 35. Ms. S. Germ. 1. *Et increpavit illi Jesus, dicens : Obmutesce, & exi ab illo*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. *exi ab homine*, &c. Corb. *Et increpavit illum Dominus, dicens*, &c. ut in Vulg. nisi quòd omittit, *in medium*. Cantabrig. *Et increpavit illi Jesus, dicens : Ommutesce, & exi ab eo. Et projiciens eum dæmonium in medio, exclamans exivit ab eo, nihil nocens eum*. Huic etiam Græcum respondet, detracto verbo *exclamans;* sed Ms. 1. addit ἀνακεκραυγάσαν. S. Mart. Turon. Lat. *Et increpavit illi Jesus*, &c. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 701. b. *Increpuit illum Jesus.*

℣. 36. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. *Et factus est pavor magnus in omnibus, & conloquebantur ad invicem*, &c. quæ in Vulgata. Corb. non differt ab ipsa, nisi uno *quòd*, pro *quia*. Cantabrig. *Et factus est pavor magnus in omnes, & conloquebantur ad invicem, dicentes : Quis est hic sermo, quia in potestate & virtute*, &c. S. Mart. Turon. *& in virtute*, &c. Græc. Cantabrigiensi favet, detracta voce *magnus*, necnon verbo *est*, post *Quis;* ita enim simpliciter, Τίς ὁ λόγος ȣ̃τος;

℣. 37. Concinunt Mss. S. Germ. Corb. & S. Gat. Cantabr. verò habet : *Et exivit fama de eo*, &c. quæ sup. Gr. Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτȣ̃, &c.

℣. 38. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit, nisi exceperis unum *introivit*, pro *intravit*, quod notare me pu-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea.

39. Et stans super illam, imperavit febri: & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis.

40. Cùm autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

Marc. 1. 34. 41. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis.

43. Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.

44. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro illa.

39. Et stans super illam, imperavit febri: & dimisit illam. Et continuò surrexit, & ministrabat illis.

40. Cùm sol autem occidisset, omnes quicunque habebant infirmos variis languoribus, adducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

41. Exibant etiam dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Tu es filius Dei: & increpans ea, non sinebat ea loqui, quia sciebant Jesum ipsum esse Christum.

42. Facta autem die egressus abiit in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum: & retinebant illum ne ab eis discederet.

43. Quibus ille ait: Et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.

44. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

det. Corb. similiter addit *& Andreæ*, cætera ut in Vulg. Cantabr. *Surgens autem à synagoga, venit in domum Simonis & Andreæ. Socrus autem Simonis erat comprehensa febri magna: & rogaverunt eum de ea.* Græc. Ἀναςὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος. Ἡ πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς· Mss. plures addunt ὁ Ἰησοῦς, ad vocem συναγωγῆς, sicut unus infra, καὶ Ἀνδρέου, post Σίμωνος. Ambros. l. 4. in Luc. 1349. f. legit cum textu Colb. *Surgens autem de synagoga, intravit in domum Simonis & Andreæ. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus*: & l. de vid. to. 2. 200. b. *magnis tenebatur febribus: & rogaverunt illum pro ea.*

℣. 39. Ms. Cantabrig. *Et instans super eam, increpavit febri: & dimisit eam continuò, ut etiam continuò surgentem eam ministraret eis.* Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulgata. Corb. tamen habet *remisit*, pro *dimisit*. Gr. Καὶ ἐπιςὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ· καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. Παραχρῆμα δὲ ἀναςᾶσα διηκόνει αὐτοῖς· Ms. unus ponit ἐπέτασσε, pro ἐπετίμησε. Ambros. l. de vid. to. 2. 200. b. 202. a. *Et stans super illam, imperavit febri: & remisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis*: sed à maxima parte Mss. hoc ult. abest, *Et continuò surgens ministrabat illis.*

℣. 40. Ms. Cantabrig. *Occidente autem sole, omnes quotquot habebant infirmantes languoribus variis, adferebant eos ad eum. Ille autem unicuique manus imponens, sanabat eos.* Itidem Græcè, verbum pro verbo, juncto uno αὐτῶν, *eorum*, voci *unicuique*. Corb. S. Germ. & S. Gat. Vulgatæ similes. Huic etiam suffragatur Ambros. ad verbum, l. de virginit. col. 224. c. nisi quòd sub fin. habet: *At ille singulis bis manus imponens*, &c.

℣. 41. Ms. S. Gat. *Exibant autem dæmonia etiam à multis*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *Exiebant autem dæmonia à multis, clamantes & dicentes: Tu es filius Dei*, &c. ut in Vulg. Corb. *clamantia & dicentia: Tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant Jesum ipsum esse Christum.* Cantabrig. *Exiebant autem & dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non permittebat ea loqui, quoniam sciebant eum Christum esse.* Ita prorsus in Græco, interposito uno ὁ Χριςὸς, *tu es* inter, & *filius Dei*: sed à Mss. quibusdam abest ὁ Χριςός. Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, p. 257. g. legit: *Exibant etiam dæmonia à multis, exclamantia & dicentia: Tu es filius Dei.* Ambros. l. 3. de fide, to. 2. 517. f. *Verè filius Dei est.* Ambrosiast. col. 118. e. *sciebant enim Christum ipsum esse Jesum.* Auct. quæst. N. T. ap. August. to. 3. q. 66. col. 68. e. *Sciebant eum ipsum esse.*

℣. 42. Ms. Cantabr. *Facta autem die exiens abiit in..... & turbæ quærebant eum, & venerunt usque ad eum: & detinebant eum ut non abiret ab eis.* Corb. *ne discederet ab ipsis.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ consentanei. Gr. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς..... καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν, &c. ut in Cantabrig. Mss. quidam, ἐξελθὼν ἐπορεύετο; alii post paulò, καὶ οἱ ὄχλοι ἐπεζήτουν, &c.

℣. 43. Ms. Cantabr. *At ille dixit ad eos: Quoniam oportet me & in alias civitates evangelizare regnum Dei: in hoc enim missus sum.* Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulgata. Gr. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέςαλμαι. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 702. a. *Detentus à turbis, Oportet me, inquit, & aliis civitatibus annuntiare regnum Dei.* Ambros. l. de virginit. to. 2. 231. e. *Et aliis civitatibus oportet me evangelizare verbum Dei: quia ideo missus sum.*

℣. 44. Accinunt magno consensu Mss. Corb. Cantabr. S. Germ. S. Gat. &c. quibus etiam Græc. favet.

# CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem, cùm turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.

Matth. 4. 18. Marc. 1. 16. 2. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lavabant retia.

3. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. FActum est autem cùm turbæ irruerent in eum, & audierunt verbum Dei, & ipse stans secus stagnum Genesareth,

2. vidit duas naves stare secus stagnum: piscatores autem descenderant ex ipsis, & lavabant retia.

3. Ascendens autem in unam navem, quæ erat Simonis, dixit illis ut ducerent à terra in altum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. Vulgatæ congruunt; sic etiam S. Gat. nisi quòd scribit *Genesar*, pro *Genesareth*. Cantabr. solus: *Factum est autem, in eo dum populus super eum esset, ut audiret verbum Dei, stante illo ad stagnum Gennesared.* Gr. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑςὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ.

℣. 2. Ms. Corb. textui Colbert. consonat, detracto uno *ex ipsis*. Similiter S. Germ. 1. nisi quòd ipso initio ponit *Et*; ultimòque scribit *retias*; S. Gat. *retia in mare*. Cantabrig. *& vidit duas naves stantes ad stagnum: piscatores autem ab eis exientes, lavabant retiam.* Gr. Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑςῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα· al. ἔπλυνον τὰ δίκτυα.

℣. 3. Ms. Corb. *Ascendens autem in..... rogavit eum ut duceret à terra aliquantulum. Et sedens*, &c. quæ supra. S. Germ. 2. *rogavit eum ut à terra reduceret pusillum*, &c. S. Gat. *ducere possillum.* Cantabr. *rogavit eum inducere à terra*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. Et ſedens docebat de navicula turbas.

4. Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxa retia tua in capturam.

5. Reſpondens, dixit illi Simon: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: ſed in verbo tuo laxabo retia.

6. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebantur autem retia eorum.

7. Et annuerunt ſociis ſuis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.

8. Cùm videret autem Simon Petrus, procidit ad pedes Jeſu, dicens: Oro te, exi à me Domine, quia homo peccator ſum.

9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium, quam ceperant.

10. Similiter autem Jacobus & Johannes, filii Zebedæi, ſocii Simonis. Et dixit ad Simonem Jeſus: Noli timere: jam ex hoc eris homines capiens.

11. Et abductis ad terram navibus, relinquentes omnia ſecuti ſunt eum.

12. Et factum eſt, cùm eſſet in una ex civitatibus, & ecce vir lepra plenus, & ipſe procidens ſuper faciem ſuam, deprecabatur eum, dicens: Si volueris, Domine, potes me mundare.

## Vulgata nova.

Et ſedens docebat de navicula turbas.

4. Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.

5. Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

6. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.

7. Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.

8. Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine.

9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium, quam ceperant:

10. Similiter autem Jacobum & Joannem, filios Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus: Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens.

11. Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

12. Et factum eſt, cùm eſſet in una civitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Jeſum, & procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Matth. 8. 2. Marc. 1. 40.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*quantum quantum. Et ſedens in nave turbas docebat.* S. Germ. 1. ut in Vulg. cui etiam Græcum reſpondet, niſi quòd habet, τῶν πλοίων, *navium*, pro *navim.* Ambroſ. l. 4. in Luc. 1352. f. *Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit ut inducerent à terra aliquantulum.* Auguſtin. quæſt. 2. in Luc. to. 3. 249. c. *Aſcendens in navim, quæ erat Petri, rogat eum à terra reducere puſillum*, &c.

℣. 4. Ita ferunt Mſs. Corb. & S. Germ. 1. excepto eo, *laxate retiam veſtram:* S. Gat. *relaxate retia veſtra.* Cantabrig. verò habet: *Cùm autem ceſſaſſet loquens, dixit ad Simonem: Adduc in altum, & mittite retias veſtras in capturam.* Græc. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε...... Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. Ambroſ. l. 5. Hex. col. 85. e. *Duc in altum, & laxato retia:* & l. de virginit. col. 243. d. 245. c. cum Auguſt. quæſt. 2. in Luc. col. 249. d. *Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.*

℣. 5. Mſ. Corb. *Et reſpondit Simon, & dixit illi.... ſed in verbo tuo laxabo retiam.* Cantabrig. *Simon autem reſpondens, dixit illi: Magiſter..... nihil accepimus: in tuo autem verbo non præteribo.* S. Germ. cod. uterque, & S. Gat. Vulgatæ conſentiunt. Nec refragatur Græc. ubi Ἐπιστάτα, loco *Præceptor*, al. Διδάσκαλε; ultimò etiam Mſs. quidam ferunt τὰ δίκτυα num. plurali. Similiter Ambroſ. l. 4. in Luc. 1354. d. necnon l. de virginit. col. 244. a. *Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: ſed in verbo tuo laxabo retia.*

℣. 6. Mſ. Corb. *Et cùm hoc feciſſet..... rumpebantur autem retia eorum.* S. Germ. 2. *Et cùm feciſſent*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *rumpebatur autem retia eorum.* Cantabrig. *Et confeſtim mittentes retias, concluſerunt piſcium multitudinem multam, ut etiam retiæ rumperentur.* Græcè ut in Vulg. Apud Auguſt. quæſt. 2. in Luc. to. 3. 249. d. *retia rumpebantur piſcium copiâ.*

℣. 7. Mſ. Corb. *Et annuerunt ſociis, qui erant de alia navi..... ita ut mergerentur.* Itidem S. Mart. Turon. Sangerm. 1. & S. Gat. præter hoc, *in alia navi:* præterea cod. S. Gat. initio hab. *Et annuebant.* S. Germ. 2. *Et innuerunt*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Et innuebant ſociis, qui erant in..... ut venientes adjuvarent eos. Venientes ergo, impleverunt utraſque naves, ut etiam penè mergerent.* Gr. Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις, τοῖς ἐν τῷ..... τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς. Καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν..... ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά. Apud Auguſt. quæſt. 2. in Luc. col. 249. d. *& naviculæ impletæ ſunt, ita ut mergerentur.*

℣. 8. Mſ. Corb. *Hoc viſo Simon Petrus*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu, dicens: Exi à me Domine, quia ego homo peccator ſum.* Cantabrig. breviùs: *Simon autem procidit ad pedes ejus, dicens: Rogo, exi à me, quoniam vir peccator ſum, Domine.* Gr. Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος, &c. ut in Vulg. Ambroſ. l. 4. in Luc. 1355. a. 1356. a. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum:* & l. de virginit. col. 238. e. *Exi à me Domine, quia peccator ſum ego.* Auguſt. quæſt. 2. in Luc. col. 249. e. *Exi à me, quia peccator homo ſum:* inf. f. *Exi à me Domine, quia*, &c.

℣. 9. Totidem verba in Mſs. S. Germ. duobus, & S. Gat. Corb. verò habet: *Stupor enim habebat illum, & omnes ..... in captura piſcium, quam ceperat.* Cantabrig. *Timor enim adprehendit eum in captura piſcium, quos ceperant.* Græcè ut in Vulg.

℣. 10. Mſ. Corb. *Similiter autem Jacobus & Johannes, filii Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Sim. Jeſus: Noli timere: ex hoc jam eris homines vivificans.* Cantabrig. *Erant autem ſocii ejus Jacobus & Johannes, filii Zebedæi. Ille autem dixit illis: Venite, & nolite fieri piſcatores piſcium: faciam enim vos piſcatores hominum.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ conſonant, niſi quòd poſteriores duo ſcribunt plural. *Nolite.* Eidem Vulgatæ Græcum reſpondet ad verbum, interpoſito uno καὶ inter *autem*, & *Jacobum:* extremò etiam ζωγρῶν, pro *capiens;* ad litt. *vivos capiens*, unde orta lectio Mſ. Corb. *vivificans.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 701. a. *Ne time: abhinc enim homines eris capiens.* Ambroſ. l. 4. in Luc. 1356. a. *Noli timere:* & l. 5. Hex. col. 85. e. *ex hoc eris homines vivificans:* & l. 6. col. 133. b. *amodo eris homines vivificans:* obſervant tamen hìc Editores noſtri BB. utroque Ambroſii loco Mſs. quatuor codices adhibere verbum *capiens*, loco *vivificans:* ſed infimæ notæ, ut aiunt, Mſs. cæteris, iiſque potioribus, non ſunt præferendi. Et ſanè Ambroſ. in id. Lucæ col. 1356. a. ait: *Vides quàm bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, ut* vivificandi *habeant poteſtatem.* At Auguſt. l. 20. de civitate Dei, c. 30. to. 7. 615. b. legit cum Vulg. *ex hoc jam homines eris capiens.*

℣. 11. Mſ. Corb. cum S. Germ. 1. *Et ſubductis ad terram naviculis*, &c. quæ in Vulg. In Cantabr. initio habetur, *At illi;* tum ſequitur litterula *d;* reliqua deſunt, ad hæc uſque, *ſuper terra, & ſecuti ſunt eum.* Græcè: Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα ἠκολούθησαν αὐτῷ. Apud Auguſt. quæſt. 2. in Luc. col. 250. a. ut in Vulg.

℣. 12. Mſs. S. Germ. uterque, & S. Gat. Vulgatæ accinunt. Sic etiam Corb. niſi quòd omittit hoc med. *& videns Jeſum*, cum Colb. paulòque poſt legit *rogabat.* Cantabrig. *Et factum eſt, dum eſſet in una civitatium, & ecce ei in qua erat vir leproſus, & videns Jeſum, cecidit in faciem dicens: Domine, ſi vis*, &c. Græcè ut in Vulg. detracta conjunct. &, ante *procidens.* Ap. Ambroſ. l. 4. in Luc.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

13. Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo:

14. & ipse præcepit illi ut nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emunda-
Levit. tione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium
14. 4. illis.

15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conveniebant turbæ multæ ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis.

16. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

17. Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Judææ, & Jerusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos.

Matth. 18. Et ecce viri portantes in lecto hominem,
9. 2. qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre,
Marc. & ponere ante eum.
2. 3.

19. Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum.

20. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua.

21. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

### Versio antiqua.

13. Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et continuò lepra discessit ab eo: Ex Ms. Colbert.

14. & ipse præcepit illi ut nemini diceret: sed, Vadens, ostende te sacerdoti, & offer munus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, ut sit in testimonium vobis istud.

15. Divulgabatur autem de eo sermo: & conveniebant turbæ multæ audire, & curari ab infirmitatibus suis.

16. Ipse autem sedebat in deserto, & orabat.

17. Et factum est in una dierum, ipso docente, & erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui advenerant ex omni castello Galilææ, & Judææ, & Jerusalem: & virtus erat Domini ut curaret eos.

18. Et ecce viri ferentes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant inferre illum, & ponere.

19. Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascendentes per tectum, per tegulas summiserunt illum in medio cum grabato ante Jesum.

20. Qui, cùm vidisset fidem illorum, dixit homini: Dimittuntur tibi peccata tua.

21. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes in cordibus suis: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?

### Notæ ad Versionem antiquam.

1355. b. *Et factum est, cùm esset in una civitatum, ecce vir plenus lepra, procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, si vis*, &c. quæ sup. Græc. ἐὰν θέλῃς, &c.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Extendens autem manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundari. Et confestim mundatus est.* Quod autem scribit *Mundari*, pro *Mundare*, id ipsi commune est cum veteribus Mss. in quibus sæpe commutatur *e* cum *i*: ita nempe legitur in Ms. S. Germ. 1. ℣. seq. *Vade, ostendi te sacerdoti.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ consimiles; sicut & Græco. Ita quoque Corb. habet, præter unum *lepra ejus*: in uno etiam codice Græco est λέπρα αὐτῦ· at ubique constanter, Θέλω· Καθαρίσθητι. Item apud Ambros. l. 5. in Luc. 1355. b. e. *Et extendens manum suam, tetigit illum dicens: Volo: Mundare. Et continuò lepra ejus discessit ab eo*: nec aliter in Ps. 118. col. 1003. c. Infra autem in Luc. 1356. e. tollit pronom. *suam*, post *manum*.

℣. 14. Ms. Corb. *& ipse præcepit.... sed, Vade, ostende te sacerdotibus, & offers pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, ut sit in testimonium hoc vobis.* Cantabrig. *& ipse præcepit illi nemini dicere: Vade autem, & ostende teipsum sacerdoti, & offers pro purificatione tua, sicut præcepit Moyses, ut sit in testimonium vobis hoc.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ pares. Græc. ϗ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ, Ἀπελθὼν, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, &c. ut in Vulg. Mss. codd. quidam subjiciunt δῶρα, post *emundatione tua.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 703. a. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses*: paulò post addit, *ut sit vobis in testimonium.* Ambros. in Ps. 118. col. 1003. d. *Vade, ostende te sacerdoti*: & l. 5. in Luc. 1357. a. b. *Ostendere se*, inquit, *sacerdoti jubetur, & offerre pro emundatione sua*; subinde, *sicut præcepit Moyses*: nec multò post: *ut sit in testimonium hoc vobis.* August. verò quæst. 3. in Luc. to. 3. 250. a. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.* Gaud. Brix. serm. 9. p. 958. h. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis.* Vide ad Matth. 8. 4.

℣. 15. Ms. Cantabrig. multa hîc anteponit versui 15. quæ respondent Marci capiti 1. ℣. 45. & c. 2. ℣. 1. en verba: *Ille autem exiens, cœpit prædicare, & divulgare verbum, ut non ampliùs posse eum palàm in civitatem introire: sed foris erat in desertis locis, & conveniebant ad eum. Et venit iterum in Casarnaum*: tum addit: *Transiebat autem verbum magis de eo: & conven. turbæ multæ audire, & curari ab infirmitatibus eorum.* Corb. S. Germ. & S. Gat. nil omnino discrepant à Vulgata; neque etiam Græcum, præterquam quòd habet ἀκούειν, ϗ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτῦ· sed à quibusdam codd. abest ὑπ' αὐτῦ, *ab eo.*

℣. 16. Mss. Corb. & S. Gat. conveniunt cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *Ipse autem erat subtrahens se in desertis, & orans.* Græcè pariter: Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, ϗ προσευχόμενος· al. ἐν τῇ ἐρήμῳ, ut in Colbert. nostro.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Et factum est in una dierum, ipso docente, convenire Pharisæos, & legis doctores: erant autem congregati ex omni castello Galilææ, & Judææ, ut salvaret eos.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata ad verbum. Sic etiam Corb. nisi quòd in fine legit, *ad sanandos eos.* Gr. hoc uno differt à Vulg. nempe ἦν, *erat*, pro *sedebat*; al. ἦτο.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et ecce viri adferentes super lectum hominem, qui erat paralyticus: & quærebant inducere eum, & ponere in conspectu ejus.* S. Germ. Corb. & S. Gat. Vulgatæ similes. Nec refragatur Græc. Ambros. l. 5. in Luc. 1357. c. *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui fuerat paralyticus; & quærentes eum inferre, & ponere ante eum.*

℣. 19. Ms. S. Germ. 1...... *ascenderunt super tectum, & aperuerunt, & submiserunt illum cum lecto in medium ante Dominum.* Cantabrig. *Et non invenientes qua inducerent eum propter turbam, ascenderunt super tectum; & detegentes imbrices ubi erat, deposuerunt grabatum cum paralytico in medio in conspectu Jesu.* S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. Vulgatæ pares. Gr. Καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ, &c. ut in Vulg. Ambrosius l. 5. in Luc. 1357. c. *Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, & per tegulas submiserunt illum in lecto in medium ante Jesum.*

℣. 20. Ms. Corb. *Quorum fidem ut vidit Jesus, dixit: Homo remissa sunt tibi peccata tua.* S. Germ. 1. *dixit homini: Remissa sunt tibi peccata tua.* Cantabr. *Videns autem Jesus fidem eorum, dicit paralytico: Homo dimittentur tibi peccata tua.* Gr. Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε ἀφέωνταί σοι, &c. al. ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς; subinde in Goth. Pers. Syr. Copt. Arab. λέγει τῷ παραλυτικῷ, &c. Ambros. l. 5. in Luc. 1357. f. *Quorum fidem ut vidit*: & l. de apol. Dav. col. 733. a. *Remissa sunt tibi peccata tua*: & l. 3. de fide, col. 499. d. *Dimissa sunt tibi peccata tua.*

℣. 21. Ms. Corb. textui Colb. consonat, nisi quòd sub finem legit *peccatum*, non *peccata.* S. Germ. 1. *Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi in cordibus suis, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemiam?* &c. ut in textu. Cantabr. *Et cœperunt cogitare..... in cordibus suis, dicentes: Quid hic loquitur blasphemias?* &c. quæ sup. Gr. Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ, &c. ut in Vulg. Tertul. l. 3. contra Marc. p. 703. b. *Quis dimittet peccata, nisi solus Deus?* Hilar. in

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 22. Cognitis autem Jesus cogitationibus eorum, dixit ad eos : Quid cogitatis mala in cordibus vestris ?

23. Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata tua ; aut dicere : Surge, & ambula ?

24. Ut sciatis autem quoniam potestatem habet Filius hominis super terram peccata dimittere, ( dixit paralytico ) Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

25. Et continuò surrexit coram ipsis : & sublato grabato, in quo jacebat, abiit in domum suam, magnificans Deum.

26. Et pavor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et timore repleti sunt, dicentes : Quoniam vidimus mirabilia hodie.

27. Et post hæc exiit Jesus, & aspexit publicanum nomine Levi, sedentem ad Teloneum ; & dixit ei : Sequere me.

28. Et dimissis omnibus, surrexit, & secutus est eum.

29. Et fecit ei epulum magnum Levi in domo sua : & erat turba magna publicanorum, & aliorum, qui cum eis erant discumbentes.

30. Pharisæi autem & Scribæ eorum murmurabant, dicentes ad discipulos ejus : Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit ?

31. Et respondens Jesus, dixit ad illos : Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus.

VULGATA NOVA.

22. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos : Quid cogitatis in cordibus vestris ?

23. Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata ; an dicere : Surge, & ambula ?

24. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ( ait paralytico ) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

25. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat : & abiit in domum suam, magnificans Deum.

26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes : Quia vidimus mirabilia hodie.

27. Et post hæc exiit, & vidit publicanum *Matth.*
nomine Levi, sedentem ad Telonium, & ait illi : *9. 9.*
Sequere me. *Marc.*

28. Et relictis omnibus, surgens secutus est *2. 14.*
eum.

29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua : & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes.

30. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ eo- *Marc.*
rum, dicentes ad discipulos ejus : Quare cum pu- *2. 16.*
blicanis & peccatoribus manducatis & bibitis ?

31. Et respondens Jesus, dixit ad illos : Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Matth. col. 646. d. *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 693. b. *Quis potest peccata donare, nisi solus Deus?*

℣. 22. Ms. Cantabr. *Cognoscens autem Jesus cogitationes eorum, dicit eis : Quid cogitatis in cordibus vestris iniqua?* S. Germ. 1. & Corb. ut in Vulgata, detracto tantùm verbo *respondens*. Græc. nil differt à Vulg. Ms. 1. tamen addit in fine, πονηρά· unde Ambros. l. 5. in Luc. 1358. f. & l. 1. offic. to. 2. 15. f. legit : *Quid cogitatis mala in cordibus vestris ?*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Quid est...... Dimittentur tibi peccata ; aut dicere*, &c. S. Gat. *Dimittuntur tibi peccata tua ; an dicere*, &c. Corb. & S. Germ. 1. *Remissa* ( Germ. *Dimissa* ) *sunt tibi peccata tua ; aut dicere*, &c. Græcè ut in Vulgata, addito uno σου, ad *peccata* ; sed Ms. 1. delet σου. Ambros. verò l. 5. in Luc. 1358. c. habet : *Quid est facilius dicere : Dimissa sunt tibi peccata tua ; aut dicere : Surge, & ambula?* August. in Rom. 1. to. 3. 939. g. *Quid est facilius dicere : Dimissa sunt tibi peccata ; an dicere*, &c.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hom. super terra dimittere peccata, ( dicit paralytico ) Tibi dico, surge, & tolle grabattum tuum, & vade*, &c. S. Germ. 1. *Ut autem sciatis quia Fil. hom. potestatem habet in terra dimittere peccata, ( ait paralytico ) Surge, & tolle lectum tuum, & vade*, &c. S. Gat. similiter habet, *dimittere peccata*. Corb. Vulgatæ congruit. Gr. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε ..... Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου, &c. Tertul. l. de pudic. p. 1015. a. *Igitur ut sciatis Filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris potestatem : Tibi dico paralytice, surge, & ambula* : & l. 3. contra Marc. p. 703. b. *exsurge, & tolle grabatum tuum.* Ambros. in Ps. 40. col. 871. c. *surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.*

℣. 25. Mss. Corb. S. Germ. 1. S. Mart. Turon. ac S. Gat. *Et confestim surgens coram illis, tulit in quo jacebat, & abiit in*, &c. quæ sup. Cantabr. *Et confestim surgens in conspectu eorum, tollens grabattum, abiit in domum suam, honorificans Deum.* Gr. Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ᾽ ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν..... δοξάζων τὸν Θεόν· Ms. 1. jungit τὴν κλίνην, verbo ἄρας. Juvencus l. 2. p. 61. g. eadem versibus sic reddit :

*Surrexit, lectumque humeris jam fortibus aptat,*
*Per mediumque vigens populi mirantis abibat.*

℣. 26. Ms. Cantabr. *Et impleti sunt timore omnes, dicentes : Videmus mirabilia hodie.* Corb. S. Germ. S. Gat. &c. ut in Vulgata ; cui etiam Græcum favet. Juvencus ubi sup. addit :

*Tunc timor, & laudes Domini per pectora plebis*
*Concelebrata, simul miracula læta frequentant.*

℣. 27. Ms. Cantabr. *Et venit iterum ad mare : qui autem sequebatur eum populus, docebat : & transiens vidit Levi Alphæi, sedentem super Teloneum, & dicit illi : Sequere me.* S. Germ. Corb. &c. Vulgatæ consimiles ; sicut & Græcum, ubi ἐθεάσατο, pro *vidit* : Mss. plures, εἶδε.

℣. 28. Vulgatæ consonant Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. & Græcum. Cantabr. habet : *Et relinquens omnia, surgens sequebatur eum.*

℣. 29. Ms. Cantabr. *Et fecit Levi cœnam illi magnam in domo sua : & erat turba multa publicanorum, & aliorum recumbentium.* S. Germ. Corb. S. Gat. &c. ut in Vulg. cui astipulatur Græcum.

℣. 30. Ms. S. Germ. 1. *Et murmuraverunt Pharisæi*, &c. ut in Vulg. Similiter habet Corb. sed in fine legit, *manducat & bibit?* Cantabr. *Et Pharisæi, & Scribæ murmurabant, ad discipulos ejus dicentes : Quare cum publicanis edit & bibit?* Gr. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες· Διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε ; Æthiop. ἐσθίει καὶ πίνει ; Ambros. pariter l. 5. in Luc. 1359. c. juxta edit. ant. cunctosque Mss. codices : *Quare cum public. & peccatoribus manducat & bibit ?* paulò post etiam addit : *Ergo patris sui venena diffundunt, qui dicunt :* Quid utique cum publicanis & peccat. manducat & bibit ? *Unde Dominus cum peccatoribus manducando*, &c. quæ lectionem Ms. Colb. admodum confirmant.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Respondens autem Jesus, dixit ad eos : Non habent opus qui salvi sunt medico, sed qui malè habent.* Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ patrocinantur. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς.... Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ᾽ οἱ κακῶς ἔχοντες. Irenæus l. 3. c. 5. p. 179. d. *Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus* : nec dicas versiculum huc adduci ex Matth. 9. 12. nam Irenæus proximè addit : *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam :* quod non ita sequitur nisi apud Lucam : apud Marcum quidem, c. 2. ℣. 17. legitur in Vulg. *Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent* : deinde : *Non veni vocare justos, sed peccatores* : verùm apud Lucam solum additur *ad pœnitentiam*. August. l. de nat. & gra. to. 10. 135. g. similiter habet : *Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus* : deinde : *Non veni vocare*, &c. quæ in Vulg. Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 600. c. *Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Non enim veni voc.* &c. Itidem Auct. epist. ad Demetriad. ap. S. Leon. p. 43. c. Apud S. Pacian. epist. 3. p. 312. d. *Non est opus sanis medico, sed malè habentibus.* Ambros. verò l. 5. in Luc. 1359. d. legit cum Vulg. *Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.* Hieron. in Ose. 7. col. 1278. c. *Non indigent sani medico, sed hi, qui malè habent* : at in Ezech. 3. col. 713. f. *Non enim habent sani opus medico, sed malè habentes.* Item epist. Episc. Orient. ad Symm. Conc. to. 4. 1307. a. *Non opus habent sani medico, sed malè habentes.* Philastr. Brix. p. 721. g. *Non egent sani medico, sed qui in-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

33. At illi dixerunt ad eum : Quare discipuli Joannis jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum : tui autem edunt & bibunt ?

34. Quibus ipse ait : Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare ?

35. Venient autem dies : cùm ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.

36. Dicebat autem & similitudinem ad illos : Quia nemo commissuram à novo vestimento immittit in vestimentum vetus : alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura à novo.

37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres : alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt :

38. sed vinum novum in utres novos mittendum est, & utraque conservantur.

39. Et nemo bibens vetus, statim vult novum, dicit enim : Vetus melius est.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

32. Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam.

33. Illi autem dixerunt ad eum : Quare discipuli Johannis jejunant frequenter, & Pharisæorum, & orationes faciunt : tui autem discipuli edunt & bibunt ?

34. Ipse autem dixit ad illos : Non possunt filii sponsi, quandiu sponsus cum eis est, jejunare.

35. Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus.

36. Dixit autem parabolam ad eos : Quia nemo commissuram de vestimento novo immittit in vestimentum vetus : si quominus & novum conscindit, & veteri non convenit additamentum quod est à novo.

37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres : si quominus rumpet vinum novum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt :

38. sed vinum novum in utres novos mittunt, & utraque conservantur.

39...... *Vide Not.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

*firmi sunt.* Arnob. Jun. Biblioth. PP. Lugd. to 8. 232. g. *Non indigent qui sunt sani medico.* Vide Matth. & Marc. ubi supra.

℣. 32. Mss. Corb. Cantabr. & S. Mart. Turon. patrocinantur textui Colbert. S. Germ. autem ambo, Vulgatæ. Græcum utrique textui favet. Vulgatæ accinunt Irenæus l. 3. c. 5. p. 179. d. August. tract. 49. in Joh. to. 3. col. 627. e. & l. de nat. & gra. to. 10. 136. d. Victor Tun. l. de pœnit. p. 600. c. Episcopi Orient. ad Symmach. p. 1307. b. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 43. c. August. tamen tract. 49. non *ad pœnitentiam*, sed *in pœnit.*

℣. 33. Ms. Corb. *At illi dixerunt ad eum : Quare discip. Johannis jejunant freq. & obsecrationes faciunt, & Pharisæorum : discipuli autem tui edunt & bibunt ?* Cantabrig. *At illi...... Quare discipuli Johannis, & discipuli Pharisæorum jejunant frequenter, & precationes faciunt : tu* (l. *tui*) *autem discipuli nihil horum faciunt ?* S. Germ. ambo, & S. Gat. &c. ut in Vulg. & Græco. Copt. Goth. & Arab. interponunt *discipuli tui*, ante *edunt.*

℣. 34. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *Quibus ipse ait : Nunquid possunt filii sponsi jejunare, dum cum illis est sponsus ?* Cantabr. *Jesus autem dixit ad eos : Nunquid possunt filii sponsi, cùm habeant sponsum secum, jejunare ?* Græcum Vulgatæ suffragatur, præterquam quòd initio habet : Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς· Mss. quidam jungunt Ἰησοῦς. Ambros. l. 5. in Luc. 1360. a. *Jejunare non possunt filii sponsi, quandiu cum illis est sponsus.* Maxim. Taurin. verò in homil. p. 29. h. *Nunquid possunt filii sponsi jejunare, quandiu cum illis est sponsus ?* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 705. a. huc alludens, scribit, *quòd non possent jejunare filii sponsi, quandiu cum eis esset sponsus.* Vide ad Matth. 9. 15. & Marc. 2. 19.

℣. 35. Textui Colbert. patrocinantur Mss. Corb. & S. Germ. 1. In Cantabr. vitiosè : *Venient autem dies : & cùm sublatum fuerit ab eis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.* Græcè pariter, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ, &c. sed in Mss. pluribus ibi tollitur καὶ, transfertur verò post *sponsus*, ut in textu Colb. Maximus quoque Taurin. ubi sup. 29. h. legit : *Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in diebus illis.* Similiter apud Ambros. l. 5. in Luc. 1360. a. ad hoc usque, & *tunc.* Tertul. l. citato contra Marc. alludendo subdit : *postea verò jejunaturos promittens, cùm ablatus ab eis sponsus esset.*

℣. 36. Ms. Cantabr. *Dicebant autem & parabolam ad eos : Quoniam nemo inmissuram tunicá rude scindens inmittit in tunicam veterem : si quominus & rudem scindet, & veteri non conveniet à rude inmissura.* Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulgata ; cui etiam Græc. favet, nisi quòd habet ἱματίου καινοῦ, loco *à novo vestimento* ; at Ms. quidam ἀπὸ ἱματίου. Ambros. l. 5. in Luc. 1361. a. *Dixit enim similitudinem ad illos : Quia nemo commissuram de vestimento novo immittit in vestimentum vetus.* Iren. l. 4. c. 35. p. 276. d. *Nemo immittit commissuram vestimenti novi in vestimentum vetus.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 705. b. *Novum additamentum nemo injicit veteri vestimento.*

℣. 37. Ms. Cantabr. nil differt à textu Colb. præterquam quòd addit secundò *veteres*, ad *utres* ; statimque, & *ipse effundetur*, &c. Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Iren. l. 4. c. 35. p. 276. d. *Nec mittunt vinum novum in utres veteres.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 705. b. *Vinum novum is non committit in veteres utres.* Ambros. l. 5. in Luc. 1362. a. *Et nemo mittit vinum novum in utres veteres.*

℣. 38. Ms. Corb. nil omnino discrepat à textu Colbertino ; nec etiam S. Germ. 1. hoc ultimo excepto, & *utrique conservabuntur.* Cantabr. *sed vinum novum in utres novos mittent, & ambo servantur.* Græcè ut in Vulg. nisi excеperis masculinum ἀμφότεροι, loco *utraque.*

℣. 39. Hic versus totus abest à Mss. Corb. & Cantabr. sicut à Colb. In Mss. verò S. Germ. uno & altero, necnon S. Gat. legitur ut sup. in Vulg. ac etiam in Græco.

# CAPUT VI.

**Vulgata nova.**

Matth. 12. 1. Marc. 2. 23.

1. FActum est autem in sabbato secundo-primo, cùm transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas, & manducabant confricantes manibus.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

1. FActum est autem sabbato perambulare eum per sata, & discipuli ejus vellebant spicas, & edebant confricantes eas manibus suis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. *Factum est autem in sabbata secundo-primum, cùm transiret per seminata,* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Et factum est eum in sabbato secundo-primo, abire per segetes : discipuli autem illius cœperunt vellere spicas, & fricantes manibus manducabant.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. ad verbum. Græc. Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἔτιλλον οἱ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam id omittunt, δευτεροπρώτῳ, cum Syr. Copt. Pers. Arab. ac Æthiop. dein codex unus scribit πορεύεσθαι ; tum alius delet αὐτὸν ; al. subdit διὰ τῶν σποριμαίων. Ambros. l. 5. in Luc. 1362. f. *Factum est autem in sabbato secundo-primo, cùm transiret per seminata, vellebant discipuli ejus spicas, & manducabant confricantes eas manibus suis* : & n. 31. col. 1363. c. *secundo-primum, non primo-secundum sabbatum, dixit : δευτερόπρωτον enim scriptum est* : item in Ps. 47. col. 936. d. *In Evangelio*, inquit, *legimus δευτερόπρωτον sabbatum, quod Latinè dicitur secundo-primum* : & l. de Isaac, c. 6. col. 374. b. *cùm duceret per seminata discipulos.*

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

2. Quidam autem Pharisæorum dicebant: Quid facitis sabbatis quod non licet?

3. Et respondens Jesus, dixit illis: Neque hoc legistis quod fecit David, quando esuriit ipse, & qui cum eo erant:

4. & introivit in domum Dei, & panes propositionis accepit, & manducavit, & eis qui cum eo erant dedit: quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus?

5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbati.

6. Factum est autem in alio sabbato, introire eum in synagogam, & docere. Erat autem illic homo, & manus illius dextera erat arida.

7. Observabant igitur Scribæ, & Pharisæi, si sabbato curaret: ut invenirent unde accusarent eum.

8. Ipse autem sciebat cogitationes eorum: & dicit illi homini habenti manum aridam: Surge, & sta in medio. Et surrexit, & stetit.

9. Dixit autem Jesus ad illos: Interrogabo vos, si licet sabbato benefacere, aut malè; animam salvare, aut perdere?

10. Et circumspiciens omnes illos iratus, dixit homini illi: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus ejus, & facta est sicut altera.

## Vulgata nova.

2. Quidam autem Pharisæorum, dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis?

3. Et respondens Jesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cùm esurisset ipse, & qui cum illo erant:

4. quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducavit, & dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantùm sacerdotibus? 1. Reg. 21. 6. Exod. 29. 32. Levit. 24. 9.

5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbati.

6. Factum est autem & in alio sabbato, ut intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus ejus dextra erat arida. Matth. 12. 10. Marc. 3. 1.

7. Observabant autem Scribæ, & Pharisæi, si in sabbato curaret: ut invenirent unde accusarent eum.

8. Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit.

9. Ait autem ad illos Jesus: Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, an malè; animam salvam facere, an perdere?

10. Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus ejus.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Ms. Corb. *Aliqui autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis? sabbatis non licet.* Cantabr. *Quidam autem de Pharisæis dicebant ei: Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis quod non licet?* S. Germ. uterque ac S. Gat. Vulgatæ accinunt. Græcè pariter, interposito verbo ποιεῖν, *facere*, post *licet*.

℣. 3. Ms. Corb. *Et respondens Jesus, dixit illis: Nec hoc legistis quid fecit David, cùm esuriit ipse, & qui cum eo erant.* S. Germ. 1. *Et respondens, dixit illis Jesus: Nec hoc legistis quid fecit David, cùm esuriisset ipse, & qui cum eo erant.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit ad eos: Nunquam hoc legistis quod fecit David, quando esuriit ipse, & qui cum eo erat.* Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ, &c. Iren. l. 4. c. 8. p. 237. a. *Nec hoc legistis quod fecit David, cùm esurisset*; nec addit sequentia, quamvis versum quartum subjungat proximè. Ambr. verò in Luc. 1363. f. ait: *Exemplum adfert, quòd David, cùm esuriret ipse cum sociis, intravit*, &c.

℣. 4. Mss. S. Germ. 1. & S. Gat. legunt cum Colb. *quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus?* cæt. ut in Vulgata. Corb. *quos non licet manducare nisi solis sacerdotibus?* Cantabrig. *introivit in domum Dei, & panes proposit. manducavit, & dedit & qui cum erant: quibus non licebat manducare si non solis sacerdotibus?* Apud Irenæum l. 4. c. 8. p. 237. a. *quemadmodum introivit in domum Dei, & panes propositionis manducavit, & dedit eis qui cum eo erant: quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus?* Ambros. pariter in Luc. 1363. f. his alludens dicit: *intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducavit, & dedit iis qui cum ipso erant*: rursum inf. 1364. a. b. *quomodo autem ille..... panes & ipse manducavit, & dedit iis qui secum erant: quos non licebat manducare nisi tantummodo sacerdotibus?*

℣. 5. Consentiunt Mss. S. Germ. duo, S. Gat. & Græcum. Corb. verò sic invertit, vitiosè: *Quia Filius Dominus hominis est, etiam sabbati.* Hilar. meliùs, l. 7. de Trin. col. 929. b. *Dominus est enim sabbati, Filius hominis.* Ambrosiaster col. 210. f. ut in textu Colb. & Vulgata. In Ms. Cantabrig. hic versiculus transfertur infra post ℣. 10. sed ejus loco hæc subjiciuntur verba, inepta sanè, & antiquis omnibus, saltem bonis, inaudita: *Eodem die videns quemdam operantem sabbato, & dixit illi: Homo, si quidem scis quod facis, beatus es: si autem nescis, maledictus, & trabaricator* (l. *prævaricator*) *legis.* Eadem leguntur Græcè in eodem Ms. sicut in aliis nonnullis, si Millio fides & Junio. Hanc pericopen à Marcionita quopiam insertam putat Grotius, negat Millius; imo ipsam vix aliunde sumptam credit, quàm ex Hebræorum Evangelio, vel etiam ex altero illo κατὰ Αἰγυπτίους, & ipso ab Essenis, seu Jessæis, qui & ipsi origine Nazaræi erant, composito. Vide sis proleg. in N. T. Gr. editum post Millium à Ludolpho Kustero, Roterodami, 1710. ad pag. 30. n. 254. & Joh. Morin. l. 1. exercit. 2. c. 2. pp. 41. 42.

℣. 6. Ms. Cantabrig. *Et cùm introisset iterum in synagogam sabbato, in quo erat homo aridam habens manum.* S. Germ. Corb. & S. Gat. Vulgatæ congruunt, nisi quòd S. Germ. 1. legit, *Factum est autem in alio sabbati*; Corb. *autem in alio sabbato.* Græc. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν... καὶ διδάσκειν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, &c. quæ in textu Lat. in pluribus Mss. deest καὶ, ante ἐν ἑτέρῳ.

℣. 7. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nisi uno *autem*, pro *igitur*. Cantabrig. legit: *Observabant eum Scribæ, & Pharis. si sabbato curaret: ut invenirent accusare eum.* Similiter habent S. Germ. 1. & S. Gat. præter hoc, *Observabant autem Scribæ.* Gr. Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ Γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει· ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ. Ms. 1. delet δὲ, post Παρετήρουν; alii plures, seq. αὐτόν; quidam loco penult. κατηγορίαν, ferunt κατηγορεῖν. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 706. a. ait: *Observant Pharisæi, si medicinas sabbatis ageret, ut accusarent eum.*

℣. 8. Ms. Cantabrig. *Ipse autem sciens cogitationes eorum, dicit illi, qui manum aridam habebat: Surge, & sta in medio. Et surgens stetit.* S. Gat. *Stetit & surgens.* Corb. & S. Germ. ambo ut in Vulgata & Græco. Ambros. l. de Cain & Ab. c. 9. col. 201. a. *Jesus autem sciebat cogitationes eorum*: similiter in Ps. 1. col. 762. f. & l. 1. offic. col. 15. f. at l. 5. de fide, col. 592. a. *Jesus autem norat cogit. eorum.*

℣. 9. Ms. Cantabrig. textui Colb. consentit, addito verbo *facere*, ad *malè*; ut & his in fine: *At illi tacuerunt.* Corb. habet: *Ait autem ad illos Jesus: Interrogabo vos, si licet sabbato benefacere, an malè facere*, &c. quæ in Vulg. Itidem S. Germ. 1. detracto ult. *facere.* Græc. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι, &c. Mss. quidam initio ferunt, Εἶπεν δέ· al. infra, εἰ ἔξεστι, &c. extremò plures cum Cantabr. addunt, Οἱ δὲ ἐσιώπων. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 706. b. *Interrogat*, inquit, *licetne sabbatis benefacere, an non; animam liberare, an perdere?* August. quæst. 7. in Luc. to. 3. 252. c. *Interrogabo vos, si licet sabbato benefacere, an malè; animam salvam fac.* &c.

℣. 10. Ms. Corb. *Et circumspectis illis omnibus dixit*, &c. quæ in Vulg. è contrario in S. Germ. 1. priora verba Vulgatæ consimilia; posteriora verò sic: *& restituta est manus ejus sicut alia.* In Cantabrig. *Et circumspiciens eos omnes in ira, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus ejus sicut & alia.* Tum ibi subjungit versum 5. anteced. *Et dicebat eis: Quoniam Dominus est Filius hominis, etiam sabbati.* Græcè: Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη· Ms. unus ad πάντας αὐτοὺς, addit ἐν ὀργῇ· al. μετ' ὀργῆς· subinde quidam fert: Καὶ ἐξέτεινε, loco, Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· al. Ὁ δὲ ἐξέτεινε. Ambros. in Luc. 1365. b. id unum refert: *Extende manum tuam.*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jesu.

12. Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

Matth. 10. 1. Marc. 3. 13. 13. Et cùm dies factus esset, vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit)

14. Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem, Philippum, & Bartholomæum,

15. Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes,

16. & Judam Jacobi, & Judam Iscariotem, qui fuit proditor.

17. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis,

18. qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.

19. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Matth. 5. 2. 20. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

Matth. 5. 6. 21. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimi-

## Versio antiqua.

11. Illi autem impleti sunt stultitia, & colloquebantur ad alterutrum quidnam facerent de Jesu. Ex Ms. Colbert.

12. Factum est autem in illis diebus, exiit Jesus in monte orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

13. Et cùm factum esset dies, convocavit ad se discipulos suos: & elegit ex eis duodecim (quos & Apostolos nominavit)

14. Petrum, & Andream fratrem ejus, & Jacobum, & Johannem, & Philippum, & Bartholomæum,

15. & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes,

16. & Judam Jacobi, & Judam Scariotha, qui factus est traditor.

17. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus cum eo, & multitudo magna populi de tota Judæa, & Jerusalem, & trans fretum, & maritimi Tyri, & Sidonis, & aliarum civitatum,

18. qui venerant audire eum, & curari à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.

19. Et omnis turba quærebat tangere eum, & curari: quia virtus ab eo exibat, & sanabat omnes.

20. Ipse autem elevatis oculis suis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes spiritu: quia vestrum est regnum cœlorum.

21. Beati, qui esuritis, & sititis justitiam: quo-

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 11. Ms. Corb. *Illi autem repleti sunt iniquitate, & colloquebantur ad invicem, quid facerent de Jesu.* Similiter habet S. Germ. 1. præter hoc, *Ipsi autem.* Cantabr. *Ipsi autem repleti sunt insipientia, & cogitabant ad invicem, quomodo perderent eum.* Græc. Vulgatæ patrocinatur.

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Factum est autem in diebus illis exire eum in montem, & orare, & erat pernoctans in oratione.* Corb. *in orationem Dei.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulgata, cui etiam Græc. favet: Mss. tamen quidam loco ἐξῆλθεν, ferunt ἐξελθεῖν αὐτὸν, cum Cantabr. Cyprianus l. de orat. Dom. p. 213. b. & epist. 7. ad cler. p. 14. c. *exivit in montem orare, & fuit pernoctans in oratione Dei.* Nicetius Episc. Spicil. to. 3. p. 5. a. *erat Jesus pernoctans in oratione Dei.* Hilar. in Ps. 53. col. 96. e. *Solus*, inquit, *potest orare pernoctans.* Ambros. l. 5. in Luc. 1365. c. consentit cum Vulgata. Mss. tamen omnes Ambros. exceptis duobus, ferunt *in nocte orare*, non *in montem;* sed minùs aptè ad sequentia: subdit enim Ambros. proximè: *Non omnis qui orat, ascendit in montem;* & sic de aliis.

℣. 13. Ms. Corb. *Et cùm dies factus est, vocavit discipulos suos ad se: & elegit*, &c. quæ in Vulg. Similiter habet S. Germ. 1. præter unum *factus esset.* Cantabrig. *Et cùm facta est dies, vocavit discipulos suos: & eligens ab eis xii. quos & Apostolos vocavit.* Gr. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ϗ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς ϗ, &c. Ambros. l. 5. in Luc. 1366. c. *vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis.* Anonymus apud Ambros. to. 2. 7. b. *elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominavit.*

℣. 14. Ms. Cantabrig. *primum Simonem, quem & Petrum cognominavit, & Andream fratrem ejus, & Jacobum, & Johanen fratrem ejus, quos cognominavit Boanerges, quod est fili tonitrui, & Philippum, & Bartholomæum.* Corb. *Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum Zebedei, & Johannem fratrem ejus, Philippum, & Barthol.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. cui etiam respondet Græcum: Ms. tamen unus delet hoc initio, ὃν ϗ ὠνόμασε Πέτρον· alii ponunt ϗ, ante *Jacobum*, & ante *Philippum.*

℣. 15. Ms. Cantabrig. *& Matthæum, & Thoman, qui cognominatus est Didymus, & Jacobum Alphæi*, &c. quæ supra. Corb. S. Germ. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco.

℣. 16. Ms. Corb. *& Judam Jacobi, & Judam Scarioth, qui factus est traditor.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Judam Jacobi, & Judam Scarioth, qui fuit proditor.* Cantabrig. *& Judan Jacobi, & Judan in Scarioth, qui etiam & tradidit eum.* Græc. Ἰούδαν Ἰακώβου, ϗ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς ϗ ἐγένετο προδότης· Ms. quidam initio habet, ϗ Ἰούδαν; alius inf. Σκαριώθ; alii duo tollunt ϗ, ante ἐγένετο.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Et descendens cum eis..... & turba discipulorum ejus, & multitudo multa populi ex omni Judæa, & aliarum civitatum, venientium*, &c. Corb. *Et descendit cum illis, & stetit..... & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & trans fretum, & maritima Tyri, & Sidonis.* S. Germ. 1. *& trans fretum, & maritima, & Tyri, & Sidonis.* Gr. ϗ Ἱερουσαλὴμ, ϗ τῆς παραλίου Τύρου, ϗ Σιδῶνος. Armen. ϗ περιχώρου, ϗ τῆς παραλίου· dein ed. Ald. ϗ Τύρου, tum in Goth. ϗ Σιδῶνος, ϗ ἄλλων πόλεων, sive χωρῶν· cæt. ut in Vulg. Apud Ambros. l. 5. in Luc. 1366. e. *Et descendit cum illis, & stetit in loco pede-plano.*

℣. 18. Mss. S. Germ. 1. & Corb. *qui venerunt ut audirent eum*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *venientium audire eum, & salvari ab omni infirmitate eorum. Et qui vexabantur spiritibus*, &c. Græc. οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, ϗ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν ..... Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ..... ϗ ἐθεραπεύοντο.

℣. 19. Ms. Cantabr. *Et omnis populus quærebat tangere ejus: quia virtus ab eo exiebat*, &c. S. Germ. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Ambros. l. de Spir. S. col. 629. d. *& virtus exibat de eo.* August. tract. 99. in Joh. to. 3. col. 747. e. *virtus de illo exibat, & sanabat omnes*, ut in Vulg.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Et elevans oculos suos in discipulos, dicebat*, &c. ut in Vulg. Corb. *Et ipse elevatis oculis in discipulos, dicebat: Beati pauperes: quoniam ipsorum est regnum Dei.* S. Gat. *Beati pauperes spiritu: quia vestrum est*, &c. S. Germ. ambo, Vulgatæ pares. Græc. Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε, &c. ut in Vulg. Mss. quidam delent αὐτοῦ, post μαθητάς; plures jungunt τῷ πνεύματι, voci πτωχοί; extremò nonnulli scribunt τῶν οὐρανῶν, loco *Dei.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. 708. a. *Beati mendici* (*sic enim*, inquit, *exigit interpretatio vocabuli quod in Græco est:*) *quoniam illorum est regnum cælorum.* Ambros. l. 5. in Luc. 1367. c. & 1371. a. *Beati pauperes spiritu: quia vestrum est regnum Dei:* similiter l. 2. offic. col. 74. c. minimè juncto *spiritu:* rursum in Luc. 1367. d. *Beati pauperes: quoniam vestrum est regnum cælorum.*

℣. 21. Ms. Corb. *Beati, qui nunc esuriunt, & sitiunt: quia saturabuntur. Beati, qui nunc fletis: quia ridetis.* Sangerm. 1. *Beati, qui nunc esuriunt, & sitiunt: quia ipsi saturabuntur. Beati, qui nunc lugent: quia ipsi ridebunt.* Cantabr. hæc habet sola: *Beati, qui esur. nunc: quia saturamini.* S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ congruunt. Græc. Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε· Mss. quidam delent primum νῦν; alii subdunt, ὅτι χορτασθήσονται. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 708. a. b. *Beati, qui esuriunt: quoniam ipsi saturabuntur.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. niam ipsi saturabimini. Beati, qui fletis nunc:
quia ridebitis.
22. Beati eritis cùm odient vos homines, &
quando separaverint vos, & cùm ejecerint, &
exprobraverint nomen vestrum quasi nequam,
propter Filium hominis.
23. Gaudete in illa die, & exsultate: ecce enim
merces vestra multa est in cœlo: eadem enim fa-
ciebant Prophetis patres illorum.
24. Veruntamen væ vobis divitibus, quoniam
jam consecuti estis consolationem vestram.
25. Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis.
Væ vobis, qui ridetis nunc: quia plangetis & fle-
bitis.
26. Væ quando bene vobis dixerint omnes ho-
mines: eadem faciebant pseudoprophetis patres
eorum.
27. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimi-
cos vestros, benefacite odientibus vobis.
28. Benedicite maledicentibus vobis, orate pro
calumniantibus vobis.
29. Percutienti te in maxillam, præbe illi &

VULGATA NOVA.

ni. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis.
22. Beati eritis cùm vos oderint homines, &
cùm separaverint vos, & exprobraverint, & eje-
cerint nomen vestrum tanquam malum, propter
Filium hominis.
23. Gaudete in illa die, & exsultate: ecce
enim merces vestra multa est in cœlo: secundùm
hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.
24. Veruntamen væ vobis divitibus, quia ha-
betis consolationem vestram.
25. Væ vobis, qui saturati estis: quia esurie- Eccli.
tis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & 31. 8.
flebitis. Amos 6. 1.
26. Væ cùm benedixerint vobis homines: se- Isai. 65.
cundùm hæc enim faciebant pseudoprophetis pa- 13.
tres eorum.
27. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite ini- Matth.
micos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. 5. 44.
28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate
pro calumniantibus vos.
29. Et qui te percutit in maxillam, præbe & Matth. 5. 39. 40. 1. Cor. 6. 7.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Beati, qui plorant: quoniam ridebunt:* & supra, 707. c. *Beati esurientes: quoniam ipsi saturabuntur:* infra: *Beati plorantes: quia ridebunt.* Ambros. l. 3. in Luc. 1367. c. & 1371. c. *Beati, qui nunc esuriunt, & sitiunt: quia saturabuntur. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis:* ita rursum l. 2. offic. col. 74. c. & l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. e. sicut in Ps. 38. verùm l. 2. de pœnit. col. 427. f. & 436. a. *Beati tristes: quia gaudebitis.* Hieron. in Isai. 22. to. 3. 199. b. *Beati flentes: quia ipsi ridebunt:* similiter in Jer. 20. col. 622. f. & in Mich. 2. col. 1509. d.

℣. 22. Ms. S. Germ. 1. *Beati estis*, &c. quæ in Vulg. Corb. *Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm separabunt vos, & ejicient, & exprobrabunt nomen vestrum tanquam malum*, &c. Cantabr. *Beati estis quando odierunt vos homines, & cùm exprobrabunt, & ejicient, & reprobent nomen vestrum sicut malum*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 708. b. *Beati eritis cùm vos odio habebunt homines, & exprobrabunt, & ejicient nomen vestrum velut malum, propter Filium hominis.* Cypr. epist. 56. p. 91. a. & epist. ad Fortunat. p. 272. c. *Beati eritis cùm odio vos habuerint homines, & separaverint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro quasi nequam, propter Filium hominis:* & l. de laps. p. 185. b. *Beati eritis cùm persecuti vos fuerint, & separaverint vos, & expulerint, & maledixerint nomini vestro ut nequam*, &c. & l. 3. Testim. p. 310. b. *Beati eritis cùm vos oderint homines, & sep. vos, & expulerint, & maledix. nomini vestro quasi nequam*, &c. Ambros. l. 5. in Luc. col. 1367. c. 1368. a. 1371. e. *Beati eritis cùm vos oderint homines.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Gaudete in illo die, & exsult. quoniam merces vestra multa in cælo: sic enim faciebant*, &c. ut sup. Itidem S. Germ. 1. *multa in cælo:* subinde Corb. *secundùm hæc faciebant*, &c. absque med. *enim.* Græcè ut in Vulg. detracto uno *est*, post *multa:* al. deest γὰρ, ante *faciebant.* Unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. c. & Ambr. l. 5. in Luc. 1371. d. legunt: *secundùm hæc faciebant Prophetis patres eorum.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 273. a. *Gaudete in illa die, & exsultate: ecce enim merces vestra multa est in cælis:* itidem l. 3. Testim. p. 310. b. & l. de lapf. p. 185. b. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. f. *Gaudete in illa die, & exsultate: dico enim vobis, quia merces vestra multa est in cælis: sic enim faciebant & Prophetis patres eorum.*

℣. 24. Ms. Cantabr. *Verùm væ vobis divitibus, quoniam habetis*, &c. S. Gat. *qui habetis*, &c. S. Germ. & Corb. ut in Vulgata. Gr. Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν, &c. al. οἱ ἀπέχετε. Irenæus lib. 3. c. 14. p. 202. c. *Væ vobis divites, quoniam percipitis consolationem vestram.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 709. b. *Væ divitibus, quoniam recepistis advocationem vestram.* Hieron. in Eccles. to. 2. 745. c. *Væ vobis divitibus, quia recepistis consolationem vestram.* Ambros. l. 2. offic. col. 74. e. cum S. Paulino ep. 25. p. 167. a. *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram:* at l. de Tob. c. 14. col. 608. b. & l. 5. in Luc. 1371. e. *qui habetis*, &c.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Væ vobis, qui repleti estis: quoniam esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quoniam plorabitis & lugetis.* S. Germ. 2. *Væ vobis, quia saturati estis. Væ vobis, qui ridetis nunc*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *qui ridetis: quia lugebitis & flebitis.* Iren. l. 3. c. 14. p. 202. c. *Væ vobis, qui satiati estis: quoniam esurietis: & qui ridetis nunc: quia plorabitis.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. *Væ saturatis: quia esurient: etiam ridentibus nunc: quia lugebunt.* Hieron. in Eccles. to. 2. 749. b. *Væ nunc ridentibus: quoniam ipsi lugebunt.* Hilar. verò in Ps. 122. col. 396. f. *Væ vobis, qui ridetis: quoniam flebitis.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. e. *Væ vobis, quia saturati estis: quoniam esurietis:* & l. 2. offic. col. 74. e. *Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis:* & l. 1. col. 29. a. *Væ vobis, qui ridetis: quia flebitis.* Apud S. Paulin. epist. 25. p. 167. a. tota ut in Vulg. & Græco.

℣. 26. Ms. Corb. *Væ cùm benedixerint vobis omnes homines: secundùm hæc faciebant pseudoproph.* &c. Similiter habet S. Germ. 1. excepto uno *Prophetis*, pro *pseudoprophetis.* Ms. S. Mart. Turon. *Væ cùm bene vobis dixerint omnes homines: secundùm hæc faciebant Prophetis*, &c. Cantabrig. *Væ vobis quando bene vobis dixerint homines: secundùm hæc faciebant pseudoprophetis*, &c. Græc. Οὐαὶ ὑμῖν ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις, &c. Mss. plures adimunt ὑμῖν, post Οὐαί; sicut alii, πάντες, post εἴπωσι· extremò nonnulli ferunt Προφήταις, non ψευδοπροφήταις, de qua lectione vide Millii notas: codex unus in fine scrib. ὑμῶν, loco αὐτῶν. Unde Irenæus l. 3. c. 14. p. 202. c. *Væ vobis cùm benedixerint vos homines omnes: secundùm hæc enim faciebant & pseudoprophetis patres vestri.* Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 709. c. *Væ cùm vobis benedixerint homines: secundùm hæc faciebant & pseudoprophetis patres illorum.* Ambros. l. 5. in Luc. 1372. d. *Væ cùm bene vobis dixerint omnes homines.*

℣. 27. Ms. Cantabr. textui Colb. consonat, nisi quòd ultimò hab. *vos*, non *vobis.* S. Germ. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. c. *Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros, & benedicite eos, qui vos oderunt.* Ambros. l. 5. in Luc. 1373. a. *Diligite inimicos vestros.* Adimantus ap. August. l. cont. ipsum, to. 8. 136. c. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite his, qui vobis maledicunt, & benefacite iis, qui vos oderunt.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Benedicite maledicentes vos, orate pro calumniantibus vobis.* Similiter habet Corb. *maledicentes vos;* cæt. ut in Vulg. Itidem Cantabr. detracta conjunct. &, ante *orate.* Græc. Vulgatæ respondet: Mss. tamen quidam ferunt καταρωμένους ὑμᾶς; mox alii delent καί; unus ultimò, post ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, subdit, καὶ διωκόντων ὑμᾶς, *& persequentibus vos.* Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 709. c. huic ult. de ℣. præced. *benedicite eos, qui vos oderunt*, subjungit: *& orate pro eis, qui vos calumniantur.* Ambros. l. 3. de interpel. Job, c. 2. col. 655. c. *Benedicite maledicentes vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Adimantus ap. Aug. to. 8. 136. c. *Benedicite bis, qui vobis maledicunt, & benefacite iis, qui vos oderunt, & orate pro iis, qui vos persequuntur.*

℣. 29. Ms. Cantabr. *Qui te percutit in maxillam, præbe illi & aliam. Et ab eo, qui tollit tunicam tuam, & pallium ne vetueris.* S. Germ. 1. *Et qui te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram. Et qui auferet tibi tunicam, & pallium noli prohibere.* Similiter habet S. Germ. 2. ad hoc, *Et qui auferet.* Contra in Corb. priora verba Vulgatæ congruunt;

**VULGATA NOVA.**

alteram. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

30. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

Tob. 4. 16. Matth. 7. 12. 31. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

Matth. 5. 46. 32. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.

33. Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt; quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.

Deuter. 15. 8. Matth. 5. 42. 34. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere; quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant æqualia.

35. Veruntamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

36. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.

Matth. 7. 1. 37. Nolite judicare, & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini.

**VERSIO ANTIQUA.**

alteram. Et auferenti à te pallium, tunicam ne prohibeas. *Ex Ms. Colbert.*

30. Omni autem petenti te, da: & auferentem tunicam tuam, noli prohibere.

31. Et quomodo vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

32. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ est vobis gratia? nam peccatores diligentes se diligunt.

33. Et si benefeceritis benefacientibus vobis; quæ est gratia? cùm & peccatores hæc faciunt.

34. Et si feneratis à quibus speratis recipere; quæ vobis est gratia? nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant.

35. Veruntamen diligite inimicos vestros, & benefacite: fenerate, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa in cœlis, & eritis filii Altissimi, quoniam ipse bonus est super ingratos & malos.

36. Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est vobis.

37. Nolite judicare, ne judicetur de vobis: nolite condemnare, ne condemnemini. Dimittite, & dimittetur vobis.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

posteriora verò sic: *Et eum, qui auferet tibi tunicam, etiam & pallium noli prohibere.* Græcè: Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. Iren. l. 4. c. 13. p. 243. a. *Tollenti enim tibi tunicam, remitte ei & pallium.* Tertul. l. de pat. c. 8. p. 201. a. *Verberanti te in faciem, etiam alteram genam obverte:* item: *Auferenti tunicam, etiam pallium offerre:* & l. de fuga in perf. p. 974. b. *Qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede.* Ambros. epist. 48. col. 992. d. *Qui te percutit in maxilla, præbe ei & alteram:* & l. 7. in Luc. 1424. e. *Qui te percutit in maxillam, præbe illi & alteram:* & l. de ob. Val. col. 1175. e. *Qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram.*

℣. 30. Ms. Corb. *Omni petenti te, tribue: & qui auferet à te quæ tua sunt, noli prohibere.* S. Germ. 1. *& qui auferet quæ tua sunt, noli prohibere.* Cantabr. *Omni autem petenti te, da: & ab eo, qui tollet tua, ne repetieris.* S. Germ. 2. *Omnia autem petenti te*, &c. quæ in Vulgata. Græcum Cantabrigiensi favet, præterquam quòd ultimò habet, μὴ ἀπαίτει, loco *ne repetieris.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 710. b. *Omni petenti te, dato.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. b. *Omni poscenti te, da.* Iren. l. 4. c. 13. p. 243. a. *& ab eo, qui tollit tua, non reposcas.* August. in Ps. 103. to. 4. 1157. f. *Omni petenti te, da:* & Enchirid. to. 6. 226. f. *qui abstulerit tua, noli repetere.*

℣. 31. Ms. Corb. *Et prout vultis ut faciant vobis homines, facite illis similiter.* S. Germ. *ut faciant vobis homines bona, & vos facite*, &c. Cantabr. *Et sicut vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*, absque seq. *similiter.* Græcè ut in Vulg. Iren. l. 4. c. 13. p. 243. a. *Et quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, facite eis.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 710. c. *Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis:* & l. contra Gnost. p. 830. b. *Quomodo vultis ut faciant vobis homines, & vos ita facite illis.* Ambros. l. 5. in Luc. 1373. b. *Prout vultis ut faciant vobis homines, facite & vos illis similiter.*

℣. 32. Ms. Cantabrig. *Et si diligitis diligentes vos, quæ vobis gratia est? etenim peccatores hoc faciunt; diligentes illos diligunt.* Corb. S. Germ. 1. & S. Gat. Vulgatæ consentiunt, nisi quòd Corb. habet, *quæ erit gratia?* S. Germ. 2. id omittit, cum reliquis de hoc versiculo. Græc. Cantabrigiensi patrocinatur, detracto uno *hoc faciunt*, quod tamen addit Æthiop. Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. a. legit: *Si diligitis qui vos diligunt, quæ est vobis gratia? & peccatores enim diligunt eos, qui se diligunt.*

℣. 33. Ms. Corb. *Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt; quæ vobis erit gratia? cùm & peccatores hoc faciant.* Cantabr. *Et si benefacitis benefacientibus vobis; quæ gratia vobis est? etenim peccatores hoc faciunt.* Ita quoque in Græco est, præter subjunctivum ἀγαθοποιῆτε, loco indicativi *benefacitis.*

℣. 34. Ms. Cantabr. *Et si feneratis à quibus speratis recipere; quæ gratia vobis est? etenim peccatores peccatoribus fenerant, ut recipiant:* dein, *Veruntamen*, &c. Corb. Vulgatæ consonat, deleta tantùm ult. voce *æqualia:* illam retinent S. Germ. ambo, & S. Gat. unà cum Græco. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 711. a. *Et si feneraveritis à quibus speratis vos recepturos; quæ gratia est vobis?* Ambros. l. de Tob. c. 16. col. 609. e. *Et si mutuum dederitis à quibus speratis recipere; quæ vobis est gratia? nam peccatores peccatoribus fenerant, ut recipiant. Veruntamen*, &c.

℣. 35. Ms. Corb. *Veruntamen amate inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil desperantes*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *Veruntamen diligite..... & benefacite, & mutuum date, nihil desperantes*, &c. Cantabr. *Veruntamen diligite...... & benefacite, & fenerate, nihil desperantes...... quoniam ipse suavis est super ingratos & iniquos.* Gr. Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες..... ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς· al. ἐλπίζοντες· Ms. Alex. post *multa*, subdit ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ut in textu Colbert. Ambros. l. de Tob. c. 16. col. 609. e. *Veruntamen amate inimicos vestros, & benefacite eis, & mutuum date, nihil sperantes: & erit merces vestra multa in cælo, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus super ingratos & malos.* Hieron. in Ezech. 18. col. 823. d. *feneramini his, à quibus non speratis recipere.* Tertul. l. adv. Marc. p. 711. b. *& eritis filii Dei, quia ipse suavis est adversùs ingratos & malos.*

℣. 36. Mss. S. Germ. ambo, Corb. & S. Gat. Vulgatæ congruunt, & Græco. Corb. tamen unus initio tollit *ergo*, cum Mss. quibusd. Græcis: alii nonnulli post *vester*, subdunt ὁ οὐράνιος. Cantabrig. Lat. habet: *Estote benevolentes, sicut Pater vester benevolus est.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. c. cum Cypr. ep. 52. p. 71. a. *Estote misericordes, sicut Pater* (Cypr. *& Pater*) *vester misertus est vestri.* Ambros. l. de Tob. c. 16. col. 609. e. *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Itidem Leo M. serm. 16. p. 65. e. & serm. 44. p. 110. f. Sed Ambros. l. 5. de fide, col. 567. a. ad *Pater vester*, addit *qui est in cælis.* Similiter habet Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. a. juncto insuper *ergo*, verbo *Estote.* Ambrosiast. col. 246. f. *Estote misericordes, sicut & Pater vester:* & sup. 245. a. *ut similes sitis Patris vestri, qui in cælis est.*

℣. 37. Ms. S. Germ. 1. *Nolite judicare, & de vobis non judicabitur;* reliqua ut in Vulg. Similiter habet Corb. *& de vobis non judicabitur;* sed addit, *nolite condemnare, ut non condemnemini;* reliqua ut in Vulgata. S. Germ. 2. *Dimittite, & dimittetur vobis.* Cantabr. *Nolite judicare, ut non judicemini:* sequentia vitiosè transferuntur in ℣. 38. en ipsa: *nolite condemnare, ut non condemnemini. Dimittite, & dimittemini.* Græcè ut in Vulgata, nisi quòd ipso initio præponitur Καὶ, quæ conjunct. abest à pluribus codd. unus Alex. loco καὶ οὐ μὴ κριθῆτε... καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε, habet, ἵνα μὴ κριθῆτε... ἵνα μὴ καταδ. κ. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 711. c. *Nolite judicare, ne judicemini: nolite condemnare, ne condemnemini. Dimittite, & dimittemini:* at l. de orat. c. 7. p. 181. c. *Remittite, & remittetur vobis:* similiter l. de pat. c. 12. p. 202. c. Item Cypr. l. 3. Testim.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 38. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, cumulatam, superfundentem dabunt in sinum vestrum. Qualem enim mensuram mensi fueritis, remetietur vobis.

39. Dicebat enim & parabolam illis: Nunquid potest cæcus cæco ducatum præstare? nonne ambo in foveam cadunt?

40. Non est discipulus super magistrum: perfectus autem erit omnis, si sit sicut magister meus.

41. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo, non vides?

42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Sine ejiciam stipulam de oculo tuo: & ecce in oculo tuo trabes subjacet? Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo: & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

43. Non est enim arbor bona, faciens fructus malos: neque arbor mala, faciens fructus bonos.

44. Unaquæque arbor ex fructu suo cognoscetur. Non enim colligunt de spinis ficus: neque de rubo vindemiant uvas.

45. Bonus enim homo de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis os ejus loquitur.

VULGATA NOVA.

38. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, *Matth.* qua mensi fueritis, remetietur vobis. *7. 2.*

39. Dicebat autem illis & similitudinem: Nun- *Marc.* quid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in *4. 24.* foveam cadunt?

40. Non est discipulus super magistrum: per- *Matth.* fectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. *10. 24. Joan. 13. 16.*

41. Quid autem vides festucam in oculo fratris *Matth.* tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non considéras? *7. 3.*

42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

43. Non est enim arbor bona, quæ facit fru- *Matth.* ctus malos: neque arbor mala, faciens fructum *7. 18. & 12. 33.* bonum.

44. Unaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uvam.

45. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 313. c. *Nolite judicare, ne judicemini: nolite condemnare, ne condemnemini.* Ambros. in Ps. 118. col. 1230. c. *Nolite judicare, ut non judicemini:* & l. 1. offic. to. 2. col. 43. b. *Dimittite, & dimittetur vobis.*

℣. 38. Ms. S. Germ. 1. *Date..... mensuram bonam, confertam, conmotam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem enim mensura, qua,* &c. Corb. *mensuram commodatam, confertam, supereffundentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, quam metitis,* &c. S. Gat. *confestam, & supereffluentem.* S. Mart. Turon. *conversam, & coagitatam..... Eadem verò mensura,* &c. S. Germ. 2. *superaffluentem....... Eadem verò mensura, qua mensi,* &c. Cantabr. *mensuram bonam, conquassatam, inpletam, supereffundentem dabunt in sinus vestros. In qua enim mensura metieritis, remittetur vobis.* Gr. μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν· al. μετρηθήσεται· Mss. nonnulli omittunt utramque conjunct. καί. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. c. *Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, pressam, ac fluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem, qua mensi eritis mensura, remetietur vobis.* Ambros. l. 1. offic. col. 43. b. *Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, commotam, supereffluentem dabunt in sinum vestrum:* & in Ps. 118. col. 1232. f. *mensuram bonam, confertam, commotam, supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem mensura, qua mensi fueritis, reddetur vobis:* & l. 10. in Luc. 1514. a. *mensuram bonam, commotam, superfluentem dabunt vobis.* August. quæst. 8. in Luc. to. 3. 252. d. *mensuram bonam, confertam,* &c. ut in Vulg. ad hoc usque, *Eadem quippe:* & l. 21. de civit. Dei, c. 9. to. 7. 632. f. *In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobes.* Leo M. ser. 16. p. 65. e. *Date, & dabitur vobis: & qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Cassiod. in Ps. 27. p. 92. a. *mensura, qua mensi fueritis, in eadem remetietur vobis.* Vide ad Matth. 7. 2.

℣. 39. Ms. Cantabr. *Dicebant autem & parabolam illis: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in fobeam incident?* Corb. cum S. Germ. 1. *in foveam cadent?* cæt. ut in Vulg. Gr. initio habet: Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς· ultimóque πεσοῦνται; Mss. plures præponunt καὶ voci παραβολήν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. c. dicit: *Cæcus cæcum ducit in foveam.* Apud August. quæst. 9. in Luc. 252. f. ut in Vulg.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Non est discipulus super magistrum: confectus autem omnis erit, sicut magister ejus.* Corb. *perfectus autem omnis erit, ut sit sicut magister ejus.* S. Germ. ambo, & S. Gat. ut in Vulg. Gr. addit αὐτοῦ, ad *magistrum;* deinde sic: κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ· Mss. quidam delent ult. αὐτοῦ; alii pro ἔσται, scribunt ἔστω. Iren. l. 5. c. 31. p. 331. b. *Nemo enim est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, sicut magister ejus;* Ms. unus, *si sit sicut,* &c. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 711. c. *Non est discipulus super magistrum.*

℣. 41. Ms. Cantabr. *Quid autem vides... trabem autem in tuo oculo non inspicis?* S. Germ. Corb. S. Gat. &c. ut in Vulg. Græc. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν, τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ, οὐ κατανοεῖς; al. ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ. Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 718. d. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non consideras?* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 33.1. b. *Qui vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras?*

℣. 42. Ms. Corb. *Quomodo potes dicere fratri tuo: Sine ejiciam festucam de oculo tuo: & ecce in oculo tuo trabes subjacet? Hypocrita,* &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Sine ejiciam festucam...... & ecce trabes in tuo oculo est? Hypocrita, ejice... & tunc videbis ejicere festucam,* &c. S. Gat. *& tunc perspicies ejicere festucam,* &c. S. Germ. ambo Vulgatæ succinunt, nisi quòd hab. initio, *Et quomodo;* prætereaque S. Germ. 2. *non vides,* loco *non videns.* Gr. Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ... Ἀδελφὲ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου· αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν... καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, &c. Hieron. l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 384. c. *Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo: & tunc poteris ejicere festucam de oculo fratris tui.* Ambrosiast. col. 97. b. *Ejice trabem priùs de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de,* &c. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 711. c. his alludendo dicit: *Eximat de oculo suo trabem hæreticus: tunc in oculo Christiani, si quam putat stipulam, revincat.* Vide ad Matth. 7. 5.

℣. 43. Ms. Cantabr. textui Colb. respondet, detracto uno *enim.* S. Germ. 1. habet: *Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque iterum arbor mala, quæ facit fructus bonos.* S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. Gr. Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν· al. οὐδὲ πάλιν δένδρον, &c. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 706. g. *Non est arbor bona, quæ faciat malum fructum: neque arbor mala, quæ faciat bonum fructum.*

℣. 44. Ms. Cantabrig. *Unaquæque arbor de fructu suo cognoscitur. Non enim legunt de spinis ficus: neque de rubo uvam vindemiant.* Sic etiam Corb. hab. detracto med. *enim.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ suffragantur, & Græco. Tertul. l. de anima, p. 487. b. *Nemo de spinis metit ficus; & de tribulis uvas.* Ambros. l. 5. in Luc. 1375. a. *Quia non legunt de spinis ficus: neque de tribulis vindemiant uvam.*

℣. 45. Ms. Corb. *Bonus homo de bono thesauro proferet bonum: & malus homo de malo proferet malum. Ex abundantia enim cordis os ejus loquitur.* Cantabr. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui proferet bonum: & malus de malo proferet malum. De enim abundantia cordis loquitur os ejus.* S. Germ. 1. *Bonus enim homo de bono thesauro cordis sui proferet bona: & malus de malo proferet mala,* &c. ut in Vulg. S.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Matth. 7. 21. 46. Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis, quæ dico?

Rom. 2. 13. Jac. 1. 22. 47. Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit:

48. similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat super petram.

49. Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluvius, & continuò cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

VERSIO ANTIQUA.

46. Quid autem me vocatis Domine, Domine: & non facitis, quæ di o? Ex Ms. Colbert.

47. Omnis qui venit ad me, & audit verba mea, & facit ea: ostendam vobis cui similis est:

48. similis est homini domum ædificanti, qui fodit in altum, & posuit fundamenta super petram: inundatione autem facta, irruit flumen in domum illam, & non valuit concutere eam: fundata enim erat super petram.

49. Qui autem audit verba mea, & non facit ea: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: impegit flumen in domum illam, & cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Germ. 2. *& malus homo thesauro cordis sui profert malum*, &c. S. Gat. *de malo thesauro cordis sui profert mala*. Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd reperit τῆς καρδίας αὐτοῦ, post hoc, *de malo thesauro*; extremóque addit αὐτοῦ, ad *os*. In Mss. tamen quibusdam non repetitur τῆς καρδίας αὐτοῦ· & in aliis deest ult. αὐτοῦ. Ambros. ep. 9. col. 794. a. *Homo bonus profert de thesauro suo bona*. Gaudent. Brix. ser. 7. p. 952. c. *Homo de bono thesauro cordis sui profert bona*. Fulgent. lib. 3. ad Monim. c. 4. p. 45. & l. 1. ad Trasim. c. 11. p. 79. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala*. Vide ad Matth. 12. 35.

℣. 46. Ms. Cantabr. *Quid autem mihi dicitis, Domine, Domine*, &c. ut sup. S. Gat. *& non facitis, quæ dico vobis?* S. Germ. ambo, & Corb. ut in Vulg. & Græco: Ms. 1. tamen habet in fine, ἃ ἐγὼ λέγω ὑμῖν. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. c. *Quid mihi dicitis, Domine, Domine: & non facitis, quæ dico?* similiter l. 5. c. 8. p. 302. addito *vobis*, ad ult. *dico*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 712. c. *Quid vocatis Domine, Domine: & non facitis, quæ dico?* Itidem August. tr. 85. in Joh. to. 3. col. 710. f. addito pron. *me*, post verbum *vocatis*. Auctor quæst. ex utroque T. q. 126. col. 138. c. *Quid me vocatis Domine*, &c. ut in Vulg. Gaud. Brix. p. 972. h. *Quid mihi dicitis, Domine, Domine: & non facitis, quæ dico vobis?*

℣. 47. Ms. Cantabr. textui Colbert. suffragatur ad verbum, nisi quòd ult. sic invertit, *cui est similis*. S. Germ. 1. *& audit sermones meos, & faciet eos: ostendam vobis cujus similis est*. Corb. *& facit: ostendam vobis cui similis est*. Græcè ut in Vulg. Sic etiam apud August. q. 10. in Luc. to. 3. 252. g.

℣. 48. Ms. Cantabr. *similis est homini ædificanti domum, qui fodit, & altum fecit, & posuit fundamentum..... adlisit flumen domui illi, & non potuit movere illam*, &c. ut sup. S. Germ. 1. *qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra petram..... illisum est flumen domui illi, & non potuit commovere eam*, &c. S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ accedunt, nisi quòd hic hab. *ædificanti domum suam*; ille, *posuit fundamenta*. Gr. ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε, καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον..... προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· &c.

℣. 49. Ms. Corb. *Nam qui audit, & non facit: similis est..... super terram sine fundamento: allisit flumen domui illi, & continuò cecidit*, &c. quæ sup. Similiter habet Sangerm. 1. præter hoc 1. *Qui autem audit*. S. Germ. 2. *Qui autem audivit, & non fecit: similis est homini..... supra petram sine fundamento: in quam illisus est fluvius, & continuò cecidit*, &c. Cantabrig. *Qui autem audivit, & non fecit: similis est homini ædif. domum super terram sine fundamento: adlisit flumen, & concidit*, &c. S. Gat. *supra arenam sine fundamento*, &c. Græc. Ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ μὴ ποιήσας· ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου· ᾗ προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς, καὶ εὐθέως ἔπεσε, &c. al. ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι.

# CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

Matth. 8. 5. 1. CUm autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum.

2. Centurionis autem cujusdam servus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus.

3. Et cùm audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judæorum, rogans eum ut veniret, & salvaret servum ejus.

4. At illi cùm venissent ad Jesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: Quia dignus est ut hoc illi præstes:

5. diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificavit nobis.

6. Jesus autem ibat cum illis. Et cùm jam non

VERSIO ANTIQUA.

1. FActum est autem cùm perfecisset Jesus omnia verba in auribus populi, introivit Capharnaum. Ex Ms. Colbert.

2. Centurionis autem cujusdam servus malè habens, proximus morti erat: qui erat illi pretiosus.

3. Cùm audisset de Jesu, misit seniores Judæorum, rogans Jesum ut veniret, & sanaret servum ejus.

4. Illi autem cùm advenissent, rogabant Jesum sollicitè, dicentes: Quia dignus est ut præstes ei hoc:

5. diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificavit nobis.

6. Ibat ergo cum illis Jesus. Et jam cùm non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Corb. cum S. Germ. 1. *Et factum est cùm implesset omnia verba in aures plebis, intravit*, &c. S. Gat. *cùm implesset omnia verba hæc*. Cantabrig. *Et factum est cùm consummasset omnia verba loquens, venit Capharnaum*; S. Germ. 2. *in Capharnaum*; cui Græc. favet: Mss. tamen quidam loco ῥήματα αὐτοῦ, ferunt ῥήματα ταῦτα.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Centurionis autem cujusdam puer malè habens, incipiebat mori: qui erat illi honoratus*. Cæteri codices Vulgatæ consentiunt: nec refragatur Græcum. Ambros. in Luc. 1375. c. *Centurionis servus*, inquit, *Domino curandus offertur*: & infra: *Quod autem moriturum dixit*, &c.

℣. 3. Ms. Corb. *Et cùm audisset de Jesu, misit seniores Judæorum, rogans eum ut venirent, & liberarent servum ejus*. S. Germ. ambo, S. Mart. Turon. & S. Gat. *ut veniret, & sanaret*, &c. Cantabr. *Et audiens de Jesu, misit seniores Judæorum, rogans eum ut veniens salvet servum ejus*. Græc. Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν..... ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν, &c. al. deest πρὸς αὐτόν.

℣. 4. Ms. Corb. *At illi venerunt, & rogabant Jesum sollicitè, dicentes: Quia dignus est ut hoc illi præstes*. S. Germ. 1. *At illi venientes ad Jesum, rogabant eum sollicitè, dicentes: Quia*, &c. Cantabr. *At illi advenientes, rogabant eum festinanter, dicentes: Quoniam dignus est cui hoc præstes*. Gr. Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες· Ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξῃ τοῦτο· Mss. plures jungunt αὐτῷ, verbo λέγοντες; extremò quidam ferunt παρέξεις; alii παρέξη. Ambrosiast. 227. a. *Dignus est ut hoc præstes ei*.

℣. 5. Accinunt Mss. S. Germ. Corb. Cantabr. & S. Gat. unà cum Græco. Sic etiam ap. Ambrosiast. col. 227. a.

℣. 6. Ms. Corb. *Jesus autem ibat cum illis. Et cùm jam*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. longè esset à domo, misit ad eum amicos Cen-
turio, dicens ei: Domine noli te vexare: Non
enim sum dignus ut sub tectum meum intres:
7. sed dic verbo, & curabitur puer meus:

8. nam & ego homo sum sub potestate consti-
tutus, & habeo sub me milites: & dico huic va-
de, & vadit; & alio veni, & venit; & servo meo
dico, fac hoc, & facit.
9. Auditis igitur sermonibus his, Jesus miratus
est: & conversus sequentibus se turbis, ait: Amen
dico vobis, in nullo tantam fidem inveni in Is-
raël.
10. Et reversi domum, qui missi erant, invene-
runt puerum salvum.
11. Et factum est: sequenti die ibat in civitatem,
quæ vocatur Naim: & comitabantur cum eo disci-
puli ejus multi, & turba magna.
12. Et factum est quomodo appropinquavit
portas civitatis, & ecce efferebatur unicus filius
matri suæ: & hæc vidua erat: & turba multa ci-
vitatis cum ea.
13. Et cùm vidisset illam Dominus, misericor-
dia motus est super eam, & dixit illi: Noli flere.
14. Et accedens tetigit loculum. (Illi itaque,
qui portabant, steterunt) Et dixit Jesus: Adole-
scens, tibi dico, surge.
15. Et surrexit, & sedit qui erat mortuus, &
cœpit loqui. Et reddidit eum matri suæ.
16. Et hoc viso, invasit omnes timor: & ho-

VULGATA NOVA.

longè esset à domo, misit ad eum Centurio ami-
cos, dicens: Domine noli vexari: Non enim sum Matth.
dignus ut sub tectum meum intres: 8. 8.
7. propter quod & meipsum non sum dignum
arbitratus ut venirem ad te: sed dic verbo, & sa-
nabitur puer meus:
8. nam & ego homo sum sub potestate consti-
tutus, habens sub me milites: & dico huic vade,
& vadit; & alii veni, & venit; & servo meo,
fac hoc, & facit.
9. Quo audito Jesus miratus est: & conversus
sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec
in Israël tantam fidem inveni.

10. Et reversi, qui missi fuerant, domum, in-
venerunt servum, qui languerat, sanum.
11. Et factum est: deinceps ibat in civitatem,
quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus,
& turba copiosa.
12. Cùm autem appropinquaret portæ civita-
tis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris
suæ: & hæc vidua erat: & turba civitatis multa
cum illa.
13. Quam cùm vidisset Dominus, misericor-
dia motus super eam, dixit illi: Noli flere.
14. Et accessit & tetigit loculum. (Hi autem,
qui portabant, steterunt) Et ait: Adolescens, tibi
dico, surge.
15. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit lo-
qui. Et dedit illum matri suæ.
16. Accepit autem omnes timor: & magnifi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

..... *misit ad illum..... dicens ei: Domine noli te vexare: Non enim sum dignus ut sub tecto meo intres.* S. Gat. *misit ad eum Centurio, rogans amicos, dicens: Domine noli vexari Magister: Non enim*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *noli vexare*, &c. Cantabr. *Ibat autem cum eis Jesus. Jam autem non longè cùm esset de domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Domine noli te vexare*, &c. ut in textu. Gr. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. Ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων αὐτῷ· Κύριε μὴ σκύλλου, &c.

℣. 7. Mss. Corb. Cantabr. & S. Gat. similiter adimunt priora ista de Vulg. *propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te.* Sangerm. autem ambo, illa ipsa retinent. Cantabr. subdit: *sed dic verbo, & salvabitur puer meum.* S. Germ. 1. *sed dic verbum, & sanabitur puer*, &c. Græcè ut in Vulg. in Ms. tamen 1. Usser. desunt prima verba, *propter quod*, &c. subinde al. hab. εἰπὲ λόγον, non λόγῳ.

℣. 8. Ms. Cantabr. *etenim ego homo sub potestate constitutus, habens*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. *& servo meo dico, fac*, &c. S. Germ. ambo, & Corb. nil omnino differunt à Vulg. & Græco, nisi quòd scribunt, *& alio.* Iren. l. 1. c. 7. p. 34. d. alludens dicit: *& ego enim sub potestate mea habeo milites, & servos: & quod jussero, faciunt.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *Audiens autem hæc Jesus, miratus est: &..... turbis dixit: Amen dico vobis, in nullo tantam fidem inveni in Israël.* Corb. *Quo audito Jesus miratus est: & conversus sequentibus se, dixit: Amen, amen dico vobis, in nullo tantam fidem inveni in Israël.* Cantabr. *Audiens autem hæc Jesus, miratus est: & conversus, dixit sequenti populo: Amen dico vobis, nunquam tantam fidem inveni in Israël.* S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulg. Græc. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτόν· καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ, εἶπε· Λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, &c. Mss. quidam delent αὐτὸν, post ἐθαύμασεν; subinde unus habet, τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ ὄχλοις· paulò post alii, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· mox Æthiop. οὐδέποτε ἐν τῷ Ἰσραὴλ, &c. Copt. οὐδὲ ἐν παντὶ τῷ Ἰσραὴλ, &c. Ambros. l. 5. in Luc. 1376. b. *in nullo tantam fidem inveni in Israël*: tum addit: *Juxta Græcos*, *Nec in Israël tantam fidem inveni.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 712. a. dicit: *Professus est talem se fidem nec in Israële invenisse.*

℣. 10. Ms. Corb. Et *reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum sanum.* Itidem S. Germ. 1. detracta voce *domum.* Cantabr. *Et conversi in domum, qui missi erant servi, invenerunt ægrum sanum.* S. Gat. *invenerunt servum, qui languebat, sanum.* Gr. Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον, &c.

℣. 11. Ms. Cantabr. *Et alia die ibat in civitatem, quæ dicitur Nain: & ibant cum eo discip. ejus, & turba multa.* S. Germ. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. nisi quòd Corb. scribit *Nain.* Itidem Græcè, juncto uno ἱκανοὶ, huic, *discipuli ejus*; at in Mss. quibusdam deest ἱκανοί.

℣. 12. Ms. Corb. *Et factum est cùm adpropiaret portæ, ecce defunctus*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *& ecce defunctus*, &c. Cantabr. *Factum est autem ut adpropiaret portæ civitatis, & ferebatur mortuum, filius unicus matris suæ: cùm esset vidua, & multus populus civitatis cum ea.* Gr. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ αὕτη χήρα· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ· Ms. unus tollit vocem τεθνηκώς; sicut inf. plures, ἦν, post ἱκανός; quidam circa med. ferunt, καὶ αὕτη ἦν χήρα, non αὕτη χήρα. Ambros. l. 5. in Luc. 1376. c. *Cùm autem appropinquaret portæ civitatis, ecce efferebatur defunctus filius unicus matris suæ: & hæc erat vidua: & turba multa civitatis cum illa.*

℣. 13. Ms. S. Gat. *Quam cùm vidisset Jesus*, &c. ut in Vulg. Corb. *Quam cùm videret Dominus, misericordia motus, dixit illi*, &c. S. Germ. 1. *misertus est super eam, & dixit illi*, &c. Cantabr. *Videns autem Jesus, misertus est ei, & dixit illi: Noli plorare.* Græc. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Μὴ κλαῖε. Mss. plures, ἐπ' αὐτὴν, non ἐπ' αὐτῇ. Ambros. l. 5. in Luc. 1376. c. *Quam cùm videret Dominus, misericordia motus, dixit illi: Noli flere.*

℣. 14. Ms. Cantabrig. *Et accedens tetigit sartosagum. Qui autem portabant, steterunt. Et dixit: Juvenis, juvenis, tibi dico, surge.* Corb. *Et ait Jesus: Adolescens, adolescens, tibi dico, surge.* S. Germ. 1. ac S. Gat. *Et ait Jesus adolescenti*: Tibi *dico, surge.* Gr. Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ, &c. ut in Vulgata. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. b. *Apprehendit Dominus manum mortui, & dixit ei: Juvenis, tibi dico, surge.* Ambros. l. 5. in Luc. 1376. c. *Et accessit & tetigit loculum*: & l. de fide res. col. 1156. a *Adolescens, tibi dico, surge.* August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 180. c. *Juvenis, tibi dico, surge.*

℣. 15. Ms. Cantabrig. *Et resedit mortuus, & cæpit loqui. Et dedit eum*, &c. Cæteri codd. ut in Vulgata. Græc. Cantabrigiensi favet. Mss. tamen aliqui loco ἔδωκεν, ferunt ἀπέδωκεν. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. b. *Et sedit mortuus, & jussit ei dari manducare. Et dedit eum matri suæ.* Ambros. l. de fide res. col. 1156. a. cum Vulg. *Et resedit qui erat mortuus, & cæpit loqui.*

℣. 16. Ms. Cantabrig. *Accepit autem timor omnes: & honorificabant Deum, dicentes: Quoniam proph...... & quoniam visitavit Deus plebem suam.* S. Germ. 1. & Corb.

VULGATA NOVA.

Inf. 24. 19. Joan. 4. 19. ficabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitavit plebem suam.

17. Et exiit hic sermo in universam Judæam de eo, & in omnem circa regionem.

18. Et nunciaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his.

Matth. 11. 2. 19. Et convocavit duos de discipulis suis Joannes, & misit ad Jesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?

20. Cùm autem venissent ad eum viri, dixerunt: Joannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?

21. (in ipsa autem hora multos curavit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum.)

22. Et respondens, dixit illis: Euntes renunIsai. 35. 5. tiate Joanni quæ audistis, & vidistis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:

23. & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.

24. Et cùm discessissent nuncii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

25. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

26. Sed quid existis videre? prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Prophetam:

VERSIO ANTIQUA.

norificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia visitavit Dominus populum suum in bonum. Ex Ms. Colbert.

17. Et exiit sermo iste in totam Judæam, & omni regioni confini de eo.

18. Et renuntiaverunt Johanni discipuli ejus & de omnibus his.

19. Et convocavit duos discipulos suos Johannes, & misit ad Jesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium speramus?

20. Qui cùm venissent ad eum viri illi, dixerunt: Johannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium speramus?

21. (in illa hora multos curavit à languoribus suis, & à verberibus, & malis spiritibus, & cæcos multos faciebat videre.)

22. Et respondens Jesus, dixit illis: Euntes renuntiate Johanni quæ vidistis, & audistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:

23. & beatus quicunque non scandalizabitur in me.

24. Cùm discessissent autem nuncii Johannis, cœpit Jesus dicere ad turbas de Johanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitari?

25. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

26. Sed quid existis videre? prophetam? Utique dico vobis, & ampliùs quàm Propheta:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

extremò addunt *in bono*. Græcè ut in Cantabrigiensi, nisi quòd habetur ἐδόξαζον, pro *honorificabant*, quod idem sonat; Mss. verò plures subdunt in fine, εἰς ἀγαθὸν, ut in textu Colb. Tertullianus l. 4. cont. Marc. p. 712. b. ait *omnes Creatori gloriam retulisse, dicentes: Magnus prophetes prodiit in nobis: & respexit Deus populum suum.*

℣. 17. Ms. Corb. *Et exiit hic sermo in universa Judæa, & in omni confini regione.* S. Germ. 1. *& in omnem circa regionem de illo.* Cantabrig. *Et exivit hoc verbum in totam Judæam de illo, & in omni regione.* Græc. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ.

℣. 18. Ms. Cantabrig. hæc habet sola: *Et in quibus usque ad Johanen Baptistam.* Cæteri codd. Vulgatæ consonant, & Græco. Ms. tamen unus *Joanni* nomini subdit περὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων τούτων.

℣. 19. Ms. Corb. *Et convocatis duobus discipulis suis Johannes, misit ad Dominum, dicens;* reliqua ut in Vulg. Similiter habet S. Germ. 1. *ad Dominum.* Cantabr. verò: *Qui & advocans duos discipulorum suorum, dixit: Euntes dicite ei: Tu es,* &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; Tertul. l. 4. contra Marc. p. 712. b. *Tu es qui venis, an alium exspectamus?* Ambros. l. 5. in Luc. 1377. d. *Et convocavit duos de discipulis suis Johannes, & misit ad eum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?*

℣. 20. Ms. Corb. *Advenientes autem ad eum viri, dixerunt,* &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Et advenientes viri ad eum, dixerunt,* &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. versum integrum omittit. Gr. Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν...... Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

℣. 21. Ms. Cantabr. *in ipsa autem hora curavit multos ab infirmitatibus, & plagis, & iniquorum spirituum, & cæcos faciebat videre.* Corb. *in ipsa hora multos curabat à languoribus,* &c. quæ in Vulg. S. Germ. ambo, & S. Gat. eidem Vulgatæ consonant ad verbum. Græc. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν· al. deest τό.

℣. 22. Ms. Corb. *Et respondit, & dixit illis: Ite, nunciate Johanni quæ audistis, & vidistis: Cæci vident,* &c. quæ sup. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Et respondens, dixit illis: Euntes nunciate* (S. Mart. *renuntiate*) *Johanni quæ vidistis, & audistis: Quia cæci,* &c. Cantabrig. *Et respondens, dixit illis: Euntes dicite Johanni quæ viderunt oculi vestri, & quæ audierunt aures vestræ: Quia cæci..... & surdi audiunt,* &c. Gr. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε, καὶ ἠκούσατε· Ὅτι τυφλοὶ, &c. ut in textu: al. deest ὁ Ἰησοῦς, sicut inf. Ὅτι. Apud Ambros. l. 5. in Luc. 1379. b. c. *Ite, nunciate Johanni quæ audistis, & vidistis: Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.*

℣. 23. Ms. S. Mart. Turon. *& beatus qui non fuerit,* &c. Cantabr. *& beatus erit qui non fuerit scandalizatus in me.* S. Germ. ambo, Corb. & S. Gat. ut in Vulg. & Græco. Mss. tamen quidam Gr. delent verbum *est.* Ambros. l. 5. in Luc. 1379. f. *beatus qui in me non fuerit scandalizatus.*

℣. 24. Mss. Germ. 1. & Corb. *Et cùm discessissent..... cœpit dicere de Johanne ad turbas: Quid existis in deserto videre? arundinem vento moveri?* Similiter habent Mss. Sangerm. 2. S. Martini, S. Gat. & Maj. Mon. præter *in desertum.* Cantabr. *Euntibus autem nunciis Johanni, cœpit dicere de Joh. turbis: Quid existis in desertum videre? arundinem à vento moveri?* Gr. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου, &c. ut in Vulg. Mss. plures, τοῖς ὄχλοις. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 712. c. *Quid existis videre in solitudinem?* Ambros. l. 5. in Luc. 1381. b. *Sed quid existis in desertum videre? arundinem vento moveri?*

℣. 25. Ms. Cantabr. *Sed quid...... hominem in mollibus vestimentis vestitum? Ecce qui in vestimentis gloriosis, & epulatione agent, in regibus sunt.* S. Germ. 1. Vulgatæ favet, nisi quòd extremò habet: *Ecce qui mollia induuntur, in domibus regum sunt.* Corb. *Ecce qui in veste pretiosa sunt, & deliciis superabundant, in domibus regum sunt.* Gr. Ἀλλὰ τί ..... ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Ambros. l. 5. in Luc. 1381. b. d. *Quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt, in domibus regum sunt.*

℣. 26. Ms. Maj. Mon. textui Colb. congruit, præposita conjunct. *Et*, voci *utique.* Cantabr. hab. *Etiam dico vobis, & ampliùs Propheta.* S. Germ. 1. *Utique dico vobis, plusquam Prophetam.* Corb. verò posteriora ista delet. Græcè ut in Vulgata. Apud Ambr. l. 5. in Luc. 1381. f. *Sed quid existis videre? prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Propheta hic est:* nec subdit alia de ℣. 27. Ms. verò Cantabr. cùm Lat. tum Gr. huic ult. *ampliùs Propheta*, subnectit ista: *Quoniam nemo major in natis mulierum propheta Johannis Bapt.* quæ sunt de ℣. 28.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 27. ipſe eſt, de quo ſcriptum eſt : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

28. Dico autem vobis : Quia nemo inter natos mulierum major Johanne Baptiſta : qui minimus eſt autem in regno Dei, major eſt illo.

29. Et omnis populus cùm audiſſet & publicani, juſtificaverunt Deum, baptizati baptiſmum Johannis.

30. Phariſæi autem, & legis doctores conſilium Dei ſpreverunt in ſe, cùm non eſſent baptizati.

31. Cui ergo aſſimilabo homines generationis hujus? cui ſunt ſimiles?

32. Similes ſunt pueris in foro ſedentibus, & clamantibus ad invicem, dicentibus : Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis : planximus, & non ploraſtis.

33. Venit Johannes Baptiſta, neque manducans, neque bibens, & dicitis : Dæmonium habet.

34. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis : Ecce homo vorax, & vini potator ; amicus publicanorum, & peccatorum.

35. Et juſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis.

36. Rogavit autem illum quidam ex Phariſæis

VULGATA NOVA.

27. hic eſt, de quo ſcriptum eſt : Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Mal. 3. 1. Matth. 11.10.

28. Dico enim vobis : Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptiſta nemo eſt : qui autem minor eſt in regno Dei, major eſt illo. Marc. 1. 2.

29. Et omnis populus audiens & publicani, juſtificaverunt Deum, baptizati baptiſmo Joannis.

30. Phariſæi autem, & legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo.

31. Ait autem Dominus : Cui ergo ſimiles dicam homines generationis hujus? & cui ſimiles ſunt? Matth. 11.16.

32. Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus : Cantavimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis : lamentavimus, & non ploraſtis.

33. Venit enim Joannes Baptiſta, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis : Dæmonium habet. Matth. 3.4. Marc. 1.6.

34. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis : Ecce homo devorator, & bibens vinum ; amicus publicanorum, & peccatorum.

35. Et juſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis.

36. Rogabat autem illum quidam de Phariſæis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Mſs. S. Germ. 1. Maj. Mon. & S. Gat. conſentiunt cum Vulg. Sic etiam Corb. S. Germ. 2. & Cantabr. niſi quòd Corb. ſcribit *præpararet* ; Cantabr. *præparavit*, abſque ſeq. *ante te* ; S. Germ. 2. *faciem*, loco *viam* ; vitiosè. Gr. pariter non differt à Vulg. niſi uno pron. ἐγὼ, ante *mitto*. Unde Tertul. l. contra Jud. c. 9. p. 143. a. legit : *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te* : ita rurſum l. 4. adv. Marc. p. 712. b. detracto ult. *ante te*.

℣. 28. Mſ. S. Germ. 1. *Dico autem vobis : Nemo inter natos mulierum major propheta eſt Johanne Bapt.* &c. quæ in Vulg. Corb. *Dico autem vobis : Major inter natos mulierum Joanne Bapt. nemo eſt ; nam qui minor eſt in regno Dei*, &c. Cantabr. breviùs : *Dico autem vobis : Quoniam qui minor eſt ejus in regno cælorum, major illo eſt*. S. Germ. 2. *major eſt in illo*. Græcè ut in Vulg. in Mſs. tamen pluribus deeſt vox προφήτης. Apud Iren. l. 3. c. 10. 185. e. *Et nemo in natis mulierum major eſt Johanne Baptiſta*. Apud Tertul. l. de bapt. c. 12. p. 391. a. *Nemo major inter natos feminarum Johanne Baptizatore*. Apud Ambroſ. in Pſ. 43. col. 885. c. *Quia major ex natis mulieris Johanne Bapt. nemo* : & l. 2. in Luc. 1285. b. *Major inter natos mulierum propheta Johanne Bapt. nemo eſt* : tum addit : *Habet tamen majorem : quia qui minor eſt in regno Dei, major eſt illo* : & l. 5. col. 1382. c. *Cum Dei filio non poterat Johannis ulla eſſe collatio, ut & infra angelos æſtimetur : nam qui minor eſt, inquit, in regno cælorum, major eſt eo*. Auctor quæſt. ex V. T. q. 26. ap. Aug. to. 3. 50. g. *Nemo major inter natos mulierum propheta Johanne Baptiſta*.

℣. 29. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. textui Colbert. conveniunt, niſi quòd hab. *audiens*, pro *cùm audiſſet*. Itidem in Cantabr. ubi tamen *juſtificabit*, vel potiùs *juſtificavit*, pro *juſtificaverunt* ; ſcriptum etiam *baptiſma*, non *baptiſmum*. Græcè ut in textu Colb. unus tamen codex ſcribit τῷ βαπτίσματι, non τὸ βάπτισμα. Apud Ambroſ. cùm in Pſ. 118. col. 980. b. tum l. 6. in Luc. 1383. e. omnia ut in Vulg. Item apud Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 151. a.

℣. 30. Mſ. Cantabr. *Phariſæi autem, & legis doctores conſilium Dei abuſi ſunt, non baptizati ab eo*. Corb. *Phariſæi autem, & legiſperiti conſil. Dei ſpreverunt in ſe, non baptizati*, abſque ſeq. *ab eo*. S. Germ. 2. *ſpreverunt in ſemetipſo*. S. Gat. & Maj. Mon. *in ſemetipſis*. S. Germ. 1. ut in Vulg. ad verbum, & Græco : à Mſs. tamen quibuſdam Gr. abeſt hoc, εἰς ἑαυτούς. Ambroſius in Pſ. 118. col. 980. b. legit : *Phariſæi autem, & legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in ſe, non baptizati ab eo* : ſimiliter l. de Spir. S. col. 638. c. necnon l. 6. in Luc. 1383. e. dempto ult. *ab eo*.

℣. 31. Mſ. Cantabr. hæc admittit ſola : *Cui ergo ſimilabo homines generationis hujus ? & cui ſunt ſimiles ?* Tollunt pariter in principio, *Ait autem Dominus*, codd. S. Germ. 2. Corb. S. Mart. Turon. Maj. Mon. & S. Gat. E contrario S. Germ. 1. præfert iſtud, *Ait autem Dominus* ; delet verò ult. *& cui ſimiles ſunt ?* Corb. hab. *& cui ſimilis eſt ?* Græc. hod. Vulgatæ ſuffragatur, niſi id exceperis, ὁμοιώσω, *ſimilabo*, pro *ſimiles dicam* : à Mſs. autem pleriſque abeſt initio, Εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

℣. 32. Mſ. Corb. *Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, dicentes : Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis : lamentavimus vobis, & non ploraſtis*. Cantabr. *Similes ſunt infantibus qui in foro ſedentibus, & adloquentibus invicem, dicentibus : Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis : lamentavimus, & non ploraſtis*. Cæteri codd. Vulgatæ accinunt, præter S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. qui ambo voce *tibiis* carent. Gr. Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε· al. deeſt ult. ὑμῖν. Ambroſ. l. 6. in Luc. 1385. b. *Cantavimus vobis, & non ſaltaſtis : lamentavimus, & non ploraſtis* : ſimiliter l. de Elia, c. 20. col. 558. e. & in Pſ. 118. col. 1052. d. & l. 2. de pœnit. col. 426. b. & epiſt. 58. col. 1014. d. Hieron. verò in Eccleſ. to. 2. 731. c. *Lamentavimus vobis, & non planxiſtis : cantavimus, & non ſaltaſtis*. Apud Auguſt. quæſt. 11. in Luc. to. 3. 253. a. ut in Vulg.

℣. 33. Mſ. Corb. textui Colbert. congruit, addita conjunct. *enim*, poſt *Venit*. Similiter habet Cantabr. præter verbum *edens*, loco *manducans*. S. Germ. ambo, Maj. Mon. & S. Gat. Vulgatæ pares ; ſicut etiam Græc. ſed Mſ. unus initio delet γάρ ; ut & alii quidam inf. ἄρτον, & οἶνον. Auguſt. l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 303. d. conſentit cum Vulgata.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Venit filius hominis edens, & bibens, & dicitis : Ecce homó manducator, & vini potator ; amicus public.* &c. S. Gat. *Ecce homo voratur* ; Maj. Mon. *vorator*. Corb. & S. Germ. ambo, ut in Vulg. Græcum textui Colb. favet : Mſ. tamen cod. unus, loco λέγετε, habet, λέγουσι ; alius loco Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης, ponit Δαιμόνιον ἔχει, καὶ ἄνθρωπός ἐστι φάγος· unde Ambroſ. l. 5. in Luc. 1359. f. legit : *Venit enim filius hom. manducans, & bibens, & dicunt : Dæmonium habet*. Auguſt. verò l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 303. d. *Venit enim fil. hom. manducans, & bibens, & dicitis : Ecce homo vorax, & vinarius ; amicus public. & peccatorum*.

℣. 35. Ita ferunt Mſs. S. Germ. ambo, cum Corb. & S. Gat. Sic etiam Cantabr. deleta voce *omnibus*. Maj. Mon. hab. *ab omnibus à filiis ſuis*. Gr. ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων· ſed à Mſs. pluribus abeſt πάντων. Iren. l. 1. c. 8. p. 40. c. legit : *Juſtificata eſt ſapientia à filiis ejus*. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1085. f. *Juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis* : at l. 6. in Luc. 1385. d. legit, *ab omnibus filiis ſuis* : ſubinde addit : *Plerique Græci ſic habent : Juſtificata eſt ſap. ab omnibus operibus ſuis*.

℣. 36. Mſs. Corb. & S. Germ. 1. *Rogavit autem illum quidam Phariſæus*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Rogavit autem illum quidam Phariſæorum ut manducaret cum eo. Et*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.

Matth. 26. 7. Marc. 14. 3. Joan. 11. 2. & 12. 3.

37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti :

38. & stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.

39. Videns autem Pharisæus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens : Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum : quia peccatrix est.

40. Et respondens Jesus, dixit ad illum : Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait : Magister, dic.

41. Duo debitores erant cuidam feneratori : unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.

42. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit ?

43. Respondens Simon dixit : Æstimo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei : Rectè judicasti.

44. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni :

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi recubuit.

37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, cùm cognovisset quoniam in domo Pharisæi recubuit, attulit alabastrum unguenti :

38. & stans retro ad pedes ejus flens, lacrymis suis lavit pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & ungebat unguento.

39. Videns autem Pharisæus, qui eum invitaverat, dixit apud semetipsum dicens : Hic si esset propheta, sciret forsitan, quæ mulier, & qualis est, quæ eum tetigit : quia peccatrix est.

40. Et respiciens Jesus, dixit Simoni : Simon, habeo tibi aliquid dicere. Ille autem ait : Magister, dic. Dixit ergo Jesus :

41. Duo debitores erant cuidam feneratori : & unus debebat denarios quingentos, alius autem denarios quinquaginta.

42. Et cùm non haberent unde redderent, utrisque donavit. Quis igitur eum plus amavit ?

43. Respondens Simon dixit : Arbitror quia cui plus donavit. Ipse itaque dixit ei : Rectè judicasti.

44. Et conversus ad mulierem, dixit : Simon,

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*intrans in domum Pharisæi recubuit.* Huic etiam Ms. Græcum favet. Ambros. epist. 41. col. 957. b. legit : *Rogavit quidam Pharisæus Dominum Jesum ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.*

℣. 37. Ms. Cantabr. *Et ecce mulier in civitate peccatrix, sciens quoniam in domo Pharisæi recumbet, accipiens unguenti alabastrum.* Corb. cum S. Germ. 1. *ut cognovit quòd recubuit in domo*, &c. quæ in Vulg. Gr. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ, ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ...... κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου· al. deest hoc, ἥτις ἦν. Ambros. epist. 41. col. 957. b. *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quòd Jesus accubuit in domo Pharisæi, adtulit alabastrum unguenti :* similiter l. 6. in Luc. 1386. e. ad hoc usque, *ut cognovit.*

℣. 38. Ms. Cantabr. *& stans retro ad pedes ejus plorans, lacrymis implevit pedes ejus, & capillis capitis sui extersit, & osculabatur... & unguebat unguento.* S. Germ. 1. *& stans retro secus pedes ejus, lacrymis rigabat pedes ejus, & capillis suis tergebat*, &c. Similiter habet Corb. *& lacrymis rigabat.* Alii Vulgatæ consentanei. Gr. καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, &c. ut in Vulg. Ms. unus tollit τῆς κεφαλῆς, post *capillis.* Ambros. epist. 41. col. 957. b. *& stans, retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus.* Auct. l. ad Novatian. p. 438. f. hæc habet : *quæ stetit ad pedes Domini, & lacrymis suis lavit pedes ejus, & capillis extersit, & oscula infixit.*

℣. 39. Ms. Cantabr. *Videns autem Pharisæus, ad quem recumbebat, dixit intra se : Hic si esset propheta, sciebat utique, quis, & qualis mulier, quæ tangit eum : quia peccatrix est.* S. Germ. 1. *Videns autem Pharisæus, qui rogaverat eum, ait intra se dicens : Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis mulier esset, quæ tangit eum*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *scisset utique, quæ, & qualis mulier, quæ*, &c. Sangerm. 2. *sciret utique, quæ, & qualis mulier esset, quæ*, &c. Corb. ut in Vulg. deleto uno *est*, post *qualis.* Ita quoque in Græco est. Apud Ambros. l. 4. de interpel. Dav. c. 5. col. 667. b. *Hic si esset propheta, sciret utique*, &c. quæ in Vulg. similiter l. 6. in Luc. 1389. b. præter hoc, *Si esset hic propheta ;* omissoque in fine, *quia peccatrix est.* Apud August. in Joh. 1. to. 3. 350. c. *ait apud se : Hic si esset propheta, sciret, quæ mulier illi pedes tetigisset :* & in Psal. 140. to. 4. 1567. a. necnon serm. 99. to. 5. 521. d. *dixit apud semetipsum : Hic si esset propheta, sciret, quæ mulier illi accessit ad pedes.* S. Paulin. epist. 23. p. 147. b. *Hic si esset propheta, sciret utique, quæ esset mulier, quæ eum tangit.* Auct. l. ad Novatian. p. 438. f. *Hic si esset propheta, sciret, quæ, & qualis esset ista mulier, quæ eum tangit : quia peccatrix est.*

℣. 40. Ms. Cantabrig. *Et respondens Jesus, dixit ad eum : Simon, habeo tibi quod dicere. At ille dixit : Magister, dic. At ille dixit.* Alii cod. Vulgatæ patrocinantur, & Græco. August. in Psal. 100. to. 4. 1087. g. legit : *Simon, habeo aliquid tibi dicere.* Auctor l. ad Novatian. p. 438. *Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille respondit, dicens : Magister, dic :* deinde, *Et Dominus.* Mss. quidam Græci loco *Et Dominus*, ferunt Ὁ δὲ εἶπε.

℣. 41. Ms. Cantabr. textui Colbert. consentit, detracta tantùm conjunct. &, ante *unus.* Cæteri codd. ut in Vulgata : cui etiam Græcum favet, nisi quòd hab. ὁ δὲ ἕτερος, loco, *& alius ;* Mss. quidam subdunt δηνάρια. Ambros. l. de Tob. c. 22. col. 619. c. *Duo erant debitores uni feneratori : unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta :* at l. de apol. Dav. col. 688. e. *Duo debitores erant cuidam feneratori*, &c. quæ sup. ita rursum l. 6. in Luc. 1389. c. interposito &, ante *alius.* August. tr. 7. in Joh. to. 3. 350. d. & in Psal. 100. to. 4. 1087. g. *Duo debitores erant cuid. feneratori : unus ei debebat quinquaginta denarios, alter* (al. *alius*) *quingentos :* similiter in Ps. 140. col. 1567. b. præterquam quòd primo loco ponit *quingentos*, secundo, *quinquaginta*, ut in Vulg. Auct. l. ad Novatian. p. 438. *Duo debitores erant cuidam feneratori : unus qui habebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.*

℣. 42. Ms. S. Germ. 1. *Non habentibus autem illis unde redderent, donavit utrisque : Quis ergo eum plus diligit ?* Similiter habent S. Germ. 2. & Cantabr. *diligit ;* cæt. ut in Vulg. Corb. *donavit utrisque eorum. Quis ergo eum plus diliget ?* Maj. Mon. *ampliùs diliget ?* Græc. Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει ; Mss. quidam delent δὲ initio, post ἐχόντων ; alii tollunt αὐτῶν, infra : unusque subsequens εἰπέ. Ambros. l. de Tob. c. 22. col. 619. c. & l. de apolog. Dav. col. 688. e. non differt à Vulg. August. verò tr. 7. in Joh. to. 3. 350. d. legit : *Cùm non haberent unde redderent, donavit ambobus. Quis eum plus dilexit ?* itidem in Ps. 100. to. 4. 1087. g. præter unum *dimisit*, pro *donavit :* at ser. 99. to. 5. 521. d. habet *donavit*, &c. quæ supra : & in Ps. 140. col. 1567. b. *Cùm non haberent ambo unde redderent, donavit ambobus. Quæro abs te, inquit, quis eum plus dilexit.* Auctor l. ad Novatian. p. 438. *Cùm non haberent unde solverent, ambobus donavit. Et interrogavit : Quis illorum plus diligit ?*

℣. 43. Ms. Cantabr. *Respondens Simon dixit : Suspicor quoniam cui plus donavit. At ille dixit illi*, &c. S. Germ. 1. *Æstimo quia is, cui plus davit*, &c. statim Corb. *At Jesus dixit ei*, &c. quæ in Vulg. Gr. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν· Ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, &c. al. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν. Ambros. l. de Tob. c. 22. col. 619. c. *Respondens Simon Pharisæus dixit : Æstimo quia is, cui plus donavit :* paulòque post, *Rectè judicasti ;* similiter epist. 41. col. 958. e. Augustinus tract. 7. in Joh. to. 3. 350. d. *Et ille : Credo Domine, cui plus donavit :* deinde, *Et conversus*, &c. itidem in Ps. 100. to. 4. 1087. g. detracto primo *Et ille :* at in Ps. 140. col. 1567. b. habet : *Et ille respondit : Credo Domine, quia ille, cui plus donavit :* dein, *Et conversus*, &c. omissis intermediis : vide etiam serm. 99. to. 5. 521. d. Auctor l. ad Novatian. p. 438. legit : *Et respondit Simon : Utique ille, cui plus donavit :* mox ita : *Et adjecit dicens : Vides*, &c. de ℣. seq.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Et conversus...... dixit Simoni : Videt*

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. vides istam mulierem? Introivi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis suis lavit pedes meos, & capillis suis extersit.

45. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo introivi, non cessavit osculando pedes meos.

46. Oleo non unxisti caput meum: hæc autem unguento unxit.

47. Propter quod dico tibi: Dimittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

48. Et dixit ad illam: Mulier, dimissa sunt tibi peccata.

49. Et cœperunt qui pariter recumbebant, dicere secum: Quis est hic, qui peccata dimittit?

50. Dixit autem Jesus ad mulierem: Fides tua te salvavit: vade in pace.

### VULGATA NOVA.

Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit.

45. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos.

46. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos.

47. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

48. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Matth. 9. 2.

49. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

50. Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*hanc mul. Introivi in domum tuam, & aquam in pedes mihi non dedisti: hæc autem lacrymis inrigavit mihi pedes, & capillis suis extersit.* S. Germ. 1. *dixit Simoni, videns hanc mul. Intravi.... aquam in pedibus mihi non dedisti*, &c. quæ in Vulg. Similiter hab. Corb. *aquam in pedibus mihi non dedisti;* deinde, *hæc autem lacrymis suis rigavit*, &c. ut in Vulgata. Gr. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε· Mss. plures adimunt τῆς κεφαλῆς. Ambros. ep. 41. col. 959. a. *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis suis rigavit pedes meos:* & l. 6. in Luc. 1388. b. *lacrymis suis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit.* August. tract. 7. in Joh. to. 3. 350. d. *Et conversus ad mul. dixit Simoni: Vides istam mul. Intravi in dom. tuam, aquam mihi ad pedes non dedisti: illa autem lacrymis lavit pedes meos, & capillis suis tersit:* similiter habet in Ps. 100. to. 4. 1088. a. præter unum *ista*, pro *illa;* paulòque post jungit pronom. *suis*, voci *lacrymis:* at serm. 99. to 5. 521. d. legit: *hæc lacrymis suis lavit mihi pedes, & capillis suis tersit:* & in Ps. 140. col. 1567. ita vocum posteriorum immutat ordinem: *Et conversus ad mul. dixit ad Simonem; Vides istam mul. Introivi in domum tuam, osculum mihi non dedisti: illa autem........ Aquam mihi ad pedes non dedisti: illa lacrymis suis lavit mihi pedes. Oleum mihi*, &c. Item Auctor l. ad Novatian. p. 438. *Et adjecit dicens: Vides istam mulierem? Intravi in domum tuam, osculum mihi non dedisti: hæc autem..... Pedes meos non lavasti: hæc autem lacrymis suis lavit, & capillis extersit. Oleo pedes meos*, &c.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Osculum mihi..... hæc autem ex quo introivi, non cessavit osculans mihi pedes.* S. Germ. Corb. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant; necnon S. Gat. nisi quòd scribit *cessit*, pro *cessavit*. Gr. ἀφ' ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας· Mss. quidam ferunt εἰσῆλθεν, non εἰσῆλθον. Ambros. epist. 41. col. 959. f. *Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravi, non cessavit osculari pedes meos:* similiter l. 6. in Luc. 1388. e. ab hoc, *ex quo intravi:* vide etiam l. de Isaac, c. 3. col. 359. c. Augustinus tr. 7. in Joh. to. 3. 350. e. *Osculum mihi non dedisti: illa non destitit pedes meos osculari:* & in Psalm. 140. to. 4. 1567. c. *Osculum mihi non dedisti: illa autem non intermisit pedes meos osculari:* & serm. 99. to. 5. 521. d. *illa ex quo ingressa est, non cessavit osculari pedes meos.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 599. a. *Osculum mihi, & aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos.* Auctor l. ad Novatian. p. 438. *Osculum mihi..... hæc autem non cessavit osculando pedes meos.*

℣. 46. Ms. Cantabr. cum textu Colbert. concinit, nisi quòd ponit *caput meum*, ante *non unxisti*. Corb. verò legit: *Oleo non unxisti pedes meos: hæc autem unguento unxit.* S. Germ. 1. *Oleo non unxisti caput meum*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. nil omnino discrepant à Vulg. cui etiam Græcum consonat: Mss. tamen quidam omittunt in fine μου τοὺς πόδας. August. tract. 7. in Joh. to. 3. 350. e. *Oleum mihi non dedisti: illa pedes meos unxit unguento:* & in Psal. 140. to. 4. 1567. c. *Oleum mihi non dedisti: illa unxit unguento:* at serm. 99. to. 5. 521. d. concordat cum Vulg. sicut etiam Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 599. a. Auctor verò l. ad Novatian. p. 438. legit: *Oleo pedes meos non unxisti: hæc autem unxit. Propter quod*, &c.

℣. 47. Ms. Corb. *Propter quod dico vobis: Remissa sunt illi multa, quoniam*, &c. ut in textu. S. Germ. 1...... *dico tibi: Remittentur ei peccata, quoniam...... Cui autem minus dimittuntur, minus diligit.* Cantabr. simpliciter hab. *Propter quod dico tibi: Dimittentur illi multa;* prætermissis aliis. Græc. Οὗ χάριν λέγω σοι· Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ. Ὧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ· Armen. Ὅτι ᾧ πολὺ ἀφίεται, πολὺ ἀγαπᾷ. Cyprian. l. 3. Testim. p. 328. c. *In Evangelio κατὰ Lucam*, inquit, *Cui plus dimittitur, plus diligit: & cui minus dimittitur, modicùm diligit.* Ambrosius l. de Jos. c. 3. col. 488. c. *Propter quod dico tibi: Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minus diligit:* similiter ep. 40. col. 953. d. præter hoc, *peccata ejus multa*, loco *ei peccata multa:* itidem l. de Isaac, c. 8. col. 381. b. & l. de Tob. c. 22. col. 619. e. & l. de apol. Dav. col. 692. b. necnon l. 1. & 2. de pœnit. col. 414. b. 431. a. at l. de Isaac, c. 3. col. 359. c. *Et ideo remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multùm:* item in Ps. 37. col. 819. f. addit: *Quoniam cui plus dimittitur, plus diligit:* & l. 3. de Spir. S. col. 692. b. *Quia cui multum dimittitur, plus diligit.* August. tract. 7. in Joh. 350. e. *Propterea dico tibi: Dimittuntur ei peccata multa, quon. dilexit multùm. Cui autem modicum dimittitur, modicùm diligit:* eadem rursus habet serm. 99. to. 5. 521. d. præter hoc 1. *Ideo dico*, absque *tibi:* item in Joh. 11. to. 3. col. 620. f. *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm:* & in Job, 670. b. *Cui medicum dimittitur, modicùm diligit.* Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. col. 559. a. *Cui pusillum dimittitur, minus diligit.* Sedulius Scot. in epist. ad Rom. p. 511. e. *Cui plus dimittitur, amplius diligit.* Auctor l. ad Novatian. p. 438. *Propter quod dico tibi, Simon: Quia remittuntur illi peccata ejus.*

℣. 48. Ms. Corb. *Et ait illi Jesus: Remissa sunt tibi peccata tua.* S. Germ. 1. *Dixit autem ad illam Jesus: Remissa sunt tibi peccata.* Cantabr. *Dixit autem ei: Dimissa sunt tibi peccata.* S. Gat. *Dixit autem ad illam Jesus: Remittuntur tibi peccata tua.* Gr. Εἶπε δὲ αὐτῇ· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι· al. Ἀφέωνταί σοι. Ambros. in Ps. 118. col. 1002. d. *Dimissa sunt tibi peccata:* & inf. 1016. f. *Dimissa sunt tibi peccata tua.* Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 366. b. *Dimittuntur tibi peccata.* Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. col. 599. a. *Et conversus ad mulierem, dixit: Dimissa sunt tibi peccata tua.*

℣. 49. Ms. Cantabr. *Et cœperunt qui simul recumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui & peccata dimittit?* Itidem in Ms. S. Gat. excepta conjunct. *etiam*, loco &. Sic iterum in S. Germ. 1. præter unum *discumbebant;* Maj. Mon. *decumbebant.* Gr. Cantabrigiensi favet. Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 366. b. legit: *Quis est hic, qui peccata dimittit?*

℣. 50. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad mulierem: Mulier, fides tua te salvam fecit*, &c. Cæteri codd. Vulgatæ consonant, sicut & Græcum, nisi quòd hab. in fine, εἰς εἰρήνην, & Ms. S. Germ. 1. *in pacem.* Ambros. epist. 41. col. 957. b. *Fides tua te salvam fecit: vade in pace.* Similiter Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 366. b.

Digitized by Google

# CAPUT VIII.

## VULGATA NOVA.

1. ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per civitates, & castella, prædicans, & evangelizans regnum Dei : & duodecim cum illo,

2. & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus : Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, *Matth. 16. 9.*

3. & Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

4. Cùm autem turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem :

5. Exiit qui seminat, seminare semen suum : & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. *Matth. 13. 3. Marc. 4. 3.*

6. Et aliud cecidit supra petram : & natum aruit, quia non habebat humorem.

7. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocaverunt illud.

8. Et aliud cecidit in terram bonam : & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat : Qui habet aures audiendi, audiat.

9. Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola.

10. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis : ut videntes non videant, & audientes non intelligant. *Isai. 6. 9. Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.*

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

1. ET factum est in sequenti, ut ipse circuiret civitates, & castella, prædicans, & annuntians regnum Dei : & illi duodecim discipuli cum eo,

2. & mulieres quædam, quæ fuerant curatæ ab spiritibus immundis, & infirmitatibus : & Maria, quæ vocatur Magdalene, ex qua dæmonia exierant duodecim,

3. & Johanna Chuzæ uxor procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ & ministrabant eis de facultatibus suis.

4. Conveniente autem turba multa, & qui de singulis civitatibus exibant, dixit parabolam ad illos :

5. Exiit qui seminat, seminare : & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud.

6. Et aliud cecidit super petram : & natum exaruit, quia non habebat humorem.

7. Et aliud cecidit inter spinas, & creverunt spinæ, & suffocaverunt illud.

8. Et aliud cecidit super terram bonam, & optimam : & cùm fructificasset, fecit fructum cum centesimo. Hæc dicens clamabat : Qui habet aures audiendi, audiat.

9. Interrogaverunt autem eum discipuli, quæ sit parabola hæc.

10. Ipse itaque dixit illis : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis : ut videntes non videant, & audientes non intelligant.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Et factum est in continenti, & ipse circuibat circa civitatem, & castellum, prædicans, & evangelizans regnum Dei : & duodecim cum illo.* Ms. Maj. Mon. hab. *per civitatem, & castellum ;* ultimòque S. Germ. 1. *& discipuli cum illo.* Alii Vulgatæ consonant. Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν, καὶ κώμην, &c. ut in Vulg. Mss. quidam addunt Ἀπόστολοι, ad δώδεκα. August. l. de op. monach. to. 6. 479. e. consentit cum Vulg.

℣. 2. Ms. Cantabr. *& mulieres quædam, quæ erant curatæ à spiritibus immundis, & infirmitatibus : Maria, quæ vocabatur Magdalene, de qua vii. dæmonia exierant.* S. Germ. 1. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulg. nisi quòd priores duo delent vocem *aliquæ ;* & ultimus hab. *immundis*, pro *malignis*. Græc. Vulgatæ favet : Ms. tamen unus loco πνευμάτων πονηρῶν, hab. πνευμάτων ἀκαθάρτων· aliique inf. πολλὰ, pro ἑπτά. August. l. de op. monach. to. 6. 479. e. ut in Vulg.

℣. 3. Ms. Cantabr. *& Joana uxor Chuza procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ & ministrabant illis de substantia sua.* S. Germ. 1. scribit *Cuzi ;* S. Gat. *Chuziæ ;* Maj. Mon. *Chusiæ :* subinde Corb. hab. *quæ & ministrabant illis ;* S. Germ. 1. *quæ ministrab. eis.* Græc. καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαὶ, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς· Mss. quidam subdunt καὶ, post αἵτινες ; paulòque post multi ferunt αὐτοῖς, non αὐτῷ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 713. a. his alludens dicit : *Divites Christo mulieres adhærebant, quæ & de facultatibus suis ministrabant ei, inter quas & uxor regis procuratoris.* Aug. l. de op. monach. to. 6. col. 479. e. Vulgatæ consentit, si exceperis istud, *ministrabant eis.*

℣. 4. Ms. Cantabr. *Congregato autem populo multo, & qui ad civitatem iter faciebant ad eum, dixit parabolam talem ad eos.* S. Germ. 1. *Cùm autem turba plurima conveniret, & de civitatibus properarent ad eum, dixit similitudinem ad illos.* Corb. *Cùm autem turba convenirent, & de civitatibus advenirent multi, dixit similitudinem.* Cæteri Vulgatæ patrocinantur, nisi quòd S. Germ. 2. habet *conveniret*, pro *convenirent*. Gr. Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν, εἶπε διὰ παραβολῆς· Mss. quidam initio, Συνελθόντος δὲ, &c.

℣. 5. Mss. Corb. S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. initio ferunt, *Ecce exiit ;* reliqua ut in Vulg. Solus Corb. delet vocem *cæli*, post *volucres*. S. Germ. 1. *Ecce exiit qui seminat, seminare semen suum... & conculcaverunt illud ;* dein, *& aliud cecidit*, &c. omissis intermediis. Cantabr. *Exivit seminator seminare semen suum : & in quo seminat, aliud quidem cedit ad viam, & conculcatum est, & volatilia comederunt illud.* Gr. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam tollunt τοῦ, ante σπεῖραι. Ambros. in Ps. 36. col. 782. a. *Ecce exiit qui seminat, seminare agrum suum : & dum seminat, aliud cecidit secus viam, aliud supra petram*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 25. p. 108. f. *Exivit seminator seminare semen suum.*

℣. 6. Ms. S. Gat. *Et aliud cecidit super petrosa*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. cum Corb. *super petram :* ultimò Corb. *quia non habuit humorem.* Cantabrig. *Et aliud cecidit super petram : & cùm crevisset, aridum factum est, propter quòd non haberet humorem.* Gr...... καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. Ambros. in Ps. 36. col. 782. a. *Aliud supra petram.* Auctor op. imp. in Matth. p. 109. a. *Quædam super petram.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et aliud cecidit in medio spinarum, & cùm germinassent spinæ, suffocaverunt illud.* Alii codices Vulgatæ congruunt. Græc. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό. Auct. op. imp. ubi sup. *Quædam inter spinas.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *Et aliud cecidit super terram bonam, & uberam : & cùm germinasset, fecit fructum centuplum*, &c. quæ supra. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. nil Vulgatæ dissimiles, nisi quòd S. Germ. 1. cum Corb. hab. *exortum*, pro *ortum*. Græc. etiam Vulgatæ suffragatur. Ambros. in Ps. 36. col. 782. a. *Aliud supra terram bonam :* & in Ps. 40. col. 867. f. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Auct. op. imp. in Matth. p. 109. a. *Quædam super terram bonam.* Tertul. l. 4. advers. Marcion. p. 713. a. *Qui habet aures, audiat.* August. in Joh. 5. col. 435. e. *Qui habet aures audiendi, audiat.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *Interrogaverunt autem eum discipuli ejus*, &c. quæ in Vulgata. Corb. delet *ejus*. S. Germ. 2. Cantabr. & S. Gat. Vulgatæ favent : nec refragatur Græcum, nisi quòd subdit λέγοντες, voci *ejus*.

℣. 10. Ms. Cantabr. *At ille dixit : Vobis datum est mysterium regni Dei scire, reliquis autem in parabolis : ut videntes non videant, & audientes non audiant.* S. Germ. 1. *Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem non est datum, nisi in parabolis dicetur : ut videntes non vid.* &c. quæ in textu. Ms. S. Gat. extremò hab. *& audientes non audiant, & non intelligant.* Corb. ut in Vulgata, nisi exceperis verbum *scire*, pro *nosse*. Græc. Ὁ δὲ εἶ-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

11. Eſt verò parabola hæc ſeminantis : Semen eſt verbum Dei.

12. Qui autem ſecus viam ſeminati ſunt, hi ſunt qui audiunt verbum ; venit autem diabolus, & tollit de corde eorum verbum, ne credentes ſalventur.

13. Qui verò ſuper petram : ipſi ſunt, qui cùm audiunt, cum gaudio percipiunt verbum : & ipſi radices non habent : qui ad tempus credent, & in die tentationis recedunt.

14. Quod autem cecidit in ſpinis : hi ſunt, qui audiunt verbum, & à ſollicitudinibus divitiarum, & voluptatibus vitæ, ambulantes, ſuffocantur, & non perferunt fructum.

15. Quod verò cecidit in bonam terram : hi ſunt, qui in corde bono audiunt verbum, & retinent, & afferunt fructum cum tolerantia.

16. Nemo autem lucernam accenſam ponit ſub modium, aut ſub lectum : ſed ponit eam ſuper candelabrum, ut omnibus luceat.

17. Nihil eſt enim occultum, quod non manifeſtetur : neque obſcurum, quod non cognoſcatur, & palàm veniat.

18. Videte quomodo auditis. Quicunque enim habet, dabitur illi : & quicunque non habet, & quod putat ſe habere, auferetur ab eo.

19. Venerunt autem ad eum mater ejus & fratres videre eum, & non poterant loqui cum eo propter turbas.

20. Nunciatum eſt ergo ei : Quia mater tua, &

VULGATA NOVA.

11. Eſt autem hæc parabola : Semen eſt verbum Dei.

12. Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt ; deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant.

13. Nam qui ſupra petram : qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum : & hi radices non habent : qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

14. Quod autem in ſpinas cecidit : hi ſunt, qui audierunt, & à ſollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.

15. Quod autem in bonam terram : hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

16. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit : ſed ſupra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Matth. 5.15. Marc. 4.21.

17. Non eſt enim occultum, quod non manifeſtetur : nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palàm veniat. Matth. 10.26. Marc. 4.22.

18. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi : & quicunque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. Matth. 13.12. & 25.29.

19. Venerunt autem ad illum mater & fratres ejus, & non poterant adire eum præ turba. Matth. 12.46. Marc. 3.32.

20. Et nunciatum eſt illi : Mater tua, & fratres

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

περ· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυςήρια τῆς βασιλείας τῦ Θεῦ· reliqua ut in textu : Mſ. tamen unus ultimò addit, ϗ ἀκȣ́οντες ἀκȣ́ωσι, ϗ μὴ συνιῶσι. Vide ad Marc. 4. 12. Tertul. l. de reſurr. carn. p. 578. c. *Propterea in parabolis loquor ad eos : ut videntes non videant, & audientes non audiant.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. d. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Dei.* Ambroſiaſt. col. 158. a. *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, illis autem non : ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Vide ad Matth. 13. 11.

℣. 11. Vulgatæ accinunt Mſs. S. Germ. Corb. Cantabrig. S. Gat. &c. unà cum Græco. Tertul. l. de præſcr. c. 31. p. 337. a. alludens ait : *Verbum Dei ſeminis ſimilitudo eſt.* Zeno Veron. l. 2. tr. 14. p. 185. *Semen eſt verbum Dei.*

℣. 12. Mſ. S. Germ. 1. *Qui autem ſecus viam, ſunt qui audiunt*, &c. quæ in Vulg. Corb. *Qui autem ſecus viam ſunt, hi ſunt qui audiunt ; venit autem diabolus*, &c. ut in Vulg. Itidem Mſ. Maj. Mon. præter hoc, *deinde venit*, pro *venit autem.* S. Gat. *Qui autem ſecus viam ſunt ſeminati, hi ſunt*, &c. Cantabr. *Qui autem ad viam, ſunt qui audiunt ; quorum venit diabolus, & tollit à corde eorum verbum, ut non credentes ſalvi fiant.* Græcè ut in Vulg. detracto uno *hi*, poſt *viam.* Apud Zenon. Veron. l. 2. p. 185. *Qui autem juxta viam ſunt, hi ſunt qui audiunt verbum ; & venit diabolus, & tollit de corde verbum illorum, ne credentes ſalvi fiant.* Ambroſiaſt. col. 67. a. *venit diabolus, & tollit quod ſeminatum eſt in cor illorum, ne ſalvi fiant.*

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Qui autem ſuper petram : qui cùm audierunt, cum gaudio accipiunt verbum : & radicem non habent*, &c. quæ in Vulg. Corb. *Nam qui ſuper petram : hi ſunt, qui cùm audierint, cum gaudio accipiunt verbum : & hi radices non habent : qui ad tempus credunt*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. ſcribunt *radicem.* Græc. Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας· οἳ ὅταν ἀκȣ́σωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον· ϗ ȣ̃τοι ῥίζαν ȣ̓κ ἔχȣσιν· οἳ πρὸς καιρὸν πιςεύȣσι, &c. Mſ. 1. ὅτι πρὸς καιρόν.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *Quod autem in ſpinas cecidit : hi ſunt, qui audierunt, & à ſollicitudinibus divitiarum, & ſuavitati, abientes, ſuffocantur, & non adferent fructum.* Sangerm. 1. *Quod autem inter ſpinas cecidit : hi ſunt, qui audierunt verbum, & à ſollicitudinibus, & divitiis, & volupt. vitæ, euntes, ſuffocaverunt, & non ferunt fructum.* S. Germ. 2. *Quod autem in ſpinis cecidit*, &c. ut in Vulg. ſubinde Corb. *euntes, ſimul ſuffocantur*, &c. Maj. Mon. ultimò, *& non fecerunt fructum.* Græcum Vulgatæ reſpondet : Mſs. tamen quidam pro ἀκȣ́σαντες, legunt ἀκȣ́οντες ; Armen. addit τὸν λόγον.

℣. 15. Mſ. Corb. *Quod autem in bonam terram : hi ſunt, qui in corde bono audientes, verbum retinent, & fructum afferent per patientiam.* Similiter habet S. Germ. 1. *per patientiam* ; S. Germ. 2. *in patientiam.* Cantabr. *Quod autem in terram bonam : hi ſunt, qui in corde bono audientes, verbum Dei continent, & fructificant in ſufferentia.* Gr. Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ· ȣ̃τοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ ϗ ἀγαθῇ ἀκȣ́σαντες τὸν λόγον κατέχȣσι, &c. ut in Vulg. Ambroſius in Pſ. 36. col. 782. a. *Quod autem ſupra terram bonam : ii ſunt, qui in corde bono audientes verbum retinent, & fructum adferunt per patientiam.*

℣. 16. Mſ. Corb. *Nemo autem lucernam accenſam operit vaſo, aut ſub lectum ponit : ſed ponit eam ſupra candelabr. ut intrantes videant lumen.* Maj. Mon. *lucernam accenſam operit eam vaſo*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *lucernam accendens, coperit eam vaſo..... ut qui intrant, videant lumen.* S. Germ. 2. *videant lucem.* Græcè ut in Vulgata ; cui etiam patrocinatur Auguſt. quæſt. 12. in Luc. to. 3. 253. f. Arnob. verò Afr. annot. in Evang. p. 334. a. legit : *Nemo lucernam accendet, & ponet ſub modio, aut ſub vaſo : ſed ſuper candelabrum ponet eam, ut omnes qui ingrediuntur, videant.* Vide ſis Hilar. in Pſ. 118. col. 302. b. necnon Auguſt. to. 2. 424. e. & to. 5. 227. e.

℣. 17. Mſ. Corb. *Non eſt enim occultum..... nec abſconſum, niſi cognoſcatur, & in*, &c. Cantabr. *Non eſt enim abſconſum, quod non in palàm venit : nec occultum, ſed ut ſciatur, & in palàm veniet.* Cæteri codd. Vulgatæ conſimiles. Græc. Οὐ γάρ ἐςι κρυπτὸν, ὃ ȣ̓ φανερὸν γενήσεται· ȣ̓δὲ ἀπόκρυφον, ὃ ȣ̓ γνωσθήσεται, ϗ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Iren. l. 1. p. 4. a. *Nihil enim eſt coopertum, quod non manifeſtabitur : & nihil abſconſum, quod non cognoſcetur.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 920. f. cum Auguſt. l. 2. de Gen. to. 1. 678. c. *Nihil eſt occultum, quod non manifeſtabitur :* Ambroſ. infra, *neque opertum, quod non revelabitur.* Hieron. in Iſai. 26. to. 3. 226. a. *Nihil occultum, quod non revelabitur : & abſconditum, quod non manifeſtetur.*

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Videte ergo quomodo auditis. Qui enim habet, dabitur ei : & qui non habet, tolletur ab eo & quod putat ſe habere.* Corb. *Videte quomodo audiatis*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *auditis.* Alii Vulgatæ congruunt. Gr. Βλέπετε ȣ̃ν πῶς ἀκȣ́ετε. Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· ϗ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, ϗ ὃ δοκεῖ ἔχειν, &c. Tertul. l. de fuga in perſ. p. 973. a. *Qui habet, dabitur ei : ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur :* & l. 4. adverſ. Marc. p. 713. b. *Et qui habet, dabitur : ab eo autem qui non habet, etiam quod habere ſe putat, auferetur ei.*

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Advenit autem ad eum mater ejus, & fratres ejus, & non poterant contingere ei propter turbam.* Cæteri codd. Vulgatæ accedunt, niſi quòd S. Germ. 1. habet *ire ad eum*, pro *adire eum* ; S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *adire ad eum.* Gr. Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ ϗ οἱ..... ϗ ȣ̓κ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

℣. 20. Mſ. Corb. cum S. Germ. 1. *Nunciatum eſt autem*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

tui stant foris, volentes te videre.

21. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

Matth. 8. 23. Marc. 4. 36. 22. Factum est autem in una dierum: & ipse ascendit in naviculam, & discipuli ejus, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.

23. Et navigantibus illis, obdormivit, & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur.

24. Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpavit ventum, & tempestatem aquæ, & cessavit: & facta est tranquillitas.

25. Dixit autem illis: Ubi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?

26. Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.

27. Et cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

28. Is, ut vidit Jesum, procidit ante illum:

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

fratres tui foris stant, volentes te videre.

21. Ipse autem respondens, dixit illis: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

22. Factum est autem in una dierum: ipse ascendit in navem, & discipuli ejus, & dixit ad illos: Transfretemus hoc stagnum. Et levaverunt.

23. Navigantibus autem illis, obdormivit, & descendit procella venti in stagnum, & complebatur fluctibus navicula, & periclitabatur.

24. Accesserunt autem, & excitaverunt illum, dicentes: Magister, perimus. Ille autem surrexit, & imperavit vento, & tempestas aquæ cessavit: & facta est tranquillitas.

25. Dixit autem illis: Ubi est fides vestra? Et timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis est hic, qui & ventis imperat & mari, & obaudiunt illi?

26. Enavigaverunt autem ad regionem Gerassenorum, quæ est contra Galilæam.

27. Et cùm exisset ad terram, occurrit illi vir quidam de civitate, qui habebat dæmonium temporibus multis, & vestimentum non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

28. Cùm vidisset autem Jesum, prostravit se ei:

## Notæ ad Versionem antiquam.

*illi: Quia mater tua*, &c. ut in textu. S. Gat. *Et nunciatum est illi: Ecce mater tua*, &c. Cantabrig. *Nunciatum est autem ei: Quia mater tua, & fratres tui foras stant, quærentes te.* Gr. Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· Ἡ μήτηρ σου, &c. Mss. quidam, Ἀπηγγέλη δέ· alii delent λεγόντων. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 713. b. ait illi annuntiatum, *quòd mater, & fratres ejus foris starent, quærentes videre eum:* vide etiam l. 3. p. 673. b.

℣. 21. Ms. Cantabr. *At ille respondens, dixit eis*, &c. ut supra. Corb. *Qui respondit, & dixit ad eos: Mater, & fratres mei*, &c. S. Gat. *hi sunt, qui verbum audiunt, & faciunt.* Gr. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε πρὸς αὐτούς· Μήτηρ μου, καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν· Mss. quidam tollunt μου, post Μήτηρ; sicut alii plures, αὐτὸν, post ποιοῦντες. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 713. b. c. partim ex Matth. 12. 48. *Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?* paulòque post, *nisi qui audiunt verba mea, & faciunt ea?* Ambrof. l. 8. in Luc. 1489. f. *Quæ mihi mater, aut fratres? Mater, & fratres mei hi sunt, qui audiunt verbum Dei, & faciunt:* similiter l. 6. in Luc. 1392. c. ab his, *Mater, & fratres:* item l. de fuga sæc. c. 2. col. 420. e. *Mater mea, & fratres mei ii sunt, qui audiunt verbum Dei, & faciunt.* Hieron. epist. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 8. b. *Mater mea, & fratres mei hi sunt, quicunque faciunt voluntatem patris mei, qui in cælis est:* vide Matth. 12. 49.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Factum est autem in una dierum: ascenderunt eum in navem, & discipuli ejus, & dixit ad eos: Pertranseamus in contra stagnum. Et navigarunt.* Corb. *Transfretemus trans stagnum. Et levaverunt.* Cæteri ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν· καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον...... Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης. Καὶ ἀνήχθησαν· Mss. quidam ipso initio ferunt, Ἐγένετο δέ.

℣. 23. Mss. S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. textui Colb. congruunt, nisi quòd S. Gat. cod. habet *dormivit;* alii verò tres *periclitabantur.* Corb. *Navigantibus autem illis, obdormivit, & descendit procella venti, & complebatur fluctibus navicula, & periclitabantur.* Similiter S. Germ. 1. præter hoc, *& implebatur à fluctibus.* Cantabr. *Navigantibus autem illis, obdormivit, & descendit procella venti multa in stagnum, & complebatur, & periclitabantur.* Græcè ut in Vulg. posito δὲ, post *Navigantibus*, loco præcedentis *Et:* Ms. autem unus non multò post hab. συνεπληροῦτο τὸ πλοῖον, loco συνεπληροῦντο.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Accedentes autem excitaverunt eum, dicentes: Domine, Domine, perimus. At ille surgens, imperavit vento, & undæ, & cessaverunt: & facta est tranquillitas.* S. Germ. 2. & Maj. Mon. *tranquillitas magna.* S. Germ. 1. Corb. & S. Gat. ut in Vulg. nisi quòd Corb. interponit vocem *discipuli*, post *Accedentes autem.* Gr. Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες· Ἐπιστάτα, Ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς, ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος, καὶ, &c. ut in textu: Mss. quidam delent unum Ἐπιστάτα; alii verò jungunt μεγάλη, ult. voci *tranquillitas.* Ambrof. l. 6. in Luc. 1393. b. legit cum Vulg. *At ille surgens, increpavit ventum.* Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 749. a. *Et surgens, increpavit vento, & mari: & facta est tranquillitas magna.*

℣. 25. Ms. Cantabr. *Dixit autem..... Timentes autem, mirabantur, dicentes ad invicem: Quisnam hic est, quoniam & ventis imperat & aquæ, & obaudiunt ei?* S. Germ. 1. *Qui timentes, mirati sunt, dicentes ad invicem: Quis putas est hic, quia & ventis imperat & mari*, &c. Corb. *Et timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quisnam est hic, quia & ventis & mari imperat*, &c. S. Germ. 2. *& ventis imperavit & mari, & oboediunt ei?* Græc. Φοβηθέντες δὲ, ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 713. c. *Quis autem iste est, qui & ventis & mari imperat?* Juvencus l. 2. p. 61. d.

*Illi inter sese timidis miracula miscent*
*Colloquiis, quæ tanta illi permissa potestas,*
*Quodve sit imperium, cui sic freta concita ventis,*
*Erectæque minis submittant colla procellæ.*

℣. 26. Textui Colb. favent Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. Cantabr. verò habet: *Devenerunt autem in regionem*, &c. Græc. Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, &c. al. Γερασηνῶν. Vide Millii not. in hunc loc. Juvencus l. 2. p. 61. d.

*Jam Gerasenorum steterat sub littore puppis.*

℣. 27. Ms. Corb. *Et cùm egressus esset, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæm. jam temporibus multis, & vestimentum non induebatur*, &c. ut supra. S. Germ. 1. delet adverb. *jam*, scribitque *vestimentum.* Cantabr. *Et exierunt in terram, & obviavit illi vir de civitate, qui habebat dæmonia à temporibus multis, qui tunicam non induebatur, & domo non manebat, sed*, &c. Gr. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, &c. Observat Erasmus nullibi reperisse se apud Latinos additum *de civitate*, quod in Græco legitur: at ipsi contradicunt Mss. duo Colb. & Cantabr. Quòd autem additamentum hoc historiæ malè cohærere existimet Grotius, & idcirco à Vulgata detractum, quòd non ex urbe, sed ex locis montanis, monumentisque venerit dæmoniacus iste, non omnino congruens est, siquidem, ut & ipse notat, ἀνὴρ ἐκ τῆς πόλεως, non est qui ex urbe venerit id temporis, sed qui in urbe natus, atque educatus fuerit. Vide sis Millii not. in hunc loc. Ambrof. l. 6. in Luc. col. 1394. b. legit: *qui multis temporibus agebatur.* Vide etiam August. quæst. 13. in Luc. to. 3. 253. g. Juvencus l. 2. p. 61. d. eadem sic reddit:

*Ecce sed egresso juvenis, mirabile dictu,*
*Occurrit, miseram cui mentem spiritus ater*
*Horrenda implebat lacerans virtute furoris:*
*Illi grata domus tetris habitare sepulcris.*

℣. 28. Ms. S. Germ. 1. *Ille autem cùm vidit Jesum, procidit*, &c. ut in Vulg. deleta voce *Dei*, ante *Altissimi.*

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. & exclamavit voce magna, dicens : Quid mihi, & tibi est Jesu Fili Dei Altissimi ? oro te, ne me torqueas.

29. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus invaserat illum : alligabatur etenim catenis & compedibus ut custodiretur, & disrumpebat vincula : agebatur enim à dæmonio in loco deserto.

30. Interrogavit autem eum Jesus : Quid tibi nomen est ? At ille dixit : Legio nomen est mihi : multa enim fuerant dæmonia.

31. Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent.

32. Erat autem ibi grex porcorum pascentium : & rogaverunt illum, ut in porcos introirent. Et permisit illis.

33. Cùm exissent autem dæmonia ab homine, introierunt in porcos : & impetu abiit grex porcorum per præceps in mari, & suffocati sunt.

34. Cùm vidissent autem qui pascebant quod factum est, fugerunt, & nunciaverunt in civitate, & in agris.

35. Exierunt autem de civitate videre quod factum est, & venerunt ad Jesum : & invenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, & sana mente, ad pedes Jesu, & timuerunt.

36. Nunciaverunt enim illis qui viderant, quomodo sanus esset factus :

37. & rogaverunt Jesum omnis multitudo regionis Gerassenorum ut discederet ab eis : timore enim magno continebantur. Ipse autem ascendens in naviculam, reversus est.

VULGATA NOVA.

& exclamans voce magna, dixit : Quid mihi, & tibi est Jesu Fili Dei Altissimi ? obsecro te, ne me torqueas.

29. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta.

30. Interrogavit autem illum Jesus, dicens : Quod tibi nomen est ? At ille dixit : Legio : quia intraverant dæmonia multa in eum.

31. Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent.

32. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte : & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.

33. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos : & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.

34. Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciaverunt in civitatem, & in villas.

35. Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Jesum : & invenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes ejus, & timuerunt.

36. Nunciaverunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione :

37. & rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis : quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens navim, reversus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Maj. Mon. habet, *Jesu Christe Fili Dei Altissimi.* Cantabr. *Videns autem Jesum, exclamavit voce magna, & dixit : Quid mihi, & tibi Fili Altissimi ? rogo te, ne me torqueas.* Corb. S. Germ. 2. & S. Gat. Vulgatæ congruunt. Gr. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε· Τί ἐμοὶ, καὶ σοὶ Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ Ὑψίστου; δέομαί σου, &c. Ms. 1. delet τοῦ Θεοῦ. Hilar. l. 6. de Trin. col. 911. f. legit : *Quid mihi, & tibi est Jesu Fili Dei Altissimi ?* Ambros. l. de Elia, c. 20. col. 559. a. *Quid mihi, & tibi est Jesu Fili Dei ?*

℣. 29. Ms. Corb. *Præcipiebat enim... Multis autem temporibus arripuerat illum : nam vinctus catenis & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur in deserto loco.* S. Germ. 1. *Multis enim temporibus arripiebat illum : nam vinctus catenis & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in loca deserta.* S. Gat. *in deserta loca ;* Maj. Mon. *in deserto ;* S. Germ. 2. *in desertum.* Cantabr, *Dicebat enim dæmonio immundo : Exi ab homine. Multis enim temp. abripiebat eum : ligabatur enim catenis & comped. & custodiebatur, & disrumpebat vincula : ducebatur enim à dæmonio in desertum.* Græc. Vulgatæ satis respondet. Vide August. quæst. 13. in Luc. to. 3. 254. a. b. c. d.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Interrogavit autem eum Jesus, dicens : Quid tibi nomen est ? At ille dixit : Legio nomen mihi : multa enim erant dæmonia.* Corb. *Interrogavit illum Jesus : Quod tibi nomen est ? At ille respondens dixit : Legio : quia multi dæmones erant.* Maj. Mon. *quia multi intraverunt.* Græcè ut in Vulgata. Æthiop. tamen hoc interponit : Λεγαιὼν ὄνομά μοι. Huc redit quod Tertul. l. 4. contra Marc. p. 714. a. dicit, *in uno homine multitudinem dæmonum Legionem se professam.*

℣. 31. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, Maj. Mon. & S. Gat. Sic etiam Corb. nisi quòd hab. initio, *Rogabant autem illum.* Cantabr. *Rogabant autem ut non præciperet illis in abyssum abire.* Ita quoque in Græco est, si excipiatur Καὶ παρεκάλει, al. παρεκάλουν. Apud Ambrosium l. 1. Hexa. col. 19. c. *Rogabant Salvatorem dæmonia ne juberet illis ut in abyssum irent.*

℣. 32. Ms. Corb. *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium : & rogaverunt eum, ut in illis irent. Et permisit illis.* S. Germ. 2. *Et permisit illos.* Cantabr. *Erat autem ibi grex porcorum pascentium in montem : rogabant autem eum, ut in porcos introirent. At ille præcepit eis.* S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. ut in Vulgata ; cui etiam Græcum favet : Ms. tamen unus delet ἱκανῶν, post *porcorum.* Ambrof. l. 1. Hexa. col. 19. c. ait : *Præcepit illis ut irent in porcos.*

℣. 33. Ms. Cantabr. *Cùm exissent autem dæmonia ab homine, abierunt in porcos : abiit autem grex per præcipitium in stagnum, & suffocata est.* S. Germ. 1. *& impetu abiit grex præcipitans in stagnum.* S. Gat. *in mare ;* dein Corb. *& suffocati sunt.* Græc. Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν, &c. ut in Vulgata. Ms. unus loco λίμνην, *stagnum*, hab. θάλασσαν, *mare.* Ambros. l. 1. Hex. col. 19. c. alludens ait : *Porci autem se in stagnum aquarum præcipitarunt.*

℣. 34. Ms. S. Germ. 1. *Videntes autem qui pascebant, quod factum est, fugerunt,* &c. quæ in Vulg. Itidem in Cantabr. præter ult. *agros*, pro *villas.* Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. ut in Vulgata, nisi quòd Corb. addit *eos*, ad *pascebant.* Gr. Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον, ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Ambr. l. 6. in Luc. 1395. c. ait : *Viderunt hoc magistri gregum, & fugerunt.*

℣. 35. Ms. Cantabr. *Advenientes autem de civitate, & videntes sedentem, qui habuerat dæmonium, sobrium, & vestitum, sedent. ad pedes Jesu, timuerunt.* Corb. & S. Germ. duo Vulgatæ suffragantur, nisi quòd S. Germ. 1. hab. *quod factum esset ;* Corb. *quid factum est.* Subinde Maj. Mon. cod. *& invenerunt hominem, à quo dæmonia exierunt, vestitum, sana mente,* &c. S. Gat. *sanæ mentis ;* Græc. σωφρονοῦντα ; cæt. ut in textu Colb. detracto uno *de civitate.*

℣. 36. Ms. S. Germ. 1. *Nunciaverunt autem illis quia viderant, quomodo salvus factus est à legione.* Cantabr. *Adnuntiaverunt enim illis qui viderant, quomodo salvatus est legion.* S. Gat. *quæ viderant, & quomodo sanus,* &c. ut in Vulg. Eidem Vulgatæ S. Germ. 2. Corb. & Maj. Mon. respondent ad verbum. Gr. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς· Ms. unus delet καὶ, ante οἱ ἰδόντες ; alius extremò hab. ἀπὸ τοῦ λεγεῶνος, loco ὁ δαιμονισθείς.

℣. 37. Ms. Cantabr. *rogaverunt autem Jesum omnes & regio Gerasenorum abire ab eis : timore enim magno comprehensi erant. Ascendens autem, reversus est.* Corb. *Ipse autem ascendit in naviculam, & reversus est.* S. Germ. ambo, S. Gat. & Maj. Mon. nil omnino differunt à Vulg. cui etiam Græcum favet, si exceperis nomen Γαδαρηνῶν, loco *Gerasenorum ;* al. Γεργεσηνῶν. Ambros. l. 6. in Luc. 1395. d. e. habet : *Gerasenorum populi exeuntes de civitate...... rogabant ut discederet : quia timore magno tenebantur :* & post pauca subdit : *Ascendit, & regressus est :* subinde : *Regressus per stagnum est, ut hic ait ; aut sicut Matth. per fretum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

38. Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens:

39. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Jesus.

40. Factum est autem cùm rediisset Jesus, excepit illum turba: erant enim omnes exspectantes eum.

Matth. 9. 18. Marc. 5. 22. 41. Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Jesu, rogans eum ut intraret in domum ejus,

42. quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur.

43. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari:

44. accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus: & confestim stetit fluxus sanguinis ejus.

45. Et ait Jesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?

46. Et dixit Jesus: Tetigit me aliquis: nam ego novi virtutem de me exiisse.

47. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes ejus: & ob

VERSIO ANTIQUA.

38. Et rogavit illum vir, à quo dæmonia exierant, ut cum illo esset. Dimisit autem illum, dicens: Ex Ms. Colbert.

39. Vade in domum tuam, & enarra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per totam civitatem, & prædicabat quanta fecerat ei Jesus.

40. Factum est autem cùm redisset Jesus, excepit illum turba: erant enim omnes exspectantes eum.

41. Et cùm venisset vir, cui nomen erat Jairus, princeps synagogæ: cecidit ad pedes ejus, & rogabat eum ut introiret in domum ejus,

42. quia filia unica erat illi ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret Jesus, à turbis comprimebatur.

43. Et ecce mulier quædam erat in fluxu sanguinis annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari:

44. accedens retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus: & confestim stetit fluxus sanguinis ejus.

45. Et dixit Jesus: Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit ei Petrus, & qui cum eo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?

46. Et dixit Jesus: Tetigit me aliquis: ego enim sensi virtutem à me exisse.

47. Videns igitur mulier, quia non latuit eum, venit tremens, & procidit ante pedes illius: &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Mss. Corb. & Maj. Mon. textui Colb. respondent, interposito nomine *Jesus*, ut in Vulgata. S. Germ. 1. verò habet: *Et rogabat illum vir..... ut cum ipso esset. Remisit autem illum, dicens.* Cantabr. *Rogabat autem eum vir, à quo exierant dæmonia, ut esset cum eo. Dismisit autem illum, dicens.* S. Germ. 2. *Et rogabat autem illum*, &c. quæ in Vulgata. Gr. Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ, &c. Copt. & Æthiop. delent inf. nomen Ἰησοῦς. Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 732. f. consentit cum Vulg.

℣. 39. Ms. Cantabrig. *Vade in domum tuam, narrans quanta tibi Deus fecit. Et vadens in civitatem, nunciabat quanta illi fecit Jesus.* S. Germ. 2. & Maj. Mon. *quanta illi fecerit Deus*; Corb. *fecit Jesus*; cæt. ut in Vulg. Ita quoque in Græco est.

℣. 40. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Cantabr. verò habet: *Factum est autem cùm reverteretur Jesus, excepit eum populus*, &c. nec aliter in Græco.

℣. 41. Ms. Cantabr. *Et veniens vir, cui nomen Jairus, & hic princeps synagogæ, cadens sub pedes Jesu, rogabat eum introire in domum ejus.* Alii codd. Vulgatæ consentanei. Ambros. l. 6. in Luc. 1396. a. *Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ante pedes Jesu, rogans eum ut intraret domum suam.* Sic etiam in Gr. exceptis posterioribus his, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν, &c. quæ Cantabrigiensi Latino satis accedunt.

℣. 42. Ms. S. Germ. 1. *quia filia unica erat illi...... Et contigit, dum iret Jesus, premebat eum populus.* Corb. *Et contingit, dum iret, sic à turbis comprimebatur, ut suffocarent eum.* Cantabr. *erat enim filia illi unica annorum xii. moriens. Et factum est, cùm iter faceret, turba suffocabant eum.* Græc. ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν· Mss. plures, συνέθλιβον αὐτόν. Ambros. l. 6. in Luc. 1396. a. habet: *quia filia unica erat illi ferè annor. xii. & hæc moriebatur.*

℣. 43. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, præterquam quòd Corb. legit *in profluvio*, non *in fluxu*; paulòque post S. Germ. 2. *in medicis*; S. Gat. *in fluvio..... quæ in medicis*, &c. Maj. Mon. *in fluxu..... quæ medicis.* Cantabr. *Et mulier, quæ erat in profluvio sang. ab annis xii. quem nemo poterat curare, accedens*, &c. Græc. Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος... ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ᾽ οὐδενὸς θεραπευθῆναι. Copt. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ οὖσα, &c. τὶς οὖσα· subinde plerique libb. ferunt ἰατροῖς; unusque addit αὐτῆς, ad βίον. Unde Ambros. l. 6. in Luc. 1396. d. *quæ in medicis erogaverat omnem substantiam suam.*

℣. 44. Ms. Corb. *accessit retro, & tetigit vestimentum ejus: & confestim stetit fluxum sanguinis ipsius.* Cantabrig. *accedens, tetigit tunicam ejus:* nec subdit alia: ibi tamen geminatur vocula *ejus*, quæ repetitio satis ostendit oscitatione librarii verba intermedia fuisse vel prætermissa, vel aliò translata: & verò infra, intra ℣. 47. hæc inserta sunt verba, *& confestim stetit profluvius sanguinis*, quæ illic minimè cohærentia sunt. Vide sis hunc locum. Ambrosius l. 6. in Luc. 1396. f. legit, *accessit retro.*

℣. 45. Mss. S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. Vulgatæ consentanei. Sic etiam Corb. & S. Germ. 1. nisi quòd Corb. jungit *tam magnæ*, verbo *comprimunt*. S. Germ. 1. *tam magnè*; sed hic solus tollit seq. *& affligunt*. Cantabrig. habet: *Jesus autem sciens quæ exivit ab eo virtus, interrogabat: Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum eo erant: Magister, turbæ te comprimunt, & contribulant, & dicis*, &c. Græcè ut in Vulg. Ms. tamen unus delet hoc, καὶ ἀποθλίβουσι, *& affligunt*. Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 714. b. *Quis me tetigit?* Similiter ap. Hilar. in Ps. 119. col. 372. c. necnon Optat. l. 5. contra Donat. p. 89. b. qui paulò post addit: *turbæ te comprimunt; tu dicis: Quis me tetigit?* Ambros. l. 8. in Luc. col. 1485. f. *Magister, comprimunt te turbæ.* August. in Joh. 6. to. 3. 495. a. eadem sic narrat: *Dominus dixit: Quis me tetigit? Et mirantes discipuli, dixerunt: Turbæ te comprimunt, & dicis: Quis me tetigit?*

℣. 46. Ms. S. Germ. 1. *Et Jesus dixit.... nam & ego cognovi*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *nam & ego novi*, &c. Corb. *nam ego cognovi*, &c. Cantabr. *At ille dixit: Tetigit me quis: ego enim scivi virtutem exisse à me.* Græc. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἥψατό μου τίς· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ᾽ ἐμοῦ· à Mss. quibusdam abest initio Ἰησοῦς. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 714. b. *Tetigit me aliquis: sensi enim virtutem ex me profectam.* Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 368. e. *Tetigit me aliquis: nam sentio virtutem de me exisse:* similiter l. de apol. Dav. col. 731. d. & in Ps. 45. col. 936. b. & in Ps. 47. col. 942. f. & in Psal. 118. col. 995. f. 1003. c. & l. 2. in Luc. col. 1310. d. at in Ps. 40. col. 884. a. legit: *nam & ego cognovi virtutem de me exisse:* itidem l. 6. in Luc. col. 1397. b. deleta conjunct. *&:* ita rursum l. 2. de Spir. S. c. 9. col. 652. b. Hieron. in Isai. 19. to. 3. 186. d. *Tetigit me aliquis: ego enim scio virtutem exisse de me.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 89. b. *Quis me tetigit? sensi à me exisse virtutem.* Aug. in Joh. 6. to. 3. 495. b. *Et ille repetivit: Tetigit me aliquis:* & inf. in cap. 16. col. 747. d. addit: *ego enim sensi de me virtutem exiisse.*

℣. 47. Ms. Corb. *Videns autem mulier, quia non latuit illum, tremens venit*, &c. quæ in Vulg. Similiter habet S. Germ. 1. nisi quòd tollit *omni*, ante *populo*; ultimòque le-

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mſ. Colbert.* propter quam cauſam tetigiſſet eum, indicavit coram omni populo: & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.

48. Ipſe itaque dixit ei: Filia, fides tua te ſalvam fecit: vade in pace.

49. Adhuc eo loquente, venerunt ad principem ſynagogæ, dicentes ei: Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum.

50. Jeſus autem, audito hoc ſermone, dixit patri puellæ: Noli timere, tantùm crede, & ſalvabitur.

51. Cùm veniſſet autem in domum, non permiſit introire ſecum quemquam, niſi Petrum, & Johannem, & Jacobum, & patrem & matrem puellæ.

52. Flebant autem omnes, & plangebant eam. Ipſe ergo dixit: Nolite flere, non eſt enim mortua puella, ſed dormit.

53. Irridebant autem eum, ſcientes quia mortua erat.

54. Ipſe verò apprehenſa manu ejus clamavit, dicens: Puella, ſurge.

55. Et reverſus eſt ſpiritus ejus, & ſurrexit continuò. Et præcepit illi dari manducare.

56. Parentes autem ejus obſtupuerunt, quibus præcepit ut nemini dicerent quod erat factum.

### Vulgata nova.

quam cauſam tetigerit eum, indicavit coram omni populo: & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.

48. At ipſe dixit ei: Filia, fides tua ſalvam te fecit: vade in pace.

49. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem ſynagogæ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua, noli vexare illum.

50. Jeſus autem, audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ: Noli timere, crede tantùm, & ſalva erit.

51. Et cùm veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quemquam, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem & matrem puellæ.

52. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit.

53. Et deridebant eum, ſcientes quòd mortua eſſet.

54. Ipſe autem tenens manum ejus clamavit, dicens: Puella, ſurge.

55. Et reverſus eſt ſpiritus ejus, & ſurrexit continuò. Et juſſit illi dari manducare.

56. Et ſtupuerunt parentes ejus, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

### Notæ ad Versionem antiquam.

git, *ſanata eſt.* S. Gat. *& procedens ad pedes ejus.... indicavit coram omni populo*, &c. Maj. Mon. *narravit.* In Cantabrig. ita: *Videns autem mulier, quia non latuit, tremibunda venit, & procidens ad eum* (tum ſequitur pericope, è ℣. 44. huc malè advecta, *& confeſtim ſtetit profluvius ſanguinis*) *propter quam cauſam tetigit eum, adnuntiavit in conſpectu omnis populi: & quia ſanata eſt confeſtim.* Græc. Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ, ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ, ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον, &c. ut in textu. Mſ. 1. προσπεσοῦσα ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ· plures delent αὐτῷ, poſt ἀπήγγειλεν.

℣. 48. Mſs. Cantabr. & Corb. *At ille dixit ei: Filia..... vade in pacem.* Similiter habet S. Germ. 1. *in pacem.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου..... πορεύου εἰς εἰρήνην· al. deeſt Θάρσει. Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 714. b. *fides tua te ſalvam fecit.* Similiter habet Ambroſ. l. de bono mort. c. 12. col. 414. a. & inf. 936. b. ubi etiam addit, *vade in pace.* Optat. l. 5. cont. Donat. p. 88. c. *Vade mulier in pace, fides tua te ſalvavit.*

℣. 49. Mſ. Cantabr. *Adhuc eo loquente, veniunt ab Archiſynagogo, dicentes illi: Quoniam mortua eſt filia tua, jam noli vexare magiſtrum.* S. Germ. 2. *Adhunc illo loquente, venit quidam*, &c. ut in Vulgata. Corb. nil omnino ab ipſa diſcrepat. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. delent tantùm *quidam*, poſt *venit.* S. Gat. ultimò hab. *noli vexari illum;* Maj. Mon. *noli vexare magiſtrum.* Græc. Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ Ἀρχισυναγώγου.... μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον. Ambroſ. l. 6. in Luc. 1397. e. f. *venerunt ſervi, dicentes principi: Noli vexare illum, filia tua mortua eſt.*

℣. 50. Mſ. Cantabr. *Jeſus autem audiens verbum, reſpondit illi, dicens: Noli timere, tantùm crede, & ſalvabitur.* S. Germ. 1. *Jeſus autem, audito hoc verbo, ait patri*, &c. quæ in Vulg. Græcum textui Cantabrigienſi reſpondet, niſi quòd tollit *verbum*, poſt *audiens:* ſed Mſ. 1. addit τὸν λόγον, ut & τῷ πατρὶ τοῦ παιδὸς, poſt *reſpondit*, abſque ſeq. λέγων, *dicens.*

℣. 51. Mſ. Corb. cum S. Germ. 1. *Et cùm veniſſet in domum*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. *ad domum;* extremò verò delet vocem *puellæ.* Cantabrig. *Intrans autem in domum, non admiſit introire ſecum*, &c. ut in textu Colbert. niſi quòd interponit vocem *puellæ*, *patrem* inter *& matrem.* Græcè pariter: Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον..... καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς, καὶ τὴν μητέρα· Mſs. plerique, Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, &c. ſubinde quidam addunt σὺν αὐτῷ, ad vocem οὐδένα; plures etiam transferunt καὶ Ἰάκωβον, poſt Ἰωάννην. Irenæus l. 2. c. 24. p. 151. d. *Nullum enim permiſit intrare, niſi Petrum, & Jacobum, & patrem & matrem puellæ:* ſilet *Johannem.*

℣. 52. Mſ. Cantabr. *Plorabant autem omnes, & plangebant eam. At ille dixit: Nolite plorare, non enim mortua eſt, ſed dormit.* Corb. cum S. Germ. duplici, *non eſt enim mortua puella*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *non eſt tamen mortua, ſed dormit.* Græc. Vulgatæ reſpondet, deleta voce *puella;* ſed addunt quidam τὸ κοράσιον. Auguſt. etiam. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. 61. f. dicit *nonnullos codices habere ſecundùm Matthæum:* Non enim mortua eſt mulier, &c. *cùm eam Marcus & Lucas duodecim annorum puellam fuiſſe teſtentur.* Item Hilar. in Pſ. 56. col. 119. a. & Ambroſ. l. 6. in Luc. 1398. a. *non eſt mortua puella, ſed dormit.*

℣. 53. Ambroſ. ubi ſup. *Deridebant*, inquit, *eum.* Mſs. S. Germ. ambo, ac S. Gat. *Et deridebant eum, ſcientes quia mortua eſſet.* Maj. Mon. *quia mortua eſt;* Cantabrig. *quoniam mortua eſt;* Corb. *eam mortuam eſſe.* Græc. Cantabrigienſi, & Maj. Mon. favet.

℣. 54. Vulgatæ congruunt Mſs. S. Germ. Corb. Cantabr. &c. Græcè verò ita: Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, &c. quæ ſup. ſed à Mſs. quibuſdam abeſt ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καί. Vide ſis hac de re Millii notas. Apud Ambroſ. l. 6. in Luc. 1398. b. *Tenens ergo manum puellæ Jeſus, ſanavit eam.* Apud Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 180. c. *Puella, ſurge.*

℣. 55. Mſs. S. Germ. 1. & Corb. *Et convertit ſpiritum ejus, & ſurrexit continuò. Et juſſit illi dare manducare.* Cantabr. *Et converſus eſt ſpiritus ejus, & ſurrexit confeſtim. Et præcepit dari ei manducare.* Græcè ut in Vulgata. Apud Ambroſiaſt. col. 119. b. *Et ſpiritus ejus reverſus eſt ad illam.* Apud Auct. quæſt. V. T. q. 3. col. 144. b. *Et reverſus eſt ſpiritus ejus ad illam.* Apud Ambroſ. l. 6. in Luc. 1398. b. *& juſſit ei dari manducare.*

℣. 56. Mſ. Cantabr. *Parentes autem ejus videntes, expaverunt: præcepit autem illis nemini dicere quod factum eſt.* Cæteri codd. Mſs. Vulgatæ accinunt, niſi quòd Corb. ultimò hab. *quod factum eſt.* Græc. Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

Digitized by Google

# CAPUT IX.

## VULGATA NOVA.

Matth. 10. 1. Marc. 3. 15. 1. CONvocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent.

2. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

Matth. 10. 9. Marc. 6. 8. 3. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

4. Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete, & inde ne exeatis.

Act. 13. 51. 5. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

6. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes, & curantes ubique.

Matth. 14. 1. Marc. 6. 14. 7. Audivit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eò quòd diceretur

8. à quibusdam: Quia Joannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia propheta unus de antiquis surrexit.

9. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

10. Et reversi Apostoli, narraverunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ.

11. Quod cùm cognovissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat.

12. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, ut

## VERSIO ANTIQUA.

1. COnvocatis autem Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & valitudines curare. *Ex Ms. Colbert.*

2. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

3. Et dixit ad eos: Nihil tuleritis in viam, non virgam, non peram, neque calciamenta, non panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habueritis.

4. Et in quamcunque domum introieritis, illic manete, & inde ne proficiscamini.

5. Et quicunque vos non receperint: exeuntes de civitate illa, excutite pulverem pedum vestrorum in testimonium super eos.

6. Exeuntes igitur circuibant castella, & civitates, evangelizantes, & curantes ubique.

7. Audivit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ faciebant ab eo, & hæsitabat, propterea quòd diceretur

8. à quibusdam: Quia Johannes à mortuis resurrexit: à quibusdam autem: Quia Helias apparuit: ab aliis verò: Quòd propheta unus de antiquis resurrexit.

9. Dixit autem Herodes: Johannem ego decollavi: Quis est hic, de quo audio ego talia? Et quærebat videre eum.

10. Et reversi Apostoli, enarraverunt ei quanta fecerunt: & assumptis illis secessit secretò in locum desertum, quod est Bethsaida.

11. Turbæ autem ubi cognoverunt, secutæ sunt eum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui indigebant cura, curabat.

12. Cùm autem cœpisset declinare dies, accesserunt discipuli ejus duodecim, & dixerunt ei:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. S. Germ. 1. cum Corb. *Convocatis autem xii. discipulis suis, dedit*, &c. quæ in Vulg. Maj. Mon. *Convocavit autem xii. Apostolos, & dedit*, &c. Cantabr. *Convocans autem xii. dedit eis..... super omne dæmonium, & infirmitates curare.* Gr. Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν..... ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν· al. Συγκαλεσάμενος δὲ ὁ Ἰησοῦς, &c. Mss. plerique delent μαθητὰς αὐτοῦ, quorum loco quidam ponunt Ἀποστόλους.

℣. 2. Ita legunt Mss. nostri omnes, & Græcum.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Et dixit ad eos: Nihil tuleritis in viam, non virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque ana duas tunicas habere.* S. Germ. 2. *Nihil tuleritis vobiscum in via*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *neque peram, neque calceamenta, neque panem*, &c. Corb. *in viam, neque virgam, neque peram, neque calceamentum, neque panem*, &c. Græc. Cantabrigiensi respondet, nisi quòd habet ῥάβδους, *virgas*; at Mss. plures, ῥάβδον, ut supra.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete, & inde exite.* Corb. cum S. Germ. 1. *ibi manete, & inde proficiscimini.* Maj. Mon. *ibi manete, donec exeatis.* Gr. ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε· Mss. quidam, μὴ ἐξέρχεσθε.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Et quicunque non acceperint vos..... excutite pulverem pedum vestrorum in testimonium super illos.* Corb. & S. Germ. 1. ut in Vulg. nisi quòd hab. *de pedibus vestris*, loco *pedum vestrorum.* Ita quoque apud Ambros. l. 6. in Luc. 1398. d. & in Græco. Unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 715. a. ait: *Jubet pulverem excutere de pedibus in eos, à quibus excepti non fuissent, & hoc in testimonium.* Mss. tamen quidam Græci tollunt præpositionem ἀπὸ, ante ποδῶν.

℣. 6. Ms. S. Gat. *Exeuntes autem circumibant per castella*, &c. quæ in Vulgata. Ita quoque in Græco. In Corb. *Egressi autem circumibant*, &c. In Cantabr. *Exeuntes autem circa civitates transibant, evangelizantes*, &c. Sangerm. 2. *Egressi autem circuibant castella*, &c.

℣. 7. Ms. Corb. *Audivit autem...... omnia, quæ erant facta, & consternabatur, eò quòd*, &c. Cantabr. *Audiens autem Herodes tetrarcha quæ fiebant, confundebatur, propter quòd*, &c. Alii codd. Vulgatæ similes. Græc. Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης.... τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι. Ms. unus delet ὑπ' αὐτοῦ.

℣. 8. Ms. Cantabr. *à quiqusdam: Quia Johannes à mortuis surrexit: ab aliis autem: Quoniam Helias visus est: alii autem: Quia propheta antiquus surrexit.* S. Germ. 1. *à quibusdam autem: Quòd Helias apparuit*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Quòd Helias... Quòd propheta*, &c. Græcè ut in Vulg. Tertullianus lib. 4. adversus Marc. p. 715. a. alludens dicit: *Christum Jesum alii Johannem, alii Heliam, alii unum aliquem ex veteribus prophetis Herodi asseverabant.*

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *Ait autem Herodes..... Quis autem est iste, de quo ego audio talia?* &c. Corb. *Ait autem Herodes..... Quis est autem iste*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Dixit autem Herodes: Quia Johanen ego decollavi: Quis est autem hic, de quo ego hæc audio?* &c. Græc. Sangermanensi favet, nisi quòd initio hab. Καὶ εἶπεν; Mss. autem quidam, Εἶπε δὲ, &c. subinde alii, pro τοιαῦτα, ferunt ταῦτα.

℣. 10. Ms. Cantabrig. *Et reversi Apostoli, narraverunt ei quanta fecerunt: & adsumens eos recessit seorsum in castellum, quod dicitur Bedsaida.* S. Germ. 2. *Et reversus, narraverunt*, &c. quæ in Vulg. præter vocabulum *Bethsaida*; Corb. *Bessaida*; Maj. Mon. *Bethzaida.* Gr. Vulgatæ respondet, nisi quòd habet in fine: εἰς τόπον ἔρημον πόλεως, καλουμένης Βηθσαϊδά· *in locum desertum civitatis, quæ vocatur Bethsaida.*

℣. 11. Ms. Corb. *Quod ut cognovissent turbæ*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Turbæ autem cognoscentes, secutæ sunt eum: & suscipiens eos, loquebatur illis de..... & qui opus habebant sanitatis ejus, omnes curabat.* S. Gat. *& eos, qui curari indigebant, sanabat.* Græc. Cantabrigiensi magis accedit, detracto *ejus omnes*, sub fin.

℣. 12. Ms. Cantabr. *Dies autem cœpit declinare. Accedentes autem duodecim dixerunt ad eum: Dimitte turbas, ut euntes in proxima castella, & villas, maneant: quoniam hic in deserto loco sumus.* Corb. *Dies autem cœperat declinare. Et accesserunt xii. discipuli ejus, & dixerunt illi: Dimitte turbas, ut eant circa castella, & villas, & reficiant se, & in-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* Dimitte turbas, & euntes in castella adjacentia, requiescant, aut inveniant quod manducent: hîc in deserto loco sumus.

13. Verùm ipse ait: Date illis manducare. Cui dixerunt: Non sunt enim ampliùs quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos euntes, ematmus in omnem hunc populum escas.

14. Erant enim quasi quinque millia virorum. Dixit autem ad discipulos suos: Facite discumbere illos per convivia quinquagenos.

15. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes.

16. Acceptis igitur quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cœlum, & benedixit eos: & fregit, & dedit discipulis suis, ut apponerent turbis.

17. Et manducaverunt, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit eis, fragmentorum cophini duodecim.

18. Et factum est, cùm esset singularis, erant cum eo discipuli: & interrogavit illos, dicens: Quem me dicunt turbæ esse?

19. Illi respondentes, dixerunt ei: Johannem Baptistam, alii autem Heliam, alii autem prophetam surrexisse magnum.

20. Dixit autem illis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondit Simon Petrus, & dixit: Christum Dei.

21. Ipse verò præcepit illis nemini dici hoc,

22. dicens: Quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & interfici, & post triduum resurgere.

VULGATA NOVA.

euntes in castella, villasque, quæ circa sunt, divertant, & inveniant escas: quia hic in loco deserto sumus.

13. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. *Joan. 6. 9.*

14. Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per convivia quinquagenos.

15. Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes.

16. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas.

17. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

18. Et factum est, cùm solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogavit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? *Matth. 16. 13. Marc. 8. 27.*

19. At illi responderunt, & dixerunt: Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii verò quia unus propheta de prioribus surrexit.

20. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei.

21. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc,

22. dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. *Matth. 17. 21. Marc. 8. 31. & 9. 30.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*veniant escas: quia hîc*, &c. S. Germ. 1. *Et accedentes xii. discipuli, dixerunt illi..... ut euntes in castella, & villas, quæ sunt in circuitu, inveniant escas, & reficiant se: quia hîc*, &c. Græcè ut in Vulgata, præter seqq. ἤρξατο, pro *cœperat*; Προσελθόντες δὲ, loco *Et accedentes*; τὸν ὄχλον, pro *turbas*; ἀπελθόντες, pro *euntes*; ἀγρὺς, pro *villas*; & ἐπισιτισμὸν, pro *escas*: sed Mss. plures ferunt τὺς ὄχλυς, uti post paulò quidam, πορευθέντες, loco ἀπελθόντες.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad eos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinque panes...... nisi fortè nos euntes, emamus in omnem populum hunc escas.* S. Germ. 1. delet ult. *escas.* Corb. subdit nomen *Jesus*, huic, *Ait autem.* Græcum Cantabrigiensi respondet ad verbum. Ambros. l. 6. in Luc. 1399. f. 1401. a. *Ait autem ad eos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.*

℣. 14. Ms. Cantabrig. *Erant enim viri ut quinque millia. Dixit autem ad discipulos suos: Reclinate eos discubitiones sicut quinquagenos.* Maj. Mon. *Facite illos discumbere super terram per convivia centenos, & quinquagenos.* Corb. S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ patrocinantur, nisi quòd Corb. ipso initio hab. *Erant enim.* Gr. Ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι..... Κατακλίνατε αὐτὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα· al. ὡσεὶ ἀνὰ πεντήκοντα.

℣. 15. Textui Colb. congruit Ms. Corb. cum S. Germ. 1. Sangerm. 2. verò habet: *Et ita discubuerunt, & fecerunt omnes.* Cantabr. breviùs: *Et fecerunt sic*, prætermissis aliis. Gr. Καὶ ἐποίησαν ὕτω. Καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

℣. 16. Ms. Cantabrig. *Accipiens autem quinque panes, & duos pisces, aspiciens in cœlum, oravit, & benedixit super eos: & dabat discipulis adponere turbis.* Corb. *Acceptis autem quinque panibus... respexit Jesus in cœlum, & bened. super illos: & fregit, & distribuit discipulis, ut ponerent ante turbam.* Similiter habet S. Germ. 1. *benedixit super illos*: tum S. Germ. 2. *& fregit, distribuit*, &c. quæ in Vulg. Gr. Λαβὼν δὲ τὺς πέντε ἄρτυς..... ἀναβλέψας εἰς τὸν ὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτὺς· καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδυ τοῖς μαθηταῖς, παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ· Mss. quidam subdunt αὐτῦ, voci μαθηταῖς.

℣. 17. Mss. Corb. & S. Germ. 1. textui suffragantur Colb. Ita quoque Cantabr. nisi quòd addit *omnes*, ad *saturati sunt*, legitque, *superavit*, *fractamentorum.* Gr. Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες. Καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς, &c. al. περισσεῦον, al. περίσσευμα. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 715. a. *Et manducaverunt, & reliquerunt reliquias.*

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et factum est, cùm essent soli, erant cum eo discipuli: & interrogavit eos, dicens: Quem me dicunt turbæ esse?* S. Germ. 1. *Et factum est, cùm solus esset orans: erant autem cum illo &.....: Quem me dicunt homines esse?* Cæteri Mss. ut in Vulg. nec refragatur Græc. Ms. tamen unus cum Arab. sub fin. habet ἄνθρωποι, non ὄχλοι.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *At illi respondentes, dixerunt: Johannem Bapt. alii autem Helian, aut unum ex prophetis.* S. Germ. ambo, *alii quia propheta unus de prioribus surrexit.* Maj. Mon. *de senioribus surrexit.* Corb. & S. Gat. ut in Vulg. Græc. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες, εἶπον..... ἄλλοι δὲ ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Dixit autem illis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus dixit: Christum filium Dei.* Itidem Græcè, præter vocem penult. *filium*, quæ deest. Ms. S. Germ. 1. hab. *Respondens autem Simon Petrus*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Respondit Simon*, &c. Ambrosius lib. 6. in Luc. 1405. f. *Dixit autem illis: Vos quem me esse dicitis? Respondit Simon Petrus: Christum Dei.*

℣. 21. Ms. Cantabr. *At ille increpavit eis, & præcepit nemini dicere hoc.* S. Germ. 1. *ne cui hæc dicerent.* S. Germ. 2. Corb. S. Gat. &c. ut in Vulg. Græc. Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τῦτο. Tertullianus l. 4. contra Marc. p. 715. b. *Ille autem præcepit ne cui hoc dicerent.*

℣. 22. Ms. Corb. *dicens: Quòd oportet & filium hominis..... & occidi, & post tres dies resurgere.* Cantabrig. *dicens: Quoniam oportet filium hominis multa pati, & exprobrari à presbyteris, & à principibus sacerdotum, & occidi, & post tres dies resurgere.* S. Germ. 1. *& reprobari à principibus sac. & à senioribus, & Scribis*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *multa pati à senioribus, & reprobari à principibus sac.* &c. S. Germ. 2. & S. Gat. ut in Vulgata: cui etiam Græc. favet. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. a. legit: *Oportet enim filium hominis multa pati, & reprobari, & crucifigi, & die tertio resurgere.* Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 715. b. *Quia oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à presbyteris, & Scribis, & sacerdotibus, & interfici, &*.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Matth. 10.38. & 16.24. Marc. 8.34. 23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Inf. 14. 27. & 17. 33. Joan. 12. 25. 24. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam:

25. quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?

Matth. 10. 33. Marc. 8. 38. 2. Tim. 2. 12. 26. Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.

Matth. 16. 28. Marc. 8. 39. 27. Dico autem vobis verè: sunt aliqui hìc stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.

Matth. 17. 1. Marc. 9. 1. 28. Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Jacobum, & Joannem, & ascendit in montem ut oraret.

29. Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera: & vestitus ejus albus, & refulgens.

30. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses, & Elias,

31. visi in majestate: & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.

32. Petrus verò, & qui cum illo erant, gra-

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget seipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me.

24. Quicunque enim voluerit animam suam salvare, perdet illam: quicunque autem perdiderit animam suam propter me, salvabit illam:

25. quid enim prodest homini, lucrum facere totum mundum, semetipsum autem perdere, aut damnum facere?

26. Quicunque enim confusus fuerit me, & meos sermones: hunc Filius hominis confundet, cùm venerit in gloriam suam, & Patris, & sanctorum Angelorum.

27. Dico autem vobis verè: sunt quidam hìc stantium, qui non gustabunt mortem quoadusque videant regnum Dei.

28. Factum est autem post ista verba quasi dies octo; & assumpsit Petrum, & Johannem, & Jacobum, & ascendit in montem orare.

29. Et in orando, facta est species vultus ejus alia: & vestitus candidus, fulgens.

30. Et ecce viri duo colloquebantur cum eo. Erant autem Moyses, & Helias,

31. visi in claritate: dicebant autem excessum ejus, quem incipiebat implere in Jerusalem.

32. Petrus verò, & qui cum eo erant, gravati

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*post tertium diem resurgere.* Ambros. l. 6. in Luc. 1407. f. *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à principibus sacerd. & senioribus, & Scribis, & occidi, & die tertio resurgere.* Vide ad Matth. 16. 21.

℣. 23. Ms. Corb. textui Colbert. patrocinatur detracta vocula *sibi*; cæteri Mss. cum Vulgata concinunt, præter Cantabrig. qui hoc omittit, *& tollat crucem suam quotidie.* Græc. nil omnino differt à Vulg. Mss. tamen multò plures delent καθ' ἡμέραν, *quotidie.* Ambros. etiam l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. e. legit: *Qui vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* & l. de fuga sæc. c. 2. col. 419. c. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & seq.* &c. at ep. 2. col. 761. b. *abneget seipsum sibi.* Hieron. epist. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 9. e. *Si quis vult..... abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Reg. cleric. append. to. 1. August. col. 391. b. *abneget semetipsum sibi, tollat & crucem suam, & seq. me.* Vide ad Matth. 16. 24.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Qui enim voluerit animam suam salvare, perdet eam: qui autem perdiderit....... hic salvabit eam.* S. Germ. 1. *hic salvam faciet eam*; Corb. *salvabit eam.* Græc. Cantabrigiensi Lat. respondet. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. e. *Qui enim voluerit animam suam salvare, perdet illam: & qui eam perdiderit propter me, salvabit eam.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 715. b. *Qui voluerit anim. suam salvam facere, perdet illam: & qui perdiderit eam propter me, salvam faciet eam.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 273. *qui perdiderit animam suam propter me, hic salvabit illam.*

℣. 25. Ms. Cantabr. *quid enim prodest homini, lucrati mundum totum, semetipsum autem perdere, aut jactum pati?* Corb. Vulgatæ accedit, nisi quòd habet sub fin. *se autem perdat, aut detrimentum faciat?* S. Germ. 1. *& detrimentum faciat?* Gr. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς; Cyprianus l. 3. Testim. p. 323. a. *In Evangelio cata Lucam*, inquit, *quid enim prodest homini, lucrifacere totum mundum, seipsum autem perdere?* Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 1. p. 70. *quid enim proficit homini* (al. *homo*) *si lucretur*, &c. quæ in Vulg. usque ad ℣. 27.

℣. 26. Ms. Cantabrig. *Qui enim confusus fuerit me, & meos: hunc Filius hominis confundetur, cùm venerit in regno suo, & Patris sui, & SS. Angelorum.* Cæteri codd. Vulgatæ consonant; nec refragatur Græcum, nisi quòd habet δόξῃ, pro *majestate*; Ms. unus, βασιλείᾳ· alius addit αὐτοῦ, ad vocem *Patris*. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 715. c. *Qui confusus me fuerit, & ego confundar eum:* & l. cont. Gnost. c. 9. *Qui me confusus fuerit coram hominibus*, &c. Ambr. l. de bened. Patr. c. 7. col. 523. f. *Qui me confusus fuerit coram hominibus: confundam & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est:* itidem epist. 72. col. 1077. c. præter unum *confundar*, pro *confundam*: at l. 3. de fide, to. 2. 515. e. consentit cum Vulg. ad verbum. August. in Ps. 68. to. 4. 697. g. *Qui me erubuerit coram hominibus: & ego erubescam eum coram Angelis Dei:* & in Ps. 6. col. 27. f. *Quisquis me erubuerit coram hominib. erubescam eum coram Patre meo.* Vide ad Marc. 8. 38.

℣. 27. Ms. Cantabrig. *Dico autem vobis, quoniam verè sunt quidam, qui hic stant, qui non gustabunt mortem usque cùm videant Filium hominis venientem in gloria sua.* S. Gat. *sunt aliqui, qui hic stantes*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *quia sunt aliqui hic stantes*, &c. Cæteri Mss. ut in Vulgata. Græcè: Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς· εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἳ οὐ μὴ γεύσονται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσιν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ambrof. l. 7. in Luc. 1411. a. cum Vulgata concinit.

℣. 28. Ms. Corb. *Factum est autem post hæc verba ferè post dies octo, & assumpsit*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. tollit *&*, ante *assumpsit*. S. Germ. 2. *Factum est autem post hæc verba facere post dies octo, & assumpsit Petrum, & Johannem, & Jacobum*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *fere post dies octo..... Johannem, & Jacobum*, &c. Cantabr. *quasi dies octo, & adsumens Petrum, & Jacobum, & Johanen, ascendit in montem orare.* Gr. ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι· al. Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην. Apud Ambrof. l. 7. in Luc. 1412. e. *In diebus octo post hæc verba.* Apud Auctor. quæst. ex utroque T. q. 107. col. 104. e. *Factum est post dies octo.* Apud Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 334. e. *& ascendit Jesus in montem ut oraret.*

℣. 29. Ms. S. Germ. 1. *Et dum orat, facta est species vultus ejus altera: & vestitus ejus albus, refulgens.* Corb. *Et dum orat, facta est species aspectus ejus altera: & vestitus ejus albus, refulgens.* S. Gat. *Et factum est, dum oraret, species*, &c. ut in Vulg. Maj. Mon. *Et factum est, dum oraret, facta est species*, &c. Cantabr. *Et factum est, cùm oraret, species vultus ejus mutata est: & vestimenta ejus alba, coruscantia.* Græc. Vulgatæ respondet, detracta conjunct. *&*, ante *refulgens*. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 334. e. legit: *Et dum orat, factus est aspectus vultus ejus immutatus: & vestimentum ejus factum est album, refulgens sicut nix.*

℣. 30. Ms. Cantabr. *Et ecce duo viri conloquebantur cum eo. Erat autem Moyses*, &c. S. Germ. 1. *Moses*. Cæteri Vulgatæ suffragantur. Gr. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ. Οἵτινες ἦσαν Μωσῆς, &c. al. Μωϋσῆς. Arnob. Afer, annot. in Evang. p. 334. e. *Et ecce viri duo colloquebantur cum eo. Erat autem Moses, & Elias.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *visi in gloria: dicebant autem exitum ejus, quem incipit complere in Jerusalem.* Cæteri codd. concordant cum Vulgata. Græc. οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ· ἔλεγον τὸν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν, &c. al. καὶ ἔλεγον; al. ἔλεγον δέ. Ambrof. l. 7. in Luc. 1413. f. *dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Arnob. annot. in Evang. p. 334. e. *apparentes in gloria: & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.*

℣. 32. Ms. Corb. *Petrus verò..... gravati sunt. Et vigilantes viderunt majest.* &c. Cantabr. *Petrus autem, & qui*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. erant somno. Experti verò viderunt gloriam ejus, & duos viros, qui cum eo stabant.

33. Et factum est cùm discessissent ab eo, dixit Petrus ad Jesum: Præceptor, bonum est nobis hîc esse: & faciamus tria tabernacula, unum Tibi, unum Moysi, & unum Heliæ: ignorans quid diceret.

34. Hæc autem illo loquente, facta est nubs, & obumbravit illos: timuerunt autem in eo, cùm illi introirent in nubem.

35. Et vox facta est de nube: Hic est filius meus dilectissimus, audite eum.

36. Et dum fit vox, inventus est solus Jesus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ viderant.

37. Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit ei turba magna.

38. Et ecce vir quidam de turba exclamavit, dicens: Magister, oro te, aspice super filium meum, quia unicus est mihi:

39. & ecce arripuit illum spiritus, subitò clamat, & collidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit ab eo, conterens illum:

40. & rogavi discipulos tuos ut ejicerent illum, & non potuerunt.

41. Respondens itaque Jesus, dixit: O generatio incredula, & perversa, quoadusque apud vos ero, & sustinebo vos? Adduc huc filium tuum.

42. Adhuc autem accedente illo, collisit illum dæmonium, & dissipavit eum.

43. Et increpavit Jesus spiritum, & sanavit puerum, & reddidit illum patri suo.

44. Omnes autem stupebant in magnitudine

## VULGATA NOVA.

vati erant somno. Et evigilantes viderunt majestatem ejus, & duos viros, qui stabant cum illo.

33. Et factum est cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum Tibi, & unum Moysi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret.

34. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem.

35. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est 2. Petr.
filius meus dilectus, ipsum audite. 1. 17.

36. Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant.

37. Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa.

38. Et ecce vir de turba exclamavit, dicens: Matth.
Magister, obsecro te, respice in filium meum, 17. 14.
quia unicus est mihi: Marc.
9. 16.

39. & ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum:

40. & rogavi discipulos tuos ut ejicerent illum, & non potuerunt.

41. Respondens autem Jesus, dixit: O generatio infidelis, & perversa, usquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.

42. Et cùm accederet, elisit illum dæmonium, & dissipavit.

43. Et increpavit Jesus spiritum immundum, & sanavit puerum, & reddidit illum patri ejus.

44. Stupebant autem omnes in magnitudine

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tum eo erant, erant gravati somno. Evigilantes autem viderunt gloriam ejus, & duos viros, qui simul stabant cum eo.* Similia quoque Græcum habet. Arnob. annot. in Evang. p. 334. e. *Petrus verò..... gravati erant à somno. Et vigilantes viderunt gloriam ejus, & duos viros, qui cum ipso stabant.*

℣. 33. Ms. Corb. *Et factum est cùm discederet ab eo, ait Petrus: Præceptor, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus,* &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Et factum est cùm separarentur ab eo, dixit Petrus ad Jesum: Magister, bonum est nobis hîc esse: vis facio hîc tria..... nesciens quid dicit.* Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν..... Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν..... μὴ εἰδὼς ὃ λέγει· al. τί λέγει· al. ὃ ἐλάλει. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 716. a. *bonum est nos hîc esse: & faciamus hîc tria tabernacula, unum Tibi, & Moysi unum, & Heliæ unum: sed nesciens quid diceret.* Ambros. l. 7. in Luc. 1415. d. similiter habet: *bonum est nos hîc esse.* Arnob. annot. in Evang. p. 334. e. *Et dixerunt ad Jesum: Magister, bonum est nos hîc esse: & faciamus tabernacula tria, Tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum: nescientes quid dicerent.*

℣. 34. Ms. Cantabr. *Hac autem eo dicente, facta est nubs, & obumbravit eos: timuerunt autem in eo, cùm illi introierunt in nubem.* Cæteri codd. ut in Vulg. Ambros. l. 7. in Luc. 1415. f. legit: *Et inter hac verba facta est nubes, & obumbravit eos.*

℣. 35. Ms. Corb. *Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus electus, ipsum audite.* Cantabr. *Et vox venit de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite eum.* Græcè ut in Vulgata: in Mss. tamen quibusdam deest λέγουσα, *dicens.* In Copt. habetur ἐκλεκτὸς, pro *dilectus*, cui voci Mss. plures subdunt ἐν ᾧ ηὐδόκησα, ex Matthæo. Tertul. l. 4. adv. Marc. pp. 716. a. 728. a. legit: *Vox illa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite:* similiter l. contra Prax. p. 852. c. ab hoc, *Hic est fil. meus.* Ambros. l. de Spiritu S. col. 643. a. & l. 7. in Luc. col. 1416. a. *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 740. c. *Hic est fil. meus dilectissimus, ipsum audite.*

℣. 36. Ms. Corb. textui Colb. congruit, præterquam quòd hab. *nihil*, pro *nemini.* Cantabr. *Et cùm facta fuisset vox, inventus est Jesus solus. Ipsi autem tacuerunt, & nulli dixerunt in illis diebus quæ viderunt.* Maj. Mon. *quæ audierant.* Græcè ut in Vulgata, nisi exceperis verbum ἀπήγγειλαν, pro *dixerunt.* Ambr. l. 7. in Luc. 1416. c. *Et dum fit vox, inventus est Jesus solus.*

℣. 37. Ms. Corb. *Factum est autem per diem, descendentibus illis de,* &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Factum est autem per diem, descendente eo de monte, convenire ei turbam multam.* Ms. S. Mart. Turon. *occurrit illi turba multa.* Græc. textui Colb. favet: Mss. tamen quidam pro κατελθόντων αὐτῶν, ferunt κατελθόντι αὐτῷ· al. κατελθόντι τῷ Ἰησοῦ· al. καταβαινόντων; ultimò constanter, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

℣. 38. Ms. Cantabr. *Et ecce vir de turba...... rogo te, respice super filium meum, quoniam unicus mihi est.* Cæteri codd. ut in Vulg. cui etiam Græc. accedit.

℣. 39. Ms. Corb. *& ecce spiritus apprehendit illum, subitò clamat, & elidit, & dissipat cum spuma, & vix discedit ab illo,* &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *apprehendit illum, & subitò exclamat, & elidit,* &c. Cantabr. *accipit enim illum de subitò spiritus, & adlidit, & disrumpit cum spuma, & vix recedit ab eo, & contribulat eum.* Gr. καὶ ἰδοὺ πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτόν· Mss. quidam, καὶ ῥήσσει, καὶ σπαράσσει· subinde Ms. unus delet ἀπ' αὐτοῦ.

℣. 40. Ms. Cantabr. *& precatus sum discipulos tuos ut dimittant eum,* &c. Alii ut in textu Colb. & Vulg. nec refragatur Græcum. His etiam patrocinatur Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 520. d.

℣. 41. Ms. Maj. Mon. habet: *O generatio prava, & infidelis:* paulòque post S. Gat. *vobiscum*, loco *apud vos.* Cantabrig. *O generatio incredula, & perversa, usquequo ero ad vos, & patiar vos? Adduc filium tuum.* Nec aliter in Græco est, additâ voculâ ὧδε, verbo *Adduc:* Mss. plures iterum ponunt ἕως πότε, *usquequo*, ante ἀνέξομαι, loco præced. &. Unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 717. a. legit: *O genitura incredula, quousque ero apud vos? quousque sustinebo vos?* Hilar. in Ps. 118. col. 341. e. *Natio prava, & perversa.*

℣. 42. Ms. Corb. *Et cùm accessisset, elisit,* &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. delet seq. *dæmonium.* Cantabr. habet: *Adhuc autem accedentem adlisit eum dæmonium, & conturbavit.* Græc. textui Colb. favet, dempta voce ult. *eum*, quam tamen addunt Mss. quidam.

℣. 43. Ms. Cantabrig. *Imperavit autem Jesus immundo spiritui, & dimisit eum, & reddidit puerum patri suo.* Corb. *& restituit eum patri ejus.* Alii Mss. Vulgatæ accinunt; sicut etiam Græcum, nisi quòd postponit δὲ, verbo *increpavit*, loco præcedentis *Et.*

℣. 44. Additamentum quod hîc interponitur in codice Colb. similiter habetur in Corb. nonnullis tamen mutatis:

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Dei : omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos : Ponite vos in cordibus vestris sermones istos : Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum.

45. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos ut non sentirent illud : & timebant eum interrogare de hoc verbo.

Matth. 18. 1. Marc. 9. 33.

46. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum major esset.

47. At Jesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se,

48. & ait illis : Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit : & quicunque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic major est.

49. Respondens autem Joannes, dixit : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum : quia non sequitur nobiscum.

50. Et ait ad illum Jesus : Nolite prohibere : qui enim non est adversùm vos, pro vobis est.

51. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis ejus, & ipse faciem suam firmavit ut iret in Jerusalem.

52. Et misit nuncios ante conspectum suum : & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum ut pararent illi.

53. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem.

## VERSIO ANTIQUA.

Dei. Universis igitur mirantibus nunc quæ faciebat, dixit ei Petrus : Domine, propter quid nos non potuimus ejicere illud ? Quibus dixit : Quoniam hujusmodi orationibus & jejuniis ejicietur. Dicebat autem ad discipulos suos : Ponite vos in auribus vestris hæc : Filius enim hominis incipit tradi in manibus hominum. Ex Ms. Colbert.

45. Illi autem ignorabant sermonem, & erat illis latens ut non sentirent illum : & timebant interrogare eum de verbo isto.

46. Intravit autem cogitatio in illos, quisnam esset major illorum.

47. Jesus itaque videns cogitationes cordis illorum, apprehendens puerum, statuit illum juxta se,

48. & dixit : Quicunque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit : & quicunque me receperit, non me recipit, sed eum, qui me misit. Qui enim minimus est in omnibus, hic est magnus.

49. Respondens autem Johannes, dixit : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & vetavimus illum : quia non sequitur nobiscum.

50. Dixit autem ad illos Jesus : Nolite vetare : qui enim non est adversùs vos, pro vobis est : nemo est enim qui non faciat virtutem in nomine meo.

51. Factum est autem cùm supplerentur dies receptionis ejus, & ipse faciem confirmavit ad pergendum Jerusalem.

52. Et præmisit nuncios ante faciem suam : & abeuntes introierunt in castellum Samaritanorum ad præparandum illi.

53. Et non receperunt eum, quoniam facies ejus erat pergens Jerusalem.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

en tota quomodo leguntur ibid. *Stupebant autem omnes in magnitudinem Dei : omnibusque mirantibus super omnia quæ faciebat, dixit ei Petrus : Domine, quare nos non potuimus ejicere illum ? Quibus dixit : Quoniam ejusmodi oratione ejiciuntur & jejunio. Dixit autem ad discipulos suos : Ponite vos in auribus vestris sermones hos : nam Filius hominis tradetur in manus hominum.* Cantabr. *Omnes autem stupebant in magnitudine Dei. Omnium autem mirantium in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos : Ponite vos in aures vestras verba ista : Filius enim hominis incipiet tradi in manus hominum.* S. Germ. 1. hab. *in magnitudinem Dei : & mirantibus omnibus in omnia*, &c. quæ in Vulg. Gr. Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ. Πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους· ὁ γὰρ..... μέλλει παραδίδοσθαι εἰς, &c. Additamentum verò insertum supra, in nullo Græcorum reperitur, præterquam in Goth. illuc advectum putatur ex Matthæo, 17. 18. 20. vel Marco, 9. 27. 28. Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 13. f. legit : *Stupebant autem omnes super magnalia Dei.*

℣. 45. Ms. Corb. *At illi ignorab. verbum istud, & erat occultum inter ipsos ut non sentirent : & timebant illum interrogare de hoc verbo.* Cantabr. *Illi autem ignorab. verbum hoc, & erat coopertum ab eis ut non sentirent illud : & timebant interrogare de verbo hoc.* Græc. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ, &c. ut in textu Colb.

℣. 46. Mss. S. Germ. 2. Maj. Mon. & S. Gat. *Intravit autem cogitatio inter eos*, &c. Maj. Mon. *qui eorum major erat.* S. Germ. 1. *in eos, quis esset eorum major.* Cantabr. *quisnam esset major eorum* : omittit verò ea quæ antecedunt. Gr. Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

℣. 47. Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. *At Jesus videns ..... apprehendens puerum, statuit eum secus se* ; Corb. delet *eum.* Cantabr. *Jesus autem videns cogitationem eorum cordis, adprehendens infantem, statuit ad se.* Sic etiam in Græco est, præter hoc ult. ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ· Goth. delet αὐτό· Ms. unus initio hab. cum Vulg. τοὺς συλλογισμοὺς τῆς καρδίας· alter delet τῆς καρδίας.

℣. 48. Ms. Corb. *& ait : Quicunque acceperit puerum istum in nomine meo, me recepit : & quicunque me receperit, non me recipit, sed eum, qui me*, &c. quæ in Vulg. Cantabr. *& dixit : Quicunque acceperit infantem hunc in nomine meo, me accipit, & eum, qui me misit. Qui autem minor est in omnibus vobis, hic erit magnus.* Græc. Vulgatæ respondet, nisi quòd extremò habet : Ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας· al. ἐστὶ μέγας. Ambros. l. 7. in Luc. 1416. e. f. *Quicunque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit : & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Cypr. de zel. & liv. p. 258. a. addit : *Qui fuerit minimus in omnibus vobis, hic erit magnus* : similiter l. 3. Testim. p. 305. c. præter unum *erit*, pro *fuerit* : at ep. 6. ad Rogat. p. 12. b. *Qui minimus fuerit in vobis, hic erit magnus.*

℣. 49. Ms. Cantabr. & alii Vulgatæ congruunt, sicut etiam Græcum. Ms. tamen Cantabr. hab. *Magister*, loco *Præceptor* ; & sub fin. *qui*, pro *quia.* Corb. mutilus est hîc folio integro ; à ℣. 49. ad versum 21. capitis 10. Optat. l. 5. contra Donat. p. 87. b. legit : *Magister, vidimus quemdam in nom. tuo expellentem dæmonia, & prohibuimus eum : quia*, &c. quæ supra.

℣. 50. Ms. Cantabr. *Dixit autem Jesus : Nolite prohibere eum : qui enim non est contra vos, pro vobis est.* S. Gat. *Sinite eum, & nolite prohibere*, &c. Alii Vulgatæ consimiles ; sicut etiam Græcum, nisi quòd loco *vos*, & *vobis*, utrobique hab. ἡμῶν, *nos... nobis* ; sed Mss. plures, ὑμῶν. Ambros. l. 7. in Luc. 1417. b. *Sinite eos, & nolite prohibere : qui enim non est adversùm vos, pro vobis est.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 87. b. *Nolite prohibere : qui enim non est contra vos, pro vobis est.*

℣. 51. Ms. Cantabr. *Factum est autem ut compleretur dies adsumptionis ejus, & ipse vultum suum firmavit ut abiret in Jerusalem.* Alii concordant cum Vulg. & Græco. Hieron. quæst. 5. ad Algas. to. 4. 194. c. *obfirmavit faciem suam ut iret Jesus.*

℣. 52. Ms. Cantabr. *Et misit nuncios ante faciem suam : & euntes intraverunt in castellum Samaritanorum ut præpararent ei.* Nec aliter in Græco est, nisi exceperis κώμην, loco *castellum* ; ad litt. *vicum* : Mss. quidam, πόλιν. Tertullianus l. de pat. c. 3. p. 199. a. legit *civitatem*, vel *oppidum.*

℣. 53. Ms. Cantabr. *Et non susceperunt eum, quia vul-*



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Mſ. Colbert.* 54. Videntes igitur diſcipuli ejus Jacobus & Johannes, dixerunt: Vis dicimus ignem deſcendere de cœlo ſuper illos, & conſumere eos, ſicut fecit Helias? | 54. Cùm vidiſſent autem diſcipuli ejus Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? |
| 55. Converſus itaque corripuit illos, & dixit: Neſcitis quali ſpiritu ſitis. | 55. Et converſus increpavit illos, dicens: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. |
| 56. Filius enim hominis non venit animas perdere, ſed ſalvas facere. | 56. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare. Et abierunt in aliud caſtellum. *Joan. 3. 17. & 12. 47.* |
| 57. Et factum eſt: illis ambulantibus in viam, dixit quidam ad eum: Sequar te quòcunque ieris. | 57. Factum eſt autem: ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quòcunque ieris. |
| 58. Dixit illi Jeſus: Vulpes habent cubilia, & volatilia cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. | 58. Dixit illi Jeſus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. *Matth. 8. 20.* |
| 59. Dixit autem ad alterum: Sequere me: qui & dixit: Domine permitte mihi primùm ire ſepelire patrem meum. | 59. Ait autem ad alterum: Sequere me: ille autem dixit: Domine permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum. |
| 60. Dixit ergo illi Jeſus: Sine mortui mortuos ſuos ſepeliant: tu autem vadens, annuntia regnum Dei. | 60. Dixitque ei Jeſus: Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. |
| 61. Dixit autem ei alius: Sequar te Domine, primò autem permitte mihi renuntiare eis, qui domi ſunt. | 61. Et ait alter: Sequar te Domine, ſed permitte mihi primùm renuntiare his, quæ domi ſunt. |
| 62. Dixit autem illi Jeſus: Nemo retro attendens, & ſuperponens manum ſuam ſuper aratrum, aptus eſt regno Dei. | 62. Ait ad illum Jeſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tus ejus erat iens in Jeruſalem.* Ita quoque in Græco eſt. Hieron. quæſt. 5. ad Algaſ. to. 4. 194. b. *Et non receperunt eum, quoniam facies ejus erat obfirmata vadens in Jeruſ.* Ambroſ. l. 7. in Luc. 1417. e. *quia facies ejus erat euntis in Jeruſ.*

℣. 54. Mſ. Cantabr. *Videntes autem diſcipuli ejus... dixerunt: Domine, vis dicimus ignem deſcendere de cælo, & conſumere eos, ſicut & Helias fecit?* Sic etiam habet Græcum, præter unum εἴπωμεν, pro *dicimus.* Gaud. Brix. in ſerm. p. 962. h. *Domine, vis dicamus ut ignis deſcendat de cælo ſuper eos, & conſumat eos, ſicut Helias fecit?* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 111. col. 93. e. *Domine, vis ut dicamus deſcendat ignis de cælo, & conſumat eos, ſicut fecit Elias?*

℣. 55. Mſ. Cantabr. *Converſus autem increpavit eos, & dixit: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.* Sic etiam in Græco eſt, addito uno ὑμεῖς, ad ult. *eſtis;* quod tamen abeſt à pluribus Mſs. codicibus. S. Germ. 1. & S. Gat. Lat. omittunt iſta, *dicens: Neſcitis*, &c. ad hoc uſque, *Et abierunt:* abſunt etiam à pluribus Græcis. Gaud. Brix. ubi ſup. 962. h. legit tantùm, *At ille indignatus prohibuit.* Item Ambroſ. l. 7. in Luc. 1425. b. *Converſus increpavit illos:* at inf. addit: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis:* ſimiliter l. 1. de pœnit. col. 413. c. Auctor quæſt. ex utroque T. q. 111. p. 93. e. *Et reſpondit illis Dominus, dicens: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.*

℣. 56. Mſ. Cantabr. cum S. Germ. 1. & 2. & S. Gat. ſolummodo habet: *Et abierunt in aliud caſtellum*, omiſſis iis quæ antecedunt. Græcum verò Vulgatæ conſonat, addita conjunct. γὰρ, *enim*, ad vocem *Filius;* ſicut ἀνθρώπων, *hominum*, ad *animas:* ſed utrumque deeſt in Mſs. quibuſdam. Apud Cypr. epiſt. 59. p. 98. a. *Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſalvare.* Apud Ambroſ. l. 7. in Luc. 1425. b. & l. 1. de pœnit. col. 413. c. *Filius enim hominis non venit animas perdere hominum, ſed ſalvas facere.* Auct. quæſt. ex utroque T. q. 111. col. 93. e. 96. e. *Filius enim hom. non venit animas perdere, ſed ſalvare.*

℣. 57. Mſ. Cantabr. *Et factum eſt: euntibus illis in via, dixit quidam*, &c. quæ ſupra. Gr. Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, ἐν τῇ ὁδῷ...... Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρχῃ, Κύριε· à Mſs. pluribus abeſt Κύριε. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 717. c. *Sequar te quòcunque ieris.* Apud Auguſt. ſerm. 100. to. 5. 527. f. *Sequor te quòcunque ieris.*

℣. 58. Mſ. Cantabr. *Et dixit illi Jeſus: Vulpes cubilia habent, & volatilia cæli habitacula: Filius*, &c. ut in textu. S. Germ. 1. *Et ait illi Jeſus*, &c. quæ in Vulg. Similiter habet S. Germ. 2. detracto iſto, *autem hominis*, poſt *Filius.* Gr. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ, &c. Ambroſ. l. 7. in Luc. 1416. d. *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos ubi requieſcant: nam Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet:* ſimiliter l. de apol. Dav. col. 728. f. ab hoc, *Filius hominis.* Auguſt. ſer. 100. to. 5. 527. e. *Vulpes foveas habent, & volatilia cæli nidos: Filius autem hom. non habet ubi caput ſuum reclinet.* Iren. l. 1. c. 8. p. 38. b. *non habet Filius hominis ubi caput reclinet.* Tertullianus lib. de idol. c. 18. p. 245. b. *Filius hominis non habet ubi caput ſuum collocet.* Epiphan. in 3. 7. Cantici Cantic. *Filius hominis..... ubi reclinet caput ſuum.*

℣. 59. Mſ. Cantabr. *Dixit autem ad alium: Sequere me: at ille dixit: Permitte mihi primùm ut eam, & ſepeliam patrem meum.* S. Germ. 1. *Domine præmitte mihi primùm ſepelire patrem meum.* S. Germ. 2. *ille autem: Permitte mihi primùm ire ſepelire*, &c. Gr. ὁ δὲ εἶπε· Κύριε ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου· Mſs. plures, ἀπελθεῖν πρῶτον, &c. Auguſt. ſer. 100. to. 5. 527. e. *Ibo priùs ſepelire patrem meum.* Adim. apud Auguſt. l. contra ipſum, to. 8. 117. b. *Ibo primùm ut ſepeliam patrem meum.*

℣. 60. Mſ. Cantabr. *At ille dixit illi: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu autem vade, & prædica regnum Dei.* Similiter habet Mſ. Maj. Mon. *Sine mortuos ſepelire.* Subinde Sangerm. 1. *tu autem vade annuntiare regnum Dei.* Gr. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε, &c. al. deeſt ὁ Ἰησοῦς. Iren. l. 1. c. 8. p. 38. d. *Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei:* & l. 5. c. 9. p. 302. d. *Sinite enim mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Tertul. l. 4. adverſ. Marc. p. 717. c. *Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei.* Cyprianus l. de orat. Dom. p. 206. c. *Sine mortui mortuos ſuos ſepeliant.* Ambroſ. l. 7. in Luc. 1419. c. *Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, annuntia regnum Dei:* & l. 2. de Abr. c. 8. col. 338. d. *Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Hieron. in Amos 6. to. 3. 1428. d. *Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos:* & in Ezech. 44. col. 1033. c. *Dimitte mortuos ut ſepeliant mortuos ſuos.* Auguſt. ſer. 100. to. 5. 527. e. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Adim. apud Auguſt. l. contra ipſum, to. 8. 117. b. *Sine mortuos mortuos ſuos ſepeliant: tu autem veni, & annuntia regnum Dei.* Caſſiod. in Pſal. 40. p. 139. b. *Sine mortuos ſepeliant mortuos ſuos.*

℣. 61. Mſ. Cantabr. *Dixit autem & alius: Sequar te Domine, permitte autem mihi primùm abrenuntiare qui ſunt in domum meam.* S. Germ. 1. *ſed primùm permitte mihi ire nunciare his, qui domi ſunt.* Itidem S. Germ. 2. *his, qui domi ſunt.* Græc. Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος..... πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου. Iren. l. 1. c. 8. p. 38. c. *Sequar te, permitte autem mihi ire, & renuntiare domeſticis.* Auguſt. ſerm. 100. to 5. 527. e. *Proſequar te Domine, ſed vado primùm renuntiare his, qui in domo ſunt:* & l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 55. e. *Sequar te Domine, ſed primùm permitte mihi renuntiare his, qui domi ſunt.*

℣. 62. Mſ. Cantabr. *Jeſus autem dixit illis:* Nemo retro *aſpiciens, & inmittens manum ſuam in aratrum, aptus eſt in regnum Dei.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *in aratrum, & aſpiciens retro*, &c. ut in Vulg. Gr. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν, &c. al. τῇ βασιλείᾳ. Irenæus l. 1. c. 8. p. 38. c. Nemo *ſuper aratrum*

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*manum imponens, & in posteriora respiciens, aptus est regno cælorum.* Tertul. l. de idol. c. 12. p. 242. c. *Nemo aratro manum imponens, & retro spectans, aptus est.* Cypr. l. 3. Testim. p. 307. b. & epist. ad Fortunat. p. 266. b. cum Zenone Veron. l. 2. tr. 13. p. 181. *Nemo retro attendens, & superponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei:* quæ ipsissima sunt verba textus nostri Colb. Hilarius in Ps. 122. col. 392. d. *Nemo retro respiciens, aratrum tenens, aptus est regno cælorum.* Ambros. in Ps. 43. col. 900. e. *Nemo mittens manum in aratrum, respiciens retro, habilis est regno Dei:* & l. 8. in Luc. 1480. e. *Nemo mittens manum in aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum.* August. tract. 122. in Joh. to. 3. p. 2. col. 810. b. & ser. 100. to. 5. 527. e. *Nemo ponens manum super aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum:* itidem l. 22. contra Faust. to. 8. 385. e. præter verbum *imponens.* Optat. verò l. 3. contra Donat. p. 65. c. *Nemo tenens manicam aratri, post se attendens, intrabit regna cælorum.* Maxim. Taurin. p. 8. c. *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 17. col. 103. a. *Nemo enim in retro adtendens, & ponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei.* Hormisd. ep. 22. Conc. to. 4. 1459. b. *Nemo mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei:* & epist. 78. col. 1551. d. *Nemo manum ad aratrum mittens, & post se respiciens, aptus est regno Dei.*

# CAPUT X.

## VULGATA NOVA.

1. POst hæc autem designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem, & locum, quò erat ipse venturus.

Matth. 9. 37. 2. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

Matth. 10. 16. 3. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

Matth. 10. 10. Marc. 6. 8. 4. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaveritis.

4. Reg. 4. 29. 5. In quamcunque domum intraveritis, primùm dicite: Pax huic domui:

6. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur.

Deuter. 24. 14. Matth. 10. 10. 1. Tim. 5. 18. 7. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.

8. Et in quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:

9. & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

10. In quamcunque autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite:

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. PRobavit autem & alios septuaginta duos: & præmisit eos binos ante faciem suam, in omnem locum, & civitatem, quòcunque venturus erat.

2. Dicebat autem illis: Messis multa est, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios ad messem suam.

3. Ite: ecce ego mitto vos quemadmodum agnos in medio luporum.

4. Nolite portare sacculum, non peram, non calciamenta, & neminem per viam salutaveritis.

5. Quamcunque primam domum introieritis, primùm dicite: Pax domui huic:

6. & si fuerit illic filius pacis, requiescet super eam pax vestra; si quominus, ad vos revertetur.

7. In ipsa domo manete, manducantes & bibentes quæ ab eis sunt: dignus est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.

8. Et in quamcunque civitatem introieritis, & receperint vos, manducate quæcunque vobis apponuntur:

9. & curate qui in illa infirmantur, & dicite illis: Appropinquavit super vos regnum Dei.

10. In quamcunque autem civitatem introieritis, & non receperint vos, euntes in plateas ejus, dicite:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Ostendit autem & alios lxxii. & misit vos... in omnem locum, & civit. ubi habebat venire.* Græc. Vulgatæ concinit, detracta voce *duos;* sed Mss. plures ferunt ἑβδομήκοντα δύο· quidam verò μαθητάς, loco δύο. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. a. *allegit & alios septuaginta apostolos.* Anon. apud Ambr. to. 2. col. 7. *designavit Dominus & alios septuaginta: & misit illos binos ante faciem suam.* August. l. de op. monach. to. 6. 479. g. 480. cum Vulgata concordat: vide etiam l. quæst. in Luc. q. 14. 254. e. necnon Cotelerii not. ad lib. 1. Recognit. c. 40. col. 351. c.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Dicebat autem ad eos: Messis multa, operarii autem pauci. Precamini ergo dominum messis, ut mittat,* &c. quæ in Vulg. Gr. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, &c. ut in Vulgata. Mss. plures, Ἔλεγεν δὲ, &c.

℣. 3. Ms. Cantabr. concordat cum textu Colb. nisi quòd hab. *sicut*, loco *quemadmodum.* S. Germ. 1. delet *ecce.* Gr. Cantabrigiensi favet. Ambros. l. de Joseph, c. 3. col. 488. f. *ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos:* itidem l. 7. in Luc. 1421. a.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Nolite bajulare sacellum, non peram, non calciam. & neminem in viam salutaveritis.* Gr. ut in Vulg. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. a. ait: *Nec peram discipulis in viam ferre præscripsit, etiam calceamenta portare vetuit illos:* & post pauca: *neminem per viam salutaveritis.* Ambros. l. 7. in Luc. 1423. a. 1425. d. e. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem salutaveritis in via.* August. ser. 101. to. 5. 532. c. 534. e. *Nolite ferre sacculum, aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam salutaveritis.*

℣. 5. Ms. Cantabr. *In quamcunque autem intraveritis domum, dicite: Pax domui huic.* Sic etiam in Græco est, interposito uno πρῶτον, ante *dicite.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. b. ait *in quam introissent domum, pacem ei dicere.* Ambrosiast. col. 28. e. *In quamcunque domum introieritis, & receperint vos, dicite: Pax huic domui.* August. ser. 101. to. 5. 532. c. *Et in quamcunque domum,* &c. ut in Vulg.

℣. 6. Ms. Cantabr. *& si fuerit ibi...... requiescet in eum pax vestra; si quominus, in vos revertetur pax vestra.* S. Mart. Tur. & S. Gat. *requiescet super illam pax vestra;* Maj. Mon. *super eam;* S. Germ. 1. *super illa.* Gr. καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς ..... ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ..... εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει· Mss. plures initio delent μέν. August. epist. 247. to. 2. 876. c. *& si est ibi filius pacis, requiescet super eum pax vestra; si quominus, ad vos revertetur:* itidem serm. 101. to. 5. 534. e. præter hoc 1. *si est illic.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *In ipsa autem domo manete, edentes & bibentes quæ sunt ab eis: dignus est enim operarius mercedem suam,* &c. Græcè ut in Vulg. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. b. *dignus est autem operarius mercede sua.* Apud Aug. l. de op. monach. to. 6. 480. c. *& quæ ab ipsis sunt manducate: dignus est enim operarius,* &c. Ambrosiast. col. 170. a. *dignus enim est operarius,* &c. S. Pacian. ep. 1. p. 306. h. *dignus est enim mercenarius,* &c.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Et in quamcunque civit. intraveritis, & acceperint vos, edite quæ adponuntur vobis;* S. Gat. *adponunt vobis.* Græc. Vulgatæ respondet.

℣. 9. Ms. S. Germ. 1. *& curate infirmos eorum, qui in illa sunt, & dicite illis: Adpropiavit in vos,* &c. Cantabr. *& curate qui sunt in ea infirmi, & dicite illis: Adpropiavit super vos,* &c. Gr. καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ... Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς, &c.

℣. 10. Ms. S. Germ. 1. *In quacunque civitate intraveritis, & non receperint vos, exeuntes,* &c. quæ sup. Cantabr.

Digitized by Google

### Versio Antiqua.

Ex Mſ. Colbert.

11. Etiam pulverem, qui nobis adhæſit de civitate veſtra in pedibus, extergimus vobis: verùm hoc ſcitote, quoniam appropinquavit regnum Dei.

12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quàm illi civitati.

13. Væ tibi Corazain, & Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ in vobis factæ ſunt, olim in cilicio & cinere ſedentes pœnitentiam egiſſent.

14. Veruntamen Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die judicii, quàm vobis.

15. Et tu Capharnaum uſque in cœlum exaltata, uſque ad infernum demergêris.

16. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit.

17. Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, & dæmonia ſubjecta ſunt nobis in tuo nomine.

18. Dixit ergo illis: Videbam ſatanan quaſi fulgur de cœlo cecidiſſe.

19. Et ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vos nocebit.

20. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjecti ſunt: gaudete autem, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo.

### Vulgata Nova.

11. Etiam pulverem, qui adhæſit nobis de civitate veſtra, extergimus in vos: tamen hoc ſcitote, quia appropinquavit regnum Dei. Act. 13. 51.

12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quàm illi civitati.

13. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. Matth. 11. 21.

14. Veruntamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in judicio, quàm vobis.

15. Et tu Capharnaum uſque ad cœlum exaltata, uſque ad infernum demergêris.

16. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me. Matth. 10. 40. Joan. 13. 20.

17. Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo.

18. Et ait illis: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.

19. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

20. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

### Notæ ad Versionem Antiquam.

*In quacunque autem civitate intraveritis, & non accipient vos, exeuntes in plateis ejus, dicite.* Græcè ut in textu Colb. & Vulg.

℣. 11. Mſ. Cantabr. *Et pulverem, qui adhæſit nobis de civitate veſtra in pedibus, extergimus vobis: veruntamen hoc ſcitote, quoniam*, &c. ut in textu. Maj. Mon. ſimiliter addit *in pedibus*; prætereaque *in vos*, poſt *appropinquavit*. Gr. delet *in pedibus*: ſubdit verò ἐφ' ὑμᾶς, *in vos*, ubi ſup. Mſ. unus tollit ἐφ' ὑμᾶς; alter addit τῶν ποδῶν ἡμῶν, ad *pulverem*; alii autem plures interponunt εἰς τοὺς πόδας, poſt hæc, *de civitate veſtra*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. b. alludens dicit: *Pulverem jubet excuti in illos in teſtificationem*: & poſt paulò: *ſcitote tamen appropinquaſſe regnum Dei.*

℣. 12. Mſ. Cantabr. *Dico autem vobis, quoniam Sodomis tolerabilius erit in regno Dei, quàm civitati illi.* S. Gat. *in die judicii remiſſius erit, quàm*, &c. Græcè ut in Vulg. addito uno δὲ, ad verbum *Dico*, quæ tamen conjunct. a Mſs. pleriſque abeſt.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Væ tibi Chorazin, & Bedſaida: quia ſi Tyri & Sidoni facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim jam in ſacco & cinere reſedentes pœnitentiam egiſſent.* Græcum Vulgatæ reſpondet, ſi exceperis nomen Χοραζίν; ſed al. Χοραζαίμ. Mſ. Maj. Mon. Lat. delet verbum *ſedentes*, quod etiam abeſt ab uno è Græcis. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1006. e. legit: *Væ tibi Corozaim, & Bethſaida.* Similiter habet Hilar. in Pſ. 118. col. 263. c. *Corozaim.*

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *Verùm Tyro & Sidoni tolerabilius erit, quàm vobis.* Græc. Vulgatæ congruit; al. deeſt ἐν τῇ κρίσει, *in judicio*: al. habetur ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

℣. 15. Mſ. S. Germ. 1. non differt à textu Colbertino. Cantabr. verò hab. *Et tu Cafarnaum, nunquid uſque ad cælum exaltaberis, aut uſque ad infernum deſcendet?* Auguſt. ſer. 101. to. 5. 533. c. *Et tu Capharnaum, quæ uſque ad cælum exaltata es, uſque in infernum deprimêris.* Gr. καταβιβασθήσῃ, al. καταδύσῃ.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Qui audit vos, me audit: & qui ſpernit vos, me ſpernit. Qui autem me audit, audit eum, qui me miſit.* Græcè ut in Vulg. Æthiop. tamen & Armen. cum ed. Pariſ. 6. poſt hoc. ult. *qui me miſit*, addunt, καὶ ὁ ἀκούων ἐμοῦ, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με, quæ Mſ. Cantabr. Gr. Lat. non præfert, niſi loco iſtorum, *Qui autem me ſpernit*, &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. c. *qui vos ſpernit, me ſpernit.* Cypr. ep. 55. p. 81. c. *Qui audit vos, me audit, & eum, qui me miſit: & qui rejicit vos, me rejicit. Et qui me rejicit, rejicit eum, qui me miſit*: at epiſt. 69. p. 122. *Qui audit vos, me audit: & qui me audit, audit eum, qui me miſit. Et qui rejicit vos, me rejicit, & eum, qui me miſit.* Anonym. apud Ambroſ. to. 2. 7. b. *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. 284. b. *Qui vos audit, me audit: qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit*: & in Iſai. 53. to. 3. 271. f. 272. a. *qui vos reprobat, me reprobat. Et qui me reprobat, reprobat eum, qui me miſit.*

℣. 17. Mſ. Cantabr. concordat cum textu Colb. niſi quòd habet *ſubdita*, pro *ſubjecta*: Gr. ὑποτάσσεται; delet autem num. δύο, quem ſubdunt alii plures. Auguſt. tract. 13. in Joh. to. 3. p. 2. col. 399. c. *dixerunt enim gloriantes ipſi diſcipuli: Ecce Domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis ſubjecta ſunt.*

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Dixit autem ad eos: Videbam ſanan ſicut*, &c. quæ in Vulg. Maj. Mon. *ſicut fulgor deſcendentem de cælo.* Gr. ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Ambroſ. l. de parad. col. 149. a. *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem*: itidem l. de fuga ſæc. c. 7. col. 433. e. & l. 3. de Interp. Job, c. 4. col. 658. e. & in Pſ. 39. col. 865. a.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Ecce do vobis poteſtatem ut calcetis ſuper ſerpentes..... & nihil vos nocebit.* S. Germ. 1. *Et ecce dedi*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 2. *Ecce dico vobis*, &c. vitiosè pro *do vobis*; Græcè δίδωμι, &c. ut in Vulg. al. δέδωκα. Iren. l. 5. c. 24. p. 322. a. *Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. c. *Quis dabit*, inquit, *poteſtatem calcandi ſuper colubros, & ſcorpios?* Auctor l. ad Novatian. p. 437. *Ecce do vobis poteſt. calc. ſuper omnem poteſtatem inimici, & ſuper ſerpentes, & ſcorpiones: & non nocebunt vobis.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 234. vel 236. c. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambroſ. l. 7. in Luc. 1424. c. præter ult. *nocebunt*, pro *nocêbit*: vide etiam in Pſ. 118. col. 1108. d. Hilarius in Pſ. 118. col. 307. b. legit: *Ecce dedi vobis poteſt. calcare ſuper ſerp. & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Similiter Rufin. in Symb. p. 178. b. ſi exceperis gerund. *calcandi*. Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 730. h. *Ecce dedi vobis poteſtatem ut calcetis ſuper ſerpentes, & ſcorp.* &c. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 726. b. *Dedi vobis poteſtatem calcare ſuper omnem virtutem inimici.* Auctor l. de prom. c. 4. ap. Proſp. col. 191. a. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſerpentes, & ſcorpiones: & non vobis nocebunt.* Maxim. Taurin. in ſerm. p. 20. f. *ſuper ſerpentes, & ſcorpiones ambulabitis: & nihil vobis nocebunt.*

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quoniam dæmonia vobis ſubdita ſunt: gaudete autem, quia*, &c. ut in Vulg. Græcè ut in eadem Vulg. adjuncto adverbio μᾶλλον, *magis*, ad hoc, *gaudete autem*: ſed Mſs. plerique adimunt μᾶλλον. Ambroſ. in Pſ. 48. col. 951. f. *Nolite gaudere, quia dæmonia vobis ſubjecta ſunt: ſed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo*: ſimiliter l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. e. & l. 1. Hex. col. 11. a. à verbo *gaudete*: at ep. 26. to. 2. 896. e. extremò legit *in cælis*, non *in cælo*. Ambroſiaſt. col. 154. d. *Nolite in hoc gaudere, quòd dæmonia vobis ſubjecta ſunt: ſed in hoc gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* Auguſt. tract. 13. in Joh. to. 3.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Matth. 11. 25. 21. In ipsa hora exsultavit Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te.

22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater; & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

Matth. 13. 16. 23. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.

24. Dico enim vobis, quòd multi prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

Matth. 22. 35. Marc. 12. 28. 25. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?

26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?

Deuter. 6. 5. 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum.

28. Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc fac & vives.

29. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus?

30. Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: &

## VERSIO ANTIQUA.

21. In illa hora exsultavit Jesus in Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Domine, pater cœli & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic placitum factum est coram te. Ex Ms. Colbert.

22. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Omnia mihi tradita sunt à Patre. Et nemo cognoscit quis est Filius, nisi Pater; & quis est Pater, nisi Filius, & cuicunque voluerit Filius revelare.

23. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ videtis; & aures, quæ audiunt.

24. Dico enim vobis, quia multi prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

25. Et hæc eo dicente, ecce surrexit quidam Legis doctor tentans eum, & dicens: Magister quid faciens vitam æternam consequar?

26. Ipse itaque dixit ad illum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?

27. Et ille respondens dixit illi: Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in omni fortitudine tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum.

28. Dixit illi itaque Jesus: Rectè respondisti: hoc fac & vives.

29. Ille autem volens se justificare, dixit ad Jesum: Quis est mihi proximus?

30. Suspiciens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui spoliatum illum, & plagis im-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 2. col. 399. c. *Nolite in hoc gloriari, quia dæmonia vobis subjecta sunt: sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælo:* & l. de quæst. to. 6. 71. b. *Nolite in hoc gaudere, quoniam spiritus vobis subjiciuntur: sed in hoc gaudete, quoniam ..... in cælis:* & in Joh. 10. col. 601. b. *quia nom. vestra scripta sunt in cælo.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 721. f. *gaudete, quia nomina vestra in cælo scripta sunt.*

℣. 21. Ms. Corb. *In ipsa hora exsultavit Jesus in Spiritu sancto, & dixit: Confitebor tibi Domine, pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc..... Ita Pater: quia sic bona voluntas fuit ante te.* Cantabr. *In ipsa autem hora exsultavit in Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater, Domine..... quoniam abscondisti hæc ab intelligentibus, & sapientibus..... Etiam Pater: quoniam sic beneplacitum in conspectu tuo.* S. Gat. *sic fuit placitum ante te.* Græc. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ Πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, &c. ut in Vulg. nisi quòd in fine hab. ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου· Mss. plures τῷ Πνεύματι, jungunt τῷ ἁγίῳ. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 719. a. legit: *Gratias ago, & confiteor Domine cæli, quòd ea, quæ erant abscondita sapientibus, & prudentibus, revelaveris parvulis.*

℣. 22. Ms. Corb. in principio habet cum Colb. *Et conversus ad discipulos, dixit:* reliqua ut in Vulg. excepto verbo *est*, loco *sit*. Cantabr. simpliciter habet: *Omnia mihi tradita sunt à Patre. Et nemo cognoscit qui est Filius... & quis est Pater,* &c. quæ in Vulg. S. Gat. & Maj. Mon. *qui sit..... & qui sit ..... & cui voluerit Filius revelare se.* Græcum Cantabrigiensi congruit, addito pronom. μου, ad *Patre*; sed Mss. plures initio præferunt: Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε. Irenæus l. 2. pp. 122. b. 135. e. *Nemo cognoscit* (inf. *cognovit*) *Patrem, nisi Filius; neque Filium, nisi Pater, & quibus Filius revelaverit.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. b. *Omnia sibi tradita dicit à Patre:* & infra: *Nemo scit qui sit Pater, nisi Filius; & qui sit Filius, nisi Pater, & cuicunque Filius revelaverit.* Novatian. de Trin. p. 1043. c. & Hilar. l. 11. de Trin. col. 1099. c. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Ambros. l. 7. in Luc. 1426. f. *Nemo scit quis est Filius, nisi Pater; & quis est Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Vigil. Tapf. l. 5. de Trin. *Nemo vidit Patrem, nisi Filius; & nemo scit Filium, nisi Pater.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Conversus autem ad discipulos suos, dixit eis: Beati oculi, qui vident quæ videtis; & audientes quæ auditis.* Corb. *Beati oculi, quia vident*, &c. quæ in Vulgata. Græcum eidem Vulgatæ consonat, nisi quòd loco *suos*, ponit κατ' ἰδίαν, *privatim*; Ms. unus tollit κατ' ἰδίαν; alius ejus loco habet αὐτοῖς; al. αὐτοῦ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. c. *Beati oculi, qui vident quæ videtis.*

℣. 24. Mss. Cantabr. & Corb. concinunt cum textu Colbert. nisi quòd uterque delet *& reges*; Cantabrig. que præponit *vos*, verbo *auditis*. S. Gat. cod. habet *cupierunt*, pro *voluerunt*. Græcè ut in Vulg. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. c. *Dico enim vobis, quia prophetæ non viderunt quæ vos videtis.*

℣. 25. Ms. Corb. *Hæc eo dicente, & ecce quidam*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Surrexit autem quidam Legis doctor tentans eum, & dicens: Quid faciens vitam æternam hæreditabo?* Sangerm. 2. delet *æternam*: delebat quoque Marcion, si Tertulliano fides: *Ut videretur*: inquit l. 4. contra ipsum p. 25. *agi de ea vita, quæ in lege promittitur à Creatore, longæva.* Græcè ut in Vulg. nisi quòd loco *possidebo*, habetur κληρονομήσω. Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 720. a. *Legis doctor Dominum aggressus: Quid faciens, inquit, vitam æternam consequar?*

℣. 26. Vulgatæ suffragantur Mss. Corb. Cantabr. Sangerm. & Græcum.

℣. 27. Ms. Corb. *At ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum & in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in omnibus viribus*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *At ille respondens dixit: Diliges Dom. Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota virtute tua: & proximum tuum sicut*, &c. Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd initio hab. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς· pauloque post, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, pro *ex omnibus viribus tuis*, quæ idem sonant. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 720. a. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & totis viribus tuis.*

℣. 28. Ms. Corb. *Dixitque illi Jesus*, &c. quæ sup. Cantabr. *Dixit autem illi: Rectè*, &c. Ita quoque in Græco. Ms. tamen unus interponit ὁ Ἰησοῦς. Ambr. l. 7. in Luc. 1427. a. similiter habet, *hoc fac & vives;* quod Ms. S. Germ. 1. delet.

℣. 29. Ms. Cantabr. *At ille volens se justificare, dixit ad Jesum: Et quis est mihi proximus?* Alii Vulgatæ congruunt unà cum Græco. Ambros. l. 7. in Luc. 1427. b. & l. 1. de pœnit. col. 398. a. *Quis est meus proximus?* August. in Ps. 48. to. 4. 433. e. *Et quis est mihi proximus?*

℣. 30. Ms. S. Germ. 1. *Suspiciens autem eum Jesus, dixit ..... qui etiam despoliaverunt, & plagis*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Suscipiens autem Jesus, dixit ei... at illi dispoliantes, & plagas imponentes, abierunt, dimittentes semivivum.* Mss. S. Mart. Turon. Maj. Mon. & S. Gat. legunt *Suspiciens*, non *Suscipiens*. Græc. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἄνθρωπος... οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα· Ms. unus pro Ὑπολαβὼν, habet initio Ἀναβλέπων; subinde plures, οἳ καὶ ἐξέδυσαν. August. in Ps. 48. to. 4. 433. e. *Et narravit Dominus: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Colbert.* poſitis, abjecerunt ſemivivum dimittentes eum.

31. Quidam ſacerdos deſcendebat illam viam : & videns illum præterivit.

32. Similiter & Levita, cùm veniſſet ad eundem locum, & videret, præterivit eum.

33. Samaritanus verò quidam iter agens, venit ſecus illum : & cùm vidiſſet, miſertus eſt ei.

34. Et acceſſit, & alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum : & impoſitum eum ſuper jumentum ſuum, ducebat ad ſtabulum, & curam ejus habuit.

35. Et altera die proferens denarios duos, & dedit ſtabulario, & dixit : Curam ejus habe : & quodcunque ſupererogaveris, in redeundo ego tibi reddam.

36. Quis ergo horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui in latrones inciderat ?

37. Ille autem dixit : Qui miſertus eſt ejus. Cui dixit Jeſus : Vade, & tu fac ſimiliter, & vives.

38. Factum eſt autem, euntibus eis, & ipſe introivit in quoddam caſtellum : mulier autem quædam nomine Martha, excepit eum in domum ſuam :

39. & huic ſoror erat, quæ vocabatur Maria : hæc ſedens ad pedes Domini, audiebat verbum ejus.

40. Martha autem vocabatur circa multum miniſterium : & aſſiſtens, ait : Domine, non ad te pertinet, quia ſoror mea relinquit me ſolam miniſtrare ? dic ergo illi, ut me adjuvet.

41. Reſpondens autem dixit illi Jeſus : Martha, Martha, ſollicita es, & conturbaris erga plurima.

**VULGATA NOVA.**

plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto.

31. Accidit autem ut ſacerdos quidam deſcenderet eadem via : & viſo illo præterivit.

32. Similiter & Levita, cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit.

33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum : & videns eum, miſericordia motus eſt.

34. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum : & imponens illum in jumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam ejus egit.

35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait : Curam illius habe : & quodcunque ſupererogaveris, ego cùm rediero reddam tibi.

36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones ?

37. At ille dixit : Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus : Vade, & tu fac ſimiliter.

38. Factum eſt autem, dum irent, & ipſe intravit in quoddam caſtellum : & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam :

39. & huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.

40. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium : quæ ſtetit, & ait : Domine, non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare ? dic ergo illi, ut me adjuvet.

41. Et reſpondens dixit illi Dominus : Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*eum vulneraverunt, & ſemivivum in via reliquerunt* : ſimilia habet l. 2. de Gen. to. 1. 670. e. item in Joh. 8. to. 3. 583. f. *Homo quidam deſcendebat ab..... & incidit in latrones, qui eum graviter vulnerantes, ſemivivum in via reliquerunt.* Ambroſ. in Luc. 1427. b. *Homo quidam ex Jeruſalem deſcendebat in Jericho, & incidit in latrones.*

℣. 31. Mſ. Corb. *Sacerdos autem fortuitò deſcendebat eandem viam : & viſo illo præteriit.* Cantabr. *Fortè autem ſacerdos quidam deſcendens per viam illam, & videns eum, pertranſivit.* Græc. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν. Vide ſis Aug. in Pſ. 48. to. 4. 433. e. & in Joh. 8. ubi ſup.

℣. 32. Mſ. Cantabr. *Similiter autem & Levita, factus ad locum, & videns eum, pertranſivit.* Cæteri codd. Vulgatæ conſonant. Græc. Ὁμοίως δὲ καὶ Λευΐτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν, καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν· al. deeſt γενόμενος ; al. ἐλθών ; al. ſeq. καί ; quidam verò codd. addunt αὐτὸν, ad ἰδών.

℣. 33. Mſ. Cantabr. *Samaritanus autem quidam tranſiens, venit ad eum : & videns eum, miſertus eſt.* Alii Mſs. codices concordant cum Vulgata ; nec refragatur Græcum. Huc alludit Ambroſius l. de pœnitentia, c. 6. col. 397. f. quem vide.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Et accedens conligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum : & imponens eum ſuper ſuum pecus, adduxit eum in diverſorium, & curam habuit ejus.* Græc. Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ..... ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, &c. Ambroſ. l. 7. in Luc. col. 1428. c. d. e. *Et alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum : & impoſuit in jumentum ſuum..... & curam egit.*

℣. 35. Mſ. Cantabr. *Et in craſtinum ejiciens denarios duos, dedit ſtablario, & dixit : Curam habeto ejus : & quidquid ſupererogaveris, cùm revertor ego reſtituam.* Corb. *& quidquid ſupererogaveris, ego revertens reddam tibi.* Itidem Maj. Mon. *ego revertens*, &c. Græc. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια, ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, &c. ut in textu Colb. al. deeſt αὐτῷ, poſt εἶπεν. Ambroſius l. 7. in Luc. 1428. f. legit : *Altero die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait : Curam illius habe :* & inf. 1429. b. addit : *quodcunque ſupererogaveris, revertens reddam tibi.* Aug. l. de op. monach. to. 6. 479. d. *ſi quid amplius erogaveris, in redeundo reddam tibi.*

℣. 36. Mſ. Cantabr. *Quem ergo putas proximum fuiſſe, qui incidit in latrones ?* Gr. Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι, τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς ;

℣. 37. Mſ. Cantabr. *At ille dixit : Qui fecit miſeric. cum eo. Dixit autem Jeſus : Vade, & tu fac ſimiliter.* Ita quoque Græcum habet, præter hoc, οὖν αὐτῷ, loco *autem* : al. δὲ αὐτῷ. Similiter apud Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 404. e. *Vade, & tu fac ſimiliter.*

℣. 38. Mſ. Cantabr. *Factum eſt autem, cùm iter faceret, introivit in caſtellum quoddam : mulier autem nomine Martha ſuſcepit eum in domum ſuam.* S. Gat. & Maj. Mon. *Factum eſt autem, dum iret*, &c. ut in Vulgata. Græcum textui Colb. favet.

℣. 39. Mſ. Cantabr. *cui erat ſoror nomine Maria, quæ adſidens ad pedes Domini, audiebat verbum.* Alii Vulgatæ patrocinantur ; ſicut & Græcum, niſi quòd hab. Ἰησοῦ, loco *Domini* ; ſed al. Κυρίου.

℣. 40. Mſ. Cantabr. *Martha autem abalienabatur in multum miniſterium : inſtans autem, dixit : Domine, non tibi cura eſt, quia ſoror mea dereliquit me*, &c. quæ ſup. Corb. *Martha autem ſatagebat circa miniſterium : quæ ſtetit, & ait : Domine, non eſt tibi cura*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *non eſt cura*, &c. Gr. Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ, εἶπε· Κύριε, οὐ μέλει σοι, &c. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1268. f. *Domine, non eſt tibi curæ, quòd dereliquit me ſoror mea ſolam miniſtrare ? dic ergo illi, ut me adjuvet :* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1107. b. præter hoc, *ſoror mea reliquit me.* Auguſt. ſerm. 169. to. 5. 817. f. *Placet tibi Domine, quòd ſoror mea deſeruit me, & ecce tantùm in miniſterio labore ?* ſed alludere videtur, non verò ipſa verba referre.

℣. 41. In Mſ. Corb. ult. deſunt, *ſollicita es, & conturbaris erga plurima.* In Cantabr. verò ſic : *Reſpondens autem Jeſus, dixit ei : Martha, Martha, turbas te*, omiſſis aliis ; in Sangerm. 1. *& turbaris circa plurima.* In Gr. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. Ambroſ. l. 1. in Luc. 1268. f. *Et dixit illi Dominus : Martha, Martha ;* exinde : *Maria optimam*, &c. rurſus in Pſ. 1. col. 757. e. *Martha, Martha, optimam partem*, &c. & in Pſ. 118. col. 1107. b. *Reſpondens dixit Dominus : Martha, Martha, Maria bonam*, &c. ex quibus valde ſuſpicor non legiſſe Ambroſium hæc verba, *ſollicita es, & turbaris erga plurima*, uti nec ſequentia iſta, *Porro unum eſt neceſſarium* ; quæ etiam abſunt à Mſ. Corb. Hieron. verò ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. d. habet : *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.* Auguſt. ſer.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

42. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

42. Maria optimam partem elegit, & quæ non auferetur ab ea.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

103. to. 5. 537. f. 539. d. 540. b. *Martha, Martha, tu circa multa es occupata:* & serm. 169. col. 817. f. *Et Dominus: Martha, Martha, circa multum es occupata.*

℣. 42. Mss. Corb. & Cantabrig. delent cum Colbert. *Porro unum est necessarium.* Cantabr. etiam loco *optimam*, scribit *bonam*; ut & Corb. *illi*, loco *ab ea.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Maria autem optimam partem*, &c. ut in Vulg. Maj. Mon. *Maria autem bonam partem*, &c. Gr. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις, &c. al. initio, Ὀλίγων δέ ἐστι χρεία. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 38. d. *Pauca autem necessaria sunt, aut unum. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* August. ser. 103. to. 5. 537. f. *Unum autem opus est, id est, Unum necessarium est:* & inf. 539. d. 540. b. *Quando unum est necessarium*; nec multò post: *Porro unum est necessarium*, ut in Vulg. Similiter habet ser. 169. col. 817. f. ubi addit, *Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Sed Ambrosius hanc primam pericopen, *Porro unum est necessarium*, non admisisse videtur, ut notavimus ad ℣. præced. enimverò l. 1. in Luc. 1268. post hoc, *Martha, Martha*, statim addit: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea:* & l. 7. col. 1429. f. *Maria optimam partem sibi elegit, quæ non auferetur illi:* itidem in Ps. 1. col. 757. e. hoc præmisso, *Martha, Martha:* rursum in Ps. 118. col. 1107. b. *Martha, Martha*; deinde: *Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur illi.* Hæc autem loca varia optimè confirmant prætermissionem Mss. codicum Cantabrig. Corb. & Colb. nec obstant puncta interposita duobus in locis novæ editionis, ac si *Martha* inter & *Maria*, verba media reticuerit Ambrosius; hæc enim puncta etiam interjecta esse in Mss. codicibus Ambrosianis vix crediderim: saltem de his nihil monent Editores.

# CAPUT XI.

**Vulgata nova.**

1. ET factum est cùm esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Joannes discipulos suos.

*Matth. 6. 9.* 2. Et ait illis: Cùm oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.

3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

5. Et ait ad illos: Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes,

6. quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum,

7. & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

1. ET factum est cùm esset Jesus in loco quodam orans, & ut quievit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut Johannes docuit discipulos suos.

2. Dixit ergo illis: Cùm oratis, dicite: Pater sancte, qui in cœlis es, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

4. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à malo.

5. Et ait Jesus: Quis ex vobis habebit amicum, & vadet ad illum media nocte, & dicet ad illum: Amice, commoda mihi tres panes,

6. quoniam amicus mihi advenit de via ad me, & non habeo quod illi apponam,

7. & ille deintus respondeat: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mecum in strato sunt, non possum surgere, & dare tibi.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ms. Corb. *Et factum est in quodam loco orans, & ut cessavit*, &c. Cantabr. *Et factum est cùm esset in loco quodam orantem, & cùm cessavit, dixit quidam de discipulis ejus ad eum..... sicut & Johannes docuit discipulos suos.* Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς, &c. Mss. quidam καὶ ὡς, ut in Cantabr. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 720. b. *Domine, doce nos orare, sicut & Johannes discipulos suos docuit.* Ambrosius l. 5. de Sacramentis, col. 376. f. *Domine, doce nos orare, quemadmodum Johannes docuit discipulos suos.*

℣. 2. Ms. Corb. *Et ait illis..... Pater sancte, qui in cœlis es, sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum:* nec addit plura. E contrario Cantabrig. habet velut ex Matth. 6. 7. 9. 10. *At ille dixit: Cùm oratis, nolite multùm loqui, sicut & cæteri: putant enim quidam quia in multiloquentia sua exaudientur: sed orantes dicite: Pater noster, qui in cælis es, sanctificetur nomen tuum super nos. Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælis, & in terra.* S. Gat. *Pater noster, sanctificetur*, &c. quæ in Vulg. Maj. Mon. *Pater sancte, sanctificetur*, &c. Gr. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· Mss. quidam tollunt ἡμῶν, post *Pater*; unus delet seq. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· sicut alii tres, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, cum seq. clausula, quam Origenes l. de orat. testatur non Lucæ esse, sed Matthæi. Observat etiam August. Enchirid. ad Laurent. c. 116. exemplaria Latina Lucæ habuisse in hac precatione quinque tantùm petitiones, dempta scilicet hac tertia, & septima; quem vide. Ambros. l. 5. de Sacram. col. 377. a. orationem integram refert, quomodo legitur supra ad Matth. 6. 9. initio tamen hæc verba præmittit: *Domine, doce nos orare, quemadmodum Johannes docuit discip. suos:* quæ non leguntur nisi apud Lucam: quoniam verò nullum Evangelistam indicat Ambrosius, credere malim sequentia quæ addit, magis ad Matthæum pertinere, quàm ad Lucam; tum maximè quia sextam positionem ita præfert, *Et ne nos patiaris induci in tentationem*, quæ nonnisi apud Matthæum ita citatur in Versione antiqua.

℣. 3. Continent Mss. Corb. Cantabr. & S. Germ. 1. Sangerm. 2. verò, S. Mart. Turon. & S. Gat. ferunt, *quotidianum da nobis quotidie.* Gr. ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν· alii quidam, ἡμῖν σήμερον.

℣. 4. Mss. Cantabr. & Corb. concordant cum textu Colbert. præterquam quòd hab. *in tentatione.* Græcè ut in Vulgata, additis tamen his in fine, Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· quæ à Mss. quibusdam absunt. Non leguntur etiam apud August. si Millio fides, qui August. ideo non adjecta dicit, quòd in præcedenti positione contineantur. Idipsum quoque notavit Origenes lib. de orat.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Et dixit: Quis ex vobis habebit amicum, & ibit ad eum media nocte, & dicit illi*, &c. Corb. cum S. Germ. 1. *Et ait illis: Quis vestrûm habet amicum... & dicit illi*, &c. Itidem in Ms. S. Gat. *habet*; Maj. Mon. *habens.* Græc. ut in Vulg. Ambros. l. 7. in Luc. 1430. d. legit, *Quis vestrûm habens amicum, ibit ad illum media nocte, & dicit illi: Amice, commoda mihi tres panes.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *quia amicus mihi supervenit de agro, & non habeo quod adponam illi.* Cæteri codd. ut in Vulgata. Gr. ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ· Mss. quidam delent μου, post φίλος; alii ferunt μοι.

℣. 7. Ms. Cantabr. *& ille deintus respondens dicit: Noli ..... & pueri mecum in cubili sunt, non possum surgens dare tibi.* Corb. & S. Germ. 1. similiter habent, *& pueri mecum*;

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 8. At ille si perseveraverit pulsans : dico vobis, & si non dabit illi surgens propter amicitiam, veruntamen propter importunitatem ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

9. Et ego vobis dico : Petite, & dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulsate, & aperietur vobis.

10. Omnis enim qui petit, accipit : & qui quærit, invenit : & pulsanti aperietur.

11. Quis autem ex vobis patrem petet panem, nunquid lapidem dabit illi ? Aut si petierit filius tuus piscem : nunquid pro pisce serpentem illi porrigis ?

12. Aut si ovum petierit : nunquid scorpionem tradis ?

13. Si ergo vos cùm sitis mali, scitis bona data dare filiis vestris : quanto magis Pater vester de cœlo dabit bonum datum petentibus se ?

14. Hæc cùm dixisset, offerunt illi unum dæmoniacum, surdum & mutum. Et erat dum ejiciebat dæmonium, idipsum fuit mutum. Et cùm ejecisset dæmonium mutum, locutus est mutus, & omnes turbæ mirabantur.

15. Et quidam ex his dicebant : In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.

### Vulgata nova.

8. Et si ille perseveraverit pulsans : dico vobis, & si non dabit illi surgens eò quòd amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

9. Et ego vobis dico : Petite, & dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulsate, & aperietur vobis. Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Joan. 14. 13. Jac. 1. 5.

10. Omnis enim qui petit, accipit : & qui quærit, invenit : & pulsanti aperietur.

11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi ? Aut piscem : nunquid pro pisce serpentem dabit illi ? Matth. 7. 9.

12. Aut si petierit ovum : nunquid porriget illi scorpionem ?

13. Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris : quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se ?

14. Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm ejecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Matth. 9. 32. & 12. 22.

15. Quidam autem ex eis dixerunt : In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Matth. 9. 34. Marc. 3. 22.

### Notæ ad Versionem antiquam.

absque medio *mei*. Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd ultimò habet, οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι, ut in Lat. Cantabr.

℣. 8. Ms. Corb. *Et si ille perseveraverit plùs pulsans : dico vobis, & si non dabat illi surgens eò quòd amicus ejus est, propter autem importunitatem ejus surget, & dabit illi quantos desiderat.* Cantabr. ipso initio habet : *Dico vobis, non dabit ei surgens propter quod amicus ejus sit, propter improbitatem ejus surgens dabit ei quantum opus habet.* S. Gat. *amen dico vobis*, &c. quæ in Vulg. S. Germ. 1. *Dico vobis*, omissis anteced. *Et si ille perseveraverit pulsans.* Omittit pariter & Græcum; loco verò *improbitatem*, scribit ἀναίδειαν, quæ vox *importunitatem*, & quasi *impudentiam* sonat : extremò pro *surget, & dabit*, &c. legit : ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ὅσων χρήζει. Mss. plerique, ὅσον, ut in Cantabr. Lat. al. ὅσων χρήζῃ.

℣. 9. Similiter habent Mss. Cantabrig. Corb. S. Germ. &c. & Græcum. Cypr. epist. 7. ad cler. p. 14. a. *Petite, & impetratis.* Hilarius l. 1. de Trin. col. 786. a. *Petite, & dabitur vobis : quærite, & invenietis : pulsate, & aperietur vobis.* Itidem Ambros. in Psal. 45. col. 928. c. & l. de apol. Dav. col. 719. f. sicut Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. 436. e. nisi quòd transfert *Petite*, &c. post *aperietur vobis.* E contrario August. ep. 130. to. 2. 388. d. & ser. 61. to. 5. col. 351. g. legit : *Petite, & accipietis : quærite..... pulsate*, &c. Phæbad. verò Agin. l. contra Arian. p. 302. d. *Quærite, & invenietis : petite, & dab. vobis : pulsate, & aperietur vobis.*

℣. 10. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. unà cum Græco. Sic etiam Cantabrig. præter fut. unum *inveniet*, pro præs. *invenit.* Et verò Ms. 1. hab. εὑρήσει, non εὑρίσκει, quod alii. Tertul. l. de præscr. c. 11. p. 332. c. sic : *Petenti enim dabitur : & pulsanti aperietur : & quærenti invenietur.* Cypr. ep. 7. ad cler. p. 13. *pulsanti aperietur.* Hieron. verò l. 3. in epist. ad Tit. to. 4. 436. e. legit : *Omnis enim qui quærit, invenit : & qui petit, accipit : & qui pulsat, aperietur ei.* August. epist. 130. to. 2. 388. d. & ser. 61. to. 5. 351. g. *Omnis enim qui petit, accipit : & quærens invenit : & pulsanti aperietur.*

℣. 11. Ms. Corb. sub finem habet : *A quo autem patre ex vobis petet filius ejus piscem : nunquid pro pisce serpentem dabit illi ?* Cantabr. *Quis autem ex vobis patrem suum filius petit panem, nunquid lapidem ei dabit ? Aut piscem petierit : nunquid pro pisce serpentem ei dabit ?* S. Gat. *Quis autem ex vobis patrem petiit filius ejus panem... Aut si piscem*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Quis autem ex vobis filius patri petit panem, nunquid lapidem porriget ei ? Aut piscem si petit : nunquid*, &c. Græcum, Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον... Εἰ καὶ ἰχθὺν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Τίς δὲ ὑμῶν; alii, ἐξ ὑμῶν; mox unus, τὸν πατέρα αἰτεῖ; tum alter, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον· subinde plures, Ἢ καὶ ἰχθὺν. Aug. epist. 130. to. 2. 388. d. *Aut quis est ex vobis homo, à quo filius suus panem petit, nunquid lapidem porrigit ei? Aut si piscem petit : nunquid serpentem porrigit illi ?* & serm. 105. to. 5. 543. c. *Quis est vestrûm, à quo petit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei ? Aut quis est vestrûm, à quo petit piscem : nunquid serpentem porriget ei ?* sed prior Aug. locus magis respondet Matthæi capiti 7. ℣. 9. nisi quòd subjungitur à S. Doctore versiculus de *ovo*, qui non legitur apud Matthæum.

℣. 12. Ms. Cantabr. *Et si ovum petierit : nunquid scorpionem ei dabit ?* Corb. S. Germ. S. Gat. &c. ut in Vulgata, cui etiam favet Græcum. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. a. alludens dicit : *Non serpentem pro pisce ; nec scorpium pro ovo.* August. ep. 130. to. 2. 388. d. *Aut si ovum petit : nunquid porrigit ei scorpium ?* & serm. 61. to. 5. 351. g. *Aut cùm petit ovum : nunquid scorpionem porriget ei ?* & ser. 105. col. 543. c. *Aut à quo petit ovum : nunquid porriget ei scorpionem ?*

℣. 13. Ms. Corb. non differt à Vulg. præterquam quòd legit *bonum datum*, loco *spiritum bonum*, ut in textu Colb. Codex Maj. Mon. utrumque habet, *spiritum bonum datum.* Cantabr. *Si ergo vos cùm sitis iniqui ; scitis data bona... quanto magis Pater de cælo dabit bonum datum petentibus eum ?* Gr. Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα... πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ, ὁ ἐξ οὐρανοῦ, δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν· Mss. quidam addunt ὑμῶν, ad Πατὴρ; alii, ἡμῶν; mox alter, ὁ οὐράνιος; paulòque post plures, πνεῦμα ἀγαθόν. Hilar. in Ps. 118. col. 331. f. legit : *Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris.* Ambros. l. de Spiritu S. to. 2. 614. b. addit : *quanto magis Pater vester de cælo dabit Spiritum sanctum petentibus se ?* & post pauca dicit : *Advertimus bonum esse Spiritum sanctum Domini judicio, Evangelistarum testimonio, quando alius* (*Matthæus*) *pro sancto Spiritu bona, alius* (*Lucas*) *pro bonis S. Spiritum nominavit :* & infra : *Nec fallit*, inquit, *quod nonnulli codices habent etiam secundùm Lucam : Quanto magis Pater vester de cælo dabit bonum datum petentibus se ?* Hieronym. in Isai. 52. to. 3. 378. f. *quanto magis Pater vester, qui est in cælis, dabit Spiritum sanctum petentibus se ?* August. epist. 130. to. 2. 388. d. *Si ergo vos cùm sitis mali, nostis.... quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se ?* Similiter habet ser. 61. & 105. to. 5. 343. d. 352. a. præter hoc, *qui in cælis est*, loco *cælestis.* Ita quoque fert Vulgata ad Matthæi 7. 11. unde malim ista Augustini loca ad Matthæum referre.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Hæc autem dicente eo, offertur illi dæmoniosus surdus. Et ejecto illo, omnes mirabantur.* Corb. *Et erat dum ejicit dæmonium, & illud fuit mutum. Et cùm ejecisset mutum dæmonium, locutus est mutus, & omnes turba stupuerunt.* Gr. Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν. Ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν ὁ κωφὸς, &c. ut in Vulg. Ms. unus, Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν, &c. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 721. a. *Cùm surdum dæmonium ejecisset.*

℣. 15. Ms. Corb. *Quidam autem ex Pharisæis dixerunt : In Belsebul*, &c. quæ supra. Cantabr. *Et quidam ex eis dixerunt : In Beelzebul principe*, &c. extremò post *dæmonia*, subdit : *At ille respondens, dixit : Quomodo potest Satanas Satanam ejicere ?* Hoc etiam additamentum subjiciunt Mss. plures Græci. S. Germ. 1. hab. *In Beelzebul principem*, &c. S. Gat. *Belzebul ;* Maj. Mon. *Beelzebud ;* Græc. Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι, &c. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 721. a. *In Beelzebule dictus ejicere dæmonia.* Paulin. vit. Ambros. p. v. b. *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

16. Et alii tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.

17. Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis : Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.

18. Si autem & Satanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.

19. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia : filii veſtri in quo ejiciunt ? Ideo ipſi judices veſtri erunt.

20. Porro ſi in digito Dei ejicio dæmonia : profectò pervenit in vos regnum Dei.

21. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.

22. Si autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.

23. Qui non eſt mecum, contra me eſt : & qui non colligit mecum, diſpergit.

24. Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem : & non inveniens dicit : Revertar in domum meam unde exivi.

25. Et cùm venerit, invenit eam ſcopis mundatam, & ornatam.

26. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

16. Alii autem tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.

17. Ipſe itaque videns cogitationes eorum, dixit ad illos : Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadit.

18. Et Satanas ſi in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis me in Beelzebub principe ejicere dæmonia.

19. Si verò ego in Beelzebub ejicio dæmonia : filii veſtri in quo ejiciunt ? Propterea ipſi vobis judices erunt.

20. Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia : profectò pervenit ſuper vos regnum Dei.

21. Quando fortis armatus fuerit cuſtodire regiam ſuam, in pace ſunt facultates ejus.

22. Si autem fortior illo aliquis ſuperveniens vicerit illum, omnia arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.

23. Qui non eſt mecum, adversùm me eſt : & qui non colligit mecum, diſpergit.

24. Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca arida, quærens requiem : & cùm non invenerit, dicit : Revertar in domum meam unde exivi.

25. Et veniens, invenit eam ſcopis mundatam, & compoſitam.

26. Tunc vadit, & aſſumit ille nequam alios ſeptem nequiores ſpiritus, & introeuntes inhabitant ibi. Et fiunt noviſſima hominis illius pejora

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Mſ. Cantabr. concordat cum textu Colb. Corb. verò, S. Germ. S. Gat. &c. cum Vulgata. Græcum textui Colb. favet, niſi quòd ponit *ab eo*, loco *de cœlo*; & viciſſim *de cœlo*, loco *ab eo*.

℣. 17. Mſ. Corb. *Ipſe autem videns cogitationes eorum, dixit : Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolatur*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Ipſe autem ſciens eorum cogitationes, dixit illis : Omne regnum diviſum ſuper ſe deſeretur, & domus ſuper domum cadet*. Gr. Ἀυτὸς δὲ εἰδὼς ἀυτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν ἀυτοῖς· Πᾶσα..... ἐρημοῦται, καὶ..... πίπτει· al. ἐρημωθήσεται..... πεσεῖται. Ambroſ. l. 7. in Luc. 1431. e. cum Vulgata conſentit : at l. 3. de Spir. S. col. 697. c. leg. *deſtruetur*, pro *deſolabitur*. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 38. col. 185. c. legit : *Omne regnum diviſum in ſemetipſum deſolabitur*.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Si autem Satanas ſuper ſe diviſus eſt, non ſtabit regnum ejus : quia dicitis in Beelzebul ejicere me dæmonia*. S. Gat. *quia dicitis me in Beelzebul ejicere me*, &c. Maj. Mon. *ejeciſſe me*. Corb. *Si & Satanas Satanam ejicit, in ſeipſum diviſum eſt, quomodo ſtabit regnum ipſius? quia dicitis quoniam principem dæmoniorum ejicio*. Græcum Vulgatæ favet, niſi quòd ſcribit Βεελζεβούλ. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 38. col. 185. c. *Quòd ſi & Sathanas in ſemetipſum diviſus eſt*, &c. ut in Vulg.

℣. 19. Mſ. Corb. *Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio : filii veſtri*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Si autem ego in Beelzebul ejicio dæm. filii veſtri in quo ejicient ? Propter hoc ipſi veſtri judices erunt*. S. Germ. 1. *Ideoque ipſi*, &c. Græcè ut in Vulg. Mſs. quidam non ἐκβάλλουσι ferunt, ſed ἐκβαλοῦσι. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. p. 721. a. *Si ego in Beelzebule ejicio dæmonia : filii veſtri in quo ejiciunt?* Auctor l. de promiſſ. ubi ſup. 185. c. *Quòd ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia : filii veſtri in quo expellunt? Propterea ipſi judices erunt veſtri*. Similiter hab. Gaudent. Brix. in ſerm. p. 944. g. ſi exceperis verbum *ejiciunt*, pro *expellunt*.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Si autem ego in digito Dei..... forſitan adpropinquavit in vos regnum Dei*. Corb. *Sed ſi in digito Dei ..... profectò provenit in vos*, &c. Gr. Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ..... ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. b. *Quòd ſi ego in digito Dei expello dæmonia : ergone appropinquavit in vos regnum Dei?* Ambroſ. l. 7. in Luc. 1432. e. *Quòd ſi in Spiritu Dei ego ejicio dæmonia : profectò pervenit in vos regnum Dei* : at l. de apol. Dav. col. 730. b. *Quòd ſi in digito Dei ejicio dæmonia* : ſimiliter in Pſ. 43. col. 914. c. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 667. e. poſito *ego*, ante *ejicio*. Auguſt. l. 1. de Trin. to. 8. 764. b. fortaſſe ex Matth. 12. 28. *Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia : certè ſupervenit ſuper vos regnum Dei* : ſed l. 1. de Gen. to. 1. col. 656. c. ait : *In digito Dei ejiciebat dæmonia* : & quæſt. 17. in Luc. to. 3. 255. a. *Dicitur*, inquit, *Spiritus ſanctus digitus Dei*. Auct. quæſt. ex utroque T. q. 97. col. 89. e. *Si enim ego in digito Dei ejicio dæmonia*. Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *Si autem ego in digito Dei ejicio dæmonia : pervenit in vos utique regnum Dei* : & l. 2. cont. Ari. & Sab. *ſupervenit in vos regnum Dei*.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *Quando fortis armatus cuſtodit aulam ſuam, in pace eſt ſubſtantia ejus*. Alii Mſs, ut in Vulgata. Gr. Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα ἀυτοῦ· Mſ. unus, βλέπει τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν φυλάσσων. Hieronymus in Amos caput 2. to. 3. col. 1385. Vulgatæ patrocinatur, niſi quòd hab. *omnia*, pro *ea*.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *Si autem fortior ſupervenerit, armaturam ejus tollit, in qua confidet, & ſpolia ejus dividet*. Corb. & S. Germ. ut in Vulgata. Sic etiam codd. Maj. Mon. S. Mart. Turon. & S. Gat. præterquam quòd ſcribunt *aufert*, pro *auferet*. Gr. Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος ἀυτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ ἀυτὸν, τὴν πανοπλίαν ἀυτοῦ αἴρει, ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα ἀυτοῦ διαδίδωσιν· al. αἴρῃ, non αἴρει; ultimòque, διαδώσει. Hieron. in Amos 2. col. 1385. Vulgatam reddit.

℣. 23. Mſ. Corb. textui Colb. conſonat, ſicut S. Germ. 1. & Maj. Mon. Cantabr. verò : *Qui non eſt mecum, contra me eſt : & qui non congregat mecum, diſpargit* : S. Gat. *diſpergit à me*. Græcum utrique textui favet : Mſ. tamen 1. ultimò hab. σκορπίζει μέ. Cypr. epiſt. 70. 75. & 76. pp. 126. 147. c. 152. a. *Qui non eſt mecum, adversùm me eſt : & qui non mecum colligit, ſpargit*. Similiter Ambroſ. l. 7. in Luc. 1417. c. præter unum *diſpergit*, ut in Vulg. at l. 2. de pœnit. col. 422. a. ipſi conſentit ad verbum. Vide ad Matth. 12. 30.

℣. 24. Mſ. Corb. *Cùm immundus ſpir. exierit de homine, perambulat per loca, quæ non habent aquam, quærens*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, vadit per arida loca, quærens*, &c. ut in Vulg. S. Gat..... *ab homine, perambulat per loca inaquoſa, & quærens requiem*. Maj. Mon. *perambulat per loca inaquoſa, quæ non habent requiem*. S. Mart. Turon. *ambulat per loca, quæ non habent aquam*. Græc. ut in Vulg. Ambroſ. l. 7. in Luc. 1432. f. *Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca arida, quæ non habent aquam, quærens requiem, & non inveniens*. Victor Tun. l. de pœnit. col. 601. e. *Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, pertranſit loca inaquoſa, quærens requiem : & non inveniens dicit : Revertar in domum meam, à qua exieram*.

℣. 25. Mſ. Cantabr. *Et veniens, invenit mundatum, adornatum*. S. Germ. ambo, *invenit ſcopis mundatam*, &c. Gr. εὑρίσκει σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. Victor Tun. l. de pœnit. p. 601. e. *Et reverſus, invenit eam vacantem, mundatam ſcopis, & compoſitam*.

℣. 26. Mſ. Corb. *Et tunc vadit, aſſumit adhuc ſeptem alios ſpiritus, nequiores ſe, & regreſſi inhabitant. Et fit hujuſmodi hominis vita multò pejor prioris*. Cantabr. *Vadit, & adſumit alios ſeptem ſpiritus, nequiores ſe, & intrant, & habitant. Et*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. prioribus.

27. Factum eſt autem, cùm iſta diceret: mulier quædam de turba levavit vocem, & dixit ei: Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ ſuxiſti.

28. Ipſe verò dixit ei: Imò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt.

29. Turbis autem congregatis cœpit dicere: Progenies iſta, progenies nequam eſt: & ſignum petit, & ſignum non dabitur illi, niſi ſignum Jonæ.

30. Sicut enim fuit Jonas ſignum Ninivitis: ſic erit Filius hominis in generatione hac.

31. Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis hujus, & damnabit illos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce plus hîc quàm Salomonem.

32. Viri Ninivitæ reſurgent in judicio cum iſta progenie, & damnabit illam: quia pœnituit eos in prædicatione Jonæ, & ecce plus hîc quàm Jonam.

33. Nemo lucernam accenſam in abſconſo ponit, neque ſub modium: ſed ſupra candelabrum, ut introeuntes lumen videant.

34. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum eſt: ſi autem nequam fuerit, corpus tuum tenebroſum erit.

35. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint.

VULGATA NOVA.

27. Factum eſt autem, cùm hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ ſuxiſti.

28. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

29. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam eſt: ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ. Matth. 12. 39.

30. Nam ſicut fuit Jonas ſignum Ninivitis: ita erit & Filius hominis generationi iſti. Jon. 2. 1.

31. Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic. 3. Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1.

32. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ, & ecce plus quàm Jonas hic. Jon. 3. 5.

33. Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: ſed ſupra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Matth. 5. 15. Marc. 4. 21.

34. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Matth. 6. 22.

35. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*fiunt*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 1. *Et tunc vadit, & adſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus, nequiores ſe...... Et ſunt noviſſima*, &c. S. Germ. 2. tollit *ſecum*, legitque, *Et ſunt noviſſima*, &c. S. Pacian. de bapt. p. 319. c. *Et fiunt noviſſima ejus deteriora prioribus.* Græcè ut in Vulg. detracto uno *ſecum;* Mſ. tamen 1. addit μεθ' ἑαυτȣ̃. Victor Tun. l. de pœnit. p. 601. e. *Tunc vadit, & adducit ſecum alios ſeptem ſpiritus, nequiores ſe, & ingreſſi habitabunt illic. Et fient noviſſima illius hominis pejora prioribus.*

℣. 27. Mſ. Corb. *Factum eſt, cùm hæc diceret: & extollens vocem*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Factum eſt autem in eo cùm diceret hæc: mulier quædam elevans vocem de plebe, dixit illi: Beatus venter, qui te bajulavit; & mamillæ, quas ſuxiſti.* Græcè ut in Vulg. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 673. b. alludens dicit: *Nam & mulier quædam exclamaverat: Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ hauſiſti:* & l. 4. p. 721. c. *Exclamat mulier de turba, beatum uterum, qui illum portaſſet; & ubera, quæ illum educaſſent:* vide etiam l. de carne Chr. p. 547. b. Similiter habet Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. col. 527. d. *Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ ſuxiſti.* Auguſt. tract. 10. in Joh. to. 3. p. 2. col. 369. b. *Felix venter, qui te portavit.*

℣. 28. Mſs. Corb. & Maj. Mon. *At ille dixit ad eos: Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt.* S. Mart. Turon. *Quippeni beati, qui..... & cuſtodiunt.* Cantabr. *Etiam beati, qui audiunt verbum Domini, & cuſtodiunt.* S. Gat. *Quippe hi beati.... & cuſtodiunt.* Græcè ut in Vulg. ſed Mſs. quidam delent αὐτὸν, poſt *cuſtodiunt*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. c. *Et Dominus: Imò beati, qui ſermonem Dei audiunt, & faciunt.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 204. h. *Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Auguſt. tract. 10. in Joh. to. 3. 369. b. *Imò felices, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt.*

℣. 29. Mſ. Cantabr. *Turbis autem congregatis cœpit dicere: Generatio hæc, generatio iniqua eſt: ſignum quærit*, &c. ut in Colb. textu. Corb. S. Mart. Turon. & S. Germ. ambo, cum Vulgata concinunt, ſublata tantùm ult. voce *prophetæ*. Græcè non geminatur vox *generatio;* cæt. ut in Vulg. Mſs. tamen plures ferunt, Γενεὰ αὕτη, γενεά; deeſt verò in fine τȣ̃ προφήτȣ in Copt. Arab. Armen. & Sax. Ambroſius l. 7. in Luc. 1433. c. & l. 5. de fide, col. 594. b. *Generatio hæc, generatio nequam eſt*, &c. ut in Vulg.

℣. 30. Mſ. Corb. *Nam ſicut fuit Jonas ſignum Ninevitis: ita erit & Filius hominis in generatione hac: & ſicut Jonas in utero ceti fuit: ſic & Filius hominis in corde terræ.* Cantabr. *Sicut enim fuit Jonas ſignum in Ninevitis: ſic erit Filius hominis generationi huic: & ſicut Jonas in ventre ceti fuit tribus diebus, & tribus noctibus: ſic & Filius hominis in terra:* quæ ult. huc adducta videntur è Matth. c. 12. ℣. 40. Alii Mſs. Vulgatæ reſpondent; ſicut etiam Ambroſius, & Græcum.

℣. 31. Mſ. Cantabr. *Regina Auſtri exſurget cum viris generat. hujus, & condemnabit eam: quia venit de finibus terræ ..... & ecce plus quàm Solomon eſt hîc.* Corb. *Regina Auſtri reſurget cum viris..... & ecce plus Salomon hîc.* S. Gat. *& ecce plus Salomone hîc.* Ita quoque in Græco eſt. Mſ. unus loco κατακρινεῖ αὐτȣ̀ς, hab. κατακρινεῖ τὴν γενεὰν ταύτην· quæ lectio Cantabrigienſem firmat. Similiter hab. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 36. col. 184. c. *Regina Auſtri exſurget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam: venit enim à finibus terræ*, &c. ut in Vulg.

℣. 32. Mſ. Corb. *Viri Ninevitæ reſurgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnit. egerunt in prædicatione Jonæ, & ecce plus Jona hîc.* S. Germ. 1. *in prædicationem Jonæ, & ecce plus Jona hîc.* S. Gat. *& ecce plus eſt Jona hîc.* In Cantabr. deeſt verſus totus. Græcè verò ut in Vulg. niſi quòd hab. Νινευὶ, loco *Ninivitæ;* at in Mſs. pleriſque, Νινευῖται.

℣. 33. Mſ. Cantabr. *Nemo lucernam accendens, in occultum* (ſupp. *ponit) neque ſub modium: ſed ſuper candelabrum, ut introeuntes lumen videant.* Corb. *Nemo autem lucernam accendit, & in abſconſo ponit... ſed ſuper candelabr.* &c. ut in Vulgata. Gr. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὴν τίθησιν, ȣ̓δὲ ὑπὸ τὸν μόδιον... ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι, &c. Mſs. quidam tollunt δὲ, poſt Οὐδεὶς· pauloque poſt unus habet, ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ εἰς κρυπτήν. Hilarius in Pſ. 118. col. 322. b. *Nemo lucernam accendit, & ponit eam ſub modio.* Ambroſ. l. 7. in Luc. 1433. f. ut in Vulgata. Vide ſup. ad cap. 8. ℣. 16.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Lucerna corporis tui........ Cùm eſt oculus tuus ſimplex, totum corpus tuum lucidum eſt: cùm autem malus fuerit, & corpus tuum eſt tenebroſum.* Corb. *Cùm oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum eſt: cùm autem nequam fuerit*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *ſi autem oculus tuus nequam*, &c. Gr. Ὁ λύχνος τȣ̃ σώματός, ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Ὅταν ȣ̃ν ὁ ὀφθαλμός σȣ ἁπλȣ̃ς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σȣ φωτεινόν ἐστιν· ἐπὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σȣ σκοτεινόν. In Mſs. pluribus deeſt καὶ, ante ὅλον· ſubinde plures pro ἐστὶν, ponunt ἔσται. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. 222. d. *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus:* ſubinde: *ſi oculus tuus cæcus fuerit, totum corpus in tenebris eſt.*

℣. 35. Accinunt Mſs. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabrig. verò, & Corb. loco hujus verſus, & proximè ſequentis, habent, *Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: tenebræ quantæ?* Corb. *tenebræ tuæ quantæ ſunt?* Similiter Auguſt. quæſt. 16. in Luc. to. 3. 254. f. *Si lumen, quod eſt in te, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ?* Græcè ut in textu Colb. & Vulgata: Mſ. tamen unus hunc verſum omittit. Vide ad Matth. 6. 23.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

37. Et cùm loqueretur, rogavit illum quidam Pharisæus ut pranderet apud se. Et ingressus recubuit.

38. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.

Matth. 23. 25. 39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate.

40. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod deintus est, fecit?

41. Veruntamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

42. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis judicium & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

Matth. 23. 6. 43. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.

Marc. 12. 39. Inf. 20. 46. 44. Væ vobis, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

45. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.

Matth. 23. 4. 46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ: quia

**Versio antiqua.**

36. Si corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Ex Ms. Colbert.

37. Et cùm loqueretur hæc, rogavit eum Pharisæus quidam ut pranderet apud eum. Et ingressus recubuit.

38. Pharisæus verò cœpit secum disputans dicere: Quare non primò baptizatus est ante prandium?

39. Dixit autem Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi priùs quod est aforis calicis & catini, mundatis: quod autem intra vos est, plenum est rapinæ, & malignitatis.

40. Insipientes, nonne qui fecit quod intus est, fecit & quod foris est?

41. Veruntamen quod superest, date eleemosynam: & ecce vobis munda sunt omnia.

42. Sed væ vobis Pharisæi, qui decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis judicium & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

43. Væ vobis Pharisæi, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.

44. Væ vobis, quoniam estis monumenta incerta, & homines ambulantes supra, nesciunt.

45. Respondens itaque quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam nobis contumeliam facis.

46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ: quo-

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 36. Hic versus totus abest in Mss. Cantabr. & Corb. secus in Sangerm. S. Gat. & Maj. Mon. Græcè ita: Εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τὶ μέρος σκοτεινὸν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε· al. τῆς ἀστραπῆς φωτίσῃ.

℣. 37. Ms. Corb. *Et cùm Jesus loqueretur hæc, rogavit illum quidam Pharis. ut cum illo pranderet. Et ingressus recubuit.* Cantabr. hæc refert sola: *Rogavit autem eum quidam Pharisæum ut pranderet cum eo. Intrans autem recubuit.* S. Germ. 1. verò: *Et cùm loqueretur hæc, rogavit,* &c. quæ in Vulg. Gr. Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτα, &c. Ms. unus ad λαλῆσαι, addit αὐτόν; plures, ταῦτα. August. Enchirid. to. 6. 224. e. Vulgatæ suffragatur.

℣. 38. Ms. Corb. *Pharisæus autem cœpit intra se cogitans dicere: Quare non prius baptizatus est priusquam manducaret?* Cantabr. *Pharisæus autem cœpit cogitare in semetipso, dicens: Quare non primùm baptizatus est antequam pranderet?* Gr. Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου· Mss. verò quidam, Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἤρξατο διακρινόμενος ἐν ἑαυτῷ λέγειν, διατί οὐ, &c. Sic etiam apud August. Enchirid. to. 6. 224. e. ut in Vulg.

℣. 39. Ms. Cantabr. *Dixit autem Dominus ad eum: Nunc vos Pharisæi hypocritæ, quod aforis est calicis & catilli, mundatis: abintus autem vestrum plenum est rapinæ, & iniquitate.* Corb. *priùs quod deforis est calicis,* &c. ut in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ consonat ad verbum. Ipsi quoque patrocinatur August. quæst. 16. in Luc. to. 3. 254. f. & Enchirid. to. 6. 224. e. at ser. 106. to. 5. 548. a. legit: *Nunc vos Pharisæi, quod foris est paropsidis, lavatis: intus autem pleni estis dolo, & rapina.* Ambros. l. 7. in Luc. 1434. c. *Nunc vos Pharisæi, priùs quod deforis est calicis & catini, mundatis.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. c. his alludendo, dicit *illos calicis & catini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina, & iniquitate.* Item Auct. l. de promiss. p. 2. c. 7. col. 131. d. *mundantes catinum & calicem, cùm intus pleni sitis rapina, & iniquitate.*

℣. 40. Ms. Cantabr. *Stulti, nonne qui fecit quod intus est, & quod foris est, fecit?* Alii Vulgatæ respondent, & Græco. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. c. legit: *nonne qui exteriora fecit, & interiora fecit?* Cypr. l. de op. & eleem. p. 237. c. & l. 3. Testim. p. 303. c. *qui fecit quod intus est, fecit & quod foris est.* August. Enchirid. to. 6. 224. e. *nonne qui fecit id, quod deforis est, etiam id, quod intus est, fecit?*

℣. 41. Ms. Cantabr. *Veruntamen quæ sunt, date misericordiam: & ecce omnia munda & erunt vobis.* Corb. *Tamen quod superest,* &c. ut in Vulg. Gr. Πλὴν τὰ ἐνόντα, δότε... καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν· al. ἔσται. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. c. *Date quæ habetis, eleemosynam: & omnia munda erunt vobis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. c. *Veruntamen date eleemosynam: & ecce vobis omnia sunt munda:* & l. de op. & eleem. p. 237. c. *Verùm date eleemos. & ecce vobis munda omnia.* Ambros. l. 7. in Luc. 1434. e. *Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.* August. ser. 106. to. 5. 548. c. *Veruntamen date eleemos. & ecce omnia munda sunt vobis:* at Enchirid. to. 6. 224. e. *Veruntamen quod superest, date eleem.* Leo M. ser. 17. p. 67. d. *Date eleem. & ecce omnia munda sunt vobis:* itidem ser. 19. p. 69. e. sublato uno *ecce.* Ambrosiast. col. 262. d. *Facite eleemos. & ecce omnia munda vobis sunt.*

℣. 42. Ms. Cantabr. omittit posteriora verba, *hæc autem oportuit facere,* &c. Corb. delet tantùm *autem,* cum Græco. Maj. Mon. legit *oportuerat.* S. Germ. 1. *oportet;* Græc. ἔδει. S. Gat. ipso initio, *Sed væ vobis Scribæ, & Pharisæi, quia,* &c. S. Germ. 2. cum Corb. *qui;* Græc. ὅτι; Mss. plures ferunt sup. ταῦτα δέ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 721. c. huc alludens, dicit: *Sic & oluscula decimantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes objurgat:* & infra: *rutam,* inquit, *& mentam offerebant.* August. ser. 106. to. 5. 548. a. partim ex Matth. 23. 23. *Veruntamen væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui decimatis mentham, cyminum, & rutam, & omne olus, & relinquitis graviora legis, judicium & charitatem.* Ambros. l. 7. in Luc. 1435. b. *& hæc oportuit facere, & illa non omittere.*

℣. 43. Ms. Cantabr. *Væ vobis Pharisæi, quia diligitis primas sessiones in synagogis, & salut. in foro, & primos adcubitos in cœnis.* Corb. & S. Gat. *Væ vobis Pharisæi, quia,* &c. ut in textu. Maj. Mon. *Pharisæi, qui,* &c. Græc. τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς.

℣. 44. Ms. Corb. *Væ vobis, quia estis monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra illa, nesciunt.* S. Germ. 2. *qui estis;* paulòque post, *ambulant.* Cantabrig. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, quia estis monumenta sine specie, & homines supra ambulantes, nesciunt.* Græc. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ, &c. ut in Vulg. in Mss. pluribus desunt ista, Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 205. a. legit, *Scribæ, & Pharisæi, quia monumenta estis quæ non parent, & homines nesciunt ambulantes super ea.*

℣. 45. Ms. S. Germ. 1. textui Colb. congruit, nisi quòd hab. *autem,* pro *itaque.* Cantabr. *Respondens autem quidam de Legis doctoribus, dicit illi: Magister, hæc dicens & nobis injuriam facis.* Ita quoque in Græco. Deest folium integrum in Ms. Corb. ab hoc versu usque ad ℣. 7. capitis seq.

℣. 46. Ms. Cantabr. *At ille dixit: Et vobis væ Legis do-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* niam oneratis homines oneribus gravibus, & ipsi uno digito non tangitis sarcinas.

47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.

48. Profectò testificamini consentire operibus patrum vestrorum: quoniam quidem ipsi eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulcra.

49. Propter hoc & sapientia Dei dicit: Mittam ad vos Prophetas, & Apostolos, & ipsos occidetis, & persequimini:

50. ut exquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi usque ad progeniem istam,

51. à sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, inquiretur à progenie hac.

52. Væ vobis Legis doctoribus, quoniam abscondistis clavem scientiæ, & ipsi non introitis, & introeuntes prohibetis.

53. Cùm hæc autem diceret ad eos in conspectu totius populi, cœperunt Pharisæi, & Legis doctores graviter habere, & conferre cum eo de pluribus,

54. quærentes occasionem aliquam invenire, ut accusarent eum.

VULGATA NOVA.

oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.

48. Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulcra.

49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur:

50. ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista,

51. à sanguine Abel, usque ad sanguinem Za- *Genes.*
chariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico *4. 8.*
vobis, requiretur ab hac generatione. *2. Par. 24. 21.*

52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis.

53. Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti graviter insistere, & os ejus opprimere de multis,

54. insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore ejus, ut accusarent eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ctoribus: quoniam oneratis homines onera, quæ non possunt portari, & ipsi uno digitorum vestrorum non adtingitis.* Similiter habent S. Germ. ambo, S. Gat. S. Mart. Tur. & Maj. Mon. *quæ portari non possunt.* Gr. φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις· al. ἑνὶ τῷ δακτύλῳ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. a. ait: *Invehitur & in doctores Legis, quòd onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem aggredi auderent.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. b. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui oneratis homines oneribus, quæ portari non possunt, ipsi autem non tangitis digito vestro sarcinas ipsas:* vide etiam ser. 1. de octo beatit.

℣. 47. Sic habent Mss. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Cantabr. verò: *Væ vobis, quoniam ædificatis,* &c. nec aliter in Græco est. Huc redeunt quæ subdit Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. a. *quòd ædificarent Prophetis monimenta interemptis à patribus eorum.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 205. a. textui Colb. consentit ad verbum, & Vulgatæ.

℣. 48. Ms. Cantabr. *Ergo testificatis non consentire operibus patrum vestrorum: quia ipsi quidem occiderunt eos, vos autem ædificatis.* Græc. Ἄρα μαρτυρεῖτε, καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν, &c. ut in Vulg. al. ὅτι συνευδοκεῖτε. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. a. *Ergo testimonium perhibetis, non consentientes operibus patrum vestrorum: quoniam illi quidem occiderunt eos, vos autem ædificatis sepulcra eorum.*

℣. 49. Ms. Cantabr. *Propter hoc mitto in eos Prophetas, & Apostolos: ex eis interficient, & persequentur.* Græcè ut in Vulgata. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. a. legit: *Ideo mitto Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur.* Ambrosius l. de Spiritu S. col. 661. e. *Mittam Prophetas, & Apostolos.*

℣. 50. Ms. Cantabr. *ut exquirat sanguis omnium Prophet. quod effunditur à constitutione mundi usque ad generationem hanc.* Alii codd. concordant cum Vulg. & Græco. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 205. b. *ut inquiratur sanguis omnis Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi usque ad generationem istam.*

℣. 51. Ms. Cantabr. *à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zach. filii Barachiæ, quem occiderunt inter medium altaris & templi. Etiam dico vobis, exquiretur à generatione hac.* Græc. Vulgatæ respondet: Mss. tamen plures nomini *Abel*, subdunt τοῦ δικαίου, ut in textu Colb. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. b. nil omnino differt à Vulg.

℣. 52. Ms. Cantabr. *Væ vobis Legis doctoribus, quia abscondistis clavem scientiæ, & ipsi non introistis, & introeuntes vetastis.* S. Mart. Turon. *Væ vobis Legisperitis, qui abstulistis ..... & introeuntes prohibuistis.* Ita quoque in Græco, excepto uno ὅτι, *quia*, pro *qui*. Ms. tamen unus loco ἤρατε, *tulistis*, hab. ἐκρύψατε, ut in textu Colb. & Cantabr. Hilarius prolog. in Ps. n. 5. *Væ vobis Legis doctores, qui abstulistis clavem scientiæ, ipsi non introitis, & introeuntes non sinitis introire.* Ambros. in Ps. 118. col. 1078. f. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui abstulistis clavim scientiæ, & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis.* Auct. l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 11. e. *Væ vobis, qui tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis.* Ambrosiast. col. 90. c. & 155. b. partim ex Matth. 23. 13. *vos habetis clavem scientiæ, & neque vos intratis, neque alios sinitis introire.* Hieron. in Ezech. 44. col. 1022. e. *Væ vobis doctoribus Legis, qui tollitis clavem scientiæ, ipsi non ingredimini, & intrantes prohibetis.* August. l. contra Adim. to. 8. 134. e. magis ex Matth. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui habetis clavem, nec ipsi intratis, nec alios permittitis intrare:* at quæst. 23. in Luc. to. 3. 257. c. *tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui intrabant, prohibuistis.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 102. col. 96. a. *vos habetis clavem scientiæ, & nec vos intratis, nec alios sinitis intrare.*

℣. 53. Ms. Cantabr. *Dicente autem hæc ad eos in conspectu omnis populi, cœperunt Pharisæi, & Legis doctores malè habere, & committere illi de plurimis.* Græc. Λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων· al. ἀποσομίζειν, al. ἐπισομίζειν, al. συμβάλλειν αὐτῷ περὶ πλειόνων.

℣. 54. Ms. Cantabr. initio habet: *quærentes occasionem aliquam accipere ejus, ut invenirent accusare eum.* Græc. ut in Vulg.

# CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 1. MUltis autem turbis circumstantibus ad eum, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicens ad discipulos suos: Primùm cavete vobis à

VULGATA NOVA.

1. MUltis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento Pha- *Matth. 16.6. Marc. 8.15.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Multis autem turbis adstantium circa, ut alterutro se suffocarent, cœpit dicere ad discipulos: Primùm adtendite vobis à fermento Pharisæorum, quæ est hypocrisis.* Similiter habent *quæ est* Mss. S. Gat. & Maj. Mon. Gr. Ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς, &c. Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 722. b. *Cavete à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. a. *Attendite vobis à fermento Pharisæorum, quod est hy-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

risæorum, quod est hypocrisis.

Matth. 2. Nihil autem opertum est, quod non reve-
10. 26. letur: neque absconditum, quod non sciatur.
Marc. 3. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine
4. 22. dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.

6. Nonne quinque passeres veneunt dipondio, & unus ex illis non est in oblivione coram Deo?

7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.

Matth. 8. Dico autem vobis: Omnis quicunque con-
10. 32. fessus fuerit me coram hominibus, & Filius homi-
Marc. nis confitebitur illum coram Angelis Dei:
8. 38. 9. qui autem negaverit me coram hominibus,
2. Tim.
2. 12. negabitur coram Angelis Dei.
Matth. 10. Et omnis qui dicit verbum in Filium homi-
12. 32. nis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum san-
Marc. ctum blasphemaverit, non remittetur.
3. 28. 29.

11. Cùm autem inducent vos in synagogas, &

**Versio antiqua.**

fermento Pharisæorum, quæ est simulatio. *Ex Ms. Colbert.*

2. Nihil autem absconsum est, quod non reveletur: & occultum, quod non cognoscatur.

3. Homo qui in tenebris locutus est, in luce audietur: & quod in aure locuti estis, aut in cubiculis, prædicabitur super tecta, & in plateis.

4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occidit, habet potestatem mittere in gehennam: dico vobis, hunc timete.

6. Nonne quinque passeres veneunt dipondio, & unus ex illis non est in oblivione coram Domino?

7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite itaque timere: multis passeribus plures estis.

8. Dico autem vobis: Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei:

9. qui autem me negaverit coram hominibus, abnegabitur coram Angelis Dei.

10. Et omnis quicunque dixerit verbum in Filium hominis, remittetur illi: si quis autem in Spiritu sancto dixerit, non remittetur illi, neque in hoc sæculo, neque in futuro.

11. Cùm autem perducent vos ad synagogas,

## Notæ ad Versionem antiquam.

*pocrisis.*

℣. 2. Ms. Cantabr. *Nihil enim coopertum est, quod non revelabitur: & absconsum, quod non scietur.* Ita quoque in Græco. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. b. *Nihil opertum, quod non patefiet: & nihil absconditum, quod non dinoscetur.*

℣. 3. Ms. Cantabr. *Verùm quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod ad aurem in promptalibus, prædicabitur super tecta.* Gr. Ἀνθ' ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς, &c. ut in Vulg. Ms. tamen unus pro ἀκουσθήσεται, hab. λεχθήσεται.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Dico autem vobis amicis meis, non timere ab his, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, nequa habentium amplius quid facere.* Græc. Λέγω δὲ..... Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. b. *Dico autem vobis amicis meis: Nolite terreri ab eis, qui vos solummodo occidere possunt, nec post hoc ullam in vobis habent potestatem.* August. tr. 43. & 47. in Joh. to. 3. 587. a. 610. e. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant:* & l. contra epist. Manich. to. 8. 179. b. *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & amplius non habent quid faciant:* vide etiam in Ps. 68. to. 4. 691. b. & ad Matth. 10. 28.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Ostendam autem vobis quem timeatis: quem, post occiderit, habentem potestatem in gehennam mittere: etiam dico vobis, hunc timete.* Maj. Mon. *postquam occidit, habet..... etiam dico vobis*, &c. Gr. φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς... ναὶ λέγω ὑμῖν, &c. al. καὶ λέγω ὑμῖν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. c. *Demonstrabo autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, potestatem habet mittendi in gehennam: itaque dico vobis, hunc timete.* August. l. contra epist. Manich. to. 8. 179. b. *Sed eum timete, qui, cùm corpus occiderit, habet potestatem animam mittere in gehennam:* vide etiam tr. in Joh. col 587. a. b. 610. e.

℣. 6. Ms. Cantabr. *Nonnequin que passeres veniunt dipundis duobus, & unum ex eis non est oblitum in conspectu Dei?* S. Gat. *veneunt depondio.* Maj. Mon. *asse veniunt depondio.* S. Germ. 1. ut in Vulg. sed in fine addit, *Nihil est enim celatum in conspectu Dei*, quod abest ab aliis. Græc. Vulgatæ consonat: Ms. tamen unus pro ult. *coram Deo*, habet ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. Ambros. l. 7. in Luc. 1435. f. ut in textu Colb. ad verbum. Cassiod. in Ps. 64. p. 212. e. *Nonne quinque passeres veneunt dipondio, & unus ex illis non cadet super terram sine voluntate Patris vestri?* sed hæc postrema respondent Matthæi capiti 10. ℣. 29.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Sed & capilli vestri omnes de capite numerati sunt. Ne ergo timueritis: multis enim passeribus differitis vos.* Corb. *Nolite timere: multis passeribus pluris estis.* Similiter S. Germ. 1. extremò delet *vos*. S. Gat. verò, & Maj. Mon. leg. *plures estis vos.* Itidem S. Germ. 2. *plures*, sed absque ult. *vos*. Græc. Μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε· subdunt ὑμεῖς Mss. plerique. Hilar. in Ps. 146. col. 578. a. *Nonne & capilli capitis vestri numerati sunt?* Ambros. l. 1. de Abr. c. 3. col. 287. e. *Et capilli vestri omnes numerati sunt:* & l. 5. Hex. col. 97. a. *nonne vos passeribus pluris estis?* & in Ps. 38. col. 850. e. necnon l. 7. in Luc. 1435. f. *Sed & capilli cap. vestri omnes numerati sunt. Nolite timere: multis passeribus pluris estis.*

℣. 8. Ms. S. Germ. 1. *Omnis quicunque confessus fuerit in me coram homin. & Filius hom. confitebitur in illo coram*, &c. Corb. *confessus fuerit me coram..... & Filius hom. confitebitur in illo cum Angelis Dei.* Cantabr..... *Quia omnis qui confessus fuerit in me in conspectu hominum, & Filius hominis confitebitur in eo in conspectu Angelorum Dei.* Ita quoque in Græco est, deleto uno *Quia*: Mss. tamen quidam pro ὁμολογήσῃ, ferunt ὁμολογήσει, subinde unus, κἀγὼ ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ. Unde Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 722. c. legit: *Dico enim vobis: Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo.* Vide ad Matth. 10. 32.

℣. 9. Ms. Cantabr. *qui autem negaverit me in conspectu hominum, abnegabitur in conspectu Angelorum Dei.* S. Germ. ambo, *denegabitur coram Angelis Dei.* Corb. *denegabitur & ipse coram*, &c. Græc. textui Colb. favet. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. a. *& omnis qui negaverit me coram hominibus, denegabitur coram Deo.* Ap. Ambros. l. 7. in Luc. col. 1437. f. ut in Vulg.

℣. 10. Ms. Cantabr. *Et omnis qui dixerit verbum in Filium hominis, dimittetur illi: in Spiritum autem sanctum, non dimittetur illi, neque in sæculo hoc, neque in futuro.* Corb. *in Spiritu autem sancto qui dixerit, non remittetur ei.* Græcè ut in Vulg. Apud Tertul. l. 4. contra Marc. p. 723. a. *Qui dixerit in Filium hominis, remittetur: illi autem, qui dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 237. h. *Omnis enim qui peccaverit in Filium hominis, dimittetur ei: qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei, neque hic, neque in futuro.* Hieron. l. 2. in epist. ad Gal. to. 4. 268. b. *Qui dixerit verbum contra Filium hominis, dimittetur ei: quicunque autem dixerit contra Spiritum sanctum, nec hic, nec in futuro dimittetur ei.* Sed hæc posteriora duo testimonia à Lucifero & Hieronymo allata, magis pertinere videntur ad Matthæi caput 12. ℣. 32. quem vide. Ambros. l. 7. in Luc. 1437. f. legit: *Et omnis qui dicit verbum in Filium hom. remittetur ei: in Spiritum autem sanctum qui dixerit, non remittetur ei.* August. l. 1. de Trin. to. 8. 764. b. *Qui dixerit blasphemiam in Filium hom. remittetur ei: qui autem dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei.* S. Pacian. epist. 3. p. 312. f. *sed qui in Spiritu sancto blasphemaverit, non remittetur ei.*

℣. 11. Ms. Cantabr. *Cùm autem adducent vos in synagogas, & principatus, ad potestates, nolite solliciti esse quomodo*

Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. & ad principes, & ad potestates, ne cogitaveritis quemadmodum vos excusetis, aut quid loquamini.

12. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora, quæ oporteat dici.

13. Dixit autem illi quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem.

14. Ipse verò dixit ei: Homo, quis me constituit judicem super vos?

15. Videte, & cavete ab omni cupiditate: quia non in obaudientia substantiæ alicui est vita sua, ex his quæ possidet.

16. Ait autem parabolam ad illos, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit:

17. & cogitavit secum dicens: Quid faciam, quia non habeo quò recondam fructus meos?

18. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea, & majora faciam: & ibi congregabo omnes fructus meos,

19. & dicam animæ meæ: Habes multa bona: jocundare.

20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte expostulatur anima tua: quæ ergo parasti, cujus erunt?

## Vulgata nova.

ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis.

12. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem.

14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?

15. Dixitque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujusquam vita ejus est, ex his quæ possidet.

16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit:

17. & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos?

18. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea,

19. & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Eccli. 11. 19.

20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cujus erunt?

## Notæ ad Versionem antiquam.

*respondeatis, aut quid dicetis.* Corb. *qualiter respondeatis, aut quid dicatis.* S. Germ. 2. *qualiter aut respondeatis, aut quid dicatis.* Gr. Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τι ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε· Mss. quidam initio, Ὅταν δὲ εἰσφέρωσιν. Ambros. l. de Spir. S. col. 613. a. legit: *nolite solliciti esse qualiter respondeatis, aut dicatis.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quæ oportet dicere.* Corb. *docebit in illa hora*, &c. ut in Vulg. S. Gat. *quid oporteat dicere.* Maj. Mon. *quæ oporteat vos dicere.* S. Germ. ambo, *quæ oporteat dicere.* Gr. ἃ δεῖ εἰπεῖν· al. τί δεῖ εἰπεῖν ὑμᾶς. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. a. *Sanctus enim Spiritus docebit vos horâ, quid eloqui debeatis.* Ambros. l. de Spir. S. col. 613. a. *Spiritus enim sanctus Dei docebit vos in ipsa hora, quæ oporteat dicere:* & in Luc. l. 7. col. 1438. b. *Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora, quæ oportet dicere.*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Dixit autem quidam ad illum de populo: Magister, dic fratri meo partiri mecum hæreditatem.* Corb. *Et ait quidam de turba*, &c. quæ in Vulg. Græc. Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου..... μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν, &c. Ambros. l. 7. in Luc. 1438. e. *Et ait quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæred.* Augustinus ser. 359. col. 1400. d. *Domine, dic fratri meo ut dividat*, &c.

℣. 14. Ms. Cantabrig. *At ille dixit illi: Home, quis me constituit judicem super vos?* Corb. *At Jesus dixit ei: Homo*, &c. ut in Vulg. S. Gat. & Maj. Mon. *O homo*, &c. S. Gat. ultimò, *aut divisorem inter vos?* S. Germ. 1. *supra vos?* Græcè ut in Vulg. Mss. tamen quidam delent sub fin. ἢ μεριστήν. Ambros. l. 7. in Luc. 1438. e. f. *At ille dixit ei: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem supra vos?* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. a. *quis me judicem constituit super vos?* August. serm. 359. to. 5. 1400. d. *O homo, quis me constituit divisorem hæreditatis inter vos?* infra, *Homo*, absque præced. interject. *O.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. b. *quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?*

℣. 15. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad illos: Videte, & observate ab omni cupiditate: quoniam non in abundantia cuiquam est vita de substantia ejus.* Corb. *Dixitque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in omni abundantia cujusquam*, &c. ut in Vulg. Græc. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Ὁρᾶτε, καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας· ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ· Mss. plures ponunt πάσης, ante πλεονεξίας. August. serm. 107. to. 5. 551. b. *cavete ab omni avaritia;* paulò verò post: *cavete ab omni cupiditate: quia non in abundantia hominis est vita ejus, ex his quæ ibi habet.* Ambros. l. 1. offic. col. 13. e. *quia non in abundantia est vita ejus:* & l. de Nabuth. c. 6. col. 572. d. *non in abundantia divitiarum vita ejus.* S. Paulin. epist. 25. p. 168. a. *quia non in abundantia cujusquam vita ejus est, ex his quæ possidet.*

℣. 16. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad eos parabolam, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus attulit regio.* Corb. *uberes fructus attulit possessio.* Græc. εὐφόρησεν ἡ χώρα. August. ser. 107. to. 5. 551. d. ait: *Erat homo dives, cui successerat regio.* Huc pariter redeunt quæ Tertul. l. de orat. c. 7. p. 181. b. dicit: *Cui rei parabolam quoque accommodavit illius hominis, qui provenientibus fructibus ampliationem horreorum, & longæ securitatis spatia cogitavit.*

℣. 17. Ms. Cantabr. *& cogitabat intra se dicens..... quoniam non habeo ubi congregem*, &c. Corb. *& cogitavit intra se..... quòd non habeo quò*, &c. Græc. καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ..... ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω, &c. Ambros. l. de Nabuth. c. 6. col. 573. b. *cogitavit intra se dicens: Quid faciam, quòd non habeo quò congregem fructus meos?* Similiter in Ps. 48. col. 951. a. & l. 3. offic. col. 118. f.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et dixit: Hoc faciam: Deponam apothecas, & faciam eas majores: & ibi congregabo omnes fructus meos.* Corb. Vulgatæ congruit, deleto uno in fine, *& bona mea;* quod tamen Græcum addit; sed à Ms. uno abest. Ambr. l. de Nabuth. c. 6. col. 573. b. legit: *Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & majora faciam: illo congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & dicam*, &c. item l. 3. offic. col. 118. f. *Destruam horrea, & majora faciam.* August. verò serm. 36. to. 5. 179. d. *Destruam veteres apothecas minores, & novas faciam ampliores: & implebo eas, & dicam*, &c. & ser. 107. col. 551. e. *Destruam horrea vetera, & faciam nova ampliora: & implebo ea.*

℣. 19. Ms. Corb. simpliciter habet: *& dicam animæ meæ: Habes multa bona: epulare in annos multos.* Cantabr. *& dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona: epulare.* S. Germ. 2. *Anima mea, habes*, &c. quæ in Vulg. Græcum eidem Vulg. succinit ad verbum. Ambros. l. de Nabuth. c. 6. col. 573. b. vix dissimiliter: *& dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona in annos multos posita: requiesce, manduca, bibe, epulare:* itidem l. de bono mort. c. 6. col. 400. d. Sic etiam August. serm. 107. to. 5. 551. d. *& dico animæ meæ: Anima, habes multa bona in annos plurimos reposita: requiesce, manduca, bibe, epulare:* at ser. 36. col. 179. d. breviùs: *& dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona: satiare, jocundare.* Leo M. serm. 88. p. 174. d. *habes multa bona: epulare.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte petunt animam tuam à te: quæ ergo parasti, cujus erunt?* S. Germ. ambo, *repetunt;* Corb. *repetent à te: quæ autem parasti, cui erunt?* Græc. ἀπαιτοῦσιν ἀπό σου· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; al. τίνος ἔσται; Irenæus l. 3. c. 14. p. 202. a. *in hac nocte expostulabunt animam tuam à te: quæ autem præparasti, cujus erunt?* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 72[illegible]. a. *Stulte, hac nocte animam tuam reposcent: quæ autem parasti, cujus erunt?* Cypr. l. 3. Testim. p. 323. a. *Dixit autem illi Dominus: Stulte, hac nocte expostulatur anima tua: quæ ergo parasti, cujus erunt?* & l. de orat. Dom. p. 210. b. necnon de op. & eleem. p. 241. b. *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua à te: quæ ergo parasti, cujus erunt?* Ambros. l. de Nab. c. 6. col. 573. b. 575. e. 576. a. 577. f. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cu-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.

Ps. 54. 23. Matth. 6. 25. 1. Petr. 5. 7.

22. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini.

23. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum.

24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quantò magis vos pluris estis illis?

25. Quis autem vestrûm cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis?

27. Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis.

28. Si autem fenum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos pusillæ fidei?

29. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli:

30. hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis.

31. Veruntamen quærite primùm regnum Dei,

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

21. Sic & qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.

22. Dixit autem ad discipulos: Propter hoc vobis dico: Ne cogitaveritis animæ quid edatis, neque corpori quid vestiamini.

23. Anima enim plus est cibo, & corpus vestitu.

24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Nonne vos pluris estis volucribus?

25. Quis autem vestrûm potest cogitando addere ad staturam suam cubitum unum?

26. Et de cæteris quid solliciti estis?

27. Considerate lilia agri quomodo crescunt: non nent, neque texunt: dico autem vobis, quia nec Salomon in tota gloria sua sic amictus est quomodo unum ex his.

28. Si autem fenum, quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos modicæ fidei?

29. Et vos ne quæsieritis quid edatis, aut quid bibatis: nec solliciti sitis:

30. hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Scit enim Pater vester quia indigetis his.

31. Veruntamen quærite regnum ejus: & hæc

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*jus erunt?* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 699. a. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem præparasti, cujus erunt?* at in Eccles. col. 717. b. *Insipiens, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem parasti, cujus erunt?* similiter habet in Isai. 14. & 65. to. 3. col. 163. e. 493. c. & in Naum 1. col. 1561. præter unum *Stulte*, loco *Insipiens*: verùm in Ezech. 27. col. 890. d. legit: *auferent animam*, &c. non *auferetur*: & in Osee 12. col. 1321. *rapietur anima*, &c. & in Soph. 1. col. 1657. d. *tolletur anima*, &c. S. Paulinus epist. 13. p. 786. *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua: qua parasti, cujus erunt?* August. l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 213. e. *Stulte, hac nocte anima tua expostulatur à te: hac quæ præparasti, cujus erunt?* at quæst. 47. in Num. p. 1. col. 548. d. *Stulte, hac nocte anima tua auferetur à te: hæc quæ præparasti, cujus erunt?* similiter ser. 36. to. 5. 179. d. & l. contra Adim. to. 8. 120. g. sed inf. 143. b. *Stulte...... à te animam tuam expetam: quæ autem præparasti, cujus erunt?* & in Ps. 48. to. 4. 441. a. *auferetur anima tua: & quæ præpar. cujus erunt?* Maximin. Arian. ap. August. to. 8. 665. a. *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua à te.* S. Valerian. hom. 20. apud Sirm. to. 1. 695. b. *Stulte, hac nocte requiretur à te anima tua: hæc quæ parasti, cujus erunt?* Libellus prec. Marcelli & Faust. ap. eundem Sirm. p. 239. c. *Stulte, hac nocte anima tua abs te auferetur: quæ præparasti, cujus erunt?* Leo M. serm. 88. p. 174. d. *Stulte, hac nocte reposcunt animam tuam à te: quæ autem præparasti, cujus erunt?*

℣. 21. Ms. Corb. *Sic est qui sibi.... & non est in Deo dives.* A Cantabr. hic versiculus abest. Græcè: Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad discipulos suos: Propter hoc dico vobis: Nolite solliciti esse animæ quid edatis, neque corpori quid induamini.* S. Germ. ambo, Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *quid vestiamini.* Abest etiam pronom. *vestræ* à S. Germ. 1. & Corb. Græcum Vulgatæ favet: sed Mss. quidam delent ὑμῶν, post vocem *animæ*. Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. *Nolite de crastino cogitare quid edatis*: & l. 4. adv. Marc. p. 723. b. *Quis nollet*, inquit, *curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu?* Ambros. l. 7. in Luc. 1439. c. *Nolite solliciti esse animæ quid manducetis, neque corpori quid vestiamini.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Anima enim plus est quàm esca, & corpus vestimento.* S. Mart. Turon. *& corpus quàm vestimentum.* S. Germ. 1. *& corpus quàm indumentum.* S. Germ. 2. *& corpus plus est quàm vestimentum.* Corb. & S. Gat. ut in Vulg. Græcè ut in textu Colb. sublata conjunct. *enim*, quam tamen Mss. plures retinent. Ambros. l. 7. in Luc. 1439. c. nil omnino differt à Vulgata. August. quæst. 24. in Luc. to. 3. 257. c. delet tantùm *plus*, post *corpus*.

℣. 24. Ms. Corb. extremò habet: *Nonne vos plures estis avibus?* S. Gat. *Magni vos plures estis illis.* Maj. Mon. *Magis pluris estis illis.* Græc. Πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν; al. διαφέρετε αὐτῶν; cæt. ut in Lat. sup. Ms. S. Mart. Tur. legit: *Considerate volatilia cæli, quia non seminant..... & Deus pascit illa. Nonne vos plures estis illis?* Cantabr. *Intuemini volatilia cæli, quoniam neque serent, neque metent, quibus non est promptuarium, neque apotheca, & Deus pascit ea. Nonne vos differitis volatilibus?* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. b. his alludens, dicit: *Corvi non serunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso.*

℣. 25. Ms. S. Germ. 2. *Quis autem vestrûm cogitans potest*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Quis autem ex vobis potest adjicere in ætatem suam cubitum?* Græc. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; al. deest μεριμνῶν. Tertul. l. de spectac. c. 23. p. 218. c. ait: *Nemo potest adjicere cubitum unum ad staturam suam.*

℣. 26. Ms. Cantabr. textui Colb. suffragatur. Corb. habet: *Quid de cæteris solliciti estis?* uterque verò anteced. verba delet; *Si ergo neque*, &c. Græcè ut in Vulg.

℣. 27. Ms. Corb. *Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, non neunt, neque texunt: dico vobis, quoniam nec Salomon*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Intuemini lilia quomodo neque neunt, neque texunt: dico autem vobis, quoniam neque Salomon in omni gloria sua indutus est sicut unum ex his.* Græc. Vulgatæ accinit, sed Mss. quidam adjungunt τοῦ ἀγροῦ, ad *lilia*, paulòque post alii tollunt δὲ, post *dico*: plures autem ponunt ὅτι, post *vobis*. Ad hunc locum pertinent ista Tertulliani l. 4. adv. Marc. p. 723. b. *Lilia & fenum non texunt; nec nent: & tamen vestiuntur ab ipso, cujus & Salomon gloriosissimus nec ullo tamen flosculo cultior.* Apud Ambros. l. 7. in Luc. 1439. f. ut in Vulg. *Considerate lilia quomodo crescunt.*

℣. 28. Mss. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. assentiunt textui Colb. Corb. verò habet: *Si ergo fenum, quod hodie est in agrum..... quantò magis vos minimæ fidei?* Cantabr. *Si autem fenum agri, hodie qui est, & cras in*, &c. quæ in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ respondet. Ambros. l. 7. in Luc. 1439. f. *Si autem fenum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur; Deus sic vestit: quantò magis vos minimæ fidei?*

℣. 29. Ms. Corb. *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite solliciti esse.* Cantabr. *Et vos nolite quærere quid manduc. aut quid bibetis: & non abalienetis vos.* Maj. Mon. & S. Mart. Turon. *& nolite in sublime extolli.* Græc. Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· καὶ μὴ μετεωρίζεσθε.

℣. 30. Ms. Corb. *hæc omnia gentes hujus mundi inquirunt*, &c. ut in Vulg. Itidem Ms. S. Mart. Turon. inversis tantùm his, *Scit enim Pater vester.* Cantabr. *hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Scit enim Pater vester quoniam opus habetis horum.* Maj. Mon. *quoniam his omnibus indigetis.* Græcè ut in Vulg. sed Mss. quidam codici Maj. Mon. accedunt. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. c. *hæc enim nationes mundi quærunt. Scit autem Pater opus esse hæc vobis*: l. de orat. c. 6. p. 181. b. legit *requirunt.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *Quærite* (vitiosè *Quærit*) *autem re-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* omnia adjicientur vobis.

32. Nolite metuere modice grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.

33. Vendite quæ possidetis, facultates vestras, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos non veterascentes, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non accedit, neque tinea corrumpit.

34. Ubi enim est thesaurus vester, illic cor vestrum erit.

35. Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris,

36. & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur à nuptiis: &, cùm venerit, & pulsaverit, continuò aperiatur ei.

37. Beati servi illi, quos veniens dominus invenerit vigilantes: amen dico vobis, quoniam præcinget se, & discumbere eos faciet, & transiens ministrabit illis.

38. Et si venerit vespertina vigilia, & invenerit sic facientes, & si in secunda, & si in tertia, beati sunt servi illi.

39. Illud autem scitote, quia si sciret paterfamilias, qua hora venit fur, vigilaret, & non pateretur fodiri domum suam.

VULGATA NOVA.

& justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis.

32. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

33. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. *Matth. 6. 20. & 19. 21.*

34. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

35. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris,

36. & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur à nuptiis: ut, cùm venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei.

37. Beati servi illi, quos cùm venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

38. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi.

39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. *Matth. 24. 43.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*gnum Dei: & hæc omnia adjicientur vobis.* Sangerm. ambo cum Corb. & S. Mart. Turon. *Veruntamen quærite regn. Dei: & hæc omnia adjicientur vobis.* Ita quoque in Græco est, nec plura: Mss. tamen quidam Vulgatæ congruunt, adduntque πρῶτον, ad *quærite*, necnon καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ad vocem *Dei.* Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 723. c. legit simpliciter: *Quærite regnum Dei: & hæc vobis adjicientur:* & l. 3. p. 680. c. *Quærite primùm regnum Dei: & hæc adjicientur vobis:* & l. de orat. c. 6. p. 181. b. *Quærite priùs regnum: & tunc vobis etiam hæc adjicientur.* Ambros. l. 7. in Luc. 1441. c. *Quærite regnum Dei: & hæc omnia adjicientur vobis.* Nullus horum Latinorum interponit, *& justitiam ejus.*

℣. 32. Ms. Cantabr. *Nolite timere pusillum gregem, quoniam in eo beneplacitum est patri vestro dare vobis regnum.* S. Gat. & Maj. Mon. *cui complacuit patri meo dare vobis regn.* Corb. & S. Germ. ut in Vulg. Gr. Μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι, &c. al. Μὴ φοβήθητε. Huc redit quod refert Hieronymus in Amos 9. to. 3. 1448. c. *Ne timeas grex parvule, quia complacuit patri meo habitare in te.*

℣. 33. Ms. Cantabr. *Vendite substantiam vestram, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos non veterascentes, thesaurum non deficientem in cœlis: ubi fur non accedit, nec tinea corrumpit.* S. Germ. 1. hab. *thesaurum non deficiendum.* S. Germ. 2. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ patrocinantur. Græc. Cantabrigiensi favet. Cypr. l. de op. & eleem. p. 239. b. *Vendite res vestras, & date eleemosynam.* August. in Ps. 36. to. 4. 287. e. *Facite vobis sacculos non veterascentes, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non accedit.*

℣. 34. Ms. Corb. *Nam ubi thesaurus vester est, ibi & cor,* &c. Cantabr. *Ubi enim est thes. vester, ibi erit & cor vestrum.* S. Mart. Turon. *vestrum est.*

℣. 35. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabrig. verò hab. *Sit lumbus vester cinctus, & lucernæ ardentes;* nec addit *in manibus vestris;* quod etiam omittunt S. Germ. 2. S. Gat. & S. Mart. Turon. nec habetur in Græco. Irenæus quoque l. 4. c. 36. & 37. pp. 278. c. 282. b. simpliciter leg. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos,* &c. Accinit Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. c. dicendo *succingere* nos debere *lumbos; item lucernas ardentes habere, atque ita exspectare Dominum.* Item Cypr. ad Fortun. p. 266. b. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos similes,* &c. ita rursum l. 2. Testim. p. 293. c. sicut l. 3. p. 307. b. nisi quòd legit *accincti:* at l. de unit. Eccl. p. 203. c. addit *in manibus vestris.* Huic loco favet Julius Firm. l. de erro. fals. rel. p. 172. d. Hilar. autem in Psal. 118. col. 322. c. legit: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ vestræ ardentes.* Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1143. f. sed infra, col. 1144. c. delet pronom. *vestræ;* ut & l. 7. in Luc. 1442. a. Ita quoque refert ipse l. de parad. col. 176. a. nisi exceperis verbum *succincti.* August. quæst. 25. in Luc. to. 3. 257. d. & ser. 361. to. 5. 1416. & alibi: *Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & similes,* &c. item ser. 46. col. 227. e. sicut apud Hieron. in Ezech. 44. to. 3. 1030. f. necnon ap. Auct. l. de promiss. p. 2. c. 18. col. 142. c. Concinunt Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. c. & Nicetius, Spicil. to. 3. c. 3. p. 4. c. nisi quòd legunt *præcincti.*

℣. 36. Ms. Cantabr. *& vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando veniet à nuptias: ut venienti, & pulsanti, confestim aperiant illi.* S. Germ. 1. *&, cùm venerit, & pulsaverit, confestim aperient ei.* S. Gat. *& pulsaverit ostium, confestim,* &c. Corb. S. Germ. 2. & Maj. Mon. ut in Vulg. cui etiam Græcum respondet, nisi excipiatur verbum ἀναλύσει, pro *revertatur;* sed Mss. plures ferunt ἀναλύσῃ. Iren. l. 4. c. 36. & 37. pp. 278. c. 282. b. concordat cum Vulg. deleto tantùm adverbio *confestim.* Itidem Cypr. epist. ad Fortun. p. 226. b. absque *confestim:* ita rursum l. de unit. Eccl. p. 203. c. necnon l. 2. & 3. Testim. pp. 293. c. 307. b. præter unum *veniat,* loco *revertatur.* Similiter legit Julius Firm. l. de erro. prof. relig. c. 20. p. 172. d. Ap. August. ser. 361. to. 5. col. 1416. *& similes estote pueris exspectantibus domin. suum quando veniat à nuptiis.* Apud Nicetium c. 3. Spicil. to. 3. p. 4. c. *& vos similes exspectantibus dominum suum quando revertatur à nuptiis. Beati servi,* &c.

℣. 37. Ms. Corb. *Beati... quos cùm venerit dominus, invenerit vig... quòd præcinget se, & jubebit illos discumbere, & transiet, & ministrabit illis.* Cantabr. *Beati..... quos veniens dominus, inveniet vig..... quia succinget se, & reclinabit eos, & transiens,* &c. Huic etiam Græcum favet. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. b. legit: *Beatus servus ille, quem cùm venerit dominus ejus, invenerit ita facientem:* at l. 5. c. 34. p. 334. e. *Beati servi illi, quos veniens dominus, inveniet vigilantes: amen dico vobis, quoniam præcingetur, & recumbere eos faciet, & transiens ministrabit eis.* Cypr. l. de unit. Eccles. p. 203. c. *Beati servi, quos adveniens dominus, invenerit vigilantes:* itidem l. 2. & 3. Testim. pp. 293. c. 307. b. adjuncto uno *illi,* ad *servi:* at epist. ad Fortunat. p. 266. b. legit: *Felices servi illi, quos adveniens dominus, invenerit vig.* cui loco succinit J■. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 20. p. 172. d. Ambrosius verò l. 7. in Luc. 1431. a. & Nicetius episc. c. 3. p. 4. c. cum Vulg. *Beati servi illi, quos cùm venerit dom. invenerit vigilantes.*

℣. 38. Ms. Corb. *Et si venerit vespertina vigilia, & ita invenerit, beati sunt, quia jubebit illos discumbere, & transiet, & ministrabit eis: & si secunda, & si tertia, beati sunt.* Maj. Mon. *Et si venerit vespertina vigilia, & ita invenerit, beati sunt servi illi, quia jubebit illos discumbere, & transiens ministrabit illis: & si venerit in secunda vigilia, & si in tertia, & ita invenerit, beati.* S. Gat. *& si in tertia vigilia venerit, beati.* Cantabr. *Et si veniet vespertina custodia, & inveniet, sic faciet: & si secunda, vel tertia, beati sunt illi.* Gr. Vulgatæ accedit, nisi quòd hab. φυλακῇ, pro *vigilia.* Irenæus l. 5. c. 34. p. 334. e. *Et si venerit vespertina vigilia, & invenerit sic, beati sunt, quoniam recumbere eos faciet, & ministrabit eis: licet secunda, & licet tertia, beati sunt.* Nicetius c. 3. Spicil. to. 3. p. 4. c. *Et si vespertina hora venerit, & si media nocte, & si galli cantu, & inveniat eos vigilantes, beati sunt.*

℣. 39. Ms. Corb. *Illud autem scitote, quoniam si.... qua*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Apoc. 16. 15. 40. Et vos estote parati: quia* qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes?

42. Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?

43. Beatus ille servus, quem cùm venerit dominus, invenerit ita facientem.

44. Verè dico vobis, quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum.

45. Quòd si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere servos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari:

46. veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet.

47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non præparavit, & non fecit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis:

VERSIO ANTIQUA.

40. Et vos estote parati: quia quacunque hora non putatis, & die, qua non speratis, Filius hominis venit. Ex Ms. Colbert.

41. Dixit autem Petrus: Domine, ad nos dicis parabolam istam, an etiam ad omnes?

42. Dixit autem Dominus: Quisnam est servus fidelis, dispensator sapiens, & bonus, quem constituit Dominus supra familiam suam, dare illis frumentum tempore tritici mensuram?

43. Beatus servus ille, quem veniens dominus invenerit sic facientem.

44. Amen dico vobis, quia super omnia quæ sunt ei, constituet illum.

45. Si autem dixerit servus ille in corde suo: Tardat dominus meus venire: & incipiet percutere pueros, & puellas, & manducare, & bibere, & inebriari:

46. veniet dominus servi ejus in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & bifariam illum dividet, partemque ejus cum infidelibus ponet.

47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non paruit voluntati ejus, vapulabit multis:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*hora fur venit, vigilaret, & non fineret perfodiri domum suam.* Cantabr. *Hoc autem scitote, si sciret.... qua hora fur venit, utique non*; reliqua desunt. Maj. Mon. *& non finet perfodiri*, &c. S. Gat. ac S. Germ. 2. *& non fineret perfodiri*, &c. S. Germ. 1. *& non fineret perfodire*, &c. Græcè ut in Vulg. nisi quòd habetur ἔρχεται, pro *veniret*. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 723. c. huc alludens, dicit *furem illum, cujus horam si paterfamiliæ sciret, non fineret suffodi domum suam*, &c.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Et vos ergo estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hom. venit.* Item S. Mart. Turon. *venit*; Corb. *venturus est*. Alii Mss. Vulgatæ consonant. Gr. verò Ms. Cantabrigiensi. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 723. c. *Jubet*, inquit, *ut parati simus: quia qua non putamus hora, Filius hominis adveniet.*

℣. 41. Ms. Corb. *Ait autem Petrus: Domine, ad nos dicis hanc similitudinem, an & ad omnes?* Itidem codd. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. addito uno *ei*, post *autem*. S. Germ. 1. tollit *ei*. Cantabr. *Et dixit Petrus: Domine, ad nos dicis parab. hanc?* nec subdit plura. Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd ponit παραβολὴν ταύτην, ante *dicis*.

℣. 42. Ms. Cantabr. *Et dixit Dominus: Quinam est fidelis vilicus, sapiens, bonus, quem constituit Dominus super curam ejus, dare in tempore frumentationem?* Ms. S. Mart. Turon. *constituet*. Corb. *Dixit autem Dominus: Quis est*, &c. quæ in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ congruit, præterquam quòd ponit καταστήσει, pro *constituit*; tollitque vocem *illis*, post *det*. Ms. 1. habet κατέστησεν; paulòque post alter, τοῦ διδόναι αὐτοῖς. Ambros. l. 1. de pœnit. to. 2. 401. d. *Quis fidelis dispensator, & prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?* similiter habet in Psal. 1. col. 756. f. Item Hieron. in Isai. 14. to. 3. 164. e. *Quis, putas, est fidelis, & prudens dispensator?* & in Abac. 2. col. 1615. e. *Quis, putas, fidelis, & sapiens dispensator?* August. quæst. 26. in Luc. to. 3. 257. d. *Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituet Dominus*, &c. ut in Vulg. Facundus Herm. l. 12. Sirm. to. 2. p. 814. e. eidem Vulg. succinit ad verbum.

℣. 43. Ms. Cantabr. *Beatus servus ille, quem veniens dominus ejus inveniet eum facientem sic.* S. Germ. 1. *cùm venerit dominus ejus*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco est. Apud Ambros. l. 1. de pœnit. col. 401. e. *Beatus ille servus, quem cùm venerit dominus, invenerit sic facientem.* Apud Tichon. reg. 2. p. 51. g. *Beatus ille servus, quem adveniens dominus illius invenerit ita facientem.* Facund. Herm. ubi supra nil omnino differt à Vulg.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Amen dico vobis, quia super omnem substantiam suam constituet eum.* Corb. *Verè dico vobis, supra omnia*, &c. quæ in Vulg. Gr. Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, &c. al. αὐτῶν.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Si autem dixerit servus ille in corde suo: Tardat dominus meus venire: & cœperit percutere pueros, & puellas, manducare autem, & bibere*, &c. Corb. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *pueros, & ancillas*; cæt. ut in Vulgata. Græcum Cantabrigiensi favet: in quibusdam tamen Mss. ponitur ὁ κακὸς, ante *servus*: paulòque post in uno τοὺς συνδούλους, loco *pueros*. Unde Iren. l. 4. c. 26. p. 262. e. legit: *Si autem dixerit malus servus in corde suo: Tardat dominus meus: & incipiat cædere servos, & ancillas. & manducare, & bibere, & inebriari*: & infra, c. 37. p. 282. c. *Si autem dicat servus in corde suo: Tardat dominus meus: & incipiat cædere conservos, & manducare*, &c. Hieron. in Ezech. 45. col. 1038. c. *Si autem dixerit servus ille in corde suo: Moratur dominus meus venire: & cœperit percutere servos, & ancillas, comedere*, &c. quæ supra.

℣. 46. Ms. Cantabr. *venit dominus ejus in die, qua non putat, & in hora, qua ignorat, & dividet eum, & partem ejus ponet cum infid.* Similiter habet Corb. *qua ignorat*; sicut etiam Mss. S. Gat. & Maj. Mon. præterea isti duo pro *infidelibus*, ponunt *hypocritis*, ut apud Matth. 24. 51. Græcum textui Colb. suffragatur: Mss. tamen quidam loco ἀπίστων, ferunt ὑποκριτῶν. Iren. l. 4. c. 26. p. 262. e. *veniet dom. servi illius in die, qua nescit, & hora, qua non sperat, & dividet eum, & partem ejus cum infidelibus ponet.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 724. a. dicit: *qua die non putaverit, hora, qua non scierit..... segregabitur, & pars ejus cum infidelibus ponetur.* Hieron. in Ezech. 45. col. 1038. c. *veniet dominus servi illius in die, qua non putat, & hora, qua nescit*, &c. ut in Vulgata. Rufin. l. 2. bened. Patr. p. 12. a. *cùm venerit dominus servi illius, dividet eum, & partem ejus cum infidelibus ponet.*

℣. 47. Ms. Cantabr. *Ille autem servus, qui scivit voluntatem domini sui, & non fecit ad voluntatem ejus, vapulabit multas.* S. Germ. 1. similiter habet, *vapulabit multas*; S. Gat. *multum*. Maj. Mon. *& non facit secundùm volunt. ejus, vapulabit multum.* S. Germ. 2. *Ille autem servus, qui cognovit voluntatem ejus, vapulabitur flagris multis.* Corb. hîc mutilus est, sicut & versu sequenti. Græcum Vulgatæ favet: in Ms. tamen uno desunt media ista, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. c. *Servus, qui scit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multas*; al. *multis*. Cyprian. epist. 7. ad cler. p. 13. b. & l. 3. Testim. p. 311. c. *Servus autem ille, qui cognoscit voluntatem domini sui, & non paruerit voluntati ejus, vapulabit multis.* Ambros. in Ps. 38. col. 858. d. *Qui cognovit voluntatem domini sui, & non fecit secundùm voluntatem ejus, vapulabit multum*: & l. 1. de pœnit. col. 405. f. 406. a. *Si sciens servus voluntatem domini sui, non fecit, vapulabit multis.* Ambrosiast. col. 272. a. *Qui autem scit voluntatem domini sui, & non paruerit ei, vapulabit multis.* August. quæst. 31. in Levit. to. 3. p. 1. col. 504. d. ordinem versuum 47. & 48. sic invertit: *Servus, qui non cognovit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: servus autem, qui cognovit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multa*: ita rursum legit l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 193. c. & l. de grat. & lib. arb. to. 10. 720. f. præter duo verba *nescit*, & *scit*, loco *non cognovit*, & *cognovit*. Eòdem redeunt quæ habet in Rom. 1. to. 3. 936. f. *Servus ignorans voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit pauca: servus autem sciens..... & faciens..... vapulabit multa*: sic iterum ep. 111. ad Victorian. to. 2. 319. b. præter hoc, *vapulabit paucas..... multas*: & l. 22. contra Faust. to. 8. 868. d. *Servus, qui scit..... & non facit digna, plagis vapulabit multis*; Mss. plures, *& facit digna plagis, vapulabit multa.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 225. c. *Servus, qui cognovit voluntatem dom. sui, & non præparavit, nec fecit*, &c. ut in



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

48. qui autem nesciens fecerit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui multum commendaverunt, multum plus petunt ab eo.

49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi accendatur?

50. Baptisma habeo baptizari: & quomodo coarctor usque dum perficiatur?

51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationes fient:

52. nunc amodo in una domo quinque, tres in duabus, & duo in tribus

53. dividentur: pater super filium, & filius super patrem suum dividetur; mater super filiam, & filia super matrem, & socrus super nurum suam, & nurus super socrum suam.

54. Dicebat autem & turbis: Cùm videritis nubem oriri ab occidente, continuò dicitis: Imber venit: & ita fit:

55. & cùm austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & ita fit.

### Vulgata nova.

48. qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.

49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?

50. Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor usque dum perficiatur?

51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem: *Matth. 10. 34.*

52. erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi, tres in duos, & duo in tres

53. dividentur: pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

54. Dicebat autem & ad turbas: Cùm videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit: *Matth. 16. 2.*

55. & cùm austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit.

### Notæ ad Versionem antiquam.

Vulg. Hesych. l. 1. in Levit. p. 65. h. *Servus cognoscens voluntatem domini sui, & non se præparans, nec faciens secundùm voluntatem ejus, vapulabit multis.*

℣. 48. Ms. Cantabr. *qui autem ignoravit, fecit autem digna plagis, vapulabit paucas. Omni autem cui dederunt multum, quærent ab eo amplius: & cui commendaverunt satis, plus expostulabunt eum.* Similiter habet Corb. *quærent ab eo;* ultimòque S. Germ. 1. *petunt ab eo.* Græcum Vulgatæ accedit, nisi exceperis verbum παρέθεντο, pro *commendaverunt.* Cypr. l. de unit. Eccl. p. 201. c. *Cui multum datur, multum quæritur ab eo.* Ambrosius in Ps. 38. col. 858. d. priora tantùm refert: *qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit minus:* & l. 1. de pœnit. col. 405. f. *si autem nescivit, vapulabit paucis.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 225. c. *qui autem non cognovit, nec fecit digna, plagis vapulabit paucis. Omni enim cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendatur multum, plus exigetur ab illo.* August. quæst. 31. in Lev. to. 3. col. 504. d. his quæ posuimus ℣. anteced. addit: *Cui plus datur, plus exigitur ab eo.* Siricius PP. epist. 5. ad Afros, to. 1. p. 652. b. *cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur.* Innoc. I. ep. 2. ad Victric. p. 748. a. *cui multum creditur, plus ab eo exigitur.* Hesych. l. 1. in Levit. p. 65. h. *qui autem non cognovit, & non fecit digna, plagis vapulabit paucis. Cui datum est multum, multum quæritur ab eo: & cui creditum est multum, multum exigitur ab eo.*

℣. 49. Ms. Corb. *Nescitis quia ignem veni mittere in terram, & quid volo si accendatur?* Similiter habet S. Germ. 1. præter *nisi ut*, pro *si.* Cantabrig. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo si jam accensum est?* S. Gat. & S. Mart. Turon. *nisi accendatur?* Græc. εἰ ἤδη ἀνήφθη; al. ἀνάπτῃ; cæt. ut in Vulg. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 724. a. *Ignem veni mittere in terram.* Itidem Hilar. in Ps. 118. col. 373. e. sed addit: *& quid volo si jam accensus est?* & in Ps. 59. col. 140. d. legit, *mittere super terram.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1130. e. & l. 5. de Spir. S. col. 600. c. & epist. 81. col. 1098. f. cum Vulgata concinit: itidem l. 7. in Luc. 1441. d. præter hoc, *nisi jam accendatur?* S. Paulin. epist. 20. p. 113. a. *Ignem veni..... & quid volo si jam incensus est?* & epist. 44. p. 268. a. *si jam accensus est?* at epist. 50. p. 303. a. *nisi ut jam accendatur?* & epist. 28. p. 175. b. *nisi ut accendatur?* Hieron. in Isai. 31. to. 3. 263. d. *Ignem veni mittere super terram, & quàm volo ut ardeat!* similiter in Ezech. 28. col. 899. a. 971. d. & epist. ad Damas. to. 3. 518. a. & in Mich. 1. col. 1500. d. & in Abac. 2. col. 1611. c. 1619. e. & in Matth. 3. col. 11. d. & epist. 34. ad Nepot. to. 4. 259. b. Ita quoque habet Maxim. Taurin. in serm. p. 37. f. ad verbum. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 4. d. sicut Auct. epist. ad Demetriad. p. 45. a. *& quid volo nisi ut ardeat?* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 726. a. *Ignem veni mittere in mundum: quàm volo ut accendatur ocius!* Similiter habet August. l. de morib. Eccl. to. 1. 709. d. *in mundum:* at quæst. 36. in Judic. to. 3. 605. e. legit *super terram.*

℣. 50. Ms. Corb. *Baptisma habeo baptizari: & quomodo turbor usque dum,* &c. S. Germ. 1. *Baptisma autem habeo baptizare,* &c. ut in textu. Similiter habet S. Germ. 2. & S. Gat. *Baptisma autem.* Cantabr. *Baptismum autem habeo baptizari: & quomodo urgor usque dum consummetur?* Græc. Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι· καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ; Mss. quidam delent δὲ, post Βάπτισμα; & sub fin. alii ponunt ἕως ὅτε, pro οὗ; unus delet οὗ. Iren. l. 2. c. 21. p. 94. c. *Aliud baptisma habeo baptizari: & valde propero ad illud.* Ita quoque Græcè hunc versiculum refert Epiphanius ex eodem Irenæo: Ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι· καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. Tertul. l. de Bapt. p. 391. c. *Habeo baptismo tingui:* & l. de pudic. p. 1015. a. *Habeo & aliud baptisma.* Hilar. in Ps. 118. col. 258. a. *Adhuc habeo alio baptismo baptizari.* Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 363. d. *Habeo autem aliud baptisma baptizari.* Ambr. l. 2. de interp. Dav. c. 3. col. 642. c. *Baptismate habeo baptizari: & quomodo angor usque dum perficiatur?* itidem l. 7. in Luc. 1441. d. præter unum *Baptisma*, pro *Baptismate:* & in Ps. 118. col. 997. d. legit: *Baptisma habeo baptizari, quod vos nescitis.* Philastr. Brix. de hæres. p. 710. f. *Baptismo habeo baptizari: & quàm festino, si sciretis!*

℣. 51. Ms. Cantabr. *Putatis quoniam pacem veni facere in terra? Non, dico vobis, sed divisionem.* S. Gat. *Putatis quia pacem veni mittere in terram?* &c. ut in Vulg. Græc. Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; Οὐχὶ, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 724. b. *Putatis venisse me pacem mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem:* tum addit: *Machæram quidem scriptum est, sed Marcion emendat, quasi non & separatio opus sit machæræ.* Ambros. l. 7. in Luc. 1442. e. *Putatis quòd pacem veni dare in terram?* &c. ut in Vulg.

℣. 52. Ms. Cantabr. *erunt autem amodo in domo una quinque, tres divisi in duobus, & duo in tribus dividentur.* Corb. *erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi, & duo in tres dividentur;* deest autem, *tres in duos.* Græc. ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ τρισί. Ambrosius l. 7. in Luc. 1442. e. 1443. d. *erunt autem ex hoc quinque,* &c. ut in Vulg. Hieron. in Isai. 19. to. 3. 128. b. *erunt divisi duo in tres, & tres in duo.* Eucher. quæst. in Luc. p. 849. c. ut in Vulg.

℣. 53. Ms. Cantabr. *dividentur: pater in filio, & filius super patrem suum dividetur; mater super filiam, & filia super matrem, socrus super nurum suam, & nurus super socrum.* Alii Mss. Vulgatæ similes. Græcum ipso initio ponit, διαμερισθήσεται· deinde, πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρὶ, μήτηρ ἐπὶ θυγατρὶ, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρὶ, &c. ut in Vulg. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 724. b. *dividetur pater in filium, & filius in patrem, & mater in filiam, & filia in matrem, & nurus in socrum, & socrus in nurum.* Ambros. l. 7. in Luc. col. 1442. e. *dividentur: pater in filium, & filius in patrem dividentur; mater in filiam, & filia in matrem, socrus,* &c. ut in Vulg. Hieron. in Isai. 19. col. 128. b. *pater contra filium, & mater contra filiam, & nurus contra socrum.* Eucher. quæst. in Luc. 849. c. nil differt à Vulg.

℣. 54. Ms. Cantabr. *Dicebat autem & turbis: Cùm videritis nubem orientem ab occidente, confestim dicitis: Nimbus venit: & fiet sic.* Corb. *Cùm videritis nubem aborientem,* &c. quæ in Vulg. Græcum textui Colbert. respondet, nisi quòd habet ἀνατέλλουσαν, pro *oriri.* August. quæst. 27. in Luc. to. 3. 257. e. *Cùm videritis nubem orientem ab occasu.*

℣. 55. Ms. Corb. *& cùm videritis austrum flantem, dicitis: Quòd æstus erit: & fit.* Cantabrig. *& quando austrum flantem, dicitis: Æstus erit: & fiet.* S. Germ. 2. & S. Gat. *Æstus erit: & ita fit.* Maj. Mon. *Calor erit: & ita fit.* Græcè ut in Vulgata. Mss. tamen quidam in fine habent, γί-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

56. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

57. Quid autem & à vobis ipsis non judicatis quod justum est?

Matth. 5.25. 58. Cùm autem vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas.

VERSIO ANTIQUA.

56. Hypocritæ simulatores, faciem cœli & terræ scitis probare: verùm tempus istud non probatis. Ex Ms. Colbert.

57. Quid autem & à vobis ipsis non judicatis quod justum est?

58. Dum enim vadis cum adversario tuo ad magistratum, in via da operam liberari ab illo, ne fortè tradat te apud judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam reddas novissimum quadrantem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νεται ὕτως.

℣. 56. Ms. Cantabr. *Hypocritæ, vultum quidem cœli & terræ scitis probare: veruntamen tempus hoc non probatis.* Corb. *hoc autem tempus non potestis probare.* S. Germ. 2. delet *tempus.* Græcum Vulgatæ suffragatur, nisi quòd ponit *terra*, ante *cœli*. Mss. quidam loco πῶς ὐ δοκιμάζετε, ferunt πῶς ὐκ οἴδατε δοκιμάζειν. Hesych. apud August. epist. 98. to. 2. 739. g. *Hypocritæ, faciem cœli nostis probare: tempus hoc quare non agnoscitis?* August. verò ad ipsum epist. 199. col. 744. d. *Hypocritæ, faciem cœli potestis probare.*

℣. 57. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò breviùs: *& à vobis non judicatis justum.* Græcè ut in textu, detracto ult. verbo *est*. Tertul. l. de coro. mil. c. 4. p. 289. c. *Cur autem non & à vobis ipsis quod justum est judicatis?*

℣. 58. Ms. Cantabr. *Dum enim vadis cum adversario tuo ad principem, cùm es in via, da operam discedere ab eo, ne fortè condemnet te ad judicem, & judex tradet te exactori*, &c. ut supra. Corb. *Dum enim vadis cùm adversario tuo ad magistratum, in via da operam liberari ab illo, ne fortè condemnet te apud judicem, & judex tradat te*, &c. S. Germ. 1. *ne fortè tradat te apud judicem, & judex*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *tradat apud judicem.* S. Mart. Turon. *tradat te ad judicem*, &c. Græc. Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τῦ ἀντιδίκυ συ ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτῦ, μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, &c. al. παραδώσῃ τῷ, &c. Iren. l. 1. c. 26. p. 104. b. partim ex Matth. 5. 25. *Cùm es cum adversario tuo, in via da operam ut libereris ab eo, ne fortè te det judici, & judex ministro, & mittat te in carcerem.* Tertul. de anima, p. 495. a. alludendo dicit: *ne... abstrahat te ad suum judicem, & in custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arcteris:* vide etiam l. de pat. c. 12. p. 202. c. Apud Ambros. l. de Tob. c. 9. col. 601. e. sic: *Dum vadis cum adversario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo, ne fortè perducat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem:* at l. 7. in Luc. 1446. e. *Dum vadis cum adversario tuo ad magistratum, in via da operam liberari ab illo, ne fortè condemnet te apud judicem, & judex tradat te exactori*, &c. ut supra. August. ser. 109. to. 5. 558. b. *Si vadis cum adversario tuo ad principem, da operam in via liberari ab illo, ne fortè tradat te principi, & princeps ministro, & mittaris in carcerem:* sed hæc postrema verba magis respondent loco Matthæi citato supra.

℣. 59. Ms. Cantabr. *Dico tibi, non...... usquequo reddas novissimum quadrantem.* Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *donec etiam novissimum quadrantem reddas.* Gr. ἕως ὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 724. c. ait: *nec ducit inde, nisi soluto etiam novissimo quadrante.* Ambros. l. 7. in Luc. 1446. e. *Dico tibi, non exies inde, donec etiam novissimum quadrantem reddas.* August. ser. 109. to. 5. 558. b. *unde non exies, donec solvas novissimum quadrantem.*

# CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ADerant autem quidam ipso in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

2. Et respondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

3. Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

4. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem?

5. Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non

VERSIO ANTIQUA.

1. VEnerunt autem in ipso tempore quidam, nunciantes illis de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Ex Ms. Colbert.

2. Et respondens Jesus dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis fuerunt peccatores?

3. Non, dico vobis: nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

4. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos: putatis quòd & ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Jerusalem?

5. Non, dico vobis: si non pœnitueritis, si-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Corb. *Venerant autem in ipso tempore quidam*, &c. quæ in Vulgata. S. Mart. Tur. *Venerunt autem quidam in ipso tempore*, &c. S. Germ. 2. *ipso tempore.* Cantabr. *Venerunt autem quidam eodem tempore, annuntiantes ei de Galilæis*, &c. quæ sup. Gr. Παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ, ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ, &c. Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. col. 600. d. *Aderant autem qui ei nunciarent de Galilæis*, &c. ut in Vulg.

℣. 2. Ms. Corb. assentit textui Colb. præterquam quòd addit, *quia talia passi sunt.* Cantabr. legit: *Et respondens Jesus dixit eis: Putatis quia isti Galilæi præ omnes Galilæos fuerunt peccatores, quoniam hæc passi sunt?* Græcum isti accedit, nisi quòd vocum ordinem sic mutat: ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι ὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τὺς Γαλιλαίυς ἐγένοντο· dein, ὅτι τοιαῦτα, al. τοσαῦτα. Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 600. d. *Tunc dicit illis Jesus: Putatis quia isti Galilæi*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de sing. cler. p. 522. a. eidem Vulgatæ congruit, nisi quòd habet *qui*, pro *quia*. Auctor verò l. ad Novatian. p. 440. *Quibus respondit Dom. dicens: Putatis quia illi Galilæi super cæteros Galilæos peccatores fuerant, quia passi sunt talia?*

℣. 3. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. deleta voce *omnes*. Cantabr. *Non... sed si non pœnitentiam egeritis, similiter peribitis.* Græcè ut in Vulg. Apud Auct. l. de sing. cler. p. 522. a. *Non, dico vobis: nisi pœnit. habueritis, similiter perietis.* Auct. l. ad Novatian. p. 440. *Non: dico enim vobis, nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter perietis.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 600. c. *dico vobis, nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.*

℣. 4. Ms. Corb. *Sicut & illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloam...... putatis quòd soli ipsi debitores fuerunt præter*, &c. quæ supra. S. Gat. *in Syloam..... ipsi omnes debitores erant pro omnibus habitantibus in Jerus.* Maj. Mon. *in Syloam..... ipsi debitores fuerunt per omnes inhabitantes in Jerus.* Cantabr. *Aut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloam..... putatis quoniam debitores fuerunt præ omnes homines, qui inhabitent Jerusalem?* Nec aliter in Græco est, posito uno ὗτοι, ante *debitores*; alii præponunt αὐτοί. Auctor l. de sing. cleric. p. 522. b. *Sicut illi, supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos: putatis quoniam & ipsi debitores fuerunt præ omnibus hominibus habit. in Jerus.* Auct. l. ad Novat. p. 440. *Aut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloa: putatis quia debitores fuerunt morti super omnes homines, qui habitabant in Jerus.*

℣. 5. Ms. Cantabr. *Non: dico autem vobis, quòd si non pœnitueritis, omnes similiter peribitis.* Corb. *Non, dico vobis:*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.* militer peribitis omnes.

6. Dicebat autem hanc similitudinem : Arborem fici habuit quidam plantatam in vineam suam, & venit fructum quærens in illam, & non invenit.

7. Dixit autem ad cultorem vineæ : Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio : succide ergo illam : ut quid etiam terram occupat ?

8. At ille respondens, dixit ei : Domine remitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam ei cofinum stercoris :

9. ut si quidem fecerit fructum : sin autem, in futurum succides eam.

10. Erat autem docens in una synagoga eorum sabbatis.

11. Et ecce mulier, quæ habuit spiritum infirmitatis annis decem & octo : & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

12. Quam cùm vidisset Jesus, vocavit ad se, & ait illi : Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

13. Et imposuit illi manum, & confestim erecta est, & magnificavit Deum.

14. Respondens autem archisynagogus, indignatus est quòd sabbato curaret Jesus : dicebat autem turbis : Sex dies sunt, in quibus oportet operari : in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati.

15. Respondens autem ad illum Dominus dixit : Hypocritæ, unusquisque vestrûm sabbato

**VULGATA NOVA.**

egeritis, omnes similiter peribitis.

6. Dicebat autem & hanc similitudinem : Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit.

7. Dixit autem ad cultorem vineæ : Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio : succide ergo illam : ut quid etiam terram occupat ?

8. At ille respondens, dicit illi : Domine dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora :

9. & si quidem fecerit fructum : sin autem, in futurum succides eam.

10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.

11. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo : & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

12. Quam cùm videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi : Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

13. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

14. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ : Sex dies sunt, in quibus oportet operari : in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati.

15. Respondens autem ad illum Dominus dixit : Hypocritæ, unusquisque vestrûm sabbato non

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*si non pœnitueritis, similiter peribitis.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *sed si non pœnitentiam habueritis, omnes*, &c. Græcè ut in Vulg. Auctor l. de sing. cleric. p. 522. b. *Non, dico vobis : si non pœnitueritis, similiter perietis.* Auct. l. ad Novat. p. 440. *Non : dico vobis, quia nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter perietis.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. 211. b. *nisi pœnitentiam egeritis, similiter moriemini.*

℣. 6. Ms. Corb. concinit cum textu Colb. nisi quòd ponit *&*, ante *hanc similitudinem ;* scribitque *ficus*, non *fici*. Cantabrig. *Dicebat autem hanc parabolam : Ficulneam quidam habebat plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in ea, & non inveniens, dixit ad*, &c. S. Germ. 1. *in vineam suam, & veniens quærens fructum in illam, & non invenit.* Gr. Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν· Συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην, &c. ut in Vulg. Ambrosius l. 7. in Luc. 1448. f. *Arborem fici quidam habuit plantatam in vinea sua.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *dixit ad vineæ cultorem : Ecce anni tres ex quo venio quærens fructum in.... & non invenio : adfers securem, præcide eam : ut quid & terram occupat ?* Corb. *ut quid etiam terram evacuat ?* Græc... Ἰδοὺ τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν..... ἔκκοψον αὐτήν· ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Mss. quidam, Ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ' οὗ ἔρχομαι· subinde alii, ἔκκοψον οὖν. Iren. l. 4. c. 36. p. 281. a. *Ecce jam triennium venio quærens fructum in hac arbore fici, & non invenio.* Ambros. l. 7. in Luc. 1450. d. *Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructum*, &c. quæ in Vulg. similiter habet l. de vid. col. 190. b. & l. 2. de pœnit. col. 415. b. & l. de Jac. c. 1. col. 444. b. at l. 1. in Luc. 1278. c. leg. *ex quo venio*, non *veni*.

℣. 8. Ms. Corb. *At ille..... dicit illi : Domine remitte illam..... & mittam cofinum stercoris.* Itidem Ms. S. Mart. Turon. *cophinum stercoris.* Cantabr. *At ille..... dixit illi : Domine dimitte illam adhuc hunc annum, usquequo fodiam circa illam, & mittam qualum stercoris.* S. Mart. Turon. *dixit illi : Domine dimitte mihi & hoc anno..... & mittam cophinum stercoris.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd hab. κοπρίαν, loco *stercora ;* sed Mss. plures, κόπρια. Ambros. l. 7. in Luc. 1450. f. *Remitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum stercoris :* itidem l. 1. de Jac. c. 1. col. 444. c. necnon l. 2. de pœnit. col. 415. b. nisi quòd ponit *Domine*, ante *remitte*. August. ser. 110. to. 5. 560. c. *Domine dimitte illam & hoc anno :* subinde, *circumfodio ei, & adhibeo cophinum stercoris.* Hieron. in Abac. 3. col. 1638. e. *Domine dimitte eam & istum adhuc annum, donec fodiam circa eam, & mittam stercus.*

℣. 9. Mss. Corb. S. Germ, S. Gat. &c. Vulgatæ consonant ; & Græco. Cantabrig. *& si quidem fecerit fructum : si quominus, in futurum evellis eam.* Ambros. l. 1. de Jac. c. 1. col. 444. b. c. *& si quidem fructum fecerit : sin autem, in futurum succides illam :* & l. 2. de pœnit. col. 416. a. *& si quidem fecerit fructum : sin autem, excidatur ficulnea.* Hieron. in Abac. 3. col. 1638. e. *& si quidem fecerit fructum : sin autem, tunc succides eam.* August. serm. 110. col. 560. c. *si fecerit fructum, bene : sin autem minùs, venies, & amputabis eam.*

℣. 10. Ms. Corb. textui suffragatur Colbertino, deleta voce *eorum*. Cantabr. habet : *Erat autem docens in una de synagogis sabbato.* S. Gat. *in synagogis eorum docens in sabbatis.* Gr. ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς σάββασι· al. ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. Ambros. l. 7. in Luc. 1452. ut in Vulg.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *Et ecce mulier in infirmitate erat spiritus annos xviii. & erat incumbens, & non poterat se erigere in totum.* Maj. Mon. *nec enim omnino poterat à sursum aspicere.* Alii codd. ut in Vulgata. Gr. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ· καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές. Ambros. l. 7. in Luc. 1452. a. *Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo : & erat inclinata ;* similiter habet alludens, l. 3. Hex. col. 52. d. & addit, *ut sursum respicere non posset.* Item August. quæst. 29. in Luc. to. 3. 257. g. *Illam mulierem*, inquit, *quam decem & octo annis alligatam dixerat, & ab eadem alligatione solvebat*, &c.

℣. 12. Mss. S. Germ. ambo, S. Mart. Turon. S. Gat. & Maj. Mon. concordant cum textu Colbert. Corb. verò cum Vulgata. Cantabr. solus : *Videns autem eam Jesus, dixit : Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.* Græc. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς, &c. al. ἀπὸ τῆς, &c. Ambros. l. 8. in Luc. 1476. b. *Dimissa es ab infirmitate tua.*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Et imposuit manus ei..... & honorificabat Deum.* Corb. *Et imposuit illi manum..... & magnificabat Deum.* Alii ut in Vulg. & Græco.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Respondens autem archisynagogus, indignans dicebat populo, quia sabbato curavit Jesus : Sex dies sunt, in quibus oportet curari : in his ergo venientes curamini, & non die sabbati.* Corb. *indignans quòd sabbato curaret, dicebat turbæ*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. similiter habent *curaret ;* paulóque post, *Quia sex dies*, &c. Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd habet, ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, *venientes curamini.*

℣. 15. Ms. Cantabr. *Respondit autem ei Dominus, & dixit : Hypocrita, unusquisque vestrûm die sabbati non solvet... & ducens adaquat ?* Similiter habent Mss. S. Gat. & Maj. Mon. *non solvet.* S. Germ. 1. & S. Mart. Tur. initio : *Re-*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?

16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit satanas, ecce decem & octo annis non oportuit solvi à vinculo isto die sabbati?

17. Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus: & omnis populus gaudebat in universis, quæ gloriosè fiebant ab eo.

18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud?

Matth. 19. Simile est grano sinapis, quod acceptum
13. 31. homo misit in hortum suum, & crevit, & factum
Marc. est in arborem magnam: & volucres cœli requie-
4. 31. verunt in ramis ejus.

20. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei?

Matth. 21. Simile est fermento, quod acceptum mu-
13. 33. lier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.

22. Et ibat per civitates, & castella, docens, & iter faciens in Jerusalem.

23. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos:

Matth. 24. Contendite intrare per angustam portam:
7. 13. quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.

Matth. 25. Cùm autem intraverit paterfamilias, &
25. 10. clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis: Nescio vos unde sitis:

## VERSIO ANTIQUA.

non solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Ex Ms. Colbert.

16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligaverat satanas decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die sabbati?

17. Et cùm hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus: & omnis populus gaudebat in præclaris, quæ viderant fieri ab eo.

18. Dicebat autem: Cui simile est regnum Dei, & cui simile illud æstimabo?

19. Simile est regnum Dei grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & crevit, & facta est arbor magna: & volucres cœli requieverunt in ramis ejus.

20. Et iterum dixit: Cui simile æstimo regnum Dei?

21. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinam, donec fermentatum est totum.

22. Et ibat per civitates, & castella, docens, & iter faciens in Jerusalem.

23. Et ait illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvi fiunt? Ipse autem dixit ad illos:

24. Contendite intrare per angustam portam: quia, dico vobis, multi quærunt intrare, & non potuerunt.

25. Cùm autem intraverit paterfamilias, & clauserit ostium suum, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis: Nescio unde sitis:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*spondit autem ad illum Dominus, & dixit: Hypocritæ... non solvat*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ Κύριος, καὶ εἶπεν· Ὑποκριτὰ, ἕκαστος...... οὐ λύει..... καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει; Mss. quidam: Ἀποκριθεὶς οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος εἶπεν· Ὑποκριτὰ, &c. alii plures, Ὑποκριταί· subinde unus delet ἀπὸ τῆς φάτνης, *à præsepio*. Ambrosius quoque l. 7. in Luc. 1452. e. simpliciter habet: *Hypocritæ, unusquisque vestrûm sabbato non solvit bovem suum, aut asinum, & ducit adaquare?* Item Iren. l. 4. c. 8. p. 236. c. *Hypocritæ, unusquisque vestrûm die sabbatorum bovem suum, vel asinum non solvit, & ducit, & adaquat?* Tertul. verò l. 4. advers. Marc. p. 724. c. *unusquisque vestrûm sabbatis non solvit asinum, aut bovem suum à præsepi, & ducit ad potum?*

℣. 16. Ms. S. Mart. Turon. nil omnino differt à textu Colbertino. Corb. habet: *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligaverit satanas, ecce decem*, &c. quæ supra. Sangerm. 1. *quam alligaverat satanas, & ecce*, &c. Cantabr..... *Abrahæ cùm esset, quam alligavit satanas, ecce anni xviii. non oportebat solvi à vinculo hodie sabbati?* Gr. Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς, ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει, &c. Iren. l. 2. c. 23. p. 149. a. *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit satanas decem & octo annis, non oportebat solvi in die sabbati?* at l. 4. c. 8. p. 236. e. *Hanc autem, cùm sit filia Abrahæ, quam alligaverat satanas decem & octo annis, non oportuerat solvi ab hoc vinculo in die sabbatorum?* Hilarius in Ps. 136. col. 491. a. *Hanc filiam Abrahæ, quam ligaverat satanas decem & octo annis, nonne oportuit solvi in die sabbati?* & in Ps. 118. col. 292. d. *Hanc autem filiam Abrahæ ligavit satanas annis decem & octo:* at in Ps. 67. col. 194. d. scribit, *septem & decem*. Ambros. in Ps. 118. col. 1071. c. *Hanc autem filiam Abrahæ, quam ligavit satanas decem & octo annis.* Ambrosiast. col. 292. b. *Hæc autem, cùm sit filia Abrahæ, quam alligaverat satanas decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo die sabbati?* Hieron. in Mich. 2. col. 1508. a. *Hanc filiam Abrahæ, quam alligaverat satanas, non oportuit solvi de vinculo isto die sabbati?* & l. 2. in epist. ad Ephes. to. 4. 363. c. *Hanc autem filiam Abraham, quam ligavit satanas jam decem & octo annis, non oportuit solvi de vinculo hoc in die sabbati?*

℣. 17. Ms. Corb. *Et cùm hæc diceret, erubescebant adversarii ejus: & omnis populus gaudebat in præclaris, quæ videbat fieri ab ipso.* Cantabr. initio habet: *Et confundebantur adversarii ejus: & omnis populus gaudebat in omnibus, quibus videbant mirabilibus ab eo fieri.* S. Germ. 2. *in universis, quæ fiebant ab eo.* Gr. ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ· cæt. ut in Vulg.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Dicebat ergo..... & cui similabo illud?* S. Germ. 1. *& cui simile existimabo illud?* S. Germ. 2. *& cui simile esse existimabo illud?* S. Mart. Turon. *aut cui simile esse illud existimabo?* Gr. Ἔλεγε δὲ..... καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; al. Ἔλεγε οὖν. Apud Ambros. l. 7. in Luc. 1453. b. ut in Vulgata.

℣. 19. Ms. Corb. assentit textui Colbertino, prætermisso *regnum Dei*, cum voce *magna*, post *arbor*: contra Ms. S. Gat. habet *regnum Dei*; cæt. ut in Vulg. Cantabr. *Simile est grano sinapis, quo accepto homo misit...... & facta est arbor: & volatilia cœli habitaverunt sub ramos ejus.* Græcè ut in Vulg. Sic etiam apud Ambros. l. 7. in Luc. 1453. b. præter hoc, *& facta est arbor: &*, &c. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 724. c. *Simile est regnum Dei grano sinapis, quod accepit homo, & seminavit in horto suo.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *Aut cui simile est regnum Dei, & cui similabo illud?* omissis his quæ antecedunt in textu Colb. & Vulgata. Corb. *Et iterum dixit: Cui simile æstimabitur regn. Dei?* Græc. Καί..... Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; Ambros. l. 7. in Luc. col. 1455. f. hæc tantùm refert: *Cui simile æstimabo regnum Dei?*

℣. 21. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. præterquam quòd hab. *in farina.* S. Mart. Turon. & S. Gat. *in farina satis tribus, donec fermentaretur totum;* S. Gat. *totam*, vitiosè; Maj. Mon. *donec fermentatum est totum.* Cantabr. *Simile est ferm. quod accipiens mulier abscondit in farina mensuras tres, usquequo fermentatum est totum:* nec aliter in Græco est. Apud Ambros. l. 7. in Luc. 1455. f. *Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totum.* Apud August. tract. 9. in Joh. col. 367. e. *Simile est regnum cælorum fermento, quod accepit mulier, & abscondit in farina mensuris tribus, quoadusque fermentaretur totum.*

℣. 22. Ms. Corb. *Et ibat Jesus per civitates*, &c. quæ supra. Cantabr. *Et circuibat per civitates*, &c. Gr. Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις, &c.

℣. 23. Ms. Cantabr. *Dixit autem ei quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvantur? At ille respondens, dixit.* Corb. *Et ait illi quidam: Domine, pauci sunt qui salvi fiant?* cæt. ut in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ favet.

℣. 24. Ms. Corb. *Contendite intrare per angustum ostium: quia multi, dico vobis, quærunt intrare, & non poterunt.* Cantabr. *Certamini introire per angustam januam: quoniam multi, dico vobis, quærent introire, & non invenient.* S. Mart. Turon. *quia, dico vobis, multi quærunt intrare, & non potuerunt.* Item S. Germ. 1. *quærunt.* Græcè ut in Vulg. Ap. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. b. *Contendite intrare per angustum ostium: quia, dico vobis, multi quærent, & non poterunt.* Faustus Manich. apud August. to. 8. 464. f. *Contendite intrare per angustum ostium: multi enim venient quærentes intrare, & non poterunt.*

℣. 25. Ms. Cantabr. *Ex quo paterfamilias introierit, & clauserit ostium, & incipientes foras stare, & pulsare, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis:*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert. 26. tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti, & in synagogis.

27. Et dicet vobis : Nescio vos unde estis : recedite à me omnes operarii iniquitatis.

28. Ibi erit fletus, & stridor dentium : cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas introeuntes in regnum Dei, vos autem expelli foras.

29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & recumbent in regno Dei.

30. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt novissimi.

31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi : Exi, & vade hinc : quia Herodes vult te occidere.

32. Et ait illis Jesus : Ite, dicite vulpi illi : Ecce ego ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & sequenti die consummor.

33. Vadite, quia non capit prophetam perire extra Jerusalem.

34. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub alas suas, & noluisti?

**VULGATA NOVA.**

26. tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27. Et dicet vobis : Nescio vos unde sitis : discedite à me omnes operarii iniquitatis. Matth. 7. 23. &

28. Ibi erit fletus, & stridor dentium : cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. 25. 41. Psalm. 6. 9.

29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei.

30. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt novissimi. Matth. 19. 30. & 20. 16. Marc. 10. 31.

31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi : Exi, & vade hinc : quia Herodes vult te occidere.

32. Et ait illis : Ite, & dicite vulpi illi : Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor.

33. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare : quia non capit prophetam perire extra Jerusalem.

34. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, & noluisti? Matth. 23. 37.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*Nescio vos unde estis.* S. Germ. ambo, cum Corb. *& incipietis;* præterea S. Germ. 1. *Nescio vos unde estis;* cæt. ut in Vulg. Græc. Ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης..... καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι....... Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν· Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· Mss. quidam initio, Ἀφ' οὗ εἰσέλθῃ· subinde in aliis non geminatur Κύριε. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 205. b. *Cùm exsurrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis : & respondens dicet : Nescio vos unde sitis.* Apud Ambros. l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. d. *Cùm intraverit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes : Aperi nobis : & respondens dicet : Nescio vos unde sitis.* Faust. Manich. ap. August. to. 8. 464. f. *Cùm autem intraverit paterfamilias, & clauserit januam, incipietis foris stare, & pulsare, dicentes : Domine, aperi nobis : & respondens dicet : Nescio vos.*

℣. 26. Ms. Cantabr. *tunc incipietis dicere : Domine, manducavimus in conspectu tuo, & bibimus,* &c. quæ in Vulgata; nec plura. Cæteri codd. eidem Vulg. consonant ad verbum, sicut & Græcum : nec aliter legit Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. b. Faustus verò Manich. apud August. to. 8. 464. f. ita : *tunc incipietis dicere : Manducavimus, & bibimus coram te, & in plateis nostris, & synagogis docuisti.*

℣. 27. Ms. Corb. *Sed dicet vobis,* &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Et dicet : Dico vobis, nunquam vidi vos : recedite à me omnes operarii iniquitatis.* S. Mart. Turon. vitiosè, *operamini iniquitatis.* S. Gat. *operamini iniquitates.* Maj. Mon. *qui operamini iniquitates.* Græc. Καὶ ἐρεῖ· Λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστὲ, &c. ut in Vulg. & textu Colb. Mss. quidam delent πόθεν ἐστέ. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 205. b. cum Fausto Manich. ubi sup. *Et dicet vobis : Nescio unde estis : discedite à me omnes operarii iniquitatis.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. e. *Et dicet vobis : Nescio unde estis :* & in Ps. 1. ac 118. col. 764. e. 987. d. necnon l. 7. in Luc. 1418. b. *Non novi vos : discedite à me omnes operarii iniquitatis :* & in Ps. 37. col. 830. d. *Discedite à me omnes, quia non novi vos :* & in Ps. 43. col. 898. e. *Discedite à me omnes operarii iniquitatis : nescio vos.* Ambrosiast. *Recedite à me : non novi vos, operarii iniquitatis.* Hieron. l. 2. in epist. ad Gal. to. 4. 271. a *Nescio vos : recedite à me operarii iniquitatis.* August. in Job, to. 3. 667. a. *Non novi vos.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 725. a. *recedite à me omnes operarii iniquitatis.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. *Discedite à me : nescio qui estis.* Gaud. Brix. ser. 12. p. 963. a. *Nescio vos : discedite à me in ignem æternum, operarii iniquitatis.*

℣. 28. Ms. Corb. assentit textui Colb. S. Germ. 1. habet, *Ibi erit fletus oculorum, & stridor,* &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Ibi erit ploratus, & stridor dentium : cùm vid. .. & omnes Prophetas in regno Dei, & omnes ejici foras.* Nec aliter in Græco, præter hoc ult. ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω, *vos autem ejectos foras.* Irenæus l. 3. c. 8. p. 236. c. *cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno cælorum, vos autem projici foras.* Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 725. a. *Illic erit fletus, & frendor dentium : cùm videbunt justos introeuntes in regnum Dei, se verò detineri foris.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 205. b. *Ibi erit fletus, & stridor dentium : cùm videbitis Abraham, Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas introeuntes in regnum Dei, vos autem expelli foras.* Ambros. l. 8. in Luc. 1474. f. *Ibi erit fletus, & stridor dent. cùm videritis Abr. Is. & Jacob, & omnes Proph. in regno cælorum :* at l. 3. & 5. de fide, col. 514. e. 577. e. *& omnes Proph. in regno Dei :* sed l. 5. in Luc. 1360. e. *cùm videritis justos intrare in regnum cælorum.* August. in Psal. 118. to. 4. 1333. e. & l. contra mendac. to. 6. 462. e. *cùm videritis Abraham,* &c. ut in Vulg. Faustus Manich. ap. August. to. 8. 464. g. *Ibi erit fletus, & stridor dent. cùm vid. Abr.... & omnes Prophetas introeuntes in regnum Dei, vos autem expelli foras.*

℣. 29. Mss. Corb. S. Mart. Turon. & Cantabr. concordant cum textu Colb. nec refragatur Græcum. Ambros. in Ps. 118. col. 1121. c. *Venient ab Oriente, & Occidente, & ab Aquilone, & Austro, & recumbent cum Abraham in regno Dei :* & l. de fide resur. col. 1161. a. & 1166. a. *Multi enim venient ab Oriente, & ab Occidente, & Aquilone, & Austro, & recumbent in regno Dei.* Itidem Faustus Manich. ap. August. to. 8. 464. g. *& recumbent in regno Dei.* August. ipse l. contra mendac. to. 6. 462. e. & in Ps. 118. to. 4. 1333. e. cum Vulgata concinit. Vide ad Matth. 8. 11.

℣. 30. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. 1. & Cantabrig. unà cum Græco : Ms. 1. pro ἔσονται, ponit ἦσαν; & verò codd. S. Mart. Turon. & S. Germ. 2. Lat. ferunt, *qui erant novissimi.* August. in Ps. 118. to. 4. 1333. e. utrobique, *qui erant primi..... qui erant novissimi :* l. verò contra mendac. to. 6. 462. e. textui favet.

℣. 31. Accinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Solus Cantabr. habet : *In ipsa hora accesserunt illi quidam Pharisæorum, dicentes : Exi....... quia Herodes quæret te occidere.* Græcè ut in Vulgata, nisi exceperis nominat. Φαρισαῖοι, loco *Pharisæorum :* Mss. quidam initio pro *die*, ferunt ὥρᾳ.

℣. 32. Ms. Corb. *Et ait illis : Ite, dicite vulpi illi : Ecce ejicio..... & cras, & sequenti die consummabor.* Cantabr. *Et dixit illis : Abeuntes dicite vulpi huic : Ecce ejicio........ & cras, & tertiâ perficior.* Ita quoque in Græco est. Ap. Irenæum, l. 4. c. 41. p. 288. b. *Dicite vulpi huic.* Apud Ambros. in Ps. 118. col. 1090. b. *Dicite huic vulpi :* & supra, 981. f. sicut inf. 1113. f. *Ite, dicite vulpi illi :* similiter ep. 23. col. 882. b. sed addit : *Ecce ejicio dæmonia hodie, & cras sanitates perficio, & sequenti consummor die.*

℣. 33. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nec habet plura; loco tamen *Vadite*, ponit *Ite.* Cantabr. autem legit : *Veruntamen oportet me hodie, & cras, & venturâ abire : quia non oportet perire prophetam extra Jerusalem.* Gr. Πλὴν δεῖ με σήμερον, καὶ αὔριον, καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι, &c. Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. p. 148. c. *non expedit mori prophetam extra Jerusalem.*

℣. 34. Ms. Corb. *Jerusalem..... sæpe volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub alas, & no-*

### Vulgata nova.

35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cùm dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico vobis, non me videbitis, donec veniam, & dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*luisti.* Cantabr. *Jerusalem... & lapidas missos ad te, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos sub alas suas, & noluistis?* Græc. Ἱερυσαλὴμ.... ἡ ἀποκτείνουσα..... καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις..... ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε· al. τὰ ἑαυτῆς νοσσιά. Irenæus l. 4. c. 36. p. 281. a. *Jerusalem, Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas (al. ascillas,) & noluisti?* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 205. c. *Jerus. Jerus. quæ occidis proph. & lapidas eos, qui mittuntur ad te.* Vict. Tun. l. de pœnit. apud Ambr. col. 596. b. *Jerus. Jerus. quæ interficis prophetas, & lapidas missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?* Vide ad Matth. 23. 37.

℣. 35. Ms. Corb. *Ecce relinquetur vobis domus vestra. Dico vobis, quia,* &c. quæ in Vulg. A Sangerm. 2. itidem abest *deserta.* Cantabr. *Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, non me videbitis, donec veniat ut dicatis,* &c. Maj. Mon. *amodo, donec dicatis;* &c. S. Gat. *cùm dicatis,* &c. Græcum Vulgatæ suffragatur, præterquam quòd hab. Ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, pro *Dico autem vobis:* sed Mss. plerique ferunt, Λέγω δὲ ὑμῖν, detracto Ἀμήν; subinde quidam delent ἥξη, post *donec.* Irenæus l. 4. c. 36. p. 281. b. *Ecce remittitur vobis domus vestra deserta.* August. in Ps. 101. to. 4. 1104. d. *Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta.* Vide ad Matth. 23. 38.

## CAPUT XIV.

### Vulgata nova.

1. Et factum est cùm intraret Jesus in domum cujusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum.

2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

3. Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare?

4. At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit.

5. Et respondens ad illos dixit: Cujus vestrûm asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati?

6. Et non poterant ad hæc respondere illi.

7. Dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:

8. Cùm invitatus fueris ad nuptias; non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit invitatus ab illo;

9. & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere:

10. sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superiùs. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:

Prov. 25. 7.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

1. Et factum est ut intraret in domum cujusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum.

2. Et ecce homo hydropicus erat ante illum.

3. Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos, & ad Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare?

4. At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum eum sanavit, & dimisit illum.

5. Et dixit ad illos: Cujus vestrûm asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet die sabbati?

6. Et non poterant ad hæc respondere illi.

7. Dicebat autem ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligebant, dicens ad illos:

8. Cùm invitatus quis fuerit ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit vocatus;

9. & veniat qui te & illum vocavit, & dicat tibi: Da huic locum: & incipias cum rubore novissimum locum tenere:

10. sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: &, cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, accede superiùs. Tunc erit tibi gloria cum simul discumbentibus:

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Et factus est cùm introisset in domum cujusdam principum Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi erant observantes eum.* S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. *Et factum est cùm intraret in domum,* &c. ut in Vulgata. Corb. eidem Vulg. congruit ad verbum. Græc. Cantabrigiensi respondet.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *Et ecce homo hydropicus in conspectu ejus.* Corb. & S. Mart. Turon. textui Colb. consonant; reliqui Vulgatæ, cui etiam suffragatur Græcum.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Et respondens Jesus dixit ad Legis doctores, & Pharisæos: Licet sabbato curare, aut non?* Maj. Mon. *Si licet sabbato curare, aut non?* S. Mart. Turon. *Si licet sabbatis curare?* Corb. S. Germ. &c. ut in Vulg. & Græco: Ms. tamen quidam, verbo θεραπεύειν, subdit ἢ οὔ.

℣. 4. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Cantabrig. verò habet: *At illi tacuerunt. Et adprehendens eum, & sanans, dimisit.* S. Gat. & S. Mart. Turon. *Ipse verò apprehensum hominem sanavit,* &c. Gr. Καὶ ἐπιλαβόμενος, ἰάσατο αὐτὸν, &c. al. Αὐτὸς δὲ ἐπιλαβόμενος, ἰάσατο, &c.

℣. 5. Ms. Corb. *Et dixit ad illos: Cujus vestrûm..... cadit, & non continuò extrahit illum;* &c. Cantabrig. *Et dixit ad eos: Cujus ex vobis ovis, aut bovis in put. incidet die sabbati, & non confestim levabit eum? At illi,* &c. Græcè ut in Vulgata; scriptum ἐμπεσεῖται, pro *cadet,* sed Mss. plures ferunt πεσεῖται. Vide sis August. in Joh. 5. to. 3. 427. d.

℣. 6. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Solus Cantabrig. *At illi non responderunt ad hæc.* Græc. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα· al. verò, Οἱ δὲ οὐκ ἀπεκρίθησαν, &c.

℣. 7. Ms. Cantabr. concordat cum textu Colb. præterquam quòd habet *videns,* pro *intendens;* item *adcubitos,* non *accubitus;* Corb. *discubitus.* Græc. textui Colb. favet.

℣. 8. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd legit *discumbat,* pro *discumbas.* Cantabr. verò habet: *Cùm invitaris in nuptias, noli recumbere in primum adcubitum, ne forte honorificentior te veniet.* Græc. Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Ms. Corb. *& accedens qui te & illum vocavit, dicat tibi.... & incipiens cum rubore,* &c. Cantabr. *& veniens qui te & illum invitavit, dicet tibi..... & tunc incipiens cum confusione,* &c. S. Germ. 1. *& veniens is, qui te & illum invitavit, dicat tibi..... & tunc incipiens cum rubore,* &c. S. Germ. 2. *& tunc incipies cum rubore,* &c. Gr. καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι..... καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης, &c. al. ἔρη σοι, non ἐρεῖ σοι.

℣. 10. Ms. Maj. Mon. *sed cùm vocatus fueris, vade in novissimo loco: ut, cùm venerit qui te ad cœnam vocavit, dicat,* &c. quæ in Vulg. Similiter habet Ms. S. Gat. qui

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

11. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

12. Dicebat autem & invitatori: Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, nec fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque divites: ne fortè & ipsi iterum te invitent, & erit tibi retributio:

13. sed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos:

14. & beatus eris, quoniam non habent unum retribuere tibi: retribuetur autem tibi in resurrectione justorum.

15. Hæc cùm audissent quidam de simul discumbentibus, dixerunt illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

16. At ipse ait eis: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.

17. Et misit servum suum hora cœnæ, ut diceret invitatis: Venite, jam paratum est.

18. Et cœperunt omnes simul excusare. Et primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum.

19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa: & ideo venire non possum.

20. Et alius dixit: Uxorem duxi, & non possum venire.

21. Et reversus servus nunciavit domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plateis, & vicis civitatis: pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.

VULGATA NOVA.

11. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: Matth.
& qui se humiliat, exaltabitur. 23.12.

12. Dicebat autem & ei, qui se invitaverat: Inf. 18.
Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare 14.
amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, Tob. 4. 7.
neque vicinos divites: ne fortè te & ipsi reinvitent, Prov. 3.
& fiat tibi retributio: 9.

13. sed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

14. & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.

15. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

16. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœ- Matth.
nam magnam, & vocavit multos. 22.2.

17. Et misit servum suum hora cœnæ dicere Apocal.
invitatis ut venirent, quia jam parata sunt omnia. 19.9.

18. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum.

19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.

20. Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non possum venire.

21. Et reversus servus nunciavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plateas, & vicos civitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*te ad cœnam vocavit.* S. Germ. 2. &, *cùm venerit qui te invitavit*, &c. subinde Corb. *adcede*, loco *ascende*. Cantabrig. *sed cùm invitaris, in novissimum locum recumbe: ut, cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superiùs. Et tunc erit tibi gloria in conspectu qui simul recumbunt.* Gr. ἀλλ' ὅταν κληθῆς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον· ἵνα, ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, &c. ut in Vulg. addito uno σοὶ, verbo *discumbentibus*; al. deest σοί.

℣. 11. Sic habent Mss. omnes. In Cantabr. *quoniam omnis qui exaltat se..... & qui humiliat se*, &c. Ita quoque in Græco est. Hilar. in Ps. 118. col. 262. e. *qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Itidem Ambros. in Ps. 38. col. 847. a. præpositis tamen *quoniam* &. Apud Aug. in 1. Joh. 316. d. *quoniam qui se humiliat, exaltabitur.*

℣. 12. In Ms. Corb. eadem omnino quæ in textu Colb. præter hoc sub fin. *ne fortè te & ipsi reinvitent*; S. Germ. 1. *ne fortè & ipsi te reinvitent.* In Cantabr. *Dicebat autem & ad eum, qui invitaverat eum: Cùm facis..... noli vocare amicos, neque fratres tuos, neque vicinos, neque divites: ne fortè & illi reinvitent te, & fiat retributio tibi.* S. Mart. Turon. *neque vicinos, neque divites: ne fortè & ipsi reinvitent te, & fiat tibi*, &c. Gr. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτόν· Ὅταν ποιῇς ἄριστον, &c. ut in Vulg. addito uno σου, ad *cognatos*: Mss. quidam ferunt, Ὅταν ποιεῖς· extremòque plures, καὶ γενήσεται, loco γένηται· nonnulli omittunt istud, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου. Irenæus quoque l. 5. c. 33. p. 332. e. legit: *Cùm facis prandium, vel cœnam, noli vocare divites, neque amicos, & vicinos, & cognatos: ne ipsi invicem vocent te, & fiat retributio ab eis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque vicinos, neque divites: ne fortè & illi reinvitent te, & fiat tibi retributio.* Cæsar. Arelat. hom. 40. *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos, aut divites: ne fortè invitent te, & fiet tibi retributio.*

℣. 13. Mss. S. Germ. 1. & Corb. assentiunt textui Colb. Cantabr. verò habet: *sed cùm facis epulationem, voca egenos, debiles, claudos, cæcos.* Gr. ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν, &c. ut in textu Colb. nisi quòd hab. ἀναπήρους, *mutilos*, loco *debiles*. Iren. l. 5. c. 33. p. 332. e. *sed voca claudos, cæcos, mendicos*, omissis prioribus verbis, *sed cùm facis convivium.* Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *sed cùm facis epulum, voca pauperes, debiles, cæcos, & claudos.* August. in Ps. 103. to. 4. 1157. g. *quando facis epulum, convoca cæcos, claudos, debiles, non habentes unde*, &c. de ℣. seq. Cæsar. Arelat. hom. 40. *sed voca mendicos.*

℣. 14. Ms. Corb. *& beatus eris, quoniam non habent unde tibi retribuere: retribuetur autem tibi in resurrectionem*, &c. item Ms. S. Mart. Turon. *retribuetur autem*; alii codd. ut in Vulgata; cui etiam Græc. favet. Iren. l. 5. c. 33. p. 332. e. cum Vulg. pariter consentit; necnon Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. nisi quòd habet *autem*, pro *enim*. Tertul. l. de resur. carn. p. 579. a. *retribuetur tibi in resurrectione justorum.* August. in Ps. 103. to. 4. 1157. g. ad vocem *debiles*, addit, *non habentes unde tibi reddant: retribuetur autem tibi in resurrectione justorum.* Cæsar. Arelat. hom. 40. *& beatus eris, quoniam non habent unde retribuant tibi: restituetur tibi in retributione justorum.*

℣. 15. Ms. Cantabr. *Audiens autem quis hæc, qui simul recumbebant, dixit ei: Beatus, qui*, &c. ut sup. Alii Mss. Vulgatæ congruunt. Græc. Cantabrigiensi favet.

℣. 16. Ms. Cantabr. *At ille dixit: Homo*, &c. quæ supra. Alii codices concordant cum Vulgata, & Græco. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. a. *Homo quidam fecit cœnam, & vocavit multos.*

℣. 17. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colb. Cantabr. verò habet: *Et misit servum..... dicere invitatis: Venite, quoniam parata sunt omnia.* Ita quoque in Græco est, interposito adv. ἤδη, *jam*, ante *parata*. Auct. l. de prom. p. 3. promiss. 39. col. 187. d. *Misit servos ut venirent invitati.*

℣. 18. Ms. Corb. *Et cœperunt simul omnes excusare se. Primus dixit: Villam emi*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Et cœperunt abunà omnes se excusare. Primus dixit: Agrum emi, & necesse habeo exiens videre eum: rogo te habeto me excusatum*: nec aliter est in Græco, nisi quòd subditur αὐτῷ, verbo *dixit*; poniturque ἐξελθεῖν καὶ, loco *exiens*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b. *Agrum emi.* Similiter habet Hieron. subnexis aliis quæ supra. Auct. l. de prom. p. 3. promiss. 39. col. 187. d. *Et excusaverunt hoc modo. Unus dixit: Villam emi, eo videre illam: habe me excusatum.*

℣. 19. Ms. Corb. probè convenit cum textu Colb. Item Cantabrig. *Et alius dixit: Juga..... propter quod non possum venire.* Græcè ut in Vulgata. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b. *Boves mercatus sum.* Ap. Ambr. l. 1. de pœnit. col. 398. e. *Juga boum emi.* Apud Auct. l. de promiss. ubi sup. *Quinque juga boum emi.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *Et alius dixit.... propter quod non possum venire.* Cæteri Vulgatæ accinunt, & Græco. Similiter habet Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 725. b. *Uxorem duxi.* Itidem Auct. l. de prom. ubi supra.

℣. 21. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd addit *hæc*, ad verbum *nunciavit*; sicut &, post *civitatis*. Cantabr. *Et adveniens servus adnuntiavit domino suo hæc*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

22. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est.

23. Et ait dominus servo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

25. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conversus dixit ad illos:

Matth. 10. 37. 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Matth. 10. 38. & 16. 24. Marc. 8. 34. 27. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

28. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum;

29. ne, posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei,

30. dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare?

## Versio antiqua.

22. Et ait servus: Factum est sicut imperasti, & adhuc locus est. *Ex Ms. Colbert.*

23. Et ait dominus servo: Exi in vias, & circa sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabunt cœnam meam.

25. Ibant autem cum illo turbæ: & conversus dixit ad illos:

26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus discipulus esse.

27. Et qui non tollit crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

28. Quis enim ex vobis volens turrem ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habet ad consummandum;

29. ne, postea cùm posuerit fundamentum, & non potuerit explicare, omnes qui vident,

30. dicant: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare?

## Notæ ad Versionem antiquam.

*omnia. Et iratus paterfamilias, servo suo dixit: Exi celeriùs in plateas, & vicos civitatis: & egenos, & debiles, & cæcos, & claudos adduc hic.* Græc. Καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα, &c. ut in Vulg. In Mss. pluribus deest sup. ἐκεῖνος. Apud August. epist. 173. to. 2. 616. b. & l. 1. contra Gaudent. to. 9. 649. f. *Exi in plateas*, &c. quæ in Vulg.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Et servus dixit: Factum est quod præcepisti, & adhuc locus est.* Corb. *sicut imperasti, & adhuc*, &c. Maj. Mon. & S. Gat. *ut locutus es, & adhuc*, &c. Alii ut in Vulg. & Græco. Apud August. epist. 173. & 185. to. 2. 616. c. 653. c. *Factum est quod jussisti, & adhuc est locus:* at l. 1. contra Gaud. to. 9. 649. f. cum Vulgata concinit, nisi quòd hab. *domino*, pro *Domine*. Auct. l. de prom. p. 3. promis. 39. col. 187. d. *adhuc locus vacuus est.*

℣. 23. Ms. Corb. textui Colb. patrocinatur. Cantabr. verò habet: *Et dixit dominus ad servum suum: Exi in vias, & in sepes: & coge introire, ut*, &c. S. Gat. *compelle intrare quoscunque inveneris, ut*, &c. Maj. Mon. *convoca intrare quoscunque inveneris, ut*, &c. Gr. ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου. Ambros. in Ps. 40. col. 877. f. *Exi in vias, & circa sepes: & compelle ut intrent, ut impleatur domus mea.* August. ep. 173. col. 616. b. & l. 1. cont. Gaud. to. 9. 649. f. nil differt à Vulg. sed epist. 185. & 208. col. 653. c. 776. f. legit: *Exite in vias, & sepes: & quoscunque inveneritis, cogite intrare.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 39. col. 188. a. *Ite circa sepes, ac vias: & quos inveneritis, cogite intrare:* at sup. 187. d. *Ite circa plateas, & vicos: & quos inveneritis, adducite.*

℣. 24. Mss. Corb. & S. Mart. Turon. textui Colb. respondent ad verbum. Cantabr. habet: *Dico enim vobis, quia nemo illorum hominum, qui invitati sunt, gustabit de cœna mea.* Græcè ut in Vulgata, posito uno γὰρ, pro *autem*, post *Dico*.

℣. 25. Ms. Cantabrig. nil differt à textu Colb. nisi quòd extremò hab. *illis*, loco *ad illos*. Græc. ut in Vulgata.

℣. 26. Concinunt Mss. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & Græcum. Ita quoque Corb. cum Cantabr. nisi quòd uterque hab. *adhuc etiam & animam:* præterea Corb. tollit *ad me*, post *venit;* Cantabrig. verò addit *suam*, ad *matrem*. Hilar. in Ps. 118. col. 330. a. legit: *Si quis venit ad me, & non oderit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc etiam & animam suam, non potest meus esse discipulus:* vide etiam in Ps. 138. col. 525. b. Ambrosius in Ps. 118. col. 1162. c. *Si quis venerit ad me, & non oderit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, &..... adhuc etiam & animam suam, non est me dignus:* & infra, 1164. c. *Qui non odit patrem, aut matrem..... aut fratres, aut sorores, aut animam suam, non potest meus esse discipulus:* & l. 7. in Luc. 1446. b. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, aut matrem, aut filios, & fratres, & sorores, etiam & animam suam, non potest*, &c. vide etiam inf. col. 1459. d. Augustinus ep. 243. to. 2. 868. d. Vulgatæ patrocinatur, deleto uno *autem*, post *adhuc:* & l. 1. de ser. Do. in m. to. 3. p. 2. col. 183. d. legit: *qui non oderit insuper & animam suam, non potest esse meus discipulus.* Auct. l. de sing. cler. p. 534. a. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, & sorores, & animam suam, non potest meus*, &c. Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 520. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & uxorem, & fil. & fratres, & sorores, insuper & animam suam, non potest*, &c. Auct. l. de prom. p. 2. c. 14. col. 128. d. *Si quis venit ad me, & non odio habet patrem, matrem, fratres, filios, insuper & animam suam, non potest*, &c.

℣. 27. Ms. Corb. assentit textui Colb. reliqui Vulgatæ, præter Cantabr. qui habet, *& venit retro me.* Sic etiam in Græco est: in Mss. tamen quibusdam loco βαστάζει, *bajulat*, ponitur λαμβάνει; paulòque post in aliis, ἀκολουθεῖ, loco ἔρχεται, *venit*. Irenæus quoque l. 1. p. 17. a. legit: *Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, discipulus meus esse non potest.* Itidem Tertul. partim ex Matth. 10. 38. nempe l. de fuga in pers. p. 971. c. habet autem, *non potest esse meus disc.* Cypr. l. 3. Testim. p. 311. b. ex utroque Evang. *Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est meus discipulus.* Hilar. in Ps. 118. col. 330. e. *Et si quis non portat crucem suam, & venit post me, non poterit meus discip. esse.* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 520. f. *Et qui non portat crucem suam, & sequitur me, non potest*, &c. August. epist. 243. to. 2. 868. d. *Et si non tulerit crucem suam, & venerit post me, non potest*, &c.

℣. 28. Ms. Corb. *Quis ex vobis volens turrem ædificare, nonne priùs sedens computavit sumptus..... si habet ad consummandum?* Item Ms. S. Mart. Turon. *nonne priùs*. Cantabr. *Quis autem ex vobis volens turrem ædif. nonne primùm sedens computat erogationem, si habet ad perfectum?* Græc. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν θέλων πύργον..... οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν; Tertul. l. de idol. c. 12. p. 242. c. huc alludens dicit *ante deliberandum ex similitudine..... ædificii illius, qui priùs sumptus operis cum viribus suis supputat.* August. epist. 243. to. 2. 868. d. *Quis ex vobis volens turrim ædif. non primò sedet, & computat, si sumtus habet ad consummationem?*

℣. 29. Ms. Corb. *ne, postea cùm posuerit..... & non potuerit explicare, omnes qui videbunt, dicent.* Cantabr. *ut, ne fortè cùm posuerit fundam. non potuerit ædificare, & omnes qui vident, incipient dicere.* S. Mart. Turon. *incipiant irridere, dicentes.* Gr. ἵνα, μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, &c. ut in Vulg. August. epist. 243. to. 2. 868. d. *nequando, cùm posuerit fundamentum, non possit ædificare, & omnes qui transeunt, & vident, incipiant dicere.*

℣. 30. Ms. Corb. textui Colb. congruit, nisi quòd initio hab. *dicent*, pro *dicant*. Cantabrig. *incipient dicere: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit perficere?* Item Ms. S. Gat. *perficere*. Græcè ut in Vulgata: Mss. tamen nonnulli initio tollunt Ὅτι, *Quia*. Ambros. l. 7. in Luc. 1456. d. habet: *Hic voluit ædificare, & non potuit consummare?* August. verò epist. 157. to. 2. 557. a. *Ecce homo, qui cœpit ædificare, & non potuit perficere?* & epist. 243. col. 868. c. *incipiant dicere: Hic homo cœpit ædif. & non potuit perficere?* verùm quæst. 31. in Luc. to. 3. 258. c. cum Vulgata consentit.



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

31. Aut quis rex iturus committere bellum adversùs alium regem, & non sedens priùs cogitat, si potuerit cum decem millibus obviare ei, qui cum viginti millibus venit adversùs se?

32. alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittet, rogans pacem.

33. Quis ergo ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus discipulus esse.

34. Bonum est sal. Sed si sal quodque evanuerit, in quo condietur?

35. Neque in terra, neque in sterquilinio utile est, sed foris mittitur. Qui habet aures audiendi, audiat.

### Vulgata nova.

31. Aut quis rex iturus committere bellum adversùs alium regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?

32. alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.

33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

34. Bonum est sal. Si autem sal evanuerit, in quo condietur? *Matth. 5. 13.*

35. Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. *Marc. 9. 49.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 31. Ms. Corb. *Aut quis rex..... nonne sedens priùs cogitavit, si potuerit cum decem militibus obviare ei, qui cum viginti militibus venit adversùm se?* Cantabrig. *Aut quis rex abiens alio regi committere in pugnam, nonne continuò sedens primùm cogitat, si potens est in decem millibus illi, qui cum viginti millibus venit super eum, obviari?* S. Gat. *& non vadens priùs cogitat*, &c. quæ in Vulg. Similiter habet Ms. Maj. Mon. *non vadens*. Gr. Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ᾽ αὐτόν; August. in Job, to. 3. 660. d. *Quis est rex, qui vadit committere bellum cum alio rege?* & epist. 243. to. 2. 868. e. *Aut quis rex vadens committere bellum cum alio rege, non primùm sedet, & cogitat, si potens est cum decem millibus ei occurrere, qui cum viginti millibus venit ad illum?* vide etiam quæst. 30. in Luc. to. 3. 258. b.

℣. 32. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *si quominus, adhuc eo longè constituto, mittens legatos, rogat quæ ad pacem.* Gr. εἰ δὲ μήγε ἔτι αὐτοῦ πόῤῥω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. August. epist. 243. col. 868. e. *cæterùm dum adhuc longè est, mittit legationem, rogans pacem:* sed quæst. 31. in Luc. to. 3. 258. d. Vulgatæ accedit.

℣. 33. Ms. Corb. *Sic ergo ex vobis, qui*, &c. ut in textu. S. Gat. *Sic erit omnis ex vobis, qui non renuntiaverit*, &c. Maj. Mon. *Sic ergo omnis..... qui non renuntiaverit*, &c. Cantabr. *Sic ergo & ex vobis omnis, qui non abrenuntiat substantiæ suæ, non potest*, &c. Gr. Οὕτως οὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ, &c. al. deest πᾶσι. Cyprian. l. de orat. Dom. p. 210. a. & epist. ad Fortunat. p. 266. b. necnon l. 3. Testim. p. 307. c. *qui non renuntiat omnibus quæ sunt ejus, non potest meus discipulus esse.* Hieron. ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 8. f. 9. a. *omnis, qui non renuntiaverit cunctis quæ possidet, non potest*, &c. August. epist. 157. to. 2. 556. f. & epist. 243. col. 868. e. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ sunt ejus, non potest*, &c. itidem quæst. 31. in Luc. to. 3. 258. c. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 723. e. *si quis non renuntiaverit suis omnibus, non erit dignus regno cælorum.*

℣. 34. Ms. Corb. *Bonum est sal. Quòd si sal evanuerit*, &c. ut supra. S. Germ. ambo, & S. Gat. *Si autem sal quoque evanuerit*, &c. Cantabrig. *Et si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur?* Gr. Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται; al. μαρανθῇ.

℣. 35. Ms. Corb. textui Colb. congruit, posito fut. *mittetur*, pro præs. *mittitur*. Cantabr. verò habet: *Neque in terram, neque in stercore utile est, foras mittent illud. Qui habet*, &c. Gr. Οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν· ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, &c. al. ἀλλ᾽ ἔξω βάλλουσιν.

# CAPUT XV.

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

1. Erant autem appliciti illi publicani, & peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes, quòd hic peccatores reciperet, & manducaret cum illis.

3. Et ait ad illos Jesus similitudinem hanc dicens:

4. Quis ex vobis homo habet centum oves: & erraverit una ex illis, nonne dimittet nonagintanovem in montibus in deserto, & ibit ad illam quæ erravit, donec inveniat eam?

### Vulgata nova.

1. Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

3. Et ait ad illos parabolam istam dicens:

4. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? *Matth. 18. 12.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Maj. Mon. textui Colb. respondet ad verbum: sicut etiam Corb. nisi quòd hab. *omnes publicani.* Ms. S. Mart. Turon. *Erant autem appropinquantes ad Jesum publicani*, &c. Cantabr. *Erant autem adpropiantes ei omnes publicani, & peccatores audire eum.* Ita quoque Græcum habet. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 149. d. *Erant autem accedentes ad eum publicani, & peccatores.*

℣. 2. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. deleto verbo *dicentes*. Cantabr. *Et murmurabant..... dicentes: Quoniam hic peccatores adsumit, & manducat cum illis.* Græcè ut in Vulgata. Apud Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 149. d. *Pharisæi mussitabant, dicentes: Quare hic peccatores recipit, & vescitur cum eis?* & quæst. Algas. col. 195. e. *Quare iste peccatores suscipit, & comedit cum eis?*

℣. 3. Ms. Corb. textui Colb. consonat. Cantabr. verò habet: *Dixit autem ad eos parabolam hanc.* Nec aliter in Græco, subjecto in fine, λέγων, *dicens*: al. deest λέγων.

℣. 4. Ms. Corb. *Quis ex vobis homo, qui habet..... & si erraverit una ex illis, nonne dimittet nonagintanovem in montibus in deserto, & ibit ad illam quæ erravit, donec*, &c. S. Mart. Turon. *nonne dimittet..... & vadet*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *& perdiderit unam ex eis, nonne dismittit nonagintanovem in desertum, & vadit, & quærit quod perierat, usque dum inveniat illud?* Græc. Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν..... καὶ ἀπολέσας ἓν..... οὐ καταλείπει τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό; al. οὐ καταλείψει τὰ, &c. Iren. l. 1. c. 8. p. 39. c. huc alludens ait *venisse ad eam quæ errasset ovem.* Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *errat & una pastoris ovicula.* August. in Ps. 8. to. 4. 44. b. *Dominus dicit reliquisse se xcix. oves in montibus, & descendisse propter unam:* & tr. 7. in Joh. to. 3. 451. c. *Nonne*, inquit, *ovis illa perierat, & relictis nonag.novem, pastor quæsivit illam?* Maximinus Arian. ap. Aug. to. 8. 664. e. *relictis nonag.novem in montibus, venit quærere unam errantem.* Apud Ambros. l. 7. in Luc. 1461. b. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si erraverit una ex illis, nonne dimittit xcix. in deserto, & ibit ad illam quæ erravit?* Epist. Orient. ad Symm. Conc. to. 4. 1304. b. *Quis autem vestrùm habens centum oves: si perdiderit ovem unam ex*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

5. Et cùm invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens:

6. & veniens domum convocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat?

7. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanovem justis, qui non indigent pœnitentia.

8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?

9. Et cùm invenerit, convocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram?

10. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios:

12. & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

5. Et cùm invenerit, ponet super humeros suos gaudens:

6. & veniens domum convocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mecum, quia inventa est ovis mea, quæ perierat?

7. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo in uno peccatore pœnitentiam agente, quàm nonagintanovem justos, qui non indigent pœnitentia.

8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit unam, non accendet lucernam, & scopis mundat domum, & quærit diligenter, donec inveniat eam?

9. Et cùm invenerit eam, convocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quòd inveni drachmam, quam perdideram?

10. Ita dico vobis, sic gaudium erit coram angelis Dei in peccatore uno pœnitentiam agente.

11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios:

12. & dixit illi junior: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*tis, nonne relinquit xcix. in deserto, & vadit ad perditam, quandiu inveniat illam?*

℣. 5. Ms. Cantabr. *Et inveniens, imponit super humeros suos gaudens.* A Corb. abest *gaudens.* Græc. Καὶ εὑρὼν, ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς, &c. ut in textu Colb. Addit Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *Et tandem invenitur, & humeris pastoris ipsius refertur:* vide etiam l. de pat. c. 12. p. 202. c. Item August. in Joh. 1. col. 351. d. *Et invenit, quam lætus in humeris reportavit.* Orient. epist. ad Symm. col. 1304. b. *Et inveniens, imponit illam gaudens in humeris suis.*

℣. 6. Ms. Corb. assentit textui Colb. Cantabr. verò habet: *veniens autem in domum convocat..... dicens eis: Cumgaudete mihi, quoniam inveni,* &c. quæ in Vulg. Ita quoque in Græco est, præter hoc initio, καὶ ἐλθὼν, loco *veniens autem.* Orient. epist. ad Symm. *& veniens domum suam convocat amicos suos, & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inveni ovem meam perditam?*

℣. 7. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd habet, *in nonaginta & novem justis.* S. Gat. *Dico vobis, quòd plus gaudium erit,* &c. quæ in Vulg. Cantabr. *Dico autem vobis, quoniam sic gaudium erit in cælo super uno..... quàm super xc. novem justis, qui non habent opus pænitentiæ:* nec aliter in Græco est, sublato uno *autem,* post *Dico:* in Mss. tamen quibusdam est, Λέγω δὲ ὑμῖν. Apud Cypr. ep. 52. p. 72. c. *Dico vobis, sic erit gaudium in cælo super uno peccatore pænitentiam agente, quàm super xcix. justis, quibus non est opus pænitentia.* Apud Ambros. in Ps. 118. col. 1032. a. b. *gaudium erit in cælis super uno pecc. pænit. agente, quàm in xc. & ix. justis, qui non indigent pænitentia:* similiter l. 1. de pœnit. col. 397. d. præter hoc, *quia gaudium majus est in cælo.* Hieron. quæst. 6. Algas. to. 4. 195. f. *Dico vobis, sic erit gaudium in cælo super uno pecc. pænit. agente, magis quàm super xcix. justis, qui non habent opus pænitentia.* Aug. l. 1. de ser. Do. in m. to. 3. p. 2. col. 178. b. *Plus gaudet de uno pænitente, quàm de xcix. justis:* & in frag. serm. to. 5. 1518. c. *sic gaudet Pater meus de uno pænitente, quàm de xcix. justis, quibus non est opus pænitentia.* Maximinus Arian. ap. Aug. to. 8. 664. e. *sic erit gaudium in cælo super uno pecc. pænit. agente, quàm in xcix. justis, qui non indigent pænitentia.* Auct. l. de dupl. mart. p. 588. *Ita dico vobis, quòd gaudium erit in,* &c. ut in Vulg. S. Pacianus epist. 3. p. 312. d. *sic majus erit gaudium in cælo super unum peccatorem pænitentiam agentem, quàm super nonagintanovem justis, quibus non fuit opus pænitentia.* Fulg. ep. 7. c. 10. p. 194. similiter ait *plus esse gaudii coram angelis Dei super uno peccatore pænitentiam agente, quàm super xcix. justis, quibus non est opus pænitentia.*

℣. 8. Ms. Corb. *Aut quæ mulier..... si perdiderit unam, nonne accendet lucernam, & scopis mundabit domum suam, & quærit,* &c. Cantabr...... *si perdiderit unam, nonne accendit lucernam, & mundat domum, & quærit dilig. usquequo inveniat?* S. Gat. *& vertet domum, & quæret;* S. Germ. 1. *evertit domum, & quærit;* S. Germ. 2. *& quæret;* S. Mart. Turon. *accendet..... evetret..... quæret.* Gr. ἅπτει... καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ..... ἕως ὅτου εὕρῃ; al. σαρεῖ, al. καθαίρει. Iren. l. 1. c. 8. p. 39. c. memorat *mulierem, quæ mundat domum, & invenit drachmam.* Item apud Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *Mulier drachmam perdidit, & requirit:* & l. de præscr. c. 11. p. 332. c. *Perdiderat unam ex decem didrachmis anus illa, & ideo quærebat:* & c. 12. p. 333. a. *Anus illa intra tectum suum drachmam requirebat.* Ambros. epist. 7. col. 777. d. de eadem muliere meminit, quæ drachmam *amissam diligenter requirit, lucernam accendens, & mundans domum suam.* August. tr. 7. in Joh. to. 3. 351. d. *Nonne,* inquit, *perierat drachma illa, & accendit mulier lucernam, & quæsivit in tota domo sua, donec invenit?*

℣. 9. Ms. Corb. concinit cum textu Colbert. delendo *eam,* post *invenerit.* Ms. S. Mart. Turon. hab. *convocabit,* non *convocat.* S. Gat. & Maj. Mon. addunt pronomen *meam,* ad *drachmam.* Cantabr. *Congaudete mihi, quia inveni quam perdideram drachmam.* Gr. Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν, ἣν ἀπώλεσα. Ambros. epist. 7. col. 777. d. alludens ait: *Et si invenerit, convocat amicas, & vicinas, petens congratulari eas secum, quòd invenerit drachmam, quam perdiderat.* August. tr. 7. in Joh. col. 351. d. *Et cùm invenisset, Collætamini mihi, ait vicinis suis, quia inveni drachmam, quam perdideram.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 150. e. *Congratulamini mihi, quia,* &c. ut supra.

℣. 10. Ms. Corb. *Ita dico vobis, sic gaudium erit coram angelis Dei in uno pecc.* &c. Maj. Mon. *Ita dico vobis, gaudium erit angelis Dei super,* &c. Cantabr. *Sic dico vobis, gaudium erit in conspectu angelorum Dei super uno peccatori pænitentia agenti.* Gr. Οὕτω λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ, &c. al. χαρὰ ἔσται· al. γίνεται ἐν οὐρανῷ. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 155. f. *Sic dico vobis, quia gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pænit. agente.* Vict. Tun. apud Ambros. col. 591. b. *Sic erit gaudium in cælo coram Patre vestro, & angelis ejus, super uno pecc.* &c. & inf. 600. c. *Dico vobis, sic erit gaudium coram angelis Dei super uno peccat. pænit. agente.* Ambrosiast. col. 244. e. *Ita gaudium erit in cælo in uno peccatore pænit. agente.* Orient. epist. ad Symm. Conc. to. 4. 1304. b. *Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cælis de uno peccatore pænitentiam agente.* Huc redeunt quæ dicit Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *Lætantur cæli, & qui illic angeli, pænitentiâ hominis.*

℣. 11. Ita ferunt Mss. Corb. & S. Germ. ambo. Cantabrig. verò, *Dixit autem: Homo quidam habebat,* &c. Item Maj. Mon. & S. Gat. *habebat;* Gr. εἶχε. Hieron. ep. ad Dam. to. 4. 151. c. *Homo quidam habebat duos filios.* Ambr. l. 7. in Luc. 1462. d. *Homo quidam habuit,* &c. Vide August. quæst. 33. in Luc. to. 3. 259. a.

℣. 12. Ms. Corb. *& dixit illi adolescentior: Pater,* &c. quæ supra. S. Germ. 1. *& dixit adolescentior ex illis: Pater,* &c. Similiter hab. Ms. S. Mart. Tur. paulò verò post, *quæ mihi contingit,* non *me.* Cantabr. *& dixit adolescentior eorum patri: Pater, da mihi quod me tanget, partem substantiæ. Et divisit eis substantiam.* Græc. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί· Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, junior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi finivit substantiam suam vivendo luxuriosè.

14. Et postquam omnia consumpsit, facta est fames valida per regionem illam, & cœpit & ille egere.

15. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius. Et hic misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

17. Ipse autem reversus, dixit: Quantis panibus mercenarii patris mei abundant, ego hic fame pereo!

18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in cœlum, & coram te:

19. jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum mercenariorum tuorum.

20. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est illum.

21. Dixitque illi filius: Pater, peccavi in cœ-

### VULGATA NOVA.

13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè.

14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.

15. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

17. In se autem reversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo!

18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te:

19. jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.

20. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum.

21. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cœ-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον quidam addunt μοὶ, ad ἐπιβάλλον. Ambros. l. 7. in Luc. 1462. d. *& dixit illi adolescentior: Da mihi portionem substantiæ:* vide etiam l. 1. de interpel. Job, c. 3. col. 627. c. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 151. c. seq. *& dixit illi adolescentior: Pater, da mihi portionem subst. quæ me contingit. Qui divisit eis substantiam.* Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 270. d. *Da mihi congruam partem substantiæ.*

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Et non post multos dies, congregans omnia adolescentior filius, peregrinatus est in regionem longinq. & ibi disparsit subst. suam, vivens luxuriosè.* Reliqui Mss. codd. Vulgatæ patrocinantur. Græc. Cantabrigiensi respondet. Hieron. ep. ad Damasum, col. 151. *Et non post multos dies, collectis omnibus, adolesc. fil. peregrè profectus est in..... & ibi dissipavit subst. suam, vivens luxuriosè.* Itidem Ambr. l. 7. in Luc. 1462. e. *peregrè profectus est in regionem longinquam:* & l. 2. de pœnit. c. 3. col. 419. e. addit: *& consumpsit substantiam suam.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 270. d. *ibi dissipavit substantiam suam.*

℣. 14. Ms. Corb. *Et postquam omnia consumpsit, facta est famis per regionem illam, & ipse cœpit egere.* Cantabr. *Cùm erogasset autem omnia, facta est famis magna per regionem illam, & ipse cœpit egeri.* Græc. Δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι. Hieron. ep. ad Damas. ubi sup. *Cùmque consumpsisset omnia, facta est fames valida per regionem illam, & ipse cœpit egere.* Ambr. l. 7. in Luc. 1463. b. *facta est fames per regionem illam.*

℣. 15. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nisi quòd hab. *ille*, pro *hic*. Cantabr. *Et abiit, & adhæsit ibi uni civium regioni illius. Et misit eum in agros pascere porcos.* Græc. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ... Καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους· al. τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ. Hieron. epist. ad Damas. *Et abiit, & conjunxit se uni de principibus regionis illius. Qui misit illum in agrum suum, ut pasceret porcos:* & inf. *quod autem ait, Uni de principibus*, &c. Ambros. l. 7. in Luc. 1463. c. *Abiit itaque, & adhæsit uni civium.*

℣. 16. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. solus Cantabr. legit: *Et cupiebat saturari de siliquis, quas edebant porci: & nemo dabat illi.* Græc. Colb. textui favet. Ambros. l. 7. in Luc. 1463. d. *Et cupiebat siliquis implere ventrem suum:* & infra, *nemo illi dabat.* Hieron. ep. ad Damas. col. 151. *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis porcorum: & nemo illi dabat.* Similiter August. quæst. 33. in Luc. to. 3. 259. e. *& nemo illi dabat.*

℣. 17. Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *In se autem reversus, dixit: Quanti mercenarii patris mei abundant panibus, ego autem hic*, &c. Cantabr. *In semetipsum autem veniens, dixit: Quanti mercenarii patris mei abundant*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Græc. præfert, sublato adverb. *hic*, ante *fame pereo*: Mss. nonnulli ferunt ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, non simpliciter τοῦ πατρός μου· & alii plures post paulò, ἐγὼ δὲ ὧδε, non ἐγὼ δέ. Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 169. a. huc alludens, dicit: *Si pœniteat ex animo, si famem tuam cum saturitate mercenariorum paternorum compares*, &c. Ambros. l. 7. in Luc. 1463. f. *In se autem reversus, dixit: Quantis panibus mercenarii patris mei abundant:* itidem epist. 2. col. 757. e. tum addit, *ego autem hic fame pereo!* Similiter Auct. l. ad virg. devot. apud Ambr. col. 367. d. *Quantis panibus mercenarii patris mei abundant, ego autem fame pereo!* Hieron. ep. ad Damas. *In se autem conversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris*, &c. ut in Vulg. Eidem quoque Vulg. suffragatur August. quæst. 33. in Luc. to. 3. 259. e. g.

℣. 18. Sic habent Mss. S. Germ. ambo, cum Corb. hic tamen legit, *in cælo*, non *in cælum*. Cantabr. *Surgens, ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in cælum, & in conspectu tuo.* Sic etiam in Græco est. Apud Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 169. a. *Deliqui, pater.* Apud Ambr. l. 2. de pœnit. col. 419. e. & l. 4. de interpel. Dav. c. 5. col. 666. d. & l. 7. in Luc. 1465. c. omnia ut in textu Colb. sicut apud August. quæst. 33. in Luc. to. 3. 259. g. 260. a. Auctor l. ad virg. devot. ap. Ambros. 367. d. legit: *Surgam itaque, & vadam ad patrem meum, & dicam illi: Pater*, &c. quæ in textu. Hieron. epist. ad Damas. *Surgens, ibo ad patrem meum, & dicam illi*, &c. quæ sup. & post pauca: *Pulchrè ait: Surgens*, &c.

℣. 19. Ms. Cantabr. textui Colb. congruit ad verbum. Sangerm. 1. & S. Mart. Turon. initio habent, *& jam non sum dignus*, &c. quæ in Vulg. Eidem Vulg. consonant S. Germ. 2. Corb. & S. Gat. Gr. καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος, &c. ut in textu Colb. sed à Mss. plerisque ipso initio abest καὶ. Apud Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 169. a. sic: *pater, nec dignus ego jam vocari tuus.* Apud Ambros. l. 7. in Luc. 1465. f. *jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum mercenariorum tuorum:* itidem epist. 2. col. 757. e. Auctor verò l. ad virg. devot. ap. Ambr. col. 367. d. legit: *jam non sum dignus vocari filius tuus: suscipe me sicut unum ex mercenariis tuis, ut vivam.* Apud Hieron. ep. ad Damas. ut in Vulg. Sic etiam ap. August. quæst. 33. in Luc. col. 260. b. præter hoc 1. *& jam non sum dignus.*

℣. 20. Ita fert Ms. S. Germ. 1. A Corb. verò abest hoc med. *& misericordia motus est.* S. Germ. 2. S. Mart. Turon. S. Gat. & Maj. Mon. addunt, *& occurrens cecidit supra*, &c. Cantabr. ..... *Adhuc autem eo longè iter habente, vidit eum pater ejus, & misertus est, & currens incubuit super collum ejus*, &c. Ita quoque Græc. habet, nisi exceperis verbum ἀπέχοντος, pro *iter habente*; & ἐπέπεσεν, pro *incubuit*; al. ἔπεσεν. Apud Hieron. ep. ad Damas. *Et venit usque ad patrem suum. Cùmque adhuc longè esset, vidit eum pater ejus, & misericordia motus est, & præcurrens incubuit super collum ipsius, & osculatus est eum.* Apud Aug. quæst. 33. in Luc. ut in textu Colbert. verbum è verbo. Apud Ambros. in Luc. 1466. b. *adcurrit..... complectitur..... supra collum cadit.*

℣. 21. Ita legunt Mss. Corb. & S. Germ. ambo. Cantabr. verò habet: *Dixit autem filius ejus: Pater, peccavi in cæ-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

lum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

21. Dixit autem pater ad servos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus:

23. & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur:

24. quia hic filius meus mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est. Et cœperunt epulari.

25. Erat autem filius ejus senior in agro: & cùm veniret, & appropinquaret domui, audivit symphoniam, & chorum:

26. & vocavit unum de servis, & interrogavit quid hæc essent.

27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

lum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

22. Dixit autem pater ejus ad servos suos: Citò proferte stolam illam primam, & induite illum, & date annulum in manu ejus, & calciamenta in pedibus:

23. & adducite vitulum illum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur:

24. quia hic filius meus mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est. Et cœperunt epulari.

25. Erat autem filius ejus senior in agro: & cùm veniret, & appropiaret domui, audivit symphoniam, & chorum:

26. & vocavit unum de servis, & interrogavit quæ hæc essent.

27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*lum, & in conspectu tuo, jam non sum dignus vocari filius tuus:* tum addit quod sup. ℣. 19. *fac me sicut unum mercenariorum tuorum.* S. Gat. *fac me unum de mercenariis tuis;* Maj. Mon. *fac me sicut unum de*, &c. Græc. textui Colbert. patrocinatur, præposita conjunctione ϗ, voculæ *jam:* sed abest conjunctio à Mss. nonnullis: aliqui etiam ultimò subjiciunt, ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. Hieron. ep. ad Damas. legit: *Dixit autem illi filius: Pater, peccavi*, &c. quæ in textu nostro, nec plura. Similiter ap. Hilar. in Ps. 118. col. 334. c. *Peccavi, pater, in cælum, & coram te.* Item ap. Ambros. in Ps. 118. col. 1168. a. *Pater, peccavi in cælum, & coram te.* Concinit Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. col. 600. a. sed addit: *jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Ut autem nemini dubium sit, quin hoc testimonium à scriptore petitum fuerit à ℣. præs. 21. non verò à superiori ℣. 19. ubi eadem produntur verba; non abs re fuerit hìc subtexere & ea quæ antecedunt apud Victorem Tun. & ea quæ proximè subsequuntur. Ita verò res gesta narratione exponitur: *Is summa inopia & egestate confectus, cùm nec porcorum vesci pastibus sineretur, reversus ad pristinam mentis propriæ sanitatem, prioris ævi cœpit desiderio conflagrare..... Habito igitur tandem pœnitenti tractatu, & secum in corde satisfactionis arcano locutus, velut postliminio ad lares patrios nudus, exsulque revertitur. Tum ille pater, qui cogitantis viderat in corde consilium, antequam verba perditus filius in confessione profunderet, affectum dolentis anticipat, & misericorditer suscipit redeuntem: in collum ejus irruit, osculis reconciliat, &c. Sed ille consultissimus pœnitens, & confessor egregius..... meditatum confessionis ordinem pandit, & verbis explicat, quod corde ruminaverat:* Pater, *inquit*, peccavi in cœlum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. *Placatus itaque pater precibus confitentis, stolam primam mandat afferri*, &c. Ex quibus optimè eruitur Victorem Tun. ultima verba filii adolescentioris non repetiisse à ℣. 19. imò verò à ℣. seq. 21. Attamen August. quæst. 33. in Luc. col. 260. d. e. eadem exponendo, apertè negat à filio illo juniore subjunctum fuisse ad ℣. seq. 21. istud de ℣. 19. *fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Ita quippe disserit: *Nec dicit omnia, quæ dicturum se esse promiserat, sed usque ad illud*, non sum dignus vocari filius tuus: *hoc enim vult fieri per gratiam, qua se indignum esse per merita fatetur: non addit quod in illa meditatione dixerat*, fac me sicut unum de mercenariis tuis: *cùm enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat; quod post osculum patris generosissimè jam dedignatur.* Ex his autem omnibus constat Scriptores varios, pro variis quibus utebantur codicibus, ultima illa verba de ℣. 19. vel adjunxisse ad versum 21. vel ab ipso detraxisse. Vide Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. 169. a. & l. de pat. c. 12. p. 202. c.

℣. 22. Ms. Corb. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. hab. *anulum in manu ejus, & calciamenta in pedes*, absque *ejus;* quod similiter abest a codd. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. præterea hic posterior hab. *in pedibus*, ut & sup. *in manu.* In Cantabr. omnia ut in Vulg. præter verbum *adferte*, loco *proferte.* In Gr. Ἐξενέγκατε, absque præced. *Citò;* reliqua ut in Vulg. detracto ultimo pronom. *ejus:* Mss. tamen quidam ferunt, Ταχέως ἐξενέγκατε· extremòque plures, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Apud Hieron. ep. ad Damas. *Dixit autem pater ad pueros suos: Celerius proferte stolam priorem, & induite eum, & date annulum in manu illius, & calceamentum in pedibus ejus.* Apud Ambr. in Luc. 1466. d. *Et jubet proferri stolam, annulum, calceamenta.* Apud August. quæst. 33. in Luc. 260. e. *stola prima..... annulus in manu..... calceamenta in pedes:* item l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. 47. c. *Proferte illi stolam primam.*

℣. 23. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colb. reliqui omnes Vulgatæ consonant. Græcè ita: ϗ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον...... θύσατε, ϗ φαγόντες εὐφρανθῶμεν· al. ϗ ἐξενέγκαντες. Apud Hieron. ep. ad Damas. *& afferte vitulum saginatum*, &c. quæ supra. Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *vitulum præopimum* vocat, al. *præoptimum;* Ambr. & August. in Luc. *saginatum*, ut sup.

℣. 24. Similiter habent Mss. S. Germ. & S. Gat. Sic etiam Corb. nisi quòd scribit, *mortuus fuerat;* S. Mart. Turon. *mortuus est.* Cantabr. *quoniam hic... mortuus erat... perierat, & modò inventus est*, &c. Græc. textui favet, præterquam quòd hab. ϗ ἀπολωλὼς ἦν, loco *perierat.* Ambros. l. 2. de pœnit. col. 430. d. *manducemus, & epulemur: quia hic mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est:* & in Ps. 37. col. 819. d. *filius meus mortuus erat, & revixit; perierat*, &c. & l. 7. in Luc. 1467. c. *quia filius perierat, & inventus est; mortuus fuerat, & revixit.* Hieron. ep. ad Damas. *quia hic filius meus mortuus fuerat*, &c. ut in textu. Iridem S. Pacian. epist. 1. p. 306. g. August. quæst. 33. in Luc. 260. g. *quia hic filius meus mortuus erat*, &c.

℣. 25. Ms. Corb. textui Colbert. respondet, nisi quòd hab. *junior*, pro *senior*, sed vitiosè. Cantabr. .....*senior in villa; veniens autem, & proximans domui, audivit symphoniæ, & chori.* Gr...... ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· ϗ ὡς ἐρχόμενος, ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας, ϗ χορῶν. Hieron. ep. ad Damas. *Erat autem filius illius senior in agro*, &c. ut in Vulg. ad vocem autem *symphoniam*, monet *malè* quosdam *de Latinis* putare illam *esse genus organi, cùm concors in Dei laudibus concentus hoc vocabulo significetur:* συμφωνία *quippe, consonantia exprimitur in Latino.* Similiter Ambr. l. 7. in Luc. 1467. f. 1468. a. *De villa*, inquit, *venire .....senior dicitur.... ideo chorum, & symphoniam audire non potest, hoc est, non illa theatralis incentiva luxuriæ, nec aulicorum concentus sonorum, sed plebis concordiam concinentis, quæ de peccatore servato dulcem resultet lætitiæ suavitatem.* Item August. quæst. 33. in Luc. col. 261. a. *Veniens de agro, domui propinquare cœpit.... Audit symphoniam, & chorum, scilicet spiritu plenos vocibus consonis Evangelium prædicare..... audit concorditer conversantium animam & cor unum in laudes Dei.*

℣. 26. Ms. S. Germ. 2. nil differt à textu Colb. Corb. ultimò legit *quæ essent;* S. Mart. Turon. *quænam hæc essent.* Cantabr. verò habet: *& advocans unum de pueris, interrogabat quid vellet hoc esse.* Gr. ϗ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων, ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα· al. τί θέλει τοῦτο εἶναι. Hieron. ep. ad Damas. *& vocavit unum de pueris, & interrogavit quidnam essent hæc.* August. quæst. 33. in Luc. 261. b. *vocat unum de servis, & interrogat quæ illa sint.*

℣. 27. Ms. S. Mart. Turon. initio hab. *At ille dixit ei.* Similiter Corb. at extremò, *vitulum illum saginatum, quia salvum*, &c. S. Germ. 1. *quia sanum*, &c. Cantabr. *At ille dixit: Quoniam frater tuus venit, & occidit pater tuus saginatum vitulum illi, quia salvum eum recepit.* Græcè: Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει, ϗ ἔθυσεν..... τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν, &c. Hieron. ep. ad

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

28. Indignatus est autem, & noluit intrare. Pater verò illius egressus, cœpit illum rogare.

29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce quot annis servio tibi, & nunquam præterivi mandatum tuum, & nunquam dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer:

30. sed postquam filius hic tuus, qui devoravit substantiam tuam cum meretricibus, venit, & occidisti illi vitulum saginatum.

31. At ipse dixit illi: Fili, tu mecum fuisti, & eris, & omnia mea tua sunt:

32. epulari autem oportet & gaudere, quòd frater tuus mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est.

### VULGATA NOVA.

28. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum.

29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer:

30. sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

31. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt:

32. epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Damas. *Qui ait illi: Quoniam frater tuus venit, & occidit..... vitulum saginatum, quoniam incolumem illum recepit.* Aug. quæst. in Luc. *Frater tuus venit*, &c. quæ in textu Colb. & Vulg.

℣. 28. Ms. Corb. assentit textui Colb. nisi quòd hab. *introire*, pro *intrare*. S. Gat. *noluit venire*; pauloque post, cum Ms. Maj. Mon. *egressus est, cœpit rogare illum.* In Cantabr. *Iratus est autem, & nolebat introire. Pater autem ejus exiens, rogabat eum.* Ita quoque in Græco est, præter hoc, Ὁ οὖν πατὴρ, loco *Pater autem*; al. Ὁ δὲ πατήρ. Hieron. ep. ad Damas. *Iratus autem noluit intrare. Egressus autem pater illius, cœpit rogare eum.* Ambros. in Luc. 1468. f. ait: *Foris audit chorum..... sed irascitur.* August. q. in Luc. 261. c. *Indignatur..... & adbuc non vult introire.*

℣. 29. Mss. Corb. & S. Gat. concordant cum textu Colb. Sic etiam Maj. Mon. nisi quòd hab. *quot anni.* Cantabrig. *Ecce tot annos servio tibi, & nunquam præterivi mandatum tuum, & nunquam dedisti mihi hædum de capris ut cum amicis meis prandeam.* Græc. Ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη, &c. ut in textu, delet verò sup. pronomen *suo*, post *patri*; sed addunt Mss. plures αὐτοῦ. Tertul. l. de pudic. p. 1003. c. *Ecce quot annis tibi servio, & præceptum tuum nunquam præterivi.* Hieron. ep. ad Damas. *Ipse autem respondens, ait patri suo: Ecce tot annis servio* (inf. *servivi*) *tibi*, &c. ut in textu: at in Naum 1. to. 3. 1560. c. *Ecce ego tot annos servio tibi, & nunquam præceptum tuum præterivi.* Rufin. l. 2. bened. Patr. p. 11. c. *Ego semper tecum fui, & mandatum tuum nunquam præterii*, &c. ut in textu. Vide etiam August. q. in Luc. col. 262. b.

℣. 30. Ms. S. Gat. ad verbum convenit cum textu Colb. deleta tamen conjunct. &, ante *occidisti*. Cæteri codd. ut in Vulg. Solus Cantabr. sic habet: *filio autem tuo, qui comedit omnia cum meretricibus, & venienti occidisti saginatum vitulum.* Gr. ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν, &c. al. σου τὴν οὐσίαν μετὰ, &c. Hieron. ep. ad Damas. col. 158. *cùm autem filius tuus hic, qui devoravit omnem substantiam suam, vivens cum meretricibus, venit, occidisti ei vitulum sagin.* Rufin. l. 2. bened. Patr. p. 12. a. *cùm autem venit filius tuus hic junior, qui dilapidavit omnem substantiam, occidisti illi vitulum sagin. istum.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *At ille dixit illi: Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Reliqui Vulgatæ consonant, nec refragatur Græcum. Similiter habet Tertul. l. de pudic. p. 1003. c. *Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Hieron. ep. ad Damas. *Ipse autem dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & mea omnia tua sunt.* Ambros. l. 7. in Luc. 1469. a. *Fili, tu semper mecum fuisti, & omnia mea tua sunt.* August. quæst. 33. in Luc. 261. f. 262. a. d. & in Joh. 16. 750. e. *Tu mecum es semper, & omnia mea tua sunt.*

℣. 32. Ms. Corb. *epulari autem nos & gaudere oportet, quia frater tuus hic, mortuus fuerat*, &c. quæ supra. S. Gat. *epulari autem & gaudere te oportebat, quòd frater tuus mortuus revixit*, &c. Maj. Mon. *gaudere oportet, quòd frater tuus erat, & revixit*, &c. Cantabr. *epulari autem oportebat & gaudere, quia frater tuus hic, mortuus est, & revixit*, &c. Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd habet, καὶ ἀπολωλὼς ἦν, loco *perierat*: al. deest καί. Hieron. ep. ad Damas. *epulari nos oportet & gaudere, quoniam hic frater tuus, mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus est.* Victor Tun. apud Ambros. col. 591. b. 600. a. *gratulari autem & gaudere te oportet, quoniam frater tuus mortuus fuerat, & revixit; perierat*, &c. August. tr. 19. in Joh. to. 3. 440. c. *mortuus erat, & revixit; perierat*, &c.

---

# CAPUT XVI.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus erat apud illum quòd dispargeret bona ejus.

2. Et accersitus est domino suo, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.

3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferet à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.

### VULGATA NOVA.

1. DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius.

2. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.

3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Dicebat autem ad discipulos: Homo quidam..... & hic diffamatus est ei quasi dissipans substantiam ejus.* Corb. *& hic diffamatus erat quòd dissipavit bona ipsius.* Gr..... καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· al. διασκορπίζει; al. διασκορπίσας. Hieron. quæst. 6. Algas. to. 4. 196. b. seqq. *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, sive dispensatorem, hoc enim* οἰκονόμος *significat*: & post pauca: *iste igitur dispensator accusatus est ad dominum suum quòd dissiparet substantiam ejus.* Gaud. Brix. ser. 18. p. 970. h. *Dicebat Dominus Jesus ad discipulos suos parabolam: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset facultates ejus.*

℣. 2. Ms. Cantabr. *Et vocans eum, dixit illi: Quid... redde rat. villicationis: non enim potes adhuc villicare.* Corb. *jam enim non potes villicare.* Gr. Καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ..... ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν. Hieron. quæst. 6. Algas. *Quo vocato, dixit: Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ: neque enim ultra mea poteris dispensare.* Gaud. Brix. ser. 18. p. 970. h. *Et vocato eo, ait illi*, &c. ut in Vulg. August. in Ps. 48. to. 4. 432. d. *non potes mihi agere, redde rationem actus tui.*

℣. 3. Mss. Corb. & S. Germ. 1. ut in textu Colb. Cantabr. verò habet: *Dixit autem intra se villicus: Quid faciam, quia dom. meus aufert villicationem meam? fodere non valeo, mendicare confundor.* Nec refragatur Græcum, nisi id excipiatur, ἀπ' ἐμοῦ, *à me*, loco pronom. *meus*. Hieron. quæst. 6. Algas. legit: *Qui dixit intra semetipsum: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispensationem? fodere*, &c. ut in textu. August. in Ps. 48. to. 4. 432. d. &

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

4. Scio quid faciam, ut, cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & sede citò, scribe quinquaginta.

7. Deinde alii dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta.

8. Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

10. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.

11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?

12. Et si in alieno fideles non fuistis: quod

## VERSIO ANTIQUA.

4. Cogitavi quid faciam, ut, cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Ex Ms. Colbert.

5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum vasos olei. Dixitque illi: Accipe litteras tuas: & sede citò, scribe quinquaginta.

7. Deinde alio dixit: Tu quantum debes domino meo? Ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & sede, scribe octoginta.

8. Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quòd prudenter fecit. Dixit autem ad discipulos suos: Filii hujus sæculi prudentiores sunt, quàm filii lucis in hac generatione.

9. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

10. Qui fidelis est in minimo, & in majus fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majus iniquus est.

11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?

12. Et si in alieno fideles non fuistis: quod

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

l. de op. monach. to. 6. 486. g. *fodere non possum, mendicare confundor.* Gaudent. Brix. ubi supra, cum Vulgata concinit.

℣. 4. Ms. Corb. *Cognovi quid faciam*, &c. ut in textu. Reliqui Vulgatam referunt ad verbum; solus Cantabr. ponit *&*, pro *ut*; *de*, pro *à*; & *accipiant*, pro *recipiant*. Gr. Ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα, &c. Hieron. quæst. 6. Algas. *Scio quid faciam, ut, quando sublata mihi fuerit dispensatio, suscipiant me in domos suas.* Gaud. Brix. ubi sup. nil differt à Vulg.

℣. 5. Accinunt magno consensu Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Solus Cantabr. legit: *Et advocans unumquemque debitorem domini sui, dicebat*, &c. quæ supra. Græc. similiter: Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν, &c. Hieron. ubi sup. *Vocavit itaque singulos debitores domini sui, & dixit primo: Quantum*, &c. Gaudent. Brix. serm. 18. *Et convocans unumquemque debitorem domini sui, dicebat primo*, &c.

℣. 6. Mss. Corb. & S. Gat. eadem ferunt quæ in textu Colb. præter unum *batos*, loco *vasos*. Cantabr. *Centum siclos olei. Dixit autem illi: Accipe tuas litteras, & scribe quinquaginta.* Græc. Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέξαι σου τὸ γράμμα· καὶ καθίσας ταχέως, γράψον, &c. al. καθίζε τάχεως. Hieron. quæst. 6. Algas. *Qui dixit ei: Centum batos olei. Ait illi: Tolle cautionem tuam: & sedens citò, scribe quinquaginta.* Gaud. Brix. loco supra cit. *At ille dixit: Centum cados olei. Et ait illi: Accipe litteras tuas: & sedens citò, scribe*, &c.

℣. 7. Ms. Corb. *Deinde alio dixit: Tu quantùm debes domino meo? Cui ait: Centum*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Deinde alio dixit: Tu autem quantum debes? At ille dixit: Centum mensuras tritici. At ille dixit illi: Accipe tuas litteras, & scribe octoginta.* S. Gat. *scribe citò octog.* Græc. Cantabrigiensi respondet, nisi quòd hab. Καὶ, pro secundo *At ille*. Hieron. quæst. 6. Alg. *Deinde ad alium locutus est: Tu autem quantum debes? At ille respondit: Centum coros tritici. Dixitque ei: Tolle cautionem tuam, & scribe octoginta.* Gaudent. Brix. ubi sup. Vulgatæ patrocinatur.

℣. 8. Ms. Corb. assentit textui Colb. hoc tantùm deleto, *ad discipulos suos*. Ms. verò S. Mart. Turon. habet: *Et laudavit..... quòd prudenter fecisset. Dixit autem ad discipulos suos: Quia filii hujus..... in generatione hac.* S. Gat. & Maj. Mon. *Dixit autem ad discipulos suos: Filii hujus sæculi prudentiores sunt filiis lucis in vita sua.* Cantabr. *Et laudavit..... quoniam sapienter fecit: propter quod dico vobis: Filii sæculi hujus sapientiores super filios lucis in generationem suam sunt.* Græcum Vulgatæ respondet usque ad verbum *prudentiores* incl: ab hac autem voce usque ad finem, Ms. Cantabrigiensi: Mss. tamen quidam verbo *fecisset*, subdunt διὸ λέγω ὑμῖν, quod abest à cæteris. Hieron. quæst. 6. Algas. *Et laudavit Dom. villicum, sive dispensatorem iniquit. quòd prudenter fecerit: quia filii sæculi hujus prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua.* Cypr. epist. 73. p. 135. b. *filii sæculi hujus prudentiores sunt filiis lucis.* Auct. l. de sing. cleric. p. 535. a. *prudentiores sunt filii sæculi hujus filiis lucis.* Ambros. in Ps. 118. col. 1249. a. *filii hujus sæculi prudentiores sunt, quàm filii lucis in hac generatione.* Gaud. Brix. serm. 18. p. 970. b. *quoniam filii hujus sæculi prudentiores quàm filii lucis in generat. sua sunt.*

℣. 9. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Sic etiam Cantabr. præter seqq. *de iniquo mammona: ut, cùm defecerit, accipiant vos.* Græcè ut in textu nostro: Ms. tamen quidam pro ἐκλίπητε, *defeceritis*, hab. ἐκλείπῃ num. sing. Irenæus l. 4. c. 30. p. 268. a. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in æt. tabernacula.* Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 726. a. *Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona injustitiæ:* vide etiam l. de fuga in pers. p. 974. b. & l. de pat. c. 7. p. 201. a. Ambrosius verò l. 1. de Abr. c. 5. col. 295. d. legit: *Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua:* itidem l. 7. in Luc. 1439. b. 1469. b. & l. 3. offic. col. 140. f. & epist. 82. col. 1102. e. at l. de Nab. c. 7. col. 574. f. & l. de Elia, c. 20. col. 559. c. & in Ps. 36. col. 790. d. scribit *mammona iniquitatis*. S. Paulin. epist. 32. p. 212. b. *Facite vobis amicos de iniquo mammona.* Similiter Paulin. in vita Ambrosii p. xi. d. additque: *qui nos recipiant in æterna tabernacula.* Hieron. epist. ad Hedib. q. 1. to. 4. 170. c. *Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipiant in æt. tab.* & quæst. 6. Algas. col. 196. c. *Et ego..... Facite vobis amicos de iniquo mammona: ut, quando defeceritis, recipiant vos in*, &c. Gaud. Brix. ser. 18. ut in textu Colb. & Vulgata. August. quoque quæst. 34. in Luc. col. 263. d. legit *mammona iniquitatis.*

℣. 10. Textui Colb. congruunt Mss. Corb. & S. Gat. Cantabr. verò habet: *Qui fidelis est in modico, & in multo fidelis est: & qui in modico iniquus, & in multo iniquus fit.* Ita quoque in Græco est, præter ult. ἐστιν, loco *fit*; al. γίνεται. Ambros. l. 1. in Luc. 1263. c. *Qui fidelis est in minimo, etiam in majore fidelis est.* Ambrosiast. col. 135. b. 274. d. *Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est.* Itidem August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. 78. e. Hieronym. verò quæst. 6. Algas. *Qui fidelis est in parvo, & in multo fidelis est: qui in minimo iniquus est, & in multo iniquus erit.* Gaudent. Brix. ser. 18. p. 970. *Qui fidelis est in minimo, & in majori fid. est: & qui in minimo iniquus est*, &c. ut in Vulg. & sup. 967. d. *Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est.*

℣. 11. Ita legunt Mss. Corb. Cantabr. S. Gat. & Maj. Mon. Sangerm. 1. verò extremò hab. *quod vestrum est, quis credet vobis?* S. Germ. 2. *quod vestrum est, quis reddet vobis?* Græcum textui nostro favet. Irenæus l. 2. c. 34. p. 169. a. *Si in modico fideles non fuistis: quod magnum est, quis dabit vobis?* at hæc ex memoria relata videntur ab Irenæo: nam apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. a. constanter: *Si in mammona injusto fideles non exstitistis: quod verum est, quis vobis credet?* Item apud Cypr. l. de op. & eleem. p. 240. a. *Si in injusto mammona fideles non fuistis: quod est verum, quis credet vobis?* Similiter apud August. l. 6. conf. to. 1. 127. e. Hieron. quæst. 6. Algas. concordat cum textu Colb. sicut etiam Gaud. Brix. ser. 18. si id exceperis, *quod vestrum est, quis*, &c.

℣. 12. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Can-



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. vestrum est, quis dabit vobis?

13. Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diligit: aut uni adhærebit, & alterum contemnit: non potestis Deo servire, & mammonæ.

14. Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant avari: & deridebant illum.

15. Et ait illis: Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

16. Lex & prophetæ, usque ad Johannem: ex quo regnum Dei evangelizatur, & omnes in illum vim faciunt.

17. Facilius est autem cœlum, & terram præterire, quàm de Lege cadere unum apicem.

18. Omnis, qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.

19. Homo autem quidam dives induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendidè.

20. Et erat quidam mendicus, nomine Eleazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus,

**Vulgata nova.**

vestrum est, quis dabit vobis?

13. Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & mammonæ. Matth. 6. 24.

14. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant avari: & deridebant illum.

15. Et ait illis: Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

16. Lex & prophetæ, usque ad Johannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, & omnis in illud vim facit. Matth. 11. 12.

17. Facilius est autem cœlum, & terram præterire, quàm de Lege unum apicem cadere. Matth. 5. 18.

18. Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Matth. 5. 32. Marc. 10. 11. I. Cor. 7. 10.

19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendidè.

20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus,

## Notæ ad Versionem antiquam.

tabr. verò: *Et si in alieno fideles non fuistis: vestrum quis dabit vobis?* Ita quoque in Græco est: quidam tamen loco ὑμέτερον, legunt ἡμέτερον. Unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. b. scribit: *Et si in alieno fideles inventi non estis: quod meum est, quis dabit vobis?* Cypr. verò l. de op. & eleem. p. 240. a. *Et si in alieno fideles non fuistis: quod est vestrum, quis dabit vobis?* Similiter habent Hieron. quæst. 6. Algas. Ambros. l. 7. in Luc. 1469. c. August. l. 6. confess. to 1. 127. e. ac epist. 15. to. 2. 19. f. & Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. a.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Nemo servus...... aut enim unum odiet, & unum diliget: aut unum adprehendet, & alium contemnet: non potestis*, &c. Cæteri Vulgatæ pares; sicut etiam Græcum, nisi quòd hab. ἑνὸς ἀνθέξεται, pro *uni adhærebit.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. a. alludens ait *duobus dominis serviri non posse: quia alterum offendi sit necesse, alterum deffendi:* mox eodem loco: *non potestis Deo servire, & mammonæ.* Ambros. l. 7. in Luc. 1469. b. *Nemo servus potest duobus dominis servire.* Similiter Hieron. quæst. 6. Algas. to. 4. 196. d. subnexis his, *aut enim unum habebit odio, & alterum diliget: aut unum audiet, & alterum contemnet: non potestis Deo*, &c. Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. b. ut in Vulg. Itidem August. quæst. 34. in Luc. col. 263. f. paulò verò post legit, *aut alteri adhærebit.*

℣. 14. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. solus: *Audiebant autem hæc Pharisæi, cùm essent cupidi: & subsannabant eum.* Gr. Ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες· καὶ, &c. Cypr. l. de op. & eleem. p. 241. b. *Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant cupidissimi: & irridebant eum.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. *irridebant Pharisæi pecuniæ cupidi.* Hieron. quæst. 6. Algas. *Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant avari: & subsannabant illum.*

℣. 15. Itidem Mss. Corb. & S. Germ. Sic etiam alii tres S. Mart. Turon. S. Gat. & Maj. Mon. præter hoc ult. *apud Deum.* Cantabr. ita: *Et dixit eis: Vos estis, qui justificatis vos in conspectu hominum..... quia quod in hominibus altum, abominatio in conspectu Dei.* Græcè pariter, subnexo uno ἐστὶν, in fine: sed hoc ἐστὶν abest in plerisque codd. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. b. *justificantes se coram hominibus.* Apud Cypr. epist. 67. p. 116. *Vos estis, qui justificatis vos in conspectu hominum: Deus autem dignoscit corda vestra: quoniam quod excelsum est in hominibus, exsecratio est in conspectu Dei.* Apud Hieron. in Isai. 66. to. 3. 506. a. *Vos estis, qui justificatis vosmetipsos coram hominibus: Deus autem scit corda vestra: quoniam quod in hominibus excelsum est, abominatio est apud Deum:* & l. 2. contra Pelag. to. 4. 520. f. *Vos estis, qui justos vos esse dicitis coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod apud homines excelsum est, abominabile est coram Deo.* Auct. l. contra Fulg. Donat. ap. Aug. to. 9. col. 6. d. *Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Dominus autem novit corda vestra: quia quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum.*

℣. 16. Ms. Cantabr. *Lex & prophetæ, usque ad Johanem prophetarunt: à quo regnum Dei evangelizat, & omnes in eam conatur.* Maj. Mon. similiter addit *prophetarunt;* dein, *ex quo regnum Dei evangelizantur.* Itidem Ms. S. Gat. deleto verbo *prophetaverunt.* S. Germ. 2. *ex eo regnum Dei evangelizantur.* S. Mart. Turon. *& ex eo regnum Dei evangelizatur.* Corb. subdit, *& omnes in illud vim faciunt.* S. Germ. 1. ut in Vulg. cui etiam respondet Græcum. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 726. b. *Lex & prophetæ, usque ad Johannem: ex quo regnum Dei annuntiatur.* Itidem Ambrosiast. col. 226. f. præter unum *prædicatur.* Ambros. l. de apol. Dav. to. 1. 725. b. & l. 8. in Luc. 1469. d. necnon August. in Joh. 10. to. 3. col. 617. e. *Lex & proph. usque ad Johannem.*

℣. 17. Concinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. sicut etiam Cantabr. nisi quòd initio tollit verbum *est;* scribitque inf. *unam apicem.* Græcum textui nostro favet: nec aliter legit Auct. l. de sing. cleric. p. 521. Illuc etiam redeunt quæ dicit Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *Transeat igitur cœlum, & terra citiùs, quàm unus apex verborum Domini.*

℣. 18. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. 1. S. Gat. &c. Cantabr. verò, *Omnis, qui... suam, & nubens aliam, mœchatur: & qui dimissam nubit, mœchatur.* S. Germ. 2. vitiosè: *& ducit ad alteram, mœchatur: & qui dimissam à viro, duo mœchatur.* Græcum textui congruit, repetito isto, καὶ πᾶς, post 1. *mœchatur;* abest autem πᾶς à Mss. quibusdam, sicut ab aliis post paulò, ἀπὸ ἀνδρὸς, *à viro.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium commisit: qui dimissam à viro duxerit, æquè adulter est:* similiter inf. p. 727. a. præter hoc, *& qui à marito dimissam duxerit.* Ambrosius l. 6. & 8. in Luc. col. 1405. d. 1469. f. 1472. b. non differt à textu Colb.

℣. 19. Ms. Corb. *Homo autem quidam erat dives, & induebatur purpuram, & byssum: & epulabatur quotidie, & splendebat.* Cantabr. *Dixit autem & aliam parabolam: Homo quidam erat dives, & induebatur purpuram, & byssum; epulans quotidie splendidè.* Græcum initio habet: Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, &c. ut in Latino Cantabr. codices tamen quidam præmittunt: Εἶπε δὲ καὶ ἑτέραν παραβολήν· dein, Ἄνθρωπος, &c. Iren. l. 4. c. 2. p. 229. e. *Erat enim dives, qui vestiebatur purpuram, & byssum: & delectabatur epulis splendidis.* Ambros. l. 8. in Luc. 1473. b. *Homo autem quidam dives induebatur purpuram:* at l. de Elia, & jejun. c. 8. col. 543. d. legit: *induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendidè:* vide etiam infra, 665. a. & l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 659. c. Concinit Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. Augustinus quæst. 38. col. 264. b. *Homo quidam erat dives, & induebatur*, &c. quæ in textu.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Pauper autem quidam, nomine Lazarus, missus erat ad januam ejus, ulceribus plenus.* Cæteri ut in Vulgata. Græc. Πτωχὸς δέ τις ἦν, ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς, &c. Ambros. l. de Elia, c. 8. col. 543. d. *Cujus ad januam mendicus ille Lazarus jacebat, plenus ulceribus.* Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. *Pauper*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.

22. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus:

24. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris:

26. & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

27. Et ait: Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei:

VERSIO ANTIQUA.

21. cupiens saturari ex his, quæ cadebant de mensa divitis: sed & canes veniebant, & lingebant vulnera ejus. Ex Ms. Colbert.

22. Factum est autem ut moreretur Eleazarus mendicus, & portaretur ab Angelis in sinus Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, videbat Abraham à longè, & Eleazarum in sinu ejus requiescentem:

24. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mihi, & mitte Eleazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Eleazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris:

26. & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

27. Et ait: Rogo ergo te pater ut mittas in domum patris mei:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*autem quidam, nomine Lazarus, jacebat ad januas ejus, ulceribus plenus.* Vide etiam Aug. quæst. in Luc. col. 264. c.

℣. 21. Ms. Corb. *cupiens saturari ex his, quæ cadebant de mensa divitis: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.* Similiter hab. S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. præter hoc, *de micis*, pro *ex his*. Cantabrig. *& cupiens saturari de micis, quæ cadeb. de mensa divitis: sed & canes venientes, elingebant ulcera ejus.* Ita quoque in Græco est: in Mss. tamen quibusdam hoc interponitur, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ, post vocem *divitis*. Ambros. l. de Elia, c. 8. col. 543. d. *cupiens saturari ex his, quæ de mensa cadebant divitis.* Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. *& cupiebat saturari de his, quæ cadebant de mensa divitis: sed & canes veniebant*, &c.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Factum est autem ut moreretur pauper, & ductus est in sinus Abrahæ ab Angelis. Mortuus est autem & dives, & sepultus est:* dein, *Et in inferno levans*, &c. Reliqui Vulgatæ similes, præter S. Germ. 1. qui habet: *Factum est autem cùm moreretur mend. & port. ab Angelis in sinibus Abr... & sepultus est in infernum.* Vulgatæ respondet Græcum, nisi quòd transfert *in inferno* ad ℣. seq. cùm codice Cantabr. sed Ms. unus subnectit ἐν τῷ ᾅδῃ, verbo *sepultus est*. Tertul. l. de idol. c. 13. p. 243. ait Lazarum *apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium esse consecutum; contra divitem in tormento ignis constitutum:* & l. 4. adv. Marc. p. 727. b. mentionem facit *divitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahæ requiescentis:* vide etiam l. de anima p. 481. a. August. epist. 187. to. 2. 679. g. ait: *Contigit mori inopem illum, & auferri ab Angelis in sinum Abrahæ:* itidem l. de cura pro mort. to. 6. 527. f. & l. de excid. urb. col. 626. f. addita conjunct. *autem*, verbo *Contigit*. Ap. Gaudent. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. *Factum est autem ut moreretur pauper, & portaretur ab Ang. in sinum Abrahæ: dives verò mortuus sisteretur ad æterna supplicia.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Et in inferno levans oculos suos, cùm esset in tormentis, videt Abraham à longè, & Lazarum in sinus ejus requiescentem.* Corb. *Elevans oculos suos.... videt*, &c. quæ in Vulg. Cæteri eidem Vulg. consonant ad verbum. Græc. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ.... ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ..... καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ· al. τῷ κόλπῳ. Hilar. in Ps. 57. col. 125. e. his alludendo dicit *justi cujusque, tanquam Lazari in sinu Abrahæ requiescentis, lætitiam monstrari:* & in Ps. 122. col. 395. e. *Testis nobis est*, infit, *& pauper in Abrahæ sinu quiescens, & dives perustus in pœna. Ille enim in aggestu fimi ante divitis januam, fame tabidus, ulcerum sanie defluens sederat, canibus vulnera dissoluta lingentibus.... & idcirco ab Angelis post carnis dissolutionem beata (anima ejus) in Abrahæ sinum fertur. Ille verò, cui omnis erat vestitus in purpura... qui huic pauperi januam clauserat, micas de mensa excidentes negaverat, excedens..... corpore, impenetrabili..... chao separatur.*

℣. 24. Ms. Corb. *& ipse clamans dixit: Pater Abr. miserere mihi, & mitte Lazarum, ut intingat extremo digito suo in aquam, & refrigeret linguam*, &c. quæ sup. S. Germ 2. *in aqua;* dein Sangerm. 1. *& refrigeret*. Cantabrig. *& ipse exclamans dixit: Pater Abr. miserere mihi, &..... ut intingat extremum digiti sui aquam, & refrigeret ling. meam, quoniam affligor in ustione ignis hujus.* Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd habet, βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ, loco, *intingat..... in aquam, ut;* al. ὕδατι. Huc redeunt quæ addit Hilarius in Ps. 122. col. 395. e. *irrorari se, ac refrigerari minimo digito requiescentis in sinu Abrahæ pauperis deprecatur.* Similiter Ambros. l. de Elia, c. 8. col. 543. d. *cæpit*, inquit, *rogare positus in inferno, ut extremum digiti sui pauper ille in aquam intingeret, & refrigeraret linguam ejus, quæ ardebat incendio:* & l. de Nabut. c. 12. col. 580. b. *Pater Abraham, dic Lazaro, ut extremum digiti sui intingat in aqua, & refrigeret linguam meam.* August. in Ps. 85. to. 4. 912. g. *Pater Abraham, mitte Lazarum, ut intingat digitum suum, & stillet in linguam meam, quoniam crucior in hac flamma:* & quæst. 38. in Luc. to. 3. 264. f. *linguam sibi vult refrigerari, cùm in flamma utique totus arderet..... extremum autem digiti*, &c. Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. *obsecrabat, istius pauperis tincto in aqua digito, refrigerari linguam suam.*

℣. 25. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. deleto adverbio *quia*, ante *recepisti*. S. Germ. 1. legit *qui recepisti*. Cantabr. *Dixit autem Abraham: Fili, memento quoniam recepisti bona tua in vita tua, & Lazarus... tu autem adfligeris.* Ita quoque Græcum habet, addito uno σὺ, verbo *recepisti;* abest autem σὺ à Mss. pluribus. Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 323. a. sic: *commemorare quoniam percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc verò hic rogatur, tu autem doles.* Hilar. in Ps. 122. col. 396. a. *Cui Abraham respondit: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Itidem legit Ambr. in Ps. 118. col. 1195. e. præter hoc, *consolationem habet*, pro *consolatur*. S. Paulin. epist. 13. p. 76. c. 77. a. *Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, & Eleazarus mala: nunc verò hic consolatur, tu cruciaris.* August. in Ps. 85. to. 4. 912. g. *Fili, ait, memento quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala: nunc autem hic requiescit, tu verò torqueris:* & l. de cura pro mort. to. 6. 527. f. *Memento fili, quia percepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala.* Fulg. ep. 7. p. 195. *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem tu cruciaris, hic verò requiescit.*

℣. 26. Ms. Corb. scribit *chaum*, non *chaos;* subinde sic, *ut hi, qui veniunt hinc transire, non possunt ad vos*, &c. Cantabr. *& in omnibus his...... chaus magnum confirmatus est: ut qui volunt transire ad vos, non possent, neque inde hic transmeare.* Græc. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις..... χάσμα μέγα ἐστήρικται· ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν· Mss. quidam loco ὅπως, ponunt ἵνα· unus verò tollit οἱ, ante ἐκεῖθεν. Ambros. in Ps. 118. col. 1195. e. *& in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut ii, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.* Itidem August. epist. 164. to. 2. 575. e. at in Ps. 85. to. 4. 913. a. legit: *& super hæc, inter nos & vos magnum chaos firmatum est: ut nec nos possimus venire ad vos, nec inde aliquis venire ad nos.*

℣. 27. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Codex S. Mart.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 28. habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos.

30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis resurrexerit, persuadebit eis.

31. Ait autem illi: Moysen, & prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis ad illos abierit, credent ei.

VULGATA NOVA.

28. habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos.

30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

31. Ait autem illi: Si Moysen, & prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Tur. hab. *pater Abraham, ut mittas eum in domo*, &c. Cantabr. *Dixit autem: Rogo te ergo pater Abraham, ut mittas eum in domum*, &c. nec aliter in Græco, sublato nomine *Abraham*: Mss. etiam quidam tollunt ἀυτὸν, post *mittas*. Aug. in Joh. 9. to. 3. 592. b. scribit: *Pater Abraham, mitte Lazarum ad fratres meos, ut*, &c. & in Psal. 147. to. 4. col. 1662. a. *Pater Abraham, mitte Lazarum: habeo*, &c. quæ infra.

℣. 28. Ita refert Ms. Corb. sicut etiam S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd scribunt *testificetur*, pro *testetur*. Itidem Cantabr. cum voce ultima *tormenti*, loco *tormentorum*. Ita quoque in Gr. est. Apud Aug. in Ps. 147. to. 4. col. 1662. a. *habeo ibi quinque fratres, annuntiet eis quæ hîc patior, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum*: & in Joh. 9. col. 592. b. *ut dicat illis quid hîc agatur, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

℣. 29. Similiter hab. Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Sic etiam in Cantabr. præter hoc initio, *Dixit autem Abraham*. Græc. Λέγει ἀυτῷ Ἀβραὰμ, &c. al. Λέγει δὲ, &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 727. c. & 728. a. *Habent illic Moysen, & prophetas: illos audiant*: & l. de præscr. c. 8. p. 332. a. *Habent Moysen, & Eliam, id est, legem, & prophetas*. Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 125. *Cui ille respondit: Habent Moysen, & prophetas, quibus si non credunt*, &c. de ℣. 31. August. in Ps. 147. to. 4. 1662. a. *Habent illic Moysen, & prophetas*: at in Luc. quæst. 37. to. 3. 265. d. *Abraham dicit: Si volunt credere, habent Moysen, & prophetas.*

℣. 30. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nisi uno *surrexit*, pro *resurrexerit*. In Cantabr. sic.... *sed si quis de mortuis ierit ad eos, pœnitebuntur*. Cæteri codd. Vulgatæ congruunt unà cum Græco; Ms. tamen unus hab. ἀναςῆ, καὶ πορευθῆ· extremòque duo, ἀκέσεσιν, *audient*, pro μετανοήσεσιν. August. in Ps. 147. to. 4. 1662. a. *Et ille: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent.*

℣. 31. Ms. Corb. *Ait autem illi: Si Moysen..... neque si quis ex mortuis ad illos ierit, credent*. Cantabr. *Dixit autem ad eum: Si Moysen..... nec si quis ex mortuis surrexerit, & ierit ad eos, credent*. S. Germ. 1. *surrexerit, credent*. Græc. ἀναςῆ, πεισθήσονται. Iren. l. 4. c. 2. p. 229. e. *Si Moysi, & prophetis non obediunt; nec si quis à mortuis resurgens ad illos eat, credent ei*. Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 125. illis quæ sup. proximè addit: *quibus si non credunt, neque illi, qui hinc missus fuerit, credituri sunt*. Ambros. in Ps. 118. col. 1075. f. & epist. 67. col. 1057. d. *Si Moysen, & prophetas non audiunt; nec si quis ex mortuis ad illos abierit, credent*. August. in Ps. 147. to. 4. 1662. a. *Si Moysen, & prophetas non audiunt; nec si quis à mortuis resurrexerit, credent*: & quæst. 37. in Luc. to. 3. 265. e. ne leviter quidem discedit à Vulgata.

# CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. ET ad discipulos suos ait: Impossibile est ut non veniant scandala: veruntamen væ illi, per quem veniunt.

2. Utilius est autem illi, ne nasceretur, aut lapis molæ imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis.

3. Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam habuerit, dimitte illi.

4. Et si septies in die peccaverit in te, & septies conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi.

VULGATA NOVA.

1. ET ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non veniant scandala: væ autem illi, per quem veniunt. Matth. 18. 7. Marc. 9. 41.

2. Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis.

3. Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Levit. 19. 17. Eccli. 19. 13.

4. Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi. Matth. 18. 15. & 21.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. habet: *Dixit autem ad discipulos suos: Impossibile est..... verùm væ per quem veniunt*. Maj. Mon. *væ homini illi, per quem veniunt scandala*. Græc. Εἶπε δὲ πρὸς τὺς μαθητάς· Ἀνένδεκτόν ἐςι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· ὐαὶ δὲ δι' ὗ ἔρχεται· Mss. plures addunt ἀυτῦ, ad μαθητάς; paulòque post quidam præponunt πλὴν, voculæ ὐαί. Tertullianus l. 4. adversùs Marcion. p. 728. b. alludens ait: *væ auctori scandalorum.*

℣. 2. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colbert. S. Mart. Turon. initio hab. *Utilius erat illi*; cæt. ut in Vulgata. Cantabr. verò ita: *Expediebat illi, si lapidem molæ circumdatus esset circa collum ejus, & projectus esset in mare, aut ut scandalizet unum de pusillis istis*. Græc. Λυσιτελεῖ ἀυτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν... καὶ ἔρριπται... ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν, &c. Mss. quidam, εἰ λίθος μυλικὸς περίκειται· al. περιτεθῆ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 728. b. partim ex Matth. 18. 6. & 26. 24. dicit *expedisse ei si natus non fuisset; aut si molino saxo ad collum deligato, præcipitatus esset in profundum, quàm unum ex illis modicis scandalizasset*. Hilar. in Ps. 118. col. 363. e. *Utilius sit in vitam non venisse, quàm scandalum minimis intulisse*. Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 292. c. *Expedit ei..... ut lapis molaris circumdetur collo ejus, & mittatur cum eo in mare, quàm ut scandalizet unum de his minimis.*

℣. 3. Ms. Corb. consentit cum textu Colbert. detracto uno *in te*, post *peccaverit*. Sangerm. ambo, S. Gat. & S. Mart. Turon. similiter tollunt *in te*. Cantabr. verò hab. *Si peccaverit in te..... emenda illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi*. Maj. Mon. *dimittetur illi*. Græc. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ..... ἐπιτίμησον ἀυτῷ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam initio delent δὲ, sicut alii, εἰς σέ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 728. b. ait: *Peccantem fratrem jubet corripi*. Ambros. l. 8. in Luc. 1475. b. *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum*. Victor Tun. l. de pœnit. col. 602. c. *Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, dimitte illi.*

℣. 4. Ms. S. Germ. 1. *Et si septies peccaverit in te*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. *Et si septies inde peccaverit in te*, &c. Corb. *Et septies in die peccaverit in te*, &c. Cantabr. *Et si septies in die peccaverit in te, & septies reversus fuerit ad te, dicens: Pœniteor: dimitte illi*. S. Mart. Tur. *& septies conversus fuerit*, &c. ut in Vulg. Græcum eidem Vulgatæ favet ad verbum, nisi exceperis unum ἀφήσεις, *dimittes*, pro *dimitte*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 728. b. *Veniam des*, inquit, *fratri in te delinquenti jubet etiam septies*. Ambros. l. 8. in Luc. 1475. e. *si septies conversus fue-*

## VULGATA NOVA.

5. Et dixerunt Apoſtoli Domino : Adauge nobis fidem.

Matth. 17. 19. 6. Dixit autem Dominus : Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro : Eradicare, & transſplantare in mare : & obediet vobis.

7. Quis autem veſtrûm habens ſervum arantem, aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi : Statim tranſi, recumbe :

8. & non dicat ei : Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes?

9. Nunquid gratiam habet ſervo illi, quia fecit quæ ei imperaverat?

10. Non puto. Sic & vos, cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite : Servi inutiles ſumus : quod debuimus facere, fecimus.

11. Et factum eſt, dum iret in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam, & Galilæam.

12. Et cùm ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè :

13. & levaverunt vocem, dicentes : Jeſu præ-

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

5. Et dixerunt illi Apoſtoli : Domine, adauge nobis fidem.

6. Et dixit illis : Si haberetis fidem, tanquam granum ſinapis, diceretis huic arbori : Eradicare, & tranſplantare in mare : utique obaudiſſet vobis.

7. Quis autem veſtrûm habens ſervum arantem, aut oves paſcentem, qui regreſſus de agro dicit illi : Statim tranſi, recumbe?

8. ſed dicet illi : Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes.

9. Nunquid gratiam habet & ſervo, quòd fecit quæ ſibi imperaverat?

10. Non puto. Sic & vos, cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt, dicitis : Servi inutiles ſumus : quod debuimus facere, fecimus.

11. Et factum eſt, dum vadit in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam, & Galilæam, & Jericho.

12. Et ingreſſus eſt quoddam caſtellum, & ecce decem viri leproſi ſteterunt à longè :

13. & levaverunt vocem, dicentes : Jeſu præce-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*rit ad te, dimitte illi.* Victor Tun. l. de pœnit. col. 602. c. *Et ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties revertatur ad te, dicens : Pœnitet me : dimitte illi, & dimittetur tibi.* Vide ſis Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. 533. c.

℣. 5. Mſ. Corb. *Et dixerunt illi Apoſtoli : Auge nobis fidem.* Cantabr. *Et dix. Apoſtoli Domino : Adde nobis fidem.* Sic etiam in Græco eſt. Ap. Iren. l. 3. c. 14. p. 202. a. *Adjice nobis fidem.* Ambroſ. verò l. 1. de pœnit. col. 403. f. & epiſt. 78. col. 1094. d. necnon Auguſt. quæſt. 39. in Luc. to. 3. 266. legunt : *Adauge nobis fidem.*

℣. 6. Mſ. Corb. *Et dixit illis : Si habueritis fidem, tanquam granum ſinapis, diceretis huic arbori : Eradicare, & transfretare in mare : & utique obaudiſſet vobis.* Cantabrig. *At ille dixit illis : Si haberetis fidem, ſicut..... dicebatis utique monti huic : Tranſi hinc ibi de : & tranſibat ; & moro : Tranſplantari in mare : & obaudiſſet vobis.* S. Germ. 2. *Si habueritis fidem, huic arbori : Morire, eradicare, & tranſplantare in mare : & obediret vobis.* S. Gat. *dicetis huic arbori : Morire, & eradicare, & tranſplantare in mare : & obediet vobis.* Maj. Mon. *Morire, eradicare, & tranſpl. & obediret vobis.* S. Mart. Turon. *diceretis huic arbori moro : Eradicare..... & obediret vobis.* Græc. Εἰ εἴχετε πίστιν, ὡς κόκκον..... ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ· Ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ..... καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν· Mſs. plures, Εἰ ἔχετε ; al. ἔχητε ; ſubinde in uno deeſt ἂν, poſt ὑπήκουσεν. Ambroſ. l. 8. in Luc. 1477. b. f. *Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro : Eradicare, & jactare in mare : & obaudiet vobis.* Auguſt. quæſt. 39. in Luc. to. 3. 266. g. *Si haberetis fidem, tanquam granum ſinapis, diceretis huic arb. moro : Eradicare, & tranſpl. in mare : & obediret vobis.*

℣. 7. Mſ. Corb. *Quis autem veſtrûm habens..... aut oves paſcentem, qui regreſſo de agro dicet illi : Tranſi, recumbe.* S. Mart. Turon. *aut oves paſcentem, cui regreſſo*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 1. *Quis autem veſtrûm habet ſervum arantem, aut paſcentem, qui..... dicet illi*, &c. S. Germ. 2. *aut paſcentem oves, qui..... dicit illi*, &c. S. Gat. *aut oves paſcentem, cui regreſſo.... dicit illi.* Maj. Mon. *aut paſcentem, cui regreſſo.... dicit illi*, &c. Cantabr. *Quis autem ex veſtris habens ſervum arantem, aut oves paſcentem, qui ut intravit de agro, nunquid dicit illi continuò : Tranſi, recumbe?* Græc. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων... ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ εὐθέως· Παρελθὼν ἀνάπεσαι· Mſs. quidam ferunt ποιμαίνοντα βοῦς· dein alii, ὡς ἐλθόντι· alii, ὃς εἰσελθόντι αὐτῷ· paulòque poſt quidam, ἐρεῖ αὐτῷ· & in fine plures, ἀνάπεσε. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 319. b. *Quis veſtrûm habens ſervum arantem, aut paſtorem, & venienti de agro dicit continuò : Tranſi, recumbe.* Ambroſ. l. 8. in Luc. 1478. b. *Si tu*, inquit, *non dicis ſervo aranti, aut oves paſcenti : Tranſi, recumbe :* vide etiam l. de fuga ſæc. c. 5. col. 428. c. & in Pſ. 47. & 118. col. 939. d. 1159. b. d. 1179. e. Auguſtinus quæſt. 39. in Luc. to. 3. 266. g. nil differt à Vulg. niſi quòd hab. *dicet illi ſtatim.*

℣. 8. Mſ. Corb. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. *& non dicit ei : Para quod cœnem*, &c. S. Germ. 2. *& non dicet ei : Parare quod cœnem*, &c. Cantabr. *ſed dicet illi : Para mihi quod cœnem, & cinge te, & miniſtra mihi uſquequo manducem & bibam, & poſt hæc manducabis tu*, &c. Græc. ἀλλ᾽ οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι ἕως φάγω καὶ πίω, καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ ; Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. b. *ſed dicit illi : Para aliquid quod cœnem, & accingere, & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſtea tu manducabis & bibes.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1179. e. *ſed dicit illi : Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi.* Auguſt. quæſt. 39. in Luc. col. 267. a. *& non dicet ei : Para*, &c. quæ in Vulg.

℣. 9. Mſ. Corb. *Nunquid gratiam habet ſervo, quia fecit quod ſibi imperaverat?* S. Germ. ambo, & S. Gat. *quæ ſibi imperaverat?* Cantabr. *Nunquid habet gratiam ſervo, quia fecit quæ præcepta ſunt ei?* Gr. Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ ; al. deeſt ἐκείνῳ, ſicut in Mſs. pleriſque αὐτῷ. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. b. *Nunquid habet gratiam ſervo illi, quia fecit quæ ei imperata ſunt?* Ap. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1179. e. *Nunquid gratiam habet ſervus, ſi fecit quod imperatum eſt ei?* Mſs. nonnulli, *ſervo*, non *ſervus*. Ap. Auguſt. quæſt. 39. in Luc. *Nunquid gratiam habet ſervo illi, quia fecit quæ ſibi imperaverat?*

℣. 10. Mſ. Corb. *Non puto. Et vos, cùm feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicitis*, &c. quæ ſupra. Cantabr. *Non puto. Ita & vos, cùm feceritis quæ dico, dicitis : Quoniam ſervi*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Sic & vos, cùm feceritis univerſa, quæ præcepta ſunt vobis, dicite : Quia ſervi*, &c. Maj. Mon. delet *Quia*. Græc..... Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα, τὰ..... λέγετε· Ὅτι δοῦλοι... ὅτι ὃ ὠφείλομεν, &c. Mſs. quidam delent 1. Ὅτι, ſicut alii alterum. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. b. hoc omiſſo, *Non puto*, ſtatim ponit : *Sic itaque & vos, cùm perfeceritis quæ vobis imperata ſunt, dicite : Servi ſupervacui ſumus : quod habuimus facere, fecimus :* & ep. 27. p. 38. b. *Et, cùm hæc omnia feceritis, dicite : Servi ſupervacui ſumus : quod debuimus facere, fecimus.* Ambr. l. de vid. col. 205. e. *Servi inutiles ſumus : quod debuimus facere, fecimus.* Aug. quæſt. 39. in Luc. *Servi ſuperv. ſumus : quod*, &c. quæ in Vulg. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 718. e. *Quòd & ſi feceritis omnia, dicite : Quòd ſervi ſumus inutiles :* at infra, 719. a. *Et, cùm feceritis omnia, dicite : Quòd ſervi ſumus nequiſſimi.* Ambroſiaſt. col. 141. f. *Cùm feceritis quæ dico vobis, dicite : Servi inutiles ſumus : quod*, &c.

℣. 11. Mſ. Corb. optimè convenit cum textu Colbert. Cantabr. verò habet, *Et factum eſt, cùm iter faceret in Jeruſalem, & ipſe præteribat per medium Samariæ, & Galilææ.* S. Germ. 1. *Et factum eſt, dum tranſibat*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας, καὶ Γαλιλαίας· Mſ. unus, διήρχετο τὴν Ἰεριχὼ, καὶ διὰ μέσον, &c.

℣. 12. Mſ. Corb. *Et ingreſſus in quoddam caſtellum, & ecce decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè.* Cantabr. *Et introeunte eo in quemdam caſtellum, ubi erant decem viri leproſi, & ſteterunt de longè.* Alii ut in Vulgata : cui etiam Græcum favet.

℣. 13. Mſ. Corb. textui Colbert. conſonat ad verbum. Cantabrig. habet : *& clamaverunt voce magna : Jeſu Magi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. ptor, miserere nobis.

14. Quos ut vidit, dixit illis : Ite, ostendite vos sacerdoti. Et factum est, dum vadunt, mundati sunt.

15. Unus autem, ut vidit quia sanatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum,

16. & cecidit in faciem suam ante pedes ejus, gratias agens : & hic erat Samaritanus.

17. Respondens autem Jesus, dixit : Hi decem mundati sunt, novem ubi sunt?

18. Ex illis non erat qui rediret, & gratias ageret Deo, nisi hic alienigena.

19. Et ait illi : Surge, & vade : quia fides tua te salvum fecit.

20. Interrogatus autem à Pharisæis : Quando venit regnum Dei? ait illis : Non venit regnum Dei cum observatione :

21. neque dicent : Ecce hîc, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.

22. Et ait ad discipulos suos : Veniunt dies ut desideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis.

23. Et dicent vobis : Ecce hîc, aut ecce illic. Nolite ire, neque sectemini :

24. nam, sicut fulgur coruscans de sub cœlo, ita erit & adventus Filii hominis.

VULGATA NOVA.

ceptor, miserere nostri.

14. Quos ut vidit, dixit : Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt.

15. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum,

16. & cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens : & hic erat Samaritanus.

17. Respondens autem Jesus, dixit : Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt?

18. Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

19. Et ait illi : Surge, vade : quia fides tua te salvum fecit.

20. Interrogatus autem à Pharisæis : Quando venit regnum Dei? respondens eis, dixit : Non venit regnum Dei cum observatione :

21. neque dicent : Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.

22. Et ait ad discipulos suos : Venient dies quando desideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis.

23. Et dicent vobis : Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini : Matth. 24. 23.

24. nam, sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt, fulget : ita erit Filius hominis in die sua. Marc. 13. 21.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ster, miserere nobis.* Cæteri codd. ut in Vulg. Similiter apud August. quæst. 40. in Luc. col. 268. d. Gr. καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες, &c.

℣. 14. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. prætterquam quòd delet *illis*, post *dixit*; paulòque post legit *sacerdotibus*, non *sacerdoti*. Cantabr. *Et videns eos, dixit illis : Curati estis, ite, & ostendite vos sacerdotibus. Factum est autem, cùm irent, mundati sunt.* Græc. Καὶ ἰδὼν, εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς, &c. ut in Vulg. Mss. quidam addunt αὐτοὺς, ad ἰδών. Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 728. c. similiter legit cum August. quæst. 40. in Luc. col. 267. g. 269. c. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.*

℣. 15. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd addit *ex illis*, post *autem*. Cantabr. *Unus autem ex eis, videns quia mundatus est, reversus est, cum magna voce honorans Deum.* Græc. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε..... δοξάζων τὸν Θεόν· Mss. quidam, ὅτι ἐκαθαρίσθη. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 732. f. *Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, reversus est, cum magna voce magnificans Deum.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. a. *gloriam Deo reddens.*

℣. 16. Ms. Corb. *& cecidit ante pedes ejus, magnificans : & hic erat*, &c. Cantabr. *& cecidit in faciem ad pedes ejus : erat autem Samaritanus.* Alii Vulgatæ accinunt, sicut etiam Græcum, addito uno αὐτῷ, verbo *gratias agens*; al. τῷ Θεῷ. Vigil. Tapſ. ubi sup. *& cecidit ad pedes ejus, gratias agens : & hic erat*, &c.

℣. 17. Ms. Corb..... *dixit : Hi decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Cantabrig. *dixit illis : Hi decem mundati sunt, novem ubi?* Græc. εἶπεν· Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ; al. deest δέ. Apud August. in Joh. 4. to. 3. 410. d. ut in Vulgata. Apud Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 732. f. *Nonne decem mundati sunt? novem ubi sunt?* Apud Cassiod. in Psal. 95. p. 322. b. *Nonne decem mundati sunt? & non est inventus*, &c. de ℣. seq.

℣. 18. Ms. Corb. textui Colb. respondet ad verbum. Cantabr. *Ex his nemo inventus est revertens, qui dabit gloriam Deo, nisi alienigena hic.* Græc. Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες, δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος· al. Οὐχ εὑρέθη ὑποστρέψας. Ambros. l. 1. de Cain, c. 9. col. 199. f. *Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret Deo, nisi hic alienigena.* August. in Joh. 4. col. 410. d. *Non erat alius qui daret gloriam Deo, nisi alienigena iste.* Cassiod. in Ps. 95. p. 322. b. *Et non est inventus qui daret honorem Deo, nisi hic Samaritanus.* Vigil. Tapſ. ubi sup. *Non est inventus ex illis qui rediret*, &c. ut in Vulg.

℣. 19. Ms. Corb. nil discrepat à textu Colb. Cantabr. verò hab. *Et dixit illi : Surgens vade : quoniam fides tua salvavit te.* Sic etiam in Græco, detracto adverb. *quoniam*. Ambros. l. 1. de Cain, c. 9. col. 199. f. *Et ait illi : Surge, & vade*, &c. quæ in textu. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. a. *fides tua te salvum fecit.*

℣. 20. Ms. Corb. in omnibus convenit cum textu Colbertino. Ita quoque Cantabrigiensis, nisi quòd hab. circa med. *respondit illis, & dixit.* Itidem in S. Germ. duobus, & Græco. Mss. tamen quidam id omittunt, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καί. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. a. similiter legit : *Non venit regnum Dei cum observatione.* Sic etiam Hilar. in Psal. 2. n. 42. col. 49. c. Apud Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 736. a. ita : *Interrogaverunt eum Pharisæi, & dixerunt ei : Quomodo veniet regnum Dei? Respondit eis, & dixit : Non veniet regnum Dei cum observatione.*

℣. 21. Ita legunt Mss. S. Germ. ambo, necnon Corb. dempto uno *ecce*, ante *illic*. Cantabrig. *neque dicent : Ecce hîc, aut ecce illi : nolite credere. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* S. Gat. *neque dicent : Ecce hîc Christus, aut ecce illic*, &c. ut in textu, cui etiam Græcum favet. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 729. a. *nec dicunt : Ecce hîc, ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Hilar. in Ps. 2. n. 42. col. 49. c. *neque dicent : Ecce hîc, & ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est* : & l. 11. de Trin. col. 1104. c. *In vobis enim est regnum Dei.* Cyprian. l. 3. Testim. p. 319. b. *Regnum Dei intra vos est.* Itidem Ambros. l. de Isaac, c. 4. col. 362. b. & l. 5. & 7. in Luc. col. 1382. e. 1432. e. 1453. d. Vigilius Tapſ. ubi sup. cum textu consentit ad verbum.

℣. 22. Ms. Corb. *Et ait ad...... Veniet dies ut desideretis videre*, &c. quæ supra. Cantabr. *Dixit ergo ad discipulos : Venient dies ut concupiscatis unum dierum horum Filii hominis, & non videbitis.* S. Mart. Turon. *quando desiderabitis unum diem*, &c. Gr. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ, &c. Mss. quidam addunt αὐτοῦ, ad μαθητάς. August. in Job, to. 3. 652. b. *Venient dies quando optabitis videre unum de diebus istis, & non videbitis.* Vigil. Tapſ. l. 1. contra Eutych. p. 6. a. *Venient dies quando desideretis diem unum Filii hom. & non videbitis* : & l. contra Varimad. p. 736. a. *quando desiderabitis unum diem videre Filii hominis, & non*, &c.

℣. 23. Ms. S. Germ. 2. nil omnino differt à textu Colb. Alii Vulgatæ congruunt : duo tamen, S. Gat. & Maj. Mon. habent, *Nolite exire.* Cantabr. *aut ecce illic. Ne ieritis, neque persequemini.* Græc. ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. Μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε· Mss. plures tollunt conjunct. ἤ. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 736. a. concordat cum textu Colb.

℣. 24. Ms. Corb. simpliciter habet : *nam, sicut fulgur coruscans de sub cœlo, ita erit.* Cantabr. *sicut enim scoruscus, qui scoruscat, de sub cœlo scoruscat : sic erit & Filius hominis.* Græc. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν, λάμπει· οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς, &c. ut in Vulg. Ms. unus simpliciùs : ἀστράπτουσα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, λάμπει· alius delet λάμπει, sicut alius inf. ἔσται. Ambros. l. de fuga sæc. c. 7. col. 433. f. legit cum textu Colbert.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

25. Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

Genes. 7. 7. 26. Et ficut factum eft in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

Matth. 24. 37. 27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, ufque in diem, qua intravit Noe in arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes.

Genes. 19. 25. 28. Similiter ficut factum eft in diebus Lot: Edebant, & bibebant: emebant, & vendebant: plantabant, & ædificabant:

29. qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem, & fulphur de cœlo, & omnes perdidit:

30. fecundùm hæc erit qua die Filius hominis revelabitur.

31. In illa hora, qui fuerit in tecto, & vafa ejus in domo, ne defcendat tollere illa; & qui in agro, fimiliter non redeat retro.

32. Memores eftote uxoris Lot.

Matth. 10. 9. Marc. 8. 35. 33. Quicunque quæfierit animam fuam falvam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, vivificabit eam.

Sup. 9. 24. Joan. 12. 25. 34. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto uno; unus affumetur, & alter relinquetur:

## VERSIO ANTIQUA.

25. Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. *Ex Mf. Colbert.*

26. Et ficut factum eft in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & nubebant, ufque in diem, qua intravit Noe in arca: & venit diluvium, & perdidit omnes.

28. Similiter factum eft in diebus Lot: Edebant, & bibebant: emebant, & vendebant: plantabant, & ædificabant:

29. qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem, & fulphur de cœlo Deus, & omnes perdidit:

30. fecundùm hæc erit in die Filii hominis, qua revelabitur.

31. In illa hora, qui fuerit in tecto, & vafa ejus in domo, non defcendat tollere illa; & qui in agro, fimiliter non redeat retro.

32. Memores eftote uxoris Lot.

33. Qui autem quæfierit animam fuam liberare, perdet illam: & quicunque perdiderit illam propter me, falvam faciet illam.

34. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto; unus affumetur, & unus relinquetur:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quia, ficut fulgur corufcans de fub cœlo, ita erit & adventus Filii hominis.* Vigil. Tapf. autem l. contra Varimad. p. 736. a. *nam, ficut fulgur corufcans de cœlo, in ea quæ fub cœlo funt, fulget: ita erit adventus Filii hom. in die fua.*

℣. 25. Similiter habent Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Sic etiam Cantabrig. præter unum *enim*, pro *autem*. Græc. Πρῶτον δὲ, &c. ut fupra; al. Πρῶτον μέν. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 729. b. dicit *Filium hominis ante multa pati, & reprobari oportere ante adventum fuum.*

℣. 26. Ita ferunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Cantabr. verò habet, *Et ficut fuit in diebus Noe, fic erit*, &c. quæ fupra. Græcum textui favet. Auguft. epift. 164. to. 2. 579. d. *Sicut in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis:* & in Pf. 120. to. 4. 1373. e. *Sic erit adventus Filii hominis, quomodo in diebus Noe.* Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. c. fimpliciter: *Quomodo enim factum eft in diebus Noe;* deinde, *manducabant*, &c. de ℣. feq.

℣. 27. Mf. Corb. *Sedebant, & bibebant: uxores ducebant, & nubebant, ufque in die, quo intravit Noe in arcam,* &c. Cantabr. *Edebant, bibebant: nubebant, nubebantur, ufque in diem, quo introivit Noe in arcam: & fuit diluvium,* &c. Ita quoque in Græco eft, præter verbum ἦλθεν, *venit*, pro *fuit*: Mſs. quidam præponunt καὶ, verbis ἐγάμυν, & ἐξεγαμίζοντο. Lat. cod. S. Gat. extremò addit: *ita erit & adventus Filii hominis.* Iren. l. 4. c. 36. p. 278. c. legit: *Manducabant, & bibebant: & emebant, & vendebant: nubebant, & nubebantur: & non fcierunt, quoadufque intravit Noe in arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes.* Ambr. l. 8. in Luc. col. 1479. c. *Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & nubebant*: & l. 10. col. 1509. c. *Edebant, & bibebant: nubebant, & uxores ducebant.* Auguft. epift. 164. to. 2. 579. d. *Manducabant, bibebant: nubebant, uxores ducebant, donec intravit Noe in arcam: venit diluvium, & perdidit omnes*: itidem in Pf. 120. to. 4. 1373. e. præterquam quòd verbo *ducebant*, poftponit hæc, *novellabant, ædificabant*; paulòque poft præponit &, verbo *venit*: fimiliter habet l. 1. contra Adverf. leg. to. 8. 562. b. mutato vocum quarumdam ordine.

℣. 28. Mf. Corb. concordat cum textu Colb. ficut etiam S. Germ. 2. nifi quòd tollit &, poft *plantabant*, cum Sangerm. 1. In Cantabrig. fic: *Similiter ficut fuit in diebus Lot: Edebant, bibebant: emebant, vendebant: plantabant, ædificabant.* Gr. Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς, &c. ut in Cantabrig. Mſs. tamen plures præponunt καὶ, verbis *Edebant*, & feqq. Iren. l. 4. c. 36. p. 278. c. legit: *Et quemadmodum factum eft in diebus Lot: Manducabant, & bibebant: emebant, & vendebant: plantabant, & ædificabant.* Tertul. l. 1. ad uxor. c. 5. p. 275. b. *nubebant, & emebant*: vide etiam l. de exhort. caft. p. 942. b.

℣. 29. Mf. Corb. tollit & *fulphur*. Cantabrigienfis verò habet: *qua die exivit Lot à Sodomis, pluit fulphur, & ignem de cœlo, & perdidit omnes.* Cæteri ut in Vulg. & Græco. Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. c. *quoadufque exivit Lot à Sodomis, pluit ignem de cœlo, & perdidit omnes.* Tichon. reg. 6. p. 63. a. *die qua exivit Lot à Sodomis, pluit ignem de cœlo, & perdidit omnes.* Similiter Auguft. l. 3. de doct. Chr. to. 3. 63. b.

℣. 30. Mf. Corb. textui Colbert. favet. Similiter habet Cantabr. præter unum *qui*, pro *qua*, ante *revelabitur*. Alii codd. Vulgatæ refpondent, & Græco: Mf. tamen unus pro ἡ ἡμέρα ὁ Υἱὸς τȣ̃..... ἀποκαλύπτεται, al. ἀποκαλυφθήσεται, fert, ἡ παρȣσία τȣ̃ Υἱȣ̃ τȣ̃ ἀνθρώπȣ. Unde Auguft. l. 1. contra Adverfar. leg. to. 8. 562. b. *fic erit & adventus Filii hominis*: quæ tamen pertinere poffunt ad ℣. 26. nam l. 8. de doctr. Chr. to. 3. col. 63. c. legit: *fecundùm hæc erit dies Filii hominis, quo revelabitur.* Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. c. *fic erit & in adventu Filii hominis.* Auct. l. de promiff. p. 1. c. 16. col. 103. a. dicit, *ut factum eft in diebus Lot, ita futurum adventum Filii hominis.*

℣. 31. Mf. Corb. fimiliter habet, nifi exceperis *illam*, pro *illa*; ficut etiam fcribit S. Germ. 1. Cantabrig. verò ita: *In illo die, qui erit fuper tectum, & vafa... non defcendat tollere illa; & qui..... fimiliter non convertatur retro.* Ita quoque in Græco. Cypr. ep. ad Fortunat. p. 266. b. legit, *& qui in agro eft, non convertatur retro.* Apud Ambrof. l. 8. in Luc. 1478. d. omnia ut in Vulg. at l. 5. de fide, col. 588. d. fcribit: *In illa hora, qui fuerit in tecto, non defcendat tollere vafa de domo fua; & qui in agro*, &c. quæ fupra: & epift. 29. col. 909. e. *qui eft in tecto, non defcendat vafa fua tollere.* Auguft. l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 63. c. *Illa hora, qui erit in tecto, & vafa ejus in domo, non defcendat tollere illa; & qui in agro, fimiliter non revertatur retro*: & quæft. 41. & 42. in Luc. col. 269. g. 270. b. *qui fuerit in tecto, & vafa....... non defcendat....... & qui in agro fuerit, fimiliter non redeat retro.*

℣. 32. Concinunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Solus Cantabr. *Et mementote uxoris Lot.* Ita quoque in Græco, detracta conjunct. *Et*: fed al. Μνημονεύετε δὲ τῆς, &c. Cyprian. ep. ad Fortun. p. 266. b. & Ambrof. l. 8. in Luc. 1478. d. 1481. c. *Memores eftote uxoris Lot.* Zeno Veron. l. 2. tr. 13. p. 181. *Mementote uxoris Lot.* Auguft. l. 3. de doctr. Chr. col. 63. c. *Meminerit uxoris Lot.*

℣. 33. Mf. Corb. *Qui autem quæfierit animam fuam falvam facere, perdet eam: & quicunque perdiderit illam propter me, falvam faciet illam.* S. Gat. *falvare*, non *falvam facere*. S. Mart. Turon. infra: *& qui perdiderit illam propter me, falvam faciet illam.* Cantabr. *Qui voluerit vivificare animam fuam, perdet illam: & qui perdiderit, vivificabit illam.* Gr. Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτȣ̃ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν, &c. ut in Vulg.

℣. 34. Mf. Cantabr. *Dico vobis: hac nocte erunt in lecto uno duo; unus affumetur, & unus relinquetur.* S. Germ. 1. *Dico autem vobis: illa nocte*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. *illa nocte erunt duo in lecto; unus affum. & alter*, &c. Corb. & S. Mart. Turon. *& alius*, &c. Græcè ut in Vulg. detracta præp. *in*, ante *hac nocte*, quam tamen præferunt Mſs. plures. Ambrof. l. 8. in Luc. 1481. d. *in illa nocte erunt duo in lecto uno; unus affumetur, & alter relinquetur.* Victorinus Afric. l. 1. adv. Arium, p. 271. a. legit: *ipfa nocte erunt duo in uno lectulo; unus accipietur, & alter relin-*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. 35. duæ molentes in unum; una assumetur, & una relinquetur: duo in agro; unus assumetur, & unus relinquetur.

36. Respondentes illi dixerunt: Ubi Domine?

37. Quibus ipse dixit: Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ.

**Vulgata nova.**

35. duæ erunt molentes in unum; una assumetur, & altera relinquetur: duo in agro; unus assumetur, & alter relinquetur. Matth. 24. 40.

36. Respondentes dicunt illi: Ubi Domine?

37. Qui dixit illis: Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*quetur.* Maxim. Taurin. hom. 1. in adv. p. 3. c. & d. *illa nocte erunt duo in lecto uno; unus assumetur, & unus relinquetur.* Similiter August. quæst. 44. in Luc. col. 270. e. *unus assumetur, & unus relinquetur.*

℣. 35. Ms. Corb. ritè concordat cum Ms. Colb. Cantabr. verò habet: *erunt duo molentes in uno; una assumetur, & alia dimittetur: duo in agro; unus assumetur, & alius dimittetur.* S. Germ. 1. omittit posterius membrum, *duo in agro*, &c. Græc. verò cum Vulgata concinit, interposito verbo ἔσονται, *duo* inter & *in agro.* Ambros. l. 8. in Luc. 1481. f. 1482. a. *duæ molentes in pistrino:* & l. 1. de Cain, col. 197. f. *una assumetur, altera relinquetur:* & in Luc. sup. *duo in agro; unus assumetur, & alter relinquetur.* Maxim. Taurin. hom. 1. in adv. p. 3. f. *erunt duæ molentes in pistrino; una assumetur, & una relinquetur.* August. quæst. 44. in Luc. col. 270. b. *duæ molentes in unum;* dein, *duo in agro;* inf. *unus assumetur, & unus relinquetur.* Similiter in Ms. S. Mart. Turon. & *unus.*

℣. 36. Ms. Corb. *Et respondentes dixerunt illi: Ubi Domine?* Itidem Cantabr. detracto uno *illi.* S. Germ. 1. *Respondentes autem dicunt illi*, &c. S. Mart. Turon. *dixerunt illi.* Græc. Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, &c. al. εἶπον αὐτῷ. Ambros. l. 8. in Luc. 1484. c. *Et respondentes dixerunt: Ubi Domine?* ut in Ms. Cantabrig.

℣. 37. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd habet *illuc*, sed S. Germ. 1. *illic.* Cantabr. *At ille dixit illis: Ubi corpus, ibi congregab. & aquilæ.* Sic etiam in Græco, detracta penult. conjunct. &, quam tamen Mss. plures retinent. Apud Ambros. l. 2. de fide res. col. 1163. c. *Ubi corpus, illic & aquila:* at lib. 8. in Luc. 1484. c. *Ubi fuerit corpus, ibi congregab. & aquilæ.*

# CAPUT XVIII.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. 1. Dicebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere,

2. dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.

3. Vidua autem quædam, quæ erat in civitate, & cœpit ad illum dicere: Vindica me de adversario meo.

4. Et nolebat per multum temporis. Post hæc dixit intra se: Si Deum non timeo, nec hominem revereor:

5. tamen quia molesta mihi est hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens suggillet me.

6. Ait autem Dominus: Audite quid judex iniquitatis dixit:

7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, patientiam habens in illis?

**Vulgata nova.**

1. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere, Eccli. 18. 22. 1. Thess. 5. 17.

2. dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.

3. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo.

4. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor:

5. tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens suggillet me.

6. Ait autem Dominus: Audite quid judex iniquitatis dicit:

7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis?

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ms. Cantabr. è Gr. *Dicebat autem & parabolam illis, quòd oportet semper*, &c. S. Germ. 1. *parabolas ad illos.* Corb. S. Germ. 2. &c. ut in Vulgata. Item apud Tertul. l. de resurrect. carnis, p. 579. a. *Dicebat autem & parabolam ad eos.*

℣. 2. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Solus Cantabr. omittit 1. verbum *dicens;* dein sic pergit: *Judex quidam erat in civitate, Deum non timens, & hominem non reverens.* Ita quoque in Græco est, præposito tamen verbo λέγων; ut & τινι, ante *civitate.* Iren. l. 5. c. 25. p. 323. b. habet: *Iniquus judex Deum non timebat, neque hominem reverebatur.* August. quæst. 45. in Luc. to. 3. 271. a. *De judice iniquo*, inquit, *voluit parabolam ponere, qui, cùm Deum non timeret, & hominem non revereretur, viduæ tamen assiduis interpellationibus cessit.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 732. f. *Erat quidam homo in quadam civitate, qui Deum non timebat, nec hominem reverebatur.*

℣. 3. Ms. Corb. *Vidua autem quadam erat in civitate, quæ veniens cœpit ad illum dicere: Vindica me*, &c. Cantabrig. *Vidua autem erat in civitate illa*, &c. quæ in Vulgata, præter hoc ult. *Devindica me ab adversario meo.* Græc. à Vulgata non discrepat. Vide Tertul. l. de præscr. c. 11. p. 332. c. & August. quæst. 45. in Luc.

℣. 4. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd habet *tempus*, loco *temporis.* Cantabr. *Et nolebat in aliquod temporis. Post hæc autem venit apud se, & dicit: Si Deum non timeo, & hominem non revereor.* Gr. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον. Μετὰ δὲ ταῦτα, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Καὶ οὐκ ἤθελεν. August. in Ps. 65. to. 4. 654. e. *Et ait sibi judex nequam: Si nec Deum timeo, nec homines revereor.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 732. f. *Et nolebat per multum tempus. In se autem reversus, dixit intra se: Etsi Deum*, &c.

℣. 5. Ms. Cantabr. *propter quòd laborem mihi præstat vidua hæc, vado, & devindico illam, ut non in tempus veniens suggillet me.* Corb. *ne in novissimo veniat, & constringat me.* Græc. διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με· al. ὑποπιάζῃ. August. in Ps. 65. to. 4. 654. e. alludens dicit: *vel propter tædium quod mihi quotidie facit hæc vidua, audiam causam ejus, & vindicabo eam:* & quæst. 45. in Luc. col. 271. b. *ne veniens suggillet me.* Vigil. Taps. loco cit. *tamen quia molesta est mihi valde hæc, vindicabo illam*, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. nec refragatur Cantabrig. nisi quòd initio hab. *Dixit*, pro *Ait.* Vigil. Taps. ubi sup. *Respondens autem Jesus, dixit: Audistis quid judex iniquitatis dicit.* Aug. in Ps. 65. *Et ait Dominus: Si judex nequam hoc fecit.*

℣. 7. Ms. Corb. textui Colb. consonat, detracto uno *ad se*, post *clamantium.* Cantabr. *Deus autem non faciet vindictam electorum, qui clamant ad eum nocte & die, & patiens est super eos?* S. Germ. 2. *& patientiam habebit in illis diebus?* Gr. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; al. μακροθυμεῖ. Iren. l. 4. c. 27. p. 265. c. *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, quicunque clamant ad eum die & nocte? Etiam dico vobis*, &c. August. in Psal. 65. *Pater vester non vindicabit electos suos, qui ad eum clamant die ac nocte? Ita dico*, &c.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

8. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?

9. Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur cæteros, parabolam istam:

10. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Pharisæus, & alter publicanus.

11. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, injusti, adulteri: velut etiam hic publicanus:

12. jejuno bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo.

13. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

14. Dico vobis, descendit hic justificatus in
Sup. 14. 11. Matth. 23. 12. domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat,

### VERSIO ANTIQUA.

8. Dico vobis, faciet citò vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, nunquid inveniet fidem in terram? *Ex Ms. Colbert.*

9. Dixit autem ad quosdam, qui sibi confidebant tanquam justi, & spernebant cæteros, similitudinem hanc:

10. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus publicanus, & unus Pharisæus.

11. Stans itaque Pharisæus, sic orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri homines: raptores, injusti, adulteri: velut etiam & hic publicanus:

12. jejuno bis in sabbato: & decimas do omnium, quæ possideo.

13. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos levare in cœlum: sed percutiebat pectus suum, dicens: Domine Deus propitiare mihi peccatori.

14. Dico itaque vobis, quia descendit hic publicanus justificatus in domum suam magis quàm

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vigil. Taps. ubi sup. *Deus autem non faciet vindictam servorum suorum clamantium*, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Ms. Corb. *Dico vobis, citò faciet vindictam illorum. Tamen Filius hom. veniens, putas, inveniet fidem in terram?* S. Mart. Turon. *Filius hominis inveniet fidem in terra?* Cantabrig. *Dico vobis, faciet vindictam eorum confestim. Verùm, putas, Filius hominis veniens, inveniet fidem super terram?* Maj. Mon. *Veruntamen quoniam Filius hominis veniens, putans invenire fidem in terra?* Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd transfert ἐν τάχει, *citò*, post *illorum*; ultimòque hab. ἐπὶ τῆς γῆς, *super terram.* Iren. l. 4. c. 27. p. 265. c. *Etiam dico vobis, faciet vindictam eorum citò:* & inf. c. 33. p. 273. c. *Putas, cùm Filius hominis venerit, inveniet fidem super terram?* Cypr. ep. 74. p. 141. a. *Putas, cùm venerit Filius hominis, inveniet fidem in terra?* & l. de unit. Eccl. p. 203. b. *Filius hominis cùm venerit, putas, inveniet fidem in terra?* Hilar. in Ps. 14. n. 8. col. 64. e. *Amen dico vobis, cùm venerit Filius hominis, putatis, inveniet fidem super terram?* & in Ps. 58. col. 131. e. *Nunquid cùm venerit Filius hominis, inveniet fidem super terram?* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1508. e. *Tunc veniens Filius hominis, nunquid inveniet fidem super terram?* Aug. in Ps. 65. to. 4. 654. e. *Ita dico vobis, faciet judicium eorum citò:* & in Ps. 31. col. 177. d. *Putas, veniens Filius hominis, inveniet fidem in terra?* & l. de quæst. to. 6. 37. c. *Putasne, veniens Filius hominis, inveniet fidem super terram?* at in Joh. 8. to. 3. 551. e. *Cùm venerit Filius hom. putas, inveniet fidem in terra?* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 732. g. *Amen dico vobis, quia faciet vindictam eorum citò.* Philastr. Brix. de hæres. p. 724. h. *Putas, Filius hominis cùm venerit, inveniet fidem super terram?*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Dixit autem & ad quosdam, qui confidens* (l. *confident*) *super se quoniam sunt justi, & spernent reliquos hominum: Duo*, &c. Corb. *qui in se confidebant tanquam justi essent, & aspernabant cæteros, similitudinem istam.* Maj. Mon. *qui se confidebant quòd essent justi, & spernabant cæteros*, &c. Græc. τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς, τὴν παραβ. &c. August. l. de unit. Eccl. to. 9. 365. c. *Dixit autem & ad quosdam, qui sibi justi videbantur, & spernebant cæteros, similitudinem istam:* itidem ser. 105. to. 5. 575. d. deleto eo, *autem &.* Huc spectant quæ Optat. l. 2. contra Donat. p. 40. c. habet: *Dicebat Jesus hanc similitudinem propter eos, qui se sanctos putant, & contemnunt cæteros.* Apud Fulg. ep. 3. omnia ut in Vulg. usque ad ℣. 11.

℣. 10. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Similiter Cantabr. præterquam quòd hab. *orare: unus Pharis. & unus publicanus.* Græcum ut in Vulgata. Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. b. *Homines duo ascenderunt in templum orare: unus Pharisæus, & unus publicanus.* August. serm. 105. to. 5. 575. e. *Duo homines ascenderunt in templum orare: unus Pharis. & alter*, &c. Optat. l. 2. contra Donat. p. 40. c. *Duo ascenderunt in templum adorare: unus Pharisæus, & unus publicanus.*

℣. 11. Ms. Corb. eadem refert quæ in textu Colb. præter hoc ult. *vel etiam sicut hic publicanus.* Cantabr. *Pharisæus stans, seorsum hæc orabat: Deus gratias ago tibi quon. non sum sicut cæteri hominum... sicut & hic publicanus.* S. Gat. *dicebat: Deus..... sicut cæteri homines*, &c. S. Mart. Turon. pariter, *sicut cæteri homines.* Græcum Vulgatæ suffragatur. Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. b. *Pharisæus cùm stetisset, talia apud se precabatur: Deus gratias tibi ago quia non sum sicut cæteri homines: injusti, raptores, adulteri: quomodo & publicanus iste.* Hilar. in Ps. 14. n. 11. col. 66. b. *Gratias tibi ago Domine quòd non sum sicut cæteri homines: adulteri, avari: sicut & hic publicanus:* vide etiam in Psal. 118. col. 262. a. b. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 157. b. *Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri homines: raptores, injusti, adulteri: sicut & hic publicanus:* similiter l. 3. adv. Pelag. præter hoc, *& sicut hic public.* August. in Ps. 49. to. 4. 461. d. *Gratias tibi ago Deus quòd non sum sicut cæteri homines: injusti, raptores, adulteri: sicut & publicanus iste:* & serm. 105. to. 5. 575. e. *Pharisæus dicebat: Gratias tibi Deus quia non sum sicut cæteri homines: raptores, injusti, adulteri: velut etiam sicut publicanus iste:* & l. de S. virginit. to. 6. 356. d. *sicut & publicanus iste.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 598. f. *Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri homines: injusti, raptores, adulteri: quomodo & publicanus iste.* Fulg. ep. 3. p. 173. *sicut cæteri homines: rapaces, injusti, adulteri: sicut etiam hic publicanus.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *jejuno bis in sabbato: decimo omnia, quæ adquiro.* Corb. è Græco, necnon Cyprian. l. de orat. Dom. p. 205. b. *jejuno bis in sabbato: decimas do omnium, quæcunque possideo.* Similiter August. ser. 105. to. 5. 575. e. & l. de S. virginit. to. 6. 356. d. Hieron. verò in Ezech. 18. to. 3. 820. d. *decimas do omnis substantiæ meæ:* at l. 3. contra Pelag. to. 4. 542. *decimas do omnium, quæ possideo.* Itidem Vict. Tun. l. de pœnit. p. 598. f.

℣. 13. Ms. Corb. ad verbum concordat cum textu Colbert. Cantabr. verò habet, *Et publicanus....... nolebat nec oculos suos in cælum levare: sed tundebat pectus suum, dicens: Deus miserere mihi peccatori.* S. Germ. 1. *nec oculos ad cælum levare audebat*, &c. ut in Vulgata. Græcum Vulgatæ respondet, nisi quòd ponit εἰς, ante *pectus:* à quibusdam tamen Mss. abest præp. εἰς. Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. b. legit: *Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos volebat ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Hilar. in Psal. 14. n. 11. col. 66. b. *Erat autem publicanus in secreto orans: Domine miserere mei peccatoris.* Ambros. l. 1. de Cain, c. 9. col. 199. d. *à longè stans, nolebat oculos ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Domine Deus propitius esto mihi peccatori.* August. in Ps. 31. to. 4. 177. g. *Publicanus autem de longinquo stabat, & neque volebat ad cælum oculos suos levare: sed percutiebat pectus suum:* & post pauca: *Deus propitius esto mihi peccatori:* tr. verò 44. in Joh. to. 3. 593. g. *Domine propitius*, &c. rursum serm. 105. to. 5. 575. f. *Publicanus autem de longinquo stabat, nec oculos suos ad cælum levabat*, &c. ut in Vulg. similiter habet l. de S. virginit. to. 6. 356. d. præter hæc, *nec oculos ad cælum audebat levare.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 598. f. *Publicanus autem de longè stabat, & neque oculos in cælum volebat levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 41. a. *Propitius esto Domine mihi peccatori;* cæt. ut in Vulgata. S. Bened. reg. c. 7. hæc hab. *Publicanus fixis in terram oculis, dixit: Domine non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad cælum.* Fulg. ep. 3. p. 173. *Publicanus autem à longè stans, nolebat oculos ad cælum levare*, &c. ut in Vulg. usque ad ℣. 15.

℣. 14. Ms. Corb. non differt à textu Colbert. nisi quòd initio tollit *itaque;* & sub fin. legit *humiliat*, loco *humilia-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* ille Pharisæus : quia omnis qui se exaltat, humiliabitur : & qui se humiliaverit, exaltabitur.

15. Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quos cùm viderent discipuli, increpabant illos.

16. Jesus autem convocans illos, dixit : Sinite pueros venire ad me, & nolite eos prohibere : talium est enim regnum cœlorum.

17. Amen dico vobis : Quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

18. Interrogavit autem eum quidam princeps, dicens : Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo ?

19. Dixit autem Jesus : Quid me dicis bonum ? nemo est bonus nisi solus Deus.

VULGATA NOVA.

humiliabitur : & qui se humiliat, exaltabitur.

15. Afferebant autem ad illum & infantes, *Matth.*
ut eos tangeret. Quod cùm viderent discipuli, 19. 13.
increpabant illos. *Marc.*
16. Jesus autem convocans illos, dixit : Sinite 10. 13.
pueros venire ad me, & nolite vetare eos : talium est enim regnum Dei.

17. Amen dico vobis : Quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

18. Et interrogavit eum quidam princeps, di- *Matth.*
cens : Magister bone, quid faciens vitam æternam 19. 16.
possidebo ?

19. Dixit autem ei Jesus : Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi solus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*verit.* S. Gat. *Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam magis ille Pharisæus ab illo : quia omnis,* &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam magis ab illo : quia omnis,* &c. S. Mart. Turon. *Amen dico vobis, quia descendit hic justific. in domum suam magis quàm Pharisæus ille : quia omnis,* &c. S. Germ. 1. *in domum suam magis quàm Pharisæus : quia omnis,* &c. Cantabr. *Dico vobis, descendit hic justificatus magis præter illum Pharisæum : quoniam omnis,* &c. Græcè ut in Vulgata, cum hoc, ἢ ἐκεῖνος, pro *ab illo* ; Mss. plures, ἢ γὰρ ἐκεῖνος· quidam, παρ' ἐκεῖνον· nonnulli etiam præponunt ὅτι, verbo *descendit.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. b. his alludens, ait *alterum reprobatum, alterum justificatum descendisse :* vide etiam l. de orat. c. 13. p. 182. c. Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. b. legit : *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam magis quàm ille Pharisæus : quia omnis qui se extollit, humiliabitur : & qui se humiliat, exaltabitur :* similiter l. de unit. Eccl. p. 201. c. ab hoc, *qui se extollit ;* sicut l. 3. Testim. p. 305. c. nisi quòd hab. *& qui se humiliaverit.* Hilar. in Ps. 125. col. 411. d. *Amen dico vobis, quoniam magis justificatus est publicanus, quàm Pharisæus :* & in Ps. 14. n. 11. col. 66. b. *quia magis justificatus egressus est publicanus, quàm Pharisæus.* Ambrosius l. de Cain, c. 9. col. 199. d. *quia descendit hic publicanus justificatus magis quàm Pharisæus :* & in Ps. 118. col. 1205. d. *omnis qui se exaltat, humiliabitur : & qui se humiliaverit, exaltabitur.* August. in Psal. 31. to. 4. 177. g. *Amen dico vobis, descendit justificatus de templo publicanus ille magis quàm ille Pharisæus :* similiter habet ser. 290. to. 5. col. 1165. a. necnon l. de S. virginit. to. 6. col. 356. e. additis his, *quia omnis qui se,* &c. quæ in Vulg. vide etiam l. 3. contra Parmen. col. 59. c. Victor Tun. l. de pœnit. p. 598. f. *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam magis quàm ille Pharisæus : quia omnis qui se exaltaverit, humiliabitur : & qui se humiliaverit, exaltabitur.* Itidem Ambrosiaster, col. 255. a. *qui se exaltaverit..... humiliaverit,* &c.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Offerebant autem illi infantes, ut eos tangeret. Videntes autem discipuli, increpabant eos.* S. Mart. Turon. *Afferebant autem illi & infantes,* &c. ut in Vulg. Alii codd. eidem Vulg. consonant ad verbum. Græcum Cantabrigiensi favet.

℣. 16. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. præterquam quòd ultimò hab. *Dei,* loco *cælorum.* Cantabr. *Jesus autem ad se vocabat ea, dicens : Dimittite infantes venire ad me, & nolite vetare eis : talium enim est regnum Dei : & nolite eos prohibere : talium est,* &c. Græcè ut in Vulg. Similiter apud Ambros. l. 8. in Luc. 1484. f. *Sinite pueros venire ad me, & nolite eos vetare : talium est enim regnum Dei.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 136. d. *nolite vetare pueros.*

℣. 17. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. & Maj. Mon. Cantabrig. verò habet : *Amen enim dico vobis : Quicunque non acceperit regnum Dei sicut infantem, non,* &c. S. Gat. *Quicunque non receperit,* &c. Græc. textui nostro respondet. Oros. l. contra Pelag. p. 457. f. *Amen dico vobis : Quisquis non receperit regnum Dei velut infans, non intrabit illud.*

℣. 18. Ms. Corb. *Interrogavit autem eum quidam, dicens..... quid faciendo vitam æternam possideo ?* Cantabr. delet verbum *dicens ;* ultimò addit : *quid faciens vitam æt. hæreditabo ?* Ita quoque Græcum habet, interposito verbo, λέγων, *dicens.* S. Germ. 2. *quid faciam ut vitam æternam possidebo ?* ( l. *possideam.* ) Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. c. *Interrogatus ab illo quodam : Præceptor optime, quid faciens vitam æternam possidebo ?* Ambros. l. 8. in Luc. 1487. b. *Interrogavit autem eum quidam princeps, dicens : Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo ?* & in Psal. 118. col. 1059. a. *quid faciens vitam æternam possidebo ?* Hieron. ep. ad Hedib. q. 1. to. 4. 169. b. *Magister, quid faciens vitam æternam possidebo ?* August. cont. Adim. to. 8. 126. e. *Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo ?* Auct. l. de prom. p. 1. c. 7. col. 97. b. *quid faciens vitam æt. consequar ?*

℣. 19. Ms. Corb. non differt à Colb. nisi quòd delet verbum *est,* post *nemo.* Cæteri codices Vulgatæ similes, præter Cantabrigiensem, qui habet : *At ille dixit illi : Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi unus Deus Pater.* Græcè ut in Vulg. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί με λέγεις ἀγαθόν ; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. In nullo autem illorum subnectitur *Pater,* quam vocem facilè crediderim irrepsisse eò loci in Ms. Cantabrig. maximè cùm ad Matth. 19. 17. non addatur in eodem codice, sed legatur simpliciter : *Quid me interrogas de bono ? unus est bonus :* & ad Marc. 10. 18. *Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi solus unus Deus.* Accinunt magno consensu Patres Latini, nec subdunt vocem *Pater :* videlicet Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. e. ait : *Quis optimus, nisi unus Deus ?* Hilar. l. 1. de Trin. col. 781. a. e. *Quid me dicis bonum ? nemo est bonus nisi unus Deus :* vide etiam l. 4. n. 8. & l. 9. n. 16. Ambros. l. 8. in Luc. 1487. b. *Dicit autem ei Jesus : Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi solus Deus :* & post pauca : *Quid me dicis bonum,* inquit, *quem negas Deum ? Quid bonum dicis, cùm bonus nemo nisi unus Deus ? Non ergo bonum se negat, sed Deum designat :* item apolog. Dav. alt. c. 14. col. 713. c. *Quomodo scriptum est : Nemo sine peccato nisi unus Deus ?* lib. etiam de virgin. to. 2. col. 174. c. tollit vocem *Pater,* sicut Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 300. h. Gaud. Brix. serm. 7. p. 952. c. Auctor op. imp. in Matth. hom. 33. p. 198. a. & Ambrosiast. col. 291. e. Tollit pariter Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 356. b. cùm dicat : *Juxta hunc sensum & in Evangelio dicitur ad eum, qui Salvatorem non quasi Dei Filium, sed quasi Magistrum bonum putabat :* Quid me appellas bonum ? nemo est bonus nisi unus Deus. *Et certè,* inquit, *terram bonam legimus, & hominem, & pastorem bonum : sed nemo juxta naturam bonus nisi solus Deus.* Veruntamen Hieronymum alicubi subjectam reperisse vocem *Pater,* vel ex his ad Algas. quæst. 7. to. 4. 198. b. concludi potest : *Marcion,* inquit, *qui justum Deum & creatorem Legis facit & Prophetarum ; bonum autem Evangeliorum & Apostolorum, cujus vult esse filium Christum, duos introducit deos ; alterum justum, & alterum bonum..... Porro Arius justum ad Christum refert, de quo dictum est :* Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis..... *Bonum autem ad Deum Patrem, de quo ipse Filius confitetur : Quid me dicis bonum ? nemo est bonus nisi unus Deus Pater.* Additioni etiam hujus vocis *Pater,* probè intellectæ, non adversari videtur Hilarius : quamvis enim libb. 1. 4. & 9. de Trin. eundem locum citando, vocem *Pater* penitus omittat, tamen in Matth. c. 19. col. 703. c. d. hanc non omnino excludere videtur : *Juvenis hic,* inquit, *formam Judaici populi habet, in lege insolentis, & nihil, præter præcepta Moysi spei exspectantis à Christo. Cui Dominus in responsione ipsa, severitatem judicii ex se futuri protestatus est, dicens :* Quid me vocas bonum ? *Is enim, cui necesse sit impia & injusta punire, nomine bonitatis abstinuit,* soli *hoc nomen* Deo Patri *reservans..... non quòd bonus & ipse non esset, sed quòd congrua in eum severitate judex esset usurus.* Ex his sequitur, saltem ex Hieronymo, in Mss. nonnullis additam fuisse olim vocem *Pater,* ad hæc Evang. verba, *nemo est bonus nisi unus Deus,* vel similia. Et verò Irenæus l. 1. c. 20. p. 92. b. ex nonnullis Evangelii locis, quibus abutebantur Marcosii,

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Exod. 20. 13. 20. Mandata nosti : Non occides : Non mœchaberis : Non furtum facies : Non falsum testimonium dices : Honora patrem tuum, & matrem.

21. Qui ait : Hæc omnia custodivi à juventute mea.

22. Quo audito, Jesus ait ei : Adhuc unum tibi deest : omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo : & veni, sequere me.

23. His ille auditis, contristatus est : quia dives erat valde.

24. Videns autem Jesus illum tristem factum, dixit : Quàm difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum Dei.

26. Et dixerunt qui audiebant : Et quis potest salvus fieri ?

27. Ait illis : Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

## VERSIO ANTIQUA.

20. Et ait illi Jesus : Mandata nosti : Non occides : Non adulterium committes : Non furtum facies : Non falsum testimonium dices : Honora patrem tuum, & matrem tuam. Ex Ms. Colbert.

21. Et ait illi : Hæc omnia custodivi à juventute mea.

22. Quo audito, Jesus ait : Adhuc unum tibi deest : omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo : & veni, sequere me.

23. His ille auditis, contristatus est : quia dives erat valde.

24. Videns autem illum tristem factum, dixit Jesus : Quàm difficilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum Dei.

26. Et dixerunt qui audiebant : Et quis potest salvus fieri ?

27. Et ait illis Jesus : Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc citat, *Magister bone*, &c. *Et dicunt*, inquit, *ei qui dixisset illi*, Magister bone ; *eum qui verè bonus esset Deus, confessum esse respondentem :* Quid me dicis bonum ? unus est bonus, Pater in cœlis : Τί με λέγεις ἀγαθόν ; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, ὁ Πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· addit Iren. *Cælos autem nunc Æonas dictos dicunt :* de quo solo hîc arguuntur Marcosii ab Irenæo. Eandem quoque vocem *Pater*, constanter additam præfert Origenes variis in locis : nempe l. 2. de principiis, c. 5. agens de justo & bono, ita differit, p. 89. c. *Superest eis adhuc etiam illud, quod velut propriè sibi datum scutum putant, quod dixit Dominus in Evangelio :* Nemo bonus nisi unus Deus Pater : *dicentes hoc esse proprium vocabulum Patris Christi, qui tamen alius sit à creatore omnium Deo..... Ex otio sanè licebit plura testimonia congregare, sicubi in Novo Testamento Pater Domini nostri Jesu Christi justus appellatur ; & etiam in Veteri Testamento cæli & terræ creator bonus dicitur, ut pluribus testimoniis convicti hæretici aliquando fortè erubescant :* item l. de orat. n. 25. p. 223. c. *Ecquid ex ejus mente qui dixit :* Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi unus Deus Pater : *aliud dici potest, nisi hæc : Quid me oras ? Solum Patrem orare oportet, quem & ego oro... Nec enim eum orare debetis, qui pontifex pro vobis constitutus est à Patre, & advocati à Patre munus accepit :* rursum exhort. ad martyr. p. 279. b. *Illum imitatus qui dixit :* Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi solus Deus Pater : *quasi dicet ei qui se voluerit adorare : Quid me dicis Deum ? Unus est verus Deus ; & quid me adoras ?.... quid eum vis adorare qui adorat ? nam ego quoque adoro, & servio Deo & Patri :* demum l. 5. contra Cels. n. 11. p. 585. e. *Cùm Salvator noster*, inquit, *& Dominus aliquando se audiisset* Magistrum bonum *appellari, eum, qui sic vocabat, ad Patrem suum remisit his verbis :* Quid me dicis bonum ? nemo bonus nisi unus Deus Pater. *Id si meritò dixit filius charitatis Patris, & imago bonitatis Dei, quantò convenientiùs eos, qui ipsum colerent, compellaret sol in hunc modum : Quid est quod adores me ?* Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies ; *quem ego, & qui mecum sunt omnes adorant, cuique serviunt.* Ex quibus omnibus manifestè apparet Origenem, sive confutando hæreticos, sive ex propria sententia differendo, semper hunc citasse versum cum adjectione vocis *Pater*. Attamen ea ipsa adjectione adulteratum fuisse à Marcione Lucæ locum asseverat Epiphanius hæres. 42. n. 11. Enimvero inter varia ex Evangelio Lucæ à Marcione depravata, quæ recenset Epiphanius, istud de præsenti capite 18. ℣. 19. sic memorat : Μή με λέγετε ἀγαθόν· εἷς ἐστιν ἀγαθός· tum addit : Προσέθηκε τὸ, ὅτι ὁ Πατήρ· i. e. *Nolite me dicere bonum : unus est bonus. Adjecit verò* ( Marcion ) *Pater.* Non aliter etiam citatur hic versiculus à Megethio Marcionita in dialogo contra Marcionem. Quinimo Auctor dialogorum de Trinitate apud Athanasium, ait : Καίτοι οὐκ εἴρηται· Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Πατήρ· ἀλλ', οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. *Atqui non dictum est : Nemo bonus nisi unus Pater : sed, Nemo bonus nisi unus Deus.* Vide hac de re præfat. Millii in N. T. num. 317. Consule etiam Notas nostras ad Matth. 19. 17. & Marc. 10. 18.

℣. 20. Ms. Corb. initio ipso habet cum Vulg. *Mandata nosti ;* deinde, *Non occides : Non adulterium committes : Non furtum facies*, &c. quæ in Vulg. S. Gat. *Non mœchaberis : Non falsum testimonium dices*, &c. Cantabr. solus : *Præcepta nosti. At ille dixit : Quæ ? Dixit autem Jesus : Non mœchabis : Non occides : Non furtum*, &c. ut in Vulgata. Gr. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· Μὴ μοιχεύσῃς· Μὴ φονεύσῃς· Μὴ κλέψῃς· Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· Τίμα τὸν..... καὶ τὴν μητέρα σου· sed à Mss. pluribus abest hoc ult. σου. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 729. c. his alludit, dicens : *Rescidítne Christus præcepta non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi patrem, & matrem ?* Ambros. in Ps. 118. col. 1059. a. partim ex Matth. 19. 18. *Mandata nosti : Non homicidium facies : Non adulterabis : Non falsum testimonium dices.* August. l. de fide & op. to. 6. 180. g. *Non occides*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colbert. Cantabr. habet : *At ille dixit : Hæc omnia custodivi à juventute.* S. Mart. Turon. *At ille ait : Hæc omnia*, &c. quæ in Vulg. Ita quoque in Græco.

℣. 22. Ms. Corb. textui Colbert. congruit ad verbum. Cantabrig. legit : *Audiens autem Jesus, dixit illi : Adhuc unum tibi deest : omnia quæ habes vende...... & habebis thesaurum in cælis*, &c. Gr. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ, &c. ut in textu : Ms. quidam initio delet ταῦτα ; & sub fin. multi scribunt pluraliter, ἐν οὐρανοῖς. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 729. c. *Unum tibi deest : omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo : & veni, sequere me :* & infra : *vende quæ habes, & da egenis*, &c.

℣. 23. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò ita : *Ille autem audiens hæc, tristis factus est : erat enim dives valde.* Nec aliter Græcè.

℣. 24. Ms. Cantabr. concinit cum textu Colb. præterquam quòd hab. *Quomodo*, pro *Quàm ;* ultimòque *introibunt ;* S. Gat. & Maj. Mon. *ibunt.* Corb. & S. Germ. ut in Vulgata. Gr. Πῶς δυσκόλως, οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

℣. 25. Ita ferunt Mss. S. Germ. S. Gat. &c. Sic etiam Corb. nisi quòd extremò legit *in regno Dei*, absque præced. verbo *intrare.* Cantabr. *Facilius est autem camellum...... quàm divitem introire in regnum.* Græcum textui favet, nisi exceperis verbum εἰσελθεῖν, positum pro *transire ;* sed al. διελθεῖν. Apud Ambros. l. 8. in Luc. 1488. f. *Facilius camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in regnum Dei.* Apud August. quæst. 47. in Luc. to. 3. 273. a. *Facilius est camelum*, &c. ut in Vulg.

℣. 26. Itidem Mss. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. S. Germ. 1. verò habet : *Et dixerunt qui audierunt : Quis potest salvus fieri ?* Cantabr. *Dixerunt ergo qui audierunt : Et quis potest salvari ?* Græc. Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες· Καὶ τίς δύναται σωθῆναι ; August. ser. 85. to. 5. 453. f. *Si ita est, quisnam poterit salvus fieri ?*

℣. 27. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Item cod. S. Mart. Turon. hab. *Ait illi Jesus.* Cantabr. *At ille dixit : Quæ impossibilia sunt in hominibus, apud Deum possibilia sunt.* Gr. Ὁ δὲ εἶπε· Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ, &c. Iren. l. 2. c. 10. p. 127. a. & l. 5. c. 5. p. 299. a. *Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum :* similiter l. 4. c. 20. p. 254. d. deleto utroque *sunt.* Sic etiam apud Tertul. l. de resur. carn. p. 591. a. at l. contra Prax. p. 847. c. legit : *Nihil Deo difficile.....*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 28. Ait autem Petrus : Ecce nos, relictis omnibus rebus nostris, secuti sumus te.

29. Quibus ipse dixit : Amen dico vobis, nemo est, qui relinquat domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30. nisi ut recipiat septies tantum hoc tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam possidebit.

31. Assumpsit autem Jesus duodecim, & ait illis : Ecce ascendimus Jerosolymis, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis :

32. tradetur enim gentibus, & illudetur, & conspuetur, & flagellabitur :

33. & postquam flagellaverint, occident illum, & tertia die resurget.

34. Et ipsi nihil horum intellexerunt, sed erat verbum absconditum ab eis, & non intellexerunt quæ dicebantur.

35. Factum est autem, cùm appropiaret Jericho, & unus cæcus sedebat secus viam, mendicans.

36. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.

37. Dixerunt autem illi, quòd Jesus Nazaræus transiret.

38. Et clamavit, dicens : Jesu fili David miserere mihi.

39. Et qui præibant, increpabant eum ut ta-

VULGATA NOVA.

28. Ait autem Petrus : Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

29. Qui dixit eis : Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30. & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.

31. Assumpsit autem Jesus duodecim, & ait illis : Ecce ascendimus Jerosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis : Matth. 20. 17. Marc. 10. 32.

32. tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur :

33. & postquam flagellaverint, occident eum, & tertia die resurget.

34. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

35. Factum est autem, cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Matth. 20. 29. Marc. 10. 46.

36. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.

37. Dixerunt autem ei, quòd Jesus Nazarenus transiret.

38. Et clamavit, dicens : Jesu fili David miserere mei.

39. Et qui præibant, increpabant eum ut ta-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& impossibilia apud sæculum, possibilia apud Deum :* lib. verò de idol. c. 13. p. 243. a. *Quæ penes homines difficilia, penes Deum facilia :* & l. de Bapt. c. 2. p. 388. a. *Prædifficilia penes homines, facilia penes Deum.* August. epist. 157. to. 2. 554. f. 555. a. b. *Quod hominibus impossibile est, Deo facile est :* similiter habet in Ps. 51. to. 4. 484. d. At Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. 520. b. *Quæ apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sunt.*

℣. 28. Ms. Corb. *Ait autem Petrus : Ecce nos, relictis rebus nostris, secuti sumus te.* Cantabr. *Dixit autem Petrus : Ecce nos quæ nostra sunt reliquimus, & secuti sumus te.* S. Gat. *Ecce nos relinquimus omnia, &c.* Græcè ut in Vulgata : Mss. tamen quidam ad πάντα, *omnia*, addunt τὰ ἴδια. Ambros. l. 10. in Luc. 1515. b. *Omnia dimisimus, & secuti sumus te.* August. in Joh. 19. & 21. to. 3. 802. d. 810. b. *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. 167. c. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.*

℣. 29. Ms. Corb. ritè convenit cum textu Colb. Similiter habet S. Germ. 1. *nemo est, qui relinquat.* S. Gat. *nemo est, qui reliquerit aut parentes, aut fratres, &c.* Maj. Mon. *qui reliquerit domum, aut fratres, aut uxores, &c.* Cantabr. *At ille dixit illis : Amen..... nemo est, qui dimisit domos, aut parentes, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios in tempore hoc, propter regnum Dei.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν..... ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam habent οἰκίας, *domos* ; alii paulò post addunt, ἢ ἀδελφὰς, ad *fratres.* Cyprianus ep. 56. p. 91. a. legit : *nemo est, qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei :* itidem l. de laps. p. 185. b. & epist. ad Fortun. p. 273. a. præter unum *aut sorores*, quod deest : ita rursum l. 3. Testim. p. 310. b. detracto insuper isto, *aut agrum.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 10. col. 345. b. *nemo est, qui relinquat domum, aut parentes, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei.* Hieron. l. 1. cont. Jov. to. 4. 167. c. *Amen dico vobis, quoniam nemo est, qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei.* August. serm. 303. to. 5. 1234. a. *nemo est, qui relinquat domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, & non recipiat, &c.*

℣. 30. Ms. Corb. *qui non recipiat septies tantum in hoc tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam possidebit.* Cantabr. *si non accipiet septies tantum in tempore hoc, & in sæculum venturum vitam æternam.* S. Mart. Turon. *& in sæculo futuro vitam æternam.* S. Germ. 2. addit *possidebit.* Græc. ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα, &c. ut in Vulgata : al. καὶ οὐ μὴ ἀπολάβῃ, al. λάβῃ. Cypr. epist. 56. p. 91. a. *& non recipiat septies tantum in isto tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam :* itidem l. de lapsl. p. 185. b. & epist. ad Fortun. p. 273. a. necnon l. 3. Testim. p. 310. b. Ambros. l. 2. de Abr. c. 10. col. 345. b. *& non recipiat septies tantum nunc in hoc tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam possidebit.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. 167. c. *qui non recipiat multò plura in sæculo isto, & in sæculo futuro vitam æternam.* August. ser. 303. to. 5. 1234. a. *& non recipiat septies tantum in isto tempore, in sæculo autem futuro vitam æternam habebit :* & in epist. ad Galat. to. 3. col. 948. c. *accipiet in hoc sæculo septies tantum.*

℣. 31. Ms. Corb. *Assumpsit autem Jesus duodecim discipulos, &c.* quæ in Vulg. Cantabr. *Adsumens autem xii. dixit illis : Ecce ascendimus in Jerusalem, & consummabuntur omnia, &c.* Græc. Παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, &c. ut in Vulg. nisi quòd habet in fine, τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, absque præp. al. verò, περὶ τοῦ Υἱοῦ, &c.

℣. 32. Ms. Corb. *tradetur enim gentibus, & illudetur, & expuent in eum.* Cantabr. *quoniam tradetur gentibus, & injuriabitur, & espuent in eum.* Alii ut in Vulgata ; cui etiam favet Græcum, nisi quòd pro *flagellabitur*, habet ὑβρισθήσεται, *contumeliâ afficietur* ; al. verò, μαστιγωθήσεται.

℣. 33. Ms. Corb. *& flagellatum occident eum, &c.* Cantabr. *& flagellis cæsum occident eum, &c.* Gr. καὶ μαστιγώσαντες, ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, &c.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Ipsi autem horum nihil intellexerunt, sed erat verbum absconsum ab eis, & nesciebant quæ dicebantur.* Corb. *& erat verbum absconditum ab eis, ex his quæ dicebat.* Græc. Vulgatæ respondet.

℣. 35. Ms. Corb. textui Colbert. congruit, posito uno *dum*, pro *cùm.* Cantabr. habet : *Factum est autem, in eo cùm adpropiarent Jericho, cæcus quidam mendicus sedebat secus viam.* Cæteri ut in Vulg. & Græco : à Ms. uno abest τίς, post *cæcus.* Sed apud Ambrosium, l. 8. in Luc. 1491. f. *Factum est autem, cùm appropinquasset Jericho, quidam cæcus sedebat secus viam.*

℣. 36. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò sic : *Audiens autem turbam... interrogabat quidnam esset hoc.* Ita quoque in Græco. Vide Tertul. inf. ad ℣. 38.

℣. 37. Ms. Cantabr. cum Corb. *Dixerunt autem illi, quia Jesus Nazoræus transit.* Gr. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι .....παρέρχεται.

℣. 38. Ms. Cantabr. *At ille exclamavit, dicens, &c.* quæ in Vulg. Cæteri ut in ipsa, ad verbum ; cui etiam suffragatur Græcum. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 730. b. ait : *Cum igitur prætereuntem illum cæcus audisset, exclamavit : Jesu fili David miserere mei.*

℣. 39. Ms. Cantabr. *At illi qui antecedebant, increpant illum ut taceret. At ille magis clamabat : Filius David mise-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

ceret. Ipse verò multò magis clamabat : Fili David miserere mei.

40. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset, interrogavit illum,

41. dicens : Quid tibi vis faciam ? At ille dixit : Domine ut videam.

42. Et Jesus dixit illi : Respice, fides tua te salvum fecit.

43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

**Versio antiqua.** *Ex Ms. Colbert.*

ceret. Ipse verò magis clamabat : Fili David miserere mihi.

40. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se. Et cùm appropiasset, interrogavit illum,

41. dicens : Quid tibi vis faciam ? At ille dixit : Domine ut videam.

42. Et respondens dixit illi Jesus : Respice, fides tua te salvum fecit.

43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*rere mihi.* Reliqui codd. ut in Vulg. nec aliter in Græco. Apud Tertul. l. 4. contra Marc. p. 730. b. *Sed antecedentes increpabant cæcum uti taceret.*

℣. 40. Ms. Corb. textui Colb. congruit, detracto uno *ad se ;* S. Gat. legit *apud se ;* Græc. πρὸς αὐτόν. Cantabr. similiter tollit *ad se ;* loco verò seq. *Et*, ponit *autem*, post verbum *adpropiasset*. Gr. Ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, &c.

℣. 41. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. 1. S. Gat. &c. unà cum Græco. Cantabr. verò, detracto verbo *dicens*, ita legit : *Quid vis tibi faciam ?* &c. quæ supra. Sangerm. 2. *Quid tibi vis ut faciam ?*

℣. 42. Mss. Cantabr. & Corb. concordant cum textu Colbert. nisi quòd Cantabr. tollit nomen *Jesus ;* ultimòque scribit, *salvum te fecit.* Græcum ut in Vulgata. Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 730. b. & l. de Bapt. c. 12. p. 391. a. *fides tua te salvum fecit.* Similiter Ambros. ep. 35. col. 928. a.

℣. 43. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò ita : *Et confestim respexit, & sequebatur eum honorans Deum. Et omnis populus videns, dedit gloriam Deo.* Similiter in Græco, nisi exceperis duo ista, δοξάζων, pro *honorans ;* & αἶνον, pro *gloriam.* Apud Ambros. in Luc. 1492. e. *Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Dominum :* & l. 2. Hex. col. 23. e. *Populus qui aderat, & spectabat illa..... dedit Deo laudem.*

---

## CAPUT XIX.

**Vulgata nova.**

1. ET ingressus perambulabat Jericho.
2. Et ecce vir nomine Zachæus : & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives :

3. & quærebat videre Jesum, quis esset : & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

4. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret eum : quia inde erat transiturus.

5. Et cùm venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, & dixit ad eum : Zachæe festinans descende : quia hodie in domo tua oportet me manere.

6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

7. Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem divertisset.

8. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum : Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus : & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.

**Versio antiqua.** *Ex Ms. Colbert.*

1. ET ingressus perambulavit Jericho.
2. Et ecce vir nomine Zaccheus : & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives erat :

3. & quærebat ut videret Jesum, quis esset : & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

4. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret illum : quia illa parte erat transiturus.

5. Et factum est, dum transit Jesus, vidit illum sursum aspiciens, & dixit ad eum : Zacchee festinans descende : quia hodie oportet me in domo tua manere.

6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

7. Et cùm viderunt omnes, murmuraverunt, dicentes quòd ad hominem peccatorem devertit.

8. Stans autem Zaccheus, dixit ad Dominum : Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus : & si quid alicui fraude abstuli, reddo quadruplum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Et intrans pertransibat Jericho.* Cæteri Vulgatæ similes. Gr. Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν, &c. al. εἰς τὴν, &c. Ambros. l. 8. in Luc. 1492. e. *Et perambulabat in Jericho.*

℣. 2. Textui Colb. respondent Mss. Corb. & S. Mart. Turon. Cantabr. verò legit : *Et ecce vir nomine Zacchæus : hic erat princeps publicanorum locuplens.* Græc. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος· καὶ... καὶ οὗτος ἦν πλούσιος· à Mss. pluribus abest καλούμενος. Apud Ambros. in Luc. 1492. c. *Et ecce vir nomine Zachæus.* Apud August. tract. 5. in 1. Joh. to. 3. 859. b. *erat enim ditissimus, & princeps publicanorum.*

℣. 3. Ms. Cantabr. sub fin. habet, *& non pot. à turba, quia de statu pusillus erat.*

℣. 4. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. Solus Cantabrig. legit : *Et antecedens ab ante, ascendit in morum ut videret eum : quia inde habebat transire.* Græc. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομορέαν (al. συκομωραίαν) ἵνα ἴδη αὐτόν· ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι· Ms. unus tollit ἔμπροσθεν. Ambros. in Ps. 118. col. 999. b. ait : *Zachæus in arborem sycomori ascendit ut Christum videret :* & l. 8. in Luc. 1493. d. addit : *quia illa parte erat transiturus Dominus.*

℣. 5. Ms. Corb. *Et factum est, dum transit Jesus, vidit illum sursum aspiciens, & dixit...... quia hodie in domo tua oportet me prandere.* Cantabr. *Et factum est, cùm illac transiret, vidit, & dixit ei : Zacchæe*, &c. ut in Vulg. Græcè ut in ipsa, præter unum σήμερον γὰρ, *hodie enim*, pro *quia hodie.* Apud Iren. l. 1. c. 8. p. 38. d. *properans descende : quoniam hodie in domo tua oportet me manere.* Apud Ambros. l. 1. & 2. de Cain, c. 8. col. 198. b. 213. f. *Zachæe festinans descende : quia hodie in domo tua manere me oportet.*

℣. 6. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Ita quoque Cantabr. nisi hoc exceperis, *& suscepit eum ;* Gr. καὶ ὑπεδέξατο αὐτόν· Ms. unus subdit, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 730. c. eundem dicit *exceptum domo sua.* Ambros. l. 2. de Cain, c. 4. col. 213. f. *Et descendit festinans, & excepit illum gaudens.* August. tract. 5. in 1. Joh. to. 3. 859. a. *suscepit eum hospitio.*

℣. 7. Ms. Corb. *Et cùm viderent eum omnes, murmuraverunt, quòd ad hom. pecc. divertit manere.* Cantabr. *Et videntes omnes, murmurabant, quia ad peccatorem hom. introivit manere.* Græc. Καὶ ἰδόντες ἅπαντες, διεγόγγυζον, λέγοντες ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.

℣. 8. Ms. Cantabr..... *Ecce dimidium de substantia mea, Domine, pauperibus do : & si cujus aliquid calumniavi, restituo quadr.* Corb. Vulgatæ accinit, præterquam quòd hab. *& si quid alicui fraudavi.* S. Germ. 2. *alicui defraudavi*, &c. S. Germ. 1. *aliquem fraudavi.* Græc. καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι, &c. Iren. l. 4. c. 12. p. 242. a. *Ecce dimidium ex bonis meis do pauperibus : & si cujus quid fraudavi, reddo quadruplum.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 730. c. ait : *dimidium substantiæ offerens.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 239. c. & l. 3. Testim. p. 303. c. *Ecce dimidium ex substantia mea do egenis : & si cui quid fraudavi, qua-*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 9. Ait autem Jesus ad illos : Quòd hodie salus domui huic facta est : eò quòd ipse filius sit Abrahæ.

10. Venit enim Filius hominis quærens salvum facere quod perierat.

11. Hæc illis audientibus, adjiciens dixit similitudinem, quòd esset prope Jerusalem : & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur.

12. Dixit ergo : Homo quidam erat dives, & abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti.

13. Et vocavit decem servos, & dedit illis decem mnas, & ait ad illos : Negotiamini dum venio.

14. Cives autem ejus oderant illum : & miserunt legationem post illum, dicentes : Nolumus hunc regnare super nos.

15. Et factum est ut rediret accepto regno, jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset.

16. Venit autem primus dicens : Domine, mna tua decem mnas acquisivit.

17. Et ait illi : Euge serve bone, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem civitates.

18. Et alter venit, dicens : Domine, mna tua fecit quinque mnas.

19. Et huic ait : Et tu esto supra quinque civi-

### Vulgata nova.

9. Ait Jesus ad eum : Quia hodie salus domui huic facta est : eò quòd & ipse filius sit Abrahæ.

10. Venit enim Filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat. Matth. 18. 11.

11. Hæc illis audientibus, adjiciens dixit parabolam, eò quòd esset prope Jerusalem : & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur.

12. Dixit ergo : Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Matth. 25. 14.

13. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos : Negotiamini dum venio.

14. Cives autem ejus oderant eum : & miserunt legationem post illum, dicentes : Nolumus hunc regnare super nos.

15. Et factum est ut rediret accepto regno : & jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset.

16. Venit autem primus dicens : Domine, mna tua decem mnas acquisivit.

17. Et ait illi : Euge bone serve, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates.

18. Et alter venit, dicens : Domine, mna tua fecit quinque mnas.

19. Et huic ait : Et tu esto super quinque civi-

### Notæ ad Versionem antiquam.

*druplum reddo.* Ambros. l. 2. de Cain, c. 4. col. 214. a. *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus : & si cui aliquid fraude abstuli, reddo quadruplum :* & apolog. Dav. col. 682. f. *si cui aliquid abstuli, reddo,* &c. August. epist. 153. to. 2. 534. a. *Dimidium rerum mearum do pauperibus : & si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo :* & tract. 5. in 1. Joh. to. 3. 859. b. *Dimidium bonorum meorum do pauperibus : & si cui aliquid tuli, quadruplum reddam.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 301. d. *Ecce dimidium do ex substantia mea.* Ambrosiast. col. 191. e. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.*

℣. 9. Ms. Corb. pariter : *Ait autem Jesus ad illos : Quòd hodie salus domui huic facta est,* &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Dixit autem Jesus : Quoniam hodie salus in domo hac facta est : quoniam & hic filius Abraham est.* Græc. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ..... καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν· Ms. unus, ἐν τῷ οἴκῳ. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 730. c. *Hodie salus huic domui.* Cypr. l. 3. Testim. p. 303. c. *Dixit autem Jesus : Quia salus hodie domui huic facta est : quoniam & ipse filius est Abraha :* & l. de op. & eleem. p. 239. c. necnon ep. 63. p. 105. b. *Quia salus hodie huic domui facta est : quoniam & hic filius est Abrahæ.* Ambros. l. de Cain, c. 8. col. 198. c. *Quia hodie salus domui huic facta est.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 22. e. *Hodie salus domui huic facta est : quoniam & iste filius est Abraha.*

℣. 10. Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ similes. Accedit etiam Cantabr. nisi quòd hab. *& salvare ;* nec refragatur Græcum. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 730. c. *Venit enim Filius hominis salvum facere quod periit.* Hilarius in Ps. 118. col. 367. b. *Filius enim hominis venit salvare quod perierat.* Apud Ambros. in Ps. 118. col. 1229. e. ut in Vulgata : ita rursum l. 7. in Luc. 1461. f. & l. 2. de fide resur. col. 1137. a. omisso verbo *quærere.* August. tr. 45. in Joh. to. 3. col. 655. f. *Venit enim Filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat :* itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 22. e. præter *salvare,* pro *salvum facere.* Sic etiam legit Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. 22. & 25. pp. 5. a. 13. a. 17. d. cum Leone M. serm. 60. Vide ad Matth. 18. 11.

℣. 11. Ms. Corb. cum textu Colb. concinit, adjecto *eò,* post *similitudinem.* Cantabr. *Audientium autem eorum hæc, adjiciens dixit parabolam, propter quòd esset juxta Jerusalem : & putare quia incipiet confestim regnum Dei revelari.* Ita Græcè ad litt. nisi quòd adjungitur αὐτοὺς, *eos,* ad verbum *putare ;* & pro *incipiet,* legitur μέλλει.

℣. 12. Ms. Corb. *Dixit ergo : Homo dives abiit in regionem,* &c. quæ supra. Cantabr. *Dixit autem : Homo quidam nobilis abiit in regionem longinq. accipere regnum,* &c. Similiter S. Germ. 1. *accipere regnum,* absque med. *sibi.* Græc. ut in Vulgata. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 234. d. *Homo quidam erat dives : is abiit in regionem longinquam accipere regnum, & reverti.* Ambros. apol. Dav. col. 682. a. *Homo quidam cùm dives esset, abiit in regionem longinquam accipere regnum, & reverti.* August. quæst. 46. in Luc. to. 3. 272. *Homo quidam nobilis,* &c. quæ in Vulgata. Græc. Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς, &c.

℣. 13. Ms. Corb. textui Colb. congruit ; cæteri Vulgatæ, præter Cantabr. qui habet : *Vocans autem decem servos suos, dedit eis decem mnas, & dixit ad eos,* &c. quæ sup. nec aliter in Græco. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. sic : *Et vocavit decem servos, & dedit illis decem talenta, & ait ad illos : Negotiamini dum venio.*

℣. 14. Ms. Cantabr. *Cives autem oderant : & miserunt legatos post illum,* &c. quæ sup. Cæteri Colbertino nostro favent, nisi quòd Corb. delet *ejus,* post *Cives ;* Maj. Mon. *post illum.* Græc. nil differt à textu Colb. & Vulg. nec etiam Lucif. Cal. ubi supra, nec Ambr. l. de Tob. c. 19. col. 613. d. ab hoc, *Nolumus.*

℣. 15. Ms. Corb. *Et factum est dum rediret,* &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Et factum est ut rediret..... & misit vocari servos..... ut sciret quantum quis negot.* &c. Sangerm. 2. *& jussit vocare,* &c. Cantabr. *Et factum est reverti eum accipientem regnum : & dixit vocari servos suos, quibus dederat pecuniam, ut sciat quid negotiati sunt.* Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν· καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους, οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο· Ms. 1. pro εἶπε, hab. ἐκέλευσε· al. post paulò tollit τούτους. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. *Et factum est dum reverteretur accepto regno, & jussit vocari servos,* &c. quæ in textu.

℣. 16. Itidem Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. quibus accedit Cantabr. nisi quòd hab. initio, *Advenit ergo primus.* Gr. Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, &c. Lucif. Cal. ubi sup. *Venit autem primus dicens : Domine, talentum tuum decem talenta acquisivit.* Tertul. l. de præscr. c. 26. p. 335. c. & Ambr. in Ps. 36. col. 796. d. scribunt *mnam :* rursus Ambr. l. 8. in Luc. 1494. a. habet : *Ecce mna tua decem mnas adquisivit.*

℣. 17. Ms. Cantabr. *At ille dixit illi : Euge bone serve, quoniam in modico fidelis fuisti, esto potestatem habens super,* &c. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εὖ ἀγαθὲ δοῦλε, ὅτι ἐν..... ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω, &c. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. textui Colb. favet : nec refragatur Ambros. l. de fug. sæc. c. 4. col. 426. a.

℣. 18. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. nisi quòd à Corb. abest *Domine.* In Cantabr. sic : *Et alius veniens, dixit : Domine, mna tua quinque adquisivit mnas.* Græc. Καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, &c. ut in textu. Ita quoque apud Lucif. Cal. ubi supra.

℣. 19. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò : *Dixit autem & huic : Esto & tu super quin-*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

tates.

20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario:

21. timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

22. Dicit ei: De ore tuo te judico serve nequam: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi:

23. & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam?

24. Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet.

25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.

Matth. 13. 12. & 25. 29. Marc. 4. 25. Sup. 8. 18.

26. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

27. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

28. Et his dictis, præcedebat ascendens Jerosolymam.

Matth. 21. 1. Marc. 11. 1.

29. Et factum est, cùm appropinquasset ad

### Versio antiqua.

tates. Ex Ms. Colbert.

20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario:

21. quia timui te, quia homo austerus es: tolles quod non posuisti, & metes quod non seminasti.

22. Et dixit ei: De ore tuo te judico ô infidelis serve: sciebas quòd homo * austerus sum, tollo quod non posui, & meto quod non seminavi:

* Ms. austeris.

23. & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris utique exegissem illam?

24. Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui habet decem mnas.

25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.

26. Dico autem vobis, omni habenti dabitur: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

27. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt regnare me super se, adducite huc, & interficite ante me.

28. Et his dictis, abiit ascendens Jerosolymam.

29. Et factum est, dum appropinquaret Beth-

### Notæ ad Versionem antiquam.

*que civitates.* Ita quoque in Græco est. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. *Ait & huic: Et tu esto supra quinque civitates.*

℣. 20. Ita legunt Mss. Maj. Mon. S. Germ. S. Gat. &c. sic etiam Corb. præter nominat. *reposita*, loco accus. *repositam.* Cantabrig. *Et alius venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habebam repositam in sudario.* Nec aliter in Græco est. Apud Lucif. Cal. sic: *Et alter venit, dicens: Ecce talentum tuum, quod habui repositum in sudario.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 151. d. ait *talentum non* esse *in sudario colligandum.*

℣. 21. Ms. Corb. textui Colb. respondet, nisi quòd scribit *tollis*, non *tolles.* Ms. S. Gat. *quia timui te, quòd homo austerus es: tolles ubi non posuisti, & metis ubi non seminasti.* Maj. Mon. *quia timui te, quòd homo austerus es: tollis quod non posuisti, metis ubi non seminasti.* Cantabrig. *quoniam timebam te, homo es enim austerus: tolles quod..... & metis quod non*, &c. Græcè ut in Vulgata. Tertul. quoque l. 4. adv. Marc. p. 730. c. ait: *Si Creatorem finxerit austerum, tollentem quod non posuerit, & metentem quod non severit.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. *quia timui te, quòd homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.*

℣. 22. Ms. Corb. *Tunc dixit: De ore tuo te judico ô infidelis serve: sciebas quòd homo..... tollo..... & meto*, &c. ut supra. Cantabr. *At ille dixit illi: De ore tuo judicabo te serve inique: sciebas quia ego homo sum austerus, tolle* (l. *tollo*) ..... *& meto*, &c. Græc. Λέγει δὲ αὐτῷ· Ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε πονηρὲ δοῦλε, &c. ut in Vulg. In Mss. pluribus initio deest δέ; in uno additur ὁ κύριος; in altero scriptum κρίνω, non κρινῶ. In Armen. ἄπιστε δοῦλε. Apud Lucif. Cal. ubi supra: *Et dixit ei dominus: De ore tuo te judico infidelis serve nequam: sciebas quòd homo austerus ego sum, & tollo quod non posui, & meto quod non seminavi.* S. Paulin. epist. 34. p. 218. a. *Serve nequam, de ore tuo te judico.* Ambr. l. de Tob. c. 19. col. 613. d. *sciebas quòd ego homo austerus sum, tollo quod non posui, meto quod non seminavi.* Cassiod. in Ps. 14. p. 52. a. *sciebas me hominem durum, & austerum.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *quare ergo non dedisti pecuniam meam super mensam, & ego veniens cum usura exigebam illud?* S. Gat. & Maj. Mon. *exegissem illud?* Itidem in S. Germ. 2. prætereaque, *& ego veniens.* In S. Germ. 1. & Corb. omnia ut in Vulg. Græcè: καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ..... ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό; Ms. quidam, loco ἐπὶ τὴν τράπεζαν, habet τοῖς τραπεζίταις. Lucif. Cal. ubi sup. *& quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris utique exegissem illam?* Itidem Ambr. l. de Tob. c. 19. col. 613. e. & l. 8. in Luc. 1494. c. & l. 5. de fide, col. 552. c. at l. 9. in Luc. 1498. f. *pecuniam meam dedisses nummulariis, & ego veniens cum usuris recepissem eam:* item *nummulariis* habet in Ps. 36. col. 796. d. quæ vox pertinere videtur ad Matth. 25. 27. Apud August. in Ps. 32. to. 4. 196. e. sic: *dares tu pecuniam meam, & ego veniens cum usuris exigerem.* Apud Hieron. ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 10. f. *quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris exegissem eam?* sed l. 2. cont. Jovin. col. 225. a. *quare non dedisti pecuniam meam ad trapezitas, & ego veniens cum usura exegissem?*

℣. 24. Ms. Cantabr. *Dixit autem his, qui astabant: Tollite ab eo, & ferte qui decem mnas habet.* Corb. S. Germ. S. Gat. &c. textui nostro respondent, & Græco. Lucif. Cal. ubi supra: *Et astantibus dixit: Auferte ab illo talentum, & date illi, qui decem talenta habet.*

℣. 25. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. cum Græco: abest autem versus integer à S. Germ. 2. & Cantabrig. necnon à Græcis quibusdam. Lucif. Cal. ubi sup. eundem versum omittit.

℣. 26. Ms. Corb. *Dico autem vobis, omni habenti dabitur: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur illi.* Cantabr. *Dico enim vobis, quoniam omni habenti adjicietur: ab eo autem, qui non habet, & quod habet tolletur ab eo.* S. Germ. ambo, & S. Mart. Turon. carent pariter isto medio, *& abundabit;* paulò verò post S. Germ. 1. scribit, *& id quod non habet auferetur ab eo*, sed aperto mendo. Gr. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ· Mss. plures post δοθήσεται, subdunt, καὶ περισσευθήσεται· alii verò tollunt ultim. ἀπ' αὐτοῦ. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. *Dico autem vobis, omni habenti dabitur: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur.* Hilar. in Ps. 68. col. 225. d. *omni habenti dabitur: qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo:* & in Ps. 118. col. 252. d. *omni habenti dabitur, & abundabit: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.* Vide ad Matth. 13. 12. & 25. 29.

℣. 27. Ms. Corb. *Dico vobis inimicos meos illos*, &c. quæ supra. Cantabrig. *Veruntamen illos inimicos meos, qui noluerunt me regnare super eos, adducite hoc, & occidite in conspectu meo:* tum addit ex Matth. 25. 30. *& inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: ibi erit ploratus, & stridor dentium.* Alii Mss. concordant cum textu Colbert. Vulg. & Græco. Non etiam aliter legit Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. e. Ambr. verò l. 5. de fide, col. 576. f. *Illi, qui noluerunt me regnare super se, adducite, & interficite eos.* August. l. 22. contra Faust. to. 8. 368. f. & l. 1. contra Advers. leg. col. 562. d. *Illos autem, qui noluerunt me regnare sibi, adducite, & interficite coram me.*

℣. 28. Ms. Corb. *Et his dictis, abiit ascendens in Jerosolymam.* Cantabr. *Et hæc cùm dixisset, ibat ascendens autem in Jerusalem.* Maj. Mon. *prædicabat ascendens*, vitiosè. Græc. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα.

℣. 29. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. nisi quòd legit, *dum adpropiaret.* S. Gat. *cùm adpropinquaret Bethphague, & Bethania*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *cùm ad-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* fage, & Bethaniæ, ad montem qui vocatur Olivetum, misit duos discipulos suos,

30. dicens : Ite in castellum, quod contra est : in quo introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, in quo nemo sedit : solvite illum, & adducite.

31. Et si quis vos interrogaverit, dicetis : Quia Dominus opera ejus desiderat.

32. Abierunt autem qui missi erant : & invenerunt, sicut dixit illis Jesus, pullum stantem.

33. Et solventibus illis, dixerunt domini ejus ad illos : Quid solvitis pullum ?

34. At illi dixerunt : Dominus opera ejus desiderat.

35. Et duxerunt illum ad Jesum. Et jactaverunt vestimenta sua super illum, & imposuerunt Jesum.

36. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.

37. Et cùm appropiaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ gaudentes laudare Dominum voce magna,

38. dicentes : Benedictus, qui venit in nomine Domini, Benedictus rex, pax in cœlo, & gloria in excelsis.

39. Et quidam Pharisæorum de turba, dixerunt ad illum : Magister, increpa illos.

40. Quibus ipse dixit : Dico vobis, si hi tacuerint, lapides clamabunt.

41. Et quomodo appropiavit, videns civitatem flevit super illam, dicens :

42. Quia si cognovisses & tu quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi essent : nunc verò abscondita sunt ab oculis tuis.

VULGATA NOVA.

Bethphage, & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos,

30. dicens : Ite in castellum, quod contra est : in quod introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedit : solvite illum, & adducite.

31. Et si quis vos interrogaverit : Quare solvitis ? sic dicetis ei : Quia Dominus operam ejus desiderat.

32. Abierunt autem qui missi erant : & invenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum.

33. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos : Quid solvitis pullum ?

34. At illi dixerunt : Quia Dominus eum necessarium habet.

35. Et duxerunt illum ad Jesum. Et jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Jesum. *Joan. 12. 14.*

36. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.

37. Et cùm appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus,

38. dicentes : Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis.

39. Et quidam Pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum : Magister, increpa discipulos tuos.

40. Quibus ipse ait : Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

41. Et ut appropinquavit, videns civitatem flevit super illam, dicens :

42. Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi : nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*propiasset in Betphage, & Bethania, ad montem Oliveti qui vocatur, misit duos de discipulis suis.* Græcè : ϗ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλύμενον Ἐλαιῶν. Ambrosius, l. 9. in Luc. col. 1495. a. cum Vulgata concinit, detracto ult. pronom. *suos.*

℣. 30. Ms. Corb. nil discrepat à textu Colb. Cantabr. verò habet : *dicens : Ite in contra qui est castellus : & introeuntes, invenietis pullum, in quo nemo hominum sedit : & solventes adducite.* S. Germ. 2. *Ite in castellum, quod contra vos est*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην· ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν ὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν, ἀγάγετε· al. πῶλον τῆς ὄνυ. Ambrosius, l. 9. in Luc. col. 1495. a. e. *dicens : Ite in castellum, quod contra est : in quod introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, in quo nemo sedit.*

℣. 31. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd scribit *operam*, è Gr. χρείαν. S. Gat. *Et si quis vos interrogare voluerit*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Et si quis vobis interrogare voluerit*, &c. Cantabr. *Et si quis vobis dixerit, sic dicetis : Quoniam Dominus ejus opus habet.* Gr. Vulgatæ consonat, nisi quòd in fine ponit ἔχει, loco *desiderat.* Ambr. ser. cont. Auxent. n. 8. to. 2. 865. d. *Dominus operam ejus desiderat.*

℣. 32. Mss. Corb. & S. Mart. Turon. respondent textui Colb. S. German. 1. habet : *Abierunt autem qui missi fuerant*, &c. ut in Vulgata. In Cantabrig. prætermissus est versus iste cum sequenti. Græcè : Ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεςαλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς· Mss. plures subdunt ἑςῶτα τὸν πῶλον, quod abest ab aliis.

℣. 33. Ms. Corb. de more convenit cum textu Colb. cæteri cum Vulgata, præter Cantabrig. à quo hic versus abest. In Ms. S. Mart. Turon. errore id omissum est, *Solventibus autem illis pullum.* Græcè ut in Vulg.

℣. 34. Ms. Corb. *At illi dixerunt : Quia Dominus operam ejus desiderat.* Cantabr. *Et euntes sic dixerunt : Quoniam Dominus hujus opus habet.* Maj. Mon. *necessarius eum habet.* Gr. Οἱ δὲ εἶπον· Ὁ Κύριος αὐτῦ χρείαν ἔχει· Mss. plures, Ὅτι ὁ Κύριος. Hieron. in Isai. 53. to. 3. 388. d. *Dominus eos necessarios habet.*

℣. 35. Ms. Corb. concinit cum textu Colb. Cantabrig. autem habet : *Et adducentes pullum, supermiserunt tunicas suas super eum, & imposuerunt Jesum.* Græcè ut in Vulgata.

℣. 36. Similiter habent Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Item Cantabrig. nisi quòd delet ult. *in via.* Græcè ut in textu.

℣. 37. Ms. Corb. ad verbum convenit cum textu Colb. nec plura habet. Cantabr. *Adpropiantibus autem illis ad descensum montis Olivarum, cæpit omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare Deum de omnibus, quibus viderunt quæ fiebant.* S. Germ. 1. *cæperunt omnes turbæ discentium gaudentes*, &c. ut in Vulg. S. Germ. 2. S. Gat. & S. Mart. Turon. loco *discentium*, legunt *descendentium* ; Maj. Mon. *discendentes.* Græc. Ἐγγίζοντος δὲ αὐτῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τῦ ὄρυς τῶν Ἐλαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν, ὧν εἶδον, δυνάμεων. Ms. 1. habet, πάντες οἱ ὄχλοι τῶν καταβαινόντων χαίροντες, &c. paulòque post alius, περὶ πασῶν, ὧν εἶδον, γινομένων δυνάμεων.

℣. 38. Ms. Corb. accinit textui Colb. sicut etiam Cantabr. nisi quòd ultimò hab. *altissimis.* Cæteri codd. ut in Vulg. & Græco. Nec aliter legit Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 146. d.

℣. 39. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Cantabr. legit : *Quidam autem de Pharisæis de turba, dixerunt ad eum*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *quidam de turbis* ; Maj. Mon. *de turba.* S. Germ. 1. ultimò, *increpa discipulis tuis.* Græc. Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τῦ ὄχλυ..... ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σῦ.

℣. 40. Ms. Corb. nil omnino differt à textu Colb. Cantabrig. verò habet : *Respondens autem dixit illis : Dico vobis, quia si isti tacuerint*, &c. Græcè : Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν ὗτοι, &c. al. deest ὅτι. Apud Ambr. ser. contra Aux. to. 2. 869. b. *si hi tacebunt, lapides clamabunt :* at supra, 868. & l. 9. in Luc. 1498. b. *si hi tacuerint*, &c.

℣. 41. Mss. Corb. & Cantabr. *Et cùm adpropiasset, videns civitatem*, &c. ut supra. S. Germ. 2. *Et ut appropinquavit Jesus Jerusalem, videns civitatem*, &c. Græcè ut in Vulgata.

℣. 42. Ms. Cantabr. *Quoniam si scisses & tu in die hoc, quæ ad pacem tibi : nunc autem absconsum est ab*, &c. Maj. Mon. *& tu, & quidem si*, &c. Gr. Ὅτι εἰ ἔγνως ϗ σὺ, ϗ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

43. Quia venient dies in te : & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te : & coangustabunt te undique :

Matth. 24. 2. Marc. 13. 2. Inf. 21. 6.
44. & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem : eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.

Matth. 21. 12. Marc. 11. 15.
45. Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes,

Isai. 56. 7. Jer. 7. 11.
46. dicens illis : Scriptum est : Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere :

48. & non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

VERSIO ANTIQUA.

43. Quia venient dies in te : & circumdabunt te inimici tui vallo : circumibunt te undique : Ex Mſ. Colbert.

44. & ad terram prosternent te, & filios, qui sunt in te, & non relinquent lapidem supra lapidem in te universa : eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.

45. Et ingressus templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes : & mensas nummulariorum effudit, & cathedras vendentium columbas evertit,

46. dicens : Scriptum est : Et erit domus mea domus orationis. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

47. Et erat docens quotidie in templo. Princeps autem sacerdotum, & Scribæ, & Principales plebis quærebant illum perdere :

48. & non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, &c. Iren. l. 1. c. 20. p. 92. c. *Si cognovisses & tu hodie, quæ sunt ad pacem : abscondita autem sunt à te.* Hieron. in Isai. 29. to. 3. 244. e. *Si scires ea, quæ ad pacem sunt tibi : quoniam venient dies*, &c. Hesych. apud Aug. ep. 198. to. 2. 740. b. & August. ipse ibid. 745. g. 746. a. *Et tu si cognovisses tempus visitationis tuæ, forsitan permansisses : nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*

℣. 43. Mſ. Corb. *Quia venient..... & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumibunt te : & obsidebunt te vallo undique.* Cantabr. *Quoniam venient dies : & mittent super te inimici tui sepem, & circumcingent te : & comprehendent undique.* S. Gat. *& circumdabunt te inimici tui fossâ*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε· καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε· καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν. Hieron. in Isai. 29. to. 3. 244. e. *Quoniam venient dies super te : & circumdabunt te inimici tui vallo : & obsidebunt te :* & in Isai. 60. col. 447. d. *Nunc autem veniet dies super te : & circumdabunt te inimici tui vallo : & coarctabunt te.*

℣. 44. Mſ. Corb. textui Colbert. consonat ad verbum. Cantabr. verò habet, *& ad nihilum deducent te, & filios tuos, & non dimittent lapidem super lapidem in tota te : propter quod non cognovisti in tempus visitationis tuæ.* Alii concordant cum Vulg. nisi quòd Maj. Mon. legit *sternent*, loco *prosternent*; & S. Gat. delet *tuos*, post *filios*. Græc. καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοὶ, καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ' ὧν, &c. in Vulg. Apud Hieron. in Isai. 29. col. 244. e. *& in terram humiliaberis :* & in Isai. 60. col. 447. d. *ad terramque deducent cum filiis tuis.*

℣. 45. Mſ. Corb. eadem prorsus refert quæ supra in textu Colb. Eadem quoque sunt in S. Germ. 2. & Cantabr. detracto verbo ult. *evertit :* præterea Cantabr. ipso initio hab. *Veniens autem*, loco *Et ingressus*. Græcè ut in Vulgata : Mſs. tamen quidam ferunt initio ἐλθὼν, pro εἰσελθών. Æthiop. post *ementes*, subdit, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεεν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς. Ita Matth. 21. 12. & Marc. 11. 15. unde forsan hæc invecta sunt in Mſs. nostros Lat. supra. Attamen ap. Ambroſ. l. 9. in Luc. 1498. d. eadem referuntur verba in decursu commentarii : *Et ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo : & mensas nummulariorum evertit, & cathedras vendentium columbas :* ad quæ Editores nostri BB. hoc notant : « Hunc Matthæi textum, qui in omnibus Mſs. & antiq. edit. invenitur, editio Rom. rejecerat, ut alium ex Luca substitueret : sed aliorum Evangelistarum locos, auctore non citato, proponere atque exponere non semel in hoc opere contigit Ambrosio. » Id sanè non inficior, nec magis arridet emendatio editionis Romanæ : sed Ambrosium Lucæ contextum ibi non proposuisse nec exposuisse, haud mihi omnino probatur, imò contrarium vel ex his, quæ antecedunt & sequuntur in comm. satis apparet. Facilè crediderim additamentum de mensis nummulariorum, & cathedris vendentium, sumptum quidem ex Matthæo vel Marco, insertum fuisse in codice Evangelii Lucæ, quo utebatur Ambrosius : id probè, & satis confirmant Mſs. Colbert. Corb. S. Germ. & Cantabr. allati supra ; quos si Editores Ambrosii novissent, non tam asseveranter hac de re sententiam tulissent. Fatendum tamen in consequentibus referri ab Ambrosio verba ista : *Denique, Pecuniam meam, inquit, dedisses nummulariis, & ego veniens cum usuris recepissem eam :* quæ cùm partim ex Matth. 25. 27. partim ex Lucæ 19. 23. citata videantur, aliis prolatis supra nonnihil obscuritatis & dubitationis aspergunt. Utut est, conjectura nostra, ex Mſs. Latinis codicibus capta, non displicet, nec penitus explodenda.

℣. 46. Mſs. Cantabr. Corb. S. Germ. ambo, Vulgatæ pares, nisi quòd Corb. delet adverb. *Quia*, ante *domus*. S. Gat. & Maj. Mon. extremò legunt, *domus orationis vocabitur.* Græcum Corbeiensi respondet : Mſs. tamen plerique ferunt, Ὅτι ὁ οἶκός μου· dein plures, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. *Domum orationis vos fecistis speluncam latronum.* Vide August. quæst. 48. in Luc. to. 3. 274. a.

℣. 47. Mſ. Corb. concordat cum textu Colbert. præterquam quòd habet *Principes*, loco *Princeps*. Cantabr. similiter, *Principes sacerdotum ;* paulò verò post, *& Primi populi.* S. Gat. *& Principes populi.* Græc. inverso ordine, Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ Πρῶτοι τοῦ λαοῦ· al. Γραμματεῖς, καὶ οἱ Πρῶτοι τοῦ λαοῦ.

℣. 48. Sic habent Mſs. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò sub finem : *Populus enim omnis pendebat audire eum.* Græc. καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν. Ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων, al. ἀκούειν.

# CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

Matth. 21. 23. Marc. 11. 27.
1. ET factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & evangelizante, convenerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus,

2. & aiunt dicentes ad illum : Dic nobis, in

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & evangelizante eo, venerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus, Ex Mſ. Colbert.

2. & aiunt dicentes ad illum : Dic nobis, in qua

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Factum est autem in una dierum, docente eo in templo populum, & evangelizante, adstiterunt principes sacerdotum, & Scribæ cum presbyteris.* Græcè pariter, addito uno ἐκείνων, voci *dierum ;* sed ἐκείνων abest à Mſs. quibusdam.

℣. 2. Mſ. Cantabr. *& dixerunt ad eum : Dic nobis, in qua potestate hæc facis ? & : Quis est, qui dedit tibi*, &c. S. Germ. 2. delet *tibi*. Corb. & alii Vulgatæ accinunt. Græc. καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν λέγοντες, &c. ut in Vulg. August. in Joh. 1. & 8. to. 3. 301. b. 539. c. & in Pſ. 80. to. 4. 864. d. *Dic nobis, in qua potestate ista facis ?* Hîc, & infra in subsequentibus ℣℣. vide Matth. 21. 23. & seqq.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. potestate hæc facis? aut: Quis dedit tibi hanc potestatem?
3. Respondens autem, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego verbum. Respondete mihi:
4. Baptismus Johannis de cœlo erat, an ex hominibus?
5. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, De cœlo, dicet nobis, Quare non credidistis illi?
6. Et si dixerimus, Ab hominibus, plebs universa lapidabit nos: certi sunt enim Johannem prophetam fuisse.
7. Et responderunt, dicentes: Nescimus.
8. Et Jesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.
9. Cœpit autem Jesus dicere ad plebem hanc parabolam: Vineam plantavit homo, & locavit eam colonis: & peregrè fuit multis temporibus.
10. Et quodam tempore misit ad cultores servum suum, ut de fructu vineæ darent illi. Et cæsum illum dimiserunt.
11. Et addidit alterum mittere servum. Illi autem & hunc quoque cæsum, & sine honore, dimiserunt inanem.
12. Et addidit tertium mittere: & illum vulneratum ejecerunt.
13. Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam, nisi filium meum charissimum mittam? forsitan enim hunc reverebuntur.
14. Quem cùm viderent coloni, cogitaverunt inter se, dicentes: Hic est hæres, occidamus eum, & nostra erit hæreditas.

VULGATA NOVA.

qua potestate hæc facis? aut: Quis est, qui dedit tibi hanc potestatem?
3. Respondens autem Jesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego unum verbum. Respondete mihi:
4. Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?
5. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, De cœlo, dicet, Quare ergo non credidistis illi?
6. Si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs universa lapidabit nos: certi sunt enim Joannem prophetam esse.
7. Et responderunt se nescire unde esset.
* 8. Et Jesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.
9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantavit vineam, & locavit eam Isai. 5.
colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. 1.
10. Et in tempore misit ad cultores servum, Jer. 2.
ut de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. 21. Matth. 21. 33.
11. Et addidit alterum servum mittere. Illi Marc.
autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. 12. 1.
12. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes ejecerunt.
13. Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cùm hunc viderint, verebuntur.
14. Quem cùm vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Respondens autem, dixit ad eos: Interrogabo vos & ego unum verbum, quod dicite mihi.* S. Germ. 1. *Respondens autem, dixit ad eos: Interrogo vos*, &c. ut in Vulgata. Corb. delet *unum verbum*. Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ, εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον. Καὶ εἴπατέ μοι· Mss. quidam tollunt ἕνα; alii extremò legunt, Καὶ ἀποκρίθητε. August. in Joh. 1. to. 3. 301. b. *Interrogabo vos & ego unum sermonem. Dicite mihi:* & in Ps. 80. to. 4. 864. d. *Respondete mihi & vos unum sermonem.*

℣. 4. Ita legunt Mss. S. Germ. ambo, & Corb. Sic etiam Cantabr. ult. excepto, *aut ab hominibus?* S. Mart. Turon. *Baptismum Johannis de cælo, an ex hominibus?* Maj. Mon. & S. Gat. *Baptismum Johannis unde erat? de cælo, an ex hominibus?* Græcè ut in Colb. & Vulgata. Ambros. epist. 21. col. 874. a. *Baptismum Johannis de cælo est, an ex hominibus?*

℣. 5. Ms. Corb. *At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare non credidistis illi?* Cantabr. *At illi cogitabant ad semetipsos, dicentes: Quia si dixerimus, De cælo, dicet, Quare ergo non credidistis ei?* S. Germ. 1. *Qui si dixeritis, De cælo, dicet nobis, Quare ergo non*, &c. Similiter addunt *dicet nobis*, S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. Græcè: Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. a. huc alludens dicit: *De cælis fuit baptisma Johannis: Et quare, inquit Christus, non credidistis ei?* August. in Joh. 1. to. 3. 301. b. *Et turbati sunt, & dixerunt apud semetipsos: Si dixerimus, De cælo, dicturus est nobis, Quare ergo non credidistis illi?* & in Ps. 80. to. 4. 864. d. *Et aiunt apud se: Si dixerimus, De cælo, dicturus est nobis, Quare ergo non credidistis?*

℣. 6. Ms. Corb. *Si autem dixerimus, Ab hominibus, plebs ..... certum enim est Johannem proph. fuisse.* Cantabr. *Et si dixerimus, Ab hominibus, lapidabit nos populus omnis: scit enim Johannem prophetam fuisse.* Græc. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι, al. γεγονέναι. August. in Joh. 1. to. 3. 301. b. *Si autem ex hominibus dixerimus esse, timemus populum, ne lapidet nos: quia tanquam prophetam habebant Johannem:* & in Ps. 80. to. 4. 864. d. *Si dixerimus, De terra, lapidat nos populus: quia ut prophetam eum habent:* vide in Joh. 8. col. 539. d.

℣. 7. Mss. Cantabr. & Corb. *Et responderunt nescire se unde.* Ita quoque in Græco, absque verbo ult. *esset*.

℣. 8. Accinunt Mss. S. Germ. & S. Gat. Corb. verò delet *vobis*, post *dico*. Cantabr. hab. *Et Jesus dixit eis: Nec ego dico vobis*, &c. quæ supra. Sic etiam in Græco est. Ap. August. in Joh. 1. & 8. to. 3. 301. c. 539. e. *Nec ego dico vobis in qua potestate ista facio.*

℣. 9. Ms. Corb. *Cæpit autem Jesus dicere*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *Homo quidam plantavit vineam..... & ipse peregrè profectus est multis temporibus.* Cantabr. *Dicebat autem parabolam hanc: Vineam plantavit homo, & tradidit eam agricolis: ipse autem peregrinatus est tempora multa.* Gr. Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τήν..... Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν..... καὶ ἐξέδοτο...... καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς· à Mss. pluribus abest τίς. Apud Ambros. l. 9. in Luc. 1499. f. *Vineam plantavit homo.*

℣. 10. Ms. Corb. *Et quodam tempore misit ad cultores servum, de fructu vineæ darent illi. Coloni autem illum cæsum dimiserunt inanem.* Cantabrig. *Quodam autem tempore misit ad agricolas servum, ut de fructu vineæ darent ei. Illi autem cæsum eum dimiserunt vacuum.* S. Germ. 2. *Et in tempore quosdam* (l. *quodam*) *misit ad cultores servum*, &c. Græc. Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς..... δοῦλον, ἵνα.... Οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστειλαν κενόν· al. deest γεωργοί.

℣. 11. Ms. Corb. ad verbum convenit cum textu Colb. Cantabr. verò habet, *Et misit alium servum. Illi autem & illum cæsum, & injuriantes, dimiserunt vacuum.* Maj. Mon. delet ult. *vacuum*, aut *inanem*. Græcè ita: Καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον. Οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες, καὶ ἀτιμάσαντες, ἐξαπέστειλαν κενόν.

℣. 12. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. Cantabr. verò fert: *Tertium misit: & hunc vulnerantes dimiserunt vacuum.* Græc. Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες, &c. al. οἱ δὲ κἀκεῖνον, &c.

℣. 13. Ms. Corb. *Dixit autem... Quid faciam? mittam filium meum charissimum: forsitan verebuntur.* Cantabr. *Dominus autem vineæ dixit: Quid faciam? mittam fil. meum dilectum: forsitan hunc reverebuntur.* Græc. ut in Vulgata: à Mss. tamen quibusdam abest ἰδόντες, *cùm viderint*. Ap. Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 590. b. *Quid faciam? mittam filium meum dilectissimum: forsitan hunc verebuntur:* & infra, 592. b. *fortasse reverebuntur filium meum:* & l. 2. de pœnit. col. 424. b. *forsitan ipsum verebuntur.*

℣. 14. Ms. Corb. *Quem cùm viderunt coloni, cogitaverunt & intra se, dicentes..... & nostra fiat hæreditas.* Cantabrig. *Videntes autem illum, cogitabant ad invicem, dicentes: Hic est hæres, venite, occidamus illum, ut nostra fiat*, &c. Gr. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες..... δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ

Digitized by Google

## Vulgata nova.

15. Et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?
16. veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit.
17. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?

Psalm. 117. 22. Isai. 28. 16. Matth. 22. 42. Act. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

18. Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum.
19. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognoverunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc.

Matth. 22. 15. Marc. 12. 13.

20. Et observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut caperent eum in sermone, ut traderent illum principatui, & potestati præsidis.
21. Et interrogaverunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces:
22. licet nobis tributum dare Cæsari, an non?
23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis?
24. Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem, & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris.

Rom. 13. 7.

25. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

15. Et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet dominus vineæ?
16. veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit.
17. Ille autem aspiciens illos, dixit: Quid ergo est hoc, quod scriptum est: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?
18. Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem ceciderit autem, comminuet illum.
19. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus ipsa hora: & timuerunt populum: cognoverunt enim quòd ad istos dixit similitudinem istam.
20. Et cùm redissent principes sacerdotum; summiserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut apprehenderent sermones ejus, & traderent illum potestati & magistratûs, & præsidis.
21. Et interrogaverunt illum, dicentes: Magister, scimus quòd rectè dicis: & non accipis personam, sed in veritate viam Dei doces:
22. licet nobis dare tributum Cæsari, aut non?
23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis?
24. Ostendite mihi denarium. Et ostenderunt denarium. Et dixit eis: Cujus habet imaginem, & scriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris.
25. Et ait illis: Reddite ergo quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.

## Notæ ad Versionem antiquam.

&c. al. διελογίσαντο πρὸς ἀλλήλους· al. deest δεῦτε.

℣. 15. Mſ. Cantabrig. *Et projicientes eum extra vineam*, &c. ut in textu Colb. Gr. Καὶ ἐκβαλόντες, &c. ut in Vulgata: Mſs. tamen plures tollunt αὐτοῖς, post verbum *faciet.*

℣. 16. Sic habent Mſs. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò ita: *veniet, & perdet agricolas, & dabit vineam aliis. At illi audientes, dixerunt: Absit.* Græc. ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει... Ἀκούσαντες δὲ, εἶπον· Μὴ γένοιτο.

℣. 17. Mſ. Corb. *Ille autem aspiciens illos, ait illis*, &c. ut in textu. Cantabrig. *At ille inspiciens eos, dixit: Quid est ergo quòd scriptum est hoc*, &c. nec aliter in Græco est.

℣. 18. Mſ. Corb. textui concinit, nisi exceperis geminum *supra*, pro *super*. In Cantabr. sic: *Omnis, qui ceciderit super..... confringetur: super autem quem..... comminuet illum.* Sic etiam in Græco, nisi quòd pro *comminuet*, habetur λικμήσει, ad litt. *ventilabit.* Unde Ambroſ. in Pſ. 40. col. 878. f. legit: *Omnis enim, qui super hunc lapidem ceciderit, conquassabitur: supra quem autem ceciderit, emundabit eum:* tum addit: *alii habent, ventilabit eum; alii, comminuet:* ita quoque ipse legit l. de Tob. c. 21. col. 619. a. August. in Joh. 1. to. 3. 314. b. *Qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur: & super quos ceciderit lapis ille, conteret eos:* & tract. 3. in 1. Joh. to. 3. 846. b. *Quicunque offenderit in lapidem istum, conquassabitur: & super quem venerit lapis iste, conteret eum:* & in Pſ. 45. to. 4. col. 405. g. *Qui offenderit in lapidem illum, conquassabit eum: super quem venerit, conteret eum.* Vide ad Matth. 21. 44.

℣. 19. Mſ. Corb. textui Colb. accedit, nisi quòd habet, *ad ipsos dixerit*, loco *ad istos dixit*. S. Germ. 1. *cognoverunt autem quod ad ipsos dixerit similitud. istam.* Cantabrig. *Et quærebant..... mittere super eum manus ipsa horà: timuerunt autem populum: scierunt enim quoniam ad illos dixit parabolam hanc.* Græc. Καὶ ἐζήτησαν οἱ..... ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ ἐφοβήθησαν....... ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε· Mſs. plures initio, Καὶ ἐζήτουν οἱ, &c.

℣. 20. Mſ. Corb. *Et cùm recessissent, summiserunt qui se justos esse simularent, ut apprehenderent sermones ejus, & traderent illum potestati, & magistratui præsidis.* S. Germ. 1. *Et cùm recessissent, miserunt*, &c. quæ in Vulgata. S. Germ. 2. & S. Gat. *qui se esse justos simularent*, &c. Maj. Mon. & S. Gat. *similarent.* Cantabr. *Et recedentes miserunt obsiduanos, in dolo loquentes esse se justos, ut adprehenderent verborum ejus, ut traderent eum præsidi.* Græc. Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος· al. λόγῳ, pro λόγου; al. λόγων, al. λόγους.

℣. 21. Mſ. Corb. textui Colb. congruit, præterquam quòd extremò habet, *sed viam Dei in veritate docens.* S. Mart. Turon. ut in Colbertino. Cantabr....... *scimus quoniam dices rectè, & doces: & nullius accipis personam, sed in veritate viam Dei doces.* S. Germ. 2. *sed in veritate viam Domini doces.* Græcum legit, οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, loco *non accipis personam;* cætera ut in Vulgata. Mſs. quidam ferunt, οὐδενὸς λαμβάνεις πρόσωπον. August. in Pſ. 34. col. 243. e. *Magister, scimus quia nullius personam accipis, & in veritate viam Dei doces.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 22. col. 147. d. *Magister, scimus quia in veritate doces, & nullius personam accipis.*

℣. 22. Mſs. Corb. & Cantabr. textui Colb. favent, & Græco. August. in Pſ. 34. col. 243. e. *licet dare tributum Cæsari, an non licet?* Ambroſ. ser. contra Aux. to. 2. 872. b. *Magister, licet tributum dare Cæsari, aut non?* Auctor l. de promiſſ. ubi sup. *licet tributum dare Cæsari, an non?*

℣. 23. Mſs. Corb. & Maj. Mon. *Considerans autem Jesus dolum illorum, dixit ad eos*, &c. Corb. *dixit eis.* Cantabr. *Cognoscens autem eorum iniquitatem, dixit ad eos*, &c. Græcè, τὴν πανουργίαν, cujus loco Mſs. nonnulli ponunt, τὴν πονηρίαν, *malitiam.* Ambroſ. ser. contra Aux. col. 872. b. *Quid me tentatis?*

℣. 24. Mſ. Maj. Mon. *Ostendite mihi denarium, ut videam cujus habet imag. & inscriptionem*, &c. ut in Vulgata. Corb. legit *scriptionem*, absque *ei*, post *dixerunt;* cæt. ut in Vulgata. Cantabr. *Ostendite mihi figuram. Cujus habet imaginem, & superinscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris.* Græcè ut in Vulg. nisi quòd additur δὲ, *autem*, verbo *Respondentes;* tolliturque *ei*, post *dixerunt;* aliàs tamen deest δέ. Ambroſ. serm. contra Aux. to. 2. 872. b. *Ostendite mihi denarium. Cujus imaginem habet, & inscriptionem?* similiter l. 9. in Luc. 1502. b. *Cujus habet imaginem, & inscriptionem?*

℣. 25. Mſ. S. Mart. Turon. nil omnino differt à textu Colbertino. Corb. initio legit: *Et ait illis Jesus*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Ille autem dixit eis: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.* S. Germ. 2. delet *Cæsaris.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ· al. Ἀπόδοτε οὖν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. a. *Reddite quæ Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* Itidem Ambroſ. ser. cont. Aux. col. 872. c. præposito verbo *sunt*, nomini *Cæsaris.* August. l. 2. de ser. Do. in m. to. 3. 229. c. *Reddite ergo Cæsari, quod Cæsaris est; & Deo, quod Dei est.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 308. a. *Reddite ergo quæ sunt Cæsari, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe : & mirati in responso ejus, tacuerunt.

27. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt illum,

28. dicentes : Magister, Moyses scripsit nobis : Si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine filiis mortuus fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & resuscitet semen fratri suo.

29. Septem ergo fratres erant apud nos : & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filio.

30. Et sequens accepit illam, & ille mortuus est sine filio.

31. Et tertius accepit illam, & mortuus est sine filio Similiter & omnes septem, & non reliquerunt filios.

32. Mortua est & mulier.

33. In resurrectione autem, cujus eorum erit uxor ? nam septem habuerunt illam uxorem.

34. Et ait illis Jesus : Filii hujus sæculi generant, & generantur :

35. at hi, qui digni habentur sæculi illius in resurrectione mortuorum, neque nubunt, neque ducunt uxores :

36. neque enim moriuntur : nam sunt similes Angelis Dei, quia resurrectionis filii sunt.

## Vulgata nova.

26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe : & mirati in responso ejus, tacuerunt.

27. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, Matth. 22. 23. Marc. 12. 18.

28. dicentes : Magister, Moyses scripsit nobis : Si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo. Deuter. 25. 5.

29. Septem ergo fratres erant : & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis.

30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio.

31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt.

32. Novissimè omnium mortua est & mulier.

33. In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor ? siquidem septem habuerunt eam uxorem.

34. Et ait illis Jesus : Filii hujus sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias :

35. illi verò, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores :

36. neque enim ultra mori poterunt : æquales enim Angelis sunt, & filii sunt Dei, cùm sint filii resurrectionis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 26. Similiter habent Mss. Corb. & S. Germ. 2. Cantabr. verò ita : *Non potuerunt autem ejus verbum adprehendere in conspectu populi : & mirantes in responsione ejus, tacuerunt.* S. Germ. 1. similiter legit, *in responsione ejus ;* S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. *in responsis ejus ;* præterea S. Gat. initio habet, *Et non potuerunt respondere.* Gr. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος, &c. ut in textu.

℣. 27. Sic legunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò, *Accedentes autem quidam Sadduc. qui dicunt resurrectionem non esse, interrog.* &c. Nec aliter in Græco, nisi excipiatur verbum ἀντιλέγοντες, pro *dicunt ;* al. λέγοντες. Vide sis Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. a.

℣. 28. Ms. Cantabr. *dicentes : Magister, Moyses scripsit nobis : Si cujus frater mortuus fuerit sine filiis, habens uxorem, ut accipiat frater ejus uxorem ejus, & resuscitet semen fratri suo.* S. Germ. 1. S. Gat. Maj. Mon. & Corb. *Si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine filiis fuerit, ut accipiat,* &c. quæ in Vulgata. S. Mart. Turon. *& hic sine filiis fuerit, ut accipiat eam uxorem,* absque medio *frater ejus.* Græc. Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ, &c. Mss. quidam pro ἀποθάνῃ, habent ᾖ ; paulòque post al. ἀναστήσῃ. Apud Ambros. l. 9. in Luc. 1503. *Si frater alicujus mortuus fuerit.* August. in Ps. 44. col. 393. g. *Si mortuus fuerit frater, accipiat uxorem ejus frater ejus, & suscitet semen fratri suo.*

℣. 29. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet *autem* initio, pro *ergo.* Cantabr. *Erant apud nos septem fratres : & primus accipiens uxorem, mortuus est sine filiis.* Græcè pariter, λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος· priora ut in Vulg. Mss. tamen quidam addunt παρ' ἡμῖν, verbo *erant.*

℣. 30. Cum Vulgata concinit Ms. S. Germ. 1. cui accedunt Mss. S. Gat. & Maj. Mon. præterquam quòd ultimò habent *sine filiis.* S. Germ. 2. simpliciter, *Et sequens accepit illam,* absque seqq. Cantabr. multò breviùs, *Et secundus,* prætermissis verbis aliis. Non plura quoque leguntur in Copt. In Ms. Corb. versus totus omittitur. In Græco sic : Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος. Vide sis Tertul. l. 4. contra Marc. p. 731. b.

℣. 31. Ms. Corb. sic habet : *Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem non reliquerunt filios :* nec addit seq. *& mortui sunt.* S. Germ. 1. verò omittit tantùm prima verba, *Et tertius accepit illam ;* reliqua ut in Vulgata. Cantabr. hæc tantùm præfert : *Et tertius.* Dein : *Similiter & septem non dimiserunt filios, & mortui sunt.* Græc. Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον· Ms. unus habet σπέρμα, loco τέκνα.

℣. 32. Ms. Corb. *Novissimè mortua est mulier.* Cantabr. *Novissimè & mulier mortua est.* S. Germ. 1. & S. Mart. Turon. *Novissima omnium mortua est & mulier.* S. Gat. & Maj. Mon. *Novissima omnium defuncta est mulier.* Gr. Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή· al. deest δὲ πάντων ; al. simpliciter δέ.

℣. 33. Ms. Corb. *In resurrectione, cujus erit uxor ? siquidem septem habuerunt illam.* Cantabr. Vulgatæ consonat, nisi quòd habet *septem enim,* loco *siquidem septem.* Maj. Mon. *omnes enim habuerunt eam uxorem.* Græc. Cantabrigiensi Lat. congruit, nisi exceperis verbum γίνεται, pro *erit ;* sed Mss. plures ferunt ἔσται. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 333. f. *In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor ? nam omnes septem habuerunt illam uxorem.* Vide Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. a.

℣. 34. Mss. Corb. & S. Gat. textui Colb. respondent, nisi quòd ponunt *generantur,* ante *& generant.* Codex Maj. Mon. utrumque habet, *nubent, & tradent ad nuptias ; generantur, & generant.* Cantabr. *Et dixit ad eos : Filii hujus sæculi pariuntur, & pariunt ; nubunt, & nubuntur.* Græc. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οἱ..... γαμοῦσι, καὶ ἐκγαμίσκονται· al. ἐκγαμίζονται. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. b. alludens ait : *Respondit igitur, hujus quidem ævi filios nubere.* Cypr. l. de hab. virg. p. 180. b. & l. 3. Testim. p. 315. c. cum textu nostro Colb. *Filii sæculi hujus generant, & generantur.* Itidem August. l. 15. de civitate Dei, c. 20. to. 7. 402. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. 15. f. necnon Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 148. a.

℣. 35. Ms. Corb. *at illi, qui digni habentur sæculi illius, & resurrectionis ex mortuis, neque nubunt, neque nubuntur, neque ducunt uxores.* Cantabrig. *qui autem digni fuerint sæculi hujus obtinere, & resurrectionis ex mortuis, neque nubunt, neque nubuntur.* S. Gat. *neque nubunt, neque ducent uxores ;* Maj. Mon. *neque nubunt, neque ducunt,* &c. Græc. οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται, al. ἐκγαμίζονται. Tertul. ubi sup. addit, *quos verò dignatus sit Deus illius ævi possessione, & resurrectione à mortuis, neque nubere, neque nubi.* Cypr. l. de hab. virg. p. 180. b. *qui autem habuerint dignationem sæculi illius, & resurrectionis à mortuis, non nubunt, neque matrimonium faciunt :* similiter l. 3. Testim. p. 315. c. præter hoc initio, *habuerunt ;* ultimòque, *non nubunt, neque nubuntur.* August. in Ps. 43. to. 4. 376. d. & l. de bono vid. to. 6. 377. b. *neque nubent, neque uxores ducent.* Auct. l. de sing. cler. p. 537. b. *qui digni habentur sæculi illius, & resurrectionis à mortuis, non nubent, neque nubentur.* Auct. l. de prom. p. 2. c. 22. col. 148. a. *qui autem digni fuerint sæculum illud contingere, neque nubent, neque nubentur.*

℣. 36. In Ms. Corb. omnia ut in textu Colb. præter fut. *morientur,* pro præs. *moriuntur.* Cantabr. habet, *nec enim mori adhuc possunt : æquales Angelis enim sunt Deo, cùm sint resurrectionis filii.* S. Gat. & Maj. Mon. *neque ultra jam mo-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

37. Quia verò resurgant mortui, & Moyses
Exod. ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum, Deum
3. 6. Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob.

38. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei.

39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti.

40. Et ampliùs non audebant eum quidquam interrogare.

41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse David?

42. & ipse David dicit in libro Psalmorum:
Psalm. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,
109. 1.
Matth.
22. 44. 43. donec ponam inimicos tuos, scabellum
Marc. pedum tuorum?
12. 36. 44. David ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius ejus est?

45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis:

Matth. 46. Attendite à Scribis, qui volunt ambulare
23. 6. in stolis, & amant salutationes in foro, & primas
Marc. cathedras in synagogis, & primos discubitus in
12. 38. conviviis:
Sup. 11.
43. 47. qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem majorem.

**Versio antiqua.** Ex Ms. Colbert.

37. Quoniam verè resurgunt mortui, Moyses ostendit, sicut dixit: Vidi in rubo Dominum, Deum Abraham, & Deum Isaach, & Deum Jacob.

38. Deus ergo mortuorum non est, sed vivorum: omnes enim vivent.

39. Et respondentes quidam Scribarum, dixerunt: Magister bene dixisti.

40. Et ampliùs non sunt ausi eum quicquam interrogare.

41. Dixit autem ad illos Jesus: Quomodo dicunt Christum, filium David esse?

42. & ipse David dicit in libro Psalmorum: Dicit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,

43. donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis?

44. Si David Dominum illum vocat: quomodo filius ejus est?

45. Audiente autem omni populo, dixit Jesus ad discipulos suos:

46. Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conviviis:

47. qui fingentes longam orationem, devorant panes viduarum. Hi majorem damnationem accipient.

## Notæ ad Versionem Antiquam.

*ri poterunt: sunt autem similes Angelis, & filii sunt Dei, quia resurrectionis filii sunt.* Græc. ὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. 4. adversùs Marc. p. 731. b. *quia nec morituri jam sint, cùm similes Angelorum fiant Dei, & resurrectionis filii facti:* & infra, 732. c. *quia nec morientur in illo, nec nubent, sed erunt sicut Angeli.* Cypr. l. de hab. virg. p. 180. b. & l. 3. Testim. p. 315. c. *neque enim incipient mori: æquales enim sunt Angelis Dei, cùm sint filii resurrectionis.* August. quæst. 49. in Luc. to. 3. 274. b. *non enim ultra incipiunt mori:* & in Ps. 43. to. 4. 376. d. necnon l. de bono vid. to. 6. 377. b. *non enim incipient mori: sed erunt æquales Angelis Dei.* Auctor l. de sing. cler. p. 537. *neque enim morientur: nam sunt similes Angelis Dei, quia resurrectionis filii sunt.* Auct. l. de prom. p. 2. c. 22. col. 148. a. *non enim jam mori poterunt: quoniam sunt similes Angelis, & filiis Dei.*

℣. 37. Ms. Corb. in omnibus convenit cum textu Colbert. si exceperis unum *verò*, pro *verè*, ante *resurgunt*. S. Gat. *Quia verò resurgent mortui, Moyses ostendit*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *Quia verè resurgent mortui, Moyses*, &c. S. Germ. 2. paulò post habet, *sicut dicit: Vidi Dominum*, &c. Cantabr. *Quia autem resurgunt mortui, Moyses significavit in rubo, quomodo dicit Dominum, Deum*, &c. quæ supra. Græc. Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον, &c.

℣. 38. Ms. Corb. *Deus ergo non est mortuorum*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Deus mortuorum non es, sed vivorum: omnes enim illi vivent.* Græc. ut in Vulg. Tertul. l. de anima, p. 490. c. *Deus enim vivorum, non mortuorum.* Cypr. ep. 27. ad laps. p. 38. a. *Deus non est mortuorum, sed vivorum:* & l. 3. Testim. p. 315. c. *Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim illi vivunt.* S. Pacian. ser. de Bapt. p. 319. b. *Omnes autem illi vivunt: Deus enim vivorum est, non mortuorum.* August. in Joh. 11. to. 3. 625. c. *Non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim illi vivunt.*

℣. 39. Ms. Corb. *Et respondens quidam Scribarum, dixerunt: Magister*, &c. Cantabr. *Respondens autem quidam de Scribis, dixerunt: Magister*, &c. S. Mart. Turon. tollit pariter *ei*, post *dixerunt*. Deest etiam in Græco. Tertul. l. 4. adversùs Marc. id unum memorat: *Magister, bene dixisti.*

℣. 40. Ms. Corb. *Et jam ampliùs non sunt ausi eum*, &c. Cantabrig. *Ampliùs autem non fuerunt ausi interrogare eum nihil.* Græc. Οὐκ ἔτι δὲ ἐτόλμων ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν· al. ἔτι γάρ.

℣. 41. Ms. Corb. textui favet Colbertino. Cantabrig. delet ult. *esse*. Græcè ut in Vulg. Nec aliter apud Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. b.

℣. 42. Ms. Corb. *Et ipse David dixit in lib. Ps. Dicit Dominus*, &c. ut supra. Cantabr. *Et ipse David dicit in lib. Ps. Dicit Dom..... sede ad dexteram meam.* Græc. ut in Vulgata. Sic etiam apud Victorin. Afr. ubi supra. Item apud Ambros. l. 10. in Luc. 1503. d. *Dixit Dominus Domino meo.*

℣. 43. Textui Colb. suffragatur Ms. Corb. Item Cantabr. nisi quòd initio hab. *usquedum*, pro *donec*. Græcè ut in Vulgata: Syr. tamen, Pers. Arab. & Copt. legunt ὑποκάτω, loco ὑποπόδιον. Victorin. Afr. loco cit. hunc versum prætermittit, quamvis antecedentem prope & subseq. referat.

℣. 44. Ms. Corb. *Si David in spiritu Dominum illum vocat*, &c. Cantabr. *David Dominum illum vocat: quomodo filius illius est?* Græc. ut in Vulgata. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 731. c. huc alludens dicit: *Si autem Scribæ Christum filium David existimabant, ipse autem David Dominum eum appellat.* Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 258. b. *David ergo Dominum vocat: & quomodo filius ejus?*

℣. 45. Ms. Corb. textui Colbert. planè similis. Reliqui Vulgatæ, præter Cantabr. qui habet *ad discipulos*, pro *discipulis suis*. Græc. ut in Vulgata.

℣. 46. Ita ferunt Mss. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Item Corb. nisi quòd habet: *Attendite vobis ab Scribis... & primas cathedras in foro.* Cantabrig. *Attendite à Scribis, qui volunt..... & amantium..... & primas cath. in synagogis, & primos adcubitos in cœnis.* Græc. textui nostro suffragatur, nisi exceperis plur. ἐν ταῖς ἀγοραῖς, pro sing. *in foro*.

℣. 47. Ms. Corb. *qui fingentes longam orationem, & devorant panem viduarum*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. verò: *qui comedunt domos viduarum, occasione longa orantes. Hi accipient amplius judicium.* Græc. οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα· al. μακρᾷ; al. προσευχόμενοι.

# CAPUT XXI.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. Reſpiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera ſua in gazophylacio, divites.

2. Et videt quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.

3. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc paupercula, plus quàm omnes miſit.

4. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in dona Dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit.

5. Et quibuſdam dicentibus de templo, quòd lapidibus bonis, & donis ornatum ſit, dixit:

6. Videtis hæc: venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem hîc in pariete, qui non deſtruatur.

7. Interrogaverunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc fient, & quod ſignum cùm futura erunt?

8. Quibus ipſe dixit: Videte ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus: & tempus appropiavit: nolite ire poſt illos.

9. Cùm autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet enim hæc primùm fieri, ſed non ſtatim finis.

10. Tunc dicebat illis: Nam ſurget gens ſuper gentem, & regnum adversùs regnum.

11. Et terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames erunt, terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt, & tempeſtates.

12. Sed ante hæc omnia injicient in vos manus

## VULGATA NOVA.

1. Reſpiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera ſua in gazophylacium, divites. Marc. 12. 41.

2. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.

3. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes miſit.

4. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit.

5. Et quibuſdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit:

6. Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Matth. 24. 2. Marc. 13. 2.

7. Interrogaverunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod ſignum cùm fieri incipient? Sup. 19. 44.

8. Qui dixit: Videte ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego ſum: & tempus appropinquavit: nolite ergo ire poſt eos.

9. Cùm autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.

10. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum.

11. Et terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt.

12. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Aſpiciens autem, vidit, qui mittebant in gazophylacium munera ſua, divites.* Corb. addit nomen *Jeſus* initio, ante *vidit*; tollit verò ult. *divites.* Græcè ut in Vulg.

℣. 2. Mſ. Corb. *Et vidit quandam*, &c. quæ ſup. Cantabr. *Vidit autem & quandam viduam pauperam mittentem duo minus, quod eſt codrantes.* Gr. Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλυσαν ἐκεῖ δύο λεπτά. Hilar. in Pſal. 128. col. 435. a. *duos denarios viduæ inopis* memorat; ſicut Ambroſius l. de vid. to. 2. 193. e. mulierem *in gazophylacium duo æra* mittentem. Auguſt. in Joh. 5. to. 3. 425. e. *Illa vidua*, inquit, *omnes facultates ſuas, duo minuta, miſit in dona Dei.*

℣. 3. Mſ. Corb. cum textu Colb. concinit, deleto adverbio *quia.* Cantabr. autem habet, *quia vidua hæc paupera, plus omnibus miſit.* Ita quoque in Græco eſt. Apud Hieron. in Ezech. 48. col. 1068. d. *Verè dico vobis, quia vidua hæc*, &c. quæ in Vulgata. Apud Ambroſ. l. de vid. col. 193. c. *vidua hæc plus omnibus miſit.* Vide ad Marc. 12. 43.

℣. 4. Mſ. Corb. *Nam omnes ex abundanti miſerunt in munera Dei*, &c. quæ ſupra. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. *Nam omnes hi ex abundantia ſibi miſerunt*, &c. S. Germ. *ex abundantibus ſibi.* Cantabrig. *Omnes enim iſti de abundantia ſua miſerunt in munera Dei: hæc autem de minimo ſuo omne, ſubſtantiam ſuam, quod habuit, miſit.* Græcum textui noſtro reſpondet, delendo pronom. *ſuum*, poſt *victum.* Hieron. in Ezech. 48. to. 3. 1068. d. *Nam omnes hi ex abundantia ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem*, &c. ut in textu.

℣. 5. Similiter in Mſ. Corb. præter unum *ornatum eſt.* Cantabr. habet: *Et quorumdam dicentium de templo, quoniam lapidibus bonis ornata eſt, & depoſitionibus, dixit.* Gr. Καί τινων λεγόντων περὶ τῦ ἱερῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς, καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε.

℣. 6. Mſ. Corb. ritè concordat cum textu Colbert. ſicut etiam Cantabr. niſi quòd initio ponit *Hæc*, ante *videtis*, & *hîc*, poſt *pariete.* Reliqui Vulgatæ conſonant, & Græco: ſed Mſ. quidam delet ἃ, ante *videtis*; paulòque poſt alii addunt ὧδε, verbo *relinquetur.* Ambroſius l. 10. in Luc. 1505. c. *non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*

℣. 7. Mſ. Corb. uno tantùm differt à textu Colb. nempe *erunt*, pro *fient.* Cantabr. *Interrogaverunt autem diſcipuli, dicentes: Magiſter, quando hæc erunt, & quod ſignum adventus tui?* Græc. Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσαι, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι; al. συντελεῖσθαι.

℣. 8. Mſ. Corb. *Qui autem dixit: Videte ne ſeducamini ...... dicentes quòd ego ſum Chriſtus: & tempus appropiavit: nolite ire poſt eos.* Cantabr. *At ille dixit: Videte ne erretis..... dicentes quia ego ſum: & tempus adpropiavit: ne abieritis poſt illos.* S. Gat. & Maj. Mon. cum S. Germ. 2. *ego ſum Chriſtus.* Græcum Cantabrigienſi reſpondet, niſi quòd habet πλανηθῆτε, pro *erretis.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 209. b. *Videte ne ſeducamini.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 731. c. *venient illi dicentes: Ego ſum Chriſtus.* Ambroſ. l. 5. de fide, col. 588. e. *Videte ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego ſum Chriſtus.*

℣. 9. Mſ. Corb. *Cùm autem audieritis... oportet primùm hæc fieri, ſed non ſtatim finis in illis.* S. Mart. Turon. ſimiliter, *non ſtatim.* Cantabr. *Cùm autem audieritis pugnas, & diſſenſiones, ne timueritis: oportet enim fieri hoc primùm, ſed non continuò finis.* Græc. Ὅταν δὲ ἀκύσητε πολέμυς, καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλ' ὐκ εὐθέως τὸ τέλος. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. p. 732. a. ſcribit *bella.* Ambroſ. l. 10. in Luc. 1506. b. *Cùm autem audieritis prælia, & opiniones præliorum.* Vide Matth. 24. 6.

℣. 10. Mſ. Corb. initio habet: *Nam ſurget gens*, &c. quæ in Vulg. omittit verò, *Tunc dicebat illis.* Idem prætermittit Cantabr. ſubditque: *Exſurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum.* Græcè ut in Vulg. Mſs. tamen nonnulli poſtponunt γὰρ, verbo *Surget.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 732. a. legit, *regnum ſuper regnum, & gentem ſuper gentem*; Gr. ἐπί.

℣. 11. Mſ. Corb. *Et terrimotus..... & peſtilentia, & fames erunt, terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt, & tempeſtates.* Cantabr. *Terræmotus magni per loca, & fames, & morbi erunt, timores autem de cœlo, & ſigna magna erunt.* Græc. Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπυς, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ ἔσονται, φόβητρά τε, καὶ σημεῖα ἀπ' ὐρανῦ μεγάλα ἔσαι. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 732. a. *& peſtem, & fames, terræque motus, & formidines, & prodigia de cœlo.* Ambroſ. l. 5. de fide, col. 588. f. *Terræmotus magni erunt per loca ſingula, & fames, & peſtilentia, terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt.*

℣. 12. Mſ. Corb. nil differt à textu Colb. niſi quòd tollit *vos*, poſt *tradentes.* S. Germ. 2. verò hab. *tradentes vos in ſynagogis, & in cuſtodiis.* S. Gat. & Maj. Mon. *trahentes*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſuas, & perſequentur, tradentes in ſynagogas, & cuſtodias, trahentes ad reges & præſides, propter nomen meum:

13. continget autem vobis in teſtimonium.

14. Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari quemadmodum reſpondeatis:

15. ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri.

16. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis:

17. & eritis odio omnibus propter nomen meum:

18. & capillus de capite veſtro non peribit.

19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Dan. 9. 27. Matth. 24. 15. Marc. 13. 14.

20. Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem, tunc ſcitote quia appropinquavit deſolatio ejus:

21. tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in medio ejus, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam:

22. quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt.

23. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus: erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic.

24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes, & Jeruſalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert.

ſuas, & perſequentur, tradentes vos in ſynagogas, & cuſtodias, ducentes ad reges, & ad præſides, propter nomen meum:

13. continget enim in teſtimonium vobis.

14. Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari quomodo reſpondeatis:

15. ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poſſunt reſiſtere adverſarii veſtri.

16. Trademini autem à parentibus, & à fratribus, & à cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis:

17. & eritis odio magno hominibus propter nomen meum:

18. capillus de capite veſtro non peribit.

19. In veſtra enim patientia acquiretis animas veſtras.

20. Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem, tunc ſcitote quoniam appropiavit deſolatio ejus:

21. tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in montem: & qui in medio ejus erunt, deſcendant: & qui in regionibus, non intrent in eam:

22. quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt.

23. Væ his, quæ in utero habent, & quæ ubera dant in illis diebus: erit enim ſuper terram preſſura magna, & ira populo huic.

24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnibus gentibus, & Jeruſalem calcabitur à nationibus: donec impleantur tempora nationum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in ſynagogis ſuis, & cuſtodiis;* dein, *tradentes ad reges*, &c. Item S. Germ. 1. *tradentes ad reges, & ad præſides.* Cantabrig. *Ante hæc autem omnia mittent ſuper vos manus ſuas, & perſeq. tradentes in ſynagogas, & carceres, ducentur ad reges & duces, propter nomen meum.* Sic etiam in Græco eſt, præter unum ἀγομένυς, loco *ducentur.* Tertul. l. 4. adverſ. Marc. p. 732. a. ait: *Ante hæc autem perſecutiones prædicat, & paſſiones venturas.* Heſych. apud Auguſt. epiſt. 198. to. 2. 741. c. *Ante hæc omnia primùm in vos manus immittent ſuas, & perſequentur, & tradent vos in ſynagogas, & in cuſtodias, ducentes ad reges, & ad præſides, propter nomen meum.*

℣. 13. Mſ. S. Germ. *contingent autem in*, &c. Corb. *continget enim in*, &c. Cantabr. *obtinget vobis in*, &c. Gr. ἀποϐήσεται δὲ ὑμῖν εἰς, &c.

℣. 14. Mſ. S. Gat. *Ponite ergo vos in cordibus veſtris*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *non præmeditari quemadmodum quid reſpondeatis.* Cantabr. *non promeletantes reſpondere.* Gr. μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι. Cypr. ep. ad Fortun. p. 268. a. & epiſt. 77. p. 160. b. *Ponite in cordibus veſtris, non præmeditari excuſare.*

℣. 15. Mſ. Corb. textui Colb. congruit, niſi quòd hab. *poterunt*, loco *poſſunt.* Cantabrig. *ego enim vobis dabo os, & ſap. ad quam non poterunt contradicere omnes adverſantes vobis.* Græc. Vulgatæ reſpondet, præterquam quòd ponit ἀντειπεῖν, ante ἀντιςῆναι. Cyp. epiſt. ad Fortun. p. 268. a. & epiſt. 77. p. 160. b. *ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere adverſarii veſtri.* Auguſt. ſer. 313. to. 5. 1258. g. *dabo vobis os, & ſap. cui non poterunt reſiſtere inimici veſtri.* Græc. οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Trademini autem & à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morti tradent ex vobis.* Sic etiam in Græco eſt: al. deeſt conjunct. ϗ, poſt *autem.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 34. col. 183. b. *Trademini autem à fratribus, cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.*

℣. 17. Mſ. Corb. *& eritis odio hominibus*, &c. S. Gat. *& eritis odio omnibus hominibus*, &c. Cantabrig. *& eritis odibiles ab omnibus propter*, &c. Græcè: ϗ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ, &c. al. πάντων ἀνθρώπων. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. a. *& eritis odibiles omnibus hominibus propter nomen meum.* Auctor l. de prom. apud Proſp. loco cit. Vulgatæ patrocinatur.

℣. 18. Mſ. Corb. *& capillus de capite non peribit.* Cantabr. *& capillus de cap. veſtro non periet.* Ita quoque in Græco. Apud Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 9. col. 341. a. *non peribit capillus de capite veſtro.* Apud Auguſt. in Joh. 12. to. 3. 642. g. *capillus capitis veſtri non peribit.*

℣. 19. Mſ. Corb. *In patientia veſtra adquiretis animas veſtras.* S. Mart. Turon. *Et in patientia veſtra poſſidebitis*, &c. Cantabr. *In ſufferentia veſtra adquirite animas veſtras.* Græc. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς, &c. al. κτήσεσθε. Auct. l. de xlii. manſ. apud Ambroſ. col. 13. c. *In patientia veſtra poſſidebitis*, &c.

℣. 20. Mſ. Corb. textui Colb. congruit. S. Germ. 1. loco *videritis*, legit *audieritis.* Cantabr. *Cùm autem videritis circuiri Jeruſ. ab exercitu, tunc ſcietis quoniam*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ ςρατοπέδων τὴν..... τότε γνῶτε ὅτι, &c. Hieronym. in Ezech. 23. col. 861. a. *Quando videritis circumdari ab exercitu Jeruſ. ſcitote quia appropinquat deſolatio ejus.* Apud Auguſt. ep. 199. ad Heſych. to. 2. 751. b. g. omnia ut in Vulg. Item apud Ambroſ. l. 10. in Luc. 1507. f. *Cùm videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem.*

℣. 21. Mſ. Corb. *tunc qui in Judæa ſunt, fugiant à facie ejus in montibus: qui in medio ejus, diſcedat: & qui in regionibus, non intret in eam.* S. Gat. & Maj. Mon. *fugiant in montes: & qui in medio ejus, diſcedant*, &c. S. Germ. 1. *fugiant in montibus;* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *in montes.* Cantabr. *in montibus: & qui in medio ejus ſunt, non exeant: & qui*, &c. quæ in textu. Gr. τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, &c. ut in Vulg. Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. col. 430. d. ſimiliter habet: *tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes.*

℣. 22. Ita ferunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Cantabr. verò hab. *quoniam dies vindictæ ſunt iſti, ut impleantur*, &c. Ita quoque in Græco eſt.

℣. 23. Mſ. S. Gat. cum textu Colbert. concinit ad verbum. Sic etiam Corb. detracto relat. *quæ*, ante *ubera.* Maj. Mon. legit: *Væ vobis, quæ in utero habent, & quæ ubera dant*, &c. Cantabr. *Væ prægnantibus, & quæ lactant in illis diebus: erit enim neceſſitas magna ſuper terra*, &c. Sangerm. 1. *erit enim tribulatio magna.* S. Germ. 2. tollit ſup. *& nutrientibus.* Græc. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαςρὶ ἐχούσαις, ϗ ταῖς θηλαζούσαις ἐν..... ἔςαι γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ..... ϗ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ· à Mſs. pluribus abeſt præp. ἐν. Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 631. d. & lib. 2. de Cain, col. 205. b. c. legit: *Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus:* ſed in Luc. 10. 1509. a. *Væ illis, quæ in utero habent, & ubera dant in illis diebus.* Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. 390. a. *Væ prægnantibus, & lactantibus in die illa.* Auguſt. epiſt. 199. to. 2. 751. e. *Væ autem prægnantibus, & nutr.* &c. quæ in Vulg.

℣. 24. Mſ. Corb. concordat cum textu Colb. ſi excepe-

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

25. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum:

26. arescentibus hominibus præ timore, & exspectatione, quæ supervenient universo orbi: nam virtutes, quæ in cœlo sunt, movebuntur:

27. & tunc videbunt filium hominis venientem de cœlo in nubibus cum potestate magna, in majestate.

28. His autem fieri incipientibus, respirabitis, & levabitis capita vestra.

29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores:

30. cùm producunt jam ex se fructum, scitis quia prope est æstas.

31. Ita & hæc cùm videritis fieri, scitote quia prope est regnum Dei.

32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cœlum, & terra transient: verba autem mea non transient.

34. Attendite autem vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & cogita-

### Vulgata nova.

25. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis; Isai. 13.
& in terris pressura gentium præ confusione so- 10.
nitus maris, & fluctuum: Ezech.

26. arescentibus hominibus præ timore, & 32.7.
exspectatione, quæ supervenient universo orbi: Joel. 2. 10.31.&
nam virtutes cœlorum movebuntur: 3.15.

27. & tunc videbunt filium hominis venientem Matth.
in nube cum potestate magna, & majestate. 24.29. Marc. 13.24.

28. His autem fieri incipientibus, respicite, &
levate capita vestra: quoniam appropinquat re- Rom. 8.
demptio vestra. 23.

29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores:

30. cùm producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas.

31. Ita & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cælum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.

34. Attendite autem vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis

### Notæ ad Versionem antiquam.

ris vocem ult. *gentium*, loco *nationum*. In Cantabr. verò sic: *Et cadent....... & captivi ducentur in omnes gentes, & Jerus. erit calcata à gentibus: usquequo impleantur. Et erunt*, &c. de ℣. seq. Græc. Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας· καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ Ἱερουσ. ἔσται πατουμένη ὑπὸ, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam initio habent, ἐν στόματι. Tertul. l. de resur. carn. p. 574. b. *& tunc erit Jerusalem conculcatui nationibus: donec adimpleantur tempora nationum.* Hesych. apud August. ep. 198. to. 2. 740. g. *& Jerusalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora gentium.* August. ipse ep. 199. ad eund. col. 751. e. ne ultima quidem voce differt à Vulgata.

℣. 25. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. 2. S. Gat. &c. Sic etiam S. Germ. 1. præter vocem unam *tribulatio*, loco *pressura*. In Cantabr. sic: *Et erunt signa in sole, & luna, & in sideribus, & super terram conflictio gentium, & aporia sonante mare, & salo.* Gr. Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν... καὶ ἄστροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης, καὶ σάλου· al. συνοχαὶ ἐθνῶν· al. ἀνάγκη; subinde loco ἠχούσης, Mss. quidam ferunt ἤχους. Tertul. l. de resur. carnis, p. 574. b. dicit *futura signa in sole, & in luna, & in stellis, conclusionem nationum cum stupore sonitus maris, & motus:* item l. 4. adv. Marc. p. 732. b. ait: *Signa jam ultimi finis enarrat, solis, & lunæ, siderumque prodigia, & in terra angustias nationum obstupescentium velut à sonitu maris fluctuantis.* Ambros. l. 4. Hex. col. 67. d. & l. 10. in Luc. 1511. e. *Et erunt signa in sole, & luna, & stellis.* Hesych. apud August. ep. 198. to. 2. 741. d. & August. ipse ep. 199. ad eund. to. 2. 755. c. textui nostro suffragantur, nisi quòd Hesych. legit *in terra*, non *in terris*.

℣. 26. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. Reliqui verò cum Vulg. excepto Cantabr. qui habet: *deficientium hominum à timore, & exspectatione, quæ ventura sunt orbi terrarum: virtutes enim, quæ sunt in cælo, movebuntur.* Huic etiam codici Græcum respondet, nisi quòd hab. τῶν οὐρανῶν, *cælorum*, loco *quæ sunt in cælo*. Tertul. lib. de resur. carn. p. 574. b. legit: *refrigescentium* (Græc. ἀποψυχόντων) *hominum præ metu, & exspectatione eorum, quæ imminent orbi terræ: virtutes enim cælorum commovebuntur:* vide etiam l. 4. adv. Marc. p. 732. b. ubi habet *vires cælorum*. Hesych. apud August. ep. 198. to. 2. 741. a. & Aug. ipse epist. 199. ad eund. col. 755. c. Vulgatæ assentiunt. Ambros. l. 10. in Luc. 1512. b. *nam virtutes in cælo commovebuntur.*

℣. 27. Ms. Corb. *& tunc videbunt..... venientem in nubibus cum potestate..... & majestate.* Cantabr. *& tunc videbunt..... venientem in nube, & virtute multa, & gloria.* Gr. καὶ τότε ὄψονται....... ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως, καὶ δόξης πολλῆς. Tertul. l. de resur. carn. p. 574. b. *& tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum plurimo potentatu, & gloria:* & l. 4. adv. Marc. p. 732. c. *& tunc videbunt filium hominis venientem de cælis cum plurima virtute.* Ambros. l. 10. in Luc. 1512. b. *& tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus.* August. ep. 199. to. 2. 756. e. ut in Vulgata.

℣. 28. Ms. Corb. eadem refert quæ in textu Colb. prætereaque addit in fine: *quoniam adpropiat redemptio vestra.* Cantabr. *Incipientium autem horum fieri, erigite vos, & sublevate capita: quoniam adpropinquat liberatio vestra.* Nec aliter in Græco, deleto uno *vos*, post *erigite*; pro quo ἀνακύψατε; addito verò ὑμῶν, ad *capita*. Tertul. l. de resur. carn. p. 574. b. *Ubi autem cœperint ista fieri, emergetis, & elevabitis capita vestra: quòd redemptio vestra appropinquavit:* & l. 4. adv. Marc. p. 732. c. *Cùm autem hæc fient, erigetis vos, & levabitis capita: quoniam appropinquavit redemptio vestra.* Hesych. apud August. ep. 198. to. 2. 740. g. *His autem fieri incipientibus, respirabitis, & levabitis capita vestra: quoniam adpropinquabit redemptio vestra.* Aug. verò ep. 199. ad eund. col. 756. d. Vulgatæ congruit. Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 533. c. *Cùm audieritis hæc omnia, allevate capita vestra: quoniam appropiat redemptio vestra.*

℣. 29. Itidem Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. autem: *Et dixit parabolam illis*, &c. Tertul. l. 4. advers. Marc. p. 733. b. *Aspice ficum, & arbores omnes.* Ambros. l. 10. in Luc. 1513. a. *Videte ficulneam, & omnes arbores.*

℣. 30. Similiter habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. S. Mart. &c. Cantabrig. verò ita: *cùm produxerint fructum suum, scitote jam quia prope jam æstas est.* Gr. ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν, γινώσκετε ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. b. *cùm fructum protulerint, intelligunt homines æstatem appropinquasse.* August. ep. 199. to. 2. 756. e. textui Colb. favet; sicut Ambros. l. 10. in Luc. 1513. a.

℣. 31. Ms. Corb. non differt à textu Colb. S. Gat. verò legit, *hæc omnia fieri.* Cantabr. *Sic & vos cùm videritis hæc, scitote*, &c. quæ supra. Græc. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, &c. al. πάντα ταῦτα γινόμενα. Tertul. l. de resur. carn. p. 574. b. *Ita vos cùm videritis omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnum Dei:* & l. 4. adv. Marc. p. 733. b. *Sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote in proximo esse regnum Dei:* & supra, p. 732. c. *omnia hæc fieri, scitote appropinquasse regnum Dei.* Cypr. l. de mortal. p. 229. b. *Cùm autem videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum Dei.* August. epist. 199. to. 2. 756. e. ut in Vulgata. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 40. col. 188. d. legit: *Cùm videritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est finis.*

℣. 32. Ms. Corb. legit, *quia nòn præteriit*, &c. Cantabrig. *quoniam non præteribit*; paulòque post, *usque dum hæc omnia fiant.* Græc. ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ..... ἕως ἂν πάντα, &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. b. ait *non transiturum cælum, ac terram, nisi omnia peragantur.*

℣. 33. Sic habent Mss. Corb. & Cantabr. excepto uno & altero *præteribunt*, loco utriusque *transient*. Idem ferunt Mss. S. Gat. & Maj. Mon. in fine. Græc. παρελεύσονται..... παρέλθωσι.

℣. 34. Ms. Corb. *Attendite autem vobis, ne fortè graventur..... in crapula, & ebrietate, & cogitationibus sæcularibus: & superveniat in vobis*, &c. Cantabrig. *Attendite vobis, ne quando graventur vestra corda in crepula, & ebrietate, & soniis sæcularibus: & superveniat super nos subitanus dies ille.* S. Gat. scribit *durentur*, loco *graventur*. Gr. βαρυνθῶσιν αἱ

**Vulgata nova.**

hujus vitæ : & ſuperveniat in vos repentina dies illa :

35. tanquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.

36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

37. Erat autem diebus docens in templo : noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliveti.

38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

**Versio antiqua.**

tionibus ſæculi : & ſuperveniat in vos repentina dies illa *Ex Mſ. Colbert.*

35. tanquam laqueus : ſuperveniet enim in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.

36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini effugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtabitis ante Filium hominis.

37. Erat autem interdie docens in templo : noctibus verò exiens, avocabatur in monte, qui vocatur Oliveti.

38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

ſubinde, ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς· καὶ αἰφνίδιος (al. αἰφνιδίως) ἐφ' ὑμᾶς ἐπιςῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Iren. l. 4. c. 36. p. 278. c. *Attendite vobis, & vigilate ſemper in omni tempore, nequando graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & cogitationibus ſæcularibus : & repentè adſiſtat ſuper vos dies illa :* & infra, c. 37. p. 282. b. *Attendite vobis, ne fortè graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & ſollicitudinibus ſæcularibus.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. b. ait Admonendos diſcipulos, *nequando graventur corda eorum crapula, & ebrietate, & ſæcularibus curis : & inſtat eis repentinus dies ille velut laqueus.* Ambroſ. l. 4. in Luc. col. 1340. c. *Cavete, ne gravetur cor veſtrum in vino, & crapula.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 302. e. *Cavete, ne fortè graventur corda veſtra in vino, & crapula.* Auguſt. l. 10. conf. to. 1. 186. a. *Non graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* Adim. apud Aug. l. contra ipſum, to. 8. 128. d. *Ne graventur corda veſtra cruditate, & vinolentia, & curis ſæcularibus.* Auct. quæſt. ex utroque T. q. 120. col. 130. a. *Nolite dediti eſſe in eſca, & crapula, ne graventur corda veſtra.* Leo M. ſer. 18. p. 67. a. *Cavete, ne fortè graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & cogitationibus ſæcularibus.*

℣. 35. Mſ. Cantabr. *ſicut laqueus : introibit autem ſuper ſedentes ſuper faciem omnis terræ ;* Corb. & S. Mart. Turon. *ſupra faciem terræ.* Apud Tertul. quoque ubi ſup. jungitur iſtud, *velut laqueus*, antecedentibus. Græcè verò ut in Vulg. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς, &c. Item apud Iren. l. 4. c. 36. p. 278. c. *ſuperveniet enim quaſi laqueus ſuper omnes ſedentes ſuper faciem terræ.*

℣. 36. Mſ. Corb. concordat cum textu Colbert. Similiter habet Mſ. S. Gat. *effugere.* Cantabr. *Vigilate autem, in omni tempore rogantes, ut digni hab. fugere hæc omnia, quæ incipient fieri, & ſtabitis in conſpectu Filii hominis.* Gr. Ἀγρυπνεῖτε οὖν, ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ, &c. Tertul. l. de reſur. carn. p. 574. c. *Vigilate ergo omni tempore, ut digni habeamini effugere omnia iſta, & ſtetis ante Filium hominis.*

℣. 37. Mſ. S. Germ. 2. *Erat autem in illis diebus docens*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Erat autem per diem in templo docens : in monte habitabat, qui vocatur Oliveti.* S. Gat. & Maj. Mon. *noctibus verò exiens, requieſcebat in monte, qui*, &c. Corb. cum S. Germ. 1. Vulgatæ accinit, & Græco. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. b. *Per diem in templo docebat : ad noctem verò in Æleonem ſecedebat.* Gr. εἰς τὸ ὄρος τὸ..... Ἐλαιῶν.

℣. 38. Mſ. S. Germ. 1. *Et omnis populus manè ibat ad eum in*, &c. S. Germ. 2. *Et omnis populus manebat ad eum in*, &c. S. Gat. *Et omnis populus manificabat ad eum*, &c. Cantabr. *Et omnis populus vigilabat ad eum audire eum in templo.* Gr. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν, &c.

## CAPUT XXII.

**Vulgata nova.**

Matth. 26. 2. Marc. 14. 1. 1. Appropinquabat autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha :

2. & quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ, quomodo Jeſum interficerent : timebant verò plebem.

Matth. 26. 14. Marc. 14. 10. 3. Intravit autem ſatanas in Judam, qui cognominabatur Iſcariotes, unum de duodecim :

4. & abiit, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis.

5. Et gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare.

6. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem ut traderet illum ſine turbis.

**Versio antiqua.**

1. Appropinquabat autem dies Azymorum, qui dicitur Paſcha : *Ex Mſ. Colbert.*

2. & quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ, quomodo eum interficerent : timebant verò plebem.

3. Intravit autem ſatanas in Judam, qui cognominabatur Scariotha, unus de duodecim :

4. & abiit, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum, & Scribis, quemadmodum illum traderet eis.

5. Et gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare.

6. Et quærebat opportunitatem temporis, ut traderet illum eis ſine turba.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Corb. *Appropiavit autem dies feſtus*, &c. Sangerm. 1. *Adpropinquavit autem dies feſtus*, &c. Similiter habet Cantabr. ſed abſque voce *feſtus*. Gr. Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν, &c.

℣. 2. Mſ. Corb. textui Colb. congruit, ſicut etiam Sangerm. 1. & S. Mart. Turon. Cantabr. verò habet : *principes autem ſacerdotum, & Scribæ, quærebant quomodo perderent eum : timebant autem populum.* Græc. καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς, τὸ, πῶς ἀνέλωσιν αὐτὸν, &c.

℣. 3. Mſs. Corb. & S. Germ. 1. legunt *Scarioth, unum*, &c. S. Germ. 2. *Scarioth, de duodecim.* S. Gat. *qui cognominatur Scarioth, unus de*, &c. S. Mart. Turon. *qui cognominatur Scarioth, unum de*, &c. Cantabrig. *qui vocatur Iſcarioth, qui erat de numero duodecim.* Græcè pariter, τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Ap. Hilar. in Pſ. 128. col. 431. c. *Intravit ſatanas in Judam, qui cognominatur Scariotha.* Apud Auguſt. in Joh. 13. to. 3. 668. g. omnia ut in Vulg. ſed in Pſ. 3. to. 4. col. 7. c. legit : *Et intravit diabolus in cor ejus.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 714. h. *Intravit ſatanas in Judam.*

℣. 4. Mſ. Corb. *& abiit, & locutus eſt principibus, & Scribis, quomodo illum traderet.* Cantabr. *& abiit, & conlocutus eſt principibus ſacerd. quomodo traderet eum.* Græc. καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τὸ, πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· Mſ. unus ἐλάλησε ; dein alii quidam, ἀρχιερεῦσι, καὶ Γραμματεῦσι. Auguſt. in Joh. 13. to. 3. 668. g. *& abiit, & locutus eſt cum principibus ſacerdotum*, ut in Vulg.

℣. 5. Mſ. Corb. hoc omittit, *Et gaviſi ſunt ;* habet verò, *Et pacti ſunt ut pecuniam illi darent.* Cantabr. *Et gaviſi ſunt, & conſtituerunt ei pecuniam dare.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 6. In Mſ. Corb. ſimiliter deeſt hoc 1. de Vulg. *Et ſpopondit :* tum ſequitur : *Et quærebant opportunitatem temporis, ut traderet eum illis ſine turba.* Cantabrig. verò habet : *Et confeſſus eſt. Et quærebat opportunitatem ut traderet eum ſine turba.* Nec aliter in Græco, addito uno αὐτοῖς, poſt *eum :* à quibuſdam tamen libb. abeſt αὐτοῖς.



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha.

8. Et miſit Petrum, & Johannem, dicens: Euntes parate nobis paſcha, ut manducemus.

9. At illi dixerunt: Ubi vis paremus tibi?

10. Et dixit ad illos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat,

11. & dicetis patrifamilias: dicit tibi Magiſter: Ubi eſt diverſorium, ubi paſcha cum diſcipulis meis manducem?

12. Et ille vobis oſtendet in ſuperioribus locum ſtratum magnum, ibi parate.

13. Euntes autem, invenerunt ſicut dixit illis, & paraverunt paſcha.

14. Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & Apoſtoli cum illo:

15. & ait illis: Deſiderio deſideravi hoc manducare vobiſcum, antequam patiar.

16. Dico enim vobis, quia jam non manducabo illud, quandiu impleatur in regno Dei.

17. Et accepit calicem, & gratias egit, & dixit: Accipite hoc, & bibite inter vos:

18. dico enim vobis quoniam non bibam à generatione vitis, quandiu regnum Dei veniat.

19. Et accepto pane gratias agens, fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

20. Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic eſt calix novi teſtamenti ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur.

## VULGATA NOVA.

7. Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha.

8. Et miſit Petrum, & Joannem, dicens: Euntes paràte nobis paſcha, ut manducemus.

9. At illi dixerunt: Ubi vis paremus?

10. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat,

11. & dicetis patrifamilias domus: dicit tibi Magiſter: Ubi eſt diverſorium, ubi paſcha cum diſcipulis meis manducem?

12. Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum, & ibi parate.

13. Euntes autem, invenerunt ſicut dixit illis, & paraverunt paſcha.

14. Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo: Matth. 26. 20.

15. & ait illis: Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. Marc. 14. 17.

16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.

17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos:

18. dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

19. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 1. Cor. 11. 24.

20. Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Concinunt Mſs. S. Germ. ambo, S. Gat. &c. Corb. verò habet: *Venit autem dies Paſchæ, in qua neceſſe erat immolari in paſcha.* Cantabr. *Venit autem dies Paſchæ, in qua oportebat immolari paſcha.* Itidem in Græco, præter unum Ἀζύμων, loco *Paſchæ.* Apud Ambroſ. epiſt. 23. col. 881. b. *Venit autem dies, in qua neceſſe erat paſcha immolari.*

℣. 8. Sic habent Mſs. S. Germ. 1. Corb. Cantabrig. S. Gat. &c. unà cum Græco. Eiſdem accinit Ambroſ. ep. 23. col. 881. b. In codice verò S. Mart. Tur. hoc ult. deeſt, *ut manducemus.*

℣. 9. Mſ. Cantabr. *At illi dixerunt ei: Ubi vis paremus tibi?* Corb. *Ubi vis paremus tibi paſcha?* S. Gat. cum Colbert. *paremus tibi?* Maj. Mon. *paremus paſcha?* Græcè ut in Vulg. addito αὐτῷ, verbo *dixerunt.* Ambroſ. ep. 23. col. 881. b. Vulgatæ ſuccinit ad verbum.

℣. 10. Mſ. S. Germ. 2. nil omnino diſcrepat à textu Colbert. Deeſt etiam *quidam*, poſt *homo*, in Mſ. S. Mart. Turon. Corb. addit *quidam*, cum Vulg. Cantabr. autem habet: *At ille dixit: Ecce introeuntibus..... obviabit vobis homo bajulans baſcellum aquæ: ſequimini eum in domum, ubi introierit.* Græc. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἰδοὺ... συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων, &c. ut in Vulg. Ambroſius ep. 23. col. 881. c. *Et dixit ad illos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret homo amphoram aquæ portans*, &c. ut in textu: itidem l. 10. in Luc. 1513. d. ab *Ecce*, addito uno *vobis*, ad *occurret.*

℣. 11. Mſ. Corb. ad verbum convenit cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *& dicitis patriſamiliæ domus: dicit Magiſter: Ubi eſt diverſorium, ubi paſcha cum diſcip. meis edam?* Græcè ut in Vulg. Mſs. tamen nonnulli delent σοὶ, poſt *dicit.* Ambroſ. ep. 23. col. 881. c. legit: *& dicetis patriſamilias: dicit tibi Magiſter: Ubi eſt diverſorium, ubi paſcha cum diſcipulis manducem?*

℣. 12. Cum textu Colb. concinit Mſ. Corb. Cantabrig. verò legit: *Ille vobis oſtendet ſuperiorem domum ſtratum, ibi parate.* Gr. Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἐκεῖ, &c. Ambroſ. ep. 23. col. 881. c. *Ipſe vobis oſtendet in ſuperioribus locum magnum, ibi parate.*

℣. 13. Ita ferunt Mſs. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. ſic: *Abientes autem, invenerunt ſicut dixerat illis*, &c. cui favet Græcum.

℣. 14. Mſ. Corb. textui Colbert. conſonat ad verbum. Cantabr. habet, *Et cùm fuit hora, recubuit, & Apoſtoli cum illo.* Græcè ut in Vulgata.

℣. 15. Mſ. Corb. *& ait...... hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam hoc patiar.* Cantabr. *& dixit ad eos: Concupiſcentiâ concupivi hoc paſcha... priuſquam patiar.* Ita quoque in Græco. Apud Tertul. l. de anima, p. 484. a. *Paſcha cum diſcipulis ſuis edere concupiſcit:* & l. 4. adv. Marc. p. 733. b. legit: *Concupiſcentiâ concupivi paſcha edere vobiſcum, antequam patiar.* Hilar. in Pſ. 68. col. 223. e. *Deſiderio cupivi hoc manducare:* & in Pſal. 139. col. 531. a. ait: *Deſiderio deſideravit cum diſcipulis paſcha manducare.* Ambroſ. in Pſal. 37. col. 831. f. *Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum:* itidem in Pſ. 118. col. 1004. e. Epiphan. in 3. 11. Cantici Cantic. *Deſiderio deſideravi hoc paſcha comedere vobiſcum:* at infra, in 5. 16. *Concupiſcentiâ concupivi hoc paſcha manducare vobiſcum.*

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Dico enim vobis, jam non manducabo ab eo, uſquequo novum edatur in regno Dei.* Cæteri codices ut in Vulgata. Græc. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ, &c.

℣. 17. Mſ. Corb. *Et accepto calice gratias....... Accipite hoc, & dividite inter vos.* Cantabr. *Et accipiens calicem benedicens, dixit: Accipite hoc, & partimini vobis.* Gr. Καὶ δεξάμενος ποτήριον εὐχαριστήσας, εἶπε· Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *dico enim vobis, amodo non bibam à creatura vineæ, uſquequo veniat regnum Dei.* S. Mart. Turon. *dico enim vobis, non bibam de generatione;* S. Germ. 2. *de genimine vitis;* Græc. ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου.

℣. 19. Mſ. Corb. *Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum verum:* ſubſequentia autem verba deſunt in hoc codice, uſque ad verſum 21. qui initium ducit ab his, *Tamen ecce*, &c. Unde magis crediderim vocem ultimam *verum*, pertinere non ad verſum 19. ſed ad ℣. 21. qui in omnibus ferè codd. ab hac exorditur conjunctione, *Veruntamen.* Similiter in Mſ. Cantabrig. *Et accipiens panem benedixit, fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum:* deinde: *Veruntamen ecce*, &c. de ℣. 21. prætermiſſis verbis intermediis. Alii codd. Mſs. Vulgatæ patrocinantur; ut & Græcum textui Colb. Apud Ambroſ. l. 4. de Sacram. col. 371. c. *Accipite, & edite ex hoc omnes: Hoc eſt enim corpus meum, quod pro multis confringetur.* Gaudent. Brix. ſerm. 947. e. *Hoc eſt corpus meum.*

℣. 20. Hic verſus totus abeſt à Mſs. duobus Corb. & Cantabr. ut monui ſupra. Mſs. verò S. Gat. & Maj. Mon. ita referunt: *Similiter & calicem, poſtquam cœnatum eſt, dicens: Hic eſt calix novi teſtamenti in ſanguine meo, quod pro vobis funditur.* Itidem in S. Germ. 2. *calix novi teſtamenti*

| Vulgata nova. | Versio antiqua. |
|---|---|
| Matth. 26.21. Marc. 14.20. Joan. 13.18. Ps. 40.10. — 21. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. | 21. Verùm ecce qui mecum manducat, & mecum mittit manum in mensam, ipse me tradet. (Ex Ms. Colbert.) |
| 22. Et quidem Filius hominis, secundùm quod definitum est, vadit: veruntamen væ homini illi, per quem tradetur. | 22. Et Filius quidem hominis, secundùm quod scriptum est, vadit: verùm væ illi homini, per quem traditur. |
| 23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. | 23. Et conquirebant inter se, quis esset ex eis hoc facturus. |
| 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. | 24. Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. |
| Matth. 20.25. Marc. 10.42. — 25. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. | 25. Dixit autem eis Jesus: Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent, bene regentes eorum, benigni vocabuntur. |
| 26. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. | 26. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sit sicut ministrator. |
| 27. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. | 27. Nam quis major est, qui recumbit, aut qui ministrat? in gentibus quidem, qui recumbit: in vobis autem non sic, sed qui ministrat. Ego autem in medio vestrûm sum, non sicut recumbens, sed sicut ministrator. |
| 28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: | 28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: |
| 29. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, | 29. Et ego quidem disponam vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, |
| 30. ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos judicantes duodecim tribus Israël. | 30. ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos duodecim judicantes duodecim tribus Israël in sæcula sæculorum. |
| 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum: | 31. Dixit autem Dominus: Simon, ecce satanas quæsivit ad cernendum velut triticum: |

## Notæ ad Versionem antiquam.

*in sanguine meo.* In Ms. S. Mart. Turon. *calix novum testamentum in sanguine meo, quod pro vobis fundetur;* S. Germ. 1. *effundetur.* Gr. Τῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μυ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

℣. 21. Ms. Corb. *Tamen ecce manus tradentes me, mecum in mensam.* Cantabr. *Veruntamen ecce manus qui tradet me, super mensa.* Maj. Mon. *Veruntamen ecce manus tradentis, mecum est in mensa.* Gr. Πλὴν ἰδὺ ἡ χεὶρ τῦ παραδιδόντος με, μετ' ἐμῦ ἐπὶ τῆς, &c. à quibusdam Mss. abest μετ' ἐμῦ.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Filius quidem hominis, secundùm præfinitum, vadit: veruntamen væ illi, per quem traditur.* Corb. *Et quidem Filius hom. secundùm quod perscriptum est, vadit,* &c. quæ in Vulgata. S. Gat. *sicut quod definitum est;* Maj. Mon. *sicut definitum est;* præterea S. Gat. & S. Germ. 1. in fine legunt, *traditur.* Græc. Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ πορεύεται, κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν ὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' ὖ παραδίδοται· al. παραδοθήσεται. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 734. a. *væ per quem traditur Filius hominis.*

℣. 23. Ms. Corb. *Et ipsi conquirebant inter se, quis esset hoc facturus.* Cantabr. *Ipsi autem cœperunt conquirere ad semetipsos, quis esset, qui incipiet hoc agere.* S. Gat. *Et ipsi cœperunt quarere ex eis inter se, qui,* &c. Itidem Maj. Mon. deleto uno *inter se:* Ms. S. Mart. Turon. hab. *intra se.* Gr. Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτὺς, τὸ, τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν, ὁ τῦτο μέλλων πράσσειν.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Facta est autem & contentio in eis, quisnam esset major.* S. Gat. & Maj. Mon. *Facta autem hæc contentio,* &c. quæ in Vulgata. Græc. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. Hieron. l. 2. contra Pelag. col. 521. b. *Facta est contentio inter illos, quis illorum major esset.*

℣. 25. Ms. Corb. *Dixit autem eis Jesus: Reges.... & qui potestatem habent, bene gerentes eorum, benigni vocantur.* Cantabr. *At ille dixit illis: Reges..... & qui potestatem habent eorum, benivoli vocantur.* S. Gat. *& qui potestatem habent super eos, benigni vocantur.* Græcè ut in Vulg.

℣. 26. Itidem in Ms. Corb. deleto sub fin. verbo *sit.* In Mss. S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. legitur *junior*, non *minor.* Similiter in Ms. S. Gat. paulò verò post repetitur *fiat*, ante *sicut ministrator.* Maj. Mon. *fiat sicut junior: &* (sup. *qui*) *priùs est, fiat sicut qui ministrat.* Cantabrig. *sed qui major in vobis est, fiat sicut minùs: & qui ducatum agit, sicut qui ministrat.* Gr. γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγύμενος, ὡς ὁ διακονῶν. Auct. l. de bapt. Chr. p. 458. c. *& qui major est, fiat minor: & præcessor, sicut ministrator.*

℣. 27. Ms. Corb. *Quis enim major, qui recumbit, aut qui ministrat? in gentibus quidem, qui recumbit: in vobis autem non sic, sed qui ministrat. Ego autem in medio vestrûm sum, quasi minister.* Maj. Mon. *Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? in gentibus quidem, recumbit: in vos autem non sic, sed qui ministrat. Ego autem,* &c. ut in Vulgata. Cantabr. id solum præfert initio, *magis quàm qui recumbit;* lapsu calami: tum addit: *Ego autem sum in medio vestrûm: veni non sicut qui recumbit, sed sicut ministrans.* Græcum Vulgatæ respondet. Ambros. in Psal. 1. col. 755. b. similiter legit: *Ego autem in medio vestrûm sum.* Ambrosiast. col. 105. c. *Ego enim sum in medio vestrûm:* & infra, 123. c. ac 179. c. *Ego sum in medio vestrûm, non ut ministrer, sed ut ministrem.* Sedulius Scot. in ep. ad Rom. p. 494. f. *Ego sum in medio vestrûm, non sicut discumbens, sed sicut ministrans.*

℣. 28. Ita legunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. unà cum Græco. Cantabr. verò habet: *Et vos crevistis in ministerio meo, sicut qui ministrat; qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Hilar. in Ps. 38. col. 522. e. *Quoniam perstitistis mecum in omnibus tentationibus.*

℣. 29. Ms. Corb. *Et ego quidem dispono vobis,* &c. quæ supra. Alii Vulgatæ similes, etiam Cantabrigiensis, in quo deest solum pronom. *meus*, post *Pater.* Græc. nil omnino differt à Vulg. à Mss. tamen nonnullis abest μυ. Ap. Ambros. l. 10. in Luc. 1514. e. *Et ego quidem dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum.*

℣. 30. Mss. Corb. & Maj. Mon. conveniunt cum textu Colb. detracto tamen ult. isto, *in sæcula sæculorum.* Idem quoque omittit Cantabr. sed paulò supra hab. *in regno: & sedebitis super xii. sedes;* reliqua ut in Vulg. Eidem Vulgatæ Græcum respondet ad verbum. Tertul. l. de resur. carn. p. 580. b. his alludens dicit: *Recumbere..... in Dei regno, & sedere in thronis duodecim Christi, & assistere tunc ad dexteram, vel sinistram..... corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt.*

℣. 31. Ms. Corb. *Ait autem Dominus Petro: Simon, Simon, ecce satanas expetivit ut vos ventilet sicut triticum.* Similiter S. Germ. 1. addit *Petro;* S. Germ. 2. *Simoni Petro: Simon, ecce,* &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Ait autem Jesus Simoni: Simon, ecce,* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Dixit autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos ut cerneret sicut,* &c. Græcè ut in Vulg. Ms. tamen unus fert, Σίμων· Σίμων. Tertul. l. de fuga in pers. p. 969. b. *Ecce postulavit satanas uti cerneret vos velut frumentum,* Cypr. ep. 7. ad Cler. p. 14. c. *Dixit autem Dominus ad Petrum: Ecce satanas postulavit ut vos vexaret quomodo triticum:* ita rursum l. de orat. Dom. p. 213. b. Hilar. verò l. 10. de Trin. col. 1060. e. legit: *ecce satanas expetivit ut vos cerneret sicut triticum;* Mss. quidam optimæ notæ, loco *cerneret*, ferunt ibid. *ventilet:* sed Hilarius infra constanter scribit *cerneret*, nullo codice reclamante: ita quo-



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert. 32. ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua : etiam tu aliquando conversus confirma fratres tuos : & rogate ne intretis in tentationem.

33. Qui dixit ei : Domine, tecum sum paratus & in carcerem, & ad mortem ire.

34. Et ille dixit : Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, quoadusque ter me negabis nocte. Et dixit eis :

35. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis ?

36. At illi dixerunt : Nichil. Dixit ergo eis : Sed nunc qui habet saccellum, tollat ; similiter & peram : & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.

37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me : Quòd & cum injustis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent.

38. At illi dixerunt : Domine, ecce gladii duo hìc. Ille autem dixit eis : Satis est.

39. Et egressus abiit secundùm consuetudinem suam in montem Olivarum. Secuti sunt autem &

**Vulgata nova.**

32. ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua : & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

33. Qui dixit ei : Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire.

34. At ille dixit : Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis : Matth. 26. 34. Marc. 14. 30.

35. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? Matth. 10. 9.

36. At illi dixerunt : Nihil. Dixit ergo eis : Sed nunc qui habet sacculum, tollat ; similiter & peram : & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.

37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me : Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. Isai. 53. 12.

38. At illi dixerunt : Domine, ecce duo gladii hìc. At ille dixit eis : Satis est.

39. Et egressus ibat secundùm consuetudinem in montem Olivarum. Secuti sunt autem illum & Matth. 16. 36. Marc. 14. 32. Joan. 18. 1.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

que in Ps. 65. col. 178. b. Ambrosius l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 659. f. *ecce satanas expetivit vos ut ventilet sicut triticum* : & in Ps. 43. col. 904. a. cum Ambrosiast. col. 77. f. *Simon, ecce satanas expostulavit ut ventilet vos sicut triticum.* August. l. 2. de ser. Do. in m. to. 3. col. 213. e. *ecce satanas petiit vos vexare quomodo triticum* : & ser. 210. to. 5. 930. a. *postulavit satanas vexare vos sicut triticum* : & in Ps. 26. to. 4. 120. d. *hac nocte postulavit satanas ut vos cribraret sicut triticum* : & in Ps. 103. col. 1165. f. *hac nocte postulavit satanas vexare vos sicut triticum.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. c. *Simon, Simon, ecce satanas postulavit vos ut cribraret sicut triticum.* Leo M. ser. 3. p. 53. f. *Simon, ecce satanas expostulavit vos ut cerneret sicut triticum.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. f. & l. 2. c. 28. p. 31. c. *Dixit autem Jesus Petro : Simon, Simon, ecce satanas postulavit ut vos cerneret sicut triticum.* Cassiod. in Ps. 74. p. 254. c. *Petre, quoties expetivit vos satanas ut cribraret sicut triticum!* Arnob. jun. in Ps. 106. p. 299. e. *Petre, petit satanas ut ventilet vos sicut triticum in area.* Auctor quæst. ex N. T. q. 75. col. 73. g. *ecce satanas expostulavit ut vos ventilet sicut triticum.*

℣. 32. Ms. Corb. totidem verba refert quæ in textu Colb. nisi quòd ponit *ut non*, pro *ne* ; sicut *&*, pro *etiam.* S. Germ. 1. ultimò legit, *conforta fratres tuos*, absque seqq. Cantabrig. habet : *ego autem precatus sum de te ut non deficiat fides tua : tu autem convertere, & confirma fratres tuos* : nec subdit alia. Græcè : ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, &c. ut in Vulg. nec plura. Apud Tertul. l. de fuga in persec. p. 969. b. *verùm ego rogavi pro te ne deficeret fides tua.* Cypr. epist. 7. ad Cler. p. 14. c. & l. de orat. Dom. p. 213. b. *ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua.* Itidem Ambrosiast. col. 77. f. Hilar. l. 10. de Trin. col. 1060. e. *ego autem rogavi pro te ut non deficeret fides tua* : vide etiam l. 6. col. 904. c. Ap. Ambros. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 659. f. *ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua* : similiter l. 4. de fide, to. 2. 531. d. at in Ps. 43. col. 904. a. legit : *ego autem rogavi Patrem meum ut non deficiat fides tua* : & infra addit : *tu autem conversus confirma fratres tuos.* Aug. l. 2. de ser. Do. in m. to. 3. 213. e. *ego autem postulavi ne deficiat fides tua* : & in Joh. 12. col. 647. b. *rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua* : & in Ps. 26. & 103. to. 4. 120. d. 1165. f. *& ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua* : similiter habet ser. 210. to. 5. 930. a. subditque : *vade, & conforta fratres tuos.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. c. *ego autem rogavi pro te ne deficeret fides tua.* Leo M. ser. 3. p. 54. a. cum Vulgata concinit, nisi quòd post *fratres tuos*, subjungit, *ut non intretis in tentationem.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. f. *ego autem rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua : & tu conversus confirma fratres tuos : & orate ne intretis in tentationem* : & l. 2. c. 28. p. 31. c. *& tu tandem conversus confirma.... & rogate ne intretis in tentationem.* Cassiod. in Ps. 74. p. 254. c. *& ego rogavi pro te ne deficeret fides tua.* Arnob. jun. in Ps. 106. p. 299. *ego autem intercessi pro te.* Gelas. 1. epist. 15. Conc. to. 4. p. 1215. e. *ecce ego rogavi pro te ut non deficiat....... & tu aliquando converte, & confirma fratres tuos.* Apud Auctorem quæst. N. T. q. 75. col. 73. g. ut in Vulgata.

℣. 33. Ms. Corb. *Dixit autem ei Petrus : Domine*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *At ille dixit illi : Domine*, &c. Ita quoque in Græco. Apud August. in Ps. 36. to. 4. col. 257. e. *tecum sum usque ad mortem* : & in Joh. 3. to. 3. 375. g. *tecum usque ad mortem.*

℣. 34. Ms. Corb. *At Jesus dixit ei : Dico tibi Petre, non ..... donec ter abneges me. Et*, &c. S. Germ. 2. *Et ille dixit : Dico*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *At ille dixit : Dico tibi Petre, non clamabit hodie gallus, usquequo ter me negabis nescire me. Et dixit illis.* Græc. Ὁ δὲ εἶπε· Λέγω σοι Πέτρε, οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. Καὶ, &c. Mss. quidam subdunt αὐτῷ, verbo primo εἶπε ; multique loco πρὶν ἢ, ferunt ἕως οὗ. Ambros. l. 5. Hex. col. 112. d. legit : *non cantabit gallus, priusquam me ter abneges.* Vide Joh. 13. 38.

℣. 35. Eadem referunt Mss. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque Corb. nisi quòd scribit *sine saccello* ; & in fine, *nunquid aliquid de vobis fuit ?* Cantabr. *ne cujus defecistis ?* Gr. μή τινος ὑστερήσατε ; al. ὑστερήθητε.

℣. 36. Ms. Corb. tollit *eis*, post *ergo* ; scribitque ut sup. *saccellum* ; extremò verò sic legit : *& qui habet tunicam, vendat eam, & emat gladium.* Maj. Mon. *& qui non habet gladium, vendat tunicam suam, & emat*, &c. S. Gat. *& emat sibi gladium.* Cantabr. *At illi dixerunt : Nullius. At ille dixit : Sed nunc qui habet saccellum, tollet ; similiter & peram : & qui non habet, vendat tunicam suam, & emet gladium.* Græcè ut in Vulg. Mss. tamen plures loco πωλησάτω... ἀγορασάτω, ferunt πωλήσει..... ἀγοράσει. Ambros. l. 10. in Luc. 1515. d. *Qui nunc habet sacculum, tollat ; similiter & peram : & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat sibi gladium.*

℣. 37. Ms. Corb. *Dico enim vobis, quoniam... oportet implere in me : Quòd ut cum iniquis deputatus est. Et de me quæ sunt, finem habent.* S. Germ. 1. & Maj. Mon. *Et cum injustis deputatus est.* S. Germ. 2. *Et quòd cum iniquis deputatus est.* S. Mart. Tur. & S. Gat. *Et quòd cum injustis deputatus est.* Cantabr. *Dico enim, quia hoc quod scriptum est, oportet compleri in me : Quòd & cum iniquis computatus est. Et de me finem habet.* Græcum Vulgatæ respondet, nisi exceperis verbum τελεσθῆναι, pro *impleri* ; Ms. 1. bene πληρωθῆναι· quidam etiam delent sup. ἔτι, *adhuc* : pro *iniquis* verò vel *injustis*, ponitur vox ἀνόμων ; unde Hieron. in Gal. 4. 5. to. 4. p. 2. col. 267. d. testatur scribendum : *Et cum his, qui sine lege erant, reputatus est* : enimvero, infit, *licet in Latinis codicibus propter simplicitatem Interpretum malè editum sit* : Et cum iniquis reputatus est : *tamen sciendum aliud apud Græcos significare* ἄνομον, *quod hic scriptum est, aliud* ἄδικον, *quod in Latinis voluminibus habetur* : ἄνομος *enim dicitur ille*, qui sine lege est..... ἄδικος *verò* iniquus. Ambros. l. 10. in Luc. 1516. a. similiter habet cum Colb. nostro : *quoniam hoc quod scriptum est, oportet impleri in me : Quòd & cum injustis deputatus est.* Tertul. l. de fuga in pers. p. 973. b. *inter iniquos deputatus est.*

℣. 38. Ms. Cantabr. *Illi autem dixerunt : Domine, duo macharæ. At ille dixit illis : Sufficit.* Corb. *At ille respondit eis : Satis est.* Alii codd. Vulgatæ accedunt : nec refragatur Græcum.

℣. 39. Ms. Corb. *Et egressus inde ibat secundùm consuetudinem suam in montem Oliveti. Secuti sunt autem eum & discipuli ejus.* Cantabr. *Et exiens ibat secundùm consuetudi-*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

discipuli.

40. Et cùm pervenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem.

Matth. 26. 39. Marc. 14. 35. 41. Et ipse avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis: & positis genibus orabat,

42. dicens: Pater si vis, transfer calicem istum à me: Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixiùs orabat.

44. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

discipuli ejus.

40. Et cùm pervenissent ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem.

41. Et ipse secessit ab eis quasi ad jactum lapidis: & positis genibus orabat,

42. dicens: Pater, non voluntas mea, sed tua fiat: Si vis, transfer calicem istum à me.

43. Et apparuit illi Angelus Domini de cœlo, confortans eum. Et cùm factus esset in agonia, & prolixiùs orabat.

44. Et factus est sudor ejus, velut globus sanguinis descendentis in terram.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nem in montem Oliveti. Secuti sunt autem eum & discipuli.* Græc. addit αὐτοῦ, ad vocem *discipuli*; quod tamen abest à Mss. pluribus.

℣. 40. Ms. Cantabrig. *Cùm fuisset autem in loco, dixit,* &c. Alii Mss. Vulgatæ congruunt, præter codicem S. Mart. Turon. qui tollit *ad locum*. Gr. Γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου, εἶπεν αὐτοῖς, &c. Apud August. quæst. 50. in Luc. to. 3. 274. c. *Orate ne intretis in tentationem.*

℣. 41. Ms. Cantabr. *Ipse autem recessit ab eis quasi lapidis missionem: & ponens genua orabat.* Cæteri Vulgatæ similes, nisi exceperis Corb. qui habet, *quantum jactum est lapidis*. Græc. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν· καὶ θεὶς τὰ, &c. al. ὡς εἰς λίθου βολήν. Ap. August. quæst. 50. in Luc. ut in Vulgata.

℣. 42. Ms. Corb. *dicens: Pater, non mea voluntas, sed tua fiat: Si vis, transfer hunc calicem à me.* Itidem Cantabrig. habet, præter unum *Si vis tranferre*, pro *Si vis, transfer*. Cæteri Vulgatæ consonant. Gr. λέγων· Πάτερ εἰ βούλει, παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον, &c. ut in Vulg. al. παρενέγκῃ, al. παρένεγκε, al. παρενέγκαι; Mss. verò plures: Πάτερ, μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω· Εἰ βούλει, παρένεγκε τοῦτο τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ. Tertul. l. de orat. c. 4. p. 181. a. *Pater, transfer poculum istud:* subinde, *nisi quod mea non, sed tua fiat voluntas.* Ambr. l. 10. in Luc. 1516. b. 1517. a. *Pater, si possibile est, transfer à me calicem istum:* & infra, 1517. e. *tranfer hunc calicem à me:* & sup. 1517. b. *non mea voluntas, sed tua fiat:* & post multa, 1543. b. *Pater, si fieri potest, transfer à me calicem hunc: Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat:* & l. 5. de fide, col. 581. d. *Pater meus, si vis, transfer calicem hunc à me: Verùm non mea voluntate, sed tuâ fiat.*

℣℣. 43. 44. Mss. Corb. S. Germ. & S. Gat. totidem verba referunt quot sunt in Vulgata. S. Mart. Turon. codex id unum mutat ad ℣. 43. *Et factus est in agonia, & prolixiùs orabat;* sicut alter Maj. Mon. istud de ℣. 44. *decurrentes in terram*, loco *decurrentis*. Cantabrig. verò utrumque versum sic reddit: *Visus est autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, vehementiùs orabat.* Deinde: *Factus est autem sudor ejus, sicut buccellæ sanguinis descendentes super terram.* Græcè pariter: Ὤφθη δὲ αὐτῷ Ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ, ἐνισχύων αὐτόν. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο. Ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. Mss. tamen plures Græci hæc verba non exhibent, uti nec omnes præferebant, etiam Latini, ætate Hieronymi: Id saltem concludi posse credimus ex eo quod dicit l. 2. cont. Pelag. to. 4. 521. b. *In quibusdam Exemplaribus, tam Græcis, quàm Latinis, invenitur, scribente Luca:* Apparuit illi Angelus de cœlo, confortans eum; *haud dubium quin Dominum Salvatorem.* Et factus in agonia, prolixiùs orabat. Factusque est sudor ejus, &c. quæ in Vulg. « Hac autem » locutionis forma, inquit Sixtus Sen. l. 1. c. 22. innuit di- » vus Hieron. non omnes codices ea verba habuisse. » Et sanè si *in quibusdam* tantùm *Exemplaribus* inveniebantur, teste Hieronymo, ut in aliis multis illa ipsa abfuerint satis consequens est ex ipso. Illa tamen certò admisisse S. Doctorem, vel ex his constat, quæ addit: *Salvator in passione ab Angelo confortatur, & Critobulus meus non indiget auxilio Dei..... Et tam vehementer orabat, ut guttæ sanguinis prorumperent ex parte, quem totum erat in passione fusurus. Quid, inquit, dormitis?* &c. Eundem quoque Lucæ locum respexisse Irenæum liquet ex l. 3. c. 22. p. 219. Ut enim probet Christum veram carnem ex Virgine conceptam & natam sumpsisse, hæc ait: *Si nihil sumpsisset ex Maria, nunquam eas, quæ à terra erant, percepisset escas..... sed nec Johannes discipulus ejus de eo scribens dixisset:* Jesus autem fatigatus in itinere sedebat..... *nec lacrymasset super Lazarum; nec sudasset globos sanguinis; nec dixisset: Tristis est anima mea,* &c. Ambrosius tamen comm. in Lucam l. 10. n. 59. 60. memoratis his de ℣. 42. *transfer à me calicem istum..... non mea voluntas, sed tua fiat*, paulò post transit ad istud, ex Matth. 26. 38. *Tristis est anima mea*, tacitis aliis de Luca, ubi agitur de Angelo confortante, & de sudore sanguineo. Sed cave existimes inde sequi, ut ea ipsa ab Ambrosio minimè recognita fuerint: alioquin resecanda essent alia multa, de quibus non meminit Ambrosius: non enim omnia & singula Lucæ verba recenset & persequitur in hoc commentario. Hilarius autem l. 10. de Trin. n. 40. col. 1061. d. illa ipsa expressè admisit, dicens: *Cùm Lucas dixisset satanam expetisse ut Apostolos modo tritici cerneret..... subjecit, post multam Domini precem, Angelum adstitisse confortantem eum, quo assistente orare prolixiùs cœperit, ita ut guttis sanguinum corporis sudor efflueret:* sed infra, n. 41. utrùm retinenda forent, non definit: *Nec sanè*, inquit, *ignorandum à nobis est, & in Græcis, & in Latinis codicibus complurimis, vel de adveniente Angelo, vel de sudore sanguinis, nil scriptum reperiri. Ambigentibus igitur utrùm hoc in libris variis aut desit, aut superfluum sit (incertum enim hoc nobis relinquitur de diversitate librorum) certè si quid sibi ex hoc hæresis blanditur ut infirmum affirmet, meminerit..... eò modo eum confortatum, quo modo & tristem esse*, &c. At verò quod ambiguum videtur Hilario, ob diversitatem Mss. codicum, optimè solvi potest ex eo quod refert Epiphanius in Ancorato c. 31. p. 36. b. c. de fletu Christi. Cùm enim dixisset, *Non onera duntaxat nostra pro nobis adveniens Verbum sibi sacrosanctum* imposuisse, *sed etiam contrectari* voluisse, *carnem* induisse, post paulò addit: Ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσε, κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ, ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις Ἀντιγράφοις· καὶ κέχρηται τῇ Μαρτυρίᾳ ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων, πρὸς τοὺς δοκήσει τὸν Χριστὸν πεφηνέναι λέγοντας. Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον· Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἵδρωσε· καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡς θρόμβοι αἵματος. Καὶ ὤφθη Ἄγγελος ἐνισχύων αὐτόν. Hæc ultima Lucæ verba iterum refert Epiphanius inf. c. 37. p. 42. b. *Nec illud*, inquit, *è memoria nostra excidit, quod ex Lucæ Evangelio profertur; quod sine interpretatione prætermittere nullo modo debeo. Scriptum est autem: Et in anxietate constitutus, sudavit: & factus est sudor ejus, in modum guttarum sanguinis. Apparuit autem ei Angelus Domini, confirmans ipsum:* subinde addit: *Nihil est loci illius auctoritate præsentius.* Ex quibus omnibus duo potissimùm conficiuntur: primò Epiphanium Lucæ locum de Angelo confortante, & de sudore Christi, tanquam certum, & confessum, & nulli dubium admisisse. Secundò alterum de fletu Christi, non minùs ipsi ratum & certum visum fuisse, cùm idem in Evangelii Lucæ Exemplaribus ἀδιορθώτοις inveniretur, quamvis, ut ait ipse, Catholici, timore quodam inducti, vocem illam sustulerint. Porro quod asserit Epiphanius de ploratu Christi, quid impedit quominus idem affirmari possit & de ipsius sudore sanguineo, & de Angelica ad ipsum consolatione? Id saltem opinatur Sixtus Sen. Bibl. S. l. 1. c. 22. p. 29. « Suspicor, inquit, hanc « historiam olim à quibusdam Orthodoxis, pio quidem, sed « simplici zelo rejectam, quòd favere videretur Arianis hæ- « reticis, qui ex hoc & huic similibus Testimoniis astrue- « bant Filium Dei in eadem impassibilis Dei natura cum « Patre non esse. Nam & aliud Testimonium de fletu Chri- « sti huic simile, fuisse a Catholicis nonnullis hac de causa « ex Lucæ Evangelio sublatum, Epiphanius in libro Anco- « rato planè ostendit, hæc scribens: *Flevit etiam Christus,* « *velut in Evangelio secundùm Lucam habetur in Exemplari-* « *bus incorruptis. Et utitur eo Testimonio S. Irenæus in opera* « *contra hæreses, adversùs eos, qui Christum in apparentia ap-* « *paruisse dicunt. Verùm Orthodoxi quidam sustulerunt ver-* « *bum, timentes, & non intelligentes ipsius finem, ac vim, &* « *robur: Constitutus enim Christus in anxietate, sudavit: &* « *fuit sudor ipsius, velut gutta sanguinis. Et conspectus est An-* « *gelus confortans ipsum.* Hæc Epiphanius. Constat hanc hi- «

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 45. Et cùm surrexisset ab oratione, venit ad discentes suos, quos invenit dormientes à tristitia.

46. Et dixit illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.

47. Adhuc autem eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, unus ex duodecim, præibat illos: & propinquavit, & osculatus est Jesum: hoc dederat illis signum: Quemcunque osculatus fuero, tenete eum.

48. Dixit autem illi Jesus: Juda, osculo Filium hominis tradis?

49. Cùm autem viderent, qui circa eum erant, quod futurum esset, dixerunt ei: Domine, si percutiemus gladio?

50. Et percussit unus ex eis servum sacerdotis, & abstulit aurem ejus dextram.

51. Dixit autem Jesus: Sinite usque adhuc. Et cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.

52. Dixit autem Jesus ad eos, qui ad se venerant, primi sacerdotes, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem venistis ad me cum gladiis, & fustibus?

53. Quotidie vobiscum fui in templo, non extendistis in me manus: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

54. Comprehensum autem eum ducebant, & introduxerunt in domo sacerdotis: Petrus verò sequebatur à longè.

55. Succenso igne in medio atrio, inter circumsedentes sedebat & Petrus in medio illorum.

VULGATA NOVA.

45. Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia.

46. Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.

47. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Matth. 26.47. Marc. 14.43. Joan. 18.3.

48. Jesus autem dixit illi: Juda, osculo Filium hominis tradis?

49. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?

50. Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram.

51. Respondens autem Jesus, ait: Sinite usque huc. Et cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.

52. Dixit autem Jesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus?

53. Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

54. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. Matth. 26.57. Marc. 14.53. Joan. 18.24.

55. Accenso autem igne in medio atrii, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Matth. 26.69. Marc. 14.66. Joan. 18.25.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» storiam, quam Dionysius Areopagita in lib. de cœl. hierarch. citat, & approbat, communi totius Ecclesiæ consensu in Canonem Sacrorum Voluminum receptam, & Ecclesiastica sanctione sub anathematis pœna cautum, ne quis ejus auctoritatem contemnere audeat. Unde & inter alios Ecclesiasticos anathematismos, qui ab Athanasio in sexto de beatitudine Filii Dei volumine enumerantur, hic quoque recensetur: *Si quis negaverit verum hominem, quem Filius Dei assumpsit, sanguinem sudasse, anathema illi.* » Hunc etiam Lucæ locum agnoscunt Hippol. Bibl. PP. to. 15. p. 623. d. Chrysost. in Matth. hom. 84. & alii, de quibus vide Tillemont. hist. Eccl. to. 1. Not. 28. p. 468.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Et surgens ab oratione, veniens ad discipulos, invenit dormientes eos à tristitia.* S. Mart. Turon. *pro tristitia.* Cæteri ut in Vulgata. Græc. Cantabrigiensi favet, addito uno αὐτȣ͂, ad *discipulos.*

℣. 46. Eadem reddunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò sic: *Et dixit illis: Dormitis? surgentes orate, ut non in tentationem intretis.* Ita quoque in Græco, præposito uno Τί, verbo *dormitis?*

℣. 47. Ms. Cantabrig. *Adhuc autem eo loquente, ecce turba multa: & qui vocatur Judas Iscariot, unus de xii. antecedebat eos: & accedens osculatus est Jesum: hoc enim signum dederat eis: Quem osculatus fuero, ipse est.* Corb. *Adhuc autem illo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, unus de xii. antecedebat eos: & adpropians osculatus est Jesum:* nec addit plura; uti nec Mss. codd. alii, qui omnes Vulgatæ congruunt. Eidem quoque Græcum favet, nisi quòd ipso initio habet, Ἔτι δὲ..... ϗ ὁ λεγόμενος Ἰȣ́δας· Mss. quidam tollunt δὲ; alii addunt πολὺς ad vocem *turba;* multique in fine subjiciunt: τȣ͂το γὰρ σημεῖον δεδώκει αὐτοῖς· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν· quæ textum nostrum mirè confirmant: huc adducta fuisse videntur vel ex Matth. 26. 48. vel ex Marc. 14. 44.

℣. 48. Vulgatæ suffragantur Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Item Cantabr. deleta vocula *illi*, post *dixit.* S. Mart. Turon. *Jesus dixit illi*, absque medio *autem.* Ambr. l. 10. in Luc. 1517. e. 1518. a. similiter habet: *Juda, osculo Filium hominis tradis?* ita rursum l. 6. Hex. col. 139. f. 140. a. & l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 638. e. & in Ps. 39. col. 863. e. &c.

℣. 49. Ms. Corb. *Quod cùm viderent hi, qui circa ipsum erant, quod fiebat, dixerunt..... si percutiemus in gladio?* Cantabr. *Videntes autem qui circa eum, quod factum est, dixerunt Domino: Si percutiemus in gladio?* Itidem S. Gat. & Maj. Mon. *si percutiemus.* Gr. Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν, τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ· Κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; al. πατάξωμεν, al. πατάσομεν.

℣. 50. Vulgatam referunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Item Cantabrig. nisi quòd habet, *abstulit ejus auric. dextram.* S. Germ. 2. tollit *ejus.* Gr. Καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν..... ϗ ἀφεῖλεν αὐτȣ͂ τὸ ȣ͂ς, &c. al. deest τίς. Vide sis Tertul. l. de pat. c. 3. p. 199. a.

℣. 51. Ms. Corb. *Ait autem Jesus: Sine usque hoc. Et extendit manum suam Jesus, & tetigit, & redintegrata est auris ejus.* Cantabrig. *Respondens autem Jesus, dixit: Sinite usque hoc. Et extendens manum, tetigit eum, & restituta est auricula ejus.* S. Gat. & Maj. Mon. *dixit ei: Sinite,* &c. quæ in Vulg. Gr. εἶπεν· Ἐᾶτε ἕως τȣ́τȣ, &c. ut in Vulg.

℣. 52. Ms. Corb. *Dixit autem Jesus..... principibus sacerdotum, & magistratibus templi, & senioribus: Quasi ad latronem venistis cum,* &c. Cantabrig. *Dixit autem ad eos; qui advenerant ad eum, principes sac. & præpositos populi; & seniores: Sicut ad latronem existis cum,* &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Tanquam ad latronem venistis,* &c. Græcè ut in Vulgata. Sic etiam apud August. in Joh. 18. to. 3. 790. b.

℣. 53. Ms. Corb. *Cùm quotidie vobiscum fueram in templo, non..... sed hæc erit hora,* &c. Cantabr. *Quotidie cùm essem in templo vobiscum, non extendistis..... sed hæc est ... & potestas tenebræ.* S. Germ. 2. *& non extendistis,* &c. quæ in Vulg. Ipsi quoque Vulg. Græcum favet.

℣. 54. Ms. Corb. *Et comprehensum illum duxerunt in domum principis sac. Petrus verò sequebatur illum à longè.* Cantabr. *Contenentes eum, adduxerunt in domum principis sac. Petrus autem sequebatur eum à longè.* Græc. Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν, ἤγαγον, ϗ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν, &c. ut in Vulg. Mss. tamen plerique delent hoc med. ϗ εἰσήγαγον αὐτόν· paulò verò post quidam subdunt αὐτῷ, verbo *sequebatur.* Ambros. l. 10. in Luc. 1519. f. *Petrus verò sequebatur à longè.*

℣. 55. Ms. Corb. *Accenso autem igni in medio atrio, & circumsedentibus, sedit Petrus in medio eorum.* Cantabr. *Incendentibus autem ignem in medio atrio, & circumsedentium, sedebat & Petrus cum eis calficiens se.* Alii codd. Vulgatæ consonant, nisi exceperis codicem S. Germ. 2. qui scribit *in medio atrio.* Græc. Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, ϗ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν· Mss. quidam, Ἁψάντων δὲ αὐτῶν πῦρ, al. πυράν; inf. quidam, ϗ περικαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο, al. ἦν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

56. Quem cùm vidiffet ancilla quædam fedentem ad lumen, & eum fuiffet intuita, dixit : Et hic cum illo erat.

57. At ille negavit eum, dicens : Mulier, non novi illum.

58. Et poft pufillum alius videns eum, dixit : Et tu de illis es. Petrus verò ait : O homo non fum.

Joan. 18.26. 59. Et intervallo facto quafi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens : Verè & hic cum illo erat : nam & Galilæus eft.

60. Et ait Petrus : Homo, nefcio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente cantavit gallus.

61. Et converfus Dominus refpexit Petrum. Et recordatus eft Petrus verbi Domini, ficut dixerat : Quia priùs quàm gallus cantet, ter me negabis :

Matth. 26.34. Marc. 14.30. Joan. 13.38.

62. Et egreffus foras Petrus flevit amarè.

63. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes.

64. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus : & interrogabant eum, dicentes : Prophetiza, quis eft, qui te percuffit ?

65. Et alia multa blafphemantes dicebant in eum.

Matth. 27.1. Marc. 15.1. Joan. 18.28.

66. Et ut factus eft dies, convenerunt feniores plebis, & principes facerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium fuum, dicentes : Si tu es Chriftus, dic nobis.

67. Et ait illis : Si vobis dixero, non credetis mihi :

68. fi autem & interrogavero, non refpondebitis mihi, neque dimittetis.

69. Ex hoc autem erit Filius hominis fedens à dextris virtutis Dei.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mf. Colbert.

56. Quem cùm vidiffet ancilla quædam fedentem ad lumen, & intuita eum, dixit : Et hic cum illo fuit.

57. Ille autem negavit, dicens : Mulier, ignoro eum.

58. Et poft pufillum videns eum alius, dixit : Homo, & tu de illis es. Petrus autem dixit : O homo, non novi hominem.

59. Et poft pufillum horæ unius, contendens quidam, dixit : Verè & hic cum eo erat : nam & Galilæus eft.

60. Cui dixit Petrus : Homo, ignoro quid dicas. Et adhuc loquente illo ftatim gallus cantavit.

61. Et converfus Dominus intuitus eft Petrum. Et rememoratus eft Petrus fermonis Domini, quomodo illi dixit : Antequam gallus cantet, ter me negabis :

62. Et egreffus foras Petrus flevit amarè.

63. Viri autem detinentes eum, irridebant illum.

64. Et alligatum eum cædebant, interrogantes eum : Prophetiza nobis, quis te percuffit ?

65. Et alia multa blafphemantes dicebant in eum.

66. Et ut dies factus eft, convenerunt feniores populi, & principes facerdotum, & Scribæ, & adduxerunt eum in confenfum fuum, dicentes : Si tu es Chriftus, dic nobis.

67. Quibus dixit : Si vobis dixero, non creditis mihi :

68. & fi interrogavero, non refpondetis mihi, neque dimittetis.

69. Amodo enim erit Filius hominis fedens ad dextram virtutis Dei.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 56. Mf. Corb. *Quem ut vidit ancilla fedentem ad lumen, intuens illum, dixit ei : Et hic de eis eft, qui cum ipfo erant femper.* Cantabrig. *Videns autem eum puella quædam fedentem ad lumen, & intendens in eum, dixit : Et hic cum eo erat.* Gr. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις..... καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ, &c. ut in Vulg.

℣. 57. Mf. Corb. *At ille negavit & dicens*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *At ille negavit eum, dicens : Nefcio illum.* Græc. ut in Vulg. Ambrof. in hunc loc. 1522. d. *Lucas*, inquit, *fcripfit Petrum interrogatum utrùm ex illis effet, refpondiffe prima voce : Non novi illum.*

℣. 58. Mf. Corb. *Et iterum alius videns eum, dixit : Homo, & tu cum illo eras femper. Qui refpondit : Non fum ego.* Cantabrig. *Et poft pufillum alius..... dixit idipfum. At ille dixit : Homo non fum.* Maj. Mon. *ait : Ego non fum.* Græc. cum Vulgata concinit, deletâ unâ interject. O, ante *homo*. Ambr. in hunc loc. 1522. d. ait : *Rurfus fecunda voce, fecundùm Lucam idem Petrus ait : Non fum ego.*

℣. 59. Mf. Corb. *Et intervallo facto horæ unius, alius quidam contendens, dixit : Et hic cum illo erat : nam*, &c. Cantabrig. *Et intercesso quafi horæ unius, alius quis certabatur : In veritate dico, & hic cum eo erat : etenim Galilæus eft.* Græc. Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, &c. ut in Vulg.

℣. 60. Mf. Corb. *Et ait Petrus : Homo, nefcio quod dicas. Et continuò illo loquente cantavit gallus.* Cantabr. *Dixit autem Petrus : Homo, nefcio quid dicis. Et continuò adhuc eo loquente gallus cantavit.* Græc. ut in Vulg. Ambrofius in hunc Luc. loc. 1522. e. *Tertiò quoque interrogatus, ait : Nefcio quid dicas.* Auct. l. de rebapt. ap. Cypr. p. 359. c. *Nefcio quid dicas, neque novi te.*

℣. 61. Mf. Corb. *Et converfus Dominus refpexit Petrum. Et rememoratus eft Petrus verbum Domini, ficut dixit illi : Priùs quàm gallus cantat, ter me negabis hodie.* Cantabrig. *Converfus autem Jefus refpexit Petrum. Et rememoratus eft verbum Domini, ficut dixit illi : Quia priùs quàm gallus cantet, ter abnegabis me.* Mf. S. Gat. *Et recordatus eft verbi Domini fui, ficut dixit*, &c. quæ in Vulg. Græc. eidem Vulgatæ refpondet, addito uno αὐτῷ, verbo εἶπεν, ut fup. in Colb. Cantabr. & Corb.

℣. 62. Itidem Mfs. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. unà cum Græco. Cantabr. verò legit : *Et exiens foras flevit amarè.* Corb. hoc verficulo caret. Deeft etiam in Græcis pluribus nomen ὁ Πέτρος. Apud Ambr. in Luc. 1523. *flevit amariffimè Petrus.*

℣℣. 63. 64. Mf. Corb. *Et viri, qui tenebant illum, velaverunt eum, & percutiebant eum, & illudebant eum, dicentes : Prophetiza*, &c. Cantabrig. *Viri autem, qui continebant eum, inludebant eum. Et cooperientes ejus faciem, percutiebant eum, & dicebant : Propheta, quis eft, qui*, &c. S. Germ. 2. *Prophetiza nobis Chrifte, quis eft, qui*, &c. Gr. Καὶ οἱ ἄνδρες, οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες. Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 65. Eadem referunt Mfs. Cantabr. S. Germ. S. Gat. &c. Item Corb. præter unum *ad eum*, pro *in eum*. Græcè ut in textu.

℣. 66. Mf. Corb. *Et ut factus eft dies, convenit presbyterium plebis, & principis facerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium fuum, & interrogabant eum : Si tu es*, &c. Cantabrig. *Et cùm factus eft dies, congregati funt feniores populi, & principes fac. & Scribæ, & adduxerunt eum in concilium fuum, dicentes : Tu es Chriftus ?* Græc. Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, ἀρχιερεῖς τε, καὶ, &c. ut in Vulg. al. deeft ult. εἰπὲ ἡμῖν, *dic nobis.*

℣. 67. Mfs. Corb. & S. Mart. Turon. *Et ait illis : Si*, &c. ut in textu Colb. In Cantabr. fic : *At ille dixit illis : Si vobis dixero, non credetis.* Græcè pariter. Item apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 734. b. *Si dixero vobis, non credetis.* Apud Ambrof. in Luc. 1525. c. *Si vobis dixero, non credetis mihi.*

℣. 68. Mf. Corb. textui Colb. confonat, deletâ unâ conjunct. &. Itidem fert Cantabr. præter penult. *aut*, pro *neque*. S. Gat. fimiliter habet, *non refpondetis*. Codex verò S. Mart. Turon. huic ultimo verfûs anteced. *non creditis mihi*, fubdit, *neque dimittetis*, omiffis verbis intermediis, *fi autem & interrogavero, non refpondebitis mihi.* Græc. ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε. Ambrof. in Luc. 1525. c. *fi vos interrogavero, non refpondebitis mihi :* & in Pf. 118. col. 1134. b. *fed & fi interrogavero, non refpondebitis mihi.*

℣. 69. Mf. Cantabrig. *Amodo autem erit Filius hominis fedens ad dexteram virtutis Dei.* Alii ut in Vulgata. Græc. Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται, &c. Mfs. quidam, Ἀπὸ τοῦ νῦν δὲ ἔσται,

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. 70. Et dixerunt omnes : Tu es ergo Filius Dei ? Quibus ait : Vos dicitis, quia ego ſum.

71. Illi verò dixerunt : Quid adhuc opus eſt nobis teſtimonio ? audivimus enim ipſi ab ore ejus.

### Vulgata nova.

70. Dixerunt autem omnes : Tu ergo es Filius Dei? Qui ait : Vos dicitis, quia ego ſum.

71. At illi dixerunt : Quid adhuc deſideramus teſtimonium ? ipſi enim audivimus de ore ejus.

### Notæ ad Versionem antiquam.

&c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 734. b. *Abhinc erit Filius hom. ſedens ad dexteram virtutis Dei.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1227. e. *Ex hoc autem erit Filius hom. ſedens ad dexteram virtutis Dei.*

℣. 70. Mſ. Corb. *Et dixerunt omnes : Tu ergo es Filius Dei ? Ait autem illis : Vos dicitis, quòd ego ſum.* Maj. Mon. *Dixerunt ergo omnes : Tu autem es Filius Dei ?* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Dixerunt autem omnes : Tu es Filius Dei ? At ille dixit illis : Vos dicitis, quoniam ego ſum.* Ita quoque in Græco eſt, inſerto uno ὖν, poſt *Tu* : in Mſs. tamen nonnullis initio : Εἶπον ὖν πάντες· dein al. ſimpliciter, Σὺ εἶ ὁ, &c. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 734. b. *Ergo, inquiunt, Tu Dei Filius es ? Reſpondit : Vos dicitis, quia ego ſum.* Item apud Ambroſ. l. de Joſ. c. 12. col. 506. c. *Vos dicitis, quia ego ſum.*

℣. 71. Mſ. Cantabrig. *At illi dixerunt : Quid adhuc opus habemus teſtium ? audivimus enim de ore ejus.* S. Germ. 1. *Quid adhuc deſideramus teſtimonia ?* Cæteri concordant cum Vulg. Græcè : Οἱ δὲ εἶπον· Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας ; &c. ut in Vulg. Mſs. quidam ferunt μαρτύρων, non μαρτυρίας. Unde Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1007. b. legit : *Quid adhuc deſideramus teſtes ? audivimus enim de ore ipſius.*

# CAPUT XXIII.

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert. 1. Et exſurgens omnis multitudo illorum, ducebant eum ad Pilatum.

2. Cœperunt autem accuſare, dicentes : Hunc invenimus evertentem gentem noſtram, & ſolventem Legem, & Prophetas, & vetantem tributa dari Cæſari, dicentem ſe eſſe Chriſtum regem.

3. Pilatus autem audiens interrogavit eum, dicens : Tu es rex Judæorum ? Tu es Jeſus ? Reſpondens dixit : Tu dixiſti.

4. Dixit itaque Pilatus ad ſacerdotes, & ad populum : Nihil invenio cauſæ in iſto homine.

5. Illi verò invaleſcebant, dicentes : Quoniam conturbat populum, docens per totam Judæam, incipiens à Galilæa uſque huc : & filios noſtros, & uxores avertit à nobis : non enim baptizatur ſicut nos.

6. Cùm audiſſet autem Pilatus à Galilæa, interrogavit ſi de Galilæa eſt ipſe homo.

7. Et cùm cognoviſſet quoniam ſub poteſtate Herodis eſt, miſit eum ad Herodem, cùm eſſet Jeroſolymis in illis diebus.

8. Herodes autem ut vidit Jeſum, gaviſus eſt

### Vulgata nova.

1. Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

2. Cœperunt autem illum accuſare, dicentes : Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem Matth. 22. 21.
ſe Chriſtum regem eſſe. Marc. 12. 17.

3. Pilatus autem interrogavit eum, dicens : Matth. 27. 11.
Tu es rex Judæorum ? At ille reſpondens ait : Tu dicis. Marc. 15. 2.

4. Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum, & turbas : Nihil invenio cauſæ in hoc homine. Joan. 18. 33.

5. At illi invaleſcebant, dicentes : Commovet populum, docens per univerſam Judæam, incipiens à Galilæa uſque huc.

6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit ſi homo Galilæus eſſet.

7. Et ut cognovit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Jeroſolymis erat illis diebus.

8. Herodes autem viſo Jeſu, gaviſus eſt val-

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Et exſurgentes, adduxerunt eum ad Pilatum.* Reliqui ut in Vulg. cui etiam Græcum favet.

℣. 2. Mſ. Corb. *Cœperunt autem illum accuſare, dicentes : Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, & ſolventem Legem noſtram, & Prophetas, & prohibentem tributa dare*, &c. quæ in Vulg. Similiter habent Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. niſi quòd tollunt vocem *noſtram*, poſt *Legem* ; ut & *ſe* inf. poſt *dicentem*. Cantabrig. verò hæc præfert ..... *ſubvertentem gentem noſtram, & vetantem tributa dare Cæſari, dicentem autem ſe Chriſtum regem eſſe.* Græc. nil differt à Vulgata, præterquam quòd delet pronom. *noſtram*, poſt *gentem*, cum conjunct. *&*, ante *dicentem* : Mſs. tamen plures hab. ἔθνος ἡμῶν, quibus vocibus Epiphanius dicit Marcionem ſubdidiſſe iſtas, καὶ καταλύοντα τὸν Νόμον, καὶ τοὺς Πϱοφήτας. *Poſt iſta*, inquit Epiph. p. 316. n. lxix. *Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, addidit* (Marcion) *& deſtruentem Legem, & Prophetas* : at verò illa ipſa ſunt quæ ſuperaddita & inſerta reperimus in Mſs. noſtris codd. quatuor Colb. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. Unde facilè crediderim in quibuſdam Exemplaribus Latinis olim ita fuiſſe ſcriptum ; à quibus fortè Marcion totidem verba mutuatus fuerit, & in Græco ſuo codice inſcripſerit. *Neque verò*, ut Epiph. inf. 346. c. *ita in Evangelio legimus, ſed potiùs* : Hunc invenimus ſubvertentem populum, dicentem ſe Chriſtum regem. Οὐ γὰρ εἶχεν οὕτως τὸ ῥητὸν, ἀλλά· Εὕρομʷ τοῦτον διαςρέφοντα τὸν λαὸν, λέγοντα ἑαυτὸν Χριςὸν βαζιλέα.

℣. 3. Mſ. Corb. *Pilatus autem audiens interrogavit*, &c. ut in Vulg. Reliqui eidem Vulgatæ ſuffragantur ad verbum, niſi exceperis Cantabrig. qui habet in fine : *Ille autem reſpondit illi dicens : Tu dicis.* Græc. nil differt à Vulg. niſi uno αὐτῷ, *ei*, addito poſt *reſpondens* ; ſed al. deeſt αὐτῷ. Apud Tertul. l. 4. contr. Marc. p. 734. b. ſic : *Pilato interroganti : Tu es Chriſtus ? ait : Tu dicis.*

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Pilatus autem dixit ad principes ſacerdotum*, &c. quæ in Vulg. Ita quoque in Græco.

℣. 5. Mſ. Corb. *At illi invaleſcebant, dicentes : Commovet populum, docens in univerſa Judæa*, &c. ut in Vulg. nec plura exhibet. Cantabrig. *At illi fortiùs dicebant : Seducit populum, docens per omnem terram, incipiens à Galilæa uſque hic* : nec pariter adjungit ea quæ leguntur in textu Colb. uti nec alii Mſs. noſtri codd. qui omnes Vulgatæ reſpondent ad verbum. Prior hujus aſſumenti pars, ſi Epiphanio credimus, addebatur à Marcione, poſt hæc verba verſûs 2. anteced. *& prohibentem tributa dare Cæſari.* Ita nempe hær. 42. n. lxx. p. 317. a. 346. d. *Aliud quoque*, inquit, *poſt hæc verba*, & prohibentem tributa dare, *ſubjecit* (Marcion) *& avertentem uxores, & filios*, καὶ ἀποςρέφοντα τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα.

℣. 6. Mſ. Corb. *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit ſi à Galilæa homo eſſet.* Cantabr. *Audiens autem Pilatus Galilæam, interrogavit ſi de Galilæa homo eſt.* Græc. ut in Vulg.

℣. 7. Mſ. Cantabr. *Cognoſcens autem quia de poteſtate Herodis eſt, miſit ad Heroden, cùm eſſet Jeroſolymis in illis diebus.* Corb. *Et ut cognovit quòd de Herodis poteſtate eſt, miſit illum ad Herodem, qui Jeroſolymis erat illis diebus.* Græc. Vulgatæ favet, niſi quòd præponit ἐν, vocibus *Jeroſolymis*, & *illis diebus*.

℣. 8. Mſ. Cantabrig. *Herodes autem videns Jeſum, gaviſus eſt valde : erat enim volens videre eum de multis temporibus, propter quòd audiret de eo, & ſperabat quondam ſi-*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

de: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

9. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.

10. Stabant autem principes sacerdotum, & Scribæ constanter accusantes eum.

11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

12. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.

13. Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe,

14. dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in
Joan. 18.38. & 19.4. homine isto ex his, in quibus eum accusatis.

15. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.

16. Emendatum ergo illum dimittam.

17. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum.

18. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam:

19. qui erat propter seditionem quandam factam in civitate & homicidium, missus in carcerem.

20. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum.

21. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

## Versio antiqua.

valde: erat enim à multis temporibus cupiens videre eum, quòd audierat multa de eo, & sperabat signum fieri ab eo quod videret. Ex Ms. Colbert.

9. Interrogabat verò eum sermonibus multis. Ipse verò nihil ei respondit, quasi non audiens.

10. Stabant igitur sacerdotes, & Scribæ instanter accusantes eum.

11. Cùm sprevisset autem illum Herodes cum exercitibus suis, & irrisit, & vestivit illum vestem splendidam, & misit ad Pilatum.

12. Cùm essent autem in dissensionem Pilatus & Herodes, facti sunt amici in illa die: nam ante inimici erant ad invicem.

13. Pilatus autem convocatis principibus, & sacerdotibus, & majoribus, & omni populo,

14. dixit ad eos: Obtulistis mihi hominem istum quasi avertentem populos, & ecce ego in conspectu vestro nihil causæ invenio in homine isto, ex quibus accusatis eum.

15. Sed neque Herodes: dimisi enim vos ad illum, & ecce nihil morte dignum invenimus in illo.

16. Emendatum ergo eum dimittam.

17. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum vinctum.

18. Exclamaverunt autem omnis populus, dicentes: Tolle istum, dimitte autem nobis Barabbam:

19. qui erat propter seditionem quandam in civitate factam & homicidium, missus in carcerem.

20. Iterum verò Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Jesum.

21. Illi autem clamaverunt, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*gnum videre ab eo fieri.* Corb. & alii Vulgatæ congruunt, nisi quòd Corb. habet, *eò quòd audiret multa de illo.* Græc. Ὁ δὲ Ἡρώδης ἰδὼν..... ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν, &c. ut in Vulg. Mss. plures, ἐξ ἱκανοῦ χρόνου. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 734. c. ait: *Delectatus est Herodes, viso Jesu; nec vocem ullam ab eo audivit.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Interrogabat autem eum in verbis multis. Ille autem nihil respondebat illi.* Alii Vulgatæ similes. Græc. Cantabrigiensi favet.

℣. 10. Ms. Maj. Mon. *Stabant etiam principes sacerdotum constanter accusantes eum.* Cæteri omnes concordant cum Vulg. nisi quòd Cantabr. habet *fortiter*, pro *constanter.* Gr. εὐτόνως.

℣. 11. Ms. Corb. *Sprevit autem illum cum exercitibus suis: & indutum illum vestem albam remisit ad Pilatum.* Cantabrig. *Exprobrans autem eum & Herodes cum exercitu suo, & inludens, cooperiens eum opertorium candidum, remisit eum Pilato.* Græc. Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ· al. σὺν τῷ στρατεύματι..... πρὸς τὸν Πιλάτον. Ambros. l. 10. in Luc. 1526. a. *& indutum illum veste alba remisit.* Epiphan. in 8. 7. Cantici Canticor. *Contemnens autem Herodes remisit eum ad Pilatum.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *Cùm essent autem in lite Pilatus & Herodes, facti sunt amici in ipso die.* Corb. *Tunc facti sunt amici Herodes & Pilatus ipsa die: nam ante inimici fuerunt ad invicem.* S. Germ. 2. *ex ipsa die: nam ante ea inimici erant*, &c. Græc. Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· Προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς· al. deest, μετ' ἀλλήλων.

℣. 13. Ms. Corb. *Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, & senioribus plebis.* Cantabrig. *Pilatus autem convocans principes sacerdotum, & principes, & omnem plebem.* Sic etiam in Græco, præter penult. *omnem*, quod deest.

℣. 14. Ms. Cantabr. *dixit ad eos: Adduxistis mihi hominem hunc sicut avertentem plebem, & ego autem interrogans in conspectu vestro, nihil mali inveni in eo. Sed nec Herodes*, &c. de ℣. seq. Alii codd. Vulgatæ accinunt; Corb. tamen sub fin. habet *de quibus*, pro *in quibus.* Græc. εἶπε πρὸς αὐτούς· Προσηνέγκατέ μοι..... ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ..... αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ· Mss. nonnulli simpliciter, αἴτιον ἐν αὐτῷ, absque seq. ὧν κατηγορεῖτε, &c.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Sed nec Herodes: misi enim vos ad eum, & nihil dignum mortis actum est in eo.* S. Germ. 1. *Sed neque Herodes in aliquo: remisit enim eum ad nos, nam remisi vos ad illum, & ecce*, &c. quæ in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. *Sed neque Herodes: nam remisi illum ad vos, & ecce*, &c. Corb. & S. Germ. 2. concordant cum Vulg. cui etiam Græc. favet: Ms. tamen unus loco ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, habet, ἀνέπεμψα γὰρ αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς· alii plures, ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς.

℣. 16. Ita ferunt Mss. nostri omnes, præter Cantabr. ubi *Emendans*, loco *Emendatum*; Gr. Παιδεύσας.

℣. 17. Ms. Cantabr. transfert hunc versum post seq. 19. Alii duo S. Gat. & Maj. Mon. habent, *Necesse autem erat*, &c. ut in Vulg. Reliqui nil ab ea ipsa discrepant: nec etiam Græcum. Mss. tamen aliqui post *unum*, addunt δέσμιον, ut sup. in textu Colb.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Exclamaverunt autem universi, dicentes: Tolle hunc, tolle hunc, dimitte autem nobis Barabbam.* S. Germ. 2. *dimitte nobis filius patris tui Baraban.* Corb. & alii Vulgatæ similes, nisi quòd Corb. tollit adverb. *simul.* Græc. Cantabrigiensi suffragatur, detracto altero *tolle hunc.*

℣. 19. Idem exhibent Mss. Corb. & S. Germ. 2. nisi quòd Corb. scribit *in civitatem.* S. Germ. 1. legit: *quia erat propter seditionem quondam factam in civitatem*, &c. Cantabr. *qui erat propter dissensionem quandam factam in civitatem*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. subdunt, *& homicidium, missus fuerat in carcerem.* Græc. textui Colb. respondet, & Vulgatæ.

℣. 20. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Cantabr. verò huc revocat versum 17. de quo sup. & legit: *Necesse autem habebat per diem festum dimittere illis unum.* Deinde: *Iterum autem Pilatus advocavit eos, volens dimittere Jesum.* Gr. Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, θέλων, &c. Ms. quidam, Πάλιν δὲ; alii paulò post, προσεφώνησε αὐτοῖς, al. πρὸς αὐτούς.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *At illi clamaverunt: Crucifige, crucifige eum.* Corb. & Maj. Mon. non geminant verbum *Crucifige.* S. Germ. ambo, & S. Gat. Vulgatæ consonant, & Græco. S. Paulin. ep. 24. p. 155. b. habet, *Crucifige*,

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 22. Iste autem & tertiò dixit ad eos: Quid enim mali fecit hic? nihil invenio morte dignum in eo: emendatum itaque eum dimittam.

23. Illi autem clamabant vocibus magnis postulantes eum: Crucifige illum: & prævalebant voces illorum, & sacerdotum.

24. Judicavit itaque Pilatus fieri secundùm postulationem illorum.

25. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus erat in carcerem, quem petebant: Jesum autem tradidit voluntati eorum.

26. Susceperunt ergo Jesum, & portans crucem suam, ducebant illum. Et apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenæum, venientem de villa: & imposuerunt ei crucem ut ferret post illum.

27. Sequebatur autem illum multitudo populi, & mulieres: & lamentabantur, & plangebant eum.

28. Conversus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Jerusalem, nolite super me plorare, sed super vos plorate, & super filios vestros.

29. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & mamillæ, quæ non nutricaverunt.

30. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Tegite nos.

31. Quoniam si in humido ita faciunt ligno, & sicco quid facient?

32. Ducebantur autem & duo rei cum illo, interfici.

33. Et cùm venissent in locum, qui vocatur crucifige.

VULGATA NOVA.

22. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam. Matth. 27. 23. Marc. 15. 14.

23. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: & invalescebant voces eorum.

24. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.

25. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum verò tradidit voluntati eorum.

26. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Matth. 27. 32. Marc. 15. 21.

27. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum.

28. Conversus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.

29. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.

30. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Isai. 2. 19. Osee. 10. 8.

31. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Apocal. 6. 16.

32. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

33. Et postquam venerunt in locum, qui vo- Matth. 27. 33. Marc. 15. 22. Joan. 19. 17.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Ms. Cantabr. *At ille tertiò..... Quid enim mali fecit hic? ullam causam mortis invenio in eum: emendans ergo dimittam eum.* Corb. *Quid enim malè fecit iste? nullam causam mortis invenio in illo*, &c. quæ in Vulg. S. Gat. *Quid enim mali fecit iste homo? nullam causam mortis inveni in eo*, &c. Græc. Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ· παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω· Mss. quidam, οὐδὲν ἄξιον.

℣. 23. Ms. Cantabrig. *At illi incumbebant vocibus magnis petentes crucifigi eum: & convalescebant voces eorum, & principum sacerdotum.* S. Germ. 2. *& valescebant voces*, &c. Maj. Mon. *& invalescebant vocibus.* Corb. S. Germ. 1. & S. Gat. ut in Vulgata. Græcè ita: Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἀρχιερέων. Ms. quidam caret hoc ult. καὶ τῶν ἀρχιερέων. Apud S. Paulin. ep. 24. p. 155. b. *& invalescebant voces eorum.*

℣. 24. Ms. Cantabr. *Judicavit autem Pilatus fieri petitionem eorum.* Corb. *Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem ipsorum.* S. Gat. *petitiones eorum.* Græc. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε (al. ἔκρινε) γενέσθαι τὸ, &c.

℣. 25. Textui Colb. consonant Mss. S. Germ. 1. S. Gat. & Maj. Mon. præterquam quòd habent *missus fuerat*. Corb. delet *quem petebant*. Cantabr. *Dimisit autem, qui propter homicidium missus erat in carcerem, quem petebant: Jesum autem tradidit voluntati eorum:* S. Germ. 2. *voluptati eorum.* Græc. textui Colb. respondet, & Vulgatæ; sed Mss. plerique tollunt αὐτοῖς, post *Dimisit autem.*

℣. 26. Ms. Corb. *Susceperunt ergo Jesum; & portans sibi crucem, ducebatur. Et cùm ducerent eum*, &c. ut in Vulg. Itidem in S. Germ. 2. deletâ voculâ *sibi*. In Cantabrig. verò ita: *Cùm autem duxerunt eum, adprehendentes quemdam Simonem Cyrenensem, venientem de agro, imposuerunt ei crucem ut adferret retro Jesum.* Græc. Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου, &c. ut in Cantabr.

℣. 27. Ms. Corb. *Sequebatur autem illum multitudo populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabant.* Itidem Cantabrig. nisi quòd legit *mulieres*, non *mulierum*; additque *eum*, ad *plangebant*. In codd. etiam S. Gat. & Maj. Mon. est *multitudo populi*. Græc. πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ, καὶ γυναικῶν, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Ms. Corb. *Conversus autem..... dixit: Filiæ Israël, nolite flere me, sed vos ipsas flete, & filios vestros.* Cantabrig. *Conversus autem Jesus, dixit ad eas: Filiæ Jerusalem, nolite plangere me, neque lugete, sed vos plorate, & filios vestros.* Cæteri ut in Vulgata; cui etiam Græcum favet: Ms. unus delet ἐπὶ, ante *filios*. Ambros. in Ps. 118. col. 1156. e. & l. 2. de pœnit. col. 427. d. *Filiæ Jerus. nolite me flere, sed vos ipsas flete:* similiter l. de Incarn. col. 719. d. deletâ conjunct. *sed*. Hieron. in Isai. 27. to. 3. 230. f. *Filiæ Jerus. nolite me flere, sed plangite super vos, & super filios vestros.* Leo M. ser. 59. *Filiæ Jerus. nolite flere super me, sed super vosmetipsas, & super filios vestros flete.*

℣. 29. Ms. Corb. cum textu Colb. concinit, præterquam quòd initio delet *ecce*; extremò verò legit: *& ubera, quæ non nutrierunt.* Similiter in Cantabr. deest *ecce*; paulò verò post hab. *uteri*, loco *ventres*; ultimòque, *& ubera, quæ non enutrierunt.* Maj. Mon. *Quoniam veniunt dies*, &c. quæ in Vulg. Gr. Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται, &c. Ambr. l. 1. de virg. col. 153. c. *Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt.* Leo M. serm. 59. *Quia veniunt dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non nutrierunt.* Gr. ἐθήλασαν.

℣. 30. Ms. Cantabr. nil omnino differt à textu Colb. nec etiam codd. S. Gat. ac Maj. Mon. nisi quòd habent in fine, *Cooperite nos*. Corb. & S. Germ. ut in Vulgata, & Græco. Eisdem suffragatur Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 8. col. 635. c. & l. de fide res. col. 1144. c. hoc tamen posteriori loco legit: *Tunc dicturi sunt montibus.* Hieron. in Isai. 2. col. 26. c. *Tunc dicent montibus: Cadite super nos; & petris: Abscondite nos.*

℣. 31. Ms. Corb. *Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Cantabr. *Quoniam si in humido ligno hæc facient, in arida quid fiet?* S. Germ. 2. *quid fiunt?* Gr. Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; al. γενήσεται. Hilar. pariter in Ps. 1. n. 9. col. 21. *Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Ambr. l. de Noe, c. 15. col. 250. a. *Quòd si in humido hoc faciunt, in arido quid fiet?* & l. de virginit. col. 230. e. *Quia si in humido hoc faciunt, in arido quid facient?*

℣. 32. Ms. Corb. *Ducebantur autem duo latrones cum illo, ut interficerentur.* Cantabr. *Ducebantur autem & alii duo maligni cum eo, interfici.* Ita quoque in Græco. In Ms. S. Mart. Turon. simpliciter: *Ducebantur autem & alii duo, ut interficerentur.* S. Gat. *ut crucifigerentur.*

℣. 33. Ms. Corb. *Et postquam venerunt ad locum, qui dicitur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum; & latrones, unus ad dexteram, & alius ad sinistram.* S. Mart. Turon. *& duo latrones, unum à..... & unum à sinistris.* Cantabr. *Et cùm*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

tatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum; & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris.

34. Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes verò vestimenta ejus, miserunt sortes.

35. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus.

36. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,

37. & dicentes: Si tu es rex Judæorum, salvum te fac.

38. Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Judæorum.

39. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos.

40. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es.

41. Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.

42. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum.

### VERSIO ANTIQUA.

Calvariæ, illic crucifixerunt illum cruci; & illos reos, unum ad dextram, & unum ad sinistram. *Ex Ms. Colbert.*

34. Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividebant autem vestimenta ejus, mittentes sortem.

35. Et stabat populus spectans: irridebant autem illum principes, & dicebant: Alios salvos fecisti, teipsum salva, si tu es Christus electus Dei.

36. Insultabant autem illi & milites accedentes, & acetum offerentes,

37. & dicentes: Ave rex Judæorum, libera te. Imposuerunt autem illi & spineam coronam.

38. Fuit autem & scriptio scripta super illum litteris Hebraicis, Græcè, & Latinè: Rex Judæorum.

39. Unus autem ex latronibus, qui pendebat, blasphemabat illum dicens: Si tu es Christus, salvum te fac, & nos.

40. Respondens autem alius corripiebat illum, dicens: Non times tu Deum, quoniam in ea damnatione es.

41. Et nos quidem justè, dignè enim secundùm quæ fecimus, & percepimus: hic verò nihil admisit.

42. Et dicebat ad Jesum: Domine, memor esto mei, cùm veneris in regnum tuum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*venerunt in locum, qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum; & malignos simul, unum à dextris, & unum à sinistris.* Gr. Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον, τὸν καλούμενον Κρανίον, &c. ut in Cantabr. detracto adverb. *simul:* Mss. quidam initio hab. ὅτε ἦλθον; subinde alii, τὸν λεγόμενον Κρανίον, alii, Κρανίου.

℣. 34. Ms. Corb. *Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciant. Dividentes etiam*, &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. posteriora tantùm reddit: *Partiebantur autem vestimenta ejus, mittentes sortem;* priora verò omittit. Reliqui codd. Vulgatæ respondent, sicut etiam Græcum, nisi quòd ultimò scribit singulariter, κλῆρον, *sortem;* sed al. κλήρους. *Quid autem interest*, ait Aug. tr. 118. in Joh. to. 3. 800. b. *utrùm dicatur*, Dividentes miserunt sortes, *quod ait Lucas; an* Diviserunt, sortem mittentes, *quod ait Matth. nisi quòd Lucas dicendo* sortes, *pluralem pro singulari numero posuit; quæ locutio Scripturis sanctis insolita non est: quamvis nonnulli codices* sortem *reperiantur habere, non* sortes. S. Iren. l. 3. c. 18. p. 210. d. *Pater, remitte eis: non enim sciunt quid faciunt.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 782. f. *Pater, remitte illis: quia quod faciunt, nesciunt:* & l. 10. de Trin. col. 1082. a. *quod agunt, nesciunt.* Ambros. l. 1. & 3. de interpel. Job, c. 5. col. 630. a. 655. c. *Pater, dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt:* similiter in Ps. 118. col. 995. e. at infra, 1051. e. 1150. f. & l. de ob. Val. col. 1183. f. & l. de Joseph, c. 12. col. 506. f. *non enim sciunt*, &c. & l. 5. in Luc. 1374. c. *Pater, dimitte illis peccatum: quia nesciunt*, &c. & l. 2. de interpel. Dav. c. 6. *Pater, dimitte illis hoc peccatum.* Hieron. in Jer. 18. to. 3. 618. a. & in Jon. 1. col. 1473. d. & l. 3. contra Pelag. col. 543. b. *Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 197. d. necnon tr. 6. & 31. in Joh. col. 331. f. 523. f. & alibi: *Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.* Itidem Leo M. ser. 53. p. 123. b. at ser. 50. p. 120. a. legit, *dimitte illis.* Auct. quæst. ex N. T. q. 67. col. 69. b. *Pater, ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt.* August. tr. 118. in Joh. to. 3. 799. d. addit: *Dividentes verò vestimenta ejus, miserunt sortes.*

℣. 35. Ms. Cantabr. *Et stabat populus videns: subsannabant autem eum, & dicebant illi: Alios salvos fecisti, teipsum salvum fac, si Filius es Dei, si Christus es electus.* Corb. *Et stabat populus exspectans, & deridebant eum principes, dicentes: Alios salvos fecit, nunc se salvum faciat, si hic est Christus electus Dei.* S. Gat. *Et stabat populus exspectantis, & deridebant eum principes sacerdotum cum Sadducæis, dicentes: Alios salvos fecit, seipsum salvum faciat*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *exspectans....... cum Sadducæis, dicentes: Alios salvos fecit, se non salvum facit*, &c. Græcè ut in Vulg. in Ms. tamen uno, pro θεωρῶν, *spectans*, legitur προσδεχόμενος, sicut in S. Germ. 1. Latino *exspectans.*

℣. 36. Ms. Cantabr. *Deludebant autem eum & milites accedentes; acetum offerebant ei, dicentes.* Corb. *& acetum offerebant illi.* Cæteri ut in Vulg. & Græco.

℣. 37. Ms. Cantabr. *dicentes: Ave rex Judæorum, imponentes illi & de spinis coronam.* Corb. *dicentes: Tu es rex Judæorum, libera te.* S. Gat. *& dicentes: Si tu es Christus rex Jud. salvum te fac.* Græc. ut in Vulg. Mss. tamen quidam tollunt conjunct. Εἰ, *Si*, ante *tu es;* unus addit, ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεύς.

℣. 38. Ms. Cantabr. *Erat autem & inscriptio superscripta super eum litteris Græcis, Latinis, Hebraicis: Rex Judæorum hic est.* Corb. caret *Latinis;* extremòque habet, *Rex Jud. hic est.* Alii concordant cum Vulg. & Græco. Ambros. l. 10. in Luc. 1528. c. *Jesus Nazarenus rex Judæorum.* Vide ad Joh. 19. 19.

℣. 39. Ms. Corb. *Unus autem de pendentibus latronibus blasphemabat dicens: Nonne tu es Christus? libera te, & nos.* Cantabr. *Unus autem de malignis blasphemabat eum;* nec addit plura. S. Gat. *Unus autem ex his, qui pendebat*, &c. quæ in Vulgata. Maj. Mon. *ex his, qui pendebant.* Gr. τῶν κρεμασθέντων κακούργων. August. in Ps. 68. to. 4. 695. e. *Si Filius Dei es, libera te:* & ser. 307. to. 5. 1283. d. *Libera te, si justus es.*

℣. 40. Ms. Cantabr. *Respondens autem alius increpabat eum, dicens: Quoniam non times tu Dominum, quoniam in ipso judicio & nos sumus.* Corb. & alii ut in Vulgata. Gr. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ..... Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ. Epiph. κρίματι καὶ ἡμεῖς ἐσμέν. August. in Ps. 68. to. 4. 695. e. *Compescuit illum alter, & dixit: Tu non times Deum, vel quia in eadem damnatione positus es.* Vict. Tun. l. de pœnit. p. 596. d. *Respondens autem alius latro, corripiebat illum, dicens: Non times Deum, qui in eadem damnatione es.*

℣. 41. Ms. Cantabrig. *Et nos quidem justè, dignè enim secundùm quod egimus, recipimus: hic autem nihil iniquum egit.* Corb. & alii ut in Vulgata. Gr. Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε· al. πονηρὸν ἔπραξε. August. in Ps. 68. to. 4. 695. e. *Et nos quidem rectè pro factis nostris:* & ser. 327. to. 5. 1283. d. *Nos pro malis nostris ista patimur: nam iste justus est.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 596. d. *Nos quidem justè, quemadmodum egimus, & percepimus: hic autem nihil mali admisit.* Maxim. Taurin. in homil. p. 22. g. *Nos quidem rectè digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit.*

℣. 42. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *Et conversus ad Dominum, dixit illi: Memento me in die adventus tui.* Gr. Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Hilar. in Ps. 2. col. 24. & in Ps. 65. col. 183. c. *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum:* & in Ps. 134. col. 477. f. *Domine, memento mei*, &c. Ambros. in Ps. 36. & 37. col. 812. f. 822. e. & epist. 71. col. 1070. c. *Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum.* Itidem legit Maxim. Taurin. p. 22. g. cum



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 43. Et dixit ei Jesus: Credis? Amen dico tibi, quòd hodie mecum eris in paradiso.

44. Hora autem fuit quasi sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usque in horam nonam.

45. Tenebricavit sol: & velum templi scissum est medium.

46. Et exclamavit voce magna Jesus, & dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Hoc autem cùm dixisset, exspiravit.

47. Centurio autem cùm videret quod fiebat, clarificabat Deum, quod factum est, dicens: Revera iste homo justus est.

48. Et omnes, qui interfuerunt spectaculo, turbæ, cùm vidissent quæ facta sunt, percutientes frontes suas revertebantur.

49. Stabant autem omnes noti ejus de longinquo, & mulieres eorum, quæ secutæ erant illum à Galilæa, videntes ista.

50. Et ecce vir quidam nomine Joseph, de civitate Arimathia, cùm esset decurio, qui sperabat regnum Dei, & bonus homo,

51. non consentiens consilio, & actui eorum:

52. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Pilatus autem cùm audisset quia exspiravit, clarificavit Dominum, & donavit corpus Joseph.

53. Joseph autem deposuit corpus, & involvit in sindone, & posuit illud in monumento perfosso in petra, ubi nemo fuit positus. Et cùm positus esset in monumento, posuerunt lapidem, quem vix viginti volvebant.

### VULGATA NOVA.

43. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.

44. Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam.

45. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium.

46. Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, exspiravit. Psalm. 30. 6.

47. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo justus erat.

48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.

49. Stabant autem omnes noti ejus à longè, & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

50. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus, & justus: Matth. 27. 57. Marc. 15. 43.

51. hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui exspectabat & ipse regnum Dei: Joan. 19. 38.

52. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu:

53. & depositum involvit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

S. Leone, ser. 51. p. 120. a. Victor Tun. autem l. de pœnit. p. 596. d. *Et dicebat ad Jesum: Domine, memor esto mei, cùm veneris in regnum tuum.* August. in Joh. 17. col. 773. g. *memento mei, cùm veneris in*, &c.

℣. 43. Ms. Cantabr. *Respondens autem Jesus dixit, qui objurgabat eum: Animæquior esto: Hodie mecum eris in par.* Corb. & alii Vulgatæ accinunt, unà cum Gr. Hilar. in Ps. 134. col. 477. f. *Respondit: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso:* itidem in Ps. 1. n. 9. col. 21. & in Ps. 138. col. 515. d. & l. 1. & 10. de Trin. col. 782. f. 1057. e. 1074. d. Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 125. necnon Ambros. in Ps. 36. col. 812. f. *Amen, amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso:* similiter Ambros. epist. 71. col. 1070. c. & l. 10. in Luc. 1529. f. & aliàs: at in Psal. 37. col. 822. e. non geminat *Amen*; uti nec l. 3. de fide, col. 514. f. nec in pluribus aliis locis. Concinunt S. Leo, ser. 51. p. 120. a. & Victor Tun. l. de pœnit. p. 596. d. Apud August. tr. 45. in Joh. col. 602. a. & ap. Epiphan. in 6. 1. Cantici Cantic. *Hodie mecum eris in paradiso.*

℣. 44. Ms. Corb. *Et erat ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universa terra*, &c. Ms. quoque S. Mart. Turon. habet *in universa terra*. Cantabr. *Et erat sicut hora sexta, & tenebræ factæ sunt in totam terram usque hora nona.* Maj. Mon. *Erat autem ferè hora tertia, & tenebræ*, &c. quæ in Vulgata. Gr. Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος, &c.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Obscuratus autem est sol*; sequentia postponit versui 46. detracta ult. voce *medium*. Corb. & alii consentiunt cum Vulg. cui etiam Græcum favet. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. a. habet: *scissum est & templi velum.*

℣. 46. Ms. Corb. *Et clamans... dixit: Pater... Et hæc dicens, tradidit spiritum.* Cantabr. *Et clamans Jesus... dixit: Pater.... Et hoc cùm dixisset, exspiravit:* tum addit: *& velum templi scissum est.* Græcè ut in Vulgata, nisi quòd pro *commendo*, habetur παραθήσομαι; al. παρατίθεμαι; al. παρατίθημι. Tertul. l. contra Prax. p. 856. b. *Pater, in tuis manibus depono spiritum meum:* & l. 4. advers. Marc. p. 735. a. *Vociferatur ad Patrem, ut & moriens Prophetas adimpleret. Hoc dicto, exspiravit.* Hilar. in Psal. 53. & 141. col. 94. c. 544. d. *Pater, commendo in manus tuas spiritum meum:* ita rursum l. 1. & 10. de Trin. col. 782. d. e. 1041. d. 1057. d. 1074. d. Similiter Ambros. l. de Incarn. col. 645. a. & 713. b. *In manus tuas commendo spiritum meum:* & l. 10. in Luc. 1531. a. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum:* subinde, *Et hoc dicto, tradidit spiritum:* ita quoque l. 2. de interpel. Dav. c. 6. col. 646. f. *In manus tuas commendo*, &c. sed absque voce *Domine*; subdit nimirum: *Non ergo aliqui addant* Domine, *ut Psalta faciant, quod neque in Latino codice inveni meo, neque in Græco, neque in Evangelio, quod est evidentius.*

℣. 47. Ms. Corb. *Videns autem Centurio, & qui cum eo erant, quod fiebat, magnificabant Deum, dicentes*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Et Centurio clamans, honorificabat Deum, dicens: Verè justus erat hic homo.* S. Mart. Turon. *Verè hic homo justus est.* Græcè ut in Vulgata.

℣. 48. Ms. Cantabr. *Et omnes, qui simul venerant ad spectaculum, populi, videntes quæ facta sunt, percutientes pectora, & frontes, revertebantur.* Corb. *Et omnis turba, qui simul aderant ad spectaculum istud, qui videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.* S. Germ. 1. verbo ult. *revertebantur*, subdit: *dicentes: Væ vobis quæ facta sunt hodie propter peccata nostra: appropinquavit enim desolatio Jerusalem:* quod additamentum nullibi aliàs reperitur. Græcè ita: Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ, &c. ut in Vulgata.

℣. 49. Ms. Cantabrig. Vulgatæ congruit, præterquam quòd habet in fine, *quæ secutæ sunt eum à Galil. videntes hæc.* Corb. *quæ ibi secutæ eum erant à*, &c. Græcè ut in Cantabrig.

℣. 50. Ms. Cantabr. *Et ecce vir nomine Joseph, decurio, cùm esset bonus, & justus.* Corb. & alii ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ δίκαιος.

℣. 51. Ms. Corb. *hic non erat consensus consilio, & actibus*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *hic non erat consentiens consilio, & actioni eorum, ab Arimathia civitate Judæorum, qui exspectabat regnum Dei.* S. Germ. 2. & Maj. Mon. scribunt *civitate Judæ.* S. Gat. delet seqq. *qui exspectabat*, &c. In Gr. sic: οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ, καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ, &c. al. ταῖς πράξεσι, num. plurali. Tertul. l. 4. contra Marc. memorat *Joseph, qui non consenserat in scelere Judæis.*

℣. 52. Ms. Cantabr. *& accedens ad Pilatum, petivit corpus Jesu.* Corb. & alii ut in Vulgata. Gr. οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο, &c. ut in Vulg. nec addit plura. Vide Marc. 15. 44.

℣. 53. Ms. Cantabr. *& deponens involvit corpus Jesu in sindone, & posuit eum in monumento sculpto, ubi adhuc nemo positus. Et posito eo, imposuit in monumento lapidem, quem vix viginti movebant.* Corb. & alii Vulgatæ consonant. Gr. καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

54. Et dies erat parasceves, & sabbatum illu-
cescebat.
55. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo
venerant de Galilæa, viderunt monumentum, &
quemadmodum positum erat corpus ejus.
56. Et revertentes paraverunt aromata, &
unguenta: & sabbato quidem siluerunt secundùm
mandatum.

**Versio antiqua.**

54. Fuit autem dies cœnæ puræ ante sabba- Ex Ms. Colbert.
tum.
55. Secutæ sunt autem mulieres, quæ venerant
à Galilæa, & viderunt monumentum, & quomo-
do positum est corpus ejus.
56. Et reversæ paraverunt aromata, & unguen-
tum: & sabbato quidem quieverunt secundùm
mandatum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

μνήματι λαξευτῷ, οὗ, &c. ut in Vulg. Mss. verò plures in fine addunt, Καὶ προσεκύλισε λίθον μέγαν ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. Ambrof. in Ps. 43. col. 922. f. *posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus erat.* Maxim. Taurin. in homil. p. 21. a. habet: *Accepit illud Joseph ab Arimathia, vir justus; & in novo suo sepelivit monumento, in quo nondum quisquam positus erat.* Tertullianus etiam l. 4. contra Marc. p. 735. a. memorat corpus *sindone involutum, & sepulchro novo conditum.*

℣. 54. Ms. Corb. *Et dies erat cœna pura, & sabbatum illucescebat.* Cantabr. simpliciter habet: *Erat autem dies ante sabbatum.* S. Germ. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Et dies erat parasceven,* &c. quæ in Vulgata. Gr. Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, καὶ, &c.

℣. 55. Ms. Corb. *Subsecutæ autem sunt duæ mulieres, quæ cum ipso venerant de,* &c. quæ in Vulgata. Cantabrig. *Secutæ sunt autem duæ mulieres, quæ erant simul venientes à Galilæa, & viderunt monimentum ejus.* S. Germ. 2. *Subsecutæ autem mulieres, neque* (l. *& quæ*) *cum ipso venerant de,* &c. de Vulg. Similiter habent codd. S. Gat. S. Mart. Turon. & Maj. Mon. *cum ipso.* Græcè ut in Vulg. præposito uno καὶ, voci *mulieres;* Mss. quidam ferunt δύο γυναῖκες.

℣. 56. Ms. Cantabr. *Reversæ autem paraverunt aromata, & unguenta: & quidem sabbatum requieverunt.* Corb. cum aliis Vulgatæ congruit. Nec refragatur Græcum, nisi quòd ipso initio hab. Ὑποστρέψασαι δέ; sed Ms. unus, Καὶ ὑποστρέψ. Ambrosius in hunc loc. 1536. e. legit: *siluerunt sabbato secundùm mandatum.*

---

## CAPUT XXIV.

**Vulgata nova.**

Matth. 28. 1. Marc. 16. 2. Joan. 20. 1. 1. Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quæ paraverant, aromata:
2. & invenerunt lapidem revolutum à monu-
mento.
3. Et ingressæ non invenerunt corpus Domini
Jesu.
4. Et factum est, dum mente consternatæ essent
de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste
fulgenti.
5. Cùm timerent autem, & declinarent vul-
tum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis
viventem cum mortuis?
6. non est hic, sed surrexit: recordamini qua-
liter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset,
Matth. 16. 21. & 17. 21. Marc. 8. 31. & 9. 30. Sup. 9. 22. 7. dicens: Quia oportet filium hominis tradi in
manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die
tertia resurgere.
8. Et recordatæ sunt verborum ejus.
9. Et regressæ à monumento nunciaverunt hæc

**Versio antiqua.**

1. Uno autem sabbati venerunt ad monumen- Ex Ms. Colbert.
tum diluculo, ferentes quæcunque parave-
rant. Cogitabant autem inter se quisnam esset
qui revolveret lapidem:
2. & cùm venissent, invenerunt lapidem revo-
lutum à monumento.
3. Cùm venissent autem, non invenerunt cor-
pus Domini Jesu.
4. Et factum est, dum stuperent de hoc, ecce
duo viri astiterunt secus illas in veste fulgente.
5. Conterritæ autem inclinaverunt faciem in
terram. Illi autem dixerunt: Quem quæritis? Je-
sum Nazarenum?
6. resurrexit à mortuis: commemoramini quæ
vobis locutus sit, cùm adhuc esset in Galilæa:
7. Quoniam oportet filium hominis tradi in
manus hominum peccatorum, & cruci affigi, &
tertia die resurgere.
8. Et commemoratæ sunt verborum ejus.
9. Et reversæ sunt, & renuntiaverunt omnia

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Una autem sabbati manè diluculo veniebant ad monimentum, adferentes quæ paraverunt, & quidam cum illis. Cogitabant autem intrà se quis utique revolveret lapidem.* S. Germ. 1. *Prima autem sabbati,* &c. quæ in Vulgata. Corb. eidem Vulgatæ suffragatur, nisi quòd scribit *paraverunt*, absque seq. *aromata.* Gr. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἦλθον..... φέρουσαι, ἃ ἡτοίμασαν, ἀρώματα, καί τινες σὺν αὐταῖς· Ms. unus habet, τοῦ σαββάτου; ultimòque plures delent, καί τινες σὺν αὐταῖς. Ambrof. l. 10. in Luc. 1536. a. *Manè autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentum.* Tichon. reg. 5. p. 61. b. scribit *diluculo*, cum Vulgata.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *venientes autem invenerunt,* &c. Corb. & alii ut in Vulgata. Græc. εὗρον δὲ τὸν λίθον, &c.

℣. 3. Ms. Corb. *Ingressæ autem non invenerunt corpus.* Cantabr. *Introeuntes autem non invenerunt corpus;* neuter addit *Domini Jesu.* Græcè ut in Vulgata.

℣. 4. Ms. Corb. *Et factum est, dùm mente contristarentur de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste splendida.* Cantabrig. *Et factum est, dùm aporiarentur de eo, ecce duo viri adstiterunt eis in amictu scoruscanti.* Gr. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις· al. verò, ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ.

℣. 5. Ms. Cantabr. *In timore autem factæ, inclinaverunt vultus suos in terra. At illi dixerunt ad eas: Quid quæritis vivum cum mortuis?* Cæteri concordant cum Vulgata. Gr. Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον, &c. ut in Vulg. al. initio, Ἐν φόβῳ γενομένων· al. inf. τὰ πρόσωπα. Ambrof. l. de Incarn. col. 713. c. *Quid quæritis viventem cum mortuis?* itidem l. 3. de interp. Job, c. 5. col. 660. c. & l. de bono mort. c. 12. col. 414. a.

℣. 6. Ms. Corb. omissis his prioribus de Vulg. *non est hic, sed surrexit,* habet: *rememoramini qualiter locutus est,* &c. ut in textu. Priora similiter omittit Cantabrig. & legit: *mementote autem quanta locutus est vobis, cùm adhuc esset in Galilæa.* S. Germ. 2. *non est, surrexit: recordamini qualiter locutus sit vobis,* &c. Maj. Mon. *locutus est vobiscum.* Græcè ut in Vulgata. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. c. *Angeli ad mulieres: Rememoramini quæ locutus sit vobis in Galilæa, dicens,* &c. Apud Ambrof. l. de bono mort. c. 12. col. 414. a. *non est hic; sed surrexit.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Quoniam oportet filium hominis tradi in manus hominum, & crucifigi,* &c. Similiter habet Corb. præter unum & ult. *resurgi.* Cæteri ut in Vulg. cui etiam Græcum favet: Mss. tamen plures ipso initio tollunt λέγων. Tertul. verò l. 4. contra Marc. p. 735. c. legit, *dicens: Quòd oportet tradi filium hominis, & crucifigi, & tertia die resurgere.*

℣. 8. Ms. Corb. *Et rememoratæ sunt verborum horum.* Cantabr. *Et memoratæ sunt verborum ejus.* S. Gat. *Et recordatæ sunt verborum horum.* Græc. ut in Vulgata.

℣. 9. Ms. Corb. *Et regressæ nunciaverunt hæc,* &c. quæ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. iſta undecim Apoſtolis, & omnibus reliquis.

10. Erant autem Maria Magdalene, & Johanna, & Maria Jacobi, & reliquæ, quæ dicebant ad Apoſtolos iſta.

* Mſ. viſæ. 11. Et * viſa ſunt apud illos, quaſi deliramenta, verba iſta: & non credebant illis.

12. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: & procumbens videt linteamina ſola poſita, & abiit ſecum mirans quod factum fuerat.

13. Et ecce duo ex illis euntes in ipſa die in caſtellum, quod abeſt ab Jeroſolymis ſtadia ſexaginta, nomine Emmaus.

14. Fabulabantur autem ad invicem de omnibus, quæ acciderant.

15. Et factum eſt dum fabulabantur ſecum, & conquirebant ad invicem: Jeſus appropinquabat, & comitabatur cum illis:

16. oculi autem eorum detinebantur ne eum agnoſcerent.

17. Ille autem dixit ad eos: Qui ſunt ſermones iſti, quos refertis ad invicem, & eſtis triſtes?

18. Reſpondit autem unus, cui nomen erat

VULGATA NOVA.

omnia illis undecim, & cæteris omnibus.

10. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc.

11. Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta: & non crediderunt illis.

12. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abiit ſecum mirans quod factum fuerat.

13. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaus. Marc. 16. 12.

14. Et ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant.

15. Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent: & ipſe Jeſus appropinquans ibat cum illis:

16. oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent.

17. Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & eſtis triſtes?

18. Et reſpondens unus, cui nomen Cleophas,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Vulgata. Cantabr. *Et reverſæ nunciaverunt omnia hæc illis undecim, & omnibus reliquis.* Ita quoque in Gr. interpoſito eo, ἀπὸ τοῦ μνημείου, poſt *reverſæ*. Unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. b. dicit: *Revertentes quoque à ſepulcro mulieres*, &c.

℣. 10. Mſ. Cantabr. principio habet, *Maria Magdalena, & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ cum eis dicebant ad Apoſtolos hæc.* Corb. *Erat autem Maria Magdalene, & Joanna..... & cæteræ, quæ cum ipſis erant, dicebant ad*, &c. S. Gat. *Maria Jacobi, & Joſeph, & cæteræ*, &c. Maj. Mon. *Mariæ Jacobi, & cæteræ.* Gr. Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον, &c. Mſs. plures tollunt initio Ἦσαν δέ.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Et paruerunt in conſpectu eorum, quaſi deriſus, verba hæc: & non credebant eis.* S. Germ. 1. *Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramenta... & non credebant illis.* Similiter Corb. & S. Germ. 2. *non credebant.* Græc. Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν, ὡσεὶ λῆρος, τὰ ῥήματα αὐτῶν· καὶ ἠπίστουν αὐταῖς· al. τὰ ῥήματα ταῦτα.

℣. 12. Mſ. Cantabr. hunc verſum totum prætermittit. Corb. verò habet: *Petrus autem..... & aſpiciens videt linteamina ſola poſita, & abiit apud ſemetipſum mirans factum.* Mſ. S. Mart. Turon. tollit *ſola*, poſt *linteamina*. Græcè ut in textu.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Erant autem duo abeuntes ex eis in ipſa die in caſtellum, iter habentes ſtadios ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Ulammaus.* Græc. Καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην, ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς· Mſs. quidam non ſimpliciter habent ἑξήκοντα, ſed ἑκατὸν ἑξήκοντα· è Latinis etiam noſter S. Germ. 1. ſcribit, *ſtadiorum centum ſexaginta:* cui lectioni favet Cyprianus, ſi Millio fides. Alii codd. Vulgatam referunt ad verbum. Unus tamen excipiendus Corbeienſis, qui ita legit: *Et ecce duo ex illis ibant in ipſa die in caſtellum, quod aberat ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſ. nomine Ammaus, & Cleophas.* Eſt hoc in Mſ. illo ſingulare (in nullo quippe alio, quem viderim, invenitur) nomen videlicet *Cleophas*, additum alteri *Ammaus;* quaſi verò *Ammaus*, vel *Emmaus*, non eſſet nomen caſtelli, ſed nomen alterius diſcipuli ex duobus, qui ibant in caſtellum. Huic lectioni planè ſingulari, præter cæteros codices Latinos, maximè refragatur Græcum, ubi ſic, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς, *cui nomen Emmaus*, quod non referri debet, niſi ad vocem κώμην, quæ antecedit. In nonnullis tamen codicibus ibi olim id legi potuiſſe, *nomine Ammaus, & Cleophas*, per relationem ad *duos ex illis*, qui *ibant in caſtellum*, cumprimis apparet ex Ambroſio, qui in Apologia David altera, c. 8. n. 43. col. 723. b. hæc habet: *Teſtantur in Evangelio Ammaon, & Cleophas, dicentes: Nonne cor noſtrum ardens erat*, &c. de ℣. 32. Obſervant quidem Editores è noſtris, hîc in codice Torn. legi *duo diſcipuli;* ſed addunt alios, ac editt. omnes habere *Ammaon, & Cleophas.* Sic etiam, inquiunt, nuncupantur ab Ambroſio, tum alibi, tum maximè Comment. in Lucam. Et ſanè l. 7. hujus Comment. n. 132. col. 1442. b. Ambroſius ait: *Hunc ignem in ſe etiam Ammaon, & Cleophas à Domino miſſum eſſe teſtantur, dicentes: Nonne cor noſtrum ardens erat*, &c. rurſum l. 10. n. 173. col. 1541. e. *Videtur (Chriſtus) ſeparatim ſe iſtis undecim demonſtraſſe, ſicut ſe Ammaoni, & Cleophæ ſeorſum jam veſpere demonſtraverat.* Porro ad hunc ult. locum ita diſſerunt Editores ſupra laudati « Petavius in notis ad Epiph. hær. 23. hæc obſervat: *Ambroſius Ammaonem hunc vocat ad Lucæ c. xxiv. Sed deeſſe apud Ambraſium aliquid ſuſpicor. Nam videtur* Ammaoni *loci vocabulum fuiſſe levi depravatione pro* Emmaunti. *Porro alterius diſcipuli nomen ſubſtituendum.* Verùm, pace tanti viri, ea conjectura ſtare non poteſt. Non enim hîc ſolùm, ſed multis aliis locis, utpute in hac ipſa expoſitione ad cap. 17. in Apol. 2. David, c. 8. Tract. in Symb. Serm. in Domin. 6. poſt Epiph. & alibi, alter ex illis diſcipulis *Ammaon* vocitatur. Neque tamen hinc inſultandum Ambroſio, quaſi pro Chriſti diſcipulo caſtellum acceperit. Etenim cùm eundem illum Orig. præf. in Evang. Johan. nominet *Simeonem*, quid vetet quin ibi *Ammaonem* codicis vitio, ut non nemo exiſtimavit, legerit Ambroſius? Sed poteſt etiam dici Doctoris noſtri (imò fortè ipſiuſmet Origenis) hanc ſententiam fuiſſe, *Ammaonem*, ſive *Emmaonem*, à loco nuncupatum fuiſſe, non ſecus ac ſupra, n. 153. col. 1537. d. *Magdalena* locorum vocabulum eſſe dicitur. Et videtur ſanè hinc firmari poſſe iſthæc opinio, quòd Evangeliſta eorundem Chriſti diſcipulorum in caſtellum ingreſſum, atque accubitum ita deſcribat, ut putes eos potiùs repetere proprios lares, quàm ad alienos divertere. » Hactenus Editores. Utut fuerit, Ambroſii lectio, codicis noſtri Corbeienſis ſcripturam mirum in modum confirmat; & vice verſa, Corbeienſis ſcriptura, Ambroſii lectionem. Ambroſius tamen loquens de his diſcipulis, non ſemper alium de duobus proprio nomine appellat: v. g. in Pſ. 38. n. 15. col. 848. e. dicit: *Ille, de quo Cleophas, & qui ſimul iter agebat..... ſermone mutuo conferebant, dicentes: Nonne cor noſtrum ardens erat*, &c. rurſum in Pſ. 118. n. 19. col. 1200. d. *Hoc ſermonum igne cæleſtium vaporati Cleophas, & ille alius, qui ſimul cum Domino ab Jeruſalem uſque in caſtellum confecerant iter, dicebant:* Nonne, &c.

℣. 14. Mſ. Corb. *Et ipſi fabulabantur de his omnibus*, &c. Cantabr. *Fabulabantur autem ad ſemetipſos de omnibus, quæ contigerant horum.* Græc. Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Et factum eſt, in eo fabulari eos, & conquærere: & Jeſus adpropians ſimul ibat cum illis.* Corb. *Et factum eſt, dum fabularentur: & ipſe Jeſus ſupervenit, & ibat cum illis.* S. Gat. *Et factum eſt, dum confabularentur, & ſecum quærerent: & ipſe Jeſus appropinquans, & ibat cum illis.* Similiter habet S. Germ. 2. *dum confabularentur.* Græc. ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ συζητεῖν, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *oculi autem eorum tenebantur ut non cognoſcerent eum.* Alii ut in Vulg. & Græco.

℣. 17. Mſ. Corb. *Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem, & eſtis triſtes?* Cantabrig. *At ille dixit: Quæ ſunt iſta verba hæc, quæ confertis ad vos, ambulantes triſtes?* S. Germ. 1. *Quid ſunt hi ſermones*, &c. quæ in Vulg. S. Gat. *quos confertis ad alterutrum*, &c. Græc. Vulgatæ reſpondet, niſi quòd ipſo initio habet, Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· *Ait autem ad illos.*

℣. 18. Mſ. Corb. *Et reſpondens unus ex ipſis, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus in Jeruſalem non co-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

dixit ei : Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti quæ facta sunt in illa his diebus?

19. Quibus ille dixit : Quæ? Et dixerunt : De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone, coram Deo, & omni populo :

20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum :

21. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël : & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt.

22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum,

23. &, non inventó corpore ejus, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.

24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum : & ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non invenerunt.

25. Et ipse dixit ad eos : O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ!

26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

**Versio antiqua.**

Cleophas, & dixit ad illum : Tu solus peregrinaris ab Jerosolyma; non cognovisti quæ facta sunt in illa in istis diebus? *Ex Mſ. Colbert.*

19. Ille autem dixit illis : Quæ? Illi autem dixerunt : De Jesu Nazareno, qui fuit vir potens in factis, & in dictis, in conspectu Dei, & universi populi :

20. Quomodo eum tradiderunt sacerdotes, & magistratus nostri in damnatione mortis, & cruci eum fixerunt :

21. nos autem sperabamus quia ipse fuit, qui redempturus erat Israël : & nunc tertius dies agitur hodie ex quo hæc facta sunt.

22. Et mulieres quædam ex nobis commoverunt nos, cùm fuissent ante lucanum ad monumentum,

23. quæ, cùm non invenissent corpus ejus, advenerunt, dicentes angelorum visionem se vidisse, qui dicebant eum vivere.

24. Et fuerunt quidam de nobis ad monumentum : & invenerunt sicut dixerunt mulieres, ipsum autem non viderunt.

25. Ille autem dixit ad illos : O insensati, & tardi corde ad credendum super omnia, quæ locuti sunt Prophetæ!

26. Nonne hæc omnia oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam?

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*gnovisti quæ facta sunt in illa in his diebus?* Cantabr. *Respondens autem unus ex eis, cui nomen Cleopas, dixit ad eum : Tu solus advena es in Jerusalem; nescisti quæ facta sunt in ea in diebus istis?* S. Gat. *Et respondens unus ex eis, cui nomen erat Cleophas, dixit ad eum : Tu solus peregrinus es in Jerus. & non cognovisti omnia, quæ facta sunt in ea in diebus his?* Gr. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς, ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν· Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσ. καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς, &c. Mſ. unus, εἷς ἐξ αὐτῶν, ᾧ, &c. plerique tollunt ἐν, ante *Jerusalem*. Hilar. in Pſ. 68. col. 221. a. *Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti quæ facta sunt in ea in diebus his?* Auguſt. in Pſ. 34. col. 240. f. *Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti quæ fecerunt sacerdotes, & principes nostri de Jesu Nazareno?* intermedia verò prætermittit : & in Pſ. 68. col. 694. f. *Tu solus peregrinus in Jerusalem, nescis quæ facta sunt? quomodo Jesus Nazarenus*, &c. at in Pſ. 96. col. 1041. f. legit : *Tu solus peregrinus es..... & non cognovisti quæ facta sunt in illa his diebus?* itidem tract. 9. in Joh. to. 3. 361. f. præter verbum *peregrinaris*; & *istis*, pro *his*, ante *diebus*. Auctor l. de prom. p. 2. col. 158. a. *nescis quæ facta sunt in Jerus. ante tertium diem?*

℣. 19. Mſ. Cantabr. *At ille dixit eis : Quæ? De Jesu Nazoreo, qui fuit vir propheta, potens in verbo, & opera, in conspectu Dei, omnis populi.* Corb. *Quibus ille dixit : Quæ? Et illi dixerunt : De Jesu Nazaræo*, &c. quæ in Vulg. excepta voce ult. *plebe*, pro *populo*. S. Gat. *potens in opere, & verbo, coram Deo, & omni plebe.* A S. Germ. 2. abeſt *vir*. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ, &c. ut in Vulg. Mſ. unus ipso initio hab. Οἷς αὐτὸς εἶπεν. Auguſt. tract. 9. in Joh. to. 3. 361. g. *Ille autem dixit eis : Quæ? Illi autem dixerunt : De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in factis, & dictis, in conspectu Dei, & universi populi :* similiter in Pſ. 34. col. 240. f. *De Jesu Nazareno, qui erat potens in factis, & dictis :* & in Pſ. 68. col. 694. f. *Quomodo Jesus Nazarenus potens in factis, & dictis :* at in Pſ. 96. col. 1041. f. Vulgatæ congruit.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Sicut hunc tradiderunt principes sacerdotum, & potentes nostri in judicium mortis, & crucifixerunt eum.* Corb. *Et quomodo hunc tradiderunt principes sacerdotum in damnationem mortis*, &c. ut in Vulgata. Sangerm. 2. legit *summi sacerdotum, & principes nostri.* S. Gat. *principes sacerdotum, & principes nostri.* Gr. οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς χρίμα θανάτου. Auguſt. tr. 9. in Joh. to. 3. 361. g. *Quomodo hunc tradiderunt sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & cruci eum fixerunt :* & in Pſ. 34. to. 4. 240. f. *Quomodo eum crucifixerunt, & occiderunt :* & in Pſ. 68. col. 694. f. *Quomodo... occisus est à senioribus, & principibus sacerdotum :* at in Pſ. 96. col. 1041. f. ut in Vulg.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *nos autem speravimus quoniam ipse erat, qui incipiebat salvare Israël : sed etiam & in omnibus istis, tertium diem hodie agit ex quo hæc facta sunt.* Corb. *nos autem speramus quia ipse incipit liberare Israël : & nunc tertia dies hodie ut hæc facta sunt & his omnibus.* S. Gat. *ex quo hæc facta sunt.* Græc. ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. b. legit : *nos autem putabamus ipsum esse redemptorem Israëlis.* Auguſt. tr. 9. in Joh. to. 3. 361. g. 362. a. *nos autem sperabamus quia ipse erat, qui redempturus esset Israel : & nunc tertius dies agitur hodie* (Mſs. plures *tertium diem agit hodie*) *ex quo hæc facta sunt :* item tract. 25. in Joh. col. 485. f. *& nos sperabamus quia ipse esset redempturus Israël :* tract. verò 103. col. 757. g. *nos sperabamus quòd ipse fuerat*, &c. rursum in Pſ. 34. col. 240. f. *nos autem sperabamus quia ipse erat redempturus Israel :* & in Pſ. 68. col. 694. f. *& nos sperabamus quòd ipse erat*, &c. Ambroſiaſt. col. 28. a. *nos putabamus quia ipse erat, qui incipiebat liberare Israël.*

℣. 22. Mſ. Cantabrig. *Sed & mulieres quædam seduxerunt nos, factæ matutinæ ad monumentum.* Alii ut in Vulg. præter Corb. qui delet hoc primum, *Sed &*, ante *mulieres*. Græc. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *&, cùm non invenissent corpus ejus, venerunt, dicentes visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.* S. Gat. & Maj. Mon. *qui dicerent eum vivere.* Corb. & alii ut in Vulg. nec refragatur Græcum.

℣. 24. Mſ. Cantabr. *Et abierunt quidam de his, qui erant nobiscum, in monimentum : & invenerunt sic sicut dixerunt mulieres; illum autem non vidimus.* S. Gat. *ipsum autem non viderunt.* S. Germ. 2. *ipsum verò non viderunt.* Ita quoque in Græco. Corb. & Latini alii, ut in Vulg.

℣. 25. Mſ. Cantabr. *At ille dixit ad eos : O insensati, & tardi corde in omnibus, quibus locuti sunt Prophetæ!* Maj. Mon. *& duri corde.* Corb. & alii, ut in Vulg. & Græco. Iren. l. 3. c. 16. p. 205. e. *O insensati, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ!* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. c. *O insensati, & tardi corde in non credendo omnibus, quæ locutus est ad vos!* Auguſt. tr. 9. in Joh. to. 3. 362. a. *O insensati, & tardi corde ad credendum super omnia, quæ locuti sunt Prophetæ!* Itidem Gaud. Brix. ſer. 19. p. 974. h. præter *in omnibus :* at supra, p. 725. h. legit : *O duri corde, & imprudentes animo!*

℣. 26. Mſ. Cantabr. *Quoniam hæc oportebat pati Christum, & introire in gloriam ejus.* Maj. Mon. *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare*, &c. Corb. *& intrare*, &c. Græc. Οὐχὶ ταῦτα ἔδει..... καὶ εἰσελθεῖν εἰς, &c. Iren. l. 3. c. 16. p. 205. e. *Nonne hæc oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam?* & l. 4. c. 26. p. 262. a. *Oportebat pati Christum, & intrare in gloriam suam.* Aug. tr. 9. in Joh. to. 3. 362. a. *Nonne hæc omnia oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam?* Gaud. Brix. ſer. 19. p. 974. h. *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita introire in gloriam suam?* Auct. l. de prom. p. 1. c. 31. col. 113. d.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* 27. Et fuit incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretans illis omnes Scripturas de semetipso.

28. Et appropinquaverunt ad castellum quò ibant: ipse autem finxit se longiùs ire.

29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam ad vesperum declinavit dies. Et introivit ut maneret cum illis.

30. Et factum est, in eo cùm jam recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, & fregit, & tradidit illis.

31. Cùm accepissent autem panem ab eo, aperti sunt oculi eorum, & agnoverunt illum: ipse autem nusquam comparuit ab eis.

32. Illi autem dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum fuit excæcatum, quomodo in via aperiebat nobis Scripturas?

33. Et surrexerunt tristes, & reversi sunt ipsa hora in Jerusalem: & invenerunt collectos undecim, & qui cum eis erant,

34. dicentes: Quoniam verè resurrexit Dominus, & visus est Simoni.

35. Et ipsi exponebant eis quæ in via acta sunt: & quoniam visus est illis in panis fractura.

36. Hæc cùm illi loquerentur, ipse Dominus stetit in medio ipsorum, & dixit illis: Pax vobiscum: ego sum, nolite timere.

37. Turbati autem, & in timore missi, putaverunt se spiritum videre.

### Vulgata nova.

27. Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.

28. Et appropinquaverunt castello quò ibant: & ipse se finxit longiùs ire.

29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Et intravit cum illis.

30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

31. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum.

32. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: & invenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant,

34. dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

35. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognoverunt eum in fractione panis. *Marc. 16. 14.*

36. Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. *Joan. 20. 19.*

37. Conturbati verò, & conterriti, existimabant se spiritum videre.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*Et sic oportebat pati Christum, & introire in gloriam suam.*

℣. 27. Ms. Corb. *Et erat incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretans illis in*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Et erat incipiens à Mosen, & omnium Prophetarum, interpretari illis in Scripturis de eo.* Similiter initio habent Sangerm. 2. S. Gat. & Maj. Mon. *Et erat incipiens:* ultimò verò S. Germ. 1. *in Scripturis, quæ de seipso erant.* Græcum Vulgatæ accedit. Apud August. tr. 9. in Joh. to. 3. 362. a. *Et fuit incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretans illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.* Tertul. l. de præscr. c. 22. p. 334. c. ait: *Omnes Scripturas edisserere dignatus est.*

℣. 28. Ms. Corb. *Et adpropiaverunt ad castellum*, &c. quæ in Vulgata. Cantabr. *Et adpropiaverunt in castellum ubi ibant: & ipse fecit se longiùs abire.* S. Germ. 1. *Et adpropinquaverunt castellum quod ibant: & ipse finxit longiùs ire.* S. Mart. Turon. pariter, *& ipse finxit*, absque medio *se*. S. Gat. & Maj. Mon. *Et appropinquaverunt ad castellum quò ibant;* Maj. Mon. addit, sed solus: *& ipse voluit longiùs ire.* August. quæst. 51. in Luc. to. 3. 274. d. *finxit se longiùs ire.* Græc. Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι.

℣. 29. Ms. Corb. *Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam ad vesperum jamjam declinavit dies. Et intravit cum illis.* Cantabr. *Et coxerunt eum, dicentes: Mane nobiscum, quia ad vesperum declinavit dies. Et introivit manere cum eis.* Maj. Mon. *Et rogaverunt illum, dic..... quoniam ad vesperam jam declinat dies*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *quoniam advesperascit, & inclinata est, jam declinat dies. Et intravit manere cum illis.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd tollit *jam*, post verbum *inclinata est;* & addit τοῦ μεῖναι, verbo *intravit:* Mss. quidam ferunt κέκλικεν ἤδη.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Et factum est, cùm recubuisset, accipiens panem, benedixit, & dabat illis.* S. Germ. 2. *Et factum est, cùm recumberet*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *cùm recumbit*, &c. Maj. Mon. *accepit Jesus panem*, &c. Græc. λαβὼν τὸν ἄρτον, εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Accipientium autem eorum panem ab eo, aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse non comparuit ab eis.* Corb. *ipse autem nusquam comparuit ab eis.* Gr. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Ambrosius in Ps. 118. col. 1001. c. *aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum.*

℣. 32. Ms. Cantabr. *At illi dixerunt ad semetipsos: Nonne cor nostrum erat coopertum, quomodo loquebatur nobis in via, sicut aperiebat nobis Scripturas?* Corb. vitiosè: *Et dixerunt ad invicem: Nonne cor vestrum ardens erat in nobis*, &c. E contrario Maj. Mon. *Nonne cor nostrum ardens erat in vobis de Jesu, dum loqueretur in via, & aperiret*, &c. Græcè ut in Vulg. addito uno ἡμῖν, verbo *loqueretur:* in Mss. tamen nonnullis non καιομένη, *ardens*, habetur, sed κεκαλυμμένη. Ap. Ambros. verò l. de Isaac, c. 8. col. 381. e. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm aperiret Scripturas?* & apol. 2. Dav. col. 723. b. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis in via, cùm aperiret nobis Scripturas?* similiter in Ps. 38. & 118. col. 848. e. 1200. e. & l. de instit. virg. to. 2. 266. c. sublato uno *in via:* at in Ps. 118. col. 1192. c. legit: *Nonne cor nostrum ardebat in nobis, cùm aperiret*, &c. & l. 7. in Luc. 1442. b. *ardens erat in via, cùm aperiret*, &c. Similiter August. in Joh. 2. col. 362. d. *Nonne cor nostrum erat ardens in via, cùm aperiret nobis Scripturas?* Apud Hieron. ep. ad Damas. to. 3. 518. a. ut in Vulgata.

℣. 33. Ms. Corb. *Et surrexerunt ipsa hora, & egressi sunt in Jerusalem: & invenerunt congregatos illos undecim, & eos, qui cum illis erant.* Cantabr. *Et surgentes contristati ipsa hora reversi sunt in Jerusalem: & invenerunt congregatos illos undecim, & qui cum eis erant.* S. Germ. 2. & S. Mart. Turon. *& eos, qui cum ipsis erant.* Græcè ut in Vulgata.

℣. 34. Ms. Cantabr. textui Colb. congruit ad verbum. Corb. habet: *dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & visus est à Simone.* Græc. textui suffragatur.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Et ipsi narrabant quæ in via: & quia cognitus est eis in fractione panis.* Corb. & alii ut in Vulgata. Græcum Cantabrigiensi consonat, præterquam quòd hab. ὡς, pro *quia*. Ambros. in hunc loc. col. 1541. c. legit: *& quomodo cognoverunt eum in fractione panis.*

℣. 36. Ms. Corb. hæc refert sola: *Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum.* Cantabr. quoque simpliciter habet: *Hæc autem eorum loquentium, ipse stetit in medio eorum.* Cæteri codd. addunt cum Vulg. *& dicit eis: Pax vobis*, &c. Græcè: Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν· nec adduntur plura in Græcorum ullo: imò in quibusdam deest nomen ὁ Ἰησοῦς. Secus in Copt. Syr. Pers. Arab. Æthiop. quæ Vulgatæ consonant. Similiter apud Ambros. in hunc loc. 1541. c. & l. de Joseph, c. 12. col. 506. f. *Dum autem hæc loquuntur, ipse stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.* Itidem apud August. l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 472. c. præter hóc unum, *dixit*, pro *dicit*. Nec silendum, hæc & sequentia verba recitasse Augustinum ex codice: *Et cùm accepisset codicem Evangelii, recitavit:* subinde: *Et cùm legeret, dixit:* paulòque post: *Et cùm dixisset, legit.*

℣. 37. Ms. Cantabr. *Ipsi autem paverunt, & timore tacti putabant fantasma videre.* Corb. *Conturbatique, & conterriti*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. 1. *& perterriti.* Gr. Πτοηθέντες δὲ, καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. a. legit *phantasma;* Hie-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

38. Et dixit eis : Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum : palpate, & videte : quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.

40. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.

41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit : Habetis hic aliquid, quod manducetur?

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis.

43. Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44. Et dixit ad eos : Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

45. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

38. Ille autem dixit illis : Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in cor vestrum?

39. Videte manus meas, & pedes, quoniam ego ipse sum : palpate, & videte me : quoniam spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habentem.

40. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.

41. Cùm adhuc autem non crederent, & mirabantur à gaudio, dixit ad eos Jesus : Habetis hic aliquid, quod manducetur?

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & porrexerunt ei & favum mellis.

43. Accepit coram illis : sumens reliquias dedit eis.

44. Et dixit ad eos : Isti sermones sunt, quos locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quia oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & in Prophetis, & in Psalmis de me.

45. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ron. in Isai. 65. to. 3. 478. f. *spiritum*, *vel*, inquit, *juxta Evangelium, quod Hebræorum lectitant Nazaræi, incorporale dæmonium.* Ambrof. l. de Joseph, c. 12. col. 506. f. *Et cùm conturbati, & conterriti, existimarent se spiritum videre, iterum dixit ad illos*, &c. & in hunc Lucæ loc. 1541. c. *Conturbati verò, & conterriti, æstimabant se spiritum videre.* August. ubi sup. cum Vulgata concinit.

℣. 38. Ms. Corb. *Dixit autem ad illos : Quid turbati estis, & quare cogitationes ascenderunt in corde vestro?* Cantabr. *At ille dixit illis : Quare conturbati estis, & ut quid cogitationes ascendunt in cor vestrum?* S. Gat. & Maj. Mon. *Quid conturbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corde vestro?* Græc. concordat cum Vulg. nisi quòd reponit διατί, *quare*, ante *cogitationes.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. c. pariter : *Quid turbati estis, & quid cogitationes subeunt in corda vestra?* Hilar. in Ps. 137. col. 500. e. *Quid conturbati estis, & quæ cogitationes ascendunt in corda vestra?* Ambrof. l. de Joseph, c. 12. col. 506. f. *Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra?* Aug. l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 472. d. nil omnino differt à Vulg. nec etjam Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 738. f. præterquam quòd ultimò hab. *in corde vestro.*

℣. 39. Ms. Cantabr. *Vide manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum : palpate, & videte : quoniam spiritus ossa non habet, nec carnes, sicut & me videtis habentem.* S. Gat. & Maj. Mon. similiter hab. *pedes meos;* Corb. *pedes, quia ecce ego ipse sum;* S. Mart. Turon. *quia ipse ego sum.* Gr. Ἴδετε τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, &c. ut in textu Colb. Mss. quidam delent μου, post πόδας. Iren. l. 5. c. 2. 294. b. *spiritus enim neque ossa, neque carnes habet.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 735. c. *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum : quoniam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere :* & l. de carne Chr. p. 545. c. *Aspicite quòd ego sum : quia spiritus ossa non habet, sicut me habentem videtis.* Hilar. in Ps. 137. col. 500. e. *Videte & manus meas, & pedes, quoniam ipse ego sum : palpate, & videte : quoniam spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habentem :* vide etiam in Ps. 129. col. 437. e. & l. 10. de Trin. col. 1073. e. Hieronymus in Isai. 65. to. 3. 478. f. legit : *palpate, & cernite : quia spiritus carnem, & ossa non habet.* Ambrof. l. de Joseph, c. 12. col. 506. f. & l. 10. in Luc. 1540. d. & l. 4. de fide, col. 543. concordat cum Vulgata. Itidem August. l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 472. c. addito pronomine *meos*, ad *pedes :* similiter l. de agone Chr. to. 6. 256. g. ubi tamen plerique Mss. pro *ossa, & carnem*, ferunt *ossa, & nervos :* at l. contra Secundin. to. 8. 545. f. legit : *Tangite manus meas, & pedes, & videte : quia spiritus carnem, & ossa non habet :* demum tract. 21. & 121. in Joh. to. 3. col. 462. d. 807. g. habet : *palpate, & videte : quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere;* ut in Vulg. S. Paulin. ep. 13. p. 82. b. *spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me habentem videtis.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 738. f. *palpate, & videte : quoniam carnem spiritus, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Accinunt Gaudent. Brix. ser. 9. p. 956. f. & Philastr. Brix. l. de hæref. p. 709. b. Orient. verò epist. ad Symm. Conc. to. 4. 1308. e. legit : *sicut me videtis habentem.* Ita quoque Vigil. Tapf. l. 3. de Trin.

℣. 40. Hic versus non legitur in Mss. Corb. & Cantabr. In aliis verò legitur ut in textu; cui etiam Græcum favet.

℣. 41. Ms. Cantabr. *Adhuc autem non credentibus eis à gaudio, & mirantium, dixit : Habetis aliquid manducare hic?* S. Gat. *Adhuc autem non credentibus ei præ gaudio, & mirantibus, dixit*, &c. quæ in Vulgata. Corb. *Habetis hic aliquid manducare?* Maj. Mon. *Habetis hic aliquid, quod edam?* Gr. Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; Tertul. l. 4. contra Marc. p. 735. c. *Adhuc eis non credentibus.* August. l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 472. d. ut in Vulgata.

℣. 42. Ms. Cantabr. *Et porrexerunt illi piscis assi partem;* nec subdit aliud. Corb. & alii Vulgatæ congruunt. Gr. Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου· in Mss. quibusdam deest ult. καὶ ἀπὸ μελισ. &c. Apud August. ubi sup. ut in Vulg. sicut apud Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 738. f.

℣. 43. Ms. Cantabrig. *Et accipiens in conspectu eorum manducavit.* Corb. *Et manducans coram ipsis;* nec addit alia. Cæteri Vulgatæ similes. Græc. verò simpliciter habet : Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν· Ms. tamen quidam sic : Καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν, τὸ περισσεῦον λαβὼν ἔδωκεν αὐτοῖς. August. ubi supra, cum Vulgata concordat; sicut Vigil. Tapf. l. contra Varim. p. 738. f. nisi quòd initio hab. *Et cùm manducaret.*

℣. 44. Ms. Cantabrig. *Et dixit eis : Isti sermones mei, quos locutus sum ad vos, cùm essem vobiscum, quoniam oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.* Corb. & alii nil differunt à Vulg. codex tamen S. Mart. Turon. delet *ad vos*, post *locutus sum.* Græcè ita : Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς..... ὅτι δεῖ πληρωθῆναι, &c. ut in Vulg. Irenæus l. 3. c. 16. p. 206. a. *Hi sunt sermones, quos locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam oportet impleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.* Totidem verba apud Cypr. l. 1. Testim. p. 277. c. præter hæc, *Isti*, pro *Hi;* & *adimpleri*, pro *impleri.* Apud Hilar. in Ps. 138. col. 504. f. *Hæc sunt verba mea, quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam oportebat omnia impleri, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me :* similiter in Ps. 125. col. 407. e. præposito uno *in*, vocibus *Prophetis*, & *Psalmis :* ita quoque prol. in Ps. n. 6. præter istud, *oportet*, loco *oportebat.* August. tr. 9. in Joh. to. 3. 362. b. *Hi sunt sermones, quos locutus sum ad vos, cùm adhuc... quoniam oporteret impleri omnia*, &c. ut in Vulg. item l. de unit. Eccl. to. 9. 352. e. *Isti sunt sermones, quos locutus sum ad vos..... quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege Moysi*, &c. ut in Vulg. sed tract. 54. in Joh. col. 673. b. *Hæc locutus sum vobis, cùm adhuc essem vobiscum :* tract. verò 49. 617. e. & ep. 93. to. 2. 239. f. necnon l. 4. contra Faust. to. 8. 193. f. *oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis de me :* similiter l. 10. de civitate Dei, c. 32. col. 269. g. deleto uno *omnia :* at in act. cum Felice ubi sup. cum Vulg. concinit ad verbum. Collat. Carthag. p. 393. b. *oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis de me.*

℣. 45. Ita ferunt Mss. S. Germ. ambo, & S. Gat. Corb. verò sic : *Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent ea, quæ scripta sunt.* Cantabr. *Tunc adaperti sunt eorum sensus ut intelligant Scripturas.* Maj. Mon. *Tunc aperuit sensus eorum*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert,* Scripturas :
46. & dixit illis : Quia scriptum est, Christum
pati, & resurgere à mortuis tertia die :
47. & prædicari in nomine ejus pœnitentiam,
& remissa peccatorum usque in omnes gentes,
incipiens ab Jerusalem.
48. Et vos estis testes eorum.
49. Et ego mitto promissionem Patris mei super vos : vos autem sedete in civitate, quoadusque
induatis virtutem ex alto.
50. Produxit autem illos foris in Bethania : &
elevavit manus suas, & benedixit illos.
51. Et factum est, cùm benedixisset illos, discessit ab eis, & ferebatur in cœlum.
52. Et ipsi adorantes reversi sunt in Jerusalem
cum gaudio magno :
53. & fuerunt semper in templo, laudantes, &
benedicentes Deum. Amen.

**Vulgata nova.**

Scripturas :
46. & dixit eis : Quoniam sic scriptum est, & *Psalm.*
sic oportebat Christum pati, & resurgere à mor- *18.6.*
tuis tertia die :
47. & prædicari in nomine ejus pœnitentiam,
& remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolyma.
48. Vos autem testes estis horum. *Act. 1.*
49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos : *8.*
vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. *Joan. 14. 26.*
50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam : &
elevatis manibus suis benedixit eis.
51. Et factum est, dum benediceret illis, re- *Marc.*
cessit ab eis, & ferebatur in cœlum. *16. 19.*
52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusa- *Act. 1.*
lem cum gaudio magno : *9.*
53. & erant semper in templo, laudantes, &
benedicentes Deum. Amen.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*ut intelligerent Scripturas.* Græc. Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς Γραφάς. Irenæus l. 3. c. 16. p. 206. a. *Tunc adaperuit eorum sensum ut intelligerent Scripturas.* Itidem Cypr. l. 1. Testim. p. 277. c. præter unum *illis*, loco *eorum*. Hilar. in Ps. 125. col. 407. e. *Tunc aperuit sensum eorum ut intelligerent Scripturas.* Ambros. verò in Luc. 1543. d. *Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent ea, quæ scripta sunt.* August. ep. 93. 239. f. cum textu Colb. concinit, & Vulg. similiter l. 10. & 18. de civit. Dei, c. 32. & 50. col. 269. g. 532. f. & l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 473. a. sicut l. de unit. Eccl. to. 9. 352. g. sed tract. 9. in Joh. to. 3. 362. b. legit : *Tunc adaperuit illis sensum*, &c. Collat. Carth. p. 393. b. *Tunc aperuit illis*, &c. Auct. l. de prom. c. 21. p. 2. col. 145. c. *Aperuit sensum eorum ut intellig. Scripturas.*

℣. 46. Ms. Cantabrig. *& dixit eis : Quia sic scriptum erat, Christum pati, & resurgere die tertia.* Corb. *Et dixit eis : Quia sic scriptum est, Christum pati, & resurgere à mortuis :* nec addit *die tertia ;* quod abest similiter à Ms. Maj. Mon. & S. Gat. Græcè ut in Vulgata. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. a. legit : *& dixit ad eos : Quoniam sic scriptum est, Christum pati, & resurgere à mortuis : & prædicari*, &c. Cypr. l. 1. Testim. p. 277. c. *& dixit illis : Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die.* Hilar. in Ps. 125. col. 407. e. *& dixit illis : Quoniam sic scriptum est, Christum pati, & resurgere ex mortuis tertia die.* August. tr. 9. in Joh. col. 362. b. *Quia sic scriptum est, pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die :* sed tr. 2. & 3. in 1. Joh. col. 836. e. 846. g. *Oportebat pati Christum, & resurgere tertia die :* & in Ps. 49. to. 4. 445. e. *Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die :* & l. 10. de civit. Dei, c. 32. col. 269. g. *& dixit eis : Quia oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die :* & l. contra Jud. to. 8. 35. e. *Quoniam sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati*, &c. ut sup. & l. 2. contra Petil. col. 271. b. *Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die :* sed epist. 93. to. 2. 239. f. nil omnino discrepat à Vulg. nec etiam l. 18. de civ. Dei, c. 50. col. 532. f. nec l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 473. a. nec l. de unit. Eccl. to. 9. 352. g. Concinit etiam Collat. Carthag. p. 393. b.

℣. 47. Ms. Cantabr. *& prædicari... pœnit. & remissionem peccatorum super omnes gentes, incipientium ab Jerusalem.* Corb. *& prædicari... pœnit. & remissionem pecc. in omni gente, incipientibus ab Jerosolyma.* S. Gat. & Maj. Mon. *& prædicare*, &c. quæ in Vulgata. Gr. καὶ κηρυχθῆναι..... μετάνοιαν, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ, &c. al. ἀρξαμένων ἀπό. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. a. *& prædicari in nomine ejus remissionem peccatorum in omnes gentes.* Cypr. l. 1. Testim. p. 277. c. *& prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissam peccatorum usque in omnes gentes.* Hilar. in Ps. 125. col. 407. e. *& prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccat. in omnes gentes.* Similiter habet Aug. ep. 93. to. 2. 239. f. & in Ps. 49. to. 4. 445. e. præter hoc, *per omnes gentes ;* addit etiam, *incipientibus ab Jerusalem :* itidem l. 10. & 18. de civitate Dei, c. 32. & 50. col. 269. g. 532. f. & l. contra Jud. to. 8. 35. e. & l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 473. a. & l. 2. contra Petil. col. 271. b. & l. de unit. Eccl. to. 9. 353. f. sed tr. 9. in Joh. to. 3. 362. b. legit, *in omnes gentes, incipiens ab Jerusalem.* Collat. verò Carth. p. 386. b. 393. b. *per omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem.*

℣. 48. Ms. Cantabr. *Et vos autem testes horum.* S. Mart. Turon. *Vos estis testes horum.* Corb. & alii ut in Vulg. & Græco. Accinit August. l. 1. de act. cum Felice, to. 8. 473. a. at l. de unitate Eccl. to. 9. 354. c. *Et vos horum testes.*

℣. 49. Ms. Cantabr. *Et ego mitto promissionem meam super vos : vos autem sedete in civitate, usquedum induamini virtutem de alto :* Corb. *virtutem ab alto ;* Maj. Mon. *ab excelso.* S. Gat. *Et ego mitto repromissionem Patris... usquedum induamini virtutem ex alto.* S. Germ. 2. *Et ego mittam*, &c. quæ in Vulgata. Gr. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους· al. initio deest ἰδού ; deinde in quibusdam, ἐγὼ ἀποστελῶ ; al. infra deest Ἱερουσαλήμ. Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 638. d. legit : *Et ego mitto promissa Patris mei in vos : vos autem sedete in civitate, quousque induamini virtute ex alto.* Hieron. ad Hedib. q. 9. to. 4. 177. f. *Ecce ego mittam promissionem Patris mei in vos : vos autem sedete*, &c. ut in Vulg. at infra, 179. f. scribit *sponsionem..... & vos sedebitis.* Aug. tr. 2. in 1. Joh. to. 3. 837. f. *Estote sedentes in civitate : quia ego mitto promissionem meam in vos :* at l. de unit. Eccl. to. 9. 354. d. *Et ego mitto promissionem meam super vos : vos autem sedete in*, &c. ut in Vulg. & tract. 99. in Joh. to. 3. 747. d. *vos autem sedete in civitate, quousque induamini*, &c. Gaud. Brix. ser. 9. p. 959. a. *Et ego mitto promissionem Patris mei*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 2. col. 126. c. *vos sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto :* & infra, c. 30. p. 157. c. *donec induamini virtutem ex alto.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *Et ecce ego mittam promissionem Patris mei super vos : vos verò sedete in civitate, donec induamini ex alto virtute.* S. Fulg. fragm. 3. contra Fab. p. 582. *vos autem sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.*

℣. 50. Ms. Cantabrig. *Eduxit autem eos foras ad Bethaniam : levans autem manus benedixit eos.* Corb. *Eduxit autem eos foris in Bethaniam : & elevatis manibus benedixit eos.* S. Gat. *Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam*, &c. quæ in Vulg. Ita quoque in Græco est. Apud August. l. de unit. Eccl. to. 9. 354. d. *Produxit autem illos usque Bethaniam : & levavit manus suas, & benedixit illos.*

℣. 51. Ms. Cantabrig. *Et factum est, cùm benediceret eos, discessit ab eis ;* nec subdit, *& ferebatur in cælum.* Idem pariter tollit Corb. codex, & habet sup. *dum benedicit.* Extremò verò S. Gat. legit : *& elevatus est in cælum.* Cæteri Vulgatæ respondent, & Græco. August. l. de unit. Eccl. to. 9. 354. d. legit : *Et factum est, cùm benedixisset illos, discessit ab eis :* dein, *Et ipsi reversi sunt*, &c. de ℣. seq. hoc omisso medio, *& ferebatur in cælum.*

℣. 52. Ms. Corb. simpliciter : *Et ipsi regressi sunt in Jerus.* &c. quæ supra. Cantabr. *Et ipsi reversi sunt in Jerus.* &c. S. Gat. *Et ipsi adorantes eum, reversi sunt in*, &c. Maj. Mon. *Et ipsi adorantes reversi sunt in*, &c. Græc. Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς, &c. August. l. de unit. Eccl. to. 9. 354. d. *Et ipsi reversi sunt cum gaudio magno in Jerusalem.*

℣. 53. Ms. Cantabr. cum Corb. *& erant semper in templo, laudantes Deum.* Maj. Mon. tollit *Deum*, & *Amen*, in fine. Alii codd. Vulgatæ consonant, & Græco. Apud August. l. de unit. Eccl. to. 9. 354. d. *& fuerunt semper in templo, laudantes Deum.*

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

## *LUCAS.*

CAP. I. ℣. 8. Cùm sacerdotio fungeretur. *Non addas* Zacharias.

℣. 28. Ave gratia plena. *Non est interponendum nomen* Maria.

℣. 30. Invenisti enim gratiam apud Deum. *Non est omittenda conjunctio* enim, *nec mutandum* Deum *cum* Dominum.

℣. 35. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum. *Non est auferendum medium illud* ex te.

℣. 45. Recordatus misericordiæ suæ. *Non mutes participium* recordatus *cum verbo* memorari.

℣. 66. Quis, putas, puer iste erit? *Non mutes masculinum* quis *cum neutro* quid.

CAP. II. ℣. 4. In civitatem David. *Non omittas præpositionem* in.

℣. 7. Quia non erat eis locus in diversorio. *Retinendum est pronomen plurale* eis, *non mutandum cum singulari* ei.

℣. 11. Quia natus est vobis hodie Salvator. *Nec omittendum est secunda personæ pronomen* vobis, *nec mutandum cum primæ* nobis.

℣. 13. Multitudo militiæ cœlestis. *Pro* militiæ *non substituas* exercitus, *nec conjungas utrumque*, militiæ cœlestis exercitus.

℣. 14. Gloria in altissimis Deo. *Non mutes* altissimis *cum* excelsis.

℣. 15. Quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. *Nequaquam legendum est, quibusdam additis*, Quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.

℣. 21. Ut circumcideretur puer. *Non omittas τὸ* puer.

℣. 26. Nisi priùs videret. *Neque hîc omittas adverbium* priùs.

℣. 33. Et erat pater ejus & mater mirantes. *Interpres dedit singulare* erat, *non plurale* erant : *dixitque* pater ejus & mater, *non, ut quidam corrigunt*, Joseph & mater ejus.

℣. 37. Et hæc vidua usque ad. *Non est addendum verbum substantivum* erat.

℣. 38. Qui exspectabant redemptionem Israël. *Pro feminino* redemptionem, *nullo modo legendum est masculinum* redemptorem.

℣. 40. Et confortabatur. *Non addas* spiritu.

*Ibidem*. Et gratia Dei erat in illo. *Non substituas* cum *pro* in.

℣. 50. Et ipsi non intellexerunt verbum. *Non est omittendum τὸ* verbum.

℣. 51. In corde suo. *Non præponas participium* conferens, *quod quidam, acceptum ex versu superiori* 19.

CAP. III. ℣. 9. Jam securis ad radicem arborum posita est. *Non mutes singulare* radicem, *cum plurali* radices: *multoque minùs plurale* arborum, *cum singulari* arboris.

℣. 16. Veniet autem fortior me. *Non addas* post me, *quod Marci est cap.* 1. *vers.* 7.

℣. 19. De Herodiade uxore fratris sui. *Non addas Latinè* Philippi.

℣. 22. In te complacui mihi. *Pro prima persona* complacui, *est in aliis plerisque libris tertia* complacuit.

℣. 31. Qui fuit Melea. *Non scribas* Melcha, *media vocali e mutata in consonantem, mutam, inquam, adspiratam* ch.

CAP. IV. ℣. 1. Regressus est à Jordane. *Non est mutandum* regressus est, *quod est revertit, cum* egressus est, *sive exiit*.

*Ibidem*. Et agebatur à spiritu in desertum. *Non mutes* à *cum* in, *neque quartum casum* desertum *in sextum* deserto.

℣. 2. Et consummatis illis esuriit. *Non addas* postea.

℣. 7. Tu ergo si adoraveris. *Non hîc addas* procidens, *quod ex Matthæo quidam*.

℣. 9. Super pinnam templi. *Matthæi est* pinnaculum, *Lucæ* pinnam.

℣. 14. Et regressus est Jesus. *Ita legendum est* regressus, *quod est reversus, non* egressus, *aut* ingressus. *Simile supra vers.* 1.

℣. 23. Quanta audivimus. *Non est præmittendum* Dixerunt Pharisæi ad Jesum.

℣. 27. Et nemo eorum mundatus est. *Non addas* à lepra.

℣. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira. *Non est omittendum illud* in synagoga.

℣. 34. Scio te quis sis, sanctus Dei. *Non est mutandum relativum* quis *in conjunctionem* quia.

℣. 36. Imperat immundis spiritibus. *Non est auferendum epitheton* immundis.

CAP. V. ℣. 17. Et virtus Domini erat ad sanandum eos. *Malè quidam libri pro* eos *pronomine, legunt nomen* infirmos.

℣. 20. Quorum fidem ut vidit. *Non addas nomen* Jesus, *tametsi Syriacè legatur*.

℣. 22. Quid cogitatis in cordibus vestris? *Quidam libri addunt* mala *malè : nam Matthæi illud, non Lucæ est*.

℣. 26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. *Nullo modo omittenda hæc sunt*.

℣. 32. Non veni vocare justos. *Non addas conjunctionem* enim, *quam quidam*.

℣. 35. Cùm ablatus fuerit ab illis sponsus. *Nec hîc præponas conjunctionem* &.

CAP. VI. ℣. 4. Quos non licet manducare. *Præferendum est præsens* licet, *præterito imperfecto* licebat.

℣. 10. Et restituta est manus ejus. *Non addas* sanitati.

℣. 11. Quidnam facerent Jesu. *Non præponas præpositionem* de *ante nomen* Jesu.

℣. 17. Et descendens cum illis. *Hujus loco quidam legunt* Et descendens Jesus de monte, *quod ex officio Ecclesiastico acceptum esse clarum est*.

℣. 24. Quia habetis consolationem vestram. *Præferenda est conjunctio* quia *relativo* qui.

℣. 26. Væ cùm benedixerint vobis homines. *Nec post* væ *adjicias alterum* vobis, *nec ante* homines *præponas* omnes.

*Ibidem*. Secundùm hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. *Ut non est omittenda conjunctio* enim, *ita nec vox* prophetis *substituenda est, pro contraria* pseudoprophetis, *id est, falsis prophetis, quod quidam hîc faciunt, ex loco simili supra* ℣. 23.

℣. 33. His, qui vobis benefaciunt. *Sic legendum est, non ut quidam*, his, qui vos diligunt.

℣. 38. Eadem quippe mensura. *Non legas* verò *pro* quippe.

℣. 42. Ipse in oculo tuo trabem non videns. *Noli mutare participium* videns *cum verbo* vides.

℣. 45. De malo thesauro. *Non repetas* cordis sui.

℣. 46. Quid autem vocatis me. *Non legas* enim *pro* autem.

℣. 48. Fundata enim erat supra petram. *Non addas* firmam.

CAP. VII. ℣. 3. Et salvaret servum ejus. *Multi codices legunt* sanaret.

℣. 27. Hic est, de quo scriptum est. *Non addas* enim, *quod quidam ex Matthæo*.

℣. 28. Qui autem minor est in regno Dei. *Secundùm Matthæum est* in regno cœlorum.

℣. 32. Cantavimus vobis tibiis. *Non est hîc omittenda vox* tibiis, *ut secundùm Matthæum*.

℣. 33. Venit enim Johannes. *Non mutes* enim *cum* autem.

℣. 37. Quòd accubuisset in domo Pharisæi. *Non est addenda vox* Jesus.

℣. 44. Et capillis suis tersit. *Pro* suis, *non scribas* capitis sui, *tametsi ita sit Græcè*.

℣. 45. Hæc autem ex quo intravit. *Retinenda est persona tertia* intravit, *ex correctione Romana, nequaquam admittenda prima* intravi.

CAP. VIII. ℣. 3. Quæ ministrabant ei. *Singulare* ei, *præfertur plurali* eis, *quod ab aliis legitur*.

℣. 4. Cùm turba plurima convenirent. *Alii legunt numero singulari* conveniret.

℣. 14. Nam qui supra petram, qui cùm audierint. *Non interponas* hi sunt.

*Ibidem*. Qui ad tempus credunt. *Præferendum est relativum* qui *conjunctioni* quia.

℣. 18. Videte ergo quomodo audiatis. *Non est mutandum* quomodo *cum* quid : *hoc enim Marci, illud Lucæ est*.

℣. 19. Et non poterant adire eum præ turba. *Cave pro* adire, *quod est accedere, scribas* audire, *quod est ἀκούειν*.

℣. 23. Et complebantur. *Spurium est quod quidam codices legunt* compellebantur, *seu cogebantur, pro* comple-

bantur, *quod est, implebantur.*

℣. 29. Agebatur à dæmonio in deserta. *Non mutes plurale* deserta *cum singulari* deserto.

℣. 40. Erant enim omnes exspectantes eum. *Conjunctio ætiologica* enim *non est mutanda cum adversativa* autem.

℣. 46. Nam ego novi virtutem de me exiisse. *Non addas* & *ante* ego.

℣. 49. Noli vexare illum. *Non substituas* magistrum *pro* illum.

℣. 55. Et jussit illi dari manducare. *Non mutes passivum* dari *in activum* dare.

Cap. IX. ℣. 3. Nihil tuleritis in via. *Non mutes casum sextum* via *in quartum* viam.

℣. 6. Circuibant per castella. *Non est omittenda præpositio* per.

℣. 15. Et discumbere fecerunt omnes. *Quidam legunt* Et discubuerunt omnes.

℣. 19. Et dixerunt: Johannem Baptistam. *Non est interponenda vox* alii, *quæ Evangelii secundùm Matthæum est.*

℣. 49. Quia non sequitur nobiscum. *Non est addendum pronomen* te *verbo* sequitur.

℣. 50. Et ait ad illum Jesus. *Non est mutandum singulare* illum *cum plurali* illos.

*Sequitur:* Nolite prohibere. *Non est præponendum* Sinite illos &, *id quod aliunde quidam huc adsciverunt.*

*Sequitur:* Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. *Non mutes pronomina secundæ personæ,* vos vobis, *in primæ*, nos nobis.

℣. 54. Et consumat illos. *Quod sequitur in quibusdam libris* sicut & Elias fecit, *non est Latinæ editionis.*

℣. 56. Filius hominis non venit animas perdere. *Non addas voci* animas *genitivum* hominum.

℣. 57. Sequar te quòcunque ieris. *Non subdas* Domine.

℣. 58. Ubi caput reclinet. *Non addas pronomen* suum.

℣. 61. Renunciare his, quæ domi sunt. *Alii libri masculino genere legunt* his, qui domi sunt.

Cap. X. ℣. 1. Et alios septuaginta duos. *Et infra* ℣. 17. Reversi sunt autem septuaginta duo. *Ut Græcè non est addendum, ita Latinè non est omittendum* duos, *aut mutandum cum* viros.

℣. 4. Nolite portare sacculum. *Non est addenda conjunctio* ergo.

℣℣. 9. & 11. Appropinquavit. *Præteritum servandum est utroque loco, non mutandum cum futuro.*

℣. 10. In quamcunque autem civitatem. *Non videtur omittendum* autem, *quod etiam Græcè & Syriacè legitur.*

℣. 13. Væ tibi Corozain. *Non est mutandum extremum elementum hujus nominis proprii* n *in* m, *id est, tertia liquidarum in secundam.*

℣. 21. In ipsa hora exsultavit Spiritu sancto. *Non omittas epitheton* sancto.

℣. 30. Suscipiens autem Jesus. *Cave ne pro* suscipiens, *quod est, respondendi partes accipiens, scribas* suspiciens, *quod est, sursum adspiciens.*

Cap. XI. ℣. 2. Pater, sanctificetur nomen tuum. *Quod quidam nomini* Pater *addunt*, noster, qui es in cœlis, *non est hujus loci.*

*Sequitur:* Adveniat regnum tuum. *Similiter non est hujus Evangelii, quod subjiciunt multi* Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: *prout discere licet ex nostris in varias Bibliorum lectiones Notationibus.*

℣. 4. Et ne nos inducas in tentationem. *Denique nec hoc, quod in quibusdam exemplaribus sequitur*, Sed libera nos à malo. Amen, *à Luca fuit additum.*

℣. 13. Quanto magis Pater vester. *Non addas* cœlestis.

℣. 24. Ambulat per loca inaquosa. *Non est legendum* per loca arida: *est enim Evangelii secundùm Matthæum.*

℣. 36. Si ergo totum corpus tuum. *Non est omittenda vox* totum.

℣. 42. Sed væ vobis Pharisæis. *Non est mutandus dativus* Pharisæis *cum vocativo* Pharisæi.

*Sequitur:* Quia decimatis mentham. *Præferenda est conjunctio* quia *relativo* qui.

℣. 46. Quia oneratis homines. *Idem est de hoc loco judicium.*

℣. 51. A sanguine Abel. *Non addas* justi, *quod Matthæi est cap.* 23. ℣. 35.

℣. 53. Cùm autem hæc ad illos diceret. *Non omittas conjunctionem* autem.

Cap. XII. ℣. 1. Multis autem turbis circumstantibus. *Non legas* concurrentibus.

℣. 2. Nihil autem opertum est. *Non est præferenda conjunctio causalis* enim *continuativæ* autem.

℣. 27. Considerate lilia. *Non addas* agri, *quod quidam ex Matth.* 6. ℣. 28.

℣. 30. Hæc enim omnia gentes mundi inquirunt. *Non est legendum* autem *pro* enim.

*Ibidem.* Quoniam his indigetis. *Superfluit vox* omnibus, *quam quidam interjiciunt.*

℣. 33. Et lucernæ ardentes in manibus vestris. *Non judicarunt Romani Patres hoc omittendum* in manibus vestris.

℣. 41. Ait autem ei Petrus. *Non omittas pronomen* ei.

℣. 43. Quem cùm venerit Dominus. *Interpres non addidit pronomen* ejus, *tametsi legatur Græcè & Syriacè.*

℣. 44. Verè dico vobis. *Non est hic legendum* amen *pro* verè, *sed secundùm Matthæum.*

℣. 47. Et non præparavit. *Non est addendum pronomen* se, *licet fortè subaudiendum.*

℣. 49. Et quid volo nisi ut accendatur? *Non est hic omittenda conjunctio* ut.

℣. 54. Dicebat autem & ad turbas. *Non auferas medium* & *pro* etiam *positum.*

℣. 58. Ne fortè trahat te ad judicem. *Non hic legendum est* tradat, *pro* trahat, *sed mox* tradat te exactori.

Cap. XIII. ℣. 4. Sicut illi decem & octo. *Nec præponas, nec postponas conjunctionem* & *adverbio* sicut.

℣. 5. Sed si pœnitentiam non egeritis. *Hic* egeritis, *supra* ℣. 3. habueritis, *dixit Interpres.*

℣. 15. Hypocritæ, unusquisque vestrûm. *Præferendum est plurale* Hypocritæ, *singulari* Hypocrita.

℣. 18. Et cui simile æstimabo illud? *Pro simplici* æstimabo, *non legas compositum* existimabo.

℣. 24. Quærent intrare, & non poterunt. *Non est mutandum futurum* quærent *cum præsenti* quærunt.

℣. 25. Incipietis foris stare. *Non est præponenda conjunctio* & *verbo* incipietis.

℣. 27. Omnes operarii iniquitatis. *Hujus loco non est scribendum* maledicti in ignem æternum.

℣. 30. Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt novissimi. *Non mutes futurum* erunt *bis repetitum, in præteritum imperfectum* erant.

℣. 34. Et lapidas eos, qui mittuntur ad te. *Non vertas præsens* mittuntur *in præteritum* missi sunt: *hoc enim Matthæi, illud Lucæ est.*

℣. 35. Ecce relinquetur vobis. *Non omittas pronomen* vobis.

Cap. XIV. ℣. 12. Neque vicinos divites. *Non est interjiciendum alterum* neque, *ante* divites.

℣. 14. In resurrectione justorum. *Non scribas* retributione *pro* resurrectione.

℣. 15. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. *Non mutes futurum* manducabit *cum præsenti* manducat.

℣. 27. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. *Nequaquam omittendus est iste versiculus, prout à quibusdam omittitur.*

℣℣. 28. & 31. Non priùs sedens. *Præferendum est* non, *ipsi* nonne, *quod quidam habent.*

℣. 34. Si autem sal evanuerit. *Non addas* quoque.

Cap. XV. ℣. 8. Si perdiderit drachmam unam. *Non est præmittenda* & *conjunctio.*

*Ibidem.* Et everrit domum. *Ita rectè emendarunt Romani Correctores*, everrit, *quod est, scopis mundat* (*quo modo Interpres eandem ipsam vocem Græcam vertit supra* 11. ℣. 25.) *pro eo quod plerique omnes libri habent* evertit, *quod est, turbat: vocum similitudo depravandi occasionem indoctis præbuit.*

*Ibidem.* Donec inveniat. *Non addas* eam.

℣. 14. Et postquam omnia consummasset. *Non scribas* consumsisset *tertiæ conjugationis*, *pro* consummasset *primæ*, *quanquam hoc per illud rectè explicetur.*

℣. 19. Jam non sum dignus. *Non præponas* & *conjunctionem.*

℣. 24. Et cœperunt epulari. *Non est addendum* omnes.

℣. 28. Pater ergo illius. *Non mutes* ergo *cum* autem.

℣. 31. At ipse dixit illi. *Non est legenda conjunctio copulativa* & *loco adversativæ* at.

Cap. XVI. ℣. 1. Et ad discipulos. *Non omittas* & *pro* etiam *positum.*

℣. 6. At ille dixit. *Non est mutandum præteritum* dixit *cum præsenti* dicit.

℣. 11. Quod verum est quis credet vobis? *Noli scribere* credat, *pro futuro* credet; *multoque minùs* vestrum, *pro* verum, *quod opponitur iniquo, quemadmodum versu proximo* vestrum *alieno opponitur.*

℣. 18. Omnis, qui dimittit uxorem suam. *Non præponas conjunctionem* &.

℣. 21. Et lingebant ulcera ejus. *Servandum est* ulcera, *quod est* ἕλκη, *non substituendum* vulnera.

Cap. XVII. ℣. 3. Si peccaverit in te frater tuus. *Non auferas medium illud* in te.

℣. 7. Servum arantem, aut pascentem. *Quod sequitur, in quibusdam libris* oves, *in quibusdam* boves, *superfluit utrumque, quanquam prius melius sit.*

℣. 28. Similiter sicut factum est. *Non est omittendum adverbium* sicut.

℣. 31. In illa hora, qui fuerit in tecto. *Non commutes* hora *cum* die.

Cap. XVIII. ℣. 9. Parabolam istam. *Non subdas* di-

Digitized by Google

cens.

℣. 13. Deus propitius esto mihi peccatori. *Minimè addendum est* Amen.

℣. 15. Quod cùm viderent discipuli. *Non est mutandum neutrum* quod *cum masculino* quos.

℣. 28. Ait autem Petrus. *Non addas pronomen* ei.

℣. 31. Assumpsit autem Jesus duodecim. *Nec hic addas* discipulos suos, *quod quidam ex Matthæo.*

℣. 35. Cùm appropinquaret Jericho. *Postremò nec hic interjicias nomen* Jesus.

Cap. XIX. ℣. 8. Dixit ad Dominum. *Non substituas* Jesum *pro* Dominum.

℣. 9. Eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. *Non est omittendum* &.

℣. 13. Cum usuris utique exegissem illam. *Non mutes femininum* illam *cum neutro* illud.

℣. 29. Et factum est cùm appropinquasset. *Non subjicias nomen* Jesus.

℣. 30. Ite in castellum, quod contra est. *Voci* contra *non est addendum pronomen* vos, *quod ex prioribus Evangelistis quidam huc adscripserunt.*

℣. 37. Cœperunt omnes turbæ discipulorum. *Insignis correctio*, discipulorum, *quod est* discentium (*ut & in quibusdam libris* discentium *legitur*) *pro* descendentium, *quod est in plerisque.*

℣. 46. Quia domus mea domus orationis est. *Hic legitur* est: *secundùm Matthæum & Marcum* vocabitur.

Cap. XX. ℣. 3. Interrogabo vos & ego. *Non legas præsens* interrogo *loco futuri.*

℣. 9. Homo plantavit vineam. *Boni libri omittunt* quidam.

℣. 10. Et in tempore. *Quidam addunt* vindemiæ, *aut* fructuum: *verùm hæc ex commentario in textum irrepserunt.*

℣. 21. Et non accipis personam. *Non est addenda vox* hominis.

℣. 26. Et mirati in responso ejus. *Non legas numero plurali* responsis.

℣. 30. Et ipse mortuus est sine filio. *Non mutes numerum singularem in pluralem* filiis.

℣. 32. Novissimè omnium. *Non commutes adverbium cum nomine* novissima.

℣. 35. Neque nubent, neque ducent uxores. *Pro futuris non substituas præsentia*, nubunt, ducunt.

℣. 36. Neque enim ultra mori poterunt. *Non est omittenda conjunctio* enim.

Cap. XXI. ℣. 8. Et tempus appropinquavit. *Futurum* appropinquabit *nequaquam surrogandum est in locum præteriti.*

℣. 11. Et signa magna erunt. *Non addas* & tempestates, *sive* hyemes, *quod quidam olim subjunxerunt.*

℣. 17. Et eritis odio omnibus. *Superfluit, quod in quibusdam libris sequitur*, hominibus.

℣. 20. Tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus. *Non est legendum numero singulari* scito, *nec futuro tempore* appropinquabit.

℣. 36. Fugere ista omnia, quæ futura sunt. *Non legas* ventura *pro* futura.

℣. 38. Et omnis populus manicabat ad eum. *Quia insolens est vox* manicabat, *quidam eam mutarunt cum* manitabat, *quidam* mane ibat, *quidam cum* mane accelerabat, *quidam denique cum* diluculo veniebat. *His enim modis exponenda est ea vox.*

Cap. XXII. ℣. 13. Sicut dixit illis. *Non est addendum nomen* Jesus.

℣. 19. Quod pro vobis datur. *Non est scribendum* tradetur *pro* datur: *nam* traditur *ex Apostolo* 1. *Corinth.* 11.

℣. 24. *acceptum est.*

℣. 20. Hic est calix novum testamentum. *Malè legunt quidam secundo casu* novi testamenti.

℣. 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon. *Non mutes priorem vocativum* Simon *cum dativo* Simoni.

℣. 34. At ille dixit. *Non est mutanda conjunctio adversativa* at, *cum copulativa* &.

℣. 36. Sed nunc qui habet sacculum, tollat. *Non substituas, pro imperativo* tollat, *futurum indicativi* tollet.

℣. 37. Dico enim vobis. *Quidam pro* enim *scribunt* autem *malè.*

℣. 43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum: & factus in agonia, prolixiùs orabat. 44. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Hi duo versiculi, temerè olim à quibusdam omissi fuere.*

℣. 63. Et viri, qui tenebant illum. *Non mutes pronomen* illum *cum nomine* Jesum.

℣. 64. Et percutiebant faciem ejus. *Non legas* caput *pro* faciem.

*Ibidem.* Prophetiza, quis est. *Non interponas* nobis Christe, *quod Matthæi est cap.* 26. ℣. 68. *non Lucæ.*

Cap. XXIII. ℣. 5. Commovet populum. *Non mutes præsens in præteritum* commovit.

*Ibidem.* Incipiens à Galilæa usque huc. *Non præponas conjunctionem copulativam* &.

℣. 9. At ipse nihil illi respondebat. *Ut non est mutandum adversativum* at *cum copulativo* &, *ita non omittendum pronomen* illi: *sed neque* autem *vertendum in* etiam, *aut participium* accusantes *in verbum* accusabant, *ubi sequitur:* Stabant autem principes sacerdotum, & Scribæ constanter accusantes eum.

℣. 15. Nam remisi vos ad illum. *Nequaquam surrogandum est verbum tertiæ personæ* remisit, *in locum primæ* remisi, *neque pronomen primæ personæ* nos, *in locum secundæ* vos, *inverso verborum ordine*, *ad hunc modum:* Nam remisit illum ad nos: *quo modo in quibusdam codicibus legitur.*

℣. 16. Emendatum ergo illum dimittam. *Vitio librarii, quidam libri habent pronomen* ego, *pro conjunctione* ergo.

℣. 35. Et stabat populus spectans. *Retinendum est verbum simplex* spectans, *quod est adspiciens, seu contemplans; non substituendum compositum* exspectans.

*Ibidem.* Si hic est Christus Dei electus. *Non legas verbum unicum* dilectus, *pro duobus* Dei electus, *ut quidam.*

℣. 36. Offerentes ei, & dicentes. *Non omittas* & *conjunctionem.*

℣. 40. Quòd in eadem damnatione es. *Quia obscuriùs dixerat Interpres* quòd *ex* ὅτι, *quidam mutarunt cum* quia, *alii cum* qui.

℣. 41. Nam digna factis recipimus. *Non mutes præsens* recipimus *cum præterito* recepimus.

℣. 45. Et obscuratus est sol. *Loco horum verborum, quidam olim scripserunt* sole deficiente: *audacter nimis.*

Cap. XXIV. ℣. 12. Linteamina sola posita. *Non est omittendum* sola.

℣. 39. Videte manus meas, & pedes. *Non repetas pronomen* meos.

℣. 44. Quoniam necesse est impleri omnia. *Passivum* impleri, *malè quidam in activum vertunt*, implere.

℣. 49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. *Non mutes præsens* mitto, *cum futuro* mittam.

℣. 53. Amen *in fine hujus Evangelii delendum non est.*

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *LUCAS.*

Cap. I. ℣. 29. Quæ cùm audisset. *In aliis bonis libris, pro* audisset, *quod ad aures, est* vidisset, *quod ad oculos spectat, Græco & Syro consentaneè.*

℣. 45. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. *Multi insignes libri scribunt personas tertias*, credidit, ei.

Cap. II. ℣. 18. Mirati sunt & de his. *Non immeritò fortè omittatur media conjunctio* &.

℣. 38. Qui exspectabant redemptionem Israël. *Non pauca Mss.* Jerusalem *scribunt pro* Israël.

Cap. III. ℣. 9. Excidetur, & in ignem mittetur. *Contendunt quidam legenda præsentia* exciditur, & in ignem mittitur. *Simile Matth.* 3. ℣. 10.

℣. 16. Veniet autem fortior me. *Quidam scripti libri legunt præsens tempus* venit, *pro futuro* veniet.

Cap. IV. ℣. 5. In montem excelsum. *Hæc verba omittuntur à quibusdam veteribus codicibus, tanquam ex Matthæo huc transsumpta.*

℣. 10. Mandavit de te. *Alii scribunt futurum* mandabit; *adstipulantibus Græco & Syro.*

℣. 18. Sanare contritos corde. *Hæc clausula præteritur à multis tum libris, tum auctoribus, tanquam eadem cum hac*, dimittere confractos in remissionem, *ut ex eodem uno Hebræo versa.*

Cap. V. ℣. 25. Tulit lectum in quo jacebat. *Antiqui nostri libri tollunt vocem* lectum, *conformiter Græcis.*

Cap. VI. ℣. 17. Et maritima, & Tyri. *Quidam libri conjunctionem* &, *interpositam ante vocem* Tyri, *omittunt, consentaneè Græco & Syro.*

Cap. VII. ℣. 22. Quæ audistis, & vidistis. *Ordo verborum in vetustis codicibus, conformis Græco & Syro, est*, Quæ vidistis, & audistis.

℣. 24. Arundinem vento agitatam? *Pleraque Mss. legunt* moveri, *relicto participio* agitatam, *Matthæo.*

Digitized by Google

℣. 31. Ait autem Dominus : Cui ergo. *Multi boni libri, Latini & Græci, conſodiunt illud*, Ait autem Dominus, *ſuffragantibus Syricis.*

Cap. VIII. ℣. 1. Per civitates, & caſtella. *Alii numero ſingulari* per civitatem, & caſtellum, *Græco conſentaneè.*

℣. 26. Et navigaverunt ad. *Mſs. codices optimi legunt*, Enavigaverunt autem ad, *Græco & Syro adſtipulante.*

℣. 43. Mulier quædam erat. *Veriſimile eſt Interpretem ſcripſiſſe, ita ut Græcè eſt*, mulier, quæ erat.

℣. 49. Venit quidam ad principem ſynagogæ. *Unum ex Mſs. Eccleſiæ noſtræ legit* à principe, *caſu ſexto, conſentaneè Græco & Syro : ſimile Mar. 5. ℣. 35.*

℣. 52. Non eſt mortua puella, ſed dormit. *Quædam vetera Mſs. cum Græcis & Syriacis libris, tollunt vocem* puellæ, *tanquam propriam Matth. & Marco.*

Cap. IX. ℣. 4. Et inde ne exeatis. *Unus codex omittit negationem, conformiter Græco & Syro :* Et inde exeatis.

℣. 37. Occurrit illis turba multa. *Alii libri boni legunt ſingulare* illi, *conſentaneè Græco.*

Cap. X. ℣. 6. Requieſcet ſuper illum. *Antiqua noſtra Mſs. pro maſculino* illum, *legunt femininum* illam, *adſtipulante Beda.*

Cap. XI. ℣. 3. Da nobis hodie. *Alii codices ſcribunt* quotidie. *Hoc veriſimiliter Lucæ, illud Matthæi indubitato eſt.*

℣. 17. Deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. *Plures boni libri legunt præſenti tempore*, deſolatur, cadit, *Græco conſentaneè : quin & veriſimile ſit, pro* ſupra, *Interpretem dediſſe* ſuper.

℣. 20. Profectò pervenit in vos. *In duobus Mſs. eſt* prævenit, *utrumque admittente voce Græca* ἔφθασεν.

℣. 22. Auferet (&c.) & ſpolia ejus diſtribuet. *Multi boni libri habent* aufert, diſtribuit, *præſenti tempore, Græco Syroque conformiter, pro futuris*, auferet, diſtribuet.

℣. 25. Scopis mundatam, & ornatam. *Inſignia quædam Mſs. cum V. Beda, omittunt duo hæc verba*, & ornatam, *tanquam Matthæo propria.*

Cap. XII. ℣. 31. Veruntamen quærite primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus : & hæc omnia. *Videri poſſunt adjectitia eſſe*, primùm, & juſtitiam ejus, *ex Matthæo huc adſcripta.*

℣. 35. Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. *An addendum ſit* τὸ in manibus veſtris, *an omittendum, variæ ſunt opiniones.*

℣. 53. Dividentur pater in filium, &c. *Quidam conjiciunt legendum eſſe numero ſingulari*, dividetur, *quo modo eſt Græcè & Syriacè.*

Cap. XIII. ℣. 33. Et ſequenti die ambulare. *Mſs. antiqua, tum noſtra, tum Epanorthota, omittunt* die, *V. Beda ſuffragante.*

℣. 35. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. *Vox* deſerta *omittitur ab inſignibus Mſs. tanquam ex Matthæo huc adſcripta.*

Cap. XV. ℣. 17. Quanti mercenarii in domo patris mei. *Antiquorum codicum alii omittunt* in domo, *alii addunt : illis volunt Græca, his Syra.*

Cap. XVI. ℣. 21. Et nemo illi dabat. *Hæc verba à quibuſdam antiquis libris leguntur, à pluribus, quibus præter Græca & Syra, Beda ſuffragatur, ignorantur. Videntur huc translata ex c. 15. ℣. 16.*

℣. 23. Elevans autem oculos. *Quædam Mſs. omittunt conjunctionem* autem.

Cap. XVII. ℣. 7. Dicat illi : Statim tranſi. *Quidam libri ita diſtinguunt, ut* ſtatim *adjungatur iis, quæ præcedunt :* Dicat illi ſtatim : Tranſi.

℣. 35. Duo in agro : unus aſſumetur, & alter relinquetur. *Quidam Latini, quidamque Græci codices hinc auferunt hunc verſiculum. Veriſimile eſt Lucæ ex Matthæo fuiſſe adſcriptum, quemadmodum Matthæo ex Luca ſimilem verſiculum de duobus in lecto.*

Cap. XIX. ℣. 26. Quia omni habenti dabitur, & abundabit. *Complura exemplaria antiqua omittunt* τὸ & abundabit, *tanquam Matthæo proprium, Syricis & pleriſque omnibus Græcis conſonantibus.*

Cap. XX. ℣. 5. Cogitabant intra ſe. Inter, *non* intra, *invenio in melioribus libris noſtris, quod & melius eſſe videtur.*

Cap. XXII. ℣. 26. Fiat ſicut minor. *Complura inſignia Mſs. pro* minor, *ſcribunt* junior, *quomodo ad verbum vertas ex Græca voce* νεώτερος.

# * INCIPIT PROLOGUS IN JOHANNEM,

## Ex Mſ. Colbert. n. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.

HIc eſt Johannes Evangeliſta, unus ex diſcipulis [a] Dei, qui virgo electus à Deo eſt; quem de nuptiis volentem nubere [b] vocavit Deus; [c] cui virginitatis in hoc duplex teſtimonium in Evangelio datur, quòd & præ cæteris dilectus à Deo dicitur, & huic matrem ſuam [d] de cruce commendavit [e] Dominus, ut virginem virgo ſervaret. Denique manifeſtans in Evangelio, quod erat ipſe incorruptibilis Verbi opus inchoans ſolus, Verbum [f] carnem factum eſſe, nec lumen à tenebris comprehenſum fuiſſe teſtatur; primum ſignum ponens quod in nuptiis fecit Dominus, [g] & oſtendens quod ipſe erat, legentibus demonſtraret, quòd ubi Dominus [h] invitatus, deficere nuptiarum vinum debeat, ac veteribus immutatis, nova omnia, quæ à Chriſto inſtituuntur, appareant. [i] Hoc autem Evangelium ſcripſit in Aſia, poſteaquam in Pathmos inſula Apocalypſim ſcripſerat: ut cui in principio Canonis incorruptibile principium [k] in Geneſi, & incorruptibilis finis per virginem in Apocalypſi redderetur, dicente Chriſto: Ego ſum Α. & Ω. Et hic eſt Johannes, qui ſciens ſuperveniſſe diem receſſus ſui, convocatis diſcipulis ſuis in Epheſo, per multa ſignorum experimenta promens Chriſtum, deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione, poſitus eſt ad patres ſuos; tam [l] extraneus à dolore mortis, quàm à corruptione carnis invenitur alienus. [m] Tamen poſt omnes Evangelium ſcripſit. Et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel [n] Scripturarum tempore diſpoſitio, vel librorum ordinatio, ideo per ſingula à nobis non exponitur, ut [o] ſciendi deſiderio collocato, & quærentibus fructus laboris, & Deo magiſterii doctrina [p] ſervetur.

Explicit Prologus.

### NOTÆ.

* Hic prologus pariter invenitur in Mſ. codice Aureo eccleſiæ B. Martini Turonenſis, ſed abſque titulo ullo. Editus quoque eſt inter opera S. Hieronymi to. IX. editionis Eraſmianæ, anno M. D. XXXIV. Pariſ. ap. Claud. Chevallonium, ſub hoc titulo: *Prologus B. Hieronymi preſbyteri in Evangelium ſecundùm Johannem.* Sed hunc perperam tribui Hieronymo rectè judicavit Eraſmus to. III. p. II. ejuſdem editionis. Hujus Auctor, ut & aliorum trium qui anteceſſerunt, ignotus planè nobis eſt. Illum porro edimus quomodo ſeſe habet in codice noſtro Colbertino, adjunctis etiam variis lectionibus cùm Mſ. codicis S. Martini Turonenſis, tum editionis Eraſmianæ.

a Edit. *Domini, qui virgo à Deo electus eſt.*

b Mſ. Turon. *revocavit.*

c Mſ. Turon. *cujus virginitas.*

d Edit. *pendens in cruce.*

e In Mſ. Turon. deeſt *Dominus.*

f Mſ. Turon. *caro*, non *carnem.*

g Mſ. Turon. cum edit. *oſtendens*, abſque præced. *&*: deinde Mſ. *quod erat ipſe legentibus;* edit. *ut legentibus.*

h Edit. *invitatus ſit, deficere.*

i Mſ. Turon. *appareant* inter, & *Hoc autem*, iſta interponit: *de quo ſingula quæque in miniſterio acta vel dicta Evangelii ratio quærentibus monſtrat:* deinde, *Hoc autem*, &c.

k Edit. *principium prænotatur in Geneſi, ei etiam incorruptibilis finis*, &c.

l Mſ. Turon. *extraneus eſt à.*

m Mſ. Turon. ſequentia ſic mutat: *Qui etſi poſt omnes Evangelium ſcripſiſſe dicitur:* tum addit: *tamen diſpoſitione Canonis ordinati poſt Matthæum ponitur. Quoniam in Domino quæ noviſſima ſunt, non velut extrema, & abjecta numero, ſed plenitudinis opere perfecta ſunt:* deinde ut in Mſ. Colb. ac edit. *Et hoc virgini debebatur*, &c.

n Edit. *ſcriptorùm temporis diſpoſitio.* Mſ. Turon. *ſcriptorum tempore diſpoſitio;* ſubinde, *vel librorum ordine, ideo & per ſingula à nobis*, &c.

o Mſ. Turon. *ſcienti*, non *ſciendi.*

p *ſervaretur.*

# *INCIPIUNT CAPITULA IN JOHANNEM,

## Ex eodem Mſ. Colbert.

I. *JOhannes teſtimonium perhibet* [a] *Chriſto, dicens:* Non ſum dignus corrigiam calciamenti ejus ſolvere. cap. 1. ✶✶. 15. 27.

II. *Item Johannes dicit de Jeſu:* Ecce agnus Dei, [b] qui tollit peccatum mundi. c. 1. ✶. 29.

III. *Et oſtendit Jeſus diſcipulis ſuis ubi maneret; & ſecuti ſunt eum.* c. 1. ✶✶. 39. 40.

IV. *Ubi Jeſus de aqua vinum fecit in Cana Galilææ.* c. 2. ✶. 1. ſeqq.

V. *Et ejecit Jeſus* [c] *de templo omnes vendentes, & dixit:* [d] Domus orationis eſt, domus Patris mei. c. 2. ✶✶. 14. 15. 16.

VI. [e] Qui non renatus fuerit denuo ex aqua, & Spiritu, non intrabit in regnum Dei. c. 3. ✶✶. 3. 5.

### NOTÆ.

* Totidem præeunt Capitula in Mſ. codice S. Germani Pariſ. n. 15. annor. circiter 900. cum hac inſcriptione: *Incipit capitulatio ſecundùm Johannem.* Cùm verò hic antiquus codex nonnunquam differat à Colbertino noſtro, varias ejus lectiones, ſaltem præcipuas, annotare non omittemus in conſequentibus.

a Mſ. Sangerm. *de Chriſto.*

b Mſ. Sang. *ecce qui tollet pecc.*

c In Mſ. Sang. deeſt, *de templo.*

d Mſ. Sang. *Domus mea, domus orationis eſt, domus*, &c.

e Mſ. Sang. *Ubi dicit: Qui non renatus fuerit ex aqua*,

Digitized by Google

VII. *Ubi baptizat* [a] *Jesus: & dixit Johannes discipulis:* Non sum ego Christus. c. 3. ✠✠. 26. 27. 28.

VIII. *Ubi secessit Jesus à Judæa, & venit in Samariam.* c. 4. ✠✠. 3. 4. 5.

IX. *Sedens super puteum Jesus, mulierem Samaritanam petit bibere.* [b] *Et dicit discipulis:* Alii laboraverunt, & vos in labores ipsorum introistis. c. 4. ✠✠. 6. 7. seq. 38.

X. [c] Omnis propheta sine honore est in patria sua. *Et filium* [d] *regis sanavit.* c. 4. ✠✠. 44. 46. seq.

XI. *In porticu Salomonis, ad Natatoriam piscinam, ab infirmitate hominem annorum xxxviii. sanavit.* c. 5. ✠✠. 2. 3. 5. seq.

XII. *De quinque panibus hordei, & duobus piscibus, in quinque millia virorum. Et volebant* [e] *eum tenere regem, & fugit. Et ibi venit ad discipulos, ambulans super mare. Et dixit:* Ego sum panis vitæ. c. 6. ✠✠. 9. 10. 15. 19. 35. 41. 48.

XIII. *Cùm aliqui de discipulis abirent retro, dixit Jesus Petro:* Nunquid & vos vultis ire? c. 6. ✠✠. 67. 68. 69.

XIV. *Et dixerunt ad Jesum fratres ejus:* Vade hinc in Judæam. *Et dixit Jesus:* Nolite judicare secundùm faciem. Quæritis me, & ubi ego sum non potestis venire vos. c. 7. ✠✠. 3. 24. 34. 36.

XV. Qui sitit, veniat, & bibat, *sicut scriptum est.* c. 7. ✠. 37.

XVI. [f] *Et adducunt ad Jesum mulierem deprehensam in mœchatione, ut eam adjuvaret.* c. 8. ✠. 3.

XVII. *Et dixit Jesus Judæis:* Cùm exaltaveritis Filium hominis, cognoscetis quoniam ego sum. [g] c. 8. ✠. 28.

XVIII. [h] *De cæco à nativitate, cui linivit oculos luto: & dixit:* Vade in Siloam: *& lavit, & vidit; & tumultuati sunt Pharisæi.* c. 9. ✠✠. 1. 6. 7. seqq.

XIX. Ego sum pastor bonus, qui pono animam [i] meam pro vobis. c. 10. ✠✠. 11. 14. 15.

XX. *Dixerunt Pharisæi:* Si tu es Christus, dic nobis. *Et* [k] *lapidaverunt eum propter verbum.* c. 10. ✠✠. 24. 31. 33.

XXI. *Ubi Lazarum quarta die* [l] *suscitavit à mortuis.* c. 11. ✠. 1. seqq.

XXII. *Et accepit Maria unguentum, & unxit pedes Jesu. Et Pharisæi volebant occidere Lazarum.* c. 12. ✠✠. 3. 10.

XXIII. *Et turbæ acceperunt flores palmarum, & dicebant, Ozanna. Et dicebat Jesus:* Qui amat animam suam, perdet eam. c. 12 ✠✠. 12. 13. 25.

XXIV. *Cùm multa signa fecisset Jesus, dicebat:* Ego lux in hunc mundum veni. c. 12. ✠✠. 37. 46.

XXV. *Ubi Jesus pedes discipulorum lavit.* c. 13. ✠. 4. seqq.

XXVI. *Et cùm exiret Judas ut traderet Jesum, dixit ei Jesus:* Quod facis, fac [m] celeriùs. c. 13. ✠. 27.

XXVII. *Et cùm dicit Jesus discipulis suis:* Diligite vos invicem. *Et Petro dicit:* [n] Ego sum via, & veritas. c. 13. ✠✠. 34. 35. c. 14. ✠. 6.

XXVIII. Si diligitis me, & præcepta mea custodite: & rogabo Patrem, & mittit vobis spiritum veritatis. c. 14. ✠✠. 15. 16. 17.

XXIX. *Ubi dixit:* Ego sum vitis vera, & Pater meus [o] agricola. Si me dilexissetis, gauderetis quoniam vado ad Patrem. c. 15. ✠. 1. c. 14. ✠. 28.

XXX. Veniet hora, ut qui vos occiderit, putet se obsequium Deo facere. *Et dicit:* Tristitiam habebitis, sed videbo vos, & [p] iterum gaudebit cor vestrum. c. 16. ✠✠. 2. 22.

XXXI. *Et elevatis oculis Jesus dixit:* Pater clarifica filium tuum. c. 17. ✠. 1.

XXXII. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, *id est, discipulos Dei.* c. 17. ✠. 11.

XXXIII. *Et duxerunt Jesum ad Annam, & ad Caipham, & ad Pilatum.* c. 18. ✠✠. 13. 24. 28. 29. seqq.

XXXIV. *Ubi de cruce dixit Jesus discipulo quem diligebat.* [q] c. 19. ✠✠. 26. 27.

XXXV. [r] *Et ubi dubitabat Thomas. Et iterum apparuit, & increpabat eum.* c. 20. ✠✠. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

XXXVI. *Et cùm tertiò manifestaret Jesus se discipulis, ait Petro ter:* Pasce oves meas, & sequere me. c. 21. ✠✠. 14. 15. 16. 17.

NOTÆ.

&c.

[a] Ms. Sang. *Johannis, & Jesus;* paulòque post, *discipulis suis.*

[b] Ms. Sang. *Et dicit illis: Alii laboraverunt, & vos introistis.*

[c] Ms. Sang. *Et dicit: Omnis propheta,* &c.

[d] Ms. Sang. *reguli.*

[e] Ms. Sang. *tenere eum in regem.*

[f] Ms. Sang. simpliciter: *De muliere in adulterio deprehensa.*

[g] Ms. Sang. subdit: *nam nam ante Abraham ego sum.*

[h] Ms. Sang. *Cæcum à nativitate inluminavit, & tumultuati sunt Pharisæi.*

[i] Ms. Sang. tollit pronom. *meam;* ultimòque legit *ovibus*, non *vobis*, bene.

[k] Ms. Sang. *lapidabant.*

[l] Ms. Sang. *resuscitavit.*

[m] Ms. Sang. *citiùs.*

[n] Ms. Sang. verbo *dicit*, proximè addit: *Ter me negabis:* deinde, *Et ego sum,* &c. quæ sup.

[o] Ms. Sang. *agricola est:* deinde, *Si me diligeretis,* &c.

[p] In Ms. Sang. deest *iterum.*

[q] Ms. Sang. subdit: *Ecce mater tua.*

[r] Ms. Sang. *Post resurrectionem apparuit Jesus discipulis suis, & non credebat Thomas. Et iterum apparuit, & increpavit eum;* Colb. sup. *increpabant*, vitiosè.

Digitized by Google

# *SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. IN principio erat verbum; & verbum erat apud
Deum; & Deus erat verbum.
2. Hoc erat in principio apud Deum.
3. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod fa-

### VERSIO ANTIQUA.

1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.
2. Hoc erat in principio apud Deum.
3. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum

*Ex Ms. Colbert. num. 4051. annor. circiter 600. opt. notæ.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ms. noster Colberti cum Cantabrig. hunc præfert titulum: *Incipit Evangelium secundùm Joh.* S. Germ. 1. verò simpliciter, *Incipit secundùm Johannem.* S. Germ. 2. *Initium S. Evangelii secundùm Johannem.* S. Gat. *Nunc orditur Evangelium secundùm Johannem*; subinde: *Initium S. Evangelii secundùm Johannem. Gloria tibi Deus.* Colb. alius & Fossat. S. Mauri carent titulo. Græcè nunc editus: Τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον.

℣. 1. Ita ferunt codices nostri penè omnes, unà cum Græco. Solus Cantabrig. hîc mutilus est, & in ipso desunt omnia ab initio Evangelii usque ad medium ferè ℣. 16. capitis 3. Textui nostro accinunt Irenæus l. 1. 3. & 5. pp. 41. a. c. 188. d. 315. b. Lactant. l. 4. Instit. c. 8. p. 574. Zeno Veron. l. 2. tr. 7. p. 157. Hilarius in Ps. 122. & 125. col. 393. e. 409. d. necnon l. 1. & 4. de Trin. col. 771. b. 837. a. Ambrosius l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. a. & l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. f. & in Ps. 36. & 118. col. 793. c. 1148. c. & in Luc. 1. 2. & 10. col. 1270. c. 1295. a. 1529. d. & l. de institut. virg. col. 264. f. & l. 1. de fide, col. 454. e. Ita quoque legit August. l. 7. Conf. to. 1. 138. a. b. & l. de vera relig. to. 1. 749. e. & epist. 140. to. 2. 424. a. & tr. 1. in Joh. to. 3. 289. seqq. 297. e. & in Ps. 29. to. 4. 133. g. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. 265. e. & l. 13. de Trin. to. 8. 926. g. Item Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 346. b. Orosius contra Pelag. p. 455. d. Leo M. serm. 26. p. 81. c. Faustinus presb. p. 638. b. c. Arnob. Afer, annot. in Luc. p. 329. f. & Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 83. a. Tertullianus verò l. contra Hermog. pp. 416. c. 423. a. legit cum Cypriano l. 2. Testim. pp. 285. b. 287. b. *In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo*: sic iterum Tertul. l. contra Prax. pp. 846. b. 847. a. 849. a. b. e. 851. a. 853. a. uno tamen in loco, scilicet p. 851. b. scribit, *A primordio*, pro *In principio*. At Novatian. l. de Trin. pp. 1045. b. & 1052. c. *In principio erat verbum, & verbum erat Deus, & Deus erat verbum*: & pp. 1046. c. 1047. a. ait *In principio verbum fuisse, & verbum hoc apud patrem fuisse, Deum præterea verbum fuisse.* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 264. a. *In principio erat λόγος, & λόγος erat ad Deum.*

℣. 2. Ita constanter Mss. alii omnes cum Græco. Nec aliter legunt Irenæus, Tertullianus, Novatianus, Cyprianus, Zeno Veron. Hilar. Ambros. August. Oros. S. Leo, Faustin. presb. Arnob. & Auct. quæst. N. T. locis supra citatis; nisi quòd Tertul. & Cypr. scribunt *Hic erat*, per relat. ad *sermo*. Lactant. l. 4. instit. *Hoc fuit in principio apud Deum.* Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 346. b. hunc versum non memorat; nec etiam Tertul. l. contra Hermog. p. 416. c. Victorin. autem Afric. l. 1. contra Arium, p. 255. d. legit: *Erat λόγος, in principio erat ad Deum.*

℣. 3. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet *per illum*, & *sine illo*. S. Germ. verò, & Fossat. nil differunt. Itidem in Ms. S. Gat. excepto uno *sine illo*, pro *sine ipso*. Græcè tota sic distinguuntur: Πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν· deinde,

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| Ex Ms. Colbert. est, | ctum est, |
| 4. in ipso vita est, & vita erat lux hominum: | 4. in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: |
| 5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. | 5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, &c. de ℣. seq. Sed in veteri codice Lat. litteris uncialibus exarato, cujus specimen manibus tenemus, hic versus alio modo distinctus exhibetur: *Omnia per eum facta sunt: & sine eum factum est nihil:* dein post modicum intervallum ita legitur: *Quod autem factum est, in eo vita est.* Similiter habet Iren. l. 3. c. 8. p. 183. a. *Omnia per eum facta sunt: & sine eo factum est nihil:* & l. 1. & 2. pp. 41. c. 98. b. 118. a. & l. 5. c. 18. p. 315. b. *Omnia per ipsum..... & sine ipso factum est nihil:* itidem l. 3. c. 11. p. 188. d. præterquam quòd, posita interpunctione post *nihil*, subdit: *Quod factum est, in ipso vita erat:* & l. 1. c. 8. p. 41. c. sic habet post Valentin. *Sed quod factum est in eo, inquit, vita est.* Apud Tertul. l. contra Hermog. pp. 416. a. c. 423. a. *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil:* sic etiam l. contra Prax. p. 853. a. & supra, p. 846. b. dicit *Per sermonem omnia facta esse, & sine illo nihil factum:* vide etiam pp. 849. a. 851. b. 852. c. item l. de resur. carn. p. 568. b. legit: *Omnia sermone Dei facta sunt: & sine illo nihil.* Novatianus l. de Trin. p. 1038. b. *Per ipsum enim omnia facta sunt opera: & sine ipso factum est nihil:* & pp. 1040. b. 1043. c. 1044. b. 1046. c. *Per quem facta sunt omnia: & sine quo factum est nihil:* & p. 1045. b. *Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.* Itidem Lact. l. 4. Institut. c. 8. p. 574. detracta conjunct. *enim.* Ita quoque Zeno Veron. l. 2. p. 158. necnon Hilar. in Psal. 148. col. 587. c. sicut l. 1. de Trinit. col. 771. b. nisi quòd ibi post *nihil*, interpungit, & addit: *Quod factum est in eo, vita est:* vulgati tamen libb. si Custantio nostro fides, hæc verba, *Quod factum est*, jungunt cum præcedentibus, sed disjungenda esse liquet, ait, ex l. 2. n. 19. col. 797. c. d. ubi Hilarius relatis his, *Omnia per eum facta sunt: & sine eo factum est nihil:* postpaulò ita resumit: *Cùm ergo* omnia per ipsum, *subveni, & enarra quid non sine eo factum sit.* Quod factum est in eo, vita est: *hoc igitur non sine eo, quod in eo factum est: nam id, quod in eo factum est, etiam per eum factum est: Omnia enim per ipsum, & in ipso creata sunt.* (Coloss. 1. 16.) Similiter apud Ambros. in Ps. 36. col. 793. b. c. *Verbum Dei*, inquit, *vita est, quia verbum caro factum est. Unde præclarè dixit Evangelista: Quod factum est in ipso, vita est.* Tum addit: *Alexandrini quidem, & Egyptii legunt:* Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est: *& interposita distinctione, subjiciunt:* In ipso vita est. *Salvâ sit fidelibus illa distinctio; ego non vereor legere:* Quod factum est in ipso, vita est. *Et nihil habet quod teneat Arianus: quia non illius venena considero, sed lectionis sacræ consuetudinem recognosco..... Non enim dixit: Factum est verbum: sed dixit:* Deus erat verbum. *Deus autem non factura, sed factor est, & creator. Aperi aures, & audi:* Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. *Discis esse filium, in quo divinitatis est plenitudo. Aperi aures adhuc paululùm, & audi dicentem:* Quod factum est in ipso, vita est. *In ipso, inquit, factum est, non Dei verbum factum est:* & infra: *Caro est, quæ in Christo apparuit, vel Christus in carne: ipse nostra in omnibus vita est... mors ejus fructus est vitæ.* Quod factum est *ergo* in ipso, vita est: *caro facta est in ipso, vita est: infantia facta est in ipso, vita est...... Vide quanta in ipso facta sunt..... Quid movet, ut dixi, quia scriptum est:* Quod factum est in ipso, vita est: *cùm homo dixerit: In Deo faciemus virtutem?* Unde satis apparet Ambrosium duplicem hîc admisisse distinctionem non omnibus usitatam; unam, qua istud, *Quod factum est*, jungeretur cum seq. *in ipso*, non verò cum antecedenti *nihil:* alteram, qua rursum *in ipso*, divideretur à seq. *vita erat*, copulareturque cum anteced. *factum est.* Attamen hanc interpunctionem, saltem ex parte, nonnihil habere dubitationis, insinuare videtur l. 3. de fide, c. 6. col. 504. f. ubi Arianos sic compellat: *Nec illud verendum est, quod solent Ariani sæva interpretatione componere, dicentes factum esse Dei verbum, quia scriptum est, inquiunt:* Quod factum est in ipso, vita est. *Primùm intelligant si ad substantiam divinam referant*, Quod factum est, *Manichæorum se quæstionibus implicari... Deinde unde possunt docere sic pronunciasse Evangelistam? Plerique enim docti, & fideles sic pronunciant:* Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. *Alii sic:* Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil: (ita Ambros. ipse in Psal. 118. & l. 1. de fide, 461. f.) *denique:* Quod factum est *pronunciant, & subjungunt* in ipso: *hoc est: Quidquid autem factum, est in ipso. Quid est* in ipso? *Apostolus docet, dicens: In ipso enim sumus, & vivimus*, &c. August. autem tract 1. in Joh. to. 3. 295. g. de iisdem ita disserit: *Omnia ergo., fratres, omnia omnino* per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. *Sed quomodo per ipsum facta sunt omnia?* Quod factum est, in illo vita est: *potest enim sic dici:* Quod factum est in illo, vita est. *Ergo totum vita est, si sic pronunciaverimus: quid enim non in illo factum est?* Subinde Manichæos, hac sententia eo modo distincta abutentes, redarguit, dicens: *Ergo & lapis vita est: inhonestum est sic intelligere, ne rursum nobis subrepat eadem sordidissima secta Manichæorum, & dicat, quia habet vitam lapis, & habet animam paries..... Solent enim delirantes dicere, & cùm repressi fuerint & repulsi, quasi de Scripturis proferunt, dicentes: Utquid dictum est:* Quod factum est in illo, vita est? *Si enim omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Non te abducant: pronuncia sic:* Quod factum est: *hic subdistingue, & deinde infer: In illo vita est:* infra etiam 297. f. eadem verba sic distinguuntur in novissima edit. *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil:* deinde: *Quod factum est, in illo vita est:* & verò August. ibid. tr. 3. n. 4. col. 305. e. sic disputat: *Nunquid fortè à Deo factum est hoc verbum?* Non. Hoc *enim* erat in principio apud Deum. *Quid ergo? Alia, quæ fecit Deus, non similia sunt verbo? Non: quia* omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. *Quomodo per ipsum omnia sunt facta? Quia* quod factum est, in ipso vita erat: *& antequam fieret, vita erat. Quod factum est, non est vita..... vita ergo in illo erat, quod factum est:* rursum tract. 36. & 44. col. 543. g. 591. a. legit: *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil;* nec subjungit aliud: itidem l. de vera relig. to. 1. 749. e. & epist. 140. to. 2. 424. a. & in Psal. 29. to. 4. 133. g. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. 265. e. Hieronymus verò in Isai. 44. to. 3. 331. d. habet: *Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est:* sed quæst. Hebr. to. 2. scribit simpliciter: *& sine ipso factum est nihil.* Accinunt Phœbadius Agin. l. contra Arian. p. 303. a. Victorin. Afr. l. contra Arium, p. 285. h. Philastr. Brix. de hæres. p. 708. h. Leo M. serm. 20. & 26. pp. 70. a. 81. c. Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 346. b. 348. f. Ambrosiast. col. 253. e. & Auct. quæst. ex utroq. T. q. 122. p. 132. d. Cyprianus verò l. 2. Testim. p. 285. b. & Arnobius Afer, annot. in Evang. p. 329. e. tota referunt quæ in textu Colb. & Vulg. ad ℣. 3. Arnobius tamen legit, *sine illo*, non *sine ipso.* Victorin. Afric. l. sup. citato, p. 289. a. *Per quem λόγον facta sunt omnia: & sine quo factum est nihil.*

℣. 4. Textui Colbert. favet Ms. Corb. S. Gat. verò & Maj. Mon. habent, *in illo vita est.* Veterrimus codex laudatus sup. *in eo vita est, & vita est lux hominum.* S. Germ. & Fossat. nil differunt à Vulg. neque etiam Græcum. Irenæus l. 1. c. 8. p. 41. c. scribit quasi ex Valentin. *Sed quod factum est in eo, inquit, vita est:* addit infra: *& vita erat lux hominum:* & l. 3. c. 11. p. 188. d. *Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux*, &c. Cypr. l. 2. Testim. p. 285. b. *in illo vita erat, & vita erat lux hominum.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. *Quod factum est in eo, vita est, & vita erat lux hominum.* Ambros. l. 3. de fide, col. 504. d. *Scriptum est, inquiunt* (Ariani) *Quod factum est in ipso, vita est:* nec ipse in Ps. 38. hunc distinguendi modum damnat, ut notavimus supra. August. ep. 140. to. 2. col. 424. a. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. 265. e. & l. 13. de Trin. to. 8. 926. e. 927. c. *Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum:* at tract. 1. & 2. in Joh. to. 3. 295. g. 297. e. & in Ps. 29. to. 4. 133. g. *Quod factum est, in illo vita est*, &c. Auctor quæst. ex utroque T. q. 122. p. 132. d. *Quod factum est, in ipso vita est.* Similiter habet Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 255. d. nisi quòd addit, *& vita erat lumen hominum:* at infra, p. 265. a. legit: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Vigilius Taps. l. 3. de Trin. *In ipso quod factum est, vita est, & vita erat lux hominum.*

℣. 5. Concinunt Mss. nostri penè omnes, & Græcum. Suffragatur etiam Irenæus l. 3. c. 11. p. 188. d. cum August. ep. 140. & tr. in Joh. & in Ps. 29. & l. 13. de Trin. necnon Ambrosiast. col. 88. b. Cypr. l. 2. Testim. p. 285. b. tantillum mutat, cum vet. codice de quo sup. *& lux lucet in tenebris, & tenebræ illam non comprehenderunt.* Similiter Hilar. in Ps. 58. col. 132. c. & in Ps. 138. col. 516. e. & l. 1. de Trin. col. 771. d. Item Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 3. col. 628. a. cum August. tr. 35. in Joh.

Digitized by Google

## Vulgata Nova.

Matth. 3.1. 6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes.

Marc. 1.2. 7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum:

8. non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

Inf. 3. 19. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Heb. 11. 3. 10. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.

11. In propria venit, & sui eum non receperunt.

12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus:

## Versio Antiqua.

Ex Ms. Colbert.

6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Johannes.

7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum:

8. non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

10. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.

11. In propria venit, & sui eum non receperunt.

12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus:

## Notæ ad Versionem Antiquam.

col. 540. g. & Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. a. Auctor verò l. de fide orthod. col. 350. d. sic habet: *lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non sunt adsecutæ.* Gr: ὐ καλέλαϐεν.

℣. 6. Ita ferunt Mss. omnes. Græcè ita: Ἐγένετο ἄνθρωπος..... ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· al. ἦν ὄνομα. Item ap. Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. *Fuit homo missus à Deo: erat ei nomen Johannes.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. & August. epist. 140. to. 2. col. 424. & tr. 2. in Joh. to. 3. 299. f. ac l. 13. de Trin. to. 8. 926. g. textui nostro consentiunt: tr. verò 35. in Joh. col. 539. f. Aug. legit, *Erat homo*, non *Fuit.*

℣. 7. Sic est in Mss. omnibus, & in Græco. Sic etiam apud August. tr. 2. & 35. in Joh. col. 299. f. 539. f. nisi quòd hoc posteriori loco habet *per eum*, non *per illum.* Ap. Iren. verò l. 3. c. 11. p. 189. d. *Hic venit in testimonium, ut testaretur de lumine:* deinde, *non erat ipse lumen*, hoc omisso medio, *ut omnes crederent per illum.* Idem pariter omittit Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. quamvis sequentia persequatur: priora autem verba, ut in textu Colbert. & Vulg.

℣. 8. Sic habent Mss. omnes; præter unum S. Gat. qui legit, *non enim erat ipse lumen.* Iren. l. 3. c. 11. p. 189. d. *non erat ipse lumen, sed ut testaretur de lumine.* August. ep. 140. to. 2. col. 424. *non erat ille lumen*, &c. ut in textu Colb. & Vulg. sic etiam tract. 2. 14. & 35. in Joh. to. 3. 299. g. 400. a. 539. g. & serm. 289. to. 5. 1160. d. & l. 10. de civit. Dei, c. 2. to. 7. 239. f. & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. 47. b. at in Joh. 1. col. 360. b. scribit; *ille non erat lux*, &c. & l. 13. de Trin. to. 8. 926. g. *non erat ille lux*, &c. Itidem Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. & Ambros. l. de Spir. S. col. 629. b.

℣. 9. Ms. S. Mart. Turon. *Erat enim lux vera*, &c. quæ sup. Cæteri codd. ut in Colb. & Vulg. Sic etiam in Græco, præter unum *hunc*, quod deest ante *mundum.* Tertul. verò l. contra Prax. p. 849. a. dicit: *Sermo, lux vera, quæ illuminat hominem venientem in hunc mundum.* Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. *Fuit lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hilar. in Ps. 118. col. 321. e. *Qui lux vera est, & qui omnem hominem lucificat:* & in Ps. 138. col. 521. f. *Erat enim lux vera, quæ lucificat omnem hominem venientem in hunc mundum:* at in Psal. 131. col. 446. c. *Erat enim lux vera, quæ illuminat*, &c. Mss. tamen duo, teste Custantio nostro, ferunt ibi *lucificat:* verùm l. 1. de Trin. col. 771. c. cum textu Colbert. concinit, & Vulgata. Itidem Ambros. l. 2. & 7. in Luc. col. 1286. c. 1295. b. 1433. f. & l. de Spir. S. col. 629. c. sed l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. e. ait: *Lumen est verum, quod illuminat omnem*, &c. & in Ps. 37. col. 833. b. *Erat verum lumen, quod illuminat omnem*, &c. August. tr. 15. in Joh. col. 413. b. *Erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hom. venientem in hunc mundum:* & tract. 23. col. 473. d. & alibi: *Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:* ita rursum tr. 35. col. 539. g. præter penult. *hunc*, quod deest: vide etiam l. 1. de Gen. to. 1. 648. a. & epist. 140. to. 2. 424. & serm. 289. to. 5. 1160. d. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. 239. f. & l. de spir. & lit. to. 10. 90. f. ubi constanter, *Erat lumen verum*, &c. Concinit etiam Victor Vit. l. 3. de pers. Afr. p. 38. a. sed August. tr. 2. in Joh. to. 3. 300. c. necnon l. 13. de Trin. col. 927. a. legit: *Erat lux vera, quæ illuminat*, &c. ut in textu nostro. Itidem Victorin. Afr. l. 4. contra Arium, p. 289. a. & l. de princip. diei, p. 293. b. necnon Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 151. d. Tichon. reg. 1. p. 50. e. Gaudent. Brix. ser. 3. p. 948. b. Auctor l. de fide orthod. ap. Ambr. col. 350. d. & Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 4. e.

℣. 10. Sic habent Mss. nostri omnes, unà cum Græco. Irenæus l. 3. c. 11. & l. 5. c. 18. pp. 188. c. 315. b. legit: *In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est*, &c. quæ supra. Novatian. de Trin. p. 1038. b. *mundus enim per ipsum factus est, & mundus eum*, &c. Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. *In hoc mundo fuit, & mundus per ipsum factus est, & mundus*, &c. Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. *In mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus*, &c. similiter in Ps. 143. col. 554. d. at l. 2. de Trin. col. 799. e. scribit, *& mundus per ipsum*, &c. Hieron. l. 2. in epist. ad Gal. to. 4. 267. a. *& mundus per eum factus est, & mundus eum non recepit.* Ambros. l. 2. in Luc. 1295. b. *In hoc mundo erat:* at l. 4. de fide, col. 536. f. *In mundo erat*, &c. ut in Vulg. August. epist. 140. to. 2. col. 424. *In hoc mundo erat, & mundus per eum factus est*, &c. similiter l. contra Advers. leg. to. 8. 551. g. necnon l. cont. Adim. col. 127. a. nisi quòd hab. *& mundus per ipsum;* at l. 13. de Trin. col. 927. a. cum Vulgata concinit usque ad ℣. 15. Gaud. Brix. in serm. p. 963. c. *In hoc mundo erat Christus, & mundus per ipsum factus est.*

℣. 11. Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *In sua propria venit, & sui eum non receperunt.* Gr. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαϐον. Iren. pariter l. 3. c. 11. & l. 5. c. 18. pp. 188. c. 315. b. *In sua propria venit, & sui eum non receperunt.* Similiter habent Lucifer Calar. l. 1. pro S. Ath. p. 192. b. Cypr. l. 1. Testim. p. 277. b. & l. de orat. Dom. p. 206. b. & Ambros. l. 2. & 7. in Luc. col. 1295. b. 1470. a. qui l. 4. de fide, delet pronom. *sua.* E contrario Novatian. l. de Trin. pp. 1038. b. 1039. a. legit: *In sua venit, & sui eum*, &c. Itidem Hilar. l. 1. de Trin. col. 771. c. & in Ps. 143. col. 554. d. & in Ps. 147. col. 585. a. sicut Auctor quæst. utriusque T. q. 123. col. 134. c. & Vigil. Taps. l. 2. de Trin. Augustinus verò ep. 140. to. 2. 425. *In sua propria venit, & sui*, &c. ita quoque tr. 2. in Joh. to. 3. 302. b. & l. contra Adim. to. 8. 127. a. & ser. 121. to. 5. 595. f. sed tr. 3. in Joh. to. 3. 306. e. dicit: *In propria venit, id est, in sua venit, & sui eum*, &c. Victorinus Afr. l. 3. contra Ari. p. 279. c. *In sua venit, & mundus eum non cognovit.* Gaud. Brix. in serm. p. 963. c. *In propria venit*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Ita ferunt Mss. omnes cum Græco. Concinunt Iren. l. 5. c. 18. p. 315. b. Hilar. partim, l. 1. de Trin. col. 771. c. & in Ps. 124. 126. & 147. col. 403. f. 420. e. 585. a. Ambros. l. de Noe, c. 4. col. 231. a. & l. 4. de fide, col. 536. f. & l. 5. col. 580. d. & l. de Spir. S. col. 645. f. Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 134. c. necnon August. l. 2. de pecc. mer. to. 10. 60. d. at idem Aug. ep. 140. to. 2. 425. legit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus.* Itidem Vigil. Taps. l. 2. de Trin. p. 216. b. at infra, l. 12. hab. *fieri, qui credunt in nomine ejus.* Tertul. l. de orat. c. 2. p. 180. b. alludens ait: *qui in eum crediderint, dedit eis potestatem ut filii Dei vocentur.* Optat. l. 4. contra Donat. p. 70. a. *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem ut filii Dei fierent, qui credunt in nomine ejus.* Sic etiam legit Cypr. l. 1. Testim. p. 277. b. sicut l. de orat. Dom. p. 206. b. nisi quòd hoc posteriori loco addit *autem*, post *Quotquot;* & *his*, post *fierent.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 192. b. *Quotquot autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, qui credunt in*, &c. Hieron. in Isai. 14. to. 3. 162. f. *Quotquot eum receperunt, dedit eis pot. ut filii Dei fierent:* & l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 221. f. *Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis pot. filios Dei fieri*, &c. ut in Vulg. usque ad ℣. 14. S. Paulin. epist. 23. p. 149. c. *Dedit potest. recipientibus se fi-*



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
| --- | --- |
| *Ex Ms. Colbert.* 13. qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. | 13. qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*lios Dei fieri.* S. Pacian. *Quotquot eum receperunt, dedit eis pot. filios Dei fieri.* Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 986. f. *Quotquot crediderant in eum, dedit eis pot. filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus.*

℣. 13. Concinunt Mſs. omnes, niſi exceperis unum Cantabrigienſem, cujus hoc in loco textus Latinus mutilatus eſt, ut ſupra notavimus. Tertullianus verò alio modo legit l. de carne Chr. c. 19. p. 551. c. nempe ſic: *non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo natus eſt:* contenditque alteram ſcripturam, *ſed ex Deo nati ſunt*, meram eſſe corruptionem textûs, Valentinianis ipſis meritò tribuendam. Audiendus Tertullianus loco cit. *Cùm ipſe ſit*, inquit, *de ſpiritu Dei, & ſpiritus Deus eſt, ex Deo natus ipſe eſt, & ex carne hominis homo in carne generatus. Quid eſt ergo:* non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo natus eſt? *Hoc quidem capitulo ego potiùs utar, cùm adulteratores ejus obduxero: ſic enim ſcriptum eſſe contendunt:* non ex ſanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, ſed ex Deo nati ſunt: *quaſi ſupradictos credentes in nomine ejus deſignet, ut oſtendat eſſe ſemen illud arcanum electorum & ſpiritalium, quod ſibi imbuunt. Quomodo autem ita erit, cùm omnes, qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani, ex ſanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate naſcantur; etiam Valentinus ipſe? Adeò ſingulariter, ut de Domino ſcriptum eſt: Et ex Deo natus eſt.* Fateor in omnibus editionibus Tertulliani, loco *nati ſunt*, quod ſupra legitur in medio, ſcribi *natus eſt;* ſed errore manifeſto librariorum, vel ſcioli cujuſdam, qui vulgata ſeu communi lectione deceptus, & ſcripturæ à Tertulliano uſurpatæ parum gnarus, imperitè correxit *natus eſt*, quaſi hæc lectio malo animo inducta fuiſſet à Valentinianis; cùm è contrario manifeſtè appareat ex tota ſerie verborum Tertulliani, ipſum germanam ſcripturam crediſſe illam, quæ habet *natus eſt;* adulteram verò, & eidem ſubſtitutam à Valentinianis, iſtam, *nati ſunt.* In eodem errore captus eſt Pamelius not. 146. & 150. in hunc Tertul. loc. « Rectè, in-
» quit, vocat (Tertullianus) adulteratores Scripturæ hæreti-
» cos hóc loco, quia pro eo quod omnia exemplaria Græca,
» Latina, Syriaca, & Patres omnes conſtanter legunt, uti
» etiam haud dubiè Evangeliſta Johannes, *ex Deo nati ſunt;*
» ipſi ſingulari numero legerunt, *natus eſt.* » Sed inconſideratè omnino Pamelius, pace doctiſſimi viri dixerim. Equidem priores omnes, ut jam dixi, Tertulliani editiones ferunt *natus eſt;* ſed aperto mendo, quod diligens & attentus editor facilè potuiſſet animadvertere. Enimverò dupliciter hîc citatur à Tertulliano idem Johannis verſiculus; primò quidem uti legebatur vulgariter, & ut in uſu communi erat tunc temporis in Eccleſia; ſecundò eo modo, quo corruptus fuerat à Valentinianis. Duplex igitur lectio, & quidem diverſa, memorata à Tertulliano; una hæreticorum, altera Catholicorum; una qua legebatur *natus eſt*, altera quæ exhibebat *nati ſunt:* ſecus, quæ foret oppoſitio, quæ varietas, quis denique ſenſus verborum Tertulliani? hoc certè non ambigitur. Jam verò ſi attendatur Tertulliani locus, qualis à Pamelio poſt alios duos, nempe Rhenanum, & La Barre, editus eſt; nulla varietas ſcripturæ in ipſo, nulla diſſimilitudo, cum utrobique legatur *natus eſt.* Manifeſtum ergo mendum eſt eo loci apud Tertullianum, quod tolli facilè potuiſſet, vel Mſs. codd. ope, ſi præſto fuiſſent, vel ſaltem perpenſis Tertulliani ſcopo & orationis ejus ſerie: ineptè enim & inſulsè ratiocinatum fuiſſe Tertullianum quis credat? Vitium ſenſit Rigaltius, vel poſt eum Priorius: nam in editione, quam habemus ſub utriuſque nomine, correctum legimus primo loco *nati ſunt;* poſteriori verò, ubi agitur de corruptione Valentinianorum, ſervatum *natus eſt;* ſed ordine perperam inverſo, ut cuivis vel leviter attendenti videbitur. En verba Tertulliani prout habentur in editione Rigaltii: *Quid eſt ergo:* non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis..... ſed ex Deo nati ſunt? *Hoc quidem capitulo ego potiùs utar, cùm adulteratores ejus obduxero: ſic enim ſcriptum eſſe contendunt:* non ex ſanguine, nec ex carnis voluntate..... ſed ex Deo natus eſt: *quaſi ſupradictos credentes in nomine ejus deſignet*, &c. Cùm autem apud Pamelium utrobique legeretur, *ſed ex Deo natus eſt;* nullam percipiens varietatem, nullam oppoſitionem Rigaltius, aut Priorius, ita emendavit, ut una ex parte legeretur *natus eſt*, ex altera verò *nati ſunt*, & quidem rectè: ſed in eo peccavit Rigaltius, quòd lectionem *natus eſt*, poſtpoſuit alteri *nati ſunt;* ut nimirum illam minùs vulgarem, ideoque corruptam tribueret Valentinianis; iſtam verò Vulgatæ noſtræ ſimilem tribueret Catholicis. In hoc ſanè hallucinatus eſt Editor novus: meridiana enim luce clarius eſt, lectionem hodiernam *nati ſunt*, impugnatam fuiſſe à Tertulliano, tanquam depravationem manifeſtam ſacri contextus, factam à Valentinianis; alteram verò *natus eſt*, allatam fuiſſe ab ipſo veluti genuinam, & propriam lectionem. Id apertè concluditur ex verbis ipſis, quæ proximè addit Tertullianus: *Quaſi*, inquit, *ſupradictos credentes in nomine ejus deſignet:* quæ verba ita neceſſariò connectuntur cum præcedenti lectione *nati ſunt*, ut ſi altera, *natus eſt*, legeretur, nullus omnino ſenſus, nulla ſeries, nullus ſit nexus verborum Tertulliani: quod etiam clariùs patet ex conſequentibus iſtis: *Quomodo autem ita erit, cùm omnes, qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani, ex ſanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate naſcantur; etiam Valentinus ipſe?* maximè verò ex his, quæ ſubdit: *Adeo ſingulariter, ut de Domino ſcriptum eſt: Et ex Deo natus eſt.* Si enim veram lectionem crediſſet *nati ſunt*, ſpuriam verò & adulteratam *natus eſt;* quo ſenſu concluſiſſet ſingulariter de Domino ſcriptum eſſe: *& ex Deo natus eſt?* Ita autem ſibi ipſi conſtat Tertullianus, ut infra, cap. 24. eandem legendi rationem obtrudat Hebioni, nulla habita ratione lectionis Valentinianorum. En ipſius verba: *Ideo etiam Marcionem proſpiciens*, Ego ſum, *inquit*, Deus, & alius abſque me non eſt. *Et cùm aliàs idipſum eodem modo dicit*, ante me Deus non fuit, *neſcio quas illas Valentinianorum Æonum genealogias pulſat. Et*, non ex ſanguine, neque ex carnis, & viri voluntate, ſed ex Deo natus eſt, *Hebioni reſpondit.* Adeo certum eſt ſcripturam illam, *& ex Deo natus eſt*, tanquam germanam, & veram æſtimatam fuiſſe à Tertulliano; alteram verò, *& ex Deo nati ſunt*, tanquam ſpuriam, & à Valentinianis adulteratam, carptam fuiſſe ab ipſo. Unde nec movere debet quod Pamelius ad hunc ultimum Tertulliani locum rurſus notat n. 146. *Hoc interim mirum*, inquit, *quod eodem modo citet illam ſcripturam adversùs Hebionem, infra cap. 24.* tantùm opinio præjudicata poterat apud ipſum, ut etiam ſine ratione valeret. Nec plus multò ſapit quod ait ſupra, omnia exemplaria Græca, Latina, Syriaca, & Patres omnes conſtanter legiſſe *ex Deo nati ſunt.* Quod enim verum eſt de exemplaribus Græcis, Latinis, Syriacis, &c. id non ita certum de Patribus omnibus. Enimverò, præter Tertullianum, habemus Irenæum Tertulliano antiquiorem, & Ambroſium ætate poſteriorem, quin & Auguſtinum, & Sulpicium Severum, à quibus non inaudita videtur talis ſcriptura. Primò quidem Irenæus l. 3. c. 16. p. 205. a. agens de Gnoſticorum erroribus, & ex Apoſtolorum ſcriptis demonſtrare nitens unum & eundem eſſe Jeſum Chr. unigenitum Dei filium, verum Deum, ac verum hominem; hæc habet: *Potuerat dicere Matthæus: Jeſu verò generatio ſic erat: ſed prævidens Spiritus S. depravatores, & præmuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthæum ait: Chriſti autem generatio ſic erat:* tum addit: *& quoniam hic eſt Emmanuel, ne fortè tantùm eum hominem putaremus* (non enim ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex voluntate Dei Verbum caro factum eſt) *neque alium quidem Jeſum, alterum autem Chriſtum ſuſpicaremur fuiſſe, ſed unum & eundem ſciremus eſſe*, &c. & infra, c. 19. p. 212. b. *Propter hoc*, inquit, *generationem ejus quis enarrabit? Quoniam homo eſt, & quis agnoſcet eum? Cognoſcit autem illum is, cui pater, qui eſt in cælis, revelavit, ut intelligat, quoniam is*, qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus eſt filius hominis, *hic eſt Chriſtus filius Dei vivi.* 2°. Eodem quoque ſenſu adhibita fuit ab Ambroſio hæc eadem legendi ratio, nempe præfat. in Pſ. 37. col. 817. b. *Chriſtus*, inquit, *etſi naturalem ſubſtantiam carnis hujus ſuſceperat, non tamen contagia ulla ſuſceperat, nec in iniquitatibus conceptus, & natus eſt in delictis: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed de Spiritu S. natus ex virgine eſt.* 3°. Auguſtinus l. 7. confeſſ. c. 9. to. 1. col. 138. a. oſtendere volens in Platonicorum libris Verbi æterni divinitatem, non incarnati humilitatem inveniri, hæc habet: *Procuraſti mihi per quendam hominem..... quoſdam Platonicorum libros ex Græca lingua in Latinam verſos: & ibi legi, non quidem his verbis, ſed hoc idem omnino multis, & multiplicibus ſuaderi rationibus, quòd* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, &c... *Quia verò* in ſua propria venit, & ſui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus, *non ibi legi. Item ibi legi, Quia Deus Verbum*, non ex carne, non ex ſanguine, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo natus eſt. *Sed quia* Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, *non ibi legi.* Ex

### Vulgata nova.

Matth. 1. 16. Luc. 2. 7. — 14. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis : & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis.

15. Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens : Hic erat, quem dixi : Qui post me venturus est, ante me factus est : quia prior me erat.

1. Tim. 6. 17. — 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia :

17. quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.

1. Tim. 6. 16. 1. Joan. 4. 12. — 18. Deum nemo vidit unquam : unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

14. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis : & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia, & veritate.

15. Johannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens : Hic est, de quo dixi : Qui post me venit, vir, qui ante me factus est : quia prior me erat.

16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratia :

17. quia lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Jesum Christum facta est.

18. Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in patre : ipse enarravit nobis.

### Notæ ad Versionem antiquam.

quibus verbis apparet Augustinum tunc legisse *ex Deo natus est*, non verò, *ex Deo nati sunt*. Si quis namque reponat, non quidem in Augustini codicibus, sed in Platonicorum libris hæc ita fuisse descripta ; Augustinus ipse respondet hæc & superiora Johannis apostoli verba *non quidem his verbis* legisse se in Platonicorum libris, sed ea tantùm *multis, & multiplicibus suaderi rationibus* in iisdem Platonicorum libris. Cùm autem ipsissima Johannis verba referat Augustinus, non immeritò concluditur illa ipsa ita retulisse, prout legebat in suo Johannis codice. Superest Sulpicius Severus, cujus hæc sunt verba l. 2. sacræ hist. p. 67. edit. Elzevir. 1643. *Is enim* ( Christus ) *non conditione humana editus, siquidem* non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est, *mundum istum..... in nihilum rediget.* Ex his omnibus satis liquet leviter quidem affirmasse Pamelium à Patribus omnibus constanter lectum fuisse *nati sunt*, quasi soli Tertulliano propria esset lectio *natus est*. Non diffitebimur tamen pauciores esse PP. Latinos, qui huic posteriori faveant, quàm qui priori ; imò & Ambrosius, & Augustinus aliis in locis non semel habent *nati sunt*. Singulos hîc more solito juvat proferre. Hilarius l. 1. de Trin. col. 771. d. *qui non ex sanguine, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Ambrosius similiter l. de Noe & arca, c. 4. col: 231. a. & l. 2. de Spir. S. c. 7. col. 645. f. legit cum Vulg. *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Augustinus l. 2. de pecc. merit. to. 10. col. 60. d. *qui non ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, non ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt :* & epist. 140. to. 2. n. 9. col. 425. b. *qui non ex sanguinibus*, &c. ut in Vulgata, & textu Colb. Accinunt Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. S. Leo serm. 26. p. 81. f. Auctor epist. ad Demetriad. p. 44. b. Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. b. & Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. nisi quòd supra, l. 2. Vigilius habet, *qui non ex sanguine.* Tichon. reg. 1. col. 51. a. *quia non ex sanguine, sed ex Deo nati sumus.* Græcè constanter : οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.

℣. 14. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. reliqui cum Vulg. cui etiam Græcum favet. Iren. l. 1. c. 8. & l. 5. c. 18. pp. 42. d. 315. c. *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis : & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia, & veritate :* item l. 3. cap. 11. & 16. pp. 188. d. 189. c. 207. c. *Et verbum caro factum est, & inhabitavit in nobis ;* sup. verò cap. 10. p. 186. a. *habitavit.* Tertul. l. de carn. Chr. p. 552. b. *Et verbum caro factum est :* tum l. contra Prax. p. 851. a. *& vidimus gloriam ejus, tanquam unigeniti à patre ;* infra, p. 853. a. *tanquam unici à patre :* & post plura, p. 856. c. necnon l. de pudic. pp. 1002. b. & 1009. b. *Sermo caro factus est.* Novatianus l. de Trin. p. 1036. c. 1038. b. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis : & vidimus claritatem ejus, claritatem tanquam unigeniti à patre, plenus gratia, & veritate.* Hilarius in Ps. 64. col. 164. a. *Et verbum caro factum est, & inhabitavit in nobis :* & in Ps. 138. col. 505. e. *habitavit :* similiter l. 1. de Trin. 771. d. ubi addit : *& vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratia, & veritate.* Ambr. in Ps. 48. col. 949. d. & in Ps. 118. 1204. f. Vulgatæ consonat. August. tract. 2. in Joh. to. 3. col. 304. a. *& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia, & veritate :* itidem tract. 3. col. 306. g. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 56. f. & l. de sp. & litt. 93. f. posito *tanquam*, pro *quasi :* at verò contra epist. Manich. to. 8. col. 177. f. legit : *& vidimus gloriam ejus, tanquam unigeniti à patre, pleni gratia, & veritate :* demum in Job, to. 3. col. 666. e. *unigenitus à patre, plenus gratia, & veritate.* Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 393. d. *vidimus gloriam ejus, quasi gloriam unigeniti.* Tichon. reg. 1. p. 51. a. *Verbum caro factum est.* Oros. contra Pelag. p. 455. d. *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis : & vidimus honorem ejus, gloriam tanquam unici nati à patre, plenum gloria, & veritate.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 639. c. 646. c. Vulgatæ favet.

℣. 15. Ms. S. Martini Turon. *Johannes testimonium perhibet de ipso..... Hic est, de quo dixi vobis*, &c. ut in Vulgata. Ms. Corb. *Johannes testimonium perhibet de illo, & clamat, dicens : Hic erat, quem dixi : Qui post me venit*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *& clamans, dicens : Hic est, quem dixi : Qui post me venit*, &c. S. Gat. *Joannes testimonium perhibet ab ipso, & clamat, dicens : Hic erat, quem dixi : Qui post me venturus est, ante me factus est : qui prior me erat.* Maj. Mon. *ante me factus est : & non sciebam eum : quia prior me erat.* Græc. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, λέγων· Οὗτος ἦν ὃν εἶπον· Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου, &c. ut in Vulgata. Irenæus l. 3. c. 10. p. 186. c. *Hic erat, de quo dicebam : Post me venit vir, qui ante me factus est : quoniam prior me erat.* August. tr. 3. in Joh. to. 3. col. 306. g. *Hic erat, quem dixi : Qui post me venit ;* cætera ut in Vulgata.

℣. 16. Ms. Corb. *Quoniam de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam*, &c. Fossat. *accipimus, gratiam pro gratia.* S. Martini Turon. *accepimus, gratiam*, &c. Græcum Vulgatæ consonat. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. c. *Omnesque de plenitudine ejus accepimus.* Hilarius in Ps. 136. 495. a. *De plenitudine ejus omnes accepimus.* Similiter Ambros. l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. f. itidem l. 4. Hex. col. 77. e. subjuncto pronomine *nos*, voci *omnes :* at in Ps. 48. col. 953. c. *Nos omnes de plenitudine ejus accepimus, & gratiam pro gratia.* August. tract. 1. in Joh. col. 291. e. *Quoniam de plenitudine ejus omnes accepimus.* Breviar. fid. contra Arian. apud Sirm. to. 1. p. 379. d. *Plenitudinem ejus nos omnes accepimus.* Auctor quæst. ex N. T. p. 2. q. 3. col. 144. a. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Ita pariter Gaudent. Brix. ser. 19. p. 975. f. usque ad *gratiam.*

℣. 17. Ms. Corb. cum Fossat. textui Colb. favet. Ms. S. Martini Turon. *per Mosen... gratia, & veritas*, &c. Græcum Vulgatæ consonat. Ambrosius in Ps. 118. to. 1. col. 1206. f. *quia lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per*, &c. ut sup. subinde observat, *disjunctionem* autem, *ideo fuisse interpositam, quia si veritas fuisset in lege, non fuisset facta per Christum :* ita rursum legit l. 3. in Luc. 1322. d. item l. de Myst. to. 2. 328. d. & epist. 23. 883. a. Similiter Augustin. tr. 3. in Joh. col. 304. e. f. absque *quia* in principio. Ita quoque Auct. quæst. N. T. q. 3. col. 144. a. servato *quia*. Auct. verò l. contra Jud. p. 497. Vulgatæ similis.

℣. 18. Mss. Corb. Fossat. S. Gat. & S. Mart. Turon. ferunt : *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris : ipse enarravit.* Maj. Mon. *nisi unigenitus filius solus, qui est in sinu patris*, &c. Græcum Vulgatæ consonat. Iren. l. 3. c. 11. p. 189. c. *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius Dei, qui est in sinu patris : ipse enarravit :* itidem l. 4. c. 20. p. 255. b. deleta voce *Dei :* sed paulò post legit : *unigenitus Deus, qui est in sinu patris, ipse enarravit.* Tertul. l. contra Prax. p. 851. a. *Deum nemo vidit unquam :* subinde : *unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse disseruit :* & infra, p. 853. b. *hic unus sinum patris disseruit.* Hilar. in Ps. 138. col. 520. e. & l. 4. & 5. de Trin. col. 831. c. 852. c. 873. e. *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris : ipse enarravit.* Itidem Ambros. l. de Jos. c. 14. to. 1. col. 510. d. & l. de bened. Patr. c. 11. 527. f. item l. 2. in Luc. 1286. b. l. 3. de fide, to. 2. col. 501. c. l. 1. de Spir. S. 605. f. & ep. 22. 875. e. Concinit pariter Augustin. tr. 31. 35. 47. in Joh. col. 521. e. 541. b. 608. a. Ita quoque Phœbad. Agin. lib. contra Arianos, p. 302. e. unà cum Vigilio Tapf. l. 3. & 4. de Trinitate. Adimant. apud Augustinum, to. 8. col. 120. a. b. legit : *Deum nemo vidit unquam, nisi unicus filius, qui est in sinu patris : ille annuntiavit nobis de eo ;* infra, *ipse*, non *ille ;* Græc. ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Maximin. apud eundem August. to. 8. col. 665. e. *Deum nemo vidit unquam : unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narravit.* Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, pp. 254. h. 255. d. *Deum nullus* ( p. 255. *nemo* ) *vidit unquam : unige-*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.*

19. Et hoc est testimonium Johannis, quando miserunt ad eum Judæi ab Jerosolymis sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum: Tu quis es?

20. Et confessus est, & non negavit: & confessus est: Quia non sum ego Christus.

21. Et interrogaverunt iterum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Quid ergo? Propheta es tu? Et respondit: Non sum.

22. Responderunt ei: Dic ergo nobis quis es tu, ut responsum demus his, qui miserunt nos. Quid dicis de teipso?

23. Et ait: Ego sum vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.

24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

25. Et interrogaverunt eum, dicentes: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

26. Respondit eis Johannes, dicens: Ego quidem aquâ baptizo: medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis.

27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti.

28. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanen, ubi erat Johannes baptizans.

29. Altera die vidit Johannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

### Vulgata nova.

19. Et hoc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ab Jerosolymis sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es?

20. Et confessus est, & non negavit: & confessus est: Quia non sum ego Christus.

21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.

22. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso?

23. Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.

24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

25. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

26. Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis.

27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti.

28. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

29. Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

*Isai.* 40. 3. *Matth.* 3. 3. *Marc.* 1. 3. *Luc.* 3. 4. *Matth.* 3. 11. *Marc.* 1. 7. *Luc.* 3. 16. *Act.* 1. 5. & 11. 16. & 19. 4.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nitus filius, qui est in gremio patris, ille exposuit;* p. 255. *enarravit:* & infra, p. 257. h. *unigenitus, qui est..... ille enarravit:* similiter l. ad Cand. Analect. to. 4. pp. 167. 169. *Deum nullus vidit aliquando: unigenitus filius, qui est in gremio patris, enarravit:* at l. 4. advers. Arium, p. 282. g. *Deum nemo unquam vidit, nisi unigenitus filius, qui de sinu ejus exivit:* infra verò, 289. a. *nisi unigenitus solus filius, qui est in sinu patris.* Faustin. presb. p. 642. f. *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris.*

℣. 19. Mss. omnes Latini Vulgatæ accinunt. Græcum verò tollit *ad eum*, post *Levitas*, quod tamen addunt Mss. plures Gr.

℣. 20. Sic habent Mss. omnes, præter Fossat. in quo sic: *Et confessus est, & non negavit, dicens: Quia ego non sum Christus.* Græcum textui favet. Auctor l. de promiss. p. 3. col. 171. b. *Et confessus est, & non negavit, dicens: Quia non sum.* Aug. tr. 1. in Joh. col. 291. b. 297. a. *Non sum ego Christus.*

℣. 21. Ms. Corb. *Et interrogaverunt eum iterum: Quid ergo? Tu Elias es? Et dixit: Non sum. Ne ergo propheta es tu?* &c. ut in Vulgata. Fossat. *Et interrogaverunt eum iterum: Quid ergo tu?* Reliqui Vulgatæ consonant, unà cum Græco. Mss. tamen quidam Græci in fine habent, Οὐκ εἰμί· Tertul. l. de anima, p. 495. b. legit: *Tu es Elias?* Auct. l. de promiss. p. 3. col. 171. b. *Qui ei dixerunt: Elias es tu? Et dixit: Non.*

℣. 22. Ms. Corb. *Et dixerunt: Dic ergo nobis quis es, ut responsum demus his,* &c. Fossat. *Et dixerunt ei: Quid ergo es? dic nobis, ut responsum demus his,* &c. Reliqui ut in Vulg. & Græco. Auct. l. de prom. p. 3. col. 171. b. legit: *Quis ergo es? dic, ut habeamus renuntiare his, qui nos miserunt. Quid de teipso dicis?*

℣. 23. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. detracto verbo *sum.* Ita quoque habet Fossat. præter verbum *dicit*, pro *dixit.* Græcum Vulgatæ favet. Ambros. in Psal. 36. col. 802. c. d. *Ego vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* Auctor l. de promiss. p. 3. col. 171. b. *Qui dixit: Ego sum vox clamantis in eremo: Parate viam Domino, sicut dicit Isaias propheta.*

℣. 24. Ms. Fossat. *Et qui missi fuerant ex Pharisæis, interrogaverunt,* &c. S. Gat. & Maj. Mon. *Et qui venerant ex Pharisæis, interrogaverunt,* &c. Græcum Vulgatæ respondet.

℣. 25. Ms. Corb. convenit cum textu Colbert. reliqui verò cum Vulg. ut & Græcum.

℣. 26. Mss. Corb. & S. Gat. *Ego vos baptizo in aqua: medius autem vestrûm stat, quem vos non scitis.* Similiter habet Fossat. præter verbum *stetit*, pro *stat.* Item S. Mart. Turon. hab. *quem vos non scitis*, cæteris Vulgatæ similibus. Græcè constanter ut in Vulgata; Mss. tamen quidam addunt μὲν, voculæ Ἐγώ; alii verò ὑμᾶς, verbo *baptizo.* Cypr. l. 2. Testim. p. 293. b. *Ego quidem baptizo in aqua: in medio autem vestrûm stat, quem vos nescitis.* Ambros. l. 1. de Spir. S. to. 2. col. 608. c. *Ego vos aqua baptizo:* & l. 1. de Cain & Ab. c. 8. to. 1. 198. f. *medius autem vestrûm stat, quem vos nescitis:* itidem l. 2. c. 2. 208. e. & in Ps. 1. 755. b. necnon in Ps. 47. 942. d. at epist. 33. to. 2. 921. a. pro *nescitis*, legit, *non videtis.* August. tract. 35. in Joh. col. 539. c. *Ego quidem baptizo vos in aqua.* Hieron. verò in Ezech. 34. col. 946. b. *medius autem vestrum stat, quem vos ignoratis.*

℣. 27. Ms. Corb. *Ipse est, de quo dicebam: Quoniam post me venit vir, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus,* &c. ut in textu. S. Mart. Turon. *qui ante factus est.* S. Gat. *cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus.* Maj. Mon. *calciamenti ejus.* Græc. Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ, &c. ut in textu. Ms. 1. post γέγονεν, addit, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Cypr. l. 2. Testim. p. 293. b. *Ipse est enim, de quo dixi: Post me veniens homo, ante me factus est: cujus non sum dignus corrigiam calciamenti solvere.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 4. col. 519. f. *Post me venit vir, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus:* & l. 2. in Luc. 1310. c. *Post me venit vir, qui ante me factus est:* item l. de instit. virg. to. 2. 268. d. *non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus:* rursum l. 3. & 5. de fide, col. 510. e. 593. f. *Post me venit vir, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus.* August. tr. 35. in Joh. to. 3. col. 539. c. *Qui autem venit, fortior me est: cujus non sum dignus calceamentum solvere:* supra autem, tr. 1. col. 297. a. *cujus non sum ego dignus corrigiam calceamenti solvere:* item inf. tr. 13. 396. e. *non sum dignus..... calceamenti ejus solvere.* Gaud. Brix. ser. 5. p. 950. e. *cujus ego non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere.*

℣. 28. Ms. Corb. *Hæc in Bethania gesta sunt, ubi erat,* &c. S. Germ. *ibi erat.* Reliqui cum Vulgata conveniunt, & Græco. Auctor quæst. ex utroque T. q. 107. col. 104. e. *Hæc in Bethania gesta sunt trans Jord. ubi erat,* &c.

℣. 29. Ms. S. Germ. *In illo tempore vidit..... & ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Fossat. *Altera autem die vidit Johannes ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* S. Mart. Turon. unus, *Altera die vidit Jesum;* alter, *videt Johannes..... agnus Dei, qui tollit;* cætera Vulgatæ similia. Corb. textui Colb. favet. Græc. Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης..... Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν, &c. Ms. unus loco βλέπει, habet ἔβλεψεν. Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. *Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, & ecce qui aufert peccata mundi.* Similiter Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. p. 176. b. deleto &, post vocem *Dei.* Iren. l. 3. c. 10. p. 186. c. legit: *Ecce agnus Dei, qui aufert peccatum mundi.* Zeno Veron. tract. 55. p. 267. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ambros. in Psal. 39. & 118. to. 1. col. 862. c. 1019. c. & l. de fuga sæc. c. 3. to. 2. col. 424. c. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mun-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat:

31. & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

32. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: ª Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.

ª Matth. 3. 16. Marc. 1. 10. Luc. 3. 22.

33. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.

34. Et ego vidi: & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.

35. Altera die iterum stabat Joannes, & ex discipulis ejus duo.

36. Et respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei.

37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum.

38. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas?

39. Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.

40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant à Joanne, & secuti fuerant eum.

41. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam: (quod est interpretatum Christus.)

42. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus au-

VERSIO ANTIQUA.

30. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat: Ex Ms. Colbert.

31. & ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

32. Et testimonium perhibuit Johannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.

33. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.

34. Et ego vidi: & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.

35. Altera die iterum stabat Johannes, & ex discipulis ejus duo.

36. Et respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei.

37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum.

38. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod interpretatur Magister) ubi habitas?

39. Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.

40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant ab Johanne, & secuti fuerant eum.

41. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam: (quod est interpretatum Christus.)

42. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*di:* itidem l. de incarnat. col. 704. a. & epist. 65. ac 73. col. 1054. a. 1080. c. at l. 2. & 5. in Luc. 1295. c. 1377. e. 1379. f. legit *peccata.* Ita pariter Algasia apud Hieron. quæst. 1. to. 4. col. 188. c. necnon Optat. l. 4. contra Donat. p. 75. b.

℣. 30. Mss. Corb. & Fossat. *Hic est, de quo ego dixi,* &c. ut sup. subinde S. Gat. habet, *qui prior me erat.* Græc. Fossatensi & Corb. favet. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. c. *Hic erat, de quo dicebam: Post me venit vir, qui ante me factus est: quoniam prior me erat.* Ambros. l. 2. in Luc. col. 1295. c. 1305. a. *Hic est, de quo dixi: Qui post me venit, ante me factus est: quia prior me erat:* at l. 3. de fide, to. 2. col. 508. f. 509. a. *Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia,* &c. & inf. col. 510. a. *Hic est, de quo ante dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est.* Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 367. a. *Post me venit vir, qui ante me factus est: quoniam ante me erat.* Novatian. l. de Trin. p. 1039. b. *Qui post me venit, ante me factus est: quia prior me fuit.*

℣. 31. Mss. S. Gat. & Maj. Mon. textui Colbert. favent. Corb. habet: *& ego non sciebam eum, sed ut manifestetur plebi Israël,* &c. S. Germ. *sed ut manifestetur Israël, & propterea veni,* &c. S. Martini Turon. unus, *sed ut manifestaretur in Israël;* alter, *sed ut manifestetur Israël.* Gr. ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο, &c.

℣. 32. Ms. Corb. *Et testimonium perhibuit Johannes, dicens, quia vidit Spiritum,* &c. Fossat. *Quia vidi Spiritum descendentem de cœlo quasi columbam,* &c. S. Germ. *sicut columbam descendentem de cœlo,* &c. Reliqui textui concinunt, cum Græco. Tertul. l. de carne Chr. p. 544. b. huc alludens, ait *Spiritum columbæ corpore lapsum descendisse super Dominum.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 99. f. *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & manentem in eo.* Ambrosius l. 8. in Luc. col. 1493. c. *Vidi Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum:* & l. de Myst. col. 331. b. necnon ep. 41. col. 961. c. *Quia vidi Spiritum descendentem de cœlo quasi columbam, & manentem* (ep. 41. *mansit*) *super eum:* sup. verò l. de Spir. S. col. 665. e. *Et vidi Spiritum descendentem de cœlo sicut columbam.*

℣. 33. Ms. Fossat. *Et ego non sciebam eum: sed qui misit me baptizare aquà, ipse mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem de cœlo, & manentem,* &c. Similiter addit Corb. *de cœlo.* Alii cum Græco, textui favent. Ambros. l. 5. in Luc. to. 1. col. 1377. d. *Nesciebam eum: sed qui misit me baptizare, ipse mihi dixit: Supra quem videris Spiritum sanct. descendentem:* suprà verò l. de Noe & arca, c. 3. 230. c. necnon infra, l. de Myst. to. 2. 331. b. *Super quem videris Spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto:* itidem l. de Spiritu S. col. 620. b. 665. d. sed infra, 685. c. tollit *de cœlo.*

℣. 34. Ms. Corb. habet: *Et ego vidi: & testimonium perhibui quia hic est Filius electus Dei.* Cæteri ut in textu Colbert. cui etiam Gr. consonat. Ambr. verò l. 5. in Luc. col. 1377. d. legit: *Ego vidi: & testimonium perhibui quoniam hic est Electus Dei.*

℣. 35. Sic habent Mss. omnes. Gr. Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει, &c.

℣. 36. Accinunt Mss. S. Germ. Maj. Mon. & S. Gat. necnon Corb. cum Fossat. nisi quòd hi duo postremi post *agnus Dei,* addunt, *ecce qui tollit peccata mundi,* Corb. *peccatum.* Ms. S. Mart. Turon. *dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* In Græcis etiam quibusdam, si Millio fides, τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

℣. 37. Ita ferunt Mss. omnes, præter Fossat. qui addit *ejus,* ad vocem *discipuli.* Græcum textui simile.

℣. 38. Mss. Maj. Mon. & S. Gat. similiter delent *se,* post *sequentes;* contra Fossat. habet *se,* sed statim legit, *& ait eis.* Corb. *se, dixit eis;* & in fine, *ubi manes?* S. Martini Turon. *se, dixit eis;* reliqua Vulgatæ similia. Gr. Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς· Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ...... ποῦ μένεις; in quodam deest δέ.

℣. 39. Ms. Fossat. initio habet, *Dicit eis Jesus;* & sub finem delet *autem.* Ms. S. Mart. Turon. *Et dicit eis Jesus.* Cæteri textui favent.

℣. 40. Mss. Corb. & Fossat. scribunt similiter *ab Joanne;* præterea Fossat. *audierunt;* & Corb. *secuti erant.* S. Mart. Turon. *à Joanne, & secuti fuerant Jesum.* Græcum textui consonat, nisi quòd initio delet *autem:* in Mss. tamen pluribus, Ἦν δέ. Apud Gaudent. Brix. ser. 17. p. 969. a. *Erat Andreas ... unus ex duobus, qui audierant à Joanne, Ecce agnus Dei, & secuti erant eum.*

℣. 41. Ita ferunt Mss. omnes, præter Ms. Maj. Mon. qui delet vocem *primum,* & in fine habet, *qui dicitur Christus.* Gr. Εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν, &c. ut in textu: Mss. tamen plures, πρῶτον. Gaud. Brix. serm. 17. p. 969. a. *Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: Invenimus Messiam,* &c. ut in textu. Ambros. in Ps. 118. col. 1207. b. *Invenimus Messiam: quod interpretatur Christus.*

℣. 42. Mss. Corb. & Maj. Mon. *Tu es Simon filius Johannis;* Fossat. *filius Johanna;* S. Gat. *Johna.* Subinde S. Mart.

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.* eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.

43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me.

44. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreæ, & Petri.

45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth.

46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide.

47. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.

48. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit: Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te.

49. Respondit Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.

50. Respondit Jesus, & dixit illi: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis.

51. Et dicit eis: Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super Filium hominis.

**VULGATA NOVA.**

tem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.

43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me.

44. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreæ, & Petri.

45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth. *Genes.* 49. 10.

46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. *Deuter.* 18. 18. *Isai.* 40. 10. & 45. 8.

47. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. *Jer.* 23. 5.

48. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. *Ezech.* 34. 23. & 37. 24. *Dan.* 9. 24. 25.

49. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.

50. Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis.

51. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

Turon. & S. Germ. habent, *quod est interpretatum Petrus*. Gr. textui Colbertino accinit; Mss. tamen quidam loco Ἰωνᾶ, ponunt Ἰωάννȣ; quibus favent Hieron. August. & Fulgent. si Millio fides.

℣. 43. Ms. Corb. cum Fossat. *In crastinum autem voluit*, &c. ut supra; præterea Corb. habet, *& proficiscens invenit*, &c. Reliqui textui accinunt: quibus etiam favet Græcum, nisi quòd ponit ὁ Ἰησȣ̃ς, post *voluit*; delet verò post *dicit ei*. Mss. tamen plures ordinem in Vulgata servatum retinent.

℣. 44. Concinunt Mss. omnes, & Græcum.

℣. 45. Ms. Fossat..... *& dixit: Quem scripsit Moses, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph, qui est à Nazareth.* S. Gat. *Moyses in lege, & prophetiis.* Maj. Mon. *& Prophetis.* S. Mart. Turon. *Moses in lege*, &c. ut in textu. Subinde Corb. habet cum Fossat. *Joseph, qui est à Nazareth.* S. Germ. *Joseph à Nazareth Galilææ.* Gr. τȣ̃ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. Ambros. in Ps. 118. col. 1207. b. *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph, qui est à Nazareth.* Ambrosiast. col. 38. f. 214. a. *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum à Nazareth, filium Joseph.* Gaud. Brix. ser. 2. p. 946. h. *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetis, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth.*

℣. 46. Ita legunt Mss. omnes, nisi quòd Fossat. habet cum S. Germ. *Et dicit ei Nathanael;* paulòque post Corb. *Et dixit ei Philippus.* Græcum textui consonat. Ambrosius in Ps. 118. col. 1207. b. habet, *Veni, & vide.*

℣. 47. Ms. Fossat. *Videns autem Jesus Nathanael venientem ad se, dicit de eo*, &c. Itidem Corb. præter verbum *dixit*. Deinde Mss. S. Gat. & Maj. Mon. ferunt, *Ecce vir Israëlita.* Græcum cum textu concordat. Irenæus l. 3. c. 11. p. 189. c. *Verus Israëlita est, in quo non est dolus.* Ambros. l. 1. in Luc. to. 2. col. 1272. b. Ambrosiast. col. 84. c. & Tichon. reg. 3. p. 52. c. *Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.* Hieron. l. 1. in ep. ad Eph. to. 4. col. 343. c. *Ecce verè Israëlites, in quo dolus non est.*

℣. 48. Ms. Corb. *Respondit ei Jesus..... cùm esses sub arbore ficûs, vidi te.* Fossat. *sub arbore fici.* Reliqui textui accinunt, cum Græco. Ambros. l. 1. de Cain, c. 8. col. 198. f. *Priusquam stares sub arbore fici, vidi te:* & in Psal. 118. col. 999. b. necnon l. 8. in Luc. col. 1493. f. *Cùm esses sub arbore fici, vidi te.*

℣. 49. Ita ferunt Mss. omnes, addito *ei*, verbo *Respondit*. Græc. Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, &c. Irenæus l. 3. c. 11. col. 189. c. & Ambros. l. 8. in Luc. col. 1488. c. *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.* Hilar. in Ps. 131. col. 446. b. hæc sola, *Rabbi, tu es Rex Israël.*

℣. 50. Ms. Corb. *Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te, cùm esses sub arbore ficûs, propterea credis: majora horum videbis.* S. Germ. *si credis, majus his videbis.* Fossat. *credis: majora horum videbis.* Græcum textui consonat, præter vocem μείζω, *majora*, pro *majus*. Tertul. l. cont. Marcion. p. 853. b. *Quia dixi: Vidi te sub ficu, ideo credis.* Irenæus l. 4. c. 9. p. 238. b. *majora horum videbis.* August. ser. 122. to. 5. col. 598. b. *Quia dixi tibi: Vidi te, cùm esses sub arbore ficu, inde miraris: majora horum videbis.*

℣. 51. Ms. Corb. similiter habet, *Et dicit eis*, &c. Fossat. *& Angelos Dei descendentes, & ascendentes*, &c. S. Gat. & Maj. Mon. *ascend. & descendentes ad Filium hominis.* Græcum Vulgatæ simile, nisi quòd ante *videbitis*, habet ἀπ' ἄρτι, *ab hoc tempore*. Zeno Veron. tr. 13. p. 181. *Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei adscendentes, & descendentes super Filium hominis.* Ambros. in Ps. 39. col. 862. b. *ex hoc videbitis cælos apertos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad Filium hominis:* & l. 10. in Luc. 1544. b. *& videbitis Angelos descendentes, & ascendentes ad Filium hominis.* August. tract. 57. in Joh. to. 3. col. 658. d. *videbitis cælos apertos, & Angelos Dei adscendentes, & descendentes ad Filium hominis.* Auct. l. de promiss. p. 1. col. 108. *videbitis cælos apertos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad Filium hominis.*

# CAPUT II.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.* 1. ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Jesu ibi.

2. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus,

**VULGATA NOVA.**

1. ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Jesu ibi.

2. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Ms. S. Gat. legit *Channan*, pro *Cana*. Corb. *Chanaan;* paulòque post, *& erat mater Jesu ibi invitata.* S. Martini Turon. *Et die tertio... in Chana*, &c. Reliqui textui consonant, cum Græco. Gaudent. Brix. ser. 8. p. 954. d. *Et die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ: & ibi erat mater Jesu:* & inf. dicit: *S. Evangelista non absolutè ait: Die tertia nuptiæ fiebant: sed, conjunctione præposita, loquitur: Et die tertia nuptiæ fiebant*, &c. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 329. *Die tertio nuptiæ fiebant in Cana*, &c. ut in textu.

℣. 2. Ms. Corb. *Vocatus est autem Jesus*, &c. Fossat. *Vocatus est autem ibi & Jesus*, &c. Cæteri ut sup. nec aliter in Græco. Ita quoque habent Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. d. & Arno;

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

ejus, ad nuptias.

3. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

4. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

5. Dicit mater ejus ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite.

6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

8. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

9. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus,

10. & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.

11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.

13. Et prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam:

14. & invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & numularios sedentes.

15. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & mensas subvertit.

## VERSIO ANTIQUA.

ad nuptias. Ex Ms. Colbert.

3. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

4. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

5. Dicit mater ejus ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite.

6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

8. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte architiclino. Et tulerunt.

9. Ut autem gustavit architiclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauriebant aquam: vocat sponsum architiclinus,

10. & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint convivæ, tunc id, quod deterius est: Tu servasti bonum vinum usque adhuc.

11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.

13. Et prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jerosolymam Jesus:

14. & invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & numularios sedentes.

15. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & mensas subvertit.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bius annot. in Evang. p. 329.

℣. 3. Consonant Mss. omnes, præter Corb. qui habet: *Et vinum non habebant, quoniam consummatum est vinum nuptiarum: & dicit mater Jesu: Vinum non habent.* Græcum textui favet. Arnobius loco cit. post verba *ad nuptias*, addit: *Et vinum non habebant.* Similiter Gaudent. Brix. ser. 8. p. 954. d. qui infra sic ait: *Deinde sequitur Evangelistæ narratio: Et vin. non habebant, quòd consummatum erat vinum nuptiarum:* paulòque post: *Quod autem dicit, Quia consummatum erat vinum nuptiarum, id est, Defecerat vinum nuptiarum, non absolutè*, &c. quæ verba lectionem Ms. Corb. abundè confirmant: aliquantò verò post, p. 956. c. hæc ultima habet, *Vinum non habent*; quæ itidem legit Maxim. Taurin. to. 6. p. 9. c. Ambros. verò in Psal. 118. col. 1181. b. & l. de instit. virg. col. 257. d. sic: *Vinum non habent, fili.*

℣. 4. Ms. Fossat. delet *Et*, ante *dicit*. Cæteri textui concinunt. Græc. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Τί ἐμοὶ, καὶ σοὶ γύναι; &c. Mss. plures, Καὶ λέγει. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. c. *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Itidem Ambr. in Ps. 118. col. 1181. b. & l. de institut. virg. 257. d. cum Gaudent. Brix. ser. 8. p. 956. c. h. & Maximo Taurin. to. 6. p. 10. d. August. verò l. de vera relig. to. 1. col. 757. f. *Recede à me, mulier: mihi, & tibi quid est? nondum venit hora mea.*

℣. 5. Sic habent Mss. omnes, cum Græco. Ambrosius in Psal. 118. col. 1181. b. similiter habet: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Itidem Gaudent. Brix. ser. 8. p. 956. h. & Maxim. Taurin. loco supra citato.

℣. 6. Ita ferunt Mss. omnes, præter Fossat. qui habet: *Erant autem ibi hydriæ positæ lapideæ sex..... capientes singulas metretas binas*, &c. Græcum textui consonat; sicut etiam Gaud. Brix. ser. 9. p. 957. e.

℣. 7. Ms. Corb. *Et vocatis Jesus ministris, dixit eis: Implete*; &c. Fossat. *Et vocatis his ministris, dicit eis: Implete*, &c. Reliqui ut in textu; à quo etiam non discrepat Græcum.

℣. 8. Ms. Corb. *Et dicit eis Jesus..... & ferte archítriclinio. Et fecerunt sicut dixit illis.* Reliqui concordant cum textu, sicut & Græcum. Gaud. Brix. ser. 9. p. 958. d. *Tunc ait ipse Dominus Jesus iisdem ministris: Haurite nunc, & ferte architriclino*, &c. ut sup. In textu Colb. erat, *Et dicit ei*, non *eis*; aperto mendo, quod sustulimus.

℣. 9. Ms. Corb. *Ut autem gustavit architriclinius aquam vinum factam, & non sciebat unde factum esset, ministri autem sciebant, qui haurierant aquam: vocat sponsum architriclinius.* Similiter habet *haurierant* S. Germ. cum Fossat. præterea S. Germ. subdit, *vocavit autem sponsum*, &c. S. Mart. Turon. *sciebant, quia aurierunt aquam.* Cæteri textui Colb. accinunt. Similiter Græcum, nisi quòd vox ista ἠντληκότες, meliùs redderetur *qui hauserant*, quàm *qui hauriebant.* Gaudent. Brix. ser. 9. p. 958. d. *Ut autem gustavit architriclinus ..... & nesciebat unde esset, ministri autem*, &c. ut sup.

℣. 10. Vulgatæ consonant Mss. omnes. Solus Corb. delet voculam *tunc*, post *inebriati fuerint*. Græcum, pro *tunc id, quod deterius est*, simpliciter habet, τότε τὸν ἐλάσσω· deinde, Σὺ τετήρηκας, &c. in al. deest τότε· al. verò sic, Σὺ δὲ τετήρηκας, &c. Gaud. Brix. ser. 9. p. 958. d. *& dicit ei: Omnis homo priùs vinum bonum ponit: & cùm inebriati fuerunt, id, quod deterius est: tu autem servasti..... usque modò.*

℣. 11. Mss. Fossat. & Maj. Mon. *Hoc fecit primum signorum Jesus in Cana*, &c. Corb. *in Canan*; S. Martini, *in Chana Galileæ.* Præterea Fossat. in fine habet, *discipuli sui.* Græcum textui simile est. Hieron. in Isai. 9. to. 3. col. 83. a. legit: *Hoc fecit principium signorum*, &c. Gaud. Brix. ser. 9. p. 959. c. *Hoc fecit initium signorum*, &c. Maxim. Taurin. to. 6. p. 9. e. *Hoc fecit Jesus initium signorum*, &c. ut in textu.

℣. 12. Ms. Corb. *Post hæc descendit*, &c. ut in Vulgata. Subinde alter habet, *& ibi manserunt non multos dies.* Ita quoque in Græco est.

℣. 13. Mss. Fossat. & S. Mart. consonant textui Colbert. sicut & Græcum: reliqui Vulgatæ.

℣. 14. Ita ferunt Mss. omnes, cum Græco.

℣. 15. Ms. Corb. *Et fecit quasi flagellum de reste, & omnes ejecit de templo... & numulariorum effudit eas, &*, &c. Fossat. *Et fecit quasi flagellum de funibus, & omnes ejicit de templo... & nummulariorum effudit æs, mensas*, &c. Reliqui textui Colb. accinunt. Iridem Græcum, detracta tamen vocula *quoque.* Hilar. in Ps. 68. col. 219. f. huc alludens, dicit: *numulariorum mensas, templum ingressus, evertit; nundinas ovium ac boum prohibet:* & in Psal. 118. col. 349. a. *Dominus templum ingressus, flagello ex funibus omnes vendentes & ementes ejecit.* Aug. tract. 10. in Joh. to. 3. p. 2. col. 369. d. *Et cùm fecisset quasi flagellum de resticulis, omnes ejecit de*, &c. ut in textu.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 16. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

17. Recordati verò sunt discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

18. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?

19. Respondit Jesus, & dixit eis: Solvite hoc templum, & in tribus diebus excitabo illud.

20. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?

21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Jesus.

23. Cùm esset autem Jerosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes,

25. & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine.

VULGATA NOVA.

16. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

17. Recordati sunt verò discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Psalm. 68. 10.

18. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?

19. Respondit Jesus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Matth. 26.61. & 27.40. Marc. 14.58. & 15.29.

20. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Jesus. Psalm. 3. 6. & 56. 9.

23. Cùm autem esset Jerosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes,

25. & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Ms. Fossat. cum Græco, nil differt à textu Colb. cæteri Mss. Vulgatæ concinunt. Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. *domum patris mei; domum fecistis negotiationis.* Itidem Hilar. l. 6. de Trin. col. 895. a. cum Faustino presb. p. 642. b. supra etiam Hilarius in Ps. 68. 219. f. alludens, ait: *Cur domum patris sui, domum fecerint negotiationis, exprobrat.*

℣. 17. Ms. Fossat. cum Corb. *Et rememorati sunt discipuli ejus quia*, &c. S. Mart. *Recordati verò sunt*, &c. ut in textu. Reliqui, & Græcum, ut in Vulgata. Hilar. in Ps. 68. col. 215. d. *Zelus domus tuæ comedit me.* Similiter Ambr. l. 2. offic. col. 108. b. & in Ps. 118. 1199. d. at paulò supra legit, *devoravit me;* Mss. verò quidam, *coronavit me*, & sic etiam infra, ubi explicat Ambros. vocem *devoravit.*

℣. 18. Sic habent Mss. omnes, nisi quòd Fossat. delet *ei*, post *dixerunt.* Græcum textui consonat.

℣. 19. Consonant iterum Mss. omnes, præter Fossat. qui habet *suscitabo*, pro *excitabo.* Græc. ἐγερῶ. Irenæus, l. 5. c. 6. p. 300. a. *Solvite hoc templum, & in tribus diebus suscitabo illud.* Tertullianus, l. de resur. carn. p. 573. a. *Diruite templum istud, & ego illud triduo resuscitabo:* & l. de pudic. p. 1009. b. *Evertite templum hoc, & ego illud in triduo resuscitabo.* Novatian. l. de Trin. p. 1040. a. *Solvite templum hoc, & ego in triduo suscitabo illud.* Similiter habet Hilar. l. 9. de Trin. col. 992. b. at l. 10. 1074. b. *& post triduum suscitabo illud:* supra verò in Ps. 53. col. 101. e. *& post triduum reædificabo illud.* Ambrosius in Psal. 40. col. 874. d. & in Ps. 118. col. 1227. d. *Solvite hoc templum, & in triduo suscitabo illud:* item col. 875. b. & 1002. e. *& in triduo excitabo illud:* col. autem 880. c. sicut in Ps. 47. 942. c. & in Ps. 118. 1039. e. & l. 10. in Luc. 1504. f. & l. 3. de fide, to. 2. 499. d. & l. de institut. virg. 266. e. & ep. 81. 1098. e. & l. de fid. res. 1161. c. *& in triduo resuscitabo illud.* August. tract. 12. in Joh. col. 387. b. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud:* & tract. 47. 610. c. *Solvite... & in triduo suscitabo illud:* item tr. 110. 776. c... *& in triduo resuscitabo illud.* Ambrosiast. col. 59. d. *Solvite templum hoc, & ego tribus diebus excitabo illud:* infra, 131. c. *suscitabo illud.* Lactant. l. 4. instit. c. 18. p. 581. *Si solveritis hoc templum, quod ædificatum est annis xlvi. ego illud in triduo sine manibus suscitabo.* Cassiod. in Ps. 5. p. 26. a. *Destruite templum hoc, & in triduo ædificabo illud:* similiter in Ps. 33. p. 115. a. præter *in triduum:* at in Psal. 40. p. 140. b. *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Gelas. ep. 2. Conc. to. 4. p. 1163. e. *Solvite templum istud, & in tribus diebus resuscitabo illud.* Auct. l. contra Jud. p. 498. e. *Destruite fanum istud, & ego in tribus diebus excitabo illud.* Auct. l. de prom. p. 2. col. 166. a. *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.*

℣. 20. Ita fert Ms. S. Mart. Reliqui omnes, unà cum Græco, Vulgatæ accinunt.

℣. 21. Sic rursus in Mss. omnibus legitur, & in Græco. Apud Iren. l. 5. c. 6. p. 300. a. *Hoc autem dicebat de corpore suo.* Tertul. l. de res. carn. p. 573. a. *De corpore suo dixerat.* Ambr. ep. 81. col. 1098. e. *Hoc autem dixit de templo corporis sui:* vide etiam in Ps. 40. col. 874. d. Similiter habet Ambrosiast. col. 131. c. supra verò, 59. d. legit *dicebat*, non *dixit.* Ita pariter Augustinus tract. 47. in Joh. col. 610. c.

℣. 22. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & S. Martini; quibus etiam favet Corb. excepto quod legit, *rememorati sunt.* Fossat. *Cùm autem resurrexit à mortuis, rememorati sunt discip.* &c. Consonat Græcum, addito αὐτοῖς, verbo *dicebat;* quæ vox αὐτοῖς à plerisque Mss. abest.

℣. 23. Ms. Corb. *Cùm autem esset in Jerosolymis*, &c. Fossat. tollit *ejus*, post *signa.* Cæteri ut in textu. Græcum Corbeiensi favet. Augustinus tract. 12. in Joh. col. 384. d. *multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa, quæ faciebat.*

℣. 24. Sic est in omnibus Mss. & Græco. Augustinus ubi supra: *Ipse autem Jesus non credebat semetipsum illis.*

℣. 25. Ms. Fossat. ipso initio delet *&*, paulòque post habet, *ipse autem sciebat*, &c. S. Germ. non *homine*, sed *lumine.* S. Mart. Turon. Vulgatæ similis est. Iren. l. 3. c. 9. p. 185. a. *non enim opus erat illi ut quis testimonium diceret de homine, cùm ipse sciret quid esset in homine.* August. loco supra citato: *non enim opus habebat ut quisquam testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.* Gr. καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ, &c.

# CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum.

2. Hic venit ad eum nocte, & dixit ei: Rabbi,

VULGATA NOVA.

1. ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum.

2. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habent Mss. omnes, nisi quòd Fossat. scribit *nomine Nicodemus.* In Græco hæc sola variant, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, *Nicodemus nomen illi.* August. l. de pecc. mer. to. 10. col. 32. e. textui consonat.

℣. 2. Mss. omnes Vulgatæ concinunt, præter Corb. qui habet, *quæ tu fecisti, nisi fuerit Deus cum illo:* Ms. etiam S.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister : nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

3. Respondit Jesus, & dixit ei : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

4. Dicit ad eum Nicodemus : Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex ? nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci ?

5. Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

6. Quod natum est ex carne, caro est : & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

VERSIO ANTIQUA.

scimus quia à Deo venisti magister : nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Dominus cum eo. *Ex Ms. Colbert.*

3. Respondit Jesus, & dixit ei : Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

4. Dicit autem Nicodemus : Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex ? nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & nasci ?

5. Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

6. Quod natum est ex carne, car[illegible] : & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Mart. Turon. habet, *nisi fuerit Dominus*, cæteris Vulgatæ similibus : Græcum verò textui, nec aliter legit Aug. ubi supra : Græcum tamen non *ad eum* habet, sed πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

℣. 3. Mss. S. Germ. S. Gat. & S. Mart. textui Colbert. consonant : cæteri Vulgatæ. Græcum pro *denuo*, habet ἄνωθεν, *desuper*. Aug. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 15. a. *nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei* : similiter infra, col. 32. d. f. præter hoc, *non potest videre*. Ita etiam Faustus apud eund. Aug. to. 8. col. 428. f.

℣. 4. Ms. S. Germ. *Dicit ad eum Nicod. Quomodo... nunquid potest in utero matris suæ rursus introire, & nasci ?* S. Gat. & Maj. Mon. *nunquid potest in utero matris suæ iteratò introire, & nasci ?* Corb. *nunquid homo potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci ?* Fossat. *rursus introire*, &c. Ms. S. Martini Vulgatæ favet, sicut & Græcum, nisi quòd pro *renasci*, habet γεννηθῆναι. August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 32. g. *Dicit ad eum Nicod... nunquid potest in uterum matris suæ iterum introire, & nasci ?*

℣. 5. Ms. Fossat. concordat cum textu Colb. reliqui verò cum Vulg. nisi quòd Corb. præponit conjunctionem &, *Et respondit Jesus*, &c. Græcum, pro *renatus fuerit*, habet γεννηθῇ, absque voce *sancto* ; post *Spiritu*. Tertullianus l. de bapt. c. 12. p. 390. c. legit : *nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam* : & infra, p. 391. b. *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum* : item l. de anima, p. 497. a. *nisi quis nascatur ex aqua, & Spiritu, non introibit in regnum Dei*. Cypr. epist. 72. & 73. pp. 128. 136. b. *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non potest introire in regnum Dei* : similiter l. 1. Testim. p. 279. b. & l. 3. p. 314. b. nisi quòd l. 1. legit *natus*, pro *renatus*. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 355. a. *nisi quis denuo natus fuerit ex aqua, & Spiritu, non potest introire in regnum cælorum*. Ambros. l. 2. de Abr. c. 11. col. 350. e. & in Ps. 40. col. 882. c. *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei* : similiter l. de Myst. to. 2. col. 330. b. deleta voce *sancto* : at l. 3. de Spir. S. col. 677. d. 678. a. legit : *nisi quis renatus fuerit per aquam, & Spiritum, non potest*, &c. & post pauca subjicit : *sed tamen utrumque locum* ( nempe hìc ℣. 5. & inf. ℣. 8. ) *ita scriptum invenimus in Græco, ut non* per Spiritum *dixerit, sed* de Spiritu : *denique sic habet*, Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννήθῃ ἐξ ὕδατος, καὶ Πνεύματος, *hoc est, de aqua, & Spiritu*. August. ep. 265. to. 2. col. 897. *si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum cælorum* : similiter l. 13. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 329. e. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 380. a. præter *non intrabit* : at l. de fide & op. to. 6. col. 191. b. legit, *ex aqua, & Spiritu*, omissa voce *sancto* : itidem l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 402. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 15. a. 32. b. 33. a. demum tract. 11. & 12. in Joh. to. 3. col. 374. f. 387. c. *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non videbit regnum Dei*. Fulgent. l. 3. de præd. c. 22. p. 497. *si quis non fuerit renatus ex aqua, & Spiritu, non potest*, &c. ut in Vulg. Cassiod. in Ps. 50. p. 171. a. *si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, &c. ut in Vulgata. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 717. c. *si quis non regeneratus fuerit ex aqua, & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum* : itidem infra, p. 723. e. excepto verbo *renatus*. Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 748. a. 749. d. *si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest videre* (al. *intrare in* ) *regnum Dei* : l. verò 4. de Trin. legit cum Chromat. Aquil. p. 989. h. *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum*. Similiter habet Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. b. & S. Leo ep. ad Demetriad. p. 43. f. Auctor verò l. de promiss. p. 3. col. 182. c. *si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non intrabit in regnum Dei*. Gelas. I. epist. 7. Conc. to. 4. p. 1178. d. *qui non fuerit renatus ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum*. Faustus apud August. to. 8. col. 428. f. *nisi quis natus fuerit ex aqua, & Spiritu S. non potest videre regnum Dei.*

℣. 6. Sic habet Ms. Fossat. cum S. Germ. & Græco. Sic etiam S. Gat. & Maj. Mon. præter hoc, *quòd autem ex spiritu, spiritus est*. Solus Corb. legit : *Quod natum est de carne, caro est, quia de carne natum est : & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia de spiritu est*. Calmet. qui ejusd. Ms. variantes lectiones collegit, hanc refert, *quia Deus spiritus est*. Quam etiam mirè adstruit Tertullianus l. de carn. Chr. p. 551. c. ubi sic : *Quod in carne natum est, caro est, quia ex carne natum est : & quod de spiritu natum est, spiritus est, quia Deus spiritus est, & de Deo natus est* : unde infra concludit : *Ita cùm ipse sit de spiritu Dei, & spiritus Deus est, ex Deo natus ipse est, & ex carne hominis homo in carne generatus*. Cypr. l. 1. & 3. Testim. pp. 279. b. 314. b. *Quod enim natum est de carne, caro est : & quod natum est de spiritu, spiritus est*. Itidem habet Conc. Carth. apud eundem Cypr. p. 331. a. nisi quòd post *spiritus est*, addit, *quia Deus spiritus est, & de Deo natus est*. Similiter Hilar. l. 7. de Trin. col. 924. c. *Quod de carne nascitur, caro est : & quod de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est* : & post plura, col. 937. b. *Quod de carne nascitur, caro est : quod autem de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est*. Optat. Milev. contra Donat. p. 31. c. *nam spiritus Deus est* ; statimque, *& ubi vult aspirat*, &c. de ℣. 8. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 646. a. *Quod natum est ex carne, caro est, quia de carne natum est : & quod natum est de Spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est* : itidem infra, l. 3. col. 676. e. 677. e. hæc autem verba, *quoniam Deus spiritus est*, detracta esse dicit ab Arianis. *Quem locum*, inquit, *ita expressè, Ariani, testificamini esse de Spiritu, ut eum de vestris codicibus auferatis : atque utinam de vestris, & non etiam de Ecclesiæ codicibus tolleretis ! Eo enim tempore quo..... Auxentius Mediolanensem Ecclesiam armis... occupaverat, vel à Valente atque Ursatio, nutantibus sacerdotibus suis, incursabatur Ecclesia Sirmiensis, falsum hoc, & sacrilegium vestrum in Ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in Oriente fecistis. Et litteras quidem potuistis abolere, sed fidem non potuistis auferre*. Idem observat Fulbertus Carnot. epist. 1. *Arii auditores*, inquit, *quoniam Spiritum sanctum Deum esse negabant, de Evangelio eraserunt illud, quod Salvator ait*, Spiritus est Deus. Auct. lib. de fide orthod. p. 356. c. *Quod nascitur de carne, caro est : & quod nascitur de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est, & de Deo natus est*. Itidem Philastr. Brix. de hæres. p. 723. d. usque ad vocem *quia*. August. l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 40. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 32. g. Vulgatæ consonat, nisi quòd habet *de carne... de spiritu*. Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 301. b. *Quod de carne natum est, caro est : & quod de spiritu, spiritus*. Vigil. Taps. l. 11. & 12. de Trin. pp. 310. c. 311. b. *Quod natum est de carne, caro est : & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est* : itidem l. 4. nisi quòd habet, *nascitur de spiritu*. Victorin. Afer, l. 4. adv. Arium, p. 284. a. *quod enim de spiritu nascitur, spiritus est*. Similiter Auctor l. de promiss. p. 3. col. 183. a. Hæ sunt Mss. codicum, & SS. Patrum variæ hujus loci lectiones, quas accuratè describere, solito more, nobis religio fuit : præsertim ob agitatam antehac de ipsis quæstionem. Enimverò in *Vindiciis confirmatis veterum codicum* abunde de his disserit Custantius noster, contenditque ibidem Vir eruditus non modò verba illa, *quia Deus spiritus est*, non erasa fuisse ab Arianis, ut conquestus est Ambrosius ; verùm nec ea ex ipso Johannis textu descripta fuisse à Tertulliano, qui primus ea protulisse invenitur ; sed ad eum explicandum παραφραστικῶς tantùm addita ab ipso fuisse, uti ista, *& de Deo natus est*, &, *quia ex carne natum est* ; atque hac paraphrasi, utpote à verbis divinis non satis distinctâ, deceptos nonnullos eam pro sacro textu accepisse, & sacrarum paginarum exemplaribus inseruisse. Multis & variis argumentis nititur doctus Asceta, quæ sin-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

7. Non mireris quia dixi tibi : Oportet vos nasci denuo.

8. Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, sed non scis unde veniat, aut quò vadat : sic est omnis, qui natus est ex spiritu.

9. Respondit Nicodemus, & dixit ei : Quomodo possunt hæc fieri?

10. Respondit Jesus, & dixit ei : Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, & non creditis : quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?

13. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.

14. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto : ita exaltari oportet Filium hominis :

15. ut omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam.

16. Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium

VULGATA NOVA.

7. Non mireris quia dixi tibi : Oportet vos nasci denuo.

8. Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat : sic est omnis, qui natus est ex spiritu. Psalm. 134. 7.

9. Respondit Nicodemus, & dixit ei : Quomodo possunt hæc fieri?

10. Respondit Jesus, & dixit ei : Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, & non creditis : quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?

13. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.

14. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto : ita exaltari oportet Filium hominis : Num. 21. 9.

15. ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Fi- 1. Joan. 4. 9.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gula hic referre nimis longum est. Consulat locum studiosus lector, nempe à pagina 56. usque ad 70. & rebus diligenter perpensis, judicet ipse.

℣. 7. Consonant Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Solus Corb. *Ne mireris quia dixi tibi : Oportet vos renasci.* Græc. Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. Hilarius l. 12. de Trinit. col. 1142. d. *Ne mireris quòd dixerim tibi : Oportet vos nasci denuo.* Ambros. l. 2. de Spir. S. 646. a. *Noli mirari quia dixi tibi : Oportet vos nasci denuo :* itidem l. 3. 677. f. deleta vocula *tibi.* Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 743. a. *Nolite mirari quia dixi vobis : Oportet vos denuo nasci.* Aug. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 32. g. textui Colb. favet.

℣. 8. Ms. Corb. *Spiritus ubi vult...... sed non scis unde veniat, aut quò vadat : sic est omnis, qui natus est ex aqua, & spiritu.* Itidem Fossat. habet, excepto verbo *renatus est.* Maj. Mon. *natus est ex aqua, Spiritu sancto.* S. Germ. *sed non scis unde veniat, & quò vadat : sic est omnis, qui natus est ex spiritu.* S. Mart. textui Colb. consonat; Græcum Sangermanensi. Ms. tamen quidam loco ϗ ποῦ ὑπάγει, fert ἢ ποῦ, &c. Hilarius l. 12. de Trin. col. 1143. a. *Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, & quò eat : sic est omnis, qui natus est ex aqua, & Spiritu sancto :* in Mss. quibusdam deest *sancto.* Ambr. l. 2. & 3. de Spir. S. col. 646. a. 677. f. *Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat : sic est omnis, qui natus est de spiritu.* Similiter August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 32. g. nisi quòd habet, *sed non scis*, & in fine, *ex spiritu :* tract. verò 12. in Joh. to. 3. col. 386. f. g. *Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, & quò eat : sic est omnis*, &c. ut in textu. Auctor l. de rebapt. ap. Cypr. pp. 364. c. 366. b. *Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, aut quò vadat.* Similiter habet Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 310. c. nisi quòd subinde addit : *sic est omnis, qui natus est ex Spiritu sancto :* item l. contra Varim. p. 743. a. legit : *Quia spiritus ubi vult spirat : & vocem audis, sed nescis unde veniat, & quò vadat :* at l. 5. de Trin. *Spiritus ubi vult adspirat : & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, aut quò vadat : sic est omnis, qui natus est ex aqua, & Spiritu sancto.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 31. c. *Nam spiritus Deus est, & ubi vult aspirat : & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, & quò eat.* Auctor quæst. ex N. T. q. 59. col. 65. a. *Spiritus ubi vult spirat : & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, vel quò eat : sic est omnis, qui renascitur ex aqua, & Spiritu sancto :* & infra : *sed nescis unde veniat, vel quò eat : sic est omnis, qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto.*

℣. 9. Accinunt Mss. omnes, præter Fossat. qui habet, *Quomodo potest hæc fieri ?* è Gr. Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι ; August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. a. textui consonat.

℣. 10. Consonant Mss. omnes, præter Corb. qui legit, *Tu es doctor Israhel.* Gr. Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, &c. August. in hunc loc. textui rursum favet.

℣. 11. Mss. Fossat. & Maj. Mon. scribunt, *& quod videmus ;* deinde Maj. Mon. *testificemur ;* Corb. *testificamur.* Gr. ϗ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν. Novatian. l. de Trin. p. 1040. b. alludens dicit : *Qui quæ vidit, & audivit, testificatus est.* August. ubi sup. cum textu constanter concinit.

℣. 12. Ms. Corb. cum Fossat. *quomodo, si dixero cœlestia, creditis ?* Reliqui textui concinunt, & Græco. Similiter Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 678. c. August. verò l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. a. legit : *Si terrena dixi vobis, & non credidistis : quomodo*, &c. ut in textu.

℣. 13. Concinunt Mss. omnes, præter Corb. qui habet, *nisi is, qui descendit de*, &c. Gr. εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 209. h. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlis.* Itidem Ambros. in Ps. 43. col. 903. e. at l. 7. in Luc. col. 1428. c. alludens dicit : *Qui descendit de cœlo, & qui ascendit in cœlum, Filius hominis, qui est in cœlo :* & in Ps. 39. col. 863. f. *Filius hominis, qui est in cœlo, ipse est, qui descendit è cœlo :* vide etiam l. 2. de fide, to. 2. 481. c. & l. 4. 523. b. 544. a. Novatianus l. de Trin. p. 1038. b. *Nec quisquam in cœlum ascendit, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlis.* Hilar. in Ps. 2. n. 11. & in Ps. 138. col. 514. c. item l. 10. de Trin. col. 1045. c. textui concinit. Similiter Ambrosiast. col. 241. a. cum August. tr. 31. in Joh. to. 3. col. 524. e. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. a. itidem rursum August. tr. 27. & 111. in Johan. col. 303. b. 780. d. nisi quòd 1°. loco habet *de cœlo descendit*, 2°. verò, *qui in cœlo est.* Zeno Veron. tract. 12. p. 86. *Nemo adscendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui erat in cœlo.* Auct. quæst. N. T. q. 79. col. 80. g. legit : *Nemo ascendit ad Deum, nisi qui descendit à Deo.* Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, p. 255. e. *Nullus ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit.*

℣. 14. Sic habent Mss. omnes, excepto Ms. Maj. Mon. qui legit *in solitudine*, pro *in deserto ;* S. Mart. etiam, *Moses*, non *Moyses.* Græc. cum textu concordat. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 209. h. *Sicut enim Moyses exaltavit serpentem in deserto : sic oportet exaltari Filium hominis.* Tertul. l. de præscr. c. 47. p. 341. a. textui concinit. Sic etiam Ambros. in Ps. 118. col. 1037. c. & l. 3. off. to. 2. col. 131. a. cum Auctore l. de XL. mans. p. 17. c. Ita quoque Cypr. l. 2. Testim. p. 294. b. nisi quòd habet, *in eremo.* Itidem August. l. contra Adim. to. 8. col. 144. e. & l. 3. de Trin. 804. b. similiter in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 954. g. ubi post vocem *hominis*, addit *super terram.* Fulgent. l. de incarnat. p. 414. nil differt à Vulg. & textu Colb.

℣. 15. Mss. S. Germ. & S. Mart. textui Colb. favent. Corb. habet, *ut omnis, qui credit in illum*, &c. Fossat. *in eum.* Reliqui ut in Vulgata. Græc. ἵνα πᾶς, ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, &c. al. ἐπ' αὐτὸν, &c. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 209. h. *ut omnis, qui credit in eum, habeat vitam æternam.* Cypr. l. 2. Testim. p. 294. b. *ut omnis, qui crediderit in Filium, habeat vitam æternam.* Ambros. l. 1. de pœnit. col. 404. e. *ut omnis, qui credit in eum, non pereat.* Itidem Auct. l. de XL. mans. p. 17. c. qui addit, *sed habeat vitam æternam.* Similiter etiam August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. b. Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, p. 255. e. *ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat*, &c. Fulgent. l. de incarn. p. 414. *ut omnis, qui credit in ipso, non pereat*, &c.

℣. 16. Ms. Corb. *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum mitteret : ut omnis, qui credit in*, &c. ut sup. S. Gat. & Maj. Mon. *Sic enim Deus dilexit hunc mundum, ut Filium suum unicum daret pro sæculo : & omnis, qui*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

lium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

18. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

Sup. 1. 9. 19. Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera.

20. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus:

VERSIO ANTIQUA.

suum unigenitum daret: ut omnis, qui credidit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Ex Ms. Colbert.

17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

18. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei.

19. Hoc est autem: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera.

20. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem: ut non arceantur opera ejus:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*credit in*, &c. S. Germ. similiter legit, *Filium suum unicum daret;* paulò verò post, *sed haberet vitam æt.* Cantabr. *ut Filium suum unicum dedit: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat*, &c. Ms. S. Mart. cum textu concinit. Græc. ὥςε τὸν Υἱὸν αὐτῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν..... ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Tertul. l. contra Prax. p. 853. b. *Ita dilexit Deus mundum, ut Filium suum unicum dederit: in quem omnis, qui crediderit, non pereat, sed habeat vitam sempiternam.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 209. h. *Sic enim Deus mundum dilexit, ut Filium suum unicum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed vitam æternam habeat.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 363. b. *Ita enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unicum daret: ut omnis, qui in eum crederet, non periret, sed haberet vitam æternam.* Hilar. l. 6. de Trin. col. 906. b. *Sic enim dilexit mundum Deus, ita ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam:* al. *pro eo ut omnis.* Ambrof. l. 1. de pœnit. col. 403. e. & l. de Spir. S. 626. f. Vulgatæ consonat. Similiter Aug. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. a. cum Leone M. ser. 56. p. 127. f. & Faustin. presb. p. 642. g. 643. g. Epiphan. in 2. 4. Cantici Cantic. *Ita dilexit Deus mundum, ut Filium suum*, &c. ut in Vulg. at in 5. 16. *Sic dilexit Deus mundum, ut..... daret pro nobis*, &c. Auctor quæst. N. T. q. 91. col. 81. f. *Sic enim dilexit Deus mundum hunc, ut Filium suum unicum daret pro eo.* Avit. Vien. ep. 28. Sirm. to. 2. p. 67. e. *Tantùm Deus dilexit mundum, ut Filium suum unicum daret.* Apud Fulgent. l. de incarnat. p. 414. omnia ut in Vulgata.

℣. 17. Mss. Fossat. & S. Mart. textui consonant. Similiter Cantabrig. nisi quòd in fine habet *per illum.* S. Gat. *Non enim misit Deus Filium suum in hunc mundum, ut judicaret mundum, sed ut*, &c. Itidem S. Germ. & Maj. Mon. *in hunc mundum.* Corb. delet *sed.* Græcum Cantabrigiensi favet. Tertul. l. contra Prax. p. 853. c. legit: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvus sit mundus per eum.* Hilar. in Ps. 58. col. 130. b. & l. 6. de Trin. 895. b. *Neque enim misit Deus Filium suum in hunc mundum, ut judicet mundum, sed ut salvus fiat mundus per eum.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 209. h. textui Colb. consonat. Accinunt pariter August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. a. & Gaud. Brix. p. 962. g. rursus Aug. tract. 36. in Joh. to. 3. col. 545. b. alludens dicit: *Ego non veni, ut judicem mundum, sed ut salvum faciam mundum.* Ita ferè Ambrosius, l. 1. de pœnit. col. 405. *Non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per me.* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 255. f. *Non enim misit Deus Filium, ut judicet mundum, sed ut salvet mundum.* Fulg. l. de incarn. p. 414. *Non enim misit Deus Filium, ut judicet mundum, sed ut*, &c. ut in textu. Maxim. Taurin. p. 19. e. *Non enim venit Christus, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*

℣. 18. Ms. Cantabr. *Propter hoc qui credit in eum, non judicabitur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unici Filii Dei.* Maj. Mon. *Qui credit in eum, non judicabitur*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *qui autem non credit in ipsum, jam judicatus est*, &c. ut in Vulgata. Corb. *qui non crediderit in ipsum*, &c. S. Germ. & S. Mart. *quia non credidit in nomine*, &c. ut in textu. Ita quoque in Græco est. Ms. tamen 1. loco πεπίςευκεν, hab. πισεύει, *credit.* Irenæus l. 5. c. 27. p. 325. d. *Qui credit in me, non judicabitur: qui autem non credit, jam judicatus est: quoniam non credidit in nomine unigeniti Filii Dei.* Itidem Zeno Ver. tr. 21. p. 208. usque ad vocem *quoniam*, excepto uno *judicatur*, pro *judicabitur.* Tertul. l. cont. Prax. p. 853. c. *Qui crediderit in illum, non judicatur: qui non crediderit in illum, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unici Filii Dei.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *Ideo qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit in eum, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unici Filii Dei.* Cypr. l. 1. & 3. Testim. pp. 278. 315. b. *qui non crediderit, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unici Filii Dei.* Hilar. in Ps. 1. n. 15. col. 24. c. *Qui credit in me, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est:* deinde, omissis intermediis, subdit: *Hoc est autem*, &c. item infra, n. 16. & 17. *Qui credit in me, non judicabitur:* ita quoque in Ps. 42. col. 52. in Ps. 134. col. 478. e. & in Ps. 140. & 146. col. 541. e. 581. e. Ambrof. in Psal. 1. col. 762. b. *Qui credit in me, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei:* & in Ps. 118. 1032. c. *Qui autem credit in ipso, non judicatur.* August. tract. 12. in Joh. to. 3. col. 389. a. b. c. textui Colb. consonat; l. verò 1. de pecc. mer. Vulgatæ. Ambrosiast. col. 39. e. 129. a. *qui non crediderit, jam judicatus est.* Vigilius Taps. l. 2. de Trin. *qui non credit in eum, jam judic. est: quia non credit in nomine unigen. Filii Dei.* Fulg. l. de incarn. p. 414. *Qui credit in eum, non judicabitur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia*, &c. ut in Vulgata. Cassiod. in Ps. 1. p. 15. a. *qui autem non credit in Filio, jam condemnatus est:* al. *judicatus est.*

℣. 19. Ms. Corb. *Hoc est autem judicium Dei: quia lux venit in hunc mundum, & dilexerunt homines potiùs tenebras, quàm lucem*, &c. Similiter habet Fossat. præter voculam *magis*, pro *potiùs.* Cantabr. *Hoc est autem judicium: quoniam lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis..... erant enim illorum mala facta.* Cæteri Vulgatæ favent, & Græco. Haud dubiè vox *judicium* Ms. Colbertinum exscribentis oculos effugit, cùm hæc ubique legatur. Iren. l. 5. c. 27. p. 325. d. *Hoc est enim judicium: quoniam lumen venit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Omnis enim*, &c. de ℣. 20. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 209. h. *Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines potiùs tenebras, quàm lucem: erant enim opera illorum mala.* Cypr. l. 1. Testim. c. 6. p. 278. *Hoc autem est judicium: quoniam lux venit in sæculum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem:* sic etiam l. 3. p. 315. b. nisi quòd ordinem verborum invertit, *& magis dilexerunt homines.* Hilar. in Ps. 1. n. 15. col. 24. c. *Hoc est autem judicium: quia lux venit in hunc mundum, & dilex. homines magis tenebras, quàm lucem:* itidem infra, n. 16. deleto pronomine *hunc:* ita quoque n. 17. excepta voce *lumen:* rursus in Ps. 51. n. 9. col. 73. legit, *in hunc mundum;* additque, *& dilex. homines tenebras magis, quàm lumen.* Similiter etiam Zeno Veron. tract. 21. p. 210. nec plura. Ambrof. in Ps. 1. col. 762. b. 764. c. *Hoc autem est judicium: quia venit lux in hunc mundum, & dilexer. magis homines tenebras, quàm lucem: erant enim mala ipsorum opera:* similiter in Ps. 118. col. 1032. c. habet, *in hunc mundum.* Act. purg. Cæcil. apud Optat. p. 264. b. *potiùs dilexerunt homines tenebras magis, quàm lucem.* August. tract. 12. in Joh. to. 3. col. 389. c. *Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt.... erant enim mala opera eorum:* infra delet *autem;* l. verò 1. de pecc. mer. to. 10. col. 33. b. Vulgatæ consonat usque ad ℣. 22.

℣. 20. Mss. omnes Vulgatæ consonant, nisi quòd Corb. initio legit *mala*, pro *malè*, & Cantabr. in fine, *operas ejus de luce.* Græcum ita incipit: Πᾶς γὰρ, ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ ὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, &c. ut in Vulg. Ms. unus legit φαύλως; alii autem duo delent, καὶ ὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. Irenæus l. 5. c. 27. p. 325. d. habet: *Omnis enim, qui malè agit, odit lumen, & non venit ad lumen, ne traducantur opera ejus.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *Omnis, qui prava agit, odit lucem: ut non ar-*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 21. qui autem facit veritatem, venit ad lucem,
ut manifestentur ejus opera, quia in Deo sunt
facta.
22. Post hæc venit Jesus, & discipuli ejus, in
Judæam terram: & illic demorabatur cum eis, &
baptizabat.
23. Erat autem & Joannes baptizans in Enon,
juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & ad-
veniebant, & baptizabantur.
24. Nondum enim missus fuerat in carcerem
Joannes.
25. Facta est ergo quæstio ex discipulis Joan-
nis cum Judæis de Purificatione.
26. Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei:
Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu
testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, &
omnes veniunt ad eum.
27. Respondit Joannes, & dixit: Non potest
homo accipere ex se quicquam, nisi fuerit ei da-
tum de cœlo.
28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd
dixerim: Ego non sum Christus: sed quia missus
sum ante illum.
29. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus
autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gau-
det propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium
meum impletum est.

## VULGATA NOVA.

21. qui autem facit veritatem, venit ad lu-
cem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo
sunt facta.
22. Post hæc venit Jesus, & discipuli ejus,
in terram Judæam: & illic demorabatur cum eis,
& baptizabat. Inf. 4.
23. Erat autem & Joannes baptizans in Æn- 1.
non, juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic,
& veniebant, & baptizabantur.
24. Nondum enim missus fuerat Joannes in
carcerem.
25. Facta est autem quæstio ex discipulis Jo-
annis cum Judæis de Purificatione.
26. Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei:
Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu Sup. 1.
testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & o- 19.
mnes veniunt ad eum.
27. Respondit Joannes, & dixit: Non potest
homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de
cœlo.
28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd Sup. 1.
dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus 20.
sum ante illum.
29. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus
autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gau-
det propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium
meum impletum est.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*guantur opera ejus*, omissis intermediis, ut in Colb. Hilar. in Psal. 118. col. 322. c. *Omnis in peccatis agens, odit lumen, & diligit tenebras.* Ambros. in Ps. 118. col. 1142. a. *Omnis enim, qui malè agit, odit lucem.* Hieron. in Ezech. 8. to. 3. col. 749. f. *Omnis, qui mala operatur, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguatur à luce.* Ennod. Ticin. pro 4. Synodo, Concil. to. 4. p. 1341. d. *Omnis malus odit lucem.*

℣. 21. Sic habent Mss. Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Sic etiam S. Germ. præter hoc, *qui enim facit veritatem*, &c. ut sup. Fossat. *qui autem bonum facit, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quæ in Deo facta sunt.* Cantabrig. *qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera ejus, quoniam Deo sunt operata.* Græc. ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα· al. εἰσίν. Iren. l. 5. c. 27. p. 325. d. *qui autem facit voluntatem, venit ad lumen, ut manifestentur opera ejus, quoniam in Deo est operatus.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *nam qui facit veritatem, venit in lucem, ut manifestentur opera ejus, quoniam in Deo est factum.* Ambros. in Ps. 36. col. 793. e. l. 3. de fide, 505. a. & l. de Spir. S. 648. e. Vulgatæ concinit.

℣. 22. Mss. S. Germ. & S. Mart. textui Colbert. consonant. Similiter Corb. nisi quòd habet *dixit Jesus*, paulòque post, *demorabuntur*; sed vitiosè. Fossat. *Post hæc exiebat Jesus, & discipuli ejus, in Judæam terram*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Post hæc exivit Jesus, & discipuli ejus, in Judæam terram: & ibi morabatur cum illis*, &c. Græcum textui Colbert. favet; necnon Augustin. tr. 13. in Joh. to. 3. col. 392. d.

℣. 23. Ms. Corb. *Erat autem & Johannes baptizans in Æno, juxta Salim*, &c. Cantabrig. *in Æno, prope Salim: quoniam aquæ multæ erant ibi, & veniebant, & baptizabantur.* S. Gat. *in Ænon, juxta Salim..... & adveniebant multi, & baptizabantur.* Maj. Mon. *in Ænon, juxta Salim trans Jordanem: quia..... & adveniebant, & baptizabantur.* S. Mart. Turon. *in Ænon, juxta Salim..... & adveniebant.* Fossat. *& veniebant multi, & baptizabantur ab eo.* Græcum cum textu Colb. concordat. Ambrosius in Ps. 37. col. 816. b. *Joannes baptizabat in Ænon, juxta Salim*: & in Psal. 118. 1176. f. *Baptizabat Joannes in Ennon, baptizabat juxta Salim, ubi erat aquarum abundantia, duodecim fontes, & septuaginta palmarum.* Hieron. epist. ad Evangel. to. 2. col. 574. a. *Erat autem Joannes baptizans in Ennon, juxta Salim: quia aquæ multæ erant ibi.* Similiter August. tract. 13. in Joh. to. 3. col. 393. f. excepta conjunct. *&*, ante *Joannes*, & voce *Ænon*.

℣. 24. Mss. Sangermanensis, Cantabrigiensis, S. Mart. Turon. & Fossat. concordant cum textu Colb. nec aliter in Græco est.

℣. 25. Mss. S. Germ. & Corb. textui Colb. consonant; S. Mart. Vulgatæ. Cantabr. habet: *Facta est ergo quæstio à discipulis Johannis ad Judæos de purificatione.* Græcum cum textu consonat. Ms. tamen 1. pro Ἐγένετο οὖν, habet Ἐγένετο δὲ, ut in Vulg. Apud Aug. tr. 13. in Joh. to. 3. col. 394. d. omnia ut in textu.

℣. 26. Consonant Mss. omnes, nisi quòd S. Germ. & S. Mart. delent voculam *tu*; Cantabr. verò legit *illi..... reddidisti*, pro *ei..... perhibuisti.* Græcum non refragatur. Hieron. quæst. 1. Algas. to. 4. col. 189. b. legit: *Magister, cui tu præbuisti testimonium juxta Jordanem, ecce discipuli ejus baptizant, & plures veniunt ad eum.* Aug. tr. 13. in Joh. to. 3. col. 395. a. nil differt à textu, nisi ultima voce *illum*.

℣. 27. Ms. Fossat. *Respondens ergo Joannes, & dixit eis: Non potest homo accipere quidquam, nisi ei fuerit datum desuper.* Cantabrig. *Respondit Joannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi illi datum fuerit de cœlo.* Cæteri Vulgatæ accinunt, cum Græco. Mss. tamen quidam, verbo λαμβάνειν, *accipere*, addunt ἀφ' ἑαυτοῦ, ut in textu Colbert. Ita quoque in Copt. & Armen. Cyprianus l. 3. Testim. p. 305. b. legit: *Nemo potest quicquam accipere, nisi datum fuerit illi de cœlo.* August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 48. a. seq. cum Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 16. b. *Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo*: rursus Aug. tract. 13. in Joh. to. 3. col. 395. b. c. *Non potest homo accipere quidquam, nisi ei datum fuerit de cœlo*: inf. *fuerit illi datum*, &c.

℣. 28. Ms. Corb. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixi*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *Vos ipsi mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Ego non sum*, &c. Cantabr. *Ipsi vos mihi testimonium redditis, quia dixi: Non sum Christus*, &c. S. Germ. *Ipsi vos verò mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Non sum ego*, &c. Reliqui Vulgatæ favent, cum Græco. Cypr. l. 2. Testim. p. 293. a. *Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Jerosolymis ad me: Quia non sum Christus: sed quoniam missus sum ante illum.* Itidem legit Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 20. p. 172. d. præter vocem ultimam *ante ipsum.* Verba autem, *qui missi sunt ab Jerosolymis ad me*, addita videntur à Cypriano, & Julio Firm. de suo, cùm in nullo alio, tum Ms. cod. tum Scriptore Eccles. nec etiam in Græco inveniantur: ita observat Dan. Heinsius proleg. in Exercit. Sacr. p. 8. nec malè. August. tr. 13. & 14. in Joh. to. 3. col. 395. 400. c. cum textu concordat.

℣. 29. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. Cantabrig. & S. Gat. In Fossat deest *gaudio*; subinde loco *Hoc ergo*, est *Hoc autem.* Ms. S. Mart. delet *qui*, ante *stat*; præponit verò *&*, voci *gaudio.* Græcum textui favet. Cypr. l. 2. Testim. p. 293. a. & Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 20. p. 172. d. legunt: *Qui enim habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi est, qui stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 4. col. 519. f. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, & gaudio gaudet.* Similiter August. tract. 13. in Joh. to. 3. col. 395. d. e. deleta conjunct. *&*, ante *gaudio gaudet*; quibus addit, *propter vocem sponsi*: & infra,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Illum oportet crescere, me autem minui.

31. Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, super omnes est.

32. Et quod vidit, & audivit, hoc testatur: & testimonium ejus nemo accipit.

Rom. 4. 33. Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.

34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

35. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu ejus.

1. Joan. 5. 10. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

30. Illum oportet crescere, me autem minui.

31. Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, super omnes est.

32. Et quod vidit, & audivit, hoc testatur: & testimonium ejus nemo accipit.

33. Qui accipit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.

34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram Deus dat spiritum.

35. Pater diligit Filium: & omnia dedit in sinu ejus.

36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 400. g. *Hoc ergo gaudium*, &c. ut in textu: rursus tr. 57. 658. f. hæc habet: *amicus autem sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

℣. 30. Concinunt Mss. omnes, unà cum Græco. Tertul. l. de orat. c. 1. p. 180. a. ait: *Joannes prænunciabat illum augeri oportere, se verò deminui.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 11. col. 526. f. *Illum oportet crescere, me autem minorari:* at l. 2. in Luc. col. 1308. a. *minui.* Ita August. tr. 14. in Joh. col. 401. d.

℣. 31. Ms. Fossat. *Qui desursum venit, super omnes est. Et qui est de terra*, &c. ut in textu. S. Germ. *Qui desursum venit, super omnes est, & desursum loquitur. Nam qui de terra est, de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est.* S. Gat. *Qui desursum venit, super omnes, & desursum loquitur. Nam qui de terra est, terra est, & ex terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est.* Maj. Mon. *Qui desursum venit, supra omnes est, & desursum loquitur. Nam qui de terra est, ex terra loquitur:* reliqua desunt. S. Martini: *Qui desursum venit, supra omnes est. Qui autem est de terra, de terra est... Qui de cælo venit, supra omnes est.* Cantabr. *Qui desursum venit, supra omnes est. Qui autem de terra est, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, quod vidit*, &c. de ℣. seq. Corb. breviùs, sed vitiosè: *Qui desursum venit, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit.* Græcum textui Colb. favet: à Ms. tamen 1. absunt omnia ab his, Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, *Qui est de terra.* Tertul. l. de orat. c. 1. p. 180. a. legit: *Qui de terra est, terrena fatur. Et qui de cælis adest, quæ vidit, ea loquitur:* & l. de bapt. c. 10. p. 390. b. *Qui de terra est, de terra loquitur. Qui de supernis venit, super omnes est.* Hilarius prolog. in Ps. n. 7. *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui autem de cælo venit, quæ vidit*, &c. Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 405. c. *Qui enim de terra est, de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est.* Similiter Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 9. & 20. pp. 7. d. 12. f. *Qui de cælo venit, super omnes est.* Augustin. tract. 14. in Joh. to. 3. col. 402. e. *Qui desursum venit, supra omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui desursum venit, supra omnes est.* Auctor quæst. N. T. q. 91. col. 81. c. *Qui desursum venit, super omnes est. Qui autem de terra est, de terra loquitur. Qui verò de cælo venit, quod vidit*, &c.

℣. 32. Sic habent Mss. S. Germ. Fossat. Maj. Mon. & S. Gat. Cantabr. verò simpliciùs: *quod vidit, & audivit, testatur: &*, &c. Corb. *& quod vidit, & quod audivit, testimonium perbibet eis: &*, &c. S. Mart. Vulgatæ favet, & textui, unà cum Græco. Ms. tamen Colb. Græcus 1. ipso initio delet Καὶ; paulòque post alter τοῦτο, ante *testatur;* alius scribit ἐκεῖνο. Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 405. c. legit: *Et quod vidit, & audivit, hoc testatur.* Similiter August. tract. 14. in Joh. to. 3. col. 404. b. qui etiam cætera habet ut in textu. Auctor verò quæst. N. T. q. 91. col. 81. c. *quod vidit, & audivit, testificatur: & testimonium ejus nemo accipit.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 9. & 20. pp. 7. d. 12. a. f.

℣. 33. Mss. Corb. & Fossat. *Qui enim accipit*, &c. Cantabr. *Qui accepit... quoniam Deus.* Item Maj. Mon. & S. Gat. *Qui accepit.* Reliqui accinunt textui. Græc. Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν· al. Ὁ λαμβάνων. Aug. tract. 14. in Joh. to. 3. col. 404. d. *Qui autem accepit ejus test.* &c. & post paulò, *Qui accepit:* infra verò, *Qui enim accipit;* cætera ut in textu. Auctor l. de voc. gent. c. 20. p. 12. f. *Qui accipit ejus testimonium*, &c. ut sup.

℣. 34. Consonant Mss. omnes; & Græcum, nisi quòd habet ἐκ μέτρου, pro *ad mensuram;* Ms. etiam S. Mart. *dat Deus spiritum.* August. ubi sup. col. 405. e. accinit Vulgatæ.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Deus diligit Filium: & omnia dedit in manu ejus.* S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. *in manus ejus.* Reliqui ut in Vulg. cui similiter Græcum favet. Tertul. l. contra Prax. p. 851. b. 853. c. *Pater diligit Filium: & omnia tradidit in manu ejus.* August. tract. 14. in Joh. to. 3. col. 406. b. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. a. Vulgatæ rursus consonat.

℣. 36. Ms. Corb. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super illum.* Cantabr. *ut qui credit in Filium, habeat vitam æternam: qui autem non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet in eum.* Fossat. *qui autem non credit Filio, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum.* S. Germ. *manebit super eum.* Græcum cum textu Colbert. concordat. Iren. l. 4. c. 37. p. 282. c. *Qui credit ei, habet vitam æternam: qui autem non credit Filio, non habet vitam ætern. sed ira Dei manebit super ipsum.* Tertul. l. contra Prax. p. 853. c. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui non credit in Filium Dei, non videbit Deum, sed ira Dei manebit super eum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 296. a. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui dicto non audiens est in Filium, non habet vitam, sed ira Dei manebit super eum.* Ambros. l. 1. de pœnit. col. 404. f. 405. a. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* August. Enchirid. to. 6. 209. b. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem non credit in Filium, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum:* Mss. quidam ferunt, *non habebit vitam;* sicut etiam ipse Aug. legit l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. a. at epist. 193. to. 2. col. 711. f. & tract. 14. in Joh. to. 3. 407. b. textui Colbert. assentit, & Vulgatæ.

# CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. UT ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quòd Jesus plures discipulos fa-
Sup. 3. 22. cit, & baptizat, quàm Joannes,

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. UT ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quia Jesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Johannes,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Fossat. *Ut autem cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quòd Jesus plures discipulos fecit, & baptizat plures, quàm Johannes.* Cantabrig. *Cùm ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quia Jesus*, &c. ut in textu. S. Gat. *quòd Jesus plures discipulos faceret, & baptizabat, quàm Joannes.* Corb. *& magis baptizabat, quàm Johannes.* S. Mart. textui consonat. Itidem Græcum, nisi quòd habet *Dominus*, pro 1°. *Jesus;* quod tamen nomen retinent plures Mss. Gr.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 2. (quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus)

3. reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam:

4. oportebat autem eum transire per Samariam.

5. Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo.

6. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta.

7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.

8. (Discipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent.)

9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis.

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurire habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?

VULGATA NOVA.

2. (quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus)

3. reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam:

4. oportebat autem eum transire per Samariam.

5. Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Genes. 33. 19. & 48. 22.

6. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Jos. 24. 32.

7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.

8. (Discipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent.)

9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis.

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

August. ep. 265. to. 2. col. 897. e. *Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quòd Jesus plures discipulos faceret, & baptizaret plures, quàm Johannes:* & tract. 5. in Joh. to. 3. col. 329. a. *Dictum est de Domino... quia baptizabat plures, quàm Johannes.*

℣. 2. Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *quanquam ipse Jesus non baptizaret*, &c. Cantabr. *& tamen ipse Jesus non baptizabat*, &c. Græc. καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, &c. Tertul. l. de bapt. c. 11. p. 390. c. *& tamen is non tinguebat, verùm discipuli ejus.* August. ep. 265. to. 2. col. 897. e. *quanquam Jesus ipse non baptizaret, sed discipuli ejus:* itidem tract. 15. in Joh. to. 3. col. 407. f. deleto pronom. *ipse:* tract. verò 5. col. 329. a. *quamvis ipse non baptizaret*, &c. Optat. l. 5. contra Donat. p. 84. c. *nam ipse neminem baptizavit, sed discipuli ejus.*

℣. 3. Mss. Cantabr. Fossat. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. *reliquit Judæam terram*, &c. Ms. S. Mart. & Græcum textui Colb. favent: Mss. tamen plures Gr. addunt γῆν, ad Ἰουδαίαν. Ita Aug. tract. 15. in Joh. ubi sup.

℣. 4. Ms. Cantabr. *oportebat autem illum*, &c. Reliqui omnes consonant cum textu, præter Ms. Maj. Mon. qui habet *ire*, pro *transire;* Græc. διέρχεσθαι. Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. h. *oportebat autem transire illum per Samariam.* August. loco sup. citato, col. 408. f. textui accinit.

℣. 5. Ms. S. Martini textui respondet. Corb. verò: *Venit autem in civitatem*, &c. ut sup. Fossat. *Venit in civitatem*, &c. Cantabr. *Venit ergo in civit... juxta agrum, quod*, &c. Græc. Ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν..... πλησίον τοῦ χωρίου, ὃ, &c. Ambros. l. de Isaac, c. 4. col. 364. f. *Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar: juxta prædium*, &c. ut sup. August. in hunc locum: *Venit ergo in civitatem Samariæ... juxta prædium, quod dedit Jacob filio suo Joseph.*

℣. 6. Ms. Corb. *Erat autem ibi fons Jacob. Jesus autem fatigatus ex itinere, sedebat super puteum. Hora erat*, &c. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. similiter post *sedebat*, delent *sic*, cujus loco Fossat. habet *autem.* Cantabr. *Jesus autem fatigatus de itinere, sedebat sic super*, &c. S. Germ. *Erat enim ibi fons Jacob*, &c. ut sup. Ms. S. Mart. & Græcum textui Colb. consonant. Iren. l. 3. c. 22. col. 219. d. *Jesus autem fatigatus in itinere, sedebat.* Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. col. 370. a. *Jesus autem fatigatus de via.* Ambrosius l. de Isa. c. 4. col. 364. f. *Erat autem ibi fons Jacob, & fatigatus sedebat sic super puteum.* August. verò loco sup. cit. cum textu convenit ad verbum.

℣. 7. Sic habent Mss. Fossat. S. Germ. Cantabr. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum Græco. Solus Corb. *Et venit mulier Samaritana haurire*, &c. Aug. in hunc loc. rursus cum textu concinit.

℣. 8. Ita ferunt Mss. omnes, præter Cantabrig. in quo sic: *Discipuli enim illius abierant in civit. ut escas emerent.* In Fossat. *abierunt.* Gr. ἀπεληλύθεισαν. August. ut in textu constanter.

℣. 9. Sic habet Ms. S. Germ. Sic etiam Fossat. præter hoc, *quia sum mulier*, pro *quæ sum mulier.* S. Gat. & Maj. Mon. *cùm sim mulier.* Corb. *Dicit ergo... Tu cùm sis Judæus, quomodo à me bibere petis, cùm sim mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi cum Samaritanis.* S. Mart. itidem, *non enim coutuntur Judæi cum Samaritanis.* Cantabr. *Dicit illi ergo mulier Samaritana: Tu cùm sis Judæus, quomodo à me bibere petis, muliere Samaritana?* reliqua desunt. Græc. textui Colb. favet. August. l. de quæst. to. 6. col. 40. c. *Tu cùm sis Judæus, quomodo à me bibere petis, cùm sim mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritanis:* tract. verò 15. in Joh. to. 3. col. 410. f. non differt à textu, & Vulgata.

℣. 10. Ms. S. Germ. *Respondit ei Jesus, & dixit: Si*, &c. ut in textu Colb. cui etiam Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. favent ad verbum. Similiter Cantabr. cum Fossat. nisi quòd prior habet, *tu peteres ab eo;* alter, *tu magis petisses ab eo.* Græc. σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν. Ambros. l. de Spir. S. col. 631. c. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* August. tract. 15. in Joh. to. 3. 410. f. textui prorsus similis: tract. verò 25. 488. f. *Si scires qui petit à te bibere: tu forsitan postulasses ab eo, & daret tibi aquam vivam:* item in Ps. 1. to. 4. p. 1. col. 3. a. *Si scires donum Dei, & quis est, qui à te aquam petit: petisses ab eo, & daret tibi aquam vivam, unde qui biberit, non sitiet in æternum:* at l. de quæst. to. 6. col. 40. c. *& quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu magis petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Itidem Victorin. Afr. l. 4. adv. Arium, p. 282. a. præter unum *eum*, pro *ab eo:* sed l. 1. p. 255. f. legit: *tu ab eo peteres, & tibi daret aquam viventem.* Vigilius Taps. l. 12. de Trin. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu utique petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Cassiod. in Ps. 1. p. 14. a. *Si scires quis est, qui à te aquam petit: petisses ab eo, ut daret tibi aquam vivam.*

℣. 11. Consonant Mss. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque Fossat. cum Corb. nisi quòd uterque delet voculam *ergo.* S. Mart. Vulgatæ accinit. Cantabrig. verò: *Dicit illi mulier: Domine, nec hauritorium habes, & puteus altus est: unde habes aquam vivam?* Ita quoque in Græco est, addito οὖν, voculæ *unde:* in al. tamen deest οὖν. Ambros. l. 1. de Abr. c. 9. col. 310. f. mulierem illam Samaritanam ita loquentem inducit: *Hydriam non habeo:* quasi legisset: *Domine, neque in quo hauriam habeo;* quod in Bibliis nullis reperire est: tum ibidem addit: *unde mihi habes dare aquam vivam?* & l. de virginit. to. 2. col. 243. e. *& puteus altus est: unde mihi dare habes aquàm vivam?* Aug. l. de quæst. to. 6. col. 40. f. *Domine, neque hauritorium habes, & puteus altus est: unde mihi habes dare aquam vivam?* & tract. 26. in Joh. to. 3. col. 488. f. quasi alludens: *Unde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est?* tr. verò 15. col. 411. b. *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Nunquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

13. Respondit ei Jesus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:

14. sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

16. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum:

18. quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti.

19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu.

20. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet. *Deuter. 12. 5.*

21. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.

VERSIO ANTIQUA. *Ex Ms. Colbert.*

12. Nunquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

13. Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum:

14. sed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi aquam hanc, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

16. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habes virum:

18. quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti.

19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu.

20. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.

21. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque Jerosolymis adorabitis Patrem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Sic habent Mss. S. Germ. & Maj. Mon. Sic etiam Fossat. cum Corb. præter *puteum hunc*. S. Gat. *puteum istum*. Cantabr. simpliciter habet, *puteum*, sed delet *ejus*, post *pecora*. Græcum consonat textui Colb. Ms. tamen unus cum Pers. Arab. Æthiop. & Copt. addunt τοῦτο, post *puteum*. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 728. c. legit: *Næ tu major sis*. August. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 411. c. & l. de quæst. to. 6. col. 40. f. nil differt à textu, nisi quòd l. de quæst. habet *hunc puteum*.

℣. 13. Ms. Fossat. *Respondit Jesus, & dixit illi: Omnis, qui biberit ex aqua hac*, &c. ut in Vulg. Similiter habent S. Gat. & Maj. Mon. *qui biberit ex aqua hac*. Corb. *de hac aqua*. Cantabr. *Respondit Jesus, & dixit illi: Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem bibit de aqua, quam ego*, &c. Ms. S. Mart. Vulgatæ respondet, sicut & Græcum. Cypr. epist. 63. p. 106. c. *Omnis, qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dedero, non sitiet in æternum*. Hilar. l. de Synod. col. 1190. b. *qui biberit de aqua, quam ego dedero ei, non sitiet in æternum*. Ambros. in Ps. 61. col. 960. d. alludens, dicit: *cui enim dedero aquam, non sitiet neque hîc, neque in futurum:* verùm l. 5. in Luc. col. 1361. a. *qui biberit de aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternum*. Aug. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 411. d. *Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:* similiter l. de quæst. to. 6. col. 40. g. exceptis his, *de aqua ista... de aqua, quam ego dedero, non sitiet in sempiternum:* in Ps. 1. to. 4. col. 3. a. *non sitiet in æternum*. Optat. l. 5. contra Donat. p. 84. a. & b. *aquam, quam ego do, qui biberit, non sitiet in æternum*. Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 255. f. *Omnis, qui biberit ex aqua ista, iterum sitiet: qui autem biberit ex ista aqua, quam ego dabo ipsi, non sitiet in omni sæculo:* & l. 4. p. 282. a. *Omnis, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem biberit de aqua, quam ego dedero ei, non sitiet in sempiternum*. Cassiod. in Psal. 22. p. 80. b. *qui biberit ex aqua, quam ego do, non sitiet unquam: sed fiet*, &c. de ℣. seq. Gaudent. Brix. serm. 9. p. 957. f. *qui biberit ex ista aqua, non sitiet in æternum*. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. *qui biberit ex aqua, quam ego dedero, non sitiet unquam: sed fiet in eo*, &c.

℣. 14. Ms. Fossat. *sed ego aquam quam dabo ei, fiet*, &c. Cantabr. *sed aquam quam ego dabo ei*, &c. Reliqui Vulgatæ accinunt; Græcum textui Colb. Mss. tamen plures habent, ἐγὼ δώσω. Ambros. l. de Spir. S. to. 2. col. 632. e. *qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Aug. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 167. d. *de aqua quisquis biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam:* l. verò de quæst. to. 6. col. 40. f. *sed aqua illa, quam dedero, fiet in eo fons aquæ sal.* &c. & in Psal. 1. to. 4. col. 3. a. *efficietur in eo fons aquæ sal.* &c. tract. 15. ubi supra, ad verbum Vulgatæ respondet. Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, p. 255. f. *sed aqua, quam ipsi dabo, efficietur in ipso fons aquæ scatentis in vitam æternam:* & l. 4. p. 282. a. *sed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam*, &c. Cassiod. in Ps. 22. p. 80. b. & Auctor l. de promiss. p. 1. c. 39. p. 121. b. legunt similiter, *fiet in eo fons aquæ salientis in*, &c.

℣. 15. Ms. Cantabrig. *Dicit ei mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam hîc haurire*. Fossat. *ut non sitiam in æternum, neque veniam huc haurire*. Corb. *neque veniam huc ad hauriendum*. S. Mart. Vulgatæ consonat; alii textui Colb. sicut & Græcum. August. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 412. b. *Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire:* similiter l. de quæst. to. 6. col. 40. g. excepto *neque sitiam*. Gaudent. Brix. ser. 9. p. 973. g. *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam ampliùs*.

℣. 16. Accinunt Mss. omnes, Græcum, & August. tr. 15. ubi supra: solus Ms. Cantabr. habet *illi*, non *ei*; & *hoc* in fine, pro *huc*; vitiosè.

℣. 17. Mss. S. Gat. & Maj. Mon. textui favent; S. Mart. Vulgatæ. Cantabr. legit.... *Virum non habeo. Dicit illi Jesus: Bene dixisti, quia virum non habes*. Fossat. *Bene dixisti, quia virum non habeo*. S. Germ. *quia non habeo virum:* nec aliter in Græco est. Apud Aug. tract. 15. in hunc loc. *Non habeo virum. Et Dominus ei: Bene dixisti, quia non habeo virum:* & l. de quæst. to. 6. col. 40. g. *Bene dixisti, non habere te virum*.

℣. 18. Sic habent Mss. S. Germ. S. Mart. cum Fossat. Sic etiam Corb. & Cantabrig. præter hoc, *verum dixisti*, pro *verè*; &c. S. Gat. *& nunc unum, quem habes*, &c. ut in textu. Maj. Mon. *& hunc, quem habes*, &c. Gr. καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. Ambros. l. 7. & 9. in Luc. col. 1459. b. 1503. c. *quinque enim viros habuisti*. Similiter habet August. l. quæst. to. 6. col. 40. g. sed addit: *& nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verum dixisti:* tr. verò 15. in Joh. to. 3. col. 413. f. *quinque enim... & iste, quem habes, non est vir tuus: hoc verè dixisti*.

℣. 19. Ita ferunt Mss. omnes, præter Cantabr. qui habet: *Dicit illi mulier: Domine, video quòd Propheta es*. Græcum textui favet. Hilar. l. 2. de Trin. col. 804. a. *Domine, animadverto quòd Propheta es*. Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 316. f. *Domine, animadverto quia Propheta es tu*. August. in hunc loc. nil differt à textu.

℣. 20. Sic habent Mss. omnes, nisi quòd Cantabr. scribit, *in hoc monte*, & addit *in*, voci *Jerosolymis*, è Gr. ἐν Ἱεροσολύμοις. Addit quoque *in* Hilarius l. 2. de Trin. col. 804. a. reliqua verò habet ut in textu. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 728. c. *Patres nostri in isto monte adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis oportet adorare*. Aug. ubi supra textui accinit in editt. sed Mss. simpliciter habent, *quia Jerosolymis adorare oportet*. Vigil. Taps. l. 12. de Trin. p. 316. f. *quia Jerosolymis est locus, in quo adorari oportet*.

℣. 21. Similiter habent, *veniet hora*, Mss. S. Germ. Corb. Fossat. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. Cantabr. ve-



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 22. Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est.

23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24. Spiritus est Deus : & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

25. Dicit ad eum mulier : Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus) cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

26. Dicit ei Jesus : Ego sum, qui loquor tecum.

27. Et continuò venerunt discipuli ejus : & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit : Quid quæris, aut quid loqueris cum ea ?

28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus :

29. Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci : nunquid ipse est Christus ?

30. Exierunt de civitate, & veniebant ad eum.

31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes : Rabbi, manduca.

32. Ille autem dixit eis : Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

### Vulgata nova.

22. Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est. 4. Reg. 17. 41.

23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24. Spiritus est Deus : & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. 1. Cor. 3. 17.

25. Dicit ei mulier : Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus) cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

26. Dicit ei Jesus : Ego sum, qui loquor tecum.

27. Et continuò venerunt discipuli ejus : & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit : Quid quæris, aut quid loqueris cum ea ?

28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus :

29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci : nunquid ipse est Christus ?

30. Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes : Rabbi, manduca.

32. Ille autem dicit eis : Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

### Notæ ad Versionem antiquam.

rò : *Dicit illi Jesus... quia venit hora, cùm neque in hoc monte, neque Jerosolymis adorabitis Patri.* Gr. ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε..... οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ Πατρί. Novat. de Trin. p. 1034. b. *veniet hora, cùm neque in monte isto, neque in Jerusalem adorabitis Patrem.* Hilarius, l. 2. de Trin. col. 804. a. b. *Dominus respondit : Crede mihi, mulier, quoniam venit hora, quando neque in isto monte, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.* Similiter Vigilius Tapsens. l. 12. de Trin. August. quæst. 10. in Deuter. to. 3. col. 559. c. *veniet hora, quando*, &c. ut in textu : similiter habet tract. 15. in Joh. reliqua verò ut in Vulgata.

℣. 22. Concinunt Mss. Corb. Fossat. S. Gat. Maj. Mon. & S. Martini. Ita quoque S. Germ. cum Cantabr. nisi quòd prior habet, *nos autem adoramus* ; alter, *quia salus de Judæis est.* Græcum textui favet. Accinunt etiam Hilar. l. 2. de Trin. col. 804. b. Ambros. l. de exhort. virg. col. 280. d. & l. 5. de fide, col. 560. f. necnon August. quæst. 10. in Deut. to. 3. col. 559. c. & tract. 15. in hunc locum.

℣. 23. Ms. Corb. *Sed veniet hora*, &c. ut in textu. Similiter habet Fossat. ac præterea præponit *in*, voci *veritate.* Cantabr. *Sed venit hora..... cùm veri adoratores adoraverunt Patri in spiritu & veritate. Etenim Pater tales quærit adorantes eum.* Maj. Mon. *quando viri adoratores*, &c. S. Mart. nil differt a textu. Græcum Cantabrigiensi favet, excepto uno προσκυνήσουσι, *adorabunt*, pro *adoraverunt.* Hilar. l. 2. de Trin. col. 804. b. *Sed venit hora, & nunc est, cùm veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Etenim Pater tales quærit, qui adorent eum.* Ambrosius l. 5. de fide, c. 4. col. 560. f. *Veniet hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem :* at l. 3. de Spir. S. col. 679. c. legit, *Venit hora*, &c. ut in textu. Similiter habet Ambrosiast. col. 29. c. cum August. quæst. 10. in Deuter. to. 3. col. 559. c. idem tamen Aug. tract. 15. in hunc loc. habet, *Sed veniet hora*, &c. Itidem Auct. quæst. N. T. col. 77. e. *Veniet hora, in qua veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. *Sed venit hora, quando veri adoratores adorab. Pat. in spir. & veritate. Pater enim tales quærit.* Cyprianus l. de orat. Dom. p. 204. b. ait *horam venire, quando veri adoratores adorarent Patrem in spiritu & veritate.*

℣. 24. Ms. S. Germ. *Spiritus Deus est*, &c. ut sup. Cantabr. *Spiritus Deus : & adorantes in spiritu & veritate adorare oportet.* Fossat. *oportet adorare eum.* Corb. hîc *eum* non addit, nec etiam post verbum *adorant.* S. Mart. *& eos, qui adorent eum.* Græcum cum Cantabrigiensi concordat, nisi quòd addit αὐτὸν, verbo προσκυνοῦντας. Tertul. l. 2. contra Marc. p. 647. b. legit, *Deus enim spiritus.* Novatian. *Spiritus est Deus : & eos ergo, qui adorant, in spiritu & veritate adorare oportet.* Hilar. l. 2. & 4. de Trin. col. 804. b. 831. c. *Spiritus enim Deus est : & adorantes eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Succinit Ambrosiast. col. 227. c. excepto, *Deus spiritus est.* Ambrosius verò l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 679. c. 681. c. consonat textui ; sicut Aug. quæst. 10. in Deut. to. 3. col. 559. c. & tract. 15. in hunc locum. Phœbad. Agin. l. contra Arian. *Deus spiritus est.* Sic etiam Auct. quæst. ex utroque T. q. 112. col. 115. c. Itidem Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 256. b. item paulò supra, *Spiritus Deus est :* & l. 4. p. 281. d. *Spiritus Deus est : & adorantes eum, in spiritu & veritate adorare oportet.* Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. *& adorantes Deum, in spiritu & veritate oportet adorare.*

℣. 25. Sic habent Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accedit Corb. nisi quòd habet, *Messias scio quia venit.* Cantabrig. *Dicit illi mulier..... cùm venerit ille, adnuntiabit nobis omnia.* Græcum pariter delet *ergo*, cæteris textui paribus. August. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 416. b. *Dicit ei mulier : Scio quia, Messias veniet... cùm ergo..... omnia nobis demonstrabit :* infra, *nobis adnuntiabit omnia.*

℣. 26. Accinunt Mss. omnes. In Græco sic : Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι. August. ubi sup. nil differt à textu.

℣. 27. Ita ferunt Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Ita etiam Corb. cum Fossat. nisi quòd uterque addit *ei*, verbo *dixit.* Cantabr. *Et in hoc venerunt... & mirabantur quoniam... Nemo tamen dixit illi*, &c. Græc. Καὶ ἐπὶ τούτῳ, &c. ut in textu. Auct. l. de sing. cleric. p. 532. b. *Inter hæc venerunt discipuli ejus : & mirabantur quòd cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit illi : Quid*, &c. Aug. in hunc locum textui accinit.

℣. 28. Ms. Cantabr. *Dimisit ergo mulier hydriam suam, & abiit in civitatem, & dicit hominibus.* Corb. *& dixit hominibus.* Fossat. delet *&*, ante *abiit*, paulòque post habet, *& dixit illis hominibus.* Item S. Mart. *& dixit illis*, &c. Græcum Cantabrigiensi favet. August. in hunc locum : *Reliquit ergo hydriam suam mulier ;* paulòque post ait : *ut nunciaret Christum, onere abjecto, cucurrit ad civitatem, & dicit illis hominibus.*

℣. 29. Consonant Mss. Fossat. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. quibus accinit Corb. deleta vocula *mihi.* Cantabrig. legit : *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæ feci : nunquid ille est Christus ?* Gr. Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός ; August. tract. 15. in Joh. cum utroq. textu concinit.

℣. 30. Ms. S. Germ. *Exierunt de civitate, & veniebatur ad eum.* Cantabr. *Et exierunt de civitate, & veniebant ad eum.* Cæteri Vulgatæ similes ; sicut & Græcum : August. verò ubi sup. textui.

℣. 31. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Sic etiam Cantabr. nisi quòd legit *Inter hæc*, pro *Interea.* Fossat. *Post hæc verò rogabant eum discipuli sui*, &c. Corb. *Inter hæc autem rogabant discipuli, dicentes*, &c. Græc. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, λέγοντες, &c. Mss. plures, μαθηταὶ αὐτοῦ. Aug. in hunc loc. *Et interea rogabant eum discipuli*, &c. ut in textu.

℣. 32. Ms. Fossat. cum S. Germ. *Ille autem eis dixit : Ego*, &c. ut in textu. Subinde Corb. *quem vos non scitis.* Cantabrig. *At ille dixit eis : Ego escam habeo manducare, quam vos*

## VULGATA NOVA.

33. Dicebant ergo diſcipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

34. Dicit eis Jeſus: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.

35. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.

Matth. 9. 37. Luc. 10.

36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

37. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit.

38. Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.

39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

40. Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies.

## VERSIO ANTIQUA.

33. Dicebant ergo diſcipuli ejus ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Ex Mſ. Colbert.

34. Dicit eis Jeſus: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.

35. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.

36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

37. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit.

38. Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.

39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

40. Cùm veniſſent ergo ad eum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et manſit ibi duos dies.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ignoratis*. Mſ. S. Mart. & Græcum Vulgatæ reſpondent. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 322. c. *Ego cibum habeo, quem vos non noſtis*. Auguſt. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 417. a. *Ille autem dixit: Ego habeo cibum manducare, quem vos non ſcitis:* & l. de quæſt. to. 6. col. 40. a. *Ille autem dixit eis: Ego habeo eſcam manducare, quam vos neſcitis.*

℣. 33. Mſ. Corb. *Dicebant ergo diſcipuli ejus intra ſemetipſum: Nunquid*, &c. Cantabr. *Dicent diſcipuli ad invicem: Nunquid*, &c. Foſſat. *Dicebant....... ab invicem*. S. Mart. textui favet; cæteri Vulgatæ, unà cum Græco. Mſs. tamen quidam Gr. addunt αὐτȣ͂, voci μαθηταί. Auguſt. tr. 15. in Joh. nil differt à Vulgata; l. verò de quæſt. to. 6. col. 40. a. *Dicunt ergo diſcipuli ejus ad alterutrum: Nunquid*, &c.

℣. 34. Concinunt Mſs. S. Germ. Foſſat. S. Gat. & Maj. Mon. Sic quoque Corb. niſi quòd habet *& perficiam*, loco *ut perficiam*: cui etiam Græcum favet. Cantabr. *Dicit illis Jeſus: Mea eſca eſt; ut faciam voluptatem, qui me miſit, & perficiam opus ejus*. Item S. Mart. *qui me miſit*. Tertul. l. contra Prax. p. 853. c. *Meum eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui me miſit, ut conſummem opus ejus*. Novatian. l. de cib. Jud. p. 1065. c. *Mea eſca eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui me miſit, & ut conſummem opus ejus*. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 322. c. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui me miſit, & perficiam opus ejus*. Similiter Auguſt. l. de quæſt. to. 6. col. 40. a. excepto quòd habet, *& ut perficiam opus ejus*: at l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 167. d. legit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei*: lib. verò 2. 208. g. & tract. 15. in Joh. col. 417. a. b. *voluntatem ejus, qui me miſit*. Ambroſ. l. de parad. to. 1. col. 163. e. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt*: ſimiliter l. de Noe & arca, c. 25. col. 266. e. 272. c. & l. de Elia, c. 3. col. 537. d. item in Pſ. 43. col. 924. c. & l. 7. in Luc. 1418. f. necnon ep. 67. to. 2. col. 1059. d. ita quoque in Pſal. 40. to. 1. col. 883. e. & l. 1. offic. to. 2. col. 43. c. & l. de inſtit. virg. 267. a. excepto tamen *in cælo*, pro *in cælis*: at l. 2. in Luc. 1304. f. legit, *voluntatem ejus, qui me miſit*: & l. 5. de fide, 580. f. 581. a. *voluntatem Patris mei, qui me miſit, & perficiam opus ejus.*

℣. 35. Ita ferunt Mſs. omnes, præter Cantabr. qui habet... *quoniam quatuor menſes ſunt... Elevate oculos veſtros ....... quoniam albæ ſunt ad meſſem*. In Græco omnia ut in textu, niſi exceperis Ἐπάρατε, pro *Levate*. Iren. l. 4. c. 23. p. 259. d. legit: *Ecce dico vobis: Attollite oculos veſtros, & videte regiones; quoniam albæ ſunt ad meſſem*. Hilar. in Pſ. 51. col. 78. d. *Elevate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem*: ſimiliter in Pſal. 130. col. 443. a. præter verbum *conſpicite*, pro *videte*. Hieron. in Iſai. 50. & 60. col. 356. b. 448. d. *Levate oculos veſtros, & videte, quia jam albæ ſunt ſegetes ad metendum*: itidem in Ezech. 40. col. 978. f. 990. a. poſito *meſſes*, pro *ſegetes*: at in Mich. 7. col. 1546. e. legit: *& videte regiones, quia jam candidæ ſunt ad metendum*: item in Zach. 1. col. 1715. a. *& videte regiones, quoniam jam albæ ſunt ad metendum*. Auguſt. tract. 15. in Joh. col. 417. b. c. *Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos veſtros, & videte, quia jam albæ ſunt regiones ad meſſem.*

℣. 36. Mſ. Foſſat. *Et qui metet*, &c. ut ſup. Corb. *Et qui metit, mercedem accipit, & congerit fructum*, &c. ſubinde S. Germ. *ut qui ſeminat*, &c. Cantabr. *Jam qui metet, mercedem accipit, & congregat fructum..... ut, & qui ſeminat, & qui metit, ſimul gaudeat*. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. textui concinunt, unà cum Græco: Mſs. tamen quidam Gr. ipſo initio tollunt Καί; paulòque poſt unus delet ἵνα; *ut*; alii tollunt καὶ, poſt ἵνα. Irenæus l. 4. c. 23. p. 259. d. legit: *Nam meſſor mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: uti, & qui ſeminat, & qui metit, ſimul gaudeant*; al. *adgaudeant*; al. *gaudeat*. Ambroſius l. de exhort. virg. *Et qui metit, mercedem accipit*. Auguſt. loco ſupra citato, hæc ſola habet, *ut, & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit*: antecedentium autem loco, habet quæ infra ſubjiciemus ℣. ſeq.

℣. 37. Mſ. S. Germ. *In hoc enim verbum verum eſt*, &c. ut ſup. Corb. *In hoc enim eſt verbum veritatis: quia alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit*. S. Mart. Turon. *In hoc enim eſt verbum veritatis: quia*, &c. ut in textu. Cantabr. *In hoc eſt enim verbum veritatis: quia alius eſt qui ſerit, & alius qui metit*. Foſſat. in fine legit *metet*, non *metit*. S. Gat. & Maj. Mon. textui conſonant, & Græco. Irenæus l. 4. c. 23. p. 259. d. *In hoc enim eſt ſermo verus: quoniam alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit*: & infra, c. 25. p. 261. b. *quoniam alter quidem eſt qui ſeminat, alter qui metet*. Auguſt. in hunc locum: *In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui metit, alius qui ſeminat*: hæc autem præmittit verbis ex ipſo citatis ℣. ſuperiori.

℣. 38. Sic habent Mſs. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum S. Germ. & Foſſat. Corb. verò legit: *Ego miſi vos metere id, quod vos non laboraſtis: & vos in labore ipſorum introiſtis*, omiſſis intermediis. Cantabrig. *Ego miſi vos metere; non vos laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in laborem eorum introiſtis*. In Græco conſonant omnia cum textu, uno excepto τὸν κόπον, pro *labores*. Iren. l. 4. c. 23. p. 259. d. *Ego enim præmiſi vos metere quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in laborem eorum introiſtis*. Itidem Auguſt. in hunc locum, præter hæc prima, *Ego miſi vos*: at infra, *Miſi vos metere quod non ſeminaſtis: alii... & vos in labores*; &c. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 750. c. *Miſi vos metere, ubi non ſeminaſtis.*

℣. 39. Conveniunt cum textu Mſs. S. Gat. S. Mart. Maj. Mon. & S. Germani. Sic etiam habet Foſſat. deletâ voculâ *autem*. Cantabr. legit: *De civitate autem illa.....: propter verbum mulieris teſtimonium reddentis: Quoniam*, &c. Corb. *teſtimonium perhibentes*, veterum codicum more. Gr. μαρτυρȣ́σης. Apud Aug. ubi ſup. omnia ut in textu, excepto uno *Samaritani*.

℣. 40. Sic iterum ferunt Mſs. Foſſat. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Sic etiam Corb. præter vocem *bidue*, pro *duos dies*. Cantabrig. *Cùm ergo veniſſent ad eum Samaritani, rogabant eum ut maneret apud eos. Et manſit illic bidue*: nec aliter in Græco. Auguſt. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 418. a. *Cùm veniſſent autem ad eum Samaritani, rogaverunt ut apud eos maneret. Et manſit ibi duos*

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Colbert.

41. Et multò plures crediderunt propter ſermonem ejus.

42. Et mulieri dicebant : Quia jam non propter tuam loquelam credimus : ipſi enim audivimus, quia hic eſt verè Propheta, & Salvator mundi.

43. Poſt duos autem dies exiit inde : & fuit in Galilæa.

44. Ipſe enim Jeſus teſtimonium perhibuit, quia Propheta in ſua patria honorem non habet.

45. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent, quæ fecerat Jeroſolymis in die feſto : ipſi enim venerant ad diem feſtum.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

47. Hic cùm audiſſet quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſalvaret filium ejus : incipiebat enim mori.

48. Dixit ergo Jeſus ad eum : Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis.

49. Dicit ad eum regulus : Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus.

50. Dicit ei Jeſus : Vade, filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat.

51. Jam autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & nunciaverunt dicentes, quia filius ejus viveret.

52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua

**Vulgata nova.**

41. Et multò plures crediderunt in eum propter ſermonem ejus.

42. Et mulieri dicebant : Quia jam non propter tuam loquelam credimus : ipſi enim audivimus, & ſcimus, quia hic eſt verè Salvator mundi.

43. Poſt duos autem dies exiit inde : & abiit in Galilæam.

44. Ipſe enim Jeſus teſtimonium perhibuit, quia Propheta in ſua patria honorem non habet. Matth. 13. 57. Marc. 6. 4. Luc. 4. 24.

45. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent, quæ fecerat Jeroſolymis in die feſto : & ipſi enim venerant ad diem feſtum. Matth. 4. 12.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Marc. 1. 14. Luc. 4. 14.

47. Hic cùm audiſſet quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus : incipiebat enim mori. Sup. 2. 9.

48. Dixit ergo Jeſus ad eum : Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis.

49. Dicit ad eum regulus : Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus.

50. Dicit ei Jeſus : Vade, filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat.

51. Jam autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & nunciaverunt dicentes, quia filius ejus viveret.

52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua

## Notæ ad Versionem antiquam.

*dies.*

℣. 41. Mſs. Corb. Foſſat. S. Germ. & S. Mart. concordant cum textu Colb. cui etiam Græcum favet. Cantabr. uno differt, nempe *propter verbum illius*. Iren. l. 4. c. 2. p. 230. a. *Multò plures crediderunt propter ſermones ejus*. Auguſt. ubi ſup. nil differt à textu.

℣. 42. Mſ. Foſſat. *Mulieri autem dicebant : Quia non jam per tuam loquelam*, &c. ut in Vulgata. Corb. ſimiliter habet, *Mulieri autem ;* & tollit *verè Propheta*, &. Cantabrig. *Mulieri autem dicebant : Quoniam non jam propter tuum teſtimonium credimus : ipſum enim audivimus, & ſcimus, quoniam hic eſt verè Salvator mundi Chriſtus*. Græcum Vulgatæ favet, addita in fine voce Χριστὸς, ut in Mſ. Cantabr. Irenæus l. 4. c. 2. p. 230. a. *Et mulieri dicebant : Jam non propter tuam loquelam credimus : ipſi enim audivimus, & ſcimus, quoniam hic eſt verè Salvator mundi*. Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 255. f. *& ſcimus, quoniam iſte eſt Salvator mundi*. Auguſt. in hunc locum Vulgatæ accinit, niſi quòd habet, *ipſi enim nos*, non *ipſi enim* ſimpliciter : paulò tamen infra : *Non jam propter verbum tuum credimus : ſed ipſi cognovimus, & ſcimus, quia verè hic eſt*, &c.

℣. 43. Mſ. Corb. *Poſt duos autem dies exiit inde Jeſus in Galilæam*. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *exiit inde : & venit in Galilæam*. Foſſat. *exivit inde Jeſus : & abiit in Gal.* Cantabrig. *Poſt biduum autem exiit inde in Galilæam*. Græcum Vulgatæ conſonat. Gaudent. Brix. ſer. 8. p. 955. a. *Poſt biduum autem exiit inde : & abiit in Galilæam*. Aug. etiam loco ſupra citato, alludens dicit : *Abiit Jeſus poſt biduum, quod fecerat in Samaria, in Galilæam, ubi nutritus erat.*

℣. 44. Sic habent Mſs. omnes, præter Cantabrig. in quo *teſtificatus eſt*, pro *teſtimonium perhibuit ;* è Græco ἐμαρτύρησεν. Auguſt. in hunc loc. cum textu concinit.

℣. 45. Mſ. Corb. *Cùm ergo venit in Galilæam, exceperunt illum univerſi Galilæi, cùm omnia vidiſſent, quæ fecit ..... & ipſi enim venerant*, &c. S. Germ. *& ipſi venerant*, &c. Foſſat. *Cùm ergo veniſſent in Galil... & ipſi venerunt ad*, &c. Cantabr. *Cùm ergo venit in Galil. exceperunt eum Galilæi, omnia videntes, quæ fecit in Jeruſalem die feſto : & ipſi enim venerant in*, &c. Græcum cum Vulgata conſonat. Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. a. *Cùm autem veniſſet in Galilæam, ſuſceperunt eum Galilæi, viſis omnibus ſignis, quæ fecit Jeroſolymis in die feſto : & ipſi enim venerant in diem feſtum.*

℣. 46. Mſ. Corb. *Venit ergo iterum in Chanaam Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Erat autem ibi quidam regulus*, &c. Foſſat. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *ubi de aqua vinum fecit. Et erat quidam regulus*, &c. Cantabr. *Erat autem quidam baſiliſcus, cujus filius infirmus erat in Capharnaum*. S. Mart. *cujus filius infirmabatur in Capharnaum*. Græcum non differt à textu, niſi ſola voce ὁ Ἰησοῦς, poſita poſt *Venit ergo :* abeſt tamen hæc vox à Mſs. quibuſd. Gr. quidam etiam loco βασιλικὸς, habent βασιλίσκος. Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. a. legit : *Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit de aqua vinum. Erat autem quidam regulus, cujus filius infirmabatur in Caph.*

℣. 47. Mſ. S. Gat. *Hic cùm audiſſet quia Dominus adveniret*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Hic cùm audiſſet quia Jeſus advenit à Judæa in Galilæam, venit ad eum*, &c. Foſſat. *de Judæa in Galilæam, venit ad eum, & rogabat ut deſcenderet*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Hic cùm audiſſet quòd Jeſus venit de Judæa in Galil. abiit ad illum, & rogabat ut deſcenderet, & ſanaret... erat enim moriturus*. His Græcum favet, addita voce αὐτὸν, verbo ἠρώτα, quæ tamen in al. deeſt. Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. a. legit : *Hic cùm audiſſet quia Jeſus advenit à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus, incipientem mori.*

℣. 48. Conſonant Mſs. omnes, præter Cantabr. qui habet, *Si ſigna, & prodigia videritis, non credetis*. Item in Mſ. S. Mart. *non credetis*. Gr. Ἐὰν μὴ σημεῖα, καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε· al. πιστεύετε. S. Aug. tr. 16. in hunc loc. cum textu conſentit ab his, *Niſi ſigna.*

℣. 49. Sic habent Mſs. omnes, exceptis duobus, Corb. & Cantabr. in quibus ſimpliciter *puer*, loco *filius meus*. Gr. τὸ παιδίον μου· al. τὸν υἱόν μου.

℣. 50. Mſ. Corb. *Et ait illi Jeſus : Vade..... Et credidit ille homo ſermoni, quem dixit illi Jeſus, & abiit*. Foſſat. *Credidit ille homo ſermoni, quem dixit Jeſus, & abiit*. Cantabr. *Dicit illi Jeſus : Vade..... Credidit homo verbo, quod dixit Jeſus, & abibat*. Maj. Mon. *Credidit homini, quem dixit ei Jeſus, & abibat*. Reliqui textui conſonant ; nec refragatur Græcum, niſi quòd præponit Καὶ, verbo *Credidit*. Iren. l. 2. c. 22. p. 147. a. & Ambroſ. l. 5. in Luc. col. 1375. e. *Vade, filius tuus vivit*. Itidem Aug. tr. 16. in Joh. col. 419. f. nec plura.

℣. 51. Mſ. S. Germ. *Jam autem ante eo deſcendente*, &c. ut ſup. Foſſat. *Jam autem deſcendenti eo..... quia filius ejus vivit*. Cantabr. *Jam autem illo deſcendente, obviaverunt ſervi ejus, & nunciaverunt ei, quoniam filius ejus vivit*. Similiter habet Corb. *vivit*. Gr. ζῇ.

℣. 52. Mſ. S. Germ. *Et interrogabat horam ab eis, in qua meliùs habuerat*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Interrogabat ergo ab eis, in qua hora meliùs habuit. Et dixerunt ei : Quia*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

melius habuerit. Et dixerunt ei : Quia heri hora septima reliquit eum febris.

53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus : Filius tuus vivit : & credidit ipse, & domus ejus tota.

54. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cùm venisset à Judæa in Galilæam.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

melius habuerit. Et dixerunt ei : Quia heri hora tertia reliquit eum febris.

53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit illi Jesus : Filius tuus vivit : & credidit ipse, & domus ejus tota.

54. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cùm venisset à Judæa in Galilæam.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*heri hora septima*, &c. Fossat. *Interrogavit ergo eos, in qua hora melius habuerit. Dixerunt ei : Quia heri hora septima*, &c. Cantabr. *Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuit. Et dixerunt ei : Quoniam heri hora septima dismisit eum febris.* S. Gat. *Quia heri hora quasi septima reliquit*, &c. Gr. Ἐπύθετο ὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔχε. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν, &c.

℣. 53. Consonant Mss. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam S. Mart. posito *dixit ei*, pro *dixit illi*. Corb. omittit, *illa hora erat, in qua*. Fossat. verò legit : *Cognovit ergo pater ipsius, quia illa hora erat, in qua dixit ei : Filius tuus vivit : credidit ipse*, &c. Cantabr. *Cognovit ergo pater, quoniam in illa hora, in qua dixit illi Jesus : Quoniam filius tuus vivit : & credidit ipse, & domus tota.* Ita quoque Græcum habet, addito tamen αὐτῦ, voci *domus*. Mss. etiam plures addunt αὐτῦ, ad vocem *pater*. August. in hunc loc. *& credidit ipse, & domus ejus tota.*

℣. 54. Ita ferunt Mss. Corb. S. Mart. & S. Germ. Fossat. verò delet vocem *secundum*. S. Gat. & Maj. Mon. legunt, *cùm veniret à Judæa*, &c. Cantabr. *veniens de Judæa*, &c. Græcum textui consonat; sicut etiam Gaud. Brix. ser. 8. p. 955. b.

## CAPUT V.

**VULGATA NOVA.**

Levit. 23. 5. Deuter. 16. 1.

1. Post hæc erat festus dies Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam.

2. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.

3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.

4. Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam : & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

5. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

6. Hunc cùm vidisset Jesus jacentem, & cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei : Vis sanus fieri?

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Colbert.*

1. Post hæc erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymis.

2. Est autem Jerosolymis Superprobatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.

3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.

4. Angelus autem Domini secundùm tempus descendebat in piscinam : & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

5. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

6. Hunc cùm vidisset Jesus jacentem, & cognovisset quia multum jam tempus habet, dicit ei : Vis sanus fieri?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concordat Ms. Corb. nisi exceperis *festus dies*, pro *dies festus*. Cantabrigiensis differt uno *in Jerosolymis*. Fossat. *Jerosolyma*. Gr. εἰς Ἱεροσόλυμα.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Est autem Hierosolymis Innatatoria piscina, quæ dicitur Hebraicè Belzetha, quinque porticos habens.* Corb. *Est autem Jerosolymis in inferiori parte Natatoria piscina, quæ dicitur Hebraicè Belzetha*, &c. Reliqui omnes cum textu habent *Superprobatica piscina*; subinde Fossat. *dicitur*, non *cognominatur*; itemque S. Mart. *porticos*, cum Cantabrig. Græc. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ Προβατικῇ κολυμβήθρα, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, &c. Ms. quidam fert, ἐν τῇ Προβατικῇ, al. simpliciter Προβατική. Ambros. l. de Myster. col. 330. d. ait : *Piscina in Jerosolymis erat, in qua unus annuus sanabatur.*

℣. 3. Ms. Cantabr. *In his discumbebant turbæ infirmorum, cæcorum, & claudorum, aridorum, paralyticorum, exspectantium aquæ motum.* Corb. *In his decumbebat... exspectantium aquæ motus.* Fossat. *In his discumbebat*, &c. ut in textu, cui etiam reliqui omnes consonant ad verbum, non repugnante Græco : Mss. tamen quidam Gr. addunt παραλυτικῶν, voci *aridorum*.

℣. 4. Ms. Corb. *Angelus autem descendebat, & movebat aquam. Et quicunque prior descendisset in natatoria, sanus fiebat à quacunque tenebatur infirmitate.* S. Gat. *Angelus enim descendebat, & movebat aquam. Et quicunque priùs descenderet in natoria* (l. *natatoria*) *sanus fiebat, quacunque teneretur infirmitate.* Maj. Mon. *Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam, & movebat aquam. Et quicunque priùs descenderet in natatoria post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque teneretur infirmitate.* Fossat. *Angelus autem Domini secundùm tempus lavabat in natatoria piscina, & movebatur aquam. Et quis prior descendisset in natatoria post motionem aquæ, sanus fiebat, quacunque detinebatur ægritudine.* S. Mart. *Angelus autem Domini secundùm tempus descendebat in piscinam, & movebat aquam. Qui ergo prior descendisset post motum aquæ, sanus fiebat à quocunque languore tenebatur.* S. Germ. *Angelus enim*, &c. ut in Vulgata. Cantabrigiensis totum hunc versum omittit, tum in Latina Versione, tum in Græco ipsi respondente. Græcum verò hodiernum hæc habet : Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. Ὁ ὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τῦ ὕδατος, ὑγιὴς ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. Notat Millius in hunc locum, à Copticis duobus vetustioribus codd. abesse versum hunc, sicut à Cantabr. in nonnullis etiam Græcis adscriptum esse ad marginem; item in uno Gr. partem hujus priorem usque ad Ὁ ὖν πρῶτος, desiderari; in Æthiop. verò posteriorem, ab iisd. verbis : sed quidquid sit de horumce codicum varietate, certum est totum hunc versum in sacro contextu adfuisse primis Ecclesiæ sæculis. Testis est Tertullianus, apud quem l. de bapt. c. 5. p. 389. b. sic legitur : *Angelum aquis intervenire, si novum videtur, exemplum futuri præcucurrit. Piscinam Bethsaidam Angelus interveniens commovebat; observabant qui valetudinem querebantur : nam si quis prævenerat descendere illuc, queri post lavacrum desinebat.* Item Ambros. l. 2. Myst. col. 330. d. versum sic refert : *Angelus Domini descendebat secundùm tempus in natatoriam; & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in natatoriam post commotionem aquæ, sanus fiebat à languore quocunque tenebatur*: similiter l. 2. de Sacr. col. 355. d. e. *Angelus secundùm tempus descendebat in piscinam : & quotiescunque descendisset Angelus, movebatur aqua. Et qui prior descendisset, sanabatur ab omni languore quocunque tenebatur.*

℣. 5. Cum textu consonant Mss. omnes; Græcumque similiter, detracto pronomine *sua*; quod tamen servant codices Gr. plures. August. in hunc loc. to. 3. col. 424. a. de hoc infirmo disserens, ait : *Triginta octo annos habebat in infirmitate.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *Hunc vidit Jesus jacentem : & sciens quòd multum jam tempus habet, dicit illi : Vis sanus fieri?* Corb. *Hunc cùm vidisset Jesus jacentem, & cognoscens quia jam multum tempus fecisset in languore, ait illi*, &c. Reli-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 7. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

8. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

9. Et statim sanus factus est homo: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die.

10. Dicebant Judæi illi, qui sanus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

11. Respondit eis: Qui me fecit sanum, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

12. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?

13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit à turba constituta in loco.

14. Postea invenit eum Jesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

15. Abiit ille homo, & nunciavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

16. Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in sabbato.

VULGATA NOVA.

7. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

8. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

9. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo.

10. Dicebant ergo Judæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Exod. 20. 11.

11. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Jer. 17. 24.

12. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?

13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit à turba constituta in loco.

14. Postea invenit eum Jesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

15. Abiit ille homo, & nunciavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

16. Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in sabbato.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

qui Vulgatæ favent; Græcum textui. Ambrosius l. 2. de Sacr. col. 356. b. hæc habet: *ait ad paralyticum: Descende*: sed Mss. quidam, pro *Descende*, ferunt, *Vis sanus fieri?*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Dicit illi infirmus: Domine, hominem non habeo, ut cùm mota fuerit aqua, mittat me in natatoriam: dum autem ego venio, alius ante me descendit.* Corb. *Et respondens ei languens: Domine, hominem... mota fuerit aqua, mittat me in natatoriam: dum venio enim ego*, &c. Fossat. *Respondit ei infirmus: Domine....... ut cùm mota fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum enim ego venio*, &c. Similiter S. Mart. *dum enim ego venio.* Cæteri accinunt textui; nec refragatur Græcum, nisi quòd pro *enim*, habet *autem*. Ambros. de Sacr. l. 2. col. 356. b. *Ait ille: Hominem non habeo.* Aug. ser. 125. to. 5. col. 606. f. *Hominem non habeo, ut cùm mota fuerit aqua, deponat me in piscinam: cùm enim venio, descendit alius.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *Dicit illi Jesus: Surge, & tolle*, &c. Similiter Corb. *Surge, & tolle.* Cæteri cum textu concordant; quibus etiam Græcum adstipulatur. Concinit pariter Hilar. in Ps. 91. col. 237. f. Itemque August. in hunc loc. to. 3. col. 426. a. à verbo *Surge.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Et sanus factus est homo: & surgens sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum.* Corb. *Et statim... homo ille: & surgens, sublato grabato suo, ambulabat. Erat autem..... in illa die.* S. Gat. *Et statim sanus factus est: & sustulit*, &c. Cæteri consonant textui. Gr. Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος· ἦρε, &c.

℣. 10. Similiter habent Mss. Maj. Mon. & S. Mart. addito *ergo*, verbo *Dicebant*. Fossat. simpliciter; *Dicebant ergo Judæi: Sabbatum est*, &c. omissis intermediis. Cantabr. *Dicebant ergo Judæi, qui sanatus erat: Sabbatum est, & non*, &c. Corb. *Dicebant ergo Judæi illi, qui curatus fuerat: Sabbatum est, non*, &c. Græcum Vulgatæ respondet, dempto pronomine *tuum*, post *grabatum*. Mss. tamen quidam ferunt, κράββατόν σου. Hilar. in Psal. 91. col. 237. f. *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Gaudent. Brix. ser. 11. p. 961. f. *Sabbatum est, & non licet tibi portare grabat. tuum.* August. in hunc loc. col. 427. d. *non licet tibi, inquiunt, facere quod facis, tollere grabatum tuum.*

℣. 11. Ms. Fossat. *At ille respondens eis: Qui me fecit sanum, ille*, &c. Corb. *Respondit eis, dicens: Qui me sanum fecit*, &c. Cantabr. *Qui fecit me sanum.* Reliqui Vulgatæ accinunt, unà cum Græco. Hilarius in Psal. 91. col. 237. f. legit: *Quibus respondit: Qui me fecit sanum, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* August. in Joh. 5. to. 3. col. 427. d. *Qui me fecit sanum, ipse mihi dixit: Tolle*, &c. Gaud. Brix. ser. 11. p. 961. f. *Qui fecit me sanum, ille*, &c. ut sup.

℣. 12. Mss. Corb. & Fossat. *Interrogaverunt eum*, &c. Ita etiam Cantabr. deletâ voculâ *ille*. Delet pariter Græcum, sed addit οὖν, *ergo*, verbo *Interrogaverunt*. Cæteri Mss. textui consonant; sicut August. in hunc loc. ab his verbis, *Quis est ille.*

℣. 13. Ms. Corb. *Is autem, qui sanus fuerat, non sciebat quis esset. Jesus autem declinavit à turba constituta in loco illo.* Fossat. *Ille autem, qui infirmatus fuerat, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit à turba constituta in illo loco.* Cantabr. *Infirmis nesciebat quis esset. Jesus enim diverterat, cùm esset turba in loco.* S. Germ. & Maj. Mon. *Jesus autem declinavit se à turba constitutæ in loco.* S. Gat. *Jesus autem declinabat à turba*, &c. S. Mart. textui consonat. August. loco sup. citato: *Sed qui sanus erat factus, nesciebat quis esset. Jesus autem declinaverat ab eo in turba.* Græc. Ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν. Ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, &c.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Post hæc invenit eum Jesus in templo..... jam noli peccare, ne quid tibi pejus contingat.* Corb. *Postea invenit illum..... ne quid deterius tibi contingat.* Cæteri nihil differunt à textu; cui etiam Græcum assentit. Iren. l. 4. c. 36. p. 280. b. & l. 5. c. 15. p. 311. d. *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat.* Similiter habet Cypr. ep. 6. & 52. pp. 11. c. 74. b. item l. de hab. virg. p. 173. c. & l. 3. Testim. p. 314. c. Ambros. l. de apol. Dav. col. 734. c. *vade, & posthac vide ne pecces.* Ambrosiast. col. 292. b. *jam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.* Hieron. in Isai. 1. col. 16. f. *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat*: & l. contr. Lucif. col. 533. d. *ne quid tibi deterius contingat.* August. ubi sup. 427. g. 428. a. *Vidit eum postea Jesus in templo..... Ecce jam sanus factus es: noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.*

℣. 15. Ms. Cantabr. *Abiit ergo homo, & nunciavit Judæis: Quia Jesus est, qui me fecit sanum.* Ferè similiter Corb. *Abiit ille homo, & annuntiavit Judæis: Quia Jesus est, qui fecit me sanum.* Fossat. *Et abiit ille homo..... quia Jesus est, qui fecit eum sanum.* Cæteri accinunt textui. Gr. Ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνήγγειλε..... ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ. Gaud. Brix. ser. 11. p. 961. f. legit: *Jesus est, qui fecit me sanum.* August. in hunc loc. *Abiit, & nunciavit Judæis, quia Jesus esset, qui eum sanum fecerat.*

℣. 16. Ms. Cantabr. *Et propter hoc persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat sabbato.* S. Germ. *Et propterea hoc persequebantur*, &c. ut in textu, cui etiam reliqui favent ad verbum. Græc. Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ. A Mss. pluribus abest, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι· sed hæc memorat Hilar. l. 9. de Trin. col. 1013. b. dicens: *Et propter hoc persequebantur Judæi Jesum, & quærebant eum interficere, quoniam hæc faciebat sabbato.* August. in Joh. 5. col. 428. b. *Persequebantur Judæi Dominum Jesum, quia hæc faciebat in sabbato.* Tertul. l. contr. Jud. c. 10. p. 143. c. Judæos alloquens ait: *Dicebatis quòd propter opera eum non lapidaretis, sed quoniam ista sabbatis faciebat.*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

17. Jesus autem respondit eis: Pater meus usque modò operatur, & ego operor.

18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Jesus, & dixit eis:

19. Amen, amen dico vobis: non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.

20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

21. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

17. Jesus autem respondit eis: Pater meus usque modò operatur, & ego operor.

18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit Jesus, & dixit eis:

19. Amen, amen dico vobis: non potest Filius facere à se quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.

20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

21. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 17. Ms. S. Germ. *Jesus autem respondit, dicens.* Cæteri, unà cum Græco, textui consonant. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. similiter habet: *Pater meus usque modò operatur, & ego operor.* Itidem Ambros. l. de Cain, c. 8. col. 198. e. & l. de Noe, c. 29. 272. c. item l. 7. in Luc. col. 1452. d. & l. 4. de fide, 548. c. Ita quoque Hilar. l. 9. de Trin. col. 1013. b. & in Ps. 91. 238. b. at paulò sup. 237. c. legit; *Pater meus quotidie operatur, & ego operor:* & l. 7. de Trin. 926. a. c. *Pater meus usque adhuc operatur,* &c. August. l. 1. de Genes. to. 1. 658. e. cum Victorino Afric. l. 1. advers. Arium, p. 255. f. *Pater meus usque nunc operatur, & ego operor:* at in hunc Joh. locum idem August. cum textu concinit. Tichonius, *Pater meus usque nunc operatur.*

℣. 18. Textui Colb. consonant Corb. & Fossat. Cantabrig. verò habet: *Propter hoc magis Judæi quærebant illum occidere: quòd non solùm solveret sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciebat Deo. Respondit igitur Jesus, & dixit illis.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt; quibus etiam favet Græcum, nisi quòd pro *patrem suum*, habet πατέρα ἴδιον. Ms. etiam unus delet οὖν, post *Respondit*, cum versione Copt. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. legit: *Propter hoc magis Judæi illum interficere volebant: non tantùm quòd solveret sabbatum, sed quòd patrem suum Deum diceret, æquans se Deo. Tunc ergo dicebat ad eos.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 924. f. *Propter hoc magis quærebant eum Judæi interficere: quoniam non solùm solvebat sabbatum, sed & quòd proprium sibi patrem dicebat Deum, æqualem se faciens Deo:* similiter habet l. 9. de Trin. col. 1013. f. & l. de Synod. 1191. d. præter hæc, *sed & quòd patrem suum proprium dicebat Deum;* vel, nempe l. de Synod. *sed & patrem suum dicebat Deum:* l. verò contr. Constant. 1251. c. *Propter hoc Judæi quærebant eum occidere: quia.....sed quòd patrem suum dicebat Deum,* &c. Ambros. l. 2. de fide, col. 483. b. *Propterea enim volebant eum occidere Judæi: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem proprium dicebat Deum, æqualem se faciens Deo:* at epist. 9. 795. d. *Judæi persequebantur eum: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum,* &c. August. in Joh. to. 3. col. 429. c. *Hinc ergo magis quærebant Judæi interficere: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo:* infra, *Propterea volebant Jesum Judæi interficere,* &c. Ambrosiast. *Propterea persequebantur Judæi Jesum: quia non solùm solvebat sabbatum, sed & patrem sibi proprium dicebat Deum.* Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *Propter hoc magis quærebant eum Judæi interficere: quoniam non solùm solvebat sabbatum, sed & quòd patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo:* & l. 11. *non solùm de hoc, quia solvebat sabbatum, sed quia Filium Dei se dicebat, æqualem se faciens Deo.* Auct. l. de quæst. N. T. q. 91. col. 82. b. *quia proprium sibi patrem dicebat Deum:* & infra, q. 97. col. 86. e. *non solùm enim solvebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Fulg. frágm. 27. contr. Fab. p. 611. nil differt à Vulg.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Amen, amen dico vobis: non potest Filius hominis facere aliquid à se, nisi videat Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius facit similiter.* In cæteris vix quædam varia sunt: Fossat. nempe delet *à se;* S. Gat. & Maj. Mon. legunt, *Filius eadem similiter facit;* Corb. *eadem & Filius;* S. Germ. *à se facere;* demum in Ms. S. Mart. & in Græco nihil non simile. Tertul. l. cont. Prax. pp. 851. b. 853. c. omissis prioribus his, *Amen, amen dico vobis,* seqq. sic refert: *nihil Filius facere potest à semetipso, nisi viderit Patrem facientem: quæ enim ille facit, eadem & Filius facit.* Novatian. de Trin. p. 1039. b. *quæ Pater facit, & Filius facit similiter.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 926. c. f. *Amen, amen dico vobis: non potest Filius ab se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem:* subinde sic: *omnia enim quæcunque facit Pater, eadem & Filius facit similiter:* & supra, 925. d. *quæcunque enim ille facit, eadem & Filius facit similiter:* similia rursus exhibet in Ps. 53. col. 97. c. in Ps. 91. 238. c. in Ps. 138. 505. c. 512. c. 517. e. l. 9. de Trin. 980. d. 1012. e. 1014. a. c. d. e. 1015. c. 1032. a. & l. 11. 1089. e. item l. de Synod. 1192. c. & l. contr. Constant. 1251. c. d. 1253. b. Ambrosius l. 4. de fide, col. 528. b. c. *Amen, amen dico vobis: non potest Filius facere à se quidquam, nisi quòd viderit Patrem facientem:* mox ibid. *quia quæcunque ille fecerit, eadem & Filius facit similiter:* & l. 2. de Spir. S. 660. a. *quæcunque enim ille fecerit, eadem & Filius,* &c. eadem repetit l. 2. Hex. col. 32. b. l. 2. de fide, 483. d. & l. 4. 533. a. c. item l. de Spir. S. col. 659. f. legit: *non potest aliud facere Filius, nisi quod viderit facientem Patrem.* Victorinus Afer, l. 3. contr. Arium, p. 275. f. *Amen, amen dico vobis: non potest Filius à semetipso facere aliquid, si non viderit Patrem facientem: quæ enim ille facit, eadem & Filius facit:* & sup. l. 1. p. 255. g. *quæ facit Pater, & ego facio: non facit Filius à semetipso, ni viderit Patrem facientem.* Arnob. l. de Trin. p. 210. b. *non potest Filius à seipso facere quicquam, nisi quæ viderit Patrem facientem.* Faustin. presb. l. contr. Arian. p. 647. d. *quæcunque enim ille facit, hæc & Filius similiter facit.* Phœbad. Agin. l. contr. Arian. 302. f. *non potest Filius facere à semetipso:* & infra, p. 303. a. *quæcunque Pater facit, eadem & Filius.* August. in hunc locum cum Vulgata concinit ad verbum. Juvencus l. 2. p. 65. d. habet:

*Quæ Genitor faciet, sectabitur omnia Natus.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *Pater enim diligit Filium, & omnia ostendit ei, quæcunque ipse facit: & majora horum ostendit ei opera, ut vos miremini.* Corb. *& majora horum demonstravit ei opera.* Item Fossat. *& majora horum demonstravit ei opera, ut vos admiremini.* S. Germ. S. Gat. &c. accinunt textui, unà cum Græco. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstravit illi, quæ ille fecit: & majora istis opera demonstravit illi, ut vos miremini.* Hilar. l. 7. de Trin. 925. d. 927. b. *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora horum opera demonstrabit ei, ut vos admiremini:* vide etiam in Ps. 91. 238. e. August. in hunc locum nil differt à textu. Juvencus l. 2. p. 65. d. ita habet:

*Namque idem Nato manifestat cuncta videnda;*
*Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.*

℣. 21. Sic habent Mss. omnes, cum Græco. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. *Quomodo enim suscitat mortuos, & vivificat: ita & Filius, quos vult, vivificat:* & infra, p. 855. c. *Sicut Pater vivificat, ita & Filius.* Hilar. in Ps. 138. col. 517. e. legit: *Sicut Pater vivificat mortuos: sic & Filius, quos vult, vivificat:* at in Ps. 10. n. 10. col. 32. b. necnon l. 7. & 9. de Trin. 925. d. 927. c. & 1017. a. textui consonat. Accinunt pariter consensu magno Ambros. l. 2. de fide, col. 479. e. l. 3. 499. d. l. 4. 544. c. l. 5. 576. b. & l. 3. de Spir. S. 696. b. August. tr. 19. in Joh. to. 3. 438. d. & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 47. a. Ambrosiast. col. 221. e. & 265. d. Faustin. presb. l. contr. Arian. p. 647. d. & Victorin. Afric. l. contr. Arium, p. 288. d. Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Sicut enim Genitor demortua corpora reddit*
*Ad clarum vitæ lucem: sic omnia Natus;*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

22. Neque enim Pater judicat quemquam : sed judicium omne dedit Filio,

23. ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem : qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transit à morte in vitam.

25. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audiunt vocem Filii Dei : & qui audierint, vivent.

26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso : sic dedit & Filio vitam habere in semetipso :

## VULGATA NOVA.

22. Neque enim Pater judicat quemquam : sed omne judicium dedit Filio,

23. ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem : qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transit à morte in vitam.

25. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei : & qui audierint, vivent.

26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso : sic dedit & Filio habere vitam in semetipso :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Quæ volet, ad superos surgentia corpora ducet.*

℣. 22. Ita rursus Mss. omnes; etiam Cantabr. nisi quòd habet, *Nec enim Pater judicat aliquem.* Græcum similiter textui favet. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. legit : *Neque enim Pater judicat : sed omne judicium dedit Filio :* supra verò, p. 851. b. *Non judicat Pater quemquam : sed omne judicium tradidit Filio.* Cypr. l. 2. & 3. Testim. pp. 296. c. 316. b. *Nihil Pater judicat : sed judicium omne Filio dedit.* Hilar. in Ps. 1. n. 19. col. 26. e. & in Ps. 2. n. 10. col. 32. b. *Nec enim Pater judicat quemquam : sed omne judicium dedit Filio :* similiter in Ps. 61. 150. c. in Ps. 131. 446. c. l. 4. de Trin. 845. b. l. 7. 925. e. 927. d. & l. 11. 1089. d. Ambrosius l. 2. de interp. Dav. c. 8. col. 649. f. *Pater utique non judicat quemquam : sed omne judicium dedit Filio :* & l. 8. in Luc. 1488. a. *Pater non judicat quemquam : quia omne judicium dedit Filio :* itidem l. 2. de fide, sublata voce *quia.* Vict. Tun. de pœnit. p. 596. c. *Pater neminem judicat : sed omne judicium dedit Filio.* Similiter Maximinus Arian. ap. Aug. to. 8. 671. c. posito *judicat*, post *Pater.* August. in hunc locum, & de civit. Dei, l. 20. to. 7. 578. e. *Neque enim Pater judicat quemquam : sed*, &c. vide etiam l. de vera relig. to. 1. 768. d. & l. 1. de serm. Do. in m. to. 3. 178. d. Sic etiam Maxim. Taurin. p. 17. h. Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Nec Genitor quemquam vestrûm se judice quæret :*
*Sed dedit hæc Nato quærendi jura per orbem.*

℣. 23. Ita constanter Mss. omnes, & Græcum. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. legit : *uti omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem : qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui Filium misit.* Cyprian. l. 2. & 3. Testim. pp. 296. c. 316. b. cum textu concinit. Itidem Hilar. in Ps. 2. col. 32. l. 6. de Trin. 879. d. l. 7. 925. e. 927. e. 928. d. 929. d. l. 9. 998. e. 1014. f. l. 12. 1116. b. & l. contr. Constant. 1251. d. Concinunt pariter Ambros. l. 2. de interp. Dav. to. 1. col. 493. b. l. 2. de fide, to. 2. 493. b. & l. 5. 563. f. Augustinus in hunc locum, & l. 20. de civit. Dei, to. 7. 578. e. Ambrosiast. col. 103. c. Faustin. presb. l. contr. Arian. p. 647. d. demum Maximinus Arian. ap. August. to. 8. col. 671. c. usque ad *qui non honorif.* additâ conjunctione &, ante *Patrem.* Ambros. tamen lib. 3. de virg. to. 2. col. 175. b. paulò dissimiliter : citatis namque his, *qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem*, statim addit, *& qui negat Filium, nec Patrem habet;* quæ non sunt hujus loci. Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *quoniam qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.* Juvencus l. 2. p. 65. e. habet :

*Gloria quò maneat similis Natoque, Patrique :*
*Namque repulsus erit vestro si Natus honore,*
*Improbitate pari Genitorem despicietis.*

℣. 24. Ms. Fossat. *Amen..... quia qui audit sermonem meum, & credit ei, qui me misit... & in judicio non venit, sed transiet de morte ad vitam æternam.* S. Gat. & Maj. Mon. *Amen..... quia qui sermonem meum audit..... & in judicium non veniet, sed transiet à morte ad vitam.* Corb. *Amen..... & in judicio non veniet, sed transiet à morte in vitam æternam.* Itidem S. Mart. *transiet à morte.* S. Germ. primâ manu habet, *qui sermonem ejus audit*, secundâ verò, licet eâdem, *verbum meum.* Cantabr. *Amen, amen dico vobis, qui..... qui me misit..... sed transiit.* Græcum Vulgatæ consentit : à quibusdam tamen codd. abest vocula ὅτι, *quia*, sicut à Cantabr. Ms. etiam unus habet, μεταβήσεται, pro μεταβέβηκεν, *transiit.* Apud Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. sic : *Amen, amen dico vobis, quòd qui audit sermones meos, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam, & in judicium non veniet, sed transit de morte in vitam :* similiter habet l. de res. carn. p. 580. c. præter hoc, *credit in eum.* Hilar. in Ps. 2. n. 49. col. 52. e. jungendo ℣. 18. capitis 3. cum hoc ℣. 24. ita legit : *qui credit in me, non judicabitur, sed transiet de morte ad vitam :* itidem in Ps. 57. col. 126. c. & in Ps. 134. col. 478. e. excepto quòd post *in vitam*, addit, *qui autem non credit, jam judicatus est :* vide etiam in Ps. 140. col. 541. e. & in Ps. 146. col. 581. e. Tichonius reg. 4. p. 57. c. habet : *Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non veniet, sed transiet à morte* (Ms. Eccles. Remensis, *non venit, sed transit de morte*) *ad vitam.* Similiter Aug. l. 1. de Trin. to. 8. col. 769. d. sic iterum l. 20. de civit. Dei, to. 7. 578. e. præter verbum *transiit*, pro *transiet;* Mss. etiam plures habent ibid. *non venit, sed transiit*, sicuti habet ipse tract. 19. in Joh. at tract. 22. col. 467. a. *qui audit verba mea, & credit ei, qui misit me, habet.... & in judicium non veniet, sed transitum facit à morte ad vitam:* serm. verò 362. to. 5. 1432. f. cum Mss. omnibus legit, *in judicium non venit, sed transitum fecit*, &c. demum epist. 55. to. 2. 128. d. *qui credit in me, transiet de morte ad vitam :* & tr. 22. in Joh. 471. d. *qui credit in me, transiit à morte ad vitam, & in judicium non veniet.* Maxim. Taurin. p. 42. g. *qui credit in me, & in eum, qui me misit, habet vitam æternam.* Auct. l. de prom. p. 1. c. 2. col. 93. b. *qui audit verba mea, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam, & in judicium non veniet, sed transiliet à morte ad vitam.* Juvenc. l. 2. p. 65. e.

*Sed cui nostra fidem sermonis gratia figit,*
*Mox me mittentis Genitoris dona videbit;*
*Æternamque dabit præsens constantia vitam,*
*Judiciumque illi non est; sed migrat ab atra*
*Morte procul, lucisque vigens ad limina tendit.*

℣. 25. Ms. Corb. legit : *Amen, amen dico vobis, quia venit, & nunc est;* subinde idem Ms. cum Fossat. *quando mortui audiunt vocem*, &c. Cantabr. *quoniam venit hora..... cùm mortui audient*, &c. Cæteri Vulgatæ accinunt, & Græco. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. *Amen dico vobis, quòd veniet hora, qua mortui audient vocem Filii Dei: & cùm audierint, vivent :* & l. de res. carn. p. 581. a. *veniet hora, cùm mortui audient vocem Filii Dei.* Hilar. in Ps. 67. col. 211. f. *Amen, amen dico vobis, quoniam venit hora, & nunc est, in qua audient mortui vocem Filii Dei : & qui audierint, vivent :* nec aliter ipse l. 9. de Trin. 998. b. Tichon. reg. 4. p. 57. c. *Amen dico vobis, quoniam venit hora, & nunc est, quando mortui audient* (Ms. Eccles. Rem. *audiunt*) *vocem Filii Dei : & qui audierint, vivent.* Similiter August. tract. 19. in hunc locum; sic etiam ser. 127. to. 5. col. 622. c. & l. 1. de Trin. to. 8. 769. f. excepto verbo *veniet*, pro *venit.* Ambros. in Ps. 1. col. 763. e. *venit hora, quando audient mortui vocem Filii Dei : & qui audierint, vivent.* S. Leo serm. 29. p. 87. a. Vulgatæ concinit. Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Adveniet tempus, quo mortua corpora vocem*
*Accipient nostram, & vitam cum voce tenebunt.*

℣. 26. Ms. Cantabrig. solus : *Sicut enim Pater vivens habet vitam in se : sic dedit*, &c. Cæteri unà cum Græco textui consonant. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. legit: *Sicut enim Pater habet vitam æternam à semetipso : ita & Filio dedit vitam æternam habere in semetipso.* Novatian. l. de Trin. p. 1039. b. *Sicut Pater in se vitam habet : ita dedit Filio vitam habere in semetipso.* Hilar. in Ps. 91. col. 239. c. *Sicut habet Pater vitam in semetipso : ita & Filio dedit habere vitam in semetipso :* similiter in Ps. 138. col. 512. b. & l. 2. de Trin. 793. d. 798. c. Hilario accinunt Ambros. l. 3. de fide, col. 520. d. 545. a. & l. 5. 557. d. Ambrosiaster, col. 265. d. & August. ser. 362. to. 5. col. 1432. f. & l. 1. de Trin. to. 8. 769. f. idem tamen tract. 19. & 47. in Joh. to. 3. col. 441. e. 613. g. non differt à textu. Hilario accinit similiter Victorin. Afer, l. 1. contr. Arium, p. 265. e. & l. 3. p. 277. h. exceptâ voculâ *Sicuti*, pro *Sicut :* at p. 276. h. sic legit : *Ut Pater habet in se*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

27. & potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.

28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei:

Matth. 25. 46. 29. & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicii.

30. Non possum ego à meipso facere quidquam. Sicut audio, judico: & judicium meum justum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.

Matth. 3. 17. Sup. 1. 15. 32. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium, quod perhibet de me.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

27. & potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.

28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus:

29. & procedent qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicii.

30. Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, judico: & judicium meum justum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris.

31. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum.

32. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium de me.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*vitam: ita & Filio dedit habere ex se vitam:* & iterum l. 4. p. 284. a. *Ut enim Deus habet ex se vitam: ita & Filio dedit ex se habere vitam.* Tichon. reg. 4. p. 57. c. *Sicut enim Pater habet vitam in se: sic dedit Filio vitam habere in semetipso.* Auct. quæst. V. T. q. 40. col. 54. f. *Sicut habet Pater vitam: ita dedit Filio vitam:* at q. 97. ex N. T. col. 86. & q. 122. ex utroque T. col. 132. a. textui concinit. Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Nam sicut Genitor vitam sibi possidet in se:*
*Sic tribuit Nato vitam.*

℣. 27. Mss. S. Germ. & S. Mart. *& potestatem dedit ei & judicium facere, quia,* &c. Alii omnes, excepto Cantabrig. qui *quoniam* habet, pro *quia*, textui consonant; Græcum Sangerman. abest tamen καὶ à Mss. quibusdam Gr. ante *judicium*. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. legit: *& judicium dedit illi facere in potestate, quia Filius hominis est.* Tichon. reg. 4. p. 57. c. *& potestatem dedit ei & judicium facere, quia,* &c. Itidem August. tract. 19. to. 3. 445. f. item ser. 362. to. 5. 1432. f. & l. 1. de Trin. to. 8. 769. f. at l. 20. de civit. Dei, c. 6. to. 7. 579. d. omittit &, post *ei*. Ita quoque S. Leo, ser. 29. p. 87. a. August. insuper tract. 22. col. 470. c. legit: *& potestatem dedit ei judicium faciendi, quoniam Filius hominis est.* Vig. Tapſ. l. 3. de Trin. *& potestatem dedit ei ad judicium faciendum, quoniam Filius hominis est.* Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Et jus dicere jussit,*
*In terris hominis quoniam de corpore venit.*

℣. 28. Ms. Corb. *Dico enim vobis: Nolite mirari in hoc.* Cæteri omnes cum textu concordant ad verbum; Græcumque similiter. Mss. tamen quidam Gr. ferunt in fine, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, loco αὐτοῦ. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. c. legit: *veniet hora, in qua omnes mortui, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii hominis.* Tertul. l. de resur. carn. p. 581. a. *Ne miremini quod veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.* Hilar. in Ps. 67. col. 212. d. & in Ps. 146. col. 578. a. *Nolite mirari ista, quoniam venit hora, in qua omnes, qui sunt in monumentis, audient vocem ejus.* Hieron. l. 1. contr. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. f. *veniet hora, in qua omnes, qui in sepulcris sunt, audient vocem ejus.* Ambros. in Ps. 40. col. 870. c. *veniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii hominis:* at l. 1. de interp. Job, c. 5. 631. f. *quando omnes, qui..... audient vocem Filii Dei.* August. ep. 166. to. 2. col. 592. e. & tract. 19. in Joh. 446. d. g. *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus:* sic iterum ser. 362. to. 5. 1432. f. & l. 20. de civit. Dei, c. 6. to. 7. 579. e. ita quoque l. de fid. & op. to. 6. 188. a. & l. 1. de Trin. to. 8. 770. a. præter verbum *veniet*, pro *venit*: rursus tract. 43. & 49. col. 585. b. 619. c. *veniet hora, quando omnes,* &c. ut sup. Itidem Tichon. reg. 4. juxta Ms. Eccles. Remensis, *veniet hora;* juxta edit. verò, hoc, & cætera hujus ℣. habet ut in Vulgata. Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 19. p. 201. b. *veniet hora, quando omnes, qui..... audient vocem Filii Dei.* Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Nec vobis mirum videatur, corpora cuncta*
*Vocis ad auditum propriis exsurgere bustis.*

℣. 29. Mss. Corb. & S. Germ. *& procedunt qui bona fecerunt;* subinde Corb. *qui malè egerunt,* &c. S. Gat. *& procedent, quia bona fecerunt..... qui verò malè egerunt,* &c. Item Maj. Mon. *malè egerunt.* Cantabrig. *& procedent qui bona fecerunt..... qui autem malè egerunt, in resurrectione judicii.* Græc. καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ..... οἱ δὲ τὰ φαῦλα, &c. S. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. c. *& exient qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: & qui mala operati sunt, in resurrectionem judicii.* Tertul. l. de resur. carn. p. 581. a. *& procedent qui bona fecerunt, in vitæ resurrectionem: qui mala, in resurrectionem judicii.* Hilar. in Ps. 146. col. 578. a. *& procedent;* in Ps. verò 67. 212. d. *& prodient qui bona gesserunt, in resurrectionem vitæ: qui autem iniqua gesserunt, in resurr. judicii.* Hieron. l. 1. contr. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. f. *& egredientur qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui autem mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Tichon. reg. 4. p. 57. c. *& exient qui bona fecerunt, in resurr. vitæ: qui autem mala* (Ms. Eccles. Remensis, *qui verò malè*) *fecerunt, in resurr. judicii.* August. ep. 166. to. 2. col. 592. f. *& procedent qui benè fecerunt, in resur. vitæ: qui autem malè egerunt, in resur. judicii:* similiter habet l. de fid. & op. to. 6. col. 188. a. & l. enchirid. 217. a. itemque tract. 43. in Joh. to. 3. col. 585. c. deleto uno *autem*: rursus tr. 49. col. 619. c. d. *& procedent qui bene fecerunt, ad resurr. vitæ: qui malè egerunt, ad resurr. judicii:* & l. 1. de Trin. to. 8. 770. b. legit: *& prodient qui bona gesserunt, in resur. vitæ: qui autem mala gesserunt, in resur. judicii:* demum ser. 362. to. 5. 1432. f. & l. 20. de civit. Dei, c. 6. to. 7. 579. e. Vulgatæ concinit ad verbum. Ita quoque Ambros. l. 1. de interp. Job, c. 5. col. 631. f. & in Ps. 40. 870. c. tract. verò in Ps. 1. col. 763. legit: *surgent qui benè egerunt, in resurrectionem judicii.* Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 18. col. 201. b. *& procedent qui bona egerunt, in resurr. vitæ: qui mala egerunt, in,* &c. Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Justorumque animas redivivo corpore necti,*
*Judicioque gravi miseros exsurgere pravos.*

℣. 30. Ms. Corb. *Non possum enim à meipso..... Sicut enim audio.* Cantabr. *Non possum ego à me facere quidquam... quoniam non quæro..... ejus, qui misit me,* absque *Patris;* quod pariter omittunt reliqui Mss. omnes, qui in cæteris textui consonant. Eidem textui consonat in omnibus Græcum hodiernum, licet à Mss. plurimis absit vox Πατρός. Ambros. in Ps. 118. col. 1230. d. 1231. d. f. legit: *Non possum ego à me facere quidquam;* & infra, *Sicut audio, judico;* & post pauca, *non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me:* similiter habet ser. de Spir. S. col. 659. f. & epist. 77. col. 1091. f. eâd. autem epist. 77. col. 1092. c. *quia judicium meum verum est: non enim quæro voluntatem meam, sed,* &c. Aug. tract. 22. in Joh. col. 471. d. g. nil differt à Vulgata. Juvenc. l. 2. p. 65. f.

*Nec mihi judicium tribuet mea sola potestas:*
*Arbitrio quoniam Genitoris cuncta jubentur,*
*Qui me justitiam terris disquirere jussit.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *Si ego testimonium dico de me,* &c. Ms. S. Martini textui favet; cæteri Vulgatæ, sicut & Græcum. Orig. legit: Κἂν ἐγὼ εἴπω περὶ ἐμαυτοῦ. Cypr. ep. 69. p. 121. *Si testimonium dixero de me, testimonium meum non est verum.* Ambros. l. 5. de fide, col. 573. f. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testim. meum non est verum:* similiter epist. 77. 1091. f. excepto verbo *perhibuero*. Maximinus Arian. apud Aug. to. 8. col. 657. a. accinit textui Cantabrig. Juvencus l. 2. p. 65. f.

*Namque ego si proprio testis pro nomine surgam,*
*Falsa loqui possem.*

℣. 32. Ms. Cantabr. *Alter est qui testimonium dicit de me: & scitis quoniam verum est testimonium ejus, quod testatur de me.* Corb. *Alter est qui testimonium perhibet de me;* nec plura. S. Germ. *& scio quia verum est testimo-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert.

33. Vos miſiſtis ad Joannem : & teſtimonium perhibuit veritati.

34. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio : ſed hæc dico ut vos ſalvi ſitis.

35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluiſtis exſultare ad horam in luce ejus.

36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea ; ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater me miſit :

37. & qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me : neque vocem ejus unquam audiſtis, neque ſpeciem ejus vidiſtis :

38. & verbum ejus non habetis in vobis manens : quia quem miſit ille, huic vos non creditis.

39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere : & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me :

### Vulgata nova.

33. Vos miſiſtis ad Joannem : & teſtimonium perhibuit veritati.

34. Ego autem non ab homine teſtimonium accipio : ſed hæc dico ut vos ſalvi ſitis.

35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exſultare in luce ejus.

36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea ; ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me :

37. & qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me : neque vocem ejus unquam audiſtis, neque ſpeciem ejus vidiſtis : Matth. 3. 17. & 17. 5. Deuter. 4. 12.

38. & verbum ejus non habetis in vobis manens : quia quem miſit ille, huic vos non creditis.

39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere : & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me :

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nium ejus, quod perhibet de me.* Reliqui omnes Vulgatæ congruunt, unà cum Græco ; Mſs. tamen quidam loco οἶδα, *ſcio*, ferunt οἴδαμεν ; Armen. οἴδατε : ſubinde unus voci μαρτυρία, addit αὐτοῦ, ſicut Arab. Æthiop. Syr. Copt. Perſ. &c. quæ lectio Sangermanenſi noſtro favet. Cypr. epiſt. 69. p. 121. legit : *Alius eſt enim qui teſtis eſt de me.* Vigil. Tapſ. l. 2. & 4. de Trin. *Alius eſt qui teſtimonium perhibet mihi, qui me miſit Pater.* Fulg. l. de incarn. p. 416. n. 20. *Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me : & ſcio quia verum eſt teſtimonium ejus, quod teſtatur de me.* Ruſtic. diſput. contr. Aceph. p. 355. a. *Alius eſt qui teſtificatur de me : ſcio quòd verum eſt teſtimonium, quod teſtificatur de me.* Similiter Maximinus Arian. ubi ſup. uſque ad *ſcio.* Juvencus l. 2. p. 65. f.

*Eſt alius qui teſtis habetur*
*Pro nobis : rectè mihi talia temnere fas eſt :*
*Nam veris operum ſignis manifeſtior omni*
*Luce nitet præſens noſtris teſtatio factis.*

℣. 33. Mſ. Corb. *Vos ipſi miſiſtis ad me : & teſtimonium perhibuit Joannes de me.* Cæteri omnes textui concinunt, ſicut & Græcum. Maximin. Arian. ap. Aug. to. 8. 657. a. *Vos miſiſtis ad Joannem : & teſtimonium reddidit veritati.*

℣. 34. Ita ferunt Mſs. omnes, præter Cantabr. & Maj. Mon. qui habent *ab hominibus*, pro *ab homine.* Græcum etiam textui favet. Maximinus ubi ſup. *Ego autem teſtimonium ab homine non accipio : ſed hæc dico ut ſalvemini.* Tertul. l. de cult. fem. c. 13. huc alludere videtur, dicens : *Nec enim humanum teſtimonium requiro : non eſt mihi neceſſarium hominibus probari.*

℣. 35. Accinunt Mſs. S. Mart. & Foſſat. nec aliter in Græco eſt. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. unum invertunt, ſcribendo nempe *ad horam exſultare*, pro *exſultare ad horam.* Similiter habet S. Germ. cum Cantabr. ſed inſuper ille pro *lucens*, fert *volens ;* iſte pro *luce*, *lumine.* Tertul. l. contr. Jud. c. 9. p. 143. a. legit : *Ille fuit lucerna ardens, & lucens.* Hilar. in Pſ. 118. col. 322. e. *Ille erat lucerna ardens, & lucens : & vos voluiſtis ad horam exſultare in lumine ejus.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1142. c. *Ille erat lucerna ardens, & illuminans.* Auguſt. tract. 35. in Joh. to. 3. col. 539. c. *Ille erat lucerna ardens, & lucens : & vos voluiſtis ad horam exſultare in lumine ejus :* ſerm. verò 289. to. 5. 1160. congruit textui. Caſſiod. in Pſ. 17. p. 61. c. *Ille erat lucerna ardens : & vos voluiſtis exſultare in nomine ejus.* Maximinus loco ſup. citato : *Ille lucerna fuit ardens, & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exſultare in lumine ejus.*

℣. 36. Mſ. Cantabr. *Ego autem habeo teſtimonium majus, quàm Johannem... ipſa opera, quæ facio, teſtimonium dant de me, quia Pater me miſit.* Corb. *ipſa opera teſtimonium perhibent de me*, &c. omiſſis intermediis. Reliqui omnes, unà cum Græco, favent textui. Apud Chryſoſt. tamen, & in Arab. deeſt ἃ ἐγὼ ποιῶ, *quæ ego facio*, Millio teſte ; in Mſs. verò tribus, tantùm ἐγώ. Tertul. l. contr. Prax. p. 853. c. legit : *Ego autem habeo majus, quàm Joannis, teſtimonium. Opera enim, quæ Pater mihi dedit conſummare ; illa ipſa de me teſtimonium perhibent, quòd me Pater miſerit.* Hilarius l. 9. de Trin. col. 996. c. e. *Ego autem habeo teſtimonium majus Johanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea ; ipſa opera, quæ facio, teſtimonium perhibent de me, quoniam Pater me miſit :* ſimiliter habet ſup. l. 6. 896. b. ſed ibid. in Mſs. quibuſdam legitur *ut faciam*, pro *ut perficiam*, omiſſo deinde *quæ facio ;* quod textûs Corb. lectionem adſtruit. Arnob. l. de Trin. p. 210. d. legit : *opera, quæ ego facio, teſtificantur de me, quia Pater me miſit.* Auguſt. tract. 23. in Joh. to. 3. 472. d. *opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* Apud Fulg. l. de incarn. p. 416. omnia ut in textu. Nec aliter ap. Maximinum ubi ſup. ſi deleas *enim*, poſt *Opera*, legaſque *teſtificantur*, pro *teſtimonium perhibent.*

℣. 37. Mſ. Cantabrig. *& qui me miſit Pater, ille ipſe*, &c. Corb. *ipſe teſtimonium..... neque figuram ejus vidiſtis.* Foſſat. textui conſonat ; cæteri Vulgatæ, quibus etiam Græcum favet. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. *& qui me miſit Pater, ipſe teſtimonium dixit de me : neque vocem ejus audiſtis unquam, neque formam ejus vidiſtis.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 997. b. *& qui miſit me Pater, ipſe teſtificatus eſt de me : neque vocem ejus unquam audiſtis, neque figuram ejus vidiſtis :* & ſup. l. 6. 896. b. *neque vocem ejus audiſtis, neque figuram ejus vidiſtis.* Ambroſ. l. de Myſt. col. 331. d. *neque ſpeciem ejus vidiſtis.* Auguſt. tract. 23. in Joh. col. 472. d. *& teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater.* Maximin. apud eund. to. 8. 657. b. *& qui miſit me Pater, ipſe teſtificatur de me.* Adimantus verò ibid. to. 8. 120. b. *nec vocem illius aliquando audiſtis, nec faciem ejus vidiſtis.* Fulgent. l. de incarn. p. 416. *& qui me miſit Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me.* Hieron. in Iſai. 50. to. 3. 359. f. 360. a. *neque ſpeciem Dei vidiſtis, neque vocem illius audiſtis.* Auct. quæſt. N. T. q. 71. col. 71. e. *neque vocem ejus audiſtis aliquando, neque figuram ejus vidiſtis.* Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Talia concedens Genitor, mihi teſtis adhæret,*
*Qui me demiſit terris, ſua ponere juſſa :*
*Hujus enim vocem nunquam comprendere quiſtis,*
*Nec ſpeciem propriam conceſſit viſere vobis.*

℣. 38. Mſ. Corb. *& verbum ejus non auditis in vobis manentem*, &c. Cantabr. *manens in vobis : quoniam*, &c. Foſſat. S. Germ. S. Gat. & alii, textui accinunt, etiam Græcum. Similiter habet Hilar. l. 9. de Trinit. col. 997. c. Hieron. verò in Iſai. 50. to. 3. 360. a. *quia non habetis ſermonem ejus manentem in vobis.* Adim. ap. Auguſt. l. contr. ipſum to. 8. 121. a. *nec verbum ejus habetis in vobis manens : quia ei, quem ille miſit, non credidiſtis.* Juvencus l. 2. p. 65. f.

*Nec ſermo ipſius poterit per veſtra ſedere*
*Pectora : credendi quoniam ſubſtantia nulla eſt.*

℣. 39. Mſ. Foſſat. *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere : & illæ ſunt*, &c. Cantabr. *Scrutate Scripturas, quoniam vos putatis habere in eis vitam æternam : & illæ ſunt, quæ teſtantur de me.* Corb. *Scrutamini Scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere.* Alii Mſs. cum textu concordant ; cui etiam Græcum favet. Iren. l. 4. c. 9. p. 239. a. legit : *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere : illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Itidem legit Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. b. niſi excipias voculam *hæ*, pro *illæ.* Similiter Ambr. l. de Tob. c. 21. col. 619. a. *Scrutamini Script. in quibus putatis vos vitam æternam habere.* Auguſt. tract. 23. to. 3. col. 472. g. *Scrutamini Scripturam, in qua vos putatis vitam ætern. habere : ipſa teſtimonium perhibet de me.* Tertul. l. de præſcr. c. 8. p. 332. a. *Scrutamini Scripturas, in quibus ſperatis.* Juvencus l. 2. p. 65. f.

*Quæratur veterum Scriptorum lectio vobis,*
*Perpetuam cunctis vitam quam ferre putatis ;*
*Hæc etiam noſtrum teſtatur lectio donum.*

### Vulgata nova.

40. & non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

41. Claritatem ab hominibus non accipio.

42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

44. Quomodo vos potestis credere, qui glo-
1. Cor. riam ab invicem accipitis; & gloriam, quæ à so-
4. 3. lo Deo est, non quæritis?

45. Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

46. Si enim crederetis Moysi, crederetis for-
Genes. sitan & mihi: de me enim ille scripsit.
3. 15. 22. 47. Si autem illius litteris non creditis: quo-
18. & 49. modo verbis meis credetis?
10.
Deuter.
18. 15.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

40. & non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

41. Claritatem ab hominibus non accipio.

42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

44. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis; & gloriam, quæ à solo est Deo, non quæritis?

45. Nolite putare quia accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis.

46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.

47. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 40. Sic habent Mss. Fossat. Corb. Maj. Mon. S. Gat. & S. Mart. Cantabrig. verò cum S. Germ. addit *æternam*, ad *vitam*; sicut etiam Mss. quidam Græci. Iren. l. 4. c. 9. p. 239. a. textui Colb. concinit. Sic etiam Cypr. l. 1. Testim. p. 280. b. Hilar. l. 9. de Trin. col. 997. e. & August. loco sup. citato. Juvencus l. 2. p. 65. e. habet:

*Nec tamen audetis propiùs consistere nobis,*
*Ne veræ vobis contingant gaudia vitæ.*

℣. 41. Mss. Cantabr. Fossat. Corb. unà cum Græco, *Gloriam* habent, non *Claritatem*; cæteri consonant textui. Hilar. l. 9. de Trin. col. 997. e. legit: *Honorem ab hominibus non accipio.* Cypr. l. 1. Testim. p. 280. b. citato ℣. 40. statim transit ad 45. prætermissis ℣℣. intermediis. Juvencus l. 2. p. 65. g. habet:

*Non mihi captatur terrena gloria laudis.*

℣. 42. Ms. Cantabrig. habet: *Sed cognovi vos, quoniam non habetis caritatem Dei in vobis.* S. Gat. *Sed cognovimus quia dilectionem non habetis in vobis.* S. Germ. *non habeatis in vobis.* Fossat. & Corb. *in vobis ipsis.* Maj. Mon. & S. Mart. nil differunt à textu, sicut & Græcum. Similiter etiam Hilar. l. 9. de Trin. col. 997. e. Juvencus l. 2. p. 65. g. hunc versiculum prætermittit.

℣. 43. Ms. Fossat. *Ego veni..... & non accepistis me: si autem alius venerit*, &c. Similiter habent S. Gat. & Maj. Mon. *non accepistis me.* Corb. *non accepistis*, absque *me.* Cantabr. S. Mart. & S. Germ. textui similes. Ita etiam Græc. nisi quòd pro *suo*, habet τῷ ἰδίῳ, *proprio.* Ms. unus pro *accipitis*, ponit ἐλάβετε; alii λαμβάνετε. Iren. l. 5. c. 25. p. 323. b. *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me: cùm alius venerit in nomine suo, illum recipietis.* Eadem pariter refert Cypr. l. 2. Testim. p. 286. b. excepto ultimo verbo *accipietis.* Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. 855. a. *Ego veni in Patris mei nomine, & non me recepistis.* Hilar. l. 9. de Trin. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipietis.* Similiter habet Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 627. f. & 628. c. præter ultim. *accipietis*: at in Ps. 43. col. 896. d. *suscepistis... suscipietis.* Ita etiam Ambrosiast. col. 286. b. præter hæc eadem, *recepistis... accipietis.* Hieron. in Isai. 41. to. 3. col. 316. b. *Ego veni..... & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, & suscipietis eum.* Itidem August. tract. 29. & 51. in Joh. to. 3. col. 516. a. 635. c. & in Ps. 105. to. 4. 1203. b. posito *hunc suscipietis*, pro *& suscipietis eum*: ser. verò 129. to. 5. 633. d. legit: *Ego veni..... & non accepistis me: si alius venerit..... illum accipietis.* Auct. l. de prom. p. 2. col. 163. e. & infra, 196. c. *Ego veni in nomine Patris mei, & non credidistis mihi: alius veniet in nomine suo, & ipsi credetis.* Vigil. Taps. l. 2. & 5. de Trin. *Ego veni in nomine Patris mei, & non me recepistis: cùm autem alius venerit in nomine suo, eum recipietis.* Juvencus l. 2. p. 65. g.

*Namque ego, qui summi Genitoris nomine veni,*
*Respuor à vobis: veniet sed discolus alter,*
*Nomine quem fultum proprio gens vestra sequetur.*

℣. 44. Ms. Fossat. *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem quæritis; & gloriam, quæ à solo Deo est, non creditis?* Cantabr. *Quomodo potestis vos credere, gloriam ab invicem accipientes, & gloriam ab unico Deo non quæritis?* Corb. *Quomodo vos potestis credere, gloriam ab invicem quærentes; & gloriam, quæ ab illo solo est Deo, non quæritis?* S. Mart. nil differt à textu, cæteri nil à Vulgata. Græcum denique cum Ms. Cantabrigiensi concordat, si excipias *ab unico Deo*, pro quo ponit τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ. Hilar. l. 9. de Trin. col. 998. a. *Quomodo potestis vos credere, qui honorem ab hominibus accipitis; & honorem ejus, qui est solus Deus, non quæritis?* rursus supra, 997. e. *& honorem ejus, qui est solus Deus.* August. tract. 93. to. 3. col. 726. b. *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem exspectantes; & gloriam, quæ à solo Deo est, non quærentes?* itidem serm. 129. to. 5. 633. d. & l. 5. de civit. Dei, c. 13. to. 7. 130. f. additâ tamen priori loco voce *mihi.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. b. *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem accipientes?* Juvenc. l. 2. p. 65. g.

*Alternæ in vobis captatur gloria famæ;*
*Unius, & solam fugitis disquirere laudem.*

℣. 45. Ms. Fossat. *Nolite putare quia ego accuso vos apud Patrem: est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis.* Cantabr. *Nolite arbitrari quòd ego accusaturus sum vos ad Patrem: est qui vos accuset Moyses, in quem vos speratis.* Corb. *Nolite putare quia ego accusabo vos..... est qui accuset vos Moyses, in quem vos speratis.* S. Gat. itidem, & Maj. Mon. *Nolite... est qui vos accuset Moyses, in quo vos sperastis.* Similiter etiam S. Germ. excepto verbo *speratis.* S. Mart. codex Vulgatæ congruit. Gr. Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν... εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Cypr. l. 1. Testim. p. 280. b. *Nolite putare quia ego vos accuso apud Patrem: est qui vos accuset Moyses, in quem vos speratis.* Ambros. epist. 77. col. 1091. f. alludens, dicit: *Audisti lectum: Ego non accuso vos, ego non judico. Ego non accuso: Moyses vos accusat, in quem speratis.* August. serm. 129. to. 5. col. 633. d. *Non ego vos accuso apud Patrem: est qui vos accusat Moyses, in quo vos speratis.* Juvencus l. 2. p. 65. g.

*Ne vos arguerim coram Genitore: sed illic*
*Accusator erit, quem spes modò vestra celebrat,*
*Moses, quem fidei nullo servatis honore.*

℣. 46. Ms. Fossat. *Si enim crederitis Mosi, crederitis forsitan & mihi*, &c. Cantabrig. *Si enim crederitis Moysi, crederetis utique & mihi*, &c. Corb. *Si enim creditis Moysi, crederitis forsitan*, &c. Cæteri textui Colb. consonant. Ita etiam Græcum, nisi quòd pro *crederetis forsitan & mihi*, hab. ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Iren. l. 4. c. 10. p. 239. b. *Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit*: supra verò, c. 2. 229. d. *Si credidissetis Moysi, credidissetis & mihi.* Cypr. l. 1. Testim. p. 280. b. *Si enim credidistis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit.* Hilar. l. 5. de Trin. col. 867. a. *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi*, &c. & in Ps. 118. col. 340. e. *Si crederetis Moysi, crederetis utique & mihi*, &c. Ambr. l. de apol. Dav. col. 725. d. & l. 7. in Luc. 1456. e. *Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim*, &c. Similiter habet August. l. 20. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 612. d. sic etiam tract. 17. in Joh. & 44. to. 3. 428. d. 593. e. deleto uno *enim*: ser. autem 129. to. 5. 633. d. cum textu concordat. Faustus ap. eundem, to. 8. col. 283. c. inverso vocum ordine, sic refert hunc ℣. *Moyses de me scripsit: & si crederetis Moysi, crederetis & mihi.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. e. *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: quia de me scripsit Moyses.* Juvencus l. 2. p. 65. e.

*Ejus enim scriptis vester si crederet error,*
*Crederet & nobis, Mosi quem scripta frequentant.*

℣. 47. Mss. S. Germ. & Cantabr. *Si enim illius litteris*, &c. Corb. & Fossat. *quomodo verbis meis creditis?* Cæteri omnes textui consonant ad verbum, sicut & Græcum. Iren. l. 4. c. 2. p. 229. d. legit: *Si autem illius litteris non creditis, neque meis sermonibus credetis.* Cypr. l. 1.



Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Testim. p. 280. b. *Si autem illius scripturis non creditis: quomodo verbis meis credetis?* August. ser. 129. to. 5. col. 633. d. *Cùm autem verbis illius non creditis: quomodo potestis mihi credere?*

# CAPUT VI.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. POst hæc abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Thiberiadis:

2. sequebatur autem eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.

3. Subiit ergo in montem Jesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

4. Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.

5. Cùm sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?

6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

8. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri:

9. Est puer unus hîc, qui habet quinque panes hordeacios, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

10. Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

11. Accepit ergo panes Jesus: & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantùm volebant.

## VULGATA NOVA.

1. POst hæc abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: Matth. 14. 13.

2. & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Marc. 6. 32. Luc. 9. 10.

3. Subiit ergo in montem Jesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

4. Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.

5. Cùm sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?

6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

8. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri:

9. Est puer unus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

10. Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

11. Accepit ergo Jesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantùm volebant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabrig. *Post hæc abiit Jesus..... Galilææ, in fines Tiberiadis.* Corb. *Galilaæ illius Tiberiadis.* Maj. Mon. *quod est Tiberidsanis.* Reliqui textui concinunt. Ita etiam Græcum, nisi quòd simpliciter habet, Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος.

℣. 2. Ms. Corb. *sequebatur autem illum;* subinde, *quæ faciebat de his,* &c. Fossat. *& sequebatur eum multitudo magna, quæ videbant signa, quæ faciebat super infirmos.* Cantabrig. *sequebantur autem illum turba multa, quoniam videbant signa, quæ faciebat super infirmos.* Cæteri Vulgatæ respondent. Græc. καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, ὅτι ἑώρων αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Mss. alii, ἠκολούθει δέ· al. ἠκολούθησαν· plures delent voculam αὐτοῦ, ante σημεῖα.

℣. 3. Mss. Corb. & Cantabr. *Abiit ergo;* subinde Cantabrig. *& sedebat ibi.* Fossat. *Ascendit ergo,* &c. Cum textu concordant cæteri. Græcum, Ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος, &c. al. Ἀπῆλθεν οὖν· al. Ἀνέβη δέ.

℣. 4. Mss. Fossat. & S. Gat. *Erat autem in proximum Pascha,* &c. ut sup. Maj. Mon. *Erat autem proximus Pascha,* &c. Cantabrig. *Juxta autem erat Pascha, dies solemnis Judæorum.* Gr. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ..... ἡ ἑορτή, &c.

℣. 5. Ms. Fossat. *Elevatis igitur oculis, cùm vidisset quia mult. magna venit ad eum,* &c. ut in textu. Corb. *Cùm ergo elevasset oculos Jesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, ait ad Philippum,* &c. Cantabrig. *Elevatis ergo oculis Jesus, & videns quòd turbæ multæ veniunt ad eum, dicit ad Phil. Unde ememus..... ut mand. isti?* Græc. Ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασάμενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτὸν... πόθεν ἀγοράσομεν, &c. Ambros. in Ps. 118. col. 1096. e. huc alludens dicit: *Legisti in Evangelio, quia cùm interrogasset Dominus Jesus discipulos quot panes haberent, & illi respondissent quia quinque tantùm haberent panes, ipse ait: Quid faciemus inter tantos homines?* Videsis ad Matth. 14. Marc. 6. & Luc. 9.

℣. 6. Ita ferunt Mss. omnes, nisi quòd Cantabr. loco *enim*, ponit *autem.* Græc. αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν. Ambros. in Ps. 118. col. 1096. e. *Hoc autem dicebat tentans eos: sciebat enim quid facturus esset.* August. l. 2. de ser. Do. in m. to. 3. col. 212. b. *Hoc autem dicebat tentans eum: nam ipse sciebat quid esset facturus:* tract. verò 24. in Joh. *ipse enim sciebat,* &c. ut in textu.

℣. 7. Ms. Fossat. *Respondit ei Phil. dicens: Ducentorum denariorum panes non sufficient eis,* &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Respondit illi Phil. Ducentorum denar. non sufficiunt eis panes, ut singuli modicum accipiant.* Corb. *Respondens ei Philippus: Ducentorum denar. panes non sunt, ut unusquisque modicum accipiat.* S. Germ. sublata conjunctione *ut*, nil differt à textu. Hoc uno differt Græcum, quòd pro *unusquisque*, habet ἕκαστος αὐτῶν. In Mss. quibusdam deest αὐτῶν; & unus pro ἀρκοῦσιν, *sufficiunt*, fert ἀρκέσουσιν, cum Fossat.

℣. 8. Ms. Fossat. *Dicit unus ex,* &c. Cantabr. *Dicit illi unus ex,* &c. Cæteri textui accinunt cum Gr. August. in hunc locum hæc sola habet: *Andreas ait.*

℣. 9. Ms. Cantabrig. habet: *Est puer hîc, qui habet quinque panes hordiacios..... sed hæc quid sunt in tam multos?* Corb. & Fossat. *panes quinque hordiaceos..... sed hæc ..... inter tantos homines?* S. Germ. delet vocem *homines.* Græc. Ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει..... καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; Mss. quidam tollunt ἕν, post παιδάριον. August. ubi supra: *Est hîc puer quidam, qui habet quinque panes, & duos pisces: sed hæc quid sunt ad tantos?*

℣. 10. Ms. S. Germ. *Dixit ergo eis Jesus,* &c. ut in Vulg. Fossat. *Dixit eis Jesus: Facite omnes discumbere,* &c. ut in Vulg. Similiter habet *omnes*, Ms. S. Gat. sed infra omittit vocem *numero.* Cantabrig. *Dixit ergo Jesus: Facite homines recumbere. Erat autem fænum multum in loco. Recubuerunt ergo viri, numero ferè quinque millia.* Ms. Corb. *fænum multum in illo loco;* cætera ut in textu. August. tract. 24. in Joh. *Et ait Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem ibi fænum multum. Et discubuerunt ferme quinque millia hominum.* Græc. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ, &c.

℣. 11. Ms. Corb. *Accepit ergo Jesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit; & ex piscibus quantùm volebant.* Cantabrig. *Accepit ergo panes Jesus: & benedixit, & dedit discipulis, discipuli autem recumbentibus: similiter autem & de piscibus quantùm volebant.* Fossat. *Accepit ergo panes Jesus,* &c. ut in textu. S. Gat. *quantùm valebant.* Græc. Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς· καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψα-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.

13. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducaverant.

14. Illi ergo homines cùm vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.

15. Jesus ergo cùm cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

Matth. 14.23. Marc. 6.46.

16. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.

17. Et cùm ascendissent navim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ jam factæ erant: & non venerat ad eos Jesus.

18. Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.

19. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, vident Jesum ambulantem supra mare, & proximum navi fieri, & timuerunt.

20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

21. Voluerunt ergo accipere eum in navim: & statim navis fuit ad terram, in quam ibant.

22. Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, &

**VERSIO ANTIQUA.**

12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. *Ex Ms. Colbert.*

13. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducaverant.

14. Illi ergo homines cùm vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta, qui venturus est.

15. Jesus ergo cùm cognovisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

16. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.

17. Et cùm ascendissent navem, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ jam factæ erant: & non venerat ad eos Jesus.

18. Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.

19. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, vident Jesum ambulantem super mare, & proximum navi fieri, & timuerunt.

20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

21. Voluerunt ergo accipere eum in navi: & statim fuit navis ad terram, quam ibant.

22. Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, &

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

ρίων ὅσον ἤθελον. Mss. quidam initio ferunt Ἔλαβεν οὖν; alii delent τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταί. August. tract. 24. ubi sup. ait: *Accepit autem Dominus Jesus panes, gratias egit, jussit, fracti sunt panes, positi ante discumbentes ..... & de piscibus quantùm sufficiebat.*

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Cùm autem saturati essent, dicit discipulis suis: Congregate fragmentorum quæ superarunt, ut ne quid pereat ex eis.* Corb. *Ut autem saturati sunt, dixit Jesus discipulis suis*, &c. ut in textu, cui accinunt cæteri omnes. Græc. Ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς..... Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα, ἵνα μή τι ἀπόληται. Mss. plures habent, τῶν κλασμάτων, & in fine Copt. Arab. Æthiop. ἀπόληται ἐξ αὐτῶν.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Congregaverunt autem, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum de quinque panibus hordiaciis, quæ superaverunt his, qui manducarunt.* Corb. *Collegerunt ergo..... ex illis quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerant his, qui manducaverant.* Fossat. *ordiacis, quæ superaverunt eis, qui manducaverunt.* Ms. S. Mart. *ordeaciis.* Græcum Cantabrigiensi favet, si excipias voculam unam οὖν, *ergo*, pro *autem.*

℣. 14. Ms. S. Germ. *Illi autem homines cùm vidissent quod fecerat signum, dicebant*, &c. ut in Vulg. Fossat. *Illi ergo homines cùm vidissent quod fecit signum, dicebant inter se: Quia hic verè propheta est, qui in hunc mundum venit.* Cantabrig. *Homines ergo videntes quod fecit signum, dicebant: Quia hic est propheta, qui in sæculum venturus est.* Corb. *Illi ergo homines cùm vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia est verè propheta, qui in hunc mundum venit.* S. Mart. tollit vocem *Jesus*, & in cæteris Vulgatæ respondet. Ab ea nil differunt Mss. S. Gat. & Maj. Mon. Græc. Οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον· Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. August. in hunc loc. *Illi homines cùm vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta.*

℣. 15. Ms. Fossat. *Ipse ergo cùm cognovisset quia venturi erant*, &c. ut in textu. Corb. *Jesus ergo cùm cognovisset quia incipiunt venire, & rapere eum, ut faciant eum regem, fugit iterum in montem solus.* Cantabrig. *Jesus autem sciens quòd venturi essent, & rapere illum, ut faciant eum regem, secessit iterum in montem ipse solus, & ibi orabat.* Cæteri cum textu concinunt ad verbum, uno S. German. excepto, qui pro *Jesus ergo*, habet, *Jesus autem.* Græc. Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. Ms. 1. ἔφυγε πάλιν. August. tract. 25. in Joh. col. 485. a. *Jesus ergo cùm cognovisset quia venerant ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Tertul. l. de idol. c. 18. p. 245. b. huc alludens dicit: *Regem se fieri, conscius sui regni, refugit.*

℣. 16. Ms. Cantabrig. *Cùm autem serò factum esset*, &c. ut sup. Corb. *Cùm autem serò factum est.* Cæteri, Græcum, & Augustinus ubi sup. textui consonant.

℣. 17. Ms. Fossat. *Et cùm ascendissent in navem, venerunt trans mare in Caph. & cùm tenebræ jam factæ essent, & nondum venerat ad eos Jesus.* Cantabr. *Et ascendentes in navem, veniebant trans fretum maris in Cafarnaum: adprehendit autem eos tenebra, & necdum venerat Jesus ad illos.* Corb. *Et cùm ascendissent navem, veniebat trans mare in Chaparnaum*, &c. ut in textu, cum quo concordant alii omnes Mss. Græcum pro *cùm ascendissent*, habet ἐμβάντες εἰς· sed aliàs legitur, ἀναβάντες εἰς· paulòque post, loco καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, sic, κατέλαβε δὲ αὐτοὺς ἡ σκοτία· mox alii Mss. plures, καὶ οὔπω ἐληλύθει, pro καὶ οὐκ ἐληλύθει. August. tract. 25. in Joh. 486. e. f. *Et cùm ascendissent naviculam*, &c. ut sup.

℣. 18. Ms. Cantabrig. *Mare quoque, magno vento flante, insurgebat.* Corb. similiter *insurgebat.* Reliqui nil differunt à textu. Gr. Ἥ τε θάλασσα..... διηγείρετο· al. Ἡ δὲ θάλασσα, &c. August. *Vento magno flante, mare exsurgebat.*

℣. 19. Ms. Corb. *Cùm remigasset autem quasi stadia viginti, aut triginta, vident... supra mare*, &c. Cantabrig. *Sed cùm remigassent stadia viginti quinque, vel triginta, vident..... super mare, & juxta navem fieri, & timuerunt.* Cæteri cum textu concordant, uno excepto *supra mare*, pro *super mare.* Græc. Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε, ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι... ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, καὶ ἐφοβήθησαν. August. in hunc locum ait: *Cùm remigassent stadia viginti quinque, aut triginta, tunc ad eos venit Jesus.*

℣. 20. Ms. Cantabrig. *Quibus ipse ait: Ego sum, nolite timere.* Fossat. *Nolite timere, ego sum.* Cæteri ut in textu, cui etiam favet Græcum. August. ubi sup. *Ego sum, nolite timere.*

℣. 21. Ms. Corb. *Voluerunt ergo accipere eum in navim: & confestim navis facta est ad terram, quam ibant.* Cantabrig. *Volebant ergo illum accipere in navem: & confestim navis facta est ad terram, in qua ibant.* S. Germ. cum Fossat. *& statim fuit navis ad terram, ad quam ibant.* S. Gat. & Maj. Mon. *ad terram, in quam ibant.* S. Mart. ut in textu. Gr. καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ἣν ὑπῆγον. August. tract. 25. in Joh. *Voluerunt ergo eum accipere in navim: & statim fuit navis ad terram, in quam ibant.*

℣. 22. Ms. S. Germ. *Altera autem die*, &c. ut in Vulg. Fossat. *Altera die..... & quia non introivit simul Jesus cum discipulis suis in navem*, &c. Corb. *Altera die..... & quia*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navem, sed soli discipuli ejus abiissent:

23. aliæ verò supervenerunt naves à Tiberiade, juxta locum ubi manducaverant panem, gratias agentes Domino.

24. Cùm ergo vidisset turba quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum quærentes Jesum.

25. Et cùm invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

26. Respondit eis Jesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia audistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.

27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis vobis dabit. Hunc enim Pater signavit Deus.

28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?

29. Respondit Jesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.

### VULGATA NOVA.

quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navim, sed soli discipuli ejus abiissent;

23. aliæ verò supervenerunt naves à Tiberiade, juxta locum ubi manducaverant panem, gratias agente Domino.

24. Cùm ergo vidisset turba quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum quærentes Jesum.

25. Et cùm invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

26. Respondit eis Jesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.

27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus. *Matth. 3. 17. & 17. 5. Sup. 1. 32. Joan. 5. 23.*

28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei?

29. Respondit Jesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*non introivit simul Jesus in navem cum discipulis suis, sed soli discipuli ejus.* Cantabrig. *Altera die, turbæ quæ stabant trans mare, viderunt quia alia navicula non erat ibi nisi una, in quam intraverant discipuli Jesus, & quia non simul introivit cum discipulis suis Jesus in navem, sed tantùm discipuli ejus abierant.* Vulgatæ accinunt cæteri. Græcum: Τῇ ἐπαύριον, ὁ ὄχλος, ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο, εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον. Syr. Arab. Æthiop. ferunt initio: Τῇ δὲ ἐπαύριον subinde Ms. 1. loco ἰδὼν, habet εἶδεν, alii, εἶδον· post pauca plures delent ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Syr. & Pers. tollunt tantùm αὐτοῦ. Ms. unus pro αὐτοῦ, ponit τοῦ Ἰησοῦ· tres verò delent in fine verbum ἀπῆλθον. August. ubi supra concinit cum textu, nisi quòd omittit vocem *Jesus*, & in fine scribit *abiissent*.

℣. 23. Ms. Cantabrig. simpliciter habet: *aliæ naviculæ venerunt de Tiberiade, prope locum ubi manducarunt panem;* sublatis quæ subsequuntur in utraque Vulgata. Ms. Corb. hæc retinet his verbis, *juxta locum ubi manducaverunt panem, quem benedixerat Dominus.* Fossat. *gratias agentes Deo.* Cæteri Vulgatæ accinunt. Græc. εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου· Ms. unus, εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ, καὶ τῷ Κυρίῳ, quæ delet Ms. alter, cum Cantabr. & Armen. Græcum etiam initio fert, ἦλθε πλοιάρια, pro *supervenerunt naves;* Ms. 1. ἀπῆλθε. August. loco citato nil differt à Vulg. nisi uno *manducaverunt*, pro *manducaverant*.

℣. 24. Ms. Fossat. *Cùm ergo vidissent turbæ quia..... ascenderunt naviculas*, &c. ut sup. Corb. *Cùm ergo vidissent turba..... acceperunt sibi confestim naviculam, & venerunt Chaparnaum quærentes Jesum.* Cantabrig. *Cùm ergo vidissent turbæ quia Jesus non est ibi, neque discipuli ejus, acceperunt sibi naviculas, & venerunt in Capharnaum*, &c. Cæteri ut in Vulgata. Græc. Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ..... ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα, καὶ ἦλθον εἰς Καπερναοὺμ, &c. Ms. quidam loco ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ, &c. fert, ἔλαβον αὐτοὶ πλοῖα. August. *Cùm ergo vidissent turbæ*, &c. ut in textu.

℣. 25. Ms. Cantabr. ipso initio habet: *Et invenientes eum trans mare*, &c. ut in textu. S. Germ. & Maj. Mon. in fine, *quomodo huc venisti?* Corb. *quando hîc fuisti?* Græc. πότε ὧδε γέγονας; al. παραγέγονας; al. ἐλήλυθας; al. ἦλθες. August. cum textu concinit ad verbum.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Respondit illis Jesus, & dixit..... non quia vidistis signa & prodigia, sed quia manducastis de panibus, &*, &c. S. Gat. *Respondit ei Jesus..... dico vobis, quia quæritis me, non quia vidistis signa & prodigia, sed quia manducastis ex panibus meis, &*, &c. Maj. Mon. *quia quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis panem, &*, &c. Fossat. *non quia signa & prodigia vidistis*, &c. ut in textu. Corb. *Respondit ei Jesus..... non quia vidistis signa, sed*, &c. Item S. Germ. *non quia vidistis signa.* Græcum à Vulgata uno differt εἴδετε, pro quo tamen Ms. codex habet ἴδετε; alter etiam post *Respondit*, habet αὐτῷ, non αὐτοῖς. August. tract. 25. in Joh. col. 488. d. e. *Respondit Jesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis;* nec plura. Novatian. l. de cib. Judaic. p. 1065. c. legit: *quæritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis.*

℣. 27. Ms. Cantabrig. *Operamini non escam quæ perit, sed escam, quæ manet in..... quem (l. quam) Filius hominis dat vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.* Fossat. *Operamini non cibum qui perit, sed eum, qui permanet in... quem Filius hom. dat vobis. Hunc autem Pater signavit Deus.* Corb. similiter *dat vobis.* Maj. Mon. *Hunc enim Pater significavit Deus.* Græc. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν.... ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει. Τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. Mss. plures tollunt 2. τὴν βρῶσιν. Novatian. l. de cib. Judaic. p. 1065. c. legit: *Operamini autem non eam escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam æternam, quam Filius hominis vobis dabit. Hunc enim Pater signavit Deus.* Tertul. l. contr. Psych. p. 988. b. ait docere Christum, *operari escam, quæ permanet in vitam æternam.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 972. d. habet: *Operamini escam non quæ interit, sed escam, quæ permanet in vitam æternam, quam Filius hom. dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.* Novissimus Hilarii editor monet in plerisque veteribus libris legi *significavit*, non *signavit;* sed librariorum lapsu: nam Hilar. infra, p. 973. e. suffragantibus omnibus libris, legit *signavit;* & in Ps. 131. col. 454. b. dicit: *Hunc enim Dominum secundùm Evangelia, & sanctificavit, & signavit Pater.* Idem editor observat in Mss. duobus scribi, *Hunc enim Dominus;* Erasmum autem pro *Hunc enim*, posuisse *Hanc enim*, sublato *Dominus;* Ms. unum, *Hunc enim ut Deus.* Ambros. l. de Isaac, c. 8. col. 381. a. *Quem Pater signavit Deus.* Hieron. in Jer. 17. to. 3. col. 612. f. priora verba sic refert: *Operamini opus quod non perit.* August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 669. f. & l. 2. de ser. Do. in m. to. 3. col. 209. g. 210. e. *Operamini escam quæ non corrumpitur:* tract. verò 25. in Joh. col. 488. e. *Operamini non cibum qui perit*, &c. ut in Vulg. infra f. *cibum non qui perit;* & col. 489. e. *Operamini escam, non quæ perit*, &c. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. h. *Operamini escam quæ non perit.*

℣. 28. Ms. Cantabr. *Dixerunt ergo ad illum: Quid operemur ut faciamus opera Dei?* Cæteri omnes Mss. textui concinunt, cum Græco. Concinit pariter Hilar. l. 8. de Trin. col. 972. d. necnon August. ubi supra, & l. de præd. sanct. to. 10. col. 798. e. nisi quòd hoc posteriori loco habet *opus*, non *opera*.

℣. 29. Textui suffragatur Græcum, unà cum Mss. omnibus Lat. Solus Corbeiensis in fine habet, *ut credatis in eum, qui me misit ille;* non, *quem misit ille.* Tertul. l. contr. Prax. p. 854. a. hæc scribit: *Interrogantibus autem quid facere debeant, respondit, Ut credatis in eum, quem Deus misit.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 972. d. verbis his, *opera Dei*, statim subdit: *Et dixit illis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.* August. tract. 25. in Joh. col. 489. e. & l. de prædest. sanct. to. 10. col. 798. e. *Respondit Jesus, & dixit*, &c. ut in textu. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. h. *ut credatis in me, quem misit Pater meus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Dixerunt ergo ei : Quod ergo tu facis signum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris?

31. Patres nostri manducaverunt manna in de-
Exod. ferto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis
16. 14. manducare.

Num. 32. Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico
11. 7. vobis : Non Moyses dedit vobis panem de cœlo,
Ps. 77. sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.
24. Sap. 16. 33. Panis enim Dei est, qui de cœlo descen-
20. dit, & dat vitam mundo.

34. Dixerunt ergo ad eum : Domine, semper da nobis panem hunc.

35. Dixit autem eis Jesus : Ego sum panis vi-
Eccli. tæ : qui venit ad me, non esuriet : & qui credit
24. 29. in me, non sitiet unquam.

36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet : & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras :

38. quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

VERSIO ANTIQUA.

30. Dixerunt ergo ei : Quod ergo tu facis signum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? Ex Ms. Colbert.

31. Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est : Panem de cœlo dedisti eis manducare.

32. Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.

33. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo.

34. Dixerunt ergo ad eum : Domine, semper da nobis panem hunc.

35. Dixit autem eis Jesus : Ego sum panis vitæ : qui veniet ad me, non esuriet : qui credit in me, non sitiet unquam.

36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet : & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras :

38. quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Ms. Fossat. *Dixerunt ergo ei : Quod signum facies ut videamus, & credamus tibi? quod operaris?* Cantabr. *Dixerunt ergo illi : Quod ergo facis tu signum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris?* nec aliter in Græco, præter voculam Τί, pro *Quod*. In Ms. Corb. *quid enim operaris?* in cæteris, sicut & apud Augustinum tract. 25. in Joh. omnia ut in textu.

℣. 31. Mss. Fossat. & Corb. *Patres nostri manducaverunt mannam in deserto*, &c. ut in Vulg. Cantabr. *Patres nostri manna manducaverunt in eremo*, &c. ut in Vulg. cui etiam accinunt cæteri, nisi quòd S. Mart. habet, *manna manducaverunt*. Græcum Cantabrigiensi favet. Ambros. in Ps. 118. col. 1202. f. *Panem de cælo dedit eis manducare*. August. in hunc locum : *Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est : Dedit illis manna manducare*.

℣. 32. Ms. Cantabrig. *Dixit illis Jesus : Amen, amen dico vobis : Non Moyses*, &c. Corb. delet *Non*, ante *Moyses*; in fine verò addit *illum*, post *de cælo*; cætera habet ut in textu, cui favent ad verbum reliqui omnes Mss. necnon & Græcum, unà cum Victorin. Afric. l. 1. contr. Arian. p. 255. h. Augustinus ubi sup. col. 490. d. *Dixit ergo eis Jesus : Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dedit vobis panem de cælo. Verus enim panis est*, &c. de ℣. seq. sed paulò infra legit, *Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim Dei est*, &c.

℣. 33. Ms. Maj. Mon. *Verus enim panis est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo*. Corb. *Dei enim panis est, qui de cælo descendit, & dat vitam huic mundo*. Fossat. à textu non differt, nisi conjunctione *&*, quam delet. Sangerm. *& vitam dat mundo*. Cantabr. *& vitam dans mundo*. Cæteri Vulgatæ suffragantur. Græc. Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ καταβαίνων ἐκ..... καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. August. tract. 25. in Joh. col. 490. d. *Verus enim panis est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo* : paulò inf. *Panis enim Dei est, qui descendit de cælo, & dat vitam mundo*.

℣. 34. Accinunt Mss. Fossat. Corb. Cantabr. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. cum Græco. Solus S. Germ. habet, *Domine, da nobis semper panem hunc*. Ita etiam legunt Ambr. in Ps. 118. col. 1203. b. & August. ubi supra.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Dixit ergo illis Jesus : Ego sum panes vitæ : qui venit ad me, non esuriet unquam : & qui credit in me, non sitiet ampliùs*. Corb. *Et dixit eis Jesus*, &c. de Vulgata; cui etiam accinunt S. Germ. & Fossat. nisi quòd ille habet, *Dixit ergo eis Jesus*; iste verò, *Dixit eis Jesus*. Ab ea nil differunt cæteri. Gr. Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ... ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. Mss. plures initio ferunt, Εἶπεν οὖν· subinde alii, πεινάσει· paulòque post quidam, διψήσει. Cypr. l. 1. Testim. p. 282. c. legit : *Ego sum panis vitæ : qui venit ad me, non esuriet : & qui in me crediderit, non sitiet unquam*. Similiter habet Jul. Firmic. l. de erro. prof. relig. c. 19. præter verbum *venerit*, pro *venit*. Ambros. in Ps. 118. col. 1203. d. *Ego sum panis vitæ : qui venit ad me, non esuriet : & qui credit in me, non sitiet unquam*. Nec aliter August. in hunc locum, qui etiam hæc præmittit, *Dixit autem eis Jesus*.

℣. 36. Consonant Mss. Cantabrig. Maj. Mon. S. Germ. & Græcum. Ms. Corb. habet, *& non credidistis*. Similiter Fossat. detracta insuper prima conjunctione *&*, quæ etiam in Ms. S. Mart. & in quibusdam Græcis non comparet. Ms. verò S. Gat. servata conjunct. *&*, tollit pronomen *me*; quod rursus observare licet in quodam codice Græco. Augustinus tract. 25. in Joh. to. 3. p. 2. col. 490. f. & l. de prædest. sanct. to. 10. col. 799. c. *Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis*.

℣. 37. Ms. Cantabr. *Omne, quod mihi dat Pater, ad me venit : & eum, qui venit ad me, non abjiciam*. Corb. nil differt à textu, nisi verbo *ejicio*, pro *ejiciam*. Fossat. *jecio*, sed vitiosè. Item S. Mart. vitiosè *eciam*, pro *ejiciam*. Cæteri accinunt textui, unà cum Græco. Mss. tamen plures pro ἐκβάλω, legunt ἐκβάλλω; quæ scriptura textui Corb. favet. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. c. huc alludens dicit, affirmare Christum Dominum, *Omne, quod ei daret Pater, ad se venire, nec rejecturum se*. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1016. c. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me venit : & venientem ad me non apello*. August. in hunc loc. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet : & eum, qui venerit ad me, non ejiciam foras* : infra tamen *veniet*, pro *venerit*; sed paulò post rursus *venerit*. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. *Omne, quod dat..... venit ad me : & eum, qui*, &c. ut in textu. Epiphan. in 2. 1. Cantici Cantic. *omnem venientem ad me non abjiciam foras*.

℣. 38. His discrepat Ms. Cantabrig. nempe, *quoniam*, pro *quia*; &, *voluntatem ejus, qui me misit, Patris*. Corb. verò his, *voluntatem Patris, qui misit me*. Cæteri cum textu ad verbum concinunt, cui etiam suffragatur Græcum. In Mss. tamen pluribus in fine legitur, τοῦ πέμψαντός με Πατρός. Tertul. l. contr. Prax. ubi sup. ita prosequitur : *quia de cælo descendisset, non ut suam, sed ut Patris faceret voluntatem* : & l. de resur. carn. p. 579. c. legit : *veni, non ut meam, sed ut Patris, qui me misit, faciam voluntatem*. Novat. l. de Trin. p. 1040. b. *Non venit*, inquit, *ut faceret suam voluntatem, sed potiùs ut faciat Patris voluntatem* : at infra, p. 1043. b. sic laudat hunc versum : *non descendi de cælo, ut faciam voluntatem meam, sed volunt. ejus, qui misit me*. Itidem legit Cypr. l. de hab. virg. p. 175. c. & l. de orat. Dom. p. 208. b. & l. 3. Testim. p. 311. b. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1016. c. *quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem Patris, qui me misit* : in Ps. verò 91. & 139. col. 238. d. 530. e. g. *non veni voluntatem meam facere, sed volunt. ejus, qui me misit* : nec aliter l. 3. de Trin. 812. b. l. 9. 1033. c. & l. 11. 1100. a. Similiter habent August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. 208. g. & Faustin. presb. l. contr. Arian. 647. a. August. tamen in hunc locum, & idem Faustinus infr. legunt : *quia descendi de cælo, non ut faciam volunt. meam, sed volunt. ejus, qui misit me*; Faust. *me misit*; & sup. p. 640. f. *misit me, Patris* : subinde Augustinus, hoc eodem posteriori loco, primam lectionem semel repetit, his verbis : *quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me*. Hieron. l. 1. contr. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. a. *non descendi de cælo, ut faciam voluntatem meam, sed vo-*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* 39. Hæc eſt autem voluntas ejus, qui miſit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.

40. Hæc eſt enim voluntas Patris mei, qui miſit me: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & reſuſcitabo ego eum in noviſſimo die.

41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi,

42. & dicebant: Nonne hic eſt filius Joſeph, cujus nos novimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo deſcendit?

43. Reſpondit ergo Jeſus, & dixit eis: Nolite murmurare in invicem:

44. nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

## VULGATA NOVA.

39. Hæc eſt autem voluntas ejus, qui miſit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.

40. Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi,

42. & dicebant: Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos novimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cœlo deſcendi? *Matth. 13. 55. Marc. 6. 3.*

43. Reſpondit ergo Jeſus, & dixit eis: Nolite murmurare in invicem:

44. nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*luntatem ejus, qui me miſit, Patris.* Ambroſ. l. 2. de fide, col. 478. e. *ad hoc deſcendi de cœlo, non ut faciam volunt. meam, ſed volunt. ejus, qui me miſit.* Ambroſiaſt. col. 104. e. cum Auct. quæſt. ex N. T. q. 91. col. 81. d. *non enim deſcendi de cœlo, ut faciam volunt. meam, ſed volunt. ejus, qui miſit me, Patris.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. *deſcendi de cœlo, non ut faciam..... ſed volunt. ejus, qui miſit me, Patris.* Phœbad. Agin. l. contr. Arian. p. 302. f. *non veni voluntatem meam facere, ſed ejus, qui me miſit.*

℣. 39. Mſ. Cantabrig. *Hæc eſt autem voluntas, qui me miſit: ut omne, quod mihi dedit, non perdam nihil, ſed ut reſuſcitem illud in noviſſima die.* S. Gat. & Maj. Mon. *Hæc eſt autem vol. ejus..... ut omne, quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitabo illud in noviſſimo die.* Similiter habent S. Germ. & Corb. *ut omne, quod dedit mihi Pater;* quibus addit Corb. *non perdam nihil ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſima die.* Foſſat. *ſed ut reſuſcitem eum in noviſſimo die.* S. Mart. *ſed reſuſcitem illum in*, &c. Græcum textui conſonat, niſi quòd habet ἀπολέσω..... ἀναστήσω. Mſ. unus ipſo initio fert, Τοῦτο γάρ ἐστι, *Hæc eſt enim;* ſubinde à quibuſdam abeſt vox Πατρὸς, poſt *miſit me;* pluresque legunt, ἀναστήσω αὐτὸν, pro αὐτὸ, quod Mſ. Foſſatenſi favet. Tertul. l. de reſur. carn. pp. 579. c. 580. b. hæc laudat: *ut omne, quod Pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitem illud in noviſſima die.* Ambroſ. l. de fide reſ. to. 2. col. 1157. f. *Hæc eſt autem voluntas ejus, qui miſit me: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.* Similiter Auguſt. tract. 25. in Joh. col. 493. d. ad uſque *ſed reſuſcitem;* ſed paulò inf. *omne, quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, ſed reſuſcitabo illud in noviſſimo die.* Victorin. Afric. l. contr. Ari. 278. b. *Quæ eſt voluntas Patris, qui me miſit? Ut ex eo, quod mihi dedit, nihil perdam, ſed reſurgere faciam idipſum poſtrema die.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. *Hæc eſt autem volunt. ejus, qui miſit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, ſed*, &c. ut in textu.

℣. 40. Similiter habent Mſs. S. Germ. S. Mart. & Foſſat. niſi quòd poſtremus iſte expungit pronomen *ego.* S. Gat. & Maj. Mon. *& ego reſuſcitabo*, &c. Corb. *& ego reſuſcitabo eum in noviſſima die.* Cantabrig. *Hæc eſt enim voluntas Patris mei: ut omnis, qui videt Filium, & credit in illum..... & reſuſcitem illum in noviſſima die.* In Græco, exceptis vocibus *Patris mei*, quæ deſunt, omnia Vulgatæ reſpondent. Mſs. tamen plures ipſo initio ferunt Τοῦτο γάρ, pro Τοῦτο δέ· pauloque poſt aliqui habent, τοῦ πέμψαντός με Πατρός. Tertul. l. de reſur. carn. p. 579. c. legit: *Hæc eſt Patris voluntas: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam ætern. & ſuſcitem illum noviſſima die:* & l. contr. Prax. alludens, dicit *voluntatem autem Patris eſſe, uti qui viderit Filium, & crediderit in eum, vitam, & reſurrectionem conſequatur.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 1017. c. *Hæc eſt enim voluntas Patris mei: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ſuſcitem eum in noviſſima die.* Ambroſ. l. 5. de fide, col. 573. d. & l. de fide reſur. col. 1158. a. *Hæc eſt enim voluntas Patris mei, qui miſit me: ut omnis, qui videt....... habeat vit. æt. & ego reſuſcitabo eum in noviſſima die.* Accinit Auguſt. in hunc locum, poſito tamen *noviſſimo*, pro *noviſſima:* ipſe paulò inf. habet, *& reſuſcitabo ego eum in noviſſimo die*, ut in textu. Victorin. Afric. l. 3. contr. Ari. p. 278. b. *Hæc enim voluntas eſt Patris mei: ut omnis, qui videt Filium, & in ipſum credit, habeat vitam æt. & in die noviſſima reſurgat.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. a. *Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me: ut omnis..... & credit in eo, habeat vitam æternam.*

℣. 41. Mſ. Cantabrig. cum Foſſat. *Murmurabant ergo... quoniam dixit: Ego ſum panis, qui deſcendi de cœlo.* Corb. *quia dixit: Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi.* Abeſt quoque vox *vivus*, à S. Germ. & S. Mart. nec habetur in Græco, præterquam in Mſ. uno, ubi, ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ καταβὰς, &c. Tertul. l. de orat. c. 6. huc alludendo ait: *Panis eſt ſermo Dei vivi, qui deſcendit de cœlis.* Auguſt. ubi ſupra, nil differt à textu.

℣. 42. Sic habent Mſs. S. Germ. & S. Gat. *& dicebant: Nonne hic eſt filius Joſeph, cujus nos*, &c. Maj. Mon. *Nonne hic eſt filius Joſeph Jeſus, cui nos novimus*, &c. Corb. *Quomodo ergo dicit, quia*, &c. Cantabrig. *Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos ſcimus... Quomodo ergo dicit ſeipſum de cœlo deſcendiſſe?* Græcum Vulgatæ conſonat ad verbum. In Mſs. tamen quibuſdam deeſt vox Ἰησοῦς; ſicut apud Armen. καὶ τὴν μητέρα. Et verò Auct. quæſt. ex N. T. q. 79. col. 75. e. legit: *Nonne hic eſt filius Joſeph, cujus nos novimus patrem? Quomodo ergo hic dicit: Quia de cœlo deſcendi?* Ambroſiaſt. col. 85. f. *Quomodo ergo hoc dicit: Quia de cœlo deſcendi?* Auguſt. tract. 26. in Joh. col. 494. a. *Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos novimus patrem, & matrem? Quomodo ergo hic dicit: Quia deſcendi de cœlo?*

℣. 43. Mſs. Foſſat. & S. Germ. *Reſpondit ergo Jeſus, & dicit illis: Nolite murm. in invicem.* Cantabr. *Reſpondit igitur Jeſus, & dixit illis: Nolite murmurari inter vos.* Corb. *Nolite murmurare invicem.* Græc. Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων. Cæteri cum textu concordant. Auguſtinus ubi ſup. *Nolite murmurare ad invicem:* l. verò de prædeſt. ſanct. to. 10. col. 799. c. necnon Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 737. *Nolite murmurare invicem.*

℣. 44. Mſ. Cantabrig. *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui me miſit, adtraxerit illum: & ego reſuſcitabo illum in noviſſima die.* Corb. *niſi Pater, qui miſit me, attraxerit eum: &..... eum in noviſſima die.* S. Gat. *& ego ſuſcitabo.* Cæteri, ſicut & Græcum, ad verbum concinunt cum textu. Tertul. l. cont. Prax. p. 854. c. dicit, *neminem ad ſe venire poſſe, niſi quem Pater adducat:* at infra, p. 855. c. legit: *nemo ad me venit, niſi Pater eum adduxerit.* Cypr. epiſt. 73. p. 135. b. *nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit illi datum à Patre.* Hilar. in Pſ. 131. col. 457. b. *nemo venit ad me, niſi Pater, qui me miſit, adducat illum:* & l. 11. de Trin. 1101. b. *nemo venit ad me, niſi Pater meus adducat illum ad me.* Ambroſius l. 8. in Luc. col. 1472. c. *nemo venit ad me, niſi Pater meus, qui miſit me, adtraxerit eum:* & epiſt. 9. 796. e. *nemo venit ad me, niſi quem Pater adtraxerit:* & l. 5. de fide, 577. a. *nemo venit ad me, niſi Pater adtraxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die:* at l. 2. 490. e. habet: *nemo enim poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, adtraxerit eum: & ego reſuſcitabo*, &c. Similiter Auguſt. epiſt. 194. to. 2. col. 719. a. *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, adtraxerit eum:* at tract. 26. in Joh. to. 3. col. 495. c. & l. de quæſt. to. 6. col. 15. c. legit, cum Oroſ. l. cont. Pelag. p. 451. b. *nemo venit ad me, niſi quem Pater adtraxerit:* eodem verò tract. col. 496. d. *nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die:* demum jam laudato tract. col. 494. e. & l. de prædeſt. ſanct. to. 10. 799. c. eadem legit quæ in textu: *nemo poteſt*, &c. Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 718. b. *nemo enim venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, adducat eum:* & l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Isai. 54. 45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes
13. docibiles Dei. Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.
Matth. 46. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is,
11. 27. qui est à Deo, hic vidit Patrem.
47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam.
48. Ego sum panis vitæ.
Exod. 49. Patres vestri manducaverunt manna in de-
16. 31. serto, & mortui sunt.
50. Hic est panis de cœlo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.
51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.
52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.
53. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?
54. Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico

### VERSIO ANTIQUA.

45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. Ex Ms. Colbert.
46. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem.
47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam.
48. Ego sum panis vitæ.
49. Patres vestri manducaverunt in deserto manna, & mortui sunt.
50. Hic est panis de cœlo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.
51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.
52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.
53. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dàre ad manducandum?
54. Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

523. a. *nemo venit ad me, nisi Pater meus attraxerit eum ad me:* sed l. 3. adv. Pelag. to. 4. col. 539. *nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum:* tum addit: *Quando dicit*, nemo potest venire ad me, *frangit superbientem arbitrii libertatem.* Ita quoque habet Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. c. *nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum: & ego*, &c. at l. 2. c. 27. p. 31. d. *nemo venit ad me, nisi..... attraxerit eum.* Nec aliter ferunt Auct. l. de promiss. & præd. prom. 39. col. 188. a. & Auct. quæst. N. T. q. 79. col. 75. b. infra tamen Auctor quæst. N. T. legit, *nemo potest venire ad me.* Fulg. l. 3. de verit. præd. c. 9. p. 488. *nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, adtraxerit eum.* Cassiod. in Ps. 44. p. 154. a. *nemo venit ad me, nisi Pater adtraxerit eum.* Gaud. Brix. serm. 9. p. 958. b. *nemo venit ad Filium, nisi Pater eum pertraxerit.* Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 737. f. *nemo potest venire ad me, nisi... traxerit eum ad me.* S. Paulin. ep. 28. p. 176. a. *nemo potest venire ad Patrem, nisi per me.*

℣. 45. Ms. Fossat. *Est enim scriptum in Prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Qui audit à Patre, & didicit, venit ad me.* S. Germ. & Maj. Mon. *Omnis, qui audit à Patre.* S. Gat. *qui audit à Patre meo.* Cantabrig. *qui audit à Patre, & didicerit.* Corb. *Est scriptum enim in Prophetis*, &c. ut in textu. Græc. Πᾶς ὖν ὁ ἀκέσας παρὰ τῦ Πατρὸς, ϗ μαθὼν, &c. al. ἀκέων παρὰ, &c. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. c. Ait *omnem, qui à Patre audisset, & didicisset, venire ad se.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 1016. d. *Omnis, qui audit à Patre, & discit, venit ad me.* August. l. de præd. sanct. to. 10. col. 799. c. textui suffragatur: similiter & in hunc loc. his tantùm exceptis, *Scriptum est enim.*

℣. 46. Ms. S. Germ. *Non quia Patrem videt quisquam ..... hic videt Patrem.* Cantabrig. *Non quòd Patrem vidit quisquam, nisi qui à Deo est, hic vidit Deum.* Alii textui consonant, & Græco. Tertul. l. contr. Jud. c. 9. p. 142. c. *Deum enim Patrem nemo vidit unquam, & vixit.* Novatian. l. de Trin. p. 1039. b. legit: *Quia Patrem Deum nemo vidit unquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Deum.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 1016. d. *Non quòd viderit Patrem quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 122. col. 132. e. *Neque enim Patrem vidit quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Deum.* Augustinus tract. 26. in Joh. col. 497. c. nil differt à textu: paulò tamen inf. pro, *nisi is, qui est à Deo*, habet, *sed qui est à Deo.*

℣. 47. Concinunt Mss. omnes, & Græcum. Ita quoque habent Hilar. l. 9. de Trin. col. 1016. d. August. ubi sup. & Victorin. Afr. l. 1. contr. Ari. p. 255. h.

℣. 48. Ita iterum ferunt Mss. omnes, cum Græco. Accinunt pariter magno consensu Tertul. l. de orat. c. 6. p. 181. b. Ambrosius l. de bened. Patr. c. 9. 525. a. August. in hunc loc. & Victorin. Afric. l. 1. cont. Arium, p. 255. h.

℣. 49. Ms. Cantabr. *Patres vestri manducaverunt panem in deserto mannam, &*, &c. Cæteri omnes, *manducaverunt manna in deserto;* nec aliter Græc. & Ambros. l. de bened. Patr. c. 9. col. 525. a. August. in hunc loc. textui accinit.

℣. 50. Ms. Fossat. *Hic est enim panis de cælo descendens*, &c. ut in textu. Corb. *Hic est autem panis, qui descendit.* S. Gat. & Maj. Mon. *Hic est panis, qui de cælo descendit.* Similiter Cantabrig. sed addit, *ut si quis ex illo manducet, & non moriatur.* S. Germ. *ut si quis eo manducaverit.* Gr. ἵνα τις ἐξ αὐτῦ φάγῃ, ϗ μὴ ἀποθάνῃ. Ambros. l. de bened. Patr. c. 9. col. 525. a. *Hic est autem panis, qui de cælo descendit: ut si quis ex eo manducaverit, non moriatur.* Aug. l. 21. de civit. Dei, c. 19. to. 7. 639. b. 645. f. & Victorin. Afr. l. 2. cont. Arian. p. 273. f. *Hic est panis, qui de cælo descendit: ut si quis ex ipso*, &c. ut supra. Iterum August. tr. 26. in Joh. col. 498. f. *Hic est panis, qui de cælo descendit;* sed inf. 499. a. *Hic est panis de cælo descendens: ut si quis manduc. ex ipso, non*, &c.

℣. 51. Mss. Cantabr. & Corb. *Ego... qui de cælo descendit.* Cæteri cum textu concinunt. Gr. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβάς. Novatian. l. de Trin. 1039. b. *Ego sum panis vitæ æternæ, qui de cælo descendi.* Itidem Cypr. l. de orat. Dom. 209. c. sublata voce *æternæ.* Concinit Aug. l. 2. de serm. Do. in m. to. 3. 209. g. Item Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 255. h. inverso primarum vocum ordine, *Et panis vitæ sum ego*, &c. Hilarius verò l. 10. de Trin. col. 1047. b. & in Ps. 127. col. 425. e. legit ut in textu: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.* Similiter habent Ambros. l. de bened. Patr. c. 9. 525. a. in Ps. 43. 902. d. l. 6. in Luc. 1407. a. & l. 6. de Sacram. 381. a. August. in hunc loc. & l. 21. de civit. Dei, to. 7. 639. c. 645. f. Auctor l. de xl. mans. col. 8. e. & Auct. l. de promiss. p. 2. c. 8. col. 132. c.

℣. 52. Ms. Cantabrig. *Si quis manduc. de hoc pane*, &c. Corb. *& hic panis, quem ego dabo..... pro hujus mundi vita.* Similiter Fossat. *pro hujus mundi vita.* In cæteris omnia cum textu concordant. In Græco sic: Ἐάν τις φάγῃ..... ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· ϗ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μϋ ἐςὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τῦ κόσμϋ ζωῆς. Ms. unus delet δὲ, post ἄρτος; item alii duo, ἣν ἐγὼ δώσω, ante ὑπὲρ τῆς, &c. Cyprian. l. de orat. Dom. p. 209. c. legit: *Si quis ederit de meo pane, vivet in æternum: panis autem, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1047. b. *Si quis manducaverit de pane meo, vivet in æternum.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 9. col. 525. a. *Si quis manducaverit ex hoc, vivet in æternum.* Victorin. Afr. l. 1. contr. Ari. p. 255. h. *Qui istum manducat, vivet in sæculum.* Tertul. l. de carn. Chr. p. 549. c. *& panis, quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est.* Ambr. l. 2. de fide, 485. d. *hic panis, quem ego dabo, caro mea est.* August. l. 17. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 466. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 19. g. *panis, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita.* Similiter habet Gaud. Brix. ser. 2. p. 946. h. præter verbum *dabo.* Chromat. Aquil. p. 987. c. *panis cælestis, caro mea est, quam ego dabo pro mundi hujus vita.*

℣. 53. Ms. S. Gat. *Loquebantur ergo*, &c. Corb. *Quomodo potest hic nobis carnem dare ad manducare?* Cantabr. *carnem dare manducare?* Fossat. *carnem suam dare manducare?* Cæteri ut in textu. Græc. Ἐμάχοντο· subinde sic: Πῶς δύναται ὗτος ἡμῖν δῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν; Ms. 1. σάρκα αὐτῦ, al. ἑαυτῦ. August. tract. 26. in Joh. to. 3. col. 499. f. *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum?* & in Ps. 33. to. 4. col. 213. c. 221. g. *Quomodo potest hic nobis dare manducare carnem suam?* Gaud. Brix. ser. 2. p. 947. e. *Quomodo potest iste dare carnem suam ad manducandum?*

℣. 54. Ms. Fossat. *Dicit ergo Jesus: Amen*, &c. Corb.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : & ego resuscitabo eum in novissimo die.
56. Caro enim mea, verè est cibus : & sanguis meus, verè est potus :
57. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.
58. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui manducat me, & ipse vivet propter me.
59. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

### VULGATA NOVA.

vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : & ego resuscitabo eum in novissimo die.
56. Caro enim mea, verè est cibus : & sanguis meus, verè est potus : 1. Cor. 11. 27.
57. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.
58. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui manducat me, & ipse vivet propter me.
59. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Ait autem illis Jesus : Amen..... non habebitis vitam in vobis ipsis.* Cantabrig. *Dixit autem illis Jesus : Amen.... Nisi acceperitis carnem Fili hominis, & sanguem ejus biberitis, non habebitis in vobis vitam.* A textu nil differunt cæteri. Nec aliter Græcum habet, nisi in fine, ὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, quod favet textui Corb. Cypr. l. de orat. Dom. p. 210. a. necnon l. 1. & 3. Testim. pp. 282. c. 314. b. legit : *Nisi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Ita quoque Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 19. Hilar. verò l. 10. de Trin. col. 1047. c. *Nisi manducaveritis carnem Filii hom. & sanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Ambrosius l. 4. de fide, col. 543. d. *Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hom. & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis :* & in Ps. 43. 894. f. *Nisi manducaveritis.... non habebitis in vobis ipsis vitam :* at inf. 902. d. *Nisi manducaveritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam æternam :* & ita rursum l. de parad. col. 163. d. Ita etiam Cassiod. in Ps. 109. p. 379. a. & in Ps. 33. p. 111. c. nisi quòd hoc posteriori loco habet, *non habebitis in vobis vitam æternam.* August. tract. 11. in Joh. to. 3. p. 2. col. 376. f. 377. d. & in Ps. 33. to. 4. 212. f. cum Maxim. Taurin. p. 17. h. *Nisi quis manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam ;* Maximus, *vitam in semetipso :* tract. verò 26. 499. g. idem August. *Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis,* &c. ut in textu : & l. 1. de pecc. merit. to. 10. col. 19. g. *Si non manducaveritis,* &c. Victorin. Afric. l. 4. contr. Arian. p. 282. b. *Nisi acceperitis corpus hominis* (sup. *Filii*) *sicut panem vitæ, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Gaud. Brix. ser. 2. p. 946. f. *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vit. in vobis :* nec aliter infra, p. 947. g. præter *in vobis ipsis.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. b. textui accinit. Gelas. verò I. ep. 7. legit : *Qui non manducaverit carnem Filii hominis, & biberit sanguinem ejus, non habebit vitam in semetipso :* & itidem infra, col. 1178. c. d.

℣. 55. Ms. Cantabrig. *Qui edet ejus carnem, & bibet ejus sanguem, habet vitam æternam : & ego resuscitabo illum novissimo die.* Corb. *novissima die.* Cæteri omnes accinunt textui ad verbum. Græc. Ὁ τρώγων μυ τὴν σάρκα, ϗ πίνων μυ τὸ αἷμα, &c. Ambros. in Ps. 43. 894. f. legit : *Qui autem manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habebit vitam æternam.* Victorin. Afric. l. 4. contr. Ari. p. 282. b. *Qui autem edet carnem ejus, & bibet ejus sanguinem, habet vitam æternam.* Auct. verò l. de prom. & prædict. prom. 39. p. 188. a. textui suffragatur, nisi quòd habet, *suscitabo illum.*

℣. 56. Ms. Cantabrig. *Caro enim mea, verè est esca,* nec addit seqq. Maj. Mon. *Caro enim mea, verus cibus : & sanguis meus, verus est potus.* Reliqui, uno Corb. excepto, qui tollit *enim*, textui & Vulgatæ accinunt. Græc. Ἡ γὰρ σάρξ μυ ἀληθῶς ἐςι βρῶσις, ϗ το.... ἀληθῶς ἐςι πόσις· sed Mss. plures habent, ἀληθὴς... ἀληθής. Ambros. l. 8. in Luc. col. 1484. e. *Caro mea, verè est cibus : & sanguis meus, verè est potus :* at l. 4. de fide, 543. e. *Caro enim mea, verè est esca : & sanguis meus est potus.* Itidem habet Hilar. l. 8. de Trin. 955. c. detracto *enim.* August. in Ps. 33. to. 4. col. 212. f. *Caro enim mea, verè esca est : & sanguis meus, verè potus est :* ita quoque serm. 132. to. 5. 646. a. sublato *enim.*

℣. 57. Simillima sunt quæ exstant in Mss. S. Gat. Maj. Mon. S. Germ. Fossat. S. Marr. & in Græco : sed prolixiora multò quæ leguntur in Mss. Corb. & Cantabr. In Corb. nempe : *qui manducat meam carnem, & biberit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Si acceperit homo corpus Filii hominis, quemadmodum panem vitæ, habebit vitam in illo.* In Cantabrig. verò : *qui edet meam carnem, & bibet meum sanguem, in me manet, & ego in eum, sicut in me Pater, & ego in Patre. Amen, amen dico vobis : Nisi acceperitis corpus Fili hominis, sicut panem vitæ, non habetis vitam in eo.* In uno etiam codice Græco hæc habentur : καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τῦ Υἱῦ τῦ ἀνθρώπυ, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, ὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ· quæ in glossematum numero ponit Simonius, Hist. crit. part. 1. c. 30. sed conjicit doctissimus Millius, not. in hunc loc. verba hæc non glossema, sed ipsius Joannis esse verba : *Nihil in se habent,* inquit, *Evangelistæ sensibus non planè congruum ; imò quod non partim alibi, partim ℣. 54. hujus capitis totidem ferè verbis reperitur : gaudere autem ipsum crebris ejusdem rei repetitionibus, nemo nescit. Exstitisse verò ea jam olim in primis quibusdam codd. testis est Interpres vulgatus, vir Apostolici seculi, vel Apostolico saltem proximus, in cujus genuinis Latinis etiamnum leguntur.* Addam ego additamentum hoc ferè integrum citari à Victorino Afric. l. 4. cont. Ari. p. 282. b. ubi sic : *Deinde vitam esse, & æternam vitam sic testatur, sic docet : Nisi acceperitis corpus hominis, sicut panem vitæ, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis. Qui autem edet carnem ejus, & bibet ejus sanguinem, habet vitam æternam.* Quæ verba retulimus supra ad ℣℣. 54. & 55. Hilar. l. 8. de Trin. 955. c. & 957. a. hæc tantùm refert : *qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Itidem Vigil. Tapf. l. 1. contr. Arium, Sabel. &c. Hieron. verò l. 2. contr. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. *qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, hic in me manet, & ego in illo.* Augustin. in hunc loc. *qui manducat carnem meam,* &c. quæ in textu.

℣. 58. Mss. Fossat. & Corb. *Sicut misit me vivus Pater,* &c. insuper Fossat. delet *&*, ante *qui manducat me.* Cantabrig. *Sicut me misit vivus Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui me accipit, & ille vivet propter me.* Cæteri concordant cum textu & Vulg. nec refragatur Græcum. Ms. 1. cum Cantabrig. λαμβάνων. Æthiop. loco seq. μὲ, habet τὴν σάρκα μυ. Hilar. l. 7. de Trin. col. 935. c. legit : *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo per Patrem :* similiter habet l. 8. 957. a. sed addit : *& qui manducaverit meam carnem, & ipse vivet per me :* & post pauca : *Quomodo,* inquit, *per Patrem vivit..... per carnem ejus vivimus.* Ambros. l. 4. de fide, 542. f. 543. c. f. *Sicut misit me vivus Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui manducat me, & ipse vivit propter me :* & infra, 544. a. 545. b. c. eadem resumens, post *Patrem*, addit, *ita & qui manducat me, ipse vivit propter me.* Hieron. l. 2. contr. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. a. *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui comedit me, vivit propter me.* Victorin. Afric. l. 1. cont. Ari. p. 255. h. *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem : & qui accipit me, ille vivet propter me :* subinde p. 266. b. *Vivens Pater misit me, & ego vivo propter ipsum :* & l. 3. p. 278. a. *Sicut me misit vivus Pater, ita & ego vivo propter Patrem :* demum l. 4. 282. b. 284. a. *Misit me vivus Pater, & ego vivo propter Patrem.* August. in hunc loc. accinit textui.

℣. 59. Ms. Corb. solus his differt, *mannam in deserto.* Vulgatæ, & textui concinunt alii omnes ; etiam Cantabrig. sublata tamen voce *manna.* Græcum Vulgatæ similiter favet, nisi quòd habet, Οὗτος ἐςιν ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ..... καταβάς.... Ὁ τρώγων τῦτον.... ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ms.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

60. Hæc dixit in ſynagoga docens, in Capharnaum.

61. Multi ergo audientes ex diſcipulis ejus, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?

62. Sciens autem Jeſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli ejus, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat?

Sup. 3. 13. 63. Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem ubi erat priùs?

64. Spiritus eſt, qui vivificat: caro non prodeſt quidquam: verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

65. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jeſus qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum.

66. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.

67. Ex hoc multi diſcipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant.

**Versio antiqua.**

60. Hæc dixit in ſynagoga docens, in Capharnaum. Ex Mſ. Colbert.

61. Multi ergo audientes ex diſcipulis ejus, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?

62. Sciens autem Jeſus & ipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli ejus, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat?

63. Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem ubi erat priùs?

64. Spiritus eſt, qui vivificat: caro non prodeſt quicquam: verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

65. Sed ſunt ex vobis quidam, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jeſus qui eſſent non credentes, & qui credituri eſſent in eum.

66. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi datum ei fuerit deſuper à Patre meo.

67. Ex hoc ergo multi diſcipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant.

## Notæ ad Versionem antiquam.

1. Colb. cum Copt. delet μάννα. Ambroſ. l. 2. de fide, col. 485. d. *Hic eſt panis vivus, qui deſcendit de cælo:* & epiſt. 64. 1049. b. ſic alludens addit quæ ſequuntur: *Illud enim manna, hoc eſt, panem illum qui manducaverunt, mortui ſunt: hunc autem panem qui manducaverit, vivet in æternum.* Hieron. l. 2. contr. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. a. *Iſte eſt panis, qui de cælo deſcendit.* Victorin. Afric. l. 1. cont. Ari. p. 255. h. *Hic eſt panis de cælo deſcendens. Non ſicut patres veſtri manducaverunt manna, & mortui ſunt. Manducans iſtum panem, vivet in omne ſæculum:* at l. 4. p. 282. b. legit: *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit.* Auguſt. in hunc loc. nil differt à textu & Vulgata.

℣. 60. Mſ. Foſſat. *Hæc dixit Jeſus in ſynag. docens, in Capharnaum.* Cantabrig. *Hæc dixit in ſynag. docens, in Caſarnaum ſabbato.* Corb. *Hæc dixit in ſynagoga docens ſabbato, in Chaparnaum.* Reliqui ut in textu & Vulgata, quibus etiam Græcum favet, niſi quòd ſcribit Καπερναούμ· Mſ. autem 1. Colb. cum Cantabr. addit σαββάτῳ. Auguſtinus tract. 27. in Joh. to. 3. p. 2. col. 502. a. cum Corb. concinit; l. verò de corr. & gra. to. 10. 762. a. cum textu & Vulgata.

℣. 61. Sic habent Mſs. Foſſat. S. Mart. & S. Germ. niſi quòd poſtremus iſte ipſo initio habet, *Multi autem.* Corb. Maj. Mon. & S. Gat. addunt &, poſt vocem *ſermo.* Cantabrig. *Multi ergo ex diſcipulis ejus audientes, dixerunt: Durus eſt ſermo hic, & quis poteſt illum audire?* Græcum textui Colb. favet, ſicut etiam Auguſt. tract. 11. & 27. to. 3. p. 2. col. 377. e. 502. d. & l. de corr. & gra. to. 10. 762. a. Tertul. l. de reſur. carn. p. 580. c. huc alludens, ait: *Durum, intolerabilem exiſtimaverunt ſermonem ejus, quaſi verè* (i. e. cruento modo) *carnem ſuam illis edendam determinaſſet.* Hieron. in Iſai. 8. col. 79. d. *Durus eſt hic ſermo, quis poterit audire eum?* Gaud. Brix. ſer. 2. p. 947. e. *Durus eſt hic ſermo, & quis eum poteſt audire?*

℣. 62. Mſ. Cantabrig. *Ut cognovit ergo Jeſus, quòd intra ſe murmurant de illo,* &c. ut ſup. Corb. *Cognovit autem Jeſus apud ſemetipſum, quia murmurant de hoc,* &c. Foſſat. *quia murmurabant de hoc.* S. Gat. *quia murmuraverunt,* &c. Cæteri Vulgatæ accinunt. Græc. Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ, ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου, &c. Mſs. quidam, Ἔγνω οὖν ἐν ἑαυτῷ. Auguſt. l. de corrept. & gra. to. 10. 762. a. cum Vulgata concinit: ſimiliter & in hunc loc. poſito *de eo,* pro *de hoc.*

℣. 63. Mſ. Cantabrig. *Quid ſi videritis Filium hom. aſcend. ubi ante erat?* Corb. *Quid ergo cùm videritis,* &c. ut in textu: cui etiam accinunt cæteri omnes, & Græcum. Nec aliter habet Auguſt. locis ſup. citatis. Novatian. l. de Trin. p. 1039. b. legit: *Quid ſi videritis Filium hominis aſcendentem illuc, ubi ante erat?* Hilar. l. 10. de Trin. 1071. c. *Quid ſi videritis Filium hom. aſcend. ubi antea fuit?* Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 256. a. *Si igitur videritis Filium hom. aſcend. ubi fuit priùs?* Similiter Fulg. l. pro fide Cath. p. 541. excepto verbo *erat*, pro *fuit.*

℣. 64. Mſ. Foſſat. *Spiritus eſt, qui vivificat: caro autem non prodeſt quidquam,* &c. ut ſup. Cantabr. *caro nihil prodeſt: verba..... vobis, ſpiritus eſt, vita eſt.* Corb. *nam caro non prodeſt quicquam: verba..... vobis, ſpiritus & vita eſt.* Cæteri nil differunt à textu. Græc. ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστιν. Mſs. plures pro λαλῶ, ferunt λελάληκα. Tertul. l. de reſur. carn. p. 580. c. legit: *Spiritus eſt, qui vivificat: caro nihil prodeſt: verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, vita ſunt:* & infra, p. 587. b. *Spiritus enim eſt, qui vivificat in regnum Dei: caro nihil prodeſt.* Ambr. l. de Spir. S. col. 631. b. *verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Itidem Auguſt. epiſt. 194. to. 2. 719. a. l. 1. contra epiſt. 2. Pelag. to. 10. 414. d. & l. de corr. & gra. 762. b. Ita quoque legunt Gaudent. Brix. ſer. 2. p. 947. f. & Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. hæc inſuper præmittentes: *Spiritus eſt, qui vivif. nam caro nihil prodeſt.* Auguſt. præterea tract. 11. in Joh. to. 3. p. 2. col. 378. a. ſic legit: *Spiritus eſt, qui vivificat: caro autem nihil prodeſt: verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus eſt & vita:* & tract. 27. 503. g. 504. a. *Spiritus eſt, qui vivificat: caro autem non prodeſt quidquam: verba, quæ ego locutus..... ſpiritus & vita eſt:* paulò inf. *ſpiritus & vita ſunt.* Fulg. l. pro fid. Cath. p. 541. *Spiritus eſt, qui vivificat: nam caro non prodeſt quidquam.* Epiphan. in 1. 2. Cantici Canticor. *Caro enim nihil prodeſt: ſpiritus eſt, qui vivificat.*

℣. 65. Mſ. Cantabrig. *Sed ex vobis ſunt aliqui, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jeſus qui ſunt qui non credunt, & quis eſſet qui eum traderet.* Corb. *Sed ſunt quidam ex vobis..... Sciebat enim Jeſus qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum.* Foſſat. Maj. Mon. & S. Mart. *Sciebat ab initio Jeſus qui eſſent credentes, & quis traditurus,* &c. Alii Vulgatæ ſuffragantur. Græc. Ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἳ οὐ πιστεύουσιν. Ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν. In Mſ. Uſſer. 1. & apud Cyril. deeſt μὴ, ante πιστεύοντες, ſi Millio fides. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1023. c. legit: *Sciebat enim Jeſus ab initio qui eſſent non credentes, & qui eſſet traditurus eum.* Auguſt. verò tum epiſt. 194. to. 2. 719. b. tum in Pſ. 87. to. 4. 932. e. tollit negationem ante verbum *credentes:* ita quoque l. 1. contra epiſt. 2. Pelag. to. 10. 414. d. & l. de corr. & gra. 762. b. cætera autem refert ut in Vulg. item & in hunc loc. tollit negationem, & inſuper habet *in vobis*, pro *ex vobis.* Ambroſ. l. de parad. col. 161. a. poſteriora tantùm: *Sciebat Jeſus quis eum proditurus eſſet.*

℣. 66. Mſ. Corb. *Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum deſurſum à Patre.* Cantabrig. *Et dicebat: Propter hoc dixi vobis, quoniam nemo poteſt venire ad me, niſi illi datum fuerit à Patre.* Foſſat. *Et dicebat eis,* &c. ut in Vulgata; cui accinunt cæteri omnes. Accinit ſimiliter Græcum, niſi exceperis ἐκ τοῦ Πατρός μου, pro *à Patre meo.* Mſ. 1. Colb. παρὰ τοῦ Πατρὸς, abſque μου. Auguſt. epiſt. 194. to. 2. 719. b. tract. 27. in Joh. to. 3. 504. f. & l. 1. contra epiſt. 2. Pelag. to. 10. 414. d. à Vulgata nil differt: ſimiliter l. de prædeſt. ſanct. 801. c. at ſup. l. de corr. & gra. 762. b. habet, *nemo venit ad me*, pro *nemo poteſt venire ad me.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. c. *Propter hoc dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi datum fuerit ei à Patre meo.*

℣. 67. Mſ. S. Germ. *Ex hoc enim multi,* &c. Foſſat. *Ex hoc ergo multi..... abierunt retrorſum: ita etiam cum illo non ambulabant.* Corb. *Ex hoc multi..... abierunt retro: & ampliùs cum illo non ambulabant.* Cantabrig. *Ex hoc ergo multi diſcentium ejus abierunt retro: & ampliùs cum illo non ambulabant.* Cæteri ut in Vulgata. Græc. Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω· καὶ οὐκέτι



Digitized by Google

Ex Ms. Colbert.

VERSIO ANTIQUA.

68. Dixit ergo Jesus illis duodecim discipulis: Nunquid & vos vultis ire?

69. Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes:

70. & nos credimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei.

71. Et respondit Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi: & unus ex vobis diabolus est?

72. Dicebat autem de Juda Simone Scariothe: hic enim erat traditurus eum, cùm unus esset ex duodecim.

VULGATA NOVA.

68. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?

69. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes:

70. & nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei. Matth. 16. 16.

71. Respondit eis Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis unus diabolus est? Marc. 8. 29.

72. Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem: Luc. 9. 20.
hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus ex duodecim.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.* Mss. quidam, Ἐκ τούτου οὖν πολλοὶ, &c. Tertul. l. de præscr. p. 330. c. alludens dicit: *Nonne ab ipso Domino quidam discentium scandalisati deverterunt?* August. in hunc loc. Vulgatæ accinit ad verbum.

℣. 68. Ms. Corb. *Dixit ergo illis duodecim discipulis: Nunquid & vos vultis ire?* Fossat. *Dixit ergo Jesus illis duodecim discipulis: Nunquid & vos vultis discedere?* Cantabr. *Dixit autem Jesus duodecim: Nunquid & vos vultis ire?* Cæteri, unà cum Græco, Vulgatæ favent. Unus tamen Gr. addit μαθηταῖς, voci δώδεκα. Tertul. l. de præscr. p. 330. c. ad hæc alludens dicit: *Sed qui scierunt illum vitæ esse verbum, & à Deo venisse, perseveraverunt in comitatu ejus usque ad finem, cùm illis, si vellent & ipsi discedere, placidè obtulisset.* Cypr. epist. 55. p. 83. a. & ep. 69. p. 123. *Nunquid & vos vultis ire?* Itidem legit August. in hunc locum, & l. de catechis. rud. to. 6. col. 275. a. Ambros. verò l. 1. de apol. Dav. col. 699. e. *Nunquid & vos vultis discedere?*

℣. 69. Ms. Corb. *Respondit ei Simon Petrus, & dixit: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ Deus habes.* Cæteri cum Vulgata concinunt, nisi quòd Fossat. delet *ergo*, post *Respondit*; Cantabrig. verò legit: *Dixit autem illi Simon Petrus*, &c. In Græco, pro *ibimus*, habetur ἀπελευσόμεθα· Ms. etiam unus Colb. tollit οὖν, post verbum Ἀπεκρίθη. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *Respondit Simon Petrus: Quò discedemus? verba vitæ habes.* Cyprianus epist. 55. p. 83. & epist. 69. p. 123. *Respondit ei Petrus, dicens: Domine, ad quem ibimus? verbum vitæ æternæ habes.* Victorin. Afric. l. 3. adv. Arium, p. 278. c. *Post quem ibimus? verbum vitæ habes.* Ambros. l. de apol. Dav. col. 699. e. & tr. in Ps. 43. col. 890. a. & l. 6. in Luc. 1399. c. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus:* similiter habet in Ps. 39. col. 863. d. & in Ps. 118. 1086. b. nisi quòd pro *& nos credimus*, habet *& nos relinquemus te?* lib. verò 6. de Sacram. 380. b. *verba vitæ æternæ habes, & ego à te quomodo recedam?* August. tract. 11. in Joh. to. 3. col. 378. a. *Respondit Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes:* infra, tract. 27. *Respondit ergo ei Simon Petrus*, &c. Maxim. Taurin. p. 47. h. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ tu habes, & nos credimus.* Victorin. Afr. l. 1. contr. Ari. p. 256. a. *verbum vitæ æternæ habes.*

℣. 70. Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. textui accinunt ad verbum. Ms. Corb. *& nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei vivi.* Cantabrig. *& nos credidimus, & cognovimus te, quia tu es Sanctus Dei.* Gr. καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν..... ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Ms. 1. cum Cantabrig. fert, Σὺ εἶ ὁ Ἅγιος. Æthiop. Χριστὸς ὁ ἅγιος, ὁ Υἱός· à quibusdam etiam abest ultima vox, τοῦ ζῶντος. Tertul. l. contr. Prax. p. 854. c. *& nos credimus, quòd tu sis Christus.* Cypr. epist. 55. p. 83. a. *& nos credimus, & cognovimus, quoniam tu es Christus Filius Dei vivi:* similiter epist. 69. p. 123. detracta voce *Christus*. Victorin. Afric. l. 1. contr. Ari. p. 256. a. *& nos credidimus in te Domine, quoniam tu es Christus Filius Dei:* & l. 3. contr. eundem, p. 278. c. *& nos credimus, & cognovimus, quòd tu es Christus Filius Dei.* Ambros. l. 6. in Luc. 1407. a. *tu es Christus Filius Dei vivi.* August. in hunc locum, *& nos credidimus*, &c. ut in textu.

℣. 71. Ms. Fossat. *Respondit illi Jesus: Nonne*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. *Respondit ei Jesus: Nonne..... unus & ex vobis diabolus est?* Corb. *Et respondit Jesus, dixit illis: Nonne..... & ex vobis unus diabolus est?* Cantabr. *Respondit Jesus, & dixit: Nonne..... & unus ex vobis*, &c. Cæteri, & Græcum, Vulgatæ concinunt: unus tamen Græcus habet αὐτῷ, non αὐτοῖς, post verbum *Respondit*. Hieron. l. 3. contr. Pelag. col. 536. b. *Nonne vos duodecim ego elegi Apostolos: & unus de vobis diabolus est?* August. quæst. 117. in Gen. to. 3. col. 406. c. & in Joh. col. 505. e. 663. a. 664. d. *Nonne ego vos duodecim elegi: & unus ex vobis diabolus est?* Hilar. in Ps. 142. col. 547. b. *ecce ex vobis unus est satanas.*

℣. 72. Ms. Corb. *Dicebat autem de Simone Juda Scarioth: hic enim incipiebat tradere, unus cùm esset ex duodecim.* S. Germ. *Dicebat enim hoc de Juda Simonis Scariotha: hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus duodecim.* Fossat. *Dicebat autem de Juda Simonem Scariothem: hic enim erat..... cùm unus esset ex duodecim.* S. Gat. *Dicebat enim Judam Simonis Scariothis: hic enim erat..... unus cùm esset de duodecim.* Maj. Mon. *Dicebat enim Judam Simonem Scariothem*, &c. ut sup. Cantabrig. *Dicebat autem Judam Simonis Scarioth: hic enim incipiebat tradere eum, unus de duodecim.* Græc. Vulgatæ suffragatur. Ms. tamen unus scribit Ἰσκαριώτου, pro Ἰσκαριώτην.

# CAPUT VII.

Ex Ms. Colbert.

VERSIO ANTIQUA.

1. POst hæc ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quoniam quærebant eum Judæi interficere.

2. Erat autem prope Pascha, dies festus Judæorum.

3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera, quæ facis.

VULGATA NOVA.

1. POst hæc autem ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.

2. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia. Levit. 23. 34.

3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua, quæ facis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Accinit Ms. Fossat. textui Colb. S. Germ. verò, & S. Gat. habent, *Post hæc autem perambulabat Jesus in Galilæam*, &c. ut sup. Similiter Ms. Maj. Mon. detracta præpositione *in*. Corb. *Post hæc ambulabat Jesus in Galilæam, non enim habebat potestatem in Judæam ambulandi, quia*, &c. ut sup. Cantabrig. *Post hæc ambulabat in Galilæa, non enim volebat in Judæa ambulare, quoniam quærebant illum Judæi occidere.* Græc. Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι..... ἀποκτεῖναι. Millius observat in hunc locum, Chrysostomum cum Cyrillo legere, οὐ γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν, loco οὐ γὰρ ἤθελεν· Vulgatam olim, *non valebat*, uti visum Erasmo, & Drusio, pro quo postea *non volebat*; hæc Millius, quem vide.

℣. 2. Ms. Cantabrig. cum Græco: *Erat autem prope dies festus Judæorum, Scenopegia.* Fossat. & Corb. *Scenopegia.* S. Mart. *Schenophenia.* Cæteri Vulgatæ favent.

℣. 3. Ms. Corb. similiter delet vocem *tua*, post *opera*; Fossat. & S. Gat. habent, *opera tua, quæ tu facis*; præterea Fossat. *Dixerunt ergo*, pro *Dixerunt autem.* Cantabr. *Dixerunt ergo ad eum fratres sui..... opera, quæ facis.* Cæteri cum Vulgata concinunt. Græc. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse : si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.

6. Dicit ergo eis Jesus : Tempus meum nondum advenit : tempus autem vestrum semper est paratum.

7. Non potest mundus odisse vos : me autem odit : quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera ejus mala sunt.

8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum : quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa.

10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto.

11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant : Ubi est ille ?

12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant : Quia bonus est. Alii autem dicebant : Non, sed seducit turbas.

13. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Judæorum.

14. Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, & docebat.

15. Et mirabantur Judæi, dicentes : Quomodo

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

4. Nemo enim in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse : si hæc facis, manifesta teipsum huic mundo.

5. Neque enim tunc fratres ejus credebant in eum.

6. Dixit ergo eis Jesus : Tempus meum nondum advenit : tempus autem vestrum semper est paratum.

7. Non potest mundus odire vos : me autem odit : quoniam ego testimonium perhibeo de illo, quia opera ejus mala sunt.

8. Vos ascendite ad diem festum, ego non ascendam ad diem festum hunc : quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cùm dixisset Jesus, mansit in Galilæam.

10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto.

11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant : Ubi est ille?

12. Et murmur de illo erat in turba. Quidam enim dicebant : Quia bonus est. Alii autem dicebant : Non, sed seducit populum.

13. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Judæorum.

14. Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, & docebat.

15. Mirabantur ergo Judæi, dicentes : Quomo-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ..... τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς. Ms. unus, Εἶπον δέ· subinde multi tollunt σου, post ἔργα· unus præponit σὺ, verbo ποιεῖς· duo ferunt αὐτὸς ποιεῖς. August. ser. 133. to. 5. col. 648. c. *Dixerunt ergo fratres ejus : Transi hinc*, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Ms. S. Germ. *Nemo quippe ergo in occulto aliquid facit*, &c. ut in Vulg. Maj. Mon. *Nemo ergo in occulto quid facit*, &c. Fossat. *Nemo enim in occulto aliquid facit ..... manifesta teipsum huic mundo.* S. Gat. *Nemo ergo in occulto facit, & ..... manifesta teipsum mundo huic.* Corb. *Nemo quid facit in occulto, quid facit quærit ipse..... manifesta teipsum huic mundo.* Cantabrig. *Nemo enim in occulto aliquid facit, & quærit illud in palàm esse : si hæc facis, ostende teipsum mundo.* August. in hunc locum, & serm. 133. to. 5. 648. c. nil differt à Vulg.

℣. 5. Ms. Corb. similiter, *Neque enim tunc fratres*, &c. ut sup. Fossat. *Neque enim fratres ejus tunc*, &c. Cantabrig. *Neque enim fratres ejus crediderunt tunc in illum.* Cæteri Mss. Vulgatæ consonant, cum Græco, quibus etiam favet August. ubi supra. Ambrosiast. verò, col. 213. f. habet, *Quia nec fratres ejus adhuc credebant in eum.*

℣. 6. Concinunt Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accedit S. Germ. nisi quòd habet *Dicit*, pro *Dixit*. Similiter Fossat. sed delet seq. voculam *ergo*. Cantabr. fert : *Dicit illis ergo Jesus : Tempus meum nondum venit*, &c. ut sup. Ms. S. Mart. *tempus autem vestrum semper adest paratum*; cætera ut in Vulg. Græc. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστιν, &c. Mss. quidam tollunt οὖν. Ambros. in Ps. 118. col. 1213. e. *Tempus meum nondum advenit.* August. ser. 123. col. 648. c. Vulgatæ congruit; similiter & in hunc locum, excepto *nondum venit*.

℣. 7. Mss. Fossat. & Corb. cum textu Colb. conveniunt. Ita etiam Mss. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd habent *odisse*, non *odire*. Itidem Cantabrig. *odisse*; sed paulò post, *quoniam ego testimonium dico de illo, quia opera ejus mala sunt.* Græc. ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν. Auct. l. contr. Judæos, p. 493. *Odit me sæculum, & ego odi illud : quia mala facta sunt illius.* Augustinus ser. 133. to. 5. 648. c. consentit cum Vulg. nec aliter in hunc loc. nisi exceperis *quia opera*, pro *quòd opera*.

℣. 8. Ms. Corb. textui Colb. congruit, nisi quòd habet, *ego autem non ascendo.* Fossat. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendam ad diem festum istum*, &c. ut sup. S. Germ. *Vos autem ascendite ad diem festum hunc, ego autem nondum ascendo ad diem festum istum*, &c. Cantabrig. *Vos ascendite in diem festum, ego non ascendo in hunc diem festum : quoniam*, &c. A Vulgata nil differunt cæteri, exceptâ voculâ *autem*, quam delet Ms. S. Martini. Græc. Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, &c. Mss. plures delent 1. ταύτην· unus habet, ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναβήσομαι. August. in hunc locum : *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum hunc : quia tempus meum nondum impletum est* : serm. verò 133. to. 5. col. 648. d. cum Vulg. concinit ad verbum. Ambros. l. 5. de fide, col. 571. c. *tempus meum nondum impletum est.* Auctor l. quæst. ex N. T. q. 78. col. 75. a. sic habet : *Vos ascendite ad diem festum istum, quia mundus vos non odit : me autem odit, quia arguo opera ejus. Ego non ascendo ad diem festum hunc : quia tempus meum nondum impletum est.*

℣. 9. Ms. Corb. *Hæc cùm dixisset illis, ipse mansit in Galilæam.* Itidem Fossat. & Cantabrig. nisi quòd ille habet *eis*, pro *illis*; iste verò neutrum. Cæteri ut Vulgata. Græc. Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς, ἔμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ. In Mss. plerisque deest δέ· in quibusdam pro αὐτοῖς, legitur αὐτός. Apud August. ubi supra, omnia ut in Vulg.

℣. 10. Ita ferunt Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque in Corb. deletâ voculâ *autem*. In Cantabrig. sic : *Cùm autem ascenderunt..... tunc & ipse ascendit in diem festum non palàm, sed absconsè.* Græc. cum Vulgata concordat : Mss. tamen quidam delent ὡς, ante *in occulto*. Hieron. l. 2. dial. contr. Pelag. to. 4. col. 521. c. legit : *Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad solemnitatem non manifestè, sed quasi in abscondito.* August. ser. 133. col. 648. d. legit : *non manifestè, sed quasi occultè* : in hunc verò locum nil differt à textu.

℣. 11. Concinunt Mss. omnes unà cum Græco. August. in hunc locum, pro *& dicebant*, habet *dicebant ergo*.

℣. 12. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Cantabr. *Et murmur erat de illo in turba. Aliqui dicebant : Quia bonus est. Alii dicebant*, &c. ut sup. S. Germ. *Et murmur multum de illo erat in turba*, &c. ut in Vulg. Fossat. *Et murmurabat de illo turba. Quidam autem dicebant*, &c. S. Mart. *Et murmur multus de eo erat in turba*, &c. ut in Vulg. cui etiam accinunt alii Mss. Græc. Καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις. Οἱ μὲν ἔλεγον..... Ἄλλοι δὲ..... πλανᾷ τὸν ὄχλον· Mss. plures ferunt τῷ ὄχλῳ, pro τοῖς ὄχλοις· subinde alii tollunt δὲ, & in fine duo habent τοὺς ὄχλους. August. l. 1. de ser. Do. in m. to. 3. col. 170. g. legit : *Alii dicebant : Quia propheta est. Alii autem dicebant :* Non, *sed seducit populum* : tract. verò 29. in Joh. col. 513. c. *Et alii dicebant : Bonus est. Alii autem :* Non, *sed seducit turbas.* Ambros. l. 2. de fide, col. 476. a. huc alludens ait : *Judæi dicebant : Bonus est. Alii dicebant :* Non *est.*

℣. 13. Sic habent Mss. omnes, præter Cantabrig. qui *timorem* habet, pro *metum*. Gr. φόβον.

℣. 14. Concinunt Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. In Fossat. verò sic : *Jam autem medio die festo, ascendit*, &c. In Cantabrig. *Jam autem cùm dies festus medius esset, ascendit*, &c. Græc. Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ἀνέβη, &c. al. μεσαζούσης, ἀνέβη.

℣. 15. Ms. Fossat. *Mirabantur autem Judæi*, &c. ut in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* do hic litteras novit, cùm non didicerit?

16. Et respondit Jesus, & dixit eis: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui me misit.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere: cognoscet doctrinam, utrùm ex Deo est, an ego à meipso loquar.

18. Qui à semetipso loquitur, gloriam suam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui misit illum, hic verax est, & injustitia non est in illo.

19. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem?

20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

21. Respondit eis Jesus, & dixit: Unum opus feci, & omnes miramini.

22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem.

23. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem salvum feci in sabbato?

24. Nolite judicare secundùm faciem, sed justum judicium judicate.

25. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nonne hic est, quem quærunt occidere?

26. Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid fortè verè cognoverunt principes quia

VULGATA NOVA.

hic litteras scit, cùm non didicerit?

16. Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere: cognoscet de doctrina, utrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

18. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, & injustitia in illo non est.

19. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? *Exod. 24. 3.*

20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? *Sup. 5. 18.*

21. Respondit Jesus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini.

22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem. *Levit. 12. 3. Genes. 17. 10.*

23. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato?

24. Nolite judicare secundùm faciem, sed justum judicium judicate. *Deuter. 1. 16.*

25. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere?

26. Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognoverunt principes quia hic est

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vulg. Corb. textui Colb. consonat ad verbum; ita etiam Cantabrig. nisi quòd in fine habet, *qui non didicit.* Græc. μὴ μεμαθηκώς. Ambros. l. 2. de fide, col. 485. e. & Maxim. Taurin. p. 18. b. *Quomodo hic litteras novit, cùm non didicerit?* Auct. l. de promis. p. 3. prom. 10. col. 174. e. *Et mirabantur omnes, qui erant in templo, dicentes: Quomodo hic legit, qui litteras non didicit?*

℣. 16. Ms. Fossat. *Respondit autem Jesus, & dixit: Mea,* &c. ut in Vulg. Corb. *Respondit Jesus, & dixit illis: Mea doctrina non est, sed ejus,* &c. S. Germ. Cantabr. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, & Græco. Ambros. in Ps. 43. col. 890. d. & l. 2. de fide, 485. e. & epist. 26. & 80. col. 894. e. 1097. b. *Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui me misit.* Maxim. Taurin. p. 18. b. sic: *Mea doctrina non est de hoc mundo, sed ejus, qui me misit.*

℣. 17. Ms. Corb. cum Fossat. *Si quis voluerit... cognoscet de doctrina, utrùm ex Deo est,* &c. ut sup. Cantabr. *sciet de doctrina, utrùm ex Deo est, an ego à me loquor.* Cæteri Vulg. respondent. Græc. γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ. Ambros. l. 2. de fide, 485. e. *Si quis voluerit volunt. ejus facere: cognoscet de doctrina, utrùm ex Deo est, an ego à meipso loquar.* Nec aliter August. in hunc loc. posito *sit*, pro *est*.

℣. 18. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. detractâ tantùm voculâ *hic.* Fossat. ipso initio sic habet: *Quia à semetipso loq. gloriam suam propriam quærit,* &c. sed mendum librarii oscitantis est *Quia à*, pro *Qui à.* Cantabr. sic: *Qui ab se loquitur, gloriam suam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui eum misit, hic verus est, & iniquitas in eo non est.* Vulgatæ suffragantur cæteri. Gr. Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ, &c. Ambros. l. 2. de fide, col. 486. c. *Qui à semetipso loquitur, gloriam suam quærit.* August. in hunc locum, & Arnob. l. de Trin. p. 210. d. Vulgatæ concinunt.

℣. 19. Accinunt Mss. Cantabrig. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. unà cum Græco. In Fossat. sic: *Nonne Moses dedit nobis legem,* &c. In Corb. verò deest posterius membrum, *& nemo ex vobis facit legem?* additum quidem est ad marginem libri, sed recentiori manu. August. in hunc loc. nil differt à textu.

℣. 20. Ita ferunt Mss. omnes, nisi quòd in Cantabrig. bis scriptum *occidere*, pro duplici *interficere.* In Corb. etiam legitur *habet*, non *habes;* sed aperto librarii errore, nam in Græco constanter ἔχεις, &c. ut in textu. Ambros. l. 1. de fide, 463. c. hunc versum cum altero, nempe 40. capitis 8. conjungens, dicit: *Quid me quæritis occidere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis?* Gaudent. Brix. ser. 11. p. 961. c. *Dæmonium habes: quis te quærit interficere?* August. in hunc loc. *Quid me quæritis interficere? Respondit ei turba: Dæmonium habes: quis te quærit occidere?*

℣. 21. Ms. Corb. *Respondit ei Jesus, & dixit: Unum,* &c. Cantabrig. *Respondit Jesus, & dixit: Unum... & vos miramini.* Cæteri Vulgatæ congruunt, sicut & Græcum. Gaud. Brix. ser. 11. p. 961. c. similiter legit, *Unum opus feci, & omnes miramini.* Nec aliter August. ubi supra.

℣. 22. Eadem ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. At Fossat. *Propterea Moses dedit vobis legem circumcisionis: non quia,* &c. ut sup. Cantabr. *Ideo dedit vobis Moyses circumcisionem: non quòd ex Moyse sit, sed,* &c. Græcum textui nostro suffragatur, nisi quòd habet constanter, Μωσῆς... Μωσέως. Gaudent. Brix. ser. 11. p. 962. c. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse circumcisio, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem.* Similiter August. in hunc locum.

℣. 23. Ms. Cantabrig. *Si ergo circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur ex Moysi: quomodo mihi irascimini, quòd totum hominem sanum feci in sabbato?* Fossat. *mihi autem indignamini, quòd totum,* &c. Cæteri nil differunt à Vulg. nec etiam Corb. nisi quòd abest ab ipso duplex præpositio *in*, ante vocem *sabbato.* Græcum eidem Vulg. favet ad verbum: Ms. tamen 1. loco ἐμοὶ χολᾶτε, ponit πῶς ἐμοὶ χολᾶτε, *quomodo mihi indignamini.* Ambros. in Ps. 118. col. 1092. e. *mihi irascimini, quia totum hominem salvum feci in sabbato?* itidem infra, col. 1152. c. & l. 5. in Luc. 1365. a. excepta voce *sanum*, pro *salvum:* at l. de incarn. col. 719. b. *mihi indignamini, qui totum hominem sanum feci in sabbato?* Damas. I. epist. 4. to. 1. col. 499. b. *irascimini mihi, quia totum hominem salvum feci?* Gaud. Brix. ser. 11. p. 962. c. *Si circumcisionem accipit homo die sabbati, ut,* &c. ut in Vulgata.

℣. 24. Ms. Cantabrig. *Nolite judicare secundùm personam,* &c. Cæteri Mss. textui Colb. consonant. Græc. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, &c. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. d. *Nolite judicare secundùm personam, sed justum judicium judicate.* August. l. de agon. Chr. to. 6. col. 582. h. *Nolite judicare personaliter, sed justum judicium judicate:* nec aliter in hunc loc. si exceperis *rectum*, pro *justum.*

℣. 25. Mss. Fossat. & Cantabrig. *Dicebant ergo quidam ex* (Cantabr. *de*) *Hierosolymitis: Nonne hic est, quem quærunt occidere?* Maj. Mon. *Nunquid hic est, quem quærunt interficere?* S. Germ. Corb. & S. Gat. Vulgatæ simillimi. Græcum Fossatensi favet. August. in hunc locum..... *Nonne hic est, quem quærebant interficère?*

℣. 26. Ms. S. Germ. *Ecce palàm loquitur,* &c. ut in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Christus?

27. Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit unde sit.

28. Clamabat ergo Jesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.

29. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.

30. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.

31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?

32. Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt Principes, & Pharisæi ministros, ut apprehenderent eum.

33. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit.

Inf. 13. 34. Quæretis me, & non invenietis: & ubi
33. ego sum, vos non potestis venire.

35. Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inveniemus eum? nunquid

VERSIO ANTIQUA.

ipse est Christus? Ex Ms. Colbert.

27. Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit unde sit.

28. Clamabat ergo in templo docens Jesus, & dicens: Et me nostis, & scitis unde sim: & à meipso non veni, sed est verus, qui me misit, quem vos non scitis.

29. Ego autem novi illum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.

30. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.

31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?

32. Audierunt autem Pharisæi turbam murmurantem de illo: & miserunt Principes, & Pharisæi ministros, ut apprehenderent illum.

33. Dixit ergo Jesus ad eos: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad illum, qui me misit.

34. Quæritis me, & non invenietis: & quò ego vado, non potestis venire.

35. Dixerunt ergo Judæi inter se: Quò hic iturus est, quia non inveniemus eum? nunquid in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vulg. Corb. *Et ecce palàm loq. & nihil dicunt. Nunquid fortè verè cognoverunt principes quia hic est Christus?* Cantabrig. *Et ecce..... & nihil illi dicunt. Nunquid verè principes cognoverunt quoniam hic est Christus?* A Vulgata nil differunt cæteri. Græc. Καὶ ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι. Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός; In Mss. quibusdam deest Καὶ, ante ἴδε, sicut in pluribus ἀληθῶς, ante ὁ Χριστός. August. in hunc loc. cum Vulgata concinit, excepto tantùm *illi*, pro *ei*.

℣. 27. Consonant Mss. omnes, etiam Cantabrig. nisi quòd habet *novimus*, pro *scimus*. Gr. οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν. Ms. unus loco ἔρχηται, ponit ἔλθῃ, al. ἔρχεται. August. ubi supra: *Sed istum novimus unde sit: Christus autem*, &c.

℣. 28. Ms. Corb. *Clamabat autem in templo Jesus, dicens: Et me nostis, & unde sim scitis*, &c. ut supra. Cantabrig. *Clamabat ergo Jesus docens in templo, & dicens: Et me nostis, & scitis unde sim: & à me non veni, sed est verus, qui me misit, quem vos ignoratis.* Ms. S. Mart. *Clamabat ergo docens in templo Jesus, & dicens*, &c. ut in Vulg. cui accinunt cæteri omnes. Græc. Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων· Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *Neque me scitis unde sim: & non veni à meipso, sed est verus, qui me misit, quem vos non nostis.* Hilar. l. 6. de Trin. col. 897. c. *Neque me scitis, neque unde sim nostis: nec enim à me veni, sed est verax, qui misit me, quem vos nescitis.* August. in hunc locum: *Clamabat ergo docens in templo Jesus: Et me scitis, & unde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus, qui me misit, quem vos nescitis*: & paulò infra, *Et me nostis, & unde sim scitis*: & col. 555. e. *Et me nostis, & unde sim nostis.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 303. a. *Et me nostis, & nostis unde sim: & non veni à me, sed est verus, qui me misit, quem vos nescitis.* Arnob. l. de Trin. p. 210. d. *non à meipso veni, sed ille me misit.*

℣. 29. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Fossat. habet: *Ego autem scio eum*, &c. ut sup. Cantabrig. *Ego autem scio eum: quoniam ab eo sum, & ille me misit.* S. Germ. verò: *Ego scio eum: & si dixerit* (f. *dixerim*) *quia nescio eum, ero similis vobis, mendax: & scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me scit.* Maj. Mon. *Ego autem scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax: & ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me scit.* Ms. S. Mart. *Ego scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax: sed scio eum*, &c. ut in Vulg. cui accinit in omnibus Ms. S. Gat. Græcum: Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. Mss. plures, Ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, absque δέ. Observat Millius Sax. cum codd. Latinis multis, teste Luca Brug. addere, καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης· ex Joan. 8. 55. Apud Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. sic: *Ego novi illum, qui ab illo sum, & ille me misit.* Hilar. l. 6. de Trin. col. 898. a. *Sed ego novi eum: quoniam ab eo sum, & ipse me misit.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 303. a. *Ego novi eum: quia apud illum sum, & ille me misit.* Victorin. Afric. l. 1. cont. Ari. p. 256. a. *Ego scio ipsum: quòd ab ipso sum.*

℣. 30. Accinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Solus Fossat. habet, *Quærebant ergo eum Judæi apprehendere.* Cantabrig. addit, *& nemo immisit in eum manum, quoniam nondum venerat hora illius.* Ita quoque in Græco est. Cyrillus addit vocem Ἰουδαῖοι, verbo *apprehendere*, si Millio fides; & Mss. quidam ferunt τὰς χεῖρας, *manus*, non *manum*. Iren. l. 3. c. 16. pag. 206. c. *nemo immisit manus ei: nondum enim venerat hora apprehensionis*: editt. Irenæi addunt *ejus*, sed omittunt Mss. omnes, excepto uno.

℣. 31. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Accinit etiam Fossat. nisi quòd in fine habet: *nunquid plura signa facit, quàm hic facit?* Cantabrig. *Multi autem crediderunt de turba in eum, & dicebant: Christus cùm venerit, nunquid plura signa faciet quorum hic facit?* Græc. Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον· Ὅτι ὁ Χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν; sed à Mss. pluribus abest Ὅτι, sicut ab aliis τούτων. August. in hunc locum: *De turba autem multi crediderunt in eum*: & post pauca addit: *Nunquid Christus cùm venerit, plura signa facturus est?*

℣. 32. Ms. Corb. *Audierunt ergo Pharisæi turbam murmur. de illo hæc: & miserunt Principes sacerdotum, & Pharisæi*, &c. ut in textu. Cantabr. *Audierunt autem Pharisæi turbas murmurantes de eo: & miserunt ministros Principes sacerdotum, & Pharisæi, ut adprehenderent eum.* Maj. Mon. *& miserunt Principes sacerdotum, & Judæi ministros, ut*, &c. Fossat. *& miserunt Principes sacerdotum, & Pharisæi & ministros adprehendere illum.* Cæteri Vulgatæ favent. Græcum similiter, nisi quòd habet Ἀρχιερεῖς, loco *Principes*. Mss. quidam meliùs, Ἄρχοντες· item plures ipso initio ferunt Ἤκουσαν οὖν, alii Ἤκουσαν δέ.

℣. 33. Ms. Corb. *Dixit autem Jesus: Adhuc modicum... & vado ad illum, qui me misit.* Fossat. Cantabrig. & S. Mart. *Dixit ergo Jesus: Adhuc modicum... & vado ad eum, qui misit me.* S. Germ. & alii, Vulgatæ consonant, unà cum Græco. Mss. tamen plerique Gr. tollunt αὐτοῖς, *eis*, ante *Jesus*. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit: *Modicum adhuc temporis vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit.* August. in hunc loc. *Dixit ergo Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & tunc vado ad eum, qui me misit.*

℣. 34. Similiter habent Mss. Fossat. & S. Germ. *Quæritis me*; reliqua verò ut in Vulg. cui etiam Corb. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. unà cum Græco, consonant ad verbum. Cantabr. habet: *Quæretis me, & non invenietis: & ubi ego vado, vos non potestis venire.* Ms. unus Græc. loco Ζητήσετε, habet Ζητεῖτε.

℣. 35. Ms. Corb. *Dixerunt ergo Judæi ad ipsos: Quò hic iturus est, quia..... nunquid in dispersionem Græcorum incipit ire, & docere eos?* Cantabr. *Dixerunt ergo Judæi inter se: Ubi incipiet hic ire, quoniam...... nunquid in dispersionem Græcorum incipiet ire, & docere Græcos?* S. Gat. *nun-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. diſperſionem Gentium incipiet ire, & docere Gentes?

36. Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæritis me, & non invenietis: & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire?

37. In noviſſimo autem die illo, magno die feſtivitatis, ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Qui ſitit, veniat ad me, & bibat.

38. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.

39. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem incipiebant accipere credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum fuerat clarificatus.

40. De turba autem cùm audiſſent hos ſermones ejus, dicebant: Hic verè propheta eſt.

### VULGATA NOVA.

in diſperſionem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes?

36. Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me, & non invenietis: & ubi ſum ego, vos non poteſtis venire?

37. In noviſſimo autem die magno feſtivitatis Levit.
ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, 23. 27.
veniat ad me, & bibat.

38. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, Iſai. 44.
flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. 3.

39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem acce- Joel. 2.
pturi erant credentes in eum: nondum enim erat 28.
Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorifica- Act. 2.
tus. 17.

40. Ex illa ergo turba cùm audiſſent hos ſermones ejus, dicebant: Hic eſt verè propheta.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quid in diſperſionem Gentium iturus eſt docere Gentes?* Gr. Εἶπον ἐν οἱ Ἰυδαῖοι πρὸς ἑαυτύς· Πῦ ὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς..... μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τὺς Ἕλληνας;

℣. 36. Accinunt Mſs. S. Germ. Foſſat. & Cantabr. Ita quoque Corb. habet, *Quæritis me*, ſed addit *& non invenitis*, pro *invenietis*: Cantabr. etiam pro *hic ſermo*, ponit *iſte ſermo*. Græcum à Vulgata nil differt: Mſ. tamen unus fert Ζητεῖτε, non Ζητήσετε.

℣. 37. Mſ. Corb. *In noviſſimo autem die illo magno diei feſti ſtabat Jeſus..... Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Cantabr. *In noviſſimo autem die magno diei feſti, ſtabat.... Si quis ſitit, veniant, & bibat.* Foſſat. legit, *Qui ſitit.* Cæteri Vulgatæ ſuffragantur, & Græco. Cypr. epiſt. 63. p. 106. b. & l. 1. Teſtim. p. 282. c. legit: *Si quis ſitit, veniat, & bibat.* Itidem Auguſt. quæſt. 36. in Judic. to. 3. col. 605. d. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 381. e. at in hunc locum, *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Similiter Ambroſ. l. de parad. col. 150. c. l. de Noe & arca, c. 19. 258. b. tract. in Pſ. 36. col. 805. c. in Pſ. 45. & 118. col. 930. f. 1212. b. l. 1. de fide, 463. f. l. 3. de Spir. S. 697. b. & epiſt. 30. col. 913. a. Victorinus Afer, l. 1. adv. Arium, p. 256. a. legit: *Jeſus ſtabat, & clamabat: Si quis eſt qui ſitit, veniat, & bibat:* & l. 4. 282. a. *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. c. *In die feſto magno ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Quiſquis credit in me*, &c. de ℣. ſeq. & l. 12. de Trin. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Auctor l. de mont. Sina contra Jud. p. 496. *Qui ſitit, veniat, & bibat.*

℣. 38. Conſonant Mſs. S. Germ. Foſſat. S. Gat. &c. Ita quoque Corb. habet, præter unum *dixit*, pro *dicit*. Cantabr. *Si quis credit in me, ſicut dixit Scriptura*, &c. ut ſup. Gr. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, &c. Cypr. epiſt. 63. p. 106. b. & l. 1. Teſtim. p. 282. c. *Qui credit in me, ſicut dicit Script. flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Itidem legit Auguſt. quæſt. 36. in Judic. to. 3. col. 605. d. & tract. 6. in 1. Joh. 869. e. & l. de unit. Eccl. to. 9. 381. e. Concinit Ambroſ. l. 3. Hex. col. 35. a. l. de Noe, c. 19. 258. b. tract. in Pſ. 1. 754. b. 755. c. in Pſ. 36. 805. c. in Pſ. 39. 866. f. in Pſ. 48. 946. c. & l. 1. & 3. de Spir. S. 631. f. 697. b. ſed in Pſal. 45. col. 930. f. ſic habet: *Si quis ſitit... & bibat. Cui ego dedero aquam, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ:* alludere videtur ad ℣℣. 13. & 14. capitis 4. ejuſdem Evangeliſtæ; ſicut etiam Hilar. tract. in Pſ. 64. col. 169. e. ubi ſic: *Qui biberit ex aqua, quam ego dedero, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, ſalientis in vitam æternam:* at infra, *Qui crediderit in me, ſicut ſcriptum eſt, flumina de ventre ejus exient. Hoc autem dicebat*, &c. Caſſiod. in Pſ. 45. p. 155. a. habet: *Qui credit in me, non ſitiet unquam: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. a. *Qui credit in me, quemadmodum dixit Scriptura, flumina ex ventre ipſius manant aquæ viventis:* at l. 4. p. 282. a. *Qui credit in me, ſicut dixit Script. flum. de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. c. *Quiſquis credit in me, ſicut dicit*, &c. ut in textu: ſimiliter l. 12. de Trin. præter hoc, *Qui credit in me.* Auct. l. de mont. Sina contra Jud. p. 496. *Qui credit in me, ſicut ſcriptum eſt, flumina de*, &c. ut ſup. Hieron. in Iſai. 6. to. 3. col. 64. a. ait Johannem, qui *Græco ſermone* Evangelium texuit, teſtimonia Scripturæ *de Hebraico* protuliſſe, *ut eſt illud: Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ:* ſimiliter alibi paſſim idem monet S. Doctor, & præfat. in Pentat. ad Deſid. hanc ſententiam in Proverbiis apud ſolos Hebræos aſſerit reperiri. Verùm Morinus diſputans in hunc Johan. loc. l. 1. Exercit. Biblic. p. 77. hanc ex antiqua Scriptura laudatam à Domino ſententiam, non modò non legi in Proverbiis apud ſolos Hebræos, ſed nec in tota Scriptura tam apud Græcos, quàm apud Hebræos, indubitanter pronunciat; notatque Vir eruditus S. Hieronymum, qui l. *De optimo genere interpretandi* aliorum quatuor locorum verba refert juxta Hebraicam veritatem, unde pariter deſumptas eſſe totidem novi Inſtrumenti ſententias contendit, hujus, de qua nunc res eſt, ſententiæ loci verba nuſquam referre. Utut eſt, hujus nos ſententiæ locum prorſus ignorare ingenuè profitemur. Vide ſis plura apud Morin. loco ſup. citato.

℣. 39. Mſ. Corb. *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem incipiebant accipere credentes in eum: nondum autem erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat honorificatus.* Cantabrig. *Hoc autem dixit de Spir. quem accepturi erant... nondum enim erat Spiritus ſanctus in eos, quoniam Jeſus nondum fuerat honoratus.* Cæteri cum Vulgata concordant, niſi quòd Foſſat. S. Mart. & S. Germ. hab. *nondum fuerat glorificatus.* Græc. Τῦτο δὲ εἶπε περὶ τῦ Πνεύματος, ὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες..... ὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησῦς ὐδέπω ἐδοξάσθη. Mſs. quidam pro πιστεύοντες, ferunt πιστεύσαντες· deinde aliqui demunt ἅγιον, alii verò addunt ἅγιον ἐπ' αὐτύς· alii loco ἅγιον, habent δεδόμενον. Cypr. epiſt. 63. p. 106. b. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant qui in eum credebant.* Hilar. in Pſ. 64. col. 169. e. *Hoc autem dicebat de Spiritu ſancto, quem accepturi erant credentes in eum.* Ambroſ. in Pſ. 1. col. 755. c. *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem incipiebant accipere qui credituri erant in eum:* ſimiliter habet in Pſ. 36. 805. d. & l. de Spir. S. 362. a. at in Pſ. 48. col. 946. c. legit, *de Spiritu, quem accipiebant credentes in eum:* item l. de Spir. S. 635. e. necnon l. de incarn. 714. c. addit: *nondum erat Spiritus datus, nondum enim Jeſus fuerat honorificatus.* Auctor verò l. de rebapt. apud Cypr. p. 364. a. *nondum autem erat Spiritus, quia Jeſus nondum erat clarificatus.* Auguſt. quæſt. 36. in Judic. to. 3. col. 605. d. *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:* & tract. 6. in 1. Joh. to. 3. 869. f. *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant, qui in eum erant credituri:* ſimiliter habet l. de unit. Eccl. to. 9. 381. e. additâ tantùm voculâ *ii*, poſt *erant*; ibidem etiam hæc ſubnectit: *nondum enim erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum fuerat clarificatus:* vide l. 2. contra Creſcon. col. 418. a. & in Pſ. 7. to. 4. col. 32. d. ubi conſtanter legit *clarificatus*. Victorin. Afer, l. 1. adverſus Arium, p. 256. b. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem futuri erant accipere credentes in ipſum: nondum enim Spiritus erat datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:* at l. 12. de Trin. legit: *Hoc autem dicebat de Spiritu ſancto, quem accepturi erant qui credituri erant in eum.* Auct. l. de quæſt. ex N. T. quæſt. 93. col. 83. *Spiritus nondum erat datus, quia Jeſus nondum fuerat honorificatus:* & quæſt. 123. ex utroque T. col. 133. f. *quia Jeſus non erat clarificatus.* Gaudent. Brix. p. 956. h. *quia Jeſus nondum fuerat glorificatus.*

℣. 40. Similiter habet Mſ. Corb. *De turba autem cùm audiſſent hos ſermones ejus*, &c. Foſſat. verò: *Ex illa hora turba cùm audiſſent hos ſermones ejus*, &c. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *Ex illa ergo turba multi cùm audiſſent hos ſermones ejus*, &c. Cantabrig. *De turba autem audientes ejus verborum horum, dicebant: Quoniam hic eſt verè propheta.* Græc. Πολλοὶ ὖν ἐκ τῦ ὄχλυ ἀκύσαντες τὸν λό

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

41. Alii dicebant : Hic est Christus. Quidam autem dicebant : Nunquid à Galilæa venit Christus ?

Mich. 5. 2. Matth. 2. 6. 42. Nonne Scriptura dicit : Quia ex semine David, & de Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus ?

43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum.

44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum : sed nemo misit super eum manus.

45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos. Et dixerunt eis illi : Quare non adduxistis illum ?

46. Responderunt ministri : Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo.

47. Responderunt ergo eis Pharisæi : Nunquid & vos seducti estis ?

48. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis ?

49. sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti sunt.

Sup. 3. 2. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis :

Deuter. 17. 8. & 19. 15. 51. Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat ?

52. Responderunt, & dixerunt ei : Nunquid & tu Galilæus es ? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit.

53. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

41. Alii autem dicebant : Hic est Christus. Quidam autem dicebant : Nunquid à Galilæa Christus venit ?

42. Nonne Scriptura dicit : Quia ex semine David, & à Bethleem castello, ubi erat David, venit Christus ?

43. Dissensio itaque facta est in turba propter illum.

44. Quidam autem ex illis volebant apprehendere eum : sed nemo misit in illum manus.

45. Venerunt ergo ministri ad Principes sacerdotum, & Pharisæos. Quibus illi dixerunt : Quare non adduxistis eum ?

46. Responderunt ministri, & dixerunt illis : Nunquam sic locutus est quisquam homo, sicut hic loquitur.

47. Responderunt eis Pharisæi : Nunquid & vos seducti estis ?

48. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis ?

49. sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti sunt.

50. Dicit Nicodemus ad eos, ille, qui venerat ad eum nocte prius, qui erat unus ex ipsis :

51. Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi audierit primum ab ipso, & cognoverit primum quid fecit ?

52. Responderunt ei, & dixerunt : Nunquid & tu Galilæus es ? Scrutare Scripturas, & vide quia propheta à Galilæa non surgit.

53. Et duxerunt se unusquisque in domum suam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γον, ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν, &c. Ms. unus in principio habet, Ἐκ τοῦ οὖν ὄχλου· subinde quidam addunt τοῦτον, ad λόγον· alii ferunt τὸν λόγον αὐτοῦ, alii τῶν λόγων, alii τῶν λόγων τούτων, unus τούτων τῶν λόγων αὐτοῦ.

℣. 41. Ms. S. Germ. *Alii dicebant : Quia hic est Christus*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Alii dicebant : Quoniam hic est Christus. Alii dicebant : Nunquid de Galilæa Christus venit ?* Fossat. *Christus veniet ?* Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ similes. Græc. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Ms. unus ipso initio fert, Ἄλλοι ἔλεγον· Ὅτι οὗτος, &c.

℣. 42. Ms. Corb. textui Colb. consonat ; S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ. In Cantabr. sic : *Nonne Scriptura dicit : Quoniam de semine David, & à Bethleem castello Christus venit, ubi erat David ?* In Græco omnia ut in textu Colbert. præter verbum εἶπεν, *dixit*, pro *dicit*.

℣. 43. Ms. Corb. *Dissensio autem facta est in turba propter illum.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ similes, sicut & Græcum.

℣. 44. Ms. Fossat. *Quidam enim ex ipsis*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Quidam autem ex illis volebant apprehendere eum : nec nemo in illum misit manum.* Cantabr. *Quidam autem ex illis... sed nemo misit in illum manus.* Cæteri concinunt cum Vulgatâ. Gr. Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐτόν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Venerunt ergo ministri ad Principes sacerdotum, & Pharisæos. Et dixerunt eis illi : Quare non adduxistis illum ?* S. Germ. *Et dixerunt eis : Quare*, &c. ut in Vulg. à qua nil differunt cæteri. Gr. Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς, καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 46. Ms. Fossat. *Responderunt eis ministri : Nunquam*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Responderunt ministri : Nunquam sic locutus est quisquam homo, hic loquitur.* Cantabrig. *Responderunt autem ministri : Nunquid sic homo locutus est, quomodo hic loquitur ?* Maj. Mon. *Responderunt ministri : Nunquam loquutus est homo, sicut hic homo loquitur.* S. Mart. *Nunquam sic locutus est homo, sicut homo hic loquitur ;* cæt. ut in Vulgata ; cui accinunt alii, unà cum Græco. Quidam tamen Gr. addunt in fine λαλεῖ, post *sicut hic homo*.

℣. 47. Mss. Corb. & Cantabr. conveniunt cum textu Colb. S. Germ. verò, S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulg. In Fossat. sic : *Responderunt ergo Pharisæi*, &c. Græcum Vulgatæ suffragatur : Ms. tamen unus delet αὐτοῖς, *eis*, post *ergo*.

℣. 48. Ms. S. Germ. *Nunquid aliquis ex principibus credidit, aut ex*, &c. Cantabr. *Nunquid aliquis de principibus credit in eum, aut de Pharisæis ?* Fossat. &c. textui Colb. concinunt, unà cum Græco.

℣. 49. Accinunt Mss. omnes, præter Cantabr. qui habet *nescit*, pro *non novit*. Gr. ὁ μὴ γινώσκων.

℣. 50. Ms. Corb. *Dicit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum nocte priùs, qui unus erat ex ipsis.* Similiter habet Fossat. dempta voce *priùs*. Cantabrig. *Dicit Nicodemus ad illos, unus ex illis, qui venit ad illum nocte ante hoc.* S. Germ. ipso initio habet *Dicit*, reliqua verò ut in Vulg. cui favent cæteri omnes. Græc. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτούς, ὁ ἐλθὼν νυκτὸς πρὸς αὐτόν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν. In Ms. uno post πρὸς αὐτὸν, additur τὸ πρότερον· in altero deest εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν.

℣. 51. Ms. Corb. *Nunquid lex nostra...... nisi audierit primùm ab ipso, & cognoverit quid facit ?* Fossat. *nisi audierit priùs ab ipso, & cognoverit quid faciet ?* Cantabr. *si non audiat ante ab ipso, & cognoscatur quid fecit ?* Cæteri Vulgatæ similes. Gr. ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ; Mss. plures ferunt, πρῶτον παρ' αὐτοῦ, καὶ γνῷ, &c. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. e. *Nunquid lex nostra judicat de homine, nisi audiat ab ipso, & cognoscat quid fecerit ?* Zozim. epist. 3. col. 953. b. *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi ab ipso audierit priùs, & cognoverit* al. *& cogitaverit*, sed minùs bene, ut Custantio nostro videtur, quem vide not. a. in hunc loc.

℣. 52. Ms. Cantabr. *Responderunt, & dixerunt ei : Nunquid & tu de Galilæa es ? Scrutina, & vide Scripturas, quoniam propheta de Galilæa non surgit.* Corb. *Nunquid & tu à Galilæa es ? Scrutare Scripturas, & vide*, &c. ut in Vulgata ; cui accinunt cæteri, nisi quòd S. Mart. habet *propheta à Galilæa non surget ;* S. Germ. verò, S. Gat. & Maj. Mon. tollunt vocem *Scripturas*. Hanc tollit pariter Græcum, ac præterea, loco *Nunquid & tu Galilæus es ?* habet, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; & in fine, οὐκ ἐγήγερται, *non surrexit*. Mss. quidam ferunt, ἴδε τὰς Γραφὰς, *vide Scripturas*, uti paulò post alii plures, ἐγείρεται, *surgit*.

℣. 53. Ms. Cantabr. *Et abierunt unusquisque in domum suam.* Alii Vulgatæ accinunt, excepto Corb. à quo versus integer abest. In Gr. sic : Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν, &c. Mss. plures, Καὶ ἐπορεύθησαν, al. ἀπῆλθον· in Ms. uno deest versus, ut in Corb.



Digitized by Google

# * CAPUT VIII.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 1. JEſus autem aſcendit in montem Oliveti :
2. & manè cùm factum eſſet, iterum venit in templo, & univerſus populus conveniebat ad eum : & cùm conſediſſet, docebat eos.
3. Scribæ autem, & Phariſæi adduxerunt ad eum mulierem in adulterio deprehenſam : quam cùm ſtatuiſſent in medio,
4. dixerunt ad Jeſum : Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt in adulterio.
5. In lege autem præcepit nobis Moyſes, ut qui in adulterio deprehenditur, lapidetur. Tu autem quid dicis de ea?
6. Hæc ideo dicebant tentantes eum, ut haberent cauſam accuſandi eum. Jeſus autem inclinato capite, digito ſcribebat in terra.
7. Cùm autem perſeverarent interrogantes eum, erexit ſe, & dicit eis : Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem jaciat.

## VULGATA NOVA.

1. JEſus autem perrexit in montem Oliveti :
2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos.
3. Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam : & ſtatuerunt eam in medio,
4. & dixerunt ei : Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.
5. In lege autem Moyſes mandavit nobis hujuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Levit. 20. 10.
6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra.
7. Cùm ergo perſeverarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis : Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Deuter. 17. 7.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Undecim priores hujus capitis verſus aberant olim, atque etiamnum abſunt à multis codicibus Græcis, quorum elenchum videre fas eſt apud Millium. Non prætermiſſam tamen fuiſſe hanc de muliere adultera pericopam opinatur Vir doctiſſimus, quaſi Joannem auctorem non habuerit; tum quòd jam inde ab ipſo Joannis ſæculo pro canonica haberetur, tum quòd in pluribus aliis Mſs. Græcis ac Latinis legeretur. Certè inter Latinos illi, quorum ope Verſionem antiquam Italicam exhibemus, hanc pericopam continent; eandemque referunt, præter Græcos, multi ex antiquis Patribus Latinis, ſcilicet Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & alii, quos infra videre licet. Ambroſ. quidem epiſt. 26. n. 2. ait celebrem abſolutionem fuiſſe *mulieris ejus, qua in libro Evangelii, quod ſecundùm Johannem ſcribitur, adulterii rea oblata eſt Chriſto*. Hieron. l. 2. contra Pelag. col. 521. f. *In Evangelio*, inquit, *ſecundùm Johannem in multis & Græcis, & Latinis codicibus invenitur de adultera muliere, quæ accuſata eſt apud Dominum*. Ex quibus Hieron. verbis eruitur non in omnibus etiam Latinis adfuiſſe hanc hiſtoriam. Auguſt. verò l. 2. de conjug. adult. c. 7. to. 6. col. 407. cur hæc pericope in pluribus codd. deſit, ita rationem reddit: *Nonnulli*, inquit, *modicæ fidei, vel potiùs inimici veræ fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus ſuis, illud, quod de adultera indulgentia Dominus fecit, abſtulerunt de codicibus ſuis, quaſi permiſſionem peccandi tribuerit*. Plura de his qui voluerit, conſulat notam in hunc Auguſtini locum, necnon prolixiores Millii obſervationes ad hoc Johannis caput; Morinum l. 1. Exercit. Biblic. c. 2. p. 44. Richard. Simon. critic. N. T. c. 13. p. 142. Maldonat. in hunc loc. & Sixtum Sen. l. 1. c. 22. p. 29.

℣. 1. Mſ. Corb. ſimiliter habet, *Jeſus autem aſcendit*, &c. Foſſat. *Jeſus autem abiit*, &c. Itidem Cantabr. ſed loco *Oliveti*, ponit *Olivarum*. Gr. Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν.

℣. 2. Mſ. Corb. optimè convenit cum textu Colb. niſi quòd habet *templum*, pro *templo*; & *omnis populus*, pro *univerſus pop.* Cantabrig. ſimpliciter : *manè autem iterum venit in templum, & omnis populus veniebat ad eum*; abſque ſeqq. Cæteri cum Vulgata conveniunt : Foſſat tamen, *& ſedens Jeſus*, &c. In Græco : ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς. Mſs. plures, ὄρθρου δὲ πάλιν βαθέος· deinde quidam, ἦλθεν, al. παρῆλθεν.

℣. 3. Mſ. Corb. *Adducunt autem ad eum Scribæ, & Phariſæi mulierem in mæchationem deprehenſam : quam cùm ſtatuiſſent in medio*. Cantabr. *Adducunt autem Scribæ, & Phariſ. in peccato mulierem comprehenſam : & ſtatuentes eam in medio*. Foſſat. *in medio ante Jeſum*; reliqua ut in Vulgata; cui accinunt cæteri, excepto tamen Mſ. S. Mart. qui addit *ad eum*, poſt *Adducunt autem*. Gr. Ἄγουσι δὲ οἱ... καὶ οἱ ... πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην· καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ. A Mſs. quibuſd. abeſt οἱ Γραμματεῖς, καὶ, ſicut ab aliis πρὸς αὐτόν. Auct. l. de promiſſ. p. 2. col. 147. b. legit : *Adducunt enim ad eum Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam*.

℣. 4. Mſ. Corb. *dixerunt ad Jeſum : Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt in mæchatione*. Cantabr. verò : *dicunt illi tentantes eum ſacerdotes, ut haberent accuſare eum : Magiſter, hæc mulier comprehenſa eſt palàm in adulterio*. Cæteri Vulgatæ accinunt. In Græco ſic : λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη· Mſs. quidam pro λέγουσιν, ferunt εἶπον· alii plures poſt αὐτῷ, addunt πειράζοντες, Euthym. ἐκπειράζοντες αὐτὸν οἱ ἱερεῖς, ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν αὐτοῦ· ſubinde Mſs. non pauci legunt, ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην. Ambroſ. ep. 25. 892. e. alludens dicit : *Cùm adulteram reperiſſent Judæi, obtulerunt eam Salvatori, captantes* : & epiſt. 26. n. 11. *Offerentes ergo eam, dixerunt : Hanc mulierem invenimus publicè mæchantem*. Caſſiod. in Pſ. 56. p. 191. b. *Hanc invenimus in adulterio deprehenſam*. Auguſt. in Pſal. 50. to. 4. col. 466. a. *In adulterio hæc mulier deprehenſa eſt*. Auctor l. de promiſſ. p. 2. col. 147. b. *& dicunt tentantes : Magiſter, modo hanc deprehendimus*.

℣. 5. Mſ. Corb. textui Colbert. concinit ad verbum. Cantabr. habet : *Moyſes autem præcepit in lege tales lapidare. Tu autem nunc quid dicis?* Foſſat. *In lege autem Moyſes mandavit nobis hujuſmodi lapidari. Tu verò quid dicis?* Nil differunt à Vulg. cæteri. Gr. Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι. Σὺ οὖν τί λέγεις; Mſs. plures ad λέγεις, addunt περὶ αὐτῆς· multi autem loco λιθοβολεῖσθαι, ferunt λιθάζειν. Ambroſ. ep. 26. col. 896. c. legit : *Scriptum eſt enim in lege Moyſis omnem mæcham lapidari. Tu verò quid dicis de ea?* Auguſt. in Pſ. 50. to. 4. 466. a. *Moyſes hujuſmodi lapidari juſſit. Tu de illa quid cenſes?* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 22. col. 147. b. *Moyſes juſſit hujuſmodi lapidari. Tu verò quid de ea ſtatuis?* Caſſiod. in Pſ. 56. p. 191. b. *Moyſes enim præcepit nobis hujuſmodi lapidare. Tu autem quid dicis?*

℣. 6. Mſ. Corb. *Hoc dicebant tentantes eum, ut haberent cauſam accuſandi eum. Jeſus autem inclinato capite, digito ſcribebat in terram*. Foſſat. *Hæc autem dicebant*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent..... Jeſus autem inclinato capite deorſum, ſcribebat digito ſuo in terram*. Itidem fert Mſ. Maj. Mon. detracta voce *deorſum*. Cantabr. ſimpliciter habet, *Jeſus autem inclinatus, digito ſuo ſcribebat in terram*; demptis prioribus verbis, quæ admiſit ſupra ℣. 4. In Græco ſic : Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. Ambroſ. epiſt. 26. col. 896. c. huc alludens, ait : *Quæ cùm dicerent, Jeſus, inclinato capite, digito ſcribebat in terra*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. col. 522. a. *At Jeſus inclinans, digito ſcribebat in terra*.

℣. 7. Mſ. Corb. *Cùm autem interrogarent, exſpectantes eum quid diceret, erexit ſe, & dixit eis : Quiſque veſtrùm ſine delicto eſt, prior in eam lapidem jactet*. Cantabr. *Cùm autem immanerent interrogantes, erexit ſe, & dixit illis : Quis eſt ſine peccato veſtrûm? prior in eam mittat lapidem*. Foſſat. S. Mart. cum S. Germ. *Cùm autem perſeverarent*, &c. ut in Vulg. cui ſuffragantur cæteri. Gr. Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω. Mſs. quidam ferunt, ἀνέκυψε, καὶ εἶπεν· & plures in fine, ἐπ' αὐτὴν βαλέτω, al. βαλλέτω. Ambroſ. epiſt. 26. col. 896. c. *Et cùm exſpectarent ut audirent eum, erigens caput, dixit : Qui ſine peccato eſt, prior lapidet eam* : ſimiliter ep. 25. 893. b. *Qui ſine peccato eſt, prior lapidet eam* : & l. de apol. Dav. 692. f.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

8. Et iterum se inclinans, scribebat in terra.

9. Audientes autem unus post unum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans.

10. Erigens autem se Jesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit?

1. Joan. 1. 5. 11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & jam ampliùs noli peccare.

12. Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

### VERSIO ANTIQUA.

8. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Ex Ms. Colbert.

9. Illi igitur cùm audissent, paulatim secedebant singuli, incipientes à senioribus omnes recesserunt: & relictus est solus: & ecce mulier illa in medio erat stans.

10. Cùmque se erexisset Jesus, dixit ad mulierem: Ubi sunt? nemo te condemnavit?

11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem illi Jesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & ex hoc jam noli peccare.

12. Iterum ergo eis locutus est Jesus, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

13. Dixerunt ergo illi Pharisæi: Tu de te testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*prius lapidet.* August. epist. 153. to. 2. 527. c. 529. g. *Qui sine peccato est vestrûm, prior in eam lapidem jaciat:* itidem habet l. 2. de conjug. adult. to. 6. 407. e. at infra, 413. à. delet *vestrûm*, sicut l. 1. contra Advers. leg. to. 8. 574. c. in hunc verò loc. retinet *vestrûm*, sed pro *jaciat*, hab. *mittat*: demum tract. in Ps. 50. to. 4. 466. b. *Qui se scit sine peccato esse, primus in illam lapidem jaciat.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 147. b. *Qui vestrûm sine peccato est, prior in illam lapidem mittat.* Gelas. I. adv. Androm. Conc. to. 4. p. 1235. a. *Si quis vestrûm sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.* Hieron. l. 2. contra Pelag. col. 522. a. *caput elevans, dixit eis: Qui sine peccato est vestrûm, primus mittat super eam lapidem:* tum addit: *Hoc quod dicitur* sine peccato, *Græcè scriptum est* ἀναμάρτητος. *Qui ergo dicit aliud esse* sine peccato, *& aliud* ἀναμάρτητον, *aut Græcum sermonem novo verbo exprimat; aut si expressum est à Latinis, ut interpretationis veritas habet, perspicuum est* ἀναμάρτητον *nihil aliud esse, nisi* sine peccato.

℣. 8. Sic habent Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Corb. verò sic: *Et iterum se inclinans, digito scribebat in terram.* Cantabr. *Et iterum inclinatus, digito suo scribebat in terram.* Græc. Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν· Mss. quidam legunt καταχύψας, τῷ δακτύλῳ κατέγραφεν εἰς τὴν γῆν· alii addunt, ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας. Et verò Hieron. l. 2. contra Pelag. col. 522. a. habet: *Jesus inclinans, digito scribebat in terra, eorum videlicet, qui accusabant, & omnium peccata mortalium; secundùm quod scriptum est in Propheta: Relinquentes autem te in terra scribentur.* Ambros. verò epist. 25. col. 893. b. simpliciter habet: *Et iterum inclinato capite, scribebat in terra.* August. in hunc loc. *Rursum digito scribebat in terra.*

℣. 9. Ms. Corb. concordat in omnibus cum textu Colb. nisi quòd addit vocem *Jesus*, ad *solus*, deletque ultimam *stans*. Fossat. initio habet, *Audientes autem hoc verbum, unus post unum*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. *Audientes autem hunc sermonem*, &c. Cantabr. verò sic: *Unusquisque autem Judæorum exiebant, incipientes à presbyteris uti omnes exire: & remansit solus, & mulier in medio cùm esset.* Græc. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα· sed à Mss. pluribus absunt, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, sicut ab aliis paulò post, ἕως τῶν ἐσχάτων· subinde in aliquibus est οὖσα, pro ἑστῶσα. Ambros. ep. 25. col. 893. c. huc alludens, habet: *Audientes illi, exire cœperunt singuli, incipientes à senioribus. Recedentibus ergo illis, remansit solus Jesus: & elevans caput*, &c. at epist. 26. col. 896. f. legit: *Audientes autem hoc verbum, exierunt foràs unus post unum, incipientes à senioribus, & sedebant cogitantes de se: & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 147. b. *Quo audito, unus post alterum recesserunt.* Aug. in hunc loc. *unus post unum omnes recesserunt.*

℣. 10. Ms. Cantabr. *Erigens autem se Jesus, dixit mulieri: Ubi sunt? nemo te condemnavit?* Corb. verò habet: *Cùmque erexisset se Jesus, dixit ad eam: Mulier, ubi sunt, qui te perduxerunt? nemo te lapidavit?* Alii Mss. Vulgatæ accinunt. In Græco sic: Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ· Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι, οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν; Mss. quidam tollunt hæc, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικός· subinde aliqui delent αὐτῇ, post εἶπεν, sicut alii plures, Ἡ γυνή· aliàs etiam deest, ἐκεῖνοι, οἱ κατήγοροί σου, aliàs tantùm ἐκεῖνοι. Apud Ambros. epist. 25. col. 893. c. sic: *Et elevans caput ad mulierem, ait: Ubi sunt, qui te accusabant? nemo te lapidavit?* itidem epist. 26. 897. a. præter hæc: *Elevans autem caput Jesus, dixit mulieri.* August. in Ps. 50. to. 4. 466. c. *Ait illi Dominus: Mulier, nemo te condemnavit?* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 522. b. *Cui locutus est Jesus: Ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit?* Gelas. I. contra Androm. Conc. to. 4. p. 1235. a. *Mulier, ubi sunt accusatores tui? nemo te condemnavit?*

℣. 11. Ms. Corb. *Et illa respondens, dixit: Nemo, Domine. Dixit autem ei Jesus: Nec ego te damnabo: Vade, ex hoc jam noli peccare.* Ms. Fossat. *Quæ dixit: Nemo, Domine. Et ait ad illam: Nec ego te condemnabo*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. & S. Mart. *Dixit autem ei Jesus: Nec ego te condemnabo*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *At illa dixit illi: Nemo, Domine. At ille dixit: Nec ego te condemno: Vade, & ex hoc jam noli peccare.* A Vulg. nil differunt cæteri. Gr. Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐδεὶς, Κύριε. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω· Πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε· Mss. plures tollunt αὐτῇ, post Εἶπε δὲ, paulòque post quidam scribunt κατακρινῶ, al. simpliciter, κρινῶ· mox alii multi, Πορεύου, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι ἁμάρτανε. Ambros. ep. 25. col. 893. c. legit: *Et illa respondit: Nemo. Dicit ei Jesus: Nec ego te damnabo: Vade, & vide amodo ne pecces:* & epist. 26. 897. e. f. *Et illa respondit: Nemo, Domine. Et ait ad illam Jesus: Nec ego te damnabo: Vade, & amodo vide ne pecces:* similiter habet l. 1. de Abr. c. 4. 291. a. *Vade, & amodo vide ne pecces:* ita quoque epist. 74. col. 1082. e. August. autem in Ps. 50. to. 4. 466. c. ita legit: *Et illa: Nemo, Domine. Et ille: Nec ego te condemnabo: Vade, deinceps jam noli peccare:* item epist. 153. to. 2. col. 530. a. necnon in hunc locum: *Nec ego te damnabo: Vade, jam deinceps noli peccare:* itidem l. 2. de conjug. adult. to. 6. 407. c. d. at l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. 183. g. legit, *Vade, & vide deinceps ne pecces.* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 522. b. *Quæ ait: Nullus, Domine. Respondit ei Jesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & amodo noli peccare.* Gelas. I. ubi sup. *Nec ego te condemnabo: sed vade, ulteriùs jam noli peccare.*

℣. 12. Ms. S. Germ. *Rursus autem locutus est eis Jesus, dicens: Ego... non ambulabat in tenebris, sed habebit*, &c. Corb. *Iterum locutus est eis Jesus*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Iterum ergo loquebatur ad illos Jesus, dicens: Ego..... qui me sequitur, non ambulavit in tenebris, sed habebit lucem vitæ.* Cæteri ut in Vulgata, nisi quòd Fossat. habet *non ambulabit*; S. Mart. *non ambulabit...... lucem vitæ*; Maj. Mon. *lumen vitæ in se.* Gr. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων· Ἐγώ..... ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ, &c. ut sup. al. περιπατεῖ. Cypr. epist. 63. p. 110. b. *Ego sum lumen sæculi: qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ:* itidem legit l. de zelo & livo. p. 259. a. & l. 2. Testim. p. 288. a. præter vocem *mundi*, loco *sæculi*. August. tract. 34. in Joh. col. 537. d. *Ego sum lumen mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris*, &c. Auctor lib. de fide orthod. ap. Ambros. col. 350. d. *Ego sum lux mundi: qui me sequutus fuerit, non ibit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 746. h. *Ego sum lux hujus mundi: qui persequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Ari. p. 256. b. *Ego sum lumen mundi.* Julius Firm. l. de errore prof. relig. *Ego sum lux mundi.* Auct. l. de Judaica incred. col. 563. *Ego sum lumen sæculi: qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.*

℣. 13. Ms. Corb. textui Colb. consonat, nisi quòd habet *de te ipso*. Cantabr. *Dixerunt autem illi Pharisæi: Tu de*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

14. Respondens Jesus, dixit eis : Si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum : quia scio unde veni, & quò vado : vos autem nescitis unde veni, & quò vado.

15. Vos secundùm carnem judicatis : ego neminem judico :

16. sed & si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum : sed ego, & qui me misit, Pater.

17. Sed & in lege scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.

18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso : & testimonium perhibet de me is, qui me misit, Pater.

19. Dicebant ergo ei : Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus : Neque me nostis, neque Patrem meum scitis : si enim me sciretis, & Patrem meum forsitan sciretis.

20. Hæc verba locutus est in gazophylacio, docens in templo : & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus.

VULGATA NOVA.

14. Respondit Jesus, & dixit eis : Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum : quia scio unde veni, & quò vado : vos autem nescitis unde venio, aut quò vado.

15. Vos secundùm carnem judicatis : ego non judico quemquam :

16. & si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum : sed ego, & qui misit me, Pater.

17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. *Deuter. 17. 6. & 19. 15. Matth. 18. 16. 2. Cor. 13. 1. Hebr. 10. 28.*

18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso : & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

19. Dicebant ergo ei : Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus : Neque me scitis, neque Patrem meum : si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.

20. Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo : & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*te testimonium dicis*, &c. ut sup. Cæteri Vulgatæ accinunt, nec refragatur Græcum. August. in hunc loc. *Tu de te testimonium dicis : testimonium tuum non est verum* : lib. verò 16. contra Faust. to. 8. col. 289. e. legit : *Tu de te testificaris : testimonium tuum*, &c. Similiter Faustus ap. ipsum, ibid. col. 226. f. & 284. c.

℣. 14. Ms. Corb. *Respondens Jesus, dixit eis*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Respondit Jesus, & dixit illis : Etsi ego testificor de me, verum est testim..... quoniam scio unde veni, & ubi vado : vos autem nescitis unde veni, & ubi vado.* Cæteri Vulgatæ accinunt, nisi quòd S. Gat. & Maj. Mon. utrobique habent, *unde veni, aut quò vado.* Græcum verò constanter, ϗ ποῦ ὑπάγω· Mss. tamen plures in fine, ἢ ποῦ· unus pro Κἂν, *Etsi*, habet Ἐάν· paulò post alter pro ἦλθον, *veni*, fert ἔρχομαι· omnes autem secundo loco constanter ἔρχομαι, cum Vulgata. Novatian. l. de Trin. p. 1044. c. legit : *Etsi ego de me testificor, verum est testimonium meum : quia scio unde venerim, & quò eam : vos ignoratis unde venerim, aut quò eam.* Ambros. l. 5. de fide, 573. f. *Etsi ego testimonium perhibeo de me, verum est testimonium meum* : & infra, 574. c. *& verum est testimonium meum : quia scio unde veni, & quò vado : vos autem nescitis unde veni, & quo vado.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. d. *vos ignoratis unde veniam, & quò eam.* Faustus apud August. to. 8. col. 226. f. *Etsi ego testificor de me, testimonium meum verum est : quia non sum solus.*

℣. 15. Ms. Corb. textui Colb. consonat. Ita etiam Cantabr. addito *autem*, ante *neminem*. S. Germ. in principio habet, *Vos autem secundùm carnem judicatis* ; reliqua verò ut in Vulg. Eidem Vulgatæ cæteri Mss. concinunt ad verbum, nec aliter in Græco est. Ms. tamen unus, loco ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα, fert simpliciter, ἐγὼ κρίνω οὐδένα. Novatian. l. de Trin. p. 1044. c. *Vos secundùm carnem judicatis.* Itidem Ambros. l. 5. de fide, 574. c. qui epist. 26. col. 896. c. addit, *ego non judico quemquam.*

℣. 16. Ms. Fossat. *& si judico, judicium meum verum est*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *& si judico ego, judicium meum justum est*, &c. Cantabr. *& si judico tamen ego, judicium meum verum est, quoniam solus ego non sum : sed ego, & qui me misit.* Cæteri cum Vulgata consonant. Gr. ϗ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam ipso initio tollunt ϗ, sicut unus paulò post, δέ. Ambros. l. 2. Hexa. col. 32. b. conjungens versum 30. capitis 5. cum hoc præsenti versu 16. ita legit : *Sicut audio, judico, & judicium meum verum est, quia non sum solus : sed ego, & qui misit me, Pater* : at l. 5. de fide, 559. d. habet : *& si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum : sed ego, & qui misit me, Pater* : similiter l. 2. 492. d. ab hoc, *solus non sum.* Rustic. Diac. disput. contra Aceph. p. 355. b. *judicium meum justum est, quia solus non sum : sed ego, & qui misit me, Pater.*

℣. 17. Ms. Cantabr. *Sed & in lege vestra scriptum est, quoniam duum*, &c. Alii Mss. nil differunt à Vulgata. In Græco sic : Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι, &c. Mss. duo delent δέ. Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Sed in lege vestra scriptum est, quia duorum testimonium verum est.* Ambros. l. 5. de fide, 559. c. *In lege vestra scriptum est, quòd duorum hominum testimonium verum est.* Itidem August. l. 16. contra Faust. to. 8. col. 289. c. præter voculam *quia*, pro *quòd*. Faustus verò apud ipsum, ibid. 226. f. *Nam & in lege vestra scriptum est : Duorum hominum testimonium verum est.* Rustic. disput. cont. Aceph. p. 355. b. *In lege autem vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum sit.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 151. b. *duorum hom. testim. verum est.*

℣. 18. Ms. Cantabrig. *Ego sum, qui testimonium do de me : & testimonium dat de me, qui me misit, Pater.* Corb... *& testimonium meum perbibet me, qui misit me, Pater.* Reliqui Mss. concordant cum Vulg. nec absimile Græcum est, nisi quòd habet, ὁ μαρτυρῶν..... ϗ μαρτυρεῖ, loco *testimonium perbibeo... testimonium perbibet.* Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Ego de me testificor : & testificatus est de me, qui me misit, Pater.* Similiter August. l. 16. cont. Faust. to. 8. col. 289. e. & Faustus ipse, ibid. 284. d. *Ego sum, qui testificor de me : & testificatur de me, qui me misit, Pater.* Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *Ego testimonium dico de me : & testimonium dicit de me, qui me misit, Pater.* Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 151. b. *Ego de me testimonium dico, & Pater, qui me misit.* Ambros. l. 5. de fide, 559. c. d. *Ego sum, qui testimonium perbibeo de meipso : & testimonium perbibet de me, qui misit me, Pater* : & infra, 574. c. *qui misit me, Pater, ipse testimonium perbibet de me.* Rustic. disput. contra Aceph. ubi sup. *Ego sum, qui testificor de memetipso : & testificatur de me, qui misit me, Pater.*

℣. 19. Ms. Corb. *Dicebant ergo ei : Ubi est Pater meus? Respondit Jesus : Neque me nostis, neque Patrem meum scitis : si enim me noscetis, & Patrem meum scietis.* Cantabr. *Dicebant ergo illi : Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus, & dixit illis : Neque me nostis, neque Patrem meum : si me noscetis, & Patrem meum noscetis.* Similiter habet Fossat. *Respondit Jesus, & dixit* ; reliqua ut in Vulg. cui etiam favent cæteri. Nec absimile Græcum est, nisi quòd constanter habet οἴδατε... ᾔδειτε, pro *scitis... sciretis*, & in fine, ᾔδειτε ἄν, pro *forsitan... sciretis.* Ms. unus post *Respondit Jesus*, addit, ϗ εἶπεν αὐτοῖς, cum Cantabr. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. alludens dicit : *Interrogatus ubi esset Pater, neque se, neque Patrem notum esse illis respondens..... quòd si ipsum nossent, Patrem nossent.* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. c. *Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus : Neque me nostis, neque Patrem meum : si me sciretis, scire possetis & Pat. meum* : & sup. l. 1. p. 255. a. *Neque me nostis, neque Patrem meum : si enim me nossetis, nossetis & Patrem meum* : item l. 3. p. 278. c. *Neque me scitis, neque Patrem meum : me si sciretis, sciretis Patrem meum* : mox ibid. *Non scitis me, nec Patrem : si sciretis me, sciretis & Patrem.* Ambros. l. 1. de pœnit. 424. b. *Neque me scitis, neque Patrem meum : si enim me sciretis, & Patrem meum forsitan sciretis.* Arnob. de Trin. p. 214. h. *Neque me nostis, neque Patrem meum.* Similiter habet Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 304. b.

℣. 20. Ms. Fossat. non differt à textu Colb. nisi quòd addit *Jesus*, verbo *locutus est* : similiter Corb. sed insuper pro *nondum venerat*, habet *nondum erat*. Græc. οὔπω ἐληλύθει. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. Vulgatæ accinunt ; sicut etiam Cantabr. detracta tamen voce *Jesus*, & posito *illum*, pro *eum*. Ambros. epist. 26. 894. a. legit : *Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo : & nemo apprehendit eum.* Addit August. in hunc loc. *quia*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

21. Dixit ergo iterum eis Jesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire.

22. Dicebant ergo Judæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quò ego vado, vos non potestis venire?

23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.

24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium, qui & loquor vobis.

26. Multa habeo de vobis loqui, & judicare: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. Rom. 3. 4.

27. Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum.

28. Dixit ergo eis Jesus: Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor:

29. & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

21. Dixit ergo iterum Jesus eis: Ego vado, & quæritis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire.

22. Dicebant ergo Judæi: Nunquid interficiet seipsum, quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire?

23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo.

24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.

25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Initium, quod & loquor vobis.

26. Multa habeo de vobis loqui, & judicare: sed qui misit me, verax est: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

27. Et non cognoverunt quia Patrem eis dicebat Deum.

28. Dixit ergo eis Jesus: Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso nihil facio, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor:

29. & qui me misit, mecum, & non reliquit me solum: quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nondum venerat hora ejus.*

℣. 21. Mſ. S. Germ. concordat cum textu Colbert. Ita quoque Fossat. excepto verbo *Dicit*, pro *Dixit*. S. Mart. similiter habet *quæritis*. Cantabr. *Dixit ergo iterum illis: Ego vado, & quæretis me..... Ubi ego vado*, &c. ut sup. Cæteri Vulgatæ accinunt, unà cum Græco. Mſ. tamen unus, pro ζητήσετέ με, fert ζητεῖτέ με.

℣. 22. Mſ. Corb. textui Colb. consonat. S. Germ. & S. Mart. similiter *quia dicit*. Cantabr. *Dicebant ergo..... Nunquid occisurus est se, quoniam dicit: Ubi ego vado*, &c. Gr. Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου ἐγὼ, &c.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *Et dicebat illis: Vos de inferioribus estis, ego de superioribus sum*, &c. ut sup. Corb. *Et dicebat: Vos de deorsum estis, ego de superioribus sum*, &c. Fossat. *Et dicebat eis Jesus: Vos*, &c. ut in textu. Gr. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, &c. Mſs. quidam, Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, alii addunt, ὁ Ἰησοῦς. Novatian. l. de Trin. p. 1044. c. *Vos ex inferioribus estis, ego desursum sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo.* Ambrof. l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. d. *Ego non sum de hoc mundo, ego de supernis sum.* August. l. de pat. to. 6. 541. a. *Vos de deorsum estis, ego de sursum sum. Vos de mundo hoc estis*, &c. ut in textu. Gaud. Brix. ser. 2. p. 947. a. *Vos de inferioribus estis, ego de supernis sum.*

℣. 24. Mſ. Cantabr. convenit cum textu Colbert. nisi quòd addit *mihi*, verbo *credideritis*; & pro *quia*, utrobique habet, *quoniam*. In Corb. pars media hujus ℣. deest, ab his nempe, *si enim non credideritis*. Reliqui Vulgatæ sunt similes. Græc. textui Colb. consonat ad verbum. Mſ. tamen unus addit ἐμοὶ, verbo πιστεύσητε· ab altero abest ℣. integer, à pluribus tantùm pars posterior, ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, &c. usque ad finem. Cypr. l. 1. Testim. p. 277. c. habet: *si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Similiter August. in hunc loc. to. 3. p. 2. col. 257. f. sed inf. *nisi credideritis.*

℣. 25. Mſ. Fossat. *Dicebant ergo ei: Quis es tu?* &c. ut in Vulgata. Corb. *Quis est iste? Dixit.... Principium, quod & loquor vobis.* S. Gat. & Maj. Mon. *Principium, quod loquor vobis.* Cantabr. *Dicebant ergo illi: Tu quis es? Dicit illis Jesus: Initium, quoniam & loquor vobis.* S. Mart. *Principium, qui & loquar vobis.* Gr. Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Ambr. l. 1. Hex. col. 3. c. & col. 8. b. *Tu quis es? Initium, quod & loquor vobis:* similiter habet l. de Tob. c. 19. col. 614. c. at l. 3. de fide, 506. b. legit, *Tu quis es?* pauloque post, *Principium, quod & loquor vobis:* & infra, 573. c. *Ego sum principium, quod & loquor vobis:* & l. 10. in Luc. 1527. c. *Principium, qui & loquor vobis.* August. l. 1. de Gen. to. 1. 646. b. *Principium, quia & loquor vobis:* similiter l. 1. de Gen. ad lit. to. 3. 120. e. & in hunc locum: item l. 1. conf. to. 1. 198. f. *Principium est, quia & loquitur vobis.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 738. d. *Initium, quod & loquor vobis.* Varietas autem ista *qui*, & *quia*, quæ apud Ambrof. & August. exstat, oriri potuit ex voce Græca, quæ in quibusdam Mſs. in duas dividebatur voculas, ὅ τι, in aliis conjunctim fortè scribebatur, ὅτι.

℣. 26. Concinunt Mſs. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. nec aliter Corb. & Cantabr. nisi quòd iste habet *me mittit*, pro *misit me; ab illo*, pro *ab eo;* & in fine, *in hoc mundo;* Corb. verò, *in hunc mundum.* Græc. ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. Mſs. plures, λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· unus, ἐν τῷ κόσμῳ. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit: *qui me misit, verax est: & ego quæ ab eo audivi, ea & loquor in mundum.* Victorin. Afric. l. 3. adv. Arium, p. 278. c. *qui me misit, verus est! & ego quæ audivi ab ipso, ea loquor.*

℣. 27. Similiter habent Mſs. Corb. & S. Mart. *quia Patrem eis dicebat Deum.* S. Germ. *quia Patrem eis esse dicebat Deum.* S. Gat. & Maj. Mon. *quia Patrem eis esse Deum dicebat.* Cantabrig. *Non cognoverunt quòd Patrem suum dicit Deum.* Græcum simpliciùs: Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν Πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Mſ. tamen unus ipso initio fert, Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, deinde plures, ὅτι τὸν Πατέρα αὐτοῦ λέγει τὸν Θεόν. Sed Millius monet not. in hunc ℣. à Mſs. tribus Latinis abesse *Deum*, nec etiam habere Augustinum.

℣. 28. Accinunt Mſs. Corb. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. S. Germ. verò habet, *Dicit ergo eis Jesus*, &c. Cantabrig. *Dixit ergo illis iterum Jesus: Cùm.... tunc scietis quia ego sum, & à me facio nihil*, &c. Græc. textui Colb. favet, nisi quòd addit μου, ad vocem *Pater*, quam tamen demunt Mſs. duo: unus etiam habet πάλιν, ante *Jesus*; cum Cantabrig. Ambrof. l. 1. de Abr. c. 8. 307. f. *Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Similiter habet Ambrosiast. 183. c. ita etiam sup. col. 28. a. addito tantùm *ipse*, ante *ego*. August. tract. 54. in Joh. col. 649. d. *Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc agnoscetis quia ego sum.* Tertul. l. contr. Prax. p. 854. c. *tunc cognoscetis quòd ego sim, & à memetipso nihil loquar; sed sicut me docuit, ita & loquor.* Hilar. l. 9. de Trin. 1015. d. *& à me facio nihil, sed ut docuit me Pater, hæc loquor.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 640. e. *sicut docuit me Pater, hæc loquor.*

℣. 29. Mſ. S. Germ. cum Fossat. *& qui me misit, mecum est: non relinquit me solum*, &c. ut sup. Corb. *mecum est: non reliquit me*, &c. Cantabrig. *mecum est: non me reliquit solum: quoniam ego, quæ illi placent, facio omnia.* Cæteri similiter *mecum est:* insuper Mſ. S. Mart. habet *relinquit*, non *reliquit*. Græc. μετ' ἐμοῦ ἐστιν· οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ Πατήρ· ὅτι ἐγὼ, τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ, ποιῶ πάντοτε. Mſs. plures, καὶ οὐκ ἀφῆκε, unus delet ὁ Πατήρ. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *quia & qui me misit, mecum est.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 1015. d. *& qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quoniam ego, quæ sunt ei placita, facio semper:* & l. 11. 1100. a. jungens versum 17. capitis 10. cum hoc præsenti versu, legit: *Propterea Pater diligit me, quia omnia, quæ placita sunt ei, facio;* al. *facio semper.* Ambrof. l. 2. de fide, 489. d. *quæcunque placita sunt ei, facio semper:* & l. 5. 580. a. *omnia, quæ placita sunt ei, facio semper.* Faustin. presb. l. contr. Arian. p. 640. e. Vulgatæ concinit, deleta voce *ego*. Maximinus apud

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31. Dicebat ergo Jeſus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos: Si vos manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eritis:

32. & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.

33. Reſponderunt ergo Judæi, dicentes: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

34. Reſpondit eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati:

35. ſervus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum:

36. ſi ergo filius vos liberaverit, verè liberi eritis.

37. Scio quia ſemen Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non eſt in vobis.

38. Ego quod vidi apud Patrem meum, hoc loquor: & vos itaque quod vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

39. Qui reſponderunt ei, & dixerunt: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Jeſus: Si filii Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.

40. Nunc autem quæritis me interficere, ho-

VULGATA NOVA.

30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31. Dicebat ergo Jeſus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis:

32. & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.

33. Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

34. Reſpondit eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati: Rom. 6.15.16.

35. ſervus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum: 2. Pet. 2.19.

36. ſi ergo vos filius liberaverit, verè liberi eritis.

37. Scio quia filii Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis.

38. Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

39. Reſponderunt, & dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Jeſus: Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.

40. Nunc autem quæritis me interficere, ho-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. to. 8. col. 673. c. *ego, quæ placita ſunt Patri, facio ſemper.*

℣. 30. Accinunt magno conſenſu Mſs. omnes, cum Græco.

℣. 31. Mſ. Cantabrig. *Dicebat ergo Jeſus ad eos, qui crediderant ei, Judæis: Si vos permanſeritis in meo verbo, verè,* &c. ut ſup. S. Germ. ſimiliter habet *crediderant*, & *permanſeritis.* Corb. *qui crediderunt eis, ex Judæis: Si vos manſeritis in verbo meo, verè diſcip. mei eſtis.* Foſſat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ ſimiles: nec abſimile Græcum eſt, niſi quòd habet in fine ἐςὲ, pro *eritis.* Mſs. quidam ἔςεϑε. Cypr. epiſt. ad Fortunat. p. 266. b. & l. de op. & eleem. p. 251. b. *Si permanſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eritis.* Similiter habet Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 410. a. *Si permanſeritis in verbo meo:* at l. 2. in ep. ad Gal. 280. c. 283. d. *Si manſeritis in ſermone meo.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1097. d. *Si manſeritis in verbo meo.* Itidem Auguſt. l. 2. de lib. arb. to. 1. 601. e. & tract. 8. in Joh. to. 3. col. 356. f. ſed addit, *verè diſcipuli mei eſtis:* ita quoque habet ſerm. 134. to. 5. 653. c. & l. de correp. & gra. to. 10. 761. g. tract. verò 40. in Joh. col. 568. b. *Dicebat ergo Dominus ad eos, qui crediderant in eum, Judæos: Si vos manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eritis:* & paulò poſt, *qui crediderant ei.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. cap. 16. col. 140. b. *Si feceritis quæ mando vobis, verè mei diſcipuli eſtis.*

℣. 32. Sic habent Mſs. omnes, cum Græco. Accinunt etiam Cypr. Hieron. Ambr. Auguſt. & Auctor l. de prom. locis ℣. præcedenti citatis. Hieron. tamen l. 2. in ep. ad Gal. 280. c. legit, *& veritas liberos faciet vos.* Gr. ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

℣. 33. Mſ. Corb. *Reſponderunt ad eum Judæi, dicentes: Semen..... quomodo tu dicis: Liberi eſtis?* Cantabr. *Reſponderunt ad eum, & dixerunt: Semen Abraham ſumus, & nunquam ſervivimus nemini unquam: quomodo tu dicis: Quòd liberi eritis?* Alii Mſs. Vulgatæ favent: nec refragatur Græcum, niſi quòd habet in fine, Ὅτι ἐλεύϑεροι γενήσεσϑε; Mſs. etiam plures ſic ipſo initio: Ἀπεκρίϑησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· al. Ἀπεκρίϑησαν πρὸς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι.

℣. 34. Ita ferunt Mſs. omnes, præter Cantabrig. qui delet ultimam vocem *peccati.* Græc. textui favet. Accinunt etiam magno conſenſu Iren. l. 3. c. 8. pag. 183. a. Cypr. l. de orat. Dom. p. 207. a. Hilar. tr. in Pſ. 122. col. 393. b. & in Pſ. 133. col. 465. d. & in Pſ. 135. col. 485. a. & in Pſ. 136. col. 491. b. Ambr. in Pſ. 35. 37. & 118. col. 769. c. 939. d. 1122. e. & l. 10. in Luc. 1518. d. Ambroſiaſt. col. 55. d. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. 280. c. Auguſt. in Joh. 448. g. ab his, *omnis, qui;* & Gaud. Brix. ſer. 10. p. 960. h. Solus Fauſtin. presbyt. l. contra Arian. tollit vocem *peccati.* Hilar. etiam in Pſ. 118. col. 257. a. legit, *omnis, qui peccat,* ſed conſtanter addit, *ſervus eſt peccati.*

℣. 35. Mſs. Foſſat. & S. Mart. textui Colbert. favent, unà cum Græco, Corb. verò, S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ, à qua nil etiam differt Cantabrig. niſi ſola voce *domum*, pro *domo.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 207. a. in omnibus concordat cum ead. Vulgata; Hilarius verò tr. in Pſ. 136. col. 491. b. & Hieron. l. 2. in epiſt. ad Gal. to. 4. 280. c. cum textu Colb.

℣. 36. Mſ. Corb. *ſi filius vos liberaverit,* &c. Cantabr. *ſi ergo filius vos liberabit,* &c. Reliqui textui accinunt, ſimul cum Græco. Mſs. tamen quidam delent οὖν, *ergo.* Iren. l. 3. c. 19. *ſi filius vos manumiſerit, verè liberi eritis.* Hilarius tr. in Pſ. 136. col. 491. b. *ſi verè filius vos liberaverit, verè liberi eritis.* Auguſt. in Joh. col. 574. b. *ſi ergo vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis:* ſimiliter inf. paſſim, deleta conjunct. *ergo.*

℣. 37. Mſ. Corb. ſimiliter habet, *Scio quia ſemen Abrahæ eſtis;* reliqua ut in Vulg. Cantabrig. *Scio quia ſemen Abrabam eſtis: ſed quæritis me occidere, quoniam verbum meum non capit in vobis.* Alii Mſs. nil differunt à Vulg. Græc. Cantabrigienſi favet. Auguſt in Joh. col. 577. d. *quæritis me occidere.* Auctor l. de prom. p. 1. c. 34. col. 115. d. *ſermo meus non capit in vobis.*

℣. 38. Mſ. S. Germ. *Ego quod vidi apud Patrem, loquor,* &c. ut in Vulg. Similiter Foſſat. ſed in fine pro *facitis*, habet *facite.* Corb. *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quod vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.* Cantabrig. *Ego quæ vidi apud Patrem meum, hæc loquor: & vos ergo quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, hæc facite.* Cæteri concordant cum Vulgata. Græcum ſimiliter, niſi quòd poſt *& vos*, addit οὖν, quod tamen delent Mſs. quidam. Unus initio habet Ἐγὼ ἃ, pro Ἐγὼ ὃ, al. Ἐγὼ δὲ ἃ· alter paulò poſt, ταῦτα λαλῶ· ſubinde quidam, ἃ ἠκούσατε. Tertul. l. contra Prax. 4. p. 854. c. *Ego quæ vidi penes Patrem meum, loquor: & vos quod vidiſtis penes patrem veſtrum, id facitis.* Ambroſ. l. 5. de fide, 575. c. *vos quod vidiſtis patrem veſtrum facientem, facitis.*

℣. 39. Mſ. Corb. *Et reſponderunt ad eum, & dixerunt: Pater,* &c. ut in Vulg. Foſſat. *Reſponderunt ergo, & dixerunt: Pater,* &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Reſponderunt, & dixerunt illi: Pater..... Dixit ergo Jeſus: Si filii Abrabam eſtis, opera Abrabam faceretis.* Alii Vulgatæ concinunt. Græc. Ἀπεκρίϑησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὁ Πατὴρ..... Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. Mſ. unus, ποιεῖτε· ſequens autem ἂν, deeſt in aliis pluribus. Hilar. in Pſ. 58. col. 133. b. legit: *Nos patrem habemus Abraham:* & in Pſ. 52. col. 92. b. *Si filii Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.* Ita quoque habet Ambroſiaſt. col. 314. f. Hieron. in Iſai. 1. col. 14. a. *Si eſſetis filii Abraham, utique opera Abraham faceretis.* Itidem legit S. Paulin. epiſt. 23. p. 147. c. deleta voce *utique.* Auguſt. com. in Job, to. 3. 654. d. & in Joh. 582. d. *Si filii Abrahæ eſtis, facta Abrahæ facite.*

℣. 40. Mſ. Corb. *Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus eſt, quam audit à Deo: hoc,* &c. ut ſup. Foſſat..... *interficere. Homo veritatem lo-*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

minem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi à Deo: hoc Abraham non fecit.

41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus Deum.

42. Dixit ergo eis Jesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me: ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit.

43. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

1. Joan. 3. 8. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus.

45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

minem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi à Deo: hoc Abraham non fecit.

41. Vos facitis opera patris vestri. Nos ex fornicatione non sumus: patrem unum habemus Deum.

42. Dicit eis Jesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me: quia ego ex Deo processi, & veni: non enim à meipso veni, sed ille me misit.

43. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire meum sermonem.

44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille enim homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: qui loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est, sicut & pater ejus.

45. Ego quia veritatem dico, non creditis mihi.

46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cutus sum vobis, quam audivi à Deo: hoc*, &c. Cantabrig. *occidere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivit à Deo: hoc*, &c. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt, & Græco. Tertul. l. de carn. Chr. p. 550. b. legit: *Nunc autem vultis occidere hominem, veritatem ad vos locutum:* & l. contra Prax. p. 854. c. *Et nunc vultis occidere hominem, veritatem vobis locutum, quam audivit à Deo.* Ambrosius l. de parad. col. 172. c. *Quid me vultis occidere hominem?* & in Ps. 61. 956. c. 959. b. *Quid me quæritis occidere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis?* itidem l. 1. de fide, to. 2. 463. c. sicut l. 5. 584. e. excepto verbo *interficere:* at in Psal. 48. 949. a. *Quæritis me occidere, hominem*, &c. ut sup. August. in Joh. col. 582. e. *Nunc autem quæritis me occidere, hominem, qui veritatem vobis dico, quam audivi à Deo*, &c. ut in textu. Faustin. presb. l. contra Arian. p. 648. f. *Nunc autem quæritis me occidere, hominem*, &c. ut sup. Vigilius Taps. l. 1. contra Eutych. p. 722. *Vultis me occidere, hominem*, &c. ut sup. Acta Conc. Aquil. apud Ambros. to. 2. 797. a. *Quid me persequimini hominem?*

℣. 41. Ms. Maj. Mon. *Vos facite opera*, &c. ut in Vulg. Fossat. *Vos facitis opera patris vestri. Responderunt ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum*, &c. ut sup. Cantabrig. *Vos autem facitis opera patris vestri. Dixerunt ergo illi: Nos de fornicatione non sumus nati: unum*, &c. Corb. ..... *vestri. Dixerunt ei: Nos ex prostitutione non sumus nati: unum*, &c. Cæteri concordant cum Vulg. cui etiam Græcum favet. August. quæst. 49. in Judic. to. 3. col. 617. d. *Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus Deum.*

℣. 42. Ms. Corb. *Dicit eis Jesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis me: ego enim ex Deo processi... non enim à meipso veni, sed*, &c. ut sup. Cantabrig. *Dixit ergo illis Jesus: Si Deus pater vester erat, diligebatis utique me: ego enim de Deo exivi, & veni: nec enim à me veni, sed*, &c. S. Germ. *neque enim à meipso veni ego, sed*, &c. Vulgatæ similes cæteri. Græcum Cantabrigiensi favet. Mss. tamen plures tollunt οὖν, *ergo*, post verbum *Dixit.* Tertul. l. cont. Prax. p. 854. c. 855. c. legit: *Si Deus esset pater vester, dilexissetis me: ego enim ex Deo exivi, & veni.* Hilar. l. 6. de Trin. col. 899. a. *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me: ego enim à Deo exivi, & veni: nec enim à me veni, sed ille me misit:* & eod. l. *ex Patre exivi, & veni:* & l. 2. 794. c. 799. e. *ego de Patre exivi:* rursus in Psal. 138. col. 523. f. *à Deo exivi, & veni.* Hieron. in Isai. 57. to. 3. 424. a. *ego de Patre exivi, & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit.* Novatian. l. de Trin. p. 1045. a. *ego ex Deo prodii, & veni.* Ambros. l. 1. de fide, 465. c. *à Deo exivi:* iterum ibid. *ex Deo processi, & veni.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 256. e. *ego ex ore Patris processi:* & 281. h. *ego de Deo exivi.* Synodic. adv. tragæd. Iren. c. 225. Baluz. app. Conc. *ego à Deo processi.*

℣. 43. Ita ferunt Mss. Corb. Fossat. S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. cum Græco. In Cantabrig. sic: *Quare loquelam meam non agnoscitis? Quia non potestis audire verbum meum.* S. Gat. *Quare loquelam meam non custoditis? Quia*, &c. ut in textu.

℣. 44. Ms. Corb. concordat cum Vulg. nisi quòd habet, *quia non est veritas in eum;* paulòque post, *ex suis propriis loquitur, quia mendax est, sicut & pater ejus*, ut in textu Colb. Similiter in Fossat. *ex propriis suis loquitur, quia mendax est, sicut pater ejus.* Maj. Mon. *sicut & pater ejus.* In Cantabrig. sic: *Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris vestri vultis facere: ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stat: quoniam veritas non est in eo: cùm loquitur mendacium, de suo loquitur, quoniam mendax est, & pater ejus.* In Mss. S. Gat. & S. Mart. omnia ut in Vulgata: ita etiam in S. Germ. præter intermedia hæc, *in veritate non stetit: quia non est veritas in eo*, quæ prætermittit. Græc. Vulgatæ concinit ad verbum. Tertul. l. de anima, p. 484. b. habet: *Vos ex diabolo patre estis.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 206. c. *Vos de diabolo patre nati estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis: ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit: quia veritas non est in illo.* Itidem legit Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 229. e. & l. 2. pro S. Ath. 200. g. usque ad verbum *stetit:* at infra, p. 210. e. addit: *qui loquitur mendacium, de suo loquitur, quoniam mendax est, & pater ejus.* Zeno Veron. tract. 14. p. 186. *Vos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis.* Hilar. in Psal. 143. col. 558. d. hæc tantùm refert: *Vos è diabolo patre estis.* Nec plura Ambros. l. 1. Hex. col. 8. a. & in Ps. 48. col. 954. c. & l. 10. in Luc. 1526. a. *Vos ex patre diabolo estis.* Ambrosiast. col. 73. d. *Vos de patre diabolo estis.* Itidem Gaud. Brix. ser. 6. p. 951. d. insuper ser. 12. p. 972. e. *ab initio homicida fuit diabolus, & in veritate non stetit: quia veritas non est in eo.* Hieron. epist. ad Princip. to. 2. 690. b. *Vos ex patre diabolo nati estis:* similiter in Isai. 1. col. 14. a. quo loco statim subdit, *& opera patris vestri vultis facere.* August. in hunc locum, *Vos à patre diabolo estis*, &c. ut in Vulg. & sup. col. 355. e. *& in veritate non stetit: quia veritas non est in eo:* & col. 320. d. *qui loquitur mendacium, de suo loquitur.* Iren. l. 5. c. 23. p. 321. a. *quoniam ab initio homicida est, & in veritate non stetit:* & c. 22. 320. b. *diabolus mendax est ab initio, & in veritate non stetit.* Ennod. pro Synodo, Sirm. to. 1. 1625. a. *qui loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* S. Leo ad Demetriad. p. 43. a. *mendax de proprio loquitur.* Auctor l. de quæst. N. T. q. 80. col. 76. c. *Vos de patre diabolo nati estis, & concupiscentias patris vestri vultis facere:* similiter habet q. 90. col. 81. a. excepta voce *nati*, quam delet: subinde addit: *ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit: quia veritas non est in eo: cùm loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est, sicut & pater ejus:* eadem repetit infra, q. 98. ex utroque T. nisi quòd habet *nati estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio..... quia veritas non est in illo.*

℣. 45. Mss. Corb. & Maj. Mon. textui Colb. consonant. S. Germ. S. Mart. & S. Gat. ferunt: *Ego autem quia veritatem dico*, &c. Fossat. *Ego autem qui veritatem dico*, &c. Cantabrig. *Ego quia veritatem loquor, non creditis mihi vos.* Græc. Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι· aliàs deest δέ.

℣. 46. Mss. S. Germ. Corb. Fossat. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. concordant cum textu Colb. nisi quòd Sangerm. & Fossat. habent *arguit*, Corb. *credetis*, & S. Mart. omittit *vos.* Græcum Sangermanensi, & Fossat. favet, additâ conjunctione δὲ, ante *veritatem.* Ms. tamen unus pro ἐλέγχει, legit ἐλέγξει, *arguet.* A Cantabrig. abest ℣.

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Mſ. Colbert.* 47. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non audiſtis, quia ex Deo non eſtis.

48. Reſponderunt Judæi, & dixerunt ei: Nonne nos bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49. Reſpondit Jeſus: Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico Patrem meum, & vos me non honoratis.

50. Ego autem non quæro claritatem meam: eſt qui quærat, & judicet.

51. Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſervaverit, non videbit mortem in æternum.

52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mortem.

53. Nunquid tu major es quàm Abraham, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis?

54. Reſpondit Jeſus: Si ego clarificavero meipſum, claritas mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui clarificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt,

55. & non cognoviſtis eum: ego autem ſcio eum; Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem ejus ſervo.

56. Abraham pater veſter exſultavit ut videret diem meum: vidit, & gaviſus eſt.

## Vulgata nova.

47. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. *1. Joan. 4. 6.*

48. Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49. Reſpondit Jeſus: Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

50. Ego autem non quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & judicet.

51. Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.

52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mortem in æternum.

53. Nunquid tu major es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis?

54. Reſpondit Jeſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt,

55. & non cognoviſtis eum: ego autem novi eum: Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem ejus ſervo.

56. Abraham pater veſter exſultavit ut videret diem meum: vidit, & gaviſus eſt.

## Notæ ad Versionem antiquam.

integer.

℣. 47. Mſ. Foſſat. textui Colbertino ſuffragatur. Corb. habet: *Propterea vos me non auditis, quia non eſtis ex Deo.* Cantabrig. *Qui eſt ex Deo, verba Dei audit. Propter hoc vos non auditis*, omiſſis ſequentibus. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt, unà cum Græco.

℣. 48. Mſ. Corb. nil differt à textu Colbert. nec etiam Cantabrig. & Foſſat. niſi quòd iſte habet, *Reſponderunt ei Judæi, & dixerunt;* Cantabrig. verò *quòd*, pro *quia*. S. Germ. & S. Mart. *Reſponderunt igitur Judæi, & dixerunt ei: Nonne*, &c. S. Gat. pro *dæmonium habes*, legit *es dæmonium*. Græc. Vulgatæ favet: à Mſs. tamen quibuſdam abeſt ὖν, poſt *Reſponderunt*, ſicut ab aliis ἀυτῷ, poſt *dixerunt*. Auguſt. l. 1. de ſer. Do. in m. to. 3. 170. g. legit: *Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Tertul. l. de ſpectac. c. 30. p. 220. *Samarites, & dæmonium habens.* S. Zeno Veron. tract. 13. p. 180. *Hic Samaritanus eſt, & dæmonium habet.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. 422. c. *dæmonium habet.*

℣. 49. Mſ. Foſſat. *Reſpondit eis Jeſus: Ego.... & vos inhonoratis me.* Cantabrig. *& vos ſperatis me*, ſed aperto mendo, pro *ſpernitis me*. Græc. ἀτιμάζετέ με, al. ἠτιμάσατέ με. Cæteri Mſs. Vulgatæ ſimiles. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit: *Ego dæmonium non habeo: ſed honoro Patrem meum.*

℣. 50. Mſ. Corb. itidem legit cum textu Colb. Foſſat. verò, *Ego autem non quæro honorem meum: eſt qui quærit, & judicet.* Cantabrig...... *gloriam meam: eſt qui quærit, & judicat.* A Vulg. nil differunt cæteri. Græc. δόξαν μου· ἔϛιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων.

℣. 51. Ita ferunt Mſs. Corb. Foſſat. S. Gat. & Maj. Mon. Cantabrig. verò habet: *Amen, amen dico vobis: quicunque verbum meum cuſtodierit, mortem non videbit*, &c. S. Germ. *non guſtabit;* ſed eadem manu ſupra ſcriptum præfert *non videbit*. Græc. ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον ὐ μὴ θεωρήσῃ, &c. al. ὃς ἂν τὸν λόγον..... τηρήσῃ, al. τηρήσει...., θεωρήσει. Novatian. l. de Trin. p. 1045. b. *ſi quis verbum meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.* Hieron. in Ezech. 18. to. 3. col. 818. f. *Amen, amen dico vobis: qui ſermonem meum cuſtodierit, mortem non videbit in ſempiternum.* Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 278. d. *Amen..... ſi quis verbum meum cuſtodierit, mortem non videbit.*

℣. 52. Mſ. Corb. eadem prorſus habet, quæ in textu Colb. deletque *in æternum*. Delet pariter Cantabrig. ſed initio addit *illi*, poſt *Dixerunt ergo;* & pro *ſermonem*, habet *verbum*. S. Germ. Foſſat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ conſonant; Græcumque ſimiliter, addito tantùm ἀυτῷ, poſt *Dixerunt ergo*. Solus verò Mſ. S. Gat. ſubdit *mortui ſunt*, voci *Prophetæ*, ſicut Æthiop. Chryſ. & Cyrillus, ſi Millio fides.

℣. 53. Mſ. Corb. convenit cum textu Colbert. reliqui verò cum Vulg. præter Cantabrig. qui habet, *Nunquid tu major es Abraham? quoniam mortuus eſt... Quem te facis?* Gr. Μὴ σὺ μείζων εἶ τῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὅϛις ἀπέθανε .... Τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς; à Mſs. pluribus abeſt σύ.

℣. 54. Mſ. Corb. textui Colb. congruit. Similiter habet Cantabrig. præter hæc: *Si ego honorificavero... gloria mea... qui honorificat me.* Foſſat. ipſo initio habet, *Reſpondit eis Jeſus;* reliqua ut in Vulgata. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eidem Vulg. conſonant, niſi quòd habent in fine, *Deus noſter eſt*. Græc. nil omnino diſcrepat ab ead. Mſs. tamen quidam in principio ferunt δοξάσω, pro δοξάζω; & in fine plures, Θεὸς ἡμῶν, pro ὑμῶν. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit: *Si ego me ipſe glorificem, nihil eſt gloria mea: eſt qui me glorificet, Pater, quem vos dicitis Deum eſſe veſtrum.* Ambroſ. l. 5. de fide, 571. d. *Si ego clarificavero meipſum, claritas mea nihilum eſt.* Auguſtinus in hunc loc. nil differt à Vulg. niſi his ultimis, *quia Deus noſter eſt.*

℣. 55. Mſ. Foſſat. *& non cognoviſtis eum: ego autem ſcio eum: Si dixero quia neſcio eum, ero mendax, ſimilis vobis*, &c. ut in textu. Cantabrig .... *ego autem ſcio eum: Et ſi dixero quia neſcio eum, ſimilis ero vobis, mendax. Sed ſcio eum, & verbum ejus ſervo.* S. Germ. & Maj. Mon. *Sed ſcio eum, & mandata ejus ſervo.* A Corb. abeſt, *Et ſi dixero quia non ſcio eum.* Mſ. verò S. Mart. habet, *Et ſi dixero quia non novi eum;* reliqua ut in Vulg. cui ſuffragantur in omnibus Mſ. S. Gat. & Græcum. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit: *nec noſtis illum: at ego novi eum: Et ſi dicam: Non novi: ero ſimilis veſtri, mendax. Sed novi illum, & ſermonem ejus ſervo.* Victorin. Afric. l. 3. contra Ari. p. 278. d. *Novi enim Patrem, & verbum ejus cuſtodio.* Vigil. Tapſ. l. contra Varim. 745. f. *vos autem non noſtis eum: ego autem novi eum, qui ex ipſo ſum.* Auguſt. in hunc loc. pro more non niſi paucis differt à Vulg. his nempe, *Si dixero quia non novi eum.*

℣. 56. Sic habent Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam S. Mart. Foſſat. Corb. S. Germ. & Cantabrig. præter hoc, *& vidit, & gaviſus eſt;* nec aliter in Græco eſt. Similiter habet Iren. l. 2. c. 22. p. 148. a. & l. 4. c. 5. & 7. pp. 232. d. 235. e. Ambroſ. verò in Pſ. 36. col. 792. d. textui Colb. congruit: at l. 1. de Cain & Ab. c. 8. 198. a. legit: *Abraham diem meum vidit, & gaviſus eſt:* itidem l. 1. de Abr. c. 3. & 8. 289. b. 307. e. & l. 2. c. 5. 322. f. & l. de bened. Patr. c. 4. 520. f. & in Pſ. 43. 915. e. &

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

58. Dixit eis Jesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

58. Dixit eis Jesus: Amen dico vobis, ante Abraham ego sum.

59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in illum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

### Notæ ad Versionem antiquam.

l. de fide, 484. b. & l. 1. in Luc. 1267. d. Nec aliter Conc. Aquil. apud Ambros. epist. 9. to. 2. col. 796. d. Hilar. l. 4. de Trin. col. 843. e. *Abraham pater vester lætabatur ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est.* Ita quoque habet Victorin. Afric. l. 3. contra Ari. p. 256. c. at l. 4. p. 288. g. simpliciter: *Abraham vidit diem meum, & gavisus est.* Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *Abraham diem meum vidit, & lætatus est.* S. Paulin. ep. 23. p. 148. a. *ille vidit diem meum, & gavisus est.* August. tract. in ep. ad Gal. to. 3. 955. f. *Abraham concupivit diem meum videre: & vidit, & gavisus est.* Ambrosiast. 209. d. *Abraham cupivit videre diem meum: & vidit, & gavisus est.* Auctor l. de quæst. ex N. T. q. 81. col. 77. c. & q. 117. ex utroque T. 127. e. *Abraham pater vester cupivit ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est.* Auct. l. de prom. p. 1. c. 17. col. 103. d. *Abraham pater vester concupivit videre diem meum: & vidit, & gavisus est.* Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 330. d. *Abraham pater vester exspectavit ut videret diem meum: & vidit, & gavisus est.*

℣. 57. Ita ferunt Mss. omnes, cum Græco. Eadem quoque habet Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 83. c. cum Irenæo, l. 2. c. 22. p. 148. a. at infra idem Iren. legit: *Quinquaginta annorum nondum es, & Abraham vidisti?*

℣. 58. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. Eidem pariter congruit Cantabrig. nisi quòd habet, *Dixit ergo illis Jesus: Amen, amen, &c.* Cæteri Vulgatæ concinunt, unà cum Græco. Mss. tamen plures in principio habent, Εἶπον ὖν. Iren. l. 4. c. 13. p. 243. c. *antequam enim Abraham esset, ego sum.* August. in Joh. to. 3. p. 2. col. 307. a. 578. c. Novatian. l. de Trin. p. 1045. b. & Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. c. *ante Abraham ego sum.* Auct. l. de quæst. ex N. T. q. 91. col. 83. c. *Respondit eis: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.*

℣. 59. Mss. Corb. & S. Germ. nil differunt à textu Colb. Concinunt pariter Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd prior habet *lapidarent eum*, pro *jacerent in illum*; posteriores duo, *jactarent in eum.* Cantabr. *Tunc tulerunt lapides, ut mitterent super eum, &c.* ut sup. Græc. textui favet, sed in fine addit hæc: διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ϗ παρῆγεν οὕτως, *transiens per medium illorum, & præteriit sic*: quæ à Mss. pluribus absunt. Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 329. h. simpliciter habet, *& egressus est Jesus de templo.*

---

# CAPUT IX.

**Vulgata nova.**

1. ET præteriens Jesus vidit hominem cæcum à nativitate:

2. & interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3. Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.

4. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari:

5. quandiu sum in mundo, lux sum mundi.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Colbert.*

1. ET præteriens Jesus videt hominem cæcum à nativitate sua:

2. & interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, quis peccavit, iste, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3. Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.

4. Me oportet operari opera ejus, qui me misit, dum dies est: venit nox, quando nemo potest operari:

5. cùm in hoc mundo sum, lux hujus mundi sum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. *Et præteriens vidit Jesus, &c.* ut in Vulg. Fossat. & S. Mart. *Et præteriens vidit hominem, &c.* Cantabrig. *Et transiens vidit hominem cæcum ex nativitate, sedentem.* S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ similes; sicut & Græcum, dempta tamen voce Ἰησῦς, quam Mss. plures retinent: quidam etiam in fine addunt καθήμενον, ut in Ms. Cantabrig. Augustinus in hunc loc. *Exiens vidit hominem cæcum à nativitate.* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 329. h. *Dum ambulat, vidit hominem cæcum à nativitate sua.*

℣. 2. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd habet *hic, aut*, pro *iste, an.* S. Germ. & Fossat. *hic, an.* Cantabrig. *& interrogaverunt illum discipuli: Rabbi, quis peccavit, hic, aut, &c.* ut sup. Ms. S. Mart. *discipuli sui*; reliqua verò ut in Vulg. cui suffragantur cæteri. Græcum respondet textui Colb. sed à Ms. uno abest λέγοντες. Arnobius Afr. annot. in Evang. p. 329. h. legit: *& interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, quia cæcus natus est?* Similiter Aug. in hunc loc. *quis peccavit, hic, an parentes ejus.* Maximinus Arian. ap. ipsum to. 8. col. 668. f. *quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* Ambros. epist. 80. 1096. c. *hic peccavit, an parentes ejus?*

℣. 3. Accinunt Mss. omnes, præter Corb. & Cantabr. quorum ille habet *manifestetur*; iste verò, *Respondens Jesus: Neque hic..... sed ut manifestaretur opera Dei in eo.* Græcum textui Colb. consonat. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. e. legit: *Nec hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in ipso*; al. *manifestarentur.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 929. a. *sed ut manifestentur opera Dei in eo*: vide etiam eund. in Matth. 646. c. Ambros. epist. 80. col. 1096. d. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestarentur opera Dei in illo.* Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 329. h. *Respondens Jesus, dixit illis: Neque peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestarentur opera Dei in illo.* Maximin. Arian. episc. apud August. to. 8. col. 668. f. *Respondit: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.*

℣. 4. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. excepto quòd habet *non*, pro *nemo.* Cantabrig. *Oportet nos operari opera ejus, qui me misit, cùm dies est: venit nox, cùm nemo potest operari.* Fossat. *veniet nox, &c.* ut in Vulgata. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. eidem Vulgatæ consonant ad verbum, sicut etiam Græcum. Ms. tamen unus, cum Copt. Arab. ac Æthiop. ipso initio fert Ἡμᾶς, pro Ἐμέ. Hilar. l. 7. de Trin. col. 929. a. *Me oportet operari opera ejus, qui me misit.* Ambros. l. 3. de fide, 506. a. *In illo me oportet operari opera ejus, qui misit me*: & in Ps. 118. 1054. e. *veniet nox, quando nemo potest operari.* Hieron. in Jer. 13. to. 3. 592. f. *Salvator loquitur: Operamini dum dies est: veniet nox, quando nullus ultra potest operari*: & l. 3. in epist. ad Gal. to. 4. 313. f. *Salvator ait: Operamini dum dies est: veniet nox, quando jam nullus poterit operari*: & comm. in Eccles. to. 2. 767. a. *Operamini dum dies est: veniet nox, quando nemo poterit operari.* Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 746. g. *Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est.* Maximin. apud August. to. 8. col. 668. f. *Me oportet operari opera ejus, qui me misit.*

℣. 5. Ms. Corb. nil discrepat à textu Colb. S. Germ.

*Ex Mſ. Colbert.*

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| 6. Hæc cùm dixiſſet, exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & ſuperunxit eum ſuper oculos ejus, | 6. Hæc cùm dixiſſet, exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus, |
| 7. & dixit ei: Vade, & lava in natatoriam Siloe (quod interpretatur Miſſus.) Abiit, & lavit, & venit videns. | 7. & dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe (quod interpretatur Miſſus.) Abiit ergo, & lavit, & venit videns. |
| 8. Vicini ergo ejus, qui noverant eum priùs quòd cæcus, & mendicus eſſet, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Alii dicebant: Hic eſt. | 8. Itaque vicini, & qui viderant eum priùs quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic eſt. |
| 9. Alii autem dicebant: Quia ſimilis eſt illi. Ille autem dicebat: Ego ſum. | 9. Alii autem: Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat: Quia ego ſum. |
| 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? | 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? |
| 11. Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Jeſus, lutum fecit: & ſuperunxit me, & dixit mihi: Vade in Siloa, & lava oculos tuos. Et abii, & lavi, & video. | 11. Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Jeſus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & lava. Et abii, lavi, & video. |
| 12. Dixerunt ergo ei: Ubi eſt ille? Dixit: Neſcio. | 12. Et dixerunt ei: Ubi eſt ille? Ait: Neſcio. |
| 13. Et adduxerunt eum ad Phariſæos, illum, qui cæcus fuerat, videntem. | 13. Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat. |
| 14. Erat autem ſabbatum, in qua die fecit lutum Jeſus, & aperuit oculos ejus. | 14. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Jeſus, & aperuit oculos ejus. |
| 15. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi: Quomodo vidiſti? Ille autem dixit eis: Lutum impoſuit mihi ſuper oculos, & lavi, & ecce video. | 15. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & lavi, & video. |
| 16. Dicebant ergo quidam ex Phariſæis: Non | 16. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

verò, Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ favent. Cantabr. ſolus habet: *cùm ſum in ſæculo, lumen ſum mundi.* Græc. ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. Ambroſ. l. 3. de fide, 506. a. & epiſt. 80. 1096. d. legit cum textu Colb. *cùm in hoc mundo ſum, lux ſum hujus mundi.*

℣. 6. Mſs. Corb. & Foſſat. textui Colb. congruunt, niſi quòd ille habet, *& ſuperunxit eum luto ſuper*, &c. Foſſat. *& inlinivit lutum ſuper.* Cantabrig. *Hæc cùm dixiſſet, inſpuit in terram, & fecit lutum de ſputamento, & linuit ei lutum ſuper*, &c. ut ſup. Cæteri cum Vulgata concordant. Gr. Ταῦτα εἰπὼν, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 329. h. *Hæc dicens, exſpuit in terra, & fecit lutum de ſputo, & linivit oculos ejus luto.* Ambroſ. l. 3. de Sacr. 364. d. *tulit lutum, & linivit ſuper oculos ejus.*

℣. 7. Mſs. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt, ſicut etiam Corb. his exceptis, *Et abiit, & lavit.* Cantabr. *& dixit: Vade, ablue in natatoriam Siloam, quod... Abiit ergo, & abluit, & venit videns.* Foſſat. verbo *videns*, ſubdit, *accepta viſione.* Græcum Vulgatæ favet, niſi excipias hoc, εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ. Mſ. tamen unus delet οὖν, poſt *Abiit.* Iren. l. 5. c. 15. p. 312. a. legit: *Vade in Siloam, & lavare.* Ambroſ. l. 3. de Sacram. 364. d. *& dixit ei: Vade in Siloam* (al. *Vade, lava in Siloam.*) *Et exſurgens ivit, & lavit, & venit videns:* & infra, 365. a. *Vade in Siloam (quod interpretatur Miſſus:)* & epiſt. 80. 1096. e. *Vade, & lava in Siloam (quod interpretatur Miſſus.) Et abiit, & lavit, & videre cœpit.* Arnob. Afric. annot. in Evang. p. 329. h. *dixitque ei: Vade ad piſcinam Siloe, & lava oculos tuos. Abiit ergo, & lavit, & venit accepta viſione.*

℣. 8. Mſ. Corb. *Vicini ergo ejus, & qui noverant eum priùs quàm mendicus erat, dicebant*, &c. ut in textu Colbert. Foſſat. *Itaque vicini ejus, & qui videbant priùs quia mendicus erat, dicebant*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Vicini ergo, & qui videbant eum priùs quoniam mendicus erat..... Alii dicebant: Quoniam hic eſt.* Similiter habet S. Germ. *videbant*, reliqua ut in Vulgata. S. Gat. *Itaque vicini, & qui viderant eum ante quia..... Nonne hic eſt?* reliqua deſunt, nec leguntur in Goth. A Vulg. nil differunt cæteri, nec Græcum, niſi quòd loco *mendicus*, habet τυφλὸς, *cæcus*; ſed Mſs. quidam πτωχὸς, alii προσαίτης, unus, τυφλὸς ἦν, καὶ προσαίτης. Aug. in hunc loc. hoc uno differt à Vulg. *& qui videbant.*

℣. 9. Mſ. Corb. cum textu Colb. convenit. Foſſat. verò, S. Mart. & S. Germ. cum Vulgata, excepto quòd habent *ſimilis eſt ejus.* In Cantabrig. ſic: *Alii autem: Quoniam ſimilis ipſi eſt. Ille dicebat: Quoniam ego ſum.* Nec aliter in Græco eſt. Mſs. quidam initio ferunt, Ἄλλοι ἔλεγον· Οὐχὶ, ἀλλ' ὅμοιος, &c. & alii paulò poſt, Ἐκεῖνος δὲ, &c.

℣. 10. Concinunt Mſs. Corb. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Cantabrig. verò habet: *Dixerunt ergo illi: Quomodo ergo aperti ſunt tibi oculi?* Foſſat. *aperti ſunt oculi tui?* Græcum textui favet. Ambroſ. epiſt. 80. col. 1097. c. *Quomodo vidiſti?* Aug. in hunc loc. *Quomodo aperti ſunt oculi tui?*

℣. 11. Mſ. Corb. *Reſpondit..... & unxit me..... Vade in Siloam, & lava oculos tuos. Et abii, & lavi, & vidi.* Cantabr. *Reſpondit.... & linuit mihi oculos..... Vade in Siloam, & ablue. Abii ergo, & ablui, & veni videns.* Foſſat. *& unxit oculos meos..... Vade ad natatoriam Siloe, & lava. Et abii, & lavi, & vidi.* S. Germ. ſimiliter habet, *ad natatoriam Siloe;* S. Mart. *ad natatoriam Siloæ... & lavi;* S. Gat. & Maj. Mon. *& vidi;* reliqua ut in Vulg. In Græco ſic: Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· Ἄνθρωπος λεγόμενος..... καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς..... Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ, καὶ νίψαι. Ἀπελθὼν δὲ, καὶ νιψάμενος, ἀνέβλεψα. Mſ. unus delet καὶ εἶπεν, ſubinde quidam legunt καὶ ἔχρισε. Ambroſ. epiſt. 80. 1097. b. legit: *Abii, & lavi, & videre cœpi.* Aug. tract. 44. in Joh. to. 3. 592. c. *Vade ad natatoriam Siloe, & lava. Et abii, & lavi, & vidi.*

℣. 12. Mſ. Corb. non differt à textu Colb. niſi verbo *Dicit*, pro *Dixit.* Cantabr. *Dixerunt ergo illi: Ubi eſt ille? Dixit eis: Neſcio.* Similiter in Foſſat. *Dixerunt ergo ei;* reliqua ut in Vulg. cui cæteri ſimiles. Mſs. quidam Gr. demunt οὖν, poſt *Dixerunt;* unus verò addit αὐτοῖς, verbo *Dixit.*

℣. 13. Mſ. Foſſat. *Adduxerunt eum ad Phariſæos*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Et adducunt eum ad Phariſæos, qui ante erat cæcus.* Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ ſimiles. In Græco ſic: Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς.... τόν ποτε τυφλόν.

℣. 14. Textui Colb. favet Mſ. Corb. S. Germ. verò, Foſſat. S. Mart. & S. Gat. Vulgatæ, cui etiam accinit Cantabr. niſi quòd habet in fine, *& aperuit ei oculos.* In Mſ. Maj. Mon. ſic: *Erat autem ſabbatum in illo die, quando lutum fecit*, &c. Græcum nil differt à Vulgata. Mſ. tamen unus habet ἐν ᾗ ἡμέρᾳ, pro ὅτε, *quando.*

℣. 15. Mſ. Corb. concinit cum textu Colbertino, ſi excipias *poſuit*, pro *impoſuit.* S. Germ. habet: *Lutum mihi poſuit ſuper oculos meos;* cætera ut in Vulg. Itidem Mſ. S. Gat. deleto *mibi.* Cantabrig. *Iterum ergo interrogaverunt eum & Phariſæi quomodo vidit. At ille dixit illis: Lutum impoſuit ſuper oculos meos, & ablui, & video.* Similiter S. Mart. *& Phariſæi;* reliqua ut in Vulgata, à qua nil differunt cæteri. Græcum verò totum ſimile Cantabrig. Mſs. tamen quidam tollunt καὶ, ante *Phariſæi;* ſubinde aliqui, loco ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, ferunt μοι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς· & in fine alii duo, ἔβλεψα, pro βλέπω.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Dicebant ergo de Phariſæis quidam:*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est.

18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat:

19. & interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

21. quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.

22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conspiraverant Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.

23. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

24. Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.

25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cùm essem, modò video.

26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

VERSIO ANTIQUA.

est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator talia signa facere? Et dissentio erat inter eos. *Ex Ms. Colbert.*

17. Dicebant ergo illi cæco: Tu quid dicis de eo, quòd aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est.

18. Non credebant ergo Judæi de illo, quoniam cæcus fuit, & videt, donec vocaverunt parentes ejus:

19. & interrogaverunt eos: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo videt modò?

20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

21. quomodo autem videt, nescimus: aut quis aperuit oculos ejus, nos ignoramus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse pro se loquatur.

22. Hæc autem dixerunt parentes ejus, quia timebant Judæos: jam enim decreverant Judæi, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret.

23. Propterea parentes ejus dixerunt: Ætatem habet, ipsum interrogate.

24. Vocaverunt ergo hominem iterum, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da honorem Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.

25. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: unum tantùm scio, quia cæcus eram, & modò video.

26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? & quomodo aperuit tibi oculos?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Non est hic à Deo homo, quoniam sabbatum non servat. Alii autem dicebant: Quomodo... talia signa facere? Et schisma erat inter eos.* Fossat. & S. Mart. *quia sabbatum non custodit. Alii dicebant: Quomodo..... hac signa facere? Et dissensio* (S. Mart. *Et schisma*) *erat inter eos*; reliqua ut in Vulgata, cum qua conveniunt Corb. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. nisi quòd S. Germ. delet *autem*, post *Alii*; Corb. verò habet *in eis*, pro *inter eos*. Græcum Cantabrigiensi favet, sublato δὲ, post *Alii*; & posito ἐν αὐτοῖς, loco *inter eos*. August. quæst. 49. in Judic. to. 3. 617. d. legit: *Non est iste homo à Deo, qui sic solvit sabbatum.* Ambrosiaster: *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.*

℣. 17. Ms. Corb. *Dicunt ergo illi cæco: Tu quid dicis de eo, quòd aperuit oculos tuos?* &c. ut sup. Cantabr. *Dicebant ergo: Tu quid dicis de eo, quoniam aperuit tibi oculos? At ille dixit: Quoniam*, &c. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ similes: nec absimile Græcum est, nisi quòd delet *ergo*, post *Dicunt*; & ponit ὅτι, pro *qui*, ante *aperuit*: at Mss. plures in principio ferunt Λέγουσιν οὖν· quidam subdunt αὐτῷ τῷ τυφλῷ.

℣. 18. Ms. Corb. *Non credebant Judæi de illo, quoniam cæcus fuit, & vidit, donec vocarentur parentes.* S. Germ. verò, Fossat. & S. Gat. addunt, *ejus, qui viderant*; Maj. Mon. *ejus, qui viderant eum*; priora verò habent Vulgatæ similia. In Cantabrig. sic: *Non crediderunt Judæi de illo, usquequo clamaverunt parentes ejus, qui viderat visum.* Gr. Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ.... περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος. Ms. unus initio delet οὖν, & in fine alter, τοῦ ἀναβλέψαντος, cum Copt. & Pers.

℣. 19. Ms. Corb. textui Colb. concinit. S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ, sicut & Græcum. Cantabr. habet: *& interrog. eos, dicentes: Si hic est filius vester... quoniam... Quomodo ergo videt modò?*

℣. 20. Ita ferunt Mss. S. Gat. & Maj. Mon. Ita quoque Corb. habet, deleto *eis*, ante *parentes*. S. Germ. *Responderunt ergo eis parentes*, &c. ut sup. Fossat. *Respondentes illis parentes ejus, dixerunt..... noster, quia cæcus natus est.* Cantabr. *Responderunt illis..... Scimus quoniam...... & quoniam.* Græcum textui favet; sed à Mss. quibusdam abest αὐτοῖς, post verbum *Responderunt*.

℣. 21. Ms. Corb. *quomodo autem vidit, nescimus: aut quis aperuit oculos, nos nescimus....... ipse pro se loquatur.* Fossat. *quomodo autem nunc videt, nescimus: aut quis aperuit oculos ejus, nos nescimus... ipse pro se loquatur.* Cantabr. *quomodo autem nunc videt, nescimus: aut quis ei aperuit oculos, nos ignoramus..... ipse de semetipso loquetur.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ similes; nec absimile Græcum est, nisi exceperis αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, *ipse ætatem habet, illum interrogate*; & λαλήσει, *loquitur.*

℣. 22. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. sublato *autem* initio, & in fine posito *esset*, loco *fieret*. Fossat. habet: *Hæc autem dixerunt parentes ejus, qui timebant Judæos: jam enim consilium fecerunt Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagoga fieret.* Cantabr. *jam enim cogitaverant Judæi, ut si quis confessus fuisset Christum eum esse, de synagoga ejiciatur.* S. Germ. Vulgatæ favet, detracto *esse*, ante *Christum*. Similiter S. Mart. posito insuper *quia*, pro *quoniam*, ante *timebant*. Nil differunt ab ea cæteri; nec Græcum, si exceperis *conspiraverant*, pro quo habet συνετέθειντο, ad verbum *constituerant*. Augustinus in hunc loc. concordat cum Sangermanensi.

℣. 23. Ms. Cantabrig. textui Colb. concinit, excepto *Propter hoc*, pro *Propterea*. Cæteri Vulgatæ accinunt, sicut & Græcum.

℣. 24. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nec etiam Fossat. nisi adverbio *rursum*, pro *iterum*. In Cantabr. sic: *Clamaverunt ergo eum iterum, qui erat cæcus, & dixerunt illi: Da gloriam Deo.... quoniam*, &c. ut sup. S. Gat. *Vocaverunt ergo hominem, qui cæcus erat*, &c. ut in Vulg. deleto pronom. *hic*. Maj. Mon. *qui erat cæcus*; cætera ut in Vulg. cui favent alii, unà cum Græco. Auctor quæst. ex N. T. part. 2. q. 34. col. 151. d. legit: *Da honorem Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.*

℣. 25. Eadem leguntur in Ms. Corb. ac in textu Colbert. deleto tamen adverbio *tantùm*. Itidem quoque in Cantabr. mutato insuper verbo *Dixit*, cum *Respondit*. In Fossat. *Dixit autem ille*, &c. ut in Vulg. In S. Germ. *Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: unum, quia*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. similiter, *Dixit ergo ille*; cætera ut in Vulgata, cui suffragantur alii. In Græco, Ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· Εἰ; &c. ut in Vulg. à Mss. autem pluribus abest οὖν, sicut ab aliis quibusd. καὶ εἶπεν· aliqui etiam loco τυφλὸς ὤν, ferunt, τυφλὸς ἤμην, καὶ, ut sup. Ambros. epist. 80. 1097. b. *cæcus eram, & videre cœpi*; al. *in tenebris eram*; at epist. 22. 879. b. *cæcus cùm essem, modò video.*

℣. 26. Ms. Cantabrig. concinit cum textu Colbertino; Fossat. S. Mart. & Corb. cum Vulgata. S. Germ. verò, S. Gat. & Maj. Mon. habent, *quomodo aperuit oculos tuos*?



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli ejus fieri?

28. Maledixerunt ergo eum, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos Moysi discipuli sumus.

29. Scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.

30. Respondit ille homo, & dixit: In hoc mirabile est, quòd vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos:

31. scimus quia peccatores Deus non exaudit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

32. A sæculo nunquam auditum est, quia aperuit aliquis oculos cæci nati.

33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.

34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

35. Audivit autem Jesus quia ejecerunt illum foras: & cùm invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?

37. Et dixit illi Jesus: Et vidisti illum, & qui loquitur tecum, ipse est.

VULGATA NOVA.

27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli ejus fieri?

28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus.

29. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.

30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos:

31. scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.

34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

35. Audivit Jesus quia ejecerunt eum foras: & cùm invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?

37. Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græc. Εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν· Τί...... πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; In Mss. pluribus, Εἶπον οὖν· in aliis deest πάλιν.

℣. 27. Sic habent Mss. Corb. Fossat. S. Germ. Maj. Mon. S. Mart. necnon S. Gat. nisi quòd hic postremus legit *& non audistis*, è Græco, καὶ οὐκ ἠκούσατε. Similiter Cantabr. *At ille dixit: Dixi vobis jam, & non audistis: quid vultis iterum audire? nunquid... discipuli ipsius fieri?* Ms. tamen unus delet οὐκ, ante *audistis*.

℣. 28. Ms. Fossat. *Maledixerunt ei, & dixerunt: Tu discipulus ejus es: nos autem*, &c. Similiter habet Corb. *ejus es*, sed absque vocula *autem*. S. Germ. *Tu sis discipulus ejus: nos autem*, &c. Cantabr. *At illi maledixerunt illum, & dixerunt: Tu discipulus illius es: nos Moysi sumus discipuli.* Cæteri Vulgatæ respondent. Græc. Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτὸν, καὶ εἶπον· Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως, &c. Ms. unus, Οἱ δὲ ἐλοιδόρησαν· alii plures tollunt δὲ, & οὖν. Ambrof. epist. 80. col. 1097. d. legit: *Et maledixerunt ei, dicentes: Tu sis discipulus ejus.* Similiter habet August. tr. in Ps. 21. to. 4. col. 91. d. *Tu sis discipulus ejus.*

℣. 29. Vulgatæ accinunt Mss. Corb. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Accedit quoque Cantabr. nisi quòd inter has voces *Deus*, & *hunc*, ista interponat, *& quoniam Deus peccatorum non audit*, quæ absunt ab aliis, & à Græco. Hieron. in Isai. 1. col. 14. a. legit: *Nos scimus quia Mosi locutus est Deus: istum autem quis sit nescimus.* Ambrosiast. col. 115. f. *Nos scimus quòd Moysi locutus est Deus.* Similiter habet Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. a. sed addit: *hunc autem nescimus unde sit.* Ambrof. epist. 22. col. 880. b. *nescimus quis sit.* S. Paulin. vit. Ambrof. to. 2. p. v. c. *hic autem unde sit nescimus.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 8. col. 132. c. *Nos scimus quia cum Moyse locutus est Deus: hic verò nescimus unde sit.*

℣. 30. Ms. Corb. textui Colb. favet, nisi excipias voculam *quia*, pro *quòd*. Fossat. similiter tollit *enim*, ante *mirabile*; sed in fine habet, *& aperuit mihi oculos.* Cantabr. *Respondit ergo homo, & dixit: In hoc ergo mirabile est, quoniam vos..... & aperuit mihi oculos.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant. Græcum delet *ille*, post *Respondit*; fertque πόθεν ἐστὶ, *unde est*; in cæteris convenit. In uno tamen Gr. legitur, πόθεν ἦ.

℣. 31. Nil differt à textu Ms. Corb. nec etiam Fossat. nisi verbo *exaudiet*. S. Gat. *non exaudivit Deus: sed qui ejus cultor est, &.... hunc exaudivit.* Maj. Mon. *Deus non exaudivit: sed qui ejus cultor est*; reliqua ut in textu. Cantabr. *scimus quoniam Deus peccatorum non audit: sed si quis Deum timet, &...... hunc audit.* S. Germ. *scimus enim*, &c. ut in Vulgata. Gr. οἴδαμεν δὲ ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ.... ποιῇ, τούτου ἀκούει. Mss. quidam demunt δὲ, post οἴδαμεν; & unus, loco ἀκούει..... ἀκούει, fert ἐπακούει... ἐπακούει· item plures ἁμαρτωλὸν, pro ἁμαρτωλῶν. Et Cypr. epist. 64. 68. & 76. pp. 111. 118. 125. legit: *Deus peccatorem non audit: sed si quis Deum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Hilar. tract. in Ps. 52. col. 89. b. *scimus enim quia peccatores Deus non audit.* August. l. 12. contra Faust. to. 8. 231. d. *scimus quia peccatores Deus non exaudit: sed qui eum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, hunc exaudit.* Parmen. apud Aug. l. 2. contra ejus epist. to. 9. col. 34. a. *Deus peccatores non audit: sed si quis Deum colit, & voluntatem ejus facit, hunc audit:* sic etiam August. ipse infra, col. 35. d. præter hæc, *& volunt. ejus fecerit, ipsum exaudit.*

℣. 32. Ms. Corb. *A sæculo nunquam auditum est, quia quis aperuit*, &c. S. Germ. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ suffragantur, & Græco. Cantabr. his tantùm differt, *quoniam aperuit quis*; S. verò Mart. *quia aperuit quis.* Auct. quæst. N. T. part. 2. q. 34. col. 151. d. legit: *A sæculo nunquam fuit auditum, quòd aperuerit quis oculos cæci nati.*

℣. 33. Ita ferunt Mss. omnes, præter Cantabr. in quo sic: *Si non hic à Deo esset, non poterat nihil facere.* Græcum nihil omnino differt. Auct. quæst. N. T. ubi supra: *Nisi hic esset à Deo, non poterat facere quidquam.*

℣. 34. Sic habet Ms. S. Germ. nec discrepat Corb. nisi aperto mendo oscitantis librarii, nempe *natus est*, pro *natus es*. S. Gat. & Maj. Mon. *In peccato natus es.* Cantabr. *Responderunt illi, & dixerunt: In peccatis tu natus es totus*, &c. ut sup. Fossat. & S. Mart. *Et jecerunt eum foras de synagoga.* Græcum Cantabrigiensi favet.

℣. 35. Ms. Corb. textui Colb. suffragatur. S. Germ. verò, S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ. Fossat. habet: *Audivit ergo Jesus quia jecerunt eum foras*, &c. ut sup. S. Mart. *Audivit Jesus quia jecerunt eum*, &c. Cantabr. *Et audivit Jesus quoniam ejecerunt eum: & invenit eum, & dixit: Tu credis in Filium hominis?* Græcum Vulgatæ consonat; sed Ms. unus ipso initio habet Ἤκουσεν οὖν, al. Ἤκουσε δέ· in fine autem Æthiop. loco Θεοῦ, ponit ἀνθρώπου, cum Ms. Cantabr. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *Tu credis in Filium Dei?* Itidem Hilar. l. 6. de Trin. 895. c. 911. b. & Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. c. Ita quoque Fulg. l. de incarnat. p. 414. addens etiam seqq. usque ad ℣. 39. Vulgatæ prorsus similia.

℣. 36. Sic habent Mss. omnes, præter Cantabr. in quo sic: *Et quis est, Domine, ut*, &c. Græcum nil differt; sed Mss. quidam delent καὶ εἶπε, *& dixit*; alii verò plures præponunt Καὶ, voculæ τίς, ut in Cantabr. Hilar. l. 6. de Trin. 911. c. legit: *Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. c. *Respondit ille: Qui est, Domine, ut credam in eum?*

℣. 37. Ms. Cantabr. *Respondit illi Jesus: Et vidisti eum, & qui tecum loquitur, ipse est.* Alii Vulgatæ suffragantur. In Græco sic: Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Καὶ ἑώρακας αὐ-

Digitized by Google

### Vulgata nova.

38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum.

39. Et dixit Jesus: In judicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus?

41. Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum.

39. Dixit ei Jesus: In judicium ego veni in hunc mundum: ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

40. Et audierunt ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus?

41. Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: sed dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

### Notæ ad Versionem antiquam.

τὸν, ϗ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. Ms. unus delet δὲ, post Εἶπε. Hilar. l. 6. de Trin. 910. c. 911. c. nil differt à Vulg. nec etiam Victorin. Afr. l. 1. cont Ari. p. 256. c. nisi quòd in principio habet, *Dixit ipsi Jesus.*

℣. 38. Accinunt Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Cantabrig. verò habet: *At ille dixit: Credo Domine. Et adoravit eum.* Corb. *Credo Domine. Et adorabat eum.* Gr. Πιστεύω Κύριε. Καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. Ms. unus, Καὶ πεσὼν προσεκύνησεν αὐτῷ.

℣. 39. Ms. S. Germ. *Et dixit ei Jesus: Judicium*, &c. ut in Vulg. Fossat. *Dixit ei Jesus: In judicium*, &c. Cantabr. *Et dixit Jesus: Ego in judicium veni in mundum hunc*, &c. Corb. *Et ait Jesus: In judicium ego in hunc mundum veni: ut qui non videt videat, & qui vident cæci fiant.* S. Mart. *Et dixit ei Jesus*, &c. ut in Vulg. cui favent cæteri, & Græcum, necnon S. Paulin. epist. 30. p. 191. a. & Auct. quæst. ex N. T. q. 73. col. 72. e. 100. g. Hilarius verò in Matth. col. 711. e. legit: *In judicio mundi hujus veni: ut qui vident non videant, cæci verò respiciant.* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 65. a. *In judicium ego veni in hunc mundum: ut videntes non videant, & non videntes videant.* August. quæst. 8. in Exod. to. 3. 423. f. *Ego veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant:* & in Job, 668. b. *Venit*, inquit, *ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.*

℣. 40. Concordant cum textu Mss. Fossat. & S. Gat. Nisi paucis differunt Cantabrig. Maj. Mon. Corb. & Sangerm. primus nempe, *Audierunt autem de Pharisæis, qui cum eo erant;* secundus, *Et audientes ex Pharisæis, qui;* Corb. *Nunquid & nos & cæci sumus?* S. Germ. *Num & nos cæci sumus?* in omnibus autem constanter deest *quidam*. In Græco sic: Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, &c. ut in textu. Mss. plures delent ταῦτα.

℣. 41. Ms. S. Germ. *Et dixit eis Jesus*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Dixit ergo Jesus eis: Si cæci..... nunc autem dicitis: Quia videmus. Peccata vestra manent.* Corb. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, nec refragatur Græcum; nisi quòd in fine habet, Ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει· sed a Mss. aliquibus abest οὖν· quidam etiam ferunt, Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν μένουσι.

# CAPUT X.

### Vulgata nova.

1. Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.

2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas.

4. Et cùm proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.

6. Hoc proverbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.

1. Amen dico vobis: qui non intrat per januam in cortem ovium, sed ascendit alia parte, ille fur est, & latro.

2. Qui autem intrat per januam, hic pastor est ovium.

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & suas oves vocat nominatim, & producit illas.

4. Cùm autem oves suas omnes produxerit, ante ipsas vadet: & oves illum sequuntur, quia sciunt ejus vocem.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia nesciunt ejus vocem.

6. Hoc proverbium dixit illis Jesus. Illi autem non cognoverunt quod loquebatur illis.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. *Amen, amen..... qui non introit per januam in cohortem ovium, sed ascendit aliunde*, &c. Maj. Mon. *Amen, amen..... qui non intrat per januam in ovile ovium, sed ascendit in aliam partem*, &c. Cantabrig. *qui non intrant per ostium in ovile ovium, sed alia parte ascendens*, &c. ut sup. Cæteri suffragantur Vulgatæ. Græc. ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν..... ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, &c. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. e. *Amen, amen dico vobis: qui non intrat per januam in ovile ovium, sed qui ascendit per aliam partem, ille fur est, & latro.* Auct. l. ad Novatian. p. 433. a. *qui non introiit per ostium in ovile ovium, sed descendit per alteram partem, ille fur, & latro est.* Auctor l. de quæst. ex N. T. part. 2. q. 34. col. 151. c. *si quis autem aliunde intrare voluerit, ille fur est, & latro.*

℣. 2. Ms. Fossat. concordat cum textu Colb. sic etiam Corb. nisi quòd legit *introit*, constanter, pro *intrat*. Cantabrig. *Qui autem intrat per ostium, ipse est pastor ovium.* S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, & Græco. Lucif. Cal. l. pro S. Ath. p. 210. f. *Qui intrat per januam, pastor est ovium.*

℣. 3. Ms. Corb. aptè convenit cum textu Colb. Sangerm. verò, S. Gat. Maj. Mon. S. Mart. & Fossat. cum Vulg. nisi quòd Fossat. delet *&*, post *audiunt*. Cantabrig. habet: *& oves voces ejus audiunt, & oves suas vocat ad nomen, & ejicit eas.* Græc. ϗ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει, ϗ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, ϗ ἐξάγει αὐτά. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. f. *Huic ostiarius aperit, & oves audiunt vocem ejus, & suas oves vocat nominatim, & educit illas.*

℣. 4. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nisi his, *vadit: & ovicula eum.* Maj. Mon. *Et cùm proprias oves eduxerit*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Et cùm suá omnia ejecerit, ante eas vadet: & oves eum sequuntur, quoniam sciunt illius vocem.* Cæteri Vulgatæ accinunt. Græc. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Ὅταν δὲ τὰ πρόβατα· al. τὰ πάντα, absque πρόβατα. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. f. *Et cùm suas omnes ejecerit, ad illas vadit: & oves eum sequuntur, quia noverunt vocem ejus.*

℣. 5. Ms. Corb. constanter accinit textui Colb. alii verò Vulgatæ, præter Cantabrig. in quo sic: *Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo: quoniam nesciunt alienorum vocem.* Ita quoque in Græco est. Ms. tamen unus fert φεύγουσι, *fugiunt*, loco φεύξονται. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. f. *Alterum non sequuntur, sed fugiunt ab illo: quia nesciunt ejus vocem.*

℣. 6. Textui Colb. favet Ms. Corb. sic etiam habet Fossat. præter *quod loqueretur eis.* Cantabrig. *Hoc proverbium..... Illi autem ignoraverunt quæ erant, quæ dicebat eis.* Cæteri Vulgatæ similes. Gr. Ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς· à Mss. quibusdam abest τίνα ἦν.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 7. Dixit ergo illis iterum Jeſus : Amen, amen
dico vobis, quia ego ſum oſtium ovium.
8. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, &
latrones : ſed non audierunt eos oves.
9. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit,
ſalvabitur : & introibit, & exiet, & paſcua inve-
niet.
10. Fur non venit niſi ut furetur, & occidat,
& perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abun-
dantiùs habeant.
11. Ego ſum paſtor bonus. Paſtor bonus ani-
mam ſuam dat pro ovibus.
12. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor,
cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venien-
tem, & dimittit oves, & fugit : & lupus rapit eas,
& diſperguntur oves :
13. mercenarius autem fugit, quia conducticius
eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.
14. Ego ſum paſtor bonus : & cognoſco oves
meas, & cognoſcunt me meæ.
15. Sicut cognoſcit me Pater, & ego cogno-

## VULGATA NOVA.

7. Dixit ergo eis iterum Jeſus : Amen, amen
dico vobis, quia ego ſum oſtium ovium.
8. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, &
latrones, & non audierunt eos oves.
9. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit,
ſalvabitur : & ingredietur, & egredietur, & pa-
ſcua inveniet.
10. Fur non venit niſi ut furetur, & mactet,
& perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abun-
dantiùs habeant.
11. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor ani- Iſai. 40.
mam ſuam dat pro ovibus ſuis. 11.
12. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, Ezech.
cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venien- 34. 23. &
tem, & dimittit oves, & fugit : & lupus rapit, & 37. 24.
diſpergit oves :
13. mercenarius autem fugit, quia mercena-
rius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.
14. Ego ſum paſtor bonus : & cognoſco meas,
& cognoſcunt me meæ.
15. Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Matth.
11. 27. Luc. 10. 22.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Concinunt Mſs. Foſſat. & S. Gat. Cantabr. habet *quoniam*, pro *quia*. S. Germ. verò, *quia ego ſum janua ovium*. Itidem Mſ. Maj. Mon. detracta voce *quia*. Græcum textui conſonat : à Mſs. tamen pluribus abeſt ὅτι, *quia*. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. f. *Amen, amen dico vobis : Ego ſum janua ovium.* Similiter habent Hilar. in Pſ. 120. col. 383. f. & Ambroſ. l. de inſtit. virg. 263. b. *Ego ſum janua ovium.* Ita quoque Auguſt. l. 2. contra Adverſ. leg. to. 8. 589. e. & S. Paulin. ep. 28. p. 176. a. Auctor l. de quæſt. ex N. T. part. 2. q. 34. col. 151. a. & Epiphan. in 8. 9. Cantici Cantic. ſimpliciter, *Ego ſum janua.*

℣. 8. Mſs. S. Germ. & S. Mart. textui Colbertino congruunt. Ita quoque Corb. niſi quòd vitiosè habet, *ſed non audierunt eum ſures oves meas ;* at benè correctum præfert, *audierunt eos oves.* In Foſſat. ſic : *Quotquot ante me venerunt, fures ſunt, & latrones : ſed non audierunt eos oves.* Itidem in Cantabrig. niſi excipias *venerunt ante me ;* & *eorum*, pro *eos*. S. Gat. *Omnes quotquot venerunt ante me... ſed non exaudierunt eos oves.* Maj. Mon. nil differt à Vulgata. In Græco : Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται..... ἀλλ᾽ οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. In Mſs. pluribus deeſt πρὸ ἐμοῦ. At Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. g. legit : *Omnes quicunque venerunt ante me, & fures ſunt, & latrones : ſed non audierunt illos oves.* Auctor l. ad Novatian. p. 433. a. *Omnes qui venerunt, fures ſunt, & latrones.* Hieronymus in Oſee 7. to. 3. 1278. *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones :* quæ repetit epiſt. ad Damaſ. to. 4. 158. d. & l. 2. in ep. ad Eph. 374. e. Auguſt. verò l. 2. contra Adverſ. leg. to. 8. 589. e. cùm hæc retuliſſet verba : *Omnes alii, quotquot ante me venerunt, fures ſunt, & latrones ;* ſtatim ſubdit : *Non autem ita ſcriptum eſt ; ſed ita :* Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones. *Veniſſe quippe, hoc loco intelligi voluit eos, qui miſſi non fuiſſent :* ſimiliter & in hunc locum, *Omnes quotquot venerunt*, &c. addens quæ ſequuntur in textu, *ſed non audierunt eos oves.* Auct. quæſt. ex N. T. part. 2. q. 34. col. 151. a. *Qui ante me fuerunt, fures ſunt, & latrones.*

℣. 9. Eadem præfert Mſ. Corb. præter vocem *janua*, loco *oſtium*. Cantabrig. habet : *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvus erit : & introibit, & exiet*, &c. ut ſup. S. Gat. *Ego ſum oſtium ovium. Per me ſi quis intraverit, ſalvabitur*, &c. ut in Vulg. S. Germ. Foſſat. S. Mart. & Maj. Mon. eidem Vulg. conſonant ad verbum ; nec differt Græcum, niſi quòd habet νομὴν, loco *paſcua*. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. g. legit : *Ego ſum janua. Si quis per me intraverit, ſalvus erit : & intrabit, & paſcua inveniet.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 314. b. & Ambroſ. in Pſ. 118. 1250. b. 1256. e. *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvabitur.* Auct. quæſt. ex N. T. ubi ſupra : *Ego ſum janua. Per me ſi quis introibit, paſcua inveniet.* Auguſtinus in Joh. 5. col. 451. e. ſimpliciter, *Ego ſum janua.*

℣. 10. Mſ. Corb. *Fur non venit niſi ut furetur, & occidat, & perdat. Ego veni ut vitam habeant ;* nec plura prior manus. S. Germ. *Et fur non venit niſi ut furetur, & mactet..... ut vitam habeant, & ampliùs habeant.* Itidem Mſ. Maj. Mon. præter conjunctionem 1. *Et*, quam delet. Cantabrig. *Fur non venit niſi ut involet, & occidat, & perdat. Ego autem veni ut vitam habeant ;* nec plura. Foſſat. S. Mart. & S. Gat. concordant cum Vulg. Ita etiam Græcum, ſi exceperis περισσὸν, pro *abundantiùs*. Mſs. quidam περισσότερον. Apud Lucif. Cal. ubi ſup. *Fur non venit niſi ut furetur.*

℣. 11. Mſ. Cantabrig. concordat cum textu Colb. Ita quoque Foſſat. addito *enim*, poſt 2. *Paſtor*. Cæteri Vulgatæ ſimiles, præter Mſ. Maj. Mon. qui habet *tradit*, pro *dat ;* & S. Mart. qui delet pronomen *ſuis*, in fine. Græc. τίθησιν, abſque ultima voce *ſuis*. Mſs. quidam δίδωσιν. Tertul. l. de fug. in perſec. p. 972. c. legit : *Bonus paſtor animam pro pecoribus ponit.* Cypr. epiſt. 2. ad cler. Carthag. nomine cleri Rom. p. 76. *Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 230. vel 232. h. *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus.* Hilar. in Pſ. 131. col. 446. b. *Paſtor bonus pro ovibus ſuis animam ponit.* Ambr. in Pſ. 118. col. 1230. f. & l. 2. de fide, 475. d. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.* Cœleſtin. I. epiſt. 13. to. 1. 1122. b. *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.* Auguſt. in hunc locum, accinit textui Colb.

℣. 12. Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt. Accinunt etiam S. Mart. Cantabrig. & Foſſat. niſi quòd primus tollit *autem*, poſt *Mercenarius ;* ſecundus *oves*, in fine ; ultimus verò habet, *vidit lupum... & dimittet oves.* Græcum pariter Vulgatæ conſonat, addito αὐτὰ, poſt verbum *rapit ;* quod tamen à Mſ. uno abeſt, ſicut ab aliis quibuſd. in fine, τὰ πρόβατα. Tertul. l. de fug. in perſec. p. 973. a. alludens dicit : *Malus paſtor eſt, qui viſo lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit.* Cypr. in epiſt. ad cler. Carthag. p. 7. b. legit : *Mercenarius autem, & cujus non ſunt propriæ oves, cùm viderit lupum venientem, relinquit, & fugit : & lupus diſpergit eas.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 230. vel 232. h. *Qui mercenarius eſt, & non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem, & relinquit oves, & fugit : & lupus rapit illas, & diſpergit.* Eadem leguntur in epiſt. Orientalium ad Symm. Conc. to. 4. p. 1306. b. exceptis prioribus his, *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor.* Cœleſtinus I. epiſt. 13. p. 1122. b. habet : *Mercenarius verò eas lupis dimittit, & tradit.*

℣. 13. Mſ. Corb. ad verbum convenit cum textu, niſi quòd pro *conducticius*, habet *conductus*. Foſſat. ſimpliciter, *mercenarius autem & fugit, quia mercenarius eſt*, omiſſis ſeqq. Cantabrig. verò prætermiſſis prioribus his, *mercenarius autem fugit ;* præfert, *quoniam mercenarius eſt, & cura ei non eſt de ovibus.* Cæteri Vulgatæ ſuffragantur. Græc. ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ, &c. hæc autem, ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, deſunt in Copt. Æthiop. & Armen. ſi Millio fides. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 230. vel 232. h. omiſſis pariter his, *mercenarius autem fugit ;* ſtatim reponit, *quoniam mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.* Similiter habet epiſt. Oriental. ad Symm. *quia mercenarius eſt, & non habet ovium curam*, abſque præcedentibus.

℣. 14. Vulgatæ accinunt Mſs. omnes, præter Cantabrig. & Corb. ille nempe, *Ego ſum bonus paſtor : & cognoſco mea, & cognoſcunt me meæ :* iſte verò, *Ego ſum paſtor bonus : & agnoſco meas, & agnoſcent me meæ.* In Græco ſic, γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν· in Mſs. aliquibus, γινώσκω.... καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά.

℣. 15. Mſ. Corb. *Sicut cognoſcit me Pater, & ego agno-*

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| Patrem : & animam meam pono pro ovibus meis. | ſco Patrem : & animam meam pono pro ovibus meis. *Ex Mſ. Colbert.* |
| 16. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili : & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus paſtor. | 16. Et alias habeo oves, quæ non ſunt de hoc ovili : & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & erit unus grex, & unus paſtor. |
| *Iſai. 53. 7.* 17. Propterea me diligit Pater : quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam. | 17. Propterea me Pater diligit : quoniam ego animam meam pono pro ovibus, & iterum ſumam eam. |
| 18. Nemo tollit eam à me : ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam : & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam : Hoc mandatum accepi à Patre meo. | 18. Et nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo : poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum tollendi eam : Hoc præceptum accepi à Patre meo. |
| 19. Diſſenſio iterum facta eſt inter Judæos propter ſermones hos. | 19. Diſſenſio iterum facta eſt inter Judæos propter ſermones iſtos. |
| 20. Dicebant autem multi ex ipſis : Dæmonium habet, & inſanit : quid eum auditis? | 20. Hæc dicebant multi ex ipſis : Dæmonium habet, & inſanit : quid eum auditis? |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ſco Patrem*, &c. ut ſup. Foſſat. & Maj. Mon. *Sicut novit me Pater, & ego novi Patrem*, &c. S. Gat. *Sicut novit me ..... & ego cognoſco Patrem*, &c. Cantabrig. *Sicut cognoſcit me..... & ego cognoſco Patrem : & animam do pro ovibus.* Nil differunt à Vulgata cæteri. Græcum delet pronomen *meis* in fine; & Mſs. duo delent μȣ, poſt *animam*. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. alludendo dicit : *Cognoſci ſe profitetur à Patre, & Patrem à ſe.* Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 9. 638. b. *Sicut agnovit me Pater, & ego agnoſco Patrem :* & l. de incarn. 718. e. *animam meam pono pro ovibus meis.* Similiter habet Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. col. 183. d.

℣. 16. Mſ. Corb. *Et alias habeo oviculas, quæ non ſunt ex hoc ovili : & illas oportet me adducere..... & fiet unus grex, & unus paſtor.* Foſſat. *Et alias habeo oves..... & illas oportet ad me adducere.... & fit unus grex, & unus paſtor.* Cantabrig. *Et alias autem oves habeo, quæ ſunt de atrio hoc : & ipſas oportet me adducere, & vocis meæ audient, & fient unus grex, unus paſtor.* Cæteri conveniunt cum Vulgata. Græc. Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ ȣ̓κ ἔςιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, ϗ τῆς φωνῆς μȣ ἀκȣ́σȣσι, ϗ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν· al. ϗ γενήσονται. Hieron. in Ezech. 46. to. 3. 1052. a. *Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc atrio : & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum atrium, & unus paſtor :* & infra addit : *Hoc enim Græcè*, αὐλὴ, *ſignificat ; quod Latina ſimplicitas in* ovile *tranſtulit :* at in Iſai. 60. 455. a. legit : *Et alias oves habeo, quæ non ſunt de grege iſto : & illas oportet me congregare, ut fiat unus grex, & unus paſtor :* & l. 1. in ep. ad Eph. to. 4. 344. f. *& fiet unus paſtor, & unus grex.* Cypr. epiſt. 76. p. 153. b. & l. de unit. Eccl. p. 196. b. *& erit unus grex, & unus paſtor.* Auguſt. in Joh. to. 3. col. 798. e. *Habeo alias oves, quæ non ſunt de hoc ovili : oportet me & ipſas adducere, & vocem meam audient, & fiet unus grex, & unus paſtor.*

℣. 17. Mſ. Cantabrig. *Propter hoc me Pater diligit : quoniam ego pono animam meam, ut iterum accipiam eam.* Foſſat. *Propterea me diligit Pater : quia..... meam, & iterum adſumam illam.* S. Gat. *ut iterum accipiam eam.* S. Germ. & S. Mart. *& iterum ſumam eam ;* cætera ut in Vulg. Græc. μȣ, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. huc alludens dicit : *Ideo ſe diligi à Patre* (profitetur) *quòd animam ſuam ponat.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 992. b. & l. 10. 1073. b. *Propter hoc me Pater diligit : quòd ego pono animam meam, ut iterum accipiam eam.* Ambroſ. l. de incarn. 718. e. *Propterea me Pater diligit : quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam illam :* ſimiliter habet l. 4. & 5. de fide, 543. a. 574. d. ſicut & Auguſt. tr. in Pſ. 3. to. 4. col. 8. f. Victorin. autem Afr. l. 3. contra Ari. p. 278. d. *Propterea me Pater amat : & ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 20. col. 144. c. *In hoc me diligit Pater meus : quoniam animam meam pono pro ovibus meis.*

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Nemo tollit eam à me : poteſtatem habeo ponere eam, & pot. habeo iterum tollere eam : Hoc mandatum accepi à Patre.* Foſſat. *Nemo tollet à me, ſed ego pono eam à meipſo : poteſtatem habeo ponendi eam, & pot. hab. iterum ſumendi eam : Hoc mandatum*, &c. S. Gat. *& poteſt. habeo iterum accipiendi eam ;* cætera ut in Vulg. cui accinit Corb. deleto *iterum*, paulòque poſt poſito, *Hoc præceptum.* Cæteri ab ea nil differunt ; nec Græcum, niſi quòd delet &, ante 1. *poteſtatem.* Novatian. l. de Trin. p. 1040. a. legit, *poteſtatem habeo animam meam ponendi, & rurſus recipere eam : Hoc enim mandatum accepi à Patre.* Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *quia hoc præceptum accepiſſet à Patre.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. *Nemo aufert animam meam à me, ſed ego à me pono eam : poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam : Hoc enim mandatum accepi à Patre meo.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 992. b. *Nemo tollet eam à me, ſed ego pono eam à me : poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum accipiendi eam : Hoc mandatum accepi à Patre :* itidem l. 10. 1073. b. præter unum *tollit*, pro *tollet :* at in Pſ. 134. col. 559. e. *poteſtatem habeo animam meam ponendi, & pot. habeo animam meam reſumendi :* & in Pſ. 58. col. 132. a. *animæ ponendæ, & animæ reſumendæ.* Ambroſ. l. 4. de fide, col. 543. a. & l. 5. col. 574. d. e. nil differt à Vulgata, niſi quòd delet &, ante 1. *poteſtatem :* eadem quoque repetit l. de incarn. 718. f. & l. de bono mort. c. 10. 407. b. præter hæc, *ponendi animam meam*, loco *ponendi eam :* l. verò 2. de fide, 475. d. verborum ordinem ita perturbat : *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & pot. habeo ſumendi eam : nullus eam tollit à me, ſed ego à memetipſo pono eam.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, to. 7. c. 41. col. 452. d. *Poteſtatem habeo ponendi anim. meam, & pot. habeo iterum ſum. eam : nemo eam tollit à me : ſed ego eam pono à me, & iterum ſumo eam :* ſic etiam in Joh. 3. to. 3. 375. e. præter hæc, *nemo tollit eam à me : ſed ego pono illam à meipſo, ut iterum ſumam eam :* & inf. 554. f. ..... *ſed ego ipſe pono eam à me, & iterum ſumo eam :* item ſupra, 358. g. *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam..... ſed ego pono eam à meipſo, & iterum ſumo eam :* at in Pſ. 3. to. 4. col. 8. f. ita legit : *Nemo eam tollit à me : poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Maximus Arian. epiſc. apud Auguſt. to. 8. col. 669. a. *poteſtatem habeo ponendi anim. meam, & poteſt. habeo iterum ſumendi eam : Hoc enim præceptum accepi à Patre meo.* Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. 225. e. *Nemo tollit animam meam à me : & poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſum poteſtatem habeo ſumendi illam :* in Abac. verò 2. 1618. a. ita legit : *Nemo poteſt eripere animam meam à me : ſed voluntate mea depono animam meam, & ſponte mea rurſum aſſumo eam.* Victorin. Afr. l. 3. contra Ari. p. 278. d. *Nemo illam à me tollit, ſed ego eam pono à meipſo : licentiam habeo ponere eam, & licentiam habeo ſumere eam.* Vital. & Conſtant. ep. ad Capreol. Carthagin. Concil. Hiſpan. to. 2. p. 199. *Nemo tollit eam à me, ſed ego à meipſo pono eam.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 223. f. *Nemo tollet eam à me, ſed ego ponam eam ex me : poteſtatem habeo ponendi eam, rurſum poteſtatem habeo ſumendi eam.* Gaud. Brix. p. 974. b. *poteſtatem habeo ponendi animam meam, & pot. habeo iterum ſumendi eam.* Itidem Auct. l. de quæſt. ex utroque T. q. 104. col. 100. c. & q. 114. col. 118. e. & q. 115. col. 126. d. Ita quoque Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 31. f. præter verbum *ponere*, loco *ponendi*.

℣. 19. Mſ. Cantabrig. *Diſſenſio ergo facta eſt..... propter verba hæc.* Corb. *Diſſiſſio iterum facta eſt..... propter ſermones iſtos.* S. Germ. Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. In Græco ſic : Σχίσμα ȣ̓ν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰȣδαίοις διὰ τȣ̀ς λόγȣς τȣ́τȣς· alias deeſt πάλιν.

℣. 20. Mſ. Corb. *Et dicebant multi ex ipſis*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Dicebant ergo multi ex illis : Quia dæmonium habet, & inſanit : quid illum auditis?* Foſſat. *Dicebant autem multi ex illis : Dæmonium habet, & inſanit : quid vultis eum audire?* Alii ut in Vulg. cui etiam Græcum favet, niſi quòd habet αὐτῶν, pro *ipſis :* Mſ. unus ipſo initio, Ἔλεγον ȣ̓ν. Ambroſiaſt. col. 90. c. *Quid eum auditis? dæmonium habet, & inſanit.*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

21. Alii dicebant : Hæc verba non sunt dæmonium habentis : nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire ?

22. Facta est autem Dedicatio in Jerosolymis : & hiems erat.

23. Et ambulabat Jesus in porticu Salomonis, in templo.

24. Et circumdederunt eum Judæi, & dicebant : Usquequo animam nostram suspendis ? si tu es Christus, dic nobis palàm.

25. Respondit eis Jesus : Loquor vobis palàm, & non creditis : opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me :

26. sed vos non creditis mihi : non enim estis ex ovibus meis.

27. Oves meæ vocem meam audiunt : & ego cognosco eas, & sequuntur me :

28. & ego vitam æternam do illis : & non peribunt in æternum, & nemo rapit eas de manu mea.

29. Pater quod dedit mihi, majus omnibus est : & nemo potest rapere illud de manu Patris mei.

30. Ego, & Pater unum sumus.

## VULGATA NOVA.

21. Alii dicebant : Hæc verba non sunt dæmonium habentis : nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire ?

22. Facta sunt autem Encænia in Jerosolymis : & hiems erat. 1. Mac. 4.56.59.

23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.

24. Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei : Quousque animam nostram tollis ? si tu es Christus, dic nobis palàm.

25. Respondit eis Jesus : Loquor vobis, & non creditis : opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me :

26. sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis.

27. Oves meæ vocem meam audiunt : & ego cognosco eas, & sequuntur me :

28. & ego vitam æternam do eis : & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est : & nemo potest rapere de manu Patris mei.

30. Ego, & Pater unum sumus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Ita ferunt Mss. S. Germ. Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum Græco. Ita quoque Fossat. habet, præter hæc : *num cæcorum oculos aperire potest ?* Cantabr. *Alii autem dicebant : Non sunt hæc verba dæm. habentis : nunquid dæmonium potest oculos cæcorum aperire ?* Ambrosiaster col. 90. c. concordat cum textu Colb.

℣. 22. Ms. Corb. similiter : *Facta est autem Dedicatio in Hierosolymis : hiems erat.* Cantabrig. *Facta sunt autem Encenia in Hierosolymis : hiems erat.* S. Gat. *Facta autem sunt tunc Enchenia in Jeros. & hiems erat.* Ita quoque S. Mart. sublato *tunc.* S. Germ. Fossat. & Maj. Mon. Vulgatæ suffragantur, sicut & Græcum. Ms. tamen unus loco δὲ, *autem*, habet τότε, *tunc ;* paulòque post delet καὶ, cum altero Ms. August. in hunc loc. Cantabrig. favet.

℣. 23. Vulgatæ accinunt Mss. omnes, nisi quòd Cantabrig. Corb. & Fossat. habent *in porticum ;* S. verò Mart. *in portico.* Græc. ἐν τῷ ἱερῷ, ἐν τῇ στοᾷ.

℣. 24. Ms. Corb. *Circumdederunt eum Judæi, & dicunt ei : Usquequo anim. nostram tollis ?* &c. ut sup. Cantabr. *Circumierunt autem eum Judæi, & dicebant ei : Usquequo anim. nostram tollis ?* &c. Cæteri Vulgatæ similes, nisi excipias Fossat. qui etiam habet *Usquequo.* Græcum eidem Vulgatæ congruit. Ms. tamen unus, initio delet οὖν, *ergo.* Augustinus l. 12. contra Faust. to. 8. col. 248. g. legit : *Quandiu animam nostram tollis ? si tu es Christus, dic nobis palàm.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 147. e. *Quousque animas nostras tollis ? si tu*, &c. ut supra. Ms. Remig. *suspendis*, si Editori novissimo fides.

℣. 25. Vulgatæ accinunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Eisdem accedit Corb. nisi quòd pro *quæ ego facio*, habet *hæc facio.* In Cantabrig. sic : *Respondit Jesus : Dico vobis, & non creditis mihi : opera, quæ ego facio in..... ipsa testificantur de me.* In Græco : Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· τὰ ἔργα, &c. ut sup. al. οὐ πιστεύετέ μοι. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit : *Loquor vobis, & non creditis : opera, quæ ego facio in nomine Patris, ipsa de me testimonium dicunt.* Vigilius Taps. l. 2. contra Ari. & Sab. *opera, quæ ego facio, ipsa testificantur de me.*

℣. 26. Ms. Cantabrig. *sed vos non creditis, quoniam non estis de ovibus meis.* Corb. Fossat. S. Germ. &c. Vulgatæ consonant. In Græco sic : ἀλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν. At Mss. plures ferunt ὅτι οὐκ ἐστε ἐκ· & pauló post abest ab uno τῶν ἐμῶν, sicut ab aliis quibusdam, καθὼς εἶπον ὑμῖν. Alii verò jungunt hæc verba cum ℣. sequenti, ut Latini nostri Cantabrig. & Corb. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. pag. 17. a. nil differt à Vulgata.

℣. 27. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Ita quoque Fossat. præter unum *novi*, pro *cognosco.* Corb. verò : *Sicut dixi vobis, qui de ovibus meis sunt, vocem meam audiunt : & ego cognosco illas*, &c. Cantabrig. *Sicut dixi vobis, oves, quæ sunt meæ, vocis meæ audiunt : & ego cognosco eas*, &c. Eadem etiam Græcum præfert, nisi priora verba excipias καθὼς εἶπον ὑμῖν, *sicut dixi vobis*, quæ versui præcedenti adnectit, saltem ex Mss. quibusdam. Hilar. l. 7. de Trin. 930. a. legit : *Qui sunt ex ovibus meis, vocem meam audiunt : & ego novi eas, & sequuntur me.* Novatian. l. de Trin. p. 1045. c. *& ego agnoscam eas, & sequuntur me mea.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 22. g. *Qui de ovibus meis sunt, vocem meam aud. & ego novi illas, & sequuntur me.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. *Oves meæ vocem meam audiunt : & ego novi illas, & seq. me.* Itidem Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 747. d. & Maximinus Arian. episc. apud August. to. 8. col. 651. d. sed ambo absque his, *& ego novi illas.* Fulgent. frag. 27. contra Fab. p. 611. nil differt à Vulgata.

℣. 28. Ms. Fossat. *& ego vitam æternam dabo eis : & non peribunt in æternum, & non rapit eas quisquam de*, &c. Cantabrig. *& ego..... do illis : & non periet in perpetuum, & non rapiet quisquam ea de*, &c. S. Germ. Corb. S. Gat. & S. Mart. Vulgatæ congruunt, unà cum Græco. Solus Ms. Maj. Mon. in fine habet, *de manu Patris mei*, loco *de manu mea.* Novatian. l. de Trin. p. 1045. c. *& ego vitam æternam do illis : & nunquam peribunt in perpetuum.* Tertullianus l. contra Prax. pag. 854. c. alludens, dixit *de ovibus suis, quòd nemo illas de manu ejus eriperet.* Hilarius l. 7. de Trin. 930. a. *& ego vitam æternam do eis : & non perient in sempiternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea.* Ambros. l. 5. de fide, col. 576. a. *nullus rapit eas de manu mea.* August. l. 1. de pecc. mer. col. 22. g. *& ego vitam æt. do eis : & non peribunt in æternum.* Auct. l. de voc. gent. ubi supra : *& ego..... do illis : & non peribunt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea.* Fulg. fragm. 27. contra Fab. p. 611. *& ego vitam æt. do eis : & non peribunt in æt. & non rapit eas quisquam de manu mea.* Nec aliter Maximinus Arian. apud August. ubi supra.

℣. 29. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. detractâ voculâ *illud.* S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ similes. Solus Cantabr. habet : *Pater meus, qui dedit mihi, omnium major est : & nemo potest rapere de*, &c. ut sup. Græc. Ὁ Πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί· καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς, &c. sed Mss. quidam ferunt, ὃ δέδωκέ μοι, μεῖζον· paulòque post Arab. & Æthiop. addunt αὐτὰ, verbo ἁρπάζειν. Tertullianus l. contra Prax. p. 854. c. legit : *Pater quod mihi dedit, majus est omnibus.* Similiter habet Hilar. l. 7. & 11. de Trin. 930. b. 1089. c. necnon Ambros. l. 1. de Spir. S. 607. a. & l. 3. 689. a. quo posteriori loco addit, *& nemo potest rapere ea de manu Patris mei :* ita etiam l. 5. de fide, 576. a. deleta voce *ea.* Nec aliter Hieron. in Amos 7. to. 3. 1436. a. Maximinus Arian. episc. apud August. to. 8. col. 651. e. *Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est*, &c. ut in textu. Arnob. verò l. de Trin. p. 210. c. *Pater, qui dedit mihi, major me est.* Apud Fulg. fragm. 27. contra Fab. p. 611. omnia ut in Vulg.

℣. 30. Concinunt Mss. omnes, unà cum Græco. Accedunt magno consensu Tertul. l. contra Prax. pp. 847. a. 853. a. 854. c. 855. c. 856. b. &c. Novatian. l. de Trin. pp. 1038. c. 1044. a. 1045. c. Cypr. epist. 76. p. 153. b. & l. de unit. Eccl. p. 195. c. Hilarius in Ps. 62. col. 153. b. in Ps. 131. col. 456. e. & l. 1. & 7. de Trin.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

31. Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum.

32. Respondit eis Jesus : Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis ?

33. Responderunt ei Judæi : De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia : & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

34. Respondit eis Jesus : Nonne scriptum est
*Psalm.* in lege vestra : quia Ego dixi, dii estis ?
81. 6. 35. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura :

36. quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis : Quia blasphemas : quia dixi, Filius Dei sum ?

37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

38. Si autem facio : & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

VERSIO ANTIQUA.

31. Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum. *Ex Ms. Colbert.*

32. Respondit * eis Jesus, dicens : Multa opera bona ostendi vobis à Patre meo, propter quod eorum opus lapidatis me ? * *Ms. vitiosè eis.*

33. Responderunt ei Judæi : De bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia : quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

34. Respondit eis Jesus : Nonne scriptum est in lege : quia Ego dixi, dii estis ?

35. Si ergo illos dixit deos, ad quos sermo Dei fiebat, & non potest solvi Scriptura :

36. quem Pater sanctificavit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemo : quia dixi, Filius Dei sum ?

37. Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.

38. Quòd si facio, & non vultis mihi credere : vel operibus credite, & cognoscite quia in me est Pater, & ego in Patre.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

781. e. 930. c. Zeno Veron. l. 2. tract. 6. & 7. pp. 155. & 158. Ambros. in Ps. 118. col. 992. b. l. 5. de fide, 576. a. l. 3. de Spir. S. 689. a. & alibi passim ; Auct. l. de fide orthod. apud Ambros. 347. d. August. in Joh. 1. col. 320. f. Maximinus Arian. apud ipsum ubi sup. Faustin. presb. l. contra Arian. pp. 639. f. 640. b. c. Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. d. & Gaud. Brix. serm. 19. p. 973. c.

℣. 31. Ita ferunt Mss. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accinunt Corb. S. Mart. & S. Germ. deleta vocula *ergo*. Cantabrig. verò habet : *Bajulaverunt ergo lapides*, &c. ut sup. Græc. Ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ, &c. à Ms. uno abest οὖν, sicut à quibusdam πάλιν. Hilar. l. 7. de Trin. col. 931. d. legit : *Tulerunt igitur lapides Judæi, ut eum lapidarent.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 691. a. *Tulerunt lapides, ut lapidarent eum.* Similiter August. in hunc loc. sed paulò inf. *Sustulerunt lapides Judæi*, &c.

℣. 32. Ms. Fossat. *Respondens autem Jesus, dixit eis : Multa opera bona*, &c. ut sup. Cantabrig. *Respondit illis Jesus : Multa bona opera ostendi vobis à Patre, propter quod eorum opus lapidatis me ?* Reliqui Vulgatæ consonant, sicut & Græcum. Ms. tamen unus initio habet, Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Hilar. l. 7. de Trin. 931. d. *Respondit eis : Multa bona opera ostendi vobis à Patre, propter quod eorum opus lapidatis me ?* Auct. quæst. ex N. T. q. 91. col. 81. g. *Respondit eis Jesus : Multa... à Patre meo, propter quod*, &c. ut sup.

℣. 33. Ms. Fossat. *Responderunt ergo Judæi*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Responderunt ei Judæi, dicentes : De..... sed propter blasphemiam : & quoniam homo cùm sis, facis te Deum.* Cæteri ut in Vulg. quibus etiam Græcum favet, addito tamen λέγοντες, voci *Judæi*. Novatian. l. de Trin. p. 1044. b. *Non te lapidamus propter bonum opus, sed propter blasphemiam : & quia tu homo cùm sis, facis te Deum.* Hilarius l. 7. de Trin. 931. d. *Responderunt ei Judæi : Pro bono opere non lapidamus te, sed pro blasphemia : & quia tu cùm sis homo, facis te Deum.* Auct. quæst. ex N. T. q. 91. col. 81. g. *Dixerunt ei Judæi : Nos de bono opere non te lapidamus, sed propter blasphemiam : & quia cùm sis homo, facis te Deum.* August. in hunc loc. *Et illi responderunt*, &c. ut in Vulg.

℣. 34. Ms. Corb. textui Colb. accinit ; S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ. Cantabr. habet : *Respondit illis Jesus, & dixit : Non est scriptum in lege : quoniam Ego*, &c. ut sup. Græc. nil differt à Vulg. nisi quòd tollit *quia*. Mss. tamen plures addunt ὅτι ; quidam verò delent præcedens pronomen ὑμῶν. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. legit : *In lege scriptum est : Ego dixi, vos dei estis.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. & Hilar. l. 7. de Trin. 932. c. *Nonne scriptum est in lege : quoniam Ego dixi, dii estis ?* sed in Ps. 134. col. 471. e. & in Ps. 135. 484. b. addit ex Evangelio, *& filii Excelsi omnes.* Fulg. l. de incarn. p. 414. Vulgatæ concinit.

℣. 35. Ms. Fossat. initio habet cum Colb. *Si ergo illos* ; cætera ut in Vulg. Corb. verò delet *ergo*, sed pro *factus est*, habet ut Colb. *fiebat*. Maj. Mon. *apud quos sermo Dei factus est* ; Cantabrig. *ad quos verbum factum est Dei* ; cætera ut in Vulg. cui suffragantur alii, & Græcum. Ms. tamen unus ipso initio fert, Εἰ οὖν ἐκείνους εἶπε, &c. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. post *dei estis*, statim subdit, *& non potest solvi Scriptura*, omissis intermediis. Novatian. autem l. de Trin. p. 1045. c. legit : *Si illos dixit deos, ad quos verba facta sunt, & non potest solvi Script.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 287. b. nil differt à Vulgata. Hilarius l. 7. de Trin. col. 932. c. legit : *Si ergo illos dixit deos, ad quos verbum factum est Dei, & non potest solvi Scriptura :* & in Ps. 134. col. 471. e. *ad quos verba Dei facta sunt.* Apud Fulg. l. de incarn. p. 414. omnia ut in Vulg.

℣. 36. Mss. Corb. & Maj. Mon. conveniunt cum textu Colb. excepto verbo *blasphemat*, pro *blasphemo*. Similiter Fossat. & Cantabrig. habent *in hunc mundum* ; sed Cantabrig. *Quoniam blasphemas*, alter, *Quia blasphemas*. Sangerm. S. Gat. & S. Mart. nil discrepant à Vulg. nec etiam Græcum. Tertul. l. contra Prax. p. 854. c. *quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos eum blasphemare dicitis : quia dixi, Filius Dei sum ?* Novatian. l. de Trin. p. 1044. b. *quem Pater sanctificavit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemat : quia dixi, Filius Dei sum ?* itidem infra, 1045. c. præter *blasphemas*, & in fine, *Filius Dei sum ego.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. concordat cum Vulg. nisi quòd habet *sæculum*, pro *mundum*. Hilar. l. 7. de Trin. 932. c. *quem Pater sanctificavit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemavi : quoniam dixi, Filius Dei sum ?* nec aliter infra, 933. e. 935. a. & sup. l. 6. 895. c. Fulgent. l. de incarn. p. 414. *quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, dicitis : Blasphemas : quia dixi, Filius Dei sum ?*

℣. 37. Concinunt Mss. S. Germ. Cantabrig. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Sic etiam habet Corb. cum Fossat. nisi quòd ille tollit vocem *mei* ; iste verò addit *ergo*, verbo *nolite*. Græc. textui favet. Tertul. l. contra Prax. p. 855. a. legit : *Si non facio opera Patris mei, nolite credere.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. *Quòd si non facio facta Patris, nolite mihi credere.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 932. c. & 933. a. & 935. a. *Si non facio opera Patris, nolite credere mihi :* itidem l. 8. 976. b. & l. contra Constant. 1251. e. addita vocula *mei*, ad *Patris*. Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 113. *Si non facio facta Patris mei, nolite mihi credere :* similiter infr. l. 2. tr. 1. p. 137. sublata voce *mei*.

℣. 38. Ms. Corb. *Quòd si facio, & non vultis credere : operibus credite, & cognoscetis quia Pater in me est, & ego in eo.* S. Gat. & Maj. Mon. *Si autem facio, & non vultis mihi credere*, &c. ut in Vulg. Fossat. *vel operibus credite*, &c. ut in Vulg. Cantabrig. *Si autem facio : & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut sciatis quoniam in me Pater, & ego in Patre.* Cæteri Vulgatæ favent. Græc. Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε· τοῖς ἔργοις πιστεύσατε, ἵνα γνῶτε, καὶ πιστεύσητε ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Mss. quidam, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύετε· alii, κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε πιστεύειν· & in fine plures, ἐν τῷ Πατρὶ, pro ἐν αὐτῷ. Tertul. l. contra Prax. p. 855. a. *Si verò facio, & mihi credere non vultis : vel propter opera credite, & scitote quòd ego in Patre sim, & Pater in me.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. *Quòd si facio, & mihi non vultis credere : factis credite, & cognoscite quoniam in me est Pater, & ego in illo.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 932. c. *Si autem facio, & mihi non vultis credere : operibus credite, ut sciatis, & cognoscatis quoniam Pater in me, & ego in eo :* & l. contra Constant. col. 1252. a. *Sin autem facio, & non vultis mihi credere : vel operibus meis credite, quia Pater in me est, & ego in Patre :* & l. 8. de Trin. col. 950. b. inverso vocum ordine legit : *Credite mihi, quia Pater in me, & ego in Patre : sin autem, vel*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 39. Quærebant ergo eum apprehendere Judæi: & exiit de manibus eorum.

40. Et abiit iterum trans Jordanem, in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primùm: & manebat illic.

41. Et multi veniebant ad illum, & dicebant: Johannes quidem nullum signum fecit.

42. Omnia autem quæ dixit Johannes de hoc, vera sunt. Et multi crediderunt in eum.

### Vulgata nova.

39. Quærebant ergo eum apprehendere: & exivit de manibus eorum.

40. Et abiit iterum trans Jordanem, in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primùm: & mansit illic.

41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum.

42. Omnia autem quæcunque dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*propter opera ipsa credite*: & l. 9. col. 1029. f. *vel operibus meis credite, quia Pater in me, & ego in Patre*: itidem l. 7. col. 937. d. & l. contra Constant. col. 1224. c. demtâ voculâ *vel*: vide etiam l. 1. col. 778. a. & in Ps. 61. col. 150. d. & in Ps. 122. 391. c. ubi constanter, *Pater in me, & ego in Patre*. Zeno Veron. pp. 113. & 137. statim post *nolite mihi credere*, hæc subdit: *Sed si mihi credere non vultis, factis credite, & cognoscite quoniam in me est Pater, & ego in illo*. Ambros. l. de fug. sæc. c. 2. col. 421. e. *si mihi non creditis, vel operibus credite*: similiter habet tract. in Ps. 118. col. 1118. f. & l. de Myst. 327. c. at l. 1. de fide, 448. e. *Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me: alioquin vel propter opera ipsa credite*. Vigil. Tapf. l. 3. de Trin. *Si mihi non creditis, operibus credite, quia ego in Patre, & Pater in me*: & l. 6. *vel operibus credite, quia ego..... & Pater in me est*. August. in Job, to. 3. col. 651. g. *ego in illo, & ille in me*. Ambrosiast. col. 184. a. *quia Pater in me est, & ego in Patre*. Victorin. Afr. l. 2. contra Ari. pp. 273. d. 274. f. & l. 3. 280. d. *ego in Patre, & Pater in me*. Itidem Phœbad. Agin. p. 303. e.

℣. 39. Ms. Cantabrig. *Et quærebant eum apprehendere: & exivit*, &c. Alii omnes Vulgatæ consonant. In Græco sic: Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν. Mss. plures tollunt οὖν, sicut alii quidam πάλιν· aliqui etiam in fine habent ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν.

℣. 40. Ms. Corb. assentit textui Colb. si exceperis *prius*, pro *primùm*. Cantabrig. ..... *in locum, ubi erat Joannes primùm baptizans: & mansit ibi*. Cæteri concordant cum Vulgata. Græcum verò cum textu Cantabrig. nisi quòd Ms. unus loco πρῶτον, habet πρότερον. August. in hunc loc. *& mansit ibi*.

℣. 41. Ms. Fossat. *Et multi veniebant ad eum, & dicebant: Quia Johannes quidem nullum signum fecit*. Corb. *Et multi veniebant ad illum*; alii, *Et multi venerunt*, &c. ut in Vulg. cui etiam Græcum favet ad verbum.

℣. 42. Ms. Cantabrig. *Omnia autem quæ Johannes dixit de eo, vera erant. Et multi credid. in eum ibi*. S. Germ. *Omnia enim quæcunque dixit*, &c. ut in Vulg. à qua nil differunt cæteri. Græcum etiam eidem Vulgatæ consonat, nisi quòd in fine habet, Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν· at in Ms. uno deest ἐκεῖ.

---

# CAPUT XI.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 1. Erat autem infirmus quidam, Lazarus nomine, à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus.

2. (Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & tersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus infirmabatur.)

3. Miserunt ergo sorores ejus ad Jesum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.

4. Audivit autem Jesus, & ait illis: Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut clarificetur Filius ejus per ipsum.

5. Diligebat autem Jesus Lazarum, & sororem ejus.

6. Ut ergo audivit quia infirmatur, tunc qui-

### Vulgata nova.

1. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus.

2. (Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus infirmabatur.) Matth. 26. 7. Luc. 7. 37. Inf. 12. 3.

3. Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.

4. Audiens autem Jesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

5. Diligebat autem Jesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum.

6. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Corb. *Erat autem quidam infirmus, nomine Lazarus, à*, &c. ut in textu. Ita quoque Fossat. habet, sed absque nomine *Marthæ*. Mss. S. Gat. & Maj. Mon. ferunt, *Mariæ, & Marthæ sororum ejus*; cætera ut in Vulg. Et verò Græcus quidam habet, τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς· al. αὐτοῦ. Cantabrig. Vulgatæ concinit, si excipias vocem *infirmus*, pro *languens*; & *de Bethania*, pro *à Beth*. Græc. ἀσθενῶν. Nil differunt cæteri. Arnob. annot. in Evang. to. 8. p. 330. a. legit: *Fuit autem quidam infirmus, nomine Lazarus, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus*: omittit autem *à Bethania*, quod etiam abest à Ms. uno Græco, teste Millio. Vide Juvencum, p. 74. a. f. to. 4. Bibl. PP. Lugd.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *Erat autem Maria, quæ unxerat Dominum unguento, & extersérat pedes capillis suis: cujus & frater Lazarus infirmabatur*. Corb. Fossat. S. Germ. &c. Vulgatæ suffragantur. Ita similiter Græc. nisi quòd in principio habet, Ἦν δὲ Μαρία, ἡ. Ms. etiam quidam delet αὐτοῦ, post *pedes*, cum Cantabrig. Arnobius Afric. annot. in Evang. p. 330. a. *Hæc est autem Maria, quæ unxerat Dominum unguento, & extersérat pedem ejus capillis suis: cujus frater infirmus erat*. Auctor quæst. N. T. q. 94. col. 85. a. *Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento*.

℣. 3. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Colb. Sangerm. verò, S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulg. In Ms. Corb. omittitur versus integer. In Fossat. deest tantùm vocula *ecce*, sicut in Græco sola *ejus*, post *sorores*; in S. Mart. *infirmabatur*, pro *infirmatur*; reliqua in his ut in Vulg. Mss. tamen plures habent ἀδελφαὶ αὐτοῦ, & unus paulò post tollit ἴδε, post *Domine*.

℣. 4. Ms. Corb. *Audivit autem Jesus, & ait illi: Infirmitas hæc non..... sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius ejus in ipso*. Cantabrig. *Audiens autem Jesus, dixit: Hæc infirmitas ejus non est..... sed propter gloriam Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam*. S. Gat. *sed pro gloria Domini*: & Maj. Mon. *sed propter gloriam Deo*; deinde Fossat. *ut glorificetur Filius Dei per eum*; cætera verò hi tres habent, ut Vulgata, cui favent in omnibus Ms. S. Mart. & Græcum, deleto *eis*, post *dixit*. Ms. tamen quidam addit αὐτοῦ, voci *infirmitas*; & in fine alius præfert δι' αὐτὸν, loco δι' αὐτῆς. Hilar. l. 9. de Trin. 999. b. legit: *Infirmitas ista non est usque ad mortem, sed pro gloria Dei est, ut honorificetur Filius Dei per eum*: itidem l. 10. 1072. c. omisso verbo *est*, post *Dei*. Ambros. l. 4. de fide, col. 545. e. *Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro claritate Dei, ut clarificetur Filius ejus per ipsum*.

℣. 5. Ms. Corb. *Diligebat Jesus Lazarum, & Mariam, & sororem ejus*. Cantabrig. *Amabat autem Jesus Marthan, & sororem ejus, & Lazarum*. Nec aliter in Græco est. Ms. tamen unus habet, τὴν Μαρίαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μάρθαν. Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. nil discrepant à Vulg. Ex quibus omnibus liquet nonnisi amanuensis oscitantis incuriâ prætermissum fuisse in textu Colbertino nomen *Mariæ*, vel *Marthæ*.

℣. 6. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd ha-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

quidem mansit in eodem loco duobus diebus:

7. deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum.

8. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?

9. Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt:

10. si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

11. Hæc ait, & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut à somno excitem eum.

12. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.

13. Dixerat autem de morte ejus: illi autem putaverunt quia de dormitione somni diceret.

14. Tunc ergo Jesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est:

15. & gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum.

16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

17. Venit itaque Jesus: & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

18. (Erat autem Bethania juxta Jerosolymam quasi stadiis quindecim.)

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

20. Martha ergo ut audivit quia Jesus venit,

**VERSIO ANTIQUA.**

dem Jesus mansit in eodem loco duobus diebus: *Ex Ms. Colbert.*

7. deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus iterum in Judæam.

8. Dicunt ei discipuli ejus: Rabbi, nunc quærebant te lapidare Judæi, & iterum vadis illuc?

9. Et respondit Jesus, & dixit eis: Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt:

10. quòd si quis ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

11. Hæc dixit: postea ait illis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut à somno excitem eum.

12. Dixerunt ergo ei discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.

13. Dixerat autem Jesus de morte ejus: illi autem putaverunt quia de somno dicit.

14. Tunc ergo dicit eis Jesus manifestè: Lazarus mortuus est:

15. & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non ibi fui: sed eamus ad eum.

16. Ait ergo Thomas, qui dicitur Didymus: Eamus & nos, & moriamur cum illo.

17. Venit ergo Jesus: & invenit eum quatriduum jam in monumento habentem.

18. (Erat autem Bethania juxta Jerosolymam ferè à stadiis duodecim.)

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham, & Mariam, ut eas consolarentur de fratre suo.

20. Martha ergo ut audivit quia Jesus venit,

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

bet *biduo*, pro *duobus diebus*. Cantabrig. *Cùm ergo audisset quoniam infirmatur, tunc quidem mansit Jesus in loco duo dies*. S. Gat. *Ut ergo audivit quia Lazarus infirmatur, tunc quidem mansit in eo loco biduum*. Fossat. *quia Lazarus infirmabatur*, &c. ut in Vulg. cui suffragantur cæteri, si excipias Maj. Mon. ubi *quia infirmatur*. Græc. ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας.

℣. 7. Textui Colb. favent Mss. Corb. & Fossat. Vulgatæ verò S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. In Cantabrig. sic: *& post hoc dicit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum*. Græc. ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Ms. unus habet μετὰ ταῦτα· paulòque post, μαθηταῖς αὐτοῦ.

℣. 8. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Colb. excepto *ibi*, pro *illuc*. In Græco, ἐκεῖ, & in Mss. quibusdam additur αὐτοῦ, voci *discipuli*. Fossat. Corb. S. Germ. &c. Vulgatæ concinunt.

℣. 9. Ms. S. Germ. *Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Et si quis ambulaverit in die, non effundit*, &c. ut sup. Cantabrig. *Respondit Jesus: Nonne duodecim horas habet dies? Si quis ambulat in die, non offendet; quoniam lumen*, &c. Corb. *Nonne xii. sunt horæ diei? Et si quis ambulaverit inter diem*, &c. ut in textu. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt, unà cum Græco. Mss. quidam scribunt περιπατεῖ, loco περιπατῇ· & Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. d. *Si quis ambulat in die, non offendit, quia lucem mundi hujus videt*.

℣. 10. Ms. Corb. cum Fossat. *si quis ambulaverit*, &c. ut sup. Cantabrig. *si quis autem ambulet in nocte, offendet, quoniam lumen non est in ea*. Cæteri Vulgatæ similes, uti & Græcum.

℣. 11. Ms. Corb. *Hæc dixit, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormivit: sed*, &c. ut sup. Fossat. & S. Mart. *Hæc ait, & post hæc dicit eis;* paulò verò post Fossat. *dormit: sed vado ut à somno suscitem eum;* S. Mart. & S. Gat. *ut à somno exsuscitem eum;* cætera ut in Vulg. cui accinunt S. Germ. & Maj. Mon. Cantabrig. verò sic: *Hæc dixit, & post hoc dicit illis: Lazarus..... dormivit: sed eo ut excitem eum*. Eadem quoque Græcum præfert, nisi excipias verbum ἐξυπνίσω, pro *excitem*. Mss. etiam duo, loco μετὰ τοῦτο, ferunt μετὰ ταῦτα. Ambros. l. de bono mort. c. 8. col. 404. b. *Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut suscitem eum*. Hilar. in Ps. 126. col. 420. b. *Lazarus dormit*.

℣. 12. Ms. Corb. *Dixerunt ergo discipuli: Domine*, &c. ut sup. Fossat. *Dixerunt discipuli ejus: Domine*, &c. Cantabr. *Dixerunt ergo illi discipuli: Domine*, &c. Cæteri Vulgatæ consonant; sicut & Græcum, nisi quòd pro *dormit* habet ut supra, κεκοίμηται· sed aliàs κοιμᾶται. Mss. etiam quidam initio addunt αὐτῷ, voculæ *ergo*.

℣. 13. Vulgatæ accinunt Mss. Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. S. Germ. verò his differt, *quia de dormitatione somnii diceret;* Fossat. *de dormitatione somni*, &c. Cantabrig. *quoniam de dormitione somnus dicit;* sed aperto mendo. Græc. περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει.

℣. 14. Textui Colb. congruit Ms. Corb. Sic etiam habent S. Germ. & Fossat. excepto verbo *dixit*. Cantabr. *Tunc ergo dixit illis Jesus palàm: Lazar amicus noster mortuus est*. Cæteri Vulgatæ similes; Græcum verò Sangermanensi, & Fossat. Hilar. l. 10. de Trin. col. 1072. d. similiter habet, *Lazarus mortuus est*.

℣. 15. Mss. Cantabrig. Fossat. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt, & Græco. Accinit pariter Corb. nisi quòd habet *ad illum*, pro *ad eum*.

℣. 16. Ms. Fossat. *Dixit ergo Thomas..... ad condiscipulos suos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo*. Similiter habet Cantabrig. præter *condiscipulis suis*. Corb. *Dixit... ad condiscipulos suos: Eamus & nos; moriamur cum eo*. Sangerm. *ut moriamur cum illo;* cætera ut in Vulg. cui favent alii. Græcum Cantabrigiensi congruit, deleto pronom. *suis*. August. in hunc loc. *Eamus & nos; & moriamur cum illo*.

℣. 17. Ms. Corb. *Venit itaque Jesus: & invenit eum quatriduo jam*, &c. ut sup. Fossat. *Venit ergo Jesus: & invenit eum quatuor dies in mon.* &c. S. Germ. *jam quatuor dies habentem in monumento*. Maj. Mon. *jam quartum diem in monumento habentem*. Cantabrig. *Venit ergo Jesus in Bethaniam: & invenit eum quatuor dies in monumento habentem*. Nil differunt à Vulgata cæteri. Græc. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς, εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν, &c. Mss. quidam addunt εἰς Βηθανίαν, voci Ἰησοῦς. Tertul. l. de resur. carn. p. 589. a. legit *quatriduo*.

℣. 18. Ms. Corb. *Erat autem Bethania..... ferè à stadiis quindecim*. Fossat. *quasi stadia quindecim*. Cantabrig. *Erat autem Bethania proximum Jerosolymis à stadiis quindecim*. Cæteri cum Vulg. concordant. Gr. Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Multi autem de Jerosolymis venerant ad Martham; & Mariam, ut consol. eas de fratre*. Cæteri vix, vel nil differunt à textu. Gr. Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν, καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ..... αὐτῶν. Mss. plures initio ferunt, Πολλοὶ δὲ ἐκ τῶν, &c. paulòque post alii, τὴν Μάρθαν.

℣. 20. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. &



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. occurrit illi: Maria autem domi sedebat.
21. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si hîc fuisses, frater meus non esset mortuus:
22. Sed & nunc scio, quia quæcunque petieris à Deo, dabit tibi Deus.
23. Dicit ei Jesus: Resurget frater tuus.
24. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissima die.
25. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet:
26. & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
27. Ait illi Martha: Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti.
28. Hæc cùm dixisset, vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.
29. Illa ut audivit, surrexit citò, & venit ad illum:
30. nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrit ei Martha.
31. Judæi autem, qui erant cum ea in domo, qui eam consolabantur, cùm vidissent Mariam quoniam citò surrexit, & exivit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.
32. Maria ergo, ut venit ubi erat Jesus, venit ad eum, & cecidit ad pedes ejus, & dixit ei: Domine, si hîc esses, non esset mortuus frater meus.

VULGATA NOVA.

occurrit illi: Maria autem domi sedebat.
21. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus:
22. Sed & nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.
23. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus.
24. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Luc. 14. 14.
25. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: Sup. 5. 29. Sup. 6. 40.
26. & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
27. Ait illi: Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.
28. Et cùm hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.
29. Illa ut audivit, surgit citò, & venit ad eum:
30. nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.
31. Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cùm vidissent Mariam quia citò surrexit, & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.
32. Maria ergo, cùm venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Maj. Mon. Sic etiam Corb. si exceperis *autem*, pro *ergo*. Fossat. *Martha ut audivit quia Jesus venerat*, &c. Cantabrig. *Martha ergo cùm audisset quoniam Jesus venit, obviavit ei: Maria autem in domo sedebat.* Nec absimile Græcum est.

℣. 21. Vulgatæ concinunt Mss. omnes, nisi quòd Cantabr. habet, *non fuisset frater meus mortuus*; S. Germ. verò, *non fuisset mortuus frater meus*. Gr. ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει· Mss. plures, ἀπέθανεν.

℣. 22. Ms. Corb. *Sed nunc scio, quæcunque petieris à Deo*, &c. ut sup. Itidem in Fossat. addito *quia*, verbo *scio*. Cantabr. *Sed nunc scio, quia quæcunque petieris Deum*, &c. S. Gat. similiter, *petieris Deum*, &c. nec aliter in Gr. est. Cæteri Vulgatæ suffragantur.

℣. 23. Textui Colb. consonat Ms. Corb. Vulgatæ verò Corb. Cantabrig. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum Græco. In Fossat. *Dixit ei Jesus*, &c. ut sup.

℣. 24. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nec etiam Cantabr. nisi quòd habet *illi*, pro *ei*. Cæteri Vulgatæ consonant, & Græco.

℣. 25. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. Maj. Mon. & S. Mart. Fossat. verò, cum Cantabr. *Dicit illi Jesus... etsi mortuus fuerit, vivet.* Corb. *licet moriatur, vivit.* Gr. κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται. Iren. l. 4. c. 5. p. 232. c. *Ego sum resurrectio, & vita.* Itidem Cypr. l. de mortal. p. 235. b. sed addit: *qui credit in me, licet moriatur, vivet.* S. Pacian. ser. de Bapt. p. 319. a. *qui in me crediderit, licet moriatur, vivet.* Arnob. l. de Trin. p. 230. g. *qui credit in me, si mortuus fuerit, vivet.* Gaud. Brix. ser. 9. p. 957. h. *Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etsi mortuus fuerit, vivet.*

℣. 26. Concinunt Mss. Fossat. Cantabr. S. Germ. Corb. S. Gat. & S. Mart. quibus accedit Ms. Maj. Mon. nisi quòd omittit *vivit, &*. In Ms. etiam uno Græco deest ζῶν, καί. Novatian. l. de Trin. p. 1045. c. legit, *& omnis, qui videt, & credit in me, non morietur in æternum.* Cypr. l. de mortal. p. 235. b. *& omnis, qui vivit, & credit in me*, &c. ut sup. Nec aliter Gaud. Brix. ser. 9. p. 957. h. Hilar. l. 6. de Trin. 910. f. huc alludens ait: *Martham rogantem pro Lazaro interrogavit, an eos, qui in se credidissent, mori non crederet in æternum.*

℣. 27. Ms. Corb. similiter habet, *Ait illi Martha*, cum textu Colbert. sed addit *vivi*, ad vocem *Dei*. A Fossat. verò, S. Germ. S. Mart. & S. Gat. utrumque abest, & *Martha*, & *vivi*. In Cantabr. sic: *Dicit ei: Etiam Domine, ego credidi, quoniam tu es Christus filius Dei, qui in mundum venit.* In Ms. Maj. Mon. omnia ut in Vulgata. Gr. Λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε, ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ.... τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Sed Mss. quidam adduht τοῦ ζῶντος, ad Θεοῦ· & in fine unus habet ἐλθὼν, pro ἐρχόμενος. Hilar. l. 6. de Trin. col. 910. f. legit: *Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti.* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. c. *quoniam tu es Christus filius Dei vivi, qui in mundum venisti.*

℣. 28. Mss. Corb. S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant, nec aliter ferunt Fossat. & S. Gat. nisi quòd iste in fine habet, *Magister venit, & vocat te*; ille verò, *adest, vocat te.* In Cantabr. sic: *Et hæc cùm dixisset, abiit, & clamavit sororem suam Mariam silentio, dicens: Quoniam Magister venit, & vocat te.* In Gr. omnia ut in Vulg.

℣. 29. Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. & Cantabr. concordant cum textu Colbert. excepto *eum*, pro *illum*. Corb. verò habet: *Et illa ut audivit, surrexit citò, & veniebat ad illum.* S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ favent, sicut & Græcum.

℣. 30. Mss. Corb. & Fossat. nil differunt à textu Colb. S. Germ. verò, S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt. Cantabr. habet: *nondum enim Jesus venerat in castellum: sed erat in locum, ubi obviavit ipsi Martha.* Gr. οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην· ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ, &c. Mss. quidam initio ferunt, οὔπω γάρ· paulòque post unus, ἐπὶ τοῦ τόπου.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Judæi autem...... consolantes eam, videntes Mariam quia citò surrexit, & exiit, secuti sunt eam: putabant enim quoniam vadit in monumentum, ut ploraret ibi.* Corb. his tantùm differt à textu Colb. *videntes Mariam quia..... & exiit.* Similiter habet Fossat. *Judæi autem*; paulòque post, *consolantes eam*; reliqua verò ut in Vulg. cui accinunt cæteri, nisi quòd in S. Germ. & S. Gat. legitur *abiit*, pro *exiit*. Gr. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν, &c. ut in Vulg. si excipias verbum κλαύσῃ, pro *ploret*.

℣. 32. Ms. Corb. *Maria autem, ut venit ubi erat Jesus, & vidit eum, & cecidit ad..... & dixit ei: Domine, si esses hîc, non esset*, &c. ut sup. Cantabr. *Maria autem, ut venit ubi erat Jesus, videns cecidit ad..... dicens: Domine, si fuisses hîc, non fuisset frat. meus mortuus.* Fossat. *Maria ergo, ut venit ubi erat Jesus, & videns eum, cecidit ad... & dixit ei*, &c. ut in Vulg. à qua nil differunt alii, nisi quòd

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

33. Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum,

34. & dixit : Ubi posuistis eum ? Dicunt ei : Domine, veni, & vide.

35. Et lacrymatus est Jesus.

36. Dixerunt ergo Judæi : Ecce quomodo amabat eum.

Sup. 9. 6. 37. Quidam autem ex ipsis dixerunt : Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur ?

38. Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum : erat autem spelunca : & lapis superpositus erat ei.

39. Ait Jesus : Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus, qui mortuus fuerat : Domine, jam fœtet, quatriduanus est enim.

40. Dicit ei Jesus : Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei ?

41. Tulerunt ergo lapidem : Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit : Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me :

42. ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi : ut credant quia tu me misisti.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Ms. Colbert.

33. Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Judæos flentes, qui venerant cum ea, fremuit spiritu, & turbavit seipsum,

34. & dixit : Ubi posuistis eum ? Dicunt ei : Domine, veni, & vide.

35. Et lacrymatus est Jesus.

36. Et dixerunt Judæi : Ecce quomodo amabat eum.

37. Quidam autem dixerunt ex illis : Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere ne hic moreretur ?

38. Jesus autem iterum fremens in semetipso, venit ad monumentum : erat autem spelunca : & lapis superpositus.

39. Et ait Jesus : Tollite lapidem. Dicit ei Martha : Domine, jam fœtet, quatriduum enim habet.

40. Dicit ei Jesus : Non dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei ?

41. Tulerunt ergo lapidem : Jesus autem levavit oculos in cœlum, & dixit : Pater, gratias ago tibi quia audisti me :

42. ego sciebam quia semper me audis, sed propter turbam circumstantem dixi : ut credant quia tu me misisti.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

S. Mart. similiter habet *& dixit ei* ; S. verò Gat. omittit *videns eum*. In Græco : Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς..... λέγουσα αὐτῷ· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, &c. ut in Vulg.

℣. 33. Ms. Corb. eadem præfert quæ in textu Colbert. præter verbum *infremuit*. S. Germ. *fremuit*, sed loco *flentes*, habet *plorantes*. Maj. Mon. *Jesus ergo, ut audivit eam plorantem, & Judæos, qui...... plorantes, fremuit*, &c. ut sup. S. Mart. *fremuit spiritu, & turbavit semetipsum* ; reliqua ut in Vulgata. Fossat. *ut vidit eam flentem, & Judæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit*, &c. S. Gat. *& Judæos, qui erant cum ea, plorantes, fremuit*, &c. Cantabr. *& Judæos plorantes, qui simul venerant cum ea, conturbatus est spiritu, sicut ira plenus*. Græcum Vulgatæ favet. Ambrof. l. de Joseph, c. 10. col. 504. b. habet, *turbatus est, sicut habes in Evang. quia turbavit se spiritu*. August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 180. c. *infremuit spiritu* : in hunc verò loc. *fremuit spiritu, & turbavit semetipsum*. Gr. ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι.

℣. 34. Consonant Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. nec differunt Corb. & Cantabr. nisi singulari *posuisti*, pro plurali *posuistis*. Græcum constanter, τεθείκατε· & Ambrof. l. 2. de pœnit. 428. e. *Ubi posuistis eum ?* paulòque post, *veni, & vide*.

℣. 35. Sic habent Mss. omnes. Sed Græcum initio delet conjunctionem *Et*, quam tamen retinent Mss. quidam Gr. Ambrof. l. de Jos. c. 10. 504. b. *Et ibi flevit*. August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. 180. a. *Et flevit* : & in hunc loc. *Lacrymatus est Jesus*.

℣. 36. Ms. Cantabr. *Dicebant ergo Judæi : Ecce*, &c. ut sup. Fossat. S. Germ. Corb. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt : Græcum verò Cantabrigiensi.

℣. 37. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. exceptis *ut hic non*, pro *ne hic*. Fossat. & S. Germ. similiter delent *nati*, post vocem *cæci*. Cantabrigiens. & S. Mart. *Quidam autem dixerunt ex ipsis : Non poterat..... cæci, facere ut & hic non moreretur ?* Ita quoque Græcum habet : in Ms. tamen uno legitur τυφλοῦ γεγεννημένου· paulòque post in altero, ἵνα μὴ οὗτος ἀποθάνῃ ; absque καὶ, post ἵνα. Cæteri Mss. Lat. nil differunt à Vulgata. August. in hunc loc. *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere ut & hic non moreretur ?*

℣. 38. Ms. Fossat. *Jesus verò rursus fremens in semetipsum*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Jesus ergo fremens in semetipso..... & lapis superpositus ei*. Cantabr. *Jesus ergo iterum irâ conversus in semetipsum, venit in monimentum.... & lapis superpositus erat*. Cæteri Vulgatæ accinunt. Gr. Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ... καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Augustinus l. 1. de sermone Domini in monte, to. 3. col. 180. c. legit : *Et rursus fremuit*.

℣. 39. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi quòd tollit *Et*, ante *ait Jesus*. Fossat. habet : *Dicit ei Jesus : Tollite lapidem. Dicit ei Martha : Domine, jam fœtet, quadrianus enim est*. Cantabr. *Dicit Jesus : Tollite lapidem. Dicit illi Martha (soror defuncti erat :) Domine, jam putet, quatriduanus est*. Similiter habet Ms. Maj. Mon. *jam putet* ; cætera verò ut in Vulg. cui S. Germ. S. Mart. & S. Gat. consonant ad verbum, non refragante Græco. Ambrof. tr. in Ps. 37. col. 841. b. legit : *Tollite lapidem. Ait Martha : Jam fœtet, quatriduanus est enim*. August. in hunc loc. *Lapidem removete* : & l. de quæst. to. 6. 43. d. *Domine, jam quarta dies est, & putet*. Apud Tertul. l. de resurr. carn. p. 589. a. *fœtet*. Sic etiam Hilarius l. 6. de Trinit. col. 901. d.

℣. 40. Ms. Cantabrig. textui Colb. favet, mutato *ei*, cum *illi* ; & *quia*, cum *quoniam*. Corb. *Non tibi dixi, quia si credideris, videbis claritatem Dei ?* Cæteri Vulgatæ accinunt ; Græcum verò textui. Ambrof. tr. in Psal. 37. col. 841. b. legit : *Respondit ei : Non dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei ?*

℣. 41. Ms. Corb. *Tulerunt ergo lapidem : Jesus autem elevavit oculos suos sursum, & dixit*, &c. ut sup. Cantabr. *Cùm ergo tulerunt lapidem, & Jesus tulit oculos suos sursum, & dixit*, &c. In Fossat. omnia ut in Vulg. præter ultima, *gratias tibi ago, qui audis me*. In S. Germ. *quia audistis me*, sed aperto mendo. Ab ea nil differunt cæteri. In Græco sic : Ἦραν οὖν τὸν λίθον, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε, &c. ut in textu : at Mss. plures demunt, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος· & paulò post quidam addunt αὐτοῦ, ad ὀφθαλμοὺς· alii plures loco αὐτοῦ, ponunt εἰς τὸν οὐρανόν. Tertul. l. contra Prax. p. 855. a. legit : *Pater, gratias ago tibi quòd me semper exaudias*. Hilar. l. 10. de Trin. col. 1081. a. *Pater, gratias ago tibi quia exaudisti me*. Similiter Ambrof. l. 4. de fide, 533. e. & l. 2. de Spir. S. 660. b. præter *audisti me* : & ita legit Hilar. ipse tract. in Psal. 68. col. 218. a. Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 256. e. *Pater, gratias tibi ago quòd me audisti*. Maximinus Arian. apud August. to. 8. 668. e. *Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me*.

℣. 42. Ms. Corb. *& ego sciebam quia semper me audis, sed propter plebem circumstantem dixi*, &c. ut sup. Cantabr. *ego sciebam quoniam semper me audiebas, sed propter populum, qui circumstat, dixit* (l. *dixi* :) *ut credant quoniam*, &c. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *sed propter turbam, quæ circumstat, dixi*, &c. Fossat. *sed propter populum circumstans dixi*, &c. ut in Vulg. cui suffragantur alii. Gr. ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, &c. al. παρεστῶτα, al. περιεστηκότα· Ms. etiam unus ipso initio fert κἀγὼ ᾔδειν, loco ἐγὼ δὲ ᾔδειν. Tertul. l. contra Prax. p. 855. a. post hæc verba, *Pater, gratias ago tibi quòd me semper exaudias* ; statim addit : *Propter istas turbas circumstantes dixi : ut credant quòd tu me miseris*. Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Pater, sciebam quia semper me audis, verùm propter circumstantes dixi : ut credant quia tu me misisti*. Hilar. l. 10. de Trin. 1081. a. *& ego sciebam quia semper me exaudis, sed propter turbam* (al. *turbam circumstantium*) *dixi : ut credant* (al. *credant me*) *quia tu me misisti*. Ambrof. l. 4. de fide, 533. e. *& ego sciebam quia semper me audis, sed propter tur-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 43. Et cùm hæc dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras.

44. Et exiit, qui mortuus erat, de monumento, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus sudario erat ligata. Dicit illis Jesus: Solvite illum, & sinite abire.

45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum.

46. Quidam verò ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus.

47. Collegerunt ergo Principes sacerdotum & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid faciemus, quòd hic homo talia signa facit?

48. Si reliquerimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nobis locum, & gentem.

49. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit illis: Vos nescitis quidquam,

50. neque cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

VULGATA NOVA.

43. Hæc cùm dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras.

44. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus: Solvite eum, & sinite abire.

45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum.

46. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus.

47. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

48. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

49. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, Inf. 18. 14.

50. nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bam, quæ circumstat, dixi: ut credant quia tu me misisti:* similiter habet l. 2. de Spir. S. 660. b. *& ego sciebam*, &c. at l. 2. Hex. 32. a. *sciebam quia*, &c. & in Ps. 118. 1231. b. *sciebam quòd*, &c. Maxim. Arian. ap. August. to. 8. col. 668. e. *& ego sciebam quia semper me audis, sed propter eos, qui circumstant, dixi: ut credant quia*, &c.

℣. 43. Ms. Corb. textui Colb. congruit; sicut etiam Cantabrig. nisi quòd habet, *Et hæc cùm dixisset.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Gr. Καὶ ταῦτα εἰπών, &c. ut sup. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. b. *vocavit voce magna, dicens: Lazare veni foras.* Ambros. l. 1. Hex. col. 15. d. dicit: *vocavit Lazarum, & resurrexit:* & l. 3. 37. a. habet: *Lazare veni foras:* itidem in Ps. 118. 1231. b. & l. 2. de pœnit. 429. b. & l. 4. de fide, 533. e. *veni foras:* at epist. 80. col. 1096. e. & l. de fide resurr. 1154. f. 1155. a. *Lazare exi foras.* August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. 180. c. *voce magna clamavit: Lazare veni foras.* Epiphanius in 2. 14. Cantici Cantic. *Lazare veni foras.*

℣. 44. Ms. Corb. *Et exiit ille mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus orario conligata erat. Dixit eis Jesus: Et solvite, & sinite abire.* Cantabr. *Et confestim exivit qui mortuus erat, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus sudario ligata erat. Dicit illi Jesus: Solvite eum, & dimittite ut vadat.* Fossat. *Et statim prodiit qui erat mortuus, ligatis manibus & pedibus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Jesus: Solvite eum*, &c. ut in Vulg. Similiter habet Ms. S. Gat. *ligatis manibus & pedibus institis;* at in fine sic: *Solvite eum, & dimittite abire:* Maj. Mon. *ligatis pedibus & manibus ejus institis;* cætera verò hi duo postremi habent ut in Vulg. cui accinunt alii. Gr. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. Mss. plures in principio ferunt, Καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν. Iren. l. 5. c. 13. p. 308. b. legit: *Et exivit mortuus, colligatus pedes & manus institis:* & infra: *Solvite illum, & dimittite abire*, al. *eum abire.* Ambros. l. de fide resurr. 1155. b. *Et exivit foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus orario colligata erat:* & l. 1. Hex. col. 15. d. *Et ligatis manibus & pedibus exiit foras.* August. in Joh. 5. to. 3. col. 468. d. *Solvite illum, & sinite abire.* Tertul. l. de resurr. carnis, p. 589. a. eundem *vinculis lineis* ligatum memorat.

℣. 45. Mss. Corb. & S. Germ. concordant cum textu Colb. addita voce *Jesus*, post *fecit.* Fossat. verò, & Maj. Mon. habent: *Multi ergo ex.... qui venerant ad Mariam, videntes quæ fecit, credid.* &c. S. Gat. *ad Mariam, ut viderunt quæ fecit, credid.* &c. Cantabr. *Multi ergo Judæorum, qui venerant ad Mariam, videntes quod fecit Jesus, credid.* &c. Solus Ms. S. Mart. cum Vulgata convenit ad verbum. Græcum Corbeiensi, & Sangermanensi favet. Ms. tamen unus fert Μαρίαν, καὶ Μάρθαν· paulòque post alius, ὃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· in al. deest ὁ Ἰησοῦς. Iren. l. 2. c. 22. p. 147. a. habet: *Multi crediderunt in eum, videntes signa, quæ faciebat.* Ambros. l. de fide res. 1155. e. *Multi, qui venerant ad Mariam, videntes quæ facta sunt, crediderunt.*

℣. 46. Mss. Fossat. S. Germ. Corb. &c. non differunt, nisi conjunctione *autem*, pro *verò.* Solus Cantabrig. habet: *Aliqui autem ex eis abierunt ad.... & dixerunt eis quod fecit Jesus.* Græcum textui consonat.

℣. 47. Ms. Corb. consonat cum textu Colb. nisi exceperis *Quid facimus, quia.* Fossat. *faciemus;* cætera verò ut in Vulgata. Cantabr. *Congregaverunt ergo Scribæ & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus? hic homo talia signa facit.* Gr. Συνήγαγον οὖν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον· Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ, &c.

℣. 48. Ms. Corb. *Si relinquimus eum sic, omnes credunt in eum..... & tollent nostrum locum*, &c. Similiter in Fossat. *credunt*, cætera verò ut in Vulg. In S. Germ. *credent ..... & tollent nostrum & locum;* cætera pariter ut in Vulg. cui accinunt alii, nisi quòd Cantabr. habet, *Et si dimiserimus eum sic..... locum nostrum*, &c. Gr. Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτὸν, &c. Augustin. tract. in Ps. 17. to. 4. col. 78. d. *Si dimiserimus eum* (Mss. plerique *eum vivum*,) *omne sæculum post illum ibit:* & in Ps. 40. 344. g. *Pontificis*, inquit, *illius Caiphæ vox est: Videtis quòd turba multa eum sequitur, & sæculum post illum abiit. Si dimiserimus eum vivere, venient Romani, & tollent nobis & locum, & gentem.* His prioribus verbis, *Videtis*, &c. similia leguntur inf. cap. 12. ℣. 19. non quidem dicta à Caipha, sed à Pharisæis: imò idem August. in Joh. 16. to. 3. col. 727. b. c. hæc eadem non Caiphæ, sed cæteris Judæis tribuere videtur, quamvis ea subsequentibus constanter adnectat. Sic autem habet ibid. *Judæorum de hac re etiam verba conscripta sunt: Videtis quia totus mundus post eum abiit. Si dimiserimus eum vivere*, &c. ut sup. & statim: *Et quod Caiphas dixit: Expedit*, &c. de ℣. 50. itidem in Psal. 57. 548. e. habet, *& tollent nobis & locum, & gentem:* at in Ps. 105. 1203. e. legit cum Vulg. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum & locum, & gentem:* & in Ps. 52. col. 491. e. *Si dimiserimus eum, venient Rom. & tollent nobis & locum, & regnum.*

℣. 49. Sic habent Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Corb. verò sic: *Unus autem ex ipsis Caiphas, cùm esset Princeps sacerdotum anni illius*, &c. ut sup. Cantabr. *Unus autem quidam ex illis Caiphas, princeps anni illius, dixit illis: Vos nescitis nihil.* Gr. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν· al. Καΐφας ὄνομα. August. tract. in Ps. 40. col. 345. a. post vocem *gentem*, statim subjungit, *Expedit ut unus*, &c. de ℣. 50. omisso versu præsenti: at in Ps. 105. 1203. f. refert omnia uti leguntur in Vulg. similiter & in hunc loc. omisso tamen *nomine*, post *Caiphas.*

℣. 50. Ms. Corb. *neque cogitatis quia expedit vobis ut*, &c. ut sup. S. Germ. & S. Gat. *nec cogitatis quia expedit nobis ut*, &c. Fossat. *neque cognoscetis quia expedit vobis ut*, &c. Cantabr. *neque cogitatis quoniam expedit vobis ut unus homo moriatur pro plebe, & ne tota gens periet.* S. Mart. *expedit nobis ut unus homo moriatur*, &c. ut in Vulg. cui accinit Maj. Mon. Gr. οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν, &c. ut in textu Colb. sed Ms. quidam habet λογίζεσθε· paulòque post alii plures, συμφέρει ἡμῖν. Augustin. in

Digitized by Google

### Vulgata nova.

51. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quòd Jeſus moriturus erat pro gente,

52. & non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum.

53. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.

54. Jeſus ergo jam non in palàm ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

55. Proximum autem erat Paſcha Judæorum: & aſcenderunt multi Jeroſolymam de regione ante Paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos.

56. Quærebant ergo Jeſum: & colloquebantur ad invicem, in templo ſtantes: Quid putatis, quia non venit ad diem feſtum? Dederant autem Pontifices, & Phariſæi mandatum, ut ſi quis cognoverit ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum.

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert.

51. Hoc autem à ſemetipſo non dicebat: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quia incipiebat Jeſus mori pro gente,

52. & non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui diſperſi erant, colligerentur in unum.

53. Ab illo ergo die cogitaverunt Judæi ut interficerent eum.

54. Jeſus ergo jam non palàm ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

55. Prope autem erat Paſcha Judæorum: aſcenderunt ergo multi in Jeroſolymam de regione illa ante Paſcha, ut purificarent ſemetipſos.

56. Quærebant ergo Jeſum: & colloquebantur ad invicem, in templo ſtantes, & dicentes: Putatis quia non ad diem feſtum venit? Dederant autem Principes ſacerdotum, & Phariſæi præceptum, ut ſi quis cognoviſſet ubi eſſet, ut indicarent, & comprehenderent eum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

hunc loc. & in Pſ. 105. 1203. f. legit: *nec cogitatis quia expedit nobis ut*, &c. ut in Vulg. at in Joh. 16. to. 3. col. 727. c. *expedit ut unus homo moriatur pro populo, & non*, &c. at in Pſ. 40. 345. a. *expedit ut unus moriatur homo, quàm tota gens pereat.* Ambroſ. l. de apol. Dav. 682. e. *expedit unum hominem mori pro populo:* itidem in Pſ. 118. 1150. a. & 1160. c. Gelaſ. I. epiſt. 14. Conc. to. 4. 1214. a. *expedit ut unus homo moriatur pro populo, ut non tota gens pereat.*

℣. 51. Mſ. Corb. *Hoc autem à ſemetipſo non dicebat: ſed ..... prophetavit, quia incipit Jeſus moriens pro gente mori.* Cantabr. *Hoc autem ab ſe non dixit: ſed cùm eſſet Princeps anni illius, prophetavit, quia Jeſus incipiebat mori pro gente.* Foſſat. *quia Jeſus moriturus eſſet pro gente;* cætera ut in Vulg. cui accinunt alii. Gr. ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῦ ἔθνυς. Auguſt. tract. in Pſ. 40. 345. a. legit: *Hoc autem non à ſe dixit: ſed cùm eſſet Pontifex, prophetavit, quia oportebat Jeſum mori pro populo, & gente:* at in Pſ. 105. 1203. f. Vulgatæ favet; ſicut l. de corr. & gra. to. 10. 760. g. mutato *quòd*, cum *quia*. Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. d. Auctor verò quæſt. V. T. q. 11. col. 47. a. habet: *Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Princeps ſacerdotum anni illius, prophetavit.* Nec aliter Gelaſ. I. epiſt. 14. Conc. to. 4. 1214. a. In Græco: ἀλλὰ Ἀρχιερεὺς ὢν τῦ ἐνιαυτῦ ἐκείνυ, &c.

℣. 52. Mſ. S. Germ. *ſed & non tantùm pro gente, ut filios*, &c. ut in Vulgata. Corb. *& non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, colligant in unum.* Cantabr. *& non pro gente ſolùm, ſed ut & fili* (l. *filios*) *Dei, qui diſparſi ſunt, in unum congreget.* Eidem Græcum favet; cæteri verò Lat. Mſs. Vulgatæ. Huic etiam ſuffragatur Auguſt. in Pſal. 105. 1203. f. at l. de corr. & gra. to. 10. 760. g. legit: *nec tantùm pro gente, ſed etiam ut filios Dei diſperſos congregaret in unum.* Itidem Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 20. p. 12. d. niſi excipias *& non*, pro *nec*.

℣. 53. Mſ. Corb. *Ex illa itaque die cogitaverunt Judæi*, &c. ut ſup. Cantabr. *Ab illo igitur die conſilium fecerunt ut*, &c. S. Germ. Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ ſimiles; Græcum verò Cantabrigienſi. Chryſoſt. verbo συνεβυλεύσαντο, addit οἱ Ἰυδαῖοι, ſi Millio fides.

℣. 54. Ita ferunt Mſs. S. Germ. S. Mart. & Foſſat. niſi excipias *in palàm*. Ita quoque Corb. & Maj. Mon. niſi quòd ille habet *morabitur;* iſte verò *moratur*. S. Gat. *Effrem, & illic morabatur.* Cantabr. *Jeſus ergo jam non palàm ambulabat inter Judæos, ſed abiit in regionem Sapfurim juxta deſertum Efrem, quæ dicitur civitas, & ibi ambulabat cum diſcipulis.* In Græco: Ἰησῦς ὗν ὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰυδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμυ, εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῦ. Mſs. plures tollunt ἐκεῖθεν· ſubinde, loco Ἐφραὶμ, quidam legunt Ἐφρέμ. Auguſt. in hunc locum, *Jeſus ergo jam non palàm*, &c. ut in textu.

℣. 55. Mſ. Corb. *Propterea autem erat Paſcha Judæorum: aſcenderunt ergo multi in Jeroſolymam*, &c. ut in Vulgata. Itidem Foſſat. habet, *aſcenderunt ergo multi in.* S. Germ. *Proximum enim erat Paſcha Judæorum: & aſcend. multi Jeroſol. de illa regione ante*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Juxta autem erat Paſcha Judæorum: ſubierunt ergo in Jeroſolyma multi de regione ante Paſcha, ut purificent ſemetipſos.* Cæteri Vulgatæ favent. Gr. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν Ἰυδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς τὴν Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τῦ Πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτὺς. Auguſt. in hunc loc. *Proximum ergo erat Paſcha Judæorum: aſcenderunt ergo*, &c. ut in Vulg.

℣. 56. Mſ. Corb. *Quærebant ergo Jeſum: & conloquebantur ad.... ſtantes, & dicentes: Putatis quia non veniet ad diem feſtum? Dederant autem Principes ſacerdotum, & Phariſæi præceptum, ut ſi quis cognoverit ubi ſit, ut indicent, & comprehendant eum.* Cantabrig. *Quærebant ergo & Jeſum: & dicebant in ſemetipſos, in templo ſtantes: Quid putatis quia non veniet in diem feſtum? Dederant autem & Principes, & Phariſæi mandatum, ut ſi quis noſſet ubi eſt, nunciaret, ut adprehenderent eum.* S. Germ. Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet, *Quid putatis quia non veniet.* S. Gat. *Qui putatis quia non venit*, &c. Maj. Mon. *non veniat;* S. Mart. *conloquebantur;* Foſſat. *non venit..... Dederunt autem Pontifices..... ut ſi quis cognoviſſet ubi eſſet, indicet;* cætera hi omnes ut in Vulg. In Græco ſic: Ἐζήτυν ὗν τὸν Ἰησῦν· καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες· Τί δοκεῖ ὑμῖν ὅτι ὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; Δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐντολὴν, ἵνα ἐάν τις γνῷ πῦ ἐστι, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν. Mſ. unus pro δοκεῖ ὑμῖν, habet δοκεῖτε· ſubinde alii Ἐδεδώκεισαν, & paulò poſt unus πῦ ἦ, loco πῦ ἐστι. Auguſtinus in hunc loc. *Quærebant ergo Jeſum: & loquebantur inter ſe: Quid putatis*, &c. ut in Vulgata.

# CAPUT XII.

### Vulgata nova.

Matth. 26. 6. Marc. 14. 3.

1. JEſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus.

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert.

1. JEſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit in Bethaniam, ubi erat Lazarus, quem ſuſcitavit mortuum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Corb. *Jeſus ergo ante ſex...... venit Bethaniam, ubi erat Lazarus, qui fuit mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus.* Cantabrig. *Ergo Jeſus ante ſex...... venit in Bethan. ubi erat Lazarus, qui mortuus fuerat, quem ſuſcitavit à mortuis Jeſus.* Foſſat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. In Græco ſic: Ὁ ὗν Ἰησῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν... ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπυ ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Mſs. plures addunt ὁ Ἰησῦς, ad νεκρῶν.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* 2. Et fecerunt ei cœnam ibi : & Martha ministrabat ei, & Lazarus unus erat ex discumbentibus cum Jesu.

3. Maria ergo accepit libram unguenti pistici, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis pedes ejus : & domus repleta est odore unguenti.

4. Et dixit unus ex discipulis ejus, Judas Simon Scariotha, qui incipiebat eum tradere :

5. Quare hoc unguentum non væniit denariis trecentis, & datum est pauperibus ?

6. Hoc autem dixit, non quòd de pauperibus cura illi esset, sed quia fur erat, & loculos habebat, & quæ mittebantur auferebat.

7. Dixit ergo illi Jesus : Dimitte illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.

8. Pauperes enim semper habebitis vobiscum : me autem non semper habebitis.

9. Et turba multa ex Judæis audivit quia illic esset Jesus : & venerunt, non propter Jesum solum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.

10. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent :

11. quia multi Judæorum propter illum ibant, & credebant in Jesum.

12. Altera die turbæ multæ, quæ venerant ad diem festum, cùm audissent quia Jesus venit in Jerosolymam :

### Vulgata nova.

2. Fecerunt autem ei cœnam ibi : & Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo.

3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis : & domus impleta est ex odore unguenti.

4. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus :

5. Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis ?

6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.

7. Dixit ergo Jesus : Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.

8. Pauperes enim semper habetis vobiscum : me autem non semper habetis.

9. Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic est : & venerunt, non propter Jesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.

10. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent :

11. quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum.

12. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Jesus Jerosolymam :

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Ms. Fossat. *Fecerunt ergo ei*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *Fecerunt ei cœnam : & Martha ibi ministrabat, Lazarus verò unus ex discumb.* &c. Cantabr. *Et fecerunt ei cœnam ibi : & ministrabat Martha, Lazarus autem unus erat ex discumb. cum eo.* Corb. *& Lazarus unus erat*, &c. ut in Vulg. cui accinunt S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Nec ab ea differt Græcum, nisi quòd in principio habet Ἐποίησαν οὖν, *Fecerunt ergo* : al. Καὶ ἐποίησαν.

℣. 3. Ms. S. Germ. *Maria verò accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi.... & capillis suis extersit pedes ejus*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Ergo Maria accipiens libram pistici unguenti, pretiosi, & unxit..... & tersit capillis suis pedes ejus : & domus repleta est de odore ung.* Corb. similiter habet *unguenti pistici*, absque *nardi*. Fossat. & alii Vulgatæ similes. In Græco sic : Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς..... ἤλειψε..... καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία, &c. ut in Vulg. Huc alludit Tertul. l. de pudic. p. 1005. c. dicens de eadem Maria : *Lavanti lacrymis pedes ejus, & crinibus detergenti, & unguento sepulturam ipsius inauguranti.*

℣. 4. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet *Scariotis*, pro *Scariotha*. S. Germ. *Dicit ergo unus ex ..... Judas Scariothis*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *Dixit unus ex....... Judas Simonis Scariothis*, &c. Cantabr. *Dicit ergo unus de.... Judas à Caryoto, qui incipiebat tradere eum.* Gr. Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν..... Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι. Mss. plures delent Σίμωνος.

℣. 5. Ms. Corb. textui Colb. favet. Sic etiam Cantabrig. excepto *venditum est*, pro *væniit*. S. Germ. *vænit* ; S. Gat. *venit* ; Maj. Mon. *vendidit* ; S. Mart. *venditur* ; Fossat. *væniit..... & datum esset egenis ?* Gr. ἐπράθη.... καὶ ἐδόθη πτωχοῖς ; Gaud. Brix. ser. 13. p. 964. c. *Quare hoc unguentum venundatum non est denariis trecentis, & datum est pauperibus ?*

℣. 6. Ms. Corb. *Dixit autem hoc, non quòd de pauperibus cura illi esset, sed quia.... & loculos habebat, ea, quæ mittebantur, exportabat.* Cantabr. *Hoc autem dixit, non quia propter pauperes cura erat illi, sed quoniam...... & loculum habens, quæ mittebantur bajulabat.* Maj. Mon. *& loculos habebat, & quæ mittebantur auferebat* ; cætera ut in Vulg. cui accinunt alii, nisi quòd S. Mart. habet *exportabat*, & S. Germ. *portabat afferebat.* Gr. Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι..... καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. col. 223. c. huc alludens, ait : *Loculorum custos, & fur Judas fuit, qui eum tradidit.*

℣. 7. Ms. Corb. textui Colb. concinit, deletâ voculâ *illi.* Ita quoque in Cantabr. sublato insuper pronom. *mea.* Ms. Maj. Mon. *Sine illam* ; Fossat. *Sinite illam, ut in die sepult. meæ* ; reliqua ut in Vulg. cui similes cæteri. Græc. Ἄφες αὐτήν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό· sed in Ms. uno est Ἄφετε αὐτήν, statimque in aliis pluribus, ἵνα εἰς τήν..... τηρήσῃ. Apud Ambros. tract. in Ps. 40. 868. e. *Sinite illam, ut in die sepulturæ meæ servet illud.* Gaud. Brix. ser. 13. p. 964. b. *Sinite eam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud* : & infra : *Sine eam, sive Sinite ; utrumque enim & in Græcis, & Latinis exemplaribus invenitur : sed magis congruere videtur sensui, cùm legitur Sinite*, &c. *propter illa quæ pluraliter subsequuntur : Pauperes enim semper habetis vobiscum.* Augustinus in hunc locum : *Dixit ergo ei Jesus : Sine illam*, &c. ut sup.

℣. 8. Textui Colbert. accinunt Mss. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. In S. Germ. sic : *habetis... habebitis* ; cui etiam favet Ms. 1. Græcus. In aliis autem, sicut in Corb. nostro Lat. omnia ut in Vulg. In Cantabr. integer versiculus deest. Sed apud Ambros. tr. in Ps. 40. col. 868. e. legitur : *Pauperes enim semper habetis vobiscum : me autem non semper.* Itidem habet Gaud. Brix. ser. 13. p. 964. b. August. verò in hunc loc. nil differt à textu.

℣. 9. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. si excipias *illic est*, pro *illic esset Jesus* ; & *videret*, pro *viderent*. In Fossat. & S. Mart. *illic esset*, absque voce *Jesus* ; cætera verò ut in Vulg. In Cantabr. sic : *Turba ergo plurima de Judæis audierunt quoniam ibi esset : venerunt, non propter Jesum, sed ut Lazarum videant, quem suscitavit Jesus de mortuis.* In S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. omnia ut in Vulg. quibus etiam Græcum favet, posito καὶ, post *sed ut*. Mss. etiam duo addunt Ἰησοῦς, verbo *suscitavit*. Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 748. d. legit : *Multi autem Judæorum venerunt ibi, non solùm propter Jesum, sed ut Lazarum viderent, quem resuscitaverat à mortuis.*

℣. 10. Sic habent Mss. Corb. Fossat. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. sed Ms. S. Mart. addit &, ante *principes*. Cantabr. verò solus : *Cogitaverunt autem principes & ut Lazarum occidant.* Gr. Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἵνα καὶ τὸν ..... ἀποκτείνωσιν.

℣. 11. Mss. Cantabr. & Corb. textui Colb. consonant, nisi quòd iste habet *abibant*, pro *ibant* ; ille verò *quoniam*, pro *quia*. Fossat. *quia multi propter illum abibant Judæorum*, &c. S. Germ. *habebant propter illum ex Judæis*, sed mendosè, ut patet. Gr. δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, &c. al. ὑπήγοντο. Cæteri Mss. Lat. Vulgatæ accinunt.

℣. 12. Ms. Corb. *Altera autem die turba multa venerat ad diem festum : cùm audissent quia venit Jesus in Jerosolymam.* Fossat. *cùm audisset* ; cæt. verò ut in Vulgata. Cantabr. *Postera die turba multa, quæ venerat in diem festum, audientes quia venit Jesus in Jerusalem.* Cæteri Vulgatæ favent ; Græcum Cantabrigiensi.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviàm ei, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israël.

Zach. 9. 9. 14. Et invenit Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est:

Matth. 21. 7. Marc. 11. 7. Luc. 19. 35. 15. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

16. Hæc non cognoverunt discipuli ejus primùm: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis.

18. Propterea & obviàm venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

20. Erant autem quidam Gentiles, ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo.

21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jesum videre.

22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Jesu.

23. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

24. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit;

VERSIO ANTIQUA.

13. acceperunt sibi ramos palmarum, & exierunt ei obviàm, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israël. Ex Ms. Colbert.

14. Et invenit Jesus asinum, & sedit super eum, sicut scriptum est:

15. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinæ.

16. Hæc autem non cognoverunt primùm discipuli ejus: sed cùm * clarificatus esset Jesus, recordati sunt, quia hæc erant scripta ab eo, & hæc fecerunt ei. * Ms. clarificatus.

17. Testimonium itaque perhibebat turba, quæ erat cum eo, quia Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis.

18. Propterea obviàm venerunt ei turbæ: quoniam audierunt quia hoc signum fecit.

19. Pharisæi autem dixerunt ad illos: Videtis quia nihil proficimus? ecce universus mundus abiit post illum.

20. Erant autem Græci quidam, ex his qui ascenderant ut orarent in die festo.

21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant illum, dicentes: Domine, volumus videre Jesum.

22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas autem & Philippus dicunt ad Jesum.

23. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

24. Amen, amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit;

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ms. Corb. *acceperunt flores palmarum, & exierunt obviàm illi, & clamabant dicentes: Hosanna*, &c. ut supra. Fossat. *acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviàm ei, & clamabant dicentes: Hosanna*, &c. Cantabr. *acceperunt ramos palmarum, & exierunt in obviàm ejus, & clamabant dicentes: Hosanna*, &c. Cæteri concordant cum Vulgata. Gr. ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον· Ὡσαννὰ, &c. Mss. plures addunt λέγοντες, ad ἔκραζον· alii, καὶ ἔλεγον. Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 146. c. *& clamabant: Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israël.*

℣. 14. Ms. Cantabr. *Inveniens autem Jesus asellum, sedit*, &c. Fossat. S. Germ. Corb. &c. Vulgatæ concinunt. Gr. Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν, &c.

℣. 15. Ms. Maj. Mon. nil differt à textu Colb. Fossat. verò, S. Germ. Cantabr. &c. Vulgatæ congruunt, unà cum Græco.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus primùm: sed cùm glorificatus est Jesus, tunc rememorati sunt, quia hæc erant de eo scripta*, &c. Fossat. *sed quando clarificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia*, &c. ut in Vulg. cui suffragantur cæteri. Ab ea nil differt Græcum, nisi voculâ δὲ, in principio additâ post *Hæc*, & ἐπ' αὐτῷ, loco *de eo*, ante verbum *scripta*.

℣. 17. Similiter habet Ms. Corb. *quia Lazarum*, cum cæteris quæ in textu Colb. In Cantabr. etiam sic: *Testificabantur ergo populus, qui erat cum eo, quoniam Lazarum clamavit de monumento, & suscitavit eum de mortuis.* Maj. Mon. *Testimonium ergo perhibebat turba de eo, quando Lazarum vocavit de*, &c. ut in Vulg. à qua nil discrepant alii. In Gr. sic: Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ, ὅτι τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν, &c. Mss. quidam habent ὅτε, pro ὅτι.

℣. 18. Ms. Corb. *Propterea obviàm venit ei turba: quia audierunt eum, quia hoc fecit signum.* Cantabr. *Propter hoc & obviaverunt ei turba: quoniam audierunt hoc illum fecisse signum.* S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ similes, quibus etiam accedit Fossat. deleto *hoc*, ante *signum*. Græcum Cantabrigiensi favet, excepto quòd habet in singulari ὑπήντησεν.... ὁ ὄχλος· ὅτι ἤκουσε· Mss. plures ἤκουσαν· quidam etiam tollunt καὶ, ante *obviàm*.

℣. 19. Ms. Cantabr. *Igitur Pharisæi dixerunt ad eos: Videtis quoniam nihil prodefacitis? ecce mundus totus post eum abiit.* Corb. *Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil profecit? ecce unus populus sequitur post illum.* S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt, sicut etiam Fossat. nisi quòd initio habet, *Pharisæi autem.* Gr. Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς· Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν· ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. Mss. plures habent, Οἱ δὲ Φαρισαῖοι· pauλòque post aliqui ὠφελοῦμεν· & alii post pauca, ὁ κόσμος ὅλος. Ambros. in Psal. 40. col. 872. f. hæc habet: *Cùm ergo dicerent Judæi: Ecce mundus totus post eum abiit; cùm dicerent: Quia mirabilibus operibus suis seducit populum: quid aliud dicebant, nisi*, &c. & l. 5. de fide, 567. d. *ecce mundus totus post ipsum abit.* Ambrosiaster, col. 91. a. *ecce mundus totus abit post illum.* Vide sup. Augustinum ad ℣. 48. cap. 11.

℣. 20. Ms. Corb. *Et erant Græci quidam...... ut adorarent*, &c. Cantabr. *Erant autem & Græci quidam, de his qui ascendebant ut adorent*, &c. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. Gr. Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες, ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν, &c.

℣. 21. Vulgatæ accinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. quibus etiam accedunt Cantabr. & Fossat. iste, deleta initio conjunctione *ergo*; ille verò positis *Hic ergo*. Græcum textui consonat: à Mss. tamen quibusdam abest οὖν, *ergo*.

℣. 22. Ms. S. Germ. *Venit Philippus, dicit Andreæ*, &c. ut in Vulgata. Corb. *& dicit Andreæ: Andreas autem & Phil. iterum dicunt ad Jesum.* Cantabr. *& dicit Andreæ: iterum Andreas & Phil. dicunt ad Jesum.* Cæteri Vulgatæ similes sunt. Gr. καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ, &c. in al. deest πάλιν, teste Millio.

℣. 23. Textui consonant Mss. omnes, præter Cantabr. qui habet *illis... glorificetur*, è Græco δοξασθῇ. Hilar. l. 3. de Trin. col. 812. e. legit: *Ecce venit hora, ut Filius hominis clarificetur:* & l. de Synod. 1190. c. *Nunc est hora, ut Filius hominis clarificetur.* August. in hunc loc. *Venit hora, ut glorificetur Filius hominis.* S. Leo ser. 57. p. 128. f. *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.* Itidem Auct. l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 148. b. Gaudent. verò Brix. ser. 8. p. 954. g. concinit cum Augustino.

℣. 24. Ms. Corb. textui Colb. accinit. Cantabr. verò sic habet: *Amen, amen... si non granum tritici cadens in terram, moriatur; solum manet.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. nil differunt à Vulg. cui etiam Græcum favet. Ambros. tract. in Ps. 36. col. 794. a. legit: *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, moriatur:* similiter in Ps. 43. 894. b. & l. 7. in Luc. 1454. d. & l. de instit. virg. 269. b. præter vocem *tritici*. Hieron. in Ose. 7. col. 1285. *nisi ceciderit granum tritici in terram, & mortuum fuerit:* & in Zachar. 9. 1763. e. *nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit.* August. in Ps. 68. to. 4. col. 696. f. *granum nisi ceciderit in terram, ut moriatur:* at ser. 5. to. 5. 1286. d. *nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit.* Itidem habet Auct. l. de prom. p. 2. c. 22. col. 148. b. at part. 3. prom. 34. col. 183. b. legit *nisi granum frumenti*, &c. Maxim. Taurin. p. 29. b. *nisi granum tritici*, &c.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

25. ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam : & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

26. Si quis mihi ministrat, sequatur me : & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis autem mihi ministrat, honorificabit eum Pater meus.

27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater, libera me ex hac hora. Sed ideo veni in hanc horam.

28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo, dicens : Et clarificavi, & iterum clarificabo.

29. Turbæ ergo, quæ stabant, & audierant, dicebant : Tonitruum factum est. Alii dicebant : Angelus illi locutus est.

30. Respondit Jesus, & dixit : Non propter me vox hæc venit, sed propter vos.

VULGATA NOVA.

25. ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam : & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Matth. 10. 39. & 16. 25. Marc. 8. 35. Luc. 9. 24. & 17. 33.*

26. Si quis mihi ministrat, me sequatur : & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc.

28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo : Et clarificavi, & iterum clarificabo.

29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant : Angelus ei locutus est.

30. Respondit Jesus, & dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Ms. Cantabr. *solum manet : si autem moriatur, multum fructum adferet...... in mundo hoc..... custodiet eam.* Corb. similiter habet *adferet ;* insuper *perdit eam*, pro *perdet eam ;* reliqua verò ut in textu : cui concinunt cæteri omnes, nisi quòd S. Germ. & Maj. Mon. pro *& qui odit*, ferunt *& qui perdiderit.* Græcum codici Cantabrigiensi favet, habetque in fine φυλάξει· at Ms. unus φυλάττει. Ambros. tr. in Ps. 36. col. 794. a. *ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert :* similiter in Ps. 43. 894. b. & l. 7. in Luc. 1454. d. excepto verbo *adferet*, pro *affert.* Hieronym. in Ose. 7. col. 1285. *ipsum solum manet :* & in Zachar. 9. 1763. e. *ipsum solum permanet : sin autem moriatur, majores fructus affert :* & quæst. 3. ad Algas. to. 4. 192. d. *qui perdiderit animam suam in præsenti, lucrifaciet eam in futuro.* August. in Ps. 68. to. 4. col. 696. f. *fructum non reddet :* serm. verò 5. to. 5. 1286. d. *ipsum solum manet,* &c. ut in textu, usque ad *Qui amat :* & epist. 243. to. 2. 869. d. f. *Qui amat animam suam, perdet eam : qui perdiderit eam in isto sæculo, in vitam æternam inveniet eam :* ita quoque in Ps. 102. to. 4. 1113. a. posito *propter me*, pro *in isto sæculo.* Auctor l. de promiss. part. 2. & 3. col. 148. b. 183. b. & Maxim. Taurin. p. 29. b. eadem exhibent quæ in textu usque ad *Qui amat.* Cypr. epist. 56. p. 93. a. *Qui amat animam suam, perdet illam : & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conservabit illam :* itidem legit epist. ad Fortun. p. 265. c. ita etiam l. 3. Testim. p. 310. a. præter unum *inveniet*, pro *conservabit :* at ep. 81. p. 64. b. servato verbo *conservabit*, bis addit *in isto sæculo*, post utrumque *animam suam :* & lib. de laud. mart. p. 352. a. *Qui in hoc sæculo amaverit animam suam, in futuro perdet illam : qui autem in hoc sæculo oderit illam, in futuro inveniet eam.* Lucif. Calarit. l. de mor. pro Dei fil. p. 242. b. *Qui amat animam suam in isto sæculo, perdet illam : & qui odit animam suam propter me, in vitam æternam conservabit eam.* S. Valerian. hom. 18. Sirm. to. 1. p. 687. b. *Qui amat animam suam, perdet illam : & qui odit animam suam, in vitam æternam invenit eam.* Vide sup. ad Marc. 8. 35.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Si quis mihi ministrat, me sequatur : & ubicunque ego sum, & minister meus erit. Si quis mihi ministrat, honoret illum Pater.* S. Germ. *honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis ;* reliqua ut in Vulg. cui suffragantur cæteri, uno excepto S. Mart. qui habet *honorificavit*, pro *honorificabit.* Græcum ab ea non differt, nisi quòd initio & infra habeat διακονῇ, *ministraverit*, posito καὶ, ante secundum *Si quis ;* & in fine deleat *meus.* At Mss. quidam retinent μου, & præterea edit. una Paris. addit, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ambrosiaster col. 232. a. hæc pauca refert, *ubi ego ero, illic & minister meus erit.*

℣. 27. Ms. Corb. *Nunc anima mea turbata est valde. Et dicam : Pater, libera me ex hac hora. Sed ideo veni in horam hanc.* Cantabr. *Nunc anima mea conturbata est. Et quid dico ? Pater, salva me de hora hac. Sed propter hoc veni in horam hanc.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ suffragantur. Græcum verò Cantabrigiensi. Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 3. col. 642. a. legit : *Nunc anima mea turbata est :* similiter l. de incarnat. 712. f. sed l. 2. de fide, 478. c. *turbatur*, non *turbata est.* Iren. l. 1. c. 8. p. 38. b. *Et quid dicam, nescio.* Tertul. l. cont. Prax. p. 855. a. *Pater, salvum me fac de ista hora. Atquin propter hoc veni in istam horam.* August. tract. 40. in Joh. col. 664. f. *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater, salva me ex hora hac. Sed propterea veni in horam hanc.* S. Leo serm. 57. p. 128. f. *Nunc turbata est anima mea. Et quid dicam ? Pater, salva me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 20. col. 144. b. *Pater, quid dicam ? Transeat hac hora. Sed propterea veni in hanc horam.* Victorin. Afric. l. contra Ari. p. 256. e. *Pater, salva me ex ista hora.*

℣. 28. Mss. Fossat. Corb. S. Mart. & S. Gat. textui Colb. congruunt, detracto verbo *dicens.* S. Germ. & Maj. Mon. habent : *Pater, clarifica filium tuum ;* cætera ut in Vulgata. Cantabr. solus : *Pater, glorifica tuum nomen in gloria, quam habebam apud te, antequam mundus fieret. Facta est vox de cælo, dicens : Et glorificavi, & iterum glorificabo.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd pro *clarifica, clarificavi*, & *clarificabo*, constanter habet δόξασον..... ἐδόξασα..... δοξάσω. Mss. plures pro *nomen*, habent υἱόν, *filium ;* Æthiop. utrumque, τὸ ὄνομα, καὶ τὸν υἱόν. Tertullianus, l. cont. Prax. p. 855. b. *Verùm Pater, glorifica nomen tuum, in quo erat filius :* & infra, *Glorificavi, & glorificabo.* Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Et honorificavi, & honorificabo.* Itidem Hilar. tr. in Ps. 138. col. 508. d. at l. 10. de Trin. 1081. b. *Clarificari se*, inquit, *deprecatur, ac mox de cælo vox Dei Patris clarificantis auditur.* Similiter Ambros. l. 2. de fide, 494. b. *Pater, clarifica nomen tuum :* subinde : *Et clarificavi, & iterum clarificabo :* ita quoque l. de parad. 176. f. at l. 2. de Spir. S. 644. e. legit : *Et honorificavi, & iterum honorificabo.* Augustinus l. contra Adim. to. 8. 121. a. hæc habet : *Cùm Dominus dixisset : Pater, clarifica me ea claritate, qua fui apud te, priusquam mundus fieret, sonuit vox de cælo : Et clarificavi, & clarificabo :* quæ Augustini verba lectionem Ms. Cantabrigiensis adstruunt. Huic etiam lectioni favere videtur Hieron. in Isai. 49. to. 3. col. 318. e. ubi relatis his, *Pater, glorifica me gloriâ, quam habui apud te, priusquam mundus esset :* paulò post subdit : *Et glorificavi, & glorificabo :* idem Hieron. in Isai. 49. to. 3. 351. d. legit : *Pater, glorifica nomen tuum.* S. Leo ser. 57. p. 128. f. 130. a. *Pater, clarifica filium tuum :* & post pauca, *Et clarificavi, & iterum clarificabo.* Vigil. Taps. l. 4. de Trin. *Pater, honorifica nomen tuum. Et venit vox de cælis : Et honorificavi, & iterum honorificabo.* Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. g. *Pater, glorifica nomen tuum. Statimque vox de cælo veniens, ait : Et glorificavi, & iterum glorificabo.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 256. f. *Et glorificavi, & rursum glorifico.*

℣. 29. Ms. Cantabr. *Turbæ ergo, quæ stabant, audientes dicebant : Quoniam tonitruum factum est. Alii dicebant : Quia Angelus illi locutus est.* S. Germ. *Turba ergo, quæ stabat, & audiebat, dicebat tonitruum esse factum*, &c. ut in textu. S. Gat. in fine habet, *Angelus enim ei locutus est*, prætermisso *Alii dicebant ;* priora verò ut in Vulgata, cui accinunt cæteri, unà cum Græco. Ambros. l. de parad. 177. a. *Tonitruum factum est :* & l. 2. de fide, 494. b. necnon l. 2. de Spir. S. 644. e. *Tonitruum factum est illi :* & infra, hoc posteriori libro, *Angelus locutus est ei.*

℣. 30. Accinunt Mss. omnes ; nec differt Græcum, nisi quòd habet γέγονεν, pro *venit ;* at Mss. quidam ἦλθεν. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. *Non propter me ista vox venit, sed propter vos, ut credant & hi & Patrem, & Filium.* Hilar. l. 9. de Trin. 1031. c. *Non propter me vox hæc venit de cælo, sed propter vos :* & l. 10. 1081. b. *Non propter me venit vox ista, sed propter vos.* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 256. f. *Non propter me venit hæc vox, sed propter vos.* Itidem Auct. quæst. N. T. q. 53. sed post *vos*, addit *ut credatis.* S. Leo ser. 57. pp. 128. f. 130. a. *Non propter me vox hæc facta est, sed propter vos.*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

31. Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum:

33. (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.)

Psalm. 34. Respondit ei turba: Nos audivimus ex
109. 4. lege, quia Christus manet in æternum: & quomo-
& 116. 2. do tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis
Isai. 40. est iste Filius hominis?
6.
Ezech. 35. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum,
37. 25. lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

36. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

37. Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:

38. ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem
Isai. 53. dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? &
1. brachium Domini cui revelatum est?
Rom. 39. Propterea non poterant credere, quia ite-
10. 16. rum dixit Isaias:

**VERSIO ANTIQUA.**

31. Nunc judicium est hujus mundi: nunc princeps hujus mundi mittitur foras. *Ex Ms. Colbert.*

32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum:

33. (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.)

34. Respondit ei turba: Nos audivimus scriptum esse in lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, quia oportet exaltari Filium hominis? Quis est Filius hominis?

35. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus, lux in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant: si quis ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

36. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

37. Cùm autem tanta signa fecisset Jesus coram eis, non credebant in eum:

38. ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?

39. Propterea non credebant, quia iterum dixit Isaias:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Nunc judicium est mundi: nunc princeps mundi hujus mittetur foris.* Corb. *Nunc judicium est hujus mundi: nunc princeps mundi dimittetur deorsum.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, unà cum Græco. Mss. tamen quidam delent τούτου, ante vocem *mundi*; & unus in fine habet κάτω βληθήσεται, pro ἐκβληθήσεται ἔξω. Ambrosiast. col. 167. a. *nunc princeps hujus mundi mittetur deorsum.* Augustinus quæst. 72. in Levit. to. 3. p. 1. col. 521. *nunc princeps hujus mundi missus est foras*: itidem in Joh. 16. col. 732. f. & l. de agon. Chr. to. 6. 245. c. posito priori loco *mundi hujus*, posteriori verò deletâ voculâ *nunc*. Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 2. col. 190. b. *Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi missus est deorsum.* S. Leo ser. 57. pp. 128. f. 130. a. *Nunc judicium mundi est: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Gaud. Brix. ser. 6. p. 951. f. *Nunc judicium est hujus mundi: nunc hujus mundi princeps ejicitur foras*: & infra, ser. 12. p. 963. b. *nunc hujus mundi princeps mittetur deorsum*; sed addit, *sive expelletur foras, ut in Græcis exemplaribus legimus*: & post pauca: *In Græco positum est*, inquit, ἐκβληθήσεται ἔξω, *id est, ejicietur, vel, expelletur foras.*

℣. 32. Ita ferunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. nec differt Corb. nisi conjunctione *cùm*, pro *si*. Cantabr. *Et ego si exaltatus fuero de terra, traham omnia ad me.* Gr. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Mss. plures habent πάντα. Ambros. tract. in Ps. 45. col. 936. c. *Cùm exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum*: eodem modo legit in Ps. 118. col. 1120. f. & l. de Sacr. 375. b. Ambrosiaster verò, col. 28. a. & 240. f. *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* S. Leo serm. 55. p. 126. b. *Cùm exaltatus fuero, omnia ad me traham*: at ser. 57. p. 130. a. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Itidem Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. a. Nec aliter Gaud. Brix. ser. 12. p. 963. b. si addas *ipsum* in fine: at ser. 6. p. 951. f. legit: *Ego cùm exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum*, absque *à terra*. Augustinus in hunc loc. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham post me.*

℣. 33. Consonant Mss. omnes, præter Cantabr. qui habet: *hoc autem dixit, significans quali morte erat moriturus.* Gr. τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. Gaud. Brix. serm. 12. p. 963. d. textui concinit.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Respondit illi turba: Nos audivimus de lege, quoniam Christus..... tu dicis, quia oportet..... Quis est ergo hic Filius hominis?* Fossat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Græcumque hodiernum, Vulgatæ concinunt. Sic etiam Corb. addito *quia*, ante *oportet*, cum Mss. plerisque Græcis. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 359. b. *Nos audivimus à lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, quia exaltari oportet Filium hominis?* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 256. f. *Nos audivimus à lege, quoniam Christus manet in æt. & quomodo dicis tu, quòd Filium hominis oportet altificari? Quis est Filius hominis?*

℣. 35. Ms. Corb. similiter habet cum textu Colb. *Adhuc modicum tempus, lux in vobis est*; reliqua verò ut in Vulgata. Cantabr. *Dixit ergo illis Jesus: Adhuc modicum tempus, lux in vobis est. Ambulate ergo cùm habetis lumen, ut non vos tenebræ adprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit ubi vadit.* Fossat. & S. Gat. *nescit quò vadit*; Maj. Mon. *nescitis quò vadat*; cætera ut in Vulg. cui accinunt alii. in Græco sic: Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι. Περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. Ms. unus delet χρόνον, post μικρόν· subinde plures pro μεθ' ὑμῶν, ferunt ἐν ὑμῖν· paulò post unus addit οὖν, verbo Περιπατεῖτε· statimque duo alii habent ὡς, pro ἕως. Victorin. Afric. l. 1. contra Ari. p. 256. f. legit: *Adhuc paululum tempus, lumen in vobis est.* Cypr. de laud. mart. p. 351. c. *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant.* Itidem Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 330. b. sed verbo *comprehendant*, subdit: *qui enim ambulat in tenebris, nescit quò vadat.* Ambr. in Psal. 43. col. 910. d. 915. e. & in Psal. 118. 1122. b. *Ambulate dum lucem habetis*: at l. 7. in Luc. 1465. b. & l. de incarnat. 712. f. *Ambulate dum lumen habetis.* Prædestin. l. 3. apud Sirm. to. 1. p. 546. d. *Currite cùm lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant.*

℣. 36. Sic habent Mss. omnes, præter Cantabr. in quo sic: *Cùm lumen habetis, credite in lumen, ut filii lucis sitis*: reliqua ut sup. In Græco: Ἕως τὸ φῶς ἔχετε.... ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε..... καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν. Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 256. f. *Quandiu lumen habetis, credetis in lumen, ut filii luminis efficiamini.* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 330. b. *Cùm ergo lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis fieri possitis.* Gaud. Brix. ser. 6. p. 951. e. *Dum habetis lucem, credite in lucem, ut filii lucis sitis.* Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. a. *Hæc locutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab his.*

℣. 37. Textui Colb. concinunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. deleta voce *Jesus*. Ita quoque Corb. habet, præter *credebant ei*. Cantabrig. verò sic: *Tanta autem ab illo signa facta in conspectu eorum, non credebant in eum.* Gr. Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ, &c. à Mss. pluribus abest αὐτοῦ. Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. a. Vulgatæ accinit ad verbum; nec ab ea differt August. l. de dono persev. to. 10. 840. b. nisi his, *non crediderunt in eum*: & verò Mss. plures Græci, loco ἐπίστευον, ferunt ἐπίστευσαν.

℣. 38. Ita ferunt Mss. omnes, præter Cantabr. qui initio habet, *& verbum Esaiæ prophetæ adimpleretur, quod dixit*, &c. Corb. hic & infr. scribit *Eseia*. Græcum etiam textui Colb. favet, nisi quòd habet Ἡσαΐου. Eadem leguntur ap. Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. b. necnon apud August. l. de dono persev. to. 10. 840. b.

℣. 39. Ms. Cantabr. *Propter hoc non poterant credere: etenim dixit Eseias.* Corb. S. Germ. Fossat. &c. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias*: quibus favet Græcum. Similiter habet Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. b. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias.* August. l. de dono persev. to. 10. 840. b. *Et ideo non poterant credere*, &c. Hieron. ep. ad Damas. 517. a. *Et ideo non poterant credere in eum, quia dixit Isaias.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. p. 318. b. *Et propterea non poterant credere in Jesum, quia dixit Esaias propheta.*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

40. Excæcavit eorum oculos, & induravit cor
eorum: ut non videant oculis, & intelligant cor-
de, & convertantur, & sanem illos.
41. Hæc dixit Isaias, quando vidit majestatem
ejus, & locutus est de eo.
42. Interim tamen ex principibus multi credi-
derunt in eum: sed propter Pharisæos non con-
fitebantur, ut non de synagoga ejicerentur:
43. dilexerunt enim claritatem hominum ma-
gis, quàm claritatem Dei.
44. Jesus autem clamabat, & dicebat: Qui cre-
dit in me, non in me credit, sed in eum, qui me
misit.
45. Et qui vidit me, vidit eum, qui me mi-
sit.
46. Ego lux in hunc mundum veni: ut omnis,
qui credit in me, in tenebris non maneat.
47. Et si quis audierit verba mea, & custodie-
rit ea: ego non judico eum: non enim veni ut ju-
dicem mundum, sed ut salvum faciam mundum.
48. Qui spernit me, & non accipit verba mea:
habet qui judicet eum, sermonem, quem locutus
sum: ille judicabit eum in novissimo die.
49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed
ille qui misit me Pater, ipse mihi præceptum de-
dit quid dicam, & quid loquar.

VULGATA NOVA.

40. Excæcavit oculos eorum, & induravit cor Isai. 6.
eorum: ut non videant oculis, & non intelligant 9.
corde, & convertantur, & sanem eos. Matth.
41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam 13. 14.
ejus, & locutus est de eo. Marc.
42. Veruntamen & ex principibus multi cre- 4. 12.
diderunt in eum: sed propter Pharisæos non con- Luc. 8.
fitebantur, ut è synagoga non ejicerentur: 10.
43. dilexerunt enim gloriam hominum magis, Act. 28.
quàm gloriam Dei. 26.
44. Jesus autem clamavit, & dixit: Qui cre- Rom.
dit in me, non credit in me, sed in eum, qui mi- 11. 8.
sit me.
45. Et qui videt me, videt eum, qui misit
me.
46. Ego lux in mundum veni: ut omnis, qui
credit in me, in tenebris non maneat.
47. Et si quis audierit verba mea, & non cu-
stodierit: ego non judico eum: non enim veni ut
judicem mundum, sed ut salvificem mundum.
48. Qui spernit me, & non accipit verba
mea: habet qui judicet eum: sermo, quem lo- Marc.
cutus sum, ille judicabit eum in novissimo die. 16. 16.
49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed
qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid
dicam, & quid loquar.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 40. In Ms. Cantabr. simpliciùs: *Excæcavit eorum cor, ut non videant oculis, & non intelligant corde*, &c. ut sup. In Corb. verò, Fossat. S. Gat. & S. Mart. omnia ut in textu Colb. cui etiam Græcum favet. Mss. tamen quidam præponunt μὴ, verbo νοήσωσι, *intelligant*; & multi in fine, pro ἰάσωμαι, ferunt ἰάσομαι. Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. b. *Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & corde intelligant, & convertantur, & sanabo eos.* Hieron. ep. ad Damas. 517. a. *Aure audietis, & non intelligetis; & cernentes aspicietis, & non videbitis*: quæ verba mutuatus est ex Matth. capite 13. ℣. 14. August. autem l. de dono persev. to. 10. 840. c. habet, *Excæcavit oculos eorum*, &c. ut in Vulg. at in hunc loc. tollit negationem ante *intelligant*. Vigil. Taps. l. 12. de Trin. p. 318. b. *Excæcavit eorum oculos, & hebetavit eorum cor: ne fortè videant oculis, & intelligant corde, & convertantur, & sanem illos.*

℣. 41. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Fossat. verò, S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. cum Vulgata. Ms. S. Gat. *gloriam Dei*. Cantabrig. *gloriam Dei sui*, omissis initio *Hæc dixit*. Græcum Vulgatæ consonat; sed Mss. quidam ferunt, δόξαν τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. Ambros. l. 3. de Spir. S. 699. b. legit: *Hæc dicit Esaias, quando vidit majestatem ejus, & locutus est de eo.* Itidem Auct. quæst. N. T. q. 97. col. 88. g. præter unum *dixit*, pro *dicit*. Hieron. verò ep. ad Damas. 517. a. *Hæc autem dixit, quando vidit gloriam Unigeniti, & testificatus est de eo.*

℣. 42. Ms. Corb. rectè convenit cum Ms. Colb. nisi excipias voculam *illum*, pro *eum*. Cantabr. habet: *Facilè autem & de principibus multi crediderunt in illum: sed propter ..... ut non de synagoga ejiciantur.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. In Græco sic: Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ...... ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Ambrosiast. col. 87. a. *Multi ex principibus crediderunt in Jesum: sed palàm non profitebantur, propter Judæos*: statimque sic: *maluerunt enim*, &c. de versu sequenti, omissis intermediis.

℣. 43. Ms. Fossat. *dilexerunt autem gloriam hom.* &c. ut in Vulgata. Corb. *dilexerunt enim gloriam hom. magis, quàm Dei*. Cantabr. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ concinunt ad verbum, & Græco. Ambrosiast. col. 87. a. legit: *maluerunt enim gloriam hom. magis, quàm gloriam Dei.*

℣. 44. Ms. Corb. *Jesus autem clamabat, & dicebat*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *Jesus autem clamabat, dicens*, &c. Cantabr. *Jesus ergo clamabat, & dicebat: Qui..... non credit in me*, &c. ut in textu. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant, & Græco. Tertul. l. contra Prax. p. 855. b. *Qui credit in me, non in me credit, sed in eum credit, qui me misit.* Similiter Hilar. tr. in Ps. 68. col. 218. a. & Ambros. l. 5. de fide, 572. f. detracto verbo *credit*, post *in eum*.

℣. 45. Vulgatæ consonant Mss. omnes, etiam Cantabr. nisi quod in principio tollit *Et*, & in fine habet, *me misit*. Græcum etiam Vulgatæ favet. Tertul. l. contra Prax. p. 855. b. *Et qui conspicit me, conspicit eum, qui me misit*: Ambros. l. 5. de fide, 573. a. *Et qui videt me, videt eum*, &c. ut sup.

℣. 46. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. sicut nec S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. à Vulgata. Fossat. verò habet: *Ego lux in hunc mundum veni: ut omnes, qui credunt in me, in tenebris non maneant.* Cantabr. *Ego lumen in mundum veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.* Græcum Vulgatæ accinit. Ambros. l. 1. de pœnit. col. 405. b. legit cum Ms. Colb. *Ego lux in hunc mundum veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 20. c. 21. e. *Ego lux in sæculum veni: ut omnis, qui crediderit in me, non maneat in tenebris.*

℣. 47. Ms. Fossat. *Et si quis audierit verba mea, & custodierit ea: ego non judicabo eum: non enim..... sed ut salvum faciam mundum.* Cantabr. *Et si quis audierit meorum verborum, & custodierit: ego non judico eum: nec enim..... sed ut salvem mundum.* Corb. *Et si quis audierit verba mea, & custodierit: ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum*; reliqua desunt. S. Mart. & S. Gat........ *& non custodierit..... sed ut salvum faciam mundum.* Cæteri Vulgatæ favent. Gr. Καὶ ἐάν τις μοῦ ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ πιστεύσῃ, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam pro πιστεύσῃ, ferunt φυλάξῃ· at omnes constanter præponunt negationem μή. Ambros. verò l. 1. de pœnit. col. 405. b. habet: *Et si quis audierit sermonem meum, & custodierit eum: ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus per me.* Contra August. l. 1. de Trin. to. 8. 766. b. *Si quis non audit verba mea, ego non judicabo illum*: & post pauca: *non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvum faciam mundum.*

℣. 48. Ms. Cantabr. *Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui judicet eum, verbum, quod locutus sum; illud judicat eum in novissima die.* Corb. *Qui spernit me, & non accepit verba mea: habet qui judicet eum: sermo, quem locutus sum, ille..... in novissima die.* In S. Germ. similiter *sermo*, sed paulò post deest *ille*; reliqua ut in Vulg. cui respondent cæteri, & Græcum, excepto tamen verbo *accepit*, pro *accipit*, quod habet Ms. S. Mart. Apud Ambros. l. 1. de pœnit. col. 405. c. *Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui judicet eum.* Apud Augustin. l. 1. de Trin. to. 8. 766. b. *Qui spernit me, & non accipit..... habet qui se judicet: verbum, quod locutus sum, ipsum judicabit eum in novissimo die.*

℣. 49. Ms. Corb. *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi præceptum dedit quid.... & quid loquar.* Cantabr. *Quoniam abs me ego non sum locutus, sed qui me misit*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. *sed qui misit me Pater, & ipse mihi mandatum dedit*, &c. ut sup. Fossat. hoc tantùm differt à Vulg. *quid dicam, & quid loquor.* Cæteri nil, sicut & Græcum. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. legit: *Quoniam à memetipso non sum locutus, sed qui me misit Pater, ipse mihi mandatum dedit.* Arnob. l. de Trin. p. 210. d. *A me non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mandatum dedit mihi quid dicam, & quid loquor.* August. l. 1. de

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

50. Et ſcio quia mandatum ejus vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

**VERSIO ANTIQUA.**

50. Et ſcio quia præceptum ejus vita æterna eſt. Itaque quæ ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor. *Ex Mſ. Colbert.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

Trin. col. 766. c. *Quia ego non ex me locutus ſum, ſed qui miſit me Pater, ille mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.* Ambroſ. l. 5. de fide, 574. f. *Ex meipſo non ſum locutus:* & ſupra: *qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit.* Hieron. in Iſai. 50. to. 3. col. 362. f. *& qui miſit me Pater, mandatum mihi dedit quid dicam, & quid loquar.*

℣. 50. Mſ. Corb. *Et ſcio quia præceptum ejus vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic eloquor.* Cantabrig. *Et ſcio quia mandatum ejus æterna eſt vita. Quæ ergo loquor, ſecundùm quod dixit mihi Pater, ſic loquor.* S. Germ. Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ ſimiles, ſicut etiam Græcum. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. legit: *ſicut mihi Pater dixit, ita & loquor.* Ambroſ. l. 5. de fide, 574. f. *ſicut dixit mihi Pater, ita loquor.* Huc redeunt quæ habet Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. f. *Verba, quæ loquor, non ſunt mea, ſed Patris.*

---

# CAPUT XIII.

**VULGATA NOVA.**

Matth. 26. 2. Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.

1. Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus quia venit hora ejus ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

2. Et cœnâ factâ, cùm diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iſcariotæ:

3. ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit:

4. ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

7. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.

8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in

**VERSIO ANTIQUA.**

1. Ante diem autem feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus quia venit hora ejus ut tranſiret de hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet diſcipulos ſuos, qui eſſent in hunc mundum, in finem dilexit eos. *Ex Mſ. Colbert.*

2. Et cœnâ factâ, cùm diabolus miſiſſet ſe in corde Simonis Scariothe, tradere eum:

3. ſciens quia omnia dedit ei Pater in manu ejus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit:

4. ſurrexit à cœna, & poſuit veſtimenta ſua: & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

6. Venit autem ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

7. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, cognoſces poſtea.

8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Mſ. Corb. *Ante diem feſtum Paſcha..... ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet vos, qui erant in hoc mundo, uſque in finem dilexit eos.* Cantabrig. *Ante autem diem feſtum Paſcha, ſciens Jeſus quia venerat ejus hora ut tranſeat de mundo hoc ad Patrem: diligens ſuos, qui ſunt in mundo, in finem dilexit eos.* Foſſat. Vulgatæ concinit, niſi quòd in principio habet, *Ante diem autem feſtum*; & in fine, *uſque in finem dilexit eos.* Similiter S. Mart. *Ante diem autem*; reliqua verò ut in Vulg. cui ſuffragantur cæteri. Gr. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς.... ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.... ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος, &c. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. *Ante autem ſolemnitatem Paſcha, ſciens Jeſus omnia ſibi tradita*, &c. de ℣. 3. Auguſt. epiſt. 55. to. 2. col. 128. e. *Cùm vidiſſet Jeſus, quia venit ejus hora ut tranſiret de mundo ad Patrem.* Ambr. l. 5. de fide, 562. f. *uſque in finem dilexit eos.*

℣. 2. Mſ. Foſſat. *Et cœnâ factâ, cùm diabolus jam miſiſſet ſe in corde, ut traderet eum Judas Simonis Scariothis.* Cantabr. *Et cùm cœna fieretur, cùm jam diabolus immiſiſſet in cor Juda Simonis à Caryoto ut traderet eum.* S. Germ. *... cùm diabolus jam immiſiſſet in cor, ut traderet eum Judas Simonis Scariothis.* S. Gat. *cùm diſcipulus jam miſiſſet in corde, ut traderet eum Judas Simon Scariothis.* S. Mart. *cùm diabolus jam immiſiſſet in corde, ut traderet eum Judas Simonis Scariothes.* Corb. Vulgatæ concinit, niſi quòd habet *Scarioth.* Maj. Mon. ab ea nil differt. Gr. Καὶ δείπνου γινομένου, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. Mſs. quidam, ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης. Hilarius tr. in Pſ. 139. col. 532. b. *Et immiſit ſe diabolus in cor Judæ, ut traderet eum.* Aug. in Pſ. 3. to. 4. col. 7. c. *Et intravit diabolus in cor ejus.* Vide Luc. 22. 3.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *ſciens quoniam omnia dedit illi Pater in manus; & quoniam à Deo exivit, & quoniam ad Deum vadit.* S. Germ. delet *in manus*. Corb. Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Eidem quoque favet Græcum, niſi quòd in principio habet, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι· pauloque poſt, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ, &c. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. huc alludens dicit: *ſciens Jeſus omnia ſibi tradita à Patre eſſe, & ſe ex Deo eſſe, ad Deum vadere.*

℣. 4. Mſ. Cantabrig. *ſurrexit de cœna, & ponit veſtimenta ſua: & accipiens linteum, cinxit ſemetipſum.* Foſſat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt; necnon Corb. deleto *ſua*, poſt *veſtimenta*: atque iſti poſtremo Græcum favet. Hilar. tract. in Pſ. 138. col. 508. f. legit: *ſurrexit à cœna, & poſuit veſtimenta ſua: & accepto linteo, præcinxit ſe.* Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. col. 409. c. *aſſumpto quippe linteo, accinxit ſe.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 602. c. alludens dicit: *Invenio Dominum ſpoliantem ſe veſtimenta, & præcingentem ſe linteo.*

℣. 5. Mſ. Corb. *Deinde miſit aquam in pelvem, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere de linteo, quod erat præcinctus.* Foſſat. *Deinde miſit aquam in pelvem..... diſcipulorum ſuorum, & exterg. linteo, quo*, &c. Itidem S. Germ. habet, præter *pulverem*, pro *pelvem*, quod erratum oſcitantis librarii eſt. In Cantabr. ſic: *Item accipiens aquam, miſit in pelvem, & cœpit... diſcip. ſuorum, & tergere de linteo, quod erat cinctus.* Cæteri Vulgatæ favent, ſicut & Græcum. Quidam tamen Gr. in principio habent, Εἶτα λαβὼν ὕδωρ, pro Εἶτα βάλλει ὕδωρ· al. ἔβαλεν ὕδωρ· pauloque poſt unus addit αὐτοῦ, ad vocem *diſcipulorum*. Tertul. l. de cor. mil. c. 8. p. 291. b. huc alludens dicit: *Agnoſcam neceſſe eſt, & recumbentem in lectulo Chriſtum, & cùm pelvem diſcipulorum pedibus affert, & cùm aquam ex urceo ingerit, & cùm linteo circumſtringitur.* Similiter Ambroſ. ubi ſup. *Invenio Dominum præcingentem ſe linteo, mittentem aquam in pelvim, & lavantem pedes diſcipulorum.* Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 409. c. habet: *Et aquâ pelvim replens, diſcipulorum pedes lavit.*

℣. 6. Mſ. Corb. *Venit ergo ad Sim. Petrum. Et dicit ei ille: Domine*, &c. ut ſup. Cantabr. *Venit ergo ad Petrum Simonem. Dicit ei ille: Domine*, &c. Foſſat. *Et dixit ei Petrus*; cætera ut in Vulg. cui reſpondent alii. Gr. Καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Κύριε, σύ μου νίπτεις, &c. Ambroſ. l. 3. de Sacram. 362. c. *Tu mihi lavas pedes?*

℣. 7. Mſ. Corb. textui Colb. congruit. Cantabr. verò habet, *Quod ego facio, tu ignoras modò, ſciens autem poſtea.* Foſſat. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ conſonant; ſicut etiam S. Germ. & S. Mart. excepto verbo *dicit*, pro *dixit*. Græc. εἶπεν..... Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. Ambroſ. l. de Spir. S. 603. a. *Quod ego facio, tu neſcis, cognoſces poſtea.* Optat. l. 5. cont. Donat. p. 81. c. *Quod ego facio, tu neſcis, ſcies autem poſtea.*

℣. 8. Mſ. Corb. *Dicit illi Petrus*, &c. ut in Vulgata. Foſſat. *Dicit ei Petrus: Non lavas mihi pedes in æt. Reſpondit ei Jeſus: Si non lavero te, non habes mecum partem.* Can-

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* æternum. Respondit ei Jesus: Nisi lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes, sed & manus, & caput.

10. Dicit ei Jesus: Qui lotus est semel, non indiget ut lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

11. Sciebat enim quisnam esset traditurus eum: propterea dixit eis: Quia non estis omnes mundi.

12. Postquam ergo lavit pedes discipulorum, accepit vestimenta sua: & cùm iterum recubuisset, dicit eis: Intelligite quid fecerim vobis.

13. Vos me vocatis Magister, & Domine: & bene dicitis: sum enim.

14. Si ergo ego Magister, & Dominus, lavi pedes vestros: & vos debetis alter alterius lavare pedes.

15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, etiam & vos faciatis.

16. Amen, amen dico vobis: Non est major servus domino suo: neque apostolus major illo, qui misit eum.

### Vulgata nova.

æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.

10. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

11. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes.

12. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim.

14. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes.

15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

16. Amen, amen dico vobis: Non est servus major domino suo: neque apostolus major est eo, qui misit illum. *Matth.* 10. 24. *Luc.* 6. 40. *Inf.* 15. 20.

### Notæ ad Versionem antiquam.

tabr. *Dicit illi Petrus: Domine, non mihi lavabis pedes in æternum. Respondit Jesus: Si non te lavero, non habes partem mecum.* Cæteri nil differunt à Vulgata. Gr. Λέγει αὐτῷ Πέτρος· Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις, &c. Ms. unus, post vocem Πέτρος, addit Κύριε· subinde alii tollunt αὐτῷ, post Ἀπεκρίθη· & unus, pro ἔχεις, ponit ἕξεις. Ambros. l. de myst. col. 332. f. legit: *Non lavas mihi pedes in æternum*: tum in Ps. 48. 947. f. *Nisi lavero tibi pedes, non habebis mecum partem*: itidem l. 3. de Sacram. 362. d. 363. a. & l. 1. de pœnit. 399. b. & l. 1. de Spir. S. 602. d. at l. de virginit. 227. e. habet: *Si enim non lavero tibi pedes*, &c. & l. de myst. 333. a. *Si non lavero tibi pedes*, &c. Hieron. ep. ad Damas. to. 3. 520. f. *Nisi lavero pedes tuos, non habebis partem mecum.*

℣. 9. Ms. Corb. *Dicit ei..... non tantùm pedes, sed etiam manus, & caput.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt; nec ab ea differt Cantabrig. nisi quòd delet vocem *Simon*. Gr. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, &c. aliàs deest μου. Ambros. l. de myst. 333. a. similiter habet, *Domine, non tantùm pedes, sed & manus, & caput*: & l. 3. de Sacram. 363. b. *Domine, non solùm pedes, sed etiam manus, & caput.* Itidem Hieron. ep. ad Dam. to. 3. col. 520. f. præter &, pro *etiam*. Augustinus in hunc loc. *Domine, non tantùm pedes meos, sed &*, &c.

℣. 10. Ms. Fossat. *Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget ut lavetur, sed est mundus totus*, &c. ut supra. S. Gat. *Qui lotus est, non indiget ut lavet, sed est*, &c. Cantabr. *Dicit illi Jesus: Qui lavit, non necesse habet caput lavare, nisi pedes tantùm: est enim..... Et vos mundi estis, sed non toti.* Corb. verò, Maj. Mon. &c. Vulgatæ consonant. Græc. Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι.... Καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Ms. quidam, loco ἢ τοὺς πόδας, hab. εἰ μὴ τοὺς πόδας. Tertul. l. de bapt. c. 12. p. 391. a. *Qui semel lavit, non habet necesse rursum.* Ambros. tract. in Ps. 40. 877. a. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus*: ita rursum habet l. de myst. 333. a. at in Ps. 48. 948. a. legit: *Qui lotus est, non habet necesse ut iterum lavet, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus*: & l. 8. in Luc. 1491. b. *Qui lotus est totus, non habet necesse ut manus lavet*: & l. 3. de Sacram. 363. c. *Qui lavit, non necesse habet iterum lavare, nisi ut solos pedes lavet.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. c. *Qui lotus est, non necesse habet ut iterum lavet.* August. epist. 44. to. 2. 105. d. *Qui lotus est semel, non eum oportet iterum lavari, sed est mundus totus*: & in hunc loc. *Qui lotus est, non habet opus nisi pedes lavare, sed*, &c. S. Pacian. epist. 3. p. 311. h. *Qui lotus est semel, non necesse habet iterum lavari.* Optat. l. 4. contra Donat. p. 71. b. *Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lavandi*: itidem semel atque iterum l. 5. p. 82. a. b. additis his, *quia est mundus totus.* In Collat. Carth. p. 394. c. *Et vos mundi estis, sed non omnes.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 14. col. 199. e. *Qui semel lotus est, non opus habet lavare nisi pedes tantùm, quia est mundus totus.*

℣. 11. Ms. Corb. *Sciebat enim quisnam esset, qui traditurus erat eum: propterea dixit: Quia non estis mundi omnes.* S. Gat. *propterea dixit: Et vos mundi estis, sed non omnes*; priora verò ut in Vulgata. Cantabr. simpliciter habet, *Sciebat enim Jesus, qui eum traditurus erat*; omissis seqq. S. Germ. Maj. Mon. & S. Mart. Vulgatæ consonant. Ita etiam Fossat. nisi quòd pro *quisnam*, habet *quis*. Gr. Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν· Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.

℣. 12. Ms. Corb. *Et postquam lavit pedes eorum, accepit vestim. sua: & cùm iterum recubuisset, & dicit eis: Scitis quid fecerim vobis?* Cantabr. *Cùm ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta; recumbens iterum, dixit eis: Scitis quid vobis fecerim?* Cæteri non differunt à Vulg. nisi quòd Fossat. delet &, post *eorum*; S. Germ. hanc sublatam reponit ante *cùm recubuisset*; S. Mart. verò habet *quæ fecerim*. Gr. Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· ἀναπεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; Mss. quidam legunt, πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἔλαβε· aliàs deest καί.

℣. 13. Ms. Corb. textui Colb. favet; nec differt ab eo S. Gat. nisi & *sum*, in fine, pro *sum enim*. Fossat. *Vos autem vocatis me..... sum etenim.* Cantabrig. *Vos clamatis me Mag. & Dominus..... sum enim.* Vulgatæ accinunt cæteri. Gr. Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ Διδάσκ. καὶ ὁ... εἰμὶ γάρ. Quidam delent 2. ὁ. Hilar. l. 9. de Trin. 995. c. legit: *Vos me vocatis Magistrum, & Dominum: & bene dicitis: sum etenim.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 602. e. *Vocatis me Dominum, & Magistrum: & bene facitis: sum etenim*: itidem l. 4. de fide, 531. f. at infra legit, *Vos vocatis..... & bene dicitis.*

℣. 14. Ms. Corb. *Si igitur ego lavi pedes vestros, Dom. & Mag. quantò magis & vos debetis alter alterius lavare pedes?* Itidem S. Germ. & Maj. Mon. his exceptis, *Si ergo ego ..... quantò magis debetis & vos*, &c. Cantabr. similiter, *Si ergo*, &c. *quantò magis & vos debetis invicem lavare pedes?* In Fossat. deest *ergo*, sicut in Ms. S. Gat. *ego*; in Ms. S. Mart. est *vestros pedes*; reliqua verò in his 3. ut in Vulg. In Græco: Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας....... καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων, &c. Syr. & Pers. πόσῳ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς, &c. Cypr. epist. 5. p. 10. b. *Si ego lavi pedes vestros, Magister, & Dominus: & vos debetis aliorum pedes lavare*: ita etiam habet l. 3. Testim. p. 317. b. Ambros. verò, l. de virginit. col. 227. e. *Si ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: quantò magis vos debetis alter alterius pedes lavare?* & l. de myst. 333. b. *Si ego lavi vobis pedes, Dominus, & Magister: quantò magis & vos debetis lavare pedes invicem vobis?* & l. 3. de Spir. S. 602. a. *Si ergo ego lavi ..... Dom. & Magister: & vos invicem lavate pedes vestros.*

℣. 15. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. deleto &, post *etiam*. In Cantabr. sic: *Exemplum dedi vobis, ut sicut ego feci vobis, & vos faciatis.* Ita quoque in Græco, addito γάρ, ad *Exemplum*. Mss. tamen quidam in fine habent, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε. In S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Lat. omnia ut in Vulg. Apud Cyprian. epist. 5. p. 10. b. *Exemplum enim dedi vobis, ut sicut ego feci, & vos faciatis*: & l. 3. Testim. p. 317. b. *ut sicut ego feci, & vos aliis faciatis.*

℣. 16. Ms. Corb. textui Colb. congruit. Ita etiam Fossat. & Cantabr. nisi quòd prior habet *major eo*; Cantabr. *major ejus*; & sup. *servus major*. Cæteri omnes Vulgatæ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

18. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos
Ps. 40. elegerim: sed ut adimpleatur Scriptura: Qui man-
10. ducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum.

19. Amodo dico vobis, priusquam fiat: ut cùm factum fuerit, credatis quia ego sum.

Matth. 20. Amen, amen dico vobis: Qui accipit si
10. 40. quem misero, me accipit: qui autem me accipit,
Luc. 10. accipit eum qui me misit.
16.

21. Cùm hæc dixisset Jesus, turbatus est spi-
Matth. ritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen
26. 21. dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me.
Marc. 22. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli,
14. 18. hæsitantes de quo diceret.
Luc. 22.
21.

23. Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus.

24. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei: Quis est, de quo dicit?

25. Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine quis est?

26. Respondit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ.

27. Et post buccellam, introivit in eum satanas. Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citiùs.

VERSIO ANTIQUA.

17. Si hæc scitis, beati estis si feceritis eà. Ex Ms. Colbert.

18. Non de omnibus vobis dico: ego enim scio quos elegerim: sed ut adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, levabit super me calcaneum suum.

19. Amodo dico vobis, priusquam fiat: ut cùm factum fuerit, credatis quia ego sum.

20. Amen, amen dico vobis: Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

21. Cùm hæc dixisset Jesus, turbatus est in spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me.

22. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.

23. Erat autem recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus.

24. Annuit huic Simon Petrus, & dixit ei: Interroga de quo dicit.

25. Ait itaque, cùm recumberet ille super pectus Jesu, & dicit ei: Domine quis est, qui tradet te?

26. Respondit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, tradidit Judæ Simoni Scariothæ.

27. Ut accepit panem, introivit in illum sathanas. Dicit ergo ei Jesus: Quod facis, fac citiùs.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

accinunt. Græc. μείζων τῦ πέμψαντος αὐτόν. Cypr. l. 3. Testim. p. 305. c. *Non est servus major domino suo: neque apostolus major eo, qui se misit:* & epist. 51. p. 65. c. *Esse non potest major domino suo servus.* S. Paulin. ep. 38. p. 232. *Non est major servus domino suo.*

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Si hæc scitis, beati estis si facitis ea.* Corb. S. Germ. Fossat. &c. Vulgatæ consonant; Græcum verò textui Colb. Ms. unus non ἐςὲ habet, sed ἔσεσθε. Cypr. l. 3. Testim. p. 305. c. *Hæc scientes, beati eritis si ea feceritis.* Tichon. reg. 3. p. 55. a. *Si hæc scitis, beati estis si feceritis ea.*

℣. 18. Ms. Corb. tollit *enim*, ante *scio*, & paulò post habet *impleatur;* in cæteris verò concordat cum textu. Similiter habent S. Germ. & Fossat. *impleatur;* sed reliqua ut in Vulg. In Cantabr. sic: *Non de omnibus..... ego scio quos elegi: sed ut impleatur Scriptura: Qui edebat mecum panem, levabit super me calcan. suum.* Ita quoque in Græco est, nisi excipias ὁ τρώγων, pro *qui edebat.* Mss. quidam ponunt γὰρ, ante *scio;* unus δέ. Cæteri Lat. Vulgatæ suffragantur, uno excepto S. Mart. in quo *levavit*, pro *levabit.* Tichon. reg. 3. p. 55. a. *Non de omnibus dico vobis: ego scio quos elegi.* Similiter habet August. quæst. 117. in Gen. to. 3. col. 406. d. Tertul. verò l. 4. contr. Marc. p. 733. b. *Qui mecum panem edit, levabit in me plantam.* Ambros. tract. in Ps. 40. 876. e. *Qui manducat mecum panem, levavit super me calcaneum:* & in Ps. 48. 948. c. *Qui manducat... levabit super me calcaneum meum:* & in Psal. 61. 964. a. *Qui edebat... levabit super me calcan. suum.*

℣. 19. Ita ferunt Mss. Corb. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. Ita etiam S. Mart. & S. Germ. nisi quòd ponunt *ut credatis*, ante *cùm factum fuerit.* Cantabrig. *Amodo dico vobis, antequam fiat: ut quando factum fuerit, credatis quia*, &c. nec aliter in Græco est.

℣. 20. Sic habent Mss. S. Germ. Fossat. & S. Mart. Corb. verò sic: *Amen..... Qui accepit eum quem misero, me accepit: qui autem me accepit, accepit eum qui*, &c. S. Gat. *Qui accipit eum si quem misero, me accipit*, &c. ut in textu. Maj. Mon. *Qui accipit eum quem misero, me accipit*, &c. Cantabrig. *Qui accipit quemcunque misero, me accipit: & qui accipit me, accipit qui me misit.* Græcum textui favet Colbertino.

℣. 21. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. sicut nec S. Germ. Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. à Vulgata. Cantabr. verò habet: *Hæc cùm dixisset Jesus, conturbatus est spiritu: & testatus est, & dixit: Amen..... Quia unus ex vestris tradet me.* Græcum Vulgatæ favet, nisi excipias verbum ἐμαρτύρησε, pro *protestatus est;* meliùs in Cantabr. *testatus est.* Auctor l. de prom. p. 3. prom. 18. col. 177. c. *Scitis quia unus ex vobis tradet me?* Ambr. in Ps. 40. 873. d. & 875. e. *Unus ex vobis me tradet.*

℣. 22. Concinunt Mss. omnes, præter Cantabr. qui habet: *Inspiciebant ergo invicem discipuli, cogitantes de quo dicit.* Gr. Ἔβλεπον ὖν εἰς ἀλλήλυς οἱ..... ἀπορύμενοι περὶ τίνος λέγει· al. λέγη.

℣. 23. Similiter Ms. Corb. *Erat autem;* sed in fine, pro *Jesus*, habet *valde.* S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. &c. *Erat ergo*, &c. ut in textu. Cantabr. *Erat autem recumbens unus ex discipulis in sinus Jesu, quem & diligeb. Jesus.* Græcum textui Colb. favet.

℣. 24. Ms. Corb. *Innuit ei Simon Petrus, & dicit ei: Interroga quis est;* nec plura. Cantabr. *Innuit ergo huic Simon Petrus, interrogaret quis esset hic, de quo dicit.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græcum habet: Νεύει ὖν τύτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ ὖ λέγει· at Mss. plures, loco πυθέσθαι τίς ἂν εἴη, ferunt καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰπὲ τίς ἐςιν· al. καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τίς ἐςι· unus etiam cod. omittit in fine, περὶ ὖ λέγει.

℣. 25. Ms. Corb. *Recumbens autem ille super pectus Jesu, dicit ei: Domine quis est?* Cantabr. *Incumbens ergo ille super pectus Jesu, dicit ei: Domine quis est?* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. In Græco sic: Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ ςῆθος τῦ Ἰησῦ, &c. ut in Vulg. Mss. plures, Ἀναπεσὼν δέ· alii pro δὲ, ponunt ὖν· & unus in fine, post τίς ἐςιν, addit, ὁ παραδιδύς σε;

℣. 26. Ms. Cantabr. *Respondit illi Jesus, & dixit: Ille est, cui ego intinctam buccellam porrexero. Et intingens buccellam, porrexit Judæ Simonis à Caryoto.* Cæteri à Vulgata non differunt, nisi quòd Corb. habet *Scarioth;* S. Germ. *Scariothis;* S. Mart. *Scariothi*, & initio, *Cui respondit Jesus;* Fossat. insuper delet *Ille est.* In Græco sic: Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησῦς· Ἐκεῖνός ἐςιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰύδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ· Ms. unus habet in principio, Ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, καὶ λέγει αὐτῷ· subinde quidam, pro βάψας, legunt ἐμβάψας; & in fine alii Ἰσκαριώτυ, pro Ἰσκαριώτῃ.

℣. 27. Ms. Corb. *Et post buccellam, introivit in illum satanas. Dixit ergo ei Jesus: Quod facis, fac celerius.* Fossat. *Et post acceptam buccellam, tunc introivit in illum satanas. Dicit ei*, &c. ut in textu. Itidem S. Germ. deleta voce *acceptam.* Cantabr. verò, omissis his, *Et post acceptam buccellam*, sic habet, *Et introivit in illum satanas. Et dixit illi Jesus: Quod facis, citiùs fac.* S. Gat. *Et post buccellam, & tunc introivit*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. *Et post bucc. tunc introivit in eum... Et dicit ei*, &c. Maj. Mon. *Et post buccellam acceptam, introivit*, &c. Gr. Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον, τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς. Λέγει ὖν αὐτῷ ὁ Ἰησῦς· Ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον. Mss. aliqui tollunt τότε, post ψωμίον. Ambros. l. de Cain, 213. d. & in Ps. 118. 1126. b. *Et post buccellam, introivit in eum satanas:* & inf. utroque loco cit. *Quod facis, fac celerius.* Itidem Cypr. l. 3. Testim. 325. e. Hilar. verò tract. in Ps. 69. 234. b. *Fac quod facis, citò:* & in Matth. 26. 745. d. *Fac quod facis.* Aug. in Joh. 12. to. 3. col. 638. a. *Quod facis, fac celeriter:* tr. verò in Ps. 3. to. 4. col. 7. c. *Quod facis, citò fac:* & in

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

28. Hoc autem nemo discumbentium scivit ad quid dixerit ei.

29. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quia dicit ei Jesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum hunc: aut egenis aliquid daret.

30. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox.

31. Cùm ergo exisset ille, dicit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eum.

32. Et Deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificavit eum.

33. Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum: & quæritis me. Sicut dixi Judæis: Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò.

34. Præceptum novum do vobis: Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

35. In hoc enim cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si veram dilectionem habueritis ad invicem.

### VULGATA NOVA.

28. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.

29. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quòd dixisset ei Jesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret.

30. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox.

31. Cùm ergo exisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo.

32. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum.

33. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Judæis: Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modò. *Sup. 7. 34.*

34. Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. *Levit. 19. 18. Matth. 22. 39.*

35. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *Inf. 15. 12.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ps. 103. col. 1159. a. *Quod facis, fac velociter.*

℣. 28. Ms. Fossat. *Hoc autem nemo scivit discumb. ad quid diceret ei.* Corb. *Hoc autem nemo disc. scivit quid dixerit ei.* Cantabr. *Hoc autem nemo scivit ex recumbentibus ad quid dixit ei.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ similes, cui etiam Græcum favet.

℣. 29. Mss. Corb. & S. Mart. textui Colb. congruunt, nisi quòd uterque deleat *hunc*, post *festum*; Corb. verò addat *ut* post *egenis*. Fossat. habet, *quia dixisset ei Jesus..... ad diem festum: aut egenis aliquid daret.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. nil differunt à Vulg. Secus Cantabr. in quo sic: *Quidam enim putaverunt, quoniam loculum habebat Judas, quoniam dicit illi Jesus: Ecce quorum opus habemus in diem festum: aut ut pauperibus aliquid daret.* Gr. Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν· ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ. Augustinus in hunc locum, similiter ut in textu, *quia dicit ei Jesus;* cætera ut in Vulgata.

℣. 30. Mss. S. Germ. S. Mart, S. Gat. & Maj. Mon. textui Colb. congruunt: ita etiam Corb. posito *panem*, loco *buccellam*. Fossat. habet: *Cùm ergo accepisset buccellam, exivit..... Erat enim nox.* Cantabr. *Accipiens ergo buccellam ille, exivit confestim. Erat autem nox.* Græc. Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν. Ἦν δὲ νύξ. A Ms. uno abest ἐκεῖνος. Ambros. l. 2. de Cain, c. 4. 213. d. legit: *Qui cùm accepisset buccellam, exivit continuò.*

℣. 31. Ms. Fossat. *Cùm exisset, dicit eis Jesus*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. *Cùm ergo exisset, dicit Jesus*, &c. Cantabr. *Cùm ergo exivit, dicit Jesus: Nunc glorificatus est ..... & Deus glorificatus est in illo.* Gr. Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· Νῦν ἐδοξάσθη..... καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Tertul. l. contra Prax. p. 855. b. *Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in illo.* Similiter habet Hilar. l. 11. de Trin. 1105. d. at sup. l. 9. 1009. d. & 1010. b. legit: *Nunc honorificatus est Filius hominis, & Deus honorificatus est in eo:* itidem l. 10. 1056. a. & l. 11. 1106. a. Ambros. verò l. 4. & 5. de fide, 545. e. & 571. c. e. *Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* Itidem legit Auct. quæst. N. T. q. 79. At Vigil. Tapf. l. 3. de Trin. *Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus honorificavit eum in se:* quæ postrema pertinent ad versum 32.

℣. 32. Mss. Corb. & S. Germ. rectè conveniunt cum textu Colb. & omittunt, *Si Deus clarificatus est in eo:* Corb. deinde 1. loco habet *clarificavit*, altero *clarificabit*; S. Germ. bis *clarificabit*. In Fossat. sic ... *& Deus clarificavit eum in semetipso, & Deus continuò clarificavit eum.* S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. à Vulgata nil differunt. Cantabr. hæc exhibet: *Et Deus glorificavit eum in semetipso, & confestim glorificavit eum:* absque his quæ præcedunt. Contra in Græco est: Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ· καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν. In Mss. quibusdam desunt, Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Cùm autem futurum δοξάσει, constanter legatur in Græco, pro verbo præterito *clarificavit*, vel *glorificavit*, quod ferunt Mss. Latini; facilè crediderim verbum *clarificavit*, positum esse pro *clarificabit;* ex more veterum codd. qui vulgò mutant B, in V, & V in B. Attamen Patres Latini præteritum retinent, scilicet Tertul. l. cont. Prax. p. 855. b. relatis his, *& Deus glorificatus est in illo*, ex ℣. 31. paulò post addit, *Et Deus glorificavit illum in semetipso*, prætermittens verba intermedia. Similiter Ambros. l. 4. & 5. de fide, col. 545. e. 571. c. post hæc, *& clarificatus est in eo*, de ℣. præced. statim subjicit, *Et Deus clarificavit eum*, prætermissis *Si Deus clarificatus est in eo.* At Hilar. l. 9. de Trin. 1009. a. legit: *Si Deus honorificatus est in eo, & Deus honorificavit eum in se: & Deus protinus honorificavit eum:* eadem rursus habet l. 11. 1106. a. ad verbum: ita etiam l. 9. 1010. c. & l. 11. 1105. d. 1106. c. præter hæc: *glorificatus est... glorificavit... glorificavit.*

℣. 33. Ms. Cantabr. *Filioli, adhuc pusillum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut..... Ubi ego vado*, &c. ut sup. Corb. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Et quæritis me: & sicut dixi*, &c. ut in textu. Fossat. *Quæritis me: sicut dixi*, &c. S. Germ. & S. Mart. *Quæritis me: & sicut dixi*, &c. Græc. Ζητήσετέ με· καὶ καθὼς εἶπον τοῖς..... Ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, &c. aliàs deest Ὅτι. Editio etiam una Parif. initio habet, ἔτι μικρὸν χρόνον· sed à Mss. omnibus abest χρόνον. Hilar. tract. in Ps. 126. col. 420. f. legit, *Filioli, adhuc pusillum vobiscum sum:* & in Ps. 131. col. 456. c. *Filii, adhuc vobiscum sum.* Et verò Mss. quidam Græci, loco Τεκνία, ferunt Τέκνα, teste Erasmo. Armen. Τεκνία μου. Hieron. l. 2. in epist. ad Ephes. to. 4. 357. a. *Filioli mei, adhuc modicum vobiscum sum.* Ambrosiast. col. 187. a. *Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Ambrosius l. 5. de fide, 571. c. *adhuc modicum vobiscum sum:* & in Ps. 118. 980. e. *Quò ego vado, vos non potestis venire.* August. in Joh. 7. to 3. col. 524. c. similiter habet, *Quò ego vado*, &c.

℣. 34. Ms. Corb. textui Colb. congruit, sublato etiam *ut & vos*, &c. Cantabr. Fossat. & Maj. Mon. ferunt: *Mandatum novum do vobis: Ut dilig. invic. sicut & ego dilexi vos, ut & vos*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *sicut & ego dilexi vos, ita & vos*, &c. S. Germ. delet *novum*, post *Mandatum;* in reliquis verò Vulgatæ congruit. S. Mart. ab ead. nil differt, nec Græcum. Mss. tamen plures omittunt omnia ab his, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ad finem. Hilarius in Ps. 132. col. 464. d. legit: *Diligite invicem, sicut ego dilexi vos.* August. in Job, to. 3. p. 1. col. 671. f. *Mandatum novum do vobis: Ut vos invicem diligatis:* & l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 59. b. *Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invicem.* Ambrosiaster, col. 96. a. *Præceptum novum do vobis: Ut diligatis invicem:* & infra, 209. a. *Novum mandatum do vobis: Ut diligatis invicem:* statimque subdit, *Et in hoc cognoscent omnes*, &c. prætermissis verbis intermediis. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. e. *Mandatum novum do vobis: Ut dilectionem habeatis ad alterutrum:* paulòque post: *In hoc cognoscent omnes*, &c. omissis aliis, ut sup.

℣. 35. Ms. Maj. Mon. *In hoc cognoscent homines quia*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *In hoc enim scient omnes quoniam mei discip. estis, si dilectionem habeatis in invicem.* Fossat. *ad invicem ad alterutrum;* cætera ut in Vulg. cui accinunt S. Mart. S. Germ. Corb. & S. Gat. unà cum Græco. Accinit etiam S. Leo ser. 47. p. 115. c. Ambrosiaster verò,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

36. Dicit ei Simon Petrus : Domine, quò vadis ? Respondit Jesus : Quò ego vado, non potes me modò sequi : sequêris autem postea.

37. Dicit ei Petrus : Quare non possum te sequi modò ? animam meam pro te ponam.

Matth. 26. 35. Marc. 14. 29. Luc. 22. 33. 38. Respondit ei Jesus : Animam tuam pro me pones ? Amen, amen dico tibi : Non cantabit gallus, donec ter me neges.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

36. Dicit ei Simon Petrus : Domine, quò vadis ? Respondit Jesus : Quò ego vado, tu non potes me modò sequi : sequêris autem postea.

37. Dicit ei Petrus : Domine, quare non possumus sequi te modò ? animam meam pro te ponam.

38. Respondit Jesus, & dixit ei : Animam tuam pro me pones ? Amen, amen dico tibi : Quoniam non cantabit gallus, donec ter me neges.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

209. a. habet : *Et in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem, qua dilexi vos, habueritis invicem.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 71. b. *Inde scio quia discipuli mei estis, si vos invicem diligatis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. e. *In hoc cognoscent omnes quia discip. mei estis, si charitatem ad alterutrum habueritis.* Auctor nescio quis, Arnob. aut Vigil. Tapf. puto : *In hoc cognoscent omnes quia mei estis disc. si dilectionem invicem conservetis.*

℣. 36. Ms. Cantabr. *Dicit illi Simon Petrus : Domine, ubi vadis ? Dicit illi Jesus : Ubi ego vado, non potes tu me sequi modò : postero autem me sequêris.* Corb. *Et dixit ei Simon Petrus*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *Dicit ei Simon Pet.... Respondit illi Jesus : Quò ego..... sequêris me postea.* S. Gat. *non potes tu sequi me : sequêris autem postea.* S. Mart. *non potes tu me modò sequi.* S. Germ. & Maj. Mon. Vulgatæ suffragantur. Græc. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι· ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι. Mss. plures, Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω. Ambros. l. de Isaac, c. 3. col. 360. d. habet : *Petro dicenti, Quò vadis ? respondit Verbum Dei : Non potes me sequi modò : sequêris autem postea :* & in Ps. 118. col. 980. e. *Domine, quò vadis ?* & infra : *Quò ego vado, non potes me modò sequi : sequêris autem postea.* August. in Joh. 7. to. 3. col. 524. c. *Quò ego vado, non potes me sequi modò : sequêris autem postea.*

℣. 37. Ms. Corb. *Dicit ei Petrus : Domine, quare non possum te sequi modò*, &c. Cantabr. *Dicit illi : Domine, quare non possum te nunc sequi modò*, &c. Cæteri Vulgatæ accinunt. Græcum Corbeiensi favet. Mss. tamen plures tollunt Κύριε, *Domine.* Ambros. l. 1. in Luc. 1268. d. legit : *Quare non possum te sequi modò ? animam meam pro te ponam :* nec aliter l. 2. de fide, 478. c. Item Aug. in Joh. 10. col. 612. d. *animam meam pro te ponam :* & sup. in Joh. 3. 375. g. *tecum usque ad mortem.*

℣. 38. Ms. Cantabr. *Respondit Jesus, & dixit illi : Animam tuam pro me ponis ?..... Quoniam non gallus cantabit, usquequo negabis me ter.* S. Germ. similiter habet *ponis*, sed reliqua ut in Vulgata. Corb. *Respondit Jesus, & dixit : Animam tuam.... pones ?... dico tibi : Non cantabit gallus, donec tu me neges.* Cæteri concordant cum Vulg. nisi quòd S. Mart. simpliciter habet *Respondit Jesus* initio, & in fine, *donec me ter neges ;* Fossat. verò, *donec ter me negabis.* Gr. ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς. Ambros. l. 5. Hexa. col. 112. d. *Non cantabit gallus, priusquam me ter abneges.* August. in Joh. 3. col. 375. g. *Tu mecum usque ad mortem ? Amen, amen dico tibi : Priusquam gallus cantet, ter me negabis.*

# CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. NOn turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt : si quò minùs dixissem vobis : Quia vado parare vobis locum.

3. Et si abiero, & præparavero vobis locum : iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.

4. Et quò ego vado scitis, & viam scitis.

5. Dicit ei Thomas : Domine, nescimus quò

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

1. ET ait discipulis suis : Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, & in me credite.

2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt : si quominus dixissem vobis : Quia vado parare vobis locum.

3. Et si abiero, & paravero vobis locum : iterum venio, & accersio vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.

4. Et quò ego vado * scitis, & viam nostis. * Ms. sitis.

5. Dicit ei Thomas : Domine, nescimus quò va-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. Cantabr. & S. Mart. conveniunt cum textu Colb. nisi quòd ille habet *vestrum cor ;* iste verò *Creditis in Deum.* Corb. S. Gat. & Maj. Mon. simpliciter, *Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, & in me credite ;* absque *Et ait discipulis suis :* quæ pariter silet Fossat. cum S. Germ. uterque etiam legit cum Vulg. *Creditis in Deum*, &c. Gr. similiter : Μὴ ταρασσέσθω..... Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. Quidam verò Mss. in principio ferunt, Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Hilar. l. 9. de Trin. 995. f. & 996. a. *Credite in Deum, & in me credite.* Itidem August. in hunc loc. & l. de dono persever. to. 10. 839. e. 840. e. Ambrosius verò l. 5. de fide, col. 573. d. *Creditis in Deum, & in me credite.*

℣. 2. Concinunt Mss. Corb. Fossat. S. Mart. & S. Gat. nec differunt S. Germ. & Cantabr. nisi quòd prior habet, *Quia vado locum parare vobis ;* posterior, *Quoniam eo parare locum vobis.* Maj. Mon. pro *quominus*, habet *alioquin ;* reliqua verò ut in textu. In Græco, εἰ δὲ μὴ εἶπον ἂν ὑμῖν· Πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν· sed Mss. plures præponunt Ὅτι, verbo πορεύομαι. Tertul. l. cont. Gnost. p. 827. c. ait : *Multæ mansiones apud Patrem :* & l. de resur. carn. p. 582. b. *Dominus multas mansiones, quasi domus, apud Patrem repromittit.* Similiter Hilar. in Ps. 64. col. 164. e. *Multas mansiones Dominus in cælis esse testatur.* Ambros. l. de bono mort. c. 12. col. 411. e. & in Ps. 38. col. 849. e. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt :* at l. de apol. Dav. 721. c. *Apud Patrem meum multæ mansiones sunt :* & in Ps. 118. 1023. d. *Multæ sunt mansiones apud Pat. meum.* Similiter habent Hieron. epist. 1. ad Rufin. to. 4. p. 2. col. 4. a. & Philastr. Brix. l. de hæres. pp. 710. g. 724. d. sed idem Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 220. c. textui accinit.

℣. 3. Ms. Corb. *Et si abiero, & præparavero vobis locum : iterum venio, & accersio vos ad meipsum*, &c. ut sup. Cantabr. *Et si abiero parare locum vobis : venio iterum, & adsumam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos eritis.* S. Gat. *Et si abiero, & paravero... & accipiam vos ad... & ubi sum ego, & vos sitis.* S. Germ. Fossat. &c. Vulgatæ congruunt. Gr. Καὶ ἐὰν πορευθῶ, καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς, &c. ut in Vulg. Mss. quidam ferunt πορευθῶ ἑτοιμάσαι. Ambros. tract. in Ps. 38. col. 849. e. legit : *Si abiero, & paravero vobis locum : iterum venio ad vos, & accersam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis :* & l. de bono mort. c. 12. 411. e. *iterum venio, & accersio vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis :* itidem in Ps. 118. col. 980. e. necnon inf. 1023. e. nisi quòd habet, *ecce venio, & accersio vos :* at l. 5. de fide, 577. d. *veniam iterum, & adsumam vos ad me.* Avit. Vienn. Sirm. to. 2. p. 173. a. *iterum venio, & accersio vos ad me, ut ubi sum ego, & vos sitis.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 220. c. f. *Et si abiero, & præparavero vobis locum : iterum veniam*, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Ms. Corb. *Et quò vado scitis, & viam nostis.* Cantabr. *Et ubi vado scitis, & viam scitis.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ concinunt ; cui etiam favet Græcum. Mss. tamen quidam tollunt ἐγώ. Ambros. l. de bono mort. c. 12. col. 411. f. legit : *Et quò vado vos scitis, & viam scitis :* similiter in Ps. 38. 849. e. deleto *vos.*

℣. 5. Sic habent Mss. Fossat. S. Germ. Corb. S. Mart. Maj. Mon. & S. Gat. nisi quòd postremus iste habet *nosse*.



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* dis : & quomodo possumus viam scire ?
6. Dicit ei Jesus : Ego sum via, & veritas, & vita : nemo venit ad Patrem, nisi per me.
7. Si cognovistis me, & Patrem meum cognovistis : & amodo nostis eum, & vidistis eum.

8. Dicit ei Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.
9. Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum : & non cognovistis me ? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem meum. Quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem ?
10. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est ? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem, qui in me manet, ipse loquitur ; & opera, quæ ego facio, ipse facit.

### Vulgata nova.

vadis : & quomodo possumus viam scire ?
6. Dicit ei Jesus : Ego sum via, & veritas, & vita : nemo venit ad Patrem, nisi per me.
7. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis : & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.
8. Dicit ei Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.
9. Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum : & non cognovistis me ? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem ?
10. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est ? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

### Notæ ad Versionem antiquam.

pro *scire.* Cantabr. *Dicit illi Thomas, qui dicitur Didymus : Domine, nescimus ubi vadis : & quomodo viam novimus ?* Græcum Vulgatæ favet. Ms. tamen quidam ad vocem *Thomas*, addit ὁ λεγόμενος Δίδυμος, ut in Cantabr. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. c. legit : *Domine, non scimus quò eas : & quomodo viam novimus ?*

℣. 6. Ita ferunt Mss. omnes, cum Græco. Accinunt etiam magno consensu Iren. l. 4. c. 7. p. 235. e. Tertul. l. cont. Prax. p. 855. c. Cypr. l. 2. & 3. Testim. pp. 296. a. 314. b. & epist. 73. & 74. pp. 134. b. 141. b. & Hilar. l. 7. de Trin. col. 939. a. & in Ps. 53. & 118. col. 99. e. 268. d. at idem Hilar. in Ps. 66. col. 383. f. legit : *nemo ad Patrem vadit, nisi per me :* itidem in Psal. 120. & 126. 383. f. 423. a. & l. 11. & 12. de Trin. 1101. b. 1136. c. in Ps. verò 127. 424. f. *nemo enim potest ad Patrem venire, nisi per me.* Ita quoque legit Novatian. l. de Trinit. p. 1050. a. Sed Ambros. l. de bono mort. c. 12. 411. f. & l. 1. & 5. de fide, 456. c. 577. c. & alibi passim textui Colb. concinit, necnon Victorin. Afric. l. 3. cont. Arium, p. 278. e. supra tamen Victorin. l. 1. p. 256. f. habet, *Ego sum via..... nullus venit ad Patrem, si non per me.* Zeno Veron. pp. 191. & 277. *Ego sum via, & veritas.* Augustin. in Joh. to. 3. col. 392. e. & l. 2. cont. Parmen. to. 9. col. 27. f. *Ego sum via, veritas, & vita :* item to. 3. col. 563. g. 597. e. 770. g. *Ego sum via, & veritas, & vita :* & in Ps. 5. to. 4. col. 17. a. *per me itur ad Patrem.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 80. a. *Ego janua, & via, & veritas.*

℣. 7. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. Cantabr. verò habet : *Si cognovistis me, & Patrem meum scietis : & amodo cognoscite eum, & vidistis eum.* S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt, nisi quòd prior delet vocem *utique ;* alter verò habet *me, forsitan & Patrem meum utique cognovissetis.* S. Mart. cum ea convenit ad verbum, nec differt Fossat. nisi uno *cognoscitis*, pro *cognoscetis.* Gr. Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν....... ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, &c. al. γνώσεσθε αὐτόν. Iren. l. 4. c. 7. p. 236. a. *Si cognovissetis* (al. *cognovistis*) *me, & Patrem meum utique cognovissetis : & amodo cognovistis eum, & vidistis eum.* Tertul. contra Prax. p. 855. c. *Si cognovissetis me, cognovissetis & Patrem : sed abhinc nostis illum, & vidistis illum.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. a. b. *Si me cognovistis, & Patrem meum cognovistis : & amodo nostis illum, & vidistis illum.* Hilar. l. 7. de Trin. 939. b. & seqq. 950. b. *Si scitis me, & Patrem meum scitis : & amodo scietis* (al. *scitis*) *eum, & vidistis eum.* Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 639. d. e. *Si me sciretis, & Patrem meum sciretis.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 256. f. *Si cognovistis me, & Patr. meum cognoscetis : amodo cognoscitis ipsum, & vidistis ipsum.* Aug. in hunc loc. *Si cognovistis me, & Patrem meum utique cognovistis* (Mss. *utique cognoscetis :*) *& amodo*, &c. ut in Vulgata.

℣. 8. Concinunt Mss. omnes, præter Cantabrig. qui habet, *Dicit illi Philip...... monstra nobis*, &c. Græc. δεῖξον. Tertul. l. contra Prax. p. 855. c. *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. a. *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Hilarius l. 7. de Trin. 939. b. & seqq. *Ait illi Philippus : Domine, ostende nobis*, &c. ut sup. Similiter habent Ambrosius l. 6. Hex. 128. c. & in Ps. 118. 1125. f. & Gaudent. Brix. serm. 14. p. 966. b. sed August. in Ps. 85. to. 4. col. 915. c. *Dicunt illi discipuli : Ostende nobis*, &c. in Joh. verò 8. to. 3. col. 552. b. de Philippo hæc habet : *Interrogavit, imò postulavit, & ait : Domine, ostende nobis*, &c. ut supra.

℣. 9. Ms. Fossat. *Dicit ei Jesus : Tanto tempore... Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem. Quomodo*, &c. ut supra. Cantabrig. *Dicit illi Jesus : Tanto tempore..... Philippe, qui vidit me, vidit Patrem. Et quomodo tu dicis : Monstra nobis Patrem ?* S. Germ. S. Mart. & S. Gat. Vulgatæ congruunt. Ita etiam Corb. & Maj. Mon. nisi quòd ille habet, *Tantum temporis ;* iste verò paulò post, *& non nostis me.* Gr. Τοσοῦτον χρόνον..... καὶ οὐκ ἔγνωκάς με ; Φίλιππε, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Καὶ πῶς, &c. Ms. unus, καὶ οὐκ ἐγνώκατέ με ; Φίλιππε, ὁρῶν ἐμὲ, ὁρᾷ τόν. Iren. l. 3. c. 13. p. 200. d. legit : *Tanto tempore vobiscum sum : & me non cognovisti ? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo*, &c. ut in Vulg. Tertul. l. contra Prax. pp. 855. c. 856. a. *Et Dominus : Philippe, tanto tempore vobiscum sum : & non cognovistis me ? Qui me videt, videt & Patrem :* & l. contra Marc. p. 853. a. *Qui me viderit, videt & Patrem.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. a. *Tanto tempore vobiscum sum : & non agnoscitis me ? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem.* Similiter Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei Fil. p. 246. e. *qui me vidit, vidit & Patrem :* at supra, p. 226. f. legit : *qui me videt, videt*, &c. Hilarius l. 7. de Trin. 939. d. & seqq. *Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum : & non nostis me ? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem. Quomodo*, &c. ut sup. itidem l. 1. 781. e. 793. c. *qui me vidit, vidit*, &c. sic etiam l. 9. & 11. 1021. d. 1089. c. & in Ps. 62. & 138. col. 153. b. 520. e. Ambrosius l. 1. in Luc. 1275. d. *Tanto tempore vobiscum sum : & adhuc me non cognovistis ?* & sup. 1267. f. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem, qui me misit. Quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem ?* similiter l. 1. de fide, 453. d. nisi quòd habet, *Et quomodo tu dicis :* vide etiam in Ps. 35. & 43. col. 774. e. 891. f. & l. 10. in Luc. 1538. d. & l. 6. Hex. 128. c. ubi constanter, *qui videt... videt*, &c. Accinunt Ambrosiast. col. 184. a. & 264. d. Auct. quæst. N. T. q. 97. col. 86. e. Gaud. Brix. ser. 14. & 19. pp. 966. b. 973. c. Phœbad. Agin. l. cont. Arian. pp. 303. e. 304. f. necnon Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, pp. 274. h. & 288. g. at supra Victorin. p. 269. a. legit : *si quis me videt, videt & Patrem :* & l. 3. p. 275. a. *qui me videt, videt Deum :* l. verò 1. p. 262. c. *si quis me vidit, vidit & Patrem :* & l. 2. & 3. pp. 272. h. 278. h. *qui me vidit, vidit & Patrem.* Itidem August. in Joh. 10. to. 3. col. 618. b. & ser. 289. to. 5. 1157. d. & l. de spir. & lit. to. 10. 120. b. & in Ps. 45. to. 4. 399. a. ita quoque in Ps. 85. 915. e. nisi quòd hæc præponat : *Dicit ei Jesus : Tanto tempore..... & non me nostis ?* & epist. 147. to. 2. 495. d. *& adhuc me non cognovistis ?* & in Psal. 76. 805. d. *& non vidistis me ?* deinde, *Philippe, qui me vidit, vidit*, &c. item in Joh. 7. to. 3. col. 516. b. *Tanto tempore vobiscum sum : & non cognovistis me ? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem :* & infra, 552. d. *Tanto tempore..... & me nescitis ? Philippe, qui me vidit*, &c. Faustin. presb. l. cont. Arian. pp. 639. e. 647. e. *Tanto tempore vobiscum sum : & non me nosti ? Philippe, qui me vidit, vidit & Patrem :* supra verò, 639. d. *qui me videt, videt & Patrem.*

℣. 10. Ms. Corb. *Non credis quia ego in Patrem, & Pater in me est ? Verba, quæ ego loquor..... Pater autem in me manens, ipse loquitur ; & opera, quæ facio, ipse facit.* Cantabrig. *Non credis quoniam ego in Patre, & Pater in me est ? Verba, quæ ego locutus sum vobis, à me non loquor. Pater autem, qui in me manet, facit opera sua.* S. Germ. & Fossat. initio similiter habent *Non credis ;* reliqua verò ut in Vulgata, nisi quòd S. Germ. in fine addit *autem*, post *ipse ;* & Fossat. legit *manet*, pro *manens.* Ms. S. Mart. in omnibus cum eadem Vulgata concordat ; sicut & Græcum, si exceperis Οὐ πιστεύεις. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. d. post hæc

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?

12. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

Matth. 7. 8. & 21. 22. Marc. 11. 24. Inf. 16. 23.

13. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.

14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

15. Si diligitis me, mandata mea servate.

16. Et ego rogabo Patrem, & alium Para-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbertino.

11. Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est.

12. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, quia qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

13. Et quodcunque ab illo petieritis in nomine meo, ego faciam: ut clarificetur Pater in Filio.

14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

15. Si diligitis me, præcepta mea custodite.

16. Et ego rogabo Patrem, & alium Advoca-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

verba, *Ostende nobis Patrem*, statim subdit: *Ego enim in Patre, & Pater in me: & amodò cognovistis eum, & vidistis:* quæ postrema pertinent ad ℣. 7. & infra, l. 5. c. 18. p. 315. c. *quoniam ego in Patre, & Pater in me est.* Tertul. l. contra Prax. pp. 856. a. 853. a. *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?* & paulò post: *Verba, quæ ego loquor vobis, non sunt mea. Pater autem manens in me, facit opera:* mox addit: *Ego sum in Patre, & Pater in me.* Hilarius in Ps. 138. col. 520. e. f. *Non credis mihi quoniam ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, non à me loquor: sed Pater, qui in me manet, ipse facit opera sua:* eadem rursum refert l. 7. de Trin. 939. e. & 940. e. & 941. f. & seqq. nisi quòd 941. f. & 942. d. & 943. c. ipso initio legit *creditis*, pro *credis*, quod in aliis locis est: item l. 9. 1002. d. *Non creditis mihi quòd ego in Patre, & Pater in me? Verba, quæ ego..... non à me loquor*, &c. ut sup. ita quoque 1021. d. & l. 8. 950. b. ab his, *Verba, quæ ego loquor:* at infra, 1013. c. *Verba, quæ ego loquor vobis, non ego loquor: sed Pater, qui in me manet, ipse fecit opera sua:* & tract. in Ps. 135. col. 488. a. *Pater, qui in me est, ipse facit opera sua:* & in Ps. 59. col. 138. d. *Pater, qui in me loquitur, ipse facit opera sua.* Ambrosius l. 6. Hex. col. 128. c. legit: *Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* eadem repetit l. 1. in Luc. 1267. f. & l. 1. de fide, 453. d. at 448. b. & l. 4. & 5. 533. c. 575. b. *Pater meus, qui in me manet, ipse loquitur; & opera, quæ ego facio, ipse facit:* & l. 3. 513. d. *Pater autem, qui in me manet, ipse facit opera:* paulòque post, ac l. 2. 489. d. *opera, quæ ego facio, ipse facit:* & l. de incarn. 722. d. *Pater, qui in me manet, ipse & opera, quæ ego facio, ipse facit.* Augustinus in Ps. 85. to. 4. col. 915. c. *Nescitis quia ego in Patre, & Pater in me?* & in Joh. 5. to. 3. 451. f. *Pater autem in me manens, ipse facit opera sua.* Hieron. in Ose. 2. col. 1253. & Ambrosiast. col. 264. d. *Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Itidem habet Gaudent. Brix. ser. 14. p. 966. b. Sic etiam Victorin. Afr. l. 1. & 3. contra Arium, pp. 256. g. 278. h. præter *quòd*, pro *quia*. Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. h. *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me?* & paulò supra: *Verba, quæ loquor, non sunt mea, sed Patris:* item, *& Pater in me manens, ipse facit opera.* Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 640. c. *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse loquitur; & opera, quæ ego facio, ipse facit:* quæ optimè concordant cum textu Colb. Vigil. Taps. l. 2. contra Arium & Sab. habet: *Ego ex me nihil facio: sed Pater in me manens, ipse facit opera:* & l. 3. de Trin. *opera, quæ ego facio, non sunt mea; sed ejus, qui me misit, Patris: ipse operatur opera sua.* Auct. quæst. N. T. qq. 79. & 97. col. 75. c. 89. d. *Pater autem in me manens, ipse operatur.*

℣. 11. Ms. Corb. *Credite quia ego in Patrem, & Pater in me.* Cantabrig. *Credis mihi, quoniam Pater in me, & ego in Patre.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. cum Vulgata congruunt. Græc. Πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν· Ms. unus in principio habet, Οὐ πιστεύετε. Tertul. l. contra Prax. p. 856. b. legit: *Credite quia ego in Patre, & Pater in me.* Hilarius in Ps. 138. col. 520. f. *Credite mihi, quoniam ego in Patre, & Pater in me:* similiter l. 7. de Trin. col. 939. e. seqq. & 1002. d. 1019. b. 1021. d. Ambrosius l. 5. de fide, col. 575. c. *Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est:* similiter habet, *ego in Patre, & Pater in me est*, l. 1. de fide, 448. b. & in Ps. 43. 45. & 118. col. 900. d. 931. c. 1119. d. & alibi. Itidem Gaudent. Brix. ser. 19. p. 973. c. *Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est.*

℣. 12. Ms. Corb. *Alioquin vel propter opera ipsa credite mihi. Amen..... quia qui credit in me, opera, quæ ego facio, etiam ipse faciet, & majora eorum faciet: quia*, &c. ut sup. Cantabrig. *Sin autem vel propter opera ipsa credite. Amen..... vobis, qui credit..... & ille faciet, & majora horum faciet: quoniam*, &c. S. Germ. verò, Fossat. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt, nisi quòd Fossat. & S. Mart. habent *facit*, pro *faciet*. Græc. Εἰ δὲ μὴ διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι..... κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι. Ms. unus delet μοὶ, post πιστεύετε; & à pluribus aliis abest μου, post Πατέρα. Tertul. ubi sup. *Si quominus vel propter opera credite.* Hilar. in Ps. 138. col. 520. f. *Sin autem vel propter opera credite:* similiter l. 7. de Trin. 939. e. & locis supra citatis, nisi quòd addit aliquando *ipsa*, ad *opera*: at l. 2. col. 800. a. & in Ps. 138. col. 520. e. f. *vel operibus meis credite, quia Pater in me, & ego in Patre.* Ambros. l. 5. de fide, col. 575. c. *Alioquin propter opera ipsa credite:* & supra, col. 513. e. *qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet:* & in Ps. 118. col. 1005. b. & l. 1. de pœnit. 399. e. *& majora his facietis:* & in eund. Ps. col. 1231. b. necnon l. 5. de fide, 563. c. *ego ad Patrem vado.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. *qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora his faciet: quia ego ad Patrem vado.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 30. col. 157. b. *qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 256. g. *quod ipse facit, & faciet omnia: quoniam ego à Patre.* August. in Joh. 9. to. 3. col. 591. d. de Domino ait, quòd dixerit discipulis suis, *majora horum facietis.*

℣. 13. Ms. Corb. *Et quodcunque petieritis in nomine meo, ego faciam: ut clarificetur Pater in Filio.* Itidem in S. Germ. præter voculam *hoc*, pro *ego*. Fossat. etiam delet *Patrem*, post *petieritis*, sicut Cantabrig. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cætera verò habent ut in Vulgata: quibus Mss. Græcum consonat. Quidam tamen codd. Græci ferunt, αἰτήσητε τὸν Πατέρα· alii, αἰτήσητέ με. Ambros. in Ps. 118. col. 1231. b. & l. 5. de fide, 563. d. *Et quodcunque ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam.* August. in hunc loc. *Et quæcunque petieritis in nomine meo, hæc faciam: ut glorificetur*, &c. infra verò, *Et quodcunque..... hoc faciam.* Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 278. h. *Et si quid aliquando petieritis in nomine meo, istud faciam:* & l. 1. p. 256. g. *Et quod petieritis in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in me.*

℣. 14. Mss. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.* Itidem Cantabr. præter *ego faciam*, pro *hoc faciam*. Corb. verò sic: *Et si quid petieritis à Patre meo in nomine meo, ego faciam.* In Græco: Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω. Mss. plures addunt με, verbo αἰτήσητε· & quidam pro ἐγὼ, habent τοῦτο. August. in hunc locum: *Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.*

℣. 15. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. S. Germ. verò, Fossat. Cantabrig. S. Gat. &c. cum Vulgata, cui etiam Græcum favet. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. cum Auct. quæst. N. T. q. 92. col. 83. e. & Rustico Card. contra Aceph. p. 355. a. *Si diligitis me, præcepta mea servate.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 210. g. & Ambros. l. de Spir. S. col. 639. a. *Si diligitis me, mandata mea servate.* Concinunt Vigil. Taps. l. 12. de Trin. & Maximinus Arian. episc. ap August. to. 8. col. 655. b. Sed Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 278. h. *Si enim me amatis, mandata mea custodite:* & l. 1. p. 256. g. *Si me dilexeritis, & mandata mea custodieritis: ego rogabo*, &c. de ℣. seq.

℣. 16. Ms. Corb. textui Colb. congruit, nisi quòd habet *Paracletum*, loco *Advocatum*. S. Germ. Fossat. Maj. Mon. S. Mart. & S. Gat. Vulgatæ concinunt ad verbum, unà cum Græco; nec differt Cantabr. nisi verborum ordine sub finem, nempe, *ut maneat in æternum vobiscum.* Codex unus Græcus addit μου, ad *Patrem*. Tertul. l. contra Prax. p. 847. b. legit: *Rogabo enim Patrem, & alium Advocatum* (sup. & inf. *Paracletum*) *mittet vobis.* Novatian. l. de Trin. pp. 1050. b. & 1051. b. *Et ego rogabo Patrem, & alium Ad-*

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Colbert.* tum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum,

17. Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum: vos autem nostis illum: quia vobiscum manet, & vobiscum est.

18. Non relinquam vos orphanos: venio ad vos.

19. Adhuc modicum: & hic mundus me jam non videt. Vos autem videbitis me: quia ego vivo, & vos vivetis.

20. In illa die cognoscetis vos, quia ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

21. Qui audit præcepta mea, & servat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

### Vulgata nova.

clitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum,

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit.

18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

19. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis.

20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*vocatum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum.* Itidem legit Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 210. g. & Maximinus ubi supra. Ita etiam Hilar. l. 2. de Trin. 805. d. e. detracto *Et* initio; positoque *mittet*, pro *dabit*: similiter in Ps. 120. 379. f. *& alium Advocatum mittet vobis*: at in Ps. 125. 410. b. *mittet vobis & alium Consolatorem.* Ambrosius l. 2. in Luc. col. 1286. a. 1312. f. *Rogabo* (al. *Et rogabo*) *Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum*: itidem l. de Spir. S. 612. d. sed infra, 628. d. paulò aliter legit, nempe: *Rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis, qui vobiscum sit in æt.* & 639. a. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracl...... ut maneat vobiscum in æt.* Hieron. in Isai. 40. to. 3. col. 300. f. *Rogabo Patrem meum, & alium Consolatorem dabit vobis, ut sit vobiscum in sempiternum*: & in Isai. 57. 424. a. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum semper.* Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, p. 256. h. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum*: & l. 3. p. 279. a. *Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paracl. dabit vobis, ut vobiscum sit in omne tempus.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 305. b. *Petam à Patre meo, & alium Advocatum dabit vobis.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 749. a. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclet. advocatum dabit vobis*: l. verò 2. & 4. de Trin. p. 777. d. p. 782. g. *Rogabo Pat. meum, & alium Paracl. mittet vobis*: demum l. 12. Vulgatæ concinit ad verbum. Junilius Afr. l. 2. de partib. divin. leg. p. 349. d. *Ego rogabo Patrem meum, & alterum Paracletum mittet vobis, ut maneat vobiscum in æternum.* Rustic. Card. cont. Aceph. p. 355. a. *Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paracl. dabit vobis, ut maneat vobiscum in sempiternum*: mox addit, *Non dixit, aliud consolatorium Spiritum, sed, alium Paracletum.* Auctor quæst. N. T. q. 92. col. 83. e. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracl. dabit vobis, ut vobiscum sit in æt.* idem habet q. 97. col. 88. f. Maxim. Taurin. p. 28. f. *Cùm autem ascendero, rogabo Patrem meum, & mittet vobis alium Paracletum, qui vobiscum sit in æternum.*

℣. 17. Ms. Corb. *Spiritum verit. quem mundus non potest acc. quia non vidit eum, nec cognoscit eum: vos autem nostis eum: quia vobiscum manet, & vobiscum est.* Cantabr. *Spiritus veritatis, quem mundus non..... quia non videt eum, nec adnoscit eum: vos autem scitis eum: quoniam apud vos manet, & in vobis est.* S. Gat. *Spiritum verit. quem hic mundus non... quia non videt eum, nescit eum,* &c. Maj. Mon. *quem mundus..... quia qui non videt eum, nescit eum,* &c. S. Germ. *quia non vidit eum, nescit eum: vos autem cognoscitis eum;* &c. Fossat. *quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscitis,* &c. S. Mart. *quia non videt, nec scit eum: vos autem cognoscitis eum;* cætera verò hi omnes habent ut in Vulgata. Græc. ὅτι ού θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό· ὅτι παρ᾽ ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσαι· alii, γινώσκετε αὐτό· ὅτι ἐν ὑμῖν μενεῖ, καὶ ἐν ὑμῖν ἐσι. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. g. legit: *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quoniam non videt illum, nec agnoscit: vos agnoscitis eum: quoniam vobiscum manet, & in vobis est.* Ambros. l. 2. in Luc. col. 1312. f. *Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec agnoscit eum*: itidem l. de Spir. S. col. 612. d. excepto *cognoscit*, pro *agnoscit*: sic etiam infra, col. 639. a. ubi addit: *vos autem scitis eum: quia apud vos manet, & in vobis est.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 256. g. *Spiritus veritatis, quem mundus videre non potest*: subinde: *vos autem cognoscitis ipsum: quoniam apud vos manet.* Cerealis l. contra Maximin. c. 20. p. 675. b. *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia mundus non videt eum, nec cognoscit eum: vos autem cognoscitis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *Spiritum verit. quem mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec cognoscit eum: vos autem cognoscitis eum: quia apud vos manet, & in vobis erit.* Auct. quæst. N. T. q. 92. col. 83. e. *Spiritum verit. quem mund. non potest accip. quia non videt, nec cognoscit eum: vos videtis eum, & cognoscitis: quia apud vos manet, & vobiscum est*: at infra, *vos videbitis eum: quia apud vos manebit, & vobiscum erit.* Maximin. Arian. episc. ubi sup. *Spiritum veritatis, quem hic mundus accipere non potest, quoniam non videt eum, nec novit eum: vos autem vidistis eum, & cognoscitis eum: quia apud vos manet, & in vobis est.* Tertul. l. contra Prax. p. 847. b. Novatian. l. de Trin. p. 1051. a. b. Hilar. l. 2. de Trinit. col. 805. d. Hieron. in Isai. 40. col. 300. f. Maxim. Taurin. ubi sup. & Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 749. a. similiter habent *Spiritum veritatis*, hæc duo verba adnectentes versui præcedenti. Rusticus verò disp. contra Aceph. p. 355. a. *illum Spiritum veritatis.*

℣. 18. Ms. Corb. convenit cum textu Colb. Cantabrig. verò habet, *Non dimittam vos orphanos: venio ad vos.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Gr. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς..... ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Ambros. l. 5. in Luc. col. 1360. a. *Non relinquam vos orphanos.* Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, p. 256. g. *Non vos relinquam orph. veniam ad vos*: & infra, p. 279. b. *Non vos dimittam orph.; veniam ad vos.*

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Adhuc pusillum: & hic mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quoniam,* &c. ut sup. S. Gat. *Adhuc modicum: & mundus me jam non videbit. Vos autem videtis me: quia,* &c. S. Germ. Fossat. Corb. &c. nil differunt à Vulg. nec etiam Græcum. Hilarius l. 8. de Trin. 956. b. *& hic mundus me jam non videt. Vos autem me videbitis: quoniam ego vivo, & vos vivetis.* Victorin. Afric. l. 3. contra Ari. p. 279. b. *mundus me jam non videbit. Vos autem videbitis me: quoniam vivo ego, & vos vivetis.*

℣. 20. Ms. Corb. textui Colb. congruit, sicut etiam S. Germ. & Fossat. unà cum Græco. Cantabrig. *In illo die cognoscetis vos, quoniam,* &c. Cæteri Vulgatæ accinunt. Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 256. h. sic legit: *Illa die cognoscetis, quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Itidem Hilar. l. 8. de Trin. 956. b. sed ablatis verbis, *Illa die cognoscetis*; verbo scilicet *vivetis*, quod ultimum est versûs antecedentis, statim subjungit ista, *quoniam ego in Patre,* &c.

℣. 21. Ms. Fossat. *Qui audit mandata mea..... ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo,* &c. Corb. *Qui habet præcepta mea, &..... ille est, qui diligit me: diligetur à Patre meo, & ego..... & manifestabo ei & meipsum.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant, sicut & Cantabrig. nisi quòd sub finem habet, *ostendam illi*, pro *manifestabo ei*. Gr. ἐμφανίσω αὐτῷ, cæteraque ut in Vulg. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. h. *Qui audit mandata* (al. *præcepta*) *mea, & custodit illa: ille est, qui me diligit. Qui autem me diligit, diligetur à Patre meo: & ego diligam illum, & ostendam illi meipsum.* Augustinus in Joh. 5. & 16. col. 463. d. 752. a. & l. 1. de Trin. to. 8. 761. e. 827. b. *Qui habet mandata mea, & custodit* (al. *servat*) *ea: ille est, qui diligit me. Qui autem* (in Joh. utrobique *Et qui*) *diligit me, diligetur à..... & ego diligam eum, & ostendam* (al. *manifestabo*) *meipsum illi*: & in Joh. 5. & 8. col. 447. e. 568. g. *Qui diligit me, mandata mea custodit. Et qui diligit me, diligetur..... & ostendam meipsum illi*: itidem epist. 147. to. 2. col. 493. b. *& ostendam me-*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

22. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

23. Respondit Jesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus:

24. qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed ejus, qui misit me, Patris.

25. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.

26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

22. Ait illi Judas, non ille Scariotha, sed alius: Domine, quid factum est, quia nobis incipis manifestare teipsum, & non huic mundo?

23. Respondit Jesus, & dicit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servavit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum manemus:

24. qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, meus non est: sed ejus, qui me misit, Patris.

25. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.

26. Paraclitus autem ille Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis quæcunque dixero.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo hic mundus dat, ego do vobis. Non conturbetur cor vestrum, neque formidet.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ipsum illi:* rursum in Job, to. 3. col. 671. f. *Qui me diligit, diligetur à Patre meo.* Sic etiam Ambros. l. de Spir. S. col. 626. f. & epist. 1. col. 753. e. sed addit, *& ego diligam eum.* Maximinus Arian. apud August. to. 8. col. 672. g. *Qui audit mandata mea, & custodit ea: ille est, qui diligit me. Qui autem..... & ego diligam illum, & veniemus, & mansionem apud eum faciemus:* quæ ultima pertinent ad ℣. 23. hujus cap. Cassiod. in Ps. 17. p. 58. b. *Qui audit verba mea, & facit ea: hic est, qui diligit me.* Gaudent. Brix. ser. 13. p. 965. a. *Qui habet præcepta mea, & servat ea: ille est, qui diligit me.*

℣. 22. Ms. Corb. *Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia incipis manifestare nobis teipsum huic mundo?* Cantabrig. *Dicit illi Judas, non qui à Scaryotes: Domine, quid est, quoniam incipies nobis ostendere teipsum, & non huic mundo?* S. Germ. *Dicit ei Judas, non ille Scariothis;* S. Mart. *non ille Scariothes:* deinde Fossat. *Domine, quid facturus es, quia nobis manifestaturus es teipsum, & non huic mundo?* Maj. Mon. *Domine, quid factum est, quòd nobis manifestas te, & non huic mundo?* In cæteris hi omnes cum Vulgata consonant, à qua nil differt Ms. S. Gat. Græc. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης· Κύριε, τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν, &c. ut in Vulg. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 210. h. *Ait illi Judas, non Iscarioth: Domine, quid factum est, quod manifestas te nobis, & non huic mundo?* August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 761. g. *Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia ostensurus es te nobis, & non huic mundo?*

℣. 23. Ms. Cantabrig. *Respondit Jesus, & dixit illi: Si quis dil. me, verbum meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniam, & ad eum habitaculum faciam.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt, sicut etiam Corb. cum Fossat. nisi quòd prior habet *dicit*, pro *dixit*; alter *diligit*, pro *diliget*. Græc. nil differt à Vulg. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. legit: *Si quis me diligit, sermonem meum custodiet, & Pater meus diligit illum, & ad eum veniemus, & mansionem apud illum faciemus.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 210. h. *Si quis me diligit, sermonem meum custodiet, & Pater meus diliget illum, & ad illum veniemus, & apud eum manebimus.* Hilar. in Ps. 131. col. 449. a. & l. 8. de Trin. 963. a. *Si quis diligit me, verbum meum servabit*, &c. ut in Vulg. Hormisd. epist. 25. Conc. to. 4. 1466. e. & Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 625. e. *Qui diligit me, sermonem meum servabit*, &c. ut in Vulg. rursus Ambros. epist. 43. col. 972. c. *veniemus ad eum, & mansionem apud*, &c. at in Ps. 118. col. 1117. e. & l. 5. de fide, 577. f. & l. 3. de Spir. S. 684. a. *ego, & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud*, &c. August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 761. g. Vulgatæ concinit ad verbum. Epiphan. in 2. 8. Cantici Cantic. *Qui diligit me, mandata mea custodit.*

℣. 24. Ita ferunt Mss. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. Ita etiam Fossat. cum S. Germ. nisi quòd ille habet, *qui autem non diligit me;* iste, *Et sermo, quem audistis.* In Cantabr. sic: *qui non diligit me, verba mea non servabit. Et verbum meum, quod audistis, non est meum: sed ejus, qui me misit, Patris.* In Ms. S. Mart. omnia ut in Vulgata. Gr. ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ. Καὶ ὁ λόγος, ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς· ἀλλὰ τοῦ, &c. Armen. habet, ὁ λόγος ὁ ἐμὸς, ὃν ἀκούετε. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. h. legit: *qui non me diligit, sermones meos non custodit.* Gaudent. Brix. ser. 14. p. 965. g. *Et sermo meus, quem audistis, meus non est: sed ejus, qui misit me, Patris.* Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *Verba, quæ vobis locutus sum, non sunt mea: sed ejus, qui me misit, Patris.*

℣. 25. Sic habent Mss. omnes, cum Græco. Ita quoque legunt August. in Joh. 17. to. 3. col. 758. e. & l. 1. de Trin. to. 8. col. 765. f. & Gaudent. Brix. ser. 14. p. 965. g.

℣. 26. Ms. Corb. textui Colb. congruit, nisi quòd retinet *omnia*, ante *quæcunque*. Cantabrig. habet: *Paracletus autem Spir. S. quem mittet Pater meus in nom... & commonebit vos omnia, quæcunque dixero vobis.* S. Germ. similiter addit vocem *meus*, ad *Pater*; cætera verò habet ut in Vulg. cui codices alii consonant ad verbum. Gr. Ὁ δὲ Παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ... ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν· al. πάντα, ὅσα εἶπον ὑμῖν. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. *Advocatus autem ille Spiritus sanctus, quem missurus est Pater, ille vos docebit, & commemorabit omnia, quæcunque dixero.* August. in Joh. 17. to. 3. col. 758. e. non differt à Vulg. nisi voce *Paracletus:* secus l. 1. de Trin. to. 8. col. 765. ubi habet: *Advocatus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vobis declarabit omnia.* Ambros. l. 2. de fide, col. 485. a. *Paraclitus autem ille Spiritus S. quem mittet Pater in nom. meo, ille vos docebit omnia.* Victorin. Afr. l. 1. adv. Arium, pp. 255. a. 256. h. *Paracletus autem sanctus Spiritus, quem Pater mittet in nomine meo, ille* (al. *ipse*) *vos docebit omnia, quæ ego dixero:* & infra, l. 3. p. 279. c. *...in nomine meo, vos docebit omnia, quæcunque dico.* Gaud. Brix. serm. 14. p. 965. g. *Paracletus autem ille Spiritus sanctus, quem mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, & admonebit vos omnia, quæ ego dixi vobis.* Vigilius Taps. l. 4. de Trin. *Advocatus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & admonebit quæcunque dico vobis.* Vide Faustum inf. cap. 16. ℣. 13.

℣. 27. Ms. Corb. aptè convenit cum textu Colbert. nisi quòd addit *meam*, post 1. *Pacem.* Ms. Maj. Mon. similiter geminat vocem *meam*, sed in cæteris convenit cum Vulgata. Fossat. habet, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, &c. ut in Vulg. Cum eadem concordat Ms. S. Gat. deletis his, *pacem meam do vobis.* Eidem in omnibus suffragantur S. Germ. & S. Mart. Secus Cantabrig. in quo sic: *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis: non sicut mundus dat, ego.... Non conturbetur vestrum cor, neque trepidetur.* Gr. Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν... Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω· at Ms. unus delet, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 203. a. *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis:* & l. 3. Testim. p. 304. b. *Pacem vobis remitto, pacem meam*, &c. Hilar. in Ps. 119. col. 377. c. *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis:* & in Ps. 118. col. 291. e. *Non turbetur cor vestrum, neque trepidet.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 292. d. *Ne conturbetur cor vestrum, neque timeatis.* August. l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 59. b. cum Ambros. l. de fuga sæculi, c. 5. 428. e. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis:* idem Ambr. in Ps. 118. col. 1188. a. & alibi passim: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: non sicut mundus dat, ego do vobis:* similiter l. 4. de interpel. Dav. c. 3. 664. d. nisi quòd postponit *do*, verbo *relinquo:* rursus epist. 9. col. 795. f. *Pacem meam do vo-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 28. Audistis quia dixi vobis : Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis, quoniam vado ad Patrem : quia Pater major me est.

29. Nunc dixi vobis antequam fiat : ut cùm factum fuerit, credatis.

30. Jam non multa loquor vobis : venit enim hujus mundi princeps, & in me non habet quidquam.

31. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut præceptum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

VULGATA NOVA.

28. Audistis quia ego dixi vobis : Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem : quia Pater major me est.

29. Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat : ut cùm factum fuerit, credatis.

30. Jam non multa loquar vobiscum : venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.

31. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. Act. 1. 21.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*pacem meam vel. vo. Non turbetur cor vestrum : non quomodo hic mundus dat, ego do vobis.* Faustin. presbyt. libell. prec. p. 656. e. *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis : non sicut hic mundus dat, ego do vobis.* Optat. l. 1. cont. Donat. p. 2. a. & Epiphan. in 8. 10. Cantic. Cantic. *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Itidem Siric. epist. 5. p. 657. necnon Auct. quæst. N. T. q. 92. col. 83. d. qui addit : *non sicut hic mundus dat, ego do vobis.* Chromat. Aquil. in Matthæum, p. 979. b. *Pacem relinquo, pacem meam do vobis.* Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 6. p. 94. *Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis :* & l. 3. c. 28. p. 134. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.*

℣. 28. Ms. Corb. textui Colbert. accinit ad verbum ; S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ. Cantabr. habet : *Audistis quoniam ego dixi vobis..... Si diligatis me, gaudebatis utique, quoniam vado.... quoniam Pater*, &c. Græc... Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν, ὅτι εἶπον, Πορεύομαι πρὸς τὸν, &c. sed Mss. plures delent εἶπον. Hilar. l. 9. de Trin. 1019. d. eadem prorsus habet quæ in textu Colb. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. *Si me diligeretis, gauderetis, quia eo ad Patrem : quia Pater major me est :* at sup. p. 1043. b. *quon. qui me misit, major me est.* Similiter Hieron. in Eccles. to. 2. col. 748. b. *Pater, qui me misit, major me est.* Vigil. Taps. l. 3. de Trin. pp. 778. 781. a. & f. *qui misit me, major me est.* Tertul. l. contra Prax. pp. 847. b. 850. c. *Pater major me est.* Sic etiam Iren. l. 2. c. 28. Cypr. l. 3. Testim. p. 321. a. *Si me dilexissetis, gauderetis, quoniam vado ad Patrem : quia Pater major me est :* & l. de mortal. p. 230. c. *Si me dilexissetis, gauderetis utique*, &c. Ambros. epist. 9. col. 795. f. *Si diligeretis me, gauderetis, quia dixi, Vado ad Patrem : quia Pater major me est.* Itidem habet Arnob. l. de Trinit. p. 210. c. deleto tamen verbo *dixi.* Gaudent. Brix. ser. 19. pp. 974. h. 975. c. *Si diligeretis me, gaud. utique, quòd vado ad Patrem : quia Pater major me est.* Concinit Auctor quæst. N. T. q. 72. col. 72. c. & q. 122. col. 132. f. Victorin. Afric. l. 1. cont. Ari. p. 257. b. *eo ad Patrem : quoniam Pater major me est :* & sup. p. 256. a. *Pater meus major me est.* Capreol. Carth. ep. ad Vital. Conc. Hispan. to. 2. p. 199. *Si diligeretis me, gauderetis, quia eo ad Patrem : quia Pater major me est.*

℣. 29. Ms. Corb. *Nunc dixi antequam fiat*, &c. ut sup. Cantabrig. *Et nunc dixi vobis antequam fiat........ credatis mihi.* Ms. S. Gat. *Et nunc dixi vobis priusquam fiat... credatis quia ego sum.* S. Mart. *priùs fiat ;* cætera ut in Vulg. cui favent alii. Codex unus Gr. πιστεύσητε, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· *credatis, quia ego dixi vobis.* Ambros. l. 2. de fide, col. 481. e. *Propterea dixi vobis priusquam fiat, ut cùm factum fuerit, credatis.*

℣. 30. Ms. Corb. *Jam non multa loquar vobis : venit enim*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Jam non multa loquor vobiscum : quia venit enim princeps*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Jam non multa loquar vobiscum : venit enim hujus mundi princeps, & in me non habet nihil invenire.* S. Germ. Fossat. S. Matt. & S. Gat. Vulgatæ suffragantur ; nec refragatur Græcum. Mss. tamen plerique delent τούτου, post vocem *mundi ;* & Hilar. in Pss. 58. ac 68. col. 129. c. 218. f. legit, *ecce veniet princeps mundi, & non inveniet in me quidquam :* at in Ps. 138. col. 525. d. *ecce venit princeps hujus mundi, & non invenit in me quidquam :* & in Matth. 619. d. *venit princeps hujus sæculi, & non invenit in me quidquam :* & l. 9. de Trin. 1021. a. *venit enim princeps hujus mundi, & in me habet nihil.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 9. col. 340. d. & l. de Isaac, c. 6. 374. a. *venit mundi hujus princeps, & in me inveniet nihil :* itidem l. de Jacob, c. 5. 467. a. & l. de virginit. 239. e. at l. de fuga sæc. c. 4. 427. e. & in Ps. 118. 1057. e. & l. 4. in Luc. 1344. f. *venit enim princeps mundi hujus, & in me invenit nihil :* & l. 1. offic. col. 63. e. *veniet hujus mundi princeps, & in me inveniet nihil :* lib. verò de Tob. c. 9. 601. c. *ecce venit hujus mundi princeps, & in me suum non invenit nihil :* & in Ps. 38. 853. f. *veniet hujus mundi pr. & in me suum inveniet nihil.* Oros. l. contra Pelag. p. 452. c. *venit princeps mundi hujus, & nihil in me invenit suum.* Ambrosiast. 118. d. *princeps hujus m. venit, & in me invenit nihil :* & infr. 231. b. *ecce princeps hujus m. venit, & in me inveniet nihil.* Hieron. in Ose. 13. col. 1331. *ecce veniet princeps m. hujus, & inveniet in me nihil :* itidem in Ose. 9. 1299. detracto *ecce :* at l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 498. *ecce venit princeps mundi hujus, & in me invenit nihil.* August. quæst. 72. in Levit. to. 3. p. 1. col. 521. & in Joh. 16. 732. d. *ecce venit princeps mundi, & in me nihil inveniet :* & in Joh. 1. 309. b. *ecce venit princeps hujus mundi, & in me nihil invenit :* inf. verò, 573. e. *nihil inveniet :* & 574. e. *ecce veniet princeps mundi, & in me nihil inveniet :* & quæst. 55. in Deut. p. 1. col. 578. b. *venit enim princeps mundi, & in me non habet quidquam :* & l. 13. de Trin. to. 8. col. 940. a. *ecce venit princeps mundi hujus, & in me nihil invenit.* Auct. l. de promiss. c. 36. col. 165. c. *ecce venit princeps hujus mundi, & in me nihil inveniet.*

℣. 31. Ms. Corb. *Sed ut cognoscat hic mundus quia diligo Patrem, sicut præceptum dedit mihi*, &c. ut sup. Cantabr. *Sed ut sciat mundus* ( vitiosè *mundum* ) *quoniam diligo Patrem, & sicut mandavit mihi, sic*, &c. S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt ad verbum ; Græcum verò Cantabrigiensi. Ms. tamen unus, pro ἐνετείλατό μοι, habet ἐντολὴν δέδωκε, al. δέδωκεν. Hilar. l. 9. de Trin. 1021. b. *Sed ut sciat mundus quoniam ego diligo Patrem, & sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.* August. in Joh. 1. & 8. to. 3. col. 309. b. 573. e. & l. 13. de Trin. to. 8. 940. a. *Sed ut sciant omnes quia voluntatem Patris mei facio. Surgite, eamus hinc :* at quæst. 55. in Deut. to. 3. p. 1. col. 578. b. Vulgatæ concinit. Maximinus Arian. ap. eund. to. 8. 674. b. *Ut sciat hic mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio.* Ambros. l. de bono mort. c. 5. 396. f. & l. de fuga sæc. c. 1. & 6. 419. a. 431. c. *Surgite, eamus hinc.*

# CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. EGo sum vitis vera : & Pater meus agricultor est.

VULGATA NOVA.

1. EGo sum vitis vera : & Pater meus agricola est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mss. Fossat. Cantabr. S. Germ. Corb. &c. Vulgatæ concinunt, unà cum Græco. Mss. tamen quidam Gr. voci ἀληθινὴ, *vera*, subdunt ὑμεῖς τὰ κλήματα, καὶ ὁ Πατήρ, &c. & Hilar. in Ps. 51. col. 76. c. legit : *Ego sum vitis vera : vos estis propagines : Pater meus agricola est.* Vide etiam August. & Hieron. infra, ℣. 5. Novatian. verò l. de Trin. p. 1050. b. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola.* Ambros. l. de bened. Patr. c. 4. col. 520. b. *Ego sum vitis, & Pater meus agricola :* at l. 6. in Luc. 1407. a. & l. 4. de fide, 549. b. 550. f. *Ego sum vitis vera : & Pater meus agricola est.* Accinunt Cypr. epist. 63. p. 104. c. S. Facian. epist. 3. p. 312. g. & Arnobius Afr. annot. in Evang. p. 330. b.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. | 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum Pater: & omnem, qui feret fructum, purgabit eum, ut fructum plurimum afferat. Ex Ms. Colbert. |
| Sup. 13. 10. 3. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. | 3. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. |
| 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. | 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut sarmentum non potest ferre fructum ab semetipso, nisi manserit in vite: sic & vos, nisi in me manseritis. |
| 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. | 5. Ego sum vitis, & vos estis sarmenta: qui manet in me, & ego in illo, hic affert fructum copiosum: quia sine me nihil potestis facere. |
| 6. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. | 6. Si quis in me non manserit: præcisus est sicut sarmentum, & mittetur foris, & arescet, & colligent eos, & in ignem mittunt, & ardent. |
| 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. | 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunque petere volueritis, fiet vobis. |
| 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. | 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. |
| 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. | 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ms. S. Germ. *Omnem palmitem non ferentem fructum in me, tollet eum*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. & Maj. Mon. *Omnem palmitem in me non facientem fructum, tollet eum: & omnem, qui adfert fructum*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Omnem palm. non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui adferet fructum.... ut fructum plurimum afferat.* Eadem Fossat. habet, præter verbum *tollit*, pro *tollet*. Cantabrig. *Omne sarmentum, quod in me non adferet fructum, tollit illud: & omne, quod fructum adferet, purgabit illud, ut ampliorem fructum adferat.* Ms. S. Martini nil differt à Vulgata. Græc. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα, &c. Ms. unus, pro αἴρει.... καθαίρει, ponit ἀρεῖ... καθαρεῖ. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. legit: *Omne sarmentum in me non adferens fructum, tollit illud: & omne fructiferum purgat, ut fructum ampliorem ferat.* S. Pacian. epist. 3. p. 312. g. *Omne sarmentum in me, quod non affert fructum, tollet illud: & omne fructiferum purgabit illud.* Hilarius in Ps. 51. col. 76. c. *Omnis propago in me non manens, neque ferens fructum, eradicabitur: & omnem propaginem in me manentem emundabit Pater meus, ut fructum ampliorem ferat.* Hieron. in Naum 2. to. 3. col. 1570. a. *Omnem propaginem, quæ in me manet, & fructum affert, Pater meus mundat, ut fructum magis afferat.* August. epist. 52. to. 2. col. 119. c. *Quod in me non dat fructum, Pater meus tollet illud: sarmentum autem, quod in me dat fructum, purgat illud, ut majorem fructum afferat*: & epist. 93. col. 247. d. *sarmentum enim, quod in me dat fructum, purgat illud Pater meus, ut majorem fructum afferat*: & l. 1. contra Donat. to. 9. col. 94. f. *quæ autem sarmenta in me dant fructum, purgat illa Pater meus, ut majorem fructum afferant.* Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 330. b. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, excidet, & in ignem mittet.*

℣. 3. Consonant Mss. omnes, præter Cantabrig. à quo abest versus integer, ad medium usque versûs subsequentis; sed manifestâ librarii oscitantiâ, ut cuivis attendenti patebit. Græcum textui favet. Nec aliter Ambros. l. de fuga sæc. c. 2. col. 420. f. & l. de apol. Dav. 734. b. & in Ps. 45. ac 118. col. 927. d. 1200. f. & in Luc. 5. & 7. col. 1356. c. 1434. e. & epist. 80. col. 1097. a.

℣. 4. Ms. Corb. *Manete in me..... Sicut palmes non potest ferre fructum ab se, nisi manserit in vite: sic & qui in me non manet.* Cantabr. hæc sola habet: *ab se, si non manserit in vite: sic nec vos, si non in me maneatis.* S. Gat. & Maj. Mon. *sic & vos, nisi in me manseritis*; reliqua ut in Vulg. à qua nil differunt cæteri, nec Græcum. Ambros. l. 3. Hexa. col. 53. b. legit: *Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest fructum afferre à se, nisi manserit in vite: sic & vos, si in me non manseritis.* S. Leo epist. ad Demetriad. p. 44. e. *Sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi*, &c.

℣. 5. Ms. Cantabrig. *Ego enim sum vitis, vos sarmenta: qui manet in me, & ego in illo, hic adferet fructum multum: quia sine me non potestis facere.* S. Germ. *Ego sum vitis, vos autem palmites*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. .....*vos autem palmites estis: qui manet in me, & ego in eo, hic adfert fructum multum: quia*, &c. Corb. *& vos palmites: qui manet in me, & ego in illo, hic afferet fructum copiosum: quia*, &c. Fossat. *vos palmites.... & ego in illo, hic adfert fructum multum: quia*, &c. S. Mart. *vos palmites: qui manserit in me, & ego in eo, hic adfert fructum multum*, &c. S. Gat. nil differt à Vulg. Huic etiam Græcum suffragatur, nisi exceperis in fine, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Ambros. l. 3. Hex. col. 53. b. & l. 4. de fide, 549. e. *Ego sum vitis, vos palmites estis.* August. in Ps. 66. to. 4. col. 655. f. *Ego sum vitis, vos sarmenta, Pater meus agricola*: quæ forsitan magis pertinent ad ℣. 1. hujus cap. quem iisdem prope verbis exhibent codex quidam Gr. & Hilarius. Idem August. in Joh. 10. to. 3. col. 607. d. *sine me nil potestis facere.* Hieron. in Ezech. 45. col. 1041. d. *Ego sum vitis, vos autem propagines, Pater meus agricola*: quæ etiam ad ℣. 1. referri possunt: at l. 3. adv. Pelag. to. 4. 539. a. *Ego sum vitis, & vos rami: qui manet in me, & ego in eo, iste affert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.* S. Leo epist. ad Demetriad. p. 44. e. *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum: quia sine me nihil potestis facere.* Epiphan. in 8. 11. Cantici Cantic. *Ego sum vinea, vos verò palmites.* Oros. cont. Pelag. p. 451. a. *sine me nihil potestis facere.*

℣. 6. Ms. Corb. *Si quis in me non manserit: præcisus est sicut palmes, & missus est foras, & aruit, & colligent eos, & in ignem mittunt, & ardent.* Itidem Ms. S. Gat. ab his, *& aruit*; priora verò ut in Vulgata. Sic etiam S. Mart. excepto *mittuntur*, pro *mittunt*. Cantabr. *Si non aliquis maneat in me: missus est foras sicut sarmentum, & aruit, & congregant illud, & in ignem mittunt, & ardet.* Fossat. *Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & aruit, & colligent eos, & in ignem mittent*; nec plura. Maj. Mon....... *mittetur foras sicut palmes, & arescent, & projectus, & colligent eum, & in ignem mittunt, & ardet.* S. Germ. Vulgatæ consonat, addita tantùm conjunctione *Et* in principio. Gr. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται. Mss. plures ferunt αὐτὸ, pro αὐτά. Hieron. in Naum 2. to. 3. col. 1570. a. *Quod autem in me non manet, & fructum non affert, Pater meus præcidet, & in ignem mittet.* Xystus III. epist. 6. col. 1256. b. alludens dicit: *Infæcundum illud....... nec afferens fructum, suscepit flamma sarmentum.*

℣. 7. Ms. Fossat. *Si autem manseritis in me... quodcunque volueritis petitis, & fiet vobis.* Cantabr. *Si autem mans. in me... quodcunque vultis petite, & fiet vobis.* S. Mart. *quodcunque volueritis, & petierietis, fiet vobis.* Corb. *quodcunque volueritis petite, & fiet vobis.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt; sicut etiam Græcum; sed Mss. quidam, pro αἰτήσεσθε, ferunt αἰτήσασθε. Ambros. in Ps. 39. col. 865. c. nil differt à Vulg.

℣. 8. Accinunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Sic etiam habet Corb. posito *faciatis*, pro *afferatis*. Cantabr. *In hoc glorificatus est Pater meus, ut multum fructum afferatis, & sitis mei discipuli.* Idem Græcum præfert, nisi excipias verba φέρητε, pro *afferatis*, & γενήσεσθε, pro *sitis*.

℣. 9. Sic habent Mss. Corb. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. nec aliter S. Germ. & Cantabrig. nisi quòd ille habet, *Sicut ille dilexit me Pater*; iste, *Manete in caritate*

Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. Manete in dilectione mea.
10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in
dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris ser-
vavi, & maneo in ejus dilectione.
11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum
sit in vobis, & gaudium vestrum impleatur.
12. Hoc est præceptum meum, ut diligatis in-
vicem qua dilectione dilexi vos.
13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut
animam suam ponat pro amicis suis.
14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego
præcipio vobis.
15. Jam non dico vos servos: quia servus ne-
scit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi ami-
cos: quia omnia quæcunque audivi à Patre meo,
nota feci vobis.
16. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos,
& ordinavi vos ut eatis, & fructificetis; & fructus

## Vulgata nova.

Manete in dilectione mea.
10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis
in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præce-
pta servavi, & maneo in ejus dilectione.
11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum
in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.
12. Hoc est præceptum meum, ut diligatis Sup. 13.
invicem, sicut dilexi vos. 34.
13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut Ephes. 5. 2.
animam suam ponat quis pro amicis suis. 1. Thess.
14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego 4. 9.
præcipio vobis.
15. Jam non dicam vos servos: quia servus
nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi
amicos: quia omnia quæcunque audivi à Patre
meo, nota feci vobis.
16. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos,
& posui vos ut eatis, & fructum afferatis; & fru- Matth. 28. 19.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*mea*. Græc. Vulgatæ suffragatur. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. legit: *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in mea caritate.*

℣. 10. Priora versûs hujus verba, *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*, deerant in Ms. Colb. & addita à nobis fuere ex aliis Mss. in quibus exstant, sicut & in Græco. Prætermissa autem non videntur fuisse in Colb. nisi errore, qui librariis familiaris est, cùm scilicet voces similes occurrunt in fine commatum duorum proximè se contingentium; ut fit eo loci, ubi cùm ℣. præcedenti legerit scriba *Manete in dilectione mea*, & sequenti, *manebitis in dilectione mea*; prætermisso posteriori isto commate, ob concursum earundem vocum *in dilectione mea*, priori statim subdidit ista, *sicut & ego*, &c. In Ms. Cantabrig. sic habetur versus: *Si mandata mea servaveritis, manebitis in caritate mea, sicut ego mandata Patris mei servavi, & maneo in caritate ipsius.* In S. Germ. verò, Fossat. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. eadem quæ in Vulg. Sic etiam in Corb. deleto *mei*, post *Patris*. Græcum Cantabrigiensi favet. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. legit: *Si mandata mea servaveritis, manebitis in mea caritate, sicut ego Patris mandata servavi, & maneo in ejus caritate.* Ambros. in Ps. 39. col. 865. d. *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in mea dilectione.*

℣. 11. Ita ferunt Mss. omnes, posito *sit*, post *vobis*, ut in Vulg. nec aliter Cantabr. nisi quòd in principio habet, *Hæc autem locutus sum.* Græcum textui similiter accinit, nisi excipias verbum μείνῃ, loco *sit*.

℣. 12. Ms. Corb. rectè convenit cum textu Colbertino. Fossat. verò, S. Germ. S. Gat. &c. cum Vulg. quibus etiam Cantabr. accinit, excepta voce *mandatum*, pro *præceptum*. In Græco, ἐντολὴ, &c. ut in Vulg. Similiter apud Lucifer. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. b. *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Cypr. epist. 7. p. 14. a. & l. de unit. Eccles. p. 199. b. & l. 3. Testim. p. 304. b. *Hoc est mandatum meum, ut dilig. invicem, quemadmodum dilexi vos.* Augustinus lib. de mendac. to. 6. col. 426. a. *Hoc est mandatum meum, ut dilig. invicem, sicut & ego dilexi vos.*

℣. 13. Ms. Corb. nil differt à textu Colbert. nec etiam Cantabr. nisi quòd ponit *hujus*, pro *hac*. Fossat. habet: *Majorem hanc charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis*, &c. ut sup. S. Mart. *Majorem hac caritatem nemo habet, ut... quis ponat.* &c. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt. Gr. Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ, &c. al. ἢ ἵνα τὶς... θῇ· al. θύῃ. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. b. *Majorem hac caritatem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Majorem hac caritatem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis.* Itidem August. in Joh. 13. to. 3. col. 654. b. & in 1. Joh. 863. b. 870. g. 871. b. & in Ps. 56. to. 4. 529. g. item in Joh. 13. 667. e. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. 68. f. sed dempto pronomine *quis*: sic etiam in Ps. 102. 1112. g. deleto insuper *hac*, ante *caritatem*; utraque vox pariter deest l. de mendac. to. 6. 426. a. & l. 4. de Trin. to. 8. 821. a. sed pro *caritatem*, legit *dilectionem*, & ubique constanter *quàm ut*. Hieron. l. 3. in epist. ad Gal. to. 4. col. 310. a. *Major hac dilectione non est, quàm ut quis animam suam ponat pro amicis suis.* Ambrosiast. col. 105. a. *Majus* (al. *Majorem*) *hac dilectione nemo habet, quàm ut animam suam ponat pro amicis, & fratribus suis.* Auct. l. de dupl. martyrio apud Cypr. p. 584. *Nemo majorem charitatem habet, quàm ut animam suam ponat pro amicis suis.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 20. col. 144. c. *Majorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

℣. 14. Sic habent Mss. Corb. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accedit Fossat. addito *autem*, ante *amici*. Cantabrig. *Vos enim amici mei estis, si feceritis quæ ego mando vobis.* Itidem in Græco, detractâ voculâ *enim*, positoque ὅσα, pro *quæ*; Mss. plures, ἅ. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. b. *Vos amici mei estis, si feceritis quod præcipio vobis*: at sup. p. 201. b. *quæ mando vobis*: & infra, p. 202. e. *quod mando vobis.* Sic etiam Cypr. habet epist. 63. p. 108. c. at l. de unit. Eccl. p. 194. a. cum Auctore l. de Judaica incred. ap. ipsum, p. 571. *si feceritis quæ mando vobis.* Ambros. l. de Noe, c. 13. col. 246. c. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis*: itidem l. 2. de Abr. c. 2. 315. d. & in Ps. 118. 1032. f. & l. 7. in Luc. 1466. a. additâ voculâ *ego*, ante *præcipio*: l. verò 3. offic. 141. a. *Jam vos amici mei estis*, &c.

℣. 15. Mss. S. Mart. & S. Gat. concordant cum textu Colb. sic etiam Corb. nisi quòd habet *facit*, pro *faciat*. Maj. Mon. *Jam non dico vobis servos, sed amicos: quia servus nescit quid faciet*, &c. ut sup. Cantabrig. *Jam non dico vos servos: quoniam servus nescit quid facit..... Vos autem dixi amicos: quoniam omnia quæ audivi à Patre meo, demonstravi vobis.* Cæteri Vulgatæ favent. Græc. Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους· ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος. Ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους· ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. Mss. quidam, ὅτι πάντα ὅσα ἤκουσα· unus etiam initio fert λέξω, pro λέγω. Irenæus l. 4. c. 13. p. 243. b. legit: *Jam non dicam* (al. *dico*) *vos servos: quia servus nescit quid ejus dominus faciat. Vos autem dixi amicos: quoniam omnia quæ audivi à Patre, manifestavi*; al. *à Patre meo, nota feci.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. *Dixi autem vos amicos: quia omnia quæ audivi à Patre meo, nota vobis feci.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. pp. 201. b. & 211. b. *Jam non dico vos servos, sed amicos*: at p. 202. e. legit *dicam.* Cypr. epist. 63. p. 108. c. & l. de unit. Eccl. p. 194. a. *Jam non dico vos servos, sed amicos.* Itidem Auct. l. de Judaic. incred. apud Cypr. p. 571. Hilar. verò in Ps. 138. col. 522. e. *Jam non dico vos servos: quia servus nescit quid velit dominus ejus. Sed vos dico amicos: quoniam perstitistis mecum in omnibus tentationibus*: quæ postrema verba pertinent ad cap. 22. Lucæ, ℣. 28. Ambros. in Ps. 118. col. 1043. e. *Jam non dicam vos servos, sed amicos*: similiter l. de Noe, c. 13. col. 246. c. omissis his, *sed amicos*: at l. 2. de Abr. c. 2. col. 315. d. & l. 7. in Luc. col. 1466. a. *Jam non dico vos servos*: & epist. 37. col. 936. b. addit, *Vos autem dixi amicos*: demum l. 3. off. col. 141. a. *Ideo vos dixi amicos: quia omnia quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 649. f. Vulgatæ concinit ad verbum, si excipias unum *quæ*, pro *quæcunque*: nec aliter habet in Ps. 7. to. 4. col. 29. f. præter verbum *dico*, pro *dicam*: similiter in Joh. 17. 761. g. *omnia quæ audivi*, &c.

℣. 16. Ms. Corb. eadem exhibet quæ textus Colb. si excipias verbum *posui*, pro *ordinavi*. In Cantabrig. similiter, *& posui vos*; deinde sic: *ut vos eatis, & fructum adferatis; &..... ut quidquid petieritis Patrem*, &c. ut sup. Cæteri Vulgatæ suffragantur, nisi quòd Fossat. habet *à Patre*; S. Gat. & Maj. Mon. *à Patre meo*; S. Germ. neutrum, sed simpliciter *petieritis*. Græc. Cantabrigiensi consonat, uno excepto φέρητε, pro *adferatis*. Iren. l. 4. c. 14. p. 244. a. *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. b. *Non vos me elegistis: sed ego vos elegi, & posui vos ut eatis, & fructificetis; & fructus vester maneat:*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ctus vester maneat : ut quodcunque petieritis Pa-
trem in nomine meo, det vobis.
1. Joan. 17. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.
3. 11. & 18. Si mundus vos odit, scitote quia me prio-
4. 7. rem vobis odio habuit.
19. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum
erat diligeret : quia verò de mundo non estis, sed
ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mun-
dus.
20. Mementote sermonis mei, quem ego dixi
Matth. vobis : Non est servus major domino suo. Si me
10. 24. persecuti sunt, & vos persequentur : si sermonem
Sup. 13. meum servaverunt, & vestrum servabunt.
16. 21. Sed hæc omnia facient vobis propter no-
Matth. men meum : quia nesciunt eum, qui misit me.
24. 9. 22. Si non venissem, & locutus fuissem eis,
peccatum non haberent : nunc autem excusatio-
nem non habent de peccato suo.
23. Qui me odit : & Patrem meum odit.
24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo
alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem
& viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.
25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eo-
Psalm. rum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.
24. 19.
Luc. 24. 26. Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego
48. mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à

VERSIO ANTIQUA.

vester maneat : ut quodcunque petieritis à Patre in nomine meo, det vobis. Ex Mf. Colbert.
17. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.
18. Si mundus vos odit, scitote quia priorem
me odio habuit.
19. Si de hoc mundo fuissetis, mundus utique
quod suum erat diligeret : verùm quia de hoc mun-
do non estis, sed ego elegi vos de mundo, pro-
pterea odit vos mundus.
20. Mementote sermonis, quem ego dixi vo-
bis : Non est servus major domino suo. Si me
persecuti sunt, & vos persequentur : si sermonem
meum servaverunt, & vestrum servabunt.
21. Sed hæc omnia faciunt circa vos propter
nomen meum : quia nesciunt eum, qui me misit.
22. Si non venissem, & locutus eis fuissem,
peccatum non haberent : nunc autem excusatio-
nem non habent de peccato.
23. Qui me odit : & Patrem meum odit.
24. Si opera non fecissem in illis, quæ nemo
alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem
viderunt, & oderunt me, & Patrem meum.
25. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eo-
rum scriptus est : Quia odio me habuerunt gra-
tis.
26. Cùm ergo venerit Paraclitus, quem ego
mittam vobis à Patre meo, spiritum veritatis,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& quodcunque à Patre meo petieritis in nomine meo, det vobis.* Hilar. in Ps. 134. col. 470. f. *Ego vos elegi, non vos me.* Ambros. in Ps. 43. col. 903. a. *Propterea vos misi, ut vos eatis, & fructum plurimum afferatis ; & fructus vester maneat.*

℣. 17. Accinunt Mss. omnes, præter Cantabrig. qui habet *diligite*, loco *ut diligatis*. Gr. ἵνα ἀγαπᾶτε.

℣. 18. Ms. Corb. textui Colb. consonat. Fossat. verò, S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ. In Cantabr. sic : *Si mundus..... scitote quia me primum odivit.* Græc. Εἰ ὁ κόσμος... γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν. Cypr. epist. 56. p. 92. c. *Si sæculum vos odit, mementote quia me priorem vobis odiit :* & epist. ad Fortunat. p. 268. b. *Si mundus vos odit, scitote quoniam me primò odiit :* itidem l. 3. Testim. p. 315. a. præter vocem *sæculum*, pro *mundus*.

℣. 19. Ms. Fossat. *Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret : verùm enim quia de mundo non estis, sed,* &c. ut in textu. Corb. *Si de mundo fuissetis, mundus quod... quia verò de hoc mundo non estis, sed,* &c. Cantabr. *Si de mundo essetis, mundus suum amabat, quoniam de mundo eratis : sed ego elegi vos de mundo, propter hoc odit vos mundus.* Cæteri à Vulg. nil differunt. Græc. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, &c. ut in Vulg. Cypr. epist. 56. p. 92. c. & l. 3. Testim. p. 315. a. legit : *Si de sæculo essetis, sæculum quod suum esset amaret : sed quia de sæculo non estis, & ego elegi vos de sæculo, propterea odit vos sæculum :* eadem rursus habet epist. ad Fortunat. p. 268. b. præter voces quinque, *mundus*, vel *mundo*, positas pro *sæculum*, *sæculo*. Eadem quoque leguntur in serm. Donatistæ cujusdam ad calc. Optati, p. 300. b. cum vocibus *sæculum*, & *sæculo*. Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. col. 401. d. *Ego elegi vos de isto mundo, jam non estis de isto mundo : si enim essetis de mundo, mundus quod suum esset amaret.* August. l. de pat. to. 6. col. 541. a. *Si de hoc mundo essetis, mundus quod suum est diligeret,* &c. ut in Vulg. In Collat. Carthag. p. 491. c. ex parte Donat. *Si de mundo essetis, mundus quod suum eßet amasset : sed nunc quoniam de mundo non estis, propterea odit, & persequitur vos mundus.* S. Paulin. epist. 1. p. 4. a. *Si de mundo essetis, amaret mundus quod esset suum.* Ambrosiast. col. 309. b. *non estis de mundo, ego autem elegi vos de mundo.*

℣. 20. Ms. Corb. eadem prorsus habet quæ leguntur in textu Colb. Eadem quoque S. Germ. Corb. S. Gat. &c. addito *mei*, ad vocem *sermonis* ; S. Mart. insuper habet *servaverint*, non *servaverunt*. Cantabrig. solus : *Mementote sermones, quos ego dixi vobis : Non est servus..... si verbum meum custodierunt, & vestrum custodient.* Græcum textui Colbert. favet. Mss. tamen quidam addunt μου, voci λόγου. Cypr. epist. 56. p. 92. c. & ep. ad Fortunat. p. 268. b. & l. 3. Testim. p. 315. a. *Mementote sermonis, quem dixi vobis : Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Similiter habet Ambros. in Ps. 118. col. 1111. c. & Donat. quidam serm. ad calc. Optat. p. 300. b.

℣. 21. Textui Colb. concinit Ms. Corb. S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. S. Mart. Maj. Mon. Vulgatæ. Cantabrig. sic : *Sed hæc facient in vos propter nomen meum : quoniam nesciunt qui me misit.* Gr. Vulgatæ favet : sed Mss. quidam tollunt πάντα, *omnia* ; & alii pro ὑμῖν, *vobis*, ferunt εἰς ὑμᾶς, *in vos*, ut supra. Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. legit : *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum : quia ignorant eum, qui me misit.*

℣. 22. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. S. Germ. verò ; Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. nil à Vulgata. Similiter Ms. S. Mart. si exceperis *& locutus non fuissem eis.* Cantabrig. *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non habebant : nunc autem excusat. non hab. de peccato eorum.* Gr. Εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχον· νῦν δὲ πρόφασιν, &c. ut in Vulg. Ambros. l. de Jacob, c. 4. col. 449. c. *Si non venissem, & locutus fuissem his, peccatum non haberent :* & in Ps. 36. col. 797. b. *Si non venissem, & locutus non fuissem his,* &c. ut in Vulg. eadem repetit l. 4. de fide, 525. f. & epist. 73. col. 1078. f. Eadem quoque leguntur apud August. epist. 194. to. 2. col. 723. b. detractâ voculâ *non*, post verbum *locutus* : at epist. 185. col. 662. e. habet, *Si non venirem, peccatum non haberent.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 4. col. 128. b. *Nisi fecissem in eis signa, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

℣. 23. Accinunt Mss. omnes, & Græcum. Hilar. l. 6. de Trin. col. 899. d. legit : *Qui me odit : & Patrem meum.*

℣. 24. Ms. Corb. *Si opera non feci in illis, quæ nemo alius fecit, peccatum non habent : nunc autem & viderunt, & oderunt me, &,* &c. Cantabrig. *Si opera non feci in eis, quæ nemo..... peccatum non habebant : nunc autem & viderunt, & oderunt me, &,* &c. nec aliter Græcum habet, nisi quòd addit καὶ, ante *me*. Fossat. *nunc autem & viderunt, & odio habuerunt & me, & Patrem meum.* Cæteri accinunt Vulgatæ. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 4. col. 128. b. *Nisi fecissem in eis signa, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.*

℣. 25. Mss. Fossat. & S. Germ. concordant cum textu Colb. Corb. verò, S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulg. Ms. S. Mart. *Sed ut impleatur sermo..... Quia oderunt me gratis.* Cantabrig. *Sed ut impleatur verbum, quod in leges eorum scriptum est : Quoniam odierunt me gratis.* Ita quoque in Græco, nisi quòd postponitur ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, verbo *scriptum est*.

℣. 26. Ms. Cantabrig. *Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mitto vobis à Patre meo, spir. ver. qui à Patre meo prodit, ille testimonium dabit de me.* Corb. *Cùm ergo venerit Paracletus, quem ego mitto vobis à Patre, spiritum verit. qui à Patre procedit,* &c. ut in Vulg. S. Germ. habet *quia à Patre procedit* ; & Fossat. in fine, *perhibet de me* ; in cæteris hi ambo conveniunt cum Vulg. cui in omnibus suffragantur alii Mss. sicut & Græcum. Ms. tamen S. Mart. hic & ubique *Paracletus*, non *Paraclitus*. Novatian. l. de Trin. p.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. qui à Patre meo procedit, ille testimonium perhibet de me :

27. & vos testimonium perhibetis, qui ab initio mecum estis.

VULGATA NOVA.

Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me :

27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1051. b. legit : *Cùm venerit Advocatus ille, quem ego missurus sum vobis à Patre meo, spiritum veritatis, qui de Patre meo procedit.* Hilar. l. 8. de Trin. 958. c. *Cùm venerit Advocatus ille, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à Patre meo procedit, ipse testificabitur de me.* Hieron. in Isai. 57. to. 3. col. 424. a. *Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum verit. qui de Patre egreditur.* Ambros. in Ps. 61. col. 958. d. *Cùm venerit autem Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre meo, spiritus verit. qui à Patre meo procedit, ille testim. perhibebit de me :* itidem habet l. 2. de fide, col. 485. a. at l. 3. de Spir. S. col. 605. e. & 666. e. legit *spiritum ;* sed col. 624. e. iterum *spiritus : Cùm venerit Paraclitus, spiritus verit. quem ego mitto vobis, qui à Patre procedit :* & supra, col. 610. a. *ille testimonium perhibet de me.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 257. b. *Cùm venerit Paracl. quem ego mittam vobis à Patre, spiritum verit. qui à Patre adveniet :* & l. 3. p. 279. e. subdit, *ille testimonium dicet de me.* Fulg. fragm. 3. contra Fab. p. 582. *Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam in vos à Patre,* &c. ut in Vulg. Vigil. Tapſ. l. 4. de Trin. *Cùm venerit Advocatus ille, quem ego mittam vobis à Patre meo, spiritus verit. qui à Patre meo procedit, ipse testificabitur de me.*

℣. 27. Mss. Fossat. & S. Mart. textui Colb. congruunt. Corb. verò habet, *& vos testim. perhibebitis de me, qui ab initio mecum estis.* Cantabrig. *& vos testimonium datis, quia ab initio,* &c. Cæteri Vulgatæ suffragantur. Gr. Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ', &c. al. μαρτυρήσετε.

# CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. HÆc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

2. Extra synagogam fecerunt vos : sed veniet hora mea, ut omnis, qui interfecerit vos, arbitretur obsequium præstare Deo :

3. sed hæc faciunt vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

4. Hæc autem locutus sum vobis : ut cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram : Nunc autem vado ad eum, qui me misit ; & nemo de vobis interrogat me quò vado.

6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia replevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis, quoniam expedit vobis ut ego vadam : si non abiero ego, Paraclitus non venit ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos.

VULGATA NOVA.

1. HÆc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

2. Absque synagogis facient vos : sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo :

3. & hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

4. Sed hæc locutus sum vobis : ut cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram : Et nunc vado ad eum, qui misit me ; & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis ?

6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam : si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Consonant Mss. omnes, sicut Græcum.

℣. 2. Ms. Corb. *Extra synagogam fecerunt vos : sed venit hora, ut omnis, qui interfecerit vos,* &c. ut in Vulgata. Ms. S. Gat. *Extra synagogam facient vos : sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos,* &c. Maj. Mon. *Eas quæ in synagogis facient vobis,* &c. sed aperto mendo, pro *Absque synagogis.* Cantabrig. *De synagoga vos ejicient : sed venit hora, ut omnis, qui vos occiderit, vos putet se hostiam offerre Deo.* Fossat. S. Mart. & S. Germ. Vulgatæ congruunt. Græc. 'Αποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. Lucifer Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 190. c. *veniet hora, ut omnis, qui vos occiderit, putet se officium Deo facere.* Itidem legit Cypr. tum epist. 56. p. 90. b. tum ep. ad Fortunat. p. 268. b. at l. 3. Testim. p. 310. a. sic habet : *veniet hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur officium se Deo facere.*

℣. 3. Ms. Corb. *sed hæc facient vobis, quia,* &c. ut sup. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. *& hæc facient, quia,* &c. Cantabrig. *& hæc facient vobis, quoniam non cognoverunt,* &c. S. Germ. Vulgatæ consonat, sicut & Græcum. Mss. tamen plures delent vocem ὑμῖν, pro qua hab. quidam, εἰς ὑμᾶς, *in vos.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 190. c. *sed hæc faciunt, quia nesciunt neque Patrem, neque unicum Filium ejus.* Cypr. epist. 56. p. 90. b. *sed hæc facient, quoniam non cognoverunt Patrem, neque me :* & epist. ad Fortunat. p. 268. b. *sed hoc facient, quoniam non cognoverunt,* &c. & l. 3. Testim. p. 310. a. *sed & hoc facient, quoniam,* &c.

℣. 4. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. S. Germ. verò, Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt : solus Cantabr. habet : *Hæc locutus sum vobis : ut cùm venerit hora, memores sitis quia,* &c. Græc. 'Αλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν· ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι, &c. sed Mss. plures ferunt, ἡ ὥρα αὐτῶν, μνημονεύητε. Cypr. ep. 56. p. 90. b. & epist. ad Fortunat. p. 268. b. *Hæc autem locutus sum vobis : ut cùm venerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi vobis.*

℣. 5. Ms. Corb. textui Colb. favet. Fossat. verò habet : *Hæc autem vobis ab initio..... Nunc autem vado..... & nemo ex vobis interr. me, Quò vadis ?* Cantabrig. *Hæc autem ab initio vobis..... Nunc autem vado..... & nemo ex vobis interr. me, Ubi vadis ?* Ita quoque in Græco est ; at in cæteris Mss. omnia Vulgatæ respondent. Apud Ambr. l. 5. de fide, col. 571. c. hæc pauca : *vado ad eum, qui misit me.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *Sed quoniam hæc locutus sum vobis, tristitia adimplevit vestrum cor.* S. Mart. *tristitia implebitur cor vestrum ;* reliqua ut in Vulg. cui consonant Fossat. S. Germ. Corb. &c. sicut & Græcum. Ita quoque apud August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 761. b. præter 1. voculam *Sed*, quæ abest. Capreol. Carthag. epist. ad Vital. Conc. Hisp. to. 2. p. 199. *In hoc contristati estis, quoniam dixi, Eo ad Patrem meum, & jam non videbitis me.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Sed ego..... vobis : expedit vobis ut ego eam : si enim non iero, Paracletus non veniet... si autem iero, mittam,* &c. Corb. Fossat. S. Germ. &c. concordant cum Vulgata. Græc. 'Αλλ' ἐγὼ..... ὑμῖν· συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται ...... ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω, &c. Mss. plerique addunt ἐγὼ, post ἐὰν γάρ. Unde Novatian. l. de Trin. p. 1051. b. legit : *si non abiero ego, Advocatus ille non veniet ad vos : si autem ego abiero, remittam illum ad vos.* Vide etiam Tertul. l. de bapt. c. 10. p. 390. b. Hilar. l. 2. de Trin. 805. d. habet : *expedit enim vobis ut ego eam : si iero, mittam vobis Advocatum.* Hieron. in Isai. 57. to. 3. 424. a. *expedit vobis ut ego vadam : nisi enim ego iero, Paracletus non veniet ad vos : sin autem ego iero, mittam eum ad vos.* Ambros. l. 4. de fide, col. 525. d. *nam si ego non abiero, Paraclit*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| 8. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio: | 8. Et cùm advenerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio: |
| 9. de peccato quidem, quia non crediderunt in me: | 9. de peccato quidem, quia non crediderunt in me: |
| 10. de justitia verò, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: | 10. de justitia verò, quia ad Patrem meum vado, & jam me non videbitis: |
| 11. de judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est. | 11. de judicio autem, quia princeps hujus mundi judicatus est. |
| 12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. | 12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis illa modò portare. |
| 13. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. | 13. Cùm enim venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos in omni veritate: non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audierit loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. |
| 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. | 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. |

*Ex Ms. Colbert.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam illum ad vos:* & l. 3. de Spiritu S. 671. f. *cùm autem abiero, mittam Paraclitum ad vos.* Aug. l. 1. de Trin. to. 8. col. 761. b. *Sed ego veritatem dico: expedit vobis ut ego eam: nam si non abiero, Advocatus non veniet ad vos.* Oros. l. contra Pelag. p. 451. b. *expedit vobis ut ego eam: nam si non abiero, non veniet Consolator ille ad vos: si autem iero, mittam eum ad vos.* Victorin. Afric. l. 1. contra Ari. p. 257. c. *etenim si non discedo, Paracletus non veniet ad vos.* Vigil. Taps. l. 12. de Trinitate, *sin autem iero, mittam Paraclitum ad vos.*

℣. 8. Ms. Corb. similiter habet, *Et cùm advenerit ille, arguet,* &c. ut sup. Fossat. *Et cùm venerit, arguet,* &c. Cantabr. *Et veniens ille, arguet,* &c. Vulgatæ similes cæteri. Gr. Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐλέγξει, &c. Ambros. l. 3. de Spiritu S. col. 671. f. *Et ille veniens, arguet mundum,* &c. ut in textu. Itidem Auct. quæst. ex N. T. q. 79. col. 80. f. Vigil. autem Taps. l. 12. de Trin. *Et cùm venerit ille, arguet hunc mundum de,* &c. ut sup. & l. cont. Varimad. p. 748. g. *Cùm venerit Spiritus ille sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ipse arguet mundum de peccato.* Victorin. Afr. l. 3. cont. Ari. p. 279. *ille convincet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio.*

℣. 9. Concinunt Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. quibus accedit Corb. Fossat. verò, *quia non credunt;* Cantabrig. *quoniam non credunt.* Gr. πιστεύουσιν· at Mss. plures, ἐπίστευσαν. Victorin. Afric. l. 3. cont. Arium, p. 279. f. *de peccato, quoniam in me non credunt.* Auctor l. quæst. N. T. q. 79. col. 80. f. *de peccato quidem, quia non crediderunt in me.*

℣. 10. Ms. Cantabrig. *de justitia autem, quoniam ad Patrem vado, & jam non videtis me.* Fossat. Corb. S. Germ. &c. Vulgatæ accinunt; nec differt ab ea Græcum, nisi quòd addit μου, ad *Patrem*, ut in textu Colb. & habet θεωρεῖτε, pro *videbitis*: at in Mss. pluribus deest μου, & in uno legitur ὄψεσθε. Apud Victorin. Afr. l. 3. cont. Ari. p. 279. f. *de justitia autem, quoniam ad Patrem pergo:* & inf. *quòd ad Patrem vado.* Auct. quæst. N. T. q. 79. col. 80. f. *quia eo ad Patrem.*

℣. 11. Textui Colbert. favent Mss. S. Germ. Corb. S. Mart. & Fossat. quibus accedit Græcum. Cantabr..... *quoniam princeps hujus mundi judicatus est.* Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 279. f. similiter habet, *de judicio, quoniam princeps hujus mundi judicatus est.* Ita quoque Auct. quæst. N. T. q. 79. col. 80. f. addito *autem*, voci *judicio*.

℣. 12. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. S. Germ. verò, Fossat. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulgata. Cantabrig. sic: *Adhuc multa habeo dicere vobis: sed non potestis illa bajolare modò.* Ita quoque in Græco, deleta voce *illa*: Mss. quidam loco λέγειν, ferunt λαλεῖν, unde Tertul. l. de præscr. c. 22. p. 334. c. legit: *Multa habeo adhuc vobis loqui: sed non potestis modò ea sustinere:* & l. de veland. virg. c. 1. p. 309. b. *Adhuc multa habeo loqui vobis: sed nondum potestis ea bajulare:* & l. de monog. p. 951. b. *Multa habeo quæ loquar ad vos: sed nondum potestis portare ea.* Hilarius l. 2. de Trin. 805. d. *Adhuc multa habeo quæ dicam vobis: sed non potestis illa portare modò:* & l. 8. 959. a. *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare illa modò.* Similiter habet Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 685. e. sicut etiam August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 650. nisi quòd delet *illa*: at l. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 227. e. legit, *sed adhuc non potestis illa portare:* item in Joh. 12. col. 646. g. *Multa habeo vobis dicere: sed non potestis illa portare modò.* Nec aliter Maximin. apud eundem Aug. to. 8. 650. e. si demas vocem *illa*. S. Leo serm. 74. p. 157. f. Vulgatæ concinit.

℣. 13. Ms. Corb. eadem exhibet quæ in textu Colbert. excepto verbo *deducet*, pro *docebit*. Cantabrig. verò hab. *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, ille vos diriget in veritate omni: non enim loquetur à semetipso: quæcunque audierit loquetur, & supervent. annuntiabit vobis.* Fossat. *Cùm enim venerit ille Spir. veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à seipso: sed quæcunque audit loquitur, & quæ ventura sunt,* &c. ut sup. S. Gat. *Cùm autem..... docebit omnem veritatem: non enim loquitur à semetipso: sed quæcunque audiet, hæc loquetur, & quæ adventura sunt,* &c. Cæteri nil differunt à Vulgata. Gr. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ms. quidam habet ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ· paulòque post, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσει. Tertul. l. de vel. virg. c. 1. p. 309. b. legit: *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & supervenientia renuntiabit vobis:* & l. de præscr. c. 22. pp. 332. b. 334. c. *Cùm venerit ille Spiritus verit. ipse vos deducet in omnem veritatem:* & l. de monog. p. 951. b. *Cùm venerit Spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem:* & l. de vel. virg. p. 309. b. addit: *non enim ab se loquetur: sed quæ mandantur à Christo.* Novatian. l. de Trinit. p. 1051. b. *Cùm venerit Spiritus veritatis, ille vos diriget in omnem veritatem.* Hilar. l. 2. de Trin. 805. d. & l. 8. 959. a. *Cùm venerit ille Spiritus verit. diriget vos* (al. *ille vos diriget*) *in omnem verit.* (al. *in omni veritate:*) *non enim loquetur à se* (al. *à semetipso:*) *sed quæcunque audierit loquetur, & ventura* (al. *futura*) *annuntiabit vobis.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 656. b. c. & 685. e. *Cùm venerit autem ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso: sed quæ audierit loquetur, & quæ evenient annuntiabit vobis:* & l. 5. de fide, 575. a. *sed quæcunque audit loquetur.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Arium, p. 257. c. *Cùm venerit Spiritus verit. præibit vobis in veritate omni:* & post pauca: *sed quæcunque audiet loquetur, & ventura dicet vobis:* & l. 4. p. 285. a. *non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audierit loquetur, & futura annuntiabit vobis.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 541. f. *Cùm venerit Paracletus, Spiritus veritatis, quem Pater mittet in nomine meo, ipse introducet vos in omnem veritatem, & docebit vos.* Vigil. Taps. l. 2. cont. Arium: *Cùm venerit Spiritus ille sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ipse vos docebit, & futura annuntiabit vobis.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. c. hæc sola, *Spiritus veritatis enarrabit vobis omnem veritatem.* Maximinus apud August. to. 8. col. 650. c. 651. a. *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem: non enim loquetur à se: sed quæcunque audierit loquetur, & ventura annuntiabit vobis.* Faustus apud eund. ibid. 454. a. partim ex hoc loco, partim ex Joan. 14. 26. *ipse vos inducet in omnem veritatem, & ipse vobis annuntiabit omnia, & commemorabit vos.* Ipse August. in hunc loc. hæc habet: *Docebit vos omnem veritatem; Vel,* inquit, *sicut alii codices habent, Deducet vos in omni veritate.* Unde etiamnum in oratione infra octav. Pentecost. legimus, *Mentes nostras..... Paraclitus..... illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.* S. Leo serm. 73. & 74. pp. 156. a. & 157. f. Vulgatæ congruit.

℣. 14. Accinunt Mss. Corb. S. Germ. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. Cantabr. verò: *Ille me glorificavit: quoniam de..... & adnuntiavit vobis:* sed notandum in hoc Ms. litteram v. sæpe positam esse pro b. veterum codicum more, *davit*, v. g. pro *dabit*. Similiter in Ms. S. Mart. *Ille me clarificavit,* &c. quæ in textu. In Græco: Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται (al. ἐξ ἐμοῦ) καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Colbert. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

16. Ecce modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quoniam vado ad Patrem.

17. Dixerunt ergo diſcipuli ejus ad invicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia ait, Vado ad Patrem meum?

18. Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, Modicum? neſcimus quod loquitur.

19. Et cognovit Jeſus, quia incipiebant eum interrogare, & dixit ad eos: De hoc quæritis ad invicem quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.

20. Amen, amen dico vobis: quoniam flebitis, & lugebitis, mundus autem gaudebit: vos triſtabimini, ſed triſtitia veſtra in gaudium veniêt.

21. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit dies ejus: cùm autem peperit puerum, jam non meminit triſtitiæ propter gaudium, quia natus eſt homo in hunc mundum.

22. Et vos nunc quidem triſtitiam habetis, i-

## VULGATA NOVA.

15. Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

16. Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.

17. Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?

18. Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, Modicum? neſcimus quid loquitur.

19. Cognovit autem Jeſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.

20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

21. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: cùm autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.

22. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habe-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hilarius l. 2. de Trin. 805. e. *Ille me honorificabit: quia de meo ſumet*: at l. 8. *Ille me honorif. quia de meo accipiet.* Itidem Victorin. Afric. l. 4. cont. Ari. p. 285. a. ſupra verò, l. 1. p. 257. c. .... *ex meo accipiet, & nunciabit vobis.* Tertul. l. contr. Prax. p. 856. b. hæc ſola, *de meo ſumet.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 656. f. 666. b. 689. b. *Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Similiter S. Leo ſerm. 73. & 74. pp. 156. a. & 157. f. & Maximin. apud Auguſt. ubi ſup. Vigil. Tapſ. l. 10. de Trin. hæc habet: *Hic de Patre procedit, & de meo accepit.*

℣. 15. Ita ferunt Mſs. omnes, præter Cantabr. in quo ſic: *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt. Propter hoc dixi: quoniam*, &c. ut ſup. Græcum textui conſonat. Tertul. l. contra Prax. p. 852. a. *Omnia Patris, mea ſunt.* Hilarius in Pſ. 131. & 138. col. 456. e. 512. b. *Omnia quæ Patris ſunt, mea ſunt*: itidem l. 2. & 8. de Trin. 793. d. 978. d. 979. a. ita etiam l. 9. 1004. b. & 1033. a. niſi quòd addit, *Propterea* (ſive *Et ideo*) *dixi: De meo accipiet*: & l. 8. 959. b. *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi: De meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Itidem S. Leo, ſer. 73. & 74. pp. 156. a. 157. f. Sic etiam Victorin. Afr. l. 3. & 4. cont. Arium, pp. 277. f. 285. a. necnon Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 615. b. 652. b. 656. f. idem Ambroſ. l. de fuga ſæculi, c. 4. col. 428. b. legit: *Omnia quæ Pater habet, mea ſunt*: ſimiliter l. 2. in Lucam, col. 1314. b. & l. 2. 3. 4. & 5. de fide, 477. c. 480. a. 516. d. 520. d. 537. e. 594. a. & alibi; ſicque rurſus cum eo Victorin. Afr. l. 1. cont. Arium, pp. 257. c. 269. e. 276. h. ſecus l. 4. p. 287. h. ubi, *Omnia quæ habet Pater, & ego habeo.* Zeno Veron. l. 2. tr. 6. p. 154. *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt.* Nec aliter Auguſt. in Joh. 11. to. 3. col. 622. d. poſito *quæ*, pro *quæcunque.* Ambroſiaſt. 234. f. *Omnia quæ habet Pater, mea ſunt; & mea, Patris*: & infra, 239. b. *Omnia Patris, mea ſunt; & mea omnia, Patris.* Caſſiod. in Pſ. 2. p. 18. c. *Omnia quæ Pater habet, mea ſunt; & omnia Patris, mea ſunt.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 125. col. 135. c. *Omnia quæ Patris ſunt, mea ſunt; & quæ mea ſunt, Patris ſunt*: & infra: *Et ideo dixi: De meo accipiet: quia omnia quæ Patris ſunt, mea ſunt*: paulòque poſt: *Adjecit*, inquit, *Filius hominis, dicens: Et omnia quæ mea ſunt, Patris ſunt.* Vide infra, c. 17. ℣. 10. ubi ſimilia referuntur.

℣. 16. Mſ. Corb. *Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me*; reliqua deſunt. Cantabr. *Puſillum, & non me videbitis: & iterum puſillum, & videbitis me*; nec plura. S. Germ. verò, Foſſat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. Gr. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με· ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς, &c. Mſs. quidam ferunt, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με· & à pleriſque abeſt ἐγώ.

℣. 17. Mſ. Maj. Mon. *Dixerunt ergo diſcipuli ejus ad invicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum*, &c. ut in Vulgata. Corb. *Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem: Quid eſt quod dicit nobis: Modicum*, &c. ut in Vulg. à qua Foſſat. S. Germ. S. Mart. & S. Gat. nil differunt, nec etiam Cantabr. niſi quòd conſtanter habet *Puſillum*, pro *Modicum*; & addit *ego*, ante *vado*. Ita quoque Græcum habet, niſi excipias verbum θεωρεῖτε, pro 1. *videbitis*; ſed al. ὄψεσθε· à Mſs. etiam quibuſd. abeſt ἐγὼ, ante *vado*.

℣. 18. Mſ. Corb. *Dicebant igitur: Quid eſt hoc, Modicum? neſcimus quid loquitur.* Cantabr. adhuc ſimpliciùs: *Quid eſt hoc, Puſillum? neſcimus quid dicit*, omittens *Dicebant ergo*, & *quod dicit.* S. Mart. *Dicebant ergo..... quod dicit nobis*, &c. ut in Vulgata, cui ſuffragantur cæteri, non refragante Græco. A Mſs. tamen quibuſdam abſunt priora verba Ἔλεγον οὖν; ſicut ab aliis paulò poſt, ὃ λέγει.

℣. 19. Mſ. Corb. concordat in omnibus cum textu Colbert. S. Germ. verò, S. Mart. & Maj. Mon. cum Vulgata; quibus etiam accedunt Foſſat. & S. Gat. niſi quòd iſte habet *conquæritis*, pro *quæritis*; ille addit *vobis*, poſt *dixi.* Cantabrig. *Cognovit Jeſus, quoniam volebant eum interrogare de hoc, & dixit illis: De hoc quæritis in invicem quoniam dixi, Puſillum, & non me videb. & iterum puſillum, &*, &c. Græcum Vulgatæ favet: ſed Mſs. quidam tollunt οὖν, poſt *Cognovit.*

℣. 20. Mſ. Corb. *Amen.... quoniam vos flebitis, & lugebitis, mundus autem gaud. vos contriſtamini, ſed triſtitia veſtra in gaudium veniet.* Cantabr..... *quoniam plorabitis, & plangetis vos, mundus autem gaud. vos triſtitiam habebitis, ſed triſtitia veſtra in gaudium transferetur.* Maj. Mon. & S. Mart. *convertetur in gaudium*; reliqua ut in Vulg. cui favent Foſſat. S. Germ. & S. Gat. Gr. ὅτι κλαύσετε, καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ.... ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται. Tertul. l. de ſpectac. c. 28. p. 219. c. *ſæculum gaudebit: vos triſtes eritis*: & l. de idol. c. 13. p. 243. d. ac de coron. mil. c. 13. p. 293. b. *ſæculum gaud. vos verò lugebitis.* Cypr. l. de mortal. p. 230. b. & epiſt. ad Fortunat. p. 268. b. *Amen, amen dico vobis: quoniam vos plorabitis, & plangetis, ſæculum autem gaudebit: vos triſtes eritis, ſed triſtitia veſtra in lætitiam veniet.*

℣. 21. Mſ. Corb. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, & quia venit dies ejus: cùm autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ..... quia natus eſt homo in hunc mundum.* Cantabr. *quoniam venit dies ejus: cùm autem pepererit infantem, jam non meminit triſtitiæ..... quia natus eſt homo in hunc mundum.* Foſſat. *jam non meminit triſtitiæ... quia natus eſt homo in hoc mundo*; priora ut in Vulgata, cui accinunt in omnibus cæteri, ſi exceperis *peperit*, quod eſt in Mſ. S. Mart. In Græco ſic: Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως, &c. ut in Vulgata. Mſs. quidam, pro τίκτῃ, ferunt τίκτει; paulòque poſt alii ἡμέρα, pro ὥρα: & λύπης, pro θλίψεως. Ambroſ. in Pſ. 47. col. 940. d. legit: *Mulier cùm parturit, triſtitiam habet, quia venit dies ejus: cùm autem pepererit puerum, jam non meminit triſtitiæ propter gaudium, quia natus eſt homo in hoc mundo*: ſimiliter habet l. 10. in Luc. 1509. c. excepta voce *hora*, pro *dies*; & *puerum*, quem omittit.

℣. 22. Mſ. Corb. textui Colb. congruit, excepto ver-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor
vestrum : & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
23. Et in illo die me non rogabitis quidquam.
Matth. Amen, amen dico vobis : si quid petieritis Patrem
7. 7. & in nomine meo, dabit vobis.
21. 22. Marc. 24. Usque modò non petistis quidquam in no-
11. 24. mine meo : Petite, & accipietis, ut gaudium ve-
Luc. 11. strum sit plenum.
9. 25. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Ve-
Sup. 14. nit hora, cùm jam non in proverbiis loquar vo-
13. Jac. 1. bis, sed palàm de Patre annuntiabo vobis :
5. 26. in illo die in nomine meo petetis : & non
dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis :
27. ipse enim Pater amat vos, quia vos me
amastis, & credidistis quia ego à Deo exivi.
28. Exivi à Patre, & veni in mundum : iterum
relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29. Dicunt ei discipuli ejus : Ecce nunc palàm
loqueris, & proverbium nullum dicis :
30. nunc scimus quia scis omnia, & non opus

VERSIO ANTIQUA.

terum autem videbo vos, & gaudebit cor ve- Ex Ms. Colbert.
strum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
23. Et in illa die me non interrogabitis quid-
quam. Amen, amen dico vobis : quoniam si quid
petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis.
24. Usque modò non petistis quidquam in no-
mine meo : Petite, & accipietis, ut gaudium
vestrum sit impletum.
25. Hæc in proverbiis locutus sum vobis : sed
veniet hora, cùm jam non in proverbiis loquar
vobis, sed palàm de Patre manifestabo vobis :
26. in illa die in nomine meo petetis : & non
dico vobis quia rogabo Patrem :
27. ipse enim Pater amat vos, quia vos me
amatis, & creditis quia ego à Deo exivi.
28. Exivi à Patre, & veni in hunc mundum :
iterum relinquo hunc mundum, & vado ad Pa-
trem meum.
29. Dicunt ei discipuli ejus : Ecce nunc palàm
loqueris, & proverbium nullum dicis :
30. nunc ergo scimus quia omnia nosti : non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bo *auferet*, pro *tollet*. Cantabrig. ita incipit : *Et vos ergo nunc quidem tristitiam habebitis* ; reliqua verò hab. ut in textu. S. Mart. similiter *habebitis* ; & initio, *Et vos igitur*, ut cæteri omnes. Gr. Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε, &c. Hilar. in Ps. 60. col. 144. f. *Nunc quidem trist. habetis, rursum autem videbo vos, & lætabitur cor vestrum : & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Ambrosius l. 10. in Luc. col. 1509. c. *Et vos modò quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Cypr. l. de mortal. p. 230. b. *iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum : & gaud. vestrum nemo auferet à vobis.*

℣. 23. Ms. Corb. textui Colb. consonat, deleta voce *quoniam*. Cæteri conveniunt cum Vulgata, his exceptis, nempe in Cantabr. *Et in illo die me non rogabitis nihil* ; in S. Mart. *me non interrogabitis quicquam* ; in Fossat. *me non rogatis quidquam* ; in S. Germ. *me non rogatis*, absque *quidquam* ; subinde in S. Gat. *si quid petieritis à Patre meo in* ; in Maj. Mon. *si quid petieritis Patri meo in*. Græc. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν..... ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ, &c. al. ὅτι ἐάν τι, al. ὅ, τι ἂν, al. ὃ ἐάν. Hilar. in Ps. 60. col. 145. a. *In illa die me non rogabitis quidquam.* Ambros. in Ps. 40. col. 882. c. d. *Amen, amen dico vobis : si quid petieritis à Patre in nom. meo, dabit vobis.* Itidem Auct. quæst. N. T. q. 93. col. 84. e. Vigil. autem Taps. l. 2. de Trin. p. 777. a. *omnia quæcunque petieritis à Patre in nom. meo, dabit vobis.*

℣. 24. Textui Colb. concinunt Mss. Corb. & Fossat. S. Germ. verò, S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ. Cantabr. solus : *Usque nunc nihil petistis in..... Petite... ut gaudium vestrum repletum sit.* Gr. Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐν.... Αἰτεῖτε, καὶ..... ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. Auctor quæst. N. T. q. 93. col. 84. e. *Usque modò non petistis quidquam in nomine meo. Petite, & accipietis* : at part. 2. q. 26. col. 150. b. *Usque modò nihil petistis in nom. meo. Petite, & ego faciam.* Itidem Ambrosiaster col. 234. b. sed infra, col. 256. c. *Petite, & accipietis.* Sic etiam Tertul. l. de orat. c. 9. p. 182. a. & l. de bapt. p. 393. a.

℣. 25. Ms. Corb. *Hæc proverbiis locutus sum vobis : sed veniet hora*, &c. ut in Vulg. cui Fossat. S. Germ. Cantabr. &c. consonant ad verbum, nisi quòd Cantabr. habet *in pala*, pro *palàm*. Gr. παῤῥησίᾳ· & paulò sup. ἀλλ' ἔρχεται, *sed venit* : à Mss. tamen pluribus abest ἀλλά. Hilar. in Ps. 127. col. 427. e. legit : *Veniet hora, ut jam non in proverbiis loquar vobis, sed palàm de Patre annuntiem vobis.* Hieron. l. 3. in epist. ad Eph. to. 4. col. 405. f. *Venit hora, quando nequaquam vobis in proverbiis loquar, sed confidenter de Patre annuntiabo vobis.* August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 763. b. *Hæc vobiscum locutus sum in similitudinibus. Veniet hora, quando jam non in similitudinibus loquar vobis, sed manifestè de Patre nunciabo vobis* : in hunc verò locum, cum Vulgata concinit, addito tantùm *meo*, post *Patre*.

℣. 26. Ms. Corb. *in illa die in nomine meo petetis... quia ego rogabo Patrem propter vos.* Cantabr. *in illa die in nomine meo petetis..... quoniam ego rogabo Patrem meum de vobis.* S. Germ. *illo die in nomine meo petetis*, &c. ut in Vulg. cum qua conveniunt cæteri, nisi quòd Fossat. habet *petitis*. Gr. αἰτήσεσθε, &c. ut in Vulgata. August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 763. b. *illa die in nom. meo petetis : & non dico vobis quia ego rogabo Patrem : ipse enim*, &c. Similiter habet Auctor quæst. N. T. q. 91. col. 81. d. omisso *de vobis*. Hilar. verò l. 6. de Trin. col. 899. f. *non dicam vobis quoniam ego rogabo Patrem pro vobis.*

℣. 27. Mss. Corb. *ipse enim Pater amat vos, qui vos me amatis, & creditis quia ego à Deo Patre exivi, & veni*, &c. de ℣. seq. non repetito, *Exivi à Patre*. S. Gat. *quia vos me amatis, & creditis quia ego à Deo exivi à Patre, & veni*, &c. Maj. Mon. *amastis, & credidistis quia ego à Patre meo à Deo exivi, & veni*, &c. Fossat. *ipse enim Pater diligit vos, quia vos me diligitis, & creditis quia ego à Deo exivi.* Cantabrig. *ipse enim Pater diligit vos, quia vos me dilexistis, & credidistis quoniam ego à Patre exivi, & veni*, &c. S. Germ. & S. Mart. Vulgatæ consonant ; sicut & Græcum, in quo φιλεῖ, & πεφιλήκατε, pro *amat*, & *amastis*. Mss. tamen quidam, verbo ἐξῆλθον, *exivi*, subdunt καὶ ἥκω. Hilar. l. 6. & 9. de Trin. col. 899. f. 1002. f. legit : *ipse enim Pater amat vos, quoniam vos me amatis, & creditis quoniam ego à Deo exivi.* Concinit August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 763. c. nisi quòd habet, *amastis, & credidistis*. Auctor l. de quæst. N. T. q. 91. col. 81. d. *ipse enim Pater diligit vos, quia vos me diligitis, & creditis quia à Deo exivi.* Itidem Ambros. tract. in Ps. 36. col. 797. b. *ipse enim Pater diligit vos, quia vos me diligitis.*

℣. 28. Ms. Cantabr. verbis extremis versûs præced. *quoniam ego à Patre exivi* ; statim subdit : *& veni in hunc mund. iterum dimitto hunc mund. & vado ad Patrem.* Corb. S. Gat. & Maj. Mon. similiter non repetunt initio huj. ℣. *Exivi à Patre* ; sed verba hæc, *& veni in mundum*, Corb. *in hunc mundum*, adjungunt versui antecedenti ; reliqua verò habent ut in Vulg. Contra Fossat. habet, *Exivi à Patre, & veni in hunc mundum*, &c. ut in Vulgata. S. Mart. pariter, *Exivi à Patre, & veni in mundum : & iterum*, &c. ut in eadem Vulg. à qua nil differt S. Germ. Ita quoque in Græco est ; sed à Mss. quibusdam absunt priora verba, Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρός. Hilar. l. 6. & 9. de Trin. col. 899. f. & 1002. f. post ultima verba versûs antecedentis, *quoniam à Deo exivi*, statim subjicit, *& à Patre veni in hunc mundum.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 625. b. *De Patre processi, & veni in hunc mundum* : & l. 2. de fide, col. 481. e. *Exivi à Patre, & veni in mundum : iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Eadem refert Augustin. l. 1. de Trin. col. 763. c. præter *in hunc mundum*. Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 257. d. *Exivi à Patre, & veni in mundum.* Auctor l. de quæst. N. T. q. 91. col. 81. d. *Exivi enim à Patre, & veni in hunc mundum : iterum relinquo*, &c. & infra, *ecce iterum relinquo*, &c. Synod. adv. tragœd. Iren. c. 225. *Exivi à Patre, & veni in hunc mund. & iterum relinquo hunc mundum, & vado ad Patrem.*

℣. 29. Ita ferunt Mss. Corb. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. quibus accedit Fossat. deleta voce *ejus*, post *discipuli*. Cantabr. habet : *Dicunt illi discipuli ejus : Ecce nunc in palàm loqueris*, &c. ut sup. nec absimile Græcum est. Hilar. l. 6. de Trinit. col. 901. a. legit : *Dicunt ei discipuli ejus : Nunc palàm loqueris, & proverb. nullum dicis.* Auct. verò quæst. N. T. q. 91. col. 81. d. g. textui Colbert. congruit.

℣. 30. Ms. Corb. *nunc scimus quia omnia nosti, & non opus est tibi ut quis te interroget : in hoc dixi vobis, quia à Deo exivi.* Cantabr. *nunc cognovimus quia scis omnia, & non opus habes ut aliquis te interroget : in hoc credimus quo-*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. opus est tibi ut aliquis te interroget: sed credimus quia à Deo existi.

31. Respondit eis Jesus: Modò creditis?

32. Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in suam regionem, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In hoc autem mundo tribulationem, & pressuram habebitis: sed gaudete, quoniam ego vici mundum.

### Vulgata nova.

est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.

31. Respondit eis Jesus: Modò creditis?

32. Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. *Matth.* 26. 31. *Marc.* 14. 27.

33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*niam à Deo existi.* Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, nec refragatur Græcum, nisi quòd habet καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, pro *non opus est tibi*: Ms. etiam unus initio fert ἐγνώκαμεν, pro οἴδαμεν. Hilar. l. 6. & 9. de Trinit. col. 902. a. 1002. e. *nunc ergo scimus quia nosti omnia, & non habes necesse ut aliquis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.* Auct. quæst. N. T. q. 91. col. 81. d. *nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi*, &c. ut in Vulg. & inf. col. 82. a. *nunc scimus quoniam nosti omnia*, &c.

℣. 31. Consonant Mss. omnes, præter Corb. in quo deest *eis*. Græc. textui favet.

℣. 32. Ms. Corb. *Venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in sua, & me solum relinquatis*, &c. ut sup. Cantabrig. *Ecce venit hora, & venit, ut dispergamini unusquisque in sua, & me solum dimittatis: & non sum solus, quoniam*, &c. Cæteri concordant cum Vulgata, nisi quòd S. Germ. habet, *& me solum relinquetis*; Maj. Mon. verò contractiùs, sed mendosè, *ut relinquetis*. Gr. Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε, &c. ut sup. Mss. quidam omittunt νῦν, al. integram pericopen καὶ νῦν ἐλήλυθεν. Hilar. in Ps. 138. col. 516. c. legit: *Ecce venit hora, ut dispergatur unusquisque vestrûm, & me solum relinquatis: sed non sum solus, quoniam Pater mecum est*: at l. 9. de Trin. col. 1003. a. *Ecce venit hora, & nunc venit, ut dispergatur unusquisque in sua, & me solum relinquatis: sed*, &c. ut sup. Ambr. in Ps. 38. col. 845. f. 846. a. *Ecce venit hora, ut dispergamini unusquisque in sua, & me solum relinquatis: sed non sum solus*, &c. ut sup. itidem in Ps. 118. col. 977. f. & 980. f. nisi quòd ultimo loco legat, *Ecce jam venit*: at epist. 26. col. 896. f. *Ecce venit hora, & jam venit, ut*, &c. & l. de interp. Dav. c. 4. col. 643. e. *Ecce venit hora, ut me solum relinquatis: sed non sum solus*, &c. & l. 1. de Abr. c. 8. col. 306. e. *solum me relinquetis: & non sum solus, quia*, &c. similiter in Ps. 39. col. 863. b. & l. 2. in Luc. col. 1285. f. *& non sum solus*: & in Ps. 43. col. 900. c. *quoniam solus non sum, quia*, &c. at l. 2. in Luc. col. 1312. f. *sed non sum solus, Pater enim mecum est.* August. in Joh. 5. to. 3. col. 464. e. *Ecce veniet hora, ut unusquisque discedat ad sua, & me solum relinquatis: sed non solus sum, quia Pater mecum est.*

℣. 33. Ms. Corb. concordat cum textu Colbert. excepto quòd omittit *tribulationem, &*. Contra Cantabr. habet: *In mundo tribulationem habebitis: sed animæqui estote, ego vici mundum.* Fossat. & Maj. Mon. *In mundo pressuram habetis: sed confidite, ego vici mundum.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *confidite, quia ego vici mundum.* Ms. S. Mart. & Græcum, Vulgatæ consonant. Cyprianus l. de bono bapt. p. 251. a. legit: *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo autem pressuram habebitis: sed fidite, quoniam ego vici mundum*: & epist. ad Fortunat. p. 268. b. & l. 3. Testim. p. 306. a. *In sæculo autem pressuram habebitis: sed fidite, quoniam ego vici sæculum.* Hilar. l. 9. de Trinit. col. 1003. c. *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In hoc autem sæculo tribulationem habebitis: sed animæqui estote* (al. *animi æqui estote*, al. *animæquiores estote*) *quia vici ego mundum*: & in Ps. 143. col. 553. f. *ego enim vici mundum.* S. Leo epist. 2. p. 206. c. *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In hoc autem mundo tribulationem habebitis: sed bono animo estote, quia ego vici mundum.* S. Paulin. epist. 38. p. 234. a. *constantes estote, quia ego vici mundum.* Augustinus in Psal. 21. to. 4. col. 105. a. *gaudete, quoniam ego vici sæculum.* Græc. θαρσεῖτε, ἐγὼ, &c.

## CAPUT XVII.

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 1. HÆc locutus est Jesus: & elevavit oculos suos in cœlum, & dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te:

2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det illis vitam æternam.

3. Hæc est autem vita æterna: Ut cognoscant

### Vulgata nova.

1. HÆc locutus est Jesus: & sublevatis oculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te:

2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. *Matth.* 28. 18.

3. Hæc est autem vita æterna: Ut cognoscant

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. M. Corb. *Hæc locutus est Jesus: & levavit oculos suos in cælum, & dixit: Pater... ut filius clarificet te.* Cantabr. *Hæc locutus est Jesus: & adlevans oculos suos in cælum, dixit: Pater, venit hora, glorifica..... ut filius honorificet te.* Fossat. *Pater, ecce venit hora*; cætera ut in Vulg. cui accinunt alii omnes. Græcum textui Colb. consonat, nam δόξασον... δοξάσῃ, tam *clarifica... clarificet*, quàm *honorifica... honorificet*, interpretari possunt. Ut enim ait Augustinus sup. in hæc verba, cap. 16. ℣. 14. *ille me clarificabit: Verbum Græcum δοξάσει, alius* clarificabit, *alius* glorificabit, *Latini interpretes in sua quisque translatione posuerunt: quoniam ipsa quæ Græcè dicitur δόξα, unde dictum est verbum δοξάσει, &* claritas *interpretatur, &* gloria. *Gloriâ namque fit quisque clarus, & claritate gloriosus: ac per hoc quod utroque verbo significatur, idipsum est.* Mss. quidam ferunt, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς... εἶπε, pro ἐπῆρε τοὺς...... καὶ εἶπε· & alii sub fin. delent σου, post *filius*. Hilar. in Psal. 2. n. 31. col. 43. a. legit: *Pater, venit hora, honorifica filium tuum, ut filius tuus honorificet te*: itidem in Ps. 137. col. 500. b. & l. 9. de Trin. col. 1003. d. lib. verò 3. col. 812. c. d. *clarifica... clarificet.* Ita etiam habet Ambr. l. 4. Hex. col. 65. b. & l. de Noe. c. 5. col. 232. c. & l. 4. & 5. de fide, col. 486. d. 557. f. & epist. 23. col. 883. b. necnon Auctor l. de dupl. mart. p. 583. At Vigilius Tapſ. l. 4. de Trin. *Pater sancte, honorifica filium tuum, ut & filius tuus honorificet te.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 257. e. *glorifica filium, ut & filius glorificet te.*

℣. 2. Ms. Corb. *Sicut dedisti ei potestatem universæ carnis, ut omne..... det illis vitam æternam.* Cantabrig. *Sicut dedisti ei pot. omnis carnis, ut omne..... ei, habeat vitam æternam.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ suffragantur, & Græcum. Hilar. in Ps. 2. n. 31. col. 43. a. *Sicut dedisti illi pot. omnis carn. ut omne, quod dedisti illi, det illi vitam æternam*: itidem in Ps. 143. col. 554. f. & l. 3. & 9. de Trin. col. 812. c. 1003. d. præter *dedisti ei*, & *det ei.* August. l. de quæst. to. 6. col. 73. c. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 257. e. *Sicut ei dedisti potest. universæ carnis, ut omne, quod dedisti ipsi, det ipsi vitam æt.*

℣. 3. Concinunt Mss. omnes, præter Corb. qui delet vocem *verum*; & Cantabr. qui ultimæ *Christum*, addit *in hunc mundum.* Græcum textui consonat. Accinunt magno consensu Hilarius in Ps. 138. col. 511. b. & l. 1. 3. 4. & 9. de Trin. col. 781. b. f. 812. d. 830. e. 984. d. 1002. b. 1004. e. 1005. b. c. 1008. b. 1012. b. Ambros. l. de fuga sæc. c. 2. col. 421. a. & l. 1. & 4. in Luc. col. 1270. c. 1342. c. & l. 2. de offic. col. 71. e. & l. 5. de fide,

Digitized by Google

### Vulgata nova.

te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

4. Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi ut faciam:

5. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus eſſet, apud te.

6. Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſervaverunt.

7. Nunc cognoverunt quia omnia, quæ dediſti mihi, abs te ſunt:

8. quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti.

### Versio antiqua.

Ex Mſ. Colbert.

te, ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

4. Quem ego clarificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi ut facerem:

5. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus eſſet, apud te.

6. Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſervaverunt.

7. Et nunc cognovi quia omnia, quæcunque dediſti mihi, abs te ſunt:

8. quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt ea, & cognoverunt quia à te verè exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti.

## Notæ ad Versionem antiquam.

col. 553. e. 554. b. & l. 2. de Spir. S. col. 639. a. Ambroſiaſt. col. 27. b. 163. b. 292. e. 351. e. S. Leo ſerm. 23. p. 76. f. & Auctor quæſt. utriuſque T. q. 113. col. 115. e. at idem Auct. quæſt. V. T. q. 3. col. 44. d. legit: *Hæc eſt autem vita æt. Ut cognoſcant te, ſolum & verum Deum*, &c. ut ſup. Itidem legit Cypr. epiſt. 73. p. 134. b. & l. de orat. Dom. p. 213. a. & ad Demetriad. p. 224. a. & ad Fortunat. p. 264. b. & l. 2. Teſtim. p. 285. a. Ita quoque Victorin. Afr. l. 3. contra Ari. p. 277. d. ſed l. 1. p. 257. e. habet: *Eſt autem in æterna vita: Ut cognoſcant te, unum & verum Deum, quem præmiſiſti Jeſum Chriſtum*. Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Hæc eſt autem vita æterna: Ut ſciant te, unum & verum Deum, & quem miſiſti* J. C. Auguſt. in Joh. 1. 5. & 16. to. 3. col. 311. e. 447. e. 463. g. 752. b. & l. de fide & op. to. 6. col. 187. b. & l. 14. de Trin. col. 965. d. *Hæc eſt autem vita æt. Ut cognoſcant te, unum verum Deum, & quem miſiſti* J. C. Arnob. l. de Trin. p. 210. c. *Hæc eſt vita æt. Ut cognoſcant te, unum & verum Dominum, & quem miſiſti* J. C. Phœbad. Agin. cont. Arian. p. 300. h. *Hæc eſt vita æt. Ut cognoſcant te, ſolum & verum Deum.*

℣. 4. Mſ. Corb. *Ego te clarificavi ſuper terram, opere conſummato, quod dediſti mihi ut faciam.* Cantabr. *Ego te honorificavi ſuper terram, & opus conſummavi, quod dediſti mihi ut faciam.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum Vulgata concordant, ſicut & Foſſat. excepto in fine, *ut perficiam*. Græcum Vulgatæ favet: Mſs. tamen quidam, pro ἐτελείωσα, *conſummavi*, habent τελειώσας. Novatian. l. de Trin. p. 1043. c. *Ego te honorificavi ſuper terram: opus perfeci, quod dediſti mihi.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. a. *Ego te clarificavi in terra: opus perfeci, quod dediſti mihi ut faciam.* Nec aliter Zeno Veron. l. 2. tr. 6. p. 152. ſi exceperis *facerem*, pro *faciam*. Hilar. in Pſ. 138. col. 510. a. *Ego te honorificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi*: at l. 3. de Trin. col. 812. d. & 815. c. *Ego te clarificavi ſuper terram, opere conſummato, quod dediſti mihi ut faciam*: ſed infra, col. 816. a. *opus conſummavi, quod ..... ut facerem*: & l. 9. col. 1008. c. *Ego te glorificavi..... opus conſummavi, quod....... ut facerem.* Hieron. in Iſai. 49. to. 3. col. 351. e. *Ego te glorificavi ſuper terram, opere completo, quod ded. mihi ut facerem.* Ambroſ. l. 4. de fide, col. 545. e. *Ego te clarificavi ſuper terram*: ſubinde hæc habet: *Quidam* δόξαν, opinionem *magis putaverunt eſſe, quam* gloriam; *& ideo ſic interpretati ſunt: Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi: & nunc clarifica me Pater, hoc eſt* δόξασον; *ut ſit hic ſenſus: Ego opinionem de te hominibus hujuſmodi infudi, ut cognoſcant te Deum verum: & tu hanc de me confirma illis opinionem, ut credant me tuum filium, & Deum verum.*

℣. 5. Concinunt Mſs. Corb. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accedit Foſſat. deletâ voculâ *tu*. Cantabr. verò hab. *& nunc honorifica me tu Pater ad teipſum, gloriâ, quam habebam apud te, antequam fieret mundus.* Gr. καὶ νῦν δόξασόν με σὺ Πάτερ παρὰ σεαυτῷ, τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί. Irenæus l. 4. c. 14. p. 243. e. *Pater, clarifica me claritate, quam habui apud te priùs, quàm mundus fieret.* Novatian. l. de Trin. p. 1038. b. *Pater clarifica me eo honore, quo fui apud te, antequam mundus eſſet*: itidem infra, p. 1043. c. excepto verbo *fieret*, pro *eſſet*: at p. 1046. b. legit: *& nunc honorifica me gloriâ, quam habebam apud te priùs, quàm mundus eſſet.* Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 285. a. necnon Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 152. *& nunc clarifica me apud teipſum, claritate, quam habui apud te priùs, quàm mundus fieret.* Hilarius in Pſ. 2. n. 29. col. 41. a. *Pater, glorifica me apud teipſum, ea claritate, quam habui priùs, quàm mundus eſſet, apud te*: at in Pſſ. 54. & 141. col. 107. e. & 544. c. *Pater, clarifica me apud temetipſum, claritate, quam habui apud te priùs, quàm mundus eſſet*: ſimiliter l. 2. de Trin. col. 799. e. ſed l. 3. col. 812. d. ſeqq. Vulgatæ conſonat, detractâ tantùm voculâ *tu*: lib. verò 9. 1008. c. d. 1009. a. b. c. legit: *& nunc glorifica me tu Pater apud temetipſum, gloriâ, quam habebam, antequam ſæculum eſſet, apud te.* Hieron. in Iſai. 42. col. 318. e. *Pater, glorifica me gloriâ, quam apud te habui priùs, quàm mundus eſſet.* Ambroſius l. 4. & 5. de fide, col. 545. e. 567. c. *clarifica me Pater claritate ea, quam habui priùs, quàm mundus eſſet, apud te.* Auguſt. in Joh. 8. to. 3. col. 585. d. *Pater, glorifica me eâ gloriâ, quam habui apud te, antequam mundus eſſet*: & in Pſ. 15. to. 4. col. 71. b. *Pater, clarifica me ea claritate, qua eram apud te priùs, quàm mundus fieret*: itidem l. cont. Adim. to. 8. col. 121. a. ſi excipias *fui*, pro *eram*. Victorin. Afr. l. 1. cont. Arium, p. 257. e. *& nunc glorifica me Pater apud teipſum, gloriâ, quam habui, antequam mundus eſſet*: at l. 4. p. 289. a. *redde mihi Pater honorem meum, quem habui apud te.* Vigil. Tapſ. l. 1. cont. Ari. Sabell. &c. *Pater, glorifica me illa gloria, quam habui apud te, antequam mundus fieret*: & l. 3. de Trin. *Pater, clarifica me apud temetipſum, claritate, quam habui, antequam mundus hic eſſet.* Gaud. Brix. p. 974. h. *Pater, glorifica me eâ gloriâ, quam habui apud te, priuſquam hic mundus eſſet.* Vide ſup. c. 12. ℣. 28.

℣. 6. Ita ferunt Mſs. Foſſat. S. Mart. & S. Germ. Cantabrig. verò ſic: *Manifeſtavi nomen tuum..... quos dediſti mihi de hoc mundo: Tui erant, & mihi illos dediſti: & verbum tuum ſervaverunt.* S. Gat. & Maj. Mon. *& ſermonem meum ſervaverunt.* Corb. *& ſermonem tuum ſervavi.* Græc. textui Colb. congruit. Mſs. tamen quidam habent, λόγον μου τετηρήκασι. Tertul. l. de orat. c. 3. p. 180. c. & l. cont. Prax. p. 852. a. legit: *Nomen tuum manifeſtavi hominibus.* Similiter Hilarius in Pſ. 137. col. 500. b. & l. 3. de Trin. 812. d. ſeqq. at in Pſ. 61. col. 150. b. & in Pſ. 138. col. 511. a. 521. c. legit: *Pater, manifeſtavi nomen tuum hom. quos dediſti mihi de ſæculo: Tui erant, & mihi eos dediſti: & verbum tuum ſervaverunt.* Ambr. l. 10. in Luc. col. 1504. e. *Nomen tuum manifeſtavi hominibus, quos dediſti mihi*: & in Pſ. 36. col. 797. b. *Tui erant, & mihi eos dediſti: & verbum tuum ſervaverunt.* Hieron. in Ezech. 38. & 42. col. 967. f. 1007. e. *Revelavi nomen tuum hominibus.* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 257. e. *Manifeſtavi tui nomen hom. quos dediſti mihi*: tum addit: *Ex iſto manifeſtum, quòd non omnes tui erant, & mihi eos dediſti: & verbum tuum cuſtodierunt.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 741. b. *Manifeſtavi nomen tuum hominibus.* Ambroſiaſt. col. 256. c. *Pater, quos dediſti mihi cuſtodivi: Tui enim erant, & mihi eos dediſti*: ſed hæc poſtrema ſolummodo, ad hunc verſum pertinent; priora ad ℣. 12.

℣. 7. Mſ. Corb. ſimiliter habet cum Colb. *Et nunc cognovi quoniam omnia, quæcunque*, &c. S. Germ. verò, Cantabrig. Foſſat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. concinunt cum Vulg. niſi quòd S. Mart. habet, *Et nunc*; & Cantabrig. *mihi dediſti*. Gr. Νῦν ἔγνωκαν ὅτι πάντα ὅσα..... παρὰ σοῦ ἐστιν· at Mſ. unus cum Syr. & Goth. Νῦν ἔγνωκα· cujus ſcripturæ meminerunt, eamque & reprehendunt Chryſoſt. ac Theophylact. ſi Millio fides. Et verò Hilar. in Pſ. 138. col. 521. c. legit: *Nunc cognoverunt quoniam omnia, quæ dediſti mihi, dedi eis*, &c. verſûs ſeq. omiſſis intermediis *abs te ſunt*, & *quia verba, quæ dediſti mihi*. Victorin. verò Afr. l. 1. adv. Arium, p. 257. e. habet: *Nunc cognovi quoniam omnia, quæ mihi dediſti, à te ſunt.*

℣. 8. Mſ. Cantabrig. *quoniam verba tua, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt verè quoniam abs te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti.* Corb. *quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt; & cognoverunt quia*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 9. Et ego pro eis rogo : Non pro mundo hoc rogo, sed pro his, quos tu mihi dedisti : quia tui sunt :

10. & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt : & clarificatus sum in eis.

11. Et jam non sum in hoc mundo, & hi in mundo sunt : & ego ad te venio, & jam non sum in hoc mundo. Pater sancte, serva eos in nomine tuo.

12. Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi : & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.

13. Nunc autem ad te venio : & hæc loquor in hoc mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de hoc mundo.

15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.

16. De hoc mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

VULGATA NOVA.

9. Ego pro eis rogo : Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi : quia tui sunt :

10. & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt : & clarificatus sum in eis.

11. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi : ut sint unum, sicut & nos.

12. Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi : & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Inf. 18. 9. Psalm. 108. 8.

13. Nunc autem ad te venio : & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.

16. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*à te verè exiverunt, & crediderunt quia tu me misisti.* Maj. Mon. *& ipsa acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt verè quia tu me misisti.* Itidem in S. Germ. præter vocem *ipsi*, pro *ipsa*. Fossat. verò, S. Mart. & S. Gat. Vulgatæ consonant, sicut & Græcum. In una tamen edit. Paris. desunt priora verba, ὅτι τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι· & Hilar. in Ps. 138. col. 521. c. post hæc verba versûs præced. *qua dedisti mihi;* nullo interposito medio, sic prosequitur, *dedi eis : & ipsi acceperunt, & scierunt verè quoniam à te prodii, & crediderunt quia tu me misisti.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Ego pro eis rogo : Non pro hoc mundo rogo, sed de quibus dedisti mihi : quoniam tui sunt.* Fossat. S. Germ. Corb. &c. Vulgatæ consonant, & Græco. Hilarius in Ps. 138. col. 521. c. legit : *Ego pro his rogo : Non pro sæculo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi.* Auct. quæst. N. T. q. 76. col. 74. a. *Ego pro his rogo, quos mihi dedisti, Pater.*

℣. 10. Sic habent Mss. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. quibus accedit Corb. deleto secundo *sunt*. S. Germ. prætermittit *& mea omnia tua sunt.* Cantabrig. verò sic : *& omnia mea tua sunt, & tua mea sunt : & glorificasti me in eis.* Græcum Ms. Corbeiensi favet. Accinunt etiam Hilarius in Ps. 138. col. 522. e. & l. 1. 8. & 12. de Trin. col. 781. f. 793. d. 959. d. 1144. b. Ambros. l. 5. de fide, col. 567. d. & l. de incarn. col. 722. d. Ambrosiast. col. 142. e. & Sedul. Scot. in epist. ad Rom. p. 495. a. Hilarius tamen & Ambros. quibusdam locis ipso initio præferunt vocem *Pater*. Sic etiam Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 154. *Pater, omnia mea tua sunt, & tua omnia mea.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. f. *omnia tua mea sunt, & mea tua.* Gaudent. Brix. ser. 14. p. 965. g. *quoniam tua omnia mea sunt, & mea tua sunt.* Cassiod. in Ps. 20. p. 69. a. & in Ps. 44. p. 151. c. *omnia Patris mea sunt, & omnia mea Patris.* Vide sup. c. 16. ℣. 15.

℣. 11. Ms. Corb. *Et jam non sum in hoc mundo, & hi in hoc mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, conserva eos in nomine tuo;* nec plura. Cantabrig. *Et jam non sum in hoc mundo, & ipsi in hoc mundo sunt : & ego ad te venio, jam non sum in mundo, & in mundo sum. Pater sancte, serva eos in nomine tuo :* reliqua transfert in ℣. seq. quem vide. Cæteri non differunt à Vulgata, nisi quòd S. Germ. & Maj. Mon. habent in fine, *sicut & nos unum sumus;* Fossat. *sicut & vos*, sed vitiosè. Græcum similiter Vulgatæ consonat, nisi exceperis ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς· sed Mss. quidam addunt καὶ, ad καθὼς, & alii plures, loco ἡμεῖς, ponunt ὑμεῖς· alii ferunt, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμέν. Hilar. in Ps. 126. col. 417. f. simpliciter, *Pater sancte, serva eos :* deinde, *Cùm essem cum his*, &c. prætermissis verbis intermediis : similiter l. 10. de Trin. col. 1062. e. *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo :* tum, *Cùm essem cum eis*, &c. At S. Leo, ser. 1. p. 49. d. legit : *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi :* & Ambros. l. 4. de fide, col. 527. b. *ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* August. l. 1. contra Maximin. to. 8. col. 687. c. hæc habet : *Christus non ait : Ut ipsi & nos unum simus : sed ait : Ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Nam, ut verba ipsa Evangelica ponam : Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi : ut sint unum, sicut & nos unum :* at inf. col. 724. c. delet ultim. *unum*, ut & epist. 238. to. 2. col. 862. d. ubi eadem verba refert.

℣. 12. Mss. Corb. & Maj. Mon. conveniunt cum textu Colbert. nisi quòd ille habet, *& nemo ex ipsis periit;* iste, *& nemo ex eis peribit.* S. Germ. ita incipit : *Pater, cùm essem cum eis, ego*, &c. ut in Vulg. In Cantabrig. turbata omnia sic leguntur : *Et cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, ut sint unum sicut nos. Cùm essem cum eis, ego custodiebam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, & custodivi : & nemo ex eis periit, nisi filius*, &c. ut supra. In Fossat. S. Gat. & S. Mart. omnia ut in Vulg. In Græco verò : Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς, &c. ut in Vulg. à Mss. tamen quibusdam abest, ἐν τῷ κόσμῳ· & alii plures, pro οὓς δέδωκάς μοι, ferunt, ᾧ δέδωκάς μοι· al. ὃ δέδωκάς μοι. Hilar. in Ps. 126. col. 417. f. legit : *Cùm essem cum his, custodiebam eos in nomine tuo :* & l. 10. de Trin. col. 1062. e. *Cùm essem cum eis, ego custodiebam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, & custodivi.* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 522. c. *Dum essem in mundo cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi : & nullus ex eis periit, nisi unus filius perditionis.* Ambrosiast. col. 89. c. *Pater, quos dedisti mihi, custodivi : & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 257. f. *Custodivi eos in nomine tuo, quos mihi dedisti.* Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 8. col. 195. e. *sed nemo periit, nisi filius perditionis.*

℣. 13. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Colb. sicut etiam Corb. excepto *habeam*, pro *habeant*. Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt, unà cum Græco, nisi excipias vocem αὐτοῖς, pro *semetipsis*.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Ego autem dedi verbum tuum eis, & mundus odit eos, quoniam non sum de hoc mundo :* reliqua desunt. Fossat. verò, Sangermanensis, S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ concinunt, quibus accedit Corb. nisi quòd delet *&*, post *sicut*. Ita quoque in Græco est. In Ms. tamen uno deest, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. Sed Ambros. l. 1. Hex. col. 14. d. & in Ps. 118. col. 1140. f. habet : *de hoc mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo;* al. *de hoc mundo.*

℣. 15. Textui concinit Ms. Fossat. Corb. habet : *Non rogo ut tollas eos de hoc mundo*, &c. ut in textu. Maj. Mon. *Quia non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex malo.* Itidem in S. Germ. & S. Gat. dempto *Quia*. In Cantabrig. *ut serves eos de iniquo;* in S. Mart. *de malo.* Græc. ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. August. in Job, to. 3. p. 1. col. 667. c. *Non peto ut tollas eos de sæculo, sed ut tollas eos à malo.* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 522. c. *Non peto ut eos auferas de mundo, sed ut custodias illos à malo.*

℣. 16. Ms. Colb. prima tantùm verba exhibet, *De hoc mundo;* deinde addit, *sanctifica eos*, &c. prætermissis verbis intermediis; sed merâ, ut patet, librarii incuriâ. Illa autem supplevimus ex Ms. Cantabrig. & aliis, in quibus exstant. Idem Cantabr. similiter habet initio, *De hoc mundo.* Cæteri Vulgatæ concordant; cui etiam Græcum favet, excepta vocula *&*, quam delet : in Ms. tamen uno est κἀγώ. At mutilus est hîc Ms. noster Corb. Lat. in quo desunt omnia ab hoc ℣. ad versum 9. capitis sequentis.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

19. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

20. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me:

21. ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti.

22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

23. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

18. Sicut me misisti in hunc mundum, & ego misi eos in hunc mundum.

19. Et pro eis sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

20. Non pro his autem tantùm rogo, sed & pro his, qui credituri sunt per verba eorum in me:

21. ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut ipsi in nobis sint: ut mundus credat, quia tu me misisti.

22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut sumus nos unum.

23. Et ego in eis, & tu in me: ut sint perfecti in unum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut me dilexisti.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Sic habent Mss. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Cantabrig. verò, *Verbum tuum veritas est.* Fossat. *Sermo tuus verax est.* Græcum voci *veritate*, addit σου· quod tamen tollunt Mss. quidam. Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 670. d. *Pater, sanctifica eos in veritate.* Itidem Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 279. h. deleta voce *Pater.*

℣. 18. Ms. Cantabrig. textui Colb. consonat. Fossat. etiam habet, *Sicut me misisti*, absque *tu*; reliqua verò ut in Vulg. Ita quoque in Græco est. At Mss. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. retinent *tu.* Ambrosiast. col. 105. c. & 147. b. *Sicut me misisti in hunc mundum, ita & ego misi eos in hunc mundum:* & infra, col. 175. c. *ita & ego eos mitto in hunc mundum.*

℣. 19. Ms. Fossat. *Et pro eis sanctificavi meipsum*, &c. ut sup. S. Germ. *Et pro eis rogo sanctifico meipsum*, &c. sed apertum hîc mendum est *rogo*, pro *ego*. Cantabr. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt, cum Græco: deest autem ἐγὼ, in Mss. quibusdam. Ambros. l. 2. de fide, col. 485. d. legit, *Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis.* Ambrosiast. col. 147. b. *Et pro eis sanctificabo meipsum.* Victorinus Afric. l. 3. contra Arium, p. 279. h. *Et pro iis sanctifico meipsum, ut sint ipsi sanctificati in veritate.*

℣. 20. Ms. Fossat. *Non pro his rogo tantùm, sed pro his, qui credituri sunt in me per sermonem eorum.* Cantabrig. *Nunc autem propter istos rogo solùm, sed & pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* S. Mart. *Non pro eis rogo tantùm, sed & pro his*, &c. ut in Vulg. cui accinunt S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. In Gr. sic: Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευσόντων διὰ τοῦ, &c. ut in Vulg. Cypr. l. de orat. Dom. p. 213. b. legit: *Non pro his autem rogo solis, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum ipsorum in me.* Hilar. in Ps. 2. n. 31. col. 43. a. cum Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 212. b. 221. d. *Non pro his rogo tantùm, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me:* ita rursum Hilarius l. 1. & 8. de Trin. col. 780. d. & 952. f. præter hæc, *Non pro his autem..... sed & pro iis*; al. *his.* Itidem legunt August. epist. 238. to. 2. col. 862. d. & l. 4. de Trin. to. 8. col. 818. c. & l. 1. contra Maximin. col. 687. c. & Leo M. ser. 70. p. 152. e. Sed Ruricius l. 2. epist. 22. p. 571. h. habet: *Pater, non solùm pro his rogo, sed pro his, qui credituri sunt in me per verbum eorum.* Maximinus apud August. to. 8. col. 673. d. *Non solùm pro his rogo, sed & pro credituris per verbum illorum in me.*

℣. 21. Ms. S. Germ. *ut omnes unum sint, sicut & tu Pater in me*, &c. ut in Vulg. Sic etiam S. Mart. nisi quòd habet & *mundus credat.* Fossat. *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: & mundus credat, quia*, &c. Similiter Cantabrig. exceptis his, *ut & ipsi in nobis sint: ut hic mundus credat, quoniam.* Maj. Mon. *ut omnes unum sint, sicut & nos unum sumus, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut ipsi in nobis in unum sint: ut mundus credat, quia*, &c. In Græco eadem quæ in Vulgata. Eadem quoque apud Cypr. l. de orat. Dom. p. 213. b. usque ad verba, *ut credat mundus.* Firmilian. autem ep. 75. ap. Cypr. p. 143. c. legit: *Pater, da ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & hi in nobis unum sint.* Itidem Hieron. l. 1. 2. & 3. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 329. a. 361. c. 392. f. necnon in Amos 5. to. 3. col. 1408. c. si excipias voculam *ipsi*, vel *isti*, pro *hi*: at quæst. 10. Algas. to. 4. col. 205. b. habet: *Pater, volo ut sicut ego & tu unum sumus, sic & isti*, &c. & epist. ad Damas. to. 4. p. 1. col. 150. c. *Pater, volo ut quomodo ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint:* & l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 220. f. *ut quomodo ego, & tu Pater, unum sumus; sic & illi in nobis unum sint:* & sup. col. 213. b. *ut sicut tu Pater in me, & ego in te unum sumus, ita omnes unum sint in nobis:* & infra, col. 221. d. *ut sicut ego, Pater, in te, & tu in me unum sumus, ita omnes unum sint in nobis.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 780. d. *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi sint in nobis:* similiter l. 8. col. 950. f. 951. a. 952. d. 953. b. & infra addit, *ut & mundus credat, quoniam tu me misisti:* & in Ps. 62. col. 18. b. *Pater, sicut nos unum sumus, ut & illi unum sint in nobis:* & in Ps. 67. col. 212. f. *ut omnes unum sint; ego in illis, & tu in me;* quæ postrema pertinent ad ℣. 23. Ambros. l. de Isaac, c. 7. col. 375. d. *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis unum sint:* sic pariter l. 4. de fide, col. 527. f. præter hoc, *& isti in nobis:* l. verò de parad. col. 155. b. *Pater, sicut ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint.* Vigil. Taps. l. 1. contra Ari. Sab. &c. *ut sicut tu Pater in me, & ego in te, ita & ipsi in nobis sint:* at contra Varim. p. 741. h. *sint in nobis unum, sicut sumus tu in me, & ego in te.* August. epist. 238. to. 2. col. 862. d. nil differt à Vulg. sicut nec l. 1. contra Maximin. to. 8. col. 687. c. nec l. 4. de Trin. col. 818. c. Eidem etiam concinit Leo M. ser. 70. p. 152. e. Secus Maximinus Arian. episc. apud eund. August. to. 8. col. 672. f. g. ita nempe habet: *Pater, fac illos unum, sicut & nos unum sumus, sicut ego in te, & tu in me; ut & illi in nobis unum sint: ut cognoscat hic mundus quoniam tu me misisti, & dilexisti illos, sicut me dilexisti:* infra verò, 673. d. *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & illi in nobis unum sint: ut cognoscat hic mundus quia... & dilexisti illos*, &c. ut sup. quæ ultima non hujus versûs verba sunt, sed subsequentis vigesimi tertii.

℣. 22. Ms. Fossat. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi illis: ut sint unum, sicut nos unum sumus.* Maj. Mon. *do illis: ut sint unum, sicut & nos*, &c. Cæteri Vulgatæ accinunt, præter Cantabrig. ubi sic: *Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut nos unum.* Itidem in Græco, adjuncto tamen verbo ἐσμέν, in fine. Hilarius l. 8. de Trin. col. 954. a. legit: *Et ego honorem, quem dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut nos unum sumus.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 213. b. *Gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis.* Ambros. l. de Isaac, c. 7. col. 375. d. *ut sint unum, sicut nos unum sumus:* & l. 7. in Luc. col. 1420. e. *ut & ipsi unum sint, sicut & nos unum sumus.* S. Paulin. epist. 49. pag. 285. b. à Vulgata non differt, ut & August. locis supra citatis.

℣. 23. Ms. S. Germ. *Et ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: ut cognoscat mundus*, &c. ut in textu. Cantabrig. *Tu in me, & ego in eis: ut sint perfecti consummati in unum: ut cognoscat mundus quoniam..... & dilexi eos, sicut tu me dilexisti.* Similiter habet Ms. S. Gat. *& dilexi eos*, cætera verò ut in Vulg. cui favent alii. Nec ab ea differt Græcum, nisi quòd præponit καὶ ἵνα, *& ut*, verbo *cognoscat*; paulòque post tollit *&*, post *sicut*: sed Mss. quidam delent καὶ, ante ἵνα; & alii, pro ἠγάπησας αὐτοὺς, ponunt ἠγάπησα αὐτούς. Hilarius in Ps. 121. & 122. col. 390. c. 392. b. *Ego in illis, & tu in me:* & l. 8. de Trin. col. 954. d. *Ego in his, & tu in me: ut sint perfecti in unum.* Ambros. l. de Isaac, c. 7. col. 375. d. *Ego in his, & tu in me: ut sint consummati in unum:* & l. 5. de fide, col. 567. d. addit, *ut cognoscat hic mundus quia tu me misisti:* & supra, col. 566. f. 567. a. *& dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 213. b. *dilexi eos, sicut me dilexisti.* S. Paulin. & August.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 24. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante mundi constitutionem.

25. Pater juste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti.

26. Et notum eis feci nomen tuum, & notam faciam dilectionem, qua dilexisti me in eis, sic & ego in ipsis.

VULGATA NOVA.

24. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

25. Pater juste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti.

26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

locis supra citatis, Vulgatæ accinunt. Vide supra versum 21.

℣. 24. Ms. Cantabr. habet: *Pater, quod mihi dedis* (l. *dedisti*) *volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut aspiciant gloriam, quam mihi dedisti: quia dilexisti me ante constitut. mundi.* S. Germ. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ favent, unà cum Græco. Iren. l. 4. c. 14. p. 244. a. legit: *volo ut ubi ego sum, ibi & hi sint: ut videant claritatem meam.* Cypr. l. de mortal. p. 235. b. *Pater, quos mihi dedisti, volo ut ubi ego fuero, & ipsi sint mecum: & videant claritatem, quam mihi dedisti, priusquam mundus fieret:* eadem rursus habet l. 3. Testim. p. 321. a. præter ultima hæc, *ante mundi constitutionem*, pro *priusquam mundus fieret.* Hilar. in Ps. 64. col. 164. e. *Pater, quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, ibi & illi sint mecum:* itidem l. 9. de Trin. col. 1017. c. 1033. d. detractâ voculâ *ibi*: at in Ps. 67. col. 212. f. simpliciter: *Pater, volo ut ubi ego sum, & hi mecum sint.* Ambros. l. de bono mort. c. 12. col. 412. a. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam:* similiter l. 5. de fide, col. 566. b. sed l. 2. 486. c. *ut videant gloriam meam:* item in Psal. 39. col. 865. a. *volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum:* & in Ps. 118. col. 1003. b. 1121. a. *& isti sint mecum:* & l. 3. de Spir. S. col. 649. a. *& ipsi sint mecum:* l. verò de ob. Val. col. 1196. b. *Domine, peto ut ubi ego fuero, sint & illi mecum.* Ambrosiast. col. 226. a. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego fuero, & hi sint mecum.* August. in Joh. 10. to. 3. col. 601. c. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum:* & in Joh. 13. 673. a. unà cum Ruricio, l. 2. ep. 22. p. 571. h. *Pater, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum.* Similiter Auct. quæst. N. T. q. 76. col. 74. a. at inf. quæst. 121. ex utroque T. col. 132. e. *& isti sint mecum, & videant claritatem meam.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 722. a. *Pater, ubi ego sum, volo & isti sint.*

℣. 25. Ms. S. Germ. *Pater juste, & mundus te non cognovit*, &c. ut sup. Cantabr. *Pater sancte, mundus hic te non cognovit..... & isti cognoverunt, quoniam*, &c. Græcum Sangermanensi favet. Ita quoque habet August. l. contra Adim. to. 8. col. 122. b. *Pater juste, & mundus te non cognovit.* Hieron. verò in Isai. 42. to. 3. col. 318. e. *Pater juste, mundus te ignorat.*

℣. 26. Ms. Cantabr. *Et manifestavi eis nomen tuum, & manifestabo: ut caritas, qua dilexisti me, in eis sit, & ego in illis.* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 741. b. legit: *Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.* Gr... ἐγνώρισα... καὶ γνωρίσω, &c. ut in Cantabr.

# CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. HÆc cùm dixisset Jesus, exivit cum discipulis suis trans Torrentem fluminis Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus.

2. Sciebat autem & Judas, qui eum traditurus erat, ipsum locum: quia frequenter Jesus conveniebat ibi cum discipulis suis.

3. Judas ergo, accepta cohorte, à Principibus sacerdotum & Pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis, & faculis, & armis.

4. Jesus autem sciens omnia, quæ ventura erant super eum, exiit, & ait illis: Quem quæritis?

5. Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas, qui traditurus erat eum, cum ipsis.

6. Ut ergo dixit illis: Ego sum: abierunt re-

VULGATA NOVA.

1. HÆc cùm dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, 2. Reg. 15. 23.
ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli Matth.
ejus. 26. 36.

2. Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, Marc. 14. 32.
locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum Luc. 22.
discipulis suis. 39.

3. Judas ergo cùm accepisset cohortem, & à Matth.
Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum 26. 47.
laternis, & facibus, & armis. Marc. 14. 43.

4. Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura Luc. 22.
erant super eum, processit, & dixit eis: Quem 47.
quæritis?

5. Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipsis.

6. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt re-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabrig. *Hæc cùm dixisset Jesus, exiit simul cum discipulis suis trans Torrentem Cedri, ubi erat*, &c. ut sup. Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant, sicut & Græcum. Ambros. l. 4. in Luc. col. 1338. b. legit: *Hæc cùm dixisset Jesus, cum discipulis suis transivit trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse cum discipulis suis.*

℣. 2. Hìc mutilus est Ms. Cantabr. in quo cùm deessent omnia à versu 2. hujus capitis ad versum 2. capitis 20. supplera sunt ex Vulgata, sed multò recentiori manu. Fossat. verò, S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. integri sunt, & legunt versum istum, sicut habetur in Vulg. Eidem quoque Græcum favet, nisi quòd habet παραδιδοὺς, pro *tradebat*; & συνήχθη ἐκεῖ, pro *convenerat illuc.*

℣. 3. Ms. Fossat. *Judas ergo cùm accepisset cohortem à Pontificibus, & à Pharisæis ministros*, &c. ut in Vulg. S. Germ. *Judas ergo autem cùm accepisset cohortem, & à Pont. & Pharis. ministros, venit illuc cum lanternis, & facibus*, &c. Maj. Mon. *cohortem, à Pontificibus Pharisæis ministros missos, venerunt illuc cum laternis*, &c. ut in Vulg. cui favent alii, nisi quòd S. Mart. in principio habet, *Judas autem*; & sub finem, *cum lanternis.* Gr. τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν, καὶ λαμπάδων, &c.

℣. 4. Mss. Fossat. & S. Mart. habent cum Colbert. *Jesus autem sciens*; insuper S. Mart. *dicit*, pro *dixit*; reliqua verò ut in Vulgata. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. eidem Vulg. concinunt, nisi quòd primus habet etiam *dicit*, pro *dixit*; alii duo, *Quid quæritis*, pro *Quem quæritis?* Græc. Ἰησοῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ᾽ αὐτὸν, ἐξελθὼν εἶπεν αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε; sed Ms. quidam habet, Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἰδώς. August. in Joh. 3. & 8. col. 375. d. 554. g. *Quem quæritis?*

℣. 5. Alii Mss. Vulgatæ consonant, unà cum Græco. August. in Joh. 3. col. 375. d. *At illi dixerunt: Jesum Nazarenum. Et ille: Ego sum.* Ambros. l. de Joseph, c. 12. col. 506. c. *Ego sum Jesus.*

℣. 6. Concinunt cum Vulg. Mss. Fossat. S. Germ. S. Gat. &c. In Græco verò sic: Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι ἐγώ εἰμι· ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί· al. deest Ὅτι,

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

trorsum, & ceciderunt in terram.

7. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.

8. Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire.

Sup. 17. 12. 9. Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

10. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit pontificis servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.

11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

12. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum:

Luc. 3. 2. 13. Et adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

Sup. 11. 49. 14. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judæis: Quia expedit, unum hominem mori pro populo.

15. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introivit cum Jesu in atrium pontificis.

Matth. 26. 58. Marc. 14. 54. Luc. 22. 55. 16. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.

17. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.

18. Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.

**Versio antiqua.** Ex Ms. Colbert.

trorsum, & ceciderunt in terram.

7. Iterum Jesus eos interrogavit: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.

8. Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite eos ire.

9. Ut impleatur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

10. Simon igitur Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit servum principis sacerdotum: & abscidit ejus auriculam dextram. Erat autem nomen servo Malchus.

11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium in vaginam suam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?

12. Cohors igitur, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum:

13. Et adduxerunt ad Annam primùm, erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

14. Erat autem Caiphas, qui consilium dedit eis: Quia expedit, unum hominem mori pro populo.

15. Sequebatur autem Simon Petrus Jesum, & alius discipulus. Discipulus autem ille notus erat principi sacerdotum, & simul introivit cum Jesu in atrium pontificis.

16. Petrus verò stabat ad januam foris. Exiit ergo discipulus ille alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.

17. Dicit ergo Petro illa ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis hujus? Ait illi: Non sum.

18. Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.

## Notæ ad Versionem antiquam.

Ambros. in Ps. 40. col. 879. d. habet, ut sup. *abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* August. in Joh. 10. col. 609. g. *redierunt retro, & ceciderunt.*

℣. 7. Alii Mss. concordant cum Vulg. cui etiam Græc. favet.

℣. 8. Ms. S. Germ. *Respondit Jesus: Dico vobis, quia*, &c. ut in Vulgata. S. Gat. *Respondit Jesus: Jam dixi vobis, quia*, &c. Fossat. *Respondit eis Jesus: Quia ego sum: si enim me quæritis*, &c. ut in Vulg. cui favent alii duo, unà cum Græco. Mss. tamen quidam addunt αὐτοῖς, verbo *Respondit.* Ambros. in Ps. 61. col. 962. f. *si me quæritis, sinite hos abire:* itidem l. 7. in Luc. col. 1425. b. & l. de ob. Val. col. 1184. c.

℣. 9. Ms. S. Gat. similiter habet, *Ut impleatur*, &c. ut in textu Colb. Maj. Mon. *Ut impleatur sermo, quem dixi*, &c. Corb. *Ut impleretur Scriptura, quæ dixit.... non perdidi ex eis quicquam.* Fossat. S. Mart. & S. Germ. *non perdidi ex ipsis quemquam;* cætera ut in Vulgata. Gr. οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα. Hilar. l. 10. de Trin. col. 1063. c. legit, *Ut adimpleretur verbum, quod dixerat: Quoniam quos dedisti mihi, non perdidi ex eis neminem;* al. *aliquem.* Ambrosius in Psalm. 61. col. 962. f. *Ut impleatur sermo, quem dixit Jesus: Quia non perdidi ex ipsis quemquam, præter unum.*

℣. 10. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet, *servo illi Malchus.* Fossat. verò, S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ congruunt. Græcum autem textui Colb. In una tamen edit. Paris. legitur, τῷ δούλῳ ἐκείνῳ Μάλχος, ut in Ms. Corb. Hilar. in Ps. 131. col. 447. d. ait: *Cùm Petrus servo sacerdotis gladio aurem abscidisset, ait: Reconde*, &c. Arnob. Afr. annot. in Evang. p. 330. *Simon igitur Petrus habens gladium eduxit: & percussit servum principis sacerdotum: & amputavit illi auriculam dextram.*

℣. 11. Ms. Corb. textui Colbertino consonat, exceptis his in fine, *nonne bibam illum?* è Gr. οὐ μὴ πίω αὐτό; Cæteri non differunt à Vulg. nisi quòd Fossat. habet, *non vis ut bibam illum?* ut in textu; S. Gat. & Maj. Mon. *non vis bibam illum?* S. Germ. delet *tuum*, post *gladium;* S. verò Mart. addit *suam*, post *vaginam.* Delent pariter Mss. quidam Græci σου, post μάχαιραν· sed unus addit αὐτῆς, post *vaginam*, cum Mss. Corb. & Colb. Hilar. in Psalm. 131. col. 447. d. & l. 10. de Trin. col. 1056. b. legit: *Reconde gladium tuum in thecam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* & in Ps. 138. & 140. col. 510. a. 531. b. sicut l. 1. de Trin. col. 782. c. *Calicem, quem dedit* (al. *mihi*) *Pater meus, non bibam eum?* Ambros. l. 7. in Luc. col. 1434. d. *Calicem, quem mihi Pater dedit, non vis ut bibam illum?* Itidem S. Leo serm. 56. p. 127. f. Vide etiam Tertul. l. de pat. c. 3. p. 199. a.

℣. 12. Concinunt cum Vulg. Mss. S. Germ. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. quibus etiam accedit Corb. excepto verbo *adligaverunt*, pro *ligaverunt.* Gr. ἔδησαν.

℣. 13. Ms. Corb. nil differt à textu Colbert. S. Germ. verò habet: *Et adduxerunt eum ad Annam primùm: erat autem Anna socer Caiphæ*, &c. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt. Itidem S. Mart. si excipias *erat autem*, pro *erat enim.* Gr. Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν, &c. ut in Vulg. al. ἤγαγον αὐτόν· al. deest αὐτόν.

℣. 14. Ms. Fossat. *Erat enim Caiphas, qui consilium dedit Judæis*, &c. ut sup. Similiter habent Corb. & Maj. Mon. *dedit Judæis.* S. Germ. verò, S. Gat. & S. Mart. eadem quæ in Vulg. Eadem pariter habet Græcum, nisi exceperis ἀπολέσθαι, pro *mori*, quod idem valet. Ambrosius in Ps. 118. col. 1227. d. *Expedit, unum hominem mori pro populo.*

℣. 15. Ms. Corb. *Sequebantur autem Jesum Simon Petrus ....... Discipulus autem ille erat notus pontifici, & simul introivit*, &c. Fossat. S. Germ. &c. Vulgatæ similes, sicut & Græcum.

℣. 16. Ms. Corb. textui Colbert. concinit. Ita quoque Fossat. deleta voce *alius*, post *ille.* S. Germ. & alii Vulgatæ consonant, ut & Græcum. Mss. tamen quidam, loco ὁ ἄλλος, *alius*, habent ἐκεῖνος, ut in Fossat. Lat.

℣. 17. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. nisi quòd habet, *Et ait ille*, pro *Ait illi.* Fossat. *Dicit ergo Petro illa: Nunquid es tu*, &c. ut in Vulg. cui favent cæteri, unà cum Græco, nisi exceperis in Ms. S. Mart. *illius*, pro *istius.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1521. e. *Non sum.*

℣. 18. Ms. S. Germ. cum Fossat. *Stabant autem servi & min. ad prunas..... & calefaciebant: erat autem cum eis Petrus*, &c. ut sup. S. Mart. *Stabant autem..... ad prunas, & calefaciebant se, quia frigus erat: erat cum eis*, &c. Corb. simpliciùs: *Stabant servi & ministri ad carbones, quia frigus erat: erat autem Petrus stans, & calefaciens se.* Cæteri ea-



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert. 19. Princeps ergo sacerdotum interrogavit Jesum de discipulis ejus, & de doctrina ejus.

20. Respondit ei Jesus: Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus sum nihil.

21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sum illis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

22. Hæc autem cùm dixisset, unus de astantibus ex ministris dedit palmam Jesu, dicens: Sic respondes pontifici?

23. Respondit ei Jesus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?

24. Et misit eum Annas vinctum ad Caiphan pontificem.

25. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis ejus es? Et ille negavit, & dixit: Non sum.

26. Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo?

27. Iterum ergo Petrus negavit eis: & statim gallus cantavit.

28. Adducunt igitur Jesum ad Caipham, & ad Pilatum in prætorium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, & manducarent Pascha.

29. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem fertis de hoc homine?

30. Responderunt Judæi, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non utique tibi tradidissemus eum.

31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,

## Vulgata nova.

19. Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, & de doctrina ejus.

20. Respondit ei Jesus: Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus sum nihil.

21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

22. Hæc autem cùm dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes pontifici?

23. Respondit ei Jesus: Si malè locutus sum, Matth.
testimonium perhibe de malo: si autem bene, 26. 57.
quid me cædis? Marc.

24. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham 14. 53.
pontificem. Luc. 22.

25. Erat autem Simon Petrus stans, & calefa- 54.
ciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex di- Matth.
scipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non 26. 69.
sum. Marc.

26. Dicit ei unus ex servis pontificis, cogna- 14. 67.
tus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam: Nonne Luc. 22.
ego te vidi in horto cum illo? 56.

27. Iterum ergo negavit Petrus: & statim gallus cantavit.

28. Adducunt ergo Jesum à Caipha in præto- Matth.
rium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt 27. 2.
in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut Marc. 15. 1.
manducarent Pascha. Luc. 23.

29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: 1.
Quam accusationem affertis adversus hominem Act. 10.
hunc? 28. & 11.

30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non 3.
esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,

## Notæ ad Versionem antiquam.

dem habent quæ in Vulgata. Gr. Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι..... καὶ ἐθερμαίνοντο, &c. ut in Vulg. dempto tamen &, ante vocem *Petrus*. Ms. unus, pro ἀνθρακιὰν πεποιηκότες; habet πρὸς τὰς ἀνθρακίας· & alii plures præponunt καὶ, voci Πέτρος.

℣. 19. Ms. Corb. *Pontifex ergo interrogabat Jesum de discipulis ejus*, &c. Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. cum Vulgata conveniunt; S. verò Mart. Græcumque cum textu Colb.

℣. 20. Concinunt Mss. Corb. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. Fossat. verò habet: *Respondit Jesus, & dixit ei: Ego*, &c. ut sup. Græcum textui favet, nisi quòd pro *omnes Judæi*, habet πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι· al. πάντοθεν, at in Mss. pluribus, πάντες.

℣. 21. Ms. Corb. *Quid me interrogas? interroga eos, qui me audierunt, quid locutus sim ipsis: ecce hi*, &c. Fossat. *quid locutus sum illis: ecce ipsi sciunt*, &c. S. Germ. *quid locutus sum ipsis: ecce hi*, &c. S. Mart. *quid locutus sum eis: ecce sciunt hi*, &c. Cæteri Vulgatæ suffragantur, Græcum verò textui.

℣. 22. Ms. Corb. *Hæc autem cùm dixisset, unus astans ex ministris dedit palmam Jesu, dicens: Sic respondes principi sacerdotum?* S. Germ. Fossat. S. Gat. &c. Vulgatæ consonant. In Græco sic: Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα.... Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; Ms. unus habet, ὑπηρετῶν παρεστηκότων. Cyprianus epist. 55. & 65. pp. 81. c. 113. c. *Sic respondes pontifici?*

℣. 23. Accinunt Mss. S. Mart. S. Gat. S. Germ. & Corb. quibus accedunt Fossat. & Maj. Mon. nisi quòd ille tollit *ei*, post *Respondit*, cum Mss. pluribus Græcis; iste verò habet *perhibeo*, pro *perhibe*. Gr. μαρτύρησον. Cyprian. epist. 55. & 65. pp. 81. c. 113. a. legit: *Si malè locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Ambr. in Psal. 37. & 118. col. 836. a. 1231. d. *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si bene, quid me cædis?* August. epist. 138. to. 2. col. 415. c. & l. de mendac. to. 6. col. 436. d. *Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* & l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 191. g. 192. a. *Si malè locutus sum, exprobra de malo: si bene, quid me cædis?* Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. col. 535. b. *Si malè locutus sum, argue de malo: si autem bene, quid me cædis?*

℣. 24. Ms. Corb. *Misit ergo eum Annas ligatum ad Caipham pont.* S. Germ. Fossat., &c. ut in Vulgata. Gr. Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα· al Καΐφαν.

℣. 25. Sic habent Mss. Fossat. Corb. S. Gat. & Maj. Mon. quibus adjungendus S. Germ. nisi quòd habet *Dixit*, pro *Dixerunt*: omnes tamen tollunt *Et*, ante vocem *ille*, quæ deest pariter in Græco: sed Mss. plures ferunt, οὖν ἐκεῖνος.

℣. 26. Mss. Fossat. & S. Mart. cum Corb. *Dicit unus*, &c. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *Dicit ei unus*, &c. ut sup. Græc. Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος, &c. Ms. unus, Λέγει οὖν· subinde alius, ὁ συγγενὴς, absque ὢν.

℣. 27. Ms. Fossat. *Iterum Petrus negavit: &*, &c. Corb. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt; nec refragatur Græcum.

℣. 28. Ms. Corb. *Adducunt ergo Jesum ad Caipham in prætorium. Erat..... ne polluerentur, sed ut manduc. Pascha.* Similiter S. Gat. & Maj. Mon. *Adducunt ergo Jesum ad Caipham in præt.* deinde, *ut non contaminarentur, sed manduc. Pascha.* S. Germ. *Adducunt autem Jesum ad Caiphan in prætor. ut non contaminarentur, sed manducar. Pascha.* Fossat. *Adducunt ergo Jesum ad Pilatum in præt.* &c. ut in Vulg. cui accinit Ms. S. Mart. Gr. Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον, &c. ut in Vulg. August. in hunc locum: *Adducunt ergo Jesum ad Caipham in prætorium.* &c. ut in Vulg. Vide quæ in hæc verba scribit August. ibid.

℣. 29. Vulgatæ accinunt Mss. Corb. S. Germ. Fossat. &c. quibus etiam Græcum favet, nisi quòd omittit vocem *foras*; sed Mss. plures addunt ἔξω.

℣. 30. Alii Mss. concordant cum Vulgata; Græcum verò textui Colb. favet, detracta voce *Judæi*.

℣. 31. Ms. Corb. *Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum, & secundùm legem vestram judicate illum. Dixerunt ergo Judæi: Nobis non licet occidere quemquam.* Similiter Fossat. S. Mart. & S. Gat. habent, *Dixerunt ergo Judæi*: cætera ut in Vulgata. Maj. Mon. *Dixerunt ergo ei: Nobis*, &c. ut in Vulg. cui S. Germ. consonat ad verbum, sicut & Græcum.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& secundùm legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi : Nobis non licet interficere quemquam.

Matth. 20. 19. 32. Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

Matth. 27. 11. Marc. 15. 2. Luc. 23. 3. 33. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei : Tu es rex Judæorum ?

34. Respondit Jesus : A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me ?

35. Respondit Pilatus : Nunquid ego Judæus sum ? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi : quid fecisti ?

36. Respondit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo : si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc.

37. Dixit itaque ei Pilatus : Ergo rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus : Quid est veritas ? Et cùm hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis : Ego nullam invenio in eo causam.

Matth. 27. 15. Marc. 15. 6. Luc. 23. 17. 39. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha : vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum ?

40. Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes : Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.*

& secundùm legem vestram judicate. Dixerunt ergo Judæi : Nobis non licet quemquam occidere.

32. Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

33. Introivit ergo iterum in prætorio Pilatus, & vocavit ad se Jesum, & dixit illi : Tu es rex Judæorum ?

34. Et respondit ei Jesus : A te hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me ?

35. Respondit Pilatus : Nunquid ego Judæus sum ? Gens tua, & principes sacerdotum tradiderunt te mihi : quid fecisti ?

36. Respondit ei Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo : si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique certarent ut non traderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc.

37. Dixit itaque Pilatus : Ergo rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis quia rex sum ego. Ad hoc natus sum, & ad hoc veni in hunc mundum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis, qui de veritate est, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus : Quid est veritas ? Et cùm hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dixit eis : Ego nullam invenio in eo causam.

39. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam in Pascha : vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum ?

40. Exclamaverunt ergo omnes : Non Jesum, sed Barabban. Erat autem Barabbas latro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ms. tamen unus tollit αὐτὸν, post *judicate*. Ambros. l. de Joseph, c. 3. col. 488. e. *Nobis non licet interficere quemquam.*

℣. 32. Concinunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. & S. Gat. quibus addendi Corb. & Maj. Mon. nisi quòd ille habet *impleatur*, pro *impleretur*; iste verò, *quia morte*, pro *qua morte*. Gr. ποίῳ θανάτῳ.

℣. 33. Vulgatæ suffragantur cæteri Mss. omnes, unà cum Græco.

℣. 34. Mss. S. Germ. S. Mart. & Corb. *Et respondit Jesus : A temetipso hoc*, &c. Cæteri Vulgatæ similes. In Gr. sic : 'Απεκρίθη αὐτῷ ὁ 'Ιησοῦς· 'Αφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, &c. al. deest αὐτῷ, al. verò σύ.

℣. 35. Ms. Corb. textui Colb. congruit, sicut & Græcum. Fossat. verò, S. Germ. S. Gat. &c. Maj. Mon. Vulgatæ : cui etiam consonat Ms. S. Mart. nisi quòd addit *tui*, post *pontifices*.

℣. 36. Ms. Corb. *Respondit Jesus : Regnum meum..... si de hoc mundo esset..... ministri mei utique decertarent, & non traderer*, &c. ut sup. S. Gat. *Respondit Jesus..... si de mundo esset..... min. mei utique decertarent ne traderer*, &c. Fossat. *Respondit Jesus..... si de hoc mundo esset... min. mei decertarent ut non traderer*, &c. S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt, sicut & Græcum. Cypr. l. 2. Testim. p. 297. b. legit : *Regnum meum non est de isto sæculo : si de isto sæculo esset regnum meum, ministri mei turbarentur ne traderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc.* Hilar. l. 11. de Trin. col. 1100. f. *Regnum meum non est de hoc sæculo.* Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 154. & Ambros. l. de apol. Dav. col. 717. a. & l. 3. 7. & 10. in Luc. col. 1330. d. 1431. e. 1528. f. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Hieron. comm. in Eccles. to. 2. col. 742. a. *si esset de hoc mundo regnum meum, ministri utique mei certarent pro me, ut non traderer Judæis : nunc autem non est de hoc mundo regnum meum.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 739. e. *Regnum meum si de hoc mundo esset, ministri mei certarent pro me, ne Judæis traderer.*

℣. 37. Ms. Fossat. *Dixit itaque Pilatus.... Tu dicis quia rex sum. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut..... omnis, qui de veritate est, audit meam vocem.* Corb. *Dixit itaque ei Pilatus....... Tu dicis quia rex sum ego. Ego ad hoc natus sum*, &c. ut in Vulg. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eidem Vulgatæ consonant ad verbum; nec in Græco quidquam est, quod ei adversetur. Cypr. l. 2. Testim. p. 297. b. legit : *Dixit Pilatus : Ergo rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis quoniam rex sum. Ego in hoc natus sum, & in hoc veni in sæculum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis, qui est de veritate, audit vocem meam.* Ambros. l. de Joseph, c. 12. col. 506. c. *Tu dicis quia rex sum. Ego in hoc natus sum, ut testimonium perhibeam veritati*, & l. 3. in Luc. col. 1330. c. *Tu dicis quia ego sum rex* : & l. de Isaac, c. 5. col. 369. f. & l. 5. de Sacram. col. 378. a. *Ego in hoc natus sum.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 257. f. *In istud natus sum, & in istud veni in mundum, ut regnem.*

℣. 38. Ms. S. Germ. textui Colb. congruit, sicut Fossat. & Corb. Vulgatæ. Ms. Maj. Mon. habet, *iterum exivit ad Judæos foras, & dicit ad eos : Ego nullam invenio in eo causam.* Ms. S. Mart. *iterum exivit foras ad Judæos, & dicit eis*, &c. Alii duo non differunt à Vulg. nisi quòd S. Gat. habet, *Ego nullam causam mortis invenio in eo* : sicque in Græco est, deleta voce *mortis*; at Mss. quidam ferunt, οὐδεμίαν αἰτίαν θανάτου· cui lectioni favet Ambrosiast. col. 118. d. ubi sic : *Nullam causam mortis invenio in eo.* At Auctor quæst. N. T. q. 65. col. 68. b. *Ego nullam invenio causam in eo.*

℣. 39. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. S. Germ. verò, & S. Mart. habent : *Est autem consuetudo, ut unum dimittam vobis in*, &c. ut sup. Fossat. *Est autem consuetudo vobis, ut unum vinctum dimittam vobis in*, &c. Maj. Mon. *Est autem consuetudo vobiscum, ut unum dimittam vobis vinctum in*, &c. S. Gat. Vulgatæ favet, Græcumque similiter : Mss. tamen quidam delent ὑμῖν, ante *in Pascha.*

℣. 40 Ms. Corb. *Exclamaverunt ergo omnes, dicentes : Non hunc, sed Rabbi*, &c. ut sup. At vox *Rabbi*, oscitantis librarii haud dubiè mendum est, positum pro *Barabbam*. Ms. Fossat. *Et exclamaverunt rursum omnes, dicentes*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. *Clamaverunt rursum omnes, dicentes*, &c. Cæteri non differunt à Vulg. nisi quòd S. Mart. habet *Barabban*, ut Colb. Græcum nil omnino differt, sed in Mss. plerisque deest πάλιν, *rursum*. Auctor l. de promiss. c. 8. p. 2. col. 132. d. legit : *Noli ipsum dimittere, sed Barabbam. Barabbas autem fuit insignis latro.*

Digitized by Google

# CAPUT XIX.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mʃ. Colbert. 1. TUnc ergo apprehendit Pilatus Jeʃum, & flagellavit eum.

2. Et milites ornatam coronam de ʃpinis poʃuerunt ʃuper caput ejus: & veʃtem purpuream induerunt eum.

3. Et veniebant ad illum, dicentes: Ave rex Judæorum: & dabant ei palmas in faciem.

4. Exivit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco illum vobis foras, ut cognoʃcatis quia in eo cauʃam non invenio.

5. (Exiit ergo Jeʃus foras, habens ʃpineam coronam, & purpureum veʃtimentum.) Et dixit eis: Ecce homo.

6. Cùm ergo vidiʃʃent eum Principes ʃacerdotum, & miniʃtri, exclamaverunt, dicentes: Crucifige eum, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eum cauʃam.

7. Reʃponderunt Judæi: Nos legem habemus, & ʃecundùm legem habet mori, quia filium Dei ʃe fecit.

8. Cùm ergo audiʃʃet Pilatus hunc ʃermonem, magis timuit.

9. Et introivit iterum in prætorium: & dicit ad Jeʃum: Unde es tu? Jeʃus autem reʃponʃum non dedit ei.

10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neʃcis quia poteʃtatem habeo crucifigere te, & poteʃtatem habeo dimittendi te?

11. Reʃpondit ei Jeʃus, & dixit: Non haberes poteʃtatem adversùm me ullam, niʃi datum tibi eʃʃet deʃuper. Propterea qui tradidit me tibi, magnum peccatum habet.

## VULGATA NOVA.

1. TUnc ergo apprehendit Pilatus Jeʃum, & flagellavit. Matth. 27. 27.

2. Et milites plectentes coronam de ʃpinis, impoʃuerunt capiti ejus: & veʃte purpurea circumdederunt eum. Marc. 15. 16.

3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Judæorum: & dabant ei alapas.

4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoʃcatis quia nullam invenio in eo cauʃam.

5. (Exivit ergo Jeʃus portans coronam ʃpineam, & purpureum veʃtimentum.) Et dicit eis: Ecce homo.

6. Cùm ergo vidiʃʃent eum Pontifices, & miniʃtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo cauʃam.

7. Reʃponderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & ʃecundùm legem debet mori, quia filium Dei ʃe fecit.

8. Cùm ergo audiʃʃet Pilatus hunc ʃermonem, magis timuit.

9. Et ingreʃʃus eʃt prætorium iterum: & dixit ad Jeʃum: Unde es tu? Jeʃus autem reʃponʃum non dedit ei.

10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neʃcis quia poteʃtatem habeo crucifigere te, & poteʃtatem habeo dimittere te?

11. Reʃpondit Jeʃus: Non haberes poteʃtatem adversùm me ullam, niʃi tibi datum eʃʃet deʃuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mʃs. Foʃʃat. & S. Mart. concordant cum textu Colb. S. Germ. verò, Corb. &c. cum Vulg. cui etiam Græcum favet: Mʃ. tamen unus addit αὐτὸν, verbo *flagellavit.*

℣. 2. Mʃ. Corb. *Et milites ornatam coronam ex ʃpinis impoʃuerunt capiti ejus: & veʃtem purpuream induerunt eum.* Foʃʃat. *Et milites plectentes coronam de ʃpinis, impoʃ. in capite ejus*, &c. ut in Vulg. à qua nil differunt cæteri, neque etiam Græc. niʃi quòd habet in fine, *καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν.*

℣. 3. Mʃs. Corb. & Maj. Mon. *Et veniebant ad illum, & dicebant..... & dabant ei palmas.* S. Germ. *& dabant ei alapas palmas;* priora verò ut in Vulg. cui conʃonant alii. Similiter & Græcum, niʃi quòd omittit priora verba, *Et veniebant ad eum;* quæ tamen Mʃs. plures præferunt.

℣. 4. Mʃ. Corb. *Exivit ergo Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco illum vobis foras, ut cognoʃcatis quia in eo cauʃam non invenio.* S. Germ. Foʃʃat. & S. Mart. *Exiit iterùm Pilatus foras..... Ecce adduco vobis eum* (S. Mart. *eum vobis*) *foras, ut cogn. quia in eo nullam cauʃam invenio.* Itidem S. Gat. *Exivit iterum*, abʃque vocula *ergo;* reliqua ut in Vulg. Verʃus integer deeʃt in Mʃ. Maj. Mon. at in Græco omnia exʃtant ut in Vulg. Mʃs. tamen quidam delent οὖν, poʃt *Exiit;* quidam verò legunt, Καὶ ἐξῆλθεν πάλιν· Goth. tollit πάλιν. Vide ʃupra cap. 18. ℣. 38.

℣. 5. Mʃ. Corb. *Exivit Jeʃus habens coronam ʃpineam, & purpur. veʃtimentum;* reliqua prætermittit. S. Germ. Foʃʃat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt, niʃi quòd S. Mart. habet, *Exiit ergo.... ʃpineam coronam.* Gr. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν, &c. ut in Vulg. Mʃ. unus tollit ἔξω.

℣. 6. Mʃ. Corb. *Cùm ergo vidiʃʃent eum Principes ʃacerdotum, & miniʃtri, clamabant: Crucifige, crucif. eum.... Accipite eum vos, & interficite: ego enim non inv. in eo cauʃam.* S. Mart. delet *eum*, poʃt *crucifige:* Maj. Mon. *in eo*, poʃt *invenio;* in cæteris concordant cum Vulg. cui in omnibus favent S. Germ. Foʃʃat. & S. Gat. Græcum habet: Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον· Λέγει, &c. ut in Vulg. A Mʃ. uno abeʃt λέγοντες, & in aliis pluribus additur αὐτὸν, poʃteriori σταύρωσον. Hilar. in Pʃ. 58. col. 133. b. ait: *De quo clamaverunt: Crucifige, crucifige.* Ambroʃ. l. 1. in Luc. col. 1267. f. & ep. 34. col. 924. a. *Crucifige, crucif. eum.* Hieron. in Iʃai. 6. to. 3. col. 58. e. *Crucifige, crucifige talem:* itidem in Iʃai. 22. col. 140. f. & in Joel 1. col. 1344. & in Amos 5. col. 1420. b. & l. 2. contra Jovin. col. 227. b. Auct. verò quæʃt. ex N. T. q. 65. col. 68. b. *Crucifige eum;* & infra, *Crucifigatur.* Caʃʃiod. in Pʃ. 57. p. 192. c. *Crucifige, crucifige:* & in Pʃ. 16. p. 56. b. *Tollite eum, & ʃecundùm legem veʃtram crucifigite eum.*

℣. 7. Mʃs. Corb. & S. Mart. concordant cum textu Colb. niʃi quòd ʃervant *debet*, loco *habet.* S. Germ. Foʃʃat. S. Gat. &c. Vulgatæ accinunt. In Græco ʃic: Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ..... καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν, &c. Hilar. l. 6. de Trin. col. 912. c. *& ʃecundùm legem debet mori, quoniam filium Dei ʃe fecit.* Itidem Auctor quæʃt. N. T. q. 97. col. 87. b. Caʃʃiodor. verò in Pʃal. 57. p. 192. c. *quia ʃe filium Dei eʃʃe confirmat.*

℣. 8. Accinunt Mʃs. omnes. Græcum ipʃo initio ʃic habet: Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλάτος, &c. al. Ὡς οὖν, &c.

℣. 9. Mʃ. Foʃʃat. nil differt à textu Colb. Corb. verò habet: *Et introivit iterum in prætorium: & dicit ad Jeʃum: Unde es tu? Et Jeʃus non reʃpondit ei.* S. Germ. Maj. Mon. S. Gat. & S. Mart. Vulgatæ congruunt, niʃi quòd poʃtremi duo habent *dicit*, pro *dixit;* hiʃque Græcum favet.

℣. 10. Mʃ. Corb. *Dicit ergo ei Pilatus:..... neʃcis quia poteʃtatem habeo crucifigendi, & dimittendi te?* Foʃʃat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eadem habent quæ in Vulg. quibus etiam accedit S. Germ. ʃi exceperis vocem *Pilatus*, quam delet. Græcum ʃimiliter Vulgatæ favet. Ambroʃius epiʃt. 77. col. 1092. c. *neʃcis quoniam poteʃtatem habeo dimittere te, & poteʃtatem habeo crucifigere te?* at in Pʃ. 118. col. 1232. b. *poteʃtatem habeo dimittendi te, & poteʃt. habeo crucifigendi te?* Gaud. Brix. ʃer. 12. col. 963. b. *poteʃtatem habeo crucifigendi te, & pot. habeo dimittendi te?*

℣. 11. Mʃ. Corb. *Reʃpondit Jeʃus, & dixit... ullam, niʃi data tibi eʃʃet deʃurʃum. Propterea*, &c. ut in Vulg. cui favent cæteri Mʃs. & Græcum, niʃi quòd habet εἶχες, pro *haberes;* al. ἔχεις. Iren. l. 4. c. 18. p. 250. d. legit: *Nullam haberes poteʃtatem in me, niʃi datum* (al. *data*) *tibi fuiʃʃet deʃuper.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 112. b. *Nullam haberes adversùm me poteʃtatem, niʃi datum eʃʃet tibi deʃuper;*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant dicentes : Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari.

13. Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Jesum : & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

14. Erat autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Judæis: Ecce rex vester.

15. Illi autem clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices : Non habemus Regem, nisi Cæsarem.

16. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, & eduxerunt.

Matth. 17. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum,
27. 33. qui dicitur Calvariæ, locum, Hebraicè autem
Marc. Golgotha :
15. 22. 18. ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios
Luc. 23. duos, hinc & hinc, medium autem Jesum.
33.

19. Scripsit autem & titulum Pilatus : & posuit super crucem. Erat autem scriptum : JESUS NAZARENUS, REX JUDÆORUM.

20. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt : quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum : Noli scribere, Rex Judæorum : sed quia ipse dixit : Rex sum Judæorum.

VERSIO ANTIQUA.

12. Et exinde Pilatus quærebat dimittere eum. *Ex Ms. Colbert.*
Judæi autem clamabant dicentes : Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris : omnis, qui se regem facit, contradicit Cæsari.

13. Cùm audisset ergo Pilatus hos sermones, produxit foras Jesum : & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Litostratos, Hebraicè autem Gabtha.

14. Erat autem Præparatio Paschæ : hora erat quasi sexta, & ait Judæis : Ecce rex vester.

15. At illi clamaverunt : Tolle, crucifige eum. Ait illis Pilatus : Regem vestrum crucifigam? Responderunt Principes sacerdotum : Non habemus regem, nisi Cæsarem.

16. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt ergo Jesum.

17. Et bajulans sibi crucem, pervenit in locum, qui appellatur Calvariæ, quod dicitur Hebreicè, Golgotha :

18. ubi eum crucifixerunt, & cum eo alios duos, hinc & inde, medium autem Jesum.

19. Scripsit autem & titulum Pilatus : & posuit supra crucem. Erat autem scriptum : JESUS NAZARENUS, REX JUDÆORUM.

20. Hunc ergo titulum multi legerunt Judæorum : quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebreicè, & Græcè, & Latinè.

21. Dicebant ergo Pilato Principes Judæorum : Noli scribere, Rex Judæorum : sed quia ille dixit : Rex sum Judæorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& l. 3. Testim. p. 325. c. *Nullam hab. pot. adversùs me, nisi data tibi esset desuper.* Hilar. in Matth. col. 745. d. *Non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset.* Ambros. in Ps. 118. col. 1232. c. *Non haberes pot. adversùs me ullam, nisi data tibi esset desuper.* Ambrosiast. *Non haberes adversùm me potestatem, nisi data tibi esset desuper.* Cassiod. in Psal. 21. p. 72. c. *Non haberes in me potestatem, nisi tibi data fuisset desuper :* itidem in Ps. 103. p. 348. c. præter verbum *esset*, pro *fuisset*. Gaud. Brix. serm. 12. p. 963. b. *Non haberes potestatem, nisi data tibi esset desuper.* Auct. quæst. N. T. q. 74. col. 73. d. *Non haberes pot. in me, nisi data esset tibi desuper.*

℣. 12. Textui Colb. consonant Mss. Corb. S. Germ. & Fossat. sicut & Græcum, si exceperis ἀπολῦσαι, & ἀπολύσης, pro *dimittere*, & *dimittis*, deleto *Et* initio ; quod pariter delet Ms. S. Mart. Tertul. l. contra Jud. c. 8. p. 141. b. legit : *Si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris.* S. verò Leo serm. 59. p. 132. & Auctor quæst. N. T. q. 65. col. 68. b. *Si hunc dimittis*, &c. quæ in Vulg.

℣. 13. Ms. Corb. *Pilatus ergo cùm audisset hos sermones, produxit foras Jesum*, &c. ut in Vulg. Similiter habet S. Germ. *Pilatus ergo* ; sed loco *Lithostrotos*, legit cum Ms. S. Gat. *Lithostratus ;* Fossat. Maj. Mon. & S. Mart. *Lithostrotus ;* in cæteris verò conveniunt hi omnes cum Vulgata. Gr. Ὁ οὖν Πιλάτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν....... καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, &c. ut in Vulg. Mss. plures ferunt τούτων τῶν λόγων.

℣. 14. Ms. Corb. accinit textui Colb. nisi quòd habet *hora autem*, pro *hora erat.* At in Fossat. *hora erat ;* paulòque post, *& dixit ;* sed sup. *Parasceve*, ut in Vulgata, cui suffragantur cæteri omnes, si tamen exceperis in Ms. S. Mart. *quasi hora sexta ;* in S. Gat. *& dicit eis ;* in Maj. Mon. *& dicit eis Judæis.* Gr. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις, &c. à Mss. quibusdam abest δέ· aliique plures, pro ἕκτη, ferunt τρίτη· de qua lectione consule doctissimi Millii notam in hunc loc.

℣. 15. Ms. Corb. *At illi exclamaverunt : Tolle, tolle, crucifige eum. Ait illis Pilatus... Responderunt Principes sacerdotum*, &c. Ms. S. Mart. non differt à Vulg. nisi verbo *Dixit ;* cæteri nil omnino, neque Græcum. Iren. l. 4. c. 21. p. 258. a. *Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Hilar. in Ps. 143. col. 558. e. *Nos non habemus regem, nisi Cæsarem.* Ambros. in Ps. 118. col. 1119. f. & 1160. b. *Tolle, tolle, crucifige eum :* at in Ps. 40. col. 872. f. *Tolle, tolle à terra talem hunc : crucifigatur, crucifigatur.* Hieron. in Isai. 3. & 5. to. 3. col. 38. a. 48. f. *Tolle, tolle, crucifige talem : non habemus regem, nisi Cæsarem :* & in Jer. 18. col. 618. a. *Tolle, tolle talem : regem non habemus, nisi Cæsarem :* & in Isai. 22. 52. 57. col. 140. f. 372. a. 425. c. *Crucifige, crucifige talem : non habemus regem, nisi Cæsarem :* itidem in Joel 1. col. 1344. & l. 2. cont. Jovin. to. 4. col. 227. b. at in Amos 8. col. 1440. c. *Aufer de terra talem : crucifige eum, crucifige eum.* Auctor quæst. N. T. q. 65. col. 68. c. *Crucifigatur, crucifigatur.* Auctor l. de promiss. c. 24. p. 2. col. 150. d. *Nos non habemus regem, nisi solum Cæsarem.*

℣. 16. Ms. Corb. textui Colb. congruit, nec plura ipso habet. Fossat. verò, *Tunc ergo tradid... Susceperunt ergo Jesum, & duxerunt eum.* S. Mart. *& duxerunt*, absque *eum.* Gr. καὶ ἀπήγαγον· al. ἤγαγον. Cæteri Latini Mss. ut in Vulg. Auctor quæst. N. T. q. 65. col. 78. c. *Tunc tradidit illum voluntatibus eorum.*

℣. 17. Ms. Corb. *Et bajulans sibi crucem, & venit in locum, quod apellatur Calvaria, Hebraicè autem*, &c. Fossat. ..... *exivit ad eum locum, qui dicitur Calvariæ locus, Hebr.* &c. ut in Vulgata, cui accinunt S. Mart. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. In Græco sic : Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ, &c. à Ms. uno abest ὃς λέγεται. Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 147. a. huc alludens dicit : *Lignum humeris suis portavit.*

℣. 18. Ms. S. Germ. eadem exhibet quæ in textu Colb. Ita quoque Fossat. habet, præter hoc, *hinc & hinc.* In Corb. *hinc atque illinc.* In Ms. S. Gat. deest, *ubi crucifixerunt eum.* In S. Mart. est, *ibi crucifixerunt eum ;* cætera ut in Vulg. cui accinit Maj. Mon. unà cum Græco. Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 22. col. 178. d. legit : *cum eo alios duos hinc & inde latrones crucifixerunt, in medio autem Jesum.*

℣. 19. Ms. Corb. non differt à textu Colb. nisi voce *Nazoreus*, pro *Nazarenus.* Fossat habet, *& posuit eum super crucem*, &c. ut in textu. In S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. omnia ut in Vulg. cui etiam Græcum favet, nisi excipias vocem Ναζωραῖος. Ambros. l. de ob. Theod. col. 1210. e. legit : *Titulus erat : Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.*

℣. 20. Concinunt Mss. S. Germ. & Fossat. nisi quòd iste habet, *Erat autem scriptum ;* & ambo tollunt *&*, post *Hebraicè.* Corb. tollit etiam *ergo*, ante *titulum ;* & Græcum utrumque *&*, ante voces *Græcè*, & *Latinè.* Cæteri Mss. Vulgatæ favent.

℣. 21. Ms. Corb. textui Colb. congruit, excepta voce *sacerdotum*, pro *Judæorum.* Fossat. *Principes Judæorum*, cum Colb. S. Germ. verò, S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. *Pontifices Judæorum*, &c. ut in Vulgata. Gr. οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, &c.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Ms. Colbert.
22. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.
23. Milites ergo cùm crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem. De tunica autem, quia de superiori parte non consutilis, sed per totum textibilis fuit,
24. dixerunt ad alterutrum: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. Ut Scriptura impleatur: Diviserunt vestimenta mea sibi: & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.
25. Stabat autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, Maria Cleophe, & Maria Jacobi, & Maria Magdalenæ.
26. Cùm vidisset autem Jesus matrem suam, & discipulum astantem, quem diligebat, ait matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.
27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit illam discipulus ille.
28. Postea sciens Jesus quoniam omnia consummata sunt, ut Scriptura impleretur, ait: Sitio.
29. Vas ergo positum erat aceto plenum. Hyssopo admiscentes spongiam ergo plenam aceto cum felle, permixtum componentes, obtulerunt ori ejus.

### Vulgata nova.

22. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.
23. Milites ergo cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Matth. 27. 35. Marc. 15. 24. Luc. 23. 34.
24. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Psalm. 21. 19.
25. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.
26. Cùm vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.
27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.
28. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Psalm. 68. 22.
29. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 22. Accinunt Mss. omnes, simul cum Græco. Ambros. quoque l. de ob. Theod. col. 1210. e. habet: *Quod scripsi, scripsi.*

℣. 23. Ms. Corb. *Milites ergo cùm crucifixissent Jesum, acceperunt vestim. ejus, & fecerunt iv. partes: unicuique mil. partem. Tunica autem, quæ erat contexta de superiori per totum, non erat consutilis.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant; quibus accedunt etiam Fossat. & S. Mart. nisi quòd ille in fine habet *contextum per totum*; iste, *tonicam..... tonica*, pro *tunicam..... tunica*. Græcum eidem Vulgatæ favet ad verbum, si exceperis unum Ἰησοῦν, positum post *crucifixissent*. Cyprian. l. de unit. Eccl. p. 196. a. legit: *De tunica autem, quia de superiore parte non consutilis, sed per totum textibilis fuerat, dixerunt ad*, &c. quæ mirè lectionem textûs Colb. adstruunt. At Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 23. col. 178. e. habet: *Milites verò crucifigentes Jesum, acceperunt vestimenta ejus, (& fecerunt quatuor partes) similiter & tunicam, quæ erat desuper contexta per totum. Dixerunt*, &c. Ambros. l. 10. in Luc. 1528. f. & Augustin. tract. 13. in Joh. col. 397. e. *desuper texta.* Maximus Taurin. p. 17. h. hæc habet: *Hoc factum in Evangelio reperimus, quòd milites quatuor, qui crucifixerunt Salvatorem, in quatuor partes ejus sibi diviserunt vestimenta.*

℣. 24. Ms. Corb. *Dixerunt ergo ad alterutrum: Non scindamus eam..... Ut Scriptura impleatur: Diviserunt... & super vestimentum meum miserunt*, &c. ut sup. Fossat. *Dixerunt ergo ad invicem..... Ut Script. impleretur, dicens: Diviserunt sibi vestim. mea: & super vestem meam*, &c. Maj. Mon. *Ut Script. impleatur, dicens: Partiti sunt vestim.... & super vestem meam*; cætera ut in Vulgata, cui accinunt S. Gat. & S. Mart. nisi quòd habent *impleatur*. S. Germ. eidem Vulg. concinit ad verbum, sed addit *Jesu*, verbo *fecerunt*; quæ vox in aliis omnibus deest. Græcum ab ea nil differt. Ms. tamen unus ipso initio delet οὖν, post *Dixerunt.* Cypr. l. de unit. Eccl. p. 196. a. legit: *dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de ea cujus sit.* Augustin. ubi sup. *Dixerunt inter se: Non dividamus eam, sed sortem super eam mittamus.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 23. col. 178. e. *Dixerunt: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit.* Ambros. l. de exhort. virg. col. 287. f. *Diviserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem.* Maxim. Taurin. p. 17. h. *Diviserunt sibi vestimenta mea: & super vestimentum meum miserunt sortem.*

℣. 25. Alii Mss. omnes concordant cum Vulgata, cui etiam Græcum favet, nisi quòd pro *Stabant*, ponit Εἱστήκεισαν; paulòque post Κλωπᾶ, pro *Cleophæ*. August. tract. 8. in Joh. col. 358. e. *Erat illic circa crucem mater Jesu.*

℣. 26. Ms. Corb. textui Colbert. congruit, deleta voce *suam*, post *matrem*. Fossat. similiter habet, *Cùm vidisset autem*; reliqua ut in Vulgata. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant, sicut etiam S. Germ. excepta voce *stantem*, quam delet. Gr. Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν..... παρεστῶτα, &c. ut sup. Hilarius in Matth. col. 612. d. 613. a. habet, *Mulier, ecce filius tuus.* Itidem Ambros. l. 2. 7. & 10. in Luc. col. 1283. e. 1412. d. 1532. f. & l. de instit. virg. col. 261. a. & epist. 63. col. 1048. c. & l. de ob. Val. col. 1185. b. cum Siric. epist. 9. to. 1. p. 682. a. August. ubi sup. sic pergit: *& ait Jesus matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.* Tertul. l. de præscr. c. 22. p. 334. c. alludens dicit Christum *Joannem loco suo filium Mariæ demandasse.*

℣. 27. Mss. Sangermanensis, & S. Mart. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.* Cæteri nil differunt à Vulgata, nec etiam Græcum, nisi quòd habet, εἰς τὰ ἴδια, loco *in sua*, quod idem valet: Mss. etiam plures addunt ἐκεῖνος, ad vocem *discipulus.* Ms. S. Gat. Lat. scriptum præfert pronomen *tua*, manu recentiori. Ambros. l. 2. in Luc. col. 1283. d. legit: *Deinde discipulo: Ecce mater tua:* & inf. sicut & l. de exhort. virg. 286. a. *Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua*; al. *in suam*: & l. de instit. virg. col. 261. a. *Dicit & ad discipulum: Ecce mater tua:* & paulò post, *Et ex illo suscepit eam discipulus in sua:* & l. de ob. Val. col. 1185. b. *Et discipulo dixit: Ecce mater tua:* similiter l. 7. & 10. in Luc. col. 1412. d. 1532. f. *Ecce mater tua.* Hilar. in Matth. col. 613. a. *Et Joanni: Ecce mater tua:* vide etiam inf. col. 908. c. August. in Joh. ubi sup. *Et ad discipulum: Ecce mater tua.*

℣. 28. Ms. Corb. nil differt à textu Colb. nisi verbo *impleatur*, pro *impleretur*. Fossat. *Postea sciens Jesus quia omnia consummata essent, ut impleretur Script. dicit: Sitio.* Maj. Mon. *quia jam omnia consummata sunt, ut consummar.... dicit*, &c. S. Germ. & S. Mart. similiter, sublata voce *jam*. S. Gat. Vulgatæ concinit. Gr. Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ...... λέγει, &c. Mss. plures initio ferunt Μετὰ ταῦτα; mox alii ἰδών; subinde quidam delent ἤδη. Hilar. in Ps. 68. col. 224. b. legit: *Post hæc Jesus sciens quoniam omnia consummata sunt, ut impleretur Scriptura, ait: Sitio.* Itidem Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 24. omisso *Post hæc.* Ambros. in Ps. 61. col. 960. c. & Augustinus in Joh. 7. col. 522. e. & alibi, *Sitio.*

℣. 29. Ms. Corb. *Et vas erat positum aceto plenum. Spongiam ergo plenam aceto, pertica circumponentes, obtulerunt*, &c. Fossat. *Vas positum erat de ceto plenum. Illi autem*, &c. ut in Vulg. cui S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. consonant ad verbum. In Græco sic: Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν. Οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Ms. unus delet οὖν, post Σκεῦος; alii quidam verba illa, Οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, omittunt; alii verò post σπόγγον ὄξους, addunt μετὰ χολῆς, *cum felle.* Hilar. in Ps. 68. col. 226. b. legit: *Et erat concha posita, aceto plena. Spongiam igitur plenam aceto, hyssopo admiscentes, obtulerunt ori ejus.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 24. col. 179. b. *Vas positum erat aceto plenum, & spongia plena aceto: hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.* Vide August. in Joh. 7. 8. & 10. col. 522. e.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum.

31. Judæi ergo, (quoniam paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo.

33. Ad Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura:

34. ſed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit ſanguis, & aqua.

35. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium ejus. Et ille ſcit quia vera dicit: ut & vos credatis.

36. Facta ſunt enim hæc, ut Scriptura imple-
Exod. retur: Os non comminuetis ex eo.
12. 46. Num. 37. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.
9. 12. Zach. 12. 10. Matth. 27. 57. Marc. 15. 43. Luc. 23. 50. 38. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathæa, (eò quòd eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jeſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jeſu.

39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primùm, ferens mixturam myr-
Sup. 3. 2. rhæ & aloës, quaſi libras centum.

VERSIO ANTIQUA.

30. Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Ex Mſ. Colbert.

31. Judæi autem, (quoniam paraſceve erat) ne manerent in cruce corpora, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

32. Venerunt ergo milites: & illius quidem primi fregerunt crura, & alterius ſimiliter, qui ſimul crucifixi erant cum eo.

33. Ad Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura:

34. ſed unus ex militibus lanceâ latus ejus perfodit, & continuò exivit ſanguis, & aqua.

35. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium ejus. Et ille ſcit quia verè dicit: ut & vos credatis.

36. Facta ſunt enim hæc, ut Scriptura impleatur: Os ſuum non confringètis ab eo.

37. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem compunxerunt.

38. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathia, (qui & ipſe fuit diſcipulus Jeſu, occultè autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jeſu. Et permiſit Pilatus. Venerunt ergo, & tulerunt eum.

39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloæ, quaſi libras centum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

554. d. & 612. d.

℣. 30. Concinunt Mſs. S. Germ. Corb. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Foſſat. verò habet: *Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum cum felle mixtum, dixit*, &c. ut ſup. Gr. Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Τετέλεσαι. Καὶ κλίνας τὴν, &c. Hilar. in Pſ. 68. col. 224. b. habet: *Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: Conſummatum eſt*: & in Matth. 751. a. *Poſtquam perpotaverat, dixit: Conſummatum eſt*: & in Pſ. 131. col. 447. a. verbo *Conſummatum eſt*, addit: *Et inclinans caput, tradidit ſpiritum*: & in Pſ. 138. col. 510. b. *Et mox tradidit ſpiritum*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. e. *Cùm acetum in cruce oblatum ſibi bibiſſet, ait: Adimpletum eſt*. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 24. col. 179. b. *Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum plenum felle, ait: Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum*. Auguſt. in Joh. 10. to. 3. 612. d. e. *Quod cùm accepiſſet, ait: Perfectum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum*: vide etiam ſup. 522. e. 554. d. ubi ſimiliter *Perfectum eſt*.

℣. 31. Mſ. Corb. *Judæi ergo, (quoniam paraſcevem cœnam paraverant) ne remanerent in crucem corpora ſabbato, (erat enim magnas dies illius Sabbati)* &c. ut ſup. Foſſat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ concinunt. Græcum verò habet: Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, ἦν γὰρ, &c. ut in Vulgata: aliàs verba iſta, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, ponuntur proximè poſt Ἰουδαῖοι.

℣. 32. Mſ. Corb. *Venerunt ergo... & illius quidem primi fregerunt crura, & alterius ſimul, qui crucifixus erat cum eo.* Foſſat. & Maj. Mon. *& primi quidem... & alterius, qui ſimul crucifixus eſt cum eo.* S. Germ. S. Mart. & S. Gat. ut in Vulg. quibus etiam Græc. favet.

℣. 33. Mſ. Corb. *Ad Jeſum autem..... ut vidiſſent eum mortuum, non*, &c. Foſſat. *& vidiſſent eum jam mortuum, non*, &c. S. Gat. *& viderunt eum jam mortuum, & non*, &c. S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ ſimiles, ſicut etiam Græcum. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 25. col. 179. d. legit: *Ad Jeſum autem cùm veniſſent, eumque vidiſſent mortuum, non fregerunt ejus crura, ut latronum.*

℣. 34. Mſ. Corb. *ſed unus militum lanceâ latus ejus percuſſit, &*, &c. ut ſup. Mſ. S. Mart. *& continuò exiit*; cætera ut in Vulg. cui ſuffragantur S. Germ. Foſſat. S. Gat. & Maj. Mon. necnon Græcum, niſi exceperis ἔνυξε, pro *aperuit*: ſed Mſ. unus, ἤνοιξε. Tertul. l. de coron. mil. c. 11. p. 292. b. memorat *lanchum, quo perfoſſum eſt latus Chriſti*: & l. de bapt. c. 10. p. 390. b. ait: *Aqua de latere prorumpit: ſcit lancea militis.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 520. e. *exivit de latere aqua, & ſanguis.* Auct. l. de promiſſ. ubi ſupra: *ſed unus è militibus lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exiit ſanguis, & aqua.* Epiphan. in 1. Cantici Cantic. *& percuſſit quidam latus Jeſu, & exiit aqua, & ſanguis.*

℣. 35. Textui Colbert. conſonant Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. in quibus eſt, *verè dicit*; in cæteris verò, *vera dicit*, ut in Vulg. cui etiam Græcum favet, niſi quòd tollit καὶ, ante *vos credatis*; quod tamen retinent Mſs. plures. Epiphan. ubi ſup. *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium ejus. Et ipſe novit quia verax eſt*: at paulò inf. *Et ipſe novit quia verè dicit.*

℣. 36. Mſ. Corb. *Facta ſunt..... ut Scriptura adimpleatur: Oſſum non confringètis ab eo.* Foſſat. *ut Script. impleatur: Os non confringetis ex eo.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. eadem hab. quæ in Vulg. nec ab ea differt S. Mart. niſi uno *impleatur*. In Græco: ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ· ſed Mſs. plures ferunt συντρίψετε· al. συντρίψετε αὐτοῦ, al. ἀπ' αὐτοῦ. Gaud. Brix. ſer. 3. p. 949. b. legit: *ut Scriptura impleretur, quæ ait: Os non confringetur ex eo.*

℣. 37. Mſ. Corb. concordat cum textu Colbert. Foſſat. verò, S. Germ. S. Gat. &c. cum Vulgata, cui etiam Græcum favet. Irenæus l. 4. c. 33. p. 273. c. & Caſſiodor. in Pſ. 81. p. 282. b. *Videbunt in quem compunxerunt.* Similiter Hilarius in Pſſ. 58. & 138. col. 132. d. 510. c. addita primo loco conjunct. *Et*, ante *videbunt*. Tertul. l. de reſurr. carn. p. 576. b. legit: *Videbunt enim eum qui confixerunt*: & l. de carn. Chr. p. 554. a. *Et videbunt, & agnoſcent qui eum confixerunt.* Auguſt. in 5. & 8. Joh. to. 3. col. 446. a. 462. f. 550. c. & Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 25. col. 179. d. *Videbunt in quem pupugerunt*: in hunc verò locum Auguſt. *Videbunt... confixerunt.* Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 231. a. *Et videbunt in quem tranſpunxerunt.* Hieron. l. de opt. gent. interp. to. 4. col. 252. b. hæc habet: *Johannes Evangeliſta aſſumit juxta Hebraicam veritatem*, Videbunt in quem compunxerunt; *pro quo in Lxx. legimus*, Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο, *quod interpretati ſunt Latini*, Et aſpicient ad me, pro his quæ illuſerunt, *ſive* inſultaverunt. *Diſcrepat Evangeliſtæ, Lxx. Interpretum, noſtraque translatio: & tamen ſermonum varietas ſpiritûs unitate concordat.* Vide eundem Hieron. in Zachar. 12. 10. to. 3. col. 1784. f. notam etiam noſtram ad hunc loc. necnon Morinum l. 1. Exercit. Biblic. p. 78.

℣. 38. Mſ. Corb. *Poſt hæc ergo adit Pilatum Joſeph ab Arimatia, qui erat diſcipulus Jeſu, occultè autem.... Venerunt ergo, & tulerunt eum.* Similiter habent Foſſat. S. Mart. & S. Gat. *occultè autem*; cætera verò ut in Vulg. cui S. Germ. & Maj. Mon. conſonant ad verbum. Concinit pariter & Græcum, niſi quòd pro *eò quòd eſſet*, ſimpliciter habet ὢν. Mſs. etiam quidam in fine, loco τοῦ Ἰησοῦ, ponunt αὐτοῦ.

℣. 39. Mſ. Corb. *Venit ergo Nicodemus, qui venerat ad*

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 40. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut est consuetudo Judæis sepelire.

41. Fuit autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat.

42. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

### VULGATA NOVA.

40. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.

41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat.

42. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Jesum nocte, ferens mixturam*, &c. ut in Vulgata. Similiter habet S. Germ. *Venit ergo*; sed addit *primùm*, ad *nocte*. Cæteri Vulgatæ congruunt, cum Græco.

℣. 40. Ms. S. Gat. textui Colb. congruit. Corb. habet: ..... *& adligaverunt eum cum aromatibus, sicut est consuetudo Judæis*, &c. Fossat. *& ligaverunt eum in linteis cum aromat. sicut mos est*, &c. S. Mart. *& ligaverunt eum linteis cum arom. sicut mos Judæis est sepelire*. S. Germ. & Maj. Mon. non differunt à Vulg. uti nec Græc. nisi excipias vocem ὀθονίοις, *linteolis*, pro *linteis*. Mss. plerique ferunt ἐν ὀθονίοις.

℣. 41. Mss. Corb. Fossat. &c. *Erat autem in loco*: insuper S. Germ. & S. Mart. habent in fine *positus fuerat*. Gr. ἐτέθη. Ambros. l. de Sacram. to. 2. col. 217. c. ait *in novo monumento, sicut Joannes dixit, corpus positum esse Domini*.

℣. 42. Ita ferunt Mss. S. Mart. Fossat. & S. Germ. Ita quoque Corb. nisi quòd delet vocem *Judæorum*. S. Gat. *Ibi ergo propter cœna pura Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.* Maj. Mon. *monumentum, ubi posuerunt Jesum*; priora verò ut in textu, cui Græcum favet.

## CAPUT XX.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. POstera autem die sabbati, venit Maria Magdalene, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & videt lapidem sublatum à monumento.

2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.

3. Exivit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, sed ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit prior ad monumentum.

5. Et cùm se inclinasset, & prospexisset, vidit linteamina posita, non tamen introivit.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita,

7. & sudarium, quod erat supra caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

### VULGATA NOVA.

1. UNâ autem sabbati, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, Matth. 28. 1.
ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à Marc. 16. 1.
monumento. Luc. 24. 1.

2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.

3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum.

5. Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introivit.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita,

7. & sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic redit Latina versio Ms. Cantabrig. ubi tamen non integer versus legitur, sed dimidius tantùm, his verbis: *essent, ad monimentum: & videt lapidem sublatum ab ostio monimenti.* Ms. Corb. integrum sic exhibet: *Unâ autem sabbati, Maria Magdalene & venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monum. & videt lapidem sublatum à monumento.* Similiter cæteri omnes, *Unâ autem sabbati, Maria Magdal. venit manè*: deinde S. Gat. *cùm adhuc tenebræ essent: & vidit*, &c. Fossat. *cùm adhuc..... ad monumentum: & vidit lapidem revolutum à monumento.* Maj. Mon. *& vidit lapidem sublatum ab ostio monumenti.* S. Germ. etiam, & S. Mart. *& vidit*, &c. ut in textu. Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habet σαββάτων, loco *sabbati*; & βλέπει, pro *vidit*: at Ms. unus, τοῦ σαββάτου. Ambros. in Psalm. 45. col. 932. a. legit: *Unâ autem sabbati, venit Maria Magdalene prima luce ad monumentum, cùm adhuc esset obscurum: & vidit lapidem amotum ab ostio*: & in Ps. 47. col. 937. b. *Primâ sabbati, venit manè Maria Magdalena, cùm adhuc tenebræ essent*: similiter in Luc. 10. col. 1536. b. *Primâ sabbati, cùm adhuc tenebræ essent.....* Tichon. reg. 5. p. 61. b. *cùm adhuc tenebræ essent.*

℣. 2. Ms. Fossat. textui Colb. consonat, sicut etiam Corb. & S. Gat. nisi quòd habent, *& ad alium discip. quem diligebat Jesus.* Similiter S. Mart. *& ad alium*; insuper *Dominum meum.* Cantabrig. *Currit ergo, & venit ad....... & alium discip. quem diligebat Jesus*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Græc. habet. Ms. tamen unus, pro Τρέχει, hab. Ἔδραμεν, *Cucurrit.* August. in Joh. 20. to. 3. p. 2. col. 805. d. ait nonnullos codices, etiam Græcos, habere, *Tulerunt Dominum meum....... sed hoc in pluribus codicibus*, inquit, *quos in promptu habuimus, non invenimus*; scilicet *meum*, quod in Ms. solo S. Mart. additum reperimus ex his 7. quos in consilium adhibemus: duo enim alii, S. Germ. nempe, & Maj. Mon. Vulgatæ in omnibus accinunt.

℣. 3. Ms. Corb. *Exivit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & veniebant ad monum.* Itidem Cantabrig. detractâ voculâ *ille*. S. Germ. quoque tollit *ille*, sed legit *venerunt*. Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. textui Colb. concinunt; Græcum verò Sangermanensi.

℣. 4. Ms. Corb. *Currebant autem ipsi duo simul; ille autem alius discip. præcucurrit.... & venit prior ad*, &c. Cantabr. *Currebant autem ambo in se; alius autem discip. præcucurrit citiùs ante Petrum, & venit prior in monimentum.* Fossat. *& venit prior ad monum.* priora verò ut in Vulg. cui suffragantur cæteri Mss. ut & Græcum, nisi quòd tollit vocem *ille*: Ms. etiam unus, pro καὶ ὁ ἄλλος, scribit ὁ δὲ ἄλλος. Hilar. l. 6. de Trin. col. 908. c. habet: *Ad sepulcrum prior quoque Petro currens.*

℣. 5. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabrig. verò hæc sola habet: *Et prospiciens, videt posita linteamina, non tamen introivit.* Fossat. *Et cùm se inclinasset, vidit posita..... & non introivit.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. concordant cum Vulg. nec differt S. Mart. nisi exceperis hoc leve, nempe *linteamina posita*, pro *posita linteamina*. Gr. Καὶ παρακύψας βλέπει..... οὐ μέντοι εἰσῆλθεν· al. μέντοιγε.

℣. 6. Accinunt Mss. omnes, præter Cantabrig. qui legit *videt*, non *vidit*; Græc. θεωρεῖ, sed Ms. unus ἐθεώρησε.

℣. 7. Ms. Corb. *& sudarium, quod erat super caput ejus, non cum linteaminibus erat, sed separatim*, &c. Cantabrig. *& sudarium, quod erat positum super caput ejus, non cum linteamine positum, sed seorsus*, &c. ut sup. Alii Vulgatæ

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

8. Tunc ergo introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit:

9. nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere.

10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.

Matth. 28. 1. Marc. 16. 5. Luc. 24. 4.

11. Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum:

12. & vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu.

13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum; & nescio ubi posuerunt eum.

14. Hæc cùm dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est.

15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; & ego eum tollam.

16. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister.)

17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

8. Tunc ergo introivit & alius discipulus, qui venerat prior ad monumentum: & vidit, & credidit:

9. nondum enim sciebat Scripturam, quia oportet eum à mortuis resurgere.

10. Abierunt ergo apud se discipuli.

11. Maria autem stabat ad monumentum, plorans. Ut ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum:

12. & vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum erat corpus Jesu.

13. Et dicunt ei: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quoniam tulerunt Dominum meum; & nescio ubi posuerunt eum.

14. Hæc cum dixisset, conversa est retrorsum; & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est.

15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? aut quem quæris? At illa existimans quia hortolanus est, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dic mihi ubi posuisti illum; & ego eum tollam.

16. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa dicit ei Hebreicè: Rabboni (quod interpretatur Magister.)

17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

congruunt; sicut & Græcum, nisi exceperis ἦν, pro *fuerat*.

℣. 8. Ms. Corb. nil differt à textu Colbert. nec etiam Cantabrig. nisi voculâ *in*, pro *ad*. S. Gat. & Maj. Mon. legunt, *& ille alius discip. qui venerat primus ad*, &c. S. Germ. & Fossat. *& ille discip. qui venerat prior ad*, &c. Gr. καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς, &c. Ms. S. Mart. eadem quæ in Vulg.

℣. 9. Ms. S. Gat. textui Colb. congruit. Ms. Maj. Mon. habet: *nondum enim sciebat, quia oporteret*, &c. Corb. *non enim sciebant Script. quia oportet*, &c. Cantabrig. *necdum enim sciebant Script. quia oportet eum resurgere à mortuis*, &c. Itidem in S. Germ. præter *nondum*, & *à mortuis resurgere*. In Fossat. *nondum sciebant Scripturas, quia oportuit*, &c. In Ms. S. Mart. *nondum enim sciebant Scripturam, quia oportuit*, &c. In Gr. οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν Γραφὴν, ὅτι δεῖ, &c.

℣. 10. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. verò habet: *Abierunt ergo ad se iterum discipuli*. S. Germ. *Abierunt ergo ad semetipsos discipuli*. S. Gat. & Maj. Mon. & S. Mart. Vulgatæ favent: similiter & Fossat. detractâ voculâ *ergo*. Græcum Sangermanensi congruit.

℣. 11. Ms. Corb. *Maria autem stabat ad monumentum, plorans. Ut ergo ploravit, inclinavit se*, &c. ut sup. Cantabrig. *Maria autem stabat ad monim. foris, & plorabat. Cùm ergo ploraret, prospexit in monim.* S. Germ. *foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & aspexit in monum.* Fossat. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eadem habent quæ in Vulg. In Gr. κλαίουσα ἔξω· Ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ, &c. aliàs deest ἔξω. Ambros. l. de virginit. col. 218. a. legit: *Magdalena autem stabat monumentum foris, plorans.*

℣. 12. Mss. Corb. & Cantabrig. concordant cum textu Colb. nisi quòd habent *& videt*. Fossat. *& vidit duos angelos in vestibus albis, sedentes, unum ad caput, & alium ad pedes, ubi positum erat*, &c. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant. Græc. non differt, nisi his, θεωρεῖ, & ἔκειτο.

℣. 13. Ms. Fossat. *Et dicunt illi: Mulier, quod ploras? Dicit eis: Tulerunt Dominum*, &c. ut sup. Cantabrig. *Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? quem quæris? Dicit illis: Quia tulerunt Dominum*, &c. S. Gat. *Dicunt ei illi... Tulerunt Dominum meum; & nescimus*, &c. Maj. Mon. *Dicunt ei illi..... Tulerunt Dom. meum de monumento; & nescio*, &c. S. Mart. *Dicunt ei: Mulier*, &c. ut in Vulg. à qua non differt S. Germ. nec etiam Græcum, nisi quòd ipso initio habet, Καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι· Mss. tamen quidam verbo κλαίεις, addunt τίνα ζητεῖς; sicut Armen. ἐκ τοῦ μνημείου, post Κύριόν μου· & Hieron. epist. ad Hedib. quæst. 5. col. 173. f. legit: *Tulerunt Dominum de monumento; & nescio ubi posuerunt eum.* Itidem Ambros. l. de virginit. col. 218. e. August. verò l. 14. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 350. d. habet: *Abstulerunt Dominum meum; & nescio ubi posuerunt eum.*

℣. 14. Accinunt Mss. Fossat. S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. quibus accedit & Corb. uno excepto *videt*, pro *vidit*. In Cantabr. sic: *Hæc dicens, conversa est retro, & videt..... & nesciebat quoniam*, &c. In Græco: Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ... καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι, &c. in Mss. pluribus deest Καὶ, ante ταῦτα. Apud Ambros. in Luc. 10. col. 1538. f. *conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est.*

℣. 15. Ms. S. Gat. legit: *Dicit ei Jesus: Mulier, quid? quem quæris?* &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Dicit illi Jesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa putans quia hortulanus est, dicit illi: Domine..... dic mihi ubi..... eum; & ego illum tollam.* S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant, quibus adjungendus Fossat. cum Corb. nisi quòd ille habet, *Illa autem æstimans*; iste verò, *quia hortulanus est..... dic mihi.* Gr. Ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι..... εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ, &c. Ambros. in Luc. 10. col. 1539. legit: *Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dixit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi*, &c. ut in Vulg. similiter habet l. de virginit. col. 218. b. c. d. *Mulier, quid ploras? quem quæris?* & in Luc. 10. sup. 1539. d. *Post hæc verba*, inquit, *non Mulier, sed jam Maria vocatur*: attamen in Ps. 45. col. 936. a. legit: *Maria, quid ploras? quem quæris?* Maxim. Taurin. p. 21. f. *Domine, si tulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; & ego illum tollam*: & infra, *si tu tulisti eum.* Apud Tertul. l. de spect. c. 30. p. 220. b. usurpatur vox *hortulanus*.

℣. 16. Ms. Corb. *Dicit ei Jesus: Maria. Et conversa illa, dicit Hebreicè: Rabboni, quod interpretatur Magister, Domine.* Cantabr. *Dicit ei..... Conversa autem illa, dicit ei Hebraicè: Rabboni, quod dicitur Domine, Magister.* S. Gat. *Conversa illa, dicit ei Hebreicè: Rabboni, quod dicitur Magister: & occurrit ut tangeret eum.* Itidem in S. Germ. omissa voce *Hebreicè*. Contra in Fossat. habetur vox *Hebreicè*, cætera verò ut in Vulg. cui Ms. Maj. Mon. consonat ad verbum. Consonat pariter Ms. S. Mart. si exceperis unum *est*, additum post *Conversa*: nec ab ead. differt Græcum; nisi quòd scribat Ῥαββουνί· Mss. etiam quidam huic voci præponunt Ἑβραϊστί; & in fine edit. Paris. una addit, καὶ προσέδραμεν ἅψασθαι αὐτοῦ. Ambros. l. 10. in Luc. n. 163. col. 1539. d. ait: *Post hæc verba non Mulier, sed Maria vocatur*: & l. de virginit. col. 218. f. rursumque col. 219. a. *Tunc ait illi Dominus: Maria, respice ad me*: quæ lectio neque in Græcis hujus Evangelistæ codd. neque in Latinis ullis reperire est: deinde addit Ambros. ibid. *Rabbi, quod interpretatur Magister.* Similiter Hieron. ep. ad Hedib. quæst. 5. col. 174. e. *Nequaquam*, inquit, *Dominum, sed Rabbi, id est, Magistrum, vocat.*

℣. 17. Quæ hîc desunt in textu Colb. in nullis aliis Mss. omittuntur; quare facilè crediderim prætermissa fuisse hæc in Colb. librarii oscitantis incuriâ, cujus incuriæ non unum supra attulimus exemplum, cùm scilicet similia verba in eodem versu sibi invicem succedentia occurrunt: ut fit eo lo-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Colbert.* enim ascendi ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum; & ad Dominum meum, & ad Dominum vestrum.

18. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia vidit Dominum, & quia hæc dixit: & manifestavit eis.

19. Cùm ergo serò esset die illo, una sabbatorum, & januæ essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, & ait eis: Pax vobis.

20. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus suum. Gavisi sunt itaque discipuli, viso Domino.

21. Ait illis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mittam vos.

22. Hæc cùm dixisset, insufflavit: & ait illis: Accipite Spiritum sanctum:

23. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, detenta sunt.

VULGATA NOVA.

enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum.

18. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

19. Cùm ergo serò esset die illo, una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. *Marc. 16. 14. Luc. 24. 36. 1. Cor. 15. 5.*

20. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino.

21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

22. Hæc cùm dixisset, insufflavit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum:

23. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. *Matth. 18. 18.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ci, ubi cùm legeret scriba, *nondum enim ascendi ad Patrem meum;* paulòque post similia occurrentia, *ascendi ad Patr. meum;* prætermissis intermediis, statim scripsit: *& ad patrem vestrum*, &c. non advertens geminata esse verba ista, *ad Patrem meum*, in codice, quem præ oculis habebat; ex quo factum est & ista, *vade autem ad fratres meos, & dic eis*, prioribus his *ad Patrem meum* adjuncta, ab ipso prætermissa fuisse. In Cantabrig. exstant hoc modo: *Dicit illi Jesus: Noli me tangere, necdum enim ascendi ad Patrem: vade ergo ad fratres, & dic illis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; & Dominum meum, & Dom.* &c. In Sangerm. Corb. Fossat. S. Gat. &c. eadem quæ in Vulg. si tamen exceperis in S. Germ. *nondum enim ascendo;* in Corb. *dic illis..... & ad Patrem;* in S. Mart. *dicito eis... & ad Patrem... ad Deum meum, & ad Deum vestrum;* in Fossat. similiter, *& ad Deum vestrum.* Græcum ab eadem Vulgata non differt, nisi uno καὶ, addito ante 1. *Deum.* Iren. l. 5. c. 31. p. 331. a. legit: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem: sed vade ad discipulos, & dic eis* (al. *dices eis:*) *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Tertul. l. contra Prax. p. 856. b. *Ne contigeris me, nondum ascendi ad Patrem meum:* subinde: *Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum:* itidem infra, p. 858. b. præter *& Deum meum.* Novatian. l. de Trinit. p. 1043. c. *Eo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum.* Hilar. l. 11. de Trin. col. 1086. e. 1088. d. 1090. d. 1091. b. *vade autem ad fratres meos, & dices illis: Ascendo ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum; & ad Deum meum, & ad Deum vestrum.* Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 368. e. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum:* & l. de bono mort. c. 12. col. 414. b. *vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum:* & l. 10. in Luc. col. 1536. b. 1537. b. 1539. f. 1540. b. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem*, &c. ut in Vulg. similiter l. de virginit. col. 219. b. c. d. & l. 1. de pœnit. col. 400. d. & l. 1. 3. & 4. de fide, col. 462. b. 506. c. 525. d. cui etiam accinunt Ambrosiast. col. 233. f. S. Paulin. epist. 50. p. 300. c. & Phœbad. Agin. l. contra Arian. p. 300. g. August. in 5. Joh. to. 3. col. 457. c. *Vado ad Deum meum, & Deum vestrum:* subinde, *& Patrem meum dixit, & Patrem vestrum.*

℣. 18. Ms. Cantabr. *Venit Maria Magdalena nuncians discipulis ejus, quia vidit Dominum, & quæ dixit ei, adnuntians illis.* Corb. & cæteri Vulgatæ suffragantur, nisi quòd Fossat. habet, *Venit ergo Maria.* Græc. Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

℣. 19. Ms. Corb. *Cùm ergo serò esset & die illo, uno sabbatorum, & januæ essent clausæ, ubi erant discipuli collecti... & ait eis: Pax vobis.* Cantabr. *Cùm esset ergo serò illo die, una die sabbati, & ostiis clausis, ubi erant discipuli propter timorem Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dixit illis: Pax vobis.* Ms. S. Gat. *& fores essent clausæ, ubi erant discipuli propter metum Jud. venit Jesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobiscum.* A Vulgata non differunt cæteri, nisi quòd S. Mart. habet, *Cùm esset ergo serò..... & dicit eis;* S. Germ. *& stetit in medio eorum, & dicit eis*, &c. Græcum similiter Vulgatæ favet, excipiendo tamen verbum λέγει, pro *dixit.* Ms. etiam unus addit αὐτοῦ, ad vocem *discipuli;* & alii quidam tollunt verbum συνηγμένοι, *congregati:* unde Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 738. f. legit: *Cùm esset ergo serò die illa, una sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant discipuli propter metum Jud. venit Jesus*, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Ms. S. Gat. textui Colbert. congruit. Corb. verò habet: *Et cùm hac dixisset, ostendit eis manus, & latus. Et gavisi sunt discipuli*, &c. Fossat. *Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes, & latus. Et gavisi sunt discip.* &c. Cantabr. *Et hoc cùm dixisset, demonstravit & latus illis. Gavisi sunt autem discipuli ejus, videntes Dominum.* S. Mart. similiter, *Et hoc cùm dixisset;* cætera autem ut in Vulg. à qua nil dissentiunt Mss. S. Germ. & Maj. Mon. Græcum textui Colb. favet; sed Ms. unus, loco αὐτοῦ, ponit αὐτοῖς post *latus;* paulòque post alius, cum Æthiop. addit αὐτοῦ, ad vocem *discipuli.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1541. b. legit: *Et gavisi sunt discipuli, viso Domino.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 738. Vulgatæ concinit ad verbum.

℣. 21. Ms. Corb. *Dixit ergo eis Jesus iterum*, &c. ut in Vulgata. Cantabr. *Dixit ergo illis iterum;* cætera similiter ut in Vulg. cui accinunt cæteri omnes. Græc. Corbeiensi consonat; sed in Mss. quibusdam deest ὁ Ἰησοῦς. Eisdem concinit Cypr. epist. 73. & 76. pp. 131. c. 155. c. & l. de unit. Eccl. p. 195. a. sicut Ambros. in Ps. 118. col. 1092. b. & l. 10. in Luc. col. 1541. b. necnon August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 41. c.

℣. 22. Ms. Corb. concordat cum textu Colb. Cantabr. verò habet; *Et hoc cùm dixisset, insufflavit in eos: & dixit illis*, &c. ut sup. S. Germ. Fossat. & S. Mart. *Hoc cùm dixisset, insufflavit: & dicit eis*, &c. Fossat. *dixit eis.* Gr. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε· καὶ λέγει αὐτοῖς, &c. Mss. plures, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς. Cypr. epist. 73. p. 131. c. legit: *Hoc cùm dixisset, inspiravit: & ait illis: Accipite Spiritum sanctum:* & epist. 76. p. 155. c. *Hoc cùm dixisset, insufflavit: & ait illis*, &c. ut sup. at l. de unit. Eccl. p. 195. a. post verba *mitto vos*, statim addit: *Accipite Spiritum sanctum*, prætermissis intermediis. Ambros. verò in Psal. 118. col. 1092. b. *Cùmque hoc dixisset, insufflavit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum:* & l. 10. in Luc. col. 1541. e. *Et cùm hoc dixisset, insufflavit bis: & dixit: Accipite*, &c. similiter habet, *Accipite Spiritum sanctum*, in Ps. 118. col. 1186. d. & l. 10. in Luc. col. 1544. a. & l. de exhort. virginit. col. 286. b. & l. 1. de pœnit. col. 391. d. & alibi. Accinunt Firmil. ep. 75. apud Cypr. p. 148. b. Anonym. ap. eund. l. de rebapt. p. 355. c. Novatian. l. de Trin. p. 1051. a. Leo Mag. serm. 74. p. 157. e. Auct. quæst. N. T. q. 93. col. 83. g. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 30. col. 157. b. & Gaud. Brix. serm. 17. p. 968. f. Augustinus l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 41. c. *Hoc cùm dixisset, insufflavit: & dixit: Accipite Spiritum sanctum:* & l. 10. de Gen. ad lit. to. 3. col. 260. a. *sufflavit: & ait: Accipite*, &c. ut sup. item in Joh. 7. 528. a. *Accipite Sp. sanctum.* Victorin. Afr. l. 1. contra Ari. p. 257. f. *insufflavit: & dixit: Accipite*, &c. Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 750. f. *insufflavit in faciem discipulorum suorum, dicens: Accipite Spiritum sanctum.*

℣. 23. Ms. S. Gat. *quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum detenueritis, detenta sunt.* Cantabr. *si quorum dimiseritis peccata, dimittentur eis: si quorum tenue-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus.

25. Dixerunt ergo ei alii discipuli : Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis : Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.

26. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus; & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit : Pax vobis.

27. Deinde dicit Thomæ : Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis.

28. Respondit Thomas, & dixit ei : Dominus meus, & Deus meus.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert.

24. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum illis, quando venit Jesus.

25. Dixerunt ergo ei cæteri discipuli : Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis : Nisi videro in manus ejus figuram clavorum, & misero digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.

26. Post dies autem octo, iterum erant discipuli simul; & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit : Pax vobiscum.

27. Deinde ait Thomæ : Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latere meo : & noli esse incredulus, sed fidelis.

28. Respondit Thomas, & dixit ei : Tu es Dominus meus, & Deus meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ritis, detenta sunt.* Fossat. S. Germ. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant : similiter S. Mart. si exceperis verbum *remittuntur.* Mutilus verò hìc est Ms. Corb. in quo desunt omnia ab hoc versu ad medium ℣. octavum capitis 21. In Græco sic : *ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται·* Ms. unus habet, *ἐάν τινων ἀφέωνται αὐτοῖς· ἐάν τινων*, &c. Novatian. l. de Trin. p. 1051. a. legit : *quorum remiseritis peccata, erunt remissa : & quorum retinueritis, erunt retenta.* Cyprian. epist. 73. & 76. pp. 131. c. 155. c. & l. de unit. Eccl. p. 195. a. *si cujus remiseritis peccata, remittentur illi : si cujus tenueritis, tenebuntur.* Itidem Firmil. epist. 75. apud Cypr. nisi quòd addit &, post *illi.* August. ep. 185. to. 2. col. 662. f. *si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei : si cui tenueritis, tenebuntur :* ita rursum l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 41. c. his exceptis, *dimittentur : & si retinueritis, retinebuntur.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1544. a. *quorum remiseritis peccata, remissa erunt :* similiter habet l. 3. de Spir. S. col. 693. f. sicut lib. de exhort. virginit. col. 286. b. ubi addit, *& quorum detinueritis, detenta erunt :* at l. 10. in Luc. col. 1541. c. legit : *quorum remiseritis peccata, remittuntur bis : & quorum retinueritis, retenta sunt :* & l. 1. de pœnit. col. 391. d. 392. c. *quorum remis. pecc. remittuntur eis : & quorum detinueritis, detenta erunt.* S. Pacian. ep. 3. p. 311. f. *si cujus dimiseritis peccata, dimittentur illi : cujus retinueritis, & tenebuntur.* Itidem Fulg. l. de rem. pecc. c. 25. p. 380. excepto verbo *retinebuntur*, pro *& tenebuntur.* Maxim. Taurin. homil. 1. p. 34. c. d. *quorum remiseritis peccata, remissa erunt : & quorum detinueritis, detenta erunt.* Gaud. Brix. ser. 17. p. 968. f. *quorum peccata admiseritis, dimissa erunt.* S. Leo serm. 74. p. 157. c. *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis, retinebuntur.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 30. col. 157. b. *si cui dimiseritis peccata, dimissa erunt : si cui detinueritis, detenta erunt in cælis.*

℣. 24. Ms. Cantabr. S. Germ. Fossat. &c. Vulgatæ consonant, unà cum Græco.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Dicebant ergo illi alii discipuli : Quoniam vidimus Dominum. At ille dixit illis : Si non videro in manus ejus figuram clavorum, & mittam manus in latus ejus, & mittam digitum in figuram clavorum, non credam.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ accinunt; nec differunt ab ea Fossat. & S. Mart. nisi quòd habent *figuram*, cum Colb. & Cantabr. pro *fixuram.* Gr. *τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω*, &c. ut in Vulg. Syr. Per. Arab. Armen. hìc & infra legunt *τὸν τόπον τῶν ἥλων*, Mss. verò plures secundo tantùm loco. Hilar. l. contra Constant. col. 1259. c. legit : *Nisi videro in manibus ejus figuram clavorum, & misero digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam :* itidem l. 3. de Trin. col. 818. b. primo loco habet *figuram clavorum*, &c. ut sup. Mss. plures ejusdem ferunt *in manus ejus*, pro *in manibus ;* paulòque post Carnut. unus, *per loca clavorum*, pro *in locum ;* multi etiam vetustissimi codd. Græci in Biblioth. Bodlei. initio legunt *εἰς τὰς χεῖρας*, pro *ἐν ταῖς χερσὶν*, si Millio fides. Ambros. in Ps. 47. col. 937. d. *Nisi videro in manibus ejus fixuras clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam :* & in Ps. 118. col. 1169. b. *Nisi videro in manibus ejus fixuras clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum.* August. tract. 1. in 1. Joh. to. 3. col. 828. a. *Non credam nisi digitos meos misero in locum clavorum, & cicatrices ejus tetigero :* & in Ps. 21. to. 4. col. 98. a. *Nisi misero digitos meos in cicatrices vulnerum ejus, non credam :* & in Ps. 63. col. 626. c. *Nisi misero manum meam, & tetigero cicatrices clavorum, non credam.* Gaud. Brix. ser. 17. p. 969. a. *Nisi videro, & contrectavero, non credam.*

℣. 26. Ms. Cantabr. *Et post dies octo, iterum erant intrò discipuli ejus ; & Thomas cum eis. Venit ergo Jesus ostiis clausis, & stetit*, &c. ut in Vulg. cui S. Germ. S. Gat. S. Mart. Fossat. & Maj. Mon. accinunt, nisi quòd ultimus legit *Pax vobiscum.* Uno etiam ab ea differt Græcum, nempe *εἰς τὸ μέσον, in medium*, pro *in medio.* Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 738. g. legit : *Post dies octo, erant discipuli intus ; & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit eis : Pax vobis.* Hilar. l. 3. de Trin. col. 818. d. *Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio :* at l. contra Constant. col. 1259. d. *in medio discipulorum suorum ;* sed Mss. omittunt *suorum.*

℣. 27. Ms. S. Gat. *Deinde Thoma : Porrigo digitum tuum huc*, &c. ut in Vulgata. Fossat. *Deinde dicit Thomæ : Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum : & noli*, &c. ut sup. Cantabr. *Deinde dixit ad Thomam : Adfers digitum tuum hoc, & vide manus meas, & adfers manum tuam, & mitte in latus meum : & noli esse infidelis, sed fidelis.* S. Germ. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ suffragantur. Gr. *Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ· Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε... καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. legit : *Injice huc digitum tuum, & vide manus meas : & noli esse incredulus, sed fidelis.* Ambros. in Ps. 118. col. 1250. b. *Infer digitum tuum huc ;* paulòque post : *& mitte manus tuas in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis :* Mss. ejusdem non pauci, *& mitte in manus meas, & latus meum :* at l. de fuga sæc. c. 4. col. 427. f. *mitte manum tuam in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis :* & l. de exhort. virginit. col. 280. c. *mitte manus tuas in latus meum*, &c. ut sup. S. Paulin. epist. 13. p. 82. b. *Dicit Thomæ : Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & infer manum tuam huc, & mitte in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis :* mox addit ex Luc. 24. 39. *quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me habentem videtis.* Augustinus tract. 122. in Joh. to. 3. col. 807. g. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum :* & tract. 3. in 1. Joh. col. 843. g. *mitte digitos, & palpa cicatrices :* & in Psal. 21. to. 4. col. 98. a. *veni, mitte manum tuam, incredule :* & l. contra Secundin. to. 8. col. 545. f. *mitte digitos in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis.* Avit. Vien. ep. 3. Sirm. to. 2. p. 27. a. *Infer digitum tuum in latus meum : & noli esse ambigens, sed fidelis.* Gaud. Brix. serm. 17. p. 969. b. *noli esse incredulus, sed credens.* S. Pacian. ep. 3. *noli esse incredulus, sed fidelis.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. c. *Injice huc digitum tuum, & vide manus meas, & manum tuam mitte in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis.* Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 738. g. legit cum Ms. Fossat. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum : & noli esse*, &c. Symmach. ep. 8. Conc. to. 4. col. 1308. e. *Infer digitum tuum, & vide manus meas, & da manum tuam, & mitte in latus meum : & noli esse*, &c.

℣. 28. Ms. S. Germ. *Respondit Thomas, & dixit ei : Dominus Deus, & Deus meus.* Cantabr. *Respondit.... & dixit illi*, &c. ut in Vulg. cui similes cæteri, Græcumque, si exceperis *Καὶ*, præpositum verbo *Respondit*, quod tamen in Mss. pluribus deest. Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. *Respondit Thomas, & dixit illi : Dominus meus, & Deus meus.* Itidem ap. Novatianum, l. de Trin. pp. 1038. c. 1052. c. *Dominus*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 29. Ait ei Jesus: Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

30. Multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

31. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus Christus ipse est Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus.

VULGATA NOVA.

29. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

30. Multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Inf. 21. 25.

31. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*meus*, & *Deus meus.* Concinunt Ambros. in Pss. 43. & 47. col. 893. b. 937. d. August. in Ps. 21. to. 4. col. 98. a. necnon Hilar. l. 7. de Trin. col. 922. d. 923. b. cujus Mss. quidam vetustissimi habent, *Deus meus es tu*, si Custantio nostro fides: quæ scriptura lectionem nostri Colb. adstruit. Epiphan. in 5. 2. Cantici Cantic. *Dominus meus*, & *Deus meus.*

℣. 29. Ms. Cantabr. *Dicit illi Jesus: Quia vidisti me, credidisti: beati qui non vid. & credid.* S. Germ. *Dixit.... Quia vidisti me, & credidisti*, &c. ut sup. S. Gat. *Dixit.... Quia vidisti me, & credidisti: beati qui me non viderunt*, &c. Fossat. *Quia vidisti me Thoma, cred. beati qui me non viderunt*, &c. cæteri Vulgatæ favent, ut & Gr. uno excepto Λέγει. Ms. unus, Εἶπε δὲ αὐτῷ· subinde in aliis plerisque deest Θωμᾶ. Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. legit: *Dicit illi Jesus: Quia vidisti me, credidisti: felices qui non viderunt, & crediderunt.* Tertul. l. de resur. carn. p. 579. c. *feliciores qui non viderunt, & credunt.* Hieron. comm. in Eccles. to. 2. col. 751. a. *beatiores qui non viderunt, & crediderunt.* Hilar. l. 7. de Trin. col. 923. b. *Quia vidisti, credidisti: beati qui non viderunt, & credid.* August. in Joh. 15. to. 3. col. 700. e. *Quia vidisti, credidisti: beati qui non vident, & credunt:* itidem in Ps. 21. to. 4. col. 98. a. addito *me*, post *vidisti:* item in Joh. 6. & 16. col. 484. b. 731. f. *beati qui non vident, & credunt:* & in Ps. 8. col. 41. c. *beati qui non viderunt, & credituri sunt.* S. Paulin. epist. 23. p. 148. a. *beati autem & qui non viderunt, sed crediderunt.* Ambros. l. de fide resur. col. 1150. c. & Gelas. I. tract. 3. adversùs Andromach. Conc. to. 4. col. 1253. d. *beati qui non viderunt, & crediderunt.*

℣. 30. Concinunt Mss. omnes, & Græcum, nisi exceperis in Cantabrigiensi, *hoc libro*, pro *libro hoc.* Accinit etiam Gaud. Brix. ser. 3. p. 949. a. sicut Faustin. presb. l. contra Arian. p. 644. a. nisi quòd habet *coram discipulis suis*, pro *in conspectu discipulorum suorum.* Gr. ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Hæc autem.... ut credatis, quia Jesus Christus Filius est Dei: & ut credentes, vitam sempiternam hab. in nomine ejus.* S. Germ. & S. Gat. hab. *vitam æternam;* reliqua verò ut in Vulg. cui Fossat. & Maj. Mon. concinunt, nisi quòd ille tollit &, post *Filius Dei.* Græcum nil differt ab ea; sed Mss. plures addunt αἰώνιον, ad *vitam:* & Iren. l. 3. c. 16. p. 206. b. legit: *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quoniam Jesus est Filius Dei: & ut credentes, vitam æternam habeatis in nomine ejus.* Hilarius l. 6. de Trin. col. 907. a. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quoniam Jesus est Christus Filius Dei.* Itidem Gaud. Brix. serm. 3. p. 949. a. qui addit: *& ut credentes, vitam æternam habeatis in*, &c. ut supra. Tertul. l. contra Prax. p. 856. b. *nisi ut credatis Jesum Christum Filium Dei.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 644. b. *Tamen hæc ipsa ideo scripta sunt, ut credamus* (infra *credatis*) *quòd Jesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam æternam habeatis in*, &c.

# CAPUT XXI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Colbert. 1. POstea manifestavit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem se sic:

2. Erant autem pariter Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Chanaan Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navem: & illa nocte nihil ceperunt.

4. Manè autem facto, stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est.

5. Dicit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

VULGATA NOVA.

1. POstea manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic:

2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4. Manè autem facto stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est.

5. Dixit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Fossat. *Post hæc manifestavit se iterum Jesus ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem se sic.* S. Germ. *Postea manifestavit se iterum Jesus ad mare Tiberiadis discipulis suis. Manifestavit autem sic.* Cantabr. *Post hæc iterum manifestavit seipsum discipulis suis super mare Tiberiadis. Manif. autem sic.* S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. Vulgatæ consonant, hisque Græcum favet: in Ms. tamen uno deest ὁ Ἰησοῦς, & in aliis pluribus additur αὐτοῦ, voci *discipulis.*

℣. 2. Ms. S. Germ. *Erant autem simul Simon Petrus*, &c. ut in Vulg. à qua non differunt cæteri, nisi quòd S. Gat. scribit *Channan*, pro *Cana;* & Cantabr. *de discentibus*, pro *ex discipulis.* Græcum similiter Vulgatæ favet, si exceperis verbum *erat*, cum voce *filii*, quæ omittit; sed hanc vocem retinent Mss. quidam.

℣. 3. Ms. Fossat. textui Colbert. congruit, detracto &, post *Venimus.* Cantabr. *Dicit illis Simon Petrus: Vado piscatu... tecum. Exierunt, &... & in illa nocte prendiderunt nihil.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eadem quæ in Vulgata. Gr. Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος· Ὑπάγω ἁλιεύειν... Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς· καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. Mss. plures habent Καὶ ἐξῆλθον; & alii non pauci tollunt εὐθύς.

℣. 4. Concinunt Mss. Fossat. & Maj. Mon. S. Germ. verò, S. Mart. & S. Gat. legunt: *Manè autem jam facto*, &c. ut sup. Cantabr. *Manè autem jam facto, stetit Jesus ad littus: non tamen sciebant discipuli*, &c. quibus favet Græcum: sed Mss. quidam, loco ᾔδεισαν, ferunt ἔγνωσαν, *agnoverunt.* Vigil. Tapsl. l. contra Varimad. p. 738. f. legit: *Manè autem facto, stetit Jesus in littore: non tamen agnoverunt discipuli quia Jesus erat.*

℣. 5. Mss. S. Germ. & S. Mart. concordant cum textu Colbert. quibus accedit Fossat. nisi quòd habet iterum *ergo*, post *Responderunt.* S. Gat. *Dixit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium non habetis?* &c. ut sup. Cantabrig. *Dicit ergo illis Jesus: Pueri, nunquid aliquid manducare habetis? Dixerunt ei: Non.* Græc. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ ..... μή τι προσφάγιον ἔχετε; Ἀπεκρίθησαν, &c. al. ὄψον ἔχετε. Vigil. Tapsl. l. contra Varimad. p. 738. f. *Dixit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? At illi obtulerunt ei partem piscis assi*, &c. ut in Luc. 24. 42.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

6. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete; & invenietis. Miſerunt ergo; & jam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.

7. Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

8. Alii autem diſcipuli navigio venerunt, (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

10. Dicit eis Jeſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.

11. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

12. Dicit eis Jeſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominus eſt.

13. Et venit Jeſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

14. Hoc jam tertiò manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis.

15. Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Jeſus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Colbert.*

6. Dicit eis: Mittite in dexteram partem navigii retia; & invenietis. Miſerunt ergo retia; & non valebant trahere ea à multitudine piſcium.

7. Dixit ergo ille diſcipulus, quem diligebat Jeſus, Petro: Dominus eſt. Cùm audiſſet autem Simon Petrus quoniam Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

8. Illi alii diſcipuli navigaverunt, (non enim longè erant à terra, ſed quaſi à cubitis ducentis) trahentes retia piſcium.

9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt carbones incenſos, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

10. Dicit eis Jeſus: Afferte de piſcibus, quos nunc cepiſtis.

11. Tunc aſcendit Simon Petrus, & traxit retia ad terram, plena piſcibus magnis centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

12. Dicit eis Jeſus: Venite, prandete. Nemo autem auſus eſt diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia ipſe eſt Dominus.

13. Tunc Jeſus accepit panem, & dedit eis, & piſcem ſimiliter.

14. Hoc jam tertiò manifeſtavit ſe Jeſus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis.

15. Cùm ergo prandiſſent, ait Jeſus Simoni Petro: Simon Barjona, diligis me? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit illi: Paſce oves meas.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Mſ. S. Gat. *Dicit eis: Mittite in dextram navis rete; & invenietis. Miſerunt ergo; & jam non valebant illud trahere à multitud.* &c. Cantabrig. *At ille dixit illis: Mittite in dextram partem navis retiam; & invenietis. At illi miſerunt; & ampliùs eam trahere poterant à multitudine piſcium.* S. Germ. *Dixit eis: Mittite in dextram navigii rete; & invenietis. Dixerunt ergo ei: Per totam noctem laborantes nil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Miſerunt ergo retia; & jam non valebant illud*, &c. ut in Vulgata. Maj. Mon. *Dicit eis: Mitt. in dext. navigii rete; & invenietis. Dixerunt ergo: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem mittemus rete. Miſerunt ergo retia; & jam non valebant illud*, &c. Quæ autem hîc abundant verba, ex Luc. 5. 5. advecta ſunt. In Foſſat. verò omnia ut in Vulg. niſi quòd ſcribit *retem.* In Mſ. S. Mart. *Dixit*, pro *Dicit; retiam*, pro *& jam; & à multit.* pro *præ multit.* cætera ut in eadem Vulg. In Græco ſic: Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον· καὶ εὑρήσετε. Ἔβαλον οὖν· καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων. Æthiop. cum Cyrillo inter verba εὑρήσετε, & Ἔβαλον, interponunt, Οἱ δὲ εἶπον· Δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ σῷ ὀνόματι βαλοῦμεν· quæ lectionem S. Germ. & Maj. Mon. confirmant. Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1170. e. habet: *Mitte in dexteram partem navigii retia.*

℣. 7. Mſ. Cantabrig. *Dicit ergo diſcip. ille... Petro: Dominus eſt noſter. Simon ergo Petrus audiens..... tunicam cinxit ſe.... & miſit ſe, & ſalivit in mare.* Foſſat. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt; quibus accedit S. Germ. niſi quòd habet *tunicam ſuccinxit ſe.* Sic etiam in Mſ. S. Mart. & inſuper, *Dicit ergo.* Gr. Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα..... Ὁ Κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας..... τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Mſ. Cantabrig. *Alii autem diſcipuli per naviculam venerunt, (non enim erant longe à terra, ſed ſicut à cubitis ducentis) trahentes retiam piſcium.* Maj. Mon. *Alii autem diſcipuli navigio venerunt in mare, (non enim*, &c. ut in Vulgata. S. Germ. *Alii diſcipuli navigio venerunt, (non enim*, &c. S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Corb. Vulgatæ conſonant, niſi quòd S. Germ. habet *à cubitis*, & Corb. *retia.* Græcum Sangermanenſi congruit.

℣. 9. Mſ. Corb. habet: *Ut ergo deſcenderunt in terram, vident carbones incenſos, & piſcem ſuperpoſitum*, &c. Cantabrig. *Quomodo ergo exierunt à terra, vident carbones poſitos, & piſcem impoſitum, & panem.* Foſſat. *Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſimiliter ſuperpoſitum, & panem.* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. eadem quæ in Vulg. Græc. verò ſic: Ὡς οὖν ἀπέβησαν..... βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, &c.

℣. 10. Mſ. Corb. textui Colb. congruit. Similiter Cantabr. niſi exceperis *illis*, pro *eis*; & in fine, *cepiſtis nunc*, pro *nunc cepiſtis.* S. Germ. S. Mart. S. Gat. & Maj. Mon. nil differunt à Vulg. nec etiam Foſſat. uno excepto *prebendidiſtis.* Gr. Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν.

℣. 11. Mſ. Corb. *Aſcendit Simon Petrus, & traxit retem ad terram, plenum magnis..... non eſt ſciſſum retem.* Cantabrig. *Aſcendit Simon..... & traxit retiam plenam ſuper terram magnorum piſcium cliii. non eſt ſciſſa retia.* Foſſat. *Aſcendit ergo..... & trahit rete in terram, plenum magn. piſcibus numero centum quinquaginta & tribus*, &c. S. Germ. S. Mart. Maj. Mon. & S. Gat. concordant cum Vulg. niſi quòd ultimus habet *toti*, pro *tanti.* Gr. Ἀνέβη Σίμων.... καὶ εἵλκυσε τὸ... ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν ἰχθύων..... καὶ τοσούτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη, &c. Mſs. quidam, Ἀνέβη οὖν.

℣. 12. Mſ. Corb. *Dicit eis..... Nemo tamen audebat diſcumb..... ſcientes, quia ipſe eſt Dominus.* Cantabr. *Dicit illis..... Nemo tamen audebat de diſcipulis interrog.* &c. ut in Vulgata. S. Germ. Foſſat. & S. Mart. eidem Vulgatæ accinunt, ut & Mſs. S. Gat. & Maj. Mon. excepto quòd prior habet *auſus eſt*; poſterior, *quia Dominus eſſet.* Græc. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτόν· Σὺ, &c. ut in Vulgata. In uno tamen Mſ. eſt ἀνακειμένων, pro μαθητῶν.

℣. 13. Mſ. Corb. *Venit ergo Jeſus, & accepit panem, & dat*, &c. Cantabr. *Venit Jeſus, & accipit panem, & benedicens dedit illis*, &c. Foſſat. & S. Gat. *Venit Jeſus, & accepit panem, & dedit eis*, &c. S. Germ. & Maj. Mon. *Et venit Jeſus, & accepit panem, & benedixit, & dedit eis*, &c. S. Mart. *Et venit Jeſus, & accepit panem, & dat eis*, &c. Gr. Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, &c. ut in Vulg. niſi excipias vocem ὀψάριον, pro *piſcem.* At Mſ. unus in principio habet, Καὶ ἔρχεται· pauloque poſt alius, ἔλαβε τὸν ἄρτον· mox quidam, καὶ εὐχαριστήσας· tum alius, ἐδίδου.

℣. 14. Mſ. S. Gat. *Hoc jam tertiò manifeſtavit ſe Jeſus cum diſcipulis ſuis, cùm*, &c. Maj. Mon. *manifeſtatus eſt cum diſcip. ſuis*, &c. Corb. *manifeſtatus eſt diſcipulis, cùm*, &c. Cantabr. *Hoc jam tertium manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis, ſurgens à mortuis.* Foſſat. *Hoc jam tertiò manifeſtatus eſt..... poſtquam reſurrexit à mortuis.* S. Mart. *Hoc autem tertiò manifeſtatus eſt..... diſcipulis, cùm*, &c. ut in textu. Græcum Cantabrigienſi conſonat, niſi excipias verbum ἐγερθεὶς, poſitum pro *ſurgens.* Mſ. etiam unus, pro ἐφανερώθη, habet ἐφανέρωσεν ἑαυτόν· alii verò quidam tollunt αὐτοῦ, poſt μαθηταῖς.

℣. 15. Mſ. Corb. *Cùm ergo prandiſſet, dicit.... Simon Johannis, diligis me? Dicit illi*, &c. ut in Vulgata. Cantabrig. *Cùm ergo prandiſſent, dicit..... Simon Johannis, diligis me pluſquam iſtos? Dicit illi..... quoniam amo te. Dicit illi Je-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mf. Colbert. 16. Ait illi fecundò : Simon Barjona, diligis me? Dicit ei : Ita Domine, tu fcis quia amo te. Ait illi : Pafce oves meas.

17. Dicit ei tertiò : Simon Barjona, amas me? Contriftatus eft Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & ait ei : Domine, omnia nofti : tu fcis quia amo te. Dicit ei : Pafce oves meas.

18. Amen, amen dico tibi : cùm effes juvenior, præcingebas te, & ibas quò volebas : cùm autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet te quò tu non vis.

19. Hoc autem dixit, fignificans qua morte clarificaturus effet Deum. Et hoc dicto, ait illi : Sequere me.

20. Converfus Petrus vidit illum difcipulum fequentem, quem diligebat Jefus, qui & recubuit in cœna fuper pectus ejus, & dixerat : Domine quis eft qui tradet te?

### VULGATA NOVA.

16. Dicit ei iterum : Simon Joannis, diligis me? At illi : Etiam Domine, tu fcis quia amo te. Dicit ei : Pafce agnos meos.

17. Dicit ei tertiò : Simon Joannis, amas me? Contriftatus eft Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei : Domine, tu omnia nofti : tu fcis quia amo te. Dixit ei : Pafce oves meas.

18. Amen, amen dico tibi : cùm effes junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas : 2. Pet. 1. 14.
cùm autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.

19. Hoc autem dixit, fignificans qua morte clarificaturus effet Deum. Et cùm hoc dixiffet, dicit ei : Sequere me.

20. Converfus Petrus vidit illum difcipulum, quem diligebat Jefus, fequentem, qui & recubuit Sup. 13. 23.
in cœna fuper pectus ejus, & dixit : Domine quis eft qui tradet te?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*fus : Pafce oves meas.* Foffat. S. Germ. S. Gat. &c. Vulgatæ fimiles. Gr. Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει.... Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; Λέγει..... σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε, &c. ut in Vulgata. Mfs. plures, pro Ἰωνᾶ, fcribunt Ἰωαννᾶ· alii Ἰωάννου. Cyprian. ep. 2. nomine cleri Rom. ad cler. Carthag. p. 7. b. legit : *diligis me? Refpondit : Diligo. Ait ei : Pafce ov. meas.* Lucif. l. de non parc. in D. del. p. 230. vel 232. h. *Pafce agnos meos.* Ambr. l. de apol. Dav. col. 692. c. *Simon Johannis diligis me? Dixit ei : Utique tu fcis Domine, quia diligo te :* fimiliter habet l. de ob. Theod. col. 1203. d. *Simon Johannis diligis me?* &, *Tu fcis Domine, quia diligo te :* ita quoque in Luc. 10. col. 1523. d. & in Pf. 118. col. 1131. d. fupra verò, 987. a. addit : *Pafce agniculos meos :* itidem l. 5. de fide, col. 551. c. legit *agniculos*, ut & l. 3. de Spir. S. col. 662. d. Maximus Taurin. p. 23. h. *Domine, tu fcis quia diligo te :* paulòque poft : *Pafce oves meas.*

℣. 16. Mf. Corb. *Ait illi iterum : Simon Johannis, diligis me? Ait illi : Etiam Domine, tu fcis quia diligo te. Ait ei : Pafce oves meas.* S. Gat. & Maj. Mon. *Dicit ei iterum : Simon Joh..... At ille ait : Etiam Domine, tu fcis quia amo te. Dicit ei Jefus : Pafce oves meas.* Cantabr. *Dicit illi iterum Dominus : Simon Johanis, amas me? Dicit illi : Etiam Domine, tu fcis quia amo te. Dicit illi : Pafce oves meas.* Cæteri Vulgatæ accinunt. Gr. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου· Mf. unus delet vocem δεύτερον, & alii duo legunt ἀρνία, non πρόβατα. Ambrof. l. de apol. Dav. col. 692. c. *Simon Johannis, diligis me?* fubinde, *Tu fcis quia amo te :* & l. 10. in Luc. col. 1542. c. *Simon Johannis, diligis me? Utique tu fcis Domine, quia amo te. Dicit ei Jefus : Pafce agnos meos :* at l. de ob. Theod. col. 1203. e. *Et iterum : Simon Johannis, diligis me? Etiam Domine, tu fcis quia diligo te :* & l. 6. in Luc. col. 1388. f. *Domine, tu nofti quia diligo te :* & l. 5. de fide, col. 551. c. *Pafce agnos meos.* Cypr. l. de unit. Eccl. p. 195. a. *Pafce oves meas.* Itidem Lucif. Cal. ubi fup. p. 230. vel 232. h. Gelaf. I. ep. 14. p. 1215. e. *Si amas me, pafce oves meas.*

℣. 17. Mf. Cantabrig. *Dicit illi tertiùm : Simon Johannis, amas me? Contrift..... quia dixit illi tertiò..... & dicit illi : Domine, omnia tu fcis : tu fcis quoniam amo te. Dicit illi : Pafce oves meas.* S. Mart. & Foffat. *& dicit* (Foffat. *dixit*) *ei : Domine, tu omnia fcis : tu fcis quia amo te. Dicit ei Jefus : Pafce oves meas.* S. Germ. *Domine, omnia fcis : tu fcis quia amo te. Dicit ei : Pafce oves meas.* S. Gat. & Maj. Mon. *Domine, tu omnia fcis, quia amo te. Dicit ei : Pafce agnos meos;* priora verò hi omnes habent ut in Vulg. cui Corb. concinit ad verbum, nifi quòd ipfo initio legit, *Et ait*, abfque *ei;* S. Germ. ibid. *Et dicit ei.* Gr. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον· Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με.... φιλεῖς με.... Κύριε, σὺ πάντα οἶδας· σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Βόσκε τὰ πρόβατά μου. Mf. unus cum Æthiop. in principio ponit, Καὶ λέγει αὐτῷ, & fub finem delet ὁ Ἰησοῦς. Ambrof. l. 10. in Luc. col. 1542. e. ait : *Tertiò Dominus, non jam, diligis me, fed, amas me? interrogavit :* & l. de apol. Dav. 684. a. 692. c. *Simon Johannis, amas me? Et contriftatus eft, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei : Domine, omnia tu fcis : tu nofti quia amo te :* fubinde : *Pafce oves meas : fequere me :* fimiliter habet l. 6. in Luc. col. 1389. e. *Amas me?* & l. 2. de Sacram. col. 360. a. *Tu nofti Domine, quia amo te :* & l. de ob. Theod. col. 1203. e. *Domine, omnia tu fcis : tu nofti quia amo te :* & l. 5. de fide, col. 551. c. *Tertiò*, inquit, *meretur audire : Pafce agniculos meos, pafce agnos meos, pafce oviculas meas.* Hilar. verò l. 6. de Trin. col. 904. c. ait Petrum, *Pafce oves meas, ter meritum audire.* Auguft. tr. 47. in Joh. 10. to. 3. col. 607. f. *Petre, amas me? Pafce oves meas? Hoc femel, hoc iterum, hoc tertiò ufque ad ejus triftitiam :* rurfus tract. 5. in 1. Joh. col. 861. g. *Petre, amas me? Pafce oves meas :* & l. 14. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 355. d. *Contriftatus eft Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me?* Ambrofiafter, col. 193. a. *Simon Johannis, amas me?*

℣. 18. Mf. Corb. *Amen..... cùm effes juvenior, præcingebas te, & ambulabas quò volebas..... & alius te præcinget, & ducet te quò*, &c. Cantabr. *quando eras juvenis, cingebas teipfum, & amb. ubi volebas...... & alii te cingent, & ducent te ubi tu*, &c. S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. Vulgatæ congruunt, quibus adjungendi S. Mart. & Foffat. nifi quòd ifte habet *extendis..... & ducit quò non vis;* ille verò, *& ducet quò non vis.* In Græco fimiliter, præter hæc : ἐκτενεῖς... καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις· Mf. unus, cum Syr. Perf. Arab. & Æthiop. οἴσουσί σε ὅπου· Cyrill. & Chryf. οἴσουσιν ὅπου. Ambrof. in Pfal. 36. col. 804. e. legit : *cùm junior effes, cingebas te, & ambulabas ubi volebas : cùm autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis :* itidem l. 10. in Luc. col. 1542. e. præter verbum *præcinget.* Auguft. tract. 5. in 1. Joh. to. 3. col. 861. g. *cùm juvenis effes, præcingebas te, & ibas quò volebas : cùm autem fueris fenior, alius te præcinget, & tollet te quò tu non vis :* & in Pf. 30. to. 4. col. 147. c. *cùm effes junior, cingebas te, & ibas quò volebas : cùm autem fenior factus fueris, alter te cinget, & ducet quò tu non vis :* fimiliter in Joh. 12. col. 637. d. his exceptis, *cùm autem fenueris... feret quò :* fupr. verò in Joh. 10. col. 607. f. Vulgatæ fuffragatur ad verbum. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 32. a. *Amen, amen dico tibi : quando juvenis eras, præcingebas te, & ambulabas ubi volebas : cùm autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget*, &c. ut fup. Junil. Afr. l. 2. de part. div. leg. c. 23. col. 349. d. *& cùm fenex fueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet*, &c.

℣. 19. Mf. Cantabr. *Hæc autem dixit, fignificans qua morte honorificabit Deum. Et hoc cùm dixiffet, dixit illi*, &c. Foffat. S. Germ. Maj. Mon. S. Mart. & S. Gat. Vulgatæ concinunt, nifi quòd hic poftremus habet *Dominum*, pro *Deum.* Gr. Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει, &c. Ambrof. in Pf. 36. col. 804. e. legit, cum Vulg. & Colbert. textu : *Hoc autem dixit, fignificans qua morte clarificaturus effet Deum.* Itidem Auguft. tract. 47. in Joh. 10. to. 3. 607. f. & tr. 5. in 1. Joh. col. 861. g. & fer. 286. to. 5. col. 1214. g. præter verbum *erat*, pro *effet*, in his duobus pofteriorib. locis : at in Pfalm. 30. to. 4. col. 147. c. habet, *qua morte moreretur :* & ferm. 285. col. 1146. f. ut & in Joh. 12. 637. d. 640. d. *qua morte glorificaturus erat Dominum;* in Joh. *Deum.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 32. a. *qua morte glorificaturus effet Deum.*

℣. 20. Mf. Corb. *Et converfus Petrus vidit illum difcipulum, quem diligebat Jefus, qui & recubuerat in cænam fuper pectus ejus, & dixerat ei : Domine qui*, &c. ut fup. Foffat. *Et converfus Petrus vidit illum difcip. quem... fequentem fe, qui & recubuit in cæna fuper pectus ejus, qui dixit ei : Domine quis eft qui tradit te?* Cantabrig. *Converfus autem Petrus videt difcipulum, quem..... fequentem, qui & recubuit in cæna...... & dixit illi : Domine quis eft qui tradidit te?* S. Germ. S. Gat. S. Mart. & Maj. Mon. cum Vulgata concordant. Græc. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέ-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

21. Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine, hic autem quid?

22. Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non moritur: sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium ejus.

Sup. 20. 30. 25. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Colbert.

21. Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dicit ad Jesum: Domine, hic autem quid?

22. Dicit ei Jesus: Sic volo eum permanere donec venio, quid ad te? tu me sequere.

23. Exiit ergo hic sermo apud fratres, quia discipulus ille non morietur. Non dixit illi autem Jesus: Quia non morietur: sed: Sic volo eum remanere donec venio, quid ad te? tu me sequere.

24. Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, qui & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium ejus.

25. Sunt autem & alia multa quidem, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros. Amen.

* Explicit Evangelium Johannis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

πεσεν ἐν τῷ δείπνῳ..... καὶ εἶπε· Κύριε τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; Ambrosiast. col. 204. d. *Hic est discipulus, quem diligebat Jesus, qui & recubuit in cœna supra pectus ejus.*

℣. 21. Ms. Corb. textui Colbert. congruit. Sic etiam Fossat. nisi quòd habet, *dixit ad Jesum.* S. Mart. *dicit Jesu.* S. Germ. S. Gat. & Maj. Mon. *dixit Jesu.* Cantabrig. *Hunc ergo videns Petrus, dicit ad Jesum*, &c. ut sup. Græc. Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος, λέγει τῷ Ἰησοῦ, &c. al. Τοῦτον οὖν. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 168. c. *Domine, quid iste?*

℣. 22. Ms. Corb. *Dicit ei Jesus: Si sic volo & eum manere donec venio*, &c. ut sup. Cantabrig. *Dicit illi Jesus: Si eum volo sic manere usque dum venio*, &c. S. Gat. *Sic eum volo manere donec venio*, &c. Cæteri cum Vulgata concinunt. Græc. Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, &c. al. ἔρχωμαι· Ms. etiam unus addit οὕτως, verbo μένειν. Ambros. in Pss. 45. & 118. col. 930. 1026. a. 1225. c. *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere:* & l. 7. in Luc. 1411. f. *Sic eum volo manere donec venio*: & epistola contra Auxent. n. 14. col. 867. b. *Illum volo manere: tu autem me sequere.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 168. c. *Quid ad te, si eum volo sic esse?*

℣. 23. Ms. S. Gat. *Exivit ergo hic sermo inter fratres, quia discip. ille non morietur. Et non dix. ei Jesus:* Non *moritur: sed: Sic eum volo man. donec venio, quid ad te? tu me sequere.* Corb. *Exiit ergo hic sermo apud fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit illi Jesus: Quia non morietur: sed: Eum volo manere donec venio, quid ad te?* Cantabrig. *Exivit ergo hic verbus apud fratres, & putaverunt quoniam discipulus ille non moritur. Et non dixit illud Jesus:* Non *morieris: sed: Si eum volo manere usque dum venio, quid ad te?* Cæteri non discrepant à Vulg. nisi quòd S. Mart. habet *Exivit*; S. Germ. *Quia non moritur: sed*; Fossat. *donec venio.* Græc. Ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· ἀλλ'· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, &c. ut in Vulgata, al. ἔρχωμαι. Ambrosius l. 1. de excessu Sat. col. 1114. c. *Si eum volo sic manere donec venio, quid ad te?* at in Ps. 45. col. 930. *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere:* quæ etiam pertinere possunt ad ℣. 22.

℣. 24. Mss. S. Germ. & S. Mart. *Hic est discipulus, qui* &c. ut in Vulgata. Corb. *Hic est discip. ille, qui testimonium perhibet de his, & quia scripsit hæc: &*, &c. Cantabr. *Hic est discip. qui testim. dat de his, & qui scripsit hæc: & scimus, quoniam..... ejus testimonium.* Fossat. S. Gat. & Maj. Mon. eadem habent quæ in Vulgata. Gr. Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν, ὅτι, &c.

℣. 25. Ms. Corb. *Et alia autem multa fecit Jesus: quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos libros, qui scriberentur.* S. Gat. *Sunt autem & alia multa, quæ non sunt scripta: quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros.* Cantabr. *Sunt autem & alia plura, quæ fecit Christus Jesus: quæ si scribantur singulariter, nec ipsum facilè puto mundum capere, qui scribuntur libri.* S. Germ. Fossat. & Maj. Mon. nil differunt à Vulg. cui similiter accinit Ms. S. Mart. deleto *posse*, post *capere*. Græc. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν. Mss. quidam, pro ὅσα, habent ἅ· alii verò desunt Ἀμήν, in fine. August. l. 16. contra Faust. to. 8. col. 307. d. legit: *Et alia quidem multa fecit Jesus: quæ si scriberentur singula, nec ipsum existimo capere mundum, qui scriberentur, libros.* Gaudent. Brix. serm. 3. p. 949. a. *Sunt autem & multa alia, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos libros, qui scriberentur:* & infra, col. 961. c. *Arbitror nec ipsum mundum capere eos libros, qui scriberentur, posse.*

* Mss. S. Germ. & S. Mart. *Explicit Evang. secundùm Johannem.* Corb. & Cantabr. *Evangelium secundùm Johannem explicit.* S. Gat. & Maj. Mon. *Explicit Evangel. xata Johannem.*

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

### Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *JOHANNES.*

CAP. I. ℣. 3. Et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat. *Consultò illud* quod factum est, *ita est interpunctum, ut & præcedentibus jungi possit, & subsequentibus.*

℣. 9. Venientem in hunc mundum. *Non omittas pronomen* hunc.

℣. 15. Hic erat, quem dixi. *Non mutes imperfectum* erat *cum præsenti* est.

℣. 18. Ipse enarravit. *Non est mutandum verbum compositum cum simplici* narravit.

℣. 29. Altera die vidit Johannes. *Retinendum est præteritum* vidit, *non vertendum in præsens* videt.

*Ibidem.* Ecce qui tollit peccatum mundi. *Singulare* peccatum *non est commutandum cum plurali* peccata.

℣. 42. Filius Jona. *Non scribas* Johanna, *aut* Johannis *trissyllabum, pro* Jona *dissyllabo, hoc quidem loco.*

℣. 45. Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ. *Cave legas* & Prophetis *sexto casu.*

CAP. II. ℣. 2. Vocatus est autem & Jesus. *Non omittas medium* &.

℣. 3. Dicit mater Jesu ad eum. *Præsens* dicit *legendum est, non præteritum* dixit, *cùm hoc versu, tum sequentibus omnibus de nuptiis.*

℣. 9. Ministri autem sciebant, qui hauserant aquam. *Cave ne scribas conjunctionem* quod, *pro relativo* qui.

℣. 22. Quia hoc dicebat. *Non addas* de corpore suo.

CAP. III. ℣. 2. Hic venit ad Jesum nocte. *Non scribas pronomen* eum, *loco nominis* Jesum.

℣. 17. Filium suum in mundum. *Non omittas* in mundum.

℣. 20. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem. *Non mutes adverbium* malè *cum nomine* mala.

℣. 22. In terram Judæam. *Alii, converso ordine, scribunt* in Judæam terram.

℣. 31. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. *Non est omittendum medium illud* de terra est, *sive integrè, sive quod ad præpositionem* de.

℣. 33. Qui accepit ejus testimonium. *Non addas conjunctionem* autem, *nec mutes præteritum* accepit *in præsens* accipit.

℣. 36. Non videbit vitam. *Non addas* æternam.

CAP. IV. ℣. 4. Per Samariam. *Superfluit quod quidam*



Digitized by Google

*libri addunt* mediam.

℣. 6. Hora erat quasi sexta. *Meritò omissa est conjunctio* autem.

℣. 18. Et nunc, quem habes. *Malè quidam adverbium* nunc *mutaverunt cum pronomine* hunc.

℣. 30. Exierunt ergo de civitate. *Non est omittenda* ergo *conjunctio*.

℣. 33. Dicebant ergo discipuli ad invicem. *Huc non est adjiciendam pronomen* ejus.

℣. 34. Et faciam voluntatem ejus, qui misit me. *Non est supponendum nomen* Patris mei, *pro nomine* ejus.

℣. 36. Et congregat fructum in vitam æternam. *Non est addendum relativum* qui.

℣. 37. In hoc enim est verbum verum. *Non redundat conjunctio* enim.

℣. 41. Et multo plures crediderunt in eum. *Non omittas* τὸ in eum.

℣. 51. Et nunciaverunt dicentes. *Non addas pronomen* ei.

Cap. V. ℣. 2. Est autem Jerosolymis probatica piscina. *Non judicarunt Romani Correctores præponendam præpositionem* super, *vel* in, *voci* probatica, *quod multi faciunt*.

*Sequitur:* Quæ cognominatur. *Non scribas præteritum imperfectum* cognominabatur, *pro præsenti*.

*Ibidem*. Bethsaida. *Quidam libri impressi habent* Bethesda, *sed ex Græcis non dubiis consultò mutati*. *Lege Notationes nostras in varias Bibliorum lectiones.*

℣. 9. Et statim sanus factus est homo ille. *Non omittas vocem* homo.

℣. 10. Qui sanatus fuerat. *Participium* sanatus *non est commutandum cum nomine* sanus.

℣. 24. Et in judicium non venit. *Non scribas futurum* veniet, *pro præsenti* venit.

*Sequitur:* Sed transiit à morte in vitam. *Pro præterito* transiit, *quidam habent præsens* transit, *quidam futurum* transiet; *sed futurum omnino rejiciendum est.*

℣. 27. Et potestatem dedit ei judicium facere. *Non addas* &, *aut* etiam, *ante* judicium.

℣. 30. Non possum ego à meipso facere quidquam. *Pro* ego *pronomine, malè à quibusdam substituitur conjunctio* ergo: *quinetiam malè mox præponitur conjunctio* sed, *ante* Sicut audio judico: *ut & in fine versûs superfluè additur nomen* Patris.

℣. 36. Quæ dedit mihi Pater. *Non omittas pronomen* mihi.

℣. 43. Et non accipitis me. *Non commutes præsens* accipitis, *cum præterito* accepistis.

Cap. VI. ℣. 3. Subiit ergo in montem. *Non est legendum* abiit, *pro* subiit.

℣. 10. Dixit ergo Jesus: Facite. *Non mutes præteritum* dixit, *in præsens* dicit.

℣. 13. Ex quinque panibus hordeaceis. *Non addas* & duobus piscibus, *quod quidam*.

℣. 21. Ad terram, in quam ibant. *Non omittas* in, *nec mutes cum* ad.

℣. 23. Gratias agente Domino. *Insignis emendatio, qua ablativus* agente, *& vox* Domino, *restituta sunt, in locum nominativi* agentes, *& vocis* Deo, *quæ à plerisque vitiosè leguntur.*

℣. 28. Ut operemur opera Dei. *Non addas* bona.

℣. 33. Panis enim Dei est. *Non est mutanda vox* Dei, *cum voce* verus.

℣. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. *Ut non est scribendum præsens* videtis, *pro præterito* vidistis: *ita nec præteritum* credidistis, *pro præsenti* creditis.

℣. 37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet. *Non legas præsens* venit, *pro futuro* veniet.

℣. 39. Hæc est autem voluntas ejus. *Conjunctio* autem *non est mutanda cum* enim, *hoc certè loco.*

*Ibidem*. Non perdam ex eo. *Non addas* quidquam.

℣. 43. Nolite murmurare in invicem. *Non est omittenda præpositio* in.

℣. 45. Est scriptum in Prophetis. *Non legas* Proverbiis, *pro* Prophetis.

℣. 65. Qui essent non credentes. *Non auferas negationem mediam.*

℣. 70. Et nos credidimus, & cognovimus. *Non est mutandum præteritum* credidimus, *cum præsenti* credimus.

*Sequitur:* Quia tu es Christus Filius Dei. *Non addas epitheton* vivi.

℣. 71. Respondit eis Jesus. *Nec hîc addas conjunctionem* ergo, *aut verbum* & dixit.

Cap. VII. ℣. 4. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. *Pro imperativo* manifesta, *cave legas præsens indicativi* manifestas.

℣. 8. Ego autem non ascendo ad diem festum istum. *Adverbium negandi* non, *haud commutandum est cum adverbio temporis* nondum, *ut neque præsens* ascendo, *cum futuro* ascendam.

℣. 25. Nonne hic est, quem quærunt interficere? *Non addas* Judæi.

℣. 26. Et ecce palàm loquitur. *Non est omittendum* Et, *nec mutandum cum* Atqui, *sed ita exponendum.*

℣. 29. Ego scio eum: quia ab ipso sum. *Quæ his verbis præmittunt complures libri*, Ego autem scio eum: Et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, &, *obelisco jugulanda sunt, ut quæ non hujus sint loci, sed sequentis capitis* 8. ℣. 55.

℣. 32. Et miserunt Principes. *Non addas* sacerdotum, *ex Græco.*

*Ibidem*. Ut apprehenderent eum. *Non substituas nomen* Jesum, *pro pronomine* eum.

℣. 33. Et vado ad eum, qui me misit. *Non mutes pronomen* eum, *cum nomine* Patrem.

℣℣. 34. & 36. Quæretis me. *Non videtur scribendum præsens* Quæritis, *pro futuro* Quæretis.

℣. 39. Nondum enim erat Spiritus datus. *Participium* datus, *nec omittendum Latinè est, nec mutandum cum nomine* sanctus.

℣. 46. Sicut hic homo. *Non addas* loquitur, *sed subaudias è proximo.*

℣. 52. A Galilæa propheta non surgit. *Retinendum Latinè est præsens* surgit, *non commutandum vel cum præterito* surrexit, *vel cum futuro* surget.

Cap. VIII. ℣. 6. Hoc autem dicebant tentantes. *Singulare* hoc *præferendum est plurali* Hæc, *quod est in multis libris.*

℣. 9. Audientes autem. *Non subjicias pronomen* hæc.

*Ibidem*. Et remansit solus Jesus. *Non omittas nomen* Jesus.

℣. 11. Vade, & jam ampliùs noli peccare. *Nec hîc omittas adverbium* jam.

℣. 24. Moriemini in peccatis vestris. *Bis hoc legitur isto versu, semel plurali numero* in peccatis vestris, *iterum singulari* in peccato vestro.

℣. 25. Principium, qui & loquor vobis. *Non facilè mutandum est, relativum masculinum* qui, *in neutrum* quod, *aut in conjunctionem* quia, *vel* quòd. *Consulantur Notationes nostræ in varias Bibliorum lectiones.*

℣. 27. Quia Patrem ejus dicebat Deum. *Nec hic facilè omittenda est vox* Deum.

℣. 29. Et non reliquit me solum. *Retinendum est præteritum* reliquit, *pro præsenti* relinquit, *quod est in quibusdam libris.*

℣. 33. Responderunt ei. *Non addas* ergo.

℣. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum. *Non facilè omittendum est pronomen* meum.

℣. 42. Ego enim ex Deo processi. *Non scribas pronomen* eo, *loco nominis* Deo.

℣. 54. Quia Deus vester est. *In aliis codicibus est primæ personæ pronomen* noster.

Cap. IX. ℣. 4. Venit nox. *Non mutes præsens* venit, *cum futuro* veniet.

℣. 8. Itaque vicini. *Non addas pronomen* ejus.

℣. 11. Vade ad natatoria Siloe. *Plerique libri, pro neutro plurali* natatoria, *scribunt fœmininum singulare* natatoriam.

℣. 30. In hoc enim mirabile est. *Non est omittenda conjunctio* enim.

Cap. X. ℣. 8. Omnes quotquot venerunt. *Non est omittendum* ante me, *quod quidam addiderunt ex quibusdam libris Græcis.*

℣. 9. Ego sum ostium. *Non addas* ovium, *quod non est hujus versûs, sed septimi superioris.*

℣. 14. Et cognosco meas. *Non interjicias nomen* oves, *quod quidam.*

℣. 17. Ut iterum sumam eam. *Non mutes conjunctionem causalem* ut, *cum copulativa* &.

℣. 26. Quia non estis ex ovibus meis. *Non subjicias* sicut dixi vobis, *quamvis Græcè & Syriacè addatur.*

℣. 29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est. *Quidam libri mutant neutrum genus cum masculino*, qui dedit mihi, major omnibus est, *sed ex Græco variati.*

*Sequitur:* Et nemo potest. *Non est addenda conjunctio* ideo.

℣. 31. Sustulerunt ergo lapides Judæi. *Ut non est omittenda conjunctio* ergo, *ita nec addendum adverbium* iterum.

℣. 36. Vos dicitis: Quia blasphemas. *Sic legendum est, secundâ personâ*, blasphemas.

Cap. XI. ℣. 1. De castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus. *Retinendus est numerus singularis* sororis, *non substituendus pluralis* sororum.

℣. 8. Nunc quærebant te Judæi lapidare. *Non mutes* lapidare, *cum* interficere.

℣. 13. Quia de dormitione somni diceret. *Non scribas duplici* i, somnii.

℣. 15. Et gaudeo propter vos. *Non est mutandum* & *copulativam, cum adversativo* sed.

Digitized by Google

℣. 16. Eamus & nos, ut moriamur cum eo. *Nec hic mutanda est* ut *causativa*, *cum & copulativa conjunctione.*

℣. 20. Martha ergo ut audivit. *Rursus quidam libri commutant* ergo, *cum* autem, *malè.*

℣. 29. Surgit citò. *Pro præsenti* surgit, *non est substituendum præteritum* surrexit.

℣. 32. Non esset mortuus frater meus. *Supra*, ℣. 21. *est hic verborum ordo :* Frater meus non fuisset mortuus.

℣. 45. Et viderant quæ fecit Jesus. *Non facilè omittendum est nomen* Jesus.

℣. 47. Concilium, & dicebant. *Non interponas* adversùs Jesum.

*Sequitur :* Quid facimus. *Non est mutandum præsens* facimus, *cum futuro* faciemus.

℣. 48. Et tollent nostrum locum, & gentem. *Quidam libri, geminata conjunctione* &, *legunt* & locum, & gentem: *sed errant qui illam collocant ante pronomen* nostrum.

Cap. XII. ℣. 3. Nardi pistici. *Recentiores quidam libri, qui pro neutro* pistici, *legunt fœmininum* pisticæ, *ex Græco mutati sunt.*

℣. 6. Ea, quæ mittebantur, portabat. *Mutarunt cum composito* exportabat.

℣. 7. Ut in diem sepulturæ meæ servet illud. *Recentiores quidam libri, omissa ut conjunctione, scribunt præteritum* servavit, *pro præsenti subjunctivi* servet, *ut Græcæ editioni respondeant. Nostræ enim editionis germana lectio, prima illa est, in qua nec mutandus est quartus casus* diem, *cum sexto* die.

℣. 19. Ecce mundus totus post eum abit. *Legendum est præterito tempore* abiit, *non præsenti* abit.

℣. 28. Venit ergo vox de cœlo. *Non subdas* dicens.

℣. 42. Veruntamen & ex principibus. *Non est omittendum medium* &.

Cap. XIII. ℣. 2. Jam misisset in cor. *Non addas* Judæ.

*Ibidem.* Judas Simonis Iscariotæ. *Non mutes genitivum* Iscariotæ, *cum nominativo* Iscariotes.

℣. 5. Deinde mittit aquam in pelvim. *Nec hic mutes præsens* mittit, *cum præterito* misit.

℣. 7. Scies autem postea. *Non est omittenda conjunctio* autem.

℣. 8. Si non lavero te, non habebis partem mecum. *Non commutes futurum* habebis, *cum præsenti* habes, *tametsi præsens legatur Græcè.*

℣. 12. Et accepit vestimenta sua: cùm recubuisset. *Prima conjunctio* &, *non est transferenda in medium sententiæ, ante* cùm recubuisset.

℣. 18. Qui manducat mecum panem. *Cave legas* meum, *pro* mecum.

℣. 38. Animam tuam pro me pones? *Non legas præsens* ponis, *pro futuro* pones, *nec affirmando, quod interrogando legendum est.*

Cap. XIV. ℣. 1. Non turbetur cor vestrum. *Ut his verbis non est præponendum* Et ait discipulis suis, *ita non est postponendum* neque formidet, *quod est, non hujus loci, sed versus* 27. *subsequentis.*

℣. 6. Ego sum via, & veritas, & vita. *Non omittas priorem conjunctionem* &.

℣. 9. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. *In quibusdam libris legitur præterito tempore* qui vidit me, vidit & Patrem, *quemadmodum Græcè.*

℣. 17. Quia non videt eum. *Hic neutiquam mutandum est præsens* videt, *in præteritum* vidit.

*Ibidem.* Quia apud vos manebit. *Neque hic mutes futurum* manebit, *in præsens* manet.

℣. 19. Vos autem videtis me. *Tertiò nec hic facilè mutes oportet præsens* videtis, *in futurum* videbitis.

Cap. XV. ℣. 2. Tollet eum. *Hoc loco retinendum est futurum* tollet, *non substituendum præsens* tollit.

℣. 6. Et arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. *Similiter hic, futura servanda sunt, non substituenda præsentia. Porrò singulare pronomen* eum, *quidam variant in plurale* eos. *Singulare pronomen, respondet verbo singulari, quod sequitur in Sixtinis & aliis multis libris*, & ardet: *plurale plurali, quod similiter in multis est libris*, & ardent. *Lege Notas nostras in varias lectiones quatuor Evangeliorum Latinas.*

℣. 21. Sed hæc omnia facient vobis. *Non omittas* omnia.

℣. 26. Spiritum veritatis. *Interpres dedit quartum casum, quem Græca patiuntur, non primum* spiritus.

℣. 27. Et vos testimonium perhibebitis. *Non mutes futurum cum præsenti* perhibetis: *nam præsens Græcè, futuri loco est.*

Cap. XVI. ℣. 7. Expedit vobis ut ego vadam. *Non est interponendum* &, *ante* ego.

℣. 9. Quia non crediderunt in me. *Pro præterito* crediderunt, *quidam legunt præsens* credunt.

℣. 13. Docebit vos omnem veritatem. *Fuit olim quorumdam librorum lectio* Deducet vos in omni veritate: *sed ex alia versione sumpta.*

℣. 16. Modicum, & jam non videbitis me. *Interpres intellexit, præsens* videtis, *quod est Græcè, futuri loco positum.*

℣. 19. Cognovit autem Jesus. *In quibusdam libris pro* autem, *legitur* ergo.

*Ibidem.* Quia dixi. *Non addas* vobis.

℣. 22. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. *Non est mutandum futurum* tollet, *cum præsenti* tollit, *tametsi Græcè sit præsens.*

℣. 23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. *Pro simplici* rogabitis, *non scribas compositum* interrogabitis.

℣. 27. Quia vos me amastis. *In aliis libris, pro præterito, est præsens* amatis.

℣. 32. Et non sum solus. *Non addas* tamen.

Cap. XVII. ℣. 1. Ut filius tuus clarificet te. *Quidam libri interponunt* &, *ante* filius.

℣. 20. Sed & pro eis. *Hic non omittas* &.

℣. 21. Sicut tu Pater in me. *Hic non addas* &, *ante* tu.

Cap. XVIII. ℣. 11. Non bibam illum? *Transfodiendum est, quod quidam libri addunt*, vis ut: Non vis ut bibam illum?

℣. 13. Erat enim socer Caiphæ. *Non legas* autem, *pro* enim.

℣. 20. Ego palàm locutus sum mundo. *Non addas* in *præpositionem.*

℣. 22. Unus assistens ministrorum. *Non est mutandus nominativus* assistens, *cum genitivo* assistentium.

℣. 28. Adducunt ergo Jesum à Caipha in prætorium. *Cave mutata præpositione, scribas quarto casu* ad Caipham, *pro sexto* à Caipha.

Cap. XIX. ℣. 3. Et dabant ei alapas. *Quidam pro* alapas, *legunt* palmas, *quomodo vertit Interpres Matt.* 26. ℣. 67.

℣. 4. Exivit ergo iterum Pilatus. *Non omittas* ergo.

℣. 12. Et exinde quærebat. *Nec hic omittas* Et *conjunctionem.*

*Ibidem.* Omnis enim, qui se regem facit. *Denique nec hic omittas* enim.

℣. 13. Lithostrotos. *Cave legas* Lichostrotos, *tertia alphabeti littera.*

℣. 16. Et eduxerunt. *Non addas pronomen* eum, *quod quidam libri.*

℣. 25. Stabant autem juxta crucem Jesu. *Non legas singulare* Stabat, *pro plurali* Stabant.

℣. 26. Et discipulum stantem. *Non omittas participium* stantem, *sed neque mutes cum composito* adstantem.

℣. 27. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Legendum esse neutrum plurale* sua, *prout Romani Correctores judicarunt, non fœmininum singulare* suam, *olim fusè docuimus in Notationibus nostris.*

℣. 30. Et inclinato capite tradidit spiritum. *Quod sequitur in quibusdam exemplaribus.* Cùm autem expirasset, velum templi scissum est à summo usque deorsum, *superfluit, ex prioribus Evangeliis huc adscitum.*

℣. 40. Et ligaverunt illud linteis. *Neutrum* illud, *probatum est Romanis Patribus, præ masculino* eum.

℣. 42. Posuerunt Jesum. *Non mutes antecedens* Jesum, *cum pronomine* eum.

Cap. XX. ℣. 1. Et vidit lapidem sublatum à monumento. *Pro* sublatum, *non legas* revolutum: *hoc enim est priorum Evangeliorum.*

℣. 2. Tulerunt Dominum. *Non addas pronomen* meum, *quod huic loco non quadrat, sicut quadrat infra*, ℣. 13.

℣. 19. Et stetit in medio. *Non addas* discipulorum.

℣. 31. Quia Jesus est Christus Filius Dei. *Cave omittas nomen* Christus.

*Ibidem.* Vitam habeatis. *Non addas* æternam.

Cap. XXI. ℣. 1. Postea manifestavit se iterum Jesus discipulis. *Non est omittenda vox* discipulis.

℣. 4. Quia Jesus est. *Non mutes nomen* Jesus, *cum pronomine* ipse.

℣. 6. Mittite in dexteram. *Non addas* ergo.

*Ibidem.* Miserunt ergo. *Nec hic addas nomen* rete, *sed subaudias.*

℣. 8. Non enim longè erant à terra. *Non est mutandus numerus pluralis* erant, *cum singulari* erat.

℣. 13. Et accipit panem, & dat eis. *Non sunt scribenda præterita* accepit, dabat, *pro præsentibus* accipit, dat.

℣. 14. Manifestatus est Jesus discipulis suis. *Non omittas pronomen* suis.

℣℣. 15. 16. 17. Simon Johannis. *Non commutes* Johannis *trissyllabum, cum dissyllabo* Jona, *hoc loco.*

℣. 18. Extendes manus tuas. *Non mutes futurum indicativi, cum præsenti conjunctivi* extendas.

℣. 23. Et non dixit ei Jesus: Non moritur. *Non addas* Quia, *ante* Non moritur.



Digitized by Google

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### JOHANNES.

CAP. I. ℣. 31. Sed ut manifestetur in Israël. *Antiqui codices ferè omittunt præpositionem* in, *conformiter textui Græco.*

CAP. III. ℣. 3. Nisi quis renatus fuerit denuò. *Antiqui libri nostri, pro composito* renatus, *scribunt hoc loco verbum simplex*, natus, *consentaneè Græco; simile infra* ℣. 4.

℣. 5. Ex aqua, & Spiritu sancto. *Antiqui codices ferè omittunt* sancto, *consentientibus editionibus Græca & Syriaca, necnon D. Augustino in hunc locum, & Ambrosio lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 11.*

℣. 18. Quia non credit in nomine. *Pro præsenti* credit, *vetusta Mss. habent præteritum* credidit, *conformiter Græco & Syro.*

CAP. V. ℣. 28. Audient vocem Filii Dei. *Antiqui libri cum nostri, tum Epanorthotæ, consentaneè Græcis ac Syricis, pro* Filii Dei, *scribunt pronomen* ejus.

CAP. VI. ℣. 41. Ego sum panis vivus. *Vox* vivus *omittitur à plerisque omnibus Mss. conformiter Græco ac Syro: videturque non hujus esse loci, sed infra* ℣. 51.

℣. 61. Et quis potest eum audire? *Insignia exemplaria Latina auferunt conjunctionem* &, *suffragantibus Græcis & Syris.*

CAP. VII. ℣. 52. Scutare Scripturas. *Multi boni omittunt vocem* Scripturas, *consentientibus Græcis ac Syricis.*

CAP. VIII. ℣. 12. Non ambulat in tenebris. *Quidam boni libri, pro præsenti* ambulat, *scribunt futurum* ambulabit, *suffragantibus D. Augustino, & editionibus Græcâ & Syrâ.*

℣. 45. Ego autem si veritatem dico, non. *Pro* si, *in antiquis tum nostris, tum Epanorthotæ, pluribusque aliis libris, legitur* quia, *conformiter Græco ac Syro.*

℣. 49. Et vos inhonorastis me. *Quidam Latini codices habent præsens* inhonoratis, *quemadmodum Græci & Syrici.*

℣. 56. Vidit, & gavisus est. *Mss. nostra antiqua, & non pauci alii Latini libri præponunt* & *conjunctionem, etiam ipsi vocabulo* vidit, *quemadmodum Græca & Syra.*

CAP. IX. ℣. 11. Et abii, lavi, & video. *Alii codices præponunt conjunctionem* etiam, *verbo* lavi, ( & lavi) *necnon præsens* video *mutant cum præterito* vidi, *quod legitur Græcè.*

CAP. XI. ℣. 27. Filius Dei vivi. *Multi antiqui codices omittunt* vivi, *consentaneè Græco ac Syro, tanquam aliunde acceptum.*

℣. 37. Oculos cæci nati. *Antiqua Mss. omittunt* nati, *quod neque Græcè aut Syriacè additur.*

*Ibidem.* Ut hic non moreretur. *Mss. nostra interponunt* & *conjunctionem, conformiter Græco ac Syro.*

℣. 45. Ad Mariam, & Martham. *Mss. vetera, cum D. Augustino, omittunt* & Martham, *conspirantibus Græcis & Syris codicibus.*

℣. 49. Caiphas nomine. *Complures libri auferunt* nomine, *conformiter Græco, quod alii addunt, consonante Syro.*

℣. 50. Quia expedit vobis. *Multi boni libri habent pronomen primæ personæ* nobis, *ut etiam Græca ac Syra.*

℣. 52. Sed ut filios Dei. *Quidam libri Latini, cum Græcis & Syricis, interjiciunt conjunctionem:* Sed ut & filios Dei.

CAP. XII. ℣. 7. Sinite illam. *Antiqua Mss. legunt, non plurale* Sinite, *sed singulare* Sine, *conformiter Græco ac Syro.*

℣. 40. Et non intelligant corde. *Mss. nostra non legunt, sed è proximo subaudiendum relinquunt* non, *conspirantibus D. Augustini tractatu, & libris Græcis cum Syricis.*

CAP. XIII. ℣. 18. Levabit contra me. *Quædam exemplaria, pro futuro* levabit, *habent præteritum* levavit, *conformiter Græco ac Syro.*

℣. 27. Introivit in eum. *Complura Mss. præponunt adverbium* tunc, *suffragantibus Græco ac Syro.*

CAP. XIV. ℣. 7. Et amodo cognoscetis eum. *Duo Mss. pro futuro* cognoscetis, *legunt præsens* cognoscitis, *conformiter Græco ac Syro, necnon tractatui D. Augustini.*

℣. 9. Et non cognovistis me. *Unum Ms. legit numero singulari* cognovisti, *cui præter Græca & Syra, & Græcorum commentaria favet D. Augustini tractatio.*

*Ibidem.* Qui videt me, videt & Patrem. *In quibusdam libris legitur præterito tempore*, Qui vidit me, vidit & Patrem, *quemadmodum Græcè.*

*Ibidem.* Quomodo tu dicis. *Rursus quidam libri præponunt* & *conjunctionem, quemadmodum Græci & Syrici.*

℣. 10. Non creditis quia ego in Patre. *Pro plurali* creditis, *complura Mss. legunt singulare* credis, *adstipulantibus non solùm Græcis & Syriacis libris atque Auctoribus, verùm etiam D. Augustino, disertis verbis. Porrò infra* ℣. 11. *citra controversiam plurale legendum est.*

℣. 13. Et quodcunque petieritis Patrem. *Complura Mss. omittunt* Patrem, *consentaneè Græco ac Syro, & faventibus tractatoribus veteribus.*

℣. 14. Si quid petieritis me. *Eisdem fundamentis nixa, hic omittunt pronomen* me, *quemadmodum mox* Patrem.

℣. 17. Vos autem cognoscetis eum. *In aliis libris est præsens* cognoscitis, *consentaneè libris Græcis ac Syris, pro futuro* cognoscetis.

CAP. XVI. ℣. 3. Et nunc vado. *Mss. nostra pro copulativa* Et, *legunt adversativam* At, *conformiter Græco ac Syro.*

℣. 11. Jam judicatus est. *Mss. nostra jugulant adverbium* jam, *suffragantibus Græcis ac Syricis libris, necnon D. Augustini tractatu.*

CAP. XVII. ℣. 3. Solum Deum verum. *Multi antiqui libri legunt hoc verborum ordine*, solum verum Deum, *quo etiam Augustinus, & Græca editio.*

℣. 20. Non pro eis autem rogo tantùm. *Mss. nostra pronomen relativum* eis *mutant cum demonstrativo* his, *suffragantibus D. Augustini lectione, & Græca editione* τούτων.

℣. 25. Mundus te non cognovit. *Exemplaria plura scripta, cum textu D. Augustini, præponunt* & *conjunctionem, consentaneè Græco ac Syro.*

CAP. XVIII. ℣. 24. Et misit eum Annas ligatum. *Quidam libri pro duabus voculis* Et misit, *legunt unam* Emisit: *nam Græcè* Ἀπέστειλεν*: quanquam sint Græci libri, qui pro* Et, *substituant* ergo, *ut Syrus* autem*: quæ non sunt negligenda.*

CAP. XIX. ℣. 13. Pilatus autem. *Optima Mss. consentaneè Græco, legunt* ergo, *pro* autem.

℣. 28. Quia omnia. *Plerique Latini libri interponunt adverbium* jam, *quemadmodum & Græci.*

℣. 41. In quo nondum quisquam positus erat. *Plusquam perfectum* fuerat, *est in optimis Mss. pro imperfecto* erat.

CAP. XX. ℣. 25. Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum. *Insignia quædam Mss.* figuram, *quod est Græcè* τὸν τύπον, *vestigium.*

CAP. XXI. ℣. 12. Et nemo audebat discumbentium. *Pro* discumbentium, *legitur alicubi* discentium, *quod est discipulorum, Græco & Syro conformiter.*

℣℣. 22. 23. Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? *Jam frequenter varietatem latentem tractavimus: restat pro coronide, ut legatur Commentarius noster.*

℣. 25. Mundum capere posse eos. *Mss. antiqua omittunt* posse, *consentaneè Græco.*

Digitized by Google

# IN LIBRUM ACTUUM APOSTOLORUM ADMONITIO PRÆVIA.

*NON tanta nobis suppetit ad Actuum Apostolorum, quanta ad Evangeliorum Antiquam Versionem reparandam, codicum manu exaratorum copia. Neque etiam SS. Patrum scripta in Actibus Apostolicis, perinde atque in Evangeliis, adjumento fuere: parciùs namque ex illis, quàm ex istis, laudati in SS. Doctorum voluminibus occurrunt versiculi. In pluribus equidem abundè suppeditarunt quid excerperemus; in nonnullis, ne apicem reperimus. At licet in magna non simus versati abundantia, non tamen ita monimentorum penuria laboravimus, ut necessaria multa deessent. Itaque totam penè & integram excellentissimam nascentis Ecclesiæ historiam, ex iis, quæ supersunt monumentis, juxta Antiquam Versionem, feliciter satis recuperavimus.*

*Nonnisi unum, itemque alterum Ms. codicem, & neutrum quidem integrum, nacti sumus. Laudianus unus est; alter Cantabrigiensis. De isto jam multa satis in Præfatione Evangeliis prævia diximus, nec addendum quidquam superest. Tantummodo indicanda sunt quæ in eo codice ex Actibus Apostolorum desiderantur: nimirum, à ỷ. 20. capitis 8. ad ỷ. 4. capitis 10. item à medio ỷ. 31. capitis 20. ad medium ỷ. 2. capitis 21. item à medio ỷ. 20. capitis 22. ad finem usque versiculi decimi ejusdem capitis. Demum à medio versu 20. ejusdem cap. vigesimi secundi cætera ad finem usque interierunt.*

*Quòd verò Laudianum spectat codicem, ipse quoque mancus & imperfectus est, minùs tamen mutilus, nec tot partibus truncatus, quot Cantabrigiensis. In eo requiruntur tantùm quatuor versus posteriores capitis 26. cum toto capite 27. necnon 25. prioribus versibus capitis 28. Hæc, inquam, sola periere, quorum etiam quædam restituerunt nobis SS. Patrum, Auctorumve Ecclesiasticorum scripta. Hunc jam codicem in lucem emisit Thomas Hearnius; qui, cùm miraretur inter doctos, quibus suam abundare Angliam scribit, neminem fuisse qui codicem istum vetustissimum è tenebris erueret; cùmque etiam essent ex alienigenis ad Anglos accedentibus, qui dicerent Anglis* dedecori esse tanti pretii codicem ineditum jacere, *Vir doctus, gentis suæ gloriæ studiosus, codicem illum in tenebris jacere diutiùs non est passus, ipsumque vulgavit. Sed audire juvat ipsum Hearnium de eo Ms. codice disserentem, circa quem nemo alter fide dignior; quippe qui illum triverit, versaverit, atque etiam manu exscripserit, præloque mandaverit, adhibita singulari diligentia tam in textu ipso exprimendo, quàm etiam in versione. Quæ versio,* antiquissima quidem, *ut ipsius utar verbis,* nec alia ferè ab Italica ante versionem Hieronymi, sive Editionem Latinam Vulgatam, ut ab eruditis appellatur, usurpata. *Ipsum igitur audiamus Hearnium.*

Ad codicis antiquitatem quod attinet, *inquit*, mea fert opinio esse annorum plus minùs mille; id quod facilè assequor ex ipsa characterum forma, qualem etiam vidi in nummis quibusdam Bysantinis in archivis nostris Frekianis Oxonii sæpissime à me versatis. Neque secus sensit doctissimus * Usserius Armachanus. Itaque non multùm refert quòd à nobis aliquantulum dissentiat Cl. Millius, qui minore cura (id quod nollem dicere, nisi ita postularet veritas) quàm par erat, hunc codicem evolverat, ut è nostris notis ad imum paginæ positis manifestum erit. Hoc tamen rectissimè animadvertit Millius, illud planè in hoc codice singulare esse, quòd versio Latina primam, textus Græcus secundam paginæ columnam occupet. Nam hunc ordinem neque ipse alibi inveni, neque quidem ejusmodi codicis mentionem apud alios factam esse mihi constat....... Hunc codicem eò magis æstimandum esse puto, quòd pauci admodum characteribus uncialibus, sive quadratis, exarati codices ad nostra usque pervenerint tempora. Quin & eorum qui exstant nonnulli, accentus, sive apices, præ se ferunt, quales non est videre in nostro, si modò puncta & aspirationes excipias, de quibus non est hìc dicendi locus, cùm lectoribus ipsis ubivis sint conspicua. Eò accedunt vocum compendia, superiùs commemorata, quæ longè rariora sunt hoc in codice, quàm in Lectionario Græco Barocciano, litteris quoque scripto majusculis, quod mihi proinde argumento antiquitatis itidem est manifesto.

* *Dissert. de Symb. p. 8.*

*Non abs re etiam fuerit hic Millii de eodem codice opinionem referre.* Tertius, *inquit*, (Laudianus) est codex Actorum Apost. Græco-Latinus, litteris quadratis,

Digitized by Google

five uncialibus exaratus; sed paulò pinguioribus charactere codicis Alexandrini; immo etiam Cantabrigiensis, licet alterius istius characterem magnitudine & crassitie superantis, ut proinde haud assurgere videatur ad ætatem Bezæ hujusce, aut Claromontani. Unus est è libris Græco-Latinis, qui pauci jam exstant, in Occidentalium gratiam jam olim exaratis, qui ad oculum simul exhibent Originarium Textum, & Versionem Italicam interpolatam, qualis exstabat ante castigationem Hieronymi. In hoc autem à cæteris differt, quòd positis in eadem pagina Græcis & Latinis, ordine præpostero primam columnam occupet Latina Versio, alteram ei obversam Textus Græcus. Mirificè consentit cum illo codice Actorum Apost. ex cujus auctoritate Venerabilis Beda scripsit suas in Acta retractationes. Et quidem conscriptus videtur haud longè post Bedæ tempora. In Latina versione notatæ sunt partes insigniores, in quas partiti sunt istum librum tituli 58. Lectiones exhibet peculiares nonnullas, & egregiè (quod reliqui omnes in Ecclesiis Occidentis exarati) interpolatus est. Cæterùm cùm ad instar cæterorum, de Græcis istis primævis ac præstantissimis, ad quos facta erat Versio Itala, longo licet intervallo, diminarit, in locis quibusdam ab edito textu variantibus, germanam & authenticam præfert Scripturam.

*Jam penes est lectorem judicare uter utri codex sit anteferendus. Lis certè esse poterat, & ipsi dubitavimus utrum anteponeremus. Sed re diligentiùs perpensa, posthabuimus Cantabrigiensem, quòd magis mancus, multòque pluribus sui partibus sit mutilatus, quàm Laudianus; qui ad Cantabrigiensem proximè accedit antiquitate; qui majori exscriptus diligentia, paucioribus vitiatur mendis; qui demum non aliam exhibere videtur Actuum Interpretationem, quàm Antiquam, scilicet eam ipsam, quam inquirimus.*

*Tandem ex Lectionario Luxoviensi mille & amplius annorum, nonnullas lectiones varias excerpsimus; pauculas etiam alias ex vetustissimo codice Floriacensi uncialibus litteris exarato, qui varia Scripturæ fragmenta, & quasdam Actuum Apostolorum lacinias complectitur. Extractam ex his omnibus monimentis eximiam Christi discipulorum historiam, juxta Antiquam Interpretationem, hic vulgamus.*

# CAPITULA ACTUUM APOSTOLORUM,

## Ex codice Corb. num. 2. ann. 800.

I. *Ubi præcepit Jesus discipulis suis ab Hierusalem ne discederent.* cap. 1. ✠. 4.

II. *Petrus de Juda cum condiscipulis suis loquitur, ut pro eo è duobus unum eligerent.* c. 1. ✠. 15. & seq.

III. *Ubi Spiritus sanctus de cœlo descendit super Apostolos in locum ubi congregati fuerint.* c. 2. ✠. 1. seq.

IV. *Ubi Petrus dicit Judæis:* Non enim, sicut existimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora diei tertia. c. 2. ✠✠. 14. 15.

V. *Ubi de Domino Jesu Christo viris Israëlitis loquitur, & de Scripturis divinis.* c. 2. ✠✠. 22. seq. 25. seq.

VI. *Ubi Petrus Judæis dicit pœnitentiam agere, &* Baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi. cap. 2. ✠. 38.

VII. *Ubi Apostolis crediderunt, & baptizata sunt animæ tria millia.* c. 2. ✠. 41.

VIII. *Ubi Petrus & Johannes ascendentes in templo paraliticum sanant.* c. 3. ✠. 1. seq.

IX. *Ubi loquebantur Apostoli ad populum, & supervenerunt sacerdotes & magistratus templi, & injecerunt in eis manus.* c. 4. ✠✠. 1. 2. 3.

X. Videntes autem Petri constantiam & Johannis. c. 4. ✠. 13.

XI. Dimissi *Apostoli venerunt ad suos, & narraverunt omnia.* c. 4. ✠. 23.

XII. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. c. 4. ✠. 32.

XIII. *Ubi quidam vir Ananias cum Safira uxore sua fraudaverunt de pretio agri, & expiraverunt.* c. 5. ✠. 1. seq.

XIV. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. c. 5. ✠. 12.

XV. *Ubi princeps sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant, injecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia.* c. 5. ✠✠. 17. 18.

XVI. *Ubi, cæsis Apostolis, Judæi denuntiaverunt eis ne loquerentur in nomine Jesu.* c. 5. ✠. 40.

XVII. *Ubi, crescente numero discipulorum, factus est murmur Græcorum adversùs Hebræos.* c. 6. ✠. 1.

XVIII. Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat signa magna, & prodigia coram plebe. c. 6. ✠. 8.

XIX. *Stephanus loquitur populo de Patriarchis, incipiens ab Abraham usque ad Moysen.* c. 7. ✠. 2. seq.

XX. *Ubi hæc audientes dissicabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.* c. 7. ✠. 54.

XXI. *Facta est autem persecutio magna Ecclesiæ, quæ est Hierosolymis.* c. 8. ✠. 1.

XXII. *De Simone Mago.* c. 8. ✠. 9.

XXIII. *Simon Magus pecuniâ Apostolis deferet.* c. 8. ✠. 10.

XXIV. *Ubi Angelus Domini Philippo loquitur.* c. 8. ✠. 26.

XXV. *Ubi Saulus à principibus sacerdotum petit epistolas in Damascum.* c. 9. ✠. 1. & 2.

XXVI. *Ubi Saulus convalescens confundebat Judæos.* c. 9. ✠. 22.

XXVII. *Petrus veniens Lidde Ascos, Enean ab annis octo jacentem in grabato sanat, & discipulam in Joppen, nomine Tabita, resuscitat.* c. 9. ✠. 32. seq. 36. seq.

XXVIII. *De Cornelio.* c. 10. ✠. 1.

XXIX. *Ubi Cornelius Petrum spectat.* c. 10. ✠. 24.

XXX. *Cornelius visum Petrum (l. Petro) narrat.* c. 10. ✠. 30.

XXXI. *Ubi Judæi dicunt Petro:* Quare introistis ad viros præputium habentes? c. 11. ✠. 3.

XXXII. *Propheta Agabus famem annuntians.* cap. 11. ✠. 28.

XXXIII. *Ubi Herodes Jacobum fratrem Johannis occidit, & Petrum misit in carcerem.* c. 12. ✠✠. 1. 2. 3.

XXXIV. *Ubi milites turbati sunt pro Petro.* c. 12. ✠. 18.

XXXV. *Ubi separat Spiritus sanctus Paulum & Barnaban ad prædicandum.* c. 13. ✠. 2.

XXXVI. *Et Paulus, & qui cum eo erant, navigantes venerunt Pergen Pamphiliam.* c. 13. ✠. 13.

XXXVII. *Paulus de resurrectione Christi Judæis prædicat.* c. 13. ✠. 30. seq.

XXXVIII. *Iconiæ intrant synagogam Apostoli, & credidit Judæorum, & Græcorum copiosa multitudo.* c. 14. ✠. 1.

XXXIX. *In Lystris claudum ex utero matris suæ Paulus sanat.* c. 14. ✠. 7.

XL. *Ubi quidam descendentes de Judæa docebant fratres circumcidi secundùm morem Moysi.* c. 15. ✠. 1.

XLI. *Ubi Apostoli scribent credentibus ex gentibus non mandasse eos, qui circumcisione prædicabant.* c. 15. ✠✠. 22. 23.

XLII. *Ubi Paulus & Barnabas directi ab Apostolis Antiochiam, & congregata multitudine, tradiderunt epistolam.* c. 15. ✠. 30.

XLIII. *De Timotheo discipulo.* c. 16. ✠. 1. seq.

XLIV. *Ubi Paulus visitatur, & videt virum Macedonem stantem, deprecans eum.* c. 16. ✠. 9.

XLV. *De Lyda Purporaria.* c. 16. ✠. 14.

XLVI. *De puella habente spiritum phitonem.* c. 16. ✠. 16.

XLVII. *Ubi Judæi zelantes Paulum, concitaverunt turbam ad domum Jasonis.* c. 17. ✠. 5.

XLVIII. *Paulus Atheniensibus dicit de Ignoto Deo.* c. 17. ✠. 23. seq.

XLIX. *Ubi quidam viri, adhærentes Paulo, crediderunt; & Dionysius Ariopagita cum uxore sua.* c. 17. ✠. 34.

L. *Gallione proconsule Achaya insurrexerunt uni animo Judæi in Paulum.* c. 18. ✠. 12.

LI. *De Judæo Apollo, & baptismate Johannis.* c. 18. ✠. 24. seq. & c. 19. ✠. 1. seq.

LII. *Ubi tentaverunt quidam & de circumeuntibus Judæis exorcistis.* c. 19. ✠. 13.

LIII. *De Demetrio Argentario.* c. 19. ✠. 23. seq.

LIV. *Ubi postquam cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, valedixit, & profectus est; & de adolescente nomine Euticio, qui de tertio cœnaculo decidit deorsum.* c. 20. ✠✠. 1..... 9. seq.

LV. *Cùm autem invenisset Paulus discipulos in Ason, assumto eo, venerunt Mitilene: & mittens Ephesum, vocavit majores natu ecclesiæ, & monens allocutus est eos, & contestatus.* c. 20. ✠✠. 14. 17. seq.

LVI. Cùm autem factum esset ut navigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Choum. c. 21. ✠. 1.

LVII. *Ubi Agabus propheta à Judæa veniens Cæsaream.* c. 21. ℣. 10.
LVIII. *Post dies autem istas præparati ascendebant Hierusalem.* c. 21. ℣. 15.
LIX. *Ubi Paulus, adsumptis viris, postera die purificatus cum illis.* c. 21. ℣. 26.
LX. *Ubi dixit :* Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. c. 22. ℣. 1.
LXI. *Ubi de Anania Paulus loquitur, & de ea, quæ ei acciderunt.* c. 23. ℣. 3. seq.
LXII. *Ubi princeps sacerdotum Ananias præcepit adstantibus.* c. 23. ℣. 2.
LXIII. *Ubi quidam ex Judæis devoverant se dicentes, neque manducaturos.* c. 23. ℣. 12.
LXIV. *Ubi tribunus dimisit adolescentem, præcipiens ei ne cui loqueretur.* c. 23. ℣. 22.
LXV. *Ubi milites, secundum præceptum sibi, assumentes Paulum duxerunt.* c. 23. ℣. 31.
LXVI. *Ubi Ananias princeps sacerdotum post quinque dies cum senioribus.* c. 24. ℣. 1.
LXVII. *Ubi præsidi Paulus loquitur.* c. 24. ℣. 10.
LXVIII. *Ubi Felix sciens de via distulit; qui & successorem Festum accepit.* c. 24. ℣℣. 22. 27.
LXIX. *Ubi Agrippa rex, & Bernice, Cæsaream descenderunt ad salutandum Festum.* c. 25. ℣. 13.
LXX. *Ubi Paulus extenta manu cœpit rationem reddere regi Agrippæ.* c. 26. ℣. 1.
LXXI. *Ubi hæc loquente, & rationem reddente, Festus magna voce dixit.* c. 26. ℣. 24.
LXXII. *Ubi navem Adrumetianam ascendunt.* c. 27. ℣℣. 1. 2.
LXXIII. *Ubi navigantes in Adria rogabat Paulus ut cibum sumerent.* c. 27. ℣℣. 27. 34.
LXXIV. *Ubi post menses tres in nave Alexandrinam..... insula hiemaverat, navigaverunt.* c. 28. ℣. 11.

*Expliciunt Capitula.*

# *ACTUS APOSTOLORUM.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jesus facere, & docere,
2. usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est:
3. quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.
Luc. 24. 4. Et convescens, præcepit eis ab Jerosolymis
49. ne discederent, sed exspectarent promissionem Pa-
Joan. tris, quam audistis (inquit) per os meum:
14. 26.
Matth.
3. 11.
Marc.
1. 8.
Luc. 3.
16.
Joan. 1.
26.

### VERSIO ANTIQUA.

1. PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jesus facere, & docere, — *Ex Mſ. Laudiano annor. plus 1000. edit. Oxonii anno 1715.*
2. usque in diem, quo præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit adsumptus est:
3. quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & dicens de regno Dei.
4. Et cùm conversaretur cum illis, præcepit ab Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissum Patris, * quod audistis à me:

* *Mſ. vitiosè* quodam, *fortè pro* quod jam.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hic liber, qui apud Hilarium tract. in Psal. 2. n. 30. *Actuum* dicitur, supra ap. eund. n. 1. 5. & 7. appellatur *Liber Actorum.*

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Primum quidem... quæ inchoavit Jesus facere*, &c. August. in actis cum Felice Manichæo, to. 8. col. 473. d. integrum hoc caput, & sequentium aliorum plurima profert ex codice, quem præ manibus tenebat. Ita enim actorum illorum l. 1. c. 3. legitur: *Et accedit ad Evangelium, & ad Actus Apostolorum:* & infra: *Et cùm reddidisset codicem Evangelii, accepit Actus Apostolorum:* paulòque post: *Et recitavit ex Actibus Apostolorum*, scilicet: *Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jesus facere, & docere:* ita rursum l. de unit. Eccl. to. 9. col. 354. f. & l. contra epist. Manich. to. 8. col. 156. g. nisi quòd hoc ultimo loco legit *fecimus*, pro *feci*; Græc. ἐποιησάμην, aor. 1. med. August. autem nullibi habet *inchoavit*, ut in textu Cantabrig. sed *cœpit*, è Græco ἤρξατο.

℣. 2. Mſ. Cantabr. *usque in eum diem, quem susceptus est, quo præcepit Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, & præcepit prædicare Evangelium.* Lectionarium Luxoviense annorum plus 1000. *usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum prædicare Evangelium, quos & elegit.* Augustinus l. contra epist. Manich. to. 8. col. 156. g. legit: *in die, qua Apostolos elegit per Spiritum sanctum, & præcepit prædicare Evangelium:* itidem l. 1. act. cum Felice Manich. c. 4. col. 473. d. at l. de unit. Eccles. to. 9. col. 354. g. paulò dissimiliter: *usque in diem, quo Apostolos elegit per Spiritum sanctum, mandans eis prædicare Evangelium.* Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 733. h. *in die, qua Apostolos elegit per Spiritum sanctum, prædicare Evangelium.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *quibus & repræsentavit* (1. manu, *præsentiam*) *se vivum, postquam passus est, in multis argum. post dies xl. apparens eis, & narrans ea, quæ sunt de regno Dei.* Lection. Luxov. *quibus etiam præbuit seipsum vivum post passionem suam.... per dies xl... & docens de regno Dei.* August. contra epist. Manich. to. 8. col. 156. g. *quibus præbuit se vivum post passionem in multis argumentis dierum: visus est eis per dies quadraginta, & docens de regno Dei:* ita rursus l. 1. act. cum Felice Manich. c. 4. col. 473. d. nisi quòd habet, *visus eis dies quadr.* at l. 1. de unit. Eccl. to. 9. col. 354. g. legit: *quibus & manifestavit seipsum post passionem suam in multis signis, per dies quadraginta apparens eis, & disputans de regno Dei.* Ambroſ. l. 10. in Luc. col. 1544. c. *manifestavit se vivere post passionem suam in multis argumentis, apparens bis, & disputans de regno Dei.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 733. h. *quibus etiam exhibuit seipsum vivum post passionem suam in multis argum. apparens eis, & docens de regno Dei.* Græc. οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Mſ. 1. pro ὀπτανόμενος, habet φαινόμενος.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Et simul convivens cum eis, præcepit eis ab..... non discedere, sed exspectare pollicitationem Patris, quam audistis de ore meo.* Lectionar. Luxov. *Et cùm conversaretur cum illis, præcepit eis*, &c. ut in Vulgata. August. contra epist. Manich. *Et quomodo conversatus sit cum illis, & præceperit eis ne discederent ab Jerosolymis, sed sustinerent pollicitationem Patris, quam audistis, inquit, ex ore*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* 5. quòd Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem tinguemini in Spiritu sancto non post multos hos dies.

6. At illi convenientes, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum * Israel?

* *Ms.* Istrael. & *infra passim.*

7. At ille respondens, dixit eis: Non vestrûm est nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate:

8. sed * accipietis virtutem, superveniente sancto Spiritu in vos, & eritis mihi testes in Hierusa-

* *Ms.* 1. *manu* accipientis; *sed littera*, n, *penè erasa est* 2. *manu.*

VULGATA NOVA.

5. quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.

6. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?

7. Dixit autem eis: Non est vestrûm nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate:

8. sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, *Inf.* 2. *Luc.* 24. 48.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*meo:* itidem act. cum Felice Manich. exceptis his, *Et quomodo conversatus est..... & præcepit:* at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 354. g. *Et cùm conversaretur cum eis, præcepit eis ne discederent ab Jerosolymis; sed exspectarent promissionem ejus, quam audistis, inquit, ex ore meo.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 964. d. *præcipiens bis ne ab Jerosolymis discederent: Sed exspectate, inquit, promissionem Patris, quam audistis de ore meo.* Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 354. c. *Præcipit eis ab Jerosolymis non discedere, sed exspectare illam promissionem Patris, quam audistis à me.* Gaudent. Brix. serm. 9. p. 959. a. *Præcepit eis ne ab Jerosolymis discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quod à me audistis, inquit.* Græc. Καὶ συναλιζόμενος, παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσ. μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. Mss. plures, pro συναλιζόμενος, *conveniens*, habent συναυλιζόμενος, *diversatus, pernoctans:* pro ἣν ἠκούσατέ μου, ponit, ἣν ἠκούσατε, λέγει, διὰ τοῦ στόματός μου. Notandum in Ms. nostro Laudiano, præter id quod jam animadvertimus, 1ª. manu scriptum esse initio ℣. *vescens*, deinde eadem manu positum *conversaretur*, ita ut supra *vescens* sit scriptum *conversa*, subter verò *retur*, hac prima voce minimè erasa. Paulò post super duas ultimas litteras vocis *promissum* scriptum similiter est *ione*, sed ineptè quidem, ut patet. In hoc etiam Ms. veterum codicum more, *i* usurpatur aliquando pro *e*, quod semel monuisse sat est: nec enim his similia indicare semper vel ad textûs marginem, vel in notis, nisi cùm fuerint notatu digna, animus est.

℣. 5. Ms. Cantabr. *quia Joh. quidem... vos autem Spiritu sancto baptizamini, & eum accipere habetis non post* (1. manu *potest*, sed eadem delentur litteræ *t, e,*) *multos hos dies, usque ad Pentecosten.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 964. d. *quoniam Johannes baptizavit aqua, vos autem Spiritu sancto tingemini* (Mss. quidam *baptizabimini*,) *quem & accipietis non post multos hos dies.* Victorin. Afr. l. 3. contra Ari. p. 279. h. legit: *vos autem Spiritu sancto tingemini:* & Beda retract. in Act. Apost. p. 2. b. ait: *Baptisma Græcè, Latinè* Tinctio *dicitur; unde & in quibusdam codicibus ita interpretatum invenimus: Quia Johannes quidem tinxit aqua, vos autem tingemini in Spiritu sancto.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 354. c. *quia Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spir. sancto non post multos hos dies:* & inf. p. 366. c. *in Spiritu sancto.* Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 609. d. *vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.* Aug. epist. 265. to. 2. col. 896. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 354. g. *Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem Spiritu sancto baptizabimini, quem & accepturi estis non post multos hos dies:* tum 1. loco addit: *Aliqui autem codices habent: Vos autem Spiritu sancto incipietis baptizari:* paulòque post: *In quibuscunque codicibus invenitur*, baptizabitis, *aut* incipietis baptizare, *mendosi sunt, qui ex Græcis facillimè convincuntur:* & l. contra epist. Manich. to. 8. col. 156. g. ita ipse ex codice legit: *quoniam Joh. quidem baptiz. aquâ, vos Spiritu sancto incipietis baptizari, quem & accepturi estis non post multos dies istos, usque ad Pentecosten:* itidem act. cum Felice Manich. l. 1. c. 4. col. 473. d. sicut l. 2. contra Crescon. to. 9. col. 418. b. nisi quòd hoc postremo loco habeat *baptizabimini*, pro *incipietis baptizari:* ita quoque l. 2. contra litt. Petil. col. 241. e. *baptizabimini Spiritu sancto, quem recepturi estis non post multos hos dies, ad Pentecosten.* Maxim. Taurin. p. 30. c. *Johannes baptiz. aqua, vos autem Spiritu sancto baptizabimini, quem accepturi estis non post multos hos dies.* Gaud. Brix. serm. 9. p. 959. a. Vulgatæ congruit, nisi excipias præs. *baptizamini*, pro fut. *baptizabimini.* In Græco constanter, βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι, &c. ut in Vulg. Ms. unus βαπτίσεσθε.

℣. 6. Ms. Cantabr. *Hi ergo cùm convenissent, interrogabant eum,* &c. ut in textu. August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 354. g. *At illi quidem convenientes, interrogabant eum,* &c. ut sup. at l. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. a. *Illi quidem cùm venissent, interrogabant eum, dicentes: Domine, si hoc in tempore repræsentaberis? & quando regnum Israel?* & l. 1. act. cum Felice Manich. col. 473. g. *Illi ergo convenientes, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in hoc tempore præsentabis regnum Israel?* & tract. 10. in 1. Joh. to. 3. col. 899. b. necnon l. 18. de civit. Dei, c. 53. col. 536. c. legit: *Domine, si in hoc tempore præsentaberis? & quando regnum Israel?* itidem tr. 25. in Joh. 6. 485. g. saltem ex plerisque Mss. ex quibusd. enim *præsentab.* ex uno *præsentaveris:* serm. verò 265. to. 5. col. 1081. a. seq. *Domine, si hoc tempore præsentaberis, dic nobis, & quando regnum Israel:* & l. 1. contra Gaud. to. 9. col. 645. f. *Dic nobis, si in tempore hoc præsentaberis, & quando regnum Israel.* Gr. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; in Ms. uno initio deest οὖν, & in fine ponitur τοῦ Ἰσραήλ· in alio, pro ἀποκαθιστάνεις, est ἀποκαθιστήσεις. Beda retract. in Act. legebat τῷ Ἰσραήλ, *quod faciliùs intelligeretur*, inquit, *si addito uno verbo, diceretur, Regnum populo Israel.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et dixit ad eos: Non est vestrûm scire tempora aut momenta, quæ,* &c. ut sup. Hilar. l. 9. de Trin. col. 1034. a. *Non est vestrûm scire tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Non dissimulandum tamen à Mss. omnibus Hilarii abesse *vel momenta*, si Custantio nostro fides; & verò Hilarius in decursu sermonis hæc habet: *Cùm scire hæc tempora non est eorum......... ipsi certè nunc...... de temporibus interrogant..... Patrem verò tempora non in scientia sua, sed in potestate posuisse, ait:* ubi nulla mentio fit horum, *vel momenta.* Cypr. l. 3. Testim. p. 326. b. legit: *Nemo potest cognoscere tempus aut tempora, quæ Pater posuit in sua potestate.* Augustin. l. contra epist. Manich. col. 157. a. & act. cum Felice Manich. l. 1. col. 473. g. *Ille autem dixit: Nemo potest cognoscere tempus, quod Pater posuit in sua potestate:* & epist. 197. ad Hesych. to. 2. col. 737. e. f. *Nemo potest cognoscere tempora, quæ Pater,* &c. subinde col. 738. a. b. ita disserit: *Non enim dixit* diem, *vel* horam; *sed* tempora, *quæ in brevi spatio non solent dici, sicut dies, vel hora, maximè si Græcum intueamur eloquium, ex qua lingua in nostram eundem librum, ubi hoc scriptum est, scimus esse translatum; quamvis Latinè satis exprimi non potuerit. Ibi enim Græcè legitur,* χρόνους ἢ καιρούς· *nostri autem utrumque hoc verbum* tempora *appellant, sive* χρόνους, *sive* καιρούς...... *Quod si Latinè diceretur* tempora aut opportunitates, *nec sic quod dictum est, esset expressum; quia sive opportuna, sive importuna sint tempora,* καιροὶ *dicuntur.* Ad hæc etiam, *Nemo potest cognoscere tempora, quæ,* &c. Hesich. epist. ad eund. Aug. ibid. col. 739. e. observat *in antiquissimis libris Ecclesiarum, non ita scriptum esse,* Nemo potest; *sed scriptum est,* inquit, *Non est vestrûm nosse tempora vel momenta, quæ Pater,* &c. Sed August. epist. 199. ad eund. col. 743. e. ejus verba repetens, ait: *Nondum sanè intelligo quonam modo accipi debeat quod scribit Sanctitas tua, propterea dixisse Dominum Apostolis: Non est vestrûm nosse tempora vel momenta,* &c. tum ibid. non semel, necnon serm. 265. to. 5. col. 1081. a. constanter ita refert: *Non est vestrûm scire tempora, quæ,* &c. absque his, *vel momenta:* itidem in Ps. 6. to. 4. col. 22. e. & l. 18. & 22. de civ. Dei, to. 7. col. 536. d. 702. d. sic etiam l. 2. contra litt. Petil. to. 9. col. 247. e. 257. f. 260. b. & in Collat. Carthag. col. 393. c. & tract. 10. in 1. Joh. to. 3. col. 899. f. si exceperis hoc ult. loco *tempus*, pro *tempora:* at tract. 25. in Johan. col. 486. a. & l. 18. de civit. Dei, c. 50. col. 532. f. & l. de unit. Eccles. to. 9. 354. g. & l. 1. contra Gaud. 645. f. *Non est vestrûm scire tempora vel momenta,* &c. Ambros. in Luc. 8. col. 1479. a. & l. 5. de fide, col. 589. f. legit: *Non est vestrûm scire tempora & annos, quæ Pater posuit,* &c. Auctor verò l. de sing. cleric. apud Cypr. p. 535. simpliciter, *scire tempora.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *sed accipietis virtutem, cùm supervenerit Spiritus sanctus super vos, & eritis mei ad quæ Jerus. & omni Judææ, & Samaria,* &c. ut in textu. Hilar. l. 8. de Trin. col. 964. e. *sed accipietis virtutem, superveniente Spiritu sancto in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, &*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

& in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

9. Et cùm hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

10. Cùmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis,

11. qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

12. Tunc reversi sunt Jerosolymam, à monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, sabbati habens iter.

13. Et cùm introissent in cœnaculum, ascen-

### VERSIO ANTIQUA.

lem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. *Ex Ms. Laudiano.*

9. Et cùm hæc dixisset, videntibus ipsis, elevatus est: & nubs suscepit eum ab oculis ipsorum.

10. Et cùm tenderent in cœlum, eunte illo, & ecce viri duo adstiterunt eis in veste alba,

11. qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui receptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis illum euntem in cœlum.

12. Tunc regressi sunt in Hierosolyma, à monte, qui dicitur Oliveti, qui est juxta Hierusalem, sabbati habens iter.

13. Et cùm introissent, ascenderunt in supe-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Similiter habet Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. a. excepto verbo *adveniente*, pro *superveniente*. Ita quoque Ambros. l. 1. in Luc. col. 1278. f. *accipietis virtutem, adveniente in vos Spiritu sancto:* Mss. verò plures ibid. *accipietis virtutem advenientem in vos Spiritus sancti;* alii duo, *Spiritum sanctum:* & ita l. 1. de Spir. S. col. 617. d. consentientibus potioribus Mss. *accipietis virtutem venientem Spiritum sanctum in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria usque in fines terræ:* at l. 2. col. 638. a. *virtutem, adveniente in vos Spiritu sancto:* nonnulli tamen Mss. hìc & l. 1. ferunt, *virtutem advenientem in vos Spiritum sanctum;* alii quidam, cum vet. edit. hìc, *advenientis in vos Spiritus sancti;* eædem vet. edit. citato loco lib. 1. & Mss. plures utrobique, *adveniente in vos Spiritu sancto.* Græc. δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Augustinus tract. 25. in Johan. to. 3. col. 486. a. *sed accipietis virtutem ex alto, Spiritum sanctum supervenientem in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque in fines terræ;* sed in duobus Mss. legitur, *Spiritu sancto superveniente:* idem tract. 99. col. 747. e. *sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientem in vos, & eritis mihi testes:* & tract. 10. in 1. Johan. col. 899. f. necnon serm. 265. to. 5. col. 1081. g. *sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientem in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in totam Judæam, & Samariam, & usque in totam terram:* eodem etiam modo lègit l. 18. de civit. Dei, c. 50. to. 7. col. 532. f. præter hæc, *& in tota Judæa, & Samaria, & usque in fines terræ:* at l. 2. contra litt. Petil. to. 9. col. 247. e. 257. f. 260. b. & in Psal. 49. to. 4. col. 446. g. *& in totam Judæam, & Samariam, & usque in totam terram*, ut sup. & l. contra epist. Manich. col. 157. c. sicut act. cum Felice Manich. l. 1. c. 4. to. 8. col. 473. *sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientem in vos, & eritis mihi testes apud Jerusalem, & in tota Judæa, & Samaria, & usque in totam terram:* itidem l. de unit. Eccl. to. 9. col. 355. a. præter hoc *in Jerusalem:* l. verò 1. contra Gaud. to. 9. col. 645. f. *sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis... in Jerus. & in totam Judæam, & Samariam, & usque ad terminos terræ:* & tract. 95. in Johan. 730. f. *sed accipietis..... & eritis mihi testes in Jerus. & in tota Judæa, & in Samaria, & usque in fines terræ:* & l. 4. contra Crescon. to. 9. col. 515. c. *in Jerus. & totam Judæam, & Samariam, & usque in fines terræ.* Similiter habet Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. c. In Collat. verò Carthag. p. 393. c. sic: *sed accipietis virtutem Spiritus sancti, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in totam Judæam, & Samariam, & usque in totam terram.* Hesychius ep. ad August. to. 2. col. 739. e. *sed eritis mihi testes in Jerus. & in Judæa, & in Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Græcum Vulgatæ favet; sed Ms. unus, pro ἔσεσθέ μοι, fert ἔσεσθέ μου, ut in textu Cantabr.

℣. 9. Ms. Cantabr. *Et cùm hæc dixisset, nubs* (1. manu *nubes*) *suscepit eum: & levatus est ab oculis eorum.* August. epist. 199. to. 2. col. 756. c. *His dictis, nubes suscepit eum: & sublatus est ab eis:* itidem act. cum Felice Manich. to. 8. col. 473. præter *Cùm hæc diceret*, pro *His dictis:* at in Ps. 49. to. 4. col. 446. f. *His enim dictis, nubes suscepit eum:* deinde, *Intuebantur*, &c. similiter l. 1. contra Gaud. to. 9. col. 645. f. *His dictis, nubes suscepit eum:* & l. de unitate Eccl. to. 9. col. 355. c. *His dictis, elevatus est: & nubes suscepit eum: & viderunt*, &c. sed infra, col. 356. a. *Hæc cùm dixisset, videntibus illis, elevatus est*, &c. ut in Vulg. Concinit Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. c. nisi quòd in fine habeat, *ab oculis ipsorum.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. a. *nubes suscepit eum: & sublatus est à discipulis.* In Græco omnia ut in Vulg. sicut apud Fulg. l. 2. ad Trasim. p. 108. usque ad ℣. 11.

℣. 10. Beda retract. in Act. ait: *In Græco ita habetur: Et cùm intenderent in cælum, eunte illo.* Ms. Cantabrig. *Et ut aspicientes erant in cælo, abeunte eo; & ecce viri duo adsistebant eis in veste candida.* August. l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 473. *Et quomodo contemplantes erant, cùm iret in cælum, ecce duo viri adstabant illis in veste alba:* & in Ps. 49. to. 4. col. 446. g. alludens dicit: *Intuebantur illi quem noverant, & cùm ab eis iret in cælum, admoniti sunt voce angelica:* & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 355. c. *Et viderunt eum euntem in cælum:* at infra, col. 356. a. *Et cùm intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt illis in veste candida.* Similiter Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 280. c. *Cùmque intuerentur euntem illum cælum.* Avit. Vien. ep. 3. Sirm. to. 2. p. 29. b. *Quo recepto, duo angeli adstiterunt.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. a. *Et quomodo contemplantes erant, cùm iret in cælum; duo viri adstiterunt eis in albis.* Gr. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ· al. ἐσθήσεσι λευκαῖς.

℣. 11. Ms. Cantabr. Vulgatæ consonat, nisi quòd habeat *iste Jesus;* tollatque *in cælum*, post *à vobis.* Tertul. l. de bapt. p. 392. c. *Angeli*, inquit, *ad Apostolos dixerunt sic venturum, quemadmodum & in cælos conscendit.* Augustin. act. cum Felice Manich. l. 1. to. 8. col. 473. *qui dixerunt ad eos: Viri Galilæi, quid statis respicientes in cælum? iste Jesus, qui assumptus est in cælum à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eúm euntem in cælum:* & tract. 21. in Joh. tom. 3. col. 462. c. d. *Vox illis angelica: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? iste, qui assumptus est à vobis in cælum, sic*, &c. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. b. *qui & dixerunt: Viri Gal. quid statis respicientes in cælum? iste Jesus*, &c. at in Ps. 49. to. 4. col. 446. g. *Quid statis, viri Galilæi? hic Jesus, quem videtis ire, sic veniet, quemadmodum vidistis*, &c. ut sup. & serm. 277. to. 5. col. 1122. e. *Viri Galilæi, quid statis aspicientes..... hic Jesus, qui acceptus est à vobis, sic veniet, quomodo vidistis*, &c. demum tr. 40. in Joh. 566. c. *sic veniet, quomodo eúm vidistis euntem in cælum.* Orient. Episc. epist. ad Symmach. Conc. to. 4. col. 1309. a. *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus, qui ablatus est à vobis in cælum, ita veniet, sicut vidistis euntem in cælum.* Avit. Vien. ep. 3. p. 29. b. *Viri Galilæi, Jesus hic, qui receptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Itidem Vigil. Taps. l. 1. cont. Eutych. pp. 6. a. & 723. f. omissis *Viri Galilæi:* at l. contra Varim. p. 738. g. legit: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. a. *Viri Gal. quid statis intuentes in cælum*, &c. ut in Vulg. Ita quoque S. Leo serm. 72. p. 154. c. excepto verbo *aspicientes*, pro *intuentes.* Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 18. p. 108. *Viri Gal. quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus, quem vidistis euntem in cælum, sic veniet, quemadmodum vid.* &c. ut in Vulgata. Arnob. Afric. l. de Trin. p. 222. c. *hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet.* Gr. Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες... οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, &c. ut in Vulg.

℣. 12. August. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 473. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. b. *Tunc reversi sunt in Jerusalem, à monte, qui vocatur Elæon, qui est juxta Jerosolymam, sabbati habens iter.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habet, εἰς Ἱερουσαλὴμ, post *reversi sunt.* Ita quoque in Ms. Cantabr. Lat. detracto εἰς, vel *in.*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Et cùm introissent, ascenderunt in superiora, ubi erant commorantes Petrus*, &c. ut in Vulgata. August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. b. *Et cùm introissent, ascenderunt in superiora, ubi erant inhabitantes Pe-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano. riora, ubi erant habitantes Petrus etiam & Andreas, & Jacobus, & Johannes, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Mattheus, Jacobus Alphei, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi:

14. hi omnes erant perseverantes unanimes orationi cum mulieribus, & Maria, quæ fuit mater Jesu, & cum fratribus ipsius.

15. In diebus autem illis surgens Petrus in medio discipulorum, dixit (erant autem turba virorum simul, quasi centum viginti.)

16. Viri fratres, oportebat impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum:

17. quia connumeratus erat inter nos, & sortitus est sortem ministerii hujus.

18. Hic igitur adquisivit agrum de mercede iniquitatis, & pronus factus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.

19. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut vocaretur ager ille, ipsorum lingua, Aceldamas, hoc est, ager sanguinis.

20. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat ager illius desertus, & non sit qui * inhabitet in eo: & episcopatum illius accipiat alter.

* Ms. iniabitet.

21. Oportet ergo ex his, qui convenerunt no-

VULGATA NOVA.

derunt ubi manebant Petrus & Joannes, Jacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi:

14. hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus.

15. In diebus illis exsurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat autem turba hominum simul, ferè centum viginti.)

16. Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Ps. 40.
Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt 10.
Jesum: Joan.

17. qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus. 13. 18.

18. Et hic quidem possedit agrum de mercede Matth.
iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa 27. 7.
sunt omnia viscera ejus.

19. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut apellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis.

20. Scriptum est enim in libro Psalmorum:
Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui Psalm.
inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat 68. 26.
alter. Psalm.

21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum 108. 8.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*trus & Joh.* &c. ut in Vulgata: similiter l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. præter *habitabant*, pro *erant inhabitantes.* Gr. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες ὅ τε Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, &c. ut in Vulg. al. Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος. Beda retract. in Act. *Et cùm introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi mansionem habebant: nam & in Græco ita positus est ordo verborum: Et cùm introissent in cœnaculum, ascend. ubi erant manentes Petrus, & Johannes, & Andreas, & Jacobus. In Græco ita se habet ordo nominum: Petrus, & Andreas, & Jacobus, & Johannes, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi.*

℣. 14. Ms. Cantabr. *hi omnes erant perseverantes unanimes in oratione cum mulieribus, & filiis, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus.* Cypr. l. de unit. Eccl. p. 203. b. & l. de or. Dom. p. 206. b. *& erant pers. omnes unanimes in oratione cum mul. & Maria, quæ fuerat mater Jesu, & fratribus ejus.* Itidem August. l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. præter vocem *orationibus*, pro *oratione*: at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. b. legit: *hi omnes erant adservientes unanimes orationi cum mulieribus, & Maria, quæ fuit mater Jesu, & fratribus ejus.* Gr. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ, καὶ Μαρίᾳ, τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Mss. plures tollunt, καὶ τῇ δεήσει, sicut unus præpositionem σὺν, sub finem.

℣. 15. Ms. Cantabr. *In diebus autem his cùm surrexisset Petrus in medio discipulorum, dixit (erat autem multitudo non omnium, quasi cxx.)* Cypr. epist. 68. p. 118. *surrexit Petrus in medio discentium (fuit autem turba hominum, ferè centum viginti.)* August. l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. *Et in diebus illis exsurrexit Petrus in medio discentium, & dixit (fuit autem turba in uno hominum, quasi centum viginti*: & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. b. *In his autem diebus surgens Petrus in medio discipulorum, dixit (erat autem turba hominum, circiter centum viginti.)* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 750. d. *Stans verò Petrus cum undecim, elevata voce dixit: Viri*, &c. Græc. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν.) Ms. unus, Ἐν δὲ ἡμέραις αὐταῖς· & infra, ὄχλος ἀνδρῶν· al. ἀνθρώπων.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Viri fratres, oportet impl. Scripturam hanc, quam..... per os David de Juda, qui factus est dux iis, qui adprehend. Jesum.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 193. a. *Viri fratres, oportebat* (al. *oportet*) *impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus S. ore David de Juda, qui factus est dux his, qui apprehenderunt Jesum.* August. l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. *Viri fratres, oportet adimpleri Scripturam istam, quam prædixit Spir. S. ore sancti David de Juda, qui fuit deductor illorum, qui comprehenderunt Jesum.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 750. d. & Gildas Sap. castig. in eccl. ord. p. 720. a. Vulgatæ concinunt. In Græco sic: Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ..... διὰ στόματος Δαβὶδ, περὶ Ἰούδα, τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν. Mss. plures omittunt ταύτην, post Γραφήν.

℣. 17. Ms. Cantabr. *qui adnumeratus erat inter nos, & sortitus fuit*, &c. ut sup. August. l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. *quoniam annumeratus erat inter nos, qui habuit sortem hujus ministerii.* Iren. l. 3. c. 12. p. 193. a. simpliciter, *quoniam annumeratus fuit inter nos*; deinde, *Fiat habitatio ejus*, &c. ut infra, ℣. 20. Ambrosiast. col. 81. f. *qui sortitus est sortem ministerii hujus.* Gr. ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. Ms. unus, ὃς κατηριθμημένος ἦν· mox alii plures, ἐν ἡμῖν.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Hic ergo possedit prædium ex mercede injustitiæ suæ, & pronus factus crepavit medius: & effusa sunt*, &c. ut sup. Aug. l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. *Hic ergo possedit agrum de mercede injustitiæ suæ, & collum sibi alligavit, & dejectus in faciem, disruptus est medius: & effusa sunt omnia viscera ejus.* Gild. Sap. castig. in eccl. ord. p. 720. a. *Hic itaque acquisivit agrum de mercede iniquitatis.* Gaud. Brix. p. 974. f. *crepuit medius: & effusa sunt viscera ejus.* Gr. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος· καὶ ἐξεχύθη, &c. Ms. unus initio tollit οὖν· subinde alius, pro πρηνὴς γενόμενος, habet ἀποκρεμάμενος, *suspensus*; Ambros. *in faciem prostratus*, teste Millio.

℣. 19. Ms. Cantabr. *Et notum factum est omnibus, qui inhabitant Hierus. ita ut vocetur prædium illud, lingua ipsorum, Aceldemach, hoc est, prædium sanguinis.* August. l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. *Quod & cognitum factum est omnibus, qui inhabitant Jerosolymam, ita ut vocaretur ager ille, ipsorum lingua, Aceldemach, id est, ager sanguinis.* Similiter habet Beda retract. in Act. *Acheldemac*, ut & perantiquum Lectionarium Luxoviense. Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habeat τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, pro *lingua eorum.*

℣. 20. Ms. Cantabr. *Scriptum est..... Fiat habitatio ejus* (1. manu *eorum*) *deserta, & non sit qui habitet in ea: & episcopatum illius sumat alius.* Iren. l. 3. c. 12. p. 193. a. *Fiat habitatio ejus deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum ejus accipiat alter*: & l. 2. c. 20. p. 144. e. *episcopatum ejus accipiat alius.* Hilarius in Psalm. col. 2. a. *Scriptum est enim in lib. Psalmor. Fiat domus ejus deserta: & episcopatum ejus accipiat alter.* August. l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. *Scriptum est enim in lib. Psalm. Fiat villa ejus deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episc. ejus accipiat alter.* Gr. Γέγραπται γάρ..... Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν, &c. ut sup. Mss. plures, pro αὐτοῦ, ferunt αὐτῶν.

℣. 21. Ms. Cantabr. *Oportet ergo ex his viris, qui convenerunt nobiscum* (1. manu: *ergo eorum, qui venerunt nobiscum, virorum*) *in omni tempore, quo introivit & exivit ad nos Dominus J. Chr.* August. act. cum Felice Manich. l. 1. col.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

ſunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jeſus,

22. incipiens à baptiſmate Joannis uſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis.

23. Et ſtatuerunt duos, Joſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, & Matthiam.

24. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus unum,

25. accipere locum miniſterii hujus, & apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas ut abiret in locum ſuum.

26. Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.

**VERSIO ANTIQUA.**

bis * cum, viris, in omni tempore, in quo * intravit & exiit inter nos Dominus Jeſus, — Ex Mſ. Laudiano. * Mſ. viris cum. * Mſ. intraiit.

22. incipiens à baptiſmo Johannis uſque in diem, quo adſumptus à nobis, teſtem reſurrectionis ejus fieri nobiſcum unum ex his.

23. Et his dictis, ſtatuerunt duos, Joſeph, qui vocabatur Barſabban, qui cognominatus eſt Juſtus, & Matthiam.

24. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus unum,

25. accipere ſortem miniſteri hujus, & apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas ire in locum ſuum.

26. Et dederunt ſortes eorum, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & connumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

474. *Oportet itaque ex his viris, qui convenerunt nobiſcum in omni tempore, quo introivit ſuper nos & exceſſit Dominus Jeſus Chriſtus.* Gr. Δεῖ ὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησῦς· Mſ. unus, χρόνῳ ᾧ· Cantabr. Gr. ὡς, ſed fecerunt ᾧ, deraſo ς.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *incipiens à baptiſmate Joh. uſque in diem, quo adſumptus eſt à nobis, teſtem reſurr. ejus nobiſcum fieri unum iſtorum.* Auguſt. act. cum Felice Manich. l. 1. col. 474. *incipiens à baptiſmo Johannis uſque in illum diem, quo aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum eſſe:* nec addit, *unum iſtorum.* Gr. textui Cantabr. favet.

℣. 23. Beda retract. in Act. ait *in Græco plus* haberi, nempe: *Et his dictis, ſtatuerunt duos.* Attamen nullum affert Millius Mſ. Gr. in quo legatur *his dictis.* In Cantabr. Lat. ſic: *Et ſtatuit duos, Joſeph, qui cognominatur Barnabas, qui vocatur Juſtus, & Matthian.* Auguſt. l. 1. act. cum Felice Manich. *Et ſtatuit duos, Joſeph, qui vocabatur Barſabas, qui & Juſtus, & Matthiam.* Græcum Vulgatæ adſtipulatur, habetque ἔστησαν, *ſtatuerunt:* ὐχὶ αὐτὸς αὐτὺς ἔστησεν, ἀλλὰ πάντες, inquit Chryſoſt.

℣. 24. Mſ. Cantabr. *Et orantes dixerunt: Domine, qui noſti corda omnium, deſigna, quem elegiſti ex his duobus unum.* Auguſt. ubi ſup. *Et precatus dixit: Tu Domine, cordium omnium intellector, oſtende, ex his duobus quem elegiſti.* Gr. Καὶ προσευξάμενοι εἶπον· Σὺ Κύριε καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ἐκ τύτων τῶν δύο ἕνα ὃν ἐξελέξω· Mſs. plerique, ὃν ἐξελέξω ἐκ τύτων τῶν δύο ἕνα.

℣. 25. Mſ. Cantabr. *ſumere locum miniſterii hujus, & apoſtolatus, à quo tranſgreſſus Judas abire in locum ſuum.* Auguſt. ubi ſup. *ad ſuſcipiendum locum hujus miniſterii, & annuntiationis, à qua exceſſit Judas ambulare in locum ſuum.* Gr. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰύδας πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Mſs. plures habent τόπον, pro κλῆρον· paulòque poſt alii quidam ἀφ' ἧς, pro ἐξ ἧς.

℣. 26. Mſ. Cantabr. *Et dederunt ſortes ſuas, & cecidit ſors ſuper Matthian, & dinumeratus eſt cum xii. Apoſtolis.* Auguſt. l. 1. act. cum Felice Manich. c. 4. col. 474. d. *Et dederunt ſortes ſuas, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & ſimul deputatus eſt cum undecim Apoſtolis duodecimus.* Græc. Καὶ ἔδωκαν κλήρυς αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν...... καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων. Mſs. plures, loco αὐτῶν, ferunt αὐτοῖς, cum Vulg.

# CAPUT II.

**VULGATA NOVA.**

1. ET cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco:

2. & factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam advenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes.

**VERSIO ANTIQUA.**

1. ET cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant id in ipſum ſimul: — Ex Mſ. Laudiano.

2. Et * factus eſt repentè de cœlo ſonus, velut advenientis ſpiritus violentis, & implevit omnem domum ubi erant ſedentes. — * Mſ. factum.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Et factum eſt in diebus illis, & cùm implerentur dies Pentecoſtes, erant ſimul omnes in unum.* Auguſt. contra epiſt. Manich. to. 8. col. 157. c. *In illo tempore, quo ſuppletus eſt dies Pentecoſtes, fuerunt omnes eadem animatione ſimul in unum:* & l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. e. *Tempore, quo ſuppletus eſt dies Pentecoſtes, fuerunt omnes ſimul in uno:* at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. c. *Et cùm complerentur dies Pent. erant omnes ſimul in unum.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 32. col. 182. b. *Die autem Pentecoſtes fuerunt omnes diſcipuli eadem animatione* (al. *admiratione*) *ſimul in unum.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 743. c. *Cùm complerentur dies Pent. erant omnes diſcipuli ſimul in unum:* & l. 12. de Trin. p. 323. c. *Et cùm compl. dies Quinquageſimæ, erant pariter omnes in unum.* S. Leo ſer. 73. p. 155. b. *Cùm complerentur dies Pent. eſſentque omnes pariter in eodem loco.* Maxim. Taurin. p. 30. c. *Cùm autem complerentur dies Pentecoſtes, factus eſt ſubitò,* &c. Beda retract. in Act. ait: *Malè quidam codices habent* Pentecoſten; *nam Pentecoſte nominativo caſu Quinquageſima dicitur, Pentecoſtes genitivo, Pentecoſten accuſativo. Nulla autem ratio loquendi ſinit ut dicamus* Pentecoſten, *cùm dici debeat: Cùm complerentur dies Quinquageſimæ: vel certè ſicut in Græco legitur numero ſingulari: Et cùm compleretur dies Quinquageſimæ.* Gr. Καὶ ἐν τῷ συμπληρῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Mſ. 1. ſcribit τὰς ἡμέρας· paulòque poſt alii quidam, ἦσαν ἅπαντες οἱ Ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν, al. ὁμῦ.

℣. 2. Mſ. Cantabrig. *Et factum eſt repentè cælo echo, tanquàm ferretur ſpiritus violentus, & implevit totam,* &c. ut ſupra. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. b. *Et factus eſt ſubitò de cælo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & implevit totum illum locum in quo erant ſedentes.* Eodem modo legit Auguſtinus contra epiſt. Manich. to. 8. col. 157. c. ita quoque l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. e. ſi exceperis hæc, *totam illam domum in qua,* pro *totum illum locum in quo:* ita rurſum epiſt. 169. to. 2. col. 607. a. & lib. 1. de anima, to. 10. col. 346. e. & ſerm. 269. to. 5. col. 1093. e. 1103. a. niſi quòd poſt vocem *vehemens,* ſtatim ſubdit, *Et viſæ ſunt,* omiſſis verbis intermediis: at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. c. habet: *Et factus eſt repentè de cælo ſonus, velut decurrentis ſpiritus vehementis, & replevit totam dom. ubi,* &c. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 32. col. 182. b. legit cum Cypr. *Et factus eſt de cælo ſubitò ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & implevit totum illum locum in quo,* &c. Ambroſ. l. 1. in Luc. col. 1278. f. & l. 2. de Spir. S. col. 630. a. 638. d. *Et factus eſt ſubitò ſonus de cælo, tanquam vi magna ferretur ſpiritus, & replevit totam domum ubi erant ſedentes:* & l. de Iſaac, c. 8. col. 381. f. *in qua erant plurimi ſedentes:* vide etiam to. 2. col. 358. b. Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. b. *Cùm jam factus eſſet de cælo ſonus, & tanquam vi magna ſpiritus ferretur, qui replevit totam domum: & repleti ſunt,* &c. de ℣. 4. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. c. *Et factus eſt ſubitò ſonitus de cælo, tanquam ſi ſpiritus vehemens ferretur, & implevit*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* 3. Et apparuerunt eis divisæ linguæ sicut ignis:
sedit autem super unumquemque eorum:
4. & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui aliis linguis, sicut Spiritus sanctus dabat eis nunciare.
5. Erant autem in Hierusalem Judæi habitantes, viri timorati ex omni natione, quæ sunt sub cœlo.
6. Cùm autem facta esset vox hæc, congregata est multitudo, & confusa est, quia audiebant unusquisque sua lingua loquentes illos.
7. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes ad invicem: Nonne ecce omnes hi sunt, qui loquuntur, Galilæi,
8. & quomodo nos unusquisque audimus propriâ nostrâ linguâ, in qua nati sumus?
9. Parthi, & Medi, & Hælamitæ, & qui inha-

### VULGATA NOVA.

3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum:
4. & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Matth. 3. 11. Marc. 1. 8.
5. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est. Luc. 3. 16. Joan. 7. 39.
6. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Sup. 1. 8. Inf. 11. 15. & 19. 6.
7. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt,
8. & quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus?
9. Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui ha-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*totam domum ubi erant sedentes:* & l. contra Varim. p. 743. c. *Et factus est subitò de cœlo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, & replevit omnem locum in quo*, &c. & inf. 750. g. *Factus est subitò sonus, tanquam spiritus validi, & implevit omnem locum in quo*, &c. Maxim. Taurin. p. 30. c. cum Auct. quæst. N. T. q. 59. col. 65. c. *Et factus est subitò sonus de cœlo, tanquam advenientis spiritus validi, & replevit totam domum*, &c. Hieron. in Isai. 59. to. 3. col. 443. d. *Factus est subitò de cœlo sonus, quasi spiritus violentus, & implevit universam domum ubi*, &c. S. Leo ser. 73. p. 155. b. Vulgatæ congruit. In Græco sic: Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ, &c. ut in Vulg. Ms. unus pro φερομένης, habet φαινομένης.

℣. 3. Ms. Cantabrig. *Et visæ sunt eis dividi linguæ tanquam ignis, & sedit super unumquemque eorum.* Cyprian. l. 3. Testim. p. 327. b. *Et visæ sunt illis linguæ divisæ quasi ignis, qui & insedit in unumquemque illorum.* Itidem August. quæst. 36. in Judic. to. 3. col. 605. e. & tract. 6. & 99. in Joh. to. 3. col. 331. c. 744. e. & serm. 269. to. 5. col. 1093. e. 1103. a. nisi excipias voculas *velut*, pro *quasi*, & *super*, pro *in*: ita quoque legit contra epist. Manich. to. 8. col. 157. d. & l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. e. & l. 2. de Trin. col. 778. d. necnon l. 1. de anima, to. 10. col. 346. e. semel adhibito *sicut*, aliàs *quasi*: at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. d. habet: *Et visæ sunt illis distributæ linguæ velut ignis: consedit autem super unumquemque eorum.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. b. *Et visæ sunt illis linguæ divisæ quasi ignis, & insedit in unumquemque eorum.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. c. *Et visæ sunt eis divisæ linguæ tanquam ignis, & sedit super unumquemque eorum:* ita rursum l. contra Varim. p. 743. c. 746. h. præter *qui & sedit*, posteriori loco; *seditque*, priori. Ambros. l. de Isaac, c. 8. col. 381. f. *Et visæ sunt dispertitæ linguæ tanquam ignis:* & in Ps. 38. col. 849. a. *Visæ sunt linguæ eorum dispersæ tanquam ignis:* & l. 2. de Spir. S. col. 630. a. *Et visæ sunt illis dispersæ linguæ tanquam ignis.* Hieron. in Isai. 59. to. 3. col. 443. d. *Apparueruntque eis linguæ dispersæ sicut ignis, & sedit super singulos eorum.* S. Leo serm. 73. p. 155. b. nil differt à Vulgata. In Græco sic: Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν.

℣. 4. Ms. Cantabr. *& impleti sunt universi Spiritu sancto, & cœperunt loqui aliis linguis, sicut Spiritus dedit loqui eis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. *& impleti sunt omnes Spiritu sancto.* Ambros. l. 10. in Luc. col. 1544. a. *& repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, quomodo Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Augustin. tract. 6. in Joh. to. 3. col. 331. c. f. post hæc verba, *super unumquemque eorum*, addit, *& cœperunt linguis loqui, sicut Spiritus dabat eis pronunciare:* similiter ser. 269. to. 5. col. 1093. e. *super unumquemque eorum: & cœperunt linguis loqui, quemadmodum Spiritus dabat eis pronunciare:* sic etiam infra, col. 1103. a. b. præter *linguis omnibus:* at contra epist. Manich. to. 8. col. 157. d. & l. 2. de Trinit. col. 778. d. legit: *& impleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui linguis, quomodo Spiritus dabat eis pronunciare:* ita quoque l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. f. excepto *variis linguis:* ita rursum l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. d. nisi quòd habet, *& repleti sunt;* paulòque post, *Spiritus sanctus.* Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. b. *& repleti sunt Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis.* Similiter Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 743. c. & 746. h. *& repleti sunt Spiritu sancto:* at l. 12. de Trin. p. 323. c. hoc integrum comma omittit; statimque post *unumquemque eorum*, hæc subdit: *& cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat pronunciare eis.* Auctor etiam l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. b. omisso *& repleti sunt omnes*, &c. habet, *& loquebantur variis linguis, prout Spiritus dabat eis pronunciare.* S. Leo serm. 73. p. 155. b. concordat cum Vulg. excepto *aliis linguis*, ut legitur in textu Laud. & Cantabr. Et verò Beda retract. in hunc locum, dicit *in Græco non* haberi *variis linguis*, sed *aliis linguis.* Sic etiam in hodierno: καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι· Ms. unus, πάντες..... καθὼς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, &c.

℣. 5. Ms. Cantabr. *In Jerusal. erant habitantes Judæi, timorati viri ab omni gente, quæ sub cœlo sunt.* Hilar. in Ps. 2. n. 7. col. 30. d. *Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri timentes Dominum ab omni gente, quæ sub cœlo est.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 103. e. *Erant autem in Jerus. habitantes Jud. viri timor. de universis gentibus, quæ sub cœlo sunt.* August. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. d. *Jerosolymis autem fuerunt habitantes Judæi, homines ex omni natione, quæ est sub cœlo:* itidem l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. f. excepta voce *habitatores:* at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. d. *Erant autem inhabitantes in Jerus. Judæi, viri religiosi (al. & religiosi) ex omni gente, quæ est sub cœlo.* Gr. Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσ. κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους, τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.

℣. 6. Ms. Cantabr. *Cùmque facta esset vox hæc, convenit multitudo, & confusa est* (1. ma. *confusæ sunt*) *quia audiebant unusquisque loquentes eos lingua sua.* August. contra epist. Manich. col. 157. d. & l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. f. *Et cùm facta esset vox, collecta est turba, & confusa est, quoniam audiebat unusquisque suo sermone, & suis linguis loquentes eos:* & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. e. *Cùmque facta esset hæc vox, convenit multitudo, ac mente confusa est, quia audiebat unusquisque eorum sua lingua loquentes eos.* Beda retract. in Act. *quoniam audiebat unusquisque linguam suam loquentes.* Gr. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, &c. Ms. unus habet ἤκουσεν, pro ἤκουον.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Obstupescebant autem, & admirabantur, dicentes ad alterutrum: Nonne ecce universi hi sunt, qui loquuntur, Galilæi?* August. l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. f. *Stupebant autem, & admirabantur, ad invicem dicentes: Nonne omnes, qui loquuntur, natione sunt Galilæi?* itidem contra epist. Manich. col. 157. d. nisi excipias verbum *mirabantur:* similiter l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. d. *Stupebant autem, & mirab. ad invicem dicentes: Nonne omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 103. e. *Nonne isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?* Auctor l. de promiss. p. 2. cap. 3. col. 127. e. *Nonne hi, qui loquuntur, natione sunt Galilæi?* Gr. λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; Mss. plures initio delent πάντες, sicut paulò post alii quidam, πρὸς ἀλλήλους.

℣. 8. Ms. Cantabr. *& quomodo nos audivimus unusquisque propriâ linguâ nostrâ, in qua nati sumus?* August. contra epist. Manich. col. 157. d. & l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. f. *& quomodo agnoscimus in illis sermonem, in quo nati sumus?* at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. e. *& quomodo nos audivimus unusquisque propriam linguam, in qua nati sumus?* Hieron. in Isai. 11. col. 103. e. Vulgatæ congruit; Græcum verò textui Cantabrigiensi. Ms. tamen unus habet ἠκούσαμεν, *audivimus*, pro ἀκούομεν, *audimus*.

℣. 9. Ms. Cantabr. concordat cum textu Laud. detracta voce *quoque*. Eidem Cantabr. accinit August. l. 1. act. cum

### Vulgata nova.

bitant Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam,

10. Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & advenæ Romani,

11. Judæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

12. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad invicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?

13. Alii autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.

14. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

15. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora diei tertia:

16. sed hoc est, quod dictum est per prophetam Joel:

Isai. 44. 3. Joel 2. 28. 17. Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ: & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

18. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt:

### Versio antiqua.

bitant Mesopotamiam, Judæam quoque, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Ex Ms. Laudiani.

10. Phrygiam quoque, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes * Libyæ, quæ secus Cyrenen, & peregrinantes Romani, * Ms. Libuæ.

11. Judæi quoque, & Advenæ, Cretes, & Arabes: audivimus loquentes eos nostris linguis magnalia Dei.

12. Stupebant autem omnes, & confundebantur alius ad alium dicentes: Quidnam vult hoc esse?

13. Alii verò inridentes dicebant: Quia musto repleti sunt.

14. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam prior, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Hierusalem omnes, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

15. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora tertia diei:

16. sed hoc est, quod dictum est per prophetam Johel:

17. Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ: & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores somnia somniabuntur.

18. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt:

## Notæ ad Versionem antiquam.

Felice Manich. to. 8. col. 474. f. excepto uno *habitabat*: l. verò de unit. Eccles. to. 9. col. 356. e. legit: *inhabitant*; paulòque post, *Judæi*, pro *Judæam*: at contra epist. Manich. to. 8. col. 157. d. sic: *Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhab. Mesopot. Armeniam, & Cappadociam*, &c. ut supra. Tertul. l. contra Jud. c. 7. p. 139. b. *Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopot. Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 103. e. *Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & habitantes in Mesopotamia, & Syria, Cappadocia, Ponto, & Asia.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. e. *Parthi, & Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiam*, &c. ut in textu, cui etiam Græcum favet. Ms. tamen unus tollit ϗ, post *Parthi*.

℣. 10. Ms. Cantabr. *Frygiam, & Pamphyl. qui est circa Cyrenen, & qui hic demorantur Romani.* Tertul. l. contra Jud. c. 7. p. 139. b. *& Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ, quæ est trans Cyrenen, inhabitantes, Romani & incolæ.* August. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. e. *Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & regiones Africæ, quæ est ad Cyrenen, & qui advenerant Romani*: & l. 1. act. cum Felice Manich. col. 474. g. *Phrygiamque, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenen, & qui advenerant Romani*: ita rursum legit l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. e. præter *quæ sunt ad Cyrenen.* Hieron in Isai. 11. col. 133. e. *Phrygia, & Pamphilia, Ægypto, & Lybia, & Cyrene, & advenæ Romani.* Auctor lib. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. e. nil differt à Vulg. neque etiam Græc. nisi quòd habeat κατὰ, pro *circa*; & ἐπιδημοῦντες, pro *advenæ*. Beda retract. in Act. ait: *Rectius haberetur in Græco*, & peregrinantes Romani, *id est, Judæi, qui peregrinam Romæ vitam agebant.*

℣. 11. Ms. Cantabr. *Judæi, & Proselyti, Cretenses, & Arabi: audivimus*, &c. ut supra. Tertul. l. contra Jud. c. 7. p. 139. b. *Tunc & in Jerusalem Judæi, & cæteræ gentes.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 103. e. *Judæi, & Proselyti, Cretes, & Arabes*, &c. ut in textu. August. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. e. *& Judæi, & Incolæ* (Mss. *& Judæi incolæ*) *& Cretes, & Arabes, audiebant loquentes illos suis linguis magnalia Dei*: similiter l. 1. act. cum Felice Manich. to. 8. col. 474. g. si hæc exceperis, *Judæique, & Proselyti, Cretenses*: ita quoque l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. f. præter vocem *Advenæ*, loco *Proselyti*. Græc. Vulgatæ accinit, nisi quòd hab. ἀκούομεν, *audimus* pro *audivimus*.

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Obstupescebant omnes, & hæsitabant alius ad alium quod factum est, & dicentes; Quid vult esse hoc?* August. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. e. *Stupebant autem*, & *hæsitabant ob id quod factum est, dicentes: Quidnam hoc vult esse?* & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. f. *Stupebant autem, & hæsitabant ad invicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?* Græc. Ἐξίσταντο δὲ πάντες, ϗ διηπόρουν ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες· Τί ἂν θέλοι, &c. ut sup. Ms. unus habet πρὸς ἀλλήλους, loco ἄλλος πρὸς ἄλλον.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Alii autem deridebant dicentes: Quia musto isti repleti sunt.* August. contra epist. Manich. to. 8. col. 157. e. *Alii autem irridebant dicentes: Hi musto omnes onerati sunt*: & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. f. *Alii verò irridebant eos, dicentes: Quia musto repleti sunt isti.* Ambros. in Ps. 35. col. 773. f. *musto pleni.* Græc. Ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον· Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Cùm stetisset autem Petrus cum undecim Apost. & elevavit primus vocem suam, & dixit: Viri Judæi, & omnes, qui inhabitant Jerus. hoc vobis notum sit, ausculate verbis meis.* August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. f. *Stans verò Petrus cum undecim discipulis, elevavit vocem suam, & locutus est, dicens: Viri Judæi, & universi qui habitatis Jerusalem, hoc vobis notum sit.* Gr. Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ϗ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς· Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, ϗ οἱ κατοικοῦντες....... ἅπαντες.... ϗ ἐνωτίσασθε τὰ, &c.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Non enim, sicut vos suspicamini, hi ebrii sunt: est enim hora tertia diei.* August. epist. 199. to. 2. col. 750. c. *Non enim, sicut suspicamini, ebrii sunt isti, cùm sit hora diei tertia.* Gaudentius Brix. serm. 9. p. 959. c. *Non enim, sicut vos putatis, hi ebrii sunt, cùm sit*, &c. Gr. Οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας.

℣. 16. Ms. Cantabrig. cùm Hilar. l. 8. de Trin. col. 962. b. necnon Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 346. b. habet: *sed hoc est, quod dictum est per Prophetam*, absque *Joel.* Augustin. epist. 199. to. 2. col. 750. c. *sed attendite quoniam hoc est, quod dictum est per Prophetam.* Gaud. Brix. ser. 9. p. 959. c. *sed hoc est, quod dictum est per Joelem prophetam.* Græcum Vulgatæ concinit.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii eorum, & filiæ eorum: & juvenes visiones videbunt, & seniores somnia somniabunt.* Ita quoque habet Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 364. nisi quòd transfert *dicit Dominus*, post *omnem carnem.* Hilar. l. 8. de Trinit. col. 962. b. *Erit in novissimis..... effundam de Spiritu meo in omnem c. (dicit Dom.) & prophetabunt filii eorum, & filiæ eorum.* August. epist. 199. to. 2. col. 750. c. *Erit in novissimis diebus, effundam de Spiritu meo in omnem carnem.* Gaudent. verò Brix. ser. 9. p. 959. c. Vulgatæ concinit, ut & Græcum, si excipias vocem Θεός, pro *Dominus*; at in Ms. uno, Κύριος.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Et ego super servos, & super ancillas meas effundam Spiritum meum*; nec plura. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 364. b. *Et quidem super servos, & su-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* 19. & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa super terram deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

20. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam venit dies Domini magnus & præclarus.

21. Et erit: omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

22. Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazorenum, virum à Deo designatum in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per eum in medio vestrûm, sicut vos omnes scitis:

23. hunc constituto consilio, & providentia Dei * editum accipientes, per manus iniquorum adfigentes occidistis:

* *Ms. ceditum, f. pro æditum.*

24. quem Deus suscitavit, solvens per ipsum dolores inferni, propter quod non erat possibile detineri illum ab eo.

25. David enim dicit in illum: Providebam Dominum ante me semper: quia in dextris meis est ut non commovear:

26. Propterea lætatum est cor meum, & exsultavit lingua mea, insuper & caro mea inhabitavit in spe:

27. Quia non derelinques animam meam in inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

28. Demonstrasti mihi vias vitæ: replebis me lætitia cum facie tua.

29. Viri fratres, liceat mihi dicere cum fiducia ad vos de patriarcha David, quia & defunctus est, & sepultus est: & monumentum ejus est apud nos usque in diem hunc.

VULGATA NOVA.

19. & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

20. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus.

21. Et erit: omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit. *Joel.* 2. 32. *Rom.* 10. 13.

22. Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis:

23. hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis:

24. quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

25. David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commovear: *Psalm.* 15. 8.

26. Propter hoc lætatum est cor meum, & exsultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe:

27. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

28. Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me jucunditate cum facie tua.

29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus est, & sepultus: & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. *3. Reg.* 2. 10.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*per ancillas effundam de Spiritu meo.* Gr. Vulgatæ consonat, uno excepto ἀπὸ, pro *de*.

℣. 19. Græcum eadem exhibet quæ in textu Laudiano. Cantabrig. verò hæc sola: *& dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum*; deinde, *Sol convertetur*, &c. de ℣. sequenti.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Sol convertetur in tenebris, & luna in sanguine, priusquam veniat dies Domini magnus.* In Græco eadem quæ in Vulg.

℣. 21. Simillima sunt quæ exstant in Cantabrigiensi, & Græco.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Viri Israelitæ, audite sermones hos: Jesum Nazoræum, virum à Deo probatum in nobis, virtut... quæ fecit per eum Deus in medio vestrûm, sicut ipsi scitis.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 193. d. *Viri Israelitæ, audite sermones meos: Jesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit per ipsum Deus in medio vestrûm, quemadmodum ipsi scitis.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 648. f. *Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum à Deo probatum in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis.* Tertul. l. de pudic. p. 1014. b. *Viri Israelitæ, auribus mandate quæ dico: Jesum Nazarenum, virum à Deo vobis destinatum:* & l. de carn. Chr. p. 550. b. *Jesum Nazar. virum vobis à Deo destinatum.* Fulg. lib. 3. ad Trasim. c. 31. p. 137. *Jesum à Nazareth, virum adprobatum.... virtutibus, & signis, & prodigiis, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut vos scitis*, &c. ut in Vulg. usque ad ℣. 25. Græc. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι..... οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε· Ms. unus, ἐν μέσῳ ἡμῶν· alius delet καὶ, post καθώς· alius habet, καθὼς ὑμεῖς πάντες οἴδατε. Victorin. Afr. l. 3. cont. Ari. p. 280. b. legit, *sicut vos scitis.*

℣. 23. Ms. Cantabrig. *hunc destinato consilio, & providentia Dei editum*, (1. manu *auditum*) *accepistis: per manus iniquorum adfixum interfecistis.* Iren. lib. 3. c. 12. p. 193. d. *hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interfecistis.* Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. b. *hunc decreto consilio, & præscientia Dei traditum, per manus scelestas & suffixistis eum cruci, & occidistis.* Gr. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ, καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε. Mss. quidam omittunt λαβόντες, & alii in fine habent ἀνείλατε.

℣. 24. Ms. Cantabr. *quem Deus suscitavit, solutis gemitibus* (1. manu *amitibus*) *inferiorum, quoniam possibile non esset detineri eum ab ipso.* Iren. l. 3. c. 12. p. 193. d. *quem Deus excitavit, solutis doloribus inferorum, quoniam non erat possibile teneri eum ab eis.* Beda retract. in hunc loc. ait in Græco scriptum esse: *quem Deus suscitavit tertia die, solvens per ipsum dolores mortis, juxta quod non erat possibile teneri illum ab eo.* Ita nunc in Græco habetur: ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· Ms. unus, loco θανάτου, habet ᾅδου.

℣. 25. Ms. Cantabrig. *David enim dicit in eum: Providebam Dom. meum in conspectu meo semper: quia à dextera mea est ut non commovear.* Beda retract. legit, *coram me semper.* Iren. l. 3. c. 12. *David enim dicit in ipsum: Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris meis* (al. *mihi*, al. *mei*) *est ne movear.* Fulg. l. 1. & 3. ad Trasim. pp. 86. & 137. *David enim dicit in ipsum: Providebam Dominum coram me semper: quoniam à dextris*, &c. ut in Vulgata. Gr. ἐνώπιόν μου διὰ παντός· ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν ἵνα μὴ σαλευθῶ

℣. 26. Ms. Cantabr. *Propterea lætatum est cor meum, & exsult. lingua mea, adhuc autem & caro mea inhabitavit in spem.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 31. p. 137. *Propter hoc jocundatum est cor meum, & exsult. lingua mea, insuper & caro mea requievit in spe:* item l. 1. p. 86. præter *requiescet.* Beda retract. in Act. *Propter hoc delectatum est cor meum... insuper & caro mea requiescet in spem.* Gr. Διὰ τοῦτο εὐφράνθη.... ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Iren. l. 3. c. 12. Vulgatæ consonat.

℣. 27. Ms. Cantabrig. *Quia non derelinques an. meam apud inferos, neque dabis*, &c. ut sup. Irenæus l. 3. c. 12. necnon Fulg. l. 3. ad Trasim. ubi sup. Vulgatæ congruunt, & Græco; Capreolus verò Carth. apud Sirm. to. 1. p. 368. b. Ms. Cantabrigiensi, nisi quòd deleat verbum *dabis.*

℣. 28. Ms. Cantabrig. *Notas fecisti mihi vias vitæ: implebis me jucunditate*, &c. ut sup. Fulg. l. 1. & 3. ad Trasim. pp. 36. & 137. *Notas mihi.... & adimplebis me jocunditate cum facie tua.* Gr. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· πληρώσεις με εὐφροσύνης, &c.

℣. 29. Ms. Cantabr. textui Laud. concinit, nisi quòd habet *licet*, pro *liceat*, absque seq. & ante *defunctus.* August. in Ps. 88. to. 4. col. 951. g. *Viri fr. scimus quia David patriarcha mortuus est, & caro ejus vidit corruptionem.* At hæc citata videntur ex memoria: in Græco enim constanter: Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

30. Propheta igitur cùm esset, & sciret quia
Psalm. jurejurando jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus
131. 11. sedere super sedem ejus:

31. providens locutus est de resurrectione Chri-
Psalm. sti, quia neque derelictus est in inferno, neque ca-
15. 10. ro ejus vidit corruptionem.

Inf. 13. 32. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes
35. nos testes sumus.

33. Dextera igitur Dei exaltatus, & promis-
sione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hunc,
quem vos videtis, & auditis.

34. Non enim David ascendit in cœlum: dixit
Psalm. autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à
109. 1. dextris meis,

35. donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum.

36. Certissimè sciat ergo omnis domus Israel,
quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus,
hunc Jesum, quem vos crucifixistis.

37. His autem auditis, compuncti sunt cor-
de, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apo-
stolos: Quid faciemus, viri fratres?

**VERSIO ANTIQUA.**

30. Propheta ergo cùm esset, & sciens quia Ex Ms. Laudiano.
jurejurando juravit ei Deus ex fructu lumbi ejus
suscitare Christum, & sedere super thronum ejus:

31. providens locutus est de resurrectione Chri-
sti, quia neque derelicta est anima ejus in infer-
no, neque caro ejus vidit corruptionem.

32. Hunc ergo Jesum suscitavit Deus, cujus
omnes nos sumus testes.

33. Dextera igitur Dei exaltatus, & repromis-
sionem Spiritus sancti accipiens à Patre, effun-
dit hoc donum, quod nunc vos videtis, & au-
ditis.

34. Non enim David ascendit in cœlos: dicit
autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede
à dextris meis,

35. donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum.

36. Diligenter igitur sciat omnis domus Israel,
quia & Dominum, & Christum eum Deus fecit,
hunc Jesum, quem vos crucifixistis.

37. Audientes autem, compuncti sunt corde,
& dixerunt ad Petrum, & ad cæteros Apostolos:
Quid faciemus, viri fratres? monstrate nobis.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

τοῦ...... καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Apud Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 19. p. 86. *Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam & defunctus est, & sepultus est*, &c. ut in Vulg. itidem l. 3. c. 31. p. 137.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Cùm esset autem propheta, & sciret quia jurejur. juravit ei Deus de fructu* ( 1. manu *fructum de* ) *præcordia ejus secundùm carnem suscitare Christum, collocare super thronum ejus.* Beda retract. in Act. observat in Græco legi: *de fructu lumbi ejus suscitare Christum, & sedere*, &c. ut in Vulg. Iren. l. 3. c. 12. p. 193. b. *Propheta autem cùm esset, & sciret quoniam jurejur. ei juravit Deus de fructu ventris ejus sedere in throno ejus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 309. c. *Propheta cùm esset David, & sciret quia juramento jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus sedere Christum secundùm carnem super thronum suum.* Victorin. Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. b. *Propheta cùm esset, & sciens quia jurejurando jurasset illi Deus ex fructu ventris ejus sedere super thronum illius.* Apud Fulgent. l. 1. & 3. ad Trasim. ubi sup. eadem prorsus quæ in Vulg. Græcè: Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ· quæ textui Cantabr. favent. In Mss. aliquibus desunt, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν· in aliis adsunt, sed in quibusdam præponitur καὶ, verbo καθίσαι.

℣. 31. Ms. Cantabrig. simpliciter habet: *resurrectione Christi, quia neque derelictus est apud inferos, neque*, &c. ut sup. at hîc mutilus videtur esse Ms. ille: vix enim ullus sensus est ablatis his, *providens locutus est de*, quæ leguntur in Vulg. Leguntur pariter apud Victorin. Afric. l. 3. contra Ari. p. 280. b. cum reliquis ejusdem Vulg. nisi excipias verbum *relictus est*. Ap. Irenæum, l. 3. c. 12. p. 193. b. sic: *providens locutus est de resur. Chr. quoniam neque derelictus est apud inferos, neque caro*, &c. ut in Vulg. Apud Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 19. p. 87. a. & l. 3. c. 31. p. 137. *providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem:* itidem epist. 14. p. 249. & l. de fid. ad Petr. p. 524. Apud Philastr. Brix. l. de hæres. p. 709. b. *hujus anima non derelicta est in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem.* In Græco: προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ, &c. In Mss. pluribus, ἐγκατελείφθη· in aliis quibusdam deest ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Beda retract. in Act. observat in Græco legi, *quia neque derelicta est anima ejus in inferno.*

℣. 32. Iren. l. 3. c. 12. *Hunc Jesum excitavit Deus, cujus nos omnes sumus testes.* Ambrof. l. de Joseph, c. 13. col. 509. a. *Hunc ergo Jesum resuscitavit Deus, cujus nos testes sumus.* Itidem habet Ms. Cantabr. cum Victorin. Afric. l. 3. contra Arium, p. 280. b. posito *omnes*, ante *testes*. Maximinus Arian. apud August. to. 8. col. 651. g. 652. a. *Hunc Jesum suscitavit Deus, cujus nos omnes testes sumus.* Græcum cum Vulgata concordat; sed Ms. unus addit οὖν, voci *Hunc*.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Dextera ergo Dei exaltatus, & pollicitatione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit vobis quod vidistis, & audistis.* Iren. l. 3. c. 12. p. 193. b. *Qui dextera Dei exaltatus, repromissionem sancti Spiritus accipiens à Patre, effudit donationem hanc, quam vos nunc videtis, & auditis.* Ambrof. l. de Joseph, c. 13. col. 509. a. *Dextera igitur Dei exaltatus, repromissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hoc donum, quod vos videtis.* Maximinus Arian. ubi sup. *Dextera itaque Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hoc donum, quod nunc vos videtis, & auditis.* Philastr. Brix. p. 726. b. *effudit hanc gratiam, quam vos videtis, atque auditis.* Lectionarium Luxov. *effudit hunc, quem vos vidistis, & audistis.* Gr. Τῇ δεξιᾷ οὖν..... τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ... λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκούετε· Ms. unus, ἐξέχεε τοῦτο τὸ δῶρον, ὅ· alii quidam, ταύτην τὴν δωρεάν· ab aliquibus verò abest seq. νῦν, teste Millio: at Beda retract. in hunc locum, ait in Græco legi, *effudit hoc donum, quod nunc vos videtis*, &c.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Non enim David ascendit in cælos: dixit enim ipse: Dixit Dominus..... sede ad dexteram meam.* Similiter Iren. l. 3. c. 12. præter *dicit autem.* Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. c. *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habeat, εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτός· Εἶπεν, &c. al. εἰς τὸν οὐρανόν. Beda retract. in hunc loc. legit: *Non enim David ascendit in cælos: dicit autem ipse: Dixit Dominus*, &c. subinde observat quosdam codices habere, *Dicit Dominus. Sed Græca exemplaria*, infit, & *in hoc libro*, & *in psalterio habent, Dixit Dominus.*

℣. 35. Gr. ἕως ἂν θῶ τοὺς..... ὑποπόδιον τῶν, &c. Copt. ὑποκάτω τῶν. Tertul. l. contra Prax. p. 859. a. alludens: *donec ponat illi Pater omnes inimicos sub pedibus suis.* Ms. Cantabr. habet, *scamillum pedum*, &c. Laudianus noster, *scabillum*, quod correximus. Iren. l. 3. c. 12. p. 193. c. *quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.*

℣. 36. Ms. Cantabrig. *Pro certo ergo sciat omnis domus Israel, quia & Dominum, & Christum Deus fecit hunc*, &c. ut sup. Iren. l. 3. c. 12. p. 193. c. *Certissimè ergo sciat omnis domus Isr. quoniam & Dominum eum, & Christum Deus fecit, hunc Jesum*, &c. Tertul. l. contra Prax. p. 858. a. *Firmissimè itaque cognoscat omnis domus Israel, quòd & Dominum, & Christum fecerit eum Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis.* Victorin. Afr. ad Candid. Arian. Analect. to. 4. p. 173. *Certissimè igitur cognoscat domus Israel, quoniam istum Christum Deus fecit, quem in crucem tulistis.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 647. h. *Certissimè itaque sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum, & Christum Deus fecit, hunc Jesum, quem vos crucifixistis:* ita rursum infra, p. 648. e. nisi quòd tollat vocem *domus;* paulòque post habeat, *hunc scilicet Jesum.* Ambrof. l. 1. de fide, col. 463. b. *& Dominum eum fecit, & Christum fecit Deus, hunc Jes. quem vos crucifixistis.* Gr. Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς..... ὅτι Κύριον, καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν, &c.

℣. 37. Ms. Cantabr. *Tunc omnes, qui convenerant, exaudientes, stimulati sunt corde, & quidam ex ipsis dixerunt ad Petrum, & ad Apostolos: Quid ergo faciemus, viri fratres? ostendite nobis.* August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. g. *His igitur auditis, compuncti sunt corde, dicentes ad Petrum,*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

* Ex Ms. Laudiano. 38. Petrus autem ait ad illos: Pœnitemini, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Domini Jesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum sancti Spiritus.

39. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.

40. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur, dicens: Salvamini à generatione prava ista.

41. Illi quidem libenter recipientes verbum ejus, baptizati sunt: & adjectæ sunt die illa animæ quasi tria millia.

42. Erant autem adstantes doctrinæ Apostolorum, & communicationi & fractioni panis, & orationibus.

43. Facta est autem omni animæ timor: multa quoque prodigia, & signa non minima per * manus Apostolorum fiebant in Hierusalem.

* Ms. manibus.

44. Omnes autem, qui credebant, erant in unum, & habebant omnia communia.

45. Et possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cui opus erat.

VULGATA NOVA.

38. Petrus verò ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

39. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.

40. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini à generatione ista prava.

41. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

42. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

43. Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant, & metus erat magnus in universis.

44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.

45. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& ad Apost. Quid faciemus, viri fratres? ostendite nobis:* & in Ps. 73. to. 4. col. 779. e. 838. d. *Hoc audito, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Apostolos: Quid ergo faciemus? dicite nobis:* similiter in Ps. 45. col. 401. d. *compuncti corde, dixerunt: Quid faciemus?* at l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. a. *Quid ergo faciemus, fratres? monstrate nobis.* Auct. l. de promiss. p. 1. c. 33. col. 112. d. *Quid faciemus, viri fratres? monstrate nobis.* Itidem S. Leo, ser. 66. p. 142. c. absque *monstrate nobis.* Iren. l. 3. c. 12. *Quid ergo faciemus?* deinde: *Pœnitentiam agite*, &c. In Græco: Ἀκούσαντες δὲ, κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀποσ. &c. ut in Vulg. Ms. unus in principio habet: Ἀκούσαντες οὖν... καὶ εἶπον· & in fine, ὑποδείξατε ἡμῖν. Beda retract. in hunc loc. observat ad hæc, *viri fratres* in Græco addi, *monstrate nobis; quod verbum*, inquit, *in opusculis eorum, qui Scripturas sanctas exposuerunt, sæpius huic sententiæ adjectum invenimus.*

℣. 38. Ms. Cantabr. *Petrus autem ad eos ait: Pœnitentiam agite, & baptizetur..... in nomine Domini Jesu Chr. in remissione peccatorum: & accipite* (2. manu *accipietis*) *gratiam, sanctum Spiritum.* Iren. l. 3. c. 12. p. 193. b. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu, in remissione* (al. *in remissa*) *peccatorum: & accipietis donum Spir. sancti.* Cypr. ep. 73. p. 134. c. *Pœnitemini, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Domini Jesu Christi, in remissionem pecc. & accipietis donum Spiritus sancti.* Lucif. Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 224. h. *Pœnitentiam agite, & baptizetur... in nomine Domini nostri Jesu Christi, in rem. pecc. & accipietis donum Sp. sancti.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 626. e. *Pœnitentiam agite, & baptizetur..... in nomine Domini Jesu Chr. in remiss. pecc. & accipietis gratiam Spirit. sancti.* August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. g. *Petrus autem dixit ad eos: Pœnitentiam agite, & baptizetur..... in nom. Jesu Christi, in remiss. pecc. & accipietis gratiam Spir. sancti:* at ep. 265. to. 2. col. 898. c. *Agite pœnitentiam, & baptizetur... in nom. Jesu Christi: & dimittentur vobis peccata vestra:* itidem quæst. 49. in Judic. to. 3. col. 618. b. præter hæc, *Domini Jesu Chr. & remittentur:* in Ps. verò 45. to. 4. col. 401. d. *Et Petrus: Agite pœnit. & baptizetur... in nom. Domini nostri Jesu Chr. & dimittuntur vobis peccata vestra:* & in Ps. 73. col. 779. e. 838. d. *Et Apostoli: Agite pœnit. & baptizetur...... in nom. Jesu Chr. & dimittentur vobis pecc. vestra:* & l. de fide & op. to. 6. col. 171. f. necnon l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. a. *Agite pœnit. & baptizetur... in nom. Domini Jesu Christi, in remissionem pecc. & accipietis donum Spir. sancti.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 750. g. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque in nom. Domini J. C. & accipietis donum Sp. sancti:* & l. 12. de Trin. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusq. vestrûm in nom. J. C. in remissione pecc. vestrorum.* Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 660. & S. Leo, serm. 66. p. 142. c. Vulgatæ accinunt. Græc. Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς· Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω, &c. ut in Vulg. detracta voce *vestrorum*, post ἁμαρτιῶν· at Mss. quidam retinent ὑμῶν.

℣. 39. Ms. Cantabr. *Nobis enim est hæc repromissio, & filiis nostris, & omnibus, qui in longinquo, quos advocaverit*, &c. ut sup. Cypr. epist. 73. p. 134. c. *Vobis enim est hæc promissio, & filiis vestris, & omnibus deinceps, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. h. *Vobis enim est hæc promissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus vester.* August. l. de fide & op. to. 6. col. 171. f. *Nobis enim est hæc promissio, & filiis nostris, & omnibus, qui longè sunt*, &c. ut in textu: & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 356. g. *Vobis est enim promissio, & filiis vestris*, &c. ut sup. Ita quoque legit S. Leo, ser. 66. p. 142. c. excepta voce *repromissio.* Græc. Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι, τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους, &c. ut in textu.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Aliis quoque sermonibus pluribus testabatur, & exhortabatur eos, dicens: Salvi estote ex progenie hac prava.* August. l. de fide & op. to. 6. col. 171. g. 186. c. *Et cæteris verbis pluribus testificabatur, dicens: Eripite vos à sæculo hoc pravo:* at l. de unit. Eccles. to. 9. col. 357. a. *Et aliis quidem verbis plurimis testificabatur eis, dicens: Salvamini à generatione prava hac.* Gr. Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο, καὶ παρεκάλει, λέγων· Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. Mss. plures addunt αὐτοὺς, verbo παρεκάλει.

℣. 41. Ms. Cantabr. *Hi ergo credentes sermoni ejus, baptizati sunt: & adjectæ sunt in illo die animæ quasi tria millia.* August. l. de fide & op. to. 6. col. 171. g. *At illi avidissimè capientes exceperunt verba, & crediderunt, & baptizati sunt: & adjecta sunt illa die tria millia animæ:* & l. de unit. Eccles. to. 9. col. 357. a. *Illi verò recepto verbo hoc, crediderunt, & baptizati sunt: & adjectæ sunt in illa die animæ circiter tria millia.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *baptizati sunt: & additæ sunt in die illo animæ quasi tria millia.* Græc. Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν, &c. ut in Vulg. sed à Mss. pluribus abest ἀσμένως. Beda retract. in hunc loc. ait: *Hunc locum alia translatio, juxta proprietatem Græcæ veritatis, ita habet: Illi quidem recipientes libenter verbum ejus, baptizati sunt:* quæ textui Laud. favent.

℣. 42. Ms. Cantabr. *Et erant perseverantes in doctrina Apostolorum in Hierusalem, & in communic.* &c. ut in Vulgata. Græcum textui Cantabr. congruit, nisi quòd in principio habet, Ἦσαν δὲ, deletque paulòpost *in Jerusalem.*

℣. 43. Ms. Cantabr. *Nascebatur quoque omni animæ timor: multa etiam portenta, & signa per Apostolos fiebant.* Quibus Græcum favet, nisi excipias Ἐγένετο δὲ, pro *Nascebatur quoque;* nec addit plura. Mss. tamen quidam servant ἐν, vel εἰς Ἱερουσαλήμ· alii verò plures ad Ἱερουσαλὴμ nectunt ista, φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας· unus autem habet ἐγένετο ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ πάντας, absque φόβος τε ἦν μέγας.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Omnes etiam credentes erant in unum, & habebant*, &c. ut sup. Gr. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ, &c. ut in textu: al. πιστεύσαντες.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Et qui possessiones habebant, & facultates, distrahebant, & dispartiebantur ea quotidie omnibus, secundùm quod qui opus erat.* Gr. Καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε. Versio Copt. pro πᾶσι, habet καθ' ἡμέραν, ut in textu Cantabr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exsultatione, & simplicitate cordis,

47. collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum.

VERSIO ANTIQUA. *Ex Ms. Laudiano.*

46. Quotidie quoque perseverabant unanimes in templo: frangentes quoque circa domos panem, percipiebant cibum cum lætitia, & simplicitate cordis,

47. laudantes Deum, & habentes gratiam ad universum populum. Dominus autem adjiciebat qui salvi fierent quotidie Ecclesiæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 46. Ms. Cantabr. *Omnes quoque perseverantes in templo, & per domos, in idipsum capiebant panes, accipientes cibum in exsultatione, & simplicitate cordis.* Gr. Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει, &c. ut in textu.

℣. 47. Ms. Cantabrig. *laudem dicentes Deo, & habentes gratiam apud totum mundum. Dominus autem adjiciebat eos, qui salvi fiebant quotidie in unum in Ecclesia.* Gr. αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ms. unus delet τῇ Ἐκκλησίᾳ. Mss. autem quidam huic voci τῇ Ἐκκλησίᾳ, addunt ἐπὶ τὸ αὐτό· unus habet, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτό. Hoc autem ἐπὶ τὸ αὐτὸ, rejicitur ab aliis in versum 1. capitis 3. quod revera capitis hujus initium est. Unde Beda retract. in hunc loc. ait in Græco ita legi: *Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie Ecclesia. Ac deinde*, inquit, *altera narratio ita incipit: In idipsum autem Petrus, & Joannes*, &c.

# CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.

3. Is cùm vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet.

4. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos.

5. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

6. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.

7. Et apprehensa manu ejus dextera, alleva-

VERSIO ANTIQUA. *Ex Ms. Laudiano.*

1. ID in ipsum autem Petrus, & Johannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

2. Et quidam vir, claudus ex utero matris suæ constitutus, portabatur: quem ponebant quotidie ad januam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.

3. Qui cùm vidisset Petrum, & Johannem incipientes introire in templum, rogabat eleemosynam accipere ab eis.

4. Intuens autem Petrus in eum cum Johanne, dixit: Respice in nobis.

5. Qui respexit eos, sperans se accepturum aliquid ab eis.

6. Dixit autem Petrus: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazoræi surge, & ambula.

7. Et adprehendens eum dextera manu, eleva-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *In diebus autem istis Petrus, & Joh. ascendebant in templum ad vesperum, ad horam nonam orationis.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. a. *Petrus autem, & Johannes*, &c. ut in Vulg. Apud Tertul. l. contra Psych. p. 986. a. hæc pauca, *ad horam nonam orationis.* Gr. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος, καὶ Ἰωάννης, &c. ut in Vulg. Vide quæ notavi supra ad verba Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, versûs 47. cap. præced. quæ in Mss. quibusdam claudunt hoc caput.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Et ecce quidam vir, claudus ab utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad januam templi, eam, quæ dicitur Pulchra, ut pet. eleem. ab his, qui ingrediebantur in templum.* Lucif. Cal. ubi sup. *Et quidam vir, claudus ex ut. mat. suæ, portabatur: quem quotidie ponebant ad januam templi, quæ dicitur Speciosa, ut pet. eleem. ab introeuntibus in templum.* Ms. Reg. n. 5367. exhibens fragmentum vet. Versionis capitis 3. & 4. Act. Apost. habet, *ab his, qui introibant in templum.* In Græco sic: Καί τις ἀνὴρ, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ἐβαστάζετο, &c. ut in Vulgata. Versio Armen. delet verbum ὑπάρχων.

℣. 3. Ms. Reg. *Hic contempla..... is* (f. *contemplatus oculis*, siquidem extremitates linearum corrosæ sunt in codice) *cùm vidisset Petrum, & Joannem incipie..... troire in templum, rogabat illos eleemosy.* Ms. Cantabrig. *Hic respiciens oculis suis, & vidit Petrum, & Joh. incipientes introire in templum: rogabat eos eleemosynam.* Lucifer Calar. ubi sup. *Hic cùm vidisset Petrum, & Joannem introeuntes in templum, rogabat eleemosynam.* Gr. Ὃς ἰδὼν Πέτρον, καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν. Mss. plures tollunt λαβεῖν· unus verò habet, λαβεῖν παρ' αὐτῶν.

℣. 4. Cod. Reg..........*tus autem eum Petrus cum Johanne, ad..... v..... ei: Contemplare me.* Ms. Cantabr. *Intuitus autem Petrus in eum cum Johannem, & dixit: Aspice ad nos.* Lucifer Cal. ubi sup. *Intendens autem in illum Petrus cum Joanne, dixit: Aspice nos.* Ambros. in Ps. 43. col. 923. f. *Respice in nos.* Græc. Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ... εἶπε· Βλέψον εἰς ἡμᾶς. Copt. εἶπεν αὐτῷ, &c.

℣. 5. Cod. Reg. *Ille autem contemplatus... sperans aliquid accipere ab eo.* Cantabr. *At ille adtendebat eos, exspectans aliquid accipere ab eis.* Lucifer Calar. loco sup. cit. *At ille respexit in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.* Gr. Ὁ δὲ ἐπεῖχεν (al. ἐπέχεν) αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.

℣. 6. Ms. Cantabr. textui Laud. consonat, deletis vocibus *autem*, & *surge*, &. Cod. Reg. *Dixit autem..... ad eum: Argentum quidem & aurum non est...... autem habeo, hoc do tibi: In nomine Jesu Christi Na.... surge, & ambula.* Eadem refert Cypr. l. 3. Testim. p. 323. a. ad verbum. Iren. l. 3. c. 12. p. 194. b. habet: *Argentum & aurum non est mihi*, &c. ut in Vulgata. Hilar. in Ps. 118. col. 287. d. & Chromat. Aquil. in Matth. *Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo..... In nomine Domini nostri J. C. surge, & ambula.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel. 235. *Ait autem illi Petrus: Argentum & aurum non habeo: sed quod habeo, hoc tibi do: In nomine J. C. Nazareni surge, & ambula.* Ambros. l. de Joseph, c. 7. col. 449. a. *Argentum & aurum non habeo: sed quod habeo, do tibi: In nom. J. C. surge, & ambula:* itidem l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 637. a. addita voce *Nazareni*, ad vocem *Christi:* ita rursum l. de Tob. c. 18. col. 612. b. & in Ps. 118. col. 1057. e. 1086. a. 1150. c. & l. 2. off. col. 100. e. at l. 7. in Luc. col. 1423. c. d. *In nomine Domini Jesu surge, & ambula:* & l. 4. col. 1341. a. *In nom. Jesu Nazareni surge, & ambula:* sic etiam l. 3. de fide, col. 502. d. & epist. 46. col. 985. d. & l. de exhort. virg. col. 288. c. sicut l. de ob. Val. col. 1183. d. præter hæc, *sed quod habeo, hoc do tibi.* Græcum textui Cantabr. favet, nisi quòd post οὐχ ὑπάρχει μοι, ponit ὃ δὲ ἔχω· & ante *ambula*, ἔγειραι, καί.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et adprehensum eum dextera manu, suscitavit, & confestim stetit, & firmatæ sunt ejus bases, &*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano. vit: confestim autem confirmati sunt ejus gressi, & plantæ.

8. Et exsiliens stetit, & ambulabat gaudens: & introiit unà cum illis in templum ambulans, & exsiliens, & collaudans Deum.

9. Et vidit eum omnis populus ambulantem, & laudantem Deum.

10. Cognoscebant autem eum, quoniam hic erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & repleti sunt stupore & admiratione in eo, quod attigit ei.

* Ms. Tenentem. 11. *Tenente autem eo Petrum, & Johannem, concurrit ad eos omnis populus in porticum, qui vocatur Salomonis, cum admiratione.

12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid admiramini super isto, aut nobis quid intenditis, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus ambulare hunc?

13. Deus Abraham, & Isaac, & Jacob, Deus patrum nostrorum, glorificavit puerum suum Jesum, quem vos quidem tradidistis in judicium, & abnegastis eum ante faciem Pilati, cùm judicaret ille dimittere.

14. Vos verò sanctum, & justum negastis, & magis petistis virum homicidam vivere, & donari vobis:

15. principem autem vitæ interfecistis, quem

VULGATA NOVA.

vit eum, & protinus consolidatæ sunt bases ejus, & plantæ.

8. Et exsiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exsiliens, & laudans Deum.

9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.

10. Cognoscebant autem illum, quòd ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo, quod contigerat illi.

11. Cùm teneret autem Petrum, & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes.

12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?

13. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum, glorificavit filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.

14. Vos autem sanctum, & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: Matth. 27. 20. Marc. 15. 11.

15. auctorem verò vitæ interfecistis, quem Luc. 23. 18. Joan. 18. 40.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*crura.* Cod. Reg. *Et adprehensa manu ejus dextera, excitavit eum, & continuò stetit: confirmati sunt gressus ejus, &...* Similiter habet Cypr. l. 3. Testim. p. 323. a. *Et apprehensa manu ejus dextera, excitavit eum.* Iren. verò l. 3. c. 12. p. 194. b. post verbum *ambula*, continuò addit: *Et statim ejus confirmati sunt gressus, & plantæ;* omissis verbis intermediis. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. a. *Et apprehensa dextra manu ejus, erexit eum, confestimque confirmati sunt pedes ejus, & plantæ.* Gr. Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε· παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις, καὶ τὰ σφυρά. Mss. quidam in principio habent, Καὶ κρατήσας· subinde alii, ἤγειρεν αὐτόν. Beda retract. in hunc loc. ait: Bases *nomen Græcum est, & in ipso Græco sic positum, quòd Latinè* fulturas *significat; quo nomine gressus ejus confirmatos indicat, sicut etiam Latinè quidam interpretati sunt. Sed sciendum est quod* gressus *propriè apud Græcos, διαβήματα, vel πορίαι vocantur.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *Et cùm exsiluisset, stetit, & ambulabat gaudens: & introivit cum eis in templum, laudem dans Deo.* Cod. Reg. *Et ambulabat... & exsultans: introivit autem cum eis in templum, laudans Deum.* Similiter Iren. l. 3. c. 12. p. 194. b. post vocem *plantæ*, subjungit: *Et ambulabat: & introivit cum ipsis in templum ambulans, & saliens, & glorificans Deum.* Lucifer Calar. loco sup. cit. *Et exsiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & saliens, laudans Deum.* Gr. Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει· καὶ..... περιπατῶν, καὶ ἁλλόμενος, καὶ αἰνῶν, &c. In Copt. deest ἐξαλλόμενος, paulò verò post in Ms. uno est, περιεπάτει χαίρων· καί.

℣. 9. Sic habet Lucif. Cal. loco sup. cit. cum codd. Reg. Cantabr. & Corb.

℣. 10. Ms. Reg. *Agnoscebant autem eum, quoniam ipse fuit, qui ad eleemosynam sedebat ad horr..... portam templi: & impleti sunt omnes admiratione, & stupebant de eo quòd accidit illi sanitas.* Cantabrig. *Cognoscebantque eum, quia hic erat, qui ad eleemosynam sedebat in porta illa Pulchra templi: & repleti sunt terroris & stupefactionis in eo, quod contigerat ei.* Beda retract. in hunc loc. ait: *Alia editio pro* extasi, *id est, excessu mentis,* admirationem *non propriè posuit:* & Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. a. legit: *Et cognoscebant quia ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & repleti sunt pavore & admiratione in eo, quod acciderat ei.* Græc. Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ Ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. Mss. quidam, pro οὗτος, scribunt αὐτός.

℣. 11. Cod. Reg. *....tibus autem Petro, & Johanne, simul & ipse pro... tenens eos: & concurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ vocatur Solomonis, stupentes.* Cantabr. *Exeunte autem Petro, & Johanne, cum eis ibat, tenens eos: stupentes autem stabant in porticum, qui vocatur Solomonis, stupebant.* Colb. *Cùm teneret autem Petrum, & Johannem is, qui sanus fuerat effectus, cucurrit,* &c. ut in Vulgata. Græc. Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ, τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος, ἔκθαμβοι. Mss. plures habent αὐτοῦ, loco τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ· & alii paulò post scribunt Σολομῶνος.

℣. 12. Ms. Reg. *Cùm..... autem Petrus, respondit ad populum, & dixit: V... quid admiramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nos nostra virtute aut potestate;* nec plura, deficiente codice. Similiter habet Colb. *quid admiramini;* sed pro *potestate*, scribit *pietate*. Cantabr. *Respondens autem Petrus, dixit ad eos: Viri Isr. quid admiramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nos nostra propria virtute aut pietate hoc fecerimus, ut ambulet hic?* Gr. Ἰδὼν δὲ Πέτρος, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν· Ἄνδρες..... τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν· al. τοῦτον· quidam etiam pro εὐσεβείᾳ, ferunt ἐξουσίᾳ. Iren. l. 3. c. 12. p. 194. b. legit: *Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, & nos quid intuemini, quasi nostra virtute fecerimus hunc ambulare?* Cassiod. verò in Psal. 44. p. 488. b. *Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Deus Abr. & Deus Isac, & Deus Jacob, Deus patr... clarificavit puerum suum Jesum Christum, quem tradidistis in judicio, & negastis eum ante fac. Pilati, cùm judicasset ille dismittere eum.* Irenæus l. 3. c. 12. legit: *Deus Abraham, & Deus Isaac, &..... glorificavit fil. suum, quem vos quidem tradidistis in judicium, & negastis ante fac. Pilati, cùm remittere eum vellet.* Hieron. in Isai. 52. to. 3. col. 382. a. *glorificavit filium suum Jesum, quem vos quidem trad. & negastis ante fac. Pilati, volentis eum dimittere.* Ambros. epist. 46. col. 985. d. *glorificavit puerum suum Jesum.* Gr. Ὁ Θεὸς Ἀβρ. καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν.... ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. Mss. quidam præponunt ὁ Θεὸς, vocibus Ἰσαὰκ, & Ἰακώβ· paulòque post alii plures addunt μὲν, voci ὑμεῖς; sicut unus εἰς κριτήριον, verbo παρεδώκατε· quidam verò tollunt αὐτὸν, post ἠρνήσασθε.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Vos autem ipsum sanctum, & justum gravastis, & postulastis virum,* &c. ut in Vulg. Iren. l. 3. c. 12. *Vos autem sanctum, & justum aggravastis, & petistis virum homicidam donari vobis.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. b. *Vos autem sanctum, & justum inhonorastis, & negastis, & postulastis hominem homicidam vivere, & donari vobis.* Hieron. in Isai. 53. to. 3. col. 388. a. *petistis ut vir homicida donaretur vobis.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 740. c. *postulastis virum homicidam donari vobis.* Anastas. Imper. ep. ad Hormisd. Conc. to. 4. col. 1432. d. *vos petistis vobis dimitti virum homicidam.* Græc. Vulgatæ favet: Ms. tamen unus, post *homicidam*, ponit ζῆν, καὶ χαρισθῆναι ὑμῖν, ut habet August. supra.

℣. 15. Ms. Cantabr. *principem verò vitæ interfecistis.....*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. | Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. | Ex Ms. Laudian. |
| 16. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrûm. | 16. Et in fide nominis ejus, hunc, quem videtis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum, dedit ei integritatem hanc in conspectu omnium vestrûm. | |
| 17. Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. | 17. Et nunc, viri fratres, scio quia per ignorantiam egistis, sicut & principes vestri. | |
| 18. Deus autem, quæ prænuntiavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. | 18. Deus autem, quæ prænuntiavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, implevit sic. | |
| 19. Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra: | 19. Pœnitemini ergo, & revertimini, ut deleantur vestra peccata: | |
| 20. ut cùm venerint tempora refrigerii à conspectu Domini, & miserit eum, qui prædicatus est vobis, Jesum Christum, | 20. ut cùm venerint tempora refrigerii vobis à conspectu Domini, & miserit, qui prædestinatus est vobis, Christum Jesum, | |
| 21. quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo prophetarum. | 21. quem oportet cœlum quidem recipere usque ad temporum restitutionem omnium, quæ locutus est Deus per os omnium sanctorum à sæculo suorum prophetarum. | |
| Deuter. 18. 15. — 22. Moyses quidem dixit: Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis juxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. | 22. Moses quidem dixit ad patres vestros: Quia Prophetam vobis * suscitabit Dominus Deus noster de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis secundùm omnia quæcunque locutus fuerit ad vos. | * Ms. suscitavit. |
| 23. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. | 23. Erit autem: omnis anima, quæcunque non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo. | |
| 24. Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos. | 24. Et omnes autem prophetæ à Samuel, & * per ordinem, quicunque locuti sunt, & adnuntiaverunt dies istos. | * Ms. pro ordinem, f. pro ordine. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quibus nos testes sumus.* Iren. l. 3. c. 12. *ducem autem vitæ occidistis, quem Deus excitavit à mortuis, cujus nos testes sumus.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. b. *nam inceptorem vitæ occidistis.* Auct. l. de promiss. p. 1. c. 30. col. 112. d. *& principem vitæ æternæ interemistis.* Ambrosiaster, col. 41. e. 235. c. *auctorem verò vitæ interfecistis.* Itidem Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 740. c. additis his, *suspendentes in ligno.* Gr. τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Et in fide nominis ejus, hunc, quem vidistis, & scitis, consolidavit nomen ejus: & fides, quæ per ipsum est, dedit ei integritatem hanc coram omnibus vobis.* Irenæus l. 3. c. 12. *Et in fide nominis ejus, hunc, quem videtis, & scitis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ est per ipsum, dedit ei incolumitatem coram vobis omnibus.* Auct. l. de voc. gent. c. 23. p. 14. f. *hunc, quem videtis, & nostis, confirmavit nomen, &c.* ut in Vulg. Itidem in Ms. 1. Colb. Lat. sicut in Græco: Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει..... τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε, καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε..... καὶ ἡ πίστις, ἡ δι' αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Et nunc, viri fratres, scimus quia vos quidem per ignorantiam fecistis iniquitatem, sicut, &c.* ut sup. Iren. l. 3. c. 12. *Et nunc, fratres, scio quoniam secundùm ignorantiam fecistis nequam:* deinde, *Deus autem,* omissis intermediis. Auctor quæst. ex N. T. q. 76. col. 69. a. *Scio, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut & principes vestri.* Ita quoque habet Ambrosiast. col. 86. c. sicut etiam infra, col. 118. e. exceptis his, *egistis hoc malum, & sicut.* Græcum Vulgatæ favet: sed Ms. 1. initio habet, ἄνδρες ἀδελφοὶ, *viri fratres;* mox alter, οἴδατε; paulòque post alius, ἐπράξατε τὸ πονηρὸν, ut sup.

℣. 18. Ms. Cantabr. textui Laud. consonat. Iren. l. 3. c. 12. *Deus autem, quæ* (al. *qui*) *prædixit ore omnium prophetarum, pati Christum suum, adimplevit.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 750. d. *Deus autem, qui prædixit per os sanctorum prophetarum suorum juxta Christum suum, implevit.* Græcum non differt à textu, nisi quòd addat αὐτοῦ, ad vocem *prophetarum;* tollat verò post *Christum:* at in Mss. pluribus deest 1. αὐτοῦ, in aliis verò additur post *Christum.* Vetus etiam cod. Lat. in Bibl. Bodlei. fert initio *qui,* pro *quæ:* ita quoque Colb. unus Lat. qui insuper in fine, *& implevit sic.*

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Pœnitentiam ergo agite, & convertimini, ad hoc ut deleantur pecc. vestra.* Iren. l. 3. c. 12. p. 194. *Pœnitentiam igitur agite, & convertimini, ut deleantur peccata vestra.* Tertul. l. de resur. carn. p. 575. b. *Pœniteat itaque vos, & resipiscite, ad abolenda delicta vestra.* Gr. Μετανοήσατε οὖν, καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας.

℣. 20. Ms. Cantabr. *ut veniant tempora refrigerii à facie Domini, & mittat prædestinatum vobis Jesum Christum.* Iren. l. 3. c. 12. *& veniant vobis tempora refrigerii à facie Domini, & mittat præparatum vobis Jesum Christum.* Tertul. l. de resur. carn. p. 575. b. *ut tempora vobis superveniant refrigerii ex persona Dei, & mittat prædesignatum vobis Christum.* Gr. ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν· Ms. unus in principio habet, ὅπως ἂν ἐπέλθωσιν· & sub finem plures, προκεχειρισμένον· Æthiop. προκεχειρισμένον. Beda retract. in hunc loc. ait: *In quadam translatione hunc versum ita propter explanationem sensus positum invenimus: Ut cùm venerint tempora refrigerii, veniant & vobis à facie Domini. Et revera in Græco sic scriptum est, cum additamento pronominis illius: Ut cùm venerint vobis tempora refrigerii à facie Domini.*

℣. 21. Ms. Cantabr. *quem oportet cælum quidem accipere usque ad tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum prophetarum.* Iren. l. 3. c. 12. *quem oportet quidem cælum suscipere usque ad tempora dispositionis omnium, quæ locutus est Deus per sanctos prophetas suos.* Tertul. l. de resur. carn. p. 575. b. *quem oportet accipere cælos ad usque tempora exhibitionis omnium, quæ locutus est Deus ore sanctorum prophetarum.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd ponat πάντων, *omnium,* ante vocem *sanctorum;* sed aliàs hæc vox deest.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Moyses quidem dixit ad patres nostros: Quia, &c.* ut in Vulg. præter voces *secundùm,* pro *juxta;* & *ad vos,* pro *vobis.* Iren. l. 3. c. 12. *Moyses quidem dicit ad patres nostros: Quoniam Prophetam excitabit vobis Dom. Deus vester ex fratribus vestris, quemadmodum me, ipsum audietis in omnibus quæcunque locutus fuerit ad vos.* Græc. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν· Ὅτι Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ..... ἐκ τῶν...... ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν.... πρὸς ὑμᾶς· Ms. unus cum Syr. delet γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας· alii quidam simpliciter γάρ· unus verò habet γὰρ, cum Copt. sed absque πρὸς τοὺς πατέρας· alii addunt ἡμῶν, ad πατέρας, al. ὑμῶν. Beda retract. in hunc loc. ait: *Initium hujus loci in Græco plus habet: Moyses quidem dixit ad patres vestros: Quia Prophetam vobis suscitavit Dominus, &c.*

℣. 23. Ms. Cantabr. textui Laud. consonat, nisi quòd habet *disperibit à populo.* Iren. l. 3. c. 12. similiter, præter *peribit de populo.* Gr. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Et omnes prophetæ à Samuel, & eorum qui ordine fuerunt, quotquot locuti sunt, & annunt. dies hos.* Iren. l. 3. c. 12. *Et omnes à Samuel, & deinceps, quot-*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Laudiano.* 25. Vos estis filii prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres vestros, dicens ad Abraham: Et * semine tuo benedicentur omnes patriæ terræ.

* *Ms.* semini.

26. Vobis primùm Deus resuscitans Filium suum, misit eum benedicentem vos, in avertendo unumquemque à nequitiis vestris.

**VULGATA NOVA.**

25. Vos estis filii prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. *Genes. 12. 3.*

26. Vobis primùm Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: ut convertat se unusquisque à nequitia sua.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quot locuti sunt, & annuntiaverunt dies istos.* Græc. Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμυὴλ, καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ προκατήγγειλαν τὰς, &c. al. κατήγγειλαν.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Vos estis filii prophetarum, & ejus dispositionis, quam Deus disputavit ad*, &c. ut in Vulgata, præter vocem *patriæ*, pro *familiæ*. Iren. l. 3. c. 12. *tribus terræ;* reliqua verò omnia ut in Vulgata. Fulg. l. 3. de verit. præd. c. 12. p. 490. *gentes terræ.* Græc. πατριαὶ τῆς γῆς.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Vobis primùm Deus suscitavit* (a. manu, *suscitans*) *puerum suum, misit benedicentem vos, in eo cùm avertatur unusquisque à nequitiis suis.* Iren. l. 3. c. 12. *Vobis primùm Deus excitans Filium suum, misit benedicentem vos, ut convertat se unusquisque à nequitiis suis.* Gr. Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν· al. πονηρίας αὐτοῦ· Ms. etiam unus tollit Ἰησοῦν.

## CAPUT IV.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Laudiano.* 1. Loquentibus autem illis ad populum hæc verba, adstiterunt eis sacerdotes, & præpositus templi, & Sadducæi,

2. indignantes propter quòd docerent * ei populum, & prædicarent in Jesum resurrectionem mortuorum:

* *Ms.* eis.

3. & injiciebant eis manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum: erat enim vespera jam.

4. Multi autem, qui audierunt verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinque millia.

5. Factum est autem in crastinum, convenire eorum principes, & seniores, & * Scribas in Hierusalem;

* *Ms.* Scribæ.

6. & Annam * principem sacerdotum, & Caiafam, & Johannem, & Alexandrum, & quot erant ex genere sacerdotali.

* *Ms.* principes.

7. Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine hoc fecistis vos?

8. Tunc Petrus repletus Spiritu sancto, dixit ad eos: Principes populi, & seniores Israel, audite:

**VULGATA NOVA.**

1. Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt sacerdotes, & magistratus templi, & Sadducæi,

2. dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis:

3. & injecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum: erat enim jam vespera.

4. Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia.

5. Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & Scribæ in Jerusalem;

6. & Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali.

7. Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos?

8. Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabrig. *Loquentibus autem eis ad populum verba hæc, adstiterunt sacerdotes, & Sadducæi.* Ms. Reg. n. 5367. vetustissimæ Act. Apost. Versionis fragmentum exhibens, sic habet: *Loquentibus autem illis ad populum verba ista, adstiterunt sacerdotes, & pri..... & Sadducæi.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. a. *Loquentibus autem illis ad pop. hæc verba, insurrexerunt sacerdotes, & pontifex templi, & Sadducæi.* Gr. Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ... καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ, &c. Syr. στρατηγοί. Beda retract. in hunc loc. ait: *Magistratus numero singulari legendum est, quod ex Græco facillimè claret, ubi Στρατηγὸς singulariter scriptum est: pro quo Latinè in quibusdam codicibus Præpositum templi, in aliis rectiùs Prætorem templi scriptum invenimus; nam Græcè Prætor, Στρατηγός; Magistratus autem, sive Princeps, Ἄρχων dicitur.*

℣. 2. Cod. Reg. de quo supra: *dolentes de eo quòd docerent pop. & annuntiarent in Jesu resurrectionem mort...* Ms. Cantabr. *dolore percussi eo quòd docerent ipsi populum, & annuntiarent Jesum in resurrectione mortuorum.* Lucifer Calar. loco sup. cit. *dolentes quòd docerent plebem, & annuntiarent in Jesum resurrectionem mortuorum.* Græc. διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν... καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν· Mss. quidam, εἰς τὸν Ἰησοῦν τὴν ἀνάστασιν· mox alii plures, τῶν νεκρῶν.

℣. 3. Ms. Cantabr. *& inmiserunt eis manus, & posuerunt in adservationem in crastinum: erat enim vespera jam.* Cod. Reg. *& injectis manibus, tenuerunt eos, & tra... custodiæ in crastinum: fuit autem jam vespera.* Lucifer Cal. ubi sup. *& injecerunt in eos manus, & posuerunt in custodia.* Gr. καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς.... καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν, &c. ut in textu Cantabr. Mss. plures, ἔθεντο αὐτούς.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Multi verò eorum, qui audierunt verbum, credid.....* *virorum in quinque millia.* Cod. Reg... *autem.... n, qui audierant, crediderunt: nu.... autem factus ad quinque millia hominum.* Græcum textui Cantabr. consonat, nisi quòd habet in fine, ὡσεὶ χιλιάδες πέντε, pro *in quinque millia:* in Ms. 1. deest ὡσεί.

℣. 5. Ms. Cantabrig. *Contigit autem in crastinum diem, congregati sunt principes, & seniores, & Scribæ in Hierusalem.* Cod. Reg..... *postera die collecti sunt magistratus, & princ.... & seniores, & Scribæ*, &c. Græcum Vulgatæ consonat. Syr. omittit εἰς Ἱερουσαλήμ· Mss. verò plures habent ἐν Ἱερουσαλήμ.

℣. 6. Ms. Cantabr. *& Annas pontifex, & Caiaphas, & Jonathas, & Alexander, & quotquot erant ex genere pontificali.* Cod. Reg. *& pontifex Annas, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot fuerunt de genere pontificali.* Græcum nil differt à textu Cantabr. si excipias unum Ἰωάννην, pro *Jonathas:* Ms. unus in fine habet ἱερατικοῦ· alii omnes, ἀρχιερατικοῦ.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Cùm statuissent eos in medio, interrogabant*, &c. ut in Vulg. deleto *in*, ante *quo nomine.* Cod. Reg. *Et cùm statuissent... um, quærebant in qua virtute, aut in q... id fecissent.* Græc. Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνοντο· Ἐν, &c. ut in textu Cantabr.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Tunc Petrus impletus Spir. sancto, dixit ad eos: Principes hujus pop. & seniores Israel.* Cod. Reg. textui Cantabr. congruit, deleta voce *hujus;* in fine etiam non exhibet verbum *audite*, sed ob corrosam cartham, ut reor. Colbert. habet in principio, *Tunc Petrus repletus Spir.*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

9. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est,

10. notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.

Psalm. 117. 22. Isai. 28. 16. Matth. 21. 42. Marc. 12. 10. Luc. 20. 17. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

11. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli:

12. & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

13. Videntes autem Petri constantiam, & Joannis, comperto quòd homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Jesu fuerant:

14. hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15. Jusserunt autem eos foras extra concilium

## Versio antiqua.

Ex Ms. Laudiano.

9. Si nos hodie judicamur à vobis in benefacto hominis languidi, in quo hic sanatus sit,

10. notum sit omnibus vobis, & omni populo Israel: quia in nomine Domini Jesu Christi Nazoræi, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste adstat coram vos hodie sanus, & in alio nullo.

11. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli:

12. & non est in alio * ullo salus. Nec enim nomen aliud est sub cœlum datum in hominibus, in quo oportet salvos fieri nos.

* Ms. nullo.

13. Videntes autem Petri fiduciam, & Johannis, & comperti quoniam homines inlitterati essent, & privati, mirabantur: cognoscebant autem eos quia cum Jesu erant:

14. hominem quoque videntes cum eis stantem, qui sanatus fuerat, nihil habebant contradicere.

15. Jubentes autem eos foras consilii abire,

## Notæ ad Versionem antiquam.

*sancto;* reliqua verò ut in Vulg. Itidem Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 658. nisi quòd in fine deleat verbum *audite.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 194. c. legit: *Principes populi, & seniores Israelitæ;* deinde, *Si nos*, &c. absque *audite.* Cyprian. l. 2. Testim. p. 292. a. *Principes populi, & seniores Israel, audite.* Itidem Ambr. in Ps. 118. col. 1007. d. sed detracto verbo *audite.* Beda retract. in hunc loc. ait in Græco haberi plus, *& seniores Israel, audite.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Si nos hodie interrogamur à vobis super beneficio hominis infirmi* (l. eademque manu, *super benefacio hominem infirmum*, ) *in quo hic salvus factus est.* Cod. Reg..... *rogamur à vobis super benefacto hominis in.... in quo iste salvatus est.* Iren. l. 3. c. 12. *Si nos hodie redarguimur à vobis in benefacto hominis infirmi, in quo hic salvus est.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 292. a. *Ecce nos hodie interrogamur à vobis super benefacto hominis infirmi, in quo iste salvatus est.* Ambros. in Ps. 118. col. 1007. d. *Si nos hodie dijudicamur quòd benefactum sit homini infirmo, in quo iste salvus factus sit.* Non dissimulandum tamen hunc, & sequentem versum integrum abesse à plerisque Mss. Ambros. sed hoc antiquariorum compendio studentium festinationi tribuendum est, si nostris editoribus fides; saltem in Græco uterque constanter exstat: primò quidem ℣. 9. hoc modo: Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται· Ms. unus addit ἀφ' ὑμῶν, verbo ἀνακρινόμεθα. Apud Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 658. omnia ut in Vulg.

℣. 10. Ms. Cantabr. *notum sit omnibus vobis, & omni populo Israel: quia in nomine Christi Jesu Nazoræi, quem vos cruc. quem Deus... in eo hic adsistit in conspectu vestro sanus.* Cod. Reg. *sit vobis omnibus notum, & omni populo Israel: quoniam in nomine Domini Jesu... Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus excitavit à mortuis, in illo iste in conspectu vestro sanus ad...... in alio autem nullo.* Eadem penè refert Cypr. l. 2. Testim. p. 292. a. nempe: *sit vobis omnibus notum, & omni..... quoniam in nomine Jesu Christi Nazareni..... quem Deus suscitavit à mortuis, in illo iste in conspectu vestro sanus adstat; in alio autem nullo.* Irenæus l. 3. c. 12. legit: *cognitum sit omnibus vobis, & omni populo Israel: quoniam in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus excitavit à mortuis, in hoc hic adstat in conspectu vestro sanus.* Ambros. in Ps. 118. col. 1007. d. *notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quòd in nom. J. C. Nazareni, quem vos*, &c. ut in Vulg. Auctor quæst. N. T. q. 93. *in nomine J. C. Nazareni, quem vos abnegastis, & crucifixistis, hic adstat sanus coram vobis. Nec quidem aliud nomen datum est sub cælo, in quo oporteat salvos fieri:* quæ leguntur infra versu 12. Apud Fulgent. fragm. 37. contra Fab. p. 658. eadem quæ in Vulg. deletis vocibus *Domini nostri.* Græc. textui Cantabr. concinit, nisi quòd sub finem habet, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν, pro *in eo hic adsistit.* Ms. autem unus, post vocem *sanus*, addit καὶ ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ, ut sup. legimus apud Cypr. & in codd. Reg. & Laud. unde Beda retract. in hunc loc. ait in Græco legi: *in hoc iste astat coram vobis sanus hodie, & in alio nullo.*

℣. 11. Ms. Cantabr. *Hic est lapis, qui præjectus est à vobis ædificatoribus, qui factus est in*, &c. ut sup. Cod. Reg. *Hic est lapis, qui contemptus est à vobis, qui ædificatis, qui factus est*, &c. Iren. l. 3. c. 12. p. 194. c. *Hic est lapis spretus* (al. *reprobatus*) *à vobis ædificantibus*, &c. Cypr. l. 2. Testim. p. 292. a. *Hic est lapis, qui contemptus est à vobis ædificantibus, qui*, &c. Ambros. l. 5. de fide, col. 558. a. & Ambrosiaster, col. 85. f. *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui*, &c. August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. b. *Hic est lapis reprobatus à vobis ædificantibus, qui*, &c. ut in textu. Gr. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος, ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων, ὁ, &c. al. οἰκοδόμων. Ap. Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 658. omnia ut in Vulg. usq. ad ℣. 13.

℣. 12. Ms. Cantabr. *& non est in alio quodam. Neque aliud est nomen sub cælo, quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri nos.* Ms. Reg. simpliciter habet: *Non est enim nomen aliud sub cælo datum hominibus, in quo oportet salvari nos.* Itidem legit Cyprianus l. 2. Testim. p. 292. a. omissis etiam his, quæ præcedunt, *& non est in alio aliquo*, vel *ullo, salus.* Hæc pariter omittit S. Irenæus, libro 3. c. 12. p. 194. c. ac legit: *Et non est aliud nomen sub cælo, quod datum sit hominibus, in quo oporteat salvari nos.* Ita quoque August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. b. post vocem *anguli*, subdit: *Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri nos.* Sic etiam Ambros. l. 5. de fide, col. 558. a. detracto *enim:* at l. 2. de Sacram. col. 360. b. *in quo oportet omnes salvos fieri.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 357. b. *Nec enim aliud est nomen sub cælo, quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri nos.* Ambrosiaster, col. 27. b. *Nec enim aliud datum est nomen sub cælo, in quo oporteat nos salvos fieri:* & infra, col. 49. d. *Quia non est aliud nom. datum sub cælo, in quo oporteat salvos fieri.* S. Leo, ser. 29. p. 88. a. *Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri.* Auctor quæst. N. T. q. 93. col. 84. g. *Nec quidem aliud nomen datum est sub cælo, in quo oporteat salvos fieri:* quæ verba adjungit his, quæ leguntur supra ℣. 10. quem vide. In Græco eadem quæ in Vulg. præter vocem οὐδενὶ, pro *aliquo;* & ἐν ἀνθρώποις, pro *hominibus.*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Intuentes verò Petri fiduciam, & Johannis, & adsecuti quia homines sine litteris sunt, admirabantur: cognoscebant autem eos quia cum Jesu erant.* Ms. Reg. *Cùm au..... autem omnes Petri constantiam, & Joannis... quoniam homines inlitterati sunt, & idiotæ..... mirati sunt:* deinde addit, *Videntes autem*, &c. de ℣. seq. translatis posterioribus verbis *& cognoscebant*, &c. in versum 15. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. b. *Videntes Petri constantiam, & Joannis, & comperto quòd homines imperiti sint, & sine litteris, mirabantur: cognoscentes etiam illos quia cum Jesu erant.* Græc. Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν, καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι, καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον· ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν· al. ἐπεγίνωσκον δέ.

℣. 14. Ms. Cantabr. *hominem quoque conspicientes cum ipsis stantem, illumque curatum, nihil habebant contradicere.* Cod. Reg. *videntes autem & illum infirmum..... stantem, curatum, nil potuerunt facere..... contradicere.* Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. b. *hominem etiam videntes cum ipsis stantem, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.* Gr. τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα, τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Mss. plures, τόν τε ἄνθρωπον· mox alii duo, θεωροῦντες· & in fine Cantabr. Gr. εἶχον ποιῆσαι, ἢ ἀντειπεῖν.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Cùm jussissent autem eos extra consilium abire, conferebant ad invicem.* Cod. Reg. *Quidam autem ex ipsis agnoscebant eos quoniam cum Jesu conversabantur. Tunc..... jusserunt foras extra concilium abduci...m, & Joan-*

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Laudiano.* conferebant invicem,

16. dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est * per eos, omnibus habitantibus Hierusalem: manifestum, & non possumus negare.

* *Ms.* per os.

17. Sed ut ne ampliùs * serpant in plebem verba ista, minis minemur eis, ne ultra loquantur in nomine isto ulli hominum.

* *Ms.* serpat.

18. Et arcessientes eos, præceperunt omnino ut non loquerentur, neque docerent in nomine Jesu.

19. Petrus autem, & Johannes respondentes, dixerunt ad eos: Si hoc vobis justum videtur ante * conspectum Dei, vobis magis obaudire quàm Deum, judicate:

* *Ms.* conspectu.

20. non possumus enim nos ea, quæ vidimus & audivimus, non loqui.

21. At illi autem adminitantes dimiserunt eos: nihil invenientes quomodo punirent eos, timentes populum: omnes enim gloriabant Deum in facto isto.

22. Annorum enim erat homo ampliùs quadraginta, in quo factum est signum hoc sanitatis.

23. Illi autem dimissi venerunt ad suos: & annuntiaverunt quanta ad eos seniores, & principes sacerdotum dixerunt.

24. Qui cùm audissent, unanimiter sustulerunt vocem suam ad Deum, & dixerunt: Domine, tu Deus fecisti cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in illis sunt:

## Vulgata nova.

secedere: & conferebant ad invicem,

16. dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Jerusalem: manifestum est, & non possumus negare.

17. Sed ne ampliùs divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.

18. Et vocantes eos, denunciaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu.

19. Petrus verò, & Joannes respondentes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, judicate:

20. non enim possumus quæ vidimus & audivimus non loqui.

21. At illi comminantes dimiserunt eos: non invenientes quomodo punirent eos, propter populum, quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo quod acciderat.

22. Annorum enim erat ampliùs quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

23. Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiaverunt eis quanta ad eos principes sacerdotum, & seniores dixissent.

24. Qui cùm audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt:

## Notæ ad Versionem antiquam.

*nem, & quærebant ab invicem.* Lucif. Calar. ubi sup. *Cùm jussissent autem illos foras extra concilium discedere, conferebant ad invicem.* Gr. Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους· al. συνέβαλλον· quæ textui nostro favent.

℣. 16. Ms. Cantabr. *dicentes: Quid faciamus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per ipsos, omnibus, qui inhabitant Hierus. manifestum est, & non,* &c. ut sup. Cod. Reg. *dicentes: Quid faciemus istis hominibus? nam manifestum est...... factum ab eis, omnibus habitantibus Hierosolymam..... & non possumus negare.* Lucif. Calar. ubi sup. *dicentes: Quid faciemus hominibus his? nam quia notum factum est signum per ipsos, omnibus habitantibus Jerusalem: manifestum est, &,* &c. ut sup. Ita quoque in Gr. nisi quòd habet, ὅτι μὲν γὰρ, pro *nam quia*; deletque *est*, post *manifestum*. Colb. Lat. legit, *& manifestum est.* Alii Græci plures, loco ποιήσομεν, ferunt ποιήσωμεν; unde in textu Cantabrig. *faciamus*. Sed Ambros. in Ps. 118. col. 1007. constanter legit, *Quid faciemus hominibus istis?*

℣. 17. Ms. Cantabr. *Sed ut non ampliùs quid serpat in populum, comminemur ergo eis jam non loqui in nomine hoc cuiquam hominum.* Cod. Reg. *Sed ne plùs .....r in populum verba istorum, comminata .....c non loqui in nomine isto ulli hominum.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. delinq. p. 233. vel 235. b. *Sed ne ampliùs innotescant in populum verba hæc, comminemur illis, ne ampliùs loquantur in nomine hoc ulli hominum.* Gr. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν, &c. ut in Vulg. Ms. unus addit τὰ ῥήματα ταῦτα, post vocem λαόν; & alii quidam tollunt seq. vocem ἀπειλῇ.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Consentientibus autem omnibus notitiam, vocantes eos, præceperunt illis ne omnino loquerentur, neque docerent,* &c. ut sup. Ms. Reg. *...ibus autem ad sententiam, denunciaverunt*; deficit hîc codex. Lucifer. Cal. ubi sup. legit: *Consentientibus autem omnibus, accersentes eos, præceperunt illis ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu.* Græc. Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς, παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ, &c. ut sup. Mss. plures delent αὐτοῖς. August. in Ps. 63. to. 4. col. 625. d. huc alludens dicit: *Comminati sunt, dicentes ne in nomine Jesu prædicarent.*

℣. 19. Ms. Cantabr. *Respondens autem Petrus, & Johannes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei, vestri audire magis quàm Deum, judicate.* Lucif. Cal. loco sup. cit. *Respondentes autem Petrus, & Joannes, dixerunt: Si justum est coram Deo, vos audire potiùs quàm Deum, judicate.* Gr. Ὁ δὲ Πέτρος, καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς, εἶπον· Εἰ, &c. ut in textu Cantabr. Aug. in Ps. 63. to. 4. col. 625. d. alludendo dicit: *Et illi dixerunt: Dicite nobis cui magis obtemperare oporteat, Deo, an hominibus?* Vide infra, c. 5. ℣. 29.

℣. 20. Ms. Cantabrig. *non possumus enim nos quæ vidimus & audivimus,* &c. ut supra. Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. b. eidem textui Cantabr. consonat; sicut & Græcum, nisi quòd habet εἴδομεν, pro *vidimus*; at Ms. Alex. εἴδαμεν.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *At illi comminati dimiserunt eos: nihil invenientes causam, qua punirent eos, propter populum, quoniam omnes clarificabant Deum super quod factum est.* Lucifer Cal. ubi sup. *At illi comminantes dimiserunt eos: non invenientes quomodo punirent eos, propter populum, omnes enim honorificabant Deum in facto.* In Græco similiter: Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ, πῶς κολάσωνται αὐτοὺς, διὰ τὸν λαὸν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι. Syr. & Arab. addunt αἰτίαν, verbo εὑρίσκοντες· deinde Ms. unus tollit τὸ, & paulò post idem habet πάντες γὰρ, pro ὅτι πάντες. Beda retract. in hunc loc. ait: *Melius habetur in Græco:* omnes enim glorificabant Deum in eo, quod factum fuerat. *Et quod in nostris codicibus additum est,* in eo, quod acciderat, *in Græco non habetur. Et quidem* glorificabant, & clarificabant, *ex uno Græco, quod est ἐδόξαζον, solent indifferenter in Latinum transferre.*

℣. 22. Ms. Cantabr. *Annorum autem erat plurimùm xl. is homo, super quem factum est hoc signum sanitatis.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. a. *Annorum enim plusquam xl. erat homo, in quo factum est signum curationis.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. b. *Annorum erat plus xl. homo, in quo factum est signum sanitatis.* Græcum Vulgatæ favet, uno excepto ἐφ' ὃν, *super quem*; at Ms. 1. ἐφ' ᾧ, *in quo*, ut sup.

℣. 23. Ms. Cantabrig. *Dimissi autem venerunt ad suos: & renuntiaverunt quanta ad eos pontifices, & seniores dixerunt.* Lucifer Cal. ubi sup. *Dimissi autem venerunt ad suos: & retulerunt quanta ad illos principes sacerd. & seniores dixerunt.* Græcum textui Cantabr. consonat. Mss. tamen, pro ἀπήγγειλαν, *renuntiaverunt*, legunt ἀνήγγειλαν, ut in Vulg.

℣. 24. Ms. Cantabrig. *At illi cùm audissent, & cognovissent Dei virtutem, unanimiter autem vocem levaverunt ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es Deus qui fecisti cælum, & terr. & mare, & omnia, quæ in eis sunt.* Iren. l. 3. c. 12. *Audientes tota ecclesia, unanimes extulerunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es Deus qui fecisti cælum, & terram, & mare, &,* &c. ut in textu. Lucifer Cal. ubi sup. *At illi cùm audivissent, uno animo levaverunt vocem ad Dominum, & dixerunt: Domine, tu Deus qui fec. cælum, & terram,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. qui Spiritu sancto per os patris nostri David, pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Psalm. 2. 1.

26. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus?

27. convenerunt enim verè in civitate ista adversùs sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populis Israel,

28. facere quæ manus tua, & consilium tuum decreverunt fieri.

29. Et nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30. in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Jesu.

31. Et cùm orassent, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano.

25. *qui patris nostri per Spiritum sanctum os David, pueri tui, dicens: Ut quid fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?

26. Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus?

27. convenerunt enim verè in civitate hac super sanctum filium tuum Jesum, quem unxisti, Herodes quoque, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populo Israel,

28. facere quanta manus tua, & consilium *tuum præfinivit fieri.

29. Et nunc Domine respice super minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30. in eo quòd manum tuam extendes in sanitatem, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti pueri tui Jesu.

31. Et precatis eis, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti credere.

32. Multitudinis autem credentium erat cor & anima una, & non erat separatio in eis ulla: nec

* *Omnia hic inversa. Legendum:* qui per Spiritum S. per os patris nostri David, pueri tui, dicens.

* *Hæc vox* tuum *litteris minusculis est addita à manu recentiori.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& mare, &*, &c. Similiter habet Hilar. tract. in Ps. 2. n. 5. col. 2. e. *Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram, & mare*, &c. ut sup. Accinunt August. l. de prædest. SS. to. 10. col. 812. a. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. c. & Cereal. l. contra Maximin. c. 10. p. 673. b. In Græco sic: Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας, &c. ut in textu, sed absque verbo *sunt*: à Ms. etiam uno abest ὁ Θεός.

℣. 25. Ms. Cantabrig. *qui per Spiritum sanctum per os locutus est David puero tuo: Quare fremuerunt*, &c. ut sup. Iren. l. 3. c. 12. *qui per Spiritum sanctum ore David patris nostri, pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt*, &c. ut supra. Lucifer Calar. ubi sup. *qui per Spiritum sanctum, & os patris nostri David, pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt*, &c. Hilar. tract. in Ps. 2. n. 5. & 9. & August. l. de præd. SS. col. 812. a. *qui per os patris nostri David, sancti pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt*, &c. Cereal. l. contra Maximin. c. 10. p. 673. b. *qui per os sancti pueri tui David dixisti: Quare fremuerunt*, &c. Auctor verò l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. *qui Spiritu sancto per os patris nostri David*, &c. ut in Vulgata. Græc. ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ, τοῦ παιδός σου, εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν, &c. Ms. unus; post παιδός σου, addit ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· alius habet, ὁ Πνεύματι ἁγίῳ διὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν Δαβὶδ, τοῦ παιδός σου, εἰπών· alii quidam, ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Adsisterunt reges terræ, & principes congregati sunt in unum*, &c. ut sup. Irenæus l. 3. c. 12. optimè convenit cum textu Cantabrig. legitque *congregati sunt*. Lucifer verò Cal. loco sup. citato, *convenerunt*, &c. ut in Vulg. cui accinunt Hilarius in Ps. 2. n. 5. col. 2. e. August. l. de prædest. SS. to. 10. col. 812. a. Cerealis l. contra Maximin. c. 10. p. 673. b. & Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 15. p. 26. c. In Gr. Παρέστησαν οἱ..... συνήχθησαν, &c.

℣. 27. Ms. Cantabr. *collecti sunt enim revera in civitate hac super sanctum puerum Jesum, quem unxisti, Herodes verò, & Pontius*, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. de bapt. c. 7. p. 389. c. *collecti sunt enim verè in ista civitate adversùs sanctum filium tuum, quem unxisti*: at l. contra Prax. p. 858. a. *convenerunt enim universi in ista civitate adversùs sanctum filium tuum*, &c. ut sup. Similiter Iren. l. 3. c. 12. *convenerunt enim verè in hac civitate adversùs sanctum filium tuum*, &c. quæ in Vulg. Itidem Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 233. & Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. c. necnon S. Leo ser. 65. p. 141. f. nisi quòd habet *puerum tuum*. Hilar. tract. in Ps. 2. n. 5. & l. 11. de Trin. col. 1093. d. legit: *convenerunt enim in veritate in civitate ista adversùs sanctum tuum filium Jesum, quem unxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, & populus Israel.* Sic etiam August. l. de præd. SS. col. 812. b. si excipias vocem *puerum*, deleasque *Pontius*. Cerealis l. contra Maximin. c. 10. p. 673. b. *convenerunt enim in veritate in civit. ista super puerum tuum J. Christum, quem unx. Herod. & Pont. Pilat. cum Gentibus, & toto Israël.* Cassiod. in Ps. 2. p. 16. b. *convenerunt enim verè in hac..... adversùs S. filium tuum, quem unxisti, Herod. & Pilatus, cum Nationibus, & populis Israel.* Græc. συνήχθησαν γὰρ ἐπ᾽ ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, &c. ut in Vulg. Mss. plerique addunt ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, voci ἀληθείας· unus pro ταύτῃ, ponit σου.

℣. 28. Ms. Cantabr. *facere quæcunque manus tua, & voluntas tua prædestinavit fieri.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. b. *facere quæcunque manus tua, & voluntas tua prædestinaverat fieri*: quæ mirè lectionem Cantabr. adstruunt. Hilar. in Ps. 2. n. 5. col. 2. e. *facere quanta manus tua, & consilium præscripsit fieri.* Itidem apud August. l. de præd. SS. col. 812. b. excepto verbo *prædestinavit*, pro *præscripsit*. Lucif. Cal. ubi sup. *facere quæ manus tua, & consilium præfiniit.* Cerealis l. contra Maximin. c. 10. p. 673. b. *& fecerunt sicut manus tua, & consilium tuum præfinierat.* S. Leo ser. 50. & 65. pp. 119. f. 141. f. Vulgatæ concinit, sicut Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. c. In Gr. sic: ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου, καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι· al. deest σου, post βουλή.

℣. 29. Ms. Cantabr. *Et nunc sunt Domine. Aspice super minacias eorum, & da servis tuis cum fiducia omni*, &c. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. c. & Hilar. in Ps. 2. n. 5. & 9. *Et nunc Domine respice in minas eorum* (Hilar. *illorum*,) *& da*, &c. ut in textu. Græc. Καὶ τὰ νῦν Κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς, &c. ut sup. al. ἔπειδε.

℣. 30. Ms. Cantabr. *in eo cùm manum extendas ad curationem, & signa, & portenta fiant per nomen sancti pueri Jesu.* Lucif. Cal. ubi sup. *dum extendis manus ad sanitates, ac signa, & prodigia facienda per nomen S. filii tui Jesu.* Græc. ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα... γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόμ. τοῦ ἁγίου παιδός σου, &c. Mss. quidam ἐκτείνειν, absque σε. Beda retract. in hunc loc. ait *in Græco* haberi, *per nomen sancti pueri tui Jesu.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *Et cùm obsecrassent ipsi, commotus est locus, in quo erant collecti: & impleti sunt omnes sancto Spiritu, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti credere.* Similiter Iren. l. 3. c. 12. p. 195. *Commotus est enim locus, in quo erant collecti: & repleti sunt omnes Spir. sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti credere.* August. ser. 356. to. 5. col. 1384. g. & 1385. b. *Cùm orassent, motus est locus, in quo erant congregati: & impleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia omni volenti.* Lucifer Cal. ubi sup. *Et cùm orassent, motus est..... congregati: & repleti sunt..... & loqueb. verbum Dei cum omni fiducia*; nec plura. Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 618. e. *repleti Spiritu sancto loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Græcum nil differt à Vulgata: Ms. tamen unus in fine addit, παντὶ τῷ θέλοντι πιστεύειν, cum Mss. Laud. & Cantabr. & Irenæo: unde Beda retract. in hunc loc. ait in Græco haberi additum, *& loquebantur cum fiducia omni volenti credere.*

℣. 32. Ms. Cantabr. *Multitudinis autem eorum, qui crediderunt, erat cor & anima una, & non erat accusatio in eis ulla: & nemo quicquam ex eo, quod possidebant, dicebant suum esse, sed erant eis*, &c. ut sup. Cypr. l. de op. & eleem. p. 246. a. & l. 3. Testim. p. 305. a. *Turba autem eorum, qui crediderant, anima ac mente una agebant, nec fuit inter illos discrimen ullum: nec quicquam suum judicabant ex bonis, quæ ex eis erant, sed fuerunt illis omnia communia*: ita tur-



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* quisquam aliquid ex * bonis suis dicebat suum esse, sed erant eis omnia communia.

* *Ms.* nobis.

33. Et magna virtute reddebant Apostoli testimonium de resurrectione Domini Jesu Christi: gratia quoque magna erat super omnes eos.

34. Nec enim indigens aliquis erat in eis. Quotquot enim possessores prædiorum aut domorum erant, vendentes adferebant pretia venalium,

35. & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem unicuique prout quique opus habebat.

36. Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum Filius obsecrationis) Levites, Cyprius natione,

37. constituto ei prædio, vendens attulit pecuniam, & posuit ad pedes Apostolorum.

### VULGATA NOVA.

possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

33. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis.

34. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant,

35. & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.

36. Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum Filius consolationis) Levites, Cyprius genere,

37. cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sum epist. 7. p. 14. a. & l. de unit. Eccl. p. 203. a. usque ad *nec fuit*. Cypriano penè ad verbum concinit Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 33. ubi sic habet: *Turba autem eorum, qui crediderant, animo ac mente una agebant, nec fuit inter illos discrimen ullum: nec quidquam suum ex bonis putabant, quæ eis erant, sed erant illis*, &c. August. verò serm. 356. to. 5. col. 1384. g. 1385. b. legit: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: & nemo eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed*, &c. ut in Vulg. & epist. 185. to. 2. col. 658. b. *Erat illis anima una, & cor unum: & nemo dicebat aliquid proprium, sed*, &c. ut sup. & tract. 14. in Joh. tom. 3. col. 405. b. *Erat illis anima una, & cor unum in Domino:* ita rursus tract. 18. col. 432. b. excepto *ad Deum*, pro *in Domino*. Hilar. l. 1. & 8. de Trin. col. 780. c. 950. e. *Multitudinis autem credentium erat anima & cor unum:* & in Psal. 132. col. 461. b. *Erat enim omnium credentium cor & anima una:* & in Ps. 65. & 67. col. 180. c. 194. d. *Erat credentium anima & cor unum:* & in Ps. 121. col. 386. b. *Erat autem omnium, qui credebant, cor & anima unum*. Ambros. in Ps. 47. col. 939. c. *Multitudo credentium habebat unam animam, & cor unum:* & l. de Isaa. c. 7. col. 375. e. *Multitudo autem credentium habebat cor unum, & animam unam, & non erat separatio in eis ulla*. Maxim. Taurin. p. 45. d. *Erat autem credentium cor atque anima una: & nemo quidquam ex eo, quod possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis*, &c. ut in textu. Gr. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν, &c. Ms. unus habet, καρδία μία, καὶ ἡ ψυχὴ μία· deinde alter addit, καὶ οὐκ ἦν χωρισμὸς ἐν αὐτοῖς τις. Beda retract. in hunc loc. ait: *Cùm dictum esset*, Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una; *& hîc in Græcis exemplaribus, quod nostri codices non habent, adjunctum est*, Et non erat separatio in eis ulla; *ac deinde, quod & in nostris codicibus continetur, sublatum*, Nec quisquam illorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Et virtute magna reddebant testim. Apost. resurrectionem Domini J. C. gratia magna erat super eos omnes*. Iren. l. 3. c. 12. p. 195. e. *Virtute magna reddebant testimonium Apostoli resurrectionis Domini Jesu*. August. ser. 356. to. 5. col. 1384. g. & 1385. b. *Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini Jesu: gratiaque magna erat super omnes illos*. Ita quoque Græcum habet. Mss. tamen quidam ferunt Ἰησοῦ Χριστοῦ, loco τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· alii, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Nec enim inops quisquam erat in eis. Quotquot possessores erant prædiorum aut domûm, vendentes & adferebant pretia, quæ veniebant*. August. ser. 356. to. 5. col. 1385. a. b. & c. *Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores prædiorum vel domorum erant, vendentes afferebant pretia illorum, & pon.* &c. itidem legit tract. 119. in Joh. to. 3. col. 802. f. ab his, *Quotquot enim*. Maxim. Taurin. p. 45. d. *vendebant prædia, & domos suas, & pretia venditorum ante pedes Apostolorum ponebant*. Gr. Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. Ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων· Ms. unus delet ὑπῆρχεν, cujus loco ponunt alii ἦν.

℣. 35. Ms. Cantabr. *& ponebant ad pedes Apostolorum. Distribuebantur verò singulis secundùm cuique opus erat*. August. tract. 119. in Joh. to. 3. col. 802. f. *& ponebant ad pedes Apostolorum. Distribuebatur autem unicuique prout opus erat:* similiter habet ser. 356. to. 5. col. 1385. b. & c. præter *cuique*, additum ante *opus erat:* itidem l. de reg. ad servos Dei, to. 1. col. 789. b. at epist. 211. to. 2. col. 783. c. legit, *Et distribuebatur singulis prout cuique*, &c. ut sup. Græc. Διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Mss. plures, καθ' ὅ τις χρείαν, &c.

℣. 36. Ms. Cantabr. *Joseph autem, qui..... (quod est interpr. Filius exhortationis) Cyprius, Levita genere*. Græcum Vulgatæ favet, si exceperis in principio Ἰωσῆς δὲ, ὁ ἐπικληθείς· at in Mss. pluribus Ἰωσήφ.

℣. 37. Ms. Cantabrig. *cùm esset ei ager, venundato eo, adtulit hanc pecuniam, & posuit juxta pedes Apostolorum*. Gr. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς, &c. ut sup. Mss. quidam initio ferunt, ὑπάρχοντα αὐτοῦ ἀγρόν· mox unus, πωλήσας αὐτὸν, καὶ ἤνεγκε.

# CAPUT V.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* 1. IN eodem autem tempore, vir quidam Ananias nomine, cum Sappira uxore sua, vendidit possessionem,

* *Ms.* præris.
* *Ms.* uxoris suæ.

2. & fraudavit de * pretio, conscientе & * uxore sua: & adferens partem aliquam, ante pedes Apostolorum posuit.

3. Dixit autem ad illum Petrus: Anania, quare

### VULGATA NOVA.

1. VIr autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum,

2. & fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua: & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.

3. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Quidam autem vir nomine Ananias, cum Sapphira uxore sua, vendidit possessionem*. Græc. Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ.... ἐπώλησε κτῆμα. Mss. plures, Σαπφείρᾳ.

℣. 2. Ms. Cantabr. *& subtraxit de pretio, conscia uxore sua: & cùm adtulissent partem quandam, juxta pedes Apostol. posuit*. Gr. καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· καὶ ἐνέγκας, &c. ut in Vulg.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Dixit autem Petrus ad Ananian: Utquid adimplevit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & intercipere te ex pretio* (Ms. *pretium*) *prædii?* Beda quoque comment. in hunc loc. ad hæc Vulgatæ verba, *Anania, cur tentavit*, &c. observat *in alia Translatione juxta Græcum exemplar ita legi: Anania, quare implevit satanas cor tuum?* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 203. b. *Utquid replevit satanas cor tuum, mentiri Spiritui sancto, ut subtra-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

4. Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

5. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & exspiravit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt.

6. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & efferentes sepelierunt.

7. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introivit.

8. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti.

9. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium; & efferent te.

10. Confestim cecidit ante pedes ejus, & exspiravit. Intrantes autem juvenes, invenerunt il-

VERSIO ANTIQUA.

implevit satanas cor tuum, * mentiri te in Spiritum sanctum, & usurpare de pretio possessionis? Ex Ms. Laudiano. * Ms. mentire te Spiritum sanctum.

4. Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua potestate erat? Quid utique posuisti in corde tuo rem hanc? Non * es mentitus hominibus, sed Deo. * Ms. est.

5. Statimque audiens Ananias verba hæc, cecidit, & exspiravit. Et factus est timor magnus super omnes audientes hæc.

6. Surgentes autem protinus adolescentes, collexerunt eum, & traducentes sepelierunt.

7. Factum est autem quasi horarum trium intervallum, & uxor ipsius, ignorans quod factum esset, introivit.

8. Ad quam Petrus ait: Dic mihi, si tanti agrum vendidistis? Illa autem dixit: Etiam tanti.

9. Dixit autem Petrus ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt maritum tuum, stant ad ostium; & efferent te.

10. Cecidit autem confestim ante pedes ejus, & exspiravit. Ingressi autem adolescentes, inve-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*beres de pretio prædii?* & infra, *Utquid replevit.... ut fuisses mentitus Sp. S.* Cypr. l. 3. Testim. p. 315. b. *Cur implevit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto:* tum addit, *cùm esset fundus in tua*, &c. de ℣. 4. Similiter S. Valerian. homil. 4. *Implevit, Anania, iniquitas cor vestrum, mentiri Sp. sancto, cùm esset fundus*, &c. Ambros. verò l. 3. de Spir. S. col. 676. a. *Anania, cur implevit satanas cor tuum, ad mentiendum Spiritui sancto, ut fraudem faceres de pretio agri?* at l. 2. col. 612. e. *Anania, quid tibi visum est tentare, & mentiri Spiritui sancto?* August. quæst. 59. in Exod. to. 3. col. 439. e. *ausus es mentiri Spiritui sancto?* Victor Vit. l. 3. de pers. Afr. p. 43. c. cum Auct. quæst. N. T. q. 97. col. 89. f. *Anania, quare satanas replevit cor tuum, ut mentireris Spir. sancto?* Cerealis l. contra Maximin. c. 11. p. 673. c. *Quid est quod implevit satanas cor tuum, mentiri Sp. sancto?* Vigil. Taps. l. 2. cont. Ari. *Utquid satanas implevit cor tuum, mentiri te Spir. sancto?* & l. 7. de Trin. *Quare satanas implevit cor tuum, ad mentiendum Spiritui S.* & l. 10. *Quare complevit satanas cor tuum, ut mentireris Sp. sancto?* & l. 12. *Quid quod tentavit satanas cor tuum, ut mentireris Sp. sancto, & subtraheres à pretio fundi?* Arnobius l. de Trin. p. 230. c. *Quid utique convenit tibi, & uxori tuæ, mentiri Spiritui sancto?* deinde: *Non estis hom. mentiti, sed Deo.* Similiter Hieronym. in Isai. 63. to. 3. col. 469. b. *Quare convenit vobis mentiri Spiritui sancto? Non estis hominibus mentiti, sed Deo:* quæ pertinere videntur ad ℣. 9. Breviar. fid. contra Arian. Sirm. to. 1. p. 387. c. *Quis compulit te mentiri Spir. sancto?* Fulg. epist. 1. p. 149. *Anania, cur implevit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, ut fraudares de pretio agri?* at l. pro fide cath. p. 542. *Quare tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui S.* Græc. Ἀνανία, διατὶ ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν..... ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; Mss. quidam ferunt ἐπείρασεν, pro ἐπλήρωσεν· & alii paulò post, εἰς τὸ Πνεῦμα.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Nonne manens tibi manebat, & distractum in tua potestate erat? Quid utique posuisti in corde tuo facere dolosè rem istam? Non es*, &c. ut sup. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 203. b. *Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quid est quod posuisti in corde tuo rem istam? Non es mentitus*, &c. ut sup. Itidem August. serm. 148. to. 5. col. 703. d. usque ad *Quid est.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 676. a. *Ita nonne manens tibi manebat, & venditus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Non es hom. mentitus*, &c. Avit. Vien. ep. 3. Sirm. to. 2. p. 31. c. *Nonne manens tibi manserat, & de promittendo in tua potestate pendebat?* & infra, p. 159. c. *Non es mentitus hom.* &c. Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 743. h. *Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quare voluisti tentare Spiritum sanctum, ut subtraheres de pretio prædii? Non es mentitus hom.* &c. similiter habet l. 10. & 12. de Trinit. *Non es mentitus hom.* &c. Ita quoque Vict. Vit. l. de pers. Afr. p. 43. c. Cerealis l. cont. Maximin. c. 11. p. 673. c. & Breviar. fid. contra Arian. p. 387. Auct. verò quæst. N. T. q. 97. col. 89. f. *Non enim hominibus es mentitus, sed Deo.* S. Valerian. hom. 4. Sirm. to. 1. p. 628. e. verbis sup. citatis *mentiri Spir. S.* statim subjungit, *cùm esset fundus in vestra potestate? Non hominib. mentiti estis, sed Deo.* Similiter Cypr. l. 3. Testim. p. 315. b. post eadem verba statim addit, *cùm esset fundus in tua potestate? Non hom. mentitus es, sed Deo.* Fulg. epist. 1. p. 149. *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quid utique fecisti hoc? Non hom. mentitus es, sed Deo.* Arnob. l. de Trin. p. 230. c. *Non estis hominibus mentiti, sed Deo.* In Græco sic: Οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; Τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Ms. Cantabrig. *Audiens autem Ananias sermones hos, subitò cùm cecidisset, obriguit. Et factus est timor mag. super omnes, qui audiebant.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 203. b. *Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit, & exspiravit. Et factus est tim. mag. super omnes, qui audiebant.* Ita quoque in Græco est, nisi excipias πεσὼν ἐξέψυξε, pro *cecidit, & exspir.* Ms. etiam unus in principio habet Καὶ εὐθέως ἀκούων, *Et subitò audiens.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *Cùm surrexissent autem juvenes, involverunt eum, & cùm extulissent, sepelierunt.* Lucif. Cal. ubi sup. *Surgentes autem adolescentes, sustulerunt eum, & euntes sepelierunt.* Gr. Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι, συνέστειλαν αὐτὸν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Factum est quasi horarum trium spatium, & uxor ejus, nesciens quod factum erat, introivit.* Lucifer Cal. ubi sup. *Factum est autem intervallum horarum ferè trium, & uxor ejus, nesciens quod erat factum, intravit.* Græc. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, &c. ut supra.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Dixit autem ad eam Petrus: Dic mihi, si tanti prædium vendidistis? At illa dixit: Etiam tantùm.* Lucifer Cal. loco cit. *Dixitque ad illam Petrus: Dic mihi, si tanti prædium vendidisti? Illa verò ait: Tanti.* Gr. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος· Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε, &c. ut in Vulgata: Ms. unus in principio habet: Πρὸς ἣν ὁ Πέτρος ἔφη· al. Πρὸς αὐτήν.

℣. 9. Ms. Cantabr. *Petrus verò ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium; & efferent te.* Lucifer Cal. ubi sup. post vocem *Tanti*, statim subjungit: *Quid convenit inter vos tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, in ostio sunt; & efferent te.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 675. d. & 676. b. *Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini?* at sup. l. 2. col. 612. e. *Quid vobis visum est tentare Sp. Domini?* Vigil. Taps. l. 12. de Trinit. *Quid quod convenit vobis tentare*, &c. Avit. Vien. ap. Sirm. to. 2. p. 159. c. *Quid convenit inter vos mentiri Spiritui sancto?* In Græco sic: Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν· Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ, &c. ut in textu. Basilius, post *Spiritum Domini*, addit, Οὐκ ἐψεύσασθε ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· sicut etiam legisse videntur Hieron. in Isai. 63. & Arnob. de Trin. quos vide sup. not. ad ℣. 3.

℣. 10. Ms. Cantabrig. *Et cecidit confestim ad pedes ejus, & perobriguit. Cùmque introissent juvenes, invenerunt eam mortuam; & cùm extulissent, sepelierunt ad virum suum.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 203. b. *Et protinus cecidit ante pedes ejus, & exspiravit.* Gr. Ἔπεσε δὲ παραχρῆ-



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Laudiano. nerunt eam mortuam, & efferentes sepelierunt ad maritum suum.

11. Et factus est timor magnus in omnem ecclesiam, & in omnes, qui audiebant hæc.

12. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in populo. Et erant unanimiter omnes in templo congregati, in portico Solomonis.

13. Cæterorum verò nemo audebat conjugere eis: sed magnificabat eos plebs.

14. Magis autem adjiciebantur credentes Domino, multitudo virorum quoque, & mulierum,

15. ita ut in plateis ejicerent ægrotos, & ponerent ante eos in lectulis & * grabatis, ut, veniente Petro, vel umbra ejus obumbraret alicui eorum, & liberarentur ab omni valetudine, quam habebant.

* Ms. crabattis.

16. Quamobrem concurrebat & multitudo conjunctarum civitatum in Jerusalem, adferentes secum infirmos, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur universi.

17. Et hæc videns, exsurgens princeps sacerdotum, & omnes, qui cum eo (constituta hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo:

18. & injecerunt manus suas in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

19. Angelus autem Domini per noctem aperuit ostia carceris, cùmque eduxisset eos, dixit:

20. Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.

21. Exeuntes autem de carcere, introierunt diluculo in templo, & docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, * convocaverunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt in carcerem, adducere eos.

* Ms. convocaberant.

**Vulgata nova.**

lam mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum.

11. Et factus est timor magnus in universa ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc.

12. Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.

13. Cæterorum autem nemo audebat se conjungere illis: sed magnificabat eos populus.

14. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum,

15. ita ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.

16. Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

17. Exsurgens autem princeps sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo:

18. & injecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

19. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit:

20. Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.

21. Qui cùm audissent, intraverunt diluculo in templum, & docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem ut adducerentur.

## Notæ ad Versionem antiquam.

μα παρὰ τὺς πόδας αὐτῦ, ϗ ἐξέψυξεν. Εἰσελθόντες δὲ..... ϗ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν, &c.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *Et factus est timor magnus super totam ecclesiam, & super omnes, qui audierunt hæc.* Quibus Græcum suffragatur, nisi quòd habet τὺς ἀκύοντας, pro *qui audierunt.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *Per manus verò Apostolorum fiebant signa, & portenta multa in populo. Et erant pariter universi in tem* (sup. *plo*) *in porticum Solomonis.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 233. vel 235. e. *Per manus autem Apostol. fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant uno animo omnes in porticu Solomonis.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd pro *Salomonis*, habeat Σολομῶντος· al. Σολομῶνος.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Nec quisquam ex cæteris curabat adhærere eis: sed magnificabat eos populus.* Lucifer Calar. ubi sup. *Cæterorum autem nemo audebat ad illos accedere: sed magnificabat illos plebs.* Gr. Τῶν δὲ λοιπῶν ὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς, &c. ut in Vulgata.

℣. 14. Ms. Cantabrig. *Magisque adjiciebantur credentes Domino, multitudo virorumque, & mulierum.* Lucifer Cal. ubi sup. *Magisque augebatur credentium in Domino*, &c. ut in Vulgata. Græc. textui Laud. consonat, & habet, Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε, ϗ, &c. at Ms. unus, προσετίθετο πιστευσάντων τῷ, &c. alii tres, προσετίθεντο οἱ πιστεύοντες, &c.

℣. 15. Ms. Cantabr. *ita ut in plateis inferrent infirmos eorum, & ponerent in lectulis & grabattis, ut venientis Petri vel umbra inumbraret quemcunque illorum: & liberabantur ab omni valetudine, quam habebant.* Lucif. Cal. loco cit. *ita ut in plateis ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabbatis, ut, veniente Petro, vel umbra obumbraret aliquem eorum: & liberabantur ab infirmitate sua.* Gr. ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τὺς ἀσθενεῖς, ϗ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν ϗ..... ἵνα ἐρχομένυ Πέτρυ κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν· Ms. quidam addit αὐτῶν, voci ἀσθενεῖς; & alii plures habent κλιναρίων, pro κλινῶν· subinde unus addit αὐτῦ, ad vocem σκιὰ, cum Syr. & Arab. aliusque, ἀπηλλάσσοντο γὰρ ἀπὸ πάσης ἀσθενείας ἧν εἶχεν ἕκαστος, post τινὶ αὐτῶν· al. ἀπαλλάσσωνται πάντες ἀπὸ ἀσθενειῶν αὐτῶν.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Conveniebat verò multitudo finium undique in Hierusalem, ferentes infirmos, & qui vexabantur ab spiritibus immundis: qui curabantur universi.* Lucif. Calar. ubi sup. *Concurrebat autem multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, portantes infirmos, & eos, qui à spiritibus immundis vexabantur: & omnes sanabantur.* Græc. Συνήρχετο δὲ ϗ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερυσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς, ϗ ὀχλυμένυς ὑπὸ, &c. ut in textu Laud.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Cùm surrexisset autem pontifex, & omnes, qui cum ipso (quæ est secta Sadducæorum) impleti sunt æmulationem.* Lucifer Calar. ubi sup. *Exsurgens autem princeps sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (hæresis Sadducæorum) repleti sunt invidia.* Græcum Vulgatæ consonat, detracto verbo *erant.* At Beda retract. in Act. dicit: *Hæc lectio in Græco ita incipit, respiciens ad priora: Et videns hæc, exsurgens princeps sacerdotum:* quod textui Laud. favet.

℣. 18. Ms. Cantabr. *& miserunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in adservatione publica: & abierunt unusquisque in domicilia.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 233. e. simpliciter: *& injecerunt manus Apostolis, & posuerunt illos in custodiam.* Græc. ϗ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὺς, &c. ut in Vulgata. Mss. plures tollunt αὐτῶν.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Per noctem verò Angelus Domini aperuit januas carceris, cùmque duxisset eos, dixit.* Lucifer Cal. loco sup. cit. *Angelus autem Domini aperuit januas carceris, & eduxit illos, dicens.* Gr. Ἄγγελος δὲ Κυρίυ διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς.... ἐξαγαγών τε αὐτὺς, εἶπε. Mss. quidam scribunt ἀνοίξας, pro ἤνοιξε.

℣. 20. Ms. Cantabrig. textui Laud. favet, si exceperis *populo*, pro *plebi; & ejus*, loco *hujus.* Lucifer Cal. ubi sup. *Ite, & stantes in templo loquimini omnia verba vitæ hujus.* Græc. textui consonat, & Vulgatæ.

℣. 21. Ms. Cantabr. *Cùm audissent autem, introierunt sub antelucem in templum, & docebant. Cùmque venisset pontifex, & qui cum ipso, exsurgentes ante lucem, & convocaverunt concilium, & omnem senatum filiorum Israel: & miserunt ad carcerem, adduci eos.* Lucifer Calar. loco cit. *Cùm hæc itaque audissent, introierunt sub luce in templum, & docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt concilium, & omnem congregationem filiorum Israel: & miserunt ad carcerem ut adducerentur.* Gr. Ἀκύσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν, ϗ ἐδί-

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| 22. Cùm autem veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inveniſſent illos, reverſi nunciaverunt, | 22. Miniſtri autem advenientes, non invenerunt eos in carcerem : reverſi autem pronunciaverunt, *Ex Mſ. Laudiano.* |
| 23. dicentes : Carcerem quidem invenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante januas : aperientes autem neminem intus invenimus. | 23. dicentes : Quoniam carcerem invenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ad oſtium : aperientes autem intus neminem invenimus. |
| 24. Ut autem audierunt hos ſermones magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. | 24. Ut autem audierunt verba hæc ſacerdotes, & magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, mirari cœperunt, & confundebantur mente de his, * quidnam vult eſſe hoc. ** Mſ. quinam.* |
| 25. Adveniens autem quidam nunciavit eis : Quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in templo ſtantes, & docentes populum. | 25. Adveniens autem quidam nunciavit eis : Quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcere, ſunt in templo ſtantes, & docentes plebem. |
| 26. Tunc abiit magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi : timebant enim populum ne lapidarentur. | 26. Tunc abiit magiſtratus in templo cum miniſtris, * & adduxit eos non cum vi : timebant enim populum ne lapidarentur. ** In Mſ. deeſt &.* |
| 27. Et cùm adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio : Et interrogavit eos princeps ſacerdotum, | 27. Cùm autem adduxiſſent eos, ſtatuerunt in concilio : Et interrogavit eos princeps ſacerdotum, |
| 28. dicens : Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto : & ecce repleſtis Jeruſalem doctrina veſtra : & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. | 28. dicens : Nonne præcipiendo præcepimus vobis ne doceatis in nomine hoc? & ecce repleſtis Jeruſalem doctrinæ veſtræ : & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis hujus. |
| 29. Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt : Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. | 29. Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt : Obedire oportet Deo magis, an hominibus? |
| 30. Deus patrum noſtrorum ſuſcitavit Jeſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno. | 30. Deus patrum noſtrûm ſuſcitavit puerum ſuum Jeſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno. |
| 31. Hunc principem, & ſalvatorem Deus exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum : | 31. Hunc Deus principem, & ſalvatorem exaltavit dextera ſua, dare pœnitentiam Iſrael, & remiſſionem peccatorum : |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

σαζον. Παραγενόμενος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον, καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν...... καὶ ἀπέστειλαν εἰς δεσμωτήριον, ἀχθῆναι αὐτούς.

℣. 22. Mſ. Cantabrig. *Miniſtri verò cùm veniſſent, & aperuiſſent carcerem, non invenerunt eos intùs : reverſi ſunt, & renuntiaverunt.* Lucif. Cal. ubi ſup. *Venerunt autem miniſtri, & non invenerunt illos in carcere : & regreſſi renuntiaverunt.* Græc. Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν. Mſs. quidam, poſt verbum παραγενόμενοι, addunt καὶ ἀνοίξαντες τὴν φυλακήν· & unus, pro ἐν τῇ φυλακῇ, ponit ἔσω.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *dicentes : Quia carcerem invenimus cluſum in omni diligentia, & vigiles ſtantes ad oſtium : aperientes intus neminem invenimus.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 233. vel 235. c. *dicentes : Quoniam carcerem quidem clauſum invenimus in omni diligentia, & cuſtodes ſtantes in janua : cùm aperuiſſemus autem, neminem intus invenimus.* Græc. λέγοντες· Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἔξω ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, &c. ut ſup. A Mſs. quibuſdam abeſt μὲν, ante δεσμωτήριον; ſicut paulò poſt ἔξω, à pluribus aliis.

℣. 24. Mſ. Cantabrig. *Ut verò audierunt ſermones hos prætorque templi, & ipſi pontifices, hæſitabant de eis, quidnam fieret de hoc.* Lucifer Cal. ubi ſup. *Ut autem audierunt hos ſermones magiſtratus templi, & principes ſac. hæſitabant de illis, quid illud eſſet.* Græc. Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ, τε ἱερεὺς, καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. A Mſs. quibuſdam abeſt ἱερεύς. At Beda retract. in Act. auctor eſt in Gr. plus haberi : *Ita enim*, infit, *ſcriptum eſt : Ut audierunt autem verba hæc ſacerdotes, & magiſtratus* (ſup. *prætor*) *templi, & principes ſacerdotum, mirabantur, & ambigebant de illis, quidnam vult hoc eſſe* : quæ mirè lectionem textûs noſtri Laud. adſtruunt.

℣. 25. Mſ. Cantabrig. *Cùm veniſſet autem quidam, adnuntiavit eis : Quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem, ſunt,* &c. ut in Vulgata. Lucif. Cal. loco ſup. cit. *Adveniens autem quidam, renuntiavit illis, dicens : Ecce viri, quos poſuiſtis in cuſtodia, in templo ſunt,* &c. ut in Vulg. Ita quoque Græcum habet, poſito Ὅτι, *Quia*, poſt *dicens*; Mſs. etiam plures delent λέγων, *dicens*.

℣. 26. Mſ. Cantabrig. *Tunc cùm abiiſſet ipſe prætor cum miniſtris, deducebant eos* (ſupp. *non*) *cum vi : timebant enim*, &c. ut ſup. Lucifer Calar. ubi ſup. *Tunc abiit princeps cum miniſtris, & adduxit illos non cum vi : timebant etenim*, &c. ut in textu. Græc. Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ, &c.

℣. 27. Mſ. Cantabr. *Cùmque adduxiſſent eos*, &c. ut ſup. ſi excipias vocem *pontifex*, loco *princeps ſacerdotum*. Lucifer Calar. ubi ſup. *Cùm autem adduxiſſent eos, ſtatuerunt eos in concilium : Et interrogavit eos ſacerdos.* Græcum textui Laud. favet.

℣. 28. Mſ. Cantabrig. *dicens : Denunciatione præcepimus vobis non docere in nom. hoc : ecce impleſtis Hieruſalem doctrina veſtra : & vultis adducere ſuper nos ſang. hom. hujus.* Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 233. g. h. eadem refert quæ in Vulg. exceptis his, *in hoc nomine... hom. illius.* Prædeſt. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 528. a. *dicentes eis : Prædiximus vobis ne prædicaretis hoc nomen : vos autem repleſtis omnes* (Mſ. Auguſt. *repletis totum mundum*) *doctrina veſtra.* Gr. λέγων· Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ, &c. ut in textu Laud. Mſs. tamen quidam delent interrogationem Οὐ. At Beda retract. in Act. eandem confirmat, dicens : *Conſequentius habetur in Græco :* Nonne præcipiendo præcepimus vobis? *namque ita loqui magis interroganti convenit.* Et Chryſoſt. legit Οὐχὶ, ſi Millio fides.

℣. 29. Mſ. Cantabr. *Petrus verò reſpondit ad eos : Obtemperare Deo oportet magis, quàm hominibus.* Lucifer Cal. ubi ſup. *Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli, dicentes : Utrum obedire oportet Deo, an hominibus?* Prædeſtin. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 546. d. *Melius eſt enim obaudire magis Deo, quàm hominibus.* Auguſtinus in Pſ. 63. to. 4. col. 625. d. legit *obtemperare.* Gr. Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Beda autem retract. in Act. ait interrogativè legi in Græco : *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus? Et aptè*, infit, *ſtultam ac temerariam pontificis interrogationem Apoſtoli fixa ac prudenti reſponſione refutarunt.*

℣. 30. Mſ. Cantabrig. *Deus patrum noſtrorum ſuſcitavit Jeſum, quem vos interfeciſtis, ſuſpenſum ligno.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. e. *Deus patrum noſtrorum excitavit Jeſum, quem vos apprehendiſtis, & interfeciſtis, ſuſpendentes in ligno.* Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. c. *Deus patrum ſuſcitavit Jeſum, quem vos interfeciſtis, ſuſpendentes in ligno.* Græcum Vulgatæ favet. At Beda retract. in Act. auctor eſt in Græco legi, *puerum Jeſum*, ut etiamnum habet textus noſter Laud.

℣. 31. Mſ. Cantabr. *Hunc Deus ducem, & ſalvatorem exaltavit caritate* (f. *claritate*) *ſua, dare pœnitentiam Iſrael, & remiſſ. peccatorum in ipſo.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. e. *Hunc Deus principem, & ſalvatorem exaltavit gloria ſua, dare*, &c.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. 32. & nos ſumus ejus teſtes verborum horum, & Spiritum autem ſanctum, quem dedit Deus obedientibus ſibi.

33. At illi audientes hæc, diſſecabantur, & cogitabant interficere eos.

34. Surgens autem quidam de concilio eorum Phariſæus, nomine Gamalihel, legiſdoctor honorabilis univerſæ plebi, juſſit foras modicùm Apoſtolos fieri:

35. dixit autem ad eos: Viri Iſraelitæ, atten-
* Mſ. ſeipſis. dite * vobis ipſis de hominibus iſtis quid eſtis acturi.

* Mſ. hoc. 36. Ante * hos enim dies ſurrexit Theudas, dicens eſſe aliquem ſe magnum, cui conſenſit virorum numerus quaſi quadringentorum: qui interfectus eſt: & omnes, qui conſenſerunt ei, diſ-
* Mſ. macti. ſoluti ſunt, & * facti ſunt in nihilum.

37. Poſt hunc ſurrexit Judas Galilæus in die-
* Mſ. proctionis, bus * proſcriptionis, & ſeduxit multam plebem
Gr. ἀπογραφῆς. poſt ſe, & ille periit: & omnes, qui obaudierant ei, diſperſi ſunt.

38. Et nunc dico vobis, diſcedite ab hominibus his, & ſinite eos, non coinquinantes manus veſtras: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium iſtud, aut opus hoc, diſſolvetur:

39. ſi autem ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere eos, neque vos, neque magiſtratus veſtri: nequando & Deo repugnantes inveniamini. Qui conſentientes ei,

40. & vocaverunt Apoſtolos, & cæſos eos præcipiebant ne loquerentur ulli in nomine Jeſu, & dimiſerunt eos.

41. Illi igitur ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam pro nomine Domini Jeſu dignati eſſent contumeliam pati.

## VULGATA NOVA.

32. & nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi.

33. Hæc cùm audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos.

34. Surgens autem quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legiſdoctor honorabilis univerſæ plebi, juſſit foras ad breve homines fieri,

35. dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper omnibus iſtis quid acturi ſitis.

36. Ante hos enim dies exſtitit Theodas, dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occiſus eſt: & omnes, qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.

37. Poſt hunc exſtitit Judas Galilæus in diebus profeſſionis, & avertit populum poſt ſe, & ipſe periit: & omnes, quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt.

38. Et nunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur:

39. ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud, ne fortè & Deo repugnare inveniamini. Conſenſerunt autem illi.

40. Et convocantes Apoſtolos, cæſis denuntiaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jeſu, & dimiſerunt eos.

41. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut in textu Laud. Itidem legit Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. c. niſi quòd voci *peccatorum*, addit *in illo*. Græc. Vulgatæ favet.

℣. 32. Mſ. Cantabr. *& nos ipſi teſtes ſumus omnium verborum horum, & Spiritum ſanctum, quem dedit Deus iis, qui obtemperant ei.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. e. *& nos in eo teſtes ſumus ſermonum horum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus credentibus ei.* Græc. καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. A Mſs. quibuſdam initio abeſt ἐσμὲν αὐτοῦ, ſicut δὲ, poſt Πνεῦμα.

℣. 33. Mſ. Cantabr. *At illi audientes, diſcruciabantur, & cogitabant interficere eos.* Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 233. g. *Audientes autem hæc, fremebant, & cogitabant eos occidere.* Græc. Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. Mſs. plures, Οἱ δὲ ἀκούοντες· alii addunt ταῦτα.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Cùm ſurrexiſſet autem quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legiſdoctor honorabilis apud omnem populum, juſſit Apoſtolos puſillùm foras facere.* Græcè: Ἀναστὰς δέ... τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς Ἀποστόλους ποιῆσαι. A Mſs. quibuſdam abeſt τι; alii, loco Ἀποστόλους, legunt ἀνθρώπους; & Chryſoſt. in fine γενέσθαι, loco ποιῆσαι.

℣. 35. Mſ. Cantabr. *dixitque ad principes, & concilium: Viri Iſraelitæ, adtendite vobis ſuper iſtis hominibus quidnam incipiatis agere.* Gr. εἶπέ τε πρὸς αὐτούς·..... προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς... τί μέλλετε πράσσειν.

℣. 36. Mſ. Cantabr. *Ante hos enim dies ſurrexit Theudas, dicens eſſe quemdam magnum ipſorum, cui adſenſum eſt numeri virorum quaſi quadringentorum: qui interfectus eſt: & omnes, quotquot obtemperabant ei, facti ſunt nihil.* Hieron. l. 3. in epiſt. ad Tit. to. 4. col. 433. e. *Ante hos enim dies ſurrexit Theodas, dicens quemdam ſe eſſe magnum, cui appoſiti ſunt viri quaſi tria millia.* Græcè: Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη· καὶ πάντες, ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν· Mſ. unus habet Θεαύδας; ſubinde alii plures addunt μέγαν, ad ἑαυτόν· quidam ſcribunt προσεκλίθη, loco προσεκολλήθη; alii, προσεκλήθη, al. προσετέθη.

℣. 37. Mſ. Cantabr. *Poſt hunc ſurrexit Judas Galilæus in diebus profeſſionis, & alienavit populum poſt ſe, & ille periit: & qui credebant illi, diſperſi ſunt.* Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. col. 433. e. *Et poſt hunc ſurrexit in diebus cenſûs Judas Galilæus.* Græc. Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ, κἀκεῖνος ἀπώλετο· καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν· Mſ. unus delet vocem ἱκανόν. Ad vocem autem *profeſſionis*, quæ legitur in Vulg. Beda retract. in Act. dicit in Græco haberi ἀπογραφῆς, hoc eſt, inquit, *in diebus conſcriptionis cenſûs, quomodo etiam in hiſtoria Eccleſ. Latinè interpretatum habemus.*

℣. 38. Mſ. Cantabr. *Et quæ* (l. *Atque*) *nunc, fratres, dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & diſmittite eos, non coinquinatas* (l. *coinquinantes*) *manus: quia ſic* (l. *ſi*) *erit ab hominibus conſilium iſtud, aut opus hoc, deſtruetur.* Gr. Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόστητε ἀπὸ τῶν..... καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται· Mſ. unus, pro ἐάσατε, ſcribit ἄφετε· alius addit, μὴ μιαίναντες τὰς χεῖρας· unde Beda retract. in Act. ait *in Græco plus* haberi, *non coinquinantes manus veſtras.*

℣. 39. Mſ. Cantabr. *ſi autem à Deo eſt, non pot. deſtruere eos, nec vos, nec imperatores, nec reges: diſcedite ergo ab hominibus iſtis, ne fortè Deo repugnantes inveniamini. Conſenſerunt itaque ei.* Græcum Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet δύνασθε, pro *poteritis*; & Ἐπείσθησαν, *Paruerunt*, pro *Conſenſerunt*: at Mſs. plures ſcribunt δυνήσεσθε, & alii αὐτούς, pro αὐτὸ, poſt verbum *diſſolvere*: unde Beda retract. in hunc loc. legit *diſſolvere eos*; tum notat & *in Græco hîc plus haberi, neque vos, neque principes veſtri*: ſubinde ait: *Pro eo quod nos habemus*, Deo repugnare, *vel ſicut quidam interpretati ſunt*, Deo repugnantes, *in Græco unum nomen eſt poſitum*, θεομάχοι.

℣. 40. Mſ. Cantabr. *Et cùm vocaſſet Apoſtolos, cæſis eis præceperunt non loqui in*, &c. ut ſup. Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 235. vel 237. a. *Vocantes Apoſtolos, cæſos eos dimiſerunt, præcipientes ne loquerentur in nom. Jeſu ulli hominum. Illi ergo*, &c. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς Ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ, &c. ut in Vulg.

℣. 41. Mſ. Cantabrig. *Apoſtoli autem ibant gaudentes à ..... quia pro nomine digni habitati* (l. *habiti*) *ſunt contum. pati.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. ubi ſup. *Illi ergo ibant gaudentes à conſp. conc. quòd pro nom. ejus digni habiti ſunt contum. pati.* Ambroſiaſter col. 231. b. *Tunc*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

42. Omni autem die non cessabant, in templo & circa domos docentes, & evangelizantes Christum Jesum.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano.

42. Omnem autem diem in templo, & circa domos, non cessabant docentes, & bene nunciantes Jesum Christum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cæsi exierunt Apostoli de concilio, gaudentes, quia digni habiti sunt pro nom. Christi contumeliam pati:* & infra, col. 277. d. *pro nom. Domini contumeliam pati.* Auct. quæst. ex utroque T. q. 119. col. 129. e. *Qui cæsi gavisi sunt, quia digni habiti sunt pro nom. Christi contumeliam pati.* Græc. Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου.... ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. A Mss. quibusdam abest αὐτοῦ· alii, loco αὐτοῦ, ponunt τοῦ Ἰησοῦ· alii, τοῦ Χριστοῦ.

℣. 42. Ms. Cantabrig. *Omni autem die in templo, & domi, non cessabant docentes, & evangeliz. Dom. Jesum Christum.* Iren. l. 3. c. 12. p. 195. a. *Omni quoque die in templo, & in domo, non cessabant doc. & evang. Chr. Jesum.* Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. ubi sup. *Omni autem die in templo, & domi, non cess. docentes, & evang. Dom. nostrum Jesum Christum.* Gr. Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ κατ' οἶκον, οὐκ ἐπαύοντο, &c. ut in Vulg.

# CAPUT VI.

### VULGATA NOVA.

1. IN diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversùs Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

3. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus.

4. Nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus.

5. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.

6. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.

7. Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.

8. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo.

9. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano:

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano.

1. IN diebus autem istis multiplicantium discipulorum, * facta est murmuratio Græcorum ad Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

* Ms. factus est.

2. Vocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non placitum est relinquentes nos verbum Dei, ministrare mensis.

3. Considerate igitur fratres, viros ex vobis testificationem habentes septem, plenos Spiritu sancto, & sapientiæ, quos constituamus in usum hunc.

4. Nos autem orationi, & ministerio verbi instantes erimus.

5. Et placuit verbum coram universa multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fidei, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochensem,

6. quos statuerunt in conspectu Apostolorum. Et orantes imposuerunt eis manus.

7. Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discentium in Hierusalem vehementer: multa verò turba sacerdotum obaudiebat fidei.

8. Stephanus autem plenus gratia, & fidei, ac virtute, faciebat signa, & prodigia magna in populo, in nomine Domini Jesu Christi.

9. Adversùs quem surrexerunt quidam de conventione, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrinensium, & Alexandrinorum, & à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *In diebus autem istis, multiplicantibus discipulis, facta est murmuratio quæ ex Græcis erant adversùs Hebræos, quia dispiciuntur in ministerio diurno viduæ ipsorum in ministerio Hebræorum.* Græc. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις, πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς, &c. ut in textu: Ms. unus habet ἐκείναις, pro ταύταις. Augustinus tract. 10. in Johan. tom. 3. col. 774. d. alludens dicit: *Cùm murmur factum esset de ministerio mensarum à viduis Græcorum*, &c.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *Convocantes itaque xii. multitud. discip. dixerunt ad eos: Non enim placet nobis, derelicto verbo Dei, ministrare mensis.* Græc. Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ..... εἶπον· Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον, &c. ut sup. Cypr. epist. 68. p. 119. legit: *Et convocaverunt illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis.* August. loco sup. cit. ita prosequitur: *Responderunt Apostoli: Non est bonum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.*

℣. 3. Ms. Cantabr. *Quid ergo est, fratres? Prospicite itaque ex vobis viros testimonio bono vii. plenos Spiritu, & sapientia, quos constituamus in negotio hoc.* Lectionarium Luxov. ann. plus 1000. similiter *plenos Spiritu, & sapientia.* Gr. Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοὶ, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις Πνεύμ. ἁγίου, καὶ... οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης. Auctor quæst. ex utroque T. q. 101. col. 93. d. *Eligite ex vobis quos constituamus deservire mysteriis ecclesiæ:* deinde addit: *nolo dicere, mensis.*

℣. 4. Ms. Cantabrig. *Nos autem sumus oratione, & ministerio verbi perseveramus.* Græcum textui Laud. favet.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Et placuit sermo hic in conspectu omni multitudini discipulorum. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fidei, & Spiritus sancti, & Philippum, &... & Permenan, Nicholaum proselytum Antiocensem.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 6. Ms. Cantabrig. *quos statuerunt in conspectu Apost. Cùmque orassent, superposuerunt eis manus.* Ita quoque in Gr.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et verbum Domini crescebat, & multiplic.... in Hierusalem nimis: multaque turba sacerd. obediebant fidei.* Ita quoque Græc. habet, nisi excipias vocem σφόδρα, *valde*, pro *nimis;* quam vocem omittit Lectionarium Luxov. de quo supra.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Stephanus autem plenus gratia, & virtute, faciebat portenta, & signa magna in populo, per nomen Dom. Jesu Christi.* August. serm. 316. to. 5. col. 1268. c. *Stephanus autem plenus gratia, & Spiritu sancto, faciebat prodigia, & signa magna in plebe, per nomen Domini Jesu Christi.* Gaud. verò Brix. ser. 9. p. 958. d. *Stephanus autem plenus gratia, & veritate, faciebat signa, & prodigia mag. in populo;* nec plura. Græc. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως, καὶ δυνάμεως, ἐποίει, &c. ut in Vulg. Mss. plures, loco πίστεως, ponunt χάριτος· unus, πίστεως, καὶ δυνάμεως, καὶ Πνεύματος ἁγίου· alii etiam plures in fine addunt, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου (1. ἡμῶν) Ἰησοῦ Χριστοῦ· unde Beda retract. in Act. ait in Græco haberi additum, *In nomine Domini nostri Jesu Christi.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Surrexerunt autem quidam, qui erant de synagoga, quæ dicitur Libertinorum, & Cyren. & Alex. & eorum qui sunt à Cilicia, altercantes cum Stephano.* Gr. Ἀνέ-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Laudiano. * Mſ. poterat.

10. & non * poterant reſiſtere ſapientiæ, quæ erat in eo; & Spiritui ſancto, quo loquebatur: * propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia. Cùm ergo non poſſent contradicere veritati,

11. tunc ſummiſerunt viros, dicentes: Quia audivimus, eo loquente, verba blaſphema in Moyſem, & in Deum.

12. Et hæc dicentes, commoverunt quoque plebem, & ſeniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & duxerunt in concilio.

13. Statuerunt autem teſtes falſos, dicentes: Homo hic non ceſſat verba blaſphema loquens adverſùs locum ſanctum, & legem:

* Mſ. mutavit.

14. audivimus enim, eo dicente: Quia Jeſus Nazoræus hic, diſſolvet locum hunc, & * mutabit conſuetudines, quas tradidit nobis Moyſes.

15. Et intendentes in eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt vultum ejus velut vultum Angeli.

**Vulgata nova.**

10. & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur.

11. Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum.

12. Commoverunt itaque plebem, & ſeniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium,

13. & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſùs locum ſanctum, & legem:

14. audivimus enim eum dicentem: Quoniam Jeſus Nazarenus hic, deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes.

15. Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.

## Notæ ad Versionem antiquam.

ϛησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς, τῆς λεγομένης Λιϐ..... ϗ τῶν ἀπὸ Κιλικίας, ϗ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ, &c. ab Alex. abeſt ϗ Ἀσίας.

℣. 10. Mſ. Cantabrig. *qui non poterant reſiſtere ſapientiæ, quæ erat in eo; & Spiritui ſancto, quo loquebatur.* Lectionarium Luxov. *& non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, quo loquebatur.* Græc. καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντισῆναι τῇ σοφίᾳ, ϗ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει· Mſ. unus cum Cantabrig. & Laud. legit, σοφίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν αὐτῷ, ϗ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· deinde alius, ὃ ἐλάλει. Beda retract. in hunc loc. obſervat in Gr. haberi, *Et non poterant reſ. ſap. quæ erat in eo; & Spir. ſancto, qui loquebatur.*

* Hoc additamentum abeſt à Gr. hodierno; ſed Millius notat ita legi in Mſ. uno Steph. ſicut in Cantabr. Gr. διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας. Μὴ δυνάμενοι οὖν ἀντοφθαλμεῖν τῇ ἀληθείᾳ. Et Beda retract. in Act. monet in Græco haberi, *propter quòd redarguerentur ab eo cum omni fiducia. Cùm ergo non poſſent contradicere veritati.* Quæ ipſiſſima ſunt ſuperaddita in textu noſtro Laud. Eraſmus etiam auctor eſt codicem Lat. vet. præferre priora verba, *propter quòd redarguerentur ab eo cum omni fiducia.* In Mſ. Cantabrig. Lat. ſic: *quoniam probatur illis ab illo cum omni fiducia.* Deinde: *Non potentes autem reſiſtere veritati, tunc,* &c.

℣. 11. Mſ. Cantabr. *tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent: Quia audivimus eum loquentem verba blaſphema in Moyſen, & in Deum.* Græc. Τότε ὑπέϐαλον ἄνδρας, λέγοντας· Ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν, ϗ τὸν Θεόν· al. Μωϋσῆν

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Commoverantque populum, & ſeniores, & Scribas: & adgreſſi arripuerunt eum, & adduxerunt in concilium.* Græc. Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, ϗ τοὺς... ϗ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, ϗ ἤγαγον εἰς τὸ, &c. al. συνήγαγον, al. ἤγαγον αὐτόν.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *& ſtatuerunt teſtes falſos, adverſùm eum dicentes: Homo hic non ceſſavit verba loquens adverſùs loc.* &c. ut ſup. Lectionarium Luxov. *& ſtatuerunt teſtes falſos, dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphemiæ adverſùs locum ſanctum, & Deum, & legem.* Gr. ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, ϗ, &c. Mſ. unus habet, ἔστησαν δέ· ſubinde Arab. & Æthiop. cum Cantabr. addunt κατ' αὐτοῦ, voci ψευδεῖς· quidam verò Mſs. tollunt βλάσφημα; ſicut alii plures, τούτου, poſt ἁγίου.

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *audivimus enim eum dicentem: Quia Jeſus Nazoræus hic, deſtruet locum iſtum, & mutavit iterum quos tradidit nobis Moyſes.* Græc. ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Ὅτι Ἰησοῦς Ναζωραῖος, &c. ut in textu Laud.

℣. 15. Mſ. Cantabrig. *Et intuiti in eum omnes, qui ſedeb....... & viderunt faciem ejus quaſi faciem,* &c. Græc. Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ, &c. ut in Vulg. al. πάντες.

# CAPUT VII.

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Laudiano. * Mſ. habet.

1. Dixit autem princeps ſacerdotum Stephano: Si enim hæc ita * habent?

2. At ille ait: Viri fratres, & patres, audite: Deus gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotamia, priuſquam habitare eum in Charra,

3. & dixit ad eum: Exi de terra tua, & de cognatione, & de domo patris tui, & veni in terram, quam tibi demonſtrabo.

**Vulgata nova.**

1. Dixit autem princeps ſacerdotum: Si hæc ita ſe habent?

2. Qui ait: Viri fratres, & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotamia, priùs quàm moraretur in Charan,

3. & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua; & veni in terram, quam monſtravero tibi.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Cantabrig. *Ait autem pontifex Stephano: Sic* (l. *Si*) *hæc ſic habent?* S. Germ. n. 24. *Dixit autem princeps ſacerdotum Stephano: Si hæc ita ſe habent?* Græc. Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς· Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; Mſ. unus, ἀρχιερεὺς τῷ Στεφάνῳ· alii plures tollunt ἄρα, ſicut unus ταῦτα. Beda retract. in hunc loc. monet in Græco additum eſſe *Stephano*, ac deinde ſubjunctum: *Si hæc ita ſe habent?*

℣. 2. Mſ. Cantabr. *At ille dixit: Viri fratres, & patres, audite: Deus claritatis viſus eſt patri noſtro Abraham cùm eſſet in Meſopotamiam, poſteaquam mortuus* (l. *moratus*) *eſſet in Charris.* Græc. Ὁ δὲ ἔφη· Ἄνδρες..... Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ.... ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαῤῥάν. Iren. l. 3. c. 12. p. 197. e. legit: *Deus gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ:* tum addit: *& dixit ad eum,* &c. prætermiſſis verbis intermediis. Auguſt. l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. d. *Viri fratres, & patres, audite: Deus gloriæ apparuit Abrahæ patri noſtro cùm eſſet in Meſopotamia:* itidem l. 16. de civit. Dei, col. 430. f. 432. a. ubi addit, *priuſquam habitaret in Charra.* Vigil. Tapſ. p. 751. b. ſimiliter habet: *Deus gloriæ apparuit pat. noſtro Abraham cùm eſſet in Meſopot.*

℣. 3. Mſ. Cantabrig. *& dixit ad eum: Exi de terra tua, & à cognatione tua, & veni in terra, quamcunque tibi monſtravero.* Iren. l. 3. c. 12. *& dixit ad eum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam demonſtrabo tibi.* Auguſtin. l. 16. de civitate Dei to. 7. col. 430. f. & 432. a. *& ait ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam tibi demonſtrabo.* Græc. Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. δείξω,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.

5. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini ejus post ipsum, cùm non haberet filium.

*Genes.* 15. 13. 6. Locutus est autem ei Deus: Quia erit semen ejus accola in terra aliena, & servituti eos subjicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis:

7. & gentem cui servierint, judicabo ego, dixit Dominus: & post hæc exibunt, & servient mihi in loco isto.

*Genes.* 17. 10. 8. Et dedit illi testamentum circumcisionis: & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octavo:
*Genes.* 21. 2. 4. & Isaac, Jacob: & Jacob, duodecim Patriarchas.
*Genes.* 25. 24. 26. 9. Et Patriarchæ æmulantes, Joseph vendiderunt in Ægyptum: & erat Deus cum eo:
*Genes.* 29. 32. & 35. 22. 10. & eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus: & dedit ei gratiam, & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam.
*Genes.* 37. 28.
*Genes.* 41. 37.

11. Venit autem fames in universam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inveniebant cibos patres nostri.

*Genes.* 42. 2. 12. Cùm audisset autem Jacob esse frumentum in Ægypto: misit patres nostros primùm:

*Genes.* 45. 3. 13. & in secundo cognitus est Joseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus ejus.

14. Mittens autem Joseph accersivit Jacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque.

VERSIO ANTIQUA.

4. Tunc exiens de terra Chaldæorum, habitavit in Charra. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transtulit eum Deus in terram hanc, in quam vos nunc habitatis, & patres vestri. *Ex Ms. Laudiano.*

5. Et non dedit ei in ea hæreditatem, nec spatium pedis: & promisit dare eam in possessionem ei, & semini ejus post eum, non constituto ei filio.

6. Locutus est autem sic Deus: Quia erit semen ejus advena in terra aliena, & adfligent illud, & in servitute * redigent per annos quadringentos: * *Ms. simpliciter habet re; addidimus digent.*

7. & gentem cuicunque servierint, judicabo ego, dixit Deus: & post hæc exient inde, & deservient mihi in loco hoc.

8. Et dedit ei testamentum circumcisionis: & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octava: & Isaac genuit Jacob: & Jacob, duodecim Patriarchas.

9. Et Patriarchæ æmulantes, Joseph vendiderunt in Ægyptum: & erat Deus cum eo:

10. & liberavit eum de omnibus tribulationibus ejus: & dedit ei gratiam, & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum principem super Ægyptum, & totam domum suam.

11. Venit autem fames super omnem terram Ægypti, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inveniebant frumentum patres nostri.

12. Cùm audisset autem Jacob esse frumenta in Ægyptum: misit patres nostros primùm:

13. & in secundo agnitus est Joseph fratribus suis, & manifestum factum est Pharaoni genus ejus.

14. Mittens autem Joseph vocavit Jacob patrem suum, & omnem * cognationem suam in animis septuaginta quinque. * *Ms. cognitionem.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pro *monstravero.*

℣. 4. Ms. Cantabr. *Tunc Abraham exivit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charra, & ibi erat post mortem patris sui. Et intrans migravit in terram hanc, in qua vos nunc habitatis, & patres nostri, qui ante nos.* Iren. l. 3. c. 12. post *demonstrabo tibi*, addit: *Et transtulit illum in terram hanc, quam nunc & vos inhabitatis.* Hieron. epist. ad Dardan. to. 2. col. 608. a. *Tunc egressus de terra Chaldæorum, habitavit in Charran. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, migravit in terram, in qua vos nunc habitatis.* August. l. 16. de civit. Dei, to. 7. col. 430. g. *Tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitavit in Charra:* & post pauca, col. 431. a. *Et inde, postquam mortuus est pater ejus, collocavit illum in terra hac, in qua vos nunc habitatis, & patres vestri:* vide etiam quæst. 24. in Gen. to. 3. p. 1. col. 384. e. f. In Græco sic: Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Et non dedit ei possessionem hæreditatis in ea, nec quantùm tenet gradus pedis: sed promisit ei dare eam in possessionem, & semini ejus post ipsum, quando non esset filius*, Ms. *filium.* Iren. l. 3. c. 12. p. 197. e. *Et non dedit ei hæreditatem in ea, nec gressum pedis: sed promisit dare in possessionem eam, & semini ejus post eum.* Hieron. epist. ad Dardan. to. 2. col. 608. a. *Et non dedit ei possess. ne vestigium quidem pedis: quam repromisit dare ei in possessionem, & semini ejus post eum.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habet circa medium καὶ, pro *sed;* & in fine, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου, *cùm non esset ei filius:* Ms. tamen unus fert ἀλλ' ἐπηγγείλατο, *sed repromisit.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *Locutus est autem sic Deus ad eum: Quia erit semen ejus peregrinum in terra aliena, & in servitute redigent eos, & malè tractabunt annis cccc.* Iren. l. 3. c. 12. *Locutus est autem sic Deus ad eum: Quoniam erit semen ejus peregrinans in terra aliena, & in servitutem redigentur, & vexabuntur annis quadringentis.* Græc. Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός· Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ..... καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Mss. quidam, pro οὕτως, scribunt αὐτῷ; & alii, δουλώσουσιν αὐτοὺς, ut in Vulg.

℣. 7. Ms. Cantabrig. *& gentem cui servierint, judicabo ego, dicit Dom. & postea exibunt, & servient mihi in loco hoc.* Iren. l. 3. c. 12. *& gentem cui servient, judicabo ego, dicit Dom. & postea exient, & servient mihi in isto loco.* Græcum Vulgatæ concinit. Ms. tamen unus habet λέγει, pro *dixit.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *Et dedit ei dispositionem circumcisionis: & sic genuit Isac, & circumcidit eum die octavo: & Isac, ipsum Jacob*, &c. ut supra. Græcum Vulgatæ congruit. Iren. l. 3. c. 12. *Et dedit ei testamentum circumcis. & sic generavit Isaac.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *Et Patriarchæ æmulati, Joseph distraxerunt in Ægyptum: & erat Deus cum illo.* Gr. textui Laud. favet.

℣. 10. Ms. Cantabr. *& eripuit eum ex omnibus conflictationibus ejus: & dedit ei.... coram Farao rege Ægypti, & constituit eum in Ægyptum, & omnem domum suam.* Græc. καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ... ἐναντίον Φαραὼ... καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ὅλον τὸν, &c. Mss. plures, καὶ ἐφ' ὅλον τόν.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *Venit autem fames super omnem terram Ægypti, & Chanaam, & conflictatio magna: & non inveniebant utensilia patres nostri.* Græc. Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου..... καὶ θλίψις..... καὶ οὐχ... χορτάσματα, &c. Mss. quidam habent, ἐφ' ὅλην τὴν Αἴγυπτον.

℣. 12. Ms. Cantabrig. nil differt à textu Laud. nisi ablativo *Ægypto;* nec aliter in Græco est, præter verbum ἐξαπέστειλε· Ms. autem unus fert ἀπέστειλε, & alii quidam εἰς Αἴγυπτον.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *& in secundo recognitus est Joseph à...... & manifestum factum est ipsi Pharao genus Joseph.* Ita quoque Græcum habet, detracta præpos. *à:* Ms. unus in fine, loco Ἰωσὴφ, ponit αὐτοῦ, ut in Laud. textu, & Vulg.

℣. 14. Ms. Cantabrig. *Cùm misisset autem Joseph, accersivit Jacob..... & omnem cognationem ejus in lxx. & v. animabus.* Græc. Ἀποστείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν... καὶ πᾶσαν τὴν...... αὐτοῦ, &c. ut in Vulg.



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano. 15. Et descendit Jacob in Ægyptum, & defunctus est ibi ipse, & patres nostri.

16. Et translati sunt in Sychem, & positi sunt in monumentum, quod emit Abraham pater noster pretio argenti à filiis Emmor, qui fuit in Sychem.

17. Cùm autem appropinquaret tempus repromissionis, quod pollicitus erat Deus Abrahæ, crescit plebs, & multiplicata est in Ægypto,

18. donec surrexit rex alius, qui non fuit memoratus Joseph.

19. Hic circumveniens genus nostrum, adflixit patres nostros, ut facerent expositos infantes suos, ut ne vivificarentur masculi.

20. In quo tempore natus est Moyses, & erat acceptus Deo: qui nutritus est mensibus tribus in domo patris sui.

21. Expositum autem eum in flumen, sustulit eum filia Pharaonis, & enutrivit eum sibi in filium.

22. Et eruditus est Moyses in omni sapientia Ægyptiorum: erat autem potens in verbis, & operibus suis.

23. Cùm autem impletur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor ejus visitare fratres suos filios Israel.

24. Et cùm vidisset quemdam contumeliam pati de natione sua, vindicavit: & fecit defensionem * qui adfligebatur, percutiens Ægyptium.

* Sup. ei, vel ejus.

25. Æstimabat autem intelligere fratres suos, quoniam Deus per manum ejus dat eis salutem: at illi non intellexerunt.

26. Sequenti verò die apparuit eis litigantibus: & reconciliabat eos in pacem, dicens: Viri, fratres estis, utquid nocetis alterutrum?

27. At is, qui nocet proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem, aut judicem super nos?

28. nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

## VULGATA NOVA.

15. Et descendit Jacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri. Genes. 46. 5.

16. Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filii Sichem. Genes. 49. 32. Genes. 23. 16. & 50. 5. 13.

17. Cùm autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, crevit populus, & multiplicatus est in Ægypto, Jos. 24. 32. Exod. 1. 7.

18. quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Joseph.

19. Hic circumveniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos ne vivificarentur.

20. Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Exod. 2. 2. Heb. 11. 23.

21. Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutrivit eum sibi in filium.

22. Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis.

23. Cùm autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor ejus ut visitaret fratres suos filios Israel.

24. Et cùm vidisset quemdam injuriam patientem, vindicavit illum: & fecit ultionem ei, qui injuriam sustinebat, percusso Ægyptio. Exod. 2. 12.

25. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

26. Sequenti verò die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri, fratres estis, utquid nocetis alterutrum? Exod. 2. 13.

27. Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem, & judicem super nos?

28. nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Descendit Jacob.... & defunctus est, ipseque &*, &c. Gr. Κατέβη δὲ Ἰακὼβ, &c. ut in Vulg. al. Καὶ κατέβη.

℣. 16. Ms. Cantabrig. Vulgatæ consonat, si exceperis *mercatus est*, pro *emit*; ac *Emmor*, & *Sychem*, pro *Hemor filii Sichem*. Græc. ὠνήσατο Ἀβραὰμ.... παρὰ τῶν.... Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ· Mss. quidam, Ἐμόρ; al. Ἐμώρ; alii, τοῦ ἐν Συχέμ. Beda retract. in Act. observat in Græco addi *pater noster Abraham*; quæ tamen scriptura nullibi habetur, præterquam in Ms. nostro Laud.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Ut verò appropinquavit tempus promissionis, quam pollicitus est Deus ipsi Abraham, auctus est populus, & multiplicatus in Ægypto*. Græc. Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας ἧς ὤμοσεν, &c. ut in Vulg. Ms. unus, Ὡς δὲ; mox quidam, ἤγγιζεν; subinde plures, ἧς ὡμολόγησεν. Sed Beda retract. in Act. dicit *meliùs haberi in Græco, Quam pollicitus erat*; ut in Ms. Cantabrig. qui etiam cum Laud. Græcè fert ἐπηγγείλατο.

℣. 18. Ms. Cantabr. *donec alius exsurrexit rex, qui non meminisset ipsius Joseph*. Græcum Vulgatæ congruit, detracto *in Ægypto*: Mss. tamen plures addunt ἐπ' Αἴγυπτον.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Cùm justitias cœpisset cum genus nostrum* (l. *genere nostro*) *malè tractavit patres, ut faceret exponi infantes eorum, ut non educarentur*. Græcè: Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι· Æthiop. addit τὰ ἄρρενα· Ms. unus, ζωογονεῖσθαι αὐτὰ, al. ζωοποιεῖσθαι.

℣. 20. Ms. Cantabrig. *In quo tempore natus esset* (l. *est*) *Moyses, & erat elegans Deo: qui mensibus tribus educatus est in domo patris ejus*. Gr. Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ, &c. ut in textu Laud.

℣. 21. Ms. Cantabr. *Cùm verò expositus esset secus flumen, sustulit eum filia Pharao, & vice filii educavit sibi*. Gr. textui Laud. favet, nisi quòd tollit *in flumen*, & scribit Φαραώ· at Mss. plures initio ferunt, Ἐκτεθέντος δὲ αὐτοῦ, pro Ἐκτεθέντα δὲ αὐτόν· unus etiam addit παρὰ τὸ ποταμὸν, ut in Cantabr. & Laud.

℣. 22. Ms. Cantabr. Vulgatæ congruit, exceptis his ultimis, *eratque potens in sermonibus, & op*. &c. Gr. ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις, καὶ ἐν ἔργοις. Mss. plures tollunt ἐν, ante ἔργοις; alii verò plures addunt αὐτοῦ, eidem voci ἔργοις.

℣. 23. Ms. Cantabr. *At ubi impletur ei*, &c. ut in textu Laud. Gr. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ, &c. ut sup.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Et cùm vidisset quemdam injuriari de genere suo, vindicavit: & præstitit vindictam ei, qui vexabatur, percusso Ægyptio, & abscondit eum in arena*. Gr. Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο· καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας τὸν, &c. Ms. unus addit ἐκ τοῦ γένους, verbo ἀδικούμενον; & καὶ ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῇ ἄμμῳ, post Αἰγύπτιον.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Arbitrabatur autem intelligere fratres suos, quia Deus per manus ejus dat salutem ipsis: at illi*, &c. ut sup. Fulg. fragm. 11. contra Fab. p. 591. *Existimabat autem intelligere fratres*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὅτι, &c. ut in textu Laud.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Tunc sequenti die visus est eis litigantibus, & vidit eos iniquitantes: & reconciliavit eos in pacem, dicens: Quid facitis, viri fratres? utquid injuriam facitis invicem?* Græcum textui Laud. favet, nisi quòd habet συνήλασεν, *compulit*, pro *reconciliabat*; & addit ὑμεῖς, verbo *estis*; sed in Mss. aliquibus deest ὑμεῖς. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 34. col. 115. b. legit: *Vidit Moyses alia die secum Hebræos altercantes: cœpitque eos componere ad pacem, dicens: Viri fratres, utquid alterutrum nocetis?*

℣. 27. Ms. Cantabr. *Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο, &c. ut in Vulg. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 34. *Dixitque ille, qui alteri injuriam faciebat: Quis te statuit judicem, vel principem nobis?*

℣. 28. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Laud. nisi quòd deleat *tu*, legatque *hesterna die*, pro *herì*. Græcum eidem textui favet, & Vulg. Auct. l. de promiss. p. 1. c. 34.

Digitized by Google

## Vulgata nova.

29. Fugit autem Moyses in verbo isto : & factus est advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

Exod. 3. 2. 30. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.

31. Moyses autem videns, admiratus est visum : & accedente illo ut consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens :

32. Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

33. Dixit autem illi Dominus : Solve calceamentum pedum tuorum : locus enim in quo stas, terra sancta est.

34. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & descendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum.

35. Hunc Moysen, quem negaverunt, dicentes : Quis te constituit principem & judicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.

Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 14. 36. Hic eduxit illos, faciens prodigia, & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.

Deuter. 18. 15. 37. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel : Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis.

Exod. 19. 3. 38. Hic est, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris : qui accepit verba vitæ dare nobis.

39. Cui noluerunt obedire patres nostri : sed repulerunt, & aversi sunt cordibus suis in Ægyptum,

## Versio antiqua.

29. Effugavit autem Moysen in verbo hoc : & fuit inquilinus in terra Madiam, ubi genuit filios duos. Ex Ms. Laudiano.

30. Et expletis annis quadraginta, apparuit ei in deserto montis Sina Angelus Domini in igni flammæ rubi.

31. Moyses autem videns, admirabatur visum : cùm accederet autem considerare, facta est vox ex cœlo, dicens ad eum :

32. Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

33. Dixit autem ei Deus : Solve calciamentum de pedibus tuis : locus enim in quo stas, terra sancta est.

34. Videns vidi adflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum ipsorum audivi, & descendi liberare eos. Et nunc veni, mittam te in Ægyptum.

35. Hunc Moysem, quem negaverunt, dicentes : Quis te constituit principem & judicem super nos? hunc Deus & principem, & liberatorem misit cum manu Angeli, qui apparuit ei in rubo.

36. Hic eduxit eos, faciens prodigia, & signa in terra Ægypto, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.

37. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel : Prophetam vobis * suscitabit Dominus Deus noster de fratribus vestris, sicut me, * quem audistis.

38. Hic est, qui fuit in Ecclesia in deserto cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & patrum nostrorum : qui accepit eloquia viva dare nobis.

39. Cui noluerunt obaudientes esse patres nostri : sed repulerunt, & conversi sunt cordibus suis in Ægyptum,

* Ms. suscitavit.

* Manu recentiori, ipsum audite; primâ verò ut in textu.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*nunquid & me vis occidere, quemadmodum occidisti hesterna die Ægyptium?* Pro *occidere* autem, vel *interficere*, Græc. habet ἀνελεῖν, *tollere*.

℣. 29. Ms. Cantabr. *Atque ita profugit Moyses in sermone hoc : & fuit incola in terram Madiam, ubi genuit filios duos.* August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. e. *Fugit Moyses in verbo isto : & factus est inquilinus in terra Madiam, ubi genuit filios duos.* Ita quoque Græc. habet, præposito δὲ, voci Μωσῆς.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Et post hac impletis annis xl. visus est ei in solitudine in monte Sina Angelus Domini in flamma ignis rubi.* August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. e. *Et completis illic quadraginta annis, apparuit illi in deserto montis Sina Angelus Domini in flamma ignis in rubo.* Græc. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα ὤφθη.... Ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου· Ms. unus delet Κυρίου, statimque alii plures legunt ἐν πυρὶ φλογός.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Moyses enim cùm vidisset, mirabatur visum : cùmque ipse accederet, & consideraret, Dominus ait ad eum, dicens.* August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. e. *Moyses autem videns, mirabatur visum : qui cùm accederet considerare, facta est vox Domini, dicens.* Græc. Ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν, ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι, ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν. Mss. plures scribunt ἐθαύμαζε, & alii plures paulò post tollunt πρὸς αὐτόν· unus habet, πρὸς αὐτὸν, λέγουσα· & Beda retract. in hunc loc. ait *in Græco ita scriptum esse : Facta est vox de cælo dicens ad eum :* quæ scripturam textûs Laud. optimè adstruunt.

℣. 32. August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. e. textui Laud. concinit ad verbum : nec aliter Ms. Cantabr. habet, nisi quòd scribit *Isac ;* uti paulò post, *Tremibundusque factus.* In Græco sic : Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ...... καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ..... Ἔντρομος δὲ, &c. ut supra. At Beda retract. in hunc loc. auctor est in eodem Gr. ita legi : *Ego sum Deus fratrum tuorum, solve*, &c.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Et facta est vox ad eum : Solve calciamentum pedum tuorum*, &c. ut in textu. August. l. 3. de Trin. col. 806. e. *Dixitque illi Dominus : Solve calciamentum pedum tuorum.* Græcum Vulgatæ consonat, si excipias verbum ἕστηκας, pro *stas*. Beda retract. in hunc loc. testatur in Græco scriptum esse : *Solve calceamenta de pedibus tuis : locus enim in quo stas*, &c.

℣. 34. Græcum eadem exhibet quæ in textu Laud. nisi excipias vocem αὐτῶν, loco *ipsorum ;* & ἐξελέσθαι, pro *liberare*. In Ms. Cantabr. sic : *Intuitus enim vidi mulcationem* (l. *mulctationem*) *populi, qui est in Ægypto, & gemitus ejus audivi, & descendi eripere eos. Et nunc veni, mittam te in*, &c. Ms. etiam Gr. 1. fert τοὺς στεναγμοὺς αὐτῶν· alius, τοῦ στεναγμοῦ αὐτοῦ.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Hunc ipsum Moysen, quem... & judicem super nos? hunc Deus & principem, & redemptorem misit in manu Angeli, qui visus est ei in rubo :* nec aliud in Græco est, si deleas voces *ipsum.... super nos*, necnon &, post *Deus*. Mss. tamen plures ferunt δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς, vel ἐφ' ἡμῶν, & alii, καὶ ἄρχοντα· plures etiam, pro ἐν χειρὶ, scribunt σὺν χειρὶ, cum Vulg.

℣. 36. Ms. Cantabr. *Hic eduxit eos, cùm fecisset portenta, & signa in Ægypto, & in rubro mari, & in solitudine per annos xl.* Ita quoque in Græco est, si unum excipias ἐν γῇ Αἰγύπτου, pro *in Ægypto ;* sed à Mss. quibusdam abest γῇ, cujus loco ponunt alii τῇ, alii plures, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ.

℣. 37. Ms. Cantabr. Vulgatæ consonat, uno excepto *vobis suscitabit*. Græcum verò textui Laud. nisi quòd, pro *noster*, habet ὑμῶν; & in fine, αὐτοῦ ἀκούσεσθε, loco *quem audistis*. Aliàs deest vox Κυρίος, uti paulò post, ὑμῶν· alii ponunt ἡμῶν, & unus in fine, ἀκούσατε· alii omittunt αὐτοῦ ἀκούσεσθε.

℣. 38. Ms. Cantabr. eadem refert quæ in Vulg. exceptis his posterioribus : *& patribus nostris : qui accipit eloquia viventium dare nobis.* Græcum eadem quæ in textu Laud. uno excepto πατέρων ἡμῶν· sed Ms. 1. ὑμῶν. Ambros. l. 1. de fide, col. 460. f. *Hic est, qui fuit in Ecclesia in eremo cum Angelo.* Iren. l. 4. c. 15. p. 245. b. *ille quidem accepit præcepta Dei vivi dare vobis.*

℣. 39. Ms. Cantabr. textui Laud. consonat, deleta voce *suis ;* scribit verò *obedientes :* Græc. ὑπήκοοι, &c. ut in textu. Mss. tamen quidam ferunt πατέρες ὑμῶν, paulòque post alii plures, τῇ καρδίᾳ· & Iren. l. 4. c. 15. legit : *Cui noluerunt obedire patres vestri : sed abjecerunt, & conversi sunt corde suo in Ægyptum.*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano.

40. dicentes ad Aaron : Fac nobis deos, qui præcedant nos : Moyses enim iste, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei.

41. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & epulabantur in operibus manuum suarum.

42. Avertit autem Deus, & tradidit eos deservire * exercitui cœli, sicut scriptum est in Libro Prophetarum : Nunquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

* Ms. exercitu.

43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Repham, figuras, quas fecistis, adorare eis, ( Et transmigrabo vos in partem Babylonis. )

44. in tabernaculum testimonii, quod patribus nostris in deserto, sicut disposuit loquens Moysi, facere illud secundùm formam, quam viderat.

45. Quem etiam & induxerunt suscipientes patres nostri cum Jesu in possessiones generationum, quas repulit Deus à facie patrum nostrûm, usque in diebus David,

46. qui invenit gratiam coram Deo, & petiit invenire tabernaculum Deo Jacob.

47. Solomon autem ædificavit ei domum.

48. Sed non Altissimus in manufactis habitat, sicut & Propheta dicit :

49. Cœlum mihi est sedes : terra autem scabillum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus est requietionis meæ?

50. Nonne manus mea fecit omnia hæc?

51. Dura cervice, & incircumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut

VULGATA NOVA.

40. dicentes ad Aaron : Fac nobis deos, qui præcedant nos : Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. Exod. 32. 1.

41. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum.

42. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiæ cœli, sicut scriptum est in Libro Prophetarum : Nunquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Amos 5. 25.

43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.

44. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysen, ut faceret illud secundùm formam, quam viderat. Exod. 25. 40.

45. Quod & induxerunt, suscipientes patres nostri cum Jesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, usque in diebus David, Jos. 3. 14. Hebr. 8. 9.

46. qui invenit gratiam ante Deum, & petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. 1. Reg. 16. 13.

47. Salomon autem ædificavit illi domum. Psalm. 131. 5. 3. Reg. 6. 1.

48. Sed non Excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit :

49. Cœlum mihi sedes est : terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est? 1. Par. 17. 12. Inf. 17. 24. Isai. 66. 1.

50. Nonne manus mea fecit hæc omnia?

51. Dura cervice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, si-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 40. Ms. Cantabr. eadem exhibet quæ in textu Laud. præter voces *hic*, pro *iste*; & *contigerit*, pro *factum sit*. Gr. γέγονεν; cætera ut supra. Iren. l. 4. c. 15. legit : *dicentes ad Aaron : Fac nobis deos, qui nos antecedant : Moyses enim, qui eduxit nos de terra Ægypti, quid ei contigerit ignoramus.*

℣. 41. Textui Laud. consonat Ms. Cantabr. nisi quòd habet *jucundabantur*, pro *epulabantur*. Græc. εὐφραίνοντο· loco verò *obtulerunt*, idem Gr. ponit ἀνήγαγον, *subduxerunt*. Iren. l. 4. c. 15. legit : *Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo, & lætabantur in factis manuum suarum.*

℣. 42. Ms. Cantabr. *Convertit autem Deus, & tradidit eos deservire exercitui cœli, sicut scriptum.... Nunquid hostias, & sacrificia obtulistis mihi annis xl. in solitudine, domus Israel?* Iren. l. 4. c. 15. *Convertit autem Deus, & tradidit eos servire exercitibus cœli, quemadmodum scriptum est in Lib. Prophetarum : Nunquid sacrificia, & oblationes obtulistis mihi annis xl. in eremo, domus Israel?* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 703. e. *Nunquid immolationes, & sacrificia mihi xl. annis obtulistis, domus Isr. dicit Dominus omnipotens.* Græc. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς.... Μὴ σφάγια, καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι, &c. ut in textu Laud.

℣. 43. Ms. Cantabr. *Et adsumpsistis tabernaculum ipsius Moloch, & astrum Dei Rempham, figuras, quas fecistis, adorare eis. Et transmigrabo vos in illas partes Babylonis.* Iren. l. 4. c. 15. *Et accepistis tabernaculum Moloch, & stellam Dei Rempham, figuras, quas fecistis, adorare eas.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 703. e. *Et nunc suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei Rempham, formas fixorum idolorum sculptilium. Propter quod, dicit Dominus, transmigratione vos faciam captivari in Babylonis, atque Persarum, & interiora loca alia, & arida, & in postrema terrarum omnium.* Græc. Vulgatæ favet, nisi quòd scribit Ῥεμφὰν, & προσκυνεῖν αὐτοῖς, pro *adorare eas* : Ms. 1. delet ὑμῶν, post vocem *Dei*. Vide Amos 5. 25. seqq.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Tabernaculum testimonii erat penès patres nostros in solitudine, sicut disposuit qui loquebatur Moysi, facere illud juxta figuram, quam viderat.* Lectionarium Luxov. *Tabernaculum testimonii fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit loquens*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωσῇ, ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει. A Mss. pluribus abest ἐν, ante τοῖς πατράσιν; aliàs verò additur αὐτοῖς ὁ Θεὸς, verbo διετάξατο.

℣. 45. Ms. Cantabrig. *Quod etiam introduxerant patres nostri cum Jesu ( Ms. Jesum ) in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, usque ad dies David.* Gr. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ.... ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς, &c. ut sup.

℣. 46. Ms. Cantabr. *qui referit gratiam in conspectu Dei, & petiit tabernaculum invenire, sedes domui Jacob.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 47. Ms. Cantabrig. textui Laud. consonat, unà cum Græco. August. verò serm. 1. de symbolo, to. 6. col. 554. b. legit, *Salomon ædificavit illi domum.* Ms. etiam Alex. scribit Σαλωμών.

℣. 48. Ms. Cantabrig. *Sed ipse Altissimus inhabitavit in manufactis, sicut Propheta dixit.* Fulg. fragm. 16. cont. Fab. p. 597. *Excelsus non in manufactis habitat.* August. serm. 1. to. 6. col. 554. b. *Sed Altissimus non in manufactis templis inhabitat.* Ita quoque Græc. habet. A Mss. tamen pluribus abest vox ναοῖς, *templis*.

℣. 49. Ms. Cantabr. *Cœlum est meus thronus : terra verò scamillum pedum meorum. Qualem domum ædificatis mihi... aut quis locus requies mea est?* Græc. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος· ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν..... Ποῖον οἶκον, &c. ut in Vulg. deleto verbo *est*; quod tamen Ms. 1. retinet.

℣. 50. Concinunt Ms. Cantabrig. & Græcum, nisi quòd Cantabr. habet *hæc omnia*.

℣. 51. Ms. Cantabr. *Duræ cervices, & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spirito sancto obstitistis, sicut patres vestri, & vos.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 235. vel. 237. a. *Dura cervice, & non circumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos.* Itidem legit August. l. 3. de Trinit. to. 8. col. 808. c. sed tollit *ita & vos* : ita quoque tract. 6. in Joh. to. 3. p. 2. col. 331. d. e. & in Rom. 1. col. 934. d. & serm. 316. to. 5. col. 1268. f. ita rursum serm. 49. col. 275. f. uno excepto *incircumcisi*. Hieron. in Ezech. 16. to. 3. col. 783. c. *Dura cervice, & incircumcisis cordibus, vos semper S. Spiritui restitistis.* Fulgent. fragm. 16. cont. Fab. p. 597. *Dura cervice, & incircumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, & vos.* Itidem Vigil. Taps. l. 12. de Trin. p. 315. b. excepto verbo *obnitimini*, pro *restitistis*. Breviarium fid. cont.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

cut patres veſtri, ita & vos.

52. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu Juſti, cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis:

53. qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis.

54. Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.

55. Cùm autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris Dei.

56. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.

57. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.

58. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meum.

59. Poſitis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormivit in Domino. Saulus autem erat conſentiens neci ejus.

**VERSIO ANTIQUA.**

& patres veſtri, & vos. Ex Mſ. Laudian.

52. Quem Prophetarum non perſecuti ſunt patres veſtri? Et occiderunt eos, qui annuntiabant de adventu Juſti, cujus vos traditores, & homicidæ eſtis:

53. qui accepiſtis legem in præceptis Angelorum, & non cuſtodiſtis.

54. Audientes autem hæc fremebant cordibus ſuis, & fremebant dentibus ſuis ſuper eum.

55. Cùm eſſet autem plenus Spiritu ſancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem ad dexteram Dei. Et dixit: Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem ad dexteram Dei.

56. Clamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas, & impetum * fecerunt unanimes in eum. * In Mſ. deeſt fecerunt.

57. Et expulerunt extra civitatem, lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ante pedes adoleſcentis * vocati Sauli. * Mſ. vocante.

58. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jeſu accipe * ſpiritum meum. * Mſ. ſcriptum.

59. Ponens autem genua, clamavit voce magna: Domine ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et hoc cùm dixiſſet, dormivit. Saulus autem erat conſentiens neci ejus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Arian. ap. Sirm. to. 1. p. 391. b. *vos ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto, & ſemper ei contumaces fuiſtis, ſicut & patres veſtri.* Græc. Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ..... ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς· Mſs. plures habent ταῖς καρδίαις, in plurali; ſicut unus ὑπεπέσετε, pro ἀντιπίπτετε· deeſt autem καὶ ὑμεῖς, in Athanaſ. codd. plurim. ſi Bezæ fides.

℣. 52. Mſ. Cantabrig. *Quem Prophetarum non perſecuti ſunt illi? Et occiderunt eos, qui prænuntiaverunt de..... cujus nunc vos proditores, & homicidæ effecti eſtis.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 315. b. *Quem enim ex Prophetis non perſecuti ſunt patres veſtri? Et occiderunt pronunciantes de adv. Juſti, cujus vos proditores, & interfectores facti eſtis.* Lucif. verò Cal. ubi ſup. & Auguſt. l. 3. de Trinit. to. 8. col. 808. c. Vulgatæ concinunt, niſi quòd uterque habet *interfectores*, pro *homicidæ*. Græc. φονεῖς, cum cæteris ut ſup.

℣. 53. Mſ. Cantabrig. *qui accepiſtis legem in diſpoſitiones Angelorum, & non cuſtodiſtis.* Græc. οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς Ἀγγέλων, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus, διαταγήν. Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 235. vel 237. a. *qui accepiſtis legem in ordinatione Angelorum, & non cuſtodiſtis.* Auguſt. l. 3. de Trin. to. 8. col. 808. c. *qui accepiſtis legem in edictis Ang. nec cuſtodiſtis.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 315. b. *qui accepiſtis legem ad Angel. conſtitutionem, & non ſervaſtis.*

℣. 54. Mſ. Cantabr. *Audientes autem eum diſcruciabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus ſuper eum.* Lucifer Cal. ubi ſup. *Cum autem hæc audiſſent, fremebant in cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.* Græcum Vulgatæ favet. Mſs. tamen quidam addunt αὐτῶν, poſt vocem *dentibus*.

℣. 55. Mſ. Cantabr. *Cùmque eſſet plenus Spiritu ſancto, intuitus in cælum, vidit..... & Jeſum Dominum ad dexteram Dei ſtantem. Et dixit: Ecce video..... & Fil. hom. ad dexteram Dei ſtantem.* Græcum Vulgatæ congruit. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. a. *Ipſe autem cùm eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem ad dexteram.* Iren. l. 3. c. 12. p. 198. d. habet: *Ecce video cælos apertos, & Filium hom. ad dexteram adſtantem Dei.* Ambroſ. l. 5. Hex. col. 85. e. & l. 3. de fide, col. 521. c. *Ecce video cælos ap. & Filium hom. ſtantem ad dexteram Dei:* ſimiliter habet epiſt. 63. col. 1023. e. præter *Jeſum*, loco *Filium hominis*. Auguſt. tract. 95. in Joh. to. 3. col. 732. b. *Ecce video cælum apertum, & Filium hom. ſtantem ad dexteram Dei:* at ſerm. 316. to. 5. col. 1268. f. *Ecce video cælos apertos, & Filium hom. ſtantem ad dexteram Majeſtatis.* Maxim. Taurin. in ſermonibus, to. 6. Biblioth. Patr. p. 28. h. *Ecce video cælos ap. & ſtantem Dominum Jeſum ad dext. Dei.* Arnob. l. de Trin. col. 2106. *video Jeſum à dextris Dei.* Gaud. Brix. ſer. 9. p. 959. c. *Stephanus vidit cælos ap. & Jeſum ad dexteram Dei.* Tertul. l. contra Prax. p. 859. a. *Hunc videt Stephanus, cùm lapidaretur, adhuc ſtantem ad dexteram Dei.*

℣. 56. Mſ. Cantabr. *Et cùm exclamaſſet voce magnâ, compreſſerunt aures eorum, & impetum unanimiter fecerunt in eum.* Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 235. vel 237. b. *Clamantes autem voce magna, compreſſerunt aures ſuas, & impetum fecerunt uno animo in eum.* Græc. Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν· Mſ. unus habet Κράζοντες.

℣. 57. Mſ. Cantabr. *Et ejectum extra civitatem lapidabant eum: atque ipſi teſtes depoſ. veſtim. ſua ad pedes adoleſcentis cujuſdam, nomine Sauli.* Similiter habet Lucif. Calar. ubi ſup. *Et ejectum extra civitatem lapidabant.* Luxov. Lectionar. *Et ejicientes eum foras extra civitatem*, &c. ut in Vulg. Græcum: Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν· καὶ οἱ, &c. ut in textu Laud. excepto παρὰ, pro *ante*. Mſ. unus ſcribit ἐκβάλλοντες.

℣. 58. Mſ. Cantabr. textui Laud. conſonat, & Græco. Ambroſ. l. 3. de fide, p. 522. a. legit: *Domine Jeſu recipe ſpiritum meum.*

℣. 59. Mſ. Cantabr. *Cùmque poſuiſſet genua, & clamavit* (ſ. *exclam.*) *voce magna, dicens: Domine ne.... peccatum hoc. Et cùm hoc dixiſſet, dormivit. Saulus autem erat conſentiens interfecti* (ſ. *interfectioni*) *ejus.* Lectionar. Luxov. *Poſitis autem genibus, clamavit voce magna: Domine ..... Et cùm hoc dixiſſet, obdormivit. Saulus autem*, &c. ut in Vulg. Græc. Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐκοιμήθη. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ· Mſ. unus, cum Syr. & Æthiop. addit λέγων, voci μεγάλῃ; ſicut alius ἐν εἰρήνῃ, verbo ἐκοιμήθη; al. ἐν Κυρίῳ, ut in Vulg. Iren. l. 3. c. 12. p. 198. e. legit: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Itidem Cypr. l. de op. & eleem. p. 252. b. & Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 403. c. & l. 3. de fide, 522. a. Ita quoque Auguſtin. tract. 6. & 7. in Johan. to. 3. col. 351. d. 858. e. niſi quòd habet *delictum*, pro *peccatum*.

Digitized by Google

# CAPUT VIII.

## Versio antiqua.

Ex Ms. Laudiano. 1. FActa est autem in illa die persecutio magna super Ecclesiam, quæ erat in Hierosolymis: omnes autem dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apostolos.

2. Comportaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.

3. Saulus autem devastabat Ecclesiam, per domos intrans: extrahens autem viros ac mulieres, tradebat in custodiam.

* Supp. qui. 4. Hi igitur * dispersi erant, ibant evangelizantes verbum Dei.

5. Philippus autem descendens in civitatem Samariæ, prædicabat eis Christum.

6. Adtendebant autem turbæ his, quæ dicebantur à Philippo, unanimes in audiendo ipsos, & videntes signa, quæ faciebat.

7. Multi enim habentes spiritus immundos, clamantes voce magna exiebant.

8. Multi autem & paralytici, & claudi curati sunt.

9. Et factum est gaudium magnum in civitate illa. Vir autem quidam nomine Simon, ante fuerat in civitate magiam faciens, & suadens genti Samariæ, dicens esse quemdam se magnum:

10. cui adtendebant omnes à minimo usque ad majorem, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.

11. Intendebant autem ei, propter quòd multo tempore * magiis suis dementasset eos. * Ms. magis.

12. Cùm verò crediderunt Philippo prædicanti evangelium de regno Dei, & de nomine Jesu Christi, baptizabantur viri, & mulieres.

13. Simon autem & ipse credidit: & baptiza-

## Vulgata nova.

1. FActa est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apostolos.

2. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.

3. Saulus autem devastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.

4. Igitur qui dispersi erant pertransibant, evangelizantes verbum Dei.

5. Philippus autem descendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.

6. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes signa, quæ faciebat.

7. Multi enim eorum, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant.

8. Multi autem paralytici, & claudi curati sunt.

9. Factum est ergo gaudium magnum in illa civitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in civitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum:

10. cui auscultabant omnes à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.

11. Attendebant autem eum, propter quòd multo tempore magiis suis dementasset eos.

12. Cùm verò credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jesu Christi baptizabantur viri, ac mulieres.

13. Tunc Simon & ipse credidit: & cùm ba-

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Facta est itaque in illa die persecutio magna, & tribulatio super Ecclesiam, quæ est in Hierosolymis: omnes enim dispersi sunt per regiones Jud. & Samar. præter Apostolos, qui manserunt Hierusalem.* August. l. de unitate Eccl. to. 9. col. 357. b. *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis: omnesque dispersi sunt in regionibus Judææ, & Samariæ, exceptis Apostolis, qui remanserunt Jerosolymis.* Græc. textui Laud. favet, nisi quòd habet πάντές τε, pro *omnes autem.* Mss. plures, ϗ πάντες.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Comportaveruntque Stephanum viri timorati*, &c. ut in textu. Græcè, Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, &c. ut sup.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Saulus autem devastabat Ecclesias, per singulasque domos ingrediens, trahensque viros & mulieres, tradebat eos in carcerem.* Græcum Vulgatæ concinit. Ms. unus, loco σύρων τε, *trahensque*, legit σύρων δέ.

℣. 4. Ms. Cantabrig. *At illi quidem, qui dispersi erant, adnuntiabant evangelizantes verbum.* August. l. de unitate Eccl. to. 9. col. 357. c. *At illi, qui dispersi erant, transeuntes per civitates, & castella, evangelizabant verbum Dei.* Gr. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον. Beda retract. in Act. ait *pro* dispersis, *in Græco haberi* disseminatos, *id est, disparentes.*

℣. 5. Ms. Cantabrig. *Philippus verò cùm venisset in civitate Samariæ, prædicabat eis Christum.* Græc. Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς, &c. ut sup. Hilarius in Matthæum, col. 712. d. huc alludens ait *per Philippum Samariam credidisse.*

℣. 6. Ms. Cantabrig. *Intendebant autem omnes turbæ his, quæ dicebantur à Philippo, unanimo* (l. *uno animo*) *in eo quod audierint ipsi, & videbant signa, quæ faciebat.* Græc. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ..... ὁμοθυμαδὸν, ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς, ϗ βλέπειν, &c. Mss. plures, Προσεῖχον δέ.

℣. 7. Ms. Cantabrig. *A multis enim, qui habebant spiritum immundum, clamantes voce magnâ exiebant.* Gr. Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα, &c. ut sup. Mss. plures initio ferunt Πολλοὶ γάρ.

℣. 8. Ms. Cantabrig. *Multi enim paralysin passi, claudi curabantur.* Græc. Πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι, ϗ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν· Ms. quidam fert Πολλοί τε, al. Πολλοὶ δὲ ϗ, &c.

℣. 9. Ms. Cantabrig. *Gaudium magnum factum est in civitate illa. Vir autem quidam nomine Simon, jampridem erat in ipsa civitate magiba faciens, & mentem auferens gentibus Samariæ, dicens esse quemdam magnum.* Græc. Καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ..... Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων, ϗ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος, &c. ut in textu Laud. Mss. quidam, pro ἐξιστῶν, ferunt ἐξιστάνων. At Beda retract. in hunc loc. ait *pro eo quod est*, seducens, *in Græco scriptum esse*, ἐξιστῶν, *quod significat* in extasin, *id est, mentis excessum, sive stuporem, & admirationem convertens, per ostenta videlicet præstigiorum suorum.* Irenæus l. 1. c. 23. p. 99. a. habet: *Vir quidam autem nomine Simon, qui ante erat in civitate magicam exercens artem, & seducens gentem Samaritanorum, dicens se esse aliquem magnum.*

℣. 10. Ms. Cantabr. *cui intendebant omnes à pusillo usque ad magnum, dicentes*, &c. ut in textu. Græc. ᾧ προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη· Mss. plures, ἡ καλουμένη μεγάλη. Irenæus l. 1. c. 23. p. 99. a. *quem auscultabant à pusillo usque ad magnum, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.* Tertul. l. de præscr. c. 46. p. 340. b. *Simon magus*, inquit, *ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum.*

℣. 11. Ms. Cantabr. *Intendebant autem ei, propterea quòd plurimo tempore magicis rebus mentem abstulisset eis.* Iren. l. 1. c. 23. p. 99. a. *Intuebantur autem eum, propter quòd multo tempore magicis suis dementasset eos.* Augustinus tract. 6. in Joh. tom. 3. col. 338. a. his, & superioribus alludens, *Per magicas*, inquit, *factiones suas dementaverat populum, ut eum virtutem Dei putarent.* Græc. Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.

℣. 12. Ms. Cantabr. *Cùm verò crederent Philippo evangelizantem regnum Dei, & de nomine J. C.* &c. ut in Vulgata. Græc. Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ϗ τοῦ ὀνόματος τοῦ, &c. ut sup. Mss. plures tollunt τὰ, ante περί; alii verò quidam, post Θεοῦ, ponunt ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ, &c. al. omittunt τοῦ, ante Ἰησοῦ.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Simon quoque ipse credidit: & ba-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa, & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur.

14. Cùm autem audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem.

15. Qui cùm venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum:

16. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jesu.

17. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

18. Cùm vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam,

19. dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum:

20. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecuniâ possideri.

21. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

23. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.

VERSIO ANTIQUA.

tus adhærebat Philippo. Videns autem virtutes, & signa magna fieri, stupebat. Ex Ms. Laudiano.

14. Cùm audissent autem qui in Hierosolymis Apostoli, quia percepit Samaria verbum Dei, miserunt ad * illam Petrum, & Johannem. * Ms. illum.

15. Qui cùm descendissent, oraverunt pro eis ut acciperent Spiritum sanctum:

16. Nondum enim * in quemquam eorum deciderat: solùm autem baptizati erant in nomine Domini Jesu. * Hic Ms. habet erat, quod redundans sustulimus.

17. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

18. * Cùm vidisset autem Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum datur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, * In Ms. deest Cùm.

19. dicens: Date & mihi potestatem hanc, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum:

20. Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possidere.

21. Non est tibi portio, neque sors in verbo hoc: cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22. Pœnitentiam ergo habe à malitia tua hac: & obsecra Dominum, si fortè remittitur tibi cogitatio cordis tui.

23. In felle enim amaritudinis, & obligatione * injustitiæ video te esse. * Ms. justitiæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ptizatus est, & adhærebat Philippo. Videns signa, & virtutes magnas fieri, obstupescebat.* Gr. Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε· καὶ βαπτισθεὶς, ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ. Θεωρῶν τε σημεῖα, καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας, ἐξίσατο. In quibusdam, Θεωρῶν τε δυνάμεις, καὶ σημεῖα μεγάλα γινόμενα· al. Θεωρῶν δὲ, al. Θεωρῶν τὰ· al. paulò post, pro μεγάλας, scribit μεγίστας.

℣. 14. Ms. Cantabr. *Cùm verò audissent qui in Hierusalem erant Apostoli, quia excepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos*, &c. ut sup. Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 660. *Cùm autem audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quia recepit Samaria verbum D. miserunt ad illos Petr. & Joh.* Vide Augustinum in Joh. 1. to. 3. col. 338. b. & in Rom. 1. 934. f. Gr. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται, &c. ut in Vulg.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Qui cùm descendissent, oraverunt super eos ut accipiant Spiritum sanctum.* Græcum textui Laud. favet. Fulgent. verò fragm. 37. contra Fab. p. 660. Vulgatæ ad verbum.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Nondum enim erat super quemquam eorum inlapsus: tantùm autem baptizati erant in nom. Domini Jesu Christi.* Fulgent. fragm. 37. cont. Fab. p. 660. *Nondum enim in quemquam illorum venerat Spiritus sanctus, sed* &c. ut in Vulgata. Græc. Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός· μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα, &c. ut in Vulg. Ms. unus, pro ὑπῆρχον, habet ἦσαν; & alii plures in fine, Χριστοῦ Ἰησοῦ.

℣. 17. Concinunt Ms. Cantabr. & Græcum, nisi exceperis in Cantabr. *eos*, pro *illos*.

℣. 18. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Laud. nisi quòd initio delet *autem*, & in fine habet *pecunias*. Græc. Θεασάμενος δὲ ὁ, &c. ut in Ms. Cantabr. Mss. plures, Ἰδὼν δέ. August. tract. 6. in Joh. to. 3. col. 338. c. hæc habet: *Simon ille...... vidit per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum sanctum..... & ait Apostolis: Quid vultis à me accipere pecunia*, &c. ut infra.

℣. 19. Ms. Cantabr. *rogando, & dicendo: Date mihi potestatem hanc, ut cuicunque imposuero & ego manus*, &c. ut supra. Græcum textui Laud. concinit. Ms. tamen unus ipso initio habet παρακαλῶν, καὶ λέγων, ut in Cantabr. Augustinus tract. 6. in Joh. to. 3. col. 338. c. habet: *Quid vultis à me accipere pecunia, ut & per impositionem manuum mearum detur Spiritus sanctus? Et ait illi Petrus.*

℣. 20. Ms. Cantabr. hìc mutilus caret hoc versu, ut & reliquis novemdecim hujus capitis, necnon capite nono integro, cum tribus prioribus versibus capitis decimi. In Græco sequitur: Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν· ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. Iren. l. 1. c. 23. p. 99. b. legit cum Vulg. *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecuniâ possideri.* Tertul. l. de fuga in pers. p. 973. b. *Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam gratiam Dei pretio consequendam putasti.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 365. b. *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia gratiam Dei existimasti per pecunias posse possideri.* Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. legit: *Pecunia tua tecum sit in perditione: quia existim. gratiam Dei per pecuniam possideri.* Beda verò retract. in hunc loc. ait rectiùs scribi *in perditionem* juxta auctoritatem Græcam, quàm *in perditione. Neque enim*, inquit, *in ea perditione, quâ homo nefarius erat damnandus, pecunia ejus simul erat cum illo futura; sed pecuniam, quam pro sacrilego mercatu offerebat Apostolis, secum retinere, illis accipere nolentibus, jussus est; & hoc in perditionem sui: ut hujus nimirum causa pecuniæ, quam ob injustam emptionem congregaverat, pœnas lueret æternas.* Et verò Ambrof. l. de Nab. c. 3. col. 568. f. constanter habet, *Pecunia tua tecum sit in perditionem:* & in Luc. 9. col. 1499. b. *Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam gratiam Dei putas te pecuniâ consequi posse.* August. tract. 6. in Johan. to. 3. col. 338. d. *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei putasti pecuniâ comparandum:* & in Ps. 30. to. 4. col. 161. e. *Pecunia..... in perditionem: quia existimasti donum Dei pecuniâ comparari:* & l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. b. *quia donum Dei existimasti te per pecunias possidere.*

℣. 21. Græcum textui Laud. congruit. Iren. l. 1. c. 23. p. 99. b. legit: *Non est tibi pars, neque sors in sermone hoc*, &c. ut sup. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 365. b. *Non est tibi portio, neque sors in sermone hoc*, &c. ut sup. Tertul. verò l. de idol. c. 10. p. 241. b. *Non est tibi pars, neque sors in ista ratione.* Ambrof. in Luc. 9. col. 1499. b. & August. tract. 6. in Joh. to. 3. col. 338. d. *Non est tibi pars, neque sors in hac fide.* Ita rursum Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 421. qui addit: *quia cor tuum non est rectum apud Deum.* Augustinus verò loco citato ita prosequitur: *In felle enim*, &c. de ℣. 23. omissis his, quæ intercedunt.

℣. 22. Ambrof. l. 2. de pœnit. col. 421. c. legit: *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia* (al. *stultitia*) *tua: & precare Dominum, si fortè remittatur tibi hæc recordatio cordis tui:* at infra, col. 423. b. *ne fortè.* Gaudent. Brix. l. de hæref. p. 710. g. *Age pœnitentiam, si quomodo dimittatur tibi quod fecisti.* Auctor l. de quæst. utriusq. T. q. 102. col. 97. f. *Pœnitentiam age ab hac malitia tua, si fortè remittatur tibi.* Iren. l. 1. c. 23. & August. tract. 6. in Joh. to. 3. col. 338. d. hunc versum omittunt, quamvis referat uterque ea, quæ antecedunt, & sequuntur. In Græco verò sic: Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης· καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς, &c. ut sup. A Ms. uno abest καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ.

℣. 23. Iren. l. 1. c. 23. p. 99. b. textui Laud. consonat, & habet *injustitia.* August. verò tract. 6. in Johan. col. 338. d. simpliciter, *In felle enim amaritudinis video te esse.* Ambrof. l. 2. de pœnit. col. 421. c. *In obligatione enim*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.*

24. Respondens autem Simon, dixit: Obſecrate vos pro me ad Dominum, ut nihil superveniat in me horum, quæ dixiſtis, malorum.

25. Illi igitur teſtificati, & locuti verbum Domini, reverſi ſunt in Hieroſolyma: multa quoque caſtella Samaritanorum prædicati ſunt evangelium.

26. Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & ambula contra meridianum, ad viam, quæ deſcendit * ab Hieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta.

* *Mſ.* ad.

27. Et exſurgens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, potens Cadacis reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus, qui venerat adorare in Hieruſalem:

28. erat autem revertens, & ſedens ſuper currum ſuum, & legebat prophetam Eſaiam.

29. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & conjunge te ad currum ejus.

30. Adcurrens autem Philippus, audivit eum legentem prophetam Eſaiam, & dixit: Itane intelligis quæ legis?

31. At ille dixit: Quomodo potero, niſi quis inſtruat me? Rogavit autem Philippum ut aſcenderet ſedere cum ipſo.

32. Ordo autem Scripturæ, quam legebat, erat * hic: Sicut ovis ad occiſionem adductus eſt, & ſicut agnus coram tondentem eum, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.

* *Mſ.* hæc.

33. In humilitate ſua judicium ejus ablatum eſt. Generationem autem ejus quis enarrabit, quoniam tolletur à terra vita ejus?

34. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit: Obſecro te, de quo Propheta dicit hoc? de ſemetipſo, an de aliquo alio?

35. Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à Scriptura hac, evangelizavit ei Jeſum.

36. Cùm autem irent ſecundùm viam, venerunt ad quamdam aquam: & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

37. Dixit autem ei Philippus: Si credis ex toto corde, * ſuſcepis. Reſpondens autem dixit: Credo in Chriſtum Filium Dei.

* *Ita in Mſ. primâ manu; ſed* ſalvus eris *ſecundâ. Fortè legendum* ſuſcipis, *vel* ſuſcipies; *in Gr. Laud.* σωθήσῃ.

### VULGATA NOVA.

24. Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum, quæ dixiſtis.

25. Et illi quidem teſtificati, & locuti verbum Domini, redibant Jeroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.

26. Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum, ad viam, quæ deſcendit ab Jeruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta.

27. Et ſurgens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas ejus, venerat adorare in Jeruſalem:

28. & revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaiam prophetam.

29. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adjunge te ad currum iſtum.

30. Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Iſaiam prophetam, & dixit: Putaſne intelligis quæ legis?

31. Qui ait: Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogavitque Philippum ut aſcenderet, & ſederet ſecum.

32. Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic: Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt: *Iſai.* 53.
& ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic 7.
non aperuit os ſuum.

33. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt. Generationem ejus quis enarrabit, quoniam tolletur de terra vita ejus?

34. Reſpondens autem eunuchus Philippo, dixit: Obſecro te, de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo?

35. Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à Scriptura iſta, evangelizavit illi Jeſum.

36. Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam: & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

37. Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens ait: Credo, Filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*iniquitatis, & amaritudine fellis video te eſſe.* Auctor l. de quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 98. a. nil differt à Vulg. neque etiam Græcum, niſi quòd habet, Εἰς γὰρ χολὴν ..... καὶ σύνδεσμον. Cantabrig. verò Græc. χολῇ.... καὶ συνδέσμῳ.

℣. 24. Græcum Vulgatæ favet, niſi exceperis ἐπέλθῃ, pro *veniat.* Mſ. Cantabr. Gr. addit, μοὶ τούτων τῶν κακῶν ὧν εἰρήκατε.

℣. 25. Auguſt. l. 1. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. d. *Petrus autem, & Johannes teſtificati verbum Domini, rediebant Jeroſolymam, multiſque viris Samaritanorum evangelizabant tranſeuntes.* Gr. Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι, καὶ λαλήσαντες τὸν..... ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο. Mſs. quidam ſcribunt ὑπέστρεφον· mox quidam, εἰς Ἱεροσόλυμα· & alii in fine εὐηγγελίζοντο.

℣. 26. Græcum Vulgatæ favet.

℣. 27. Græc. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη.... ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς, &c. à Mſs. quibuſdam abeſt ὅς. Tertul. l. de bapt. c. 4. p. 388. e. pro *eunuchus*, legit *ſpado;* Græc. εὐνοῦχος. Ambroſ. l. 1. de Spir. S. n. 41. col. 608. b. *Æthiops eunuchus Candacis reginæ.*

℣. 28. Græcum ſimiliter habet: ἦν τε ὑποστρέφων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ..... καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν, &c.

℣. 29. Græcum: Εἶπε δὲ..... καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ.

℣. 30. Gr. Προσδραμὼν δὲ..... Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; al. deeſt γε.

℣. 31. Græc. Ὁ δὲ εἶπε· Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλ. ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ.

℣. 32. Græcè: Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς Γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη, &c. ut in Vulg. niſi excipias vocem αὐτὸν, pro *ſe;* & ἀνοίγει, pro *aperuit;* al. ἠνοίγει, al. ἤνοιξε. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. d. legit: *Tanquam ovis ad victimam* (al. *occiſionem*, Græc. σφαγὴν) *ductus eſt: quemadmodum agnus ante tondentem ſe, ſine voce, ſic non aperuit os.*

℣. 33. Irenæus l. 3. c. 12. poſt *aperuit os ſuum*, ſtatim ſubdit: *Nativitatem autem ejus quis enarrabit, quoniam tolletur à terra vita ejus?* Græc. verò: Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, ὅτι αἴρεται, &c. ut ſup. al. ὅτι ἀρθήσεται· Mſ. etiam Alex. tollit αὐτοῦ, poſt vocem ταπεινώσει; necnon δὲ, ante γενεάν.

℣. 34. Græc. textui Laud. conſonat, niſi exceperis ἑτέρου, pro *alio;* Mſs. duo, ἄλλου.

℣. 35. Græc. textui favet, niſi quòd habet aoriſt. Ἀνοίξας.... ἀρξάμενος.

℣. 36. Græc. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθον..... τί κωλύει με βαπτισθῆναι; al. τίς κωλύει. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. a. legit: *Ecce aqua, quid eſt quod me impedit baptizari?* Hilar. in Pſ. 67. col. 211. a. *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* Similiter habet Beda comment. in hunc loc. *Quis probibet*, ſed abſque *Ecce aqua.* Obſervat tamen hîc aliam tranſlationem, juxta Græcum exemplar, habere *Ecce aqua.*

℣. 37. Græcum Vulgatæ congruit, ſi exceperis circa medium Ἀποκριθεὶς δὲ, *Reſpondens autem.* At verſus iſte integer abeſt à Mſs. pleriſque Græcis, quos recenſet Millius not. in hunc loc. Aberat quoque à cod. Lat. quo uſus eſt Beda comment. in Act. nam poſt hæc: *Quis probibet me baptizari?* ſtatim ſubdit: *Et juſſit ſtare currum*, &c. Unde monet ipſe, *hîc aliam tranſlationem juxta Græcum exemplar aliquot verſus plus habere, ubi ſcriptum eſt: Ecce aqua, quis*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

38. Et juſſit ſtare currum : & deſcenderunt uterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum.

39. Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & ampliùs non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam ſuam gaudens.

40. Philippus autem inventus eſt in Azoto, & pertranſiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream.

### VERSIO ANTIQUA.

38. Et juſſit ſtare currum : & deſcenderunt in aquam uterque, Philippus quoque, & Eunuchus, & baptizavit eum. Ex Mſ. Laudiano.

39. Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & non vidit eum ampliùs Eunuchus. Ibat enim iter ſuum gaudens.

40. Philippus autem inventus eſt in Azoto, & pertranſiens evangelizabat civitates omnes, donec venit in Cæſaream.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*prob. me baptizari? Dixit autem ei Philippus : Si credis ex toto corde tuo, ſalvus eris. Reſpondens autem, dixit : Credo in Chriſtum Filium Dei*, &c. Deinde ſic pergit Beda : *Et hos ergo verſiculos credo primùm à noſtro quoque Interprete tranſlatos, ſed ſcriptorum vitio poſteà fuiſſe ſublatos.* Contra Grotius additos ab aliquo opinatur, ex eo quòd geſtum credi par erat ; ſed temerè. Huic ſuffragatur Millius, dicens « prætermiſſos in exemplaribus tot Mſs. probatis ac vetuſtiſſimis » ex incuria, vel etiam fraude ſcribarum, planè incredibile » eſſe. Dicendum potiùs, inquit, in ſupplementum hiſtoriæ » adnotatos primùm hos verſiculos à ſtudioſo quopiam ad marginem libri, ac aſſumptos mox in contextum à librariis. » Sed hæc opinio pernicioſa omnino eſt, & præceps : quomodo enim ſtabit, ſi eadem verba, quæ nunc à Mſs. pluribus abſunt, ab antiquioribus Patribus, fatente ipſo Millio, citata reperiantur. Enimvero Iren. l. 3. c. 12. p. 196. b. ait : *Eunuchus credens, & ſtatim poſtulans baptizari, dicebat : Credo Filium Dei eſſe Jeſum.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. a. præmiſſis his : *Quid eſt quod me impedit baptizari?* immediatè ſubjungit : *Tunc dixit Philippus : Si credis ex toto corde tuo, licet.* Prædeſtinatian. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 542. c. *Apoſtolus dixit ſpadoni : Si credis ex toto corde tuo, licet ut baptizeris.* S. Pacian. ſer. de bapt. p. 318. h. *Philippus ait : Si credis, potes.* His adjungendi ſunt Mſs. Græci Laud. 3. antiquiſſimus, necnon Mſ. Bedæ, qui Laudienſi huic rectè congruit, & ille cod. ex quo tanquam ex fonte orta Vulgata noſtra eſt ; qui omnes verſum iſtum 37. exhibent. Evaneſcit ergo Millii & Grotii conjectura ; & ſtandum magis Bedæ ſententiæ, qui hujus commatis jacturam librariorum incuriæ attribuit. Nec opponi juvat, vix credibile eſſe tot Mſs. probatos eodem vitio ſimul fœdatos ; ſufficit enim vel in uno Mſ. defuiſſe hæc verba, ut cæteri ex eo tanquam ex archetypo deſcripti, iiſdem caruerint. Vide etiam Morinum l. 1. Exercit. Biblic. p. 39.

℣. 38. Græcum textui Laudiano congruit, niſi quòd habet ἀμφότεροι, pro *uterque* ; mel. *ambo*, quod eòdem recidit.

℣. 39. Græc. Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ...... Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν... καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ Εὐνοῦχος. Ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. Mſs. verò quidam ferunt : Πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν Εὐνοῦχον· Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἥρπασε τὸν, &c. Ita quoque Hieron. legit, ſi Millio fides, dial. Orthod. & Luciferiani, c. 3. & 4. quam lectionem notavit & Rabanus in Gloſſa ordinar. Auguſt. etiam l. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. d. poſt hæc verba, *Evangelizabant tranſeuntes*, ex ℣. 25. ſtatim ſubdit : *Angelus autem Domini rapuit Philippum ab eo, & ampliùs non vidit eum Eunuchus. Ibat autem viâ ſuâ gaudens.*

℣. 40. Græc. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς, &c. Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. d. legit : *Philippus autem inventus eſt veniſſe in Azotum : unde revertens evangelizabat per omnes civitates, uſque dum veniret in Cæſaream.*

---

# CAPUT IX.

### VULGATA NOVA.

Gal. 1. 13. 1. SAulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem ſacerdotum,

2. & petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas : ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jeruſalem.

Inf. 22. 6. 3. Et cùm iter faceret, contigit ut appropinquaret Damaſco : & ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo.

1. Cor. 15. 8. 2. Cor. 12. 2. 4. Et cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi : Saule, Saule, quid me perſequeris ?

5. Qui dixit : Quis es Domine ? Et ille : Ego

### VERSIO ANTIQUA.

1. SAulus autem adhuc ſpirans minas, & cædes in diſcipulos Domini, accedens ad Principem ſacerdotum, Ex Mſ. Laudiano.

2. petivit ab eo epiſtolas in Damaſco ad ſynagogas : ut quoſcunque inveniret viæ hujus, viros quoque ac mulieres, vinctos adduceret in Hieruſalem.

3. Cùm autem iter faceret, contigit eum adpropinquare Damaſco : & repentè circumfulſit eum lux de cœlo.

4. Et * procidens in terram audivit vocem dicentem ſibi : Saule, Saule, quid me perſequeris ? durum tibi eſt contra ſtimulum calcitrare. * Mſ. procedens.

5. Dixit autem : Quis es Domine ? Dominus

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς, καὶ φόνου εἰς τοὺς.... προσελθὼν τῷ Ἀρχιερεῖ. Ambroſ. l. de benedict. Patr. c. 12. col. 530. c. habet, *ſpirans minas, & homicidia in diſcipulos Domini.* Auguſt. ſer. 279. to. 5. col. 1129. c. *ibat ſpirans & anhelans cædes.*

℣. 2. Græc. ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ..... εἰς Δαμασκὸν... ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς, &c. Mſs. quidam addunt ταύτης, voci ὁδοῦ ; & unus ſub finem, εἰσαγάγῃ. Auguſt. ſer. 279. to. 5. col. 1129. c. alludens dicit : *Saulus acceptis litteris à principibus ſacerdotum, ut ubicunque inveniret viæ Dei ſectatores, adtraheret, & adduceret*, &c. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 12. col. 530. c. d. ſimiliter : *Saulus.... petebat epiſtolas à principibus ſacerdotum, ut invaderet ſervos Chriſti :* & paulò ſup. *Intrabat in domos, & viros, ac mulieres trahebat in carcerem.* Vide Auguſt. infra ad ℣. 14.

℣. 3. Græc. Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο, &c. ut in textu, niſi quòd habet ἀπὸ, pro *de* ; at Mſs. plures ἐκ. Ambroſ. etiam l. 2. de Abr. col. 339. d. habet : *circumfulſit ſuper Saulum de cælo.*

℣. 4. Græc. Καὶ πεσὼν ἐπὶ....... αὐτῷ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, &c. ut in Vulg. at Mſ. unus habet cum eadem Vulg. Σαῦλε, Σαῦλε· & in fine, poſt verbum διώκεις, Syr. & Æthiop. addunt, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, ut in textu Laud. ex Act. 26. 14. ut opinatur Millius, ex quo etiam Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. vel 241. a. fortaſſe legit : *Quid me perſequeris ? durum eſt tibi calcem mittere contra ſtimulum.* Hilarius verò in Pſ. 2. n. 21. col. 37. d. ſimpliciter habet : *Saule, Saule, quid me perſequeris ? Ait autem*, &c. Similiter Iren. l. 3. c. 15. p. 203. b. Auguſtinus ſer. 295. to. 5. col. 1197. a. & Ambroſ. in Pſ. 39. ac 118. col. 866. a. 1141. d. Idem Ambroſ. libro 2. de Abr. col. 339. d. hæc præmittit : *Et cecidit, & horrore animi turbatus eſt, & audivit vocem de cælo dicentem :* deinde : *Saule, Saule, quid me perſequeris ?*

℣. 5. Græc. Εἶπε δέ· Τίς εἶ Κύριε ; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις· σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν· Mſs. quidam initio ferunt Ὁς εἶπε· ſubinde alii tollunt Κύριος εἶπεν· alii verò habent, Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτὸν, abſque εἶπεν· deinde plures, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ut in textu Laud. & infra 22. 8. poſt verbum autem διώκεις, alii plurimi ſubdunt : ἀλλ' ἀνάστηθι, *ſed ſurge*,



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. autem ad eum : Ego ſum Jeſus Nazoræus, quem tu perſequeris.

6. *Vide Not.*

7. Sed ſurge, & intra in civitatem, & dicetur tibi quid te oportet facere. Viri autem qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupidi, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

8. Surrexit autem Saulus de terra : apertis autem oculis ſuis, nihil videbat. Manumque ei dantes, * eum induxerunt in Damaſcum.

* 1. manu ſum.

9. Et dies tres non videns, non manducavit, neque bibit.

10. Erat autem quidam diſcipulus in Damaſco, nomine Ananias : & dixit ad eum in viſu Dominus : Anania. Et ille dixit : Ecce ego, Domine.

11. Dominus autem ad eum : Surgens vade in vicum, qui vocatur rectus : & quære in domum Judæ Saulum nomine Tarſenſem : ecce enim adorat.

12. ( Et vidit in viſu virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem ſibi manus ut videat. )

13. Reſpondit autem Ananias, & dixit : Domine, audivi de multis de viro hoc, quanta mala ſanctis tuis fecit in Hieruſalem :

14. & hic habet poteſtatem à * principibus ſacerdotum ligare omnes, qui invocant nomen tuum.

* Mſ. principib.

15. Dixit autem ad eum Dominus : Vade, quoniam vas electionis mihi eſt hic, ut portet nomen meum coram gentibus quoque & regibus, filiis quoque Iſrael.

VULGATA NOVA.

ſum Jeſus, quem tu perſequeris : durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

6. Et tremens, ac ſtupens dixit : Domine, quid me vis facere?

7. Et Dominus ad eum : Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

8. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum.

9. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.

10. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias : & dixit ad illum in viſu Dominus : Anania. At ille ait : Ecce ego, Domine.

11. Et Dominus ad eum : Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus : & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem : ecce enim orat.

12. ( Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem ſibi manus ut viſum recipiat. )

13. Reſpondit autem Ananias : Domine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem :

14. & hic habet poteſtatem à principibus ſacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum.

15. Dixit autem ad eum Dominus : Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ex ℣. 7. omiſſis omnibus intermediis. Iren. l. 3. c. 15. p. 203. b. poſt hæc, *Saule, Saule, quid me perſ.* continuò addit : *Ego ſum Jeſus Chriſtus, quem tu perſequeris.* Hilarius in Pſ. 2. n. 21. col. 37. d. *Ait autem : Qui es Domine? Dominus verò : Ego ſum Jeſus Nazarenus, quem tu perſequeris. At ille tremens*, &c. abſque his, *durum eſt tibi*, &c. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1105. e. *Quis es Domine?* ſimiliter in Pſ. 39. col. 866. a. paulò verò poſt addit : *Ego ſum Jeſus Nazarenus, quem tu perſequeris : durum tibi eſt adversùs ſtimulum calcitrare :* & l. 2. de Spir. S. col. 662. a. *Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris :* rurſumque in Pſ. 118. col. 1169. a. *durum tibi eſt adverſ. ſtimulum calcitrare :* at epiſt. 2. col. 756. a. legit, *durum eſt tibi ut adv. ſtim. calces.* Auguſtin. ſer. 295. to. 5. col. 1197. a. *Qui dixit : Quis es tu? Ego ſum Jeſus Nazarenus, quem tu perſ. durum eſt tibi adversùs ſtim. calcitrare.*

℣. 6. Hic verſus non tantùm à textu noſtro Laud. abeſt, ſed & à Mſs. pleriſque Græcis, ut notavimus ſupra : legitur tamen in Græco hodierno ſicut in Vulg. Hilar. quoque in Pſ. 2. n. 21. col. 37. d. illum integrum exhibet hoc modo : *At ille tremens, & pavens in eo quod ſibi acciderat, dixit : Domine, quid me vis facere?* Ambroſ. quoque l. de Joſ. col. 504. a. & tract. in Pſ. 118. col. 1105. e. poſteriorem partem citat : *Domine, quid me vis facere?* & in Pſal. 39. col. 866. a. *Domine, quid me oportet facere?* Auguſtinus in Job, to. 3. p. 1. col. 672. d. *Saulus ait : Quid me jubes facere?*

℣. 7. Græcum hodiernum habet cum Vulg. Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀνάστηθι, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, εἱστήκεισαν ἐνεοὶ, &c. ut ſupra. Mſs. quidam legunt, κἀκεῖ λαληθήσεται· plerique ita incipiunt, Ἀλλ' ἀνάστηθι, καὶ, &c. omiſſis his, Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν, ut ſupra obſervavi non ſemel. Tertul. l. de bapt. p. 391. b. ita legit : *Exſurge, & introi Damaſcum : illic tibi demonſtrabitur quid debeas agere.*

℣. 8. Græcum textui Laud. conſonat, niſi quòd pro *manumque ei dantes*, habet χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον εἰς, &c.

℣. 9. Græcum Vulgatæ congruit, deletâ voculâ *ibi*; quæ tamen aliàs habetur.

℣. 10. Græc. textui Laud. concinit, ſi excipias Ὁ δὲ εἶπεν, pro *Et ille dixit.*

℣. 11. Græcum eadem exhibet quæ in textu Laud. niſi quòd pro *in domum Judæ*, ponit ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα; & in fine, προσεύχεται, pro *adorat*, mel. *precatur.* Auguſt. ſerm. 295. to. 5. 1197. b. alludens dicit : *Vade ad illum vicum, ad illum hominem nomine Saulum.*

℣. 12. Græcum habet cum textu Laud. Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν...... καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα ὅπως ἀναβλέψῃ. A Mſs quibuſdam abeſt ἐν ὁράματι, ſicut ab Æthiop. & Copt. quidam etiam ſcribunt χεῖρας in plurali, cum Arab. & Æthiop. Beda autem retract. in hunc loc. monet in Græco haberi, *Et vidit in viſu virum, hoc eſt*, ἐν ὁράματι, *quod nomen*, inquit, *& Juvencus presbyter in Evangelico carmine poſuit, dicens :*

*Horamatis hujuſce expertes reddite cunctos.*

℣. 13. Græcum nil differt à Vulg. excepto verbo ἐποίησε, pro *fecerit.* Auguſt. in Pſ. 36. to. 4. col. 267. g. habet : *Domine, audivi ego de viro iſto, quantas perſecutiones ſanctis tuis fecerit in Jeroſolyma :* & ſer. 279. to. 5. col. 1130. b. *Domine, audivi de iſto homine, quia multa mala operatus eſt in ſanctos tuos :* & ſerm. 295. col. 1197. b. *Domine, audivi quia homo iſte multa mala fecit ſanctis tuis.*

℣. 14. Græc. καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ..... δῆσαι, &c. ut ſup. Auguſt. in Pſ. 36. col. 267. g. ſic pergit alludens : *& nunc acceptis litteris vadit, ut ubicunque invenerit invocantes nomen tuum, trahat, & liget, & ad pontifices adducat :* & ſer. 279. col. 1130. b. *& nunc litteras accepit à principibus ſacerdotum, ut ubicunque invenerit tui nominis ſectatores, pertrahat :* & ſerm. 295. col. 1197. b. *& nunc litteras portat à principibus ſacerdotum, ut ubicunque invenerit viæ hujus viros, vinctos adducat :* quæ omnia tam petita videntur è verſu 2. hujus capitis, quàm ex præſenti verſu.

℣. 15. Græcum Vulgatæ ſuffragatur. Mſs. quidam addunt particulam copulat. τε, voci ἐθνῶν, *gentibus.* Iren. l. 3. c. 15. p. 203. b. legit : *Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, ut portet nomen meum in gentibus, & regibus, & filiis Iſrael.* Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1127. d. & 1241. d. *Vade, quoniam vas electionis mihi eſt :* ita rurſum lib. de Joſ. c. 11. col. 504. e. ubi addit, *ad ſufferendum nomen meum coram gentibus :* & l. de Spir. S. col. 653. d. *Vade, quoniam vas elect. eſt mihi hic, ad ferendum nom. meum coram gentibus.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. e. *Vade, quoniam vas elect. eſt mihi, ut portet nom. me. coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael magnificari :* at in Pſal. 36. to. 4. col. 268. a. *Et contra Dominus : Sine, inquit, ego illi oſtendam*, &c. omiſſis intermediis : ſimiliter ſerm. 279. to. 5. col. 1130. b. *Sine, & ego ei oſtendam*, &c. & ſerm. 295. col. 1197. b. *Vade..... baptiza illum, quia vas*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

16. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

17. Et abiit Ananias, & introivit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu sancto.

18. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est.

19. Et cùm accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot.

20. Et continuò in synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.

21. Stupebant autem omnes qui audiebant, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invocabant nomen istud: & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum?

22. Saulus autem multò magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

23. Cùm autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in unum Judæi ut eum interficerent.

24. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, ut eum interficerent.

2. Cor. 11. 32. 25. Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta.

26. Cùm autem venisset in Jerusalem, tentabat se jungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.

27. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narravit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Jesu.

28. Et erat cum illis intrans, & exiens in Jerusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini.

### Versio antiqua.

16. Ego enim ostendam ei, quanta oportet illum propter nomen meum pati. *Ex Ms. Laudiano.*

17. Abiit autem Ananias, & intravit in domum: & imponens super eum manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua * veniebas, ut videas, & implearis Spiritu sancto.

* *Manu recentiori* veniebas; *primâ verò* veniebat.

18. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, vidit quoque statim: & surgens baptizatus est.

19. Et accipiens cibum, confortatus est. Fuit autem cum, qui erant in Damasco, discipulis, diebus aliquot.

20. Et continuò in synagogis prædicavit eis Jesum, quia hic est Filius Dei.

21. Stupebant autem omnes qui audiebant, & dicebant: Non hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui invocabant nomen hoc: & hic ideo venerat, ut vinctos eos perduceret ad principes sacerdotum?

22. Saulus autem magis invalescebat in verbo, & confundebat Judæos, qui habitabant in Damasco, instruens, & dicens quoniam hic est Christus.

23. Cùm autem replerentur dies multi, consilium fecerunt Judæi interficere eum.

24. Innotuerunt autem Saulo insidiæ eorum. Observabant autem & portas die quoque ac nocte, ut eum occiderent.

25. Acceptum autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt, laxantes in sporta.

26. Cùm venisset autem Paulus in Hierosolymis, tentabat adhærere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd est discipulus.

27. Barnabas autem adsumens eum, adduxit ad Apostolos: & enarravit eis quomodo in via vidisset Dominum, & quoniam locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine Jesu.

28. Et erat cum eis intrans, & exiens in Hierusalem, & constanter agens in nomine Domini.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*electionis mihi est.* Auct. l. de promiss. p. 1. c. 34. col. 116. a. *vas est mihi electionis homo iste, ut ferat nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.* Apud Tertullianum quoque l. de bapt. p. 392. b. Paulus dicitur *vas electionis.*

℣. 16. Græc. Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ, &c. ut sup. Iren. l. 3. c. 15. p. 203. b. legit: *Ego enim demonstrabo ei ex ipso, quanta oporteat eum pati propter nomen meum.* Augustin. in ep. ad Gal. to. 3. col. 980. a. *Ego illi ostendam, quæ oporteat eum pati pro nom. meo:* & in Ps. 36. to. 4. col. 268. a. *Ego illi ostendam, quæ illum oporteat pati pro nom. meo:* & serm. 279. to. 5. col. 1130. b. *Et ego ei ostendam, quæ illum oporteat pati pro*, &c. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. e. *Ego enim monstrabo ei, quanta patietur propter nom. meum.* Itidem Oros. l. contr. Pelag. p. 452. a. *Ego monstrabo illi, quanta patietur propter nomen meum.*

℣. 17. Græcum eadem exhibet quæ in textu Laud. nisi excipias ὁ ὀφθείς, *visus*, pro *qui apparuit.* Scribit etiam Σαοὺλ; sed Mss. quidam, Σαῦλε, ut in textu: unus quoque ipso initio fert Ἀπῆλθέ τε, *Et abiit*, vel *Abiitque*; & alius paulò post αὐτῷ, post ἐπιθείς, pro ἐπ᾽ αὐτόν.

℣. 18. Græcum textui Laud. consonat, nisi quòd habet ἀνέβλεψέ τε, pro *vidit quoque*; sed à Mss. pluribus abest vox seq. παραχρῆμα, quæ etiam non legitur in Vulg. Ambros. in Ps. 118. col. 1001. b. legit: *velut squamæ ceciderunt ab oculis ejus, & vidit.*

℣. 19. Græc. Καὶ λαβὼν τροφὴν, ἐνίσχυσεν. Ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς· Ms. unus habet ἐνισχύθη, pro ἐνίσχυσεν· alii quidam tollunt vocem Σαῦλος· alii ponunt ὄντων ἐν Δαμασκῷ.

℣. 20. Græc. Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς.... ἐκήρυσσε τὸν Χριστὸν, ὅτι, &c. ut sup. Mss. plures habent τὸν Ἰησοῦν, ὅτι, &c. & Iren. l. 3. c. 12. p. 197. a. *In synagogis in Damasco prædicabat cum omni fiducia Jesum, quoniam hic est Christus Filius Dei.*

℣. 21. Græc. Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. de præscr. c. 23. p. 335. a. huc alludens dicit de Paulo: *Illi non essent admirati de persecutore factum prædicatorem?*

℣. 22. Græcum textui Laud. congruit, deletis *in verbo*, ac & *dicens.* Ms. tamen unus addit τῷ λόγῳ.

℣. 23. Græcum concordat cum textu Laud. nisi quòd pro *multi*, habet ἱκαναὶ, *sufficientes, idonei.*

℣. 24. Græcum textui Laud. favet, detractâ voculâ *autem*, post *observabant.* Mss. tamen quidam ferunt Παρετήρουν δέ.

℣. 25. Græc. Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ... καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι. Mss. quidam legunt καθῆκαν αὐτόν.

℣. 26. Græc. Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι, &c. ut in textu Laud. Mss. quidam ferunt Παῦλος, non Σαῦλος; in aliis neutrum adest: mox quidam legunt ἐν Ἱερουσαλήμ· deinde alii, ἐπείραζεν. Beda etiam retract. in hunc locum observat *in hoc versu in Græco, Pauli nomen esse appositum: Cùm venisset autem Paulus in Jerusalem. Non quia*, inquit, *illo adhuc tempore sic vocaretur, prinsquam Sergium Paulum ad fidem Christi converteret, sed præoccupando nunc ita vocatur.*

℣. 27. Græc. Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε... καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε..... καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαῤῥησιάσατο, &c. ut in textu.

℣. 28. Græcum Vulgatæ consonat, addita voce Ἰησοῦ, post *Domini*; quæ tamen vox Ἰησοῦ abest à Ms. Alex. At Hieron. l. 1. in ep. ad Galat. to. 4. col. 234. f. Vulgatæ suffragatur.



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.*

29. Loquebatur quoque, & conferebat ad Græcos: illi autem quærebant occidere eum.

30. Cùm cognoviſſent autem fratres, deduxerunt eum in Cæſaream per noctem, & dimiſerunt in Tarſum.

31. Eccleſiæ quidem univerſæ per omnem Judæam, & Galilæam, & Samariam, habebant pacem, cùm ædificabantur & ingrediebantur in timore Domini, & obſecratione ſancti * Spiritus multiplicabantur.

32. Factum eſt autem Petrum tranſeuntem per omnes, deſcendere * ad ſanctos, qui habitabant Luddæ.

33. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis octo jacentem ſuper crabattum, qui erat paraluticous.

34. Et dixit ei Petrus: Ænea, ſanat te Jeſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et confeſtim ſurrexit.

35. Et viderunt eum omnes, qui habitabant Luddæ, & Saronam: qui converſi ſunt ad Dominum.

36. In Joppe autem quædam erat diſcipula, nomine Tabithas, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.

37. Factum eſt autem in diebus illis, infirmatam eam mori. Cùm laviſſent autem eam, poſuerunt in cœnaculo.

38. Cùm autem prope eſſet Ludda ab Joppe, diſcipuli audientes quia Petrus eſt in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogantes ne pigeret pervenire uſque ad nos.

39. Surgens autem Petrus, convenit eis. Quem advenientem aſcenderunt in ſuperioribus: & circumſteterunt ei univerſæ viduæ flentes, & oſtendentes tunicas, & veſtimenta quanta faciebat, cùm eſſet cum eis Dorcas.

40. Ejiciens autem foris omnes Petrus, & ponens genua, oravit: & reverſus ad corpus, ait: Tabitha, ſurge. At illa continuò aperuit oculos ſuos: & videns Petrum, conſedit.

41. Dans autem ei manum, erexit eam. Vocans autem ſanctos, & viduas, adſignavit eam viventem.

42. Notum autem factum eſt per totam Joppem: & crediderunt multi in Dominum.

* *Vox* Spiritus *in Mſ. addita eſt à manu recentiori.*

* *Mſ.* &.

## VULGATA NOVA.

29. Loquebatur quoque Gentibus, & diſputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum.

30. Quod cùm cognoviſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum.

31. Eccleſia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam, habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur.

32. Factum eſt autem, ut Petrus dum pertranſiret univerſos, deveniret ad ſanctos, qui habitabant Lyddæ.

33. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus.

34. Et ait illi Petrus: Ænea, ſanat te Dominus Jeſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et continuò ſurrexit.

35. Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui converſi ſunt ad Dominum.

36. In Joppe autem fuit quædam diſcipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.

37. Factum eſt autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cùm laviſſent, poſuerunt eam in cœnaculo.

38. Cùm autem prope eſſet Lydda ad Joppen, diſcipuli audientes quia Petrus eſſet in ea, miſerunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire uſque ad nos.

39. Exſurgens autem Petrus venit cum illis. Et cùm adveniſſet, duxerunt illum in cœnaculum: & circumſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas.

40. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit: & converſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit.

41. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocaſſet ſanctos, & viduas, aſſignavit eam vivam.

42. Notum autem factum eſt per univerſam Joppen: & crediderunt multi in Domino.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 29. Græc. Ἐλάλει τε, καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν, &c. Hieron. l. 1. in epiſt. ad Gal. to. 4. col. 234. f. habet: *Loquebatur quoque, & diſputabat*, &c. ut in Vulgata. Notat etiam Eraſmus vocem *gentibus* deeſſe tam in omnibus Mſs. Græcis, quàm in vetuſtioribus Latinis.

℣. 30. Græc. Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς, &c. Mſ. unus habet, καὶ νυκτὸς ἐξαπέστειλαν· alii verò plures tollunt ſeq. αὐτόν.

℣. 31. Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 357. f. *Eccleſiæ quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam, habebant pacem, inſtructæ & confirmatæ in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebantur.* Græc. Αἱ μὲν οὖν Ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, καὶ..... οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ..... ἐπληθύνοντο. Mſs. plures initio ferunt, Ἡ μὲν οὖν Ἐκκλησία, &c. numero ſingulari.

℣. 32. Græcum textui Laud. congruit, niſi quòd habet καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους, *& ad ſanctos*; & Λύδδαν, pro *Luddæ*: at Mſ. unus tollit καὶ, & ſcribit Λίδδα; alii quidam Λύδδα.

℣. 33. Ita Græcè, niſi hæc excipias, Αἰνέαν... ἐπὶ κραββάτῳ· Mſ. unus, ἐπὶ κραββάτου· alii quidam, ἐπὶ κραβάττῳ.

℣. 34. Græcum textui Laud. concinit. Mſs. tamen plures legunt, ὁ Κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, cum Vulgata. Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. col. 489. c. *Ænea, ſanet te Dominus J. C. ſurge, & ſterne tibi. Et ſurrexit, & ſtravit ſibi*: ſimiliter in Pſalm. 118. col. 1150. c. habet, *ſanet te*. Græc. ἰᾶταί σε.

℣. 35. Græcum concordat cum textu Laud. ſi exceperis Λύδδαν, καὶ τὸν Σαρωνᾶν· Mſs. quidam, Λύδδα; alii, Σάρωνα.

℣. 36. Eadem Græcum exhibet quæ in textu Laud. uno excepto Ταβιθά.

℣. 37. Textui favent quæ in Græco ſunt.

℣. 38. Græcè: Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν..... παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν· Mſ. unus ſcribit Λύδδα· ſubinde al. ὅτι Πέτρος ἦ· & in fine quidam, μὴ ὀκνήσῃς, vel ὀκνήσεις..... ἕως ἡμῶν.

℣. 39. Græc. Ἀναστὰς δὲ Πέτρος, συνῆλθεν αὐτοῖς. Ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον· καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι, &c. ut in textu Laud. al. περιέστησαν....... ὅσα ἐποίει αὐταῖς.

℣. 40. Græc. Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ..... Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς, &c. ut ſup. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 239. b. *Tabitha, exſurge in nomine Jeſu Chriſti.* Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. col. 489. d. *ſurge in nomine Domini noſtri J. C. Et defuncta ſurrexit*: & l. 2. de pœnit. col. 436. b. dicit: *Citiùs exaudivit Petrum, ut Dorcas reſurgeret.*

℣. 41. Græc. Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν. Φωνήσας δὲ τοὺς..... παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.

℣. 42. Græcum textui Laud. conſonat.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

43. Factum est autem, ut dies multos moraretur in Joppe, apud Simonem quemdam coriarium.

**Versio antiqua.**

43. Factum est autem, cum dies multos manere in Joppe, apud quemdam Simonem coriarium. Ex Mſ. Laudiano.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 43. Græc. Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν, &c. ut in textu.

# CAPUT X.

**Vulgata nova.**

1. Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica,

2. religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper:

3. is vidit in visu manifestè, quasi horâ diei nonâ, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid est, Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5. Et nunc mitte viros in Joppen, & accersi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus:

6. hic hospitatur apud Simonem quemdam coriarium, cujus est domus juxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

7. Et cùm discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum, ex his qui illi parebant.

8. Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Joppen.

9. Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam.

10. Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus:

11. & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cœlo in terram,

**Versio antiqua.**

1. Vir autem quidam in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio de cohorte, quæ dicitur Italica, Ex Mſ. Laudiano.

2. pius, & timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & obsecrans Deum semper:

3. vidit visum manifestè, quasi horâ nonâ diei, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

4. At ille intendens ei, & timore repletus, dixit: Quid est, Domine? Dixit autem ei: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectum Dei.

5. Et nunc mitte viros in Joppem, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus:

6. hic hospitatur apud * quemdam Simonem coriarium, cujus est domus secus mare. * Mſ. quem.

7. Cùm autem discessisset Angelus, qui loquebatur cum eo, vocavit duos ex domesticis, & militem pium, qui adhærebat sibi.

8. Et cùm exposuisset omnia eis, dimisit eos in Joppem.

9. Postera autem die iter agentibus illis, & civitati propinquantibus, ascendit Petrus in superiora adorare circa horam sextam.

10. Factum est autem ut esuriret, & voluit gustare. Parantibus autem eis, cecidit super eum pavor:

11. & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, tanquam linteum magnum, quatuor initiis summissum in terram,

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Græcum concordat cum textu Laud. addito verbo ἦν, *erat*, post *quidam*; quod tamen in Mſs. pluribus deest.

℣. 2. Græc. εὐσεβὴς, καὶ φοβούμενος..... καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός. Iren. l. 3. c. 12. habet: *Erat enim Cornelius hic religiosus, & timens Deum cum tota domo sua, & faciens eleemos. multas in populo, & orans Deum semper.* Mſ. etiam unus ponit ἐν τῷ λαῷ.

℣. 3. Græcum textui Laud. favet, nisi quòd habet ἐν ὁράματι, pro *visum*. Mſs. plures voci ὡσεὶ, *quasi*, addunt περί· & Iren. l. 3. c. 12. legit: *vidit ergo circa horam nonam diei, Angelum Dei intrantem, & dicentem:* deinde, *Eleemosynæ tuæ*, &c. omissa voce *Corneli*, & aliis ex ℣. 4. Cypr. quoque l. de orat. Dom. p. 214. legit: *Corneli, orationes tuæ*, &c. omissis pariter intermediis.

℣. 4. Hîc redit textus Lat. Mſ. Cantabrig. in quo sic: *& trepidus factus, dixit: Quid est, Domine? Dixit autem ei: Orationes tuæ, & eleemosynæ ascenderunt in recordatione coram Deo.* Græc. Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἔμφοβος γενόμενος, εἶπε, &c. ut in Vulgata. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. a. *Eleemosynæ tuæ ascenderunt in recommemorationem in conspectu Dei.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 214. b. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad memoriam coram Deo.* Similiter Epiphanius in 8. 10. Cantici Cantic. excepto *in*, pro *ad*; & *Domino*, pro *Deo*. August. epist. 189. to. 2. col. 698. e. *Corneli, acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ.*

℣. 5. Mſ. Cantabrig. nil differt à textu Laud. nisi uno *Joppen*, pro *Joppem*. Sic etiam in Græco est; sed Mſs. plures addunt τινα, ad *Simonem*, unà cum Vulg. Iren. l. 3. c. 12. simpliciter habet: *Propter quod mitte ad Simonem, qui vocatur Petrus.*

℣. 6. Mſ. Cantabr. *hic est hospitans apud Simonem pellionem, cujus domus est juxta mare:* reliqua desunt ut in textu Laud. In Græco hodierno habentur omnia quæ in Vulg. sed à Mſs. pluribus absunt posteriora, οὗτος λαλήσει, &c.

℣. 7. Mſ. Cantabrig. *Ut autem dissit* (l. *discessit*) *Angelus, qui loquebatur ei, vocatis duobus famulorum ejus, & militem fidelem, ex his qui præstò erant.* Græc. Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ Ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ. Mſs. plures, pro Κορνηλίῳ, ponunt αὐτῷ; unus verò tollit αὐτοῦ, post οἰκετῶν.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *enarravit illis visum, & misit illos in Joppen.* Gr. Καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέστειλεν, &c. ut sup. aliàs deest Καί.

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Postera autem die iter illis facientibus, & adpropiantibus civitati, ascendit Petrus in cænaculum, & oravit circa hora sexta.* Græcum Vulgatæ consonat, si exceperis ἐπὶ τὸ δῶμα, pro *in superiora*; al. εἰς τὸ δῶμα.

℣. 10. Mſ. Cantabr. *Factus est autem esuriens, & volebat gustare. Præparantibus verò ipsis, cecidit super eum mentis stupor.* Ita quoque Græcum habet, nisi excipias vocem ἐκείνων, *illis*, pro *ipsis*.

℣. 11. Mſ. Cantabr. *& vidit cælum apertum, ex quatuor principiis ligatum vas quoddam, & linteum splendidum, quod deferebatur de cælo in terram.* Græc. καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεωγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς. Mſs. plures delent ἐπ' αὐτὸν, sicut alii quidam δεδεμένον· al. verò cum Syr. & Æthiop. addunt ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, post καθιέμενον, ut in Cantabr. Ambrosius l. de Spir. S. col. 653. f. his alludens, dicit: *Cùm in oratione vidisset cælum apertum, & quatuor initiis ligatum vas quoddam, tanquam linteum, in quo*, &c. August. l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 304. e. *Vidit Petrus in alienatione mentis, vas quatuor lineis alligatum submitti de cælo:* & serm. 149. to. 5. col. 704. e. ait: *Quid sibi velit vas illud, tanquam linteum sub-*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Laudiano. 12. in quo erant omnia quadrîpedia, & repentia terræ, & beſtiæ, & volatilia cœli.

* Mſ. Ex. 13. * Et facta eſt vox ad eum: Surgens, Petre, occide, & manduca.

14. Petrus autem dixit: Nequaquam Domine, quia nunquam edi omne commune, aut immundum.

15. Et vox iterum ſecundò ad eum: Quæ Deus mundavit, tu commune ne feceris.

16. Hoc autem factum eſt per ter: & denuo receptum eſt vas in cœlum.

17. Dum autem intra ſe hæſitabat Petrus quidnam eſſet viſum, quem vidit: & ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, adſtiterunt ad januam.

18. Et vocantes, interrogabant, ſi Simon, qui cognominatur Petrus, hîc hoſpitatur.

19. Petro autem hæſitante de viſo, dixit ei Spiritus: Ecce viri tres quærunt te.

20. Sed ſurgens deſcende cum eis nihil dubitans: quoniam ego miſi eos.

21. Tunc deſcendens Petrus ad viros, dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis: quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis?

**Vulgata nova.**

12. in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli.

13. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.

14. Ait autem Petrus: Abſit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.

15. Et vox iterum ſecundò ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.

16. Hoc autem factum eſt per ter: & ſtatim receptum eſt vas in cœlum.

17. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnam eſſet viſio, quam vidiſſet: ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, aſtiterunt ad januam.

18. Et cùm vocaſſent, interrogabant, ſi Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hoſpitium.

19. Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te.

20. Surge itaque, deſcende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego miſi illos.

21. Deſcendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis: quæ cauſa eſt, propter quam veniſtis?

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*miſſum de cœlo quatuor lineis*, &c. Quod autem ſupra Auguſtinus appellat *vas*, è Græco σκεῦος; l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 320. b. 322. d. & alibi, vocat *diſcum*.

℣. 12. Mſ. Cantabr. *& erant omnia quadripedia, & ſerpentia, & volatilia cœli.* Græc. ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Mſs. plures tollunt vocem τῆς γῆς· alii quidam ex ipſis καὶ τὰ θηρία, qui cum aliis reponunt τῆς γῆς, poſt ἑρπετά. Hilarius in Matth. col. 750. f. huc alludens dicit: *In hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum univerſorum animantium genera ſummiſſa.* Ambr. l. 2. de Spiritu S. col. 653. f. *in quo erant omnia genera quadrupedum, & ferarum, & volucrum cœli.* Auguſt. ſerm. 149. to. 5. col. 704. e. *in quo erant omnia quadrupedia terræ, & ſerpentia, & volatilia:* & l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 704. e. *vas..... plenum variis animalibus.*

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Et facta eſt vox ad eum: Petre, ſurge, immola, & manduca.* Nec aliter in Græco, præter Ἀναστὰς Πέτρε· al. verò Ἀνάστα. Ambroſ. l. 2. de Spiritu S. col. 653. f. *Facta eſt vox ad eum: Surge, occide, & manduca.* Auguſtin. l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 304. e. *Audivit & vocem: Macta, & manduca:* ſimiliter l. 1. de gen. to. 1. col. 661. c. *Macta, & manduca:* & l. de unitate Eccl. to. 9. col. 358. a. *Petre, ſurge, macta, & manduca.* Et Beda retract. in hunc loc. ait: *Quod Latinè dicitur occide, hoc Græcè hoc in loco dicitur* θῦσον, *quod non generale occiſionis verbum eſt, ſed illius occiſionis proprium, quo hoſtiæ Deo immolantur.* Vide infra c. 11. ℣. 7.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *At illi (f. ille) dixit:* Non *Domine, quoniam nunquam manducavi omne comm. & immund.* Græcum textui Laud. congruit. Mſs. tamen quidam, loco ἢ, *aut*, ponunt καὶ, cum Vulg. Et Auguſtinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 358. a. legit: *Ait autem Petrus: Domine, nunquam manducavi omne commune, & immundum.* Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 653. f. *Et Petrus dixit: Abſit Domine, nunquam manducavi commune, & immundum.* Vide inf. c. 11. ℣. 8.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Et vox rurſum iteratò ad eum: Quæ Deus mundavit, hæc noli communicare.* Nec aliter in Græco eſt, præter vocem σὺ, pro *hæc:* ſed in Mſ. uno deeſt ἐκ δευτέρου, ſeu *iteratò;* & alii quidam ponunt ὃ ὁ Θεὸς, pro ἃ ὁ Θεὸς. Ambroſ. etiam l. 2. de Spir. S. col. 653. f. 654. c. *Et vox rurſus ad eum: Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris:* ſimiliter l. 2. Hex. col. 32. c. l. de apol. Dav. col. 676. d. & l. 7. in Luc. col. 1421. a. *Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris.* Ita quoque Hieronymus in Oſee 2. to. 3. col. 1252. At Iren. l. 3. c. 12. p. 196. a. legit: *Quæ Deus emundavit, tu ne commune dixeris.* Auguſtinus l. de unit. Eccl. to. 9. col, 358. a. *Et vox rurſus ad eum: Quæ Deus mundavit, tu communia ne dixeris:* & l. 1. de Gen. to. 1. col. 661. c. ſicut ſerm. 149. to. 5. col. 706. g. *Quæ Deus mund. tu ne immunda dixeris:* ita quoque l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 304. e. Vide inf. c. 11. ℣. 9.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Hoc enim factum eſt per ter: & adſumptum eſt ipſum vas in cœlum.* Gr. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ, &c. ut ſup. Mſ. unus tollit πάλιν; quidam verò ejus loco ponunt εὐθὺς, *rectum*, id eſt, *rectà*. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 653. f. legit: *Hoc autem factum eſt per ter: & receptum eſt vas in cœlum.*

℣. 17. Mſ. Cantabr. *Et dum intrà ſe factus eſt., hæſitabat Petrus quæ eſſet viſio, quam viderat: & ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, adſtiterunt ad januam.* Græc. Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε· καὶ ἰδοὺ οἱ ἄνδρες... διερωτήσαντες τὴν, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam delent καὶ; alii poſt διερωτήσαντες, *inquirentes*, addunt καὶ μαθόντες.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Et cùm clamaſſent, interrogabant, ſi Simon, qui... hîc hoſpitatur.* Gr. Καὶ φωνήσαντες, ἐπυνθάνοντο εἰ..... ἐνθάδε ξενίζεται.

℣. 19. Mſ. Cantabrig. *Petro autem cogitante de viſione, dixit ei Spiritus: Ecce viri quærunt te.* Græcum Vulgatæ conſonat ad verbum: in Mſs. tamen quibuſdam deeſt vocula τρεῖς, ut in Cantabr. Lat. plures etiam pro ἐνθυμουμένου, ſcribunt διενθυμουμένου, alii, διανοουμένου. Auguſtinus l. 12. de gen. ad litt. to. 3. col. 304. e. alludens dicit: *Qui cùm redditus & ſenſibus, de viſu diſceptaret; ecce quos Cornelius miſerat, nunciavit ei Spiritus, dicens: Ecce viri quærunt te.* Similiter habet Ambr. l. 2. de Spir. S. to. 2. col. 654. a. & Cerealis l. contra Maximin. c. 16. p. 673. d. *Ecce viri quærunt te.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 743. f. *Petro autem cogitante de viſu, dixit ei Spiritus ſanctus: Surge*, &c. & infra, p. 750. c. *Petro hæſitante de viſu, dixit ei Sp. ſanctus: Surge*, &c. at l. 2. contra Arium, *Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ſanctus: Ecce viri tres quærunt te.* Sic etiam habet Fulg. l. 1. de verit. præd. c. 9. p. 444. *Ecce viri tres quærunt te.*

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Sed ſurge, & deſcende, & vade cum eis nihil dubitant* (l. *dubitans:*) *quia*, &c. ut ſup. Gr. Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος· διότι, &c. al. ὅτι. Ambroſ. l. de Tob. c. 18. col. 612. c. *Surge, vade nihil dubitans: quoniam ego miſi illos:* & l. 2. de Spir. S. col. 654. a. *Surge itaque, & deſcende, & vade cum eis: ne dubites, quoniam ego*, &c. ut ſup. Auguſtin. l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. col. 304. e. *Sed ſurge, deſcende, & vade cum illis: quia ego miſi eos:* rurſus tract. 78. in Joh. col. 697. b. *vade cum illis*, &c. Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 750. c. *Surge, vade cum illis: quoniam ego miſi eos:* & ſup. p. 743. f. *Surge, & vade cum illis nihil dubitans: quia ego miſi eos:* & l. 2. contra Arium: *Exſurgens vade cum eis nihil dubitans: quia ego miſi eos ad te.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 542. *Exſurgens vade cum illis: quia ego eos miſi ad te:* at l. 1. de verit. præd. c. 9. p. 444. Vulgatæ conſonat ad verbum. Cerealis l. contra Maximin. c. 16. p. 673. d. *Exſurge, & deſcende, & vade cum illis nihil dubitans: quia ego illos miſi ad te.*

℣. 21. Mſ. Cantabr. *Tunc deſcendens Petrus ad ipſos viros, dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis: quid vultis? quæ cauſa, propter quam veniſtis?* Græc. Καταβὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγώ..... ζητεῖτε· τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε; Sed Mſs. plures tollunt hæc, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ

## VULGATA NOVA.

22. Qui dixerunt : Cornelius Centurio , vir justus , & timens Deum , & testimonium habens ab universa gente Judæorum , responsum accepit ab Angelo sancto , accersire te in domum suam , & audire verba abs te.

23. Introducens ergo eos , recepit hospitio. Sequenti autem die surgens profectus est cum illis ; & quidam ex fratribus ab Joppe comitati sunt eum.

24. Altera autem die introivit Cæsaream. Cornelius verò exspectabat illos , convocatis cognatis suis , & necessariis amicis.

25. Et factum est cùm introisset Petrus , obvius venit ei Cornelius , & procidens ad pedes ejus adoravit.

26. Petrus verò elevavit eum , dicens : Surge , & ego ipse homo sum.

27. Et loquens cum illo intravit , & invenit multos , qui convenerant :

28. dixitque ad illos : Vos scitis quomodo abominatum sit viro Judæo conjungi , aut accedere ad alienigenam : sed mihi ostendit Deus , neminem communem aut immundum dicere hominem.

29. Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo , quam ob causam accersistis me ?

30. Et Cornelius ait : A nudiusquarta die usque ad hanc horam , orans eram hora nona in domo mea , & ecce vir stetit ante me in veste candida , & ait :

31. Corneli , exaudita est oratio tua , & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.

32. Mitte ergo in Joppen , & accersi Simo-

## VERSIO ANTIQUA.

22. Qui dixerunt : Cornelius Centurio , vir justus , & timens Deum , testimonium autem habens ab omni gente Judæorum , monitus est ab Angelo sancto , arcessire te in domum suam , & audire verba abs te. Ex Mſ. Laudiano.

23. Tunc introducens eos , hospitio suscepit. Sequenti autem die surgens Petrus , abiit cum eis : & quidam de fratribus , qui erant ab Joppe , venerunt cum eo.

24. In crastinum autem intraverunt in Cæsaream. Cornelius autem erat exspectans eos , convocatis cognatis suis , & necessariis amicis.

25. Cùm autem factum esset ut introiret Petrus , obvians ei Cornelius , cadens ante pedes ejus adoravit.

26. Petrus autem elevavit eum , dicens : Surge , etenim ego homo sum , sicut tu.

27. Et cùm loqueretur cum eo , intravit , & invenit convenientes multos.

28. Dixit autem ad eos : Vos scitis quàm inlicitum est viro Judæo jungere , aut accedere alienigenæ : & mihi ostendit Deus , neminem communem aut immundum dicere hominem.

29. Propter quod & sine contradictione veni vocatus à vobis. Interrogo igitur , qua ratione arcessistis me ?

30. Et Cornelius respondit : A quarta die usque in hanc horam , eram jejunans , & adorans à sexta hora usque ad nonam in domo mea , & ecce vir stetit in conspectu meo in veste splendida , & ait :

31. Corneli , exaudita est oratio tua , & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.

32. Mitte igitur in Joppem viros , & accersi

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν , quæ etiam Latinorum nullus exhibet : addita putat Millius ex Act. 11. 11. Alii codd. Gr. simpliciter omittunt πρὸς αὐτόν· alii , omisso πρὸς αὐτὸν , addunt , post εἶπεν , πρὸς αὐτούς. Ambrosius l. de Tob. c. 18. col. 612. c. post hæc verba , *ego misi illos* , addit tantùm : *Et surrexit , & ivit.*

℣. 22. Mſ. Cantabr. *At illi dixerunt ad eum : Cornelius ..... testimonio quoque à tota gente Judæorum , responsum accepit ab Angelo sancto , accersire te in* , &c. ut sup. Græc. Οἱ δὲ εἶπον· Κορνήλιος..... μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ..... ἐχρηματίσθη ὑπὸ Ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς...... καὶ ἀκοῦσαι , &c. ut sup.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *Tunc ergo ingressus Petrus , hospitio excepit eos. Et postera die , cùm surrexisset , exivit cum eis : & quidam fratrum , qui ab Joppen , simul venerunt cum eo.* Græc. Εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς , ἐξένισε. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς· καί τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ τῆς Ἰόππης , συνῆλθον αὐτῷ. Mſs. quidam initio ferunt , Εἰσκαλεσάμενος δὲ αὐτοὺς ἐξένισε· alii plures , Τότε εἰσαγαγὼν ὁ Πέτρος , ἐξένισεν αὐτούς· al. Εἰσαγαγὼν οὖν αὐτοὺς , ἐξένισε· mox unus , Τῇ ἐπαύριον , absque δέ· alius , Καὶ τῇ ἐπαύρ. deinde quidam addunt ἀναστὰς , omisso ὁ Πέτρος· alii utrumque habent , ἀναστὰς ὁ Πέτρος.

℣. 24. Mſ. Cantabr. *Postero quoque die ingressus est Cæsaream. Cornelius verò erat exspectans eos ; & convocatis cognatis suis ; & necessariis amicis , sustinuit.* Græc. Καὶ τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν , &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam , Τῇ δὲ ἐπαύριον εἰσῆλθον· al. εἰσῆλθεν.

℣. 25. Mſ. Cantabr. *Cùm adpropiaret autem Petrus in Cæsaream , præcurrens unus ex servis , nunciavit venisse eum. Cornelius autem exiliens , & obvius factus est ei , procidens ad pedes ejus , adoravit eum.* Græcum textui Laud. favet , deleta voce *ejus* , post *pedes*.

℣. 26. Mſ. Cantabr. *Petrus verò levavit eum , dicens : Quid facis ? & ego homo sum , quomodo & tu.* Græc. Vulgatæ congruit. Mſ. tamen unus addit τί ποιεῖς , verbo *Surge* ; mox alii quidam ferunt καὶ γὰρ ἐγώ· nullus autem in fine habet *sicut tu* , præter Cantabr. & Laud. cum Æthiop.

℣. 27. Mſ. Cantabr. *Et introivit , & invenit convenisse multos.* Græc. Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ , εἰσῆλθε , &c. ut in Vulg.

℣. 28. Mſ. Cantabr. *Aitque ad eos : Vos meliùs scitis ut nefas sit viro Judæo adhærere , aut accedere ad allophylum : & mihi Deus ostendit , neminem communem aut immundum dicere hominem.* Græc. Ἔφη τε πρὸς αὐτούς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ , &c. ut in Cantabr. Iren. l. 3. c. 12. p. 199. c. legit : *Ipsi scitis quoniam non est fas viro Judæo adjungi* , ( al. *conjungi* ) *aut convenire cum allophylo : mihi autem Deus ostendit , neminem communem aut immundum dicere hominem.* Auguſt. serm. 149. to. 5. col. 706. f. *Et vos scitis quàm illicitum sit viro Judæo* , &c. ut in Vulg. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 358. b. *Vos meliùs scitis quomodo abominandum sit viro Judæo jungi , aut accedere ad alienigenam : sed mihi Deus ostendit , nullum communem aut inquinatum dicere hominem :* & l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. col. 304. f. *sed mihi Deus ostendit , neminem communem aut immundum hominem dicere.* Cypr. epiſt. 59. p. 99. a. *Dominus mihi dixit , neminem hominem communem dicendum & immundum.*

℣. 29. Mſ. Cantabr. *Propter quod & sine cunctatione veni transmissus à vobis. Interrogo ergo , qua ratione accersistis me ?* Græc. Διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι οὖν , &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam addunt ὑφ' ὑμῶν , verbo μεταπεμφθείς. Iren. l. 3. c. 12. p. 199. c. legit : *Quapropter sine contradictione veni.*

℣. 30. Mſ. Cantabr. *Et Cornelius ait : A nustertiana die usque in hunc diem , eram jejunans , & nona orabam in domo mea , & ecce vir stetit in conspectu meo in veste splendida , & ait.* Græc. Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη· Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας , ἤμην νηστεύων , καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος , &c. ut in Cantabr. A Mſs. quibusdam abest νηστεύων καί· & in uno , pro λαμπρᾷ , seu *splendida* , est λευκῇ , ut in Vulg. Sed Beda comment. in hunc loc. monet *in Græco , & in quibusdam Latinis codd. ita scriptum esse : A quarta die usque ad hanc horam , eram jejunans , & orans à sexta hora usque ad nonam , & ecce vir* , &c. rursum retract. in eumdem loc. ait : *In Græco pleniùs & apertiùs scriptum : A quarta die usque in hanc horam , eram jejunans , & adorans à sexta hora usque ad nonam.* Quæ ipsissima sunt verba textus nostri Laud.

℣. 31. Mſ. Cantabrig. textui Laud. congruit , nisi quòd habet *in mente habita sunt* , pro *commemoratæ sunt*. Græc. ἐμνήσθησαν , &c. ut sup. Auguſt. l. 4. contra Donat. to. 9. col. 139. b. legit : *Accepta sunt eleemosynæ tuæ , & exauditæ sunt orationes tuæ.*

℣. 32. Mſ. Cantabr. *Mitte ergo in Joppen , & accersi... hic hospitatur in domum Simonis pellionis..... qui , cùm venerit ,*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.* Simonem, qui cognominatur Petrus : hic hoſpitatur in domo Simonis coriarii juxta mare, qui, cùm advenerit, loquetur tibi.

33. Protinus igitur miſi ad te : tu autem bene feciſti adveniens. Nunc igitur omnes nos in conſpectu Dei adſumus, audire omnia quæ præcepta ſunt à Domino.

34. Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit : In veritate comprehendo, quoniam non eſt perſonarum acceptator Deus :

35. ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus ei eſt.

36. Verbum, quod deſtinavit filiis Iſrael, adnuntians pacem per Jeſum Chriſtum : (hic eſt omnium Dominus.)

37. Vos ſcitis quod factum eſt verbum per totam Judæam : incipiens enim à Galilæa, poſt baptiſmum, quod prædicavit Johannes,

38. Jeſum à Nazoreth : ſicut unxit eum Deus in Spiritu ſancto, & virtute, qui perambulavit benefaciens, & ſanans omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum eo.

39. Et nos teſtes omnium, quæ fecit in regione Judæorum, & in Hieruſalem, quem & interfecerunt ſuſpendentes in ligno.

40. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri,

41. non omni populo, ſed teſtibus prædeſtinatis à Deo : nobis, qui cummanducavimus & cumbibimus eo, poſtquam ſurrexit à mortuis, per dies quadraginta.

VULGATA NOVA.

nem, qui cognominatur Petrus : hic hoſpitatur in domo Simonis coriarii juxta mare.

33. Confeſtim ergo miſi ad te : & tu bene feciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta ſunt à Domino.

34. Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit :
In veritate comperi, quia non eſt perſonarum Deuter.
acceptor Deus : 10. 17.
35. ſed in omni gente, qui timet eum, & 2. Par.
operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. 19. 7. Job. 34.
36. Verbum miſit Deus filiis Iſrael, annun- 19.
tians pacem per Jeſum Chriſtum : (hic eſt omnium Sap. 6.
Dominus.) 8.
Eccli.
37. Vos ſcitis quod factum eſt verbum per 35. 15.
univerſam Judæam : incipiens enim à Galilæa, Rom. 2.
poſt baptiſmum, quod prædicavit Joannes, 11.
38. Jeſum à Nazareth : quomodo unxit eum Galat.
Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſiit be- 2. 6.
nefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, Epheſ. 6. 9.
quoniam Deus erat cum illo. Col. 3.
39. Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit 25.
in regione Judæorum, & Jeruſalem, quem oc- 1. Pet.
ciderunt ſuſpendentes in ligno. 1. 17.
40. Hunc Deus ſuſcitavit tertia die, & dedit Luc. 4.
eum manifeſtum fieri, 14.
41. non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo : nobis, qui manducavimus & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*loquatur tibi.* Græc... ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως... ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι· priora verò ut in Vulg. Mſs. tamen plures tollunt extrema verba, ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι, teſte Millio : ſed Beda retract. in hunc loc. teſtatur in Græco ſequi, *qui, cùm advenerit, loquetur tibi.*

℣. 33. Mſ. Cantabr. *E veſtigio ergo miſi ad te, rogando venire te ad nos : tu autem bene feciſti in brevi advenire. Nunc ergo nos omnes in conſpectu tuo, audire volumus à te quæ præcepta ſunt tibi à Deo.* Græc. Ἐξαυτῆς οὖν ἔπεμψα πρός σε· σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Mſs. quidam habent τοῦ Κυρίου, poſt ἐνώπιον, pro τοῦ Θεοῦ· unus verò ἐνώπιον σοῦ, ut in Vulg. Syr. & Æthiop. At Beda retract. in hunc loc. monet in Græco legi *in conſpectu Dei adſumus.* Mſ. etiam unus tollit σοι, poſt προστεταγμένα.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Aperiens autem os Petrus, dixit : In veritate expedior (l. experior) quia non... acceptor Deus.* Gr. Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ, &c. ut ſup. Mſs. quidam addunt αὐτοῦ, ad στόμα. Cerealis l. contra Maximin. c. 16. p. 673. d. *Et veniens Petrus ad Cornelium, dixit : In veritate ſcio, quia non eſt perſonarum Deus acceptor.* Iren. l. 3. c. 12. p. 196. b. *In veritate comperi, quoniam*, &c. ut in Vulgata. Hieron. l. 1. in epiſt. ad Galat. to. 4. col. 240. c. *In veritate cognoſco, quia*, &c. ut in Vulg. Philaſtr. Brix. p. 724. c. *In veritate cognoſco, quòd Deus perſonarum acceptor non eſt.* Prædeſtin. l. 3. apud Sirm. to. 1. p. 530. b. *In veritate comperi, quia non eſt perſ. acceptio apud Deum.* Ambroſ. l. 1. de exceſ. Sat. 1131. b. *quia non eſt perſ. acceptor Deus.*

℣. 35. Mſ. Cantabr. textui Laud. conſonat ; nec refragatur Græcum, niſi quòd habet ὁ φοβούμενος... καὶ ἐργαζόμενος. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. b. *ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptabilis ei eſt.* Similiter habet Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. col. 240. c. excepto *loco*, pro *gente* ; at in Gr. conſtanter ἔθνει· & pro *acceptabilis*, δεκτὸς, *acceptus.*

℣. 36. Mſ. Cantabr. *Verbum ſuum miſit filius (l. filiis) Iſrael, evangelizare pacem per*, &c. ut ſup. Gr. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος, &c. ut ſup. al. deeſt ὃν.

℣. 37. Mſ. Cantabr. *Vos ſcitis quid factum eſt per totam Judæam : cùm cœpiſſet enim à Galilæa, poſt*, &c. ut in textu. Græc. Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς, &c. ut ſup. al. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ, &c. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. *Vos ſtitis quod factum eſt verbum per omnem Judæam : incipiens enim à Galil.* &c. ut ſup. Itidem Hilar. l. 11. de Trin. 1093. d. præter vocem *univerſam*, pro *omnem*, abſque ſeq. *enim.* Sic etiam Ambroſ. l. 1. de Spir. S. col. 621. f. ſed cum voce *totam.* Tollit etiam *enim* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 648. d.

℣. 38. Mſ. Cantabr. *Jeſum à Nazareth, quem unxit Deus ſancto Spiritu, & virtute : hic pergreſſus eſt benefaciens, & ſanans omnes, qui obtenebantur à diabolo, quia Deus erat cum illo.* Græc. Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ· ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι... ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν, καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ, &c. ut ſup. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. *Jeſum à Nazareth : quemadmodum unxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute : ipſe circuivit benefaciens, & curans omnes, qui oppreſſi erant à diab.* &c. ut in textu Laud. Hilar. l. 11. de Trin. col. 1093. d. *Jeſum Nazaræum : quomodo unxit illum Deus Spiritu ſancto, & virtute.* Ambroſ. l. 1. de Spir. S. col. 621. f. *Jeſum à Nazareth : quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto :* & ſup. col. 609. c. *hunc Jeſum à Nazareth, quem unxit Deus Spir. ſancto.* Itidem Fulgent. l. pro fide Cath. p. 542. deletâ voculâ *hunc.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trinit. *Jeſum, qui eſt à Nazareth, unxit Deus eum in Spiritu ſancto, & virtute :* & l. cont. Varimad. p. 738. e. *hic perambulavit benefaciens, & ſalvans omnes, qui deprimebantur à diabolo, quoniam Deus erat in illo.* Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 13. col. 175. e. *Jeſus, qui venit benefaciens, & curans in plebe omnem infirmitatem, quia Deus erat in eo.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 648. d. *Jeſum Nazareth, quem unxit Deus Spiritu ſancto, & virtute : hic circuivit faciens virtutes, & magnalia, atque omnes liberans obſeſſos à diabolo.* Beda comm. in hunc loc. pro *quomodo unxit eum Deus*, ait aliam editionem habere, *ſicut unxit*, &c.

℣. 39. Mſ. Cantabr. *Et nos teſtes ejus, quæ fecit in regione Judæorum, & Hieruſalem, quem etiam interſecerunt ſuſpenſum in ligno.* Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. *Et nos teſtes ſumus omnium eorum, quæ fecit & in regione Judæor. & in Hieruſ. quem interfecerunt ſuſpendentes in ligno.* Ita quoque in Græco eſt, deleta voce *eorum.* Mſs. etiam plures delent ἐσμὲν, *ſumus* ; ſicut unus ἐν, ante *Hieruſalem* ; alii verò addunt καὶ, poſt ὃν, *quem.*

℣. 40. Mſ. Cantabr. *Hunc Deus ſuſcitavit poſt tertium diem, & dedit ei manifeſtum fieri.* Iren. l. 3. c. 12. *Hunc Deus excitavit tertia die, & dedit eum manifeſtum (al. manifeſtè) fieri.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 738. g. *dedit eum manifeſtum fieri.* Græcum textui Laudiano conſonat : Mſ. tamen unus habet ἔδωκεν αὐτῷ, *dedit ei*, ut in Cantabr.

℣. 41. Mſ. Cantabr. *non omni populo, ſed teſtibus prædeſtinatis à Deo : nobis, qui ſimul manducavimus, & ſimul bibimus cum eo, & converſi (l. converſati) ſumus, poſtquam ſurrexit à mortuis, dies xl.* Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. *non*

VULGATA NOVA.

42. Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo judex vivorum & mortuorum.

Jer. 31. 34. Mich. 7. 18. 43. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.

44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum.

45. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in Nationes gratia Spiritus sancti effusa est.

46. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

47. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?

48. Et jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Tunc rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diebus.

VERSIO ANTIQUA.

42. Et præcepit nobis prædicare plebi, & testificari, quia ipse est, qui prædefinitus erat à Deo judex viventium & mortuorum. Ex Ms. Laudiano.

43. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnem credentem in eum.

44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audierunt verbum.

45. Et obstupuerunt qui ex circumcisione fideles, quanti convenerunt Petro: quia & in Gentibus donum sancti Spiritus effusum est.

46. Audiebant enim eos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

47. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam potest aliquis prohibere, ne baptizentur * hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? * Ms. eos hi.

48. Præcepit autem eos baptizari in nomine Jesu Christi. Tunc rogaverunt eum remanere dies aliquos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*omni populo, sed testibus nobis prædestinatis à Deo* (al. *ab eo:*) *qui cum eo & manducavimus, & bibimus post resurrectionem à mortuis. Et*, &c. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 738. g. *nobis testibus, qui prædestinati sumus à Deo: qui simul manducavimus, & conversati sumus per dies xl. cum eo, & postquam resurrexit à mortuis.* Græc. ꙋ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Mss. quidam addunt, δι᾽ ἡμερῶν τεσσαράκοντα, teste Rabano; sicut etiam unus vetust. in Biblioth. Bodlei. si Millio fides. Et Beda retract. in hunc loc. monet *in Græco additum, Per dies quadraginta.* Deinde sic pergit: *Et sanctus Aug. in suo codice ita haberi declaravit, atque exponendo subjunxit: Non quòd quotidie per dies quadraginta cum illo manducassent atque bibissent, nam erit contrarium Johanni, qui octo dies illos interposuit, quibus eis visus non est..... Cujus sacramentum refectionis simul, & jejunii ejus per totidem dies alibi exponens, ait: Jejunavit cùm tentaretur ante mortem, cibo adhuc indigens: manducavit autem & bibit, cùm glorificaretur, jam cibo non indigens. Illic enim ostendebat in se laborem nostrum, hic autem in nobis suam consolationem, quadragenis diebus utrumque definiens. Nam xl. diebus jejunavit, cùm tentaretur in eremo..... & rursus xl. diebus cum discipulis suis fuit, intrans & exiens, manducans & bibens post resurrectionem carnis suæ.* Ignat. ep. ad Smyrn. legit, ἐκ νεκρῶν ἄχρις ἡμερῶν ὅλων τεσσαράκοντα.

℣. 42. *Et præcepit nobis prædicare populo, & protestari, quia ipse est, qui præstitus est à Deo judex vivorum &*, &c. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. *Et præcepit nobis annuntiare populo, & testificari, quoniam ipse est prædestinatus à Deo judex vivorum &*, &c. Gr. Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ... ζώντων καὶ, &c. al. ὅτι οὗτος ἐστιν, &c.

℣. 43. Ms. Cantabr. eadem exhibet quæ in textu Laud. uno excepto *qui credit*, pro *credentem*. Iren. verò lib. 3. c. 12. legit: *Huic omnes Prophetæ testimonium reddunt, remissionem pecc. accip. per nom. ejus omnem credentem in eum.* Similiter Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. c. *Huic omnes Prophetæ testim. perhibent, remiss. pecc. accip. per manum illius omnem credentem in eum.* Nec aliter in Græco hodierno est, præter τοῦ ὀνόματος, pro *manum:* aliàs tamen legitur, πάντες οἱ πιστεύοντες, teste Millio, pro πάντα τὸν πιστεύοντα, quod Mss. plerique præferunt.

℣. 44. Ms. Cantabr. Vulgatæ consonat, unà cum Gr. Accinunt etiam Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. c. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 748. e. Fulgentius fragm. 29. contra Fab. p. 622. & Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 356. c. nisi quòd hic postremus habet *irruit*, pro *cecidit*. In Græco constanter ἐπέπεσε, vel ἔπεσε.

℣. 45. Ms. Cantabrig. *Et obstupefacti sunt qui erant ex circumcisio fideles, qui simul venerunt cum Petro: quia & super Gentes donum Spiritus sancti effusum est.* Eadem quoque refert Auct. l. de rebapt. apud Cypr. p. 356. c. præter hæc, *ex circumcisione...... quotquot simul venerant.* Auguſt. verò l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. c. legit: *Et obstupuerunt qui ex circumcisione fideles simul cum Petro venerant: quia & in Nationes donum Spiritus sancti effusum est.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 748. e. *Et obstupuerunt qui erant ex circumcis. fideles, qui simul cum Petro venerant: quoniam & Gentibus gratia Spir. sancti diffusa est.* Fulgent. fragm. 29. contra Fab. p. 622. nil discrepat à Vulgata. Græc. Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ· ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ Ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ... ἐκκέχυται· Ms. unus scribit οἵ, pro ὅσοι.

℣. 46. Ms. Cantabr. *Audiebant enim eos loquentes prævaricatis linguis, & magnificantes Deum.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 356. c. *Audiebant enim eos loquentes linguis suis, & magnificabant Deum.* Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. c. Vulgatæ concinit, unà cum Græco.

℣. 47. Ms. Cantabr. *Dixit autem Petrus: Nunquid aliquis aquam prohibere potest, ut baptizentur isti, qui*, &c. ut in textu. Iren. l. 3. c. 12. p. 199. e. *Nunquid* (al. *Num quis*) *aliquis aquam vetare potest ad baptizandum hos, qui Spiritum sanctum acceperunt quemadmodum & nos?* Ambroſ. l. de Tob. c. 18. col. 612. c. *Nunquid aquam vetare possumus, ne baptizentur ii, qui Spiritum sanctum acceperunt?* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 356. e. *Tunc respondit Petrus: Nunquid aliquis aquam prohibere potest, ut non baptizentur isti, qui Spiritum sanctum accep. sicut & nos?* Ita quoque Græcum habet: sed Mss. quidam, pro τοῦ μὴ βαπτισθῆναι, ferunt τοῦ βαπτισθῆναι, absque μή. Fulg. fragm. 37. contra Fab. p. 660. Vulgatæ constanter accinit.

℣. 48. Ms. Cantabr. *Tunc præcepit eos baptizari in nom. Domini J. C. Tunc rogaverunt eum ad eos demorari dies aliquos.* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 356. c. *Et præcepit eos baptizari in nom. J. C.* Græc. Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς. Mss. quidam initio ferunt, Προσέταξε δέ· paulòque post, Ἰησοῦ Χριστοῦ, pro Κυρίου· alii, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, absque Χριστοῦ, quod addunt alii, ut & quidam in fine, παρ᾽ αὐτοῖς, post τινάς.

# CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Judæa: quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.

VERSIO ANTIQUA.

1. Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Judæa: quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Ex Ms. Laudiano.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Audito verò Apostoli, & fratres, qui erant in Judæam, quia & Gentes exceperunt verbum Dei.* Græc. textui Laud. consonat, nisi quòd habet κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, loco *in Judæa.*



Digitized by Google

| Versio antiqua. | Vulgata nova. |
|---|---|
| *Ex Mſ. Laudiano.* 2. Cùm autem aſcendiſſet Petrus in Hieroſolyma, diſceptabant ad eum, qui ex circumciſione, | 2. Cùm autem aſcendiſſet Petrus Jeroſolymam, diſceptabant adversùs illum, qui erant ex circumciſione, |
| 3. dicentes: Quia ad viros præputium habentes intraſti, & cummanducaſti eis. | 3. dicentes: Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis? |
| 4. Incipiens autem Petrus exponebat eis per ordinem, dicens: | 4. Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: |
| 5. Ego eram in civitate Joppem adorans, & vidi in ſtupore mentis viſum, deſcendens vas quoddam tanquam linteum magnum quatuor initiis ſummiſſum de cœlo, & venit uſque ad me. | 5. Ego eram in civitate Joppe orans, & vidi in exceſſu mentis viſionem, deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſummitti de cœlo, & venit uſque ad me. |
| 6. In quod intuens conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia cœli. | 6. In quod intuens conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia cœli. |
| 7. Audivi autem & vocem dicentem mihi: Exſurgens Petre, occide, & manduca. | 7. Audivi autem & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide, & manduca. |
| 8. * Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune aut immundum nunquam introivit in os meum. (* *Primâ manu* Dixit; *ſecundâ* Dixi.) | 8. Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune aut immundum nunquam introivit in os meum. |
| 9. Reſpondit autem mihi ſecundò vox de cœlo: Quæ Deus mundavit, tu non communicabis. | 9. Reſpondit autem vox ſecundò de cœlo: Quæ Deus mundavit, tu ne commune dixeris. |
| 10. Hoc autem factum eſt per ter: & iterum recepta omnia in cœlum. | 10. Hoc autem factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia rurſum in cœlum. |
| 11. Et ecce confeſtim tres viri adſtiterunt ad domum, in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me. | 11. Et ecce viri tres confeſtim aſtiterunt in domo, in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me. |
| 12. Dixit autem mihi Spiritus, ut irem cum eis, nihil * dubitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri. (* *Mſ.* dubitantem.) | 12. Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis, nihil hæſitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri. |
| 13. Retulitque nobis, quomodo vidiſſet Angelum in domum ſuam ſtetiſſe, & dixiſſe ei: Mitte in Joppem viros, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, | 13. Narravit autem nobis, quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua, ſtantem & dicentem ſibi: Mitte in Joppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, |
| 14. qui loquetur verba ad te, in quibus ſalvus eris tu, & omnis domus tua. | 14. qui loquetur tibi verba, in quibus ſalvus eris tu, & univerſa domus tua. |
| 15. Cùm autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & ſuper nos in principio. | 15. Cùm autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. |
| 16. Memoratus ſum autem verbi Domini, ſicut | 16. Recordatus ſum autem verbi Domini, ſic- |

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Mſ. Cantabr. *Quidem ergo Petrus permulto tempore voluit profici in Hieroſolyma: & convocavit fratres, & confirmavit eos, multum verbum faciens per civitates, docens eos, quia & obviavit eis, & enuntiavit eis gratiam Dei: quia erant de circumciſione fratres judicantes ad eum.* In Græco hæc ſola: Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱερσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς. Mſs. plures initio ferunt, Ὅτε δὲ ἀνέβη.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *dicentes: Quia introiſti ad viros præputia habentes, & manduc. cum eis.* Græcum textui Laud. conſonat.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Excipiens autem Petrus exponebat eis per ordinem, dicens.* Gr. Ἀρξάμενος δέ..... ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς, λέγων.

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Ego eram in Joppen civitate orans, & vidi in mentis ſtupore viſum, deſcendere vas quoddam velut linteum magnum, quatuor principibus dimittebatur de cælo, &*, &c. ut ſup. Græc. Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι..... καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, &c. ut ſup.

℣. 6. Mſ. Cantabr. *In quod intuitus conſiderabat, & ecce quadripedes terræ, & beſtias, & repentia*, &c. ut ſup. Gr. Εἰς ἣν ἀτενίσας κατενόουν, καὶ εἶδον, &c. ut in textu Laudiano.

℣. 7. Mſ. Cantabr. *Et audivi vocem dicentem mihi: Surgens Petre, immola, & manduca.* Græc. Ἤκουσα δὲ φωνῆς..... Ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. Mſs. plures, Καὶ ἤκουσα· al. Ἤκουσα δὲ καί. Vide c. 10. ℣℣. 12. 13. & ſeq.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Dixit autem: Abſit Domine, quia commune & immundum nunquam introivit in os meum.* Gr. Εἶπον δέ· Μηδαμῶς Κύριε, ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ, &c. ut in textu Laud. Mſs. plures tollunt πᾶν· alii verò habent paulò poſt, κοινόν τι. Damaſ. epiſt. 17. ad Hieronym. col. 580. *Abſit Domine à me, quoniam comm. & imm. nunquam introivit in os meum.*

℣. 9. Mſ. Cantabrig. *Reſpondit verò vox de cælo ad me: Quæ Deus mundavit, tu noli communicare.* Græc. Ἀπεκρίθη δέ μοι φωνή.... Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Mſs. plures tollunt μοι, ante φωνή. Damaſ. ep. 17. ad Hieron. apud ipſum, to. 4. col. 562. b. legit: *Quod Deus mundavit, tu commune ne dixeris.* Vide ſup. c. 10. ℣. 15.

℣. 10. Mſ. Cantabr. *Hoc autem factum eſt per ter: & ſublata ſunt iterum omnia in cælo.* Græc. Τοῦτο δέ.... καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν.

℣. 11. Mſ. Cantabr. *Et ecce ſtatim tres viri ſupervenerunt ad domum, in qua erant* (l. *eram*,) *miſſi à*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ ἰδοὺ ἐξαυτῆς τρεῖς..... ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, &c.

℣. 12. Mſ. Cantabr. *Et dixit Spiritus mihi, ſimul venire cum eis. Veneruntque mecum etiam ſex fratres iſti, & introivimus in domum ipſius viri.* Græcum textui Laud. concinit.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Adnuntiavit autem nobis, quomodo vidit Angelum in domo ſua ſtetiſſe, & dixiſſe ei: Mitte in Joppen, & accerſi*, &c. ut ſup. Græc. Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν, πῶς εἶδε τὸν Ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ· Ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ, &c. ut ſup. Mſs. plures in principio ferunt, Ἀπήγγειλε δέ· quidam verò ex ipſis, cum aliis, delent ἄνδρας.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *qui loquebatur verba ad te, in quibus ſalvus fias, & omnis domus tua.* Græc. textui Laud. favet. Mſ. tamen unus, pro λαλήσει, *loquetur*, ponit λαλήσῃ.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Et dum cæpiſſet loqui eis, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut ſuper nos in principium.* Gr. Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε, &c. ut in textu Laud. Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 354. c. *Cùm autem inciperem loqui ego, irruit Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & ſuper nos in principio.* Auguſtinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. d. *Cùm cæpiſſem autem loqui ad illos, cecidit Spiritus ſanctus in illos, ſicut & in nos in initio.* Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 18. p. 28. c. *Cùm autem cæpiſſem loqui, decidit Spir. ſanctus*, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Recordatus ſum verbum Domini, ſicut dicebat: Johannes..... vos autem baptizamini Spiritu ſancto.* Græc. Ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος Κυρίου, ὡς..... ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύμ. &c. Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 354. c. *Et recordatus ſum ſermonem Domini, ſicut dicebat: Johannes baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spir. ſancto.* Auguſtinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 992. d. *Memora-*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Matth. 3. 11. Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Joan. 1. 26. Sup. 1. 5. Inf. 19. 4.

ut dicebat : Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Christum : ego quis eram, qui possem prohibere Deum ?

18. His auditis, tacuerunt : & glorificaverunt Deum, dicentes : Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

19. Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Judæis.

20. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cùm introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum.

21. Et erat manus Domini cum eis : multusque numerus credentium conversus est ad Dominum.

22. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Jerosolymis, super istis : & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam.

23. Qui cùm pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est : & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino :

24. quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba Domino.

25. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum : quem cùm invenisset, perduxit Antiochiam.

26. Et annum totum conversati sunt ibi in Ecclesia : & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani.

27. In his autem diebus supervenerunt ab Jerosolymis prophetæ Antiochiam :

### VERSIO ANTIQUA.

dicebat : Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizamini in Spiritu sancto. Ex Ms. Laudiano.

17. Si igitur æquale donum dedit illis Deus, sicut & nobis credentibus in Dominum Jesum Christum : ego autem quis eram potens prohibere Deum ?

18. Audientes autem hæc, tacuerunt : & glorificaverunt Deum, dicentes : Utique & Gentibus Deus pœnitentiam dedit ad vitam.

19. Illi igitur dispersi à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, pertransierunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi tantùm Judæis.

20. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenenses, qui cùm venissent in Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum.

21. Et erat manus Domini cum eis : multusque numerus credens conversus est in Dominum Jesum.

22. Auditus est autem sermo in aures Ecclesiæ, quæ erat in Hierosolymis, de his : & dimiserunt Barnabam pervenire usque Antiochiam.

23. Qui cùm pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est : & hortabatur omnes proposito cordis permanere in Domino :

24. quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et adposita est turba multa Domino.

25. Exivit autem in Tarsum Barnabas, requirere Saulum : & inveniens, duxit illum in Antiochiam.

26. Factum est autem eis annum convenire in Ecclesia, & docere turbam multam, nominarique primùm in Antiochia discipulos, Christianos.

27. In his autem diebus descenderunt ab Hierosolymis prophetæ in Antiochiam :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tusque sum verbi Domini, sicut dicebat : Quia Johannes quidem...... vos autem baptizabimini Spir. sancto.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 678. a. *vos autem Spiritu sancto baptizabimini.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. c. *vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.*

℣. 17. Ms. Cantabr. *Si autem æqualem donum dedit eis, sicut nobis credentibus in Dominum J. C. ego quis eram, qui possim prohibere Deum, ut non daret eis Spiritum sanctum credentibus in eum ?* Græcum textui Laud. consonat ; sed Mss. plures delent δὲ, post *ego* : at nullus ex ipsis subdit quæ addita leguntur in Cantabr. *ut non daret*, &c. Augustinus tamen l. 15. de Trin. col. 992. d. his favet legens : *Si igitur æquale donum dedit illis, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum J. C. ego quis eram, qui possem prohibere Deum non dare illis Spiritum sanctum ?* Auctor l. de rebapt. apud Cypr. p. 354. c. *Si ergo æquale donum dedit eis, sicut & nobis credentibus Dominum J. C. ego quis eram, qui possem prohibere Domino ?* Ambros. l. de Spir. S. col. 619. e. *Ergo si eandem gratiam concessit illis Deus, sicut & nobis : ego quis eram, qui possem prohibere Deum ?* similiter habet infra, col. 654. d. præter hæc initio, *Si ergo* ; & in fine, *qui prohiberem Deum ?* Auctor l. de voc. gent. ubi sup. nil differt à Vulg.

℣. 18. Ms. Cantabrig. *Cùm autem audissent hæc, siluerunt : & clarificaverunt Deum, dicentes : Forsitan & Gentibus Deus pœnitentiam in vitam dedit.* Græc. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν· καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες· Ἄρα γε καὶ τοῖς, &c. ut in textu Laud. Auctor l. de vocat. gent. ubi sup. Vulgatæ concinit, nisi quòd habet in fine, *ad vitam dedit.*

℣. 19. Ms. Cantabr. *Illi quidem dispersi à conflictatione, quæ facta est sub Steph. transierunt usque Phœnicen..... nemini verbum loquentes, nisi solis Judæis.* Græc. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον, &c. ut in textu Laud. al. ἐπὶ Στεφάνου.

℣. 20. Ms. Cantabr. *Erant autem ex ipsis viri Cyprii, & Cyrinenses, qui cùm venissent Antiochiam, loquebantur cum Græcos, evangelizare Dominum J. C.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd ponit εἰς, ante *Antiochiam* ; delet verò &, post *loquebantur*. Ms. quidam, pro εἰσελθόντες, *introissent*, ponit ἐλθόντες. alii addunt καὶ, verbo *loquebantur*.

℣. 21. Ms. Cantabr. *Et erat..... cum eis : multisque numeris cùm credidissent, reversi sunt ad Dominum.* Græc. πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Mss. quidam habent Κύριον Ἰησοῦν.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Auditus est verò hic sermo in auribus Ecclesiæ, quæ erat in Hierusalem, de eis : & miserunt Barnabam, ut iret usque Antiochiam.* Græcum textui Laud. congruit, nisi exceperis διελθεῖν, pro *pervenire*, ad verbum, *ut transiret*, quod idem valet : al. deest διελθεῖν.

℣. 23. Ms. Cantabr. *Qui cùm venisset, &..... gavisus est : & adorabantur (l. adhortabatur) omnes ipso proposito cordis permanere à (l. ad) Dominum.* Græc. Ὃς παραγενόμενος, καὶ ἰδὼν τὴν.....ἐχάρη· καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ· al. ἐν τῷ Κυρίῳ.

℣. 24. Ms. Cantabr. *quia erat vir bonus..... & fidei. Et adposita est turba copiosa ad Dominum.* Græc. textui Laud. congruit, nisi quòd habet ἱκανὸς, *sufficiens*, pro *multa*.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Audiens autem quòd Saulus est Tharso, exiit requirere eum : & cùm invenissent, deprecabantur venire Antiochiam.* Græcum textui Laud. consonat, excepto quòd habet ἀναζητῆσαι, pro *requirere* ; & εὑρὼν αὐτὸν, pro *inveniens* : sed Mss. plures delent αὐτὸν, post εὑρὼν, sicut & post ἤγαγεν· quidam verò primum retinent ; unus postremum.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Contigit verò eis annum totum commiscere Ecclesiam : & tunc primùm nuncupati sunt in Antiochiam discipulos, Christianos.* Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. *Factum est autem & integro anno eos convenire in Ecclesia, & appellari in Ecclesia primùm discipulos, Christianos.* Gr. Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς, Χριστιανούς. Mss. quidam initio ferunt, Ἐγένετο δὲ αὐτοῖς· & sub finem unus, εἰς Ἀντιόχειαν.

℣. 27. Ms. Cantabr. *In istis autem diebus advenerunt ab Hierosolymis proph. in Antiochiam. Erat autem magna exsultatio.* Augustinus l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col.



Digitized by Google

**Verſio antiqua.**

*Ex Mſ. Laudiano.* 28. ſurgens autem unus ex eis nomine Agabus, ſignificavit per ſpiritum famem magnam futuram eſſe in omnem orbem terrarum, quæ & facta eſt ſub Claudio Cæſare.

29. Diſcipuli autem, prout habebat aliquis, poſuerunt unuſquiſque eorum in miniſterium mittere, qui habitabant in Judæa, fratribus:

30. quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli.

**Vulgata nova.**

28. & ſurgens unus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.

29. Diſcipuli autem, prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Judæa fratribus:

30. quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Sauli.

**Notæ ad Verſionem antiquam.**

223. e. *In illis autem diebus deſcenderunt ab Jeroſolymis proph. Antiochiam. Eratque magna exſultatio.* Gr. Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ, &c. ut in textu Laud. abſque his quæ addit Mſ. Cantabr. cum Auguſt.

℣. 28. Mſ. Cantabr. *Revertentibus autem nobis, ait unus ex ipſis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram eſſe in toto orbe terræ, quæ fuit ſub Claudio.* Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in m. to. 3. col. 223. e. *Congregatis autem nobis, ſurgens unus ex illis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in univerſo mundo, quæ & facta eſt ſub Claudio Cæſare.* Græc. textui Laud. congruit in omnibus. Mſs. tamen quidam in fine omittunt Καίσαρος.

℣. 29. Mſ. Cantabrig. *Diſcipuli autem, ſicut prout copiam, ſinguli autem ipſorum in miniſterium mittere iis, qui inhabitant in Judæa, fratribus.* Auguſtinus l. 2. de ſer. Dom. in m. to. 3. col. 223. e. *Diſcentium autem, ut quiſque abundabat, ſtatuerunt unuſquiſque eorum in miniſterium mittere presbyteris habitantibus in Judæa fratribus.* Græc. Τῶν δὲ μαθητῶν, καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ, &c. ut ſup.

℣. 30. Mſ. Cantabrig. *quod etiam fecerunt, cùm miſiſſent ad presbyteros per manum Barnabæ, & Sauli.* Auguſtinus ubi ſup. *qui & miſerunt per manum Barnabæ, & Sauli.* Græc. ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς, &c. ut ſup. Mſ. unus delet πρός.

# CAPUT XII.

**Verſio antiqua.**

*Ex Mſ. Laudiano.* 1. Eodem autem tempore immiſit Herodes rex manus, ut adfligeret quoſdam de Eccleſia.

2. Interfecit autem Jacobum fratrem Johannis gladio.

3. Videns autem quia placitum eſt Judæis, adpoſuit adprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

4. Quem & adprehenſum miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodire eum, volens poſt Paſcha perducere eum plebi.

5. Petrus quidem ſervabatur in carcere. Oratio autem * erat, inceſſanter fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo.

* erat, *abundare videtur.*

6. Cùm autem vellet producere eum Herodes, nocte illa erat Petrus dormiens inter duos milites, ligatus catenis duabus: cuſtodes autem ante oſtium cuſtodiebant carcerem.

7. Et ecce Angelus Domini adſtitit: & lux fulſit in habitaculo: percuſſit autem latus Petri, ſuſcitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt ejus catenæ de manibus.

**Vulgata nova.**

1. Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia.

2. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.

3. Videns autem quia placeret Judæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

4. Quem cùm apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.

5. Et Petrus quidem ſervabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.

6. Cùm autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.

7. Et ecce Angelus Domini aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoque latere Petri, excitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus.

**Notæ ad Verſionem antiquam.**

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Per illum verò temporis inmiſit manus ſuas Herodes rex, malè tractare quoſdam, qui erant ab Eccleſia in Judæa.* Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. g. *Eodem in tempore remiſit Herodes rex manus, ut noceret quoſdam de Eccleſia.* Gr. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν.... κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ, &c. al. τοῦ κακῶσαι.

℣. 2. Mſ. Cantabr. *Et interfecit Jacobum*, &c. Gr. Ἀνεῖλε δὲ, &c. ut ſup. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. *Occidit autem*, &c. ut ſup.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Et cùm vidiſſet quòd placeret hoc Judæis, comprehenſio ejus ſuper credentes, adjecit adprehendere & Petrum. Erant autem*, &c. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. *Et cùm vidiſſet quòd placeret hoc Judæis, addit ut comprehenderet Petrum. Erant autem*, &c. ut ſup. Lectionarium Luxov. *Videns autem quia placuit Judæis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. Ἦσαν δὲ, &c. Mſs. plures initio ferunt Ἰδὼν δὲ, & quidam ex ipſis, τοῦ συλλαβεῖν.

℣. 4. Mſ. Cantabrig. *Hunc adprehenſum poſuit in carcerem, traditum quatuor...... cuſtodire eum, volens poſt Paſcha producere eum populo.* Lucifer Calarit. ubi ſup. *Hunc cùm apprehendiſſet, miſit in carcerem, traditum quatuor quatern. mil. cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum plebi.* Gr. Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακὴν, παραδοὺς τέσσαρσι... φυλάσσειν αὐτὸν, βουλόμενος μετὰ τὸ Πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ· al. ἔβαλεν εἰς φυλακὴν, παραδοὺς· al. παραδιδούς.

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Verò Petrus cuſtodiebatur in carcere. Multa verò oratio erat inſtantiſſimè pro eo ab Eccl. ad De. ſuper ipſo.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. g. *Petrus verò cuſtodiebatur in carcere. Oratio ergo inſtantiſſimè fiebat ad Dominum pro eo ab Eccleſia.* Græc. Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, &c. ut in textu. Mſs. quidam habent, ἐκτενῶς, pro ἐκτενής.

℣. 6. Mſ. Cantabrig. *At verò cùm incipiebat producere eum Herodes, nocte illa erat Petrus dormiens inter duos milites, ligatus catenis duabus: vigiles autem ante oſtium adſervabant carcerem.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. *Et cùm futurum eſſet ut eum Herodes produceret, illa nocte Petrus dormiebat inter milites, alligatus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium, & cuſtodiebant carcerem.* Græc. Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος..... φύλακές τε ..... ἐτήρουν, &c. ut ſup.

℣. 7. Mſ. Cantabr. *Et ecce Angelus Domini adſtitit Petro: & lux refulgens in illo loco: pungens autem latus Petri, ſuſcitavit eum, dicens: Surge celerius. Et cecid. ejus*, &c. ut in textu. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. *Et ecce Angelus Domini aſtitit: & lux ab eo refulſit in illo loco: compungens autem latus Petri, ſuſcitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ſurrexit, & ceciderunt catenæ de manibus ejus.*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.

9. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre.

10. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: & continuò discessit Angelus ab eo.

11. Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni exspectatione plebis Judæorum.

12. Consideransque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.

13. Pulsante autem eo ostium januæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode.

14. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intrò currens nunciavit stare Petrum ante januam.

15. At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus est.

16. Petrus autem perseverabat pulsans. Cùm autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt.

17. Annuens autem eis manu ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nunciate Jacobo, & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

18. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.

19. Herodes autem cùm requisisset eum, & non invenisset, inquisitione facta de custodibus,

## Versio antiqua.

8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcinge te, & calcia te caligas tuas. Fecit autem sic. Et dixit ei: Circumda te vestimentum tuum, & sequere me. Ex Ms. Laudiano.

9. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum erat, quod fiebat per Angelum: æstimabat autem visum videre.

10. Transeuntes autem primam custodiam & secundam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit in civitatem: quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes transierunt vicum unum: & continuò discessit Angelus ab eo.

11. Et Petrus reversus in se, dixit: Nunc scio, quia verè misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni * exspectatione plebis Judæorum. * Ms. exspectationis.

12. Considerans autem venit ad domum Mariæ matris Johannis, qui cognominatur Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.

13. Pulsante autem Petro ostium januæ, accessit puella ad audiendum, nomine Rode.

14. Et ut cognovit vocem Petri, de gaudio non aperuit ei januam: intrò currens autem nunciavit stare Petrum ante januam.

15. Illi autem ad eam dixerunt: Insanis. Illa verò affirmabat ita esse. Illi autem dicebant: Angelus illius est.

16. Petrus autem perseverabat pulsans. Aperientes autem, viderunt eum, & obstipuerunt.

17. Adnuens autem eis manu ut tacerent, enarravit eis quomodo Dominus eum eduxerit de carcere: dixit autem: Renuntiate Jacobo, & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

18. Facta autem die, erat tribulatio non minima inter milites, quidnam Petrus factus est.

19. Herodes autem requirens eum, & non inveniens, disquirens custodes jussit duci: & descen-

## Notæ ad Versionem antiquam.

Gr. Καὶ ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν, &c. ut in textu Laudiano.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Dixit autem... Præcinge te, & calciate calciamenta tua. Fecit autem sic. Et dixit ei: Operi te vestim.* &c. ut in textu. Græc. Εἶπέ τε..... Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ· Περιβαλοῦ τὸ, &c. Mſs. plures initio scribunt Εἶπε δέ. Beda retract. in hunc locum ait, *pro* caliculis, *sive* caligis, *ut quidam codices habent, in Græco* sandalia *haberi*.

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Et cùm exiſſet, sequebatur, & non sciebat quia verum est, quod... putabat enim visum videre.* Fulgentius fragm. 11. contra Fab. p. 591. *& nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: æstimabat autem se visum videre.* Græc. Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον... ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Mſs. plures tollunt αὐτῷ· unus verò paulò post scribit ἐδόκει γάρ.

℣. 10. Mſ. Cantabr. *Cùm præteriſſent primam & secundam custodiam, vener. ad...... quæ ducit in civitat. quæ sua sponte aperta est eis. Et cùm exiſſent, descender. septem gradus, & processerunt gradum unum: & continuò*, &c. ut sup. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. h. *Et cùm transiſſet primos & secundos custodes, venit ad portam ferr. quæ ducit in civitatem: quæ à se aperta est eis. Et cùm exiiſſent, processerunt vicum unum: & continuò discessit ab eo Angelus.* Gr. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην... ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. Καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν· καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ, &c. Mſ. unus, pro αὐτομάτη, scribit αὐτομάτη, alius, αὐτομάτως.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Et Petrus in se conversus, dixit: Nunc scio, quia verè..... & eripuit me de manibus Herodis, & ab omni exspect. populi Judæorum.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 205. h. *Et Petrus in se conversus, ait: Nunc scio, quia verè misit..... & eripuit me de manibus Herodis, & de*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε· Νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐξαπέστειλε..... καὶ ἐξείλετό με, &c. ut in Vulg. deleto *de*, ante *omni*. Mſs. plures scribunt ἐξείλατο; unus, ἐρρύσατο.

℣. 12. Mſ. Cantabr. *Et cùm consideraſſet, venit ad domum Mariæ..... qui cognominatur Marcus, ubi erant copiosi coacervati, & orantes.* Græc. Συνιδών τε, ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν..... οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι, καὶ προσευχόμενοι. Quidam codices Græci, post συνηθροισμένοι, addunt ἀδελφοὶ, καί· alii in principio habent, Συνιδὼν δέ.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Cùmque ipse pulsaſſet januam foris, acceſſit puella, nomine Rhode, respondere.* Græc. textui Laud. favet. Mſs. tamen plures, pro *Petro*, legunt αὐτοῦ, ut in Vulg.

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *Et cùm cognoviſſet vocem Petri, à gaudio non aperuit januam: & adcurrens autem nunciavit*, &c. ut sup. Græc. Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν, &c. ut in Vulgata.

℣. 15. Mſ. Cantabrig. *At illi ad eam dixerunt: Insanis. At illa perseverabat ita esse. Qui autem dixerunt ad eam: Forsitan Angelus ejus est.* Gr. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον· Μαίνῃ. Ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Ipse verò perseverabat pulsans. At cùm aperuiſſet*, &c. ut sup. Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 17. Mſ. Cantabr. *Cùmque significaſſet eis de manu ut silerent, introiens enarravit eis quemadmodum Dominus eum liberavit de carcere: dixit autem: Renuntiate*, &c. ut sup. deleta voce ultima *locum*. Græc. Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν, διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν, &c. ut in textu Laudiensi. Mſs. plures delent αὐτοῖς.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Facta autem die, erat turbatio in militibus, quid Petrus factus eſſet.* Lucifer Calarit. l. 2. pro S. Athan. p. 205. h. post versum 11. prætermiſſis intermediis, addit: *Facta autem die, turbatio erat inter milites, quidnam Petrus factus eſſet.* Græc. Γενομένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο· al. τάραχος μέγας.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Herodes autem cùm requisiſſet eum, & non inveniſſet, interrogatione habita, vigiles juſſit obduci: & cùm descendiſſet à Judæa in Cæsaream, demorabatur.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. h. *Herodes autem cùm requisiſſet eum, & non inveniſſet, interrogatos custodes juſſit*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Laudiano.* dens ab Judæa in Cæſaream, morabatur.

20. Erat autem Herodes animis infeſtus Tyriis, & Sidoniis. Unanimes autem venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum regis, poſtulabant pacem, eò quòd alerentur eorum civitates de regia.

21. Statuto autem die, Herodes indutus veſtem regalem, & ſedens pro tribunali, concionabatur ad eos.

22. Populus autem ſuccłamabat : Dei vox, & non hominis.

23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eò quòd non dediſſet gloriam Deo : & conſumptus vermibus, exſpiravit.

24. Verbum autem Dei creſcebat, & multiplicabatur.

25. Barnabas autem & Saulus reverſi ſunt ab Hieruſalem in Antiochiam expleto miniſterio, aſſumpto etiam Johanne, qui cognominatur Marcus.

**VULGATA NOVA.**

juſſit eos duci : deſcendenſque à Judæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt.

20. Erat autem iratus Tyriis, & Sidoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum regis, poſtulabant pacem, eò quòd alerentur regiones eorum ab illo.

21. Statuto autem die, Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

22. Populus autem acclamabat : Dei voces, & non hominis.

23. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eò quòd non dediſſet honorem Deo : & conſumptus à vermibus, exſpiravit.

24. Verbum autem Domini creſcebat, & multiplicabatur.

25. Barnabas autem & Saulus reverſi ſunt ab Jeroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Joanne, qui cognominatus eſt Marcus. *Sup. 11. 29.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*duci :* & poſt pauca : *deſcendit à Judæa in Cæſaream, ibique manſit.* Græc. Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι· καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν· al. διέτειψεν.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Erat enim animus impugnans Tyrios, & Sidonios. Unanimiter autem ab invicem civitates venerunt ad regem : & cùm ſuaſiſſent Blaſto, qui à cubiculo erat, poſtulabant pacem, propter ne alienarentur regiones eorum de regno.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. *Erat autem infeſtus Tyriis, & Sidonienſibus. Et unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui erat à cubiculo regis, poſtulabant pacem, eò quòd regiones eorum de regia alerentur.* Græc. Ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις..... Ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ᾐτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. A Mſs. pluribus abeſt ὁ Ἡρώδης.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *Conſtituto autem die, Herodes indutus habitu regio, & ſedi pro tribunali, contentionabatur* (l. *ſedens..... concionabatur*) *ad eos.* Lucifer Calar. ubi ſup. *Statuto autem die, Herodes veſtitus veſte regali, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.* Græc. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ..... ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *Cùm ingratiaſſet cum Tyriis, populus verò adclamabant : Dei voces,* &c. ut ſup. Lucifer Cal. ubi ſup. *Populus autem clamabat : Dei voces,* &c. ut in textu. Græc. Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ, &c.

℣. 23. Mſ. Cantabrig. *Et confeſtim percuſſit eum Angelus Domini, pro eo quòd non dedit claritatem Deo : & cùm deſcendiſſet de tribunali, ſed & à vermibus comeſtus adhuc vivens, & ſic exſpiravit.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 206. a. *Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, quia non dedit honorem Deo : & vermibus ſcatens, exſpiravit.* Græc. Παραχρῆμα δὲ..... ἀνθ᾽ ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, ἐξέψυξεν. Mſs. quidam, pro δόξαν, habent αἶνον, *laudem.*

℣. 24. Mſ. Cantabrig. *Verbum autem Dei augebatur, & multiplicabatur.* Græcum textui Laud. favet; ſed Mſ. unus pro ηὔξανε, habet ηὐξάνετο.

℣. 25. Mſ. Cantabr. *Barnabas verò & Saulus reverſi ſunt ab Hieruſalem impleto miniſterio, adſumpto Johannen, qui cognominatur Marcus.* Græc. Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα, &c. Mſs. plures ferunt ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ· alii, εἰς Ἱερουσαλὴμ· alii, pro ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, habent εἰς Ἀντιόχειαν· alii autem utrumque, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἀντιόχειαν, ut in textu Laud.

# CAPUT XIII.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mſ. Laudiano.* 1. ERant autem quidam in, Antiochiæ quæ erat, & Eccleſia, prophetæ, & doctores, Barnabas quoque, & Symeon, qui cognominatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manen, Herodis Tetrarchæ conlactaneus, & Saulus.

2. Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit eis Spiritus ſanctus : Separate verò mihi Barnabam, & Saulum in opus, quod advocavi eos.

**VULGATA NOVA.**

1. ERant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.

2. Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus : Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Erant autem in Antiochia, apud quem erat Eccleſiam* (l. *Eccleſia,*) *prophetæ, & doctores, in quo Barnabas, & Symeon, qui vocatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, Manaenque Herodis & Tetrarchi conlactaneus, & Saulus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trinit. p. 309. b. *Erant autem Antiochiæ in Eccleſia prophetæ, & doctores, in quibus erat Barnabas, & Simon, qui vocatur Niger ...... & Manaem quoque, qui erat,* &c. ut in Vulgata. Græc. Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν Ἐκκλησίαν, προφῆται, καὶ διδάσκαλοι, ὅ τε Βαρνάβας, καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ..... Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ, &c. ut in textu. Mſs. quidam initio tollunt vocem τινες.

℣. 2. Mſ. Cantabr. *Deſervientibus autem eis Domino, & jejunantibus, dixit Spiritus ſanctus : Secern te mihi Barnaban, & Saulum : ad opus vocavi eos.* Græc. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ.... εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν, καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς· al. εἶπε πρὸς αὐτούς. Mſs. etiam plures tollunt τε, ante Βαρνάβαν. Auctor l. de Spiritu S. apud Ambroſ. col. 608. a. *Deſervientibus autem illis, & jejunantibus Domino, dixit Spiritus ſanctus : Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opus, ad quod vocavi eos.* Itidem Auctor l. de quæſt. ex N. T. q. ult. col. 89. f. præter hoc, *& Saulum ad opus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trinit. p. 309. b. *Servientibus verò eis Domino, & jejunantibus, dixit Spiritus ſanctus : Segregate mihi Saulum, & Barnab. in opus, ad quod vocavi eos :* & l. 2. contra Arium, & Sab. *Jejunantibus, & munificantibus illis, dixit Spiritus ſanctus : Segregate,* &c. ut ſup. & lib. contra Varim. p. 749. d. *Cùm ergo jejunaſſent, & oraſſent, dixit eis Spiritus ſanctus : Segregate mihi Barnab. & Paulum in opere, quo elegi eos :* & infra, p. 749. g. *Et cùm ſervirent Deo, dixit eis Spiritus ſanctus : Separate mihi Barnab. & Paulum in opere, quo vocavi eos :* & l. 7. de Trin. *Segregate mihi Paulum, & Barnab. quos elegi in opus miniſterii, in quo*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 3. Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiſerunt illos. | 3. Tunc jejunantes, & orantes, & imponentes eis manus, dimiſerunt eos. *Ex Mſ. Laudiano.* |
| 4. Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam; & inde navigaverunt Cyprum. | 4. Ipſi quidem emiſſi à Spiritu ſancto, deſcenderunt in Seleuciam; & inde navigaverunt in Cyprum. |
| 5. Et cùm veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Judæorum. Habebant autem & Joannem in miniſterio. | 5. Et cùm veniſſent in Salamina, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Judæorum, habentes ſecum & Johannem in miniſterium. |
| 6. Et cùm perambulaſſent univerſam inſulam uſque Paphum, invenerunt quemdam virum magum pſeudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Barjeſu, | 6. Cùm pertranſiſſent autem totam inſulam uſque Paphum, invenerunt quemdam virum magum pſeudoprophetam, Judæum, cui nomen Barjheſus, quod interpretatur Elymas, |
| 7. qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic, accerſitis Barnaba, & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei. | 7. qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudenti. Hic, cùm accerſiſſet Barnabam, & Saulum, requirebat audire verbum Dei. |
| 8. Reſiſtebat autem illis Elymas magus, (ſic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconſulem à fide. | 8. Reſiſtebat autem eis Elymas magus, (ſic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconſulem de fide, quoniam libenter * eos audiebat. ** Mſ. eorum.* |
| 9. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto, intuens in eum, | 9. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto, & intuens in eum, |
| 10. dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas. | 10. dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertens vias Domini rectas. |
| 11. Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem uſque ad tempus. | 11. Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem uſque ad tempus. |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*aſſumpſi eos.* Lucifer Calar. l. de non parcendo in De. del. p. 235. vel 237. c. *Segregate mihi Barnab. & Saulum in opus, ad quod vocavi eos.* Hieron. in ep. ad Philem. to. 4. col. 443. f. *Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod aſſumpſi eos.* Ambroſius l. de Spiritu S. col. 653. e. & 662. a. *Separate mihi Paulum, & Barnabam in opus, quo vocavi eos.* Auguſtinus in collat. cum Maximino, tom. 8. col. 665. d. *Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opus miniſterii, quo vocavi eos.* Cerealis l. contra Maximinum, c. 14. p. 673. g. *Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opere ſancto, quo vocavi illos.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 2. col. 126. c. *Separate mihi Barnab. & Paulum in opus, in quod provocavi eos.* Caſſiodorus in Pſalm. 28. p. 95. a. *Segregate mihi Paulum, & Barn. in opus, ad quod vocavi eos.* Fulgent. l. pro fide Cathol. p. 542. *Hæc dicit Spirit. ſanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in miniſterio, quo vocavi eos.*

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Tunc cùm jejunaſſent, & oraſſent omnes, & impoſuiſſent manus eis,* abſque ſeqq. Græcum: Τότε νηστεύσαντες, καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς... ἀπέλυσαν. Lucifer Calar. l. de non parcendo in Deum del. ubi ſupra: *Tunc jejunantes, & orantes, impoſuerunt eis manus, & dimiſerunt eos.* Itidem legit Ambroſ. l. de Spir. S. col. 653. e. Vigil. autem Tapſ. l. 12. de Trin. p. 310. a. *Illi verò jejunantes, & orantes, impoſuerunt eis manus, & dimiſerunt:* & l. contra Varimad. p. 743. f. *Cùm jejunaſſent, & oraſſent, impoſuerunt eis manus, & dimiſerunt eos.* Hieronymus in ep. ad Philem. to. 4. col. 443. f. Vulgatæ concinit.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Ipſi verò diſmiſſi ab Spiritu ſancto, deſcenderunt Seleuciam; inde verò navigaverunt in Cyprum.* Gr. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ... κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν· ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον. Mſs. quidam initio ferunt, Αὐτοὶ μὲν οὖν, alii tollunt οὖν· ſubinde unus habet ἀπῆλθον; paulòque poſt aliqui, ἐκεῖθεν δέ· al. κἀκεῖθεν δέ. Lucifer Calar. l. de non parc in Deum delinq. ubi ſup. *Et illi quidem dimiſſi à ſancto Spiritu, deſcenderunt Seleuciam; & inde navigaverunt Cyprum.* Ambroſius lib. de Spiritu S. col. 653. e. *Ipſi autem præmiſſi ab Spiritu ſancto, devenerunt in Seleuciam.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 743. f. *Ipſi igitur dimiſſi à Spiritu ſancto, venerunt Seleuciam:* & l. 12. de Trin. p. 310. a. *Qui miſſi à Spiritu ſancto, deſcenderunt Seleuciam; & inde navigaverunt Cyprum.*

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Et cùm fuiſſent Salamina, adnuntiabant verbum Dei in ſynag........ Habebant verò & Johannen miniſtrantem eis.* Græc. Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον.... Εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Mſs. plures ſcribunt Σαλαμίνῃ. Lucifer Calar. l. de non parcendo in De. del. *Et cùm veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Domini in ſynagogis Judæorum. Habebant autem Joannem miniſtrum.*

℣. 6. Mſ. Cantabr. *Cùm pergreſſi fuiſſent totam inſulam uſque ad Paphum, invenerunt virum quemdam magum pſeudoprophetam, Judæum, nomine qui vocatur Barjeſuam.* Lucifer Cal. l. de non parcendo in Deum delinq. *Et cùm perambulaſſent univerſam inſulam uſque Paphum, invenerunt quemdam virum pſeudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Barjeſuban, quod interpretatur Paratus.* Beda comment. in hunc loc. legit *Barjeu*, & ait corruptè legi *Barjeſu*. Græc. Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον, &c. ut in Vulg. Mſs. plures ponunt ὅλην, ante νῆσον· paulòque poſt alii ferunt, εὗρον ἐκεῖ ἄνδρα τινὰ; unus, ἄνδρα τινὰ μέγαν μάγον. Rurſus Beda retract. in hunc locum ait ad vocem *Barjeſu*, in Græco addi, *quod interpretatur Elimas.* Lucifer legiſſe videtur Ἑτοίμας, unde ſup. *Paratus.* Vide ſis Tertul. l. de idol. c. 9. p. 241. b.

℣. 7. Mſ. Cantabr. *qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudenti. Hic, cùm vocaſſet Barnaban, & Saulum, & quæſire voluit audire verbum Dei.* Lucifer Calar. l. de non parcendo in Deum del. *qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente. Qui, cùm advocaſſet Barnabam, & Saulum, quærebat audire verbum Dei.* Græc ὃς ἦν σὺν τῷ..... Οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν, καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν, &c.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Reſiſtebat autem eis Etæmas magus, (ſic enim interpretabatur nomen ejus) quærens vertere Proconſulem à fide, quoniam libenter audiebat eos.* Lucifer Calar. ubi ſup. *Reſiſtebat autem illis Elymas magus, (ſic enim interpretatum dicitur nomen ejus) qui quærebat avertere Proconſulem à fide.* Auctor l. de xlii. manſ. p. 18. a. *Reſiſtebat Elymas magus, quærens avertere Proconſulem à fide.* Græcum Vulgatæ congruit. Beda verò retract. in hunc locum uſus eſt Mſ. noſtro Laud. cum dicat *& hic quoque in Græco haberi plus, Quoniam audiebat libenter eos;* quæ ipſiſſima verba ſunt addita in textu.

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Saulus autem, qui..... impletus Spiritu ſancto, & intuitus in eum.* Lucifer Cal. l. de non parcendo in Deum delinq. *Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu ſancto, intendens in eum.* Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 743. c. *Paulus autem repletus Spiritu ſancto, intendens in illum.* Hieron. in ep. ad Philem. to. 4. col. 444. c. *Saulus, qui & Paulus,* &c. ut in Vulgata. Græc. Σαῦλος δὲ, ὁ... πλησθεὶς... καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν· al. deeſt καί.

℣. 10. Mſ. Cantabr. *dixit: O plene omnis dolûs, & omnis falſi, fili diaboli, inimice... non ceſſas vertere vias Domini quas ſunt rectas.* Lucifer Calar. l. de non parcendo in Deum delinq. p. 235. vel 237. c. *ait: O plene omni dolo, & fallacia, fili diab. inimice omnis juſtitiæ, non deſinis pervertere vias Domini rectas.* Hieron. in epiſt. ad Philem. to. 4. col. 444. c. Vulgatæ concinit. Vigilius verò Tapſ. l. cont. Varim. p. 743. c. *ait: O plene dolo, & cavillatione, fili diab. inimice omnis juſtitiæ, quare vis perdere vias Domini, cùm ſint rectæ?* Græc. εἶπεν· Ὦ πλήρης παντὸς δόλου, καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας.... οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς, &c. ut in textu.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Et nunc ecce manus Do. ſuper te ..... Et confeſtim cecidit ſuper eum cal. & tenebræ, & circumiens quærebat ad manum deductores.* Lucifer Calar. l. de non

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.* Confeſtim autem cecidit ſuper eum caligo, & tenebræ, & circumiens quærebat manus ductores.

12. Tunc videns Proconſul quod factum eſt, miratus eſt, & credidit ſtupefactus ſuper doctrina Domini.

13. Navigantes autem à Papho qui cum Paulo erant, venerunt in Pergem Pamphyliæ. Johannes autem diſcedens ab eis, reverſus eſt in Hieroſolyma.

14. Paulus autem, & Barnabas pertranſeuntes à Perge, devenerunt in Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi in ſynagogam die ſabbatorum, ſederunt.

15. Poſt autem lectionem legis, & Prophetarum, miſerunt principes ſynagogæ ad illos, dicentes: Viri fratres, ſi eſt ſermo in vobis exhortationis ad plebem, dicite.

16. Surgens autem Paulus, & adnuens manu, dixit: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite:

17. Deus plebis hujus elegit patres noſtros, & plebem exaltavit in peregrinatione in terra Ægypti, & cum brachio excelſo eduxit eos de ea,

18. & per quadraginta annorum tempus nutrivit eos in deſerto.

19. Et deſtruens gentes in terra Chanaan ſeptem, ſorte diſtribuit eis terram eorum:

20. & poſt hæc quaſi annis quadringentis & quinquaginta, dedit eis judices uſque Samuel Prophetam.

21. Exinde poſtulaverunt regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta:

22. & amoto illo, ſuſcitavit eis David in regem: cui & dixit, teſtimonium perhibens: Inveni David filium Jeſſe: faciet omnes voluntates meas.

VULGATA NOVA.

Et confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ; & circuiens quærebat qui ei manum daret.

12. Tunc Proconſul cùm vidiſſet factum, credidit admirans ſuper doctrina Domini.

13. Et cùm à Papho navigaſſent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ. Joannes autem diſcedens ab eis, reverſus eſt Jeroſolymam.

14. Illi verò pertranſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſynagogam die ſabbatorum, ſederunt.

15. Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum, miſerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.

16. Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite:

17. Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros,
& plebem exaltavit cùm eſſent incolæ in terra Æ- *Exod.*
gypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex ea, 1. 1.
18. & per quadraginta annorum tempus mo- *Exod.*
res eorum ſuſtinuit in deſerto. 13. 21.
19. Et deſtruens gentes ſeptem in terra Cha- 22.
naan, ſorte diſtribuit eis terram eorum, *Exod.* 16. 3.
20. quaſi poſt quadringentos & quinquaginta *Joſ.* 14.
annos: & poſt hæc dedit judices uſque ad Sa- 2.
muel Prophetam. *Jud.* 3.
21. Et exinde poſtulaverunt regem: & dedit 9.
illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benja- 1. *Reg.* 8. 5. &
min, annis quadraginta: 9. 16. &
22. & amoto illo, ſuſcitavit illis David re- 10. 1.
gem: cui teſtimonium perhibens, dixit: Inveni 1. *Reg.*
David filium Jeſſe, virum ſecundùm cor meum, 13. 14. &
qui faciet omnes voluntates meas. 16. 13. *Pſalm.* 88. 21.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

parc. in Deum delinq. ubi ſup. *Et nunc ecce manus Dom. adversùm te...... Et protinus cecidit ſuper eum caligo, & tenebræ, & circumiens quærebat qui ſe ad manum duceret.* Hieronymus in epiſt. ad Philem. to. 4. col. 444. c. Vulgatæ concinit, niſi quòd habet in fine *manus*, pro *manum*. Græcum verò textui Laud. conſonat ad verbum.

℣. 12. Mſ. Cantabr. *Tunc cùm vidiſſet Proconſul quod factum eſt, miratus eſt, & credidit in Deo, ſtupens ſuper doctrina Domini.* Lucifer Calar. ubi ſup. *Videns autem Proconſul quod erat factum, credidit cum admiratione, ſtupens in doctrina Domini.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. f. *Tunc vidit Proconſul quod factum eſt, & credidit admirans in doctr. Dei.* Hieronymus in epiſt. ad Philem. to. 4. col. 444. c. eadem refert quæ in Vulgata. Græc. Τότε ἰδὼν ὁ ..... τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ, &c. ut ſupra.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *Supervenientes à Papho qui erant circa Paulo, venerunt in Pergen Pamphyliæ. Johannes verò cùm diſceſſiſſet ab eis, reverſus eſt Hieroſolymis.* Hieron. in epiſt. ad Philem. to. 4. col. 444. c. nil differt à Vulgata. Græcum habet: Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς..... Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *Iſti autem cùm tranſiſſent à Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & cùm introiſſent in ſynagogam,* &c. ut ſup. Græc. Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παραγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν, &c. ut in textu Laud.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Poſt lectionem verò legis, &..... miſerunt archiſynagogi ad eos.... ſi quis eſt ſermo, & intellectus in vobis exhortationis ad populum, dicite.* Græc. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν, &c. ut in textu Laud. Mſs. tamen quidam addunt τις, voculæ *ſi.*

℣. 16. Mſ. Cantabrig. *Cùm ſurrexiſſet Paulus, & ſilentium manu poſtulaſſet, dixit,* &c. ut ſup. Gr. Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν, &c.

℣. 17. Mſ. Cantabr. *Deus populi hujus Iſrael, elegit patres noſtros propter populum exaltatum in peregrinatione in terra Ægypti, & cum brachio alto eduxit eos ex ipſa.* Græc. Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ, ἐξελέξατο... καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ, &c. ut in textu Laud. Mſs. plures tollunt vocem Ἰσραήλ.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *& annis xl. ac ſi nutrix, aluit eos in ſolitudine.* Græc. καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν, &c. al. ἐτροφοφόρησεν, unde Auctor Conſtitut. Apoſt. l. 7. c. 36. ait ἐτροποφόρησεν, errore ſcribarum manifeſto, pro ἐτροφοφόρησεν, ſcriptum fuiſſe, παντοίοις ἀγαθοῖς· atque ita in Deut. l. unde deſumpta iſta, legunt editiones τῶν Ό, Romana, Veneta, cod. Alex. Syr. Mſs. codices Arab. duo in Bibl. Bodleiana, Calar. &c. ſi Millio fides, cujus nota prolixior in hunc loc. conſulenda.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Et ſublatiſque gentibus ſeptem in terra Chanaam, poſſidere eos fecit terram allophalorum.* Gr. Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτά..... κατεκληροδότησεν αὐτοῖς, &c. ut in textu Laud. Mſs. plures, κατεκληρονόμησεν. Beda retract. in hunc loc. ait *in Græco ſcriptum eſſe: Et deſtruens gentes in terra Chanaan ſeptem, ſorte diſtribuit eis terram eorum:* quæ lectio eſt textûs noſtri Laud.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *& quaſi annis cccc. & l. dedit judices uſque ad Samuel Prophetam.* Græc. καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ, &c. Mſs. quidam, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκ. καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε, &c. Beda verò retract. in hunc loc. *Sciendum,* inquit, *quòd in Græco ſcriptum eſt: Et poſt hæc dedit eis quaſi annos quadringentos & quinquaginta, dedit eis judices uſque ad Samuel Prophetam.*

℣. 21. Mſ. Laud. ita ſe habet: *Exinde poſtulaverunt regem: & dedit illis judices uſque Samuel Prophetam:* deinde addit: *Exinde poſtulaverunt regem: & dedit illis,* &c. ut in textu. Sed priora verba redundant manifeſtè ex incuria librarii: quare illa detraximus è textu. Cantabrigienſis etiam ſimpliciter habet: *Et exinde petierunt regem: & dedit eis Deus Saul filium Cis, virum ex tribu,* &c. ut ſup. nec aliter in Gr. Auguſt. l. de octo quæſt. Dulcit. to. 6. col. 140. cum Vulgata conſentit.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *& remoto eo, excitavit eis David in regem: cui etiam dixit teſtimonio: Inveni David filium Jeſſæ, virum ſecundùm cor meum, qui faciet,* &c. ut ſup. Similiter habet Hilar. l. 12. de Trin. col. 117. b. *Inveni David filium Jeſſe, virum ſecundùm cor meum:* & in Pſal. 53. col. 94. b. *Inveni virum ſecundùm cor meum, David, qui filius Jeſſe eſt:* al. *qui Jeſſe eſt.* Græc. τὸν τοῦ Ἰεσσαί· al. τὸν υἱὸν Ἰεσσαί. Caſſiodorus in Pſalm. 118. p. 421. c. *Inveni David filium Jeſſe, qui facit omnes voluntates meas ſecundùm cor meum.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 719. c. *Inveni David*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

Isai. 11. 23. Hujus Deus ex semine secundùm promis-
1. sionem eduxit Israel salvatorem Jesum,
Matth. 24. prædicante Joanne ante faciem adventus
3. 1. ejus baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.
Marc. 1. 2.
Luc. 3. 25. Cùm impleret autem Joannes cursum
3. suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non
Matth. sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum
3. 11. dignus calceamenta pedum solvere.
Marc. 26. Viri fratres, filii generis Abraham, & qui
1. 7. in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus
Joan. 1. 20. 27. missum est.

27. Qui enim habitabant Jerusalem, & principes ejus, hunc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, judicantes impleverunt:

28. & nullam causam mortis invenientes in eo,
Matth. petierunt à Pilato, ut interficerent eum.
27. 20. 29. Cùmque consummassent omnia, quæ de
23. eo scripta erant, deponentes eum de ligno, po-
Marc. suerunt eum in monumento.
15. 13.
Luc. 23. 30. Deus verò suscitavit eum à mortuis tertia
18. 21. die: qui visus est per dies multos his,
23. 31. qui simul ascenderant cum eo de Gali-
Joan. læa in Jerusalem: qui usque nunc sunt testes ejus
19. 16. ad plebem.
Matth.
28. 32. Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad
Marc. patres nostros repromissio facta est:
16. 33. quoniam hanc Deus adimplevit filiis no-
Luc. 24. stris, resuscitans Jesum, sicut & in Psalmo secun-
Joan. 20. do scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie ge-
Psalm. 2. 7. nui te.

**VERSIO ANTIQUA.**

23. Hujus Deus ex semine secundùm promissionem adduxit Israel salvatorem Jesum, Ex Ms. Laudiano.

24. pro prædicante Johanne ante faciem adventus ejus baptismum pœnitentiæ omni plebi Israel.

25. Cùm autem impleret Johannes cursum, dicebat: Quem me suspicamini esse, non sum ego Christus, sed ecce * venit post me, cujus non sum dignus calciamentum pedum solvere. * Aliâ manu veniet.

26. Viri fratres, filii generis Abrahæ, & qui in vobis sunt timentes Deum, audite: Vobis verbum salutis hujus missum est.

27. Qui enim habitabant Hierusalem, & principes eorum, hunc ignorantes, & scripturas prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, judicantes impleverunt:

28. & nullam causam mortis invenientes, petierunt Pilatum interficere eum.

29. Cùm autem consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes de cruce, posuerunt in monumento.

30. Deus autem illum suscitavit à mortuis: hic apparuit per dies plures his,

31. qui ascenderant cum eo à Galilæa in Hierusalem: qui sunt testes ejus ad plebem.

32. Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros repromissionem facta est:

33. quoniam hanc Deus replevit filiis eorum, nobis resuscitans Jesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*filium Jesse, hominem, qui faciat omnia, quæ sunt in corde meo, dicit Dominus.* Augustinus l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 140. Vulgatæ concinit. Græcum verò textui Laud. insertis his, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὅς.

℣. 23. Ms. Cantabrig. *Deus autem à semine hujus secundùm pollicitationem resurrexit ipsi Israel salvatorem Jesum.* Gr. Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ, &c. Mss. plures, ἤγαγε τῷ· & Augustinus l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 140. a. legit: *Hujus Deus ex sem. sec. promiss. adduxit Israel*, &c. ut in textu Laud.

℣. 24. Ms. Cantabrig. *cùm priùs prædicasset Johannes ante faciem ingressionis ejus baptisma*, &c. ut in Vulgata. Gr. προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ, &c. ut sup. al. παρουσίας αὐτοῦ.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Et dum impleret cursum Johannes, dicebat: Quem suspicamini me esse, non sum ego, sed ecce veniet post me, cujus non sum*, &c. ut in textu Laud. Auctor l. de promiss. p. 3. col. 171. b. *Cùm impleretur cursus, Johannes dicebat: Quem me suspicamini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, de cujus pedibus non sum dignus solvere corrig. calceamentorum ejus.* Græc. Ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται, &c. ut in textu Laud. Beda retract. in hunc loc. ait *in Græco pleniùs dici: Non sum ego Christus:* quod etiam habet Ms. Laud.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Viri fratres, filii gen. Abraham, & qui in nobis timentes Deum, nobis verbum*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco est, exceptis vocibus ὑμῖν..... ὑμῖν, pro *nobis..... nobis.* Ms. tamen Alex. habet ἡμῖν..... ἡμῖν· alter verò secundo tantùm loco. Beda etiam retract. in hunc loc. ait in Græco, post *Deum*, additum legi *audite*, quod in textu nostro Laud.

℣. 27. Ms. Cantabr. *Qui enim habitabat in Hierusalem, & principes ejus, non intelligentes scripturas prophetarum, quæ per omnem sabb. leguntur, & cùm judicassent, impleverunt.* Gr. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσ. καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς, &c. ut in textu Laud. In Mss. quibusd. deest ἐν, ante Ἱερουσ.

℣. 28. Ms. Cantabr. *& nulla causa mortis inventa est in eo: judicantes autem eum tradiderunt Pilato, ut interficeretur.* Græc. καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν· Arab. Æthiop. & Copt. addunt ἐν αὐτῷ, verbo εὑρόντες.

℣. 29. Ms. Cantabr. *Et consummaverunt omnia, quæ de illo scripta sunt: petierunt Pilatum hunc crucifigi, & impetraverunt iterum: & deposuerunt de ligno, & posuerunt in monumento.* Græc. Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον.

℣. 30. Ms. Cantabrig. *Quem Deus verò excitavit: hic qui visus est bis.* Græc. Vulgatæ consonat, deleto tamen *tertia die.*

℣. 31. Ms. Cantabr. *qui simul ascenderunt cum eo à Galilæa in Hierus. in diebus pluribus: qui usque nunc sunt testes ad populum.* Græc. τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, &c. ut in textu Laud. Mss. plures præponunt νῦν, verbo *sunt*; al. ἕως τοῦ νῦν.

℣. 32. Ms. Cantabr. *Et nos vos evangelizamus eam, quæ* (supp. *ad*) *patres nostros, factam pollicitationem.* Hilar. in Ps. 2. n. 1. col. 27. d. & infra, n. 30. col. 42. c. *Nosque vobis evangelizamus eam, quæ ad patres facta est repromissio.* Ambros. l. 5. de fide, col. 555. b. *Et nos vobis annuntiamus, quæ ad patres nostros repromissio facta est.* Græc. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην. Ms. unus in principio habet, Καὶ ἡμεῖς ὑμῖν. Beda retract. in hunc loc. ad hæc verba, *Et nos vobis annuntiamus*, ait: *In Græco consequentiùs legitur: Quoniam Deus hanc adimplevit filiis eorum, ea quæ ad patres nostros repromissio facta est:* deinde, ex ℣. 33. *Quoniam Deus hanc adimplevit filiis nostris, resuscitans Jesum*, &c.

℣. 33. Ms. Cantabr. *quia hanc Deus adimplevit filiis nostris, suscitavit Dominum J. C. sicut in primo Psalmo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Hilarius in Ps. 2. n. 1. col. 27. d. & infra, n. 30. col. 42. c. *hanc Deus explevit filiis vestris* (al. *nostris*,) *suscitans Dominum nostrum Jesum, sicut in* (al. *& in*) *Psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ambrosius l. 5. de fide, col. 555. b. *quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris* (al. *filiis illorum*,) *resuscitans Dom. Jesum Chr. sicut scriptum est in Psal. secundo: Filius meus*, &c. ut sup. itidem l. 3. de Sacram. col. 361. c. *Filius meus es tu*, &c. Græc. ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν, ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam habent τέκνοις ἡμῶν, omisso αὐτῶν. In Mss. etiam quibusdam Lat. teste Erasmo, habetur simpliciter, *sicut in Psalmo*, omisso de industria numero, de quo disceptatum fuerat primus ne an secundus sit, si Millio fides; at Beda comment. in hunc loc. ait quosdam codices habere *sicut in primo Psalmo scriptum est. Primo* quoque legunt Ald. Froben. Œcumen. Tertul. l. 4. contra Marcian. edit. Rhenani, Cyprianus l. 1. Testim. in Mss. antiquissimis, teste Agellio; Orig. Catena reg. Ms. ad Ps. 2. 7. ejusque sequaces; Hilarius, Hieronym. qui Pss. 1. & 2. in unum olim confusos tradunt in Hebræis codd. Ita



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Laudiano. 34. Quoniam autem resuscitavit eum Deus à mortuis, non ampliùs jam postea eum reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta David fidelia.

35. Propter nos & in alio dicit: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

36. David quidem enim sua generatione cùm ministrasset, Dei voluntati dormivit: & adpositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.

37. Quem autem Deus suscitavit, non vidit corruptionem.

38. Notum ergo sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum adnuntiatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi justificari,

39. in hoc omnis, qui credit, justificatur.

40. Videte ergo ne superveniat in vos quod dictum est in Prophetis:

41. Audite contemptores, & admiramini; respicite, & disperdimini: quia opus ego operor in diebus vestris, quod non creditis, si quis enarraverit vobis.

42. Exeuntibus autem eis, * in sequenti sabbato loqui sibi verba ista.

* Supp. rogabant.

43. Dimissa autem synagoga, secuti sunt multi Judæorum, & colentium Deum advenarum, Paulum, & Barnabam: qui adloquentes suadebant eos ut permanerent * gratiâ Dei. Factum est autem per universam civitatem diffamari verbum.

* Ms. gratiam.

44. Sequenti verò sabbato ferè universa civitas convenit audire verbum Dei.

45. Videntes autem Judæi turbas, repleti sunt æmulatione, & contradicebant verbis his, quæ à Paulo dicebantur, resistentes, ac blasphemantes.

46. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis erat necessarium primùm loqui ver-

## VULGATA NOVA.

34. Quòd autem suscitavit eum à mortuis, ampliùs jam non reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta David fidelia. Isai. 55. 3.

35. Ideoque & aliàs dicit: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Psalm. 15. 10.

36. David enim in sua generatione cùm administrasset, voluntati Dei dormivit: & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. 3. Reg. 2. 10.

37. Quem verò Deus suscitavit à mortuis, non vidit corruptionem.

38. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi justificari,

39. in hoc omnis, qui credit, justificabitur.

40. Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum est in Prophetis:

41. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis. Habac. 1. 5.

42. Exeuntibus autem illis, rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba hæc.

43. Cùmque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Judæorum, & colentium advenarum, Paulum, & Barnabam: qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gratia Dei.

44. Sequenti verò sabbato penè universa civitas convenit audire verbum Dei.

45. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.

46. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ex eod. Millio. De his plura qui volet, consulat ejusdem notam in hunc ℣.

℣. 34. Ms. Cantabrig. *Quando suscitavit eum à mortuis, jam non rediturum in interitum, ita dicit: Quia dabo vobis*, &c. ut sup. Hilarius in Psalm. 2. n. 1. & n. 30. col. 27. d. 42. c. legit: *Cùm suscitavit eum à mortuis, ampliùs non regressurum in interitum.* Græc. Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν, οὕτως εἴρηκεν, &c. ut in textu.

℣. 35. Ms. Cantabrig. *Ideoque & alia dicit: Non dabis*, &c. ut supra. Græc. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Οὐ δώσεις, &c.

℣. 36. Ms. Cantabrig. *David enim sua progenie cùm ministrasset, Dei voluntate dormivit*, &c. ut sup. Græc. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, &c. ut sup. aliàs deest μέν.

℣. 37. Ms. Cantabrig. *Quem autem Deus misit, non vidit*, &c. Græcum textui Laud. consonat. Mss. tamen quidam addunt ἐκ νεκρῶν, verbo ἤγειρεν.

℣. 38. Ms. Cantabrig. eadem prorsus habet quæ in textu Laud. nisi quòd verbo *adnuntiatur*, addit *& pœnitentia ab omnibus*, &c. Græcum verò eidem textui consonat ad verbum. Aug. etiam l. de pecc. mer. to. 10. col. 28. c. leg. *Notum ergo sit vobis viri fratres, quoniam vobis per hunc remissio pecc. annuntiatur ab omnibus, quibus*, &c. ut sup.

℣. 39. Ms. Cantabr. *in isto enim omnis, qui credit, justificatur ad Deum.* Vox autem *Deum*, non apparet in codice, sed sola præpositio *ad*, ex eo quòd folium laceratum sit in margine exteriori ex parte columnæ Lat. addimus autem è Græco ejusdem cod. posito è regione, in quo sic, παρὰ Θεῷ, seu *apud Deum*. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 28. c. legit: *in hoc omnis credens justificatur.* Ita quoque in Græco hodierno, absque παρὰ Θεῷ, quod etiam abest ab omnibus Mss.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Videte ergo ne superventat* (l. *superveniat*) *quod dictum est*, &c. ut sup. Græc. Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν, &c. ut sup. Ms. unus delet ἐφ' ὑμᾶς, cum Cantabr.

℣. 41. Ms. Cantabr. *Videte contemptores, & admiramini, & exterminamini: quia opus operor ego in diebus vestris, quod non creditis, si quis exposuerit vobis. Et tacuerunt.* Gr. Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε· ὅτι ἔργον ἐγὼ... ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν. At Beda retract. in hunc loc. testatur, *in Græco ita scriptum esse: Audite contemptores, & admiramini; respicite, & disperdimini:* quæ ipsissima scriptura est textus nostri Laud. & verò Ms. alius legit, καὶ ἐμβλέψατε, καὶ θαυμάσατε· & alii plures, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἐπιβλέψατε· posterius etiam ἔργον abest à multis; at nulli præter Cantabr. Græc. Lat. addunt in fine, *Et tacuerunt.*

℣. 42. Ms. Cantabr. *Progredientibus verò eis, rogabant in sequente sabbato narrari sibi hæc verba.* Græc. Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ, &c. al. Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, ἤξιουν τὰ ἔθνη.

℣. 43. Ms. Cantabr. *Et dimissa synagoga, secuti sunt multi Jud. & colentium proselytorum, Paulum, & Barnab. qui loquentes cum illis, persuadentes eis permanere in gratia Dei. Factum est autem per omnem civitatem transire verbum Domini.* Gr. Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ... οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς, ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ, &c. ut in Vulg. omissis his, quæ adduntur in Mss. Laud. & Cantabr. At Beda retract. in hunc loc. ait: *In Græco sequitur versus, quem nostri codices non habent:* Factum est autem per universam civitatem diffamari verbum: *ac deinde, quod & nos habemus, adjungitur: Sequente sabbato*, &c. quæ mirè concordant cum textu nostro Laud. Idem Beda comment. in hunc ℣. monet meliùs legi supra, *& colentium Deum*, sicut, inquit, in Græco vidimus.

℣. 44. Ms. Cantabr. *Sequenti autem sabbato penè tota civitas collecta est audire Paulum, multum verbum faciens de Domino.* Græcum verò: Τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· al. τοῦ Κυρίου.

℣. 45. Ms. Cantabr. *Et cùm vidissent Judæi turbam, repleti sunt æmulatione, & contradiceb. sermonibus, qui à Paulo dicebantur, contradicentes, & blasphemantes.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd habet initio, Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους· & in fine, ἀντιλέγοντες, καὶ βλασφημοῦντες, ut in Cantabr. sed à Mss. aliis plurimis abest ἀντιλέγοντες, καί.

℣. 46. Ms. Cantabrig. *Adbibitâ verò fiduciâ, Paulus, & Barnabas dixerunt ad eos: Vobis oportebat.... Domini: sed quia repulistis illud, & non dignos judicatis eos in æternam vitam,*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes:

Iſai. 49. 6. 47. ſic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem Gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.

48. Audientes autem Gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

49. Diſſeminabatur autem verbum Domini per univerſam regionem.

50. Judæi autem concitaverunt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum, & Barnabam: & ejecerunt eos de finibus ſuis.

Matth. 10. 14. Marc. 6. 11. Luc. 9. 5. 51. At illi, excuſſo pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.

52. Diſcipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu ſancto.

**Versio antiqua.**

bum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos ipſos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur nos ad Gentes: Ex Mſ. Laudiano.

47. ſic enim præcepit nobis Dominus: Ecce poſui te in lumen Gentibus, ut ſis in ſalutem uſque in extremum terræ.

48. Audientes autem Gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati in vitam æternam.

49. Divulgabatur autem verbum Domini per univerſam regionem.

50. Judæi autem concitaverunt colentes mulieres, & honeſtas, & primos civitatis, & ſuſcitaverunt tribulationem & perſecutionem in Paulum, & Barnabam: & ejecerunt eos de finibus ſuis.

51. At illi, excuſſo pulvere de pedibus ſuis in eos, venerunt in Iconium.

52. Diſcipuli autem implebantur gaudio, & Spiritu ſancto.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*ecce*, &c. ut in Vulgata. Græc. Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος, καὶ ὁ... εἶπον· Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς, &c. ut in Vulgata. Tertullianus l. de fuga in perſec. p. 971. b. legit: *Vobis oportuit in primis ſermonem Dei tradi: ſed quoniam repuliſtis eum, nec dignos vos æt. vita exiſtimaſtis, ecce convertimus nos ad Nationes.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. b. *Vobis primùm oportuerat indicari verbum Dei: ſed quia expuliſtis illud, nec vos dignos vitæ æt. judicaſtis, ecce convertimus nos ad Gentes.* Hieronymus in Iſai. 6. 11. & 27. to. 3. col. 63. e. 104. a. & 229. a. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos judicaſtis æt. vitæ, ecce convertimur ad Gentes:* itidem epiſt. ad Damaſ. to. 4. col. 156. f. præter verbum *annuntiari*, pro *loqui*: at in Iſai. 41. col. 312. e. *Vobis oportebat primùm prædicari ſermonem: quoniam autem avertitis nos, imus ad Gentes:* & in Iſai. 57. col. 425. a. *Vobis quidem oportebat prædicari verbum Dei: ſed quia indignos vos judicaſtis ſalute, ecce convertimur ad Gentes:* & in Ezech. 3. col. 714. a. *Vobis quidem oportuerat prædicari verbum Dei: ſed quia noluiſtis ſuſcipere ſermonem, ecce convertimur ad G.* Auguſtinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 358. c. *Vobis oportebat primùm loqui verbum* (al. *ſermonem*) *Dei: ſed quoniam repuliſtis illud, & ind. vos judicaſtis vita æt. ecce convertimur ad G.* & in Rom. 15. to. 3. col. 923. d. *Vobis primùm oportuit prædicari verbum: ſed quon. indignos vos judicaſtis, ecce convertimus nos ad G.* in Pſ. verò 45. to. 4. col. 404. f. *Ad vos miſſi eramus: ſed quia reſpuiſtis verbum Dei, imus ad G.* eadem rurſum habet in Pſ. 103. col. 1138. d. excepto verbo *repuliſtis*. Ambroſiaſt. col. 160. a. *Vobis primùm oportebat loqui verba vitæ hujus: ſed quia repuliſtis ea, indignos vos facientes æt. vitæ, ecce convertimur nos ad G.* Gaud. Brix. ſer. 8. & 9. pp. 955. e. & 958. g. *Vobis oportebat primùm* (al. *priùs*) *annuntiari verbum Dei: ſed quoniam repuliſtis* (vel *reſpuiſtis*) *illud, & ind. vos judicaſtis æt. vita, ecce convertimur ad G.* Caſſiodorus in Pſſ. 45. & 87. pp. 155. b. 294. b. *Vobis quidem oportebat loqui verbum Dei: ſed quia repuliſtis illud, & ind. vos judicaſtis æt. vitæ*, &c. ut in Vulgata. Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 23. col. 149. c. *Vobis primò oportuit adnuntiari* (al. *adnuntiare*) *verbum Dei: ſed quoniam expuliſtis illud, nec vos dignos vitæ æt. judicaſtis, ecce convertimus nos ad G.* Ambr. in Pſ. 118. col. 985. a. *ecce convertimur ad Gentes.*

℣. 47. Mſ. Cantabr. *ita enim mandatum dedit nobis Dominus: Ecce lumen poſui te ſuper Gentibus, ut ſint in ſalutem uſque ad ultimum terræ.* Græc. οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ, &c. ut in Vulgata. Mſ. tamen unus præponit ἰδοὺ, verbo *poſui*; & alius tollit σε, poſt τοῦ εἶναι. Cyprianus l. 1. Teſtim. p. 282. b. *ſic enim dixit per Scripturas Dominus: Ecce lucem poſui te inter Gentes, ita ut ſis in ſalvationem uſque ad fines terræ.* Hieronymus in Iſai. 11. to. 3. col. 104. a. *ſicut præcepit nobis Dominus:* at ſup. in Iſai. 6. col. 63. e. legit: *ſic enim præcepit nobis Dom. Poſui te in lucem Gentibus, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ.* Itidem Auguſtinus l. de unitate Eccl. to. 9. col. 358. d. præter hæc, *poſui te lumen*, & *in extremum.* Gaud. Brix. ſerm. 8. p. 955. e. initio habet: *ſicut mandatum eſt nobis:* & ſer. 9. p. 958. g. *ſic enim mandavit nobis Dominus: Poſui te in lucem Gentium, ut ſis ad ſalutem uſque ad ultimum terræ.* Beda comment. in hunc loc. *Poſui te in lumen Gentibus.*

℣. 48. Mſ. Cantabrig. *Et cùm audirent Gentes, gaviſæ ſunt, & exceperunt verbum Domini: & crediderunt quotquot erant in vitam æt.* Græcum textui Laud. conſonat, niſi quòd habet τεταγμένοι, pro *præordinati*; ſed aliàs legitur προτεταγμένοι. Mſs. etiam quidam ferunt τοῦ Θεοῦ, loco *Domini*. Auguſtinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 358. d. *Audientes autem Gentes, perceperunt verbum Dei: & crediderunt quotquot erant deſtinati in vitam æt.* & l. de corr. & gra. to. 10. col. 755. f. *Audientes autem Gentes gaviſæ ſunt, & exceperunt verbum Domini: & credid. quotquot erant ordinati in*, &c. ſimiliter habet l. de præd. SS. to. 10. col. 818. d. *quotquot erant ordinati in*, &c. Epiphanius in 6. 3. Cantici Cantic. *& crediderunt quicunque erant præord. in vitam æt.* paulò infra, *quotquot.*

℣. 49. Mſ. Cantabrig. *Et provulgabatur verbum Domini per omnem regionem.* Græc. Διεφέρετο δὲ, &c. ut in Vulgata.

℣. 50. Mſ. Cantabr. *Judæi autem inſtigaverunt cælicolas mulieres honeſtas, & principes civitatis, & ſuſcitaverunt tribulationem magnam, & perſecutionem ſuper Paulum, & Barnabam: & ejecerunt eos de finibus eorum.* Græc. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας, καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς, &c. ut in Vulg. Mſs. plures tollunt καὶ, poſt γυναῖκας.

℣. 51. Mſ. Cantabr. *At illi, excuſſo pulvere de pedibus ſuis ſuper eos, venerunt in Hiconio.* Græc. Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον· Mſs. quidam legunt ἀπὸ τῶν ποδῶν.

℣. 52. Mſ. Cantabr. *Diſcipuli verò implebantur*, &c. ut ſup. Gr. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο, &c. ut in textu. Et Beda comment. in hunc loc. monet Græcum habere *Diſcipuli autem.*

---

# CAPUT XIV.

**Vulgata nova.**

1. FActum eſt autem Iconii, ut ſimul introirent in ſynagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum, & Græcorum copioſa multitudo.

**Versio antiqua.**

1. FActum eſt autem in Iconio, ſimul introire eos in ſynagogam Judæorum, & loqui ad eos, ita ut miraretur Judæorum, & Græcorum copioſa multitudo, & crederet. Ex Mſ. Laudiano.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Contigit autem ut Ichonio ſimiliter introire eos in ſynagoga Judæorum, & loqui ſic ad eos, ita ut crederent Judæorum*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ, κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς, &c. ut in Vulg.



Digitized by Google

## Versio antiqua.

Ex Ms. Laudiano. 2. Qui autem increduli erant Judæi, suscitaverunt persecutionem, & ad iracundiam concitaverunt animas Gentium adversùs fratres. Deus autem pacem fecit.

3. Multo igitur tempore demorati sunt ibi, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.

4. Divisa est autem multitudo civitatis: & quidam erant cum Judæis, quidam verò cum Apostolis.

5. Cùm autem factus esset impetus, Gentium autem, & Judæorum cum principibus suis, & contumeliis * adficerent eos, & lapidarent,

* Ms. adficerunt.

6. intelligentes confugerunt in civitates Lycaoniæ Lystran, & Derben, & circatoria tota, & ibi erant adnuntiantes verbum Dei.

* Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem, & Barnabas morabantur in Lystris.

7. Et quidam vir infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat.

8. Et hic audivit Paulum loquentem. Ad quem intuitus Paulus, & videns quoniam fidem habet ut salvus fieret,

9. ait magna voce: Tibi dico, in nomine Domini nostri Jesu Christi surge super pedes tuos rectus. Et protinus exsilivit, & ambulabat.

10. Turbæ autem videntes quod fecit Paulus, elevaverunt vocem suam, Lycaonicè dicentes: Dei similes facti hominibus, descenderunt ad nos.

11. Vocabant autem Barnaban quidem Jovem, Paulum autem Mercurium: quia ipse erat dux verbi.

12. Sacerdos autem Jovis, qui erat ante civitatem illorum, tauros, & coronas eis ad januas adferens, cum populis volebat sacrificare.

## Vulgata nova.

2. Qui verò increduli fuerunt Judæi, suscitaverunt, & ad iracundiam concitaverunt animas Gentium adversùs fratres.

3. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.

4. Divisa est autem multitudo civitatis: & quidam quidem erant cum Judæis, quidam verò cum Apostolis.

5. Cùm autem factus esset impetus Gentilium, & Judæorum cum principibus suis, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos,

6. intelligentes confugerunt ad civitates Lycaoniæ Lystram, & Derben, & universam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes erant.

7. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat.

8. Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet ut salvus fieret,

9. dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exsilivit, & ambulabat.

10. Turbæ autem cùm vidissent quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam, Lycaonicè dicentes: Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos.

11. Et vocabant Barnabam Jovem, Paulum verò Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.

12. Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, tauros, & coronas ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Archisynagogæ Judæorum, & principes synagogæ, incitaverunt persecutionem adversùs justos, & male tractaverunt animas Gentium adversùs fratres. Dominus autem dedit confestim pacem.* Beda comment. in hunc locum ait: *Quod in Græco sequitur*, Deus autem pacem fecit, *quidam codices Latini minus habent.* Sed & à Græco hodierno absunt hæc verba, ubi sic: Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, ἐπήγειραν, καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν· nec plura.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Plurimo ergo tempore commorati sunt, habitâ fiduciâ in Domino, qui testimonium perhibuit verbo gratiæ ipsius, dans signa, & portenta fieri per*, &c. ut supra. Gr. Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν, παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα, &c. ut sup. à Mss. pluribus abest καὶ, ante διδόντι.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Divisa autem erat multitudo civitatis: & alii quidem erant cum Judæis, alii verò cum Apostolis adhærentes, propter verbum Dei.* Græc. Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος...... καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς..... οἱ δὲ σὺν τοῖς Ἀποστόλοις.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Ut autem factum est impetus Gentilium, & Judæorum cum magistratibus ipsorum; & injuriaverunt, & lapidaverunt eos.* Græc. Ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ, τῶν ἐθνῶν τε, καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι, καὶ λιθοβολῆσαι αὐτούς.

℣. 6. Ms. Cantabr. *intellexerunt, & fugerunt in civitates Lycaoniæ, in Lystra, & Derben, & circum totam regionem, & illic erant evangelizantes.* Græc. συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς ..... Λύστραν, καὶ Δέρβην, καὶ τὴν περίχωρον, &c. ut in Vulgata.

* Ms. Cantabrig. similiter habet: *Et commota est omnis multitudo in doctrinis. Paulus autem, & Barnabas moras faciebant in Lystris:* quæ non leguntur in Vulg. nec in Græco hodierno. Absunt etiam hæc verba à plerisque Mss. Græcis, præterquam ab Steph. uno, Cantabr. & Laud. sed in quibusdam Latinis adsunt, teste Erasmo; & Beda comm. in hunc locum auctor est, *sequi in Græco: Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum.* Subjunctis verò his, quasi ex Vulgata: *Paulus autem, & Barnabas morabantur in Lystris:* statim monet, dicens: *Et hi quoque versiculi in quibusdam nostris codicibus non habentur.*

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et quidam vir sedebat, adynatus in pedibus ab utero matris suæ, qui*, &c. ut sup. Gr. Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ὃς, &c. ut sup. à Mss. pluribus abest ὑπάρχων.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Hic audivit Paulum loquentem, possidens in timore. Intuitus autem eum Paulum* (l. *Paulus*,) *& videns quia habet fidem ut salvus fiat.* Græc. Οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος. Ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι· Ms. 1. Καὶ οὗτος· mox alii plures, ἤκουσε.

℣. 9. Ms. Cantabrig. *dixit voce mag. Tibi dico, in nomine Dom. Jesu Chr. surge super pedes tuos rectus, & ambula. Et statim subitò exsilivit, & ambulabat.* Græcum Vulgatæ consonat, uno excepto ἥλλετο, *saliebat*, pro *exsilivit:* Ms. autem unus præter Laud. & Cantabr. Gr. habet, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἀνάστηθι· alii plures, Σοὶ λέγω, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστηθι· & Beda comment. in hunc ℣. ait: *In Græco exemplari legitur: Dixit magna voce: Tibi dico, in nomine Dom. Jesu Chr. surge super pedes tuos rectus.* Tum addit: *Hæc de translatione posuimus, ne codicum varietate stupefactus, quid verius sit ignores.*

℣. 10. Ms. Cantabr. *Turba autem videns quod fecit Paulus, levaverunt vocem suam Lycaoni dicentes: Dii adsimulati hominibus, descend.* &c. ut supra. Gr. textui Laud. congruit.

℣. 11. Ms. Cantabrig. *Vocabant Barnaban Jovem, Paulum verò Merc. quoniam ipse erat princeps sermonum.* Græc. Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν..... ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου· al. Ἐκάλουν δὲ τὸν μέν· al. deest μέν.

℣. 12. Ms. Cantabrig. *Sacerdotes autem qui erant Jovis, ante civitates tauros eis, & coronas ad januas adferentes, cum turba volentes immolare.* Græcum textui Laud. consonat. Mss. quidam, pro Ὁ δὲ ἱερεὺς, habent Ὁ τε ἱερεύς· alii tollunt αὐτῶν, post *civitatem*.

Digitized by Google

## Vulgata nova.

13. Quod ubi audierunt Apoſtoli, Barnabas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exſilierunt in turbas, clamantes

14. & dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: (Geneſ. 1. 1. Pſalm. 145. 6. Apocal. 14. 7.)

15. qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.

16. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda noſtra.

17. Et hæc dicentes, vix ſedaverunt turbas ne ſibi immolarent.

18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Judæi: & perſuaſis turbis, lapidanteſque Paulum, traxerunt extra civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe.

19. Circumdantibus autem eum diſcipulis, ſurgens intravit civitatem, & poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derben.

20. Cùmque evangelizaſſent civitati illi, & docuiſſent multos, reverſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam,

21. confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſque ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

22. Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presbyteros, & oraſſent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

## Versio antiqua.

*Ex Mſ. Laudiano.*

13. Audientes verò Apoſtoli, Barnabas & Paulus, conſcidentes veſtimenta ſua, exſilierunt in turbam, clamantes

14. & dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſimiles ſumus vobis homines, annuntiantes vobis * ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt:

* *In Mſ. hìc additur* ut.

15. qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi per vias ſuas.

16. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cœlo, vobis pluvias dans, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda veſtra.

17. Et hæc dicentes, vix ſedaverunt turbas ne immolarent ſibi.

18. Demorantibus autem eis, & docentibus, ſupervenerunt quidam ab Antiochia, & Iconio Judæi: & commoventes turbas, & lapidantes Paulum, traxerunt extra civitatem, æſtimantes eum mortuum eſſe.

19. Circumdantibus eum diſcipulis ejus, ſurgens intravit in civitatem, & poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derbem.

20. Evangelizantes autem civitatem illam, & docentes multos, reverſi ſunt in Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam,

21. confirmantes animas diſcipulorum, exhortantes permanerent in fide: & quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

22. Cùm ordinaſſent autem illis majores natu per eccleſiam, orantes cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *Cùm audiſſet autem Barnabas, & Paulus, conſciderunt veſtimenta ſua, & exſilierunt ad turbas, clamantes.* Græc. Ἀκούσαντες δὲ οἱ.... διαρρήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, &c. al. ἐξεπήδησαν.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *& vociferantes: Viri, quid hæc facitis? nos patientes ſumus vobis hominibus* (ſupp. *ſimiles*) *evangelizamus vobis Deum, ut ab his vanis convertamini ad*, &c. ut ſup. Mſ. Floriac. litteris uncialibus exaratum: *nos ſimiliter vivos, paſſibiles ſumus homines, evangelizantes vobis Deum, ut ab his vanis convertamini ad Deum vivum, qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia quæ in*, &c. Græc. καὶ λέγοντες· Ἄνδρες, τί...... καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ, &c. ut ſup. Irenæus l. 3. c. 12. p. 197. b. legit: *nos ſimiles* (al. *nonne ſimiles*) *vobis ſumus homines, evangelizantes vobis Deum, uti ab eis vanis ſimulacbris convertamini ad Deum vivum*, &c. ut in textu. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 732. b. *annuntiamus vobis, ut ab iis vanis convertamini ad Deum vivum*, &c. ut ſupra. Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 4. p. 21. c. Vulgatæ concinit ad verbum: ita quoque l. 1. c. 5. p. 3. a. omiſſo *ab his vanis*.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *qui in præteritis ſæculis ſanavit* (f. *ſinivit*) *omnes gentes ambulare vias ſuas*. Mſ. Floriac. proximè citatum, *qui in præteritis generationibus reliquit omnes gentes ingredi itinera*. Græc. ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Irenæus l. 3. c. 12. p. 197. b. legit: *qui in præteritis temporibus permiſit omnes gentes abire vias ſuas*. S. Leo, ſerm. 11. p. 60. d. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 5. & 11. pp. 3. a. & 8. d. & l. 2. c. 4. p. 21. c. Vulgatæ concinunt.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Et quidem non ſine teſtim. reliquit ſeipſum, benefaciens de cælo, vobis imbres dans....... implens cibo, & jucunditate corda veſtra*. Mſ. Floriac. *Et quidem non ſine teſtim. ſemetipſum reliquit, benefaciens è cælo, dans vobis pluviam æternam, fructiferam, implens cibo, & lætitia*, &c. Græc. Καὶ τοί γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδούς..... ἐμπιπλῶν τροφῆς, καὶ εὐφραίνοντας τὰς καρδίας ἡμῶν· al. καρδίας ὑμῶν. Irenæus l. 3. c. 12. p. 197. b. habet: *Quanquam non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens, de cælo dans vobis pluvias, & tempora fructifera, adimplens cibo, & hilaritate corda veſtra*, al. *noſtra*. S. Leo, ſerm. 11. p. 60. d. *Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens eis de cælo, dans pluviam, & tempora fruct. & implens cibo, & juſtitia corda noſtra*. Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 4. p. 21. c. Vulgatæ conſonat, excepto quòd habet in fine, *corda veſtra*.

℣. 17. Mſ. Cantabrig. *Et hæc dicentes, & compeſcuerunt turbas ne ſibi*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ, &c.

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Moras facientes eos, & docentes, ſupervenerunt autem Judæi ab Iconio, & Antiochia: & cùm inſtigaſſent turbam, & lapidaſſent Paulum, traxerunt extra civitatem, exiſtimantes mortuum eſſe eum.* Græcum ab his incipit: Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχ. καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες, &c. ut in textu. Mſ. unus, pro Ἐπῆλθον, initio habet Συνῆλθον· alii verò plures hæc præponunt, Διατριβόντων δὲ αὐτῶν, καὶ διδασκόντων· deinde, ἐπῆλθον; al. ἐπῆλθόν τινες. Beda quoque retract. in hunc loc. auctor eſt, in Græco ita incipere hanc narrationem: *Demorantibus autem eis, & docentibus, ſupervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Judæi*: quæ textus Laud. ſcripturam mirè adſtruunt. Vide Morin. in hunc locum lib. 1. Exercit. Biblicarum, p. 42.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Circumeuntes enim diſcipuli ejus, cùm ſurrexiſſet, introivit in Lyſtram civitatem, & altera die exivit cum Barnaban, Derben*. Græc. Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην· al. εἰσῆλθε σύν.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Evangelizantes autem in illa civitate, &* (ſupp. *cùm*) *diſcipulos feciſſent plures, reverſi ſunt Lyſtram, &*, &c. ut ſup. Græc. Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες ἱκανοὺς, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν, &c. ut ſup. al. Εὐαγγελιζόμενοί τε, al. δέ.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *confirmantes enim animas diſcip. exhortantes ut permanerent in fidem: & quia per multas conflictationes oportet*, &c. ut in textu Laud. Græcum eidem textui Laud. conſonat ad verbum, niſi quòd habet ἐμμένειν τῇ πίστει, pro *permanerent in fide*. Mſs. etiam quidam præponunt καὶ, verbo *exhortantes*. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1234. a. ſimiliter habet: *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei*. Ita quoque Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 2. col. 125. e. Ambroſiaſter verò, col. 180. a. *per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *Et cùm ordinaſſent illis per eccleſias*

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. 23. Et tranſeuntes Piſidiam, venerunt in Pamphyliam,

24. & loquentes in Perge verbum Dei, deſcenderunt in Attaliam:

25. & inde navigaverunt in Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleverunt.

26. Venientes autem, & congregantes Eccleſiam, retulerunt quanta feciſſet Deus cum ipſis, & quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei.

27. Morati ſunt autem ibi tempus non modicum cum diſcipulis.

VULGATA NOVA.

23. Tranſeunteſque Piſidiam, venerunt in Pamphyliam,

24. & loquentes verbum Domini in Perge, deſcenderunt in Attaliam:

25. & inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleverunt. Sup. 13. 1.

26. Cùm autem veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei.

27. Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*preſbyteros, orantes autem cum jejunationib. commendaverunt eos Deo, in quem credidiſſent.* Græc. Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν· al. καὶ προσευξ. al. παρέθεσαν, pro παρέθεντο.

℣. 23. Mſ. Cantabrig. *Reverſi autem Piſidiam*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ διελθόντες τὴν, &c. ut ſup.

℣. 24. Mſ. Cantabr. *& locuti apud Pergen verbum, deſcend.* &c. ut ſup. Græc. καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβ. &c. al. εἰς Πέργην τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, al. Θεοῦ.

℣. 25. Mſ. Cantabrig. *& inde enavigarunt Antiochiam, unde erant traditi in gratia Dei ad opus, quod impleverunt.* Græc. textui Laud. conſonat.

℣. 26. Mſ. Cantabr. *Cùm adveniſſent autem, & collegiſſent Eccleſiam, renuntiaverunt quæ Deus fecit illis cum animabus eorum, & quia aperuit Gentibus oſtium fidei.* Græc. Παραγενόμενοι δὲ, καὶ συναγαγόντες τὴν Ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε, &c. ut ſup.

℣. 27. Mſ. Cantabr. *Demorabantur verò tempus non mod.* &c. ut ſup. Gr. Διέτριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον, &c. ut ſup. aliàs deeſt ἐκεῖ.

# CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. 1. ET quidam deſcendentes à Judæa, docebant fratres: Quia niſi circumcidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſalvi fieri.

2. Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ adversùm illos, ſtatuerunt aſcendere Paulum, & Barnaban, & quoſdam alios ex eis Apoſtolos, & majores natu in Hieruſalem, de quæſtione hac.

3. Illi itaque dimiſſi ab Eccleſia, tranſibant Fœnicem, & Samariam, narrantes converſationem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cùm veniſſent autem in Hieruſalem, excepti ſunt ab Eccleſia, & Apoſtolis, & ſenioribus: annuntiaverunt autem quanta Deus feciſſet cum eis.

5. Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderant, dicentes: Quia oportet

VULGATA NOVA.

1. ET quidam deſcendentes de Judæa, docebant fratres: Quia niſi circumcidamini Gal. 5.
ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſalvari. 2.

2. Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ adversùs illos, ſtatuerunt ut aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ex aliis, ad Apoſtolos, & presbyteros in Jeruſalem, ſuper hac quæſtione.

3. Illi ergo deducti ab Eccleſia, pertranſibant Phœnicem, & Samariam, narrantes converſionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cùm autem veniſſent Jeroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis, & ſenioribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis.

5. Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia opor-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Et quidam cùm adveniſſent à Judæa, docebant fratres: Quia non* (l. *ſi non*, vel *niſi*) *circumciſi fueritis, & more Moyſi ambulaveritis, non poteſtis ſalvi fieri.* Græc. Καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας....... Ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει, &c. ut in Vulgata. Mſs. plures, pro περιτέμνησθε, *circumcidamini*, ſcribunt περιτμηθῆτε. Auctor l. quæſt. ex utroque T. p. 2. col. 160. a. *Quia niſi circumcidamini more Moyſi, non poteritis ſalvi fieri.*

℣. 2. Mſ. Cantabr. *Facta ergo ſeditione, & quæſtione non modica à Paulo & Barnaba ad eos, dicebat autem Paulus manere ſic, ſicut crediderunt. Qui autem venerunt ab Jeruſalem, ſtatuerunt eis Paulo, & Barnabæ, & quoſdam alios aſcendere Apoſtolos, & presbyteros in Hieruſalem, ut judicent ſuper eos de quæſtione hac.* Queſnellius presb. Orat. in libro ſuo de diſciplin. Eccl. c. 15. to. 1. p. 81. ad hunc verſum Actor. obſervat in Mſ. Græc. Lat. Bezæ, ſic haberi: *Paulus enim magna contentione dicebat, ut ſic manerent, ſicut crediderant. Qui verò ex Jeroſolymis advenerant, denuntiabant illis Paulo, & Barnabæ, & aliis quibuſdam, ut aſcenderent ad Apoſtolos, & ſeniores Jeroſolymam, judicium ſub illis ſuper hac quæſtione ſubituris.* Quæ differunt plurimùm, ſi non ſenſu, ſaltem verbis, à verſione Lat. Mſ. Cantabr. quæ penès me eſt, quæque ex autographo Mſ. Cantabr. è verbo ad verbum deſcripta, mihi tranſmiſſa eſt à clariſſ. doctore Bentleio. Queſnellii eſt proferre quo in auctore his verbis citatum legerit hunc locum Actor. In Græco ſic exſtat: Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον, καὶ Βαρνάβαν, καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους, καὶ πρεσβυτέρους, &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam initio delent καὶ συζητήσεως· alii verò plures legunt, καὶ ζητήσεως· ſubinde, ante ἔταξαν, Mſ. Lat. vetus in Bibl. Bodlei. habet, *dicebat enim Paulus manere ſic, ſicut crediderunt;* deinde, *ſtatuerunt*, &c. omiſſis aliis quæ adduntur in Cantabr. Huc redeunt quæ Irenæus l. 3. c. 12. n. 14. dicit: *Cùm aſcendiſſent quidam à Judæa in Antiochiam... & ſuaderent eis qui crediderant in Dominum, circumcidi... & aſcendiſſent Paulus, & Barnabas Hieroſolymam ad alteros Apoſtolos, propter hanc quæſtionem*, &c. & inf. c. 13. n. 3. *Quoniam autem his, qui ad Apoſtolos vocaverunt eum de quæſtione, acquievit Paulus, & aſcendit ad eos cum Barnaba in Hieroſolymam.*

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Illi quidem præmiſſi ab Eccleſia, regrediebantur Phœnicem, & Samariam, exponentes reverſionem Gentium: & efficiebat gaudium magnum omnibus fratribus.* Græc. Οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, διήρχοντο τὴν, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Cùm perveniſſent autem Hieruſalem, excepti ſunt mirè ab Eccleſia, & Apoſtolis, & presbyteris: renuntiaverunt quanta fecit Deus cum illis.* Græc. Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ..... ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν. Ambroſius in Pſ. 118. n. 23. col. 1094. d. huc alludens, dicit: *Paulus & Barnabas cùm Hieroſolymam ingrederentur, magnificè excipiebantur ab Eccleſia, ab Apoſtolis, & majoribus natu.*

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Qui autem præceperunt eis aſcendere ad presbyteros, ſurrexerunt, dicentes: Quidam de hæreſi Phariſæorum crediderunt, quia oportet circumcidi eos, præcipiendumque ſervari legem Moyſi.* Græc. Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tet circumcidi eos, præcipere quoque servare legem Moysi.

6. Conveneruntque Apostoli, & seniores videre de verbo hoc.

7. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis
Sup. 10. 20. quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere.

8. Et qui novit corda Deus, testimonium per-
Sup. 10. 45. hibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis,

9. & nihil discrevit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?

11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.

12. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in Gentibus per eos.

13. Et postquam tacuerunt, respondit Jacobus, dicens: Viri fratres, audite me.

14. Simon narravit quemadmodum primùm Deus visitavit sumere ex Gentibus populum nomini suo.

VERSIO ANTIQUA.

circumcidi eos, præcipere quoque servare legem Moysi. Ex Ms. Laudiano.

6. Convenerunt autem Apostoli, & seniores
* videre pro hac quæstione. * Ms. hierede.

7. Magna autem conquisitione facta, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quia à diebus antiquis Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere.

8. Qui cordis cognitor est Deus, testimonium perhibuit, dans eis Spiritum sanctum, sicut & nobis,

9. & nil discrevit inter nos & illos, * fide puri- * Ms. fidei.
ficans corda eorum.

10. Et nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?

11. Sed per gratiam Domini Jesu credimus salvari, sicut & illi.

12. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnaban, & Paulum enarrantes quanta fecisset Deus signa, & prodigia in Gentibus per eos.

13. Postquam autem tacuerunt * ii, respondit * Ms. eii.
Jacobus, dicens: Viri fratres, audite me.

14. Symeon enarravit quomodo primùm Deus prospexit sumere ex Gentibus populum nomine suo.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀπὸ..... πεπιστευκότες, λέγοντες· Ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν, &c. ut supra. Mss. quidam habent τῶν πεπιστευκότων, pro πεπιστευκότες. Vigilius Taps. l. 12. de Trinit. legit: *Quia oportet circumcidere eos, & præcipere eis custodire legem Moysi.*

℣. 6. Ms. Cantabr. *Convenerunt autem Apostoli, & presbyteri videre de sermone hoc.* Gr. Συνήχθησαν δὲ, &c. ut in Vulg. al. Συνήχθησάν τε.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Et cùm multa altercatio fieret, surrexit in Spiritu Petrus, & dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quia à..... in nobis Deus elegit*, &c. ut in textu Laud. Gr. Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, ἀναστὰς Πέτρος, &c. ut sup. nisi quòd habet ἀκοῦσαι, & πιστεῦσαι, pro *audire*, & *credere*. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. legit: *Viri fratres, vos scitis quoniam à diebus antiquis in vobis Deus elegit, ut ex ore meo audirent Gentes verbum Evangelii, & crederent.* Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 354. c. *Viri fratres, scitis quia à diebus antiquis in nobis Deus elegit, per os meum audire Gentes verbum Evang. & credere.* Ambros. l. 1. de Abr. c. 9. col. 312. e. & l. de Spir. S. col. 662. c. *Viri fratres, vos scitis quia à diebus antiquis in nobis Deus elegit, ex ore meo audire Nationes verbum Evangelii.*

℣. 8. Ms. Cantabr. *Qui autem corda novit Deus, testimonium perhibuit eis, dedit super eos Spiritum sanctum, sicut & nobis.* Græc. Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς, ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς, &c. ut sup. Irenæus l. 3. c. 12. *Et cordis inspector Deus, testimonium perhibuit eis, dans eis Spiritum sanctum, sicut & nobis.* Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 354. c. *Et qui corda novit Deus, testimonium perhibuit, dans eis Spiritum sanctum, sicut & nobis.* Ambrosius l. de Spir. S. col. 655. b. *Deus qui novit corda hominum, testim. perhibuit, dans his Spiritum sanctum, sicut & nobis.*

℣. 9. Ms. Cantabr. *& nihil discrevit inter nos & ipsos, fidei* (l. *fide*) *emundatis cordibus eorum.* Græc. καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς, &c. ut sup. Irenæus l. 3. c. 12. *& nihil discrevit inter nos & ipsos, emundans per fidem corda illorum.* Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 356. c. *& nihil discrevit inter nos & ipsos, fide emundatis cordibus eorum.* Ambros. l. de Spir. S. col. 655. b. *& nihil discrevit inter nos & illos, mundans per fidem corda eorum.* August. in Johan. tract. 69. tom. 3. col. 680. e. *fide mundat corda eorum:* & tr. 80. col. 703. d. *fide mundans corda eorum.*

℣. 10. Ms. Cantabr. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque..... potuimus bajulare?* Ita quoque in Græco est, nisi excipias verbum ἐπιθεῖναι, pro *imponere*; al. ἐπιτιθέναι. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. *Nunc igitur quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos valuimus portare?* Tichonius reg. 3. p. 52. b. *Quid tentatis Dominum, imponere volentes jugum super collum discentium, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?* Hilarius in Ps. 2. n. 9. col. 31. d. *Nunc verò quid tentatis Dominum, ponere supra collum discipulorum jugum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?* Hieronymus l. 2. in epist. ad Gal. to. 4. col. 283. f. *Quid tentatis imponere jugum grave super collum fratrum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt?* & l. 2. contra Pelag. col. 513. d. *Nunc ergo quid tentatis imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Augustinus epist. 190. to. 2. col. 701. f. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum supra collum discipulorum, quod*, &c. ut in Vulgata. Itidem l. de pecc. orig. to. 10. col. 266. c. ab his, *Quid tentatis*: at l. 1. contra epist. 2. Pelag. col. 429. b. legit: *Quid vultis jugum imponere Gentibus, quod neque nos portare potuimus, neque patres nostri?* Ambrosiaster col. 85. d. *Quid imponitis jugum super cervicem fratrum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt?* & infra, col. 219. f. *Quid imponitis jugum fratribus, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?* & col. 236. c. *Quid imponitis jugum supra cervicem fratrum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?* itidem col. 314. c. præter vocem *cervices*. Auctor quæst. ex Vet. Test. p. 2. q. 10. col. 145. d. *Quid imponitis jugum super cervicem fratrum, quod neque nos*, &c. ut in Vulg. ita quoque quæst. 46. ex N.T. col. 152. f. nisi quòd habet, *neque patres nostri, neque nos*, &c.

℣. 11. Ms. Cantabr. *Sed per gratiam Dom. J. C. credimus salvi fieri, quemadm. & illi.* Græcum Vulgatæ consonat. Ms. tamen unus addit ἡμῶν, voci *Domini*; alii verò plures tollunt Χριστοῦ. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. legit: *Sed per gratiam Domini nostri J. C. credimus nos posse salvari, quomodo & illi.* Augustinus epist. 190. to. 2. col. 701. f. *Sed per gratiam Domini Jesu credimus nos salvos fieri, quemadmodum & illi:* ita rursum l. de pecc. orig. to. 10. col. 266. c. præter vocem *salvi*, absque *nos*: ita quoque l. 1. contra epist. 2. Pelag. col. 429. b. addita voce *Christi*. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 513. d. legit: *Sed per gratiam Domini Jesu salvari credimus*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Ms. Cantabr. hæc præmittit: *Disponentes autem presbyteros quæ à Petro dicebantur*: deinde: *silevitque omnis multitudo: & audiebant Barnabam, & P. exponentes quanta fecerit Deus signa, & prodig. in Gent. per ipsos.* Græcum textui Laud. consonat, nisi excipias verbum ἐποίησεν, *fecit*, pro *fecisset*.

℣. 13. Ms. Cantabr. *Postquam autem ii siluerunt* (Ms. *silerunt*,) *surgens Jacobus, dixit: Viri*, &c. ut sup. Græc. Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπεκρίθη, &c. ut in textu Laud. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. simpliciter habet, *Viri fratres*, absque *audite me*. Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 361. c. *Viri fratres, audite.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. d. *Viri fratres, audite me.*

℣. 14. Ms. Cantabr. *Symeon exposuit quemadmodum primùm Deus prospexit accipere ex Gentibus populum nomini suo.* Græc. Συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ Ἐθνῶν λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόμ. &c. ut sup. quidam scri-

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Mſ. Laudiano.*

15. Et huic conſonant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt:

16. Poſt hæc revertar, & ædificabo tabernaculum David, * quod cecidit: & diruta ejus reædificabo, & erigam illud:

** Mſ. quo.*

17. ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens omnia hæc.

18. Nota à ſæculo * ſunt Deo omnia opera ejus.

** Mſ. eſt.*

19. Propter quod ego judico non inquietari his, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum,

20. ſed innotuere eis ut abſtinerent contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocato, & ſanguine.

21. Moyſes enim à generationibus antiquis per civitatem qui prædicant eum habet in ſynagogis, per omne ſabbatum cùm legitur.

22. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligentes viros ex eis, mittere in Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam, qui cognominatur Barſabbas, & Silam, viros primos in fratribus,

23. ſcribentes per manum eorum hæc. Apostoli, & ſeniores, & fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus qui ſunt ex Gentibus, ſalutem.

## Vulgata nova.

15. Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt:

16. Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit: & diruta ejus reædificabo, & erigam illud:

*Amos 9. 11.*

17. ut requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.

18. Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum.

19. Propter quod ego judico non inquietari eos, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum,

20. ſed ſcribere ad eos ut abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine.

21. Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, ubi per omne ſabbatum legitur.

22. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus,

23. ſcribentes per manus eorum. Apostoli, & ſeniores fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, ſalutem.

## Notæ ad Versionem antiquam.

bunt Σιμών· ſubinde Mſ. unus, ἐξηγήσαλο, pro ἐπεσκέψατο· aliique plures paulò poſt tollunt ἐπί. Irenæus l. 3. c. 12. legit: *Simon retulit quemadmodum Deus excogitavit accipere ex Gentibus populum nomini ſuo.* Auct. l. de rebapt. apud Cyprian. p. 361. c. *Simon expoſuit quemadmodum primùm Deus viſitaverit accipere populum nomini ſuo.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 18. Vulgatæ congruit.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Et ſic conſonant ſermones Prophetarum*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ τύτῳ συμφωνῦσιν οἱ λόγοι τῶν, &c. ut ſupra. Irenæus l. 3. c. 12. *Et ſic conveniunt ſermones Prophetarum, ſicut*, &c. Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. *Et huic conſonant ſermones Prophet. ſicut*, &c. Auct. l. de voc. gent. ubi ſup. Vulgatæ concinit.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Poſt hæc autem convertar, & ædificabo tabernaculum Dav. quod cecidit: & quæ demolita ſunt ejus reædificabo, & erigam illud.* Græcum Vulgatæ conſonat. Mſs. plures, pro κατεσκαμμένα, *diruta*, ſcribunt κατεστραμμένα. Irenæus l. 3. c. 12. legit: *Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod cecidit: & diſturbata ejus ædificabo, & erigam illud.* Auctor l. de rebapt. ap. Cyprian. p. 361. c. *Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum illud David, quod cecidit: & quæ demolita ſunt ejus reædificabo, & denuo erigam illud.* Auctor l. de voc. gent. ubi ſup. cum Vulg. concordat, niſi quòd habet 1. loco, *ædificabo*.

℣. 17. Mſ. Cantabr. *& exquiram* (l. *ut exquirant*) *reſidui hominum Deum, & omnes gentes, ſuper quos...... meum ſuper ipſos, dicit*, &c. ut in Vulg. Græcum textui Laudiano conſonat ad verbum. Mſs. tamen quidam in fine delent πάντα, *omnia*. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. legit: *uti requirant reliqui hominum Dominum, & omnes gentes, in quibus invocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc.* Auctor l. de rebapt. apud Cyprian. p. 361. c. *uti exquirant reſidui hominum Deum, & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum ſuper eas, dicit Dominus faciens hæc.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. d. à Vulgata nil differt.

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Notum à ſæculo eſt Domino opus ipſius.* Græcum textui Laud. conſonat, excepto *Domino*, pro *Deo*; at Mſs. quidam Vulgatæ conſonant, ſcribuntque in ſingul. γνωστὸν, &c. Et Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. legit: *Cognitum à ſæculo eſt Deo opus ejus.* Auctor l. de voc. gent. ubi ſup. nil diſcrepat à Vulg.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Propter quod ego judico non ſumus* (f. *ſimus*) *moleſti his, qui de Gentibus*, &c. ut ſup. Irenæus l. 3. c. 12. *Propterea ego ſecundùm me judico non moleſtari eos, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum.* Gr. Διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν, &c. ut ſup.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *ſed præcipio eis ut abſtineant à contaminationibus ſimulacr. & ſtupris, & ſanguine; & quæ volunt non fieri ſibi, aliis ne faciatis* (l. *faciant*.) Similiter habet Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. c. *ſed præcipiendum eis ut abſtineant à vanitatibus idolorum, & à fornicatione, & à ſanguine; & quæcunque nolunt ſibi fieri, aliis ne faciant.* Græcum: ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, κ̀ τῆς πορνείας, κ̀ τῦ πνικτῦ, κ̀ τῦ αἵματος. Doctiſſimus Millius in hunc loc. notat κ̀ τῦ πνικτῦ omitti non ſolùm ab Iren. ubi ſup. ſed etiam à Tertul. l. de pudic. c. 12. & Cypriano l. 3. Teſtim. (quæ tamen Tertul. & Cypr. teſtimonia petuntur niſi ex verſu 29. ut infra videre eſt, quibus adjiciendi SS. Pacianus & Fulgentius eodem loco.) « Hieronymus in Gal. 5. in nonnullis tantùm exemplaribus ſcriptum dicit, *& à ſuffocatis.* Ambroſius in Galat. 2. additum vult à *ſophiſtis Græcorum*, quos vocat. Auguſtino, Gaudentio, & Eucherio, interpretamenti loco additum videtur τὸ πνικτόν· per ſanguinem enim hîc, ſanguinem *ſuffocatum* intelligi putant. Cæterum retinent Græca, quæ quidem vidimus, omnia, excepto uno Cantabr. verſiones omnes, ſicut etiam Orig. l. 8. contra Celſ. Patres ac Tractatores Græci univerſim, necnon Auctor Conſtit. Apoſtol. l. 6. c. 12. » Hactenus Millius. Quæ autem addit hîc Mſ. Cantabrig. cum Iren. *& quæ volunt non fieri*, &c. adjecta pariter leguntur in Mſs. aliis Græcis, necnon ap. Cyprian. & Raban. teſte eodem Millio; quibus adjungendum putat & Theophilum Antioch. l. 2. ad Autol. p. 173. edit. Oxon.

℣. 21. Mſ. Cantabrig. *Moyſes enim ex progeniebus antiquis per civitates habet qui eum prædicant, habent in ſynagogis per omne ſabbatum ut legatur.* Græc. Μωϋσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββ. ἀναγινωσκόμενος· al. ὅπυ κατὰ πᾶν, &c.

℣. 22. Mſ. Cantabrig. *Tunc viſum eſt Apoſtolis, & presbyteris cum tota Eccleſia, electos viros ut ex eis mitterent in Antiochiam cum..... Judas, qui vocatur Barabbas, & Silan, viros principales ad* (l. *in*) *fratribus.* Gr. Τότε ἔδοξε τοῖς ... σὺν ὅλῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένυς ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς... Ἰȣδαν τὸν ἐπικαλύμενον Βαρσαβᾶν, κ̀ Σίλαν, ἄνδρας ἡγυμένυς ἐν τοῖς, &c. Mſs. quidam habent καλύμενον· mox alii, Βαρσαββᾶν.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *ſcripſerunt epiſtolam per manus ſuas, continentem hæc. Apoſtoli, & presbyteri fratres, hiis, qui ſunt per Antiochiam, & Syriam, & Ciliciam, qui ſunt ex Gentibus fratribus, ſalutem.* Græc. textui Laud. conſonat, niſi quòd habet κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, κ̀ Συρίαν, κ̀ Κιλικίαν, pro *Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ.* Mſs. quidam, pro χειρος, *manum*, legunt χειρῶν, cum Vulg. aliique plures tollunt κ̀, poſt *ſeniores*. Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. legit: *Apoſtoli, & presbyteri fratres, his, qui ſunt in Antiochia, & Syria, & Cilicia, fratribus ex Gentibus, ſalutem.* S. Pacian. parœn. ad pœnit. p. 315. h. *Apoſtoli, & presbyteri fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus qui ſunt ex Gentibus, ſalutem.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 329. c. *Apoſtoli, & presb. fratres, iis, qui Antiochiæ, & Syr. & Cilic.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Quoniam audivimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras, quibus non mandavimus:

25. placuit nobis collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos, cum charissimis nostris Barnaba, & Paulo,

26. hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi.

27. Misimus ergo Judam, & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem.

28. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria:

29. ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; à quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.

30. Illi ergo dimissi, descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine, tradiderunt epistolam.

31. Quam cùm legissent, gavisi sunt super consolatione.

32. Judas autem, & Silas, & ipsi cùm essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmaverunt.

VERSIO ANTIQUA.

24. Quoniam audivimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras, dicentes: Circumcidi oportet, & observare legem: quibus non mandavimus: — *Ex Ms. Laudiano.*

25. placuit nobis * coactis in unum, eligentes viros, mittere ad vos, cum carissimis nostris Barnaba quoque, & Paulo, — * *Ms.* coactis.

26. hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi, in omnem tentationem.

27. Misimus ergo Judam, & Silam, & ipsos per verbum multum annuntiantes eadem.

28. Placuit enim sancto * Spiritui, & nobis, nihil amplius imponi vobis oneris, quàm hæc quæ necessaria horum: — * *Ms.* Spiritui.

29. Abstinete ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; à quibus observantes vos ipsos, bene agetis. Valete.

30. Illi quidem dimissi, venerunt in Antiochiam: & congregata multitudine, tradiderunt epistolam.

31. Cùm legissent, gavisi sunt super consolatione.

32. Judas autem, & Silas, & ipsi Prophetæ cùm essent, per * verbum multum consolati sunt fratres, & confirmaverunt. — * *Ms.* per verbo multo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*fratribus qui sunt ex Gentibus, salutem.*

℣. 24. Ms. Cantabr. *Quoniam audivimus quòd quidam ex nobis exeuntes, perturbaverunt vos verbis, destruentes animas vestras, quibus non injunximus.* Græcè: Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες, ἐτάραξαν...... ἀνασκευάζοντες τὰς..... λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα. Al. περιτέμνεσθαι δεῖ, quod Mss. plures omittunt cum seqq. usque ad relativum οἷς· in cod. autem uno Reg. & in Copt. abest οἷς οὐ διεστειλάμεθα. At Beda retract. in hunc locum, monet *in Græco plus haberi: Dicentes: Circumcidi oportet, & observare legem: quibus*, &c. ut in textu: & Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. legit: *Quoniam audivimus quia ex nobis quidam exeuntes, turbaverunt vos sermonibus, destruentes animas vestras, quibus non præcepimus, dicentes: Circumcidimini, & servate legem.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 315. h. *Quoniam audivimus quosdam ex nobis exiisse, & conturbasse vos verbis.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 329. c. *Quoniam audivimus quòd ex nobis quidam turbaverunt vos verbis, quæ non constituimus.*

℣. 25. Ms. Cantabr. *visum est nobis constitutis pariter, electos viros mittere ad vos, cum dilectissimis nostris Barnaba, & Paulo.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. *placuit nobis convenientibus in unum, electos viros mittere ad vos, cum dilectissimis nostris B. & P.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 329. c. *visum est nobis congregatis in idipsum, mittere ad vos, cum carissimis nostris B. & P.* Græc. ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι..... σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν, &c.

℣. 26. Ms. Cantabr. *hominibus, qui tradid. animam suam propter nomen Domini n. J. C. in omni tentatione.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. *hominibus, qui tradid. animam suam pro nomine Dom. nostri J. C.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 329. c. Vulgatæ congruit, sicut & Græcum; nec in utroque leguntur plura. Beda tamen retract. in hunc loc. testatur, *in Græco additum, in omnem tentationem*, ut in textu Laudiano.

℣. 27. Ms. Cantabr. *Misimus ergo Judam, & Silan, & ipsos verbo adnuntiantes hæc.* Græc. Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν, καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Irenæus l. 3. c. 12. *Misimus igitur Judam, & Silam, & ipsos per sermonem adnuntiantes nostram sententiam.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. omissis *Misimus ergo*, versui præced. continuò subdit, *Judam, & Silam, & ipsos per verbum annuntiantes eadem.*

℣. 28. Ms. Cantabr. *Visum est enim sancto Spiritui, & nobis, nihil amplius imponere vobis oneris, præter hæc quæ necesse est.* Græc. Ἔδοξε γὰρ τῷ... μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων. Ms. Alex. ἐπ' ἀνάγκαις, absque τούτων· quæ etiam vox abest à pluribus aliis. Beda retract. in hunc loc. ait, pro *Visum est*, in Græco scriptum esse *Placuit*: & Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. legit: *Placuit enim Spiritui sancto, & nobis, nullum amplius vobis pondus imponere, quàm hæc quæ sunt necessaria.* Ambrosius verò l. de Spir. S. col. 661. f. *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Item Tertul. l. de pudic. p. 1006. a. *Visum est Spiritui sancto, & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quàm eorum à quibus necesse est.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 329. b. *Visum est S. Spiritui, & nobis, nullam vobis imponere sarcinam, quàm ista quæ ex necessitate sunt.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 315. h. *Visum est enim sancto Spiritui, & nobis, nullum amplius imponi vobis pondus, præterquam hæc: Necesse est*, &c. Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. p. 350. a. *Visum est enim Spir. S. & nobis, nihil amplius imponi vobis oneris, præter ea quæ necesse est:* at l. contra Varimad. pp. 743. e. & 750. h. *Placuit Spir. S. & nob. nihil amplius oneris imponere vobis.* Fulgentius l. pro fide Cathol. p. 542. *Placuit Spiritui sancto, & nobis, non imponere vobis ampliùs, quàm ut abstineatis*, &c. de ℣. seq.

℣. 29. Ms. Cantabr. *abstinere sacrificatis, & sanguine, & stupris; & quæcunque non vultis vobis fieri, alii ne feceritis: à quibus conversantes* (l. *conservantes*) *vos ipsos, bene agitis, ferentes in sancto Spiritu. Valete.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 199. a. *ut abstineatis ab idolothytis, & sanguine, & fornicatione; & quæcunque non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis: à quibus custodientes vos ipsos, bene agetis, ambulantes in Spiritu sancto.* Tertul. l. de pudic. p. 1006. a. *abstineri à sacrificiis, & à fornicationibus, & sanguine; à quibus observando, rectè agitis, vectante vos Spiritu sancto.* Cyprian. l. 3. Testim. p. 329. b. *abstinere vos ab idololatriis, & sanguinis effusione, & fornicatione; & quæcunque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 315. h. *ut abstineatis vos ab idolothytis, & sanguine, & fornicatione; à quibus observantes, bene agetis. Valete.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trinit. p. 330. a. *ut abstineatis vos ab idolothytis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; à quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.* Gaud. Brix. serm. de Mach. p. 967. f. *ut abstineatis vos ab immolatis, & à sanguine, id est, suffocatis.* Fulgentius hunc ℣. nectens cum præcedenti, post hæc verba, *non imponere vobis ampliùs*, statim subjicit, *quàm ut abstineatis ab idolis, à fornicatione, & sanguine.* Græc. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, &c. ut in Vulg. Mss. verò quidam præter Cantabr. post vocem πορνείας, addunt καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν, al. ποιεῖτε. Vide supra quæ annotavimus ad ℣. 20.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Illi quidem dimissi, in diebus paucis pervenerunt Antiochiam: & cùm collegissent multitudinem, tradiderunt epistolam.* Græc. Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες, ἦλθον εἰς, &c. ut sup. Mss. plures, κατῆλθον.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Et cùm legissent, gavisi sunt super hanc orationem.* Græc. Ἀναγνόντες δὲ, &c. ut in textu Laudiano: al. Ἢν ἀναγνόντες.

℣. 32. Ms. Cantabr. *Judas quoque, & Silas, etiam ipsi Prophetæ cùm essent, pleni Spiritu S. sermone exhortati sunt fratres, & perconfirmati sunt.* Gr. textui Laud. consonat ad verbum. Mss. quidam ipso initio, pro Ἰούδας δὲ, scribunt Ἰούδας τε.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.* 33. Cùm autem feciſſent tempus, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad Apoſtolos.

34..... *Vide Notas.*

35.. Paulus autem, & Barnabas commorabantur in Antiochia, docentes, & evangelizantes cum & * aliis pluribus verbum Domini.

* *Mſ.* illis.

36. Poſt aliquot autem dies, dixit Paulus ad Barnaban: Revertentes quidem viſitemus fratres per univerſas civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo ſe habent.

37. Barnabas autem volebat ſecum adſumere & Johannem, qui cognominatur Marcus.

38. Paulus autem volebat eum (qui diſceſſiſſet ab eis à Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi eum.

39. Factâ eſt ergo diſſenſio, ita ut diſcedere eos ab invicem, & Barnaban adſumpto Marco navigare Cyprum.

40. Paulus autem electo * Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus.

* *Mſ.* Silam.

41. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias.

### VULGATA NOVA.

33. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos, qui miſerant illos.

34. Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Judas autem ſolus abiit Jeruſalem.

35. Paulus autem, & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & evangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini.

36. Poſt aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes viſitemus fratres per univerſas civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo ſe habeant.

37. Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Joannem, qui cognominabatur Marcus.

38. Paulus autem rogabat eum (ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi.

39. Facta eſt autem diſſenſio, ita ut diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco navigaret Cyprum.

40. Paulus verò electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus.

41. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 33. Mſ. Cantabr. *Cùm feciſſent autem tempus, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad ipſos, qui miſerant eos.* Græcè: Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν, &c. ut in textu Laud. Mſs. plures, loco Ἀποστόλους, ferunt ἀποστείλαντας αὐτούς. Beda verò retract. in hunc loc. ait, *pro eo quod eſt, Ad eos, qui miſerant illos; in Græco haberi, Ad Apoſtolos.*

℣. 34. Hic verſus, qui legitur in Vulg. integer abeſt à Mſ. Laud. In Cantabr. verò ſic habetur: *Placuit autem Sileæ ſuſtinere eos: ſolus autem Judas profectus eſt.* In Gr. ſimpliciter: Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, omiſſis ſeqq. at in Mſs. plurimis deſunt etiam priora, Ἔδοξε δὲ, &c. ſicut in Copt. Syr. & Arab. necnon in codicibus Latinis pluribus, teſte Millio. Eraſmus etiam teſtatur eundem verſum ſe nonniſi in uno codice reperiſſe, & quidem adjectum in margine; verum id librariorum errore factum putat.

℣. 35. Mſ. Cantabr. *Paulus verò, & Barnabas demorabantur Antiochiâ, docentes, & evang. & cum aliis multis verbum Domini.* Ita quoque in Gr. eſt, præpoſitâ voculâ ἐν, voci *Antiochia.*

℣. 36. Mſ. Cantabr. *Et poſt aliquos dies, ait Paulus ad Barnaban: Reverſique viſitemus fratres per omnem civitatem, penès quos adnuntiavimus verbum Domini, quomodo habeat.* Græc. Μετὰ δέ τινας...... Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγγείλαμεν ..... πῶς ἔχουσι. Mſs. plures tollunt ἡμῶν, poſt ἀδελφούς; unus quoque pro κατηγγείλαμεν, habet ἐκηρύξαμεν.

℣. 37. Mſ. Cantabrig. *Barnabas autem volebat adſumere Johannen, qui,* &c. ut ſup. Græc. Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν τὸν...... τὸν καλούμενον, &c. Mſs. plures, ἐβούλετο· & infra, cum aliis quibuſdam, ἐπικαλούμενον· unus, συμπαραλαμβάνειν.

℣. 38. Mſ. Cantabr. *Paulus autem nolebat, dicens iis qui diſceſſerunt ab eis à Pamphylia, & nec ſimul venerunt ad opus, in quo miſſi erant, hunc non adſumerent ſecum.* Græc. Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Mſ. Alex. legit ἀποστήσαντα, pro ἀποστάντα; & infra, cum aliis quibuſdam, συμπαραλαμβάνειν· alii ad ἔργον, addunt εἰς ὃ ἐπέμφθησαν, cum Cantabr.

℣. 39. Mſ. Cantabr. *Facta eſt autem diſcertatio, ita ut ſepararentur ab invicem: Barnabas verò adſumpto Marco, navigaverunt in Cyprum.* Græc. Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον. Mſs. plures initio ferunt Ἐγένετο δέ; aliique paulò poſt, χωρισθῆναι. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 522. c. dicit *inter Paulum, & Barnab. propter Johannem, qui cognominatus eſt Marcus, ortam diſſenſionem; ita ut ſepararentur, & Barnabas Marcum, & Paulus Silam aſſumeret in Evangelii miniſterium.* Similiter Iren. l. 3. c. 14. alludens, *Separatis enim*, inquit, *à Paulo, & Barnaba, & Johanne, qui vocabatur Marcus; & & cùm navigaſſent Cyprum*, &c.

℣. 40. Mſ. Cantabr. *Paulus autem ſuſcepit Silan, exivit traditus gratia Domini à*, &c. Gr. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν, ἐξῆλθε, &c. ut in textu Laud. al. ἦλθε.

℣. 41. Mſ. Cantabrig. *Pergrediebatur autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias: tradens autem mandatum presbyterorum.* Græcum verò textui Laudiano conſonat, omiſſis etiam his, quæ adduntur à Vulg. quæque pariter abſunt à Mſs. aliis pleriſque Græcis.

## CAPUT XVI.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.* 1. PErvenit autem in Derben, & Lyſtram. Et ecce diſcipulus quis erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris fidelis, patris autem Gentilis.

2. Qui teſtificabatur ab his, qui in Lyſtris, & Iconio fratres.

3. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci: & adſumens circumcidit eum, propter Judæos, qui

### VULGATA NOVA.

1. PErvenit autem Derben, & Lyſtram. Et ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patre Gentili.

2. Huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Lyſtris erant, & Iconio fratres.

3. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens circumcidit eum, propter Judæos, qui erant

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabr. *Pertranſiens gentes iſtas, devenit Derben, & Lyſtram. Ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patre autem Græco.* Gr. ita incipit: Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην, καὶ Λύστραν. Καὶ, &c. ut in Cantabr. addita voce τινος, ad *mulieris*; quæ tamen abeſt à Mſs. pluribus, ſicut à quibuſdam vox *Judææ.*

℣. 2. Mſ. Cantabr. *Cui teſtimonium perbibuit ab iis, qui Lyſtræ, & Iconio, fratribus.* Gr. Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις, καὶ Ἰκονίῳ, &c.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Hunc voluit Paulus ſecum exire: & accipiens circumcidit eum, propter...... in locis ſuis. Sciebant enim omnes patrem ejus, quòd Græcus eſſet.* Ita quoque Græcum habet, niſi excipias hæc, καὶ λαβὼν περιέτεμεν, pro *accipiens circumcidit*; & ἐκείνοις, pro *ſuis.* Mſs. etiam plures,

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater ejus erat Gentilis.

4. Cùm autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Jerosolymis.

5. Et Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

6. Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia.

7. Cùm venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Jesu.

8. Cùm autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem:

9. & visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adjuva nos.

10. Ut autem visum vidit, statim quæsivimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus evangelizare eis.

11. Navigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciam, & sequenti die Neapolim:

12. & inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ civitas, colonia. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot, conferentes.

13. Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.

14. Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria civitatis Thyatirenorum, colens Deum, au-

**Versio antiqua.**

erant in locis illis. Sciebant enim omnes patrem ejus, quòd Gentilis esset. Ex Ms. Laudiano.

4. Cùm autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata judicata ab Apostolis, & senioribus, qui erant in Hierosolymis.

5. Ecclesiæ quidem confirmabantur * fide, & abundabant numero quotidie. * Ms. fidei.

6. Pertransierunt autem Phrygiam, & Galaticam regionem, prohibiti à sancto Spiritu loqui verbum in Asia.

7. Venientes autem in Mysiam, tentabant in Bithyniam ire: & non permisit eos * Spiritus Jesu. * Ms. Spiritum.

8. Transeuntes autem Mysiam, descenderunt in Troadem:

9. & in somnis per noctem Paulo * ostensus vir Macedo quidam stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adjuva nos. * Ms. ostenso.

10. Ut autem visum vidit, statim quæsivimus proficisci in Macedoniam, certificati quòd vocasset nos Deus annuntiare eis.

11. Navigantes autem à Troade, recto cursu venimus in Samothraciam, sequente die autem in Neapolim:

12. & inde in Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ civitas, colonia. Eramus autem in ea civitate demorantes dies aliquot.

13. Die autem sabbatorum egressi sumus foris extra civitatem juxta flumen, ubi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur his, quæ convenerant nobis, mulieribus.

14. Et quædam mulier nomine Lydia, purpuræ venditor civitatis Thyatirenorum, colens Deum,

**Notæ ad Versionem antiquam.**

loco τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν, ferunt ὅτι Ἕλλην ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Circumeuntes autem civitates, prædicabant, & tradebant eis cum omnem fiduciam Dominum J. C. simul tradentes & mandata Apostolorum, & presbyterorum his, qui erant Hierosolymis.* Gr. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς, &c. ut in textu Laud. nisi exceperis vocem ultimam Ἱερουσαλήμ· at in Mss. pluribus Ἱεροσολύμοις.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Ecclesiæ ergo consolidabantur, & abundabant*, &c. ut sup. Gr. Αἱ μὲν οὖν... ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, &c. ut sup.

℣. 6. Ms. Cantabrig. *Pertransibant autem Phrygiam, & Galatiam regionem, prohibiti à S. Spiritu nemini loqui verbum Dei in Asia.* Græc. Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν, &c. ut in textu Laud. Mss. quidam ferunt Διῆλθον, & Syr. & Copt. addunt τοῦ Θεοῦ, post *verbum*, ut in Vulgata. Hieronymus l. 2. contra Pelag. tom. 4. col. 522. c. legit: *Transierunt Phrygiam, & Galatiam regionem, prohibiti à Spiritu S. loqui verbum in Asia.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 743. f. *Pervenerunt autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, prohibiti à Spiritu S. loqui verbum in Asia:* & l. 11. de Trin. *Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiam, vetiti sunt à Spiritu S. loqui verbum in Asia.* Similiter habet Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 3. p. 20. f. *vetiti sunt.* Gr. κωλυθέντες.

℣. 7. Ms. Cantabr. *Cùm venissent autem circa Mysiam, volebant Bithyniam abire: & vetuit illos Spiritus Jesu.* Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 522. d. *Cùmque venissent in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: sed non dimisit eos Spiritus Jesu;* infra, *permisit.* Vigilius Taps. l. 11. de Trinit. *Cùm venissent autem in Mesopotamiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Jesu.* Auctor l. de vocat. gent. ubi sup. *Et disponentes ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab Spiritu Jesu.* Græcè: Ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα. Mss. plures initio ferunt Ἐλθόντες δέ· pauloque post, εἰς τὴν Βιθυνίαν· & infra, Πνεῦμα τοῦ Ἰησοῦ.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Cùm transissent autem Mysiam, descenderunt Troada.* Græc. Παρελθόντες δὲ τὴν..... κατέβησαν εἰς Τρωάδα. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. *nos venimus in Troadem.* Hieron. quæst. 11. Hedib. to. 4. col. 185. b. Vulgatæ concinit.

℣. 9. Ms. Cantabr. *& visum per noctem apparuit Paulo, quasi vir Macedo quidam stans ante faciem ejus, & rogans, dicens: Transi in Macedonia auxiliari nobis.* Græc. καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· Ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων· Διαβὰς εἰς... βοήθησον ἡμῖν. Ms. unus præponit ὡσεὶ, voci Ἀνήρ; sicut alii quidam καὶ, verbo παρακαλῶν. Iren. l. 3. c. 14. p. 201. b. alludens dicit: *Et cùm vidisset Paulus per somnium virum Macedonem, dicentem: Veniens in Macedoniam, opitulare nobis, Paule,* &c. Hieronymus quæst. 11. Hedib. to. 4. col. 185. b. nil differt à Vulg.

℣. 10. Ms. Cantabr. *Exsurgens ergo enarravit visum nobis, & intellegimus quoniam provocavit nos Dominus evangelizare qui in Macedonia sunt.* Græc. Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς. Mss. quidam, pro ἐξελθεῖν, scribunt ἐλθεῖν; & inf. cum aliis pluribus, Θεὸς, pro Κύριος; necnon αὐτοῖς, pro αὐτούς. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. post vocem *Paule*, continuò addit: *statim quæsivimus proficisci in Macedoniam, intelligentes quoniam provocavit nos Dominus evangelizare eis.* Hieron. verò quæst. 11. Hedib. to. 4. col. 185. b. eadem refert quæ in Vulg.

℣. 11. Ms. Cantabr. *Alia die perducti à Troade, cursum direximus in Samotrachiam, & sequenti die Neapolim.* Græc. Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην, &c. ut sup. Mss. plures ferunt Ἀναχθέντες δέ. Iren. l. 3. c. 14. p. 201. b. *Navigantes igitur à Troade, direximus navigium in Samothracen.*

℣. 12. Ms. Cantabr. *inde autem Philippis, quæ est caput Macedoniæ civitas, colonia. Fuimus in ista civitate demorantes dies aliquos.* Græcum textui Laud. consonat.

℣. 13. Ms. Cantabrig. *Die autem sabbati exivimus extra portam secundùm flumen, ubi oratio esse videbatur: & cùm sedissemus, loquebatur* ( l. *loquebamur*, & adde *his*, ) *quæ convenerant mulieres.* Græcum textui Laud. favet, nisi quòd in principio habet Τῇ τε ἡμέρᾳ; & post pauca, ἐνομίζετο, *putabatur*, pro *videbatur*; tollit etiam *foris*, post *egressi sumus*; & *nobis*, post *convenerant*: at Ms. unus initio scribit Τῇ δὲ ἡμέρᾳ· subinde plures, τῆς πύλης, pro πόλεως, *civitatem*; Syr. utrumque sic jungit, ἔξω πύλης τῆς πόλεως. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. a. legit: *Die autem sabbatorum egressi sumus extra portam juxta flumen*, &c. ut in Vulgata. Apud Iren. l. 3. c. 14. p. 201. c. posteriora tantùm leguntur: *sedentes enim loquuti sumus mulieribus, quæ convenerant.*

℣. 14. Ms. Cantabr. *Et quædam mulier....... purpuraria Thyatirum civitatis, colens Deum, audiebat*, &c. ut in Vulgata, uno excepto *eis*, pro *his*. Græcum textui Laud. consonat, detractâ voculâ *quæ*, ante *audiebat*: at Mss. plures, pro *audiebat*, scribunt ἤκουσεν, *audivit*, ut in Vulg. Auctor

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* quæ audiebat: cujus Dominus adaperuit cor adtendere his, quæ dicebantur à Paulo.

15. Cùm autem baptizata est ipsa, & domus ejus, deprecata est dicens: Si judicatis me fidelem Domino esse, introeuntes in domum meam, manete. Et coegit nos.

16. Factum est autem euntibus nobis in orationem, puellam quandam habentem spiritum phytonis, obviare nobis, quæ quæstum multum præstabat dominis suis divinando.

17. Hæc subsecuta Paulo, & nobis, clamabat dicens: Hi homines servi Dei excelsi sunt, qui adnuntiant nobis viam salutis.

18. Hoc autem faciebat per multos dies. Dolens autem Paulus, & conversus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Jesu Christi, ut exeas ab ea. Et exiit eâdem horâ.

19. Videntes autem domini ejus quia exiit spes operationis eorum, adprehendentes Paulum & Silam duxerunt in forum ad principes:

20. & obtulentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant nostram civitatem, Judæi cùm sint:

21. & prædicant mores, quos non licet nobis recipere, neque facere Romanis constitutis.

** F. pro* constitit. 22. Et * constituit turba adversùs eos: & magistratus, discissis eorum tunicis, jusserunt virgis cædi.

23. Multas autem imponentes illis plagas, miserunt in carcerem, præcipientes custodi carceris diligenter custodire eos.

24. Qui præceptum tale accipiens, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum diligenter conclusit in lignum.

25. Media autem nocte, Paulus, & Silas adoran-

VULGATA NOVA.

divit: cujus Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.

15. Cùm autem baptizata esset, & domus ejus, deprecata est dicens: Si judicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

16. Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obviare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis divinando.

17. Hæc subsecuta Paulum, & nos, clamabat dicens: Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.

18. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conversus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea. Et exiit eâdem horâ.

19. Videntes autem domini ejus quia exivit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes:

20. & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem nostram, cùm sint Judæi:

21. & annuntiant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani.

22. Et cucurrit plebs adversùs eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, jusserunt eos virgis cædi. 2. Cor. 11. 25.

23. Et cùm multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi ut diligenter custodiret eos. Phil. 1. 13. 1. Thess. 2. 2.

24. Qui cùm tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

25. Media autem nocte, Paulus, & Silas oran-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. a. legit: *Et quædam mulier..... purpuraria civitatis Thyatirenorum, audivit: cujus Dominus cor aperuit ut intenderet his*, &c. ut sup. Beda autem retract. in hunc loc. ad vocem *purpuraria*, monet ejus loco *in alia translatione* invenisse se *positum*, *Purpuræ venditricem*, *quod Græcè dicitur* πορφυρόπωλις.

℣. 15. Ms. Cantabrig. *Ut autem baptizata est, & omnis domus ejus, rogavit dicens: Si judicastis me fidelem Domino esse, ingressi in domum meam, manete. Et extorsuit nobis.* Ita quoque in Græco est, deleta voce *omnis*, ante *domus*; & pro *extorsuit nobis*, posito παρεβιάσατο ἡμᾶς, *coegit nos*. Mss. quidam addunt αὐτὴ, post *baptizata est*; & unus, πᾶς, ante *domus*.

℣. 16. Ms. Cantabrig. *Contigitque euntibus nobis ad orationem, puellam quendam habentem spiritum phatonem, obviam fieri nobis, quæ reditum multum præstabat dom. suis per hoc divinando.* Lucifer Calar. l. de non parcendo in Deum del. p. 238. vel 240. f. *Factum est autem euntibus nobis ad orat. puellam quandam habentem spir. pythonis, occurrere nobis, quæ reditum multum præstabat dom. suis divinando.* Gr. textui Laud. consonat. Mss. tamen quidam, loco πύθωνος, habent πύθωνα, cum Orig. si Millio fides.

℣. 17. Ms. Cantabr. *Hæc persecuta est Paulum, & nos, & clamabat dicens: Hi homines servi Dei excelsi sunt, qui evangelizant vobis viam salutis.* Lucifer Calarit. l. de non parc. in De. del. ubi sup. *Hæc subsecuta Paulum, & nos, clamavit dicens: Hi servi Dei excelsi sunt, qui prædicant nobis viam salutis.* Græcum textui Laud. consonat, nisi quòd habet sub finem ὑμῖν, pro *nobis*.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Hoc autem faciebat per multos dies. Conversus autem Paulus in Spiritu, & cùm indoluisset, dixit: Præcipio tibi in nomine J. C. ut exeas ab ea. Et eadem hora exiit.* Lucifer Calarit. ubi sup. *Hoc autem faciebat per multos dies. Quod cùm indoluisset Paulo, conversus, ad spiritum ait: Præcipio*, &c. ut in textu Laud. Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 640. *ait ad pythonem: Præcipio tibi in nomine Domini nostri J. C. continuò exire ab ea. Et exivit eadem hora.* Græcum textui Laud. favet, nisi quòd pro *ut exeas*, habet ἐξελθεῖν; Syr. verò & Æthiop. cum Ms. Cantabr. ἵνα ἐξέλθῃς, quod eòdem redit.

℣. 19. Ms. Cantabr. *Cùm vidissent domini ejus puellis, quoniam spes & (l. exiit) reditus eorum, quem habebant per ipsam, adprehenderunt Paulum & Silam, traxerunt in forum ad magistratus.* Lucifer Cal. ubi sup. *Videntes autem domini ejus quia exiit spes reditus eorum, apprehensum Paulum & Silam extraxerunt ad forum ad magistratus.* Græcum Vulgatæ favet, nisi excipias verbum εἵλκυσαν, *traxerunt*, pro *perduxerunt*.

℣. 20. Ms. Cantabrig. *& cùm obtulissent eos prætoribus, dixerunt: Isti homines perturbant nostram civitat. Judæi cùm sint.* Lucifer Cal. loco sup. cit. *& obtulerunt eos, dicentes: Homines hi conturbant civitatem nostram, cùm sint Judæi.* Gr. καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον, &c. ut in textu Laud.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *& prædicantes gentes, quam (l. quas) non licet nobis recipere, nec facere, Romani cùm simus.* Lucifer Cal. ubi sup. *& prædicant sectam, quam non licet nobis recipere, nec facere, cùm simus Romani.* Græc. καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι..... Ῥωμαίοις οὖσι. Cantabr. Gr. scribit τὰ ἔθνη, pro ἔθη.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Et multa turba supervenerunt, adversùs eos clamantes: tunc magistratus, discissis vestimentis, jusserunt virgis cædi.* Græc. Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν. Ms. unus initio habet Καὶ συνέστη· mox alter, ὁ ὄχλος πολύς· & alius in fine, ῥαβδίζεσθαι. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 238. g. legit: *Et consurrexit universa turba adversùs eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, jusserunt eos virgis cædi.*

℣. 23. Ms. Cantabr. *Multisque impositis eis plagis, miserunt in carcerem, præcepto dato optioni carceris diligenter servari eos.* Lucifer Cal. ubi sup. *Et cùm multas eis imposuissent plagas, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris diligenter servare eos.* Græc. Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγάς, ἔβαλον εἰς... παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Qui mandato tali accepto, misit eos in imam carceris, & pedes eorum conclusit in ligno.* Lucifer Calar. ubi sup. *Qui cùm tale præceptum accepisset, misit eos in imum carceris, & pedes eorum strinxit ligno.* Græc. Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς..... ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Mss. plures pro εἰληφὼς, habent λαβών.

℣. 25. Ms. Cantabr. *Circa mediam verò noctem, Paulus, & Silas orantes, hymnum dicebant Deo: audiebant autem eos ipsi vincti.* Ita quoque in Græco est, nisi excipias verbum

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tes, laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant.

26. Subitò verò terræ motus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & universorum vincula soluta sunt.

27. Expergefactus autem custos carceris, & videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos.

28. Clamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: universi enim hic sumus.

29. Petitoque lumine, introgressus est: & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes:

30. & producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam?

31. At illi dixerunt: Crede in Dominum Jesum: & salvus eris tu, & domus tua.

32. Et locuti sunt ei verbum Domini, cum omnibus qui erant in domo ejus.

33. Et tollens eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuò.

34. Cùmque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo.

35. Et cùm dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.

36. Nunciavit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistratus ut dimittamini: nunc igitur exeuntes, ite in pace.

37. Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos ejiciunt? Non ita: sed veniant,

VERSIO ANTIQUA.

tes, hymnum canebant * Deo: audiebant autem eos vincti. Ex Ms. Laudiano. * Ms. Deum.

26. Repentè autem terræ motus factus est magnus, ut moveri fundamenta carceris. Aperta sunt autem protinus * ostia omnia: & universorum vincula soluta sunt. * Ms. ostiæ omnes.

27. Experge autem factus custos carceris, & videns apertas januas carceris, stringens gladium incipiebat se interficere, æstimans effugisse vinctos.

28. Exclamavit autem voce magna Paulus, dicens: Nihil feceris tibi mali, omnes enim sumus in præsenti.

29. Petens autem lumen, introgressus est: & tremefactus procidit Paulo & Silæ:

30. & producens eos foris, ait: Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam?

31. Illi autem dixerunt: Crede in Dominum Jesum Christum: & salvus eris tu, & universa domus tua.

32. Et locuti sunt ei verbum Domini, & omnibus qui erant in domo ejus.

33. Et adsumens eos in ea hora noctis, lavit à plagis: & baptizatus est ipse, & qui illius erant omnes continuò.

34. Cùmque perduxisset eos in domum suam, adposuit eis mensam, & exsultabat credens Deo.

35. Die autem facta, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines * hos. * Ms. hæc.

36. Nunciavit autem custos carceris verba hæc ad Paulum: Quia miserunt prætores ut dimittamini: nunc ergo exeuntes, ite in pace.

37. Paulus autem ait: Cæsos nos publicè, incondemnatos, homines Romanos constitutos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos ejiciunt? Non: sed ipsi nos venientes ejiciant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐπηκροῶντο, *exaudiebant*, pro *audiebant*. Cypr. l. 3. Testim. p. 309. b. legit: *Circa mediam autem noctem, Paulus, & Silas orantes, gratias agebant Deo: audiebant autem eos vincti.* Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 238. vel 240. g. *Circa mediam autem noctem, Paulo, & Sila orantibus, & hymnum canentibus Deo, audiebant eos cæteri vincti.* Hilar. in Psalmum 118. col. 292. c. alludens dicit: *Hoc tempore psallentibus Paulo, & Silæ Apostolis catenæ & vincula resolvuntur:* quæ ultima verba ad versum sequentem pertinent.

℣. 26. Ms. Cantabr. *Repentè autem terræ motus factus est magnus, ita ut commoverentur fundamenta carceris. Apertæque sunt statim januæ omnes: & omnium vincula relaxata sunt.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. ubi sup. *Repentè autem terræ motus factus est magnus, ita ut concuterentur fundamenta carceris. Et ostia aperta sunt, & omnia vincula soluta sunt.* Græc. Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, &c. ut in Vulg.

℣. 27. Ms. Cantabr. *Et exsomnis factus est optio carceris, & vidit apertas januas carceris: evaginato gladio cœperat se interficere, existimans effugisset (l. effugisse) custodias.* Lucifer Calar. ubi sup. *Expergefactus est custos carceris: & cùm vidisset ostia carceris aperta, exemit gladium ut se interficeret, existimans fugisse vinctos.* Gr. Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν.... σπασάμενος μάχαιραν ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων, &c. ut in textu Laud.

℣. 28. Ms. Cantabr. *Clamavit autem magna voce Paulus, dicens: Nihil feceris tibi malum, omnes enim sumus hic.* Ita quoque in Græco est. Lucifer Calar. ubi sup. legit: *Exclamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris, omnes enim hic sumus.*

℣. 29. Ms. Cantabr. *Lumen verò petens, accucurrit: & tremibundus factus procidit ad pedes Paulo & Silæ.* Lucifer Calar. ubi sup. *Quo audito custos carceris petit lumen, & ingressus est: & tremens procidit ad pedes Pauli & Silæ.* Græc. Αἰτήσας δὲ φῶτα, εἰσεπήδησε· καὶ ἔντρομος γενόμενος προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ· al. προσέπεσε ἐπὶ τοὺς πόδας τῷ, &c.

℣. 30. Ms. Cantabr. *& cùm produxisset eos foras, cæteros custodivit, & dixit illis: Domini, quid me,* &c. ut in textu. Lucifer Calar. loco supra cit. & inf. p. 239. a. *& cùm produxisset eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, ut salvus sim?* Ita quoque Græcum habet.

℣. 31. Ms. Cantabrig. *At illi dixerunt: Crede in Domino J. Christo: & salvus fies tu, & domus tua.* Ita quoque in Græco est, præter hæc, ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Mss. plures tollunt Χριστόν; alii verò præponunt πᾶς, *omnis*, voci *domus*. Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 238. g. & 239. a. legit: *At illi dixerunt: Crede in Deum Jesum* (al. *Dominum nostrum Jesum:*) *& salvus eris tu, & domus tua.*

℣. 32. Ms. Cantabr. *Et locuti sunt ei verbum Dom. cum omnibus qui sunt in,* &c. ut supra. Lucifer Calar. ubi sup. Vulgatæ concinit; Græcum verò textui Laud. Mss. tamen plures, pro καὶ πᾶσι, legunt σὺν πᾶσι.

℣. 33. Ms. Cantabr. *Et adprehendit eos in illa hora noctis, solvit plagas: & ipse baptizatus est, & ejus omnes confestim:* unde legisse videtur Interpres ἔλυσεν, *solvit*, pro ἔλουσεν, *lavit*, quod in Gr. hodierno. Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 238. vel 240. h. *Et sumens eos ipsa hora noctis, lavit eorum plagas: & baptizatus est ipse, cum omnibus suis.* Græc. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ...... ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, &c. ut in textu Laud. detracto tamen verbo *erant*. Ms. quidam, pro καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες, fert καὶ οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ· al. καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Et perduxit eos in domum suam, & posuit mensam, & exsultabat cum tota domu sua credens in Domino.* Lucifer Calar. ubi sup. *Et ducens eos in dom. suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum universa domo sua credens in Domino.* Græc. Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς..... παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ· al. Κυρίῳ.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Die autem facta, convenerunt magistratus idipsum in foro: & rememorati sunt terræ motum qui factus est, timuerunt, & transmiserunt lictores, dicentes: Dimitte homines illos, quos hesterna die suscepisti.* Græcum textui Laud. favet; sed Ms. unus Steph. eadem exhibet quæ in Lat. Cantabr.

℣. 36. Ms. Cantabr. *Et ingressus optio carceris, renuntiavit hos sermones ad Paulum: Quoniam miserunt prætores ut dimittamini: nunc ergo exeuntes, ambulate.* Græcum textui Laud. consonat.

℣. 37. Ms. Cantabr. *Paulus autem ait ad ipsos: Anetios cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos cives mise-*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Laudiano. 38. Renuntiaverunt autem lictores magistratibus verba hæc. Et timuerunt, audientes quòd Romani essent:

39. & venientes rogaverunt eos, & educentes petierunt exire de civitate.

40. Exeuntes autem de carcere, venerunt ad Lydiam: & cùm vidissent fratres, exhortati sunt illos, & profecti sunt.

**Vulgata nova.**

38. & ipsi nos ejiciant. Nunciaverunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito quòd Romani essent:

39. & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant ut egrederentur de urbe.

40. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*runt in carcerem, & nunc occultè nos ejiciunt? Non ita: sed veniant ipsi, nos producant.* Græc. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς· Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον..... Οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν. Cantabrig. Græc. ante δείραντες, ponit Ἀναιτίους, *Insontes*, unde in Lat. *Anetios.*

℣. 38. Ms. Cantabrig. *Renuntiaverunt autem prætoribus lictores verba hæc, quæ dicta sunt ad prætores. Cùm autem audierunt quia Romani sunt, timuerunt.* Græcum textui Laudiano favet, nisi quòd habet ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι. Syr. post verba hæc addit, τὰ ῥηθέντα πρὸς τοὺς στρατηγούς, ut in Cantabr.

℣. 39. Ms. Cantabr. multò longiorem hìc narrationem præfert, quàm textus Laud. & Vulgata nostra. Hæc nempe sunt hujus Ms. verba: *& cùm venissent cum amicis multis in carcerem, rogaverunt eos exire, dicentes: Ignoramus adversùm vos, quoniam estis viri justi. Et cùm produxissent, rogaverunt eos, dicentes: De civitate ista exite, ne fortè iterum convertantur ad nos, clamantes adversùm vos.* Eadem quoque reperiuntur in Ms. uno Steph. B. Græco, præter hæc, Ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς, pro *Ignoramus adversùm vos.* Græcum verò hodiernum, cum aliis omnibus Græcis, pauciora tantùm illa exhibent, quæ leguntur in Vulgata.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Et cùm exissent de carcere, venerunt ad Lydiam: & cùm vidissent fratres, narraverunt quanta fecit Dominus cum eis, exhortati sunt eos, & exierunt.* Gr. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς.... εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον. Mss. plures scribunt πρὸς τὴν Λυδίαν· unus autem Steph. B. Cantabrigiensi favet.

# CAPUT XVII.

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Laudiano. 1. Transeuntes autem Apolloniam, & Amphipolim, venerunt in Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.

2. Secundùm consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per sabbata tria disputabat eis de Scripturis,

3. adaperiens, & commendans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Jesus Christus, quem ego prædico vobis.

4. Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo, & Silæ: de colentibus quoque Græcis multitudo magna, mulieres quoque principales non paucæ.

5. Æmulantes autem Judæi, & adsumpti forensium viros * quosdam nequissimos non obedientes, & turba facta, conturbabant civitatem: & adsistentes domui Jasonis, quærebant eos producere in populum.

* Ms. quibusdam.

6. Non invenientes autem eos, traxerunt Jasonem, & quosdam alios fratres ad principes civitatis, clamantes: Quia qui orbem terrarum concitant, hi & hic venerunt,

7. quos suscepit Jason, & hi omnes contra consulta Cæsaris agunt, regem dicentes esse alium, Jesum.

**Vulgata nova.**

1. Cum autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.

2. Secundùm consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis de Scripturis,

3. adaperiens, & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Jesus Christus, quem ego annuntio vobis.

4. Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo, & Silæ, & de colentibus, Gentilibusque multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.

5. Zelantes autem Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitaverunt civitatem: & assistentes domui Jasonis quærebant eos producere in populum.

6. Et cùm non invenissent eos, trahebant Jasonem, & quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes: Quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt,

7. quos suscepit Jason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Jesum.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ms. Cantabrig. *Cùm ambulassent autem Amphipolim, & descenderunt Apolloniam, & inde Thessalonicam, ubi erat,* &c. ut sup. Græc. Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν, καὶ Ἀπολλωνίαν, &c. ut in textu Laud.

℣. 2. Ms. Cantabrig. *Et secundùm consuetudinem Paulus introivit ad eos, per sabbata tria disputavit eis de Scripturis.* Gr. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν.

℣. 3. Ms. Cantabr. *adaperiens, & confirmans quia Christum oportet pati, & quia hic est Ch. Jesus,* &c. ut in Vulgata. Gr. διανοίγων, καὶ παρατιθέμενος, &c. ut in ead. Vulg.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Et quidam* (l. *quibusdam*) *ex eis persuasum est, & consortes facti sunt Paulo, & Silæ* (quædam verba hìc erasa distingui non possunt) *multi cælicolarum, & Græcorum multitudo magna, & mulieres quæ* (& hìc litteræ fugientes) *non paucæ.* Græc. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ, καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι. Mss. quidam, pro ἐπείσθησαν, scribunt ἐπίστευσαν, ut in textu Laud. & Vulg. alii verò delent vocem Ἑλλήνων; alii scribunt καὶ Ἑλλήνων.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Adsumptis verò Judæis, convertentes quosdam viros forenses subdoles, turbabant civitatem: & circumstantes ad domum Jasonis, quærebant eos producere ad populum.* Gr. Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον. Mss. plures ipso initio habent, Προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ἀπειθοῦντες τῶν ἀγοραίων· alii non pauci omittunt οἱ ἀπειθοῦντες· & sub finem quidam ex eis scribunt προαγαγεῖν, al. προσαγαγεῖν.

℣. 6. Ms. Cantabr. *Cùm verò non invenissent eos, traxerunt Jasonem, & quosdam fratres ad.... clamantes, & dicentes: Quia qui orbem terræ inquitaverunt, hi sunt, & huc venerunt.* Græc. Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν... καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς...... Ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι, καὶ ἐνθάδε πάρεισιν· al. deest καὶ, ante ἐνθάδε. Beda retract. in hunc loc. monet *in Græco scriptum esse, Et quosdam alios fratres: unde intelligendum est,* inquit, *Jasonem quoque fratrem, hoc est, fidelem Christo fuisse.*

℣. 7. Ms. Cantabrig. nil differt à textu Laud. nisi quòd habeat *isti*, pro *hi*; & præponat *alium*, verbo *esse*. Græcum Vulgatæ consonat.

Digitized by Google

## Vulgata nova.

8. Concitaverunt autem plebem, & principes civitatis audientes hæc.

9. Et accepta satisfactione à Jasone, & à cæteris, dimiserunt eos.

10. Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam in Berœam. Qui cùm venissent, in synagogam Judæorum introierunt.

11. Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.

12. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.

13. Cùm autem cognovissent in Thessalonica Judæi, quia & Berœæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.

14. Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, ut iret usque ad mare: Silas autem, & Timotheus remanserunt ibi.

15. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum usque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quàm celeriter venirent ad illum, profecti sunt.

16. Paulus autem cùm Athenis eos exspectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatriæ deditam civitatem.

17. Disputabat igitur in synagoga cum Judæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos, qui aderant.

18. Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi disserebant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult seminiverbius hic, dicere? Alii verò: Novorum dæmoniorum videtur annuntiator esse: quia Jesum, & resurrectionem annuntiabat eis.

## Versio antiqua.

8. Conturbaverunt autem civitatem, & princi- *Ex Ms. Laudiano.*
pes civitatis audientes hæc.

9. Et accipientes satis ab Jasone, & à cæteris, dimiserunt eos.

10. Fratres autem confestim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam in Berœam. Qui cùm venissent, in synagogam abierunt Judæorum.

11. Hi autem * erant nobiliores eorum, qui sunt in Thessalonica, qui exceperunt verbum Dei cum omni voluntate, quotidie inquærentes Scripturas, si haberent hæc ita. * *Ms.* essent.

12. Multi quidem ex his crediderunt, & Gentilium mulierum honestarum, & virorum non pauci.

13. Cùm autem cognovissent qui à Thessalonica Judæi, quia & Berœa prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc concitantes populos.

14. Statim autem tunc Paulum dimiserunt fratres, ut iret usque ad mare: remanserunt verò Silas, & Timotheus ibi.

15. Qui autem deducebant Paulum, duxerunt eum usque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quàm velocissimè venirent ad illum, exierunt.

16. Cùm autem Athenis exspectaret eos Paulus, irritabatur spiritus ejus in ipso, aspicientis circa simulachrum esse civitatem.

17. Disputabat igitur in synagoga Judæis, & colentibus, & in foro, per omnem diem * his, qui præsentes erant. * *Ms.* hi.

18. Quidam autem Epicuriorum, & Istoicorum philosophorum, * disserebant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult seminator hic, dicere? Illi autem: Novorum dæmoniorum videtur annuntiator esse: quia Jesum, & resurrectionem adnuntiabat eis. * *Ms.* dissebant.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 8. Ms. Cantabr. *Et concitaverunt principes, & turbam audientes hæc.* Græc. Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον, καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκούοντας ταῦτα· al. Ἐτάραξάν τε τὸν ὄχλον· al. τοὺς ὄχλους.

℣. 9. Ms. Cantabr. textui Laud. congruit, deleta præpos. *à*, ante *cæteris*. Gr. Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος, &c. ut sup.

℣. 10. Ms. Cantabr. *Verò fratres statim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam Beræan. Qui cùm advenissent, in synagogam Judæorum ibant.* Græcum textui Laudiano suffragatur.

℣. 11. Ms. Cantabr. *Hi autem sunt nobiliores qui Thessalonicæ sunt, qui exceperunt verbum cum omni animatione, quotidie examinantes Scripturas, si habeant hæc ita.* Gr. Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς, &c. ut in textu Laud.

℣. 12. Ms. Cantabr. *Multi ergo ex his crediderunt, quidam verò credere noluerunt: & Græcorum, & non placentium, & viri, & mulieres plures crediderunt.* Græc. Πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι. Beda retract. in hunc loc. ad hæc Vulg. verba, *viri non pauci*, observat, *meliùs & consequentiùs* habere quosdam *codd. juxta exemplar Græcum, Virorum non pauci.*

℣. 13. Ms. Cantabr. *Ut autem cognoverunt qui à Thessalonica Judæi, qui* (l. *quia*) *verbum Dei adnuntiatum est in Beræan, & crediderunt: & venerunt in eam, & illic commoventes, & turbantes multitudinem, non cessabant.* Græcè: Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους. Mss. plures, σαλεύοντες, καὶ ταράσσοντες τοὺς ὄχλους.

℣. 14. Ms. Cantabrig. *Statimque Paulum fratres dimiserunt abire ad mare versùs: sustinuit autem Silas, & Timotheus ibi.* Græcum concordat cum textu Laud. nisi quòd habet ὡς ἐπὶ, pro *usque ad*; sed Mss. plures ferunt ἕως ἐπί.

℣. 15. Ms. Cantabr. *Qui autem ducebant Paulum, perduxerunt usque Athenis: transiit verò Thessaliam, vetatus est enim super eos prædicare sermonem. Ut accepissent mandatum à Paulo ad Silam, & Timotheum, ut quàm celeriter veniant ad eum, proficiscebantur.* Græc. Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν, καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν, καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξῄεσαν. Ms. unus in principio habet καθισάνοντες, al. ἀποκαθιστῶντες.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Verò Athenis exspectante eo Paulum* (l. *eos Paulo*,) *incitabatur spiritus ejus in eo, videnti simulacris esse civitatem.* Græc. Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν· Ms. unus, pro αὐτῷ, legit ἑαυτῷ· subinde plures, θεωροῦντος, pro θεωροῦντι. August. l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 396. g. legit: *Paulus autem cùm illos Athenis exspectaret, irritabatur spiritu suo intrà se, videns circa idola esse civitatem.*

℣. 17. Ms. Cantabr. *Disputabat ergo in synagoga Judæis, & iis qui colunt, & his qui fortè aderant, & iis qui in foro, per omnem diem.* Græc. Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας· al. παρακούσαντας. Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 489. d. *Disputabat igitur cum Judæis in synagoga, & Gentibus incolis in foro* (Mss. quidam, *Gentibus in vinculis in foro*, al. *Gentibus singulis in foro*) *per omnem diem ad eos, qui aderant:* at l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 397. b. & 399. a. *Disputabat igitur Judæis in synagoga, & Gentibus, & colentibus, & in foro, per omnem diem ad*, &c. ut sup.

℣. 18. Ms. Cantabr. *Quidam autem & Epicuriorum, & Stoicorum philosophorum, conferebant cum eo, & quidam dicebant: Quid nunc velit* (Ms. *vellit*) *spermologus hic, dicere? Alii: Novorum dæmoniorum videtur adnuntiator esse;* nec plura. Græcum his favet, nisi quòd tollat &, ante *Epicuriorum;* addat verò δὲ, *autem*, ante vocem *Novorum;* pro qua Ξένων, i. e. *Peregrinorum:* insuper posteriora verba, quæ prætermittit Ms. Cantabrigiensis, Græcum retinet, cum Vulg. & textu Laud. Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 489. d. legit: *Quidam verò Epicureorum, & Stoicorum philosoph. conferebant cum illo:* eadem repetit l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 397. b. quibus adjungit seqq. *& quidam dicebant: Quidnam vult seminator verborum hic, dicere? Alii verò: Peregrinorum dæmoniorum videtur annuntiator esse.* Ambrosius ep. 63. col. 1028. c. *Quid sibi vult his*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano.

19. Adprehenſum eum ad Arium pagum trahebant, dicentes: Poſſumus cognoſcere quæ eſt nova hæc, quæ à te loquitur, doctrina?

20. nova enim quædam verba infers in ſinuas noſtras: Volumus ergo ſcire quid velint eſſe.

21. (Atheni autem omnes, & peregrini hoſpites, in nihil aliud vacabant, quàm dicere aliquid, & audire novum.)

22. Stans autem Paulus in medio Ario pago, dixit: Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos video.

23. Perambulans enim, & circumſpiciens culturas veſtras, inveni & aram, ſuper quam ſcriptum: IGNOTO DEO. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego adnuntio vobis.

24. Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ ſunt in eo, hic cœli & terræ cùm ſit Dominus, non in manufactis templis habitat,

25. nec à manibus humanis curatur, tanquam egeat cujuſdam, ipſe dans omnibus vitam, & ſpiritum, & omnia:

26. fecit ex uno ſanguine omne genus hominum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, præfiniens imperata tempora, & terminos habitationis eorum,

27. quærere Dominum, ſi fortè tractarent eum, & invenirent, & quidem non longè ab unoquoque noſtrûm conſtituto.

28. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſu-

### VULGATA NOVA.

19. Et apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ à te dicitur, doctrina?

20. nova enim quædam infers auribus noſtris: Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.

21. (Athenienſes autem omnes, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi.)

22. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.

23. Præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inveni & aram, in qua ſcriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.

24. Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cùm ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, Geneſ. 1. 1. Sup. 7. 48.

25. nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia:

26. fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum,

27. quærere Deum, ſi fortè attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrûm.

28. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſu-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ſeminiverbius? Alii autem: Novorum dæmoniorum videtur pronunciator eſſe.*

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Poſt aliquos dies, adprehenſumque eum adduxerunt ad Arium pagum, cogitantes, & dicentes: Poſſumus ſcire quæ eſt novitas hæc, à te narratio doctrinæ?* Gr. Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 397. b. legit: *Apprehenſumque eum in Areopagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire quæ ſint hæc, quæ à te dicuntur?*

℣. 20. Mſ. Cantabr. *nova enim quædam adferens interlocutiones adversùs noſtras: Volumus ergo ſcire quid nunc ſibi velint hæc eſſe.* Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. col. 397. b. *inſueta enim quædam affers in aures noſtras: Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.* Græc. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· βουλόμεθα οὖν γνῶναι τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *Athenenſes enim omnes, & qui advenæ erant hoſpitiis, ad nihil aliud vacabant, quàm dicere aliquid, aut audire novius.* Auguſtinus l. de op. mon. to. 6. col. 489. d. & l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 397. b. *Athenienſes autem, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, quàm dicere aliquid novi, aut audire.* Græc. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι, καὶ ἀκούειν καινότερον· al. ἢ ἀκούειν.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *Cùm ſtetiſſet autem Paulus in medio Arii pagi, ait: Viri Athenenſes, per omnia ſuperſtitioſos vos video eſſe.* Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. col. 397. b. *Stans verò Paulus in medio Areopago, dixit: Viri Athenienſes, per omnia ſuperſtitioſos vos video.* Græc. Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες..... κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ· al. δεισιδαίμονας ὑμᾶς, al. deeſt ὑμᾶς.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *Circumambulans enim, & perſpiciens ea, quæ colitis, inveni etiam & aram, in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo*, &c. ut in Vulgata. Gr. Διερχόμενος γὰρ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο... Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες.... τοῦτον ἐγὼ, &c. ut ſup. al. Ὃ οὖν ἀγνοοῦντες..... τοῦτο, &c. Hieronymus l. 1. in epiſt. ad Tit. to. 4. col. 420. f. *Pertranſiens enim, & contemplans culturas veſtras, inveni & aram, in qua ſuperſcriptum eſt: Ignoto Deo. Quod itaque ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.* Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 397. b. *Perambulans enim, & conſiderans ſimulachra veſtra, inveni etiam aram, in qua erat ſcriptum: Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.*

℣. 24. Mſ. Cantabr. *Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cùm ſit cœli & terræ Dominus, qui eſt, non in manuf. templis inhabitat.* Floriac. cod. antiq. *Deus, qui fecit hunc mundum, &.... hic cùm ſit cœli..... non inhabitat in manufactis templis.* Iren. l. 3. c. 12. p. 196. d. *Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ Dominus exiſtens, non in manuf. templis inhabitat.* Ita quoque in Græco eſt, deleto verbo *ſunt*. Hilarius in Pſal. 126. col. 416. f. legit: *Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cùm ſit cœli & terræ Dominus, non in manufactis templis habitat.* Ambroſius l. 6. in Luc. col. 1409. a. *Deus, qui fecit mundum, & cuncta quæ ſunt in eo:* & infra, col. 1486. f. *Deus enim non in manufactis templis habitat.* Similiter habent Tertul. l. contra Prax. p. 851. c. & Maxim. Taurin. p. 41. d. omiſſo *enim*.

℣. 25. Mſ. Cantabrig. *neque manibus humanis curatur, tanquam egeat, quòd ipſe dederit omnibus vitam, & ſpiramentum, & omnia.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 196. d. *nec à manibus humanis tractatur, tanquam alicujus indigens, cùm ipſe omnibus dederit vitam, & ſpiritum, & omnia fecerit.* Græc. οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν, καὶ πνοὴν, καὶ τὰ πάντα. Mſs. plures, loco ἀνθρώπων, ſcribunt ἀνθρωπίνων; paulòque poſt ex eiſdem unus, ὡς προσδεόμενος.

℣. 26. Mſ. Cantabr. *fecit ex uno ſanguine omnem nationem hominum inhabitare ſuper omnem faciem terræ, cùm definiſſet imperata tempora, & determinationes inhabitationis eorum.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 196. d. *qui fecit ex uno ſanguine omne genus hominum inhabitare ſuper faciem totius terræ, præfiniens tempora, ſecundùm determinationem inhabitationis eorum.* Græc. ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προτεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν. Mſs. plures tollunt vocem αἵματος; Beda verò retract. in hunc loc. ait *pleniùs* haberi *in Græco: Fecit ex uno ſanguine.*

℣. 27. Mſ. Cantabr. *quærere quod divinum eſt, ſi fortè tractent illud: invenient quidem non longè ab unoquoque noſtrorum.* Irenæus l. 3. c. 12. *quærere illud quod eſt divinum, ſi quomodo tractare poſſint illud, aut invenire, quamvis etiam non longè ſit ab unoquoque noſtrûm.* Similiter hab. Ambroſ. l. 3. Hex. col. 45. a. *quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrûm.* Hilarius in Pſ. 118. col. 355. e. eodem ſenſu: *Non longè à nobis manentem quærimus Deum.* Græc. ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν, καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα. Mſs. plures initio legunt, ζητεῖν τὸν Θεόν· al. τὸ Θεῖον· mox alii quidam, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειεν αὐτὸν, καί. unus ἤ, pro καί.

℣. 28. Mſ. Cantabr. *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſimus in diurnum: ſicut, qui ſecundùm vos ſunt, quidam dixerunt: Hujus enim & genus ſumus.* Græc. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ, &c. ut ſup. al. Τούτου γὰρ, al. Αὐτοῦ γάρ. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. legit: *In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus: & quemadmodum quidam*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mus : ficut & quidam veftrorum Poetarum dixerunt : Ipfius enim & genus fumus.

29. Genus ergo cùm fimus Dei, non debemus æftimare, auro, aut argento, aut lapidi, fculpturæ artis & cogitationis hominis, Divinum effe fimile.

30. Et tempora quidem hujus ignorantiæ defpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique pœnitentiam agant,

31. eò quòd ftatuit diem, in quo judicaturus eft orbem in æquitate, in viro, in quo ftatuit, fidem præbens omnibus, fufcitans eum à mortuis.

32. Cùm audiffent autem refurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt : Audiemus te de hoc iterum.

33. Sic Paulus exivit de medio eorum.

34. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt : in quibus & Dionyfius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mf. Laudiano.

mus : ficut & quidam veftrûm Poetarum dixerunt : Ipfius enim & genus fumus.

29. Genus ergo conftituti Dei, non debemus æftimare, auro, aut argento, aut lapideæ culpturæ artis & cogitationis hominis, Divinum effe fimile.

30. Et tempora quidem ignorantiæ defpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus omnes ubique pœnitentiam agere,

31. eò quòd ftatuit diem, in qua futurus eft judicare orbem in æquitate, in viro, cui ftatuit, fidem præftans omnibus, fufcitans eum à mortuis.

32. * Cùm audiffent autem refurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt : Audiemus te de hoc iterum.

* In Mf. deeft Cùm.

33. Et fic Paulus exiit de medio eorum.

34. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt : in quibus & Dionyfius Ariopagita, & mulier honefta nomine Damaris, & alii cum eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*fecundùm vos dixerunt : Hujus enim & genus fumus.* Similiter Hilarius in Pf. 118. col. 355. e. *In ipfo enim vivimus, & movemur, & fumus :* & in Pfal. 129. col. 438. a. ac l. 4. de Trin. col. 831. b. *Quoniam in ipfo vivimus, & movemur, & fumus :* & in Pf. 144. col. 570. d. *Quia in ipfo fumus, & in ipfo vivimus, ac movemur :* & in Pfalm. 67. col. 203. e. *Ipfius genus fumus.* Ambrofius l. 3. Hexa. col. 45. a. *In ipfo enim vivimus, & fumus, & movemur : ficut quidam veftrûm dixerunt : Cujus & genus fumus :* & l. de Ifaac, c. 8. col. 382. a. *In ipfo enim vivimus, & fumus, & movemur : Ipfius enim & genus fumus :* & l. de bono mort. c. 12. col. 412. d. *In quo & vivimus, & fumus, & movemur :* & c. 9. col. 405. d. *Cujus & genus fumus :* fimiliter ep. 43. col. 972. f. at l. 3. de fide, col. 497. d. *Hujus & genus fumus :* vide etiam l. 1. col. 472. b. & l. 3. col. 504. f. & in Pf. 118. col. 1220. f. & epift. 29. ac 79. col. 907. f. 1095. d. S. Pacianus epift. 2. p. 308. b. *quidam etiam fecundùm vos dixerunt : Hujus namque genus fumus.* Ambrofiaft. col. 182. a. *In ipfo enim vivimus, & movemur, & fumus :* & col. 142. f. *& ficut quidam ex vobis dixerunt : Ipfius enim & genus fumus.* Auctor quæft. ex utroque T. q. 107. col. 105. c. *In ipfo enim vivimus, movemur, & fumus :* & q. 51. ex N. T. p. 2. col. 154. d. *ficut quidam ex vobis dixerunt : Hujus etenim genus fumus.*

℣. 29. Mf. Cantabr. *Genus ergo cùm fimus Dei, non debemus exiftimare, neque auro, aut argento, aut lapidis culptioni artis & cupiditatis humanæ, quod divinum eft, effe fimile.* Græc. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν, χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον. Mfs. quidam fcribunt χρυσίῳ, ἢ ἀργυρίῳ, al. χρυσῷ, ἢ ἀργυρίῳ. Iren. l. 3. c. 12. p. 196. e. legit : *Genus igitur cùm fimus Dei, non oportet nos putare id quod eft divinum, fimilè effe auro, vel argento, vel lapidi per artem vel concupifcentiam hominis deformato.* S. Pacian. ep. 2. p. 308. b. *Cùm igitur genus fimus Dei.*

℣. 30. Mf. Cantabr. *Itaque temporibus ignorantiæ hujus defpiciens Deus, jam nunc adnuntiat hominibus ut omnes,* &c. ut in Vulg. Iren. l. 3. c. 12. *Tempora ergo ignorantiæ defpiciens Deus, nunc præcepit hominibus omnibus ubique pœniteri in ipfum.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 522. f. *Tempora ignorantiæ refpiciens Deus, nunc præcepit hominibus ubique pœnitentiam agere.* Auguftinus l. 18. de civit. Dei, c. 54. to. 7. col. 537. e. *jam nunc annuntiat hominibus omnes ubique agere pœnitentiam.* Græc. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν. Mfs. plures, pro πᾶσι, fcribunt πάντας.

℣. 31. Mf. Cantabr. *quoniam ftatuit diem judicare orbem terræ in juftitia, in viro Jefu, cujus conftituit fidem exhibere omnibus, refufcitavit eum à mortuis.* Irenæus l. 3. c. 12. p. 196. *quoniam conftituit diem judicare orbem terræ in juftitia, in viro Jefu, in quo ftatuit fidem, excitans eum à mortuis.* Auguftinus l. 18. de civitate Dei, c. 54. to. 7. col. 537. e. *eo quòd ftatuit diem judicare orbem in æquitate, in viro, in quo definivit fidem omnibus, refufcitans illum à mortuis :* & alludens tract. 110. in Johan. tom. 3. col. 774. c. In Actibus Apoftolorum, inquit, legitur, *quòd in Chrifto Deus definierit fidem omnibus, fufcitans eum à mortuis.* Ambrofius l. 6. in Luc. col. 1409. c. *in viro, quo definivit omnibus fidem, fufcitans eum ab inferis.* Græc. διότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Mfs. quidam in principio habent καθότι, pro διότι; & unus παρασχεῖν, loco παρασχών.

℣. 32. Mf. Cantabr. *Audientes autem refurrectionem mortuorum, aliqui deridebant, alii verò dixerunt : Audimus te de hoc iterum.* Græc. Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου· al. Ἀκουσώμεθα.

℣. 33. Mf. Cantabr. *Sic Paulus exivit de medio illorum.* Gr. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος, &c. ut fup. al. deeft Καί.

℣. 34. Mf. Cantabr. *Quidam autem viri cùm hæfitaffent, ei crediderunt : in quibus & Dionyfius quis Areopagita complacens, & alii cum eis.* Græcum Vulgatæ congruit, nifi excipias verbum κολληθέντες, pro *adhærentes*.

# CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. POft hæc egreffus ab Athenis, venit Corinthum :

2. & inveniens quemdam Judæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Prifcillam uxorem ejus, (eò quòd præcepiffet Claudius difcedere omnes Judæos à Roma) acceffit ad eos.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mf. Laudiano.

1. POft hæc autem egreffus Paulus ab Athenis, venit in Corinthum :

2. & inveniens quemdam Judæum, nomine Aculam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Prifcillam uxorem ejus, (* eò quòd autem præcepiffet Claudius difcedere omnes Judæos à Roma) acceffit eos.

* Mf. &.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mf. Cantabr. *Regreffus verò ab Athenis, venit in Corinthum.* Græc. Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν..... ἦλθεν εἰς, &c. aliàs deeft δέ. Auguftinus l. de op. mon. to. 6. col. 490. f. *Poft hæc egreffus ab Athenis, venit Corinthum.*

℣. 2. Mf. Cantabr. *& cùm inveniffent quemdam Judæum, nomine Acylam, Pontium nomine (l. genere,) recèns veniffe ab Italia, & Prifcillam uxorem ejus, (eò quòd præcepiffet Claudius difcedere omnes Judæos ex Urbe) qui & demorati funt in Achaia, acceffit ad eos Paulus.* Græc. καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον, ὀνόματι Ἀκύλαν, &c. ut in Vulgata, nifi excipias verbum χωρίζεσθαι, pro *difcedere*. Auguft. l. de op. mon. to. 6. col. 490. f. legit : *& cùm inveniffet quemdam Judæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, recèns advenientem ab Ita-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Laudiano.*

3. Et quoniam ejusdem artis erat, manebat apud eos, & operabatur: (erant autem scenofactoriæ artis.)

4. Disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, suadebat autem Judæos, & Græcos.

5. Cùm autem venissent à Macedonia Silas quoque & Timotheus, urguebatur verbo Paulus, testificans Judæis Christum Jesum.

6. Resistentibus autem illis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta, dixit ad illos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc jam ad Gentes vadam.

7. Et * migrans inde, venit in domum cujusdam, nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagogæ.

* *Ms. primâ manu* miserans, *sec.* recedens.

8. Crispus autem princeps synagogæ credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes crediderunt, & baptizabantur.

9. Dixit autem Dominus per visum nocte Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas:

10. * propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur ut noceat te: quia * populus est mihi multus in civitate hac.

* *Ms.* oporte.
* *Ms.* porus.

11. Sedit autem annum & menses sex, docéns in eis verbum Dei.

12. Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt unanimes Judæi Paulo, & adduxerunt eum ad tribunal,

13. dicentes: Quia extra legem hic suadet homines colere Deum.

14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquitas aliqua, aut fallacia pessima, ô Judæi, rationaliter sustinerem vos.

15. Si verò quæstio est de verbo, & nominibus,

### Vulgata nova.

3. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: (erant autem scenofactoriæ artis.)

4. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis, & Græcis.

5. Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judæis esse Christum Jesum.

6. Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.

7. Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagogæ.

8. Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.

9. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas:

10. propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi ut noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac civitate.

11. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei.

12. Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

13. dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.

14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Judæi, rectè vos sustinerem.

15. Si verò quæstiones sunt de verbo, & no-

### Notæ ad Versionem antiquam.

*lia, & Priscillam uxorem ejus, (propterea quòd jussisset Claudius discedere omnes Judæos Româ) accessit ad illos.*

℣. 3. Mſ. Cantabr. simpliciter habet: *Et propter artificium, manebat apud eos, & operabatur.* Græc. Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 491. a. *Et propter artis similitudinem, mansit apud illos, opus faciens: erant enim tabernaculorum artifices.* Beda comment. in hunc ℣. ait: *Sequuntur in hoc loco duo versus in Græco, qui in quibusdam nostris codicibus non habentur.*

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Ingressus autem in synagogam per omne sabbatum, disputabat: & interponens nomen Domini Jesu, & persuadebat non solos Judæos, sed & Græcos.* Græcum textui Laud. congruit, nisi quòd habet ἔπειθέ τε, pro *suadebat autem.* Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 490. e. legit: *Disputabat in synagoga per omne sabbatum.* Hic autem versus cum sequenti abest à Mſs. quibusd. Lat. teste Beda, ubi supra.

℣. 5. Mſ. Cantabrig. *Ut verò advenerunt in Macedonia Silas & Timotheus, instabant sermoni: Paulus testificabatur Judæis esse Christum Dominum Jesum.* Græc. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος, &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam, pro συνείχετο, ponunt συνείργετο; sicut alii λόγῳ, pro Πνεύματι· rursum quidam addunt εἶναι, post *Judæis*, ut in Vulg.

℣. 6. Mſ. Cantabrig. *Multoque verbo facto, & Scripturis disputantibus, resistentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens Paulus vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguinem vestrum super caput vestrum: mundus ego, à vobis nunc ad Gentes vado.* Græc. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν, καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus, loco Ἀντιτασσομένων, habet Ἀνθισαμένων. Cassiod. in Pſ. 17. p. 60. b. legit: *Sanguis vester super caput*, &c. ut in Vulg.

℣. 7. Mſ. Cantabr. *Et cùm recessisset ab Acyla, introivit in domum cujusdam, nomine Justi, colentis Deum, cujus domus erat confinis synagogæ.* Græc. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς, ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Mſs. plures, pro ἦλθεν, scribunt εἰσῆλθεν; sicut alii quidam Τίτου, pro Ἰούστου.

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Verò Archisynagoga Crispus credidit in Domino cum tota domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur, credentes in Deo per nomen Domini nostri Jesu Christi.* Græc. Vulgatæ concinit.

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Dixit autem Dominus per visum Paulo per noctem: Ne timeas, sed loquere, & ne tacueris.* Ita quoque Græcum habet, præter ἐν νυκτὶ, *in nocte*, loco *per noctem.* Ambrosiaster, col. 30. e. similiter legit, *loquere, ne tacueris.*

℣. 10. Mſ. Cantabr. *quoniam ego sum tecum: & nemo adgreditur ad te ut malefaciat tibi: quoniam populus est mihi multus in civitate hac.* Græcum Vulgatæ favet. Ambrosiaſt. col. 30. e. post *ne tacueris*, continuò subdit, *quia populus mihi multus est in hac civitate;* prætermissis intermediis. Similiter in epist. Oriental. ad Symm. Conc. to. 4. col. 1307. c. *loquere, & non taceas: quia multus est mihi populus in hac civitate.* In Æthiop. deest tantùm, *ego sum tecum &.*

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Et consedit in Corintho anno & mensibus sex, docens penès ipsos verbum Dei.* Græc. Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus cum Syr. Ἐκάθισέ τε ἐν Κορίνθῳ· alii plures, pro τε, ponunt δέ; unus, δὲ ἐκεῖ· paulòque post quidam, αὐτοὺς, pro ἐν αὐτοῖς.

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Cùmque Gallio esset proconsul Achaiæ, inruerunt unanimiter Judæi, conloquentes inter semetipsos de Paulo, & imponentes manum, adduxerunt eum ad tribunal.* Græc. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον, &c. ut sup. Mſs. plures verbum ἀνθυπατεύοντος ita dividunt, ἀνθυπάτου ὄντος.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *clamantes, & dicentes: Quia, &c.* ut in Vulgata. Græc. λέγοντες· Ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς, &c. ut in textu; al. πείθει τούς.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *Incipiente autem Paulo.... Si quidem esset injuria, aut falsum subdolum, ô viri Judæi, cum ratione forsitan paterer vos.* Græc. Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ..... Εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι, ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν. Mſs. plures tollunt οὖν, post Εἰ μέν.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Si autem quæstio est de...... & lege quæ secundùm vos est, videritis ipsi: Judex horum ego nolo*

**VULGATA NOVA.**

minibus, & lege veſtra, vos ipſi videritis: Judex ego horum nolo eſſe.

16. Et minavit eos à tribunali.

17. Apprehendentes autem omnes Soſthenem principem ſynagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.

18. Paulus verò cùm adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam, (& cum eo Priſcilla, & Aquila) qui ſibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. *Num. 6. 18.*

*Inf. 21. 24.* 19. Devenitque Epheſum, & illos ibi reliquit. Ipſe verò ingreſſus ſynagogam, diſputabat cum Judæis.

20. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non conſenſit,

21. ſed valefaciens, & dicens, Iterum revertar ad vos Deo volente, profectus eſt ab Epheſo.

22. Et deſcendens Cæſaream, aſcendit, & ſalutavit Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam.

23. Et facto ibi aliquanto tempore, profectus eſt, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos.

24. Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Epheſum, potens in Scripturis.

25. Hic erat edoctus viam Domini: & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter, ea quæ ſunt Jeſu, ſciens tantùm baptiſma Joannis.

26. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem cùm audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumſerunt eum, & diligentiùs expoſuerunt ei viam Domini.

27. Cùm autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis ut ſuſciperent eum. Qui cùm veniſſet, contulit multùm his, qui crediderant.

**VERSIO ANTIQUA.**

& legis veſtræ, videritis ipſi: Judex enim ego horum nolo eſſe. *Ex Mſ. Laudiano.*

16. Et abegit eos à tribunali.

17. Adprehendentes autem omnes Græci Soſthenem * principem ſynagogæ, percutiebant ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat. ** Mſ. principes.*

18. Paulus autem cùm adhuc perduraſſet dies multos, fratribus valefaciens, enavigavit in Syriam, (& cum eo Priſcilla, & Aculas) * qui ſibi * tonſo capite in Cenchris: habebat enim votum. ** Abundare videtur qui.* ** Mſ. to capito.*

19. Venerunt autem in Epheſum, & illos reliquit ibi. Ipſe verò ingreſſus in ſynagogam, diſputabat Judæis.

20. Rogantibus autem eis ampliore tempore remanere apud eos, non adnuit,

21. ſed valefaciens eis, & dicens, Iterum revertar ad vos Deo volente, & profectus eſt ab Epheſo.

22. Et deſcendens in Cæſarea, cùm aſcendit, & ſalutavit Eccleſiam, deſcendit in Antiochiam.

23. Et faciens tempus aliquod, profectus eſt, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos.

24. Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, venit in Epheſum, potens in Scripturis.

25. Hic erat edoctus viam Domini: & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter quæ circa Jeſu, ſciens tantùm baptiſmum Johannis.

26. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Audientes autem * ipſius Priſcilla & Aculas, adſumpſerunt eum, & diligentiùs ei expoſuerunt viam Domini. ** L. ipſum.*

27. Volente autem eo in Achaiam pervenire, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis excipere eum. Qui cùm veniſſet, profuit multùm credentibus per gratiam.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*eſſe*. Ita quoque in Græco eſt, addito γὰρ, voci *Judex*; quod tamen abeſt à Mſs. quibuſdam; aliqui etiam, pro ζήτημα, ſcribunt ζητήματα, ut in Vulg.

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Et abjecit eos à*, &c. Gr. Καὶ ἀπήλασεν αὐτὺς ἀπὸ, &c.

℣. 17. Mſ. Cantabr. *Adprehendentes eum omnes Græci cum Soſthenen archiſynagogum, cædebant ante tribunal: tunc Gallio fingebat eum non videre.* Græcum textui Laud. favet: à Mſs. tamen quibuſdam abeſt οἱ Ἕλληνες. Sed Beda retract. in hunc loc. auctor eſt in Græco additam vocem *Græci*.

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Verùm Paulus adhuc memoratus* (f. *remoratus*) *dies plurimos, fratribus valefecit, navigavit in Syriam, (& cum ipſo Priſcilla, & Aquila) tonſo capite in Cenchris: habebat enim orationem.* Græc. Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, (καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα, καὶ Ἀκύλας) κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.

℣. 19. Mſ. Cantabrig. *Devenerunt Epheſum, & ſequenti ſabbato illos reliquerunt ibi*, &c. ut in textu Laud. Græc. Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ, &c. ut in textu. Mſs. tamen quidam initio ferunt Κατήντησαν; paulòque poſt ἐκεῖ, pro αὐτοῦ· horum unus, pro διελέχθη, habet διελέξατο; alii meliùs, διελέγετο, *diſputabat*, ut in Lat. ſupra.

℣. 20. Mſ. Cantabr. *Rogantibuſque eis longiore tempore manere cum eis, non adnuit.* Græcum textui Laud. favet; ſed in Mſs. quibuſd. deeſt *apud eos*.

℣. 21. Mſ. Cantabr. *ſed cùm ſalutaſſet eos, & dixit: Oportet me ſolemnem diem advenientem facere Hieroſolymis, iter* (l. *iterum*) *& reverti ad vos Deo volente: rediit ab Epheſo.* Gr. ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς τοῦ Θεοῦ θέλοντος· καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. Mſs. plures in principio ferunt, ἀλλ' ἀποταξάμενος, καὶ εἰπών· & horum plerique tollunt ſeqq. Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱερ. necnon δὲ, poſt πάλιν· unus etiam delet καὶ, ante ἀνήχθη.

℣. 22. Mſ. Cantabr. *Et deſcendit Cæſaream; & cùm aſcendiſſet, & ſalutaſſet Eccleſiam, deſcendit in Antiochiam.* Gr. Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς, καὶ ἀσπασάμενος τὴν, &c. ut in Cantabrig. Mſs. quidam, pro κατελθὼν, legunt καταβάς.

℣. 23. Mſ. Cantabr. *Et cùm feciſſent tempus quoddam, exivit, pergrediens ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam*, &c. ut in textu. Gr. Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν, &c. ut ſup.

℣. 24. Mſ. Cantabr. *Judæus autem quidam, nomine Apollonius, natione Alexandrinus, vir diſertus, devenit Epheſum*, &c. ut ſupra. Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 396. c. Vulgatæ concinit ad verbum; nec aliter in Gr. eſt, niſi excipias iſta, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν· al. ἐν Ἐφέσῳ.

℣. 25. Mſ. Cantabrig. *Hic erat doctus in patria verbum Domini: & fervens ſpiritu eloquebatur, & docebat diligenter de Jeſu, ſciens ſolùm baptiſma Johannis.* Græc. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· καὶ ζέων τῷ πνεύματι ἐλάλει, καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, &c. ut in textu Laud. Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 396. c. *Hic catechiſatus erat viam Domini* (al. deeſt *Domini*:) *& fervens ſpiritu loquebatur, & docebat veriſſimè quæ juxta Jeſum, ſciens ſolùm baptiſmum Johannis.*

℣. 26. Mſ. Cantabrig. *Atque hic cœpit cum fiducia loqui in ſynagoga. Et cùm audiſſent eum Aquila & Priſcilla, adprehenderunt eum, & diligentiùs ei expoſuerunt viam*; deeſt *Domini*. Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. *Hic etiam cœpit* (Mſs. *cœperat*) *fiducialiter agere in ſynag. Quem cùm audiſſent Aquila & Priſcilla, aſſumpſerunt eum, & certiùs illi expoſuerunt viam Domini*: ſed Mſs. plures delent vocem *Domini*. Græc. Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ...... Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ........ καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν· al. τοῦ Κυρίου ὁδόν.

℣. 27. Mſ. Cantabr. *In Epheſum autem exeuntes quidam Corinthii, & audierunt eum, hortantes tranſire cum ipſis in patria ipſorum. Redeunte autem eo Epheſi, ſcripſerunt qui ſunt in Corintho, diſcipulis, quomodo exciperent hunc virum. Qui cùm exivit in Achaiam, multùm contulit in Eccleſias.* Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. *Volente autem illo ire in Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis ut eum reciperent. Qui cùm veniſſet, contulit multùm his, qui ibi crediderunt.* Beda comm. in Act. ait *aliam translationem habere: Profuit multùm credentibus per gratiam.* Græc. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελ-

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Laudiano. 28. Vehementer enim cum Judæis convincebat publicè, & in Domino, oſtendens per Scripturas, eſſe Chriſtum Jeſum.

**Vulgata nova.**

28. Vehementer enim Judæos revincebat publicè, oſtendens per Scripturas, eſſe Chriſtum Jeſum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

θεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ, ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν. Ὃς παραγενόμενος, συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Mſ. unus, pro διελθεῖν, ſcribit ἐλθεῖν· quidam etiam delent in fine, διὰ τῆς χάριτος.

℣. 28. Mſ. Cantabr. *Fortiter enim Judæos convincebat, publicè diſputante, & oſtendens per Scripturas, Jeſum eſſe Chriſtum.* Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. Vulgatæ congruit, niſi quòd habet in fine, *eſſe Jeſum Chriſtum.* In Gr. Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν, &c. ut in Vulg. At Beda retract. in hunc locum ait in Græco ita ſcriptum, *publicè, & per domos, oſtendens per*, &c. Unde facilè crediderim in verſione codicis noſtri Laud. primitus exſtitiſſe *& in domo;* quod deinde oſcitans exſcriptor commutaverit cum *& in Domino*, quod & nunc exhibet codex ille.

## CAPUT XIX.

**Versio antiqua.**

Ex Mſ. Laudiano. 1. Factum eſt autem, dum Apollo eſſet Corinthi, Paulum tranſeuntem ſuperiores partes, deſcendere in Epheſum: & inveniens quoſdam diſcipulos,

2. dixit ad eos: Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi ad eum: Sed nec ſi Spiritus ſanctus eſt, audivimus.

3. At ille dixit: In quem ergo baptizati eſtis? Qui reſponderunt: In baptiſma Johannis.

4. Dixit autem Paulus: Johannes quidem baptizavit baptiſmum pœnitentiæ, plebi dicens: In advenientem poſt ipſum ut crederent, hoc eſt, in Jeſum.

5. Audientes autem, baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu.

6. Et cùm impoſuiſſet illis Paulus manus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos: loquebantur verò linguis, & prophetabant.

7. Erant autem omnes viri ferè duodecim.

8. Introgreſſus autem in ſynagogam, cum fiducia loquebatur per menſes tres, diſputans, & ſuadens de regno Dei.

**Vulgata nova.**

1. Factum eſt autem, cùm Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, & inveniret quoſdam diſcipulos:

2. dixitque ad eos: Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audivimus.

3. Ille verò ait: In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt: In Joannis baptiſmate.

4. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens: In eum, qui Matth. 3. 11.
venturus eſſet poſt ipſum, ut crederent, hoc eſt, Marc. 1. 8.
in Jeſum. Luc. 3. 16.

5. His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu. Joan. 1. 26.

6. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Sap. 1. 5. & 11. 16.

7. Erant autem omnes viri ferè duodecim.

8. Introgreſſus autem ſynagogam, cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Cantabrig. *Volente verò Paulo ſecundùm ſuum conſilium exire in Hieroſolyma, dixit ei Spiritus: Revertere in Aſiam. Perambulantes ſuperioris partibus* (f. *Perambulatis ſuperioribus p.*) *venit in Epheſum: & cùm inveniſſet quoſdam diſcipulos.* Græc. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρὼν τινας μαθητάς· Mſs. quidam ſcribunt Ἀπολλῶν, pro Ἀπολλώ; & κατελθεῖν, pro ἐλθεῖν; paulòque poſt εὑρεῖν, pro εὑρών. Hieronymus l. contra Luciferian. to. 4. col. 294. c. *Factum eſt autem, cùm Apollo eſſet Corinthi, & cùm Paulus pertranſiret ſuperiores partes Aſiæ, devenit Epheſum: & cùm inveniſſet quoſdam diſcentes.* Fulgentius fragment. 37. contra Fab. p. 660. *Factum eſt autem, cum Apollo eſſet Corinthi, & Paulus peragratis ſuperioribus partib. veniſſet Epheſum, & inveniſſet quoſdam diſcipulos*, &c.

℣. 2. Mſ. Cantabr. hæc habet: *dixit ad eos: Si Spiritum ſanctum accepiſtis, cùm credidiſtis? Illi verò ad eum: Sed neque Spiritum ſanctum accipiunt eſt quidam audivimus.* Alia quidem manu expunctum eſt in hoc Mſ. verbum *accipiunt*, & Græcè, & Latinè; ſed hac correctione non reſtituitur hujus loci ſenſus, plus uno depravatus mendo. In Græco hodierno integer omnino eſt, his verbis: εἶπε πρὸς αὐτοὺς· Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam initio ferunt, εἶπέ τε· al. δέ· Alex. verò delet πρὸς αὐτὸν, poſt εἶπον, cum Arab. Hieronymus l. contra Lucifer. to. 4. col. 294. c. legit: *dixit ad eos: Si Spiritum S. accepiſtis, cùm credidiſtis? At illi reſponderunt: Sed nec ſi Spiritus S. ſit, audivimus.* Huc redeunt quæ habet Tertullianus l. de bapt. c. 10. p. 390. b. dicens: *Qui Johannis baptiſmum habebant, non acceperant Spiritum S. quem ne auditu quidem noverant.* Similiter Ambroſius l. 1. de Spir. S. c. 3. col. 608. b. *Qui negaverunt ſe ſcire Spiritum S. quamvis baptizatos ſe dicerent in Johannis baptiſmo, baptizati ſunt poſtea:* & infra, col. 609. a. habet, *Nec ſi Spiritus S. ſit, audivimus.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 85. b. Interrogati *an accepiſſent Spiritum S. dixerunt ſe neſcire an eſſet Spiritus S.* Fulgentius fragment. 37. contra Fab. p. 660. *dixit ad eos: Si Spiritum S.* &c. ut in Vulg. uſque ad ℣. 4.

℣. 3. Mſ. Cantabr. *Dixitque: Quid ergo baptizati eſtis? At illi dixerunt: In Johannis baptiſma.* Hieronymus l. contra Lucifer. to. 4. col. 294. c. *Dixit autem ad eos: In quo ergo baptizati eſtis? Reſponderunt: In Johannis baptiſmate.* Optat. l. 5. contra Donat. p. 85. c. *In quo baptiſmate baptizati eſtis? Et dixerunt illi: Johannis.* Gr. Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον· Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Mſs. quidam in principio ferunt, Ὁ δὲ εἶπεν· quidam verò delent ſeq. πρὸς αὐτούς.

℣. 4. Mſ. Cantabrig. *Dixit autem P. Johannes baptizavit baptiſma pœnitentiæ, populo dicens: In eum, qui venerit poſt ipſum, ut crederent, Jeſum. · . · . · . Chriſtum.* Hieronymus l. contra Lucifer. to. 4. col. 294. c. *Dixit autem Paulus: Johannes quidem baptizavit baptiſmo pœnitentiæ plebem, dicens: In advenientem poſt eum ut crederent, hoc eſt, in Jeſum, in remiſſionem peccatorum.* Fulgentius fragment. 37. contra Fab. p. 660. *Dixit autem Paulus: Joh. quidem baptizavit baptiſmate pœnit. populum, dicens: In eum, qui venturus eſt*, &c. quæ in Vulg. uſque ad ℣. 7. Græc. textui Laud. congruit, niſi quòd habet in fine, Χριστὸν Ἰησοῦν. Mſs. plurimi omittunt μὲν, poſt *Johannes;* ſicut alii Χριστόν.

℣. 5. Mſ. Cantabrig. *Cùm audiſſent hoc, baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu Chriſti, in remiſſione peccatorum.* Hieronymus l. contra Lucif. to. 4. col. 294. c. *His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ambroſius l. 1. de Spir. S. c. 3. col. 609. a. *Baptizati ſunt poſtea in nomine Domini J. C.* infra, *Domini noſtri J. C.* Græc. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· al. Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

℣. 6. Mſ. Cantabr. *Et cùm impoſuiſſet eis manum Paulus, ſtatim cecidit Spiritus S. ſuper eos, loquebantur linguis, & prophetabant.* Hieronymus l. contra Lucifer. ubi ſup. *Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, continuò cecidit Spiritus S. ſuper eos.* Græcum Vulgatæ ſuffragatur; unus duntaxat Mſ. pro τε, habet δὲ, poſt *loquebantur.*

℣. 7. Mſ. Cantabr. *Erant autem univerſi viri quaſi duodecim.* Ita quoque Græcum habet, niſi excipias vocem πάντες, *omnes*, pro *univerſi.*

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Cùm introiſſet autem Paulus in ſyna-*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 9. Cùm autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam. | 9. Cùm autem quidam indurarentur, & non obedirent, maledicentes viam Domini coram multitudine Gentium, descendens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam. | Ex Mſ. Laudiano. |
| 10. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Judæi, atque Gentiles. | 10. Hoc autem factum est per biennium, usquequo omnes, qui habitabant Asiam, audirent verbum Domini, * Judæi quoque, atque Gentiles. | * Mſ. Judæos. |
| 11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: | 11. Virtutesque non quaslibet Deus faciebat per manus Pauli: | |
| 12. ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. | 12. ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, & simicinthia, & recedebant ab eis languores, spiritus quoque nequissimi egrediebantur. | |
| 13. Tentaverunt autem quidam & de circumeuntibus Judæis exorcistis, invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat. | 13. Tentaverunt autem quidam * ex circumeuntibus Judæis exorcistis, nominare super eos, qui habebant spiritus malignos, nomen Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat. | * Mſ. &. |
| 14. Erant autem quidam Judæi Scevæ principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant. | 14. Erant autem quidam Scevæ Judæi * principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant. | * Mſ. principes. |
| 15. Respondens autem spiritus nequam dixit eis: Jesum novi, & Paulum scio: vos autem qui estis? | 15. Respondens autem spiritus malignus dixit: Jesum scio, & Paulum novi: vos autem qui estis? | |
| 16. Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. | 16. Et siliens homo, in quo erat spiritus iniquus, in eis, & * cùm dominatus esset, prævaluit adversùs eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. | * Mſ. tum. |
| 17. Hoc autem notum factum est omnibus Judæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Jesu. | 17. Hoc autem factum est notum omnibus Judæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesum: & cubuit timor super omnes illos, & magnificabant nomen Domini Jesu. | |
| 18. Multique credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. | 18. Multi quoque credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. | |
| 19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. | 19. Multi autem ex eis, qui curiositates gesserunt, contulerunt libros, combusserunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniæ quinquaginta millia. | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*gogam, cum fiducia magna palàm loquebatur per tres menses, disputans, & persuadens de regno Dei.* Græcum textui Laud. congruit, nisi quòd habeat ἐπαῤῥησιάζετο, pro *cum fiducia loquebatur;* addatque τὰ, post *suadens.* Mſs. quidam tollunt τὰ, & unus cum Æthiop. addit ὁ Παῦλος, post *Ingressus autem.*

℣. 9. Mſ. Cantabr. *Ut verò quidam eorum cùm indurarent, & non crederent, maledicentes viam in conspectu multitudinis Gentium, tunc recessit Paulus ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam ab hora v. usque decima.* Græc. Ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο, καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς, &c. ut in textu Laud. Mſs. tamen quidam addunt τοῦ Κυρίου, post ὁδόν; unus verò in fine, post *cujusdam*, subdit ἀφ' ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης, ut in Cantabr.

℣. 10. Mſ. Cantabr. *Hoc autem factum est in annos duos, ita ut omnes, qui habitant Asiam, audirent verba Domini, Judæique, & Græci.* Ita quoque in Græco, præter hæc, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, loco *verba Domini;* at in Mſs. pluribus deest vox Ἰησοῦ.

℣. 11. Mſ. Cantabr. *Virtutes etiam non quaslibet Deus facieb. per manus Pauli.* Græc. Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου.

℣. 12. Mſ. Cantabr. *ita ut & super infirmantes inferrentur à corpore ejus sudaria, aut simicintia, & recedent* (l. *recederent*) *ab eis infirmitates, ut spiritus malignus exiret.* Gr. ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια, ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Mſs. quidam, pro ἐπιφέρεσθαι, ponunt ἀποφέρεσθαι, & in fine tollunt ἀπ' αὐτῶν· unus, pro ἢ σιμικίνθια, fert καὶ σημικίνθια.

℣. 13. Mſ. Cantabr. *Adgressi sunt quidam ex circumvenientibus Judæis exorcistarum, nominare super eos, qui haberent spiritus malignos,* &c. ut in textu Laud. Græc. Ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν, ὀνομάζειν, &c. ut sup. si tamen exceperis Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν, &c. loco *Adjuro vos per:* at Mſs. plures: Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν, & quidam, διὰ τόν· supra etiam, pro ἀπὸ τῶν, plures scribunt καὶ τῶν, alii, καὶ ἀπὸ τῶν.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *In quo & filii Scevæ cujusdam sacerdotis, voluerunt similiter facere. Consuetudinem habebant apud eos exorcizare, & introierunt adimplentes, cœperunt invocare nomen, dicentes: Præcipimus tibi Jesu, quem Paulus prædicat, exire.* In Græco simpliciùs: Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες. Mſs. quidam scribunt τινὸς, non τινὲς, quomodo etiam legendum credit Beda comment. in hunc loc. dicens: *Meliùs juxta Græcum legitur: Erant autem cujusdam Scevæ.*

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Tunc respondens spiritus malignus dixit ad eos: Jesum agnosco, & Paulum scio: vos autem qui estis?* Augustinus l. de quæst. to. 6. col. 71. g. *Jesum scio, & Paulum novi: vos autem qui estis?* Græcum textui Laudiano favet. Mſs. tamen plures addunt αὐτοῖς, verbo *dixit.*

℣. 16. Mſ. Cantabr. *Et insiliens in eos homo, in quo erat spiritus nequam, dominatus utrisque, valuit adversùs eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.* Ita quoque in Græco est, præter vocem αὐτῶν, pro *utrisque;* sed Mſs. plures ferunt ἀμφοτέρων.

℣. 17. Mſ. Cantabr. *Hoc autem factum est notum omnibus Judæis, & Græcis, his qui habitant in Ephesum: & incidit timor super omnes eos, & magnificabatur,* &c. ut supra. Ita quoque Græcum habet, deletis tantùm voculis *his*, post *Græcis;* & *in*, ante *Ephesum.*

℣. 18. Mſ. Cantabrig. *Multique credentium veniebant confitentes, & nunciantes,* &c. ut sup. Græc. Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων, &c. ut in textu Laud.

℣. 19. Mſ. Cantabr. *Multi autem ex his, qui curiosa gesserunt, adtulerunt, & libros comburebant coram omnibus: & computatis pretiis illorum, invenerunt denariorum sestertia ducenta.* Græc. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. d.

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Laudiano.* 20. Ita potens fortiter verbum Dei crescebat, & confortabatur.

21. Cùm autem complerentur hæc, Paulus statuit in Spiritu transire Macedoniam & Achaiam, ire in Hierosolyma, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.

22. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum, & Erastum, ipse remansit tempus in Asia.

23. Facta est autem secundùm tempus illud turbatio non minima de via.

24. Demetrius enim quidam nomine, faber argentarius, faciens templa argentea Dianæ, præstabat artificibus quæstum non modicum:

25. quos congregans, & eos, qui hujusmodi erant artifices, dixit: Viri, nostis quia de hoc artificio adquisitio nobis est:

26. & videtis, & auditis, quoniam non solùm Ephesi, sed penè totius Asiæ, Paulus hic suadens amovit multam turbam, dicens: Quia non sunt dii, qui per manus fiunt.

27. Non solùm autem hæc periclitatur nobis pars in redargutionem venire, sed etiam magnæ
* Ms. deputetur. deæ templum Dianæ pro nihilo * deputabitur,
* Ms. majestatis. incipietque destrui * majestas ejus, quam tota Asia, & orbis terrarum colit.

28. Audientes autem, & facti pleni furore, exclamaverunt dicentes: Magna est Diana Ephesiorum.

29. Et impleta est civitas tota confusione, impetumque fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio, & Aristarcho Macedonibus, cum comitibus Pauli.

30. Paulo autem volente introire in populum, non permiserunt eum discipuli.

31. Quidam autem & principes Asiæ, constitu-
* Ms. eo. ti * ei amici, miserunt ad eum rogantes ne daret seipsum in theatrum:

32. alii ergo aliud quid clamabant. Erat enim Ecclesia confusa: & plures nesciebant quapropter convenissent.

**VULGATA NOVA.**

20. Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur.

21. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Jerosolymam, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.

22. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum, & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.

23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.

24. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum:

25. quos convocans, & eos, qui hujusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio:

26. & videtis, & auditis, quia non solùm Ephesi, sed penè totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt.

27. Non solùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia, & orbis colit.

28. His auditis, repleti sunt ira, & exclamaverunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum.

29. Et impleta est civitas confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio, & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.

30. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli.

31. Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum:

32. alii autem aliud clamabant. Erat enim Ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa convenissent.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Plurimi quoque eorum, qui curiosa gesserant, comportantes libros, combusserunt coram omnibus: & computaverunt pretium eorum, & invenerunt argenti quinquaginta millia.*

℣. 20. Ms. Cantabrig. *Sic potens convalescebat, & fides Dei crescebat, & convalescebat.* Hieronymus ubi sup. *Sic potenter verbum Domini crescebat, & confortabatur.* Gr. Οὕτω κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε, καὶ ἴσχυεν.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *Tunc Paulus adposuit in Spiritu transire per Macedoniam & Achaiam, & sic ire in Hierosolyma, dicens: Quia cùm fuero ibi, necesse est me Romam videre.* Gr. Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος, &c. ut in Vulg.

℣. 22. Ms. Cantabr. *Et misit in Macedoniam duos, qui sibi ministrabant, Timoth. & Erast. ipse verò substitit tempus in Asiam.* Gr. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν.... αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν· aliàs, ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

℣. 23. Ms. Cantabr. *Factum est autem in illo tempore tumultus non modicus de hac via Domini.* Græc. textui Laud. favet, nisi quòd habet τάραχος οὐκ ὀλίγος, *tumultus non modicus.*

℣. 24. Ms. Cantabr. *Demetrius enim quidam, argentarius, faciens templa argentea Dianæ, qui præstabat artificibus non modicam adquisitionem.* Græcum textui Laudiano congruit.

℣. 25. Ms. Cantabr. *hic convocavit eos, qui circa hæc operabantur, ait ad eos: Viri artifices, scitis quia ex hac operatione adquisitio est nobis.* Græc. οὓς συναθροίσας, καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι. Mss. plures, ἡμῖν ἐστι.

℣. 26. Ms. Cantabr. *& audistis, & videtis, quia non solùm ipsius Ephesi, sed penè omnis Asiæ, Paulus hic quidam tunc suadens eduxit plurimam turbam, dicens: Quoniam... qui fiunt manibus.* Græcum textui Laud. favet.

℣. 27. Ms. Cantabr. *Non solùm autem nobis periclitatur pars in redargutionem venire, sed etiam magnæ deæ templum Dianæ in nihilum deputabitur, sed destrui incipiet,* (supp. *quam*) *tota Asia, & orbis terrarum colitur,* l. *colit.* Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. a. *& magna deæ templum Dianæ in nihilum reputabitur: destruetur quoque magnitudo ejus, quam cuncta Asia, & universus orbis colit.* Græc. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, pro λογισθῆναι, legunt λογισθήσεται.

℣. 28. Ms. Cantabr. *Hæc autem cùm audissent, & fuissent pleni indignatione, currentes in campo, clamaverunt dicentes: Magna est,* &c. ut sup. Græcum: Ἀκούσαντες δὲ, καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, &c. ut in Vulgata. Ms. unus, δραμόντες εἰς τὸ ἄμφοδον, ἔκραζον· al. ἔκραξαν.

℣. 29. Ms. Cantabr. *Et repleta est tota civitas confusione, impetumque fecerunt unanimiter in theatrum, & rapuerunt Gaium, & Aristarchum Macedonibus, comitibus Pauli.* Ita quoque Græcum habet, præter posteriora, συναρπάσαντες Γαΐον, καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, συνεκδήμους τοῦ, &c. pro *& rapuerunt,* &c.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Ipso autem volente Paulo introire in turbam, discipuli non sinebant.* Græcum non differt à textu Laud. nisi exceperis εἴων, pro *permiserunt*; Cant. ἐκώλυον.

℣. 31. Ms. Cantabrig. *Quidam verò Asiarcharum, qui erant amici ejus, cùm misissent ad eum, rogabant eum ne darent se in theatrum.* Græc. Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν, ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Ms. unus delet καὶ, ante τῶν Ἀσιαρχῶν, pro quo alius habet Ἀσίας ἀρχόντων· deinde quidam, ὄντες αὐτοῦ, pro αὐτῷ.

℣. 32. Ms. Cantabr. *alii autem verò aliud clamabant. Erat enim Ecclesia confusa: & plures nesciebant cujus rei causa convenerint.* Græc. ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον, &c. ut in textu Laud.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.

34. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium : Magna Diana Ephesiorum.

35. Et cùm sedasset scriba turbas, dixit : Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Jovisque prolis ?

36. Cùm ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere.

37. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.

38. Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent adversùs aliquem causam, conventus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent invicem.

39. Si quid autem alterius rei quæritis : in legitima Ecclesia poterit absolvi.

40. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ : cùm nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cùm hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

**Versio antiqua.**

33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, proponentibus eum Judæis. Alexander autem, quoniam Judæus est, (volebat) satisfacere populo. *Ex Ms. Laudiano.*

34. Ut cognoverunt autem quoniam Judæus est, vox facta est una ex omnium, quasi per horas duas clamantium : Magna est Diana Ephesiorum.

35. * Cùm sedasset autem Scriba turbas, dixit : Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat civitatem Ephesiorum cultricem esse magnæ Dianæ, & Jovis prolis ? (* *In Ms. deest* Cùm.)

36. *........ oportet vos sedatos esse, & nihil * propterque agere. (* *Hic spatium vacuum est in Ms.* — * *Fortè* properè.)

37. Adduxistis enim homines hos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam nostram.

38. Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent adversùs aliquem causam, forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent invicem.

39. Si quid autem alterius rei inquiritis : in legitima Ecclesia * absolvi. (* *Supp.* poterit.)

40. Nam & periclitamur accusari seditionis hodiernæ * diei : cùm nulla causa sit (de qua possimus reddere rationem) & congregationis istius. Et hæc cùm dixisset, dimisit Ecclesiam. (* *Ms.* die.)

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 33. Ms. Cantabrig. *De ipsa turba distraxerunt Alex. propellentibus eum Judæis. Alexander autem innuens manu, volebat rationem reddere populo.* Gr. Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξ. προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ Ἀλέξ. κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ. Mss. quidam ferunt συνεβίβασαν, pro προεβίβασαν, & alii plures, τῇ χειρὶ, pro τὴν χεῖρα. Notandum in Ms. nostro Laud. tria hæc verba, *quoniam Judæus est*, antiqua manu deleta esse; quorum loco è regione ista leguntur, *sedasset manum, volebat*. Priora servavimus, addito tantùm verbo *volebat*, quo sine nullus esse potest hujus loci sensus. Si cui tamen posteriora magis arrideant, utpote quæ Græco hodierno magis respondeant, hoc modo legat : *Alexander autem cùm sedasset manu, volebat satisfacere populo.* Vel, si mavult, utraque sic conjungat : *Alex. autem, quoniam Judæus est, cùm sedasset manu, volebat*, &c.

℣. 34. Ms. Cantabr. *Cognito autem eo, quòd Judæus esset, vox facta est una omnium, quasi horis duabus clamantium : Magna est* ; &c. ut sup. Græcum textui Laud. congruit, deleto *est*, post *Magna*.

℣. 35. Ms. Cantabr. *Cùm conpescuisset scriba turbas, ait : Viri Ephesi, quis enim est homo, qui ignorat vestram civitatem adituam esse magnæ Dianæ, & hujus Jovis ?* Græc. Καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησίν· Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς ; Mss. plures legunt τῶν ἀνθρώπων, pro ἄνθρωπος ; delentque paulò post vocem θεᾶς.

℣. 36. Ms. Cantabr. *Contradictione itaque non capientibus his, oportet vos quæstos* (l. *quietos*) *esse, & nihil temerè agere.* Græc. Ἀναντιρρήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν· al. προπετῶς πράττειν.

℣. 37. Ms. Cantabr. *Adduxistis enim viros istos huc, neque sacrilegos*, &c. ut in textu Laud. Ita quoque in Græco est, deleta vocula *huc* ; in fine etiam habet ὑμῶν, pro *nostram* ; sed Mss. quidam, ἡμῶν.

℣. 38. Ms. Cantabrig. *Si quidem ergo Demetrius hic, & qui..... habent cum aliquo quendam verbum, conventus aguntur, & proconsules sunt, accusent se invicem.* Græc. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις.

℣. 39. Ms. Cantabr. *Si quid autem ulterius requiritis : in legem Ecclesiæ discutietur.* Gr. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε· ἐν τῇ ἐννόμῳ Ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Mss. quidam, Εἰ δέ τι περαιτέρω.

℣. 40. Ms. Cantabr. *Nam etiam periclitamur hodie accusari seditionis, nullius causa esse, cujus possumus reddere rationem de hoc concursu. Et hæc cùm dixisset, dissolvit Ecclesiam.* Græc. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ, &c. ut in Vulg.

## CAPUT XX.

**Vulgata nova.**

1. Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est ut iret in Macedoniam.

2. Cùm autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam :

3. ubi cùm fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Judæis navigaturo in Syriam : habuitque consilium ut reverteretur per Macedoniam.

**Versio antiqua.**

1. Postquam autem cessavit tumultus, convocatis Paulus discipulis, & exhortatus est, & valedicens, exiit in Macedoniam ut iret. *Ex Ms. Laudiano.*

2. Cùm autem perambulasset partes illas, & exhortatus fuisset eos sermone multo, venit ad Græciam.

3. Cùm fecisset autem menses tres, facta insidia illi ab Judæis * incipienti navigare in Syriam : fuit in consilium ut reverteret per Macedoniam. (* *Ms.* incipienti.)

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ms. Cantabr. *Postquam autem cessavit tumultus, convocavit Paulus discipulos, & multo exhortatus, salutans exiit in Macedoniam.* Græc. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀσπασάμενος, ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν, &c. Mss. quidam, pro καὶ ἀσπασάμενος, ferunt παρακαλέσας ἀσπασάμενός τε.

℣. 2. Ms. Cantabr. *Cùm perambulasset omnes partes illas, & exhortatus sermone multo, venit in Ellada.* Græcum : Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς, &c. ut supra.

℣. 3. Ms. Cantabr. *Fecit autem menses tres : & cùm fierent ei insidiæ à Judæis, voluit in Syriam perduci ; dixitque Spiritus ei : Revertere per Macedoniam.* Græc. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. Mss. quidam initio ferunt Ποιήσας δέ· subin-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mſ. Laudiano.*

4. Comitabatur autem * eum uſque Aſiam Sopater Pyrri Beroenſis, Theſſalonicenſium autem Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timotheus: Aſiani verò Tychicus, & Trophimus.

* *Mſ. eo.*

5. Hi autem * cùm præceſſiſſent, exſpectabant nos in Troade:

* *In Mſ. deeſt cùm.*

6. nos autem navigavimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos in Troade infra diebus quinque, ubi demorati ſumus dies ſeptem.

7. In una autem Sabbatorum, * congregatis nobis frangere panem, Paulus enarrabat eis, incipiens proficiſci in craſtinum, protraxit verò ſermonem uſque in mediam noctem.

* *Mſ. congregatio.*

8. Erant autem lanternæ copioſæ in cœnaculo, ubi eramus.

9. Sedens autem quidam nomine Eutychus ſuper feneſtram, cùm mergeretur ſomno gravi, enarrante Paulo diutius, deductus à ſomno cecidit de * tertio tecto deorſum: ſublatus eſt mortuus.

* *Mſ. tectio.*

10. Deſcendens autem Paulus, incubuit eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipſius in eo eſt.

11. Aſcendens autem, & frangens panem, & guſtans, ſatiſque adlocutus uſque in lucem, ita exiit.

12. Adduxerunt autem puerum vivum, & conſolati ſunt non minimè.

13. Nos autem provecti in navem, navigavimus in Aſſon, inde volentes ſuſcipere Paulum: ſic enim diſpoſuerat ipſe terram iter facturus.

14. Cùm autem conveniſſet nos in Aſſon, adſumentes eum, venimus in Mytilenem.

15. Et inde navigantes, ſequenti die pervenimus contra Chium, & altera die acceſſimus Samon, ſequenti die venimus Mileto:

**Vulgata nova.**

4. Comitatus eſt autem eum Sopater Pyrrhi Berœenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Derbeus, & Timotheus: Aſiani verò, Tychicus, & Trophimus.

5. Hi cùm præceſſiſſent, ſuſtinuerunt nos Troade:

6. nos verò navigavimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.

7. Una autem Sabbati cùm conveniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis, profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in mediam noctem.

8. Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, ubi eramus congregati.

9. Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram, cùm mergeretur ſomno gravi, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus.

10. Ad quem cùm deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt.

11. Aſcendens autem, frangenſque panem, & guſtans, ſatiſque allocutus uſque in lucem, ſic profectus eſt.

12. Adduxerunt autem puerum viventem, & conſolati ſunt non minimè.

13. Nos autem aſcendentes navem, navigavimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum: ſic enim diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus.

14. Cùm autem conveniſſet nos in Aſſon, aſſumpto eo, venimus Mitylenen.

15. Et inde navigantes, ſequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & ſequenti die venimus Miletum:

**Notæ ad Versionem antiquam.**

de unus, γενομένης τε· pauló poſt alii, μέλλοντα ἀνάγεσθαι.

℣. 4. Mſ. Cantabr. *Volente autem comitari eum uſque ad Aſiam Sopater Virri Beryenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Doverius, & Timotheus: Epheſii autem Eutychus, & Trophimus.* Gr. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεροιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος, καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γαΐος, &c. ut in textu Laud. In Mſs. quibuſdam deeſt αὐτῷ· ſicut in aliis ἄχρι τῆς Ἀσίας· plures verò addunt Πύῤῥου, voci Σώπατρος, cujus loco quidam ſcribunt Σωσίπατρος. Beda quoque retract. in hunc loc. legit *Soſipater*, additque in Græco præponi *uſque Aſiam*, quod in Vulg. non legitur.

℣. 5. Mſ. Cantabr. *Hic cùm præceſſiſſent, exſpectabant nos Troade.* Gr. Οὗτοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι· al. Οὗτοι δὲ προελθόντες, al. προσελθόντες.

℣. 6. Mſ. Cantabr. *nos verò enavigavimus poſt dies azymor..... & venimus ad eos Troada quintani, in qua demorati ſumus dies ſeptem.* Græc. ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν... καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά. Mſ. unus, loco ἄχρις ἡμερῶν πέντε, habet πεμπταῖοι, ut in Cantabr. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. c. legit: *nos autem navigavimus poſt dies azymorum à Philippis, & venimus Troadem, ubi & commorati ſumus diebus ſeptem.*

℣. 7. Mſ. Cantabr. *In una autem Sabbati, collectis nobis frangere panem, Paulus diſputabat eis, incipiens exire poſt alia die, extenditque ſermonem uſque in media nocte.* Gr. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. In Mſs. quibuſdam legitur τοῦ Σαββάτου, pro τῶν Σαββάτων; ſicut in plurimis ἡμῶν, loco τῶν μαθητῶν· ſubinde in uno aut altero, παρέτεινε δέ. Apud Auguſtin. epiſt. 36. to. 2. col. 79. b. *In una autem Sabbati, congreg. nobis frangere panem, Paulus diſputabat illis, exiturus alia die, produxitque ſermonem uſque ad medium noctis.*

℣. 8. Mſ. Cantabr. *Et erant facula copioſæ in ſuperioribus, ubi eramus collecti.* Græc. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, οὗ ἦσαν συνηγμένοι. Mſs. plurimi, οὗ ἦμεν συνηγμένοι.

℣. 9. Mſ. Cantabrig. *Sedens autem quidam juvenis nomine Eutychus ſuper feneſtram, demerſus ſomno gravi, diſputante Paulo prolixiùs, præceps datus eſt à ſomno, cecidit de triſtego zoſum, & ſublatus eſt mortuus.* In Græco, pro *præceps datus*, &c. habetur, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ, &c. priora nil differunt. Plures Mſs. initio ferunt Καθεζόμενος δέ. Auguſtinus l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 399. b. *Sedens verò quidam adoleſcens nomine Eutychus in feneſtra, deductus ſomno gravi, diſputante Paulo.*

℣. 10. Mſ. Cantabrig. *Cùm deſcendiſſet autem Paulus, cecidit ſuper eum: & circumplexit, & dixit: Nolite turbari, anima enim ejus in ipſo eſt.* Græc. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος, ἐπέπεσεν αὐτῷ· καὶ συμπεριλαβὼν εἶπε· Μὴ θορυβεῖσθε, ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Mſs. quidam ſcribunt συμπαραλαβὼν εἶπε.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Cùm aſcendiſſet, & fregiſſet panem, & guſtaſſet, ſatiſque fabulatus eſſet uſque ad lucem, ſic profectus eſt.* Auguſtinus epiſt. 36. to. 2. col. 79. c. *Aſcendens autem, cùm fregiſſet panem, atque guſtaſſet, ſatiſque eſſet allocutus uſque ad diluculum, ſic profectus eſt.* Gr. Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον, καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν.

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Salutantes* ( f. *Salutante*) *autem eos, adduxerunt juvenem viventem, & conſolati ſunt non mediocriter.* Græc. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, &c. ut in Cantabr.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *Nos verò aſcendimus in navem, devenimus Aſſum, inde mox recepturi Paulum: ſic enim diſpoſuerat incipiens ipſe iter facere.* Græc. Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον, ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος μέλλων αὐτὸς πεζεύειν· al. ὡς μέλλων αὐτὸς, &c.

℣. 14. Mſ. Cantabr. *Ut autem convenit nos in Aſſum, adſumpto eo, venimus Mitylenen.* Græc. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν, ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην.

℣. 15. Mſ. Cantabrig. *Et inde cùm enavigaſſemus, pridie pervenimus contra Chium, & alia die applicavimus Samum, & manentes in Trogylio, ſequenti venimus in Miletum.* Græc. Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου· τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον, καὶ

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

16. proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis.

17. A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiæ.

18. Qui cùm venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis, à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

19. serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum:

20. quomodo nihil subtraxerim utilium, quò minùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos,

21. testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum.

22. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem; quæ in ea ventura sint mihi, ignorans:

23. nisi quòd Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: quoniam vincula, & tribulationes Jerosolymis me manent.

24. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei.

25. Et nunc ecce ego scio, quia ampliùs non

**VERSIO ANTIQUA.**

16. decreverat enim Paulus transnavigare Ephesum, ut ne fieret ei tempus detrahere in Asia. Festinabat enim, si possibile esset ei, diem Pentecosten fieri in Hierosolymis.

*Ex Ms. Laudiano.*

17. A Mileto autem mittens in Ephesum, convocavit Majores natu Ecclesiæ.

18. Qui cùm venissent ad eum unanimes *, dixit illis: Vos scitis, à prima die, ex quo accessi in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fui,

* *Litteræ duæ es, sunt à manu recentiori.*

19. serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ acciderunt mihi in insidiis Judæorum:

20. quomodo nihil subtraxerim quod profuit, quod non adnuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos,

21. testificans Judæis quoque, atque Gentilibus quæ in Deum pœnitentiam, & fidem * quam in Dominum Jesum Christum.

* *Ms.* quem.

22. Et nunc ecce vinctus ego spiritu, vado in Hierusalem; quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans:

23. verum tamen quod Spiritus sanctus protestatur mihi, dicens: quoniam vincula, & tribulationes me manent.

24. Sed neminum rationem facio: nec habeo animam pretiosiorem me, in ipso ut consummem cursum meum cum gaudio, & ministerium, quod accepi à Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei.

25. Et nunc ego scio, quia non ampliùs vide-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον. Ms. unus in principio habet, Κἀκεῖθεν ἐπιπλεύσαντες· alii plures omittunt καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ.

℣. 16. Ms. Cantabr. *judicaverat enim Paulus præternavigare Ephesum, ut non contingeret ei morandi quis in Asia. Festinabat enim in die Pentecostes adesse in Hierosolymis.* Gr. ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, &c. ut in textu Laud. nisi excipias vocem Ἱεροσόλυμα, pro *Hierosolymis*.

℣. 17. Ms. Cantabr. *A Mileto autem cùm misisset in Ephesum, transmisit presbyteros de Ecclesia.* Fulgentius l. pro fide Catholica, p. 542. *A Mileto autem Paulus mittens Ephesum, convocavit presbyteros, & Majores natu.* Gr. Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας.

℣. 18. Ms. Cantabr. *At ubi venerunt ad eum, simulque cùm esset, ait ad eos: Vos scitis, fratres, à prima die, in qua ingressus sum Asiam, quasi triennium & ampliùs, quemadmodum vobiscum fui per omne tempus;* Ms. *tempore.* Græc. Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς.... πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην. Mss. plures addunt ὁμοθυμαδὸν, post πρὸς αὐτόν· alii, ὁμόσε, vel ὁμοῦ, ὄντων αὐτῶν. Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 239. vel 241. c. legit: *Vos scitis, à prima die, qua ingressus sum Asiam, quemadmodum vobiscum fui per omne tempus.*

℣. 19. Ms. Cantabrig. *serviens Domino cum omni humilitatis sensu,* (Ms. *humilitati sensui*) *& lacbrymis, & tentat. quæ evenerunt mihi ex insidiis ab Judæis.* Lucifer Cal. ubi sup. *serviens Domino in omni humilitate, & lacbrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ab insidiis Judæorum.* Gr. δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πολλῶν δακρύων, καὶ πειρασμῶν, τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων. A Mss. quibusdam abest πολλῶν.

℣. 20. Ms. Cantabrig. *quàm nihil subtraxerim quæ utilia essent, ut annuntiarem vobis, & docerem per domos, & publicè.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. ubi sup. *quomodo nihil subtraxerim ab eis quæ utilia essent, quomodo renuntiarem vobis, & docerem publicè, & per domos.* Hieronymus præf. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 322. d. *quomodo nihil subtraxerim eorum quæ vobis proderant, quin annuntiarem, & docerem publicè, & domesticè.* Græc. ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι, &c. ut in textu Laud.

℣. 21. Ms. Cantabrig. *testificando Judæisque, & Græcis quam* (Ms. *quæ*) *Deo pœnitentiam agent, & fidem in Domin. nostrum J. C.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. vel 241. c. *testificando Judæis, & Græcis in De. pœnitentiam, & fidem in Dom. nostrum Jesum.* Græc. διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε, καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰ. Χ. Mss. quidam scribunt διαμαρτυράμενος· alii tollunt τὴν, post πίστιν; alii verò Χριστὸν, cum Lucif.

℣. 22. Ms. Cantabrig. *Et nunc ecce ego ligatus spiritu, vado in Hierosolyma; quæ in ea mihi ventura sunt, nesciens.* Lucifer Calar. ubi sup. *Et nunc ecce vinctus spiritu, vado in Jerus. quæ in ea mihi eventura sunt, ignorans.* Græc. Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ....... τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς.

℣. 23. Ms. Cantabr. *tanquam Spiritum sanctum per singulas civitates protestatur mihi, dicens: quia vincula, & tribulationes manent me in Hierosolymis.* Lucifer Cal. ubi sup. *nisi Spiritus S. per omnem civitatem protestatur mihi, dicens: quia vincula, & tribulationes me manent in Jerosolymis.* Gr. πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγον· ὅτι δεσμά με, καὶ θλίψεις μένουσιν. Mss. quidam legunt, κατὰ πάσας πόλεις· alii plures addunt μοι, verbo διαμαρτύρεται; aliqui, ἐν Ἱεροσολύμοις, verbo μένουσιν.

℣. 24. Ms. Cantabrig. *Sed nihil horum cura est mihi: neque habeo ipsam animam caram mihi, quàm consummare cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Jesu, testificari Judæis, & Græcis Evangelium gratiæ Dei.* Græc. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ Εὐαγγέλιον, &c. ut sup. Ms. unus in principio habet, Ἀλλ' οὐδένα γὰρ λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω· alii quidam, Ἀλλ' οὐδενὸς τούτων λόγον (al. λόγου) ἔχω, οὐδὲ ποιοῦμαι· al. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων φοβοῦμαι. Quidam tollunt μου, post ψυχήν· mox alii scribunt τιμιωτέραν ἐμαυτοῦ· deinde aliqui, ὥστε τελειῶσαι· alii paulò post delent μετὰ χαρᾶς· quidam verò addunt λόγου, post διακονίαν; sicut unus Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, post διαμαρτύρασθαι, ut in Cantabrig. Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. ubi sup. legit: *Sed pro nihilo æstimo animam meam cariorem esse mihi, quàm consummare cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino, testari Judæis, & Græcis Evangelium gratiæ Dei.* Ambrosius ep. 63. col. 1040. c. *nec facio animam meam cariorem mihi, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Jesu.* Augustinus quæst. 57. in Levit. to. 3. col. 516. a. *non enim facio animam meam pretiosiorem quàm me:* at ejusdem edit. Lat. habet *pretiosam mihi;* sicut etiam Mss. omnes, uno excepto, in quo *pretiosiorem mihi.*

℣. 25. Ms. Cantabrig. *Et nunc ecce ego scio, quia non videbitis* (Ms. *videbis*) *faciem meam vos omnes, inter quos perambulavi prædicans illud regnum Jesu.* Græcum Vulgatæ



Digitized by Google

| Versio antiqua. | Vulgata nova. |
| --- | --- |
| Ex Ms. Laudiano. bitis faciem meam vos omnes, per quos pertransivi prædicans regnum Dei. | videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. |
| 26. Quapropter contestor vobis in hodierno die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrûm. | 26. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. |
| 27. Non enim subterfugi, ut non adnuntiarem vobis omne consilium Dei. | 27. Non enim subterfugi, quò minùs annuntiarem omne consilium Dei vobis. |
| 28. Adtendite ergo seipsis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam adquisivit per sanguinem suum. | 28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. |
| * Ms. invenient. 29. Ego enim scio hoc, quia * venient post discessionem meam lupi graves in vos, non parcentes gregi. | 29. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. |
| 30. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut adducant discipulos post seipsos. | 30. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. |
| 31. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quia per triennium nocte ac die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrûm. | 31. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrûm. |
| 32. Et nunc commendo vos, fratres, Deo, & verbo gratiæ ejus, qui potest ædificare vos, & dare hæreditatem in sanctificiis omnibus. | 32. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. |
| 33. Argentum, & aurum, aut vestimentum | 33. Argentum, & aurum, aut vestem nullius |

## Notæ ad Versionem antiquam.

consonat, nisi quòd habeat ἐν οἷς διῆλθον, pro *per quos transivi*. In Mss. etiam quibusdam initio deest ἰδοὺ, *ecce*. Iren. l. 3. c. 14. p. 201. e. legit: *Scio quoniam jam non videbitis faciem meam:* deinde, *Testificor igitur*, &c. Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. *Et nunc ego scio, quod ampliùs non videbitis faciem meam vos omnes, inter quos perambulavi in prædicando regnum Domini Jesu.*

℣. 26. Ms. Cantabr. *Propter quod hodierno die mundus sum à sanguine omnium.* Græc. Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων. Mss. plures in principio habent Διότι· horum quidam, Διαμαρτύρομαι· subinde alii εἰμὶ, loco ἐγώ· unus εἰμὶ ἐγώ· tum alii plures, ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ὑμῶν, ut in textu Laud. & Bedæ. Iren. l. 3. c. 14. p. 201. e. legit: *Testificor igitur vobis hac die, quoniam mundus sum à sanguine omnium.* Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. *Propter quod contestor vobis hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium.* Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. d. *Propter quod contestor vobis in die hac, quia mundus sum ego à sanguine omnium.* Gildas Sap. castig. in eccl. ord. p. 720. g. *mundus ego sum ab omnium sanguine.*

℣. 27. Ms. Cantabr. Non *enim subtraxi, ut non adnuntiem omnem voluntatem Dei vobis.* Græc. Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ· aliàs deest ὑμῖν. Iren. l. 3. c. 14. p. 201. e. *Non enim subtraxi, uti non annuntiarem vobis omnem sententiam Dei:* itidem infra, p. 202. a. deletis tamen voculis *enim*, & *vobis*. Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 239. vel 241. c. *Et non prætermisi prædicando omnem voluntatem Dei.* Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. d. *Non enim subtraxi, quò minùs annuntiarem vobis omnem voluntatem Dei.* Gildas Sap. castig. in eccl. ord. p. 720. g. *Non enim subterfugi, quò minùs annuntiarem vobis omne ministeriumDei.*

℣. 28. Ms. Cantabr. *Attendite vobis, & omni gregi: in vobis Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam adquisivit sibi per sanguinem suum.* Græc. Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ.... ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. Mss. plures tollunt οὖν, post verbum Προσέχετε; & horum aliqui scribunt Κυρίου, loco Θεοῦ· alii Κυρίου, καὶ Θεοῦ· alii Χριστοῦ, de qua voce vide Millii not. in hunc loc. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. e. legit: *Attendite igitur & vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. præposuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam sibi constituit per sang. suum.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. ubi sup. *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. posuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam acquisivit sang. suo.* Hieronymus l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. col. 413. e. *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. posuit episcopos, pascere Ecclesiam Domini, quam acquisivit per sanguinem suum.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 663. e. *Adtendite vobis, & omni gregi, in quo posuit vos Spiritus S. episcopos, regere Ecclesiam Dei.* Auctor quæst. ex N. T. q. ult. col. 89. f. *Adtendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus S. posuit episc. regere Ecclesiam Domini Jesu.* Vigil. Taps. l. 2. contra Ari. habet, *constituit episcopos.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 542. *Adtendite gregem Christi, in quo vos Spiritus S. constituit episcopos.* Auctor l. de xlii. mans. col. 10. f. *Adtendite vobis, & universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus episcopos, regere Ecclesiam Dei.*

℣. 29. Ms. Cantabrig. *Ego scio quia introibunt post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi.* Iren. l. 3. c. 14. p. 202. a. *Ego scio quoniam advenient post discessum meum lupi graves ad vos, non parcentes gregi.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. *Ego scio quia intrabunt post discessum meum lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Hieronymus l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. col. 438. e. *Ego scio quoniam venient post abscessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi.* Cœlestin. PP. epist. 13. ad Nestor. to. 1. col. 1123. a. *Ego scio quia intrabunt post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi.* Græc. Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. Mss. quidam initio delent γὰρ, cum sequenti τοῦτο· alii verò paulò post, pro βαρεῖς, habent ἅρπαγες, ut in Vulg.

℣. 30. Ms. Cantabr. *Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abstrahant discipulos post seipsos.* Iren. l. 3. c. 14. p. 202. a. *Et ex vobis ipsis exsurgent viri loq. perversa, uti convertant discipulos post se.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 239. vel 241. d. *Ex vobis ipsis exsurgent homines, & loquentur perversa, ut abducant discipulos post se.* Hieronymus l. 3. in epist. ad Tit. to. 4. col. 438. e. *Et ex vobis ipsis consurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Similiter habet Cœlestin. PP. epist. 13. ad Nestor. to. 1. col. 1123. a. præter *exsurgent homines.* Græc. Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν, al. ἑαυτῶν.

℣. 31. Ms. Cantabr. *Propter quod vigilate, memores estote, quia triennio nocte ac die;* reliqua desunt usque ad medium ℣. 2. capitis 21. ob avulsum scilicet folium. Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. legit: *Propter quod vigilate, memoriam tenentes, quia per triennium nocte ac die non cessavi, cum lacrymis monendo unumquemque vestrûm.* Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. b. *Quapropter vigilate, recordantes, quia triennio nocte ac die non cessavi cum lacrymis monere unumquemque vestrûm.* Ita quoque in Græco est, præter ultima νουθετῶν ἕνα ἕκαστον· Mss. plerique addunt ὑμῶν.

℣. 32. Hieronymus præf. in epist. ad Ephes. to. 4. col. 322. b. legit: *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ejus, qui potens est ædificare, & dare vobis hæreditatem in sanctificatis omnibus.* Græc. Καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοί, τῷ Θεῷ, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι, καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. Mss. quidam initio ferunt παρατίθημι, loco παρατίθεμαι· alii verò tollunt vocem ἀδελφοί· alii paulò post scribunt οἰκοδομῆσαι· sed pro ἐποικοδομῆσαι militat Chrysost. dicens: Οὐκ εἶπεν, οἰκοδομῆσαι, ἀλλ' ἐποικοδομῆσαι, δεικνὺς ὅτι ἤδη ᾠκοδομήθησαν. Quidam etiam Mss. addunt ὑμᾶς, verbo ἐποικοδομῆσαι· alii autem delent ὑμῖν, post δοῦναι.

℣. 33. Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 485. c. *Argentum, & aurum, vel vestem nullius concupivi.* Græcum textui Laud. consonat, deleta voce *vestrûm*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

concupivi, sicut

1. Cor. 4. 12. 2. Thess. 3. 8. 34. ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.

35. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere.

36. Et cùm hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis.

37. Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum,

38. dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

**Versio antiqua.**

nullius vestrûm concupivi: — Ex Ms. Laudiano.

34. ipsi scitis, quia necessitatibus meis, & his, qui sunt mecum, ministraverunt manus istæ.

35. Omnia ostendi * vobis, quia sic laborantes, oportet adsumere infirmos, meminisse quoque verborum Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatum est magis dare, quàm accipere. — * Ms. novis.

36. Et hæc dicens, positis genibus suis, cum omnibus illis oravit.

37. Magnus autem luctus factus est omnium: & incumbentes super collum Pauli, osculabantur eum,

38. dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam non ampliùs faciem ejus videbunt. Deducebant autem eum ad navem.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 34. Augustinus l. de op. mon. col. 485. c. legit: *ipsi scitis, quoniam necessitatibus meis, & eorum, qui mecum fuerunt, hæ manus servierint.* Ambrosiaster, col. 278. f. *omnia, quæ mihi, & iis, qui sunt mecum, fuerunt necessaria, laboraverunt manus istæ.* Græc. αὐτοὶ δὲ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ, &c. Mss. plures initio omittunt δέ.

℣. 35. Augustinus l. de op. mon. to. 6. col. 485. c. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet juvare infirmos, memores etiam verborum Domini Jesu, quia ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere.* Ambrosius epist. 82. col. 1101. c. *Beatius est enim dare, quàm accipere.* Græcum textui Laud. congruit. Mss. tamen quidam scribunt τοῦ λόγου, loco τῶν λόγων· al. τὸν λόγον.

℣. 36. Græcum Vulgatæ favet.

℣. 37. Græc. Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες, &c. ut sup. al. πεσόντες.

℣. 38. Græc. ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν. Προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς, &c.

# CAPUT XXI.

**Vulgata nova.**

1. CUm autem factum esset ut navigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram.

2. Et cùm invenissemus navem transfretantem in Phœnicen, ascendentes navigavimus.

3. Cùm apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, navigavimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim navis expositura erat onus.

4. Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum ne ascenderet Jerosolymam.

5. Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum uxoribus, & filiis usque foras civitatem: & positis genibus in littore, oravimus.

6. Et cùm valefecissemus invicem, ascendimus navem: illi autem redierunt in sua.

7. Nos verò navigatione expleta à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die una apud illos.

8. Alia autem die profecti, venimus Cæsa-

**Versio antiqua.**

1. CUm autem factum esset ut navigaremus abstracti ab ipsis, recto cursu venimus in Co, sequenti autem die Rodum, & inde in Patara. — Ex Ms. Laudiano.

2. Et invenientes navem, (* quæ) transfretaret in Phœnicem, ascendentes navigavimus. — * In Ms. deest quæ.

3. Cùm apparuissemus autem Cyprum, & relinquentes eam in sinistram, navigavimus in Syriam, & * depositi sumus in Tyrum: ibi enim navis erat expositura pondus. — * Ms. deposti.

4. Inventis autem discipulis, mansimus apud eos diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum ne ascenderet Hierosolyma.

5. Cùm autem factum explere nos dies, profecti ibamus, deducentibus nos * omnibus cum uxoribus, & filiis usque foris civitatem: & positis genibus in littore, oravimus. — * Ms. omnium.

6. Valefacientes invicem & ascendimus in navem: illi autem redierunt in sua.

7. Nos autem navigatione prætendentes à Tyro descendimus in Ptolemaide: & salutantes fratres, mansimus diem unam apud eos.

8. Sequenti autem die profecti, venimus in Cæ-

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Græc. Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶν, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, &c. ut in textu Laud. Mss. plures, pro Κῶν, scribunt Κῶ.

℣. 2. Græc. Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν. Hîc redit textus Ms. Cantabrigiensis, ubi posteriora duo hujus versûs verba leguntur, *ascendentes navigavimus.*

℣. 3. In Ms. Laud. prima manus scripserat, *expositura pondos:* secunda delevit *pondos*, & scripsit *onus.* At nos primæ scripturæ adhærentes potissimùm, unâ tantùm mutatâ litterulâ, posuimus *pondus.* Ms. Cantabr. *Videntes autem Cyprum, & relinquentes eas à sinistro, collavimus in Syriam, enavigavimus in Tyro: ibi enim erat navis expositura onus.* Græc. Ἀναφάνεντες δὲ τὴν Κύπρον, καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. Mss. quidam in principio habent Ἀναφάναντες; paulòque post alii, κατήλθομεν, loco κατήχθημεν.

℣. 4. Ms. Cantabr. *Et inventis discipulis, mansimus apud eos dies septem: quidam autem dicebant Paulo per Spiritum non ingredi Hierosolyma.* Gr. Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ ....... μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ. Mss. plures initio habent Ἀνευρόντες δέ· paulòque post unus, ἐμείναμεν αὐτοῦ, alter αὐτοῖς, Chrysost. πρὸς αὐτούς.

℣. 5. Ms. Cantabr. *Sequenti autem die exeuntes, ambulamus (f. ambulabamus) viam nostram, deducentibus omnibus nos cum uxoribus, & filiis extra civitatem: & positis, &c.* ut sup. Græc. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν, &c. ut in textu Laud.

℣. 6. Ms. Cantabrig. *Et cùm salutassemus invicem, reversi verò quisque ad sua.* Græc. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπέβημεν, &c. ut in textu Laud.

℣. 7. Ms. Cantabrig. *Nos autem navigatione expedita à Tyro venimus Ptolemaidem: & salutavimus fratres, & mansimus diem unum apud eos.* Græc. Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς, &c. ut in textu Laud. Mss. quidam, pro κατηντήσαμεν, legunt κατέβημεν.

℣. 8. Ms. Cantabrig. *Sequenti cùm exissemus, venimus*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. ſaream. Et intrantes in domum Philippi evangeliſtæ, qui erat de ſeptem, manſimus apud eum.

9. Huic autem erant filiæ virgines quatuor prophetantes.

10. Spectantibus autem nobis dies plurimos, deſcendit quidam ab Judæa propheta, nomine Agabus.

11. Et cùm veniſſet ad nos, & tuliſſet zonam Pauli, alligans ſibi pedes, & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus ſanctus: Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt in Hieruſalem Judæi, & tradent in manus Gentium.

12. Cùm autem audiſſemus hæc, rogabamus nos quoque, & qui loci illius erant, ne aſcenderet in Hieroſolyma.

13. Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & adfligentes meum cor? Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratè habeo, pro nomine Domini Jeſu.

14. Non placante autem eo, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

15. Poſt autem dies iſtos præparantes, aſcendebamus in Hieroſolyma.

16. Convenerunt autem & ex diſcipulis à Cæſarea unà nobiſcum, adducentes nos, apud quem hoſpitaremur, Mnaſoni cuidam Cyprio, antiquo diſcipulo.

17. Cùm veniſſemus autem in Hieroſolyma, libenter ſuſceperunt nos fratres.

18. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Jacobum, omneſque collecti ſunt ſeniores.

19. Et cùm ſalutaſſet eos, exponebat per ſin-

VULGATA NOVA.

ream. Et intrantes domum Philippi evangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem, manſimus apud eum. Sup. 6. 5. & 8. 5.

9. Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

10. Et cùm moraremur per dies aliquot, ſupervenit quidam à Judæa propheta, nomine Agabus.

11. Is cùm veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes, & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus ſanctus: Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt in Jeruſalem Judæi, & tradent in manus Gentium.

12. Quod cùm audiſſemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne aſcenderet Jeroſolymam.

13. Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Jeruſalem paratus ſum, propter nomen Domini Jeſu.

14. Et cùm ei ſuadere non poſſemus, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

15. Poſt dies autem iſtos præparati, aſcendebamus in Jeruſalem.

16. Venerunt autem & ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecum apud quem hoſpitaremur Mnaſonem quemdam Cyprium, antiquum diſcipulum.

17. Et cùm veniſſemus Jeroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Jacobum, omneſque collecti ſunt ſeniores.

19. Quos cùm ſalutaſſet, narrabat per ſingu-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Cæſaream. Et cùm introiſſemus in domum Philippi evangeliſtæ . . . . de ſeptem, manſimus ad eum.* Græc. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Καισάρειαν. Καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν, &c. ut in textu Laud. Mſs. plurimi delent οἱ περὶ τὸν Παῦλον, & pro ἦλθον, legunt ἤλθομεν.

℣. 9. Mſ. Cantabr. . . . *filiæ quatuor virgines* . . . Græc. textui Laud. conſonat.

℣. 10. Hic, & in duobus præcedentibus verſibus, ubi puncta interjecimus, mutilus eſt Mſ. Cantabrig. ob laceratam ſcilicet extremam folii partem. Reſtant hæc ſola hujus 10. verſûs verba..... *aream propheta, nomine Agabus;* quaſi ſcriptum fuiſſet, *ab Judæa in Cæſaream propheta*, &c. In Græco ſic: Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης, &c. ut ſup. Mſ. unus, Ἐπιμένοντες δὲ, abſque ἡμῶν.

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Cùm veniſſet ad nos, & tuliſſet zonam Pauli, ligavit ſuos pedes, & manus, & dixit: Hæc dicit Spiritus S. Eum virum, cujus eſt zona hæc, ſic ligabunt Hieruſalem Judæi*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε αὐτοῦ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, εἶπε, &c. ut in textu Laud. Ambroſius l. 2. de Spir. S. col. 662. a. legit: *Hæc dicit Spiritus S. Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt eum in Hieruſalem:* & in Pſ. 36. col. 801. b. *Virum hunc, cujus eſt zona hæc, ſic alligab. Judæi in Hieruſalem.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 310. a. *Hæc dicit Spiritus S. Virum hunc, cujus eſt iſte cingulus, ſic ligabunt in Hieruſ. Judæi, & tradent in manus Gentium.* Auguſtinus in Pſ. 36. to. 4. col. 268. d. huc alludens dicit: *Deſcenderant quidam prophetæ de Jeroſolyma, & impleti Spiritu S. prophetaverunt eidem Paulo, quòd multa paſſurus eſſet in Jeruſalem; ita ut quidam eorum, Agabus nomine, ſolutâ zonâ, alligaret ſe, quemadmodum ſolet fieri, ut his indiciis rerum futura demonſtraret propheta, dicens: Sicut alligatum me videtis, ſic oportet alligari hominem hunc in Jeroſolymis.*

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Ut* (Mſ. *Et*) *verò audivimus hæc, deprecabamur nos, & incolæ loci illius Paulum, ut non aſcenderet Hieruſalem.* Gr. Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε, καὶ οἱ ἐντόπιοι τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν, &c. ut ſup. Mſ. unus ita incipit, Ὁ δὲ ἀκούσαντες.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *Reſpondens autem ad nos Paulus: Quid facitis plorantes, & conturbantes meum cor? Ego enim non ſolùm ligari volo, ſed & mori in Hieruſalem propoſitum habeo, propter nomen Domini Chriſti Jeſu.* Gr. Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος· Τί ποιεῖτε κλαίοντες, καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; Ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam initio habent, Τότε ἀπεκρίθη ὁ Παῦλος· & alii plures addunt, καὶ εἶπε· Τί· ſubinde quidam tollunt εἰς Ἱερουσαλήμ. Hieronymus epiſt. ad Heliodor. to. 4. col. 8. a. *Paulus reſpondit: Quid facitis plorantes, & conturbantes cor meum? Ego enim non ſolùm ligari, ſed & mori in Jeruſalem paratus ſum, pro nomine Domini J. C.* Tertull. Scorpiac. c. 15. teſte Millio, *& conturbantes cor meum? Ego autem.... pro nomine Domini J. C.* Auguſt. in Pſ. 36. to. 4. col. 268. e. *Quid confringitis cor meum? Ego enim non ſolùm alligari, ſed etiam mori paratus ſum, pro nomine Dom. J. C.* Ambroſiaſter col. 164. c. *Ego enim non ſolùm ligari, ſed & mori paratus ſum in Hieroſolyma, pro nom. Dom. J. C.*

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *Cùm non ſuaderetur ei, quievimus, dicentes ad invicem: Voluntas Domini fiat.* Græc. Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες· Τὸ θέλημα, &c. ut ſup.

℣. 15. Mſ. Cantabr. *Poſt hos autem dies refecimus nos, & aſcendimus Hieroſolyma.* Græc. Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι, ἀνεβαίνομεν εἰς, &c. Mſs. quidam ferunt παρασκευασάμενοι; alii, ἐπισκευασάμενοι, quomodo legendum exiſtimant Grotius & Pricæus. Sic etiam legiſſe videtur Heſychius: Ἐπισκευασάμενοι, inquit, εὐτρεπισθέντες, id eſt, *Parati, in iter accincti:* ita ex Millio not. in hunc loc.

℣. 16. In Mſ. Cantabr. *De Cæſarea nobiſcum ſimulque adduxerunt nos apud quem hoſpitaremur: & cùm venerunt in quandam civitatem, fuimus ad Naſonem quemdam Cyprium, diſcipulum antiquum.* In Græco: Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι, &c. ut in textu Laud.

℣. 17. Mſ. Cantabrig. *Et inde exeuntes, venimus Hieroſolyma: ſuſceperunt autem nos cum lætitia fratres.* Græc. Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus, pro ἀσμένως, ſcribit ἀσπασάμενοι, *amplexantes.*

℣. 18. Mſ. Cantabr. *Sequenti autem die introivit Paulus nobiſcum ad Jacobum: omnes erant autem cum eo presbyteri conventi.* Græc. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον· πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι. Mſ. unus, pro εἰσῄει, habet εἰσῆλθεν; & in fine, πρεσβύτεροι συνηγμένοι.

℣. 19. Mſ. Cantabrig. *Cùm ſalutaſſet eos, narrabat per ſingula, quæ fecit Deus in Gentibus per miniſt. ejus.* Gr. Καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, &c. ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

la, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.

20. At illi cùm audissent, magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis.

21. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas à Moyse eorum, qui per Gentes sunt, Judæorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundùm consuetudinem ingredi.

22. Quid ergo est? utique oportet convenire multitudinem: audient enim te supervenisse.

23. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.

24. His assumptis, sanctifica te cum illis: &
Num. impende in illis ut radant capita: & scient omnes
6. 18. quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas
Sup. 18. & ipse custodiens legem.
18.
25. De his autem, qui crediderunt ex Genti-
Sup. 15. bus, nos scripsimus, judicantes ut abstineant se ab
20. 29. idolis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

26. Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.

27. Dum autem septem dies consummarentur, hi, qui de Asia erant, Judæi cùm vidissent eum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus, clamantes:

28. Viri Israelitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc, omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violavit sanctum locum istum.

VERSIO ANTIQUA.

gulos, quæ fecit Deus in Gentibus per ministerium ipsius. Ex Ms. Laudiano.

20. At illi audientes, glorificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores legis existent.

21. Audierunt autem de te, quoniam discessionem doces à Moyse eorum, qui per Gentes sunt, Judæorum: dicens ne debere * suos filios, neque *Supp. eos circumcidere.
secundùm consuetudinem ambulare.

22. Quid ergo est? utique oportet convenire multitudinem: cognoscent enim quia venisti.

23. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.

24. His adsumptis, purifica te cum illis: & impende in illis ut radant capita: & scient omnes quia quæ audierunt de te, nihil est, sed immanebis & ipse custodiens legem.

25. De his autem, qui crediderunt hominibus; nos destinavimus, judicantes nihil tale custodire eos, nisi ut observent se ab idolothytis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

26. Tunc Paulus adsumens viros, veniente die cum eis purificatus intravit in templum, annuntians repletionem dierum purificationis, donec offerretur pro quoquoque eorum oblatio.

27. Cùm autem incipiebant septem dies consummari, hi, qui de Asia erant, Judæi videntes eum in templo, concitaverunt populum, & injecerunt in eum manus, clamantes:

28. Viri Israelitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversus plebem, & legem, & locum hunc, omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & conquinavit sanctum locum istum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Ms. Cantabrig. *At illi cùm audissent, clarificaverunt Dominum, dicentes: Vides frater, quanta millia sint in Judæa, qui crediderunt, & omnes isti æmulatores legis sunt.* Græc. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐδόξαζον τὸν Κύριον, εἶπόν τε αὐτῷ· Θεωρεῖς ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων, καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι. Mss. plures scribunt Θεὸν, loco Κύριον; aliique mox, εἰπόντες αὐτῷ· subinde ex his quidam, ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, loco Ἰουδαίων· unus paulò post, πάντες οὗτοι ζηλωταί. Hieronymus in Isai. 11. to. 3. col. 103. e. legit: *Vides, frater quanta millia sint Judæorum credentium: hi omnes æmulatores legis sunt:* & in Ezech. 11. col. 763. e. *Vides, frater tanta millia credentium Judæorum: hi omnes,* &c. ut sup. Augustinus ep. 82. to. 2. col. 192. e. *Vides frater, quot millia sunt in Judæa, qui crediderunt in Christum, & hi omnes æmulatores sunt legis.* Ambrosiaster col. 238. a. *Vides frater, quot millia sunt in Judæis credentium, & omnes isti æmulatores sunt legis.*

℣. 21. Ms. Cantabrig. *Diffamaverunt autem de te, quia abscessionem docens à Moysen, qui in Gentibus sunt, Judæos, ne circumcidant filios, neque Gentes ejus ambulant.* Augustinus epist. 82. to. 2. col. 192. e. *Audierunt autem de te, quia discissionem doces à Moyse eorum,* &c. ut in Vulgata. Gr. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ Ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. Mss. quidam in principio ferunt Κατήχησαν δέ· alii verò paulò post tollunt vocem πάντας.

℣. 22. Ms. Cantabr. textui Laud. congruit, excepto uno *audient*, pro *cognoscent*. Græc. Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας. Augustinus epist. 82. to. 2. col. 192. e. *Quid ergo est? utique oportet convenire multitudinem: audierunt enim te supervenisse.*

℣. 23. Ms. Cantabrig. concordat cum textu Laud. & Græco: nec aliter habet Augustinus epist. 82. to. 2. col. 192. e.

℣. 24. Ms. Cantabr. *Hos adsume, purifica te cum illis, & eroga in eos ut radant caput: & cognoscant omnes quia quæ audierunt de te, nihil est, sed ambulans ipse custodiens legem.* August. epist. 82. to. 2. col. 192. f. *His assumptis, sanctifica te cum ipsis: & impende in eos ut radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed sequeris & ipse custodiens legem.* Græc. Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς· καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν· καὶ γνῶσι πάντες ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων. Mss. plures, pro ἐπ' αὐτοῖς, legunt ἐπ' αὐτούς· pauloque post quidam, τὰς κεφαλάς· mox alii, καὶ γνώσονται, al. γνώσωνται.

℣. 25. Ms. Cantabr. *De illis verò, qui crediderunt Gentibus, nihil habent quod dicere in te: nos enim scripsimus, judicantes nihil tale observare eos, nisi custodirent se à sacrificato, & sanguine, & fornicatione.* Augustinus ep. 82. col. 192. f. *De Gentibus autem, qui crediderunt, nos mandavimus, judicantes nihil ejusmodi servare illos, nisi ut se observent ab idolis, immolato, & à sanguine, & à fornicatione:* similiter in speculo omittit, & *suffocato*, teste Millio. Græc. Περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων Ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν. Beda retract. in hunc loc. ait in Græco haberi: *De his autem, qui crediderunt hominibus, nos scripsimus, judicantes nihil tale custodire eos, nisi ut observent se ab idolothytis*; &c. quæ optimè congruunt textui nostro Laud.

℣. 26. Ms. Cantabrig. *Tunc Paulus adsumpsit viros, sequenti die cum ipsis purificatus introivit in templum, adnuntians expeditionem dierum purificationis, donec oblata est pro unoquoque eorum oblatio.* Græc. Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, pro ἐχομένῃ, scribunt ἐρχομένῃ.

℣. 27. Ms. Cantabrig. *Cùm repletur autem eis septimus dies, qui ab Asia erant Judæi, venerant, videntes eum in templo, confuderunt omnem turbam, & miserunt super eum manus, clamantes.* Græc. Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι θεασάμενοι...... συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, &c. ut supra. Beda comment. in hunc loc. ait in Græco legi: *Cùm autem incipiebant septem dies consummari.* Mss. quidam, pro συντελεῖσθαι, habent συμπληροῦσθαι· alii verò paulò post tollunt vocem πάντα.

℣. 28. Ms. Cantabr. *Viri Israelitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversùs populum.... omnes ubique docet, insuper & Græcos introduxit in templum, & communicavit sanctum locum hunc.* Ita quoque in Græco est, nisi excipias verba διδάσκων, pro *docet*, & εἰσήγαγεν, pro *introduxit*.

## Versio antiqua.

Ex Mſ. Laudiano.

29. Erant enim providentes Trophimum Epheſum in civitate cum eo, quem æſtimaverunt quoniam in templum induxiſſet Paulus.

30. Commotaque eſt civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et adprehendentes Paulum, trahebant eum foris templum: & ſtatim clauſæ ſunt januæ.

31. Quærentibus autem eum occidere, aſcendit nuncius tribuno legionis cohortis: Quia tota confuſa eſt Hieruſalem.

32. Qui ſtatim aſſumptis militibus, & centurionibus, decucurrit ad eos. Qui cùm vidiſſent tribunum, & milites, ceſſaverunt percutientes Paulum.

33. Tunc accedens tribunus comprehendit eum, & juſſit alligare catenis duabus: & interrogabat quis vel eſſet, & quid eſt quod feciſſet.

34. Alii autem aliud quid clamabant in turba. Cùm autem non * poſſet cognoſcere certius propter tumultum, juſſit reduci eum in caſtra.

* In Mſ. deeſt poſſet.

35. Cùm autem factus ad gradus, contigit ut portaretur ipſe à militibus propter vim populi.

36. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle eum.

37. Incipienſque induci in caſtra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græcè noſti?

38. Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum?

39. Dixit autem Paulus: Ego homo quidem ſum Judæus à Tarſo Ciliciæ, non ignobilis civitatis civis. Deprecor autem te, permitte mihi loqui ad populum.

40. Permiſſo autem eo, Paulus ſtans in gradibus, adnuit manu ad plebem: magno autem ſilentio facto, adlocutus eſt Hebraicâ linguâ, dicens:

## Vulgata nova.

29. Viderant enim Trophimum Epheſium in civitate cum ipſo, quem æſtimaverunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus.

30. Commotaque eſt civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & ſtatim clauſæ ſunt januæ.

31. Quærentibus autem eum occidere, nunciatum eſt tribuno cohortis: Quia tota confunditur Jeruſalem.

32. Qui ſtatim aſſumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cùm vidiſſent tribunum, & milites, ceſſaverunt percutere Paulum.

33. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & juſſit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.

34. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cùm non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, juſſit duci eum in caſtra.

35. Et cùm veniſſet ad gradus, contigit ut portaretur à militibus propter vim populi.

36. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle eum.

37. Et cùm cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græcè noſti?

38. Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum?

39. Et dixit ad eum Paulus: Ego homo ſum quidem Judæus à Tarſo Ciliciæ, non ignotæ civitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.

40. Et cùm ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno ſilentio facto, allocutus eſt linguâ Hebræâ, dicens:

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 29. Mſ. Cantabrig. *Erant autem providentes Trophimum & Ephesium in civitate cum eo, quem putaverunt quia in templum induxit Paulus.* Græc. Ἦσαν γὰρ προεωρακότες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον ὅτι, &c. ut ſup.

℣. 30. Mſ. Cantabr. *Et commota eſt civitas tota, &..... Et cùm adprehendiſſent Paulum, trahebant extra templum: & continuò,* &c. ut ſup. Ita quoque Græcum habet, addita voce αὐτὸν, verbo *trahebant.*

℣. 31. Mſ. Cantabr. *Et cùm quærerent eum occidere, nunciatum eſt tribuno cohortis: Quia tota confuſa eſt in Hieruſalem.* Græc. Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης· Ὅτι, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus habet in principio, Ζητούντων τε· & ſub fin. συγχύνεται, *confunditur*, pro συγκέχυται.

℣. 32. Mſ. Cantabr. *Qui ſtatim ſumptis militibus, & centur. procucurrit ad eos. At illi cùm vidiſſent*, &c. ut in textu Laud. Græc. Ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν, &c. ut in Cantabr. Mſ. tamen unus, pro τύπτοντες, habet τύπτειν, *percutere*, ut in Vulg.

℣. 33. Mſ. Cantabrig. *Tunc cùm adpropinquaſſet tribunus, comprehendit eum, & juſſit ligari catenis duabus: & interrogabat quis ſit, & quid feciſſet.* Ita quoque Græcum habet, excepto verbo εἴη, *eſſet*, pro *ſit*.

℣. 34. Mſ. Cantabr. *Alii autem aliud clamabant in turba. Et cùm non poſſit ſcire quod certum eſt propter tumultum, juſſit adduci eum in caſtra.* Græcum textui Laud. congruit, niſi quòd habet τὸ ἀσφαλὲς, *certum*, pro *certius*; & ἄγεσθαι, *duci*, pro *reduci*.

℣. 35. Mſ. Cantabr. *Cùm autem adhuc eſſet in gradus* (Mſ. *graduus*) *obtigit Paulum bajulari à militibus propter vim populi.* Græc. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν, &c. ut ſup.

℣. 36. Mſ. Cantabrig. *Sequebatur enim multitudo, clamans: Tollite eum.* Græcum textui Laud. conſonat.

℣. 37. Mſ. Cantabr. *Et cùm jam induceretur in caſtris, tribuno reſpondens, dixit: Si licet mihi loqui ad te? At ille ait: Græcè noſti?* Græc. Μέλλων τε εἰσάγεσθαι, &c. ut in textu Laud. niſi excipias Ὁ δὲ ἔφη, pro *Qui dixit*: Mſs. etiam plures tollunt τι, poſt εἰπεῖν, *loqui*.

℣. 38. Mſ. Cantabr. *Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies ſollicitaſti, & eduxiſti in eremum*, &c. ut ſupra. Græc. Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων;

℣. 39. Mſ. Cantabr. *Dixit autem Paulus: Ego..... Tarſenſis, ex Cilicia non ignotæ civitatis, cujus rogo. Obſecro autem mihi loqui ad populum.* Græc. Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐγὼ ...... Ταρσεὺς, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Δέομαι δέ σου, ἐπίστρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς, &c. Beda retract. in hunc loc. ait: *Pro municipe, quidam codices* civem *habent, quod ex uno Græco*, πολίτης, *transfertur; derivato nomine à civitate, quæ Græcè* πόλις *vocatur.*

℣. 40. Mſ. Cantabr. *Et cùm permiſiſſet ei tribunus, ſtans Paulus in gradibus, & movit manum ad eos, magnoque ſilentio facto, locutus eſt*, &c. ut in textu Laud. Gr. Ἐπιστρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν, κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε, &c. ut ſup.

Digitized by Google

# CAPUT XXII.

## VULGATA NOVA.

1. Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.

2. Cùm audiſſent autem quia Hebræâ linguâ loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentium.

3. Et dicit: Ego ſum vir Judæus, natus in Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta civitate, ſecus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, ſicut & vos omnes eſtis hodie:

Sup. 8. 3. 4. qui hanc viam perſecutus ſum uſque ad mortem, alligans, & tradens in cuſtodias viros, ac mulieres,

Sup. 9. 2. 5. ſicut princeps ſacerdotum mihi teſtimonium reddit, & omnes majores natu, à quibus & epiſtolas accipiens, ad fratres Damaſcum pergebam, ut adducerem inde vinctos in Jeruſalem ut punirentur.

6. Factum eſt autem, eunte me, & appropinquante Damaſco media die, ſubitò de cœlo circumfulſit me lux copioſa:

7. & decidens in terram, audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me perſequeris?

8. Ego autem reſpondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego ſum Jeſus Nazarenus, quem tu perſequeris.

9. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus, qui loquebatur mecum.

10. Et dixi: Quid faciam, Domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damaſcum: & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat facere.

11. Et cùm non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damaſcum.

12. Ananias autem quidam, vir ſecundùm legem teſtimonium habens ab omnibus cohabitantibus Judæis,

13. veniens ad me, & aſtans dixit mihi: Saule frater reſpice. Et ego eâdem horâ reſpexi in eum.

14. At ille dixit: Deus patrum noſtrorum præ-

## VERSIO ANTIQUA.

1. Viri fratres, & patres, audite me, quam ad vos nunc reddo rationem. Ex Mſ. Laudiano.

2. Audientes autem quia Hebraicâ linguâ adlocutus eſt eis, magis præſtiterunt ſilentium.

3. Et ait: Ego ſum vir Judæus, natus in Tarſo Ciliciæ, enutritus autem in civitate iſta, ante pedes Gamalihel eruditus certiſſimè paternæ legis, *æmulator exiſtens Dei, ſicut omnes vos eſtis hodie: * Mſ. æmulor.

4. qui hanc viam perſecutus ſum uſque ad mortem, alligans, & tradens in cuſtodias viros, ac mulieres, *

5. ſicut & princeps ſacerdotum teſtimonium mihi reddit, & * tota ſeniorum, à quibus & epiſtolas accipiens, ad fratres in Damaſcum pergebam, adducere * conſtitutis vinctos in Hieruſalem uti punirentur. * Mſ. totam. * Hic ſpatium vacuum exſtat in Mſ.

6. Factum eſt autem, eunti, & adpropinquante Damaſco circa * mediam diem, repentè de cœlo circumfulſit lux copioſa circum me: * Mſ. media.

7. cadenſque in terram, audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me perſequeris? durum tibi contra * ſtimulum calcitrare. * Mſ. ſtimulam.

8. Ego autem reſpondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego ſum Hieſus Nazoræus, quem tu perſequeris.

9. Qui autem mecum erant, lumen quidem viderunt, & intimorati facti ſunt: vocem autem non audierunt ejus, qui loquebatur mihi.

10. Dixi autem: Quid faciam, Domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade in Damaſcum: & ibi dicetur tibi de omnibus, quæ oporteat facere.

11. Cùm autem non videbam præ claritate luminis illius, manu deductus ab eis, qui mecum erant, ingreſſus ſum in Damaſcum.

12. Ananias autem quidam, vir pius, ſecundùm legem teſtimonium habens ab omnibus habitantibus Judæis,

13. veniens ad me, & adſtans dixit mihi: Saule frater reſpice. Et ego eâdem horâ reſpexi in eum.

14. Ille autem dixit: Deus patrum noſtrorum

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Cantabrig. *Viri fratres, & patres, audite me: nunc apud vos reddo rationem.* Græc. Ἄνδρες..... ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας. Mſs. plures delent νῦν· alii legunt νυνί.

℣. 2. Mſ. Cantabrig. *Cùm audiſſent autem quia Hebreicâ linguâ adloquitur;* reliqua deſunt uſque ad ℣. 11. ob avulſum folium unum. Græc. Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν· al. προσφωνεῖ.

℣. 3. Græc. Καί φησιν· Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ ...... παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλ. πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, &c. ut in textu Laud. Mſs. plures initio delent μέν, & ſub finem quidam ſcribunt νόμου, loco Θεοῦ. At Beda retract. in hunc loc. ait in Græco legi, *æmulator exiſtens Dei*, juxta illud ad Rom. *Teſtimonium enim illis perhibeo, quòd æmulationem Dei habent*, &c.

℣. 4. Græcum textui Laud. conſonat ad verbum.

℣. 5. Græc. ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, δεδεμένους εἰς Ἱερουσ. ἵνα τιμωρηθῶσιν. Mſ. unus in principio habet καθώς· quidam verò tollunt ſeq. καί.

℣. 6. Græc. Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ, καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ.

℣. 7. Græc. ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα, &c. ut in Vulg. nec plura. At Beda retract. in hunc loc. monet *in Græco & in hoc loco additum* eſſe, *durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare:* quod lectionem Mſ. Laud. adſtruit. Etiam Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 239. a. legit: *quid me perſequeris? durum eſt tibi calcem mittere contra ſtimulum:* ſed fortè ex Act. 26. 14.

℣. 8. Græc. textui Laud. congruit.

℣. 9. Græc. textui Laud. favet; ſed à Mſs. pluribus abeſt, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, ſicut à Vulg. Beda retract. in hunc loc. dicit in Græco haberi plus, *& in timore facti ſunt.*

℣. 10. Græcum nil differt à textu Laud. niſi quòd habet τέτακταί σοι, loco *oporteat*. Mſs. quidam ferunt cum Chryſoſt. τί σε δεῖ ποιῆσαι, abſque his, περὶ πάντων ὧν· al. περὶ πάντων ἃ δεῖ σε ποιῆσαι. Cantabrig. Lat. folio integro mutilus, ſic interrupta reſumit, *quæ te oportet facere.*

℣. 11. Mſ. Cantabrig. *Ut autem ſurrexi, non videbam à claritate lucis illius: & ad manum deductus qui mecum erant, veni in Damaſcum.* Græc. Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, &c. ut in textu Laud. niſi excipias verbum ἦλθον, *veni*, pro *ingreſſus ſum.*

℣. 12. Mſ. Cantabrig. *Ananias quidam, vir timoratus, ſecundùm legem & teſtimonio ab omnibus Judæis.* Græcum textui Laud. favet. In Mſs. tamen quibuſdam deeſt vox εὐσεβής, *pius*; pro qua habent alii εὐλαβής.

℣. 13. Mſ. Cantabrig. *cùm veniſſet ad me, dixit mihi: Saule, Saule frater aſpice. Et ego ipsâ horâ aſpexi.* Græcum textui Laud. ſuffragatur.

℣. 14. Mſ. Cantabrig. *Et dixit mihi: Deus patrum noſtrorum praeordinavit te, ut cognoſceres voluntatem ejus, &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.* præordinavit te, cognoscere voluntatem ejus, & videre justum, & audire vocem ex ore ejus:
15. quia eris testis ei ad omnes homines, horum quæ vidisti, & audisti.
16. Et nunc quid moraris? Exsurgens baptizare, & ablue peccata tua, invocans nomen ipsius.
17. Factum est autem revertenti in Hierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore,
18. & videre eum dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Hierusalem: quia non recipiunt tuum testimonium de me.
19. Et ego dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens * carcerem, & cædens per synagogas eos, qui credebant in te:
20. & cùm effunderetur sanguis Stephani testis tui, & ego eram adstans, & consentiens, & custodiens vestimenta interficientium eum.
21. Et dixit ad me: Vade: quia ego in nationes longè mittam te.
22. Audiebant autem eum usque in hoc verbo, & elevaverunt vocem suam dicentes: Tolle de terra talem: nec enim fas eum vivere.
23. Vociferantium autem eorum, & projicientium vestimenta sua, & pulverem mittentium in aera,
24. jussit tribunus induci eum in castra, dicens * flagellis torqueri eum, ut sciret propter quam causam sic exclamarent ei.
25. Cùm autem extendissent eum loris: dixit ad stantem Centurionem Paulus: Si hominem Romanum, & incondemnatum licet vobis * flagellare?
26. Audiens autem Centurio, cùm accessit tribuno nunciavit, dicens: Qui acturus es facere? hic enim homo Romanus est.
27. Accedens autem tribunus, dixit ei: Dic mihi, tu Romanus es? At ille ait: Etiam.
28. Respondit autem tribunus: Ego multâ summâ pecuniæ civitatem hanc consecutus sum. Paulus autem ait: Ego autem & natus sum.
29. Protinus ergo discesserunt ab ipso, qui in-

* *Supp.* in.

* *Ms.* fragellis.

* *Ms.* fragellare.

VULGATA NOVA.

ordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus, & videres justum, & audires vocem ex ore ejus:
15. quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti, & audisti.
16. Et nunc quid moraris? Exsurge, & baptizare, & ablue peccata tua, invocato nomine ipsius.
17. Factum est autem revertenti mihi in Jerusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis,
18. & videre illum dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Jerusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me.
19. Et ego dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagogas eos, qui credebant in te: *Sup.* 8. 3.
20. & cùm funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum. *Sup.* 7. 58.
21. Et dixit ad me: Vade: quoniam ego in nationes longè mittam te.
22. Audiebant autem eum usque ad hoc verbum, & levaverunt vocem suam dicentes: Tolle de terra hujusmodi: non enim fas est eum vivere.
23. Vociferantibus autem eis, & projicientibus vestimenta sua, & pulverem jactantibus in aerem,
24. jussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, ut sciret propter quam causam sic acclamarent ei.
25. Et cùm astrinxissent eum loris: dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?
26. Quo audito, Centurio accessit ad tribunum, & nunciavit ei, dicens: Quid acturus es? hic enim homo civis Romanus est.
27. Accedens autem tribunus, dixit illi: Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam.
28. Et respondit tribunus: Ego multâ summâ civilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum.
29. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*videre justum, & audire*, &c. ut sup. Græc. Ὁ δὲ εἶπε· Ὁ Θεὸς..... προεχειρίσατό σε γνῶναι.... καὶ ἰδεῖν.... καὶ ἀκοῦσαι, &c. ut sup.

℣. 15. Ms. Cantabrig. *qui eris testis ejus apud omnes homines, eorum quæ*, &c. ut sup. Græcum textui Laud. consonat. Ms. tamen unus pro αὐτῷ, habet αὐτοῦ, post *testis*.

℣. 16. Ms. Cantabr. *Et nunc quid exspectas? Surge, & baptizare, & ..... invocans nomen ejus*. Græc. Καὶ νῦν τί μέλλεις; Ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς..... ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου· Mss. plures, ὄνομα αὐτοῦ.

℣. 17. Ms. Cantabrig. *Factum est autem mihi reverso Hierusalem, orante me in templo, fieri me in soporem*. Ambros. in Ps. 118. col. 1105. e. *Factum est revertenti mihi in Hierusalem, cùm orarem in templo, pavorem habui*. Gr. Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσ. καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει· al. deest με. Beda retract. in hunc loc. observat *pro* stupore mentis, *quosdam codices habere* mentis excessum, *alios* pavorem, *alios* alienationem. *Diversè enim*, infit, *interpretatur Latinè, quod Græcè dicitur, exstasis*.

℣. 18. Ms. Cantabrig. *& vidi eum dicentem mihi: Festina, & exi citò de Hierusalem: quia non recipient testimonium meum*. Ambros. in Ps. 118. col. 1105. f. *vidi illum dicentem mihi: Festina, & exi citiùs de Hierusalem: non enim recipient testimonium tuum de me*. Græcum textui Laud. congruit, nisi quòd habeat παραδέξονται, pro *recipiunt*; Ms. etiam unus ipso initio habet καὶ εἶδον, loco καὶ ἰδεῖν.

℣. 19. Ms. Cantabrig. *Et dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram in carcere includens, & cædens per synagogas*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco est, nisi quòd præponit ἐγὼ, verbo *dixi*; & in fine habet τοὺς πιστεύοντας ἐπί σε, *credentes in te*.

℣. 20. Ms. Cantabr. *& cùm effunderetur sanguis Stephani martyris, ego eram adsistens, & consentiens*: nec leguntur plura in Ms. deficit enim hîc codex. In Græco sic: καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός (πρωτομάρτυρός) σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων, &c. ut in textu Laud. Mss. quidam pro ἐφεστὼς, ponunt ἑστώς; alii verò tollunt τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ.

℣. 21. Græcum textui Laud. consonat, nisi excipias verbum ἐξαποστελῶ, pro *mittam*; at Ms. unus ἀποστελῶ. Vigil. Taps. l. 12. de Trin. legit: *Ito: quia ad Gentes longè positas ego mittam te*. Ambrosiast. col. 111. c. 140. c. *Vade: ego longè ad Gentes mittam te*.

℣. 22. Græc. concordat cum textu Laud. nisi excipias verbum καθῆκον, pro *fas*; ad verbum, *convenit*: Mss. plures ferunt καθῆκεν. Ambros. in Ps. 61. col. 961. f. legit: *Tolle à terra talem hunc*.

℣. 23. Græcum textui Laud. consonat, nisi quòd omittat vocem *sua*, & legat τὸν ἀέρα, *aerem*.

℣. 24. Græc. ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, ἵνα ἐπιγνῷ, &c. ut in textu. Mss. plures legunt εἰσάγεσθαι, pro ἄγεσθαι.

℣. 25. Græc. Ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν· εἶπε, &c. ut in textu Laud. Mss. plures scribunt προέτειναν, alii προέτεινον.

℣. 26. Græc. Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων· Ὅρα τί μέλλεις ποιεῖν, &c. ut in textu Laud. sed à Mss. pluribus abest Ὅρα.

℣. 27. Græcum Vulgatæ consonat: à Mss. tamen pluribus abest εἰ, *si*. August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 191. legit *Civis Romanus sum*, pro *Etiam*.

℣. 28. Græc. Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος· Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, &c. ut in textu Laud. Beda retract. in hunc loc. monet vocem πολιτείαν, magis *civilitatem* significare, *id est, socialem inter cives conversationem*.

℣. 29. Græc. Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν. Καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥω-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

torturi erant. Tribunus quoque timuit postquam rescivit, quia civis Romanus esset, & quia alligasset eum.

30. Postera autem die volens scire diligentiùs, qua ex causa accusaretur à Judæis, solvit eum, & jussit sacerdotes convenire, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

VERSIO ANTIQUA.

cipiebant eum torquere. Et tribunus autem timuit, comperto quia civis Romanus est, quoniam eum alligasset. Ex Ms. Laudiano.

30. Postera autem die volens scire certiùs quidnam accusaretur ab Judæis, solvit eum, & jussit convenire principes sacerdotum, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μαῖός ἐστι, ϗ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς.

℣. 30. Græc. Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ, τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, ϗ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς, ϗ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν, ϗ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς. Mss. quidam hab. κατηγορεῖτο, pro κατηγορεῖται· mox alii plures, ὑπὸ τῶν Ἰουδ. ex quibus aliqui delent ἀπὸ τῶν δεσμῶν, paulòque post habent συνελθεῖν, pro ἐλθεῖν· quidam etiam tollunt αὐτῶν, post συνέδριον.

# CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. INtendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem.

2. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os ejus.

3. Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens judicas me secundùm legem, & contra legem jubes me percuti?

4. Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis?

5. Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices.
Exod. 22. 28.

6. Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamavit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego judicor.
Phil. 3. 5.

7. Et cùm hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos, & soluta est multitudo.

8. Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem utraque confitentur.
Matth. 22. 23.

9. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes:

VERSIO ANTIQUA.

1. ADtendens autem concilio Paulus dixit: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum Deo usque hanc diem. Ex Ms. Laudiano.

2. Pontifex autem Ananias præcepit adstantibus ei percutere ejus os.

3. Tunc Paulus ad eum dixit: Percutere te incipiet Deus, paries dealbate. Et tu sedes *judicans me secundùm legem, & extra legem jubes me percuti? * Ms. judicas.

4. Qui autem circum, dixerunt: Principem sacerdotum Dei maledicis?

5. Ait autem Paulus: Nesciebam fratres quia est princeps sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non dixeris malè.

6. Sciens autem Paulus, quia una pars est Sadducæorum, & altera pars Pharisæorum, clamavit in concilio: Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe & de resurrectione mortuorum ego judicor.

7. Hoc autem eo dicente, facta est seditio inter Sadducæos & Pharisæos, & soluta est multitudo.

8. Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem confitentur utraque.

9. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, litigabant, dicentes:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. vel 241. e. legit: *Intendens in concilium Paulus dicit: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum coram Deo usque in hunc diem.* Græc. Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ εἶπεν..... ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. Ms. unus habet ἐν τῷ συνεδρίῳ.

℣. 2. Lucif. Calar. ubi sup. *Princeps autem sacerdotum Ananias circumstantibus se præcepit percuti os Pauli.* Græc. textui Laud. congruit.

℣. 3. Græc. Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. Καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, ϗ παρανομῶν, &c. ut in textu Latino. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. vel 241. e. legit: *Tunc Paulus ad eum dixit: Percutere te incipiet Deus, paries dealbate. Et tu sedes judicare de me secundùm legem, & contra legem jubes me percuti.* Ambros. in Ps. 36. & 61. col. 801. f. 959. e. *Percutere te incipiet Deus, paries dealbate. Et tu sedens judicas me secundùm legem, & extra legem jubes me percuti.* August. epist. 138. to. 2. col. 415. e. *Percutiet te Deus, paries dealbate. Sedes judicans me secundùm legem, & contra legem jubes me percuti:* similiter habet l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 191. e. *Percutiet te Deus, paries dealbate:* & l. de mendac. to. 6. col. 436. e. *Percutiet te Dominus, paries dealb. Et tu sedes judicare me,* &c. ut sup.

℣. 4. Græc. Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον. Τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς; Cypr. epist. 55. p. 81. & epist. 65. ac 69. pp. 113. 122. *Sic insilis in sacerdotem Dei, maledicendo?* Aug. l. 1. de serm. Do. in m. to. 3. col. 191. e. *Principi sacerdotum maledicis?* at epist. 138. to. 2. col. 415. e. *Injuriam facis principi sacerdotum?*

℣. 5. Græc. Ἔφη τε ὁ Παῦλος· Οὐκ ᾔδειν..... Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Cypr. epist. 55. p. 81. necnon epist. 65. & 69. pp. 113. 122. legit: *Nesciebam fratres quia pontifex est. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices.* August. l. 1. de ser. Do. in m. to. 3. col. 191. f. *Respondit: Nescivi fratres quia princeps est sac. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices:* & epist. 138. col. 415. e. *Nescivi fratres quia princeps est. Scriptum est enim: Principi,* &c. ut sup.

℣. 6. Græcum textui Laud. congruit, nisi quòd pro *& altera*, habet τὸ δὲ ἕτερον· tollit verò *de*, ante vocem *resurrectione*. Ms. unus ϗ τὸ ἕτερον· plures etiam loco Φαρισαίου, legunt Φαρισαίων· sed Beda comment. in hunc loc. ait *juxta Græcum* legendum *filium Pharisæi*. Tertul. verò l. de resur. carn. p. 581. b. habet: *Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe nunc & de resurrectione judicor apud vos.*

℣. 7. Græc. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων ϗ τῶν..... ϗ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος. Ms. unus loco λαλήσαντος, habet λαλοῦντος; & quidam ἐλύθη, pro ἐσχίσθη.

℣. 8. Græcum textui Laud. concinit, nisi quòd præponit μὲν, voculæ *enim*.

℣. 9. Græc. Ἐγένετο δὲ..... Καὶ ἀναστάντες οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων διεμάχοντο, λέγοντες· Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν..... εἰ δὲ Πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ Ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. Mss. quidam loco οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους, ponunt τινὲς, & ex his aliqui, cum aliis, tollunt in fine μὴ θεομαχῶμεν, *ne contra eum pugnemus.*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Laudiano.*

Nihil malum invenimus in homine isto: si autem Spiritus locutus est ei, ut Angelus?

10. Magna autem facta seditione, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, jussit exercitum descendens rapere eum de medio eorum, & reducere in castra.

11. Sequenti autem nocte adsistens ei Dominus, ait: Confide: sicut enim testificatus es de me in Hierosolyma, sic te oportet & Romæ testificari.

12. Facta autem die, facta * collectione Judæi devoverunt semetipsos dicentes, * neque manducare, neque bibere, donec occiderent Paulum.

* Ms. collectionem.
* Ms. ne.

13. Erant autem plùs quàm quadraginta, qui hanc conjurationem fecissent:

14. qui cùm accesserunt ad principes sacerdotum, & seniores, dixerunt: Devotione devovimus nos ipsos nihil gustare, donec occidamus Paulum.

15. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, ut deducat eum ad vos, tanquam aliquid cognituros certius de eo. Nos autem priùs quàm adpropiet, * eum, parati sumus interficere illum.

* Eum *redundat*, *vel legendum* ille.

16. Audiens autem filius sororis Pauli de insidiis, adveniens, & ingressus in castra, nunciavit Paulo.

17. Advocans autem Paulus unum ex Centurionibus, ait adolescentem nunc perduci ad tribunum, habet enim indicare aliquid illi.

18. Ille quidem adsumens eum eduxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus advocans me rogavit hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

19. Adprehendens autem manum ejus tribunus, & secedens in parte, interrogabat: Quod est, quod habes indicare mihi?

20. Dixit autem: Quia Judæi constituerunt rogare te, ut crastina die Paulum deducas in concilium, quasi volens certius inquirere de eo:

21. tu verò ne credideris illis, insidiantur enim illum ex eis viri plùs quadraginta, qui devoverunt seipsos non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc sunt parati, exspectantes quæ à te repromissionem.

22. Igitur tribunus dimisit adolescentem, præ-

## VULGATA NOVA.

Nihil mali invenimus in homine isto: quid si Spiritus locutus est ei, aut Angelus?

10. Et cùm magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, jussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.

11. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

12. Facta autem die collegerunt se quidam ex Judæis, & devoverunt se dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.

13. Erant autem plùs quàm quadraginta viri, qui hanc conjurationem fecerant:

14. qui accesserunt ad principes sacerdotum, & seniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

15. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, ut producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos verò priùs quàm appropiet, parati sumus interficere illum.

16. Quod cùm audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intravit in castra, nunciavitque Paulo.

17. Vocans autem Paulus ad se unum ex Centurionibus, ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.

18. Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogavit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

19. Apprehendens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogavit illum: Quid est, quod habes indicare mihi?

20. Ille autem dixit: Judæis convenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo:

21. tu verò ne credideris illis, insidiantur enim ei ex eis viri ampliùs quàm quadraginta, qui se devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt, exspectantes promissum tuum.

22. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præ-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. b. legit: *Cùm magna dissensio esset inter illos, timens tribunus ne raptus fuisset Paulus ab illis, jussit exercitum descendere, & rapere eum in castris.* Græc. Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς, &c. ut sup. Mss. plures pro εὐλαβηθεὶς, habent φοβηθείς· alii paulò post legunt, καταβῆναι, καὶ ἁρπάσαι· at unus ἀπάγειν, pro ἄγειν.

℣. 11. Lucifer Cal. ubi sup. Vulgatæ concinit, excepto quòd habeat *sic oportet te etiam*, loco *sic te oportet &*. Gr. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ..... Θάρσει Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι. In Mss. pluribus deest Παῦλε. Ambrosiast. col. 39. f. habet: *Noli timere Paule: sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita & Roma.*

℣. 12. Lucifer Cal. ubi sup. eadem legit quæ in Vulg. exceptis his, *neque manducare, neque bibere.* Græc. Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰουδαίων συστροφὴν ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, λέγοντες μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν, &c. Mss. quidam pro τινες τῶν Ἰουδ. ferunt οἱ Ἰουδαῖοι.

℣. 13. Lucif. Cal. loco cit. *Erant autem ferè quadraginta, qui hanc*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα οἱ ταύτην, &c.

℣. 14. Lucifer Cal. ubi sup. *qui & accesserunt ad principes sac. & indicaverunt, dicentes: Devotionem vovimus nos nihil gustare in totum, donec occidamus Paulum.* Græc. οἵτινες προσελθόντες τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον· Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς μηδενὸς γεύσασθαι, ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν, &c. al. ἕως ἂν ἀποκτ.

℣. 15. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. *Nunc ergo vos colligite concilium, & notum facite tribuno, ut deducat eum ad vos, quasi de eo diligentiùs quæsituros. Nos verò priùs quàm appropiet, parati sumus interficere eum.* Græc. Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, &c. ut sup. In Mss. pluribus deest αὔριον· paulò verò post legunt quidam μέλλοντες, pro μέλλοντας.

℣. 16. Græc. Ἀκούσας δὲ ὁ υἱός..... τὴν ἐνέδραν, παραγενόμενος, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ, &c.

℣. 17. Græc. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν, &c. ut in Vulg.

℣. 18. Græc. Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καί φησιν· Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε, &c. ut in textu Laud. aliàs deest προσκαλεσάμενος.

℣. 19. Græc. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο· Τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι;

℣. 20. Græc. textui Laud. favet, nisi quòd habeat ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον, pro *quasi volens certius*: sed in Mss. quibusdam ὡς μέλλων, al. μέλλοντι, al. μέλλοντα.

℣. 21. Græc. σὺ οὖν μὴ πεισθῇς, &c. ut in textu, nisi exceperis μήτε, pro *non*, & ἀνέλωσιν, pro *interficiant*.

℣. 22. Græcum textui Laud. favet.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

cipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota sibi fecisset.

23. Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis:

24. & jumenta præparate, ut imponentes Paulum, salvum perducerent ad Felicem præsidem.

25. (Timuit enim ne fortè raperent eum Judæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam.)

26. scribens epistolam continentem hæc: CLAUDIUS Lysias optimo præsidi, Felici, salutem.

27. Virum hunc comprehensum à Judæis, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est:

28. Volensque scire causam, quam objiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum.

29. Quem inveni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil verò dignum morte aut vinculis habentem criminis.

30. Et cùm mihi perlatum esset de insidiis, quas paraverant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus ut dicant apud te. Vale.

31. Milites ergo secundùm præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

32. Et postera die dimissis equitibus ut cum eo irent, reversi sunt ad castra.

33. Qui cùm venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.

34. Cùm legisset autem, & interrogasset de qua provincia esset: & cognoscens quia de Cilicia,

35. Audiam te, inquit, cùm accusatores tui venerint. Jussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

**VERSIO ANTIQUA.**

cipiens nemini loqueretur quia hæc nota fecisti ad me. *Ex Ms. Laudiano.*

23. Et advocans * duos quosdam de Centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut eant usque ad Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: ** Ms. duo.*

24. jumenta quoque præparate, ut imponentes Paulum, salvum perducerent ad Felicem præsidem:

25. ... *Vide Not.*

26. scribens epistolam habentem formam hanc: CLAUDIUS Lysias optimo præsidi, Felici, salutem.

27. Virum istum comprehensum ab Judæis, & * incipientem occidi ab eis, superveniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est. ** Ms. incipiente prima manu; sec. incipiente.*

28. Volentes autem scire causam, de qua objiciebant ei, deduxi eum in concilium eorum.

29. Quem inveni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil verò dignum morte aut vinculis crimen habentem.

30. Indicatis autem mihi de insidiis in virum esse ex ipsis, misi ad te, demandans & accusatoribus ejus * dicere ad eum apud te. Vale. ** Ms. dicare.*

31. Milites ergo secundùm præceptum illis, susceptum Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem.

32. Et postera die relictis equitibus ire cum eo, reversi sunt in castra.

33. Qui cùm venissent in Cæsaream, & reddentes epistolam præsidi, statuerunt ei.

34. Cùm * legisset autem, & interrogavit de qua provincia esset: & cognoscens quoniam ex Cilicia, ** Ms. legissent.*

35. Audiam te, ait, cùm & accusatores tui advenerint: jubens in prætorio Herodis custodiri eum.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 23. Græc. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο, &c. ut in textu Laud. nisi excipias vocem δεξιολάβους, loco *lancearios*; mel. *satellites*, vel *stipatores*, quòd sint dextri vel proximi à rege; al. δεξιοβόλους· vocantur etiam δορυφόροι, *hastati*.

℣. 24. Græc. κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον, διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν ἡγεμόνα.

℣. 25. Quæ sequuntur hîc in Vulg. *Timuit enim*, &c. absunt à textu nostro Laud. ut & à Græco hodierno: leguntur tamen in Velesianis lectionibus, si Millio fides.

℣. 26. Græc. γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον· Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν. Mss. quidam pro περιέχουσαν, legunt ἔχουσαν, ut in textu Laud.

℣. 27. Græc. textui Laud. congruit, nisi quòd habeat μέλλοντα, pro *incipientem*; & ἐπιστὰς, pro *superveniens*; melius *instans*: addit quoque αὐτὸν, post *eripui*; quæ vocula in Mss. pluribus deest.

℣. 28. Græc. Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν, &c. ut sup.

℣. 29. Græc. Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα.

℣. 30. Græc. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο. Mss. quidam tollunt verbum μέλλειν, cum his, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων· alii plures retinent μέλλειν, absque ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων· unus, pro τὰ πρὸς αὐτὸν, habet simpliciter αὐτοῦ. In Velesianis lect. sic: Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς ἣν ἡτοίμασαν αὐτῷ, ἔπεμψα αὐτὸν πρός σε.

℣. 31. Græc. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, &c. ut in textu Lat.

℣. 32. Græc. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, &c. ut in Lat.

℣. 33. Græc. Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ. Mss. quidam initio ferunt Οἵτινες ἐλθόντες.

℣. 34. Græc. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας. A Mss. pluribus abest ὁ ἡγεμών.

℣. 35. Græc. Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται. Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ, &c. ut in Lat. Mss. quidam pro Ἐκέλευσε, legunt κελεύσας; & transferunt αὐτὸν, post verbum *custodiri*, ut in textu Laud.

# CAPUT XXIV.

**VULGATA NOVA.**

1. POst quinque autem dies descendit princeps sacerdotum, Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem adversùs Paulum.

2. Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus,

**VERSIO ANTIQUA.**

1. POst autem quinque dies descendit princeps sacerdotum, Ananias, cum senioribus quibusdam, & oratore Tertullo quodam, qui insinuaverunt præsidem adversùs Paulum. *Ex Ms. Laudiano.*

2. Vocato autem eo, cœpit accusare Tertullus,

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Græcum textui Laud. congruit, nisi quòd deleat vocem *quibusdam*, & legat ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι, pro *insinuaverunt præsidem*; mel. *indicaverunt præsidi*. Mss. tamen quidam addunt τινῶν, voci *senioribus*.

℣. 2. Græc. Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων· Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορ-



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Ms. Landiano. dicens: Cùm multa pace habitantes per te, & correctionum fientium genti huic per tuam providentiam;

3. ſemperque & ubique excipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.

4. Ut autem ne diutius te protraham, rogo te audire nos breviter tuæ clementiæ.

5. Invenientes enim virum hunc peſtem, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis, qui per orbem ſunt, auctorem autem Nazorenorum ſectæ:

6. qui & templum conatus eſt inquinare, quem & comprehendimus, & ſecundùm noſtram legem voluimus judicare.

7. Tranſiens autem Lyſias tribunus, cum multa vi de manibus noſtris eduxit,

8. jubens accuſatores ejus venire ante te: quo poſſis ipſe judicans, de omnibus iſtis cognoſcere, quibus nos accuſamus * eum.

* Ms. eo.

9. Adjecerunt autem & Judæi, dicentes hæc ita habere.

10. Reſpondit autem Paulus, (adnuente ſibi Præſide dicere:) Ex multis annis eſſe te judicem juſtum genti huic ſciens, longanimiter pro meipſo ſatisfaciam:

11. potente te cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies duodecim, ex quo aſcendi adorare in Hieruſalem:

12. & neque in templo invenerunt me ad aliquem diſputantem, * aut concurſum facientem turbæ, neque in ſynagogis,

* Ms. ad.

13. neque circa civitatem: neque probare poſſunt tibi de quibus nunc accuſant me.

14. Confiteor autem hoc tibi, quòd ſecundùm viam, quam dicunt * hæreſim, ſic deſervio patrio Deo, credens omnibus, quæ in Lege, & Prophetis ſcripta ſunt:

* Ms. hæreſis.

15. ſpem habens in Deum, quam & ipſi hi exſpectant, reſurrectionem futuram eſſe mortuorum juſtorumque, & iniquorum.

16. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ſemper apud Deum, & apud homines.

17. Poſt annos autem plures, eleemoſynas fa-

**Vulgata nova.**

dicens: Cùm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam;

3. ſemper & ubique ſuſcipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.

4. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tua clementia.

5. Invenimus hunc hominem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis in univerſo orbe, & auctorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum:

6. qui etiam templum violare conatus eſt, quèm & apprehenſum voluimus ſecundùm legem noſtram judicare.

7. Superveniens autem tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris,

8. jubens accuſatores ejus ad te venire: à quo poteris ipſe judicans, de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum.

9. Adjecerunt autem & Judæi, dicentes hæc ita ſe habere.

10. Reſpondit autem Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere:) Ex multis annis te eſſe judicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam.

11. Potes enim cognoſcere, quia non plus ſunt mihi dies, quàm duodecim, ex quo aſcendi adorare in Jeruſalem:

12. & neque in templo invenerunt me cum aliquo diſputantem, aut concurſum facientem turbæ, neque in ſynagogis,

13. neque in civitate: neque probare poſſunt tibi de quibus nunc me accuſant.

14. Confiteor autem hoc tibi, quòd ſecundùm ſectam, quam dicunt hæreſim, ſic deſervio Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in Lege, & Prophetis ſcripta ſunt:

15. ſpem habens in Deum, quam & hi ipſi exſpectant, reſurrectionem futuram juſtorum, & iniquorum.

16. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper.

17. Poſt annos autem plures, eleemoſynas fa-

**Notæ ad Versionem antiquam.**

θωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ, &c. ut in Lat. Mſs. quidam loco κατορθωμάτων, legunt διορθωμάτων; unus addit πολλῶν.

℣. 3. Græc. πάντη τε ϗ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, &c. ut in Lat. Mſ. unus pro πάντη τε, ſcribit πάντοτε; paulòque poſt alter, ὑποδεχόμεθα.

℣. 4. Græc. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ· aliàs deeſt σε.

℣. 5. Græc. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, ϗ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως. Mſs. plures pro στάσιν, legunt στάσεις.

℣. 6. Græc. ὃς ϗ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, &c. ut in Lat. At Beda comment. in hunc loc. poſt verbum *apprehendimus*, ſtatim ſubjungit, *à quo poteris ipſe judicans*, &c. è ℣. 8. prætermiſſis omnibus intermediis, quæ etiam abeſſe à Mſs. pluribus Græcis teſtantur Eraſmus, & Millius. Beda tamen loco cit. monet quoſdam codices ſuos, omiſſos ab aliis verſiculos habere, *qui in Græco ita leguntur: Quem & apprehendimus, & ſecundùm noſtram legem voluimus judicare. Tranſiens autem Lyſias tribunus cum multis, vi è manibus noſtris eduxit, jubens accuſatores ejus venire ante te: quo poſſis ipſe judicans, de omnibus iſtis cognoſcere.*

℣. 7. Græc. Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε· al. βίᾳ πολλῇ, & in fine ἀφείλετο, pro ἀπήγαγε. Vide quæ ſupra ex Beda.

℣. 8. Hic verſus, qualis in textu noſtro Laud. exſtat, bene convenit cum his quæ retulimus ſupra ℣. 6. ex Beda. In Græco hodierno ſic refertur: κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπί σε· παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας, &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam ipſo initio ferunt κελεύων, pro κελεύσας, cui alii addunt ϗ, omittentes ἐπί σε, poſt ἔρχεσθαι.

℣. 9. Græcum textui Laud. conſonat, niſi quòd pro *Adjecerunt*, habet Συνέθεντο, al. Συνεπέθεντο.

℣. 10. Græc. Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ..... Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι. Mſs. plures addunt δίκαιον, ad κριτήν; & horum quidam, cùm aliis, legunt εὐθύμως, pro εὐθυμότερον.

℣. 11. Græc. δυναμένου σου γνῶναι, &c. ut in Vulg. niſi quòd pro *adorare*, habet προσκυνήσων· al. verò προσκυνῆσαι· Mſs. etiam plures tollunt ἤ, *quàm*, poſt *dies*.

℣. 12. Græcum textui Laud. congruit.

℣. 13. Græc. οὔτε κατὰ τὴν πόλιν· οὔτε παραστῆσαι δύνανται περὶ ὧν, &c. ut in textu Lat. Mſs. quidam addunt σοὶ, verbo δύνανται.

℣. 14. Græcum à textu Laud. non differt, niſi voce αἵρεσιν, loco *hæreſis*, & κατὰ τὸν νόμον ϗ ἐν, pro *in lege &*; at Epiph. ἐν τῷ νόμῳ. Pro his verò quæ leguntur in Vulg. *ſecundùm ſectam, quam dicunt hæreſim;* obſervat Beda comment. in hunc loc. meliùs legi in Græco, *ſecundùm viam, quam dicunt hæreſim. Quæ enim*, infit, *conſequentia eſt, eum, qui Græcè locutus eſt, dicere* ſecundùm ſectam, quam dicunt hæreſim; *cùm idem Latinè* ſecta, *quod* hæreſis *Græcè ſignificet?*

℣. 15. Græcum textui Laud. concinit ad verbum; ſed Mſs. quidam omittunt vocem νεκρῶν, *mortuorum*.

℣. 16. Græc. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς, &c. ut in Vulg. Mſ. unus habet, Ἐν τούτῳ ϗ· alii plures Ἐν τούτῳ δὲ ϗ.

℣. 17. Græc. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου, ϗ προσφοράς. In Veleſ. lect. additur ϗ εὐχὰς, ut in Vulg. Beda tamen retract. in hunc

Digitized by Google

| Vulgata nova. | Versio antiqua. |
|---|---|
| ...cturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota. | ...cturus in gente mea, & oblationes, adveni. *Ex Ms. Laudiano.* |
| Sup. 21. 26. 18. In quibus invenerunt me purificatum in templo; non cum turba, neque cum tumultu. | 18. In quibus invenerunt me purificatum in templo; non cum turba, neque cum tumultu. |
| 19. Quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te præstò esse, & accusare si quid haberent adversùm me: | 19. Quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te adesse, & accusare si quid haberent ad me: |
| 20. aut hi ipsi dicant si quid invenerunt in me iniquitatis, cùm stem in concilio, | 20. aut hi ipsi dicant quid invenerunt in me iniquum, stantem me in concilio, |
| 21. nisi de una hac solummodo voce, qua Sup. 23. 6. clamavi inter eos stans: Quoniam de resurrectione mortuorum ego judicor hodie à vobis. | 21. nisi de una voce hac, quam clamavi inter eos stans: Quia de resurrectione mortuorum ego judicor hodie à vobis. |
| 22. Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens: Cùm tribunus Lysias descenderit, audiam vos. | 22. Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de via, dicens: Quia cùm Lysias tribunus descenderit, audiam quæ ad vos. |
| 23. Jussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. | 23. Jussitque Centurioni custodire eum, habere tamen requiem, & neminem prohibere de suis ministrare illi. |
| 24. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum Jesum. | 24. Post autem aliquot dies adveniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, vocavit Paulum, & audivit eum quæ est in Christum Jesum fides. |
| 25. Disputante autem illo de justitia, & castitate, & de judicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te: | 25. Disputante autem illo de justitia, & castitate, & judicio futuro, exterritus factus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersiam te: |
| 26. simul & sperans, quòd pecunia ei daretur à Paulo; propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. | 26. simul & sperans, quia pecunia detur ei à Paulo; propter quod & frequenter eum accersiens, loquebatur cum eo. |
| 27. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum. | 27. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum. |

### Notæ ad Versionem antiquam.

loc. ait *in Græco non esse* vota *addita.*

℣. 18. Itidem in Græco est.

℣. 19. Græc. Τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας, &c. ut in textu Laud.

℣. 20. Græcum cum Vulgata concordat, si exceperis ἀδίκημα, loco *iniquitatis.*

℣. 21. Græc. ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἔκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, &c. ut in textu Laud.

℣. 22. Græc. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ, ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών· Ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς. Mss. quidam sublatis his, Ἀκούσας δὲ ταῦτα, ita incipiunt: Ἀνεβάλετο δὲ αὐτοὺς ὁ Φῆλιξ· al. Ἀνέβαλλεν. Item pro διαγνώσομαι τὰ, &c. Veles. lect. habent ἀκούσομαι ὑμῶν, ut in Vulg.

℣. 23. Græc. Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ. Ms. unus loco τηρεῖσθαι, habet τηρεῖν, cui verbo alii plures addunt αὐτὸν, sicut αὐτῷ, verbo ὑπηρετεῖν· iidem verò tollunt ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

℣. 24. Græc. Μετὰ δὲ... παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν... μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Mss. plures addunt Ἰησοῦν, ad Χριστὸν.

℣. 25. Eadem leguntur in Græco, nisi excipias vocem ἐγκρατείας, quæ meliùs *continentiam* sonat, quàm *castitatem.*

℣. 26. Græc. ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ. Mss. plures tollunt δὲ, post ἅμα; sicut ex illis quidam, ὅπως λύσῃ αὐτὸν, *ut solveret eum.*

℣. 27. Eadem leguntur in Græco, præter vocem unam χάριτας, pro *gratiam;* sed in Mss. quibusdam χάριτα, in aliis χάριν.

## CAPUT XXV.

| Vulgata nova. | Versio antiqua. |
|---|---|
| 1. Festus ergo cùm venisset in provinciam, post triduum ascendit Jerosolymam à Cæsarea. | 1. Festus ergo cùm venisset in provincia, post triduum ascendit in Hierosolyma à Cæsarea. *Ex Ms. Laudiano.* |
| 2. Adieruntque eum principes sacerdotum, & primi Judæorum, adversùs Paulum: & rogabant eum, | 2. Manifestaverant autem ei principes sacerdotum, & priores Judæorum, adversùs Paulum: & rogabant eum, |
| 3. postulantes gratiam adversùs eum, ut juberet perduci eum in Jerusalem, insidias tendentes ut interficerent eum in via. | 3. postulantes gratiam adversùs eum, ut accerseret eum in Hierusalem, insidias facientes ut interficerent eum in via. |
| 4. Festus autem respondit, servari Paulum in Cæsarea: se autem maturiùs profecturum. | 4. Festus igitur respondit, servari Paulum in Cæsarea: se autem maturiùs profecturum. |

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. d. *Festus autem cùm venisset in provinciam præses, ascendit Hierosolymam:* mox subdit: *insidias tendentes*, &c. ex versu 3. Græc. Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, &c. ut in textu Laud.

℣. 2. Græc. Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, &c. ut sup. In Mss. quibusdam, οἱ ἀρχιερεῖς.

℣. 3. Græcum textui Laud. favet, nisi quòd habet ἀνελεῖν, pro *ut interficerent;* Ms. unus mel. τοῦ ἀνελεῖν.

℣. 4. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. d. *Festus ergo respondit, Paulum quidem servari in Cæsarea: se autem maturiùs proficisci.* Græc. Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη... ἑαυτὸν

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Laudiano. 5. Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes, ſi quod eſt in viro inlicitum, accuſent eum.

6. Demoratus eſt autem inter eos dies non ampliùs octo, aut decem: deſcendens in Cæſaream, in craſtinum ſedens pro tribunali, juſſit Paulum adduci.

7. Adveniente autem eo, circumſteterunt eum, qui ab Hieroſolyma deſcenderant Judæi, multas & graves cauſas objicientes Paulo, quas non * vincebant probare;

* F. valebant.

8. Paulo autem rationem reddente: Quoniam neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccavi.

9. Feſtus autem volens Judæis gratiam præſtare, reſpondens Paulo, dixit: Vis in Hieroſolyma aſcendens, ibi de his judicari apud me?

10. Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæſaris ſtans ſum, ubi me oportet judicari: Judæos non nocui, ſicut & tu meliùs cognoſcis.

11. Si quidem nocui, aut dignum morte feci aliquid, non recuſo mori: ſi verò nihil eſt eorum, quæ iſti accuſant me, nemo me poteſt illis donare. Cæſarem invoco.

12. Tunc Feſtus conlocutus cum concilio, reſpondit: Cæſarem invocaſti? ad Cæſarem ibis.

13. Diebus autem tranſactis aliquot, Agrippa rex, & Beronice demorati ſunt in Cæſaream ſalutandum Feſtum.

14. Cùm autem plures dies demorarentur ibi, Feſtus regi indicavit de Paulo, dicens: Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus,

15. de quo cùm fuiſſem in Hieroſolyma, adierunt principes ſacerdotum, & ſeniores Judæorum, poſtulantes adversùs eum judicium.

16. Ad quos reſpondi: Quia non eſt conſuetudo Romanis donare aliquem hominem, priùs quàm qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, & locum excuſationis accipiat de crimine.

17. Convenientium enim eorum in præſente, ſine ulla dilatione faciens, ſequenti die ſedens pro tribunali, juſſi adduci virum.

18. De quo ſtantes accuſatores nullam culpam deferebant, de quibus ſuſpicabar ego malis:

## VULGATA NOVA.

5. Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum.

6. Demoratus autem inter eos dies non ampliùs quàm octo, aut decem, deſcendit Cæſaream, & altera die ſedit pro tribunali, & juſſit Paulum adduci.

7. Qui cùm perductus eſſet, circumſteterunt eum, qui ab Jeroſolyma deſcenderant Judæi, multas & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare,

8. Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccavi.

9. Feſtus autem volens gratiam præſtare Judæis, reſpondens Paulo, dixit: Vis Jeroſolymam aſcendere, & ibi de his judicari apud me?

10. Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet judicari: Judæis non nocui, ſicut tu meliùs noſti.

11. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori: ſi verò nihil eſt eorum, quæ hi accuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello.

12. Tunc Feſtus cum concilio locutus, reſpondit: Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.

13. Et cùm dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex, & Bernice deſcenderunt Cæſaream ad ſalutandum Feſtum.

14. Et cùm dies plures ibi demorarentur, Feſtus regi indicavit de Paulo, dicens: Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus,

15. de quo cùm eſſem Jeroſolymis, adierunt me principes ſacerdotum, & ſeniores Judæorum, poſtulantes adversùs illum damnationem.

16. Ad quos reſpondi: Quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priùs quàm is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

17. Cùm ergo huc conveniſſent ſine ulla dilatione, ſequenti die ſedens pro tribunali, juſſi adduci virum.

18. De quo cùm ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι.

℣. 5. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. *Itaque qui inter vos ſunt, deſcendant: & ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eum.* Græcum Vulgatæ congruit, ſi exceperis unum τούτῳ, pro *crimen;* at Mſs. plures ferunt ἄτοπον ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ· alii, ἐν τῷ ἀνδρὶ ἄτοπον· al. ἔγκλημα ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ.

℣. 6. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. *Demoratus ergo inter eos non plùs quàm octo, aut decem dies, deſcendit Cæſaream, & altero die ſedit pro tribunali, & juſſit citari Paulum.* Gr. Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας, &c. ut in textu Laud. Mſs. quidam habent, ἡμέρας πλείους ἢ ὀκτώ· alii, πλείους ὀκτὼ, ἢ δέκα· alii, οὐ πλείους ὀκτὼ, ἢ δέκα· ſubinde unus, καὶ τῇ ἐπαύριον.

℣. 7. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. b. *Qui cùm adductus eſſet, circumſteterunt eum Judæi, qui ab Hieroſolymis deſcenderant, multa & gravia crimina objicientes, quæ probare non poterant.* Græc. Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι. Mſs. plures addunt αὐτὸν, verbo περιέστησαν; alii αὐτῷ. ſubinde quidam tollunt κατὰ τοῦ Παύλου.

℣. 8. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. *Paulo autem rationem reddente, quòd neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæſarem aliquid deliquerit.* Græc. ἀπολογουμένου αὐτοῦ· Ὅτι οὔτε, &c. ut in textu Laud. Mſ. unus, ἀπολογουμένου δὲ αὐτοῦ· alii plures, Παύλου ἀπολογουμένου· & in fine quidam ἥμαρτεν, pro ἥμαρτον, quod in cæteris exſtat.

℣. 9. Græcum textui Laud. conſonat, niſi exceperis ἀναβὰς, pro *aſcendens.*

℣. 10. Græcum à textu Laud. non differt, niſi uno οὐδὲν ἠδίκησα, pro *non nocui.*

℣. 11. Græc. Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον, &c. ut in textu Lat.

℣. 12. Græcum concordat cum textu Laud.

℣. 13. Græcum textui Laud. favet, excepto quòd ſcribit Βερνίκη, loco *Beronice*, & κατήντησαν, *pervenerunt*, pro *demorati ſunt.*

℣. 14. Græcum rurſus textui Laud. concinit, niſi excipias ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, pro *indicavit de Paulo:* aliàs deeſt τά; aliàs ponitur τό. Ambroſ. in Pſ. 36. col. 801. c. habet: *& Feſtus ait: Vir quidam eſt relictus à Felice in cuſtodia.*

℣. 15. Græc. περὶ οὗ γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ, &c. ut in textu Laud. Mſs. tamen plures pro ultima voce δίκην, ponunt καταδίκην.

℣. 16. Græc. Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην· Ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ...... τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος· Mſs. plures delent εἰς ἀπώλειαν. Zozim. epiſt. ad epiſc. Afr. to. 1. p. 954. a. eadem refert quæ leg. in Vulg.

℣. 17. Græc. Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, &c. ut ſupra. Mſ. unus initio habet Συνελθόντων δέ.

℣. 18. Græc. Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον, ὧν ὑπενόουν ἐγώ. Mſs. quidam ſubdunt πονηρὰν, voci ἐγώ· al. πονηρὸν, al. πονηρῶν.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

19. Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant adversùs eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

20. Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Jerosolymam, & ibi judicari de istis.

21. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.

22. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

23. Altera autem die, cùm venisset Agrippa, & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus civitatis, jubente Festo, adductus est Paulus.

24. Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jerosolymis, petentes & acclamantes non oportere eum vivere ampliùs.

25. Ego verò comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, judicavi mittere.

26. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid scribam.

27. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & causas ejus non significare.

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Laudiano.*

19. Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant adversùs eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

20. Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Hierosolyma, & ibi judicari de istis.

21. Paulo autem appellante servari eum in Sebasti cognitionem, jussi servari eum, donec remittam eum ad Cæsarem.

22. Agrippa autem ad Festum dixit: Volebam & ipse hominem audire. At ille: Cras, inquit, audies eum.

23. Crastina verò, veniente Agrippa, & Beronice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus constitutis civitatis, & jubente Festo, adductus est Paulus.

24. Et ait Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellaverunt mihi Hierosolymis, exclamantes non oportere eum vivere ampliùs.

25. Ego autem compertus nihil dignum eum morte egisse. Ipso autem hoc invocante Augustum, judicavi mittere eum.

26. De quo scribam domino quid non habeo. * Propter quod produxi eum coram vos, & maximè ante te, rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid scribam.

27. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & eas, quæ adversùs eum sunt, culpas non significare.

* *In Ms. interseruntur hæc verba*, propter quod non habeo; *quæ hic redundare videntur.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 19. Græcum textui Lat. congruit.

℣. 20. Græc. Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, &c. ut in Vulg. aliàs deest εἰς, aliàs verò περί· Ms. etiam quidam tollit εἰς, ante Ἱερουσαλήμ; alii autem legunt εἰς Ἱεροσόλυμα.

℣. 21. Græcum à textu Laud. non differt, nisi uno πέμψω, pro *remittam*; at Mss. plures, ἀναπέμψω.

℣. 22. Rursus concordat Græcum cum textu Laud.

℣. 23. Eadem leguntur in Græco quæ in textu Laud. nisi excipias οὖν, *ergo*, pro *verò*; Βερνίκης, pro *Beronice*; φαντασίας, *ostentatione*, pro *ambitione*; ac τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι, pro *principalibus constitutis*; Mss. quidam delent οὖσι.

℣. 24. Græcum textui Laud. congruit, uno excepto ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, pro *Hierosolymis*. Ms. etiam unus pro ἐνέτυχον, *interpellaverunt*, legit ἐνέτυχε, ut in Vulg.

℣. 25. Accinit Græcum, nisi hæc excipias, ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, pro *invocante Augustum*. Insuper Mss. quidam in principio ferunt καταλαβόμην, *apprehendi*, vel *comperi*, ut in Vulg. pro καταλαβόμενος, quod in aliis exstat.

℣. 26. Græc. Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ οὐκ ἔχω. Διὸ προήγαγον αὐτὸν, &c. ut in textu Laud. excepta voce ἀνακρίσεως, *inquisitione*, pro *interrogatione*.

℣. 27. Græcum textui Laud. consonat.

---

# CAPUT XXVI.

### Vulgata nova.

1. Agrippa verò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere.

2. De omnibus, quibus accusor à Judæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cùm sim defensurus me hodie,

3. maximè te sciente omnia, & quæ apud Judæos sunt consuetudines, & quæstiones: propter quod obsecro patienter me audias.

4. Et quidem vitam meam à juventute, quæ ab initio fuit in Jerosolymis, noverunt omnes Judæi:

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Laudiano.*

1. Agrippa autem ad Paulum ait: Permittitur de teipso loqui. Tunc Paulus extensa manu rationem reddebat.

2. De omnibus, de quibus accusor à Judæis, rex Agrippa, æstimo meipsum beatum, apud te incipiens rationem reddere hodie,

3. maximè scientiam habenti omnium, quæ apud Judæos sunt, consuetudinesque, & quæstiones: propter quod obsecro patienter audire me.

4. Et quidem vitam meam ab initio juventutis * factam in gente mea in Hierosolymis, noverunt omnes Judæi:

* *Ms.* factum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Mss. quidam, loco ὑπὲρ σεαυτοῦ, legunt περὶ σεαυτοῦ.

℣. 2. Ambrof. in Pf. 118. col. 1083. e. legit: *De omnibus, quibus accusor, rex Agrippa, à Judæis; de his æstimo me felicem, apud te incipiens rationem reddere.* Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 248. b. *De omnibus, quibus accusor à Judæis, ô rex Agrippa, existimo me beatum, cùm apud te sim hodie defendendus.* Beda comment. in Act. legit: *æstimo me beatum apud te, cùm sis defensurus me hodie*: sed monet, *hunc versum aliam editionem sic transtulisse: æstimo meipsum beatum, apud te incipiens rationem reddere hodie*: quod textui nostro Laud. optimè congruit. In Græco sic: Περὶ πάντων, ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον· alias deest σήμερον.

℣. 3. Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 248. b. sic habet: *qui præcipuè nosti cunctas, quæ in Judæis sunt, consuetudines, & quæstiones.* Græc. μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε, καὶ ζητημάτων· διὸ δέομαί σου μακροθύμως ἀκοῦσαί μου. Mss. plures tollunt σου, post δέομαι.

℣. 4. Græc. Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Laudiano.*

5. præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quia ſecundùm certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.

6. Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt à Deo, ſto judicandus:

7. in quam duodecim tribus noſtræ, ex tenacitate nocte ac die * deſervientes, ſperant devenire. De qua ſpe accuſor ab Judæis, rex.

8. Quid incredibile judicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?

9. Ego quidem exiſtimavi, meipſum adverſùs nomen Jeſu Nazoræi * debere multa contraria agere:

10. quod & feci in Hieroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus concluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: cùm occiderent autem, detuli ſententiam.

11. Et ſuper omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare: ampliùs etiam inſaniens, eos perſequebar uſque & in exteras civitates.

12. In quibus introiens in Damaſcum cum poteſtate, & permiſſione principum ſacerdotum,

13. die media per viam, vidi, rex, de cœlo ſuper ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen, & eos, qui mecum ambulabant.

14. Omnibuſque procidentibus nobis in terram, audivi vocem loquentem ad me Hebraicâ linguâ: Saule, Saule, quid me perſequeris? durum tibi eſt contra ſtimulum calcitrare.

15. Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit ad me: Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris.

16. Sed exſurge, & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, conſtituere te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ vidiſti, & eorum quibus apparebo tibi,

17. eripiens te de populo, & gentibus, ad quos ego mitto te,

18. aperire oculos cæcorum, ut convertantur de tenebris in lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, & accipiant eis remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos omnes, fide, quæ eſt in me.

19. Unde rex Agrippa, non fui incredulus cœleſti viſioni:

20. ſed eis, qui ſunt in Damaſco primùm, &

* *In Mſ.* deſerviens ſperat, *ob nominat. Græc.* δωδεκάφυλον.

* *Mſ.* dere.

VULGATA NOVA.

5. præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniam ſecundùm certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.

6. Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto judicio ſubjectus:

7. in quam duodecim tribus noſtræ, nocte ac die deſervientes, ſperant devenire. De qua ſpe accuſor à Judæis, rex.

8. Quid incredibile judicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?

9. Et ego quidem exiſtimaveram, me adverſùs nomen Jeſu Nazareni debere multa contraria agere:

10. quod & feci Jeroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cùm occiderentur, detuli ſententiam. *Sup. 8, 3.*

11. Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare: & ampliùs inſaniens in eos, perſequebar uſque in exteras civitates.

12. In quibus, dum irem Damaſcum cum poteſtate, & permiſſu principum ſacerdotum, *Sup. 9, 2.*

13. die media in via, vidi, rex, de cœlo ſupra ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen, & eos, qui mecum ſimul erant.

14. Omneſque nos cùm decidiſſemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraicâ linguâ: Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

15. Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris.

16. Sed exſurge, & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ vidiſti, & eorum quibus apparebo tibi,

17. eripiens te de populo, & gentibus, in quas nunc ego mitto te,

18. aperire oculos eorum, ut convertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos, per fidem, quæ eſt in me.

19. Unde rex Agrippa, non fui incredulus cœleſti viſioni:

20. ſed his, qui ſunt Damaſci primùm, & Jero- *Sup. 9, 20.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν, &c. ut in Lat.

℣. 5. Græc. προγινώσκοντές με ἄνωθεν, (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας, &c. ut ſup.

℣. 6. Græc. Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἕστηκα κρινόμενος. Mſs. plures addunt ἡμῶν, ad πατέρας.

℣. 7. Græc. εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον, ἐλπίζει καταντῆσαι. Περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων· aliàs deeſt Ἀγρίππα.

℣. 8. In Græco eadem quæ in textu.

℣. 9. Græc. Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι.

℣. 10. Græcum Vulgatæ congruit, niſi excipias vocem ultimam ψῆφον, pro *ſententiam;* ad verbum *calculum*, ſeu *ſuffragium*. Loco verò ἀναιρουμένων τε αὐτῶν, *& cùm occiderentur*, Beda obſervat in alia editione haberi *occidendique eis.*

℣. 11. Græcum Vulgatæ rurſus concinit, addito καὶ, voci *uſque*, ut in textu Laud.

℣. 12. Græc. Ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας, καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων· aliàs deeſt τῆς παρά.

℣. 13. Græcum concordat cum textu Laud.

℣. 14. Græc. à textu Laud. non differt, niſi quòd ipſo initio habet Πάντων δὲ, *Omnibus autem;* paulóque poſt addit καὶ λέγουσαν, *& dicentem*, poſt *ad me*. At Mſs. plures ſcribunt Πάντων τε· aliique paulò poſt habent φωνῆς λεγούσης πρός με· al. φωνὴν λέγουσαν πρός με, omiſſo præced. verbo λαλούσης, vel λαλοῦσαν. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. vel 241. a. legit: *Quid me perſequeris? durum eſt tibi calcem mittere contra ſtimulum.*

℣. 15. Græcum textui Laud. favet, excepto quòd ſimpliciter habeat Ὁ δὲ εἶπεν, loco *Dominus autem dixit ad me*. Mſs. quidam Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Arab. addit πρός με.

℣. 16. Eadem in Græco ſunt quæ in textu Laud. præter verbum προχειρίσασθαι, pro *conſtituere*. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 700. a. legit: *ad hoc enim tibi viſus ſum, ut conſtituerem te miniſtrum, & teſtem quibus vidiſti me, & in quibus viſurus es.* Auguſt. l. 13. de Trin. to. 8. col. 940. g. *ad hoc enim tibi apparui, ut conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum, quæ à me vides, quibus etiam præeo tibi.*

℣. 17. Græcum textui Laud. conſonat, poſita voce νῦν, pro *ego;* at Mſs. plures ferunt ἐγὼ, & Auguſt. l. 13. de Trin. legit: *liberans te de populo, & de gentibus, in quas ego mitto te.*

℣. 18. Græc. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ..... τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ. Mſs. quidam pro ἐπιστρέψαι, ſcribunt ἀποστρέψαι; & ſub finem unus, τῇ πίστει. Auguſt. l. 13. de Trin. col. 941. a. legit: *aperire oculos cæcorum, ut avertantur à tenebris, & à poteſtate ſatanæ ad Deum, ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem, quæ in ſanctis, & fidem, quæ in me eſt.*

℣. 19. Græcum à textu Laud. non differt.

℣. 20. In Græco ſimpliciter καὶ Ἱεροσολύμοις, pro *& his qui in Hieroſol.* deinde εἰς πᾶσάν τε, loco *in omnem quidem;*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

solymis, & in omnem regionem Judææ, & Gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

21. Hac ex causa me Judæi, cùm essem in tem-
Sup. 21. plo, comprehensum tentabant interficere.
31. 22. Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque majori, nihil extra dicens quàm ea, quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses,

23. si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo, & Gentibus.

24. Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit: Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam convertunt.

25. Et Paulus: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.

26. Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor: latere enim eum nil horum arbitror. Neque enim in angulo quidquam horum gestum est.

27. Credis, rex Agrippa, Prophetis? Scio quia credis.

28. Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri.

29. Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.

VERSIO ANTIQUA.

his, qui in Hierosolymis, in omnem quidem regionem Judææ, & Gentibus annuntiabam pœnitentiam agere, & reverti ad Deum, digna quoque pœnitentiæ opera facientes. Ex Ms. Laudiano.

21. Propter hæc Judæi me comprehendentes, cùm essem in templo, tentabant interficere.

22. * Auxilium quoque nactus quod à Deo, usque in hunc diem sto, testificans minori, ac majori, nihil extra dicens ea, quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moses, * Ms. Auxilio quoque nanctus quæ.

23. si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen incipiet adnuntiare populo, & Gentibus.

24. Hæc autem loquente eo, & respondente, Festus magna voce ait: Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam convertunt.

25. Paulus autem: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba mitto.

26. Scit enim de istis rex, apud quem etiam fiducialiter loquor: latere enim eum aliquid horum non conjicior. Nihil enim est in angulo gestum.

27. Hoc credis, rex Agrippa, Prophetis? Scio quia credis.

28. Agrippa autem ad Paulum ait: In modico me suades Christianum fieri.

29. Paulus autem.......

VULGATA NOVA.

30. Et exsurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis.

31. Et cùm secessissent, loquebantur ad invicem, dicentes: Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste.

32. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cætera cum textu concordant.

℣. 21. Græc. Ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. Ms. unus habet συλλαμβανόμενοι· mox alii plures, ὄντα ἐν τῷ ἱερῷ· alter διαχειρίζεσθαι.

℣. 22. Græc. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι... ἕστηκα, μαρτυρούμενος μικρῷ τε, καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ Προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, &c. ut sup. Ambros. l. 2. offic. col. 83. b. habet: *usque in hunc diem sto, protestans minori, ac majori.*

℣. 23. Græcum Vulgatæ consonat. Ambrosiast. col. 162. f. habet: *si passibilis Christus, si prior surgens ex mortuis.*

℣. 24. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος, &c. ut in Lat. nisi excipias verbum ult. περιτρέπει, *impellunt*, vel *circumagunt*; Theophilact. ἐπιτρέπει. Mss. etiam quidam in principio habent, λαλοῦντος αὐτοῦ, καὶ ἀπολογουμένου. Ambrosiast. col. 199. a. habet: *Festus ait: Paule, Paule, multa litteræ te faciunt excordem*; vet. ejus ed. cum Mss. plur. *extorrem.* S. Paulin. epist. 30. p. 189. b. *multa litteræ te ad insaniam perduxerunt.*

℣. 25. Græc. Ὁ δέ· Οὐ μαίνομαι, φησι, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ' ἀληθείας, καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι; al. φθέγγομαι. Mss. etiam plures in principio habent, Ὁ δὲ Παῦλος· Οὐ.

℣. 26. Græcum textui Laud. favet, nisi quòd pro *non conjicior*, habeat οὐ πείθομαι οὐδέν· deinde sic, Οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο· in Mss. quibusdam deest οὐδέν.

℣. 27. Græcum Vulgatæ accinit, necnon Ambros. in Ps. 118. col. 1083. e. Ambrosiast. verò col. 227. a. sic: *Scio, rex Agrippa, credis Prophetis: scio quia credis.*

℣. 28. Græcum concordat cum textu Laud. A Mss. tamen quibusdam abest ἔφη, *ait.*

℣. 29. Hæc sola exhibet hujusce versûs verba Ms. noster Laudianus; imo ab his ad versum usque 26. capitis 28. omnino mutilus est ac mancus. Lacunam hanc SS. Patrum, Auctorumve Ecclesiast. testimoniis explevissemus de more, si præstò nobis fuissent: sed quamcunque in eorum evolvendis scriptis adhibuerimus diligentiam, tam pauca occurrerunt horumce capitum testimonia, ut quosdam solummodo versus supplere nobis licuerit. In Græco similiter Ὁ δὲ Παῦλος, ut in textu.

# CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. Ut autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodiis centurioni nomine Julio cohortis Augustæ,

VERSIO ANTIQUA.

1. Ut autem judicatum est navigare nos in Italiam, tradiderunt Paulum, & quosdam alios vinctos centurioni....... Beda retract. in Act.

VULGATA NOVA.

2. Cor. 2. ascendentes navem Adrumetinam, incipientes
11. 25. navigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.

3. Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humanè autem tractans Julius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere.

4. Et inde cùm sustulissemus, subnavigavimus Cyprum, propterea quòd essent venti contrarii.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Beda loco cit. ait in Græco ita legi, sed nec aliter est in Græco hodierno.



Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

5. Et pelagus Ciliciæ, & Pamphyliæ navigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ: 5..... *Vide Not.*

6. & ibi inveniens centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, transposuit nos in eam.

7. Et cùm multis diebus tardè navigaremus, & vix devenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnavigavimus Cretæ, juxta Salmonem:

8. & vix juxta navigantes, venimus in locum quemdam, qui vocatur Boniportus, cui juxta erat civitas Thalassa.

9. Multo autem tempore peracto, & cùm jam non esset tuta navigatio, eò quòd & jejunium jam præteriisset, consolabatur eos Paulus,

10. dicens eis: Viri, video quoniam cum injuria, & multo damno non solùm oneris, & navis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio.

11. Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his, quæ à Paulo dicebantur.

12. Et cùm aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent, devenientes Phœnicen, hiemare, portum Cretæ respicientem ad Africum, & ad Corum.

13. Aspirante autem Austro, æstimantes propositum se tenere, cùm sustulissent de Asson, legebant Cretam.

14. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. 14..... *Vide Not.*

### VERSIO ANTIQUA.

*Beda comm. in Act.*

15. Et arrepta navi, cùm non possent occurrere vento, commodata navi flatibus, colligere vela cœperunt.

16. Tunc transcurrimus insulam, quæ dicitur Claude, quam occupare non potuerunt: sed scaphæ missæ

17. adjuvare cœperunt navem, præcingentes eam: trahebant autem & anchoras, timentes ne occurrerent in Syrtes (*al. transl.* timentesque ne in Syrtim exciderent) laxantes antennas, ita ferebantur.

### VULGATA NOVA.

15. Cùmque arrepta esset navis, & non posset conari in ventum, data nave flatibus, ferebamur.

16. In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham.

17. Qua sublata, adjutoriis utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.

### VULGATA NOVA.

18. Valida autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt:

19. & tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt.

20. Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

21. Et cùm multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem, ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.

22. Et nunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam navis.

23. Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio,

### VERSIO ANTIQUA.

*Aust. l. de prom. p. 3. prom. 14. col. 176. b.*

24. ... Ne timeas Paule: ecce enim donavit tibi Deus omnes, qui tecum navigant.

### VULGATA NOVA.

24. dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.

### VULGATA NOVA.

25. Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.

26. In insulam autem quandam oportet nos devenire.

27. Sed posteaquam quartadecima nox supervenit, navigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.

28. Qui & summittentes bolidem, invenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, invenerunt passus quindecim.

29. Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.

30. Nautis verò quærentibus fugere de navi, cùm misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere,

31. dixit Paulus centurioni, & militibus: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis.

32. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.

33. Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartadecima die hodie exspectantes jejuni permanetis, nihil accipientes.

34. Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrûm capillus de capite peribit.

35. Et cùm hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cùm fregisset, cœpit manducare.

36. Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.

37. Eramus verò universæ animæ in navi ducentæ septuaginta sex.

38. Et satiati cibo alleviabant navem, jactantes triticum in mare.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Beda retract. in Act. observat, *pro Lystra, in Græco* Smyrna *positum esse, pro quo Hieronymus in libro Hebræorum nominum* Myram *ponit. Quod idcirco reor, inquit, in quibusdam codicibus ita reperiri, quia* Μύρα *Græcè*, Smyrna *appellatur. Denique in Psalmo, ubi canimus, Myrrha, & gutta, & casia; in Græco ita scriptum est, Smyrna, & stacte, & casia.*

℣. 14. Beda comment. in hunc locum, ait pro *vento Typhonico*, aliam translationem Lat. habere *ventum tempestivum. Typhus enim Græcè*, inquit, *Latinè* inflatio *dicitur.*

℣. 15. Beda, relatis Vulgatæ verbis, ait aliam translationem edere, *Et arrepta navi*, &c. quæ leguntur in textu. In Græco sic: Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

℣. 16. Græc. Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης. Ms. unus legit Κλαῦδαν, al. Καύδα.

℣. 17. Græc. Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. Mss. quidam pro σκεῦος, ferunt τὰ ἱστία.

℣. 24. Græcum Vulgatæ congruit.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

39. Cùm autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quemdam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, ejicere navem.

40. Et cùm anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes juncturas gubernaculorum: & levato artemone secundùm auræ flatum tendebant ad littus.

41. Et cùm incidissemus in locum dithalassum, impegerunt navem: & prora quidem fixa manebat immobilis, puppis verò solvebatur à vi maris.

42. Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent: ne quis cùm enatasset, effugeret.

43. Centurio autem volens servare Paulum, prohibuit fieri: jussitque eos, qui possent natare, emittere se primos, & evadere, & ad terram exire:

44. & cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea, quæ de navi erant. Et sic factum est, ut omnes animæ evaderent ad terram.

# CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET cùm evasissemus, tunc cognovimus quia Melita insula vocabatur. Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis.

2. Accensa enim pyra, reficiebant nos omnes, propter imbrem, qui imminebat, & frigus. 2..... *Vide Not.*

3. Cùm congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cùm processisset, invasit manum ejus.

VULGATA NOVA.

4. Ut verò viderunt Barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic, qui cùm evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.

VERSIO ANTIQUA.

4. ..... Hic homo debet homicida esse, quem salvum factum de mari, fata vivere non sinunt. *Sulpit. Sev. epist. 1. p. 355. d.*

VULGATA NOVA.

5. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.

6. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subitò casurum, & mori. Diu autem illis exspectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum.

7. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publii, qui nos suscipiens, triduò benignè exhibuit.

8. Contigit autem, patrem Publii febribus, & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit: & cùm orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum.

9. Quo facto, omnes, qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur:

10. qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus imposuerunt quæ necessaria erant.

11. Post menses autem tres, navigavimus in navi Alexandrina, quæ in insula hiemaverat, cui erat insigne Castorum. 11..... *Vide Not.*

12. Et cùm venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.

13. Inde circumlegentes devenimus Rhegium: & post unum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos;

14. ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.

15. Et inde cùm audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad Appii forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.

16. Cùm autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.

17. Post tertium autem diem convocavit primos Judæorum. Cùmque convenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversùs plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum:

18. qui cùm interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quòd nulla esset causa mortis in me.

19. Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.

20. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum.

VULGATA NOVA.

21. At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te à Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nunciavit, aut locutus est quid de te malum.

22. Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur.

23. Cùm constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex Lege Moysi, & Prophetis, à manè usque ad vesperam.

VERSIO ANTIQUA.

21. ..... Nos enim nec litteras à te accepimus de Judæa, nec veniens quis de fratribus annuntiavit nobis, aut locutus est aliquis de te in malum. *Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. col. 438. e.*

22. Petimus autem ut audiamus à te quid sentias: de hæresi enim ista notum est nobis quia ubique ei contradicitur.

23. ..... venerunt ergo ad eum Judæi in hospitium multi, quibus exponebat contestans eis regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex Lege Moysi, & Prophetis, usque ad vesperum. *Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. col. 230. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Beda retract. in hunc loc. ait pro *reficiebant nos*, quod est in Vulgata, in Græco scriptum esse *recipiebant nos. Quod & nos*, inquit, *arbitramur primò sic interpretatum esse in Latinum, sed librariorum negligentiâ mutatum.* In Græco constanter προσελάβοντο.

℣. 4. Græc. Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης, ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν.

℣. 11. Pro *insigne Castorum*, quod habet Vulgata, Beda comm. in Act. legit *insigne Castrorum*; sed optimè observat legendum *insigne Castorum*, & *vitio librariorum litteram adjectam*. Subinde addit *in alia translatione scriptum vidisse se*, *Cui erat signum Jovis filiis.*

℣. 21. Græc. Ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ, &c. ut in Vulg. Theophyl. tamen & Syr. addunt ἡμῖν, verbo *nunciavit*, ut sup. in textu.

℣. 22. Græc. Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς, &c. ut in textu Hieron. deleta voce *ei*.

℣. 23. Græc. Vulgatæ concinit, nisi quòd loco *de Jesu*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Vigil. Tapf. l. 12. de Trin.* 25. Convenientes autem ad alterutrum Judæi, dismittebantur, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est ad patres nostros per prophetam Esaiam,

*Ex Mf. Laudiano.* 26. dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non respicietis.

27. Induratum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos concluderunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertant se, & sanem illos.

28. Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, ipsi & audient.

29...... *Vide Not.*

30. Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui introibant ad eum,

31. prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Jesu Christo, cum omni fiducia, sine intermissione.

**Vulgata nova.**

24. Et quidam credebant his, quæ dicebantur: quidam verò non credebant.

25. Cùmque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros,

26. dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. *Isai. 6. 9. Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan. 12. 40. Rom. 11. 8.*

27. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

28. Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.

29. Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se quæstionem.

30. Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,

31. prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Jesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*ex Lege*, habet τὰ περὶ τῦ Ἰησῦ ἀπό τε τῦ Νόμυ· aliàs deest τά.

℣. 25. Græc. Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλυς, ἀπελύοντο, εἰπόντος τῦ Παύλυ, &c. ut in Lat. Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 697. f. habet: *Bene loquutus est Spiritus S. per Esaiam ad patres nostros.* Breviar. fid. contr. Arian. apud Sirm. p. 390. e. *Bene de vobis Spiritus S. prophetavit per os Isaiæ prophetæ.* Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 517. b. *Bene Spiritus S. locutus est per Isaiam proph. ad patres nostros:* & in Isai. 6. col. 63. c. omnia refert ut in Vulgata. Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 746. d. legit: *Bene Spiritus S. locutus est ad patres vestros: Aure aud.* &c. Itidem Auct. quæst. ex N. T. q. ult. addito verbo *dicens*, post *vestros*.

℣. 26. Græcum textui Laud. consonat, nisi quòd pro *videbitis, & non respicietis*, habet βλέψετε, καὶ ὐ μὴ ἴδητε. Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 697. f. legit: *Vade ad plebem istam, & dic: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non adspicietis.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. post verbum *dicens*, continuò addit: *Aure audietis, & non intellig. & videntes videbitis, & non aspicietis:* & l. contra Varimad. p. 746. d. *Aure audietis, & non intellig. videntes videbitis, & non videbitis.* Philast. Brix. p. 725. c. *Aure audietis, & oculo videbitis, & non intendetis.* Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 517. b. *Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis*, &c. ut in Vulg. itidem in Isai. 6. col. 63. d. ubi observat, *Lxx. hunc locum ita interpretatos esse, ut Evangelista Lucas in Apostolorum Actibus posuit:* & infra, proposita quæstione, *quare Apostolus Paulus cum Hebrais disputans non juxta Hebraicum, quod rectum esse cognoverat, sed juxta Lxx. sit loquutus;* solvit, dicens *Evangelistam Lucam fuisse scientissimum, & magis Græcas litteras scisse, quàm Hebræas. Unde*, inquit, *& sermo ejus tam in Evangelio, quàm in Act. Apost. id est, in utroque volumine, comptior est, & sæcularem redolet eloquentiam, magisque testimoniis Græcis utitur, quàm Hebræis.*

℣. 27. Græc. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία..... καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκυσαν, καὶ τὺς ὀφθαλμὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι..... καὶ..... ἀκύσωσι, καὶ τῆ..... συνῶσι, καὶ ἐπισρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτύς. Ambrosius in Ps. 38. col. 856. b. legit: *Incrassatum est cor populi hujus:* & l. de incarn. col. 706. d. alludens: *Incrassatum est cor quorumdam, & aures eorum graviter audierunt.* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 63. d. *Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt*, &c. ut in Vulg. præter ultima, *& convertant se, & sanem eos:* similiter habet supra, col. 59. c. *& convertant se:* at epist. ad Damas. to. 3. col. 517. b. legit: *Incrassatum est enim cor pop. hujus, & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos clauserunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur ad me, & sanem illos:* & in Zach. 7. col. 1743. a. *Incrassatum est cor pop. hujus, & auribus graviter aud. & oculos suos clauserunt: ne fortè viderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & converterentur, & ego sanarem eos:* & in Ezech. 44. col. 1025. e. *Impinguatum est cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *Incrassatum est cor pop. hujus, & auribus suis graviter aud. & oculos suos clauserunt: ne*, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Græcum textui Laud. congruit, detractâ voculâ *hoc;* at Mss. plures retinent τῦτο.

℣. 29. Hic versus integer abest à Mss. pluribus Græcis, sicut à textu nostro Laud. habetur tamen in Græco hodierno.

℣. 30. Græc. Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι καὶ, &c. ut in textu Laud. A Mss. quibusdam abest ὁ Παῦλος.

℣. 31. Græcum Vulgatæ consonat.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

## Auctore Francisco Luca Brugensi.

## *ACTUS APOSTOLORUM.*

CAP. I. ℣. 4. Et convescens, præcepit eis. *Cave legas* conversans, *pro* convescens.

℣. 15. Erat autem turba hominum simul. *Correctores non probarunt illam quorumdam emendationem, qui pro* hominum, *scripserunt* nominum, *tametsi* nominum *sit Græcè.*

CAP. II. ℣. 4. Et cœperunt loqui variis linguis. *Non scribas* aliis, *pro* variis.

℣. 22. Sicut & vos scitis. *Non est omittendum medium* &.

℣. 23. Per manus iniquorum affigentes interemistis. *Pro* affigentes, *quod est*, *crucifigentes*, *errore excusum est in exemplari Romano*, *addita una littera*, affligentes, *quod est*, *tribulantes.*

℣. 33. Effudit hunc, quem vos videtis. *Non scribas neutro genere* hoc donum, quod, *pro masculino* hunc, quem.

CAP. III. ℣. 11. Cùm teneret autem Petrum. *Cave legas* videret, *aut plurale* tenerent, *pro singulari* teneret.

℣. 12. Quasi nostra virtute aut potestate. *In multis libris est* pietate, *pro* potestate.

℣. 18. Deus autem, quæ prænunciavit. *Retinendum est neutrum plurale* quæ, *non substituendum masculinum singulare* qui.

CAP. IV. ℣. 2. Et annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis. *Non mutes ablativum* Jesu *in accusativum.*

℣. 8. Principes populi, & seniores audite. *Non facilè omittendum est verbum* audite.

℣. 24. Tu es qui fecisti. *Nec hic verbum substantivum* es.

℣. 36. Qui cognominatus est Barnabas. *Cave pro* Barnabas, *legas* Barsabas, *id est*, ſ *semivocalem*, *pro* n *liquida.*

CAP. V. ℣. 3. Dixit autem Petrus. *Non addas* ad Ananiam, *aut* ad eum.

℣. 15. Et liberarentur ab infirmitatibus suis. *Verbo* liberarentur *non est adjiciendum nomen* omnes.

℣. 36. Et redacti ad nihilum. *Potiùs scribendum est plurale* redacti, *quàm singulare* redactus est.

℣. 39. Si verò ex Deo est, non poterimus dissolvere illud. *Neutrum* illud, *non est mutandum in masculinum* eos.

℣. 40. Ne omnino loquerentur. *Correctores addiderunt* omnino.

CAP. VI. ℣. 5. Et Nicanorem, & Timonem. *Pro* Timonem *non scribas* Timotheum, *nomen discipuli Pauli.*

CAP. VII. ℣. 5. Sed repromisit. *Græcum* & *positum est loco* sed, *more Hebraico.*

℣. 14. Et omnem cognationem suam. *Non est omittendum pronomen* suam.

℣. 35. Quis te constituit principem, & judicem. *Loco nominis trissyllabi* judicem, *non oportet scribere dissyllabum* ducem.

℣. 44. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto. *Non est omittenda præpositio* cum.

℣. 48. Sicut Propheta dicit. *Pro* Propheta *non scribas* per Prophetam.

℣. 51. Vos semper Spiritui sancto resistitis. *Non mutes præsens* resistitis, *in præteritum* restitistis.

℣. 55. Et Filium hominis stantem à dextris Dei. *Non addas* virtutis *ante* Dei.

℣. 59. Obdormivit in Domino. *Patres non judicarunt prætermittendum illud* in Domino.

CAP. VIII. ℣. 11. Propter quod multo tempore magiis suis dementasset eos. *Pro substantivo* magiis, *non est legendum adjectivum* magicis, *nec addendum* artibus.

℣. 12. De regno Dei, in nomine Jesu Christi. *Præpositionem* in *alii mutant in conjunctionem* &.

℣. 36. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? *Neutrum* quid *commutandum haud est cum masculino* quis.

CAP. IX. ℣. 7. Et ibi dicetur tibi. *Correctores addiderunt adverbium* ibi, *tum hoc versu*, *tum* 9. *proximo:* Et erat ibi tribus diebus.

℣. 20. Et continuò in synagogis prædicabat Jesum. *Adverbio* continuò *non subjicias* ingressus, *nec mutes ablativum* synagogis *in accusativum.*

℣. 23. Consilium fecerunt in unum Judæi. *Non facilè omittas* in unum.

℣. 25. Accipientes autem eum discipuli nocte. *Non addas pronomen* ejus *nomini* discipuli.

℣. 32. Dum pertransiret universos. *Non est auferenda præpositio* per, *ex verbo* pertransiret.

℣. 34. Ænea, sanat te Dominus Jesus Christus. *Præsens indicativi* sanat, *non est vertendum in præsens imperativi* sanet.

℣. 38. Cùm autem prope esset Lydda ad Joppen. *Alii*, *mutata præpositione*, *scribunt ablativum* ab Joppe; *parvo discrimine.*

CAP. X. ℣. 4. Quid est, Domine? *Multi*, *mutatis genere neutro in masculinum*, & *persona tertia in secundam*, *legunt* Quis es Domine? *minus rectè.*

℣. 15. Quod Deus purificavit. *Non mutes singulare* Quod *in* Quæ *plurale.*

℣. 25. Et procidens ad pedes ejus adoravit. *Non subjicias pronomen* eum.

℣. 41. Postquam resurrexit a mortuis. *Quod sequitur in quibusdam libris* per dies quadraginta, *superfluit.*

CAP. XI. ℣. 23. In proposito cordis. *Alii libri omittunt præpositionem.*

℣. 25. Profectus est autem Barnabas Tarsum. *Non auferas nomen* Barnabas.

CAP. XII. ℣. 4. Tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. *Nec priori participio addas conjunctionem*, tradensque; *nec posteriori præpositionem cum pronomine*, ad custodiendum eum.

℣. 13. Processit puella ad audiendum. *Pro* audiendum *non substituas* videndum, *quod est*, *adspiciendum.*

℣. 16. Cùm autem aperuissent. *Non addas* ostium.

CAP. XIII. ℣. 6. Cui nomen erat Barjesu. *Legendum est* Barjesu, *non*, *dempta semivocali* ſ, Barjeu.

℣. 21. Et dedit illis Deus Saul. *Non est omittendum nomen* Deus.

℣. 33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris. *Pro* nostris *prima personæ*, *non scribas* vestris *secundæ*, *nec* suis *tertiæ*, *nec denique* Israel.

*Ibidem:* Sicut & in Psalmo secundo scriptum est. *Non facilè*, *vel omittas* secundo, *vel mutes cum* primo: *qua de re legere licet Notationes nostras.*

℣. 37. Quem verò Deus suscitavit à mortuis. *Patres non judicarunt auferendum illud* à mortuis.

℣. 38. Et ab omnibus, quibus non potuistis. *Non est prætermittenda præposita his verbis conjunctio* &.

℣. 43. Et colentium advenarum. *Non addas participio* colentium *nomen* Deum.

CAP. XIV. ℣. 2. Adversùs fratres. *Non subjicias* Deus autem pacem fecit.

℣. 6. Et ibi evangelizantes erant. *Non facilè addenda sunt subsequentia in quibusdam codicibus verba:* Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum: Paulus autem, & Barnabas morabantur Lystris.

℣. 9. Surge super pedes tuos rectus. *Nec his verbis facilè præponenda sunt hæc:* Tibi dico, in nomine Domini nostri Jesu Christi.

℣. 16. Implens cibo, & lætitia corda nostra. *Non mutes* nostra *primæ personæ*, *in* vestra *secundæ.*

℣. 18. Lapidantesque Paulum. *In quibusdam libris legitur* & lapidato Paulo, *explicationis gratiâ.*

℣. 24. Et loquentes verbum Domini in Perge. *Non est mutandus ablativus in accusativum* Pergen.

CAP. XV. ℣. 23. Scribentes per manus eorum. *Non subjicias*, *quod quidam*, epistolam continentem hæc, *superfluit enim.*

℣. 38. Et non isset cum eis in opus. *Nec hic addendum est* quò missi fuerant.

℣. 41. Præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorum. *Hæc verba à veteribus manuscriptis minimè prætermittuntur*, *quamvis Græcè absint.*

CAP. XVI. ℣. 1. Pervenit autem Derben. *Non interjicias præpositionem* in.

*Ibidem.* Filius mulieris Judææ fidelis. *Observatu digna correctio*, *qua pro nomine appellativo* viduæ, *repositum est nomen proprium* Judææ.

℣. 12. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot, conferentes. *Alii libri boni legunt* consistentes.

℣. 22. Et magistratus, scissis tunicis eorum. *Non est præponenda conjunctio* & *participio* scissis, *nec* eorum *mutandum cum* suis.

℣. 29. Procidit Paulo & Silæ ad pedes. *Legendum est præteritum* procidit, *à cado*, *non præsens* procedit, *à cedo.*

CAP. XVII. ℣. 4. Et de colentibus, Gentilibusque. *Correctores addiderunt conjunctionem encliticam voci* Gentilibus.

℣. 17. Ad eos, qui aderant. *Pro* aderant, *ab adsum*,

Digitized by Google

*non scribas* adierant *ab adeo*, *multòque minùs* audierant *ab audio.*

℣. 18. Quid vult seminiverbius hic dicere? *Vox una* seminiverbius, *formata ad similitudinem Græcæ* σπερμολόγος, *non est circumscribenda duabus* seminator verborum.

℣. 22. Per omnia quasi superstitiosiores vos video. *Comparativus* superstitiosiores, *non est mutandus in positivum* superstitiosos.

Cap. XVIII. ℣. 4. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis, & Græcis. *Neutiquam omittendus est versus iste.*

℣. 10. Et nemo apponetur tibi ut noceat te. *Hoc alii exposuerunt, scribentes hunc in modum:* Et nullus nocere poterit tibi.

℣. 11. Sedit autem ibi. *Non omittas* ibi.

℣. 15. De verbo, & nominibus, & lege vestra. *Ablativi* lege vestra, *non sunt mutandi in genitivos* legis vestræ.

℣. 18. Navigavit in Syriam. *Non omittas* in *præpositionem.*

℣. 24. Alexandrinus genere. *Alii exponentes quid sit* genere, *scripserant* natione.

Cap. XIX. ℣. 9. Maledicentes viam Domini. *Non omittas* Domini.

℣. 12. Sudaria, & semicinctia. *Alii, pro copulativa* &, *scribunt disjunctivam* vel.

℣. 14. Erant autem quidam Judæi Scevæ principis sacerdotum septem filii. *Alii libri præponunt* Scevæ, *postponunt* Judæi.

℣. 16. Et insiliens in eos homo. *Congruentior est hic verborum ordo, illo quo* homo *ponitur ante* in eos.

℣. 20. Et confirmabatur, *id est*, confortabatur, *ut quidam legunt.*

℣. 21. Dicens: Quoniam postquam fuero ibi. *Non oportet omittere* Quoniam, *tametsi sensui superfluat.*

Cap. XX. ℣. 4. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Berœensis. *Legendum est* Sopater *trissyllabum, non addita una syllaba*, Sosipater *quadrisyllabum.*

℣. 14. Cùm autem convenisset nos in Asson. *Scribendum est* convenisset, *potiùs quàm* invenisset.

℣. 16. Ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis. *Genitivus* Pentecostes *non est mutandus in accusativum* Pentecosten.

Cap. XXI. ℣. 7. Nos verò navigatione expleta. *Pro* expleta, *non scribas* explicita.

℣. 16. Mnasonem quemdam Cyprium. *Non mutes* Mnasonem *in* Jasonem, *id est, liquidas duas in unam* j *consonantem.*

℣. 39. Non ignotæ civitatis municeps. *Quidam legunt* civis, *explicare volentes quid sit* municeps.

Cap. XXII. ℣. 3. Natus in Tarso Ciliciæ. *Non est omittenda præpositio* in.

℣. 12. Ab omnibus cohabitantibus Judæis. *Compositum* cohabitantibus *non est mutandum cum simplici* habitantibus.

℣. 28. Ego multa summa civilitatem hanc consecutus sum. *Non* civitatem, *sed* civilitatem *legendum est, quinque syllabis.*

Cap. XXIII. ℣. 23. Et vocatis duobus Centurionibus. *Pro verbo simplici* vocatis, *non scribas compositum* convocatis.

℣. 24. Ut imponentes Paulum, salvum perducerent. *Non interponas pronomen* eum, *ante* salvum.

℣. 29. Nihil verò dignum morte aut vinculis habentem criminis. *Genitivus* criminis *non est mutandus in accusativum* crimen.

℣. 30. Misi eum ad te, denuntians & accusatoribus. *Ita interpungendum est, ut participium* denuntians *jungatur sequentibus, non præcedentibus.*

℣. 31. Milites ergo. *Non mutes* ergo *cum* verò.

Cap. XXIV. ℣℣. 6. 7. 8. Quem & apprehensum voluimus secundùm legem nostram judicare. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, jubens accusatores ejus ad te venire. *Non sunt hæc omittenda judicio Patrum, prout à quibusdam omittuntur omnia, exceptis primis duobus verbis, lectis hac ratione:* Quem apprehendimus.

℣. 18. Neque cum tumultu. *Quæ subjiciuntur in quibusdam exemplaribus*, Et apprehenderunt me clamantes, & dicentes: Tolle inimicum nostrum; *ut superflua auferenda Patres censuerunt.*

Cap. XXV. ℣. 16. Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam. *Alii libri scribunt* donare, *quod est, largiri, quo modo & Græcè legitur* χαρίζεσθαι *sed quia Græcè additur* εἰς ἀπώλειαν, *in interitum, sive perditionem, Interpres*, donare ad perditionem, *intelligitur interpretatus* damnare, *seu condemnare, prout Patres correxerunt.*

Cap. XXVI. ℣. 3. Maximè te sciente omnia, & quæ apud Judæos sunt consuetudines, & quæstiones. *Nihil opus est mutare neutrum* omnia, *in fœmininum* omnes, *modò non omittatur conjunctio* & *subsequens, prout omitti non debet.*

℣. 7. In quam duodecim tribus nostræ. *Non mutes accusativum* quam, *in ablativum* qua.

℣. 17. Eripiens te de populo, & gentibus. *Singularem numerum* populo, *non commutes cum plurali* populis.

℣. 21. Comprehensum tentabant interficere. *Non addas* volentes me, *ante* interficere.

Cap. XXVII. ℣. 2. Ascendentes navem Adrumetinam. *Non augeas vocem* Adrumetinam *littera* n *medio adjecta.*

*Sequitur:* Incipientes navigare. *Plurale primi casus* incipientes, *non mutes in singulare quarti casus* incipientem.

℣. 9. Eò quòd & jejunium jam præteriisset. *Non est omittendum medium illud* &.

*Sequitur:* Consolabatur eos Paulus. *Neque hic omittendum pronomen* eos.

℣. 18. Valida autem nobis tempestate jactatis. *Alii pro nomine* valida, *scribunt adverbium* validè.

Cap. XXVIII. ℣. 1. Quia Melita insula vocabatur. *Non scribas* Mitylene *quadrisyllabum, pro trisyllabo* Melita.

℣. 6. Diu autem illis exspectantibus. *Non mutes* exspectantibus *in* sperantibus.

℣. 17. Nihil adversùs plebem faciens. *Cave scribas* legem, *pro* plebem, *quod est populum.*

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### ACTUS APOSTOLORUM.

Cap. I. ℣. 20. Fiat commoratio eorum deserta. *Alii libri cum Missali Romano in festo S. Mathiæ, conformiter Græco & Syro, legunt singulari numero* ejus: *pluralis numerus est in Psalmis.*

Cap. XV. ℣. 34. Judas autem solus abiit Jerusalem. *Si nonalia, videtur vel vox* Jerusalem, *ex hac pericope omittenda.*

Cap. XVI. ℣. 12. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot, conferentes. *Alii libri boni legunt* consistentes.

Cap. XVII. ℣. 6. Quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt. *Alii libri legunt* orbem, *quod est mundum, consentaneè Græco & Syro, pro* urbem, *quod est civitatem.*

Cap. XXIII. ℣. 18. Vinctus Paulus rogavit me. *Plures libri interponunt* vocans (vocans rogavit me.) *Græco & Syro conformiter.*

℣. 25. Timuit enim ne fortè raperent eum Judæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam. *Duo ex libris nostris Mss. scribunt* nummos, *pro* pecuniam; *alius omittit illud*, tanquam accepturus pecuniam. *Plures totum dictum versiculum omittunt, Græco & Syro consentaneè.*

Digitized by Google

# IN EPISTOLAS BEATI PAULI APOSTOLI ADMONITIO PRÆVIA.

*Inter varios Manuscriptos codices, quorum ope veterem Epistolarum Divi Pauli Interpretationem recuperavimus, duo sunt præ cæteris famosi & insignes: uterque Græco-Latinus; uterque venerandæ admodum & longinquæ vetustatis; uterque uncialibus, ut aiunt, litteris, (quod quidem certissimum habetur antiquitatis signum) exaratus. Regius unus est, qui olim fuit Claromontanus: alter Sangermanensis. Regius codex suæ sibi antiquitate palmam vindicat, nec minùs quàm ducentos annos supra mille præferre videtur, ut cuivis in hujusmodi rebus perito obvium est. Sangermanensis verò mille duntaxat annos exhibet. At Regio ætate inferiorem eum esse vel ex hoc uno patet, quòd Græco superpositos habeat accentus, Regius verò iisdem accentibus careat; quæ omissio accentuum remotissimæ antiquitatis non dubium esse indicium norunt ii omnes, qui aliquem monimentorum hujuscemodi usum habuerint. Sed ambo isti codices licet ætate inter se differant, non tamen dissimilem contextum præferunt; immo ita similem, ut unum ex alio descriptum qui negaverit, in meridiana luce cæcutire voluerit. Quod ego ut ne pluribus laborem ostendere, satis sit animadvertere 1. Corinth. 15. 5. ubi Regius codex sic habet,* ὤφθη Κηφᾷ, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ἕνδεκα; *quo loco, additis* εἶ *super* ταῦτα, *&* δώ *super* ἕνδεκα, *variam lectionem, sive correctionem exhibet* καὶ εἶτα τοῖς δώδεκα. *Manuscriptum Sangermanensem planè hoc modo habere,* καὶ μετὰ ταῦειτα τοῖς δώενδεκα. *Sic etiam Rom. 15. 29. ubi Regius,* ἐν πληροφορίᾳ εὐλογίας, *addito* ῥήματι *super* πληροφορίᾳ, *Sangermanensis prodigiosè* ἐν πληρομαπείᾳ εὐλογίας, *ex binis lectionibus unam, quasi hippocentaurum, effingens. Plura sunt hujusmodi alia, quæ apertè demonstrant hæc ex illis expressa esse, & quæ supra lineas rectè cubant, ab indocto exscriptore lineæ ipsi inserta, ac proinde codicem nostrum Sangermanensem nihil aliud nisi alterius esse apographum.*

*Regius codex hoc sæculo ineunte mutilatus fuerat compluribus foliis furtifica manu exsectis, quæ ad Anglos pervenerant: qua de re nos monuit anno 1719. Eruditissimus Vir Dominus Richardus Bentleius, Doctor Cantabrigiensis, qui ea viderat & perlegerat: at illa jampridem ad antiquos lares & ad paternum codicem rediêre. Nunc omnibus suis numeris absolutus est ille codex, si modò excipias paginas quasdam Latinæ interpretationis, quæ nunquam à librario exscriptæ sunt; scilicet à ℣. 8. capitis 14. Epistolæ primæ ad Corinthios, ad medium versum 18. Desiderantur etiam versus 34. & 35. capitis ejusdem, & quatuor postremi versus Epistolæ ad Hebræos, à scriba similiter prætermissi.*

*Codex sancti Germani duabus diversis manibus exaratus videtur, sed non diversa ætate. Manus discernuntur ex varia litterarum magnitudine, ex varia orthographia, ex varia verborum pronunciatione. Tres priores Epistolæ majori charactere, majorique diligentia Latinè exscriptæ sunt, quàm posteriores: at non item Græcè; in his enim magis, in illis minùs distinguuntur accentus, minùsque rectè syllabis incubant. Pluribus in locis mutilus est ac mancus ille codex. Primò quidem, in Epistola ad Romanos à versu 21. capitis 8. ad versum 33. & à versu 14. capitis 11. ad versum 26. Secundò, in Epistola ad Hebræos à versu 8. capitis 12. ad finem usque Epistolæ, exceptis pauculis versibus capitis ultimi. Tertiò denique, ab initio Epistolæ ad Timotheum primæ ad medium versum 15. capitis 6. novem circiter folia desunt, quæ integram ferè Epistolam complectebantur. Id apparet ex sequenti, quod superest, folio, in quo eadem manu descripti leguntur sex postremi versus capitis 6. Epistolæ ejusdem. Ne tamen codex imperfectus esse videretur, quæ ibi deerant, amanuensis quidam inferioris longè ætatis eadem supplere curavit ex alio codice nonnisi Vulgatam Editionem repræsentante; quod ego post accuratam plurium versuum cum eadem Vulgata collationem deprehendi.*

*Ex his eximiis codicibus omnes Divi Pauli Epistolas exhibemus, totas quidem & integras: quod enim in uno codice defuit, hoc ex altero supplevimus, atque ita alter alterius vulnera sanavit, alter alteri opem tulit, & ambo amicè conjurarunt. Utrumque igitur codicem in textum adhibemus: sed licet Sangermanensis inferior ætate, pluribusque sui partibus sit detruncatus, Regio tamen hunc vulgò præferimus, utpote qui majori cura descriptus paucioribus vitietur mendis. Si quid enim in Regio codice prætermissum, si quod verbum vel distortum, vel mutilum, vel barbarum, id Sangermanensis plerumque restituit, id corrigit, id rectiùs scribit.*

Digitized by Google

*Qualem autem versionem Latinam præ se ferant ambo isti codices, hoc in primis examinandum. 1°. Certum est hanc inter & Vulgatam nostram multum discriminis intercedere, præsertim in secunda ad Corinthios, ac sequentibus Epistolis, adeo ut paucos reperias versus, in quibus non adsit aliqua varietas. Alius verborum ordo, alius loquendi modus, alia persæpe voces. Accuratiùs illa Græcum sequitur, magisque ad verbum reddit. Si quid Græcus codicum contextus differat à Græco hodierno, hæc differentia ita sedulò in Latina interpretatione exprimitur, ut ferme dubites an Latinum Græcus, an Græcum Latinus contextum contextus reddat. 2°. Hanc versionem Vulgatam esse antiquam, seu veterem Italicam Hieronymo anteriorem vix mihi dubium est. Id maximè patet ex Hieronymi ipsius commentariis in Epistolas ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum, & ad Philemonem, quarum contextum integrum refert S. Doctor. Porro textus ille cùm plerumque differat à Vulgata nostra, sæpiusque Hieronymus in commentariorum decursu memoret Latinum Interpretem, cujus lectiones vel usurpat, vel etiam reprehendit, restat harumce Epistolarum contextum non alium esse quàm Vulgatæ veteris, seu Italicæ. Idem dicendum de expositione S. Augustini in Epistolas ad Romanos, & ad Galatas, quarum contextus in pluribus à Vulgata discrepat, quemque meram Italicam affirmare vix vereor. Jam verò versiones illæ Latinæ, quas exhibent tum Hieronymus, tum Augustinus, plerumque conveniunt cum interpretatione Latina Mss. nostrorum: concludendum igitur eosdem codices non aliam complecti versionem præter antiquam Vulgatam, seu veterem Italicam. Quòd si harumce Epistolarum ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum, & ad Philemonem contextibus ab Hieronymo & Augustino repræsentatis, innumera alia tum ex supradictis, tum ex aliis Epistolis passim relata non solùm ab Hieronymo & Augustino, sed etiam à Tertulliano, Novatiano, Cypriano, Lucifero Calaritano, Hilario, Ambrosio, &c. adjungas, quorum omnium variæ lectiones sæpissime congruunt cum Mss. nostris, vix dubitare fas est quin Mss. nostri codices veram putamque Italicam exhibeant. Sed hæc fusiùs in Præfatione Evangeliis prævia tractavimus.*

*Unum hoc inquirendum superest utrum Ambrosiaster, Sedulius Hiberniensis, ac Venerabilis Beda in commentariis suis in Epistolas Pauli eandem Vulgatam antiquam usurpaverint, nec ne. Hi enim Auctores textum integrum Epistolarum S. Pauli referunt, saltem Sedulius; nam Ambrosiaster & Beda tredecim tantùm priores Epistolas perpetuo commentario explanant. Ac primò quidem Ambrosiaster, cùm contextus ejus contextui Vulgatæ nostræ sit plurimùm dissimilis, ac plerumque concordet cum textu Mss. nostrorum codicum, nullum dubium est quin Vulgata veteri, seu Italica usus sit. Quod ad Bedam verò spectat & Sedulium, lectiones quidem illi memorant à Vulgata nostra diversas, easque minimè contemnendas: quas tamen, quia multò pauciores sunt quàm in antiquioribus Patribus Latinis, quàmque in Mss. nostris codicibus, haud ambiguum est Vulgatam antiquam non redolere. Idem esto judicium de Scholiaste quodam anonymo, qui easdem tredecim priores Pauli Epistolas commentatus est, & cujus opus ad calcem operum Divi Hieronymi, cui falsò fuit attributum, inter dubios libros editum est à Martianæo nostro. Sed ne hujusmodi variantibus lectionibus defraudetur lector, illas in annotationibus nostris cæteris veterum Patrum testimoniis adjecimus, cum hoc tamen discrimine, quod Patrum antiquorum loca integra referantur, sive cum Vulgata consentiant, sive ab ipsa discrepent, trium verò horumce posteriorum Auctorum ea tantummodo verba adducantur, quæ eidem Vulgatæ disparia sunt.*

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD ROMANOS,

### è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Paulus, commendatò suo munere evangelico, ob magnum prædicandi Evangelii zelum, optabat Romanos invisere; ostendens Ethnicos, qui ex creaturis Deum cognoscentes, illius cultum à se abjecerant, colendo creaturarum imagines, meritò à Deo desertos: & in pœnam illius in abominanda, quæ hîc recensentur, incidisse scelera.*

CAP. II. *Judæos redarguit, qui ex data sibi lege Gentes condemnabant, eadem ipsi patrantes, cùm Deus unicuique redditurus sit juxta ipsius opera; adeo ut etiam Gentes, ea quæ legis sunt naturali lumine præstantes, pro circumcisis habendæ sint; eosque judicaturæ, qui ex sola legis cognitione & carnis circumcisione gloriantur, contraria legi operantes.*

CAP. III. *Quodam modo præcellunt Judæi propter factas illis à Deo promissiones, quæ complebuntur, quanquam nonnulli eorum fuerint increduli; omnes autem & Judæi, & Gentiles peccato sunt obnoxii: à quo non liberat lex, sed fides in Christum propitiatorem, ut non sit cuiquam de legis operibus gloriandum.*

CAP. IV. *Non ex legis operibus contigit justificatio, sed ex fide in Deum, quæ Abrahæ reputata fuit ad justitiam ante datam ipsi circumcisionem, quam postea accepit; futurus non lege, sed justitia fidei, pater omnium, qui ipsius fidem imitarentur: credidit autem Deo se patrem fore multarum gentium per promissum sibi semen, cùm tam ipse quàm uxor ejus Sara annos excessissent aptos ad generandum.*

CAP. V. *Ex fide, inquit, justificati, non solùm spe gloriamur, verùm etiam in adversitatibus: nam si Christus pro nobis adhuc impiis mortuus est, multò magis salvabit jam justificatos per sanguinem ipsius: & sicut per unam Adæ inobedientiam omnes peccavimus, ac mortui sumus; ita per unius Christi obedientiam, ex multis delictis justificamur ad vitam.*

CAP. VI. *In Christo baptizati sumus, ut mortui peccato deinceps in novitate vitæ ambulemus: sicut Christus semel mortuus ac sepultus, ad novam vitam, non ampliùs moriturus, resurrexit: non ergo jam obediamus peccato aut concupiscentiis; sed soluti à lege, liberatique per Christi gratiam à peccato, & servi facti justitiæ, tradamus membra nostra in obsequium justitiæ ad vitam, quæ priùs tradideramus immunditiæ ad mortem.*

CAP. VII. *In similitudinem mulieris cujus vir defunctus est, nos per Christum soluti sumus à lege, quâ peccatorum affectus reddebantur vehementiores, ut serviamus Christo in novitate spiritus: occasione autem legis peccatum judicantis, magis se exeruit & crevit peccatum; quanquam lex sancta esset ac spiritualis: imò & nunc adversante carnis fomite allicimur, quantumvis repugnantes, ad ea quæ secundùm rationem detestamur, legique sunt contraria.*

CAP. VIII. *Concludit, Christo per baptismum insitos ab omni damnatione esse liberos, qui non carnem sectantur, sed spiritum quem acceperunt: spiritum inquam adoptionis, qui Dei filios ac futuræ gloriæ cum Christo cohæredes efficit; ad cujus gloriæ revelationem non solùm universa aspirat creatura, vanitati interim subjecta; sed & hi qui spiritus acceperunt primitias, illam certa spe exspectant, spiritu eos roborante, & quid orandum sit instruente. Declarat etiam incomparabilem Dei erga suos exhibitam in Christo charitatem, asserens nihil posse eos à charitate Dei separare, quæ est in Christo Jesu.*

CAP. IX. *Propter Judæorum ruinam, de qua vehementer dolet, promissiones non frustrari asserit Israelitis factas à Deo Abrahæ filiis: nimirum cùm illæ non pertineant ad omnes carnales Abrahæ filios, sed tantùm ad eos qui ex Judæis & Gentilibus gratuita Dei electione filii Abrahæ per fidem constituuntur: Deus autem cujus vult miseretur, & quem vult indurat: Judæi verò, quia non ex fide Christi quem rejecerant, sed ex legis operibus justitiam quærebant, sunt in sua iniquitate relicti, Gentibus per fidem Christi justificatis.*

CAP. X. *Orat Apostolus pro Judæis, quos zelum Dei & legis habere asserit non secundùm scientiam: nam Christum finem legis ignorantes, ex legis operibus justitiam quærebant: de diversitate justitiæ ex operibus legis ab ea quæ ex fide est, quæ tam Judæo quàm Græco in Christum credenti communis est: ubique autem terrarum prædicata est Christi fides; quam repellentibus Judæis, susceperunt Gentes.*

CAP. XI. *Deus quosdam ex populo Judaico gratuita sua electione sibi servavit, per fidem in Christum salvandos, reliquis ob incredulitatem in sua cæcitate juxta Prophetarum vaticinia relictis, ac Gentibus in locum ipsorum ex gratuita Dei bonitate assumptis: quas monet Apostolus ne adversùs Judæos glorientur: quòdque Judæi ad tempus deserti tandem ad Christum convertentur: exclamans ob divinæ sapientiæ incomprehensibilitatem.*

CAP. XII. *Instruit Romanos ut à sæculi vanitate abstracti totos se Deo dedant, de susceptis donis non se efferentes, aut illorum limites transgredientes; sed in modum membrorum ejusdem corporis omnia ad proximi utilitatem ordinantes, ipsis quoque inimicis benefaciant.*

CAP. XIII. *Hortatur ut superioribus obtemperent inferiores, etiam propter conscientiam, quanquam civilem tantùm gerant magistratum, omnibusque debita reddant: de proximi dilectione, ad quam universa lex reducitur: & de tempore gratiæ, ut transactis legis tenebris, relictis vitiis, amplectantur Christi virtutes.*

CAP. XIV. *Fide firmiores debent eos qui adhuc infirmi sunt fovere, & non contemnere, & nec hi nec illi judicare quemquam ob ciborum aut dierum discrimen, scientes quòd omnes eundem habeamus Dominum, cui & vivimus, & morimur, cui etiam rationem pro se quisque redditurus est: & quanquam nullus cibus jam sit immundus, nemo tamen quidquam edere debet aut cum fratris offendiculo, aut contra suam conscientiam.*



Digitized by Google

CAP. XV. *Firmiores debent infirmorum ferre & sublevare imperfectiones, non sua, sed proximorum utilitati ac mutua paci studentes: Christus juxta factas patribus promissiones prædicavit Judæis; Gentibus verò ex misericordia Apostoli, non præviis promissionibus. Excusat se Paulus quòd liberiùs Romanis scripserit tanquam Gentium Apostolus, ostendens quomodo sit hoc munus exsecutus: dicens quòd ad ipsos quoque sit venturus, ubi datam à Macedonibus eleemosynam elargitus fuerit Jerosolymitanæ Ecclesiæ, petens ut pro se interim orent.*

CAP. XVI. *Commendat Apostolus quosdam apud Romanos, propter nonnullas eorum præeminentias nominatim salutandos; quosdam verò vitandos hortatur, & de aliis dicit quòd salutant Romanos.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

## CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

Act. 13. 2. 1. PAulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei,
2. quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis
3. de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundùm carnem,

**Versio antiqua.**

1. PAulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.
2. quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis
3. de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundùm carnem,

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Sic habent Tichon. reg. 1. p. 50. h. Sedulius Scot. in Rom. 1. & Augustinus tract. 105. in Joh. to. 3. p. 2. col. 763. f. & in Rom. 1. col. 925. d. 929. c. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 582. d. e. sed infra, col. 586. c. legit, *segregatus in Evangelio Dei*: idem Augustinus lib. contra Fortunat. disput. 2. col. 100. d. *Paulus, servus Christi Jesu, voc. Apost. separatus* (Mss. *prædestinatus*) *in Evangelium Dei*. Irenæus l. 3. c. 16. p. 205. a. *Paulus, Apostolus Jesu Chr. prædestinatus in Evangelium Dei*. Ambrosius l. 5. de fide, c. 572. d. & Ambrosiast. in hunc loc. col. 26. a. *Paulus, servus Christi Jesu, vocatus Apost. segregatus in Evangelium Dei*. Gaudent. Brix. serm. 9. p. 958. a. *Paulus, vocatus Apost. segregatus in Evangelium Dei*. Avit. Vien. ap. Sirm. to. 2. col. 149. b. *segregatus in Evangelio Dei*. Græcum textui Lat. consonat, & in ipso constanter ἀφωρισμένος, pro *segregatus*.

℣. 2. Concinit Augustin. tract. 105. in Joh. to. 3. col. 763. f. & in Rom. 1. col. 926. b. c. 927. b. 929. c. & contra Fortunat. to. 8. col. 100. d. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. d. Sic etiam habent Tichonius reg. 1. p. 50. h. Ambrosiast. & Sedulius Scot. in Rom. 1. Irenæus verò l. 3. c. 16. p. 205. a. *quod promisit per Proph.* &c. ut supra. Hilarius l. 7. de Trin. col. 933. a. *quod ante promisit*, &c. ut sup. aliàs, *qui ante promisit*, al. *quod ante promissum*. Ambrosius l. de incarn. col. 715. e. *quod ante promiserat per Prophetas de Filio suo*, &c. omissis intermediis. Augustinus l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 52. b. alludit ad *promissa, quæ per Prophetas tantò ante prænuntians exhibuit per Unicum suum, qui factus est ei ex sem. Dav. secund. carnem.* Avit. Vien. apud Sirm. to. 2. col. 149. b. *sicut ante promiserat per Proph. suos in Script. sanctis.* Græc. ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν, &c. ut in textu.

℣. 3. Ita legunt Ambros. l. 3. de fide, col. 503. a. & l. de incarn. col. 715. e. Tichonius reg. 1. p. 50. h. August. tract. 105. in Joh. to. 3. col. 763. f. & in Rom. 1. col. 926. e. 927. b. 929. c. & l. contra Fortun. to. 8. col. 100. d. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. e. Accinunt Ambrosiast. & Sedulius Scot. in Rom. 1. Avit. Vien. ap. Sirmond. to. 2. col. 149. b. & Epist. synod. episc. Afric. n. 21. Conc. to. 4. col. 1598. e. nec refragatur Irenæus l. 3. c. 16. at infra, c. 22. p. 219. a. habet: *de Filio autem ejus, qui factus est ex semine David secund. carnem.* Hilarius l. 7. de Trin. col. 933. a. *de Filio suo, qui factus est ex sem.* &c. ut sup. Itidem Tertul. l. contra Prax. p. 857. c. *qui factus est ex sem. David*: sicque rursus l. de carn. Chr. p. 553. a. addens, *secundùm carnem.* August. etiam l. 11. contra Faust. c. 4. tom. 8. col. 221. c. tollit voculam *ei*, post *factus est*: sed observat *in quibusdam Latinis exemplaribus non legi* factus, *sed* natus ex semine David, *cùm Græca* factus *habeant: unde*, infit, *non ad verbum, sed ad sententiam transferre voluit, dicendo* natum, *Latinus interpres. At Christum ex semine David esse secundùm carnem, omnium librorum atque linguarum concordat auctoritas.* Et verò in Græco constanter, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος, &c.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

4. qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri:

5. per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus,

6. in quibus estis & vos vocati Jesu Christi:

7. omnibus qui sunt Romæ*, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

8. Primùm quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra adnuntiatur in universo mundo.

9. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quòd sine intermissione memoriam vestri facio

10. semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

11. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar gratiæ vobis spiritalis ad confirmandos vos:

12. id est, simul consolari in vobis, quæ invicem est, fidem vestram, atque meam.

13. Non autem arbitror vos ignorare, fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus.

14. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum:

15. ita (quod in me est) promptus sum* & vobis, qui in Roma estis, evangelizare.

* Ms. Reg. Romæ in charitate Dei, vocatis.

* Ms. Reg. evangelizare & in vobis, q. in Ro. estis.

VULGATA NOVA.

4. qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri:

5. per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus,

6. in quibus estis & vos vocati Jesu Christi:

7. omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

8. Primùm quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.

9. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quòd sine intermissione memoriam vestri facio

10. semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

11. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos:

12. id est, simul consolari in vobis per eam, quæ invicem est, fidem vestram, atque meam.

13. Nolo autem vos ignorare, fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus.

14. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum:

15. ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis, evangelizare.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut sup. Mss. tamen quidam ferunt τοῦ γεννωμένου, sed corrigitur in marg. al. τοῦ γενομένου αὐτοῦ· l. αὐτῷ, auctore Millio.

℣. 4. Irenæus l. 3. c. 22. p. 219. a. similiter habet: *qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum*, &c. ut in textu: ita quoque c. 16. p. 205. a. præter *per spiritum.* Hilarius l. 7. de Trin. col. 933. a. *qui destinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum, sanctificationis.* Arnobius de Trin. p. 215. a. cum Epist. synod. episc. Afric. *qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctific.* Sic etiam Tichonius reg. 1. p. 50. h. qui addit, *ex resurrectione mort. J. C. Dom. nostri.* Itidem Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 1. necnon Augustinus l. contra Fortunat. disput. 2. to. 8. col. 100. d. & tract. 105. in Joh. to. 3. col. 763. f. at in Rom. 1. col. 927. e. f. g. 928. b. 929. d. habet: *qui prædestinatus in virtute secundùm spiritum sanctif.* &c. & infra, *prædestinatus est*, omissis constanter vocibus *Filius Dei.* In Græco, τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ, &c. ut in textu. Ms. unus, τοῦ προορισθέντος.

℣. 5. Eadem refert Augustinus in Rom. 1. to. 3. col. 928. g. 929. b. d. & epist. 49. ad Honorat. tom. 2. col. 115. b. sicut Ambrosiaster in Rom. 1. Sedulius verò Scot. in eund. loc. tollit & *Apostolatum.* Græcum habet: δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν, καὶ Ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν, &c. ut in Lat.

℣. 6. Concinunt Augustinus in Rom. 1. to. 3. col. 929. c. d. necnon Ambrosiast. & Sedul. Scot. in eundem loc. cum Græco.

℣. 7. Augustinus in Rom. 1. to. 3. col. 929. e. f. cum Sedul. Scot. in eand. epist. *omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax*, &c. ut supra. Ita quoque Ambrosiaster habet in Rom. 1. nisi quòd cod. unus Mich. ponit *in charitate Dei*, pro *dilectis Dei*, ut supra è Ms. Reg. seu Clarom. annotavimus. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 626. c. posteriora tantùm verba citat, *Gratia vobis, & pax*, &c. ut in textu; cui adstipulatur Victorinus Afric. l. 3. contra Arium, p. 280. d. nisi quòd habeat, *Domino nostro J. C.* cum Syr. Arab. Æthiop. & Copt. Beda in hunc loc. ex August. *à Deo patre, & Dom. nostro J. C.* In Gr. sic: πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, &c. ut in Vulgata. Borner. οὖσιν ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ.

℣. 8. Sic habent Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 1. necnon Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 23. p. 13. e. Tertullianus l. contra Prax. p. 858. a. huc alludens dicit, *gratias agere* (Paulum) *Deo per Dominum nostrum Jesum Christum:* & in epist. cleri Rom. ad Cypr. apud ipsum, p. 42. b. additur: *quia fides vestra prædicatur in toto mundo;* apud Ambrosiast. in 1. Thess. 1. 8. *quia fides vestra prædicatur in universo mundo.*

℣. 9. Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 187. d. *Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quomodo sine intermissione mem. vestri facio semper in orat. meis.* Itidem Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 751. usque ad vocem *quomodo.* Sedulius Scot. in Rom. 1. *quòd sine intermissione mentionem vestri faciam in omnibus orationibus meis.* Ambrosiaster in eundem loc. textui Germ. & Clarom. consonat ad verbum, nec aliter in Græco est, nisi hæc excipias, Μάρτυς γάρ μου, pro *Testis enim mihi;* & ὡς ἀδιαλείπτως, pro *quòd sine intermissione.* Mss. plures initio habent, Μάρτυς γάρ μοι.

℣. 10. Sic habet Ambrosiaster in Rom. 1. Græc. πάντοτε ἐπὶ τῶν..... δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, &c. ut in Lat. aliàs deest πάντοτε.

℣. 11. Ambrosiaster in Rom. 1. *Desidero enim videre vos, ut gratiam spiritualem vobis administrem ad confirmandos vos.* Sedulius Scot. in eundem loc. *ut gratiam vobis spiritualem ministrem ad*, &c. ut sup. Augustinus in epist. ad Rom. to. 3. p. 2. col. 903. b. *ut gratiam vobis spiritalem impertiar.* Græc. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.

℣. 12. Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 1. *id est, simul consolari in vobis per eam, quæ invicem est*, &c. ut supra. Græc. τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις, &c. Ms. unus in principio habet τοῦτ' ἔστι, deinde alter, παρακληθῆναι.

℣. 13. Ambrosiaster in Rom. 1. *Non autem arbitror ignorare vos, fratres: quia sæpe*, &c. ut in textu. Ruric. l. 2. epist. 8. p. 666. d. *Nolo vos ignorare, fratres: quia sæpe.... sed prohibitus sum usque adhuc.* Sedulius Scot. in hunc loc. Vulgatæ congruit, nisi quòd deleat *&*, post *habeam.* Græcum: Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι, &c. ut in Vulgata.

℣. 14. Concinunt Ambrosiast. & Sedulius Scot. in Rom. 1. & Græcum.

℣. 15. Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 423. b. *ita (quod in me est) promptus sum & vobis, qui Romæ estis, evangelizare.* Ambrosiaster in Rom. 1. *itaque (quod in me est) promptus sum & vobis, qui Romæ estis, evang.* Sedulius Scot. in eundem loc. *itaque, quod in me promptum est:* paulò verò post: *ita (quod in me est) promptus sum etiam vobis, qui Romæ*, &c. ut sup. Agapet. I. ep. 4. Concil. to. 4. col. 1793. d. *ita quod in me est, promptum est & vobis.* Græc. οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγ-

Digitized by Google

### Vulgata nova.

16. Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primùm, & Græco.

17. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit. *Habac. 2. 4. Gal. 3. 11. Hebr. 10. 38.*

18. Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent:

19. quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit.

20. Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas: ita ut sint inexcusabiles.

21. Quia cùm cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: *Ephes. 4. 17.*

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

16. Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primùm, & Græco.

17. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit.

18. Revelatur enim ira Dei de cœlo * super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem in injustitiam detinent:

** Ms. Reg. in, primâ manu ad marg. recentiori super.*

19. quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit.

20. Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur; & sempiterna ejus virtus, & divinitas: ut sint ipsi inexcusabiles.

21. *Quia cùm cognoverunt Deum, non sicut Deum * glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum:

** Ms. Reg. Qui cùm, expunctâ litt. a.*

** Ms. Reg. magnificaverunt.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

γελίσαϑαι.

℣. 16. Textui S. Germ. & Reg. concinunt Hilarius in Ps. 53. col. 69. b. Ambrosius l. de fuga sæculi, c. 3. col. 423. b. & Ambrosiaster in Rom. 1. Similiter Arnobius l. de Trin. p. 222. c. *Non erubesco Evang. Virtus enim Dei in salutem est omni credenti.* Victorin. Afr. l. 1. contra Arium, p. 265. c. *Non enim erubesco Evang. Dei:* & infra, p. 269. f. *Evangelium virtus est Dei, & sapientia.* Epist. Oriental. ad Symmach. Conc. to. 4. col. 1303. c. *Pronunciationem fidei nullus erubescat. Virtus est enim omni credenti.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. legit: *Non enim me pudet Evangelii. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo, & Græco.* Breviar. fidei contra Arian. apud Sirm. tom. 1. col. 395. c. *Non confundor de Evangelio. Virtus enim Dei est in salute omni credenti.* Augustinus l. de spirit. & lit. to. 10. col. 94. f. 108. e. *Non enim confundor de Evangelio. Virtus enim Dei est in salutem*, &c. ut supra. Ita quoque habet Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 747. a. In Græco sic: Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δυνάμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν, &c. ut in Vulgata. Borner. habet, ἐστὶ Εὐαγγέλιον· deinde Mss. quidam delent τοῦ Χριστοῦ; sicut unus infra, πρῶτον, post *Judæo.*

℣. 17. Sic habent Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 423. b. Augustinus l. de spir. & lit. to. 10. col. 94. g. 108. e. & Sedulius Scot. in Rom. 1. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd ponit *in eo*, post *revelatur.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. legit: *Quia justitia Dei in eo revelatur ex fide in fidem.* Irenæus l. 4. c. 34. p. 275. c. *Justus autem ex fide vivet*, al. *vivit.* Zeno Veron. lib. 1. tract. 2. p. 17. & Ambrosius epist. 77. col. 1093. a. *Justus enim ex fide vivit.* Hieronymus in Abac. 2. to. 3. col. 1606. a. *Quod Apostolus*, inquit, *Lxx. magis testimonio abusus est, ad Romanos scribens*, Justus autem ex fide mea vivet, *& non eo quod habetur in Hebraico; causa perspicua est: scribebat enim Romanis, qui Scripturas Hebraicas nesciebant.* Græcum textui & Vulgatæ congruit, nisi quòd habet in fine ζήσεται, *vivet.* Ms. Alex. in principio ponit Δικαιοσύνη δὲ, pro γάρ.

℣. 18. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. b. *Revelabitur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & injustitiam eorum hominum, qui veritatem in injustitia detinent.* Itidem in Collat. Carthag. pp. 489. c. 490. a. additâ voce *Dei*, ad *veritatem.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. *Iram Dei*, inquit, *dicit revelari de cælo super impietatem, & injustitiam hominum, qui veritatem in injustitia detinent.* August. epist. 194. to. 2. col. 722. g. & l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. c. *Revelatur enim ira Dei de c. sup. om. imp. & injust. hom. eorum, qui veritatem in injustitia detinent.* Ita quoque l. de gra. & l. arbitrio, col. 719. a. exceptis his, *in omnem impiet... in iniquitate detinent.* Itidem habet Sedulius Scot. in Rom. 1. detracta voce *Dei.* Ambrosiaster in eundem loc. *Revelatur enim ira Dei de c. in omnem imp. & injust. hom. eorum, qui verit. Dei in injustitia detinent.* Græc. Vulgatæ consonat, deletis vocibus *eorum*, & *Dei.* In Velesianis tamen lect. legitur ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, teste Millio.

℣. 19. Ita fert Augustinus epist. 194. to. 2. col. 722. g. l. 8. de civitate Dei, c. 10. to. 7. col. 198. f. l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 719. a. Accinunt Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 1. At in Collat. Carthag. ex parte Donatist. legitur: *quoniam quod cognoscibile est Dei, manifestum est in illis*, &c. ut sup. Augustinus in Joh. tract. 14. to. 3. p. 2. col. 401. b. leg. *manifestum est illis*, non *in illis.* Idem habet Ms. Flor. num. not. 52. annor. 800. In Græco: διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, &c.

℣. 20. Tertullianus l. contra Hermog. p. 423. b. alludens dicit: *Hæc autem sunt invisibilia ejus, quæ ab institutione mundi factis ejus conspiciuntur:* & l. de anima, p. 486. b. *Invisibilia per visibilia noscuntur:* paulòque post: *Invisibilia enim ejus, à conditione mundi, de factitamentis intellecta, visuntur.* Novatian. l. de Trin. p. 1032. c. *Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ut animus humanus ex manifestis occulta condiscens.* Hilarius in Ps. 65. col. 175. c. *Quæ enim invisibilia ejus, à creatura mundi, ipsius factis* (editt. *facta*, al. *facti*) *intellecta, adspiciuntur: æterna quoque virtus ejus, & divinitas:* & l. 8. de Trin. col. 981. a. *Ea enim, quæ invisibilia sunt ejus, à constitutione* (Ms. 1. *à creatura*, alter, *à conditione*) *mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: æterna quoque ejus virtus, & divinitas.* Donat. in Collat. Carthag. p. 490. a. *Etenim quæ invisibilia sunt ejus, à constitutione mundi, per ea quæ*, &c. ut in Vulgata. Ambros. l. 1. Hexa. col. 8. f. *Quia invisibilia ejus, per ea quæ facta sunt, intelliguntur:* & l. 1. in Luc. col. 1268. c. *Invisibilia enim ejus, per ea quæ perfecta sunt, intellecta, conspiciuntur:* & l. de Myst. to. 2. col. 327. c. *Quia invisibilia Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, comprehenduntur: sempiterna quoque virtus ejus, ac divinitas:* & l. 3. de Spir. S. col. 668. a. *Invisibilia enim ejus, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque virtus ejus, & divinitas:* & in Psal. 118. col. 992. f. ex Apost. dicit *Invisibilia, & sempiterna Dei à nobis per ea intellecta esse, quæ facta sunt.* Augustinus ep. 194. to. 2. col. 722. g. *Invisibilia enim ejus, à creatura mundi, per ea quæ*, &c. ut in Vulg. detracta voce *ita*, post *divinitas:* itidem l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. b. 96. b. & l. de gra. & lib. arb. col. 719. a. ita rursum tract. 2. in Johan. to. 3. col. 298. g. nisi quòd habet *à constitutione*, pro *à creatura:* similiter l. 8. de civit. Dei, c. 10. col. 200. f. *Invisibilia enim ejus, à constitutione mundi, per ea*, &c. tract. verò 14. in Joh. col. 401. b. habet: *Invisibilia enim ejus, à creatura mundi, per ea.... ut sint ipsi inexcusabiles:* & l. contra Adim. to. 8. col. 148. e. 149. b. & l. 20. contra Faust. to. 8. col. 346. a. *Invisibilia enim Dei, à constitutione mundi, per ea.... ut sint inexcusabiles.* Similiter Vigil. Taps. l. 11. de Trin. *ut sint inexcusabiles.* Ambrosiast. in Rom. 1. *Invisibilia enim ejus, à creatura mundi, per ea*, &c. ut in Vulg. Sedulius Scot. in eundem loc. *Invisibilia enim ipsius, à creatura m. per ea quæ facta sunt, intellecta, perspiciuntur*, &c. ut in Vulgata. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 4. p. 2. a. *Invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur.* Auctor epist. ad Demetriad. p. 42. f. *Invisibilia Dei, à creatura m. per ea*, &c. ut sup. Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 255. a. *Mirabilia enim ejus, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, noscuntur: æterna quoque ejus virtus, ac divinitas.* In Gr. sic: Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους.

℣. 21. Zeno Veron. lib. 2. tract. 21. p. 211. legit: *Qui cognitum Deum non quasi Dominum honoraverunt, neque & gratias egerunt: sed vanis persuasionibus cogitationes eorum adductæ sunt, & tenebris opertum est cor eorum.* Tichonius reg. 7. p. 66. h. legit: *Cùm cognovissent Dominum, non ut Dominum magnificaverunt, aut gratias egerunt: sed nugati*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

22. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.

24. Propter quod & tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis:

25. qui commutaverunt veritatem Dei in mendacio: & coluerunt, & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem sensum in eum usum, qui est contra naturam.

### Vulgata nova.

22. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.

24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis:

25. qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*sunt in cogitationibus suis, dicentes se esse sapientes.* Augustinus epist. 187. & 194. to. 2. col. 684. g. 723. a. *Quia cognoscentes Deum, non sicut* (vel *ut*) *Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt:* itidem l. 2. de doctr. Chr. col. 31. & tr. 14. in Joh. to. 3. p. 2. col. 401. b. additis seqq. ut in Vulg. ita quoque l. 8. de civitate Dei, c. 10. to. 7. col. 199. a. 211. c. & l. 22. contra Faust. to. 8. col. 419. b. & l. contra Petil. to. 9. col. 529. e. & l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. c. at in Job, to. 3. p. 1. col. 672. a. alludens dicit: *Qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt: noluerunt enim esse sedes Dei, ac per hoc mutati sunt, cùm evanuerunt in cogitationibus suis:* & sup. col. 668. f. *Qui non glorificaverunt Deum, aut gratias egerunt: evanuerunt in cogit. suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, & facti sunt tenebrarum locus;* ibid. col. 662. e. *excæcatum est insipiens cor eorum:* & l. 2. quæst. in Luc. p. 2. col. 269. d. *Qui cùm cognovissent Deum, non ut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt:* & l. 20. contra Faust. to. 8. col. 346. a. *Cognoscentes Deum, non sicut Deum honorificaverunt, aut,* &c. ut in Vulg. & l. 14. de civit. Dei, c. 28. to. 7. col. 378. f. *non ut Deum honoraverunt, vel,* &c. ut in Vulgata: tract. verò 2. in Joh. to. 3. col. 298. g. Vulgatæ concinit ad verbum, sicut l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. e. & l. de nat. & gra. col. 137. b. nec aliter legit Vigilius Tapſ. l. 11. de Trin. cum Auctore epist. ad Demetriad. p. 42. e. Donatistæ in Collat. Carthag. p. 490. a. sic: *Quia cùm cognovissent Deum, non ut Deum honorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogit. suis, & intenebratum est insipiens cor illorum.* Similiter Faustus, Augustini to. 8. col. 227. b. si exceperis *clarificaverunt*, pro *honorificaverunt;* & *eorum*, pro *illorum.* Sedulius Scot. in Rom. 1. & Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. h. *Quia cùm cognovissent Deum, non sicut Deum magnificavere..... & obcæcatum est insip.* &c. ut sup. Itidem Ambrosiaster habet in hunc loc. præter verbum *obscuratum*, pro *obcæcatum.* Auct. l. de duplici mart. p. 587. vel 581. b. *Qui cùm Deum cognovissent, non tamen ut Deum glorificaverunt.* Auctor l. de promiss. p. 3. col. 170. e. *Qui... cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt:* & sup. p. 1. c. 10. col. 99. b. *evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est,* &c. ut sup. Græc. Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία.

℣. 22. Sic habent Ambrosiast. & Sedulius Scot. in Rom. 1. cum Vigilio Tapſ. l. 11. de Trin. & Auctore epist. ad Demetriad. p. 42. e. Sic etiam Augustinus l. 2. de doctr. Chr. col. 31. & in Joh. to. 3. col. 299. a. 401. b. & l. 8. de civit. Dei, c. 10. col. 199. a. 211. c. & l. 20. contra Faust. to. 8. col. 346. a. & l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. b. ita rursum l. 14. de civitate Dei, c. 28. col. 378. f. sed omissâ voculâ *enim:* itidem l. 22. contra Faust. col. 419. b. & l. contra Petil. to. 9. col. 529. e. & l. de spir. & lit. to. 10. col. 95. c. cui concinit Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 718. h. & Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 4. In Collat. verò Carthag. p. 490. a. sic: *dicentes enim se esse sap. infatuati sunt.* In Græco: φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν· al. καὶ φάσκοντες.

℣. 23. Textui concinunt Ambrosiaster in Rom. 1. & Vigilius Tapſ. l. 11. de Trinit. Ita quoque habet Augustinus l. 2. de doctr. Chr. to. 3. col. 31. & l. 8. & 14. de civitate Dei, excepto verbo *immutaverunt*, quod his duobus locis, & aliis versu præc. notatis constanter retinet. Sedulius Scot. in hunc loc. legit: *Et mutaverunt gloriam immortalis Dei, in;* &c. ut sup. Collat. Carthag. p. 490. a. *Et immutaverunt claritatem incorrupti Dei, in similitudine im.* &c. ut sup. Augustinus etiam l. 8. de civit. Dei, col. 211. c. scribit *incorrupti Dei;* aliis verò locis, *incorruptibilis.* Gr. Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ, &c. ut in Lat.

℣. 24. Fragmentum Mſ. Floriac. num. not. 12. annor. ferè 1100. habet: *tradidit illos Deus in desideria cordis illorum, in immunditia: ut contumeliis,* &c. ut sup. August. l. de nat. & gra. to. 10. 137. c. *Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam,* &c. ut in textu: & l. 21. contra Faust. to. 8. col. 351. g. 352. a. *Propter hoc tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum, in immunditiam,* &c. ut sup. ita quoque in Ps. 57. to. 4. col. 553. d. nisi quòd addit è versu 28. *ut faciant quæ non conveniunt,* pro *ut contumeliis afficiant,* &c. & epist. 143. to. 2. col. 467. e. necnon in Ps. 9. ac 26. to. 4. col. 53. a. 121. d. ac l. 13. contra Faust. tom. 8. col. 258. c. *tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis eorum.* In Collat. Carthag. p. 490. a. *Propter quod tradidit illos Deus in concupiscentia cordis illorum, in immunditiam.* Hieronymus in Isai. 19. col. 184. f. *tradidit eos Deus in desideriis cordis sui, in immunditiam.* Ambrosius l. 1. de fide, col. 464. d. *tradidit illos Deus in desideria cordis ipsorum: ut contumeliis affic. corpora sua inter semetipsos.* Ambrosiaster in Rom. 1. Vulgatæ congruit, sicut etiam Auctor l. de fide orthod. p. 349. c. uno excepto *in desiderium.* Sedulius Scot. in hunc loc. *in desideria cordis eorum, in immunditia,* &c. ut sup. Gr. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ, &c. ut in Vulgata. Mſs. quidam tollunt καὶ, post Διό.

℣. 25. Ambrosius l. 1. & 5. de fide, col. 464. d. 557. c. & l. 2. & 3. de Spir. S. col. 642. c. 693. c. 694. d. *qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est Deus benedictus in sæcula.* Itidem habet Auctor l. de fide orthod. p. 349. c. sicut & Fulgentius fragment. 12. contra Fab. p. 593. cum Ambrosiast. & Sedul. Scot. in Rom. 1. nisi quòd hi postremi duo tollant vocem *Deus*, subdant verò in fine *Amen.* Accinit Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 718. h. omissa tamen utraque voce *Deus*, & *Amen.* Similiter fragm. Mſ. Floriac. num. not. 12. *qui transmutaverunt veritatem in mendacium..... qui est benedict. in sæcula.* Augustinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. c. legit: *qui transmutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt,* &c. ut in Vulgata. Hilarius l. 12. de Trin. col. 1114. c. *qui immutaverunt veritatem Dei in mendacium: & servierunt creaturæ, præterito Creatore, qui est benedictus in sæcula sæculorum.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 307. a. *& coluerunt, & servierunt creaturæ, relicto Creatore. Propter quod,* &c. Vigilius Tapſ. l. 5. de Trin. *qui immutaverunt veritatem Dei in mendacium: & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est Deus bened. in sæcula:* & inf. l. 11. *qui commutaverunt veritatem Dei in mendacio: & coluerunt, & servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula sæculorum.* Eodem modo legit Faustinus presb. l. contra Arian. p. 643. h. usque ad *qui est.* Ita quoque Philastr. Brix. l. de hæres. p. 717. h. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. e. ab hoc, *& coluerunt.* Irenæus l. 2. c. 9. p. 126. a. habet: *creaturæ potiùs quàm Creatori servientes:* & l. 4. c. 33. p. 270. c. *creaturæ magis quàm Creatori servientes.* Beda in Rom. 1. *qui est Deus benedictus in sæc. Amen.* Græc. οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει· καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, &c. ut in Vulgata, al. παρὰ τῷ κτίσαντι.

℣. 26. Cyprianus l. 3. Testim. p. 307. a. habet: *Propter quod & tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Hieronymus in Joel 2. to. 3. col. 1362. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Siquidem feminæ eorum mutave-*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

27. Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes.

28. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniunt,

29. repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia; plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate; ſuſurrones,

30. detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes,

31. inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia.

32. Qui cùm juſtitiam Dei cognoviſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: & non solùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

### Versio antiqua.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Claromont.*

27. Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſiderio ſuo in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſos recipientes.

28. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniunt,

29. repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia; plenos invidia, * homicidio, contentione, dolo, malignitate; ſuſurrones,

30. detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inventores malorum, parentibus non * oboedientes,

31. inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, ſine miſericordia.

32. Qui cùm juſtitiam Dei cognoverunt, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm * qui faciunt, ſed * qui conſentiunt facientibus.

* *Mſ. Reg.* homicidiis.

* *Mſ. Reg.* obaudientes.

* *Mſ. Reg.* illa faciunt.

* *Mſ. Reg.* ſed etiam conſent.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*runt naturalem uſum in eum uſum, qui contra naturam eſt.* Auguſtinus l. 1. contra adverſ. leg. to. 8. col. 578. a. & l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. d. *Propter hoc tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutav. natur. uſum in*, &c. ut ſup. Ambroſiaſter, & Sedulius Scot. in Rom. 1. cum Gilda Sap. caſtig. in Eccl. ord. to. 8. p. 718. h. Vulgatæ congruunt. Græcum: Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν.

℣. 27. Hieronymus in Joel 2. to. 3. col. 1362. *Similiter & maſculi, relicto naturali uſu feminæ, accenſi ſunt in deſiderium ſui in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſos recipientes.* Auguſtinus l. 1. contra adverſ. leg. to. 8. col. 578. a. *Similiter autem & maſculi, relinquentes naturalem uſum feminæ, exarſerunt in appetitum ſuum in invicem, maſculi in maſc. deformitatem operantes, & mercedem mutuam, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes:* eadem rurſus habet l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. d. exceptis his, *relicto naturali uſu*, pro *relinquentes naturalem uſum.* Similiter & Beda in Rom. 1. *deformitatem operantes, & mercedem mutuam, quam oportuit*, &c. Sedulius Scot. & Ambroſiaſter in eundem loc. Vulgatæ concinunt, niſi quòd iſte habet, *compenſationem mercedis*, pro *mercedem;* Mſ. 1. *reciprocam mercedem;* nonnulli, *mercedem*, ut ſup. Tertullianus l. de coron. mil. c. 5. p. 290. a. huc alludens dicit, *naturalem uſum conditionis in non naturalem maſculos & feminas inter ſe demutaſſe.* Græc. Ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες ἀφέντες τὴν ....... ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, &c. ut in Vulg. Mſs. plures in principio habent Ὁμοίως δὲ καί.

℣. 28. Textui concinunt Ambroſiaſter, & Sedulius Scot. in Rom. 1. cum Gilda Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. h. Irenæus verò l. 4. c. 29. p. 266. e. habet: *Et quemadmodum non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, facere quæ non conveniunt.* Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. e. *Et ſicut non probaverunt Deum hab. in notitia: tradidit illos Deus in reprob. ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniant:* ſimiliter l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. præter *in notitiam;* & in fine, *non conveniunt.* Auguſtinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 917. f. *Et quoniam non prob. Deum in notitia habere: trad. illos Deus in reprob. ſenſ.* (ſup. col. 903. e. *reprobam mentem*) *ut faciant quæ non conveniunt:* & in Pſal. 6. & 13. to. 4. col. 25. f. 67. f. *Sicut enim non prob. habere De. in notitiam: dedit illos Deus in reprob. ſenſum:* & l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. d. necnon l. 1. contra adverſar. leg. to. 8. col. 562. b. *Et ſicut non prob. De. hab. in notitia: tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant quæ non conveniunt:* nec aliter Beda in hunc loc. Victor Tun. l. de pœnit. p. 601. f. *Propter quod non habuerunt Deum in notitia: tradidit eos in reprob. ſenſum, facere inconvenientia.* Hilarius in Pſ. 51. n. 12. *propter hoc tradidit eos in ſenſum reprobum.* Ambroſius in Pſ. 118. col. 1016. b. *tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Fragment. Mſ. Floriac. num. 12. *propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſ. ut faciant quæ non conveniunt.* Græc. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει· παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

℣. 29. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. *repletos omni iniquitate, malitia, impudicitia, cupiditate, nequitia; plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malis moribus; ſuſurratores.* Eadem refert Ambroſiaſter in Rom. 1. exceptis duobus, *avaritia*, pro *cupiditate;* & *malignitate*, pro *malis moribus.* Auguſtinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. e. legit: *repletos omni iniquitate, cum circumventione, malitia, avaritia; plenos invidia, homicidio*, &c. ut in Vulgata. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. a. *repletos omni iniquitate, malitia, impudicitia, fornicatione, avaritia, nequitia*, &c. ut in Vulg. Ennodius Ticin. pro ſynodo, apud Sirm. to. 1. col. 1645. c. *repleti iniquitate, fornicatione, avaritia, nequitia, invidia, homicidiis, condemnatione, dolo, malignitate; ſuperbi*, &c. Græc. πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας· ψιθυριστάς. Mſs. duo, poſt vocem ἀδικίᾳ, addunt ἀκαθαρσίᾳ· alii verò quidam omittunt πονηρίᾳ.

℣. 30. Sic habent Auguſtinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. f. Ambroſiaſter, & Sedulius Scot. in Rom. 1. quibus adde Gildam Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. a. niſi quòd habet *inobedientes.* Cyprianus epiſt. 68. p. 120. *ſuſurratores, detractores, abhorrentes Deo, injurioſi, ſuperbi, jactantes ſui, adinventores malorum. Qui cùm juſtitiam*, &c. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. *detrectatores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, ſibi placentes, gloriantes, inventores malorum, parentibus non obſequentes.* Ennodius Ticin. pro ſynodo, col. 1645. c. contractiùs: *ſuperbi, elati, inventores malorum, parenti non obedientes.* Græc. καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς. Mſs. quidam omittunt καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς.

℣. 31. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. legit: *inſipientes, incompoſitos, ſine affectu, ſine miſericordia.* Itidem Auguſtinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 137. f. Ennodius verò Ticin. contractiùs: *inſipientes, incompoſiti, ſine miſericordia.* Gildas caſtig. in Eccl. ord. p. 719. a. *inſenſatos, incompoſitos, ſine miſeric. ſine affectione.* Ambroſiaſter in Rom. 1. ex Mſs. pluribus, ac vet. edit. *incompoſitos, ſine affectione, ſine miſericordia.* Verſus integer abeſt à Cypriano, ut notavi ſupra. In Græco ſic: ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. Mſ. Colbert. cum Copt. tollit ἀσπόνδους.

℣. 32. Cyprianus epiſt. 68. p. 120. *Qui cùm juſtitiam Dei cognoviſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, morte ſunt digni: non tantùm qui faciunt ea, ſed & qui conſentiunt eis, qui hæc agunt.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 202. h. *Qui cùm juſtitiam Dei cognoverint, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt m. non ſol. qui illa faciunt, ſed etiam qui conſent. facientibus.* Ambroſiaſter in Rom. 1. *Qui cùm juſtit. D. cognoviſſent, non intellexerunt quoniam qui hæc agunt, dig. ſ. m. & non ſolùm faciunt ea, ſed etiam conſentiunt facientibus.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. a. *Qui cùm juſtit. D. cognoviſſent, non intellexerunt quomodo qui talia agunt*, &c. ut in Vulgata. Fauſtinus presb. l. contra Arian. p. 651. c. *non ſolùm qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus ea.* Itidem Auguſtinus in Rom. 1. to. 3. col. 904. b. & l. 1. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 14. f. detracto ultimo *ea.* Innocent. I. ep. 30. to. 1. col. 898. c. *non ſolùm enim qui faciunt, ſed etiam qui conſent. facientibus.* Siric. epiſt. 10. col. 697. c. ait *reos eſſe, non ſolùm qui faciunt* (*contra legem*,) *ſed etiam qui*,

Digitized by Google

### Notæ ad Versionem antiquam.

&c. ut sup. Gelas. I. epist. 4. Conc. to. 4. col. 1169. d. *non solùm qui faciunt prava, sed etiam qui*, &c. & epist. 8. col. 1184. c. *non solùm qui non facienda faciunt, sed etiam qui*, &c. & ep. 13. col. 1209. *non solùm qui faciunt, sed & qui*, &c. Itidem Symmach. epist. 6. col. 1297. c. Ambrosius verò l. de bono mort. c. 7. col. 402. d. alludendo dicit, *quòd non solùm ii, qui flagitiosa agunt, sed etiam qui ea approbant, digni morte sunt*. Græc. Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσίν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Ms. unus, post ἐπιγνόντες, addit οὐκ ἔγνωσαν, alii vero οὐκ ἐνόησαν, vel οὐ συνῆκαν· subinde quidam ferunt, οὐ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦσιν· mox alii, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες. De his vide plura apud Millium, not. in hunc loc.

# CAPUT II.

## Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. Reg. Propterea..... omnes, qui.

1. * PRopter quod inexcusabilis es ô homo * omnis, qui judicas. In quo enim alterum judicas, teipsum condemnas: eadem enim agis qui judicas.

2. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundùm veritatem in eos, qui talia agunt.

* Ms. Reg. facies.

3. Existimas autem hoc ô homo, qui judicas eos, qui talia agunt, & * facis ea, quia tu effugies judicium Dei?

4. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

* Ms. Reg. thensaurizasti.

5. Secundùm duritiam autem tuam, & impœnitens cor, * thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei,

## Vulgata nova.

1. PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas. Matth. 7. 2.

2. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundùm veritatem in eos, qui talia agunt.

3. Existimas autem hoc ô homo, qui judicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei?

4. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

5. Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei,

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Cyprianus l. 3. Testim. p. 313. c. *Quare sine excusatione es ô homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alium, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ judicas.* Augustinus epist. 43. to. 2. col. 93. b. & epist. 194. col. 723. b. *Propterea inexcusabilis es ô homo omnis, qui judicas. In quo enim alium judicas, temetipsum condemnas: eadem enim agis quæ jud.* itidem l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 185. f. & in Rom. 2. col. 904. b. præter vocem *alterum*, pro *alium*. Ambrosiaster in Rom. 2. ita incipit: *Quapropter inexcusabilis es*, &c. ut in Vulgata. Sedulius in eundem loc. *Propter quod inexcusabilis*, &c. ut sup. nec aliter Fulg. ep. 7. p. 194. Ennodius pro synodo, Sirm. to. 1. col. 1644. e. habet: *Omnis, qui judicas, in quo alium judicas, temetipsum condemnas*, &c. ut in Vulgata. Ms. Floriac. num. not. 129. annor. 800. *temetipsum condemnas: eadem enim agis qui judicas.* Ambrosius etiam l. de bono mort. c. 7. col. 402. alludens dicit, *sed & illos, qui talia condemnant in aliis, qualia ipsi agunt, inexcusabiles haberi.* Græc. Διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε πᾶς, ὁ κρίνων. Ἐν ᾧ γάρ..... τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων· al. ἃ κρίνων.

℣. 2. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 795. b. *Scimus autem judicium Dei secundùm veritatem esse.* Ambros. l. de fuga sæc. c. 3. col. 423. d. *Scimus autem quoniam judicium Dei est secundùm*, &c. ut in textu. Itidem Ambrosiaster in Rom. 2. cum Fulg. ep. 7. p. 194. & Ennodio pro synodo, col. 1644. e. Sedulius verò Scot. in hunc loc. nil omnino differt à textu. Græc. Οἴδαμεν δὲ (Mss. quidam, Οἴδαμεν γὰρ), &c. ut supra. Hic autem versiculus abest à Cypr. loco sup. citato.

℣. 3. Ms. Flor. num. not. 129. *Existimas autem ô homo omnis, qui judicas eos, qui talia agunt, & eadem facis, quoniam tu*, &c. ut in Vulgata. Cyprianus l. 3. Testim. p. 313. c. legit: *Speras autem tu, qui judicas eos, qui mala agunt, & eadem facis, quia ipse effugies judicium Dei?* Augustinus epist. 153. to. 2. col. 525. e. *Existimas autem ô homo omnis, qui judicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effug.* &c. ut sup. & in Ps. 100. to. 4. col. 1081. e. *Existimas autem ô homo, qui judicas eos, qui faciunt ea, & eadem agis*, (infra, *qui talia agunt, & facis ea*) *quoniam tu*, &c. at in Ps. 93. col. 1007. f. contractiùs: *Existimas qui talia agis, quia tu effug.* &c. lib. verò de nat. bo. to. 8. col. 508. e. textui Sangerm. concinit ad verbum, sicut Sedulius Scot. in Rom. 2. necnon Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd hic postremus habet, *qui judicas de iis.* Fulgentius ep. 7. p. 194. *Existimas autem hoc ô homo omnis, qui judicas*, &c. ut in Vulgata. Græc. Λογίζῃ δὲ τοῦτο ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ, &c. ut in Lat.

℣. 4. Irenæus l. 4. c. 37. p. 281. c. textui concinit, uno excepto *bonitas*, pro *benignitas*. Itidem Ambrosius l. de fuga sæc. cap. 3. col. 423. d. & l. 2. de pœnit. c. 11. col. 438. præter verbum *ignoras*, pro *ignorans*. Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. c. & l. de bono pat. p. 248. b. *An nunquid opulentiam bonitatis ejus, & sustinentiam, & patientiam contemnis, ignorans quia bonitas (al. patientia, & bonitas) Dei in pœnitentiam te adducit?* Victor Tun. l. de pœnit. p. 603. f. *An nunquid opulentiam bonitatis ejus, & longam patientiam contemnis, ignorans quòd Dei bonitas ad pœnit. te adducit?* Lucifer Calar. l. de reg. Apost. p. 220. d. *Nunquid sustinentiam bonitatis ejus, & patientiam contemnis, ignorans quoniam bonitas Dei ad pœnit. te adducit?* Hieronymus in Ezech. 16. to. 3. col. 808. b. *An divitias bonitatis ejus, & sustentationis, & patientiæ contemnis, ignorans quia bonitas Dei ad pœnit. te provocat?* Similiter habet Ambrosiaster in Rom. 2. præter vocem *longanimitatis*, loco *sustentationis*. Rursus Hieronymus in Jerem. 32. col. 692. a. *ignoras quon. benignitas Dei ad pœnit. te hortatur?* l. verò contra Pelag. to. 4. col. 536. c. *te adducit?* Augustinus epist. 153. to. 2. col. 525. e. & 526. a. *An divitias benignitatis ejus, & patientia, & longanimitatis contemnis, ignorans quon. benignitas Dei ad pœnit. te adducit?* similiter habet l. de nat. boni, to. 8. col. 508. e. excepta voce *patientia*, pro *benignitas*: & in Johan. tract. 33. to. 3. col. 533. a. *An divitias longanimitatis, ac mansuetudinis ejus contemnis, ignorans quia patientia Dei ad pœnit. te add.* itidem in Psal. 93. to. 4. col. 1007. f. præter vocem *benignitatis*, pro *mansuetudinis*: at l. 2. de serm. Dom. in m. tom. 3. col. 219. d. *ignoras quia patientia Dei ad pœnit. te invitat?* quæst. verò 24. in Exod. col. 428. d. *te adducit?* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 317. e. *an ignoras quoniam bonitas Dei in pœnit. te perducit?* Similiter Cæsar. Arelat. hom. 14. *an ignoras*; reliqua ut in Vulgata. Gaudentius Brix. præf. ad Benev. p. 943. g. *An divitias bonitatis ejus, & pat. & longan. contemnis, ignorans quòd bonitas Dei ad pœnit. te invitat?* Fulgentius epist. 7. n. 15. p. 194. *An divitias bonitatis ejus, & pat. & longan. contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Avitus Vien. collat. cum Arian. apud Sirm. col. 273. d. *An divitias bonitatis ejus, & longanim. contemnis? ignoras quoniam sustinentia Dei ad pœnit. te adducit?* Beda in hunc loc. *An divitias benignitatis ejus, & pat.* &c. ut in Vulgata. Ms. Floriac. num. 129. *An divitias benignitatis, & patientiæ, & longanimitatis ejus contemnis?* Græc. Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;

℣. 5. Irenæus l. 4. c. 37. p. 281. e. *Secundùm autem duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibimetipsi iram*, &c. ut in textu. Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 505. f. *Juxta duritiam autem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram*, &c. ut sup. at in Jerem. 32. col. 692. a. *Secundùm duritiam autem tuam*, &c. ut sup. itidem in Ezech. 16. col. 808. b. & lib. 3. contra Pelag. col. 536. Nec aliter legit Ambrosiaster in Rom. 2. Cyprianus autem l. de bono pat. p. 248. b. & l. 3. Testim. p. 316. c. sic: *Tu autem secundùm duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram*, &c. ut sup. Sic etiam Lucifer Calar. l. de reg. Apost. p. 220. d. Victor Tun. l. de pœnit. p. 603. f. & Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. a. quibus con-

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Matth. 16. 27. 6. qui reddet unicuique secundùm opera ejus:
7. iis quidem, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam:
8. iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio.
9. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primùm, & Græci:
10. gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, & Græco:
Deuter. 10. 17. 2. Par. 19. 7. Job. 34. 19. Sap. 6. 8. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. 11. non enim est acceptio personarum apud Deum.
12. Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.
Matth. 7. 21. Jac. 1. 22. 13. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

### VERSIO ANTIQUA.

6. qui reddet unicuique secundùm opera ejus:
7. his quidem, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, * & incorruptionem quærentibus, vitam æternam:
8. his autem, qui ex contentione, & qui diffidunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio.
9. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, * Judæi primùm, & Græci:
10. gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, & Græco:
11. non est * personarum acceptio apud Deum.
12. Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege * & peribunt: & quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.
13. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Deest & in Ms. Reg.

* Ms. Reg. primâ manu Judæo...... Græco: gloriam autem, & honorem; secundâ, ut in textu.

* Ms. Reg. non est enim.

* In Ms. Reg. deest &.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cinit S. Pacian. paræn. ad pœnit. delendo *& cor impœnitens.* Augustinus l. contra adversar. leg. to. 8. col. 565. d. & tract. 33. in Johan. to. 3. p. 2. col. 533. a. & in Psal. 93. to. 4. col. 1007. f. *Tu autem secundùm duritiam cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram,* &c. ut sup. at quæst. 24. in Exod. to. 3. p. 1. col. 428. d. necnon l. de nat. bo. to. 8. col. 508. f. *Secundùm autem duritiam cordis tui, & impœnitens cor, thesaurizas,* &c. & epist. 153. to. 2. col. 525. e. *Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas,* &c. Cæsar. Arelat. hom. 14. *Tu autem secundùm duritiam cordis tui, & cor impœnit. thesaurizas tibi iram in die iræ, & retributionis justi judicii Dei.* Gaud. Brix. ad Benev. p. 943. g. *Tu verò secundùm duritiam t. & cor impœnitens, thes. tibi.... & revelationis,* &c. Fulgentius ep. 7. n. 15. p. 194. *Secundùm durit. autem tuam, & impœnit.* &c. ut in Vulgata. Avit. Vien. collat. cum Arian. apud Sirm. col. 273. d. *thesaurizas tibi iram in tempore iræ.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. b. hæc habet: *Quoniam Deus est Christus in diem iræ, & revelationis justi jud. Dei.* Millius etiam auctor est in Mss. aliquibus Lat. N. T. scribi *in diem.* Græcum Vulgatæ congruit. Ms. tamen unus Alex. loco ἀποκαλύψεως, *revelationis*, habet ἀνταποδόσεως, *retributionis*, ut legit supra Cæsar. Arelat.

℣. 6. Textui concinunt Lucifer Calar. de reg. Apost. p. 220. d. & Augustinus ep. 153. to. 2. col. 525. e. & quæst. 24. in Exod. to. 3. col. 428. d. & l. contra adversar. leg. to. 8. col. 565. d. at in Johan. tract. 33. col. 533. b. & l. 3. de doctr. Christ. col. 50. c. & in Ps. 93. to. 4. col. 1007. g. & l. de nat. bo. to. 8. col. 508. f. legit, *secundùm opera sua.* Accinunt magno consensu Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. c. & l. de bono pat. p. 248. b. Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 2. Fulgentius epist. 7. n. 15. p. 194. ac l. 2. de verit. præd. n. 36. p. 476. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. a. & Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 505. f. sed lib. 3. contra Pelag. to. 4. col. 536. c. legit, *secundùm opera ejus;* sicut Gaudent. Brix. ad Benev. p. 943. g. Victor verò Tun. l. de pœnit. p. 603. f. *secundùm facta sua.* Græc. κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

℣. 7. Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 505. f. *iis quidem, qui juxta patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus, vitam æternam.* Similiter habet Augustinus l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 50. c. excepta voce, *secundùm*, pro *juxta.* Ita etiam Sedulius Scot. & Beda in Rom. 2. cum Fulgent. l. 2. de verit. præd. n. 36. p. 476. Sic itidem Ambrosiaster in hunc loc. nisi quòd initio tollat *quidem.* Græc. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν..... ζητοῦσι, &c.

℣. 8. Ms. cod. Floriac. num. not. 52. *his autem, qui ex contentione, & qui,* &c. ut in Vulgata. Augustinus l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 50. d. *iis autem, qui ex contentione sunt, & diffidunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio.* Ambrosiaster in Rom. 2. *iis verò, qui ex contentione, & qui diffidunt veritati, obediunt* (infra, *credunt*) *autem iniquitati, ira, & indignatio.* Sedulius Scot. in eundem loc. p. 499. f. *iis autem, qui sunt ex content. & qui diffidunt veritati, credunt* (infra, p. 502. h. *credentibus*) *autem,* &c. ut sup. Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 505. f. *qui autem ex contentione, & increduli sunt veritati, acquiescunt autem iniquitati, ira, & furor.* Fulgentius ep. 7. n. 36. p. 476. *his autem, qui ex contentione, & qui non adquiescunt veritati, credunt autem,* &c. ut in Vulgata. Græc. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς, καὶ ὀργὴ· al. ὀργὴ, καὶ θυμός.

℣. 9. Textui Sangerm. concinit Augustinus l. 3. de doctrina Chr. to. 3. col. 50. d. & epist. 215. to. 2. col. 794. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 108. g. Itidem Fulgentius l. 2. de verit. præd. n. 36. p. 476. & Sedulius Scot. in Rom. 2. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd habet *super omnem*, pro *in omnem.* Nec aliter in Græco est, exceptis tamen Mss. quibusdam, qui habent, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι, ut in Clarom. prima manu. Apud Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 505. f. sic: *Tribul. & angust. super omnes homines, qui operantur malum, Judæi primùm, & Ethnici.*

℣. 10. Augustinus epist. 215. to. 2. col. 794. a. concordat cum textu Sangerm. & Vulg. ita quoque habet l. de spir. & litt. to. 10. col. 108. g. cum Fulg. l. 2. de veritate præd. n. 36. p. 476. & Græco. Apud Iren. l. 4. c. 37. p. 281. e. simpliciter: *gloria autem, & honor omni operanti bonum.*

℣. 11. Tertullianus l. de exhort. castit. p. 941. c. *nec est personarum acceptio apud Deum.* Ambrosiaster in Rom. 2. *non enim person. acceptio est apud Deum.* Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 108. g. *non est enim person.* &c. ut sup. Ita quoque Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. a. cum Sedulio Scot. in hunc loc. necnon Ms. Floriac. num. 52. In Græco sic: οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ.

℣. 12. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. ait Deum judicaturum occulta hominum, *tam eorum, qui in lege deliquerunt, quàm eorum, qui sine lege.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 327. b. *Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quotquot in lege peccaverunt, per legem & judicabuntur.* Concinit Philastr. Brix. p. 718. b. usque ad *& quotquot.* Zeno Veron. lib. 2. p. 211. *Qui sine lege peccaverint, sine lege peribunt: at qui in lege peccav. per legem judicab.* Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 423. e. *Quicunque sine lege peccav. sine lege & peribunt: & quicunque in legem peccav. per legem judic.* Augustinus lib. de fide & op. to. 6. col. 187. g. 188. g. 189. a. *Qui sine lege peccav. sine lege peribunt: qui autem in lege peccaverunt, per legem judicab.* at tract. 89. in Johan. to. 3. part. 2. col. 718. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 108. g. *Quicunque enim sine lege peccav. sine lege & peribunt: & quicunque,* &c. ut sup. tract. verò 54. in Joh. col. 651. e. *Qui enim sine lege pecc. sine lege & perib. & qui,* &c. Accinit Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. necnon Ambrosiaster in Rom. 2. sed iste in 1. Corinth. 15. 52. habet: *Quicunque enim extra legem peccaver. sine lege peribunt: & qui in lege,* &c. ut sup. Similiter Hilarius in Psal. 134. col. 478. d. *qui in lege peccaver. per legem judicabuntur.* Hieronymus l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 502. a. in omnibus cum Vulg. concordat. Græc. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, &c. ut in Vulg.

℣. 13. Sic habent Cyprianus l. 3. Testim. p. 327. a. Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 109. a. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. a. Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. h. Fulgentius de incarn. ad Petr. Diac. p. 313. Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 2. Sic etiam Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 423. f. sed in Ps. 39. col. 866. d. e. legit: *Non solùm auditores legis justi sunt apud Deum, sed etiam factores legis justificabuntur.* Tertullianus l. de exhort. cast. p. 941. c. *Quoniam non auditores legis justificabuntur à Deo, sed factores.* Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 942. g. *Non auditores tantùm, sed factores legis justificabuntur apud Deum.* Epiphan. in Cant. Cantic. cap. 8. ℣. 8. *Non auditores legis apud Deum justi sunt, sed factores,* Græ-



Digitized by Google

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* In Ms. Reg. deest ea.

* Ms. Reg. reddentes conscientia illorum, & invicem.

* In Ms. Reg. deest meum.

* Ms. Reg. confides.

## Versio antiqua.

14. Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter * ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:

15. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium * reddente illis conscientia ipsorum; & inter se cogitationum accusantium, vel etiam defendentium,

16. in die, cùm judicabit Deus occulta hominum, secundùm Evangelium * meum, per Jesum Christum Dominum nostrum.

17. Si autem tu Judæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo,

18. & nosti voluntatem, & probas utiliora, instructus per legem,

19. * confidis teipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt,

20. eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege.

21. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris:

22. qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis:

23. qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.

## Vulgata nova.

14. Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:

15. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus,

16. in die, cùm judicabit Deus occulta hominum, secundùm Evangelium meum, per Jesum Christum.

17. Si autem tu Judæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo,

18. & nosti voluntatem ejus, & probas utiliora, instructus per legem,

19. confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt,

20. eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege.

21. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris:

22. qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis:

23. qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.

## Notæ ad Versionem antiquam.

cum textui congruit, detracto verbo *sunt*.

℣. 14. Hilarius in Ps. 118. col. 334. b. *Cùm enim Nationes, quæ legem non habent, naturaliter secundùm legem faciunt, tales homines legem non habentes, sibi ipsi sunt lex.* Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 200. f. *Cùm enim Gentes, quæ leg. non hab. naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, isti legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 213. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 108. c. *Cùm enim Gentes, quæ leg. non hab. naturaliter quæ legis sunt, faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.* Itidem Ambrosiaster in Rom. 2. necnon Pelag. epist. 17. ad Demetriad. c. 4. col. 6. g. nisi quòd habeat *hujusmodi*, pro *hi*. Fulgentius de incarn. ad Petr. Diac. p. 313. & Faustus apud August. to. 8. col. 313. c. *ejusmodi*; cætera ut supra. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 723. d. *Cùm enim Gentes legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: isti legem non habentes*, &c. ut sup. Tertullianus l. de coro. mil. c. 5. p. 290. a. alludens dicit, *naturâ facere Nationes ea, quæ sunt legis*: & l. 5. cont. Marc. p. 795. b. *Hi*, inquit, *legem ignorant, & naturâ faciunt quæ sunt legis.* Ambrosius in Ps. 39. n. 22. col. 866. e. *Sunt enim qui naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, sicut Gentes, quæ legem non audiunt, & sibi lex sunt*: & epist. 73. col. 1078. b. *Et Gentes naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: & cùm legem non legerint, opus tamen legis*, &c. Græc. Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.

℣. 15. Similiter Hilarius in Ps. 118. col. 334. b. cum Philastr. Brix. l. de hæres. p. 723. d. necnon Fausto apud August. to. 8. col. 313. c. *qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Itidem Pelag. epist. 17. ad Demetriad. col. 6. g. sed addit: *testimonium reddente eis conscientia eorum, & inter se invicem accusantium cogitationum, aut etiam defendentium.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 213. a. *qui ostendunt opus leg. script. in cordibus suis, contestante conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam excusantium*: sic etiam in Rom. 2. col. 904. c. *contestante conscientia illorum*: at in Psal. 9. to. 4. col. 50. d. *testimonium perbibente conscientia, & cogitationibus accusantibus, seu defendentibus*: & l. 20. de civitate Dei, c. 26. to. 7. col. 611. f. *cogitationibus accusantibus, vel etiam excusantibus.* Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 200. f. *qui indicant opus legis scriptum in cordib. suis, testimonium perhibente illis conscientia.* Ambrosius ep. 73. col. 1078. b. *opus tamen legis scriptum habent in cordibus suis*: & in Luc. 7. col. 1447. c. *testimonium reddente illis conscientia illorum, & invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus*: & in Ps. 1. n. 51. col. 762. c. jungendo versum hunc cum seq. dicit: *testimonium conscientiæ nostræ in die judicii revelabitur, cùm invicem cogitationes nostræ aut accusabunt se, aut defendent, & patebunt cordis occulta.* Sedulius Scot. in Rom. 2. Vulgatæ congruit, ut & Ambrosiaster in eund. loc. nisi quòd habeat, *testim. reddente ipsis... & inter se cogitationibus invicem accusantibus.* Beda verò in eundem loc. *& inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium*: nec aliter Mss. Floriac. num. 52. & 129. Græc. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, ϗ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ ϗ ἀπολογουμένων.

℣. 16. Ambrosius in Luc. 7. col. 1448. a. & Ambrosiaster in Rom. 2. *in die, qua judicabit Deus occulta hominum, secundùm Evangelium meum, per Jesum Chr. Dominum nostrum.* Similiter habet Augustinus l. 20. de civitate Dei, c. 26. to. 7. col. 611. f. sublato in fine, *Dominum nostrum*: rursus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 213. b. legit: *in die, qua judicab. occulta hom.* Hilarius in Psal. 57. col. 123. b. *secreta hominum.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. huc alludens, ait *naturam legis esse instar ignorantibus legem secundùm Evangelium per Christum.* Gr. ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ, &c. ut in Vulg. Ms. unus habet ᾗ, pro ὅτε.

℣. 17. Accinunt Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 91. c. Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 2. In Græco verò sic: Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, ϗ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, &c. ut sup. Mss. plerique ferunt, Εἰ δὲ σύ.

℣. 18. Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 91. c. *& nosti voluntatem, & probas distantia, instructus ex lege.* Ambrosiaster verò, & Sedulius Scot. in Rom. 2. *& nosti voluntatem ejus*, &c. ut in Vulgata. Græc. ϗ γινώσκεις τὸ θέλημα, ϗ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου· al. τὸ θέλημα αὐτοῦ. Clem. Alex. θέλημα τοῦ Θεοῦ.

℣. 19. Ambrosiaster in Rom. 2. *confidisque teipsum ducem esse cæcorum*, &c. ut in textu. Augustinus l. de spir. & litt. col. 91. c. *confidis teipsum esse ducem cæcor. lumen eorum, qui in tenebris.* Gr. πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει.

℣. 20. Ita ferunt Augustinus l. de spir. & litt. col. 91. c. Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in Rom. 2. unà cum Græco.

℣. 21. Sic habent Augustinus l. de spir. & litt. col. 91. c. & Ambrosiaster in Rom. 2. Sedulius verò Scot. in eundem loc. sic: *Quid ergo doces alium, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?* Similiter Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. a. ab his, *qui prædicas*: itidem in Luc. 7. col. 1423. b. cum Augustino in Ps. 70. to. 4. col. 731. e. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. b. *venitur in trangressores legis, docentes non furari, & furantes.* In Gr. Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; & sic deinceps cum nota interrogationis.

℣. 22. Ambrosius in Luc. 7. col. 1423. b. *qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui exsecraris idola, sacrificium facis?* Similiter habet Ambrosiaster in Rom. 2. Ambrosius verò l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. a. legit: *qui dicis non adulterandum, adulteras?* Itidem Augustinus in Ps. 70. to. 4. col. 731. e. sed addit: *qui abominaris idola, sacril. facis?* Sedulius Scot. in Rom. 2. *sacrilegium committis?* Græc. ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς;

℣. 23. Accinunt magno consensu Ambrosius in Luc. 7.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Isai. 52. 5. 24. ( Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.)

Ezech. 36. 20. 25. Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerves : ſi autem prævaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt.

26. Si igitur præputium juſtitias legis cuſtodiat : nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur ?

27. & judicabit id, quod ex natura eſt præputium, legem conſummans, te, qui per litteram, & circumciſionem prævaricator legis es ?

28. Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt : neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio :

29. ſed qui in abſcondito, Judæus eſt : & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera : cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

VERSIO ANTIQUA.

24. ( Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.) Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

25. Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerves : ſi autem prævaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt.

26. Si igitur præputium juſtitias legis cuſtodiat : nonne præputium illius in circumciſione reputabitur ?

27. & judicabit quod ex natura eſt præputium, legem conſummans, te, qui per litteram, & circumciſionem prævaricator es legis ?

28. Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt : neque * quæ in manifeſto, in carne, circumciſio : * Mſ. Reg. quæ manifeſta, in.

29. ſed qui in * abſcondito, Judæus : & circumciſio cordis, qui ſpiritu, non littera : cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. * Mſ. Reg. abſconſo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 1423. b. Auguſtinus in Pſ. 70. to. 4. col. 731. e. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 91. d. Sedulius Scot. & Ambroſiaſter in Rom. 2. & Græcum.

℣. 24. Similiter habet Ambroſius in Luc. 7. col. 1423. b. *Nomen enim Dei per vos blaſphematur.* Sic etiam Auguſtinus in Pſ. 70. to. 4. col. 731. e. qui addit, *in Gentibus*, &c. ut ſup. itidem legit l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 91. d. cui accinit Gelaſ. I. epiſt. 8. Conc. to. 4. col. 1180. e. Ambroſiaſter verò, & Sedulius Scot. in Rom. 2. necnon Auctor l. de dupl. mart. p. 576. vel 582. textui congruunt. Apud Tertul. l. 5. contra Marc. p. 795. *Propter vos nomen Dei blaſphematur.* Maxim. Taurin. p. 4. g. dicit : *Væ illi homini, per quem nomen Domini blaſphematur.*

℣. 25. Auguſtinus epiſt. 196. to. 2. col. 733. c. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 91. e. legit : *Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem cuſtodias : ſi autem*, &c. ut in textu. Itidem Sedulius Scot. in Rom. 2. ſed infra habet, *ſi legem obſerves*, ut & Ambroſiaſter in eundem loc. Apud S. Leon. ſerm. 32. p. 91. a. poſteriora tantùm, *nonne circumciſio tua præputium facta eſt?* In Gr. Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ, &c. ut in textu Lat.

℣. 26. Vulgatæ conſonat Auguſtinus epiſt. 196. col. 733. c. & l. de ſpir. & litt. col. 91. e. ſicut Sedulius Scot. in Rom. 2. Ita quoque Ambroſiaſter habet, ſi excipias *præputium illis*, pro *præputium illius*. In Gr. ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν, &c.

℣. 27. Auguſtinus epiſt. 196. col. 733. c. & l. de ſpir. & litt. col. 91. e. *& judicabit quod ex natura eſt præputium, legem perficiens, te, qui per litteram*, &c. ut ſup. Itidem Ambroſiaſter in Rom. 2. Sedulius verò Scot. in eundem loc. p. 502. d. habet : *& judicabit te, quæ ex natura eſt præputium, legem perficiens, te, qui*, &c. at infra, p. 503. a. *& judicabit id, quod ex natura eſt.* Græc. καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ, τὸν διὰ γράμματος, καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;

℣. 28. Textui S. Germ. conſentit ad verbum Mſ. 52. Floriac. ſed alter Floriac. codex num. not. 129. habet, *neque manifeſta, in carne, circumciſio.* Iſych. l. 1. in Levit. c. 1. p. 54. d. *Non enim qui in man. Judæus : nec ea, quæ propalam, in carne, eſt circumciſio.* Auguſtinus epiſt. 196. to. 2. col. 733. c. & 737. a. *Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt : neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio :* ita rurſum in Pſ. 47. to. 4. col. 422. d. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 91. e. At Hieronymus l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 287. a. *Neque enim qui in aperto, Judæus eſt : neque manifeſta, in carne, circumciſio.* S. Paulinus epiſt. 20. p. 109. c. *Non enim qui in aperto, Judæus : neque quæ in carne, eſt circumciſio.* Ambroſiaſter in Rom. 2. *Non enim qui in manifeſto, Judæus eſt : neque quæ palàm, in carne, eſt circumciſio.* Tertullianus l. de reſurr. carn. p. 576. c. *Non enim qui in manifeſto, Judæus.* Græcum textui Sangerm. congruit.

℣. 29. Auguſtinus epiſt. 196. to. 2. col. 733. c. & 737. a. *ſed qui in abſcondito, Judæus eſt : & circumciſio cordis, quæ ſpiritu eſt*, ( infra, *eſt ſpiritu* ) *non littera : cujus*, &c. ut in textu : in Rom. verò 2. to. 3. col. 904. d. *qui in ſecreto, Judæus eſt :* & paulò ſup. *cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo :* at in Pſ. 47. to. 4. col. 422. d. in omnibus cum Vulg. concordat, ut & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 91. e. niſi quòd ejuſdem Mſs. quidam cum editt. hoc poſteriori loco ferant, *& circumciſione cordis ſpiritu*, pro *& circumciſio cordis in ſpiritu.* Iſych. lib. 1. in Levit. c. 1. p. 54. d. *ſed quæ in occulto, & quæ circumciſio cordis in ſpiritu, non littera : cujus*, &c. ut in Vulg. Similiter Ambroſius, à voce *cujus.* Hieronymus l. 2. in epiſt. ad Gal. to. 4. col. 287. a. *ſed in abſcondito, Judæus : & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera.* S. Paulinus epiſt. 20. p. 109. c. *ſed qui in occulto, Judæus : qui ſpiritu, non littera, circumciſus : cujus gloria non ex hominib. ſed*, &c. ut ſup. Similiter habet Tertullianus l. de reſ. carn. p. 576. c. *ſed qui in occulto.* Itidem Ambroſiaſter in Rom. 2. additis ſeqq. ut in Vulgata. Græcum Vulgatæ conſonat, detracto *eſt*, poſt voces *Judæus*, & *Deo.*

# CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. Quid ergo ampliùs Judæo eſt ? aut quæ utilitas circumciſionis ?

2. Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei :

3. quid enim ſi quidam illorum non crediderunt ? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit ? Abſit. 2. Tim. 2. 13.

VERSIO ANTIQUA.

1. Quid ergo ampliùs eſt Judæo ? aut quæ utilitas circumciſionis ? Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

2. Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita ſunt * illis eloquia Dei : * Mſ. Reg. illi.

3. quid enim ſi quidam illorum non crediderunt ? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit ? Abſit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambroſiaſter in Rom. 3. *Quid enim ampliùs eſt Judæo ?* &c. ut ſup. Ita etiam Mſ. 52. Floriac. Auguſtinus verò l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 582. f. *Quid ergo ampliùs Judæo eſt ?* &c. ut ſup. Itidem Sedulius Scot. in hunc loc. Græc. Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; &c.

℣. 2. Textui Sangerm. concinunt Auguſtinus l. 2. contra adverſar. leg. Sedulius Scot. & Ambroſiaſter in Rom. 3. In Græco ſic : Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ· aliàs deeſt γάρ.

℣. 3. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 750. d. & Agapetus I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1794. c. concordant cum textu Sangerm. & Clarom. Ita quoque Auguſtinus l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 582. f. necnon Sedulius Scot. & Ambroſiaſter in Rom. 3. niſi quòd hi tres habeant *evacuabit ;* editt. tamen Auguſt. *evacuavit.* Beda in hunc loc. ſimiliter habet *evacuavit ;* & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. b. legit : *Incredulitas tamen eorum fidem Dei non evacuavit.* Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 202. b. ſic : *quid enim ſi exciderunt à fide quidam illorum ? Nunquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit ? Abſit :* itidem epiſt. 55. 68. & 69. pp. 83. b. 120. b. & 123. c. Sanctus verò Pacian. ep. 2. p. 308. d. *verùm & ſi quidam eorum deliquerunt, nunquid fidem Dei deſtruunt ?* Græc. τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες; Μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν...... καταργήσει, al. κατήργησε; ſicut etiam codd. multi Latini, *evacuavit*, auctore Millio : ſed litteræ *b* & *v*, ſæpe invicem permutantur à ſcribis.



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

4. Est enim Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis: & vincas cùm judicaris.

5. Si autem iniquitas nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui infert iram?

6. (secundùm hominem dico.) Absit: alioquin quomodo * judicabit Deus hunc mundum?

* Ms. Reg. judicavit.

7. Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius: quid adhuc ego tanquam peccator judicor?

8. & non (sicut blasphemamur, & sicut * aiunt nos quidam dicere (Quia faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio justa est.

* Ms. Reg. dicunt.

9. * Igitur præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Judæos, & Græcos omnes sub peccato esse,

* Ms. Reg. Quid ergo tenemus amplius? Causati.

10. sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam:

11. non est intelligens, non est requirens Deum.

12. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

13. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum:

14. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est.

15. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem:

16. Contritio, & infelicitas in viis eorum:

17. & viam pacis non cognoverunt:

18. Non est timor Dei ante oculos eorum.

## VULGATA NOVA.

4. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis: & vincas cùm judicaris. Joan. 3. 33. Psalm. 115. 11. Psalm. 50. 6.

5. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram?

6. (secundùm hominem dico.) Absit: alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?

7. Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator judicor?

8. & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio justa est.

9. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Judæos, & Græcos omnes sub peccato esse, Gal. 3. 22.

10. sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam: Psalm. 13. 3.

11. non est intelligens, non est requirens Deum.

12. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

13. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum: Psalm. 5. 11. Psalm. 139. 4.

14. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Psalm. 9. 7.

15. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Isai. 59. 7.

16. Contritio, & infelicitas in viis eorum: Prov. 1. 16.

17. & viam pacis non cognoverunt:

18. Non est timor Dei ante oculos eorum. Psalm. 35. 2.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 202. b. similiter habet: *Est enim Deus verax: omnis autem homo mendax:* ita rursum epist. 55. 68. & 69. pp. 83. b. 120. b. & 123. c. cui accinit Ambrosiast. in Rom. 3. additis seqq. quæ leguntur in textu. August. l. 1. cont. Parmen. n. 3. to. 9. col. 13. e. & l. 2. n. 5. col. 27. f. *Solus Deus verax est: omnis autem homo mendax.* Ambros. l. 1. de pœnit. col. 393. e. *Sit autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut*, &c. ut sup. itidem in Luc. 6. col. 1384. f. & l. 3. de Spiritu S. col. 695. f. l. verò de apol. Dav. n. 52. col. 693. c. *Sit enim Deus verax*, &c. & l. 3. de fide, col. 504. a. *Fiat autem Deus verax*, &c. Græc. Γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθὴς, &c. ut in Lat. aliàs Γενέσθω δέ· al. Γενηθήτω· al. Γίνεται· al. Ἔστω· de quibus consule Millium.

℣. 5. Ambrosiast. in Rom. 3. *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui*, &c. ut sup. Eucher. quæst. in N. T. p. 850. d. & Fulg. l. 1. ad Monim. c. 26. p. 21. *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei comm. quid dic. Nunquid iniquus Deus, qui*, &c. Sedul. Scot. in hunc loc. *Si enim injustitia* (inf. *iniquitas*) *nostra justitiam Dei comm..... Nunquid iniquus est Deus, qui*, &c. Ennod. l. 2. epist. 19. Sirm. to. 1. col. 1418. a. *Nunquid iniquus Deus? Absit.* Gaudent. Brix. pp. 945. a. & 964. f. *Nunquid injustus Deus, qui infert iram?* Philastr. Brix. de hæres. p. 710. a. *Nunquid injustus Deus, qui infert iram suam hominibus?* Græc. textui congruit.

℣. 6. Sic habent Ambrosiast. & Sedul. Scot. in Rom. 3. sic etiam Fulg. l. 1. ad Monim. c. 26. p. 21. nisi quòd deleat *hunc*, ante *mundum.* Græc. κατὰ ἄνθρωπον..... ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; aliàs, τοῦτον τὸν κόσμον;

℣. 7. Ita ferunt Ambrosiast. & Sedul. Scot. in hunc loc. addito *&*, post *adhuc.* Ita quoque in Græco est. In Ald. tamen edit. 1ª. Erasmi, legitur: τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς ἐγὼ κρίνομαι;

℣. 8. Græcum textui Sangerm. congruit, deleta voce *Quia.* Ita etiam Ambrosiast. Ms. cod. 52. Floriac. Lat. *& sicut aiunt nos quidam dicere*, &c. ut in Vulg. Aug. in Job, to. 3. col. 661. f. *Ne nomen Domini Dei, & doctrina blasphemetur, dum dicunt, quorum judicium justum est: Faciamus mala ut veniant bona:* at l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 402. a. *& sicut dicunt quidam nos dicere, Faciamus mala ut veniant bona: quorum judicium justum est:* similiter l. de spirit. & litt. to. 10. col. 97. a. nisi quòd ibi Mss. plerique, pro *judicium justum est*, habent *damnatio justa est.* Cypr. l. 3. Testim. p. 327. b. *Faciamus mala dum veniunt bona: quorum condemnatio justa est.* Auct. lib. de singul. cleric. p. 535. cum Auct. quæst. ex utroque T. q. 126. col. 137. f. *Faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio justa est.*

℣. 9. Sedul. Scot. in Rom. 3. *Quid ergo amplius? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim*, &c. ut sup. Ambrosiast. in eund. loc. ex Mss. quibusdam: *Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim*, &c. ex aliis verò Mss. *Quid ergo tenemus amplius? Causati enim*, &c. In Græco sic: Τί οὖν; προεχόμεθα; Οὐ πάντως. Προῃτιασάμεθα γὰρ, &c. Borner. cod. Græc. Τί οὖν προκατέχομεν περισσόν; omisso seq. οὐ πάντως. Idem Lat. *Quid ergo tenemus amplius?* alii quidam, Τί οὖν κατέχομεν περισσόν; de quibus consule Millii not. in hunc ℣.

℣. 10. Sic habet August. l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 403. d. cum Ambrosiast. & Sedul. in Rom. 3. In Græco pro *quisquam*, legitur οὐδὲ εἷς, *neque unus:* legebant s. Patres οὐδείς.

℣. 11. August. l. 1. cont. Crescon. col. 403. d. *non est intelligens, non est inquirens Deum.* Ambrosiast. & Sedul. ut in textu, quibus etiam Græcum favet.

℣. 12. Accinunt August. Sedul. & Ambrosiast. ubi supra; nec refragatur Græc. nisi quòd habet χρηστότητα, pro *bonum.*

℣. 13. Itidem apud August. Sedul. & Ambrosiast. ubi supra, quibus etiam consonat Græcum, nisi excipias verbum ἀνεῳγμένος, pro *patens est.* Cyprian. l. de zelo & liv. p. 258. a. ultima tantùm profert, *Venenum aspidum*, &c.

℣. 14. Ita legunt August. Ambrosiast. & Sedul. ubi supra. Ita quoque in Græco est. Apud Cypr. l. de zelo & liv. p. 258. a. *Et os eorum maledict. & amaritud. plenum est.*

℣. 15. Ita August. habet cum Ambrosiast. & Sedul. locis supra cit. Ita quoque Cypr. l. de zelo & liv. p. 258. a. nisi quòd ordinem vocum sic invertat, *Veloces ad effund. sang. pedes eorum.* Græc. textui consonat.

℣. 16. Cypr. l. de zelo & liv. *Contritio, & calamitas in viis eorum.* August. Ambrosiast. & Sedul. ubi sup. *Contritio, & infelicitas*, &c. Græc. Σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία, &c.

℣. 17. Itidem August. cum Ambrosiast. & Sedul. ubi sup. Cypr. verò l. de zelo & liv. *qui viam pacis non agnoverunt.* Gr. καὶ ὁδὸν..... οὐκ ἔγνωσαν.

℣. 18. Cypr. l. de zelo & liv. *Nec est timor Dei ante*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

Gal. 2. 16. 19. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur: ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo:

20. quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

21. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est; testificata à lege, & Prophetis.

22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio:

23. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei.

24. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu,

25. quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum,

26. in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi.

**VERSIO ANTIQUA.**

19. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his, qui in lege sunt, loquitur: ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

20. quia non justificabitur ex operibus legis omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

21. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est; testificata à lege, & Prophetis.

22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt: non enim est distinctio:

23. Omnes enim peccaverunt, & egent * gloria Dei.

24. Justificati gratis per ipsius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu,

25. quem proposuit Deus * propitiationem per fidem in sanguine ipsius, in ostensionem justitiæ suæ, propter propositum præcedentium delictorum,

26. in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit * ipse justus, & justificans eum, qui ex fide est.

* *Ms. Reg.* gloriam.

* *Ms. Reg.* propitiatorem fide in.

* *In Ms. Reg. deest* ipse; *& additur in fine*, Christi Jesu.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*oculos eorum.* August. Ambrosiast. & Sedul. ubi sup. *Non est timor Dei*, &c. Ita quoque in Græco.

℣. 19. Sic habet Ambrosiast. cum Sedulio in Rom. 3. August. verò l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 403. d. *Scimus autem quoniam quæcunque lex dicit, his, qui in lege sunt, loquitur: ut omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus Deo:* eadem rursum refert in epist. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 957. d. præter hæc, *Scitis quoniam.* S. Pacian. epist. 3. p. 311. a. *Scimus autem quoniam quæcunque lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit, & loquitur.* Auct. quæst. ex Vet. T. q. 33. *Scimus autem quon. quæcunq. lex loquitur, his, qui in lege sunt, loquitur:* & infra, q. 102. ex utroque mixtim, p. 97. b. *Scimus enim quia quæcunq. lex loq. his, qui sub lege sunt, loquitur.* Tichon. reg. 3. p. 52. a. *Quæcunq. lex loquitur, his, qui in lege sunt, dicit: ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.* Similiter habet Ambros. l. de exhort. virg. col. 300. a. *ut omne os obstruatur.* Hieronym. l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. *omne enim os*, inquit, *obstruitur, & obnoxius est omnis mundus Deo.* Græc. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται, &c. ut sup. Mss. quidam ferunt, τοῖς ὑπὸ νόμον.

℣. 20. Tichon. reg. 3. p. 52. a. *quia non justificabitur ex lege omnis caro in conspectu ejus. Per legem enim cognitio peccati.* August. in Rom. 3. to. 3. p. 2. col. 904. e. *quia non justificabitur in lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati:* itidem l. 1. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 417. c. præter *ex lege*, pro *in lege*. Ambrosiast. in Rom. 3. *quoniam quidem non justificabitur ex operibus legis omnis caro coram Deo*, &c. ut in textu. Hieron. l. 2. contra Pelag. & Sedulius Scot. in hunc loc. Vulgatæ consonant, unà cum Græco. Ms. cod. Floriac. Lat. num. 129. *non justificabitur ex lege omnis caro coram ipso*, &c. ut in textu.

℣. 21. Iren. l. 4. c. 34. p. 275. b. concordat cum textu Sangerm. & Vulg. Sic etiam habet August. ep. 177. to. 2. col. 626. g. præter hæc, *testificata per legem, & Prophetas:* itidem lib. de spir. & litt. to. 10. col. 92. e. & 96. f. sicut & l. 1. cont. epist. 2. Pelag. col. 417. c. & l. 20. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 576. c. at quæst. 5. in Jos. to. 3. p. 1. col. 581. d. legit, *testimonium habens per legem, & Prophetas.* Ambrosiast. in Rom. 3. *testimonium habens à lege, & Prophetis.* Sedul. Scot. in eundem loc. *testificati per legem, & Prophetas.* Græc. μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου, καὶ τῶν, &c.

℣. 22. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 795. c. *Nunc justitia Dei per fidem Christi.* August. l. 1. de pecc. merit. to. 10. col. 24. a. *Justitia Dei in omnes, qui credunt: non enim est distinctio:* & l. de spir. & litt. col. 96. g. necnon l. 1. contra epist. 2. Pelag. col. 417. d. *Justitia autem Dei per fidem J. C. in omnes, qui credunt: non enim est dist.* Ambrosiast. in Rom. 3. *Justitia autem Dei per fid. J. C. in omnes vel super omnes, qui credunt: non enim est dist.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. g. *Justitia autem Dei per fidem J. C. in omnes & super omnes, qui credunt in eum.* Græcum textui consonat. Mss. tamen plures omittunt καὶ ἐπὶ πάντας, *& super omnes.* Ms. Lat. Floriac. num. 52. *per fidem J. C. super omnes, qui credunt: non*, &c. ut in Vulg.

℣. 23. Cypr. l. 2. Testim. p. 296. a. *Omnes enim peccav. & egent claritate Dei.* Hieron. l. 1. 2. & 3. contra Pelag. to. 4. col. 491. d. 515. c. 532. e. *Omnes enim peccav. & indigent gloria Dei.* Ambros. l. 1. in Luc. col. 1271. e. *Omnes enim peccav. & egent gloria Dei.* Similiter August. tr. 49. in Joh. cap. 11. to. 3. p. 2. col. 628. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. a. & l. de spir. & litt. col. 96. f. & l. 1. contra epist. 2. Pelag. col. 417. c. Ita quoque Sedul. & Ambrosiast. in Rom. 3. quibus accedit Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 739. d. Prædestinat. verò l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 529. e. *Omnes enim pecc. & egent gloriam Dei*, ut in Ms. Reg. Iren. l. 4. c. 27. p. 264. b. *Omnes egent gloria Dei.* Græc. Πάντες γάρ..... καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Vide sis Millium in hunc loc.

℣. 24. Textui favent August. locis sup. cit. & Hieron. l. 1. & 2. contra Pelag. to. 4. col. 491. d. 515. c. cum Sedul. & Ambrosiast. in Rom. 3. necnon Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 739. d. Cyprianus verò l. 2. Testim. p. 296. a. habet: *Justificantur autem dono ipsius & gratia, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu.* Prædestinat. l. 3. ap. Sirm. to. 1. col. 529. e. *Justificati itaque gratis in gratia ipsius, in redemptionem, quæ est in Christo.* Gr. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 25. Hilarius in Ps. 64. col. 164. b. *quem proposuit Deus placationem per fidem in sanguine suo.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. a. & l. de spir. & litt. col. 96. g. *quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ ejus, propter propositum præcedentium peccatorum.* Ambros. l. de fug. sæc. c. 3. col. 424. c. *quem propos. Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostens. justit. suæ.* Ambrosiast. in Rom. 3. *quem propos. Deus propitiatorem fidei in sang. ipsius, ad ostens. justit. suæ, propter propositum præced. delictorum.* Oros. contra Pelag. p. 453. d. *quem posuit Deus propitiatorem in sanguine suo:* at infra, p. 455. d. ℣. integrum refert ut in Vulg. deleta tamen voce *suæ*, post *justitiæ*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 491. d. *quem proposuit Deus propitiatorem.* Græc. ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων· aliàs ponitur τὸ, ante ἱλαστήριον· al. τόν· Borner. cod. Lat. habet *propitiatorem.* In Alex. deest διὰ τῆς πίστεως· aliàs verò sub finem loco πάρεσιν, est πόρωσιν, vitio librarii pro πώρωσιν, *obdurationem*, quomodo legebant Chrysost. & Euthal. si Millio fides. Estius Augustinum & Ambrosiast. legisse putat πρόθεσιν. Sangerm. tamen & Clarom. codd. in Græco πάρεσιν, licet in Lat. *propositum* ferant.

℣. 26. August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. a. & l. de spir. & litt. col. 91. a. *in Dei patientia, ad ostendendam justitiam ipsius in hoc tempore: ut sit justus, & justificans eum, qui ex fide est Jesu.* Ambrosiast. in Rom. 3. *in patientia Dei, in hoc tempore: ut sit justus, justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi.* Oros. contra Pelag. p. 455. d. *in sustentationem Dei, & ostensionem justitiæ*, &c. ut in Vulg. deleta voce *Christi.* Græc. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ. Borner.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

27. Ubi est ergo * gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei.

28. Arbitramur enim justificari per fidem hominum sine operibus legis.

29. * An Judæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Immo & Gentium:

30. quoniam quidem unus Deus, qui * justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

* Ms. Reg. justificatio tua.

* Ms. Reg. Ad.

* Ms. Reg. justificavit.

### VULGATA NOVA.

27. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei.

28. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.

29. An Judæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Immo & Gentium:

30. quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cod. omittit Ἰησοῦ.

℣. 27. Tichon. reg. 3. p. 53. f. *Ubi est gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? Nunquid operum? Non: sed per legem fidei*: at supra, p. 52. f. legit *factorum*. Sedul. Scot. in Rom. 3. *operum*. August. l. 1. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 417. d. *Ubi est gloriatio? Exclusa est? Per quam legem? Factorum? Non: sed per*, &c. ut sup. ita rursum legit l. de spir. & litt. col. 91. a. & 94. b. addito *tua*, ad vocem *gloriatio*. Itidem Ambrosiast. in hunc loc. & S. Leo ferm. 32. p. 91. a. Græc. verò: Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; Ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; Τῶν ἔργων; Οὐχί· ἀλλὰ, &c. Mss. quidam addunt σου, ad καύχησις.

℣. 28. August. l. 1. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. col. 417. d. Vulgatæ concinit; sicut Ambros. apol. 2. Dav. c. 6. col. 718. c. & Ambrosiast. in Rom. 3. Hieronym. verò l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. legit: *Existimamus fide justificari hominem sine operibus legis*. Ex quibus apparet in textu Sangerm. & Clarom. vitiosè scribi *hominum*, pro *hominem*: nam in Græco constanter: Λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, &c. ut sup. Mss. tamen plerique ponunt γὰρ, pro οὖν.

℣. 29. Hilarius in Ps. 67. col. 210. b. legit: *Non enim Judæorum Deus tantùm est, & non Gentium: immo & Gentium*. Ambrosiast. in Rom. 3. textui Sangerm. congruit, ut & S. Pacian. ep. 3. p. 312. b. In Græco sic: Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ Ἐθνῶν; ναὶ καὶ Ἐθνῶν. Mss. quidam in principio tollunt Ἢ, sicut alii paulò post δέ.

℣. 30. Irenæus l. 3. c. 10. p. 186. a. & l. 5. c. 22. p. 319. d. *unus Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præput. per fidem*: itidem l. 4. c. 22. p. 259. b. præter verbum *justificavit*. Similiter Ambros. l. 2. de fide, col. 489. d. *qui justificavit circumcis.* &c. ut sup. Item Ambrosiast. in Rom. 3. *quoniam quidem unus Deus, qui justificavit circumcis.* &c. ut sup. Nec aliter Ms. Floriac. Lat. num. 52. Hilarius verò in Ps. 67. col. 210. b. *unus enim Deus est, qui justificat circumcis.* &c. ut sup. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. col. 515. c. *siquidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex lege, & præputium ex fide*: sed, ni fallor, apertum mendum est *ex lege*, pro *ex fide*; nam Hieronym. continuò subdit, *non in hominis merito, sed in Dei gratia esse justitiam, qui sine legis operibus, credentium suscipit fidem*. S. Pacian. ep. 3. p. 312. b. *siquidem unus Deus, qui justificat impium ex fide, & per fidem*. In Græco: ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ... διὰ τῆς πίστεως· al. ἐκ πίστεως.

℣. 31. Tichon. reg. 3. p. 52. e. similiter: *Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus*. Concinit Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. b. nisi quòd habet in fine, *sed leg. constituimus*. Tertul. l. de pudic. p. 1002. a. *Legem ergo evacuamus per fidem? Absit: sed legem sistimus*. Itidem August. in Rom. 3. to. 3. col. 905. g. & Ambrosiast. in eundem loc. præter verbum ult. *statuimus*. Græc. Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; &c. ut in Lat.

# CAPUT IV.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem?

2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

3. Quid enim Scriptura dicit? Credidit Abraham Deo: & * reputatum est illi ad justitiam.

4. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum.

5. Ei autem, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam.

* Ms. Reg. deputatum.

### VULGATA NOVA.

1. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem?

2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo: & reputatum est illi ad justitiam. Genes. 15. 6. Gal. 3. 6.

4. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. Jac. 2. 23.

5. Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundùm propositum gratiæ Dei.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Ambrosiast. in hunc loc. Græc. verò: Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; aliàs ut in Vulg.

℣. 2. Concinit August. in Rom. 4. to. 3. p. 2. col. 905. g. ita quoque in ep. ad Gal. col. 953. f. & tract. 82. in Joh. col. 705. f. excepto *ad Deum*. Ambrosiast. in hunc loc. *Si enim Abraham ex operibus legis justif. est, habet glor. sed non apud Deum*. Græc. Εἰ γὰρ Ἀβρ. ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν. Apud Fulgent. de incarn. ad Petr. Diac. c. 25. omnia ut in Vulg. usque ad ℣. 5.

℣. 3. Irenæus l. 4. c. 5. p. 232. e. *Quid enim? Credidit Abraham Deo: & deputatum est ei ad justitiam*: & ibid. c. 8. p. 236. b. *Credidit Deo: & deputatum est ei ad justitiam*. Itidem Hilar. l. 10. de Trin. col. 1079. b. & August. l. 16. de civitate Dei, c. 23. to. 7. col. 435. e. addito *Abraham*, verbo *Credidit*. Zeno Veron. l. 1. tract. 13. pag. 95. *Abraham credidit Deo: & deputatum illi ad justitiam*. Tichon. reg. 3. p. 53. f. cum Ambrosiast. in hunc locum, *Quid enim Scriptura dicit? Credid. Abr. Deo: & reputatum est ei in justitiam*, Ambrosiast. *ad justitiam*. Auct. l. de Judaica incredul. p. 565. c. *Sic Abraham credidit Deo: & accepto latum est ei ad justitiam*. Græc. Τί γὰρ ἡ Γραφὴ λέγει; Ἐπίστευσε δὲ Ἀβρ. τῷ..... καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς, &c.

℣. 4. Ita fert August. in Rom. 4. tom. 3. col. 906. a. necnon l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 24. b. cum Sedul. & Ambrosiast. in hunc loc. Ita quoque in Græco est, nisi excipias verbum λογίζεται, pro *imputatur*.

℣. 5. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. b. *Ei verò, qui non operatur, credit autem in eum, qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam*: tum addit, *Sicut & David dicit*, prætermissis his, *secundùm propositum gratiæ Dei*, quæ leguntur in Vulg. omittuntur verò in Mss. nostris. Rursum epist. 185. to. 2. col. 658. d. & tract. 19. & 72. in Joh. col. 442. a. 687. g. legit: *credenti in eum, qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam*, nec addit plura: itidem in Job, to. 3. col. 649. f. & l. 1. de pecc. mer. col. 11. a. item tract. 29. & 54. in Joh. 515. d. 650. d. *credenti autem*, & *credenti enim*, &c. ut supra. Sedul. verò, & Ambrosiast. in Rom. 4. Vulgatæ congruunt, & addunt, *secund. proposit. gratiæ Dei*. Victor Tun. l. de pœnit. p. 600. d. sic habet: *Ei autem, qui non operatur, & credit in eum, qui justificat impium, accepta est fides ejus in justitia secundùm propositum gratiæ Dei*. Beda in hunc loc. *Et qui non operatur*, &c. ut in Vulgata. Græc. Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus:

Psalm. 31. 1. 7. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam.

10. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.

Genes. 17. 10. 11. 11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad justitiam:

12. & sit pater circumcisionis, non iis tantùm, qui sunt ex circumcisione, sed & iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

13. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi: sed per justitiam fidei.

14. Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio.

15. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex; nec prævaricatio.

16. Ideo ex fide, ut secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, non ei, qui ex lege est solùm, sed & ei, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrûm

### VERSIO ANTIQUA.

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

7. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione*, an & in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. ** Ms. Reg. addit* tantùm, *sed punctis notatum sec. manu.*

10. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione cùm esset, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.

11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis * ad justitiam: ** Ms. Reg.* & illis justitia.

12. & * sit pater circumcisionis eis, qui non ex circumcisione tantùm, sed & his, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio fidei patris nostri Abrahæ. ** In Ms. Reg. additur* sit *alterâ manu.*

13. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi: sed per justitiam fidei.

14. Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio.

15. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex; nec prævaricatio.

16. Ideo ex fide *, ut secundùm gratiam firma sit promissio omni semini; non ei, qui ex lege est, sed ei, qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrûm, ** Ms. Reg.* ex fide Jesu.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. In Velef. lect. additur, κατὰ πρόθεσιν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· sed hanc additionem non agnoscunt alii Mss. Græci, nec etiam Mss. 2. codd. Lat. quibus usi sunt Theologi Lovan. uti nec vetustus cod. Coletinus, teste Erasmo: ex quibus omnibus adstruitur prætermissio eorumdem verb. in codd. Sangerm. & Clarom.

V. 6. Sic habet August. l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 24. b. cum Ambrosiast. in Rom. 4. Sedulius verò in eund. loc. *Sicut David dicit, beatitudo hominis*, &c. ut sup. Græc. Καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην, &c.

VV. 7. 8. Eadem refert August. l. 1. de pecc. mer. col. 24. b. cum Ambrosiast. & Sedulio in Rom. 4. nec aliter in Græco, præter verbum λογίσηται, pro *imputavit*; al. λογίσεται. Mss. 6. Lovan. legunt *imputabit*, cum Ruffin. & Beda in hunc loc. si Millio fides.

V. 9. Ambrosiaster in hunc loc. *Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet, an & in præputio? Dicimus enim quia reputata est*, &c. ut sup. Ms. Floriac. num. 52. omittit *tantùm*, unà cum Sangermanensi nostro. August. epist. 196. to. 2. col. 733. e. *Dicimus enim quoniam deputata est Abrahæ*, &c. ut supra. Græc. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Λέγομεν γὰρ ὅτι ἐλογίσθη τῷ..... εἰς δικαιοσύνην· aliàs ἐπὶ τὴν περιτομὴν μόνον μένει, ἢ· sed additamentum hoc non agnoscunt 3. Mss. codd. Lovan. nec cod. Colet. teste Millio.

V. 10. August. epist. 196. to. 2. col. 733. e. *Quomodo ergo deputata est? cùm in circumcisione esset, an cùm esset in præputio? Non in circumcis.* &c. ut in textu. Ambrosiast. in Rom. 4. *Quomodo ergo reputata est? cùm in circumcisione esset, an in præputio? Non in circumc.* &c. Græc. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; Οὐκ ἐν, &c. ut in Lat. in Ms. uno deest ὄντι.

V. 11. August. epist. 196. tom. 2. col. 733. e. textui Sangerm. accinit, excepto verbo *deputetur*: similiter l. 12. cont. Faust. to. 8. col. 250. f. nisi quòd ita incipiat: *Ipse enim accepit signum*, &c. Ambros. l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. c. d. *Quia Abraham signum accepit circumcisionis*: & infra, *signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ, & fidei.* Ambrosiast. nil differt à textu Sangerm. In Græco sic: Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα.... εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην· al. εἰς τὴν δικαιοσύνην.

V. 12. August. epist. 196. to. 2. col. 733. e. *ut sit pater circumcisionis, non iis solùm, qui ex circumcisione sunt, sed & iis, qui sequuntur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham*: & l. 12. contr. Faust. to. 8. col. 250. f. *ut sit pater circ. non his solùm, qui ex..... sed & iis, qui sequuntur vestigia, quæ est in præputio, fidei patris nostri Abr.* Ambrosiast. in Rom. 4. *& sit pater circumcisionis, non solùm eorum, qui ex circumcis. sunt, sed & eorum, qui sequuntur vestigia fidei, quæ est in præputio patris*, &c. ut supra. Græc. καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς, &c. Mss. plurimi, τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβ. al. τῆς πίστεως, τοῖς ἐν τῇ, &c.

V. 13. Sic habet Ambrosiast. in Rom. 4. cum August. in Ps. 118. to. 4. col. 1341. g. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 597. e. necnon l. 1. cont. epist. 2. Pelag. to. 10. col. 417. d. Julianus apud August. l. 2. oper. imp. col. 1014. a. *Non ergo per legem promissio Abrahæ, ut hæres esset mundi.* Huc redeunt quæ Tichon. reg. 3. p. 54. g. dicit ex Apost. *propterea ex fide, & non ex lege datam esse promissionem, ut firma esset promissio.* Græc. textui Sangerm. congruit.

V. 14. August. in Ps. 118. to. 4. col. 1341. g. *Si enim qui per legem, hæredes sunt: exinanita est fides, & evacuata est promissio*: itidem l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 597. e. & l. 1. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 417. d. at l. 3. col. 451. e. *Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, & evacuata est promissio.* Julianus apud August. l. 2. op. imp. col. 1014. a. *Si enim qui sunt ex lege, hæredes sunt: evacuata est fides, destructa est promissio.* Ambrosiast. in Rom. 4. *Si enim qui ex lege, hi sunt hæredes: evacuata est fides, abolita est prom.* Græc. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου, κληρονόμοι· κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ, &c.

V. 15. Sic habet Ambrosiast. in Rom. 4. cum August. in Ps. 118. to. 4. col. 1341. g. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 597. e. necnon l. 1. & 3. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 417. d. 451. e. Ita quoque Julianus apud August. l. 2. op. imperf. col. 1014. b. & Ambros. epist. 73. col. 1077. f. præter *Ubi autem*, pro *Ubi enim.* Tichon. reg. 3. p. 54. g. *Lex iram operatur. Ubi etiam non est lex; neque transgressio.* Maxim. Taurin. in homil. p. 4. a. *Lex autem iram operatur.* Auct. quæst. ex N. T. p. 2. q. 46. col. 152. e. *Lex enim iram operatur. Et ubi non est lex; nec prævaricatio.* Græc. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος· οὐδὲ παράβασις. Mss. quidam, Οὗ δὲ οὐκ ἔστι, &c.

V. 16. Tichon. reg. 3. p. 54. g. *Propterea ex fide, ut secundùm gratiam firma esset promissio omni semini.* Exinde Ms. Floriac. num. 129. *non ei tantùm, quod ex lege est*, &c. ut in Vulg. Augustinus epist. 196. to. 2. col. 733. f. & in Ps. 118. to. 4. col. 1341. g. *Ideo ex fide, ut secundùm*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te ante eum, cui credidisti, Deum, qui vivificat mortuos, & vocat quæ non sunt, tanquam quæ sunt:

18. qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundùm quod dictum est: Sic erit semen tuum.

** Ms. Reg. in fidem.*

19. Et non est infirmatus *fide, non consideravit corpus suum emortuum cùm centum ferè annorum esset, & emortuam vulvam Sarræ.

** Ms. Reg. autem etiam.*

20. In repromissione * etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21. plenissimè sciens quia quæcunque promisit, potens est & facere.

22. Ideoque reputatum est illi ad justitiam.

23. Non est autem scriptum tantùm propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam:

24. sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Dominum nostrum ex mortuis;

25. qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram.

## VULGATA NOVA.

17. (sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt: *Genes. 17. 4.*

18. qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundùm quod dictum est ei: Sic erit semen tuum. *Genes. 15. 5.*

19. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum cùm jam ferè centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ.

20. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21. plenissimè sciens quia quæcunque promisit, potens est & facere.

22. Ideo & reputatum est illi ad justitiam.

23. Non est autem scriptum tantùm propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam:

24. sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum à mortuis;

25. qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*gratiam firma sit promissio omni semini, non ei tantùm, quod ex lege est, sed & ei, quod ex fide est Abraham, qui pater est omnium nostrûm:* itidem lib. de spir. & litt. to. 10. col. 106. e. deleto &, post *sed*. Ita quoque Julianus apud August. l. 2. op. imp. col. 1014. b. deleto & *ei*. Ambrosiast. in Rom. 4. Vulgatæ concinit, nisi quòd habet *tantùm*, pro *solùm*. In Græco sic: Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι, &c.

℣. 17. Ambrosiaster in Rom. 4. *sicut script. est: Quia patrem..... posui te ante eum, cui credidisti Deo, qui vivificat*, &c. ut in Vulg. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 748. d. *ante Deum, cui credidisti, qui vivif.* &c. Sic etiam Ms. Floriac. num. 52. August. in hunc loc. to. 3. p. 2. col. 906. c. *ante Deum, cui credidit:* & l. de nat. bo. to. 8. col. 508. b. & tract. 105. in Joh. col. 763. e. *qui*, al. &, *vocat ea, quæ non sunt, tanquam sint.* S. Paulin. epist. 49. p. 287. b. *vocat ea, quæ non sunt, tanq. quæ sint.* Itidem Gaud. Brix. serm. 3. p. 948. g. præter ultimum *sunt*, pro *sint*. Ambros. in Ps. 36. col. 813. a. *qui vivificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt:* at in Luc. 7. col. 1463. f. *& vocat quæ non sunt, tanquam quæ sunt.* Julianus apud August. l. 2. op. imp. to. 10. col. 1014. b. nil differt à Vulg. Græcum verò habet: καθὼς γέγραπται· Ὅτι πατέρα.... κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος.... καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Borner. cod. habet ἐπίστευσας, pro ἐπίστευσε.

℣. 18. Ambrosiast. in Rom. 4. textui Sangerm. consonat ad verbum, tollendo *ei*, post *dictum est*. Tollit similiter Julianus apud August. l. 2. op. imp. to. 10. col. 1014. b. sed initio habet, *qui præter spem in spem*, &c. ut sup. Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 17. *contra spem in spem credidit Deo, ut fieret pater multarum gentium.* Græc. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, &c. ut in textu. Borner. verò cod. post *semen tuum*, addit ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης· & Latini quidam, inter quos Beda in hunc loc. & Ms. 52. Floriac. *sicut stellæ cæli, & arena maris;* de quibus vide Millium not. in hunc loc.

℣. 19. Julianus apud August. l. 2. op. imp. to. 10. col. 1014. b. *Et non infirmatus in fide, consideravit corpus suum jam emortuum cùm ferè centum esset annor.* &c. ut sup. Similiter habet Beda in hunc loc. *Et non infirmatus est in fide.* Ambrosiast. in Rom. 4. *Et non infirmatus est fide, nec consid. corp. suum jam emortuum cùm jam ferè*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας. Borner. cod. Græco-Lat. habet ἐν τῇ πίστει· deinde in Alex. deest οὐ, pro quo alter habet ὡς· subinde alii duo tollunt ἤδη.

℣. 20. Augustinus l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 588. f. *In promissione Dei non hæsitavit incredulitate, sed confortatus est fide*, &c. ut in textu. Julianus apud August. l. 2. op. imp. to. 10. col. 1014. c. *In repromissione autem Dei non hæsitavit diffidentia, sed confirmatus est fide*, &c. ut sup. Itidem apud Ambrosiast. in Rom. 4. exceptis his, *in fide, dando*, &c. Sedulius Scot. in eundem loc. habet *non hæsit diffidentia;* Auct. verò l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. c. *non hæsitavit*, &c. ut in Vulg. In Græco sic: Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς, &c. aliàs deest δὲ, post Εἰς.

℣. 21. Sic habet Julian. apud August. l. 2. op. imp. to. 10. col. 1014. c. cum Sedul. in Rom. 4. August. verò l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 588. f. *& plenissimè credens quia quæ promisit, potens est & facere.* Ambrosiast. in Rom. 4. *certum habens quia quæ promisit, potens est*, &c. S. Leo ser. 32. p. 91. c. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. c. *& plenissimè sciens quoniam quod promisit, potens est*, &c. Beda in hunc loc. *quia quæcunq. promisit Deus, potens est*, &c. Græc. καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ, &c.

℣. 22. Julianus apud August. ubi sup. *Propterea quod & reputatum est illi ad justit.* Ambrosiast. in Rom. 4. *Ideoque æstimatum est illi ad justit.* Sedul. in eund. loc. *Ideo & reputatum est*, &c. Græc. Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς, &c. aliàs deest καί.

℣. 23. August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. c. *Non est autem scriptum propter illum tantùm, quia deputatum est illi: sed &*, &c. Ambrosiast. in Rom. 4. *Non autem scriptum est tantùm propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad justit.* Sedul. Scot. in eund. loc. textui Sangerm. congruit. Græc. simpliciùs, Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ. Bornerius cod. Græco-Lat. habet, Οὐκ ἐγράφη δὲ μόνον δι' αὐτόν· alii quidam in fine addunt εἰς δικαιοσύνην.

℣. 24. August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. c. *sed & propter nos, quibus deputabitur credentibus in eum, qui excitavit Jesum Chr. Dom. nostrum à mortuis.* Ambrosiast. & Sedul. in Rom. 4. Vulgatæ suffragantur. In Græco sic: ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν· aliàs, Ἰησοῦν Χριστόν.

℣. 25. Sic habet August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. c. & quæst. 61. in Exod. to. 3. col. 439. g. cum Sedulio in Rom. 4. Ita quoque Ambrosiast. præter *peccata nostra*. Græc. παραπτώματα ἡμῶν.

Digitized by Google

# CAPUT V.

## VULGATA NOVA.

1. JUstificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum:

Ephes. 2. 18. 2. per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

3. Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quòd tribulatio patientiam operatur: Jac. 1. 3.

4. patientia autem probationem, probatio verò spem,

5. spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundùm tempus pro impiis mortuus est? Heb. 9. 28.

1. Pet. 3. 18. 7. Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus

## VERSIO ANTIQUA.

1. JUstificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. per quem & accessum habemus in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei.

3. Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quòd tribulatio patientiam operatur:

4. patientia autem probationem, probatio autem spem,

5. spes autem non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundùm tempus pro impiis mortuus est?

7. Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan * quis audeat mori.

8. Commendat autem suam caritatem Deus in nobis: quoniam * cùm adhuc peccatores essemus,

* Ms. Reg. aliquis.

* Ms. Reg. quoniam si cùm.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui Sangerm. accinunt Ambrosiast. in Rom. 5. Oros. contra Pelag. p. 454. b. & Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. d. Sedulius verò in hunc loc. *Justificati ergo ex fide, pacem habemus ad*, &c. ut sup. nec aliter in Græco est. Mss. tamen plures ferunt ἔχωμεν, pro ἔχομεν. Vide sis Millii not. in hunc loc.

℣. 2. Ambrosiast. & Sedul. in hunc loc. *per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Similiter habet Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. d. præter *fide*, loco *per fidem.* Oros. contra Pelag. p. 454. b. *per quem & accessum habemus fidei in gratia ista, per quam stamus, & gloriamur.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. f. *Fidelis autem Deus, qui nos vocavit in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Testim. p. 306. b. *gloriamur in spe claritatis Dei.* Græc. δι' ὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Mss. quidam cum Sangerm. & Clarom. delent τῇ πίστει, quod etiam abest à Boner. Latino. Alex. habet ἐν τῇ πίστει· at nullus Græcor. agnoscit vocem *filiorum*, ante *Dei.*

℣. 3. Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. *Non solùm autem, verùm etiam exsultantes in pressuris: certè quòd pressura tolerantiam perficit.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Testim. p. 306. b. *Non solùm autem, sed & gloriamur in pressuris: scientes quoniam pressura tolerantiam operatur.* Sedul. Scot. in Rom. 5. *Non solùm autem hoc, sed & gloriamur*, &c. ut in textu. Ambrosiaster in eundem loc. *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribul. nostris: scientes*, &c. ut sup. August. in Rom. 5. to. 3. col. 906. d. *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus:* & l. 4. de doct. Chr. col. 68. c. *gloriamur in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur:* similiter l. 1. & 2. de serm. Dom. in m. col. 170. e. 224. b. & l. de vera relig. to. 1. col. 781. a. at in Ps. 4. to. 4. col. 12. e. legit: *gaudemus in tribul. scientes quoniam tribul.* &c. ut sup. Ambrosiast. col. 6. f. *gloriamur in tribulationibus.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1087. f. necnon l. 1. offic. col. 48. e. *quia tribulatio patientiam operatur.* Hilarius in Ps. 137. col. 502. d. *tribulatio pat. operatur:* at in Ps. 138. col. 506. b. *tribul. pat. perficit.* Auctor lib. de voc. gent. l. 2. c. 15. & 35. pp. 26. d. 34. b. Vulgatæ congruit, unà cum Græco.

℣. 4. Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. *tolerantia verò probationem, probatio autem spem.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Testim. p. 306. b. *tolerantia autem probationem, probatio autem spem.* Hilarius in Ps. 138. col. 506. b. *patientia autem probationem, probatio verò spem.* Itidem Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 15. & 35. pp. 26. d. 34. b. cum August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 68. c. & l. 1. & 2. de serm. Do. in m. col. 170. e. 224. b. at l. de vera relig. to. 1. col. 781. a. idem August. legit: *patientia probationem, probatio spem.* Ita quoque Gaudent. Brix. præf. ad Benev. p. 944. d. necnon Ambros. epist. 70. col. 1064. a. idem Ambros. in Ps. 1. col. 753. c. *patientia autem probationem, probatio verò spem:* & in Ps. 118. col. 1087. f. *patientia autem prob. prob. autem spem*, unà cum Græco: itidem l. 1. offic. col. 48. e. deleto primo *autem.*

℣. 5. Sic habent Ambrosiast. & Sedul. in Rom. 5. cum Auct. l. de vocat. gent. ubi sup. Sic etiam Ambr. in Ps. 1. col. 753. c. & in Ps. 118. col. 1087. f. & l. de virginit. col. 229. a. & l. 3. de fide, col. 507. d. & l. 3. de Spir. S. col. 607, e. 614. d. 620. c. Ita quoque August. l. de de vera relig. to. 1. col. 781. a. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 68. c. & l. 1. & 2. de serm. Do. in m. col. 170. e. 224. b. & l. 13. conf. to. 1. col. 227. d. ita rursum l. de mor. Eccl. col. 696. d. præter hæc, *spes enim non confundit:* eadem demum habet tract. 9. 17. 32. 39. & 74. in Joh. to. 3. col. 364. a. 425. c. 529. c. 563. b. & 691. a. & alibi, ab his verbis, *quia*, vel, *quoniam caritas.* Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. & Hilar. in Psal. 138. col. 506. b. *spes verò non confundit.* Ambrosius epist. 70. col. 1064. a. *spes autem non confundit in æternum.* Cypr. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Testim. p. 306. b. *spes autem non confundit: quia dilectio Dei infusa est in cordib. nostris per Spir. S. qui*, &c. ut sup. Græcum cum textu concordat.

℣. 6. Ita legunt Iren. l. 3. c. 16. p. 207. b. Faustin. presb. l. contra Arian. p. 643. d. Eucherius quæst. in N. T. p. 850. f. & Sedul. Scot. in Rom. 5. Ita quoque Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. a. nisi quòd habet *juxta tempus.* Augustinus verò ep. 149. to. 2. col. 506. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. c. sic: *Si enim Christus, cùm infirmi essemus adhuc, juxta tempus pro impiis mortuus est.* Ambrosiast. in Rom. 5. *Ut quid enim Christus, cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus pro*, &c. ut sup. Græc. Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν, &c. M. 1. Εἴγε Χριστός· al. Εἰς τί· Isidor. Pelus. Εἰ γάρ.

℣. 7. Eadem referunt Hieron. quæst. 7. Algas. to. 4. col. 198. b. Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 643. d. Eucherius quæst. in N. T. p. 850. f. Ambrosiast. in Rom. 5. & Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. a. Sedulius verò in Rom. 5. habet: *Vix enim pro justo quis moritur: fortè audeat quis mori pro justo.* Versum integrum omittit Iren. l. 3. c. 16. licet & illa, quæ præcedunt, & quæ sequuntur, legantur apud ipsum. Græc. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τὶς ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.

℣. 8. Irenæus l. 3. c. 16. *Commendat autem suam dilectionem Deus in nobis: quoniam cùm adhuc essemus peccatores, pro nobis Christus*, &c. Similiter August. tract. 110. in Joh. to. 3. p. 2. col. 778. b. & l. Enchirid. to. 6. col. 225. b. absque his Vulgatæ, *secundùm tempus:* sic etiam l. de nat. bo. to. 8. col. 509. c. præter *caritatem*, pro *dilectionem:* itidem l. 1. & 13. de Trin. col. 811. d. 942. b.



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

9. Christus pro nobis mortuus est : multò magis justificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus per ipsum ab ira.

10. Si enim, cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus : multò magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solùm autem*: sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

* *Ms. Reg. addit* hoc.

12. Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

13. Usque ad legem enim peccatum in hoc mundo : peccatum * enim non imputatur, cùm lex non est.

* *Ms. Reg.* autem.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen * & in eos, qui non peccaverunt in similitu-

* *Ms. Reg. delet* &.

## VULGATA NOVA.

9. Christus pro nobis mortuus est : multò igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

10. Si enim, cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus : multò magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solùm autem : sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

13. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo : peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in si-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& l. 4. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 427. g. & l. 6. contra Julian. col. 666. c. seqq. & 707. b. tract. verò 9. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 891. d. legit : *Ostendit autem Deus dilectionem suam in nobis : quoniam cùm adhuc peccat. essemus, Christus*, &c. & in Ps. 7. to. 4. col. 35. c. *quoniam si cùm adhuc*, &c. ut sup. tract. tamen 110. in Johan. paulò post loc. supra citatum, voci *peccatores*, addit *juxta tempus*. Faustinus presbit. cont. Arian. p. 643. d. *Commendat autem Deus carit. suam in nob. quoniam si cùm adhuc peccat. essemus, Christus*, &c. Concinunt Ambrosiast. in Rom. 5. & Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. a. Ita quoque habet Cypr. epist. 52. p. 71. e. ab his, *si cùm adhuc*, &c. Item Hilar. in Ps. 2. & 55. col. 35. a. 115. a. *quia si cùm adhuc peccat. essemus, Christus*, &c. S. Pacian. epist. 3. p. 311. d. *nam si cùm adhuc pecc. essemus, Christus*, &c. Sedul. Scot. in Rom. 5. Vulgatæ favet. Græc. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεός· ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν. Orig. addit, κατὰ καιρὸν, quod abest ab omnibus Mss.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. b. *pro nobis Christus mortuus est : multò magis justificati nunc in sanguine ejus, salvi erimus per ipsum ab ira.* Cypr. epist. 52. p. 71. e. *Christus pro nobis mortuus est : multò magis nunc justificati in sanguine illius, liberabimur per illum ab ira.* Hilar. in Ps. 2. n. 17. col. 35. d. *Christus pro nobis mort. est : multò magis justificati nunc per sang. ejus, liberabimur ab ira per illum* : & in Ps. 55. col. 115. a. *multò magis justificati* (al. *justi*) *in sang. ejus, salvabimur per eum ab ira.* S. Pacian. epist. 3. p. 311. d. *Christus pro..... multò magis justificati nunc in sang. ejus, salvi erimus per eum ab ira.* August. in Ps. 7. to. 4. col. 35. c. *Christus pro nob. mort. est : quantò magis nunc justificati, salvi erimus ab ira per ipsum* : at l. de nat. bo. to. 8. col. 509. c. *multò magis nunc justificati in sang. ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum* : similiter l. 1. & 13. de Trin. to. 8. col. 811. d. 942. c. & l. 4. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 472. g. & l. 6. cont. Julian. col. 666. d. & 707. b. Ita quoque Ambrosiast. in Rom. 5. cum Faustin. presbyt. contra Arian. p. 643. d. Auctor verò l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. a. legit : *multò magis justificati sanguine ipsius*, &c. ut in Vulgata. Græc. πολλῷ ὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Mss. quidam initio delent ὖν, sicut alii paulò post, νῦν.

℣. 10. Sic habet August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 178. d. & l. de nat. bo. to. 8. col. 509. c. & l. 1. & 13. de Trin. col. 811. d. 942. d. & l. 4. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 472. g. & l. 6. contra Julian. col. 666. d. 707. b. Accinunt Ambrosiast. & Sedul. Scot. in Rom. 5. necnon Auctor l. de voc. gent. p. 27. a. cum Irenæo l. 3. c. 16. p. 207. b. nisi quòd hic ultimus habet *in vita ejus*. Hilarius l. 6. de Trin. col. 909. a. *reconciliati sumus Deo per mortem filii sui.* Prædestinat. l. 3. ap. Sirmond. to. 1. col. 561. c. *multò magis reconciliati, salvi erimus ab ira per ipsum.* Græc. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τῦ θανάτῦ τῦ υἱοῦ αὐτῦ· πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτῦ.

℣. 11. Textui Sangerm. concinit August. l. 13. de Trin. to. 8. col. 942. e. & l. 6. contra Julian. to. 10. col. 666. e. at infra, 707. c. habet *gloriantes*, pro *gloriamur*, ut & l. 4. contra epist. 2. Pelag. col. 472. g. Ambrosiast. verò in Rom. 5. *Non solùm autem hoc : sed & gloriamur*, &c. ut sup. Græc. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ, &c. ut in Lat. Borner. cod. habet Οὐ μόνον δὲ τῦτο· mox alii plures, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα.

℣. 12. August. quæst. 40. in Levit. to. 3. col. 509. c. *Et quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit* : similiter habet epist. 157. to. 2. col. 546. c. 550. c. & tr. 49. in Joh. to. 3. p. 2. col. 624. e. nisi quòd omittit initio *Et quia*; addit verò in fine, *in quo omnes peccaverunt* : itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 7. c. 8. b. at l. 13. de Trin. to. 8. col. 942. f. legit : *Propter hoc sicut per unum hom. peccat. in hunc mundum intravit... & ita in omnes hom. mors pertransiit*, &c. ut sup. ita rursum l. 4. contra epist. 2. Pelag. to. 10. col. 472. a. 473. a. & l. 6. cont. Julian. col. 666. e. 707. c. deleta voce *mors*, ante verbum *pertransivit*. Delet pariter Beda comment. in hunc loc. S. verò Pacian. serm. de bapt. p. 318. c. legit : *Quia per unum hominem peccatum introivit, & per delictum mors, & sic in omnes homines devenit, in quo omnes peccaverunt* : & infra : *Per unum enim hominem delictum introivit, & per delictum mors, sic & in omnes hom. devenit*, &c. Ambrof. in Luc. 4. col. 1352. d. *Per unum hominem in hunc mundum peccatum introivit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransivit, in quo omnes peccaverunt.* Sedulius in Rom. 5. *Nam quemadmodum per unum hom. in hunc mundum intravit peccatum, & per peccat. mors, & ita in omnes hom. mors pertrans.* &c. ut sup. Ambrosiast. in eund. loc. *Propterea sicut per unum hom. peccat. in hunc mundum intravit, & per peccat. mors, sic in omnes hom. mors pertrans.* &c. S. Leo serm. 50. p. 119. a. cum Gelas. I. epist. 7. Conc. to. 4. col. 1178. a. *& ita in omnes hom. pertransiit*, &c. ut sup. Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd tollit *hunc*, ante *mundum*. Mss. quidam tollunt etiam καὶ, ante *sic*, vel *ita*, sicut Borner. Græco-Lat. vocem ὁ θάνατος, post *homines*. Augustinus l. 4. cont. duas epist. Pelag. col. 472. a. observat Pelagianos quosdam, in quorum codicibus dictio ista, *mors*, non exstabat, subintellexisse non *peccatum*, sed *mortem*; simul insinuans utrumque subintelligi posse. *Quòd si propterea*, inquit, *non potest illis verbis Apost. peccatum intelligi*, in quo omnes peccaverunt, *quia in Græco, unde translata est epistola, peccatum feminino genere positum est, restat ut in illo primo homine peccasse omnes intelligantur, quia in illo fuerunt omnes, quando ille peccavit.*

℣. 13. Augustinus epist. 157. to. 2. col. 550. e. *Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit : peccatum autem non deputabatur, cùm lex non esset* : sic iterum in Rom. 5. to. 3. col. 906. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 7. c. d. & 8. c. & l. 6. contra Julian. col. 666. f. cui accinit Beda in hunc loc. necnon Sedulius Scot. nisi quòd iste habet *in hoc mundo*. Ambrosiast. in eund. loc. *Usque ad legem enim peccat. erat in hoc mundo : peccat. autem non imputabatur, cùm*, &c. ut sup. Græcum Vulgatæ suffragatur : sed Mss. 5. Lat. Lovanienses ferunt *imputatur*, sicut & Scholiastes sub Hieron. nomine in Rom. 5. Arab. & Theophylact. in marg. si Millio fides. Ms. Floriac. Lat. num. 129. habet *deputabatur*.

℣. 14. Irenæus l. 3. c. 18. p. 211. a. *Regnavit* (mors) *ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem transgressionis Adæ.* Hilarius in Ps. 42. & 137. col. 49. d. 501. e. *Mors enim regnavit ab Adam usque ad Moysen.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 164. a. *Ab Adam usque ad Moysen regnavit peccatum etiam super eos, qui non peccav. in similitudine prævaric. Adæ* : & l. 2. col. 223. b. *Ab Adam enim usque ad Moys. mors super omnes dominata est*, &c. ut sup. & l. 3. contra Pelag. ibid. col. 545. c. cum Ambrof. in Ps. 45. col. 932. f. *Sed*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

militudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita & donum: si enim unius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.

16. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in justificationem.

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

**VERSIO ANTIQUA.**

dine prævaricationis Adæ, qui est forma futuri. — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

15. Sed non sicut delictum, ita & donatio: si enim unius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.

16. Et non sicut per unum peccatum, ita & *donum: nam judicium ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in justificationem.*

* *Mss. Reg.* donatio.

* *Mss. Reg. addit* vitæ.

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*regnavit mors ab Adam usque ad Moys. etiam in eos, qui non peccav. in similitudinem prævaric. Adæ, qui est forma futuri.* Augustinus ep. 157. to. 2. col. 550. f. 551. b. *Sed regnavit mors..... & in eos, qui non in similitudine prævaricat. Adæ peccaverunt, qui est forma futuri:* similiter l. 6. contra Julian. col. 666. f. seqq. præter hoc, *& in his, qui non peccav.* & in Rom. 5. to. 3. col. 906. f. *Sed regnavit... & in iis, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricat. Adæ:* ita quoque l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 8. f. excepto *etiam in eis*, pro *& in iis;* Mss. ejusd. nonnulli, *ergo in eis;* paulòque post quidam, *in similitudine:* subinde col. 9. a. idem August. ait: *Scio quidem plerosque Latinos codices sic habere:* Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos, qui peccaverunt in similitudinem prævaricat. Adæ: *quod etiam ipsum, qui ita legunt, ad eund. referunt intellectum, ut in similitudinem prævaric. Adæ peccasse accipiant, qui in illo peccaverunt; ut ei similes crearentur, sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores..... Græci autem codices unde in Latinam linguam interpretatio facta est, aut omnes, aut penè omnes id, quod à me primò positum est, habent.* At Sedulius Scot. in Rom. 5. dicit: *Regnavit ab Adam usque ad Mosen (non super omnes) sed in eos, qui peccaverunt in similitudinem*, &c. ut sup. Similiter habet Ambrosiast. in eund. loc. *Regnabat mors in eos, qui peccaverunt in similitudinem prævaric. Adæ, qui est forma futuri:* paulòque post subdit: *Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccaverunt omnes in similitud. prævaric. Adæ, id est, non omnes, contemto Deo, peccaverunt:* quam sententiam & lectionem in consequentibus idem Auctor multis probare nititur argumentis, contendens in Græcis non secus ac in Latinis codicibus *multa, animis à concordia discedentibus, & hæreticis perturbantibus, immutata esse ad sensum humanum, ut hoc contineretur in Litteris, quod homini videretur. Quia enim*, inquit, *propria quis auctoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulterat, ut sensum suum quasi verba legis adserat, ut non ratio, sed auctoritas præscribere videatur..... Hoc autem verum arbitror, quando & ratio, & historia, & auctoritas observatur.* Sed hujus Auctoris opinioni obsequi religio nobis est, Augustinique præferenda videtur sententia, & lectio; quem, & cæteros, quos jam laudavimus Patres, secuti sunt Anastas. epist. ad Hormisd. Concil. to. 4. col. 1460. c. & Epiphan. comment. in 8. 2. Cantici Cantic. qui sic legunt: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen & in eos, qui non peccaverunt.* Item Beda in hunc loc. *etiam in eis, qui non peccav.* &c. ut in Vulg. Demum in Græco est: Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος... καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως, &c. quæ negationis particula, μὴ, cùm in exemplar. Mss. universim, Versionibusque antiquissimis retineatur, necnon à Patribus Græcis, & Latinis penè omnibus admittatur, de hujus lectionis sinceritate non est cur dubitemus. De his vide plura apud Millium.

℣. 15. Augustinus epist. 157. to. 2. col. 550. f. 551. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 9. b. cum Beda in Rom. *Sed non sicut delictum, ita & donatio: si enim ob unius delictum multi mortui sunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hom. J. C. in multos abundavit:* ita rursum Augustinus l. 6. contra Julian. to. 10. col. 666. f. seqq. præter *in multis;* nonnulli tamen Mss. *in multos;* sed Augustinum legisse *in multis*, inde colligitur, quòd inde mox dicat, *Quia in quibus abundat:* demum in Rom. 5. to. 3. col. 906. g. item legit: *Sed non sicut delictum, ita est & donatio.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 739. d. *si enim ob unius delictum multi mortui s. multò mag. grat. Dei, & donum in gra. unius hom. J. C. multis abundavit.* Ambrosiaster, & Sedulius Scot. in hunc loc. Vulgatæ concinunt, excepto quòd Sedulius pro *unius delicto*, habet *ob unius delictum.* In Græco sic: Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα· εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι....... πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς... εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε· aliàs deest τῇ, post χάριτι.

℣. 16. Augustinus epist. 157. to. 2. col. 550. f. 551. f. *Et non sicut per unum peccatum, ita & donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem*, &c. ut in textu: item l. 6. contra Julian. to. 10. col. 666. 667. seqq. *Et non sicut per unum peccatum, ita est & donum*, &c. at in Rom. 5. to. 3. col. 906. d. legit: *Et non sicut per unum peccantem, ita est donum: nam judicium quidem ex uno in condemn. gratia autem ex..... ad justificationem:* similiter l. Enchirid. to. 6. col. 215. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 9. b. seqq. sic etiam quæst. 20. in Levit. to. 3. col. 497. f. ab his, *nam judicium:* epist. verò 157. col. 546. c. *nam judicium quidem ex uno delicto in cond.* &c. Beda in Rom. *Et non sicut per unum peccatorem, ita & donum: nam judic. quidem ex uno in cond. gratia autem*, &c. ut sup. In Mss. Floriac. num. 129. *Et non sicut per unum peccantem*, &c. ut in Vulg. In altero ejusdem Monasterii, ut & apud Fulgent. l. 1. de verit. præd. p. 437. *nam judicium ex uno in*, &c. ut in Vulg cui accinunt ad verbum Ambrosiaster, & Sedulius in hanc epist. nisi quòd prior habet *donum autem*, pro *gratia autem.* Græc. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα ἐκ, &c. ut in Lat. Mss. quidam ferunt ἁμαρτήματος, loco ἁμαρτήσαντος.

℣. 17. Augustinus epist. 157. to. 2. col. 546. f. seqq. *Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum: multò magis qui abundantiam gratiæ, & justitiæ accipiunt, in vita regnabunt per unum J. C.* itidem in Rom. 5. to. 3. col. 907. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 9. 11. & 12. & l. 6. contra Julian. col. 666. seqq. 667. &c. cui concinit Beda in Rom. Similiter legit Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. e. *multò magis hi, qui abundantiam gratiæ, & justitiæ accipiunt in vitam, regnabunt per unum J. C.* Gr. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος..... πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ, &c. ut in Lat. aliàs deest τῆς δωρεᾶς.

℣. 18. Sic habent Ambrosiaster in Rom. Leo M. epist. ad cler. C. P. Conc. to. 4. col. 49. e. & Gelas. I. ep. 7. ibid. col. 1178. a. Augustinus verò epist. 57. to. 2. col. 546. f. 547. g. sic: *Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem: ita per unius justificationem in omn. homines ad justificationem vitæ:* itidem in Rom. 5. to. 3. col. 907. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 9. 11. & 12. necnon. l. 6. contra Julian. col. 666. 667. 668. seqq. addito *&*, post *ita:* & epist. 187. & 193. col. 688. d. 713. c. *Sicut enim per unius...... ad condemn. ita per unius justificationem in omnes hom..... ad justificationem vitæ:* at l. Enchir. to. 6. col. 215. d. *ita & per unius justitiam*, &c. ut sup. Sedulius Scot. in Rom. *Sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam omnes hom. in justificationem vitæ.* Mss. Floriac. 129. *Itaque si per unius delictum..... ad condemnationem: ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitæ.* Græcum textui S. Germ. consonat, nisi quòd, pro *sic & per unius justitiam*, habet οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, quæ lectio Augustino favet.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

19. Sicut enim per * inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & * per obeditionem unius, justi constituentur multi.

20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia:

21. * ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

* Ms. Reg. inobaudientiam.

* Ms. Reg. per unius hominis obaudtionem.

* In Ms. Reg. primâ manu, &; alterâ, ut.

VULGATA NOVA.

19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obeditionem, justi constituentur multi.

20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia:

21. ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19 Ambrosius l. 5. de fide, col. 570. f. & epist. 21. n. 35. *Sicut enim per inobedientiam unius hom. peccatores constituti sunt plurimi: ita & per unius obedientiam, justi constituentur multi:* & epist. 73. col. 1079. d. *Quia sicut per inobed..... constituti sunt plurimi: ita & per obedientiam unius hominis, justi constituentur multi.* Augustinus epist. 157. to. 2. col. 546. f. 548. a. *Sicut enim per inobed. unius homin. peccatores constituti s. multi: ita per unius obedientiam, justi constituuntur multi:* itidem in Rom. 5. to. 3. col. 907. d. & l. 6. contra Julian. to. 10. col. 666. 667. seqq. præter ultimum verbum *constituentur:* item in Johan. tom. 3. col. 676. f. *Sicut per inobedientiam..... ita & per obedientiam unius hominis, justi constituentur multi:* nec aliter l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 9. 10. 11. &c. à voce *ita.* Sic etiam Beda in Rom. excepto verbo *constituuntur.* Faustin. presb. contra Arian. p. 646. e. *Sicut enim per inobed...... multi: ita & per unius obeditionem, justi constituuntur multi.* S. Pacian. serm. de bapt. p. 318. g. *Ut sicut per inobaudientiam unius, peccatores constit. s. multi: sic per obaudientiam unius, justi constituantur multi:* epist. verò 1. ad Sympron. p. 1306. d. *Sicut enim per inobedientiam unius hom..... sic per obeditionem unius, justi constituentur multi.* Sedulius Scot. *Sicut enim per inobed. unius, peccat. constituti sunt multi: sic & per unius obedientiam,* &c. ut in Vulg. cum qua paulò post in omnibus concordat. Ambrosiaster: *Sicut enim per inobed.... constituti sunt plures: ita & per unius obedientiam, justi constituentur multi.* Itidem S. Leo epist. ad cler. C. P. Concil. to. 4. col. 49. e. præter vocem *multi*, pro *plures.* Græc. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ..... πολλοί· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι καταστάθήσονται οἱ πολλοί. Borner. cod. Græc. Lat. διὰ τῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ὑπακοῆς.

℣. 20. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 795. c. *Lex autem subintroivit, ut abundaret delictum, ut superabundaret gratia:* & l. de resur. carn. p. 579. b. ait, *Ubi delictum abundavit, illic gratiam superabundasse:* & infra, p. 585. c. *Sic enim & gratia illic superabundabit, ubi & iniquitas abundabit.* Irenæus l. 3. c. 23. p. 222. c. *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.* Tichonius reg. 3. p. 52. c. *Lex autem subintravit, ut multiplicaretur peccatum:* itidem infra, p. 53. d. ubi addit: *Ubi multiplicatum est peccatum, superabundavit gratia:* & paulò sup. p. 52. h. *Lex data est, ut abundaret peccatum.* Augustinus epist. 157. & 196. to. 2. col. 650. a. & 731. f. *Lex ergo subintravit, ut abund. delict. Ubi autem abundavit delictum, superabund. & gratia:* similiter l. de spir. & litt. to. 10. col. 89. c. seq. & l. 6. contra Julian. col. 667. seq. præter hæc, *Lex autem ...... superabund. gratia:* & l. 1. de pecc. mer. col. 11. c. 12. a. b. *Lex autem subintr...... Ubi abundavit peccatum, superabund. gratia:* item in Joh. tom. 3. p. 2. col. 628. a. *Ubi abundavit peccatum, superab. & gratia.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 25. f. cum S. Leone serm. 61. e. *Ubi abund. peccatum, superabund. gratia.* Hieronymus ep. ad Damas. to. 4. col. 150. a. & Ambrosiast. in Rom. *Ubi autem abund. peccatum, superabund. & gratia.* Beda in eund. loc. *Quia ubi abund. peccat. superabund. & gratia.* Ambrosius l. de Noe & arca, c. 5. col. 232. c. & in Luc. 7. col. 1446. c. *Superabundavit peccatum, ut superabundaret & gratia:* & in Ps. 35. col. 775. e. *Ubi superabundavit peccatum, superabund. & gratia:* & l. 3. de Spir. S. col. 680. c. ac epist. 45. col. 983. d. *Ut ubi superabundaverat* (al. *superabundavit*) *peccatum, superabundaret & gratia:* & epist. 73. col. 1079. b. *Et si per legem superabundavit peccatum, superabund. & gratia.* Sedulius Scot. in hunc loc. Vulgatæ congruit. Hormisdas epist. 45. Conc. to. 4. col. 1498. d. *Ubi abundavit iniquitas, superabund. & gratia.* Græc. Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.

℣. 21. Augustinus epist. 157. to. 2. col. 550. a. *ut quemadmodum regnavit peccatum in morte: sic & gratia regnet per justitiam in vita æterna, per J. C. D. n.* similiter l. 6. contra Julian. to. 10. col. 667. seqq. præter *in vitam æternam;* Mss. etiam quidam ibidem ferunt *in mortem:* itidem l. 1. de pecc. mer. col. 10. 11. & 12. & l. de spir. & litt. col. 89. c. d. Accinunt Ambrosiaster, & Beda in Rom. 5. Tertullianus verò l. de resurr. carnis, p. 585. c. legit: *ut sicut regnavit in morte delictum: ita & gratia regnet per justitiam in vitam sempiternam, per J. C. D. n.* & l. 5. cont. Marc. p. 795. c. *ut quemadmodum apud ipsum regnaverat peccatum in mortem: ita & gratia regnaret in justitia in vitam, per J. C.* S. Pacian. ser. de bapt. p. 318. g. *ac sicut regnavit delictum in mortem: similiter & gratia regnet per justitiam in vitam æternam.* Græc. ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ· οὕτω καὶ, &c. ut in Vulg.

# CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. QUid ergo dicemus? permaneamus in peccato, ut gratia abundet?

2. Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?

3. An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?

VULGATA NOVA.

1. QUid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet?

2. Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?

3. An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Gal. 3. 27.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. *Quid ergo dicemus? perseverabimus in delinquentia, ut superet gratia?* Augustinus epist. 215. to. 2. col. 796. b. *Quid ergo dicemus? permanebimus in pecc. ut gratia abundet?* itidem in Rom. 6. to. 3. col. 907. f. & l. Enchirid. to. 6. col. 215. g. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. & l. 6. cont. Julian. col. 668. a. seq. Accinunt Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 719. b. Ambrosiaster, & Beda in Rom. 6. quibus addendus Sedulius in eundem loc. nisi quòd habet *manebimus in pecc.* Græc. ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, &c. sed Mss. plures, ἐπιμένωμεν.

℣. 2. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. Tertullianus verò l. de pudic. p. 1010. b. *Absit. Qui mortui sumus delinquentiæ, quomodo vivemus in ea adhuc?* Augustinus epist. 215. to. 2. col. 796. b. *Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* similiter habet l. Enchirid. to. 6. col. 216. a. detracto *enim:* at comment. in Rom. 6. to. 3. col. 907. f. *Qui mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* itidem l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. b. & l. 6. contra Julian. col. 668. & 669. Concinit Beda in Rom. 6. nisi quòd habet, *Qui enim;* Sedulius Scot. in eundem loc. *Nam qui mortui s. pecc. quomodo amplius vivemus in eo?* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. b. *Qui enim mortui sumus pecc. quomodo iterum vivemus in illo?* Græc. Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι, &c. al. Οἵτινες γάρ.

℣. 3. Ita legit Augustinus epist. 55. to. 2. col. 138. b. & l. Enchirid. to. 6. col. 216. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. & l. 6. contra Julian. col. 668. & 669. cui accinit Leo Mag. ser. 62. p. 138. b. necnon Beda in Rom. 6. nisi quòd iste initio habeat, *An ignoratis, fratres, quia.* Itidem Sedulius Scot. in eund. loc. præter *in mortem ipsius;* attamen infra, *in morte ipsius.* Ambrosiaster, *in morte ejus.*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Col. 2. 12. 4. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à
Ephes. 4. 23. mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.
Heb. 12. 1. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini
1. Pet. mortis ejus: simul & resurrectionis erimus.
2. 1. 6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato.

7. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato.

8. Si autem mortui sumus cum CHRISTO: credimus quia simul etiam vivemus cum Christo:

9. scientes quòd Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

## VERSIO ANTIQUA.

4. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus: simul & resurrectionis erimus.

6. Hoc scientes, quia vetus noster homo simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato.

7. Qui autem mortuus est, justificatus est à peccato.

8. Si autem mortui sumus cum CHRISTO: credimus quia etiam simul vivemus cum Christo:

9. scientes quòd Christus surgens à mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. a. *An ignoratis quoniam quotquot baptizati sumus in Chr. J. in morte ejus baptizati sumus?* S. Pacian. epist. 3. p. 311. c. *An nescitis quoniam quicunque baptizati estis in Chr. J. in morte ejus baptizati estis?* Ambrosius in Ps. 118. col. 1031. f. *Quicunque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus:* similiter in Ps. 36. col. 794. a. & l. 2. de Sacr. col. 360. b. *in morte*, &c. at l. 2. de pœnit. col. 418. b. *Quicunque baptiz. sumus in Chr. J. in mortem ipsius baptiz. sumus.* Solus Tertullianus l. de resurr. carn. p. 585. c. *An ignoratis quòd quicunque in Christum Jesum tincti sumus, in mortem ejus tincti sumus?* & l. de pudic. p. 1010. b. *An ignoratis quòd qui tincti sumus in Christo Jesu, in mortem ejus sumus tincti?* Græc. Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτ. Mss. quidam ita incipiunt, Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ, ὅτι, &c.

℣. 4. Tertullianus l. de resur. carn. p. 585. c. *Consepulti ergo illi sumus post baptisma in mortem: uti quemadmodum surrexit Christus à mortuis, ita & nos in novitate vitæ incedamus:* similiter habet l. de pudic. p. 1010. b. exceptis his, *per baptismum.... ut sicut Christus resurrexit.* Irenæus verò l. 3. c. 16. post verba *baptizati sumus*, prætermissis aliis intermediis, statim subdit: *ut quemadmodum resurrex. Chr. à mortuis, sic & nos in novit. vitæ ambulemus.* Ambrosius l. de parad. col. 165. d. *Consepulti sumus cum illo per baptismum in morte:* & l. de bono mort. c. 2. col. 390. b. *Consepulti enim sumus..... in mortem:* itidem l. 2. de pœnitent. col. 417. f. ubi addit: *ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus:* & in Ps. 36. col. 794. a. *ut cum ipso in novitate vitæ ambulemus:* lib. verò 2. de Jacob, c. 7. col. 470. c. *Consepulti enim sumus cum illo per bapt. in mortem: ut quemadmodum ille surrexit à mortuis, per propriam virtutem suscitatus, ita & nos ejus gratiâ resurgamus.* Ambrosiaster in Rom. 6. *ut quemadmodum Christus resurr. à mort. per virtutem Patris, ita & nos in novitate vitæ amb.* Augustinus l. Enchirid. to. 6. col. 216. a. b. *Consepulti sumus ergo illi per bapt. in mortem: ut quemadmodum Christus surrexit à mort. per glor. Patris, ita & nos in novit. vitæ ambulemus:* sic rursus epist. 55. to. 2. col. 138. b. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 89. d. 90. a. & l. 6. contra Julian. col. 668. & 669. g. seq. S. Pacian. epist. 3. p. 311. c. *Consepulti ergo estis ei per bapt. in mortem: ut sicut Chr. resurr. ex mort. sic & vos in novit. vitæ ambuletis:* & serm. de bapt. p. 319. a. *sicut resurr. Christus à mort. sic & nos in novit. vitæ ambulemus.* Beda in Rom. 6. *Consepulti enim illi sumus per bapt. in mortem: ut quemadmodum surrexit*, &c. ut in Vulgata. Gaud. Brix. serm. 3. p. 948. c. *Consepulti enim sumus cum ipso per bapt. in mortem: ut quemadmodum Chr. resurr. à mortuis, ita & nos*, &c. ut sup. S. Leo serm. 62. p. 138. b. Vulgatæ concinit ad verbum. Chromat. Aquil. p. 989. h. 990. a. *Consepulti ergo illi estis per baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus surrexit à mortuis, sic & vos in novitate vitæ ambuletis.* Huc redeunt quæ Hilarius habet in Ps. 2. n. 41. col. 48. d. *Commortui, & consepulti Domino in baptismate, in novitate vitæ ambulemus:* similia quoque refert in Ps. 118. col. 310. & 335. a. In Gr. sic: Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Eadem exhibent Sedulius, & Beda in hunc loc. cum August. l. Enchirid. to. 6. col. 216. & Leone Mag. serm. 62. p. 138. b. Eadem quoque Ambros. l. de parad. col. 165. c. & l. 2. de pœnit. col. 418. b. præter *complantati sumus*; & ita Ambrosiaster in hunc loc. At Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 89. d. 90. a. *Si enim complantati fuimus similitudini mortis ejus: sed & resurrectionis erimus:* itidem l. 6. contra Julian. col. 669. g. supra verò, 668. b. c. *Si enim complantati sumus..... sic & resurrectionis erimus.* Tertullianus l. de resurrect. carn. p. 585. c. solus: *Si enim consati sumus simulacro mortis Christi: simul & resurrectionis erimus:* & l. de pudic. p. 1010. b. *Si enim consati sumus simulacro mortis ejus: sed & resurr. erimus.* Græc. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τῆς, &c. ut sup. al. ἅμα καὶ τῆς.

℣. 6. Textui nostro concinit Ms. codex 52. Floriac. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. *Hoc scientes, quòd vetus homo noster confixus est illi:* similiter l. de resurr. carn. p. 585. b. dicit, *veterem hominem confixum esse Christo, uti evacuetur corpus delinquentiæ........ uti hactenus delinquentiæ* (supp. *non*) *serviamus.* Augustinus epist. 55. to. 2. col. 137. d. *Scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est cum illo, ut evacuetur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato:* & l. Enchirid. to. 6. col. 216. c. *Hoc scientes, quia vetus... simul crucifixus est, ut evacuetur corp. pecc. ut ultra*, &c. ut sup. itidem l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. & l. 6. contra Julian. col. 669. g. 670. b. lib. verò contra Adim. to. 8. col. 144. d. legit: *Scientes, quia vetus..... simul confixus est cruci cum illo, ut evacuetur corpus peccati:* & in Rom. 6. to. 3. p. 2. *simul crucif. est, ut evacuaretur*, &c. Ambrosius l. de parad. col. 165. c. & l. 2. de pœnit. col. 418. b. *Scientes, quia vetus homo noster simul confixus est cruci, ut destruatur corpus pecc. ut ultra non serviamus peccato:* ita quoque l. de instit. virg. col. 252. e. præter *affixus est cruci.* Auctor l. de xl. mans. p. 14. b. *vetus homo noster semel crucifixus est, ut destruatur corp. pecc. ut ultra non serv. peccato.* Leo Mag. ser. 62. p. 138. b. textui congruit ad verbum, ut & Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. Sedulius verò Vulgatæ, excepto verbo *Hoc*, quod omittit. Gr. Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ..... συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ..... τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς, &c.

℣. 7. Ambrosius l. de parad. col. 165. c. & epist. 72. col. 1073. c. *Qui enim mortuus est*, &c. ut supra. Concinit Augustinus l. Enchirid. to. 6. col. 216. c. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. & l. 6. contra Julian. col. 669. g. 670. b. Concinit etiam Leo Mag. serm. 62. p. 138. b. cum Sedulio, & Beda in Rom. 6. & Græco. Sed ab Ambrosiast. abest versus integer, nec legitur apud Tertul. l. de pudic. p. 1010. b. nec etiam sup. apud Ambros. l. de parad. in quinque Mss. Epiphanius in Cantic. Cant. c. 8. ℣. 4. *Qui moritur, justificatur à peccato.*

℣. 8. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. *Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quòd & convivemus cum illo.* Sedulius in Rom. 6. *Si autem..... credimus & convivemus ei.* Ambrosius l. de parad. col. 165. d. *Si autem mortui s. cum Chr. credimus etiam quòd simul vivemus cum illo:* similiter l. 3. de Spir. S. col. 650. a. posito *etiam*, ante *simul.* Itidem Ambrosiaster in Rom. 6. Augustinus verò l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. & l. 6. contra Julian. col. 669. g. *Si autem mortui s..... credimus quia simul vivemus cum illo:* at infra, col. 670. b. cum Beda in Rom. 6. *quia simul etiam vivemus cum Christo:* & l. Enchirid. to. 6. col. 216. c. *quia simul etiam vivemus cum illo.* Accinit Leo Mag. ser. 62. p. 138. b. Græc. ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ, aliàs, τῷ Χριστῷ.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. c. *scientes quoniam Christus resurgens à mortuis jam non moritur.* Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. *scientes quòd Christus suscitatus à mortuis jam non moriatur, mors non jam dominetur ejus.* Ambrosius in Psal. 118. col. 1207. f. *Christus resurgens ex mort. jam non moritur, mors in eum jam non dominabitur.* S. Pacian. serm. de bapt. p. 319. d. *quia qui resurrexit à mort. jam non morietur amplius.* Augustinus l. Enchirid. to. 6. col. 216. c. *scientes quia Christus resurgens à mortuis*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

10. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd autem vivit, vivit Deo.

11. Ita & vos existimate, vos mortuos esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu.

12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis.*

13. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes: & membra vestra arma justitiæ Deo.

14. Peccatum enim * vos non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.

15. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

16. * Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis * ejus, cui obeditis, sive * peccati, sive obeditionis justitiæ?

17. Gratias autem Deo, quòd fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ.

* *Ms. Reg. addit* ei.

* *Ms. Reg. addit* in.

* *Ms. Reg.* An nescitis.

* *Ms. Reg.* hujus ..... peccato, sive obauditioni, *cui voci additur* s *alterâ manu.*

### Vulgata nova.

10. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd autem vivit, vivit Deo.

11. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro.

12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.

13. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes: & membra vestra arma justitiæ Deo.

14. Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.

15. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

16. Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive Joan. 8, 34.
peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? 2. Pet. 2, 19.

17. Gratias autem Deo, quòd fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur:* & in Joh. to. 3. p. 2. col. 751. e. necnon l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. a. *quia Christus surgens à mort. jam non..... & mors ei ultra*, &c. itidem l. 17. de civitate Dei, c. 11. tom. 7. col. 474. e. & in Johan. ubi sup. col. 529. d. & lib. 6. contra Julian. to. 10. col. 669. g. 670. b. absque *&*, post *moritur*. Concinit Sedulius in Rom. 6. Ambrosiaster verò, & Beda in eundem loc. nil differunt à Vulg. Epiphanius in Cantic. Cantic. c. 2. ℣. 11. *mors ei ultra non dominabitur.* In Græco sic: εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ....... οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει. Origen. θάνατος γάρ· subinde Ms. unus habet κυριεύσει, sed codd. Lat. aliqui, *dominatur*, quibus favet Tertull. supra.

℣. 10. Accinunt magno consensu Hilarius l. 9. de Trinit. col. 992. e. Ambrosius in Ps. 118. col. 1207. d. & l. 7. in Luc. col. 1419. e. & serm. cont. Auxent. to. 2. col. 867. a. August. Enchir. to. 6. col. 216. d. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. b. & l. 6. contra Julian. col. 669. g. 670. b. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Rom. 6. Tertullianus verò l. de pudic. p. 1010. b. *Quòd enim mortuus est delinquentiæ, mort. est semel: quòd autem vivit, Deo vivit.* Sic etiam Epiphanius in Cantic. Cantic. c. 2. ℣. 11. præter *peccato*, pro *delinquentiæ*. Græc. Ὃ γὰρ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, &c. ut in Lat. nec vacat annotare in editt. plerisque Hilarii loco sup. cit. legi, *Quod enim mortuum est.... mortuum est*, &c. contra fidem Mss. omnium.

℣. 11. Tertullianus l. de resurrect. carn. p. 585. b. *Sic enim & vos reputate, mortuos quidem vos delinquentiæ, viventes autem Deo, in Christo Jesu:* & l. de pudic. p. 1010. b. *Ita & reputate, vosmetipsos mortuos quidem delinquentiæ, viventes autem Deo, per Christum Jesum.* Hilarius l. 9. de Trin. col. 992. e. *Sic & vos deputate*, (al. *reputate*) *vosmetipsos mortuos quidem esse peccato, vivere autem Deo, in Christo Jesu.* Augustinus Enchirid. to. 6. col. 216. d. *Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, vivere autem Deo, in Chr. Jesu:* ita rursum l. de spir. & litt. to. 10. col. 90. b. & l. 6. contra Julian. col. 670. b. cui concinit Beda in Rom. 6. nisi quòd habeat *viventes*, pro *vivere*. Ambrosiaster, & Sedulius in eundem loc. similiter habent *viventes*, sed addit Ambrosiaster in fine, *Domino nostro*, cum Vulg. Codex Ms. 52. Floriac. *viventes enim*, absque *Domino nostro*. Græc. Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε, ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι, &c. ut in Vulg. aliàs deest εἶναι, necnon in fine, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

℣. 12. Irenæus l. 5. c. 14. p. 311. a. *Non ergo regnet peccatum in corpore mortali vestro, ad obediendum ei.* Tertullianus l. de resurr. carn. p. 585. b. *Ne ergo regnaverit in corpore vestro mortali delinquentia, ad obaudiendum illi.* Hilarius in Ps. 134. col. 477. a. *Non regnet ampliùs in mortali corpore vestro peccatum.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 603. e. *Non regnet peccatum in vestro mortali corp. ut obediatis ei.* Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 673. g. & in Rom. 2. p. 2. col. 905. d. necnon in Joh. col. 576. a. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis ejus:* itidem l. 10. de Gen. ad lit. to. 3. col. 264. e. & in Ps. 118. to. 4. col. 1283. c. & l. de contin. to. 6. col. 301. d. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 41. g. 42. a. & l. 1. de nupt. & concup. col. 293. a. Ambrosiaster verò, & Beda in hunc loc. Vulgatæ concinunt. Sic etiam Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. b. usque ad *ut obediatis:* ita rursum in Pss. 45. & 118. col. 933. b. 1236. a. cum Faustin. presb. l. contra Arian. p. 649. a. At Hilarius in Ps. 2. n. 42. legit: *Jam non regnet peccatum in vobis.* Gaud. Brix. serm. 12. p. 963. *Non ergo regnet pecc. in carne vestra mortali:* deinde, *Neque exhibeatis*, &c. omissis verbis intermediis. Sedulius: *Non regnet ergo*, &c. ut in Vulgata. In Gr. sic: Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· in Mss. pluribus deest αὐτῇ ἐν.

℣. 13. Sic habent Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. Sic etiam Augustinus l. 10. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. col. 264. e. & in Psal. 118. to. 4. col. 1283. c. nisi quòd ita incipiat, *Nec exhibeatis:* item tract. 41. in Johan. to. 3. p. 2. col. 576. a. *Neque exhibeatis*, &c. & l. de contin. to. 6. col. 301. d. necnon l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 293. a. *Neque exhibueritis*, &c. ut supra. Gaud. Brix. serm. 12. p. 963. e. *Neque exhibeatis*, &c. ut supra. Irenæus l. 5. c. 14. p. 311. a. *Neque exhibeatis membra vestra arma injustitiæ peccato: sed exhibete vosmetipsos Deo, velut à mortuis viventes: & membra vestra arma justitiæ Deo.* Tertullianus verò l. de resurr. carn. p. 585. b. legit: *& ad exhibendum membra vestra arma injustitiæ delinquentiæ: sed exhibete vosmetipsos Deo, velut ex mortuis vivos: & membra vestra arma justitiæ.* Græc. Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡς ἐκ, &c. ut in textu.

℣. 14. Tichonius reg. 3. p. 52. a. *Peccatum vestri non dominabitur: non enim estis sub lege.* Hieronymus l. 2. cont. Pelag. col. 515. c. *Peccatum vestri non dominabit. quia non estis sub*, &c. ut sup. Ambrosiaster in Rom. 6. *Peccatum autem vestri jam non dominabitur: non enim*, &c. ut sup. Augustinus in eundem loc. to. 3. p. 2. col. 908. b. *Peccatum enim in vobis non dominabitur: non enim*, &c. ut sup. itidem l. de contin. to. 6. col. 301. d. detracta vocula *in*, ante *vobis*. Accinunt Sedulius, & Beda in Rom. 6. Græc. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

℣. 15. Accinunt Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. unà cum Græco. Borner. tamen Græc. Lat. habet ἡμαρτήσαμεν, *peccavimus*, quod & superscriptum habet textus noster Sangerm.

℣. 16. Ambrosius l. 1. de Jacob, c. 3. col. 448. a. *Nescitis quoniam cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obedistis, sive peccati in mortem, sive obeditionis in justitiam?* Prædestinat. l. 3. Sirm. to. 1. col. 567. c. *Nescitis quia cui vos servos exhibetis ad obed. servi estis ejus, cui obeditis, sive iniquitatis ad peccatum, sive justitiæ ad sanctificationem?* Ambrosiaster in Rom. 6. Vulgatæ concinit, nisi quòd habet *obedistis*, pro *obeditis*. Itidem Beda in eund. loc. præter *An nescitis*. Sedulius Scot. *An nescitis cui exhibetis vos*, &c. ut in Vulg. Ita quoque habet Concil. Arausic. cap. 1. to. 4. col. 1667. b. detracta vocula *An*. Ms. codex 52. Floriac. *An nescitis quoniam*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;

℣. 17. Ambrosius l. 1. de Jacob, c. 3. col. 447. c. *Gratias autem Deo, quòd fuistis servi peccati, sed obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis.* Ambrosiast. in hunc loc. *Gratias autem Deo, quòd cùm fuissetis servi pec-*

Digitized by Google

### Vulgata nova.

18. Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiæ.

19. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.

20. Cùm enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.

21. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

22. Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

23. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro.

### Versio antiqua.

18. Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiæ. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

19. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.

20. Cùm enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ.

21. Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

22. Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Dei, *habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. * Ms. Reg. habentes.

23. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*tati, obedistis ex corde in eam formam doctr. in qua*, &c. ut sup. Sedulius in eundem loc. Vulgatæ consonat. Sic etiam Beda, & codex Floriac. num. 52. nisi quòd habet *in qua*. Græc. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε... εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· al. Χάριτες δὲ τῷ, &c.

℣. 18. Ita legunt Ambrosius l. 1. de Jacob, c. 3. Sedulius, & Beda in Rom. 6. unà cum Græco. Ambrosiaster verò sic: *Credentes autem in Christum, servi facti sumus justitiæ.*

℣. 19. Eadem exhibent Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. Eadem quoque Augustinus epist. 145. to. 2. col. 471. c. præter verbum geminum *deservire*, pro *servire*. In Gr. utrobique δοῦλα, al. δουλεύειν. Priori lectioni favet Tertullianus l. de resurrect. carn. p. 585. b. dicens: *sicut exhibuistis membra vestra famula immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita & nunc exhibete membra vestra famula justitiæ in sanctificium:* & l. de pudic. p. 1010. b. *sicut enim exhibuistis membra vestra famula immunditiæ, & iniquitati ad iniquit. ita & nunc exhibete ea famula justitiæ in sanctimoniam.* Hieron. in Jer. 2. to. 3. col. 535. a. *Humanum loquor, propter.... sicut exhibuistis membra vestra servientia immunditiæ, & iniq. ad iniq. ita nunc exhibete membra vestra servientia justitiæ in sanctificationem.* Sedulius Scot. in Rom. 6. *Humanum dico.... sicut enim exhib. membra vestra servire iniquitati; itaque & nunc exhibete membra vestra servire justit. in sanctificatione.* Similiter habet Ruricius l. 2. epist. 12. p. 568. exceptis his, *servire immunditiæ, & iniquitati; ita nunc..... in sanctificationem:* idem epist. 31. p. 573. f. *servire sæculo, & iniquitati ad iniquit. ita nunc*, &c. Huc etiam redeunt illa Rufini l. 1. de bened. Patr. p. 6. c. *Qui ante exhibuerat membra sua servire iniq. ad iniq. nunc exhibens servire justitiæ in sanctificatione.*

℣. 20. Tertullianus l. de res. carn. p. 585. b. *Cùm enim servi essetis delinquentiæ, liberi eratis justitia.* Augustinus in Ps. 115. to. 4. col. 1271. b. *Cùm serviebatis peccato, liberi eratis à justitia:* & tract. 41. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 574. c. *Cùm servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ:* & l. 1. contra epist. duas Pelag. to. 10. col. 413. f. *Cùm enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.* Concinunt Gelas. I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1179. d. Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Ruricius verò l. 2. epist. 12. p. 568. *Cùm enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ.* Sedulius in Rom. 6. *Cùm enim servi essetis peccato, liberi fuistis justitia.* Græc. Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς..... ἐλεύθεροι ἦτε τῇ, &c.

℣. 21. Ruricius l. 2. epist. 12. p. 568. similiter habet: *Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis?* &c. ut sup. Itidem Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. a. addito *in illis*, ante *in quibus*. Item Ambrosiaster in hunc loc. *Quem enim fructum hab. tunc in illis, in quibus nunc erub.* &c. Similiter Sedulius in eund. loc. excepta vocula *ergo*, pro *enim*; & *eorum*, pro *illorum*. Tertullianus l. de resur. carn. p. 585. b. sic: *Quem ergo fructum habetis super his, de quibus nunc confundimini? Finis enim illorum mors.* Augustinus in Ps. 6. to. 4. col. 28. f. *Quam enim gloriam habuistis aliquando in his, in quibus nunc erubescitis?* Beda in Rom. 6. *Quam enim gloriam habuistis tunc in illis, in quibus nunc erub.* &c. ut sup. Græc. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος· al. θάνατός ἐστι.

℣. 22. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. a. textui Sangerm. concinit ad verbum. Ita quoque Augustinus tract. 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 574. c. & in Psal. 115. to. 4. col. 1271. b. nisi quòd primo loco habet *autem*, pro *verò*; & utrobique *Deo*, pro *Dei*. Secundo loco suffragantur Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. cum Ruricio l. 2. epist. 12. p. 568. & Græco. Tertullianus l. de resur. carn. p. 585. b. legit: *Nunc verò liberi facti à delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum vestrum in sanctificium, finem autem vitam æternam.*

℣. 23. Concinit Beda in hunc loc. Sic etiam Sedulius in eund. nisi quòd habet *Stipendium*, unà cum codice Ms. Floriac. num. 52. Ambrosius l. 1. de Jacob, c. 3. to. 1. col. 448. b. *Peccati enim stipendium, mors.* Augustinus ep. 194. to. 2. col. 721. b. *Stipendium peccati, mors est. Gratia autem*, &c. ut sup. itidem lib. Enchirid. to. 6. col. 237. a. addito *enim*, ad vocem *Stipendium.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 739. d. *Stipendium peccati, mors. Gratia autem*, &c. ut sup. Tertullianus l. de resur. carn. p. 585. b. *Stipendia enim delinquentiæ, mors. Donativum autem Dei, vita æterna, in Christo J. D. nostro.* S. Pacian. ser. de bapt. p. 319. b. *Stipendia ergo peccati, mors. Donum Dei, vita æterna, per Jesum Christum Dom. nostrum.* Ambrosiaster in Rom. 6. *Nam merces peccati, mors est. Gratia autem Dei, vita æt. in Christo J. D. nostro.* Græc. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. Τὸ δὲ χάρισμα τοῦ.... ἐν Χριστῷ, &c. ut sup.

## CAPUT VII.

### Vulgata nova.

1. AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit?

2. Nam quæ sub viro est mulier, vivente vi- 1. Cor. 7. 39.

### Versio antiqua.

1. AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex dominatur in homine, quanto tempore vivit? Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro,

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ita legit Sedulius, cum Beda in hunc loc. Ita quoque Hieronymus epist. ad Amand. to. 4. col. 162. b. & Ambrosiaster, excepta voce *homini*, pro *in homine*. Similiter habet Hilarius in Ps. 131. col. 458. a. *An ignoratis... quoniam lex dominatur homini, in quantum temporis vivit?* Augustinus l. 1. contra duas epist. Pelag. to. 10. col. 417. e. *dominatur homini, in quantum tempus vivit?* Sic etiam codex Ms. 129. Floriac. Cassiodorus in Psal. 31. p. 453. b. *dominabitur homini, in quantum temporis vivit?* Græc. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ;

℣. 2. Tertullianus l. de monog. p. 957. c. *Qua autem sub viro est mulier, viventi viro vincta est: si autem obierit, evacuata est à lege viri.* Hilar. in Ps. 131. col. 458. a. *Quæ enim sub marito est mulier, vivo marito, vincta est legi: si autem mortuus fuerit maritus, (al. vir ejus) evacuata est à lege mariti.* Hieronymus ep. ad Amand. to. 4. col. 162. b.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* alligata est legi : si autem mortuus fuerit vir, soluta est lege viri.

3. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege : ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi : ut sitis* alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

* Ms. Reg. sitis vos.

5. Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem*, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti :

* Ms. Reg. per legem erant.

6. nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, & non in vetustate litteræ.

7. Quid ergo dicemus ? lex peccatum est ? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem : nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces.

## VULGATA NOVA.

ro, alligata est legi : si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri.

3. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri : ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi : ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

5. Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti :

6. nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, & non in vetustate litteræ.

7. Quid ergo dicemus ? lex peccatum est ? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem : nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces. *Exod. 20. 17. Deuter. 5. 19.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Mulier enim, quæ sub viro est, vivente viro, astricta est legi : quòd si mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri.* Ambrosius in Psal. 43. col. 912. c. *Quoniam quæ sub viro est mulier, vivente viro, ligata est legi : si autem mortuus fuerit vir, soluta est à lege viri :* ita rursum l. de vid. col. 203. f. 204. a. præter verbum *alligata.* Codex Ms. Floriac. 129. & Augustinus in Rom. 7. to. 3. p. 2. col. 908. c. *Mulier enim sub viro, vivo marito, vincta est legi : si autem mortuus fuerit vir ejus, evacuata est à lege viri :* eadem rursum habet Augustin. l. de quæst. to. 6. col. 44. b. excepto verbo *juncta*, pro *vincta :* ita quoque l. 2. de conjug. adult. col. 401. a. 406. c. & l. 1. contra duas epist. Pelag. tom. 10. col. 417. e. cum Beda in Rom. 7. Faustus apud eundem Aug. lib. 15. contra ipsum, tom. 8. col. 271. g. & 272. b. *Quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est lege viri : si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri.* Cassiodorus in Ps. 31. p. 453. b. *Quæ enim sub marito est mulier, vivo marito, vincta est lege mariti : si autem mortuus fuerit maritus, evacuata est à lege mariti.* Ambrosiaster in hunc loc. *Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi viri ;* reliqua omittit. Sedulius autem in eundem loc. Vulgatæ concinit ; ut & Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 159. c. In Gr. sic : Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ, &c. ut sup. alias, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

℣. 3. Augustinus l. de quæst. to. 6. col. 44. b. necnon l. 1. de conjug. adult. col. 401. a. & 406. c. textui concinit ad verbum. Itidem Beda in Rom. 7. nisi quòd hab. *cum viro altero : si autem.* Sedulius in eund. loc. *cum alio viro : si autem mort........ liberata est à lege viri*, &c. ut in textu. Hilarius in Ps. 131. col. 458. a. legit : *Ergo, vivente marito, adultera vocabitur si jungatur alii viro : si autem moriatur maritus ejus, liberata est à lege : ne adultera teneatur conjuncta alii viro.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 159. c. *Igitur, vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege : ut non sit adultera si fuerit cum alio viro :* at epist. ad Amand. col. 162. b. *Ergo, vivente viro, adultera erit si duxerit alterum virum.* Ambr. in Ps. 43. col. 912. c. *vivo viro, adultera vocabitur si juncta fuerit alteri viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri : ita ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.* Faustus apud Aug. tom. 8. col. 272. b. *Ergo, vivente viro, vocabitur adultera si juncta fuerit alteri viro : quòd si mortuus fuerit vir ejus, non erit adultera alii conjuncta.* Cassiodorus in Ps. 31. p. 453. b. *Ergo, vivente marito, adultera vocabitur si jungitur cum alio viro.* Tertullianus l. de monog. p. 957. c. prioribus his prætermissis, habet : *si verò obierit vir, liberata est à lege : quòd non sit adultera facta alii viro.* Similiter Ambrosiaster posteriora tantùm : *quòd si mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri : ut non sit adult. si juncta fuerit alteri viro.* In Græco sic : Ἄρα οὖν, ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου· τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ· alias additur αὐτῆς, post ἀνήρ· sicut alias τοῦ ἀνδρὸς, post vocem νόμου.

℣. 4. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. a. & Ambrosiaster in hunc loc. nil differunt à textu Sangerm. nec etiam Ambrosius in Ps. 43. col. 912. d. Accinit etiam Augustinus l. de quæst. to. 6. col. 45. b. & 46. b. nisi quòd habet *mortui*, pro *mortificati :* itidem l. 1. ad Symplic. col. 86. d. & l. 1. contra duas epist. Pelag. tom. 10. col. 417. e. cum Beda in Rom. 7. Hilarius verò in Ps. 131. col. 458. b. *Itaque...... & vos mortificati estis legi per corp. Chr. ut & ipsi sitis alterius ejus, qui à mortuis resurrexit.* Tertullianus l. de monog. p. 957. c. *Itaque fratr. mei, mortificamini & vos legi per corpus Christi : ut efficiamini alteri, ei scilicet, qui à mortuis resurrexit, uti fructum feramus Deo.* Sedulius in hunc loc. *ut fructificetis Deo.* Græc. Ὥστε ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ..... εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ· Syr. καρποφορῆτε.

℣. 5. Textui Claromont. seu Regio concinit Sedulius in Rom. 7. Tertullianus verò l. de monog. p. 957. c. habet : *Cùm enim eramus in carne, passiones delictorum, quæ per legem, efficiebantur in membris nostris, ad fructum ferendum morti.* Tichonius reg. 3. p. 52. b. *Cùm essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum afferrent morti.* Augustinus ser. 153. tom. 5. col. 728. e. *Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operab. in membr. nostris, ut fructum ferrent morti :* itidem l. de quæst. to. 6. col. 45. b. & 46. b. excepto verbo *sunt*, pro *erant :* ita rursum l. 11. contra Faust. to. 8. col. 226. a. & l. 1. contra duas epist. Pelag. to. 10. col. 417. f. necnon l. 1. ad Simplic. tom. 6. col. 86. d. cum Beda in Rom. 7. infra tamen Augustinus eod. l. ad Simplic. col. 88. b. legit *fructificarent*, pro *fructum ferrent.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. a. *Cùm enim essemus in carne, passiones, quæ per legem erant, operabantur*, &c. ut in Vulgata. Ambrosiaster in hunc loc. *Cùm enim essemus in carne, vitia peccator. quæ per legem ostenduntur, operabantur in..... ut fructificarent morti.* Gr. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ..... τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς...... εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ, &c.

℣. 6. Eodem modo legunt Ambrosiaster, Beda, & Sedulius in hunc loc. Sic etiam Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. nisi quòd habeat *ut*, pro *ita ut.* Tertullianus verò l. de monog. p. 957. c. *nunc autem evacuati sumus à lege mortis, in qua tenebamur, ad serviendum Deo in novitate spir. & non in vetust. litteræ.* Augustinus ser. 153. to. 5. col. 728. f. *nunc ergo evacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus Deo in*, &c. ut sup. itidem l. 1. contra duas epist. Pelag. to. 10. col. 417. f. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 81. c. & 86. d. præter *nunc verò ;* infra etiam, col. 88. c. habet *liberati*, pro *evacuati.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 748. f. *nunc verò evacuati sumus*, &c. ut in textu. Græc. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν, &c. ut sup. Mss. plures, pro ἀποθανόντες, legunt τοῦ θανάτου, al. ἀποθανόντος.

℣. 7. Sic habent Ambrosius l. de parad. col. 157. f. & in Ps. 37. col. 832. b. Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. c. & Augustinus epist. 196. to. 2. col. 731. c. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 81. c. & l. de quæst. col. 46. c. & l. 15. contra Faust. col. 279. g. & l. 2. contra adversar. leg. col. 595. d. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 403. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 96. e. 99. d. & l. 1. contra duas epist. Pelag. col. 418. c. & l. de grat. & l. arb. col. 729. c. quibus adde Sedulium, Ambrosiast. & Bedam in Rom. 7. Nec aliter in Græco, deleto *est*, ante *Absit.* Ap. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 796. a. sic : *Quid ergo dicemus ? quia lex peccatum ? Absit. Sed ego delictum non scio, nisi per legem.*

Digitized by Google

## Vulgata nova.

8. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat.

9. Ego autem vivebam ſine lege aliquando. Sed cùm veniſſet mandatum, peccatum revixit.

10. Ego autem mortuus ſum: & inventum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.

11. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit.

1. Tim. 1. 8. 12. Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum.

13. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem: ut fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.

14. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.

15. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio.

## Versio antiqua.

8. Occaſione * autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. *Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.* * *In Mſ. Reg. deeſt* autem.

9. Ego autem vivebam ſine lege aliquando. Sed cùm * veniſſet mandatum, peccatum revixit. * *Mſ. Reg.* venit.

10. Ego autem mortuus ſum: & inventum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.

11. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit.

12. Itaque * lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum. * *Mſ. Reg.* quidem lex.

13. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors * ? Abſit. Sed peccatum, ut * appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem: ut fiat ſupra modum peccatum peccans per mandatum. * *Mſ. Reg.* mihi mors eſt? * *Mſ. Reg.* pareat.

14. Scimus enim quòd lex ſpiritalis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.

15. * Quod nim operor, non intelligo: non enim quod volo, ago: ſed quod odio, illud facio. * *Mſ. Reg.* Quod operor, neſcio.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 8. Concinunt Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. b. c. & Auguſtinus l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 99. d. ita rurſum Auguſtinus epiſt. 196. tom. 2. col. 731. c. niſi quòd in fine habet *mortuum eſt*, pro *mortuum erat*: itidem in Rom. 7. to. 3. p. 2. col. 908. f. 909. a. d. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 82. b. & l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 595. d. & l. 1. contra epiſt. duas Pelag. to. 10. col. 418. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 729. c. at l. 15. contra Fauſt. to. 8. col. 279. g. necnon l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 96. e. initio legit, *Occaſione itaque accepta*; & in fine, *peccatum mortuum erat.* Ambroſius l. de parad. col. 173. f. *pecc. mortuum eſt.* Sedulius in Rom. 7. *Occaſione ergo accepta, per mandatum.... mortuum erat.* Similiter habet Ambroſiaſter in hunc loc. addito *peccatum*, poſt *accepta*. Gr. Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία.... χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά. Mſ. unus, νεκρὰ ἦν.

℣. 9. Sic habet Ambroſiaſter in hunc loc. Hieronymus verò quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. d. cum Sedul. in Rom. 7. *Ego autem viveb. ſine lege aliquando. Sed ubi venit mandatum, pecc. revixit.* Gaudent. Brix. ſerm. 10. p. 960. h. *Sed mox ubi venit lex, peccatum revixit.* Auguſtinus ep. 196. to. 2. col. 731. c. *Ego autem viveb. aliquando ſine lege. Adveniente autem mandato*, &c. ut ſup. itidem in Rom. 7. to. 3. col. 909. b. & in Pſ. 118. to. 4. col. 1292. c. & l. de quæſt. to. 6. col. 46. c. & l. 1. ad Simplic. col. 82. b. & l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 595. d. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 99. e. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 418. c. & l. de gra. & l. arb. col. 729. c. Concinit Beda in Rom. 7. Cod. Mſ. Floriac. 129. *Sed adveniente mandato*, &c. ut in Vulgata. In Gr. ſic: Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. Ἐλθούσης δὲ τῆς, &c.

℣. 10. Accinunt Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. c. Sedulius in Rom. 7. & Auguſtinus l. de quæſt. to. 6. col. 46. c. necnon l. 15. contra Fauſt. to. 8. col. 279. g. ita rurſum Auguſtinus epiſt. 196. to. 2. col. 731. c. exceptis his, *quod erat in vitam, hoc eſſe in mortem*: itidem in Pſ. 118. to. 4. col. 1292. c. & l. 1. ad Simplic. col. 83. b. & l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 595. d. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 99. e. & l. 1. contra epiſt. duas Pelag. col. 418. c. & l. de lib. arb. col. 729. d. cui favet Beda in Rom. 7. niſi quòd habet *ad mortem.* Ambroſiaſter in eundem loc. *quod erat ad vitam datum, hoc eſſe ad m.* Gr. ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.

℣. 11. Similia exhibent Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. d. Sedulius, & Ambroſiaſter in Rom. 7. Auguſtinus verò ep. 196. to. 2. col. 731. c. *Peccatum enim, occaſione accepta per mandatum, fefellit me, & per illud occidit*: ſic iterum in Rom. 7. to. 3. col. 909. b. & ſer. 152. to. 5. col. 724. e. & l. quæſt. to. 6. col. 46. c. & l. 1. ad Simplic. col. 83. b. & l. 15. contra Fauſt. to. 8. col. 279. g. & l. 2. contra adverſar. leg. col. 595. d. & l. 1. contra Creſcon. to. 9. col. 403. f. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 88. a. 99. f. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 418. c. & l. de lib. arb. col. 729. d. cui concinit Beda in hunc loc. Codex Mſ. Floriac. habet etiam *fefellit me.* In Græco ſimiliter: Ἡ γὰρ ἁμαρτία, ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ, &c.

℣. 12. Textui Sangerm. concinunt Hieronymus, Sedulius, Ambroſiaſter, Beda, & Auguſtinus locis omnibus verſu præced. notatis, ac præterea Auguſtinus tract. 99. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 719. a. & l. 13. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 328. g. Accinit etiam Gaudent. Brix. ſer. de Machab. p. 967. a. unà cum Græco. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 796. a. habet: *Lex ſancta, & præceptum ejus juſtum, & bonum*: & l. de pudic. p. 1002. a. *Itaque lex quidem ſancta eſt, & præceptum ſanctum, & optimum.*

℣. 13. Auguſtinus ep. 82. to. 2. col. 197. e. *Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem: ut fiat ſupra modum peccator, aut peccatum per mandatum*: ita rurſum in Rom. 7. tom. 3. col. 909. d. e. & lib. de quæſt. to. 6. col. 44. c. & l. 1. ad Simplic. col. 83. c. ſeq. 87. a. ſeq. & l. 13. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 328. g. & l. 3. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 418. c. d. 447. e. & l. de gra. & l. arb. col. 729. e. ſed ep. 196. to. 2. col. 731. c. necnon l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 99. g. in fine legit, *peccatum peccans per mandatum*; ſicut ejud. editt. locis pleriſque ſup. notatis, ſed contra fidem omnium Mſs. libro verò de quæſt. to. 6. col. 46. d. habet, *peccator, aut peccatum delinquens per mandatum.* Ambroſiaſter in Rom. 7. *Quod ergo bonum eſt, mihi mors eſt? Abſit. Sed peccatum, ut appareat...... per bonum mihi operatum eſt mortem: ut fiat ſupra modum ipſum peccatum peccans per mandatum.* Similiter habet Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. d. *Quod ergo bonum eſt, mihi mors eſt?* reliqua verò ut in Vulg. Accinit Ambroſius l. 1. de Jacob, c. 4. col. 449. f. uſque ad *ut fiat.* Sedulius, & Beda in hunc loc. nil à Vulgata diſcrepant. Codex Mſ. Floriac. num. 52. *Quod ergo bonum, mihi factum mors eſt?* &c. ut in Vulgata. In Græco ſic: Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία... διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον· ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ, &c.

℣. 14. Hilarius in Pſ. 118. col. 246. b. 259. e. *Scimus autem quia lex ſpiritalis eſt.* Ita quoque Ambroſius l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 630. a. & l. de Iſaac, c. 2. col. 357. d. additis ſeqq. *ego autem carnalis ſum, venund. ſub peccato.* Itidem Beda in Rom. 7. cum Auguſt. l. quæſt. to. 6. col. 46. d. at idem Auguſtinus ep. 196. to. 2. col. 731. d. legit, *Scimus enim*, &c. ut ſup. ſic etiam l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 83. c. & 87. a. & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 99. g. cui favent Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. d. Sedulius, & Ambroſiaſter in Rom. 7. Idem Auguſtinus in Rom. 7. to. 3. col. 909. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. e. habet ſimpliciter, *Scimus quia lex*, &c. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. b. *Scio quia lex*, &c. Græc. Οἴδαμεν γὰρ, &c. ut in textu: aliàs, Οἴδαμεν δέ.

℣. 15. Hieronymus quæſt. 8. Algaſ. to. 4. col. 199. d. *Quod enim operor, ignoro* (infra, col. 201. e. *neſcio*:) *non enim quod volo, hoc ago: ſed quod odi, illud facio*: & l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. *Quod enim operor, non cognoſco: non enim quod volo, operor: ſed quod odi, illud facio.* Ambroſius l. de Iſaac, c. 2. col. 357. d. *Quod enim operor, non cognoſco: non enim quod volo, ago: ſed quod odi, illud facio*: & in Pſ. 37. col. 825. f. 826. a. *non enim quod volo, hoc ago: ſed quod odi*, &c. Itidem Ambroſiaſter in



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

16. Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adjacet mihi: perficere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo, facio bonum: sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio: non ego operor illud, sed quod * habitat in me, peccatum.

* *Ms. Reg. inhabitat.*

21. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet:

22. condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem:

## VULGATA NOVA.

16. Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adjacet mihi: perficere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

21. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet:

22. condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Rom. 7. cum prioribus his, *Quod enim operor, non intelligo*. Augustinus epist. 196. to. 2. col. 731. d. *Quod enim operor, ignoro: non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio:* ita rursum l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. 1. ad Simplic. col. 84. b. seq. & l. de spir. & litt. tom. 10. col. 99. g. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. d. & l. 1. de pecc. mer. col. 24. d. at in Rom. 7. to. 3. col. 910. a. *non enim quod volo, hoc ago: sed quod nolo, hoc facio.* Codex Ms. 52. Floriac. *non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio.* Beda in Rom. 7. *Quod enim operor, ignoro: non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.* Sedulius in eundem loc. p. 516. a. *non enim quod volo, hoc facio bonum: sed quod odi malum, hoc ago:* supra verò, p. 514. h. Vulgatæ congruit ad verbum. In Græco sic: Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω· οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω· ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

℣. 16. Augustinus ep. 196. to. 2. col. 731. c. & in Rom. 7. to. 3. col. 910. a. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 84. b. *Si autem quod nolo, hoc facio: consentio legi, quoniam bona est:* similiter habet l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. f. detracto *est*, post *bona:* at l. quæst. to. 6. col. 46. e. legit: *Si autem quod nolo, hoc ago: consentio legi, quoniam bona est:* & l. 1. contra duas epist. Pelag. col. 420. e. 421. b. *Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est.* Itidem Beda in Rom. 7. cum Hieronymo quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. qui l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. habet: *Sin autem quod nolo, hoc facio: consentio, &c.* ut sup. Ambrosius l. de Isaac, c. 2. col. 357. d. *Si ergo quod odi, hoc facio: consentio legi, quoniam bona est.* Ambrosiaster in Rom. 7. *Si autem quod odi, illud facio: consentio legi. Nunc autem, &c.* Sedulius in eundem loc. *Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi Dei, quia bona est.* Gr. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

℣. 17. Accinunt magno consensu Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. Ambrosius l. de Isaac, c. 2. col. 357. d. & Augustinus ep. 196. to. 2. col. 732. b. & l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. 1. ad Simplic. col. 84. b. 85. b. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 99. g. cum Sedulio, Beda, & Ambrosiastro in Rom. 7. nisi quòd primus omittat *jam*, & tertius legat *inhabitat*. Idem Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. e. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420 e. 421. b. *sed id, quod in me habitat, &c.* Græc. ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ, &c. Hieronymus jam laudatus sic legit l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. *Nunc autem nequaquam ego operor illud, sed quod in me habitat, peccatum.*

℣. 18. Eadem exhibent Hieronymus quæst. 8. to. 4. col. 199. e. & Augustinus l. quæst. to. 6. col. 46. g. necnon l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. Sic etiam Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1243. a. cum Beda in Rom. 7. & Ambrosiastro in eundem loc. nisi quòd iste habeat, *Scio enim quòd non inhabitat.* Rursum Augustinus in Job, to. 3. col. 660. e. *Scio quia non habitat in carne mea bonum:* & l. 2. de serm. Dom. in m. p. 2. col. 209. d. *Nunc enim velle, adjacet mihi: perficere autem bonum, non;* absque *invenio:* & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 84. b. & 85. b. *Scio enim quia non hab. in me, hoc est in carne m. bonum. Velle enim, adjacet mihi: perficere autem bonum, non:* ita quoque l. de spir. & litt. to. 10. col. 99. g. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. d. 421. b. at l. 3. de lib. arbit. to. 1. col. 630. f. 631. a. cum Ennod. l. 2. epist. 19. Sirmond. to. 1. col. 1418. b. *Velle, adjacet mihi: perficere autem non invenio.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. *Scio enim quòd non hab. in me, hoc est..... Velle enim, adjacet mihi: operari autem bonum, non invenio.* Irenæus l. 3. c. 20. p. 214. e. *Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum.* Sedulius in Rom. 7. *Scio enim quòd non habitet in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam voluntas bene faciendi adjacet mihi* (infra, *velle enim bonum adjacet mihi:*) *perficere autem bonum, non invenio:* & l. 2. de op. pasch. c. 3. p. 477. g. *Velle, adjacens mihi est: perficere autem bonum, &c.* ut sup. Græcum textui consonat; sed in quibusdam, pro οὐχ εὑρίσκω, est tantùm οὔ.

℣. 19. Textui Sangerm. concinunt Ambrosius l. de parad. col. 174. a. & Sedulius in Rom. 7. Ita quoque Augustinus l. 3. de lib. arb. to. 1. col. 630. f. 631. a. & in Psal. 118. to. 4. col. 1282. c. & l. quæst. to. 6. col. 46. g. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. g. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. e. 421. b. at tract. 41. in Johan. to. 3. part. 2. col. 575. b. *Non enim quod volo, ago: sed quod odi, illud facio:* & l. 2. de pecc. mer. col. 50. a. *Non quod volo, facio bonum: sed quod odi malum, hoc ago.* Hieronymus in Jerem. 13. to. 3. col. 591. e. *Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc operor:* & in Dan. 3. col. 1085. b. *Non enim quod volo, hoc ago: sed quod nolo, illud operor:* & præfat. in Amos 4. col. 1396. d. *Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod nolo malum, illud facio:* itidem l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. præter *hoc*, pro *illud:* demum quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. Vulgatæ congruit, cum Beda in Rom. 7. Gelasius I. tr. 3. contra Pelag. col. 1243. a. hæc sola: *Non enim quod volo, hoc facio:* deinde: *non ego operor illud, &c.* ut infra, ℣. 20. In Græco sic: Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, &c. ut supra: à Borner. cod. Gr. Lat. abest οὐ θέλω.

℣. 20. Ambrosius in Luc. 12. col. 1446. b. *Si autem quod nolo, hoc ago: jam non ego illud operor, sed quod habitat in me, peccatum.* Augustinus in Ps. 118. to. 4. col. 1283. a. *Si quod nolo, ego hoc facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat, &c.* ut sup. itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. g. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. e. 421. b. addito *autem*, ad vocem *Si:* item l. quæst. to. 6. col. 46. f. *Si autem quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed id, quod habitat, &c.* at l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 50. a. *Si autem quod odi malum, hoc facio: jam non ego operor illud, sed quod, &c.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 511. b. *Si autem quod nolo, hoc ego facio: nequaquam ego operor illud, sed quod habit. &c.* at quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. Vulgatæ concinit, cum Sedulio, Ambrosiastro, & Beda in Rom. 7. In Gr. sic: Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, ἐγὼ τοῦτο ποιῶ· οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα, &c. Mss. quidam tollunt ἐγὼ, post θέλω.

℣. 21. Accinunt Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. Augustinus l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. g. & l. 1. cont. duas ep. Pelag. col. 420. e. 421. b. necnon Sedulius, & Beda in Rom. 7. unà cum Græco. Ambrosiaster in eundem loc. sic: *Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quia inest mihi malum.*

℣. 22. Sic habet Ambrosius in Luc. 17. col. 1483. a. & epist. 72. col. 1075. d. cum Sedulio, Ambrosiastro, & Beda in Rom. 7. necnon Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. col. 1243. a. Sic etiam Augustinus ep. 175. to. 2. col. 618. d. & l. 9. de Gen. ad litt. to. 3. col. 248. f. & in Joh. tract. 42. col. 575. d. & in Pss. 30. 70. & 83. to. 4. col. 149. d. 720. f. 733. g. 884. g. 885. a. 892. b. & l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. 1. ad Simplic. col. 85. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. g. & l. 1. contra duas epist. Pelag. col. 421. b. Concinit Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. d. lib. verò 1. contra Pelag. col. 510. f. habet: *consentio enim legi Dei jux-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem, legi peccati.

VERSIO ANTIQUA.

23. video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quod est in membris meis.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

24. Infelix ego homo, quis me * liberabit de corpore mortis hujus?

* Ms. Reg. liberavit.

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem, legi peccati.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ta interiorem hominem.* Græc. συνήδομαι γὰρ τῷ, &c. ut sup. Hilarius in Ps. 118. col. 300. c. huc alludens, dicit: *Scit in se duplicem B. Paulus esse naturam, cùm secundùm interiorem hominem delectatur in lege*, &c.

℣. 23. Tertullianus l. de resurr. carn. p. 587. c. huc alludens, dicit legem aliam constitutam *in membris suis, militantem adversùs legem animi sui.* Similiter Hilarius in Ps. 61. col. 147. a. *habitare in carne sua peccati legem, obnitentem legi mentis suæ:* & in Ps. 118. col. 245. c. 300. c. *video aliam legem in membris meis, contra militantem* (Ms. 1. *repugnantem*) *legi mentis meæ, & captivum me ducentem* (al. *captivam ducentem*) *in legem peccati:* & in Ps. 136. col. 493. d. *video aliam legem in membris meis, militantem adversùs legem mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Ambrosius l. de parad. col. 169. d. *video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati:* at infra, col. 173. f. pro *in membris meis*, habet *carnis meæ:* similiter l. 2. de Abr. c. 6. col. 324. c. & l. de ob. Theod. col. 1204. f. *video legem carnis meæ, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati:* tum addit, *quod est in membris meis:* itidem l. de Isaac, c. 2. col. 357. e. & in Ps. 43. col. 889. f. & l. 2. de fide resur. col. 1144. e. usque ad *quod est:* ita quoque in Psalm. 43. col. 909. a. præter *captivum me ducentem:* sed in Luc. 17. col. 1483. a. *video autem aliam legem in membris meis, repugn. legi m. meæ, & captivantem me in l. pecc. quæ est in membris meis.* Concinit Hieronymus in Abac. 1. to. 3. col. 1601. c. & l. 1. contra Pelag. to. 4. col. 510. f. necnon quæst. 8. Algas. col. 199. e. nisi quòd hoc ultimo loco habet, *captivum me ducentem.* Itidem Augustinus ep. 157. to. 2. col. 549. a. & in Ps. 30. to. 4. col. 149. d. & in Ps. 70. col. 720. g. 733. g. & in Ps. 83. col. 884. g. 885. a. 892. b. & in Ps. 139. col. 1557. c. epist. verò 175. to. 2. col. 618. d. legit: *& captivantem me sub lege pecc. quæ est in*, &c. ita rursum in Rom. 7. to. 3. col. 910. c. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 85. f. item l. 9. de Gen. ad litt. to. 3. col. 248. f. *& captivantem me in lege peccati*, &c. similiter in Johan. tract. 34. & 41. tom. 3. part. 2. col. 538. e. 575. b. e. & l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. 2. de act. cum Felice, to. 8. col. 491. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. d. & l. de spir. & litt. col. 99. g. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. e. 421. b. & l. de corr. & gra. col. 766. c. Accedunt Sedulius & Beda, in Rom. 7. Cassiodorus in Ps. 118. p. 398. b. *video al. leg. in memb. meis, repugn. legi mentis m. & captivum me ducentem in lege peccati.* Sic etiam Gelas. I. tr. 3. contra Pelag. col. 1243. a. sed addit in fine, *quæ est in membris m.* Auctor l. de xl. mans. p. 10. b. *video aliam legem in membris meis, repugn. legi mentis meæ.* Ambrosiaster in Rom. 7. *& captivum me ducentem in legem peccati.* Græc. βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ... καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ... τῷ ὄντι ἐν, &c. al. ἐν τῷ νόμῳ.

℣. 24. Irenæus l. 3. c. 20. p. 214. a. *Miser ego homo, quis me liberabit de corp. mortis hujus?* Similiter habent Hilarius in Pss. 118. 125. 142. & 145. col. 257. b. 303. b. 410. b. 549. b. & 572. e. Hieronymus in Amos 4. to. 3. col. 1396. d. & epist. ad Damas. to. 4. col. 159. a. & quæst. 8. Algas. col. 202. c. & l. 2. contra Pelag. col. 511. a. Arnobius Jun. l. de Trin. p. 232. e. Gelasius I. tr. 3. contra Pelag. col. 1243. a. Sedul. & Beda in Rom. 7. necnon Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 739. d. His omnibus accedit Augustinus ep. 175. & 194. tom. 2. col 618. d. 723. g. & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 215. f. & tract. 34. in Johan. col. 538. e. & in Pss. 30. & 139. to. 4. col. 149. d. 1557. c. & l. quæst. to. 6. col. 46. g. & l. 1. ad Simplic. col. 86. a. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 24. e. & l. de spir. & litt. col. 99. g. 100. a. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. f. 421. e. at epist. 157. to. 2. col. 549. g. legit: *Infelix ego homo*, &c. itidem l. 9. de Gen. ad litt. tom. 3. col. 248. f. & in Job, col. 661. e. 663. e. & l. 1. de serm. Dom. in m. col. 180. e. & tract. 41. in Joh. col. 575. f. & in Rom. 7. col. 910. c. & in Pss. 3. & 83. to. 4. col. 10. d. 884. g. 885. a. 892. b. & l. de corr. & gra. tom. 10. col. 766. c. Concinunt Hieronymus quæst. 8. Algas. tom. 4. col. 199. d. & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. b. Ambrosius l. 2. de Abrah. c. 6. col. 324. d. & l. 1. de pœnit. col. 394. b. & l. 1. de Jacob, c. 4. col. 450. b. & in Psal. 35. col. 772. f. & l. 3. de virg. col. 180. a. & l. de incarn. col. 718. c. & l. 2. de fide res. col. 1144. f. & l. de ob. Theod. col. 1204. f. Orosius l. contra Pelag. p. 456. h. Auctor l. de xl. mans. p. 12. f. & Ambrosiaster in Rom. 7. In Gr. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, &c.

℣. 25. Sic habet Ambrosius in Ps. 35. col. 772. f. & l. de incarn. col. 718. c. & in Luc. 17. col. 1483. b. & aliis locis ubi sup. Sic etiam Augustinus l. 6. de music. tom. 1. col. 529. b. & tract. 41. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 575. f. & in Rom. 7. col. 910. e. & serm. 152. to. 5. col. 722. c. & l. quæst. to. 6. col. 46. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 100. a. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 420. e. 421. b. cui accinunt Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in hunc locum. Irenæus verò l. 3. c. 20. p. 214. a. *Gratia Jesu Christi Domini nostri.* Hieronymus quæst. 8. Algas. to. 4. col. 199. e. *Gratia Deo per J. C. Dom. nostrum:* at l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 1. col. 179. b. *Gratia Dei per Jesum Christum Dom. n. Ipse igitur mente servio legi Dei; carne autem, legi peccati.* Item Arnobius Jun. l. de Trin. p. 232. e. *Gratia Dei per J. C. D. nostrum:* quibus adde Vigilium Taps. l. contra Varimad. p. 739. d. Orosium contra Pelag. p. 456. h. & Anonymum apud Ambros. col. 4. c. Græcè: Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. ut in textu Lat. alias, Χάρις δὲ τῷ Θεῷ.

# CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. NIhil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundùm carnem ambulant.

2. Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me à lege peccati & mortis.

VERSIO ANTIQUA.

1. NIhil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Jesu, * qui non secundùm carnem ambulant, sed secundùm spiritum.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* In Ms. Reg. versus concluditur voce Jesu: *addidit recentiss. manus*, non secund. carnem ambulantibus.

2. Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me à lege peccati & mortis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus in Rom. 8. to. 3. p. 2. col. 910. f. & serm. 152. to. 5. col. 722. d. *Nulla ergo condemnatio est nunc his, qui sunt in Christo Jesu. Lex enim*, &c. itidem l. quæst. to. 6. col. 46. g. 47. a. seqq. & l. 1. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 420. f. 421. e. At Victorinus Afr. l. 4. contra Arium, p. 281. d. *Nulla ergo damnatio iis, qui sunt in Christo J. & non juxta corpus ambulant. Lex enim*, &c. Hieronymus l. 1. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 179. c. *Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo J.* &c. ut in Vulgata. Prædestin. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 553. d. *Nihil ergo damnationis est in Christo J. his, qui secundùm carnem ambulant:* deinde: *Hoc est*, inquit, *si ego, qui sum Apost. carnalis existimor, nihil habebunt damnationis hi, qui carnaliter vivunt.* Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Rom. 8. cum Vulg. legunt: *Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Chr. J. qui non secundùm carnem ambulant. Lex enim*, &c. Gr. Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα· à Ms. Alex. abest, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

℣. 2. Sic habent Ambrosius l. 2. & 3. de Spiritu S. col. 612. c. 649. c. 666. b. Augustinus serm. 152. tom. 5. col. 722. d. seq. & l. quæst. to. 6. col. 46. g. 47. a. seq. Vi-

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. Reg. infirmabitur.

* Ms. Reg. damnabit pecc. in carnem.

3. Nam quod impossibile erat legis, in quo *infirmabatur per carnem : Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato *damnavit peccatum in carne,

4. ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum.

5. Qui enim secundùm carnem sunt : quæ carnis sunt, sapiunt : qui verò secundùm spiritum, quæ sunt spiritus.

6. Nam prudentia carnis, mors : prudentia autem spiritus, vita, & pax :

7. quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest.

8. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt.

9. Vos autem non estis in carne, sed in spiri-

### Vulgata nova.

3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem : Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne,

4. ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum.

5. Qui enim secundùm carnem sunt : quæ carnis sunt, sapiunt : qui verò secundùm spiritum sunt : quæ sunt spiritus, sentiunt.

6. Nam prudentia carnis, mors est : prudentia autem spiritus, vita, & pax :

7. quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest.

8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

9. Vos autem in carne non estis, sed in spiri-

### Notæ ad Versionem antiquam.

ctorinus Afric. l. 4. contra Arium, p. 281. d. Sedulius, & Ambrosiaster in Rom. 8. Concinit etiam Beda in eundem loc. nisi quòd habet *liberabit*, pro *liberavit*. Græc. ἠλευθέρωσε. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. c. *Lex enim spiritus in Christo J. liberavit me à*, &c. Tertullianus l. de resur. carn. p. 585. a. & l. de pudic. p. 1010. b. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu manu misit me à lege delinquentiæ & mortis.*

℣. 3. Tertullianus l. de resurr. carn. p. 585. a. *Quod enim invalidum erat legis, in quo infirmabatur per carnem : misso Deus filio suo in simulacro carnis delinquentiæ, & per delinquentiam damnavit delinquentiam in carne :* at l. de carne Christ. p. 550. c. ait, *in similitudinem carnis peccati fuisse Christum :* & l. 5. contra Marc. p. 796. a. *Hunc..... Pater misit in similitudinem carnis peccati.* Hilarius in Ps. 59. col. 140. c. *in similitudine carnis pecc. Deus filium suum misit :* & l. 6. de Trin. col. 909. a. *Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati :* & l. 9. col. 1021. b. dicit : *extrà peccatum carnis manebat in similitudine carnis peccati, de peccato peccatum in carne condemnans.* Ambrosius l. de Jos. c. 3. col. 486. e. *Deus filium suum mittens in similitudinem carn. peccati :* itidem in Ps. 37. col. 816. f. 817. a. ubi addit, *de peccato damnavit peccatum in carne :* & l. 1. de pœnit. col. 393. f. *quia Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato*, &c. ut sup. Augustinus in Rom. 8. to. 3. col. 910. g. & l. quæst. to. 6. col. 47. a. *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem : Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne :* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 24. excepta voce *legis*, pro *legi :* similiter l. de spir. & litt. col. 103. g. & l. 3. contra duas ep. Pelag. col. 447. b. sic etiam l. 19. contra Faust. to. 8. col. 316. g. præter *in similitudinem :* ita quoque serm. 152. to. 5. col. 722. c. & l. 14. contra Faust. col. 266. c. nisi quòd hoc posteriori loco legat, *ut de peccato damnaret pecc. in carne :* at l. 1. contra Maximin. col. 679. c. *misit Deus fil. suum in similitudine carn. pecc. & de peccato damnavit peccatum*, &c. vide etiam in Joh. tom. 3. p. 2. col. 573. b. & 771. c. ubi alludit in hunc Apostoli versum. Beda in Rom. 8. *Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmab. per carnem : Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit in carne peccatum.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 728. f. *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur in carne : Deus filium suum misit in similitudine carnis pecc. & de peccato damnavit*, &c. ut supra. Ambrosiaster in Rom. 8. *Quoniam quod impossibile erat legis, in quo infirmab. per carnem : Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit*, &c. Sedulius in eundem loc. *Nam quod imposs. erat legi, in quo..... Deus filium suum mittens in similitudinem carn. peccati, & de peccato [ vel ut veriùs habetur apud Græcos, pro peccato ] damnavit peccatum in carne.* Græc. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς... ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι... καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε, &c. in Syr. deest καί.

℣. 4. Sic habent Ambrosiaster, & Sedulius in hunc locum, cum Vigilio Taps. l. contra Varimad. p. 728. f. Sic etiam Ambrosius l. 1. de pœnitent. col. 393. f. *ut justificatio legis impleretur in nobis :* ita rursum in Psal. 37. col. 817. a. sed addit : *ut non secundùm carnem ambulemus, sed secund. spiritum.* Augustinus verò in Rom. 8. to. 3. col. 910. g. *ut justitia legis impler. in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum :* itidem ser. 152. to. 5. col. 722. c. & l. quæst. to. 6. col. 47. a. & l. 19. contra Faust. to. 8. col. 317. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 104. a. & l. 3. contra duas epist. Pelag. col. 447. c. cui accedit Beda in Rom. 8. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. solus habet : *ut jus legis impleretur in nobis, qui non secundùm carn. sed secundùm spiritum incedimus.* Apud Hilar. in Psal. 62. col. 152. b. *si non secundùm carnem, sed secundùm spiritum vixerimus.* Græc. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ... ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ, &c.

℣. 5. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. b. *Qui enim secundùm carnem incedunt : ea quæ carnis sunt, sapiunt : & qui secundùm spiritum, ea quæ sunt spiritus.* Augustinus ser. 155. to. 5. col. 746. d. *Qui enim secundùm carnem sunt : quæ carnis sunt, sapiunt : qui verò secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritus :* at l. quæst. to. 6. col. 47. a. cum Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. c. & Sedul. ac Beda in hunc loc. *qui verò secundùm spiritum : quæ sunt spiritus, sentiunt.* Ambrosiaster in eundem loc. *qui verò secundùm spiritum : ea quæ sunt spiritus, sentiunt.* Græc. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος· quidam addunt φρονοῦσιν.

℣. 6. Beda in hunc locum : *Prudentia enim carnis, mors : prudentia autem spiritus, vita, & pax.* Victorinus Afer l. 3. contra Ari. p. 277. h. *prudentia verò spiritus, vita est.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. c. Ambrosiaster, & Sedulius in hunc loe. necnon Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 744. d. Vulgatæ concinunt. Accinit etiam Augustinus serm. 155. to. 5. col. 746. d. & l. quæst. to. 6. col. 47. a. sed lib. de spir. & litt. to. 10. col. 87. f. legit : *Sapere secundùm carnem, mors est : sapere autem secundum spirit. vita, & pax :* ita etiam tract. 27. in Joh. to. 3. p. 2. col. 502. c. *Sapere secundùm carnem, mors est.* Tertullianus l. de exhort. cast. p. 942. c. *Sapere secundùm carnem, mors est : secundùm spiritum verò sapere, vita æterna sit in Christo Jesu D. nostro.* Græcum textui Sangerman. consonat. Ms. tamen 1. Colbert. post vocem ult. εἰρήνη, *pax*, addit, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

℣. 7. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. Beda verò cum Augustino in eundem locum, to. 3. col. 911. d. & in Gal. col. 970. f. *quia prudentia carnis inimica in Deum : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest :* item Augustinus l. quæst. to. 6. col. 47. a. *quia prudentia carnis inimica est in Deum*, &c. ut sup. & serm. 155. to. 5. col. 746. e. *prudentia enim carnis inimica in Deum*, &c. Sedulius in Rom. 8. *quoniam prudentia carnis inimica est Deo*, &c. ut sup. Ambrosius l. de parad. to. 1. col. 169. b. *sapientia carnis inimica est Deo :* & l. de fide, col. 581. b. *legi enim non erat subdita :* & in Ps. 36. col. 783. f. *nec enim potest.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. c. *quoniam prudentia carnis inimicitia est in Deum : legi enim Dei non subjicitur : nec enim potest.* Tichonius reg. 3. p. 53. a. *caro legi Dei subjecta non est : neque enim potest.* Gr. διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ, &c. al. ἐχθρὸν τῷ Θεῷ, pro ἔχθρα εἰς Θεόν.

℣. 8. Irenæus l. 5. c. 10. p. 304. b. *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Similiter habet Tertullianus l. de resur. carn. pp. 570. a. 584. c. & l. 5. contra Marc. p. 792. c. Sedulius, & Ambrosiaster in Rom. 8. *Qui enim in carne sunt, Deo*, &c. S. Valerianus ep. ad Monachos, Sirm. to. 1. col. 699. b. *Quicunque in carne sunt, Deo*, &c. Tichonius reg. 3. p. 53. a. *Qui autem in carne sunt, Deo*, &c. Itidem Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. c. & Augustinus l. quæst. tom. 6. col. 47. a. cum Beda in Rom. 8. item Siricio ep. 1. to. 1. col. 631. a. & ep. 5. col. 657. a. necnon Innocentio I. ep. 2. & 6. col. 753. c. 792. a. Ita quoque in Gr. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, &c. al. Οἱ γὰρ ἐν, &c.

℣. 9. Irenæus l. 5. c. 8. p. 301. c. *Vos enim non estis in carne, sed in spiritu : si quidem spiritus Dei habitat in*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

tu : si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

10. Si autem Christus in vobis est : corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem.

11. Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis : qui suscitavit Jesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

12. Ergò fratres debitores sumus non carni, ut secundùm carnem vivamus.

13. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini : si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

**VERSIO ANTIQUA.**

tu : si tamen spiritus Dei * habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

10. Si autem Christus in vobis * est : corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò * vita propter justificationem.

11. Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vos : qui suscitavit Christum Jesum à mortuis, vivificavit * & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

12. Igitur fratres debitores sumus non carni, ut secundùm carnem vivamus.

13. Si enim secundùm carnem vixeritis, * moriemini : si enim spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* habitet.

* *In Ms. Reg. deest* est.

* *Ms. Reg.* vitam.

* *Ms. Reg. primâ manu* in.

* *Ms. Reg.* incipietis mori... mortificetis.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*vobis :* ita rursum infra, c. 10. p. 304. c. præter *Vos autem.* Similiter habet Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. c. *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* Sic etiam Hilarius l. 2. de Trin. col. 803. b. ubi addit : *si tamen spiritus Dei in vobis est. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus :* itidem l. 8. col. 960. b. excepto *si quidem :* quod etiam habet l. 2. ex pluribus Mss. at in Ps. 119. col. 377. a. *si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Accinunt Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 406. b. & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 744. b. & S. Valerianus ep. ad Monach. col. 699. b. Tichonius verò reg. 3. p. 53. a. *Vos autem non estis in carne, sed ..... si quidem spiritus Dei in vobis est. Si quis autem,* &c. ut in textu. Item Ambrosius in Psalm. 118. col. 1011. e. 1179. c. *Vos autem non estis in carne,* &c. sed l. 2. & 3. de Spir. S. col. 612. b. 675. e. *Vos autem in carne non estis, sed.... si tamen spiritus Dei inhabitat* (al. *habitat*) *in vobis. Si quis autem,* &c. ut sup. Concinit Augustinus l. quæst. to. 6. col. 47. a. cum Sedulio, Beda, & Ambrosiastro in Rom. 8. idem Augustinus tract. 9. & 99. in Johan. to. 3. p. 2. col. 363. d. 747. b. legit : *Quisquis autem Spiritum Christi non habet,* &c. Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. c. *Vos verò non estis in carne, sed... si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem... hic non est ipsius.* Siric. ep. 1. 5. & 10. col. 631. a. 657. a. 690. a. & Innocentius I. ep. 2. & 6. col. 753. c. 792. a. *Vos autem jam non estis in carne, sed in spir... si tamen spiritus Domini habitat in vobis.* Novatianus l. de Trin. p. 1051. c. cum Auct. ep. ad Demetriad. *Qui Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 125. col. 135. g. *Si quis autem Spir.* &c. ut sup. Græcum textui Sangerm. consonat, nisi quòd habet εἴπερ, *si quidem*, pro *si tamen.*

℣. 10. Hilarius l. 8. de Trin. col. 960. b. *Si autem Christus in vobis est : corpus quidem mortuum est per peccatum, spiritus autem vita est per justitiam ;* Ms. 1. *propter pecc... propter just.* Augustinus lib. quæst. tom. 6. col. 47. a. & lib. contra Secundinum, to. 8. col. 533. d. *Si autem Christus in vobis : corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter justitiam :* similiter tract. 75. in Johan. to. 3. p. 2. col. 694. b. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 4. b. seq. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 422. e. nisi quòd primo loco habeat *nobis*, pro *vobis :* ita rursum epist. 55. & 193. tom. 2. col. 138. f. 713. a. ab his, *corpus quidem :* sic etiam l. 6. de Gen. ad litt. tom. 3. col. 209. e. & in Rom. 2. col. 905. e. & in Ps. 40. to. 4. col. 347. b. & in Psalm. 114. col. 1268. a. & in Ps. 146. col. 1641. b. & l. 13. de civitate Dei, c. 23. to. 7. col. 343. b. & l. 24. contra Faust. tom. 8. col. 432. a. ita demum in Rom. 8. to. 3. col. 911. g. præter *justificationem*, pro *justitiam.* Beda in eundem loc. *Si autem Christus habitat in vobis : corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter justitiam.* Iren. l. 5. c. 10. p. 304. c. *corpus quidem mort. propter pecc. spiritus autem vita propter justitiam.* Itidem Tertul. l. de res. carn. p. 584. c. & l. 5. contra Marc. p. 796. b. præter vocem *delinquentiam*, vel *delictum*, pro *peccatum.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 744. d. *corpus quidem mortuum est propter pecc. spiritus autem vita est propter justitiam :* nec aliter lib. 12. de Trin. deleto *est*, post *vita.* Concinit Ambrosiaster in Rom. 8. prætermissis prioribus verbis, *Si autem Christus in vobis est.* Ambrosius verò l. 3. de Spir. S. col. 675. e. *Si autem Christus in vobis.* In Græco : Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν· τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. A Ms. tamen uno absunt, Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

℣. 11. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. b. & l. 5. c. 7. & 10. pp. 300. c. 304. c. *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, inhabitat* (al. *habitat*) *in vobis : qui suscitavit Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. c. *Si enim Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum, habitat in vobis : qui suscitavit Jesum à mortuis, vivificabit & mort. corpora vestra, propter inhabit. Spiritum ejus in vobis :* & l. 5. contra Marc. p. 796. b. *qui suscitavit Christum à mort. vivificabit & mort. corp. vestra :* & l. contra Prax. p. 858. b. *qui suscitavit Christum, suscitaturus est & mort. corpora vestra.* Hilarius l. 2. & 8. de Trin. col. 803. b. 960. b. *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mort. habitat in vobis : qui suscitavit Christum à mort. vivificabit & mort. corpora vestra, propter Spiritum suum* (al. *ejus*,) *qui habitat in vobis.* Augustinus ep. 55. to. 2. col. 129. b. *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum* (al. *Christum*) *à mort. habitat in vob. qui suscitavit J. C. à mortuis, vivificabit & mort. corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis :* similiter ep. 193. col. 713. a. & l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. col. 209. e. & tract. 99. in Johan. col. 747. a. & in Rom. 8. col. 911. g. 912. a. item l. 13. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 343. b. & l. 22. contra Faust. to. 8. col. 432. a. & l. contra Secundin. col. 533. d. ita quoque in Rom. 2. to. 3. col. 905. e. nisi quòd initio habet *Si ergo :* itidem in Ps. 146. to. 4. col. 1641. b. & l. quæst. to. 6. col. 47. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 4. b. seq. & l. 1. contra duas ep. Pelag. col. 422. e. at in Ps. 40. tom. 4. col. 347. b. contractiùs : *Si autem qui suscitavit Christum à mortuis, habitat in vobis,* &c. ut sup. & epist. 55. to. 2. col. 138. f. *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum Christum à mortuis, habitat in vobis : vivificabit & mortalia corp. vestra, per inhabitantem Spir. ejus in vobis :* prætermissis his, *qui suscitavit J. C. à mort.* ante *vivificabit :* & in Ps. 114. col. 1268. d. *propter Spiritum, qui habitat in vobis :* & l. de vera religione, to. 1. col. 756. b. ac in Rom. 7. to. 3. col. 908. f. *propter Spiritum manentem in vobis.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 612. c. *Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis :* & infra, col. 639. f. addit : *qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mort. corpora vestra ; propter inhabitantem Spir. ejus in vobis :* itidem col. 652. f. & 696. b. excepto *per*, pro *propter.* Rufinus lib. 1. de benedict. Patr. p. 3. b. *qui suscitavit Christum à mortuis, suscitabit & mortalia corpora v. propter inhabit. Spiritum ejus in vobis.* Beda in Rom. 8. *Si ergo Spiritus ejus, qui suscitavit J. ex mort. habitat in vobis : qui suscitavit Jes. C. à mortuis, vivificabit & mort. corpora v. per inhabit. Spiritum ejus in vobis.* Vigilius Taps. l. 12. de Trin. & l. 2. contra Arium & Sab. *Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit J. C. à mort. habitat in vobis : qui suscitavit J. C. à mort. vivificabit & mort. corp. v. per inhabit. Spiritum suum in vobis.* Ambrosiaster in Rom. 8. Vulgatæ congruit, cum Sedulio in eundem loc. In Græco sic : Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ..... διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ, &c. al. διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ, &c.

℣. 12. Tertullianus l. de resurr. carn. p. 584. c. *Itaque fratres debitores sumus non,* &c. ut sup. Ambrosiaster in Rom. 8. *Igitur fratres debitores sumus non,* &c. Augustinus l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 730. a. *Fratres debitores sumus non,* &c. Cyprianus l. de zelo & liv. p. 259. c. *Itaque fratres non secundùm carnem vivamus.* Hieronymus lib. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. d. Sedulius, & Beda in Rom. 8. Vulgatæ concinunt. In Græco sic : Ἄρα οὖν ἀδελφοί, &c. ut in textu.

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 10. p. 304. d. *Si enim secundùm carnem vivitis, incipietis mori : si autem spiritu opera carnis mortificatis,* (al. *mortificaveritis*) *vivetis.* Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. *Si secundùm carnem vivitis, futurum est ut moriamini :* & l. de resur. carn. p. 584. c. *Si enim secundùm carnem vixeritis, futurum est ut moriamini : si verò spiri-*

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

14. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi
filii Dei sunt.

15. Non enim accepistis spiritum servitutis ite-
rum in * timore, sed accepistis spiritum adoptio-
nis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.)

16. Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui no-
stro, quòd * sumus filii Dei.

17. Si autem filii, & hæredes: hæredes * qui-
dem Dei, cohæredes autem Christi: si ita com-
patimur, ut & simul * conglorificemur.

18. Existimo enim quòd * non sunt condignæ
passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ
revelabitur in nobis.

* *Ms. Reg.* timorem.
* *Ms. Reg.* simus.
* *Ms. Reg.* autem.
* *Ms. Reg.* glorificemur.
* *Ms. Reg.* quòd indignæ sunt.

## Vulgata nova.

14. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ii
sunt filii Dei.

15. Non enim accepistis spiritum servitutis ite- 2. Tim.
rum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis 1. 7.
filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Gal. 4. 5.

16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spi-
ritui nostro, quòd sumus filii Dei.

17. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem
Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compati-
mur, ut & conglorificemur.

18. Existimo enim quòd non sunt condignæ
passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ
revelabitur in nobis.

## Notæ ad versionem antiquam.

*tu actus carnis mortificaveritis, vivetis.* Cyprianus l. de zelo & liv. p. 259. c. *Si enim secundùm carnem vixeritis, incipietis mori: si autem spiritu opera carnis mortificaveritis, vivetis.* Ambrosius l. 2. de Spiritu S. col. 652. f. cum Sedulio in Rom. 8. *si autem per spiritum facta carnis mortificav. vivetis.* Augustinus l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 730. b. *Si enim secundùm carnem vix. moriemini: si autem spiritu actiones carnis mortificav. vivetis:* similiter ser. 156. to. 5. col. 754. c. *si autem spir. actiones*, &c. at l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 57. b. unà cum Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. d. necnon Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Vulgatæ concinit. Græc. Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, &c.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 10. p. 304. d. *Quicunque enim ducuntur spiritu Dei, hi sunt filii Dei.* Cyprianus l. de zelo & liv. p. 259. c. cum Cœlestin. I. ep. ad Episc. Gall. to. 1. col. 1191. c. *Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt.* Hilarius l. 2. & 6. de Trin. col. 806. a. 909. b. *Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei.* Itidem Augustinus l. 21. de civitate Dei, c. 15. col. 635. c. detracto *enim.* Gaudentius Brix. serm. 6. p. 951. d. *Quotquot spiritu Dei ducuntur, hi filii Dei sunt.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 179. d. Ambrosiast. Sedulius, & Beda in Rom. 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi*, &c. Concinunt Auctor l. de voc. gent. l. 1. & 2. pp. 5. f. & 23. d. & Auctor ep. ad Demetriad. p. 44. c. unà cum Græco.

℣. 15. Hilarius l. 2. & 6. de Trinit. col. 806. a. 909. b. *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba (Pater.)* Itidem Augustinus quæst. 54. in Exod. to. 3. col. 438. d. ex potioribus Mss. ita quoque in Rom. 8. col. 912. b. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 117. a. addito *filiorum*, post vocem *adoptionis.* Concinunt Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 297. c. & Beda in Rom. 8. Hieronymus in Isai. 65. tom. 3. col. 485. f. contractiùs: *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed spiritum adoptionis.* Ambrosiaster verò, & Sedulius in Rom. 8. Vulgatæ consonant: item Leo Mag. ser 28. p. 85. Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. c. & l. 1. de voc. gent. c. 8. p. 5. f. necnon Augustinus ipse ep. 194. tom. 2. col. 720. d. qui rursus l. de S. virginitate, tom. 6. col. 360. d. ait: *Non enim accepimus spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo*, &c. ut sup. Irenæus quoque l. 3. c. 6. p. 180. e. & l. 5. c. 8. p. 301. c. habet, *in quo clamamus: Abba (Pater.)* Tichonius reg. 3. p. 54. h. *Qui non accepit spiritum servitutis in timore, sed adoptionem filiorum clamantem: Abba (Pater.)* Gr. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ, &c.

℣. 16. Ambrosius l. 2. & 3. de Spir. S. col. 649. f. 678. f. *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei:* & in Ps. 48. col. 950. f. *quia filii Dei sumus.* Ambrosiaster in Rom. 8. *Ipse Spiritus reddit testimon. spir. nostro, quòd sumus filii Dei.* Itidem Beda in eundem loc. præter vocem *quia*, pro *quòd.* Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. c. *Itaque ipse Spiritus testimonium reddit spir. n. quoniam sumus*, &c. Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 297. c. *Ipse Spiritus contestatus est spiritui nostro, quia sumus filii Dei.* Similiter Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 243. b. *sumus filii Dei.* Ita quoque Cyprianus epist. 56. & 81. pp. 90. b. 164. b. & l. 3. Testim. p. 310. c. Acta verò Mart. SS. Mont. apud Ruinart. p. 233. *simus filii Dei.* Sedulius in hunc loc. *Ipse Spiritus testimon. reddit spiritui nostro, quòd sumus filii.* Gr. Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ.... ὅτι ἐσμὲν, &c.

℣. 17. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. b. *Quòd si filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes verò Christi: si quidem compatimur, uti & cum illo glorificemur:* & l. de resur. carn. p. 582. b. *compatimur, uti & conglorificemur.* Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei filio, p. 243. b. *Si autem filii Dei, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi: si quidem compatimur, ut & simul glorificemur.* Cyprianus epist. 55. p. 90. b. *Si autem filii Dei, & hæredes Dei, cohæredes autem Christi: si quidem compatiamur, ut & commagnificemur:* sic rursum epist. ad Fortunat. p. 266. c. sublato primo *Dei:* sic etiam l. 3. Testim. p. 310. c. præter verbum *magnificemur:* at ep. 81. p. 164. b. *Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si quidem compatiamur, ut & commagnificemur.* Ambrosius in Psal. 48. col. 950. f. *Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & simul glorificemur:* similiter habet l. 2. de Spir. S. col. 649. f. exceptis his, *ut & conglorificemur:* & in Ps. 118. col. 1049. b. *hæredes sumus Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatiamur, ut & simul glorificemur:* & infra, col. 1060. b. *hæredes sumus Dei, cohæredes...... si tamen compatimur, ut simul glorific.* Acta mart. SS. Mont. apud Ruinart. p. 233. *Si autem filii, & hæredes: hæredes autem Dei, cohæredes autem Christi: si quidem compatiamur, ut & commagnificemur.* Sedulius: *Si autem filii, & hæredes.... cohæredes verò Christi.* Ambrosiaster in Rom. 8. *si tamen compatiamur, ut & simul glorificemur.* Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. c. Vulgatæ congruit, nisi quòd delet &, ante *conglorificemur.* S. Paulinus ep. 30. p. 194. b. *si enim compatiamur, & conregnabimus.* S. Leo ser. 24. 57. 67. & 68. pp. 78. e. 129. c. 145. e. 147. d. fortè è 2. Tim. 2. 12. *si compatimur, & conregnabimus:* & sermone 28. p. 85. e. necnon ser. 46. p. 113. a. *si compatimur, & conglorificabimur.* Gr. εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν, al. συμπάσχωμεν.

℣. 18. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. b. *Reputo enim non dignas esse passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ in nos habet revelari:* & l. contra Gnost. p. 832. b. *Reputo enim passiones hujus temporis non esse dignas ad gloriam, quæ in nos habeat revelari:* & exhort. ad mart. c. 4. p. 192. b. alludens dicit: *modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cælestis, & divinæ mercedis.* Cyprianus ep. 56. 77. & 81. pp. 94. a. 160. c. 164. b. *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram claritatem, quæ revelabitur in nobis:* itidem ep. ad Fortunat. p. 273. b. & l. 3. Testim. p. 311. a. at l. de laud. mart. p. 349. b. *Æstimo non esse condignas passiones hujus temporis ad superventuram claritatem, quæ revelabitur in nobis.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 243. b. *Existimo non esse condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis:* & infra, p. 248. f. *quòd non sint condignæ passiones hujus temp. ad superventuram gloriam.* Hieronymus in Isai. 26. col. 223. c. *non sunt condignæ passiones hujus temp. ad venturam gloriam, quæ revelab. in nobis:* & ep. ad Heliod. to. 4. p. 2. col. 11. f. *non sunt condignæ pass. hujus sæculi ad superventuram gloriam, quæ revelab. in nobis.* Similiter habet Ennodius ap. Sirm. to. 1. col. 1744. b. præter vocem *mundi*, pro *sæculi.* Hormisdas ep. 15. Conc. to. 4. col. 1454. c. *non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Gaudentius Brix. præf. ad Benev. p. 945. b. *non esse condignas passiones hujus temp. ad superventuram gloriam, quæ revelab. in sanctis.* Ambrosiaster in Rom. 8. *Existimo ergo quòd non sint condignæ*, &c. ut in textu Sangerm. Sedulius verò, & Beda eidem textui concinunt ad verbum. Concinit etiam Augustinus in eundem loc. to. 3. p. 2. col. 915. b. at l. quæst. to. 6. col. 49. b. legit: *Existimo enim quòd indignæ sint passiones hujus temporis:* & l. 5. de civitate Dei, c. 18. to. 7. col. 135. g. *indignæ sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelab.* &c. Similiter S. Eucherius exhort. ad Mon. p. 182. e. necnon Ambrosius l. 1. de Jacob, c. 6. col. 452. b. & in Psal. 118. col. 1045. d. l. verò 1. de interpel. Job, c. 1. col. 625. c. *indignæ sunt passiones hujus temporis ad superventuram gloriam:* itidem in Psal. 118. col. 1233. e. & 1244. e. item col. 1070. a. *indignæ enim passiones sunt hujus temporis ad superventuram gloriam:* & in Psal. 37. col. 842. b. *indignæ sunt hujusmodi passiones ad superventuram gloriam.* In Græco sic:

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 19. Nam exſpectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei exſpectat. | 19. Nam exſpectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei exſpectat. |
| 20. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe: | 20. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpem: |
| 21. quia & ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. | 21. quia & ipſa creatura liberabitur à * ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ * * filiorum Dei. |
| 22. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc. | 22. Scimus enim quòd omnis creatura ingemeſcit, & parturit uſque adhuc. |
| 23. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exſpectantes, redemptionem corporis noſtri. | 23. Non ſolùm autem, ſed & nos ipſi receptaculum ſpiritus habentes, nos ipſi intra nos gemimus, exſpectantes redemptionem corporis noſtri. |
| 24. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? | 24. Spe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? |
| 25. Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam exſpectamus. | 25. Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam exſpectamus. |

*Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

* *Mſ. Reg.* ſervitutæ corruptione, in libertate.

** *Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom. ſolo.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.*

℣. 19. Sic habent Irenæus l. 5. c. 32. p. 331. c. Auguſtinus in Rom. 8. to. 3. col. 912. f. Ambroſiaſter, Sedulius, & Beda in eundem loc. Sic etiam Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. d. præter *Exſpectatio enim.* Hilarius in Pſal. 148. col. 586. c. 588. a. *Etenim exſpectatio ipſius creaturæ, revelationem filiorum Dei exſpectat:* & l. 12. de Trinit. col. 1115. b. *Etenim longinqua exſpectatio creaturæ, revelat.* &c. Ambroſius l. 2. de Spir. S. col. 613. e. *Omnis creatura revelat. filior. Dei exſpectat.* Gr. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν, &c. ut ſup.

℣. 20. Irenæus l. 5. c. 32. p. 331. c. *Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpe.* Similiter Hilarius in Pſ. 148. col. 586. c. ſed lib. 12. de Trin. col. 1115. b. legit: *Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non ſponte, ſed propter eum, qui ſubdidit eam* (al. *ſubdidit omnia;* al. *ſubdidit ea*) *in ſpe.* Ambroſius lib. 1. in Luc. col. 1262. b. *Vanitati enim creatura ſubjecta eſt:* & l. 1. Hexa. col. 12. c. ac epiſt. 34. col. 922. c. *Vanitati creatura ſubjecta eſt non ſponte, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpe.* Itidem Auguſtinus in Rom. 8. tom. 3. col. 912. f. 913. d. & Maxim. Taurin. p. 48. d. Beda verò in eundem loc. *Non enim ſponte creatura vanitati ſubjecta eſt, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpe.* Similiter Gelaſ. I. tract. 3. contra Pelag. *ſed propter eum, qui ſubj. in ſpe.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. d. *Vanitati enim creatura ſubdita eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe futuræ gloriæ, & dignitatis.* Ambroſiaſter in Rom. 8. *Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non voluntaria,* &c. ut in Vulg. Sic etiam habet Sedulius in eund. loc. præter *non volens.* Tertullianus l. de coron. mil. c. 6. p. 290. b. huc alludit dicens, *naturam invitam vanitati ſuccidiſſe.* Gr. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι.

℣. 21. Textui Sangerm. concinit Ambroſius ep. 34. & 35. col. 922. c. 925. b. necnon l. 1. de Spir. S. col. 613. e. ac l. 1. & 5. de fide, col. 461. f. 570. b. Accedunt Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 20. col. 203. a. Maxim. Taurin. p. 48. d. Gelaſius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1248. e. & Sedulius in Rom. 8. nec refragatur Gaudentius Brix. ſer. 3. p. 948. b. niſi quòd habet *ipſa utique creatura.* Irenæus l. 5. c. 32. p. 331. c. cum Ambroſiaſtro in Rom. 8. leg. *quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Hilarius in Pſ. 148. col. 586. c. & l. 12. de Trin. col. 1115. b. *quia & ipſa creatura liberab. à ſervitute corruptionis, in libertatem claritatis filiorum Dei.* Auguſtinus in Rom. 8. tom. 3. col. 913. d. e. *quia & ipſa creatura liberabitur à ſerv. interitus, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Similiter & Beda in eund. loc. In Gr. omnia ut in Vulgata. Notandum verò quòd in noſtro Sangermanenſi textu deſint duo ultima verba hujuſce ℣. nempe *filiorum Dei;* & reliqua omnia ad verſum uſque 33. quæ ſupplevimus ex Mſ. Regio.

℣. 22. Ita legunt Ambroſiaſter, & Beda in hunc loc. cum Gelaſio I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1249. b. & Maxim. Taurin. p. 48. d. Auguſtinus verò l. quæſt. to. 6. col. 50. g. 51. a. & in Rom. 8. to. 3. col. 913. e. *Scimus enim quia omnis creatura congemiſcit, & dolet uſque adhuc.* Ita etiam Mſ. codex 129. Floriac. præter *quòd*, pro *quia.* Ambroſius ep. 35. col. 925. b. *Scimus enim quòd omn. creatura ingemiſcit:* at infra, *quòd omnis creatura congemiſcat:* & l. 1. de fide, col. 461. e. *congemiſcit, & comparturit uſque nunc.* Sedulius in Rom. 8. p. 518. c. *Omnis enim creatura congemiſcit, & comparturit, & dolet:* & infra, *Scimus enim quoniam omnis creatura congemiſcit, & condolet.* Græc. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Borner. cod. Gr. ὀδύνει, ſed mendo, pro ὠδίνει; Lat. *dolet.*

℣. 23. Ambroſiaſter in hunc loc. p. 75. d. *Non ſolùm autem illa, ſed & nos, qui receptaculum ſpiritus habemus, nos ipſi intra noſmetipſos ingemiſcimus, exſpectantes redemptionem corporis noſtri.* Eandem vocem *receptaculum* habet Primaſius, cum Borner. cod. Lat. ſi Millio fides. Ambroſius ep. 35. col. 925. e. 927. e. legit: *Non ſolùm autem illa, ſed etiam nos primitias ſpiritus habentes, ipſi intra nos ingemiſcimus, adoptionem filiorum exſpectantes, redemptionem corporis noſtri.* Auguſtinus in Rom. 8. to. 3. col. 912. g. 913. f. g. *Non ſolùm autem ipſi; ſed & nos primitias ſpiritus habentes, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adoptionem exſpectantes, redemptionem corporis noſtri:* & in Pſ. 31. col. 182. f. *Non ſolùm, ſed etiam nos ipſi primitias ſpir. habentes, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adoptionem exſpectantes, redemption. corporis noſtri:* itidem l. 3. & 11. contra Fauſt. tom. 8. col. 190. g. 224. b. ab his, *& ipſi in nobis,* &c. ita quoque l. 1. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 420. c. 422. b. at l. quæſt. to. 6. col. 51. a. legit: *Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias ſpir. habentes, & ipſi in nobis ipſis congemiſcimus, adoptionem exſpectantes, redempt. corp. noſtri:* & l. de pat. col. 535. f. *& ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adopt. filiorum exſpectantes,* &c. ut ſup. Auctor l. de xl. manſ. p. 7. f. cum Beda in Rom. 8. *& ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum exſpectantes,* &c. ut ſup. Gelaſius I. tract. 3. contra Pelag. col. 1249. b. *Non ſolùm illa, ſed nos ipſi* (inf. *noſmetipſi*) *primitias ſpir. habentes, intrà nos gemimus, adoptionem exſpectantes.* Sedulius in Rom. 8. *Non ſolùm autem illa, ſed etiam nos primitias,* &c. ut in Vulgata. Gr. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ, &c. al. Οὐ μόνον δὲ ἐκεῖνα, ἀλλὰ, &c. & infra, υἱοθεσίαν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδεχόμ. &c. al. συστενάζομεν, pro στενάζομεν.

℣. 24. Eadem refert Auguſtinus ep. 55. & 187. to. 2. col. 138. b. 686. f. & l. 2. de ſerm. Dom. in m. to. 3. col. 214. c. & in Pſ. 31. to. 4. col. 182. f. & lib. quæſt. to. 6. col. 51. a. ſeq. & l. de pat. col. 535. g. item tract. 86. & 124. in Johan. tom. 3. p. 2. col. 712. e. 821. e. & tract. 4. in 1. Joh. col. 854. b. niſi exceperis his tribus locis, *quod enim*, pro *nam quod.* Vix etiam aliter Ambroſius ep. 35. col. 928. a. b. *Quia ſpe ſalvi facti ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat?* & infra, col. 928. c. *quid & ſperat?* vel, *quid exſpectat?* Cyprianus l. de op. & eleem. p. 251. b. & l. 3. Teſtim. p. 318. b. *Spe ſalvati ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: quod enim videt quis, quid ſperat?* Ambroſiaſter in Rom. 8. *Spe enim ſalvati ſumus. Spes autem,* &c. ut in textu. Sedulius Scot. *Spe ergo ſalvi,* &c. Beda in eundem locum, p. 154. eadem quæ in textu: at infra, *Spes enim, quæ videtur, non eſt ſpes: quod enim,* &c. Caſſiodorus in Pſ. 93. p. 318. c. *nam quod videt quis, quod ſperat?* Gr. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; al. τί καὶ ὑπομένει;

℣. 25. Ita legit Auguſtinus ep. 55. 130. & 187. tom. 2. col. 138. b. 393. b. 686. f. & in Johan. tom. 3. col. 712. e. 821. e. ita rurſum in Pſ. 31. col. 182. f. & l. de pat. tom. 6. col. 535. g. & l. 2. & 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 33. e. 74. g. ſic etiam in 1. Joh. to. 3. col. 854. b. niſi quòd eo loci habet *Si enim*, cum Beda in Rom. 8. Caſſiodorus verò in Pſ. 93. p. 318. c. cum Sedulio in Rom. 8. *Si autem,* &c. ut ſup. Itidem Cyprianus l. de op. & eleem. p.

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Ms. Regio, seu Claromont. solo.*

26. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, si quod oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat gemitibus, qui eloqui non possunt.

27. Qui autem scrutatur corda, scit sensus Spiritus : quia secundùm Deum postulat pro sanctis.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia procedunt in * bonis, his, qui secundùm propositum vocati sunt.

** Al. fortè manu, bonum.*

29. Quia quos præscit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii ejus, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.

30. Quos autem prædestinavit, eos & vocavit : & quos vocavit, eos & justificavit : quos autem justificavit, illos & magnificavit.

## Vulgata nova.

26. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

27. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundùm Deum postulat pro sanctis.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt sancti.

29. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.

30. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit : & quos vocavit, hos & justificavit : quos autem justificavit, illos & glorificavit.

## Notæ ad Versionem antiquam.

251. b. necnon l. 3. Testim. p. 318. b. præter *speramus*, posteriori loco, pro *exspectamus*. Ambrosiaster in Rom. 8. *Sed si quod non videmus, speramus : per pat. exspectamus.* Græcum textui Sangerm. congruit.

℣. 26. Augustinus ep. 130. to. 2. col. 393. b. *Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus :* sic iterum l. 1. de Gen. to. 1. col. 659. a. & ep. 194. to. 2. col. 720. b. c. ab his, *quid enim oremus*, &c. sic etiam l. de dono persever. to. 10. col. 856. d. & in Rom. 8. to. 3. col. 914. b. nisi quòd hoc posteriori loco tollit *pro nobis*, post verbum *interpellat :* & tract. 6. in Evang. Joh. tom. 3. part. 2. col. 330. d. *quid enim oremus, sicut oportet*, &c. ut in Vulg. Maximinus ap. eundem Augustinum, in Collat. cum ipso, to. 8. col. 654. g. *nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus :* & infra, col. 671. d. *quia, sicut oportet, orare nescimus : sed ipse Spiritus*, &c. Hilarius in Ps. 53. col. 96. d. legit : *quòd enim quid oremus, qualiter oporteat, nescimus :* & in Ps. 142. col. 550. d. *quid enim oremus, secundùm id quod oporteat, nescimus : sed ipse Sp. pro nobis post. gem. inenarrabilibus :* in Ps. verò 64. col. 163. d. *pro nobis inenarrabilibus gemit. interpellat.* Novat. l. de Trin. p. 1051. c. *interpellat pro nobis gemitibus ineloquacibus.* Hieronymus in Malach. 2. to. 3. col. 1822. e. *Spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus.* Ambrosius ep. 36. col. 929. b. *Similiter & Spiritus adjuvat infirmitatem nostræ orationis :* subinde : *quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus :* & l. 3. de Spir. S. col. 679. d. *quia ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus :* & in Ps. 37. col. 831. c. ut & ep. 36. col. 930. b. *interpellat pro nobis Spiritus gemitibus inenarrab.* Ambrosiaster quoque in Rom. 8. habet : *Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostræ orationis ;* reliqua verò ut in Vulgata. Sedulius, & Beda in eundem loc. in omnibus eidem Vulgatæ concinunt : item Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. b. ab his, *nam quid oremus ;* cui etiam favet Auctor quæst. ex utroque T. q. 125. col. 136. a. b. g. At Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 747. e. *nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Leo Mag. serm. 54. p. 124. d. *quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Cœlestinus ep. 13. to. 1. col. 1118. b. *nam quid oremus, secundùm quod oportet, nescimus.* Epiphanius in Cantic. Cantic. c. 1. ℣. 2. *quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed Spiritus interpellat pro nobis ad Dominum gemitibus inenarrabilibus.* In Græco sic : Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Mss. plures, pro ταῖς ἀσθενείαις, ferunt τῇ ἀσθενείᾳ· Borner. verò codex Græcus, τῆς δεήσεως, Lat. *adjuvat orationis nostræ.*

℣. 27. Augustinus ep. 130. to. 2. col. 393. b. *Qui autem scrutatur corda, scit quid Spiritus sapiat : quia secundùm Deum interpellat pro sanctis :* similiter l. de dono persev. to. 10. col. 856. d. præter *Qui enim :* item in Rom. 8. to. 3. col. 914. b. *quia secundùm Deum interpellat pro S.* Epiphanius ubi sup. *Qui autem perscrutatur corda, novit quis sit sensus Spiritus : quia secundùm Deum interpellat pro sanctis.* Ambrosiaster verò, Sedulius, & Beda in hunc locum, à Vulgata non differunt, uti nec Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. b. In Græco sic : Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς... οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος· ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει, &c.

℣. 28. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 200. b. *Scimus autem quoniam diligentibus Dominum omnia procedunt in bonum, his, qui secundùm propositum vocati sunt.* Ambrosius l. 6. Hexa. col. 130. f. *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia concurrunt in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt sancti.* Augustinus l. de mor. Eccles. to. 1. col. 692. c. 697. d. 705. d. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia procedunt in bonum :* & ep. 149. & 186. tom. 2. col. 511. d. 671. g. *Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt :* itidem, omissa voce *sancti*, l. 4. de doctrina Chr. tom. 3. p. 1. col. 82. d. & tract. 115. in Johan. p. 2. col. 793. a. & l. 1. de civitate Dei, c. 10. & l. 13. c. 23. to. 7. col. 10. d. 343. f. & l. 13. de Trin. to. 8. col. 941. f. & l. de corr. & gra. to. 10. col. 757. d. 762. d. cui accinit Beda in Rom. 8. item Augustinus tract. 105. in Joh. col. 763. c. *Scimus autem quoniam*, &c. absque voce *sancti :* tr. etiam 115. supra citato, post *propositum*, addit *Dei*. At Ambrosiaster in hunc loc. sublato *Dei*, pro *cooperantur*, legit *procedunt ;* & in fine addit *sancti*, cum Sedulio. In Gr... πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Mss. quidam ferunt, συνεργεῖ ὁ Θεός. Et verò Ms. unus Corb. vetustissimus Augustini l. 1. de civitate Dei, c. 10. col. 10. d. habet *cooperatur*, quod Chrysostom. Orig. Theod. & Theophylact. ad Deum referunt.

℣. 29. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 200. b. *Quos præsciit, & prædestinavit conformes fieri imagini Filii ejus.* Hilarius in Ps. 67. col. 196. b. *Quos præscivit, hos & prædestinavit :* & l. 11. de Trin. col. 1091. c. Christum memorat *primogenitum in multis fratribus.* Ambrosius l. 6. Hexa. col. 130. f. 131. a. & l. 5. de fide, col. 565. f. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit primog. in multis fratr.* Augustinus ep. 186. to. 2. col. 671. g. 672. a. *Quoniam quos ante præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primog. in multis fratrib.* ita rursum l. 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 82. d. & l. 13. de Trin. to. 8. col. 941. f. g. ac l. de corr. & gra. to. 10. col. 757. e. detracto verbo *fieri :* & tract. 45. & 105. in Johann. tom. 3. col. 599. f. 763. c. *Quos autem* (al. *Quos enim*) *præscivit, & prædest. conformes fieri imaginis Filii ejus, ut sit ipse primog. in mult.* &c. & in Rom. 8. col. 914. f. necnon l. 5. contra Julian. to. 10. col. 635. e. ac l. de corr. & gra. col. 762. e. *Quoniam quos ante præscivit, & prædestinavit conformes imaginis Filii ejus, ut sit primog. in multis*, &c. Vide etiam l. 13. 18. & 22. de civit. Dei, cap. 23. 51. & 12. to. 7. col. 343. f. 534. c. 676. f. 679. d. & l. 14. de Trin. tom. 8. col. 964. f. Auctor quæst. ex utroque T. q. 106. *coimaginati*, ait, *Filio Dei.* Sedulius in hunc locum : *Quos præscivit, & prædestinavit conformes imaginis Filii Dei, ut sit primog. in multis fratr.* Beda in Rom. 8. nil differt à Vulg. nec etiam Ambrosiaster, nisi quòd omittat *& prædestinavit.* Vigilius Taps. l. 3. de Trin. *ut sit ipse primogenitus inter multos fratres.* In Græco sic : Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς, &c.

℣. 30. Ambrosius l. 6. Hexa. col. 131. a. & l. 1. de Jacob, & vita beata, col. 453. c. *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit : & quos voc. hos & justificav. quos autem justificavit, hos & clarificavit.* Augustinus ep. 186. tom. 2. col. 672. a. *Quos autem prædestinavit, illos & vocavit : & quos vocavit, illos & justificavit : quos autem justificavit, illos & glorificavit :* similiter quæst. 102. in Exod. tom. 3. part. 1. col. 453. g. & l. 4. de doctrina Christ. ibid. col. 82. d. necnon in Rom. 8. part. 2. col. 914. e. præter *ipsos & justificavit ;* & insuper primo loco, *ipsos & glorificavit :* vide etiam tr. 45. & 48. in Johan. ibid. col. 599. f. 615. g. lib. 13. de Trin. to. 8. col. 941. g. l. 5. contra Julian. to. 10. col. 635. e. & l. de corrept. & grat. col. 757. f. 762. e. Vulgatæ concordat Sedulius in Rom. 8. necnon Beda, nisi quòd ponat in fine, *& magnificavit.* Ambrosiaster in eundem locum : *Quos*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

31. Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?

32. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

33. Quis accusabit adversùs electos Dei? Deus qui justificat,

34. quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

35. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?

**VERSIO ANTIQUA.**

31. Quid ergo dicemus adversùs hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? — *Ex Ms. Reg. sed Clarom. solo.*

32. Qui nec Filio suo pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

33. Quis adversùs excusavit electos Dei? Deus qui justificat, — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

34. quis * condemnet? Christus, qui mortuus est, imo & qui resurrexit, qui * & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. — * *Ms. Reg.* condemnat? Simul autem Chr. — * *In Ms. Reg. deest* &.

35. Quis * nos separabit à caritate Christi? tribulatio? an angustia? * an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an * gladius? — * *Ms. Reg.* Quis ergo nos. — * *In Ms. Reg. deest* an. — * *Ms. Reg.* gladium.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*autem prædestinavit, illos & vocavit: & quos vocavit, ipses & justificavit: quos autem justificavit, hos & magnificavit.* Gaudentius Brix. serm. 9. p. 958. a. *Quos prædestinavit, & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, hos & glorificavit.* Græc. Οὓς δὲ προώρισε, τύτυς ϗ ἐκάλεσε· ϗ ὓς... τύτυς ϗ ἐδικαίωσεν· ὓς δὲ.... τύτυς ϗ ἐδόξασε.

℣. 31. Hilarius l. 6. de Trin. col. 909. d. *Quid ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?* Augustinus l. 4. de doctrina Chr. tom. 3. col. 82. e. cum Sedulio, Ambrosiastro, & Beda in Rom. 8. *Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus*, &c. ut sup. ita rursum Augustinus l. 4. & 13. de Trin. to. 8. col. 811. d. 941. g. sic etiam tract. 45. & 112. in Joh. to. 3. p. 2. col. 599. f. 785. c. & in Ps. 5. to. 4. col. 21. g. & l. de corr. & gra. tom. 10. col. 758. b. 766. e. ab his, *si Deus.* Accinit Ambrosius in Pss. 36. & 118. col. 803. f. 1236. c. & l. de Sacrament. col. 380. c. & l. 1. de pœnit. col. 394. c. cum S. Leone ser. 55. p. 126. a. Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 32. Tertullianus l. contra Gnost. p. 828. b. *Deus Filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: quomodo non & cum illo omnia condonavit?* similiter habet l. de fuga in persec. p. 973. b. *Qui Filio suo non pepercit.* Sic etiam Faustinus presb. l. contra Arian. p. 643. a. additis his, *sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Hilarius l. 6. de Trin. col. 909. d. *Qui Filio proprio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis:* & infra, hæc habet: *Nunc Apostolus* proprium *ait* Filium, *cùm in multis vel* suum, *vel* ejus, *sæpè dixisset. Et quamvis multi codices per translatorum simplicem intelligentiam in hoc loco pro* proprio Filio, suo Filio *conscriptum habeant; tamen Græcitas, qua lingua Apostolus est locutus*, proprium *nunc magis, quàm* suum *nuncupat. Et licet communis intelligentiæ sensu non satis inter* proprium, & suum *differat; verùm Apostolus, cùm in cæteris aliis dictis* suum Filium *commemorasset, quòd est Græcè* τὸν ἑαυτῦ Υἱὸν, *tamen in hoc loco secundùm quod ait*, Ὅς γε τῦ ἰδίυ Υἱῦ ὐκ ἐφείσατο, *Qui proprio Filio non pepercit*, &c. Ambrosius l. 1. de Jos. c. 3. col. 486. e. *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum:* itidem in Ps. 118. col. 981. e. & l. 1. de fide, col. 465. e. necnon l. 1. de Spir. S. col. 627. b. ita rursum l. 1. de pœnit. col. 394. c. subjunctis seqq. *quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* quæ etiam habet l. 1. de Cain & Abel, c. 7. col. 197. a. at l. 4. de interpel. Dav. c. 10. col. 672. a. *quomodo ergo non cum illo omnia nobis donavit?* Augustinus l. 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 82. e. *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit?* sic etiam l. 4. & 13. de Trin. to. 8. col. 811. d. 941. g. excepta vocula &, pro *etiam:* sic iterùm l. de corr. & gra. to. 10. col. 758. b. 766. e. item tract. 45. in Johan. to. 3. col. 599. f. g. addito *suo*, post *Filio:* comment. verò in Ps. 5. to. 4. col. 21. g. *Qui unico Filio suo non pepercit:* at tract. 102. in Johan. col. 785. c. d. *Qui Filio proprio non*, &c. & l. 16. de civitate Dei, c. 32. to. 7. col. 444. d. *Qui proprio Filio non pepercit*, &c. Concinunt Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 82. b. & S. Leo ser. 50. p. 119. f. infra tamen S. Leo serm. 58. p. 131. d. legit, *Filio suo unigenito non pepercit*, &c. sed serm. 55. p. 126. a. *Qui etiam proprio Filio suo non pep.* &c. ut in Vulgata. Eodem modo legit Beda in Rom. 8. Similiter & Ambrosiaster in eundem locum, cum Auctore quæst. N. T. q. 97. col. 86. d. detracta prima vocula *etiam.* Hanc servat Sedulius, sed in fine habet, *quomodo non per illum omnia nobis donavit?* In Græco: Ὅς γε τῦ ἰδίυ Υἱῦ ὐκ ἐφείσατο, ἀλλ᾽ ὑπὲρ... πῶς ὐχὶ ϗ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Mſ. unus, pro Ὅς γε, habet Ὅς δέ· al. Ὅς ὐδὲ, omisso seq. ὐκ.

℣. 33. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1077. a. *Quis criminabitur (Mſ. 1. accusabit adversùs) electos Dei? Deus est qui justificat.* Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 394. c. *Quis accusabit adversùs electos Dei? Deus qui justificat.* Similiter habet Aug. l. 3. de doctr. Chr. c. 3. to. 3. col. 46. b. nisi quòd ita verba interpungi velit: *Quis acc. adv. electos Dei? Deus qui justificat?* item versu seq. *Quis est qui condemnat? Christus Jesus, qui mort. est, magis autem qui resurr. qui est in dext. D. qui & int. pro nobis?* quam interpunctionem sic adstruit: *Nisi*, inquit, *fides revocet, qua credimus Deum non accusaturum adversùs electos suos, & Christum non condemnaturum electos suos, potest illud sic pronunciari*, Quis accusabit adversùs electos Dei? *ut hanc interrogationem quasi responsio sequatur*, Deus qui justificat. *Et iterum interrogetur*, Quis est qui condemnat? *& respondeatur*, Chr. Jesus, qui mortuus est. *Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabitur, ut præcedat percontatio, sequatur interrogatio. Inter percontationem autem & interrogationem hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontationem multa responderi possunt; ad interrogationem verò, aut* non, *aut* etiam. *Pronunciabitur ergo ita, ut post percontationem, qua dicimus*, Quis accusabit adversùs electos Dei? *illud, quod sequitur, sono interrogantis enuntietur*, Deus qui justificat? *ut tacitè respondeatur*, Non: *& item percontemur*, Quis est qui condemnat? *rursusque interrogemus*, Chr. Jesus, qui mortuus e. magis autem qui resurr. qui est in dext. D. qui & interp. pro nobis? *ut ubique tacitè respondeatur*, Non. Ita quoque legit l. 4. ejusdem operis, col. 82. d. & l. de corrept. & grat. to. 10. col. 758. b. nec aliter versum priorem referunt Maximinus apud eundem Aug. tom. 8. col. 655. b. Victor Tun. apud Ambros. col. 602. a. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 749. b. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in Rom. 8. Eucherius verò quæst. in N. T. p. 850. g. *Quis accusabit electos Dei?* &c. ut sup. Gr. Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεῦ; &c.

℣. 34. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1077. a. *quis est qui condemnat? Christus, qui mortuus est, immo etiam qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & postulat pro nobis.* Irenæus l. 3. c. 16. p. 217. c. *simul autem Christus mortuus est, immo & resurrexit, qui est in dextera Dei.* Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 394. c. *quis est qui condemnet? Christus, qui mortuus est, immo qui & resurr. qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Augustinus l. de corr. & gra. tom. 10. col. 758. b. 766. e. *quis condemnat? Christus, qui mortuus est, magis autem qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis?* itidem l. 3. & 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 46. c. 82. e. præter hæc, *quis est qui condemnat*, vel *condemnet? Christus Jesus, qui.* Ita quoque habet Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 749. b. deleto *qui*, ante *& resurrexit.* Maximinus apud Aug. to. 8. col. 655. b. *quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, immo magis qui & resurrexit, qui & est in dextera Dei, qui & interpellat*, &c. Ambrosiast. in Rom. 8. *& quis erit qui condemnet? Christus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, & est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Victor Tun. apud Ambros. col. 602. a. *quis est qui condemnet? Christus, qui mortuus est, verùm etiam & resurrexit; qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis.* Victorinus Afer, l. 3. contra Ari. p. 280. c. *qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat Patrem.* Sedulius, & Beda in hunc locum, cum Eucherio Lugd. quæst. N. T. p. 850. g. Vulgatæ concinunt. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 508. f. ad vocem *interpellat*, ait: *Fortassis codices apud vos etiam in eo loco de Domino Jesu Christo non habent*, interpellat pro nobis, *sed* postulat pro nobis. *In Græco enim quo verbo hic (1. Joh. 2. 1.) positæ sunt* interpellationes, *quas ipse posuisti* postulationes, *ipsum & illic verbum est, ubi scriptum est; Interpellat pro nobis.* In Græco sic: τίς ὁ κατακρίνων; Χριςὸς, ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ ϗ ἐγερθεὶς, ὃς ϗ ἐςιν ἐν δεξιᾷ τῦ Θεῦ, ὃς ϗ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Mſs. quidam, Χριςὸς Ἰησῦς.

℣. 35. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. b. *Quis separabit nos à dilectione Christi? pressura? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an machæra?* Cyprianus ep. 7. ad cler. p. 15. a. *Quis nos separabit à dilectione Christi? pressura? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* eadem rursum habet ep. ad For-

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Reg.* sicuti.

*Ms. Reg.* adicimur.

* *Ms. Reg.* quasi.

* *In Ms. Reg. recentiss. manu additur*, neque potestas.

**VERSIO ANTIQUA.**

36. ( * sicut scriptum est : Quia propter te morti * afficimur tota die : æstimati sumus * ut oves occisionis. )

37. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.

38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, * neque potestas, neque initia, neque instantia, neque futura, neque virtus,

**VULGATA NOVA.**

36. ( sicut scriptum est : Quia propter te mortificamur tota die : æstimati sumus sicut oves occisionis. ) *Psalm. 43. 23.*

37. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.

38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tunat. p. 265. c. & l. 3. Testim. p. 311. b. excepta voce *caritate*, pro *dilectione*. Ita quoque Moyses ep. ad Cyprian. apud ipsum 26. p. 36. a. Lucifer etiam Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 245. b. *Quis nos separabit à caritate Chr. tribulatio? an ang. an persec. an fames? an nud. an peric. an gladius?* Itidem Augustinus ep. 145. to. 2. col. 471. f. & l. 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 82. e. & l. 1. de serm. Dom. in m. col. 169. a. & in Rom. 8. col. 915. a. & l. de pat. to. 6. col. 540. d. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 735. g. & l. de corr. & gra. col. 758. c. Accinunt magno consensu Gaudentius Brix. ser. 9. p. 958. c. Maximus Taurin. p. 37. h. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. b. Leo Mag. serm. 35. p. 96. d. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. b. & l. 2. c. 15. p. 26. e. & Ambrosiaster in Rom. 8. Hilarius verò in Ps. 65. col. 182. c. *Quis nos separabit à caritate Dei? tribul. an angust. an persecut. an fames? an nud. an periculum?* at in Ps. 118. col. 291. c. *Quis nos separabit à caritate Christi? tribul. an angustiæ? aut passio? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius?* & in Ps. 62. col. 152. d. alludens dicit: *Neque fames, neque angustia, neque ulla genera passionum à caritate Dei, quæ est in Christo, sunt separatura.* Ambrosius l. 3. off. to. 2. col. 109. c. *Quis nos separabit à dilectione Christi?* similiter in Ps. 118. col. 1045. c. & addit: *tribulatio? an ang. an persecut. an fames? an peric. an gladius?* & infra, col. 1217. b. *Quis nos separabit à Christo? tribul. an angustia? an fames? an nud. an peric. an persecutio?* at l. 3. Hex. col. 54. c. & in Ps. 43. col. 902. a. & in Ps. 118. col. 1068. f. 1244. c. *Quis nos separabit à caritate Christi*, &c. ut sup. Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 402. d. *Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? & nuditas? & periculum? & gladius?* quæst. verò 9. Algas. to. 4. col. 203. a. *Quis nos separabit à charitate Christi?* &c. ut in Vulg. Beda in Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Dei? tribul. an angustia, an persecutio? an fames? an nuditas? an gladius?* Sedulius in eundem loc. *Quis ergo nos separabit à char. Dei?* &c. ut in Vulg. cui etiam Augustinus l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 692. c. concinit, posita voce *Christi*, loco *Dei*. Fulgentius l. contra Fastid. p. 341. *Quis nos separabit à caritate Chr. tribulatio? an angust. an peric. an fames? an persecut. an gladius?* In fragmento Ms. Floriac. annor. ferè 1100. numerica nota 12. *Quis ergo nos separabit à charit. Dei? tribul. an angust. an persecut. an famis? an nuditas? an periculum? an gladius?* Epiphanius in Cantic. Cant. c. 8. ℣. 7. *Quis nos separabit à caritate Dei? tribulatio? an angustia? an fames? an periculum? an gladius?* In actis martyrii S. Mariæ, apud Baluz. Miscellan. to. 2. p. 120. *Quis nos separabit à caritate Christi? tribul. an angust. an persecut. an fames? an spoliatio? an periculum? an gladius?* nec aliter in Græco est, præter vocem γυμνότης, loco *spoliatio*. Ms. tamen unus ipso initio habet, Τίς οὖν ἡμᾶς, *Quis ergo nos*; paulòque post, alii duo, Θεοῦ, pro Χριστοῦ.

℣. 36. Irenæus l. 2. c. 22. p. 147. c. similiter habet: *sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die: æstimati sumus ut oves occisionis*: & l. 4. c. 16. p. 246. d. *æstimati enim sumus tota die ut oves occisionis*. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. b. *secundùm quod scriptum est: Tui causa mortificamur tota die: deputati sumus ut pecora jugulationis.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 311. b. *sicut scriptum est: Quoniam causa tui occidimur tota die: deputati sumus ut oves victimæ*: & ep. ad Fortunat. p. 265. c. *Quia propter te occidimur tota die: æstimati sumus ut oves victimæ.* Moyses epist. ad Cypr. apud ipsum 26. p. 36. a. *sicut scriptum est: Quia propter te interficimur tota die: æstimati sumus velut oves victimæ.* Lucifer Calar. l. 1. pro S. Athanas. p. 184. a. *Propter te occidimur tota die: æstimati sumus ut oves occisionis*: & l. de mor. pro Dei filio, p. 245. b. *Quia propter te morte afficimur tota die: æstimati sumus ut oves occis.* Concinit Ambrosiast. in Rom. 8. excepto *velut*, pro *ut*. Hilarius in Ps. 118. col 291. e. *sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: deputati sumus tanquam oves occisionis.* Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 402. d. *juxta quod scriptum est: Propter te mortificamur tota die: reputati sumus ut oves occisionis.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1045. c. *sicut scriptum est: Quia propter te morti tradimur tota die: æstimati sumus ut oves occisionis.* Augustinus ep. 145. to. 2. col. 471. f. & l. de gra. & l. arb. tom. 10. col. 735. g. *sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: deputati sumus ut* ( al. *velut* ) *oves occisionis*: & l. 4. de doctrina Chr. tom. 3. col. 82. e. necnon l. de corr. & gra. col. 758. c. *æstimati sumus ut oves occisionis*: & lib. de pat. to. 6. col. 540. d. *deputati sumus sicut oves victimæ*: at l. de moribus Eccl. to. 1. col. 692. f. 693. a. *Propter te afficimur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.* Sedulius, & Beda in Rom. 8. Vulgatæ congruunt ad verbum; nec aliter habent Leo M. ser. 35. p. 96. d. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. b. & l. 2. c. 15. p. 26. e. nisi quòd iste legat *existimati sumus sicut oves*. Græcum: ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.

℣. 37. Textui concinunt Lucifer Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 184. a. & lib. de mor. pro Dei filio, p. 245. e. Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 402. d. S. Leo, serm. 35. p. 96. d. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in Rom. 8. Sic etiam habet Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 265. c. lib. verò 3. Testim. p. 311. b. *Sed in his omnibus supervincimus pro eo, qui dilexit nos.* Item Moyses ad Cypr. ep. 26. apud ipsum, p. 36. a. *Sed in iis omnibus supervincimus pro eo, qui nos dilexit.* Itidem Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. b. præter *Sed in omnibus istis*. Hilarius in Ps. 118. col. 291. e. *Sed in his omnibus superamus, & vincimus propter eum, qui dilexit nos.* Similiter habet Ambrosius in Ps. 118. col. 1068. f. at in Ps. 43. col. 902. a. *Sed in his omnibus superamus, & supervincimus per eum, qui dilexit nos*: in Ps. verò 36. col. 800. d. & in Ps. 118. col. 1045. c. & ep. 37. col. 937. e. textui suffragatur. Augustinus ep. 145. to. 2. col. 417. f. *Sed in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit nos*: ita rursum l. de pat. to. 6. col. 540. e. & l. 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 82. e. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 726. e. 735. g. & l. de corr. & gra. 758. c. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. b. *Sed in his omnibus superamus per eum, qui*, &c. & l. 2. c. 15. p. 26. e. *superamus propter eum*, &c. Græc. Ἀλλ' ἐν ..... ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς· al. διὰ τὸν ἀγαπήσαντα.

℣. 38. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. b. *Persuasum enim habemus, quòd neque mors, neque vita, neque virtus.* Hilarius in Ps. 65. col. 182. c. *Confido, quòd neque mors, neque vita, neque præsentia, neque futura*: & in Ps. 118. col. 291. d. *Confido enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque virtutes.* Hieronymus quæst. 9. Algas. to. 4. col. 203. a. *Confido autem, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo*: & l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. col. 229. a. *Scio, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo*: & l. 3. in ep. ad Ephes. col. 402. e. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo.* Ambrosius in Ps. 43. col. 902. a. *Scientes, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo*: & in Ps. 118. col. 1069. a. 1217. b. *Confido enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo*: & l. 3. off. col. 109. c. *Confido, quia neque mors, neque vita, neque Angelus*: & l. de ob. Theod. col. 1203. d. *quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque virtutes.* Augustinus ep. 145. to. 2. col. 471. f. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtus*: similiter in Rom. 8. to. 3. col. 915. d. e. & in Ps. 7. to. 4. col. 37. a. ita quoque l. 4. de doctrina Chr. col. 82. e. præter vocem *Angeli*, pro *Angelus*: item l. de pat. to. 6. col. 540. e. habet *Angeli*; deinde, *neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura*: itidem l. de gra. & lib. arb. tom. 10. col. 735. g. 736. a. omisso *neque potestates*: ita rursum l. de corr. & gra. col. 758. c. præter vocem *Angelus*: at l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 694. e. *Certus sum, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque virtus, neque instantia, neque futura.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 34. col. 183. c. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principa-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

39. neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

**Versio antiqua.**

39. neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*tus, neque præsentia, neque futura.* Ambrosiaster in Rom. 8. *Confido enim, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque virtus, neque altitudo, neque prof. neque præsentia, neque futura.* Sedulius in eundem locum: *Confido enim, quòd,* &c. ut in Vulg. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. e. *Certus sum enim, quia,* &c. ut in Vulg. nisi quòd prætermittit *neque virtutes.* Fulgentius l. contra Fastid. p. 341. *Certus sum, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudines.* Græc. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε Ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα. Borner. cod. Ἄγγελος, & transfert δυνάμεις, post μέλλοντα.

℣. 39. Sic habent Hilarius in Ps. 118. col. 291. d. Ambrosius l. de obitu Theod. col. 1203. d. & Augustinus l. de moribus Eccl. to. 1. col. 694. e. & ep. 145. to. 2. col. 471. f. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. f. & in Rom. 8. col. 915. e. & in Ps. 7. to. 4. col. 37. a. & l. de pat. tom. 6. col. 540. e. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 735. g. 736. a. & l. de corr. & gra. col. 758. c. Accinunt Fulgentius l. contra Fastid. p. 341. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 15. p. 26. e. Sedulius, & Ambrosiaster in Rom. 8. Tertullianus verò contra Gnost. p. 832. b. legit: *neque sublimitas, neque profunditas, neque alia conditio poterit nos à dilectione Dei separare, quæ est in Christo J. D. nostro.* Hieronymus quæst. 9. Algas. tom. 4. col. 203. a. *neque excelsa, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quam habemus in Christo Jesu Domino nostro:* & l. 1. in ep. ad Galat. col. 229. a. *neque altitudo, neque prof. neque creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro:* & l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 402. e. *neque alia qualibet creatura poterit nos separare à charitate Dei,* &c. Ambrosius in Ps. 43. col. 902. a. *neque altitudo, neque prof. neque creatura alia separare nos possint à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro:* & in Ps. 118. col. 1069. a. *separare nos poterunt à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu:* & l. 5. de fide, col. 584. f. *neque altitudo, neque prof. neque præsentia, neque futura, neque creatura alia separare nos possit à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu:* & infra, col. 585. a. *nec alia creatura separare nos poterit,* &c. ut supra. Græc. οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς, &c. ut in Vulg.

# CAPUT IX.

**Vulgata nova.**

1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto:

2. quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

Act. 9. 2. 1. Cor. 15. 9. 3. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem,

4. qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa:

5. quorum patres, & ex quibus est Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

**Versio antiqua.**

1. Veritatem * in Christo Jesu non mentior, testimonium * perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** Ms. Reg. addit* dico.

2. quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo.

** Ms. Reg. addit* mihi.

3. Optabam enim anathema esse ipse ego à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati * mei secundùm carnem,

** In Ms. Reg. deest* mei.

4. qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamenta, & legislatio, & obsequium, & promissa:

5. quorum patres, & ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambrosius in Ps. 48. col. 949. c. *Veritatem dico, non mentior.* Similiter habet Hieronymus l. 1. in ep. ad Galat. to. 4. col. 229. a. & addit, *testimonium mihi perhibente conscientia mea:* at quæst. 9. Algas. to. 4. col. 203. b. habet: *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhib. conscientia mea in Spiritu sancto.* Itidem Victorinus Afer, l. 3. contra Arium, p. 277. h. cum Sedulio in Rom. 9. Sic etiam Ambrosiaster in eundem locum, addito *Jesu,* voci *Christo.* Augustinus verò l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 585. d. & Beda in Rom. 9. legunt: *Veritatem dico in Christo, non mentior, contestante mihi conscientia mea in Sp. sancto:* nec aliter in Gr. est: Borner. tamen codex Gr. Lat. habet, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 2. Ita legit Augustinus l. 12. contra Faust. to. 8. col. 227. g. & l. 2. contra adversar. leg. col. 585. b. cui favent Hieronymus quæst. 9. Algas. to. 4. col. 203. b. Ambrosiaster, & Beda in Rom. 9. Accinit Sedulius in eundem loc. deleta voce *magna.* Hieronymus verò in Isai. 17. tom. 3. col. 177. f. habet: *tristitia mihi est magna, & indesinens dolor cordi meo.* Ita quoque in Græco est: à Ms. tamen uno abest vox μεγάλη.

℣. 3. Cyprianus l. 2. Testim. p. 287. b. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus, cognatisque meis secundùm carnem.* Ambrosius l. de instit. virg. col. 260. a. *Optabam ego anathema esse pro fratribus meis:* & in Luc. 3. col. 1315. d. *Optabam enim anathema esse ipse à Christo pro fratribus meis, cognatis secundùm carnem, qui sunt Israelitæ.* Hieronymus in Jon. 1. to. 3. col. 1472. e. *Optabam anathema esse pro fratribus meis, qui sunt Israelitæ, secundùm carnem:* & quæst. 9. Algas. tom. 4. col. 202. f. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, ac propinquis juxta carnem:* itidem infra, col. 203. b. præter hoc, *Optabam enim anathema:* at in Isai. 17. tom. 3. col. 177. f. legit, cum Eucherio Lugd. quæst. in N. T. p. 850. h. Sedulio, & Beda in Rom. 8. necnon Facundo Herm. l. 1. apud Sirm. to. 2. col. 425. a. *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei juxta carnem.* Augustinus l. 12. contra Faust. tom. 8. col. 227. g. *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis secundùm carnem:* itidem l. 2. contra adversar. leg. col. 585. d. cum Beda in Rom. 9. S. Pacianus ep. 2. p. 309. b. sic: *Optaveram anathema esse ipse ego in Christo pro fratribus meis, cognatis secundùm carnem:* & ep. 3. p. 313. g. *Opto enim anathema esse in Christo pro,* &c. Græc. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα· Ms. 1. Εὔχομαι γάρ· deinde alii quidam, ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπό· al. ὑπό· & in fine, τῶν κατὰ σάρκα.

℣. 4. Cyprianus l. 2. Testim. p. 287. b. *qui sunt Israelitæ, quorum adoptio, & claritas, & testamentum, & legis constitutio, & famulatus, & promissiones.* Hieronymus quæst. 9. Algas. tom. 4. col. 202. f. 203. a. *qui sunt Israelitæ, quorum adoptio, & gloria, & testamenta, & legislatio, & cultus, & repromissiones:* & in Isai. 17. to. 3. col. 177. f. *quorum est adoptio filiorum, & legislatio, & gloria, & testamentum, & repromissiones.* Augustinus l. 3. contra Faust. to. 8. col. 190. g. *quorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legislatio:* & l. 12. col. 227. g. necnon l. 2. contra advers. leg. col. 585. d. *qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & obsequium, & promissiones.* Similiter Ms. codex 129. Floriac. cum Beda in Rom. 9. Sedulius verò in eundem locum, Vulgatæ concinit; ut & Ambrosiaster, nisi quòd habeat *testamenta.* Facundus quoque Herm. l. 1. col. 425. a. hab. *testamenta;* deinde, *& legislatio, & cultura, & promissa.* Græc. οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· al. ἡ διαθήκη... ἡ ἐπαγγελία.

℣. 5. Irenæus l. 3. c. 16. p. 205. b. *quorum patres, & ex quibus Christus secundùm carnem, qui est Deus super omnes benedictus in sæcula.* Novatianus l. de Trin. p. 1038. c. & 1052. c. *quorum patres, & ex quibus Christus secundùm car-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 6. Non autem excidit verbum Dei. Non enim
omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ:

7. neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii:
sed in Isaac vocabitur tibi semen:

8. id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed
qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.

* Ms. Reg. Ad tempus. 9. Promissionis enim verbum hoc est: * Secun-
dùm tempus hoc veniam; & erit Sarræ filius.

10. Non solùm autem: sed & Rebecca ex uno
* Ms. Reg. patri. concubitu habens, Isaac * patris nostri.

11. Nam cùm nondum nati fuissent, aut ali-
quid egissent bonum, aut malum, (ut secundùm
electionem propositum Dei maneret)

### Vulgata nova.

6. Non autem quòd exciderit verbum Dei.
Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israe-
litæ:

7. neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii:
sed in Isaac vocabitur tibi semen: Genes.

8. id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed 21. 12.
qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Gal. 4.

9. Promissionis enim verbum hoc est: Secun- 28.
dùm hoc tempus veniam; & erit Saræ filius. Genes. 18. 10.

10. Non solùm autem illa: sed & Rebecca ex Genes.
uno concubitu habens, Isaac patris nostri. 25. 24.

11. Cùm enim nondum nati fuissent, aut ali-
quid boni egissent, aut mali, (ut secundùm ele-
ctionem propositum Dei maneret)

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Itidem Cyprianus l. 2. Testim. p. 287. b. demto *&*, post *patres*. Tertullianus l. contra Prax. p. 849. c. *Christus, qui est Deus super omnia benedictus in ævum omne:* & infra, p. 851. a. *Christus secundùm carnem, qui est per omnia Deus benedictus in ævum.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 970. a. *quorum patres, & ex quibus Christus, qui est super omnia Deus:* similiter in Ps. 122. col. 393. e. *ex quibus Christus, qui est super omnia Deus:* at in Ps. 51. col. 78. e. *ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus.* Ambrosius in Ps. 43. col. 913. d. *quorum patres, & ex quibus Christus secundùm carnem:* & in Luc. 16. col. 1470. c. necnon l. 3. de Spiritu S. col. 609. e. *qui est super omnia Deus benedictus in sæcula:* & l. 1. de fide, col. 457. e. *supra omnia est Deus benedictus in sæcula.* Victorinus Af. lib. 1. contra Arium, p. 258. d. *ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnes Deus benedictus per omnia sæcula sæculorum.* Hieronymus quæst. 9. Algas. to. 4. col. 203. a. *quorum patres, & ex quibus est Christus juxta carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Augustinus in Rom. 9. to. 3. col. 915. f. *quorum patres, & ex quibus Christus secundùm carnem,* &c. ut in Vulg. ita rursum l. 3. & 12. contra Faust. to. 8. col. 190. g. 227. g. & l. 2. contra adversar. legis, col. 585. cui concinunt Ambrosiaster, & Beda in Rom. 9. necnon Facundus Hermian. l. 1. col. 425. a. cum Auct. quæst. ex N. T. q. 56. col. 64. a. d. & Græco. Sic etiam Sedulius in Rom. 9. posito *est*, ante *Christus*. Vide Millii notam ad hunc versum.

℣. 6. Tichonius reg. 3. p. 55. d. *Non tamen excidit sermo Dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israel.* Augustinus in Rom. 11. to. 3. col. 919. g. *Non potest autem excidere verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ:* ita rursum l. 12. contra Faust. tom. 8. col. 229. d. deleto *sunt*, post *Israel:* & l. 2. contra adversar. legis, col. 588. g. & l. 1. op. imp. tom. 10. col. 954. a. seq. *Non potest excidere verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel; ii* (vel *hi*) *sunt Israel:* similiter ep. 196. to. 2. col. 734. d. ab his, *Non enim omnes:* & l. contra Judæos, to. 8. col. 32. e. *Neque enim omnes qui ex Israel sunt, hi Israel sunt.* Ambrosiaster in Rom. 9. *Non autem excidit verbum Dei. Neque omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ.* Sedulius, & Beda in eundem locum, Vulgatæ favent. In Græco sic: Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· al. Ἰσραηλῖται.

℣. 7. Tichonius reg. 3. p. 55. d. *neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii sunt: sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Augustinus in Rom. 11. to. 3. col. 919. g. & l. 2. contra adversar. legis, to. 8. col. 588. g. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. a. seq. *neque quia sunt semen Abraham, omnes filii: sed in,* &c. ut sup. & ep. 196. to. 2. col. 734. d. *neque qui semen sunt Abraham, omnes filii: sed in,* &c. itidem l. 12. contra Faust. to. 8. col. 229. d. necnon l. contra Judæos, col. 32. e. nisi quòd hoc posteriori loco addit *sunt*, voci *filii*. Beda in Rom. 9. legit: *neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii sunt Abrahæ: sed in,* &c. ut sup. Ambrosiaster in eundem locum, necnon Mss. codices 52. & 129. Floriac. *neque quia semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in,* &c. nec aliter in Gr. Sedulius Vulgatæ consonat.

℣. 8. Textui concinunt Beda, & Ambrosiaster in hunc locum, nisi quòd iste habeat, *hi sunt... promissionis sunt.* Hilarius in Ps. 52. col. 92. b. *non enim qui filii carnis, filii Dei sunt: sed filii promissionis deputantur in semen.* Tichonius reg. 3. p. 55. d. *id est, non qui sunt filii carnis, hi sunt filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semen.* Augustinus ep. 194. to. 2. col. 727. a. *hoc est, non qui filii carnis, ii filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semen:* & ep. 196. col. 734. d. *hoc est, non ii qui filii carnis, hi filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semen:* similiter habet lib. contra Judæos, tom. 8. col. 32. e. & l. 12. contra Faust. col. 229. d. & l. 2. contra adversar. legis, col. 588. g. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. a. at l. de pat. to. 6. col. 544. d. & l. 16. de civitate Dei, c. 32. tom. 7. col. 444. c. 448. b. *id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semine:* & ep. 140. to. 2. col. 439. e. *non qui filii carnis, ii sunt filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semine:* & tract. 117. in Joh. to. 3. p. 2. col. 798. f. *non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii promissionis, deputantur in semine:* & l. de unit. Ecclés. tom. 9. col. 363. b. post hæc, *vocabitur tibi semen*, statim subdit: *quia non filii carnis, sed filii promissionis deputantur in semen:* & l. de spiritu & litt. to. 10. col. 106. b. *non enim qui filii carnis... sed filii... in semen.* S. Leo serm. 62. p. 137. d. *nec qui filii carnis, ii filii sunt promissionis.* Sedulius: *non enim qui filii carnis, hi sunt filii.* Græc. τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, λογίζεται εἰς σπέρμα· al. τουτέστιν, ὅτι οὐ τὰ τέκνα, &c.

℣. 9. Augustinus l. de spiritu & litt. tom. 10. col. 106. b. *Promissionis autem verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam; & erit Saræ filius:* ep. verò 140. & 194. to. 2. col. 439. e. 727. a. *Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam; & erit Saræ filius:* itidem l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. a. seq. cum Sedulio in Rom. 9. Ambrosiaster in eundem locum habet: *Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam; & habebit Sara filium.* Beda textui Sangermanensi congruit. In Græco sic: Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι· καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός.

℣. 10. Augustinus ep. 194. & 196. tom. 2. col. 727. b. 735. c. similiter habet: *Non solùm autem: sed & Rebecca,* &c. ut in utroque textu: ita rursum lib. 1. ad Simplic. to. 6. col. 88. e. seq. & l. de spiritu & litt. to. 10. col. 106. b. & l. 1. op. imp. col. 954. a. seq. Ambrosiaster verò in Rom. 9. *Non solùm autem hæc: sed & Rebecca,* &c. Sedulius, & Beda in eundem locum: *Non solùm autem illa: sed & Rebecca,* &c. Itidem Irenæus lib. 4. c. 21. p. 258. b. *sed & Rebecca ex uno concub.* &c. ut sup. Ms. cod. 129. Floriac. habet, *Isaac patre nostro;* cætera verò ut in Vulgata. Græc. Οὐ μόνον δέ· ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, &c. ut supra: al. ἐξ ἑνὸς κοίτου.

℣. 11. Augustinus ep. 186. to. 2. col. 668. e. *Nondum enim natis, nec aliquid agentibus boni, aut mali, ut secundùm electionem propositum Dei maneret:* & l. Enchirid. to. 6. col. 232. e. *Quibus nondum natis, nec aliquid agentibus boni, seu mali, ut secundùm electionem,* &c. ut supra: & ep. 196. to. 2. col. 735. c. *Nondum enim natis, nec qui egerint aliquid boni, aut mali, ut secundùm electionem,* &c. & in Rom. 9. to. 3. col. 916. a. *Nondum enim nascentium, neque agentium aliquid boni, aut mali, ut secundùm electionem,* &c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 17. e. *Nondum natis, nec qui aliquid egerant boni, aut mali, ut secundùm electionem,* &c. & l. de spir. & litt. col. 106. b. *De nondum enim natis, neque qui aliquid operati fuerant boni, aut mali, ut secundùm electionem,* &c. at l. 1. ad Simpl. to. 6. col. 88. e. seq. 91. g. *Cùm enim nondum nati essent* (al. *fuissent*,) *neque aliquid egissent bonum, aut malum,* infra, *sive bonum, sive malum:* lib. verò 1. op. imp. to. 10. col. 954. a. seq. Vulgatæ concinit ad verbum, unà cum Sedulio in Rom. 9. Ambrosiaster in eundem locum, legit cum textu Sangermanensi: *Nam cùm nondum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum, vel malum, ut secundùm electionem,* &c. Beda: *Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum, aut malum, ut,* &c. Ita etiam codex Ms. 129. Floriac. Irenæus solus l. 4. c. 21. p. 258. b. sic: *à verbo responsum accepit, ut secundùm electionem propositum Dei permaneat:* quæ verba, *à verbo responsum accepit*, unde profluxerint, vix asseri potest. Massuetius noster mendum suspicatur hîc in textu Irenæi, cùm illa verba in nullo Apostoli codice, sive Græco, sive Latino legantur. Fulgentius l. 1. de veritate præd. p. 437. *Quia dum*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

12. non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei:

Genes. 25. 23. Mal. 1. 2. 13. Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.

14. Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.

Exod. 33. 19. 15. Moysi enim dicit: Miserebor cujus misereor: & misericordiam præstabo cujus miserebor.

16. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

Exod. 9. 16. 17. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam: & ut annuntietur nomen meum in universa terra.

18. Ergo cujus vult miseretur, & quem vult indurat.

19. Dicis itaque mihi: Quid adhuc quæritur? voluntati enim ejus quis resistit?

20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?

### VERSIO ANTIQUA.

12. non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Ex Mst. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

13. Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.

14. Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.

15. Moysi enim dicit: Miserebor cui * misereor: & misericordiam præstabo cui miserebor. * Ms. Reg. misertus ero.

16. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

17. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam: & ut adnuntietur nomen meum in universa terra.

18. * Ergo cui vult Deus miseretur, & quem vult indurat. * Ms. Reg. Igitur ergo... quem autem vult.

19. Dicis itaque mihi: * Quid adhuc quæritur? voluntati enim ejus * quis resistit? * Ms. Reg. Quid igitur adhuc. * Ms. Reg. quid.

20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nondum nati essent, aut aliquid egissent boni*, &c. ut in Vulg. usque ad ℣. 13. In Græco sic: Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τὶ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, ἵνα, &c. ut sup.

℣. 12. Irenæus l. 4. c. 21. p. 258. b. *non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei.* Concinit Augustinus ep. 186. & 196. to. 2. col. 668. e. 735. d. & in Rom. 9. tom. 3. col. 916. a. & l. Enchirid. tom. 6. col. 232. f. & l. de spiritu & & litt. to. 10. col. 106. c. ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 17. e. & l. 1. op. imp. col. 954. a. seq. detracta vocula *ei.* Similiter Ambrosiaster, & Beda in Rom. 9. Sedulius verò in eundem locum, ut supra, *non ex op. sed ex voc. dictum est ei:* nec aliter in Græco est. Prædestin. l. 3. apud Sirm. col. 526. a. habet: *à præsciente dictum est.*

℣. 13. Sic habent Irenæus l. 4. c. 21. p. 258. d. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in Rom. 9. Sic etiam Augustinus locis omnibus versu præcedenti citatis; quibus favet Græcum.

℣. 14. Ita legit August. ep. 186. tom. 2. col. 669. b. 674. g. & l. 1. de Div. quæst. ad Simplic. to. 6. col. 93. c. & l. Enchirid. col. 232. f. & alibi: cui accinunt Hieron. quæst. 10. ad Hed. to. 4. col. 180. d. Sedulius, & Ambrosiaster in Rom. 9. at idem August. l. 4. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 478. d. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. a. 955. a. cum Beda in hunc loc. *nunquid iniquitas est*, &c. itidem l. 21. contra Faust. to. 8. col. 351. e. ubi insuper habet *dicimus*, pro *dicemus*. Græcum textui consonat.

℣. 15. Ms. cod. 52. Floriac. *Moysi enim dicit: Miserebor cui miserebor: & miseric. præstabo cui miserebor.* Alter cod. Ms. 129. ejusd. Monasterii: *Moyses enim dicit: Miserebor cui misereor: & miseric. præstabo cui misericors fuero.* August. ep. 186. to. 2. col. 669. c. 674. g. *Moysi enim inquit: Miserebor cui misertus ero: & misericordiam præstabo cui misericors fuero:* & epist. 194. col. 726. e. 727. f. *Moysi enim dicit: Miserebor cui misertus ero: & misericordiam præstabo cui misertus fuero;* infra tamen, *misericors fuero,* quod etiam habet in Rom. 9. to. 3. col. 916. g. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 93. c. d. & l. 21. contra Faust. to. 8. col. 351. e. & l. 4. contra duas epist. Pelag. to. 10. col. 478. d. & l. 1. op. imp. col. 954. 955. a. cum Beda in Rom. 9. Ita rursum August. l. Enchirid. to. 6. col. 232. 233. si exceperis in fine *cujus misertus ero.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1098. f. *Miserebor cui misertus ero; & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero.* Sic etiam Ambrosiaster in Rom. 9. cum Prospero in Ps. 102. pag. 379. c. & Auctore epist. ad Demetriad. p. 45. b. Fulgent. l. 1. de verit. præd. c. 5. p. 439. *Moysi enim dicit: Miserebor cui miserebor: & misericordiam præstabo cui miserebor.* Sedulius verò in hunc loc. Vulgatæ congruit, nisi quod habet in fine *cui miserebor.* Græc. Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ· καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.

℣. 16. Eodem modo legit August. ep. 186. & 194. to. 2. col. 669. d. 726. e. 727. f. & in Rom. 9. to. 3. col. 917. c. & l. 1. de Div. quæst. ad Simplic. to. 6. col. 95. c. 96. c. seqq. 100. d. & l. Enchirid. col. 232. e. 233. e. & l. 4. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 478. d. & l. 1. op. imp. col. 954. 955. cui accinunt Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 9. Sic etiam habet Ambros. in Ps. 36. col. 799. d. at in Ps. 118. col. 1098. f. *Igitur non est volentis, neque curr. sed miserantis Dei est:* & l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. d. *Non volentis, neque curr. sed miserantis Dei.* Hieron. l. 1. & 2. contra Pelag. to. 4. col. 487. b. 515. c. *Non enim volentis, neque curr. sed miserentis Dei est:* & in Eccles. to. 2. col. 767. c. *Quia non volentis, neque curr. sed miserentis Dei sit.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 718. g. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 79. col. 75. b. *Ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est.* Avit. Vien. collat. cum Arian. col. 276. d. *Non est volentis, neque festinantis, sed miserentis Dei.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 40. b. *Neque volentis, neque currentis, sed ad Dei gratiam pertinentis.* Fulg. l. 1. de verit. præd. c. 5. p. 439. Vulgatæ concinit. Græc. Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.

℣. 17. August. ep. 186. to. 2. col. 669. d. *Dicit enim Script. Pharaoni: Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam: & ut annuntietur nom. meum in univ. terra:* ita rursum in Rom. 9. to. 3. col. 917. d. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 95. c. 96. c. 100. d. & l. Enchirid. col. 232. & 233. at l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. 955. a. *Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te virtutem meam*, &c. ut sup. epist. verò 194. to. 2. col. 727. f. unà cum Beda in Rom. 9. *Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam: & ut glorificetur nom.* &c. ut sup. Ambrosius in Ps. 118. col. 1098. f. *Quia in hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam.* Sedulius in Rom. 9. *Nam & Pharaoni inquit Deus: Quia ad hoc ipsum te suscitavi* (inf. *excitavi*,) *ut ostendam in te virtutem meam: & ut annuntietur*, &c. ut sup. Ambrosiast. in eundem loc. *Dicit enim Script. Pharaoni: Quia in hoc ipsum te servavi, ut ostendam in te virt. m. & ut nuncietur*, &c. tum addit: *Alii codices sic habent: Ad hoc te suscitavi, ut*, &c. *sive suscitavi, sive servavi, unus est sensus.* Græcum Vulgatæ suffragatur.

℣. 18. Ambrosius in Ps. 118. col. 1099. a. *Ergo cui vult miseretur, & quem vult obdurat.* Sic etiam August. in Rom. 9. to. 3. col. 917. f. & l. 2. contra duas ep. Pelag. tom. 10. col. 440. g. cum Sedulio, & Beda in Rom. 9. Itidem rursum August. ep. 186. & 194. to. 2. col. 669. e. 727. f. & l. de quæst. to. 6. col. 52. d. 53. b. 54. b. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 95. 96. 100. d. & l. Enchirid. col. 232. & 233. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. 955. excepto *cujus*, loco *cui*. Similiter Epistola Synod. Episc. Afric. n. 17. Ambrosiaster verò in hunc loc. *Igitur cui vult miseretur, & quem vult indurat.* Auctor quæst. ex N. T. q. 79. col. 75. b. Vulgatæ consonat. Græc. Ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.

℣. 19. August. ep. 186. & 194. to. 2. col. 669. e. 719. d. 722. b. 724. b. *Dicis itaque mihi: Quid adhuc conqueritur? nam voluntati ejus quis resistit?* sic iterum in Rom. 9. to. 3. col. 918. a. & l. quæst. to. 6. col. 52. 53. 54. b. & l. 1. ad Simplician. col. 95. 96. 100. d. & l. Enchirid. col. 232. 233. & l. 2. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 440. g. & l. 1. op. imp. col. 954. 955. a. Sic etiam Beda in Rom. 9. nisi quòd addit *enim*, post *Dicis*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 508. b. *Quid ergo quæritur? voluntati enim ejus quis potest resistere?* Sedulius in Rom. 9. *Quid igitur quæritur adhuc?* Ambrosiast. verò in eundem locum textui congruit. In Græco sic: Ἐρεῖς οὖν μοι· Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;

℣. 20. Hieron. in Isai. 29. to. 3. col. 248. f. *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum fictori suo: Quare me fecisti sic?* Ms. cod. Floriac. num. 129. habet itidem, *Quare me fecisti sic?* August. ep. 186.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit : Quid me feciſti ſic?

21. Aut non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

22. Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam in multa patientia, * vaſa iræ, aptata in * meritum,

23. & ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

24. Quos & vocavit nos non ſolùm ex Judæis, ſed etiam ex Gentibus,

25. ſicut & in Oſee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam : & non dilectam, dilectam.

* Mſ. Reg. in vaſa.

* Aperto mendo, pro interitum.

### Vulgata nova.

Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit : Quid me feciſti ſic? Sap. 15. 7.

21. An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Iſai. 45. 9. Jer. 18. 6.

22. Quòd ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ, apta in interitum,

23. ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

24. Quos & vocavit nos non ſolùm ex Judæis, ſed etiam ex Gentibus,

25. ſicut in Oſee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam : & non dilectam, dilectam : & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. Oſee 2. 24. 1. Pet. 2. 10.

### Notæ ad Versionem antiquam.

& 194. to. 2. col. 669. e. 671. d. 722. c. *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figm. ei, qui ſe finxit : Quare me feciſti ſic?* vel, *Quare ſic me feciſti?* itidem in Rom. 9. to. 3. col. 918. b. & l. quæſt. to. 6. col. 52. e. 53. f. 54. b. & l. 1. ad Simpl. col. 95. c. 96. c. 100. d. & l. Enchirid. col. 232. 233. & l. 2. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 440. g. 441. a. cui accedunt Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 17. col. 11. e. & Sedulius in Rom. 9. Iſte tamen infra, cum Vulgata legit : *Nunquid dicit figm. ei, qui ſe finxit : Quid me feciſti ſic?* Sic etiam Aug. l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. 955. a. Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 634. a. Oroſ. l. contra Pelag. p. 457. f. & Ambroſiaſt. in Rom. 9. Beda verò in eund. loc. *Nunquid dicit figm. ei, qui ſe fecit : Quare ſic me feciſti?* Maxim. Taurin. in homil. p. 19. f. *ei, qui ſe finxit : Cur me feciſti ſic?* In Græco ſic : Μενῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Τί με ἐποίησας οὕτως; aliàs deeſt Μενῦνγε, *Immo verò.*

℣. 21. Hieron. in Iſai. 29. to. 3. col. 249. a. & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. c. *An non habet poteſtatem figulus, de eodem luto aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam?* Auguſt. ep. 186. & 194. to. 2. col. 669. f. 722. c. *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* ita rurſum l. Enchirid. to. 6. col. 232. f. 233. f. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 954. 955. a. addito *quidem*, ante *vas* : at epiſt. 186. to. 2. col. 671. d. *An non habet pot. fig. luti, ex eadem conſperſione facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam?* itidem l. 2. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 440. g. demta vocula *autem* : ſic etiam legit l. quæſt. to. 6. col. 52. e. 53. f. 54. b. & l. 1. ad Simplic. col. 95. c. 96. c. 100. d. niſi quòd initio ponat *Aut non*, ſeu *Vel non* : in Rom. verò 9. to. 3. col. 918. c. *An non habet pot. fig. luti, ex eadem conſperſione vas facere, aliud quidem in bon. aliud in contum.* Beda in eund. loc. *Aut non habet pot. fig. luti, ex eadem maſſa aliud quidem facere vas in honorem, aliud in contum.* Maxim. Taurin. p. 19. f. *Nunquid non habet pot. fig. luti, ex eadem maſſa facere*, &c. ut in Vulg. Eidem Vulg. concinit ad verbum Sedulius in Rom. 9. Itidem Epiſtola Synod. Epiſc. Afric. n. 17. Conc. to. 4. col. 1597. d. necnon Ambroſiaſt. in hunc loc. niſi quòd iſte habet *ad contumeliam.* Ambroſius l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. c. *vaſa* memorat *alia in honorem, alia in contumeliam.* In Græco ſic : Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;

℣. 22. Auguſt. ep. 186. to. 2. col. 671. d. & l. quæſt. to. 6. col. 54. a. *Si autem volens Deus oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, pertulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem* : eadem reperit epiſt. 190. & 194. col. 702. d. 716. g. excepto verbo *adtulit*, pro *pertulit* : ita rurſum quæſt. 32. in Exod. to. 3. col. 430. f. & in Rom. 9. col. 918. e. cum verbo *adtulit* : ſic etiam in Pſ. 58. to. 4. col. 568. c. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 95. 96. 100. d. & l. 21. contra Fauſt. to. 8. col. 351. f. & l. 2. & 4. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 440. g. 478. e. & l. 5. contra Julian. col. 634. d. & l. de prædeſtin. SS. col. 800. d. Julianus verò Pelag. apud eundem Aug. l. 1. op. imp. to. 10. col. 949. b. habet : *Si enim Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam in multa patientia in vaſis iræ, conſummatis in perditionem.* Hieron. quæſt. 10. ad Hedib. to. 4. col. 182. a. *Sin autem Deus volens oſtendere iram, & notam facere pot. ſuam, ſuſtinuit in multa pat. vaſa iræ, apta ad interitum.* Ambroſiaſter in Rom. 9. *Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & manifeſtare potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia in vaſis iræ, præparatis in interitum.* Beda in eundem loc. *Quòd ſi Deus volens oſtend. iram, & notam fac. pot. ſuam, ſuſtinuit in multa pat. vaſa iræ, perfecta in interitum.* Similiter habet Sedul. in eund. loc. præter hæc, *vaſa iræ, in perditionem apta.* Cod. Mſ. 129. Floriac. habet, *perfecta in interitum.* Sed alter Mſ. 52. ejuſd. Monaſterii, & Prædeſtin. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 525. a. *vaſa iræ, aptata in interitum.* Et quibus omnibus patet, maximè verò ex Prædeſtinat. libro, & Mſ. Floriac. 52. mendum irrepſiſſe in Mſs. Sangerm. & Reg. ubi legitur *meritum*, pro *interitum.* Fulgent. l. 1. ad Monim. c. 26. & l. 1. de verit. præd. c. 4. p. 437. *Quòd ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere pot. ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, aptata in interitum.* Hieron. in Oſe. 1. to. 3. col. 1243. eadem legit quæ in Vulg. uſque ad ℣. 25. In Græco ſic : Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν. Borner. cod. Græc. Lat. delet verbum ἤνεγκεν, paulò verò poſt habet εἰς σκεύη.

℣. 23. Auguſt. ep. 189. 190. 194. to. 2. col. 671. d. 702. d. 716. g. *& ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ* : ita rurſum quæſt. 32. in Exod. to. 3. col. 430. g. ſic etiam l. quæſt. to. 6. col. 54. a. additis his, *quæ præparavit in gloriam* : itidem l. 21. contra Fauſtum, to. 8. col. 351. f. & l. 2. & 4. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 441. a. & l. 5. contra Julian. col. 634. d. at lib. de præd. SS. col. 800. d. legit, *& ut notas faciat divitias*, &c. ut ſupra : l. verò 22. contra Fauſt. tom. 8. col. 417. a. rurſus, *ut notas faceret divit. gloriæ ſuæ*, &c. & in Pſ. 58. to. 4. col. 568. c. *ut notas faceret divitias ſuas in vaſa*, &c. Julianus Pelag. apud Aug. l. 1. op. imp. to. 10. col. 949. c. *& ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ in vaſis miſ. quæ*, &c. ut ſup. Sedulius in Rom. 9. *ut notas faceret divitias glor. ſuæ in vaſis*, &c. Fulgent. l. 1. de verit. præd. c. 4. p. 437. *ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſis miſericordiæ, quæ*, &c. ut in textu : item l. 1. ad Monim. c. 26. excepto *in vaſa.* Similiter Hieron. quæſt. 10. ad Hedib. to. 4. col. 182. a. & Beda in Rom. 9. Ambroſiaſter in eundem loc. *& ut oſtenderet divitias glor. ſ. in vaſis miſeric. quæ præp. ad gloriam.* In Græco ſic : καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, &c. ut in Vulg. Mſs. plures in principio delent καί.

℣. 24. Concinit Aug. in Rom. 9. to. 3. col. 918. f. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 95. 96. 100. d. & l. 22. contra Fauſt. to. 8. col. 417. a. cui accedit Julian. Pelag. apud ipſum, l. 1. op. imp. to. 10. col. 949. c. cum Sedulio, Ambroſiaſt. & Beda in Rom. 9. non refragante Græco. Hieron. quæſt. 10. ad Hedib. to. 4. col. 182. a. *Quos & vocavit non ſolùm nos ex*, &c. ut ſup.

℣. 25. Irenæus l. 4. c. 20. p. 257. b. legit ex Apoſt. *Fiat qui non populus, populus : & ea quæ non eſt miſericordiam conſecuta, miſericordiam conſecuta* : & l. 1. p. 51. b. *Qui non erat populus, populus : & non dilecta, dilecta* : & l. 3. p. 184. a. *Qui non populus, populus : & non dilecta, dilecta.* Tertul. l. 4. contra Marc. p. 710. c. *Non populus meus, populus meus : & non miſericordiam conſecuta, miſericordiam conſecuta.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. c. *Vocabo non populum meum, populum meum : & non dilectam, dilectam.* Ambroſius l. de Spir. S. col. 653. d. *Vocabo non plebem meam, plebem meam : & non dilectam, dilectam* ; Mſs. nonnulli, *electam, electam.* Hieron. in Oſe. 1. to. 3. col. 1243. *Vocavi non plebem meam, plebem meam : & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam* : at quæſt. 10. ad Hedib. to. 4. col. 182. a. cum Auguſt. in Rom. 9. to. 3. col. 918. f. 919. a. habet : *ſicut in Oſee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam : & non dilectam, dilectam* : item Aug. l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 96. 100. d. *etenim*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

Osee 1. 10. 26. Et erit: In loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi.

Isai. 10. 22. 27. Isaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient.

28. Verbum enim consummans, & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus super terram:

Isai. 1. 9. 29. & sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.

30. Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam: justitiam autem, quæ ex fide est.

31. Israel verò sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit.

32. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis,

Isai. 8. 14. & 28. 16. 1. Pet. 2. 7. 33. sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui credit in eum, non confundetur.

**VERSIO ANTIQUA.**

26. Et erit: In loco, ubi * dicitur eis: Non plebs mea vos: vocabuntur filii Dei vivi. — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

27. Isaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. — * Ms. Reg. vocabuntur: Non.

28. Verbum enim consummans, & brevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus super terram:

29. & sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.

30. Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam: justitia autem, quæ ex fide est.

31. Israel verò sectando legem justitiæ, in legem non pervenit.

32. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis: offenderunt in lapidem offensionis,

33. sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in eo, non confundetur.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*sicut Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit*, &c. prætermissis quæ in Vulg. *& non mis. consecutam*, &c. itidem l. 22. cont. Faust. to. 8. col. 417. a. præter hæc, *sicut & Osee dicit.* Accinit Ambrosiaster in Rom. 9. cum Gaudent. Brix. ser. 8. p. 955. e. Beda verò in hunc loc. legit: *sicut in Osee dicit: Vocavi non plebem meam, plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit*, &c. Sedulius Vulgatæ consonat; Græcum textui.

℣. 26. Irenæus l. 4. c. 20. p. 257. b. *Et in loco liberata, in quo vocabatur non populus, ibi vocabuntur filii Dei vivi:* vox autem *liberata*, hîc redundare videtur, uti observat Massuetius noster; nec malè suspicatur interpretem Lat. pro ἐῤῥήθη, *dictum est*, fortasse legisse ἐῤῥύσθη, indeque vertisse *liberata.* August. l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 96. 100. e. legit: *Et erit: In loco, ubi dictum est: Non populus meus vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi:* itidem l. 22. contra Faust. to. 8. col. 417. a. addito *eis*, post *dictum est.* Ambrosiaster in Rom. 9. habet: *Et erit: In loco, ubi vocabuntur non plebs mea: ibi vocabuntur filii Dei vivi.* Sedulius, & Beda in eundem loc. Vulgatæ concinunt, sicut Hieron. quæst. 10. ad Hedib. to. 4. col. 182. a. & in Osee 1. col. 1243. & Græcum. Borner. tamen cod. Græc. Lat. pro οὗ ἐῤῥήθη αὐτοῖς, *ubi dictum est eis*, habet οὗ ἂν κληθήσονται, *ubi vocabuntur*, quæ scriptura Ms. Regio favet, & Ambrosiastro.

℣. 27. Sic habent Hieron. in Isai. to. 3. col. 95. c. & in Osee 1. col. 1243. Ambrosiast. & Beda in Rom. 9. Sic etiam Sedulius, & Aug. in eundem loc. necnon lib. 1. ad Simplic. to. 6. col. 100. d. nisi quòd prior habet *proclamat*, loco *clamat*; posterior *quasi*, pro *tanquam.* Græc. ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται· al. ὡσεὶ ἄμμος.

℣. 28. Hieron. in Isai. 10. to. 3. col. 95. c. *Verbum enim consumens, & brevians in æquitate: quia verbum breviatum*, &c. ut sup. & in Osee 1. col. 1243. cum Beda, & Ambrosiastro in Rom. 9. *Verbum enim consummans, & brevians in æquitate: quia*, &c. Augustinus l. 1. de Div. quæst. ad Simplic. to. 6. col. 100. d. e. & l. 17. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 466. d. contractiùs: *Verbum enim consummans, & brevians faciet Dominus super terram.* Gr. Λόγον γὰρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει, &c. at Mss. quidam, cum Syr. & Æthiop. omittunt, ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον· ex quibus Augustini lectio confirmatur.

℣. 29. Eadem exhibent Sedulius, & Beda in Rom. 9. nec differt Ambrosiaster in eund. loc. nisi uno *fuissemus*, pro *facti essemus.* Itidem Hieron. quæst. 10. ad Hedib. to. 4. col. 180. d. at in Isai. 10. to. 3. col. 95. c. legit: *sicut Sodoma facti essemus, & Gomorrha similes fuissemus:* sic rursum in Osee 1. col. 1243. excepto *sicut Gomorrha*, pro *Gomorrha.* Græc. Εἰ μὴ Κύριος... ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.

℣. 30. August. ep. 186. to. 2. col. 666. c. *Quid ergo dicemus? Quia gentes, quæ non cognoverunt justitiam, apprehenderunt justitiam: justitiam autem, quæ ex fide est:* ita rursum ep. 196. col. 736. c. præter verbum *sectabantur*, pro *cognoverunt:* itidem l. 3. de doct. Chr. col. 46. d. & in Ps. 118. to. 4. col. 1333. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. a. Hieron. verò ep. ad Damas. to. 4. col. 157. a. *Quid ergo dicemus? Quia gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, quæ ex fide est:* & l. 2. contra Pelag. col. 515. c. *Unde & gentes, quæ non sectabantur just. comprehenderunt justitiam: justitiam autem ex fide:* at in Osee 1. to. 3. col. 1243. textui Sangerm. concinit, unà cum Sedulio, & Beda in Rom. 9. Concinit etiam Ambrosiast. in eund. loc. uno excepto *comprehenderunt*, pro *apprehenderunt.* Gr. Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην· δικαιοσ. δὲ τὴν ἐκ πίστεως.

℣. 31. Hieron. in Osee 1. to. 3. col. 1243. *Israel verò sectans legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit:* & ep. ad Damas. to. 4. col. 157. a. *Israel verò sectando legem justit. ad legem justitiæ*, &c. & l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. *Israel autem sequens legem justitiæ, in legem justit. non pervenit.* August. ep. 186. & 196. to. 2. col. 666. c. 736. c. *Israel autem persequens legem justit. in legem justitiæ non pervenit:* ita rursum in Ps. 118. to. 4. col. 1333. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. a. b. Sedulius, & Beda in Rom. 9. textui Sangerm. concordant: nec refragatur Ambrosiaster in eund. loc. si exceperis initio *Nam Israel sectando.* Græc. Ἰσραὴλ δὲ διώκων, &c. ut in Vulg. A Mss. tamen quibusd. abest vox δικαιοσύνης, ante *non pervenit*, sicut à Sangerm. & Reg. quæ etiam vox *justitiæ*, omittitur apud Ambrosiast. in commentario, licet in textu ab ipso retineatur.

℣. 32. August. ep. 186. to. 2. col. 666. c. & lib. de spir. & litt. to. 10. col. 113. b. *Quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis:* similiter habet ep. 196. col. 736. c. præter vocem *quasi*, pro *tanquam.* Itidem Beda, cum Sedulio in Rom. 9. Sic etiam Ambrosiast. in eundem loc. deleta vocula *enim*, post *offenderunt.* Hieron. verò l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. habet: *Quoniam non ex fide, sed ex operibus: offenderunt enim in lapide offens.* In Græco sic: Διατί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου· προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ, &c. Mss. tamen plures delent νόμου, sicut unus ex ipsis Alex. cum altero, γὰρ, post προσέκοψαν.

℣. 33. Augustinus ep. 186. to. 2. col. 666. c. *sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lap. off. & petram scand. & qui crediderit in eum, non confundetur.* Sic etiam Beda, cum Ambrosiast. in Rom. 9. Hieron. verò in Isai. 8. to. 3. col. 79. f. *Ecce ponam in Sion lap. off. & petr. scand. & omnis, qui credid. in eo, non conf.* & l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 254. b. ait: *In epistola ad Rom. Apostolus exemplum de Isaia sumens*, Ecce, *inquit*, ponam in Sion lap. off. & petr. scandali, *discordat à translatione veteri; & tamen cum Hebraica veritate concordat. In Lxx. enim contrarius sensus est, Non ut lapidi offensionis occurreretis, neque ut petræ ruinæ.* Sedulius in Rom. 9. Vulgatæ congruit. Similiter & Græcum, nisi quòd habeat ἐπ' αὐτῷ, pro *in eum.* A Mss. quibusdam abest vox πᾶς, *omnis*, sicut à Sangerm. & Reg.

Digitized by Google

# CAPUT X.

## Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum, pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam.

3. Ignorantes enim Dei justitiam, & suam * quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.

* Ms. Reg. justitiam quærentes constituere.

4. Finis enim legis, Christus, ad justitiam omni credenti.

5. Moyses enim scripsit, justitiam, quæ ex lege est, quoniam qui fecerit * eam homo, vivet in ea.

* Ms. Reg. ea... eis.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendit in cœlum? id est Christum deducere:

7. Aut quis * descendit in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

* Ms. Reg. descendet.

8. Sed quid dicit Scriptura: Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

## Vulgata nova.

1. FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam.

3. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.

4. Finis enim legis, Christus, ad justitiam omni credenti.

5. Moyses enim scripsit, quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Levit. 18. 5.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere: Ezech. 20. 11.

7. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis revocare. Deuter. 30. 12.

8. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Deuter. 30. 14.

## Notæ ad Versionem antiquam.

✠. 1. August. ep. 186. to. 2. col. 676. g. *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad Deum, fit pro illis in salutem:* similiter epist. 217. col. 808. b. præter verbum *sit*, pro *fit*: at in Rom. 10. to. 3. col. 919. b. constanter habet *fit*; sed delet *quidem*, post *voluntas*: contra l. 1. op. imp. to. 10. col. 955. e. habet, *bona voluptas quidem*; tollit verò *fit*, post *Deum*. Beda in Rom. 10. *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad Deum, fit pro ipsis in salutem.* Ambrosiast. in eund. loc. cum Sedul. *Fratres, voluntas quidem cord. mei, & obsecratio, fit ad Deum pro illis in sal.* Græc. Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν. Mss. quidam tollunt ἡ, post Ἀδελφοί· & paulò post alii plures, loco τοῦ Ἰσραὴλ, ponunt αὐτῶν.

✠. 2. August. ep. 93. & 186. to. 2. col. 234. d. 676. g. 677. a. & in Ps. 30. to. 4. col. 148. g. *Testimonium enim perhibeo illis, quod zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam:* itidem tract. 53. in Joh. to. 3. col. 648. c. & l. 1. op. imp. to. 10. col. 955. e. præter vocem *quia*, pro *quod*. Concinit Beda in Rom. 10. Hieron. verò l. 1. in epist. ad Tit. to. 4. col. 419. d. *Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundùm scientiam.* Similiter Ambros. epist. 40. col. 948. a. *zelum Dei habent, sed non sec. scientiam.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 796. b. *quod zelum Dei habeant, non tamen per scientiam.* Ambrosiast. in Rom. 10. *quod æmulationem Dei habent, sed non secundùm agnitionem.* Græc. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. Sedul. Scot. Vulgatæ consonat.

✠. 3. Irenæus l. 4. c. 12. p. 241. b. *Ignorantes enim justitiam Dei, & suam justitiam volentes statuere, just. Dei non sunt subjecti.* Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 796. b. *Deum enim ignorantes, & suam justitiam sistere quærentes, non subjecerunt se justitiæ Dei.* Zeno Veron. l. 1. p. 27. *Nam justitiam Dei ignorantes, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non obedierunt.* Ambros. in Luc. col. 1360. e. *Ignorantes Deum, & suam justitiam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti:* & l. de exhort. virgin. 280. e. *Ignorantes enim Dei justitiam, & volentes se justificare, justitiam D. non receperunt.* August. ep. 93. to. 2. col. 234. d. *Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti:* & ep. 186. to. 2. col. 676. c. f. *Justitiam, quæ à Deo est, ignorantes, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti:* & ep. 185. col. 658. e. *Ignorantes* (al. *enim*) *Dei justitiam, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti:* itidem quæst. 166. in Exod. to. 3. col. 471. g. & quæst. 28. in Jos. col. 592. g. & tract. 26. 53. & 93. in Joh. col. 494. b. 647. d. 648. c. 726. b. c. & l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 460. c. & l. de nat. & gra. to. 10. col. 127. b. & l. de spir. & litt. col. 113. b. at supra eod. l. de spir. & litt. col. 96. c. legit, *volentes suam justitiam constituere*, &c. & l. 1. op. imp. col. 955. e. *& suam justitiam quærentes constituere*, &c. & in Job, to. 3. col. 661. e. *Præsumentes de operibus suis, & suam justitiam volentes constituere.* Auct. l. de sing. cleric. p. 527. a. *Ignorantes Dei justit. & suam volentes statuere, justitiæ D. n. s. subjecti.* Beda in Rom. 10. *Ignorantes enim Dei just. & suam volentes constituere, justitiæ Dei non s. subjecti.* Sic etiam Ambrosiast. in eund. loc. præter verbum *quærentes*, pro *volentes*. Sedul. *Quia ignorantes D. justitiam, suæ justitiæ obtemperant.* Græc. Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ, &c. ut sup. Mss. quidam tollunt δικαιοσύνην, post ἰδίαν.

✠. 4. Sic habent Iren. l. 4. c. 12. p. 241. d. August. in Joh. to. 3. col. 489. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. b. Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 10. Sic etiam Ambros. in Pss. 47. & 61. col. 936. d. & 955. b. & lib. 2. de interpel. Dav. col. 644. e. & ep. 7. 780. d. at in Ps. 118. col. 1024. f. *Ipse est enim finis legis, ad justitiam omni cred.* & col. 1129. d. *Finis est legis, ad just.* &c. & col. 1061. d. *Finis enim, Christus est, secundùm legem, omni credenti:* & in Luc. col. 1416. d. *Finis enim legis, est Christus, ad just. omni*, &c. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 796. b. *Finis enim legis, Christus, in justitiam omni credenti.* Hilar. in Ps. 118. col. 272. a. *Finis legis, Christus.* Gaud. Brix. ser. 4. p. 949. c. *Finis legis est, ad justitiam omni credenti.* Græc. Tertulliani scripturæ consonat.

✠. 5. Ambrosiaster in hunc loc. *Moyses enim scribit, justitiam, quæ ex lege est, quia qui fecerit ea homo, vivet in eis.* Hilar. in Ps. 68. col. 227. d. *qui fecerit ea, vivet in illis.* Sedulius, & Beda in Rom. 10. Vulgatæ concinunt. In Græco sic: Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Mss. aliqui habent, ὅτι τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὁ ποιήσας ἄνθρωπος· al. ὁ ποιήσας αὐτὴν ἄνθρωπος· mox alii, ζήσεται ἐν αὐτῇ.

✠. 6. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1079. a. 1080. a. *Ex fide autem justitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendit in cœlum? hoc est Christum deducere.* Itidem Iren. l. 3. c. 18. p. 209. e. & August. l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. e. cum Ambrosiast. in Rom. 10. ab his, *Ne dixeris*. Sic etiam Ambros. in Luc. 2. col. 1286. f. & Sedulius in hunc loc. præter *id est*, pro *hoc est*. Beda in eund. loc. Vulgatæ congruit. Græc. Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, οὕτω λέγει..... Τίς ἀναβήσεται, &c.

✠. 7. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. e. *Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis liberare.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1079. a. 1080. a. *Vel quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis reducere.* Aug. quæst. 54. in Deut. to. 3. p. 1. col. 577. b. *Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reducere:* similiter l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. e. cum Sedulio in Rom. 10. & Ambros. in Luc. 2. col. 1286. f. præter *Aut quis descendit*. Ita rursum Ambros. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 636. e. nisi quòd habet, *ex mortuis deducere*. Ambrosiaster in Rom. 10. *Aut quis descendit in abyss. hoc est Chr. ex mortuis reducere.* Beda in eund. loc. Vulgatæ favet. In Græco sic: Ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

✠. 8. Ita legunt Sedulius, Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Hilarius verò l. 10. de Trin. col. 1079. b. 1080. b.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris.

10. Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

Isai. 28. 16. 11. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur.

12. Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.

Joel 2. 32. 13. Omnis enim, quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Act. 2. 21. 14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?

15. Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

Isai. 52. 7. Nah. 1. 15.

16. Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?

Isai. 53. 1. Joan. 12. 38.

17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per

## VERSIO ANTIQUA.

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde tuo, quòd * illum suscitavit ex mortuis, salvus eris. — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. * Ms. Reg. addit Deus.

10. Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio * fit in salutem. — * Ms. Reg. fuit.

11. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui crediderit in illo, non * confundetur. — * Ms. Reg. confundentur.

12. Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.

13. Omnis enim, quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine * prædicante? — * Ms. Reg. prædicantem.

15. * Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! — * Ms. Reg. Aut quomodo prædicabunt.

16. Sed non omnes oboediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?

17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Sed quid dicit Scriptura? Juxta est* (Mss. quidam *Juxta te est*, & in comment. *Juxta nos*) *verbum tuum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus.* Aug. l. de spir. & litt. to. 10. col. 113. f. *Sed quid dicit? Prope te est verbum in ore tuo, & in*, &c. ut supra: similiter l. 1. de Div. quæst. ad Simplic. to. 6. col. 100. f. *Prope te est verbum in*, &c. Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1100. a. & in Luc. col. 1294. c. & 1392. e. Græc. Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, &c. ut sup. Mss. plures post λέγει, addunt ἡ Γραφή.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. e. *Quoniam si confitearis in ore tuo Dominum J. & credideris in corde tuo, quoniam Deus illum excitavit à mortuis, salvus eris.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1079. 1080. a. *Quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus Jesus est, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitavit à mortuis, salvaberis.* Augustinus in Joh. to. 3. col. 703. d. 774. b. *Quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Jesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscit. à mort. salvus eris:* itidem in Rom. 10. col. 919. c. & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 100. g. & l. de spir. & litt. col. 113. f. præter verbum *confitearis*, pro *confessus fueris*. Sedulius, & Beda in hunc loc. Vulgatæ concinunt; ut & Ambrosiast. in eund. loc. nisi quòd habeat *excitavit*, absque *à mortuis*. In Græco: Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ..... Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ..... ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.

℣. 10. Tertul. l. de anima, p. 483. b. ait *Corde credi in justitiam.* Hilarius in Ps. 14. n. 9. col. 65. b. *Ut in corde creditur, ita in ore confessio fit ad salutem:* & in Ps. 60. col. 142. f. *Et corde credendum, & ore confitendum est ad salutem.* Lucifer Calar. l. pro S. Ath. p. 192. h. *Corde creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* Similiter Gaud. Brix. ser. 6. p. 952. a. cum Ambrosio in Pss. 35. 37. 38. 61. & 118. col. 770. b. 815. e. 843. f. 960. f. & 1132. e. idem Ambros. in Luc. col. 1465. d. & l. 2. de pœnit. col. 429. b. *ore enim confessio fit ad salutem:* rursus in Ps. 118. col. 1235. f. legit: *Corde enim creditur ad justit. ore autem*, &c. itidem ep. 41. & 44. col. 960. b. 978. d. & l. de fide res. col. 1164. e. cui etiam concinit August. tract. 80. in Joh. tom. 3. col. 545. b. & in Rom. 10. 919. c. & l. de Div. quæst. ad Simplic. tom. 6. col. 100. g. unà cum Ambrosiast. Sedulio, & Beda in hunc loc. Sic etiam legunt Auct. l. de fide orthod. apud Ambros. col. 349. f. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 725. f. & Auctor quæst. ex utroq. T. q. 126. col. 137. e. quibus omnibus favet Græcum.

℣. 11. Sedulius in Rom. 10. *Dicit enim Scriptura in Esaia: Quia omnis, qui credit in eum, non erubescit;* infra, *non confundetur.* Ambrosiast. in eundem loc. *Dicit enim Scriptura per Esaiam: Omnis, qui credit in illum, non conf.* Beda Vulgatæ congruit, nec absimile Græcum est, nisi quòd habet ἐπ' αὐτῷ, pro *in illum*; al. εἰς αὐτόν. Mss. etiam quidam præponunt Ὅτι, voci *omnis*.

℣. 12. Eodem modo legunt Sedulius, & Beda in hunc loc. Sic etiam Ambrosiast. in eund. nisi quòd habeat *dives in omnibus.* Gr. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας, &c.

℣. 13. Sic habent August. ep. 196. to. 2. col. 732. c. Sedul. Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Sic etiam Hilar. l. 5. de Trin. col. 872. d. excepto verbo *salvabitur*, pro *salvus erit:* in Ps. verò 51. col. 82. c. legit: *Et omnis, qui invocaverit nomen ejus, hic salvus erit.* Gaudent. Brix. ser. 2. p. 946. e. *Omnis, quicunque invocat nomen Domini, salvus erit.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. *Omnis, qui invocaverit nom. Dom. salvus erit.* Græc. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ..... σωθήσεται.

℣. 14. Eadem referunt Ambrosiast. & Beda in hunc loc. quibus favet Epistola Synod. episc. Afric. n. 14. Conc. to. 4. col. 1596. e. deleta voce *ergo*, ante *invocabunt.* Hilarius l. 5. de Trin. col. 872. d. legit: *Quomodo invocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Concinit Sedulius in hunc loc. præter *Sed quomodo credent.* August. ep. 196. to. 2. col. 732. d. *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo credent, quem non audierunt?* & l. 12. contra Faust. to. 8. col. 249. e. *Quomodo autem invocabunt, in quem non credid. Aut quomodo credent, quem non aud. Quomodo autem audient sine prædic.* tract. verò 57. in Joh. to. 3. p. 2. col. 659. d. *Quomodo enim aud. sine prædicante?* Græc. Vulgatæ consonat, nisi quòd habet, Πῶς δὲ πιστεύσουσιν, οὗ οὐκ ἤκουσαν; al. verò, Ἢ πῶς δὲ πιστεύσωσιν.

℣. 15. Sic habet Beda in Rom. 10. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. præter *Aut quomodo prædicabunt.* Sedulius, *Quomodo autem prædic.* &c. ut in Vulg. Hilar. l. 5. de Trin. col. 872. e. *Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerint? sicut scriptum est: Quàm speciosi* (al. *veloces*) *pedes eorum, qui annuntiant pacem, eorum, qui annuntiant bona!* & in Ps. 59. col. 140. e. *Speciosi enim pedes evangelizantium sunt:* & in Ps. 121. col. 385. e. *Quàm pulcherrimi pedes evangelizantium pacem!* demum in Ps. 65. col. 180. a. cum Iren. l. 3. c. 13. p. 200. c. *Quàm speciosi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem!* Itidem Ambros. l. de Isaac, c. 4. col. 362. a. & l. de fug. sæc. c. 5. col. 428. d. & in Ps. 118. col. 1188. c. & ep. 29. col. 905. f. nisi quòd ponat *pacem*, ante *bona.* Sic etiam Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 521. a. & to. 4. p. 1. col. 155. e. S. verò Paulin. ep. 28. p. 175. b. *Quàm speciosi pedes qui evangelizant!* Epiphan. in Cantic. Cantic. c. 2. ℣. 17. *Quàm speciosi pedes evangelizantium bona!* & in c. 7. ℣. 1. *Speciosi pedes evangelizantium pacem.* Tertul. l. 3. & 5. contra Marc. pp. 679. a. 728. a. 783. b. *Quàm tempestivi pedes evang. pac. evang. bona!* & l. 5. p. 786. b. *Maturi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem.* August. l. 12. contra Faust. to. 8. col. 249. e. *Quomodo verò prædicab. si non mittantur? sicut scriptum est: Quàm speciosi eorum pedes, qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona!* ita rursum in Pss. 51. & 67. to. 4. col. 480. d. 683. a. ab his, *Quàm speciosi:* cui favet Hormisd. ep. 45. Conc. to. 4. col. 1498. a. In Græco sic: Πῶς δὲ κηρύξουσιν ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθώς..... Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, &c.

℣. 16. Textui S. Germ. concinit Hilar. l. 5. de Trin. col. 872. e. cum Ambrosiast. Beda, & Sedulio in hunc locum. Aug. in Joh. tract. 19. col. 446. f. *Sed non obaudiunt Evangelio.* In Græco sic: Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ, &c. ut sup. al. ὑπακούουσιν, sed Mss. duo Lovan. *obedierunt*, teste Millio.

℣. 17. Hilarius l. 5. de Trin. col. 872. e. 873. a. *Ita-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* verbum Christi.

18. Sed dico : Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus illorum, & in finem orbis terræ verba eorum.

19. Sed dico : Nunquid Israel non cognovit? Primus Moses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in * non gentem : in gentem insipientem, in iram vos mittam.

* *In Ms. Reg. additum* non, *al. manu.*

20. Isaias autem dicit : Palàm apparui non quærentibus me : inventus sum inter eos, qui me non interrogabant.

21. Ad Israel autem dicit : Tota die expandi manus meas ad plebem non credentem, & contradicentem.

VULGATA NOVA.

verbum Christi.

18. Sed dico : Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Psalm.* 18. 5.

19. Sed dico : Nunquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem : in gentem insipientem, in iram vos mittam. *Deuter.* 32. 21.

20. Isaias autem audet, & dicit : Inventus sum à non quærentibus me : palàm apparui iis, qui me non interrogabant. *Isai.* 65. 1.

21. Ad Israel autem dicit : Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. *Isai.* 65. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*que fides ex aud. auditus autem per verbum.* Augustinus ep. 196. to. 2. col. 732. d. *Igitur fides ex aud. auditus autem per verbum Christi.* Similiter habet Ambrosiast. in Rom. 10. Beda verò in eund. loc. *Ergo fides ex aud. auditus autem per verbum Dei Christi.* Sedulius, *auditus autem per verbum Dei*, & ita in Græco est. Mss. tamen quidam loco Θεῦ, habent Χριςῦ.

℣. 18. Hilarius l. 5. de Trin. col. 872. e. 873. a. *Sed dico : Nunquid non audierunt? Immo in omnem terram exivit sonus eorum, & ad terminos orbis verba eorum.* Tertul. l. 3. contra Marc. p. 679. a. *in omnem terram exivit sonus eorum, & in terminos terræ voces eorum.* Ambrosiaster in Rom. 10. *exiit sonus eorum, & usque ad fines orbis terræ verba illorum.* Sedul. & Beda in eund. loc. Vulgatæ congruunt. In Græco sic : Μὴ ὐκ ἤκυσαν; Μενῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, ϗ εἰς τὰ πέρατα οἰκυμένης τὰ, &c.

℣. 19. Hilarius l. 5. de Trin. col. 873. a. *Sed dico : Nunquid Israel non scivit? Primus Moyses dicit : Ego incitabo vos in non gentem : in gentem insensatam exacerbabo vos.* Augustinus in Rom. 10. to. 3. col. 919. d. e. *Ego ad æmulationem vos perducam in non gentem : in gentem insipientem irritabo vos.* Sedulius, & Ambrosiaster in eund. loc. Vulgatæ accinunt; ut & Beda, nisi quòd habet *in omnem gentem*, pro *in non gentem*, sed mendosè, ut reor. In Græco: Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' ὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτω παροργιῶ ὑμᾶς.

℣. 20. Hilarius l. 5. de Trin. col. 873. a. *Esaias autem audet, & dicit : Apparui autem his, qui me non quærunt : inventus sum iis, qui me non interrogabant.* Ambros. in Psal. 118. col. 1149. d. *Quia Esaias audet, & dicit.* Ambrosiaster in Rom. 10. *Esaias audet, & dicit : Palàm factus sum non quærentibus me : & inventus sum inter eos, qui me non interrogabant.* Sedul. & Beda in eundem loc. Vulgatæ suffragantur. In Græco : Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, ϗ λέγει. Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι· aliàs deest ἀποτολμᾷ, καί.

℣. 21. Hilarius l. 5. de Trin. col. 873. a. *Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non audientem.* Tichon. reg. 2. p. 51. h. *Ad Israel dicit : Tota die expandi manus meas ad plebem contradicentem.* Augustinus ep. 196. to. 2. col. 736. d. *Ad Israel autem dicit : Tota die expandi manus meas ad pop. non cred. & contradicentem.* Itidem Beda, addito *mihi*, post *contradicentem.* Ambrosiaster verò initio habet : *Ad Israel autem quia dicit : Tota die expandi*, &c. ut in Vulg. Sedul. *Ad Isr. autem quid dicit? Tota die expandi manus meas.* Rursus August. l. de dono pers. to. 10. col. 847. e. *Tota die extendi*, &c. ut in Vulg. Græc. Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει· Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα, &c. ut sup. Ms. tamen unus delet in fine ϗ ἀντιλέγοντα, al. verò hab. ἀντιλέγοντά μοι, cum Beda.

# CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Dico ergo : Nunquid repulit Deus populum suum? * Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, tribu Benjamin :

* *Ms. Reg. addit*, quem præscìit?

2. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciit. An nescitis in * Helia quid dicit Scriptura : quemadmodum postulat Deum adversùs Israel?

* *Ms. Reg.* Helian.

3. Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt : & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

VULGATA NOVA.

1. Dico ergo : Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin :

2. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura : quemadmodum interpellat Deum adversùm Israel?

3. Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt : & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. *3. Reg.* 19. 10.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tichon. reg. 2. p. 51. h. *Dico : Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ, tribu Benjamin.* August. ep. 196. to. 2. col. 736. d. *Dico ergo : Nunquid repulit Deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ, de tribu Benjamin :* sic iterum in Rom. 11. to. 3. col. 919. f. & l. de dono pers. to. 10. col. 847. e. & l. 1. op. imp. col. 956. a. at in ep. ad Gal. to. 3. col. 958. a. legit : *Quid ergo? Nunquid rep. D. plebem suam? Absit. Nam & ego Isr. sum ex sem. Abraham, tribu Benj.* & quæst. 104. in Gen. ibid. col. 403. a. *Nam & ego Israelita sum ex genere Abraham, tribu Benjamin :* & in Ps. 78. to. 4. col. 841. b. *Nam & ego Israelita sum ex genere Israel*, ( infra, *ex semine Abraham*) *tribu Benj.* & in Ps. 94. col. 1027. d. *Nunquid Deus repulit plebem suam, quam præscivit? Absit. Nam & ego Isr. sum ex semine Abrahæ, tribu Benj.* Ambros. in Pss. 43. & 118. col. 897. f. 898. a. 990. a. *Dico igitur : Nunquid repulit Deus hæreditatem suam? Absit. Nam & ego Isr. sum ex semine Abraham, de tribu Benj.* Accinunt Sedulius, & Ambrosiaster in Rom. 11. Auctor verò l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. e. cum Beda, Vulgatæ congruit : nec refragatur Græc. si detrahas voculam *de*, ante *tribu*. Ms. tamen unus habet ἐκ φυλῆς· Alex. addit ὃν προέγνω, post λαὸν αὐτῦ· Borner. verò Gr. Lat. non λαὸν habet, sed κληρονομίαν, *hæreditatem.*

℣. 2. Tichonius reg. 2. p. 51. h. similiter habet : *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit.* Itidem Ambros. in Ps. 43. col. 898. a. & Aug. ep. 196. to. 2. col. 736. d. & in Johan. to. 3. col. 416. b. & in ep. ad Gal. col. 958. a. & in Ps. 94. to. 4. col. 1027. d. ita rursum Aug. in Ps. 78. col. 841. b. additis seqq. *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura : quemadmodum interpellat Deum adversùm Israel?* similiter l. de dono persev. to. 10. col. 847. f. g. & l. 1. op. imp. col. 948. e. 956. a. b. cui accedunt Sedulius, & Beda in Rom. 11. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. e. Ambrosiaster verò habet sub finem : *quomodo postulat Deum contra Israel?* Gr. ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τῦ Ἰσραὴλ, λέγων. A Mss. pluribus abest λέγων.

℣. 3. Sic habent Sedulius, & Beda in hunc loc. Sic etiam Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. e. cum August. l. 1. op. imp. to. 10. col. 956. b. at idem Aug. ser. 100. to. 5. col. 528. f. habet : *Domine Proph. tuos occiderunt, altaria tua everterunt : & ego relictus sum solus*, &c. ut sup. & in Ps. 25. to. 4. col. 111. e. *altaria tua suffoderunt : & ego remansi solus*, &c. & in Ps. 78. col. 841. c. *altaria tua suffoderunt : & ego derelictus sum solus*, &c. Ambrosiast.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

4. Sed quid dicit illi divinum responsum ?
3. Reg. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non cur-
19. 18. vaverunt genua ante Baal.

5. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundùm electionem gratiæ salvæ factæ sunt.

6. Si autem gratia, jam non ex operibus : alioquin gratia jam non est gratia.

7. Quid ergo ? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus : electio autem consecuta est : cæteri verò excæcati sunt :

Isai. 6. 9. Matth. 13. 14. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Psalm. 68. 23.

8. sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis : oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.

9. Et David dicit : Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.

10. Obscurentur oculi eorum ne videant : & dorsum eorum semper incurva.

11. Dico ergo : Nunquid sic offenderunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus ut illos æmulentur.

12. Quòd si delictum illorum divitiæ sunt mundi, & diminutio eorum divitiæ Gentium : quantò magis plenitudo eorum ?

13. Vobis enim dico Gentibus : Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo,

**VERSIO ANTIQUA.**

4. Sed quid dicit illi responsum divinum ? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt * genua ante Bahal. — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. * Ms. Reg. genum.

5. Sic ergo in hoc tempore, reliquiæ secundùm electionem gratiæ factæ sunt * salvæ. — * Deest salvæ in Ms. Reg.

6. Si autem gratia, non ex operibus : alioquin gratia jam non est gratia.

7. Quid ergo ? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus : * electionem consecuta est : cæteri verò excæcati sunt : — * Ms. Reg. electio autem.

8. sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis : oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.

9. Et David dicit : Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.

10. Obscurentur oculi eorum ne videant : & dorsum illorum * semper in perpetuum incurva. — * Deest semper in Ms. Reg.

11. Dico ergo : Nunquid * sic offenderunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto, salus Gentibus ut illos æmulentur. — * Deest sic in Ms. Reg.

12. Quòd si delictum illorum divitiæ sunt mundi, & * diminutio eorum divitiæ Gentium : quantò magis plenitudo eorum ? — * Ms. Reg. deminutio.

13. Vobis enim dico Gentibus : Quandiu * quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, — * Deest quidem in Ms. Reg.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*altaria tua effoderunt : & ego relictus sum solus*, &c. Gr. ϗ τὰ θυσιαςήριά σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, &c. Mss. plures delent ϗ, ante τὰ θυσιας.

℣. 4. Ita legunt Ambros. in Ps. 43. col. 898. b. & l. de fide, to. 2. col. 1163. c. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in Rom. 11. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. e. Sic etiam Auct. lib. de promiss. p. 2. c. 28. col. 155. c. ut & Tich. reg. 3. p. 55. d. nisi quòd iste hab. *genu*, non *genua*. Similiter Hieron. in Amos 3. to. 3. col. 1390. a. at in Mich. col. 1514. e. *Dereliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* Itidem Gaud. Brix. serm. 4. p. 949. f. & August. in Pss. 25. & 78. to. 4. col. 111. e. 841. c. & serm. 100. to. 5. col. 528. f. sic iterum Aug. l. 1. op. imp. to. 10. col. 948. e. 956. b. nisi quòd habeat *genu*, pro *genua*, quod & legit l. de dono persev. col. 847. g. In Græco sic : Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός ; Κατέλιπον... οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ· al. τῷ Βάαλ.

℣. 5. Augustinus ep. 186. to. 2. col. 668. g. *Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt :* ita rursum quæst. 104. & 148. in Gen. to. 3. col. 403. b. 414. c. & in Joh. col. 713. c. 715. d. & in Psal. 78. to. 4. col. 841. b. & l. 1. de Div. quæst. ad Simplic. to. 6. col. 101. b. & l. 17. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 466. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 798. c. at ep. 194. to. 2. col. 727. e. legit : *secundùm electionem gratiæ salvæ factæ sunt :* lib. verò de dono persev. to. 10. col. 847. g. 848. a. *per electionem gratiæ factæ sunt*, absque voce *salvæ ;* sicque iterum l. 1. op. imperf. col. 948. e. Ambros. l. de Noe, & arca, c. 5. col. 232. c. *reliquiæ per dilectionem gratiæ salvæ factæ sunt :* at l. 2. de Jac. c. 3. col. 463. e. *ut reliquiæ salvæ fiant secundùm electionem gratiæ :* & in Psal. 36. & 43. col. 814. e. 906. b. *reliquiæ secundùm electionem gratiæ salvæ factæ sunt.* Sic etiam habent Ambrosiast. Sedul. & Beda in Rom. 11. ut & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. f. qui tamen aliàs, *per electionem gratiæ.* In Græco : λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν· sed in Velesianis lect. χάριτος Θεοῦ σωζόμενον γέγονεν.

℣. 6. Ambrosius in Ps. 43. col. 906. b. *Si autem gratia, jam non ex operibus : alioquin gratia jam non est gratia.* Concinit August. ep. 186. & 194. col. 668. g. 727. e. & in Joh. to. 3. p. 2. col. 713. c. 715. d. & l. 1. ad Simplician. to. 6. col. 101. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 798. c. & l. de dono persev. ibid. col. 848. a. & l. 1. op. imp. col. 948. e. 956. b. Accinunt etiam magno consensu Sedulius, Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. f. Græc. Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις· deinde sic : Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐςὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐςὶν ἔργον. *Si autem ex operibus, non jam est gratia : alioquin opus non jam est opus.* Sed hæc absunt à pluribus Mss. Græcis, nec in ullis Latinorum leguntur, ut proinde à librario quopiam malè addita fuisse manifestum sit, fatentibus Erasmo, Zegero, Estio, Grotio, &c.

℣. 7. August. l. 1. de Div. quæst. ad Simplician. to. 6. col. 101. b. *Quid ergo ? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus : electio autem consecuta est : cæteri verò excæcati sunt :* sic iterum in Joh. to. 3. col. 645. g. 646. a. b. & lib. de præd. SS. to. 10. col. 798. b. & l. de dono persev. col. 848. a. & l. 1. op. imp. col. 948. e. 956. c. cui accinit Sedulius in Rom. 11. necnon Beda in eund. loc. detracto *hoc*, post *Israel*. Ambrosiast. verò, *hoc non est adsecutus*, &c. ut sup. Epiphan. in Cantic. Cantic. c. 1. ℣. 15. hæc tantùm habet, *electio adepta est*. Græc. τούτου οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν. Videsis Hilar. in Ps. 68. col. 224. f.

℣. 8. Accinunt magno consensu Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. e. Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. necnon August. l. de præd. SS. to. 10. col. 798. b. qui rursus eadem refert l. 13. contra Faust. to. 8. col. 258. b. nisi quòd pro *usque in hodiernum diem*, habeat *& non intelligant.* Græcum textui utrique favet.

℣. 9. Eadem legit Aug. l. de præd. SS. to. 10. col. 798. b. cum Sedulio, & Ambrosiast. in Rom. 11. Beda verò in eundem loc. habet : *Fiat mensa eorum in laqueum, & in retributionem, & in scandalum illis.* Græc. εἰς παγίδα, ϗ εἰς θήραν, ϗ εἰς σκάνδαλον, ϗ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς.

℣. 10. Aug. l. de præd. SS. to. 10. col. 798. b. *Obscurentur oculi eorum ne videant : & dorsum eorum semper incurva.* Sic etiam Beda, cum Sedulio in Rom. 11. Ambrosiaster in eundem loc. *Obscurentur..... ut non videant : & dorsum illorum semper incurva.* Græc. Σκοτισθήτωσαν... τοῦ μὴ βλέπειν· ϗ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον· al. σύγκαμψον.

℣. 11. Aug. in Rom. 11. tom. 3. p. 2. col. 919. g. *Dico ergo : Nunquid sic deliquerunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto, salus Gentibus :* Ms. 1. addit *venit.* Ambrosius in Ps. 36. col. 778. d. 779. a. *Dico ergo : Nunquid sic offenderunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delictum salus est Gentibus ut illos æmulentur :* at in Luc. 8. col. 1396. f. legit : *illorum delicto, salus Gentibus.* Itidem Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. Sedulius verò in eund. loc. Vulgatæ consonat. Hieronymus in Isai. 6. to. 3. col. 64. f. *Nunquid sic peccaverunt ut caderent ? Absit. Sed illorum delicto salus Gentium fieret ad æmulandum eos.* Græc. Μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι... Ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι, ἡ σωτηρία τοῖς Ἔθνεσιν εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.

℣. 12. Accinunt Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. In Græco sic : Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, ϗ τὸ ἥττημα, &c. ut sup.

℣. 13. Ambrosius in Psal. 36. col. 779. a. *Vobis enim dico Gentibus : Quandiu ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum illustrabo.* Aug. l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. c. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. f. *Vobis enim dico Gentibus : Quandiu quidem ego sum Gentium A-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*
14. si quomodo æmuler carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis.
*Ex Ms. Regio, seu Clarom. solo.*
15. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ adsumptionis vita, vita ex mortuis?
16. Quòd si * libatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.
** Ms. liberatio.*
17. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illo, & socius factus es pinguedinis olivæ,
18. noli gloriari adversùs ramos. Quòd si tu gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te.
19. Dicis ergo: * Si fracti sunt rami ut ego inserar?
** In Ms. expungitur Si.*
20. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.
21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat.
22. Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te

### Vulgata nova.

14. si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis.
15. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?
16. Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.
17. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis olivæ factus es,
18. noli gloriari adversùs ramos. Quòd si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te.
19. Dices ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar.
20. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.
21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat.
22. Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te

### Notæ ad Versionem antiquam.

*post. minist. meum glorifico.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 35. col. 184. b. præter verbum *glorificabo*; Ms. 1. ejusdem Auct. *honorificabo*, quod etiam habent Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. Græc. δοξάζω, al. δοξάσω· à Mss. quibusdam abest μὲν, *quidem*, post *Quandiu*, sicut à Ms. Reg.

℣. 14. Ambrosius in Psal. 36. col. 779. a. *si quomodo æmuler carnem meam, & salvos faciam aliquos ex ipsis.* Ambrosiaster in Rom. 11. *si quomodo æmuler carn. meam, ut salvos fac. aliq. ex illis.* August. l. 2. de doctr. Chr. to. 3. col. 25. e. *si quomodo ad æmulationem adducere potuero carn. meam, ut salvos fac. aliq. ex illis*: & in Ps. 87. to. 4. col. 932. c. *si quomodo æmulari potero carn. meam, ut salvos faciam*, &c. & l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. unà cum Auctore l. de promiss. p. 3. prom. 35. col. 184. d. *si quomodo ad æmulationem provocare potero carn. meam, ut salvos*, &c. item August. l. 2. contra adversar. leg. tom. 8. col. 582. g. *si quomodo ad æmulationem provocem carn. m. ut salvos*, &c. Beda, & Sedul. in Rom. 11. Vulgatæ accinunt. In Græco sic: εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν.

℣. 15. Ab hoc ℣. ad versum usque 26. desunt omnia in codice nostro Sangermanensi; sed hæc supplevit Regius. In his autem verbis quæ præfert iste, *quæ adsumptionis vita, vita ex*, mendum suspicor; nam in Græco constanter legitur, τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ, &c. *quæ assumptio, nisi vita ex*, &c. imperitus enim scriba ex duabus vocibus, *assumptio nisi*, facilè potuit conflare unam, *assumptionis*, geminata de suo voce *vita*. Conjecturam nostram adstruit Aug. l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. ubi legit: *Si rejectio illorum, reconciliatio est mundi: quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis?* ita rursum l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. præter hoc, *Si enim rejectio.* Nec dissimiliter valde Ambrosiast. in Rom. 11. *Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ est assumptio, nisi vita ex*, &c. Itidem Beda cum Sedulio in eund. loc. deleto *est*, ante *assumptio.* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. f. *Si enim abjectio eorum, reconciliatio mundi: quæ assumptio eorum, nonne vita ex mortuis?* Gr. Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου· τίς ἡ, &c. ut sup.

℣. 16. Irenæus l. 1. c. 8. p. 39. b. *Et si delibatio sancta, & massa.* Augustinus ep. 186. to. 2. col. 670. b. *Si autem delibatio sancta est, & consparsio: & si radix sancta est, & rami*: itidem l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. nisi excipias vocem *consparsio.* S. Pacian. ep. 2. p. 307. h. *Si initium sanctum, & farina: & si radix sancta, & rami.* Græc. Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ, &c. ut sup. Ambrosiaster, & Beda in Rom. 11. Vulgatæ similes, nisi quòd apud Bedam legitur *deliberatio*, pro *delibatio*, sed aperto mendo, quod etiam manifestum est in textu Regio, ubi *liberatio.* Sedulius Vulgatæ quoque consonat, præter verbum *est*, additum voci *sancta.*

℣. 17. Augustinus l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. *Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis factus es, & pinguedinis oleæ*: & in Ps. 72. to. 4. col. 754. g. *si enim tu, ex naturali incisus oleastro, insertus es in illis*: & in Ps. 134. col. 1497. b. *tu autem cùm esses oleaster, insertus es in illis, & particeps pinguedinis olivæ factus es.* Huic loco favet S. Pacian. ep. 3. p. 312. c. Irenæus verò l. 5. c. 10. p. 304. a. legit: *tu autem oleaster cùm esses, insertus es in bonam olivam, & socius pinguedinis olivæ factus es*: & l. 4. c. 27. p. 264. d. *qui cùm esses oleaster, insertus es in pinguedinem olivæ, & socius factus es pinguedinis ejus.* Ambrosiast. in Rom. 11. *tu autem cùm esses oleaster, insertus es in illos, & socius factus es radicis, & pinguedinis olivæ.* Sedulius, & Beda in eundem loc. Vulgatæ suffragantur, nisi quòd Beda scribit *oleæ*, non *olivæ*. In Græco sic: Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης, καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου. In Borner. cod. ponitur ἐγένου, post συγκοινωνός.

℣. 18. Textui concinit Ambrosiaster in hunc locum. Eodem etiam modo legit August. in Psal. 134. to. 4. col. 1497. b. deleto *tu*, ante *gloriaris*: ita rursum l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. e. & l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. cui accedunt Sedulius, & Beda in Rom. 11. at Aug. in Ps. 72. to. 4. col. 754. g. *noli gloriari adversùs ramos. Nam si gloriaris*, &c. ut sup. In Græco sic: μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. Εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, &c. ut sup. al. Εἰ δὲ σὺ καυχᾶσαι.

℣. 19. Augustinus ep. 140. to. 2. col. 440. f. *Dicis: Fracti sunt rami ut ego inserar*: & l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. necnon l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. *Dicis ergo: Fracti sunt*, &c. ut sup. & in Ps. 72. tom. 4. col. 755. a. *Sed dicis: Fracti sunt*, &c. Concinit Beda in Rom. 11. Ambrosiaster verò in eundem loc. *Dices itaque: Fracti sunt rami ut ego inserer.* Sedulius Vulgatæ consonat. Græc. Ἐρεῖς οὖν· Ἐξεκλάσθησαν οἱ, &c. Borner. cod. Græc. Εἰ κλάσθησαν, Lat. *Si fracti sunt.*

℣. 20. Beda in Rom. 11. *Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide sta: noli altum sapere, sed time.* Itidem Aug. ep. 140. to. 2. col. 440. f. & in Ps. 72. to. 4. col. 755. a. at l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. d. necnon l. 2. contra adversar. leg. col. 582. g. *Bene: incredulitate fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sap.* &c. & in Ps. 65. to. 4. col. 644. f. *propter infidelitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli*, &c. ut sup. Ambrosiaster in Rom. 11. *Bene: sed in incredulitate fracti sunt. Tu autem fide stas: noli*, &c. ut sup. Similiter Ambrosius in Ps. 1. col. 749. b. *Tu autem fide stas*; Mss. 3. ejusd. cum editt. *fide*, vel, *in fide sta*: & l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 636. b. *noli altum sapere, sed time*: & l. 5. de fide, col. 589. c. *noli alta sap. sed time.* Cypr. ep. 6. p. 12. b. & l. 3. Testim. p. 305. c. cum Zenone Veron. p. 13. *noli altum sap. sed time.* Concinit Sedul. in Rom. 11. In Græco: Καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν. Σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας, &c.

℣. 21. Sic habent Irenæus l. 4. c. 27. p. 264. d. Cyprianus ep. 6. p. 12. b. ac l. 3. Testim. p. 305. c. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in Rom. 11. Augustinus verò in Ps. 65. to. 4. col. 644. f. sic: *Si enim Deus natural. ramis non pepercit: neque tibi parcet*: & in Ps. 72. col. 755. b. necnon l. 9. contra Faust. to. 8. col. 215. e. *Nam si Deus natural. ram. non pepercit: neque tibi parcet*: itidem l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 582. g. In Græco sic: Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδέ σου φείσηται· in Mss. quibusdam deest μήπως· in pluribus autem legitur φείσεται.

℣. 22. Hilarius in Ps. 118. col. 290. b. *Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te verò bonitatem.* Similiter Ambr. in eund. Ps. col. 1065. f. 1081. b. additis his, *si permanseris in bonitate*, absque prævia voce *Dei*. Itidem Ambrosiast. cum Beda in Rom. 11. Sic etiam Aug. l. 9. contra Faust. to.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excidêris.

23. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.

24. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quantò magis ii, qui ſecundùm naturam, inſerentur ſuæ olivæ?

25. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, (ut non ſitis vobiſipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret,

Iſai. 59. 20. 26. & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem à Jacob.

27. Et hoc illis à me teſtamentum: cùm abſtulero peccata eorum.

28. Secundùm Evangelium quidem inimici

**VERSIO ANTIQUA.**

autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excidêris. Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom. ſolo.

23. Et illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens enim Deus iterum inſerere illos.

24. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quantò magis hi ſecundùm naturam inſerentur in ſuam olivam?

25. Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, (ut non ſitis vobiſipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte Iſrael contigit, donec plenitudo Gentium intraret,

26. & * ſic omnis Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem ab Jacob. Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom. * Reg. ſit.

27. Et hoc illis à me teſtamentum: cùm abſtulero peccata eorum.

28. Secundùm Evangelium quidem inimici

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

8. col. 215. d. item l. contra Jud. col. 29. a. niſi quòd habet *Vides*, pro *Vide:* ita rurſum l. contra Adim. col. 147. e. & lib. 2. contra adverſar. leg. col. 583. a. lib. verò 21. contra Fauſt. col. 352. e. legit: *Vides ergo bonitatem, & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui fracti ſunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excidêris:* & in Pſ. 72. to. 4. col. 755. b. *Vides ergo bonit. & ſeverit. Dei: in eos quidem, qui fracti ſunt, ſeveritatem: in te autem, qui inſertus es, bonitatem, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excidêris, & illi inſerentur.* Hilarius in Pſal. 118. col. 290. b. hæc habet: *tu niſi permaneas in bonitate, excidêris.* In Græco: Ἴδε οὖν χρηστότητα, καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν· ἐπὶ δέ σε χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι, ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. Mſ. Alex. ἀποτομία· ἐπὶ δὲ σε χρηστότης Θεοῦ.

℣. 23. Hilarius in Pſ. 118. col. 290. b. *Illi verò, ſi non permaneant in infidelitate, inſerentur.* Ambroſius in eund. Pſ. col. 1081. c. *Quia ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens enim eſt Deus iterum inſerere illos.* Aug. l. contra Jud. to. 8. col. 29. b. *Sed & illi, ſi non permanſerint in infidelitate, inſerentur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos:* & l. 9. contra Fauſt. to. 8. col. 215. e. ac l. 2. contra adverſar. leg. col. 583. a. *Et illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur: potens eſt,* &c. ut ſup. Sedulius, Ambroſiaſt. & Beda in Rom. 11. *Sed & illi, ſi non,* &c. ut in textu. Græc. Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, &c. ut ſup.

℣. 24. Auguſtinus in Pſ. 72. to. 4. 755. c. *Si tu ex naturali inciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in olivam: noli gloriari adversùs ramos:* at l. 9. contra Fauſt. to. 8. col. 216. a. *Nam ſi tu ex naturali exciſus oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam: quantò magis ii, qui ſecundùm naturam ſunt, inſerentur ſuæ olivæ?* & l. 2. contra adverſar. leg. col. 583. a. *Nam ſi tu ex naturali inciſus es oleaſtro, & contra nat. inſertus es in bonam olivam: quantò magis illi, qui ſecundùm nat. ſunt,* &c. ut ſup. Beda in Rom. 11. *Nam ſi tu ex naturali oleaſtro exciſus, inſertus es in bonam olivam: quantò magis hi ſecundùm naturam inſerentur ſuæ olivæ?* Græc. Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον· πόσῳ μᾶλλον οὗτοι, οἱ κατὰ φύσιν, ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; in Mſſ. quibuſdam deeſt οἱ, poſt οὗτοι.

℣. 25. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1102. b. *Nolo enim vos ignorare fratres ſacramentum hoc, (ut non ſitis vobis ſapientes) quoniam ex parte obtuſio facta eſt in Iſrael, quoadusque plenitudo Nationum intret:* & in Pſ. 121. col. 386. a. *donec intret plenitudo Gentium.* Tichon. reg. 4. p. 56. g. *donec plenitudo Gentium intret.* Ambroſius l. de Joſ. c. 14. col. 510. e. *quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenit. Gent. intraret:* & l. 4. de interpel. Da. c. 5. col. 666. e. *quia cæc. ex parte Iſr. cont.* &c. itidem in Pſ. 118. col. 1210. b. & in Luc. 8. col. 1396. f. & epiſt. 63. col. 1035. e. At Hieronymus in Iſai. 6. to. 3. col. 64. f. *Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, (ut non ſitis vobiſmetipſis prudentes) quia cæcitas ex parte facta eſt in Iſrael, donec plenitudo Gentium introeat.* Auguſtinus ep. 149. to. 2. col. 510. d. *Nolo vos ignorare fratres hoc ſacramentum, (ut non ſitis vobiſipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt, donec plenitudo Gentium intraret:* & l. 9. contra Fauſt. to. 8. col. 216. d. necnon l. de præd. SS. to. 10. col. 811. e. *Nolo enim vos ignorare fratres ſacramentum hoc, (ut non ſitis vobis ſapientes) quia cæcitas ex parte Iſrael facta eſt, donec plenitudo Gent. intraret:* ita quoque tract. 51. in Joh. to. 3. col. 636. f. necnon lib. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 583. b. addito *in*, ante *Iſrael:* ſic etiam quæſt. 56. in Deut. to. 3. col. 580. c. & in Job, col. 641. c. 662. a. b. Auctor verò lib. de promiſſ. p. 3. prom. 35. col. 184. b. *cæcitas ex parte Iſrael facta eſt, donec,* &c. ut ſup. cui favet S. Leo ſerm. 62. p. 137. d. Ambroſiaſter in Rom. 11. habet: *Nolo enim ignorare vos fratres myſterium hoc, (ut non ſitis ipſi vobis ſapientes) quia obtuſio quædam ex parte Iſrael facta eſt, donec plenitudo Gentium intraret.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. c. cum Sedulio, & Beda in Rom. 11. Vulgatæ ſuffragatur. Græc. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ τὸ μυστήριον τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι) ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν Ἐθνῶν εἰσέλθῃ.

℣. 26. Tichon. reg. 4. p. 56. g. *donec plenitudo Gentium intret, & ſic omnis Iſrael ſalvabitur, ſicut ſcriptum eſt: Veniet à Sion, qui liberet, & auferat impietates ab Jacob.* Similiter habet Irenæus l. 4. c. 2. p. 230. a. *& ſic omnis Iſrael ſalvabitur.* Hilarius l. 11. de Trin. col. 1102. b. *& ſic omnis Iſrael liberabitur* (al. *ſalvabitur,*) *ſicut ſcriptum eſt: Et veniet à Sion, qui liberet, & avertat impietates ab Jacob:* & in Pſ. 121. col. 386. a. poſt hæc, *donec intret plenitudo Gentium,* ſtatim addit: *& tunc quod eſt reliquum Iſrael ſalvabitur:* ſimiliter in Pſ. 59. col. 141. b. at in Pſ. 126. col. 418. b. *Cùm autem intraverit plenitudo Gentium, tum quod reliquum eſt Iſrael ſalvabitur.* Sic etiam Ambroſ. ep. 34. col. 924. a. *Cùm enim intraverit plenitudo Gentium, tunc omnis Iſrael ſalvus erit:* vide etiam epiſt. 71. col. 1068. f. at lib. de Joſ. c. 14. col. 510. e. *donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret:* ita rurſum l. 4. de interpel. Dav. c. 5. col. 666. e. & in Pſ. 118. col. 1210. b. & epiſt. 63. col. 1035. e. Hieronymus autem in Iſai. 6. tom. 3. col. 64. f. *donec plenitudo Gentium introeat, & tunc omnis Iſrael ſalvus fiat.* Aug. quæſt. 148. in Gen. to. 3. col. 414. d. *& ut plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fieret:* quæſt. verò 56. in Deut. col. 580. c. *donec plenitudo... & ſic omnis Iſr. ſalvus fieret:* itidem epiſt. 149. to. 2. col. 510. d. e. & l. 9. contra Fauſt. to. 8. col. 216. a. & l. 2. contra adverſar. leg. col. 583. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 811. e. additis ſeqq. uti leguntur in textu Sangerm. Eadem pariter legit Ambroſiaſter in Rom. 11. cum Beda in eundem loc. niſi quòd iſte habet, *impietates ab Jacob.* Auctor lib. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. c. *& ſic omnis Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eruat, & avertat impietates à Jacob.* Sedulius in Rom. 11. *Veniet ex Sion, qui eripiat, & auferat iniquitates ex Jacob.* In Græco ſic: καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται· Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ· alias deeſt καί.

℣. 27. Textui utrique concinit Auguſt. ep. 149. to. 2. col. 510. d. & l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 583. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 811. e. cui adjungendi Sedulius, Ambroſiaſter, & Beda in Rom. 11. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. c. Hilarius verò l. 11. de Trin. col. 1102. b. habet: *Et hoc illis à me teſtamentum eſt: cùm abſtulero iniquitates eorum;* Mſ. 1. *peccata eorum.* Græc. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη· ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

℣. 28. Sic habet S. Paulin. ep. 50. p. 297. c. cum Sedulio, & Beda in Rom. 11. Hilarius autem l. 11. de Trin. col. 1102. a. *Secundùm Evangelium quidem inimici propter*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

propter vos : secundùm electionem autem, carissimi propter patres.

29. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei.

30. Sicut enim aliquando * & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum * diffidentiam :

31. ita & isti * nunc crediderunt in vestram misericordiam, ut & * ipsi misericordiam consequantur.

32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem : ut omnium misereatur.

33. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei : quàm incomprehensibilia judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !

* *In Ms. Reg. deest* &.

* *Ad marg. Sangerm.* incredulitatem, *ead. manu.*

* *Ms. Reg.* non.

* *Ms. Reg.* isti.

**VULGATA NOVA.**

propter vos : secundùm electionem autem, charissimi propter patres.

29. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei.

30. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum :

31. ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur.

32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate : ut omnium misereatur.

33. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei : quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*vos : secundùm electionem autem, dilecti propter patres.* Concinunt Tichon. reg. 2. & 4. pp. 51. h. 56. g. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 510. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 811. e. necnon Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. c. qui supra, c. 10. p. 8. a. legit, *secundùm electionem autem Dei, dilecti propter patres.* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. f. sic : *Juxta Evangelium quidem inimici propter vos : juxta electionem autem, dilecti propter patres.* Gr. Κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς, &c.

℣. 29. Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. f. *Absque pœnitentia enim sunt donationes, & vocatio Dei.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. & Auctor quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 95. d. cum Sedulio, & Ambrosiast. in Rom. 11. *Sine pœnitentia enim sunt dona*, &c. Beda in eundem loc. *Sine pœnitentia sunt dona*, &c. Græc. Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα, καὶ, &c. Mss. quidam, Ἀμετάβλητα. Ambrosius in Luc. 1. *Sine conatu*, tanquam legerit, Ἀμέλητα, vel Ἀμελέτητα, inquit Estius : ita ex Millio.

℣. 30. Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. f. *Sicut enim vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum.* August. quæst. 154. in Exod. to. 3. col. 468. c. *Sicut enim vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate :* ita rursum l. 21. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 644. g. 645. a. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 743. b. necnon ser. 27. to. 5. col. 146. b. nisi quòd initio habet, *Sicut vos non credidistis Deo :* at l. de octo quæst. ad Dulcit. to. 6. col. 139. c. *Sicut enim vos aliquando non cred. Deo, nunc autem mis. cons. estis in illorum incredulitate.* Sedulius in Rom. 11. *Sic enim aliquando & vos non credidistis Deo, sed aliquando ad ultimum misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum.* Ambrosiaster in eundem loc. *Sicut enim & vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem miseric. consecuti estis propter illorum diffidentiam.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. cum Beda in Rom. 11. Vulgatæ accinit. In Græco sic : Ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ· aliàs deest γάρ.

℣. 31. August. quæst. 154. in Exod. to. 3. col. 468. c. *sic & ipsi nunc non crediderunt in vestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur :* itidem quæst. 56. in Deut. col. 579. b. & l. de octo quæst. ad Dulcit. to. 6. col. 139. c. & l. 21. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 644. g. 645. a. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 743. b. præter *sic & isti*, vel, *sic & hi*, vel, *ita & hi :* at ser. 27. to. 5. col. 146. b. *sic & hi non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi*, &c. ut sup. Beda in Rom. 11. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. *ita & isti nunc non credid. in vestra misericordia, ut & ipsi*, &c. ut sup. Ambrosiaster in eund. loc. *ita & isti nunc non credid. in vestra miseratione, ut & ipsi*, &c. Græc. οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Mss. quidam, οὕτω καὶ αὐτοί.

℣. 32. Irenæus l. 1. c. 9. p. 50. e. *Conclusit omnia in incredulitatem Deus : ut universis misereatur :* at l. 3. c. 20. p. 214. a. *Conclusit autem Deus omnia in incredulitate : ut omnium misereatur.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. c. *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate : ut omnibus misereatur :* sic iterum in Ps. 1. & 118. col. 761. e. 990. a. 1210. f. præter vocem *omnium*, pro *omnibus.* August. ep. 149. to. 2. col. 506. a. *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate : ut omnium misereatur :* ita rursum l. 21. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 645. a. b. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 743. b. at quæst. 154. in Exod. to. 3. col. 468. c. *Conclusit enim Deus omnes in incredulitate*, &c. itidem ser. 27. to. 5. col. 146. b. sic etiam l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 16. e. excepta voce *omnibus*, loco *omnium.* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 64. *Conclusit Deus omnia in incredulitate : ut omnibus misereatur :* & infra, *Conclusit enim Deus omnia sub peccato*, &c. & l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 532. c. *Conclusit Deus omnia sub peccato : ut omnium misereatur :* & l. 2. contra Jovin. ibid. col. 196. b. *Conclusit Deus omnia sub delicto : ut omnibus misereatur.* Ambrosiaster in Galat. 3. 22. col. 222. c. *Conclusit Deus omnia sub peccato : ut omnium*, &c. sed in Rom. 11. Vulgatæ congruit, cum Sedulio, & Beda in eundem locum, necnon Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 13. & 21. pp. 9. d. 13. b. In Græco sic : Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν· ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ· al. τὰ πάντα.

℣. 33. Irenæus l. 1. p. 51. c. *O altitudo divitiarum, & sapientiæ, & agnitionis Dei : quàm inscrutabilia judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !* Novatian. l. de Trin. p. 1035. c. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei : quàm inscrutabilia judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !* Similiter habet Ambros. in Ps. 1. col. 761. e. addito *sunt*, verbo *inscrutabilia :* ita quoque in Pss. 35. 36. & 61. col. 773. b. 810. c. & 965. f. & l. 4. de fide, col. 546. f. 547. b. & epist. 38. col. 943. d. in Ps. verò 118. col. 992. a. *O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei*, &c. August. ep. 140. to. 2. col. 445. ut sup. *O altitudo divitiarum sap. & scientiæ Dei : quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !* itidem ep. 194. col. 716. g. & tract. 52. & 53. in Joh. to. 3. p. 2. col. 641. b. 646. d. & l. 1. ac 20. de civit. Dei, to. 7. col. 26. c. 574. a. & l. 1. de Trin. to. 8. col. 756. a. & l. 5. contra Julian. to. 10. col. 635. a. ita rursum ep. 149. to. 2. col. 510. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. e. demto verbo *sunt*, post *inscrutabilia :* sic etiam in Pss. 7. & 53. to. 4. col. 29. d. & 499. c. nisi quòd in fine habet *viæ ipsius.* Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 731. g. cum Sedulio, & Beda in Rom. 11. necnon Auctore quæst. ex utroque T. q. 125. col. 136. e. ut supra : *O altitudo divitiar. sap. & scien. Dei : quàm inscrutabilia sunt jud. ejus, & investig. viæ ejus !* Similiter Gaudent. Brix. ser. 18. p. 971. h. præter vocem *imperscrutabilia.* Ambrosiast. in Rom. 11. cum Avit. Vien. apud Sirm. to. 2. col. 152. c. *O altitudo divitiar. sap. & scien. Dei : quàm incomprehensibilia sunt jud. ejus, & investig. viæ ipsius !* Zeno Veron. pag. 15. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei : quàm inexquisita sunt judicia ejus, & quàm investigabiles viæ illius !* & pag. 196. *quàm inenarrabilia sunt judicia ejus, & quàm investigabil. viæ ejus !* Cypr. l. 3. Testim. pag. 319. c. *O altitudo divitiar. sap. & scien. Dei : quàm incomprehensibilia sunt jud. ejus, & quàm investig. viæ ejus !* Accinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. detracta voce *quàm*, ante *investigabiles :* & infra, l. 2. c. 9. p. 22. d. legit : *Altitudo divitiar. sap. & sci. Dei :* & paulò post : *inscrutabilia sunt judicia, & investigabiles viæ.* Victorin. Afric. l. 2. advers. Arium, p. 273. d. *O altitudo divitiar. sap. & scientiæ Dei :* at l. ad Cand. Arian. Analect. to. 4. p. 158. *O altitudo divitiarum, & sapientiæ, & cognoscentiæ Dei : quomodo ininvestigabilia sunt judicia Dei, & sine vestigiis ejus viæ !* Tertullianus l. contra Hermog. p. 423. b. *O profundum divitiarum, & sophiæ : ut ininventibilia judicia ejus, & ininvestigabiles viæ ejus !* & l. 2. contra Marc. p. 644. a. *O profundum divitiarum, & sophiæ Dei : ut ininvestigabilia judicia ejus, & ininvestigabiles viæ ejus !* & l. 5. p. 796. c. *O profundum divitiarum, & sapientiæ Dei : & investigabiles viæ ejus !* Hilarius in Ps. 129. col. 436. d. 437. c. *O profundum divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei : quàm sunt inscrutabilia judicia ejus, & investigabiles viæ ejus !* similiter in Ps. 118. col. 254. b. 301. e. & l. 8. de Trin. col. 970. f. at l. 11. col. 1108. b. *O profundum divitiarum, & sa-*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| Sap. 9. 13. 34. Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit? | 34. Quis enim cognovit sensum * Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit? — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. |
| Isai. 40. 13. 35. Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? | 35. Aut quis prior dedit illi, & retribuetur illi? — * Ms. Reg. Dei. |
| 1. Cor. 2. 16. 36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen. | 36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen. |

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*pientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt*, &c. ut sup. Concinit Hieron. in Abac. 3. to. 3. col. 1626. d. & in Soph. 3. col. 1677. b. & in Zach. col. 1804. a. sed in cap. 6. Isai. col. 64. e. legit: *O profundum divitiarum sap. & scien. Dei: quàm inscrutabilia jud. ejus, & investigabiles viæ ejus!* sic etiam in Ezech. 18. col. 820. b. 917. b. 980. b. 1002. b. & in Osee 14. col. 1335. 1352. addito verbo *sunt*, post *inscrutabilia*: ita rursum epist. ad Damas. to. 4. col. 159. a. præter *& ininvestigabiles*: & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 504. d. *O altitudo divitiarum sap. & scientiæ Dei: quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & ininvestigabiles viæ ejus!* In Græco: Ὦ βάθος πλύτυ, ἠ σοφίας, ἠ γνώσεως Θεῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτῦ, ἠ ἀνεξιχνίαστοι αἱ, &c. al. deest ἠ, post vocem πλύτυ.

℣. 34. Textui utrique concinunt Tertul. l. contra Hermog. p. 423. b. & l. 2. & 5. contra Marc. pp. 644. a. 796. c. Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. c. Hilarius in Ps. 129. col. 436. d. & l. 11. de Trin. col. 1108. b. 1109. b. Ambrosius in Pss. 1. & 35. col. 761. e. 773. b. & in Luc. 1385. a. & l. 4. de fide, col. 546. f. & l. de Spir. S. col. 651. e. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 504. d. Augustinus ep. 194. to. 2. col. 716. g. & l. 2. de Gen. ad lit. to. 3. col. 191. b. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. e. & l. 5. contra Julian. col. 635. a. Gaudentius Brix. ser. 3. & 18. pp. 948. f. 971. h. Phœbad. Agin. l. cont. Arian. pp. 301. h. 304. h. Avitus Vien. apud Sirmond. to. 2. col. 152. c. Sedulius, & Beda in Rom. 11. necnon Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. Irenæus verò l. 5. c. 1. p. 292. a. legit: *Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis ejus consiliarius factus est?* Tertul. l. cont. Hermog. p. 415. c. præter loca sup. citata, habet: *Quis cognovit sensum Domini? Aut quis illi consiliarius fuit, aut quem consultatus est? aut viam intelligentiæ, & scientiæ quis demonstravit illi?* item l. 2. contra Marc. p. 644. a. addit: *aut ad quem consultavit? aut viam intellectus, & scientiæ quis demonstravit ei?* & l. contra Gnost. p. 828. b. *Quis cognovit sensum Dom. Aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat? aut viam intelligentiæ quis demonstravit illi?* & l. 5. contra Marc. p. 788. a. *Quis enim cognovit sensum Dom. Et quis illi consiliar. fuit?* Zeno Veron. p. 15. *Quis enim cognovit cogitationem Dei?* at p. 196. *Quis enim cognovit sensum Domini?* Augustinus l. 2. de Gen. ad lit. to. 3. col. 137. f. *Quis enim cognovit intellectum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit?* & in Ps. 7. to. 4. col. 29. d. & l. 1. de Trin. to. 8. col. 756. a. *Quis enim cognovit mentem Domini? Aut quis consiliarius illius fuit?* Similiter habet *mentem Domini*, Victorin. Afric. l. 1. & 3. cont. Ari. pp. 264. f. 277. g. at p. 270. d. *Quis cognovit νῦν Domini?* uti etiamnum in Græco legitur. Ambrosiast. in Rom. 11. habet *sensum Domini? Aut quis consiliarius illi fuit?* Vide inf. 1. Cor. 2. 16.

℣. 35. Tertul. l. contra Hermog. p. 415. c. *Quis tradidit, & retribuetur ei?* & l. 5. contra Marc. p. 796. c. *Quis porrexit ei, & retribuetur illi?* Cypr. l. 3. Testim. p. 319. c. *Vel quis prior dedit ei, & retribuetur illi?* Hilarius in Ps. 129. col. 436. e. *Aut quis ante dedit ei, & retribuetur illi?* & l. 11. de Trin. col. 1108. b. 1109. b. *Aut quis prior dedit, & retribuetur illi?* Ambr. in Ps. 1. col. 761. e. *Aut quis prior dedit illi, & retrib. ei?* similiter in Luc. col. 1389. a. & l. 4. de fide, col. 546. f. 547. a. c. d. cui accinit S. Paulin. ep. 23. p. 150. c. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. Sedulio, Ambrosiast. & Beda in Rom. 11. Sic etiam legit August. ep. 194. to. 2. col. 716. g. & l. de Gen. ad litt. to. 3. col. 137. f. & l. 1. de Trin. to. 8. col. 756. a. ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. e. sed in plerisque Mss. legitur, *ut retribueretur ei?* & l. 5. contra Julian. col. 635. a. constanter ferunt, *ut retribuatur ei?* Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 264. f. *Aut quis priùs dedit, & reddetur ei?* Græc. Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, ἠ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; Ambrosius l. 4. de fide, c. 6. col. 547. c. monet Græcos codd. habere, τίς προσέδωκεν αὐτῷ.

℣. 36. Novatian. l. de Trin. p. 1033. a. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Cypr. l. 3. Testim. p. 319. c. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi claritas in sæcula sæculorum.* Itidem Hilar. in Ps. 129. col. 436. e. at in Ps. 2. n. 32. col. 44. *Quoniam in ipso, & per ipsum: ipsi gloria in sæcula sæculorum:* & l. 11. de Trin. col. 1108. b. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula sæculorum:* sic etiam l. 8. col. 970. f. præter hoc, *in sæcula. Amen:* cui loco favent Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. d. & Sedulius in Rom. 11. item Ambrosius l. 4. de fide, col. 546. e. 547. a. nisi quòd omittit *Amen*: rursùs l. 1. Hex. col. 9. f. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia:* aliàs tamen, *in ipso*, uti supra, & l. 2. de Spir. S. col. 651. c. Accinit August. l. de Gen. ad litt. to. 3. col. 137. f. necnon epist. 194. to. 2. col. 716. g. & l. 1. de Trin. to. 8. col. 756. a. ac l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. e. additis seqq. *ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Itidem Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 122. col. 132. g. cum Beda in Rom. 11. detracto *Amen*. Gaud. Brix. ser. 1. p. 945. d. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula.* Ambrosiaster in hunc loc. contractiùs: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria.* Victorin. Afric. l. 1. contra Arium, pp. 258. c. 264. f. & Phœbad. Agin. contra Arian. p. 304. f. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia.* Græc. Ὅτι ἐξ αὐτῦ, ἠ δι' αὐτῦ, ἠ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

---

# CAPUT XII.

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
| --- | --- |
| Phil. 4. 18. 1. OBsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. | 1. OBsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, placentem Deo, * rationabile obsequium vestrum. — Ex Mss. Sangermi & Reg. seu Clarom. — * Ms. Reg. rationabilem. |

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertul. l. de resur. carn. p. 585. c. ait: *Corpora* sua *Romanos* (Paulus) *obsecrat exhibere hostiam vivam, sanctam, placibilem Deo.* Cypr. epist. 77. p. 159. c. *Oro ergo vos fratres per misericordiam Dei, ut constituatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo. Nec configuremini*, &c. & epist. ad Fortunat. p. 266. c. *Oro autem vos fr. per mis. Dei, ut constituatis corp. vestra hostiam viventem, sanct. plac. Deo. Nec configuremini*, &c. Ambr. in Luc. col. 1356. e. *Obsecro ergo vos fratres per miseric. Dei, ut exhibeatis corp. vestra hostiam acceptabilem, placentem Deo:* & l. de incarn. col. 705. b. *Obsecro autem vos fratres per misericordiam Dei, exhibere corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem.* August. l. 4. de doct. Chr. to. 3. col. 80. f. *Obsecro autem vos fratres per miserationem Dei, ut exhibeatis corp. vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem:* similiter l. 10. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 243. c. additis seqq. *rationabile obsequium vestrum:* item l. de spir. & litt. to. 10. col. 121. habet, *per miserationem Dei:* at in Rom. 15. to. 3. col. 924. b. *Obsecro itaque vos fr. per misericordiam Dei, ut exhibeatis corp. v. hostiam vivam, sanct. Deo plac.* ita rursum l. de contin. to. 6. col. 311. g. & l. 20. contra Faust. to. 8. col. 349. b. excepta voce *autem*, pro *itaque*. Sedulius, & Beda in Rom. 12. legunt: *Obsecro itaque fratres*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in eundem loc. *Obsecro itaq. vos fr. ut exhib. corp. v. host. vivam*, &c. ut sup. Itidem Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 179. f. deleto *itaque*. Zeno Veron. p. 114. *exhibete corpora v. hostiam viventem*, (al. *vivam*) *sanctam, placentem Deo.* Græc. Παρακαλῶ ὖν ὑμᾶς ἀδελφοὶ διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τῦ Θεῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. Et nolite * conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis vos quæ sit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitum, & quod perfectum.

3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quàm oportet sapere, * sed sapere ad sobrietatem: unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, membra autem omnia non eumdem habent actum:

5. ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem * alter alterius membra.

6. Habentes autem donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, * differentes; sive prophetiam secundùm rationem fidei,

7. sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina,

8. qui exhortatur in * exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

9. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, * adhærentes bono:

10. Caritate fraternitatis invicem benigni: Ho-

* In Ms. Reg. primâ manu conforta-ri, alterâ confor-mari.

* sed sapere additur in Ms. S. Germ. alterâ manu; in Regio verò eâd.

* In Ms. Reg. deest alter.

* Ms. Reg. differentiæ.

* Ms. Reg. exortatione.

* Ms. Reg. & hærentes.

**Vulgata nova.**

2. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Ephes. 5. 17. 1. Thess. 4. 3.

3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. 1. Cor. 12. 11.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: Ephes. 4. 7.

5. ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

6. Habentes autem donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes; sive prophetiam secundùm rationem fidei,

7. sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina,

8. qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

9. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono: Amos 5. 15.

10. Charitate fraternitatis invicem diligentes: Ephes. 4. 3. 1. Pet. 2. 17.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

℣. 2. Cypr. epist. 77. p. 159. c. *Nec configuremini sæculo huic, sed transformemini in renovatione sensus: ad probandum quæ sit voluntas Dei bona, & placens, & perfecta:* itidem ep. ad Fortunat. p. 266. c. exceptis his, *sed transformamini in renovatione spiritus.* Auct. l. de aleatorib. ap. Cypr. p. 491. *Videte fratres ne obsiguremini huic sæculo.* August. l. 13. confess. to. 1. col. 229. f. 236. b. c. *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate mentis vestræ: ad probandum vos quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum:* ita rursum habet epist. 120. to. 2. col. 354. f. & l. 10. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 243. c. & l. 7. de Trin. to. 8. col. 864. e. Ambrosiaster verò in Rom. 12. *Et nolite conformari huic sæc. sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & placitum, & perfectum est.* Sic etiam Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 179. f. Sedulius, & Beda in hunc loc. Vulgatæ accinunt. In Græco sic: Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν· εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον.

℣. 3. Hieron. l. 1. contra Jovin. tom. 4. col. 179. f. *Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam:* tum addit: *non*, ad sobrietatem, *ut malè in Latinis codicibus legitur;* sed sapere, *inquit*, ad pudicitiam; *siquidem Græcè scriptum est*, εἰς τὸ σωφρονεῖν· & infra, l. 2. p. 215. a. adjungit seqq. *unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* S. Paulin. ep. 12. p. 61. b. *in mensura, qua mensuravit nos Dominus.* August. l. 10. de civit. Dei, c. 6. & l. 12. c. 15. to. 7. col. 243. e. 315. b. *Dico enim* (al. *autem*) *per gratiam Dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis: Non plus sapere quàm oportet sap. sed sapere ad temperantiam: sicut unicuique Deus partitus est fidei mensuram:* sic iterum epist. 194. & 215. to. 2. col. 718. b. 795. a. & tract. 74. in Joh. to. 3. col. 692. d. & l. de bono viduit. to. 6. col. 370. a. quæ autem vox *Dei*, legitur post *gratiam*, hæc abest à textu Græco: in Mss. tamen quibusdam additur, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· demum August. lib. de spir. & litt. to. 10. col. 121. b. *Non plus sapere præterquam quod oportet sap. sed sap. ad temperantiam: unicuique sicut Deus partitus est mensuram fidei.* Itidem Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 750. a. deletis vocibus *præter*, & *quod.* Hilarius l. de Synod. col. 1154. b. monet ab Apost. *ne supersaperent præceptum.* Græc. Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν· sed à Borner. cod. Græco-Lat. abest παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. Irenæus l. 5. c. 20. p. 317. c. legit: *Non plus sapere quàm oport. sap. sed sapere ad prudentiam.* Beda, & Ambrosiaster in Rom. 12. *Non plus sap. quàm op. sapere, sed sapere ad sobrietatem*, &c. ut in Vulg. Concinunt Auctor l. de voc. gent. c. 23. p. 14. c. & Oros. contra Pelag. p. 452. h. quibus addendus Sedulius in Rom. 12. qui ait: *Quod in Græco dicitur* σωφροσύνη, *in nostris codicibus, hoc est, in Scripturis divinis* sobrietas *à majoribus interpretatum est; ab aliis tamen eruditis viris* temperantia *ponitur.*

℣. 4. August. l. de bono vid. to. 6. col. 371. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 243. e. *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent.* Ambrosiaster in Rom. 12. *omnia autem membra non eadem habent officia.* Græc. τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. a. cum Sedul. & Beda in Rom. 12. Vulgatæ concinit. Ita quoque Fulgent. l. 1. de verit. præd. p. 453.

℣. 5. Textui utrique favent Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. a. Augustinus epist. 175. to. 2. col. 618. g. & l. de bono vid. to. 6. col. 371. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 243. e. cum Ambrosiast. & Beda in Rom. 12. necnon Fulg. l. 1. de verit. præd. c. 19. p. 453. Sedul. autem, *sic singuli alter alterius membra.* In Græco sic: οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη.

℣. 6. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. a. cum Eucherio quæst. in Joh. p. 849. g. *Habentes autem donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes; sive prophetiam secundùm mensuram fidei.* Itidem Fulgent. l. 1. de verit. præd. c. 19. p. 453. usque ad voc. *sive.* August. ep. 175. to. 2. col. 619. a. *Habentes dona diversa secundùm gratiam, quæ data est nobis:* ita rursum l. de bono vid. to. 6. col. 371. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 243. f. sic etiam l. 4. de doct. Chr. to. 3. col. 80. g. sed post *nobis*, statim subdit, *sive prophetiam secundùm regulam fidei.* Ambrosiaster in Rom. 12. *Habentes autem donationes Dei diversas secundùm gratiam, quæ data est nobis; sive prophetiam secundùm rationem fidei:* Mss. aliqui voci *nobis*, addunt *differentia;* alii *differentes.* Beda in eumdem loc. Vulgatæ congruit. Sedul. *Habentes autem donat. diversas; sive prophet. secundùm rationem fidei.* In Græco: Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν, διάφορα· εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Mss. aliqui Chrysostomi addunt τοῦ Θεοῦ, ad χάριν, teste Millio.

℣. 7. Sic habent Hieron. l. 2. contra Jovin. ubi sup. & August. l. 4. de doct. Chr. col. 80. g. cum Ambrosiastro, Sedulio, & Beda in Rom. 12. In Græco sic: εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων, &c.

℣. 8. August. l. 4. de doct. Chr. to. 3. col. 80. g. 81. a. *sive qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine*, &c. ut sup. Ambrosiast. in Rom. 12. *sive qui exhortatur in exhortando, qui largitur in simplicitate, qui præest in sollicit.* &c. ut sup. Sedulius, & Beda in Rom. 12. *qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicit.* &c. ut sup. Græc. εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει, ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, &c. ut sup. aliàs deest εἴτε.

℣. 9. Textui utrique favent Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. August. verò l. 4. de doct. Chr. tom. 3. col. 80. g. 81. a. *Dilectio sine simulatione. Odio habentes malum, adhærentes bono.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 797. a. *Odio habentes malum, & bono adhærentes.* Græc. Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος. Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ. Borner. cod. Μισοῦντες τὸ πονηρόν.

℣. 10. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 797. a. *Amore fra-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Honore invicem prævenientes:

11. Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: Domino servientes:

12. Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes:

13. Necessitatibus sanctorum communicantes:
Hebr. 13. 2. Hospitalitatem sectantes.

1. Pet. 4. 9. 14. Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.

15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:

16. Idipsum invicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos:

VERSIO ANTIQUA.

nore invicem prævenientes: Ex Mss. Sangerm.

11. Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: & Reg. seu Clarom.

* Domino servientes: * Ms. Reg. Tempori.

12. Spe gaudentes: In tribulatione patientes:

* Orationi instantes: * Ms. Reg. Oratione.

13. * Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes. * Ms. Reg. Memoriis.

14. Benedicite, & nolite maledicere: benedicite persequentes vos.

15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:

16. Idipsum invicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ternitatis invicem affectuosi.* August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 80. g. & l. de S. virginit. to. 6. col. 365. d. *Charitate fraternitatis invicem diligentes: Honore mutuo prævenientes.* Ambrosiast. in Rom. 12. *Fraternitatis amore invicem benigni: Honore mutuo prævenientes.* Beda in eund. loc. cum Ms. cod. 52. Floriac. *Charitatem fraternitatis invicem diligentes: Honore invicem prævenientes.* Vigil. Tapf. l. contra Varim. p. 748. a. *In charitate fraternitatis diligite invicem.* Sedulius in Rom. 12. *Caritate fraterna invicem benigni: Honore mutuo prævenientes.* Græc. Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλυς φιλόστοργοι· Τῇ τιμῇ ἀλλήλυς προηγύμενοι.

℣. 11. August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. ubi sup. *Studio non pigri: Spiritu ferventes: Domino servientes.* Sedulius, & Beda in Rom. 12. *Sollicitudine impigri* (Beda *non pigri:*) *Spir. ferventes: Domino servientes.* Ambrosiast. verò in eundem loc. *Tempori servientes: licet*, inquit, *in Græco dicatur habere sic*, Deo servientes, *quod nec loco ipsi competit..... in omnibus enim iis, quæ enumerat, plenum Domino servitium exhibetur. Nam servire tempori quid sit, alibi solvit, cum dicit:* Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, *&c. Quoniam autem dixerat*, Spiritu ferventes; *ne hoc sic acciperent, ut passim & importunè verba religionis ingererent tempore inimico, per quod fortè scandalum excitarent, statim subjecit*, Tempori servientes; *ut modestè, & cum honestate aptis & locis, & personis, & apto tempore religionis fidem loquerentur.* Ex quibus constat tunc temporis in Latinis codicibus lectum fuisse *Tempori*, non *Domino servientes:* immo & Hieronymi temporibus hæc Vulgata procul dubio lectio erat, siquidem in epist. 25. ad Marcell. to. 4. col. 61. 62. illam carpit scripturam, non quidem ut inusitatam, sed ut vitiosam: ibi enim respondens iis, qui obtrectabant quòd quædam ex N. T. jam recepta mutasset, ait: *Ad me perlatum est*, inquit, *quosdam homunculos mihi studiosè detrahere, cur adversùm auctoritatem veterum, & totius mundi opinionem, aliqua in Evangeliis emendare tentaverim. Quos ego cùm possem meo jure contemnere..... tamen ne nos superbiæ, ut facere solent, arguant, ita responsum habeant, non adeo me hebetis fuisse cordis..... ut aliquid de Dominicis verbis aut corrigendum putaverimus, aut non divinitus inspiratum; sed Latinorum codicum vitiositatem, quæ ex diversitate librorum omnium comprobatur, ad Græcam originem, unde & ipsi translata non denegant, voluisse revocare. Quibus si displicet fontis unda purissimi, cænosos rivulos bibant..... Illi legant*, Spe gaudentes: Tempori servientes: *nos legamus, Spe gaudentes: Domino servientes:* & ita legit Aug. supra, cum Sedulio, & Beda. Rufinus quoque auctor est in Latinis codd. quibusdam suæ ætatis scriptum, *Tempori servientes:* quam etiam lectionem notavit posterioribus temporibus Petrus Lombardus, sicut & Glossa interlin. nec aliam admisit scripturam Glossa ordinar. cui favit Erasmus in paraphr. sua. Eandem quoque servavit Millius in suo N. T. Græco, ubi legitur, Τῷ καιρῷ δυλεύοντες· sed ipse Mss. plurimos recenset in quibus scriptum, Τῷ Κυρίῳ· alteram tamen lectionem, Τῷ καίρῷ, non rejiciendam putat, nixus auctoritate prædictorum codd. Græcorum, necnon plerorumque veterum Latin. ab Hieronymo, Rufino, Ambrosiastro, &c. memoratorum; quibus addenda antiquissima illa exemplaria Lat. quæ libris varios titulos præfigunt, in quibus iste titulus versiculo huic undecimo respondens ita inscribitur, *De tempori inserviendo*, teste Luca Brugensi; quod manifestum facit in Versione germana Vulg. *Tempori* lectum fuisse, non *Domino*. De his vide plura apud memoratum Millium not. in hunc ℣. Vide etiam Morinum, lib. 1. Exercit. cap. 1. pag. 38.

℣. 12. Textui utrique favet August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 80. g. & epist. 55. to. 2. col. 129. e. cum Sedulio, Ambrosiast. & Beda in Rom. 12. Tertul. verò l. 5. contra Marc. p. 797. a. legit: *Spe gaudentes: Pressuram sustinentes.* Ms. cod. 129. Floriac. *In oratione tolerantes.* Græc. Τῇ ἐλπίδι χαίροντες· Τῇ θλίψει ὑπομένοντες· Τῇ προσευχῇ προσκαρτερῦντες.

℣. 13. August. l. 4. de doctr. Chr. cum Beda in Rom. 12. similiter habet: *Necessitatibus SS. communicantes*, &c. ut sup. Ambrosiaster verò in Rom. 12. & Optat. l. 2. cont. Donat. p. 29. a. *Memoriis sanctorum communicantes*, &c. Immo & ipse Aug. serm. 49. de verbis Domini, cap. ult. legit: *Communicatis memoriis Apostolorum, communicatis memoriis SS. Martyrum.* Sic etiam Hilarius l. contra Constant. col. 1257. legebat, cùm ita in Constant. imperatorem inveheretur: *Apostolus communicare nos sanctorum memoriis docuit; tu eas damnare coegisti..... Cui nunc sanctorum memoriæ communicabitur? ..... Exstant enim litteræ, quibus id, quod tu criminosum putas, piè tunc esse susceptum docetur. Audi verborum sanctam intelligentiam; audi Ecclesiæ imperturbatam constitutionem..... & intellige te divinæ religionis hostem, & inimicum memoriis sanctorum.* Similiter Optat. l. sup. cit. in Macrob. Donat. *Argue nos*, inquit, *Thessalonicensibus, Corinthiis, Galatis, septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia, communicasse, si nefas tibi videtur: aut si reatum putas memoriis Apostolorum, & sanctorum omnium communicasse, hoc nos fecisse..... gloriamur.* Sedulius Scot. in Rom. 12. utramque lectionem admittit, & explicata priori ista, *Necessitatibus SS. communic.* ad alteram sic pergit, dicens: *Aliter:* Memoriæ SS. communicantes: *hoc est, ministrantes eis, qui propter Christum omnia contemnentes, alienis ad tempus indigent ministeriis.* Utriusque pariter lectionis meminit Scholiastes sub Hieronymi nomine, si Millio fides. His omnibus Quesnellius to. 1. de discipl. Eccl. pp. 75. 76. adjungendos censet Rufinum, Petrum Chrysolog. ser. 120. Ambrosium, Pelagium, & Gregorium Magnum, qui omnes, *Memoriis sanctorum communicantes*, legerunt. Quesnellius quoque auctor est Origenem (ex Rufini versione) testari in exemplaribus Lat. multò pluribus lectum, *Memoriis sanctorum*, quàm *Necessitatibus sanctorum:* imò & hanc lectionem servatam dicit in Missali Mediolan. anno 1548. edito. In Græco tamen exstat, Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνῦντες, &c. sed Borner. codicem Græc. Lat. cum Regio habere, Ταῖς μνείαις, testis Millius est; de quibus vide sis plura apud ipsum not. in hunc loc.

℣. 14. August. in Rom. 12. col. 920. b. legit, *Benedicite persequentes vos: benedicite, & nolite maledicere:* at l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 81. a. *Benedicite persequentibus vos: bened.* &c. Itidem Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Sedul. in Rom. 12. *Benedicite persequentibus vos.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1130. c. 1164. b. *Benedicite eos, qui persequuntur vos, & nolite maledicere.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 44. b. *Benedicite, & nolite maledicere.* Gr. Εὐλογεῖτε τὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Borner. cod. Græc. Lat. omittit, Εὐλογεῖτε τὺς διώκοντας ὑμᾶς, teste Millio.

℣. 15. Tertul. l. contra Psych. p. 987. c. *Dolere cum dolentibus, & ita demum congaudere gaudentibus:* & l. de idol. c. 13. p. 243. a. *Gaudere cum gaudentibus, lugere cum lugentibus.* Ambrosius l. de lapf. virg. to. 2. col. 315. b. *Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.* Itidem August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 81. a. deleto &. Ita quoque Ambrosiaster habet in Rom. 12. Beda verò, cum Sedulio, *Gaudete..... flete*, &c. ut in Vulg. Gr. Χαίρειν..... καὶ κλαίειν, &c. A Borner. cod. Græco-Lat. abest καί.

℣. 16. August. l. 4. de doctr. Chr. similiter habet: *Idipsum invicem sentientes.* Deinde Iren. l. 5. c. 22. p. 320. a. cum S. Paulino ep. 12. p. 61. b. & Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. col. 1256. d. *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes*, &c. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 797. a. *Non falsum sapientes, sed humilibus assentantes. Ne sitis apud vos sapientes.* Ambrosiast. Sedul. & Beda in Rom. 12.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona coram hominibus.

18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:

19. Non vosmetipsos defendentes, carissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindictam; ego retribuam, dicit Dominus.

20. * Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, * carbones ignis congeres supra caput ejus.

21. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

* *Ms. Reg.* Sed si.

* *Ms. Reg.* carbonem.

VULGATA NOVA.

17. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. *2. Cor. 8.21.*

18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: *Heb. 12. 14.*

19. Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus. *Eccli. 28. 1. 2. 3. Matth. 5. 39. Deuter. 32. 35. Heb. 10. 30.*

20. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. *Prov. 25. 21.*

21. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

textui Sangerm. & Vulg. concinunt. In Græco sic: Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες· Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.

℣. 17. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 797. a. *Malum pro malo nemini retribueritis*: & l. de pat. c. 10. p. 201. c. ait, *Malum pro malo non rependendum*. Cypr. l. 3. Testim. p. 314. a. *Nemini malum pro malo reddentes*. Itidem Aug. in Rom. 12. to. 3. col. 920. c. & S. Leo serm. 43. p. 109. a. quibus accinunt Ambrosiast. & Sedulius in Rom. 12. additis seqq. *providentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnib. hom.* Epiphan. in Cantic. Cantic. 8. 1. *Nulli malum pro malo reddentes, sed semper facientes bona.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 203. a. legit: *Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Similiter & Beda in Rom. 12. præter ista, *non tantùm...sed etiam coram omnibus hom.* ut in Vulg. A Græco absunt hæc, *non tantùm coram Deo, sed etiam*, ut à textu Sangerm. & Reg. Ms. tamen Alex. habet, καλὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Polycarp. ἐνώπιον Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων. Clemens Alex. cum Mss. quibusdam, οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων· quibus Millius addit Facundum, Orig. seu Rufinum in Rom. August. Chrysolog. & Scholiast. sub Hieronymi nomine.

℣. 18. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 203. a. *Si fieri potest, quod ex vobis ipsis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Itidem August. quæst. 49. in Judic. to. 3. col. 619. c. deleta voce *ipsis*: cui accinit Ambrof. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. f. & in Ps. 118. col. 1130. b. necnon Sedulius, Ambrosiast. & Beda in Rom. 12. Hilarius verò in Ps. 132. col. 461. d. habet: *Si possibile est ex vobis, ad omnes pacem habentes*: & in Ps. 119. col. 377. c. *Si possibile est in vobis, cum omnibus pacem habeatis.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 797. a. *Pacem cum omnibus hominibus habetote.* Synod. Rom. 3. Conc. to. 4. col. 1331. a. *Quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes.* Græc. Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

℣. 19. Tertul. l. 2. contra Marc. p. 651. a. *Mihi defensam; & ego defendam, dicit Dominus*: at l. 4. p. 710. a. *Mihi vindictam; & ego vindicabo*: similiter l. 5. p. 797. a. ubi hæc addit præcedentia, *Nec vosmetipsos ulciscentes*; & sequentia, *dicit Dominus*: & l. de pat. c. 10. p. 202. a. *Vindictam mihi*, &c. Auctor l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 588. c. cum Sedulio in Rom. 12. *Non vosmetipsos vindicantes, charissimi, sed date locum iræ.* Itidem Synod. Rom. 3. col. 1331. a. additis præterea: *scriptum est etiam: Mihi vindictam; ego retribuam, dicit Dominus.* Ambrof. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. f. *Non vos vindicantes, carissimi, sed date locum iræ*: & l. de Jos. c. 13. col. 508. f. *Non vos ipsos vindicantes, carissimi, sed date locum iræ*: rursum l. 1. offic. col. 25. e. & epist. 63. col. 1046. d. habet: *date locum iræ*: & in Pss. 38. ac 118. col. 846. e. 1123. a. *Mihi vindictam; & ego retribuam.* Item Cyprianus ad Demetr. p. 222. a. Hilarius in Ps. 118. col. 358. f. Tichon. regul. 7. p. 65. b. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. h. *Mihi vindictam; & ego retribuam, dicit Dominus.* Concinunt Ambrosiast. & Beda in Rom. 12. qui paulò supra legunt, *Non vosmetipsos defendentes*, ut in textu, & Vulg. Græc. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ..... Ἐμοὶ ἐκδίκησις· ἐγὼ, &c. ut in Vulg. al. ἐκδικοῦντες..... ἐκδίκησω· καὶ ἐγὼ, &c.

℣. 20. Cypr. l. 3. Testim. p. 302. c. *Si esurierit inimicus tuus, ciba eum: & si sitierit, potabis eum: hoc enim faciens, carbones vivos superfundes in caput ejus.* Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 503. b. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da illi potum: hoc enim faciens, carbones ignis congregabis super caput ejus*: itidem quæst. 1. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 170. a. ab his, *hoc enim.* August. in Rom. 12. to. 3. col. 920. b. *Si esurierit enim inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus.* Similiter Ambrosiast. in eund. loc. detracta vocula *enim*; cui concinit Beda, nisi quòd habeat, *Sed si esurierit.* Græc. Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ..... ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Mss. quidam initio tollunt οὖν· alii plures legunt, Ἀλλ' ἐάν. Totum verò illud, ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτὸν, abest à codd. Gr. aliquibus, teste Erasmo: omittitur etiam in Erasmi edit. prima, ut & in Aldina. Apud Sedulium quoque hæc tantùm leguntur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum*: & post pauca: *hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus.*

℣. 21. Ita legunt Ambrosiast. Sedul. & Beda in hunc loc. cum Auctore epist. ad Demetriad. p. 45. d. Cypr. verò l. 3. Testim. p. 314. a. sic: *Non vinci à malo, sed vince in bono malum.* Auctor l. de dupl. mart. p. 588. c. *Vince in bono malum, & noli resistere malo.* Huc redit quod August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 167. b. dicit: *Non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.* Græc. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

# CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. * OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt.

* *Ms. Reg.* Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote.

VULGATA NOVA.

1. OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. *Sap. 6. 4. 1. Pet. 2. 13.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Irenæus l. 5. c. 24. p. 321. c. *Omnibus potestatibus sublimioribus subjecti estote: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo disposita sunt*: & sup. l. 4. c. 36. p. 280. d. *quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt*; al. *ordinatæ.* Ambrosiast. in Rom. 13. similiter habet: *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: Non est enim pot. nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Item Auctor quæst. ex V. T. q. 38. col. 53. b. *Potestatibus sublimioribus subditi estote: Non est pot. nisi à Deo: quæ enim sunt, à Deo ordinatæ sunt.* Sedulius quoque in Rom. 13. *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: Non enim est pot. nisi à Deo*: reliqua non memorat. Huc etiam redeunt quæ dicit Tertul. l. contra Gnost. p. 833. a. moneri *Romanos omnibus potestatibus subjici, quia non sit potestas nisi à Deo*: & l. de idol. c. 15. p. 244. b. *esse nos oportere subditos magistratibus, & principibus, & potestatibus.* August. ep. 153. to. 2. col. 531. d. & in Rom. 13. to. 3. col. 920. d. legit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim pot. nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt*: ita rursum in Joh. tract. 105. to. 3. col. 760. g. & serm. 13. to. 5. col. 81. a. præter hæc, *quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt*: & l. 1. cont. Gaud. to. 9. col. 643. d. *quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt.* Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. col. 433. d. *Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo.* Ambrof. in Luc. 4. col. 1341. d. *Omnis*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt:

3. nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa:

4. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.

5. Ideo necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.

6. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.

*Matth. 22. 21.* 7. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

VERSIO ANTIQUA.

2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

3. nam principes non sunt timori bono * operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa: ** Ms. Reg. opere.*

4. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malè feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex * in iram in eum, qui malè agit. ** In Reg. recens additum in iram.*

5. * Ideo subditi estote, non solùm propter iram, sed & propter conscientiam. ** Ms. Reg. Ideoque.*

6. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.

7. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*potestas à Deo est:* & infra: *Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt.* Similiter habet Hormisd. ep. 27. Conc. to. 4. col. 1470. b. excepto verbo *ordinata.* Eadem quoque refert Beda in Rom. 13. præpositis his, *Omnis anima potest. sublim.* &c. ut in Vulg. In Græco etiam: Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Borner. cod. Græc. ita incipit: Πάσαις ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτάσσεσθαι· Lat. *Omnibus potestatibus sublim. subditi estote:* unde apparet, pro ὑποτάσσεσθαι, legendum ὑποτάσσεσθε, ut etiam habet cod. Reg. Apud Orig. in Rom. desunt posteriora verba, αἱ δὲ οὖσαι, &c. usque ad finem versûs, nec attinguntur ab ipso in comment. si Millio fides: addita illa ab interprete quopiam conjicit Erasmus. In Mss. aliis quibusdam deest tantùm vox ἐξουσίαι.

℣. 2. Eodem modo legit Irenæus l. 4. c. 36. p. 280. d. nisi quòd transferat *sibi*, post *damnationem.* Ambrosiast. in Rom. 13. textui Sangerm. concinit in omnibus; sicut etiam Beda in eundem loc. nisi quòd ita incipiat: *Qui autem resistit pot.* Sedul. *Itaque qui resistit pot.* Ambrosius in Luc. 4. col. 1341. f. *Qui resistit pot. Dei ordinationi resistit.* August. l. 1. contra. Gaud. to. 9. col. 643. d. *Quapropter qui resistit pot. Dei ordin. resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi judicium acquirunt:* ita rursum epist. 87. & 153. to. 2. col. 211. b. 531. d. excepta voce *Itaque*, pro *Quapropter.* Auctor quæst. ex N. T. p. 3. q. 46. col. 152. g. *Qui contemnunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Græc. Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. Οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται· al. αὐτοὶ ἑαυτοῖς κρῖμα, al. ἑαυτοῖ κρῖμα.

℣. 3. Irenæus l. 4. c. 36. p. 280. d. *principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex ea.* Tertul. l. contra Gnost. p. 833. a. *principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere pot. Fac bonum; & laudem ab ea referes.* S. Pacian. ep. 2. p. 308. e. *principes non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non tim. pot. Bonum fac; & habeb. laudem ex ea per Dominum.* Similiter habet Auctor quæst. ex N. T. q. 69. col. 70. d. demtis *per Dominum.* Ita quoque Aug. ep. 87. to. 2. col. 211. b. at ep. 153. col. 531. d. & l. 1. contra Gaud. to. 9. col. 643. d. legit: *principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem*, &c. ut in textu: ita rursum habet in Job, to. 3. col. 626. e. & in Rom. 13. col. 921. a. b. c. ab his: *Vis autem*, &c. cui etiam concinunt Cypr. l. 3. Test. p. 317. b. & Ambr. l. 2. de Cain, & Ab. c. 4. col. 213. a. & in Luc. 4. col. 1342. a. Beda pariter in Rom. 13. legit: *nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem*, &c. ut sup. S. Valerian. hom. 1. apud Sirm. tom. 1. col. 615. c. *judex non est vindex positus boni operis, sed mali. Si vis non timere pot. Quod bonum est, fac:* infra, *Bonum fac.* Ambrosiaster in hunc loc. *nam qui principantur, non sunt timori bonis operibus, sed malis* (Mss. quidam, *boni operis, sed mali.*) *Vis autem*, &c. ut in Vulg. Sedulius in eundem loc. *nam qui principantur, non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non tim. pot. Fac quod bonum est; & habebis laudem ex illa.* Græc. οἱ δὲ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; &c. ut in Vulg. Mss. quidam ferunt, φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ· paulò verò post, unus tollit δέ.

℣. 4. Irenæus l. 4. c. 36. p. 280. d. *Dei enim minister est tibi ad bonum. Si autem malè feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit:* & l. 5. c. 24. p. 321. c. *non enim sine causa..... vindex in iram ei, qui malè operatur.* Tertul. Scorpiac. contra Gnost. p. 833. a. *Dei ergo ministra (potestas) est tibi in bonum. Si verò malum facias, time:* mox ibid. *quia non sine causa gladium gestet, & quia ministra sit Dei: sed & ultrix in iram ei, qui malum fecerit.* Ambr. l. 2. de Cain, & Ab. c. 4. col. 213. a. *Dei enim minister* (al. *ministra*) *est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit:* & ep. 25. col. 892. b. *quia non sine causa gladium portat, qui judicat.* Optat. l. 7. contra Donat. p. 109. b. *non sine causa judex gladium portat.* August. ep. 87. & 153. to. 2. col. 211. b. 531. d. *Dei enim minister est tibi in bonum. Quòd si malum feceris, time: non enim frustra gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malè agit:* & l. cont. ep. Parm. to. 9. col. 20. a. *Minister Dei est: vindex in iram ei, qui malè agit: nec sine causa gladium portat.* Ambrosiaster in Rom. 13. *Dei enim minister est... Si autem malè feceris, time: non enim sine causa glad. port. Dei enim minister est; vindex in iram in eum, qui malè agit.* Itidem Beda in eund. loc. præter hæc, *malum feceris;* & *ei*, pro *in eum.* Sedulius in eund. loc. priora tantùm verba citat: *Dei enim minister est tibi in bonum.* S. Pacian. ep. 2. p. 308. e. *Minister enim est tibi in bonum.* Græcum Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 5. Irenæus l. 4. c. 36. p. 280. e. *Ideoque subjecti estote, non tantùm propter iram, sed & propter conscientiam.* August. in Rom. 13. to. 3. col. 921. c. d. *Ideoque necessitati* (al. *necessitate*) *subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter consc.* item ep. 153. tom. 2. col. 531. e. *Ideoque necessitati subditi estote, non solùm..... sed & propter conscientiam.* Ambrosiaster in Rom. 13. *Ideoque* (Mss. quid. *Ideoque necessitate*) *subditi estote, non sol. propt. iram, sed etiam propt. consc.* Beda in eundem loc. *Ideo necessitate subditi estote, non sol. propt. iram, sed propt. consc.* Sedul. *Ideoque subditi estote, non solùm propter iram:* paulòque post: *sed & propter judicium futurum, ubi accusante conscientia punientur.* Tum addit: *Ob hoc mihi videtur dicere: Ideo necesse est subditos esse, non solùm propter iram, verùm etiam propt. consc.* Græc. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν. Mss. quidam ferunt: Διὸ ὑποτάσσεσθε, absque ἀνάγκη· alii, *necessitati subditi estote*, teste Millio.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 36. p. 280. e. *Propter hoc enim & tributa penditis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes:* & l. 5. c. 24. p. 321. d. *Propter hoc enim & tributa præstatis: ministri enim..... in hoc ips. deservientes;* infra, *servientes.* August. l. 1. contra ep. Parm. to. 9. col. 21. g. *Propter hoc enim & tributa præstatis:* & ep. 153. to. 2. col. 531. e. *Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum perseverantes:* & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 81. b. *in hoc ipso perseverantes.* Ms. cod. 129. Floriac. *in hoc ipsum perseverantes.* Ambrosiaster in Rom. 13. *Nam idcirco tributa penditis: ministri enim..... in hoc ips. servientes.* Favet Sedulius in eund. loc. dicens: *His ergo etiam tributa pendimus.* Beda textui consonat ad verbum. Gr. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες.

℣. 7. Eodem modo legunt Ambrosiast. Sedul. & Beda in Rom. 13. Eodem quoque August. ep. 153. to. 2. col. 531. e. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 81. b. & l. 1. contra ep. Parm. to. 9. col. 22. a. deleta voce *ergo*, post *Reddite.* Cypr. verò l. 3. Testim. p. 305. c. sic: *Reddite omnibus quæ debentur: cui tributum, tributum: cui vecti-*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

8. Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit * proximum, legem implevit.

* *Ms. Reg.* prox. suum, leg. implebit.

9. Etenim: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non concupisces: & si quid est aliud mandatum, in hoc verbo * instauratur: Diliges proximum tuum tanquam teipsum.

* *Ms. Reg.* restauratur.

10. Dilectio proximo malum non operatur. Plenitudo autem legis est dilectio.

11. Et hoc scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim proprior est nostra salus, quàm cùm * credidimus.

* *Ms. Reg.* credimus.

12. Nox præcessit, dies autem adpropriavit. Abjiciamus ergo facta tenebrarum, & * induamur opera * lucis.

* *Ms. Reg.* induamus.

* *In Ms. S. Germ. eâdem manu correctum* luminis, *quod est in Regio.*

13. Sicut in die honestè ambulemus: non comessationibus, & ebrietatibus, non cubilibus, &

## Vulgata nova.

8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit.

9. Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Exod.* 20. 14. *Deuter.* 5. 18. *Levit.* 19. 18.

10. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. *Matth.* 22. 39. *Marc.* 12. 31.

11. Et hoc scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus. *Gal.* 5. 14.

12. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. *Jac.* 2. 8.

13. Sicut in die honestè ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, *Luc.* 21. 34.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*gal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Tertul. l. contra Gnost. p. 833. b. hæc tantùm habet: *cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.* Ambros. ep. 57. col. 1012. f. *cui honorem, honorem: cui tributum, tributum.* Optat. l. 3. contra Donat. p. 58. b. *cui honorem, honorem: cui vectigal, vectigal: cui tributum, tributum.* Græcum textui favet.

℣. 8. Textui utrique concinunt Ambrosiaster, Sedul. & Beda in hunc loc. Cyprianus quoque l. 3. Testim. p. 305. c. habet: *Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Itidem August. ep. 153. to. 2. col. 531. e. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 81. b. Optat. l. 3. cont. Donat. p. 58. b. *Nemini quicquam debueritis.* Rursus Aug. in Rom. 13. ac in ep. ad Gal. to. 3. col. 921. e. 969. g. *qui enim diligit alterum, legem implevit:* & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 735. c. *qui enim diligit proximum, legem implevit.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 206. g. *qui diligit proximum, legem implevit.* Ambrof. in Ps. 118. col. 1252. c. *qui diligit proximum suum, legem implevit.* Ms. codex Floriac. num. 129. *qui enim diligit alterum,* &c. Græc. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

℣. 9. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 287. c. *Etenim: Non adulterabis: Non furaberis: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut te:* rursus infra habet, *recapitulatur:* deinde: *Dilig. prox. tuum tanquam te.* Ambros. in Ps. 118. col. 1252. c. *Scriptum est enim: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur.* August. l. 1. de doctr. Chr. to. 3. col. 15. c. sicut in ep. ad Gal. col. 969. g. 976. d. ac l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 735. c. *Nam: Non adulterabis: Non homicidium facies: Non furaberis: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges prox. tuum tanquam teipsum:* sic iterum in Ps. 31. to. 4. col. 173. b. sed omisso, *Non furaberis:* itidem l. 15. contra Faust. to. 8. col. 275. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 101. c. Ambrosiaster verò in Rom. 13. habet: *Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non concupisces: & si quod est aliud mand. in hoc verbo consummatur: Diliges prox. tuum sicut teipsum.* Sedulius in eundem loc. *restauratur:* paulò verò post, *recapitulatur: Diliges prox. tuum sicut teipsum.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 797. a. *Diliges proximum tanquam te.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 206. g. & Hilarius in Ps. 118. col. 363. d. *Diliges prox. tuum tanquam teipsum.* Sic etiam Beda in Rom. 13. præmissis aliis verbis, quæ ante ponuntur in Vulg. Eadem quoque Græc. præfert, nisi quòd pro *Nam*, ipso initio habeat Τὸ γὰρ, *Hoc enim;* & pro *instauratur*, ἀνακεφαλαιοῦται, cui meliùs respondet verbum *recapitulatur*, ab Hieron. Aug. & Sedulio admissum. Borner. cod. Græc. Lat. pro Τὸ γὰρ, habet Γέγραπται γὰρ, *Scriptum est enim*, ut Ambr. supra; paulòque post idem cod. cum aliis plurimis Mss. omittit Οὐ ψευδομαρτυρήσεις, *Non falsum testimonium dices:* duo verò tantùm præponunt ἔστιν, voculæ *aliud;* quod ἔστιν, abest à cæteris.

℣. 10. August. l. 1. de doctr. Chr. to. 3. col. 15. c. & l. 1. de serm. Dom. in m. col. 170. f. *Dilectio proximi malum non operatur:* ita rursum in Ps. 31. to. 4. col. 173. b. ubi addit: *Plenitudo autem legis, caritas:* sic etiam in Joh. tract. 17. to. 3. p. 2. col. 425. b. c. & in Rom. 13. ibid. col. 921. f. necnon l. 15. contra Faust. to. 8. col. 275. a. nisi quòd hoc ult. loco ponit *est*, ante *caritas:* itidem l. de spir. & litt. to. 10. col. 101. d. lib. verò de gra. & l. arb. col. 735. d. *Plenitudo ergo legis, dilectio.* Irenæus l. 4. c. 11. p. 241. d. *Adimpletio legis, dilectio.* Ambros. orat. de ob. Theod. col. 1203. b. *Plenitudo enim legis, dilectio est.* Similiter legit Ambrosiaster in Rom. 13. præmissis his, *Dilectio proximi malum non operatur.* Eadem quoque præmittit Sedul. in eund. loc. sed addit: *Et ideo plenitudo legis est dilectio.* Beda nil discrepat à Vulg. Græcè ita: Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. Πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. Mss. quidam, pro τῷ πλησίον, ferunt τοῦ πλησίον.

℣. 11. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. a. *Scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc autem propior est nostra salus, quàm cùm credidimus.* Ambrosiaster in hunc loc. *Et hoc scientes tempus: quoniam hora est jam nos de somno surgere. Propior enim est nunc nostra salus, quàm cùm credidimus.* Concinunt Sedulius, & Beda in eundem loc. nisi quòd iste habeat, *Nunc ergo propior est nostra salus;* Sedulius verò, *Nunc enim propior est salus nostra.* Auctor l. de Judaic. incred. p. 569. c. *Nunc enim propiùs est nobis salus, quàm cùm credidimus.* Græc. Καὶ τοῦτο εἰδότες τὸν καιρόν· ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν.

℣. 12. Cypr. de zelo & liv. p. 258. b. *Nox transivit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis.* August. tract. 25. in Joh. to. 3. p. 2. col. 542. e. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis:* sic etiam l. 4. de doctr. Chr. ibid. p. 1. col. 81. b. nisi quòd pro *ergo*, habet *itaque;* omittitque *nos*, post *induamus.* S. Paulin. ep. 40. p. 245. b. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus opera tenebrarum, & apprehendamus arma lucis.* Auct. l. de Jud. incred. p. 569. c. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrar. & induamur arma lucis.* Itidem Ambr. l. 4. Hex. col. 77. f. & l. de Isaac, c. 4. col. 367. b. & l. de ben. Patr. c. 5. col. 521. e. & alibi passim: cui accinunt Sedul. Ambrosiast. & Beda in Rom. 13. cum Gilda Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. b. Hilarius verò in Ps. 133. col. 466. d. legit: *Nox enim jam proficiscitur:* deinde, *Sicut in die*, &c. prætermissis omnibus intermediis. Tichon. reg. 5. p. 61. b. *Nox transivit, dies autem appropinquavit. Sicut in die*, &c. Hieron. in Isai. 15. to. 3. col. 167. c. & l. 1. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 180. a. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Quasi in die*, &c. Græc. Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα ὅπλα τοῦ φωτός· al. ἔργα τοῦ φωτός.

℣. 13. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. a. *non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & in libidinibus, non in ira, & zelo.* Cyprianus l. de zelo & liv. p. 258. c. *Tanquam in die decenter ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in concupiscentiis, & impudicitiis, non in certaminibus, & zelo.* Hieronymus in Isai. 15. to. 3. col. 167. c. *Quasi in die cum honestate ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & luxuria.* Ambrosius l. 1. Hex. col. 22. d. Nos *semper quasi in die honestè ambulemus:* & in Ps. 43. col. 897. b. *Sicut in die honestè ambulemus:* paulòque post: *hoc est, non in ganeis, atque gurgustiis, non in cubilibus, & impudicitiis:* at in Ps. 118. col. 1144. d. *in comessationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitiis, in contentionibus, & æmulationibus.* Augustinus l. 8. confess. to. 1. col. 156. d. & ep. 22. to. 2. col. 28.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

& impudicitiis, non in contentione, & æmulatione:

Gal. 5. 16. 14. ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. 1. Pet. 2. 11.

**Versio antiqua.**

impudicitiis, non contentione, & æmulatione:

14. ſed induite * Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in * deſideriis.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

* *In Mſ. Reg.* Deum; *infr. deeſt* &.

* *In Mſ. S. Germ. eâdem manu correctum* concupiſcentiis, *quod legitur in Reg.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

a. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 81. b. necnon tr. 35. in Joh. ibid. p. 2. col. 542. e. nil differt à Vulgata, niſi quòd ep. 22. pro *æmulatione*, legit *dolo*. Gildas Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 719. b. cum Ambroſiaſtro, Sedulio, & Beda in Rom. 13. ab ea nil omnino differt. Tichonius reg. 5. p. 61. b. *Sicut in die decenter ambulemus.* Hilarius in Pſ. 133. col. 466. d. *Sicut in die decenter ambulate.* Ambroſius l. 1. offic. col. 59. a. *Sicut in die honeſtè ambulate:* tum addit: *quod Græci dicunt*, εὐσχημόνως, *hoc propriè ſignificat, bono habitu, bona ſpecie.* Auctor l. de Judaica incred. p. 569. *Sicut in die honeſtè ambulemus.* S. Paulinus ep. 40. p. 245. b. *Ut filii diei ambulemus in lumine.* Tertullianus l. de ſpectac. c. 17. p. 217. b. huc alludens ait: *Impudicitiam omnem amoliri jubemur:* & l. contra Pſych. p. 985. c. necnon l. de pudic. p. 1010. c. *ebrietates, & comeſſationes* (Apoſt.) *compeſcit.* In Græco ſic: Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μὴ κώμοις, ϗ μέθαις, μὴ κοίταις, ϗ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι, ϗ ζήλῳ.

℣. 14. Auguſtinus l. 8. confeſſ. to. 1. col. 156. d. *ſed induimini Dominum J. C. & carnis providentiam ne feceritis in concupiſcentiis:* at ep. 22. tom. 2. col. 28. a. *ſed induite vos Dom. J. C. & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis:* l. verò 4. de doctrina Chr. to. 3. col. 81. b. *ſed induite Dom. J. C. & carnis providentiam ne feceritis in concupiſcentiis:* tum addit: *Quòd ſi quiſquam ita diceret*, & carnis providentiam ne in concupiſcentiis feceritis, *ſine dubio aures clauſula numeroſiore mulceret; ſed gravior Interpres etiam ordinem maluit tenere verborum. Quomodo autem hoc in Græco eloquio ſonet... viderint ejus eloquii uſque ad iſta doctiores: mihi tamen quod nobis eodem verborum ordine interpretatum eſt, nec ibi videtur currere numeroſè.* Rurſus Auguſtinus ep. 130. tom. 2. col. 385. d. necnon in Rom. 13. to. 3. col. 921. g. *& carnis providentiam ne feceritis in concup.* poſteriori loco, pro *feceritis*, Mſs. ferunt *perfeceritis*; unus, *ſuperfeceritis.* Ambroſ. l. de Tob. c. 20. col. 616. c. *induite Dominum Jeſum:* & l. 3. de fide, col. 497. f. *carnis curam ne feceritis in concupiſcentia.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. b. cum Ambroſiaſtro in Rom. 13. *ſed induite Dominum J. C. & carnis curam ne feceritis in concupiſcentiis.* Sedulius in eundem loc. *ſed induite vos Dom. J. C. & carnis curam ne feceritis in deſideriis.* Oroſ. l. contra Pelag. p. 457. d. *curam carnis ne feceritis in concupiſcentiis.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. a. ut in Vulgata. Græc. ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰ. Χρ. ϗ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Mſ. unus delet ϗ, poſt Χριστὸν; & in fine habet εἰς ἐπιθυμίαν· alter, ἐν ἐπιθυμίαις.

---

# CAPUT XIV.

**Vulgata nova.**

1. Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum.

2. Alius enim credit ſe manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus manducet.

3. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum aſſumpſit.

Jac. 4. 13. 4. Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum.

**Versio antiqua.**

1. Infirmum autem in fide abſumite, non in * diſceptationibus cogitationum.

2. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus * manducet.

3. Qui manducat, non manducantem non ſpernat: * qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum aſſumpſit.

4. Tu quis es, qui * judicas alienum ſervum? Suo domino ſtat, aut cadet: ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere * illum.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

* *In Mſ. Reg. primâ manu* diſceptationes, *& inſ.* manducat.

* *Mſ. Reg.* qui autem.

* *Mſ. Reg. primâ manu* judices.

* *Mſ. Reg.* eum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Hieronymus in Ezech. 34. to. 3. col. 944. b. *Infirmum in fide aſſumite:* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 309. f. cum Beda in Rom. 14. *Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationum.* Itidem Auguſtinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. c. at in Rom. 14. to. 3. col. 922. a. necnon l. contra Adim. to. 8. col. 129. a. legit: *Infirmum autem in fide recipite, non in dijudicationibus cogitationum.* Sedulius in Rom. 14. *Infirmum autem in fide accipite, non in diſceptatione.* Ambroſiaſter in eundem locum: *Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptatione cogitationum.* Græc. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν· al. λογισμῶν.

℣. 2. Tertullianus l. contra Pſych. p. 988. b. *Quidam credit omnia manducanda eſſe: quidam autem infirmus olera veſcitur.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 210. c. *Alius credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olera manducat:* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 309. f. *Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus manducet.* Similiter Aug. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. & l. de mor. Manich. col. 727. c. ſed in Rom. 14. tom. 3. col. 922. b. legit: *Alius quidem credit manducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus manducet:* ita rurſum l. contra Adim. to. 8. col. 129. a. præter vocem *olera*, pro *olus*; & juxta Mſs. codd. *manducat*, pro *manducet.* Ambroſius in Luc. 4. col. 1334. f. *qui infirmus eſt, olera manducet:* ſic etiam in Luc. 9. col. 1400. d. & l. 1. de virgin. col. 152. f. & epiſt. 63. col. 1031. f. 1032. a. Sedulius verò in Rom. 14. *qui autem infirmus eſt, olus manducet.* Itidem Beda in eundem locum, præmiſſis his: *Alius credit manducare ſe omnia.* Ambroſiaſter: *Alius enim credit edere omnia: is verò qui infirmus eſt, olera manducet;* infra, *edat.* Græc. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα· ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει· al. ἐσθιέτω.

℣. 3. Tertullianus l. contra Pſych. p. 988. b. *Qui manducat, ne nullificet non manducantem. Tu quis es*, &c. Auguſtinus l. 10. conf. tom. 1. col. 186. e. *Qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non judicet:* ita rurſum l. 2. de ſerm. Dom. in m. to. 3. col. 224. g. & in Rom. 14. col. 922. d. item l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. d. ac l. contra Adim. tom. 8. col. 129. a. niſi quòd tertio loco addat, *Deus enim illum aſſumit:* poſtremò verò, *Deus enim illum recepit:* at l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. d. habet: *Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non mand. mand. non judicet: Deus enim illum aſſumpſit.* Concinit Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 309. f. & l. 2. contra Jovin. ibid. p. 2. col. 210. c. unà cum Beda in Rom. 14. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. h. verborum ordinem ſic invertit: *Qui non manducat, manducantem non ſpernat: & qui manducat, non manducantem non judicet.* Sedulius in Rom. 14. *Qui manducat, non manducantem ne ſpernat:* paulòque poſt: *Deus enim illum aſſumpſit.* Ambroſiaſter in eundem loc. *Itaque qui edit, non edentem non ſpernat: & qui non edit, edentem non judicet: Deus enim illum aſſumpſit.* Græc. Ὁ ἐσθίων, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω· ϗ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω· ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο.

℣. 4. Tertullianus l. contra Pſych. p. 988. b. *Tu quis es, qui alienum ſervum judicas?* & l. de pudic. p. 1000. a. *Tu quis es, ut ſervum judices alienum?* Cyprianus ep. 52. p. 71. c. & l. 3. Teſtim. p. 313. c. *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere eum.* Sic etiam legunt Sedulius, & Beda in Rom. 14. necnon Auguſtinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. c. ita rurſum Auguſtin. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. d. niſi quòd habeat *judices*, pro *judicas.* Sic etiam Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. tom. 4. col. 309. f. cum præfato Auguſtino, l. 2. de ſer. Dom. in m. to. 3. col. 225. a. & in Rom. 14. col. 922. d. item l. contra Adim. c. 14. to. 8. col. 129. b. præter hæc ultima, *potens eſt enim Dominus ſtatuere illum.* Auctor l. ad Novatian. p. 438. a. *Tu quis es, qui judicas ſervum alienum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem: potens eſt Deus ſtabilire eum.* Auctor l. de ſingul. cleric. p. 535. a.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

5. Nam alius judicat * diem inter diem : alius judicat omnem diem : unusquisque in suo sensu abundet.

* Ms. Reg. alterno quoque die : alius autem.

6. Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat : gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrûm sibi vivit, & nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus : sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, *

* Ms. Reg. add. Domini sumus.

9. In hoc enim Christus & vixit, & mortuus est, & resurrexit : ut & vivorum & mortuorum dominetur.

10. Tu autem quî judicas fratrem tuum in non manducando ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim adstabimus ante tribunal Dei :

11. scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectet omne genu : & confitebitur omnis lingua Deo.

12. Itaque unusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo ampliùs invicem judicemus : sed

### Vulgata nova.

5. Nam alius judicat diem inter diem : alius autem judicat omnem diem : unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat : gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrûm sibi vivit, & nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus : sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit : ut & mortuorum & vivorum dominetur.

10. Tu autem quid judicas fratrem tuum ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim sta- 2. Cor.
bimus ante tribunal Christi : 5. 10.

11. scriptum est enim : Vivo ego, dicit Domi- Isai. 45.
nus, quoniam mihi flectetur omne genu : & omnis 24.
lingua confitebitur Deo. Phil. 2.

12. Itaque unusquisque nostrûm pro se ratio- 10.
nem reddet Deo.

13. Non ergo ampliùs invicem judicemus : sed

### Notæ ad Versionem antiquam.

*Tu quis es, qui de servo alieno judices ?* Ambrosiaster in Rom. 14. *Tu quis es, qui judicas alienum servum ? Suo domino aut stat, aut cadit : stabit autem*, &c. ut in Vulgata. S. Pacian. ep. 3. p. 312. f. 317. g. *Tu quis es, qui judicas servum ? Domino suo stat, aut cadit : potens est autem Deus statuere illum.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 43. b. *Qui stat, domino stat suo : & qui jacet, domino suo jacet.* Græc. Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην ; Τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει, ἢ πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν. Ms. Alex. ὁ Κύριος στῆσαι αὐτόν.

℣. 5. Augustinus in Rom. 14. to. 3. col. 922. f. 923. a. *Alius quidem judicat alternos dies : alius autem judicat omnem diem : ergo unusquisque in suo intellectu abundet :* sic iterum l. contra Adim. c. 14. to. 8. col. 129. b. excepto *sensu*, pro *intellectu* : at l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. d. habet : *Nam alius judicat diem inter diem*, &c. ut in Vulgata. Accinunt Sedulius, & Beda in Rom. 14. necnon Ambrosiaster in eundem locum, nisi quòd addat *quidem*, voci *alius*. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 210. c. & 215. b. legit : *Alius judicat diem plusquam diem : alius judicat omnem diem : unusquisque in suo sensu abundet.* Græc. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν· ὃς δὲ... ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Mss. quidam ipso initio habent, Ὃς μὲν γάρ.

℣. 6. Eadem leguntur apud Augustinum l. de morib. Eccl. & l. de mor. Manich. to. 1. col. 712. d. 727. d. necnon l. contra Adim. c. 14. to. 8. col. 129. b. Accinit Beda in Rom. 14. nisi quòd in fine habet, *gratias enim agit Deo.* Tertullianus l. contra Psych. p. 988. b. contractiùs : *Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias.* Ambrosiaster in Rom. *Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui edit, Domino edit : quia gratias agit Creatori. Et qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.* Apud Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 210. c. omnia ut in Vulg. In Græco : Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ. Καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ. Ὁ ἐσθίων, Κυρίῳ ἐσθίει, &c. ut in textu Lat. In Mss. pluribus deest, Καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ, sicut in Latinis omnibus, teste Estio : plurimi alii ponunt Καὶ, ante ὁ ἐσθίων.

℣. 7. Sic habet Augustinus l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. d. & l. contra Adim. to. 8. col. 129. b. cui accedit Anastasius II. ep. 1. n. 2. Conc. tom. 4. col. 1279. a. cum Fulgentio resp. contra Arian. p. 67. necnon Ambrosiastro, Sedulio, & Beda in Rom. 14. Ita quoque in Græco est.

℣. 8. Textui Regio favet Augustinus l. de moribus Manich. to. 1. col. 727. d. nisi quòd habet *Sive enim*, pro *Sive ergo* : at l. contra Adim. tom. 8. col. 129. b. habet etiam *Sive ergo*, &c. ut sup. Concinit Anastas. II. ep. 1. n. 2. col. 1279. a. item Fulgentius resp. contra Arian. p. 67. unà cum Ambrosiastro, & Beda in Rom. 14. Auctor de dup. mart. p. 586. hæc tantùm memorat : *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.* Græc. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. Ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, &c. ut sup. Mss. plures scribunt, ἐάν τε ἀποθνήσκομεν... ἐάν τε ἀποθνήσκομεν.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. e. *In hoc enim Christus & vixit, & mortuus est, & resurrexit : ut vivorum & mortuorum dominetur.* Itidem Augustinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. d. at l. contra Adim. to. 8. col. 129. b. contractiùs : *Ad hoc enim Christus mortuus est : ut mortuorum & vivorum dominetur.* Anastas. II. ep. 1. n. 2. Conc. to. 4. col. 1279. a. *In hoc enim Christus resurrexit à mortuis : ut & vivorum & mortuorum dominetur.* Sedulius in Rom. *In hoc enim vixit Christus, & mortuus est : ut & vivorum & mort. dominetur.* Fulgentius contra Arian. p. 67. *In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit : ut mortuorum & vivorum dominetur.* Gaudentius Brix. ser. 12. p. 963. f. *Idcirco enim Christus & vixit, & mortuus est, & resurrexit : ut & vivorum & mortuorum dominetur.* Ambrosius l. 2. de fide resur. col. 1137. a. *ut non solùm vivorum, sed etiàm mortuorum dominetur.* Græc. Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν· ἵνα καὶ, &c. ut in Vulg. aliàs deest καὶ ἀνέστη· aliàs verò, καὶ ἀνέζησεν· Mss. plures legunt καὶ ἔζησεν.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc locum : *Tu autem quid judicas fratrem tuum in non edendo ? aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo ? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Augustinus l. de mor. Manic. to. 1. col. 727. d. cum Fulgentio contra Arian. p. 67. Sedulio, & Beda in Rom. 14. *Tu autem quid judicas fratrem tuum ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei :* rursum Augustinus l. contra Adim. to. 8. col. 129. b. *Tu autem quare judicas fratrem tuum ? aut tu... Omnes enim stab. ante tribunal Domini :* & l. Enchirid. to. 6. col. 238. b. *Omnes enim adstabimus ante tribunal Christi.* S. Pacian. ep. 2. p. 308. e. *Oportet nos tamen omnes stare ante tribunal Dei.* Anastas. II. ep. 1. n. 2. col. 1279. a. Vulgatæ congruit ad verbum. Accinit Græcum, nisi quòd, pro *aut tu quare*, habet ἢ καὶ σὺ τί· & pro *stabimus ante trib.* παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· Mss. quidam, Θεοῦ· unus etiam, cum Sangerm. & Claromont. Lat. post *judicas fratrem tuum*, addit ἐν τῷ μὴ ἐσθίειν.

℣. 11. Augustinus l. contra Adim. to. 8. col. 129. b. *scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dom. quia mihi curvabit omne genu : & omnis lingua confitebitur Deo :* at l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. d. legit, *mihi flectetur*, &c. ut sup. Itidem Anastas. II. ep. 1. cum Beda in Rom. 14. Ita quoque Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd habeat, *& confitebitur omnis lingua Deo*, cum Sedulio. Gr. ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, &c.

℣. 12. Ita legit Anastas. II. ep. 1. n. 2. cum Ambrosiastro, & Beda in Rom. 14. Cyprianus verò ep. 76. p. 158. a. *Unusquisque nostrûm pro se rationem dabit. Non ergo*, &c. Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. d. & l. contra Adim. to. 8. col. 129. b. *Itaque unusquisque nostrûm pro se rationem reddet. Non ergo*, &c. at l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. d. addit *Deo*, post *reddet*. Auctor etiam l. de sing. cleric. p. 525. c. *Unusquisque vestrûm pro se rationem reddet Deo.* Gr. Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ· al. ἀποδώσει τῷ Θεῷ· à Borner. cod. Græc. Lat. abest τῷ Θεῷ.

℣. 13. Cyprianus ep. 76. p. 158. a. *Non ergo nos invi-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, & confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: jam non secundùm charitatem ambulas.
1. Cor. 8. 11. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

17. Non est enim regnum Dei esca, & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto:

18. qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

19. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus.

20. Noli propter escam destruere opus Dei.
Tit. 1. 15. Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.

1. Cor. 8. 13. 21. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

**Versio antiqua.**

hoc judicate magis, ne ponatis offensionem fratri, vel scandalum. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

14. Scio, & confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. * Si enim propter escam frater tuus contristatur: jam non secundùm caritatem ambulas. Noli escâ tuâ illum perdere, pro quo Christus mortuus est. ** Ms. Reg.* Nam si.

16. Non ergo blasphemetur nostrum bonum.

17. Non enim est regnum Dei esca, & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto:

18. qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, & hominibus est probatus.

19. * Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus. ** Ms. Reg.* Itaque ergo.

20. Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem munda: sed malum * est homini, qui per offensionem manducat. ** In Ms. Reg. deest* est.

21. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offendit, aut scandalizatur, aut infirmatur.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*tem judicemus*: deinde Auctor l. de sing. cleric. p. 525. c. *hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum, aut scandalum fratri.* Augustinus l. contra Adim. to. 8. col. 129. c. *Non ergo ampliùs invicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum, aut scandalum fratribus*: at l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. d. *Non ergo ampliùs invicem dijudicemus*; reliqua ut in Vulg. ita rursum legit l. de morib. Eccl. ibid. col. 712. d. sed cum verbo *judicemus*. Concinunt Anastas. II. ep. 1. n. 2. & Beda in Rom. 14. Itidem Ambrosiast. in eundem loc. nisi quòd habeat, *sed in hoc judicate*, cum Sedul. Gr. Μηκέτι ὖν ἀλλήλυς κρίνωμεν· ἀλλὰ τῦτο κρίνατε μᾶλλον, &c. ut sup.

℣. 14. Eodem modo legit Augustinus l. de mor. Eccles. to. 1. col. 712. d. & l. de mor. Manich. col. 727. e. cum Beda in Rom. 14. addito *ei*, voculæ *nisi*: idem verò Aug. l. contra Adim. to. 8. col. 129. c. habet: *Scio, & certus sum in Domino Jesu, quia nihil commune per illum, nisi ei qui putat aliquid esse commune, illi commune est.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 210. c. *Scio, & confido in Domino Jesu, quòd nihil commune per seipsum est, nisi ei qui*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in Rom. 14. *Scio, & confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum. Et planè qui existimat aliquid esse commune, illi commune est.* Gr. Οἶδα, ϗ πέπεισμαι ἐν... ὅτι ὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν. Mss. plures ferunt δι' αὐτῦ, al. δι' αὐτό· alii duo in fine, ἐκεῖνο κοινόν.

℣. 15. Auctor l. de sing. cler. p. 525. c. *Si propter escam frater tuus scandalizatur: jam non in charitate ambulas. Noli escâ tuâ illum perdere, propter quem Christus mortuus est.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. e. *Nam si propter escam frater tuus contristatur: jam non secundùm charitatem ambulas*: & ep. 36. to. 2. col. 74. f. *Noli illum in esca tua perdere, pro quo Christus mortuus est*: eadem rursus legit l. contra Adim. to. 8. col. 129. c. ab initio versûs usque ad finem. Ambrosiaster quoque priora similiter habet, *Nam si propter escam*, &c. posteriora verò sic, cum Sedulio: *Noli cibo tuo perdere illum, pro quo*, &c. Rursum Augustinus l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. e. unà cum Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 210. c. necnon Beda in hunc loc. *Si enim propter cibum frater tuus contristatur... Noli cibo tuo illum perdere, pro quo*, &c. Irenæus verò l. 3. c. 18. p. 209. e. *Noli escâ tuâ perdere illum, pro quo*, &c. In Gr. sic: Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός συ λυπεῖται... Μὴ τῷ βρώματί συ ἐκεῖνον ἀπόλλυε, &c. Mss. plures initio ferunt, Εἰ γάρ.

℣. 16. Ita legit Augustinus l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. e. & in Rom. 14. to. 3. col. 923. b. & l. contra Adim. to. 8. col. 129. d. Sic etiam Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 210. c. necnon Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. Auctor verò l. de sing. cleric. p. 523. b. *Non ergo blasphemetur vestrum bonum.* Ita quoque in Græco est. Mss. tamen quidam, loco ὑμῶν, habent ἡμῶν τὸ ἀγαθόν.

℣. 17. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. c. *Non est regnum Dei esca, & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu S.* Similiter Augustinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. e. sic etiam l. contra Adim. tom. 8. col. 129. e. nisi quòd habet, *Non est enim*. Concinunt Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Rom. 14. cum Vigilio Tapf. l. contra Varimad. p. 747. h. & Græco. Tertullianus verò l. contra Psych. p. 988. b. legit: *Nec enim esus, aut potus est Dei regnum.* Novat. l. de Trin. p. 1065. c. *Non est regnum Dei potus, & cibus: sed justitia, & pax, & gaudium.* Ambrosius lib. 3. de Spiritu S. col. 697. c. *Quia non est regnum Dei esca*, (Mss. plures, *caro*,) *& potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 708. b. *Non est regnum Dei esca, & potus: sed just. & pax, & gaudium in Spiritu Domini in sempiternum.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 210. c. *Non est enim regnum Dei esca, & potus.*

℣. 18. Sic habet Augustinus l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. e. & l. contra Adim. to. 8. col. 129. d. cui adjungendi Ambrosiaster, & Beda in Rom. 14. Tertullianus verò l. contra Psych. legit: *nam qui in istis servit, placabilis, & propitiabilis Deo nostro est.* In Græco sic: ὁ γὰρ ἐν τύτοις δυλεύων τῷ Χριςῷ, εὐάρεςος τῷ Θεῷ, ϗ δόκιμος τοῖς, &c. Mss. plures in principio habent, ὁ γὰρ ἐν τύτῳ.

℣. 19. Sedulius, Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. *Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus.* Similiter habet Augustinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. f. præter *in invicem*, absque seq. *custodiamus*: & l. contra Adim. tom. 8. col. 129. e. *& quæ ad ædificationem sunt in invicem*, omisso pariter verbo *custodiamus*. Item in Græco: Ἄρα ὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν· ϗ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλυς. Borner. cod. Gr. Lat. addit φυλάξωμεν, al. τηρῶμεν.

℣. 20. Tertullianus l. contra Psych. p. 988. a. *Ne propter pabulum solveritis opus Dei.* Ambrosiaster in Rom. 14. *Noli propter escam solvere opus Dei. Omnia quidem munda sunt: sed malum est homini, qui per offensionem edit.* Sic etiam Gaud. Brix. serm. 15. de Mach. p. 967. g. excepto verbo *manducat*. August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. e. *Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offensionem manducat*: itidem l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. f. & l. contra Adim. to. 8. col. 129. e. deleto *sunt*, ante *munda*: hunc etiam vide l. 10. confess. to. 1. col. 186. e. & comment. in Evang. Joh. tract. 74. tom. 3. p. 2. col. 689. a. Beda in Rom. 14. Vulgatæ consonat, nec refragari videtur Sedulius Scot. in eundem loc. In Græco sic: Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τῦ Θεῦ. Πάντα μὲν καθαρά· ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι.

℣. 21. Tertullianus l. contra Psych. p. 988. a. *Bonum est carnem non edere, & vinum non potare*: deinde, *nam qui in istis servit*, &c. ut posuimus sup. Ambrosiaster in Rom. 14. *Bonum est non edere carnem, & non bibere vinum, neque enim in quo frater tuus offendit, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Similiter & Beda, præter verbum *manducare*, pro *edere*, sublato *enim*. Auctor l. de sing. cler. p. 525. c. *Bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum, neque ostendere in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 162. a. *Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. c. & l. de mor. Manich. col. 726. f. 727. b. *Bonum est, fratres, non manducare carnes*, (vel *carnem*,) *neque bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur*;

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* — * *In Ms. Reg. corr.* habe.

22. Tu fidem habes? penes temetipsum * habes coram Deo: Beatus, qui non judicat semetipsum in quo probat.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

### VULGATA NOVA.

22. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui non judicat semetipsum in eo, quod probat.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ita rursum infra, col. 727. e. omissa voce *fratres*: sic etiam l. contra Adim. to. 8. col. 129. e. sed præter *fratres*, omittit insuper *aut scandalizatur, aut infirmatur.* Gaudentius Brix. serm. de Machab. p. 967. g. Vulgatæ congruit. Similiter Sedul. in Rom. 14. addito *enim*, post *Bonum.* Gr. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ. A Mss. Alex. Syr. Æthiop. Copt. & Orig. in Rom. abest ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ.

℣. 22. Augustinus in Rom. 14. to. 3. col. 923. a. b. *Tu fidem, quam habes penes temetipsum, habe coram Deo: Beatus, qui non judicat semetipsum in quo probat*: itidem l. contra Adim. to. 8. col. 129. e. at l. de mor. Manich. tom. 1. col. 727. f. Vulgatæ concinit ad verbum. Sic etiam Beda in Rom. 14. nisi quòd jungere videtur *penes temetipsum*, ad præced. verba *Tu fidem habes?* quam distinctionem probare videtur etiam Sedulius Scot. in eundem loc. dicens: *Quod autem dixit*, habes penes temetipsum, *jactantiam resecat*: nisi fortè dicas Sedulium respexisse ad posterius *habe*, legendo *habes*, non *habe*, uti etiam legit cod. Sangerm. tunc enim ambiguitas subsisteret, vixque assignari posset utri *habes*, præcedenti, an subsequenti junxerit *temetips.* Sed tunc, ut omnis æquivocatio tolleretur, dicere debuisset, *penes temetips. habes*; non, *habes penes temetips.* unde vix ambigendum puto, quin ita legerit: *Tu fid. habes penes temetipsum? habe*, &c. Ambrosiaster in Rom. similiter interpungit: *Tu fidem habes penes temetipsum? habe coram Deo: Beatus, qui non judicat semetipsum in quo probat.* Sedulius, *in eo, quod probat.* Auctor l. de sing. cler. p. 526. b. *Beatus, qui non judicat semetipsum in quo probat alium.* Ennodius pro Synodo, apud Sirm. to. 1. col. 1644. e. *Beatus, qui non judicat in quo probat seipsum.* Græc. Σὺ πίστιν ἔχεις; κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· Μακάριος, ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει· al. Σὺ πίστιν, ἣν ἔχεις.

℣. 23. Augustinus l. de mor. Manich. to. 1. col. 727. f. *Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non ex fide, peccatum est*: ita rursum l. contra Adim. tom. 8. col. 129. e. addito *est*, post *quod non*; Mss. etiam quidam, pro *discernit*, ferunt ibid. *dijudicat*: item tract. 86. in Joh. to. 3. p. 2. col. 713. d. *Omne, quod non est ex fide*, &c. Ambrosiaster in Rom. 14. *Qui autem discernit, si ederit, damnatus est*, &c. ut in textu. Sedulius in eundem loc. *Qui autem discernit, si manducaverit*, &c. ut sup. Similiter & Beda, deleto *est*, post *peccatum.* S. Leo serm. 45. p. 111. c. cum Auctore quæst. ex Vet. T. q. 9. col. 46. c. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* In Gr. sic: Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται· ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. Πᾶν δὲ, ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν. Observari velim in plerisque codicibus Græcis post hunc versum tres alios adnecti versiculos, qui in fine capitis 16. leguntur, & hanc epistolam claudunt. De quibus vide annotationes nostras in hunc ipsum locum: vide & Morin. lib. 1. Exercit. 2. pp. 36. & 45. ac Millii not. in hunc ℣.

## CAPUT XV.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

2. Unusquisque nostrûm proximo suo placeat * in bonam ædificationem.

* *Ms. Reg. primâ manu* ad.

3. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

4. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, * & consolationem Scripturarum, spem * habeamus.

* *Ms. Reg.* & per.

* *Ms. Reg. primâ manu*, habemus.

5. Deus autem patientiæ, & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundùm Christum Jesum:

### VULGATA NOVA.

1. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

2. Unusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

3. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. *Psalm. 68. 10.*

4. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

5. Deus autem patientiæ, & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundùm Jesum Christum: *1. Cor. 1. 10.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem prorsus habet Augustinus l. de morib. Manich. tom. 1. col. 728. a. cum Beda in Rom. 15. Eadem quoque Hieronymus l. 3. in epist. ad Gal. tom. 4. col. 309. f. at l. 2. in ep. ad Ephes. col. 360. e. legit: *Debemus autem nos, qui fortiores sumus, infirmitates imbecillorum portare, & non nobismetipsis placere.* Ambrosiaster in Rom. 15. *Debemus autem nos firmiores, infirmitates invalidorum portare, & non nobismetipsis placere.* Gr. Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ, τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν.

℣. 2. Augustinus lib. de mor. Manich. to. 1. col. 728. a. *Unusquisque nostrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem*; Mss. 9. ibid. *placeat ad bonam ædificationem.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 309. f. *Unusquisque vestrûm proximo suo placeat ad bonam ædificationem.* Similiter habet Auctor l. de singul. cler. p. 523. b. excepta voce *nostrûm.* Sedulius etiam in Rom. 15. *ad bonam ædificationem.* Ambrosiaster in eundem loc. *Unusquisque proximo suo placeat in bono, ad ædificationem.* Beda: *Unusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædif.* Græcum: Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ... εἰς τὸ ἀγαθὸν, πρὸς οἰκοδομήν· in plerisque Mss. deest γὰρ, & plures legunt ὑμῶν.

℣. 3. Augustinus lib. de mor. Manich. to. 1. col. 728. a. *Etenim Christus non sibi placuit*: similiter l. de S. virginit. to. 6. col. 359. f. demta voce *Etenim*: mox addit: *sed sicut scriptum de illo: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Ambrosiaster in Rom. 15. *Nam & Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Detractiones exprobrantium te ceciderunt super me.* Beda in eundem loc. textui utrique concinit. Sic etiam in Græco est, nisi excipias voculam σε, pro *sibi.*

℣. 4. Ita legit Beda in Rom. 15. cui etiam favet Sedulius in eundem loc. nisi quòd reticeat priorem periodum, *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Hanc iisdem verbis refert Anonymus apud Ambros. to. 2. col. 3. d. Augustinus verò ep. 78. to. 2. col. 182. f. & l. 13. contra Faust. to. 8. col. 264. b. sic: *Quæcunque enim ante scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus ad De.* ita rursum in Ps. 68. to. 4. col. 698. d. omissis tamen his, *patientiam, &*, necnon *ad Deum.* Ambrosiaster in Rom. 15. *Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram confirmationem scripta sunt: ut per patientiam, & exhortationem Scripturarum, spem habeamus*: sed Mss. quidam ibidem, pro *confirmationem*, ferunt *doctrinam*; Romana verò ed. *disciplinam*, quæ vox infra admittitur ab Auctore in commentario. Tertullianus l. de præscr. c. 8. p. 332. hæc habet: *Omnia quidem dicta Domini omnibus posita sunt.* In Græco sic: Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς, καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν, &c. Mss. plures, καὶ διὰ τῆς παρακλήσεως, &c.

℣. 5. Sic habet Beda in hunc loc. Sic etiam Auctor lib. de vocat. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c. præter vocem *consolationis*, loco *solatii.* Ambrosiaster quoque in Rom. legit: *Deus autem pat. & consolationis*: deinde: *det vobis unum invicem sapere secundùm J. C.* Græcè: Ὁ δὲ Θεὸς τῆς... καὶ τῆς πα-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

6. ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi.

7. Propter quod suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.

8. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum:

9. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. (2. Reg. 22. 50. Psalm. 17. 50.)

10. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe ejus.

11. Et iterum: Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. (Psalm. 116. 1.)

12. Et rursus Isaias ait: Erit radix Jesse, & qui exsurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. (Isai. 11. 10.)

13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: ut abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.

14. Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

15. Audaciùs autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo,

16. ut sim minister Christi Jesu in Gentibus: sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.

**Versio antiqua.**

6. ut * unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi. (Ex Ms. Sangerm. & Reg. seu Clarom.)

7. Propter quod suscipite invicem, sicut & Christus suscepit * vos in gloriam Dei. (* Ms. Reg. unanimes in.)

8. Dico enim Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: (* Ms. Reg. nos.)

9. Gentes autem super misericordiam honorare Deum, sicut scriptum est: Propter hoc confitebor tibi in Gentibus, & nomini tuo cantabo.

10. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe ejus.

11. Et iterum dicit: Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi.

12. Et iterum Isaias dicit: Erit radix Jesse, & qui exsurget regere Gentes, in eo Gentes sperabunt.

13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace: * ad abundandam vobis spem nostram in virtute Spiritus sancti. (* In Ms. S. Germ. relinquitur locus vacuus his, ad abundand. vobis.)

14. Certus sum autem & ipse ego de vobis, fratres * mei, quoniam pleni estis dilectione, & repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. (* In Ms. Reg. deest mei; infr. legitur delectione.)

15. Audaciùs autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam * in memoriam reducens vos: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, (* Ms. Reg. rememorans vos.)

16. ut sim serviens Christo Jesu in Gentibus: sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto.

## Notæ ad Versionem antiquam.

παρακλήσεως δώη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ Χρ. Ἰησοῦν.

℣. 6. Textui utrique concinunt Ambrosiaster, & Beda in hunc locum, necnon Auctor l. de voc. gent. ubi sup. Sedul. addit *in*, ante *uno ore*, cum Ms. Reg. In Græco sic: ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν, καὶ, &c.

℣. 7. Textui Sangermano favent Sedulius, & Beda in hunc loc. Ambrosiaster verò in eundem habet: *Propter quod adsumite alterutrum, sicut & Christus adsumpsit vos in honorem Dei.* Gr. Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ. Mss. plures, ὑμᾶς εἰς δόξαν, &c.

℣. 8. Eodem modo legit Augustinus tract. 31. in Joh. t. 3. p. 2. col. 525. a. & in Rom. 15. col. 923. c. necnon in Pss. 88. & 118. tom. 4. col. 937. a. 1284. c. cui accinunt Beda in hunc loc. & Auctor quæst. ex N. T. q. 58. p. 64. f. Sic etiam habet Sedulius, nisi quòd reticeat *propter veritatem Dei.* Ambrosiaster verò: *Dico enim C. J. ministrum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, in hoc ut confirmaret promissiones patrum.* Græcum: Λέγω δὲ Ἰησοῦν Χριστὸν... ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς, &c. Mss. plures, Λέγω γάρ.

℣. 9. Augustinus in Job, to. 3. col. 664. c. & in Psalm. 118. tom. 4. col. 1284. c. *Gentes autem super misericordiam glorificare Deum:* ita rursum tract. 31. in Joh. t. 3. p. 2. col. 525. a. & in Rom. 15. 923. c. & in Ps. 88. to. 4. col. 937. a. præter ablat. *misericordia.* Concinit Beda in hunc loc. adjunctis seqq. prout habentur in Vulg. Auctor verò l. de promiss. p. 1. c. 18. col. 104. b. *Gentes autem super misericordiam glorificare Deum.* Ambrosiaster in hunc locum: *Gentes autem super misericordiam honorare Deum:* deinde: *sicut scriptum est: Propter hoc confitebor tibi in Gentibus, & nomini tuo cantabo.* Itidem Sedulius, nisi quòd addit *Domine*, post *Gentibus*, nec plura. Græcè: τὰ δὲ Ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεὸν... Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν Ἔθνεσι, καὶ τῷ, &c. Mss. plures, ἐν Ἔθνεσι Κύριε, καὶ τῷ, &c.

℣. 10. Sic habent Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc locum, unà cum Græco.

℣. 11. Ita legunt Ambrosiaster, & Beda in hunc locum, demto verbo *dicit.* In Græco: Καὶ πάλιν· Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα... καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν, &c. al. Καὶ πάλιν λέγει· Αἰνεῖτε.

℣. 12. Augustinus l. 2. contra advers. leg. to. 8. col. 587. d. *Dicit autem Isaias: Erit radix Jesse, & qui exsurget regnare in Gentibus, in eum Gentes sperabunt.* Ambrosiaster in Rom. *Et rursus Esaias dicit: Erit radix Jesse, & qui surgit regere Gentes, in eum Gentes sperab.* Beda in eund. locum Vulgatæ congruit. Gr. Καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει· Ἔσται ἡ... καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν Ἐθνῶν, ἐπ᾽ αὐτῷ Ἔθνη, &c.

℣. 13. Vigilius Taps. alicubi: *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: ut abundetis spe, & potentia Spiritus sancti:* & lib. contra Varim. p. 747. d. *Deus autem spei adimpleat vos omni gaudio, & pace: ut abundetis, & glorificetis patrem Domini nostri J. C.* Ambrosiaster cum Beda in Rom. 15. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: ut abundetis in spe, & virtute Spiritus S.* Similiter Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c. præter hæc, *in spe in virtute Spiritus sancti:* cui favet Sedulius Scot. in hunc loc. Apud Fulgent. l. pro fide Cath. p. 542. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, in abundantia spei, & virtute Spiritus sancti.* In Græco: Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης... ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει, &c. aliàs deest ἐν τῷ πιστεύειν· paulòque post Mss. quidam ferunt, καὶ ἐν δυνάμει.

℣. 14. Agapet. I. epist. 4. Conc. tom. 4. col. 1794. b. *Certus sum & ego de vobis, quòd pleni estis bonitate, repleti omni scientia, ut possitis invicem monere.* Sedulius Scotus in Rom. 15. *Certus sum autem & ipse de vobis:* paulòque post: *& repleti omni scientia.* Ambrosiaster in eundem loc. *Certus sum autem, fratres, & ego ipse de vobis, quia & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.* Itidem Beda, addito *mei*, ad *fratres.* Græcum: Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν. Mss. quidam, loco ἀγαθωσύνης, ferunt ἀγάπης· at in Copt. *bonitate:* subinde in Borner. codice Gr. Lat. καὶ πεπληρωμένοι.

℣. 15. Augustinus l. de unit. Eccl. tom. 9. col. 358. g. *Audaciùs autem scripsi vobis ex parte, tanquam commemorans vos: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo.* Sedulius Scotus in Rom. 15. *Audaciùs autem scripsi vobis:* & post pauca, *tanquam rememorans:* subinde, *propter gratiam, quæ data est.* Beda, & Ambrosiaster in eundem loc. Vulgatæ congruunt. Græcum: Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, &c. ut in textu: aliàs deest ἀδελφοί.

℣. 16. Augustinus in Rom. 15. to. 3. col. 924. a. & l. de unitate Eccl. tom. 9. col. 358. g. *ut minister sim Christi Jesu in Gentibus: consecrans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu S.* Similiter habet Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 747. g. & l. 12. de Trin. *ut fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata in Spiritu S.* Maxim. Taurin. hom. in vig. nat. Domini, p. 4. h. *ut fiat oblatio nostra accepta, sanctificata in Spiritu S.* Fulgentius l. pro fide Cath. p. 542. *ut fiat oblatio Gentium sanctificata in Spiritu S.* Ambrosiaster, & Beda in hunc locum nil differunt à Vulg. In Græco sic: εἰς τὸ εἶναί με λειτουρ-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

17. Habeo igitur gloriam in Christo * Jesu ad Deum.

18. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus, obaudientiam Gentium, verbo & factis:

19. * in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita ut compleretur ab Jerusalem usque in Illyricum, & in circuitu, Evangelium Christi.

20. Sic autem hoc prædicavi Evangelium, non ubi nominatus est Christus, ut non super alienum fundamentum ædificem: sed sicut scriptum est:

21. Quia quibus non est nunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.

22. Propter quod impediebar plurimùm venire ad vos.

23. Nunc verò ulteriùs locum non habens in his regionibus, * cupiditatem habens venire ad vos ex multis jam præcedentibus annis:

24. * cùm proficisci cœpero in Hispaniam, spero præteriens videre vos, & à vobis præmitti illuc, cùm vobis primùm fruitus fuero.

25. Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.

26. Probaverunt enim Macedonia, & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes, qui sunt in Jerusalem * sancti.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* Jesu, quæ ad.

* *In Ms. Reg. sic primùm*, in virtute ejus; *postea expunctum* ejus: *infra*, in circuito.

* *In Ms. Reg.* cuplo autem venire: *deinde deest* ex.

* *In Ms. Reg.* sed cùm....... pertransiens..... cùm vos primùm ex parte, *&c.*

* *Expungitur* sancti *in Ms. S. Germ.*

VULGATA NOVA.

17. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum.

18. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis:

19. in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.

20. Sic autem prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est:

21. Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. *Isai. 52. 15.*

22. Propter quod & impediebar plurimùm venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc.

23. Nunc verò ulteriùs locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis:

24. cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero.

25. Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.

26. Probaverunt enim Macedonia, & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Jerusalem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γον Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ Ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν Ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν, &c.

℣. 17. Augustinus l. de unit. Eccles. to. 9. col. 358. g. cum Beda in Rom. 15. *Habeo igitur gloriam in C. Jesu ad Deum.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. detracta voce *Jesu*; cui etiam Sedulius Scotus favet. Vigilius verò Tapf. l. 12. de Trin. p. 316. a. legit: *Habeo enim confidentiam in Christo Jesu ad Dominum.* Græc. Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χρ. Ἰησοῦ τὰ πρὸς Θεόν. Sedulius ubi sup. dicit hîc Latinos *gloriam*, pro *gloriatione* posuisse.

℣. 18. Augustinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 358. g. *Non enim audeo quidquam eorum loqui, quorum non perfecerit Christus per me in obedientiam Gentium, verbo & opere.* Vigilius Tapf. lib. contra Varim. p. 746. a. *Non enim audeo aliquid horum loqui, quorum non perfecerit Spiritus per me in obedientiam Gentium verbo & factis*: & l. 12. de Trin. p. 316. a. *Non autem audeo de omnibus loqui, quod non est operatus per me Christus ad obauditionem Gentium, verbo & facto.* Ambrosiaster verò, & Beda in Rom. 15. Vulgatæ concinunt, quibus etiam adde Sedulium Scot. in eundem loc. cum Fulgentio l. pro fide Cath. p. 542. & fragm. 28. contra Fab. p. 616. In Græco: Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν Ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ. Mss. quidam ipso initio ferunt, Οὐ γὰρ τολμῶ; paulòque post, κατεργάζεται.

℣. 19. Augustinus l. de unit. Eccles. tom. 9. col. 358. g. *in potestate signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus S. ita ut ego ab Jerusalem, & in circuitu usque in Illyricum repleverim Evangelium Christi.* Fulgentius l. pro fide Cath. p. 542. *per potentiam signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti*: at fragm. 28. contra Fab. p. 616. *in potestate signorum*, &c. Ambrosiaster in Rom. 15. *per potestatem signorum, & prodig. in virtute Spiritus sancti: ita ut ab Jerusalem in circuitu usque Illyricum repleverim Evang. Dei, & Filii ejus Jesu Chr.* Beda in eundem loc. *& in virtute signorum, & prodigiorum*, &c. ut in Vulgata. Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 316. a. *atque in virtute signorum, & prodig. in virtute Spiritus sancti*: & l. contra Varimad. p. 746. a. *in potestate signorum, & prodigiorum, in potentia Spiritus.* Græcè: ἐν δυνάμει σημείων, καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ· ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κύκλῳ, μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Borner. codex Gr. Lat. initio habet: ἐν δυνάμει αὐτοῦ σημείων· paulòque post, cum aliis, Πνεύματος ἁγίου· deinde ipse Borner. ὥστε πεπληρῶσθαι ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ κύκλῳ, τὸ, &c. ut in textu Regio, & Sangerm.

℣. 20. Ambrosiaster in hunc locum: *Sic autem prædicavi* (Rom. ed. *Illic autem prædicare nisus sum*) *Evangelium, non ubi nominatus est Christus, ne supra alienum fundum ædificarem: sed*, &c. Beda in eundem loc. *Sic autem prædicavi Evangelium hoc, ubi non nominatus est Christus, ne super*, &c. ut sup. Græcum: Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον Εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου, &c. Ms. unus, Οὕτω δὲ φιλοτιμοῦμαι, & Borner. Lat. *desideravi*: al. Οὕτω ἐκήρυξα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο· deinde Borner. cum Regio, ὅπου οὐκ.

℣. 21. Beda in hunc locum: *Quoniam quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.* Concinit Ambrosiaster in eundem locum, deleto *de eo*, ante *intelligent*. Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 22. Similiter habet Ambrosiaster in hunc loc. *Propter quod impediebar*, &c. sublatis his, *& prohibitus sum usque adhuc*, quæ leguntur in Vulg. Eadem quoque reticet Sedulius Scotus in eundem loc. sed initio legit, *Propter quod & impediebar*, &c. Beda verò, *Propter quod impediebar... & prohibitus sum usque adhuc.* Græc. Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, nec addit plura; uti nec Origenes, seu Rufinus in Rom. al. ἐνεκόπην πολλάκις τοῦ.

℣. 23. Ambrosiaster, & Beda in hunc locum: *Nunc verò ulteriùs locum non habens in his reg. cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex*, &c. ut sup. Græcè: Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν... ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. Borner. codex Gr. Lat. ἔχω τοῦ ἐλθεῖν, nimirum quia paulò post in eodem codice omittitur ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.

℣. 24. Sedulius Scotus in hunc loc. *sed cùm proficisci cœpero in Hispaniam, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc*, &c. ut in Vulgata. Similiter habet Beda in eundem loc. detracta vocula *sed*. Ambrosiaster verò: *cùm in Hispaniam proficisci cœpero, videbo vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero*: hujus tamen Auctoris Mss. plures, cum veteri ed. habent *præmitti*, pro *deducar*; Rom. edit. *præmittar*. Græc. ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. Mss. plures initio ferunt, ὡς ἂν πορεύωμαι· paulòque post quidam delent, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς· uti & γὰρ, post ἐλπίζω· deinde unus habet, πορευόμενος.

℣. 25. Sic legit Sedulius Scotus, cum Beda in Rom. 15. Sic etiam Ambrosiaster in eundem locum, præter *Nunc verò proficiscar.* Augustinus in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 948. e. *Nunc autem pergam Jerusalem ministrare sanctis*: & lib. de op. Mon. to. 6. col. 487. c. *Nunc igitur pergam Jerusalem*, &c. Gr. Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν, &c. al. πορεύσομαι.

℣. 26. Augustinus in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 948. e. & l. de op. Mon. to. 6. col. 487. c. *Placuit enim Macedoniæ, & Achaiæ, communionem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Jerusalem.* Sic etiam Ms. cod. 52. Floriac. Sedulius Scotus in Rom. 15. *Probaverunt enim Macedones*: deinde sic: *Probaverunt autem hoc sibi utile fore, si collationem aliquam sumptuum facerent sanctis. Quod autem placuit Macedoniæ, & Achaiæ*, &c. Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. Vulgatæ consonant, nisi quòd ille tollat *in*, ante *Jerusalem*. In Græco: Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία, καὶ Ἀ-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

27. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. 1. Cor. 9. 11.

28. Hoc igitur cùm consummavero, & assignavero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam.

30. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum,

31. ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis,

32. ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

**Versio antiqua.**

27. * Debitores sunt eorum. Quoniam si spiritalium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare eis.

28. Hoc igitur cùm consummavero, & assignavero eis fructum hunc: proficiscar per vos in Hispaniam.

29. Scio enim quoniam veniens ad vos, * in abundantia benedictionis Christi veniam.

30. Obsecro itaque vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per caritatem Spiritus, ut sollicitudinem impertiamini mihi in orationibus vestris * pro me ad Deum,

31. ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judæa; & remuneratio mea, quæ in Jerusalem, acceptabilis fiat sanctis,

32. ut cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Christi Jesu, & * refrigerer vobiscum.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *In Ms. Reg.* Debitores enim; & *infra additum in manu recentiori.*

* *Ms. Reg.* in abundantiam.

* *In Ms. Reg. deest* pro me.

* *Ms. Reg.* refrigerem.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

χοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερυσ. Borner. codex Gr. in principio habet: Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδόνες, καὶ Ἀχαϊκοί· Lat. *Macedones, & Achaici:* in fine verò ponit ἁγίων, post Ἱερουσαλήμ.

℣. 27. Ambrosiaster quoque in hunc loc. ab his incipit: *Debitores enim sunt eorum. Quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt Gentes: debent & in carnalibus ministrare eis:* & infra, in 1. Cor. 16. 4. *Si enim spiritualium eorum communicaverunt Gentes: debent hi in carnalibus ministrare eis.* Augustinus verò in ep. ad Gal. to. 3. col. 948. e. *Placuit enim illis: & debitores eorum sunt. Si enim spiritalibus eorum communicaverunt Gentes: debent & in carnalibus ministrare eis:* itidem l. de op. Mon. to. 6. col. 487. & 492. c. cui accinit Beda in Rom. 15. nisi quòd habeat, *Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles.* Ms. codex 52. Floriac. *Si enim spiritalibus eorum communicaverunt Gentes*, &c. Sedulius in hunc loc. *Quo modo si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles.* Gr. Εὐδόκησαν γάρ· καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν. Εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ Ἔθνη· ὀφείλουσι καὶ ἐν, &c. ut sup. at in Borner. cod. deest Εὐδόκησαν γὰρ, cum seq. καὶ; cujus loco ponitur γὰρ, post Ὀφειλέται.

℣. 28. Textui Regio & Sangerm. favent Ambrosiaster, & Beda in Rom. In Græco sic: Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν.... ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν, &c. al. δι᾽ ὑμᾶς.

℣. 29. Ms. codex Luxov. annor. 1100. litteris uncialibus exaratus sic incipit, *Spero autem*, &c. ut in Vulgata. Ambrosiaster verò in Rom. 15. *Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.* Itidem Beda in eundem loc. excepto *autem*, pro *enim*. Sedulius similiter tollit vocem *Evangelii*, post *benedictionis*; cui favent Origenes, Clem. Alex. & Scholiastes sub nomine Hieron. At in Græco hodierno exstat, εὐλογίας τοῦ Εὐαγγελίου. In Mss. tamen quibusdam abest τοῦ Εὐαγγελίου· item pro *abundantia*, in Borner. cod. est πληροφορίᾳ; in al. πληρώματι.

℣. 30. Ambrosiaster in hunc locum: *Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, ut sollicitudinem impartiamini mihi in orationibus pro me ad Dominum.* Rufinus quoque in Rom. habet *ad Dominum.* Beda in eundem loc. *Obsecro ergo vos fr. per Dom. nostrum J. C. & per charitatem S. Spir. ut adjuvetis me in orationibus ad Deum.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 747. c. *Obsecro itaque vos fratres per Dominum n. J. C. & per charitatem Spiritus S.* & l. 12. de Trin. p. 302. b. *Obsecro autem vos fratres per Dom. nostrum J. C. & per caritatem Spiritus, concertamini mecum in orationibus meis pro me ad Deum.* Græc. Παρακαλῶ δὲ... καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν· al. Πνεύματος ἁγίου, sicut infra, in Borner. cod. προσευχαῖς ὑμῶν, absque seq. ὑπὲρ ἐμοῦ, quod etiam abest à Mss. quibusdam Latinis, si Lucæ Brug. fides.

℣. 31. Ambrosiaster in hunc loc. *ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judæa; ut & munerum meorum ministratio accepta fiat in Jerosolyma sanctis.* Sedulius verò, & Beda eadem habent quæ in Vulg. In Græco sic: ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου, ἡ εἰς Ἱερουσ. εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις. Mss. quidam tollunt ἵνα, post καὶ; deinde Borner. codex Gr. habet δωροφορία, pro διακονία, Lat. *administratio*; pauloque post idem Gr. προσδεκτος, Lat. *acceptabilis.*

℣. 32. Ambrosiaster in hunc loc. *ut veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Jesu Christi, & refrigerer vobiscum.* Sedulius Scotus: *ut cum gaudio veniam ad vos:* pauloque post: *ut refrigerer vobiscum.* Beda: *ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, ut refrigerer vobiscum.* Gr. ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. Borner. codex Græc. Lat. pro Θεοῦ, ponit Χριστοῦ Ἰησοῦ· deinde sic, καὶ ἀναψύχω μεθ᾽ ὑμῶν· Clarom. ἀναψύξω μεθ᾽ ὑμῶν· Sangerm. ἀναψύξωμαι ὑμῶν.

℣. 33. Concinunt Ambrosiaster, Sedulius Scotus, & Beda in hunc loc. In Græco deest verbum *sit*; sed in Borner. cod. additur ἤτω, sicut in Sangerm. & Reg.

# CAPUT XVI.

**Vulgata nova.**

1. Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris:

2. ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis: & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.

3. Salutate Priscam & Aquilam adjutores meos Act. 18. 2.

**Versio antiqua.**

1. Commendo * autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est Cenchris:

2. ut suscipiatis eam in Domino dignè sanctis: & assistatis ei in * quocunque desideraverit vestri: etenim ipsa quoque mihi, & aliis multis.

3. Salutate Priscam & Aquilam adjutores meos

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *In Ms. Reg. deest* autem.

* *In Ms. Reg.* quibuscunque desideravit; & *infra pro* multis, *legitur* adsistit; *aliâ manu* adstitit.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Sedulius Scotus in Rom. 16. *Commendo vobis Phœbem sororem nostram, quæ est in... quæ est Cenchris.* Beda in eundem loc. *Commendo autem vobis Phœben sor. n. quæ est in ... quæ est Cenchris.* Similiter Ambrosiaster, præter hæc ultima: *quæ est ministra Ecclesiæ apud Cenchres.* Ms. cod. 52. Floriac. *quæ est in ministerio Ecclesiæ Cenchris.* Græc. Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν... οὖσαν διάκονον τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. In Borner. codice deest δὲ, post Συνίστημι.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis: & adsistatis illi in quibuscunque desideraverit vestri: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi.* Beda Vulgatæ congruit. In Græco sic: ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε... καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Borner. codex Græc. Lat. καὶ ἐμοῦ, καὶ ἄλλων παραστάτις ἐγένετο. Sic etiam Sangerm. & Clarom. præter καὶ ἄλλων πολλῶν.

℣. 3. Sic habet Beda in Rom. nisi quòd transferat, &



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

in Christo Jesu, & domesticam eorum Ecclesiam:

4. qui pro anima mea suas cervices * supposuerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium.

* Ms. Reg. proposuerunt.

5. Salutate Epenetum dilectum mihi, qui est in * primitibus Asiæ in Christo.

* Ms. Reg. principio.

6. Salutate Mariam, quæ multa laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum, & Juniam * cognatos, & concaptivos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui ante me fuerunt * in Christo.

* Ms. Reg. cognatos meos &.

* Ms. Reg. in Christo Jesu.

8. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum adjutorem * nostrum in Domino, & Stachin dilectum meum.

* Ms. Reg. meum ... & Stachim.

10. Salutate Apellen probum in Christo.

11. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli. Salutate Erodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi, qui sunt in Domino.

12. Salutate Triphenam, & Tryphosam, quæ laboraverunt in Domino. Salutate Persidam carissimam, quæ multa laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum * electum in Domino, & matrem ejus, & meam.

* Ms. Reg. dilectum.

14. Salutate Asyncritum, Flegonta, Hermen, Patrobam, Herman; & qui sunt cum eis, fratres.

15. Salutate Filologum, & Juliam, Neream, & sororem ejus, & Olympiadem, & qui cum eis sunt, omnes sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto.

17. Rogo autem vos fratres, diligenter obser-

VULGATA NOVA.

in Christo Jesu;

4. (qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium)

5. & domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.

6. Salutate Mariam, quæ multùm laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum, & Juniam cognatos, & concaptivos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum adjutorem nostrum in Christo Jesu, & Stachyn dilectum meum.

10. Salutate Apellen probum in Christo.

11. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

12. Salutate Tryphænam, & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multùm laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus, & meam.

14. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen; & qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philologum, & Juliam, Nereum, & sororem ejus, & Olympiadem, & omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

17. Rogo autem vos fratres, ut observetis eos,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*domesticam eorum Ecclesiam*, in ℣. 5. cum Vulgata. Ambrosiaster in eundem loc. *Salutate Aquilam & Priscillam adjut. meos in Christo Jesu; qui*, &c. Græc. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου, &c. ut in Vulgata. Mss. plures scribunt Πρίσκαν· Borner. verò codex Gr. Lat. addit in fine, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν, ut in Sangerm. & Reg.

℣. 4. Eodem modo legit Beda in Rom. Sic etiam Ambrosiaster in eandem epist. nisi quòd habeat *non solùm ego*; cui accinit Scholiastes sub nomine Hieronymi in Rom. 16. In Græco verò sic: οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος, &c. ut supra.

℣. 5. Vulgatæ favent Ambrosiaster, & Sedulius Scotus in hunc locum. Beda in eundem loc. legit *Ephenetum*; & in fine, *in Christo Jesu*. Gr. Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν. Mss. plures scribunt τῆς Ἀσίας· multi etiam, ἐν Χριστῷ· al. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Latini etiam aliqui, *in Christo Jesu*, teste Luca Brug.

℣. 6. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc locum, *Salutate Mariam, quæ multùm*, &c. ut sup. Gr. ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς· al. εἰς ὑμᾶς· al. ἐν ὑμῖν.

℣. 7. Hieronymus in ep. ad Philem. to. 4. col. 454. f. *Salutate Andronicum, & Juliam cognatos, & concaptivos m. qui sunt nobiles in Apost. qui & ante me fuerunt in Christo Jesu.* Itidem Beda in Rom. 16. deleta ultima voce *Jesu*. Contra Scholiastes sub Hieronymi nomine, habet *in Christo Jesu*; & supra legit *Juniam*. Ms. codex 52. Floriac. legit *Juliam*. Ambrosiaster in hunc loc. *Salutate Andron. & Juliam cogna. & concapt. meos: qui sunt insignes in Apost. qui ante me fuerunt in Christo Jesu.* Græcè: Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον, καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου, καὶ συναιχμαλώτους μου· οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν... οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ· al. καὶ Ἰουλίαν· subinde Ms. unus, οἱ πρὸ ἐμοῦ· & in fine plures, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 8. Sic habet Beda in Rom. 16. Ambrosiaster verò in eundem loc. *Salutate Ampliatum dilectum meum in Christo*; al. *Ampliadum*; al. *Ampliandum*; al. *Ampliam*: insuper Mss. nonnulli addunt *carissimum*. Sedulius Scotus: *Salutate Ampliatum*: subinde in comment. *in Domino amicum*. Gr. Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ· al. Ἀμπλιάτον.

℣. 9. Ambrosiaster in Rom. 16. *Salutate Urbanum adjutorem meum in Christo, Stachyn quoque dilectum meum.* Beda in eundem loc. Vulgatæ congruit; sicut & Græcum, demta voce Ἰησοῦ, post Χριστῷ. Mss. quidam ferunt ἐν Κυρίῳ, pro Χριστῷ· unus etiam supra, pro ἡμῶν, ponit μου, post συνεργὸν, *adjutorem*.

℣. 10. Ambrosiaster in Rom. 16. *Salutate Apellem probatum in Christo.* Beda in eundem loc. *Appellem probum in Christo.* Sedulius Scot. *probum in Domino.* Gr. Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ.

℣. 11. Similiter habent Sedulius, & Beda in hunc loc. addita voce *domo*, post *Aristoboli*, & *Narcissi*. Addit pariter Ambrosiaster, sed habet *Aristobuli*; paulòque post, *cognatum nostrum*. Gr. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου... τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου· reliqua ut in Vulg.

℣. 12. Vulgatæ concinit Ambrosiaster in Rom. 16. sicut & Beda in eundem loc. nisi quòd legit *Persidam*. Eidem favet Scholiastes sub Hieron. nomine. Gr. Περσίδα τὴν ἀγαπητὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν, &c.

℣. 13. Beda in Rom. 16. *Salutate Rufum electum Domino*, &c. ut sup. Sedulius verò, & Ambrosiaster, *electum in Domino*, &c. quibus Græcum favet.

℣. 14. Beda in Rom. 16. & Ms. codex 52. Floriac. *Salutate Asmeretum, Phlegontam, Hermen, Patrobam, Hermam; & qui*, &c. Scholiastes sub Hieron. nomine, in eundem loc. *Salutate Asyncritum, & Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermem; & qui*, &c. Ambrosiaster, *Asyncletum* (al. *Asyndetum*,) *Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen; & qui*, &c. Sedulius, *Asyncritum*, & *Herman*; nec plura. Gr. Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς, &c. al. Ἑρμῆν... Ἑρμᾶν.

℣. 15. Ambrosiaster: *Salutate Philologum, & Juliam, & Nereum, & sororem ejus, Olympiadem, & omnes, qui*, &c. al. *& Olympiam, & omnes.* Beda Vulgatæ concinit. Græc. Ἰουλίαν, Νηρέα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας, &c. al. Νηρέαν; al. paulò post, Ὀλυμπίαν; al. Ὀλυμπείδα.

℣. 16. Sic habent Ambrosiaster, & Beda in hunc locum, sed addunt, *Salutant vos omnes Ecclesiæ Chr.* cum Vulgata. Ita quoque in Græco est, deleta voce *omnes*: Mss. tamen plures etiam retinent πᾶσαι. Notandum verò quòd *Ecclesiarum salutatio*, quæ in Mss. nostris Latinis hîc omittitur, in iisdem transferatur post versum 21. cui adnecta legitur.

℣. 17. Auctor l. de sing. cler. apud Cypr. p. 536. c. *Rogo vos fratres, diligenter observare eos, qui dissensiones, & of-*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis. | vate, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, dicentes, vel facientes; & declinate ab illis. | *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* |
| 18. Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium. | 18. Hujusmodi enim * Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones seducunt corda innocentium. | * *Ms. Reg.* Domino & Christo nostro, *primâ manu.* |
| 19. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. | 19. Vestra enim oboedientia in omnes provulgata est. Gaudeo igitur in vobis, & volo vos sapientes esse in bonum, integros autem in malum. | |
| 20. Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. | 20. Deus autem pacis conteret Satanan sub pedes vestros velociter. | |
| *Act. 16. 1.* 21. Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater cognati mei. | 21. Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater cognati mei, & Ecclesiæ universæ Christi. | |
| 22. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. | 22. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. | |
| 23. Salutat vos Caius hospes meus, & universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, & Quartus, frater. | 23. Salutat vos Gaius * hospes meus, & universæ Ecclesiæ. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, & Quartus, frater. | * *Ms. Reg.* huospis. |
| 24. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. | 24. Gratia Domini * Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. | * *Ms. Reg. addit* nostri. |
| 25. Ei autem, qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, & prædicationem Jesu | 25. Qui autem potest vos confirmare secundùm Evangelium meum, & prædicationem Je- | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*fendiculà præter doctrinam, quam vos didicistis, aut dicunt, aut faciunt; & declinate ab ipsis.* Augustinus in Rom. 16. to. 3. col. 924. b. *Obsecro vos fratres, ut intendatis in eos, qui dissensiones, & scandala præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt.* Ambrosiaster in Rom. 16. *Oro autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter disciplinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis.* Sedulius Scotus in eundem loc. *Fratres, obsecro vos, ut observetis eos, qui diss. & offend. præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt.* S. Leo serm. 41. p. 106. e. *Rogamus autem vos fratres, ut observetis eos,* &c. ut in Vulgata. Beda in hunc loc. nil omnino differt à Vulg. In Gr. sic: Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας, ϗ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας· ϗ, &c. ut in Vulgata. Borner. codex Gr. Lat. pro σκοπεῖν, habet, ἀσφαλῶς σκοπεῖτε· paulòque post, sic: λέγοντας, ἢ ποιοῦντας· ϗ, &c. ut in Sangerm. & Reg.

℣. 18. Auctor l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 589. b. *Hujusmodi Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri.* Augustinus in Rom. 16. tom. 3. col. 924. d. *Hi enim Christo Domino non serviunt, sed suo ventri:* & lib. de op. Mon. to. 6. col. 484. e. *Neque enim isti Deo serviunt, sed suo ventri.* S. Leo ser. 41. p. 106. e. *Hujuscemodi enim Christo Domino non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium.* Itidem Hieronymus l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 500. f. Sic etiam Beda in Rom. 16. exceptis his, *Hujusmodi enim Christo Domino nostro.* Ambrosiaster in eundem loc. *Hi enim tales Christo Domino Jesu non serviunt, sed suo ventri: & per illecebras, ac blandimenta sermonum, depravant corda innocentium.* Græc. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ... ϗ διὰ τῆς χρηστολογίας, ϗ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς, &c. ut supra. In Mss. quibusdam deest vox Ἰησοῦ; in aliis verò præced. ἡμῶν; in pluribus etiam omittitur ϗ εὐλογίας.

℣. 19. Sedulius Scotus in Rom. 16. habet: *Vestra enim obedientia in omni loco divulgata est. In vobis igitur gaudeo. Volo enim vos sapientes esse in bono.* Similiter legunt Beda, & Scholiastes sub Hieron. nomine in eundem loc. *Vestra enim obedientià in omni loco divulgata est;* reliqua verò ut in Vulg. Item Ambrosiaster: *Vestra enim obed. in omni loco divulgata est:* sed paulò post, *in omnem locum:* deinde sic: *Gaudeo igitur in vobis. Volo vos proficere, ut eruditi sitis in bonum, rudes verò in malum.* Augustinus serm. 299. to. 5. col. 1218. c. *Volumus autem vos sapientes quidem esse in bono, integros autem à malo.* Gr. Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν. Θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν· al. pro πάντας, legitur πάντα τόπον· subinde in Borner. codice, Καὶ θέλω ὑμᾶς.

℣. 20. Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. c. *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.* Itidem Ambrosiaster in Rom. 16. sed addit in fine: *Gratia D. n. J. C. vobiscum.* Hieronymus in Amos 3. col. 1390. d. simpliciter: *Deus conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.* Ambrosius in Pss. 36. & 37. col. 791. b. 819. a. *Conterat Deus Satanam sub pedibus vestris:* ita rursum in Ps. 118. col. 1109. e. addita voce *citò*, post *vestris.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 109. col. 108. b. *Ipse autem Deus pacis conterat Satan.* Beda, & Scholiastes sub Hieron. nomine in Rom. 16. Vulgatæ concinunt ad verbum; sicut & Sedulius Scotus, nisi quòd postrema hæc, *Gratia D. n. J. C.* &c. non memorat. In Gr. sic: Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χρ. μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν· al. συντρίψαι τὸν Σατανᾶν· at Mss. plures Lat. legunt *conteret*, teste Millio. Borner. codex Græc. Lat. tollit in fine, Ἡ χάρις τοῦ, &c. cum Sangerm. & Reg.

℣. 21. Sic habent Sedulius, & Beda in hunc loc. omissis tantùm posterioribus verbis, *& universæ Ecclesiæ Christi.* Eadem quoque reticet Ambrosiaster in eundem loc. sed pro *adjutor meus*, habet, *consors laborum meorum;* at infra, in 1. Cor. *adjutor negotii mei.* In Gr. sic: Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου, ϗ, &c. ut in Vulg. Borner. cod. Gr. Lat. initio habet Ἀσπάζεται, & in fine addit: ϗ αἱ Ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ, ut in Sangerm. & Reg.

℣. 22. Sic habent Sedulius Hibern. & Beda in Rom. 16. Sic etiam Ambrosiaster, cum Scholiaste sub Hieron. nomine in eundem loc. nisi quòd habeant, *epistolam hanc, in Domino:* at Græcum reticet *hanc.*

℣. 23. Beda in hunc loc. cum Ms. codice 52. Floriac. *Salutat vos Caius hospes meus, & universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis,* &c. ut sup. Similiter habet Ambrosiaster in eundem loc. præter vocem *dispensator*, pro *arcarius.* Sedulius verò, & Scholiastes Hieron. Vulgatæ congruunt. Gr. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου, ϗ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ὁ Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, &c. al. ὅλη ἡ Ἐκκλησία. Borner. codex Gr. Latin. ὅλαι αἱ Ἐκκλησίαι.

℣. 24. Sedulius, Beda, & Scholiastes sub Hieron. nomine in Rom. 16. habent: *Gratia Domini nostri Jesu*, &c. quibus favet Græcum. Ambrosiaster verò versiculum integrum rejicit in finem epistolæ, ut & aliqui codices Græci: at quidam, tum Græci, tum Lat. eundem omnino prætermittunt. Unus Græcus omittit tantùm ἡμῶν, post *Domini;* Borner. verò Gr. Lat. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 25. Hilarius l. 4. de Trin. col. 830. d. *Ei autem, qui potens est confirmare vos secundùm Evangelium meum, & prædicationem J. C. secundùm revelationem sacramenti temporibus sæcularibus taciti.* Augustinus l. contra Maximin. to. 8. col. 702. d. *Ei autem, qui potens est vos confirmare secundùm Evangelium meum, & præconium Jesu Chr. secundùm revelationem mysterii temporibus æternis taciti.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 351. b. *Ei autem, qui potest vos roborare juxta Evangelium meum, & prædicationem J. C. secundùm revelationem mysterii temporibus æternis taciti.* Ambrosiaster in Rom. 16. *Ei autem, qui potest vos stabilire secundùm Evangelium meum, & prædic. J. C. secundùm revelationem mysterii* (al. *ministerii*) *quod temporibus æternis in silentio fuit.* Scholiastes sub Hieronymi nomine in Rom. cum Sedulio, Vulgatæ concinit. Itidem Beda, nisi quòd, pro

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

su Christi, secum & * revelationem sacramenti temporibus æternis taciturnitatis,

* *Ms. Reg.* apocalypsem, *absque* &.

26. (** innotesceret autem nunc per Scripturas Prophetarum juxta jussionem æterni Dei, in obœdientia * fidei in omnes Gentes, declarasset)

** *Vide Not.*

* *In Ms. Reg.* fidem, *primâ manu.*

27. solo Deo sapienti, per Jesum Christum, cujus gloria in sæcula sæculorum. Amen.

** *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

Christi, secundùm revelationem mysterii temporibus æternis taciti,

26. (quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundùm præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti,

27. soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*prædicationem* J. C. habeat *prædicationis Jesu* C. Gr. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ... καὶ τὸ κήρυγμα, &c. ut in Vulg. Notandum verò in Mss. plurimis Græcis hunc versum integrum, cum aliis duobus sequentibus, non admitti eo loci, sed adnexos reperiri fini capitis 14. præcedentis, sicut etiam præferebant olim codices aliqui, teste Orig. seu Ruffino in hunc loc. Eodem quoque loco leguntur in Græcis lectionariis non paucis, necnon in commentariis Chrysost. Theodoret. Theophylact. Œcum. Theoduli, &c. si Millio fides, cujus hac de re consulenda nota in Rom. 14. 23. In Ms. autem Alexandrino hic versus bis occurrit in hac epistola; hîc scilicet, & ad calcem capitis 14. In aliquibus verò Mss. eandem pericopen prætermissam fuisse non ambiguè declarat Hieronymus ipse loco supra citato in ep. ad Ephes. ubi verbis istis, *Ei autem, qui potest vos roborare*, hæc ab ipso præmissa leguntur: *Illud quoque quod ad Romanos in plerisque codicibus invenitur, ad confirmationem sui dogmatis trahunt, legentes:* Ei autem, qui potest, &c. Porrò qui dicit in plerisque codd. hæc legi, negat in omnibus. Verùm quonam in capite epistolæ ad Romanos, decimo sexto, an decimo quarto, reperta fuerint prædicta verba, ex Hieronymi verbis vix potest concludi.

℣. 26. Notandum quòd in textu nostro vox *innotesceret*, codicis Regii sit, non Sangermanensis: in isto enim imperfecta sic legitur, *innotescer*, cum breviatæ tamen vocis indicio super ultimam litteram. Sed quo quid significetur definire non facile est. Versum integrum ita refert Hilar. l. 4. de Trin. col. 830. d. *manifestati autem nunc per Scripturas propheticas secundùm præceptum æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes Gentes cogniti.* Augustinus l. contra Maximin. tom. 8. col. 702. d. *manifestati autem nunc per Scripturam Prophetarum secundùm præceptum æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes Gentes cogniti.* Hieronymus lib. 2. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 351. b. *manifestati autem nunc per Scripturas propheticas, & adventum Domini nostri Jesu* C. Ambrosiaster in Rom. 16. *manifestum est autem nunc per Scripturas propheticas secundùm imperium æterni Dei, ad obedientiam fidei, in omnes Gentes cognitum.* Beda in eund. loc. Vulgatæ congruit, nisi quòd, pro *ad obeditionem fidei*, habet, *ad obediendum fidei.* In Gr. φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε Γραφῶν Προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ Ἔθνη γνωρισθέντος.

℣. 27. Hilarius l. 4. de Trin. col. 830. d. *soli sapienti Deo, per J. C. cui gloria in sæcula sæculorum.* Itidem Augustinus l. contra Maximin. to. 8. col. 702. d. cum Sedulio, Ambrosiastro, & Beda in Rom. 16. Scholiastes verò sub Hieron. nomine in eundem loc. Vulgatæ accinit ad verbum, nisi quòd vocem ultimam versus præced. *cogniti*, adjungat huic versui hoc modo: *cogniti soli sapienti Deo*, &c. At in Græco sic: γνωρισθέντος· deinde: μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Mss. quidam addunt τῶν αἰώνων, ad αἰῶνας.

** In Ms. Regio hæc legitur clausula, fortè recentiori manu, quamvis eodem ferè charactere: *Epistula Pauli Apostoli explicit scribens à Corinthum.* In Græco verò ejusd. codicis, ut & codicis Sangerm. eadem manu, Πρὸς Ῥωμαίους· dehinc recentiori in Regio, ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου. In Græco hodierno hæc: Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς Ἐκκλησίας. In aliquibus autem nihil horum legitur. Alex. habet tantùm, Πρὸς Ῥωμαίους, cum Sangerm. & Regio. Theodoretus verò, & Œcum. addunt, ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

## *EPISTOLA AD ROMANOS.*

CAP. I. ℣. 27. Exarserunt in desideriis suis in invicem. *Non omittas* in, *ante* invicem.

℣. 28. Ut faciant ea, quæ non conveniunt. *Plurale* conveniunt *præferendum est singulari* convenit.

℣. 32. Et non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. *Non magis omittas primum* &, *quàm duplex* qui *subsequens.*

CAP. II. ℣. 1. Eadem enim agis, quæ judicas. *Non facilè mutes neutrum* quæ, *in masculinum* qui.

℣. 4. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Correctores prætulerunt verbum* ignoras, *participio* ignorans.

℣. 7. Gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt. *Et hic Correctores prætulerunt verbum* quærunt, *participio* quærentibus.

℣. 15. Et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. *Correctores, pro more sermonis Latini, receperunt ablativos, quorum loco alii legunt genitivos, more Græco.*

CAP. III. ℣. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? *Non mutes futurum* evacuabit, *in præteritum* evacuavit.

℣. 25. Quem proposuit Deus propitiationem. *Nec hic mutes femininum* propitiationem, *in masculinum* propitiatorem.

CAP. IV. ℣. 2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est. *Nomini* operibus *non addas* legis.

℣. 9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet. *Non auferas, vel adverbium* tantùm, *vel verbum* manet.

℣. 17. Ante Deum, cui credidit. *Non mutes personam tertiam in secundam* credidisti.

℣. 18. Sic erit semen tuum. *Quod sequitur in multis libris*, sicut stellæ cœli, & arena maris, *superfluit.*

℣. 19. Cùm jam ferè centum esset annorum. *Non omittas adverbium* jam.

CAP. V. ℣. 8. Quoniam cùm adhuc peccatores essemus. *Non interponas conjunctionem* si *inter* quoniam, & cùm.

*Sequitur:* Secundùm tempus Christus pro nobis mortuus est. *Correctores judicarunt non esse prætermittendum illud*, secundùm tempus.

CAP. VI. ℣. 3. An ignoratis. *Non est addendum* fratres.

℣. 6. Et ultra non serviamus peccato. *Non est mutandum & copulativum cum ut causativo.*

℣. 17. In quam traditi estis. *Nec hic mutandus est accusativus* quam *in ablativum* qua.

CAP. VII. ℣. 15. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. *Romani Patres censuerunt non esse auferendas voces* bonum, & malum, *quæ in plerisque Latinis libris leguntur.*

℣. 25. Gratia Dei. *Non interponas conjunctionem* autem, *multoque minùs vertas genitivum* Dei, *in dativum* Deo.

CAP. VIII. ℣. 7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. *Non scribas* inimicitia est in Deum.

℣. 38. Neque principatus, neque virtutes. *Nec addas* neque potestates, *nec substituas loco hujus* neque virtutes.

*Ibidem.* Neque fortitudo. *Correctores non judicarunt hoc prætereundum, de quo legi possunt nostræ Notationes.*

CAP. IX. ℣. 1. Veritatem dico in Christo. *Non addas* Jesu.

℣. 10. Non solùm autem illa. *Non est mutandum* illa *femininum in masculinum, aut dativum femininum* illi.

℣. 15. Et misericordiam præstabo cujus miserebor. *Non mutes genitivum* cujus *in dativum.*

CAP. X. ℣. 21. Ad populum non credentem, & contradicentem. *Non subjicias pronomen* mihi, *quod multi.*

CAP. XI. ℣. 4. Qui non curvaverunt genua ante Baal. *Non omittas has duas voculas* ante Baal.

℣. 6. Secundùm electionem gratiæ. *Non subjicias* Dei,

Digitized by Google

℣. 9. Fiat mensa eorum in laqueum. *Non est hic inferendum* coram ipsis.

℣. 19. Dices ergo: Fracti sunt rami. *Retinendum est futurum* Dices, *non substituendum præsens* Dicis.

℣. 32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate. *Correctores prætulerunt ablativum* incredulitate, *ei, quem alii libri legunt, accusativo*, incredulitatem.

Cap. XII. ℣. 3. Et unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei. *Non est auferenda conjunctio* &, *quam Correctores addiderunt.*

℣. 10. Charitate fraternitatis invicem diligentes. *Retinendus est ablativus* Charitate, *non surrogandus accusativus* Charitatem, *quod docuimus & nos in Notationibus.*

℣. 11. Domino servientes. *Olim, ante Hieronymianam correctionem, Latini libri ferè legebant* Tempori servientes; *quemadmodum & versu* 13. *subsequente*, Memoriis, *pro* Necessitatibus, sanctorum communicantes.

℣. 19. Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus. *Ut servandus est nominativus* vindicta, *loco accusativi, qui vulgò legitur: ita non est præponenda conjunctio* &, *ante pronomen* ego.

Cap. XIII. ℣. 1. Quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. *Femininum* ordinatæ *non est commutandum cum neutro* ordinata.

℣. 5. Ideo necessitate subditi estote. *Præferendus est ablativus* necessitate *dativo* necessitati.

℣. 10. Dilectio proximi malum non operatur. *Et hic præferendus genitivus dativo* proximo.

℣. 12. Nox præcessit. *Non mutes* præcessit *in* processit, *id est, diphtongum* æ *in vocalem quartam.*

Cap. XIV. ℣. 9. Ut & mortuorum & vivorum dominetur. *Non præponas vivos mortuis, hoc quidem loco.*

℣. 19. Et quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus. *Non omittas, vel* in *præpositionem ante* invicem, *vel verbum* custodiamus.

Cap. XV. ℣. 22. Et prohibitus sum usque adhuc. *Non putarunt Patres hæc verba sibi omittenda esse, quanquam à multis libris omittantur.*

℣. 29. In abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam. *Hîc addiderunt vocem* Evangelii, *quæ & Græcè additur.*

℣. 30. Ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. *Non auferas aut* vestris, *aut* pro me.

℣. 32. Et refrigerer vobiscum. *Retinendum est* & *copulativum, non substituendum* ut *causativum.*

Cap. XVI. ℣. 5. Qui est primitivus Asiæ in Christo. *Cave mutes* Asiæ *in* Achaiæ, sigma *in* chi.

℣. 6. Salutate Mariam, quæ multùm laboravit in vobis. *Pronomen secundæ personæ* vobis, *non est mutandum in primæ* nobis.

℣. 7. Salutate Andronicum, & Juniam. *Legendum est* Juniam, *ita ut tertia dictionis littera sit tertia liquidarum, non prima*, Julia.

℣. 11. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. *Alii libri non addunt, sed subaudiunt* domo.

℣. 27. Cui honor, & gloria. *Non omittas* Cui.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ,

### *EPISTOLA AD ROMANOS.*

Cap. V. ℣. 16. Et non sicut per unum peccatum. *Plura Mss. Latina, nominatim Brugense, & Audomarense, legunt, pro nomine* peccatum, *participium* peccantem, *Græco conformiter.*

Cap. VIII. ℣. 38. Neque fortitudo. *Videntur hæ duæ voculæ superfluere, ob plures rationes nostris Notationibus declaratas, etiam doctissimo Estio probatas scribenti in hunc locum.*

Cap. IX. ℣. 25. Et non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. *Jamdiu annotavimus, aliique ante & post nos, duplicem hic esse versionem ejusdem pericopes, & illam quidem*, Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam, *videri genuinam nostræ editionis scripturam.*

Cap. XI. ℣. 5. Reliquiæ salvæ factæ sunt. *Quidam libri, & Auctores omittunt* salvæ, *conformiter Græco, & Syro, quasi dicatur, aliqui facti sunt reliqui; qua de re nostræ Notationes. Supra* 9. ℣. 27. *memoraverat Apostolus reliquias salvas factas.*

Cap. XV. ℣. 22. Et prohibitus sum usque adhuc. *Multi boni libri omittunt hæc verba, Græco, & Syro consentaneè; quæ & lecta fuerunt supra* 1. ℣. 13.

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD CORINTHIOS
## PRIMÆ,

## à Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Paulus Deo gratias agit de donis datis Corinthiis: cæterùm dolet quòd de baptizatoribus essent inter ipsos schismata, gaudens quòd missus ad prædicandum Evangelium paucos baptizaverit; ostendens etiam reprobatam mundi sapientiam, & electos simplices: sicut & sita est salus in Christi morte, cujus prædicatio judicatur mundo stultitia, credentibus verò virtus, ac sapientia: ideo enim contemptibilia mundi elegit Deus, ne quis in se glorietur.*

CAP. II. *Ostendit Paulus se Christum, & hunc crucifixum magnâ modestiâ, verbisque simplicibus prædicasse Corinthiis: quanquam perfectis loqueretur etiam sapientiam mundo absconditam, quæ solo Dei spiritu cognosci potest: animalis enim non percipit quæ Dei sunt.*

CAP. III. *Corinthiis adhuc carnalibus non potuit Paulus prædicare recondita fidei mysteria: contendebant enim de his, qui tantùm ministri erant, cùm solus Deus possit gratiæ, ac virtutum dare incrementa, solusque Christus sit fidei fundamentum: super quod quis bene, aut malè superædificaverit, patebit in die examinis. Non est violandum Dei templum, quod sumus nos, nec in Dei ministris gloriandum.*

CAP. IV. *Non temere judicandum est de Dei ministris: reprehenduntur Corinthii, qui de ministris, & acceptis donis gloriabantur, ac si illa haberent; & se extollentes contemnebant etiam Apostolos, quanquam Paulus illos in Christo genuerat: dicit se brevi venturum Corinthum, quò Pseudoapostolos redarguat.*

CAP. V. *Corinthios reprehendit quòd in incestu publicè viventem tolerarent: quem absens tradit satanæ, monens ut expurgato vitiorum fermento, puri Pascha celebrent: nec vult eos commisceri Christianis palàm criminosis.*

CAP. VI. *Corripit eos quòd judicio contenderent coram judice ethnico; enumerans quædam peccata, quibus involuti regnum Dei non possidebunt: quædam licere dicit, quæ non expediant: & varias ob causas ostendit vitandam fornicationem.*

CAP. VII. *Corinthios instruit de matrimonio, ejusque usu, & indissolubili vinculo, innuptis commendans cælibatum; & quomodo fidelis cum conjuge infideli se habere debeat: quòdque unusquisque in quo vitæ statu ad fidem vocatus est, permaneat: virginitatem matrimonio præfert; uxorem mortuo marito liberam dicens, ut cui velit in Domino nubat.*

CAP. VIII. *Quanquam idolothytis vesci non sit ex se illicitum, cùm idolum nullius sit efficaciæ, aut potestatis, non sunt tamen illa edenda aut repugnante conscientiâ, aut cum infirmorum offendiculo; neque ea edere, aut non edere, hominem efficit meliorem.*

CAP. IX. *Non accipiebat Paulus victum à Corinthiis, quibus concionabatur, ut omnem amputaret offendiculi occasionem, licet hoc sibi fuisse licitum multis probet argumentis: sed in omnem formam se vertit, quò plures ad Dei cultum adducat: Corinthios exhortando ad imitationem eorum, qui in stadio currunt, aut in agone certant, suum quoque ait se domare corpus.*

CAP. X. *Commemoratione ingratorum Judæorum frequenter ob varia peccata à Deo punitorum, hos à similibus absterret: de tentatione humana, & Dei in tentationibus auxilio: non solùm idolatria fugienda est, sed & mensa eorum, qui idolothytis vescuntur; tum quòd per hoc videantur aliquid idolis deferre, tum quòd scandalo sint infirmioribus.*

CAP. XI. *Vir aperto, mulier autem velato debet orare capite: Corinthios reprehendit quòd ad celebrandam cœnam Dominicam invicem non exspectarent, sed inter se dissiderent; referens interim Sacramenti Eucharistiæ à Christo institutionem, & scelus ac pœnam indignè ad illud accedentium.*

CAP. XII. *Variis dantur varia ejusdem Spiritus sancti charismata, ut in modum humani corporis quisque suo fungatur officio, & mutuæ se operæ omnes indigere cognoscentes, mutuò se foveant: & ita Christus suæ providit Ecclesiæ de variis hominum statibus.*

CAP. XIII. *Ostendit charitatis necessitatem, ipsius officia, perpetuitatem, ac præcellentiam supra fidem, & spem, reliquaque Dei dona.*

CAP. XIV. *Donum linguarum inferius esse dicit dono prophetiæ; imò inutile, si desit qui interpretetur: tradit ergo eis normam, qua his donis ordinatè utantur: & mulieres in Ecclesiis silere jubet.*

CAP. XV. *Christum docet à mortuis resurrexisse, multisque, ac demum Paulo, qui se minimum dicit Apostolorum, apparuisse: ac nostram hic astruit resurrectionem, & ordinem, ac modum ejus, unà cum diversa resuscitatorum gloria, non in anima solùm, sed etiam in corpore: mors autem in resurrectione absorbebitur.*

CAP. XVI. *Ubi de colligenda pro Christianis, qui Jerosolymis agebant, eleemosyna, hortatus esset, commendat eis Timotheum, ac Stephanæ familiam: deinde salutationes subjungit.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PAULI
# APOSTOLI
## AD CORINTHIOS
## PRIMA.

## *CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. PAULUS vocatus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,
2. Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis
sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro.
3. Gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, &
Domino Jesu Christo.
4. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in

### VERSIO ANTIQUA.

1. PAULUS Apostolus Christi Jesu
per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,
2. Ecclesiæ Dei, sanctificatis
in Christo Jesu, quæ est Corinthi, vocatis sanctis, cum
omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu
Christi, in omni loco ipsorum, & nostro.
3. Gratia vobis, & pax à Deo patre nostro,
& Domino Jesu Christo.
4. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, sed Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hujus epistolæ ad Corinthios titulus deest in Ms. Regio. In Sangermanensi verò legitur, *Prima ad Corinthios.*

℣. 1. Ambrosius l. 9. de Spir. S. col. 652. d. *Paulus servus Christi per voluntatem Dei.* Augustinus ad Donatistas post collationem, to. 9. col. 601. g. *Paulus vocatus Apost. J. C. per voluntatem Dei, & Sosthenes frater.* Concinunt Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 1. ut & Græcum hodiernum; sed à Mss. quibusdam abest vox κλητὸς, *vocatus.*

℣. 2. Augustinus ad Donat. post collat. tom. 9. col. 602. a. *Ecclesia Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri J. C. in omni loco ipsorum, & nostro.* Sic etiam legit Beda in 1. Cor. 1. nec aliter Ambrosiaster in eandem epist. nisi quòd deleat vocem *nostri*, post *Domini.* Scholiastes sub Hieron. nomine in eundem loc. post hæc, *vocatis sanctis*, addit, *per baptismum sanctificatis.* Hilarius in Psal. 134. col. 480. c. *vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Dom. nostri J. C.* ut sup. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 648. c. *sanctificatis in Christo J.* Græcum Vulgatæ consonat: Borner. tamen codex Græco-Latin. verba hæc, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, *quæ est Corinthi*, præponit his, *vocatis sanctis*, ut in Sangerm. & Reg. subinde vox ἡμῶν, post *Domini*, abest ab Alex. nec legitur apud Tertul. l. 5. contra Marc. c. 5. si Millio fides.

℣. 3. Sic habent Augustinus ad Donat. post collat. to. 9. 601. g. Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. quibus favet Græcum. Hieronymus verò l. 2. contra Pelag. tom. 4. col. 515. c. legit: *Gratia vobis, & pax à Deo patre, & Christo Jesu Domino nostro.*

℣. 4. Ita legunt Augustinus ad Donat. to. 9. col. 602. a. Orosius l. contra Pelag. p. 454. b. Auctor l. de vocatione gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. Scholiastes Hieronymi, & Beda in 1. Cor. 1. Hilarius verò in Ps. 118. col. 254. f. habet: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis super gratiam Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu.* Itidem Ambrosiast. in 1. Cor. 1. præter ablativum *gratiâ.* Ambrosius in Ps. 118. col. 992. e. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei nostri, quæ*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu:
5. quoniam in omnibus locupletati estis in illo,
* in omni verbo, & omni scientia:
6. sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:
7. ita ut non indigeatis in nulla gratia, exspectantes revelationem Domini nostri Jesu Christi:
8. qui & confirmavit vos usque in finem sine crimine, in adventum Domini nostri Jesu Christi.
9. Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem filii ejus Jesu Christi Domini nostri.
10. Obsecro autem vos, fratres, per nomen
* Christi Jesu Domini nostri: ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scissuræ: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.
11. Perlatum est * enim de vobis, fratres, ab his, qui sunt Chloes, quòd contentiones inter vos sunt.
12. Dico autem hoc, quia unusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego autem Cephæ: ego autem Christi.
13. Divisus est Christus? Nunquid Paulus cru-

* In Ms. Reg. deest in.

* Ms. Reg. Jesu Christi.

* In Ms. Reg. enim mihi de.

## VULGATA NOVA.

gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu:
5. quòd in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia:
6. sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:
7. ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi:
8. qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi.
9. Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem filii ejus Jesu Christi Domini nostri. I. Thess. 5. 24.
10. Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi: ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.
11. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.
12. Hoc autem dico, quòd unusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ: ego autem Christi. Act. 18. 24.
13. Divisus est Christus? Nunquid Paulus cru-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*data est vobis in Christo Jesu.* Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. e. contractiùs: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in Christo Jesu, quòd omnes,* &c. Gr. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου... ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χρ. Ἰησοῦ.

℣. 5. Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. e. *quòd omnes locupletati estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia.* Hilarius in Ps. 118. col. 254. f. cum Ambrosiastro in Cor. *quoniam in omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo, & in omni scientia.* Rursus Hilarius in Psal. 64. col. 169. c. *in omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo, & scientia.* Augustinus ad Donat. post collat. to. 9. col. 602. a. *quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia.* Accinunt Orosius contra Pelag. p. 454. b. Scholiastes Hieronymi, & Beda in Cor. Ita etiam Ambrosius in Ps. 118. col. 992. e. nisi quòd habeat *in ipso,* pro *in illo:* at infra, col. 1120. d. legit: *abundantes in omni verbo, & cognitione.* Hieronymus in Eccles. to. 2. col. 767. b. *divites facti estis in omni sermone, & in omni scientia.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. *quòd in omnibus divites facti estis, in omni verbo, & sapientia.* Gr. ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει.

℣. 6. Accinunt magno consensu August. ad Donat. post collat. to. 9. col. 602. a. e. Orosius contra Pelag. p. 454. b. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. Sedulius, Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. unà cum Græco.

℣. 7. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. *ut non indigeatis ulla donatione, exspectantes revelationem D. nostri J. C.* Ambrosiaster in Cor. *ita ut vobis in nullo desit aliqua gratia, exspectantibus revelat. Domini n. J. C.* Augustinus ad Donat. post collat. to. 9. col. 602. e. *ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Itidem Orosius contra Pelag. p. 454. b. at infra, habet: *ita ut non indigeatis ulla gratia, exspectantes revelationem Domini n. J. C.* Sedulius Scot. in Cor. *ita ut nihil vobis desit:* pauloque post, *exspectantibus revelat. Domini n. J. C.* nulla mentione facta de his, *in ulla gratia,* quæ memorant Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. In Græco sic: ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν, &c. ut in textu.

℣. 8. Ambrosiast. in Cor. *qui & confirmabit vos usque ad finem sine crimine, in adventu Domini nostri J. C.* Similiter habet Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. a. præter *in diem* (al. *in die*) *adventus.* Sic etiam Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. necnon Hieronymus ipse l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 515. c. nisi quòd omittat vocem *adventus:* idem paulò post in comment. subdit: *qui tunc nos in omnibus confirmabit, & ostendet sine crimine, cùm dies Dom. n. J. C. & mundi finis advenerit.* In Græco: ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, &c. ut sup. al. ἐν τῇ παρουσίᾳ, al. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας.

℣. 9. Eodem modo legunt Sedulius, Scholiastes Hieronymi, & Beda in Cor. Hilarius verò l. 6. de Trin. col. 909. a. *Fidelis Deus: per quem vocati estis in communionem filii ejus.* Itidem Ambrosius l. 4. de fide, col. 547. f. cum Concilio Aquil. apud ipsum, ep. 9. col. 796. f. Vigilius Tapf. lib. 12. de Trin. *Fidelis autem Deus: per quem vocati sumus in communicationem filii sui J. C. Dom. nostri.* Ambrosiaster in Cor. *Fidelis est Deus: per quem vocati estis in societatem* (Rom. ed. *in communionem*) *filii ejus Domini nostri Jesu Christi.* Gr. Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, &c.

℣. 10. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 196. b. & l. 3. Testim. p. 326. a. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri J. C. ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem compositi in eodem sensu, & in eadem sententia.* Itidem Augustinus l. 1. contra Donat. to. 9. col. 87. f. excepto verbo *perfecti,* pro *compositi:* cui favet Collatio Carthag. p. 393. a. & Cœlestinus I. ep. 14. to. 1. col. 1147. a. Hilarius verò in Ps. 121. col. 386. b. habet: *Obsecro vos, fratres, ut idipsum sapiatis omnes, eandem caritatem exercentes:* at in Ps. 132. col. 461. c. *ut sitis omnes perfecti eodem sensu, eadem sententia.* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Dom. n. J. C. ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Leo M. ser. 67. p. 144. d. *Idipsum dicamus omnes, & simus perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia,* al. *sententia.* Huc redeunt quæ Tertullianus l. de præscr. c. 26. p. 336. a. & l. de bapt. p. 391. c. dicit, obsecrasse Apostol. *ut idipsum, & unum loquerentur omnes, & non essent schismata, & dissensiones.* Græc. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς... ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ· al. καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώσει.

℣. 11. Ambrosiaster in hunc loc. similiter habet: *Perlatum est enim mihi de vobis, fratres, ab iis, qui sunt Chloes, quòd contentiones inter vos sint.* Augustinus l. 1. contra Donat. to. 9. col. 87. f. *Nunciatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in vobis.* Collat. Carthag. p. 393. a. *Nunciatum enim est mihi, fratres, ab his, qui sunt Chloes, quia content. sunt in vobis.* Scholiastes Hieron. Sedulius Scot. & Beda in Cor. *Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his,* &c. ut in Vulgata. Gr. Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι. Mss. quidam tollunt μου, post ἀδελφοί.

℣. 12. Augustinus l. contra Donat. to. 9. col. 87. f. *Hoc autem dico, quia unusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego Cephæ: ego autem Christi:* & tr. 97. in Joh. to. 3. col. 740. f. *Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ:* subinde, *ego sum Christi:* item sup. tract. 13. col. 387. g. *Illi dicebant: Ego sum Pauli: ego Apollo: ego Cephæ:* & tract. 47. col. 608. f. *Alii, Ego sum Pauli: alii, ego sum Cepha: alii, ego Apollo: alii, ego Christi.* In Collat. Carthag. p. 393. a. *Et unusquisque vestrûm dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ: ego autem Christi.* Concinunt Ambrosiaster, & Beda in Cor. nisi quòd in principio habent: *Hoc autem dico, quòd unusquisque,* &c. Græc. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος, &c. ut in Vulgata. Vide etiam Tertullianum l. de bapt. p. 391. c.

℣. 13. Sic habent Augustinus l. 1. contra Donat. to. 9. col. 87. f. & Collat. Carthag. p. 393. a. quibus accinunt Ambrosiaster, Sedulius, & Scholiastes Hieron. in Cor. necnon Beda in eandem ep. nisi quòd in principio habeat, Di-

Digitized by Google

### Vulgata nova.

cifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrûm
Act. 18. 8. baptizavi, nisi Crispum, & Caium:

15. ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.

16. Baptizavi autem & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem alium baptizaverim.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed
2. Pet. 1. 16. evangelizare: non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.

Inf. 2. 1. 4. 18. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis,
Rom. 1. 16. Dei virtus est.

Isai. 29. 14. 19. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Isai. 33. 18. 20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?

21. Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.

### Versio antiqua.

cifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrûm baptizavi, nisi * Chrispum, & Gaium: * Ms. Reg. Crispum, & Caium.

15. ne quis dicat quòd in nomine meo * baptizati estis. * Ms. Reg. baptizavi.

16. Baptizavi autem & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem baptizavi.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare: non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.

18. Verbum enim crucis, pereuntibus stultitia est: his autem, qui salvi fiunt, virtus Dei est.

19. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?

21. Nam quia in sapientia Dei non cognovit * mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. * Ms. Reg. mundum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*visus est ergo Christus?* Rursus Augustinus tract. 13. in Joh. col. 387. g. *Divisus est Christus?* & tract. 5. & 47. col. 323. b. 608. f. *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine*, &c. Optatus Milev. l. contra Donat. p. 31. a. *Nunquid divisus est Christus?* & infra, p. 86. b. *Nunquid in nomine meo baptizati estis?* Gr. Μεμέρισαι ὁ Χριςός; &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Μὴ μεμέρισαι ὁ Χριςός; alii, Χριςός, absque interrogandi nota: quibus favere videntur Ambrosiaster, Sedulius in comment. necnon Theophylactus, & Œcumenius, si Millio fides.

℣. 14. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *Deo gratias ago, quòd neminem vestrûm tinxerim, nisi Crispum, & Gaium.* Sedulius, & Scholiastes Hieron. cum Beda in Cor. *Gratias ago Deo meo, quòd neminem vestrûm baptizavi, nisi Crispum, & Caium.* Itidem Ambrosiaster in Cor. deleta voce *meo*; nec aliter in antiquo Ms. Floriacensi Lat. neque etiam in Gr. hod. si in utroque exceperis insuper *Gayum*, & Γάϊον. Sed Mss. duo, cum Syr. & Copt. habent Θεῷ μου, quibus suffragatur Theodoretus, teste Millio.

℣. 15. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *ne qui dicat quòd in nomine meo tinxerim.* Ambrosiast. in Cor. *ne quis dicat quòd in nom. meo baptizavi*; al. *baptizati estis.* Scholiastes Hieron. cum Beda in Cor. *ne quis dicat quòd in... baptizati sitis.* Sedulius Scot. in comment. *ne quis me putaret in meo nomine baptizasse.* Græcè: ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα· al. ἐβαπτίσθην, al. ἐβαπτίσθη, al. ἐβαπτίσθητε.

℣. 16. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Baptizavi autem & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem alium vestrûm baptizaverim.* Augustinus tract. 5. in Joh. col. 323. d. similiter, *Baptizavi & Stephanæ domum.* Ambrosiaster in hunc loc. *cæterorum nescio si quem alium baptizaverim.* Gr. λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα. Tertul. lib. de bapt. p. 391. b. huc alludens dicit: *Cur tinxit... Stephanæ domum?*

℣. 17. Textui favent Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. sicut etiam Sedulius Scot. nisi quòd habet *ne evacuetur.* Tertullianus l. de bapt. p. 391. b. *Non enim me ad tinguendum Christ. misit, sed ad prædicandum.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. *Misit me Christus annuntiare: non in sermonis sapientia, ne inanis fiat crux Christi.* Hilarius l. 3. de Trinit. col. 822. e. *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare: non in sermone sapientiæ, ne inanis fiat crux Christi.* Ambrosius l. 7. in Luc. 1429. a. *Misit me Christus evangelizare.* Græcum textui consonat.

℣. 18. Irenæus l. 1. p. 17. b. *Verbum enim crucis, iis, qui pereunt, stultitia est: iis autem, qui salvantur, virtus Dei.* Eòdem recidunt quæ Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 786. c. licet alludens, dicit: *Crucem Christi stultitiam esse perituris: virtutem autem, & sapientiam Dei, salutem consecuturis.* Item Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. cum Hilario l. 3. de Trin. col. 822. e. *Verbum enim crucis, stultitia est iis, qui pereunt: iis autem, qui salvantur, virtus Dei est.* Ambrosiaster: *Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: his autem, qui salvi fiunt, virtus Dei est.* Vulgatæ verò concinunt Sedulius, Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. qui omnes addunt, *id est nobis*, post verbum *fiunt.* Eisdem favet Ambrosius in Ps. 45. col. 929. a. dicens: *Crux Domini... Græcis stultitia: nobis autem virtus Dei, atque sapientia est.* Auctor l. contra Jud. apud Cyprian. p. 496. b. *Crux Christi, non credentibus stultitia est: credentibus autem, crux virtus est Dei.* Græc. Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ ςαυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐςίν· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ ἐςι. In Borner. cod. Gr. Lat. deest ἡμῖν, sicut in nostris Sangerm. & Reg. sed apud Iren. loco supra cit. Græcè habetur, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, quod vetus Interpres vertit, *iis autem, qui salvantur*, pro *nobis autem, qui salvamur*, quod reddere debuisset: ex quo loco, sicut & ex aliis pluribus manifestè apparet veterem Irenæi interpretem, utpote Linguæ Latinæ imperitum ac rudem, varia Scripturæ testimonia, quæ passim apud Irenæum leguntur, non novè interpretatum fuisse; sed ad illa Latinè reddenda adhibuisse antiquam Scripturæ versionem, quæ vulgò legebatur in Ecclesia Latina, id est Italicam; quod etiam autumarunt doctissimi operum Irenæi editores novissimi, Grabius, & Massuetius è nostris. Hoc autem semel à nobis hîc declaratum sufficiat: rem enim eandem in præfat. generali examussim disputavimus.

℣. 19. Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. similiter habet: *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Sic etiam Augustinus l. 10. de civit. Dei, c. 28. tom. 7. col. 263. d. & in Actis purg. Cæcil. append. Optat. p. 264. b. quibus accinunt Auctor epist. ad Demetriad. p. 42. d. & Scholiastes Hieron. necnon Beda in 1. Cor. nisi quòd in principio habet, *Sicut scriptum est.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 786. c. *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam.* Hilarius l. 3. de Trinit. col. 822. e. *Scriptum est enim: Perdam sap. sapientium, & intellectum intelligentium reprobabo.* Hieronymus in Isai. 13. to. 3. col. 152. a. *Perdam sapientiam sap. & intelligentiam prudentium reprobabo*: ita rursum in Amos 2. col. 1387. e. & in Jon. 3. col. 1489. a. at in Ezech. 26. col. 871. c. & *intelligentiam intelligentium reprobabo*: & in Isai. 29. col. 247. f. cum Ambrosio l. 6. Hexa. col. 139. f. & *intellectum prudentium reprobabo.* Gr. καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

℣. 20. Tertullianus l. de idol. c. 9. p. 241. b. *Ubi sapiens? ubi litterator? ubi conquisitor hujus ævi? Nonne infatuavit Deus sapientiam hujus sæculi?* & l. 5. contra Marc. p. 786. c. *Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi?* Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne infatuavit Deus sapient. hujus mundi?* Hilarius l. 2. de Trin. col. 795. b. *Ubi sapiens? ubi conquisitor sæculi?* & l. 3. col. 811. f. *Ubi est sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus prudentiam hujus mundi?* & infra, 822. f. *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit D. sapientiam hujus mundi?* Itidem legit S. Paulinus ep. 38. p. 232. a. sicut Augustinus l. 10. de civit. Dei, c. 28. tom. 7. col. 263. d. & l. de divin. dæm. to. 6. col. 513. c. Accinunt pariter Ambrosius lib. 7. in Lucam, col. 1426. c. Auctor epistolæ ad Demetriad. p. 42. d. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. necnon Scholiastes Hieron. nisi quòd habeat *inquisitor*, pro *conquisitor*; Græc. συζητητὴς, &c. ut in textu. Ms. Floriac. Lat. *ubi conquisitor hujus ævi?* Rursus Augustinus tr. 40. in Joh. to. 3. col. 665. b. *Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi.*

℣. 21. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 786. c. *Quare*



Digitized by Google

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

### Versio antiqua.

22. Quoniam quidem Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:

23. nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam;

24. ipsis autem vocatis Judæis, & Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam:

25. quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & infirmum Dei, fortius est hominibus.

26. Videte enim vocationem vestram fratres, quoniam non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles:

27. sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortiora:

### Vulgata nova.

22. Quoniam & Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:

23. nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam;

24. ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam:

25. quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

26. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles:

27. sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia:

### Notæ ad Versionem antiquam.

*quoniam in Dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam Deum: boniduxit Deus per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. *Quoniam quidem in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum: complacuit Deo per stultitiam prædicationis salvare credentes.* Hilarius l. 3. de Trin. col. 811. f. *Nam quia in sapientia Dei non cognovit mundus per prudentiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes:* at infra, col. 822. f. *Quoniam quidem in sapientia Dei non cognovit mundus* (Ms. 1. *hic mundus*) *per sapientiam Deum: decrevit Deus per stultitiam prædicationis salvare* (Ms. 1. *salvos facere*) *credentes.* Zeno Veron. lib. 1. tract. 3. p. 29. *Nam quia sapientiam Dei non cognovit sæculum per sapientiam: Deus optimum existimavit per stultitiam prædic. salvos facere credentes.* Ambr. l. 7. in Luc. col. 1426. c. *Nam quoniam in Dei sapientia non cognovit hic mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædic. salvos facere cred.* Itidem legit Augustinus l. de divin. dæm. to. 6. col. 513. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 28. to. 7. col. 263. d. detracta vocula *hic*, ante *mundus*. Eidem accinunt magno consensu Leo Mag. ser. 24. p. 78. e. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 4. d. Ambrosiaster, Sedulius, Beda, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. S. verò Paulinus ep. 24. p. 163. b. habet: *Non cognovit hic mundus sapientiam Dei per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Gr. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεόν· εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς, &c. ut sup. al. τῷ Θεῷ διὰ τῆς, &c.

℣. 22. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 787. a. *Quoniam Judæi signa desiderant, & Græci sapientiam quærunt.* Similiter habet Cyprianus l. 2. Testim. p. 285. a. & l. 3. p. 324. b. præter vocem *prudentiam*, pro *sapientiam*. Aug. l. de divin. dæm. to. 6. col. 513. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 28. to. 7. col. 263. d. *Quoniam quidem Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:* ita rursum ep. 196. tom. 2. col. 736. a. & in Psal. 33. to. 4. col. 216. f. sed omisso *quidem*. Itidem Hilarius l. 3. de Trin. col. 811. f. & 822. f. cui favent Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. cum Auctore l. de prædict. dimid. temp. c. 11. col. 197. c. Sic etiam habet Sedulius Scot. in Cor. nisi quòd reticet verbum ult. *quærunt*. Scholiastes verò Hieron. in hunc loc. *Quoniam & Judæi signa petunt*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσι. Mss. quidam tollunt καὶ, post Ἐπειδή; alii verò plures paulò post habent σημεῖα.

℣. 23. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. e. *nos autem annuntiamus Christum Jesum crucifixum.* Auctor lib. contra Jud. apud Cypr. p. 496. b. *nos autem annuntiamus vobis Christ. & hunc crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Cyprianus l. 2. & 3. Testim. pp. 285. a. 304. b. *nos autem prædicamus Christum crucifix. Judæis quidem scand. Gentibus autem stultitiam.* Sic etiam habet Hilarius in Ps. 67. col. 202. f. & l. 3. de Trin. col. 812. a. 823. a. & l. 10. col. 1076. c. Item Augustinus ep. 196. tom. 2. col. 736. a. & in Ps. 33. to. 4. col. 216. f. & l. de divin. dæmon. tom. 6. col. 513. c. & l. 10. de civit. Dei, c. 28. to. 7. col. 263. d. cui accinit Fulgentius lib. 3. ad Trasim. c. 6. p. 115. necnon Sedulius, Ambrosiast. Beda, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. Rursus Augustinus in Joh. 16. col. 739. f. ait: *Christus crucifixus & Judæis scandalum, & Gentibus stultitia.* Ambrosius l. 6. in Luc. col. 1391. e. *quia prædicamus Christum crucif. Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam:* & in Pss. 39. & 45. col. 860. f. 929. a. *crux enim Christi* (al. *Domini*) *Judæis offendiculum, Græcis stultitia.* S. Leo serm. 54. p. 124. d. *Judæis scandalum, Gentibus autem stultitia.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. f. *prædicamus Jesum Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stult.* Hilarius quoque duobus locis supra cit. habet *Jesum Christum.* Græcum textui favet, nisi quòd, pro *Gentibus*, habet Ἕλλησι; at in Mss. plurimis, Ἔθνεσι.

℣. 24. Similiter habet Cyprianus l. 2. & 3. Testim. pp. 285. a. 324. b. *ipsis autem vocatis Judæis, & Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Itidem Auctor l. contra Jud. p. 496. b. omissa voce *Christum*. Hilarius l. 3. de Trin. col. 812. a. *iis autem, qui sunt vocati, Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam:* at l. 10. col. 1076. c. *ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis, Christum Jesum Dei virtutem, & Dei sapientiam:* nec aliter l. 3. col. 823. a. nisi quòd omittit vocem *Jesum*. Hoc postremo modo legunt Ambrosius l. 6. in Luc. col. 1391. e. & Aug. ep. 196. to. 2. col. 736. a. & in Ps. 33. to. 4. col. 216. f. & l. de divin. dæmon. tom. 6. col. 513. c. & l. 10. de civitate Dei, c. 28. to. 7. col. 263. d. quibus adde Ambrosiast. Sedulium, Bedam, & Scholiastem Hieron. in Cor. cum Fulgentio l. 3. ad Trasim. c. 6. & Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. f. Vide etiam Augustinum in Joh. 16. to. 3. col. 739. f. Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 81. f. ultima tantùm verba exhibet, *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Leo Mag. ser. 54. p. 124. d. *Dei virtus est, Deique sapientia:* cui favent Hilarius in Ps. 62. col. 153. c. ac in Matth. col. 665. e. Victorinus Afr. p. 270. d. Phæbadius Agin. l. contra Arian. p. 301. f. & Auctor l. de prædict. p. 2. c. 27. col. 153. d. In Græco sic: αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε, καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. Borner. cod. tollit τοῖς, ante κλητοῖς. Clem. Alex. habet, Χριστὸς Θεοῦ δύναμίς ἐστι, καὶ Θεοῦ σοφία.

℣. 25. Tertullianus l. 2. contra Marc. p. 644. b. *stultum Dei, sapientius hominibus: & invalidum Dei, validius hominibus:* & l. 5. contra Marc. p. 787. a. *stultum Dei, sapientius hominibus: infirmum Dei, fortius homine.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 353. a. & l. 1. & 2. contra Pelag. col. 493. d. 514. a. *fatuum Dei, sapientius est hominibus.* Hilarius l. 3. de Trin. col. 823. a. *quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus: & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus:* Ms. 1. *quod infirmius est... quod stultius est:* at sup. col. 812. a. constanter legit cum Vulg. *quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Itidem Augustinus in Job, to. 3. col. 663. d. & l. de divin. dæm. to. 6. col. 514. a. necnon in Ps. 33. to. 4. col. 216. f. nisi quòd eo loci habeat, *fortius est quàm homines:* at l. 10. de civitate Dei, c. 28. to. 7. col. 263. d. legit: *quoniam stultum Dei, sapientius est hominibus: & infirmum Dei, fortius est hominibus:* quibus favet Ambrosius ep. 50. col. 993. e. Vide etiam eundem Augustin. in Joh. 2. & 4. col. 357. g. & 409. e. Ambrosiaster in Cor. Vulgatæ congruit, sicut Beda, Sedulius Scotus, & Scholiastes Hieron. in eundem loc. necnon Symm. ep. 6. Conc. to. 4. col. 1298. b. cum Auct. quæst. ex utroque T. q. 117. col. 127. g. S. Paulinus ep. 5. p. 23. c. hæc tantùm refert: *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Fulgentius l. 3. ad Trasim. c. 6. pp. 115. 116. *quod enim stultum est Dei*, &c. ut in Vulg. In Græco sic: ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί.

℣. 26. Sic habet Augustinus in Joh. 1. to. 3. p. 2. col. 349. b. necnon in Pss. 65. & 149. tom. 4. col. 642. e. 643. d. & 1691. b. Sic etiam Sedulius Scot. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Ambrosiaster verò in eundem loc. *Intuemini enim fratres vocat. vestram*, &c. ut sup. Irenæus l. 2. c. 19. p. 144. a. *Videte enim vocationem vestram fratres, quoniam non multi sapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes.* Græcum textui Lat. favet.

℣. 27. Tertullianus l. de præscr. c. 7. p. 331. b. allu-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

28. & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret:

29. ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.

Jer. 23. 5. 30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio:

Jer. 9. 23. 24. 2. Cor. 10. 17. 31. ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

**Versio antiqua.**

28. & ignobilia hujus mundi, & contemptibilia elegit Deus, quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

29. ut non glorietur omnis caro coram Deo.

30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, * qui factus est sapientia nobis à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio: * Ms. Reg. quia.

31. ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

### Notæ ad Versionem antiquam.

dens dicit: *stulta mundi in confusionem etiam philosophiæ ipsius elegit:* & l. de bap. c. 2. p. 388. a. *stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes:* sicque rursum l. de carne Chr. p. 545. a. & l. 5. contra Marc. p. 801. c. necnon l. de resur. carn. p. 591. a. nisi quòd hoc ult. loco habeat, *ut sapientiam mundi confundat:* libro verò contra Prax. p. 847. a. *ut confundat sapientiam:* itidem l. 5. contra Marc. p. 787. a. *stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam: infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia:* & l. de fuga in pers. p. 969. b. *infirma mundi electa sunt à Deo, ut confundantur fortia: & stulta ejus, ut confundantur sapientia.* Similiter S. Paulinus ep. 5. p. 23. c. *stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientia:* & epist. 24. p. 165. b. *elegit infirma mundi, ut confunderet fortia.* Augustinus tract. 7. in Joh. to. 3. p. 2. col. 349. b. *sed infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia;* nec plura hujusce versûs refert, quamvis & antecedentem, & subsequentem commemoret ibidem: at in Ps. 65. tom. 4. col. 642. e. 643. d. totum sic exhibet, unà cum Ambrosiastro in 1. Cor. *sed stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia:* libro verò de op. Monach. to. 6. 492. d. *& infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia: & stulta mundi elegit, ut confunderet sapientes:* vide etiam in Job, to. 3. col. 668. b. Ambrosius in Ps. 36. col. 780. c. *quoniam stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes.* Auctor l. de prom. p. 1. c. 33. col. 114. e. *stulta enim mundi elegit Deus, per quæ sapientiam mundi evacuet.* Auctor ep. ad Demetriad. p. 40. c. cum Sedulio, & Beda in 1. Cor. 1. *quæ stulta sunt mundi elegit*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου... ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά. Mss. quidam omittunt ἵνα τοὺς σοφοὺς, &c. usque ad seq. ἵνα.

℣. 28. Irenæus l. 2. c. 19. p. 144. a. post versum 26. supra allatum, addit: *sed quæ fuerunt contemptibilia mundi elegit Deus*, omisso versu 27. intermedio. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 787. a. sic prosequitur: *inhonesta, & minima, & contemptibilia, quæ non sunt, ut confundat quæ sunt.* Tichonius reg. 3. p. 53. g. *inutilia, & abjecta elegit Deus, quæ non sunt, ut ea quæ sunt evacuarentur.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1004. d. *contemptibilia hujus mundi elegit Deus:* & in Luc. 15. 1467. c. *quia elegit Deus quæ non sunt, ut quæ sunt destrueret.* Augustinus tr. 7. in Joh. to. 3. p. 2. col. 349. b. *& ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus; & ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, ut quæ sunt evacuentur:* & in Pss. 65. & 149. to. 4. col. 642. e. 643. d. 1691. b. *& ignobilia mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, ut ea quæ sunt evacuentur:* & l. de op. Mon. to. 6. col. 492. d. *& ignobilia mundi, & ea quæ non sunt, tanquam sint, ut ea quæ sunt evacuentur.* Auctor verò epist. ad Demetriad. p. 40. c. & Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. Vulgatæ concinunt, sicut Ambrosiaster in eund. loc. nisi quòd initio habeat, *& ignobilia hujus mundi*, ut in textu Sangerm. & Reg. In Græco sic: καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· aliàs deest καὶ, post vocem Θεός.

℣. 29. Irenæus l. 3. c. 20. p. 213. c. *ut non glorietur in conspectu Domini omnis caro.* Tertullianus lib. 5. contra Marc. p. 787. b. *ne glorietur omnis caro, ut quemadmodum scriptum est*, &c. ex ℣. 31. prætermissis mediis omnibus. Tichonius reg. 3. p. 53. g. *ut non glorietur in conspectu Dei omnis caro:* rursus ibid. *ut omnis caro non glorietur in conspectu Dei.* Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 492. d. *ut non glorietur omnis caro coram Deo.* Auctor verò ep. ad Demetriad. p. 40. c. *ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.* Cui accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. unà cum Græco. Mss. tamen plerique, loco ἐνώπιον αὐτοῦ, ferunt ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

℣. 30. Tichonius reg. 3. p. 53. g. *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est vobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctimonia, & redemptio.* Ambrosius in Ps. 35. col. 773. c. *In ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est sapientia nobis à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio:* & in Ps. 45. col. 929. a. *Ex ipso autem vos estis in C. Jesu, qui factus est sapientia nobis à Deo:* & lib. 3. de fide, col. 503. c. ac l. de Spiritu S. col. 670. d. *qui factus est nobis sap. à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio.* Hilarius in Ps. 51. n. 10. col. 74. b. *factus est nobis justitia, & sanctificatio, & redemptio:* vide etiam in Ps. 68. col. 227. b. & in Ps. 118. col. 274. c. Apud Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. col. 409. e. *Christus quippe factus est nobis à Deo patre sapientia, justitia, sanctificatio, & redemptio.* Augustinus in Joh. 15. & 16. to. 3. col. 716. e. 740. f. *factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio*, &c. Ambrosiaster in 1. Cor. *Ex ipso enim vos estis in Christo Jesu, qui*, &c. ut in Vulgata. Beda in eund. loc. *Ex ipso autem vos*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco est.

℣. 31. Sic habent Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 787. b. & Augustinus ubi sup. unà cum Ambrosiastro, & Beda in 1. Cor. 1. Tichonius verò, reg. 3. p. 53. g. *ut secundùm quod scriptum est: Qui gloriatur*, &c. ut sup. Similiter Hilarius in Ps. 51. n. 5. col. 71. b. & Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 32. d. *Qui gloriatur*, &c. Græcum nil differt.

# CAPUT II.

**Vulgata nova.**

Sup. 1. 17. 1. Et ego, cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.

2. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos,

**Versio antiqua.**

1. Et ego veniens ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, adnuntians vobis testimonium Dei. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. Neque enim judicavi scire aliquid inter vos,

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambrosius in Luc. 13. col. 1454. b. *Et ego veniens ad vos, fratres, veni non cum eminentia sermonis, aut sapientiæ, prædicans vobis mysterium Dei.* Augustinus serm. 160. to. 5. col. 771. c. *Et ego, fratres, veniens ad vos, veni non in elatione verbi, aut sapientiæ, annuntians vobis mysterium Dei.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 100. col. 92. c. *Et ego veniens ad vos, fratres, non veni in sublimitate sermonis, aut sap.* S. Paulinus ep. 37. p. 228. c. *neque in sublimitate sermonis, annuntians mysterium Christi.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. col. 348. d. *Et ego cùm venissem ad vos, fratres, veni non in eminentia verbi, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Dei.* Ambrosiaster in 1. Cor. 2. *Et ego cùm venissem ad vos, fr. veni non cum eminentia sermonis, aut sapientiæ, prædicans vobis mysterium Dei;* Mss. ejusdem quidam, *annuntians vobis testimonium Christi.* Scholiastes Hieronymi in 1. Cor. 2. *Et ego cùm venissem ad vos, fr. non veni per sublimitatem sermonis, aut*, &c. ut in Vulgata. Sedulius Scot. in eundem loc. *Et ego cùm venissem ad vos, fratres, veni non cum eminentia sermonum.* Beda verò ibid. Vulgatæ concinit ad verbum. In Græco sic: Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς... ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. Mss. plures, μυστήριον τοῦ Θεοῦ· al. τοῦ Χριστοῦ.

℣. 2. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *Nec enim judicavi scire aliquid in vobis, quàm J. C. & hunc crucifixum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

3. Et ego in infirmitate, & in timore, & tremore multo fui apud vos:

4. & sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasione sapientiæ * sermonis, sed in ostensione spiritus, & * virtutis:

5. ut fides vestra non sit in sapientiam hominum, sed in virtute Dei.

6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam autem non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur:

7. sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ in abscondito est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram,

8. quam nemo principum sæculi hujus cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent.

9. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum:

* *Ms. S. Germ.* sermones.

* *Ms. S. Germ.* virtuti.

VULGATA NOVA.

nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

3. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: *Act. 18. 1.*

4. & sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis: *2. Pet. 1. 16.*

5. ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur:

7. sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram,

8. quam nemo principum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

9. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum: *Isai. 64. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hilarius in Ps. 118. col. 359. c. *Ego autem non judicavi quidquam scire me, nisi Christum J. & hunc crucif.* & l. 10. de Trin. col. 1076. e. *Non enim judicavi me quidquam scire in vobis, nisi Christum J. & hunc crucif.* Itidem Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 267. c. sublato *me.* Ambrosius l. de Jos. c. 13. col. 508. a. *Neque enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum J. & hunc crucif.* ita rursum in Luc. 13. col. 1454. b. præter *quid*, pro *aliquid.* S. Paulinus ep. 37. p. 228. c. alludens dicit: *Sed nihil te judicans scire inter homines, nisi Christum J. & ipsum crucif.* & ep. 38. p. 232. a. *Nihil novi nisi Chr. J. & hunc crucif.* Augustinus in Joh. 1. to. 3. col. 352. f. *Nunquid judicavi me aliquid scire inter vos, nisi Jesum C. & hunc crucifixum?* & ser. 160. to. 5. col. 771. c. *Nunquid dixi me scire aliquid in vobis, nisi J. C. & hunc crucif.* & l. de fide & op. to. 6. col. 172. g. *Nihil me duxi scire in vobis, nisi Christum J. & hunc crucif.* & l. 1. de Trin. to. 8. col. 751. b. *Neque enim judicavi me scire aliquid in vobis, nisi C. J.* &c. Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. 2. præter *inter vos*, pro *in vobis.* Capreol. Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. a. *Nihil me judicavi scire in vobis, nisi J. Chr. & hunc crucif.* Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. Vulgatæ congruunt. In Græco sic: Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ, &c. ut sup. alias deest τοῦ, ante εἰδέναι.

℣. 3. Accinunt magno consensu Augustinus l. 1. de Trin. to. 8. col. 751. b. Ambrosiaster, Sedulius, Beda, & Scholiastes Hieron. in Cor. deleto *in*, ante *timore*: sed in Græco, καὶ ἐν φόβῳ, καὶ ἐν τρόμῳ· alias, καὶ φόβῳ, καὶ τρόμῳ.

℣. 4. Ambrosius in Ps. 118. col. 1107. d. *& sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasione sapientiæ verborum, sed in ostensione spiritus, & virtutis*: & l. 2. de fide, col. 485. b. *Regnum Dei non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis.* Hieronymus l. 1. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 332. c. *& verbum meum, & prædicatio mea, non in persuasibilibus sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*: itidem l. 2. col. 348. d. excepta voce *suasoriis*, pro *persuasibilibus*: sicque Ambrosius l. 2. de Spiritu S. col. 658. d. & Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 750. Ambrosiaster in Cor. cum Sedulio: *& sermo meus, & prædic. mea, non in persuasione humanæ sapientiæ, sed in ostensione* (al. *ad ostensionem*) *spiritus, & virtutis Dei.* Scholiastes Hieron. & Beda in eumdem loc. nil differunt à Vulgata. Et Græcum similiter habet, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύμ. καὶ δυνάμεως· sed Mss. quidam simplicius, ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις· Eusebius, πειθοῖ γέγονε λόγων, teste Grotio; cui etiam favent Origenes in Matth. & Philocal. c. 4. Ms. unus cum Syr. πειθοῖ σοφίας λόγοις (l. λόγων) Bornerius codex Græc. πειθοῖς σοφίας, absque ἀνθρωπίνης, & λόγοις· Lat. *persuasione sapientiæ.* Didymus l. 2. de Spir. S. post vocem δυνάμεως, addit Θεοῦ.

℣. 5. Hieronymus l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. col. 348. d. *ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed*, &c. ut sup. Accinunt pariter Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. nec aliter in Græco est.

℣. 6. Idem ferunt Scholiastes Hier. Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Irenæus verò l. 1. c. 8. p. 40. c. *Sapientiam autem loquimur perfectis*: at l. 3. c. 2. p. 174. c. & l. 5. c. 6. p. 299. c. *inter perfectos: sapientiam autem non mundi hujus.* Hieronymus in Ezech. 28. col. 894. f. *Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam verò non mundi hujus, neque principum sæculi istius, qui destruuntur.* Similiter Augustinus in Joh. 16. to. 3. col. 739. a. & 754. c. *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Græcè: Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, &c. ut sup. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 787. b. alludens dicit: *Cujus Dei sapientiam loquatur inter perfectos.*

℣. 7. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1076. d. *sed loquimur Dei sapientiam, quæ in sacramento absconsa est, quam præfinivit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Ambrosius in Luc. 1. col. 1283. a. *sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam*: & l. 3. de fide, col. 503. c. *loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante tempora sæcularia in gloriam nostram.* Sic etiam legunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in Cor. præter *ante sæcula*, ut in Vulgata. Græc. ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς, &c.

℣. 8. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 787. c. alludens dicit: *Subjicit de gloria nostra, quòd eam nemo ex principibus hujus ævi scierit: cæterùm si scissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Hilarius l. 10. de Trin. col. 1076. d. *quam nemo ex principibus* (Ms. 1. *principum*) *hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ* (id. cod. *majestatis*) *crucifixissent.* Hieronymus in Ezech. 28. col. 894. f. *quam nullus de principibus hujus mundi cognovit: si enim cognov. nunquam Dom. gloriæ crucif.* Similiter Augustinus quæst. 49. in Jud. tom. 3. col. 617. e. & in Joh. 5. p. 2. col. 428. f. ab his verbis, *si enim*: cui etiam favet Beda in 1. Cor. 2. Ambrosius in Luc. 1. col. 1283. a. & l. 3. de fide, col. 503. c. & l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 630. a. *quam nemo principum istius* (vel *hujus*) *sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucif.* Itidem Sedulius Scotus, & Ambrosiaster in Cor. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 66. col. 68. e. Scholiastes verò Hieron. in hunc loc. *quam nemo principum hujus sæc. cogn. si enim cognovissent; nunq. Dom. gloriæ majestatis crucif.* S. Leo ser. 58. p. 131. a. *nunquam Dominum majestatis crucifixissent.* Eidem suffragantur Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. d. Faustinus presb. contra Arian. p. 648. e. & Philastr. Brix. l. de hæres. p. 712. a. Græcum: ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων...... εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

℣. 9. Tertul. l. de resur. carn. p. 576. b. *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.* Novatianus l. de Trin. p. 1034. c. *Quæ præparavit Deus his, qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis, aut mens ipsa percepit.* Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. vel 251. a. *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Dominus diligentibus se.* Cyprianus ep. 56. p. 94. a. *Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hom. ascendit.* Hilarius in Ps. 62. col. 154. b. *Quod oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit, his, qui Dominum diligunt, præparavit*: & in Ps. 64. col. 165. c. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum*: at in Ps. 118. col. 329. c. *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum in Christo Jesu*: & in Ps. 147. col. 584. c. *Quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascendit.* S. Pacianus serm. de bapt. p. 319. d. *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec super cor hominis ingressa sunt.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. d. *Quæ oculus non vidit, quæ auris non audivit, & in cor ho-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

10. nobis autem revelavit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

11. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

12. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est; ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis:

Sup. 1. 17. & 2. 1. 4. 2. Pet. 1. 16. 13. quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

**VERSIO ANTIQUA.**

10. nobis autem revelavit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromi.*

11. Quis enim scit hominum, quæ * sint hominum, nisi spiritus qui in homine, qui in ipso est? ita & quæ Dei nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. ** Ms. Reg. sit.*

12. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum Dei; ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis:

13. quæ & loquimur non in * doctrinæ humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritalibus spiritalia comparantes. ** Ms. uterque doctrina humana; sed aperto mendo. Vide Vigil. infra, l. contr. Varim.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*minis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Cœlestinus PP. ep. 14. ad pop. Constantin. col. 1146. b. *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt hæc, quæ præparavit Deus dilig. se.* Hieronymus ep. ad Marcellam de 5. quæst. to. 4. col. 165. b. *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hom. ascenderunt,* (inf. *ascendit,*) *quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum.* Augustinus in Joh. 8. to. 3. p. 2. col. 537. a. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit:* & sup. in Job, p. 1. col. 659. e. *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Ambrosius l. de apol. Dav. c. 12. col. 696. a. & in Luc. 7. col. 1379. b. *Quod enim oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, hoc præparavit Deus diligentibus eum:* & l. de myst. col. 329. d. 337. b. cum Ambrosiastro in 1. Cor. 2. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hom. ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum:* ita rursum epist. 35. & 79. col. 928. c. e. 1035. e. sicut etiam l. 4. de sacram. col. 366. a. & l. 3. de Spir. S. col. 657. b. præter *diligentibus se;* cui legendi modo suffragantur Auctor quæst. ex utroque T. q. 112. col. 113. g. & Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 7. col. 204. d. Maximus Taurin. p. 4. d. *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* In Gr. sic: Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. De hac autem sententia, quam ex Scriptura refert Apostolus, quamque ex Isaiæ cap. 64. ℣. 4. juxta Hebræos, desumptam esse contendit Hieronymus, dixisse nobis sufficiat, ipsomet concedente Hieronymo tum comment. in eundem Prophetam, tum l. de optimo genere interpretandi, Apostolum Isaiæ duntaxat sensûs expressisse veritatem, non Prophetæ mentem verbum ex verbo reddidisse, si tamen ex Isaia desumpserit sententiam. Videsis plura apud Morinum, lib. 1. Exercit. Biblic. pp. 77. & 78.

℣. 10. Hilarius l. 9. de Trin. col. 1029. e. *nobis autem revelavit Deus per spir. suum: Spiritus enim omnia scrutatur, & alta Dei.* Similiter Ambrosius l. 5. de fide, col. 588. a. & l. 2. de Spiritu S. col. 652. e. 657. b. f. præter *etiam alta Dei*, ut in textu. Itidem Phœbadius Agin. l. contra Arian. p. 302. c. cui favet Avitus Vien. apud Sirm. to. 2. col. 156. d. nisi quòd habeat *altitudines*, pro *alta*. Item Vigilius Tapf. l. 5. de Trin. *Spiritus enim Dei omnia scrutatur, etiam altitudines Dei:* at l. 12. *nobis autem revelavit Deus per spiritum suum sanctum: Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda Dei:* ita rursum infra, p. 328. b. & l. contra Varim. col. 745. e. deleta voce *suum*. Accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieronymi, & Beda in 1. Cor. 2. nec refragatur Græcum. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. habet: *scrutatur omnia, & altitudines Dei.*

℣. 11. Tertullianus l. contra Hermog. p. 415. c. *Quis enim scit quæ sunt Dei, & quæ in ipso, nisi Spiritus, qui in ipso?* & l. contra Prax. pp. 847. a. & 852. c. *Quis enim scit quæ sint in Deo, nisi Spiritus, qui in ipso est?* Hilarius l. 9. de Trin. col. 1029. e. *Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, quæ in ipso, nisi spiritus, qui in ipso est? ita & quæ in Deo sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. d. *Sicut spiritus hominis ea, quæ in homine; sic & ea, quæ Dei, Spiritus Dei* (supp. *novit.*) Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 657. d. *Sicut ea, quæ hominis sunt, nemo novit, nisi spiritus, qui in ipso est: sic & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei:* at l. de apol. David, col. 700. d. *Quis enim scit hominum, quæ hominis sunt, nisi spiritus, qui in ipso est?* & l. 5. de fide, col. 588. b. necnon l. 2. de Spir. S. col. 658. a. *Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? sic & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei?* Itidem Beda, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 2. quibus favet Augustinus quæst. 18. in Num. to. 3. col. 535. d. in Joh. 7. 527. b. & l. 14. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 353. b. nisi quòd habeat constanter *scit*, pro *cognovit:* at in Joh. 8. 532. c. *Nemo scit hominum, quæ sint hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est:* & l. 2. de Gen. to. 1. col. 669. d. *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus,* &c. & l. 1. de civit. Dei, c. 26. col. 25. a. *Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis,* &c. sicque rursum in Job, to. 3. col. 643. c. omissa voce *hominis*. Vigilius Tapf. l. 10. de Trin. *Nemo enim scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in eo: & quæ in Deo sunt, nemo scit, nisi Spiritus ejus, qui est in eo:* & l. contra Varimad. p. 742. h. *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei:* ita rursus infra, p. 745. e. exceptis his: *Nemo scit hominum... sic & quæ in Deo sunt:* at l. 5. de Trin. *Quis enim scit hominum, quæ in ipso sunt, nisi spiritus, qui in ipso est? ita & quæ in Deo sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei:* & l. 12. p. 328. b. &c. *Quis enim novit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? sic & quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei.* Avitus Vien. ap. Sirm. to. 2. col. 156. d. *Quis enim hominum novit quæ in homine sunt, nisi spiritus hom. qui in ipso est? sic & quæ in Deo sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei.* Phœbadius Agin. l. contra Arian. p. 304. f. *Nemo scit quæ sunt in Deo, nisi Spirit. Dei, qui in ipso est.* Itidem Auctor quæst. ex N. T. q. 97. col. 89. c. & infra, ex utroque T. mixtim, q. 125. col. 135. f. paulò verò post, col. 136. b. habet: *Nemo scit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est.* Ambrosiast. in 1. Cor. 2. *Quis enim scit hominum, ea quæ sunt hominis,* vel ut in Mss. quibusd. *Quis enim hominum scit hominis abscondita;* reliqua ut in Vulgata. Græc. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ms. Alex. delet vocem ἀνθρώπων; sicut Borner. codex Gr. Lat. τοῦ ἀνθρώπου, post πνεῦμα· paulò verò post, idem Ms. habet τὰ ἐν τῷ Θεῷ, pro τὰ τοῦ Θεοῦ· sicut alii plures ἔγνωκεν, pro seq. οἶδεν.

℣. 12. Novatianus de Trin. p. 1052. a. *Non enim spiritum mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est.* Arnobius Jun. de Trinit. p. 231. a. *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est.* Hilarius in Ps. 138. col. 522. a. *Vos enim non spiritum hujus mundi accepistis, sed Spir. qui à Deo est:* l. verò 2. de Trinit. col. 806. d. legit: *Nos autem non spiritum hujus m. accepimus, sed Spir. qui ex Deo est; ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Itidem Faustinus presb. l. contra Arian. p. 644. g. Ambrof. l. 2. de Spir. S. col. 658. d. 666. b. & Augustinus l. 13. confess. to. 1. col. 241. e. & epist. 242. tom. 2. col. 866. c. & quæst. 18. in Num. to. 3. p. 1. col. 535. d. & tract. 74. in Joh. ibid. p. 2. col. 691. f. & l. 14. de civitate Dei, c. 4. col. 353. b. quibus accedunt Leo Mag. ser. 24. pp. 77. f. 79. e. Auctor ep. ad Demetriad. p. 42. e. Epistola Synod. episc. Afric. n. 4. Conc. to. 4. col. 1592. e. Vigilius Tapf. l. 5. de Trinit. & l. 12. p. 328. b. & l. contra Varim. p. 745. e. Ambrosiaster, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 2. quibus adde & Bedam in eand. epist. nisi quòd in principio habeat, *Nos autem spiritum non hujus mundi accep.* Rursus Augustinus eadem refert quæ supra, tr. 85. & 102. in Joh. col. 711. g. & 754. e. omissis initio *Nos autem.* Græc. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, &c. ut sup. Mss. plures, τοῦ κόσμου τούτου· sed Latini quidam omittunt *hujus*, quibus favet Vigilius Tapf. l. contra Varim. ubi sup. necnon Hilarius l. 2. de Trin. col. 803. b. & 806. d. ex Mss. duobus.

℣. 13. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 658. d. leg. *quæ & loquimur non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtute Dei:* quæ posteriora verba eadem ferè sunt quæ supra ℣. 4. Ambrosiast. in 1. Cor. 2. *quæ & loquimur non in doctrina verborum humanæ sapientiæ, sed in doctrina Spiritus,* (vel ut in Mss. quibusd. *non in suasione humanæ sapientiæ, sed in ostensione Spiritus,*) *spiritalibus spi-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

14. Animalis autem homo non percipit quæ Spiritus Dei : stultitia enim est illi, & non * potest scire : quoniam spiritaliter judicatur.

* *Mss. ambo potes.*

15. Spiritalis autem judicat omnia : ipse autem à nemine judicatur.

16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

### VULGATA NOVA.

14. Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei : stultitia enim est illi, & non potest intelligere : quia spiritualiter examinatur.

15. Spiritualis autem judicat omnia : & ipse à nemine judicatur.

16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus. *Sap. 9. 13. Isai. 40. 23. Rom. 11. 34.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ritalia comparantes.* Augustinus verò ep. 242. tom. 2. col. 866. c. *quæ loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed docti Spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes* : & tract. 102. in Joh. to. 3. p. 2. col. 754. e. *quæ & loquimur non in sapientiæ humanæ doctis verbis, sed doctis Spiritûs, spiritalibus spiritalia comparantes* : similiter l. 14. de civit. Dei, c. 4. col. 353. c. præter *sed doctis Spiritu* ; at Mss. cum editt. *sed docti Spiritûs.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 328. a. b. *quæ & loquimur non docti humanæ sapientiæ verbis, sed docti ab Spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes* : & l. contra Varim. p. 747. g. *quæ loquimur non in sapientia humanæ doctrinæ verbis, sed in doctrina Spiritus sancti.* Gaudent. Brix. serm. 8. p. 954. c. *quoniam loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritûs,* &c. ut sup. Similiter habet Epist. Synod. episc. Afric. n. 4. Conc. to. 4. col. 1592. e. præter *quæ loquimur.* Sic etiam Sedulius, & Beda, cum Scholiaste Hieron. in Cor. In Græco sic : ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. Mss. quidam habent, ἀλλ' ἐν διδαχῇ Πνεύματος, absque seq. ἁγίου, quæ etiam vox abest à pluribus aliis.

℣. 14. Irenæus l. 1. c. 8. p. 39. a. *Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus* : paulòque post : *Animalis autem non percipit quæ sunt Spiritus.* Hilarius in Psalm. 118. col. 344. e. *Anim. enim homo non percipit quæ sunt Spiritus* : at in Ps. 14. n. 7. col. 64. d. *Hæc animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei : stultitia est enim illi, nec potest intelligere : quoniam spiritaliter interrogatur.* Ambrosius in Luc. 12. col. 1446. e. & l. 2. & 3. de Spiritu S. col. 669. a. 691. a. *Anim. homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei : stultitia enim illi est.* Augustinus ep. 242. to. 2. col. 866. c. *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei : stultitia est enim illi* : ita rursum tract. 97. in Joh. to. 3. col. 739. a. & l. 14. de civit. Dei, c. 4. col. 353. c. & alibi passim, deleta voce *ea*, post *percipit* : item serm. 24. to. 5. col. 123. d. & l. 6. contra Julian. tom. 10. col. 689. b. *Animalis enim homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei : stultitia enim est illi, & non scire potest : quoniam spiritaliter dijudicatur.* Similiter habet Vigilius Tapſ. l. 12. de Trinit. p. 328. a. præter hæc, *Anim. autem homo non percipit ea* : at infra, sic : *Anim. homo non capit ea, quæ Spiritus sunt Dei : stultitia enim ei sunt, & non potest scire : quia spiritaliter dijudicatur.* Ambrosiaster in 1. Cor. 2. *Animalis autem homo non percipit ea : quæ sunt Spiritus Dei, nescit : stultitia enim est illi,* (vel ut in Mss. quibusd. *Anim. enim homo, quæ sunt Spiritus Dei, nescit : & stultitia est illi,*) *& non potest scire : quoniam spiritaliter judicatur.* Ennodius pro Synod. apud Sirm. to. 1. col. 1635. c. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 8. col. 132. d. *Anim. homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei.* Scholiastes verò Hieron. cum Beda in 1. Cor. nil differt à Vulg. uti nec Epist. Synod. episc. Afric. n. 4. col. 1592. e. nisi quòd in fine, pro *examinatur,* habeat *dijudicantur.* Græc. Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γάρ..... καὶ οὐ δύναται γνῶναι· ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται· aliàs deest τοῦ Θεοῦ.

℣. 15. Irenæus l. 1. c. 8. p. 39. a. *Spiritalis examinat omnia.* Hilarius in Ps. 14. n. 7. col. 64. d. *Qui autem spiritalis est, judicat omnia : ipse verò à nemine judicatur.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 281. a. *Spiritualis autem dijudicat omnia : ipse autem à nullo dijudicatur.* Ambrosius l. de Isaac, c. 2. col. 357. f. *Spiritalis autem dijudicat omnia : ipse autem à nemine judicatur* : & l. de apol. Dav. c. 1. col. 676. b. necnon l. 3. de Spir. S. col. 672. c. & epist. 59. col. 1017. c. *Spiritalis enim dijudicat omnia : ipse autem à nemine dijudicatur.* Similiter Augustinus serm. 24. to. 5. col. 123. d. detracto *enim* : at l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 188. g. *Spiritualis omnia judicat : ipse autem à nemine judicatur.* Ambrosiaster, cum Sedulio in 1. Cor. *Spiritalis verò dijudicat omnia : & ipse à nemine judicatur.* Itidem Vigilius Tapſ. lib. 12. de Trinit. p. 328. a. præter *ipse autem* : inf. verò : *Nam spiritalis judicat omnia : ipse autem à nemine judic.* Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. simulque Epist. Synod. episc. Afr. n. 4. col. 1592. e. Vulgatæ congruunt. In Græco sic : Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα· αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται· aliàs deest μέν.

℣. 16. Tertullianus l. contra Gnost. p. 828. b. *Quis cognovit sensum Dei? aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat? aut viam intelligentiæ quis demonstravit illi?* Ambrosius l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 669. a. *Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum?* Sic etiam habet Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 308. b. additis seqq. *Nos autem sensum Christi habemus* : & ita rursum sup. excepto verbo *instruit*, pro *instruat.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Quis enim cognovit sensum Domini? quis instruxit eum? Nos autem sensum Domini habemus.* Scholiastes Hieron. *Sicut scriptum est : Quis enim...... Domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.* Itidem Beda ubi sup. deletis prioribus his, *Sicut scriptum est.* Augustinus in Job, to. 3. col. 632. b. cum Sedulio in 1. Cor. *Nos autem sensum Domini habemus.* Græc. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Aliàs, ἢ ὃς συνεβίβασε; unde Lat. codd. quidam, *aut quis instruxit eum?* teste Luca Brugensi. Bornerius etiam cod. Gr. Lat. pro Χριστοῦ, habet Κυρίου, cum Theophylacto.

## CAPUT III.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. ET ego, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi parvulis in Christo

2. lac vobis potum dedi, & non escam : nondum enim poteratis : sed neque adhuc potestis : adhuc enim estis carnales.

### VULGATA NOVA.

1. ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo

2. lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis : sed nec nunc quidem potestis : adhuc enim carnales estis.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Cyprianus l. de zelo & liv. p. 259. c. *Et ego quidem, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi infantibus in Christo* : ita rursum l. 3. Testim. p. 304. c. exceptis his, *sed quasi carnalibus. Quasi infantibus in Christo.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 180. a. *Ego, fratres, non potui loqui vobis sicut spiritualibus, sed sicut carnalibus. Sicut parvulis in Christo.* Augustinus l. 1. de Trin. tom. 8. col. 751. b. *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi* (al. *Tanquam*) *parvulis in Christo* : sic iterum l. 6. contra Julian. tom. 10. col. 689. b. & l. 13. confess. tom. 1. col. 229. e. & epist. 187. to. 2. col. 687. e. & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 227. f. & tract. 7. 97. & 98. in Joh. ibid. col. 352. d. 739. a. d. 740. d. & l. de contin. tom. 6. col. 312. d. cui accinunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. 3. Ita quoque in Græco est.

℣. 2. Irenæus l. 4. c. 38. p. 284. b. *lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis escam percipere.* Eòdem redeunt quæ Tertullianus l. de præscr. c. 27. p. 336. a. dicit, *ad Corinthios scriptum, quòd essent adhuc carnales, qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 304. c. legit : *lac vobis potum dedi, non esc. dum enim adhuc pusilli eratis, non poteratis : sed neque nunc potestis : adhuc enim estis carnales* : at lib. de zelo & liv. p. 259. c. *lacte vos potavi, non cibo : nondum enim poteratis : sed neque nunc potestis : adhuc enim estis carnales.* Item Hilarius

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

3. Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?

4. Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?

5. Ministri ejus, cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit.

6. Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.

*Psalm. 61. 13. Matth. 16. 27. Rom. 2. 6. Gal. 6. 5.* 8. Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.

**Versio antiqua.**

3. Cùm enim sit inter vos æmulatio, & contentio, & dissensiones: nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis? *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

4. Cùm enim quis dicit: Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid autem Paulus?

5. Ministri ejus, cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit.

6. Ego plantavi, Apollo irrigavit: sed Deus incrementum dedit.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.

8. Qui plantat autem, & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.

## Notæ ad Versionem antiquam.

in Pss. 118. & 132. col. 253. b. 462. f. *lacte vos potavi, non cibo: nondum enim poteratis: sed neque adhuc potestis.* S. Paulinus ep. 23. p. 139. b. *lacte vos potavi, non esca: nondum enim poteratis: sed nec adhuc potestis.* Itidem Ambrosius in Luc. 9. col. 1400. c. addito *quidem*, voculæ *adbuc*: at l. 5. de fide, col. 551. c. legit: *lac vos potavi, non escam: nondum enim poteratis:* & lib. de bened. Patr. c. 4. col. 521. a. *lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis:* ita rursum in Ps. 118. col. 990. f. additis seqq. *sed nec adhuc quidem potestis.* Sic etiam Augustinus ep. 187. to. 2. col. 687. e. & l. 1. de Trin. tom. 8. col. 751. b. & l. 6. contra Julian. tom. 10. col. 689. b. & quæst. 51. in Gen. to. 3. col. 390. f. & tract. 97. & 98. in Joh. col. 739. a. d. nisi quòd his tribus posterioribus locis addat, *adhuc enim estis carnales*, sublato insuper *quidem*, quæst. 51. in Genes. item l. 2. de serm. Dom. in m. tom. 3. p. 2. col. 227. f. legit: *lac vobis potum dedi, non escam: neque enim poteratis: sed neque nunc potestis: adhuc enim estis carnales:* similiter l. de contin. to. 6. col. 312. d. præter hæc, *sed ne nunc quidem potestis:* & l. 1. contra Donat. to. 9. col. 87. e. *nondum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis: carnales enim estis adhuc.* Huic legendi modo concinit Beda in 1. Cor. 3. nec refragatur Ambrosiaster ibid. nisi quòd habeat, *sed neque nunc potestis*; uti legit Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 180. a. In Græco sic: γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε, &c. ut in Vulgata. Mss. plures delent καὶ, post ἐπότισα.

℣. 3. Irenæus l. 4. c. 38. p. 284. b. *Ubi enim zelus, & discordia in vobis, & dissensiones: nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?* Cyprianus l. de zelo & liv. p. 259. c. *Ubi enim in vobis zelus, & contentio, & dissensiones sunt: nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?* & l. 3. Testim. p. 304. c. *Ubi enim in vobis æmulatio, & contentio, & dissensiones: nonne*, &c. ut sup. Auctor lib. ad Novatian. p. 439. b. *Ubi enim sunt æmulationes, & dissensiones in vobis: nonne carnales estis, & secund. hominem ambulatis?* S. Pacianus epist. 3. p. 310. c. *Cùm enim schismata, & contentiones in vobis sint: nonne carnales estis, & secundùm hom. ambulatis?* Similiter Hilarius in Ps. 55. col. 114. a. *nonne estis carnales, & secundùm hom. ambulatis?* Augustinus l. de contin. to. 6. col. 312. d. *Cùm enim sint in vobis æmulatio, & contentio: nonne carnales estis?* & l. 14. de civitate Dei, c. 4. to. 7. col. 353. b. *Cùm enim inter vos sint æmulatio, & contentio: nonne carnales estis, & secundùm hom. ambulatis:* itidem l. 1. contra Donat. tom. 9. col. 87. e. & l. 6. contra Julian. to. 10. col. 689. c. & l. de præd. SS. col. 796. e. Ambrosiaster verò cum Sedulio in 1. Cor. 3. *Cùm enim in vobis æmulationes, & contentiones sint: nonne carnales estis, &*, &c. ut sup. Item Anastas. II. epist. 1. Conc. to. 4. col. 1279. e. *Cùm enim sint inter vos æmulationes, & contentiones: nonne*, &c. ut sup. Prædestinatian. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 551. c. *Cùm dicatur in vobis zelus, & contentio: nonne carnal.* &c. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio: nonne*, &c. Græc. Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος, καὶ ἔρις, καὶ διχοστασίαι· οὐχὶ σαρκικοί, &c. Ms. Alex. καὶ ἔρεις, absque seqq. καὶ διχοστασίαι, quæ vox etiam abest ab aliis: sed Chrysostomus habet καὶ διχοστασία, si Millio fides.

℣. 4. Augustinus l. de præd. SS. tom. 10. col. 796. e. *Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nonne... Quid ergo est Apollo? quid autem Paulus?* & tract. 80. in Joh. to. 3. col. 702. g. *Quid autem est Apollo? quid autem Paulus?* Optat. l. 5. contra Donat. p. 88. b. *Quid est enim Paulus? vel quid Apollo?* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 6. p. 21. c. *Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?* Beda in hunc loc. *Cùm enim quis dicit: Ego quidem sum*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster: *Cùm enim quis dicat: Ego sum Pauli*, &c. Itidem Scholiastes Hieron. addito *quidem*. Græc. Ὅταν γὰρ λέγῃ τις· Ἐγὼ μέν εἰμι... Τίς οὖν ἐστι Παῦλος; τίς δὲ Ἀπολλώς; Mss. plures initio ferunt Ὅταν γὰρ λέγει· subinde alii, Τί οὖν ἐστιν Ἀπολλώς; τί δὲ Παῦλος; Bornerius Græco-Lat. Τίς οὖν..... τίς δὲ Παῦλος;

℣. 5. Sic habent Scholiastes Hieron. Ambrosiast. & Beda in hunc loc. Augustinus autem tract. 80. in Joh. to. 3. col. 702. g. & l. de præd. SS. to. 10. col. 796. f. *Ministri, per quos credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit:* l. verò 3. contra litt. Petil. to. 9. cap. 54. *Ministri ejus, cui*, &c. Optat. l. 5. contra Donat. p. 88. b. *Utique ministri ejus, in quem credidistis.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 6. p. 21. c. *Minister ejus, cui credidistis*, &c. ut sup. Græcum: ἀλλ' ἢ διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ, &c. ut supra. Mss. plures tollunt ἀλλ' ἢ· subinde habent quidam, αὐτοῦ ᾧ, pro δι' ὧν.

℣. 6. Accinunt magno consensu Novatianus l. de Trin. p. 1044. a. S. Pacianus ep. 3. p. 310. h. Ambrosius l. de parad. col. 175. f. & l. de bened. Patr. c. 12. col. 332. a. & l. 4. & 5. de fide, col. 549. d. 552. c. & epist. 8. col. 786. b. Hieronymus l. 2. contra Jovin. col. 215. a. b. & l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 516. a. Augustinus tract. 5. 10. 12. & 80. in Joh. to. 3. col. 327. e. 371. e. 387. f. & 702. g. & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 49. g. & l. de præd. SS. to. 10. col. 796. f. Maximinus apud Aug. tom. 8. col. 673. b. Collat. Carthag. p. 483. c. Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 6. p. 21. c. Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 98. g. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. 3. quibus omnibus Græcum favet. Optatus verò l. 5. contra Donat. p. 87. c. habet: *Ego quidem plantavi, Apollo rigavit.* Tum Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 3. *sed Deus nunc incrementum dedit.*

℣. 7. Ita legunt Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. b. S. Pacian. ep. 3. p. 310. h. Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 98. g. Collat. Carthag. p. 483. c. Auctor ep. ad Demetriad. p. 42. b. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 6. p. 21. c. Ambrosiaster, Sedulius, Beda, Scholiastes Hieronymi in 1. Cor. 3. Maximinus apud August. tom. 8. col. 673. b. & Augustinus ipse tract. 5. 10. 12. 13. & 53. in Joh. to. 3. col. 327. e. 371. e. 387. f. 399. e. 645. b. necnon l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 46. g. itemque l. 3. cap. 54. ubique omisso *Itaque*, pro quo, tr. 12. duntaxat, legit *Sed.* Novatianus autem l. de Trin. p. 1044. a. *Itaque neque qui plantat est quicquam, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.* Itidem Ambrosius epist. 8. col. 786. b. & in Ps. 43. col. 892. c. & l. 4. de fide, col. 549. f. nisi quòd his duobus posterioribus locis habeat, *Sed neque qui plantat est quidquam:* at in Ps. 36. col. 799. d. *Qui enim plantat, & rigat, nihil sunt: sed, qui dat increm. Deus.* Oros. l. contra Pelag. p. 453. h. *Neque qui plantat, neque qui rigat, quicquam sunt: sed, qui increm. dat, Deus.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. col. 516. a. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. e. *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid: sed, qui increm.* &c. Optatus l. 5. contra Donat. p. 88. a. *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid: sed solus Deus, qui ad incrementa perducit.* Græcum: Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων· ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός.

℣. 8. Textui concinunt ad verbum Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 6. & 7. pp. 21. d. 22. c. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 3. Vulgatæ verò Maximinus apud Aug. to. 8. col. 673. b. Novatianus l. de Trin. p. 1044. a. Hilarius l. 1. & 8. de Trin. col. 780. d. 950. e. & Ambrosius l. 4. de fide, col. 527. c. Solus tamen Maximinus versum integrum refert; cæteri usque ad *Unusquisque.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. b. *Qui plantat, & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem*, &c. ut supra. Augustinus l. de op. Monach. to. 6. col. 476. b. *Qui autem plan-*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

9. Dei enim sumus adjutores: Dei cultura, Dei ædificatio estis.

10. Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alter superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificat.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, qui est Christus Jesus.

12. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam,

13. qui fecit hoc opus, manifestus erit: Dies enim manifestabit, quoniam in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.

14. Si cujus opus manserit quod superædificaverit, mercedem accipiet.

• 15. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

### VULGATA NOVA.

9. Dei enim sumus adjutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

10. Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus.

12. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam,

13. uniuscujusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.

14. Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet.

15. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tat... unum sunt:* subinde: *Unusquisque suam mercedem*, &c. Ambrosiaster in hunc loc. *Qui enim plantat*, &c. Græcum nil differt à textu; unus tantum Ms. tollit δὲ, post Ἕκαστος, unà cum Syr. & Arab.

℣. 9. Ambrosius l. 5. de fide, col. 552. d. *Dei sumus cooperarii: Dei cultura, Dei ædificatio.* Augustinus l. 16. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 420. d. *Dei enim sumus cooperarii:* itidem l. de op. Mon. tom. 6. col. 476. b. ubi addit: *Dei agricultura, Dei ædificatio estis.* Hieronymus ep. ad Dardan. to. 2. col. 607. f. *Dei enim cooperatores sumus: Dei agricultura, Dei ædificatio estis:* & l. 2. contr. Jovin. to. 4. col. 215. b. *Dei enim sumus adjutores: Dei agricultura estis*, &c. item l. 2. cont. Pelag. col. 516. a. *ipsius enim agricultura, ipsius ædificatio sumus.* Oros. cont. Pelag. col. 458. b. *Dei autem agricultura sumus, Dei ædificatio sumus.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 14. a. *Dei enim administratio est, Dei cultura est.* Leo M. serm. 88. p. 173. e. *Quamvis Dei agricultura simus, & Dei ædificatio:* at serm. 67. p. 144. f. *Dei agricultura, Dei ædificatio estis.* Ambrosiaster in 1. Cor. 3. *Dei enim sumus operis participes* (al. *op. adjutores:*) *Dei cultura, Dei ædificatio estis.* Sedulius, & Beda in hunc loc. cum Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 6. p. 21. d. *Dei enim sumus adjutores*, &c. ut in Vulgata. S. Pacianus ep. 3. p. 310. h. *Dei sumus adjutores: Dei ædificatio est.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 749. b. *Dei sumus adjutores: Dei ædificatio estis.* Græc. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε· al. γεώργιόν ἐστε, Æthiop. ἐσμέν.

℣. 10. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 476. c. *Secundùm gratiam, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundam. posui.* Itidem Beda in 1. Cor. 3. adjunctis seqq. uti leguntur in Vulg. Concinit pariter Scholiastes Hieronymi in eund. loc. addita voce *Dei*, post *gratiam*; nec aliter Ambrosiaster, nisi quòd in fine legat *quemadmodum*, pro *quomodo*; unus tamen Ms. codex *quomodo*. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. c. *ut sapiens architectus fundament. posui: alius super illud ædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet.* S. Pacianus ep. 1. p. 307. a. *ego fundamentum posui: alius autem superædificat.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. b. priora refert ut in Vulg. posteriora verò, *Unusquisque*, &c. omittit, licet sequentia adjungat. Græcum eidem Vulgatæ consonat ad verbum. Clem. tamen Alex. tollit vocem Θεοῦ, post *gratiam*, cum Aug. & Beda, ubi sup.

℣. 11. Arnobius junior l. de Trin. p. 213. g. *Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, Jesus Christus.* Hilarius in Ps. 136. col. 495. c. *Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter illud, quod positum est, quod est Chr. J.* & in Ps. 14. n. 5. col. 63. a. *Non est aliud fundam. nisi Christus.* Ambrosius lib. 2. de Cain & Ab. c. 9. col. 219. c. *Fundamentum nostrum Christus est.* Augustinus tract. 124. in Joh. tom. 3. col. 822. e. *Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus J.* ita rursum in Ps. 80. to. 4. col. 867. c. deleto *quippe*: l. verò de octo quæst. Dulcit. tom. 6. col. 122. c. & l. de fide & op. col. 178. d. necnon l. 21. de civit. Dei, c. 21. to. 7. col. 639. e. *Fundamentum enim aliud nemo potest*, &c. ut supra. Sic etiam Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 719. c. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Cor. unà cum Scholiaste Hieron. in eund. loc. Item Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. b. legit: *Fundam. enim aliud nemo potest ponere, præterquam id, quod pos.* &c. ut sup. In Græco sic: Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς.... παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστι, &c. al. ὅ ἐστι.

℣. 12. Ambrosius epist. 74. col. 1082. c. *Si quis autem superædificaverit super fundamentum, aurum, argent. lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam:* item lib. 5. de fide, col. 552. d. dicit: *Beatus, qui superædificat supra fundamentum fidei, aurum, arg. lap. pretiosos.* Augustinus in Ps. 80. to. 4. col. 867. c. *Alius enim superædificat aurum, arg. lapid. pretiosos: alius ligna, fænum, stipulam:* at l. 21. de civit. Dei, c. 21. to. 7. col. 639. e. *Si quis autem ædificaverit super fundam. hoc, aurum, arg. lapid. pretiosos, ligna, fænum, stipulam:* ita rursum l. de octo quæst. Dulcit. tom. 6. col. 122. c. & l. de fide & op. col. 178. d. præter verbum *superædificat.* Accinunt Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. col. 215. b. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. c. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 3. cum Scholiaste Hieron. ibid. quibus omnibus suffragatur Græcum.

℣. 13. Similiter habet Ambrosiaster in hunc loc. *qui fecit hoc opus, manifestus erit: Dies enim declarabit, quia in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.* Hieronymus verò l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. c. *uniuscujusque opus apparebit: Dies enim Domini illud manifestabit, quoniam in igne revelabitur: & singulorum opus quale sit, ignis probabit.* Augustinus in Ps. 80. tom. 4. col. 867. c. *uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur. Si cujus opus permanserit*, &c. at l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 122. c. sic: *uniuscujusque opus manifestabitur: Dies enim declarabit, quia in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit:* sicque rursum l. de fide & op. tom. 6. col. 178. d. & l. 21. de civit. Dei, c. 21. & 26. tom. 7. col. 639. e. & 648. b. e. Ambrosius ep. 74. col. 1082. c. & l. 3. offic. col. 134. a. *uniuscujusque opus manifestum erit: Dies enim Domini manifestabit, quoniam in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.* Itidem Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. 3. præter verbum *declarabit*, pro *manifestabit.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. c. *cujusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit illud, qui in igne revelabitur*, &c. ut sup. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. b. hæc pauca, *opus per ignem probabitur.* Græcum Vulgatæ consonat, omissa voce *Domini*, post *Dies enim*; quæ etiam vox abest à Mss. pluribus Lat. teste Erasmo, nec legitur apud Primasium, si Millio fides. Græcum etiam, pro *revelabitur*, habet ἀποκαλύπτεται; sed al. meliùs, ἀποκαλυφθήσεται.

℣. 14. Ambrosiaster in hunc loc. similiter habet: *Si cujus opus manserit quod superædificaverit, mercedem accipiet.* Hieronymus verò l. 2. contra Jovin. tom. 4. col. 215. c. cum Scholiaste sub ejus nomine in Cor. *Si cujus opus manserit quod superædificaverit, mercedem acccipiet.* Sic etiam Augustinus l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 122. c. & in Ps. 80. to. 4. col. 867. c. nisi quòd hoc posteriori loco habet *permanserit*: itidem l. de fide & op. tom. 6. col. 178. d. & l. 21. de civit. Dei, c. 21. to. 7. col. 639. e. at in Ps. 1. to. 4. col. 4. a. simpliciter: *Si cujus opus manserit, mercedem accipiet:* cui accinit Ambrosius ep. 74. col. 1082. f. 1083. a. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. c. *Si cujus opus manserit, omnia per ignem judicabuntur.* Beda in Cor. *Si cujus opus permanserit quod superædificat, mercedem accipiet.* Gr. Εἴ τινος τὸ ἔργον μενεῖ ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται· al. μείνῃ, pro μενεῖ.

℣. 15. Eodem modo legit Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. c. cum Scholiaste sub ejus nomine in

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

16. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?

17. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. *Inf. 6. 19. 2. Cor. 6. 16.*

18. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens.

19. Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. *Job. 5. 13.*

**VERSIO ANTIQUA.**

16. Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum * enim sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo vos seducat vanis verbis: si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens.

19. Sapientia enim hujus sæculi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Apprehendam sapientes in astutia eorum.

* *Ms. Reg.* enim Dei.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. Cor. 3. Sic etiam Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. quibus accedit Ambrosius l. 3. offic. col. 134. a. & ep. 74. col. 1083. a. at in Ps. 118. col. 1238. d. habet: *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: potest tamen & ipse per ign. salvari.* Item Hilarius in Psal. 59. col. 140. d. *Multi*, inquit, *tanquam per ignem erunt salvi.* Augustinus in Ps. 1. to. 4. col. 4. a. *Si cujus autem opus exustum fuerit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ign.* itidem l. de gest. Pelag. to. 10. col. 196. b. omisso *autem*: l. verò de fide & op. to. 6. col. 178. d. & l. 21. de civitate Dei, c. 21. to. 7. col. 639. f. legit: *Si cujus autem opus arserit, damnum patietur: ipse autem*, &c. ut sup. ita rursum l. de octo quæst. Dulcit. tom. 6. col. 122. c. sicut infra, col. 127. e. nisi quòd hoc posteriori loco habet, *exustum fuerit*, uti l. Enchirid. col. 222. c. Ms. Floriac. *Si cujus opus arserit, detrim. patietur..... sic tamen quasi per ignem transiens.* Gr. Εἴ τινος τὸ ἔργον καταϰαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, &c. ut sup.

℣. 16. Sic habent Irenæus l. 5. c. 6. p. 300. b. Cyprianus ep. 60. p. 99. c. necnon l. 3. Testim. p. 314. c. Auctor lib. de dupl. mart. p. 585. Hieronymus l. 3. contra Pelag. to. 4. col. 533. a. Augustinus epist. 187. tom. 2. col. 686. e. 687. e. & l. de mendac. to. 6. col. 442. c. Maximinus apud eundem to. 8. col. 672. b. Vigilius Taps. l. 12. de Trin. & l. contra Varimad. p. 749. c. Fulgentius l. de fide orth. ad Donat. c. 8. p. 204. Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. 3. Tertullianus verò l. 5. contra Marc. p. 788. b. legit: *Nescitis quòd templum Dei sitis, & in vobis inhabitet Spiritus Dei?* & lib. de pudic. p. 1009. a. *Non scitis vos templum Dei esse, & in vobis Dominum habitare?* vide etiam l. de cultu fem. c. 1. p. 264. b. ac lib. de coron. mil. c. 9. p. 291. b. Hilarius in Ps. 64. col. 165. d. *An nescitis quòd templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* & in Psalm. 121. & 122. & 126. & 131. & 137. col. 390. b. 391. e. 417. a. 449. a. & 499. e. *Vos estis templum Dei, & Spiritus Dei* (vel *Domini*) *habitat in vobis.* Similiter Zeno Veron. l. 1. & 2. tract. 14. & 20. pp. 105. & 208. necnon Victorinus Afr. l. contra Manich. p. 292. e. cum voce *Dei*. Ambrosius verò l. 6. Hex. col. 127. e. & l. 3. de Spir. S. col. 683. f. *Templum Dei vos estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis:* sic iterum in Ps. 47. col. 942. e. præter verbum *inhabitat*. Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 497. c. *Vos autem estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis.* Acta mart. SS. Seraphiæ & Sabinæ, Miscell. Baluz. to. 2. p. 108. *Vos estis templum Dei vivi, & Spiritus sanctus habitat in vobis.* S. Valerianus hom. 11. apud Sirm. tom. 1. col. 660. b. *Vos estis templum Dei, si tamen Spiritus Dei habitet in vobis.* Auctor l. de aleator. p. 495. vel 491. a. *Vos estis templum Dei, & in vobis Christus habitat.* Optatus l. 4. contra Donat. p. 74. a. *Vos estis templum Dei, & in vobis Deus habitat.* Auctor l. de promiss. c. 27. p. 2. col. 154. b. *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis?* Ita quoque in Græco, præter Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

℣. 17. Irenæus l. 4. c. 8. p. 237. b. *Quicunque templum Dei violaverit, violabit illum Deus:* at l. 5. c. 6. p. 300. b. *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Sic etiam habent Cyprianus l. 3. Testim. p. 314. c. Auctor l. de dupl. mart. p. 585. Hieronymus l. 3. contra Pelag. col. 533. b. Fulgentius l. de fide orth. ad Donat. c. 8. p. 204. Acta mart. SS. Seraphiæ & Sabin. Miscell. Baluz. to. 2. p. 108. usque ad hæc, *Templum enim Dei:* quibus accinunt Ambrosiaster in Cor. & Vigilius Taps. l. 12. de Trin. nisi quòd ille addit, *Templum enim Dei*, &c. iste verò, *Quia templum Dei*, &c. at idem Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 749. g. habet: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo vos fallat. Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Auctor l. de aleator. p. 491. vel 495. a. *Si quis templum Dei violaverit, perdet illum Deus.* Tertullianus l. de pudic. pp. 1009. a. & 1011. b. *Si quis* (p. 1011. *Qui*) *templum Dei vitiaverit, vitiabit illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos:* quæ verba, *vitiaverit*, & *vitiabit*, iterum exhibet l. 2. ad uxor. c. 3. p. 281. b. & l. de resur. carn. p. 570. a. & l. 5. contra Marc. p. 788. b. S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 316. b. *Ne violaveritis templum Dei, quod estis vos. Qui autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 17. col. 177. a. *Si quis templum Dei violaverit, violabit eum Deus.* Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 497. c. *Si quis violat templum Dei, violabit illum Deus. Templum enim Dei*, &c. ut sup. at l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 407. a. *Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet illum Deus.* Item Hilarius in Ps. 64. col. 165. d. *Si quis templum Dei corruperit, corrumpet eum Deus. Templum enim Dei*, &c. Itidem Augustinus l. 2. de lib. arb. to. 1. col. 627. a. & l. 2. de serm. Dom. in m. tom. 3. col. 207. c. & serm. 278. to. 5. col. 1126. b. 1127. b. & l. de menda. to. 6. col. 442. c. nisi quòd hoc postremo loco ita incipiat: *Quisquis templum Dei corruperit*, &c. l. verò contra ep. Manich. tom. 8. col. 179. b. verborum ordine inverso, habet: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Quisquis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus:* tum addit: *Quod verbum metuentes multi Latini interpretes, noluerunt dicere* corrumpet; *sed dixerunt*, disperdet illum Deus; & *non deviantes à re ipsa, offensionem vocabuli devitarunt..... Sed Græcis exemplaribus convincuntur* (Manichæi) *in quibus apertissimè scriptum est: Quisquis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus:* demum tract. 15. in Johan. to. 3. col. 415. g. *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Similiter Ambrosius l. 6. Hexa. col. 127. *Templum enim Dei*, &c. nec plura. Beda, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. *Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*, &c. ut supra. Græc. Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. Ὁ γὰρ..... οἵτινές ἐστε ὑμεῖς· al. ὅς ἐστε ὑμεῖς.

℣. 18. Similiter habet Scholiastes Hieron. in 1. Cor. *Nemo vos seducat;* sed statim, *si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæc. stultus fiat*, &c. ut sup. Itidem Sedulius Scotus in eundem loc. nisi quòd reticet *inter vos*. Cyprianus verò l. de bono pat. p. 247. b. & l. 3. Testim. p. 324. c. legit: *Nemo se decipiat: si quis se putat sapientem esse in vobis, mundo huic stultus fiat ut fiat sapiens.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. col. 516. b. *Nolite vosmetipsos decipere: si quis sapiens est in vobis in sæculo isto, fatuus fiat ut sit sapiens.* Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. *Nemo se seducat: si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens.* Itidem Ambrosius in Ps. 36. col. 780. c. ab his, *si quis vid.* sicque rursum in Pss. 43. & 118. col. 887. f. 1249. e. & l. 7. in Luc. col. 1426. e. Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 29. *si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat ut sit prudens.* Huc redeunt quæ Tertullianus dicit l. 5. contra Marc. p. 788. b. *Stulti estote ut sitis sapientes:* & l. 2. p. 644. b. *Sicut sapientia mundi, stultitia est penes Deum; ita & sapientia Dei, stultitia est penes mundum.* In Græco sic: Μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω· εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ...... μωρὸς γενέσθω ἵνα γένηται σοφός.

℣. 19. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. b. *Sapientia enim hujus mundi, stultitia est penes Deum.* Itidem Ambrosius in Ps. 118. col. 1249. c. præter vocem *apud*, pro *penes:* sicque rursum in Luc. 10. col. 1426. e. nisi quòd, pro *mundi*, legit *sæculi*. Zeno Veron. ubi sup. *Nam hujus mundi sapientia, stultitia est apud Deum.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 516. b. *Sapientia enim mundi, stultitia est apud Deum.* Cyprianus l. de bono pat. p. 247. b. *Sapientia enim hujus mundi, stultitia est.... Scriptum est enim: Reprehendam sapientes in astutia ipsorum:* sic iterum habet l. 3. Testim. p. 324. c. si pro *Reprehendam*, legas *Reprehendes*. Ambrosiaster in Cor. *Reprehendens;* sed Rom. ed. *Apprehendam.* Sedulius Scot. *Reprehendam;* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Comprehendam;* Græc. Ὁ δρασσόμενος· quæ verò præcedunt & sequuntur in eodem Græco, sicut apud Ambrosiast. Scholiast. & Bedam citatos sup. Vulgatæ consonant.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

20. Et iterum : Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

21. Itaque nemo glorietur in homines.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive hic * mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura : omnia vestra :

23. vos autem Christi : Christus autem Dei.

* *Ms. Reg.* mundum.

**VULGATA NOVA.**

20. Et iterum : Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. *Psalm. 93. 11.*

21. Nemo itaque glorietur in hominibus.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors; sive præsentia, sive futura : omnia enim vestra sunt :

23. vos autem Christi : Christus autem Dei.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Ita ferunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 516. b. *Dominus cognoscit cogitat. hom. quia vanæ sunt.* Ita quoque in Græco est.

℣. 21. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. b. cum Sedulio in Cor. *Nemo glorietur in homine.* Itidem Augustinus l. 3. contra litt. Petil. to. 9. col. 298. g. & Ambrosiaster in Cor. præmissa voce *Itaque.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Nemo itaque glorietur in hominibus.* Gr. Ὥςε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις. Bornerius cod. Græc. Lat. ἐν ἀνθρώπῳ.

℣. 22. Ambrosiaster in hunc loc. *Omnia namque vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præs. sive futura : omnia vestra.* Tertullianus l. de resurr. carn. p. 591. c. *Sive mundus, sive vita, sive mors, sive futura, sive præsentia, omnia vestra sunt.* Augustinus in Collat. Carthag. col. 483. b. *omnia vestra* in fine, absque *sunt.* Scholiastes verò Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ concinunt. Concinit etiam Græcum, nisi quòd deest γὰρ, ante ultimum ὑμῶν ἐςιν· at in Mss. duobus etiam deest ἐςίν.

℣. 23. Augustinus tract. 110. in Joh. col. 777. a. *vos Christi : Christus verò Dei :* & in Collat. Carthag. col. 483. b. *vos autem Christi : Christus verò Dei.* Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. *vos autem Chr. Christus autem Dei.* Quibus omnibus Græcum favet.

---

## CAPUT IV.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. SIc nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

2. Hîc jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

3. Mihi autem pro minimo est ut à vobis judicer, aut ab humano die : sed neque meipsum judico.

4. Nihil enim mihi conscius sum : sed non in hoc justificatus sum : qui autem judicat me, Dominus * est.

5. Itaque nolite ante tempus judicare, usque cùm venit Dominus, & inluminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium : & tunc laus erit unicuique à Deo.

* *Ms. Reg.* est Deus.

**VULGATA NOVA.**

1. SIc nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. *2. Cor. 6. 4.*

2. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

3. Mihi autem pro minimo est ut à vobis judicer, aut ab humano die : sed neque meipsum judico.

4. Nihil enim mihi conscius sum : sed non in hoc justificatus sum : qui autem judicat me, Dominus est.

5. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus : qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium : & tunc laus erit unicuique à Deo.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. d. *Sic nos existimet homo quasi ministros Chr. & dispensatores mysteriorum Dei.* Ambrosiaster in hunc loc. *Ita nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Scholiastes verò Hieron. *Sic nos existimet..... & dispensatores ministeriorum Dei.* At Beda in eundem loc. *mysteriorum Dei :* & Ambrosius l. 5. de fide, huc alludens dicit : *Dispensatores sumus mysteriorum cœlestium.* Auctor l. de aleator. p. 489. vel 493. c. *Nos etiam dispensatores & procuratores Evangelii sumus.* Græc. Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας... καὶ οἰκονόμους μυςηρίων Θεοῦ· al. Χριςοῦ.

℣. 2. Sic habent Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. d. Augustinus l. 3. contra litt. Petil. to. 9. col. 298. a. Scholiastes Hieronymi, Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 4. Sedulius verò in eandem epist. *Hîc jam quæritur à nobis dispensatoribus, ut fidelis,* &c. ut sup. sed hæc, *à nobis dispensatoribus*, scripta videntur ab eo per modum interpretationis. Auctor l. de aleator. ubi sup. *Hoc quoque inter dispensatores & procuratores quæritur, ut quis fidelis & justus inveniatur :* deinde ita prosequitur : *Si ergo apud dispensatores quæritur, ut quis fidelis & justus inveniatur ; quid si,* &c. Græc. Ὁ δὲ λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιςός τις εὑρεθῇ. Mss. verò quidam, loco Ὁ δὲ, scribunt Ὧδε.

℣. 3. Textui concinit Auctor l. de sing. cleric. p. 522. b. uti Scholiastes Hieron. Sedulius Scotus, & Beda in hunc loc. quibus accedit Ambrosiaster, nisi quòd habeat *dijudicer.* Item Ambrosius l. de apol. Dav. col. 676. a. *Pro minimo mihi est ut à vobis dijudicer, aut ab humano die : sed neque meipsum dijudico :* sic iterum in Ps. 38. col. 847. d. & ep. 37. col. 936. f. hoc excepto, *Mihi autem pro minimo est.* Augustinus tract. 6. in 1. Joh. tom. 3. p. 2. col. 863. g. *Mihi autem minimum est ut à vobis dijudicer, aut ab humano die :* itidem l. de bono vid. to. 6. col. 385. d. & l. 3. contra litt. Petil. to. 9. col. 298. e. nisi quòd priori loco addit, *sed neque meipsum judico ;* posteriori verò, *sed neque ego meipsum judico :* at l. contra Secundin. to. 8. col. 525. a. *Mihi minimum est ut à vobis judicer, aut ab humano die.* Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *Mihi autem in modico est ut à vobis interroger, aut ab hum. die.* Græcè : Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιςόν ἐςιν ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ..... ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.

℣. 4. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *Neque enim conscius mihi sum.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 516. b. *In nullo enim mihi conscius sum : sed nec in hoc justificatus sum : quia qui me judicat, Dominus est :* & inf. col. 532. c. *Nihil mihi conscius sum : nec tamen in hoc justificatus sum.* Ambrosius l. de Nab. c. 16. col. 585. c. *Etsi nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum :* & l. de apol. Dav. col. 676. a. ac in Pss. 38. & 40. col. 847. d. 877. e. *qui dijudicat me, Dominus est :* rursum in Pss. 36. & 118. col. 783. b. 1127. c. *Nihil mihi conscius sum :* vel ut in ep. 37. col. 936. f. *Nihil enim mihi conscius sum :* aut in Ps. 118. col. 1030. f. *Nihil mihi quidem conscius sum : sed non in hoc justif. sum :* item supra, ep. 37. *qui autem dijudicat me, Dominus est.* Ambrosiaster in 1. Cor. 4. *Nihil quidem mihi conscius sum : sed non in hoc justificatus sum : qui autem judicat me, Dominus est.* Augustinus l. 3. cont. litt. Petil. to. 9. col. 298. e. *Nihil enim mihi conscius sum : nec tamen in hoc justif. sum : qui autem dijudicat me, Dominus est.* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. textui utrique congruunt. Græcum habet : Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ... ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐςιν.

℣. 5. Ambrosius l. de apol. Dav. col. 676. a. & in Ps. 43. col. 920. e. *Itaque nolite ante tempus quid judicare, donec veniat Dominus : qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium : & tunc laus erit unicuique à Deo.* Similiter habet Orosius l. contra Pelag. p. 451. h. sicut etiam Ambrosiaster in 1. Cor. nisi quòd iste deleat voculam *quid.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 225. a. *Nolite ante tempus quidquam judicare, quoadusque veniat Dominus : qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis : & tunc laus erit unicuique à Deo :* & in Pss. 100. ac 109. tom. 4. col. 1089. f. 1239. c. 1248. d. *Itaque nolite ante tempus quidquam judicare, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifesta-*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

6. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus adversùs alterum infletur pro alio.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

8. Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.

9. Puto enim quòd Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus,

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.

6. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in vobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus adversùs alterum infletur pro alio.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Quòd si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

8. Jam saturati estis, divites facti estis: sine nobis regnatis: * & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.

* Ms. Reg. addit & recentiori manu.

9. Puto enim Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quoniam spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis, & hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphisamur, & instabiles sumus,

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bit cogitationes cordis: & tunc*, &c. ut sup. sic iterum l. 22. de civit. Dei, c. 29. tom. 7. col. 699. f. & l. 3. cont. litt. Petil. to. 9. col. 298. f. cui concinit Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 202. b. ab his, *donec veniat*. Rursus Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 671. f. *Cùm veniet Dominus, & illuminabit abscondita tenebr. & manifestabit cogitationes cordis: & tunc*, &c. ut sup. vide etiam tr. 35. 77. & 90. in Joh. ibid. col. 543. a. 697. e. & 720. e. Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 735. e. *Cùm venerit & Dominus, & illuminaverit abscondita tenebr. & manifestaverit cogitationes cordis: & tunc*, &c. ut sup. & infra, p. 751. b. *Cùm autem venerit Dom. & illuminaverit abscondita tenebr. & palàm faciet cogitationes cordis eorum*. Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 4. *Itaque, fratres, nolite ante tempus judicare, quousque veniat Dom. qui & illuminabit abscondita*, &c. ut in Vulg. Beda ibid. *Itaque nolite ante tempus jud. quoadusque veniat*, &c. ut sup. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. b. *& occulta tenebrarum ipse illuminabit*. Græc. Ὥστε μὴ πρὸ καιρῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος· ὃς ϰ φωτίσει τὰ κρυπτὰ..... ϰ φανερώσει τὰς βυλὰς τῶν καρδιῶν, &c. ut sup. al. deest τὶ, ante κρίνετε.

℣. 6. Similiter habet Beda in hunc loc. *Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in vobis discatis*, &c. ut sup. Augustinus verò l. de præd. SS. to. 10. col. 797. a. *Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus pro altero infletur adversùs alterum*: eadem repetit l. 3. contra litt. Petil. to. 9. col. 298. f. sed omissis his verbis, *& Apollo, propter vos: ut in nobis discatis*. Contra Ambrosiaster in 1. Cor. eadem verba præcedentibus adjungit; sed addit: *ne supra quod scriptum est, unus pro uno infletur adversùs alterum*. Optatus l. 5. contra Donat. p. 87. c. *ne alter in alterum intumescat*. Scholiastes Hieron. in Cor. nil differt à Vulg. In Græco sic: Ταῦτα δὲ, ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν ϰ Ἀπολλὼ, δι' ὑμᾶς· ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τῦ ἑνὸς φυσιῦσθε κατὰ τῦ ἑτέρυ. Biblia Wechel. ferunt, ἵνα ἐν ὑμῖν μάθητε· subinde Mss. plures tollunt φρονεῖν.

℣. 7. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Quid gloriaris quasi non acceperis?* & l. de vel. virg. c. 13. p. 314. b. *Quid gloriaris quasi non acceperis?* Cyprianus l. 3. Testim. p. 305. b. *Quid enim habes quod non acceperis? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* S. Paulinus epist. 13. & 34. pp. 78. c. 217. c. *Quid enim habes quod non acceperis? Et quia accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* & ep. 40. p. 251. a. *Quid autem habes, ô homo, quod non acceperis? Quòd si accepisti, quid gloriar. quasi non acceperis?* Hilarius in Psal. 123. col. 399. a. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Similiter Ambrosius l. 1. de Cain & Ab. c. 7. col. 196. e. & in Ps. 118. col. 1166. f. item Epistola Synod. episc. Afr. n. 5. Concil. tom. 4. col. 1595. a. Ambrosiaster in 1. Cor. & Tichonius reg. 7. p. 65. g. nisi quòd Ambrosius posteriori loco habeat *Quid autem*, pro *Quid enim*; Tichonius, *tanquam*, pro *quasi*; Ambrosiaster verò hæc præmittat, *Nam quis te discernit?* Rursus Ambros. eod. Psalm. col. 1196. f. *Quid habes quod non accepisti?* Augustinus tract. 14. in Johan. to. 3. col. 402. a. & l. 17. de civitate Dei, c. 4. to. 7. col. 462. d. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi*, &c. & l. de præd. SS. to. 10. col. 797. a. *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid glor.* &c. Accinunt Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 25. p. 17. d. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. deleto tamen &, post *Si autem*. Hieronymus l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. b. *Quid enim habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Arnobius Jun. l. de Trinitate, p. 232. f. *Quid enim habes quod non accepisti? Aut si accepisti, quid gloriaris quasi non accepisses?* Itidem Gelasius I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1180. b. præter verbum *acceperis*, pro *accepisses*. Gr. Τίς γάρ σε διακρίνει; Τί δὲ ἔχεις ὃ ὐκ ἔλαβες; Εἰ δὲ ϰ ἔλαβες, &c. ut sup. Ms. unus tollit Εἰ δὲ ϰ ἔλαβες.

℣. 8. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Jam ditati estis, jam saturati estis, jam regnatis*. S. Pacianus ep. 3. p. 312. e. Novatianos alloquens, ait: *Jam satiati estis, divites facti estis: sine nobis regnare cœpistis*. Auctor l. de singul. cleric. p. 518. vel 520. b. *Jam satiati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnetis*. Hieronymus in Jerem. 29. to. 3. col. 670. e. *Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnaretis, ut & nos regnaremus vobiscum*: & l. 3. contra Pelag. tom. 4. col. 542. a. *Jam perfecti estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: atque utinam regnaretis, ut & nos regnaremus vobiscum*. Hilarius in Ps. 2. n. 42. col. 49. d. *jam sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobis conregnemus*: & in Pss. 60. ac 65. col. 144. a. 197. f. *jam sine nobis regnatis: & utinam regnaretis, ut & nos vobiscum conregnaremus*: vide etiam in Pss. 118. 135. & 137. col. 282. e. 485. a. 501. e. Ambrosiaster verò, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 4. Vulgatæ congruunt; quibus adde Sedulium Scot. nisi quòd habeat *utinam regnaretis*. Græc. Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλυτήσατε· χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε· ϰ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα ϰ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν· al. βασιλεύετε..... βασιλεύοιτε.

℣. 9. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *Et puto nos Deus Apostolos novissimos elegit, velut bestiarios: quoniam spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis, & hominibus*: & l. 5. contra Marc. p. 788. b. *spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*. Hilarius in Psalm. 134. col. 474. d. *Puto autem Deus nos Apostolos extremos ostendit, sicut abortivos*. Ambrosius in Psal. 43. col. 901. d. *Puto quia Deus nos Apostolos novissimos ostendit, sicut morti destinatos: ut spectaculum simus huic mundo, & Ang. & hominibus*: & ep. 63. col. 1040. a. *spectaculum facti sumus huic mundo*, &c. & l. de Elia & jej. c. 21. col. 560. b. *facti sumus spectac. hujus mundi*. Gaud. Brix. in præf. serm. p. 944. a. *quoniam spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis, & hominibus*. Ambrosiaster in 1. Cor. 4. *Puto enim quòd Deus nos Apostolos novissimos ostendit, quasi morti destinatos: quia spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis*, &c. ut supra. Accinunt Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. detracta vocula *huic*, post *facti sumus*; quibus etiam Græcum favet: Mss. tamen quidam tollunt ὅτι, in principio.

℣. 10. Accinunt Scholiastes Hieronymi, Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. nec refragatur Græcum.

℣. 11. Ambrosius in Ps. 118. col. 1058. d. *Usque ad hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis vapulamus, & instabiles sumus*. Ambrosiaster in Cor. *Usque ad hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphisamur, & instabiles sumus*, ut in textu Sangerm. & Reg. Scholiastes verò Hieron. & Beda in eund.

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*
12. & laboramus operantes manibus nostris : maledicimur, & benedicimus : persecutionem patimur, & sustinemus :
13. blasphemati obsecramus : tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.
14. Non ut confundamini, hæc scribo, sed ut filios meos carissimos moneo.
15. Si enim decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.
16. Obsecro itaque vos, imitatores mei estote.
17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino : qui vos admonebit vias meas, quæ sunt in * Domino, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.
18. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.
19. Veniam autem citò ad vos, si Dominus voluerit : & cognoscam * non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem.
20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.
21. Quid vultis? in * virga veniam ad vos, aut in charitate, * spiritu quoque mansuetudinis?

* *Ms. Reg.* Domino Jesu.

* *In Ms. Reg. deest* non.

* *Ms. Reg.* virgam.

* *Ms. uterque,* spiritus.

**Vulgata nova.**

12. & laboramus operantes manibus nostris : maledicimur, & benedicimus : persecutionem patimur, & sustinemus : *Act. 20. 34. 1. Thess. 2. 9. 2. Thess. 3. 8.*
13. blasphemamur, & obsecramus : tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.
14. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.
15. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.
16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.
17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino : qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.
18. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.
19. Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit : & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem.
20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.
21. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

**Notæ ad Versionem antiquam.**

loc. Vulgatæ concinunt. Gr. Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν.

℣. 12. Eadem exhibet Ambrosius in Pss. 38. & 118. col. 846. a. & 1058. d. & l. 2. de pœnit. col. 417. a. & l. 1. offic. col. 62. b. cui accinunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. In Græco sic : καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα.

℣. 13. Ambrosius in Ps. 118. col. 1058. d. *blasphemamur, & obsecramus : tanquam lustramenta hujus mundi facti sumus, omnium purgamenta usque adhuc :* & l. 2. de pœnit. col. 417. a. *blasphemamur, & obsecramus : tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus.* Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *& purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema.* Ambrosiaster in Cor. *blasphemamur, & obsecramus : tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque modò ;* Rom. ed. *tanquam lustramenta usque modò.* Beda in eundem loc. *facti omnium peripsema usque adhuc.* Hilarius in Ps. 150. col. 539. d. *existimati purgamenta mundi, & vel abortiva gentium.* Epiphanius in 8. 7. Cantici Cantic. *velut purgamenta facti sumus.* Græc. βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.

℣. 14. Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in hunc loc. *Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios,* &c. ut supra. Ambrosiaster in eundem loc. *Non ut confundam vos, hæc scribo, sed quasi filios,* &c. Græc. Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ᾽ ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.

℣. 15. Montanus episc. in Collat. Carthag. col. 483. a. *Et si decem millia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. Per Christum enim ego vos generavi per Evangelium.* Augustinus in eadem Collat. col. 483. a. b. *Et si multos habeatis patres, per Evangelium ego vos genui :* & l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 40. e. *In Christo Jesu per Evang. ego vos genui.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si enim decem millia pæd. habueritis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo J. per Evang. ego vos genui.* Prædestinat. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 559. d. *Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, non tamen habebitis multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 32. col. 182. d. *Si decem mil. pædag. habeatis in Christo, sed non multos patres. In Chr. enim Jesu per Evang. vos genui.* Tertullianus l. de monog. p. 953. b. *in Evangelio ego vos generavi.* Ambrosius l. 2. de Cain & Ab. c. 1. col. 205. d. *ego vos genui in Evangelio :* at in Ps. 39. col. 866. d. & in Luc. 20. col. 1509. f. *ego vos per Evangelium genui.* S. Pacianus serm. de bapt. p. 318. h. *In Christo autem ego vos genui.* Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. nil discrepant à Vulg. ipsisque Græcum favet.

℣. 16. Auctor l. de laud. mart. apud Cypr. p. 352. a. vel 432. a. *Volo vos omnes, si fieri potest, imitatores meos esse.* Item Ambrosiaster in 1. Cor. 4. habet : *Obsecro ergo vos, imitatores mei estote,* absque seqq. *sicut & ego Christi :* quæ verba pariter reticet Sedulius Scotus in eundem loc. Ambros. quoque in Luc. 6. col. 1369. b. simpliciter habet, *imitatores mei estote :* at in Ps. 118. col. 1248. e. & l. 6. de sacr. col. 382. d. & l. 1. de excessu Sat. col. 1116. b. addit, *sicut & ego Christi.* Addit quoque Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. 4. At in Græco legitur tantùm : Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε. Mss. tamen quidam subdunt, καθὼς ἐγὼ Χριστοῦ. Vide infra 1. Cor. 11. 1. & Philip. 3. 17.

℣. 17. Scholiastes Hieron. in hunc loc. *Ideo misi ad vos Timoth. qui est filius meus chariss. & fidelis in Dom. qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Chr. Jesu,* &c. ut sup. Ita quoque legunt Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in eund. loc. Græc. Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητὸν, καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ· ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς, &c. ut supra. Ms. Alex. ἀναμιμνήσει τὰς ὁδούς· subinde alii plures, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Bornerius Gr. Lat. Κυρίῳ Ἰησοῦ.

℣. 18. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Quasi non sim venturus ad vos.* Sedulius in 1. Cor. *Tanquam non venturus essem ad vos, inflati sunt quidam.* Itidem Ambrosiaster in eund. loc. præposito *sic*, verbo *inflati sunt.* Scholiastes Hieron. cum Beda ibid. *Tanquam non venturus sim ad vos, sic,* &c. Græcum : Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες.

℣. 19. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Veniam autem citiùs, si permiserit Dominus : & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Veniam autem citò ad vos, si Dominus permiserit : & recognoscam non sermonem illorum, qui inflati sunt, sed virtutem.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ congruunt, unà cum Græco.

℣. 20. Sic habent Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in hunc loc. quibus favet Cyprianus l. 3. Testim. p. 327. a. cum S. Paulino ep. 37. p. 230. b. & ep. 51. p. 321. c. detracta vocula *enim.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 100. legit : *Quia non in sermone regnum est Dei, sed in virtute.* Sic etiam Ambrosius in Ps. 118. col. 1107. b. & ep. 48. col. 990. f. l. verò 1. de fide, col. 451. b. habet : *Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.* Græcum Vulgatæ consonat, detracto tantùm verbo *est.*

℣. 21. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Quid vultis? veniam ad vos in virga, an in spiritu lenitatis?* Hilarius in Ps. 2. n. 36. col. 45. e. cum Aug. l. 3. contra ep. Parmen. to. 8. col. 56. c. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* Accinunt Gaudentius Brix. serm. 5. p. 950. h. Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. Ita quoque habet Ambros. l. 7. in Luc. col. 1424. f. & 1425. c. sic etiam l. 1. de pœnit. col. 406. c. & ep. 41. col. 956. e. nisi quòd his duobus locis legat, *spirituque mansuetudinis.* Vigilius verò Taps.

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

l. contra Varimad. p. 747. c. *Vultis veniam ad vos in virga, an in charitate spiritus?* Gr. Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος;

# CAPUT V.

## VULGATA NOVA.

Levit. 18. 7. 8. & 20. 11. 1. OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.

2. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit.

Col. 2. 5. 3. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est,

4. in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu,

5. tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat.

2. Et vos inflati estis: & non potiùs luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrûm qui hoc opus fecit.

3. Ego enim ut absens corpore, præsens autem spiritûs, jam judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est,

4. in nomine Domini nostri Jesu * Christi, congregatis vobis & spiritu meo, cum virtute Domini nostri Jesu * Christi,

5. tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem Domini Jesu Christi.

* *In Mss. Reg. deest utraque vox* Christi.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Auditur in vobis in totum fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in Gentibus, ut uxorem patris sui quis habeat.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. d. *Sic omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat:* at l. de non conven. cum hæretic. p. 225. a. *Omnino auditur inter vos fornic. & talis fornic. qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* Similiter Beda, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 5. Sic etiam Aug. l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 56. d. & Ambrosiaster in 1. Cor. nisi quòd ille habeat *in Gentibus*, pro *inter Gentes;* iste verò, *ita ut quis uxorem patris habeat.* Ambrosius l. 2. de pœnit. col. 430. b. *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 2. c. 15. col. 139. c. præter *in vobis*, pro *inter vos;* Ms. etiam unus paulò post habet *in Gentibus.* Græc. Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς Ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε, &c. ut in textu. A Ms. uno abest καὶ τοιαύτη πορνεία, sicut ab aliis pluribus ὀνομάζεται, quod verbum in Latinis nullis legitur, teste Estio.

℣. 2. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Et vos inflati estis: & non luxistis potiùs, ut auferatur de medio vestrûm qui tale facinus admisit.* Item Sedulius Scotus in 1. Cor. *Et vos inflati estis: & non magis luxistis.* Lucifer verò Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. d. & l. de non conv. cum hæret. p. 225. a. ut in textu Sangerm. & Reg. *Et vos inflati estis: & non potiùs luctum habuistis, ut tolleretur è medio vestrûm qui hoc opus fecit.* Similiter Aug. l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 56. d. 58. f. Sic etiam Ambrosiaster in 1. Cor. excepta voce *magis*, pro *potiùs.* Ambrosius autem l. 1. de pœnit. col. 406. d. 412. e. ut in Vulg. *Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit:* nec aliter Scholiastes Hieron. & Beda in hunc locum. In Græco sic: Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ· καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Mss. plures, pro ἐξαρθῇ, scribunt ἀρθῇ.

℣. 3. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. d. & l. de non conven. cum hæret. p. 225. d. *Ego quidem sicut absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est.* Itidem Augustinus in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 962. a. excepta vocula *quasi*, pro *ut*, post *judicavi:* ita rursum l. contra Adim. to. 8. col. 137. a. & l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 57. a. omissa voce *sicut*, ante *absens.* Nec aliter Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. nisi quòd habeant *ut præsens*, pro *quasi præsens.* Hilarius in Ps. 118. col. 336. f. *Ego autem absens corpore, præsens antem spiritu, jam judicavi tanquam præsens, eum, qui hoc fecit.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. c. *Ipse ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi eum, qui tale facinus admisit.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum, qui hoc admisit.* Gr. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον. Mss. quidam initio tollunt γὰρ, alii verò seq. ὡς.

℣. 4. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. d. e. *in nomine Domini Jesu, congregatis vobis & spiritu meo, cum virtute Domini nostri J. C.* sic iterum l. de non conven. cum hæret. p. 225. d. deleta voce ultima *Christi.* Augustinus in Gal. to. 3. col. 962. a. *in nomine Dom. nostri J. C. congregatis vobis & meo spiritu, cum potentia Dom. nostri J. C.* ita rursum l. contra Adim. to. 8. col. 137. a. deletis *nostri*, & *Christi*, in fine: at l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 57. a. *cum virtute Dom. nostri J. C.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. c. sic: *in nom. Dom. J. C. congregatis vobis omnibus in virtute Dei:* & paræn. ad pœnit. p. 317. a. *judicavi, congregatis vobis & spiritu meo, in virtute Dom. J. C.* Similiter Hilarius in Ps. 118. col. 336. f. post hæc, *qui hoc fecit*, statim subdit: *congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Dom. mei Jesu;* omissis intermediis, *in nomine Dom. n. J. C.* Immo & Ambros. l. 3. offic. col. 134. f. non solùm hæc verba reticet, sed & sequentia, ita legens: *judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est, tradere hujusmodi*, &c. at l. 2. de Spir. S. col. 649. a. ista exhibet: *convenientibus vobis & meo spiritu, cum virtute Dom. Jesu;* Mss. nonnulli, *in virtute.* Vigilius Tapsl. l. contra Varim. p. 746. a. *congregatis vobis & meo spiritu, omnipotentia Dom. n. J. C.* Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 5. Vulgatæ accinunt, deleta voce *nostri*, in fine. Eidem verò respondet ad verbum Ambrosiaster in eundem loc. nec aliter in Græco est, nisi quòd in fine additur Χριστοῦ, ut in textu Sangerm. quæ tamen vox abest à Ms. Alex. In principio etiam absunt ab eodem codice ἡμῶν, & Χριστοῦ.

℣. 5. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. b. *dedendum satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini:* & l. de pudic. pp. 1000. b. & 1007. b. *dedendum ejusmodi hominem satanæ in interitum carnis:* & infra, p. 1008. a. *dedendum ejusmodi satanæ in interitum carnis:* & sup. p. 1007. a. *tradidi eos satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. d. & l. de non conven. cum hæret. p. 225. b. cum Beda, & Sedulio in 1. Cor. *tradere hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri J. C.* Itidem Ambrosius l. de fuga sæc. c. 2. col. 420. e. præter verbum *tradidi:* sic iterum in Ps. 38. col. 854. f. & l. 1. de pœnit. col. 416. a. at lib. 3. offic. col. 134. f. legit: *tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die D. n. J. C.* cui postremo loco favet Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 5. Hilar. verò in Ps. 118. col. 336. f. habet: *tradere istiusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die Domini:* at in Ps. 59. col. 137. a. *ut spiritus salvus sit in die Domini:* vide etiam eund. Hilar. in Ps. 68. col. 226. c. Augustinus in Gal. tom. 3. col. 962. a. & lib. contra Adim. tom. 8. col. 137. a. *tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu:* ita rursum l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 57. a. 58. e. deleta voce ultima *Jesu.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. c. *tradere ejusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini;* infra, *ad interitum carnis:* & paræn. ad pœnit. p. 317. a. *tradere ejusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem Domini.* Ms. Floriac. *tradere hujusmodi satanæ... ut spiritus salvus sit in diem Dom. Jesu.* Ambrosiaster in 1. Cor. *tradere hunc satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Dom. Jesu Christi.* Cæsar. Arelat. hom. 38. *dedi hujusmodi hominem satanæ in interitum carn. ut spiritus salvus fiat in die D. n. J. C.* Auct. quæst. ex N. T. p. 2. q. 49. *tradidi hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis.* Auctor l. de bono pudic. p. 420. b. *traditur sa-*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ita Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 6. Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

7. Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

8. Itaque diem festum celebremus; non in fermento * veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

* Ms. Reg. vetere.

9. Scripsi vobis in * epistola, non commisceri fornicariis:

* Ms. Reg. epistolam.

10. non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, * aut rapacibus, aut idolatris: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.

* Ms. Reg. &.

11. Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si quis frater nominetur fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum sumere.

### Vulgata nova.

6. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Gal. 5. 9.

7. Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

8. Itaque epulemur; non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

9. Scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicariis:

10. non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.

11. Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum sumere.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*nam in interitum carnis.* Græc. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Bornerius codex initio habet, παραδοῦναι αὐτόν; & in fine, cum aliis pluribus, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, al. Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 6. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. b. *Bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Augustinus l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. n. 5. col. 58. f. *Non bona gloriatio vestra: vel per exprobrationem pronunciationis, Bona gloriatio vestra: sic enim nonnulli, & maximè Latini codices habent..... Non enim metuendum est, ne quis intelligat laudando eos dixisse, Bona gloriatio vestra; cùm hic continuò subjungat: Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Ambrosiaster quoque in 1. Cor. legit: *Bona est gloriatio vestra:* tum addit: *hoc est, Non bona est. Nescitis,* &c. ut sup. Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 291. b. cum Sedulio in 1. Cor. *Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* mox Hieron. *sive, ut jam emendavimus, totam conspersionem fermentat?* Tertullianus lib. de pudic. p. 1011. b. *Fermentum modicum totam desipit conspersionem:* & l. 1. contra Marc. c. 2. de hoc hæretico dicit: *Modico fermento totam fidei massam hæretico acore decepit.* S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 316. e. *Exiguum fermentum totam massam fermentat.* Irenæus verò l. 4. c. 27. p. 265. b. cum Gaudentio Brix. serm. 7. p. 953. b. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ accinunt ad verbum. Ms. Floriac. *Non bona gloriatio vestra,* &c. ut in eadem Vulg. In Græco sic: Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; sed codd. aliqui, teste Cotelerio, Monum. Eccl. Gr. to. 2. p. 584. ferunt, τὸ φύραμα φθείρει, alii, δολοῖ, teste eodem, al. δολοῖ; de qua voce vide sis Millii notam in hunc ℣.

℣. 7. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. c. cum Lucifero Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. b. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi:* subinde Tertullianus addit: *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Similiter habet Ambrosiaster in 1. Cor. omissa voce *Etenim*, licet conjungat posteriora ista cum antecedentibus, quæ apud Tertull. disjuncta reperiuntur. Cyprianus l. de hab. virg. p. 178. & l. 3. Testim. p. 308. b. habet: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Nam & Pascha nostrum immolatus est Christus.* Sic etiam Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 291. b. excepto *Etenim*, pro *Nam &*. Concinit Ambrosius in Luc. 1. col. 1275. f. ac l. 1. & 2. de pœnit. col. 411. c. 412. c. 420. b. quibus accedunt Zeno Veron. l. 2. tr. 55. p. 267. Augustinus l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 59. c. 60. a. 63. d. & in Ps. 39. to. 4. 335. e. Gaudent. Brix. ser. 7. p. 953. a. Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. 5. necnon Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. f. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 96. col. 86. b. ab his, *Pascha nostrum.* In Gr. Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς... Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. Mss. tamen plures tollunt οὖν, post Ἐκκαθάρατε; sicut quidam ex ipsis, cum aliis, ὑπὲρ ἡμῶν, ante ἐτύθη.

℣. 8. Cyprianus l. de hab. virg. p. 178. b. & l. 3. Testim. p. 308. b. cum Ambrosiastro in 1. Cor. 5. *Itaque festa celebremus; non in fermento vetere (vel veteri,) neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinc. & veritatis.* Augustinus in Ps. 39. to. 4. col. 335. e. & l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 59. 60. 63. *Itaque diem festum celebremus; non in ferm. vet. neque in fermento malitiæ, & malignitatis: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Similiter habet Gaudentius Brix. serm. 7. p. 953. a. excepta voce *nequitiæ*, pro *malignitatis.* Hieronymus verò l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 291. b. cum Scholiaste Hieron. & Beda in hunc loc. *Itaque epulemur; non in ferm. veteri,* &c. ut in textu. Ambrosius lib. de Nab. c. 16. col. 585. d. & in Luc. 13. col. 1456. f. simpliciter habet: *non in fermento nequitiæ, & malitiæ: sed in azymis,* &c. ut sup. S. Leo serm. 57. p. 130. a. *non in fermento veteris malitiæ, & nequitiæ: sed in az.* &c. & serm. 68. *non in ferm. veteris malitiæ: sed in azym.* &c. Græc. Ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας, καὶ πονηρίας· ἀλλ' ἐν, &c. ut supra. Ms. unus tollit vocem πονηρίας, cujus loco Borner. Gr. habet πορνείας, & Lat. *nequitiæ, & fornicationis.*

℣. 9. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. b. *Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicatoribus.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. c. *Scripsi vobis in epistola, non misceri fornicariis.* Augustinus l. de fide & op. tom. 6. col. 166. d. & l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 60. 62. 63. *Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicariis.* Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 415. d. & ep. 63. col. 1025. b. *Scripsi vobis in ep. Ne commisceamini fornicariis.* Eidem accinunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 5. In Græco sic: Ἔγραψα... μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις.

℣. 10. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. b. *non utique fornicatoribus hujus mundi:* paulòque post: *cæterùm oportebat vos exire de mundo:* & l. de idol. c. 14. p. 243. c. ait: *Non prohibet* (Apost.) *nos conversari cum idololatris, & adulteris... dicens: De mundo exissetis.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. c. *non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idololatris: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.* Augustinus l. de fide & op. to. 6. col. 166. d. *non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire:* ita rursum l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 60. a. b. 63. d. præter verbum *exisse*. Sic etiam Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 5. si exceperis *rapacibus*, pro *raptoribus.* Ambrosius quoque l. 1. de pœnit. col. 415. d. & epist. 63. col. 1025. c. cum Sedulio Scoto in hunc loc habet: *non utique fornicariis hujus mundi.* Gaud. Brix. serm. 1. p. 945. h. *debueratis de hoc mundo exisse.* Gr. καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Mss. plures initio tollunt καί· quidam verò, loco ἢ ἅρπαξιν, habent καὶ ἅρπαξιν.

℣. 11. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. a. *si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum hujusmodi nec cibum sumere.* Tertul. l. de pudic. p. 1011. b. *Nunc autem scribo vobis; si quis frater nominatur in vobis fornicator, aut idololatres, aut fraudator, & cætera; cum talibus ne cibum quidem sumere:* & infra, p. 1012. b. habet: *Canis veneficus, fornicator, homicida, foras:* & l. ad uxor. c. 3. p. 281. b. *cum ejusmodi nec cibum sumendum.* Lucifer Calar. l. de non conv. cum hæretic. p. 225. c. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum sumere.* Augustinus ser. 351. to. 5. col. 1360. b. ac l. de fide & op. tom. 6. col. 166. d. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si quis frater nominatur aut fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebrio-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

12\. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?

13\. nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobisipsis.

**VERSIO ANTIQUA.**

12\. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? Non de his, qui intus sunt, * vos judicatis?

13\. qui autem foris sunt, Deus judicat. Auferte malum de vobisipsis.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*
* *In Ms. Reg. vos additum rec. manu.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*sus, aut rapax: cum hujusmodi nec quidem cibum sumere:* & l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 60. b. 64. d. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si quis frater nominatur inter vos aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut maledic... cum ejusmodi nec cibum quidem simul sumere:* similiter infra, col. 65. a. sublatis *inter vos aut:* & ep. 29. to. 2. col. 49. f. *si quis frater nominetur aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus..... cum ejusmodi nec cibum sumere.* Ambros. l. 1. de pœnit. col. 415. d. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens:* & inf. col. 416. a. *si quis autem talis est, cum hoc nec cibum sumas:* & ep. 63. col. 1025. c. *si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum quidem sumere.* Accinit Sedulius Scotus in 1. Cor. 5. Auctor verò l. de aleator. p. 489. vel 493. b. c. habet: *si quis frater fornicarius, aut idolorum cultor, aut avarus, aut raptor, sive injustus nominatus fuerit: cum ejusmodi quidem nec cibum capere.* Ambrosiaster in hunc locum: *Nunc autem scripsi vobis: Ne commisceamini: si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maled. aut ebriosus, aut rapax: cum hujusmodi ne cibum quidem sumere.* Similiter habent Scholiastes Hieron. & Beda in eundem locum, si excipias initio, *non commisceri;* & in fine, *nec cibum sumere.* Sic etiam Gaudentius Brix. ser. 1. p. 945. h. *Nunc autem... non commisceri.* Optatus l. 4. p. 72. b. *cum his nec cibum capere.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. b. *si quis frater nominatur, & sit aut fornicator, aut simulacris serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum sumere.* Græc. Νυνὶ δὲ... μὴ συναναμίγνυσθαι· ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ· τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. Mss. quidam habent, ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος.

℣. 12. Tertullianus l. de pudic. p. 1000. b. *Utquid mihi eos, qui foris sunt, judicare?* & infra, p. 1012. b. *Quid mihi eos,* &c. ut sup. Ambrosius ep. 63. col. 1025. c. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* & epist. 82. col. 1100. e. addit: *Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?* Concinunt Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 5. necnon Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. c. Item Augustinus quæst. 39. in Deut. to. 3. part. 1. col. 569. g. & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. part. 2. col. 224. f. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* at serm. 351. to. 5. col. 1360. b. *Quò enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?* ita rursum l. de fide & op. tom. 6. col. 166. d. & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 55. e. 60. b. 63. d. 65. g. cui etiam accinit Ambrosiaster in hunc loc. & infra, pp. 309. c. 310. a. Græc. Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; Borner. codex Gr. ita incipit: Εἰ γάρ μοι τοὺς, &c. & Lat. *Si enim mihi detur, qui foris sunt, judicare.* Alii quoque plures tollunt καὶ, ante τοὺς ἔξω.

℣. 13. Augustinus ser. 351. tom. 5. col. 1360. b. *de his autem, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum à vobisipsis:* sic iterum l. de fide & op. to. 6. col. 166. d. & l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 60. b. 63. d. præter *ex vobisipsis.* Ad hoc verò, *Auferte malum ex,* &c. observat idem Augustinus quæst. 39. in Deut. to. 3. p. 1. col. 569. g. Græcum habere, τὸν πονηρόν. *Hoc autem,* inquit, *potiùs malignum solet interpretari, quàm* malum; *nec ait* τὸ πονηρὸν, *id est, hoc malignum, sed* τὸν πονηρὸν, *quod est, hunc malignum.* Sedulius Scotus in 1. Cor. legit: *eos autem, qui foris sunt, Deus judicabit.* Ambrosiaster ibid. *nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobisipsis.* Itidem Scholiastes Hieronymi, cum Beda in eundem locum, excepto verbo *judicabit.* Mox Tertullianus l. 5. cont. Marc. pp. 788. b. 800. b. *Auferte malum de medio vestrûm.* Auctor l. de aleator. p. 489. vel 493. c. *Eximite malos è medio vestri.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. a. *Auferte malum ex vobisipsis:* cui suffragatur Cœlestinus PP. epist. 13. col. 1115. Gr. τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει. Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Mss. plures scribunt κρινεῖ· quidam tollunt seq. Καὶ· aliqui habent ἐξαίρετε, al. ἐξαιρεῖτε, al. ἐξάρατε.

# CAPUT VI.

**VULGATA NOVA.**

1\. Audet aliquis vestrûm, habens negotium adversùs alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?

2\. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis?

3\. Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quantò magis sæcularia?

**VERSIO ANTIQUA.**

1\. Audet aliquis vestrûm, adversùs alterum negotium habens, judicari apud injustos, & non apud sanctos?

2\. Aut nescitis quia sancti de hoc mundo judicabunt; & in vobis judicabitur hic mundus? Indigni estis judiciorum minimorum.

3\. Nescitis quoniam Angelos judicamus, neque sæcularia?

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. a. *Audet quisquam vestrûm, adversùs alterum negotium habens, disceptare apud injustos, & non apud sanctos?* Ambrosius serm. contra Auxent. n. 27. col. 871. a. & Ambrosiaster in 1. Cor. *Audet aliquis vestrûm, adversùs alterum habens negotium, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* Augustinus l. 4. de doctrina Chr. to. 3. p. 1. col. 78. f. *Audet quisquam vestrûm, adversùs alterum habens negotium, judicari ab iniquis, & non apud sanctos?* sic etiam l. Enchirid. to. 6. col. 226. c. præter *apud iniquos,* pro *ab iniquis:* in Ps. verò 36. to. 4. col. 279. f. *Audet quis vestrûm, adversùs alium negotium habens, judicari apud injustos, & non apud sanctos?* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in hunc loc. Vulgatæ favent. Gr. Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, &c.

℣. 2. Similiter habet Ambrosius serm. contra Auxent. n. 27. col. 871. a. *Aut nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt?* Cyprianus verò l. 3. Testim. p. 318. a. *An nescitis quia sancti hunc mundum judicabunt?* Item Hilarius in Ps. 143. col. 560. a. *Sancti enim mundum judicabunt:* & in Ps. 149. col. 593. e. *Sancti mundum judicabunt, & in illis judicabitur mundus. Dictum est enim: Aut nescitis quia Angelos,* &c. Zeno Veron. l. 2. tract. 21. p. 211. *An nescitis quia sancti de hoc mundo judicabunt?* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 78. f. *An nescitis quia sancti mundum judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis?* Sic etiam legunt Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. nisi quòd habeant, *de hoc mundo judicabunt;* hisque favet Sedulius Scotus in hunc loc. Ambrosiaster verò in eundem locum legit: *Aut ignoratis quoniam sancti hunc mundum judicabunt? Et si in nobis judicabitur mundus, indigni ergo sunt hujusmodi, qui etiam de minimis judicent.* Gr. Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; Mss. plures in principio ferunt, Ἢ οὐκ οἴδατε· al. subinde κριθήσεται, pro κρίνεται.

℣. 3. Tertullianus l. de hab. mul. c. 2. p. 258. a. huc alludens dicit: *Hi sunt Angeli, quos judicaturi sumus:* & lib. de fuga in persec. p. 972. c. *Angelos judicaturus es:* & l. de pudic. p. 1007. c. *Non scitis quod Angelos sumus judicaturi?* Hilarius in Ps. 149. col. 593. e. *Dictum est enim: Aut nescitis quia Angelos estis judicaturi?* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 78. f. *Nescitis quoniam Angelos judicabimus? nedum sæcularia?* Beda verò cum Scholiaste Hieron. in 1. Cor. 6. Vulgatæ accinit ad verbum. Similiter Ambrosiaster usque ad *quantò magis,* &c. quæ reticet. In Græco sic: Οὐκ οἴδατε ὅτι Ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτιγε βιωτικά; Ms. unus, μήτοιγε βιωτικά; Bornerius Græc. πόσῳ μᾶλλον· Lat. *quantò*

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

4. Sæcularia igitur judicia si habueritis : contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite.

5. Ad reverentiam vobis dico. Sic non est inter vos sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum?

6. Sed * frater cum fratre judicio contendit : & hoc apud infideles?

7. * Jam quidem omnino delictum est vobis, quia judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam patimini? quare non magis fraudamini?

8. Sed vos fraudatis, & injuriam facitis : & hoc fratribus.

9. Aut nescitis quoniam iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare : Neque impudici, neque idolis servientes, neque adulteri,

10. neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

* Ms. Reg. vitiosè fratrem.

* In Ms. Reg. additum Jam recent. manu.

**VULGATA NOVA.**

4. Sæcularia igitur judicia si habueritis : contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.

5. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?

6. Sed frater cum fratre judicio contendit : & hoc apud infideles?

7. Jam quidem omnino delictum est in vobis, quòd judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Matth. 5. 39. Luc. 6. 29.

8. Sed vos injuriam facitis, & fraudatis : & hoc fratribus. Rom. 12. 17. 1. Thess. 4. 6.

9. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare : Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

10. neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*magis.*

℣. 4. Hilarius in Ps. 122. col. 396. d. huc alludit dicens, *judicem quoque eligi potentium ex contemptibilibus Ecclesia* præcepisse Apost. Ambrosius ep. 82. col. 1100. e. eadem quæ in Vulg. *Sæcularia igitur judicia si habueritis : contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.* Nec aliter Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 6. Augustinus verò l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. col. 78. f. *Sæcularia igitur judicia si habueritis : eos qui contemptibiles sunt in Ecclesia, hos collocate;* & ita ex Mss. prope omnibus, omisso *ad judicandum* : ita rursum constanter tum l. Enchirid. to. 6. col. 226. d. tum l. de op. Mon. col. 499. e. Item in Græco : Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε· al. καθίζετε κριτάς.

℣. 5. Similiter Augustinus l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. col. 78. f. *Ad reverentiam vobis dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum?* ita rursum l. Enchirid. tom. 6. col. 226. d. & lib. de op. Mon. ibid. col. 499. e. Ambrosiaster in 1. Cor. 6. *Ad reverentiam vestram dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens,* &c. ut sup. Ambrosius verò ep. 82. col. 1100. f. cum Scholiaste Hieron. Sedulio, & Beda in hunc locum : *Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?* rursus Ambrosius serm. contra Auxent. n. 27. col. 871. b. *Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratres?* Act. purg. Cæcil. ap. Optat. p. 264. c. *Non est sapiens quisquam inter vos, qui possit judicare inter fratres?* Græcum : Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; Mss. quidam habent ἐντροπὴν ὑμῶν· sicut alii paulò post, ἔνι, pro ἔστιν· subinde aliqui scribunt, οὐδεὶς, pro οὐδὲ εἷς· alii neutrum admittunt : al. deinde, ὃς δύναται· tum al. ἀνακρῖναι, pro διακρῖναι.

℣. 6. Ambrosius serm. contra Auxent. n. 27. col. 871. b. *Sed frater cum fratre judicio contendit : & hoc apud infideles?* ita rursum ep. 82. col. 1100. f. cui accinunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 6. Augustinus verò l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 78. f. legit : *Sed frater cum fratre judicatur : & hoc apud infideles?* sic iterum l. Enchirid. to. 6. col. 226. e. & l. de op. Mon. col. 499. e. Nec aliter ferunt Acta purg. Cæcil. apud Optat. p. 264. c. In Græco sic : Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται· καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων;

℣. 7. Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. a. *Jam quidem in totum delictum in vobis est, quia judicia habetis cum invicem. Quare non magis injuriam patimini? aut quare non magis fraudamini?* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 78. f. *Jam quidem omnino delictum est, quia judicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? quare non potiùs fraudamini?* itidem l. Enchirid. tom. 6. col. 226. e. & l. de corr. & gra. to. 10. col. 752. c. at l. 5. contra Faust. to. 8. col. 200. f. hæc sola : *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quia judicia habetis vobiscum.* Oros. contra Pelag. p. 454. d. *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quòd judicia habeatis inter vos.* Ambrosius ep. 82. col. 1101. c. *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Sic etiam Auctor ep. ad Demetriad. c. 3. p. 40. b. cum Scholiaste Hieron. & Beda in 1. Cor. Sedulius verò Scotus in eundem loc. *Jam quidem omnino delictum est inter vos, quia judicia habetis vobiscum. Quare non magis injuriam accepistis?* Ambrosiaster : *Jam quidem omnino delictum in vobis est. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem?* at ex ejus operum edit. Rom. & Mss. quibusdam : *Quare non magis injuriam patimini? quare non magis fraudamini?* Græc. Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν. Διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

℣. 8. Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. a. *Sed vos injuriam facitis, & fraudatis : & hoc fratribus.* Similiter Ambrosiaster, Scholiastes Hieronymi, & Beda in 1. Cor. Sedulius in eundem loc. *Sed vos fraudatis :* paulòque post : *& hoc fratribus.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 78. f. *Sed vos iniquitatem facitis, & fraudatis : & hoc fratres;* Mss. ejusd. 5. *& hoc apud fratres;* alii 3. *& hoc fratribus :* at l. de corr. & gra. to. 10. col. 752. d. ex omnibus Mss. habet : *Sed vos iniquitatem facitis, & fraudatis : & hoc fratres;* editt. tantùm, *fratribus.* Gr. Ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ ἀποστερεῖτε· καὶ ταῦτα ἀδελφούς· al. τοῦτο ἀδελφούς.

℣. 9. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. d. *An ignoratis quoniam injusti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite seduci : Neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri :* at l. 5. c. 11. p. 305. d. *An nescitis quoniam injusti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite errare : Neque fornicarii, neque idololatræ, neque adulteri.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. a. *An nescitis quoniam injusti regnum Dei non consequentur?* & infra, p. 324. a. sicut l. de orat. Dom. p. 207. c. addit : *Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 78. f. *An nescitis quia injusti regnum Dei non hæreditabunt?* lib. verò de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 235. c. *An nescitis quoniam iniqui regnum Dei non possidebunt?* ita rursum l. de corr. & gra. to. 10. col. 752. d. excepta voce *injusti*, pro *iniqui :* & ep. 29. tom. 2. col. 50. a. ita prosequitur : *Nolite errare : Neque fornicatores, neque idolis servientes, neque adulteri :* itidem in ep. ad Galat. to. 3. p. 2. col. 972. c. & ser. 162. to. 5. col. 781. c. necnon l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 61. g. nisi quòd eo loci habeat, *Neque fornicarii.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Nam neque fornicarii*, &c. ut in Vulg. cui accinunt Fulgentius l. 1. de rem. pecc. c. 15. p. 371. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. sublata vocula *Nam.* Siricius ep. 10. col. 692. a. *Neque fornicarii, neque idololatræ.* Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Nemo seducat semetipsum :* subinde nominat *mæchos*, & *fornicatores;* paulòque post addit : *Nec erraveritis, scilicet si putaveritis eos regnum consecuturos.* Græc. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; Μὴ πλανᾶσθε· Οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί.

℣. 10. Eadem exhibet Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. d. & l. 5. c. 11. p. 305. d. a. cum August. ep. 29. tom. 2. col. 50. a. & in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 972. c. & serm. 162. to. 5. col. 781. c. & l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 61. g. quibus favent Fulgentius l. 1. de rem. pecc. c. 15. Scholiastes Hieron. & Ambrosiaster in 1. Cor. necnon Beda in eundem locum, nisi quòd pro *rapaces*, legat *raptores*, ut & Irenæus sup. l. 4. &. Augustinus ep. 29. Cyprianus verò l. de orat. Dom. p. 207. c. habet : *neque molles, neque masculorum appetitores, neque fures, neque fraudulenti, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, regnum Dei consequentur :* ita rursum l. 3. Testim. p. 324. a. præter *fraudatores*, pro *fraudulenti :* quem vide ep. 6. & 55. pp. 12. c. 81. b. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *& molles, & masculorum concubitores* negat ex Apost. *regnum consecuturos.* In Gr.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

11. Et hæc quidam fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.

12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt : Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

13. Esca ventri, & venter escis : Deus autem & hunc, & has destruet : corpus autem non fornicationi, sed Domino : & Dominus corpori.

14. Deus verò & Dominum suscitavit : & nos suscitabit per virtutem suam.

15. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi ? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis ? Absit.

16. An nescitis quoniam qui adhæret meretri-
Genes. 2.24. ci, unum corpus efficitur ? Erunt enim ( inquit )
Matth. 19.5. duo in carne una.

Marc. 10.8. Ephes. 5. 31.

**VERSIO ANTIQUA.**

11. Sed hæc aliquando fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt : Omnia mihi licent, sed ego nullius redigar. A quibus ?

13. Escæ ventri, & venter escis : Deus autem & * hunc, & hæc destruet : corpus autem non fornicationi, sed Domino : & Dominus corpori. * *Ms. Reg.* hanc.

14. Deus autem & Dominum suscitavit : & nos suscitat per virtutem suam.

15. Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt ? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis ? Absit.

16. Aut nescitis quia qui se jungit meretrici, unum corpus est ? Erunt enim ( inquit ) duo in carne una.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sic : ὔτε μαλακοὶ, ὔτε ἀρσενοκοῖται, ὔτε κλέπται, ὔτε πλεονέκται, ὔτε μέθυσοι, ὐ λοίδοροι, ὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεῦ ὐ κληρονομήσυσι. Mss. plures, κληρονομήσυσι, absque præced. ὐ.

℣. 11. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. a. *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Jesu C. & in Spiritu Dei nostri :* eadem repetit l. 5. c. 11. p. 305. a. additis *sed justificati estis*, ante *in nomine Domini J. C.* infra, *in nom. Dom. nostri J. C.* & supra, l. 4. c. 37. p. 282. a. habet : *Et hæc quidam fuistis : sed abluti estis, sed sanctif. estis in nom. D. nostri.* Tertullianus l. de anima, p. 487. c. *Et in his vos quoque fuistis : sed abluti estis :* & l. de pudic. p. 1009. b. *Sed hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Dom. J. C. & in Spiritu Dei nostri.* Cyprianus l. de orat. Dom. p. 207. c. *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed justificati estis, sed sanctificati estis in nom. Dom. nostri J. C. & in Spiritu Dei nostri :* itidem l. 3. Testim. p. 324. a. omisso *sed justificati estis.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 714. f. *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justif. estis in nom. D. Jesu C. & in Spiritu Dei nostri :* ita rursum ep. 29. to. 2. col. 50. a. nisi quòd reticet *sed sanctificati estis*, habetque *Dom. nostri J. C.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 648. c. *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctific. estis, sed justific. estis in nom. J. C. & in Spiritu Dei n.* & infra, col. 670. b. *sed abluti estis..... in nom. Domini n. J. C.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Et hoc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctific. estis, sed justif. estis in nom. Dom. n. J. C. & Spiritu Dei nostri.* Itidem Beda in eundem loc. præter *Et hæc quidem.* Sedulius Scotus : *Et hoc aliquando fuistis*, &c. ut in Vulgata. Scholiastes Hieron. *Et hæc aliquando quidam fuistis*, &c. ut sup. Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 747. g. *Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, & sanctificati in nom. Dom. n. J. C.* & l. 2. de Trin. p. 777. a. *sed abluti estis, sed sanctif. estis, sed justificati estis in nom. D. n. J. C. & Spiritu Dei n.* In Græco : Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, &c. ut in Vulgata, omissis tamen vocibus *nostri*, & *Christi*, quas Mss. aliqui retinent.

℣. 12. Tertullianus l. de exhort. cast. p. 941. c. *Omnia licent, sed non omnia pro salute :* & infra, p. 942. a. *Ita fit ut omnia liceant, sed non omnia expediant :* itidemque l. de bapt. p. 392. a. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. e. cum Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 160. c. 241. b. *Omnia licent, sed non omnia expediunt.* Item Cyprianus l. de hab. virg. p. 176. a. & l. 3. Testim. p. 326. b. *Omnia licent, sed non omnia expediunt :* tum addit : *Omnia licent, sed non omnia ædificant :* quæ pertinent ad versum 23. capitis 10. Similiter Ambrosius ep. 59. col. 1019. g. b. *Omnia licent, sed non expediunt : Omnia licent ; sed non ædificant :* at l. 2. offic. col. 76. c. & l. de vid. col. 203. e. *Omnia mihi licent, sed non omnia utilia sunt :* & epist. 37. col. 939. e. *Omnia mihi licent, sed non omnia mihi utilia : Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 714. f. & l. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. *Omnia mihi licita sunt, sed non omnia expediunt : Omnia mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate :* rursus l. de mor. Eccl. col. 712. f. *Omnia enim mihi licita sunt, sed ego non redigar sub pot. ullius.* Scholiastes Hieronymi, Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. Vulgatæ congruunt. In Græco sic : Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐ πάντα συμφέρει· Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. Hìc autem amanuensis oscitantis vitio depravatum facilè crediderim textum nostrum Sangermanensem & Reg. ubi sublata voce *potestate*, additur in fine, *A quibus ?* qui legendi modus neque Gr. neque Lat. testimonio ullo confirmatur.

℣. 13. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Cibi ventri, & venter cibis : Deus & hunc, & illos conficit : corpus autem non fornicationi, sed Deo.* Irenæus l. 5. c. 6. p. 300. b. cum Hieron. ep. ad Amand. to. 4. col. 161. a. *corpus autem non fornicationi, sed Domino : & Dominus corpori.* Novatianus l. de cib. Jud. p. 1065. c. *Esca ventri, & venter escis : Deus autem & hunc, & hanc evacuabit : corpus autem non fornicationi, sed Dominus :* ( l. *Domino :* ) *& Dominus corpori.* Similiter habent Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. præter verbum *destruet*, pro *evacuabit ;* quibus accinit Ambrosiaster, nisi quòd habeat, *& hunc, & has.* Ita quoque Augustinus l. 1. de mor. Eccl. to. 1. col. 714. f. *Esca ventri, & venter escis : Deus autem & has, & hunc destruet*, &c. ut in textu : at l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. *& hunc, & has evacuabit*, &c. Itidem Auct. l. de promiss. p. 2. c. 33. col. 161. c. Ambrosius verò ep. 37. col. 939. e. priora tantùm memorat, *Esca ventri, & venter escis.* Eadem etiam Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 200. d. qui addit, *Deus autem & hunc, & illam destruet.* In Græco sic : Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην, καὶ ταῦτα καταργήσει, &c. ut sup.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 6. p. 300. b. c. *Deus autem & Dominum suscitavit : & nos suscitabit per virtutem suam.* Sic etiam Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. excepta vocula *verò*, pro *autem.* Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Deus autem & Dominum suscitavit : & nos suscitabit per virtutem suam.* Hieronymus ep. ad Amand. tom. 4. col. 161. a. *Deus autem, qui Dominum suscitavit, & nos cum illo suscitabit per virtutem suam.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 714. f. *Deus verò suscitavit Dominum : & nos quoque suscitabit per virtutem suam.* Sedulius Scotus in hunc locum : *Deus autem suscitavit Dominum Jesum.* Gr. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε· καὶ ὑμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτῦ. Copt. *Dominum nostrum Jesum.* Æthiop. *Dom. n. Jesum C.* subinde Mss. plures ferunt καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ, Ms. Alex. ἐξεγείρει· alii quidam, ἐξήγειρε.

℣. 15. Similiter habet Irenæus l. 5. c. 6. p. 300. a *Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt ? Tollens ergo membra Chr. faciam membra meretricis ?* Accinunt Hieron. ep. ad Amand. to. 4. col. 161. a. Scholiastes ejusdem Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. 6. Ita quoque legit Augustinus serm. 162. to. 5. col. 781. c. & l. de bono viduit. to. 6. col. 373. a. at l. de mor. Eccl. to. 1. col. 714. f. *An nescitis quoniam corpora v. membra sunt Chr. Tollens ergo membra Chr. efficiam membra meretricis ? Absit.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 788. c. *Nescitis corpora v. membra esse Chr.* & l. de pudic. p. 1009. b. *Non scitis corpora v. membra Chr.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 323. b. *Nescitis quoniam corpora v. membra Chr. sunt ? Auferens membra Chr. faciam membra fornicariæ ? Absit.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. d. *Tollens ergo membra Chr. faciam membra meretricis ? Absit.* Ambros. l. 6. Hexa. col. 131. c. cum Ambrosiastro in hunc locum : *Tollam ergo membra Chr. & faciam membra meretricis ? Absit.* Avitus Vien. ep. 6. col. 38. e. *Nec tollam membra Chr. & faciam membra meretricis.* Græc. Ἄρας ὖν τὰ μέλη τῦ Χρ. ποιήσω πόρνης μέλη ; &c. Mss. plures habent Ἄρα, pro Ἄρας.

℣. 16. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Non scitis quòd qui agglutinatur fornicariæ, unum corpus efficitur ?* subinde : *Erunt enim duo in unam carnem.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 323. b. *Aut nescitis quia qui conglutinatur fornicariæ, unum corpus sunt ? Erunt enim duo in carne una.* Lucifer verò Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. d. ut in textu : *Aut nescitis quia qui se jungit meretrici, unum corpus*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. Qui autem se jungit Domino, unus spiritus est.

18. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

19. Aut nescitis quia corpus vestrum, templum, quod in vobis, sancti Spiritus est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?

20. Empti enim estis pretio. Glorificate Deum in corpore vestro.

### VULGATA NOVA.

17. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.

18. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

19. An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? *Sup. 3. 17. 2. Cor. 6. 16.*

20. Empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. *Inf. 7. 23. 1. Pet. 1. 18.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*est? Erunt enim (inquit) duo in carne una.* Hieronymus ep. ad Amand. to. 4. col. 161. a. *An nescitis quia qui conjungit se meretrici, unum corpus est? Erunt enim (inquit) duo in carnem unam:* & in Matth. 1. to. 4. col. 8. a. *Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur:* & in Amos 3. to. 3. col. 1390. d. *Qui adhæret meretrici, unum cum ea corpus efficitur.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 8. col. 338. e. *Qui adhæret meretrici, unum corpus est. Erunt enim duo in carne una:* sic iterum in Ps. 118. col. 1010. c. & in Luc. 3. col. 1322. c. at in Luc. 2. col. 1283. f. *Qui conjungitur meretrici, unum corpus est.* Avitus Vien. ep. 6. col. 38. e. *Qui sociatur meretrici, unum corpus efficitur.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 743. c. *Qui adhæret meretrici, unum corpus est.* Similiter Augustinus serm. 162. to. 5. col. 781. c. at l. de mor. Eccles. to. 1. col. 714. f. ut in Vulg. *An nescitis quoniam qui adhæret meretr. unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo*, &c. Itidem Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. Ambrosiast. verò in eund. loc. *An nescitis quia qui adhæret meretr. unum corpus fit? Erunt (inquit) duo*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γάρ, φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Mss. plures ipso initio tollunt Ἢ; & Alex. φησίν, sub finem.

℣. 17. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Qui autem agglutinatur Domino, unus spiritus.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 323. b. *Qui autem se conjunxerit Domino, unus spiritus est.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. d. *Qui autem jungit se Domino, unus spiritus est.* Hieronymus ep. ad Amand. to. 4. col. 161. a. *Qui autem conjungit se Domino, unus spiritus est.* Vigilius Taps. l. 5. de Trin. *Qui autem se conjungit Deo, unus spir. est:* l. verò contra Varimad. p. 743. c. *Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Itidem Augustinus l. de mor. Eccles. to. 1. col. 714. f. & serm. 162. to. 5. col. 781. c. cui accinunt Auctor l. de nativ. Chr. p. 451. S. Leo serm. 29. p. 87. e. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 6. Sic etiam legit Ambrosius l. 2. de Abra. c. 8. col. 338. e. & in Ps. 118. col. 1104. b. & in Luc. 4. col. 1338. a. & l. 3. de fide, col. 511. d. at in Luc. 9. col. 1406. d. & in Ps. 118. col. 1010. c. *Qui autem adhæret Deo*, &c. & infra, in eundem Ps. col. 1178. f. *Qui Christo adhæret, unus est spir.* Rursus Augustinus tract. 14. in Joh. to. 3. col. 405. b *Qui adhæret Domino, unus spir. est.* Maximinus Arian. apud ipsum, to. 8. col. 671. f. *Qui adjungit se Domino, unus spiritus est.* Scholiastes Hieronymi in hunc loc. cum Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 6. p. 3. c. *Qui autem adhæret Deo, unus spiritus est.* Hilarius in Psal. 62. col. 155. b. *Adhærenti Deo unus est spiritus:* & in Psal. 118. col. 265. e. *Qui adhærent Domino, in uno spiritu sunt.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 704. e. *Qui enim adhæret Christo, unum corpus est:* & infra, p. 724. d. *Qui cohæret Christo Domino, unum corpus est.* Gr. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι.

℣. 18. Tertullianus l. de monog. p. 955. b. c. *Omne delictum, quod admiserit homo, extra corpus est: qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit:* & l. de pudic. p. 1009. b. *Omne delictum, quod admiserit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Cyprianus ep. 52. p. 74. b. *Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem mœchatur, in corpus suum peccat:* & l. 3. Testim. p. 323. c. *Omne delictum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. a. d. *Fugite fornicationem. Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Itidem Hieronymus ep. ad Amand. to. 4. col. 161. a. excepta voce *quodcunque*. Eidem accinunt Ambrosiaster, Beda, necnon Scholiastes Hieron. in hunc loc. nisi quòd postremus iste addat *enim*, post *Omne*. Ambrosius lib. de lapsu virg. col. 310. e. *Fugite fornicationem. Quia omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Similiter Auctor quæst. ex N. T. p. 2. q. 50. col. 153. g. Sic etiam Augustinus l. de morib. Eccl. to. 1. col. 714. f. & serm. 162. to. 5. col. 781. b. c. & quæst. 8. in Lev. to. 3. col. 494. a. deleta ubique voce *quia*, positoque duobus postremis locis *proprium*, pro *suum*. Nec aliter in Græco est.

℣. 19. Ambrosius lib. de lapsu virg. col. 311. a. *An nescitis quoniam membra vestra, templum est Spiritus S. quem habetis à Domino, & non estis vestri?* at l. 3. de Spir. S. col. 683. f. *quia membra v. templum sunt Spiritus sancti?* Hieronymus l. 2. contra Jovin. col. 213. b. 221. c. d. *Nescitis quia corpora v. templum est Spiritus S.* Augustinus l. de morib. Eccl. to. 1. col. 714. f. *An nescitis quoniam memb. v. templum est Spiritus S. qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non e. v.* & epist. 170. to. 2. col. 608. g. *Nescitis quia corpora v. templum sunt in vobis Spiritus sancti, quem habetis à Deo, & non e. ve.* & ep. 187. col. 682. f. *Nescitis quoniam corpora v. templum in vobis Spiritus sancti est, quem habetis à Deo?* similiter l. de bono conjug. tom. 6. col. 327. e. & serm. 1. de symb. ibid. col. 554. a. posito *est*, post *vobis:* ita rursum epist. 238. col. 860. b. & l. 1. & 7. de Trin. to. 8. col. 756. g. 757. a. 786. a. 857. f. & l. 1. de nupt. & conc. tom. 10. col. 290. d. addito in fine, *& non estis vestri?* serm. verò 162. to. 5. col. 781. d. & l. de bono viduit. to. 6. col. 373. b. *An nescitis quia corpus vestrum, templum in vobis Spiritus sancti est, quem habetis à D. & non e. ve.* demum l. Enchirid. to. 6. col. 217. f. *Nescitis quia corpora v. templum est Spiritus sancti, qui in vob. e. quem habetis à Deo?* Vigilius Taps. l. 2. contra Arium: *Nescitis quia corpora v. templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis à Deo?* sic etiam l. contra Varim. p. 749. h. præter *An ignoratis:* at sup. p. 747. f. *An nescitis quia corpora v. templum sunt in vobis Spiritus sancti, quem habetis à Deo?* & l. 12. de Trin. p. 311. b. *An nescitis quia corpora v. templum est Spiritus sancti, qui in vobis e. quem accepistis à Deo, & non e. ve.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. 6. præter verbum *habetis*, pro *accepistis;* sicque etiam supra, in 1. Cor. 3. posito *templum sunt*. Fulgentius l. de fid. orthod. ad Donat. c. 8. p. 204. *Nescitis quia membra v. templum est, qui in vobis habitat, Spiritus sancti, quem habetis à Deo?* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. nil differunt à Vulg. Cyprianus verò l. 3. Testim. p. 323. c. post hæc verba, *in corpus suum peccat*, quæ sunt postrema versûs præced. statim addit, *non estis vestri*, prætermissis omnibus intermediis. Idem, *non estis vestri*, rursus habet l. de hab. virg. p. 173. c. & l. de orat. Dom. p. 207. b. & ep. ad Fortunat. p. 265. c. & l. 3. Testim. p. 307. c. cui concinit Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. a. Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 3. p. 281. b. habet; *non sumus nostri?* & l. de pudic. p. 1009. b. *& non estis vestri?* Auctor l. de dupl. mart. p. 584. c. *Empti estis pretio magno, & jam non e. v.* Græcum: Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; Mss. plures habent, τὰ σώματα ὑμῶν, al. τὰ μέλη.

℣. 20. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. b. *Empti enim estis pretio (sanguine scilicet Domini.) Glorificate, & tollite Dominum in corpore vestro:* & sup. p. 1002. b. *Magno redempta est, sanguine scilicet Domini, & Agni:* & l. de resur. carn. p. 570. a. *Monet* Apost. *tollere, & magnificare Deum in corpore nostro:* & l. de coro. mil. c. 13. p. 293. b. *Sed tu jam redemptus es à Christo, & quidem magno:* & l. 5. contra Marc. p. 788. c. *Empti enim sumus pretio magno:* & l. 2. ad uxor. c. 3. p. 281. b. *Non sumus nostri, sed pretio empti.* Hilarius in Ps. 135. col. 489. b. *Magno enim pretio* (abest *pretio* à Ms. Reg.) *redempti estis.* Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. d. *Glorificate Deum in corpore vestro.* Cyprianus l. de hab. virg. p. 173. c. *Empti enim estis pretio magno. Clarificate, & portate Deum in corpore vestro:* ita rursum l. de orat. Dom. p. 207. b. & ep. ad Fortunat. p. 265. c. & l. 3. Testim. pp. 307. c. 323. c. Similiter Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. a. præter verbum *Glorificate*, pro *Clarificate*. Concinit Auctor l. de dupl. mart. p. 582. cum Ambros. l. de lapsu virg. col. 311. a. & in Luc. 12. col. 1437. d. in Luc. verò 5. col. 1361. f. idem Ambros. *Tollite Dominum in corpore vestro.* Cyprianus etiam l. 3. Testim. p. 323. c. habet *Dominum;* sed cætera uti supra. Chromat. Aquil. p. 981. d. *Magnificate, & portate Deum in corp. vestro.* Augustinus ep. 170. to. 2. col. 608. g. *Empti enim estis magno pretio. Glorificate Deum, & portate in corpore v.* & ep. 238. tom. 2.

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 860. b. *Empti enim e...... Glorificate ergo, & portate Deum*, &c. itidem legit l. 1. de nupt. & concup. tom. 10. col. 290. d. ſed à Mſſ. plurimis ibid. abeſt *& portate*, ut & ep. 238. ſup. col. 860. b. quo etiam poſteriori loco deeſt inſuper in Mſſ. *magno*, poſt *pretio*: item l. 2. & 7. de Trin. to. 8. col. 786. a. 857. f. ſimpliciter, *Clarificate* (vel *Glorificate*) *ergo Deum in corpore v.* at l. de morib. Eccl. tom. 1. col. 714. f. unà cum Vulg. *Empti enim e. pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore v.* eadem rurſus refert ſer. 162. to. 5. col. 781. d. & l. de bono viduit. to. 6. col. 373. a. cui accenſere licet Ambroſiaſtrum, Scholiaſten Hieron. & Bedam in 1. Cor. 6. niſi quòd horum ultimus habeat *Dominum*, pro *Deum*. Apud Sedulium Scot. in eund. loc. *Empti enim eſtis, non auro, ſed ſang. Chr.* pauloque poſt: *Glorificate Deum, & portate.* Optatus l. 3. contra Donat. p. 66. a. *Empti enim eſtis pretio magno.* Fulgentius l. de fide orth. ad Donat. p. 204. & S. Leo ſerm. 22. p. 74. f. *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 311. b. *Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in cordibus veſtris*: at l. contra Varimad. p. 747. f. *Glorificate, & portate Dominum in corpore veſtro.* Epiphanius in cap. 3. ℣. 9. Cantici Cantic. *Glorificate igitur Deum in membris veſtris.* Græc. Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. Δοξάσατε δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. *Empti enim eſtis pretio. Glorificate igitur Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ Dei ſunt.* Mſſ. quidam ſcribunt, Δοξάσατε ἄρα τόν. Chryſoſt. in edit. Veron. ac Saviliana, Δοξάσατε δὴ ἄρατε τὸν Θεόν· al. καὶ βαστάσατε τὸν Θεόν· ſubinde in Mſſ. plurimis deſunt, καὶ ἐν τῷ πνεύματι, &c. uſque ad finem; quæ etiam nullibi apud Latinos legitur.

# CAPUT VII.

## VULGATA NOVA.

1. DE quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierem non tangere:

2. propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat.

1. Pet. 3. 7. — 3. Uxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & uxor viro.

4. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.

5. Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

1. DE quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierem non tangere:

2. propter fornicationes autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat.

3. Uxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & uxor viro.

4. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.

5. Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum ad idipſum, ne * tentet vos Satanas propter intemperantiam veſtram.

* *Mſ. Reg.* vos tentet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. de monog. p. 956. a. *De his autem, quæ ſcribitis: Bonum eſt homini mulierem non attingere*: & l. de pudic. p. 1009. c. *De quibus autem ſcribitis: Bonum eſt homini mulierem non contingere.* Similiter habet Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 316. a. *Bonum eſt homini mulierem non contingere.* Ambroſ. l. de vid. col. 208. d. *Bonum eſt enim mulierem non tangere.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. tom. 4. part. 2. col. 149. a. & ep. apolog. col. 237. a. *De his autem, quæ ſcripſ. mihi: Bonum eſt homini mulierem non tangere*: at inf. eodem libro, col. 150. a. *uxorem non tangere*: epiſt. verò 30. ibid. col. 231. b. utrumque, *uxorem, vel mulierem non*, &c. Auguſtinus l. de morib. Eccl. tom. 1. col. 715. a. & ep. 262. tom. 2. col. 889. c. *De quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Concinunt Scholiaſtes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. 7. Sic etiam habet Ambroſiaſter in eund. loc. niſi quòd ita incipiat: *De iis autem, quæ ſcripſ. mihi.* Græc. Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι· Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Mſſ. quidam tollunt μοί.

℣. 2. Similiter Tertullianus l. de monog. p. 956. a. *propter fornicationes autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat*: at l. de pudic. p. 1009. c. *ſed propter fornicationem unuſquiſque uxorem ſuam habeat*: tum addit: *Vir uxori*, &c. omiſſis his, quæ intercedunt in textu. Cyprianus verò l. 3. Teſtim. p. 316. a. cum Scholiaſte Hieron. & Beda in 1. Cor. 7. *propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque virum ſuum habeat.* Itidem Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. part. 2. col. 149. b. f. at infra, col. 151. f. *propter fornicationes autem*, &c. ut ſup. Auguſtinus l. de morib. Eccl. to. 1. col. 715. a. *propter incontinentiam autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat*: ſed ep. 262. to. 2. col. 889. c. & l. 2. de conjug. adult. tom. 6. col. 388. c. *propter fornicationes autem unuſquiſque*, &c. ut ſup. ſicque rurſum l. de nupt. & concup. to. 10. col. 289. g. omiſſa vocula *autem*. Ambroſiaſt. in hunc loc. *tamen propter fornicationem unuſquiſque ſuam ux.* &c. ut in textu. Gaudent. Brix. ſer. 8. p. 953. f. *ut unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum.* Græc. διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος, &c. ut in textu: at in Borner. cod. Gr. Latin. legitur τὴν πορνείαν, omittiturque poſterior periodus, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω, ſicut apud Tertull. ſup.

℣. 3. Tertullianus l. de pudic. p. 1009. c. *Vir uxori, & uxor viro debitum reddat.* Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 316. a. *Uxori vir debitum reddat: ſimiliter & uxor viro.* Itidem Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. & Auguſtinus quæſt. 59. in Num. to. 3. col. 554. a. Ita rurſum Aug. l. de morib. Eccleſ. to. 1. col. 715. a. & ep. 262. to. 2. col. 889. c. & l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 388. c. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 288. e. addito *autem*, poſt *ſimiliter*. Concinunt Ambroſiaſt. Scholiaſtes Hieron. & Beda in 1. Cor. 7. In Græco ſic: Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ, &c. Mſſ. plures ſimpliciùs, τὴν ὀφειλὴν ἀποδιδ. Solus Alex. delet δὲ, poſt ὁμοίως.

℣. 4. Similiter legit Aug. l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 715. a. & l. 1. de ſer. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 184. b. 186. c. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 288. e. at ep. 262. to. 2. col. 889. c. *Uxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis pot. non habet, ſed mulier*: itidem quæſt. 59. in Num. tom. 3. col. 554. a. & l. de bono conjug. tom. 6. col. 338. a. & l. de conjug. adult. col. 388. c. niſi quòd hoc ultimo loco deleat *autem*, poſt *Similiter*, ut & ſup. l. 1. de ſerm. Dom. in m. Item Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 316. a. *Uxor corporis ſui pot. non habet, ſed vir. Similiter & vir corporis ſui pot. non habet, ſed uxor.* Zeno Veron. l. 1. tract. 4. p. 44. *Mulier ſui corporis pot. non habet, ſed vir. Similiter & vir ſui corp. pot. non habet, ſed uxor.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. *Uxor proprii corporis non habet pot. ſed vir. Similiter & vir proprii corporis ſui non habet pot. ſed uxor*: & ep. 30. contra Jovin. col. 231. a. *Uxor proprii corporis ſui non habet pot. ſed vir. Similiter & vir corporis ſui non habet pot. ſed uxor.* Ambroſius l. de exhortat. virg. col. 283. c. *Mulier ſui corporis pot. non habet, ſed vir*: & l. de vid. col. 204. a. *Neque enim mulier ſui corporis pot. habet, ſed vir. Similiter & vir ſui corporis pot. non habet, ſed mulier.* Ambroſiaſter in 1. Cor. 7. *Mulier ſui corporis pot. non habeat, ſed vir. Similiter & vir ſui corporis pot. non habeat, ſed mulier.* Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. textui concinunt ad verbum. Gr. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ, &c. ut in textu.

℣. 5. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 316. a. *Nolite fraudare invicem, niſi ex conventione ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini ad idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. ſeq. 195. a. 238. e. *Nolite fraudare invicem, niſi fortè ad tempus ex conſenſu, ut vacetis orationi: & iterum ad idipſum* (inf. *ad ipſum*) *revertimini, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.* Auguſtinus l. 1. de mor. Eccl. to. 1. col. 715. a. cum Beda, & Scholiaſte Hieron. in 1. Cor. 7. *Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

6. Hoc autem dico secundùm consilium, non secundùm imperium.

7. Volo autem omnes homines esse sicut & meipsum: sed unusquisque proprium habet donum à Deo: alius sic, alius autem sic.

8. Dico autem his, qui sine uxoribus sunt, & viduis: bonum est illis si sic manserint, sicut & ego.

9. Quòd si non se continent, nubant. Melius enim est nubere, quàm uri.

10. His autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere:

### Vulgata nova.

6. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.

7. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius verò sic.

8. Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego.

9. Quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.

10. Iis autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere:

*Matth. 5. 32. & 19. 9. Marc. 10. 9. Luc. 16. 18.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

*consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Sat. propter incontinentiam autem vestram:* idem verò Augustinus l. Enchirid. to. 6. col. 226. b. *Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orat. & iterum ad idipsum estote, ne vos tentet Sat. propter incontinentiam vestram:* ita rursum ep. 262. to. 2. col. 889. d. & l. 5. contra Faust. tom. 8. col. 200. f. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 288. e. præter *intemperantiam vestram.* Ita quoque Ambrosiaster habet in hunc loc. si excipias verbum *revertimini*, pro *estote.* Ambrosius l. 2. de Cain & Ab. c. 6. col. 216. a. & 695. a. ut sup. *Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi:* & in Ps. 118. col. 1173. c. *ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram:* quæ posteriora verba similiter refert Irenæus l. 4. c. 15. p. 245. b. Siricius ep. 5. to. 1. col. 655. b. *Abstinete vos, ut vacetis orationi:* & epist. 10. col. 691. a. *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi.* Itidem Innocentius I. ep. 2. & 3. col. 753. a. 791. b. Mf. Floriac. num. 52. *Nolite fraudare ininvicem*, &c. ut in Vulgata. Græc. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ, καὶ τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, ἵνα μή..... διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Mss. plures omittunt τῇ νηστείᾳ, καὶ· subinde quidam scribunt συνέρχεσθε, alii, ἦτε, uti apud Aug. sup.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 15. p. 245. a. *Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm præceptum.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. a. *Hoc dico secundùm veniam, non secundùm imperium.* Zeno Veron. l. 1. tract. 5. p. 48. *Hoc dico secundùm veniam, non secundùm jussum.* Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 183. b. ex Mss. omnibus, *secundùm veniam, non secundùm debitum:* at infra, col. 184. f. *Hoc autem dico secundùm veniam, non secundùm imperium:* itidem l. Enchirid. to. 6. col. 226. c. & l. de bono vid. to. 6. col. 371. d. & l. 5. contra Faust. to. 8. col. 200. f. & l. 1. de nup. & concup. to. 10. col. 288. f. l. verò de mor. Eccl. to. 1. col. 715. a. *secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.* Concinunt Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. 7. & Scholiastes Hieron. nisi quòd addat &, post *indulgentiam.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. *Hoc autem dico juxta indulgentiam, non juxta imperium:* ita rursum ep. apolog. contra Jovin. ibid. 239. f. præter voces *juxta, secundùm*, pro *juxta, juxta*; infra, *secundùm, secundùm.* Græcum: Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν· al. γνώμην.

℣. 7. Tertullianus l. de monog. p. 952. a. *Volo vos omnes sic esse, quomodo & ego:* at l. 2. ad uxor. c. 1. p. 280. c. (Apost.) *dicit: Cupio autem omnes meo exemplo perseverare.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. a. *Volo autem omnes homines esse sicut & me: sed unusquisque proprium habet donum à Deo: alius sic, alius autem sic.* Similiter Hilar. in Ps. 127. col. 426. e. *Vellem autem omnes homines esse sicuti & me.* Item Ambrosius l. de vid. col. 208. d. *Volo sic omnes homines esse, sicut & meipsum:* & l. de virg. col. 283. d. *Volo autem omnes homines sic esse, sicut & meipsum.* Zeno Veron. l. 1. tract. 5. p. 48. *Volo autem omnes vos esse sicut & me.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. *Volo autem omnes homines esse ut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius autem sic:* & col. 176. c. *Volo autem omnes sic esse, sicut ego sum:* & lib. 3. in ep. ad Ephes. ibid. col. 407. a. *unusquisque proprium habet donum à Deo: alius quidem sic, & alius sic:* vide etiam eundem Hieron. to. 4. col. 151. b. & 231. c. Augustinus l. de mor. Eccles. to. 1. col. 715. a. & l. de bono vid. to. 6. col. 371. d. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, al. verò sic:* & ep. 188. & 189. to. 2. col. 694. c. 698. f. g. necnon l. de bono conjug. to. 6. col. 326. b. *Vellem omnes esse sicut meipsum: sed unusquisque prop. donum habet à Deo: alius sic, alius autem sic:* & l. de contin. to. 6. col. 297. c. *Vellem omnes homines sic esse, sicut meipsum: sed unusquisque propr. don. habet à Deo: alius sic, alius autem sic:* & l. de op. Mon. ibid. 501. g. *Vellem autem omnes homines esse sicut meipsum.* Siricius ep. 5. tom. 1. col. 657. a. *Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego:* & ep. 10. col. 690. a. *Vellem autem omnes sic esse, sicut nieipsum.* Innocentius I. ep. 2. & 6. col. 753. b. 791. d. *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Volebam autem omnes homines esse sicut meipsum*, &c. ut in Vulgata. Beda in eundem loc. cum Sedul. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*, &c. ut sup. Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. a. præter hæc in fine, *alius sic, alius verò sic.* Cassiodorus in Ps. 106. p. 366. b. *unus quidem sic, alius autem sic.* Græc. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτόν· ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ· ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. Mss. aliqui, Θέλω δέ· subinde unus, ἀπὸ Θεοῦ· deinde quidam, ὁ μὲν, ὁ δέ.

℣. 8. Huc redeunt quæ dicit Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 1. p. 280. c. Apostolum *de viduis quidem, & innuptis, ut ita permaneant, suadere:* similiter habet l. de exhort. cast. p. 940. b. *de viduis, & innuptis.* Zeno Veron. ubi sup. *Dico autem innuptis, & viduis: bonum est illis si sic perseveraverint, sicut ego.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. e. *Dico non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego:* & l. de vid. col. 208. d. *bonum est illis si sic maneant, sicut & ego:* ita rursum l. de virginit. col. 245. e. deleta voce *illis:* at l. de exhort. virg. col. 283. d. *bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.* Itidem Gaudent. Brix. serm. 8. p. 953. g. Item Augustinus l. de bono viduit. to. 6. col. 370. a. d. 374. d. *Dico autem innuptis, & viduis: bonum esse illis si sic permanserint, sicut & ego.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. 151. d. & ep. apol. 30. contra Jovin. ibid. col. 239. e. *Dico autem innuptis, & viduis: bonum est eis si sic permanserint, ut ego.* Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.* Ambrosiaster verò nil differt à Vulg. In Græco sic: Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις, καὶ ταῖς χήραις· καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν, ὡς κἀγώ· al. διαμείνωσιν, al. μείνωσιν οὕτως.

℣. 9. Tertullianus l. exhort. ad castit. p. 940. b. *Nubant si continere non possunt. Quia melius est nubere, quàm uri:* item l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. & l. de monog. p. 952. a. *Melius est nubere, quàm uri:* at l. de pudic. p. 1009. c. *Præest nubere, quàm uri.* Zeno Veron. l. 1. tr. 5. p. 48. *Si autem non fuerint continentes, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.* Ambrosius l. 5. Hex. tom. 1. col. 105. b. *Quòd si se non continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri:* sic denuo l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. e. & in Luc. 4. col. 1351. b. & l. de vid. tom. 2. col. 189. c. sic etiam l. de lapsu virg. col. 310. b. nisi quòd ibid. pro *Melius est nubere*, quod fert editio, Mss. nonnulli ferunt, *Melius volo nubere:* at l. 1. de pœnit. col. 408. b. *Bonum est nubere magis, quàm uri.* Augustinus l. de bono viduit. to. 6. col. 374. d. *Quòd si se non continent, nubant. Malo enim eas nubere, quàm uri:* lib. verò 2. de conjug. adult. col. 412. a. *Melius est enim nubere, quàm uri.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 149. b. 151. d. & ep. apol. 30. contra eundem Jovin. col. 239. e. seq. *Si autem se non continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.* Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 7. *Quòd si non continent, nubant. Melius est enim*, &c. Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. *Quòd si se non continent*, &c. ut sup. Græc. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. Κρεῖσσον γάρ ἐστι, &c.

℣. 10. Textui Sangerm. & Reg. consonant Scholiast. Hieron. & Beda in hunc locum. Sic etiam habet Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 152. b. at l. 2. in ep. ad Gal. ibid. col. 284. c. legit: *His autem, qui nupti sunt, denuntio non ego*, &c. ut sup. Cyprianus l. 3. Testim. p. 326. b. *Iis autem, quæ nupserunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem*

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

11. quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat.

12. Nam cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.

13. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum:

14. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

15. Quòd si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi: in pace autem vocavit nos Deus.

16. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies?

## VERSIO ANTIQUA.

11. quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro reconciliari. Et vir uxorem ne dimittat. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. Cæteris autem ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc *consentit habitare cum illo, non dimittat illam. * *Ms. Reg.* consensit.

13. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum:

14. sanctificatus enim *est vir infidelis in uxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. * *In Ms. Reg. deest* est.

15. Quòd si infidelis discedit, discedat: non est servituti subjectus fratrer, aut soror in ejusmodi: in pacem autem vocavit nos Deus.

16. Quid enim scis mulier, si virum salvum facies? aut quid scis vir, si uxorem salvam facies?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*à viro non separari*. Ambrof. in Ps. 36. col. 796. f. & in Luc. 16. col. 1472. a. *His autem, qui matrimonio juncti sunt, denuntio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. 7. Augustinus verò l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 181. f. 183. f. *Eis autem, qui sunt in conjugio, præcipio non ego, sed Dominus, mulierem* ( vel *uxorem*) *à viro non discedere*: ita rursum l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 387. a. excepta vocula *His*, pro *Eis*: similiter l. de S. virginit. col. 347. b. & l. de quæst. col. 78. e. at l. 2. de conjug. adult. col. 405. a. jungens ℣. 10. cum ℣. 12. ita legit: *Cæteris autem ego dico, non Dominus, mulierem à viro non discedere: quòd si discesserit*, &c. Sedulius Scotus in hunc loc. *His autem dico, qui matrimonio..... non ego, sed Dominus.* In Græco sic: Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· al. χωρίζεσθαι.

℣. 11. Cyprianus l. 3. Testim. p. 326. b. *si autem recesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro: & virum uxorem non dimittere.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & virum uxorem non dimittere.* Similiter habet Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. exceptis his ultimis, *Et vir uxor. suam non dimittat.* Itidem Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 181. f. 183. f. deleta voce *suam*: ita rursum l. 1. & 2. de conjug. adult. to. 6. col. 387. a. 405. a. & l. de bono conjug. col. 338. a. sic etiam l. de S. virginit. col. 347. b. uno excepto *ne*, pro *non*: nec aliter Beda in hunc loc. Græcum habet: ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. Bornerius codex Græco-Latinus, μένειν ἄγαμον..... καταλλαγῆναι.

℣. 12. Irenæus l. 4. c. 15. p. 245. b. *Hæc autem ego dico, non Dominus.* Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 2. p. 281. a. *Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam*: & infra, *Si quis fidelis uxorem habet infidelem.* Ambr. in Luc. 16. *Cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater infidelem habet uxorem, & relinquit eam.* Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 184. c. d. *Cæteris autem ego dico, non Dominus. Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam*: sic etiam l. de conjug. adult. to. 6. col. 394. e. 402. g. & l. contra Adim. to. 8. col. 114. c. Eidem accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. 7. nisi quòd, pro *Cæteris autem*, habeant *Nam cæteris*. Ita quoque Hieronymus l. 1. contra Jovin. tom. 4. col. 152. b. at l. 2. in ep. ad Gal. col. 284. c. *Cæteris autem ego præcipio.* Græcum: Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος. Εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ, &c.

℣. 13. Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 2. p. 281. a. *Similiter mulier fidelis infideli nupta, si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum.* Aug. verò l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 184. c. d. *Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum*: ita rursum l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 402. g. cum Beda in 1. Cor. 7. & Ms. uno Floriac. num. 52. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. *Et si qua mulier*; sed in fine, *non relinquat virum.* Aug. autem l. de quæst. tom. 6. col. 78. f. *Et mulier si habet virum infidelem... non dimittat virum.* Græc. Καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ... μὴ ἀφιέτω αὐτόν. Borner. cod. Καὶ γυνὴ εἴ τις· & in fine, cum aliis plur. μὴ ἀφιέτω τὸν ἄνδρα.

℣. 14. Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 2. pp. 280. e. 281. a. *sanctificatur enim infidelis vir à fideli uxore, & infidelis uxor à fideli marito: cæterùm immundi essent filii vestri.* Aug. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 185. a. b. *sanctificatus est enim vir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Non dissimulabo tamen hîc in editt. addi, *in uxore fideli.... in fratre fideli*; sed contra Mss. fidem, qui omnes utraque voce *fideli* carent non tantùm eo loci, sed etiam infra c. 22. col. 197. c. ubi eadem repetit Aug. absque voce *fideli*: immo nec illam vocem in Latino unquam exstitisse ipse Augustinus testis est, cùm dicat: [ *In fratre* ] *Non enim addidit* nostro, *sed manifestum existimavit: cum fratris nomine, Christianum intelligi voluit*: ita rursum legit, nec ullo renitente Ms. tum l. de bono conjug. to. 6. col. 327. f. tum l. 1. de conjug. adult. col. 349. g. omissa voce utraque *fideli*: sic etiam l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 63. b. 82. e. nisi quòd habeat: *sanctificatur enim vir infid. in uxore, & sanctificatur mulier infid. in fratre: alioquin*, &c. Ambrof. verò l. de vid. col. 204. b. *sanctificatus est vir infidelis per uxorem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per maritum fidelem.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *sanctificatus est enim vir infidelis per uxorem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis ex viro fideli: alioquin*, &c. ut sup. Beda in eundem loc. *sanctificatus est enim vir infid. in muliere fideli, & sanctificata est mul. infid. per virum fidelem: alioquin*, &c. Græc. ἡγίασαι γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασαι ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ... ἀκάθαρτά ἐστι, &c. ut sup. sed Mss. quidam ferunt; τῇ γυναικὶ τῇ πιστῇ· & alii pauló post, ἐν τῷ ἀδελφῷ, pro ἀνδρί· al. ἐν τῷ ἀνδρὶ πιστῷ· quo etiam modo Irenæus l. 4. c. 20. n. 12. p. 257. b. ex Apost. ait, *sanctificatam infidelem mulierem in viro fideli.*

℣. 15. Ambrosius l. de vid. col. 204. c. & in Luc. 16. col. 1470. d. 1472. a. *Quòd si infidelis discedit, discedat: non est servituti deditus frater, aut soror in tabulis.* Itidem Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. tom. 3. col. 197. c. *Quòd si infid. discedit, discedat*: sed addit: *non autem servituti subjectus est frater, vel soror in hujusmodi*: & lib. contra Adim. to. 8. col. 114. d. *Quòd si infidelis discedit, discedat: non est enim subjectus servituti frater, aut soror in hujusmodi*: vide etiam eund. Aug. l. de 8. quæst. Dulcit. to. 8. col. 125. e. Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Quòd si infid..... non est enim frater, aut soror, servituti subjectus in hujusmodi: in pace autem vocavit nos Deus.* Beda in eund. loc. *non est enim servituti subjectus frater, aut soror in ejusmodi: in pace autem vocavit vos Deus.* Ita quoque Scholiastes Hieron. *in pace autem vocavit vos Deus.* Anonymus verò apud Ambrof. to. 2. app. col. 3. c. *in pace vocavit nos Deus.* Tertullianus etiam l. 2. ad uxor. c. 2. p. 281. a. ait, *in pace nos vocari à Domino.* Gelas. I. tr. 3. cont. Pelag. Concil. to. 4. col. 1253. a. *Infidelis si vult discedere, discedat.* Sedul. Scot. in hunc loc. *non est enim servituti addictus frater*: paulòque post: *in pace enim vocavit vos.* Græc. Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω· οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς, ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός· Mss. 3. ὑμᾶς.

℣. 16. Augustinus l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 394. g. *Quid enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si uxorem salvam facies?* Ita quoque habet Ambrosiaster in 1. Cor. 7. Scholiastes verò Hieron. & Beda in eundem loc. ut in Vulg. In Græco: Τί γὰρ οἶδας γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Charm.* 17. nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & ita in Ecclesiis omnibus doceo.

18. Circumcisus qui vocatus est, non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

19. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed serva mandatum Dei.

20. Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ipsa permaneat.

21. Servus vocatus es? nihil cures: sed & si potes liber fieri, magis utere.

22. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: similiter autem & qui liber vocatus est, servus est Christi.

23. Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.

24. Unusquisque, fratres, in quo vocatus est, in hoc maneat apud Deum.

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut fidelis sim.

26. Existimo enim hoc bonum esse propter

VULGATA NOVA.

17. nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & sic ut in omnibus Ecclesiis doceo.

18. Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

19. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.

20. Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. *Ephes. 4. 1.*

21. Servus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber, magis utere.

22. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.

23. Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. *Sup. 6. 20.*

24. Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum. *1. Petr. 1. 19.*

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis.

26. Existimo ergo hoc bonum esse propter in-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Beda in hunc loc. *nisi sicut unicuique divisit Dominus, unumquemque sicut....... & sicut in omnibus Eccles. doceo.* Ambrosiaster in eundem loc. *nisi unicuique sicut divisit Deus, unumquemque sicut.... ita ambulet, sicut in omnibus Eccles. doceo.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 152. c. *unusquisque, sicut vocavit eum Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Eccles. doceo.* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 749. f. *unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, sicut etiam in omnibus Eccles. doceo.* Ambr. in Ps. 36. col. 796. f. *per omnes Ecclesias doceo.* Græc. Vulgatæ congruit, nisi quòd, pro *doceo*, habet διατάσσομαι, *ordine dispono*; al. διδάσκω.

℣. 18. Augustinus in Gal. to. 3. p. 2. col. 948. f. *Circumcisus quis vocatus est? non adducat præputium. In præputio quis vocatus est? non circumcidatur*: sic iterum lib. de mendac. to. 6. col. 424. b. & l. de op. Mon. col. 483. d. nisi quòd hoc posteriori loco absit vox *præputium* ab omnibus Mss. at l. contra Adim. to. 8. col. 135. a. habet, cum Ambrosiastro in 1. Cor. 7. *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio quis vocatus est?* &c. ut sup. Itidem Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 153. c. deleta vocula *quis*, post *in præputio*; sicque rursus epist. apolog. 30. contra eundem, col. 232. a. at inf. *Si in præputio quis vocatus est, non circumcidatur.* Scholiastes Hieronymi in hunc loc. *In præputio autem aliquis vocatus est? non circumcidatur.* Beda in eundem loc. Vulgatæ congruit. In Gr. Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. Ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνέσθω.

℣. 19. Augustinus l. contra Adim. tom. 8. col. 135. a. *Quia præputium nihil est, & circumcisio nihil est: sed observatio præceptorum Dei*; infra, *mandatorum*: & in Gal. tom. 3. col. 948. f. & l. de mendac. to. 6. col. 424. b. *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.* Itidem Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 153. c. cui accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 7. Ita quoque in Græco est.

℣. 20. Tertullianus l. de monog. p. 956. c. ait ex Apost. *unumquemque in qua vocatione vocatur, in ea permanere debere*: & l. de idol. c. 5. p. 240. a. *Ut quisque fuerit inventus, ita & perseveret*: & l. 2. ad uxor. c. 2. p. 281. a. *Ut quisque vocatur à Domino, ita perseveret.* Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 153. c. *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Sic etiam legit Aug. in Gal. tom. 3. col. 948. f. & l. de mendac. to. 6. col. 424. b. cui favent Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Ambrosiaster verò in eund. loc. *Unusquisque in ea vocatione, in qua vocatus est, in ipsa permaneat.* Gr. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω· al. ἐν ἐκείνῃ μενέτω.

℣. 21. Ambrosius l. de exhort. virg. col. 278. b. *Servus vocatus es? non sit tibi curæ.* Sic etiam legit Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 153. c. & ep. 30. apolog. col. 232. c. additis seqq. *sed & si potes fieri liber, magis utere.* Itidem Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 7. In Græco sic: Δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.

℣. 22. Ambrosius l. 1. de Jac. c. 3. col. 448. b. d. cum Scholiaste Hieron. Ambrosiastro, & Beda in 1. Cor. 7. *Qui enim vocatus est in Domino servus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, servus est Christi*: sic iterum Ambros. l. de exhort. virg. col. 278. b. c. addito &, post *similiter*; nec aliter apud Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 153. c. Rursus Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 614. e. legit: *Qui in Domino vocatus est servus, libertus* (Mss. quidam *liber*) *est Domini*: demum ep. 77. col. 1090. a. *qui liber vocatus est, servus est Christi.* Ms. Floriac. num. 52. *Qui enim in Domino vocatus est servus, liber factus est Domini: similiter qui liber vocatus est, factus est servus Christi.* Græc Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς, δοῦλός ἐστι Χριστοῦ. Ms. unus, ὁμοίως δὲ, al. ὁμοίως δὲ καί.

℣. 23. Ambros. l. 2. de Abr. c. 3. col. 210. f. *Pretio empti estis, nolite effici servi hominum*: infra verò, c. 11. col. 348. f. *nolite fieri*, &c. quo etiam modo legit in Psal. 43. col. 904. f. & l. de vid. col. 204. b. & ep. 37. col. 931. c. Similiter Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 205. e. Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 7. necnon Hieron. l. 1. contra Jovin. col. 153. c. 154. f. & ep. 30. apolog. col. 238. b. Idem tamen Hieronymus in Ezech. 43. to. 3. col. 1020. c. legit, *Pretio redempti estis*; sed lib. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 267. f. ait *ad Corinthios scribi: Pretio empti estis; non, redempti.* Gr. Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι, &c.

℣. 24. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 153. c. d. *Unusquisque ergo in quo vocatus est frater, in eo permaneat apud Deum.* Sic etiam Scholiastes sub ejus nomine, & Beda in 1. Cor. 7. excepto *in hoc*, pro *in eo*. Ambrosiaster in eundem loc. *Unusquisque frater in quo vocatus est, in eo maneat apud Deum.* Ms. Floriac. num. 52. *Unusquisque in quo vocatus est frater, in hoc maneat*, &c. Græcum Vulgatæ suffragatur. Ms. tamen quidam, pro ἐκλήθη, ἀδελφοί, habet ἐκλήθη ἀδελφός.

℣. 25. Irenæus l. 4. c. 15. p. 245. b. similiter habet: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut fidelis sim*; al. *essem*. Itidem Aug. l. de S. virginit. to. 6. col. 346. c. f. & l. 1. de conjug. adult. col. 398. a. cum verbo *essem*: & ep. 194. to. 2. col. 719. g. *misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 155. c. & ep. apolog. 30. col. 232. c. *De virginibus autem præceptum Domini..... ut sim fidelis.* Sic etiam legunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 7. quibus accensendus Gaudentius Brix. serm. 8. p. 953. g. nisi quòd omittat *autem*; itemque Ambros. l. de vid. col. 205. b. & l. de exhort. virg. col. 282. c. & ep. 63. col. 1031. a. exclusis insuper vocibus *ut sim fidelis*. Hilar. in Ps. 118. col. 326. f. hæc sola refert: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do*: quibus alludens Tertul. l. de coron. mil. c. 4. p. 289. c. dicit solitum esse Apostol. *consilium subministrare, cùm præceptum Domini non habebat*: & l. de exhort. castit. p. 940. c. habet: *Præceptum Dei non habeo: sed consilium do, quasi misericordiam consecutus fidelis esse.* Fulgentius l. 2. de verit. præd. c. 15. p. 470. *consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Dom. ut fidelis essem.* Græcè sic: Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι.

℣. 26. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 156. c. d.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

ſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.

27. Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.

28. Si autem acceperis uxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem vobis parco.

29. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve eſt: reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes ſint:

30. & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes:

### VERSIO ANTIQUA.

instantem neceſſitatem, quia optimum eſt hominem ſic eſſe. *Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

27. Alligatus * es uxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es * ab uxore? noli quærere uxorem. ** Mſ. Reg. eſt.* ** Mſ. Reg. eſt ab uxorem.*

28. Si autem acceperis uxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem vobis parco.

29. Hoc autem dico, fratres, quia tempus breviatum eſt: reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes ſint:

30. & qui flentes, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Exiſtimo enim hoc opus bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.* Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. col. 346. f. & l. 1. de conjug. adult. col. 398. a. *Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.* Similiter Ambroſiaſt. in 1. Cor. 7. præter *quia optimum eſt*, pro *quoniam bonum eſt.* Tertul. quoque l. de pudic. p. 1009. e. *Uſquequaque*, inquit, *optimum dicit homini ſic eſſe*: hunc etiam vide l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. Ambroſ. l. de vid. col. 208. a. *Sed exiſtimo bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem*: & infra: *bonum eſt propter inſtantem neceſſitatem.* S. Paulin. ep. 25. p. 169. b. *Propter inſtantem neceſſitatem bonum eſt hominem ſic eſſe.* Sedul. Scot. in 1. Cor. 7. *Exiſtimo enim..... propter inſtantem neceſſit. quoniam bonum eſt homini.* Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ congruunt. Græc. Νομίζω ȣ̃ν τȣ̃το καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεϛῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ ȣ̔́τως εἶναι· al. Νομίζω δέ.

℣. 27. Sic legit Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 156. c. & epiſt. apol. 30. col. 232. e. cui accinunt Scholiaſtes ſub ejus nomine, & Beda in 1. Cor. 7. Tertul. verò l. 1. ad uxor. c. 7. p. 275. c. *Obligatus es matrimonio? ne quæſieris abſolutionem. Abſolutus es matrimonio? ne quæſieris obligationem*: & l. de exhort. caſtit. p. 940. c. ac l. de monog. p. 956. c. unà cum Ambroſiaſtro in hunc loc. *Vinctus es uxori? ne quæſieris ſolutionem. Solutus es ab uxore? ne quæſieris uxorem*: ita rurſum Tertul. l. de pudic. p. 1009. e. uno excepto *Junctus es*, pro *Vinctus es.* Ambroſ. l. 1. de virginib. col. 152. f. *Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore? ne quæſieris uxorem*: ſimiliter l. de virginit. col. 221. c. & in Pſ. 118. col. 1004. b. ſi excipias verbum *Ligatus es.* Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. col. 347. a. *Alligatus es uxori? ne quæſieris ſolut. Solutus es ab ux. ne quæſieris uxorem.* S. Paulin. ep. 25. p. 169. b. *Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Liber es ab uxore? noli quærere implicationem.* Hilar. in Pſ. 124. col. 406. c. *Solutus es ab uxore? noli quærere ligationem.* Græc. Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα.

℣. 28. Ita legunt Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 156. f. 157. a. Scholiaſtes ſub ejus nomine, Ambroſiaſt. & Beda in 1. Cor. 7. Tertul. verò l. de monog. pp. 956. c. 957. a. *Si autem acceperis uxorem: non deliquiſti*: & l. de exhort. caſtit. p. 940. c. *Sed & ſi duxeris, non delinques*: & l. 1. ad uxor. c. 7. p. 275. c. *Nam & ſi non delinquas renubendo, carnis tamen preſſuram ſubſequi dicit* (Apoſt.) & l. de monog. p. 956. c. *Sed hic parcere ſe dicit illis, alioquin preſſuram carnis ſubſecuturam*: & l. de exhort. caſtit. p. 940. c. *Veruntamen hujuſmodi preſſuram carnis habebunt, cùm parcere ſe eis dicit*: & l. de pudic. p. 1009. c. *Quòd ſi & duxeris uxorem, & ſi nupſerit virgo, non peccat: preſſuram tamen carnis habebunt hujuſmodi. Et hic parcendo permittit.* Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. col. 347. a. *Et ſi acceperis uxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccat: tribulationem autem carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem vobis parco.* Suffragatur Sedul. Scot. in hunc loc. uno excepto *peccabit*, pro *peccat.* Item Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. col. 37. c. *Et ſi nupſerit virgo, non peccat: tribulation. tamen*, &c. S. Pacian. ep. 3. p. 313. c. habet: *tribulationem autem carnis patientur ejuſmodi.* Hilar. in Pſs. *triſtitiam carnis habebunt qui ejuſmodi ſunt.* S. Paulin. ep. 25. p. 169. b. *quia tribulationem carnis habebunt hujuſmodi.* Græc. Ἐὰν δὲ ϰ̀ γήμῃς· ȣ̓χ ἥμαρτες. Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, ȣ̓χ ἥμαρτε· θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξȣσιν οἱ τοιȣ̃τοι, &c. ut in Vulg. Borner. cod. Græc. Lat. ita incipit: Ἐὰν δὲ ϰ̀ λάβῃς γυναῖκα· ȣ̓χ· ſubinde alius, Ἐὰν δὲ γήμῃ.

℣. 29. Tertul. l. de cultu femin. c. 9. p. 267. a. *Tempus in collecto eſt: ſi ergo uxores quoque ipſas ſic habendas demonſtrat, tanquam non habeantur*, &c. & l. 1. ad uxor. c. 6. p. 275. b. *Tempus in collecto eſt: ſupereſt, ut qui matrimonia habent, tanquam non habentes agant*: & l. de exhort. caſtit. p. 940. c. *Tempus in collecto eſſe*, ait, *quo oporteat etiam habentes matrimonia, pro non habentibus agere*: & l. 5. contra Marc. p. 790. a. *Tempus jam in collecto eſt*: & ſup. l. 1. contra eund. Marc. p. 630. c. *ſupereſt, ut & qui uxores habent, ſic ſint quaſi non habeant*: ſimiliter l. de monog. p. 951. c. ut & infra, p. 954. b. niſi quòd pro *quaſi*, ponat *ac ſi*: at l. de pudic. p. 1009. c. *Cæterum tempus in collecto conſtituit, ut & qui habent uxores, ſic ſint tanquam non habentes.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. c. *Tempus collectum: ſupereſt ergo, ut & qui habent uxores, quaſi non habentes ſint.* Ambr. l. de fug. ſæc. c. 8. col. 436. b. *& qui habent uxores, ita ſint ac ſi non habeant*; infra, col. 695. a. *ita ſint ac ſi non habentes.* Hieron. in Eccleſ. tom. 2. col. 732. b. *Tempus in anguſto eſt: ſupereſt, ut & qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant*: & in Iſai. 56. to. 3. col. 409. e. necnon l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 166. b. *Tempus enim in collecto eſt: ſupereſt, ut & qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant*: & in Ezech. 7. to. 3. col. 738. c. *Tempus abbreviatum eſt: de cætero, qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant*: & ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 36. f. *Tempus breviatum eſt: reliquum eſt, ut & qui habent uxores, ſint quaſi non habeant*: & l. 1. cont. Helvid. col. 142. b. ut & l. 1. contra Jovin. col. 148. c. *Tempus breviatum eſt: reliquum eſt, ut qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant*: at infra, col. 157. b. *Igitur hoc dico, fratres: Tempus breve eſt: reliquum eſt, ut qui habent uxores, ſic ſint tanquam non habentes*: & l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 273. d. *Tempus eſt, ut & qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habentes.* Auguſt. in Pſ. 95. to. 4. col. 1039. b. *De cætero, fratres, tempus breve eſt: reliquum eſt, ut & hi, qui habent uxores, tanquam non habentes ſint*: itidem in Pſ. 147. col. 1653. f. deletâ voculâ *hi*: l. verò de bono conjug. tom. 6. col. 326. c. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 287. g. legit: *Hoc autem dico, fratres: Tempus breve eſt: reliquum eſt, ut & hi, qui hab. ux. tanquam non habentes ſint*: & l. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. col. 182. a. *reliquum eſt, ut qui hab. ux. quaſi non habentes ſint.* Ambroſiaſt. in 1. Cor. 7. *Hoc itaque dico, fratres: Tempus breviatum eſt: & reliquum eſt, ut & qui hab. uxores, ita ſint ac ſi non habentes.* Sedulius Scot. ibid. *Itaque dico, fratres: Tempus breviatum eſt*, &c. Siric. ep. 10. col. 690. b. *& qui habent uxores, ita ſint quaſi non habeant.* S. Paulin. ep. 25. p. 169. a. *Tempus breviatum eſt..... reliquum eſt, ut qui habent uxores, tanquam non habentes ſint.* Leo M. ſerm. 48. & 88. pp. 116. e. & 173. e. Scholiaſtes Hieron. & Beda in hunc loc. à Vulgata nil differunt. Auct. l. de ſing. cleric. p. 529. vel 531. b. hæc hab. *Tempus quod reſtat, breve eſt: reliquum eſt, ut & qui hab. uxores, ſic quaſi non habentes eſſe nitantur; & qui non habent, quaſi habentes eſſe glorientur.* Græc. Τȣ̃το δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι ὁ καιρὸς συνεϛαλμένος· τὸ λοιπόν ἐϛιν, ἵνα ϰ̀ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι.

℣. 30. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. c. *& qui plangunt, quaſi non plangentes: & qui gaudent, quaſi non gaudentes: & qui emunt, quaſi non ementes: & qui poſſident, quaſi non poſſidentes*: & l. de hab. virg. p. 176. b. *& qui emunt, ſic ſint quaſi non ementes: & qui poſſident, quaſi non poſſidentes.* Tertul. l. de cultu femin. c. 9. p. 266. c. *& qui emunt, ſic agant quaſi non poſſidentes.* Auguſt. in Pſ. 95. to. 4. col. 1039. b. *& qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, quaſi non tenentes*: itidem l. de bono conjug. to. 6. col. 326. c. præter *tanquam non ementes*, pro *quaſi non tenentes*: at in Pſ. 147. col. 1653. f. *& qui emunt, tanquam non ementes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui flent, tanquam non flentes: & qui utuntur*, &c. lib. verò 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 287. g. omnia habet ut in textu: cui ſimiliter accinunt Ambr. l. de fug. ſæc. c. 8. col.



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** Ms. Reg. hunc mundum.*

31. & qui utuntur *hoc mundo, tanquam non utantur: præteriit enim habitus hujus mundi.

32. Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino.

33. Qui autem cum uxore est, cogitat quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori. Divisa est & mulier, & virgo.

**Vulgata nova.**

31. & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

32. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.

33. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.

## Notæ ad Versionem antiquam.

436. b. S. Paulin. ep. 25. p. 169. a. Leo M. serm. 48. & 88. pp. 116. e. & 173. e. Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 7. Hieron. autem in Ezech. 7. to. 3. col. 738. c. *& qui flent, quasi non fleant: & qui gaudent, quasi non gaudeant: & qui emunt, quasi non possideant:* & l. 1. contra Jovin. tom. 4. col. 157. c. *& qui flent, & gaudent, & emunt, & utuntur hoc mundo, sic sint quasi non fleant, gaudeant, emant, utantur hoc mundo.* Sedulius Scot. in hunc loc. *flet quoque, sed tanquam si non fleat: gaudet quoque, tanquam si non gaudeat: emit quoque, quasi non possidens.* Gr. *καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες.*

℣. 31. Tertul. l. de cultu femin. c. 9. p. 266. c. *Apostolus*, inquit, *nos uti monet mundo isto, quasi non abutamur: præterit enim habitus hujus mundi:* similiter l. de pudic. p. 1009. c. *præterit enim habitus hujus mundi:* sicque rursus l. de resur. carn. pp. 568. a. & 576. c. Ita etiam Iren. l. 5. c. 35. p. 336. a. at infra legit, *figura transit mundi hujus:* & l. 4. c. 3. p. 230. c. *præterit enim figura hujus mundi.* Itidem Cypr. l. de hab. virg. p. 176. b. & l. 3. Testim. p. 307. c. præmissis his: *& qui hoc mundo utuntur, quasi non utantur.* Eodem modo legit Ambr. l. 1. Hex. col. 6. b. & l. de fuga sæc. c. 8. col. 436. b. excepta voce *tanquam*, pro *quasi:* cui accinunt Leo M. serm. 48. & 88. pp. 116. e. 173. e. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 7. Eisdem etiam suffragatur Aug. l. de bono conjug. to. 6. col. 326. c. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 287. g. at in Ps. 147. to. 4. col. 1653. f. *& qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes sint: præterit enim figura hujus mundi:* & ita rursum in Ps. 95. col. 1039. b. deleto tantùm verbo *sint.* S. quoque Paulin. ep. 25. p. 169. a. legit: *& qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes.* Hieron. in Ezech. 7. tom. 3. col. 738. c. *& qui utuntur mundo isto, quasi non utantur:* & in Isai. 51. col. 367. e. *pertransit figura mundi hujus:* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 157. c. *præterit enim figura hujus mundi.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1063. b. *& figura hujus mundi transibit;* al. *transivit;* al. *præterivit.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. g. *transit enim figura hujus mundi, & gloria.* Ambrosiaster in hunc loc. *& qui utuntur hoc sæculo, tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.* Sedulius Scot. in eund. loc. *mundo quoque utitur, sed quasi non utatur: præterit enim figura hujus mundi.* Græc. *καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.* Mss. quidam pro *τῷ κόσμῳ τούτῳ*, ferunt *τὸν κόσμον τοῦτον.*

℣. 32. Huc redeunt quæ habet Tertul. l. de pudic. p. 1010. a. *Innupti de Domino curent, quomodo placeant Deo.* Item Cypr. l. de hab. virg. p. 174. c. ac l. 3. Testim. p. 316. b. legit: *Cælebs cogitat ea, quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo.* S. Paulin. ep. 25. p. 169. b. *Volo vos sine sollicitudine esse.* Itidem Auctor l. de sing. cleric. p. 518. vel 523. sed addit: *Qui sine uxore est, sollicitus est quomodo placeat Deo.* Ambros. l. 1. de virg. col. 152. d. & ep. 63. col. 1031. e. *Sed volo vos sine sollicitudine esse. Nam qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.* Aug. in Ps. 147. tom. 4. col. 1653. f. *Volo vos sine sollicitudine esse:* sic etiam l. de bono conjug. to. 6. col. 326. c. ubi addit: *Qui sine uxore est, cogitat ea, quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino:* similiter l. de S. virginit. to. 6. col. 350. g. & l. de bono vid. col. 382. b. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 288. a. ita rursum l. 2. confess. to. 1. col. 82. d. & l. 21. de civit. Dei, c. 26. to. 7. col. 648. b. exceptis vocibus *Dei*, & *Deo.* Suffragatur Hieron. l. contra Helvid. to. 4. col. 142. b. sed ep. 18. ad Eustoch. ibid. col. 37. b. legit: *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino:* sicque iterum l. 1. contra Jovin. col. 157. c. nisi quòd habet, *quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo;* nec aliter Scholiastes sub ejus nomine, & Beda in 1. Cor. 7. Ambrosiast. autem in eund. loc. simpliciter: *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, cogitat quæ Domini sunt. Qui autem cum ux.* &c. Græc. *Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ·* al. *ἀρέσῃ*, al. *ἀρέσει τῷ Θεῷ.*

℣. 33. Tertul. ubi sup. l. de pudic. p. 1010. a. alludens sic prosequitur: *Nupti verò de mundo recogitent, quomodo placeant conjugio:* item l. de exhort. castit. p. 942. b. dicit, *maritos hoc in sollicitudinem habere, quonam modo sibi placeant:* & l. de vel. virg. c. 4. p. 310. b. addit: *Divisa est mulier, & virgo.* Similiter habet Ambrosius l. de laps. virg. col. 311. c. *Divisa est mulier, & virgo:* deinde: *Quæ non est nupta*, &c. At Cypr. tum l. de habit. virg. p. 174. c. tum l. 3. Testim. p. 316. b. nec istam, nec Vulg. lectionem admittit, sed habet simpliciter: *Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea, quæ sunt mundi hujus, quomodo placeat uxori:* mox ita: *Sic & mulier, & virgo innupta, cogitat*, &c. Item Auctor l. de sing. cleric. p. 518. c. *Qui autem habet uxorem, cogitat quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori.* Aug. l. 2. confess. tom. 1. col. 82. d. *Qui autem matrimonio junctus est, cogitat ea, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori:* ita rursum l. 21. de civit. Dei, c. 26. to. 7. col. 648. b. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 288. b. c. deleta voce *ea:* sed l. de bono conjug. c. 10. to. 6. col. 326. c. præmissis his: *Qui autem matrimonio conjunctus est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori:* statim addit: *Et divisa est mulier innupta, & virgo:* deinde, *Quæ innupta est*, &c. sicque iterum l. de S. virginit. to. 6. col. 350. g. & l. de bono vid. col. 370. b. 382. b. *Qui autem matrimonio junctus est, cogitat ea, quæ sunt mundi, & quomodo placeat uxori. Et divisa est mulier innupta, & virgo.* Hieron. etiam ep. 18. ad Eustoch. to. 4. col. 37. b. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Divisa est mulier, & virgo:* & l. contra Helvid. to. 4. col. 142. b. c. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori. Et divisa est mulier, & virgo:* & post pauca: *Divisa est, dicens, mulier, & virgo. Vide quantæ felicitatis sit, quæ & nomen sexûs amiserit: virgo jam, mulier non vocatur:* at l. 1. contra Jovin. ibid. 157. c. legit cum Vulg. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est:* & paulò post: *Et divisus est*, inquit, *in multas scilicet sollicitudinum partes, miseriarumque distractus:* subinde: *Nunc illud breviter admoneo*, inquit, *in Latinis codicibus hunc locum ita legi:* Divisa est virgo, & mulier: *quod quanquam habeat suum sensum, & à me quoque pro qualitate loci sit edissertum sit; tamen non est Apostolicæ veritatis; siquidem Apostolus ita scripsit, ut supra transtulimus:* Sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est: *& hac sententiâ definitâ, transgreditur ad virgines, & continentes, & ait:* Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ, *&c..... Non omnis innupta & virgo est; quæ autem virgo, utique & innupta est: quanquam ob elegantiam dictionis potuerit idipsum altero verbo repetere*, Mulier innupta, & virgo; *vel certè definire voluisse quid esset innupta, id est virgo; ne & meretrices putemus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas.* Utramque lectionem simul jungere videtur Ambrosiast. cùm ita legat comm. in hunc loc. *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori:* paulòque post addat: *Divisus ideo dicitur, quia non potest & Divinis insistere rebus, & uxoris facere voluntatem:* deinde ita prosequatur: *Divisa est mulier, & virgo. Nam quæ non est nupta*, &c. Huic posteriori lectioni adstipulatur Sedulius Scot. in eundem loc. dicens: *Divisa est mulier, & virgo; id est, dissimiles sunt.* Scholiastes autem Hieron. & Beda ibid. Vulgatam præferunt, *& divisus est.* In Græco sic: *Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται ἡ γυνὴ, καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ*, &c. Mss. tamen quidam ferunt: *τῇ γυναικὶ, καὶ μεμέρισται. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ*, &c. unus, *γυναικὶ, μεμέρισται δέ. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος*, &c. alii plures, *γυναικί. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ*, &c. alii, *γυναικὶ, καὶ μεμέρισται. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος, καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ.* Vide sis Millium not. in hunc loc. necnon Morinum l. 1. Exercit. Biblic. p. 38. Notanda verò Hieronymi verba, quæ supra retulimus, quibus testatur hanc esse sui temporis codicum Latinorum, quos ipse non emendaverat, lectionem, *Divisa est mulier, & virgo*, seu *Divisa est virgo, & mul.* ex quibus verbis apertè consequitur codices nostros Regium Sangermanensemque, quos ad textum conficiendum adhibuimus, quique hanc ean-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

34. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt; ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

35. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

36. Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat.

37. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit.

38. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, meliùs facit.

**VERSIO ANTIQUA.**

34. Quæ innupta est, cogitat quæ sunt Domini; ut sit sancta & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

35. Hoc * autem ad vestram utilitatem dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & præsente Domino non recedentes.

36. Quòd si quis turpem se existimat in virginem suam, si supra quàm matura sit, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat.

37. Qui autem statuit in corde suo, non habens necessitatem, potestatem autem habet suæ voluntatis, & hoc statuit in corde suo, ut servet virginem suam, bene facit.

38. Itaque & qui nupto dat virginem suam, bene facit: & qui non dat nupto, meliùs facit.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *In Ms. Reg. deest* autem.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

dem exhibent lectionem; non aliam continere versionem, quàm eam, quæ Hieronymi temporibus vulgò usurpabatur, veterem nempe, ab ejusd. Hieronymi castigatione liberam.

℣. 34. Tertul. l. de vel. virg. c. 14. p. 310. b. *Divisa est*, *inquit*, *mulier*, *& virgo. Quare? quoniam innupta* (*id est virgo*) *cogitat ea*, *quæ sunt Domini; ut sit sancta & corpore*, *& spiritu: nupta autem* (*id est non virgo*) *cogitat quomodo placeat viro:* & l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. *Innupta de Dominicis cogitat*, *uti corpore*, *& spiritu sancta sit. Nupta verò sollicita est quomodo conjugi suo placeat.* Cypr. l. de habit. virg. p. 174. c. *Sic & virgo*, *& mulier innupta*, *cogitat ea*, *quæ sunt Domini; ut sit sancta & corpore*, *& spiritu:* & l. 3. Testim. p. 316. b. *Sic & mulier*, *& virgo innupta*, *cogitat ea*, *quæ sunt Domini; ut sit sancta & corpore*, *& spiritu. Quæ autem nupsit*, *cogitat de iis*, *quæ sunt mundi hujus*, *quomodo placeat viro.* Ambr. l. de lapf. virg. col. 311. c. *Divisa est mulier*, *& virgo. Quæ non est nupta*, *cogitat quæ Domini sunt*, *quomodo sit sancta corp. & spiritu:* at in Luc. 13. col. 1458. f. *Mulier innupta*, *& vidua*, *cogitat quæ sunt Domini; ut sit sancta corpore*, *& spiritu. Nam quæ nupta est*, *cogitat quæ sunt mundi*, *quomodo placeat viro:* & l. 1. de virg. col. 152. d. *Et virgo cogitat quæ Domini sunt; ut sit sancta corpore*, *& spiritu. Nam quæ nupta est*, *cogitat quæ mundi sunt*, *quomodo placeat viro suo:* & l. de vid. col. 185. c. ac ep. 63. col. 1031. c. *Et mulier innupta*, *& virgo*, *cogitat quæ sunt Domini; ut sit sancta corpore*, *& spiritu:* ita rursum l. de virginit. col. 221. b. additis his: *Nam quæ nupta est*, *cogitat quæ sunt mundi*, *quomodo placeat viro.* August. l. de bono conjug. to. 6. col. 326. d. & l. de S. virginit. col. 351. a. *Et divisa est mulier innupta*, *& virgo. Quæ innupta est*, *sollicita est* (infra, l. de bono conjug. col. 327. d. 328. a. *cogitat*) *ea*, *quæ sunt Domini; ut sit sancta & corpore*, *& spiritu. Quæ autem nupta est*, *sollicita est quæ sunt mundi*, *quomodo placeat viro:* itidem l. de bono vid. col. 382. b. at supra, col. 370. b. *Divisa est..... Quæ innupta est*, *sollicita est ea*, *quæ sunt Domini*, *quomodo placeat Domino. Quæ autem nupta est*, *sollicita est quæ sunt mundi*, *quomodo placeat viro.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Divisa est mulier*, *& virgo. Nam quæ non est nupta*, *sollicita est de iis*, *quæ Domini sunt; ut sit sancta corpore*, *& spiritu. Quæ verò nupta est*, *cogitat quæ sunt hujus mundi*, *quomodo placeat viro.* Hieron. l. contra Helvid. to. 4. col. 143. b. *Innupta cogitat quæ Dei sunt*, *quomodo placeat Deo. Nupta verò cogitat quæ sunt mundi*, *quomodo placeat viro:* & l. contra Jovin. col. 157. e. *Mulier innupta*, *& virgo*, *cogitat quæ sunt Domini; ut sit sancta corpore*, *& spiritu:* & infra, col. 158. a. *Innupta*, *& virgo*, *cogitat quæ Domini sunt; ut sit sancta & corpore*, *& spiritu.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ suffragantur. Græc. Μεμέρισαι ἡ γυνὴ, καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι, καὶ πνεύματι. Ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί· al. ἀρέσῃ τῷ ἀνδρί.

℣. 35. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 158. b. *Hoc autem ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam*, *sed ut ad id*, *quod honestum est*, *& intentè facit servire Domino*, *absque ulla distractione.* Ambros. l. 2. off. col. 76. e. *Hoc autem ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum injiciam vobis*, *sed ad id*, *quod honestum est.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Hoc autem ad vestram ipsorum utilitatem dico: non ut laqueum vobis injiciam*, *sed ad id*, *quod honestum est:* reliqua autem omittit usque ad finem versûs, quæ desunt pariter in Æthiop. Et verò Hieron. loco sup. cit. subdit: *Proprietatem Græcam Latinus sermo non explicat: quibus enim verbis*, inquit, *quis possit ediscere*, πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως; *Unde & in Latinis codicibus*, *ob translationis difficultatem*, *hoc penitus non invenitur. Utamur igitur eo*, *quod vertimus.* Gaud. etiam Brix. ser. 8. p. 954. a. hæc sola refert: *Hæc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam.* At Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ accinunt ad verbum, nisi quòd Beda habeat, *in id*, *quod honestum est.* In Græco sic: Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω· οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ, &c. ut apud Hieron. Mss. plures legunt σύμφορον· alii paulò post, εὐπάρεδρον, pro εὐπρόσεδρον· al. εὐπρόσδεκτον.

℣. 36. Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Si quis autem turpem se viderit supra virginem suam*, *si sit ultra pubertatem*, *& sic oportet fieri: quod vult faciat: nec peccat*, *si nubat.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 158. c. *Si quis autem considerat virginem suam* (*id est carnem lascivire*, &c.) *quod vult faciat: non peccat*, *si nubat.* Aug. l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 720. a. e. *quod vult faciat: non peccat*, *nubat.* Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in hunc loc. omnia referunt quæ in Vulg. In Græco sic: Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι· ὃ θέλει ποιείτω· οὐχ ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν· al. ἐὰν γαμῇ.

℣. 37. Ambrosius l. de instit. virg. col. 249. c. *Quoniam qui statuit* (al. *qui stat*) *in corde suo firmus*, *& judicavit in corde suo servare virginem suam*, *bene facit:* item l. de exhort. virg. col. 289. e. *qui judicavit in corde suo servare virginem* (al. *virginitatem*) *suam*, *bene facit:* epist. verò 63. col. 1032. a. *Nam qui statuit in corde suo firmus*, *non habens necessitatem*, *potestatem autem habens suæ volunt. & hoc judicavit in*, &c. ut in Vulg. Sicque etiam August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 720. a. & Hieron. l. 1. contra Jovin. tom. 4. col. 158. c. At Ambrosiaster in hunc loc. *Nam qui statuit in corde suo firmus*, *non habens necessitatem*, *potestatem autem habet de sua voluntate*, *& hoc decrevit in suo corde*, *servare virginem suam*, *bene facit.* Similiter & Beda, exceptis his, *suæ voluntatis*, *& hoc statuit.* Sedulius Scot. in eund. loc. *Qui autem statuit in corde suo firmus*, *non habens necessitat. potestatem autem habet suæ voluntatis*, &c. Gr. Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ, &c. alias deest τοῦ, ante τηρεῖν.

℣. 38. August. l. de S. virginit. tom. 6. col. 348. c. 350. b. *Qui dat nuptum*, *bene facit: & qui non dat nuptum*, *meliùs facit:* ita rursum l. de bono vid. ibid. col. 372. e. & l. 1. de conjug. adult. col. 396. a. & l. 29. cont. Faust. to. 8. col. 448. d. lib. verò 1. de pecc. mer. to. 10. col. 30. f. *Qui dat virginem suam nuptum*, *bene facit: & qui non dat nuptum*, *meliùs facit.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Ita & qui nuptum dat virginem suam*, *bene facit: & qui non dat nuptum*, *meliùs facit.* Optat. l. 6. contra Donat. p. 96. b. *Qui dederit virginem suam*, *bene facit: & qui non dederit*, *meliùs facit.* Gaudent. Brix. ser. 8. p. 953. g. *Igitur & qui dat virginem suam nuptui*, *bene facit: & qui non dat*, *meliùs facit.* Siric. ep. 8. to. 1. col. 670. b. *Qui jungit virginem suam*, *bene facit: & qui non jungit*, *meliùs facit.* Sic etiam Ambros. ep. 42. col. 966. c. sed l. de instit. virg. col. 249. c. & ep. 63. col. 1032. a. legit: *Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam*, *bene facit: & qui non jungit*, *meliùs facit:* itidem l. de exhort. virg. col. 289. e. & l. 1. de virg. col. 152. f. & l. de vid. col. 205.



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

39. Mulier alligata est quanto tempore vivit vir ejus : quòd si dormitionem vir ejus acceperit, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino.

40. Beatior autem est si sic permanserit, secundùm meum consilium : * puto autem & ego Spiritum Dei habere.

* Ms. Reg. puto & ego autem.

**Vulgata nova.**

39. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit : quòd si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino. Rom. 7. 2.

40. Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meum consilium : puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

b. cui accinunt Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. In Græco sic : Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων, καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ. In Borner. cod. deest prima vox Ὥστε, in aliis verò καί· alii quidam addunt τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, verbo ἐκγαμίζων.

℣. 39. Tertul. l. de monog. p. 956. b. *Mulier vincta est in quantum temporis vivit vir ejus : si autem mortuus fuerit, libera est : cui vult nubat : tantùm in Domino :* & infra, c. & p. 957. a. *Mulier vincta est quandiu vivit vir ejus : si autem dormierit, libera est : cui volet nubat : tantùm in Domino :* & l. ad uxor. c. 2. p. 281. a. *Mulier defuncto viro libera est : cui vult nubat : tantùm in Domino :* eadem ferè habet l. de exhort. cast. p. 940. c. item l. 5. contra Marc. p. 789. a. ait, *tantùm in Domino esse nubendum.* Cypr. l. 3. Testim. p. 323. b. *Mulier vincta est quandiu vivit vir ejus : si autem dormierit, liberata est, ut cui vult nubat : tantùm in Domino.* Ambros. l. de vid. col. 185. e. *Mulier vincta est quanto tempore vir ejus vivit : quòd si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino :* ita rursum ep. 63. col. 1032. a. b. addito *legi*, post *vincta est.* August. l. de bono vid. to. 6. col. 371. c. 376. g. 377. a. *Mulier alligata est quandiu vir ejus vivit : quòd si* ( vel *si autem* ) *mortuus fuerit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino :* itidem l. 1. de conjug. adult. col. 399. g. 405. c. & l. de S. virginit. col. 348. f. absque voce *legi*, post *alligata est.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 148. c. *Mulier alligata est viro quandiu vivit vir ejus : si autem mortuus fuerit, nubat cui vult : tantùm in Domino :* at infra, col. 153. a. 159. a. *Mulier alligata est quanto tempore vir ejus vivit : quòd si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino :* sic iterum epist. ad Amand. to. 4. p. 1. col. 162. b. & ep. apol. 30. contra Jovin. col. 232. a. addito tamen *à lege viri*, post *liberata est*, ut Rom. 7. 3. at l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 273. d. *Mulier, si mortuus fuerit vir ejus, libera est : cui vult nubat : tantùm in Domino.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 310. b. *Mulier ligata est quanto tempore vivit vir ejus : si autem mortuus fuerit vir, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. *Mulier vincta est lege quandiu vivit vir ejus : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantùm in Domino.* Beda in eund. loc. *Mulier alligata est quanto tempore vir ejus vivit*, &c. ut in Vulg. Sedulius Scot. *Mulier vincta est legi ;* paulòque post, *cui voluerit nubat : tantùm in Domino.* Scholiastes Hieron. *Mulier alligata est legi... cui autem vult nubat : tantùm in Domino.* Ms. Floriac. num. 52..... *quòd si dormierit vir ejus, liberata est à lege viri ;* cætera ut in Vulg. Græc. Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν· ᾧ θέλει γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ. In Mss. pluribus Græcis deest vox νόμῳ, post δέδεται, ut & in antiquiss. Lat. è bibliotheca Bodlei. subinde Alex. pro κοιμηθῇ, habet ἀποθάνῃ, absque seq. αὐτῆς· alius paulò post, ᾧ δὲ θέλει· mox Borner. Gr. γαμηθῇ, Lat. *nubat.*

℣. 40. Tertul. l. de exhort. castit. p. 940. c. *At enim felicior erit si sic perseveraverit, secundùm meum consilium : puto autem & ego Spiritum Dei habeo :* sic etiam l. de monog. p. 952. b. *puto autem & ego Spiritum Dei habeo.* Novatian. de Trin. p. 1052. a. *puto autem quia & ego Spiritum Dei habeo.* Cypr. l. 3. Testim. p. 323. b. *Felicior autem erit si sic permanserit.* Ambros. l. de vid. col. 186. a. & ep. 63. col. 1032. b. cum Ambrosiast. in 1. Cor. 7. *Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meum consilium : puto enim & ego Spiritum Dei habeo :* rursum Ambros. in Ps. 118. col. 999. f. & l. 3. de Spir. S. col. 675. e. *puto enim & ego Spiritum Dei habeo :* & l. de exhort. virg. col. 289. f. legit : *Beatior autem qui sic permanserit, secundùm meum quidem consilium : puto enim ut & ego Spiritum Dei habeam.* August. l. de S. virginit. to. 6. col. 398. a. *Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meam sententiam : puto autem & ego Spiritum Dei habeo :* item tract. 37. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 551. d. *puto autem & ego Sp. Dei habeo :* lib. verò de bono vid. col. 371. c. 376. g. 377. a. .....*si sic permanserit, secundùm meum consilium :* quod etiam habet Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 159. a. qui addit : *puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam :* at l. 2. in ep. ad Gal. ibid. col. 284. c. *puto quòd & ego Spiritum Dei habeo.* Itidem Beda in 1. Cor. 7. addito *autem*, post *puto.* Sedulius Scot. in eundem loc. *puto enim quòd & ego Spiritum Dei habeam ;* paulò post, *habeo.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meam sententiam : videor enim & ego Spiritum Dei habere.* Gr. Μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην· δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. Mss. duo, δοκῶ γάρ· & unus in fine, ἔχω.

# CAPUT VIII.

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. De his autem, * qui idolis sacrificantur, scimus quoniam omnes scientiam habemus. Scientia inflat, caritas autem ædificat.

* Ms. Reg. quæ.

2. Quòd si quis se existimat cognovisse aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est

**Vulgata nova.**

1. De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat.

2. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambrosiast. & Sedul. in 1. Cor. 8. *De his autem, quæ idolis immolantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat.* Itidem Scholiastes Hieron. præter verbum *sacrificantur :* quod etiam habet Beda in eund. loc. posito insuper *iis*, pro *his.* August. l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 403. g. *De sacrificiis idolorum, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat :* similiter tract. 27. in Joh. to. 3. p. 2. col. 503. e. à voce *Scientia.* Iren. l. 2. c. 26. p. 154. a. b. & Ambros. in Ps. 36. col. 795. d. *Scientia inflat, charitas autem ædificat :* sicque etiam Epiphan. in 8. 8. Cantici Cantic. addito *enim*, post *Scientia.* In Græco sic : Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι, &c. ut sup.

℣. 2. Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Si quis se putat scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire :* item l. de præscr. c. 27. p. 336. a. loquitur de Corinthiis, *qui putarent se scire aliquid, quando nondum scirent quemadmodum sciri oporteret.* Cypr. l. 3. Testim. p. 314. a. *Si quis se putat scire aliquid, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire.* Auctor l. de sing. cleric. p. 527. vel 531. a. *Si quis putat se scire aliquid, nec dum cognovit quemadmodum eum oporteat scire.* August. ep. 140. to. 2. col. 455. f. *Quisquis se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oportet scire :* & ep. 238. col. 858. d. *Qui se putat aliquid scire, nondum scit quemadmod. oporteat eum scire :* & l. 9. de Trin. to. 8. col. 877. e. *Si quis se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum scire oporteat.* Auctor l. de fide orthod. ap. Ambr. col. 345. c. *Qui ergo putat se aliquid scire, necdum scit quemadmodum oporteat scire.* Ambrosiaster, cum Sedulio in 1. Cor. 8. *Quòd si quis existimat se aliquid scire, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.* Beda in eund. loc. *Si quis se existimat*, &c. ut in Vulg. Græc. Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γνῶναι. Mss. plures pro εἰδέναι, scribunt ἐγνωκέναι· subinde unus, οὐδὲν, omisso οὐδέπω· alii quidam, οὔπω, omisso οὐδέν· mox 1. Colb. ᾔδει, pro ἔγνωκε.

℣. 3. August. ep. 140. to. 2. col. 455. f. & l. 9. de Trin. to. 8. col. 877. e. *Quisquis autem diligit Deum, hic*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

ab eo.

4. De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisi unus.

5. Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (siquidem sunt dii multi, & domini multi:)

6. nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

7. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum cùm sit infirma, polluitur.

**Versio antiqua.**

ab illo. — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

4. De escis autem sacrificiorum, scimus quia nihil idolum in sæculo, & quòd nemo Deus, nisi unus.

5. Nam etsi sint qui dicantur dii, & domini, sive in cœlo, sive in terra (sicut enim sunt dii multi, & domini multi:)

6. sed nobis unus est Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: & unus Dominus Jesus * Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

7. Sed non in omnibus scientia. Quidam autem in conscientia usque adhuc idoli, quasi idolo immolatum manducant: & conscientia eorum cùm sit infirma, inquinatur.

** In Ms. Reg. deest Christus.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

*cognitus est ab illo.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si verò quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in eund. loc. *Si quis autem,* &c. ut sup. Ita quoque in Græco est.

℣. 4. August. l. de mor. Manich. tom. 1. col. 728. b. *De escis autem sacrificiorum, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus Deus, nisi unus:* item tract. 1. in Joh. tom. 3. col. 294. d. *scimus quia nihil est idolum.* Ambrosiaster in 1. Cor. *De cibis igitur simulacris immolatorum* (Mss. nonn. *De cibis igitur, qui simulacris immolantur, immolatorum,* al. *immolatiorum*) *scimus quia nihil est simulacrum, & quia nemo Deus, nisi unus.* Iren. l. 3. c. 6. p. 181. d. *scimus autem quoniam nihil est idolum, & quoniam nemo Deus, nisi unus.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 789. a. *scimus quòd idolum nihil sit.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 38. col. 185. b. *scimus quia nihil est idolum in hoc mundo, & quia nullus Deus, nisi unus.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ congruunt, nisi quòd iste omittit *est*, ante *Deus*, unà cum Ms. codice Floriac. num. 52. In Gr. sic: Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς. Mss. quidam ita incipiunt, Περὶ δὲ τῆς, &c. & plures sub finem tollunt vocem ἕτερος.

℣. 5. Iren. l. 3. c. 6. p. 181. d. *Etenim si sunt qui dicuntur dii, sive in cœlo, sive in terra:* deinde: *nobis unus Deus,* &c. absque parenthesi. Item Tertul. l. contra Hermog. p. 412. a. *Nam & si sunt qui dicuntur dei, sive in cœlo, sive in terra, nomine:* & l. 3. contra Marc. p. 675. b. *Nam & sunt qui dicuntur dii, sive in cœlo, sive in terris.* Hilarius in Ps. 135. col. 484. d. *Sed & si sunt dii, qui nominantur in cœlo, & in terra:* & in Ps. 134. col. 471. f. 472. a. *Namque & si sunt qui dicuntur dii, sive in cœlo, sive in terra, sicut sunt dii multi, & domini multi.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1127. c. *Nam & si sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra:* paulòque post: *nobis tamen unus Deus,* &c. omissis intermediis: itidem l. 5. de fide, col. 555. a. 559. e. absque parenthesi. Sic etiam August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. b. at ep. 238. to. 2. col. 859. b. legit: *Nam & si sunt qui dicuntur dii, sive in cœlo, sive in terra, siquidem sunt dii multi, & dom. multi:* & quæst. 105. in Gen. to. 3. p. 1. col. 403. d. necnon quæst. 87. in Exod. col. 449. f. *Nam & si sunt qui dicuntur dii, sive in c... sicut* (al. *quemadmodum*) *sunt dii multi, & domini multi:* item in Pss. 94. 135. & 145. to. 4. col. 1025. e. 1510. c. 1631. c. d. *quemadmodum sunt dii multi, & domini multi:* & l. 9. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 236. b. ac l. 2. de Trin. to. 8. col. 783. d. *sicuti sunt dii multi, & domini multi.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Licet sint qui dicantur dii, & domini, sive in cœlo, sive in terra;* nec plura. Scholiastes verò Hieron. & Beda in eund. loc. omnia habent quæ in Vulg. nisi quòd iste legat *dicuntur*, pro *dicantur*. Gr. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν.... ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί.

℣. 6. Iræneus l. 3. c. 6. p. 181. d. *nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum* (al. *in illo:*) *& unus Dominus J. C. per quem omnia, & nos per ipsum.* Tertul. l. contra Hermog. p. 412. a. *cæterùm unus Deus, Pater, ex quo omnia.* Hilar. in Ps. 51. col. 82. a. *unus enim Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* & in Pss. 118. & 122. col. 314. b. 393. e. *unus Deus, ex quo omnia: & unus Dominus noster Jesus, per quem omnia:* & in Ps. 134. col. 471. d. *unus Deus, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* & in Ps. 134. col. 472. a. ac l. 4. de Trin. col. 836. d. *sed nobis unus Deus, Pater est, ex quo omnia: & unus Dominus noster J. C. per quem omnia:* & l. 8. de Trin. col. 967. e. 968. c. d. *sed nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster J. C. per quem omnia, & nos per ipsum.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1127. d. *nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus Jesus, per quem omnia, & nos per ipsum:* & l. 3. de Spir. S. col. 650. e. *nobis autem unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* similiter l. de apol. Dav. col. 732. e. *unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum,* &c. ut sup. vide etiam eundem Ambros. in Luc. 4. col. 1337. c. & in Luc. 16. col. 1470. b. & in Luc. 20. col. 1505. a. & l. de instit. virg. col. 264. d. & l. 1. de fide, col. 448. f. & l. 4. col. 537. f. 546. c. & l. 5. col. 559. e. f. & l. 2. de Spir. S. col. 606. e. Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 347. d. *unus est Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* similiter infra, col. 353. d. præter hæc: *nobis unus Deus est, Pater, ex quo omnia, & nos ex ipso.* August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. c. *nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dominus J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* & ep. 238. tom. 2. col. 859. b. *nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dom. noster J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* & in Ps. 94. to. 4. col. 1025. e. *nobis tamen unus Deus, ex quo omnia, & nos per ipsum: & unus Dom. noster J. C. per quem omnia, & nos in ipso:* & in Ps. 135. col. 1510. c. *sed nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dom. J. C. per quem omnia, & nos per ipsum:* vide etiam l. 9. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 236. b. & l. 2. de Trin. to. 8. col. 783. d. Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 264. g. *unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus est Dom. Jesus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Itidem Faustin. presb. l. contra Arian. p. 638. e. præter *& unus Dom. noster J. C.* Ambrosiast. & Beda in 1. Cor. *nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dom. Jesus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Scholiastes Hieron. in eund. loc. *nobis tamen unus est Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus Dom. J. C. per quem omnia, & nos per ipsum.* Vigil. Tapf. l. 4. de Trin. *nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus,* &c. ut sup. & l. 12. *nobis verò unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus,* &c. Fulg. fragm. 13. contra Fab. p. 593. *nobis autem unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus noster J. C. per quem omnia,* &c. Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 132. f. *unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dom. J. C.* &c. ut sup. Græc. ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, &c. ut in Vulg.

℣. 7. August. l. de mor. Manich. tom. 1. col. 728. c. *Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem in conscientia sua usque adhuc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia eorum cùm sit infirma, inquinatur.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Sed non in omnibus est scientia. Nam aliqui adhuc conscientiâ idoli, quasi simulacro immolatum manducant: & conscientia aliorum cùm sit infirma, coinquinatur.* Sedul. Scot. in eund. loc. *Sed non in omnibus est scientia:* paulòque post: *In conscientia usque adhuc idoli, quasi idolothytum manducant:* & post pauca: *& conscientia ipsius cùm sit infirma, coinquinatur.* Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Quidam autem in conscientia usque nunc quasi idolothytum edunt.* Scholiastes Hieron. & Beda Vulgatæ congruunt. Ms. Floriac. num. 52. *Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem conscientia infirma usque nunc idoli,* &c. ut in Vulg. In Græco sic: Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι· καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα, μολύνεται. Ms. unus voci ἡ γνῶσις, præponit ἐστιν· deinde alii quidam scribunt Τινὲς γάρ· subinde al. ἕως ἄρτι τοῦ εἰδώλου.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

8. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundabimus: * neque si non manducaverimus, egemus.

* *Ms. Reg.* neque enim si non.

9. Videte autem ne fortè licentia vestra hæc offendiculum fiat infirmibus.

10. Nam si quis viderit te, qui habet scientiam, * in idolio recumbentem: nonne conscientia ejus, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum immolata?

* *Ms. Reg.* & in idolo.

11. Et perit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est?

12. Sic autem peccantes in fratres, percutientes ipsorum conscientiam infirmam, in Christo peccatis.

13. Propter quod si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ut non fratrem scandalizem.

### VULGATA NOVA.

8. Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundabimus: neque si non manducaverimus, deficiemus.

9. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

10. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nonne conscientia ejus, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

11. Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Rom. 14. 15.

12. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

13. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Rom. 14. 21.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Tertul. l. contra Psych. p. 982. c. ait *quòd esca nos Deo non commendet; neque abundantes, si edamus; neque deficientes, si non edamus:* & infra, p. 988. b. *Nec si manducaverimus, abundabimus: nec si non manducaverimus, deficiemus.* Cypr. l. 3. Testim. p. 322. c. *Cibus nos non commendat Deo. Neque si manducaverimus, abundabimus: neque si non manducaverimus, egebimus.* August. l. 10. conf. to. 1. col. 186. c. e. *Esca nos non commendat Deo. Neque si manducaverimus, abundabimus: neque si non manducaverimus, deerit nobis:* similiter l. de mor. Eccl. to. 1. col. 712. c. præter verbum *egebimus*, pro *deerit nobis:* at l. de mor. Manich. col. 728. c. *deficiemus*, præmissis cæteris ut in Vulg. cui accinunt pariter Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Ambrosiaster verò in eund. loc. *Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si ederimus, abundabimus: neque si non ederimus, deerit nobis.* Ms. Floriac. num. 52. *Esca autem.... Neque enim si non manducaverimus, deficiemus: neque si manduc. abundabimus.* Gr. Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ. Οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα, al. ὑστεροῦμεν.

℣. 9. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. col. 153. d. *Videte autem ne hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.* Itidem August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. d. posito *fortè*, ante *hæc licentia.* Ita quoque habet Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. Ambrosiast. verò in eund. loc. legit: *Videte tamen ne fortè hæc licentia vestra offensio fiat infirmis.* Gr. Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν· al. ἀσθενέσιν.

℣. 10. August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. d. *Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nonne conscientia ejus, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?* Similiter habet Hieron. ep. ad Damas. to. 4. col. 153. d. cum Scholiaste sub ejus nomine, & Beda in 1. Cor. Sic etiam Ambrosiaster in eund. loc. præter *de simulacris*, pro *idolothyta.* Huc etiam alludebat Tertul. l. de cor. mil. c. 10. p. 292. a. dicens: *Si in idolio recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri?* In Græco sic: Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον· οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος, οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; Borner. cod. Græc. Lat. omittit σε, post ἴδῃ.

℣. 11. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. a. *Et periet infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est?* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. col. 153. d. *Et peribit qui infirmus est, in tua scientia frater, propter quem Chr. mortuus est?* August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. d. cum Scholiaste Hieron. & Sedulio in 1. Cor. *Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Chr. mortuus est?* Ambrosiast. in eund. loc. *Et peribit qui infirmus est, in tua scientia* (Mss. quid. *in tua conscientia*) *frater, pro quo Chr. mortuus est?* Beda in eund. loc. *Et peribit infirmus in tua scientia fr. propter quem*, &c. Græc. Καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὅν, &c. al. Καὶ ἀπόλλυται· alii quidam ponunt ἀδελφὸς, post γνώσει.

℣. 12. Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Sic autem delinquentes percutiendo conscientias fratrum infirmas, in Christum delinquent.* August. l. de mor. Manich. tom. 1. col. 728. d. *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam, in Christum peccatis.* Similiter Scholiastes Hieron. & Ambrosiast. in 1. Cor. excepto *illorum*, pro *ipsorum*; & *Christo*, pro *Christum.* Ambrosiast. etiam sic pergit: *Peccant in Christo, non, in Christum.* Beda verò in eundem locum Vulgatæ accinit, unà cum Græco.

℣. 13. Cypr. ep. 62. p. 102. c. *Si cibus scandalizat fratrem: non manducabo carnem in sæculum, ne fratrem scandalizem.* Auctor l. de singul. cleric. p. 521. vel 525. a. *Propter quod si cibus scandalizat fratrem meum: jam non manducabo carnem in æternum, ne fratrem scandalizem.* August. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. d. *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem scandalizem:* & l. de conjug. adult. to. 6. col. 393. f. *ut non fratrem meum scandalizem.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1245. a. *non manducabo carnem.... ne fratrem meum scandalizem.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Propter quod si esca scandalizat fratrem meum: non edam carnem in æternum, ne fratrem scandalizem.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ concinunt, nec refragatur Græcum. Hilar. in Ps. 118. col. 363. d. ait Apostolum dixisse, *carne se abstenturum in sæculum, ne fratrem scandalizet.*

---

## CAPUT IX.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Non sum Apostolus? Non sum liber? Non Jesum Christum Dominum nostrum vidi? Non opus meum vos estis in Domino?

2. Si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis:

### VULGATA NOVA.

1. Non sum liber? non sum Apostolus? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino?

2. Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertul. l. de pudic. p. 1007. b. *Non sum liber? Non sum Apostolus? Non Christum Jesum Dominum nostrum vidi?* & l. contra Prax. p. 851. a. *Nonne vidi Jesum?* Ambrosius ep. 37. col. 935. e. *Non sum ego liber? Non sum Apostolus?* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 478. e. *Non sum liber? Non sum Apostolus? Nonne Chr. J. Dom. nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino?* Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. At Ambrosiast. in eund. loc. *Non sum Apostolus? Non sum liber? Nonne Jesum Dom. nostrum vidi? Nonne*, &c. Ita quoque in Græco est, addita voce Χριστὸν, ad *Jesum*; quæ tamen abest à Ms. Alex. Idem quoque Ms. cum aliis quibusd. ita exorditur: Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; Οὐκ εἰμὶ Ἀπόστολος; Ms. Floriac. Lat. num. 52. *Nonne Christum Dominum nostrum vidi?* cætera ut in Vulg.

℣. 2. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 478. e. *Si aliis*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 3. mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est. | 3. mea defensio ad eos, qui me interrogant, hæc est. | *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* |
| 4. Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? | 4. Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? | |
| 5. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? | 5. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & * Cephas? | * *Ms. Reg.* Cœphas. |
| 6. Aut ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? | 6. Aut solus ego, & Barnabas, non habemus potestatem non operandi? | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*non sum Apost. vobis veruntamen sum: signaculum enim Apostolatus mei vos estis in Domino.* Item Ambrosiast. in 1. Cor. *Et si aliis non sum Apost. veruntamen vobis sum: nam signaculum*, &c. Beda in eund. loc. *Si aliis non sum Apost. sed tamen vobis sum: nam signaculum*, &c. Scholiastes Hieron. cum Sedulio nil differunt à Vulgata. Græc. Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ Ἀπόσ. ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί· ἡ γὰρ σφραγὶς, &c.

℣. 3. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 478. e. *mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est.* Concinunt Ambrosiast. Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in hunc loc. Item in Græco: ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστί.

℣. 4. Textui concinunt Hilar. in Ps. 118. col. 327. a. Helvidius ap. Hieron. l. contra ipsum, to. 4. p. 2. col. 137. a. Hieron. ipse, l. 1. contra Jovin. ibid. col. 167. c. Scholiastes sub ejus nomine, Ambrosiast. Sedulius Scot. & Beda in 1. Cor. 9. quibus accensendus August. l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. c. ut & l. de op. Mon. col. 478. e. nisi quòd isto loco, pro *potestatem*, Mss. plerique ferant *licentiam*; sicque infra, ex omnibus Mss. col. 480. c. Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Aut non habemus potestatem manducandi, & bibendi?* Gr. Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν, καὶ πιεῖν;

℣. 5. Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. simpliciter habet: *Aut non habemus pot. mand. & bibendi, & mulieres circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Hilar. in Ps. 118. col. 327. a. *Nunquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut cæteri Apost. & fratres Domini, & Cephas?* Hieron. verò in Matth. 27. to. 4. p. 1. col. 140. f. *Nunquid non habemus pot. sorores mulieres circumd. sicut & cæteri Apostoli faciunt?* Contra Helvidius negans perpetuam B. Mariæ virginitatem, hunc locum, veluti errori suo faventem, paulò aliter citat apud Hieron. l. contra ipsum, to. 4. p. 2. col. 137. *Nunquid non habemus pot. uxores circumducendi, sicut & cæteri Apost. & fratres Domini, & Cephas?* Neque tamen Hieron. hanc Scripturam carpit, immo relatâ ipsâ cum aliis Scripturæ testimoniis, quibus Helvidius errorem suum fulciri credebat, statim subdit: *Hæc idcirco replicavimus, ne calumnietur, & clamitet, ea, quæ pro se faciant, à nobis esse subtracta, & sententiam suam non testimoniis Scripturarum, sed lubrica disputatione convulsam.* Et ipse, l. 1. contra Jovin. col. 167. c. eodem modo refert, dicens: *Si autem illud nobis opposuerit, ad probandum quòd omnes Apostoli uxores habuerint:* Nunquid non habemus potestatem mulieres, vel, uxores circumducendi, (*quia* γυνὴ *apud Græcos utrumque significat*) sicut cæteri Apost. & Cephas, & fratres Domini? *jungat & illud, quod in Græcis codicibus est:* Nunquid non habemus potestatem sorores mulieres, vel, uxores circumducendi? *ex quo apparet eum de aliis sanctis dixisse mulieribus, quæ, juxta morem Judaicum, magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quoque Domino factitatum. Nam & ordo verborum hoc significat:* Nunquid non habemus pot. manduc. & bib. aut sorores mulieres circumducendi? *Ubi de comedendo, & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus infertur, perspicuum est non uxores debere intelligi, sed eas, ut diximus, quæ de sua substantia ministrabant... Aut certè si* γυναῖκας, uxores *accipimus*, *non* mulieres, *id, quod additur*, sorores; *tollit* uxores, *& ostendit eas germanas in spiritu fuisse, non conjuges: quanquam excepto Apostolo Petro, non sit manifestè relatum de aliis Apostolis, quòd uxores habuerint.* Penè etiam eadem habet Tertul. l. de monogamia, c. 8. p. 954. ubi ait: *Nec enim si penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres, & uxores, pro consuetudinis facilitate..... ideo Paulum sic interpretabimur, quasi demonstret uxores Apostolos habuisse. Si enim de matrimoniis disputaret (quod in sequentibus facit, ubi magis Apostolus aliquod exemplum nominare potuisset) rectè videretur dicere:* Non enim habemus pot. uxores circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & Cephas? *At ubi ea subjungit, quæ de victuaria exhibitione abstinentiam ejus ostendunt, dicentis:* Non enim pot. habemus manducandi, & bibendi? *non uxores demonstrat ab Apostolis circumductas: quas & qui non habent, potestatem tamen manducandi, & bibendi habent; sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto, quo & Dominum comitantes, ministrabant.* Similiter August. l. de op. Mon. to. 6. col. 478. f. *Ad hoc enim*, inquit, *& fideles mulieres habentes terrenam substantiam, ibant cum eis, & ministrabant eis de substantia sua..... quod B. Paulus licere quidem sibi demonstrat, sicut & cæteri Apost. faciebant..... Hoc quidam non intelligentes, non* sororem mulierem, *cùm ille diceret:* Nunquid non habemus pot. soror. mulierem circumducendi? *sed* uxorem, *interpretati sunt. Fefellit eos verbi Græci ambiguitas, quod &* uxor, *&* mulier *eodem verbo Græcè dicitur: quanquam hoc ita posuerit Apostolus, ut falli non debuerint; quia neque* mulierem *tantummodo ait, sed* sororem mulierem; *neque* ducendi, *sed* circumducendi. *Veruntamen alios interpretes non fefellit hæc ambiguitas, &* mulierem, *non* uxorem *interpretati sunt.* Unde etiam infra, & l. 1. de conjug. adulter. tom. 6. col. 395. c. idem Aug. eund. loc. ita refert: *Nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Item Scholiastes Hieron. cum Beda in 1. Cor. *Nunquid non habemus pot. sororem mulierem circumducendi*, &c. ut sup. tum addit Scholiastes: *Non dixit* mulieres ducendi, *ne de uxoribus dicere putaretur; sed* circumducendi, *inquit, per provincias, quæ necessaria de suis facultatibus ministrarent.* Ambrosiast. in eund. loc. *Nunquid non habemus pot. mulierem circumducendi*, &c. absque voce *sororem*: qui tamen non alio sensu *mulierem* hîc intelligit, ac Hieron. & August. supra, cùm dicat: *Ideo addit* & Cephas, *quia cùm primus esset inter Apostolos, non refutabat sumptus oblatos..... Mulieres enim desiderio doctrinæ Dominicæ..... sequebantur Apostolos, ministrantes eis & sumptus, & servitia*, &c. Similiter Sedulius Scot. in eund. loc. *Nunquid non hab. pot. mulieres (in Græco* sorores, *non* mulieres *legitur) circumducendi per provincias, ad ministrandum, sicut & cæteri Apostoli?* Auctor etiam l. de sing. cleric. p. 525. c. memorat Apostolos, *qui mulieres secum comites circumducebant.* At verò jam laudatus Hilarius ex hoc Apostoli testimonio adstruere videtur potestatem nubendi, non simpliciter utendi mulierum ministerio: cùm enim loco sup. citato dixisset *voluntaria* quædam esse, quæ non sunt *legitima*; *& his obtemperare, libertatis potiùs, quàm necessitatis officium esse*; statim subdit: *Habet hanc Apostolus voluntariæ doctrinæ, non & legitimæ, consuetudinem, dicens:* De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do. *Aut cùm gloriam viduitatis, & continentiam laudat, non inhibet potestatem nubendi, sed meritum cælibatûs prædicat: ultra legem instituit, & ultra præceptum adhortatur, voluntaria legitimis anteponens. Et rursum ait:* Nunquid non habemus pot. manduc. & bibendi? Nunquid non habemus pot. mulieres circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? *sed non utimur hac potestate. Potestas in licito est, cùm lex, infidelitati nostræ parcens, præscriptis nos gravibus non onerat. At verò voluntatis professio ex incremento fidei est*, &c. cui etiam sententiæ favet Hieron. ipse ad Eustochium scribens, his verbis: *De Virginibus, inquit Apostolus, præceptum Domini non habeo. Cur? Quia & ipse ut esset virgo, non fuit imperii, sed propriæ voluntatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum uxorem habuisse confingunt, cùm de continentia differens, & suadens perpetuam castitatem, intulerit:* Volo autem omnes esse sicut meipsum..... *& in alio loco:* Nunquid non habemus potestatem circumducendi mulieres, sicut & cæteri Apostoli? *Quare ergo non habet Domini de virginitate præceptum? Quia majoris est mercedis quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ; & durissimum erat contra naturam cogere.* In Græco sic: Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, &c. Borner. cod. Gr. habet γυναῖκας, pro ἀδελφὴν γυναῖκα, & Lat. simpliciter *mulieres*.

℣. 6. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 480. *An ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem non operandi?* & infra, col. 491. a. *Nunquid ego solus, & Barnab. non hab. pot. non operandi?* at sup. l. 1. de conjug. adult. col. 395. c. *An ego solus, & Barnab. non hab. pot. hoc operandi?* Tertul. l. de pudic. p. 1013. b. *Aut ego solus, & Barnab. non habemus hoc operandi potestatem?* Similiter Hilar. in Ps.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

7. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & * de fructu ejus non edit, & bibit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis ipsius non percipit?

* Ms. Reg. vitiosè de fructum.

8. Nunquid secundùm hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit?

9. Scriptum est enim: Non camum mittes bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?

10. An propter nos utique dicit? Pro nobis utique scriptum est: quia in spe, qui arat, debet arare: & qui triturat, spei suæ fructum percipere.

11. Si nos vobis spiritalia seminavimus, * magnum si nos vestra carnalia metamus?

* Ms. Reg. non magnum.

12. Si alii vestrorum potestatem habent, non magis nos? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sufferimus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

13. Nescitis quoniam qui in sacrariis operantur, de sacrario edunt: qui altario deserviunt, cum altario participantur?

### VULGATA NOVA.

7. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

8. Nunquid secundùm hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Deuter. 25.4.

9. Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? 1. Tim. 5.18.

10. An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Rom. 15.27.

12. Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potiùs nos? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

13. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deserviunt, cum altari participant? Deuter. 18.1.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

118. col. 327. a. nisi quòd transferat *hoc operandi*, post *potestatem.* Ita quoque Scholiastes Hieron. in 1. Cor. 9. Ambrosiast. verò in eund. loc. *Aut solus ego, & Barnab. non habemus pot. hæc operandi?* sed infra, in 2. Cor. 11. col. 201. *hoc operandi?* Itidem Beda in hunc loc. excepto *aut*, pro &. In Græco sic: Ἢ μόνος ἐγὼ, καὶ Βαρνάβ. οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; Mss. quidam delent τοῦ.

℣. 7. August. ep. 157. tom. 2. col. 558. c. & in Ps. 103. to. 4. col. 1156. b. *Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte ejus non percipit?* ita rursum l. 1. de conjug. adult. tom. 6. col. 395. d. & l. de op. Mon. 481. a. 486. g. 487. a. 499. c. si excipias *lacte gregis*, pro *lacte ejus*; sicque etiam Maxim. Taurin. p. 48. a. Ambrosiast. in 1. Cor. 9. *Quis militat stipendiis suis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem ovium, & de lacte earum non percipit?* Beda in eund. loc. *Quis militat suis stip. unquam? Quis plantat vineam, & fructum ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* In Ms. Floriac. num. 52. *Quis militat..... Quis plantavit vineam, & fructum ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte ejus non manducat?* In Gr. Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; Τίς φυτεύει... καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Ἢ τίς, &c. ut in Vulg. Mss. plures pro ἐκ τοῦ καρποῦ, legunt τὸν καρπὸν, & Borner. Gr. Lat. post ἐσθίει, addit καὶ πίνει, cum Sangerm. & Reg. iidem autem, & alii tollunt seq. Ἢ· Borner. etiam cod. Gr. Lat. loco ποίμνης, *gregis*, habet αὐτῆς, *ejus.*

℣. 8. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 481. a. *Nunquid secundùm hominem hæc loquor? An lex non hæc dicit?* Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Nunquid secundùm hominem hæc loquor? Nunquid & lex eadem non dicit?* Beda in eundem loc. *Nunquid secundùm hominem dico? An & lex hæc non dicit?* Scholiastes Hieron. textui accinit ad verbum. Gr. Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; Ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει; Mss. quidam, pro λαλῶ, scribunt λέγω· unus tollit præced. ταῦτα· deinde plures sic habent: Ἢ καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει;

℣. 9. Hilar. in Ps. 118. col. 246. b. & in Matth. 7. col. 657. b. *Ait enim: Non obturabis os bovis triturantis. Nunquid pecudum Deo cura est?* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 481. a. *In lege enim Moysi scriptum est: Bovi trituranti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad Deum?* itidem tract. 10. in Joh. to. 3. p. 2. col. 371. b. ab his, *Bovi trituranti*: l. verò 2. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 24. f. *Bovem triturantem non infrenabis.* Ambrosiast. in 1. Cor. 9. *In lege enim scriptum est: Non alligabis os bovis triturantis. Nunquid de bobus cura est Deo?* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 789. b. *Bovi terenti os non obligabis. Nunquid de bubus pertinet ad Dominum?* Hieron. in ep. ad Gal. l. 2. col. 285. f. *Non infrenabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?* Similiter Ambros. in Ps. 43. col. 910. e. præter verbum *alligabis*, pro *infrenabis*: rursus in Luc. 12. col. 1436. c. *Nunquid de bobus*, &c. Sic pariter Auct. quæst. ex utroque T. q. 7. col. 158. e. cui etiam favent Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. præmissis his, quæ habentur in Vulg. Facundus Hermian. l. 12. p. 810. a. *Bovi trituranti os non infrenabis.* In Græco sic: Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Borner. cod. Gr. Lat. omittit Ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ· & pro φιμώσεις, habet κημώσεις· subinde, περὶ τῶν βοῶν μέλει, cum aliis pluribus. Vide Morin. in hunc loc. l. 1. Exercit. Biblic. p. 36.

℣. 10. Hilarius in Ps. 118. col. 246. b. *An non propter nos dicta, scriptaque sunt?* Ambros. in Ps. 43. col. 910. e. *An propter nos utique dicit? Nam propter nos scripta sunt: Quis est qui arat, nisi qui in spe arat?* August. tract. 10. in Joh. to. 3. p. 2. col. 371. b. *An propter nos dicit? Propter nos enim dicit: quia debet in spe, qui arat, arare: & triturans, in spe participandi*: & l. de op. Mon. to. 6. col. 481. a. *An propter nos omnino dicit? Propter nos enim scriptum est: quia debet in spe, qui arat, arare: & triturans, in spe* (editt. add. *fructus*) *participandi.* Ambrosiast. in 1. Cor. 9. *Aut potiùs propter nos dicit? Propter nos enim scriptum est: quoniam qui in spe arat, & triturat, debet spei suæ fructum percipere.* Beda in eundem loc. *An propter nos utique dicit? Nam propter nos*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Scholiastes Hieron. addito *hæc*, voci *utique*. Gr. Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη· ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν· καὶ ὁ ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι. Mss. quidam, teste Estio, in principio habent, Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως τοῦτο· & alii in fine, ἀλοῶν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν. Borner. Græc. ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, absque ἐπ' ἐλπίδι.

℣. 11. August. tract. 122. in Joh. to. 3. col. 810. g. necnon l. de op. Mon. to. 6. col. 481. c. e. & 487. d. cum Beda in 1. Cor. 9. *Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* Itidem Scholiastes Hieron. & Ambrosiast. in eundem loc. repetito *nos*, ante *vestra.* Græcum textui Sangerm. concinit.

℣. 12. Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Si alii de potestate vestra consequuntur, non magis nos?* August. l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. d. & l. de op. Mon. ibid. col. 481. d. e. *Si alii potestatis vestræ participant, non magis nos? sed non sumus usi hac potestate: sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi*: sic etiam tract. 122. in Joh. to. 3. col. 810. g. usque ad *sed omnia.* Ambrosiaster verò in 1. Cor. 9. *Si alii potestate vestra utuntur, nonne magis nos? sed non sumus usi hac potestate: omnia verò toleramus, ne quod impedimentum demus Evang. Christi.* Beda in eund. loc. *Si alii potestatis vestræ participes sunt, non potiùs nos? sed non usi sumus hac pot. verùm omnia sustinemus, ne quod offendiculum*, &c. Itidem Scholiastes Hieron. addito *quare*, ante *non potiùs nos?* cui etiam Sedulius favet. Auctor l. de sing. cleric. p. 532. vel 536. c. *& omnia sustinemus, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi.* Græc. Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ..... ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ, &c.

℣. 13. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 215. e. *Nescitis quoniam qui in sacrificiis operantur, de sacrificiis comedunt: qui altario deserviunt, de altario participantur?* & in Ezech. 22. col. 853. a. *qui serviunt altari, vivant de altario.* August. l. 2. de cons. Evang. tom. 3. p. 2. col. 64. c. *Nescitis quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt, edunt: qui altari deserviunt, altari compartiuntur?* ita similiter l. 2. de ser. Dom. in m. ibid. col. 221. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 481. g. nisi quòd 1. loco

VULGATA NOVA.

14. Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

15. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.

16. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non evangelizavero.

17. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

18. Quæ est ergo merces mea? Ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio.

19. Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.

20. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer:

VERSIO ANTIQUA.

14. Ita & Dominus disposuit his, qui Evangelium adnuntiant, de Evangelio vivant. — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

15. Ego autem nullo *horum usus sum. Non autem scripsi hæc ut ita fiat in me: bonum enim mihi est magis mori, quàm gloriam meam nemo exinaniet. — * Ms. Reg. eorum.

16. Si enim evangelizem, non est mihi gratia: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est, si non evangelizem.

17. Nam si volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

18. Quæ igitur erit mihi merces? Ut evangelizans, sine *sumptu efficiam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio. — * Mss. sumptus.

19. Nam cùm liber sim ab omnibus, in omnibus me servum feci, ut plures lucrifaciam.

20. Fui Judæis quasi Judæus, * quasi Judæus, ut Judæos lucrifacerem: — * In Ms. Reg. deest alterum quasi Judæus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

habeat, & *qui altario deserv. altario*, &c. altero verò, *qui altario..... altario*, absque præced. & : rursum tract. 122. in Joh. to. 3. col. 810. f. 811. a. *qui altari serviunt, altari compartiantur?* Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Nescitis quoniam qui in sacrariis operantur, de sacrario vivunt: & qui altario deserviunt, de altario participantur?* Beda in eund. loc. *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: qui altario deserviunt, cum altario participant?* Scholiastes Hieron. & Sedulius Vulgatæ congruunt. In Ms. Floriac. num. 52. posteriora sic: *& qui altari deserviunt, cum altario participantur?* priora ut in Vulg. In Græco: Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν· οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται; Mss. quidam habent, τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν.

℣. 14. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. e. *Sic & Dominus disposuit his, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.* August. l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 64. c. *Sic & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere:* ita rursum l. 2. de ser. Dom. in m. ibid. col. 221. c. & tract. 22. in Joh. col. 811. a. necnon l. de op. Mon. to. 6. col. 481. g. nisi quòd secundo loco habeat *his*, pro *iis*. Ambrosiaster verò in 1. Cor. 9. *Ita & Dominus Jesus ordinavit eos, qui Evang. annuntiant, de Evangelio vivere.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ accinunt, nec refragatur Græcum.

℣. 15. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. e. *Ego autem non abutar horum aliquo. Non scripsi autem hæc ut sic fiant in me: melius est enim mihi mori; quàm ut gloriam meam quis evacuet.* August. tract. 22. in Joh. col. 811. a. *Ego autem nullo horum usus sum:* item l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 64. c. *Ego autem nullius horum usus sum:* similiter l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 221. d. additis seqq. *Non autem scripsi hæc ut ita fiant in me: bonum est mihi magis mori, quàm gloriam meam quisquam inanem faciat:* sic etiam l. de op. Mon. to. 6. col. 482. a. b. e. 483. a. & seqq. at supra, col. 480. b. *Sed tamen ego non sum usus hac potestate.* Ambrosiast. in 1. Cor. 9. *Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc ut ita fiat in me: bonum est enim mihi magis mori: nemo gloriam meam evacuabit;* al. *quàm ut gloriam meam quis evacuet.* Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *gloriam meam nemo inaniet.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. nil differunt à Vulg. In Græco etiam: Ἐγὼ δὲ οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων. Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί· καλὸν γάρ μοι μᾶλλον..... ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ. Ms. Alex. μου οὐδεὶς μὴ κενώσει. Borner. Græc. Lat. μου τις κενώσῃ.

℣. 16. Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. f. *Si enim evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas quippe mihi incumbit: væ enim mihi est, si non evangelizavero.* Similiter August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. col. 221. e. excepto *enim*, pro *quippe:* sicque rursum l. de op. Mon. to. 6. col. 482. e. 483. e. præter *væ enim erit mihi*. Ambrosius in Ps. 118. col. 1148. e. & in Luc. 2. col. 1306. c. *væ enim mihi est, si non evangelizavero.* Gelas. I. ep. 8. Conc. to. 4. col. 1182. b. *væ mihi est, si non*, &c. Symmach. ep. 6. ibid. col. 1296. d. *væ mihi erit*, &c. Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Nam si evangelizem, non est mihi gloriatio* (Mss. quid. *gratia:*) ..... *væ enim erit mihi, si non prædicavero Evangelium.* Scholiastes Hieron. cum Beda in eund. loc. *Nam & si evangelizavero, non est mihi gloria... væ enim mihi, si non evangelizavero.* Sic etiam Sedulius; uno excepto *Si enim*, pro *Nam & si*. Græc. Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα..... οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Borner. cod. Græc. Lat. initio habet, εὐαγγελίσωμαι· pauloque pòst, χάρις, pro καύχημα· subinde plures alii, οὐαὶ γάρ.

℣. 17. Ambrosius in Ps. 1. to. 1. col. 751. e. & l. 1. offic. to. 2. col. 38. e. & epist. 77. col. 1091. b. *Si volens hoc ago, mercedem habeo: si invitus, dispensatio mihi credita est:* & in Ps. 118. col. 1148. e. & ep. 37. col. 935. f. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est:* at in Luc. 9. col. 1402. a. *Si enim invitus hoc ago, dispensatio mihi credita est: si volens, mercedem habeo.* Similiter Prædestinatian. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 538. a. *Si nolens hoc ago, dispensatio mihi credita est: si autem volens hoc ago, mercedem accipio.* Rufin. l. 2. bened. Patr. p. 13. c. *Si enim volens prædicavero, mercedem habeo.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 215. f. *Nam si voluntate hoc ago, mercedem habeo: si autem nolens, dispensatio mihi credita est.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 221. e. f. & l. de op. Mon. to. 6. col. 482. 483. seqq. & l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 41. f. *Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.* Itidem legit Sedulius Scot. in 1. Cor. 9. Sic etiam Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. præter verbum *ago*, pro *facio*. Ambrosiaster nil differt à textu. Gr. Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

℣. 18. Hieron. l. 2. cont. Jovin. tom. 4. col. 215. f. *Quæ est ergo merces mea? Ut evangelizans, sine sumptu ponam Evangelium Christi, ut non abutar potestate, quæ data est mihi in Evangelio.* August. l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. d. & l. de op. Mon. col. 482. 483. seqq. *Quæ ergo mihi merces erit? Ut evangelizans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar pot. mea in Evangelio.* Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Quæ ergo erit mea merces? Ut Evangelium annuntians, sine sumptu efficiam Evangelium, ut non abutar pot. mea in Evangelio.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nil discrepant à Vulg. In Græco sic: Τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; Ἵνα εὐαγγελιζόμενος, ἀδάπανον θήσω τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ, &c. Borner. cod. Græc. Lat. ita incipit, Τίς οὖν ἔσται μοι· alii plures habent μου· subinde quidam delent τοῦ Χριστοῦ.

℣. 19. Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 388. d. *Cùm enim essem liber ex omnibus, omnibus meipsum servum feci, ut omnes lucrifacerem:* at l. 2. contra Jovin. p. 2. col. 215. f. *Cùm enim essem liber ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.* August. l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 227. *Cùm enim liber sim ex omnibus, me omnium servum feci, ut plures lucrifacerem:* ita rursum l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. c. d. & l. de op. Mon. to. 6. col. 483. & seqq. at l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 581. e. legit: *Cùm liber sim ex omnibus, omnibus me subjeci, ut plures lucrifacerem.* Ambrosius ep. 37. col. 936. a. b. *Cùm liber essem, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.* Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Nam cùm liber sim ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifaciam.* Itidem Beda in eund. loc. præter verbum *lucrifacerem*. Sedulius Scot. in Rom. 1. 1. *Nam cùm liber sim ab omnibus, me servum feci:* in hunc verò locum: *Nam cùm liber essem ab omnibus, omnium me servum feci.* Gr. Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω.

℣. 20. Tertul. l. de præscr. c. 24. p. 335. b. ait, *Paulum dixisse, factum se omnibus esse omnia; Judæis Judæum;*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 21. his, qui sub * lege, quasi sub lege (cùm ipse non essem sub lege) ut, qui sunt sub lege, lucrarem: his, qui sine lege sunt, sicut sine lege (cùm sine lege Dei non sim: sed in lege sim Christi) ut eos, qui sine lege erant, lucrifacerem.

* Ms. Reg. lege sunt.

22. Fui infirmibus infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus factus sum omnia, ut omnes salvos faciam.

23. Omnia autem facio propter Evangelium: ut socius ejus efficiar.

24. Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

25. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptibilem.

26. Ego quidem sic curro, non quasi incertum: sic pugno, non quasi * aera cædens:

* Ms. Reg. aeram.

**Vulgata nova.**

21. iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: iis, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant.

22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.

23. Omnia autem facio propter Evangelium: ut particeps ejus efficiar.

24. Nescitis quòd ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

25. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.

26. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans:

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*non Judæis non Judæum, ut omnes lucrifaceret*: & l. 5. contra Marc. p. 784. b. *factum se Judæis Judæum, ut Judæos lucrifaceret*. August. l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 581. e. *Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifaciam*: similiter l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 227. a. & l. de op. Mon. to. 6. col. 483. & seq. excepto verbo *lucrifacerem*. Sic etiam Ambrosiast. in 1. Cor. 9. cui favent Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nisi quòd habeant *lucrarer*. Sedulius Scot. ibid. *Et factus sum Judæis Judæus*. Gr. Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα, &c. al. deest ὡς.

℣. 21. August. l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 227. a. *his, qui sub lege sunt, quasi sub lege (cùm non sim ipse sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: his, qui sine lege sunt, quasi sine lege (cùm sine lege Dei non sim: sed sim in lege Christi) ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant*: itidem l. de op. Mon. to. 6. col. 483. 484. a. excepta duplici voce *iis*, pro *his*; & *sunt* in fine, pro *erant*: at l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 581. e. habet: *& iis, qui sub lege sunt, tanquam qui sub lege essem (cùm ipse non sim sub lege) ut eos, qui sub lege sunt, lucrifaciam: & iis, qui sine lege sunt, tanquam sine lege essem (cùm sine lege Dei non sim: sed sim in lege Christi) ut lucrifaciam eos, qui sine lege sunt*. Beda in 1. Cor. 9. *his, qui sub lege sunt, tanquam sub lege essem (cùm ipso sub lege non essem) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem: his, qui*, &c. ut in Vulg. Ambrosiast. in eund. loc. *iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non sim sub lege) ut eos, qui sub lege sunt, lucrifacerem: iis, qui sine lege sunt, quasi sine lege essem (cùm sine lege non essem Dei: sed in lege essem Christi) ut eos, qui sine lege sunt, lucrifacerem*. Hieron. quoque l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 299. f. ait Paulum non dixisse, *factus sub lege*, *sed factus quasi sub lege*: & l. 2. col. 267. e. *cùm non essem sine lege Dei: sed in lege essem Christi*. Avit. Vien. ep. 2. apud Sirm. to. 2. col. 12. b. *factus sum his, qui sine lege erant, quasi sine lege essem: cùm sine lege Dei non sim: sed in lege sim Christi*. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 307. c. *factus sum his, qui sine lege sunt, tanquam sine lege essem (cùm extra legem Dei non essem: sed in lege essem Christi) ut lucrarer eos, qui sunt sine lege*. In Græco simpliciter: τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος (μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ· ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους. Mss. plures, post ὑπὸ νόμον, addunt, μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον· subinde quidam, pro Θεῷ..... Χριστῷ, habent Θεοῦ.... Χριστοῦ. Millius auctor est apud August. legi, *cùm ipse non essem sub lege, sed sub gratia*; at locum non citat, neque nobis obvius fuit locus ille evolventibus S. Doctoris opera.

℣. 22. Cypr. ep. 52. p. 70. c. *Factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrarer*. Tertul. l. de idol. c. 14. p. 243. b. *Omnia omnibus factus sum, ut omnes lucrifaciam*: & l. de monog. p. 958. a. *ut omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret*. Ambros. in Luc. 2. col. 1295. d. & l. 5. de fide, col. 551. d. *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciam. Omnibus omnia factus sum*. Hieron. ep. ad Damas. to. 4. col. 158. d. & S. Pacian. ep. 3. p. 313. g. *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem*. Itidem August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. col. 227. a. præmissis his, *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem*: ita rursum l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 581. e. præter geminatum verbum *lucrifaciam*. Ennodius diction. apud Sirm. to. 1. col. 1741. d. *Omnibus omnia factus sum, ut omnes adquirerem*. Prædestinat. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 551. d. *Factus sum carnalibus quasi carnalis, ut eos, qui carnales erant, lucrifacerem*. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. 9. Vulgatæ suffragantur. In Gr. sic: Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. Ms. Alex. tollit ὡς, ante ἀσθενής, & Borner. Græc. Lat. legit sub finem πάντας, pro πάντως τινάς.

℣. 23. Ambrosiaster in 1. Cor. 9. *Omnia autem facio propter Evang. ut particeps ejus fiam*. Sic etiam Beda, necnon Scholiastes Hieron. & Sedulius in eund. loc. præter verbum ult. *efficiar*. Græc. Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ..... ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι. Mss. quidam initio ferunt Πάντα, pro Τοῦτο.

℣. 24. Irenæus l. 4. c. 37. p. 283. c. *Nescitis quoniam hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis*. Concinunt Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. 9. nisi excipias voculam *quòd*, pro *quoniam*. Cypr. verò ep. 8. p. 17. b. legit: *Nescitis quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite ut occupetis*: ita rursum ep. ad Fortunat. p. 266. c. & l. 3. Testim. p. 314. b. nec aliter Ambrosiast. in 1. Cor. 9. si exceperis *comprehendatis*, pro *occupetis*. Auctor l. de laud. mart. apud Cypr. p. 429. a. *Nescitis quoniam qui in agone currunt, multi certant, unus autem accipit palmam? Vos autem sic currite ut omnes coronemini*. Ambros. l. de Isaac, c. 3. col. 360. c. & in Ps. 118. col. 1017. b. *Sic currite ut omnes comprehendatis*. S. Paulin. ep. 24. p. 161. a. *Sic currite ut apprehendatis*. Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 533. a. *Sic currite ut comprehendatis*: tum addit: *omnes quidem currunt, sed unus accipit coronam*. Gr. Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες..... εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; &c. ut in Vulg.

℣. 25. Sic habent Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 9. præter hæc, *& illi quidem..... nos autem incorruptam*. Iren. l. 4. c. 37. p. 283. c. *Omnis autem, qui agonisatur, in omnibus continens est: illi quidem ut corruptibilem accipiant coronam; nos autem incorruptibilem*. Tertul. ad mart. c. 3. p. 191. c. huc alludens dicit: *Athletæ continentur à luxuria, à cibis lautioribus, à potu jucundiore..... & illi ut coronam corruptibilem consequantur; nos æternam consecuturi*. Cypr. ep. 8. ad mart. p. 17. b. post hæc verba, *Sic currite ut occupetis*; statim addit: *& illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam*; omissis verbis intermediis: sicque rursus ep. ad Fortunat. p. 266. c. & l. 3. Testim. p. 314. b. Vide etiam Auct. lib. de dupl. mart. p. 593. In Græco sic: Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα, &c. ut in Vulg. aliàs deest οὖν.

℣. 26. Iren. l. 4. c. 37. p. 283. c. *Ego autem sic curro, non in incertum* (al. *in incerto*:) *sic pugno, non quasi aerem cædens*. Ambros. l. de Elia & jejun. c. 20. col. 560. c. & in Ps. 36. col. 801. f. *Ego igitur sic curro, non ut in incertum: sic enitor, non ut aerem* (al. *aera*) *cædens*: subinde sic: *Quod Latinè dixit* enitor, *Græcè ait* πυκτεύω: at in Ps. 37. col. 817. f. habet: *Sic curro, non ut in incertum: sic luctor, non ut aera cædens*: & in Luc. 4. col. 1340. c. *sic certo, non ut aera cædens*: & l. de parad. col. 170. c. *percutio pugnis, non ut aera cædens*. August. l. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 172. d. 199. b. *non sic pugno, tanquam aerem cædens*: & l. de agon. Chr. to. 6. col. 248. e.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

27. sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

**VERSIO ANTIQUA.**

27. sed lividum facio corpus meum, & servituti subjicio: ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*non sic pugno, quasi aerem cædens:* & l. de util. jejun. to. 6. col. 617. d. *Non sic curro, tanquam in incertum: non sic pugillor, quasi aerem cædens.* Auct. l. de singul. cleric. p. 529. f. *Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem cædens.* Itidem Ambrosiast. in 1. Cor. 9. addito *igitur*, voculæ *Ego*. Rufin. quoque l. 1. de bened. Patr. p. 6. c. *sic pugno, non quasi aerem cædens.* Sedul. Scot. in hunc loc. *non quasi aera cædens.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. *non quasi aerem verberans*, ut in Vulg. Gr. Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

℣. 27. Irenæus l. 4. c. 37. p. 283. c. *sed lividum facio corpus meum, & in servitutem redigo: ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar.* Similiter S. Paulin. ep. 12. 24. & 50. pp. 63. b. 161. a. & 299. c. *lividum facio corpus meum, & in servitutem redigo.* Auctor l. de singul. cleric. p. 529. a. *sed affligo corpus meum, & in servitutem redigo: ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus inveniar.* Hilar. in Ps. 135. col. 485. b. *subjicio enim mihi corpus meum, & in servitutem redigo.* Item Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. col. 229. a. *subjicio autem corpus meum, & in servitutem redigo: ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniar.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 16. c. *macero corpus meum, & servituti subjicio: ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Ambros. l. de parad. col. 170. d. & l. de Elia, & jejun. c. 20. col. 560. c. *sed castigo corpus meum, & servituti redigo:* ita rursum in Luc. 12. col. 1443. f. & l. 5. de fide, col. 569. c. & epist. 66. col. 1056. b. sic etiam in Ps. 37. col. 817. f. additis seqq. *ne cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar:* in Luc. verò 4. col. 1340. c. *ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus inveniar:* & epist. 63. col. 1024. c. *ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniar:* & l. 3. de fide, col. 497. f. *ne aliis prædicans, ipse reprobus efficiar.* August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 172. d. 199. b. & in Ps. 49. to. 4. col. 457. g. *sed castigo corpus meum, & servituti subjicio: ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus inveniar:* similiter l. de agon. Chr. to. 6. col. 248. e. & l. de util. jejun. col. 617. d. præter *in servitutem redigo.* Fulgent. ep. 3. c. 12. p. 170. b. *castigo corpus meum, & servituti subjicio.* Itidem Ambrosiast. in 1. Cor. 9. cum seqq. *ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus inveniar.* Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1243. c. *castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne qui aliis prædico, ipse reprobus efficiar.* Accinunt Oros. l. contra Pelag. p. 454. g. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. nisi quòd habeant, *ne fortè cùm aliis prædicaverim.* In Græco sic: ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ· μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. Mss. quidam initio habent ὑποπιέζω.

# CAPUT X.

**VULGATA NOVA.**

1. NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt;
2. & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari:
3. & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt,
4. & omnes eundem potum spiritalem bibe-

*Exod. 13. 21. Num. 9. 21. Exod. 14. 22. Exod. 16. 15. Exod. 17. 6. Num. 20. 11.*

**VERSIO ANTIQUA.**

1. NOlo enim vos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transierunt; *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*
2. & omnes in Moysen baptizati sunt in nube, & in mari:
3. & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt,
4. & omnes eundem potum spiritalem bibe-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Irenæus l. 4. c. 27. p. 264. e. *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt:* deinde: *& omnes in Mose baptizati sunt*, &c. omissis intermediis, *& omnes per mare transierunt.* Similiter Hilar. in Ps. 67. col. 195. b. *Nam & patres nostri sub nube fuerunt, & in Moysen in mari baptizati sunt*, &c. item in Ps. 134. col. 474. c. *An nescitis quia patres nostri sub nube fuerunt, & in Moysen baptizati sunt?* & infra, col. 475. f. *sub nube patres fuerunt, in Moysen baptizati sunt.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 745. g. *Nolo vos ignorare fratres, quia patres vestri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysen baptizati sunt*, &c. Cypr. ep. 76. p. 157. b. & l. 1. Testim. p. 277. b. *Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt.* Ambros. l. de myst. col. 328. b. *quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt:* ita rursum l. 3. de Spir. S. col. 670. detracta vocula *per*. August. in Ps. 113. to. 4. col. 1256. b. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 579. f. *Nolo enim vos ignorare fratres, quia omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt:* ita rursum serm. 363. to. 5. col. 1437. f. & tract. 11. in Joh. to. 3. col. 376. g. necnon l. de util. cred. to. 8. col. 50. a. nisi quòd primo loco deleat *enim*, pro quo duob. aliis habet *autem*: at tract. 26. in Joh. col. 498. f. *Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt:* sicque etiam tr. 45. col. 598. b. addito *per*, ante *mare*. S. Pacian. ep. 3. p. 311. b. *Nolo enim ignorare vos fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt.* Concinunt Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 10. sublata vocula *per*. Auctor verò quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. e. *Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt.* Itidem Auct. l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. ab his, *patres nostri omnes.* Græc. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ...... ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον. Mss. plures initio ferunt Οὐ θέλω γάρ· subinde unus habet ὑμῶν, non ἡμῶν, post *patres*.

℣. 2. Irenæus l. 4. c. 27. p. 264. e. *& omnes in Mose baptizati sunt in nube, & in mari.* Similiter habent Cypr. ep. 76. p. 157. b. Ambros. l. de myst. col. 328. b. & l. 1. de sacram. col. 354. a. & l. 3. de Spir. S. col. 670. a. necnon S. Pacian. ep. 3. p. 311. b. quibus accensendi Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. 10. Hilarius verò in Ps. 67. col. 195. b. *& in Moysen in mari baptizati sunt:* & in Ps. 134. col. 475. f. *in Moysen baptizati sunt.* August. tract. 26. & 45. in Joh. to. 3. col. 498. f. 598. b. & in Ps. 113. to. 4. col. 1256. b. & l. de util. cred. to. 8. col. 50. a. *& omnes in Moysen baptizati sunt in nube, & in mari:* at ser. 363. to. 5. col. 1437. f. *& omnes in Moyse*, &c. & lib. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 579. f. *& omnes per Moysen baptizati sunt in nube, & in mari.* Itidem Auct. quæst. ex utroq. T. q. 127. col. 139. e. Vigil. verò Taps. l. contra Varim. p. 745. g. cum Auctore l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. *& omnes in Moysen baptizati sunt in nube, & in mari.* Auctor l. de xl. mans. apud Ambros. col. 7. d. & Ambr. ipse l. 1. Hex. col. 7. e. *patres nostri omnes baptizati sunt in nube, & in mari.* In Græco sic: καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ, &c. ut sup. al. Μωϋσῆν.

℣. 3. Sic legunt Iren. l. 4. c. 27. p. 264. e. Ambros. in Ps. 118. col. 1178. d. & l. de myst. col. 341. b. & l. 3. de Spir. S. col. 670. a. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 280. f. Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 745. g. Auct. quæst. ex utroque T. q. 127. col. 139. e. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. 10. Sic etiam August. tr. 26. & 45. in Joh. to. 3. col. 498. f. 598. b. & ser. 363. to. 5. col. 1437. f. at in Ps. 113. to. 4. col. 1256. b. *& omnes eundem cibum spiritalem manducaverunt:* ita rursum l. de util. cred. to. 8. col. 50. a. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 579. f. S. Pacian. ep. 3. p. 311. b. *& omnes eundem cibum spiritalem ederunt.* Ambrosiaster in hunc loc. *& omnes eandem escam spirit. ederunt.* Auct. l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. *& omnes escam spiritalem manducaverunt.* Eidem favet Sedulius Scot. in 1. Cor. 10. Græc. καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον. Ms. Alex. delet αὐτό.

℣. 4. Irenæus l. 4. c. 27. p. 264. e. *& omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem enim de spiritali,*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* runt : ( * biberant enim spiritali, sequenti se, petra : petra autem erat Christus )

*Ms. Reg.* bibant enim spiritalia ; *sed a ultimum expunctum est.*

* *Ms. Reg.* prostati.

* *Ms. Reg.* malum.

5. sed non omnibus illis voluntas fuit Dei : * prostrati enim sunt in deserto.

6. Hæc autem in figuram nostri facta sunt, ut non efficiamur nos concupiscentes * malorum, sicut & illi concupierunt :

7. nec idolorum cultores efficiamur, sicut quidam ex illis : sicut scriptum est : Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

8. Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia.

9. Nec tentemus Christum : sicut quidam eorum tentaverunt, & à serpentibus perierunt.

10. Neque murmuremur, sicut quidam ex illis murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.

### Vulgata nova.

runt : ( bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra : petra autem erat Christus )

5. sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto. Num.

6. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut 26. 65.
non simus concupiscentes malorum, sicut & illi Psalm.
concupierunt : 105. 14.

7. neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis : quemadmodum scriptum est : Sedit po- Exod.
pulus manducare, & bibere, & surrexerunt lu- 32. 6.
dere.

8. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis Num.
fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria 21. 1.
millia.

9. Neque tentemus Christum : sicut quidam eo- Num.
rum tentaverunt, & à serpentibus perierunt. 21. 5. 6.

10. Neque murmuraveritis, sicut quidam eo- Num.
rum murmuraverunt, & perierunt ab extermina- 11. 1. &
tore. 14. 1.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*consequente eos, petra : petra autem erat Christus :* &c. 14. p. 244. d. *bibebant enim de sequenti petra : petra autem,* &c. Tertul. l. de bapt. c. 9. p. 390. a. eodem sensu ait : *Hæc est aqua, quæ de comite petra populo defluebat : si enim petra Christus,* &c. & l. 5. contra Marc. p. 787. a. *petra autem fuit Christus.* Item Hilar. in Ps. 67. col. 195. b. *Et Christo aquam petra præbente potati sunt ;* al. *aqua petram præeunte ;* al. *aquam petra præeunte ;* al. *aqua petra præeunte :* & in Ps. 134. col. 475. f. *de spiritali petra biberunt :* & in Ps. 60. col. 143. a. *petra autem Christus est :* & in Psal. 140. col. 539. d. *petra autem erat Christus.* Ambros. in Ps. 118. col. 1178. d. & l. de myst. col. 341. b. & l. 3. de Spir. S. col. 670. a. *& omnes eundem potum spiritalem biberunt :* & in Ps. 36. col. 803. c. *bibebant autem de consequenti eos petra : petra autem erat Christus :* sic etiam l. de myst. col. 338. b. & l. 4. de sacram. col. 372. d. & l. 1. de Spir. S. col. 600. a. item in Ps. 39. col. 859. e. si hoc ultimo loco deleas *eos*, ante *petra :* at in Luc. 9. col. 1407. b. *bibebant enim de spiritali sequente petra : petra autem,* &c. & l. 4. de fide, col. 530. f. *bibebant enim ex consequenti petra ; petra autem,* &c. August. quæst. 35. in Num. to. 3. p. 1. col. 545. g. & tract. 26. & 45. in Joh. p. 2. col. 499. a. 598. b. d. *& omnes eundem potum spiritalem biberunt : bibebant enim de spiritali sequente petra : petra autem erat Chr.* ita rursum in Ps. 113. to. 4. col. 1256. b. & l. contra Adim. to. 8. col. 126. b. & l. 2. contra adversar. leg. col. 579. g. & l. 12. contra Faust. c. 29. at l. de util. cred. col. 50. a. *bibebant enim de spiritali, consequente eos, petra : petra autem,* &c. & ser. 363. to. 5. col. 1437. f. *bibebant autem de spirit. consequente eos, petra,* &c. Itidem Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 280. f. cui accinunt Scholiastes sub ejus nomine, Sedulius, & Beda in 1. Cor. 10. Auctor verò quæst. ex utroq. T. q. 127. col. 139. e. *& omnes eund. potum..... bibebant autem de spiritali potu, consequente eos petra : petra autem,* &c. S. Pacian. ep. 3. p. 311. b. *& omnes eund. potum..... bibebant autem de spiritali petra sequenti : petra autem,* &c. Arnob. jun. de Trin. p. 213. f. *patres nostri idem spirituale poculum biberunt : bibebant de spirituali, consequenti eos, petra,* &c. ut sup. Ambrosiaster in hunc loc. *bibebant enim de sequente eos spiritali petra.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 121. b. *bibebant enim de spiritali sequenti petra : petra autem,* &c. Ita quoque in Græco est.

℣. 5. Irenæus l. 4. c. 27. p. 264. e. 265. a. cum Ambrosiast. in 1. Cor. 10. *sed non in pluribus eorum bene sensit Deus : prostrati sunt enim in deserto :* item Iren. infra, c. 36. p. 280. a. *non in multis illorum bene sensit.* Ambros. l. de myst. col. 338. b. *sed non in pluribus eorum complacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto.* August. in Ps. 77. to. 4. col. 817. g. *sed non in omnibus illis beneplacitum est Deo : prostrati enim sunt in deserto :* & in Ps. 113. col. 1256. b. *sed non in omn. illis bene complacuit Deo : prostrati enim sunt in des.* & l. de util. cred. to. 8. col. 50. b. *sed non in pluribus eorum complacuit Deo : prostrati enim,* &c. & ser. 363. to. 5. col. 1437. f. *sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto.* Sic etiam Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Græc. ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός· κατεστρώθησαν γὰρ, &c. al. ηὐδόκησεν ὁ Θεός.

℣. 6. Iren. l. 4. c. 27. p. 264. e. *Hæc in figuram nostri fuerunt, ut non simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupierunt.* Cypr. ep. 76. p. 157. b. *Hæc autem omnia figuræ nostræ fuerunt :* cui favet Tertul. l. de coron. mil. c. 9. August. in Pss. 77. & 113. to. 4. col. 817. g. 818. a. 1256. c. *Hæc autem figuræ nostræ facta sunt, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt :* & ser. 363. to. 5. col. 1438. a. *Hæc autem figuræ nostræ facta sunt, ut non simus cupientes mala, sicut & illi cupierunt :* & l. de util. cred. to. 8. col. 50. b. *Hæc autem figuræ nostræ fuerunt, ut non simus cupidi malorum, sicut & illi concupierunt.* Ambros. l. 1. de sacram. col. 354. a. *Hæc autem omnia in figura facta sunt illis :* sic iterum l. de apol. Dav. col. 679. b. detracto *omnia.* Vigil. Taps. l. 6. de Trin. *Hæc omnia in figura facta sunt nostri.* Beda in 1. Cor. 10. *Hæc autem in figuram facta sunt nostri,* &c. ut in Vulg. Ambrosiast. in eund. loc. *Hæc autem in figura nostri facta sunt, ut non simus desiderantes mala, sicut & illi desideraverunt.* Græc. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, &c. ut in Vulg. Ms. unus, τύποι ἡμῖν· cui lectioni favet Tertul. l. 5. contra Marc. c. 7. teste Millio : al. Ms. habet, εἰς τύπον ἡμῖν.

℣. 7. Iren. l. 4. c. 27. p. 264. e. *neque idololatræ sitis, quemadmodum quidam eorum : sicut scriptum est : Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* August. in Ps. 77. to. 4. col. 817. g. *neque idolis servientes, sicut quidam eorum : sicut scriptum est : Sedit populus,* &c. ut sup. at l. de util. cred. to. 8. col. 50. b. *neque idola colamus, sicut quidam ex illis : sicut scriptum est : Sedit populus,* &c. Ambrosiast. in 1. Cor. 10. *neque simulacris servientes, sicut quidam illorum : sicut scriptum est : Sedit populus,* &c. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ congruunt ; nec aliter in Græco est, nisi excipias vocem αὐτῶν, *eorum*, pro *ex ipsis ;* al. ἐξ αὐτῶν.

℣. 8. Iren. l. 4. c. 27. p. 264. e. *Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt, & corruerunt una die viginti tria millia.* August. in Ps. 77. to. 4. col. 818. a. *Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die,* &c. & l. de util. cred. to. 8. col. 50. b. *Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornic. s. & cecid. una die xxiii. mill. hominum.* Itidem Ambrosiast. excepta voce *illorum*, pro *ex illis.* Ita quoque in Græco est, deleta voce ult. *hominum.* In antiquo Lectionar. Luxov. Lat. *viginti tria millia hominum*, ut apud Aug. supra.

℣. 9. Iren. l. 4. c. 27. p. 264. e. *Nec tentemus Christum : quemadmodum quidam eorum tentaverunt, & à serpentibus perierunt.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 674. c. *Neque tentemus Chr. sicut quidam eorum tent.* &c. ut sup. Similiter habent August. in Ps. 77. to. 4. col. 818. a. & Auct. l. de xl. mans. apud Ambros. col. 17. b. unà cum Ambrosiast. & Scholiaste Hieron. in 1. Cor. 10. Sic etiam Beda in eund. loc. cum Sedul. nisi quòd iste habeat *Dominum*, pro *Christum ;* Beda, *Deum.* Rursus August. l. de util. cred. to. 8. col. 50. b. *Neque tentemus Christum...... & à serpentibus interierunt.* Græc. Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν καθὼς καί τινες... καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Mss. quidam legunt Κύριον, pro Χριστὸν, alii Θεόν. Epiphan. hæres. 42. ait Χριστὸν, in locum Κύριον, à Marcione substitutum fuisse, si Millio fides.

℣. 10. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. a. *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Itidem August. in Ps. 77. to. 4. col. 818. a. cum Scholiaste Hieron. & Beda in 1. Cor. quibus accensendus Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd habeat *ex ipsis*, loco *eorum :* at Aug. l. de util. cred. tom. 8. col. 50. c. legit : *Neque murmuremus, sicut quidam ex illis murmuraverunt,* &c. ut sup. Græc. Μηδὲ γογγύζετε, καθὼς καί τι-

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.

12. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

13. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere.

14. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura:

15. Ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate quod dico.

16. Calix benedictionis, cui benedicimus, non-

### VERSIO ANTIQUA.

11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos* finis sæculorum devenit.

12. Itaque * qui se putat stare, videat ne cadat.

13. Tentatio vos non * apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari super id, * quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possitis sustinere.

14. Propter quod carissimi mei, fugite ab idolorum cultu:

15. Sicut prudentes, vobis dico, judicate vos quod dico.

16. Calix benedictionis, quem benedicimus,

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
* Mss. fines.
* Ms. Reg. qui te putant.
* Ms. Reg. apprehendit.
* Ms. Reg. quod non.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, &c. Mss. quidam, Μηδὲ γογγύζωμεν, absque seq. καί.

℣. 11. Irenæus l. 4. c. 14. p. 244. d. *Omnia autem in figura veniebant illis: scripta sunt autem ad correptionem* (al. *correctionem*) *nostram, in quos finis sæculorum devenit:* & infra, c. 27. p. 265. a. *Hæc autem omnia in figura fiebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos finis sæculorum devenit.* Hilarius in Ps. 136. col. 490. e. *Omnia in præformationem acciderunt his: scripta sunt autem propter nos, in quos fines sæculorum devenerunt.* Hieronymus epist. ad Rufin. to. 2. col. 616. c. *Hæc omnia in figura contingebant illis: scripta s. autem de nobis, in quos fines sæc. decurrerunt:* & ep. ad Fabiol. ibid. col. 586. b. *Hæc autem omn... scripta sunt autem ad commonitionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Augustinus l. de util. cred. to. 8. col. 50. e. *Omnia autem ista in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæcul. devenerunt:* at in Ps. 61. tom. 4. col. 595. d. *Omnia in figura contingebant eis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos finis sæculorum obvenit:* ita rursum serm. 363. to. 5. col. 1438. a. excepto ult. verbo *advenit:* in Psal. verò 77. col. 818. a. & l. 3. de Trin. to. 8. col. 805. g. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos finis sæculor. obvenit:* similiter l. 4. contra Faust. to. 8. col. 193. e. & 203. a. necnon l. 32. col. 455. d. nisi quòd hoc ultimo loco habeat, *propter correptionem nostram;* duobus verò præcedentibus, *propter nos:* item tract. 28. in Johan. tom. 3. col. 511. d. *Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos, in quos finis sæculorum obvenit:* & l. contra Adim. to. 8. col. 132. b. *Omnia enim in figuram,* &c. sed Mss. ibid. omittunt verba *scripta sunt autem.* Vigilius Taps. l. cont. Varim. p. 736. d. *omnia hæc ad correptionem nostram facta sunt, in quos finis sæculorum obvenit.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 17. col. 177. a. *scripta autem sunt hæc ad correptionem nostram, in quos finis sæculorum obvenit.* Anonym. apud Ambros. to. 2. col. 1. c. *Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem hæc ad correctionem nostram.* Sedulius Scot. in 1. Cor. 10. *ad correctionem nostram, in quos finis sæculorum devenit.* S. Pacian. ep. 3. p. 312. b. *Hæc autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Concinunt Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. addita voce *omnia*, post *Hæc autem.* In Græco sic: Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νυθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. Ms. Alex. delet πάντα, deinde alii plures legunt τυπικῶς, pro τύποι. Vide sis Tertul. l. 5. contra Marc. c. 7. & l. de idol. c. 5.

℣. 12. Iren. l. 4. c. 27. p. 265. a. cum Aug. l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 59. a. *Quapropter qui putat se stare, videat ne cadat.* Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Propterea qui se putat stare, videat ne cadat.* Similiter Ambrosiaster in 1. Cor. addito *&*, post *Propterea.* Cypr. ep. 52. p. 71. b. & l. 3. Testim. p. 313. c. *Et qui se putat stare, videat ne cadat.* Itidem Auctor l. de sing. cleric. p. 517. f. deleto *Et.* Auctor verò l. ad Novat. p. 439. b. *Tu qui stas, vide ne cadas.* Ambros. in Ps. 35. col. 776. f. *Et tu qui stas, vide ne cadas:* & epist. 63. col. 1033. a. unà cum Auctore l. de voc. gent. l. 2. c. 37. p. 35. b. *Qui stat, videat ne cadat.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. a. *Qui sibi videtur stare, videat ne cadat.* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in hunc loc. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Græcum: Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, &c. ut supra.

℣. 13. Cypr. l. 3. Testim. p. 326. b. *Tentatio vos non occupabit nisi humana: fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari super quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam evadendi facultatem ut possitis tolerare.* Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. c. 6. tom. 4. p. 1. col. 399. c. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus, qui non permittet vos tentari supra id, quod potestis:* similiter l. 2. cont. Jovin. p. 2. col. 195. a. excepto verbo *dimittet*, pro *permittet:* tum addit: *sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possitis sustinere.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. col. 214. a. *Tentatio vos non apprehendat nisi hum. fidelis autem Deus est, qui vos non sinat tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possitis tolerare:* item tract. 90. in Joh. to. 3. col. 720. d. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana:* & ep. 157. to. 2. col. 544. b. *fidelis enim Deus, qui non vos permittet tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum ut possitis sustinere:* ita rursum epist. 176. col. 621. c. & 631. d. & in Ps. 118. to. 4. col. 1314. e. & l. 13. de Trin. to. 8. col. 941. e. sic etiam serm. 15. to. 5. col. 89. b. & l. de S. virginit. to. 6. col. 365. b. præter verbum *permittit*, pro *permittet:* at in Ps. 32. to. 4. col. 194. a. *fidelis Deus, qui vos non permittat tentari supra quàm potestis ferre, sed faciat cum tentatione etiam exitum ut possitis sustinere:* & l. de mendac. to. 6. col. 446. c. *fidelis Deus, qui non vos sinet tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet cum tentat. etiam exitum ut possitis sustinere:* itidemque ser. de urbis excid. col. 628. g. si exceperis *supra id, quod potestis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. f. *fidelis autem Deus, qui non patitur tentari super id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam transgressum ut possitis tolerare.* Ambrosiaster in 1. Cor. *fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra quàm potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possitis tolerare.* Hilar. in Ps. 118. col. 250. d. *fidelis est Deus, qui non permittat nos tentari super quàm possumus.* Auctor l. de dupl. mart. p. 586. c. *non patietur quemquam tentari supra id, quod potest, sed faciet etiam cum tentatione proventum.* Auct. l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 18. f. *non patietur nos Deus supra id, quod possumus, tentari, sed faciet cum tentatione proventum ut possimus sustinere.* S. Leo, ser. 17. p. 66. a. *fidelis autem Deus, qui vos non patietur tentari supra id, quod potestis, sed faciet proventum ut possitis sustinere:* at epist. 130. p. 342. a. *sed faciet cum tentatione exitum ut possitis sustinere.* Hormisd. ep. 15. Conc. to. 4. col. 1454. c. *qui vos non dimisit tentari super quod potestis.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc lóc. nil differunt à Vulgata. In Græco sic: Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν. Ms. Alex. pro εἴληφεν, habet ἤλειψεν· al. εἰλήφετο. Borner. cod. καταλάβη, qui etiam infra ἀφήσει, pro ἐάσει· paulòque post, ὑπὲρ ὃ οὐ δύνασθε ὑπενεγκεῖν· mox alter, ἀλλὰ ποιῆσαι.

℣. 14. August. l. 1. contra adversar. leg. tom. 8. col. 569. e. *Propter quod dilectissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Quapropter charissimi, fugite ab idolorum cultura.* Tertul. l. de coro. mil. c. 10. p. 292. a. *fugite idololatriam.* Fulg. frag. 12. contra Fab. p. 593. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ congruunt. Lection. Luxov. *Propter quod charissimi, fugite,* &c. ut in Vulg. Gr. Διόπερ ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

℣. 15. August. l. 1. contra adversar. leg. tom. 8. col. 569. e. *Quasi prudentibus dico, judicate vos quod dico.* Ambrosiaster verò in 1. Cor. *Quasi prudentes vos judicate quod dico.* Sedul. ibid. *Quasi prudentibus loquor.* Fulgent. fragm. 12. contra Fab. p. 593. *Ut prudentibus loquor, vos judicate quod dico.* Lectionar. Luxov. *Ut prudentibus loquor, vos judicate quod dico.* Gr. Ὡς φρονίμοις λέγω· κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι.

℣. 16. Iren. l. 3. c. 18. p. 209. e. *Calix benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis est Christi?* Similiter Aug. l. 1. contra adversar. leg. to. 8. col. 569.

Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
| --- | --- |
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* nonne communicatio sanguinis Christi est? panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini est? | he communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? |
| 17. Quoniam unus panis, * unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane, & de uno calice percipimus. | 17. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus. |
| 18. Videte Israel secundùm carnem: nonne qui manducant sacrificia, participes sunt altaris? | 18. Videte Israel secundùm carnem: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? |
| 19. * Quid ergo? quia simulacro immolatum est aliquid? Non quòd idolum, sit aliquid: | 19. Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum, sit aliquid? |
| 20. sed quæ * sacrificia dæmoniis sacrificant, & non Deo. Nolo vos dæmoniorum socios fieri: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: | 20. Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: |
| 21. non potestis mensæ Domini participare, & mensæ dæmoniorum. | 21. non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. |

* *Mss. Reg.* unus.
* *In Ms. Reg. sic,* Quid ergo? di..... *Græcè* φημί.
* *Mss. Reg.* sacrificant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. *Calix benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi? panis, quem frangimus, nonne communicatio est corporis Domini?* Ambrosiaster in 1. Cor. *Calix benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis Domini est? panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini est?* Beda in eund. loc. *Calix benedictionis, cui bened. nonne communic. sang. Christi est? & panis..... nonne participatio est corporis Christi?* Fulgent. fragm. 12. contra Fab. p. 593. eadem habet quæ in Vulg. eadem quoque ep. 12. ad Ferrand. p. 226. præter *& panes, quos frangimus.* Gr. Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ..... Χριστοῦ ἐστι; τὸν ἄρτον..... οὐχὶ κοινωνία τοῦ..... Χριστοῦ ἐστιν; Mss. quidam, ὁ ἄρτος· & in fine Borner. cod. τοῦ Κυρίου ἐστιν;

℣. 17. Ambrosiaster in 1. Cor. *Quia unus panis, unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane, & de uno calice participamus.* Beda in eund. loc. *Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus:* sicque Scholiastes Hieron. præter *omnes quidem*, pro *omnes, qui.* August. l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. col. 569. e. *Quia unus panis, & unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane participamus.* Ambrosius in Luc. 13. col. 1457. d. *Quia unus panis, unum corpus multi sumus:* & in Luc. 9. col. 1407. a. *Nos omnes unus panis sumus:* sicque iterum in Ps. 43. col. 902. d. & epist. 70. col. 1065. d. Auctor lib. de promiss. p. 3. prom. 15. col. 176. c. addit: *omnes enim de uno pane participamus.* Apud Fulg. ep. 12. ad Ferrand. p. 226. omnia ut in Vulg. In Gr. Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν· al. πάντες μέν. Borner. verò cod. Gr. Lat. post ἄρτου, addit καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ποτηρίου, quod ipsum & à Latinis plerisque mediæ ætatis tractatoribus exponitur, si Millio fides, post Estium.

℣. 18. August. l. 1. contra adversar. leg. to. 8. col. 569. f. *Videte Israel secundùm carnem: nonne qui de sacrificiis manducant, socii sunt altaris?* Adversarius verò legis apud Aug. ibid. col. 569. a. legebat: *Videte Israel carnaliter: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Verùm August. ait *non ita scriptum esse, sed ita: Videte Israel secundùm carnem: nonne qui de sacrificiis manducant, socii sunt altaris?* subinde hæc habet: *Potuit autem accidere, ut secundùm interpretationum varietatem non in rebus, sed in verbis, quod ego dixi* secundùm carnem, *alii codices habeant* carnaliter; *& quod ego dixi*, qui de sacrificiis manducant, *aliqui habeant*, edunt hostias, *quod ipse posuit; & quod ego*, socii sunt altaris, *habeant aliqui, Participes sunt altaris.* Ambrosiast. Sedul. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ concinunt. Græc. Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί;

℣. 19. August. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col, 728. d. *Quid ergo dico? quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd* (Mss. 9. *non quòd*) *idolum, sit aliquid?* Tertul. etiam l. de spectac. c. 13. p. 216. b. *non quòd idolum, sit aliquid*, ut & l. de coro. mil. c. 7. Rursum August. l. 8. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 213. g. *Scimus quia nihil est idolum: sed quæ immolant Gentes*, &c. at l. contra Adim. to. 8. col. 130. d. *Quid ergo dico? quia idolis immolatum est aliquid? aut idolum, est aliquid?* & l. 1. cont. adversar. leg. col. 569. b. cùm adversarius legeret: *Quid ergo? dico quòd idolum, sit aliquid? Sed qui sacrificant, dæmonibus sacrificant:* statim subdit: *Non ita scriptum est, sed ita: Quid ergo? dico quia idolis immolatum est aliquid? aut idolum, est aliquid?* deinde, *Sed quia quæ immolant*, &c. statimque ait: *Potuit autem accidere, ut secundùm interpretationum varietatem, quod ego posui*, Quid ergo? dico quia idolis immolatum est aliquid? *minùs ille posuerit, aut minùs codex ejus habuerit; & ideo tantummodo posuit, Quia idolum, est aliquid?* Ambrosiaster in 1. Cor. legit: *Quid ergo dico? quia simulacro immolatum aliquid est? Non quia simulacrum, est aliquid.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ consonant. Græc. verò sic: Τί οὖν φημι; ὅτι εἴδωλον, τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; Ms. Alex. simpliciter, ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; omissis his, ὅτι εἴδωλον, τί ἐστιν; ἤ. Eadem pariter omittit Epiph. teste Millio; quidam verò Mss. habent, ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἴδωλον, τί ἐστιν; Borner. Gr. Lat. ὅτι εἰδωλόθυτόν ἐστιν τί; Οὐχ ὅτι εἰδωλόθυτον ἐστίν τι.

℣. 20. August. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. d. *Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum:* sic etiam l. 8. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 213. g. & ep. 245. to. 2. col. 873. d. deleto *autem*, post *Nolo*: at l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. *Sed quia quæ immolant, dæmoniis, & non Deo immolant. Nolo vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini participare, & calicem dæmoniorum.* Adversarius legis apud eund. Aug. to. 8. col. 569. b. legebat: *Sed qui sacrificant, dæmonibus sacrificant.* August. verò ibid. hanc lectionem redarguit dicens, *non ita scriptum esse, sed ita: Sed quia quæ immolant, dæmoniis, & non Deo immolant. Nolo vos socios dæmoniorum fieri:* & post plura: *Quod verò sequitur*, inquit, *multùm ad rem pertinet, quia id aliter posuit: ait enim Apostolus:* Sed quia quæ immolant, dæmoniis, & non Deo immolant: *Iste autem dixit:* Sed qui sacrificant, dæmonibus sacrificant. *Quasi omnes, qui sacrificant, non sacrificent nisi dæmonibus. Non enim ait Apostolus* qui sacrificant, *sed* quæ sacrificant; *vel sicut à me positum est*, immolant. Similiter habet Ambrosiaster in 1. Cor. *Sed quæ sacrificant, dæmoniis immolant:* deinde: *Nolo vos participes fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.* Beda in eund. loc. *Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: quia non potestis calicem Domini bibere, &*, &c. Itidem Cypr. ep. 9. ad cler. p. 18. c. & l. de lapsf. p. 185. b. *non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.* Sic etiam Hieron. in Isai. 28. to. 3. col. 240. d. & epist. ad Amand. to. 4. col. 162. f. cui accinit Fulg. fragm. 12. cont. Fab. p. 593. cum Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 193. d. Rursus Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. p. 2. col. 423. b. *nec valemus simul bibere calicem Domini*, &c. ut sup. Græc. Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ Ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι· οὐ δύνασθε, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, Ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσιν· Borner. Ἀλλὰ ἃ θύουσιν, absque seq. τὰ Ἔθνη, quod etiam omittit Epiphan. necnon Tertul. l. de spect. c. 13. & l. de coron. mil. c. 7. si Millio fides.

℣. 21. Cypr. ep. 9. ad cler. p. 18. c. & l. de lapsf. p. 185. b. *non potestis mensâ Domini communicare, & mensâ dæmoniorum.* Itidem Hieron. ep. ad Amand. to. 4. col. 162. f. unà cum Ambrosiastro in 1. Cor. necnon August. l. contra Adim. to. 8. col. 128. d. 130. c. qui tamen pauló infra Aug. legit *participare*, pro *communicare*; non secus ac Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 193. d. Rursus Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. col. 423. b. *non enim possumus mensâ Domini participare*, &c. ut sup. at in Isai. 28. to. 3. col. 240. d. *non potestis mensâ Domini participes esse, & mensâ idolorum.* Similiter August. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. excepta voce ult. *dæmoniorum*; cui concinunt Hilar. in Ps. 68. col. 224. f. Fulg. fragm. 12. cont. Fab. p. 593. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Tertul. verò l. de spectac. c. 13. p. 126. c. *non possemus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum.* Græc. οὐ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. An æmulamur Dominum? Nunquid for-
Sup. 6. tiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non o-
12. mnia expediunt.

23. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.

24. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.

25. Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

Pſalm. 26. Domini eſt terra, & plenitudo ejus.
23. 1. 27. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

28. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis: nolite manducare, propter illum, qui indicavit, & propter conſcientiam:

29. conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia?

30. Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quòd gratias ago?

VERSIO ANTIQUA.

22. Aut æmulamur Dominum? Nunquid for- *Ex Mſſ. Sangerm.*
tiores illo ſumus? Omnia licent, ſed non omnia *& Reg. ſeu Clarom.*
expediunt.

23. Omnia licent, ſed non omnia ædificant.

24. Nemo quod ſuum eſt quærit, ſed quod alterius.

25. Omne, quod in macellum vænit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

26. Domini enim eſt terra, & plenitudo ejus.

27. Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnam, & vultis ire: omne, quod * ponitur ante vos, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

* *Mſ. Reg.* ante vos ponitur.

28. Si quis autem dixerit: Hoc immolaticium eſt: nolite manducare, propter illum, qui nunciavit, propter conſcientiam:

29. conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Ut quid enim libertas mea judicatur ab infideli conſcientia?

30. Si ego gratiâ percipio, quid blaſphemor pro quo ego gratias ago?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*δύναϑε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπ. δαιμονίων.*

℣. 22. Ambroſius in Pſ. 36. col. 780. d. *Nunquid æmulamur Domino?* & in Luc. 13. col. 1455. f. *Omnia nobis licent, ſed non omnia expediunt:* ſicque rurſum l. 3. offic. col. 111. a. deleta voce *nobis*. Auguſt. l. 2. de mor. Manich. col. 728. e. *An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licita ſunt, ſed non omnia expediunt:* itidem l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. niſi quòd abeſt *mihi*, à Mſs. omnib. ſic pariter l. cont. Adim. to. 8. col. 130. e. abſque voce *mihi:* quæ etiam vox non legitur in celebri Luxovienſi Lectionario; cætera verò ibid. ut in Vulg. Ambroſiaſter in 1. Cor. *An æmulamur Dominum Jeſum? Nunquid..... Omnia mihi licent*, &c. ut ſupra. Concinunt Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. detracta voce *Jeſum*. Gr. Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; Μὴ... *Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει·* aliàs deeſt *μοι*.

℣. 23. Similiter habet Tertul. l. de cult. femin. c. 10. p. 267. b. *Omnia licent, ſed non omnia ædificant.* Sic etiam Ambroſ. l. 3. offic. to. 2. col. 111. a. & Beda in 1. Cor. unà cum Lectionario Luxovienſi. Auguſt. verò l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. *Omnia mihi licita ſunt, ſed non omnia ædificant:* ita quoque l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. & l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. abſque *mihi*, ante *licita*. Scholiaſtes Hieron. Sedul. & Ambroſiaſt. in hunc loc. *Omnia mihi licent, ſed*, &c. Græc. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ, &c. aliàs deeſt *μοι*.

℣. 24. Huc redit quod habet Tertul. l. de cult. femin. c. 2. p. 265. a. *Nolite veſtra curare, ſed alterius.* Ambroſ. l. 3. offic. col. 111. a. *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.* Itidem Ambroſiaſt. Scholiaſtes Hieron. & Beda in 1. Cor. Sic etiam Auguſt. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. at l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. *Nemo..... quærat, ſed id, quod alterius eſt:* ſicque rurſus l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. deleto verbo *eſt*. Græc. Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος. Mſs. duo, τὰ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὰ τοῦ, &c. in aliis etiam pluribus deeſt ultima vox ἕκαστος.

℣. 25. Novatian. l. de cib. Jud. p. 1065. c. *Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil requirentes.* Auguſt. l. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. *Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam:* ita rurſum l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 395. e. & l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. cui accinunt Scholiaſtes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. Ambroſiaſter verò in eund. loc. *Omne, quod in macello vænit, edite, nihil interrogantes* (Mſ. 1. *nihil diſcernentes*) *propt. conſc.* Gr. Πᾶν, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον, ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν, &c. Æthiop. delet διὰ τὴν, &c.

℣. 26. Auguſt. l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. ſimiliter habet: *Domini enim eſt terra, & plenit. ejus.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Domini eſt enim terra, & plenit. ejus.* Scholiaſtes Hieron. Sedul. & Beda in eund. loc. *Domini eſt terra, &*, &c. Græc. Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ, &c. Clem. Alex. Τοῦ δὲ, &c.

℣. 27. Auguſt. l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 63. e. *Si quis vos vocaverit ex infidelibus, & volueritis ire: omnia, quæ apponuntur vobis, manducate, nihil interrogantes:* & ita rurſum l. contra Adim. to. 8. col. 130. e. exceptis his ultimis, *nihil dijudicantes propter conſcientiam.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnam, & itis: omne, quod appoſitum vobis fuerit, edite, nihil diſquirentes.* Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. *Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, mand. nihil interrog. propt. conſc.* Gr. Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι· πᾶν, τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν, &c. Mſ. Alex. initio tollit δέ. Borner. verò cod. Gr. Lat. addit εἰς δεῖπνον, poſt ἀπίστων· ſubinde Alex. habet, πάντα, τὰ παρατιθέμενα· Æthiop. autem delet διὰ τὴν συνείδησιν.

℣. 28. Tertul. l. de coro. mil. c. 10. p. 292. a. *Si quis autem dixerit: Hoc idolothytum eſt: non contigeritis.* Auguſt. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. *Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis: nolite manducare, propter illum, qui indicat, & propter conſcientiam:* at l. cont. Adim. to. 8. col. 130. e. *Si quis autem vobis dixerit: Quia hoc immolatitium eſt: nolite manducare, propter illum, qui indicavit, & propt. conſc.* Ambroſiaſt. in 1. Cor. *Si verò aliquis dixerit: Hoc immolatitium eſt: nolite manducare*, &c. ut in Vulg. Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. *Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis: nolite*, &c. ut ſup. In uno Mſ. Floriac. num. 52. *Hoc immolatitium eſt idolis*, &c. Græc. Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ· Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι· μὴ ἐσθίετε, δι' ἐκεῖνον, τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν· τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Borner. cod. Gr. Lat. tollit ὑμῖν, ante εἴπῃ· mox alius habet Τοῦτο ἱερόθυτόν ἐστι· ſubinde in Borner. Gr. Lat. deeſt δι' ἐκεῖνον, τὸν μηνύσαντα, necnon ſeq. καί· ab eodem quoque, ſicut ab aliis pluribus, abſunt τοῦ γὰρ Κυρίου, &c. uſque ad finem verſûs.

℣. 29. Auguſt. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. cum Scholiaſte Hieron. & Beda in 1. Cor. *conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia?* ita rurſum Aug. l. contra Adim. to. 8. col. 130. f. exceptis his: *Quare enim libertas mea judicetur ab alia conſcientia?* Ambroſ. ep. 37. col. 939. e. *Quid enim libertas noſtra judicatur ab infideli conſcientia?* Auct. l. de ſing. cleric. p. 519. f. cum Hieron. ep. ad Ageruchiam, necnon Primaſio: *Ut quid libertas mea judicatur ab infideli conſcientia?* Similiter Sedul. Scot. in 1. Cor. *ab infideli conſc.* qui tamen ibid. alterum quoque admittit, *ab aliena conſc.* Ambroſiaſter in eund. loc. *Ut quid enim libertas mea judicatur ab alia conſcientia?* nec aliter in Lectionario Luxov. Græc. συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. Ἵνα τί γὰρ ἡ..... κρίνεται ὑπὸ ἄλλης, &c. al. ἀλλοτρίας, al. ἀπίστου.

℣. 30. Auguſt. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. *Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro quo gratias ago?* itidem l. contra Adim. to. 8. col. 130. g. præter *ut quid blaſphemor.* Ambroſiaſt. in 1. Cor. *Si ergo gratia particeps ſum, quid blaſphemor pro quo ego gratias ago?* Auctor l. de ſing. cleric. p. 519. a. *Si ergo gratia participo, ut quid blaſphemor pro eo quòd gratias ago?* Beda in hunc loc. *Si ergo cum gratia participo, quid blaſph. pro eo quòd*, &c. Sedulius Scot. *Si ergo gratia participo, quid adhuc blaſph. pro eo quòd*, &c. Lectionarium Luxov. *Si enim ego cum gratia*, &c. ut in Vulg. Græc. Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; Mſs. plu-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

31. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliquid facitis: omnia in gloriam Dei facitis.

32. Sine offensione estote & Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei:

33. sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

VULGATA NOVA.

31. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Col. 3. 17.

32. Sine offensione estote Judæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei:

33. sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

res, Εἰ ἐγὼ, absque δὲ· al. Εἰ γάρ.

℣. 31. Hilar. in Ps. 1. n. 7. col. 20. *Omnia quacunque facitis, in gloriam Dei facite: sive cùm manducatis, sive cùm bibitis, sive cùm aliud agitis.* August. l. contra Adim. to. 8. col. 130. g. *Sive igitur manducatis, sive bibitis, sive quodcunque facitis: omnia in gloriam Dei facite:* ita rursum l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. præter *sive aliud quid facitis.* Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. quibus accensendus Ambros. in Luc. 2. col. 1309. e. nisi quòd post *facite*, addat *in nomine Dom. n. J. C.* ex Coloss. 3. 17. Item Gaud. Brix. ser. 8. p. 954. c. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid facitis: omnia in nomine Dom. n. J. C. qui vos vocavit ad gratiam, faciatis.* Ambrosiast. in hunc loc. *Sive igitur editis, sive bibitis, sive quid facitis: omnia in gloriam Dei.* Lectionarium Luxov. *Sive ergo manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloria Dei facite.* Græc. Εἴτε οὖν ἐσθίετε... εἴτε τι ποιεῖτε· πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.

℣. 32. Hilar. in Ps. 52. col. 90. c. *Sine offensione estote Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei.* Similiter August. l. de op. Mon. to. 6. col. 485. f. & l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. e. unà cum Ambrosiastro in 1. Cor. Scholiastes verò Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. Vulgatæ consonant. Græc. Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ, &c.

℣. 33. Huc redeunt quæ Tertul. l. de idol. c. 14. p. 243. b. dicit: *Omnibus placere curemus, quemadmodum ego, inquit* (Apost.) *omnibus per omnia placeo.* Similiter Aug. ep. 231. to. 2. col. 840. b. *Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant:* ita rursum l. de bono viduit. to. 6. col. 385. b. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 201. f. sic etiam l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. f. nisi quòd eo loci deest *Placete omnibus per omnia.* Cypr. ep. 52. p. 70. c. cum S. Pacian. ep. 2. p. 308. e. *omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est* (S. Pac. *sit*,) *sed quod multis, ut salventur.* Cypriano concinit Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 229. f. præmissis his, *sicut & ego.* Hilar. in Ps. 52. col. 90. c. *sicuti & ego omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile sit, sed quod multorum est, ut salventur:* & in Ps. 61. col. 148. c. alludens dicit: *sic & Paulus placens omnia in omnibus, neque Judæis, neque Græcis, neque Ecclesiæ scandalum est.* Ambrosiaster in 1. Cor. *sicut ego omnibus per omnia placeo, non quærens,* &c. Sedul. Scot. in eund. loc. *sicut & ego omnibus placeo per omnia*, &c. ut in Vulg. cui Scholiastes Hieron. & Beda concinunt ad verbum. Gr. καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. Borner. cod. Gr. Lat. habet, πᾶσιν κατὰ πάντα ἀρέσκω.

# CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

2. Laudo autem vos fratres, quòd omnia mea memoriâ tenetis: & * sicut tradidi vobis, traditionem meam tenetis.

* Ms. Reg. sicut ubique tradidi.

3. Volo autem vos scire, quia omnis viri caput * Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.

* Ms. Reg. Christi est.

4. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans, vel prophetizans non velato capite, deturpat caput suum: unum est enim & ipsum atque decalvata sit.

VULGATA NOVA.

1. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

2. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

3. Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. Ephes. 5. 23.

4. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum: unum enim est ac si decalvetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita legunt Cypr. ep. 52. p. 70. c. Auctor l. de laud. mart. p. 352. a. vel 432. Ambrosius in Ps. 118. col. 1088. f. & epist. 2. col. 760. f. August. l. 2. de mor. Manich. to. 1. col. 728. f. & Epiphan. comment. in 8. 13. Cantici Cantic. quibus accedunt Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in 1. Cor. In Græco sic: Μιμηταί μου γίνεσθε, &c. ut supra.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *Laudo autem vos fratres, quòd omnia mea memoriâ retinetis: & quomodo ubique trado, traditiones meas tenetis.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ accinunt. In Gr. Ἐπαινῶ δὲ... ὅτι πάντα μου μέμνησθε· καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. Borner. cod. Gr. Lat. addit πανταχοῦ, ad καθὼς, & μου, ad παραδόσεις.

℣. 3. Tertul. l. de coron. mil. c. 14. p. 293. c. *viri caput Christus est:* & l. 5. contra Marc. p. 789. c. *caput viri Christus est:* & l. de veland. virg. c. 7. p. 311. c. *caput mulieris vir est:* & l. contra Prax. p. 850. c. *caput enim Christi, Deus.* Hilar. in Ps. 132. col. 463. a. *caput viri Christus est.* Ambros. l. 2. de Jac. c. 11. col. 476. a. & l. 2. de Spir. S. col. 637. a. *quia caput viri Christus est:* & l. de bened. Patr. c. 11. col. 528. c. *caput enim mulieris, vir: caput viri, Christus:* & l. de Elia, & jejun. c. 10. col. 546. e. necnon in Ps. 118. col. 1159. e. *caput mulieris, vir: caput autem viri, Christus:* & in Luc. 7. & 9. col. 1387. d. 1419. a. *caput autem Christi Deus est:* item l. 4. de fide, col. 526. b. *omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput autem Christi, Deus:* denuum epist. 45. col. 982. f. *caput autem nostrum Christus est.* August. l. de vera relig. to. 1. col. 762. f. *caput mulieris, vir: caput viri, Christus: caput autem Christi, Deus:* & tract. 15. in Joh. to. 3. col. 413. c. *caput enim mulieris, vir: caput autem viri, Christus.* Hieron. epist. ad Cypr. presb. to. 2. col. 694. c. *Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus sit: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Volo vos scire, quia omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput autem Christi, Deus.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 210. b. (*Pater*) *caput Christi: Christus autem, viri: vir autem caput est mulieris.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. nil differunt à Vulgata, nec aliter in Græco est: Mss. tamen duo tollunt δὲ; post Θέλω; Clem. Alex. Θέλω γάρ.

℣. 4. Sic habent Scholiastes Hieron. Ambrosiast. Sedul. & Beda in hunc loc. August. verò l. de op. Mon. to. 6. col. 501. d. *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, confundit caput suum.* Tertul. quoque l. de coron. mil. c. 14. p. 293. c. ait, *viri caput ne velamento quidem obnoxium esse.* Gr. Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος, ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν, &c. Ms. 1. habet, κάλυμμα κατὰ κεφαλῆς ἔχων.

℣. 5. Ambrosiaster in 1. Cor. *Omnis autem mulier orans, & prophetans non velato capite, confundit caput suum: unum est enim atque idipsum ut decalvetur.* Scholiastes Hieron. Sedul. ac Beda in eund. loc. Vulgatæ accinunt. Tertul. l. de coro. mil. c. 14. p. 293. c. ait, *obnoxium esse velamento caput feminæ.* In Græco sic: Πᾶσα δὲ γυνὴ..... ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς· ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.

7. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. *Genes. 1. 26.*

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. *Genes. 2. 23.*

10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

11. Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.

12. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:

15. mulier verò si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?

16. Si quis autem videtur contentiosus esse:

VERSIO ANTIQUA.

6. Si enim non velatur mulier, & tondeatur. Quòd si turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromi.*

7. Vir enim non debet velare caput, cùm imago, & gloria Dei sit: mulier autem gloria viri est.

8. Non enim est vir de muliere, sed mulier propter virum.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Propter hoc debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

11. Veruntamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere, in Domino.

12. Nam sicut mulier ex viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quia vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:

15. mulier si comam nutriat, gloria est illi: quia coma pro velamine est?

16. Si quis autem videtur contentiosus esse:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Hieron. in Ezech. 44. col. 1030. f. *Si enim non velatur mulier, attondeatur. Sin autem turpe est mulieri tonderi, aut radi, operiatur.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si autem non velatur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi, aut decalvari; velet caput.* Tertul. lib. de vel. virg. c. 7. p. 311. ait: *Si mulieri turpe est radi, sive tonderi, utique & virgini:* hunc etiam vide infra, c. 8. p. 312. b. & l. de cultu fem. c. 7. p. 266. b. In Græco sic: *Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.* In Ms. 1. deest καὶ, ante κειράσθω· sed habetur in Latinis plurimis.

℣. 7. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 789. c. *Vir enim non debet velare caput; cùm sit Dei imago:* & l. de vel. virg. c. 8. p. 312. b. *Ne vir caput velet: scilicet quia gloria, & imago Dei sit; quia caput ejus Christus:* & sup. c. 7. p. 311. *gloria viri est mulier.* Hieron. in Ezech. 44. col. 1030. f. *Vir enim non debet operire caput, cùm sit imago, & gloria Dei: mulier autem gloria viri est.* August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 682. c. *Vir quidem non debet velare caput, cùm sit imago, & gloria Dei: mulier autem gloria viri est:* ita rursum l. contra Adim. to. 8. col. 116. f. detracto ultimo *est*; ut & l. de op. Mon. to. 6. col. 501. d. 502. d. usque ad vocem *mulier.* Itidem Ambrosiaster in Coloss. 3. 12. at in 1. Cor. 11. 7. *Vir enim non debet velare caput, cùm sit imago, & gloria Dei: mulier autem gloria viri est.* Auctor l. de quæst. Vet. T. q. 21. col. 49. g. *Vir quidem non debet velare caput, cùm sit imago, & gloria Dei: mulier autem velet caput..... quia non est imago Dei:* & quæst. 106. ex utroque T. col. 103. e. ait: *Vir quidem non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est: mulier autem ideo velat, quia non est gloria, aut imago Dei.* Sedulius Scot. in 1. Cor. *Vir non debet velamen habere, quoniam imago est, & gloria Dei.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nil differunt à Vulgata. In Græco sic: *Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν, καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν.*

℣. 8. Tertul. l. de veland. virg. c. 7. pp. 311. 312. *Mulier ex viro, & propter virum:* & l. 5. contra Marc. p. 789. c. *ex viro, & propter virum facta est.* August. l. 2. de de Gen. to. 1. col. 682. c. *Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro.* Concinunt Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nec aliter in Græco est.

℣. 9. Eadem ferunt August. l. 2. de Gen. tom. 1. col. 682. c. Scholiastes Hieron. Ambrosiast. & Beda in 1. Cor. quibus etiam favet Græcum.

℣. 10. Irenæus l. 1. c. 7. p. 37. e. ait, *oportere mulierem velamen habere in capite propter Angelos.* Similiter Hier. in Ezech. 44. col. 1030. f. *Mulier debet velamen habere super caput propter Angelos.* Item August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 682. c. *Propterea debet habere velamen mulier super caput propter Angelos.* Beda in 1. Cor. *Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter Angelos.* Itidem Scholiastes Hieron. in eund. loc. sed addit, *velamen signum potestatis* declarari ab Apost. Tertul. l. de coron. mil. c. 14. p. 293. c. eodem sensu ait, *nudo capite videri non debere propter Angelos:* & l. de vel. virg. c. 7. p. 312. necnon l. 5. contra Marc. p. 789. c. *Mulier potestatem habere super caput debet..... propter Angelos.* Ambrosiaster in hunc loc. *Propterea debet mulier potestatem habere supra caput, etiam propter Angelos.* In Græco etiam legitur: *Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς,* &c. ut sup. aliàs *περιβόλαιον ἔχειν·* Iren. loco cit. *κάλυμμα.*

℣. 11. Similiter Auctor l. de sing. cleric. p. 522. c. *Veruntamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere, in Domino.* Itidem Aug. l. 2. de Gen. to. 1. col. 682. d. cum Ambrosiastro in 1. Cor. Scholiastes verò Hieron. Sedul. & Beda in eund. locum: *Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier,* &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco est; sed Mss. plures mutant verborum ordinem ut sup.

℣. 12. August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 682. d. *Sicut enim mulier ex viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.* Hieron. l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 432. f. *Mulier enim ex viro, vir verò per mulierem.* Scholiastes Hieron. Ambrosiast. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ suffragantur; Græcum Augustino.

℣. 13. Sic habent Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Sic etiam Ambrosiaster in eund. loc. præter *decet ne mulierem.* Ambrof. l. 1. offic. to. 2. col. 59. e. *Ait Apostolus quasi interrogans: Decet mulierem non velatam orare Deum?* sicque rursum ep. 69. col. 1062. c. In Græco sic: *Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε· πρέπον ἐστὶ γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι;* al. *ὑμεῖς αὐτοὶ κρίνατε.*

℣. 14. Tertul. l. de coron. mil. c. 5. p. 290. a. *Nec natura vos docet.* Ambrof. l. 1. offic. tom. 2. col. 59. e. *Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam habeat, ignominia est illi?* ita rursum ep. 69. col. 1062. c. præter verbum *nutriat*, pro *habeat*: at l. de Noe & arca, c. 7. to. 1. col. 235. f. *Nam ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignom. est illi:* & ep. 31. col. 916. e. *quoniam si vir comam nutriat,* &c. Ambrosiaster in 1. Cor. *Nec ipsa natura docet vos; quia vir quidem si comam habuerit; ignom. est illi?* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. *Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat;* &c. ut sup. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 501. d. *vir quidem si comatus sit, ignominia est illi.* Damas. epist. 8. to. 1. col. 535. c. *vir autem si comam nutriat, ignominia est illi.* Græc. *Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστί;* Mss. quidam initio tollunt Ἢ.

℣. 15. Tertul. l. de vel. virg. c. 7. p. 312. a. huc alludens dicit, *quòd honor sit mulieris redundantia capillorum: quia coma pro operimento est:* & l. de coron. mil. c. 5. p. 290. a. *pro velamine.* Ambrof. l. de Noe & arca, c. 7. col. 235. f. necnon l. 1. offic. col. 59. f. *mulier verò si capillos habeat, gloria est illi?* sic etiam ep. 69. col. 1062. c. ubi addit: *quoniam quidem capilli pro velamine ei dati sunt?* Ambrosiaster in 1. Cor. *mulier autem si comam habuerit, gloria est illi: quoniam coma pro velamine data est ei?* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nil differunt à Vulg. Epiphan. comment. in 7. 5. Cantici Cantic. *mulier si comam nutriat, gloria ejus est.* In Græco: *γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν· ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ;* A Mss. pluribus deest *αὐτῇ*, post *δέδοται.*

℣. 16. Tertul. l. de vel. virg. c. 8. cum Ambr. l. 5. de fide, col. 551. f. *Si quis contentiosus est: nos talem con-*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.

17. * Hoc autem præcipiens, non laudo, quòd non in melius, sed in deterius convenitis.

* Ms. Reg. Hoc autem præcipio: non laudans.

18. Primùm quidem convenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras esse inter vos, & ex parte * aliqua credo.

* In Ms. Reg. deest aliqua.

19. Oportet enim * & hæreses esse, ut & probati manifesti fiant inter vos.

* In Ms. Reg. deest &.

20. Convenientibus vobis in unum, non Dominicam cœnam manducare.

21. Unusquisque enim suam cœnam præsumit * ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

* Ms. Reg. in manducando.

22. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis non habentes? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

23. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, * quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,

* Ms. Reg. quia.

24. & gratias cùm egisset, fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem.

## VULGATA NOVA.

nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

17. Hoc autem præcipio: non laudans, quòd non in melius, sed in deterius convenitis.

18. Primùm quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.

19. Nam oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

20. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare.

21. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

22. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

23. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,

24. & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 17.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*suetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Rursum Tertul. l. de pudic. p. 1007. c. *Si quis contentiosus videtur: nos talem consuetud. non habemus, neque Ecclesia Domini.* Cypr. ep. 73. p. 137. c. *Si quis autem putatur contentiosus esse: nos talem consuetud. non habemus, neque Ecclesia Dei.* S. Paulin. ep. 5. p. 26. c. *Si quis enim vult contentiosus esse: hoc nostra consuetudo non recipit.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 501. a. *Si quis vult contentiosus esse: nos talem consuetud. non habemus, neque Ecclesia Dei.* S. Pacian. ep. 1. & 2. pp. 305. h. 308. e. *Si quis autem videtur contentiosus esse*, &c. ut in Vulg. cui concinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. Græc. Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι· ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν... οὐδὲ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ· al. ἡ Ἐκκλησία· Mss. tamen aliqui, *Ecclesiæ.*

℣. 17. Sedul. Scot. in 1. Cor. *Hoc autem præcipiens, non laudo*, &c. August. verò, Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. *Hoc autem præcipio: non laudans*, &c. ut in textu. Auctor l. ad Novatian. p. 437. vel 439. b. *quia non in melius, sed in pejus venistis.* Græc. Τοῦτο δὲ παραγγέλλων, οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον, &c. Mss. plures, Τοῦτο δὲ παραγγέλλω· οὐκ ἐπαινῶν· deinde Reg. sic: ὅτι εἰς τι πλεῖον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἧσσον, &c.

℣. 18. Ambrosiaster in 1. Cor. *Primùm enim convenientibus vobis in Ecclesiam, audio dissensiones esse, & partim credo.* Beda in eund. loc. *Primùm quidem convenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras esse, & ex parte credo.* Scholiastes Hieron. Vulgatæ consonat. Gr. Πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν, καὶ μέρος τι πιστεύω.

℣. 19. Tertul. l. de præscr. c. 30. p. 336. c. *Oportebat enim hæreses esse*: & sup. c. 4. p. 331. a. *Et ideo hæreses quoque oportebat esse, ut probabiles quique manifestarentur.* Cypr. l. de unit. Eccles. p. 197. b. & l. 3. Testim. p. 326. b. *Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti sint in vobis.* Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. col. 438. c. *Oportet enim & hæreses in vobis esse, ut probati quique manifesti fiant.* August. l. 2. de Gen. tom. 1. col. 681. b. *Oportet etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos*: sic etiam in Ps. 7. to. 4. col. 37. c. præter hæc prima, *Oportet enim &*: l. verò de vera relig. to. 1. col. 753. c. *Oportet multas hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos*: itidem l. 1. de Gen. to. 1. col. 645. c. & l. de mor. Eccl. col. 698. f. ex Mss. plerisque. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 12. col. 100. d. & p. 2. c. 6. col. 130. d. *Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis.* Cœlestin. ep. 13. to. 1. col. 1118. b. *Oportet etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 724. g. *Oportet hæreses esse, ut probati manifestentur.* Ennodius Ticin. diction. apud Sirm. to. 1. col. 1743. c. *Oportet esse certamina, ut probati manifesti fiant.* Auctor l. de xl. mans. ap. Ambr. col. 15. f. *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Ambrosiast. cum Sedul. in 1. Cor. *Oportet enim & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. ut in Vulg. In Gr. sic: Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. In Mss. pluribus deest ἐν ὑμῖν, post αἱρέσεις.

℣. 20. August. ep. 29. to. 2. col. 50. b. *Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam celebrare.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Convenientibus igitur vobis in unum, jam non est Dominic. cœnam manducare.* Accinunt Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nec aliter in Græco, detracta vocula *jam*. Borner. tamen cod. Græc. habet οὐκ ἔτι, pro οὐκ ἔστι, quod in aliis scribitur; & Lat. *jam non*, absque seq. *est*. Reg. etiam initio tollit οὖν, *ergo*, cum Sangerm. Clem. Alex. & Chrysost.

℣. 21. Eodem modo legit Scholiastes Hieron. in 1. Cor. Ambrosiaster verò in eund. loc. sic: *Unusquisque enim vestrûm propriam cœnam præsumit in manducando. Et alius quidem esurit, & alius ebrius est.* Beda ibid. *Unusquisque enim suam præoccupat cœnam ad manducandum*, &c. ut in Vulg. August. ep. 29. to. 2. col. 50. b. *Unusquisque enim suam cœnam præsumit in manducando. Et alius quidem esurit, alius ebrius est manducando, & bibendo.* Gr. Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. Καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Al. ἐπὶ τῷ φαγεῖν. Καὶ ὅς, &c.

℣. 22. August. ep. 29. to. 2. col. 50. b. post hæc verba, *alius ebrius est manducando, & bibendo;* mox addit prætermissis intermediis, *an Ecclesiam Dei contemnitis?* sed hæc infra restituit, ubi ait: *Apostolus non dixit: Nunquid domos non habetis ad inebriandos vos? sed, ad manducandum, & bibendum?* Ambrosiaster in 1. Cor. *Nunquid domos non habetis ad edendum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis non habentes? Quid dicam vobis? Laudo vos?* &c. ut sup. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nil discrepant à Vulg. cui etiam favet Auct. l. ad Novatian. p. 437. vel 439. b. ab his, *Quid dicam vobis?* Græc. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν.... ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ..... καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί ὑμῖν εἴπω; Ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. Reg. Lat. habet *Ecclesiam Christi*, non item Græc. si Millio fides.

℣. 23. Eadem exhibent Scholiastes Hieron. & Ambrosiaster in 1. Cor. quæ textus Sangerm. Beda verò in eund. loc. sic: *Ego autem accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus noster J. C. in qua nocte tradebatur, accepit panem.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 18. col. 177. d. *Dominus Jesus ea nocte, qua tradebatur, accepit panem.* Itidem Cypr. ep. 63. p. 107. a. præter *in qua nocte.* Græc. ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ, &c. ut sup. al. ἐν ᾗ νυκτί. Ms. 1. habet initio, Ἐγὼ δὲ, pro Ἐγὼ γάρ· subinde plures, Ἰησοῦς Χριστός.

℣. 24. Cypr. ep. 63. p. 107. a. *& gratias egit, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.* Beda in 1. Cor. *& gratias agens fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam*, &c. Ambrosiast. in eund. loc. *& gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est c. m. quod pro vobis frangitur: hoc facite*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

25. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem.

26. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

Joan. 6. 59. 27. Itaque quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

2. Cor. 13. 5. 28. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

29. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini.

30. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

31. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.

32. Dum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

### VERSIO ANTIQUA.

25. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix, novum testamentum est in meo sanguine: hoc * facite quotiescunque * bibitis, in meam commemorationem.

26. Quotienscunque enim manducabitis panem hunc, & calicem * bibetis: mortem Domini * adnuntiabitis donec veniat.

27. Itaque quicunque manducaverit * panem, aut biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

28. Probet autem seipsum homo: & sic de pane manducet, & de calice bibat.

29. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit: non discernens corpus Domini.

30. Propterea inter vos multi infirmi & ægri, & dormiunt multi.

31. Quòd si * nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur.

* 32. Dum judicamur autem, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. S. Germ. facit.

* Ms. Reg. bibetis.

* Ms. Reg. bibitis.

* Ms. Reg. adnuntiatis.

* Ms. Reg. panem hunc, vel.

* Ms. Reg. nosmetipsos dijudicaremus.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in mei commemorationem.* Sedul. *& dixit: Accipite: hoc est corpus meum:* paulòque post: *hoc facite in meam commem.* Gr. καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Mss. plures Græci omittunt Λάβετε, φάγετε, sicut & Lat. Constantiensis, teste Erasmo: subinde Alex. tollit κλώμενον, pro quo habent quidam θρυπτόμενον, teste Grotio. Reg. Lat. *quod pro vobis frangitur*, si Millio fides: al. παραδοθησόμενον.

℣. 25. Cypr. ep. 63. p. 107. a. *Simili modo & calicem, postquam cœnatum est, accepit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque biberitis, in meam commemor.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Simili modo & calicem, postquam cœnatum est, dicens: Hoc poculum novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque bibetis, in mei commemorationem.* Sedul. Scot. in eund. loc. *Hic est calix novi testamenti in meo sanguine.* Scholiastes verò Hieron. & Beda cum Vulgata concinunt. Gr. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν..... τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν, &c.

℣. 26. Eadem referunt Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Cypr. verò ep. 63. p. 107. a. *Quotiescunque enim ederitis panem istum, & calicem biberitis: mortem Domini annuntiabitis quoadusque veniat:* ita rursum infra, p. 109. c. repetita voce *istum*, post *calicem.* Ambrosiaster in hunc loc. *Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & de poculo biberitis: mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Huc etiam redeunt quæ Ambros. l. 4. de sacram. col. 372. c. dicit: *Quotiescunque hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis donec iterum adveniam:* & infra: *Quotiescunque accipimus, mortem Domini annuntiamus.* Zeno Veron. hæc pauca refert: *annuntiabitis mortem Domini donec veniat.* Græc. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε· τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Mss. plures delent τοῦτο, post ποτήριον.

℣. 27. Textui Sangerm. concinit Augustinus tract. 62. in Joh. to. 3. p. 2. col. 668. e. sublato tamen *Itaque*, in principio. Cyprianus epist. 9. & 10. pp. 19. a. 20. b. *Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini:* ita rursum ep. 75. p. 149. c. & l. de laps. p. 185. b. & l. 3. Testim. p. 326. c. præter *Quicunque ederit.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 316. e. *Quicunque manducaverit, aut biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sang. Domini.* Hieronym. l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 218. b. *Qui enim indignè manducaverit, & biberit: reus erit violati corporis, & sanguinis Christi.* Chromat. Aquil. p. 987. c. *Qui manducat panem Domini indignè, & calicem bibit: reus erit corporis, & sanguinis Domini.* Beda in 1. Cor. *Itaque quicunque munducaverit panem, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit*, &c. ut sup. Itidem Scholiastes Hieron. præter hæc, *panem hunc, & biberit.* Ambrosiaster in eundem loc. *Itaque quicunque ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè Domino: reus erit corporis, & sanguinis Domini:* mox addit: *Indignum dicit esse Domino*, &c. Græcum Vulgatæ accinit; sed Mss. plures delent τοῦτον, post *panem;* & quidam statim ponunt καὶ, pro ἢ· alii plurimi addunt τοῦ Κυρίου, voci *indignè;* quibus favent Basil. Œcum. & August. non semel, si Millio fides.

℣. 28. Augustinus l. contra Adim. tom. 8. col. 138. c. *Probet autem se homo: & sic de pane edat, & de calice bibat.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Probet autem se homo: & sic de pane illo edat, & de poculo bibat.* Chromat. Aquil. p. 987. c. *Probet autem seipsum homo: & sic de pane Domini manducet, & de calice bibat.* Gaudentius Brix. ser. 2. p. 947. d. *Propter quod probet se homo: & sic de isto pane manducet, & de calice bibat.* Hieronymus in Ezech. 43. col. 1614. d. *Probet autem se homo: & sic accedat ad corpus, & sanguinem Domini.* Epiphanius in Cantici Cant. 7. 9. *Probet semetipsum homo priùs: & sic de pane edat, & de calice bibat.* Græcum Vulgatæ consonat, deleto *illo*, ante *edat.*

℣. 29. Ambrosiaster in 1. Cor. *Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibiipsi manducat, & bibit: non discernens corpus Domini.* Hilarius in Psal. 127. col. 425. e. *Quem qui indignè acceperit, judicium sibi acquirit.* Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 102. col. 98. b. *Qui indignè sumit, gladium sibi sumit.* Cassiodorus in Ps. 33. p. 110. b. *Quicunque manducaverit panem, aut biberit calicem Domini indignè, judicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini. Probet autem seipsum*, &c. Vulgatæ concinunt Augustinus l. contra Adim. to. 8. col. 138. c. & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 32. c. S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 316. e. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. unà cum Maxim. Taurin. p. 17. h. quibus etiam Græcum favet. Rursus Augustinus tract. 6. in Joh. to. 3. col. 336. f. *Qui autem manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit.*

℣. 30. Augustinus tract. 22. in Joh. to. 3. col. 467. b. *Propterea multi in vobis infirmi & ægroti dormiunt sufficienter;* sicque ex omnibus Mss. at l. contra Adim. to. 8. col. 138. c. *Propterea in vobis multi infirmi & ægri, & dormiunt sufficientes.* Hieronymus in Ezech. 34. col. 944. b. *Multi inter vos infirmi & ægrotantes.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 316. e. *Propterea inter vos multi infirmi & ægri, & dormiunt multi.* Itidem Sedulius in 1. Cor. excepta voce prima *Ideo.* Ambrosiaster in eundem loc. *Ideo multi in vobis invalidi & ægroti, & dormiunt multi.* Beda in eundem loc. *Ideo autem inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Gr. Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.

℣. 31. Augustinus tract. 22. in Joh. tom. 3. col. 467. b. & l. Enchirid. to. 6. col. 221. c. & l. de cura pro mort. col. 521. e. *Si enim nos ipsos judicaremus, à Domino non judicaremur:* ita rursum l. de contin. to. 6. col. 313. b. præter verbum *dijudicaremus:* & l. contra Adim. to. 8. col. 138. c. *Si autem nos ipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 316. e. *Quòd si nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur.* Scholiastes Hieron. in 1. Cor. *Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur.* Ambrosiaster in eundem loc. *Quòd si nosmetipsos discerneremus, non utique judicaremur.* Gr. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Mss. plures, Εἰ δὲ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, al. ἐκρίνομεν.

℣. 32. Augustinus tract. 22. in Joh. to. 3. col. 467. c. & l. Enchirid. to. 6. col. 221. c. necnon l. de contin. col. 313. b. *Cùm judicamur autem, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur:* itidem l. de cura pro mort. to. 6. col. 521. e. & l. contra Adim. to. 8. col. 138. c. deleto *hoc*, ante *mundo.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 316. e.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** In Ms. Reg. deest mei.*

33. Itaque fratres * mei, convenientes ad manducandum, invicem exspectate.

34. Si quis esurit, domi manducet: ut non ad judicium conveniatis. Cætera autem, cùm venero, ordinabo.

### VULGATA NOVA.

33. Itaque fratres mei, cùm convenitis ad manducandum, invicem exspectate.

34. Si quis esurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cùm venero, disponam.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum Beda in 1. Cor. *Cùm judicamur autem, à Dom. corrip. ut non cum hoc m. damnemur.* Sedulius Scotus in eundem loc. *Dum autem judicamur, à Domino, id est, per aliquam præsentem infirmitatem, corripimur.* Gaudent. Brix. serm. 8. p. 945. a. *Cùm judicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Ambrosiaster, & Scholiastes Hieron. in hunc loc. Vulgatæ suffragantur. Gr. Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ Κυρίȣ παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Bornerius codex Græc. Lat. habet, τῷ κόσμῳ τȣ́τῳ.

℣. 33. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. c. *Cùm convenitis ad manducandum, invicem exspectate.* Augustinus ep. 55. to. 2. col. 127. b. *Propter hoc fratres, cùm convenitis ad manducandum, invicem exspectate.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Itaque fratres, cùm convenitis ad,* &c. ut supra. Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Itaque fratres mei, cùm convenitis ad,* &c. Gr. Ὥστε ἀδελφοί μȣ, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, &c. ut sup.

℣. 34. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. c. *Si quis esurit, domi manducet: ut non ad judicium conveniatis.* Itidem Augustinus ep. 55. to. 2. col. 127. b. qui addit: *Cætera autem, cùm venero, ordinabo.* Beda in 1. Cor. *Si quis autem esurit, domi manducet: ut non in judicium conv. Cætera autem, cùm ven. disponam:* cui accinunt Ambrosiaster, & Scholiastes Hieron. detracto *autem*, ante *esurit*. In Gr. Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, &c. ut in Vulg. Mss. plures initio delent δέ.

---

# CAPUT XII.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** In Ms. Reg. deest sunt.*

1. De spiritalibus autem nolo vos ignorare fratres.

2. Scitis quoniam Gentes eratis idolorum sine voce, euntes prout ducebamini.

3. Propter quod notum vobis facio, quia nemo in Spiritu Dei dicit anathema Jesum. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.

4. Divisiones autem donationum * sunt, idem autem Spiritus:

### VULGATA NOVA.

1. De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres.

2. Scitis quoniam cùm Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes.

3. Ideo notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. *Marc. 9. 38.*

4. Divisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui concinunt Augustinus l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. b. Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 308. b. & Ambrosiaster in 1. Cor. quibus accensendi Scholiastes Hieron. & Sedulius Scotus in eundem loc. nisi quòd scribant *spiritualibus*. Beda ibid. *De spiritalibus nolo vos ignorare fratres.* Gr. Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν ἀδελφοὶ, ȣ̓ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. In Borner. cod. Gr. Lat. ponitur ἀδελφοὶ, post ἀγνοεῖν.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *Scitis quia Gentes eratis simulacrorum forma, euntes prout ducebamini.* Augustinus in Ps. 66. to. 4. col. 653. a. & l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. b. *Scitis quando Gentes eratis, ad simulacra sine voce quomodo ascendebatis inducti.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 308. b. *Scitis quia quando Gentes eratis, ad idola muta quomodocunque ducebamini addicti.* Scholiastes Hieron. in hunc loc. *Scitis autem quoniam cùm Gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Itidem Beda in eundem, præter *Scimus quoniam.* Græc. Οἴδατε ὅτι Ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι. Mss. plures ferunt, Οἴδατε ὅτι ὅτε Ἔθνη ἦτε· subinde Borner. cod. Græc. habet εἴδωλα τὰ ἄμορφα, & Lat. *simulacrorum formationes;* mox alii, ὡς ἀνήγεσθε· al. πῶς ἀπήγεσθε· deinde quidam, ἀναγόμενοι. Vide plura apud Millium, not. in hunc ℣.

℣. 3. Novatianus l. de Trin. p. 1052. a. habet: *in hoc Spiritu positus, nemo unquam dicit anathema Jesum.* Hilarius l. 1. & 8. de Trin. col. 806. b. 963. c. *Propter quod notum facio vobis, quia nemo in Spiritu Dei dicit anathema Jesum,* al. *Jesu:* & paulò infra, necnon col. 968. a. addit: *Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Rufinus l. 1. de bened. Patr. p. 2. b. *Nemo dicit Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu sancto.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1053. e. *Nemo dicit Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto:* similiter in Luc. 2. & 17. col. 1286. e. 1485. d. & l. 2. & 3. de Spir. S. col. 626. a. 648. b. 699. c. at supra, col. 679. e. *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto:* item col. 612. b. *nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.* Itidem Tichonius reg. 6. p. 63. e. *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spir. S.* infra, *Dominus J. C.* paulò verò post: *Nemo potest dicere Dominum Jesum,* &c. Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. e. *Propter quod notum vobis facio, quòd nullus in Spiritu Dei dicit anathema Jesu.* Augustinus l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. b. *Propter quod notum facio vobis, quia nemo in Sp. Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu S.* ita rursum l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 234. e. 235. a. præter hæc, *Dominum Jesum, nisi:* at in Rom. 1. ibid. col. 940. d. *Nemo dicit, Dominus Jesus, nisi in Spir. S.* Avitus Vien. ap. Sirm. to. 2. col. 159. b. *Nemo honorat Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Gaudentius Brix. ser. 9. p. 958. b. *Nemo confitetur Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu sancto.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. p. 308. b. *Quapropter notum facio vobis, quia nemo in Spiritu Dei dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu S.* Sedulius Scotus in 1. Cor. *nemo in Spiritu dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Sp. S.* Ambrosiaster in eundem loc. *Propter quod notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spir. S.* Similiter habet Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. & 24. p. 5. f. 15. f. & l. 2. c. 7. p. 21. f. præter vocem *Ideo*, loco *Propter quod.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. necnon Auctor ep. ad Demetriad. p. 44. a. Vulgatæ respondent ad verbum. In Græco sic: Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι ȣ̓δεὶς ἐν Πνεύματι Θεȣ͂ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησȣ͂ν. Καὶ ȣ̓δεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησȣ͂ν, &c. ut sup. In Borner. cod. Gr. Lat. deest λαλῶν· subinde quidam ponunt Ἰησȣ͂ς, post ἀνάθεμα· paulòque post horum duo cum aliis, Κύριος Ἰησȣ͂ς.

℣. 4. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. *Divisiones gratiarum sunt:* & l. 4. c. 20. p. 255. a. *Divisiones autem charismatum sunt, idem autem Spiritus.* Hilarius l. 2. de Trinit. col. 806. b. *Divisiones autem donationum sunt, idem autem Spiritus:* & l. 8. col. 964. a. 966. a. 967. a. *Divisiones autem donorum sunt, idem autem Spiritus est.* Tichonius reg. 6. p. 63. f. *Divisiones autem sunt charismatum, idem verò Spiritus.* Augustinus ep. 187. to. 2. col. 684. d. & lib. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. b. *Divisiones autem donationum sunt, idem autem Spiritus:* & tract. 74. in Joh. to. 3. col. 692. d. *Nam divisiones donationum sunt,* &c. Similiter habent Victor Vit. l. 3. de perf. Afr. pp. 42. a. 115. c. Cerealis l. contra Maximin. c. 11. p. 673. d. & Vigilius Tapf. l. 2. contra Arium, itemque l. 2. contra Ari. & Sabell. lib. verò 12. de Trin. bis legit: *Divisiones autem donorum sunt, idem autem Spiritus.* Hieronymus epist. ad Hedib. tom. 4. p. 1. col. 177. e. *Divisiones donorum sunt, idem verò Spiritus:* sed l. 1. contra Pelag. ibid. p. 2. col. 496. f. *Divisiones donationum sunt, idem autem Spir.* & in Isai. 17. tom. 3. col. 177. f. & l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 5. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus : | 5. Et divisiones ministeriorum sunt; idem verò * Dominus : |
| 6. Et divisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. | 6. Et divisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. |
| 7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. | 7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. |
| 8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum : | 8. Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum : |

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* Deus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

a. *Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem Spiritus.* Accinunt Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 258. e. & Ambrosius in Luc. 1. col. 1263. f. & l. 6. de sacram. col. 381. e. & l. 2. de Spir. S. col. 660. d. 679. e. quibus accedunt Orosius l. contra Pelag. p. 452. h. S. Leo ser. 73. p. 156. f. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. & l. 2. c. 7. p. 21. f. & Auct. ep. ad Demetriad. p. 44. a. unà cum Ambrosiast. Sedul. & Beda in 1. Cor. Ita demum Auct. l. de Trin. apud Ambr. col. 326. e. nisi quòd habeat *enim*, pro *autem*. Gr. Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα.

℣. 5. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. & l. 4. c. 20. p. 255. a. *Et divisiones ministeriorum sunt, & idem Dominus;* al. *idem autem Dominus.* Hilarius l. 2. de Trin. col. 806. b. *Et divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus;* Mss. 3. *idem autem Spiritus:* at l. 8. de Trin. col. 964. a. 966. a. 967. a. cum Aug. l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. c. ex Mss. omnium fide : *Et divisiones ministeriorum sunt, & idem ipse Dominus.* Hieronymus in Isai. 17. to. 3. col. 177. f. *Et divisiones ministeriorum, idem autem Dominus:* ita rursum quæst. 9. ad Hed. to. 4. p. 1. col. 177. e. 185. d. & l. 2. contra Jovin. ibid. p. 2. col. 216. a. addito *sunt*, voci *ministeriorum:* item l. 1. contra Pelag. ibid. col. 496. f. *Et divisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus.* Sic etiam legunt Ambrosius in Luc. 1. col. 1263. f. & l. 6. de sacram. col. 381. e. & l. 2. de Spir. S. col. 660. d. 661. b. Ambrosiaster in 1. Cor. & Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. at idem Vigilius l. 2. contra Arium, necnon l. 2. contra Ari. & Sabell. legit : *Et divisiones ministeriorum sunt; idem ipse Dominus:* & l. contra Varim. p. 746. a. *Divisiones ministrationum sunt; idem ipse Dominus.* Tichonius reg. 6. p. 63. f. *Et divisiones mysteriorum sunt, & idem Dominus.* Ambrof. etiam l. 6. de sacram. sup. citato, ex Mss. aliquibus, & omnibus editt. legit *mysteriorum;* ex aliquibus Mss. *ministrationum;* ex aliis pluribus, *ministeriorum.* Victor Vit. l. 3. de persec. Afric. p. 42. a. *Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus:* similiter infra, p. 115. c. præter vocem *ministeriorum.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 258. e. *Et divis. ministeriorum sunt, sed idem Dominus.* Auctor lib. de Trin. apud Ambr. col. 326. e. *Et divis. ministeriorum sunt, unus autem Dominus.* S. Leo serm. 73. p. 156. f. *Et divis. ministrationum sunt, idem autem Dominus:* cui accinunt Orosius l. contra Pelag. p. 452. h. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. necnon l. 2. c. 7. p. 21. f. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 44. a. quibus adde Scholiasten Hieron. Sedulium, & Bedam in 1. Cor. In Græco sic : Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος. Ms. unus initio tollit Καὶ, alter verò paulò post habet, ὁ δὲ αὐτός.

℣. 6. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. & lib. 4. c. 20. p. 255. a. *Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Similiter Hilarius lib. 2. de Trin. col. 806. b. nisi quòd habeat, *sed idem Deus;* ex Mss. verò 3. *idem autem Spiritus:* at l. 8. col. 964. a. 966. a. 967. a. constanter, *idem autem Deus, qui,* &c. ut supra. Accinunt Augustinus l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. & l. 21. contra Faust. col. 355. b. Hieronymus in Isai. 17. to. 3. col. 177. f. & quæst. 9. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 177. e. 185. d. & l. 2. cont. Jovin. ibid. p. 2. col. 216. a. Ambrosius in Luc. 1. col. 1263. f. & l. 6. de sacram. col. 381. e. & l. 2. de Spir. S. col. 660. d. Victor Vit. l. 3. de persec. Afr. p. 42. a. col. 115. c. Victorinus Afric. l. 1. contra Arium, p. 258. e. Orosius l. contra Pelag. p. 452. h. Vigilius Tapf. l. 2. contra Arium, & l. 2. contra Ari. & Sabel. & l. 12. de Trin. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. & l. 2. c. 7. pp. 21. f. 32. a. & Auctor ep. ad Demetriad. p. 44. a. His omnibus adde Ambrosiast. Scholiasten Hieron. Sedulium, & Bedam in 1. Cor. necnon Cerealem l. contra Maximin. c. 11. p. 673. d. nisi quòd habeat *unus autem Deus:* cui etiam suffragatur Auctor l. de Trinit. apud Ambrof. col. 326. e. & Hieronymus l. 1. contra Pelag. to. 4. col. 496. f. In Gr. Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν, &c. ut supra. In Mss. pluribus deest ἐστι, ante Θεός.

℣. 7. Similiter habet Irenæus l. 4. c. 20. p. 255. a. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* Sic etiam Augustinus l. 2. ad Simplic. to. 6. col. 110. b. & l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. 944. g. & l. 21. cont. Faust. ibid. col. 355. c. cui accensendus Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. & l. 2. c. 7. p. 21. f. cum Auctore ep. ad Demetriad. p. 44. a. item Ambrosiaster, Sedul. & Beda in 1. Cor. cum Vigilio Tapf. l. cont. Varimad. pp. 742. h. 749. h. qui tamen Vigilius p. 745. f. legit : *Unicuique autem nostrûm datur illuminatio Spiritus ad utilitatem.* Hilarius l. 2. de Trin. col. 806. b. *Unicuique autem donatur illuminatio Spiritus ad utilitatem:* & l. 8. col. 964. a. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem:* tract. verò in Ps. 118. col. 325. c. *Unicuique data est demonstratio Spiritus ad utilitatem.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. a. *Unicuique autem data est operatio Spiritus juxta id quod expedit:* & quæst. 12. ad Hedib. ibid. p. 1. col. 185. e. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad id quod expedit:* & quæst. 9. col. 177. e. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* Ambrof. ep. 7. col. 778. f. *Quia unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem:* & ep. 36. col. 929. d. *Unicuique enim datur,* &c. Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. f. *Alii datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* August. tr. 32. in Joh. to. 3. col. 528. f. ait : *Datus est enim Spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationem... sicut ipse idem dicit: Quia alii datur per Spiritum sermo,* &c. de ℣. seq. Gr. Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον.

℣. 8. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 790. b. *Alii datur per Spiritum sermo sapientiæ.* Hilarius in Pss. 64. & 118. col. 165. b. *Huic enim datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ: alii,* &c. sed ex Ms. Reg. *Hinc enim datur aliis sermo sapientiæ: aliis sermo scientiæ:* l. verò 2. de Trinit. col. 806. b. *Alii autem datur per Spiritum sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum:* & l. 8. col. 964. c. *Huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum.* Itidem Hieronymus quæst. 9. & 12. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 177. e. 185. e. excepta voce *Alii*, pro *Huic.* Concinit Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 233. a. & in Ps. 83. tom. 4. col. 887. a. & in Ps. 143. col. 1512. d. 1600. e. & l. 2. ad Simplic. tom. 6. col. 110. b. item lib. de cura pro mort. to. 6. col. 529. b. & l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. & l. 21. contra Faust. ibid. col. 355. e. nisi quòd tribus his posterioribus locis tollat *autem*, ante *sermo scientiæ:* at in Ps. 32. col. 205. c. habet : *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ: alii fides secundùm eundem Spiritum:* rursus tract. 14. in Joh. to. 3. col. 405. f. *Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum:* & tr. 32. col. 508. f. *Quia alii datur per Spir.* &c. Ambrosius in Ps. 118. col. 1000. b. *Sicut alii datur per Spiritum sermo sapientiæ: & alii sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum:* & infra, col. 1097. e. *Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum:* itidem l. 2. de Spir. S. col. 660. e. detracto *enim:* supra verò, col. 652. e. & in Ps. 45. col. 931. a. *Alii enim datur per Spiritum sermo sapientiæ:* & in Luc. 24. col. 1543. e. *Alii enim datur sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ secundùm eundem Spirit.* & epist. 7. col. 778. f. *Alii sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ: alii fides,* &c. Cassiodorus in Ps. 64. p. 211. a. *Alii enim datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ: alii fides,* &c. Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 745. f. *Quibusdam enim per Spiritum datur spiritus sapientiæ: alii sermo scientiæ secundùm eund. Spir.* at supra, p. 742. h. *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ secundùm eundem Spir.* Similiter Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. f. deleta voce *quidem.* Gaudentius Brix. ser. 9. p. 959. d. *Alii datur enim sermo sapientiæ: alii verbum scientiæ secundùm eundem Spir.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Cuidam enim datur per Spiritum sermo sapientiæ: alii verò sermo scientiæ secundùm eundem Spir.* Accinunt Scholiast. Hieron. & Beda in eundem loc. si exceperis, *Alii quidem datur.* Ita quoque Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. & l. 2. c. 7. p. 21. f. necnon Auctor epist. ad Demetriad. p. 44. a. Ap. Fulg. ep. 5. *Alii quippe datur per Spir.* &c. ut in Vulg. In Græco sic : Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ, &c.

Digitized by Google

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* sanitatem in unu.

### VERSIO ANTIQUA.

9. alii fides in eodem Spiritu: alii gratia * sa-
nitatum in uno Spiritu:
10. alii operatio virtutis, alii prophetia, alii
separatio spirituum, alii genera linguarum, alii
interpretatio linguarum.
11. Hæc autem omnia operatur unus atque
idem Spiritus, dividens unicuique prout vult.

### VULGATA NOVA.

9. alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sa-
nitatum in uno Spiritu:
10. alii operatio virtutum, alii prophetia, alii
discretio spirituum, alii genera linguarum, alii in-
terpretatio sermonum.
11. Hæc autem omnia operatur unus atque *Rom.*
idem Spiritus, dividens singulis prout vult. 12. 3. 6. *Ephes.* 4. 7.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 790. b. *alii fides in eodem Spiritu: alii donum curationum: alii*, &c. Hilarius in Ps. 64. col. 165. c. *alii fides in eodem Spiritu: alii dona sanationum:* & l. 2. de Trin. col. 806. b. *alii fides in eodem Spir. alii dona sanitatum in uno Spiritu:* & l. 8. col. 964. c. *alteri autem fides in eodem Spir.* (al. *in uno Spir.* al. *in eundem Spiritum:*) *alii donum curationum in eodem Spiritu.* Hieronymus quæst. 9. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 177. e. *alii gratia sanitatum in uno Spiritu: alii fides in eod. Spiritu:* at infra, quæst. 12. col. 185. e. *alii fides in eod. Spiritu: alii operatio virtutum: alii gratia sanitatum in uno Spiritu.* Ambrosius in Ps. 45. col. 931. a. *alii fides in eod. Spiritu: alii gratia curationum in uno Spiritu:* itidem in Psal. 118. col. 1000. b. 1097. e. & in Luc. 24. col. 1543. e. & l. 2. de Spir. S. col. 660. e. 661. e. at ep. 7. col. 778. f. juxta Mss. omnium fidem: *alii fides sapientiæ per Spiritum scientiæ secundùm eundem Spiritum: fides in eodem Spiritu:* ex editt. verò omnibus: *alii sermo scientiæ secundùm eund. Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alii genera sanitatum in uno Spiritu.* Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 233. a. *alii fides: alii donatio curationum:* & in Ps. 32. to. 4. col. 205. c. *alii fides secundùm eundem Spiritum: alteri dona curationum:* & in Ps. 83. col. 887. a. *alii fides: alii donatio sanitatum:* & in Ps. 143. col. 1600. e. *alii fides in eodem Spiritu: alii donationes curationum in uno Spiritu:* similiter habet supra, col. 1512. d. & tract. 32. in Joh. to. 3. col. 528. f. necnon l. 2. ad Simplic. to. 6. col. 110. b. excepto singulari *donatio*, pro plurali *donationes:* item l. de cura pro mort. to. 6. col. 529. b. *alteri autem fides in eodem Spir. alteri donatio curationum in uno Spiritu:* sic etiam l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. & l. 21. contra Faust. col. 355. c. præter *alii*, ante *donatio:* tract. verò 14. in Johan. to. 3. col. 405. f. *alii fides in eodem Spiritu;* statimque, *alii prophetia*, transposito altero membro post *genera linguarum* versûs seq. Cerealis l. contra Maximin. p. 673. f. *alii fides in eodem Spir. alii donatio curationum in uno Spiritu;* Sedulius in 1. Cor. *gratia curationum.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 742. h. *alteri fides in eundem Spiritum: alii donatio curationum in uno Spiritu:* & infra, p. 745. f. *alii fides in eodem Spir. alii charismata donationum in uno Spiritu.* Gaudentius Brix. serm. 9. p. 959. d. *alii fides in eod. Spiritu: alii sanitas in uno Spiritu.* Cassiodorus in Ps. 64. p. 211. a. *alii fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum: alii*, &c. Ambrosiaster in 1. Cor. simpliciter, *alii fides in eodem Spiritu*, absque seqq. Itidem Auctor ep. ad Demetriad. p. 44. a. præter vocem *alteri.* Auctor verò l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. & l. 2. c. 7. p. 21. f. Vulgatæ suffragatur, nisi quòd posteriori loco habeat *in eod. Spiritu.* Fulgentius ep. 5. p. 183. *in uno Spiritu*, cum Vulgata; cui etiam concinunt ad verbum Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. In Græco sic: ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Mss. quidam tollunt δὲ, post ἑτέρῳ, sicut Borner. Gr. Lat. post ἄλλῳ. In aliis duobus omnia desunt ab eodem ἄλλῳ, usque ad finem ℣. In aliis legitur, ἄλλῳ δὲ χάρισμα· paulòque post in quibusdam, ἐν τῷ ἑνὶ Πνεύματι.

℣. 10. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 790. b. *alii donum curationum, alii virtutum, alii prophetia, alii distinctio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum.* Hilarius in Ps. 64. col. 165. c. *alii dona sanationum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum:* at l. 2. de Trinit. col. 806. c. *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii separatio spirituum* (Ms. 1. *spiritûs*,) *alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum;* Mss. quid. *sermonum:* & l. 8. col. 964. c. *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum.* Similiter habet Ambrosius in Luc. 24. col. 1543. e. & l. 2. de Spir. S. col. 660. f. præter vocem ultimam *sermonum*, pro *linguarum.* Hieronym. quæst. 9. ad Hedib. to 4. p. 1. col. 177. f. *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera ling. alii autem interpretatio sermonum.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. detracta vocula *autem;* cui adde Scholiasten Hieron. Sedul. & Bed. in eund. loc. necnon Auct. ep. ad Demetriad. p. 44. a. nisi quòd initio habeat *alteri operatio.* Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 233. a. *alii operationes virtutum, alii prophetia, alii dijudicatio spirituum, alii genera linguarum. Omnia enim hæc*, &c. & tract. 32. in Joh. to. 3. col. 528. f. *alii operatio virtutum in eodem Spiritu;* nec plura: contra tract. 14. col. 405. f. his omissis, statim post *alii fides in eod. Spir.* addit: *alii prophetia, alii dijudicatio spirituum, alii genera linguarum, alii donatio curationum:* & in Ps. 83. to. 4. col. 887. a. *alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum, alii prophetatio*, omissis pariter quæ præcedunt hujus ℣. item in Ps. 143. col. 1600. e. *alii genera linguarum, alii prophetia, alii dijudicatio spirituum:* at l. 2. ad Simplic. to. 6. col. 110. b. *alii operationes virtutum, alii prophetia, alii dijudicatio spirituum, alteri genera linguarum:* & l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii dijudicatio spirituum, alii genera linguarum:* & in Ps. 135. to. 4. col. 1512. d. item l. de cura pro mort. to. 6. col. 529. b. necnon l. 21. cont. Faust. to. 8. col. 355. c. *alii operationes virtutum, alii prophetia, alii dijudicatio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Ita etiam legit Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 742. h. excepta tamen voce *spiritûs*, pro *spirituum:* at infra, p. 745. f. *alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spiritûs, alii genera linguarum, alii interpretationes linguarum.* Gaudentius Brix. ser. 9. p. 959. d. *alii operatio virtutis, alii discretio spirituum, alii prophetia, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. f. *alii donatio curationum in... alii operationes sanitatum, alii prophetia, alii judicatio spirituum, alii genera linguarum.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 7. p. 21. f. *alii operationes virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum*, &c. ut in Vulg. hunc vide etiam l. 1. c. 24. p. 15. f. Apud Fulgent. ep. 5. p. 183. post hæc, *gratia sanitatum in uno Spiritu*, statim additur, *alii prophetia, alii dijudicatio spirituum*, &c. ut in Vulgata. Apud Cassiod. in Ps. 64. p. 211. a. pauciora, nempe: *alii gratia sanitatum, alii genera linguarum, alii interpretationes sermonum.* In Gr. ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. Bornerius cod. Gr. Lat. ita incipit: ἄλλῳ ἐνεργεία, ut in Sangerm. & Reg. al. ἄλλῳ δὲ ἐνέργημα· unus totum istud, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, omittit; Borner. codex Gr. Lat. habet δυνάμεως, tollit verò tres seqq. δὲ, servato tantùm quarto ante ἑρμηνεία. Idem etiam cod. legit διάκρισις, non διακρίσεις· paulòque post Alex. διερμηνεία γλωσσῶν, pro ἑρμηνεία γλωσσῶν.

℣. 11. Hilarius l. 2. de Trin. col. 806. c. *Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus:* & l. 8. col. 965. d. *Hæc autem omnia operatur unus & idem Spiritus, dividens unicuique sicut vult;* Ms. 1. *dividens se unicuique*, &c. Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 233. a. *Omnia enim hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult:* similiter in Ps. 67. to. 4. col. 672. e. & in Ps. 143. col. 1600. e. præter *Omnia autem:* ita rursum ep. 187. to. 2. col. 684. e. & l. 2. de cons. Evang. to. 3. col. 54. c. & tract. 122. in Joh. col. 813. f. item l. 2. ad Simplic. to. 6. col. 110. b. & l. de cura pro mort. ibid. col. 529. b. & l. 4. de Trin. to. 8. col. 840. e. & lib. 21. contra Faust. ibid. col. 355. c. Concinunt Victor Vit. l. 3. de pers. Afr. p. 42. a. & Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. f. Vigilius verò Taps. l. contra Varimad. p. 742. h. *Omnia hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria singulis prout vult:* & infra, p. 746. h. *Operatur autem unus atque idem Spiritus, dividens singulis propria prout vult:* item ibid. p. 745. g. *Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spir. distribuens propria unicuique prout vult:* sic etiam l. 12. de Trin. præter hæc ultima, *dividens singulis sicut vult.* Gaudentius Brix. serm. 9. p. 959. d. cum Auctore quæst. ex N. T. q. 97. col. 89. d. e. & Ambrosiast. in 1. Cor. *Hæc autem omnia operatur unus & idem Spir. dividens unicuique prout vult.* Ambrosius lib. 2. de fide, col. 479. c. *Omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult:* & in Ps. 118. col. 1000. b. *Tamen in omnibus unus atque idem Spiritus est, dividens singulis prout vult:* & in Ps. 45. col. 931. a. *Hæc enim op. omnia unus atque idem Spir. dividens singulis*, &c. sic iterum l. de apol. Dav. col. 699. f. exceptis his, *Hæc autem omn. op.* similiter in Luc. 1. col. 1263. f. & in Luc. 11. col. 1432. d. & l. de institut. virg. col. 264. e. & l. de exhort. virg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus.

13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: & omnes in uno Spiritu potati sumus.

14. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa.

15. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

16. Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

17. Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus?

18. Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.

19. Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.

21. Non potest autem oculus dicere manui:

VERSIO ANTIQUA.

12. Sicut enim corpus unum est, membra autem habet multa, omnia autem membra de corpore uno cùm sint multa, unum est corpus: ita & Christus. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

13. Nam & uno Spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi: & omnes unum Spiritum * potati sumus. * *Ms. Reg.* potavimus.

14. Etenim corpus non est unum membrum, sed multa.

15. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum ex corpore: non propterea non est ex corpore.

16. Si dixerit auricula: Quia non sum oculus, non sum ex corpore: non ideo non est ex corpore.

17. Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus?

18. Nunc autem Deus posuit membra, singula * quoque eorum in corpore prout voluit. * *Leg.* quæque.

19. Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa membra, sed unum corpus.

21. Non potest autem oculus dicere manui:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 289. b. & l. 6. de sacram. col. 381. f. & l. 2. de Spir. S. col. 660. f. & ep. 36. col. 929. d. cui accinunt Hieronymus quæst. 9. & 12. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 177. f. 185. e. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. ac l. 2. c. 7. p. 22. a. Auctor epist. ad Demetriad. p. 44. a. necnon Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Rursus Hieronymus dial. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. b. *Omnia autem hæc op. unus atque idem Spir. dividens singulis unicuique prout vult.* In Gr. Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Augustinus & alii quidem ubi sup. legisse videntur ἴδια ἑκάστῳ. Mss. quidam omittunt ἰδίᾳ.

℣. 12. Hilarius l. 8. de Trin. col. 966. d. *Sicut enim corpus unum est, membra autem habet multa, omnia autem membra ex uno corpore cùm sint multa, unum est corpus: sic & Christus.* Tichonius reg. 1. p. 50. g. *Sicut enim corpus unum est, membra autem habet multa, omnia autem membra ex uno corpore cùm sint multa, unum corpus est: sic & Christus.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra ex uno corpore cùm sint multa, unum sunt corpus: ita & Christus.* Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. a. *Sicut corpus unum est, & membra plura habet, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum corpus est: sic & Christus.* Augustinus in Ps. 30. to. 4. col. 148. a. & in Ps. 67. col. 672. e. *Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum est corpus: sic & Christus:* similiter l. de contin. to. 6. col. 311. f. & l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. c. si excipias voculam *ita*, ante *& Christus.* Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Vulg. concinunt ad verb. In Gr. sic: Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα, ἕν ἐστι σῶμα, &c. Borner. cod. Gr. Lat. habet, μέλη δὲ ἔχει πολλά· paulò verò post, cum aliis quibusd. tollit τοῦ ἑνός.

℣. 13. August. l. 21. cont. Faust. to. 8. col. 355. c. cum Ambrosiastro in 1. Cor. *Etenim in uno Spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi: & omnes unum Spiritum potavimus.* Ambrosius verò l. 1. de Spir. S. col. 609. d. ex Mss. omnibus: *Omnes enim in ipso corpore in unum Spiritum baptizati sumus:* & infra, col. 613. b. *quia unum Spiritum potavimus.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 745. g. *Etenim nos omnes in uno Spiritu baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi: & omnes in uno Spiritu potati sumus.* Gelas. tr. 3. contra Pelag. Conc. tom. 4. col. 1258. c. *Omnes nos in unum corpus baptizati sumus in Christo.* S. Leo serm. 3. p. 52. d. *Omnes in Christo unum sumus.* Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Etenim in uno Spir. omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive s. sive lib. & omnes uno* (Scholiast. *in uno*) *Spiritu vocati sumus.* Sedulius Scotus in eundem loc. *& omnes unum Spiritum potaverunt.* Græc. καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Mss. quidam tollunt εἰς· unus legit, εἰς ἓν Πνεῦμα ἐφωτίσθημεν· alii plures, εἰς ἓν πόμα ἐποτίσθημεν· al. εἰς ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν Πνεῦμα, cui lectioni favet Œcumen. detracto εἰς. Clem. Alex. pædag. l. 1. c. 6. ἐν πόματι ἐφωτίσθημεν. Ms. Alex. ἓν σῶμά ἐσμεν· Latini codd. aliqui, teste Estio, *unum Spiritum potavimus;* alii quidam, teste Erasmo, *in uno Spiritu vocati sumus.* Hæc omnia ex Millio, apud quem vide sis plura, not. in hunc ℣.

℣. 14. Similiter Augustinus l. 21. contra Faust. tom. 8. col. 355. d. *Etenim corpus non est unum membrum, sed multa.* S. Pacian. ep. 3. p. 310. a. necnon Ambrosiaster; Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Nam & corpus non est,* &c. ut sup. Gr. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα, &c.

℣. 15. Augustinus l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. d. *Si dixerit pes: Quia non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?* Similiter habent Scholiastes Hieron. & Sedulius Scot. in 1. Cor. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. uno excepto *num propterea;* Beda, *non ideo,* &c. Gr. οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ, &c.

℣. 16. Augustinus l. 21. contra Faust. col. 355. d. *Vel si dixerit auricula: Quia non sum oc. non sum de corp. num ideo non est de corpore?* at in Ps. 87. to. 4. 930. e. *Et si dix. manus: Quia non s. oc.* &c. ut sup. Ambrosiaster in 1. Cor. *Si dixerit auricula: Quia non sum oculus, non sum de corp. num propterea non est de corp.* Scholiastes Hieron. in eundem loc. Vulgatæ concordat ad verbum. Similiter & Beda, nisi quòd habeat *non ideo*, ut in textu Reg. Gr. Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς· Ὅτι… οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ, &c.

℣. 17. Similiter habent Ambrosius l. 3. offic. col. 112. a. Augustinus in Job, to. 3. col. 666. g. & in Ps. 87. to. 4. col. 930. e. necnon l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. d. quibus accensendi Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. Ambrosiaster verò in eundem loc. hab. *Si totum corpus oculus, ubi est auditus? Si totum auditus, ubi est odoratus?* Græcum ut in textu utroque.

℣. 18. Augustinus in Ps. 87. to. 4. col. 930. e. hunc versum integrum prætermittit, licet ea, quæ præcedunt, & quæ sequuntur, referat: at l. de contin. to. 6. col. 311. f. hunc ita laudat: *Posuit Deus membra, singulum quodque eorum in corpore prout voluit:* itidem l. de S. virginit. tom. 6. col. 353. c. & lib. de nat. bon. tom. 8. col. 509. a. sic etiam l. 21. contra Faust. præmissis vocibus *Nunc autem;* Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. *Nunc autem Deus posuit membra, unumquodque in corpore sicut voluit.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 6. p. 21. f. *Nunc autem posuit Deus membra, & unumquodque eorum sicut voluit.* Scholiastes Hieron. nil differt à Vulg. ut & Græcum. In Ms. tamen 1. deest vox αὐτῶν, *eorum*, post *unumquodque.*

℣. 19. August. in Ps. 87. to. 4. col. 930. e. *Si fuissent omnia unum membrum, ubi corpus?* & l. 21. cont. Faust. to. 8. col. 355. d. *Si autem fuissent omnia*, &c. ut sup. Itidem Ambrosiast. in 1. Cor. Scholiast. verò Hieron. & Beda in eund. loc. *Quòd si fuissent omnia*, &c. Gr. Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα, &c.

℣. 20. Augustinus in Ps. 87. to. 4. col. 930. e. & l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. d. *Nunc autem multa membra, unum autem corpus.* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Nunc autem multa quidem membra, unum autem*, &c. Ambrosius in Luc. 15. col. 1461. f. *Omnes enim unum corpus sumus, sed multa membra.* Gr. Vulgatæ favet.

℣. 21. Ambrosius ep. 41. col. 962. f. *Non possunt dice-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Non * es mihi necessaria : aut iterum caput pedibus : Non desidero operam vestram.

22. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt :

23. & quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorem circumdamus : & quæ verecundiora nostra, honestatem abundantiorem habent.

24. Honestiora autem nostra nullius egent honorem : sed Deus temperavit corpus, si cui deerat, plus tribuendo honorem,

25. ut non sit scissura in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra :

26. & si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra : sive glorificetur unum membrum, congaudent omnia membra.

27. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex membro.

28. Et quosdam posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, * secundò Prophetas, tertiò

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ambo Mss.* est.

* *Ms. Reg.* secundùm.

VULGATA NOVA.

Opera tua non indigeo : aut iterum caput pedibus : Non estis mihi necessarii.

22. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt :

23. & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus : & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.

24. Honesta autem nostra nullius egent : sed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem,

25. ut non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra.

26. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.

27. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

28. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò *Ephes.* 4. 11.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*te oculi manui : Operam tuam non desideramus : aut caput pedibus : Non estis mihi necessarii.* Hieronymus dial. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 1. col. 494. b. *Non potest oculus dicere manui : Non es mihi necessaria : aut iterum caput pedibus : Non desidero operam vestram.* Augustinus in Ps. 87. tom. 4. col. 930. e. *Non potest dicere oculus manibus : Opus vobis non habeo :* deinde : *& si dixerit manus : Quia non sum oculus*, &c. ut sup. ℣. 16. at l. 21. contra Faust. tom. 8. col. 355. d. *Non potest autem dicere oculus manui : Opus te non habeo : aut iterum caput pedibus : Opus vobis non habeo.* Scholiastes Hieron. & Ambrosiaster in 1. Cor. Vulgatæ suffragantur. Similiter & Beda in eundem loc. deleta tamen vocula *autem*, quam delet pariter Sedulius Scotus. In Græco sic : Οὐ δύναται δὲ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. Mss. plures delent δὲ, post δύναται.

℣. 22. Textui Reg. & Sangerm. concinit Beda in hunc loc. Ambrosius quoque l. de Noe & arca, col. 236. e. habet : *quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt.* Itidem Augustinus l. 29. contra Faust. to. 8. col. 444. c. præmissis vocibus *Multò magis* : at l. 21. col. 355. e. ut in Vulg. *Sed multò magis quæ videntur membra corpor. infirmiora esse, necessariora sunt.* Accinunt Ambrosiaster, & Scholiastes Hieron. in 1. Cor. nec refragatur Sedulius Scotus in eundem loc. Similiter in Græco, præter ἀναγκαῖά ἐστι, *necessaria sunt.*

℣. 23. Ambrosius l. de Noe & arca, col. 236. e. & l. 1. offic. col. 22. c. necnon Scholiastes Hieron. in hunc loc. *& quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorem circumdamus : & quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorem habent :* rursus Ambrosius epist. 72. col. 1074. d. *ut iis, quæ putarentur ignobiliora esse membra corporis nostri, honestatem abundantiorem circumdarent : & quæ*, &c. Hieronymus in Ezech. 16. to. 3. col. 787. a. *inhonesta corporis nostri majore honore circumdamus :* & lib. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. c. ait, *alia membra esse honestiora, alia verecundiora : & quæ verecundiora sunt, majore honestate circumdari : quæ verò per se honesta*, &c. August. l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. e. & l. 29. col. 444. c. legit : *& quæ videntur viliora esse corporis, his* ( vel *iis* ) *abundantiorem honorem circumponimus : & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.* Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. *& quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abundantiorem honorem circumdamus : & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honorem habent.* Gr. καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν· καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει. Mss. plures addunt μέλη, ad vocem ἀτιμότερα· Borner. verò cod. Gr. Lat. ad verbum εἶναι· subinde Mss. duo ferunt τιμὴν, loco εὐσχημοσύνην.

℣. 24. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. c. alludens sic prosequitur : *Quæ verò per se honesta, nostri non indigere sollicitudine.* Augustinus l. 21. cont. Faust. to. 8. col. 355. e. & l. 29. col. 444. c. *Quæ autem honesta sunt nostra, non opus habent : sed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat, majorem honorem dans :* ita rursum l. de contin. to. 6. col. 311. f. & l. de nat. bo. tom. 8. col. 509. a. ab his, *Deus temperavit.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Quæ autem honesta sunt nostra, nullius egent : sed Deus*, &c. ut in Vulg. Sedulius Scotus : *Quæ autem honesta sunt :* paulòque post : *& cui deest :* subinde : *abundantiorem honorem tribuit.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. nil discrepant à Vulg. In Græco sic : Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει· ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν.

℣. 25. Augustinus l. de contin. to. 6. col. 311. f. & l. de nat. boni, to. 8. col. 509. a. *ut non essent scissuræ in corpore, sed idem ipsum ut pro invicem sollicita sint membra :* itidem l. 29. contra Faust. tom. 8. col. 444. c. *ut non essent scissuræ in corpore :* at l. 21. col. 355. f. *ut non esset scissura in corpore, sed idem ipsum ut pro invicem*, &c. ut sup. Ambrosiaster in 1. Cor. *ut non sit schisma* ( Ms. 1. *separatio* ) *in corpore, sed pro invicem sollicita sint membra.* Beda in eund. loc. *ut non sit schisma in corpore, sed in idips. pro invicem sollicita sunt membra.* Similiter Scholiastes Hieron. excepto verbo *sint*, post *sollicita*. Sedulius Scot. *ut non sint schismata in corpore.* Græc. ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ... ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη. Mss. plures ferunt σχίσματα, non σχίσμα.

℣. 26. Cyprianus ep. 11. p. 21. b. *Si patitur membrum unum, compatiuntur & cætera membra : & si lætatur membrum unum, collætantur & cætera membra :* ita rursum ep. 52. p. 70. c. & epist. 60. p. 99. c. Hilarius verò in Psal. 140. col. 540. c. *Si enim unum membrum compatitur, compatiuntur & omnia :* & supra, in Ps. 125. col. 411. d. *Membro uni corpus omne compatitur.* Augustinus ep. 48. tom. 2. col. 113. d. *Quia si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : & si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra :* similiter tract. 65. in Joh. to. 3. p. 2. col. 674. e. item tract. 3. in 1. Joh. ibid. col. 845. a. & tr. 10. col. 895. b. necnon in Ps. 30. to. 4. col. 154. e. sublato ubique *Quia*, pro quo duobus locis habet *Et ;* positoque insuper tract. 10. *gloriatur*, pro *glorificatur :* rursus serm. 280. tom. 5. col. 1136. e. *ita cùm glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra :* & l. de nat. boni, tom. 8. col. 508. g. 509. a. *Quia si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra : & si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra :* & l. de contin. to. 6. col. 311. f. necnon l. 21. contra Faust. to. 8. col. 355. f. *Et sive patitur unum membrum, compat. omnia membra : sive glorificatur unum memb. congaudent omnia membra.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Et si quid patitur unum membrum, compat. omnia membra : sive glorificatur unum membrum, congaudeant omn. membra.* Itidem Cassiodorus in Ps. 62. p. 105. b. præter verbum *congaudent*, pro *congaudeant*, absque *Et*, ante *si quid*. Sedulius Scotus in hunc loc. pro *glorificatur*, habet *lætatur*. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. nil differunt à Vulgata. Græc. Καὶ εἴτε πάσχει... εἴτε δοξάζεται... συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. Bornerius cod. Gr. Lat. initio habet εἴ τι, pro εἴτε· al. simpliciter εἰ· subinde quidam, συμπάσχη... συγχαίρη.

℣. 27. Hilarius l. 8. de Trin. col. 967. b. necnon Augustinus tract. 21. in Joh. to. 3. col. 460. a. *Vos estis corpus Christi, & membra ;* nec plura. Ambrosius in Luc. 15. col. 1461. f. *Vos corpus estis Christi, & membra ex membris ejus :* & in Luc. 17. col. 1476. f. *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex membris.* Beda in 1. Cor. *Vos autem estis c. Chr. & membrum de membro.* Ambrosiaster, & Scholiastes Hieron. in eundem loc. eadem quæ in Vulgata, cui etiam Græcum favet, nisi quòd pro *de membro*, habeat ἐκ μέρους, *ex parte ;* sed Mss. quidam, μέλους.

℣. 28. Irenæus l. 3. c. 24. p. 223. a. *In Ecclesia enim*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

29. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores?

30. nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?

31. Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

VERSIO ANTIQUA.

Magistros, deinde virtutes, donationes sanitatum, adjutoria * gubernationum, genera linguarum. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* * *Ms. Reg.* gubernationes.

29. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Magistri?

30. nunquid omnes virtutes? nunquid omnes donationes habent * sanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? * *Ms. Reg.* vitiosè sanitatium.

31. Æmulamini autem dona meliora. Adhuc majorem viam vobis demonstro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*posuit Deus Apostolos, Prophetas, Doctores*: & l. 4. c. 26. p. 263. a. *Posuit Deus in Ecclesia primò Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 967. b. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Magistros, deinde virtutes, curationes infirmitatum, auxiliorum potestates, gubernationes prophetales, & dona, genera linguarum.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1250. e. & l. 2. de Spir. S. col. 662. f. 663. a. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primò Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, gratiam curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. tom. 4. p. 1. col. 364. f. *Alios enim posuit Deus in Ecclesia primò Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, & dona sanitatum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum*: & l. 2. contra Jovin. ibid. p. 2. col. 216. b. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia 1. Apost. 2. Proph. 3. Doct. denique virtutes, & gratias curationum, opitul. gubern. genera linguarum. Nunquid*, &c. Augustinus l. de gest. Pelag. to. 10. col. 209. d. *Et quosdam quidem posuit Deus in Eccles. 1. Apost. 2. Proph. 3. Doctores, deinde virtutes, deinde donationes sanitatum, adjutoria, gubernationes, genera linguarum.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Et quosdam posuit Deus in Eccles. primùm quidem Apost. 2. Proph. 3. Doct. deinde virtutes, deinde gratiam curationum, opitul. gub. genera ling. interpretationes sermonum*: sed hæc ultima duo verba in Mss. nonnullis Ambrosiast. desiderantur, nec etiam leguntur apud Sedul. Scot. in eund. loc. Admittunt verò Scholiastes Hieron. & Beda, præmissis aliis, quæ in Vulg. uno tamen excepto *exposuit*, quod habet Beda pro *posuit*. Epiphanius in Cantici Cantic. 1. 16. *Posuit Deus in Eccles. primùm Apostolos, secundò Prophetas.* Græc. Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ... τρίτον Διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν. Quidam subdunt ἑρμηνείας γλωσσῶν, quod in Mss. plerisque desideratur, nec additur à PP. Lat. supra.

℣. 29. Hieronymus dial. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. b. *Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Magistri?* ita rursum l. 2. contra Jovin. to. 4. col. 216. b. excepta voce *Doctores*, pro *Magistri*. Concinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Augustinus verò tract. 14. in Joh. to. 3. col. 405. f. *Nunquid omnes Apostoli? nunquid... nunquid omnes Doctores?* item in Ps. 32. to. 4. col. 205. b. *Nunquid enim omnes*, &c. & in Ps. 67. col. 672. e. simpliciter: *Nunquid omnes Apost. nunquid omnes Prophetæ?* Itidem Auctor l. de singul. cleric. apud Cypr. p. 530. a. omisso tertio membro de Doctoribus. Ambrosius l. de Jos. c. 13. col. 508. c. *Non omnes Apostoli, non omnes Prophetæ, non omnes Pastores.* Gr. Μὴ πάντες Ἀπόστολοι; μὴ πάντες Προφῆται; μὴ πάντες Διδάσκαλοι;

℣. 30. Hieronymus dial. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 494. b. *nunquid omnes cunctas habent virtutes? nunquid omnes donationes habent sanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* at libro 2. contra Jovin. ibid. col. 216. b. *nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum?* &c. ut in Vulgata. Sic etiam Scholiastes Hieron. Beda, & Ambrosiaster in 1. Cor. nisi quòd hic postremus, pro secundo *nunquid*, ponat *num*. Augustinus tract. 14. in Joh. to. 3. col. 405. g. *nunquid omnes virtutes? nunquid omnes dona habent sanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* similiter in Ps. 32. tom. 4. col. 205. b. ab his, *nunquid omnes dona*: rursus in Psal. 67. col. 672. e. *nunquid omnes virtutes? nunquid omnes dona habent curationum? nunquid*, &c. ut supra, adjunctis præterea his: *Omnia autem hæc operatur unus*, &c. quæ leguntur supra ℣. 11. at epist. 78. tom. 2. col. 184. b. *non omnes habent dona curationum, nec omnes habent dijudicationem spirituum.* Ambros. l. de Jos. c. 13. col. 508. c. *non omnes virtutes, non omnes habent gratiam curationum, non omnes linguis loquuntur.* Græc. μὴ πάντες δυνάμεις; μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; &c. ut in Vulg.

℣. 31. Tertullianus l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. *Meliorum donationum sectatores simus.* Ambrosius in Psal. 36. col. 778. d. & l. de vid. c. 5. col. 194. c. *Æmulamini meliora charismata.* Hieronymus in Naum 1. tom. 3. col. 1559. c. *Zelamini charismata majora*: & l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. b. *Æmulamini autem dona majora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*: similiter dial. 1. contra Pelag. ibid. col. 494. b. *Æmulamini dona majora*: sed addit: *Omnia autem hæc operatur unus*, &c. ut supra ℣. 11. Augustinus tract. 6. & 32. in Joh. to. 3. col. 339. b. 529. b. & l. de grat. & lib. arb. to. 10. col. 736. a. *Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro*: itidemque tr. 9. col. 363. f. detracta vocula *Adhuc*: tract. verò 118. col. 800. f. *supereminentem viam vobis demonstro.* Ambrosiaster, & Sedulius Scotus in 1. Cor. *Æmulamini charismata meliora. Et adhuc magis excellentiorem viam vobis demonstro.* Nec aliter Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. nisi quòd addant *autem*, post *Æmulamini*. Græc. Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. Mss. plures, pro κρείττονα, ferunt μείζονα.

# CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. SI linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

VERSIO ANTIQUA.

1. SI linguis hominum loquar, & angelorum, caritatem autem non habeam, in unum sum ut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus tract. 6. in Johan. tom. 3. p. 2. col. 339. c. *Si linguis hominum loquar, & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum tanquam æramentum sonans, aut cymbalum tinniens*: similiter tract. 7. 9. & 13. in Joh. col. 343. a. 363. f. & 398. c. itemque l. 1. contra Donat. to. 9. col. 86. f. nisi quòd tract. 7. habeat *velut æramentum*; tract. 13. *ut æramentum*; aliis verò locis simpliciter, *factus sum æramentum*: itidem in Ps. 103. to. 4. col. 1135. e. & in Ps. 141. col. 1582. a. & serm. 350. tom. 5. col. 1349. f. & l. 2. ad Simplic. to. 6. col. 110. a. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. a. quibus etiam in locis, modò *factus sum velut æramentum*, modò *factus sum æramentum*, ut sup. Græc. γέγονα χαλκός· Mss. Reg. & Sangerm. Græc. ἕν εἰμι χαλκός· Borner. Gr. ἕν εἰμι ἢ χαλκός· Lat. *unum sum ut æram.* alius omittit seq. ἠχῶν, *sonans.* Rursus Augustinus tract. 76. in Joh. col. 695. b. habet: *Qui non diligunt, si linguis hominum loquantur, & angel. fiunt æramentum sonans, & cymbalum tinniens.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si linguis hominum loquar, & angel. caritatem autem non habeam, unum sum velut æramentum resonans, & cymbalum tinniens*: quæ satis respondent textui. Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. necnon Auctor ep. ad Demetriad. cum Vulgata concordant ad verbum. Optatus Milev. l. 3. cont. Donat. p. 63. b. *ero æram. tinniens in deserto.*



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. Et si habeam prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam : & si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.

3. Et si in cibos divisero omnem substantiam meam, & tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil prodest mihi.

4. Caritas patiens est, benigna est : Caritas non æmulatur, caritas non est perpera, non inflatur,

5. non ambitiosa est, non quærit quæ sua sunt, non * irritatur, non cogitat malum,

* *Ms. Reg.* inritatur.

## VULGATA NOVA.

2. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam : & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

4. Charitas patiens est, benigna est : Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur,

5. non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Augustinus tract. 6. in Joh. to. 3. col. 339. f. *Si omnia sacramenta sciero, & habuero prophetiam, & omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum :* & tract. 7. col. 343. a. *Et si habuero omnem scientiam, & sciam omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam, & habuero omnem fidem ut montes transferam, caritatem autem non hab. nihil sum :* & tr. 9. 363. f. *Et si sciero omnia sacramenta, & omnem scient. & habuero prophetiam, & om. fidem ita ut montes transferam,* &c. & tr. 13. col. 398. f. *Si sciam omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam, & omnem fidem ita ut,* &c. in Ps. verò 141. tom. 4. col. 1582. a. *Et si habuero prophetiam, & sciero omnia sacramenta, & omnem scientiam : & si habuero omnem fidem ita ut,* &c. ut sup. vide etiam eundem Aug. tract. 5. in 1. Joh. tom. 3. col. 895. f. item serm. 350. to. 5. col. 1349. f. lib. 2. ad Simplic. tom. 6. col. 110. a. lib. de unit. Eccl. tom. 9. col. 382. c. lib. 1. contra Donat. ibid. col. 86. e. & l. de gra. & lib. arbit. to. 10. col. 736. a. in quibus omnibus locis eadem quæ supra, iisdem vel penè iisdem verbis exprimit. Cyprianus l. de unit. Eccles. p. 199. a. *& si habuero fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum :* sic etiam l. 3. Testim. p. 304. addito *omnem*, ante *fidem.* Item Zeno Veron. tract. 2. p. 21. necnon S. Pacian. ep. 2. p. 308. h. *& si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem non habeam, nihil sum.* Concinit S. Leo, serm. 44. p. 110. a. addito *autem*, post *caritatem.* Itidem Auctor ep. ad Demetriad. p. 46. c. præpositis his, quæ leguntur in Vulgata. Ambrosius verò in Luc. 13. col. 1453. c. & in Ps. 45. col. 929. f. hæc sola : *& si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest :* ita rursum ep. 78. col. 1094. b. nisi quòd legat, *si habuero*, pro *& si habeam.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Et si habuero prophetiam, & noverim omnia mysteria, & omnem scientiam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest : & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam : & si erogavero,* &c. Optatus l. 3. contra Donat. p. 63. b. compendiariò sic laudat tres primos hujus capitis versus : *Si habeam in me potestatem imperandi montibus ut transferant se de locis in loca, & loquar omnium gentium linguis, etiam angelorum ; & corpus meum flammis tradam, & charitatem in me non habeam ; nihil sum, sed ero æramentum tinniens in deserto.* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in hunc loc. Vulgatæ suffragantur, nec refragatur Græc. nisi quòd, pro triplici *habuero*, ter ponat ἔχω· Ms. etiam Alex. in fine, pro ὐδέν εἰμι, habet ὐθὲν ὠφελῦ.

℣. 3. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 199. a. & Zeno Veron. tr. 2. p. 21. *Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem non habeam, nihil proficio :* ita rursum Cyprianus l. 3. Testim. p. 304. c. omissa voce *pauperum.* Auctor l. de rebapt. ap. Cypr. p. 363. a. *& si corpus meum tradidero ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* S. Pacianus ep. 2. pp. 308. h. 309. a. *Et si in cibos pauperum divisero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meum ad comburendum, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Augustinus tr. 7. & 13. in Joh. to. 3. p. 2. col. 340. a. 343. b. 363. f. *Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest :* similiter ep. 173. to. 2. col. 614. f. & tract. 6. & 8. in 1. Joh. to. 3. col. 864. a. 882. c. & in Ps. 141. to. 4. col. 1582. b. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. b. at serm. 350. to. 5. col. 1349. g. *Et si donavero omnes facultates meas, & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem non habeam, nihil mihi prodest :* & l. 2. ad Simplic. tom. 6. col. 110. b. *Et si distribuero omnem substantiam meam, & si tradidero,* &c. ut sup. & lib. de 8. quæst. ad Dulcit. ibid. col. 123. f. necnon l. de fide & op. col. 179. e. *Si distribuam omnia mea pauperibus, caritatem autem non habeam, nihil,* &c. ut supra. Ambrosiaster in 1. Cor. *Et si erogavero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meum ut ardeam, nihil mihi prodest.* Maximus Taurin. p. 30. g. *Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Scholiastes Hieron. & Sedulius Scotus in hunc loc. Vulgatæ congruunt ; nec aliter Beda in eundem loc. itemque Auctor ep. ad Demetriad. p. 46. c. nisi quòd uterque habeat *ut ardeam*, loco *ita ut ardeam.* Solus Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. tom. 4. col. 307. f. legit : *si tradidero corpus meum ut glorier, caritatem autem non habeam,* &c. ut sup. at infra, col. 308. b. addit : *Scio in Latinis codicibus, in eo testimonio, quod supra posuimus :* Si tradidero corpus meum ut glorier : ardeam *habere pro* glorier ; *sed ob similitudinem verbi, quæ apud Græcos* ardeam *&* glorier, *id est* καυθήσωμαι *&* καυχήσωμαι, *una litteræ parte distinguitur, apud nostros error inolevit. Sed & apud Græcos ipsos ipsa exemplaria sunt diversa.* Eadem rursum notat Hieron. in Isai. 58. to. 3. col. 428. c. dicens : *Apostolus si etiam corpus suum tradat martyrio ut ardeat, sive glorietur (utrumque enim fertur in exemplaribus) absque Dei caritate... frustra se dicit sanguinem fundere.* In hodierno Græco sic : Καὶ ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μυ, ϗ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μυ ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, ὐδὲν ὠφελῦμαι. Mss. quidam, teste Estio, ferunt τὰ πάντα μυ, absque ὑπάρχοντα· subinde Basil. ep. ad Neocæsar. cum Syr. & Arab. habet καυθῆ, pro καυθήσωμαι Mss. autem Alexand. Wech. & Copt. καυχήσωμαι, sed alii plerique καυθήσωμαι de quibus vide Millii not. in hunc ℣.

℣. 4. Tertullianus l. de pat. c. 12. p. 202. c. *Dilectio magnanimis est, benefica est : non æmulatur, nec protervum sapit, non inflatur.* Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 199. a. *Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur :* sic etiam l. de op. & eleem. p. 252. a. & l. 3. Testim. p. 304. c. nisi quòd priori loco omittat *non agit perperam ;* posteriori verò habeat, *caritas non agit perperam :* item l. de zel. & liv. p. 259. b. legit : *Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non zelat.* Augustinus serm. 350. to. 5. col. 1349. f. *Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non æmulatur,* &c. ut in Vulg. ita rursum l. de gra. & lib. arbit. tom. 10. col. 736. b. deleta voce *caritas*, ante *benigna :* & epist. 55. tom. 2. col. 143. e. *caritas autem non æmulatur, non inflat.* Optatus l. 7. contra Donat. p. 104. c. *Charitas magnanimis est, charitas benigna est, charitas non zelatur, charitas non inflatur.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Charitas magnanima est, jucunda est : Charitas non æmulatur, non inflatur, non perperam agit.* Ambrosius in Psalm. 118. col. 1183. b. *Caritas patiens est, benigna est : Caritas non æmul.* &c. ut in Vulg. vide etiam eundem in Luc. 4. & 6. col. 1346. f. 1374. b. & l. 5. de fide, col. 562. f. Ambrosio favent Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. necnon Auctor epist. ad Demetriad. p. 46. f. Apud S. Paulin. ep. 23. p. 151. c. *Caritas benigna est, caritas malum proximo non operatur.* In Græco sic : Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται· Ἡ ἀγάπη ὐ ζηλοῖ, ἡ ἀγάπη ὐ περπερεύεται, ὐ φυσιῦται. In Ms. 1. deest Ἡ ἀγάπη, ante ὐ ζηλοῖ· in aliis verò quibusdam, ante ὐ περπερεύεται.

℣. 5. Tertullianus l. de pat. c. 12. p. 202. c. *non protervit, nec sua quærit, nec incitatur.* Cyprianus l. de unitate Eccles. p. 199. a. & l. de op. & eleem. p. 252. a. & l. 3. Testim. p. 304. c. *non inflatur, non irritatur, non cogitat malum :* deinde l. de unit. Eccles. & l. de op. & eleem. *omnia diligit, omnia credit,* &c. prætermissis intermediis. Augustinus serm. 350. to. 5. col. 1350. a. & lib. de gra. & lib. arbit. to. 10. col. 736. b. *non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum.* Optatus l. 7. contra Donat. p. 104. c. *non inflatur, non quærit quæ sua sunt.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1183. b. *non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum.* Sic etiam legunt Ambrosiaster, Scho-

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

6. non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:

7. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Charitas nunquam excidit; sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

10. Cùm autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco

### VERSIO ANTIQUA.

6. non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

7. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Caritas nunquam excidet; sive prophetiæ abolebuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim scimus, & ex parte * prophetamus.

10. Cùm autem venerit quod perfectum est, * destruentur quæ ex parte sunt.

11. Cùm eram * parvulus, ut parvulus loquebar, ut parvulus sapiebam, ut parvulus cogitabam. Cùm factus sum vir, quæ parvuli erant deposui.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem faciem ad faciem. Nunc scio ex par-

* Ms. Reg. prophetemur.

* Ms. Reg. destruetur.

* Ms. Reg. ubique parvolus & parvoli.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

liastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Græc. οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Mss. quidam habent φιλοτιμεῖ, pro ἀσχημονεῖ.

℣. 6. Cyprianus l. de unit. Eccles. p. 199. a. & l. de op. & eleem. p. 252. a. hunc versiculum omittit, ut notavimus supra: at l. 3. Testim. p. 304. c. habet: *non gaudet super injustitiam, conlatatur autem in veritate.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 234. g. *non gaudet super iniquitatem:* & serm. 350. tom. 5. col. 1350. a. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. c. *non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1183. b. cum Scholiaste Hieron. & Beda in 1. Cor. Ambrosiaster verò in eundem loc. *non gaudet in iniquitate, congaud. autem veritati.* Gr. οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, &c.

℣. 7. Tertullianus l. de pat. c. 12. p. 202. c. *dilectio omnia sustinet, omnia tolerat.* Cyprianus l. de unit. Eccles. p. 199. a. necnon l. de op. & eleemos. p. 252. a. ac l. 3. Testim. p. 304. c. *omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Item Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 21. *caritas omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Augustinus ser. 350. to. 5. col. 1350. a. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 736. c. *omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert:* sicque iterum l. de unit. Eccles. to. 9. col. 344. a. præposita voce *caritas.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1183. b. & l. 2. offic. col. 79. e. *omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet:* hunc etiam vide l. de Isaac, c. 8. col. 381. b. & epist. 78. col. 1094. a. e. Accinunt Scholiastes Hieron. Sedulius, Beda, & Ambrosiaster in 1. Cor. nisi quòd horum ultimus habet *tolerat,* pro *suffert.* Græcum: πάντα στέγει, &c. ut in Vulgata. Cyprianus, & Zeno Veron. supra, legisse videntur στέργει.

℣. 8. Tertullianus l. de pat. c. 12. p. 202. c. (*Dilectio*) *nunquam excidet; nam cætera evacuabuntur, consummabuntur; exhauriuntur linguæ, scientiæ, prophetiæ.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 304. c. *Caritas nunquam excidet:* at lib. de unit. Eccl. p. 199. a. unà cum Zenone Veron. l. 1. tr. 2. p. 21. necnon Ambros. in Ps. 118. col. 1183. b. *nunquam excidit.* Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 671. f. *Caritas autem nunquam cadit:* itidem ser. 350. to. 5. col. 1350. a. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. c. detracto *autem:* & l. 1. de act. cum Felice to. 8. col. 478. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 107. a. addit: *sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia evacuabitur.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Charitas nunquam cadit; sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia evacuabitur.* Sedulius Scotus in eund. loc. *Charitas nunquam excidet; sive,* &c. ut in Vulg. cui accinunt ad verbum Scholiastes Hieron. & Beda. Similiter & Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. b. ab his, *sive prophetiæ evacuab.* Græc. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται..... εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται. Ms. Alex. pro ἐκπίπτει, legit πίπτει, & in fine καταργηθήσονται· Borner. cod. Lat. *destruentur.*

℣. 9. Irenæus l. 2. c. 28. p. 158. a. 159. a. *Ex parte quidem cognoscimus, & ex parte prophetamus:* & l. 4. c. 9. p. 238. b. *Ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus.* Hilarius in Ps. 124. col. 404. b. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Similiter Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Sic etiam Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. b. dial. verò 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus:* & dial. 3. col. 541. a. *Et ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus:* ita rursum ep. ad Damas. to. 3. col. 519. f. & to. 4. p. 1. col. 159. a. detracto primo *Et.* Ambrosius in Ps. 118. col. 998. f. *Ex parte enim cognoscimus:* & l. 5. de fide, col. 594. f. *Ex parte cognoscimus, & ex parte etiam prophetamus.* Augustinus l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 696. g. *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus:* & l. 15. contra Faust. to. 8. col. 277. c. necnon l. 1. de act. cum Felic. to. 8. col. 478. a. *Ex parte enim scimus, & ex,* &c. Concinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. b. Græc. Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, &c. ut sup. Mss. plerique, pro γὰρ, ponunt δέ.

℣. 10. Irenæus l. 4. c. 9. p. 238. b. *Cùm autem venerit quod perfectum est, quæ sunt ex parte, destruentur.* Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 660. a. & l. 15. cont. Faust. tom. 8. col. 277. c. *Cùm autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est, auferetur:* l. verò 22. de civit. Dei, c. 29. tom. 7. col. 696. g. necnon l. 1. de act. cum Felice, to. 8. col. 478. a. *Cùm autem venerit... evacuabitur quod ex parte est.* Itidem Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. b. cui concinunt Scholiastes sub ejus nomine, & Beda in 1. Cor. at dial. 1. contra Pelag. ibid. col. 493. c. *Cùm autem venerit quod... destruentur illa, quæ ex parte sunt:* & dial. 3. col. 541. a. *Cùm autem venerit... id, quod ex parte fuerat, destruetur.* Rursum Aug. tr. 86. in Joh. to. 3. col. 712. d. *Cùm autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est, evacuabitur.* Ambrosiaster in hunc loc. *Cùm autem venerit quod perfectum est, evacuabuntur illa, quæ ex parte sunt.* Græc. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. Mss. plures tollunt τότε· Borner. verò cod. Gr. Lat. habet τὰ ἐκ μέρους.

℣. 11. Tertullianus l. de pudic. p. 999. c. *Cùm parvulus essem, tanquam parvulus loquebar, tanquam parvulus sapiebam. At ubi vir sum factus, ea, quæ parvuli fuerant, evacuavi.* Hilarius in Ps. 132. col. 462. f. *Cùm factus sum vir, ea, quæ sunt parvuli, dereliqui.* Auctor l. de xl. mans. apud Ambros. col. 16. c. *Cùm autem factus sum vir, quæ parvuli erant deposui.* Augustinus l. de spir. & litt. tom. 10. col. 105. d. *Cùm essem parvulus, quasi parvulus loquebar, quasi parvulus sapiebam, quasi parvulus cogitabam. Cùm autem factus sum vir, deposui ea, quæ parvuli erant:* & lib. de op. Mon. to. 6. col. 502. a. *Cùm essem parvulus, quasi parvulus loq. quasi parvulus sap. quasi parvulus cogitab. Cùm autem vir effectus sum, evacuavi quæ parvuli erant:* ita rursum l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 696. g. præter *factus sum vir:* & l. 1. de act. cum Felic. to. 8. col. 478. a. *Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam quasi parvulus, cogitabam quasi parvulus. Cùm autem factus sum vir, evacuavi quæ parvuli erant.* Faustus Manich. ap. Aug. lib. 11. to. 8. col. 217. g. *Cùm essem parvulus, ut parvulus loquebar, ut parvulus sapiebam, ut parvulus cogitabam. Cùm autem factus sum vir, quæ parvuli erant deposui.* Hieron. in Isai. 56. to. 3. col. 408. c. *Quando eram parvulus, loquebar ut parvulus, sap. ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, destruxi ea, quæ parvuli sunt:* l. verò 2. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 366. c. *Quando eram parvulus... evacuavi quæ erant parvuli.* Concinunt Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. excepto *Cùm essem parvulus.* Ambrosiaster in eundem loc. *Cùm essem parvulus, quasi parvulus loqueb. quasi parvulus sapieb. quasi parvulus cogitab. At ubi factus sum vir, ea, quæ parvuli erant, destruxi.* Græc. Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην. Ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. Ms. Alex. tollit δὲ, ante γέγονα.

℣. 12. Irenæus l. 5. c. 7. p. 301. a. partim ex ℣. 9. præced. partim ex ℣. 12. præs. legit: *Nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: tunc autem facie ad*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* te: tunc autem cognoscam * sicut & ego cognitus sum.

* *Mss. Reg.* sicut ego cognotus.

13. Manet autem fides, spes, caritas, tria hæc: major autem horum caritas.

VULGATA NOVA.

ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

13. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*faciem.* Tertullianus l. contra Prax. p. 850. b. *Nunc videmus tanquam per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. b. *Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & ego cognitus sum.* Eadem exhibet Augustinus quæst. 29. in Josue, tom. 3. p. 1. col. 593. d. deleta vocula *ego*: ita rursum tr. 101. in Joh. to. 3. p. 2. col. 752. c. & l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 697. a. & l. de spir. & litt. tom. 10. col. 105. d. e. at l. 1. de act. cum Felic. to. 8. col. 478. a. *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*: & tract. 34. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 537. f. *Nunc scio ex parte, nunc in ænigmate per speculum: tunc autem facie ad faciem*: & tract. 86. col. 712. d. *Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc per speculum in ænigm. tunc autem facie*, &c. & tract. 96. col. 735. f. *tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Hilarius in Ps. 124. col. 404. b. *Et nunc videmus per spec. in ænigmate: tunc autem facie ad fac.* hunc etiam vide in Pss. 121. 125. 142. & 146. col. 384. f. 410. b. 549. e. & 577. b. Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 133. *Videmus autem modò per speculum in ænigmate: tunc autem facies ad faciem erit.* Ambrosius l. de bono mort. c. 11. col. 410. b. *Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem*: & l. 2. de fide resurr. col. 1163. f. *Nunc enim per speculum videmus: tunc autem facie ad faciem*: & l. de apol. Dav. c. 12. col. 696. b. *Non per speculum, non in ænigmate: sed facie ad faciem.* Itidem Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. a. addito *jam*, ante *per speculum.* Hieronymus ep. ad Damas. to. 3. col. 519. f. & to. 4. p. 1. col. 159. a. *Nunc videmus per spec. in ænigmate*: sic etiam lib. 1. & 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. 541. a. posito *Et*, ante *nunc*; nec aliter Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 13. p. 9. b. Auctor verò l. de fide orthod. apud Ambros. col. 345. c. *Et modò per speculum in ænigmate videmus: tunc facie ad faciem.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc verò facie ad faciem. Modò scio ex parte: tunc verò cognoscam sicut & cognitus sum.* Gaud. Brix. serm. 1. p. 946. c. *Nunc enim videmus per specul. in ænigmate: tum autem facie ad faciem*: at serm. 5. p. 951. f. *Modò per spec. videmus, & in ænigmate: tunc verò à facie ad fac.* & sup. ser. 2. p. 947. b. *Modò enim scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Scholiastes Hieron. & Beda nil differunt à Vulg. In Græco sic: Βλέπομεν γὰρ ἄρτι, δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι· τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Ἄρτι γινώσκω, &c. ut in Vulg. Mss. quidam habent, ὡς δι' ἐσόπτρου· alii verò, ὡς ἐν αἰνίγματι. & in fine, Bornerius Græco-Lat. καθὼς καὶ ἐγὼ ἐπεγνώσθην.

℣. 13. Tertullianus l. de pat. c. 12. p. 202. c. *Permanent fides, spes, dilectio.* Hilarius fragm. 1. col. 1279. a. *Manet autem fides, spes, caritas.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 5. col. 321. e. *Manet autem spes, fides, caritas, tria hæc: major autem his est caritas*: & ep. 78. col. 1094. b. ait: *Etenim cùm tria sint, spes, fides, caritas; major his est caritas.* Augustinus tract. 83. in Joh. to. 3. p. 2. col. 708. c. *Manent autem, fides, spes, caritas, tria hæc: major autem horum caritas*: & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. c. *Manet fides, spes, caritas*, &c. Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. b. *Nunc autem manent, fides, spes, & caritas, tria hæc: major autem horum est caritas.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Manent autem nunc, fides, spes*, &c. ut in Vulg. Beda in eundem loc. *Nunc autem manent, fides, spes.... major autem his est caritas.* Gaudentius Brix. ser. 9. p. 958. b. *Manent spes, fides*, &c. ut in Vulgata. Gr. Νυνὶ δὲ μένει πίστις.... μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. Borner. codex Gr. Lat. Μένει δὲ, absque νυνί.

# CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. SEctamini caritatem, æmulamini autem spiritalia: magis autem ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

4. Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam ædificat.

5. Volo enim omnes vos loqui linguis; magis autem ut prophetetis. Major est enim qui pro-

VULGATA NOVA.

1. SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

4. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis; magis autem prophetare. Nam major est qui prophe-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 743. b. *æmulamini spiritalia dona: magis autem ut prophetetis.* Sedulius Scot. in 1. Cor. *æmulemini spiritualia: sed magis ut prophetetis exhortor.* Scholiastes Hieron. in eundem loc. *Sectamini caritatem, æmulamini spiritualia: magis autem prophetetis.* Concinunt Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. c. Ambrosiaster, & Beda in hunc loc. posito *ut*, ante *prophetetis*. Ita quoque in Græco est, addito δὲ, verbo ζηλοῦτε, *æmulamini*.

℣. 2. Augustinus l. 2. de Spir. S. col. 659. b. *Qui loquitur linguis, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. præter hæc initio, *Nam qui loquitur lingua.* Sedulius Scotus in eund. loc. *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loq. sed D. nemo enim audit. Spiritu enim loquitur mysteria.* Beda cum Scholiaste Hieron. in eundem loc. itemque Ms. cod. Floriac. num. 52. necnon Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 743. b. textui nostro concinunt, nisi quòd ultimus iste habet *Spiritus enim*, pro *Spiritus autem*: idem etiam Vigilius infra, p. 750. g. *Spiritus est qui loquitur mysteria.* Græcum Vulgatæ consonat. Borner. tamen cod. Gr. Lat. cum aliis quibusdam fert γλώσσαις, *linguis*, pro γλώσσῃ, *lingua*; & paulò post idem Bornerius cum Vel. habet Πνεῦμα, pro Πνεύματι. Lat. etiam codices quidam *Spiritus*, si Millio fides.

℣. 3. Ambrosiaster in 1. Cor. *Qui enim prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem*, &c. ut sup. Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Sedulius verò...... *loquitur ædificationem, exhortationem, consolationem.* Græc. Ὁ δὲ προφητεύων... λαλεῖ οἰκοδομὴν, καὶ παράκλησιν, καὶ παραμυθίαν al. πρὸς οἰκοδομήν.

℣. 4. Ambrosiaster in hunc loc. *Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui verò prophetat, Ecclesiam ædificat.* Sedul. Scot. in eund. loc. *sei. ædif. qui autem proph. Eccl. ædif.* Scholiastes Hieron. & Beda, Vulgatæ suffragantur. Similiter & Græcum, deleta voce *Dei*, quæ etiam abest à pluribus codd. Lat. iisque probatissimis, teste Estio. Borner. tamen cod. Gr. habet Ἐκκλησίαν Θεοῦ, & Lat. *Ecclesiam Dei*.

℣. 5. Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. c. *Volo autem omnes vos loqui linguis; magis autem prophetare. Nam major est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Volo autem vos omnes loqui linguis; magis autem ut prophetetis. Major est enim qui prophetat, quàm qui loquitur lingua, nisi interpretetur*: reliqua desunt. Similiter Sedulius in hunc loc. *nisi interpretetur*; pauloque post: *Major est enim qui prophetat, quàm qui loquitur lingua.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ concinunt ad verbum. Græc. Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς...

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tat, quàm qui loquitur linguis : niſi fortè interpretetur, ut Eccleſia ædificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, ſi venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in revelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

7. Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſive tibia, ſive cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint; quomodo ſcietur id, quod canitur, aut quod citharizatur?

8. Etenim ſi incertam vocem det tuba; quis parabit ſe ad bellum?

9. Ita & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis; quomodo ſcietur id, quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.

10. Tam multa, utputa, genera linguarum ſunt in hoc mundo: & nihil ſine voce eſt.

11. Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

12. Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem Eccleſiæ quærite ut abundetis.

13. Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur.

14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.

15. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

16. Cæterùm ſi benedixeris ſpiritu: qui ſupplet

VERSIO ANTIQUA.

phetat, quàm qui loquitur linguis : niſi ſi interpretetur, ut Eccleſia ædificationem accipiat. *Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

6. Nunc autem, fratres, ſi venero ad vos linguis loquens; quid vobis * proderit, niſi vobis loquar in revelationem, * aut ſcientiâ, aut prophetiâ, aut in doctrina?

7. Tamen * quæ ſine anima ſunt vocem * dantia, ſive tibia, ſive cithara, niſi diſtinctionem ſoni dent; quomodo ſcietur quod per tibiam canitur, vel quod citharizatur?

8. Nam ſi incertam vocem tuba dederit; quis parabit ſe ad bellum? *Ex Mſ. Sangerm. ſolo.*

9. Ita & vos per linguam niſi ſignificantem ſermonem dederitis; quomodo ſcietur quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.

10. Tantùm, utputa, genera ſunt in hoc mundo: & nihil ſine voce.

11. Si ergo ignorem virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

12. Ita & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpiritûm, ad ædificationem Eccleſiæ quærite ut abundetis.

13. Qui loquitur lingua, oret ut interpretetur.

14. Si enim oravero lingua, ſpiritus meus orat, ſed mens mea ſine fructu eſt.

15. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

16. Cæterùm ſi benedixeris ſpiritu: qui ſupplet

* *Mſ. Reg.* prodeero.
* *Mſ. Reg.* ut.
* *Mſ. Reg.* qui.
* *Mſ. Reg.* dant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μᾶλλον δὲ ἵνα πεοφητεύητε. Μείζων γὰρ ὁ πεοφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις· ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ Ἐκκλησία, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam, Μείζων δὲ ὁ.

℣. 6. Auguſtinus l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. col. 303. a. *Proinde ſi venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in revelatione, aut in prophetia, aut in doctrina?* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Nunc autem, fratres, ſi venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, niſi loquar vobis aut in revelatione, aut in notitia, aut in prophetia, aut in doctrina?* Itidem Sedulius Scotus in eund. loc. excepta voce *lingua*, pro *linguis*; & *ſcientia*, pro *notitia*. Scholiaſtes verò Hieron. & Beda nil differunt à Vulg. nec etiam Græcum, niſi excipias vocem γνώσει, pro *ſcientia*; ad verbum, *cognitione*, ſeu *notitia*, ut ſup.

℣. 7. Ambroſiaſter in hunc loc. *Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſive tibia, ſive cithara, ſi diſtinctionem ſonitûs non dederunt; quomodo cognoſcetur quod per tibiam canitur, aut quod citharizatur?* Scholiaſtes Hieron. & Beda, eadem quæ in Vulgata. Græc. Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον, ἢ τὸ, &c. Mſ. 1. pro τοῖς φθόγγοις, habet φθόγγου.

℣. 8. Ambroſiaſter in hunc loc. *Etenim ſi incertam vocem tuba dederit; quis ſe parabit ad prælium?* Græc. Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ· τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; In Mſ. Regio prima tantùm leguntur hujus ℣. verba, nempe, *Nam ſi incertam vocem*; cætera omnia uſque ad medium ℣. 18. deſiderantur, integra licet maneat verſio Græca, imò & ſalvæ ſint paginæ duæ, in quibus ſcribi debuiſſet Latina verſio. Omiſſa ſupplevit feliciter Mſ. Sangermanenſis.

℣. 9. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Ita & vos per linguam niſi ſignificantem ſermonem dederitis; quomodo ſcietur quid loquimini? eritis enim in aera loquentes.* Græc. Οὕτω καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε· πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον, &c. ut ſup. Mſ. Reg. Gr. habet εὔσχημον, pro εὔσημον.

℣. 10. Ambroſiaſter: *Nam multa, utputa, genera linguarum ſunt in hoc mundo: & nihil ſine voce.* Gr. Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. In Mſ. Reg. deeſt Τοσαῦτα, ſicut in Borner. Gr. Lat. ſubinde in Reg. & in aliis quibuſdam legitur εἰσὶν, pro ἐστίν· in eodem etiam Reg. & aliis deeſt αὐτῶν, ante ἄφωνον, ſed additur ἐστὶν in Reg. ut in Vulg.

℣. 11. Scholiaſtes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.* Sedulius Scotus in eund. loc. *ero cui loquar, barbarus:* deinde Ambroſiaſt. *& is, qui loquitur, mihi barbarus.* Græc. Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. Mſs. quidam ferunt ἰδῶ, pro εἰδῶ· Reg. εἰλῶ, & paulò poſt, cum aliis quibuſdam, tollit ἐν, ante ἐμοί.

℣. 12. Ambroſius in Pſ. 36. col. 781. c. *Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpiritalium, ad ædificationem Eccleſ. quærite ut abundetis.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædif. Eccleſ. quærite ut prophetetis;* Mſ. 1. *quærite in prophetis.* Græc. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, &c. ut in Vulg. Mſ. Reg. fert ἐστὲ ζηλωτέ ἐστε πνευμάτων, Orig. in Rom. 8. πνευματικῶν· Mſ. Alex. in fine, ἵνα προφητεύητε, pro ἵνα περισσεύητε.

℣. 13. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Ideo qui loquitur*, &c. ut ſupra. Scholiaſtes Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. *Et ideo qui loquitur*, &c. Græc. Διόπερ ὁ λαλῶν, &c. Mſ. Reg. cum Sangerm. & Alex. Διὸ ὁ λαλῶν.

℣. 14. Auguſtinus ep. 238. to. 2. col. 858. b. *Si oravero lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea infructuoſa eſt:* ita rurſum l. 12. de Gen. ad litt. p. 1. to. 3. col. 302. e. & l. 14. de Trin. to. 8. col. 962. g. niſi quòd priori loco habeat, *Si enim oravero;* poſteriori, *Si autem oravero.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Nam ſi oravero lingua, ſpiritus... mens autem mea ſine fructu eſt.* Itidem Scholiaſtes Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. præter verbum *orem*, pro *oravero*. Græc. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι..... ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.

℣. 15. Auguſtinus ep. 238. to. 2. col. 858. b. *Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente.* Hilarius in Pſ. 141. col. 543. a. *pſallam ſpiritu, pſallam & voce.* Ambroſius l. 2. de interpel. Dav. c. 10. col. 652. d. *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente:* ſic etiam in Pſ. 1. col. 742. c. in Pſ. 40. col. 884. c. in Pſal. 48. col. 947. d. in Pſ. 118. col. 1026. c. 1105. e. in Luc. 13. & 15. col. 1458. a. 1468. c. & l. de fide reſur. col. 1164. c. Ambroſiaſter verò in 1. Cor. *Quid eſt ergo? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſalmum dicam ſpiritu, pſalmum dicam & mente.* Scholiaſtes Hieron. in eundem loc. *Quid ergo? Orabo*, &c. ut in Vulg. cui ad verbum conſonat Beda. Gr. Τί οὖν ἐστι; Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ... ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

℣. 16. Auguſtinus l. 12. de Gen. ad litt. tom. 3. col. 302. g. *Si benedixeris ſpiritu: qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem? quandoquidem neſcit quid dicas.* Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 318. f. *Cæterùm ſi benedixeris ſpiritu: quis ſupplet locum idiotæ? quomodo dicet, Amen, ſuper tua benedictione? quoniam quidem neſcit quid dicas.* Itidem Beda in 1. Cor. præter *ſuper tuam benedictionem.* Ambroſiaſter in eundem

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam nescit quid dicas:

17. tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur.

18. Gratias ago Deo, quòd omnium vestrûm * linguam aliis loquor.

19. Sed in Ecclesia volo quinque verba loqui per sensum meum, ut * & alios instruam: quàm multa millia verborum in lingua.

20. Fratres, nolite pueri effici sensibus: sed malitia parvuli estote, ut sensibus perfecti sitis.

21. In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis, & * in labiis aliis loquar populo huic: & * nondum exaudient me, dicit Dominus.

22. Itaque linguæ * in signum sunt non his, qui credunt, sed non credentibus: * prophetia autem non infidelibus, sed fidelibus.

23. Si convenerit universa Ecclesia in unum, & loquantur linguis omnes, intrent autem idiotæ, aut infideles: nonne dicent * quia insanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, * aut idiota, convincitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus:

25. occulta * etiam cordis ejus manifesta fient, & tunc cadens in faciem adorabit Deum, adnuntians quòd verè Deus in vobis est.

*Ex Ms. Sangerm. solo.*

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* linguâ loquar.

* *In Ms. Reg. deest* &.

* *In Ms. Reg. deest* in.

* *Ms. Reg.* nec sic.

* *Ms. Reg.* in signium.

* *Ms. Reg.* prophetiæ.

* *Ms. Reg.* quòd.

* *Ms. Reg.* vel.

* *Ms. Reg. delet* etiam.

## VULGATA NOVA.

locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit:

17. nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur.

18. Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrûm lingua loquor.

19. Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, ut & alios instruam: quàm decem millia verborum in lingua.

20. Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote: sensibus autem perfecti estote.

21. In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus. *Isai.* 28. 11.

22. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

23. Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles: nonne dicent quòd insanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25. occulta cordis ejus manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quòd verè Deus in vobis sit.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loc. *Cæterùm si benedixeris spiritu: quis supplet locum idiotæ? quomodo dicit, Amen, super tuam benedictionem? quia nescit quid dicas.* Similiter Scholiastes Hieron. *quis supplet locum idiotæ?* cætera verò ut in Vulg. cui suffragatur Sedulius Scotus. Græc. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσης τῷ πνεύματι· ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις, οὐκ οἶδε· Ms. Reg. Ἐπὶ ἐὰν εὐλογῇς ἐν πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν, &c.

℣. 17. Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in hunc loc. *nam tu quidem bene*, &c. ut sup. Sic etiam Ambrosiaster in eund. loc. posito *alius*, pro *alter*. Græc. σὺ μὲν γὰρ καλῶς… ἀλλ' ὁ ἕτερος, &c. ut sup. Bornerius eod. Gr. ἀλλ' ὁ ἑταῖρος, Bornerius Lat. *sed alius*.

℣. 18. Hic desinit lacuna codicis Regii, pergitque textus ab his verbis, *quòd omnium vestrûm*, &c. ut supra. Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 216. c. cum Sedulio Hib. in 1. Cor. *Gratias ago Deo, quòd omnium vestrûm linguis loquor.* Beda in eundem loc. *Gratias ago Deo, quòd omnium v. lingua loquor.* Scholiastes Hieron. & Ambrosiast. eadem quæ in Vulgata. Græc. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. Mss. quidam tollunt μου, post Θεῷ, uti μᾶλλον, ante γλώσσαις.

℣. 19. S. Paulinus epist. 23. p. 145. c. *Malo quinque verba loqui in lege, quàm multa millia in lingua.* Ambrof. in Luc. 1. col. 1280. d. *Malo in Ecclesia quinque verba mente mea loqui, ut alios instruam: quàm decem millia in lingua.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Sed in Eccl. volo quinque verba loqui per legem* ( Rom ed. *per sensum meum*, ) *ut & alios ædificem: quàm decem millia verborum in lingua.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. *Volo quinque verba mente mea in Eccles. loqui.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *Sed in Eccles. volo sensu meo quinque verba loqui.* Scholiast. Hieron. & Beda in eundem loc. nil differunt à Vulgata. Græc. Ἀλλ' ἐν Ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. Borner. codex Gr. cum aliis quibusdam, pro διὰ τοῦ νοός μου, fert τῷ νοΐ μου· Borner. verò Lat. *per sensum meum.* Marcion, teste Epiphanio, διὰ τὸν νόμον, *propter legem;* cui lectioni favent Paulinus, & Ambrosiaster sup. Vide sis plura apud Morinum, l. 1. Exercit. Biblicar. p. 35.

℣. 20. Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 229. f. *Nolite pueri effici mentibus* ( al. *sensibus:* ) *sed malitia parvuli estote, ut mentibus perfecti sitis:* itidem in Ps. 112. tom. 4. col. 1251. a. *Nolite effici pueri mentibus: sed…. ut mentibus perfecti sitis:* item in Ps. 44. col. 380. g. *Nolite pueri esse mentibus:* lib. verò de quæst. to. 6. col. 36. e. *Nolite pueri effici sensibus: sed malitia infantes estote, ut sensibus perfecti sitis.* Hilarius in Ps. 132. col. 462. f. *parvuli malitia, non sensu.* Gaudentius Brix. in serm. p. 973. a. *malitia parvuli estote, ut sensibus perfecti sitis.* Auctor l. de prom. p. 2. c. 31. col. 158. d. *Nolite pueri effici mentibus.* Cassiodorus in Ps. 18. p. 66. b. *Nolite pueri effici sensibus: sed malitia parvuli estote.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. qui addit, *ut sensibus perfecti sitis.* Græc. Ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε· ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε. Bornerius Gr. Lat. ἵνα ταῖς φρεσὶν τέλειοι γένησθε.

℣. 21. Ambrosiaster in hunc loc. *In lege enim scriptum est: Quia in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic: & ne sic me audient, dicit Dominus.* Beda in eundem loc. *In lege enim scriptum est: Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis….. & nec sic exaudient me*, &c. Itidem Scholiastes Hieron. addito *in*, ante *labiis.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd, pro *aliis linguis*, ponat ἑτερογλώσσοις. Bornerius cod. Gr. Lat. ἑτέραις γλώσσαις· subinde idem codex Græcus, οὐδέπω, Latinus, *nondum*, pro οὐδ' οὕτως, *ne sic.*

℣. 22. Ambrosius in Luc. 1. col. 1280. d. *Lingua in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Itaque lingua in signum sunt non utique iis, qui credunt, sed non credentibus: prophetia autem non incredulis, sed iis, qui credunt.* Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda nil differunt à Vulgata. Græc. Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν. Velef. lect. αἱ δὲ προφητεῖαι, & in fine Borner. cod. πιστοῖς.

℣. 23. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 695. a. *Si conveniat universa Ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur, intret autem idiota, aut infidelis: nonne dicet quòd insanitis?* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si convenerit universa Eccl. in un. & loquantur omnes linguis, introeant autem infideles, & idiotæ: nonne dicent quia insanitis?* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ concinunt, nisi quòd uterque habeat in fine, *Quid insanitis?* Gr. ὅτι μαίνεσθε;

℣. 24. Ambrof. l. 3. de Spir. S. col. 695. a. *Sin autem prophetent omnes, intret autem quis idiota, aut infidelis, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus.* Victor Vit. l. 3. de perf. Afric. p. 47. b. *Si omnes prophetaverint, intret autem aliquis infidelis, aut idiota, convincitur ab omnibus, examinatur ab omnibus.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Si autem omnes prophetent, intret autem aliquis infidelis, vel idiota, increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus.* Græc. Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ…. ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται, &c.

℣. 25. Ambrosius in Luc. 2. col. 1307. b. *occulta quoque cordis ejus manifesta fient, & procidens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus est in vobis:* at l. 3. de Spir. S. col. 695. a. *occulta etiam cordis ejus manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus sit in vobis.* Victor Vit. l. 3. de perf. Afr. p. 47. b. *occulta cordis ejus manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quia verè Deus in vobis est.* Similiter habet Ambrosiaster in 1. Cor. præter hæc, *& tunc cadens….. quòd verè in vobis Deus sit.* Vigilius Tapf. l. 1.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

26. Quid ergo eſt, fratres? cùm convenitis, unuſquiſque veſtrûm pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive lingua quis loquitur, ſecundùm duos, aut ut multùm tres, & per partes, & unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo.

29. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent.

30. Quòd ſi alii revelatum fuerit ſedenti, prior taceat.

31. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare: ut omnes diſcant, & omnes exhortentur:

32. & ſpiritus prophetarum prophetis ſubjecti ſunt.

33. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis ſanctorum doceo.

34. Mulieres in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. *Geneſ. 3. 16.*

35. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.

36. An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos pervenit?

37. Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.

**Versio antiqua.**

26. Quid ergo eſt, fratres? cùm convenitis, unuſquiſque veſtrûm pſalmum habet, doctrinam habet, *revelatione habet, linguam *habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive lingua quis loquitur, per binos, aut multùm tres, & per partes, & unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit interpres, taceat in *Eccleſiam, ſibi autem loquatur, & Deo.

29. Prophetæ duo, *vel tres loquantur, & cæteri examinent.

30. Quòd ſi alii revelatum fuerit ſedenti, prior taceat.

31. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare: ut omnes diſcant, & omnes exhortentur:

32. & ſpiritus prophetarum prophetis ſubjectus *eſt.

33. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut in omnibus Eccleſiis ſanctorum. *

36. [34.] An à vobis ſermo Dei proceſſit? aut in vobis ſolis devenit?

37. [35.] Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt.

38. [36.] Si quis autem *ignorat, ignoratur.

39. [37.] Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui *in linguis nolite prohibere.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*
* *Mſ. Reg.* revelationem.
* *Mſ. Reg.* habent.
* *Mſ. Reg.* Eccleſia.
* *Mſ. Reg.* aut tres dicant.
* *Mſ. Reg.* ſit.
* *Mſ. Reg. addit* doceo.
* *Mſ. Reg.* ignorant.
* *In Mſ. Reg. deeſt* in.

## Notæ ad Versionem antiquam.

contra Arium & Sabell. *& proſtratus confitebitur quia verè Deus in vobis eſt.* Beda in hunc loc. *occulta cordis ejus manifeſta ſunt*, &c. ut in Vulg. Scholiaſtes Hieron. in eundem loc. *occulta enim cordis ejus manifeſta fiunt*, &c. Græc. καὶ οὕτω τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ... ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι. In Mſs. pluribus ipſo initio deeſt καὶ οὕτω· ſubinde unus habet ἀναγγέλλων, alius verò omittit ſeq. ὄντως.

℣. 26. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Quid eſt igitur, fratres? cùm convenitis, unuſquiſque veſtrûm canticum habet, doctrinam habet, revelationem habet, linguam habet*, &c. ut ſup. Scholiaſtes Hieron. Sedul. & Beda in eundem loc. eadem quæ in Vulg. quibus etiam Græcum favet, niſi quòd ponat γλῶσσαν ἔχει, ante ἀποκάλυψιν ἔχει.

℣. 27. Ambroſiaſter in hunc loc. *Si lingua quis loquitur, per duos, aut ut multùm tres, & particulatim, ut unus interpretetur.* Gr. Εἴτε γλώσσῃ τὶς λαλεῖ, κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ, &c. ut ſup.

℣. 28. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Quòd ſi non fuerit interpres, taceat in Eccleſia*, &c. ut ſup. Gr. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Cyprianus ep. 71. p. 127. *Prophetæ autem duo, aut tres loquantur, & cæteri examinent.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Prophetæ autem duo, vel tres loquantur, & alii examinent, vel interrogent.* Græc. Προφῆται δὲ δύο, ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν, al. ἀνακρινέτωσαν. Mſs. etiam quidam tollunt δὲ, poſt Προφῆται.

℣. 30. Textui concinunt Ambroſiaſter, Scholiaſtes Hieron. & Beda in 1. Cor. Cyprianus verò ep. 71. p. 127. *Si autem alii revelatum fuerit ſedenti, ille prior taceat.* Julius Hilar. p. 374. b. *Et ſi alii melius revelatum fuerit ſedenti, prior taceat.* In Græco: Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ, &c. ut in Vulg. Aliàs deeſt δέ.

℣. 31. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Poteſtis enim per ſingulos prophetare: ut*, &c. ut ſup. Gr. Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν· ἵνα, &c. in Mſ. uno deeſt πάντες, in altero eſt ἕκαστοι, in al. ἕκαστοι πάντες.

℣. 32. Similiter habent Novatianus l. de Trin. c. 29. p. 1052. a. & Hilarius l. de Synod. col. 1196. a. *& ſpiritus prophetarum prophetis ſubjectus eſt.* Sic etiam Hieronymus ad Nepotian. ſi Millio fides: quibus accinunt Ambroſiaſter, Scholiaſtes Hieron. & Beda in 1. Cor. Græcum, καὶ πνεύματα..... ὑποτάσσεται· in Mſs. vero quibuſdam, καὶ πνεῦμα· Orig. in Matth. καὶ ψυχαί.

℣. 33. Auguſtinus ep. 169. to. 2. col. 604. b. *Quia non eſt ſeditionis Deus, ſed pacis:* & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 44. d. *Deus enim noſter non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis.* Ambroſiaſter in 1. Cor. *Non eſt enim diſſenſ. auctor, ſed pacis: ſicut in omnibus Eccleſ. ſanctorum doceo.* Græc. Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης· ὡς ἐν πάσαις ταῖς ... τῶν ἁγίων. Mſs. quidam ſubdunt διδάσκω.

℣. 36. [34.] Geminos verſus, quos hîc exhibet Vulgata hodierna, nempe 34. & 35. ad calcem capitis rejiciunt Mſs. noſtri Regius, & Sangermanenſis. Similem etiam ſortiuntur locum iidem verſus in Borner. codice Gr. Lat. necnon apud Ambroſiaſtr. & Sedul. in 1. Cor. ſecus apud Scholiaſten Hieron. & Bedam, ubi Vulgatæ verſionis ordo ſervatur. Vide infra, poſt verſum 40. [38.] Sedulius Hibern. in 1. Cor. hæc habet: *An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in ſolos vos devenit?* Itidem Scholiaſtes Hieron. & Beda in eundem loc. præter ultimum verbum *pervenit.* Ambroſiaſt. *An à vobis verbum Dei profectum eſt? aut in vos ſolos devenit?* Græc. Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν;

℣. 37. [35.] Hilarius in Pſ. 1. n. 19. col. 26. a. *Si quis eſt in vobis propheta, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt. Si quis autem*, &c. Ambroſius in Pſal. 36. col. 791. f. *Si quis in vobis propheta eſt, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis. Qui autem ignorat*, &c. Auctor l. de ſingul. cleric. apud Cypr. p. 538. b. *Si quis putat ſe prophetam eſſe, aut ſpiritalem, cognoſcat quæ ſcribo vobis.* Auguſtinus ep. 169. to. 2. col. 603. g. *Si quis videtur eſſe propheta, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini eſt mandatum:* & tract. 98. in Joh. tom. 3. col. 740. e. *Si quis eſt inter vos propheta, aut ſpiritalis, agnoſcat quæ ſcribo vobis*, &c. Ambroſiaſter in 1. Cor. *Si quis exiſtimatur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat..... quia Domini ſunt mandata.* Ita quoque in Græco, niſi excipias verbum δοκεῖ, pro *exiſtimatur:* in Mſ. tamen Borner. Gr. Lat. deeſt vox ult. ἐντολαὶ, ſicut in Sangerm. & Reg. in Alex. verò habetur ἐντολή.

℣. 38. [36.] Hilarius in Pſal. 1. n. 19. col. 26. a. *Si quis autem non cognoſcit, non cognoſcetur.* Ambroſius in Pſ. 36. col. 787. b. *Qui ignorat, ignorabitur:* & in eund. Pſ. col. 791. f. *Qui autem ignorat, ignorabitur.* Aug. ep. 169. to. 2. col. 603. g. & tr. 98. in Joh. to. 3. col. 740. a. *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Accinunt Scholiaſtes Hieron. Ambroſiaſter, Sedul. & Beda in 1. Cor. Græc. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω. Mſs. quidam, ἀγνοεῖται, al. ἀγνοηθήσεται.

℣. 39. [37.] Ambroſiaſter in 1. Cor. *Propter quod fratres æmulationem habete prophetandi: & loqui linguis nolite*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. Reg. ordine.

* Ms. Reg. subdita.

40. [38.] Omnia autem honestè, & * ordinatè fiant.

34. [39.] Mulieres vestræ in Ecclesiis taceant, non enim permittitur illis loqui, sed * subditas esse, sicut & lex dicit.

35. [40.] Si quid autem discere volunt, domi suos viros interrogent. Turpe est enim mulieribus in Ecclesiis loqui.

**VULGATA NOVA.**

38. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

39. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.

40. Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*prohibere.* Scholiastes Hieron. & Beda Vulgatæ concinunt, unà cum Græco.

℣. 40. [38.] Ambrosius l. 1. offic. col. 59. b. cum Auctore l. de sing. cleric. p. 525. *Omnia vestra honestè fiant.* Sedulius Scot. in 1. Cor. *Omnia vestra honestè,* (i. e.) *nihil perverso ordine faciatis.* Gelasius I. ep. 9. cap. 9. Concil. to. 4. col. 1190. d. *Omnia cum ordine fiant.* Scholiast. Hieron. & Beda in hunc loc. *Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant in vobis.* Itidem Ambrosiast. in eundem loc. absque *in vobis.* Gr. Πάντα εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. Mss. plures, Πάντα δὲ εὐσχημόνως.

℣. 34. [39.] Tertullianus l. de bapt. p. 392. b. simpliciter habet: *taceant, & domi maritos,* &c. Item Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. b. *Mulieres in Ecclesia taceant. Si quæ autem quid,* &c. prætermissis verbis intermediis. Hieronymus etiam dial. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 500. c. *Apostolus,* inquit, *docet esse tacendum mulieribus in Ecclesia, & si quid,* &c. Similiter Ambrosius l. de Elia & jejun. c. 18. at ep. 69. col. 1062. a. legit: *Mulieres vestræ in Eccles. taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit.* Sedulius Scotus in 1. Cor. *Mulieres vestræ taceant, sicut & lex dicit.* Ambrosiaster in eund. loc. *Mulieres vestræ in Eccles. taceant, non enim permittitur illis loqui, sed esse in silentio, sicut & lex dicit.* Scholiastes Hieron. & Beda nil differunt à Vulgata. Græc. Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις σιγάτωσαν, οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς, &c. ut in Vulg. Mss. plures tollunt ὑμῶν, post γυναῖκες· subinde horum quidam, cum aliis, ferunt ἐπιτρέπεται αὐταῖς.

℣. 35. [40.] Tertullianus l. de bapt. p. 392. b. *taceant, & domi maritos suos consulant.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. b. *Si quæ autem quid dicere* (f. *discere*) *volunt, domi viros suos interrogent.* Aug. tract. 15. in Joh. to. 3. col. 412. c. *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Hieronymus dial. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 500. c. his, quæ laudavimus supra, addit: *& si quid ignorant, domi viros suos debere consulere.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieribus in Ecclesia loqui.* Itidem Ambrosius ep. 69. col. 1062. a. usque ad vocem *Turpe.* Græcum Ambrosiastro favet. Mss. tamen quidam, pro γυναιξὶν, habent γυναικί· deinde Theodoret. ἐν Ἐκκλησίαις, teste Millio.

# CAPUT XV.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. Reg. & evangelizavi... debetis tenere.

1. NOtum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis,

2. per quod & salvi efficimini: qua ratione * evangelizavi vobis, debetis sustinere, nisi sine causa credidistis.

3. Tradidi enim vobis in primis, sicut accepimus: quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas:

4. & quia sepultus est, & quia surrexit die tertia secundùm Scripturas:

5. & quia visus est Cephæ, & postea illis undecim:

**VULGATA NOVA.**

1. NOtum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod prædicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, Gal. 1. 11.

2. per quod & salvamini: qua ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

3. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas:

4. & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundùm Scripturas: Isai. 53. 5.

5. & quia visus est Cephæ, & post hoc undecim: Joan. 1. 1. Joan. 20. 19.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Ambrosius in Psal. 40. col. 883. c. *Notum enim facio vobis, fratres, Evangelium.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Notum autem vobis facio, fratres, quia Evangelium, quod prædicavi vobis,* &c. ut sup. Græc. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην.... ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *per quod & salvi efficiemini, quod & sermone annuntiavi vobis, debetis tenere, nisi fortè sine causa credidistis.* Perantiquum Lectionar. Luxov. *qua ratione prædicaverim vobis, debetis tenere, nisi sine causa credidistis.* Græc. δι' οὗ καὶ σώζεσθε· τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε. Borner. cod. Græc. pro εἰ κατέχετε, habet ὀφείλετε κατέχειν, Lat. *debetis tenere.*

℣. 3. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. c. *Tradidi enim vobis in primis: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas.* Similiter Hilar. l. 10. de Trinit. col. 1078. b. & Ambrosiast. in 1. Cor. Tertul. verò l. 3. contra Marc. p. 672. b. *Tradidi enim vobis in primis: quòd Christus mortuus sit pro peccatis nostris: & quòd,* &c. at l. contra Prax. p. 858. b. ait: *Apostolus Christum mortuum pronuncians, adjecit, Secundùm Scripturas.* Ambr. in Luc. 24. col. 1541. f. *Tradidi enim vobis in primis: quia Christus mortuus est secundùm Scripturas: & quia,* &c. August. l. 3. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 139. b. *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. a. cui concinunt Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 27. col. 180. b. Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. Ita quoque in Græco.

℣. 4. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. c. *& quoniam sepultus est, & resurrexit tertia die secundùm Scripturas.* Tertul. l. 3. contra Marc. p. 672. b. *& quòd sepultus sit, & quòd resurrexit tertia die.* Hilarius l. 10. de Trin. col. 1078. b. *& quia sepultus est, & quia resurrexit die tertio secundùm Scripturas.* Itidem Ambros. in Luc. 24. col. 1541. f. August. l. 3. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 139. b. 149. f. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 27. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Sedulius verò Hibern. in eund. loc. *& quia sepultus, & quia surrexit tertia die.* Gr. καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ, &c. ut sup.

℣. 5. Ambrosius in Luc. 24. col. 1541. f. *& visus est Cephæ.* Auctor l. de xl. mans. apud ipsum, col. 7. b. *visus est Cephæ, & post hoc undecim.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. d. *apparuit Cephæ, postea undecim.* Ambrosiaster in 1. Cor. *& quia visus est Cephæ, postea illis undecim;* Beda in eund. loc. *& post hæc undecim;* Scholiastes Hieron. *& post hoc undecim,* qui deinde commentando ait: *Iterum Petro, & reliquis decem.* Hieron. similiter epist. ad Fabiol. mans. 6. legit *undecim.* At August. l. 3. de cons. Evang. n. 70. col. 139. *& quia apparuit Cephæ, postea duodecim:* ita rursum infra, n. 71. col. 140. g. *apparuit Cephæ, postea duodecim:* sed addit paulò post: *Fieri enim potest, ut de turba discipulorum fuerint isti duodecim nescio qui: nam illos, quos Apostolos nominavit, non jam duodecim, sed undecim diceret, sicut nonnulli etiam codices habent; quod credo perturbatos homines emendasse, putantes de illis duodecim Apostolis dictum, qui jam, Juda extincto, undecim erant. Sed sive illi codices veriùs habeant, qui undecim habent; sive alios quosdam duodecim discipulos Paulus velit intelligi; sive sacratum illum numerum etiam in undecim stare voluerit,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt:

7. Deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus:

8. Novissimè autem omnium tanquam abortivo, visus est & mihi.

Act. 9. 3. Ephes. 3. 8.

9. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Gratiâ autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum:

11. Sive enim ego, sive illi; sic prædicamus, & sic credidistis.

12. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

VERSIO ANTIQUA.

6. Deinde apparuit ampliùs quingentis fratribus simul: ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

7. Deinde apparuit Jacobo, postmodum Apostolis omnibus:

8. Novissimè autem tanquam abortivo, visus est & mihi.

9. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Gratiâ autem Dei sum quod sum, & gratia ejus in me paupera non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum:

11. Sive autem ego, sive illi; ita prædicamus, & ita credidistis.

12. Si autem Christus prædicatus ex mortuis quòd resurrexit, quomodo * dicunt quidam in vobis, quòd resurrectio mortuorum non est,

* Mss. Reg. quidam dicunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quia duodenarius in eis numerus ita mysticus erat, ut non posset in locum Judæ, nisi alius, id est, Matthias, ad conservandum sacramentum ejusdem numeri, subrogari: quodlibet ergo eorum sit, nihil inde exsistit, quod veritati, vel istorum alicui veracissimo narratori repugnare videatur. Probabiliter tamen creditur posteàquam Petro apparuit, deinde apparuisse istis duobus, quorum erat unus Cleophas, de quibus Lucas totum narrat:* at infra, n. 85. col. 149. f. relatis his: *apparuit Cephæ..... postea duodecim:* habet: *Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul: sive isti cùm illis undecim erant congregati clausis ostiis propter metum Judæorum, unde cùm exiisset Thomas, venit ad eos Jesus; sive post octo illos dies, quandolibet; nihil habet adversi:* aliter hunc nodum solvit l. 1. quæst. in Gen. q. 117. to. 3. p. 1. col. 406. c. monens hoc, *per synecdochen dictum. Ubi enim,* inquit, *pars major est, aut potior, solet ejus nomine etiam illud comprehendi quod ad ipsum nomen non pertinet: sicut ad duodecim Apostolos jam non pertinebat Judas, qui etiam mortuus fuit, cùm Dominus resurrexit à mortuis, & tamen ipsius duodenarii numeri nomen Apostolus in epistola sua tenuit, ubi ait, eùm apparuisse illis duodecim: cum articulo enim hoc Græci codices habent, ut non possint intelligi quicunque duodecim, sed illi in eo numero insignes.* Græc. ϗ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. Borner. cod. Gr. Lat. cum Sangerm. & Reg. ϗ μετὰ ταῦτα τοῖς ἕνδεκα· sed alii Mss. magno consensu δώδεκα· de qua lectione vide plura apud Millium not. in hunc ℣.

℣. 6. August. l. 3. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 139. c. 140. g. 149. f. *Deinde apparuit plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. itemque Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. d. usque ad vocem *quidam.* Scholiastes Hieron. & Beda nil differunt à Vulg. Sedulius Hibern. *plus quingentis fratribus.* Græc. Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν..... τινὲς δὲ ϗ ἐκοιμήθησαν. Ms. quidam ferunt, οἱ πλείονες μένουσιν.

℣. 7. August. l. 3. de cons. Evang. col. 139. c. 149. g. *Postea apparuit Jacobo, deinde Apostolis omnibus.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Deinde apparuit Jacobo, postea Apostolis omnibus.* Auctor l. de xl. mans. col. 6. post vocem *undecim,* addit: *& deinde visus est Apostolis omnibus.* Græc. Ἔπειτα ὤφθη... εἶτα τοῖς, &c. al. Εἶτα... ἔπειτα· al. Εἶτα... εἶτα.

℣. 8. Irenæus l. 1. c. 8. p. 37. d. *Novissimè autem tanquam abortivo, visus est & mihi:* sed Ms. Clarom. ejusd. Irenæi, cum editt. Erasm. & Gall. habent *Novissimo autem;* in Græco verò Irenæi, sicut in Græc. Vulg. Ἔσχατον δὲ πάντων, &c. August. l. 3. de cons. Evang. col. 139. c. *Novissimè (Mss. 10. Novissimo) autem omnium quasi abortivo; apparuit & mihi:* ita rursum infra, col. 150. a. cum adverbio *Novissimè.* Item apud Ambrosiast. in 1. Cor. *Novissimè autem omnium quasi abortivo, visus est & mihi.* Beda concinit Vulgatæ.

℣. 9. Textui concinunt Ambros. l. de bened. Patr. c. 12. col. 530. f. & in Ps. 118. col. 994. c. 1226. d. & in Luc. 6. ac 17. col. 1369. b. 1478. c. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. item Hieron. ipse, l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. c. & dial. 2. contra Pelag. col. 516. c. 529. b. nisi quòd reticeat *enim,* post *Ego.* Sic etiam August. ser. de utilit. jejun. to. 6. col. 615. b. cui accensendus Ambrosiast. in 1. Cor. si exceperis, *Ego enim sum minimus omnium Apostolor.* Hilar. in Ps. 135. col. 484. a. hæc sola habet: *quia non sum dignus vocari Apostolus, propter quòd persecutus sum Ecclesiam Dei.* Græc. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν Ἀπος. ὅς... διότι ἐδίωξα τὴν, &c. In Copt. Ἀποστόλων πάντων.

℣. 10. Hilarius in Ps. 135. col. 484. a. *Gratiâ autem Dei sum id, quod sum.* Ambrosius l. de bened. Patr. c. 12. col. 530. f. *Gratiâ autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus egena in me non fuit:* & l. 1. offic. col. 44. a. *Gratiâ autem Dei sum quod sum, & gratia ejus egena in me non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboravi.* Iren. l. 4. c. 24. p. 260. c. *plus eis omnibus laboravi.* Auctor l. de singul. cleric. p. 530. c. *plus ab illis omnibus laboravi.* Hieron. in Eccles. to. 2. col. 767. c. *plus omnibus illis laboravi: non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est:* ita rursum infra, col. 788. a. præter *plus autem illis:* & lib. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. c. *Gratiâ autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed ampliùs omnibus illis laboravi: non ego autem, sed gratia Dei, quæ in me est;* Mss. 2. *mecum;* cæteri antiquiores, *quæ in me est:* item dial. 2. contra Pelag. col. 516. c. *Gratiâ autem Dei sum id, quod sum, & gratia ipsius in me vacua non fuit, sed omnibus illis ampliùs laboravi: non ego autem, sed gratia Dei, quæ mecum est.* August. ser. de utilit. jejun. to. 6. col. 615. b. *Sed gratiâ Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Itidem Gelas. I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1179. e. 1180. a. deleta vocula *autem,* post *non ego.* Rursus August. tract. 122. in Joh. to. 3. col. 810. f. *plus omnibus illis laboravi: non autem ego,* &c. ut sup. vide etiam tract. 14. & 23. col. 403. a. 473. b. Orosius contra Pelag. p. 451. a. *Gratiâ ejus* (al. *Dei*) *sum quod sum, & gratia ejus egena in me non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Ennodius Ticin. l. 2. ep. 19. apud Sirm. to. 1. col. 1419. c. *Gratiâ Dei sum quod sum:* & post pauca: *abundantiùs omnibus laboravi, & gratia Dei in me egena non fuit.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Gratiâ autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus pauper in me non fuit, sed plus illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 31. col. 113. c. *plus omnibus illis laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Gr. Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι, ϗ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Borner. cod. ἡ χάρις αὐτοῦ εἰς ἐμὲ πτωχὴ οὐκ γέγονε· & in fine, Θεοῦ σὺν ἐμοί.

℣. 11. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. c. *Sive autem ego, sive illi; sic annuntiamus, & sic credidistis.* Tertul. l. de pudic. p. 1011. c. *Sive enim ego, sive illi; sic prædicamus:* sic etiam l. 1. contra Marc. p. 626. b. detracto *enim.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Sive igitur ego, sive illi; sic prædicamus, & ita credidistis.* Scholiastes Hieron. in eundem loc. *Sive enim ego, sive illi; sic prædicavimus, & sic credidistis.* Beda nil differt à Vulg. Græc. Εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτω κηρύσσομεν, &c. ut sup. Borner. cod. Εἴτε δὲ ἐγὼ, &c.

℣. 12. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. d. *Si autem Christus annuntiatur quoniam à mortuis resurrexit.* Tertul. lib. de resur. carn. p. 586. a. *Si autem Christus prædicatur quòd à mortuis resurrexit, quomodo quidam dicunt in nobis resurrectionem mortuorum non esse?* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. d. *Si Christus prædicatur quia resur-*



Digitized by Google

## Versio Antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

13. *nec Christus resurrexit?

14. Inanis est prædicatio nostra, * inanis est fides vestra:

15. invenimur etiam falsi testes Dei: quòd testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitaverit Christum, quem non suscitavit.

16. Si enim mortui non resurgunt, neque Christus surrexit.

17. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: quid adhuc estis in peccatis vestris?

18. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.

19. Si in vita hac in Christo sperantes sumus tantùm, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20. Si autem Christus resurrexit à mortuis, initium dormientium:

21. quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

* Ms. Reg. Nam si resurrectio mortuorum non est: nec Christus resurrexit.

* Ms. Reg. vacua.

## Vulgata Nova.

13. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra:

15. invenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

16. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

17. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.

18. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.

19. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium:

21. quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Col. 1. 18. Apoc. 1. 5.

## Notæ ad Versionem Antiquam.

*rexit à mortuis, quomodo dicunt quidam in vobis, quia resurrectio mortuorum non est?* Similiter habent Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. exceptis his prioribus, *Si autem Chr. prædicatur quòd.* Ambrosiaster in eund. loc. *Si autem Chr. prædicatur quòd ex mortuis resurrexit, quomodo dicunt quidam inter vos, quoniam,* &c. ut sup. Concinit Græcum, nisi quòd habet ἐν ὑμῖν, *in vobis*, pro *inter vos.*

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. b. *Si enim mortui non resurgunt: neque Christus resurrexit.* Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *Quæ si non est, nec Christus resurrexit.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Si ergo resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit.* Accinunt Scholiastes Hier. Sedul. & Beda in eund. loc. nisi quòd habeant *Si autem.* Huc redeunt quæ Ambros. l. 2. de fide resur. n. 102. col. 1161. b. dicit: *Si enim non resurgimus, ergo Christus gratis mortuus est, ergo Christus non resurrexit.* Græc. Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν· οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. Mss. duo totum illud, Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, omittunt, ut Sangerm. supra.

℣. 14. Primum membrum, *Si autem Christus non resurrexit*, non soli omittunt Mss. Reg. & Sangerm. Græc. Lat. sed & Pseudo-Ignat. ep. ad Tars. teste Millio. Tertul. verò l. de res. carn. p. 586. a. & Ambrosiast. in 1. Cor. habent: *Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides vestra.* Sic etiam Iren. l. 5. c. 13. p. 309. b. & August. ep. 28. to. 2. col. 47. d. itemque Scholiastes Hieron. in hunc loc. excepta voce *inanis*, pro *vacua.* Arnob. jun. l. de Trin. p. 223. f. similiter, *inanis est fides nostra.* Rufin. expos. symb. & Beda in hunc loc. *inanis est & fides nostra.* Græc. Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν. Mss. quidam, πίστις ἡμῶν.

℣. 15. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. b. *invenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testificamur* (al. *testificati sumus*) *quòd suscitavit Christum, quem non suscitavit. Si enim,* &c. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *invenimur autem falsi testes: qui testimonium diximus adversùs Deum, quòd resuscitaverit Christum, quem non resuscitavit. Nam si,* &c. August. ep. 28. to. 2. col. 47. d. *invenimur autem & falsi testes Dei: quia testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitavit Christum, quem non suscitavit:* & l. de mendac. to. 6. col. 432. g. *invenimur & falsi testes Dei, si testimonium diximus adversùs Deum, quia excitaverit Christum, quem non excitavit.* Ambrosiaster in 1. Cor. nil differt à Vulg. nisi quòd omittat in fine, *si mortui non resurgunt*, sicut Iren. Tertul. & Aug. supra. Scholiastes verò Hieron. & Beda in eund. loc. hæc posteriora verba retinent, sicut etiam Græc. in quo sic: ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται· at præter codd. Reg. & Sangerm. Gr. Lat. in alio etiam deest εἴπερ ἄρα, &c. ut & apud Theodoret. & Syr.

℣. 16. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. b. *Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.* Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit.* Accinunt Ambrosiast. Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. excepto *neque*, pro *nec.* Græc. Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

℣. 17. Iren. l. 5. c. 13. p. 309. b. *Si autem Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, quoniam adhuc estis in pecc. ve.* Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, quia adhuc in delictis vestris estis.* Ambrosiast. Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. *Quòd si Chr..... adhuc enim estis in peccatis vestris.* Græc. Εἰ δὲ Χρ..... ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Mss. quidam, καὶ ἔτι ἐν ταῖς, &c.

℣. 18. Textui concinunt Iren. l. 5. c. 13. p. 309. b. Scholiastes Hieron. Ambrosiast. & Beda in 1. Cor. Tertul. verò l. de resur. carn. p. 586. a. *Et qui in Christo dormierunt, perierunt.* Gr. Ἄρα καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, ἀπώλοντο.

℣. 19. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. c. *Si in vita hac in Christo sperantes sumus tantùm, miserabiliores omnibus sumus hominibus.* Ambr. l. 5. de fide, col. 578. e. & l. 2. de fide resur. col. 1167. c. *Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Sic etiam Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. quibus favet Auctor quæst. ex N. T. q. 91. nisi quòd hoc modo priora verba invertat, *Si in hac tantùm vita sperantes sumus in Christo,* &c. Tertul. quoque l. de resur. carn. p. 575. c. alludens dicit: *Miserrimi revera, qui in ista tantùm vita sperantes habebuntur.* Gr. Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν· al. ἐν Χριστῷ ἠλπικότες ἐσμὲν μόνον.

℣. 20. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. c. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Accinunt Scholiastes Hieron. Sedulius Scot. & Beda in 1. Cor. Hilarius etiam l. 11. de Trin. col. 1104. c. *Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Ambros. l. 5. de fide, col. 578. e. *Si autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.* August. l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. c. & seqq. *Nunc autem Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis initium dormientium.* Gr. Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο· in Mss. plerisque deest ἐγένετο.

℣. 21. Irenæus l. 3. c. 18. p. 209. d. *quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum:* ita rursum l. 5. c. 13. p. 309. c. addito *enim*, post *quoniam.* Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. & l. 5. contra Marc. p. 791. a. *quia per hominem mors, & per hominem resurrectio.* Hilar. l. 11. de Trin. col. 1096. b. *quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum:* sicque iterum infra, col. 1104. c. detracto *enim.* Itidem Ambros. l. 2. de sacram. col. 356. c. at l. 5. de fide, col. 578. f. *quoniam sicut per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum:* & l. 2. de fide resur. col. 1158. b. *sicut per hominem mors, ita & per hominem,* &c. Vigilius Taps. l. 1. cont. Eutych. pp. 722. h. 724. g. *sicut per unum hominem mors, ita & per unum hom. resurr. mort.* August. ep. 187. tom. 2. col. 688. a. *per unum hominem mors, & per unum hominem resur. mort.* item tract. 30. in Joh. to. 3. col. 518. d. *per unum..... sicut per unum hominem,* &c. & tract. 66. col. 676. g. *quia per hominem mors, & per hom.* &c. & tract. 75. col. 693. g. *per hominem quippe mors, & per hom.* &c. demum tr. 3. col. 308. f. necnon l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. c. & seqq. *quoniam quidem per hominem mors, & per hom. resur. mort.* quo etiam modo legunt Ambrosiast. Scholiastes Hieron. &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

1. Thess. 23. Unusquisque autem in suo ordine, pri-
4. 15. mitiæ Christus: deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.

24. Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

Psalm. 25. Oportet autem illum regnare, donec po-
109. 1. nat omnes inimicos sub pedibus ejus.
Heb. 1. 26. Novissima autem inimica destruetur mors:
13. & 10. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm au-
13. tem dicat:
Psalm. 8. 8. Heb. 2. 8.

VERSIO ANTIQUA.

22. * Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

23. Unusquisque autem in suo ordine, initium Christus: deinde hi, qui sunt Christi in adventu ejus. * *Mss. Reg.* Et sicut in.

24. Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem.

25. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

26. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus: * Novissimus inimicus destruitur mors. Cùm autem dicat: * *Ambo Mss.* Novissimos inimicos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Beda in 1. Cor. Græc. ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. Mss. etiam Latini quidam ita incipiunt, *quoniam enim*.

℣. 22. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur:* & l. 5. contra Marc. p. 791. a. *Sic in Christo vivificamur omnes, sicut mortificamur in Adam.* Hilar. in Ps. 9. n. 4. col. 54. f. & l. 11. de Trin. col. 1096. b. *Quomodo enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificantur:* & in Ps. 143. col. 560. f. *Et ut in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes resurgemus.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 223. e. *Sicut in Adam morimur, ita in Christo omnes vivificamur.* Similiter Iren. l. 3. c. 23. p. 222. b. *in Adam omnes morimur.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. d. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Itidem Ambrosius in Ps. 118. col. 1128. f. & in Luc. 4. col. 1350. e. & l. 2. de fide resur. col. 1158. d. sic etiam l. de bono mort. c. 11. col. 409. b. & l. 5. de fide, col. 578. f. addito *enim*, post *Sicut*: rursus in Luc. 15. col. 1461. f. & ep. 35. col. 927. c. *Quia sicut in Adam omnes*, &c. ut sup. nisi quòd ep. 35. pro *vivificabuntur*, habet *vivificantur.* Faustinus presb. l. contra Arian. p. 646. f. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificantur.* Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *Dum in Adam omnes moriuntur, & in Christo omnes vivificantur.* August. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. e. *In Adam omnes morimur, & in Christo omnes resurgemus:* epist. verò 187. to. 2. col. 688. a. & tract. 3. & 66. in Joh. to. 3. col. 308. g. & 676. g. necnon l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. c. & seqq. legit: *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita* (vel *sic*) *& in Christo omnes vivificabuntur:* item tract. 75. col. 693. g. *Sicut enim....... sic in Chr.* &c. Textui Sangerm. concinunt Ambrosiast. & Sedul. in 1. Cor. necnon S. Leo, serm. 57. p. 130. f. unà cum Græco; Vulgatæ verò Scholiastes Hieron.

℣. 23. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *Unusquisque autem in suo ordine.* Itidem Hilar. in Ps. 118. col. 315. b. at in Ps. 9. n. 4. col. 54. f. *Unusquisque autem suo ordine, primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt:* & l. 11. de Trin. col. 1096. b. *Unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus* (Mss. 3. *initium Christus:*) *deinde hi, qui sunt Christi, qui in adventu ejus. Deinde*, &c. edit. Bad. *in adventu ejus*, sine *qui*; at Er. Lips. & Par. *qui in adventum ejus crediderunt*, quod & habet cod. Corb. secundâ manu; renitentibus aliis sinceris, & Græco. Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 1. col. 133. d. *primitiæ Christus: deinde hi, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt:* at in Isai. 66. to. 3. col. 512. b. *primitiæ enim Christus: deinde qui sunt Christi in adventu ejus.* Rufinus quoque in Symb. & Primas. omittunt verbum *crediderunt*, si Millio fides. Ambrosius in Ps. 118. col. 1128. f. & l. de bon. mort. col. 409. b. & epist. 35. col. 927. c. *Unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt:* sic etiam l. 5. de fide, col. 578. f. & l. 1. offic. col. 63. a. nisi excipias voculam *hi*, pro *ii*: quem etiam vide l. 2. de fide resur. col. 1158. e. August. tract. 68. in Joh. to. 3. p. 2. col. 679. g. 680. a. *initium Christus: deinde qui sunt Christi in præsentia ejus:* & l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. c. & seqq. *Unusquisque autem in suo ordine, initium Christus: deinde ii, qui sunt Christi in præsentia ejus.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 736. g. *Unusquisque autem in suo ordine, initium Christus: deinde qui sunt Christi, qui in adventum ejus resurgent.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Unusquisque autem in suo ordine, initium Christus: deinde qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt.* Itidem Beda in eund. loc. exceptis his, *primitiæ Christus: deinde hi, qui.* Græc. Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἀπαρχὴ Χριστός· ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Veles. lect. οἱ εἰς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἐπίστευσαν. Borner. cod. Græc. οἱ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἐλπίσαντες· Borner. Lat. *qui in adventu ejus speraverunt.*

℣. 24. Hilar. in Ps. 9. n. 4. col. 54. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem:* & lib. 11. de Trin. col. 1096. b. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem magistratum, & omnem potestatem:* & in Ps. 52. col. 83. d. *Dehinc finis; cùm tradiderit regnum Deo Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem:* sicque rursus in Ps. 65. col. 178. b. ab his, *cùm evacuaverit:* item in Ps. 148. col. 590. b. *cùm tradet regnum Deo Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem.* Tertul. l. contra Prax. p. 845. b. necnon Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 151. *cùm tradiderit regnum Deo & Patri.* Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1122. d. in Ps. verò 43. col. 885. d. & l. 5. de fide, col. 578. f. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem:* sic etiam in Ps. 118. col. 1129. a. præter *dum evacuaverit.* August. tract. 68. in Joh. to. 3. col. 680. a. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri:* & l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. c. seqq. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem:* quem etiam vide quæst. 49. in Jud. tom. 3. col. 620. d. Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 133. d. *Deinde finis; cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm destruxerit omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem.* Similiter Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 736. g. excepto verbo *evacuaverit*, pro *destruxerit*, absque præced. *&*: at sup. p. 735. g. legit: *cùm evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem, & virtutem, & dominationem.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Deinde finis; cùm tradiderit regn. Deo & Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem, & omnem virtutem, & omnem dominationem.* Gr. Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν· al. καὶ πᾶσαν δύναμιν.

℣. 25. Irenæus l. 5. c. 36. p. 337. a. *Quoniam oportet regnare eum, quoadusque ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Hilar. in Ps. 9. n. 4. col. 54. f. & l. 11. de Trin. col. 1096. b. *Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis:* & in Ps. 118. col. 312. e. *Oportet eum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis:* & in Ps. 148. col. 590. b. *Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Itidem Ambros. l. 5. de fide, col. 578. f. 579. a. Ambrosiast. & Sedul. in 1. Cor. necnon Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 133. c. at epist. ad Amand. to. 4. p. 1. idem Hieron. legit: *Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis.* Sic etiam August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 177. d. & l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. d. seqq. cui suffragantur Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 735. g. & Cerealis l. contra Maximin. c. 20. p. 674. f. detracta tantùm vocula *enim*, post *Oportet.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 264. h. *quousque ponat inimicos omnes ejus sub pedibus ipsius.* Græc. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Mss. plures addunt αὐτοῦ, post ἐχθρούς· Borner. verò cod. tollit post πόδας.

℣. 26. Irenæus l. 3. c. 23. p. 222. a. *Novissima autem inimica evacuatur mors:* & l. 5. c. 36. p. 337. a. *Novissima inimica destruetur mors:* & post pauca: *Quando autem dixerit.* Hilar. in Ps. 9. n. 4. col. 55. a. *Deus enim omnia subjecit sub ped. ejus: Novissima inimica devicta est in eo mors. Cùm verò dixerit:* similiter l. 11. de Trin. col. 1096. b. si exceperis *ab eo*, pro *in eo*; & *Cùm autem*, pro *Cùm verò*: at in Ps. 148. col. 590. b. c. *Omnibus enim subjectis sub pedibus ejus, novissima evacuatur mors. Cùm dixerit:* rursus l. 11. de Trin. col. 1102. c. *Novissimè devicta est ab eo*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

27. Omnia subjecta sunt: præter eum, qui subjecit ei omnia.

28. * Nam cùm subjecta illi fuerint omnia: tunc ipse Filius subditus erit ei, qui * sibi subdidit omnia, ut Deus sit omnia in omnibus.

29. Alioquin quid faciet qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? qui quid baptizantur pro illis?

30. quid & nos periclitamur * omni hora?

31. Quotidie morior per vestram gloriam, quam habeo in Domino.

32. Si secundùm hominem bestiis pugnavi E-

* *Ms. Reg. Jam.*
* *Ms. Reg. vitiosè si.*
* *Ms. Reg. omnia hora.*

### VULGATA NOVA.

27. Omnia subjecta sunt ei: sine dubio præter eum, qui subjecit ei omnia.

28. Cùm autem subjecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid & baptizantur pro illis?

30. ut quid & nos periclitamur omni hora?

31. Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32. Si (secundùm hominem) ad bestias pu-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mors*: & infra, col. 1103. a. necnon supra, l. 1. col. 783. d. *Cùm autem dixerit*: & in Ps. 52. col. 83. d. *Novissima autem inimica evacuabitur mors*: & in Ps. 65. col. 178. b. *Novissima inimica devincetur mors.* Vigilius Taps. l. 3. de Trin. *Novissimus inimicus destruetur mors.* Ambros. in Ps. 43. col. 885. d. *Ut mors novissima destruatur*: & in Psal. 118. col. 1229. b. necnon in Luc. 17. col. 1476. f. *Novissima enim destruetur mors*: & l. 5. de fide, col. 579. a. *Novissimè autem inimica destruetur mors: Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm autem dicat.* August l. de Div. quæst. to. 6. col. 56. d. seqq. *Novissima inimica destruetur mors: Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm autem dixerit.* Hieron. ep. ad Amand. to. 4. p. 1. col. 163. b. *Omnia enim subjecta sunt sub pedibus ejus: Novissima autem inimica destruetur mors*: item l. contra Helvid. p. 2. col. 133. d. relatis his, *donec ponat om. inim. sub pedib. ejus*; statim addit: *Omnia enim sub pedibus ejus subjecit.* Similiter Ambrosiaster in 1. Cor. *Omnia enim subjecit sub pedibus ejus: Novissimè autem inimica destruetur mors. Cùm autem dicat.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Novissimè autem inimica destruetur mors: Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm autem dicat.* Græc. Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος· Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ· in Veles. lect. Ἐσχάθως ἐχθρός.

℣. 27. Irenæus l. 5. c. 36. p. 337. a. *Omnia subjecta sunt: scilicet absque eo, qui subjecit omnia.* Hilar. in Ps. 9. n. 4. col. 55. a. *Omnia subjecta sunt ei: absque eo, qui subjecit illi omnia*: & in Ps. 148. col. 590. b. necnon l. 1. de Trin. col. 783. d. *Omnia sunt subjecta: præter illum, qui ei subjecit omnia*: ita rursum l. 11. de Trin. col. 1086. f. 1096. b. 1103. a. excepto *absque eo*, pro *præter illum.* Ambros. l. 5. de fide, col. 579. a. cum Beda in 1. Cor. *Omnia subjecta sunt ei: sine dubio præter eum, qui subjecit ei omnia.* Concinunt Vigil. Taps. l. 3. de Trin. Scholiast. Hieron. & Ambrosiast. in hunc loc. nisi quòd primi duo omittant *sine dubio*, cujus loco tertius habet *nimirum.* August. l. de Div. quæst. tom. 6. col. 56. d. seqq. legit: *Cùm autem dixerit, quòd omnia subjecta sunt: manifestum est, quia præter eum, qui subjecit illi omnia.* Gr. Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται· δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.

℣. 28. Irenæus l. 5. c. 36. *Cùm autem ei fuerint subdita omnia: tunc ipse Filius subjectus erit ei, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Tertul. lib. contra Prax. p. 845. b. *Cùm autem subjecta erunt illi omnia, absque eo, qui ei subjecit omnia: tunc & ipse subjicietur illi, qui ei subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Hieron. l. 2. in ep. ad Tit. tom. 4. p. 1. col. 429. f. *Quia cùm subjecta ei fuerint omnia: tunc ipse Filius subjicietur ei, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Ambros. in Pss. 36. & 61. col. 783. f. 784. a. 958. b. *Cùm autem subjecta illi fuerint omnia: tunc & ipse subjectus erit illi, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus*: ita rursum l. 5. de fide, col. 579. a. d. addita voce *Filius*, post pronomen *ipse*; quam tamen tollit paulò infra, col. 580. b. ibid. etiam, necnon col. 582. e. legit, *ut sit Deus omnia, & in omnibus*: at epist 34. col. 924. c. unà cum Auctore ep. ad Demetriad. p. 48. b. *erit Deus omnia in omnibus*: demum, ep. 35. col. 926. d. *tunc & ipse Filius subjectus erit qui ei subjecit omnia.* August. l. de Div. quæst. to. 6. col. 55. d. 56. c. d. *Cùm autem ei omnia subjecta fuerint: tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui illi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Maximinus Arian. apud eundem, to. 8. col. 671. b. *Cùm omnia fuerint Filio subjecta: tunc & ipse Filius subjectus erit illi, qui sibi subjecit omnia.* Victorin. Afr. l. 1. cont. Ari. p. 264. e. *Nam cùm omnia illi subjecta fuerint: tunc ipse subjicietur ei, qui subjecit ei omnia, ut sit Deus*, &c. ut sup. rursus post pauca: *tunc ipse subjicietur ei, qui subjecit ipsi omnia, ut sit Deus*, &c. Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *Nam cùm subjecta illi fuerint omnia: & ipse subjectus erit ei, qui sibi subjecit omnia.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Cùm autem subjecta illi fuerint omnia: tunc & ipse Filius subjicietur illi, qui subjecit omnia, ut sit*, &c. ut sup. Sedulius Hibern. in eund. loc. *tunc & ipse subjectus erit illi, qui subjecit sibi omnia, ut sit*, &c. Hilar. in Ps. 52. col. 83. d. *tunc & ipse subjicietur subjicienti sibi omnia*: & in Ps. 9. n. 4. col. 55. a. post hæc verba, *absque eo, qui subjecit illi omnia*, quæ sunt ultima versûs præcedentis, statim addit: *tunc ipse subjectus erit illi, qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus*; prætermissis nimirum intermediis, *Cùm autem subjecta ei fuerint omnia*: eadem pariter omittit, tum in Ps. 148. col. 590. c. tum l. 11. de Trin. col. 1087. a. 1096. c. 1103. a. & 1107. c. ex Mss. penè omnibus: at l. 1. col. 783. d. in quibusdam quidem Mss. habentur, *Cùm enim fuerint subjecta ei omnia*; sed in aliis pluribus probæ notæ hæc verba desiderantur: omnes autem ibid. ferunt: *tunc & ipse subjicietur ei, qui ei subjecit omnia, ut sit Deus*, &c. in Ps. verò 148. col. 590. c. *tunc ipse subjectus erit illi, qui ei subjecit omnia*, &c. similiter l. 11. de Trin. col. 1087. a. 1096. c. 1103. a. & 1107. c. nisi quòd col. 1107. tollat *ipse*, & col. 1087. scribat *sibi*, pro *ei.* In Græco sic: Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ, &c. ut sup.

℣. 29. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 791. c. *Quid facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt?* & l. de resur. carn. p. 586. a. alludens dicit: *Si autem & baptizantur quidam pro mortuis..... quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt?* Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ suffragantur. Similiter Græcum, nisi quòd in principio habeat Ἐπεὶ, pro *Alioquin*; & in fine, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, loco *pro illis.* Mss. plures, ὑπὲρ αὐτῶν.

℣. 30. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. a. *quid & nos omni hora periclitamur?* Sedulius Scot. in 1. Cor. *ut quid periclitamur?* Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda, ut in Vulg. Gr. τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;

℣. 31. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. b. *Quotidie morior.* Similiter Hilarius in Pss. 64. & 138. col. 168. d. 524. a. & Ambr. l. 2. de fide resur. col. 1143. c. qui in Psal. 43. col. 921. d. addit, *per vestram gloriam.* Item August. ep. 157. to. 2. col. 559. d. *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro. In Græcis enim codicibus*, inquit, *reperitur omnino esse hanc jurationem, ne quis in Latina lingua hoc sic intelligat dictum*, per vestram gloriam, *quomodo dictum est*, per meum adventum iterum ad vos... *ubi non est juratio*: & l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 47. c. iisdem relatis, *Quotidie morior per vestram gloriam, fratr. quam hab. in Ch. Jesu*; subdit: *Ait enim quidam Interpres*: Quotidie morior, Per vestram juro gloriam: *quia in Græco vox jurantis manifesta est sine ambiguo sono*: idem observat in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 946. c. *Per vestram gloriam*, &c. inquit, *Græca exemplaria manifestam jurationem esse convincunt*: rursus l. 1. de serm. Dom. in m. col. 187. e. legit, *Quotidie morior per vestram gloriam*: & infra, col. 188. e. *quam habeo in Christo Jesu.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Quotidie morior pro gloria vestra, quam habeo in Domino.* Itidem Sedulius Hibern. in eund. loc. excepto *Christo*, pro *Domino.* Scholiastes autem Hieron. & Beda: *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Chr. J. Dom. nostro.* Vide etiam Hieron. ep. ad Heliodor. & in epitaph. Marcellæ. Græc. Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω, &c. ut in Vulg. Mss. plures ad vocem καύχησιν, addunt ἀδελφοί.

℣. 32. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. a. *Si secundùm hominem cum bestiis Ephesi pugnavi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* Tertul. l. de resur. carn. p. 586. b. alludens dicit: *Quotidie morior, utique periculis carnis; per quam & depugnavit ad bestias Ephesi*: infra verò, p. 587.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

gnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non
Sap. 2. 6. resurgunt? manducemus, & bibamus, cras enim
moriemur.
Isai. 22. 13. & 56. 12. 33. Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos
colloquia mala.
34. Evigilate justi, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reverentiam vobis loquor.
35. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient?
36. Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.
37. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, utputa tritici, aut alicujus cæterorum.
38. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & unicuique seminum proprium corpus.

VERSIO ANTIQUA.

phesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
33. Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
34. Sobrii estote justi, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reverentiam vobis loquor.
35. Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt?
36. Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.
37. Et quod seminas, non corpus, quod nascetur, seminas, sed nudum granum, utputa tritici, aut alicujus cæterorum.
38. Deus autem illi dat corpus prout voluit: & unicuique seminum * proprium corpus.

* Ms. Reg. proprius.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

a. legit: *manducemus, & bibamus, cras enim moriemur:* ita rursum l. contra Psych. p. 989. b. at l. de monog. p. 959. a. *manducemus, & bibamus, & nubamus, cras enim moriemur.* Concinunt Siric. ep. 6. col. 664. & Philastr. Brix. de hæres. p. 720. f. detracto *& nubamus.* Ambros. ep. 63. col. 1027. a. *Si secundùm hominem pugnavi Ephesi ad bestias, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Eidem suffragantur Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. posito *ad bestias*, post *hominem.* Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. p. 1. col. 354. d. *Si juxta hominem ad bestias pugnavi in Epheso, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* Græc. Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν, καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· al. ἀποθανοῦμεν.

℣. 33. Textui concinunt Ambros. in Ps. 118. tom. 1. col. 1101. c. ac ep. 63. to. 2. col. 1027. c. & August. ep. 78. to. 2. col. 185. a. quibus accensendi Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Tertul. verò l. 1. ad uxor. c. 8. p. 276. a. *Bonos corrumpunt mores congressus mali:* & l. 2. c. 3. p. 281. b. *confabulationes malæ.* Cypr. ep. 55. p. 89. b. *Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ:* sicque rursum l. de unit. Eccl. p. 200. b. & l. 3. Testim. p. 326. c. Lucifer autem Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. e. *Nolite seduci: Corrumpunt enim mores bonos colloquia prava.* Itidem Sedul. Hibern. in 1. Cor. detracto *enim.* Hilarius in Ps. 119. col. 371. b. *Subvertunt mores bonos colloquia mala.* Hieron. in Naum 3. to. 3. col. 1578. c. *Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimæ:* sic etiam in Matth. 7. to. 4. p. 1. col. 25. a. l. 2. in ep. ad Gal. col. 280. f. epist. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 41. e. & epist. 34. ad Nepot. col. 260. a. In Gr. sic: Μὴ πλανᾶσθε· Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. al. Φθείρουσιν γάρ. Ambrosiaster etiam in 2. Cor. 5. 12. col. 182. d. *Corrumpunt enim*, ut Lucif. supra.

℣. 34. Ambros. in Ps. 118. col. 1101. b. *Sobrii estote, & justè, & nolite peccare:* & post pauca: *Sobrii estote justè, & nolite peccare:* tum addit: *Non solùm sobrios nos, sed & justè sobrios esse debere docuit:* ita rursum ep. 63. col. 1027. c. legit: *Sobrii estote justè, & nolite peccare:* Mss. tamen 7. ferunt ibi, *Sobrii estote, & justi;* alii cum editt. omnib. *& justè.* August. ep. 78. to. 2. col. 185. a. *Sobrii estote justi, & nolite peccare.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Vigilate, justi estote, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad verecundiam vobis loquor.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *Sobrii estote.* Scholiastes Hieron. & Beda: *Evigilate justi,* &c. ut in Vulg. Ms. Floriac. num. 10. *Sobrii estote justi, & nolite peccare..... ad verecundiam dico vobis.* Græc. Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τινες ἔχουσι, πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Veles. lect. Ἐκνήψατε δίκαιοι· sed codd. plurimi Lat. ferunt *justè*, teste Millio.

℣. 35. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. b. *Sed dicet quis: Quomodo resurgent mortui? quo autem corpore venient?* sic etiam l. 5. contra Marc. pp. 791. 792. a. præter hæc prima, *Sed dicent quidam.* August. ep. 205. to. 2. col. 769. c. *Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? quo autem corpore venient?* Ambrosiaster in 1. Cor. *Sed dicet aliquis: Quemadmodum resurgent mortui? quove corpore venient?* Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1255. b. *Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? qualive corpore venient?* Beda in hunc loc. *Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient?* Itidem Scholiastes Hieron. in eundem loc. præter verbum *resurgent.* Sedul. Hibern. *Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore redeunt?* Græc. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται;

℣. 36. Iren. l. 5. c. 7. p. 300. e. *Tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.* Tertul. l. de resurr. carn. p. 588. a. & Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 130. *Stulte, tu quod seminas non vivificatur, nisi mortuum fuerit.* Sic etiam Cypr. l. 3. Testim. p. 320. c. addito *priùs*, post *nisi.* Ambros. l. 2. de fide resur. col. 1148. e. *Insipiens, tu ipse quod seminas, nonne priùs moritur ut vivificetur?* August. ep. 193. to. 2. col. 714. b. cum Ambrosiastro in 1. Cor. *Stulte, tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur:* ita rursum August. ep. 205. col. 769. d. deleta voce *priùs:* item l. 5. de Gen. ad litt. tom. 3. col. 194. f. l. de octo quæst. ad Dulcit. tom. 6. col. 131. b. ser. 1. de Symb. col. 554. c. & l. 1. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 20. e. necnon l. 20. c. 20. col. 599. e. omissa insuper voce *Stulte.* Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1254. e. *Insipiens, tu quod seminas vivificatur, nisi priùs moriatur?* Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in 1. Cor. nil differunt à Vulgata. Ms. Floriac. num. 10. *Stulte, tu quod seminas non vivif. nisi moriatur.* Græc. Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· Mss. quidam initio ferunt Ἄφρων.

℣. 37. Tertul. l. de resur. carn. p. 588. a. *Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, si fortè frumenti, aut alicujus ejusmodi:* & l. 5. contra Marc. p. 792. a. dicit afferri ab Apost. *exempla grani tritici*, aut *alicujus ejusmodi.* Aug. ep. 205. to. 2. col. 769. d. *Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, utputa tritici* ( Mss. 3. *granum farris tritici*, alii 12. *ferè tritici* ) *aut alicujus cæterorum:* itidem l. 5. de Gen. ad lit. to. 3. col. 194. f. cum his, *granum ferè tritici:* item ser. 1. de Symb. to. 6. col. 554. c. cum istis, *granum, ut fortè tritici.* Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. col. 1254. d. *Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, utputa tritici, & cæterorum:* & infra, col. 1255. b. *Et tu qui seminas, nudum granum seminas, utputa tritici, aut alicujus cæterorum.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Et quid seminas? non corpus, quod futurum est, seminas, sed,* &c. ut in Vulg. Sic etiam Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Ms. Floriac. num. 10. *Et quod seminas, non ut futurum est seminas, sed..... aut alicujus seminum.* In Græco sic: Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα, τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἤ τινος τῶν λοιπῶν· al. τύχῃ, pro τύχοι.

℣. 38. Tertul. l. de resur. carn. p. 588. b. *Deus autem dat illi corpus prout vult: & unicuique seminum suum corpus deputavit non suum:* hunc etiam vide l. contra Marc. p. 792. a. August. ep. 205. to. 2. col. 769. d. f. *Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit: & unicuique seminum proprium corpus:* sic rursus l. 5. de Gen. ad lit. to. 3. col. 194. f. & ser. 1. de Symb. to. 6. col. 554. d. necnon l. 12. de civit. Dei, c. 25. to. 7. col. 323. e. nec aliter est in Ms. Floriac. num. 10. Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. col. 1255. b. *Et Deus dat illi corpus prout vult: & unicuique seminum proprium corpus:* & infra: *Non id corpus seminatur, quod futurum est: sed Deus dat illi corpus prout vult;* post pauca, *ut vult.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Deus autem illi dat corpus prout vult,* &c. ut in Vulgata. Beda, *Deus autem dat illi corpus sicut voluit,* &c. ut sup. Ita quoque in Græco: sed in Veles. lect. pro ἠθέλησε, habetur θέλει, *vult;* in codd. autem Lat. plurimis, *voluit.*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

39. Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominis, alia autem pecoris, alia caro volucrum, alia autem piscium.

40. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem * terrestrium.

41. Alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim stellæ differt in * δόξῃ.

42. ita & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptionem, surgit in incorruptionem.

43. Seminatur in contumeliam, surgit in gloriam: Seminatur in infirmitate, * surget in virtute:

* *Ms. Reg.* terestria.

* *Ms. Reg.* claritate.

* *Ms. Reg.* surgit.

### VULGATA NOVA.

39. Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.

40. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium.

41. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate:

42. sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.

43. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: Seminatur in infirmitate, surget in virtute:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 39. Tertul. l. de resur. carn. p. 588. c. *Non omnis caro, eadem caro:* subinde: *alia caro hominis, alia jumenti, alia caro volucrum, alia autem piscium:* & l. 5. cont. Marc. p. 792. a. *& aliam quidem* (ait) *carnem hominum, aliam verò pecudum, & volucrum.* Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 131. *Non omnis caro, eadem est caro: alia est hominis, alia jumenti, alia caro volucrum, alia piscium.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. d. *Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.* August. ep. 205. to. 2. col. 769. 770. *Non omnis caro, eadem caro: alia quidem hominum, alia autem caro pecorum, alia volucrum, alia autem piscium:* & l. de fide, & Symb. to. 6. col. 163. a. *alia caro pecorum, alia volucrum, alia piscium, alia serpentum:* & l. 14. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 350. b. *Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominis, alia autem caro pecoris, alia volucrum, alia piscium:* & l. contra Adim. to. 8. col. 124. g. *Non omnis caro, eadem caro: alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia caro volucrum, alia piscium.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Non omnis caro..... sed alia quidem hominis, alia verò pecoris, alia caro volatilium, alia caro piscium.* Scholiastes Hieron. in eund. loc. *sed alia hominum, alia pecoram, alia volucrum, alia autem piscium.* Itidem Beda, præter *alia caro volucrum;* nec aliter in Ms. Floriac. num. 10. addito *quidem*, ante *hominum.* Græc. Οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σάρξ· ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν. In Mss. pluribus deest σὰρξ, post ἄλλη μὲν, sicut in quibusdam post ἄλλη δέ· in Borner. cod. Græc. solo, ἄλλη δὲ σὰρξ πετεινῶν, pro ἄλλη δὲ πτηνῶν.

℣. 40. Tertul. l. de resur. carn. p. 588. c. *Corpora terrena, & cœlestia:* & supra, p. 586. c. *alia supercœlestium gloria, alia superterrenorum:* item l. 5. contr. Marc. p. 792. a. *Et corpora cœlestia, atque terrena.* Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 131. *Et corpora sunt cœlestia, sunt & terrestria.* Epiphanius comment. in 1. 1. Cantici Cantic. *alia quidem cœlestium gloria, alia verò terrestrium.* August. ep. 205. to. 2. col. 769. 770. *Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia est cœlestium gloria, & alia terrestrium:* ita rursum l. contra Adim. to. 8. col. 124. g. deleto &, post *gloria.* Hieron. l. 2. contra Jovin. col. 216. d. nil differt à Vulg. nec etiam Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. In Græco sic: Καὶ σώματα..... καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. In Borner. cod. Gr. Lat. deest σώματα, ante ἐπίγεια.

℣. 41. Tertul. l. de resur. carn. p. 586. c. *Et alia solis, alia lunæ, alia stellarum. Quia & stella à stella differt in gloria:* & infra, pp. 588. c. 589. b. *Alia solis gloria, & alia lunæ, & alia stellarum. Et stella enim à stella differt in gloria:* & l. 5. contra Marc. p. 802. c. *Ideo & stella à stella differt in gloria:* & l. contra Gnost. p. 827. c. *Quomodo & stella à stella distabit in gloria?* Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. p. 1. col. 361. b. *Alia enim gloria solis, alia lunæ, alia stellarum:* & l. 3. in ep. ad Gal. col. 316. f. *Stella quippe à stella differt in gloria:* similiter in Eccles. to. 2. col. 782. c. deleta voce *quippe:* at l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 216. d. *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate:* item ep. 1. ad Rufin. col. 4. 2. & dial. 1. contra Pelag. col. 494. a. *Stella ab stella differt in claritate.* Sic etiam habent Irenæus l. 2. c. 17. p. 139. a. & Cyprianus l. 3. Testim. p. 320. c. Augustinus verò ep. 205. tom. 2. col. 769. 770. *Et alia gloria solis, alia gloria lunæ, & alia glor. stellarum. Stella enim ab stella differt in gloria:* sic rursum l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. detracto primo *Et:* item tract. 67. in Joh. to. 3. p. 2. col. 678. c. *Alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Stella enim, &c.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Alia claritas solis, &c.* ut in Vulg. sed ex Ms. Corb. *Alia gloria solis, alia gloria lunæ, & alia claritas stellar. Stella enim à stella differt in gloria.* Hilarius in Psal. 64. col. 164. f. *Differt enim stella stella in gloria:* & in Ps. 138. col. 521. b. *Quia stella ab stella differt in gloria:* & in Ps. 118. col. 281. e. *Differt stella ab stella in claritate.* Auctor l. de gloria SS. apud Prosp. c. 5. col. 204. c. *Stella à stella differt in gloria.* Ambrosius l. 1. de Abr. c. 3. col. 289. a. *Sicut stella differt à stella in claritate: ita & resurrectio mortuorum:* eademque sic iterum nectit tum in Ps. 43. col. 893. f. tum ep. 22. col. 876. d. Scholiast. Hieron. & Beda in hunc loc. Vulgatæ suffragantur: quibus etiam accensendus Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 351. c. Auctor l. de sing. cleric. p. 526. b. memorat, *aliam claritatem solis, & aliam lunæ, aliam verò stellarum.* In Græco sic: Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. Ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ.

℣. 42. Irenæus l. 5. c. 7. p. 300. e. *sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione,* al. *surgit in incorruptionem.* Similiter Gelas. I. tr. 3. contra Pelag. *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptionem.* Tertullianus l. de resur. carn. pp. 588. c. 589. b. *sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptela, resurgit in incorruptela.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 320. c. *sic & resurrectio. Seminatur corpus in corruptione, resurgit sine corruptela.* Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 130. *sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in interitum, resurgit in perpetuitatem.* Hilarius in Ps. 2. n. 41. col. 48. c. *Seminatur in corruptela, resurget in incorruptione.* Ambrosius l. de apolog. Dav. col. 682. f. *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione:* ita rursum l. 2. de fide resur. col. 1150. b. præter verbum *surget.* Sic etiam Augustinus ep. 769. to. 2. col. 769. 770. 773. & l. 13. de civit. Dei, c. 23. tom. 7. col. 344. c. 348. c. necnon l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. præmissis his, *sic & resurrectio mortuorum.* Concinunt Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Ambrosiaster verò in eundem loc. *ita erit & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptela, surget in incorruptela.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 710. d. *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione.* Similiter Rufinus presb. epist. 1. ad Anastas. I. col. 717. b. excepto verbo *resurgit.* Gaudentius Brix. serm. 10. p. 960. e. *Quod seminatur in corruptione, surget in incorruptione.* Ms. Floriac. num. 10. *Seminatur in corruptione, surget in gloria.* Græc. οὕτω καὶ ἡ... νεκρῶν. Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ.

℣. 43. Irenæus l. 5. c. 7. p. 301. a. *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: Seminatur in infirmitate, surgit in virtute.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 589. b. *Seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria: Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute:* & l. 5. contra Marc. p. 792. a. *Corpus seritur, corpus resurgit:* & post pauca: *Seritur in corruptela, resurgit in honestatem, & virtutem.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 320. c. *Seminatur in ignominia, resurgit in gloria: Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute.* Hilarius in Ps. 2. n. 4. col. 48. c. *Seminatur in ignominia, resurget in gloria: Seminatur in infirmitate, resurget in virtute.* Similiter habet Ambrosiaster in 1. Cor. *Seminatur in ignominia;* cætera autem ut in Vulg. Ita quoque Rufinus presb. ep. 1. ad Anastas. I. col. 717. b. At Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 130. *Seminatur in humilitatem, resurgit in gloriam: Seminatur in infirmitatem, resurgit in virtutem.* Ambrosius l. de apol. Dav. col. 682. f. *Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: Seminatur in infirmitate, surgit in virtute:* sic iterum l. 2. de fide resur. col. 1150. b. excepto verbo gemino *surget*, pro *surgit.* Itidem Auctor l. de xl. mans. col. 7. f. cum Scholiaste Hieron. & Beda in 1. Cor. Augustinus verò ep. 205. to. 2. col. 770. c. d. 773. b. *Seminatur in contumelia, surget in gloria: Seminatur in infirmitate, surget in virtute:* quæ rursum habet l. 13. de civit. Dei,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

44. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est:

Genes. 2. 7. 45. Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.

46. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale.

47. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis.

48. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.

VERSIO ANTIQUA.

44. Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Si est corpus animale, est & spiritale: sic etiam scriptum est: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

45. Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.

46. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale.

47. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo.

48. Qualis terrenus, tales * & terreni: & qualis cœlestis, tales * & cœlestes.

** Ms. Reg. delet &, hic & infra.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. 23. to. 7. col. 344. c. 348. c. & l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. necnon l. 22. contra Faust. col. 431. b. Eidem suffragantur Sedul. Hibern. in 1. Cor. & Gaudent. Brix. ser. 10. p. 960. e. nisi quòd iste constanter addat *Quod*, ante *seminatur*. Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1255. b. *Seminatur in ignobilitate, surgit in gloriam: Seminatur in infirmitate, surgit in virtutem.* Ms. Floriac. num. 10. *Seminatur in infirmitate, surget in gloria: Seminatur in contumelia, surget in gloria.* Græc. Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· Σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει.

℣. 44. Irenæus l. 5. c. 7. p. 301. a. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* Tertullianus l. de resurr. carn. p. 589. b. *Seminatur corpus animale, resurgit spiritale:* sic etiam l. 5. contra Marc. p. 792. a. præter verbum *Seritur*, pro *Seminatur*. Ita quoque Cyprianus l. 3. Testim. p. 320. c. & Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 130. cum verbo *Seminatur*. Hilarius in Ps. 2. n. 4. col. 48. c. *Seminatur corpus animale, resurget spiritale.* Ambrosius l. de apolog. Dav. col. 682. f. & in Luc. 24. col. 1540. e. *Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale:* sicque rursus l. de fide resur. col. 1150. b. præter verbum *surget*. Concinit Augustinus ep. 205. to. 2. col. 770. 773. additis seqq. *Si est corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est:* similiter l. 22. contra Faust. to. 8. col. 431. b. & l. 13. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 348. c. at supra, 344. c. legit, *sic scriptum est:* & l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. col. 208. e. *sic etenim scriptum est:* lib. verò contra Adim. to. 8. col. 125. a. contractiùs: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale, sicut scriptum est.* Ambrosiaster in 1. Cor. omnia exhibet ut in Vulg. præter verba, *sicut scriptum est*, quæ omittit. Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. col. 1255. b. cum Philastr. Brix. l. de hæres. p. 710. d. *Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale.* Rufinus presb. ep. 1. ad Anastas. I. col. 717. b. *Et quia seminetur corpus animale, resurgat corpus spiritale.* Gaudentius Brix. ser. 10. p. 960. e. *Quod seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* In Ms. Floriac. eadem quæ in Vulg. præter hæc ultima, *sic etiam scriptum est*. Gr. Σπείρεται....... ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικ. οὕτω καὶ γέγραπται. Mss. plures, εἰ ἔστι σῶμα..... ἔστι καὶ σῶμα· subinde Borner. Gr. Lat. καθὼς γέγραπται.

℣. 45. Irenæus l. 5. c. 12. p. 306. c. *Primus Adam factus est in animam viventem, secundus Adam in spiritum vivificantem:* al. *secundus autem*, &c. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 792. a. *Factus primus homo Adam in animam vivam, novissimus Adam in spiritum vivificantem:* sicque rursus l. de resur. carn. p. 589. b. Ambros. in Luc. 6. col. 1363. e. *Primus Adam in animam viventem, novissimus Adam*, &c. l. 1. verò de instit. virg. col. 265. f. & ep. 43. col. 975. e. *Factus est primus homo Adam in animam viventem*, &c. ut sup. Itidem Augustinus l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 208. e. item l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. l. 22. contra Faust. col. 431. c. & ep. 205. tom. 2. col. 770. 771. a. nisi quòd hoc postremo loco omittat vocem *homo:* at l. 13. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 344. c. *Factus est primus homo in animam viventem, novissimus autem Adam in spiritum vivif.* infra tamen, col. 345. a. 348. c. *primus Adam..... novissimus Adam:* sicque etiam S. Pacian. ser. de bapt. p. 318. h. & Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 744. d. Auctor verò quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. e. *Factus est primus homo Adam in animam viventem, secundus autem homo in spiritum vivificantem.* Similiter Ambrosiaster in 1. Cor. præter hæc posteriora, *novissimus autem Adam*, &c. Græcum cum Vulgata concordat.

℣. 46. Irenæus l. 5. c. 12. p. 306. c. *Sed non primò quod spirituale est, sed primò quod animale: deinde quod spiritale.* Tertullianus l. de anima, p. 482. b. *Non primum quod spiritale est, sed quod animale: postea spiritale.* Ambros. ep. 43. col. 975. e. *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale.* Augustinus l. 2. de Gen. tom. 1. col. 669. a. *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, sicut scriptum est: Factus est primus Adam in animam viventem*, &c. ut sup. & ep. 187. to. 2. col. 688. a. *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: postea spiritale:* deinde: *Primus homo*, &c. ita rursum ep. 205. col. 771. a. addito *quod*, ante *spiritale:* & l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 208. e. *Sed non primum quod spiritale est; sed quod animale: postea spiritale:* itidem l. 13. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 344. c. at infra, col. 348. c. & l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. *postea quod spiritale.* Scholiastes Hieron. in 1. Cor. *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale est: deinde quod spiritale.* Ambrosiaster in eundem loc. hæc sola refert: *Sed non prius quod spiritale est.* Ms. Floriac. num. 10. *Sed non primum quod spiritale est*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν· ἔπειτα τὸ πνευματικόν.

℣. 47. Tertullianus l. de resur. carn. p. 586. b. *Primus homo de terra, choicus (id est, limaceus:) secundus homo de cælo:* l. verò 5. contra Marc. p. 792. b. hunc versum ab eodem Marcione sic corruptum memorat: *Primus homo de humo, terrenus: secundus Dominus de cælo:* substituto nempe *Domino*, in locum *hominis*. Cyprianus l. de hab. virg. p. 180. c. *Primus homo de terræ limo: secundus homo de cælo:* sic rursum l. de orat. Dom. p. 209. b. & l. de zel. & liv. p. 260. a. necnon l. 2. & 3. Testim. pp. 289. a. 307. c. cui etiam accinit Hilarius l. 10. de Trinit. col. 1046. c. Item Zeno Veron. l. 1. tract. 12. p. 86. legit: *Primus homo è limo terræ: secundus è cælo.* Ambros. verò in Ps. 118. col. 1168. d. unà cum Vulg. *Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis:* similiter in Luc. 6. col. 1363. e. & l. de instit. virg. col. 265. f. & ep. 43. col. 975. e. cui accensendus Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. f. & ep. 187. & 205. tom. 2. col. 688. a. 771. c. & l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 208. e. & in Ps. 136. tom. 4. col. 1523. b. item l. 13. de civit. Dei, c. 23. tom. 7. col. 344. c. 348. c. & l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. sic etiam legit idem Aug. serm. 362. to. 5. col. 1425. d. sed absque ultima voce *cælestis*. Hieronymus in Isai. 24. tom. 3. col. 207. f. *Primus enim homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis.* Concinunt Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. col. 365. e. Maxim. Taurin. ser. 3. p. 6. d. Philastr. Brix. de hæres. pp. 709. f. 724. f. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 33. col. 183. a. S. Leo serm. 69. p. 149. d. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 1. Cor. nisi quòd hi omnes omittant voculam *enim*. Maximinus Arian. apud Aug. tom. 8. col. 663. b. *Primus homo Adam de terra, terrenus: secundus homo, Dominus de cælo cælestis advenit.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. e. *Primus autem homo de terra, terrenus: secundus autem homo de cælo, cælestis.* S. Pacianus l. de bapt. p. 319. a. *Quia primus homo de terra, terrenus: secundus à cælo, cælestis.* Græc. Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. A Mss. quibusdam abest ὁ Κύριος· sed solus Borner. cod. Gr. post οὐρανοῦ, addit ὁ οὐράνιος.

℣. 48. Irenæus l. 1. c. 8. p. 39. a. *Qualis choicus, tales & choici:* at l. 5. c. 9. p. 302. d. *Qualis terrenus, tales terreni*, al. *& terreni.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 586. c. *Qualis ergo choicus, tales & choici: qualis cælestis, tales & cælestes:* at l. 5. contra Marc. p. 792. b. *Qualis qui de terra, tales & terreni: qualis qui de cælo, tales & qui de cælo.* Cyprianus l. de hab. virg. p. 180. c. *Qualis ille de limo, tales & qui de limo: & qualis cælestis, tales & cælestes:* ita rursum l. de zelo & liv. p. 260. a. & l. 2. & 3. Testim. pp. 289. a. 307. c. Item Hilarius in Ps. 122. col. 392. a. *Qualis de limo, tales & de limo: & qualis cælestis, tales & cælestes.* August. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. f. *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes:* itidem ep. 187. & 205. tom. 2. col. 688. a. & 771. c. & l. 6. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 208. e. & in Ps. 136. to. 4. col. 1523. b. & serm. 362.

Digitized by Google

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
| --- | --- |
| 49. Sicut portavimus imaginem terrestris, portemus & imaginem cœlestis. | 49. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. |
| 50. Hoc enim dico fratres: quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. | 50. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. |
| 51. Ecce mysterium * vobis dico: Omnes * resurgimus, non omnes autem immutabimur. | 51. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. |

* *Ms. Reg. delet* vobis dico.

* *Ms. Reg.* resurgemus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

to. 5. col. 1425. d. & l. 13. de civitate Dei, c. 23. to. 7. col. 344. c. 348. c. & l. contra Adim. to. 8. col. 125. a. Concinunt Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. col. 365. e. Leo Mag. ser. 25. & 69. pp. 75. f. 149. d. Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. e. necnon Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Hieronymus verò in Isai. 24. to. 3. col. 207. f. *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis supercælestis, tales & supercælestes.* Ambros. l. 4. de fide, col. 545. d. & l. 2. de Spir. S. col. 646. f. & ep. 30. col. 914. b. *qualis cælestis, tales & cælestes.* Gr. Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Bornerius codex, οὐράνιος.... οὐράνιοι.

℣. 49. Irenæus l. 5. c. 9. p. 303. a. *Sicut portavimus imaginem ejus, qui de terra est, portemus & imaginem ejus, qui de cælo est:* & ibid. c. 11. p. 305. b. *Sicut portavimus imaginem ejus, qui de limo est, portemus & imaginem ejus, qui de cælis est.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 586. c. *Sicut portavimus imaginem choici, portemus etiam imaginem supercælestis:* & l. 5. contra Marc. p. 792. b. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis:* tum addit: *Portemus, non Portabimus; præceptivè, non promissivè.* Cyprianus l. de hab. virg. p. 180. c. *Quomodo portavimus imaginem ejus, qui de limo est, portemus & imaginem ejus, qui de cælo est:* sic iterum l. de zelo & liv. p. 260. a. & l. 2. & 3. Testim. pp. 289. a. 307. c. Item Zeno Veron. l. 2. tract. 20. p. 207. *Quemadmodum portavimus imaginem ejus, qui de limo est, portemus & ejus imaginem, qui de cælo est.* At Hilarius in Ps. 134. col. 477. d. *Sicut portavimus imaginem terrestris, portemus imaginem cælestis.* Ambros. l. 4. de interpel. Dav. c. 8. col. 670. a. *Sicut portavimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem hujus cælestis:* sic etiam in Ps. 118. col. 1117. d. & in Luc. 20. col. 1502. d. & l. de fide, col. 582. c. nisi quòd hoc posteriori loco habeat *hujus terreni.* Aug. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. f. *Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis:* & ep. 187. to. 2. col. 688. a. *Sicut portavimus..... portemus & imaginem ejus, qui de cælo est:* ita rursum ep. 205. col. 771. g. & in Ps. 136. to. 4. col. 1523. b. & serm. 362. to. 5. col. 1425. d. & l. 14. de Trin. to. 8. col. 964. g. sed lib. 6. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 208. e. *Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus & im. ejus, qui de cælo est:* itidemque tum l. 13. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 344. c. 348. c. tum l. contra Adim. tom. 8. col. 125. b. Hieronymus verò in Isai. 24. tom. 3. col. 208. a. *Ut sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem supercælestis.* Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. col. 365. e. *Quomodo portav. imaginem terreni, portemus & imaginem ejus, qui de cælo est.* Leo Mag. serm. 69. p. 149. d. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus, qui de cælo est.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 33. col. 183. a. *Quomodo portavimus imaginem terreni, induamus & imaginem ejus, qui de cælo est.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Igitur, sicut portavimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem hujus cælestis:* at in Coloss. 3. *Quemadmodum portavimus imaginem ejus, qui de terra est, ita portemus & imaginem ejus, qui de cælo est.* Græc. Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. Mss. plerique, φορέσωμεν καί.

℣. 50. Irenæus l. 5. pp. 303. c. 304. b. 305. b. *Hoc enim dico fratres: quoniam caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt:* & sup. p. 302. c. *quoniam caro & sang. regn. D. hæreditare non possunt:* & l. 1. p. 112. b. *caro & sanguis regnum Dei non apprehendunt.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 792. b. *Hoc enim dico fratres: quia caro & sanguis regn. Dei non possidebunt:* & paulò post: *caro & sanguis regnum Dei consequentur?* & l. de res. carn. pp. 585. c. 587. a. b. *Hoc enim dico: quòd caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. c. cum Beda in 1. Cor. *Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptionem possidebit.* Similiter Augustin. ep. 205. to. 2. col. 771. g. at serm. 362. to. 5. col. 1425. e. *Hoc autem dico fr. quia caro & sanguis regnum Dei non possidebit: neque corruptio incorruptionem:* & l. contra Adim. to. 8. col. 125. c. *Hoc autem dico fr. quia caro & sang. regnum Dei hæreditate possidere non possunt: neque corruptio incorruptionem hæreditate possidebit.* Zeno Veron. l. 1. tr. 13. & 16. pp. 94. & 130. *caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Siricius ep. 10. to. 1. col. 691. b. *quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: neque corruptio incorruptelam.* Itidem Sedulius Hibern. in 1. Cor. *regnum D. non possidebunt.* Ambrosiaster, & Scholiastes Hieronymi in eund. loc. *possidere non possunt*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Auctor l. de xl. mans. col. 11. b. Græc. Τοῦτο δέ φημι... ὅτι σὰρξ καὶ..... κληρονομῆσαι οὐ δύνανται· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. Bornerius codex Gr. Lat. Τοῦτο γάρ... οὐ κληρονομήσουσιν.

℣. 51. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. c. *Omnes quidem resurgemus, non autem omnes immutabimur:* ita nempe non tantùm ex editione Pamelii, quam in hoc opere præcipuè adhibuimus in consilium; sed etiam ex editionibus Rigaltii, & de la Barre. At hos errasse Editores, Apostolique textum hìc ab imperitis fuisse perperam emendatum existimant viri docti, nec immeritò. Duas enim hoc in loco distinguit Tertullianus classes; unam eorum, qui ab adventu Christi in carne deprehensi non morientur, sed cum resurgentibus mortuis concurrent; alteram eorum, qui vitâ jam functi resurgent. Porro quî fieri potuit ut in hujus distinctionis probandæ gratiam, Apostoli textum adhibuerit Tertullianus, quo funditus evertitur hæc ipsa distinctio? Si etenim resurgunt omnes, morientur etiam omnes, nec ulli futuri sunt, qui ab adventu Christi deprehensi, mortis expertes statim cum resurgentibus concurrent. Satne inconsideratus, qui tam adverso abusus fuerit contextu? Jam verò si pro hac lectione, quam Tertulliano tribuunt Editores, ista reponatur, Græcis notissima, *Non omnes quidem resurgemus, omnes autem immutabimur;* sibi ipsi constare videbitur Tertullianus, & bene cohærere tota ipsius disputatio. Sed hæc meliùs multò in ipso de Resurrectione carnis libro discutientur, quem consulat Lector, ut & l. 5. adversùs Marcion. c. 12. p. 794. c. Hilarius in Psal. 52. col. 91. d. legit: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur:* & in Pss. 54. ac 118. col. 110. b. 315. b. *Omnes quidem resurgent, sed non omnes commutabuntur:* & in Psalm. 69. col. 233. b. *Omnis enim caro resurget, sed non omnis demutabitur.* Ambrosius l. 4. & 5. Hexa. col. 68. e. 109. f. *Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus; non omnes autem immutabimur:* similiter in Ps. 1. col. 762. c. & in Ps. 43. col. 905. f. cui favent Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. necnon Fulgentius l. ad Petr. Diac. c. 3. p. 29. & l. 2. de remiss. pecc. c. 11. Rufinus in Symb. Gennad. de dogm. Eccles. c. 7. & Junil. l. 1. Hieronymus verò ep. ad Princip. to. 2. col. 682. c. *Omnes dormiemus, sed non omnes immutabimur:* & ep. ad Minervium & Alex. to. 4. p. 1. col. 211. b. ait: *Quæritis quo sensu dictum sit, & quomodo in 1. ad Cor. epistola sit legendum:* Omnes quidem dormiemus; non autem omnes immutabimur: *an juxta quædam exemplaria:* Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: *utrumque enim in Græcis codicibus invenitur. Super quo Theodorus Heracleotes..... in commentariolis Apostoli sic locutus est:* « Omnes quidem non dormiemus; omnes autem immutabimur. *Enoch enim, & Elias; mortis necessitate superata, ita ut erant in corporibus, de terrena conversatione ad cælestia regna translati sunt. Unde & sancti, qui die consummationis atque judicii, in corporibus reperiendi sunt, cum aliis sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, rapientur in nubibus obviàm Christo in aera, & non gustabunt mortem.* » Item post pauca Hieron. *Apollinarius licet aliis verbis eadem, quæ Theodorus, asseruit: quosdam non esse morituros, & de præsenti vita rapiendos in futuram, ut mutatis, glorificatisque corporibus, sint cum Christo: quod nunc de Enoch & Elia credimus.* Tum addit: *Didymus..... in Origenis transiens sententiam, contraria via graditur:* Ecce mysterium vobis loquor: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. *Quod ita disseruit:* « *Si non indigeret resurrectio interprete, nec obscuritatem haberet in sensibus, nunquam Paulus post multa, quæ de resurrectione locutus est, intulisset:* Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem dormiemus, *id est*, moriemur; non omnes autem, *sed soli sancti* immutabimur. *Scio quòd in nonnullis codicibus scriptum sit:* Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur: *sed considerandum, an ei, quod præmissum est,* omnes im-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

52. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur.

53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.

54. Cùm autem mortale hoc induerit immor-
Osee 13. 14. talitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Ab-
Heb. 2. 14. sorpta est mors in victoria.

**Versio antiqua.**

52. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: buccinat enim, & mortui resurgunt * incorrupti: & nos mutabimur. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. * In Ms. Reg. deest incorrupti.

53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.

54. Cùm autem corruptibile hoc induerit * incorruptalitatem, & mortale hoc * induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. * Ms. Reg. incorruptibilitatem. * Ambo Mss. induere.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

» mutabimur, *possit convenire quod sequitur:* Mortui resurgent » incorrupti, & nos immutabimur. *Si enim omnes immutabuntur, & hoc commune cum cæteris est, superfluum fuit dicere,* » & nos immutabimur. *Quamobrem ita legendum est:* Omnes » quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. *Si* » *enim in Adam omnes moriuntur, & in morte dormitio est,* » *omnes ergo dormiemus, sive moriemur...... cùmque omnes ita* » *dormierint lege naturæ, soli sancti & corpore & anima in melius mutabuntur; ita ut incorruptio omnium resurgentium sit,* » *gloria autem atque mutatio, propriè sanctorum.* » Utramque etiam lectionem explicasse dicit Acacium Cæsareæ episcopum in 4°. συλλεκτῶν ζητημάτων libro; primùm quidem istam, *Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur,* quam in plurimis codicibus magis inveniri testatur; subinde verò illam, *Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur; quæ ita fertur,* inquit, *in plerisque codicibus.* Tandem concludit Hieronymus dicens: *Hæc celeri sermone dictavi, quid eruditi viri de utroque sentirent loco, & quibus argumentis suas vellent probare sententias, vestræ prudentiæ exponens:* & in fine addit: *Illud autem breviter in fine commoneo, hoc quod in Latinis codicibus legitur,* Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, *in Græcis voluminibus non haberi; sed vel,* Omnes dormiemus, non autem omnes immutabimur; *vel, Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.* Idem observat Scholiastes Hieron. in 1. Cor. *Aliter,* inquit, *in quibusdam Græcis codicibus habetur:* Omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur. *In aliis autem: Omnes enim non dormiemus, omnes autem immutabimur.* Augustinus ep. 205. tom. 2. col. 771. 772. *Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus (vel sicut Græci codices habent, Omnes quidem dormiemus,) non tamen omnes immutabimur:* rursus l. contra Adim. to. 8. col. 125. f. *Omnes quidem resurgemus, non tamen omnes,* &c. & l. 16. contra Faust. col. 301. f. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes,* &c. & l. de vera relig. to. 1. col. 765. d. ac in Ps. 64. to. 4. col. 631. b. *Omnes enim resurgemus, sed non omnes,* &c. tandem quæst. 3. ad Dulcit. to. 6. col. 131. c. ait *in plerisque codicibus* (Lat.) legi, *Omnes resurgemus;* nonnullos verò codices habere, *Omnes dormiemus.* In Græco hodierno legitur: Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Ms. Clarom. Gr. teste Millio: Πάντες ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· de qua lectione vide plura apud ipsum not. in hunc loc. necnon apud Morinum l. 1. Exercit. Biblic. p. 37. num. 10. & 11.

℣. 52. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. c. *In atomo, in momentaneo motu oculi, in novissima tuba:* & post pauca: *& mortui resurgent, & nos demutabimur:* & infra, pp. 588. a. 590. c. 591. a. *In atomo, in momentaneo oculi motu, in novissima tuba: & mortui resurgent incorrupti:* & l. 5. contra Marc. p. 792. c. *resurgent enim mortui incorrupti:* subinde: *& nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu:* & infra, p. 794. c. *& mortui resurgent incorrupti, qui jam obierunt: & nos mutabimur, qui in carne fuerimus deprehensi à Deo: & illi enim resurgent incorrupti.* Ambrosius l. 4. Hex. col. 68. f. *In atomo, in momento oculi, in novissima tuba: canet enim tuba* (in Mss. 2. deest *canet enim tuba,*) *& mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur:* rursus l. 5. col. 109. f. *& mortui resurgent,* &c. & l. 2. de fide resur. col. 1155. a. 1158. e. *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: & mortui resurgent incorrupti* (Mss. quidam *in incorruptione:*) *& nos immutabimur:* & in Psal. 1. col. 757. b. *quando & mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur.* Augustinus ep. 205. tom. 2. col. 771. 772. *In atomo, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos commutabimur:* itidem l. contra Adim. tom. 8. col. 125. f. & l. 16. contra Faust. col. 301. f. præter verbum ult. *immutabimur:* at in Ps. 64. to. 4. col. 631. b. legit, *In momento, in ictu oculi,* &c. ut sup. Ita quoque Scholiastes Hieronymi, cum Ambrosiast. & Beda in 1. Cor. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 18. col. 201. c. *Testatur,* inquit, *& Paulus hæc in ictu oculi fieri, in novissima tuba: canit enim tuba, & mortui resurgunt incorrupti: & nos immutabimur.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 739. a. *canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur.* Hieronymus ep. ad Minervium & Alex. to. 4. p. 1. col. 212. c. ait juxta Græcos legi, Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ, *sive,* ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, *utrumque enim legitur: & nostri interpretati sunt,* inquit, *In momento, & in ictu, sive, in motu oculi:* & post pauca: *In puncto temporis, & in motu oculi, atque momento:* subinde ait: *Atomus punctum temporis est...... ictusque oculi, sive motus, qui Græcè dicitur ῥοπὴ, tanta velocitate transcurrit, ut penè sensum videntis effugiat. Verùm quia in plerisque codicibus, pro ῥοπὴ, id est ictu, vel motu, ῥιπὴ legitur, hoc sentire debemus, quòd quomodo levis pluma vel stipula.... vento flatuque rapiatur.... sic mortuorum corpora movebuntur,* &c. deinde: *in novissima tuba: canet enim tuba,* &c. ut in Vulg. Græcum hodiernum fert: Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ, &c. ut in Vulg. codd. aliqui scribunt ἐν ῥοπῇ, teste Beza. Bornerius cod. Lat. *in nutu.*

℣. 53. Irenæus l. 5. c. 10. p. 304. b. *Oportet mortale istud induere immortalitatem: & corruptibile hoc induere incorruptelam:* at infra, c. 13. pp. 308. c. 309. e. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam: & mortale hoc induere immortalitatem.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. c. *Oportet enim corruptivum istud induere incorruptelam: & mortale istud induere immortalitatem:* ita rursum infra, p. 588. a. præter *incorruptionem,* pro *incorruptelam,* quam tamen vocem rursum legit paulò post, pp. 591. a. 592. a. item l. 5. contra Marc. p. 792. a. *Oportet enim corruptivum hoc induere incorruptelam: & mortale hoc immortalitatem.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 321. a. *Oportet enim corruptivum istud induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* Similiter Zeno Veron. l. 1. tr. 16. p. 133. nisi exceperis *hoc,* positum pro *istud.* Hilarius in Psal. 52. col. 84. b. *Oportet enim corruptionem vestiri incorruptionem:* & in Ps. 64. col. 171. c. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem:* & l. 11. de Trin. col. 1102. c. *Oportet enim corruptivum istud induere incorruptionem: & mortale istud induere immortalitatem.* Itidem Hieronymus in Isai. 51. to. 3. col. 367. c. & in Jon. 2. col. 1484. d. excepta vocula *hoc,* pro *istud:* & in Ezech. 44. col. 1030. a. *Oportet enim corruptivum hoc indui incorruptionem: & mortale hoc indui immortalitatem:* at l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 317. a. inverso ordine habet: *Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem: & corruptivum hoc incorruptione vestiri.* Ambrosius l. 5. Hex. col. 109. f. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam: & mortale hoc induere immortalitatem:* similiter in Ps. 1. col. 757. b. & in Luc. 12. col. 1440. e. & l. 2. de fide res. col. 1170. d. item in Pss. 36. & 39. col. 814. d. 864. e. & in Luc. 24. col. 1540. c. nisi quòd his posterioribus locis legat *incorruptionem,* pro *incorruptelam:* & l. 2. de fide res. col. 1148. a. sic: *Et hoc mortale oportet induere immortalitatem: & hoc corruptibile induere incorruptionem.* Augustinus ep. 205. to. 2. col. 772. c. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam:* & ep. 55. col. 136. f. *Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem: & mortale hoc indui immortalitatem:* at tract. 34. & 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 538. f. 576. f. ut in Vulg. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mort..... induere,* &c. sicque rursus in Ps. 64. to. 4. col. 631. b. & l. contra Adim. to. 8. col. 125. f. & l. 3. de pecc. mer. to. 10. col. 81. c. Concinunt Gaudent. Brix. serm. 10. p. 960. f. & Ambrosiaster in 1. Cor. In Gr. Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.

℣. 54. Irenæus l. 5. c. 13. p. 308. c. *Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria:* & l. 3. c. 23. p. 222. a. *fiet quod scriptum est: Absorpta est mors in victoria.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 321. a. *Cùm autem corruptivum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit incorruptionem: tunc fiet verbum, quod scriptum est: Absorpta est mors in contentionem.* Hilarius l. 11. de Trin. col. 1102. d. *Cùm autem mortale istud induerit immortalitatem, tunc fiet verbum, quod scriptum est: Absorpta est mors in contentione:* & in Ps. 140.

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

55. Ubi est mors stimulus tuus? ubi est mors victoria tua?
56. Aculeus autem mortis, peccatum: virtus autem peccati, lex.
57. Deo autem gratias, qui dedit vobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.
58. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quia labor vester non est inanis in Domino.

### Vulgata nova.

55. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus?
56. Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex.
57. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. *1. Joan. 5. 5.*
58. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.

### Notæ ad Versionem antiquam.

col. 539. e. *Absorpta est mors in contentionem:* & in Ps. 59. col. 141. f. alludens ait, *cùm absorbeatur mors à vita in contentionem victoria.* Ambrosius ep. 44. col. 978. e. *Devorata est mors in victoria sua:* & ep. 66. col. 1055. d. *Devorata est mors in victoria.* Hieronymus in Ezech. 44. tom. 3. col. 1030. a. *Cùm autem corruptivum hoc indutum fuerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est:* & in Osee 13. col. 1329. addit: *Absorpta est mors in contentione.* Augustinus l. 3. de pecc. mer. to. 10. col. 81. c. 82. a. *Cùm autem corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem: tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam:* & in Ps. 64. to. 4. col. 631. b. *Cùm autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo, qui..... Absorpta est mors in victoriam:* & l. 1. de ser. Dom. in m. tom. 3. p. 2. col. 182. f. *Ubi corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem:* similiter tract. 13. in Joh. col. 393. e. excepto *Cùm*, pro *Ubi;* & bis *induerit*, pro utroq. *induet:* at tract. 41. in Joh. col. 576. f. cum Oros. l. contra Pelag. p. 458. a. *Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam.* Rursum Augustinus serm. 278. tom. 5. col. 1125. c. & alibi passim, necnon l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 709. e. *Absorpta est mors in victoriam:* item in Ps. 3. to. 4. col. 11. f. *Absorbetur mors in victoriam:* quæst. verò 49. in Jud. to. 3. col. 620. d. *Absorpta est mors in victoria.* Concinit Gaudentius Brix. ser. 10. p. 960. f. cum Vigilio Taps. l. 3. de Trin. At Cassiodorus in Ps. 54. p. 183. b. *Absorpta est mors in victoria tua:* & in Ps. 114. p. 390. b. *Quando mors absorpta fuerit in victoriam.* Ruric. l. 2. ep. 4. p. 565. d. *Cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. tom. 4. col. 1244. d. *Cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem:* itidem infra, col. 1249. a. ubi addit: *ut fiat sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.* Fulgentius l. 3. ad Trasim. c. 19. necnon Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. Vulgatæ congruunt. Græc. Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται..... Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Tertullianus, Cyprianus, & Hilarius legebant νεῖκος, *jurgium*, seu *contentionem*, non νῖκος, *victoriam.*

℣. 55. Irenæus l. 3. c. 23. p. 222. a. *Ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus?* item l. 5. c. 13. p. 308. c. sed inverso ordine: *Ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors victoria tua?* Tertullianus l. de res. carn. pp. 585. c. 587. c. 589. c. *Ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors contentio tua?* at l. 5. contra Marc. p. 793. a. *tunc fiet verbum, quod scriptum est: Ubi est mors victoria tua, vel, contentio tua? ubi est mors aculeus tuus?* Cyprianus l. 3. Testim. p. 321. a. *Ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors contentio tua?* Itidem Hilarius l. 11. de Trin. col. 1102. d. sed in Ps. 140. col. 539. e. *Ubi est aculeus tuus? ubi est contentio?* Ambros. l. de fuga sæc. c. 9. col. 440. b. *Ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus?* ita rursum l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. a. & in Ps. 40. col. 878. d. & in Ps. 118. col. 1128. a. 1137. f. & in Luc. 17. col. 1477. a. & ep. 44. col. 978. e. & ep. 66. col. 1055. d. Sic etiam Augustinus l. 3. de pecc. mer. to. 10. col. 81. 82. a. at l. de mor. Eccl. to. 1. col. 709. e. necnon in Ps. 64. to. 4. col. 631. b. & in Job, to. 3. col. 661. a. *Ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors contentio tua?* & l. de vera relig. to. 1. col. 756. c. *Ubi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus?* itidem tr. 12. & 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 388. f. 576. f. & ser. 278. to. 5. col. 1125. c. & alibi passim. Concinit Cassiodorus in Ps. 54. p. 183. b. cum Hieron. in Osee 13. to. 3. col. 1329. at Hieronymus in Isai. 14. col. 158. a. cum Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 19. & Prædestin. l. 2. ap. Sirm. to. 1. col. 516. d. *Ubi est mors contentio tua? ubi est mors stimulus tuus?* Orosius l. cont. Pelag. p. 458. a. simpliciter: *Ubi est mors stimulus tuus?* Vigilius Taps. l. 3. de Trin. itemque Luxoviense Lectionar. *Ubi est mors aculeus tuus?* Gaudentius Brix. serm. 10. p. 960. f. *Ubi est mors victoria tua? ubi mors aculeus tuus?* Similiter Beda in 1. Cor. repetito tamen *est*, post secundum *ubi;* item & Ambrosiaster in eundem loc. qui utramque vocem admittit, *stimulus*, & *aculeus.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. & Scholiastes Hieron. in hunc locum, Vulgatæ suffragantur. Græc. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; Mss. plures, pro ᾅδη, reponunt θάνατε.

℣. 56. Tertullianus l. de resur. carn. p. 587. c. *Aculeus autem mortis, delinquentia: virtus autem delinquentia, lex.* Hilarius in Ps. 140. col. 539. e. *Aculeus enim mortis, peccatum est.* Similiter S. Pacianus ser. de bapt. p. 318. f. absque *est*, post *peccatum.* Item Augustinus l. de mor. Eccles. to. 1. col. 709. f. *Aculeus enim mortis, peccatum: virtus autem peccati, lex:* sic rursus ser. 278. to. 5. col. 1217. c. & l. 3. de pecc. mer. to. 10. col. 81. 82. c. præter *Aculeus autem:* at l. 13. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 328. f. *Aculeus mortis, est peccatum: virtus autem peccati, lex.* Gaudentius Brix. ser. 10. p. 960. f. *Aculeus autem mortis, peccatum: virtus autem peccati, lex est.* Itidem Hieronymus in Osee 13. to. 3. col. 1329. cum Ambrosiast. in 1. Cor. translato verbo *est*, post vocem *mortis;* quod verbum abest omnino à Sedulio Hibern. in eundem loc. cæteris paribus. Fulgentius l. 3. ad Trasim. c. 19. & Orosius l. contra Pelag. p. 458. a. *Stimulus autem mortis, peccatum est.* Prædestin. l. 2. ap. Sirmond. to. 1. col. 516. d. *Stimulus autem mortis, peccatum: virtus verò peccati, lex.* Accinunt Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. b. Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. addito *est*, post *peccatum.* Lectionarium Luxov. *Aculeus autem*, &c. ut in Vulg. In Græco: Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ, &c. ut sup. Ms. 1. addit ἐστὶ, post θανάτου.

℣. 57. Arnobius l. de Trin. p. 213. b. *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per D. n. J. C.* Itidem Gelasius I. contra Pelag. & Auctor l. de promiss. p. 1. c. 18. col. 142. d. cum Ambrosiast. & Scholiaste Hier. in 1. Cor. Sic etiam Beda in eundem loc. nisi quòd habeat *per Jesum Christum Dominum nostrum.* Græc. Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ, &c. Mss. quidam, τῷ δόντι.

℣. 58. Ambrosiaster in 1. Cor. *Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere semper, scientes quòd*, &c. ut sup. Similiter Scholiastes Hieron. in eundem locum, exceptis his, *abundantes in omni opere Domini.* Mss. etiam Lat. quidam, *in omni opere Domini*, teste Estio. Sedulius, & Beda, Vulgatæ accinunt; Græcum verò textui. Ms. tamen Alex. καὶ ἀμετακίνητοι.

## CAPUT XVI.

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. DE collectis autem, quæ fiunt in sanctis, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

### Vulgata nova.

1. DE collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 223. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 495. b. *De collectis autem in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.* Sedul. Hibern. in 1. Cor. *Nam de collectis, quæ fiunt*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

2. Per unam sabbati unusquisque vestrûm apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant.

3. Cùm autem præsens fuero: quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.

4. Quòd si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt.

5. Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo.

6. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quòcunque iero.

7. Nolo enim vos modò in transitu videre, spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.

8. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten.

9. Ostium enim mihi apertum est magnum, & evidens: & adversarii multi.

10. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.

11. Ne quis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace, ut veniat ad me: exspecto enim illum cum fratribus.

12. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multùm rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas ut nunc veniret: veniet autem, cùm ei vacuum fuerit.

13. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini:

**Versio antiqua.**

2. Per unam sabbati unusquisque vestrûm apud se ponat, * thesaurizans quod ei placuerit: ut non, cùm venero, tunc collecta fiant.

3. Cùm autem advenero: quoscunque probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.

4. Quòd si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt.

5. Venio autem ad vos, cùm Macedoniam transiero: Macedoniam enim pertranseo.

6. Apud vos autem forsitan remanebo, vel etiam hiemabo: nisi si vos me duxeritis ubicunque iero.

7. Nolo enim vos nunc in transitu videre, spero enim aliquod temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.

8. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten.

9. Ostium enim mihi apertum est magnum, & evidens: & adversarii multi.

10. Quòd si venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.

11. Ne quis illum spernat: præmittite autem illum in pace, ut veniat ad me: exspecto enim illum cum fratribus.

12. De Apollo autem fratre notum vobis facio, quia multùm illum rogavi ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas ut nunc veniret: veniet autem, cùm oportunum fuerit.

13. Vigilate, state in fide, confortamini, viriliter agite:

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** Ms. Reg. thensaurizans.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*in sanctos.* Ambrosiaster in eund. loc. *De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiæ Galatiæ*, &c. ut sup. Scholiastes Hieron. *De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesiis Galatiæ*, &c. Græc. Περὶ δὲ τῆς λογίας, τῆς εἰς τὺς ἁγίυς, ὥσπερ διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, &c.

℣. 2. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 495. b. *Secundùm unam sabbati unusquisque vestrûm apud se ponat, thesaurizans quod ei placuerit: ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Per unam sabbati unusquisque vestrûm apud se ponat, thesaurizans quodcunque voluerit: ut non, cùm venero, collectæ fiant.* Scholiastes Hieron. in eund. loc. *Per unam sabb. unusquisque vestrûm apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit: ut non*, &c. Similiter Beda, præter hæc, *apud se ponat, recondens quod ei placuerit.* Gr. Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται· ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. Mss. quidam ponunt σαββάτυ, loco σαββάτων· & Bornerius codex Gr. εὐοδῶτε, pro εὐοδῶται, Lat. *quod ei placuerit.*

℣. 3. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. c. & l. de op. Mon. tom. 6. col. 495. c. *Cùm autem advenero: quoscunque probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Cùm autem venero: quos probaveritis*, &c. ut supra. Gr. Ὅταν δὲ παραγένωμαι, ὓς ἐὰν δοκιμάσητε, &c. ut sup.

℣. 4. Augustinus locis supra cit. *Quòd si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Quòd si dignum fuerit ut ego quoque eam*, &c. Scholiastes Hier. Sedulius, & Beda in eundem loc. *Quòd si dignum fuerit ut ego eam*, &c. Græc. Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, &c.

℣. 5. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. d. *Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam transiero: nam Macedoniam pertransibo.* Similiter Ambrosiaster, nisi quòd omittat, *nam Macedon.* &c. Græc. Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω· Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι.

℣. 6. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. d. *Apud vos autem fors. remanebo, vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quòcunque iero.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Apud vos autem fors. remanebo, aut etiam hiemabo: ut me deducatis quòcunque iero.* Ambrosius in Luc. 17. col. 1476. d. *Apud vos fors. manebo, & hiemabo.* Scholiastes Hieron. & Beda, eadem habent quæ in Vulg. cui etiam Græcum favet. Borner. tamen cod. pro ἵνα ὑμεῖς, *ut vos*, fert εἰ μὴ ὑμεῖς, *nisi vos.*

℣. 7. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. d. *Nolo enim vos nunc in transitu videre; spero enim me aliquod temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ concinunt, nec refragatur Græcum, nisi quòd habeat, ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ, *spero autem aliquod temp.* sed Mss. plures, ἐλπίζω γάρ.

℣. 8. Sic habent Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. Hieronymus præf. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 322. e. Ambrosiaster, & Beda in 1. Cor. quibus accedit Ambros. in Luc. 17. col. 1476. d. nisi quòd habeat *Manebo.* Græc. Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ, &c.

℣. 9. Hieronymus præf. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 322. e. *Ostium enim mihi apertum est magnum, & efficax: sed adversarii multi.* Ambrosiaster in 1. Cor. *Ostium enim mihi magnum apertum est, & operosum: & adversarii multi.* Ambrosius in Luc. 17. col. 1476. d. *Ostium enim mihi apertum est magnum.* Sic etiam Scholiastes Hieron. & Beda in hunc loc. qui addunt, *& evidens: & adversarii multi.* Græc. Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη, καὶ ἐνεργής· καὶ, &c. Ms. 1. pro ἀνέῳγε, habet ἤνοικται· omnes autem constanter ἐνεργὴς, *operosum*; non ἐναργὴς, *evidens.*

℣. 10. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Si autem venerit*, &c. ut supra. Ita quoque in Græco.

℣. 11. Ambrosiaster in 1. Cor. *Ergo ne quis illum spernat: deducite illum in pace*, &c. ut sup. Beda in eundem loc. *Ne quis ergo illum spernat: ducite autem illum in pace*, &c. Græc. Μή τις ὖν αὐτὸν ἐξυθενήσῃ· προπέμψατε δὲ αὐτὸν, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Ambrosiaster in 1. Cor. *De Apollo autem fratre significo vobis, quia multùm illum rogavi ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas ejus ut nunc veniret: veniet autem cùm opportunum fuerit.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ accinunt, nisi quòd habeant, *non fuit voluntas ejus.* Gr. Περὶ δὲ Ἀπολλῶ τῦ ἀδελφῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ..... καὶ πάντως ὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δὲ ὅταν εὐκαιρήσῃ· Bornerius cod. post vocem ἀδελφῦ, addit, δηλῶ ὑμῖν, ὅτι πολλά· al. γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι.

℣. 13. Nicetius episc. Spicil. to. 3. p. 5. b. *Vigilate, & state in fide, confortamini, & viriliter agite.* Ambrosiast. in 1. Cor. *Vigilate, state in fide, viriliter agite, corrobora-*



Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

14. omnia vestra in caritate fiant.

15. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati: quoniam sunt initium Achaiæ, & in ministerium sanctis ordinaverunt seipsos:

16. ut & vos subjecti sitis talibus, & omni qui adjuvat, & laborat.

17. Gaudeo autem in adventu Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quia quod à vobis deerat, illi suppleverunt:

18. refecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Cognoscite ergo qui ejusmodi sunt.

19. Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino Aquila multùm, & Priscilla, cum domestica sua Ecclesia: apud quos etiam hospitor.

20. Salutant vos * fratres omnes. Salutate invicem in amorem sancti.

* *Ms. Reg.* omnes fratres.

21. Salutatio, mea manu Pauli.

22. Si quis non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema, Maranatha.

23. Gratia Domini Jesu Christi vobiscum.

24. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

* Ad Corinthios I. scribens à Philippis explicit.

**VULGATA NOVA.**

14. omnia vestra in charitate fiant.

15. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos:

16. ut & vos subditi sitis ejusmodi, & omni cooperanti, & laboranti.

17. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam id, quod vobis deerat, ipsi suppleverunt:

18. refecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt.

19. Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm, Aquila & Priscilla, cum domestica sua Ecclesia: apud quos & hospitor.

20. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto.

21. Salutatio, mea manu Pauli.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran Atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

24. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mini.* Gr. Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε· al. καὶ κραταιοῦσθε.

℣. 14. Augustinus l. de corr. & gra. to. 10. col. 752. c. & l. de gra. & l. arbit. col. 736. e. *omnia vestra cum charitate fiant.* Ambrosiast. & Beda, *in charitate;* nec aliter in Græco.

℣. 15. Ambrosiaster in 1. Cor. *Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati: quoniam sunt initium Achaiæ, & in ministerium sanctorum,* &c. ut supra. Græc. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί· οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ· ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς. Mss. plures voci Στεφανᾶ, addunt καὶ Φουρτουνάτου· Bornerius cod. καὶ Φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ· ὅτι εἰσὶν, &c.

℣. 16. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ concinunt. Sedulius verò, *subjecti sitis ejusmodi.* Gr. ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι, καὶ κοπιῶντι.

℣. 17. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda, nil discrepant à Vulg. Gr. sic: Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ, καὶ Φουρτουνάτου..... ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. Mss. quidam scribunt Φορτουνάτου, aliique paulò post, αὐτοὶ ἀνεπλήρωσαν.

℣. 18. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. textui Reg. & Sangerm. concinunt. Græc. sic: ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὑμῶν. Ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. Mss. quidam, καὶ τὸ ἐμὸν πνεῦμα.

℣. 19. Ambrosiaster in 1. Cor. hæc tantùm habet: *Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino Aquila & Priscilla, cum domestica sua Eccles.* Beda in eundem loc. *Salutant vos omnes Eccles. As. Salutant vos in Domino multùm, Aquila,* &c. ut in Vulg. cui favet Scholiastes Hier. deleta voce *omnes.* Græc. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ, Ἀκύλας, &c. ut sup. nisi quòd in fine prætermittit, *apud quos & hospitor.* Mss. quidam addunt πᾶσαι, voci Ἐκκλησίαι sicut alii in fine, παρ' οἷς καὶ ξενίζομαι.

℣. 20. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. Vulgatæ suffragantur, unà cum Græco.

℣. 21. Sic habent Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. unà cum Græco.

℣. 22. Tertullianus l. de pudic. p. 1007. c. *Si quis non amat Dominum Jesum, sit anathema, Maranatha.* Victorinus Afr. l. 2. contra Arium, p. 274. a. *Qui non amat Dominum nostrum Christum Filium,* ἀνάθεμα, Μαραναθά. Ambrosiaster in 1. Cor. *Si quis non amat Dom. Jesum Christum, sit anathema, Maranatha.* Ita quoque in Græco, & in fine, Μαρὰν ἀθά· Mss. quidam addunt ἡμῶν, ad vocem *Dominum;* Alex. verò tollit Ἰησοῦν Χριστόν.

℣. 23. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 1. Cor. *Gratia Domini nostri Jesu Christi,* &c. Græc. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Mss. plures, Κυρίου ἡμῶν.

℣. 24. Ita legunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieronymi, & Beda in 1. Cor. quibus etiam favet Græcum.

* Græc. Πρὸς Κορινθίους πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων, διὰ Στεφανᾶ, καὶ Φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ, καὶ Τιμοθέου. In Mss. plurimis deest subscriptio hæc. Vide Millii not. in hunc locum.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

## Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

### *EPISTOLA AD CORINTHIOS I.*

CAP. I. ℣. 10. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. *Romani Patres emendando scripserunt* sententia, *deductum à sentio, pro eo quod vulgò legitur* scientia, *à scio.*

℣. 14. Gratias ago Deo. *Non addas pronomen* meo.

℣. 16. Cæterùm nescio si quem alium baptizaverim. *Non addas pronomen* vestrûm, *post* alium.

CAP. II. ℣. 14. Quia spiritualiter examinatur. *Nonnulli codices, pro* quia, *scribunt* ea, quæ, *vel* quæ; *& pro singulari* examinatur, *plurale* examinantur: *sed priorem lectionem prætulerunt Patres.*

℣. 16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? *Quidam libri, sed minùs emendati, pro* qui instruat eum, *habent* aut quis instruxit eum?

CAP. III. ℣. 11. Quod est Christus Jesus. *Non facilè mutes neutrum* quod *in masculinum* qui.

CAP. IV. ℣. 16. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *Non auferas è textu hæc,* sicut & ego Christi.

CAP. V. ℣. 7. Expurgate vetus fermentum. *Non addas conjunctionem* igitur.

CAP. VI. ℣. 11. Et hæc quidam fuistis. *Nomen* quidam *nequaquam mutandum est in conjunctionem* quidem.

℣. 18. Omne peccatum. *Non interponas conjunctionem causalem* enim.

CAP. VII. ℣. 7. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum. *Correctores mutarunt conjunctionem adversativam* autem *in causalem* enim, *& nomen* homines *in pronomen* vos: *vulgò enim legitur:* Volo autem omnes homines.

℣. 13. Et si qua mulier fidelis. *Hic noluerunt omitti τὸ* fidelis.

℣. 24. Unusquisque in quo vocatus est, fratres. *Servandum est plurale* fratres, *non substituendum singulare* frater. *Sequitur:* In hoc permaneat apud Deum. *Pro composito, quidam legunt simplex* maneat; *sed plurale* maneant *non est admittendum.*

℣. 26. Existimo ergo hoc bonum. *Pro* ergo, *quidam* enim, *quidam* autem *scribunt.*

℣℣. 33. 34. Et divisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat. *Olim, ante Hieronymianam correctionem, ferè legebant Latini codices:* Divisa est mulier, & virgo. Quæ innupta est, cogitat.

℣. 35. Et quòd facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. *Correctores prætulerunt τὸ* obsecrandi, *quod est,* orandi, *ei, quod multi legunt,* observandi, *quod est,* colendi.

℣. 39. Quòd si dormierit vir ejus, liberata est. *Non addas* à lege, *sed intelligas.*

CAP. VIII. ℣. 6. Ex quo omnia, & nos in illum. *Alii libri mutant accusativum in ablativum* illo.

℣. 7. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli. *Clariùs additur quàm omittitur præpositio* cum.

CAP. IX. ℣. 10. An propter nos utique hoc dicit? *Non omittas pronomen* hoc.

℣. 16. Nam si evangelizavero. *Non interponas* & *inter* Nam, *&* si.

CAP. X. ℣. 17. Omnes, qui de uno pane participamus. *Non addas* & de uno calice.

℣. 27. Si quis vocat vos infidelium. *Nec hîc addas* ad cœnam.

℣. 28. Hoc immolatum est idolis. *Non mutes participium* immolatum *in nomen* immolatitium.

CAP. XI. ℣. 10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos. *Pro* potestatem *non scribas* velamen, *nec addas pronomen* suum *nomini* caput.

CAP. XII. ℣. 13. Omnes nos in unum corpus baptizati sumus. *Non omittas nomen* corpus, *quod multi.*

℣. 28. Genera linguarum, interpretationes sermonum. *Correctoribus visum non est omittere* interpretationes sermonum, *quamvis Græco consentaneè ab aliis libris omittatur.*

CAP. XIII. ℣. 13. Nunc autem manent. *Non scribas singulare* manet.

CAP. XIV. ℣. 2. Spiritu autem loquitur mysteria. *Non mutes ablativum* Spiritu *in genitivum.*

℣. 16. Qui supplet locum idiotæ. *Non scribas interrogativum* quis *loco relativi* qui.

℣. 21. In lege scriptum est. *Non addas* enim.

℣. 23. Nonne dicent quòd insanitis? *Conjunctio* quòd *mutanda non est in pronomen interrogativum* quid.

℣. 32. Et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt. *Retinendus est numerus pluralis* subjecti sunt, *non surrogandus singularis* subjectus est.

℣. 33. Sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo. *Non est omittendum verbum* doceo.

℣. 40. Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant. *Superfluit quod multi codices subjiciunt* in vobis.

CAP. XV. ℣. 23. Deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt. *Correctores prætulerunt casum sextum* adventu, *ei, qui est in plerisque libris, quarto* adventum.

℣. 26. Novissima autem inimica destruetur mors. *Non scribas adverbium* Novissimè, *loco nominis* Novissima.

℣. 31. Quotidie morior per vestram gloriam. *Romani Patres prætulerunt monosyllabum* per *dissyllabo* propter.

℣. 35. Sed dicet aliquis. *Retinendum est futurum* dicet, *non substituendum præsens* dicit.

*Ibidem.* Qualive corpore venient? *Loco dictionis unius* qualive, *non sunt scribendæ duæ* quali autem.

℣. 39. Sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. *Non sunt omittendæ conjunctiones* quidem, verò, autem.

℣. 51. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. *Olim quidam Latini codices, pro* resurgemus, *legebant* dormiemus, *sed minùs rectè.*

℣. 52. Canet enim tuba. *Si non addas vocem* tuba, *vel subaudias oportet.*

CAP. XVI. ℣. 12. Et utique non fuit voluntas ut nunc veniret. *Non addas nomini* voluntas *pronomen* ejus.

℣. 15. Nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici. *Patres non putarunt omittendum* & Achaici.

℣. 19. Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. *Substantivo* Ecclesiæ *non adjicias adjectivum* omnes.

*Ibidem.* Apud quos & hospitor. *Neque hoc voluerunt Patres è textu auferri.*

## Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

### *EPISTOLA AD CORINTHIOS I.*

CAP. XII. ℣. 28. Genera linguarum, interpretationes sermonum. *Multi veteres libri omittunt τὸ* interpretationes sermonum, *Græco suffragante.*

CAP. XVI. ℣. 15. Nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici. *Tollunt complures Latini libri postremum nomen* & Achaici, *cum Græcis & Syricis, huc additum fortassis ex* ℣. 17. *subsequente.*

℣. 19. Apud quos & hospitor. *Et hæc verba confodiuntur à Latinis, Græcis, & Syriacis libris.*

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD CORINTHIOS
## SECUNDÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Ostendit Apostolus ex quantis in Asia ortis adversitatibus eripuerit eum Dominus, ut & ipse alios consolaretur: deinde manifestans cordis sui ac doctrinæ sinceritatem, ostendit quòd, licet juxta id quod proposuerat, ad eos non venerit, nulla ipsius id actum est levitate; asserens firmam esse suæ prædicationis veritatem.*

CAP. II. *Ostendit quòd ad ipsos non venerit ne majoris esset causa tristitiæ, exhortans ut fornicarium illum recipiant in gratiam; simul indicans quòd magno quidem labore, magno tamen etiam fructu prædicaverit, licet prædicationis suæ fragrantia quibusdam mortis occasio fuerit.*

CAP. III. *Non eget Apostolus hominum commendatione, cùm fructus suæ prædicationis eum commendet: multò enim majori in honore esse debent ministri novi testamenti ac spiritus, quàm veteris testamenti ac litteræ: & quòd Judæi velamen adhuc habebant super cor suum in lectione Scripturarum, quod fide in Christum aufertur.*

CAP. IV. *Quòd sincera Apostolorum prædicatione verbum Dei omnibus manifestatum est, præterquam iis, quorum mentes excæcatæ sunt: quòd multa adversa patiantur Apostoli, nunquam tamen succumbant: momentanea autem tribulatio parit magnam æternamque gloriam.*

CAP. V. *Ex certa spe futuræ gloriæ desiderant Apostoli absolvi à corpore, cùm aliter eâ frui non possint: semper autem cupientes Christo omnium justo judici placere, dant suis discipulis occasionem de ipsis gloriandi coram adversariis: & legatione pro Christo fungentes, ne ipsum quidem Christum, quem prædicant, & cujus morte reconciliatus est Deo mundus, jam secundùm carnem noverunt.*

CAP. VI. *Exhortatur ne acceptam negligant gratiam, ostendens quantum laboraverit ut probatum se Dei ministrum exhiberet, & admonens ut à convictu & consortio infidelium separentur.*

CAP. VII. *Ostendit Apostolus quanto amore Corinthios prosequatur, & quantum de correcta ipsorum vita in magnis suis tribulationibus gaudium acceperit, quantumve bonum pepererit tristitia, quam ex sua acceperant epistola.*

CAP. VIII. *Hortatur eos ad eleemosynam pauperibus qui Jerosolymis agebant prompto animo tribuendam, tum Macedonum commendatione, tum Christi exemplo; admonens ut quod jam dudum facere proposuerant, id nunc pro cujusque facultate præstent: & ministros collaudat quos ad eam mittit colligendam.*

CAP. IX. *Prosequitur hortando ad eleemosynam promptè & abundanter tribuendam; admonens ne ex hoc inopiam metuant, sed divinæ fidant providentiæ: variosque recenset illius eleemosynæ fructus.*

CAP. X. *Incipit suam aperire potestatem, & exantlatos pro Christo labores, propter pseudoapostolos, qui ipsum deprimentes, & abjectum prædicantes, fructum prædicationis ejus impediebant.*

CAP. XI. *Propter pseudoapostolos pervertentes Pauli prædicationem metuens Corinthiis, ostendit quare nihil subsidii ab eis acceperit: deinde ut ostendat plus fidei sibi restituendum esse, quàm illis, sua recenset encomia; & primùm adversa quæ perpessus est, prædicando Christi fidem, & labores ac sollicitudines.*

CAP. XII. *Narrat factas sibi ante annos xiv. divinas visiones, & de dato sibi carnis stimulo, ostendens quòd eum compulerint ut se laudaret, cùm ab illis potiùs debuisset commendari propter accepta ab ipso beneficia, pro quorum salute adhuc immolari paratus est: sed metuit ne ad eos veniens inveniat aliquos dissensionibus aliisque vitiis adhuc involutos.*

CAP. XIII. *Comminatur iis, qui peccaverunt, quò ad pœnitentiam provocet, ne ad ipsos veniens cogatur severè eos castigare data sibi à Christo potestate, cujus virtutem meritò deberent in seipsis agnoscere, additque generalem exhortationem, & salutationes.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECUNDA.

## CAPUT PRIMUM.

### Vulgata nova.

1. PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achaia.

2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

Ephes. 1. 3. 1. Pet. 1. 3.

3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis,

4. qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo.

### Versio antiqua.

*Ex Mss. duobus; Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

1. PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum sanctis omnibus, qui sunt in universa Achaia.

2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis,

4. qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & nos consolari eos, qui in omni tribulatione sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Eadem refert Augustinus lib. de unit. Eccl. tom. 9. col. 359. b. cui accedunt Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. Ambrosiaster verò in eund. loc. tollit vocem *Dei*, post *Ecclesiæ*, & *universa*, ante *Achaia*. At in Græco: τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι, τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ.

℣. 2. Sic habent Ambrosiaster, & Beda in 2. Cor. unà cum Græco.

℣. 3. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 793. a. *Benedictus Deus Domini nostri J. C. misericordiarum Pater.* Hilarius in Ps. 118. col. 302. e. *Benedictus Deus Pater Domini nostri J. C. Pater miserationum, & Deus omnis exhortationis.* Hieronymus in Isai. 40. to. 3. col. 300. f. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C. Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis:* & quæst. 9. ad Hedib. to. 4. p. 2. col. 180. a. *Deus miserationum, & totius consolationis.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1099. c. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C. Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis.* Itidem Ambrosiaster, & Beda in 2. Cor. præter vocem *totius*, pro *omnis*; Ambrosiaster tamen post pauca legit *omnis*. Gr. πάσης· item paulò supra, οἰκτιρμῶν, loco *misericordiarum*, mel. *miserationum*; reliqua ut in Vulg.

℣. 4. Hilarius in Ps. 118. col. 302. e. *qui exhortatur nos in omni tribulatione.* Ambrosius in Psal. 118. col. 1099. c. *qui nos exhortatur in omni angustia: ut possimus & ipsi consolari eos, qui sunt in omni tribulatione, per exhortationem, qua & ipsi advocamur à Deo.* Hieronymus in Isai. 40. to. 3. col. 300. f. *qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus consolari eos, qui in omni tribulatione sunt, per consolationem, qua ipsi consolamur à Deo.* Ambrosiast. in 2. Cor.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

5. Quoniam sicut abundant passiones Christi in vobis: ita & per Christum abundat & consolatio nostra.

6. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur in sustentationem earumdem passionum, quas & nos patimur:

7. & spes nostra firma pro vobis: sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute: scientes quia si socii passionum estis, & consolationum eritis.

8. Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quia supra modum gravati sumus super virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.

9. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Domino, qui suscitat mortuos:

10. qui de tantis * mortibus eripuit nos: in quem speramus quoniam & eripiet,

* Mss. moribus, sed mendosè.

11. adjuvantibus & vobis pro nobis in oratione: ut in multi facie quæ in nobis est gratia, per multos gratiæ agantur pro nobis.

12. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo: abundantiùs autem ad vos.

## VULGATA NOVA.

5. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.

6. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur:

7. ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quòd sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis.

8. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.

9. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos:

10. qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet,

11. adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

12. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo: abundantiùs autem ad vos.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*consolatur nos in omni pressura nostra: ut possimus & nos consolari eos, qui sunt in omni pressura, per exhortationem, qua exhortamur à Deo.* Beda ut in Vulgata. Gr. ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Borner. cod. Gr. Lat. παρακαλούμεθα καὶ αὐτοί.

℣. 5. Ambrosius in Ps. 118. col. 1099. c. *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita per Christum abundat etiam consolatio nostra.* Hieron. in Isai. 40. col. 300. f. *Quoniam sicut superabundant passiones Christi in nobis: sic per Christum abundabit consolatio nostra.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: sic per Chr. abundat etiam consolatio nostra.* Similiter Sedulius Hibern. in 2. Cor. *abundat etiam consolatio nostra.* Gr. Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα... εἰς ἡμᾶς· οὕτω διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ, &c. Borner. cod. καὶ οὕτω διὰ Χριστοῦ.

℣. 6. Ambrosiaster in 2. Cor. *Sive autem pressuram patimur pro vestra exhortatione & salute, sive exhortationem consequimur pro vestra exhortatione, quæ operatur per patientiam earumdem passionum, quas & nos ipsi patimur.* Ms. cod. 52. Floriac. annor. 800. *Sive autem tribulamur pro vestra exhortat. & sal. sive exhortamur pro vestra exhortatione, quæ op. in tollerantiam earumd.* &c. ut in textu. Scholiastes Hier. & Beda, ut in Vulg. In Græco sic: Εἴτε δὲ θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. Mss. plures, post verbum πάσχομεν, interponunt, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· deinde, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἰδότες, &c. qui Mss. textui nostro Reg. & Sangerm. favent.

℣. 7. Ambrosiast. in 2. Cor. *ut spes nostra certa sit pro vobis: quia scimus quòd sicut socii estis passionum, sic & consolationis eritis:* Rom. autem ejusd. editio, post *pro vobis*, subjungit: *sive consolationem consequimur pro vestri consolatione & salute:* deinde, *quia*, &c. Hieronymus in Isai. 40. to. 3. col. 301. a. *& spes nostra firma est pro vobis: scientes quoniam sicut participes estis passionum, sic & consolationis eritis.* Græc. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν... οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως· Mss. plures ut in textu Reg. & Sangerm. quos vide notâ ad ℣. præced.

℣. 8. Tertullianus l. de resur. carn. p. 586. b. *Nolumus enim vos ignorare fratres de pressura nostra apud Asiam, quòd superquam gravati sumus supra vires, uti de vita hæsitaremus.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 354. e. *Nolo vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quia super modum super virtutem aggravati sumus, ita ut desperaremus etiam vivere.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Non enim volumus vos ignorare fratres de pressura, quæ nobis facta est in Asia, quia supra modum gravati fuimus supra vires, ita ut desperaremus nos etiam vivere.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *Non enim volumus ignorare vos... onerati sumus supra vires, ut tæderet nos etiam vivere.* Græc. Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. Gr. Lectionaria ferunt θέλω, pro θέλομεν· subinde Mss. plures, περὶ τῆς θλίψεως· Bornerius cod. paulò post delet ἡμῖν, & infra scribit παρὰ δύναμιν.

℣. 9. Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 354. e. *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non confidentes essemus in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Quin & ipsi in nobis responsum mortis accepimus, ut non essemus fidentes in nobis; sed in Deo, qui suscitat mortuos.* Scholiastes Hieron. & Beda, ut in Vulg. quibus etiam Gr. favet.

℣. 10. Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. tom. 4. col. 354. e. *qui de talibus mortibus liberavit nos, & liberat: speramus autem quia & liberaturus sit.* Ambrosiast. in 2. Cor. *qui de tantis mortibus liberavit nos, & liberat: in quem speravimus quia & liberabit.* Gr. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται· εἰς ὃν ἠλπίκαμεν ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται. Ms. Alex. delet καὶ ῥύεται, sicut alii plures infra, ἔτι. Unus habet ἠλπίκαμεν δή, pro εἰς ὃν ἠλπίκαμεν.

℣. 11. Ambrosiast. in 2. Cor. *accedente pro nobis etiam vestra oratione: ut quod multorum faciebus donum in nos collatum est, per multos in gratiarum actione celebretur pro nobis.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *adjuvantibus etiam vobis per orationem: ut ex multarum personis facierum, ejus quod in nobis est donationis, per multos pro nobis gratiæ referantur.* Scholiastes Hieron. & Beda: *adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis: ut ex multarum personis facierum, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.* Græc. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει· ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Borner. cod. habet, ἐν πολλῷ προσώπῳ· alii, ἐν πολλῶν προσώπῳ, teste Beza.

℣. 12. Ambrosius in Ps. 118. col. 1235. d. *Hæc est enim gloriatio nostra, testimonium conscientiæ nostræ.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quia in simplicitate & sinceritate, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo: abundantiùs autem apud vos.* Beda in eund. loc. *Nam gloriatio nostra hæc est*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστί, τὸ... ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

13. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, & cognovistis. Spero autem quòd usque in finem cognoscetis,

14. sicut & cognovistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi.

15. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis:

16. & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Judæam.

17. Cùm ergo hoc voluissem, nunquid levitate usus sum? Aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, ut sit apud me EST, & NON?

18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST, & NON.

19. Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit.

20. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus:

22. qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.

23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni ultra

## VERSIO ANTIQUA.

13. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legitis, & cognoscitis. Spero autem quoniam usque in finem cognoscetis, — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

14. sicut & cognovistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in diem Domini Jesu Christi.

15. Et * hac confidentia volueram prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis: — * *Mss.* hæc; & *infra*, secundùm.

16. & per vos proficisci in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis præmitti in Judæam.

17. Cùm ergo cogitassem hoc, nunquid levitatem usus sum? Aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, ut sit apud me EST EST, & NON NON?

18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fit apud vos, non est EST, & NON.

19. Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis *, qui per nos prædicatus est, per me, & Silbanum, & Timotheum, non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit. — * *Ms. Reg. addit* est.

20. * Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: & per ipsum Amen Deo ad gloriam per nos. — * *Ms. Reg.* Quodquod.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus:

22. & qui signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.

23. Ego autem testem Deum invoco in meam animam, quòd parcens vobis, non venio Co-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κόσμῳ· περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς.

℣. 13. Sedulius Hibern. in 2. Cor. *Non enim alia scripsimus.* Ambrosiaster in eund. loc. *Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, & cognoscitis. Spero autem quòd usque ad finem cognoscetis.* Beda, ut in Vulgata. Græcum: Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. Ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε. In Bornerio cod. deest ἀλλ'· subinde in Veles. lect. sic: ἀνέγνωτε, καὶ ἐπέγνωτε.

℣. 14. Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. *sicut & cognovistis nos ex parte, quia gloria vestra,* &c. ut in Vulgata. Græc. καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ....... ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Mss. quidam, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ· alii, Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 15. Ambrosiast. in 2. Cor. *Et hac fiducia volueram priùs ..... ut secundam gratiam* (Rom. ed. *plenam gratiam*) *haberetis.* Græc. Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε.

℣. 16. Ambrosiast. & Scholiastes Hier. in 2. Cor. *& per vos transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia venitem ad vos, & à vobis deduci in Judæam.* Græc. καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν........ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι, &c.

℣. 17. Ambrosiast. in 2. Cor. *Hoc ergo cogitans, nunquid levitate usus sum? Aut nunquid quæ cogito... ut sit apud me Est Est, Non Non?* Scholiastes Hieron. *ut sit apud me Est, & Non Est?* Gr. Τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; Ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ Ναὶ Ναὶ, καὶ τὸ Οὒ Οὔ; Ms. unus in principio habet, Τοῦτο οὖν βουλευσάμενος· alii plures, βουλόμενος· & in fine quidam, τὸ Ναὶ, καὶ τὸ Οὔ. Vide Millii not. in hunc locum.

℣. 18. Ambrosiast. in 2. Cor. *Fidelis autem Deus, quia sermo noster apud vos, non est Est, & Non.* Ms. Reg. numericâ notâ 3664. & Beda cum Scholiaste Hieron. in hunc locum: *Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo Est, & Non; sed est in illo Est.* Græc. Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν, ὁ πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἐγένετο Ναὶ, καὶ Οὔ. Mss. quidam, οὐκ ἔστιν Ναί.

℣. 19. Ambrosiast. in 2. Cor. unà cum Ambros. epist. 8. col. 785. a. *Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis est, qui per nos prædicatus est, per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit Est & Non, sed Est in illo fuit:* & ep. 29. col. 907. f. *Dei enim filius Jesus Christus in vobis est, in quo non fuit Est & Non, sed Est in illo fuit:* similiter l. 5. de fide, col. 555. d. *non fuit Est & Non, sed Est in illo fuit.* August. l. de Magistro, to. 1. col. 548. f. *non erat in Christo Est & Non, sed Est in illo erat.* Beda in 2. Cor. *Dei enim filius J. C. qui in vobis prædicatus est per me, & Silvanum.... non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit.* Similiter habet Scholiastes Hieron. in eundem loc. cum Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 13. præter hoc, *in vobis per nos.* Græc. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς... ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ, &c. ut in Vulg. Bornerius cod. Gr. Lat. scribit, Σιλβανοῦ, loco Σιλουανοῦ.

℣. 20. Augustinus in Joh. tract. 28. tom. 3. p. 2. col. 511. d. & in Ps. 107. tom. 4. col. 1215. c. & l. 19. contra Faust. tom. 8. col. 317. b. *Quotquot enim promissiones Dei, in illo Etiam.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, sunt in illo: & per ipsum Amen Deo ad gloriam per nos.* Scholiastes Hieron. in eund. loc. cum Fulgent. l. 2. ad Trasim. c. 13. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est* (Ms. 1. Fulg. *sunt Est:*) *ideo & per ipsum dicimus Amen Deo ad gloriam nostram;* Fulg. *vestram.* Beda in 2. Cor. *ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam vestram.* Sedulius Hibern. *ad gloriam per nos.* Mss. quidam Lat. *per vos,* teste Estio. Græc. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναί· καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμὴν τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. Mss. plures, pro καὶ ἐν αὐτῷ, ferunt διὸ καὶ δι' αὐτοῦ.

℣. 21. Sic habet Scholiastes Hier. cum Beda in 2. Cor. Ambrosiaster verò in eundem loc. *Qui autem confirmat nos vobiscum, Christus Dominus est, & qui unxit nos Deus.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & unxit nos Deus:* & l. contra Varim. p. 748. f. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & Christum in vobis, & qui unxit nos Deus.* Similiter habet Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 616. d. *qui unxit nos Deus.* Græcum: Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς Θεός.

℣. 22. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 616. d. *& qui signavit nos, & dedit pignus Spiritum in cordibus nostris:* & l. de Tob. c. 20. col. 614. e. *dedit Deus pignus Spiritum in cordibus nostris.* Ambrosiast. in 2. Cor. *qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritum in,* &c. ut sup. Similiter Augustinus apud Bedam. Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *qui & signavit nos, & dedit arrbam Spiritus in cordibus nostris:* & l. contra Varimad. p. 748. f. *& signavit nos.* Scholiastes Hier. in 2. Cor. *& qui signavit nos, dedit pignus Spiritus in,* &c. Sedulius Hibern. & Beda in eund. loc. *& qui signavit nos, & dedit,* &c. ut in Vulgata. Græc. ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν, &c. In Mss. quibusdam ipso initio deest ὁ.

℣. 23. Ambrosius in Luc. 10. col. 1425. d. *Testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis, non veni ultra Corinthum.* Augustinus ep. 211. tom. 2. col. 782. a. *Testem Deum facio super animam meam, quia parcens vobis,*



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.* rinthum : non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus gaudii veſtri : nam fide ſtatis.

**Vulgata nova.**

Corinthum : non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus gaudii veſtri : nam fide ſtatis.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*nondum veni Corinthum : non quia dominamur fidei veſtræ, ſed cooperatores ſ. gaudii veſtri.* Ambroſiaſter in 2. Cor. *Ego verò teſtem Deum invoco in animam meam, quòd parcens vobis, nondum veni Corinthum : non quòd dominemur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus gaudii veſtri : fide enim ſtatis.* Oriental. Ep. ad Symm. Conc. tom. 4. col. 1305. a. *non enim dominamur vobis in fide, ſed cooperamur in gaudio.* Græc. Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, ὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον..... ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν, &c. ut in Vulg.

# CAPUT II.

**Versio antiqua.**

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

1\. STatui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitiam * venirem ad vos.

* *Mſ. Reg.* venire.

2\. Si enim ego contriſto vos : & quis eſt, qui me lætificat, niſi * qui contriſtatur ex me?

* *Mſ. Reg.* quis.

3\. Et hoc ipſum ſcripſi vobis, ut non cùm venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, à quibus oportuerat me gaudere : confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium veſtrûm eſt.

4\. Nam ex veſtra tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas : non ut contriſtemini : ſed ut caritatem ſciatis, quam habeo abundantiùs in vobis.

5\. Si quis autem contriſtavit, non me contriſtavit : ſed ex parte, ut non gravarem omnes vos.

6\. Sufficit illi, qui ejuſmodi eſt, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus :

7\. ita ut contrariò vos magis donetis, & conſolemini, ne fortè majore triſtitia abſorbeatur qui ejuſmodi eſt.

8\. Propter quod obſecro vos, ut confirmetis illum caritatem.

9\. Ideo * etenim ſcripſi, ut cognoſcam expedimentum veſtrum, ſi in omnibus obaudientes eſtis.

* *Mſ. Reg.* enim &.

**Vulgata nova.**

1\. STatui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos.

2\. Si enim ego contriſto vos : & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?

3\. Et hoc ipſum ſcripſi vobis, ut non cùm venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere : confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium veſtrûm eſt.

4\. Nam ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas : non ut contriſtemini : ſed ut ſciatis, quam charitatem habeam abundantiùs in vobis.

5\. Si quis autem contriſtavit, non me contriſtavit : ſed ex parte, ut non onerem omnes vos.

6\. Sufficit illi, qui ejuſmodi eſt, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus :

7\. ita ut è contrario magis donetis, & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur qui ejuſmodi eſt.

8\. Propter quod obſecro vos, ut confirmetis in illum charitatem.

9\. Ideo enim & ſcripſi, ut cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambroſiaſter in 2. Cor. *Decrevi autem hoc apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos.* Similiter habet Ambroſ. in Luc. 10. col. 1425. d. *ne iterum in triſtitia venirem ad vos.* Gr. Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς.

℣. 2. Ambroſius in Pſ. 37. col. 829. b. *Si enim ego contriſto vos : & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?* ita rurſum in Pſ. 118. col. 1049. f. detracto &, ante *quis eſt :* at in Pſ. 38. col. 849. b. legit : *& quis eſt, qui lætificat me,* &c. ut ſup. Ambroſiaſt. Sedulius, Scholiaſtes Hieron. & Beda in 2. Cor. Vulgatæ congruunt, nec refragatur Græcum.

℣. 3. Eadem exhibent Scholiaſtes Hieron. & Beda in 2. Cor. præter *de quibus*, pro *à quibus.* Ambroſiaſter verò ſic : *Ideo & ſcripſi hoc ipſum, ne cùm veniſſem, triſtitiam haberem, à quibus oportuerat me gaudere : certum habens, quia meum gaudium, omnium veſtrûm eſt.* Gr. Καὶ ἔγραψα ὑμῖν τῦτο αὐτὸ, ἵνα μὴ ἐλθὼν, λύπην ἔχω ἀφ᾽ ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ, πάντων ὑμῶν ἐστι. Mſ. Alex. delet ὑμῖν, poſt ἔγραψα· alii verò plures addunt ἐπὶ λύπῃ, poſt λύπην· nonnulli ſcribunt, λύπην ἐπὶ λύπην· deinde quidam σχῶ, pro ἔχω, ſicut unus ἐφ᾽ ὧν, pro ἀφ᾽ ὧν.

℣. 4. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1049. e. *Nam ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas : non ut contriſtemini : ſed ut ſciatis quam caritatem habeo in vobis abundantiùs.* Auguſtinus l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 57. f. *Nam ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas : non ut contriſtemini : ſed ut ſciatis dilectionem, quam habeo abundantiùs in vos.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Nam ex multa preſſura, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas : non ut contriſtemini : ſed ut cognoſcatis quam charitatem habeam abundantiùs in vobis.* Græc. Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως, καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν....... ὐχ ἵνα λυπηθῆτε· ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς· al. ἣν ἔχω μὲν περισσ.

℣. 5. Tertullianus l. de pudic. p. 1006. b. *Si quis autem contriſtavit, non me contriſtavit : ſed ex parte, ne vos onerem omnes.* Auguſtinus l. 3. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 57. f. *Si quis autem contriſtavit, non me contriſtavit : ſed ex parte, ut non onerem omnes vos.* Ambroſiaſter, Scholiaſtes Hieron. & Beda in 2. Cor. *Si quis autem contriſtavit me, non me contriſtavit : ſed ex parte, ut non onerem omnes vos.* Ita quoque in Græco, deleto *me*, poſt 1. *contriſtavit.*

℣. 6. Sic habent Scholiaſtes Hieron. & Beda in 2. Cor. Sic etiam S. Pacian. ep. 3. p. 313. d. excepta vocula *ea*, pro *hæc*, poſt *objurgatio.* Auguſt. verò l. 3. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 57. g. habet : *Sufficit ei correptio hæc, quæ fit à multis.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Satis eſt ei, qui talis eſt, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus.* Græcum : Ἱκανὸν τῷ τοιύτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων· al. ἡ ἐπιτίμησις αὕτη.

℣. 7. Auguſtinus l. 3. contra ep. Parmen. to. 9. col. 57. g. *ita ut è contrario vos donetis, & conſolemini, nequando majori triſtitia abſorbeatur qui ejuſmodi eſt.* S. Pacian. ep. 3. p. 313. d. *ut è contrario magis donetis, & conſolemini, ne fortè majore triſtitia abſorbeatur qui ejuſmodi eſt.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *ita ut è contra magis donetis, & conſolemini, ne quomodo abundantiori triſtitia abſorbeatur qui ejuſmodi eſt.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. col. 151. c. *donate ei, & conſolamini. Et ſi cui quid donaſtis,* &c. ut infra ℣. 10. & epiſt. 30. apol. pro lib. contra Jovin. ibid. col. 231. c. *è contrario donate ei, & conſolamini. Et ſi cui quid donaſtis,* &c. Græc. ὥστε τὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιῦτος. Mſ. 1. præfigit αὐτῷ, verbo χαρίσασθαι.

℣. 8. Auguſtinus l. 3. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 57. g. *Propter quod obſecro vos, ut confirmetis in illum charitatem.* Similiter habent Ambroſiaſt. Scholiaſtes Hieron. & Beda in 2. Cor. S. Pacianus verò. ep. 3. p. 313. d. *Propter quod obſecro vos, ut conſtituatis in eum charitatem.* Gr. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν, &c.

℣. 9. Auguſtinus l. contra ep. Parmen. to. 9. col. 57. g. *Ad hoc enim & ſcripſi, ut cognoſcam probationem veſtram,*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 10. Cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, | 10. * Si cui autem aliquid donatis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in faciem Christi, | Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. * Ms. Reg. Sicut. |
| 11. ut non circumveniamur à satana: non enim ignoramus cogitationes ejus. | 11. ut non circumveniamur à satana: non enim versutias ejus ignoramus. | |
| 12. Cùm venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, | 12. Cùm venissem autem Troadam propter Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, | |
| 13. non habui requiem spiritui meo, eò quòd non invenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. | 13. non habui requiem spiritu meo, eò quòd non invenirem Titum fratrem meum, sed cùm vale illis dixissem, profectus sum in Macedoniam. | |
| 14. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: | 14. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: | |
| 15. quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt: | 15. quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi fiunt, & in his, qui pereunt: | |
| 16. aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? | 16. aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus est? | |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*si in omnibus obaudientes estis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nam ad hoc scripsi, ut probarem an in omnibus obedientes sitis.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Ideo enim & scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in, &c.* ut in Vulgata. Sedulius Hibern. *Ad hoc enim scripsi, ut cognoscam experimentum.* Græc. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Mss. quidam, ἔγραψα ὑμῖν.

℣. 10. Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 399. c. *Si cui autem quid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, propter vos in persona Christi:* ita rursum l. 2. col. 430. b. detracto *autem*: at l. 1. col. 415. b. habet: *Si cui donastis, & ego: nam & ego propter vos in persona Christi.* Augustinus l. 3. contra ep. Parmen. tom. 9. col. 57. g. 58. a. *Si cui autem aliquid donaveritis, & ego: nam & ego si cui donavi, propter vos in persona Christi.* Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 151. c. & ep. 30. apolog. col. 231. c. *Et si cui quid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos coram Christo:* & l. 3. in ep. ad Ephes. tom. 4. p. 1. col. 379. c. *& ego si quid donavi vobis, in facie Christi, & Dei:* at l. 2. cont. Jovin. col. 194. e. Vulgatæ congruit ad verbum. Ambrosiast. verò in 2. Cor. *Si cui autem quid donastis, & ego: etenim ego quod donavi, si quid donavi, propter vos donavi in persona Christi.* S. Pacian. ep. 1. p. 307. b. *Si cui quid donatis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi:* & ep. 3. p. 313. d. *Si cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, propter vos in persona Christi.* Similiter habet Conc. Rom. 3. to. 4. col. 1708. e. præter *si quid donavi*, pro *quod donavi.* Scholiast. Hier. in 2. Cor. *Cui autem aliquid donatis, &c.* ut in Vulg. Similiter codd. aliqui vet. *donatis.* Auctor l. de quæst. ex N. T. q. 57. col. 155. f. *nam quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi.* Græc. Ὧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι᾽ ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. Velesf. lect. initio hab. Ὧ δέ τι ἐχαρίσατε, l. ἐχαρίσασθε· subinde Mss. quidam, καὶ γὰρ ἐγὼ ὃ κεχάρισμαι, εἴ τι κεχάρισμαι· alii, ὃ κεχάρισμαι, absque εἴ τι κεχάρισμαι· unus Colb. in fine, Θεοῦ, pro Χριστοῦ.

℣. 11. Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 415. b. *ut non circumveniamur à satana: nec enim versutias ejus ignoramus.* Hieronymus l. 2. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 194. e. *ut non circumveniamur à satana: non enim ejus ignoramus astutias.* August. l. 3. cont. ep. Parmen. tom. 9. col. 58. a. *ut non possideamur à satana: non enim ignoramus mentes ejus:* at in Job, tom. 3. col. 677. c. *non enim ignoramus astutiam ejus.* S. Pacian. ep. 1. p. 307. b. *ut non possideamur à satana: non enim versutias ejus ignoramus.* Itidem in Concil. Rom. 3. to. 4. col. 1708. e. Sic etiam legit Ambrosiast. in 2. Cor. excepto *ne possideamur.* Sedul. Hibern. in eund. loc. *ut non circumveniamur à satana: nec enim versutiæ ejus ignorantur.* Gr. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ.... οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.

℣. 12. Ita legit Hieronymus ep. ad Hedib. quæst. 11. to. 4. p. 1. col. 183. b. præter vocem *Troadem.* Sic etiam Ambrosiast. Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. August. verò l. de prædest. SS. to. 10. col. 817. b. habet: *Cùm venissem in Troadem in Evangelium Christi, & ostium, &c.* ut sup. Græc. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης, &c. Borner. cod. διὰ τὸ Εὐαγγέλιον.... καὶ θύρα μοι ἦν ἠνεῳγμένη.

℣. 13. Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 817. b. c. *non habui requiem spiritui meo, eò quòd non inveni Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, exii in Macedoniam.* Ambrosiast. in 2. Cor. *non habui requiem spir. meo, eò quòd non invenerim Titum fratrem meum; sed vale illis facto, profectus sum in Macedoniam.* Beda in eund. loc. *non habeo requiem spiritui meo, &c.* ut in Vulgatâ. Sedul. Hibern. *sed valedicens eis.* Hieronymus ep. ad Hedib. quæst. 11. nil discrepat à Vulgata. Græcum: οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με..... ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἐξῆλθον εἰς, &c.

℣. 14. Hieronymus ep. ad Hedib. quæst. 11. to. 4. p. 1. col. 183. b. *Deo autem gratia, qui semper nos triumphat in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco.* Aug. l. de præd. SS. to. 10. col. 817. c. *Deo autem gratias, qui semper triumphare nos facit in Christo, & odorem, &c.* ut sup. Itidem Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. *Deo autem gratias, qui semper nos triumphare facit in Christo:* & inf. p. 739. c. *Gratias agimus Deo, qui nos triumphare facit in Christo, & odorem, &c.* ut sup. Ambrosiast. in 2. Cor. *Deo autem gratias, qui semper triumphat per nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.* Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda, ut in Vulgata. Gr. Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι᾽ ἡμῶν, &c. Ms. 1. habet, ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 15. Irenæus l. 4. c. 28. p. 266. b. *quoniam Christi suavis odor sumus Deo & in his, qui salvi fiunt, & in his, qui pereunt;* al. *qui salvantur, & in his, &c.* Hilarius in Ps. 65. col. 182. e. *bonus enim in Christo odor sumus:* & in Ps. 132. col. 462. c. *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco in his, qui salvantur, & in his, qui pereunt.* Ambros. l. de Jos. c. 13. col. 508. b. *quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt:* similiter in Ps. 40. col. 883. e. & in Ps. 118. col. 1020. c. 1029. a. 1251. a. 1258. d. & in Luc. 7. 12. & 13. col. 1387. d. 1440. c. & 1453. f. & l. de virginit. col. 226. b. & l. 2. de pœnit. col. 430. c. Aug. verò quæst. 24. in Exod. to. 3. col. 428. d. *Christi bonus odor sumus in omni loco & in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt:* ita rursum in Ps. 44. to. 4. col. 393. c. & l. de mendac. ad Consent. to. 6. col. 470. e. & l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. col. 576. f. sic etiam serm. 273. tom. 5. col. 1107. b. præter hoc, *& in his... & in his:* & infra, col. 1257. b. *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco & in his, &c.* sed ep. 140. tom. 2. col. 442. c. & in Joh. tr. 5. to. 3. p. 2. col. 631. e. & in Ps. 80. to. 4. col. 864. c. & l. 2. cont. ep. Parmen. constanter *in omni loco*, absque *Deo*, saltem ex Mss. omnium fide: contra l. de præd. SS. to. 10. col. 817. e. *quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, &c.* ut sup. Itidem Hieronymus ep. ad Hedib. cum Ambrosiast. & Beda in 2. Cor. præter *in his... & in his.* Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 739. c. *quia bonus odor Christi sumus in his, qui, &c.* ut sup. Epiphan. in Cantici Cantic. c. 7. ℣. 8. *Christi bonus odor sumus:* sic etiam in 1. 2. ubi addit, *in his, qui salvantur, & in his, qui dispereunt.* Gr. ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.

℣. 16. Irenæus l. 4. c. 28. p. 266. b. *quibusdam quidem odor mortis in mortem; quibusdam autem odor vitæ in vitam.* Hilar. in Ps. 132. col. 462. c. *& in istis quidem odor ex morte in mortem; istis autem odor ex vita in vitam.* Aug. in Johan. tract. 50. to. 3. p. 2. col. 631. e. & in Ps. 7. to. 4. col. 37. d. *aliis sumus odor vitæ in vitam; aliis odor mortis*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

VULGATA NOVA.

17. Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in mortem. Et ad hæc quis idoneus?* & ser. 273. to. 5. col. 1107. d. *quibusdam quidem odor vitæ in vitam; quibusdam odor mortis ad mortem. Et ad hæc quis idoneus?* similiter infra, col. 1257. b. exceptis his, *aliis quidem.... aliis autem ..... in mortem:* & l. de Div. quæst. to. 6. col. 7. d. *aliis sumus odor vitæ in vitam; aliis autem odor mortis in mortem:* & l. de menda. to. 6. col. 445. b. *aliis quidem sumus odor vitæ in vitam; aliis odor mortis in mortem. Et ad hæc quis idoneus?* & tract. 89. in Joh. to. 3. p. 2. col. 718. c. ac l. 1. contra adversar. leg. to. 8. col. 576. f. *quibusdam quidem odor vitæ in vitam; quibusdam verò odor mortis in*, &c. ut sup. at l. de præd. SS. tom. 10. col. 817. d. *quibusdam quidem odor mortis in mortem; quibusdam autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus?* itidem l. de menda. ad Cons. to. 6. col. 470. e. si exceperis tamen, *aliis quidem..... aliis autem.* Concinit Hieron. ep. ad Hedib. quæst. 11. to. 4. p. 1. col. 183. b. uti Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Sic etiam Sedulius Hibern. nisi quòd deleat *tam*, ante vocem *idoneus*. Ambrosiaster in eundem loc. legit: *aliis quidem sumus odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis idoneus?* Epiphan. in Cant. cap. 1. ℣. 2. *aliis quidem de morte ad mortem; aliis autem odor de vita ad vitam.* Græc. οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;

℣. 17. Hieronymus ep. ad Hedib. quæst. 11. to. 4. p. 1. col. 183. b. *Non enim sumus sicut plurimi, venundantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo*, &c. ut in textu. Irenæus verò l. 4. c. 26. p. 263. c. cum Ambrosiast. Scholiaste Hier. & Beda in 2. Cor. *Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo*, &c. ut sup. Sedulius etiam in eundem loc. tollit *sed*, ante *sicut ex Deo.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 648. b. ultima tantùm habet: *coram Deo, in Christo loquimur.* Ms. cod. 52. Floriac. *in Christo Jesu loquimur.* Græc. Οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, &c. Borner. cod. omittit ἀλλ', post εἰλικρινείας.

# CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) * commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis commendatitiis?

** Ms. Reg. commendatitias epistulas.... commendatitias.*

2. Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ scitur, & quæ legitur ab omnibus hominibus:

3. manifestati * quòd estis epistola Christi, ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

** Ms. Reg. quoniam.*

4. Confidentiam autem talem habemus per Christum ad Deum:

5. non quòd sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est:

VULGATA NOVA.

1. Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?

2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus:

3. manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

4. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum:

5. non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiast. in 2. Cor. *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? nunquid indigemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos?* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. Vulgatæ congruunt. Græc. Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; Mss. plures ferunt ἢ μὴ χρῄζομεν, pro εἰ μή· quidam verò in fine tollunt συστατικῶν.

℣. 2. Hieronymus in Abac. 2. col. 1604. b. cum Ambrosiast. in 2. Cor. *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur, & legitur ab omnibus hominibus.* Ambros. in Ps. 1. col. 762. f. *Epistola nostra vos estis.* Gr. Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν..... γινωσκομένη, καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ, &c. Mss. duo habent γεγραμμένη.

℣. 3. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. d. *quoniam estis epistola Christi, ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Hilarius in Ps. 118. col. 344. e. *Lex enim non in tabulis lapideis scripta, sed in tabulis cordis carnalibus.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 668. c. *Lex enim spiritalis est, quæ utique non atramento inscripta est, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus:* & in Psal. 1. col. 762. f. *Epistola nostra vos estis:* paulòque post: *inscripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus:* nec aliter in Luc. 7. col. 1380. f. Augustinus verò l. de spir. & litt. to. 10. col. 98. e. seqq. *manifestati quoniam estis epistola Christi, ministrata per nos, scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed*, &c. ut sup. sic etiam quæst. 11. in Deuter. to. 3. col. 560. d. ab his, *non in tabulis*, &c. Hieronymus in Abac. 2. tom. 3. col. 1604. b. *manifestati quoniam estis epistola Christi, ministrata à nobis, & scripta non atram. sed spiritu Dei viventis: non in tabulis*, &c. ut sup. Similiter habent Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. præter vocem *vivi*, loco *viventis*. Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. nisi quòd præterea deleat &, ante *scripta*. Sedulius Hibern. legit *inscripta*. Græc. φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, &c. Ms. 1. καὶ ἐγγεγραμμένη.

℣. 4. Augustinus l. de spir. & litt. to. 10. col. 98. f. & seqq. *Confidentiam autem talem habemus per Christ. ad Deum.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 516. c. *Fiduciam autem talem habemus per Jesum Christ. ad Deum:* sic etiam infra, l. 3. col. 538. f. cui concinunt Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. f. Ambrosiast. & Beda in 2. Cor. Ita quoque in ep. Synod. Episc. Afr. Conc. to. 4. col. 1592. d. cui etiam favet Græcum.

℣. 5. Augustinus ep. 175. to. 2. col. 619. a. *non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis: sed sufficientia nostra ex Deo est:* & l. de contin. to. 6. col. 303. e. *non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobismetipsis: sed*, &c. ut sup. similiter l. de spir. & litt. to. 10. col. 98. f. 101. e. seqq. excepto *simus*, pro *sumus:* at inf. col. 102. a. *non quòd idonei sumus.* Conc. Arausi. ap. Sirm. to. 1. Conc. Gall. col. 216. *non quòd idonei simus*, &c. Fulgent. ep. 3. c. 3. p. 164. *non sumus idonei cogitare*, &c. ut in Vulg. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. c. *non quia ex nobisipsis sufficientes simus reputare aliquid quasi ex nostro: sed sufficientia nostra ex Deo est:* at l. 3. col. 538. c. Vulgatæ concinit ad verbum, ut & Scholiast. Hier. & Beda in 2. Cor. cum ep. Synod. Episcoporum Afric. Conc. to. 4. col. 1592. d. Ambrosiaster verò hab. *non quòd sufficientes simus æstimare aliquid à nobis, tanquam à nobis sit: sed sufficientia nostra ex Deo est.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobismetipsis: sed sufficientia nobis ex Deo est.* Auctor ep. ad Demetriad. p. 47. f. *non quòd suffic. simus cogit. aliquid ex nobis, sic quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.* Faustus ap. Aug. to. 8. col. 271. f. *sufficientia nostra ex Deo est.* Græc. οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυ-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

6. qui & idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti; non littera, ſed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.

7. Quòd ſi miniſtratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur:

8. quomodò non magis miniſtratiò Spiritus erit in gloria?

9. Nam ſi miniſtratio damnationis gloria eſt: multò magis abundat miniſterium juſtitiæ in gloria.

10. Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.

11. Si enim quod evacuatur, per gloriam eſt: multò magis quod manet, in gloria eſt.

12. Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utimur:

Exod. 34. 33. 13. & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, ut non intenderent filii Iſrael in faciem ejus, quod evacuatur,

**VERSIO ANTIQUA.**

6. qui & ſufficientes nos fecit miniſtros novi teſtamenti; non littera, ſed Spiritu: nam littera occidit, Spiritu autem vivificat. Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

7. Si autem miniſterium mortis, in litteris * formata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur: * Ita Mſs. lege formatum.

8. quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria?

9. Nam ſi miniſterio damnationis gloria eſt: multò magis abundavit miniſterium juſtitiæ in gloria.

10. Nam ne glorificatum eſt, quod glorioſum factum eſt in hac parte, propter eam, quæ ſupereminet, gloriam.

11. Si enim quod * aboletur, per gloriam: multò magis quod manet, in gloria. * Mſs. abhorrentur; ſed aperto mendo, pro aboletur, ut ſup. ℣. 7. & inf. ℣. 13.

12. Habentes igitur talem ſpem, multa confidentia utamur:

13. & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſupra faciem ſuam, ut non intenderent filii Iſrael uſque in finem ejus; quod aboletur;

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

τῶν λογίσαϑαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν· ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ.

℣. 6. Hieronymus l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. c. *qui & nos dignos fecit miniſtros novi teſtamenti:* at lib. 3. col. 538. f. *qui & idoneos fecit nos n. teſt. miniſt. non littera, ſed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.* Auguſtinus quæſt. 11. in Deut. tom. 3. col. 560. d. *idoneos nos fecit miniſt. n. teſt. non litteræ, ſed Spiritus:* & l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 101. e. *qui idoneos nos fecit miniſtros n. teſt. non litteræ, ſed Spiritus: littera enim occidit, Spiritus autem vivificat:* ita rurſum infra, col. 102. a. præpoſito &, voci *idoneos;* ut & l. 3. cont. duas ep. Pelag. to. 10. col. 454. d. cui favet Sedul. Hibern. in 2. Cor. vide etiam eundem Aug. tract. 49. & 122. in Joh. tom. 3. col. 627. f. & 813. b. Fauſtus apud eundem, to. 8. col. 721. f. *qui nos idoneos probavit miniſtros novi teſtamenti.* Ambroſiaſt. Scholiaſtes Hier. Beda in hunc loc. necnon Auctor l. de vocat. gent. l. 1. & 2. pp. 16. d. & 21. e. in omnibus cum Vulgata conveniunt. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 793. b. legit; *littera occidit, Spiritus verò vivificat.* Itidem Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 3. poſito *autem*, pro *verò*. Sic etiam Tichonius reg. 3. p. 54. b. cum Ambroſ. l. 3. de fide, col. 503. e. 639. e. necnon ep. 74. col. 1081. e. idem Ambroſ. in Pſ. 36. col. 814. b. *littera enim occidit*, &c. In Gr. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους.... οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam ferunt, οὐ γράμματι, ἀλλὰ Πνεύματι· τὸ γαρ, &c.

℣. 7. Sedulius Hibern. in Rom. 3. p. 507. b. *Quòd ſi miniſterium mortis, in litteris formatum in lapidibus, factum eſt in gloria; ita ut non poſſent filii Iſrael in faciem Moſi reſpicere, propter gloriam vultus ejus, quæ deſtruitur:* at in 2. Cor. 3. 7. habet in textu: *Quòd ſi miniſtratio mortis;* & in fine, *evacuatur.* Aug. l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. col. 593. d. Apoſtoli verba referens prout citabantur ab illo hæretico: *Quòd ſi miniſtratio mortis, in litteris formata lapideis, facta eſt in gloria; ita ut non poſſent filii Iſrael intendere in faciem Moyſi, propter gloriam vultus ejus, quæ deſtruitur:* & l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 101. e. 102. a. 104. d. *Si autem miniſtratio mortis, in litteris figurata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent filii Iſrael intendere in... propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur:* & l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 86. d. *miniſtratio mortis, in litteris figurata lapideis.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Quòd ſi adminiſtratio mortis, litteris formata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent intueri filii Iſrael in faciem Moyſi*, &c. ut in Vulgata. Beda in eundem loc. *Si autem miniſtratio mortis, litteris figurata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non poſſent intendere*, &c. ut in Vulgata. Græc. Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου, ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ· ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς... διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, τὴν καταργουμένην. Mſ. 1. pro ἐντετυπωμένη, habet ἐγγεγραμμένη. Bornerius codex τετυπωμένη, omiſſo ſeq. ἐν, quod etiam ἐν abeſt ab aliis pluribus.

℣. 8. Sic habent Scholiaſtes Hier. & Beda in 2. Cor. Auguſtinus verò l. contra adverſar. leg. tom. 8. col. 593. d. & l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 101. e. 102. a. 104. d. *quare non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria?* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *quomodo non magis adminiſtratio Spiritus*, &c. Sedulius Hibern. in Rom. 3. p. 507. b. *quomodo non magis miniſterium Spiritus erit in gloria?* at in 2. Cor. 3. 8. legit *miniſtratio..... in gloriam noſtram?* Gr. πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Sedulius Hibern. in 2. Cor. ita incipit: *Si enim ex miniſterio damnationis.* Ambroſiaſt. in eundem loc. *Si enim in adminiſtratione damnationis eſt gloria: multò magis abundabit adminiſtratio juſtitiæ in gloria.* Scholiaſtes Hier. & Beda: *Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multò magis abundat miniſterium juſtitiæ in gloria.* Auguſtinus l. 2. contra adverſar. leg. to. 8. col. 593. d. *Nam ſi miniſtratio damnationis gloria eſt: multò magis miniſtratio juſtitiæ abundabit in gloria:* & l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 101. e. 102. a. 104. d. *Si enim miniſtratio damnationis gloria* (Lov. *in gloria*) *eſt: multò magis abundabit miniſterium juſtitiæ in gloria.* Gr. Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως, δόξα· πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία, &c. ut ſup. Mſs. plures ferunt, Εἰ γὰρ τῇ διακονίᾳ τῆς, &c. ſubinde Borner. cod. habet, δόξα ἐστίν· Veleſ. ἐν δόξῃ· & paulò poſt quidam, περισσεύσει.

℣. 10. Hieronymus in Eccleſ. tom. 2. col. 717. a. *Nam nec glorificatum eſt, quod glorificatum fuit in hac parte, propter excellentem gloriam:* ita rurſum l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 270. d. ſicut etiam in Ezech. 44. to. 3. col. 1024. d. niſi quòd hoc poſteriori loco ita incipiat, *Etenim non eſt glorificatum:* ita quoque l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. ſed addit, *quod glorificatum eſt, propter excellentem gloriam.* Auguſtinus l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. col. 593. d. *Etenim non glorificatum eſt in hac parte id, quod declaratum eſt, propter excellentem claritatem.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Nec enim glorioſum factum eſt id, quod glorificatum eſt in hac parte, propter excellentem gloriam.* Scholiaſtes Hieron. Sedul. & Beda in eundem loc. Vulgatæ congruunt. Græc. Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται, τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ, &c.

℣. 11. Hieronymus in Ezech. 44. to. 3. col. 1024. d. *Si enim quod deſtruitur, per gloriam eſt: multò magis quod manet, in gloria eſt:* & l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. *Si enim quod deſtruitur, glorioſum eſt: multò magis quod permanet, erit in gloria.* Auguſtinus l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. col. 593. e. *Nam ſi id, quod deſtruitur, in gloria eſt: multò magis illud, quod manet, in gloria eſt.* Ambroſiaſter in 2. Cor. *Si enim quod evacuatur, fuit in gloria: multò magis quod permanet, in gloria eſt.* Scholiaſtes Hier. & Beda Vulgatæ congruunt. Græc. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης· πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ.

℣. 12. Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utamur.* Scholiaſtes Hieron. & Beda in eund. loc. *utimur*, ut in Vulgata. Gr. χρώμεθα.

℣. 13. Ambroſiaſt. in 2. Cor. *& non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, ne intuerentur filii Iſrael in faciem ejus, quod evacuatur.* Sedulius Hibern. in eund. loc. cum Primaſio, pro *in faciem ejus*, legit, *uſque in finem ejus:* quam etiam lectionem adtingit Ambroſiaſter in commentario, dicens: *Ideo ponebat velamen, quoniam ſplendorem vultus ejus ferre non poterant, causâ peccati, quo ſublato, poteſtas datur videndi gloriam Dei uſque ad finem ejus.* Scholiaſtes Hier. *ut non intenderent filii Iſrael in faciem ejus, uſque in finem ejus: id eſt*, inquit, *uſque in finem vitæ ejus.* Beda verò Vulgatæ congruit, licet in ejus collectaneis le-

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 14. sed obtunsi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, dum non revelatur, (quoniam in Christo aboletur)

15. sed usque in hodiernum, cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum.

16. Cùm autem conversus fuerit ad Deum, auferetur velamen.

17. Dominus autem Spiritus est: Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.

18. Nos autem omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu.

### VULGATA NOVA.

14. sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum, (quoniam in Christo evacuatur)

15. sed usque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.

16. Cùm autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.

17. Dominus autem Spiritus est: Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. *Joan. 4. 24.*

18. Nos verò omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gatur ex August. *usque in finem.* Gr. πρὸς τὸ μὴ ἀτενίζαι τὺς υἱὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τῦ καταργυμένυ. Mss. quidam, pro τέλος, ponunt πρόσωπον.

℣. 14. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 793. b. huc alludens dicit: *obtusi sunt sensus mundi*: & post pauca: *Ad hodiernum usque velamen idipsum in corde eorum.* Cyprianus l. 1. Testim. p. 277. b. *obtusi sunt sensus eorum usque in hunc diem, hoc eodem velamento in lectione veteris testamenti manente, quod non revelatur, quia in Christo evacuatur.* Augustinus l. de util. cred. to. 8. col. 51. b. *idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, quod non revelatur, quoniam in Christo evacuatur*: ita rursum habet ser. 300. tom. 5. col. 1219. g. nisi quòd his verbis præponat sequentem versum 15. integrum: item tract. 9. in Joh. to. 3. part. 2. col. 361. c. præposito eod. versu, legit, *quod non revelatur, quia in Chr. evacuatur.* Ambrosiast. verò in 2. Cor. *sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum diem hoc ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet, dum non revelatur, quia in Christo evacuatur.* Sedulius Hibernus in eundem locum habet, *quod non revelatur*, pro *dum non revelatur.* Græc. ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. Ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅ, τι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.

℣. 15. Cyprianus l. 1. Testim. p. 277. b. *& usque in hodiernum, si quando legitur Moyses, velamentum est super cor eorum.* Aug. in Joh. tract. 9. to. 3. p. 2. col. 361. c. *usque ad hodiernum diem, quandiu legitur Moyses, idipsum velamen super cor eorum positum est*: & serm. 300. to. 5. col. 1219. g. *usque nunc, quandiu legitur Moyses, velamen super corda eorum positum est*: itidem tract. 25. in Joh. col. 483. f. à voce *quandiu*, posito *supra*, pro *super.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 686. a. *quoties legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Ambrosiast. in 2. Cor. Vulgatæ concinit, nisi quòd in fine habeat, *velamen est positum supra cor eorum.* Græc. ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.

℣. 16. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 793. b. *Cùm verò converterit ad Deum, auferetur velamen.* Cyprianus l. 1. Testim. p. 277. b. *Mox autem ut conversi fuerint ad Dominum, auferetur velamentum.* Ambros. l. 3. de Spiritu S. col. 686. a. *Cùm verò conversi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 743. h. *Cùm autem conversus fuerit ad Deum, auferetur velamen.* Similiter Auct. quæst. ex V. T. q. 8. col. 4. a. deleta voce *autem.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 26. col. 180. a. *Cùm conversi fuerint ad Christum, auferetur velamen.* Aug. tract. 9. in Joh. to. 3. p. 2. col. 361. c. *Et cùm transieris ad Dominum, auferetur velamen*: & l. de op. Mon. tom. 6. col. 501. c. *Cùm transieris ad Christum, auferetur velamen.* Beda in 2. Cor. *Cùm enim transierit ad Christum, auferetur velamen.* Scholiastes Hier. in eundem loc. *Cùm autem conversus fuerit ad Deum*, &c. Ambrosiast. *Cùm autem conversus fuerit ad Dominum*, &c. Mf. 52. Floriac. *Cùm autem conversi fuerint ad Dominum*, &c. Gr. Ἡνίκα δὲ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ, &c.

℣. 17. Sic habent Victorinus Afric. l. 3. cont. Arium, p. 279. e. Ambrosiast. Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Sic etiam Ambros. in Ps. 118. col. 1203. c. & in Luc. 11. col. 1432. f. & l. 2. & 3. de Spir. S. col. 637. e. 686. a. & ep. 75. col. 1084. f. sic demum l. 1. de fide, col. 461. f. addito *est*, voci *Domini.* Hilarius l. 2. de Trin. col. 805. b. legit: *Quia Dominus Spiritus est: Ubi autem Spir. Dom. est, ibi libertas est*: & fragm. 1. col. 1282. d. *Ubi fides est, ibi & libertas est.* Novatian. l. de Trin. p. 1051. c. *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.* Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. *Dominus verò Spiritus est: Et ubi Spiritus Domini est, ibi libertas.* Sedul. Hibern. in 2. Cor. *Dominus autem Spiritus est: Ubi autem Spiritus, ibi libertas.* Græc. textui Lat. consonat: in Mf. tamen uno deest vox Κυρίυ.

℣. 18. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 793. b. *Dicit ergo*, inquit, *nos jam aperta facie contemplantes Christum, eadem imagine transfigurari à gloria in gloriam, tanquam à Domino spirituum.* Hilar. in Ps. 118. col. 289. e. *Nos omnes, revelata facie gloriam Dei exspectantes, in eandem ipsam transferemur imaginem à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu.* Tichonius reg. 3. p. 53. f. *Nos autem omnes, revelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem commutamur à claritate in claritatem.* Ambrosius l. 6. Hex. col. 130. e. *Nos itaque omnes, revelata facie gloriam Dei speculantes, ad eandem imaginem reformamur à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu*: ita rursum l. 3. de Spir. S. col. 686. b. præter vocem *Domini*, loco *Dei*: quem etiam vide l. de Jos. c. 11. col. 505. d. & l. de Elia & jejun. c. 21. Hieronymus ep. ad Cyprian. to. 2. col. 694. c. legit: *Nos autem omnes, revelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu*: similiter in Eccles. to. 2. col. 758. b. & in Isai. 1. to. 3. col. 14. c. & in Ezech. 38. & 44. col. 965. a. 1022. f. nisi quòd uno in loco habeat *reformamur*; duobus verò, *quasi à Domini Spiritu.* Aug. ep. 147. to. 2. col. 494. f. *Nos autem, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu*: sic iterum l. 22. de civit. Dei, c. 29. tom. 7. col. 698. d. & l. 15. de Trin. to. 8. col. 976. c. at l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 217. d. legit: *Nos enim, revelata facie gloriam Dom. spec. in eand. imaginem transformabimur*: hunc etiam vide in Ps. 2. to. 4. col. 5. b. & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 31. c. Ambrosiast. in 2. Cor. sic habet: *Nos itaque omnes, revelata facie gloriam Dom. specul. ad eand. imaginem formamur à gloria in gloriam, sicut à Domini Spiritu.* Vigilius Tapf. l. 5. de Trin. *Nos omnes, revelata facie gloriam Dom. spec. in eand. imaginem reformamur à gloria in gloriam, sicut à*, &c. ut sup. Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 9. p. 205. b. *Nos, revelata facie gloriam D. spec. in eand. imag. transformamur à gloria in gloriam, tanquam à D. Spiritu.* Beda in 2. Cor. *Nos verò omnes, revelata facie ad gloriam D. spec.* &c. ut in Vulgata. Sedul. Hibern. in eand. ep. *Nos autem, revelata facie gloriam Domini videmus* (in comment. *speculantes*) *in eand. imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam à*, &c. Maximin. Taurin. in ser. p. 19. f. *ad eand. imag. reformamur de gloria in glor.* Græc. Ἡμεῖς δὲ πάντες..... τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφύμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ, &c. Mf. Alex. μεταμορφύμενοι.

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## VULGATA NOVA.

1. IDeo habentes adminiſtrationem, juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus,

2. ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo.

3. Quòd ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum; in iis, qui pereunt, eſt opertum:

4. in quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

5. Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum; nos autem ſervos veſtros per Jeſum:

6. quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Jeſu.

7. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.

## VERSIO ANTIQUA.

1. IDeo habentes miniſtrationem hanc, ſicut miſericordiam conſecuti, non defecimus, *Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

2. ſed renuntiavimus occultis pudoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed * manifeſtatio veritatis commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. * *Leg.* manifeſtatione.

3. Quòd ſi etiam coopertum eſt Evangelium noſtrum; in his, qui pereunt, eſt coopertum:

4. in quibus Deus ſæculi * ejus excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. * *Mſ. Reg.* hujus.

5. Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum; nos autem ſervos * veſtros per Jeſum: * *Mſs.* noſtros, *mendoſè.*

6. quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen fulgere, illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ gloriæ ejus, in faciem Chriſti Jeſu.

7. Habemus autem theſaurum hunc in vaſis fictilibus: ut ſublimitas virtutis ſit Dei, & non ex nobis.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. de pudic. p. 1008. c. *Propterea habentes miniſtrationem iſtam, ſecundùm quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus.* Aug. l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 102. c. *Propter quod habentes miniſtrationem hanc, ſicut miſericordiam conſecuti, non infirmemur.* Gildas Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 719. c. *Ideo habentes hanc adminiſtrationem, juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficiamus.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Quare habentes hanc adminiſtrationem, prout miſericordiam conſecuti ſumus, non deficiamus.* Scholiaſtes Hieron. & Beda in eundem loc. *Ideo habentes hanc adminiſtrationem*, &c. ut in Vulgata. Græc. Διὰ τῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἐλεήθημεν, ὐκ ἐκκακῦμεν· al. ἐγκακῦμεν.

℣. 2. Tertullianus l. de pudic. p. 1008. c. *ſed abdicamus occulta dedecoris.* Aug. l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 102. c. *ſed abjiciamus occulta confuſionis, non ambulantes in aſtutia, neque dolo adulterantes verbum Dei.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. c. *ſed abjiciamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum D.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *ſed renuntiamus occultis dedecoris*, &c. ut in Vulgata. Scholiaſtes Hier. & Beda in eandem ep. *ſed abdicamus occulta dedec.* &c. ut in Vulgata. Græc. ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης...... μηδὲ δολῦντες τὸν λόγον τῦ Θεῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς....... συνιςῶντες ἑαυτὺς, &c. ut in Lat. Mſs. 2. συνιςάντες, al. συνιςάνοντες.

℣. 3. Vigilius Tapſ. l. 5. de Trinit. *Sed ſi opertum eſt Evangelium noſtrum; in his, qui pereunt, eſt opertum.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Sed & ſi adhuc opertum eſt Evangelium noſtrum; in his, qui pereunt, in quibus*, &c. Græc. Εἰ δὲ καὶ ἔςι κεκαλυμμένον, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Irenæus l. 4. c. 29. p. 266. e. *in quibus Deus ſæculi hujus excæcavit mentes infidelium, uti non fulgeat illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti.* Itidem Aug. l. 1. cont. adverſar. leg. cum Vigilio Tapſ. l. 5. de Trin. & Scholiaſte Hier. in 2. Cor. Idem etiam Aug. l. 22. cont. Fauſt. dicit, teſte Beda, *hanc ſententiam* pleroſque noſtrûm ita diſtinguere, *ut Deum verum dicant excæcaſſe infidelium mentes: cùm enim legerint*, inquit, *In quibus Deus, ſuſpendunt pronunciationem, ac tunc inferunt, Sæculi hujus excæcavit mentes infidelium.* Ita quoque diſtinguendum probat Irenæus l. 3. c. 7. dicens Paulum hîc, ſicut in aliis locis frequenter, *hyperbatis* uſum fuiſſe. Idem ſentiunt Theodoretus, Tertullianus l. 5. cont. Marc. c. 11. Chryſoſt. Theophilact. & quidem omnes quotquot contra Manichæos & Marcionitas rem habuerunt, ſi Millio fides. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 793. c. *in quibus Deus ævi hujus excæcavit mentes infidelium.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *in quibus Deus hujus ſæculi obcæcavit ſenſus infidelium* (Mſ. 1. *obcæcavit erga fidem Chriſti ſenſus infid.*) *ut non pervideant lumen Evangelii majeſtatis Chriſti* (Mſs. quidam, *lumen gloriæ Chriſti*,) *qui eſt imago Dei.* Beda in eundem loc. *in quibus.... excæcavit mentes infidel. ut non fulgeat in eis illuminatio*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἐν οἷς ὁ Θεὸς...... ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίςων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam tollunt vocem αὐτοῖς.

℣. 5. Auguſtinus l. de ſpir. & litt. to. 10. col. 102. d. *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed J. C. Dominum; nos autem ſervos veſtros per Jeſum.* Ambroſiaſter in 2. Cor. 4. *Nec enim nosipſos prædicamus, ſed Chriſtum J. D. noſtrum; nos autem ſervos veſtros propter Jeſum:* ſimiliter in 1. Cor. 4. legit *propter Jeſum.* Sic etiam Sedulius Hibern. in hunc loc. Scholiaſtes verò Hier. & Beda, cum Fulg. fragm. 12. contra Fab. ut in Vulgata. Græc. Οὐ γὰρ ἑαυτὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριςὸν Ἰησῦν Κύριον· ἑαυτὺς δὲ δύλυς ὑμῶν διὰ Ἰησῦν· Mſs. quidam, διὰ Ἰησῦ.

℣. 6. Tertullianus l. de reſur. carn. p. 582. c. hæc habet: *dum enim de lumine, quod illuxerit Deus in cordibus noſtris, ad illuminationem agnitionis gloriæ ſuæ, in perſona Chriſti.* Ambroſius in Pſ. 43. col. 923. e. *quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Domini, in facie Chriſti Jeſu:* ſic iterum in Pſ. 118. col. 1192. a. & l. 3. de Spiritu S. col. 683. b. c. excepta voce *Dei*, loco *Domini.* Auguſtinus l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 102. d. *quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen clareſcere, claruit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ gloriæ ejus, in faciem Chriſti Jeſu.* Similiter habet Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 6. col. 173. d. præter hoc, *gloriæ ſcientiæ ejus.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *quia Deus, qui dixit de tenebris lumen fulgere, illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei, in facie Chriſti Jeſu.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 751. d. *Deus autem, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris.* Gr. ὅτι ὁ Θεὸς, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότυς φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν... πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τῦ Θεῦ, ἐν προσώπῳ, &c. in Mſ. 1. deeſt ὃς, ante ἔλαμψεν; in Borner. codice habetur ὡς.

℣. 7. Tertullianus l. de reſur. carn. p. 583. c. dicit ex Apoſt. *habere nos theſaurum iſtum in teſtaceis vaſis:* & ſup. p. 569. a. *in teſtaceis vaſculis:* lib. autem 5. cont. Marc. p. 794. a. *fictilia vaſa* vocat. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 311. c. *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus:* itidem l. 2. c. 9. col. 341. a. & l. de Elia, c. 15. col. 553. a. & l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 631. d. & in Luc. 2. col. 1296. f. & l. 2. offic. col. 104. a. & l. 5. de fide, col. 553. a. at l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. legit, *theſaurum iſtum:* l. verò de vid. col. 194. a. *Habemus enim theſaurum in vaſis fict.* Auguſtinus ep. 175. to. 2. col. 619. a. *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: ut eminentia virtutis ſit Dei, & non ex nobis:* ita rurſum ep. 188. col. 694. c. & l. de ſpir. & litt. tom. 10. col. 102. e. niſi quòd hoc poſteriori loco addat *autem*, verbo *Habemus.* Similiter habet Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 18. col. 142. c. ſed deleto *autem.* Hieronymus verò l. 3. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 538. f. *Habemus autem theſ. iſtum in vaſis fictilibus: ut abundantia fortitudinis noſtræ ſit ex Deo, & non ex nobis.* Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Habentes autem theſaur. hunc*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

8. In omnibus tribulatio, sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur :

9. persecutionem patimur, sed non derelinquimur : dejicimur, sed non perimus :

10. semper mortem Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu Christi in corpore nostro manifestetur.

11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut & vita Jesu Christi manifestetur in mortali carne nostra.

12. Itaque mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

13. Habentes autem * eundem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : & nos * credimus, propter quod & loquimur :

* Ms. Reg. eadem.

* Ms. Reg. credidimus.

14. scientes quoniam qui suscitavit Dominum Jesum, & nos cum Jesu suscitavit, & constituet vobiscum.

15. Omnia enim propter vos : ut gratia abundans, per multos gratiarum actionem, abundet * in gloriam Dei.

* In Ms. Reg. in victoriam Dei.

## VULGATA NOVA.

8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur :

9. persecutionem patimur, sed non derelinquimur : dejicimur, sed non perimus :

10. semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.

11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

12. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

13. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : & nos credimus, propter quod & loquimur : Psalm. 115. 1.

14. scientes quoniam qui suscitavit Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum.

15. Omnia enim propter vos : ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in vasis fictilibus : ut excellentia sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Sedulius Hibern. in eand. ep. *Habemus autem thes. in vasis fictilibus.* Græc. Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν· ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς... ᾖ τοῦ, &c.

℣. 8. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 794. a. huc alludens, habet : *fictilia vasa, in quibus tanta nos pati dicit : ut*, &c. & l. cont. Gnost. p. 832. c. *Qui in omnibus tribulemur, sed non coangustemur : & indigeamus, sed non perindigeamus.* Hilarius in Ps. 118. col. 282. a. *In omnibus tribulati, sed non angustiati.* Hieronymus in Ezech. 41. tom. 3. col. 996. c. *In omnibus tribulati, sed non coangustati :* at in Isai. 26. col. 223. c. *Tribulamur, sed non angustiamur.* Ambros. in Ps. 118. col. 1042. b. *Pressuram patimur, sed non angustamur.* Cassiod. in Ps. 96. p. 326. b. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur :* mox addit : *deficimus, sed non perimus : semper*, &c. prætermissis verbis intermediis. Ambrosiaster verò in 2. Cor. *In omnibus pressuram passi, sed non coangustati : inopiam passi, sed non destituti.* Ms. cod. 12. Floriac. annor. 1100. *In omnibus tribulationem passi, sed non coangustati : confusi, sed non apporiamur.* Gaudent. Brix. præf. ad Benevol. p. 945. a. Vulgatæ congruit ad verbum, sicut etiam Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Sedulius verò Hibern. pro *angustiamur*, habet *coangustamur.* In Græco sic : Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· al. Ἐν πᾶσι θλιβόμενοι.

℣. 9. Sic habet Gaudentius Brix. præf. ad Benevol. p. 945. a. Hieronymus quoque in Isai. 26. col. 223. c. *persecutionem patimur, sed non derelinquimur.* Augustin. serm. 274. to. 5. col. 1109. c. *dejicimur, sed non perimus.* Cassiod. in Ps. 96. p. 326. b. *deficimus, sed non perimus.* Tertullianus l. cont. Gnost. p. 832. c. *quoniam persecutionibus agitemur, sed non derelinquamur : qui dejiciamur, sed non pereamus.* Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. *persecutionem patimur, sed non derelinquimur : humiliamur, sed non confundimur : dejicimur, sed non perimus.* Similiter habet Sedulius Hibern. in eundem loc. *humiliamur, sed non confundimur.* Ambrosiast. *persecutionem passi, sed non derelicti : dejecti, sed non perimus.* Gr. διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι.

℣. 10. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. e. *semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut vita Jesu Christi in corpore nostro manifestetur.* Tertul. l. de resur. carn. p. 583. c. *semper mortificationem Christi Jesu circumferentes in corpore nostro, uti & vita Jesu manifestetur in corpore nostro :* vide etiam l. 5. cont. Marc. p. 794. a. b. & l. cont. Gnost. p. 832. c. Similiter habet Ambros. in Ps. 36. col. 765. e. *mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita J. C. in corpore nostro manifestetur :* ita rursum in Luc. 7. col. 1381. a. usque ad *ut & vita :* & in Ps. 118. col. 1118. f. legit : *mortificationem Domini Jesu in corpore nostro circumferimus :* & l. de bono mort. c. 3. col. 393. b. *mortem Jesu in corp. nostro circumferamus.* Ambrosiast. in 2. Cor. *semper mortem Domini Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu in corpore nostro manifestetur.* Gaudentius Brix. præf. ad Benevol. p. 945. a. *semper mortem Domini nostri Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita J. C. in corpore nostro manifestetur.* Ms. 12. Floriac. *semper mortem Domini Jesu Christi..... manifestetur in carne nostra mortali.* Cassiod. in Ps. 96. p. 326. b. Vulgatæ concinit ad verbum, ut & Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. nisi quòd isti duo habeant *mortificationem J. C.* Ita quoque Sedulius Hibern. in eundem loc. qui etiam habet *vita J. C.* Græc. πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. Mss. quidam initio tollunt vocem Κυρίου· Borner. verò cod. addit ἡμῶν, voci σώματι, pro qua alii quidam legunt σώμασι· paulòque post Borner. cod. τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 11. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. e. *Semper enim qui vivimus, in mortem tradimur per Jesum : ut & vita Jesu manifestetur in carne mortali nostra.* Tertullianus lib. de resur. carn. p. 584. a. *Si enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut vita ejus manifestetur in corpore nostro mortali :* & l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *ut & vita Christi manifestetur in corpore nostro.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Si ergo nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut & vita Jesu palàm fiat in hac mortali carne nostra.* Ms. cod. 10. Floriac. annor. 900. *Sic enim nos, qui vivimus*, &c. ut in Vulg. Ita etiam Ms. 12. Floriac. *Sic enim nos, qui vivimus ...... manifestetur in corpore nostro.* Scholiastes Hier. & Beda in hunc loc. ut in Vulg. cui etiam favet Græcum. Borner. tamen cod. Gr. Lat. ipso initio hab. Εἰ γὰρ, *Si enim*, pro Ἀεὶ γὰρ, *Semper enim.*

℣. 12. Ambrosius l. de bono mort. c. 3. col. 393. c. *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Itidem Scholiastes Hier. cum Beda in 2. Cor. Ambrosiaster vero in eundem loc. habet : *Itaque mors quidem in nobis operatur, vita verò in vobis.* Ita quoque in Græco : Ὥστε ὁ μὲν θάνατος, &c. aliàs deest μέν.

℣. 13. Novatian. l. de Trin. p. 1051. b. *Habentes eundem spiritum, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : & nos credimus, ideo loquimur.* Tichonius reg. 3. p. 54. b. *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : & nos credimus, ideoque & loquimur.* Augustinus ep. 187. tom. 2. col. 689. g. *Habentes autem eundem spir. fidei, propter quod scriptum est : Credidi, propter quod & locutus sum : & nos credimus, propter quod & loquimur :* similiter habet ep. 194. to. 2. col. 719. g. præter hoc *secundùm quod scriptum est*, absque &, ante *locutus sum :* cui accinit Ambrosiast. in 2. Cor. idem Aug. ep. 157. col. 548. d. & tract. 45. in Joh. to. 3. col. 598. a. Vulgatæ congruit ad verbum. Itidem Scholiastes Hier. & Beda in hunc locum. Græcum : Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον... καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν.

℣. 14. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. a. *scientes quòd qui suscitavit Jesum, & nos suscitabit cum ipso, qui jam resurrexit à mortuis.* Ambros. l. de fide resur. col. 1157. f. *qui suscitavit Dominum Jesum Christum, & nos cum Jesu suscitabit.* Ambrosiast. in 2. Cor. *scientes quòd qui suscitavit Dominum Jesum, & nos cum Jesu suscitabit* ( Rom. ed. *& nos per Jesum suscitabit*, ) *& constituet vobiscum.* Græc. εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει, &c. Ms. 1. delet vocem Κύριον· subinde plures ponunt σὺν Ἰησοῦ ἐγερεῖ.

℣. 15. Ambrosiast. in 2. Cor. *Omnia enim propter vos : ut gratia abundans, per multorum gratiarum actionem, abundet ad gloriam Dei.* Sedulius : *Omnia enim patimur propter vos.* Græcum : Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς· ἵνα ἡ χάρις πλεονά-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

16. Propter quod non deficimus : sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur : tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

17. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,

18. non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt.

**Versio antiqua.**

16. Propterea non deficimus : * sed etsi, qui foris est, homo noster, corrumpitur : sed qui intus est, renovatur de die in diem.

17. Nam quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, secundùm excellentiam in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis,

18. non respicientes * quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia : quæ autem non videntur, æterna sunt.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* sed is, qui.

* *Ms. Reg. addit* nostrorum.

## Notæ ad Versionem antiquam.

ϐαζα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν, &c.

℣. 16. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *Et non deficiemus : nam & interiorem hominem nostrum renovari de die in diem dicens*, &c. & l. de res. carn. p. 581. c. *Nam etsi homo noster exterior corrumpitur : sed interior renovatur de die & die :* & infra, p. 582. a. *quomodo exteriorem quidem hominem corrumpi allegarit, interiorem verò renovari de die ac die :* & l. cont. Gnost. p. 832. c. *sed etsi exterior homo noster vitiatur : sed interior renovatur die & die.* Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. g. *quòd cùm vetus homo noster corrumpitur ; qui intus est, innovetur.* Ambros. in Ps. 37. col. 830. b. *etsi foris homo noster corrumpitur : sed renovatur interior de die in diem :* & ep. 72. col. 1075. d. *etsi is, qui foris est, homo noster corrumpitur (secundùm desideria, erroris :) sed qui intus est, renovatur de die in diem.* August. l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 701. a. *si & exterior homo noster corrumpitur : sed interior renovatur de die in diem :* itidem infra, col. 716. b. præter *etsi*, pro *si &*. Ita quoque Hieron. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 200. b. deleta vocula *&*. Ambrosiaster in 2. Cor. *Quapropter non deficimus : & licet si exterior homo noster corrumpitur : sed interior renovatur de die in diem :* Rom. edit. *& licet qui foris est, homo noster corrumpatur : interior tamen*, &c. Græc. Διὸ ὐκ ἐκκακῦμεν· ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται· ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.

℣. 17. Tertullianus l. cont. Gnost. p. 832. c. *Nam quod ad præsens temporale, & leve pressuræ nostræ, per supergressum insuper per æternum pondus gloriæ perficit nobis.* Augustinus in Ps. 48. to. 4. col. 442. c. *Etenim quod ad præsens est temporale, leve tribulationis nostræ, juxta incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis :* & in Ps. 93. col. 1017. e. 1018. f. *Etenim quod est ad præsens temporale, & leve tribulationis nostræ, juxta incredibilem modum, & in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis :* & serm. 37. to. 5. col. 185. b. *Quod enim ad præsens temporale est, & leve tribulationis nostræ, in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis :* & l. de pat. to. 6. col. 534. a. *Quod est temporale, & leve tribulationis nostræ, in incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur nobis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leve pressuræ nostræ, supra modum*, &c. ut in Vulgata. Gr. Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. Mss. quidam, post παραυτίκα, addunt πρόσκαιρον, καὶ unus verò delet εἰς ὑπερβολήν.

℣. 18. Tertullianus l. cont. Gnost. p. 832. c. *non intuentibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia : quæ verò non videntur, æterna.* Aug. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 701. b. *non respicientes quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna :* ita rursum in Ps. 93. to. 4. col. 1017. e. 1018. f. & serm. 37. to. 5. col. 185. c. excepto verbo *respicientibus*, pro *respicientes :* item in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 967. f. legit : *non respicientibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt :* & in Ps. 48. to. 4. col. 442. c. *non respicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur : non quæ temporalia, sed quæ æterna. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna :* vide etiam l. de vera relig. to. 1. col. 749. f. Ambrosius l. de Myst. col. 327. b. *quæ videntur, sed quæ non videntur. Quoniam quæ videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna :* & in Psal. 118. col. 1088. e. *Quæ enim videntur, temporalia sunt : nam quæ non videntur, æterna :* & infra, col. 1207. c. necnon l. 2. offic. col. 83. a. *Quæ videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna.* Hieronymus in Isai. 51. to. 3. col. 367. d. *contemplantibus nobis non ea, quæ videntur, sed quæ non vid. Quæ enim vid. temporalia sunt : quæ autem non vid. æterna.* S. Leo serm. 26. p. 82. d. *Quæ videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt.* Ambrosiast. in 2. Cor. *non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ verò non cernuntur, æterna sunt.* Græc. μὴ σκοπύντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. Borner. cod. in principio habet, μὴ σκοπῦντες.

# CAPUT V.

**Vulgata nova.**

1. SCimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

*Apocal. 16. 13.* 2. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes :

**Versio antiqua.**

1. SCimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

2. Nam * & in hoc gemimus, habitaculum nostrum, quod de cœlo est, superindui cupientes :

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg. delet* &.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. b. *Scimus enim, quoniam etsi terrena domus nostra hujus tabernaculi dissolvatur, habemus domum non manufactam, æternam in cælis :* & l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *Terreni domicilii nostri ait habere nos domum æternam, non manufactam, in cælis.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. g. *etsi terrestris domus nostri corporis dissolvitur, cælestis ædificetur.* Aug. l. 14. de civit. Dei, c. 3. to. 7. col. 351. d. *Scimus, quia si terrena nostra domus habitationis dissolvatur, ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, æternam in cælis :* sic iterum tract. 67. in Joh. to. 3. p. 2. col. 678. f. necnon in Ps. 30. to. 4. col. 153. a. à voce *ædificationem :* at in Ps. 38. col. 324. a legit, *habitationem habemus*, &c. ut sup. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. c. *Scimus enim, quoniam si terrena domus hujus habitationis destructa fuerit, ædificationem habeamus ex Deo, domum non manufactam, sempiternam in cælis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Scimus autem, quia si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quia ædificationem*, &c. ut in Vulg. Scholiastes Hier. eidem Vulgatæ congruit, nisi quòd habeat in fine, *sed æternam in cælis.* Vulg. etiam consentit Sedul. in hunc loc. præter *terrestris*, pro *terrena.* Græc. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τῦ σκήνυς καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεῦ, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam ferunt, ὅτι οἰκοδομήν.

℣. 2. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. b. *In hoc ingemiscimus, domicilium nostrum, quod de cælo est, superindui desiderantes :* & l. 5. cont. Marc. p. 794. b. ait ex Apost. *ingemere nos de isto tabernaculo corporis terreni, quod de cælo est, superindui cupientes.* Hilar. in Ps. 142. col. 549. b. *Quia in hoc veteri tabernaculo congemiscimus, desiderantes superindui.* Augustinus l. 14. de civit. Dei, c. 3. to. 7. col. 351. d. *Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum, quod de cælo est, superindui cupientes :* ita rursum in Ps. 30. to. 4. col. 153. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 3. c. Sic etiam Hieron. l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 180. c.



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

3. si tamen & spoliati, non nudi inveniamur.

4. Nam & qui sumus in habitaculo isto, ingemiscimus onerati: in quo nolumus exspoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur mortale à vita.

5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.

6. Audientes igitur semper, & scientes quòd dum sumus in corpore, peregrinamur à Deo:

7. (per fidem enim ambulamus, non per speciem)

8. audemus etiam voluntatem habentes magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.

9. Et contendimus, sive præsentes, sive absentes, placere illi.

### Vulgata nova.

3. si tamen vestiti, non nudi inveniamur.

4. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati: eò quòd nolumus exspoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur quod mortale est, à vita.

5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.

6. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino:

7. (per fidem enim ambulamus, & non per speciem)

8. audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.

9. Et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere illi.

### Notæ ad Versionem antiquam.

nisi quòd habeat *In quo*, pro *Etenim in hoc*. Ambrosiaster in 2. Cor. *Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculo nostro, quod de cælo est, superindui cupientes.* Sedulius in eundem loc. habet etiam, *Etenim in hoc*: cætera verò ut in Vulg. Gr. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

℣. 3. Tertullianus l. de resur. carn. p. 583. b. *si quidem exuti, non nudi inveniamur*: & l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *si quidem & despoliati, non inveniamur nudi.* Aug. in Ps. 30. to. 4. col. 153. a. *si tamen induti, & non nudi inveniamur*: & l. 14. de civit. Dei, c. 3. to. 7. col. 351. d. *si tamen & induti, non nudi inveniamur*: itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 3. c. detracto &. Ambrosiast. in 2. Cor. *si quidem induti, non nudi inveniamur*: paulò verò post, in comment. dicit: *Alii codices sic habent: si quidem exspoliati, non nudi*, &c. cui lectioni favent S. Paulin. ep. 5. ad Severum, Primas. & Macar. teste Millio. Auctor etiam quæst. ex Vet. T. q. 47. col. 61. b. habet: *si exspoliati, non nudi inveniamur.* Scholiastes Hier. in 2. Cor. *si tamen vestiti, & non nudi inveniamur.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *si tamen vestiti, non nudi inveniamur.* Beda: *si tamen vestiti, & non nudi inveniamur.* Græc. εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. Mss. quidam, pro εἴγε, ferunt εἴπερ· deinde Mss. Reg. & Sangerm. Gr. καὶ ἐκδυσάμενοι· Chrysost. quoque notat, atque ex eo Œcum. exemplaria hîc variare, aliis ἐκδυσάμενοι legentibus, aliis autem ἐνδυσάμενοι· ὃ καὶ μάλιστα εἰσχετέον, inquit. Borner. etiam cod. Lat. scribit *exspoliati*; & in fine quidam, εὑρεθῶμεν. Vide Millii not. in hunc loc.

℣. 4. Tertullianus l. de resur. carn. pp. 582. c. 583. a. 589. c. ait ex Apost. *gravari nos, qui sumus in tabernaculo: quòd nolumus exui, sed potiùs superindui; uti devoretur mortale à vita*: & l. 5. cont. Marc. p. 794. b. *Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis, ingemimus quòd gravemur; nolentes exui, sed superindui*: & infra addit: *uti devoretur mortale hoc à vita.* Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. d. *nolumus exspoliari, sed superindui: uti absorbeatur mortale ab immortalitate*: & l. 5. c. 13. p. 309. b. *ut absorbeatur mortale à vita.* Hilar. in Psalm. 60. col. 143. a. alludens ait: *Congemiscens tamen in hoc suo habitaculo, supervestirique festinans*: & in Ps. 64. col. 171. c. *in quo nolumus dispoliari, sed superindui; ut absorbeatur hoc mortale à vita.* Hieronymus ep. ad Marcell. de 5. quæst. to. 4. p. 1. col. 166. a. *propter quod nolumus exspoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur mortale hoc à vita.* Augustinus in Ps. 30. to. 4. col. 153. a. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 3. c. *Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemimus gravati: in quo nolumus exspoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur mortale à vita*: itidem l. 14. de civit. Dei, c. 3. to. 7. col. 351. d. præter *eo quòd*, pro *in quo*, ante *nolumus*. Ambrosius ep. 34. col. 923. a. *Cùm sumus in corpore isto, ingemiscimus gravati.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nam cùm sumus in hoc corpore, ingemiscimus gravati: eo quòd nolumus exui, sed superindui; ut absorbeatur mortale hoc à vita.* Sedulius Scotus in hunc loc. *ut absorbeatur mortalitas*: supra tamen legit ut in Vulgata. Græc. Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι· ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι· ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. Mss. quidam addunt τούτῳ voci σκήνει, sicut Borner. cod. Græc. Lat. iterum τοῦτο, post θνητόν.

℣. 5. Irenæus l. 5. c. 13. p. 309. b. *Qui autem perficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.* August. l. de spir. & litt. to. 10. col. 102. e. *Qui autem operatus est nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.* Itidem Beda in 2. Cor. Ambrosiaster verò in eund. loc. *Qui autem perficit nos in hoc ipsum, Deus est, qui etiam dedit nobis pignus spiritum.* Sedulius Scot. *Qui autem perficit nos*: & post pauca: *qui dedit nobis pignus spiritus.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 794. c. ait ex Apost. & *arrabonem nos spiritus à Deo habere.* Græc. Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεός, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος. Mss. quidam, Ὁ δὲ κατεργαζόμενος.

℣. 6. Tertul. l. de resur. carn. p. 583. b. *Itaque confisi semper, & scientes quòd cùm immoramur in corpore, peregrinamur à Domino*: & l. 5. cont. Marc. p. 794. c. dicit, *abesse* nos *à Domino, quandiu in carne sumus.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino*: & l. de mor. pro Dei fil. p. 244. g. & *quòd positi in corpore, peregrinemur à Domino.* S. Pacian. serm. de bapt. p. 319. b. *nos autem dum in corp. hoc sumus, pereg. à Domino.* Ambros. in Ps. 38. col. 857. c. *Cùm sumus in hoc corp. pereg. à Domino.* Aug. tract. 34. in Joh. to. 3. p. 2. col. 536. e. *quandiu enim sumus in corp. pereg. à Domino.* Ambrosiast. in 2. Cor. *fidentes igitur semper, & scientes quia inhabitantes in hoc corp. pereg. à Domino.* Scholiastes Hieron. similiter *in hoc corp.* Græc. Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου, al. Θεοῦ.

℣. 7. Tertullianus l. de resur. carn. p. 583. b. *per fidem enim incedimus, non per speciem.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 210. a. *ex fide enim ambulamus, non per speciem.* S. Pacianus serm. de bapt. p. 319. b. cum Ambrosiastro in 2. Cor. *per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Ita quoque in Græco est.

℣. 8. Tertullianus l. de resur. carn. p. 583. b. *fidentes autem, & bonum ducentes magis peregrinari à corpore, & immorari ad Dominum*: & l. 5. contra Marc. p. 794. c. ait ex Apost. nos *propterea debere boni ducere abesse potiùs à corp. & esse cum Domino.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *audemus etiam bonam voluntatem habentes magis peregrinari à corp. & præsentes esse ad Dominum.* Hilarius quoque in Ps. 64. col. 168. d. huc alludens ait: *Apostolus autem cùm in corpore sit, peregrinatur à corpore*: & in Ps. 60. col. 143. a. *habitans in corpore, peregrinatur à corpore.* Ambrosius in Psal. 38. col. 857. c. *audemus ergo, & confidimus magis pereg. corp. & adesse ad Dominum*: & l. de exhort. virg. col. 293. d. *audemus ergo, & consentimus magis pereg. de corp. & adesse ad Dominum.* Augustinus in Ps. 114. to. 4. col. 1268. b. *confidimus autem, & bene arbitramur magis pereg. à corp. & immanere ad Dominum.* Ambrosiast. in 2. Cor. *audemus ergo, & consentimus magis pereg. à corp. & præsentes esse ad Deum.* Similiter habet Sedulius Hibern. in eundem loc. *audemus ergo*; sed postea, *peregrinari de corpore.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. c. *cupimus enim egredi de corpore, & habitare cum Christo.* Græc. θαῤῥοῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον....... ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Mss. quidam initio ferunt, θαῤῥοῦμεν οὖν.

℣. 9. Tertullianus l. de resur. carn. p. 583. b. *Et ideo gestimus, sive peregrinantes, sive immorantes, placibiles illi esse.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *Et contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere illi.* Ambrosius in Ps. 38. col. 857. e. *Ideo connitimur, sive absentes, sive præsentes, placere illi*: & l. de exhort. virg. col. 293. d. *Et ideo conamur, sive absentes, sive præsentes, placere illi.* Aug. in Ps. 114. to. 4. col. 1268. c. *Et ideo ambimus, sive immanentes, sive peregrinantes, placentes illi esse.* Hieron. l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 403. e. *Quapropter contendimus, sive in præsenti, sive in futuro, placere illi*: & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. c. *Propter quod & studiosissimè nitimur, sive in corpore, sive extra corpus, placere Deo.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Et ideo contendimus, sive præsentes, sive peregrinantes, placere illi.* Græcum: Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι.

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Rom. 14. 10. 10. Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

11. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

13. Sive enim mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis.

14. Charitas enim Christi urget nos: æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:

15. & pro omnibus mortuus est Christus: ut, & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

## VERSIO ANTIQUA.

10. Nam omnes vos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut ferat unusquisque propria corporis, secundum quod gessit, sive bonum, sive malum. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.

11. Scientes igitur timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem dantes nobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

13. Sive enim excedimus mente, Deo: sive sobrii sumus, vobis.

14. Caritas enim Christi urguet nos: judicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:

15. & pro omnibus mortuus est: ut, qui vivunt, non sibi ipsi vivant, sed ei, qui pro illis mortuus est & surrexit.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Tertullianus l. de resur. carn. p. 583. b. *Omnes enim manifestari nos oportet ante Tribunal Christi, uti unusquisque reportet per corpus, secundum quæ gessit, bonum, sive malum:* & l. 5. cont. Marc. p. 794. c. *Omnes ait nos oportere manifestari ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quæ per corpus admisit, sive bonum, sive malum.* Cyprian. l. 2. Testim. p. 296. c. & l. 3. p. 320. a. *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut reportet unusquisque sui corporis propria, secundum quæ egit, sive bona, sive mala.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 210. a. *Nam omnes nos oportet manifestari ante Tribunal Christi, ut ferat unusquisque propria corporis, secundum quod gessit, sive bonum, sive malum.* Hilarius in Psalm. 57. col. 125. d. *& unusquisque*, inquit, *secundum Apost. sive bona, sive mala percipiet in carne:* & in Ps. 69. col. 233. b. *& unumquemque in carne, sive bona, sive mala, prout gessit, recipere constitutum est.* Zeno Veron. lib. 1. tract. 16. p. 127. *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque corporis sui merita, secundum ea, quæ gessit, sive bona, sive mala.* Ambrosius in Ps. 1. col. 762. a. *Omnes enim oportet nos stare ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum:* & in Ps. 118. col. 1238. c. *Omnes oportet nos ante Tribunal Christi adsistere, ut recipiat unusquisque quod gessit, sive bonum, sive malum:* & l. de exhort. virg. col. 293. d. *Omnes enim manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis, sicut gessit, sive bonum, sive malum:* & l. de laps. virg. col. 316. e. *Quia omnes nos oportet manifestari ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui, secundum quod gessit, sive bonum, sive malum:* & ep. 34. col. 922. f. *Omnes nos oportet adesse ad Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis.* August. tr. 22. in Joh. to. 3. p. 2. col. 466. e. f. *Oportet nos exhiberi omnes ante Tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum:* & serm. 162. tom. 5. col. 782. c. *Omnes adstabimus ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum:* item l. de octo quæst. ad Dulcit. tom. 6. col. 129. d. 130. c. necnon l. de cura pro mort. ibid. col. 515. c. *Omnes enim adstabimus ante Tribunal Christi, ut ferat unusquisque, secundum ea, quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum:* & l. Enchirid. ibid. col. 238. b. *ut referat unusquisque, secundum ea, quæ per corpus gessit, sive bonum,* &c. & l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 462. g. *recipiet quisque, secundum ea, quæ corpus gessit, sive bonum,* &c. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 217. a. *Omnes enim manifestari nos oportet ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quæ gessit per corpus, sive bonum, sive malum.* Sedulius Hibern. in Rom. 2. p. 499. h. *Omnes nos stare oportet ante Tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis sui, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 718. a. *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque ea, quæ gessit in hoc corpore, sive bonum,* &c. Prædestin. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 527. c. *Omnes nos oportet manifestari, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bona, sive mala.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 202. a. *Omnes adstabimus ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque, secundum ea, quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum.* Cassiod. in Ps. 97. p. 328. a. *Omnes enim stabimus ante Tribunal Dei, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum,* &c. Ambrosiast. in 2. Cor. *Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bona, sive mala.* Itidem Fulgentius resp. cont. Arian. p. 67. & l. 2. de rem. pecc. c. 5. præter hoc, *sive bonum, sive malum.* Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1257. e. *ut capiat unusquisque propria corp. quæ gessit, sive bona, sive mala.* Oros. cont. Pelag. p. 453. e. Vulgatæ concinit, ut & Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Græc. Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, &c. Mss. quidam, loco πρὸς ἃ, ferunt πρὸς ὃ.

℣. 11. Eadem referunt Hieronymus l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 229. f. Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in 2. Cor. Augustinus verò in ep. ad Gal. tom. 3. p. 2. col. 945. a. *hominibus suademus, Deo autem manifestati sumus.* Græc. Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. Ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς.... πεφανερῶσθαι.

℣. 12. Ambrosiast. in 2. Cor. *Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi de nobis: ut aliquid habeatis adversùs eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.* Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ congruunt. Gr. Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ. Mss. quidam in principio delent γὰρ; alii verò in fine præfigunt ἐν, voci καρδίᾳ.

℣. 13. Augustinus tract. 7. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 352. e. & in Ps. 30. to. 4. col. 146. b. *Sive enim mente excessimus, Deo: sive temperantes sumus, vobis:* ita rursum in Ps. 103. col. 1155. b. & l. de catechis. rud. to. 6. col. 274. a. & l. 12. cont. Faust. to. 8. col. 240. d. quibus accinit Capreol. Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. d. detracta vocula *enim.* Sedulius Hib. in 2. Cor. *Sive enim mente excedimus, Deo: sive temperantes sumus, vobis.* Ambrosiaster in eandem epist. *Sive enim mente excedimus, Deo: sive sanum sapimus, vobis.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 747. c. *Sive enim mente excessimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis.* Græc. Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν.

℣. 14. Augustinus in Ps. 30. to. 4. col. 146. b. *Charitas enim Christi compellit nos:* similiter l. de catechis. rud. to. 6. col. 274. a. sed addit: *judicantes hoc, quia unus pro omnibus mortuus est:* & l. 20. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 579. b. *ergo omnes mortui sunt:* & l. 11. contra Faust. tom. 8. col. 224. d. necnon l. 12. col. 240. d. *Charitas enim Christi compellit nos: judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:* itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. a. nisi quòd plerique Mss. omittant *si*, ante *unus.* Capreol. etiam Carthag. p. 371. d. habet: *Charitas enim compellit nos: judicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Charitas enim Christi urget nos: hoc judicantes, quòd si unus pro omnibus mortuus est, ergo,* &c. Similiter habet Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 16. p. 27. b. præter hæc, *judicantes hoc, quoniam si.* Vigil. etiam Taps. l. contra Varim. p. 747. c. habet, *Charitas enim Chr. urget nos.* Græc. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς· κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς, &c. ut sup. Mss. plures, ὅτι εἷς, absque εἰ.

℣. 15. Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 266. a. *pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, jam non sibi vi-*

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 16. Igitur nos amodo neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus Christum secundùm carnem: sed nunc jam non novimus secundùm carnem.

17. Itaque si quà in Christo nova creatura: vetera transierunt: ecce facta sunt nova.

18. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis:

19. quoniam quidem Deus erat in Christo sæculum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, & posuit in nobis adnuntiationem verbum reconciliationis.

20. Pro quo Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecrantes pro Christo reconciliari Deo.

**VULGATA NOVA.**

16. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus secundùm carnem Christum: sed nunc jam non novimus.

17. Si qua ergo in Christo nova creatura: vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. Isai. 43. 19.

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis: Apocal. 21. 5.

19. quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.

20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*vunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 6. tom. 7. col. 579. b. *& pro omnibus mortuus est: ut, qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit:* itidem tract. 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 576. g. & l. 11. contra Faust. to. 8. col. 224. d. & l. 12. col. 240. d. at l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. a. habet cum Vulg. *& pro omnibus mortuus est Christus: ut, & qui vivunt,* &c. Sic etiam Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. quibus accedit Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. b. detracta voce *Christus.* Leo M. ser. 57. p. 130. f. legit, *ut, qui vivunt, jam non sibi vivant,* &c. Græc. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν· ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Mss. duo addunt Χριστὸς, verbo ἀπέθανεν. Huc fortè respiciebat Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. c. 3. to. 4. p. 1. col. 257. f. cùm dixit: *Scriptura testis est, quia Christus gratia Dei, sive, ut in quibusdam exemplaribus legitur, absque Deo, pro omnibus mortuus est.*

℣. 16. Ambrosius ep. 39. col. 945. a. *Quia neminem novimus ex hoc secundùm carnem. Et si cognovimus secundùm carn. Christum: sed nunc jam non nov.* & in Luc. 12. col. 1454. b. *nunc enim crucifixum jam non novimus Christum:* & l. 3. de Spir. S. col. 691. b. *nunc enim secundùm carnem jam non novimus Christum.* Hieronymus ep. ad Marcell. de 5. quæst. tom. 4. p. 1. col. 165. d. *Et si enim noveramus quondam Jesum secundùm carnem: sed nunc jam non novimus eum:* & in Ezech. 43. to. 3. col. 1020. b. *Et si enim noveramus Christum secundùm carnem: sed jam nunc non novimus eum secundùm carnem.* Augustinus l. 11. contra Faust. to. 8. col. 224. d. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 25. a. *Itaque nos amodo neminem novimus secundùm carnem. Et si noveramus secundùm carnem Christum: sed nunc jam non novimus:* sic etiam tract. 94. & 95. in Joh. to. 3. p. 2. col. 729. e. 732. c. ab his, *Et si noveramus.* Faustus ap. eundem Aug. lib. 10. cont. ipsum, to. 8. col. 217. f. *Nos neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus secundùm carnem Christum: sed nunc jam non novimus.* Ambrosiaster in 2. Cor. *I[illegible]que nos neminem ex hoc tempore novimus sec. carnem. Christum nunc jam non novimus.* Ruricius l. 2. ep. 10. p. 567. e. *Itaque nos neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus enim Christum secundùm carnem: sed nunc jam non novimus.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 738. f. *Si noveramus Christum sec. carnem: sed nunc jam non novimus.* Græc. Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. Mss. quidam circa medium ferunt Εἰ καὶ, absque δέ· Borner. cod. Græc. Lat. Καὶ εἰ, qui etiam in fine addit κατὰ σάρκα, cum Reg. & Sangerm. in Velef. lect. ἐγνώκαμεν, pro γινώσκομεν.

℣. 17. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 794. c. *vetera transierunt: ecce nova facta sunt omnia.* Hilarius lib. 10. de Trin. col. 1063. b. *ecce vetera transierunt, & facta sunt nova.* Ambros. l. 4. de Sacram. col. 369. b. *Omnis in Chr. nova creat.* & ep. 39. col. 945. d. *Si quis in Chr. nova creat.* & ep. 46. col. 985. c. *transierunt vetera, & omnia nova facta sunt:* & ep. 59. col. 1019. c. *transierunt vetera: ecce facta sunt nova.* Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. b. *Si qua ergo in C. nova creatura: vetera transierunt: ecce facta sunt nova.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Ari. p. 259. f. *Si qua in C. nova creatura.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 3. col. 183. a. *Si qua in C. nova creatura: vetera transierunt, & ecce facta sunt nova.* Ita etiam cod. Ms. 52. Floriac. nisi quòd addit *ergo*, post *Si qua.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Quare si qua est in C. nova creat. vetera transierunt, & ecce omnia facta sunt nova.* Felix III. epist. 12. Concil. to. 4. col. 1088. d. *Si qua igitur in C. nova creatura: vetera transierunt: omnia facta sunt nova:* similiter ep. 15. col. 1094. b. exceptis his, *ecce facta sunt omnia nova.* Itidem Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. col. 1248. b. deletis vocibus *in Christo.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 709. f. *vetera transierunt, & ecce nova omnia per Christum facta sunt.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 178. e. *vet. transierunt: ecce facta sunt omnia nova.* Itidem Auctor l. de xl. mans. p. 14. c. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. f. Græc. Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. Borner. cod. Gr. Lat. omittit τὰ πάντα.

℣. 18. Eadem leguntur apud Aug. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. b. cui favent Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. Eadem quoque refert Hilarius l. 8. de Trin. col. 978. a. nisi quòd habeat *à Deo*, pro *ex Deo.* Capreol. Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. d. legit: *Omnia ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum: & dedit nobis mysterium reconciliationis.* Mss. etiam quidam Hilarii loco sup. cit. ferunt *mysterium*, non *ministerium.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit* (Mss. aliqui *reformavit*) *nos sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis.* Græc. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς· in Mss. quibusdam deest Ἰησοῦ.

℣. 19. Hilarius l. 8. de Trin. col. 978. a. *quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi:* similiter in Ps. 67. col. 210. d. & in Matth. n. 17. col. 672. a. prætermissis his, *quoniam quidem.* Ita quoque Ambros. in Ps. 48. col. 949. d. & l. 3. de fide, col. 513. d. sicut Collat. Carthag. p. 492. a. Capreol. Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. d. legit: *quia Deus erat in Chr. mundum reconcilians sibi.* Sedulius Hib. in 2. Cor. *quoniam Deus erat in Chr.* Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. b. *Deus erat in Chr. mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta illorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis:* & tract. 86. in Joh. to. 3. p. 2. col. 715. a. *Deus erat in Chr. mundum reconcilians sibi.* Ambrosiast. in 2. Cor. *quoniam quidem Deus erat in Christo*, &c. ut in Vulg. nisi quòd ad vocem ultimam *reconciliationis*, adjungat *pro Christo;* deinde, *Pro quo legatione fungimur*, &c. Græc. ὡς ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς, &c. Ms. 1. initio tollit ὡς· subinde Borner. cod. Gr. Lat. cum Sangerm. & Reg. fert, τοῦ Εὐαγγελίου τὸν λόγον τῆς, &c.

℣. 20. Augustinus ep. 140. to. 2. col. 450. c. & tract. 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 572. f. 573. a. b. & 577. a. necnon l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. b. *Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Chr. reconciliari Deo:* similiter habet in Ps. 71. to. 4. col. 745. g. & l. Enchirid. tom. 6. col. 212. g. & l. 1. contra Maximin. to. 8. col. 679. c. *Obsecramus pro Chr. reconciliari Deo.* Hilarius l. 10. de Trin. col. 1066. e. *orantes per Christum reconciliari Deo.* Hieronymus ep. ad Damas. to. 4. p. 1. col. 156. f. *Precamur pro Ch. reconciliamini Deo:* sic etiam l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. col. 432. c. præter verbum *Rogamus*, loco *Precamur.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Pro quo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, orantes pro Ch. reconciliari Deo:* & infra, *vos reconciliari Deo:* similiter habet in Rom. 1. 6. *Pro quo legatione fungimur.* Beda in 2. Cor. *Pro Ch. ergo legat. fungimur, tanquam Deo exhortante pro nobis. Obsecramus pro Ch. reconciliamini Deo.* Græc. Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ, &c. ut in Vulg. Mss. quid. Οἱ ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσ. Sic etiam habet Borner. cod. Gr. sicut Lat. *Quod pro Ch. legatione fungim.* & infra, δεόμενοι, pro δεόμεθα; paulòque post, καταλλαγῆναι, *reconciliari*, pro καταλλάγητε.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

### VERSIO ANTIQUA.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in illo. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1066. e. *Eum, qui non cognovit peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 623. d. *Qui peccatum non cognovit, sed pro nobis peccatum factus est;* Mss. non pauci, *quia pro nobis peccatum factus est:* similiter infra, col. 649. d. *quia pro nobis peccatum factus est Christus, ut nos essemus justitia Dei in ipso:* item paulò sup. col. 648. d. *ut nos essemus just. Dei in ipso:* & in Ps. 118. col. 1207. e. *ut nos in illo essemus just. Dei:* & ser. cont. Auxent. n. 25. col. 870. e. *Qui peccatum non cognovit, sed pro nobis peccatum factus est, quia nostra peccata suscepit, ut sacramento suæ passionis aboleret:* & ep. 46. col. 985. d. *quia pro nobis peccatum factus est.* Hieronymus in Eccles. to. 2. col. 759. a. *Qui non noverat peccatum, Deus, pro nobis peccatum fecit;* Mss. Corb. *Qui cùm non cognovisset pecc.* Augustinus ep. 140. to. 2. col. 450. c. *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit:* itidem l. Enchirid. to. 6. col. 212. g. additis his, *ut nos simus just. Dei in ipso:* similiter l. 14. cont. Faust. to. 8. col. 266. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. b. sic etiam l. 1. cont. Maximin. to. 8. col. 679. b. c. cùm enim Maximinus col. 663. a. legeret: *Quoniam Christus cùm peccator non esset, peccatum pro nobis fecit, ut nos efficeremur ju. Dei in ipso:* subdit August. ubi supra: *Lege diligentiùs, & ne fortè mendosum incurreris codicem, aut Latinus interpres erraverit, Græcum inspice; & invenies, non Christum pro nobis fecisse peccatum, sed à Patre Deo ipsum Christum factum esse peccatum, id est, sacrificium pro peccato: ait enim Apostolus: Obsecramus pro Ch. reconciliamini* (Mss. *reconciliari*) *Deo. Eum, qui non noverat pecc. pro nobis peccat. fecit,* &c. Item Ambrosiast. in 2. Cor. *Eum enim, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos essemus ju. Dei in ipso:* & infra, *ju. Dei per ipsum.* Itidem Sedulius Hibern. in eund. loc. legens *in ipso.* Gr. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα... ἐν αὐτῷ. Mss. quidam, γενώμεθα· Borner. cod. Gr. Lat. in principio tollit γάρ.

---

## CAPUT VI.

### VULGATA NOVA.

1. ADjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

Isai. 49. 8. 2. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis:

1. Cor. 10. 32. 3. nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum:

1. Cor. 4. 1. 4. sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5. in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6. in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

### VERSIO ANTIQUA.

1. ADjuvantes autem, & exhortantes, ne in vacuum gratiam Dei excipiatis. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. Tempore enim, inquit, accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis:

3. nullam in nullo dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum:

4. sed in omnibus commendantes nosmetipsos sicut Dei ministri, in patientia multa, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5. in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6. in castitate, in scientia, in magnanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta,

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. c. *Cooperantes autem & rogamus, ne in vacuum gratiam Dei suscipiatis.* Ambrosiaster, & Sedulius Hib. in 2. Cor. *Adjuvantes autem & obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Græc. Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν..... δέξασθαι ὑμᾶς. Bornerius cod. Gr. Lat. παρακαλοῦντες, μὴ, &c. ut in textu Sangerm. & Reg.

℣. 2. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. c. *Dicit enim: Tempore acceptabili exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis:* ita rursum l. 4. de doct. Chr. to. 3. col. 82. b. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. e. ab his, *Ecce nunc.* Hilarius in Ps. 118. col. 340. d. *Ecce nunc tempus bene acceptabile* (Mss. 2. *acceptum,*) *ecce dies salutis.* Ambrosius l. de instit. virg. col. 270. a. & ep. 23. col. 883. d. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* S. Paulin. ep. 40. p. 245. b. *Ecce enim nunc tempus acceptum* (Mss. 2. *acceptabile,*) *ecce nunc dies salutis:* & ep. 23. p. 136. c. necnon ep. 49. p. 291. a. *Nunc tempus acceptum, nunc dies salutis.* S. Leo serm. 39. p. 102. a. *Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.* Ambrosiast. in 2. Cor. ita incipit: *In tempore accepto,* omissis his, *Ait enim;* reliqua ut in Vulg. Sedulius Hibern. in eund. loc. *Tempore enim, inquit, acceptabili exaudivi te:* paulòque post: *Ecce nunc dies salutis.* Gr. Λέγει γάρ· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν...... Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν, &c. Borner. cod. simpliciùs, καιρὸς δεκτός.

℣. 3. August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. b. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. e. *nullam in quoquam dantes offensionem, ut non reprehendatur ministerium nostrum.* Auct. l. de singul. cleric. p. 536. *nemini dantes ullam offens. ut non vituperetur min. no.* Itidem Agapet. I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1794. a. Sic etiam Ambrosiaster in 2. Cor. nisi quòd habeat *ne vituperetur.* Gr. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία.

℣. 4. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 82. b. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. e. *sed in omnibus commendantes nosmetipsos ut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis:* sic etiam l. 1. cont. Crescon. tom. 9. col. 399. f. absque *in necessitatibus.* Ambrosiast. in 2. Cor. *sed in omn. commendemus nosmetipsos ut Dei ministros, in multa patientia, in pressuris, in necessit. in ang.* Auctor l. de sing. cleric. p. 525. f. *in omnibus commendantes nosme. quasi Dei ministros, in sustentatione multa, in pressuris, in tentationibus, in tribulationibus, in ang.* Ambros. in Psal. 118. col. 1085. e. *Placeo mihi in infirmitatibus, in injuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in ang.* Græc. ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις. Veles. lect. ἀλλ' ἐν πᾶσι; deinde Mss. alii, συνιστάνοντες, al. συνιστάντες.

℣. 5. Textui Reg. & Sangerm. concinit August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 82. b. & l. 8. de Trin. tom. 8. col. 876. e. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 399. f. sicut etiam Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Auctor verò l. de singul. cleric. p. 526. a. habet: *in plagis, in custodiis, in carceribus, in seditionibus, in invocationibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *in plagis, in carceribus, in perturbationibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis.* Sedulius in hunc loc. hæc tantùm habet, *in laceratione, in laboribus.* Græc. ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. Bornerius cod. Græcus habet, ἐν καταστασίαις, Lat. *in seditionibus.*

℣. 6. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. b. & l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 399. f. *in castitate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta:* sic etiam l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. e. excepta voce *bonitate,* pro *benignitate:* cui loco concinit Auctor l. de sing. cleric. p. 526. a. Ambrosiaster verò in 2. Cor. habet: *in castitate, in scientia, in magnanimitate, in benignitate, in Spiritu S. in caritate non simulata.* S. Paulin. ep. 37. p. 230. b. *in longanimitate, in Spiritu S. in caritate non ficta.* Gr. ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

| Versio antiqua. | Vulgata nova. |
| --- | --- |
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 7. in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris, & sinistris; | 7. in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris, & à sinistris; |
| 8. per gloriam in novitatem; per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces; ut qui ignoramur, & cognoscimus: | 8. per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & cogniti: |
| 9. ut morientes, & ecce vivimus: & tentati, ut non mortificati: | 9. quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati: |
| 10. ut tristes, semper autem gaudentes: sicut & egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. | 10. quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. |
| 11. Os nostrum patet ad vos, Corinthii, cor nostrum dilatatum est. | 11. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii, cor nostrum dilatatum est. |
| 12. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris: | 12. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris: |
| 13. eandem autem remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini & vos. | 13. eandem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini & vos. |
| 14. Et nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? | 14. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? |
| 15. Quæ autem conventio Christi ad Beliab? | 15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? |

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 7. S. Paulinus ep. 37. p. 230. b. *in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris, & à sinist.* Similiter habet Auctor l. de singul. cleric. p. 526. a. cum Ambrosiastro, Scholiaste Hieron. & Beda in 2. Cor. Ita quoque August. l. 11. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 285. f. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. a. sicut etiam l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. b. nisi quòd Mss. aliqui opt. not. ferant, *arma justitiæ dextra, & sinistra:* itidem l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 399. f. ex omnibus Mss. Sedulius in hunc loc. *in virt. Dei, per arma just. quæ à dextris sunt, & à sinist.* Gr. τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν, καὶ ἀριστερῶν.

℣. 8. S. Paulin. ep. 37. p. 230. b. *per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam: ut seductor, & verax; sicut ignotus, & ecce agnitus.* August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. b. c. *per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces; ut qui ignoramur, & cognoscimur:* ita rursum l. 11. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 285. f. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. e. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 399. f. Sic etiam Ambrosiast. in hunc loc. exceptis his, *ut ignoti, & qui cognoscimur.* Sedul. Scot. in eundem loc. Vulgatæ consentit, præter *sicut ignoti, & cogniti.* Gr. διὰ δόξης, καὶ ἀτιμίας· διὰ δυσφημίας, καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς· ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι.

℣. 9. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. c. *quasi morientes, & ecce vivimus: ut coerciti, & non mortificati:* sic iterum l. 11. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 285. f. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. f. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 399. g. Ambrosiaster verò in 2. Cor. *ut morientes, & ecce vivimus: quasi tentati, sed morti non traditi.* S. Paulinus ep. 37. p. 230. b. *quasi castigatus, & non mortificatus.* Græc. ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι. Borner. cod. Gr. Lat. pro παιδευόμενοι, habet πειραζόμενοι.

℣. 10. August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. c. *ut tristes, semper autem gaudentes: sicut egeni, multos autem ditantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes:* sic etiam l. 11. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 285. f. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 876. f. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 399. g. Ambrosiaster verò in 2. Cor. *ut tristes, semper autem gaudentes: ut pauperes, multos autem ditantes: ut nihil habentes, omnia autem possidentes.* S. Paulinus ep. 37. p. 230. b. *quasi tristis, semper autem gaudens: sicut egens, multos autem locupletans.* Sedul. Scot. in 2. Cor. *sicut egeni, multos autem locupletantes..... & omnia possidentes.* Græc. ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.

℣. 11. Ambrof. l. de bened. Patr. c. 5. col. 521. e. *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii, cor nostrum dilatatum est:* ita rursum in Ps. 43. col. 926. a. & in Ps. 118. col. 1017. a. 1129. f. 1186. f. 1187. a. & l. 2. offic. col. 92. c. cui favet August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 82. c. & tract. 6. in 1. Joh. tom. 3. p. 2. col. 865. c. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 382. a. necnon Ambrosiast. Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. cum Aug. quæst. ex utroq. T. col. 114. g. Idem Ambrosius in Ps. 118. col. 1042. c. alludens dicit: *Quia etsi corpus angustatum est, cor nostrum dilatatum est.* Gr. Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, &c. ut sup.

℣. 12. Hilarius in Ps. 118. col. 282. a. *Non angustiamini in nobis: sed angustiamini in vobis.* Similiter habet Aug. tract. 6. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 865. c. *Non angustiamini in nobis.* Sic etiam Ambrof. in Ps. 118. col. 1129. f. item sup. col. 1042. c. ubi addit: *coartamini autem in visceribus vestris.* Ambrosiast. ut in Vulg. cui accedunt Scholiastes Hieron. & Beda. Græc. Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

℣. 13. Ambrosiast. in 2. Cor. *eandem habentes mercedis retributionem, sicut filiis dico, dilatamini & vos.* Sedul. Hibern. in eund. loc. *eandem autem hab. mercedem.* Append. ad acta SS. Saturn. &c. Baluz. Miscell. to. 2. pp. 56. 74. *quasi filiis dico, dilatamini & vos.* Item Ambrosius in Ps. 43. col. 926. a. & in Ps. 118. col. 1017. a. *dilatamini & vos.* Aug. ep. 130. to. 2. col. 388. f. *dilatamini. Ne sitis*, &c. de ℣. seq. Græc. τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Velef. lect. τὴν δὲ αὐτὴν ἔχοντες ἀντιμισθίαν.

℣. 14. Cypr. l. 3. Testim. p. 323. b. *Nolite conjungi cum infidelibus. Quæ autem participatio est justitiæ, & iniquitati? Aut quæ est communicatio luci ad tenebras?* Tertul. l. de pudic. p. 1008. c. *Quæ enim societas justitiæ, & iniquitati? Quæ autem communicatio luci, & tenebris?* & l. de spect. c. 26. p. 219. b. *Quid luci cum tenebris?* & l. de idol. c. 13. p. 243. a. *Nihil communionis est lumini, & tenebris; vitæ, & morti.* Hilar. in Ps. 138. col. 522. a. *Quæ participatio est luci ad tenebras?* Hieron. ep. ad Amand. to. 4. p. 1. col. 162. f. *Quæ communicatio luci, ac tenebris?* & l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. c. *Quæ enim communicatio luci, & tenebris? Christo, & Belial?* at l. 1. col. 152. f. legit cum Vulg. *Nolite jugum ducere cum infid. Quæ enim particip. justitiæ cum iniq. Aut quæ societas luci ad tenebras?* Itidem Leo M. ser. 7. p. 56. f. necnon Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. quibus etiam favet Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 226. b. nisi quòd habeat, *lucis ad tenebras.* Ambrof. in Ps. 118. col. 1017. a. *Et nolite jugum ducere cum infidelibus.* Sic etiam Faustin. presb. l. contra Arian. p. 651. c. detracto *Et.* August. verò ep. 78. to. 2. col. 184. f. *Ne sitis jugum ducentes cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras?* ita rursum ep. 130. col. 988. f. *Ne sitis jugum ducentes cum infid.* at l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 51. e. *Nolite conjungi cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Quæ communicatio est luci ad tenebras?* In append. ad act. SS. Saturn. Baluz. Miscell. to. 2. pp. 56. 74. *Et nolite conjungi cum infidelibus. Quæ est enim participatio justitiæ ad iniquitatem? Aut quæ communicatio luminis ad tenebras?* Ambrosiast. in 2. Cor. *Et nolite jugum ducere cum infid. Quæ enim participatio* (Rom. ed. *portio*) *justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lumini cum tenebris?* Sedul. Scot. *Aut quæ societas luci cum tenebris?* Auct. l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 585. b. *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras?* Avitus Vien. ep. 1. Sirm. to. 2. col. 6. d. *Quæ pax fideli cum infidelibus? Quæ societas luci cum tenebris?* Collat. Carthag. p. 486. c. *Aut quæ communio luci ad tenebras?* Chromat. Aquil. p. 989. e. *Quæ societas lucis ad tenebras?* Græc. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀνομίᾳ; Τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Borner. cod. pro ἀπίστοις, habet μετὰ ἀπίστων· subinde, δικαιοσύνης μετὰ ἀνομίας; Ἢ τίς.

℣. 15. Tertul. l. de hab. mul. c. 2. p. 258. a. *Quod Christi & Beliæ?* & l. de coro. mil. c. 10. p. 292. a. *Quæ communio Christi, & Beliæ?* & l. de pudic. p. 1008. c. *Quæ*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

Aut quæ pars fideli cum infideli?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

(1. Cor. 3. 16. 17. & 6. 19. Levit. 26. 12.)

17. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis:

18. & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

(Jer. 31. 9.)

**Versio antiqua.**

Aut quæ pars fideli cum * infideli?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Nos enim templum Dei sumus vivi. Dicit enim Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

17. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis:

18. & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. Reg. infidele.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*consonantia Christo & Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. b. *Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infidele?* Itidem August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 51. e. excepta voce ult. *infideli:* at epist. 245. to. 2. col. 873. d. legit: *Quæ enim consonantia Christi ad Belial?* Itidem Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 6. col. 193. d. detracto *enim*. Collat. Carthag. p. 486. c. *Quæ particula est fidei cum infideli? Aut quæ communio luci ad tenebras?* Append. ad acta SS. Saturn. p. 56. *Quæ particula est fideli cum infideli?* Hieron. in Isai. 5. to. 3. col. 54. c. *Qui consensus Christi & Belial?* & epist. ad Amand. to. 4. p. 1. col. 162. f. *Qui consensus Christo & Belial?* at l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 152. f. cum Auct. l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 587. *Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in 2. Cor. *Quæve consensio Christi cum Belial? Aut quæ pars*, &c. Damas. I. ep. 8. to. 1. col. 536. c. *Quæ participatio Christo & Belial?* Maxim. Taurin. p. 8. b. *Quæ conventio Christi ad Belial?* Avit. Vien. ep. 1. Sirm. to. 2. col. 6. d. *Quæ pax fideli cum infidelibus?* Græc. Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; Ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Borner. cod. Gr. Τίς δὲ συμφωνὴ εἰς· Lat. *convenientia in Christo:* alius in fine legit, μετὰ ἀπίστων.

℣. 16. Tertul. l. de pudic. p. 1008. c. *Aut quis consensus templo Dei & idolis? Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim: Quia inhabitabo in vobis, & inambulabo, & ero Deus illorum, & illi erunt mihi populus.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. pp. 226. b. c. 242. c. *Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi. Scriptum est enim: Quoniam inhabitabo in illis, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Hilar. in Ps. 118. col. 269. c. *Et inhabitabo, & inambulabo in eis:* & infra, col. 282. a. *Et inhabitabo in his, & inambulabo in ipsis:* & col. 288. d. *Et inhabitabo in eis, & inambulabo in eis, & ego ero illorum Deus:* & in Ps. 122. col. 391. e. *Habitabo in his, & deambulabo in ipsis, & ipsi mihi erunt in populum, & ego illis in Deum.* Ambros. in Ps. 48. col. 946. b. & l. 5. de fide, col. 568. b. *Quoniam inhabitabo in illis:* & in Ps. 118. col. 1102. a. *Inhabitabo in illis, & deambulabo in ipsis:* & supra, col. 1058. b. *& deambulabo in his.* August. l. de fid. & op. to. 6. col. 175. e. *Quæ compositio templo Dei cum idolis?* & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 51. e. *Qui autem cons. templo Dei cum simulacris? Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim: Quia inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus:* at epist. 187. to. 2. col. 690. c. *Nos enim templa Dei vivi sumus, sicut Deus dicit: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs.* Collat. Carthag. p. 490. a. *Vos enim estis templum Dei vivi. Dicit enim ipse: Quoniam habitabo in eis, & in eis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* In append. ad acta SS. Saturn. Baluz. Miscel. to. 2. p. 56. *Quæ est autem conventio templi Dei cum simulacris? Vos autem templum Dei vivi estis. Dicit enim: Quia inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Vel quæ conventio templo Dei cum idolis? Vos enim templum estis Dei vivi, sicut dixit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero*, &c. ut in Vulg. Damas. I. ep. 8. to. 1. col. 536. c. *Qui ergo consensus templo Dei & idolis?* Maxim. Taurin. p. 8. b. *Qui autem consensus templo Dei cum idolis?* Ms. cod. 52. Floriac. *sicut dicit Dominus Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus*, &c. ut in Vulg. Epiphan. in Cantici Cantic. c. 3. ℣. 4. & c. 7. ℣. 3. habet etiam, *inhabitabo in illis, & inambulabo.* Græc. Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός· Ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν, &c. ut in Vulg. Mss. plures habent: Ἡμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐσμὲν ζῶντος· tum Borner. cod. Gr. Lat. Λέγει γὰρ ὁ Θεός... καὶ ἔσομαι αὐτοῖς.

℣. 17. Tertul. l. de pudic. p. 1008. c. *Propter quod discedite de medio eorum, separamini, & immundum ne attigeritis:* & infra, p. 1011. a. *Excedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis:* & l. 5. contra Marc. p. 800. c. *Exite de medio eorum, & immundum ne attigeritis.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. b. c. *Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis.* Similiter habet August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 51. e. deletis his, *& separamini.* Collat. Carthag. p. 490. a. *Propter quod discedite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis.* Itidem in append. ad acta SS. Saturn. p. 56. additis his, *dicit Deus omnipotens*, verbo *separamini.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Quapropter exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum nolite tangere.* Leo M. ser. 7. p. 56. a. *Exite, exite de medio eorum, & separamini, dicit Dom. & immundum ne tetigeritis.* Avit. Vien. ep. 1. Sirm. to. 2. col. 6. d. *Propter quod exite de medio eorum, & separamini.* Concinit Auctor l. de promiss. p. 1. c. 16. col. 102. e. nisi quòd omittat in principio, *Propter quod;* addat verò in fine, *dicit Dominus.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 18. Eadem exhibet Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. b. cui accinit August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 51. e. cum Collat. Carthag. p. 490. a. Sic etiam legitur in append. ad act. SS. Saturn. Miscell. Baluz. to. 2. p. 56. necnon apud Scholiasten Hieron. & Bedam in 2. Cor. Ambrosiaster verò in eund. loc. *& ego suscipiam vos*, &c. ut sup. Græc. κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, &c.

# CAPUT VII.

**Vulgata nova.**

1. HAs ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

**Versio antiqua.**

1. HAs igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Tertul. l. de pudic. p. 1008. c. *Habentes igitur promissionem istam, dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes castimoniam in Dei timore:* & l. 5. contra Marc. p. 794. c. *mundemus nos ab inquinamento carnis, & sanguinis.* August. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 45. g. & ser. 45. to. 5. col. 218. d. *Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei:* tum addit; *Dubium est utrum*, mundemus nos ab om. coinq. carnis, & spiritus, *secundùm illam sententiam* (1. Cor. 7. 34.) ut sit sancta corpore, & spiritu; *an*, mundemus nos ab omni coinquin. carnis, *ut*

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. Capite nos. Neminem nocuimus, neminem corrumpimus, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem dico : prædixi enim quòd in cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia ad vos est, multa gloriatio pro vobis, repletus sum exhortatione, superabundo gaudio in multa tribulatione nostra.

5. Nam & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem *habuit caro nostra, sed in omnibus tribulatio : foris pugnæ, intus timores.

* *Mss.* habunt.

6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventum Titi.

7. Non solùm autem in adventum ejus, sed etiam in consolationem, qua consolatus est in vobis, nuncians nobis vestrum desiderium, vestrum mœrorem, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola mea, non me pœnitet : etsi pœnitet, video quòd epistola illa (etsi ad horam) contristavit vos;

9. gaudeo : non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10. Nam secundùm Deum tristitia pœnitentiam in salutem stabilem operatur : nam hujus sæculi tristitia mortem operatur.

11. Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum

VULGATA NOVA.

2. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem vestram dico : prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.

5. Nam & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus : foris pugnæ, intus timores.

6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.

7. Non solùm autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet : etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit;

9. nunc gaudeo : non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10. Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur : sæculi autem tristitia mortem operatur. 1. *Pet.* 2. 19.

11. Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*alius sit sensus*, & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei. *Tales igitur distinctionum ambiguitates in potestate legentis sunt*, juxta nempe hanc regulam, cui stabiliendæ hæc Apost. verba in exemplum attulerat : *Ubi neque præscripto fidei, neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nihil obesse secundùm quamlibet earum, quæ ostenduntur, sententiam distinguere.* Et verò Ambrosiast. in hunc loc. postremam distinctionem admittit legendo : *Hæc ergo habentes promissa, carissimi, mundemus nosmetipsos ab omni inquinamento carnis, perficientes* (infra, *ut perficiamus*) *sanctitatem spiritus in timore Dei.* S. Leo serm. 40. p. 104. f. *emundantes nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.* Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Vulgatæ congruunt, sicut & Græcum, nisi quòd pro *carissimi*, habeat ἀγαπητοὶ, *dilecti.*

℣. 2. Ambrosius in Ps. 118. col. 1130. a. *Capite nos.* Iren. l. 4. c. 26. p. 263. e. *Nemini nocuimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.* Similiter Aug. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 45. g. *Capite nos. Nemini nocuimus.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Capaces estote nostri. Nemini nocuimus, neminem gravavimus, neminem circumvenimus.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *Accipite nos :* & post pauca : *Neminem circumvenimus, neminem corrupimus.* Græc. Χωρήσατε ἡμᾶς. Οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν.

℣. 3. Ambrosiast. in 2. Cor. *Non ad condemnationem vestri hoc dico : prædixi enim jam vobis quòd in cordibus*, &c. ut sup. Sedulius Hibern. in eund. loc. *Non ad condemnationem dico : prædixi enim quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum.* Ms. cod. 52. Floriac. habet etiam, *prædixi enim quòd*, &c. ut in Vulg. Græc. Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Ambrosiast. in 2. Cor. *Multa mihi fiducia apud vos, multa mihi gloriatio de vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni pressura nostra.* Sedulius Hibern. *Multa mihi* libertas :* paulòque post : *multa gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio.* Gr. Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Tertul. l. de resur. carn. p. 582. b. *Cùm venissemus in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra :* & post pauca : *in omnibus compressi : extrinsecus pugnæ, intrinsecus timor.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 4. col. 319. a. *Nam & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed in omnibus sumus afflictati : foris pugnæ, intus timores :* ita rursum in Ps. 37. col. 826. f. 827. a. præter verbum *afflicti*, pro *afflictati :* item in Ps. 40. col. 884. b. & alibi passim, *foris pugnæ, intus timores.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Etenim cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed in omnibus afflicti fuimus : foris pugnæ, intus timores.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *Nam & cùm venissem in Maced.* Hieron. quæst. 11. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 184. a. *Nam cùm venissemus in Maced.* &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδ. οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι.

℣. 6. Ambrosiast. in 2. Cor. *Sed qui consolatur humiles, Deus, consolatus est nos in adventu Titi.* Sic etiam Hieron. quæst. 11. ad Hedib. to. 4. col. 184. a. cum Beda in 2. Cor. translata voce *Deus*, post *nos :* nec aliter in Græco.

℣. 7. Ambrosiast. in 2. Cor. *Et non solùm in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est ipse in vobis, annuntians nobis vestrum desiderium, vestrum fletum*, &c. ut sup. Sedul. Hibern. in eundem loc. *vestrum desiderium, vestrum mœrorem.* Gr. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ..... ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, &c. ut supr. Borner. cod. Gr. Lat. Οὐ μόνον ἐν, absque δέ.

℣. 8. Ambrosiaster in 2. Cor. *Unde etsi contristavi vos in epistola, non me pænitet : etsi pæniteret, video* (Rom. ed. *etsi pænituisset, videns*) *quòd epistola illa (etsi ad horam) contristavit vos.* Similiter habet August. l. 14. de civitate Dei, c. 8. to. 7. col. 357. g. *video quòd epistola illa (etsi ad horam) contristavit vos.* Græc. Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην· βλέπω γὰρ ὅτι ἡ, &c. ut sup. Borner. cod. Gr. Lat. addit μου, voci ἐπιστολῇ· alius verò delet γὰρ, post βλέπω.

℣. 9. Eadem exhibet August. l. 14. de civit. Dei, c. 8. tom. 7. col. 357. g. præfixo *nunc*, verbo *gaudeo.* Ita quoque Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. quibus favet Græcum. S. Pacian. ep. 1. p. 306. h. legit : *nunc gaudeo, quia contristati estis ad pænitentiam.* Ambros. l. de parad. to. 1. col. 180. d. alludens dicit : *Oportet vos contristari in pænitentiam secundùm Deum.*

℣. 10. Ambros. l. de parad. col. 180. d. *Nam secundùm Deum tristitia salutem operatur : sæculi autem tristitia mortem operatur.* August. l. 14. de civit. Dei, c. 8. to. 7. col. 357. g. 358. a. *Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pænitentiam in salutem impænitendam operatur : mundi autem tristitia mortem operatur :* quam vocem *impænitendam*, rursum habet ser. 254. n. 2. Anonymus apud Ambros. to. 2. col. 4. a. *stabilem*, ut in Vulg. Ambrosiast. in 2. Cor. *Quæ enim secundùm Deum est tristitia, pænitentiam ad salutem stabilem operatur : tristitia autem hujus mundi mortem operatur.* S. Pacianus ep. 1. p. 306. h. *Quia secundùm Deum tristitia pænitentiam in salutem stabilem operatur.* Gr. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη, &c. Ms. 1. habet, σωτηρίαν ἀμετανόητον· al. ἀμετακίνητον.

℣. 11. Ambrosiast. in 2. Cor. *Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari, quantam in vobis perficit sollicitudi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio.

12. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam, nec propter eum, qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis

13. coram Deo: ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantiùs magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis:

14. & si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est,

15. & viscera ejus abundantiùs in vobis sunt: reminiscentis omnium vestrûm obedientiam, quomodo cum timore, & tremore excepistis illum.

16. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

VERSIO ANTIQUA.

contristari vos, quantam operatus est vobis sollicitudinem: sed excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? in omnibus exhibuistis vos, castos esse in negotio. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. Igitur, si scripsi, non propter eum, qui injuriam fecit, nec propter eum, qui injuriam passus est: sed ut manifestetur sollicitudo * vestra, quæ est pro nobis ad vos ** Ms. Reg. nostra.*

13. coram Deo: ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantiùs magis gavisi sumus super gaudium Titi, quoniam perfectus est spiritus ejus ab omnibus vobis:

14. quia si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra, quæ ad Titum fuit, veritas facta est,

15. & viscera ejus abundantiùs in vobis sunt: * rememorantis omnium vestrûm obaudientiam, quomodo cum timore, & tremore excepistis eum. ** Mss. rememorantes.*

16. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nem: sed excusationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? in omnibus castos vos exhibuistis esse in eo negotio.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *quantam efficit in vobis sollicitudinem: sed excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed desideria, sed æmul. sed vindictam?* Gr. Ἰδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν· ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν; ἐν παντὶ..... εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Mss. duo omittunt ὑμᾶς, post λυπηθῆναι· mox ita in Velesf. lect. πόσην κατεργάζεται· subinde in Mss. 2. deest ἐν, post εἶναι.

℣. 12. Ambrosiaster in 2. Cor. *Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum, qui iniquè versatus est, sed neque propter eum, qui iniquè tractatus est: sed ut manifestaretur sollicitudo nostra; quam pro vobis habemus coram Deo.* Gr. Ἄρα, εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος· ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Al. τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν· Ms. 1. delet seq. πρὸς ὑμᾶς· al. habet, πρὸς ἡμᾶς. Vide Millii not. in hunc ℣.

℣. 13. Ambrosiaster in 2. Cor. *ideo & consolationem accepimus. In consolatione autem nostra, magis magisque gavisi sumus super gaudio Titi* (Rom. ed. *gaudio repleti sumus super consolatione Titi*,) *quia requievit spiritus ejus in omnibus vobis.* Scholiastes Hier. in 2. Cor. *ideo quoque consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantiùs*, &c. ut in Vulg. Beda in 2. Cor. *ideo consolati sumus. In consolatione autem vestra*, &c. Sedul. Scot. in eund. loc. *magis gavisi sumus super gaudium Titi.* Græc. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται, &c. ut in Vulg. Mss. plures, Ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν (quidam, ἡμῶν,) περισσοτέρως· nonnulli omittunt δὲ, ante τῇ παρακλήσει.

℣. 14. Eadem ferunt Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. posito & initio, pro *quia*. Ambrosiast. verò: *quoniam in quibuscunque de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed quemadmodum omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra apud Titum, veritas facta est.* Græc. ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι..... ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν, ἡ ἐπὶ Τίτου, &c. al. πρὸς Τίτον.

℣. 15. Ambrosiaster in 2. Cor. *& viscera illius abund. in vobis sunt: reminiscentis omnium vestri obedientiam*, &c. ut sup. Gr. καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν· ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς, &c.

℣. 16. Concinunt Ambrosiast. Sedul. Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. In Gr. sic: Χαίρω οὖν ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν· al. ἐν πᾶσι θαῤῥῶ.

# CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. NOtam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ:

2. quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit; & altissima paupertas eorum, abundavit in divitias simplicitatis eorum:

3. quia secundùm virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt,

4. cum multa exhortatione obsecrantes nos

VERSIO ANTIQUA.

1. NOtam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. quòd in multa probatione tribulationis, abundantia gaudii eorum; & profunda paupertas eorum, abundavit in divitiis simplicitatis eorum:

3. quia secundùm virtutem testimonium reddo, & supra virtutem sua sponte,

4. cum multa prece obsecrantes nos gratiam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui Reg. & Sangerm. congruit August. l. de op. Mon. tom. 6. col. 487. d. cui accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in. 2. Cor. Ita quoque in Græco est. Sed Sedul. in eund. loc. *Notam autem facio vobis gratiam Domini.*

℣. 2. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. d. *quia in multa probatione tribulationis, abundantia gaudii eorum; & profunda paupertas eorum, abundavit in divitiis simplicitatis eorum.* Itidem Ambros. in Ps. 40. col. 869. e. ab his, *& profunda:* sic etiam in Ps. 61. col. 963. c. & in Ps. 118. col. 1120. d. & l. de exhort. virg. col. 295. d. Ambrosiaster verò in 2. Cor. habet: *quòd in multa probatione pressuræ, abundat gaudium ipsorum; & quòd profunda paupertas illorum, abundavit in divitiis simplicitatis eorum.* Sedulius Hib. in 2. Cor. *in multis probatus:* paulòque post: *profunda paupertas.... in divitiis simplicitatis.* Scholiastes Hieron. & Beda, *& quòd in multo experimento tribulationis*, &c. ut in Vulg. Gr. ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν· καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν, ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς, &c.

℣. 3. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. e. *quia secundùm vires testimonium perhibeo, & supra vires voluntarii fuerunt.* Ambrosiast. in 2. Cor. *quia testimonio illis sum, quòd pro viribus, & supra vires voluntarii fuerunt.* Græc. ὅτι κατὰ δύναμιν μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι.

℣. 4. August. l. de op. Mon. col. 487. e. *cum multis*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

& communicationem ministerii, quod fit in Sanctos.

5. Et non sicut speramus, sed semetipsi dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei;

6. ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vos etiam gratiam istam.

7. Sed sicut semper in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, & insuper vestra in nos caritate, & ut in hac gratia abundetis.

8. Non quasi imperans dico: sed propter aliorum sollicitudinem, & vestræ caritatis ingenium probans.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter vos pauper factus est, cùm dives esset, ut illius inopia vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis laborare ab anno priore:

11. nunc verò & * facto perficite: ut quemadmodum animus est voluntatis, ita sit & perficiendi ex abundantia.

* *Ms. facio.*

12. Nam si promptus animus est; secundùm

VULGATA NOVA.

gratiam, & communicationem ministerii, quod fit in Sanctos.

5. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei;

6. ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.

7. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper & charitate vestra in nos, ut & in hac gratia abundetis.

8. Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis ab anno priore:

11. nunc verò & facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.

12. Si enim voluntas prompta est; secundùm

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*precibus obsecrantes nos gratiam, & communionem ministrationis, quæ fit in Sanctos.* Ambrosiast. in 2. Cor. *cum multis precibus orantes suscipi in gratiam, & communionem ministerii, quod fit in Sanctos.* Sedul. Hibern. *cum multis precibus orantes.* Græc. μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν τὴν χάριν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας, τῆς εἰς τοὺς Ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς. In Mss. plerisque deest δέξασθαι ἡμᾶς.

℣. 5. August. l. de op. Mon. col. 487. e. *Et non quomodo speravimus, sed seipsos tradiderunt primùm Domino, & nobis per voluntatem Dei.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Et non ut speravimus, quinimmo semetipsos primùm dederunt Deo, deinde nobis per voluntatem Dei.* Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. eadem habent quæ in Vulg. cui etiam favet Gr. nisi quòd habeat καὶ, pro *deinde.*

℣. 6. August. l. de op. Mon. col. 487. e. *ad deprecandum Titum, ut quomodo cœpit, sic & consummet in vos etiam gratiam istam.* Ambrosiaster in 2. Cor. *ita ut rogaremus Titum, quòd quemadmodum cœpit, ita consummet in vos etiam gratiam istam.* Græc. εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν, &c. al. προήρξατο, οὕτω, &c.

℣. 7. August. l. de op. Mon. col. 487. e. *Sed quomodo semper* (Ms. 1. *super*) *abundatis in omnibus fide, & verbo, & scientia, & omni studio, & ea, quæ ex vobis est, in nos caritate, ut & in hac gratia abundetis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Vos autem quemadmodum in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, & insuper illa, quæ ex nobis & vobis est, caritate, facite ut in hac quoque gratia abundetis magis:* Rom. ed. *& illa, quæ ex vobis in nos est;* Mss. quidam, *quæ ex vobis in nobis, ut in hac,* &c. Beda in eund. loc. *Sed sicut in omnibus abundatis fide, spe, & sermone, & scientia, & omni sollicit. insuper & charit. vestra in nos, ut in hac gratia abundetis.* Sedul. Hibern. *ut ex hac gratia abundetis.* Scholiastes Hieron. *Sed sicut in omnibus abund. fide, & sermone, & sci. & in omni sollicit.* &c. ut in Vulg. Græc. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ, &c. Veles. lect. pro ἐν παντὶ, hab. ἐν πᾶσι· subinde Ms. 1. ὑμῶν εἰς ἡμᾶς, pro ὑμῶν ἐν ἡμῖν· alii quidam, ἡμῶν ἐν ὑμῖν.

℣. 8. Aug. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. f. *Non secundùm imperium dico: sed propter alior. studium, & vestræ caritatis carissimum* (Mss. 2. *ingenium carissimum*) *probans.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Non secundùm imperium dico: sed propter aliorum sollicitudinem, & vestræ charitatis bonum animum comprobans.* Græc. Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω· ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ἡμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων. Millius ponit, ὑμετέρας ἀγάπης.

℣. 9. Ambrosius in Ps. 35. col. 766. d. *Scitis gratiam Domini nostri J. C. quia propter vos pauper factus est, cùm dives esset, ut vos ejus inopia ditaremini:* & l. de bened. Patr. c. 9. col. 524. f. & l. de Tob. c. 16. col. 610. d. *quia propter vos pauper est factus, cùm dives esset, ut illius inopia vos ditaremini:* & in Ps. 40. col. 869. c. *quoniam Dominus Jesus pauper factus est, cùm dives esset, ut vos ejus inopia ditaremini:* & in Luc. 2. col. 1295. e. *qui cùm dives esset, propter vos pauper factus est, ut illius inopia vos ditaremini:* & epist. 81. col. 1099. d. *quia cùm dives esset, pauper factus est, ut nos sua inopia ditaret.* Similiter habet S. Paulin. ep. 1. p. 4. c. excepta voce *paupertate*, pro *inopia.* Item Leo M. ser. 8. p. 57. e. *qui cùm esset d.* , *inops factus est, ut nos sua paupertate ditaret.* Hilar. in Ps. 68. col. 228. b. 229. b. *cùm esset omnium dives, seipsum, ut nos ditesceremus, paupertavit:* & in Ps. 69. col. 234. b. *qui, ut nos ditesceremus, pauperem se præstitit.* Paulin. vit. Ambr. p. x. f. *qui cùm dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inopia ditaremur.* Augustinus l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 461. e. *propter nos factus est pauper, cùm dives esset, ut ejus paupertate ditaremur:* at l. de op. Mon. to. 6. col. 487. f. *Scitis enim gratiam Domini n. J. C. quoniam propter vos pauper factus est, cùm dives esset, ut illius paupertate vos ditaremini.* Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 8. *Scitis enim gratiam Dom. n. J. C. quia propter vos egenus factus est, cùm esset dives, ut illius paupertate vos divites essetis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nostis enim gratiam Dom. n. J. C. quia propter vos pauper factus est, cùm dives esset, ut illius inopia vos divites essetis.* Cassiod. in Ps. 46. p. 161. c. *Mementote gratiæ Dom. n. J. C. qui propter vos pauper factus est, cùm esset dives, ut illius paupertate vos divites essetis.* Similiter habet Sedul. Hib. in 2. Cor. *qui propter vos pauper factus est.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 5. col. 173. b. *pauper factus est, cùm dives esset, ut ejus paupertate nos ditaremur.* Græc. Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ..... ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὢν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. Mss. quidam hab. ὅτι δι' ἡμᾶς· subinde horum unus, ἵνα ἡμεῖς..... πλουτήσωμεν.

℣. 10. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. g. *Et consilium in hoc do: hoc enim vobis prodest, qui non solùm facere, sed etiam velle cœpistis ab anno priore.* Ambros. l. 1. offic. col. 40. d. *Consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, ut Christum imitemini:* & infra: *quia non tantùm facere, sed & velle cœpistis ab anno præterito.* Ambrosiaster: *Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non tantùm facere, sed & velle cœpistis ab an. priore.* Sedul. Hib. in 2. Cor. *sicut & velle cœpistis.* Græc. Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι· τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι. Ms. Borner. pro οἵτινες, habet ὅτι· subinde quidam, τέλειν, pro θέλειν· utrumque legisse videtur Interpres Lat. Mss. Reg. & Sang.

℣. 11. Ambros. l. 1. de offic. col. 40. f. *nunc ergo & facere consummate: ut quemadmodum prompta est in vobis voluntas faciendi, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.* Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 487. f. g. *nunc autem & facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod quisque habet.* Ambrosiast. in 2. Cor. *nunc ergo etiam facere consummate: ut quemadmodum prompta est voluntas in vobis velle, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.* Græc. νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε· ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

℣. 12. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Si voluntas prom-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet.

13. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

14. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est:

Exod. 16. 18. 15. Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit.

16. Gratias autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi,

17. quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cùm sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.

18. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias:

19. non solùm autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram:

20. devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis.

Rom. 12. 17. 21. Providemus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.

**Versio antiqua.**

quod habet, acceptus est, non secundùm quod non habet. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

13. Non enim ut aliis sit remissio, vobis tribulatio, sed ex æquitate.

14. In hoc tempore vestra abundantia ad illorum * inopiam: ut & illorum abundantia sit ad vestram inopiam, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: * Mss. inopia.

15. Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit.

16. * Gratias autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, * Ms. Reg. Gratia.

17. quoniam quidem exhortationem suscepit: sollicitior autem cùm esset, voluntarius profectus est ad vos.

18. Misimus autem cum illo fratrem, cujus laus in Evangelio per omnes Ecclesias:

19. non solùm autem, sed ordinatus ab Ecclesiis comes noster, cùm hac gratia, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam nostram voluntatem:

20. devitantes hoc, ne quis nos vituperet in plenitudine hac, quæ ministratur à nobis.

21. Providemus enim bona non solùm coram Domino, sed coram hominibus.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*pta est; secundùm quodcunque habuerit, acceptabile est, non secundùm quod non habuerit.* Ambros. l. 1. offic. col. 40. f. *Si enim voluntas prompta est; secundùm id quod habet, acceptum est, non secundùm quod non habet.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. g. *Si enim promptus est animus; secundùm id quod habet, acceptabilis est, non secundùm id quod non habet.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Si enim voluntas prompta est; secundùm facultatem acceptabilis est, non secundùm quod non habet.* Græc. Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται· καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. In Mss. quibusd. deest τις. Cæsar. Arelat. hom. 40. huc alludens dicit: *Ipsa voluntas sufficit, si prompta fuerit; secundùm quod habuerit, acceptum erit Domino.*

℣. 13. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. b. *Neque sit aliis refrigerium, vobis autem pressura.* Hieron. quæst. 1. ad Hedib. to. 4. p. 1. col. 171. b. *Non ut aliis refrigerium, vobis autem tribulatio; sed ex æqualitate.* Ambros. l. 1. offic. col. 40. f. *Non enim ut aliis refectio sit, vobis autem angustia, sed ex æqualitate.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 487. g. *Non enim ut aliis sit refectio, vobis autem angustia, sed pro æqualitate in hoc tempore, ut,* &c. Ambrosiaster in 2. Cor. *Non enim ut aliis refrigerium* (Rom. ed. *relaxatio*) *sit, vobis autem angustia, sed ex æqualitate;* vet. ed. cum Mss. nonnullis, *sed ex æquitate in hoc tempore, ut,* &c. Græc. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος.

℣. 14. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. a. *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut sit æqualitas, sicut scriptum est.* S. Paulin. ep. 26. p. 171. c. *Abundantia vestra sit ad illorum inopiam: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ supplementum fiat.* Ambros. l. 1. offic. col. 40. f. 41. a. *In hoc tempore vestra abundantia ad illorum inopiam: ut illorum abundantia sit ad vestram inopiam, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est.* Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 487. g. priora verba *in hoc tempore,* præcedentibus adjungens, addit: *ut vestra abundantia sit ad illorum inopiam: ut & illorum abundantia fiat in vestram inopiam, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est.* Similiter Ambrosiast. in 2. Cor. *sed ex æqualitate in hoc tempore:* deinde, *ut vestra abundantia ad illorum inopiam; & illorum abundantia fiat ad vestram inopiam, ut fiat æqualitas, sicut,* &c. Hieron. quæst. 1. ad Hedib. post hæc verba, *sed ex æqualitate,* statim addit: *Vestra abundantia illorum sustentet inopiam: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum.* Gr. Ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης, &c.

℣. 15. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. a. *Qui multum habuit, non abundavit: & qui modicum, non indiguit.* Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 487. g. 488. a. *Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non defuit illi.* Ambros. l. 1. offic. col. 41. a. *Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit;* infra, *non minuit.* Ambrosiaster, & Scholiastes Hier. in 2. Cor. *Qui multum habuit, non abundavit: & qui modicum, non minoravit.* Græc. Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε.

℣. 16. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. a. *Gratias autem Deo, qui dedit idem studium pro vobis in corde Titi.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Gratias autem Deo, qui dedit hanc ipsam sollicitudinem pro vobis in,* &c. Græc. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν, &c. al. τὴν τοιαύτην σπουδήν.

℣. 17. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. a. *quia consolationem quidem suscepit: studiosior autem cùm esset, sponte exiit ad vos.* Ambrosiaster in 2. Cor. *quoniam consolationem quidem accepit: cùm sit autem sollicitior, voluntarius profectus est ad vos.* Similiter habet Sedul. Hibern. *consolationem accepit.* Græc. ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο· σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς· al. αὐθαιρέτως.

℣. 18. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 488. b. *Misimus autem cum eo fratrem, cujus laus in Evangelio est per omnes Ecclesias.* Ambrosiast. & Scholiastes Hier. in 2. Cor. *Misimus autem cum illo fratrem nostrum, cujus laus est in Evang.* &c. ut sup. Itidem Ambros. in Luc. 1. col. 1269. e. *cujus laus est in Evang. per omnes Ecclesias.* Beda in 2. Cor. *Misimus etiam cum illo frat. nostrum, cujus laus est in,* &c. Græc. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ, &c. Ms. 1. addit ἡμῶν, ad vocem ἀδελφόν.

℣. 19. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. b. *non solùm autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, cum hac gratia, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & promptum animum nostrum.* Ambrosiaster in 2. Cor. *non solùm autem, sed etiam ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis per Domini gloriam, & sollicitudinem nostram;* Rom. ed. *& promptitudinem vestram.* Gr. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν, καὶ προθυμίαν ὑμῶν. Mss. plures ferunt ἐν τῇ χάριτι, pro σὺν τῇ χάριτι· al. ἐπὶ τῇ· subinde quidam delent αὐτοῦ, ante τοῦ Κυρίου· plurimi verò in fine habent ἡμῶν, pro ὑμῶν.

℣. 20. August. l. de op. Mon. to. [illegible]. col. 488. b. *devitantes hoc, ne quis nos reprehendat in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis.* Ambrosiast. & Beda in 2. Cor. textui Reg. & Sangerm. consonant; sicut etiam Scholiast. Hier. nisi quòd post *à nobis,* addat *in Domini gloriam.* Ita quoque Latini codd. quidam, cum August. in Spec. Græc. στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.

℣. 21. August. l. de bono viduit. to. 6. col. 385. b. *Providemus bona non solùm coram Deo, verùm etiam coram hominibus:* & l. de op. Mon. ibid. col. 488. b. *Providemus enim bona non solùm..... sed etiam coram hominibus:* in spec. verò, *coram omnibus homin.* Ambrosiast. in 2. Cor. Vulgatæ accinit, excepto *verùm,* pro *sed.* Græc. Προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ, &c. Mss. quidam, Προνοούμενοι γάρ· alii, Προνοοῦμεν, absque γάρ.



Digitized by Google

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Ms. probabimus.

### Versio antiqua.

22. Misimus autem cum illis fratrem nostrum, quem * probavimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc verò multo sollicitiorem, confidentia multa in nobis,

23. sive pro Tito, socius meus, & adjutor in vobis, sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

24. Ostensionem ergo caritatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in ipsos ostendentes in faciem Ecclesiarum.

### Vulgata nova.

22. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos,

23. sive pro Tito, qui est socius meus, & in vos adjutor, sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

24. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 22. Ambrosiast. in 2. Cor. *Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc verò multo sollicitiorem, multa fiducia vestri.* Itidem Beda, exceptis his, *confidentia multa in vobis.* Græc. Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν..... νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς.

℣. 23. Ambrosiast. in 2. Cor. *sive per Titum, qui est socius meus, & adjutor in vobis, sive per fratres nostros, Apostolos Ecclesiarum, gloriæ Christi.* Scholiastes Hier. & Beda: *sive pro Tito, qui est..... & in vos adjutor, sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.* Græc. εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, Ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ. Veles. lect. δόξης Χριστοῦ. Mss. etiam Lat. plures habent *gloriæ Christi*, si Millio fides.

℣. 24. Ambrosiast. in 2. Cor. *Ostentationem ergo caritatis vestræ, & nostræ pro vobis exsultationis, demonstrate in ipsis in facie Ecclesiarum.* Scholiastes Hier. & Beda, ut in Vulg. Græc. Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν Ἐκκλησιῶν. Borner. cod. Gr. Lat. pro ἐνδείξασθε, habet ἐνδεικνύμενοι, absque seq. καὶ, quam voculam pariter omittunt alii Mss. plures.

## CAPUT IX.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

### Versio antiqua.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.

2. Scio enim promptum animum vestrum: de quo glorior de vobis apud Macædonas. Quia Achaia præparata est ab anno priore, & quæ ex vobis est æmulatio, provocabit plures.

3. Misi autem fratres: uti non quod gloriamus de vobis, exinaniatur in hac parte, ut (quemadmodum dixeram) parati sitis:

4. & ne cùm venerint mecum Macædones, & invenerint vos imparatos, & confundamur nos (ne dicam vos) in hac substantia.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut pergant ad vos, ut præparent ante promissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non quasi avaritiam.

6. Hoc autem: Qui seminat parcè, parcè &

### Vulgata nova.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.

2. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio provocavit plurimos.

3. Misi autem fratres: ut ne quod gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis:

4. ne cùm venerint Macedones mecum, & invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hac substantia.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tanquam avaritiam.

6. Hoc autem dico: Qui parcè seminat, par-

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. d. *Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.* Similiter habent Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. sicut etiam Ambrosiast. nisi quòd pro *ex abundanti*, habeat *supervacuum.* Sedulius Hibern. *ex abundantia.* Gr. Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, περισσόν μοί ἐστι τὸ, &c.

℣. 2. August. l. de op. Mon. col. 488. d. e. *Scio enim promptum esse animum vestrum: de quo glorior pro vobis apud Macedonas. Quoniam Achaia parata est ab anno priore, & quæ ex vobis est æmulatio, irritavit plures.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Scio enim promptam voluntatem vestram: pro qua de vobis glorior apud Macedones. Quoniam Achaia parata est ab anno priore, & vestra æmulatio provocavit plures.* Hormisd. ep. 7. Conc. tom. 4. col. 1440. a. *æmulatio vestra provocavit plurimos.* Græc. Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν· ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν. Ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι, καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας. Ms. 1. ἐν Μακεδόσιν· in aliis verò pluribus deest ἐξ, ante ὑμῶν ζῆλος.

℣. 3. August. l. de op. Mon. col. 488. e. *Misimus autem fratres: ne gloria nostra, quam habemus in vobis, evacuetur in hac parte, ut (sicut dixi) parati sitis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Misi autem fratres: ne gloria vestra, qua vos præferimus, inanis fiat in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis.* Scholiastes Hieron. & Beda: *Misimus autem, &c.* ut in Vulg. Græc. Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφοὺς· ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ, ἵνα, &c. In Borner. cod. Græco-Lat. deest τὸ ὑπὲρ ὑμῶν.

℣. 4. August. l. de op. Mon. tom. 6. col. 488. e. *ne cùm venerint Macedones mecum, & invenerint vos imparatos, confundamur nos (ut non dicam vos) in hac substantia.* Ambrosiast. *ne cùm venerint mecum Macedones, & invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicam omnes vos) in hac parte.* Græc. μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς (ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς) ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Ms. quidam, καὶ καταισχυνθῶμεν· in aliis pluribus deest τῆς καυχήσεως.

℣. 5. August. l. de op. Mon. col. 488. e. *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præcedant ad vos, & præparent jam pridem repromissam hanc benedictionem vestram, ut sit parata, sic quasi benedictionem, non quasi avaritiam.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præcederent ad vos, & præpararent promissam benedictionem hanc vestram paratam esse, sed sic quasi benedictionem, non quasi circumventionem;* Rom. ed. *benedictionem hanc vestram, sed sic eam paratam esse, quasi, &c.* Sedul. quoque Hibern. in fine legit *circumventionem.* Beda in eund. loc. Vulgatæ congruit, nisi quòd loco *præveniant ad vos*, habeat *perveniant ad vos.* Græc. Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς..... ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν ταύτην ἑτοίμην εἶναι, οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν. Borner. cod. Gr. Lat. habet, προσέλθωσιν πρὸς ὑμᾶς...... προεπηγγελμένην· alii etiam quidam ferunt προεπηγγελμένην· subinde Borner. cod. tollit vocem ταύτην, cum seq καί.

℣. 6. August. ubi sup. *Hoc autem: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictione, in benedictione & metet.* Itidem Cypr. l. 3. Testim. p. 304. a. nisi quòd legat *de benedictione & metet*, ut in textu; initio verò reticeat *Hoc autem.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 312. e. *Qui parcè seminat..... & qui seminat in benedictionibus, de benedictione & metet:* ita rursum l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 217. b. præter *de benedictionibus.*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

et & metet : & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

7. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate : hilarem enim datorem diligit Deus. *Eccli. 35. 11.*

8. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis : ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,

9. sicut scriptum est : Dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi. *Psalm. 111. 9.*

10. Qui autem administrat semen seminanti : & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ :

11. ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

12. Quoniam ministerium hujus officii non solùm supplet ea, quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,

13. per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Evangelium Christi,* & simplicitate communicationis in illos, & in omnes,

14. & in ipsorum obsecratione pro vobis,

### VERSIO ANTIQUA.

metet : & qui seminat in benedictione, de benedictione & metet. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

7. Unusquisque sicut proposuit corde, non ex tristitia, aut necessitate : hilarem enim datorem * diligit Deus. ** Ms. Reg. dicit.*

8. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare in vobis : ut ubique semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,

9. sicut scriptum est : Sparsit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in æternum.

10. Qui autem subministrat semen seminanti : & panem in escam subministravit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit nascentia justitiæ vestræ :

11. in omnibus locupletati in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

12. Quia ministratio officii hujus non solùm replens ea, quæ desunt sanctis, sed & abundat per multarum gratiarum actionem Deo,

13. per expedimentum ministrationis hujus, magnificantes Deum in obaudientiam confessionis vestræ, in Evangelio Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes,

14. & eorum obsecrationem pro vobis, desi-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ambrosiast. in 2. Cor. *Hoc autem dico : Quia qui parcè seminat, parcè & metet ; qui autem in benedictione seminat, de benedictione & metet.* Sedul. Hibern. *Qui parcè sem..... & qui seminat in benedictione.* Optat. l. 2. contra Donat. p. 31. c. *Qui pacem serit, pacem & metet.* Græc. Τοῦτο δέ· Ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Borner. cod. Græc. Lat. ἐν εὐλογίᾳ, ἐπ' εὐλογίᾳ.

℣. 7. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. a. *Unusquisque autem sicut corde proposuit, non quasi ex tristitia, vel ex necessitate : hilarem enim datorem diligit Deus.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 312. e. *Unusquisque sicut propositum habet in corde, non ex tristitia, aut ex necessit. hilarem enim dat. diligit Deus.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. f. *Unusquisque secundùm quod proposuit corde, non ex tristitia, aut ex,* &c. ut sup. Sedulius Hibern. cum Ambrosiast. in 2. Cor. *Unusquisque secundùm propositum cordis, non ex tristitia, aut ex,* &c. Hilarius in Ps. 133. col. 467. a. *hilarem enim datorem amat Deus.* Itidem Ambrosius l. 1. offic. col. 38. e. præter verbum *diligit*; cui accinunt Leo M. ser. 10. p. 59. f. & Gaudent. Brix. in ser. p. 943. f. detracto *enim.* Græc. Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ, &c.

℣. 8. Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 746. a. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare in vobis.* August. l. de op. Mon. tom. 6. col. 488. f. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundantem facere in vobis : ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis : ut in omnibus per omnia sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Similiter habet Ambrosiast. in 2. Cor. præter hæc, *ut in omnibus semper omnem suffic. hab. abundetis in omni opere bono.* Græc. Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς· ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον, &c. In Borner. cod. deest πάντοτε.

℣. 9. Cypr. l. 3. Testim. p. 304. a. *sicut scriptum est : Distribuit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in æternum.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. f. *sicut script. est : Dispersit, dedit paup. justitia ejus manet in æternum.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. cum Ambrosiast. & Scholiaste Hier. in 2. Cor. nec aliter in Græco, nisi quòd pro *in æternum*, legatur εἰς τὸν αἰῶνα. Mss. quidam addunt, τοῦ αἰῶνος.

℣. 10. Cypr. l. de op. & eleem. p. 240. b. *Qui administrat semen seminanti : & panem ad edendum præstabit, & multiplicabit seminationem vestram, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ :* ita rursum l. 3. Testim. p. 304. a. exceptis his : *Qui autem administrat..... & multiplicabit semen vestrum.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. f. *Qui autem subministrat semen seminanti : & panem in escam subministrabit, & multiplicabit seminationem vestram, & augebit crescentes fruges justitiæ vestræ.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Qui autem subministrat semen seminanti : & panem ad edendum ministrabit, & multiplicabit semen vestrum, & amplificabit fructum justitiæ vestræ.* Leo M. ser. 47. p. 115. b. *Qui autem administrat,* &c. ut in Vulg. sic etiam ser. 86. p. 171. d. præter verbum *ministrat.* Concinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. nisi quòd omittat, *& multiplicabit semen vestrum.* Græc. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα..... καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν..... καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς, &c. Ms. 1. initio habet, Ὁ δὲ χορηγῶν· subinde alii quidam, χορηγήσει, καὶ πληθυνεῖ..... καὶ αὐξήσει· tum in Veles. lect. τὴν αὔξησιν τῶν γεννημάτων.

℣. 11. Cypr. l. de op. & eleem. p. 240. b. & lib. 3. Testim. p. 304. a. *ut in omnibus locupletemini.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. g. *ut in omnibus ditati in omnem simplicitatem ; quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Ambrosiast. in 2. Cor. *ut in omnibus locupletemini in omni simplicitate, quæ operatur* (Mss. nonnulli, cum ver. ed. *si quis operatur*) *per nos gratiarum actionem.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem.* Sic etiam Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Græc. ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα ἥτις κατεργάζεται, &c. ut sup. Borner. cod. Græc. Lat. ἵνα ἐν παντί· Veles. lect. ἵνα ἐν πᾶσι· mox unus Ms. πλουτιζόμενοι περισσεύετε εἰς πᾶσαν· subinde alius, εἴ τις, pro ἥτις.

℣. 12. Cypr. l. de op. & eleem. p. 240. b. *Administratio hujus officii non tantùm supplebit ea, quæ sanctis desunt, sed & abundabit per multam gratiarum actionem in Deum :* ita rursum l. 3. Testim. p. 304. b. præter hæc, *supplevit... sed abundavit.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 488. g. *Quoniam ministerium functionis hujus non solùm supplet ea, quæ desunt sanctis, sed & abundare facit per multorum gratiarum actionem Deo.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Quoniam ministerium officii* (Ms. Colb. *sacrificii*) *hujus non solùm supplet ea, quæ desunt sanctis, sed & abundabit per multorum gratiarum actiones in Deo.* Sedulius Hibern. legit, *ministratio hujus officii.* Græc. Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ.

℣. 13. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 489. a. *per probationem ministrationis hujus, glorificantes Deum in obsequio confessionis vestræ, in Evangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes.* Ambrosiast. in 2. Cor. *per probationem ministerii hujus, magnificantes Deum in subjectione confessionis vestræ, in Evangelio Christi, & in simplicitate communicationis in illos, & ipsorum ;* Rom. ed. *communionis vestræ in ipsos, & in omnes.* Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. *in Evangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes.* Græc. διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ.... εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ.... καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας, &c. ut in Vulg. Ms. 1. ἐν τῇ ὑποταγῇ.

℣. 14. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 489. a. *& in ipsorum precatione pro vobis, desiderantium vos propter excel-*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. derantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

15. Gratia Deo super enarrabili ejus dono.

**Vulgata nova.**

desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

15. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*lentem gratiam Dei in vobis.* Ambrosiast. in 2. Cor. *& ipsorum orationes* ( Rom. ed. *& in ipsorum oratione* ) *pro vobis, desiderantium vos videre propter superabundantem gratiam Dei in vobis.* Gr. καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν, &c.

℣. 15. August. l. de op. Mon. col. 489. a. *Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Gratia autem Deo super inenarrab.* &c. Sedulius Hib. *Gratias autem Deo.* Scholiastes Hieron. & Beda, *Gratias ago Deo super inenarrab. dono ejus.* Gr. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ· aliàs deest δέ.

## CAPUT X.

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, & modestiam Christi, qui ad faciem quidem humilis inter vos, absens autem audeo in vobis.

2. Obsecro autem ut non præsens audeam fiduciam, qua existimor * audere, in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundùm carnem ambulemus.

* Mss. audire.

3. In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.

4. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo ad destruendam munitionem, consilia destruentes,

5. & omnem altitudinem extollentem se adversùs scientiam Dei, captivantes omnem intellectum, ad obaudiendum Christo perducentes,

6. & in promptu habentes vindicare omnem inobaudientiam, cùm impleta fuerit obauditio nostra.

7. Quæ secundùm faciem sunt, videte. Si quis confidet se Christi servum esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos.

8. Si enim aliquid abundantiùs gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit Deus & in ædi-

**Vulgata nova.**

1. Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

2. Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundùm carnem ambulemus.

3. In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.

4. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes,

5. & omnem altitudinem extollentem se adversùs scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,

6. & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.

7. Quæ secundùm faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos.

8. Nam, & si ampliùs aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Domi-

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambrosiast. in 2. Cor. *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetud. & mod. Christi, qui ad faciem quidem humilis sum in vobis, absens verò confido in vobis.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 750. b. *Obsecro autem vos, fratres, per mansuetud. & modestiam Christi.* Græc. Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος, καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς.

℣. 2. Ambrosiast. in 2. Cor. *Rogo autem ut non præsens audeam per eam fiduciam, qua existimor audere, in quosdam, qui arbitrantur nos secundùm carnem ambulare.* Sedul. Hibern. habet, *audere, in aliquos, qui arbitrantur,* &c. ut in Vulg. Græc. Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

℣. 3. August. in Ps. 112. to. 4. col. 1252. d. *In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.* Itidem Sedulius Hib. in 2. Cor. Sic etiam S. Paulin. ep. 40. p. 250. b. detracto *enim.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nam in carne ambulantes, non,* &c. ut sup. Græc. textui congruit.

℣. 4. Hilar. l. 12. de Trin. col. 1122. e. *Nostra enim arma non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, rationes destruentia.* Hieron. in Abac. 1. to. 3. col. 1598. c. *Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentia:* ita rursum in Zach. 9. col. 1757. a. præter *Nam arma.* August. in Ps. 112. to. 4. col. 1252. d. *Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Arma enim militiæ n. non carnalia sunt, sed fortia Deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes.* Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 7. c. *cogitationes purgantes.* Beda in 2. Cor. Vulg. congruit, nisi quòd pro *potentia Deo,* habeat *potentia Dei;* quemadmodum Sedul. Hib. in hunc locum. Græc. Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες.

℣. 5. Hilar. l. 12. de Trin. col. 1122. c. *& omnem altitudinem elevatam adversùs cognitionem Dei.* Hieron. in Abac. 1. to. 3. col. 1598. c. *& omnem altitudinem elevantem se adversùs scientiam Dei:* & in Zach. 9. col. 1757. a. *& omnem altitudinem extollentem se adversùs scientiam Dei.* Itidem Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 7. c. præter vocem *Christi,* loco *Dei.* Ambrosiast. in 2. Cor. *& omnem altitudinem extollentem se adversùs cognitionem Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, & perducentes ad obedientiam Christi.* Græc. καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Borner. cod. Gr. Lat. addit ἄγοντες, cum Sangerm. & Reg.

℣. 6. August. ep. 185. to. 2. col. 653. c. *parati ulcisci omnem inobedientiam, cùm completa fuerit prior obedientia vestra.* Ambrosiast. in 2. Cor. *& parati in omnibus vindicare omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit obauditio vestra:* Mss. plur. *nostra.* Græc. καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή.

℣. 7. Ambrosiast. in 2. Cor. *Quæ secundùm faciem sunt, videte. Si quis confidit se esse servum* ( Rom. ed. delet *servum* ) *Christi, hoc cogitet,* &c. ut sup. Scholiastes Hieron. in eund. loc. *Si quis confidit Christi se esse, hoc cogitet..... quia sicut & ipse Christi est,* &c. Sedulius Hibern. *Quæ sunt secundùm faciem, videte. Si quis confidit se Christi esse,* &c. ut in Vulg. Ms. cod. 52. Floriac. *Si quis confidit sibi Christi servum se esse,* &c. ut in Vulg. Gr. Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ· ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ. Borner. cod. Gr. Lat. habet, πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ δοῦλος εἶναι· delet verò in fine vocem Χριστοῦ, cum aliis quibusdam Mss.

℣. 8. Sedulius Hib. in 2. Cor. *Si enim abundantiùs gloriatus fuero.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 749. b. *Si aliquid abundantiùs gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Deus in ædificationem fidelium.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Nam, & si aliquid ampliùs gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nus in ædificationem, & non in destructionem vestram: non erubescam.

9. Ut autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas:

10. quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis:

11. hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.

12. Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.

13. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos. Ephes. 4. 7.

14. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi:

15. non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundùm regulam nostram in abundantiam,

16. etiam in illa, quæ ultra vos sunt, evangelizare, non in aliena regula in iis quæ præparata sunt gloriari.

Jer. 9. 13. 17. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

1. Cor. 1. 31. 18. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

VERSIO ANTIQUA.

ficationem, & non in destructionem vestram: non confundar. Ex MS. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

9. Ut non existimemur tanquam terrentes vos per epistolas:

10. quoniam quidem epistolæ, inquit, graves & fortes sunt: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis:

11. hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales sumus & præsentes facto.

12. Non enim * audemus conjungere nos, aut comparare quibusdam, qui semetipsos commendant: sed ipsi intra nosmetipsos * mensurantes, & comparantes nobis nosmetipsos,

* Ms. Reg. audimus.

* Mss. misurantes.

13. non in immensum, sed secundùm mensuram regulæ, quam mensus est nobis Dominus, mensuram contingendi usque & ad vos.

14. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque & ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi:

15. non immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes, increscente fide vestra, in nobis magnificari secundùm regulam nostram in abundantiam,

16. ultra vos evangelizare, non aliena regula in præparata gloriari.

17. Nam qui gloriatur, in Domino gloriatur.

18. Non enim qui * semet commendat, probatus est: sed quem Dominus commendat.

* Ms. Reg. seipsum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*non in destructionem vestri: non erubescam.* Gr. Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν· οὐκ αἰσχυνθήσομαι. Borner. cod. Græc. Lat. in principio habet, Ἐὰν γάρ τι περισσότ. omisso seq. τὶ, ante καυχήσωμαι· in aliis quibusdam deest τε, post Ἐάν· subinde in Borner. cod. ponitur Θεὸς, pro Κύριος· in alio verò tollitur seq. ἡμῖν.

℣. 9. Ambrosiast. in 2. Cor. *Ut autem non existimemur quasi terrere vos per epistolas.* Gr. Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ, &c. Mss. quidam, Ἵνα δὲ μὴ δόξω· Borner. cod. Gr. Lat. δόξωμεν.

℣. 10. Ambrosiast. in 2. Cor. *quia epistolæ quidem graves & fortes sunt: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.* Itidem Ambrosius ep. 47. col. 989. e. à voce *graves*. Gr. ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί· ἡ δὲ, &c. ut sup.

℣. 11. Ambrosiast. in 2. Cor. *hoc æstimet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales sumus & præsentes in opere.* Ambrosius ep. 47. col. 989. e. *quia quales sumus verbo per epistolam absentes, tales & præsentes sumus in opere.* Græc. τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.

℣. 12. Ambrosiast. in 2. Cor. *Non enim audemus conjungere* (Rom. ed. *conferre*) *aut comparare nosipsos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis.* Auctor l. de singul. cleric. p. 526. *Non enim audemus comparare nos, aut conferre quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobisipsis nosmetipsos nobis commendantes, non supra mensuram*, &c. Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 750. a. *sed & nosipsi inter nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobismetipsis, non immensum*, &c. August. l. 12. de civit. Dei, c. 17. to. 7. col. 316. e. habet: *comparantes semetipsos sibimetipsis, non intelligunt:* ita rursum in Ps. 34. & l. 22. contra Faust. c. 47. to. 8. col. 388. c. Gr. Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι, ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι, τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. Mss. quidam omittunt οὐ συνιοῦσιν· alii legunt οὐ συνιᾶσιν.

℣. 13. Ambrosiast. in 2. Cor. ita incipit: *non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, quam partitus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Item Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 750. a. *non in immensum gloriamur, sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Dominus Jesus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Sedulius etiam Hib. in 2. Cor. *non in immensum gloriabimur*, absque *Nos autem.* Augustinus tract. 9. in Johan. to. 3. p. 2. col. 367. f. *mensuram pertingendi usque ad vos.* Auctor l. de singul. cleric. p. 526. *non supra mensuram gloriantes, sed ad mensuram gratiæ, quam nobis mensus est Deus.* Græc. Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεός, μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν. Borner. cod. Gr. Lat. initio omittit Ἡμεῖς δέ· paulò verò post habet καυχώμενοι, absque ἡμῖν, post ἐμέρισεν· al. ἐμέτρησεν ἡμῖν.

℣. 14. Ambrosiast. in 2. Cor. *Non enim quasi non pertingentes usque ad vos, superextendimus nos: nam usque ad vos pervenimus in Evangelio Chr.* Similiter habet Sedulius Hib. in eundem loc. *Non enim quasi non perting. usque ad vos*, &c. & infra: *Non enim superextendimus, quasi non pertingentes usque ad vos.* Græc. Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ, &c. Ms. 1. Οὐ γὰρ ὡς ἀφικνούμενοι, al. ἀφικόμενοι.

℣. 15. Ambrosiast. in 2. Cor. *non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem verò habentes crescentis fidei vest. in vobis magnificari secundùm regulam n. in abundantia.* Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. quibus favet Sedulius Hibern. deleto *in*, ante *immensum.* Græc. οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι, &c. ut in Vulgata. Agapet. I. ep. 4. Conc. tom. 4. col. 1793. d. legit: *spem habeo, crescente fide vestra, & in vobis magnificari secundùm regulam nostram.*

℣. 16. Ambrosiast. in 2. Cor. *& ut etiam in regionibus, quæ ultra vos sunt, evangelizem, ut non in aliena regula præparatis gloriemur.* Græc. εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι· al. ὑπὲρ ἐκεῖνα, pro ὑπερέκεινα, quomodo legendum putat Faber Stapulensis.

℣. 17. Ambrosius in Ps. 118. col. 1102. *Sed qui gloriatur, in Domino glorietur.* Itidem Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 539. a. omisso *Sed.* Ambrosiast. & Beda in 2. Cor. *Qui autem gloriatur, in Dom. glorietur.* Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1250. d. *Qui gloriatur, non in se, sed in Dom. glorietur.* Gr. Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

℣. 18. Hieronymus l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 539. a. *Neque enim qui seipsum commendat, ipse probatus est: sed quem Deus commendat.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Non enim qui seipsum commendat, & probatus est: sed quem Dominus commendat.* Similiter habet Sedulius Hib. *sed quem Dominus commendat.* Gr. Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος· ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. Mss. plures, pro συνιστῶν, habent συνιστάνων.

Digitized by Google

# CAPUT XI.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. UTinam portaretis pusillùm insipientiam meam, sed & supportate me:

2. Æmulans enim vos Deo æmulor. Statui enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

3. Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit de astutia sua, corrumpantur sensus vestri à castitate, & simplicitate, quæ est in Christo.

4. Nam si is qui venit, alium Jesum prædicat, quem non prædicavimus; aut spiritum alium accepistis, quem non accepistis; aut Evangelium aliud, quod non suscepistis: bene pateremini.

5. Existimo enim me nihil minus fecisse in vobis ab aliis Apostolis.

6. Etsi imperitus sum sermone, sed non scientia: sed in omni manifestatus in omnes vos.

## VULGATA NOVA.

1. UTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me:

2. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

3. Timeo autem, ne sicut serpens Hevam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. *Genes. 3. 4.*

4. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non recepistis: rectè pateremini.

5. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.

6. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia: in omnibus autem manifestati sumus vobis.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 238. c. *Utinam sustineretis pusillam insipientiæ meæ, sed & supportate me.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Utinam sustineretis pusillùm imprudentiam meam, sed & patimini me.* Græcum: Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης, ἀλλὰ ϗ ἀνέχεσθέ μου. Borner. cod. μικρὸν τῆς ἀφροσ. μου.

℣. 2. Itidem Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 238. c. *Æmulans enim vos Deo æmulor. Statui enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 22. c. *Zelo autem vos Dei zelo.* Hieronymus in Naum 1. to. 3. col. 1559. c. *Zelor enim vos Dei zelo:* & in Amos 5. col. 1408. c. *Zelo enim vos zelo Dei, & statui vos uni viro virginem cast. exhibere Chr.* & in Isai. 3. col. 31. f. *Volo omnes vos virginem cast. exhibere Chr.* & in Ezech. 44. col. 1032. a. *Volo omnes vos virginem sanctam exhibere Chr.* at ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 41. b. *Desponsavi enim vos virginem cast. exhib. Chr.* Firmil. ad Cypr. ep. 75. p. 147. b. *Despondi vos uni viro virginem cast. assignare Chr.* Itidem Ambros. ep. 45. col. 981. f. & ep. 63. col. 1031. d. *virginem cast. adsignare Chr.* August. ser. 299. tom. 5. col. 1218. d. *Zelo enim vos zelo Dei. Aptavi vos uni viro virginem cast. exhibere Chr.* ita rursum ser. 195. col. 901. c. ab his, *Aptavi vos:* sic etiam lib. 2. de Gen. to. 1. col. 672. f. & in Ps. 39. to. 4. col. 326. a. & l. de bono vid. to. 6. col. 376. b. & l. 15. contra Faust. to. 8. col. 273. b. & tract. 8. in Joh. col. 354. f. at tract. 13. col. 396. f. & l. cont. Adim. to. 8. col. 119. a. 123. b. legit: *Zelo Dei vos zelo. Desponsavi enim vos uni viro virg. cast. exhibere Chr.* itidem ep. 188. to. 2. col. 694. b. & in Ps. 90. to. 4. col. 979. a. & serm. 341. to. 5. col. 1315. f. à verbo *Desponsavi.* Collat. Carthag. p. 486. a. *Desponsavi enim vos uni viro virg. sanctam assignare Chr.* Auctor l. ad virg. devot. ap. Ambros. col. 368. a. *Desponsavi enim te uni viro virg. cast. exhibere Chr.* Auctor l. de promiss. p. 11. c. 15. col. 139. d. *Aptavi enim vos uni viro virginem cast. exhibere Chr.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Zelans enim vos Dei zelo. Paravi enim vos uni viro virg. cast. adsignare Chr.* Epiphanius in Cantic. c. 1. ℣. 8. *Venimus uni viro virg. mundam præsentare Chr.* sed ℣. 9. *Desponsavi vos uni viro virginem mundam Chr.* Græc. Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ. Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ, &c.

℣. 3. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 238. c. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri à castitate, quæ est in Christo Jesu.* Hieronymus in Ezech. 32. to. 3. col. 923. c. *Timeo autem, ne fortè sicut serpens decepit Evam malitia sua, ita corrumpantur sensus vest. à simplicitate, quæ est in Chr.* sic etiam l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. f. exceptis his, *Timeo ne, sicut serpens decepit Ev. in astutia.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 648. d. *ut excidant à castitate* (Mss. quidam, *ut excidant à fide,*) *quæ est in C. Jesu.* Auctor l. ad virg. devot. apud Ambros. col. 368. a. *Timeo enim, ne sicut serpens Evam seduxit ast. sua, sic tui sensus corrumpantur, & excidant à caritate, quæ est in C. Jesu.* Augustinus l. 2. de Gen. to. 1. col. 681. f. 682. a. *Metuo, ne sicut serpens Ev. seduxit ast. sua, sic & sensus v. corrumpantur:* at sup. 672. f. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam fefellit versutia sua, ita corrumpantur mentes vestræ à simplicitate, & castitate, quæ est in C.* & ep. 188. to. 2. col. 694. b. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit in versutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in C.* & tract. 8. in Joh. to. 3. p. 2. col. 355. c. *Timeo, ne sicut serpens Evam seduxit ast. sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à simplicitate, & cast. quæ est in C.* itidem l. 14. de civit. Dei, c. 7. tom. 7. col. 356. b. deletò *simplicitate, &:* ita rursum in Ps. 39. tom. 4. col. 326. a. addita voce *Jesu,* in fine: item in Psal. 90. col. 979. a. *Et timeo, ne sicut serpens Evam seduxit ast. sua, ita & mentes vestræ corrumpantur à cast. quæ est in C.* & l. 15. cont. Faust. to. 8. col. 273. b. *Timeo autem, ne sicut serp. Evam fefellit ast. sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à cast. quæ est in Chr.* ita rursum infra, col. 281. e. exceptis his, *fefellit in versutia sua..... à simplicitate, & castitate,* &c. sic etiam l. 21. col. 356. c. præter verbum *seduxit,* pro *fefellit:* & tract. 13. in Joh. col. 396. f. *Timeo, ne sicut serpens seduxit Evam ast. sua, sic & vest. sensus corrumpantur à cast. quæ est in C.* at serm. 341. to. 5. col. 1315. f. legit: *Et timeo, ne sicut Evam ast. sua serpens decepit, sic quoque & v. sensus corrumpantur, & excidant à cast. quæ est in Chr. Jesu.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit ast. sua, sic sensus v. corrumpantur à cast. quæ est in C. Jesu.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 749. b. *Timeo autem, ne sicut serpens ast. sua seduxit Evam, ita corrumpantur sensus v. à cast. quæ est in C. Jesu.* Gaudentius Brix. ser. 9. p. 856. c. *Cavete attentiùs, ne sicut serpens decepit Evam ast. sua, corrumpantur sensus v. à cast. quæ est in C. Jesu.* Beda in 2. Cor. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit versutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur, & excidant à simplicitate, & cast. quæ est in Chr.* Gr. Φοβοῦμαι δὲ μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν. Bornerius cod. pro μήπως, habet μήποτε· paulò verò post delet οὕτω, ante φθαρῇ· in Veles. lect. post ὑμῶν, additur ϗ ἐκπέσωσιν· deinde in Colbert. 1. sicut in Reg. & Sangerm. ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, ϗ τῆς ἁπλότητος. Bornerius Græc. Lat. ἁπλότητος, ϗ ἁγνότητος.

℣. 4. Tichonius reg. 1. p. 50. e. *Si enim iste qui venit, alium Christum prædicat.* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. Vulgatæ congruunt ad verbum. Gr. Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει.... καλῶς ἠνείχεσθε. Borner. cod. pro Ἰησοῦν, habet Χριστόν· subinde alius, loco ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ponit ἢ πνεῦμα ἕτερον ἐλάβετε, ut in textu Sangerm. & Reg.

℣. 5. Ambrosiast. in 2. Cor. *Existimo enim me in nullo inferiorem fuisse iis, qui valde sunt Apostoli.* Sedulius Hibern. *Existimo enim me in nullo inferiorem à magnis Apostolis.* Scholiastes Hieron. & Beda, ut in Vulgata. Gr. Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων.

℣. 6. Hieronymus l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 409. f. & l. 1. contra Jovin. part. 2. col. 152. a. *Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Sed etsi imperitus sermone sum, non tamen scientia: in omnibus autem manifestus sum vobis.* Beda in eund. loc. *Etsi imperitus sermone, sed non scientia: in omnibus autem manifestus sum vobis.* Itidem Scholiastes Hier. præter hoc, *Nam etsi imperitus.* Sedulius Hib. *in omnibus autem manifesti sumus.* Ms. 52. Floriac. *in omnibus autem manifestatus sum vobis.* Gr. Εἰ δὲ ϗ ἰδιώτης τῷ... ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. In Veles. lect. ἐν πᾶσι δὲ φανερωθέντες (al. φανερωθεὶς) ὑμῖν. Mss. quidam, φανερώσαντες.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis?

8. Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

9. Et cùm essem apud vos, & egerem; nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis servavi, & servabo.

10. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ.

11. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit.

12. Quod autem facio, & faciam: ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut & nos.

13. Nam ejusmodi pseudoapostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.

14. Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis:

15. non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ: quorum finis erit secundùm opera ipsorum.

16. Iterum dico, (ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier)

VERSIO ANTIQUA.

7. An peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? quòd gratis Dei Evangelium evangelizavi vobis? Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

8. Alias Ecclesias gravavi, acceptis stipendiis ad vestram ministrationem.

9. Et cùm essem apud vos, & egens; nemini * oneri fui: nam quod deerat mihi, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macædonia: & omnibus sine * onere me vobis servavi, & servabo.

* Mss. Reg. honore.

* Mss. Reg. honore.

10. Est veritas Christi in me, quòd gloria hæc non infringetur in me in finibus Achaiæ.

11. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit.

12. Quod autem facio, & faciam: ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut & nos.

13. Nam ejusmodi pseudoapostoli, sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi.

14. Nec mirandum: ipse enim satanas transfigurat se sicut * angelum lucis:

* Mss. Reg. angelus.

15. non magnum, si ministri ejus transfigurantur sicut ministri justitiæ: quorum finis est secundùm opera ipsorum.

16. Iterum dico, (ne quis me existimet insipientem, alioquin velut insipientem suscipite me, ut ego pusillum quid glorier)

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 484. f. *Nunquid peccatum feci, meipsum humiliando, ut vos exaltaremini? quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis?* Ambrosiast. in 2. Cor. *Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? quoniam gratis Evang. Dei prædicavi in vobis?* Itidem Beda in eund. loc. præter *evangelizavi vobis*. Gr. Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ...... εὐηγγελισάμην ὑμῖν; Borner. cod. in principio hab. Ἢ μὴ ἁμαρτ.

℣. 8. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 484. f. *Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendium ad vestram ministrationem.* Ambrosiaster in hunc loc. & inf. in c. 12. ℣. 15. *Alias Eccl. exspoliavi, accepto stipendio ad ministerium vestrum.* Scholiastes Hier. & Beda, ut in Vulgata. Gr. Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν.

℣. 9. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 484. g. *Et cùm apud vos fuissem, & egerem; nemini gravis fui: nam id, quod deerat mihi, adimpleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia: & in omnibus ingravatè me in vobis custodivi, & custodiam.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Et cùm apud vos essem, & egerem; nulli gravis fui: nam indigentiam meam suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere vestro meipsum servavi, & servabo.* Græc. Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός· τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ..... καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω. Vel. lect. καὶ ἐν πᾶσι.

℣. 10. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 484. g. *Est veritas Chr. in me, quia gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ.* Itidem Ambrosiast. in 2. Cor. Sic etiam Scholiastes Hier. & Beda, nisi quòd uterque habeat *gloriatio*, pro *gloria*. Græc. καύχησις· subinde, φραγήσεται, pro *infringetur*; Veles. lect. καταῤῥαγήσεται· al. σφραγίσεται, Lat. codd. plurimi, *frangetur*, *obstruetur*; quibus consonant Chrysost. Theodoret. Theophylact. Œcum. si Millio fides, quem vide in hunc loc.

℣. 11. Textui consonat Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 484. g. necnon Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. Ita quoque in Græco est.

℣. 12. Eadem exhibent Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Ita quoque legit August. l. de op. Mon. tom. 6. col. 484. g. excepto verbo *facturus sum*, pro *faciam*: sed l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 221. b. habet: *ut amputem occasionem iis, qui quærunt occasionem.* Auctor l. de singul. cler. p. 531. f. *Quod autem facio, & facturus sum: ut amputem occas. eorum, qui volunt occas. ut in eo, in quo gloriantur, tales inv. quales & nos sumus.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Quod autem facio, & facturus sum: ut amputem occ. eorum, qui volunt occas. ut in eo quod gloriantur, inv. sicut & nos.* Græc. Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς.

℣. 13. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 794. c. *Pseudoapostolos dicit operarios dolosos, transfiguratores sui.* Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 225. c. *Istiusmodi pseudoapostoli, operarii iniquitatis, transfigur. se in apost. Christi.* Auctor l. de singul. cleric. p. 531. f. *Nam & hujusmodi pseudoap. sunt op. dolosi, transfigurantes se in ap. Chr.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Hujusmodi enim pseudoapost. sunt op. subdoli*, &c. Similiter habet Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. c. *operarii subdoli*, &c. ut sup. Ita quoque Scholiastes Hier. Sedul. & Beda in 2. Cor. Synodic. adv. Tragœd. Iren. c. 225. Baluz. app. Conc. *Hujusmodi pseudoap. op. dolosi, transfigurant se in apostolos Chr.* Græcum: Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς, &c.

℣. 14. Tertullianus l. de præscr. c. 6. p. 331. b. memorat *angelum seductionis, transfigurantem se in angelum lucis*: & lib. de anima, p. 504. c. ait, *quòd ipse satanas transfiguretur in angelum lucis*: sic etiam l. de resur. carn. p. 590. b. & l. 5. cont. Marc. p. 794. c. Hilarius quoque l. cont. Auxent. col. 1265. c. loquitur de *ministris, in lucis se angelum transformantibus.* Ambros. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 658. e. & l. 5. de fide, c. 19. col. 593. f. *& satanas transfigurat se in angelum lucis.* Item Auctor quæst. ex V. T. q. 27. col. 51. b. *ipse sat. transfigurat se in angelum lucis.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 5. col. 192. b. *ipse enim satanas transfigurat se velut angelum lucis.* Gaudentius Brix. ser. 6. p. 951. e. *Quid mirum, si satanas transfigurat se in angelum lucis?* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nec utique mirum: ipse enim satanas transfiguratur velut angelus luminis.* Synodic. adv. Tragœd. Iren. c. 225. *Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se sicut angelum lucis.* Græc. Καὶ οὐ θαυμαστόν· αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.

℣. 15. Ambrosiast. in 2. Cor. *non ergo magnum, si & ministri ejus transfigurantur sicut ministri justitiæ: quorum finis erit secundùm opera eorum.* Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 5. col. 192. b. *non ergo magnum, si min. ejus transfigurantur sicut min. justitiæ: quorum finis secundùm operationem ipsorum.* Augustinus in Job, tom. 3. p. 1. col. 671. a. *qui transfigurant se sicut ministri just.* Synodic. adv. Tragœd. Iren. c. 225. *non ergo magnum, si min. ejus transfigurentur sicut min. justitiæ: quorum finis est secundùm operationem eorum.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 704. f. *non magnum est, si & satanas transfiguret se velut in angelum lucis, cùm ipsius satellites transfigurantur.* Gr. οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

℣. 16. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 68. g. seqq. *Iterum dico, (ne quis me existimet insipientem esse, alioquin velut insipientem suscipite me, ut & ego modicum quid glorier.)* Ambrosiast. in 2. Cor. *Iterum dico, (ne quis existimet me insipientem, alioquin velut insipientem accipite me, ut & ego modicum aliquid glorier.)* Græc. Πάλιν λέγω, μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μή γε, κἂν ὡς



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

17. quod loquor, non loquor secundùm Dominum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ.

18. Quia multi gloriantur secundùm carnem: & ego gloriabor.

19. Libenter enim suffertis insipientes: cùm sapientes sitis.

20. * Suffertis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

* Ms. Reg. Sufferitis.

21. Secundùm ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientiam dico) audeo & ego:

22. Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semen Abraham sunt, & ego:

23. Ministri Christi sunt, (ut minùs sapiens dico) super ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.

24. A Judæis quinquies, quadraginta, una minùs, accepi.

25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, noctem & diem in profundo maris feci,

26. itineribus multis, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus:

27. labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in jejuniis multis, in frigore, & nuditate:

28. præter illa, quæ extrinsecus sunt, concur-

## VULGATA NOVA.

17. quod loquor, non loquor secundùm Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ.

18. Quoniam multi gloriantur secundùm carnem: & ego gloriabor.

19. Libenter enim suffertis insipientes: cùm sitis ipsi sapientes.

20. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

21. Secundùm ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego:

22. Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego:

23. Ministri Christi sunt, (ut minùs sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.

24. A Judæis quinquies, quadragenas, una minùs, accepi. Deut. 25. 3.

25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, Act. 16. 22. Act. 14. 18.

26. in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: Act. 27. 41.

27. in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in jejuniis multis, in frigore, & nuditate:

28. præter illa, quæ extrinsecus sunt, instan-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἄφρονα δέξασθέ με, ἵνα μικρόν τι κἀγὼ καυχήσωμαι. Mss. quidam delent τι, post μικρόν.

℣. 17. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 68. g. 69. a. seqq. *quod loquor, non loquor secundùm Deum, sed quasi in stultitia, in hac substantia gloriæ.* Sic etiam Ambrosiast. in 2. Cor. exceptis his, *sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriationis.* Græcum: ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.

℣. 18. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. a. seqq. *Quoniam quidem multi gloriantur*, &c. ut sup. Ambrosiaster in 2. Cor. *Quia multi*, &c. Gr. Ἐπεὶ πολλοὶ, &c. ut sup.

℣. 19. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. col. 69. *Libenter enim sustinetis insipientes: cùm sitis ipsi sapientes.* Itidem Ambrosiaster in 2. Cor. Gr. Ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.

℣. 20. Textui Sangerm. congruit Ambrosiast. in 2. Cor. Sic etiam Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 69. & l. 1. de serm. Dom. in m. p. 2. col. 191. a. excepto verbo *Toleratis*, pro *Suffertis*. Scholiastes Hier. cum Beda in 2. Cor. *Sustinetis enim*, &c. ut sup. Gr. Ἀνέχεσθε γὰρ, &c. ut in Lat.

℣. 21. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. *Secundùm ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. In quo autem quis audet (in insipientia dico) audeo & ego.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Secundùm ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientiam dico)* &c. ut supra. Græc. Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν. Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, &c. ut in Vulg.

℣. 22. Sic habet Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. præter vocem *Abraha*, pro *Abraham*. Sic etiam Ambrosiast. Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Græcum textui Sangerm. & Reg. consonat.

℣. 23. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 69. *Ministri Chr. sunt, (insipiens dico) super ego: in laboribus plurimùm, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus sæpius.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Min. C. sunt, (& ego velut insipiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus sæpius.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem locum: *Min. Chr. sunt, (& ego ut minùs sapiens dico) plus ego*, &c. ut in Vulg. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. c. *in laboribus abundantiùs, in carceribus plurimùm, in mortibus sæpius.* Hilarius in Ps. 128. col. 430. d. *in laboribus copiosiùs, in plagis abundantiùs, in custodiis eminentiùs, in mortibus frequenter.* Ambros. in Ps. 36. col. 801. f. *in plagis supra modum, in mortibus frequenter*: item in Ps. 37. col. 839. a. *in mortibus frequenter.* Græc. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, (παραφρονῶν λαλῶ) ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις. Bornerius codex Græc. Lat. pro λαλῶ, habet λέγω· subinde in Veles. lect. κόποις περισσοτέροις· mox Borner. cod. ἐν πληγαῖς περισσοτέρως...... ὑπερβαλλόντως.

℣. 24. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. c. *A Judæis quinquies, quadragenas, citra unam, accepi.* Hilarius in Ps. 128. col. 430. d. *A Judæis quinquies, quadraginta, una minùs* (Ms. Reg. *minùs unam*) *accepi.* Itidem August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. cum Ambrosiast. in 2. Cor. Gr. Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις, τεσσαράκοντα, παρὰ μίαν, ἔλαβον.

℣. 25. Tertullianus l. cont. Gnost. p. 832. c. *Ter virgis cæsus, semel lapidatus.* Hilarius in Ps. 128. col. 430. d. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragavi, noctem & diem in profundo feci.* August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 69. Vulgatæ concinit ad verbum, sicut etiam Ambrosiast. Scholiastes Hier. & Beda in 2. Cor. Gr. Τρὶς ἐῤῥαβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα.

℣. 26. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. 70. *in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latr. periculis ex genere, periculis ex Gentibus, peric. in civitate, periculis in deserto, peric. in mari*, &c. ut sup. ita rursum in Ps. 55. to. 4. col. 522. d. cui concinit Ambrosiast. in 2. Cor. nisi quòd in fine habeat, *in fictis fratribus.* Ambros. quoque in Ps. 36. col. 803. e. habet, *periculis in mari, periculis in deserto.* Beda cum Scholiaste Hier. in 2. Cor. ut in Vulg. Græc. ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, &c. ut in Vulg.

℣. 27. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 69. 70. *in labore, & ærumna, in vigiliis sæpius, in fame, & siti, in jejuniis sæpius, in frigore, & nuditate.* Ambrosiast. in 2. Cor. *in labore, & molestia, in vigiliis multis, in fame, & siti, in jejuniis sæpe, in frigore, & nuditate.* Sedulius Hib. in 2. Cor. *in laboribus, in miseriis*; subinde, *in fame, & siti*; pauloque post, *in jejunio.* Tertullianus etiam l. contra Psych. p. 985. a. ait Apostolum *inter labores suos, & pericula, & incommoda, post famem, & sitim, jejunia quoque plura enumerare.* Græc. ἐν κόπῳ, καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ, καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, &c.

℣. 28. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 2. col.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

tia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum.

29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?

30. Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.

31. Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ſcit quòd non mentior.

Act. 9. 24. 32. Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me comprehenderet:

33. & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus.

**Versio antiqua.**

ſus in me cottidianus, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Ex Mſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

29. Quis infirmatur, & non infirmor? quis ſcandaliſatur, & non ego uror?

30. Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.

31. Deus Iſrael, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcit (benedictus in ſæcula) quia non mentior.

32. Damaſci præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, ut me caperet:

33. * & per feneſtram in ſportam miſſus ſum per murum, & effugi manus ejus. * Mſ. Reg. ut.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

69. 70. *præter illa, quæ extrinſecus ſunt, incurſus in me quotidianus, ſollicitudo omnium Eccleſiarum:* ita rurſum in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 965. b. & in Pſ. 98. tom. 4. col. 1069. b. *incurſus in me quotidianus*, &c. Ambroſiaſter in 2. Cor. cum Scholiaſte Hieron. *inſtantia mea quotidiana, ſollicit.* &c. Beda textui antiquo favet; Vulgatæ verò Cœleſtin. I. ep. 14. to. 1. col. 1131. b. Græc. χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μυ ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα, &c.

℣. 29. Cyprianus ep. 11. p. 21. b. & ep. 60. p. 99. c. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Sic etiam Auguſtinus l. 4. de doctr. Chr. col. 69. 70. & in Gal. p. 2. col. 965. b. item ep. 208. to. 2. col. 774. g. & ep. 228. col. 832. g. niſi quòd his poſterioribus locis habeat, *& non ego infirmor?... & non ego uror?* Ambroſ. in Luc. 9. col. 1399. e. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* itidem l. de virginit. col. 244. d. & ep. 35. & 81. col. 927. e. 1098. c. cui accinunt Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. g. Cœleſtinus I. ep. 14. col. 1131. b. Gelaſ. I. ep. 5. Conc. to. 4. col. 1172. b. cum Ambroſiaſt. & Beda in 2. Cor. qui omnes addunt ſeqq. ut in Vulg. Siricius verò ep. 1. to. 1. col. 630. a. *Quis enim infirmatur, & non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* S. Pacianus ep. 3. p. 310. c. *Quis infirmus eſt, & non ego infirmor? quis ſcand. & ego non uror?* Ennod. Ticin. ap. Sirm. tom. 1. col. 1731. c. *Quis veſtrûm cruciatur, & non ego?* Hilarius in Pſ. 118. col. 360. e. *Ipſe ſi quis ſcandalizetur, uratur.* Græcum textui Sangerm. conſonat, & Reg.

℣. 30. Sic habent Scholiaſt. Hier. & Beda in 2. Cor. Auguſtinus verò l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 69. 70. cum Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Si gloriari oportet: in iis, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.* Gr. Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μυ καυχήσομαι.

℣. 31. Auguſtinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 70. c. *Deus & Pater Dom. n. J. C. ſcit, qui eſt benedictus in ſæcula, quòd non mentior:* & l. 1. de ſerm. Dom. in m. p. 2. col. 187. d. *Deus & Pater Dom. n. J. C. qui eſt bened. in ſæcula, ſcit quia non mentior.* Scholiaſtes Hieron. in 2. Cor. *Deus & Pater Dom. n. J. C. ſcit, qui eſt bened. in ſæc. quòd non mentior.* Itidem Beda in eundem loc. deleto verbo *eſt*. Ambroſiaſter Vulgatæ conſonat. Gr. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῦ... Χριςῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τὺς..... ὅτι ὐ, &c.

℣. 32. Ambroſiaſter in 2. Cor. *Damaſci princeps Gentis*, &c. ut in Vulgata. Græcè: Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τῦ βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων· aliàs deeſt θέλων.

℣. 33. Ambroſiaſter in 2. Cor. *& per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & effugi manus ejus.* Gr. καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τῦ τείχυς, καὶ ἐξέφυγον, &c. Veleſ. lect. καὶ ὕτως ἐξέφυγον· omittunt tamen *ſic*, multi codices Lat. ſi Millio fides.

# CAPUT XII.

**Vulgata nova.**

1. SI gloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad viſiones, & revelationes Domini.

2. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit) raptum hujuſmodi uſque ad tertium cœlum.

3. Et ſcio hujuſmodi hominem, (ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit)

4. quoniam raptus eſt in Paradiſum: & au-

**Versio antiqua.**

1. GLoriari oportet (non expedit mihi:) veniam * ei ad viſiones, & * revelationes Domini. Ex Mſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom. * Ita Mſ. ei, f. pro enim; Gr. γάρ. * Mſ. Reg. revelationis.

2. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (ſive in corpore neſcio, ſive extra corpore neſcio, Deus ſcit) raptum ejuſmodi uſque ad tertium cœlum.

3. Et ſcio ejuſmodi hominem, (ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit)

4. quia raptus eſt in Paradiſum: & audivit

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Si gloriari oportet (ſed non opus eſt mihi:) veniam autem ad viſiones, & revel.* &c. Sedulius Hibern. in eundem loc. *non expedit mihi: veniam autem ad*, &c. Græc. Καυχᾶσθαι δὴ (ὐ συμφέρει μοι·) ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας, &c. Mſs. plures, Καυχᾶσθαι δεῖ quidam, Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ ſubinde Bornerius codex cum alio, μοὶ mutat in μὲν uti Borner. paulò poſt, γὰρ in δέ· al. δὲ καί.

℣. 2. Ambroſius in Pſ. 36. col. 793. a. 795. c. *Scio hominem in Chr. ante ann. quatuordecim, (ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit) raptum ejuſmodi uſque ad tertium cœlum.* Similiter hab. Ambroſiaſt. in 2. Cor. Sic etiam Auguſt. l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 297. c. niſi excipias *in tertium*, pro *ad tertium*: itidem tract. 61. in Joh. to. 3. p. 2. col. 667. c. detracto priori *neſcio*; poſitoque *hujuſmodi*, pro *ejuſmodi*: at ſup. tract. 7. ibid. col. 352. c. legit: *Scio hominem in Chr. ante an. xiv. raptum fuiſſe uſque in tertium cœlum, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit.* Tertullianus quoque l. de præſcr. c. 24. p. 335. b. habet: *In tertium uſque cœlum ereptus Paulus.* Scholiaſtes Hier. & Beda in hunc loc. *Scio hominem in Chr. ante an. xiv. (ſive in corp. ſive extra corp. neſcio,)* &c. ut in Vulgata. Maximus Taurin. p. 35. g. *Scio hominem in Chriſto Jeſu raptum uſque ad tertium cœlum.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 3. Ambroſius l. de parad. col. 145. b. *Scio hujuſmodi hominem, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit:* ita rurſum in Luc. 4. col. 1341. a. & l. 5. de fide, col. 595. a. deleto *hujuſmodi*. Ambroſiaſt. in 2. Cor. *Et ſcio talem hominem, ſive in corp. ſive*, &c. ut ſup. Auguſtinus l. 12. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 297. c. *Et ſcio hujuſmodi hominem, ſive*, &c. ut in Vulgata. Irenæus l. 2. c. 30. p. 162. c. *ſive in corp. ſive extra corpus, Deus ſcit.* Græc. Καὶ οἶδα τὸν τοιῦτον ἄνθρωπον, εἴτε, &c.

℣. 4. Tertullianus l. de præſcr. c. 24. p. 335. b. *& in Paradiſum delatus, audiit quædam illic.* Ambroſ. l. de parad. col. 145. b. *quoniam raptus eſt in Paradiſum: & audivit ineffabilia, quæ non licet homini loqui:* ſimiliter habet l. 4. in Luc. col. 1341. a. & l. 5. de fide, col. 595. a. addito *verba*, ante *ineffabilia*: ſic etiam in Pſ. 36. col. 795. e. at ſup. col. 793. b. & 795. d. f. habet, *arcana verba, quæ non licet*, &c. & in Pſ. 37. col. 810. c. *raptus in Paradiſ. audivit ſecreta cœleſtia:* & l. de Joſ. c. 13. col. 508. b. alludens dicit: *raptus in Paradiſum, ſive in corp. ſive extra*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

nonne dicenda verba, quæ non licet homini loqui.

5. Pro ejusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus.

6. Si enim voluero gloriari, non ero insipiens: nam veritatem dicam: parco autem, ne quis in me existimet supra id, quod me videt, aut audit aliquid ex me.

7. Et in sublimitate revelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, ut me colaphizet.

8. Propter hoc Dominum ter rogavi ut discederet à me:

9. & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libentissimè itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

VULGATA NOVA.

divit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

5. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis.

6. Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

7. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet.

8. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet à me:

9. & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*corpus nesciens) audivit verba ineffabilia, quæ loqui homini non liceret:* & l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 636. b. *Paulus audivit aliqua secreta sapientiæ, quæ probibitus est aliis intimare, & ideo raptus est in Paradisum*, &c. Augustin. l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 297. c. *quoniam raptus est in Parad. & audivit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui:* similiter l. 2. de Gen. to. 1. col. 670. f. & tract. 7. & 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 352. c. 743. c. Ambrosiaster vero, Scholiastes Hieron. & Beda in 2. Cor. cum Maxim. Taurin. p. 35. g. *quia raptus est in Parad. & audivit arcana verba*, &c. ut in Vulg. Sedulius Hib. in eandem ep. *verba inaudita*. Gr. ἄῤῥητα ῥήματα.

℣. 5. Ambrosius l. de parad. col. 145. c. & in Luc. 4. col. 1341. a. *Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem non gloriabor nisi in infirmitatibus meis:* hunc etiam vide in Psal. 36. col. 795. e. Concinit Ambrosiaster in 2. Cor. itemque Scholiastes Hier. & Beda in eund. loc. nisi quòd uterque simpliciter habeat *nihil*, pro *non gloriabor*. Græc. ἐ καυχήσομαι.

℣. 6. Ambrosius l. de parad. col. 145. c. *Si enim voluero gloriari, non ero stultus: nam veritatem dico.* Augustinus tract. 58. in Joh. to. 3. p. 2. col. 661. c. *Et si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dico.* Ambrosiast. in 2. Cor. *Nam & si voluero gloriari, non ero stultus: nam veritatem dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* Beda tollit *me*, ante *existimet*. Græcum: Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, ἐκ ἔσομαι ἄφρων..... μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκέει τι ἐξ ἐμȣ. In Velef. lect. τις ἐμὲ λογίσηται.

℣. 7. Irenæus l. 5. c. 3. p. 295. d. *Et ut sublimitate revelationum non superextollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, uti me colaphizet.* Tertullianus l. de fuga in perf. p. 969. c. *Datum sibi*, ait, *sudem angelum satanæ, ut colaphizetur:* item l. de pudic. p. 1006. c. *Datum sibi sudem angelum satanæ, à quo colaphizaretur, ne se extolleret.* Cyprianus l. de mortal. p. 232. c. & l. 3. Testim. p. 306. b. *Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar.* Itidem Ambrof. l. 1. de pœnit. col. 410. e. Hilarius verò in Ps. 118. col. 262. c. *Angelum*, inquit, *satanæ, qui se colaphizaret, accepit:* & infra, col. 325. d. *Et propter eminentiam revelationum, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaphizaret, ne extollar.* Augustinus l. 2. de Gen. to. 1. col. 683. c. *Et ne magnitudine revelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet:* & ep. 266. to. 2. col. 900. b. *Ne magnitudine revelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis:* & quæst. 49. in Judic. to. 3. p. 1. col. 619. f. *Et in magnitudine revelationum ne extollar:* & tract. 62. in Joh. Evang. ac tract. 6. in 1. Epist. Joh. to. 3. p. 2. col. 668. d. & 866. b. *In magnitudine revelationum ne extollar, datus est mihi*, &c. ut in Vulg. sicque etiam legit l. 3. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 154. e. Concinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. nisi quòd omittat *stimulus carnis meæ*. Hieronymus verò l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. f. habet: *datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaphiz.* Itidem Auctor l. de xlii. mans. apud Ambrof. col. 12. c. præter *ut me colaphizet.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Et ne sublimitate revelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, ut me colaphizet, ne extollar.* Gaudent. Brix. præf. ad Benev. p. 945. a. *Ne eminentia revelationum me extollat, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaph. ut non extollar.* Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1248. b. & Scholiastes Hier. in 2. Cor. Vulgatæ congruunt. Item Beda in eund. loc. nisi quòd habeat *ut me colaphizet.* Græc. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Bornerius cod. Gr. Lat. addit μȣ, post σαρκὶ, delet verò in fine ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, cum aliis quibusdam.

℣. 8. Irenæus l. 5. c. 3. p. 295. d. *Et super hæc ter Dominum rogavi ut absistat à me.* Cyprianus l. de mortal. p. 232. c. & l. 3. Testim. p. 306. b. *Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet à me.* Sic etiam Scholiastes Hier. in 2. Cor. cum Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. tom. 4. col. 1248. b. Ita quoque August. l. 3. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 154. e. at tract. 62. in Evang. Johan. & tract. 6. in 1. Epist. Joh. to. 3. p. 2. col. 668. d. 866. b. legit: *Propter quod ter Dominum rogavi ut auferret eum à me:* ita rursum l. de unit. Eccles. to. 9. col. 372. c. cui accinit Beda in 2. Cor. Ambrosius verò in Luc. 11. col. 1431. d. habet: *Propter hoc ter Dominum rogavi.* Itidem Ambrosiaster in 2. Cor. cum Gaudent. Brix. præfat. ad Benev. p. 945. a. qui etiam addunt, *ut discederet à me.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. *Propter quod ter Dom. cogitavi* (f. *rogitavi*) *ut discederet à me.* Græc. Ὑπὲρ τȣ́τȣ τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμȣ. Ms. Alex. initio habet, Καὶ ὑπέρ. Vide sis Tertull. l. 5. cont. Marc. p. 795. a.

℣. 9. Irenæus l. 5. c. 3. p. 295. d. *& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter ergo magis* (al. *enim magis*) *gloriabor in infirmitatibus, ut inhabitet in me virtus Christi.* Tertullianus l. de pudic. p. 1007. a. *Satis habe gratiam meam: virtus enim in infirm. perficitur:* item l. de ref. carn. pp. 569. c. 585. c. necnon l. de fuga in perf. p. 969. b. *virtus in infirmitate perficitur.* Concinunt Hieronymus ep. 1. ad Rufin. tom. 4. p. 2. col. 3. e. & Philastr. Brix. p. 725. d. Cyprianus l. de mortal. p. 232. c. ac l. 3. Testim. p. 306. b. *& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Similiter Augustinus l. 3. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 154. e. & in Job, col. 666. c. & tract. 62. in Evang. Joh. ac tract. 6. in 1. Ep. Joh. tom. 3. p. 2. col. 668. d. 866. b. & lib. de unitate Eccles. tom. 9. col. 372. d. Sic etiam Gaudentius Brix. præf. ad Benev. p. 945. a. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. e. nisi quòd iste habeat, *sed dixit mihi.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. e. *Sufficit gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Ambrof. l. de apol. Dav. col. 678. c. *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate consummatur:* ita rursum infra, col. 687. b. ab his, *nam virtus;* itemque l. 1. Hexa. col. 18. d. præter *quia virtus:* & l. 3. de interpel. Job, col. 654. c. necnon in Ps. 36. col. 796. c. *virtus in infirmitatibus consummatur:* in Psal. verò 37. & l. 1. de pœnit. col. 406. f. *virtus in infirmitate perficitur:* & in Psal. 35. col. 775. c. *Libentissimè itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut prætendat in me virtus Chr.* rursum in Psal. 118. col. 1223. f. *gloriabor in infirmitatibus meis.* Orosius contra Pelag. p. 457. g. *gloriabor super inf. meis.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 747. a. *Libentissimè igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet virtus Ch. in me.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 119. col. 129. d. *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur:* & post pauca: *Gaudeo in tribulationibus meis, ut inhabitet in me virtus Chr.* Ambrosiaster in 2. Cor. *& ait mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libentissimè itaque magis gloriabor in... meis, ut inhabitet in me*, &c. Rom. ed. *in infirmitate consummatur....... ut prætendat in me virtus Chr.* Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. Vulgatæ consonat ad verbum, sicut etiam Scholiastes Hier. & Beda in

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: Cùm enim infirmor, tunc potens sum.

11. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum:

12. signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus.

13. Quid est enim, quod minùs habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam.

14. Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos: & non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.

15. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minùs diligar.

16. Sed esto: ego vos non gravavi: sed cùm essem astutus, dolo vos cepi.

17. Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?

18. Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?

## VERSIO ANTIQUA.

10. Propter quod placeo in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: Cùm enim infirmor, tunc potens sum. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

11. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim debui à vobis * commendari: nihil enim minus feci ab aliis, qui supra modum sunt Apostoli: etsi nihil sum: * *Ms. Reg.* commendare.

12. tamen signa Apostoli facta sunt inter vos in omni patientia, signis, & prodigiis, & virtutibus.

13. Quid est enim, quod minùs habuistis quàm cæteræ Ecclesiæ, nisi quòd ego ipse non gravavi vos? Donate mihi injuriam hanc.

14. Ecce tertiùm hoc paratus sum venire ad vos: & non vos gravabo. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.

15. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam, & ipse intendar pro animis vestris: plus vos diligens, minùs diligor.

16. Sed esto: ego non gravavi vos: sed cùm * sim astutus, dolo vos accepi. * *Ms.* sit.

17. Nunquid per aliquem ex his, quos misi ad vos, per eum circumveni vos?

18. Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid circumvenit vos Titus? nonne eodem spiritu ambulavimus? non iisdem vestigiis?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

2. Cor. Græc. sic: καὶ εἴρηκέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. Bornerius codex Græco-Latinus delet μου, post δύναμις· subinde in Velesianis lect. legitur, Ἡδέως οὖν, absque sequenti μᾶλλον.

℣. 10. Tertullianus l. contra Gnosticos, p. 832. c. *Propter quod boniduco in infirmitatibus, in injuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Ambrosius in Psalm. 43. col. 909. c. *Placeo mihi in injuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis:* & l. 1. Hexam. col. 18. d. *Cùm infirmor, tunc potens sum:* quæ postrema rursum habet in Psalm. 35. col. 776. a. & in Psalm. 118. col. 1253. a. & l. 1. de pœnitentia, col. 406. f. & epist. 1. col. 754. a. & alibi. Ita quoque Gaudentius Brixiensis, præfat. ad Benevolum, p. 943. d. præfixo *enim*, verbo *infirmor*. Hieronymus præfat. in cap. 4. Amos, tom. 3. col. 1396. c. *Quando infirmor, tunc fortior sum:* sic iterum lib. 2. contra Jovin. tom. 4. part. 2. col. 200. b. & epist. 1. ad Rufinum, col. 3. e. addito *enim*, post *Quando*. Augustinus in Psalm. 45. tom. 4. col. 407. c. *Quando infirmor, tunc fortis sum.* Auctor quæst. ex utroque Testamento, quæstione 119. col. 129. d. *Cùm infirmor, tunc fortior sum.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis: Cùm enim infirmor, tunc potens sum.* Fulgentius lib. 2. de veritate prædestinat. cap. 23. pag. 479. *Propter quod complaceo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Epiphanius in Cantici Canticor. c. 1. ℣. 2. *Cùm infirmor, tum fortis sum.* Scholiastes Hieronymi, & Beda, ut in Vulgata. Græc. Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ· Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, &c. ut in Vulgata. In Ms. Alex. deest ἐν διωγμοῖς, *in persecutionibus*.

℣. 11. Ambrosius l. 4. de fide, col. 532. b. *Factus sum insipiens, vos me coegistis.* Similiter habet Ambrosiaster in hunc loc. sed addit: *Ego enim debui à vobis commendari: nihil enim minus feci quàm illi valde Apostoli: etsi nihil sum:* & supra, in 2. Cor. 5. 3. *nihil minus feci ab his, qui valde sunt Apostoli.* Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos, tom. 4. part. 2. col. 539. a. *nihil enim mihi defuit ab his, qui supra modum sunt Apostoli: licet nihil sim.* Scholiastes Hieronymi, & Beda in 2. Cor. *nihil enim minus feci ab his, qui*, &c. ut in Vulgata. Sedulius Hiberniensis: *nihil minus fui... etsi nihil sum.* Græcum: Γέγονα ἄφρων καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι· οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων· εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. Mss. plurimi omittunt verbum καυχώμενος.

℣. 12. Ambrosiaster in 2. Corinth. *signa tamen Apostoli facta sunt in vobis in omni patientia, signis, & prodigiis, & virtutibus.* Græcum: τὰ μὲν σημεῖα τοῦ Ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις, καὶ τέρασι, &c. ut supra. Bornerii codex Græco-Latin. habet in principio, ἀλλὰ τὰ μέν. In Velesianis lectionib. τῆς Ἀποστολῆς μου κατειργάσθη ἐφ' ὑμᾶς· subinde in Mss. quibusdam deest ἐν, ante σημείοις· alii habent, σημείοις τε· alii, καὶ σημείοις.

℣. 13. Ambrosiaster in 2. Cor. *Quid est enim, quod minùs habuistis cæteris Ecclesiis, nisi quòd*, &c. ut sup. Græc. Τί γάρ ἐστιν, ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. Bornerii codex, pro ἡττήθητε, habet ἐλαττώθητε.

℣. 14. Ambrosiast. in 2. Cor. *Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos: & non vos gravabo. Non enim*, &c. ut sup. Gr. Ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν. Οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. Οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ, &c. ut in Lat. Mss. plerique addunt τοῦτο, ad τρίτον.

℣. 15. Augustinus tract. 5. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 858. f. 863. g. *& ipse impendar pro animabus vestris.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Ego verò libentissimè impendam, & superimpendam, & ipse impendar pro animabus vestris: plurimùm vos diligens, minùs diligor.* Scholiastes Hieronymi in eundem loc. *Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris abundantiùs: licet plus vos*, &c. ut in Vulgata. Sedulius Hiberniensis in 2. Corinth. *Ego autem libenter impendam, & plusquam possum impendar.* Græcum: Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι. Ms. 1. pro ἐκδαπανηθήσομαι, habet δαπανηθήσομαι· subinde Alexandrinus delet εἰ; & pro ἧττον, habet ἧσσον. Bornerii codex, ἔλασσον.

℣. 16. Ambrosiaster in 2. Cor. *Sed esto: ego vos non gravavi: sed ut astutus, dolo vos cepi.* Græcum: Ἔστω δέ· ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, &c. ut supra.

℣. 17. Ambrosiaster in 2. Corinth. *Num per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?* Sedul. Hibern. *Nunquid circumveni vos?* Græcum: Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; Velesianæ lectiones, Μὴ διά τινος ὧν· al. Μή τινα ὄν. In Bornerii codice Græco-Latino deest δι' αὐτοῦ.

℣. 18. Ambrosiaster in 2. Corinth. *Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid avarus in vos fuit Ti-*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

19. Olim speratis quoniam vobis disputamus? Coram Deo loquimur: omnia autem carissimi pro vestra ædificatione.

20. Timeo enim, ne cùm venero, non quales volo, inveniam vos: & ego inveniar vobis, qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, dissensiones:

21. ne iterum cùm venero ad vos, humiliet me Deus meus; & lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam in immunditiam, fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

**VULGATA NOVA.**

19. Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem charissimi propter ædificationem vestram.

20. Timeo enim, ne fortè cùm venero, non quales volo, inveniam vos: & ego inveniar à vobis, qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos:

21. ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos; & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*tus? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?* Scholiastes Hieronymi, & Beda, ut in Vulgata; nec refragatur Græcum, nisi quòd pro *misi cum illo*, habet συναπέστειλα.

℣. 19. Ambrosiaster in 2. Corinth. *Iterum putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem carissimi pro vestra ædificatione.* Sedulius Hiberniensis in 2. Cor. *Quid excusemus nos apud vos? In præsentia Dei in Christo*, &c. Græcum: Πάλιν δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; Κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν· τὰ δὲ πάντα ἀγαπητοὶ ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς. Mss. quidam, pro Πάλιν, ferunt Πάλαι· paulòque post, Κατέναντι, pro Κατενώπιον.

℣. 20. Ambrosiaster in 2. Corinth. *Timeo enim, ne cùm venero, non quales volo, inveniam vos: & ego inveniar à vobis, non qualem vultis: ne fortè sint inter vos contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, tumores, seditiones.* Tertullianus l. de pudic. p. 1007. b. *schismata, & æmulationes, & dissensiones, & præsumptiones, & elationes, & contentiones.* Græcum: Φοβοῦμαι γὰρ, μήπως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω, εὕρω ὑμᾶς· κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μήπως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι· deinde, μὴ πάλιν, &c. Ms. 1. habet, εὑρεθῶ ἐν ὑμῖν· subinde in Velesianis lectionibus, ἀκαταστασίαι ἐν ὑμῖν ὦσι.

℣. 21. Tertullianus l. de pudicitia, p. 1009. a. *ne rursus cùm venero, humiliet me Deus; & lugeam multos eorum, qui ante deliquerunt, & pœnitentiam non egerunt super immunditia, quam admiserunt, fornicatione, & vilitate.* Cyprianus epist. 52. p. 74. c. *Timeo ne fortè veniens ad vos, lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam de immunditiis, quas fecerunt, & fornicationibus, & libidinibus.* Augustinus epist. 265. tom. 2. col. 898. d. *ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos; & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione, quam egerunt:* ita rursum lib. 3. cont. epist. Parmeniani, tom. 9. col. 57. d. nisi quòd deleat *apud vos*, & in fine ponat *gesserunt:* ita quoque infra, col. 65. b. & sermon. 351. tom. 5. col. 1362. f. præter *venero ad vos:* at l. de fide & oper. tom. 6. col. 191. c. *ne lugeam multos, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditiam, & fornicationem, quam gesserunt.* Ambrosius l. de laps. virgin. col. 316. c. *qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & libidinibus, quas gesserunt.* Philastrius Brixiensis lib. de hæres. p. 710. f. *ne veniam ad vos, & iterum me humiliet Dominus propter quosdam, qui non eg. pœnit.* S. Pacianus epist. 1. p. 306. h. *ne cùm venero, lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ex his, quæ ante gesserunt in fornicatione, & immunditiis suis.* Chromatius Aquileiensis in Matthæum, p. 978. e. *& veniam ad vos, ut lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam in immunditia, quam gesserunt, & fornicatione.* Auctor quæstion. ex utroque Testamento, quæstione 102. col. 96. d. *ne fortè veniens lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, quam gesserunt.* Ambrosiaster, & Scholiastes Hieronymi ut in Vulgata, cui etiam favet Beda, nisi quòd in fine habeat, *super immunditia, & luxuria, & fornicatione, quam gesserunt.* Græcum: μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς· καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν. Mss. quidam initio ferunt, μὴ πάλιν ἐλθόντος μου.

# CAPUT XIII.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Tertiùm hoc venio ad vos: In ore duorum testium, & trium stabit * omne verbum.

** Ms. Reg. omnem.*

2. Prædixi, & prædico, præsens secundùm, & absens nunc, qui ante peccaverunt, & cæteris omnibus, quia si venero iterum, non parcam.

3. Quia experimentum quæritis ejus, qui in me

**VULGATA NOVA.**

1. Ecce tertiò hoc venio ad vos: In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. *Deuter. 19. 15. Matth. 18. 16. Joan. 8. 17. Hebr. 10. 28.*

2. Prædixi, & prædico, ut præsens, & nunc absens, iis, qui ante peccaverunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.

3. An experimentum quæritis ejus, qui in

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Augustinus lib. 3. contra Parmen. tom. 9. col. 65. b. *Ecce tertiò hoc venio ad vos: In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.* Itidem Beda in 2. Corinth. sicut etiam Scholiastes Hieronymi, addito *ut*, post *ad vos.* Ambrosiaster in 2. Corinth. *Tertiùm hoc venio ad vos*, &c. ut in Vulgata. Tertullianus lib. 5. contra Marcion. p. 795. a. alludens dicit: *In tribus testibus præfiniens staturum omne verbum.* Græcum: Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, καὶ τριῶν σταθήσεται, &c. Mss. plures, Ἰδοὺ τρίτον τοῦτο· al. deest τοῦτο· subinde Genev. habet, Ἵνα ἐπὶ στόματος· & paulò post, Ms. 1. ἢ τριῶν.

℣. 2. Augustinus lib. 3. contra epist. Parmen. tom. 9. col. 57. e. & 65. b. *Prædixi, & prædico, sicut præsens secundò, & nunc absens, iis, qui ante peccaverunt, & cæteris*, &c. ut supra. Ambrosiaster in 2. Corinth. *Prædixi enim, & prædico, ut præsens secundo adventu, & absens nunc scribo iis, qui ante peccaverunt, & cæteris*, &c. Beda in eundem locum: *Prædixi ergo, & prædico, ut præsens vobis, & nunc absens, his, qui ante peccaverunt*, &c. Itidem Scholiastes Hieronymi, excepta vocula *enim*, pro *ergo*. Sedulius etiam Hiberniensis habet, *Prædixi enim.* Græcum: Προείρηκα, καὶ προλέγω, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, &c. Mss. plures, loco τὸ δεύτερον, habent ὑμῖν, *vobis:* alii quidam *bis:* subinde in aliquibus deest γράφω; sicut in uno infra, εἰς τό.

℣. 3. Ambrosius in Psalm. 36. col. 796. f. *Quid experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus? &* in Psalm. 118. col. 1127. d. *Quoniam experimentum quæritis*, &c. & l. 3. de Spiritu sancto, col. 675. e. *Nun-*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? | loquitur Christus, qui in vos non infirmatur, sed potens in vobis. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* |
| 4. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis. | 4. Nam & crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed vivemus in ipso ex virtute Dei. |
| 5. Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis. | 5. In vobisipsis tentate si estis in fide: ipsi vos probate. Aut non cognoscitis vos, quia Jesus Christus in vobis est? nisi si reprobi estis. |
| 6. Spero autem quòd cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. | 6. Spero autem quòd cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. |
| 7. Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi simus. | 7. Oramus autem Deum ne faciatis vos quicquam mali, ut non nos probati pareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi sumus. |
| 8. Non enim possumus aliquid adversùs veritatem, sed pro veritate. | 8. Non enim possumus quid adversùs veritatem, sed pro veritate. |
| 9. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. | 9. Gaudemus enim, quando nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. |
| 10. Ideo hæc absens scribo, ut non præsens duriùs agam secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. | 10. Propterea hæc absens scribo, ut non præsens duriùs agam secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. |
| 11. De cætero, fratres, gaudete, perfecti | 11. De cætero, fratres, gaudete, perfecti esto- |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*quid experimentum quæritis*, &c. at in Luc. 1. col. 1279. f. & lib. 2. de pœnitentia, col. 429. f. *Experimentum quæritis*, &c. ut supra. Augustinus tractat. 89. & 95. in Johan. tom. 3. part. 2. col. 718. e. 730. f. necnon in Psalm. 3. tom. 4. col. 9. d. 15. c. *An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus?* sic iterum lib. 1. de conjug. adult. tom. 6. col. 400. c. & lib. contra Adimant. to. 8. col. 120. f. tract. verò 47. in Joh. col. 609. c. pro *Christus*, legit *Christi*: at lib. 3. contra epist. Parmenia. tom. 9. col. 65. b. *Quia probationem quæritis ejus, qui in me loqitur Christus.* Hieronymus epist. ad Princip. tom. 2. col. 683. c. & lib. 1. contra Pelag. tom. 4. part. 2. col. 492. f. *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Iridem Gaudentius Brixiensis sermon. 2. p. 947. a. cum Vigilio Tapsensi, lib. contra Varimad. p. 746. a. & Ambrosiastro in 1. Corinth. 6. 12. col. 133. f. at infra, in hunc locum Ambrosiaster legit: *Quomodo probationem quæritis ejus, qui in me loquitur*, &c. ut in Vulgata. Faustinus presbyter, lib. cont. Arian. p. 647. e. *An experimentum quæritis, qui in me loquitur, Christi?* Græc. Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τῦ ἐν ἐμοὶ λαλῦντος Χριςῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς ὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυναἶεῖ, &c. Mſ. 1. delet Ἐπεί.

℣. 4. Hilarius lib. 10. de Trinitate, col. 1077. f. *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei*: in pluribus Mss. *ex infirmitate nostra*, quomodo in priùs vulgatis legebatur sup. lib. 9. num. 13. sed utrobique abest *nostra* à potioribus Mss. & Græco: idem Hilarius in Psalm. 53. col. 96. b. constanter: *crucifixus ex infirmitate, resurrexit ex virtute.* S. Paulinus ep. 24. p. 165. b. *crucifixus est ex infirmitate nostra: sed vivit ex virtute Dei.* Ambrosius lib. de incarnatione, col. 720. e. *Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra: vivit tamen ex virtute Dei.* Augustinus in Job, tom. 3. part. 1. col. 661. g. *Etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei*: & in epist. ad Rom. part. 2. col. 928. a. *Nam etsi mortuus est ex infirmitate: sed vivit in virtute Dei.* Arnobius junior, l. de Trinit. p. 222. c. *mortuus est ex infirmitate nostra: sed vivit ex virtute Dei.* Phœbadius Aginnensis, lib. contra Arianos, p. 304. d. e. *passus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei.* Gaudentius Brixiensis, serm. 19. p. 974. d. *crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei.* Auctor lib. de promissionibus, part. 3. promiss. 21. col. 178. c. *etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit in virtute Dei.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra: sed vivit ex virtute Dei. Etenim nos infirmamur in illo: sed vivimus cum eo ex virtute Dei erga vos.* Beda quoque legit, *sed vivimus cum eo*; reliqua ut in Vulgata. Sedulius Hiberniensis, *sed vivemus cum eo ex virtute Dei*; nec addit *in vobis*. Mſ. codex 52. Floriacensis: *Nam etsi nos infirmi sumus in illo: sed vivimus cum eo ex virtute Dei.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd in fine, pro *in vobis*, habeat εἰς ὑμᾶς, quod abest à Mss. Barbarin. 1. Reg. & Sangerman. Mſ. etiam 1. in principio delet Γὰρ, *Nam*; alii quidam, εἰ, *si*: subinde in Velesianis lectionibus exstat ζῶμεν, *vivimus*, pro ζησόμεθα. Mss. quoque Latini plures ferunt *vivimus*: deinde Colbertinus unus, cum Sangerman. & Reg. ἐν αὐτῷ, pro σὺν αὐτῷ.

℣. 5. Ambrosiaster in 2. Cor. *Vosipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vos, quòd Christus Jesus in vobis est? nisi reprobi estis.* Gr. Ἑαυτὺς πειράζετε εἰ ἐςὲ ἐν τῇ πίςει· ἑαυτὺς δοκιμάζετε. Ἢ ὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτὺς, ὅτι Ἰησῦς Χριςὸς ἐν ὑμῖν ἐςιν; εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐςε. al. μή τοι· al. μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐςε.

℣. 6. Ambrosiaster in 2. Cor. *Spero autem cognituros vos, quia non sumus reprobi.* Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. *Spero autem quòd cognoscitis, quia nos non*, &c. Græc. Ἐλπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς ὐκ, &c. Veles. lect. γινώσκετε.

℣. 7. Augustinus l. de corr. & gra. tom. 10. col. 750. e. *Oramus autem ad Deum ne quid faciatis mali, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis.* Ambrosiaster in 2. Cor. *Oro autem Deum ne quidquam mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut quasi reprobi simus.* Scholiastes Hieronymi in eundem locum: *Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis: nos autem ut reprobi sumus.* Arnobius junior, lib. de Trinitate, p. 233. f. *Oramus autem ad Dominum ne quid mali faciatis.* Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. d. *Oramus autem ad Deum ut nihil mali faciatis.* Gr. Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδὲν, ὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, &c. ut in Vulg. Mss. plures in principio ferunt Εὐχόμεθα.

℣. 8. Agapetus I. epist. 4. Conc. to. 4. col. 1794. d. *Non enim possumus aliquid adversùs*, &c. ut sup. Sic etiam Ambrosiaster, Scholiastes Hieronymi, & Beda in 2. Cor. Græc. Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

℣. 9. Ambrosiaster in 2. Cor. *Gaudemus enim, cùm nos infirmamur, vos autem fortes estis. Hoc & oramus, & vestram consummationem.* Sedulius Hibern. in 2. Cor. *Gaudemus enim, cùm nos infirmi fuerimus, vos hìc fortes estis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Χαίρομεν γὰρ, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. Τῦτο δὲ ϗ εὐχόμεθα τὴν ὑμῶν καταρτισιν· aliàs deest δὲ, post Τῦτο.

℣. 10. Ambrosiaster in 2. Cor. *Idcirco hæc absens scribo*, &c. ut in textu. Græc. Διὰ τῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, κατὰ τὴν ἐξυσίαν, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, &c. ut in Latino. Tertullianus lib. de coro. mil. c. 2. p. 289. a. alludens habet, *nec in destructionem ejus, sed in ædificationem.*

℣. 11. Ambrosiaster in 2. Corinth. *De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, consolationem percipite, idem sapite, in pace agite, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.* Scholiastes Hieronymi, *idipsum sapite*, &c. ut in Vulga-

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

te, exhortamini, idipsum sapite, pacifici estote, & Deus pacis, & caritatis erit vobiscum.

12. Salutate invicem in sancto osculo. Salutant vos sancti omnes.

13. Gratia Domini Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. Amen.

* Ad Corinthios II. explicit.

**VULGATA NOVA.**

estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.

12. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

11. Græc. Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης, καὶ εἰρήνης ἔσαι μεθ' ὑμῶν. Mss. quidam ita incipiunt, Τὸ λοιπόν· al. Τὸ δὲ λοιπόν.

℣. 12. Ambrosiaster in 2. Cor. *Salutate vos invicem in osculo sancto*, &c. ut sup. Græcum, Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες.

℣. 13. Ambrosius lib. 4. de fide, col. 548. c. *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio S. Spiritus cum omnibus vobis*: ita rursum lib. 5. col. 572. d. & lib. 2. de Spiritu S. col. 626. f. 627. c. & lib. 3. col. 684. b. Ambrosiaster verò in 2. Cor. *Gratia Domini n. Jesu Christi, & dilectio Dei, & communicatio Spiritus S. sit cum omnibus vobis. Amen.* Ita quoque in Græco, detractis vocibus *nostri*, post *Domini*; & *sit*, post *sancti*. Mss. tamen plures habent Κυρίου ἡμῶν· quidam verò in fine delent *Amen*.

* Græc. Πρὸς Κορινθίους δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας διὰ Τίτου, καὶ Λουκᾶ. *Ad Corinthios secunda scripta est à Philippis Macedoniæ per Titum, & Lucam.* At subscriptio hæc abest à Mss. pluribus; in aliis multis deest tantum τῆς Μακεδονίας. Vide Millii notam in hunc locum.

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

## Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

### *EPISTOLA AD CORINTHIOS II.*

CAP. I. ℣. 6. Sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute. *Non omittas* τὸ & salute.

*Sequitur:* Quæ operatur tolerantiam. *Non interponas* in vobis, *multoque minùs* in nobis, *primæ personæ*.

℣. 7. Ut spes nostra firma sit pro vobis. *Alii legunt modo indicativo*, & spes nostra firma est pro vobis.

℣. 11. Ut ex multorum personis. *Insignis correctio, qua* multorum personis *restitutum est, loco ejus quod vulgò legitur*, multarum personis facierum, *confusis interpretationibus duabus vocis* προσώπων.

*Ibidem.* Per multos gratiæ agantur pro nobis. *Non substituas* vobis, *secundæ personæ, pro* nobis, *primæ*.

℣. 12. Quòd in simplicitate cordis. *Non est omittendum* cordis, *quod Patres addiderunt*.

℣. 18. Quia sermo noster, qui fuit apud vos. *Pro præterito* fuit, *non scribas præsens* fit.

℣. 21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo. *Non præponas secundæ personæ pronomen, inverso ordine legens* vos nobiscum.

CAP. III. ℣. 9. Nam si ministratio damnationis gloria est. *Non addas præpositionem* in, *ante* gloria.

℣. 12. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur. *Non est mutandus indicativus* utimur, *in imperativum* utamur.

CAP. IV. ℣. 1. Ideo habentes administrationem. *Verbum unum* administrationem, *non mutes in duo* hanc ministrationem.

℣. 4. Ut non fulgeat illis illuminatio. *Non auferas pronomen* illis.

℣. 6. Ipse illuxit in cordibus nostris. *Nec omittas* ipse, *nec mutes cum* qui.

℣. 9. Persecutionem patimur, sed non relinquimur. *Quod subjiciunt quidam libri*, humiliamur, sed non confundimur, *Correctores prætereundum censuerunt*.

CAP. V. ℣. 13. Sive enim mente excedimus, Deo. *In quibusdam libris, pro* excedimus, *à cedo, est* excidimus, *à cado, id est, vocalis tertia pro secunda*.

CAP. VI. ℣. 16. Et inambulabo inter eos. *Correctores addiderunt* inter eos.

CAP. VII. ℣. 3. Non ad condemnationem vestram dico. *Non facilè omittas pronomen* vestram.

℣. 7. Ita ut magis gauderem. *Non præponas adverbium* magis, *conjunctioni* ut.

CAP. VIII. ℣. 15. Qui multum, non abundavit. *Nomini* multum *non addas verbum* habuit.

℣. 23. Et in vos adjutor. *Retinendus est accusativus* vos, *non substituendus ablativus* vobis.

*Ibidem.* Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi. *Hic retinendus est nominativus* gloria, *non surrogandus, qui vulgò legitur, genitivus* gloriæ.

℣. 24. In faciem Ecclesiarum. *Non mutes accusativum in ablativum* facie.

CAP. IX. ℣. 5. Ut præveniant ad vos. *Non scribas* perveniant, *pro* præveniant, *quod est, ante veniant*.

℣. 9. Justitia ejus manet in sæculum sæculi. *Alii scribunt* in æternum, *pro* in sæculum sæculi.

CAP. XI. ℣. 23. Ministri Christi sunt. *Non subjicias*, *quod in aliis est libris*, & ego.

℣. 25. Nocte & die in profundo maris fui. *Non mutes ablativum in accusativum* profundum.

CAP. XII. ℣. 11. Nihil enim minus fui. *Non est scribendum* feci *à facio, pro* fui *à sum*.

CAP. XIII. ℣. 4. Sed vivemus cum eo. *Non est mutandum futurum in præsens* vivimus.

℣. 6. Spero autem quòd cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. *Nec hic futurum* cognoscetis *in præsens* cognoscitis.

## Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

### *EPISTOLA AD CORINTHIOS II.*

CAP. I. ℣. 6. Sive consolamur pro vestra consolatione. *Multa Mss. nominatim ea, quæ jam vidimus, unum S. Audomari, duo Clarimarisci, omittunt hæc verba, tanquam alteram interpretationem ejus quod sequitur*, Sive exhortamur pro vestra exhortatione, *ex eodem uno Græco*, Εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ἡμῶν παρακλήσεως. *Vide Notationes in varias lectiones Bibliorum*.

CAP. XII. ℣. 12. Signa tamen Apostolatus mei. *Alii libri scribunt*, Signa tamen Apostoli, *ut est Græcè & Syriacè*.

CAP. XIII. ℣. 2. Ut præsens, & nunc absens. *Non pauci libri addunt* bis (ut præsens bis) *consentaneè Græco; & Syro: cujus loco quidam legunt* vobis, *sed malè*.



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI AD GALATAS,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

*CAP. I. Reprehendit Galatas Apostolus, quòd abduci se permiserint à veritate, quam ab ipso acceperant, cùm sola hæc tenenda sit, eamque non ab homine, sed per Christi revelationem ipse didicerit, & tanta solertia postea illam docuerit, quanta ipsam antea impugnabat: addens quomodo ipsum Deus ad evangelizandum segregaverit.*

*CAP. II. Paulus Evangelii veritatem liberè semper docuit inter Gentes, approbantibus id primis Apostolis, & nihil ad id addentibus, sed Paulum in socium recipientibus: qui etiam palàm reprehendit Cepham, ostendens quòd non ex legis operibus quisquam justificetur, sed per fidem in Christum.*

*CAP. III. Sicut Abrahæ, ita & posteris, non ex legis operibus, sed ex fide in Christum datus est Spiritus sanctus: subditi autem legi, cùm nemo præstet legem, maledicti sunt: sed hanc maledictionem Christus in se suscipiens, nos ab ea liberavit: promissiones verò factæ Abrahæ per fidem complentur, licet interim lex tanquam pædagogus data fuerit, quæ non poterat justificare.*

*CAP. IV. Ante Christum natum, Judæi, in modum hæredis adhuc parvuli, sub lege continebantur, tanquam sub tutore: conatur autem eos à legis servitute revocare, cùm fide acceperint filiorum adoptionem, commemorans quanto fervore ipsum ac prædicationem ipsius antea acceperant: & simul ad hoc typum adferens de duobus Abrahæ filiis, duo testamenta designantibus: per quod docet legis æmulatores à Christi hæreditate ejiciendos.*

*CAP. V. Qui legis operibus justificari cupit, expers est fructus Christi, in quo nec prodest circumcisio, nec præputium, sed fides viva: hortatur ergo ut caveant à seductoribus, studeantque mutuæ dilectioni: caro autem semper repugnans spiritui trahit ad carnis opera, quæ separant à regno cælorum: spiritus autem adfert fructus, quibus illud consequimur, etiam si legis opera non præstemus.*

*CAP. VI. Cum humilitate juvandus est proximus: nec aliorum laudes curandæ: semperque bene operandum est, ut tempore suo metamus vitam æternam: rursum monet ut caveant à seductoribus, qui cùm legem suadeant, ipsi illam non observant: Paulus autem in solo Christo crucifixo gloriatur, ad quem nec circumcisio, nec præputium quidquam faciunt.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD GALATAS.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. PAULUS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis:

2. & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo,

4. qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundùm voluntatem Dei, & Patris nostri,

### VERSIO ANTIQUA.

1. PAULUS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deo Patri, qui suscitavit eum à mortuis:

2. & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo,

4. qui dedit seipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo malo, secundùm voluntatem Dei, & Patri * nostro,

*Ex Mss. duobus; Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

* *Ms. Reg. nostri.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. c. *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum, & D. Patrem.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 782. b. ait Paulum se *Apostolum* esse professum, *& quidem non ab hominibus, nec per hominem, sed per Jesum* C. ita rursum l. cont. Prax. p. 859. b. additis his, *& Deum Patrem.* Novatianus etiam l. de Trin. p. 1038. c. ait, *Apostolum non ab hominibus, aut per hominem, sed per Jesum C. constitutum esse.* Hilarius in Ps. 118. col. 262. c. *Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jes. C.* Ambrosius in Luc. 22. col. 1521. e. f. *Paulus Apostolus non ab hom. neque per hom. sed per J. C. & Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis.* Itidem Hieronymus l. 1. in ep. ad Gal. tom. 4. p. 1. col. 223. & Augustinus in eand. ep. to. 3. p. 2. col. 943. d. quibus accinunt Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in eund. loc. necnon Auctor quæst. N. T. q. 91. col. 82. d. Rursus Augustinus tract. 109. in Joh. to. 3. col. 773. f. eadem legit, excepto *illum*, pro *eum.* Ita quoque legit Victorinus Afr. l. 1. & 3. cont. Arium, pp. 259. g. 280. d. usque ad *Patrem.* Græc. eisdem textibus favet.

℣. 2. Sic habent Hieronymus, Ambrosiaster, Scholiast. Hier. & Beda in hanc ep. In Græco deest tantùm verbum *sunt.*

℣. 3. Textui concinit Hieronymus in epist. ad Galat. Itidem August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. d. at in hanc epist. tollit *nostro*, post *Domino.* Sic etiam Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in eand. epist. sed addunt *nostro*, post *Patre ;* nec aliter Fulgentius l. de incarnat. p. 414. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 666. f. *Gratia vobis à Deo Patre nostro, & Domino J. C.* & l. 1. de fide, col. 465. f. *pax à Deo Patre, & Dom. n. J. C.* Græcum textui Reg. favet, & Sangerm. Mss. tamen quidam legunt, Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 4. Ambrosius l. 1. de fide, col. 465. f. & l. 3. de Spir. S. col. 666. f. *qui se dedit pro peccatis.* Hieronymus in Gal. 1. 4. *qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo malo, secundùm voluntatem Dei, & Patris nostri.* Sedulius Hib. in eand. epist. *qui se dedit ;* paulòque post, *de præsenti sæc. malo, secundùm voluntatem Dei.* Augustinus in Gal. 1. 4. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 25. d. *qui dedit semetipsum pro peccatis nost. ut eximeret nos de præsenti sæc. maligno, secund. vol. Dei, & Patris n.* Itidem Ambrosiaster in eandem ep. excepto verbo

### Versio antiqua.

Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

5. cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum : Amen.

6. Miror quòd ſic tam citò transferimini, ab eo, qui vocavit vos in gratia Jeſu Chriſti, in aliud Evangelium :

7. quod non eſt aliud, niſi ſi ſunt aliqui, qui conturbant vos, & volunt convertere Evangelium Chriſti.

8. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit vobis præterquam evangelizavimus vobis, anathema ſit.

9. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico : Si quis vobis adnuntiaverit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.

10. Modò enim hominibus ſuadeo, aut Deo? Aut quæro hominibus placere ? Si adhuc hominibus * placerem, Chriſti ſervus non eſſem.

* Mſ. Reg. placere.

11. Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundùm hominem :

### Vulgata nova.

5. cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum : Amen.

6. Miror quòd ſic tam citò transferimini, ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti, in aliud Evangelium :

7. quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Chriſti.

8. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.

9. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico : Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.

10. Modò enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere ? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.

11. Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundùm hominem : 1. Cor. 15. 1.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*liberaret*, pro *eximeret*. Græc. τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ..... ὅπως ἐξέληται, &c. ut ſup. Fulgentius l. de incarn. p. 414. Vulgatæ congruit, detracto *&*, ante vocem *Patris*.

℣. 5. Concinunt Hieronymus, & Auguſtinus in Gal. 1. 5. necnon Scholiaſtes Hieron. & Beda in eand. epiſt. Sic etiam Ambroſiaſter, deleto verbo *eſt*; cui favet Græcum.

℣. 6. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 783. b. *Miror vos tam citò transferri, ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ad aliud Evangelium :* & l. de præſcr. c. 27. p. 336. a. *Miror quòd ſic tam citò transferimini, ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ad aliud Evangelium.* Itidem Auguſt. in Gal. 1. 6. to. 3. præter *in gloriam Chriſti, in*, pro *in gratiam, ad :* at l. de unitate Eccleſ. to. 9. col. 359. g. Vulgatæ congruit ad verbum, ut & Sedulius, Scholiaſtes Hier. & Beda in Gal. Ita quoque Ambroſiaſter in eundem loc. & Fulgentius ep. 12. p. 219. niſi quòd legat Ambroſiaſter, *per gratiam Chriſti;* Fulgent. *in gratia Chriſti.* Cyprianus ep. 22. p. 32. c. *Miror quòd ſic tam citò demutamini, ab eo, qui vos revocavit in gratiam, ad aliud Evangelium :* ita rurſum ep. 63. p. 107. b. excepto *ad gratiam.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 241. b. *Miror quòd ſic tam citò transferamini. Quis vos vocavit in gratia in aliud Evangelium ?* Hieronymus in Gal. 1. 6. *Miror quòd tam citò transferimini, ab eo, qui vos vocavit in gratiam C. Jeſu, in aliud Evang.* Ambroſius in Pſ. 40. col. 883. b. *Miror quòd ſic tam citò transferimini in aliud Evangelium.* Græc. Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ἕτερον, &c. In Borner. cod. Gr. deeſt οὕτω, in Lat. *tam*, abſque *ſic*.

℣. 7. Cyprianus ep. 22. p. 32. c. *quod non eſt aliud, niſi ſi ſunt aliqui, qui vos turbant, & volunt convertere Evangelium Chriſti :* ſic iterum ep. 63. p. 107. b. præter verbum *conturbant*. Ita quoque Lucifer Calarit. l. de non parc. in Deum del. p. 241. b. detracta vocula *ſi*, poſt *niſi*. Itidem Hieronymus in Gal. 1. 7. cum Scholiaſte Hier. & Beda in eundem loc. Ambroſiaſt. *quod non eſt aliud, niſi aliqui ſunt, qui conturbant vos, & volunt convertere* (Rom. ed. *invertere*) *Evang. Chr.* Ambroſius in Pſal. 40. col. 883. b. *quod non eſt aliud, niſi aliqui ſunt, qui vos pervertunt.* Auguſtinus in Gal. 1. 7. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 359. g. *quod non eſt aliud, niſi aliqui ſunt conturbantes vos, & volentes convertere Evang. Chr.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 8. Tertullianus l. de præſcr. c. 6. p. 331. b. *Etiamſi Angelus de cœlis aliter evangelizaret, anathema diceretur à nobis :* & infra, c. 9. p. 336. b. *Et ſi Angelus de cœlo aliter evangelizaverit citra quàm nos, anathema ſit :* & l. de carn. Chr. p. 546. a. *Etiamſi Angelus de cœlo aliter evangelizaverit vobis, quàm nos evangelizavimus, anathema ſit :* itidem infra, p. 553. c. deleto verbo *evangelizavimus :* & lib. 5. contra Marc. p. 783. c. *Licet Angelus de cœlo aliter evangelizaverit, anathema ſit.* Cyprianus ep. 22. p. 32. c. *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo aliter annuntiet præterquam quod adnuntiavimus vobis, anathema ſit :* ſimiliter ep. 63. p. 107. b. addito *aut*, ante *nos*. Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 241. b. *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit præter id, quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Auguſtinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 359. g. *Sed licet ſi nos, aut Angelus de cœlo vobis evangelizaverit præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit :* ita rurſum in Galat. 1. 8. detracta vocula *ſi*, poſt *licet*. Sic etiam Ambroſiaſter in eundem loc. præter *Sed & ſi vos.* Libellus prec. Fauſtin. & Marcell. Sirm. tom. 1. col. 242. b. *Sed & ſi nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit præterquam evangelizavimus vobis, &c.* ut ſupra. Auctor l. de ſingul. cleric. p. 532. a. *Et ſi ego, aut Angelus Dei aliter evangelizaverit vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Hieronymus in Gal. 1. 8. Vulgatæ congruit, ſicut etiam Scholiaſtes Hieron. & Beda in eandem ep. necnon S. Pacianus ep. 3. p. 309. d. e. omiſſa prima vocula *Sed*. Cæleſtinus ep. 13. col. 1114. d. *Si quis aliud prædicaverit, quàm quod prædicavimus, anathema ſit.* Græc. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ᾽ ὅ, &c. ut ſup. Mſs. quidam, εὐαγγελίζεσθαι.

℣. 9. Itidem Cyprianus ep. 22. p. 32. c. & epiſt. 63. p. 107. c. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico : Si quis vobis annuntiaverit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.* Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 241. vel 243. b. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico : Si quis vobis aliud annuntiaverit, quàm quod accepiſtis, anathema ſit.* Auguſtinus in Gal. 1. 9. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico : Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit :* ſic iterum quæſt. 40. in Num. tom. 3. part. 1. col. 546. d. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 360. a. & l. 13. & 17. contra Fauſt. to. 8. col. 264. b. 307. a. at lib. 15. col. 273. f. & l. 21. col. 356. a. legit, *præter id, quod accepiſtis;* ut & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 42. d. tract. verò 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 743. a. *præter quod accepiſtis.* Ambroſiaſter in Gal. *Si quis vobis evangelizaverit præterquam quod accepiſtis, &c.* itidem in 2. Cor. 11. 7. excepto verbo *annuntiaverit*. Hieronymus in Gal. Vulgatæ concinit ad verbum. Sic etiam Beda, niſi quòd initio habeat, *Sicut prædixi.* Gr. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ᾽ ὅ, &c. Mſ. 1. cum Genev. Syr. Arab. Ὡς προείρηκα.

℣. 10. Hieronymus in Gal. 1. 10. *Modò enim hominibus ſuadeo, an Deo? Aut quæro hom. placere? Si adhuc hom. placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Itidem Auguſt. in eundem loc. exceptis his, *Modò ergo hominibus :* ſimiliter lib. 1. de ſerm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 172. e. & l. 2. col. 201. f. ab his, *Si adhuc hom. placerem, &c.* at l. de mor. Eccleſ. to. 1. col. 701. d. legit : *Si hom. placere vellem, Chr. ſervus non eſſem.* Sic etiam habent Tertullianus lib. de idol. c. 14. p. 243. b. Auctor l. de ſingul. cleric. p. 523. vel 519. b. & Cyprianus l. de hab. virg. p. 174. c. & l. 3. Teſtim. p. 320. a. at idem Cyprianus ep. 55. 62. & 63. pp. 83. b. 104. a. & 109. b. *Si hom. placerem, &c.* Hilarius in Pſal. 52. col. 90. b. *Ego ſi adhuc hom. placerem, C. ſervus non eſſem.* Concinit Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. g. deleta voce *Ego*. Ambroſiaſter in Gal. *Modò enim hom. ſatisfacio, aut Deo ? Aut quæro hom. placere? Si adhuc hom. placerem, ſervus C. non eſſem.* Sedulius, Scholiaſtes Hier. & Beda, ut in Vulg. Mſ. cod. 52. Floriac. *Modò enim hom. ſuadeo, aut Deo quæro placere ? Si hom. placerem, Chriſti ſ. non eſſem.* Gr. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; Ἢ ζητῶ.... Εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, &c. Mſs. plures omittunt γὰρ, ante ἔτι.

℣. 11. Eodem modo legit Hieronymus in Gal. 1. 11. Sic etiam Auguſtinus in eundem loc. & l. de corr. & gra. to. 10. col. 753. e. quibus accenſendi Scholiaſtes Hier. & Beda. Ambroſiaſter habet : *Notum autem vobis facio, fratres, Evang. quod prædicatum eſt à me, quia non eſt ſecund. hom.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 259. g. *Evangelium, quod evangelizatum eſt à me, non eſt juxta homi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Ephes. 12. neque enim ego ab homine accepi illud,
3. 3. neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.

13. Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam,

14. & proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum.

15. Cùm autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam,

16. ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus: continuò non acquievi carni & sanguini,

17. neque veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam: & iterum reversus sum Damascum:

18. deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim:

19. alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.

VERSIO ANTIQUA.

12. neque enim ego ab homine accepi illud, Ex Mss. Sangerm.
neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. & Reg. seu Clarom.

13. Audistis enim meam conversationem aliquando in Judaismo: quòd *supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, * Ms. Reg. super.

14. & proficiebam in Judaismo super multos coætaneos in genere meo, abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum.

15. Cùm autem placuit Deo, qui segregavit me de utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam,

16. ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem eum in Gentibus: continuò non adquievi carni & sanguini,

17. neque veni in Hierosolyma ad præcessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam: & iterum reversus sum Damasco:

18. deinde post annos tres veni in Hierosolyma videre Petrum, & remansi apud illum diebus quindecim:

19. alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nem.* Græc. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι, &c. Mss. quidam, Γνωρίζω γὰρ, &c.

℣. 12. Eadem exhibent Hieronymus, & Augustinus in Gal. 1. 12. item Augustinus tract. 109. in Joh. to. 3. p. 2. col. 773. f. & l. de corr. & grat. tom. 10. col. 753. e. quibus accedunt Scholiastes Hieron. & Beda in Galat. Sic etiam legit Ambrosiaster in eundem loc. præter *aut didici*, pro *neque didici*. Itidem Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 747. g. Victorinus verò Afric. l. 1. contra Arium, p. 259. g. *non enim ego ab homine accepi ipsum, sed per revelationem J. C.* Græc. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ, &c. Theophylact. omittit οὔτε ἐδιδάχθην.

℣. 13. Augustinus in Gal. 1. 13. *Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo: quoniam supra modum persequeb. Eccles. Dei, & vastabam illam.* Sic etiam Hieronymus, Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. præter verbum *expugnabam*, pro *vastabam*. Itidem in Græco, nisi quòd, pro *expugnabam*, legatur ἐπόρθουν, mel. *vastabam, diruebam*: at in Borner. cod. ἐπολέμουν.

℣. 14. Ita legunt Hieronymus, Augustinus, Ambrosiaster, Scholiastes Hier. & Beda in hunc loc. addita voce *meos*, ad *coætaneos*. At Ms. codex 52. Floriac. omittit *meos*, consentitque cum Græco, qui simpliciter habet συνηλικιώτας· Complut. verò addit μου, cum Syr. Arab. & Æthiop. Tertullianus l. de pudic. p. 999. c. habet, *æmulator factus est paternarum traditionum.*

℣. 15. Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. a. *Cùm autem placuit Deo, qui me ex utero matris meæ segregavit, & vocavit per gratiam suam*: at infra, c. 15. p. 312. b. *Quando autem complacuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, uti evangelizarem*, &c. Augustinus in Gal. 1. 15. *Cùm autem placuit Deo, qui me segregavit de ventre matris meæ, & vocavit per gratiam suam.* Faustus apud August. to. 8. col. 430. b. *Cùm placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ, ut revel.* &c. Vigilius Taps. l. 2. contra Ari. & Sab. *Quando autem placuit Deo, qui me segreg. ab utero m. meæ, & vocavit in gratiam suam*: & l. 12. de Trin. p. 309. a. *Cùm autem placuisset Domino, qui me segreg. ab utero m. meæ, & vocavit per gratiam suam*: & l. contra Varimad. p. 747. g. *Cùm autem placuit Deo, qui me segreg. de utero m. meæ per gratiam suam*: & infra, p. 750. h. *Posteaquam placuit Deo, qui me segreg. ex utero m. meæ, ut revelaret*, &c. Gaudentius Brix. ser. 4. p. 949. c. *Sed postquam placuit ei, qui segregavit me de utero matris meæ, & vocavit per grat. suum.* Hieron. in Gal. 1. 15. *Cùm autem placuit ei, qui me*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambrosiaster, Scholiastes Hieronymi, & Beda in eundem locum. Græc. Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὁ ἀφορίσας με, &c. ut in Vulg. in Ms. 1. deest ὁ Θεός.

℣. 16. Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. a. *revelare Filium suum in me, ut evangelizarem eum in Gentibus.* Augustinus in Gal. 1. 16. *revelare Filium suum in me, ut annuntiarem eum in Gentibus: continuò non acquievi carni & sanguini.* Faustus apud Aug. to. 8. col. 430. b. *ut revelaret Filium suum in me, ut eum annuntiarem in Gentes: continuò non adquievi carni & sanguini.* Ambrosiaster in hunc loc. *revelare Filium suum in me, ut evangelizarem eum in*, &c. ut sup. Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 309. a. *revelare Filium suum mihi, ut evangelizem eum in Gentibus*: at l. contra Varim. pp. 747. g. 750. h. *ut revelaret Fil. suum in me.* Gaudentius Brix. ser. 4. p. 949. c. *ut revelaret Filium suum in me, continuò non acquievi carni & sanguini.* Philastr. Brix. p. 725. c. *Filium suum Pater revelabit mibi.* Hieronymus in Gal. 1. 16. *ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizem illum in Gentibus: continuò non acquievi carni & sanguini: sive*, inquit, *ut in Græco meliùs habet: non contuli cum carne & sanguine*: subinde col. 234. b. addit: *Dicat quispiam: Si statim non contulit cum carne & sang. Evangelium, tamen subintelligitur quòd postmodum cum carne & sanguine contulerit..... quæ propositio nos coarctat, ut sic distinguamus, ne* statim, *sive* continuò, *cum* carne *jungamus &* sanguine; *sed cum superioribus hærere faciamus, & legatur*: Cùm autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ: *ac deinde*: ut revelaret Filium suum in me: *& ad extremum*: ut evangelizarem illum in Gentibus continuò: *ut à proprio incipiat exordio*: non contuli cum carne & sanguine. Tertullianus l. de res. carn. cap. 50. alludens ait: *Qui* (Apostolus) *post revelatum in se Filium Dei, ad evangelizandum eum in Nationibus, statim non retulerit ad carnem & sanguinem, id est, ad circumcisionem*, &c. Sedulius Hibern. in Gal. *non acquievi carni & sanguini, sive*, inquit, *non contuli, vel, nihil ab Apostolis didici, ut alii putant.* Hieron. post locum supra cit. ad ℣. 2. cap. 2. ait Latinum interpretem eo loci ℣. 16. cap. 1. scripsisse *acquievi*: quem vide infra. Græc. ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι...... εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ, &c. Mss. quidam, οὐ προανεθέμην.

℣. 17. Augustinus in Gal. 1. 17. *neque veni in Jerosolymam ad præcessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam: & iterum reversus sum Damascum.* Ambrosiaster in eundem loc. *neque veni Jerosolymam ad præcessores meos Apost. sed.... & iterum regressus sum Damascum.* Sedulius Hibern. *neque veni in Jerusalem ad antecessores meos Apost.* &c. ut in Vulg. Sic etiam Hieronymus, & Beda, præter *Jerosolymam*, absque præced. *in*. At Hieron. in comment. col. 238. c. legit *præcessores*, non *antecessores*. Gr. οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ Ἀποστόλους... καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν.

℣. 18. Augustinus in Gal. 1. 18. cum Ambrosiast. in eundem loc. *deinde post annos tres ascendi Jerosolymam videre Petrum, & mansi apud illum diebus xv.* Sedulius Hibern. *deinde post triennium veni Jerosolymam..... & mansi*, &c. Hieronymus contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 138. a. *deinde post triennium veni Jerusalem videre Petrum, & mansi apud illum diebus xv.* at in Galat. 1. 18. *deinde post annos tres veni Jerosolymam*, &c. Itidem Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. Ambrosius in Ps. 118. col. 1094. b. c. *Paulus ascendit Jerosolymam ut justos videret, & cum Petro mansit diebus xv.* Huc redit quod ait Tertul. l. de præscr. c. 23. p. 335. a. *Ascendit Hierosolymam Paulus, cognoscendi Petri causâ*: Gr. ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, &c.

℣. 19. Sic habet Hieronymus in Gal. 1. 19. & l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 138. a. Sic etiam Scholiastes Hier. & Beda in Gal. Augustinus verò in eund. loc. cum

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

20. Quæ autem scribo vobis; ecce coram Deo, quia non mentior.

21. Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ.

22. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ sunt in Christo:

23. tantùm autem audientes erant: Quia qui persequebantur nos aliquando, nunc adnuntiant fidem, quam aliquando expugnabat:

24. & in me magnificabant Deum.

**Vulgata nova.**

20. Quæ autem scribo vobis; ecce coram Deo, quia non mentior.

21. Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ.

22. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo:

23. tantùm autem auditum habebant: Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat:

24. & in me clarificabant Deum.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

Sedulio Hib. *alium autem Apostolorum non vidi, nisi Jacobum*, &c. ut sup. Ambrosiaster, post vocem *quindecim*, addit: *iterum reversus sum Damascum: alium autem ex Apostolis vidi neminem, nisi Jacobum*, &c. Græc. ἕτερον δὲ τῶν Ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ, &c. ut sup. Borner. cod. εἶδον οὐδένα.

℣. 20. Sic habet Hieronymus in Gal. 1. 20. Sic etiam Augustinus in eundem loc. & l. 1. de serm. Dom. in m. tom. 3. p. 2. col. 187. d. cui accinunt Ambrosiaster, Sedulius, Scholiastes Hieronymi, & Beda in Galat. cum Græco.

℣. 21. Concinunt Hieronymus, & Augustinus in Gal. 1. 21. sicut etiam Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Ita quoque Ambrosiast. nisi quòd habeat *regiones*, pro *partes*; Græcum, τὰ κλίματα.

℣. 22. Augustinus in Gal. 1. 22. *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judaæ, quæ in Chr. sunt*: ita rursum ep. 217. to. 2. col. 807. d. & tract. 8. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 878. f. & in Ps. 77. to. 4. col. 838. b. & ser. 88. to. 5. col. 475. b. & l. contra Judæos, to. 8. col. 32. f. Hieronymus verò in Gal. 1. 22. *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judaæ, quæ erant in Chr. Jesu.* Similiter Auctor lib. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. a. cum Beda in Gal. omissa voce *Jesu*. In Græco simpliciter, ταῖς ἐν Χριστῷ. Ap. Fulgent, ep. 2. p. 161. *Eram aliquando ignotus facie*, &c. ut in Vulg.

℣. 23. Augustinus in Gal. 1. 23. *tantùm autem aud. erant: Quia qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando vastabat*: sic iterum l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 172. g. & tract. 8. in 1. Joh. col. 878. f. sic etiam ep. 217. to. 2. col. 807. d. & serm. 88. to. 5. col. 475. b. excepto verbo *audiebant*, pro *audientes erant*: item in Ps. 77. tom. 4. col. 838. b. legit: *tantùm autem audiebant: Quia is, qui aliquando nos persequebatur*, &c. ut sup. Ambrosiaster in Gal. *solummodo audiebant: Quia qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquando expugnabat.* Auctor lib. de vocat. gent. l. 1. c. 8. p. 5. a. *tantùm auditum habebant: Quòd is, qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam expugnabat.* Fulgentius ep. 2. p. 161. Scholiastes Hier. & Beda Vulgatæ congruunt; ut & Hieron. in Gal. 1. 23. nisi quòd habeat in fine, *quam quondam expugnabat.* Ms. cod. 52. Floriac. *nunc autem evangelizat fidem*, &c. Græc. μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν· Ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἥν ποτε ἐπόρθει. Ms. 1. ἣν ἐπόρθει, absque ποτε· Borner. cod. ἣν ποτε ἐπολέμει.

℣. 24. Similiter Augustinus ep. 217. to. 2. col. 807. d. *& in me magnificabant Deum*: ita rursum in Gal. 1. 24. & tract. 8. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 878. f. & in Psal. 77. to. 4. col. 838. b. at l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 173. a. legit, *& in me glorificabant Deum.* Itidem Auctor l. de dupl. mart. p. 587. b. cum Hieron. in Gal. 1. 24. & Fulg. ep. 2. p. 161. Ambrosiaster verò in Gal. *& in me magnificabant Deum.* Sedulius in eund. loc. *& in me magnificare Deum.* Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 8. p. 5. a. cum Scholiaste Hieron. & Beda in Gal. *& in me clarificabant Deum.* Græc. καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.

# CAPUT II.

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Deinde post quatuordecim annos, ascendi iterum Hierosolyma cum Barnaba, assumto & Tito.

2. Ascendi autem secundùm revelationem: & contuli cum eis Evangelium, quod prædico inter Gentes, secretò autem his, qui videbantur: ne fortè in vacuum cucurrerem, aut * cucurrissem.

** Ms. Reg. cucurrisse.*

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset

**Vulgata nova.**

1. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.

2. Ascendi autem secundùm revelationem: & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. d. *Deinde post xiv. annos, ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumens & Titum.* Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 783. c. *Ad patrocinium Petri, cæterorumque Apostolor. ascendisse Hierosolymam post annos xiv. scribit.* Hieronymus in Gal. 2. 1. *Deinde post annos quatuordecim, rursum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.* Itidem Augustinus l. 2. in Luc. to. 3. p. 2. col. 269. a. excepta voce *iterum*, pro *rursum*: sic etiam in Galat. 2. 1. nisi quòd habeat *etiam Tito*, pro *& Tito.* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Vulgatæ congruunt; ut & Sedulius, qui tamen omittit verbum *assumpto.* Græc. Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα....... συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον.

℣. 2. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. d. *Ascendi autem secundùm revelationem: & contuli cum eis Evangelium, quod prædico inter Gentes.* Tertull. l. 4. contra Marc. p. 698. b. alludens dicit: *Propterea Hierosolymam ascendit ad cognoscendos Apostolos, & consultandos, ne fortè in vacuum cucurrisset*: & l. 5. p. 783. c. *Ascendisse scribit, ut conferret cum illis de Evangelii sui regula, ne in vacuum tot annis cucurrisset, aut curreret.* Augustinus l. 2. in Luc. to. 3. p. 2. col. 269. a. legit: *Ascendi autem secundùm revelationem: & exposui eis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur* (Mss. 4. *videntur*:) *ne fortè in vacuum curro, aut cucurri*: ita rursum in Galat. 2. 2. ubi Mss. octo ponunt *his, qui videntur*; tres verò, cum Bibl. antiq. Corb. *his, qui videbantur*: in omnibus autem Mss. omittitur *esse aliquid*, quod etiam abest à Bibliis Corb. supradictis. Idem August. tract. 109. in Joh. to. 3. p. 2. col. 774. a. alludens dicit: *Unde & contulit cum eis Evangelium, ne fortè in vacuum cucurrisset, aut curreret: & dexteras ei dederunt.* Hieronymus in Gal. 2. 2. non semel: *Ascendi autem secundùm revelationem: & contuli cum eis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem his, qui videbantur: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem*: tum addit: *Id quod supra* (c. 1. ℣. 16.) *Latinus Interpres* acquievi *dixerat in eo loco, ubi scriptum est*: continuò non acquievi carni & sanguini: *in præsenti loco* contuli *magis quàm* acquievi *interpretatus est. Et ut veriùs dicam, sermo Græcus*, ἀνεθέμην, *aliud quiddam, quàm apud nos intelligitur, cùm scilicet ea, quæ novimus, conferimus cum amico, & quasi in sinum ejus & conscientiam reponimus.* Ambrosiaster in eund. loc. legit: *Ascendi autem secundùm revelationem: & exposui illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, secretò autem his, qui aliquid esse videbantur: ne fortè*, &c. ut in Vulg. cui Vulgatæ consonat Beda cum Scholiaste Hier. ad verbum. In Græco autem sic: Ἀνέβην δέ..... καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ... κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι· μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. Borner. cod. Gr. pro ἀνεθέμην, habet ἀνεβαλόμην· Lat. *exposui.*

℣. 3. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. a. *Sed nec Titus, qui mecum erat, cùm esset Græcus, coactus est circum-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

esset Gentilis, compulsus est circumcidi:

4. sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent.

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos:

6. ab iis autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest.
Deuter. Deus personam hominis non accipit) mihi enim
10. 17. qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.
Job. 34. 7. Sed econtra cùm vidissent quòd creditum
19. Sap. 6. est mihi Evangelium præputii, sicut & Petro cir-
8. cumcisionis:
Eccli. 8. (qui enim operatus est Petro in Aposto-
35. 15. latum circumcisionis, operatus est & mihi inter
Act. 10. Gentes)
34. 9. & cùm cognovissent gratiam, quæ data est
Rom. 2. mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui vi-
11. Ephes. debantur columnæ esse, dextras dederunt mihi,
6. 9. & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi au-
Col. 3. tem in circumcisionem:
25.
1. Pet.
1. 17.

VERSIO ANTIQUA.

Græcus, coactus est circumcidi: Ex Mss. Sangerm.

4. propter subintroductos autem falsos fratres, & Reg. seu Clarom.
qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent,

5. ad horam cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii permaneat apud vos:

6. * ab his autem, qui videntur esse aliquid, * Mss. mendosè,
(* quales aliquando fuerunt, nihil mea interest. ad his.
Deus hominis personam non accipit) mihi enim * Ms. Reg. qualis.
quæ videntur esse, nihil contulerunt.

7. Sed contra cùm vidissent quia creditum mihi est Evangelium præputii, sicut Petro circumcisionis:

8. (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes)

9. & cùm cognovisset gratiam, quæ data est mihi, Petrus, & Jacobus, & Johannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, ut Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cidi.* August. tum ep. 82. to. 2. col. 193. f. tum in Gal. 2. 3. *Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset Græcus, compulsus est circumcidi.* Hieron. in Gal. 2. 3. *Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset ex Gentibus, compulsus est circumcidi.* Ambrosiaster in eundem loc. *Sed neque Titus, qui mecum erat..... compulsus est circumcidi.* Scholiastes Hieron. & Beda ut in Vulgata. Gr. Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος, ὁ σὺν ἐμοί, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι.

℣. 4. Similiter habet Hieron. in Gal. 2. 4. *propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierunt explorare,* &c. ut in textu: at infra, col. 239. f. ait: *Sciendum verò, quod* autem *conjunctio, quæ in præsenti loco ponitur,* propter subintroductos autem falsos fratres, *superflua sit; & si legatur, non habeat quod ei respondeat, illamque concludat: sed esse ordinem lectionis, & sensus:* Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset ex Gentibus, compulsus est circumcidi: *statimque subjungat quæ causa fuerit, ut ad circumcisionem impelleretur invitus:* propter subintroductos, *inquit,* falsos fratres, &c. item in Ezech. 27. tom. 3. col. 884. a. legit: *propter subintroductos falsos fratres, qui intraverunt explorare,* &c. absque *autem.* August. verò in Gal. 2. 4. *propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierunt proscultare libertatem nostram, quam habemus in C. Jesu, ut nos in servitutem redigerent:* ita rursum epist. 82. to. 2. col. 193. f. 194. a. præter hæc, *qui subintroierant perscrutari.* Ambrosiaster in 2. Cor. 11. 6. & in Galat. 2. 4. *propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintraverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in C. Jesu, ut nos in servitutem subjicerent.* Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 784. a. *propter subinductitios falsos fratres, qui subintraverant ad speculandam libertatem nostram, quam habemus in Christo, ut nos subigerent servituti.* Græc. διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam initio delent δέ.

℣. 5. Irenæus l. 3. c. 13. p. 200. d. *ad horam cessimus subjectioni, uti veritas Evangelii perseveret apud vos;* al. *in nos.* Similiter habet Ambrosiaster in Galat. 2. 5. *ad horam cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii permaneat apud vos:* sed addit: *Græci econtra dicunt: nec ad horam cessimus.* Sedulius Hiberniensis in eundem locum: *Quibus ad horam cessimus:* paulò verò post observat *malè in Latinis codicibus legi, Quibus ad horam cessimus.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. a. *Nec ad horam cessimus subjectioni.* Ambrosius ep. 37. n. 21. col. 935. e. *Adeo liber,* inquit, (Apostolus) *ut cùm subintrassent quidam tentare libertatem ejus, nec ad horam, ut ipse ait, cederet subjectioni, ut veritas Evangelii prædicaretur.* Item August. ep. 82. to. 2. col. 194. a. legit: *Quibus nec ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat ad vos:* & in Gal. 2. 5. *Quibus se nec ad horam cessisse dicit subjectioni, ut veritas Evangelii permaneret ad Gentes.* Itidem Hieron. cum Scholiaste Hieron. & Beda in Gal. 2. 5. *Quibus neque ad horam cessimus subjectioni,* &c. ut in Vulg. ita rursum Hieron. ibid. col. 239. f. *Ne ad tempus quidem eis cessimus, ut circumcideremus Titum:* idem sup. col. 238. d. e. notat *in codicibus Latinis* legi: *Quibus ad horam cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii perseveraret apud vos:* sed infra, col. 239. a. subdit: *Si Titus, cùm esset ex Gentibus, nullo potuit terrore compelli, ut circumcideretur Jerosolymis..... quomodo quidam putant legendum esse:* Quibus ad horam cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii permaneat apud vos? *& intelligendum quòd Titus ipse, qui compelli ante non potuit ad circumcisionem, rursum circumcisus sit, atque subjectus? Aut quæ est ista veritas Evangelii hypocrisi cedere Judæorum?...... Sed & ipsius Epistolæ sensui valde repugnat Galatas ad circumcisionem revocare,* &c... *Itaque aut juxta Græcos codices est legendum:* Quibus neque ad horam cessimus subjectioni: *ut consequenter possit intelligi:* ut veritas Evangelii permaneat apud vos: *aut si Latini exemplaris alicui fides placet, secundùm superiorem sensum accipere debemus; ut ad horam cessio non circumcidendi Titi, sed eundi Jerosolymam fuerit.* Vide plura hac de re in Millii nota ad Galat. 2. 5. Vide & Morinum, Exercit. Biblic. pp. 34. & 35. Græcum hodiernum Vulgatæ suffragatur.

℣. 6. Hieronymus in Gal. 2. 6. *ab his autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus personam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur, nihil contulerunt:* & paulò post: *Rursum notandum,* inquit, *quòd,* contulerunt, *verbum ipsum sit in Græco, de quo ante tractavimus.* (Gal. 1. 16. & 2. 2.) August. in Gal. 2. 6. *de his autem, qui videntur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus hominis personam non accipit) mihi enim qui videntur aliquid, nihil apposuerunt.* Ambrosiaster in eundem loc. *ab his verò, qui existimantur aliquid esse, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus pers. hom. non accipit) mihi enim qui existimantur aliquid esse, nihil contulerunt.* Scholiastes Hieron. *ab his autem, qui videbantur esse aliq..... Deus enim pers... mihi autem qui videbantur esse aliq. nihil cont.* Itidem Beda in Gal. præter *mihi enim.* Græc. ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν... Πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει· ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθεντο. Latini multi omittunt τι, post εἶναι, teste Estio: contra in Velef. lect. additur εἶναί τι, post δοκοῦντες.

℣. 7. Augustinus in Gal. 2. 7. *E contrario.* Hieron. in eundem loc. *Sed contra cùm vidissent quòd creditum est mihi Evangelium præputii, sicut Petro circumcisionis.* Itidem Ambrosiaster in eundem loc. præter *Sed econtra.* Scholiastes Hieron. & Beda: *Sed econtra cùm..... sicut & Petro circumcisionis.* Græc. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ... καθὼς Πέτρος τῆς, &c. Bornerii cod. πεπίστευταί μοι τὸ, « sed quod est à manu librarii, qui Græca corrigere voluit, « ut ad Latina illa, *creditum est mihi,* propiùs accederent. Sed « idem, quod mirum, intactam reliquit seq. vocem Πέτρος, « quæ secundùm priora illa itidem in casum dativum, Πέτρῳ, « mutanda erat. » Ita Millius.

℣. 8. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 662. b. *qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi ad Gentes.* Sic etiam Ambrosiaster in Gal. 2. 8. præter hæc, *operatus est & in me ad Gentes.* Hieron. in eand. epist. textui concinit ad verbum, sicut Beda, & Scholiastes Hieron. Græc. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς Ἀποστολήν.... ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ Ἔθνη.

℣. 9. Huc redeunt quæ habet Tertul. l. de præscr. c. 24. p. 335. b. *Dexteram ei dederunt signum concordiæ, & convenientiæ, & inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem Evangelii: nec ut aliud alter, sed ut aliis*

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. S. Germ. & Reg. seu Clarom.*

10. tantùm ut pauperum memores essemus: quod enim sollicitus fui hoc * ipsum facere.

* *Ms. Reg.* ipsut.

11. Cùm autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, quia reprehensus erat.

12. Priùs enim quàm venisset quidam ab Jacobo, cum * Gentibus edebat: cùm autem venisset, subtrahebat se, & segregabat, timens eos, qui ex circumcisione * erant.

* *Ms. Reg.* Gentilibus.

* *Ms. Reg.* erat.

13. Et consenserunt cum illo & cæteri Judæi, ita & Barnabas duceretur ab his in illa simulatione.

14. Sed cùm vidissem quòd non rectè ingrediuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter vivis: quomodo Gentes cogis Judæisare?

15. Nos natura Judæi, & non ex Gentibus peccatores.

16. Scientes autem quia non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos per Jesum Christum credidimus, ut justifice-

### Vulgata nova.

10. tantùm ut pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

11. Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

12. Priùs enim quàm venirent quidam à Jacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter vivis, & non Judaicè: quomodo Gentes cogis Judaizare?

15. Nos natura Judæi, & non ex Gentibus peccatores.

16. Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex

### Notæ ad versionem antiquam.

*alter prædicaret; Petrus in circumcisionem, Paulus in Nationes:* & l. 5. cont. Marc. p. 784. b. *Dexteras*, inquit, *Paulo dederunt Petrus, & Jacobus, & Johannes, & pepigerunt ut Paulus in Nationes, illi in circumcisionem.* Ambrosius l. 1. de interpel. Job, c. 5. col. 630. d. *Petrus, & Jacobus, & Johannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ communionis.* Hieronymus in Gal. 2. 9. *& cùm cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Petrus, & Jacobus, & Johannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem:* at l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 138. a. *& cognita gratia, quæ data est mihi, Petrus, & Jacobus, & Joh. qui videbantur columnæ esse.* August. l. 2. in Luc. to. 3. p. 2. col. 269. b. *cùm cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus, Petrus, & Joh. qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis:* & in Gal. 2. 9. *dexteras societatis nobis dederunt:* paulòque post: *ad Gentes, ipsi autem in circumcisionem.* Ambrosiast. in eandem epist. *& scientes gratiam Dei, quæ data est mihi, Petrus, & Jacobus, & Joh. qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barn. communionis: ut nos ad Gentes, ipsi verò in circumcisionem.* Auctor l. de promiss. p. 2. cap. 2. col. 126. b. *Petrus, & Joh. qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* Ms. cod. 52. Floriac. *& cùm cognovissent gratiam Domini, quæ,* &c. ut in Vulgata. Epiphanius in Cantic. Cantic. 3. 10. *Jacobus, & Joh. qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt:* & in 5. 15. *Jacobus, & Cephas, qui videbantur columnæ esse.* Scholiastes Hieron. & Beda in Gal. nil differunt à Vulgata; cui etiam favet Græcum. Bornerii tamen cod. Græco-Latinus, loco Ἰάκωβος, καὶ Κηφᾶς, legit Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος.

℣. 10. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. b. *tantùm ut meminissent egenorum.* S. Paulinus ep. 34. p. 217. c. *tantùm ut pauperum memores simus: quod studui facere idipsum.* Augustinus in Gal. 2. 10. *tantùm ut pauperum memores essemus: quod & studui hoc ipsum facere.* Itidem Ambrosiast. in eandem ep. præter *sollicitè curavi*, pro *studui*. Hieron. in Gal. Scholiastes apud ipsum, & Beda in eundem locum, Vulgatæ consonant ad verbum. Græc. μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.

℣. 11. Augustinus in Gal. 2. 11. *Petrus autem cùm venisset Antiochiam.* Sedul. Hibern. in eundem loc. *Sed cùm venisset & Petrus,* &c. Hieron. & Beda: *Cùm autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Ambrosiaster in eundem loc. *Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem illi restiti, quia reprehensus erat.* Tertullianus l. de præscr. c. 23. p. 335. a. *Petrus, & qui cum eo erant, reprehensi sunt à Paulo.* Græc. Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Mss. plures pro Πέτρος, legunt Κηφᾶς· & Velef. lect. κατάγνωστος, pro κατεγνωσμένος.

℣. 12. Tertullianus l. de præscr. c. 24. p. 335. b. alludens dicit: *Reprehensus est Petrus quòd cùm convixisset Ethnicis, postea se à convictu eorum separabat personarum respectu:* eadem ferè habet l. 5. contra Marc. p. 784. b. additis his: *timens eos, qui erant ex circumcisione.* Hieronym. Scholiastes Hieron. & Beda in Gal. 2. 12. Vulgatæ congruunt; necnon Ambrosiast. in eandem ep. nisi quòd ita incipiat, *Priùs enim quàm venissent quidam.* Sedulius Hibern. paulò post habet, *cum Gentibus manducabat.* Græc. Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας..... μετὰ τῶν Ἐθνῶν συνήσθιεν, &c. ut in Vulg. omisso verbo *erant*, in fine: Bornerii tamen cod. addit ὄντας· idemque paulò supra habet, ὅτε δὲ ἦλθεν, pro ὅτε δὲ ἦλθον.

℣. 13. Hieronymus in Gal. 2. 13. *Et simulationi ejus consenserunt & cæteri Judæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illa simulatione.* Ambrosiast. in eundem loc. *Et simulaverunt cum illo & cæteri Judæi, ita ut & Barnabas consentiret simulationi eorum.* Sedulius Hib. *ita & Barnabas.* Gr. Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει· al. συναπήχθη ὑπ' αὐτῶν.

℣. 14. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. b. hæc habet: *Sed reprehendit Petrum non recto pede incedentem ad Evangelii veritatem.* Hieron. in Gal. 2. 14. *Sed cùm vidissem quòd non recto pede incedunt ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter, & non Judaicè vivis: quomodo Gentes cogis Judaisare?* Augustinus l. de mendac. to. 6. col. 446. b. *Cùm vidissem quia non rectè ingrediuntur ad veritatem Evangelii:* itidem l. 2. contra Donat. to. 9. col. 96. e. ubi addit: *dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter, & non Judaicè vivis: quemadmodum Gentes cogis Judaisare?* ita rursum ep. 196. to. 2. col. 730. f. ab his, *dixi Petro:* sic etiam ep. 28. col. 47. b. & in Gal. 2. 14. to. 3. p. 2. col. 949. a. b. ab his, *Si tu, cùm:* at ep. 180. col. 634. f. *Cùm viderem quia non rectè ingrediuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter, & non Judaicè vivis: quemadmodum Gentes cogis Jud.* itidem ep. 82. col. 191. b. excepta voce *quomodo*, pro *quemadmodum*. Ambrosiaster in Galat. 2. 14. *Sed cùm vidissem quòd non recta via incederent ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter vivis: quomodo Gentes cogis Judaisare?* & infra, in Galat. 6. 13. *quomodo compellis Gentes Judaisare?* Beda in Galat. 2. 14. *Sed cùm vidissem quòd non recto pede incedebant ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter, & non Judaicè vivis: quomodo Gentes cogis Jud.* Sedulius Hib. ibid. *dixi Petro coram...... Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter vivis.* Agapet. I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1794. d. *Sed cùm vidissem quòd non rectè ingrederentur ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram..... Si tu, cùm sis Judæus, gentiliter vivis: quomodo Gentes cogis Jud.* Epiphanius in Cantic. Cantic. c. 1. ℣. 5. *coram omnibus dixi Petro: Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter, & non Judaicè vivis: quomodo Gentes cogis Judaisare?* Græc. Ἀλλ' ὅτε εἶδον ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν... εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν..... Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ Ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν; Mss. quidam, pro Πέτρῳ, scribunt Κηφᾷ· sicut alii paulò post, πῶς, pro τί.

℣. 15. Similiter legunt Hieronymus in Galat. 2. 15. & Augustinus, tum in eandem epist. to. 3. col. 949. g. tum epist. 196. to. 2. col. 730. f. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 112. g. Sic etiam Ambrosiaster, Sedulius, Scholiastes Hier. & Beda in Gal. quibus favet Græcum.

℣. 16. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. b. negat ex Apost. *ex operibus legis justificari hominem, sed ex fide.* Ambrosius l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. b. *Nolite*, inquit, *quærere opera legis: quoniam non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos in Christum Jesum credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex ope-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fide Christi, & non ex operibus legis: propter
Rom. quod ex operibus legis non justificabitur omnis
3. 20. caro.

17. Quòd si quærentes justificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit.

18. Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico: prævaricatorem me constituo.

19. Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego: vivit verò in me Christus. Quòd autem nunc vivo in carne: in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

21. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

VERSIO ANTIQUA.

mur ex fide Christi, & non ex operibus legis: Ex Mss. Sangerm.
quia ex operibus legis non justificabitur omnis & Reg. seu Clarom.
caro.

17. Si autem quærentes justificari in Christo, inventi sumus peccatores, ergo Christus peccati minister? Absit.

18. Si enim quæ destruxi, hæc iterum ædifico: prævaricatorem me constituo.

19. Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo cruci confixus sum.

20. Vivo autem, jam non ego: vivit autem in me Christus. Quòd autem nunc vivo in carnem: in fide vivo Dei, & Christi, qui dilexit me, & tradidit se pro me.

21. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*ribus legis.* Similiter habet Tichonius reg. 3. p. 52. b. *& nos in Christum credimus, ut justificemur ex fide, & non ex operibus legis.* Hieronymus in Galat. 2. 16. *Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem J. Chr. & nos in Christo J. credidimus, ut justificemur in fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro:* & l. 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. d. *& nos in Jesum Chr. credidimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: quia ex op. legis non justificab. omnis caro.* Augustinus epist. 196. to. 2. col. 731. a. *Scientes autem quoniam non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos in Jesu Christo credidimus, ut justificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis: quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro:* ita rursum l. de gra. & lib. arb. tom. 10. col. 729. e. præter *ex fide*, pro *per fidem*, post verbum *justificemur:* at in Gal. 2. 16. to. 3. col. 949. f. 950. a. habet: *Sed scientes quoniam non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Jesu: & nos in Christo Jesu credidimus, ut justificemur per fidem Christi:* & l. de spir. & litt. tom. 10. col. 112. g. *Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per... & nos in Christum Jesum credimus.* Similiter habet Ambrosiaster in Gal. 2. 16. sed addit: *ut justificemur ex fide Christi, & non ex op. legis: quoniam ex op. legis non justificatur omnis caro.* Fulgentius l. de incarn. ad Petr. Diac. p. 313. *Scientes autem quòd non justificabitur homo ex operibus leg. nisi per fidem J. C. & nos in Christum Jesum credimus*, &c. ut in Vulgata. Scholiastes Hieron. & Beda, eadem quæ in Vulgata. Gr. Εἰδότες ὅτι ὐ... καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam in principio habent, Εἰδότες δὲ ὅτι· paulòque post Velesf. lect. πιστεύομεν· & sub finem Mss. aliqui, ὅτι ὐ δικαιωθήσεται, pro διότι ὐ, &c.

℣. 17. Hieronymus in Galat. 2. 17. *Quòd si quærentes justificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit.* Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. Ambrosiaster verò: *Si autem quærentes justificari in Christo, invenimur & ipsi peccatores, num ergo Christus peccati minister est? Absit.* Augustinus in Gal. 2. 17. to. 3. col. 950. a. *Christus peccati minister est? Absit.* Sedulius Hib. *nunquid ergo Christus minister peccati est?* Græc. Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ...... ἄρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Μὴ γένοιτο.

℣. 18. Ambrosius ep. 56. col. 1007. c. *Si enim quod ædificavi, destruo: prævaricatorem me ipse constituo, ac si quæ destruxi iterum ædificem.* Hieronymus in Galat. 2. 18. *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico: prævaricatorem me constituo.* Itidem Hormisdas ep. 21. Concil. tom. 4. col. 1459. a. detracto *enim*. Agapet. I. ep. 4. ibid. col. 1794. b. *Si tamen quæ destruxi, ea iterum reædifico: prævaricatorem me ipse constituo.* Beda in Gal. 2. 18. *Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico: prævaric. me esse constituo.* Itidem Scholiastes Hieron. deleto *esse*. Sic etiam Ambrosiast. in eundem loc. at in 2. Cor. 1. 9. *Si quæ destruxi, hæc eadem ædifico*, &c. ut sup. Augustinus in Gal. to. 3. col. 950. b. *Si enim quæ destruxi, hæc eadem rursus ædifico: prævaricatorem meipsum constituo:* ita rursum l. 1. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 16. b. præter vocem *iterum*, pro *eadem rursus*. Ità quoque Faustinus presb. lib. prec. p. 656. c. detracta voce *ipsum*. Græc. Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ· παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι.

℣. 19. Hilarius in Ps. 138. col. 524. a. *mortuus sum legi, ut vivam Christo.* Ambrosius ep. 21. col. 870. b. *Per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam.* Similiter Augustinus in Gal. 2. 19. to. 3. col. 950. e. additis seqq. ut in Vulg. Eidem concinunt Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. necnon Sedulius Hibern. nisi quòd habeat in fine, *cum Christo crucifixo sum.* Græc. Χριστῷ συνεσταύρωμαι. Hieronymus, & Ambrosiast. in eand. ep. Vulgatæ consonant ad verbum.

℣. 20. Hilarius in Ps. 60. col. 143. a. de Paulo dicit: *Vivens jam non sibi vivit: neque ipse vivit, sed vivit in eo Christus:* & in Ps. 64. col. 168. d. *Vivit autem, jam non ipse: vivit verò in eo Christus:* & in Ps. 118. col 288. e. *Quòd enim vivo, jam non ego: vivit autem in me Christus:* & infra, col. 314. a. *Vivo, jam non ego: vivit autem in me Chr.* & in Ps. 138. col. 522. a. *Vivo enim, jam non ego: vivit autem*, &c. Ambrosius l. 4. Hex. col. 78. b. *Vivo autem, jam non ego: vivit autem in*, &c. ita rursum lib. de parad. col. 165. b. 180. f. 181. a. & in Ps. 118. col. 1104. c. & epist. 39. & 63. col. 445. c. & 1040. b. Sic etiam Augustinus tract. 14. in Joh. to. 3. p. 2. col. 403. e. necnon in Gal. 2. 20. col. 950. f. g. 951. a. additis hoc posteriori loco quæ leguntur in Vulg. si exceperis *seipsum*, pro *semetipsum*. Eidem Vulgatæ accinit ad verbum Hieronymus in eandem epist. nisi quòd habet *vivit autem:* at epist. ad Damas. tom. 3. col. 524. a. legit: *Vivo autem, jam non ego: sed gratia Dei, quæ in me est.* Scholiastes ap. ipsum, à Vulgata non differt, nisi his, *Vivo autem, non ego ..... & tradidit seipsum*, &c. Ambrosiaster in Gal. *Vivo autem, jam non ego: sed vivit qui in me est Christus. Quòd verò nunc vivo in carne: in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit se pro me.* Beda in eund. loc. *Vivo, non ego: vivit verò... Quòd autem non vivo*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de xl. mans. ap. Ambros. col. 12. e. *Quòd autem vivo in carne: in fide vivo filii Dei.* Itidem Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 750. d. qui addit, *qui dilexit me.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd, pro *in fide vivo filii Dei:* habeat, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Borner. codex Gr. τοῦ Θεοῦ, καὶ Χριστοῦ· Lat. *Dei, & Christi*, ut in textu Reg. & Sangerm.

℣. 21. Textui concinunt Fulgentius de incarn. ad Petrum Diac. c. 25. Scholiastes Hieron. & Beda in Galat. Sic etiam Hieron. in eundem loc. at lib. 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. d. *Si enim ex lege justitia, ergo Christus sine causa mortuus est.* Ambrosius in Luc. 5. col. 1360. d. *Si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Augustinus epist. 177. to. 2. col. 623. a. 625. b. *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est:* ita rursum in Gal. 2. 21. tom. 3. col. 951. b. & ser. 26. to. 5. col. 139. f. g. Ambrosiast. verò in Gal. sic: *Non sum ingratus gratiæ Dei. Si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Sedulius Hibern. *Non irritam facio legem Dei.* Græc. Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν.

# CAPUT III.

## Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. O Insensati Galatæ, quis vos fascinavit? ante quorum oculos Jesus Christus proscriptus est in vobis. *

* *Ms. Reg. addit* crucifixus.

2. Hoc solum discere volo à vobis: Ex operibus legis Spiritus accepistis, an ex auditu fidei?
3. Sic insensati estis, cùm cœperitis spiritu, nunc carne perficiamini?
4. Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.
5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex *auditu fidei?

* *Mss.* auditum fide, *sed aperto mendo.*

6. Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad justitiam.
7. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ.
8. Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat Gentes Deus, pronunciavit Abrahæ, quia benedicuntur omnes Gentes.
9. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

## Vulgata nova.

1. O Insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati? ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus.
2. Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?
3. Sic stulti estis, ut cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?
4. Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.
5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?
6. Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam. *Genes. 15. 6.*
7. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. *Rom. 4. 3. Jac. 2. 23.*
8. Providens autem Scriptura, quia ex fide justificat Gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes. *Genes. 12. 3.*
9. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. *Eccli. 44. 20.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Tertullianus l. de præscr. c. 27. p. 336. a. *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit?* Similiter habet Hieronymus in Gal. 3. 1. qui infra addit: *ante quorum oculos J. C. præscriptus est, in vobis crucifixus est:* & post pauca: *Legitur*, inquit, *in quibusdam codicibus:* Quis vos fascinavit non credere veritati? *Sed hoc, quia in exemplaribus Adamantii non habetur, omisimus.* Augustinus quoque in Gal. 3. 1. to. 3. p. 2. col. 951. c. legit: *O stulti Galatæ, quis vos fascinavit?* paulòque post: *ante quorum oculos Chr. Jesus proscriptus est, crucifixus:* item l. 1. de serm. Dom. in m. ibid. col. 175. f. ait: *Apostolus Galatas stultos vocat.* Ambrosiaster in Gal. 3. *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit? quorum ante oculos Chr. J. proscriptus est, & in vobis crucifixus.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati? ante quorum oculos Jes. C. proscriptus est, & in vobis crucifixus.* Itidem Sedulius Scot. excepta voce *stulti*, pro *insensati*. Ms. cod. 52. Floriac. *quis vos fascinavit non credere veritati?* Græc. Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. Mss. quidam omittunt τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι· unus paulò post habet ἐγράφη· alii nonnulli tollunt ἐν ὑμῖν.

℣. 2. Hieronymus, & Augustinus in Gal. 3. 2. *Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Itidem Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. quibus favet Ambrosiaster, nisi quòd habeat, *Hoc solum volo discere à vobis.* Ita quoque in Græco.

℣. 3. Hieronymus in Gal. 3. 3. *Sic stulti estis, ut cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummamini?* Itidem Scholiastes Hieron. cum Sedulio Hib. in eundem loc. Sic etiam Beda, excepto verbo *consumamini*, pro *consummamini*. Augustinus in Gal. col. 952. e. *Sic stulti estis, ut..... consummemini?* Ambrosiaster in eandem epist. *Sic sine intellectu estis? incipientes spiritu, nunc carne consummamini?* Similiter Hieron. in Eccles. to. 2. col. 751. a. à verbo *incipientes*. Græc. Οὕτως ἀνόητοί ἐστε; ἐναρξάμενοι..... ἐπιτελεῖσθε;

℣. 4. Ita legunt Hieron. August. Ambrosiast. Sedul. Hib. Scholiastes Hier. & Beda in Gal. 3. 4. Græc. Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; εἴγε καὶ εἰκῆ.

℣. 5. Irenæus l. 4. c. 21. p. 257. e. *Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Concinunt Hieron. & August. in Gal. 3. 5. necnon Scholiastes Hier. & Beda in eund. loc. Ambrosiaster verò: *Qui ergo præbet vobis Spiritum, & operatur virtute in vobis*, &c. ut sup. Sedulius Hib. *operatur virtutes*, &c. Græc. Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 21. p. 257. e. cum Fulg. de incarn. ad Petr. Diac. c. 25. *Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Rursum Irenæus l. 5. c. 32. p. 332. a. *Quemadmodum Abraham credidit Deo, & deputatum est ei ad just.* Similiter Cyprianus epist. 63. p. 105. b. & l. 1. Testim. p. 277. c. deleta voce *Quemadmodum*. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. c. *Abraham Deo credidit, & deputatum est justitiæ:* & l. de monog. p. 953. b. *Credidit Abr. Deo, & deputatum est ei in justitiam.* Zeno Veron. p. 17. *Abraham credidit Deo*, &c. ut in Vulg. Augustinus ep. 196. to. 2. col. 733. f. *Sicut Abraham credidit Deo, & deputatum est illi ad just.* Itidem Hieron. cum Sedul. Hibern. in Gal. 3. 6. nisi quòd uterque habeat *reputatum est*. Ambrosiaster verò in eundem loc. *Sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & æstimatum est ei ad justit.* Sic etiam Beda, & Scholiastes Hieron. *Sicut scriptum est: Abraham credidit*, &c. ut in Vulgata. Gr. Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς, &c. Bornerii codex Gr. Lat. Καθὼς γέγραπται· Ἀβραάμ, &c. Hieronymus l. 1. in Galat. tom. 4. col. 252. a. observat hunc versum cum duobus seqq. Marcionem erasisse *de suo Apostolo*.

℣. 7. Irenæus l. 4. c. 21. p. 257. e. *Cognoscite itaque, quoniam qui sunt ex fide, hi filii sunt Abrahæ:* & lib. 5. c. 32. p. 332. a. *Cognoscite ergo, quoniam quidem qui ex fide sunt, ii*, &c. ut sup. Tertullianus l. de monog. p. 953. b. *Cognoscitis nempe, quia qui ex fide, isti sunt filii Abrahæ.* Cyprianus l. 1. Testim. p. 277. c. cum Tichon. reg. 3. p. 52. d. necnon Hieron. & Ambrosiast. in Gal. 3. 7. *Cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ.* Augustinus epist. 196. to. 2. col. 733. f. 734. a. *Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filii Abraham.* Ambrosius in Luc. 3. col. 1330. f. *Si enim qui ex fide sunt, hi filii sunt Abrahæ.* Scholiastes Hieron. & Beda in Gal. cum Fulg. de incarn. ad Petr. Diac. p. 313. *Cognoscite ergo, quia qui*, &c. ut in textu. Ita quoque in Græco, deleto verbo *sunt*.

℣. 8. Irenæus l. 4. c. 21. p. 258. a. *Prævidens autem Scriptura, quoniam ex fide justificat Gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ, quoniam benedicentur in eo omnes Gentes:* at l. 5. c. 32. p. 332. a. *Providens autem Script. quia...... prænunt. Abr. Quia bened. in te omnes Gentes.* Itidem Augustinus ep. 196. to. 2. col. 733. f. cum Hieron. Ambrosiast. Scholiaste Hieron. & Beda in Galat. 3. 8. Cyprianus verò l. 1. Testim. p. 277. c. *Providens autem Scriptura divina, quia ex fide justificat Gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ, quia benedicentur in illo omnes Gentes.* Sedulius Hibern. in Gal. *Providens hoc Scriptura:* & infra: *In te benedicentur omnes Gentes.* Fulgentius de incarn. ad Petr. Diac. c. 25. *Providens autem Scriptura, quia ex fide justificantur Gentes, Deus prænuntiavit Abrahæ, dicens: Quia benedicentur in te*, &c. ut supra. Græc. Προϊδοῦσα δὲ ἡ Γραφὴ, ὅτι, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Irenæus l. 4. c. 21. p. 258. a. & l. 5. c. 32. p. 332. a. *Itaque qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Similiter habent Hieron. in Gal. Fulgentius de incarn. ad Petr. Diac. c. 25. & Beda in Galat. nisi excipias vocem *Igitur*, pro *Itaque*. Cyprianus l. 1. Testim. p. 277. c. *Igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fideli Abraham.* Augustinus ep. 196. to. 2. col. 733. f. *Ita ut qui ex fide sunt, benedicantur cum fideli Abr.* Ambrosiaster in Galat. *Ergo qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham.* Gr. Ὥστε οἱ ἐκ πίστεως, εὐλογοῦνται σὺν, &c. Veles. lect. εὐλογηθήσονται.

## VULGATA NOVA.

10. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledi-
Deuter. ctus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ
27. 26. scripta sunt in Libro legis, ut faciat ea.
11. Quoniam autem in lege nemo justificatur
Habac. apud Deum, manifestum est: quia justus ex fide
2. 4. vivit.
Rom. 1. 17. 12. Lex autem non est ex fide, sed, Qui
Levit. fecerit ea, vivet in illis.
18. 5. 13. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est:
Deuter. Maledictus omnis, qui pendet in ligno:
21. 23. 14. ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.
Heb. 9. 15. Fratres (secundùm hominem dico) ta-
17. men hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

## VERSIO ANTIQUA.

10. Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Quia maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in Libro legis, ut faciat ea. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

11. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum: scriptum est: Quia justus ex fide vivit:

12. Lex autem non est ex fide, sed, Qui fecerit ea, vivet in illis.

13. Christus nos *redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno:

14. ut in Gentes benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut benedictionem Spiritus accipiamus per fidem.

15. Fratres (secundùm hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum faciat, aut superordinat.

* Ms. Reg. redimet.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Tichonius reg. 3. p. 52. e. *Quotquot ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in Libro legis, ut faciat ea.* Ambrosiaster in Gal. 3. 10. *Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum quippe est: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus*, &c. ut supra. Ambrosius epist. 75. col. 1083. f. *Quoniam qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* Augustinus in Gal. 3. 10. to. 3. p. 2. col. 953. b. *Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis.* Itidem Hieron. in eundem loc. nisi quòd deleat vocem ultimam *legis*, & addat: *Scriptum est enim*, &c. ut in Vulg. deinde sic pergit: *Hunc morem habeo, ut quotiescunque ab Apostolis de veteri Instrumento aliquid sumitur, recurram ad originales libros, & diligenter inspiciam quomodo in suis locis scripta sint. Inveni itaque in Deuteronomio hoc ipsum apud LXX. Interpretes esse ita positum:* Maledictus omnis homo, qui non permanserit in omnibus sermonibus Legis hujus, ut faciat illos. Et dicet omnis populus: Fiat. *Apud Aquilam verò sic...... Ex quo intelligimus Apostolum, ut in cæteris, sensum magis testimonii posuisse, quàm verba: & incertum habemus utrùm LXX. Interpretes addiderint* omnis homo, & in omnibus; *an in veteri Hebraico ita fuerit, & postea à Judæis deletum sit.* Vide sup. not. ad Deut. 27. 26. Scholiastes Hieron. & Beda in Gal. Vulgatæ consonant, sicut etiam Græcum, excepto verbo ἐμμένει, loco *permanserit.* Mss. tamen quidam præfigunt Ὅτι, *Quia*, verbo Ἐπικατάρατος, *Maledictus.*

℣. 11. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 784. c. alludens dicit: *Ut jam ex fidei libertate justificetur homo, non ex legis servitute: quia justus ex fide vivit.* Itidem Zeno Veron. p. 4. *quia justus ex fide vivit*, sicut Augustinus in Gal. 3. 11. Tichonius reg. 3. p. 52. f. *Quoniam autem ex lege nemo justificatur apud Deum, justus autem ex fide vivit.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1125. a. *Quoniam in lege nemo justificatur:* & ser. contra Auxent. col. 870. c. *justus autem ex fide vivit.* Hieronymus, & Beda in Galat. 3. 11. *Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia justus ex fide vivit.* Sic etiam Ambrosiaster, nisi quòd in principio habet, *Quòd autem in lege*, &c. Gr. Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς..... δῆλον· ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Bornerii codex Græco-Latinus, pro δῆλον, ponit γέγραπται γάρ· Reg. & Sangerm. δῆλον· γέγραπται γάρ· Ὅτι.

℣. 12. Sic habent Hieron. & August. in Galat. 3. 12. necnon Ambrosiast. & Beda in eundem loc. Sic etiam Tichon. reg. 3. p. 52. d. deleta voce *autem*, post *Lex.* Ambrosius serm. contra Auxent. to. 2. col. 870. c. *Lex enim non est ex fide:* & in Ps. 118. col. 1225. a. *Lex autem non est ex fide, sed, Qui facit illam, vivet in ea.* Sedulius Hib. in Gal. *sed, Qui facit illa, vivet in eis.* Græc. Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ', Ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· in Mss. pluribus deest vox ἄνθρωπος.

℣. 13. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. a. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quoniam scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Similiter habent Hieronymus, & Augustinus in Gal. 3. 13. quibus accensendi Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. Ita rursum August. l. contra Adim. to. 8. col. 144. f. præter *scriptum est enim*, pro *quoniam scriptum est.* Hilarius in Ps. 53. col. 100. e. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis ipse maledictum: quia scriptum est*, &c. ut supra. Ambrosius ser. contra Auxent. col. 870. d. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum:* & infra: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno:* eadem repetit epist. 34. 46. & 75. col. 923. e. 985. d. 988. b. 1083. f. vide etiam l. 5. de fide, col. 583. a. d. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 784. c. alludens dicit: *Si in lege maledictio est, in fide verò benedictio:* & infra: *factus pro nobis maledictio:* & l. de fuga in pers. p. 973. b. *ut fieret maledictum pro nobis: quia, Maledictus, qui pependerit in ligno:* & l. cont. Jud. c. 10. p. 143. c. *Maledictus omnis, qui pependit in ligno.* S. Paulinus ep. 12. p. 62. c. *Factus est pro nobis maledictum, ut nos maledicto legis absolveret.* Græc. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς, ὁ, &c. ut sup. Mss. plures, ὅτι γέγραπται· ad hæc autem verba, *Maledictus omnis*, &c. Hieronymus l. 2. to. 4. p. 2. col. 260. b. c. ait: *Scire non possum quare Apostolus in eo, quod scriptum est:* Maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno: *vel subtraxerit aliquid, vel addiderit. Si enim semel auctoritatem LXX. Interpretum sequebatur, debuit, sicut ab illis editum est, &* Dei *nomen adjungere. Sin verò ut Hebræus ex Hebræis, id, quod in sua lingua legerat, putabat esse verissimum, nec* omnis, *nec* in ligno, *quæ in Hebræo non habentur, assumere. Ex quo mihi videtur, aut veteres Hebræorum libros aliter habuisse, quàm nunc habent; aut Apostolum (ut jam dixi) sensum Scripturarum posuisse, non verba: aut quod magis est æstimandum, post passionem Christi, & in Hebræis, & in nostris codicibus ab aliquo* Dei *nomen appositum, ut infamiam nobis inureret, qui in Christum maledictum à Deo, credimus.*

℣. 14. Ambrosiaster in Gal. 3. 14. *ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret per Christum Jesum, & benedictionem Spiritus accipiamus per fidem.* Vigilius Taps. l. cont. Varim. p. 747. h. *ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut benedictionem Spiritus accipiamus.* Augustinus in Galat. 3. 14. to. 3. col. 955. c. *ut annuntiationem Spiritus per fidem accipiamus.* Hieronymus in eund. loc. cum Beda Vulgatæ consonat. Gr. ἵνα εἰς τὰ Ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. Borner. cod. Gr. Lat. habet εὐλογίαν, pro ἐπαγγελίαν.

℣. 15. Augustinus ep. 196. to. 2. col. 733. g. *Fratres (secundùm hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit, aut superordinat:* ita rursum l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. a. & in Gal. 3. 15. col. 954. c. & in Ps. 54. to. 4. col. 513. b. & l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 597. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. a. & l. 3. cont. Crescon. col. 471. b. & l. 3. contra 2. ep. Pelag. to. 10. col. 451. a. Ambrosiaster in Galat. 3. sic: *Fratres (secundùm hom. dico) hominis testamentum, confirmatum tamen, nemo irritum facit, aut superordinat.* Similiter habet Sedulius Hibern. in eund. loc. *nemo irritum facit:* & addit: *quasi dixisset: Si hominis testamentum nemo spernit: quantò magis Dei testamentum?* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. a. *tamen testamentum hominis nemo spernit, aut superordinat.* Hieronymus in Galat. 3. 15. *Fratres (secundùm hom. dico) tamen hominis testamentum confirmatum nemo spernit*, &c. ut sup. Sic etiam Beda, cui favet Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. a. Hieronymus loco sup. cit. col. 261. f. hæc subdit: *Si quis diligenter Hebræa volumina, & cæteras Editiones cum LXX. Interpretum translatione contulerit, inveniet ubi testamentum scriptum est, non* testamentum *sonare, sed* pactum. Græc. Ἀδελφοί, κατὰ... ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ, &c.



Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
| --- | --- |
| 16. Abrahæ dictæ sunt promissiones, ut semini ejus. Non dicit: Et seminibus tuis, tanquam in multis: sed sicut in uno: Et semini tuo, qui est Christus. | 16. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus. |
| 17. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo in Christo: quæ post quadringentos & triginta annos facta * est Lex, non irritam facit ad evacuandam repromissionem. | 17. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. |
| 18. Si enim ex lege hæreditas, jam non ex repromissione. Abrahæ autem repromissionem donavit Deus. | 18. Nam si ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. |
| 19. Quid ergo lex? Factorum gratiâ posita est, quoadusque veniat semen, cui * repromissus est, dispositum per angelos in manu mediatoris. | 19. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. |
| 20. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est. | 20. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est. |

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* In Ms. Reg. deest est.

* L. repromissum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Irenæus l. 5. c. 32. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Et non dicit: Et seminibus, quasi de multis: sed quasi de uno: Et semini tuo, quod est Christus.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 785. a. *Abrahæ dictæ s. promissiones, & semini ejus. Non dixit: Seminibus, quasi pluribus: sed, Semini, tanquam uni, quod C. est:* & lib. de carne Chr. p. 553. b. *Non dixit: Seminibus, tanquam de pluribus: sed, Semini, tanquam de uno, quod est Ch.* Tichonius reg. 3. p. 55. c. *Non, In seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno: Et semini tuo, quod est Chr.* Ambrosius l. de parad. col. 152. e. *Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus, tanquam in multis: sed sicut in uno: Et semini tuo, qui est Chr.* & l. 1. de Cain & Ab. c. 2. col. 186. b. *Abrahæ enim dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus, tanquam in multis: sed sicut uni, hoc est, Semini tuo, quod est Christus:* ita rursum in Luc. 13. col. 1455. a. exceptis his: *sed sicut in uno: Et semini tuo, quod est Chr.* sic iterum l. 1. de Abr. c. 9. col. 309. a. & in Ps. 36. col. 804. f. deleta voce *enim*, post *Abrahæ*: itidem in Luc. 3. col. 1317. f. præter hoc, *qui est Christus:* & epist. 75. col. 1083. f. *Etenim Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini ejus...... quod est Chr.* Augustinus epist. 196. to. 2. col. 734. a. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus, tanquam in multis: sed tanquam in uno: Et semini tuo, quod est Chr.* sic etiam l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 80. a. b. & in Joh. tract. 6. 12. 42. & 108. to. 3. part. 2. col. 334. b. 387. e. 578. e. & 771. d. & in Gal. 3. 16. col. 955. c. & in Ps. 54. to. 4. col. 513. b. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 597. f. & l. 1. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 13. a. & l. de unit. Eccl. ibid. col. 345. a. & l. 3. cont. Crescon. col. 471. b. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 451. a. Hieron. verò in Galat. 3. 16. cum S. Leone ser. 29. p. 87. f. *Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambrosiaster in Gal. nisi quòd initio legit *promissiones*; & in fine, *quod est Christus.* Scholiastes Hier. & Beda, *qui est Christus.* Græc. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι... Οὐ λέγει· Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός· Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. Bornerii codex Gr. Lat. tollit δὲ, ante Ἀβραάμ.

℣. 17. Hieronymus in Gal. 3. 17. *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post cccc. & xxx. annos facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam repromissionem.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 80. b. *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post cccc. & xxx. annos facta est Lex, non infirmat ad evacuandas promissiones:* itidem l. 16. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 437. d. præter hæc, *non infirmat ad evacuandam promissionem:* ita rursum l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 597. f. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 451. b. at quæst. 47. in Exod. to. 3. p. 1. col. 435. g. legit: *Hoc autem dico: quia testamentum confirmatum à Deo, post cccc. & xxx. annos facta Lex non infirmat ad evacuandas promissiones.* Ambrosiast. in Gal. 3. *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo in Christo: quæ post cccc. & xxx. annos facta est Lex, non infirmata ad evacuandam promissionem:* Rom. edit. ejusdem operum: *Lex, quæ post cccc. & xxx. annos data est, non irritum facit ut evacuet*, &c. Græc. Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν· ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς Νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν· Borner. cod. Gr. legit κεκυρωμένην· subinde alii quidam omittunt εἰς Χριστόν.

℣. 18. Tichonius reg. 3. p. 52. e. *Si enim ex lege, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus.* Hieronymus in Galat. 3. 18. *Quia si ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donavit Deus.* Augustinus ep. 177. tom. 2. col. 626. d. *Si ergo ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donavit Deus:* & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. b. & l. 2. cont. adversar. leg. tom. 8. col. 597. f. *Si enim ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus:* ita rursum l. 3. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 451. b. præter vocem *promissionem*, pro *repromissionem.* Sic etiam habet Ambrosiaster in Gal. 3. 18. Græc. Εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκ ἔτι ἐξ ἐπαγγελίας. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός.

℣. 19. Irenæus l. 3. c. 7. p. 182. a. *Quid ergo lex factorum? Posita est, usquequo veniat semen, cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris:* tum addit: *Ordinatio enim sic est: Quid ergo lex factorum, disposita per angelos in manu mediatoris? Posita est, usque dum veniat semen, cui promissum est:* & l. 5. c. 21. p. 318. b. ait *legem factorum positam, donec veniret semen, cui promissum est.* Ambrosius epist. 75. col. 1083. f. *Lex itaque prævaricationum gratiâ posita est, donec veniret semen, cui repromissum est.* Hieron. Algas. quæst. 8. to. 4. p. 1. col. 200. c. *Lex propter prævaricationes posita est, donec veniret semen, cui repromissum est, disposita per angelos in manu mediatoris:* & in Galat. 3. 19. *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promissum erat, ordinata per angelos in manu mediatoris.* Augustinus epist. 177. tom. 2. col. 626. d. *Quid autem lex? Transgressionis gratiâ proposita est, donec veniret semen, cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris:* ita rursum l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. b. præter *Quid ergo*, pro *Quid autem*; Mss. etiam quidam ibidem ferunt *disposita per angelos*, sed alii plerique *dispositum*: itidem in Luc. 3. 19. to. 3. p. 2. col. 955. g. & l. 3. de Trin. to. 8. col. 808. e. item l. 2. cont. adversar. leg. ibid. col. 597. g. habet: *Quid ergo lex? Transgressionis gratiâ proposita* (al. *posita*) *est, donec veniret sem. cui promissum est:* sic etiam l. 3. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 451. e. excepta voce *Prævaricationis*, loco *Transgressionis*: & epist. 157. to. 2. col. 549. c. *Lex prævaricationis gratiâ posita est, donec veniret semen, cui promissum est, disposita per angelos in manu med.* & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. e. *Lex transgressionis gratiâ proposita est, donec veniret semen, cui promissum est, dispositum per angelos in manu med.* Ambrosiast. in Gal. *Quid ergo lex factorum? Posita est, donec veniret semen, cui promissum est, disposita per angelos in manu med.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Sedulius Hibern. ibid. præter verbum *disposita*, pro *ordinata*, post *promiserat*. Gr. Τί οὖν ὁ νόμος; Τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν, &c. Bornerii cod. Gr. Τί οὖν; Ὁ νόμος τῶν πράξεων ἐτέθη, Lat. *Quid ergo? Lex pravaricationum* [*factorum*] *posita, donec*, &c. Eidem punctationi favet Augustinus comment. in hunc loc. dicens: *Quid ergo? Hucusque enim interrogatio est: deinde infertur responsio:* Lex transgressionis gratiâ proposita est, &c. At l. 1. retract. c. 24. ait: *Cùm exponerem*, Quid ergo lex transgressionis gratiâ proposita est, *ita distinguendum putavi, ut interrogatio esset:* Quid ergo? *ac deinde responsio:* Lex transgressionis gratiâ proposita est: *quod quidem non abhorret à vero: sed melior mihi videtur ista distinctio, ut interrogatio sit:* Quid ergo lex? *& inferatur responsio:* Transgressionis gratiâ proposita est. Eandem quoque distinctionem admisit in aliis libris, ut visum est supra.

℣. 20. Textui consonant Novatianus lib. de Trinit. p. 1052. c. Hieronymus, Ambrosiaster, Sedulius, & Beda

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

21. Lex ergo adversùs promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia.

Rom. 3. 9. 22. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.

23. Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat.

24. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.

25. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu.

Rom. 6. 3. 27. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

**VERSIO ANTIQUA.**

21. Lex ergo adversùs promissa? Absit. Si enim data est lex, quæ posset vivificare, pro certo ex lege justitia. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

22. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur eis, qui credunt.

23. Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ postea retegebatur.

24. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christum Jesum, ut ex fide justificemur.

25. Veniente autem fide, jam non sub pædagogo sumus.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu.

27. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, & femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Gal. 3. 20. Ita quoque August. ep. 177. tom. 2. col. 626. d. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 80. b. & in Galat. 3. 20. col. 956. a. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 25. e. cui favet Auctor quæst. ex N. T. q. 57. col. 155. c. Sic etiam in Græco est.

℣. 21. Tichonius reg. 3. p. 52. e. *Lex ergo adversùs promissa Dei? Absit:* & paulò sup. habet: *Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, omnimodo ex lege esset justitia.* Sic etiam Hieron. in Gal. 3. 21. præter vocem *verè*, pro *omnimodo:* eadem quoque habet l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. d. ab his: *Si enim data esset*, &c. Augustinus ep. 157. tom. 2. col. 549. b. & tract. 17. & 49. in Joh. col. 423. d. e. 627. g. *Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, omnino ex lege esset justitia:* itidem ep. 177. col. 626. d. præfixis his: *Lex ergo adversùs promissa Dei? Absit:* ita rursum l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. c. & in Gal. 3. 21. p. 2. col. 957. e. & l. 19. contra Faust. tom. 8. col. 316. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 7. c. 25. e. & l. de spir. & litt. col. 103. e. & l. de gra. & pecc. orig. col. 234. d. Ambrosiaster in Gal. sic: *Lex igitur adversùs promissa Dei? Absit. Etenim si data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia.* Auctor l. de prom. p. 2. c. 31. col. 158. b. *Quia si data esset lex, quæ posset vivificare, omnino ex lege esset justitia.* Græc. Ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν... Εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ, &c. Borner. cod. Gr. Lat. pro ὄντως ἂν, habet ἀληθείᾳ, absque seq. ἦν.

℣. 22. Tichonius reg. 3. p. 52. b. *Omnia sub peccato, ut promissio ex fide J. C. daretur credentibus.* Ambrosius ep. 75. col. 1084. a. *Conclusa sunt omnia sub peccato, ut repromissio ex fide J. C. daretur credentibus.* Hieron. in Isai. 54. to. 3. col. 394. a. *Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur:* itidem l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 490. f. addito *enim*, verbo *Conclusit:* at l. 2. col. 516. d. *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut repromissio per fidem J. C. daretur credentibus:* sic etiam in Gal. 3. 22. exceptis his, *ut promissio ex fide J. C.* Huic postremo loco favet Augustinus epist. 157. & 177. tom. 2. col. 549. b. 626. d. & l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 80. c. & tract. 17. & 49. in Johan. p. 2. col. 423. d. e. 627. g. & in Gal. 3. 22. ibid. col. 957. e. & l. 19. cont. Faust. to. 8. col. 316. f. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 7. c. 25. e. & l. de spir. & litt. col. 103. e. & l. de gra. & pecc. orig. col. 234. d. Accedunt Ambrosiaster, & Beda in Gal. unà cum Græco.

℣. 23. Hilarius in Psal. 91. col. 235. c. *Priùs autem quàm veniret fides, sub lege conclusi custodiebamur in ea fide, quæ incipiebat revelari.* Ambrosius ep. 77. col. 1091. d. *& quasi infirmi custodiebamur à lege conclusi in eam fidem, quæ revelanda foret.* Augustinus in Gal. 3. 23. to. 3. col. 958. b. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 103. f. *Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ postea revelata est.* Sic etiam Hieron. cum Beda in Galat. 3. 23. præter ultima, *quæ revelanda erat.* Ambrosiaster in eundem loc. *Priùs enim quàm veniret fides, sub lege custod. conclusi in eandem fidem, quæ incipiebat revelari.* Gr. Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.

℣. 24. Hilarius in Ps. 91. col. 235. c. *Itaque lex pædagoga nostra facta est in Christo, uti ex fide justificemur.* Tichonius reg. 3. p. 53. d. *Lex itaque pædagogus noster fuit in Christo.* Similiter August. in Gal. 3. 24. præter *Itaque lex.* Gaudentius Brix. serm. 10. p. 960. g. *Quoniam lex pædag. noster fuit in Christo.* Ambrosius ep. 74. col. 1080. e. *Lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.* Itidem Hieron. Algas. quæst. 8. to. 4. p. 1. col. 200. c. præfixa voce *Itaque:* ita rursum in Galat. 3. 24. præter ult. verbum *justificaremur:* at l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. d. *Lex ergo pædag... ut ex fide justificemur.* Ambrosiast. in Gal. *Itaque lex pæd... ut ex fide justificaremur.* Græc. Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. Borner. cod. Gr. Lat. habet, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.

℣. 25. Similiter habet Ambrosiaster in hunc loc. *Veniente autem fide, jam non sub pædagogo sumus.* Hilarius verò in Ps. 91. col. 235. c. cum Beda in Gal. *At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo.* Itidem Hieron. in Galat. 3. 25. translato verbo *sumus*, post *pædagogo:* at quæst. 8. Algas. to. 4. p. 1. col. 200. c. *Postquam autem venit fides, nequaquam ultra sub pædagogo sumus.* August. in Galat. 3. 25. to. 3. p. 2. col. 958. d. *Posteaquam venit fides, jam non sumus sub pædagogo.* Ambrosius ep. 75. col. 1084. a. *Postquam autem venit fides, jam non sub lege sumus.* Græc. Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. Ms. 1. delet δὲ, alius ponit γάρ.

℣. 26. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 784. c. *Omnes enim filii estis fidei.* Itidem Hilarius in Ps. 91. col. 235. c. Augustinus verò l. 12. de Trin. tom. 8. col. 919. b. *Omnes enim filii Dei estis per fidem in Chr. Jesu.* Sic etiam Hieron. quæst. 8. Algas. to. 4. p. 1. col. 200. c. & in Gal. 3. 26. addito *quæ est*, ad *fidem;* nec aliter Ambrosiaster, & Beda in eundem loc. Græcum Augustino, & textui ad verbum concinit.

℣. 27. Tertullianus l. 3. adv. Marc. p. 674. a. cum Firmil. epist. 75. apud Cypr. p. 147. a. *Quotquot in Chr. tincti estis, Christum induistis.* Sic etiam Cyprianus ep. 60. & 74. pp. 100. & 139. necnon Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 14. col. 199. c. præter verbum *baptizati*, pro *tincti.* Itidem Hilarius l. 8. de Trin. col. 951. f. cum Ambrosiast. in Gal. 3. & Chromat. Aquil. p. 989. h. addito *enim*, ad *Quotquot.* Hieronymus in Gal. 3. 27. *Quicunque enim in Chr. baptizati estis, Christum induistis.* Similiter Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 502. b. & l. 12. de Trin. to. 8. col. 919. b. cum Beda in Gal. Auctor verò quæst. ex N. T. q. 47. col. 61. b. *Qui in C. baptizati estis, Christum induistis.* Optatus l. 5. cont. Donat. p. 90. b. *Quotquot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis;* al. *vos vestistis.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1092. c. *Christum induistis.* Græc. Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

℣. 28. Hilar. l. 8. de Trin. col. 952. a. *Non inest Judæus, neque Græc. non inest servus, neque liber: non inest masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in C. Jesu:* item in Ps. 127. col. 425. b. habet: *Omnes enim vos unum estis in C. J.* Similiter Ambrosius l. 2. de Spir. S. to. 2. col. 648. c. & Augustinus ep. 196. to. 2. col. 734. a. & tract. 110. in Joh. to. 3. p. 2. col. 775. d. at l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 182. d. legit: *Non enim est Judæus, neque Græcus: neque masculus, neque femina: neque servus, neque liber:* & l. de op. Mon. to. 6. col. 502. b. *Ubi non est*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

29. Si autem vos unum estis in Christo Jesu: ergo Abrahæ semen estis, secundùm promissionem hæredes.

**Vulgata nova.**

29. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*Judæus, neque Græcus: non servus, neque liber: non masculus, neque femina:* & in Gal. 3. 28. to. 3. p. 2. col. 959. d. *Omnes ergo vos unum estis in C. J.* sed l. 12. de Trin. to. 8. col. 919. b. *Non est Judæus, neque Gr. non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim*, &c. ut sup. Accinunt Hieronymus, Ambrosiaster, & Beda in Gal. 3. 28. necnon Auctor l. de promiss. p. 2. c. 1. col. 124. a. & p. 3. prom. 39. col. 188. a. Ambros. epist. 63. col. 1043. c. legit: *Ubi dives, & pauper: servus, & liber: Græcus, & Scytha: honoratus, & plebeius. Omnes in Ch. unum sumus.* Vide infra in Coloss. 3. 11. ubi similia leguntur. In Græco sic: Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι.... οὐκ ἔνι.... Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν, &c. al. ὑμεῖς ἕν ἐστε ἐν.

℣. 29. Augustinus in Gal. 3. 29. to. 3. p. 2. col. 959. b. *Si autem, ut hic subdistinguatur, & subaudiatur, Vos unum estis in Chr. Jesu: ac deinde inferatur, Ergo Abrahæ semen estis: ut iste sit sensus: Omnes ergo vos unum estis in C. J. Si autem vos unum estis in C. J. vos ergo Abr. semen estis:* at ep. 196. to. 2. col. 734. a. *Si autem vos estis Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes:* ita etiam tract. 12. 42. 108. & 117. in Joh. to. 3. p. 2. col. 387. e. 578. e. 771. d. 798. f. absque *estis*, ante *Christi*. Itidem Hieron. Scholiastes apud ipsum, & Beda in Gal. 3. 29. Ambrosiaster verò: *Si ergo vos omnes unum estis in C. Jesu: ergo Abrahæ semen estis, secundùm*, &c. ut supra. Gr. Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ· ἄρα τοῦ Ἀβραάμ..... καὶ κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι. Bornerii codex Græco-Latin. Εἰ δὲ ὑμεῖς πάντες ἕν ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ἄρα οὖν. Alex. delet καί.

# CAPUT IV.

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** Mss. ambo, hæredes.*

** Mss. actores.*

1. Dico autem: Quandiu * hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm dominus omnium sit:

2. sed sub curatore est, & * actore, usque ad præfinitum à patre:

3. sic & nos cùm essemus parvuli, sub elementa hujus mundi eramus servientes.

4. Postquam verò venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,

5. ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

**Vulgata nova.**

1. Dico autem: Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium:

2. sed sub tutoribus, & actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre:

3. ita & nos cùm essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes.

4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,

5. ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambrosiaster in Gal. 4. 1. *Dico autem, quòd quandiu hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 206. d. *Quandiu hæres parvulus est, nihil distat à servo:* at in Gal. 4. 1. col. 959. d. *Dico autem: Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dom. omnium.* Itidem Hieron. & Beda in eund. loc. Sedul. verò Hib. *Dico autem: Quandiu parvulus est, nihil differt*, &c. Auctor l. de aleator. ap. Cypr. p. 493. vel 489. *Quandiu erit infans.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 2. Hieronymus in Gal. 4. 2. *sed sub tutoribus est, & actoribus, usque ad præfin. tempus à patre.* August. in eundem loc. col. 959. d. *sed sub procuratoribus, & actoribus est, usque ad præfin. tempus à patre.* Sedulius Hibern. in Gal. *sed sub curatoribus, & actoribus.* Itidem Ambrosiast. additis seqq. ut in Vulg. Auctor l. de aleator. apud Cypr. p. 493. f. aliàs 489. f. *procuratores, & actores habet.* Gr. ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ, καὶ οἰκονόμους, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός.

℣. 3. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. a. ex Marcionis Ἀποστολικῷ: *Adhuc secundùm hominem dico: dum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus positi ad deserviendum eis.* Ambrosius in Luc. 1. col. 1277. a. *cùm essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus:* at ep. 75. col. 1084. c. *ita & nos eramus Judæi, sub elementis mundi hujus servientes.* Hieron. & Beda in Gal. 4. 3. *ita & nos cùm essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus servientes.* Similiter Scholiastes Hier. in eund. loc. deleta voce *hujus*; quam retinet Sedulius Hibern. Ambrosiaster in Gal. *ita & nos cùm essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus subjecti.* Augustinus in Gal. tom. 3. col. 959. f. *sic & nos cùm essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus servientes.* Auctor quæst. ex N. T. q. 82. col. 77. c. *eramus & nos sub elementis hujus mundi servientes.* Gr. οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· Ms. 1. ἤμεθα νήπιοι.

℣. 4. Irenæus l. 3. c. 16. pp. 205. c. 206. d. *Cùm autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege:* vide etiam c. 22. p. 219. a. & l. 5. c. 21. p. 318. b. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 790. a. *At ubi tempus expletum est, misit Deus Filium suum:* & sup. p. 785. b. *Cùm autem evenit impleri tempus, misit Deus Filium suum:* & l. de vel. virg. c. 6. p. 311. b. & l. de carn. Chr. p. 552. b. *misit Deus Filium suum, factum ex muliere.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 288. b. *At ubi advenit impletio temporis, misit Deus Filium su. natum de muliere.* Hilarius l. 12. de Trin. col. 1138. a. *At ubi venit adimpletio temporis, misit Deus Filium suum, factum de muliere, factum sub lege.* Ambrosius ep. 75. col. 1084. c. *Postquam verò venit plenitudo temporis, & Christus advenit:* at l. de instit. virg. col. 257. f. *Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege:* similiter l. 1. de fide, col. 462. f. & l. de incarn. col. 715. f. addita voce *verò*, vel *autem*, voci *Postquam*: item l. de apol. Dav. col. 726. c. habet: *misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege:* sic iterum l. 2. de fide, col. 485. d. & l. 2. de Spir. S. col. 645. d. & serm. cont. Auxent. col. 870. d. Similiter Hieron. Ambrosiaster, & Beda in Galat. 4. 4. præmissis his: *At ubi venit plenitudo temporis.* Augustinus verò in eundem loc. to. 3. p. 2. col. 959. g. *Veniente plenitudine temporis, misit Deus Filium suum, factum ex mul. factum sub lege:* & l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 29. e. necnon tract. 28. & 31. in Joh. col. 509. b. 522. a. *Cùm autem venit plenitudo temporis, misit*, &c. ut sup. Sic etiam Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 4. col. 172. cum Capreol. Carthag. Conc. Hisp. to. 2. col. 199. & Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 16. Sic rursus Augustinus tract. 3. in Joh. col. 304. f. ab his, *misit*, &c. & tract. 8. col. 358. b. ab his, *factum*, &c. Avit. Vien. ep. 2. Sirm. tom. 2. col. 10. d. *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus Fil. suum, natum ex muliere.* Leo M. serm. 24. p. 78. d. *Cùm ergo venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere, factum sub lege:* at ser. 33. p. 93. b. *factum ex mul. factum sub lege.* Gaud. Brix. serm. 9. p. 956. g. *editum de muliere, factum sub lege.* S. Paulinus epist. 23. p. 129. c. *factus sub lege, factus per mulierem.* Sed Hieron. in Gal. 4. 4. hanc carpit lectionem, *per mulierem. Diligenter attendite*, inquit, *quòd non dixerit*, factum per mulierem, *quod Marcion, & cæteræ hæreses volunt.... sed* ex muliere, *ut non per illam, sed ex illa natus esse credatur.* Græc. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. Mss. plures, γεννώμενον.

℣. 5. Irenæus l. 3. c. 16. p. 205. c. *ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem percipiamus.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. b. *ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum acciperemus.* Hilarius lib.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater.

7. Itaque jam non est servus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per Deum.

8. Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui naturâ non sunt dii, serviebatis.

9. Nunc autem cùm cognoveritis Deum, immo cogniti sitis à Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo servire vultis?

10. Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.

11. Timeo vos, ne fortè sine causa laboraverim in vobis.

12. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos: Nihil me læsistis.

VERSIO ANTIQUA.

6. Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantes: Abba, Pater. — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

7. Itaque jam non est servus, sed filius. Si autem filius: & hæres Dei per Christum.

8. Sed tunc quidem nescientes Deum, * his, qui non sunt dei, serviebatis. — * *Ms. mendosè* hi.

9. Nunc autem uti cognovistis Deum, magis autem * cogniti estis à Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus rursus servire vultis? — * *Ms. Reg.* cognoti.

10. Dies observatis, & menses, & annos, & tempora.

11. Timeo vos, ne fortè sine causa laboraverim in vobis.

12. Estote sicut & ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos: Nihil me læsistis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

12. de Trin. col. 1138. a. *ut eos, qui sub lege sunt, redimeret, ut adoptionem filiorum consequeremur;* Mss. 2. *consequeremur per fidem.* Ambrosius epist. 7. col. 782. a. cum Gaud. Brix. ser. 9. p. 956. g. *ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Similiter August. in Gal. 4. 5. to. 3. p. 2. col. 960. b. c. 961. b. adjunctis his: *ut adopt. filior. recipiamus:* sic etiam l. 2. de cons. Evang. ibid. col. 29. e. & tract. 3. in Joh. col. 304. f. præter verbum *reciperemus.* Itidem Ambrosiast. & Beda in Gal. cum Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 16. Accinit etiam Hieron. in Gal. to. 4. col. 267. a. qui infra ait distinguendum inter *accipere*, & *recipere.* Græc. ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Addit Clem. Alex. pædag. l. 1. c. 6. δι' αὐτοῦ.

℣. 6. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. b. *Ut certum esset nos filios Dei esse, misit Spiritum suum in corda nostra, clamantem: Abba, Pater.* Hilarius l. 2. de Trin. col. 803. a. *Quoniam estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantem: Abba, Pater:* & in Ps. 118. col. 353. a. *Spiritus enim in cordibus nostris clamat: Abba, Pater.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 613. d. *misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantem: Abba, Pater.* Hieronymus in Gal. 4. 6. *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantem: Abba, Pater:* & præf. in Isai. 4. to. 3. *clamantes in cordibus nostris: Abba, Pater.* Augustinus in Gal. tom. 3. col. 960. d. *Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater:* at inf. col. 961. d. habet, *Quoniam autem estis filii Dei*, &c. sicut etiam ep. 194. to. 2. col. 720. d. Itidem Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. f. cum Ambrosiast. Scholiaste Hier. & Beda in Galat. 4. 6. necnon Vigilio Tapſ. l. cont. Varim. p. 744. b. nisi quòd hic habeat *corda nostra.* Ms. cod. 52. Floriac. habet etiam, *in corda nostra.* Græc. Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα... εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Bornerii codex Gr. Lat. Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ τοῦ Θεοῦ· paulòque post, καρδίας ἡμῶν· alii quoque plures ferunt ἡμῶν.

℣. 7. Ambrof. l. 2. de Spir. S. col. 613. d. *Itaque jam non est servus, sed filius:* & infra, col. 652. d. *Unde jam non est servus, sed filius. Si autem filius: & hæres per Deum.* Augustinus in Gal. 4. 7. to. 3. col. 961. d. cum Ambrosiastro in eundem loc. *Itaque jam non est servus, sed filius. Si autem filius: & hæres per Deum.* Hieronymus in eund. loc. *Itaque jam non est servus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per Chr.* Græc. Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός. Εἰ δὲ υἱὸς· καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ. Bornerii cod. Græc. Lat. tollit εἶ, antè δοῦλος· alii verò quidam in fine, καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ· Borner. Gr. διὰ Θεόν.

℣. 8. Irenæus l. 3. c. 6. p. 181. a. *Si enim his, qui non erant dii, servistis: nunc*, &c. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. b. *Si ergo his, qui non naturâ sunt dei, servitis.* Ambrosius l. 5. de fide, col. 555. e. *Quia tunc nescientes Deum, servistis his, qui naturâ non erant dii:* & l. de incarn. col. 722. b. f. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, his, qui naturâ non sunt dii, serv.* tum addit: *Ita enim & in Græcis codicibus invenimus, quorum potior auctoritas est.* Hieronymus in Gal. 4. 8. *Sed tunc quidem nescientes Deum, servistis his, qui naturâ non erant dii.* Augustinus in eund. loc. col. 961. e. f. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, his, qui naturaliter (* infra, *naturâ) non sunt dii, servistis.* Ambrosiaster, Scholiast. Hier. & Beda in eund. loc. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, his, qui naturâ non sunt dii, serviebatis.* Gr. Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 6. p. 181. a. *nunc cognoscentes Deum, immo cogniti à Deo.* Zeno Veron. l. 2. tract. 13. p. 181. *quemadmodum revertimini rursus ad ea, quæ infirma, & egena sunt elementa?* Hieronymus, & Beda in Gal. 4. 9. *Nunc verò cognoscentes Deum, magis autem cogniti ab eo: quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus rursum servire vultis?* Augustinus in eundem loc. to. 3. p. 2. col. 962. d. e. f. 963. g. 964. a. *Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti à Deo: quomodo revertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus rursus, ut antea, servire vultis?* similiter habet l. 4. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 166. d. & tract. 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 740. b. & l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. col. 572. a. *Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti à Deo.* Itidem Sedulius Hibern. in Gal. addito *estis*, verbo *cogniti.* Ambrosiaster in Gal. *Nunc autem cognoscentes Deum, immo verò cogniti à Deo: quomodo iterum convertimini ad infirma, & egena elementa, quibus denuo servire vultis?* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. b. habet: *Post has itaque divitias, non erat revertendum ad infirma, & mendica elementa.* Gr. Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ· πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε;

℣. 10. Tertullianus l. contra Psych. p. 982. c. *Observatores dierum, & mensium, & annorum:* & inf. p. 988. a. *Tempora observantes, & dies, & menses, & annos:* similiter l. cont. Marc. p. 626. b. *Observantes tempora*, &c. at l. 5. p. 785. b. *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.* Itidem Ambrof. ep. 23. col. 881. d. & Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 82. g. & in Gal. 4. 10. p. 2. col. 962. f. 963. c. Sic etiam Ambrosiaster, & Beda in Gal. quibus accinit Maxim. Taurin. p. 8. f. cum Hieron. in Gal. to. 4. col. 271. a. qui tamen infra, col. 284. a. legit: *Dies observantes*, &c. ut sup. Adimantus ap. August. tom. 8. col. 135. d. legebat: *Dies observatis, & sabbata, & solemnitates:* sed August. ibid. hanc scripturam carpit, dicens: *Non sic scriptum est, ut Adimantus ponit: non enim nominat ibi* sabbatum *Apostolus. Dicit enim: Dies observatis, & annos, & tempora.* Gr. Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς.

℣. 11. Ambrosius epist. 23. col. 881. d. *Timeo ne sine causa laboraverim in vobis.* Hieronymus in Galat. 4. 11. cum Beda, & Sedul. Hib. in eundem loc. *Timeo vos, ne fortè sine causa laboraverim in vobis.* Itidem Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 82. g. præter *laboraverim in vos:* ita rursum in Gal. 4. 11. col. 963. c. e. & tract. 18. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 436. g. *Timeo ne sine causa laboraverim in vos:* at l. cont. Adim. to. 8. col. 135. d. *Timeo vos, ne frustra laboraverim in vobis.* Sic etiam Ambrosiaster in Galat. Maximus verò Taurin. p. 8. f. cum Scholiaste Hieron. in Gal. *Timeo ne fortè sine causa laboraverim in vobis.* Græc. Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. Mss. quidam tollunt ὑμᾶς, post Φοβοῦμαι.

℣. 12. Hieronymus in hunc loc. cum Sedul. *Estote sicut & ego, quia & ego*, &c. ut in textu. Augustinus lib. 13. conf. tom. 1. col. 235. f. *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos:* at l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 83. a. & in Gal. 4. 12. p. 2. col. 964. b. *Estote sicut & ego, quoniam & ego sicut vos: fratres precor vos: Nihil me læsistis.* Ambrosiaster in hunc loc. *Estote sicut & ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos: Nihil mihi nocuistis.* Auctor quæst. ex N. T. p. 2. q. 60. col. 155. g. *Estote sicut & ego.* Gr. Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς· ἀδελφοὶ δέομαι ὑμῶν· Οὐδέν με ἠδικήσατε. Mss. quidam, pro ἐγὼ, ponunt κἀγώ· & ex his unus paulò post cum alio, ἐγὼ, pro κἀγώ.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

13. Scitis quòd per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem : & tentationem vestram in carne mea

14. non sprevistis, neque respuistis : sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

15. Quæ ergo erat beatitudo vestra? Testimonium enim vobis perhibeo, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.

16. Ergo ego inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

17. Æmulantur vos non bene : sed excludere vos volunt, ut eos æmulemini.

18. Æmulamini autem meliora dona. Bonum est æmulari in bonis semper : & non solùm cùm præsens sum apud vos.

19. Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

20. * Vellem autem adesse apud vos modò, & mutarè vocem meam : quoniam confundor in vobis.

21. Dicite mihi qui sub lege volentes esse, legem non * legistis?

* *Ms.* Vel autem, *sed aperto mendo.*

* *Ms. Reg.* lesistis.

### VULGATA NOVA.

13. Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem : & tentationem vestram in carne mea

14. non sprevistis, neque respuistis : sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

15. Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.

16. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

17. Æmulantur vos non bene : sed excludere vos volunt, ut illos æmulemini.

18. Bonum autem æmulamini in bono semper : & non tantùm cùm præsens sum apud vos.

19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

20. Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam : quoniam confundor in vobis.

21. Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Hieronymus in hunc loc. *Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem : & tentationem vestram, quæ erat in carne mea.* Similiter August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 83. a. deleta vocula *autem :* Mss. tamen quidam ibidem ferunt, & *tentationes vestras ;* sed alii plerique, *tentationem vestram*, sicut etiam rursus habet Augustinus ex Mss. omnibus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 212. b. & in Galat. 4. 13. col. 964. b. præmissis aliis quæ supra, & omissa constanter vocula *autem.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. cum Sedulio; qui omnes jungunt *non sprevistis*, cum præcedentibus. Græc. Οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον· καὶ τὸν πειρασμόν μου, τὸν ἐν τῇ σαρκί μου, οὐκ ἐξουθενήσατε, &c. Bornerii codex Græco-Latinus tollit δὲ, post Οἴδατε· sicut alii quidam μου, post πειρασμόν· alii verò plures cum Borner. cod. habent πειρασμὸν ὑμῶν.

℣. 14. Textui concinunt Hieron. Scholiastes Hieron. & Ambrosiaster in Gal. 4. 14. necnon Augustinus in eund. loc. col. 964. c. & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 83. a. Beda verò, pro *excepistis*, legit *accepistis ;* Græc. ἐδέξασθε.

℣. 15. Hieronymus in Gal. 4. 15. *Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri potuisset*, &c. ut sup. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 83. a. *Quæ ergo fuit beatitudo vestra? Testimonium vobis perhibeo, quoniam, si fieri posset*, &c. ut supra : ita rursum in Gal. 4. 15. p. 2. col. 964. c. addito *enim*, post *Testimonium :* vide etiam quæst. 26. in Num. to. 3. p. 1. col. 539. a. Ambrosiaster in Gal. *Quæ ergo erat beatitudo vestra? Testis enim sum vobis, quia, si fieri potuisset, oculos*, &c. ut sup. Sedulius Hibern. in eundem loc. *Quæ ergo est beatit. vestra?* & post pauca : *quoniam, si fieri posset*, &c. Gr. Τίς οὖν ἦν μακαρισμὸς ὑμῶν; Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι. Mss. plures, Ποῦ οὖν μακαρισμὸς ὑμῶν;

℣. 16. Cypr. ep. 62. p. 104. a. *Ergo ego inimicus factus vobis sum, verum dicens vobis?* Hieron. in Galat. 4. 16. *Ergo inimicus vobis factus sum, veritatem dicens vobis?* similiter l. 1. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 500. f. deleta voce *Ergo.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 83. *Ergo inimicus factus sum vobis, verum prædicans?* & in Gal. 4. 16. col. 964. d. *Ergo inimicus factus sum, verum vobis prædicans?* Itidem Sedulius Hibern. in Gal. præter hoc, *verùm prædicans vobis?* Ambrosiaster, Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?* Gr. Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα, ἀληθεύων ὑμῖν;

℣. 17. Textui concinunt Ambrosius in Ps. 36. col 778. d. Hieron. in Gal. 4. 17. & Augustinus in eundem loc. necnon l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 2. col. 83. a. quibus accensendi Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Galat. Sic etiam Agapet. I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1794. c. addita vocula *autem*, verbo *Æmulantur.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 22. b. *Zelantur vos non bene.* Gr. Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς· ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν, ἵνα, &c. Millius ponit ὑμᾶς, pro ἡμᾶς.

℣. 18. Hieronymus in Gal. 4. 18. simpliciter habet: *Bonum autem æmulamini in bono semper : & non tantùm cùm*, &c. ut sup. Itidem Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. Sedulius verò Hib. habet, *Charismata [ id est, dona ] æmulamini.* Ambrosiast. *Æmulamini autem meliora dona. Bonum æmulamini semper : & non solùm cùm præsens sum apud vos.* Ambrosius l. 4. de interpel. Dav. c. 3. col. 664. d. *Bonum est autem æmulari in bono semper :* ita rursum in Psal. 36. col. 778. d. omisso *autem ;* sicut etiam l. de vid. col. 194. c. detracto *semper.* Augustinus l. 4. de doctrina Chr. to. 3. p. 1. col. 83. b. *Bonum est autem in bono æmulari semper : & non solùm cùm præsens sum apud vos :* & in Gal. 4. 18. p. 2. col. 964. e. *Bonum autem æmulari in bono semper*, &c. ut sup. Græc. Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε· καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς. Mss. quidam, pro ζηλοῦσθαι, habent ζηλοῦσθε.

℣. 19. Huc redeunt quæ Tertul. habet l. 5. cont Marc. p. 790. a. *Filii mei, quos parturio rursus :* & lib. de monog. p. 958. a. *parturiens illos, donec formaretur Chr. in ipsis.* Hilarius in Psal. 131. col. 456. b. *Filii mei, quos iterum parturio :* & in Ps. 138. col. 521. e. *Filioli, quos iterum parturio, donec Chr. formetur in vobis.* Sic etiam Ambrosius l. 2. de Cain & Ab. col. 205. c. addita voce *mei*, ad *Filioli :* itidem in Ps. 47. col. 940. d. & in Luc. 20. col. 1509. f. at l. de Isaac, c. 8. col. 380. e. legit : *Filioli mei, quos ego parturio, donec*, &c. omissa voce *iterum :* sic denuo in Pss. 36. 39. & 43. col. 804. f. 866. d. & 887. c. Hieronymus verò in Gal. 4. 19. & l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. b. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec*, &c. ut sup. Sic etiam Augustinus l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 83. b. & in Galat. p. 2. col. 964. f. 965. a. b. cum Fausto apud eundem Aug. lib. 24. cont. ipsum, tom. 8. col. 429. c. necnon Ambrosiast. Sedul. & Beda in Gal. quibus consentit Epiphan. in Cantici Cantic. 6. 9. præter *in nobis*, pro *in vobis.* Græc. Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ, &c.

℣. 20. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 83. b. & in Gal. 4. 20. col. 965. c. *Vellem autem nunc adesse apud vos, & mutare vocem meam : quia confundor in vobis.* Ambrosiaster in Gal. *Vellem autem præsens esse nunc apud vos, & mutare*, &c. ut sup. Hieronymus, & Beda in eundem locum : *Vellem autem esse apud vos modò*, &c. ut in Vulg. Cœlestinus epist. 13. col. 1115. *Vellem mutare vocem meam : quia confundor in vobis.* Gr. Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ.... ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν. Hieronymus verò loco cit. col. 278. b. ait, Ἀποροῦμαι, *non tam* confusionem, *quæ apud Græcos* αἰσχύνη, *sive* σύγχυσις *appellatur*, *quàm* indigentiam, & inopiam *sonare.*

℣. 21. Hilarius in Ps. 118. col. 246. b. ita incipit : *Legem legentes non audistis quòd Abraham*, &c. Ambrosius l. de Abr. c. 4. col. 292. f. *Sub lege volentes esse, legem non legistis?* & in Luc. 3. col. 1324. c. *Dicite mihi qui legem legistis, legem non audistis?* editt. *Dicite mihi sub lege volentes esse, legem*, &c. Hieron. in Gal. 4. 21. *Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non audistis?* Augustin. ep. 196. tom. 2. col. 734. g. *Dicite mihi sub lege esse volentes, legem non audistis?* ita rursum l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 79. g. & in Galat. 4. 21. p. 2. col. 965. d. & serm. 10. to. 5. col. 65. g. & l. 15. de civit. Dei, c. 2.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

22. Scriptum est enim : Quoniam Abraham duos filios habuit : unum de ancilla, & unum de libera.

Genes. 16.15. & 21.2.

23. Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem de libera, per repromissionem :

24. quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte Sina, in servitutem generans : quæ est Agar :

25. Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem, & servit cum filiis suis.

26. Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est ; quæ est mater nostra.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromi.

22. Scriptum est enim : Quia Abraham duos filios habuit : unum ex ancilla, & unum de libera.

23. Sed is quidem, qui de ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem de libera, per repromissionem :

24. quæ sunt significantia. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem à monte Sina, in servitutem generans : quæ est Agar :

25. Agar enim mons est in Arabia, quæ consonat huic, quæ nunc est Hierusalem : servit enim cum filiis suis.

26. Quæ autem susum est Hierusalem, libera est ; quæ est mater nostra.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

to. 7. col. 380. e. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 454. e. sic etiam l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 579. f. nisi quòd pro *audistis*, habeat *legistis* : itidem l. de gest. Pelag. to. 10. col. 198. d. Ambrosiaster verò, cum Beda in Gal. *Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis ?* Græc. Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον ὐκ ἀκύετε ; Mss. quidam, pro ἀκύετε, ferunt ἀναγινώσκετε· Veles. lect. ἀνέγνωτε.

℣. 22. Tertullianus l. cont. Marc. p. 785. c. *Abraham duos liberos habuit : unum ex ancilla, & alium ex libera.* Hilarius in Ps. 118. col. 246. b. *Abraham duos filios habuit : unum ex ancilla, & unum ex libera.* Ambrosius l. 1. de Abr. c. 4. col. 292. f. *Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuerit : unum de ancilla, & unum de libera :* sic etiam in Luc. 3. col. 1324. c. præter verbum *habuit* : vide etiam in Luc. 9. col. 1405. d. & l. de apol. Dav. col. 679. c. & in Ps. 43. col. 909. e. & epist. 78. col. 1093. b. Augustinus ep. 196. to. 2. col. 734. g. *Scriptum est enim : Quòd Abraham duos filios habuit : unum de ancilla, & unum de libera :* itidem l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 79. g. & serm. 10. to. 5. col. 65. g. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 380. e. & l. de util. cred. to. 8. col. 50. d. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 579. f. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 454. e. & l. de gest. Pelag. col. 198. d. nisi quòd ultimo loco habeat : *Quoniam Abraham ..... & alterum de libera.* Itidem Hieron. cum Beda in Gal. 4. 22. Sic etiam Ambrosiast. præter verbum *habuerit*, pro *habuit*. Gr. Γέγραπται γάρ· Ὅτι Ἀβρ. δύο υἱὺς ἔχεν, &c. ut in Vulgata.

℣. 23. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. c. *Sed qui ex ancilla, carnaliter natus est : qui verò ex libera, per repromissionem.* Hilarius in Ps. 118. col. 246. b. *Sed qui ex ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem ex libera, secundùm repromissionem.* Tichonius reg. 3. p. 52. d. *Ille quidem, qui ex ancilla, carnaliter natus est : qui autem ex libera, ex repromissione.* Hieron. in Gal. cum Beda : *Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem de lib. per reprom.* Ambrosius l. 1. de Abr. c. 4. col. 292. f. 293. a. & l. de apol. Dav. col. 679. c. *Sed is quidem, qui de ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem de lib. per reprom.* sic etiam in Luc. 3. col. 1324. c. exceptis his, *Sed qui ex ancilla..... per promissionem* : vide etiam in Ps. 43. col. 909. e. Augustinus ep. 196. to. 2. col. 734. g. 735. a. *Sed ille quidem, qui de ancilla, secundùm carnem natus est : qui autem de lib. per repromissionem :* ita rursum l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 380. e. 381. a. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 454. e. at l. 4. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 79. g. *Sed ille, qui de ancilla*, &c. ut sup. & ser. 10. to. 5. col. 65. g. *Sed is, qui de ancilla*, &c. & l. de util. cred. to. 8. col. 50. d. *Sed is quidem, qui de ancilla... per promissionem* : l. verò 2. cont. adversar. leg. tom. 8. col. 579. f. necnon l. de gest. Pelag. to. 10. col. 198. d. versum hunc integrum omittit. Ambrosiaster in Gal. *Sed is quidem, qui de ancilla*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ..... ὁ δὲ ἐκ τῆς.... διὰ τῆς ἐπαγγελίας.

℣. 24. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. c. *quæ sunt allegorica. Hæc sunt enim duo testamenta. Unum à monte Sina, generans in servitutem :* idem Tertul. ibidem auctor est versionem Lat. aliquam habere *ostensiones*, loco *testamenta*. Hilarius in Ps. 118. col. 246. b. *quæ sunt allegorumena :* sic etiam infra, col. 343. e. & in Ps. 146. col. 579. d. in Ps. verò 138. col. 523. c. ait : Secundùm Apost. *hæc duo testamenta sunt. Unum secundùm Ismaelem, in servitutem generans : aliud secundùm Isaac, in libertatem matris nostræ Jerusalem, quæ in cælis est, educens.* Ambrof. l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. a. *quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hæc sunt duo testamenta. Unum quidem à monte Sina, in servitutem generans : quod est Agar :* & l. de apol. Dav. cap. 3. col. 679. c. *Unum quidem à monte Sina, in servitutem generans : alterum autem ab Hierusalem, quæ est libera :* vide etiam in Luc. 3. & 9. col. 1324. c. 1405. d. Tichonius reg. 3. p. 52. d. *Alterum enim semen carnale est, quod ex lege est à monte Sina : quod est Agar, in servitute generans.* Hieronymus, & Ambrosiaster in Gal. 4. 24. Vulgatæ consonant, nisi quòd habeant *à monte Sina*, pro *in monte Sina*. Augustinus ep. 196. tom. 2. col. 734. g. 735. a. *quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem à monte Sina, in servitutem generans : quod est Agar :* sic etiam serm. 10. to. 5. col. 65. g. & l. 15. de civitate Dei, c. 2. to. 7. col. 380. e. 381. a. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 579. f. ita rursum l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. a. præter *quæ est Agar* : at l. de util. cred. to. 8. col. 50. d. legit : *quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo test. Unum quidem de monte Sina.... quod est Agar :* & l. 3. contra 2. epist. Pelag. to. 10. col. 454. e. *quæ sunt in allegoria. Hæc enim..... Unum quidem in monte Sina..... quod est Agar :* itidem l. de gest. Pelag. tom. 10. col. 198. d. omisso *in monte Sina* : lib. verò 15. de Trinit. to. 8. col. 977. b. ait : *Quidam Interpretes nostri, quod ait Apostolus*, quæ sunt in allegoria, *nolentes Græcum vocabulum ponere, circumloquendo interpretati sunt, dicentes : Quæ sunt aliud ex alio significantia.* Græc. ἅτινά ἐςιν ἀλληγορύμενα. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο.... Μία μὲν ἀπὸ ὄρυς Σινᾶ... ἥτις ἐςὶν Ἄγαρ. Veles. lect. Ταῦτα, pro Αὗται· Bornerian. codex Græco-Lat. Αὗτα· subinde alii plures tollunt αἱ, ante δύο· Veles. verò lect. habent ἐπ' ὄρυς, pro ἀπὸ ὄρυς.

℣. 25. Hieronymus in Galat. 4. 25. *Sina enim mons est in Arabia, qui conterminus est ei, quæ nunc est Jerus. & servit cum filiis suis.* Similiter habet Hilarius in Ps. 124. col. 403. c. ab his, *quæ nunc est*, &c. Augustinus l. de utilit. cred. to. 8. col. 50. e. *Sina enim mons est in Arabia, qui confinis ei, quæ nunc est Jerus. & servit cum filiis suis :* & ep. 196. to. 2. col. 735. a. *Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est huic, quæ nunc est Jerus. & servit cum filiis suis :* ita rursum l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. nisi quòd habeat *servit enim*, pro *& servit* : at l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 79. g. *Sina enim mons est in Arabia, quæ conjuncta est huic, quæ....... & servit cum*, &c. similiter ser. 10. tom. 5. col. 65. g. *quæ conjuncta est huic* : paulò verò post, *servit enim* : itidem l. 3. contra 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 454. e. sicut l. de gest. Pelag. to. 10. col. 198. e. nisi quòd hoc posteriori loco legat : *Sina mons est....... quæ conjuncta est ei*, &c. Ambrosiaster in Gal. *Sina autem mons est in Arabia, qui conjungitur huic, quæ nunc est Jerus. serviens cum filiis suis.* Sedulius Hib. in eundem loc. *Sina enim mons est in Arabia : affinis est ejus, qui nunc est Jerus. & servit cum*, &c. Scholiastes Hier. & Beda ut in Vulgata. Græc. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συςοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερυσ. δυλεύει δὲ μετὰ τῶν, &c. Ms. Alex. Τὸ δὲ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος. Bornerian. cod. Gr. Lat. Τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος, absque Ἄγαρ· in aliis quibusdam deest δὲ, post συςοιχεῖ· Borner. verò Gr. hab. ἡ συνςοιχῦσα, Latin. *quæ consonat*. In alio Ms. deest δὲ, post δυλεύει· alii plures ferunt δυλεύει γάρ.

℣. 26. Irenæus l. 5. c. 35. p. 335. e. *Illa autem, quæ sursum est Jerus. libera est ; quæ est mater omnium nostrûm.* Itidem Hieron. in Gal. 4. 26. sicut etiam in Eccles. to. 2. col. 746. b. nisi quòd hoc posteriori loco habeat, *Quæ autem sursum est.* Similiter Ambrof. in Luc. 3. col. 1324. c. *Quæ autem sursum est Jerus. libera est.* Hilarius in Ps. 64. & 124. col. 163. b. 403. c. *Ea autem, quæ sursum est Jerus. libera* (al. *liberata*) *est ; quæ est mater nostra.* Augustinus ep. 196. to. 2. col. 735. a. *Quæ autem sursum est Jerus. libera est ; quæ est mater nost.* sic etiam lib. 4. de doctr. Christ. to. 3. p. 1. col. 79. g. & l. 3. cont. 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 454. e. & l. de gest. Pelag. to. 10. col. 198. e. at l. de util. cred. to. 8. col. 50. e. & l. 15. de civit. Dei, c.

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

27. Scriptum est enim : Lætare sterilis, quæ non paris : erumpe, & clama, quæ non parturis : quia multi filii desertæ, magis quàm ejus, quæ habet virum.

28. Vos autem, fratres, secundùm Isac promissionis filii estis.

29. Sed sicut tunc qui secundùm carnem natus est, persequebatur eum, qui secundùm spiritum : ita & nunc.

30. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, & filium ejus : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isac.

31. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ : qua libertate nostra Christus liberavit.

### Vulgata nova.

27. Scriptum est enim : Lætare sterilis, quæ non paris : erumpe, & clama, quæ non parturis : quia multi filii desertæ, magis quàm ejus, quæ habet virum. Isai. 54. 1.

28. Nos autem, fratres, secundùm Isaac promissionis filii sumus. Rom. 9. 8.

29. Sed quomodo tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundùm spiritum : ita & nunc.

30. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, & filium ejus : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Genes. 21. 10.

31. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ : qua libertate Christus nos liberavit.

### Notæ ad Versionem antiquam.

2. to. 7. col. 381. a. legit : *Quæ autem sursum est.... quæ est mater omnium nostrûm* : & sup. col. 277. c. *Quæ sursum est Jerus. mater nost. æterna in cœlis* : vide etiam tract. 117. in Joh. to. 3. p. 2. col. 798. g. Ambrosiaster, & Beda in Galat. nil differunt à Vulg. uti nec Auctor l. de gloria SS. c. 3. col. 203. d. Græcum : Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσ. ἐλευθέρα ἐστὶν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Mss. quidam delent πάντων.

℣. 27. Eadem exhibent Hieron. & Ambrosiast. in Gal. 4. 27. sicut etiam August. in eundem loc. col. 966. c. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. necnon epist. 196. tom. 2. col. 735. a. nisi quòd hoc postremo loco habet *exclama*, pro *clama*. Hieronymus in Isai. 54. tom. 3. col. 389. f. iterum legit : *Lætare sterilis, quæ non paris : erumpe, & clama, quæ non part. quia plures filii*, &c. ut sup. Græc. Vulgatæ favet.

℣. 28. Irenæus l. 5. c. 32. p. 332. a. *Vos autem, fratres, secundùm Isaac repromissionis filii estis.* Sic etiam Tichonius reg. 3. pp. 52. d. & 55. h. præter vocem *promissionis*, loco *repromissionis*. Itidem Ambrosius l. 1. de Abr. c. 4. col. 293. b. & l. 2. de Spir. S. col. 646. c. cum Ambrosiastro in Gal. 4. 28. Hieronymus verò in Isai. 54. col. 389. f. legit : *Nos autem, fratres, secundùm Isaac repromissionis filii sumus* : ita rursum in Gal. 4. 28. excepta voce *promissionis* : cui accinit August. ep. 196. tom. 2. col. 735. a. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. necnon Scholiastes Hieron. & Beda in Gal. unà cum Græco. Mss. tamen quidam, pro Ἡμεῖς........ ἐσμὲν, ferunt Ὑμεῖς...... ἐστέ.

℣. 29. Tichonius reg. 3. p. 55. h. *Sicut tunc qui secundùm carnem natus est, persequebatur spiritualem : ita & nunc.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 646. d. *Sed sicut tunc qui secundùm carnem natus est, persequebatur eum, qui secund. spiritum.* Itidem Hieron. in Isai. 54. to. 3. col. 389. f. additis his, *ita & nunc* : at in Gal. 4. 29. cum Ambrosiastro, & Beda in eund. loc. habet : *Sed quomodo tunc qui secund. carnem natus fuerat*, &c. ut sup. Similiter Augustinus ep. 196. to. 2. col. 735. a. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. excepta vocula *sicut*, pro *quomodo* : & in Joh. 3. n. 12. col. 381. c. *Sed* (inf. *Et*) *sicut tunc ille, qui secundùm carnem natus erat, persequebatur eum, qui secund. spiritum : ita & tunc.* Gr. Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, &c. ut sup.

℣. 30. Tichonius reg. 3. p. 55. h. *Sed quid dicit Scriptura? Expelle ancillam, & filium ejus : non enim cohæres erit filius ancillæ filio liberæ.* Augustinus epist. 196. to. 2. col. 735. a. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. *Sed quid dicit Script. Ejice ancillam, & filium ejus : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ* : at in Joh. 3. n. 12. col. 381. e. & l. de gest. Pelag. to. 10. col. 198. e. cum Ambrosiast. in Gal. *non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Itidem Hieron. in Gal. 4. 30. sed in Isai. 54. tom. 3. col. 389. f. habet *cum filio liberæ* : cui etiam Græcum favet. Borner. tamen codex Gr. Lat. fert μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ· ex Gen. 21. 10.

℣. 31. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 785. c. *Propter quod, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ : qua libertate Christus nos manumisit.* Hieron. in Isai. 54. to. 3. col. 389. f. *Nos autem, fratres, non sumus filii ancillæ, sed liberæ : qua libertate donavit nos Christus* : at in Gal. 4. 31. legit : *Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ : qua libertate Chr. nos liberavit.* Similiter Ambrosiaster in eund. loc. detracta voce *fratres*. Ambrosius in Ps. 43. col. 910. b. *Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.* Augustinus in Gal. 4. 31. to. 3. col. 966. g. *Nos autem, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ* : itidem epist. 196. to. 2. col. 735. a. & l. 15. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 381. a. additis seqq. *qua libertate Chr. nos liberavit.* Gelas. I. ep. 7. Conc. tom. 4. col. 1179. d. *libertatem, qua vos Chr. liberavit.* Græc. Ἄρα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν..... τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε. Mss. quidam tollunt οὖν, post ἐλευθερίᾳ.

---

# CAPUT V.

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. STate, & nolite iterum servituti jugo contineri.

2. Ecce ego Paulus dico vobis : quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

3. Testificor autem omni homini * circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

* Ms. circumcidente.

### Vulgata nova.

1. STate, & nolite iterum jugo servitutis contineri.

2. Ecce ego Paulus dico vobis : quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Act. 15. 1.

3. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambrosius ep. 77. col. 1090. b. *State, & nolite iterum jugo servitutis contineri.* Similiter habent Hieron. & Ambrosiaster in Gal. 5. 1. August. verò in eund. loc. to. 3. p. 2. col. 966. g. *State ergo, & ne iterum servitutis jugo adtineamini.* Auctor quæst. ex utroq. T. q. 98. col. 91. c. *State, & nolite iterum servitutis jugo cohiberi.* Gr. Στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. Mss. quidam addunt οὖν, verbo Στήκετε· & alii habent ἀνέχεσθε, pro ἐνέχεσθε· al. ὑπέχεσθε.

℣. 2. Textui Reg. & S. Germ. favent Ambros. ep. 78. col. 1093. c. August. & Ambrosiast. cum Beda in Gal. 5. 2. Sic etiam Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 153. f. sicut in Amos 2. to. 3. col. 1383. & in Gal. 5. 2. præter verbum *prodest*, loco *proderit* : at in Ezech. 44. to. 3. col. 1025. c. habet : *quoniam si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit.* Græc. ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει· al. ὠφελήσῃ.

℣. 3. Hieron. in Ezech. 44. to. 3. col. 1025. c. *Contestor autem omnem hominem, qui circumciditur* : & in Gal. 5. 3. *Contestor autem omnem hominem circumcidentem se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.* August. in eund. loc. to. 3. p. 2. col. 967. c. *Testificor autem omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est*, &c. ut sup. Itidem Ambrosiast. in eund. loc. Gr. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι, &c. Borner. cod. Gr. Lat. delet πάλιν.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

4. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini : à gratia excidistis.

5. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.

6. Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium : sed fides, quæ per charitatem operatur.

7. Currebatis bene : quis vos impedivit veritati non obedire ?

8. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos.

1. Cor. 5. 6. 9. Modicum fermentum totam massam corrumpit.

10. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis : qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque est ille.

11. Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico : quid adhuc persecutionem patior ? Ergo evacuatum est scandalum crucis.

**VERSIO ANTIQUA.**

4. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini : à gratia excidistis. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

5. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.

6. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium : sed fides, quæ per caritatem operatur.

7. Currebatis bene : quis vos impedivit veritati non obaudire ?

8. Suasio ex eo est, qui vos vocat ?

9. Modicum fermentum totam massam corrumpit.

10. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sentietis : qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque est ille.

11. Ego autem, fratres, si circumcisionem prædico : quid adhuc persecutionem patior ? Ergo evacuatum est scandalum crucis.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Sic habet August. in Gal. 5. 4. to. 3. col. 967. d. sicut Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. f. & in Gal. 5. 4. p. 1. col. 286. b. paulò verò post ait, Καλαργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, *non ut in Latino malè interpretatum est*, Evacuati estis à Christo, *sed*, In Christi opere cessastis, *magis intelligi.* Ambrosiaster in eund. loc. *Evacuati estis à Christo : qui enim in lege gloriamini, à gratia excidistis :* at in Rom. 4. 17. legit cum Beda in Gal. *qui in lege justificamini*, ut sup. In Græco etiam, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· Epiphan. καυχᾶσθε, teste Millio.

℣. 5. Similiter habet Tertul. l. de resur. carn. p. 575. a. *Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.* Sic etiam Hieron. August. & Beda in Gal. 5. 5. necnon Ambrosiaster in eund. loc. nisi quòd in principio ferat, *Nos autem.* Ambrosius ep. 78. col. 1093. f. *spiritu igitur ex fide, spem justitiæ exspectandam* ait, ex Apost. Græc. Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως, &c. ut supra.

℣. 6. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 785. c. *Cur*, inquit, *præputiationem negat quicquam valere in Christo, sicut & circumcisionem ?* Ambros. ep. 78. col. 1093. f. *neque circumcis. aliquid valet, neque præput. sed fides, quæ per caritatem operatur.* August. in Gal. 5. 6. to. 3. p. 2. col. 967. d. e. *In Christo enim Jesu neque circumcisio quidquam valet, neque præput. sed fides, quæ per dilectionem operatur :* ita rursum ep. 189. to. 2. col. 698. a. & tract. 29. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 515. e. ab his, *neque circumcisio.* Agapet. I. ep. 4. Concil. to. 4. col. 1793. b. & Leo M. ser. 44. p. 110. f. *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præput. sed fides, quæ per dilectionem operatur.* Hieron. in Gal. 5. 6. cum Beda : *Nam in Chr. J. neque circumcis. aliquid valet*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambrosiaster in eund. loc. præter vocem *quidquam*, pro *aliquid.* Gr. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, &c. aliàs deest γάρ.

℣. 7. Tertul. l. de præscr. c. 27. p. 336. a. *Tam bene currebatis : quid vos impediit ?* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. h. *Currebatis bene : quis vos impedivit veritati non obedire ? Qui nemini consenseritis.* Similiter habet Ambrosiaster in Gal. omissis his, *Qui nemini consenseritis.* Ita quoque August. in Gal. 5. 7. sed ep. 211. to. 2. col. 782. c. legit : *Currebatis bene : quis vos fascinavit ?* deinde, *Suasio illa*, &c. Itidem Felix III. ep. 1. Conc. to. 4. col. 1051. absque *Suasio illa.* Beda in Gal. *Currebatis bene : quis vos fascinavit veritati non obedire ? Nemini consenseritis.* Itidem Scholiastes Hieron. in Gal. excepto verbo *impedivit.* Hieron. in Amos 2. to. 3. col. 1387. d. *Currebatis bene : quis vos impedivit non acquiescere veritati ?* sic etiam in Eccles. to. 2. col. 751. a. & l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. a. præter hæc, *veritati non obedire :* ita rursum in Gal. 5. 7. p. 1. col. 289. f. sed addit : *Id, quod nunc Latinus posuit Interpres*, veritati non obedire, *& in Græco scriptum est*, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι· *in superiori loco* [ 3. 1. ] *ita interpretatus est*, non credere veritati. *Quod quidem nos in vetustis codicibus non haberi, in suo loco annotavimus ; licet & Græca exemplaria hoc errore confusa sint.* Subinde : *Sequitur :* Nemini consenseritis. *Sed quia nec in Græcis libris, nec in his, qui in Apostolum commentati sunt, hoc scriptum invenimus, prætereundum videtur.* Græc. Ἐτρέχετε καλῶς· τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι ; Mss. plures, pro ἀνέκοψε, ferunt ἐνέκοψε· alii quidam, ἐβάσκανε, ex c. 3. ℣. 1. Apud Chrysost. deest, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, teste Millio : contra in Borner. cod. Gr. non solùm legitur, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, sed & additur, Μηδενὶ πείθεσθαι, & in Lat. *Nemini consenseritis.* Vide Millii not. in hunc loc.

℣. 8. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. h. *Suasio vestra ex Deo est, qui vocat nos ?* August. ep. 211. to. 2. col. 782. c. *Suasio illa non est ex Deo, qui vocavit vos :* & in Gal. 5. 8. to. 3. p. 2. col. 967. g. *Suasio vestra non ex eo est, qui vocavit vos.* Ambrosiaster in eundem loc. *Suasio vestra non est à Deo, qui vocat vos.* Beda : *Persuasio hæc non est ex eo, qui vocavit vos.* Sedulius Hibern. *Persuasio vestra non ex eo est, qui vos vocavit :* paulòque post : *non ut malè in Latinis codicibus legitur : Persuasio vestra ex Deo est.* Similiter Hieron. in Gal. 5. 8. col. 290. f. *Persuasio vestra non est ex eo, qui vocavit vos :* tum addit : *In Latinis codicibus ita scriptum reperi :* Persuasio vestra ex Deo est, qui vocavit vos. *Quod quidem puto ex eo fuisse ; & non intellectum, paulatim ob similitudinem* ex Deo, *increbuisse, pro eo quod est* ex eo. *Sed nec sic potest stare sensus..... Meliùs igitur, & veriùs sic legitur :* Persuasio vestra non est ex eo, qui vocavit vos. *Aliud quippe Dei opus est, aliud hominum : Dei opus est, vocare : hominum, vel credere, vel non credere..... Verùm simpliciores quippe putantes se deferre Deo, ut persuasio quoque nostra in ejus sit potestate, abstulerunt partem orationis* non, *& sensum contrarium Apostolo reddidêre.* At ego crederem, etiam ablata negatione *non*, sensum Apostoli integrum remanere, modò interrogativè legatur, *Persuasio vestra ex Deo* ( vel *ex eo* ) *est, qui vocavit vos ?* quasi dicatur, *An persuasio hæc*, vel *vestra, ex eo est, qui vos vocavit ?* Quæ conjectura & lectionem codd. Latinorum firmat, & sensum alienum non reddit. Ut ut est, si additur negatio, hæc verba *Persuasio hæc non est*, &c. referuntur ad ista, *quis vos impedivit*, &c. si tollitur, respondent illis antecedentibus, *Currebatis bene.* In Græco sic : Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. In Mss. quibusdam deest οὐκ.

℣. 9. Lucifer Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 226. h. *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit ?* Hieron. in Gal. 5. 9. *Modicum fermentum totam conspersionem fermentat :* sed addit : *Malè in nostris codicibus habetur*, Modicum fermentum totam massam corrumpit ; *& sensum potiùs Interpres suum, quam verba Apostoli transtulit. Hac autem ipsâ sententiâ Paulus & ad Corinthios* ( 1. Cor. 5. 6. ) *utitur.* Sedulius Hibern. in Gal. *Modicum fermentum totam massam fermentat :* & post pauca : *Non ut malè in Latinis codicibus*, *Corrumpit.* August. ep. 211. to. 2. col. 782. c. legit, *Modicum fermenti :* & in Gal. 5. 9. to. 3. p. 2. col. 968. a. *Et tota massa*, inquit, *in corruptione carnalis servitutis quodam modo fermentabitur.* Græc. Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

℣. 10. August. in Gal. 5. 10. to. 3. p. 2. col. 968. b. *Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis : qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque ille fuerit.* Similiter Hieron. & Beda in eundem loc. exceptis *est ille*, pro *ille fuerit.* Agapet. I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1794. b. *Quia confido in vobis, & in Domino, quòd nihil aliud sentiatis.* Ambrosiaster in Gal. *Ego confido in vobis in Domino, quia nihil aliud sentietis : qui autem*, &c. ut in Vulg. Sedulius Hibern. *Ego confido de vobis in Domino.* Græc. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε· ὁ δὲ..... ὅστις ἂν ᾖ· al. ὅστις αὐτός· al. ὅστις ἂν εἴη· Œcum. ἐστίν.

℣. 11. Hieron. & Ambrosiast. in Gal. 5. 11. *Ego autem, fratres, si circumcisionem prædico : quid adhuc*, &c. ut in textu. Itidem August. in eund. loc. col. 968. c. e.



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. Utinam & abscidantur qui subvertunt vos.

13. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem carnis, sed per caritatem Spiritu servite invicem.

14. Omnis enim lex in vobis uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15. Quòd si mordetis, & inaccusatis invicem: videte ne * consumamini ab invicem.

16. Dico autem: * Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficiatis.

17. Nam caro concupiscit adversùs spiritum: spiritus autem adversùs carnem: hæc enim invicem adversantur: ut non quæcunque vultis, ista faciatis.

* *Ms. Reg.* consummamini.

* *Ms. Reg.* Spiritus, *& infr.* perficietis.

**Vulgata nova.**

12. Utinam & abscindantur qui vos conturbant.

13. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem.

14. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Levit.* 19. 18.

15. Quòd si invicem mordetis, & comeditis; *Matth.* videte ne ab invicem consumamini. 22. 39.

16. Dico autem: Spiritu ambulate, & deside- *Rom.* ria carnis non perficietis. 13. 8.

17. Caro enim concupiscit adversùs spiritum: 1. *Pet.* spiritus autem adversùs carnem: hæc enim sibi 2. 11. invicem adversantur: ut non quæcunque vultis, illa faciatis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

posito *adhuc*, post *circumcisionem*. Hieron. verò loco sup. cit. col. 292. f. verbo *evacuatum est*, addit, *sive ut in Græco meliùs habet, cessavit*. Græc. Ἐγὼ δέ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω· τί ἔτι διώκομαι; Ἄρα κατήργηται, &c. in Mss. quibusdam deest vox prior ἔτι.

℣. 12. Hieron. in Eccles. to. 2. col. 761. b. *Utinam præcidantur qui vos conturbant*; at in Galat. 5. 12. *Utinam & abscindantur qui*, &c. Ita quoque August. in eund. loc. col. 968. f. & Felix III. ep. 13. Conc. to. 4. col. 1091. b. cum Innoc. I. ep. 30. to. 1. col. 898. d. & Beda in Gal. Cœlestinus verò ep. 25. col. 1213. a. alludens ait: *ut abscideretur qui nos contristabat*. Ambrosiaster in Gal. *Utinam abscindantur hi, qui vos subvertunt*. Græc. Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς· al. ἀποστατοῦντες ὑμᾶς.

℣. 13. Ambrosius ep. 37. col. 935. f. *Vos enim in libertatem vocati estis; tantùm ne libertatem in occasionem carnis detis*: & infra, col. 936. b. sicut ep. 77. col. 1091. b. *per caritatem Spiritus servite invicem*: & l. de parad. col. 178. e. *per caritatem servite invicem vobis*. Hieron. in Gal. 5. 13. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem carni, (subauditur, detis. Quod quia in Græco non habetur, Latinus posuit Interpres) sed per charitatem servite invicem*. August. ep. 23. to. 2. col. 30. f. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 227. c. *Vos in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per caritatem servite invicem*: ita rursum in Gal. 5. 13. col. 969. c. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. c. cum Fulgent. ep. 3. p. 164. præter *Vos enim*: tract. verò 41. in Joh. to. 3. col. 574. b. *Vos autem in libertatem*, &c. quæ sup. excepto *carni*, pro *carnis*. S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 315. g. *Vos autem in libertatem vocati estis*. Sedulius Hibern. in Gal. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres*: paulòque post alludens addit: *unum obsecro vos, ne..... detis occasionem carni, & luxuriæ*: & infra: *per charitatem vobis serviatis invicem*: & post pauca: *sed per charitatem Spiritus*. Ambrosiaster in Gal. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem carni detis, sed per dilectionem Spiritus servite vobis invicem*. Græc. Ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις. Borner. cod. Gr. habet, Ὑμεῖς δέ· Lat. verò, *Vos enim*: deinde quidam, ἐπ' ἐλευθερίαν· & paulò post alius, τῆς σαρκός· Borner. Græc. τῇ σαρκὶ δῶτε, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος δουλ.

℣. 14. Ambrosius ep. 77. col. 1091. b. c. *Et in hoc verbo omne mandatum instauratur, & in isto uno sermone impletur: Diliges proximum tuum*. August. in Gal. 5. 14. to. 3. p. 2. col. 969. c. *Omnis enim lex in uno sermone impleta est, in eo quòd Diliges proximum tuum tanquam teipsum*: & l. 8. de Trin. to. 8. col. 874. d. *Omnis enim lex in uno sermone impletur, in eo quod scriptum est: Diliges prox. tuum tanquam teipsum*: ita rursum l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. c. deleto verbo *scriptum est*. Ambrosiaster in Gal. *Universa enim lex in vobis in uno verbo impletur: Diliges prox. tuum sicut teipsum*. Hieron. & Beda in eundem loc. *Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges*, &c. Cyprianus ep. 6. p. 12. c. *Diliges proximum tuum tanquam te*: & l. 3. Testim. p. 304. c. *Diliges proximum tibi tanquam te*. Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 786. a. *Et proximum tuum tanquam te*. Græc. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Mss. quidam habent πεπλήρωται· deinde Borner. cod. delet ἐν τῷ.

℣. 15. Cypr. ep. 6. p. 12. c. & l. 3. Testim. p. 304. c. *Si autem mordetis, & incusatis invicem: videte ne consumamini ab invicem*. Hilar. in Ps. 52. col. 88. d. *Si autem invicem mordetis, & comeditis: videte ne consumamini ab invicem*: & in Ps. 56. col. 119. d. *Quòd si mordetis invicem: videte ne*, &c. ut sup. August. in Ps. 3. to. 4. col. 9. f. *Si autem mordetis invicem: videte ne consumamini ab invicem*: & in Gal. 5. 15. to. 3. p. 2. col. 971. e. *Si autem mordetis, & comeditis invicem: videte ne*, &c. Acta purg. Cœcil. apud Optatum, p. 264. b. & Miscell. Baluz. tom. 2. p. 97. *Videte ne dum mordetis, & causamini in invicem, & ab invicem consumamini*. Ambrosiast. in Gal. *Quòd si mordetis invicem, & criminatis: videte ne ab invicem consummamini*. Similiter habet Sedul. Hibern. in eund. loc. *consummamini*. Hieron. & Beda, Vulgatæ congruunt ad verbum. Gr. Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε, καὶ κατεσθίετε· βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

℣. 16. Hieron. in Gal. 5. 16. *Dico autem: Spiritu ambulate, & desiderium carnis non perficietis*: ita rursum l. 1. & 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. e. 195. a. præter plurale *desideria*. August. in Gal. to. 3. p. 2. col. 971. e. & ser. 163. to. 5. col. 785. e. & l. de contin. to. 6. col. 302. b. *Dico autem: Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis*. Ambrosiaster in Gal. *Dico autem: Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis*. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. loc. *Dico autem in Christo: Spiritu amb. & desideria carnis non perficietis*. Græc. Λέγω δέ· Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.

℣. 17. Tertul. l. de monog. p. 951. b. *Caro adversùs spiritum concupiscit: & spiritus adversùs carnem*. Itidem Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. & l. 3. Testim. p. 323. c. cum Auctore l. de voc. gent. l. 2. c. 28. p. 31. f. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. a. sed Cypr. utroque loco addit: *hæc enim invicem adversantur sibi: ut non quæ vultis, ipsa faciatis*. Zeno Veron. l. 1. tract. 12. p. 89. *Caro concupisc. adversùs spiritum: & spir. advers. carnem: hæc enim duo invicem adversantur sibi*. S. Paulinus ep. 30. p. 190. b. *Spiritus adversùs carnem, & caro adversùs spiritum dimicat*. Hieron. l. 1. in ep. ad Ephes. to. 4. p. 1. col. 339. d. *Caro quippe desiderat adversùs spiritum: & spiritus adversùs carnem*: & in Gal. 5. 17. *Caro enim concupiscit adversùs spiritum: spiritus autem adv. carnem: hæc enim sibi invicem adversantur: ut non quæcunque vultis, illa faciatis*: & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 180. e. *Caro enim concup. adv. spir. & spiritus adv. carnem*: similiter l. 2. col. 195. a. additis his: *hæc enim invicem adversantur sibi: ut non quæ vultis, illa faciatis*: & epist. apolog. pro lib. contra Jovin. col. 242. c. *Caro concup. adv. spir. spiritus autem adv. carn. hæc invicem sibi adversantur: ut non quæ volumus, illa faciamus*. August. l. 3. de lib. arb. to. 1. col. 631. a. *Caro concupiscit adv. spir. spiritus autem adv. carn. hæc enim invicem adversantur: ut non ea, quæ vultis, faciatis*: ita rursum in Gal. 5. 17. to. 3. p. 2. col. 970. e. & l. de contin. to. 6. col. 302. b. c. posito *enim*, post vocem *Caro*: similiter serm. 163. to. 5. col. 785. f. 787. d. præter *& spiritus*, pro *spiritus autem*; sicque iterum l. de contin. jam laudato, col. 312. c. addito insuper *sibi*, ante *invicem*: at l. 19. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 546. g. *hæc enim invicem adversantur: ut non ea quæ vultis, faciatis*: tract. verò 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 575. b. *Caro concupiscit..... & spiritus adversùs carnem: ut non ea, quæ vultis, illa faciatis*. Ambrosiaster in hunc loc. *Nam caro concupiscit adv. spiritum, spiritus verò advers. carn. hæc enim sibi invicem adversantur: ut non ea, quæ vultis, faciatis*. Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1243. b. *Caro concup. adv. spir. & spir. advers. carn. hæc enim invicem advers. sibi: ut non quæ vultis, illa faciatis*: itidem infra, col. 1248. d. detractis his, *hæc e-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

18. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.

19. Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,

20. idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

21. invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

**VERSIO ANTIQUA.**

18. Si autem spiritu ducimini, non estis sub lege. — *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

19. Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditia, impudicitia,

20. * idolatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, irritationes, dissensiones, hæreses, — * *Ms. Reg.* idololatrocinia.

21. invidiæ, * homicidia, ebrietates, commessationes, & similia his: quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quia qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. — * *Ms. Reg.* homicidiæ, & *infr.* comissationes.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*nim invicem advers. sibi.* Auctor quæst. ex N. T. p. 2. q. 61. col. 156. b. *Caro concup. adv. spir. spiritus verò adv. carn. ut non quæ vultis, ea faciatis.* Auctor l. de singul. cleric. p. 520. vel 524. Vulgatæ congruit, cum Beda in Gal. Græc. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ..... τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ..... ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις· ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. Borner. cod. Græc. Lat. ταῦτα γὰρ ἀντίκειται· subinde quidam, ἃ ἐὰν θέλητε· al. ὅσα ἂν· al. ἅτινα.

℣. 18. Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. & l. 3. Testim. p. 323. c. post verbum *faciatis*, statim addit: *Manifesta autem sunt*, &c. omisso versiculo 18. integro. Tichon. verò reg. 3. p. 53. b. habet: *Si spiritu Dei agimini, non estis sub lege.* August. in Gal. 5. 18. tom. 3. col. 971. d. *Quòd si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege:* at l. de contin. to. 6. col. 302. c. *Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Iidem Ambrosiaster in Gal. sed Mss. aliqui ferunt, *Si spiritu Dei.* Hieron. in Gal. 5. 18. to. 4. p. 1. col. 299. d. *Quòd si spiritu ducimini*, &c. tum addit: *Spiritum non eum, de quo Apost. in alio loco loquitur*, Ipse Spiritus testimon. reddit, &c. *id est, non spiritum hominis, qui in ipso est; sed Spiritum sanctum significat:* & post pauca: *Notandum ergo quòd hic spiritus non cum ἄρθρῳ, & cum additamento aliquo, sicut in cæteris legimus spiritum mansuetudinis, & spiritum fidei: sed simpliciter* spiritus *appellatur: quæ quidem minutiæ magis in Græco, quàm in nostra Lingua observatæ, qui ἄρθρα penitus non habemus, videntur aliquid habere momenti.* Gr. Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον· al. οὐκέτι ἐστέ.

℣. 19. Irenæus l. 5. c. 11. p. 305. b. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditia, luxuria.* Tertul. l. de pudic. p. 1010. b. *Manifesta sunt opera carnis:* subinde: *In primis posuit fornicationem, immunditiam, lasciviam.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, spurcitiæ:* ita rursum l. 3. Testim. p. 323. c. præter vocem *facta*, pro *opera*. Concil. Carthag. apud Cypr. p. 331. a. *Manifesta enim sunt opera carnis: quæ sunt fornicationes, immunditia, incestum.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditia, impudicitia, luxuria.* Hieron. in Gal. 5. 19. & l. 3. in epist. ad Tit. tom. 4. col. 438. c. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria.* August. epist. 29. to. 2. col. 50. d. *Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ:* similiter epist. 93. col. 250. e. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 233. g. & ser. 37. 162. & 351. to. 5. col. 193. a. 782. d. 1359. b. & l. de contin. to. 6. col. 302. c. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 379. d. ita rursum in Gal. 5. 19. to. 3. p. 2. col. 971. f. deleta voce *luxuriæ:* itidem in Ps. 143. to. 4. col. 1602. c. & l. de fide & op. to. 6. col. 179. a. at l. 14. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 350. e. habet, *quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ:* & l. 21. c. 25. col. 645. f. *fornicatio, immunditia, luxuria.* Ambrosiaster in Gal. *Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt adulterium, fornicatio, impuritas, obscœnitas.* Apud Fulgent. l. 1. de rem. pecc. c. 15. omnia ut in Vulg. deleta voce *impudicitia*. Græc. Φανερὰ δέ..... ἅ τινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια. In Mss. aliquibus deest μοιχεία· contra in Borner. cod. adest in plurali, μοιχεῖαι, ut & seqq. πορνεῖαι, &c.

℣. 20. Irenæus l. 5. c. 11. p. 305. b. *idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, zeli, iræ, æmulationes, animositates, irritationes, dissensiones, hæreses.* Similiter habet Tertul. l. de præscr. c. 6. p. 331. b. *hæreses.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. *idololatria, veneficia, homicidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, provocationes, simultates, dissensiones, hæreses:* sic iterum l. 3. Testim. p. 323. c. præter vocem primam *idololatria*. Concil. Carthag. apud Cypr. p. 331. a. *idololatria servitus, veneficia, inimicitia, certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. *idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses.* Hieron. in Gal. 5. 20. *idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses:* ita rursum l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 438. c. præter vocem primam *idololatria*. August. epist. 29. to. 2. col. 50. d. *idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses:* sic etiam ep. 93. col. 250. e. & in Gal. 5. 20. to. 3. p. 2. col. 971. g. & ser. 37. to. 5. col. 193. a. & l. de fide & op. to. 6. col. 179. a. & l. de contin. to. 6. col. 302. c. & l. 14. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 350. e. & l. 21. c. 25. col. 645. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 379. d. sic etiam l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 233. g. addita voce *sectæ*, ad *hæreses:* at in Ps. 143. to. 4. col. 1602. c. habet: *luxuria, veneficia, contentiones, inimicitiæ, ebrietates*, &c. & ser. 162. to. 5. col. 782. d. 1359. b. *luxuria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmul. animositates, dissensiones, hæreses.* Fulgent. l. 1. de rem. pecc. c. 15. *idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, æmulat. iræ, rixa, dissens. hæreses.* Ambrosiaster in Gal. *idololatria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, simulationes, iræ, simultates, dissensiones, hæreses.* Gr. εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις. In Ms. 1. deest ἔχθραι· mox quidam ferunt ἔρις, pro ἔρεις.

℣. 21. Irenæus l. 1. c. 6. p. 30. a. hæc habet: *qui faciunt ea, regnum Dei non hæreditabunt:* at l. 5. c. 11. p. 305. b. *invidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, quemadmodum & prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Similiter Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. præter vocem *sicut*, pro *quemadmodum &:* at l. 3. Testim. p. 323. c. simpliciter habet: *quæ prædico, quia qui*, &c. ut sup. Concil. Carthag. apud ipsum, p. 331. a. post *hæreses*, addit: *& his similia: de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt, regnum Dei non hæreditabunt.* Tertul. l. de pudic. p. 1010. b. & l. de resur. carn. p. 587. a. *quæ prædico vobis, sicut prædixi, quòd qui talia agunt, regnum Dei non sunt consecuturi hæreditate.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 202. h. *invidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quia qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Hilar. in Ps. 125. col. 412. b. memorat *adulteria, veneficia, comessationes, ebrietatem, avaritiam, idololatriam, & cætera his similia.* Hieron. in Gal. 5. 21. *invidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quoniam qui hæc agunt, regnum Dei non possidebunt:* ita rursum l. 3. in epist. ad Tit. to. 4. p. 2. col. 438. c. exceptis his, *& cætera his similia:* idem in Galat. 5. 21. col. 303. d. hæc ait: *In Latinis codicibus, adulterium quoque, & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo vitiorum scripta referuntur. Sed sciendum non plùs quàm quindecim carnis opera nominata.* August. epist. 29. to. 2. col. 50. d. *invidiæ, ebrietates, comessat. & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt:* similiter epist. 93. col. 250. f. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 233. g. & in Gal. 5. 21. col. 972. c. & in Ps. 143. to. 4. col. 1602. c. & ser. 37. to. 5. col. 193. a. & ser. 162. col. 782. d. necnon ser. 351. col. 1359. b. & l. de fide & op. to. 6. col. 179. a. & l. de contin. ibid. col. 302. c. & l. 14. de civit. Dei, c. 2. to. 7. col. 350. e. & l. 21. c. 25. col. 645. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 379. d. Ambrosiaster in Galat. legit: *invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes; & quæ sunt his similia: quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quòd hi, qui talia agunt, regni Dei hæreditatem non consequentur.* Apud Fulg. l. 1. de rem. pecc. omnia ut in Vulg. excepto verbo ult. *consequuntur*. Græc. φθόνοι, φόνοι, μέθαι,

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 22. Fructus autem Spiritus est : caritas, gaudium, pax, patientia, bonitas,

23. mansuetudo, fides, lenitas, continentia castitatis. Adversùs hujusmodi non est lex.

24. Qui autem Christi, carnem crucifixerunt cum passionibus, & concupiscentiis.

25. Si spiritu vivimus, spiritu ambulemus.

26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

### VULGATA NOVA.

22. Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

23. mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversùs hujusmodi non est lex.

24. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.

25. Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus.

26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κῶμοι, ϗ τὰ ὅμοια τύτοις· ἃ πϱολέγω ὑμῖν, καθὼς ϗ πϱοεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, βασιλείαν Θεῦ ὐ κληϱονομήσυσιν.

℣. 22. Irenæus l. 5. c. 11. p. 205. b. *Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. & l. 3. Testim. p. 323. c. *Fructus autem Spiritus est : caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas.* Hilarius in Ps. 125. col. 412. c. memorat *pacem, gaudium, continentiam, caritatem, sobrietatem, mansuetudinem, & quæ sunt his consequentia.* Ambrosius l. de parad. col. 175. c. *Fructus Spiritus est : caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modestia, continentia, dilectio :* & l. de Noe & arca, c. 29. col. 271. d. *Fructus autem Spiritus : caritas, gaudium, pax, patientia, bonitas :* & in Ps. 36. col. 782. b. *Fructus autem Spiritus est : caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, modestia, continentia :* & l. 2. de Spir. S. col. 615. a. 626. d. *Fructus autem Spiritus : pax, caritas, gaudium, patientia, bonitas.* Hieron. in Gal. 5. 22. cum Augustino l. 2. de Gen. to. 1. col. 681. a. ac tract. 87. in Joh. to. 3. p. 2. col. 714. e. *Fructus autem Spiritus est : caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas :* ita rursum August. epist. 29. col. 50. e. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 234. a. & in Galat. 5. 22. col. 972. d. & l. de contin. tom. 6. col. 302. c. Concinunt Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. g. & Auctor l. de prædict. p. 2. c. 3. col. 172. d. Sic etiam Ambrosiaster in Gal. nisi quòd transferat vocem *bonitas*, post ultimam *castitas.* Beda in eund. loc. *Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas.* Gr. Ὁ δὲ καρπὸς τῦ Πνεύμ. ἐςιν· ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακϱοθυμία, χρηςότης, ἀγαθωσύνη.

℣. 23. Irenæus l. 5. c. 11. p. 305. b. *fides, lenitas, continentia, castitas. Adversùs hæc non est lex.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 209. b. *fides, mansuetudo, continentia, castitas :* itidem l. 3. Testim. p. 323. c. sed post vocem *castitas*, addit : *Qui enim sunt Christi*, &c. ut infra, ℣. 24. Hieron. in Gal. 5. 23. *fides, mansuetudo, continentia. Adversùs hujusmodi non est lex.* Similiter August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 681. a. & epist. 29. to. 2. col. 50. e. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 234. a. ac tract. 87. in Joh. 714. e. *fides, mansuetudo, continentia :* sic etiam in Gal. 5. 23. col. 972. d. & l. de contin. to. 6. col. 302. d. additis his : *Adversùs hujusmodi non est lex.* Ambrosiaster in eund. loc. *spes, lenitas, continentia, castitas, bonitas. Adversùs hujusmodi non est lex.* Sedul. Hibern. *bonitas, modestia, lenitas, continentia, castitas. Adversùs hujusmodi virtutes non est lex.* Cerealis l. contra Maximin. c. 14. p. 673. g. cum Auctore l. de prædict. p. 2. c. 3. col. 172. d. *fides, mansuetudo, continentia.* Græc. πίςις, πρᾳότης, ἐγκράτεια. Κατὰ τῶν τοιύτων ὐκ, &c. Ms. 1. post πρᾳότης, addit ἐπιείκεια· sicut Borner. cod. ἁγνεία, post ἐγκράτεια.

℣. 24. Cypr. l. de hab. virg. p. 175. a. & l. 3. Testim. p. 323. c. *Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.* Suffragatur Auct. l. de dupl. mart. p. 586. At August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 657. f. *Qui autem Jesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum perturbationibus, & concupiscentiis :* & epist. 243. to. 2. col. 871. e. *Qui autem Jesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desideriis :* similiter l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 50. e. excepta voce *concupiscentiis*, pro *desideriis :* itidem l. de contin. to. 6. col. 302. e. & l. Enchirid. to. 6. col. 216. e. & l. contra Adim. to. 8. col. 144. b. in Gal. verò 5. 24. to. 3. p. 2. col. 974. a. habet : *Crucifixerunt autem carnem suam cum passionibus, & concupiscentiis :* paulòque post, *qui sunt in Christo Jesu.* Hieron. in eund. loc. *Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis :* sed infra, col. 306. b. ait : *Ubi Latinus Interpres* vitia *posuit, in Græco* παθήματα, *id est,* passiones *leguntur. Et quia passio potest & dolorem, & cæteras necessitates significare corpusculi, cautè Apostolus intulit* desideria ; *ut non naturam corporis videretur in spiritualibus viris negare, sed vitia. Et hoc ita admonitum sit, si Vulgatam editionem sequimur, legentes : Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis :* similiter habet l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. addita voce *suam*, ad *carnem.* Ita quoque Ambrosiast. cum Beda, & Sedul. in Gal. 5. 24. Græc. Οἱ δὲ τῦ Χριςῦ, τὴν σάρκα ἐςαύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, ϗ ταῖς ἐπιθυμίαις. Mss. quidam ferunt Χριςῦ Ἰησῦ· tum Borner. cod. τὴν σάρκα αὐτῶν.

℣. 25. Hieronymus in Gal. 5. 25. & l. 1. contra Jovin. to. 4. [illegible] 2. col. 181. a. *Si vivimus spiritu, spiritu & ambulemus.* Itidem Ambrosiast. cum Beda in Gal. 5. August. verò in eund. loc. to. 3. p. 2. col. 974. b. *Si spiritu vivimus, spiritu & sectemur.* Græc. Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι ϗ ςοιχῶμεν.

℣. 26. Augustinus in Gal. 5. 26. to. 3. col. 974. e. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem invidentes, & invicem provocantes.* Ambrosiaster in eund. loc. *Non simus inanem gloriam sectantes, invicem provocantes, invicem invidentes.* Hieron. verò in eundem loc. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, &c. ut sup. Græc. Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλυς πϱοκαλύμενοι, ἀλλήλυς φθονῦντες. Hieron. loco cit. addit : *Unum verbum apud Græcos,* κενόδοξοι, *trium verborum circuitu Interpres Latinus expressit.*

## CAPUT VI.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 1. FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans unusquisque seipsum, ne & ipse tentetur.

### VULGATA NOVA.

1. FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilarius in Ps. 140. col. 538. b. *Fratres, & si præventus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui estis spiritales, consummate eum in spiritu lenitatis.* Cypr. ep. 52. p. 71. b. & l. 3. Testim. p. 306. c. *in contemplatione habentes unusquisque, ne & vos tentemini.* Hieron. in Ezech. 16. to. 3. col. 793. d. *Fratres, si præventus fuerit homo in aliquo peccato, vos, qui spirituales estis, perficite hujuscemodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne fortè & tu tenteris :* at in Gal. 6. 1. *Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui..... instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris :* & sup. in cap. 4. col. 281. a. *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos spirituales instruite istiusmodi in spiritu mansuetudinis.* August. l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 212. b. & l. contra mendac. tom. 6. col. 460. f. 464. e. *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris :* similiter habet in Gal. 6. 1. to. 3. p. 2. col. 974. g. exceptis his : *& si præoccup..... in spiritu mansuetudinis :* ita rursum in Ps. 37. to. 4. col. 305. d. & ser. 88. to. 5. col. 479. d. & l. 14. de civitate Dei, to. 7. col. 358. f. 383. f. & l. 3. contra epist. Parmen. to. 9. col. 59. b. Prædestin. l. 3. apud Sirmond. to. 1. col. 551. d. *Si præ-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

2. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

3. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

4. Opus autem ſuum probet unuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero.

1. Cor. 3. 8. 5. Unuſquiſque enim onus ſuum portabit.

6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui ſe catechizat, in omnibus bonis.

7. Nolite errare: Deus non irridetur.

8. Quæ enim ſeminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

**VERSIO ANTIQUA.**

2. Alter alterius * onera portate, & ſic implebitis legem Chriſti. Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

3. Si enim putat ſe quis eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. * Mſ. Reg. honera.

4. Opus autem ſuum probet unuſquiſque, & tunc in ſe ſolùm habebit gloriam, & non in alterum.

5. Unuſquiſque enim in proprium onus ſuum portabit.

6. Communicet autem is, qui cathechizatur verbum, qui catechizat, in omnibus bonis.

7. Nolite errare: Deus non ridetur.

8. Quæ enim ſeminaverit homo, eadem & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne ſua metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*ventus quis fuerit in aliquo delicto, vos, qui ſpiritales eſtis, corripite hujuſmodi in ſpiritu manſuetudinis.* S. Pacian. ep. 1. p. 306. h. *Si quis præventus fuerit in aliquo delicto, vos, qui ſpiritales eſtis, inſtruite ejuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, cavens ne & tu tenteris:* & epiſt. 3. p. 313. g. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderantes voſmetipſos, ne tentemini.* Ambroſiaſt. in Gal. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit* (Rom. ed. *circumventus fuerit*) *homo ab aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans temetipſum, ne & tu tenteris.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *Fratres, & ſi occupatus fuerit homo.* Caſſiod. in Pſ. 37. p. 130. c. *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo del. vos, qui..... hujuſmodi inſtruite in ſpiritu manſuetudinis.* Græc. Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Borner. codex Gr. Lat. σκοπῶν ἕκαστος σεαυτὸν, μὴ καὶ αὐτὸς πειρασθῇ.

℣. 2. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 786. a. *Invicem onera veſtra portate:* at ibid. *Onera veſtra invicem ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Cypr. ep. 52. p. 71. b. & l. 3. Teſtim. p. 306. c. *Alterutrum onera ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chr.* Hieron. in Gal. 6. 2. *Alter alterius onera veſtra portate,* &c. ut ſup. l. verò 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. p. 1. col. 360. c. *Alterutrum onera veſtra portate:* & epiſt. 12. ad virg. Hermog. p. 2. col. 18. c. *Invicem onera veſtra portate.* Similiter Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 63. d. additis his: *& ſic adimplebitis legem Chr.* ita rurſum tract. 16. in Evang. Joh. & tract. 1. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 427. a. 834. e. & in Pſ. 41. to. 4. col. 356. d. & l. de Div. quæſt. tom. 6. col. 61. a. & l. 15. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 383. f. & l. 8. de Trin. to. 8. col. 874. e. at in Gal. 6. 2. to. 3. p. 2. col. 976. d. & l. 3. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 59. b. legit: *Alter alterius onera veſtra portate,* &c. Optat. l. 7. contra Donat. p. 104. c. *Onera veſtra invicem ſuſtinete.* S. Pacian. ep. 3. p. 313. g. *Invicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis leg. Chriſti.* Similiter Ambroſiaſt. in Gal. 6. 2. præter verbum *implebitis*: at in Rom. 12. 15. col. 97. a. legit: *Alter alterius onera ſuſtinete.* Sedul. Hibern. in Gal. *Invicem onera veſtra portate.* Gr. Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε, &c. al. ἀναπληρώσετε.

℣. 3. Hieronymus in Gal. 6. 3. to. 4. p. 2. col. 310. c. *Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit:* ſubinde addit: *Dupliciter autem legi poteſt, atque diſtingui: vel,* Si quis exiſtimat eſſe ſe aliquid, cùm ſit nihil: *aut ita:* Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid: *ut poſtea inferamus,* cùm ſit nihil, ſe ipſe ſeducit. *Et magis in Græco quàm in Latino reſonat iſta diſtantia. Prioris diſtinctionis hic ſenſus eſt: Qui ſe aliquid exiſtimat eſſe, & nihil eſt, ipſe ſe decipit. Secundus ſenſus altior eſt, & qui nobis magis placet: Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid; in eo quòd ſe putat eſſe aliquid, & non ex clementia in proximum, ſed ex ſuo opere & labore ſe judicat, ſua tantùm virtute contentus; iſte ex hac ipſa arrogantia nihil ſit, & ipſe ſe decipit: quod meliùs in Græco dicitur* φρεναπατᾷ, *hoc eſt, mentem ſuam decipit; pro quo Latinus poſuit Interpres, ſe ipſe ſeducit.* Auguſtinus epiſt. 140. tom. 2. col. 453. d. *Qui autem putat ſe eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit:* ſimiliter l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 63. d. præter hoc, *Qui enim putat:* & tract. 102. in Joh. ibid. col. 753. g. *Qui ſe putat aliquid eſſe, cùm nihil ſit:* & l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 460. c. *Qui putat ſe aliquid eſſe,* &c. at in Gal. 6. 3. to. 3. p. 2. col. 976. e. *Si enim aliquis videtur eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit.* Ambroſiaſter in Gal. 6. 3. *Si enim quis videtur ſibi eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit:* in 1. verò Timoth. 3. 7. col. 294. e. *Qui ſe putat eſſe aliquid, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit.* Auctor l. de ſingul. cleric. p. 517. vel 521. a. *Si quis putat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ſeipſum implanat.* Græc. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ· aliàs deeſt τι.

℣. 4. Hieron. in Gal. 6. 4. *Opus autem ſuum probet unuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero.* Itidem Ambroſiaſt. in eund. loc. præter voculam *tunc*, pro *ſic*. Aug. ep. 140. to. 2. col. 453. d. & in Gal. 6. 4. to. 3. p. 2. col. 976. e. *Opus autem ſuum probet unuſquiſque, & tunc in ſeipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero:* ſimiliter l. 5. de civit. Dei, c. 12. to. 7. col. 128. e. præter *in ſemetipſo tantùm*: ita quoque lib. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 63. d. & tract. 6. in 1. Joh. ibid. col. 864. b. detracta voce *tantùm*: at l. 1. de ſer. Dom. in m. col. 172. f. legit: *Probet autem ſe homo, & tunc in ſemetipſo habebit gloriam, & non in altero.* Gr. Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον· aliàs deeſt μόνον, ſi Eraſmo fides.

℣. 5. Auguſtinus l. 2. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 63. d. & in Gal. 6. 5. col. 976. f. *Unuſquiſque enim proprium onus portabit.* Hieron. in Gal. 6. 5. & Beda: *Unuſquiſque enim onus ſuum portabit.* Ambroſiaſter in eundem loc. *Unuſquiſque enim ſuam ſarcinam portabit.* Gr. Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει.

℣. 6. Hieron. in Gal. 6. 6. *Communicet autem is, qui catechizatur verbum, ei, qui ſe catechizat, in omnibus bonis.* Auguſt. in Job, to. 3. p. 1. col. 657. a. huc alludens memorat miſericordiam, *qua participat catechizanti, qui catechizatur:* & l. de op. Mon. to. 6. col. 487. b. *Communicet qui catechizatur verbum, ei, qui ſe catechizat, in omnibus bonis:* itidem l. 2. quæſt. Evangel. to. 3. p. 2. col. 252. d. præter *verbo*, pro *verbum*. Beda in Gal. *Communicet autem is, qui catechizatur verbo, qui ſe catechizat, in omnibus bonis.* Græc. Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν, &c.

℣. 7. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 786. a. *Erratis: Deus non deridetur.* Cypr. l. de lapſ. p. 190. c. *Deus non deridetur.* Similiter Ambr. l. de fide reſur. col. 1161. b. præpoſitis his, *Nolite ſeduci.* Ambroſiaſter, & Sedulius Hibern. in Gal. *Nolite errare: Deus non deridetur.* Auguſt. in Gal. 6. 7. to. 3. p. 2. col. 977. b. *Nolite errare: Deus non ſubſannatur.* Auctor l. de dupl. mart. p. 591. f. *Nemo ſibi fruſtra blandiatur: Deus non irridetur.* Gr. Μὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται.

℣. 8. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 786. a. *Quod enim ſeminaverit homo, hoc & metet.* Hilar. in Pſ. 128. col. 434. b. *Sunt & ſationes duæ ſecundùm Apoſt. ſpiritûs, atque carnis: & qui ſpiritalia ſerit, ſpiritalia metet: & qui carnalia ſerit, carnalia metet.* Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 132. *Qui ſeminat ſecundùm carnem, de carne ſua metet interitum: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Ambroſ. l. 2. de Spiritu S. col. 652. c. *Quia qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Auguſt. in Gal. 6. 8. to. 3. p. 2. col. 977. c. *Quod enim ſeminaverit homo, hoc & metet. Quia qui ſeminaverit in carne ſua, ex carne metet corruptionem: qui autem ſeminaverit in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æt.* & l. de vera relig. to. 1. col. 749. f. *Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. *Quodcunque ſe-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

9. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non fatigati.

10. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

11. Videte qualibus litteris vobis scripsi mea manu.

12. Quicunque volunt placere in carne, hi compellunt vos circumcidi, tantùm ut * crux Christi non fugentur.

* Sic Ms. pro cruce.

13. Nec enim qui circumcisi sunt, ipsi legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in vestra carne glorientur.

14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

15. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid est, neque præputium, sed nova creatura.

16. Et quicunque regulam hanc sectantur, pax super illos, & misericordia, & super Israel Domini.

### VULGATA NOVA.

9. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. 1. Thess. 3. 12.

10. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

11. Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.

12. Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

13. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

15. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.

16. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*minaverit homo, hoc & metet. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam:* at in Gal. 6. 8. Vulgatæ concinit ad verbum, sicut Beda in eund. loc. necnon Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 747. d. ab his, *Qui seminat.* Ambrosiaster verò in Gal. legit: *Quod enim quis seminaverit, hoc & metet. Qui enim seminaverit in carne sua, ex carne metet corruptionem: qui verò seminaverit in spiritu, de spir.* &c. ut sup. Græc. Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ, &c. Borner. cod. habet τῇ σαρκὶ, pro εἰς τὴν σάρκα.

℣. 9. Tertul. l. de resur. carn. p. 575. b. *Bene autem facientes, ne tædeat: tempore enim suo metemur:* & lib. 5. contra Marc. p. 786. b. *Bonum autem facientes, non fatigemur:* & infra: *tempore autem suo metemus.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 245. c. *Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus.* Itidem Leo M. ser. 9. p. 59. c. sed hunc versiculum postponit versui 10. sicut etiam Cypr. supra. August. ep. 268. to. 2. col. 902. b. *Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus infatigabiles:* ita rursum in Ps. 36. to. 4. col. 286. g. sicut in Ps. 125. col. 1425. b. nisi quòd habeat, *tempore enim proprio metemus infatigabiles:* & in Gal. 6. 9. to. 3. p. 2. col. 977. f. *Bonum autem facientes, non infirmemur: proprio enim tempore metemus infatigabiles.* Similiter Ambrosiaster in eund. loc. præter verbum *deficiamus*, pro *infirmemur.* Hieron. in Gal. Vulgatæ congruit. Gr. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες, μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι.

℣. 10. Sic habent Hieron. Ambrosiast. & Beda in Gal. 6. 10. Item Tertul. l. 5. contra Marc. p. 786. b. *Dum habemus tempus, operemur bonum.* Cypr. l. de op. & eleem. pp. 245. c. 251. b. *Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei:* deinde: *Bonum autem facientes*, &c. ut sup. ℣. 9. Itidem S. Leo, ser. 9. p. 59. c. additis etiam his, *Bonum autem facientes*, &c. August. ep. 185. to. 2. col. 646. a. *Cùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes:* & epist. 268. col. 902. b. *Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei:* sic etiam in Gal. 6. 10. to. 3. p. 2. col. 977. f. & in Ps. 36. to. 4. col. 286. g. & in Ps. 125. col. 1425. b. Gr. Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν, &c. ut in textu.

℣. 11. Hilarius in Ps. 118. col. 353. c. *Ecce qualibus vobis litteris scripsi mea manu.* Ambrosius ep. 47. col. 989. a. *mea manu scripsi vobis.* August. in Gal. 6. 11. to. 3. p. 2. col. 977. f. *Vidistis qualibus litteris vobis scripsi manu mea.* Ambrosiaster in eund. loc. *Scitote qualibus litteris*, &c. sed Mss. Vall. *Videte*, sicut etiam Hieron. habet in hunc loc. cum Beda. Sedulius etiam ponit *Videte*, sed tollit vocem *vobis*, post *scripsi.* Gr. Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα, &c.

℣. 12. August. in Gal. 6. 12. col. 977. g. *Qui volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm ut in cruce Christi persecutionem non patiantur.* Ambrosiast. in eund. loc. *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm ne crucis Christi persecutionem patiantur.* Sedulius Hibern. *Quicunque placere volunt in carne.* Hieron. & Beda in eund. loc. *Quicunque enim volunt*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται.

℣. 13. Hieron. & August. in Gal. 6. 13. *Neque enim qui circumcisi sunt, hi legem custodiunt: sed volunt*, &c. ut sup. Ambrosiaster in eund. loc. *Neque enim ipsi, qui circumcisi sunt, legem custodiunt: sed volunt*, &c. Græc. Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν· ἀλλὰ θέλουσιν, &c. Mss. plures, Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτετμημένοι.

℣. 14. Eadem exhibent Cypr. l. de hab. virg. p. 175. a. & l. 3. Testim. p. 308. a. & Hilarius in Ps. 51. n. 5. col. 71. c. & in Ps. 118. col. 288. a. nisi quòd hoc posteriori loco habeat *Domini mei.* Ita quoque Hieron. in Gal. necnon August. in eund. loc. ut & tract. 36. 55. & 117. in Joh. to. 3. p. 2. col. 546. a. 649. a. 797. g. cum Ambrosiastro, & Beda in hunc loc. Romana tamen edit. Ambrosiast. ita incipit: *Mihi verò non contingat glor.* &c. Irenæus l. 1. p. 17. c. *Mihi autem non eveniat in ullo gloriari, nisi in Christi cruce: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1057. d. *Non contingat mihi gloriari, nisi in cruce Dom. nostri J. C. per quem mihi*, &c. ut sup. at l. de Tob. c. 20. col. 616. d. *Nobis autem absit gloriari, nisi in cruce Domini Jesu:* & in Luc. 7. ac 9. col. 1392. a. 1408. a. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri J. C.* & infra, col. 1410. b. *per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo:* itidem l. de bono mort. c. 3. col. 393. b. & l. de fuga sæc. c. 9. col. 440. b. deleto *per quam:* item in Luc. 20. col. 1505. f. *mihi autem mundus crucif.* &c. & l. 3. de Spir. S. col. 674. d. ac epist. 78. col. 1094. f. *mihi enim mundus*, &c. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 786. b. *sed & mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Auctor l. de laud. mart. apud Cypr. p. 352. a. cum Auctore l. de xl. mans. p. 12. e. *mundus mihi crucif.* &c. Sedulius Hibern. in Gal. *mundus crucifixus est, & ego m.* Gr. Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, &c. ut in Vulg.

℣. 15. Hieron. in Gal. 6. 15. ita incipit: *Neque enim circumcisio aliquid est, neque præputium, sed nova creatura.* Itidem August. in eundem loc. to. 3. p. 2. col. 978. e. omissis his, *In Christo enim Jesu.* Ambrosius verò ep. 39. col. 945. e. cum Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1248. c. *In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.* Ambrosiaster in Gal. *In Christo enim J. circumcisio quidquam est, neque præput.* &c. Gr. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε, &c. Ms. Alex. pro ἰσχύει, ponit ἐστιν.

℣. 16. Hilarius in Ps. 134. col. 480. d. *Et quotquot regulæ huic obsecundabunt, pax super eos, & misericordia, & super Israel:* & in Ps. 120. col. 381. d. *pax super eum, & super Israel Dei.* Hieron. in Gal. 6. 16. *Et quicunque hanc regulam sequuntur, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.* Itidem August. l. contra Jud. tom. 8. col. 34. e. sic etiam in Gal. 6. 16. to. 3. p. 2. col. 978. g. excepto verbo *sectantur*, pro *sequuntur.* Ambrosiaster in eund. loc. *Et quotquot hanc regulam sequuntur, pax*, &c. ut sup. Græc. Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, στοιχοῦσιν.

Digitized by Google

| Vulgata nova. | Versio antiqua. |
|---|---|
| 17. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. | 17. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu Christi in corpore meo porto. |
| 18. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. | 18. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. ** Ad Galatas explicit. |

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 17. Ambrosiast. in Gal. 6. 17. textui Reg. & S. Germ. congruit ad verbum; Hieron. verò, & Beda in eund. loc. Vulgatæ. Idem Hieron. ibid. col. 317. f. ad verba *nemo mihi molestus sit*, notat *meliùs in Græco legi: labores mihi nemo exhibeat:* & eo sensu legit August. in Gal. 6. 17. to. 3. p. 2. col. 979. a. *De cætero laborem nemo mihi præstet: ego enim stigmata Domini J. C. in corp. meo porto*: item l. de prædest. SS. to. 10. col. 789. a. *De cætero laborem mihi nemo præstet:* sed addit: *vel, sicut in plerisque codicibus legitur: nemo mihi molestus sit.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 31. col. 113. c. *ego enim stigmata Domini n. J. Chr. in corp. meo porto.* Epiphan. in Cantici Cantic. 1. 10. *ego autem stigmata Jesu porto in corpore meo:* & in 5. 7. *ego stigmata Domini n. Jesu Chr. in corpore meo porto.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 786. b. *stigmata Christi in corpore suo gestare se* adjicit Apostolus: & l. de resur. carn. p. 570. a. *stigmata Christi in corpore suo portat.* Græc. Τῦ λοιπῦ κόπυς μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τῦ Κυρίυ Ἰησῦ ἐν τῷ, &c. Borner. cod. addit Χριςῦ, ad Ἰησῦ.

℣. 18. Sic habent Hieron. August. Ambrosiast. & Bedà in hunc loc. unà cum Græco.

** Græc. Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

### Auctore Francisco Luca Brugensi.

### EPISTOLA AD GALATAS.

Cap. II. ℣. 2. Seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse. *Nec omittas* aliquid esse, *nec pro eo scribas* majores esse.

℣. 4. Sed propter subintroductos. *Non auferas conjunctionem* sed.

℣. 5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione. *Triplex vitium hic vitandum est: unum, ne omittatur prima vox* Quibus: *alterum, ne omittatur subsequens negatio* neque, *quæ à multis olim libris solebat omitti: tertium, ne scribatur dativus pro ablativo* subjectione.

Cap. III. ℣. 1. Quis vos fascinavit non obedire veritati? *Multi libri, pro* obedire, *legunt* credere: *quidam olim omiserunt totum hoc*, non obedire veritati: *qua de re legere licet Notationes nostras.*

*Ibidem.* Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est. *Legendum est* præscriptus, *quod est, ante scriptus, non* proscriptus, *id est, diphtongus prima æ, non vocalis quarta* o.

℣. 7. Cognoscite ergo. *Imperativus* Cognoscite *non est mutandus in indicativum* Cognoscitis.

℣. 19. Propter transgressiones posita est. *Non mutes plurale in singulare* transgressionem.

Cap. IV. ℣. 6. Quoniam autem estis filii. *Non addas* Dei.

℣℣. 13. 14. Et tentationem vestram in carne mea non sprevistis. *Non facilè mutandum est pronomen secundæ personæ* vestram, *in primæ* meam.

℣. 24. Unum quidem in monte Sina. *Alii libri, pro* in, *legunt* à.

Cap. V. ℣. 7. Quis vos impedivit veritati non obedire? *Quod sequitur in quibusdam exemplaribus*, Nemini consenseritis, *omnium Correctorum judicio superfluit.*

℣. 8. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. *Non est omittendum pronomen* hæc, *nec ejus loco scribendum* vestra.

Cap. VI. ℣. 12. Quicunque enim volunt placere in carne. *Multi libri omittunt* enim.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### EPISTOLA AD GALATAS.

Cap. III. ℣. 1. Quis vos fascinavit non obedire veritati? *Multi libri, & Auctores, pro* obedire, *legunt* credere; *nec pauci tum libri, tum Auctores, totum illud omittunt* non obedire, *seu* credere veritati; *ut hoc additum ex cap. 5. ℣. 7. Qua de re legere licet* Notationes *nostras.*

Cap. IV. ℣. 7. Itaque jam non est servus. *In duobus insignibus Mss. pro* est, *tertiæ personæ, legitur* es, *secundæ, Græco, & Syro consentaneè.*

Cap. V. ℣. 13. Sed per charitatem Spiritus servite invicem. *Vox* Spiritus *omittitur à multis Mss. Latinis libris, sicut & à Græcis, ac Syricis.*

Cap. VI. ℣. 6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo. *Pro ablativò* verbo, *clarius est in aliis libris accusativum* verbum, *Græco conformiter.*



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD EPHESIOS,

### è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Deum benedicit Apostolus, qui prædestinatos plurimis, iisque maximis per Christum Filium affecit beneficiis: agitque Deo gratias ob fidem, ac dilectionem Ephesiorum erga proximos, orans ut perfectam adipiscantur sapientiam: ostendens etiam Christi à mortuis suscitati exaltationem, qui constitutus est caput super omnem Ecclesiam.*

CAP. II. *Peccatis antea mortui per Christum vivificati sunt, non suis operibus, sed gratis per fidem: ostendit Gentes, quæ priùs alienæ erant à Dei promissionibus, jam per Christum, & fidem, quæ Dei donum est, factas esse sanctorum concives, idemque habere fundamentum cum Patriarchis, ac Prophetis.*

CAP. III. *Paulus docuit hoc mysterium, Prophetis, & Apostolis revelatum, quòd Gentes essent per Christum participes promissionum Dei; quem orat ut spiritu corroborentur, & in charitate radicati, ad plenum in divinis mysteriis edoceantur.*

CAP. IV. *Ad unitatem spiritus hortatur, ostendens Christum diversa diversis dedisse charismata, & ad sui corporis ædificationem varios in Ecclesia instituisse ordines ad finem usque mundi: monet igitur ut exuto veteri homine novum induant, utriusque partes explicans: rursumque monet ut in hoc corpore manentes, separentur ab iis, qui mente excæcati sequuntur effrenè carnis desideria, & novos induant mores damnatis prioribus.*

CAP. V. *Hortatur ut Christum imitentur, longè separati ab omni vitio ac scelerato, & redimentes tempus, assumant spiritualia, quæ tradit, exercitia: uxores vult subditas esse viris, viros autem diligere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.*

CAP. VI. *Filii parentibus, servique dominis obediant: rursumque parentes erga filios, & domini erga servos sui memores sint officii: monet Dei armaturam, cujus partes explicat, induendam, ad resistendum spiritualibus inimicis, petens etiam ut pro se orent.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PAULI
# APOSTOLI
## AD EPHESIOS.

*************************************************************

### * CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

1. PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu.

2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

2. Cor. 1. 5. 1. Pet. 1. 3. 3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo,

**Versio antiqua.**

1. PAULUS Apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu.

2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3. Benedictus est Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo,

*Ex Mss. duobus; Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hunc exhibent titulum Mss. nostri Sangerm. & Reg. *Incipit ad Ephesios.* Hunc Græcum hod. exhibet : Παύλυ τῦ Ἀποσόλυ ἡ πρὸς Ἐφεσίυς ἐπισολή.

℣. 1. Hieronymus in Eph. 1. 1. to. 4. p. 1. col. 323. a. *Paulus Apost. J. C. per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Ch. J.* Ambrosiaster in eundem loc. *Paulus Apost. Chr. J. per volunt. Dei, sanctis omnibus*, &c. ut sup. Sedulius Hibern. *Paulus Ap. J. C. per volunt. Dei, sanctis* : & post pauca : *& fidelibus, qui sunt in C. J.* Græc. Παῦλος Ἀπ...... τοῖς ἁγίοις τοῖς ὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, ϗ πισοῖς ἐν Χ. Ἰ. Mss. quidam, ἁγίοις πᾶσι. Basilius l. 2. adv. Eunomium omittit ἐν Ἐφέσῳ, fide Patrum, ac veterum exemplarium. Τοῖς Ἐφεσίοις, inquit, ἐπισέλλων, ὡς γνησίως ἡνωμένοις τῷ ὄντι δι᾽ ἐπιγνώσεως, ὄντας αὐτὺς ἰδιαζόντως ὠνόμασεν, εἰπών· Τοῖς ἁγίοις τοῖς ὖσι, ϗ πισοῖς ἐν Χεισῷ Ἰησῦ· ὕτω γὰρ ϗ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι, ϗ ἡμεῖς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν. Hinc Hieron. in Ephes. 1. 1. ait : *Quidam curiosius quàm necesse est, putant ex eo quod Moysi dictum sit :* Hæc dices filiis Israel : Qui est, misit me : *etiam eos, qui Ephesi sunt, sancti, & fideles*, essentiæ *vocabulo nuncupatos..... Alii vero simpliciter, non ad eos, qui sunt, sed qui Ephesi sancti, & fideles sint, scriptum arbitrantur.*

℣. 2. Sic habent Hieronymus, Ambrosiaster, & Beda in Ephes. 1. 2. unà cum Græco.

℣. 3. Hilarius in Ps. 67. col. 209. a. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C. qui benedixit nos in omni bened. spirit. in cœlestibus, in quo & elegit nos*, &c. & in Ps. 91. col. 240. a. *Benedictus Pater Dom. n. J. C. qui benedixit nos in omni bened. spirit. in cœlestibus in Christo, in quo elegit nos*, &c. itidem in Ps. 127. col. 427. a. usque ad vocem *cœlestibus* : at in Ps. 66. col. 186. a. *Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni bened. spirit. in cœlestibus in Christo.* Hieronymus in Ephes. 1. 3. & Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 813. g. seqq. cum Oros. l. cont. Pelag. p. 455. h. & Auctore l. de voc. gent. l. 2. c. 33. p. 33. f. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C.* &c. ut in Vulg. Itidem Cassiod. in Ps. 67. p. 224. a. deleto *in Christo.* Victorin. Afric. l. 1. cont. Arium, p. 259. f. *Benedictus Pater Dom. n. J. C. qui benedixit nos in omni bened. spirit. in cœlestibus in C. Jesu.* Ambrosius epist. 76. col. 1086. b. ait : *Nulla epistola tantum benedictionis increpuit in plebe Dei, quantum ista ; in quâ non solùm benedictos nos à Deo, sed in omni benedictione benedictos, & spiritali, & in cœlestibus, significavit.* Ambrosiaster in Ephes. 1. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C. qui benedixit nos omni benedictione* : & infra : *qui nos benedixit in bened. spiritali* ; cætera desunt. Sedulius Hibern. in Ephes. 1. *Bened. Deus & Pater Dom. n. J. C. qui benedixit nos omni*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

4. sicut & elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate,

5. prædestinans nos in nationem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundùm placitum voluntatis suæ,

6. ad laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in * dilecto filio suo.

7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundùm divitias gratiæ ejus,

8. quæ superabundavit in nobis in omni sapientia, & prudentia:

9. ut * ostenderet nobis sacramentum voluptatis suæ, secundùm placitum, quod proposuit in eo,

10. in dispositione plenitudinis temporum, re-

* *Ms. Reg.* delecto.

* *Ms. Reg.* ostenderent.

### VULGATA NOVA.

4. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate.

5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ,

6. in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo.

7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundùm divitias gratiæ ejus,

8. quæ superabundavit in nobis in omni sapientia, & prudentia:

9. ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum ejus, quod proposuit in eo,

10. in dispensatione plenitudinis temporum,

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*benedictione spiritali in cælestibus in Chr. Jesu.* Fulgentius l. 2. de miss. Spir. S. c. 9. *Nos Deus & Pater Dom. n. J. C. benedixit in omni bened. spiritali in cælestibus in Chr.* Græc. Vulgatæ consonat.

℣. 4. Hilarius l. 9. de Trin. col. 1033. d. *in quo elegit nos ante constitutionem mundi:* & in Ps. 60. col. 143. c. *in quo & elegit nos ante mundi constit. in cælestibus:* & in Ps. 67. col. 209. a. *in quo & elegit nos ante mundi const. ut essemus sancti & immaculati in ipso:* & in Ps. 91. col. 240. a. *in quo elegit nos ante mundi const. in ipso, ut simus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate:* & in Psal. 143. col. 561. f. *qui cohæredes nos filii sui in ipso ante const. sæculi elegit.* Cassiodorus in Ps. 67. p. 224. a. *in quo & elegit nos ante mundi const. ut essemus sancti & immac. in ipso.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p. 259. f. *secundùm quod præelegit nos ante const. mundi.* Ambrosiaster in Ephes. 1. legit: *sicut elegit nos in ipso ante mundi const. ut essemus sancti & immaculati coram eo in caritate.* Itidem Sedulius Hiberniensis in eund. loc. præter *coram ipso*, absque seq. *in caritate.* Ita quoque Hieron. in Ephes. 1. sed addit *in charitate:* mox ibid. col. 326. ait: *Dupliciter legendum; ut charitas vel cum superioribus, vel inferioribus copuletur. Cum superioribus ita:* ut essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate: *& postea sequatur:* prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum. *Cum inferioribus autem sic:* in charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum. *Differentiam verò Græci sermonis* προορίσας, *&* ὁρισθέντος, *Latinus sermo non explicat.* Augustinus tract. in Joh. 45. 68. ac 105. to. 3. p. 2. col. 600. a. 679. e. 763. b. & l. de præd. SS. to. 10. col. 813. g. & seqq. nil differt à Vulg. nec etiam Oros. l. cont. Pelag. p. 455. h. nec Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 33. p. 33. f. nec Beda in Ephes. 1. nec etiam Fulgentius l. 2. de miss. Spir. S. c. 9. nisi quòd habeat *in conspectu ipsius in charitate.* Græc. καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ. Borner. cod. hab. ἐν ἑαυτῷ πρὸ καταβολῆς. Hieronymus verò in hunc loc. to. 4. col. 325. a. ait: *Non idipsum autem* καταβολὴ, *quod* constitutio *sonat. Unde & nos propter paupertatem linguæ, & rerum novitatem, & sicut quidam ait, quòd sit Græcorum & sermo latior, & lingua felicior, conabimur non tam verbum transferre de verbo..... quàm vim verbi quodam explicare circuitu.*

℣. 5. Hilarius in Ps. 91. col. 240. a. *Qui ante prædestinavit nos in adoptionem per Christum in ipso.* Ambrosius ep. 76. col. 1086. c. ait, *prædestinatos nos in adoptionem filiorum.* Augustinus l. de prædest. SS. tom. 10. col. 813. g. 814. a. d. 815. a. *prædestinans nos in adoptionem filiorum per J. C. in ipsum, secundùm placitum voluntatis suæ.* Itidem Hieron. in Ephes. 1. 5. cum Ambrosiast. in eundem loc. Orosius verò l. contra Pelag. p. 455. h. *Quia prædestinavit nos in adoptionem filiorum per J. C. in ipsum*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 33. p. 33. f. *Qui prædestinavit nos in adopt. fil. per J. C. in ipso, secundùm propositum voluntatis suæ.* Sedulius Hibern. in Ephes. 1. *secundùm propositum verò sanctum.* Fulgentius l. 3. de veritate prædest. c. 3. *Qui in caritate prædestinavit nos*, &c. ut in Vulg. Vide etiam Ambros. epist. 76. Græc. προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ, &c. Hieronymus in Ephes. 1. 5. col. 326. g. 327. a. ait: *Verbum* εὐδοκίαν, *quod Latinus interpretatus est* placitum, *apud Græcos compositum est* ἀπὸ τοῦ εὖ, καὶ τοῦ δοκεῖν, *à* bene, *& à* placito, *quod nos possumus dicere* beneplacitum.

℣. 6. Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 814. a. d. 815. a. post voces *voluntatis suæ*, statim addit, *in qua gratificavit nos in dilecto filio suo.* Ambrosiaster verò in Ephes. 1. 6. habet: *in laudem claritatis suæ, qua gratificavit nos in dilecto filio suo.* Oros. contra Pelag. p. 456. a. *in laudem gloriæ suæ, in qua gratif. nos in dilecto filio suo.* Hieronymus in Ephes. 1. 6. *in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratif. nos in dilecto:* subinde, col. 327. f. addit: *Nec putandum, quod in Latinis codicibus habetur, scriptum esse* in dilecto filio suo; *sed simpliciter* in dilecto: *& si quidem esset additum* dilecto Dei, *vel* dilecto Patris, *esset simplex intelligentia, & omnium opinione vulgata, quòd Dñus J. Chr. diligeretur à Patre:* & post pauca: *Aut si esset appositum*, in qua gratificavit nos in dilecto præ omnibus, *universus scrupulus fuisset ablatus...... Nunc verò in eo quòd absolutè loquutus est, dicens* in dilecto, *ita mihi intelligendùm videtur, ut subaudiatur, Ab omnibus.* Sedulius quoque Hiberniensis in eund. loc. habet *in dilecto*, absque *filio suo.* Item Græc. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Mss. quidam, teste Erasmo, ferunt, *in laudem gloriæ, & gratiæ suæ:* mox alii, ἧς, pro ἐν ᾗ· & Borner. Græco-Lat. in fine addit υἱῷ αὐτοῦ.

℣. 7. Irenæus l. 5. c. 14. p. 310. e. *In quo habuimus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum.* Hieronymus in Ephes. 1. 7. & Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 814. b. d. 815. a. *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, secundùm divitias gratiæ ejus.* Itidem Ambrosiaster in Eph. 1. præter *gratiæ suæ.* Sedulius Hib. in eund. loc. legit: *secundùm divitias cognitionis gloriæ.* Oros. l. cont. Pelag. p. 455. h. 456. a. Vulgatæ congruit ad verbum; nec refragatur Græcum.

℣. 8. Sic habent Oros. l. cont. Pelag. pp. 455. h. 456. a. cum Ambrosiastro, & Beda in Ephes. 1. 8. Hieronymus verò in eund. loc. *quâ abundavit in nobis in omni sapientia, & prudentia.* Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 814. a. d. 815. a. b. *quæ abundavit in nos in omni sap. & prudentia.* Sedulius Hib. in Eph. 1. *quæ superabundavit in nos in omni sap. & scientia.* Ambros. ep. 76. col. 1086. c. ait, *in filio Dei nos cumulatos gratia, abundasse ea ad cognoscendum mysterium æternæ voluntatis.* Græcum: ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ φρονήσει· Ms. 1. καὶ γνώσει.

℣. 9. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 798. c. habet: *secundùm boni existimationem, quam proposuerit in sacramento voluntatis suæ.* Hilarius in Ps. 1. n. 10. col. 22. *ut notum faceret vobis sacramentum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum, quod proposuit in ipso.* Hieron. in Ephes. 1. 9. *notum nobis faciens mysterium voluntatis suæ, secundùm placitum suum, quod proposuit in eo.* Ambrosiaster in eundem loc. *ut notum nobis faciat mysterium voluntatis suæ, juxta beneplacitum suum, quod proposuit in eum.* Oros. l. contra Pelag. p. 456. a. *ut notum faceret nobis sacramentum volunt. suæ, secundùm bonum placitum ejus, quod disposuit in eo.* Augustinus serm. 1. to. 5. col. 3. d. *ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secundùm bonam voluntatem suam, quam proposuit in illo:* ita rursum l. de præd. SS. to. 10. col. 814. b. d. 815. a. b. deleta vocula *suæ*, post *voluntatis.* Similiter habet Sedulius Hibern. in Ephes. 1. *mysterium voluntatis:* & paulò post, *quod proposuit in eo.* Græc. γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ. Borner. cod. γνωρίσαι ἡμῖν, absque αὐτοῦ, post εὐδοκίαν.

℣. 10. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 798. c. hab. *in dispensationem adimpletionis temporum, recapitulare omnia in Christum, quæ in cælis, & quæ in terris:* & l. de monog.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso:

11. In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum ejus, qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ:

12. ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo:

13. In quo & vos, cùm audissetis verbum veritatis, (Evangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto,

14. qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

15. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, & dilectionem in omnes sanctos,

16. non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:

VERSIO ANTIQUA.

staurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromt.

11. In quo & vocati sumus, prædestinati secundùm propositum Dei, qui omnia operatur secundùm consilium voluntatis suæ:

12. ut essemus in laudem gloriæ, qui & ante speravimus in Christo:

13. In quo & vos audientes verbum veritatis, (Evangelium salutis vestræ) in quo credentes signati estis * Spiritu promissionis sancto, * Mss. Spiritus.

14. quod est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem adoptionis, in laudem gloriæ ipsius.

15. Propter hoc & ego audiens * vestram fidem in Domino Jesu Christo, & caritatem in omnes sanctos, * Ms. Reg. vestra fide.

16. non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 953. a. *Dicit Apostolus Deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum, ad caput (id est ad initium) reciprocare universa in Christo, quæ sunt super cælos, & super terras, in ipso.* Hilarius in Ps. 1. n. 10. col. 22. *in dispensationem plenitudinis temporum.* Ambros. ep. 76. col. 1086. c. huc alludens dicit, *in plenitudine temporum, cùm pacificarentur omnia in Christo, & quæ in terra sunt, & quæ in cælo, sorte nos in ipso constitutos.* Augustinus ser. 1. tom. 5. col. 3. d. *in dispositione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terris, in ipso:* similiter l. de præd. SS. to. 10. col. 814. b. d. 815. a. b. præter *in dispositionem*, ex Mss. pluribus; editt. tamen 2. *in dispositione;* Ms. 1. *in dispensationem;* al. *in dispensatione:* item l. Enchirid. to. 6. col. 219. d. ait, *instaurari omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terris.* Oros. l. cont. Pelag. p. 456. a. *in dispensationem plen. temporum, restaurare* (inf. *instaurare*) *omnia in C. quæ in cælis sunt, & quæ in terra.* Ambrosiaster in Ephes. 1. *in dispensationem adimpletionis temporum, restaurans omnia in Ch. quæ in cælis sunt, & quæ in terra.* Sedulius Hibern. *in dispensatione plenitudo temporis, instaurare omnia in Chr.* Hieronymus in eundem loc. col. 330. a. *in dispensatione plenitudinis temporum, recapitulare omnia in Chr. quæ in cælis, & quæ in terra, in ipso:* sed addit: *Pro* recapitulare, *in Latinis codicibus scriptum est* instaurare. *Et miror cur ipso verbo Græco non usi sint translatores; cùm istiusmodi licentiâ, dialectica, & philosophia, sicut in Græco habentur, assumta sint.* At Irenæus l. 1. p. 16. b. dicit, *recapitulata esse omnia in Chr. per Deum:* & infra, c. 9. p. 48. c. habet, *ad recapitulanda universa:* & l. 5. c. 20. p. 317. c. *recapitulans in se omnia, quæ in cælis, & quæ super terram;* al. *in terra sunt.* Græc. εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν αὐτῷ. Ms. Alex. in principio habet, κατὰ τὴν οἰκονομίαν· al. ἐν οἰκονομίᾳ· subinde Mss. plures, ἀνακεφαλαιώσας, omissis τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ· Bornerianus cod. Lat. *ut restauraret.*

℣. 11. Ambrosius l. de exhort. virg. col. 287. f. *In quo & sorte constituti sumus.* Hieronymus in Ephes. 1. 11. *In quo & sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum ejus, qui universa operatur secundùm consilium voluntatis suæ.* Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 814. b. d. 815. b. *In quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati secundùm propositum, qui universa operatur secundùm consilium voluntatis suæ.* Ambrosiaster in Ephes. 1. *In quo etiam & nos sortiti sumus, prædestinati secundùm propositum Dei, qui universa creavit secund. consilium voluntatis suæ.* Græc. Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν, &c. Mss. quidam initio tollunt καί· mox alii ferunt ἐκλήθημεν· subinde quidam addunt τοῦ Θεοῦ, ad πρόθεσιν.

℣. 12. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 798. c. *ut simus in laudem gloriæ nos, qui præsperavimus in Christum.* Hieron. & Ambrosiaster in Ephes. 1. Vulgatæ congruunt. Sic etiam Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 814. b. d. 815. b. usque ad *qui ante.* Ms. cod. 52. Floriac. *ut simus in laudem gloriæ, qui,* &c. ut in Vulgata. Græc. εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ· alias deest αὐτοῦ, post δόξης.

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 8. p. 301. *In quo & vos, audito verbo veritatis, (Evangelio salutis vestræ) in quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 798. c. *In quo & vos, cùm audissetis sermonem veritatis, (Evangelium) in quo credidistis, & signati estis Spiritu promissionis ejus sancto.* Hieronym. in Ephes. 1. 13. *In quo & vos, audito verbo veritatis, (Evangelii sal. vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu sancto promissionis:* & epist. ad Damas. to. 4. p. 1. col. 155. b. *in quem credentes signati estis Spiritu repromissionis sancto.* Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 616. d. 630. d. *in quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto:* & in Luc. 15. col. 1467. a. *credentes signati estis Spiritu sancto.* Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 816. c. *In quo & vos audientes verbum veritatis, (Evangelium sal. vestræ) in quo credentes signati estis Spiritu promiss. sancto.* Ambrosiaster in Ephes. 1. *In quo & vos, cùm audissetis verbum veritatis, (Evangelii sal. vestræ) credentes signati estis Spiritu promiss. S.* Beda in eund. loc. *In quo & vos, cùm audissetis verbum verit. Evangelium sal. vestræ accepistis, in quo & credentes,* &c. ut in Vulgata. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 745. h. *in quo credentes signati estis in Spiritu sancto promiss.* similiter l. 12. de Trinit, deleto *in*, post verbum *estis.* Gr. Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 8. p. 301. *qui est pignus hæreditatis nostræ,* al. *vestræ.* Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 616. d. *qui est pignus hæreditatis nostræ.* Itidem Augustinus l. de præd. SS. to. 10. col. 816. c. additis his: *in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.* Concinunt Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Eph. 1. 14. Vigilius autem Tapſ. l. 12. de Trin. & Ms. cod. 52. Floriac. *qui est arrha hæreditatis nostræ:* at Vigil. l. contra Varimad. p. 745. h. *qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemtionem adoptionis,* &c. Similiter habet Hieron. in Ephes. 1. 14. col. 333. a. sed addit: Pignus *Latinus interpres pro* arrabone *posuit. Non idipsum autem* arrabo, *quod* pignus *sonat...... Rursum in eo ubi ait* in redemptionem adoptionis, *non habet in Græco* υἱοθεσίαν, *sed* περιποίησιν, *quam nos* acquisitionem, *sive* possessionem *possumus dicere: nec tamen vim sermonis expressimus. Multa enim verba sunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri valent, nec de Hebraico in Græcum; & reciproce nec de Latino in Græcum, nec de Græco in Hebræum.* Græcum hod. sic: ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς...... εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς, &c. ut in Lat. Mss. quidam in principio ferunt ὅ ἐστιν.

℣. 15. Hieronymus in Ephes. 1. 15. *Propterea & ego audiens fidem vestram in Dom. Jesu, & in omnes sanctos.* Augustinus ep. 217. to. 2. col. 808. f. *Propter hoc & ego, audita fide vestra in Dom. Jesu, & dilectione in omnes sanctos;* & l. de præd. SS. tom. 10. col. 816. c. *Propter hoc & ego, audita fide vestra in Christo Jesu, & in omnes sanctos.* Ambrosiaster in Ephes. 1. 15. *Propterea & ego, audita fide vestra in Dom. Jesu, & dilectione in omnes sanctos.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 13. e. addito *quæ est,* post *vestra.* Leo M. ep. ad cler. C. P. Conc. to. 4. col. 49. a. *Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Jesu, & dilectionem in om. sanctos.* Græc. Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας, &c. Mss. quid. ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ· Borner. cod. Gr. Lat. ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ· alii duo tollunt τὴν ἀγάπην.

℣. 16. Sic habent Hieronymus in Ephes. 1. 16. S. Leo ep. ad cler. C. P. Conc. to. 4. col. 49. a. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 13. e. cum Beda in Eph. 1. Augustinus verò ep. 217. to. 2. col. 808. f. & l. de prædest. SS. to. 10. col. 816. c. *non cesso gratias agere pro vobis.* Ambrosiaster in Ephes. 1. 16. *non cesso, gratias agendo pro vobis, commemorationem vestri facere in orationibus meis.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *non cesso gratias agens Deo pro*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

17. ut Deus, Domini nostri Jesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & revelationis, in agnitione ejus;

18. illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis vos quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis,

19. & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in vobis, qui credidistis secundùm operationem potestatis virtutis ejus,

20. quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituit ad dexteram suam in cœlestibus,

21. super omnem initium, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in sæculo hoc, sed etiam in futuro.

22. Et omnia subjecit sub pedibus ejus: & ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ,

23. quæ est corpus ejus, supplementum, qui omnia & in omnibus impletur.

**VULGATA NOVA.**

17. ut Deus, Domini nostri Jesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & revelationis, in agnitione ejus;

18. illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis,

19. & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundùm operationem potentiæ virtutis ejus, *Inf. 3. 7.*

20. quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus,

21. supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro.

22. Et omnia subjecit sub pedibus ejus: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, *Psalm. 8. 8.*

23. quæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*vobis, ut det vobis spiritum sap. & revelationis.* Hilarius l. 11. de Trin. col. 1092. e. *commemorans in orationibus meis, ut Deus*, &c. Gr. οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν, &c. aliàs deest ὑμῶν, post μνείαν.

℣. 17. Textui concinunt Hieronymus in Ephes. 1. 17. & S. Leo ep. ad cler. C. P. Conc. tom. 4. col. 49. a. Sic etiam Auctor l. 1. de voc. gent. c. 23. p. 13. e. cum Sedulio, & Beda in Ephes. 1. 17. præter *in agnitionem*, pro *in agnitione*. Ambrosiaster in Ephes. 1. *ut Deus, Dom. n. J. C. pater claritatis, det vobis spiritum sap. & revelationis, in agnitione ejus.* Itidem Hilar. l. 11. de Trin. col. 1092. e. omisso *in agnitione ejus*: & infra, col. 1093. a. addit: *Plerisque secundùm Latinitatem obscurius hoc dictum videtur, quia Latinitas pronominibus non utitur, quæ Græcitas usu honesto & necessario semper usurpat. Ita enim scribitur:* ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ πατὴρ τῆς δόξης· *quod nobiscum si semper pronominum consuetudo esset, ita pronunciaretur: Ille Deus illius Dom. nostri J. C. ille pater illius claritatis.* Ambros. l. 5. de fide, col. 569. b. & in Psalm. 118. col. 1033. f. *Deus, Dom. n. J. C. pater gloriæ.* Tertullian. l. contr. Prax. p. 858. b. *uti Deus Dom. n. J. C. det vobis spiritum sapientiæ & agnitionis.* Gr. Vulgatæ consonat.

℣. 18. Ambrosiaster in Ephes. 1. 18. *illuminatos habere oculos cordis vestri, ad hoc ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiæ hæreditatis gloriæ ejus in sanctis.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. a. *ille dabit illuminatos cordis oculos*: mox ibid. *apud illum sunt & divitiæ hæreditatis in sanctis.* Hieron. in Eph. 1. 18. nil differt à Vulg. uti nec S. Leo ep. ad cler. C. P. Conc. to. 4. col. 49. a. Auctor l. 1. de voc. gent. c. 23. p. 13. f. & Beda in Ephes. 1. Græc. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, &c. ut in Vulg. Mss. plerique loco διανοίας, ferunt καρδίας.

℣. 19. Hieronymus in Ephes. 1. 19. *& quæ sublimis magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundùm operationem potentiæ virtutis ejus.* Ambrosiaster in Eph. 1. 19. *& quæ est excelsa magnitudo virtutis ejus in vos, qui creditis secundùm operationem potentiæ fortitudinis ejus.* Similiter habet Hilar. l. 11. de Trin. col. 1100. c. *secundùm oper. potentiæ fortitudinis ejus.* Græc. καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς, &c. Mss. quidam habent, εἰς ὑμᾶς, τούς.

℣. 20. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. a. *Ille inoperatus est in Christum valentiam suam, suscitando eum à mortuis, & collocando eum ad dexteram suam, & subjiciendo omnia.* Hilarius l. 11. de Trin. col. 1100. c. d. *quam operatus est in Christo, cùm eum excitavit à mortuis, & collocavit ad dexteram suam in cælis*: & in Ps. 62. col. 156. a. *cùm ipse nos coexcitaverit, & collocaverit à dextris Dei in cœlestibus.* Hieron. in Eph. 1. 20. *quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & sedere eum faciens ad dexteram suam in cœlestibus.* Itidem Beda in eund. loc. præter *in Christo Jesu.* Ambros. verò l. 5. de fide, col. 584. d. *qui operatus est in Christo, suscitans eum à mortuis, & constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus.* Ambrosiaster in hunc loc. *quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & collocavit ad dexteram sibi in cœlestibus.* Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 10. *secundùm operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo Jesu*, &c. ut in Vulg. Græc. ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, &c. ut sup. Mss. quidam, καὶ καθίσας.

℣. 21. Irenæus l. 4. c. 19. p. 252. a. *super omne initium, & potestatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur*: sic etiam infra, c. 24. p. 260. d. præter hoc, *super omnem principatum, & dominat. & pot.* Hilarius l. 11. de Trin. col. 1100. d. *super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed & in fut.* Eadem exhibet Ambrosiaster in Eph. 1. 21. cum Hieron. in eundem loc. nisi quòd Hieron. habeat, *sed etiam in futuro.* Itidem Ambros. l. 5. de fide, col. 584. d. cum Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 10. Græc. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ, &c. ut sup.

℣. 22. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1100. d. & Ambros. l. 5. de fide, col. 584. d. *Et omnia subjecit sub pedibus ejus.* Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 681. a. *& ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ.* Similiter Hieronymus in Ephes. 1. 22. *Et omnia subjecit pedibus ejus: & ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ.* Ambrosiast. & Beda in eundem loc. cum Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 10. p. 78. *super omnem Ecclesiam.* Ms. cod. Luxov. annor. 1100. *super omni Ecclesia*: at vet. Bibl. Corb. *super omnia Ecclesiæ*, ita ut *Ecclesiæ* sit dativi casus, ut in Gr. ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ. Veles. lect. ὑπὲρ πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν.

℣. 23. Hieronymus in Eph. 1. 23. *quæ est corpus ipsius, plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 18. tom. 7. col. 681. a. *quæ est corpus ejus, plenitudo ejus, qui omnia in omnibus impletur*; edit. *adimplet.* Similiter S. Paulinus epist. 43. p. 260. a. *omnia in omnibus adimpletur*; al. *adimplet.* Fulgentius l. 1. ad Trasim. c. 10. p. 78. *quæ est corpus ipsius, plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimplet*; Ms. 1. *quia omnia in omnib. adimpletur.* Ambrosiaster in Ephes. 1. 23. *quæ est corpus, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.* Sedulius Hibern. *qui per omnia in omnibus adimpletur.* Hilarius in Ps. 128. col. 433. e. ait *Ecclesiam esse corpus Christi, cujus invicem membra sumus.* Ms. cod. Luxoviensis annor. 1100. *qui omnia in omnibus adimplevit.* Græc. ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.

# CAPUT II.

## VULGATA NOVA.

Col. 2. 13. 1. ET vos, cùm essetis mortui delictis, & peccatis vestris,

2. in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ,

3. in quibus & nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri:

4. Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos,

5. & cùm essemus mortui peccatis, convivi-

## VERSIO ANTIQUA.

1. ET vos, cùm essetis mortui delictis, & peccatis vestris, Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ,

3. in quibus & nos omnes conversati sumus aliquando in concupiscentia carnis nostræ, facientes voluptates carnis, & consiliorum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri:

4. Deus autem, qui dives est in misericordia, per multam caritatem misertus est nostri:

5. & cùm essemus mortui peccatis, convivifi-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui concinunt Lucifer Calar. l. de non conv. cum hæret. p. 226. h. Hieronymus in Ephes. 2. 1. & Augustinus in Ps. 136. to. 4. col. 1517. e. & l. 13. de Trin. to. 8. col. 938. b. & l. de pecc. mer. to. 10. col. 25. f. & l. 1. cont. 2. ep. Pelag. col. 419. a. Sic etiam habent Fortunat. Manich. apud August. disput. 1. cont. ipsum, tom. 8. col. 98. d. Ambrosiaster, Sedulius, & Beda in Ephes. 2. 1. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. e. Scholiastes verò Hieron. in Ephes. 2. *Et vos convivificavit, cùm essetis mortui*, &c. ut sup. Mss. quoque Lat. quidam addunt *convivificavit*, teste Luca Brug. Gr. Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, καὶ ταῖς ἁμαρτίαις· Mss. plures addunt ὑμῶν.

℣. 2. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. a. eosdem memorat *delictis mortuos, in quibus ingressi erant secundùm ævum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, qui operatur in filiis incredulitatis.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. h. *in quibus aliquando ambulastis secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ.* Similiter habet Hieron. in Ephes. 2. 2. col. 338. b. deleta voce *hujus*, post *aeris*: at infra, l. 3. col. 401. a. habet: *in quibus ambulastis aliquando juxta sæculum mundi istius, secundùm principem potestatis aeris, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ*: & in Isai. 58. to. 3. col. 427. d. *juxta principem potestatis aeris, spiritus, qui nunc operatur in filiis incredulitatis.* Hilarius in Ps. 118. col. 337. b. *in quibus & vos aliquando ambulastis secundùm principem potestatis aeris, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ*: & in Ps. 128. col. 431. a. *secundùm principem aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filiis inobedientiæ.* Augustinus l. 13. de Trin. to. 8. col. 938. b. *in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ*: itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. f. & l. 1. cont. 2. epist. Pelag. col. 419. a. præter hoc, *aeris, spiritus ejus, qui*: & in Ps. 136. to. 4. col. 1517. e. *cùm viveretis in illis secundùm sæculum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ*: & l. 2. de Gen. to. 1. col. 673. b. *secundùm principem potestatis aeris, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ*: ita rursum l. de Div. quæst. to. 6. col. 70. g. & l. de nat. bo. to. 8. col. 510. b. excepta voce *hujus*, loco *spiritus*: lib. etiam cont. Adim. to. 8. col. 116. d. habet, *in filiis diffidentiæ*: at in Ps. 103. to. 4. col. 1166. b. *in filiis infidelitatis.* Auctor l. de prædict. dimid. temp. c. 6. col. 192. e. *qui etiam nunc operatur in filiis diffidentiæ.* Fortunat. Manich. apud August. disput. 1. contra ipsum, to. 8. col. 98. d. *in quibus aliquando ambulastis secund. magisterium bujus mundi, secundùm principem pot. aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ.* Ambrosiast. in Ephes. 2. 2. *in quibus aliquando ambulastis secundùm sæculum hujus mundi, secundùm principem pot. aeris hujus, spiritum, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ.* Similiter Auctor l. 1. de voc. gent. c. 18. p. 11. e. præter vocem *spiritus*, pro *spiritum*. Ita quoque in Græco, nisi quòd deleat vocem *hujus*, post *aeris*; & in fine legat, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Borner. cod. Gr. Lat. fert, ἀέρος, τούτου πνεύματος.

℣. 3. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. *in quibus & nos conversati sumus facientes concupiscentias, & voluptates carnis*: & l. de anima, pp. 484. b. 487. c. *& fuimus & nos aliquando natura filii iræ*: & l. 5. cont. Marc. p. 799. b. *iracundiæ filii fuimus, sed & natura.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. h. *in quibus & nos omnes conversati sumus aliquando in concupiscentia carnis nostræ, facientes voluntates carnis, & consiliorum, & eramus naturales filii iræ, sicut & cæteri.* Similiter habet Hieronymus in Eph. 2. 3. exceptis his, *in desideriis carnis... & cogitationum, & eramus natura*: & infra, col. 340. e. addit: *Quidam pro eo, quod nunc exposuimus*, & eramus natura filii iræ; *pro* natura, prorsus, *sive* omnino, *quia verbum φύσει ambiguum est, transtulerunt.* Augustinus in Ps. 136. tom. 4. col. 1517. e. *in quibus & nos aliquando conversati sumus*: & l. 13. de Trin. tom. 8. col. 938. b. c. *in quibus & nos omnes aliq. conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntates carnis, & affectionum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri*: similiter l. 2. de nupt. & conc. to. 10. col. 311. d. præter *voluntatem*, pro *voluntates*: ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. f. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. col. 419. d. nisi quòd habeat; *& eramus naturaliter filii iræ*: item l. 3. de lib. arb. to. 1. col. 632. c. *fuimus enim & nos naturaliter filii iræ, sicut & cæteri*: itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 16. præposito *aliquando*, voci *naturaliter*: at tract. 14. in Joh. to. 3. p. 2. col. 407. c. *fuimus & nos natura filii iræ, sicut & cæteri*: sic etiam tract. 44. col. 589. f. addito *aliquando*, ante *natura*: & l. de nat. & gra. col. 129. e. *eramus natura filii iræ.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 115. col. 120. g. *eramus & nos natura filii iræ.* Fortunat. Manich. apud Aug. disput. 1. contra ipsum, to. 8. col. 98. d. *in quibus & nos, & omnes aliq. conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntates consiliorum carnis, & eramus naturaliter filii iræ, sicut & cæteri.* Ambrosiaster in Eph. 2. 3. *in quibus & nos aliquando conv. sumus in desid. carn. nostræ, facientes voluntatem* (Mss. non pauci, *voluptates*) *carnis, & consiliorum ejus, & eramus natura filii*, &c. ut sup. Similiter Auctor l. 1. de voc. gent. c. 18. p. 11. e. *in quibus & nos aliq.* cætera ut in Vulgata. Græc. ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς.... ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, &c. Ms. 1. delet πάντες· subinde alius habet τὸ θέλημα· & paulò post unus habet ἐπιθυμιῶν, loco διανοιῶν.

℣. 4. Hieronymus in Ephes. 2. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos.* Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1227. e. deleta voce *suam*. Augustinus tract. 111. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 780. e. *Deus autem, qui dives est in miseric. propter multam dilectionem, qua dilexit nos*: ita rursum l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 25. f. & l. 2. de nupt. & conc. col. 311. d. & l. de nat. & gra. col. 129. e. & l. 1. cont. 2. epist. Pelag. col. 419. a. Fortunatus verò Manich. apud eund. August. disput. 1. contra ipsum, to. 8. col. 98. d. *Deus autem, qui dives est in omni misericordia, misertus est nobis.* Ambrosiaster in Ephes. 2. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia, propter multam caritatem suam, qua misertus est nostri*: similiter in 1. Cor. 13. 4. deleta voce *qua*: nonnulli verò Mss. ibidem ferunt, *propter misericordiam suam.* Sedulius Hibern. in Ephes. 2. 4. *per multam charitatem.* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 749. g. *Deus autem, qui dives est in misericordia, in magna charitate misertus est nostri.* Auctor l. de voc. gent. c. 23. p. 14. e. *Deus autem*, &c. ut in Vulgata. Hieron. verò in Ephes. 2. 4. col. 338. c. *conjunctionem causalem* autem; *arbitratur aut ab indoctis scriptoribus additam, & vitium inolevisse paulatim; aut ab ipso Paulo, qui erat imperitus sermone, superfluè usurpatam.* Græc. ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς. Ms. 1. διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν· alii delent αὐτοῦ.

℣. 5. Hilarius in Ps. 124. col. 403. f. *& cum essemus mortui peccatis, vivificavit nos simul cum Christo*: deinde:

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

cavit nos Christo, (cujus gratia estis salvati.)

6. & coexcitavit, & colligavit in cœlestibus in Christo Jesu:

7. ut ostenderet in sæculis supervenientibus * superabundantes divitias gloriæ suæ in bonitate super nos in Christo.

* *Mss. mendosè* superabundante divitiæ.

8. Nam gratia ejus salvi facti sumus per fidem, & hoc non ex nobis: Dei donum est;

9. non ex operibus, ut ne quis glorietur.

10. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Domino Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.

11. Memoriam habentes, aliquando vos Gen-

**VULGATA NOVA.**

ficavit nos in Christo, (cujus gratia estis salvati)

6. & conresuscitavit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu:

7. ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

8. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est;

9. non ex operibus, ut ne quis glorietur.

10. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.

11. Propter quod memores estote, quòd ali-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& coexcitavit*, omissis verbis intermediis. Ambros. verò in Ps. 118. col. 1227. f. *& cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cujus gratia estis salvati:* similiter supra, col. 1091. c. & l. 5. de fide, col. 583. c. præter *salvi facti*, pro *salvati:* at l. 5. de sacram. col. 377. b. legit iterum *salvati*. Augustinus tract. 111. in Joh. to. 3. p. 2. col. 780. e. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. to. 10. col. 419. a. *& cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cujus gratia sumus salvi facti:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. f. & lib. 2. de nupt. & conc. col. 311. d. excepto *in Christo:* ita quoque l. de nat. & gra. col. 129. e. sed pro *peccatis*, ponit *delictis*. Hieron. in Ephes. 2. 5. *& cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo: gratia salvati estis.* Fortunatus Manich. ap. August. disput. 1. contra ipsum, to. 8. col. 98. d. & Ambrosiaster in Ephes. 2. 5. *& cùm mortui essemus peccatis, convivif. nos in Christo, cujus gratia salvi facti estis.* Leo M. ser. 20. p. 71. a. cum Beda in Ephes. 2. *& cùm essemus mortui pecc. convivif. nos Christo.* Itidem Auctor l. 1. de vocat. gent. c. 23. p. 14. e. qui addit, *cujus gratia salvi facti sumus.* Græc. καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ· χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Ms. 1. habet ἐν τῷ Χριστῷ· deinde Borner. cod. οὗ χάριτί ἐστε, &c. Totum verò χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, omittit Chrysostomus, si Millio fides; omittit pariter Hilarius, ut notavi supra.

℣. 6. Hilarius in Ps. 124. col. 403. f. *& coexcitavit, & collocavit in cœlestibus:* similiter in Ps. 118. col. 310. e. utitur verbo *collocavit*. Ambrosius in eundem Psalm. col. 1091. c. 1227. f. & l. 5. de fide, col. 583. c. legit: *& simul suscitavit, simulque sedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu.* Augustinus epist. 55. to. 2. col. 128. f. *simul nos excitavit, & simul sedere fecit in cœlestibus:* ita rursum tract. 111. in Johan. tom. 3. p. 2. col. 780. e. addito in fine, *in Christo Jesu:* item l. de ago. Chr. to. 6. col. 257. e. *& simul nos suscitavit, & simul sedere fecit in cœlestibus.* Fortunatus Manich. apud eundem August. disput. 1. contra ipsum, to. 8. col. 98. d. *simul & suscitavit, & cum eo collocavit in cœlestibus cum Christo Jesu.* Hieron. in Eph. 2. 6. *& coexcitavit, simulque fecit sedere in cœlestibus in Christo J.* Ambrosiaster in Ephes. 2. 6. *& simul suscitavit, & simul consedere fecit in*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. pag. 14. e. cum Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. *& conresuscitavit, & consedere fecit*, &c. ut sup. Græc. καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν, &c. ut in Vulg. Borner. cod. Gr. Lat. delet ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 7. Irenæus l. 4. c. 5. p. 232. b. *ut ostendat sæculis supervenientibus inenarrabiles divitias benignitatis suæ.* Augustinus l. 11. contra Faust. to. 8. col. 225. e. cum Beda in Eph. 2. 7. *ut ostenderet in sæculis supervenientibus superabundantes divitias gratiæ suæ in benignitate super nos in Christo Jesu.* Similiter habet Ambrosiaster in Ephes. 2. 7. excepta voce *bonitate*, pro *benignitate*. Ita quoque Fortunatus Manich. apud August. to. 8. col. 98. d. & Hieronymus in Ephes. 2. 7. excepto simplici *abundantes*. Auctor l. de vocat. gent. c. 23. p. 14. e. hunc ℣. omittit. In Græco sic: ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς..... τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι, &c. ut sup. Mss. quidam, τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος· mox Orig. in Matth. addit, τῆς χρηστότητος αὐτοῦ.

℣. 8. Tichonius reg. 3. p. 53. h. *Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 645. e. *Dei enim donum est.* Hieronymus ep. ad Cyprian. presb. to. 2. col. 696. b. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei:* & in Eph. 2. 8. *Gratia enim estis salvi facti per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Augustinus ep. 140. to. 2. col. 440. f. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est:* itidem in Psalm. 30. 112. & 137. tom. 4. col. 161. a. 1253. c. 1533. g. & l. de S. virginit. to. 6. col. 361. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. g. & l. de spir. & litt. col. 117. f. & l. de gra. & lib. arb. col. 727. f. ita rursum l. 8. & 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 235. d. & 260. e. addito *enim*, post *Gratia*. Ambrosiaster in Eph. 2. 8. *Gratia enim salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* Similiter habet Fortunatus Manich. ap. August. to. 8. col. 98. e. præter *estis salvati*, pro *salvi facti estis*. Accinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. e. & l. 2. c. 35. p. 34. c. cum Beda in Ephes. 2. Gelasius verò I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1180. a. cum ep. Synod. Episcoporum Afric. ibid. col. 1595. e. 1596. a. & Fulgentio l. 1. de dupl. præd. c. 9. p. 8. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est.* Itidem Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 750. g. detracta vocula *sed*. Græc. Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ.... καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον. Clem. Alex. pro ἐστε σεσωσμένοι, legit σωζόμεθα.

℣. 9. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 645. e. Ambrosiaster, & Sedulius in Eph. 2. 9. cum Auctore l. de vocat. gent. l. 1. & 2. pp. 14. e. 34. c. *non ex operibus, ne quis glorietur.* Hieronymus in Ephes. 2. 9. cum Fortunato Manich. apud August. to. 8. col. 98. e. necnon Fulgent. l. 1. de dupl. præd. c. 9. & Beda in Ephes. 2. *non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Augustinus ipse, ep. 140. tom. 2. col. 440. f. *non ex operibus, ne fortè quis extollatur:* similiter l. 8. & 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 235. d. 260. e. & in Pss. 30. 67. 112. & 137. to. 4. col. 161. a. 669. a. 1253. c. 1533. g. & l. de S. virginit. to. 6. col. 361. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. g. & l. de spir. & litt. col. 117. f. & l. de gra. & lib. arb. col. 727. f. Item Gelas. I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1180. b. *non ex operibus, ne quis extollatur.* Græc. οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται.

℣. 10. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. b. *Ipsius sumus factura, conditi in Christo.* Ambros. l. 2. de Spiritu S. col. 645. e. *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis:* & l. 3. de fide, col. 505. b. *creati in Christo in op. bonis.* Augustinus ep. 140. tom. 2. col. 440. f. 450. e. 454. c. *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus:* sic etiam l. 8. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 235. d. & tract. 82. in Joh. p. 2. col. 706. a. & in Pss. 30. 67. & 137. to. 4. col. 161. a. 669. a. 1533. g. & l. de S. virginit. to. 6. col. 361. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. g. & l. de spir. & litt. col. 117. f. & l. de gra. & lib. arb. col. 727. f. ita demum in Ps. 112. to. 4. col. 1253. c. nisi quòd habeat: *Illius enim sumus figmentum, creati*, &c. at l. 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 260. e. *Ipsius enim sumus figmentum, creatum in*, &c. ut sup. Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 23. p. 14. e. *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo J. in*, &c. ut sup. sic rursum l. 2. c. 35. p. 34. c. deleta voce *Jesu*. Itidem Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. tom. 4. col. 1248. c. Ambrosiaster verò in Ephes. 2. 10. *Nam ipsius sumus figmentum, creati in C. J. in opera bona, quæ præparavit*, &c. ut sup. Hieronymus in eundem loc. cum Beda, & Fortunato Manich. apud August. to. 8. n. 16. col. 98. e. necnon Fulg. l. 1. de dupl. præd. c. 9. *Ipsius enim sumus factura, creati*, &c. ut in Vulgata. Græc. Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, &c. ut sup. Borner. cod. Gr. Lat. κτισθέντες ἐν Κυρίῳ.

℣. 11. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. b. *Memores, vos aliquando Nationes in carne fuisse: appellabamini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta.* Ambros. in Luc. 22. col. 1525. a. *Memores estote, quòd aliquando vos Gentes, qui eratis in carne, alienati à conversatione Isr.* &c. Augustinus in Gal. 3. to. 3. p. 2. col. 957. c. *Propter quod memores estis, quia vos aliquando Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumci-*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

quando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta:

12. quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.

13. Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua:

15. legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem,

**VERSIO ANTIQUA.**

tes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. quia fuistis tempore illo sine Christo, alienati à conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.

13. Nunc autem in Christo Jesu * vos, qui aliquando fuistis longè, * juxta facti estis in sanguine Christi.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitiam in carne sua:

15. legem mandatorum in edictis destituens, ut duos condat in seipso in unum novum hominem, faciens pacem,

* *Ms.* hos *mendosè.*

* *Ms. Reg.* justa facti esti.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*sio in carne, manu facta:* similiter l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 583. d. si exceperis, *quando Gentes eratis*, pro *vos aliquando Gentes.* Fortunatus Manich. apud eund. August. to. 8. n. 16. col. 98. e. *Propter quod memores estote, quòd aliquando vos eratis Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta.* Ita quoque Hieronymus in Ephes. 2. 11. nisi quòd deleat verbum *eratis*; & pro *dicitur*, legat *appellatur.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Propter quod memores estote, quòd aliquando vos, qui eratis Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur*, &c. ut sup. Ambrosiaster in Ephes. 2. *Memoria retinentes vos, qui aliquando eratis Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur*, &c. Græc. Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ Ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς, &c. Bornerianus codex Græco-Latinus: Διὰ τοῦτο μνημονεύοντες ὑμεῖς, οἵ ποτε τὰ Ἔθνη· al. οἳ ἦτε τὰ Ἔθνη.

℣. 12. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 799. c. *quòd essetis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israelis, & peregrini testamentorum, & promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Hieron. in Eph. 2. 12. *quoniam eratis illo tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, & peregrini testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Augustinus in Gal. 3. to. 3. p. 2. col. 957. c. *qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à societate Israel, & peregrini testamentorum, promissionis spem non hab. & sine Deo in hoc mundo:* similiter l. 12. cont. Faust. to. 8. col. 238. e. addito *in*, ante *tempore*; necnon *&*, ante *promissionis*: ita quoque l. 2. contra adversar. leg. to. 8. col. 583. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 25. g. Fortunatus verò Manich. apud eund. August. to. 8. col. 98. e. nil differt à Vulg. nec etiam Ambrosiast. in Eph. 2. 12. nisi quòd habeat, *& promissionis eorum spem non habentes.* Victorinus Afric. l. 1. cont. Ari. p. 259. f. *quoniam fueratis illo tempore sine Christo, abalienati à conversatione Israel:* & infra: *spem non habentes, & sine Deo.* Ambrosius in Luc. 22. col. 1525. a. *qui eratis in carne, alienati à conversatione Israel, & peregrini promissionis testamentorum.* Gaudentius Brix. ser. 10. p. 961. a. *nos utique eramus Gentes, peregrini atque hospites testamentorum, & promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. *qui eratis illo tempore*; reliqua ut in Vulgata, deleto *hoc*, ante *mundo*: & l. 2. c. 14. p. 25. d. *alienati à conversatione Israel, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.* Scholiastes Hier. & Beda in Ephes. 2. 12. *qui eratis illo in tempore*, &c. ut in Vulgata. Græc. ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ... ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας, &c. ut in Vulg. omisso *hoc*, ante *mundo.* Ms. 1. initio habet οἱ, pro ὅτι· mox quidam tollunt ἐν, post ἦτε· subinde Bornerianus cod. Gr. Lat. addit αὐτῶν, voci ἐπαγγελίας, *promissionis*; & in fine habet, κόσμῳ τούτῳ.

℣. 13. Irenæus l. 3. c. 18. p. 210. a. *Nunc autem in Christo vos, qui aliquando fuistis longè, facti estis proximi in sanguine Christi:* & l. 5. c. 14. p. 310. e. *vos, qui aliquando eratis longè, facti estis juxta in sanguine Christi.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. c. *At nunc in Christo vos, qui eratis longè, facti estis prope in sanguine ejus.* Hilarius in Ps. 118. col. 359. f. *vos, qui eratis longè, facti estis prope.* Similiter Ambrosius in eundem Psalm. col. 1228. f. addito *in sanguine Christi.* Hieron. in Ephes. 2. 13. *Nunc autem in Christo Jesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sang. C.* Itidem Fortunatus Manich. apud Aug. to. 8. col. 98. e. & Augustinus ipse l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 583. d. sicque rursus Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. a. nisi quòd deleat *vos.* Ambrosiast. in Ephes. 2. 13. *Nunc autem in Christo J. vos, qui aliquando longè eratis, facti estis prope per sanguinem Christi.* Gaud. Brix. ser. 1. p. 945. e. *nos, qui eramus longè, & facti sumus prope in sanguine C.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 14. Textui Reg. & Sangerm. concinit Hieron. in Ephes. 2. 14. sicut etiam Ambrosiast. & Beda in eundem loc. cum Fortunato Manich. ap. August. disput. 1. cont. ipsum, to. 8. n. 16. col. 98. f. nisi quòd hi posteriores tres habeant *inimicitias*, pro *inimicitiam.* Ita quoque August. tract. 77. in Joh. to. 3. p. 2. col. 697. e. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 583. e. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. a. at in Ps. 71. to. 4. col. 743. a. legit: *Idem ipse est ille pacificus, qui fecit utraque unum*, &c. ut in Vulg. Iren. etiam l. 5. c. 14. p. 310. e. habet, *inimicitias in carne sua.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. c. *Itaque ipse est pax nostra, qui fecit duo unum, quod prope, & quod longè, soluto medio pariete inimicitiæ in carne sua.* Hilarius in Psal. 124. col. 406. e. *Ille est enim pax nostra, qui fecit utraque unum:* & in Ps. 134. col. 476. f. *solvens maceriam, vel, vallum:* & in Ps. 140. col. 537. c. alludens dicit: *Dominus noster J. C. omnes immunditias nostras, & peccata nostra auferens, fecit utrumque unum.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. a. *Venit pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua:* & in Luc. 12. col. 1443. a. *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum:* & inf. col. 1444. e. *Christus è cælo pax nostra descendens, fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvit, inimicitias in carne sua:* & l. de instit. virg. col. 252. c. *Quia Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem sepis solvit, inimicitias in carne sua:* & ep. 76. col. 1087. d. alludens ait: *Etenim sublatis inimicitiis..... pax facta est..... ut essent Gentes unum, ut in homine uno & novus homo, & vetus, sublato pariete maceriæ, qui utrumque... dividebat, inter se convenirent.* S. Paulinus ep. 23. p. 129. c. *solvens inimicitias in carne sua, & faciens utrumque unum.* Optatus l. 4. cont. Donat. p. 70. a. *& fecit ambos unum, tollens medium sepem parietis.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 7. col. 174. a. *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum:* & sup. p. 2. c. 22. col. 149. a. *solvens inimicitias in carne sua.* Sic etiam Sedulius Scot. in Ephes. 2. Græc. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Ms. 1. τὰς ἔχθρας ἐν τῇ, &c. al. τῆς ἔχθρας, ut colligitur ex Tertul. ubi sup.

℣. 15. Irenæus l. 5. c. 14. p. 310. e. *legem præceptorum decretis evacuans.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 799. c. *legem præceptorum sententiis vacuam fecit.* Hilarius in Ps. 140. col. 537. c. *ut duos conderet in se in unum novum hominem, faciens pacem.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. a. b. *legem mandatorum edictis evacuans, ut duos conderet in semetipso in uno novo homine, faciens pacem:* & in Luc. 12. col. 1444. e. *lege mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in uno novo homine, faciens pacem:* & l. de instit. virg. col. 252. d. *ut duos conderet in uno homine, faciens pacem:* & epist. 76. col. 1087. d. *legem mandatorum in decretis evacuavit.* Augustinus in Ps. 71. to. 4. col. 743. a. *legem mandatorum decretis evacuans, ut duos conderet in se in unum:* similiter habet l. 22. cont. Faust. to. 8. col. 417. d. *ut duos conderet in se in unum novum hominem, faciens pacem:* ita rursum l. 2. cont. advers. leg. col. 583. e. & lib. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. a. nisi quòd priori loco præmittat, *legem mandatorum in decretis evacuans*; posteriori verò, *legem mandat. decretis*, &c. Fortunatus Manich. apud eund. August. disput. 1. cont. ipsum, to. 8. n. 16. col. 98. f. *legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semet-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

16. & reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipsum.

17. Et veniens * evangelizavit pacem vobis, qui longè; & pacem his, qui juxta:

* Ms. Reg. evangelizavi.

18. quia per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.

19. Ergo jam non estis hospites, & advenæ: sed estis concives sanctorum, & domestici Dei:

20. superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, cùm sit angularis lapis ipse Jesus Christus:

21. in quo omnis ædificatio compacta crescit in templum sanctum in Domino:

22. in quo & vos coædificamini in habitatione Dei in Spiritu.

### Vulgata nova.

16. & reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

17. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longè fuistis; & pacem iis, qui prope:

18. quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. Rom. 5. 2.

19. Ergo jam non estis hospites, & advenæ: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei:

20. superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu:

21. in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino:

22. in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*ipsum in unum novum hominem, faciens pacem.* Itidem Beda in Ephes. 2. 15. Hieron. verò in eund. loc. *legem mandatorum in dogmatibus evacuans, ut duo conderet in seipso in unum novum hominem, faciens pacem.* Ambrosiast. in Galat. 3. 19. *legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in se uno novo homine, faciens pacem:* itidem in Ephes. 2. 15. exceptis his, *in seipso in uno novo homine.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 149. a. *solvens inimicitias in carne sua, ut duos conderet in se in unum novum hominem.* Scholiastes Hier. in Ephes. 2. 15. *legem mandat. decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in uno novo homine, faciens pacem.* Sedulius in Ephes. 2. *ut duos conderet in semetipso in unum novum hominem.* Græc. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, &c. ut sup.

℣. 16. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 799. c. *ut reconciliet ambos Deo in uno corpore, cùm interfecisset inimicitiam in eo per crucem.* Item Hilar. in Ps. 140. col. 537. c. *ut reconciliaret ambos Deo in corpore uno.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. b. *ut conciliaret utrosque in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso:* sic etiam in Luc. 12. col. 1444. e. & l. de instit. virgin. col. 252. d. præter *& reconciliaret.* August. l. 22. cont. Faust. to. 8. col. 417. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. b. *& commutaret utrosque in uno corp. Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso:* ita rursum l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 583. f. excepto *ut commutaret.* Fortunatus Manich. apud August. to. 8. col. 98. f. cum Scholiaste Hier. & Beda in Eph. 2. 16. *ut reconciliet ambos in uno corp.* &c. ut in Vulgata. Ambrosiaster in Eph. 2. 16. *ut exhiberet, & reconciliaret ambos in uno corp.* &c. ut sup. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 22. col. 149. a. *ut reconciliet utraque in uno corp.* &c. ut sup. Ms. 1. ibid. *& commutare utrosque inane..... in semetipsum.* Hieron. in Ephes. 2. 16. *ut reconciliaret utrumque in uno corpore Deo per crucem, interf. inimicitiam in ea:* mox addit: *Non ut in Latinis codicibus habetur*, in semetipso, *propter Græci pronominis ambiguitatem: ἐν αὐτῷ enim, &* in semetipso, *& in ea, id est, cruce, intelligi potest; quia crux, id est σταυρὸς, juxta Græcos generis masc. est.* Ita nempe in Gr. καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ· al. τὰς ἔχθρας. Vigilius Taps. l. cont. Varim. p. 751. d. *inimicitiam in semetipso.*

℣. 17. Tertullianus l. 5. cont. Marc. alludens dicit: *Hoc itaque annuntiante pacem iis, qui prope; & iis, qui longè.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 296. a. *Et cùm venisset, annuntiavit vobis pacem, his, qui longè; & pacem iis, qui prope.* Hilar. in Ps. 65. col. 176. b. *Et cùm venisset, evangelizavit pacem vobis, qui longè; & pacem his, qui prope.* Hieronymus in Eph. 2. 17. *Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longè eratis; & pacem iis, qui prope.* Sic etiam Augustinus l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 583. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. b. at in Ps. 71. to. 4. col. 743. a. *Et veniens evangelizavit pacem iis, qui longè fuistis; & pacem iis, qui prope:* & l. 22. cont. Faust. tom. 8. col. 417. d. *Et veniens evangelizaret pacem iis, qui longè; & iis, qui prope.* Fortunat. Manich. apud August. to. 8. col. 98. f. *Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longè; & pacem iis, qui prope.* Itidem Ambrosiast. in Ephes. 2. 17. excepta voce *juxta*, pro *prope:* itidem infra, in Ephes. 3. deleto 2. *pacem.* Græc. Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν, τοῖς μακρὰν· καὶ τοῖς ἐγγύς. Mss. plures, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς.

℣. 18. Sic habent Cyprianus l. 2. Testim. p. 296. a. & Augustinus l. 2. cont. adversar. leg. tom. 8. col. 583. f. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. b. Tertullianus verò l. 5. cont. Marc. p. 800. a. *accessum consecuti simul ad Patrem.* Ambros. l. de instit. virg. col. 252. e. *ut in utrisque accessum habeamus in uno Spiritu.* Hieron. in Ephes. 2. 18. *quoniam per ipsum habemus accessum uterque in uno Spiritu ad Patrem.* Fortunatus Manich. apud August. to. 8. col. 98. g. *quoniam per ipsum habemus utrique in uno Spiritu accessum ad Patrem.* Itidem Ambrosiast. in Ephes. 2. posito *accessum*, ante *utrique.* Gr. ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ Πνεύματι, &c.

℣. 19. Tertullianus l. 5. cont. Marc. 800. a. *Jam non sumus peregrini, nec advenæ: sed concives sanctorum, sed domestici Dei.* Hilarius in Ps. 121. col. 384. e. *Vos estis cives sanctorum, & domestici Dei.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 9. col. 340. c. *Ergo jam non estis advenæ, atque peregrini: sed estis cives sanctorum, & domestici Dei:* similiter in Pss. 38. 61. & 118. col. 858. a. 960. a. & 1184. f. sic etiam l. 2. de pœnit. col. 419. d. deleto *estis*, ante *cives:* at in Luc. 15. col. 1462. f. *Sed nos non sumus advenæ, atque peregrini: sed cives sumus*, &c. ut sup. Hieron. in Ezech. 4. col. 982. a. *Ergo nequaquam estis peregrini: sed cives sanctorum, & domestici Dei?* & in Ephes. 2. 19. *Ergo jam non estis peregrini, & accolæ: sed cives SS. & domestici Dei.* Augustinus in Pss. 81. 86. & 111. to. 4. col. 872. g. 919. e. & 1248. a. *Jam non estis peregrini, & inquilini: sed estis cives SS. & dom. Dei:* ita rursum l. 12. cont. Faust. tom. 8. col. 238. e. & lib. 2. cont. adversar. leg. ibid. col. 583. f. addito *Igitur*, ante *jam.* Ambrosiast. in Ephes. 2. 19. *Ergo jam non estis hospites, & incolæ* ( Rom. ed. *advenæ, atque peregrini:* ) *sed estis cives SS.* &c. Gaudent. Brix. serm. 10. p. 61. b. *Jam non estis hospites, & advenæ*, &c. ut supra. Græc. Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι, καὶ πάροικοι· ἀλλὰ συμπολῖται τῶν, &c. Mss. quidam, ἀλλ' ἐστὲ συμπολῖται· al. πολῖται.

℣. 20. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. a. hæc habet: *superædificati super fundamentum Apostolorum. Abstulit Hæreticus, Et Prophetarum.* Hilar. in Pss. 118. & 121. col. 357. d. 384. e. *superædificati super fundamentum Apostolor. & Prophetarum.* Hieron. in Isai. 50. tom. 3. col. 356. f. *ædificati super fundam. Apostol. & Prophetarum, ipso summo lapide angulari, qui est Jesus Christus:* & in Ezech. 40. col. 982. a. *ædificati supra fundam. Apost. & Proph. ipso angulari lapide Jesu Christo:* & in c. 28. col. 897. f. *superædif. in fundamento Apost. & Prophet. ipso angulari lapide Christo Jesu Dom. nostro:* at in Ephes. 2. 20. Vulgatæ concinit, sicut Ambrosiast. & Beda in eundem loc. Ita quoque August. in Ps. 81. tom. 4. col. 872. g. 919. d. nisi quòd in fine habeat, *ipso summo angulari lapide existente Christo Jesu:* itidem tract. 20. in Joh. tom. 3. part. 2. col. 452. a. & in Ps. 111. col. 1248. a. & l. 12. cont. Faust. tom. 8. col. 238. e. & l. 2. cont. adversar. leg. col. 583. f. cui accinit Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 10. col. 174. e. S. verò Pacianus ep. 3. pp. 309. f. 312. b. *ædificatus in fundamentis Apost. & Proph. & ipso angulari lapide Christo Jesu:* sicque rursus infra, p. 314. g. præter *ex ipso*, pro *& ipso.* Irenæus l. 4. c. 24. p. 261. a. *Christus lapis summus angularis.* Gr. ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀπος. καὶ Προφ. ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Borner. cod. habet, ἀκρογωνιαίου λίθου· & in fine Basil. cum Orig. l. 8. cont. Cels. Ἰησοῦ Χρ. τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

℣. 21. Augustinus in Pss. 81. 86. & 111. to. 4. col. 872. g. 919. e. 1248. a. cum Hieron. in Ezech. 40. to. 3. col. 982. a. *in quo omnis ædificatio compacta crescit in templum S. in Domino:* & supra, Hieron. in c. 28. col. 897. f. *in quo omnis ædif. constructa crescit in templum S. Dei:* & in Eph. 2. 21. *in quo omnis ædif. compaginata crescit in templum S. in Domino.* Ambrosiast. in eundem loc. *in quo omnis structura compacta crescit in templum S. in Domino.* Græc. ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν, &c. ut sup.

℣. 22. Hieronymus in Ezech. 4. to. 3. col. 982. a. *in quo & vos superædificati estis in habitaculum Dei, & in Spi-*

Digitized by Google

## Notæ ad Versionem antiquam.

*ritu sancto:* at in Ephes. 2. 22. cum Ambrosiast. in eundem loc. *in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Itidem August. in Ps. 111. to. 4. col. 1248. a. præter vocem *Domini*, pro *Dei*. Scholiastes Hieron. in Ephes. 2. 22. *in quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu sancto.* Similiter Beda in eundem loc. excepto *habitaculum*, pro *tabernaculum*. Græcum Vulgatæ congruit. Ms. tamen 1. in fine habet, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

# CAPUT III.

## Vulgata nova.

1. HUjus rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis Gentibus,

2. si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

3. quoniam secundùm revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi:

4. prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi:

5. quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus, & Prophetis in Spiritu.

6. Gentes esse cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium:

7. Cujus factus sum minister, secundùm donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundùm operationem virtutis ejus. *Sup. 1. 19.*

8. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, In Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, *1. Cor. 15. 9.*

## Versio antiqua.

1. HUjus rei gratia, ego Paulus vinctus Christi, pro vobis Gentibus postulo: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. si tamen audistis dispositionem Dei gratiæ, quæ data est mihi in vobis.

3. Secundùm revelationem cognitum mihi factum est sacramentum, sicut ante scripsi in modico:

4. * ad quod potestis legentes intelligere prudentiam meam in sacramento Christi: ** Ita Mss. Reg. ut S. Germ. aliquod, mendosè.*

5. quod aliis generationibus non fuit notum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis ejus Apostolis, & Prophetis in Spiritu sancto.

6. Esse Gentes cohæredes, & concorporales, & participes per promissionis in Christo per Evangelium:

7. Cujus factus sum minister, secundùm donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundùm operationem virtutis ejus.

8. Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, Inter Gentes evangelizare investigabiles divitias Christi,

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Sic habent Hieronymus, & Beda in Ephes. 3. 1. Sic etiam Ambrosiast. in eundem loc. excepto *fratribus*, pro *Gentibus*. Hilarius in Ps. 65. col. 181. f. *Ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis Gentibus.* Item Ambros. ep. 81. col. 1099. c. *Paulus vinctus Jesu Christi:* & in Ps. 45. col. 933. c. *Paulus vinctus Jesu.* Græc. Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος, &c. ut in Vulg. Ms. 1. pro τῶν Ἐθνῶν, *Gentibus*, habet τῶν πιστῶν. Mss. quidam addunt πρεσβεύω, al. κεκαύχημαι, si Stephano, & Millio fides.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est nobis in vos.* Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ congruunt. Gr. εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς.

℣. 3. Hieronymus in Ephes. 3. 3. *quoniam secundùm revelationem cognitum factum est mihi mysterium, sicut præscripsi in modico.* Ambrosiast. in eundem loc. *Secundùm revelationem notum mihi factum est mysterium, sicut antea scripsi in modico.* Sedulius Hibern. in Eph. similiter habet *mysterium*. Græc. ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισέ μοι τὸ μυστήριον, καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ. Borner. cod. Gr. Lat. κατὰ ἀποκάλυψιν γὰρ ἐγνωρίσθη· alii quoque plures habent ἐγνωρίσθη.

℣. 4. Hilarius in Ps. 9. n. 3. col. 54. b. *prout legentes potestis intelligere intellectum meum in sacramento Christi:* ita rursum in Psal. 138. col. 518. d. detracto verbo *legentes*. Hieron. in Ephes. 3. 4. *prout potestis legentes intelligere sensum meum in mysterio Christi.* Sic etiam Ambrosiast. in eundem locum, præter *prudentiam meam*, loco *sensum meum*. Scholiastes Hieron. & Beda in eund. *prudentiam meam in ministerio Christi.* Græc. πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ· al. Θεοῦ.

℣. 5. Hilarius in Ps. 9. n. 3. col. 54. b. *quod aliis temporibus non est cognitum filiis hominum, sicut nunc revelatum est:* sic etiam in Psal. 138. col. 518. d. adjunctis his, *sanctis ejus Apostolis, & Prophetis in Spiritu.* Hieronymus in Ephes. 3. 5. *& aliis generationibus non fuit notum filiis hominum, sicut nunc revelatum est,* &c. ut sup. Ambrosiast. in eundem loc. *quod in aliis sæculis non fuit notum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis ejus, & Prophetis in Spiritu:* istud tamen *in Spiritu*, connectit idem Ambrosiast. cum ℣. seq. uti Scholiastes Hieron. & Sedulius Hib. in eundem loc. Ita scilicet hi tres legunt: *In Spiritu Gentes esse cohæredes.* Vigil. verò Taps. l. cont. Varimad. p. 747. g. *quod aliis generationibus non fuit notum filiis hominum, nunc autem revelatum est per Spiritum sanctum sanctis Apostolis, & Prophetis.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. d. *quod ante non fuit notum filiis hominum, nunc revelatum est sanctis ejus.* Græc. ὃ ἐν ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη, &c. ut in Vulg. Mss. plerique tollunt ἐν, ante ἑτέραις· quidam verò in fine addunt ἁγίῳ, voci Πνεύματι.

℣. 6. Hilarius in Ps. 138. col. 518. d. *Esse Gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes pollicitationis ejus in Christo.* Ambrosiast. in Ephes. 3. 6. *Gentes esse cohæredes, & concorporatas, & participes promissionis ejus in Christo Jesu:* deinde, posita interpunctione, addit: *Per Evangelium ejus factus sum*, &c. Scholiastes Hier. in eund. loc. *Esse Gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis in C. J. per Evangelium.* Itidem Hieron. in Ephes. col. 350. d. qui addit: *Scio appositionem conjunctionis ejus, per quam dicitur* cohæredes, & concorporales, & comparticipes, *indecoram facere in Latino sermone sententiam. Sed quia ita habetur in Græco; & singuli sermones, syllabæ, apices, puncta, in divinis Scripturis plena sunt sensibus; propterea magis volumus in compositione, structuraque verborum, quàm intelligentia periclitari.* Sedulius Hibern. in eund. loc. sic habet: *Esse Gentes cohæredes, & concorporal. & comparticip. promissionis secundùm operationem virtutis ejus:* quæ posteriora verba sunt versûs seq. 7. Auctor verò l. 2. de voc. gent. c. 14. p. 25. a. cum Beda in Ephes. 3. Vulgatæ congruit: nec aliter in Græco, detracta voce *Jesu.* Ms. tamen Alex. habet ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 7. Sic habet Hieronymus in Ephes. 3. 7. præter *juxta operationem*, pro *secundùm operat.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Cujus factus sum ego minister*, &c. ut in textu. Ambrosiast. *Per Evang. ejus factus sum minister*, &c. ut sup. Græc. Οὗ ἐγενόμην διάκονος, κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι, &c. ut supra. Ms. Alex. ἐγενόμην ἐγώ· paulòque post, cum aliis plur. τῆς δοθείσης.

℣. 8. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 800. a. *Datam inquit sibi Apostolus gratiam novissimo omnium, illuminandi omnes*, &c. Hilarius in Ps. 9. n. 3. col. 54. c. *Mihi minimo omnium sanctorum hæc gratia data est, In Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi.* Hieron. in Eph. 3. 8. *Mihi infimo omnium sanctorum data est gratia hæc, In Gentibus evangelizare ininvestigabiles divitias Christi.* August. l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 193. g. *Mihi minimo omnium SS. data est gratia hæc, Annuntiare in Gentibus investigabiles divitias Christi.* Ambrosiast. in Ephes. 3. 8. *Mihi omnium SS. minimo data est gratia hæc, Ut in Nationibus evangelizem inæstimabiles (al. Ut in Gentibus evangelizem incomprehensibiles) divitias Christi.* Scholiastes Hieron. Sedulius, & Beda in eundem loc. *Mihi enim omnium SS. minimo data est...... In Gentibus evangelizare investigabiles*, &c. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 731. g. *Mihi autem minimo omnium SS. data est*, &c. Græc. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν..... εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ, &c. Borner. cod. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχίστῳ.

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 9. & illuminare omnes, quæ sit dispositio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creavit: | 9. & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creavit: |
| 10. ut innotescat * nunc principibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, (* *Additum nunc manu recentiori.*) | 10. ut innotescat principatibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei, |
| 11. secundùm propositum sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro: | 11. secundùm præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro: |
| 12. In quo habemus fiduciam in confidentia, & libertatem per fidem ejus. | 12. In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem ejus. |
| 13. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. | 13. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. |
| 14. Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, | 14. Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, |
| 15. ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, | 15. ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, |
| 16. ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ virtutem confortari per Spiritum ejus in interiorem hominem, | 16. ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. a. *illuminandi omnes, quæ dispensatio sacramenti occulti ab ævis in Deo, qui omnia condidit.* Hilarius in Ps. 9. n. 3. col. 54. c. *& illuminare, quæ sit distributio sacramenti ejus, quod absconditum est à sæculis in Deo.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 648. e. *in Deo, qui omnia creavit.* Hieron. in Eph. 3. 9. *& illuminare, quæ sit dispensatio mysterii absconditi à sæculis in Deo, qui universa creavit.* Augustinus l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 193. g. *& illuminare, quæ sit dispensatio sacramenti, quod fuit absconditum à sæculis in Deo, qui universa creavit.* Ambrosiast. in Ephes. 3. 9. *& illuminem omnes, quæ dispensatio mysterii absconditi à sæculis in Deo, qui universa creavit.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 731. g. Vulgatæ congruit, nisi quòd habeat *à sæculis in Christo:* at infra, p. 749. a. *in Deo.* Græc. καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ κοινωνία τοῦ μυστηρίου τοῦ... ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Mss. quidam tollunt πάντας, post φωτίσαι· subinde plerique habent οἰκονομία, pro κοινωνία· quidam verò delent in fine, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 10. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. a. *ut nota fiat principatibus, & potestatibus in supercælestibus per Ecclesiam, multifaria sapientia Dei.* Hieron. in Eph. 3. 10. *ut innotesceret nunc principatibus, & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiplex sapientia Dei:* & l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 217. b. *ut nota fieret nunc principatibus, & pot. in cælis per Ecclesiam, multiplex & varia sapientia Dei.* Augustinus l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 194. a. *ut innotesceret principibus, & pot. in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.* Similiter Sedulius Hibern. in Ephes. 3. *ut innotesceret principibus.* Beda, *ut innotescat principibus.* Ambros. l. 3. de sacram. col. 364. a. *multiformis sapientia Dei nostri.* Itidem Victorinus Afr. l. 3. cont. Arium, p. 277. h. sed absque *nostri.* Ambrosiaster in Ephes. 3. 10. *ut nota fiat principibus, & pot. in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.* Gr. ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς..... ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, &c. ut in Vulgata: aliàs deest νῦν.

℣. 11. Similiter habet Hieronymus in Eph. 3. 11. cum August. l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 194. a. *secundùm propositum sæculorum, quam fecit in Christo J. Dom. nostro.* Ambrosiaster in Eph. 3. *secundùm propositum sæculorum in Christo J. Dom. nostro.* Gr. κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν, &c. ut sup.

℣. 12. Ambrosiast. in Eph. 3. 12. *In quo habemus libertatem in confidentia per fidem ipsius.* Sedulius Hibern. *In quo habemus libertatem, & accessum.* Hieron. & Beda in hunc loc. *In quo habemus fiduciam, & accessum,* &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ, &c. ut sup. Borner. cod. Gr. προσαγωγὴν εἰς τὴν παῤῥησίαν· Lat. *fiduciam in confidentia.*

℣. 13. Textui concinit Hieronymus in Eph. 3. 13. col. 353. d. sed addit: *Id quod nunc Latinus translator expressit* ne deficiatis, *potest juxta Græci sermonis ambiguitatem & ita legi*, ne deficiam, *ut sit sensus:* Propter quod peto ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis..... *Potest autem secundùm id quod Latinus expressit:* Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis : quæ est gloria vestra. Augustinus ep. 140. to. 2. col. 445. e. legit: *Propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis:* ita rursum serm. 165. to. 5. col. 797. a. additis seqq. *quæ est gloria vestra.* Ambrosiast. in Ephes. 3. 13. *Propter quod peto* (al. *moneo*) *ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ sunt in gloria vestra.* Gr. Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν, &c. ut in Vulg. al. ἐγκακεῖν.

℣. 14. Lucifer Calar. l. 1. cont. Arium, p. 254. h. similiter habet: *Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Dom. n. J. C.* Itidem Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. a. & epist. 140. & 175. to. 2. col. 145. e. 619. e. & ser. 165. to. 5. col. 797. b. ita quoque in Ps. 51. to. 4. col. 482. a. addito *pro vobis*, ad *genua mea.* Accinunt Auctor l. de xl. mans. apud Ambros. col. 13. c. & Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. sed deleto *pro vobis*; & ipso initio, *Hujus rei gratiâ.* Maximin. apud August. to. 8. col. 662. e. *Propterea flecto genua mea ad Patrem Dom. no. J. Christi.* Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. a. cum Ambrosiast. & Beda in Ephes. necnon Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 18. *Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Dom. n. J. C.* Hieron. in Ephes. 3. 14. col. 354. f. *Propterea curvo genua mea ad Patrem Domini n. J. C.* at infra, col. 355. d. simpliciter habet, *ad Patrem, ex quo omnis paternitas*, &c. *Non ut*, inquit, *in Latinis codicibus additum est:* ad Patrem Domini n. J. C. *sed simpliciter* ad Patrem *legendum, ut Dei Patris nomen non Domino nostro J. C. sed omnibus creaturis rationabilibus coaptetur:* & verò post plura, col. 358. e. rursum legit: *Propterea curvo genua mea ad Patrem, ex quo*, &c. Similiter Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 316. a. *Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis*, &c. Item Augustinus in Ps. 103. to. 4. col. 1140. b. *flecto genua mea pro vobis ad Patrem, ut det*, &c. ex ℣. 16. Græc. Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· at in Mss. quibusdam deest τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χρ.

℣. 15. Sic habent Lucifer Calar. l. 1. cont. Arium, p. 254. h. Hieron. in Eph. 3. 15. necnon Ambrosiast. & Beda in eund. loc. cum Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 18. Sic etiam Augustinus ep. 140. & 175. to. 2. col. 145. e. 619. e. at l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. a. legit: *à quo omnis paternitas in cælis*, &c. ut sup. & l. de vera relig. ibid. col. 768. d. ac ser. 165. to. 5. col. 797. b. *ex quo omnis pat. in cælo*, &c. Accinunt Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 316. a. Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. e. & Maximin. apud August. tom. 8. col. 662. e. nisi quòd postremus iste habeat *in cælis*, pro *in cælo.* Auctor l. de xl. mans. apud Ambros. col. 13. c. *ex quo omnis familia in cælis, & in terra nominatur.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. hunc versiculum omittit, ut & August. in Pss. 51. & 103. tom. 4. col. 482. a. & 1140. b. In Græco sic: ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς, &c. Mss. quidam, ἐν οὐρανῷ.

℣. 16. Lucifer Cal. l. 1. contra Arium, p. 254. h. *ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ virtute confortari per Spiritum suum in interiore homine.* Hieron. in Eph. 3. 16. *ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ virtute confortari per Spiritum ejus in interiorem hominem.* Item Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 652. e. habet, *confortari per Spiritum ejus.* August. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. a. *ut det vobis secund. divitias gloriæ suæ fortitudinem corroborari per Spiritum in interiori homine:* & epist. 140. to. 2. col. 145. e. ac ser. 165. to. 5. col. 797. b. *ut det vobis secund...... virtute corroborari per Spiritum ejus in interiori homine:* at in Ps. 103. tom. 4. col. 1140. b. *ut det vobis secundùm interiorem hominem habitare Christum*, &c. ex ℣. 17. Similiter ait Tertullianus l. de res. carn. p. 582. a. *in interiorem hominem habitare Christum*, &c. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. *ut det vobis secundùm divitias gratiæ suæ virtutem, habitare Chri-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati,

18. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum:

19. scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem, quæ operatur in nobis:

21. Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Jesu, in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

VERSIO ANTIQUA.

17. habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in caritate radicati, & fundati, *Ex Mss. Sangerm. & Reg. sen Claro m.*

18. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum:

19. cognoscere quoque supereminentiam scientiæ, caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Ei autem, qui potest omnia facere superabundanter quæ petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem, quæ operatur in nobis:

21. Ipsi gloria in Christo Jesu, & in Ecclesia, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*stum*, &c. Ambrosiaster in Ephes. 3. 16. *ut det vobis secundùm divitias majestatis suæ virtutem confirmari in Spir. suo:* & infra: *in interiore homine Christum habitare*, &c. Rom. ejusd. ed. habet: *confirmari per Spiritum suum in interiore homine.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 316. a. *ut det vobis secundùm opulentiam gloriæ suæ virtutem confirmari per Spiritum suum in interiorem hominem:* & l. cont. Varim. p. 745. g. *ut det vobis secundùm divitias..... virtutem confortari per Spiritum sanctum*, &c. Fulgentius l. 1. ad Trasim. c. 18. p. 85. & Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. e. *ut det vobis secund. divitias glor. suæ virtute corrob. per Spirit. ejus in interiore homine.* Iidem Scholiastes Hier. & Beda in Ephes. præter *virtutem*, pro *virtute:* uterque verò annectit *in interiori homine*, versui seq. In Græco sic: ἵνα δώῃ ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Mss. quidam, αὐτοῦ, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι, &c.

℣. 17. Tertullianus l. de resur. carn. p. 582. a. *habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in dilectione.* Lucifer Calar. l. 1. cont. Arium, p. 254. h. *habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati.* Similiter Hieron. & Beda in Ephes. 3. 17. cum Auct. l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. Ita quoque Augustinus ep. 55. to. 2. col. 137. g. & serm. 165. tom. 5. col. 797. c. necnon l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. a. nisi quòd hoc postremo loco habeat, *ut in caritate radicati, & fundati, possitis*, &c. itidem ep. 140. to. 2. col. 145. e. & seqq. & tract. 96. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 736. b. & in Ps. 103. to. 4. col. 1140. b. & l. de agon. Chr. to. 6. col. 262. b. at in Ps. 51. to. 4. col. 482. a. *ut sitis in caritate radicati, & fundati, ut possitis*, &c. Ambrosiaster in Ephes. 3. 17. *Christum habitare per fidem in cord. vestris: ut in caritate radic. & fundati, possitis*, &c. Auctor l. 1. de vocat. gent. c. 24. p. 16. e... *vestris: in carit. radicati, & firmati, ut possitis*, &c. Ita quoque in Græco, nisi excipias verbum τεθεμελιωμένοι, pro *firmati*; meliùs, *fundati.*

℣. 18. Lucifer Calar. l. 1. cont. Arium, p. 254. h. *ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum.* Similiter Hieron. in Eph. 3. 18. translato *& altitudo*, post *profundum:* at in Isai. 7. to. 3. col. 69. d. legit: *quæ sit latitudo, & longitudo, & excelsum, & profundum supereminentis scientiæ, & dilectionis Christi.* Augustinus l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 700. a. *ut in caritate radicati, & fundati, possitis comprehendere cum omnibus SS. quæ sit altitudo, & longitudo, & latitudo, & profundum:* sic iterum tract. 96. in Joh. to. 3. p. 2. col. 736. b. nisi quòd hoc ordine legat, *quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum:* sic etiam epist. 55. to. 2. col. 137. g. & in Ps. 51. to. 4. col. 482. a. addito *ut*, ante *possitis*, utroque loco; posteriori verò tantùm, omisso *cum omnibus SS.* at epist. 140. tom. 2. col. 145. e. *fundati, prævaleatis compreb. cum omnibus SS. quæ sit longitudo, & latitudo, altitudo, & prof.* & ser. 165. to. 5. col. 797. c. *ut prævaleatis compreb. cum omn. SS. quæ sit latitudo, & longitudo, altitudo, & profund.* & tract. 118. in Joh. to. 3. p. 2. col. 801. b. ac l. de agon. Chr. tom. 6. col. 262. b. *& fundati, prævaleamus compr. cum.... quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & prof.* & in Ps. 8. tom. 4. col. 41. a. *comprehendere latitudinem, longitudinem, altitudinem, & prof.* Ambrosiaster in Eph. 3. 18. *fundati, possitis comprehendere cum omnibus SS. quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & prof.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. *ut valeatis compreh. cum omnibus SS. quæ sit altitudo, latitudo, longitudo, & prof.* Victorinus Afric. l. 1. cont. Arium, p. 259. g. *ut Dei cognoscatis altitudinem, longitudinem, latitudinem, prof.* at l. 3. p. 277. h. *ut possitis compreh. cum omnibus SS. quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, prof.* Gaudent. Brix. ser. 14. p. 965. h. *possitis comprehendere cum omnibus SS. quæ sit longitudo, & latitudo, & altitudo, & profundum scientiæ Dei.* Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 16. e. *ut possitis compreh. cum omn. SS. quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profund.* Græc. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι... τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος al. ὕψος, καὶ βάθος.

℣. 19. Lucifer Cal. l. 1. cont. Arium, p. 254. h. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. e. & Sedulio, & Beda in hunc loc. *scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Sic etiam Ambros. l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. f. præter hæc, *ut sciamus supeeremin..... & impleamur.* Hieron. in Ephes. 3. 19. *scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omni plenitudine Dei.* Augustinus l. de mor. Eccl. to. 1. col. 700. a. & ep. 147. to. 2. col. 487. f. & l. 1. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 121. d. & tract. 96. & 118. in Joh. p. 2. col. 736. b. 800. f. *cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei:* at epist. 140. to. 2. col. 145. e. seqq. *scire etiam superemin. scientiam caritatis Christi, ut impleamini in omnem plenit. Dei:* itidem in Pss. 8. & 51. to. 4. col. 41. a. & 482. a. sic etiam l. de agon. Chr. to. 6. col. 262. b. excepto verbo *impleamur*, pro *impleamini.* Ambrosiaster in Ephes. 3. 19. *cognoscere quoque supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenit. Dei.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 96. a. cum Victorino Afric. l. 3. contra Arium, p. 277. h. *scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.* Ita quoque in Græco, additis sequentibus, ut in Vulgata.

℣. 20. Hieronymus in Ephes. 3. 20. *Ei autem, qui potest super omnia facere abundantiùs quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtut. quæ*, &c. ut sup. Oros. l. contra Pelag. p. 457. h. *Ei autem, qui potest omnia abundantiùs facere quàm petimus, & intelligimus, secundùm virtut. quæ operatur in nobis.* Ambrosiast. in Eph. 3. *Ei verò, qui potest omnia facere, & superabundantiùs quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem* (al. *veritatem*,) *quæ operatur in nobis.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. e. *Ei autem, qui potens est omnia facere superabundantiùs quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem, quæ operatur in nobis.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *Ei, qui potens est omnia facere abundanter supra quàm petimus, aut sapimus.* S. Paulinus epist. 19. p. 106. a. *Potens est supra quàm speramus dare nobis.* Gr. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν. Borner. cod. omittit ὑπὲρ, ante πάντα.

℣. 21. Hieronymus in Ephes. 3. 21. *Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Jesu, in omnibus generationibus sæculi sæculorum. Amen.* Oros. l. contra Pelag. p. 457. h. *Ipsi gloria in Christo Jesu.* Irenæus l. 1. p. 14. b. *in universas generationes sæculi sæculorum.* Ambrosiaster in Ephes. 3. *Ipsi gloria in Christo Jesu, & in Ecclesia, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. e. *Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Jesu, in omnia sæcula sæculorum. Amen.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *Ipsi gloria in Ecclesia, in Christo J.* &c. ut in Vulg. nec aliter in Græco. Mss. tamen quidam postponunt καὶ, voci *Ecclesia.* Bornerianus codex Gr. habet, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ· Lat. *in Christo Jesu, & in Ecclesia*, nec addit seq. vocem *sæculi.*

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. OBsecro itaque vos ego vinctus in Domino, dignè ambulare vocatione, qua vocati estis,

2. cum omni humilitate, & mansuetudine, cum magnanimitate, sufferentes invicem in caritate,

3. solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.

4. Unum corpus, & unus Spiritus, sicut & vocati estis in una spe vocationis vestræ.

5. Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

6. Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

7. Unicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi.

## VULGATA NOVA.

1. OBsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, 1. Cor. 7. 20.

2. cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, Phil. 1. 27.

3. solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Rom. 12. 10.

4. Unum corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ.

5. Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

6. Unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Mal. 2. 10.

7. Unicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. Rom. 12. 3. 1. Cor. 12. 11. 2. Cor. 10. 13.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Firmilianus apud Cypr. ep. 75. p. 150. c. *Obsecro ergo vos ego vinctus in Domino, dignè ambulare vocatione, qua vocati estis.* Hieron. in Eph. 4. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Dom. ut dignè ambuletis*, &c. ut supra. Itidem Ambrosiast. in eund. loc. addita voce *fratres*, post *vos.* Græc. Παρακαλῶ ἦν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ..... ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, &c. Mſ. 1. περιπατήσατε.

℣. 2. Firmilianus apud Cypr. ep. 75. p. 150. c. *cum omni humilitate sensus, & lenitate, cum patientia, sustinentes invicem in dilectione.* Item Cyprianus ep. 52. p. 74. a. necnon l. de unit. Eccl. p. 196. b. & l. de op. & eleem. p. 252. a. *sustinentes invicem in dilectione.* Sic etiam August. l. 4. cont. Crescon. to. 9. col. 489. d. epist. verò 44. to. 2. col. 105. f. & in Job, to. 3. p. 1. col. 672. e. & tract. 17. in Joh. to. 3. p. 2. col. 427. a. & tract. 1. in 1. Joh. ibid. col. 834. e. necnon l. 3. contra epist. Parmen. tom. 9. col. 59. b. *sufferentes invicem in dilectione.* Hieronymus in Eph. 4. 2. *cum omni humilitate, & mansuet. cum patientia, sufferentes invicem in charitate.* Ambrosiast. in eund. loc. *cum omni humilitate animi, & modestia, cum magnanimitate, sufferentes invicem in charitate.* Similiter habet Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 728. e. cum Sedul. in Eph. 4. *sufferentes invicem in charitate.* Græc. μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, &c. al. ἀλλήλους.

℣. 3. Textui concinunt Hieronymus in Ephes. 4. 3. & Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 728. e. Firmilianus verò apud Cypr. epist. 75. p. 150. c. legit: *satis agentes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis.* Sic etiam Cyprianus ep. 52. p. 74. a. & l. de unit. Eccl. p. 196. b. & l. de op. & eleem. p. 252. a. at in Conc. Carthag. p. 331. a. idem Cypr. *curantes servare unit. Spir. in conjunctione pacis.* August. ep. 44. to. 2. col. 105. f. & tract. 17. in Joh. to. 3. p. 2. col. 427. b. *studentes servare unit. Spir. in vinculo pacis:* ita rursum in Job, to. 3. p. 1. col. 672. e. & tract. 1. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 834. e. & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 57. c. 59. b. & l. cont. Crescon. col. 489. d. Victorinus verò Afr. l. 1. cont. Arium, p. 259. g. *cupientes custodire unitatem Spir. in colligatione pacis.* Ambrosiast. in Ephes. 4. 3. *sollicitè servantes unitatis Spiritum in vinculo pacis.* Gr. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ, &c.

℣. 4. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 195. b. *Unum corpus, & unus Spiritus, una spes vocationis vestræ.* At Firmilianus apud Cypr. epist. 75. p. 150. c. sicut in Conc. Carthag. p. 331. a. *Unum corpus, & unus Spir. sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Itidem Hieron. in Eph. 4. 4. & August. tract. 99. in Joh. to. 3. p. 2. col. 746. g. quibus adjungendi Fulgent. ep. 12. p. 226. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. pp. 728. e. 737. e. 744. a. Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. a. Cerealis l. cont. Maximin. c. 19. p. 674. e. & Beda in Eph. 4. Victorinus Afr. l. 1. cont. Ari. p. 259. g. priora tantùm habet, *Unum corpus, & unus Spiritus:* deinde, *Unus Dominus*, &c. prætermissis intermediis. Hilar. l. 11. de Trin. col. 1081. d. posteriora tantùm exhibet: *sicut & vos vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Ambrosiast. in Eph. 4. 4. *Unum corpus, & unus Spir. ita ut vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Græc. Ἓν σῶμα, καὶ ἓν Πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ, &c. ut sup. aliàs deest καί.

℣. 5. Sic habent Irenæus l. 4. c. 32. p. 269. e. & Cypr. cum Firmil. ep. 75. p. 150. c. 151. a. & l. de unit. Eccl. p. 195. b. & in Conc. Carthag. p. 331. a. at l. 3. Testim. p. 330. a. legit: *Una fides, una spes, unum baptisma.* Auctor l. de bapt. Chr. apud Cypr. p. 457. *Una nobis fides, unus Dominus, unum baptisma.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 951. c. memorat *unam fidem, sicuti unum Dominum, & unum baptisma, & unam spem, & unum Deum;* Mſs. quidam addunt, *& unum Spiritum:* at infra, col. 967. e. & l. 11. col. 1081. d. legit ut sup. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Itidem Ambroſ. in Luc. 11. col. 1432. a. l. verò de pœnit. col. 418. b. & epist. 21. col. 874. b. habet tantùm, *una fides, unum baptisma.* Auctor l. de xl. manſ. ap. Ambroſ. col. 7. d. cum Cereali l. contra Maximin. c. 19. p. 674. e. & Vigilio Tapſ. l. contra Varimad. p. 774. a. *Unus Deus, una fides, unum baptisma.* Augustinus tract. 99. in Johan. to. 3. p. 2. col. 746. g. & Hieronym. in Eph. 4. 5. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Accinunt Victorinus Afr. l. 1. cont. Ari. p. 259. g. Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. pp. 728. e. 737. e. Leo Mag. serm. 23. p. 76. e. Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. a. Ambrosiast. & Beda in Eph. 4. 5. Optatus verò l. 5. cont. Donat. p. 82. b. *Unus Deus, unus Christus, una fides, una tinctio.* Tertullianus l. de bapt. p. 391. c. *Unus Dom. & unum baptisma, & una Ecclesia.* Novatianus l. de Trin. p. 1052. c. *Unus est Dominus & Magister, unus Christus.* Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 6. Irenæus l. 2. c. 2. p. 116. b. *Unus Deus Pater, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis:* & l. 4. c. 20. p. 253. d. *Unus Deus Pater, qui super omnes, & in omnibus nobis:* & infra, c. 32. p. 270. a. *Unus Deus & Pater, qui est super omnes, & in omnibus nobis:* al. *Pater omnium... super omnes, & per omnia*, &c. at l. 5. c. 18. p. 315. a. *Unus Pater, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis.* Firmilianus apud Cypr. ep. 75. p. 150. c. *Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 967. e. & l. 11. col. 1081. d. *Unus Deus & Pater omnium, & per omnes, & in omnibus nobis.* Ambroſ. in Luc. 11. & 20. col. 1432. a. 1505. a. *Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnes, & in omnibus.* Itidem Hieron. in Ephes. 4. 6. cum Augustin. tract. 99. in Joh. to. 3. p. 2. col. 747. a. nisi quòd August. in fine habeat, *& in omnibus nobis;* sed nonnisi pauci Mſs. addunt *nobis.* Victorinus Afric. l. 1. cont. Arium, p. 259. g. *Unus Deus & Pater omnium, qui in omnibus, & per omnia, & in omnibus.* Ambrosiast. in Eph. 4. 6. *Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes est, & per omnes, & in omnibus vobis.* S. Leo ser. 23. p. 76. e. cum Beda, & Scholiaste Hier. in hunc loc. *Unus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Similiter Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. b. exceptis his, *super omnes est, & super omnia.* Sedulius Hibern. in Ephes. 4. *qui super omnes est... per omnes... in omnibus.* Græc. Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν. Mſs. quidam omittunt ὁ ἐπὶ πάντων, sicut alii ὑμῖν, in fine; plurimi verò habent ἡμῖν.

℣. 7. Textui Sangerm. & Reg. concinunt Hilarius l. 8. de Trin. col. 967. c. Auctor l. 1. de vocat. gent. c. 24. p. 16. b. & Beda in hunc loc. Sic etiam Hieron. in Ephes. 4. 7. necnon l. 2. contra Jovin. to. 4. part. 2. nisi quòd hoc posteriori loco legat, *juxta mensuram gratiæ Christi.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. b. *Unicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensuram dignationis Christi.* Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 666. f. Uni-

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

Psalm. 67. 19. 8. Propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivitatem : dedit dona hominibus.

9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ?

10. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.

1. Cor. 12. 28. 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem pastores, & doctores,

12. ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi :

13. donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi :

**VERSIO ANTIQUA.**

8. Propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivitatem : dedit dona hominibus. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ?

10. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia.

11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam autem Evangelistas, quosdam autem pastores, & doctores,

12. ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi :

13. donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi :

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cuique enim nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi* : sic etiam tract. 14. in Johan. ibid. p. 2. col. 405. f. Ambrosiast. in Eph. 4. 7. *Unicuique autem..... secundùm mensuram donationis Domini nostri J. C.* Græc. Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν........ κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ.

℣. 8. Irenæus l. 2. c. 20. p. 145. c. *Ascendens enim in altitudinem captivam duxit captivitatem : dedit dona hominibus.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. pp. 790. a. 800. b. *Ascendit in sublimitatem, captivam duxit captivitatem* : mox ibid. *dedit data filiis hominum.* Hilarius in Ps. 56. col. 120. a. *Ita dicit : Qui cùm ascendisset in altitudinem, captivam egit captivitatem : dedit dona in hominibus* ; al. *donationes in homine* : & in Ps. 67. col. 202. c. *Ascendens in altum, capiens captivitatem.* Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 614. c. *Ascendens in altum captivam duxit* (Mss. 3. *captivam elegit*) *captivitatem : dedit data hominibus* : & in Ps. 43. col. 922. e. *Dominus n. J. C. captivam duxit captivit.* & in Ps. 118. col. 1225. a. *captivam Dominus duxit captivit.* item ep. 81. col. 1099. c. *captivam duxit captivit.* Hieron. in Isai. 8. to. 3. col. 76. d. *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem : accepit dona hominibus* : & in Matth. 2. tom. 4. p. 1. ait : *Tale quid & in Psalmis legimus : Ascendens in excelsum captivam duxit captivitatem : accepit dona hominibus* : sed addit : *Hoc testimonium Apostolus ponens, non dixit* accepit, *sed* dedit ; *quia ibi de futuro significatum est, quod accepturus esset ; hic de eo narrat historia, qui jam dederat quod acceperat* : & verò ipse in Eph. 4. 8. legit : *Propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivit. dedit dona in hominibus.* Similiter Ambrosiast. in eund. loc. cum Avito Vien. apud Sirm. to. 2. col. 13. b. Leone M. ser. 4. p. 54. f. & Auct. l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. b. At Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 991. e. *Ascendit in altum, captivavit captivitatem, dedit dona hominibus* : ita rursum in Job, to. 3. p. 1. col. 666. f. præmissis his, *Propter quod dicit : Ascendens in* : item in Ps. 67. tom. 4. col. 679. c. 680. a. *captivavit captivitatem*, &c. ut supra. Victorinus Afr. l. 3. cont. Arium, p. 280. c. *Qui ascendit in altitudine, captivam duxit captivit.* Græc. Διὸ λέγει· Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ϗ ἔδωκε δόματα τοῖς, &c. Mss. quidam omittunt ϗ, ante ἔδωκε· alii verò addunt ἐν, post δόματα· Borner. cod. Gr. Lat. tollit etiam ϗ, & subdit ἐν.

℣. 9. Irenæus l. 5. c. 31. p. 331. a. *Ascendit autem, quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ?* similiter habet l. 4. c. 22. p. 259. a. *descendit in inferiora terræ.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. cum Hieron. in Eph. 4. 9. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ?* Hilar. in Ps. 56. col. 120. b. & in Ps. 67. col. 201. f. *Ascendit autem, quid est, nisi quia & descendit in inferiora terræ?* sic etiam l. 10. de Trin. col. 1077. c. præter *nisi qui descendit.* August. l. 17. de civit. Dei, c. 4. tom. 7. col. 463. c. *Quis ascendit, nisi qui & descendit in inferiores partes terræ?* at l. 15. de Trin. to. 8. col. 991. e. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ?* Ambrosiast. in Eph. 4. 9. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia etiam descendit priùs in inferiora terræ?* Avitus Vien. apud Sirm. to. 2. col. 13. b. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quòd etiam descendit in inferiora terræ?* Græc. Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι ϗ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Mss. quidam tollunt ϗ, post ὅτι· sicut alii plures πρῶτον, post κατέβη· in horum etiam aliquibus deest μέρη.

℣. 10. Novatianus l. de Trin. p. 1047. b. cum Hieron. in Eph. 4. 10. *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. *Et qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.* Itidem Hilar. in Ps. 56. col. 120. b. deleto primo *Et* : sic etiam l. 10. de Trin. nisi quòd hab. *ut adimpleat omnia* : item in Ps. 67. col. 201. f. *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos* : & l. 8. de Trin. col. 967. c. *Qui descendit, ipse est qui & ascendit super omnes cælos, ut adimpleat omnia.* Concinit Ambrosiast. in Eph. 4. 10. excepto verbo *impleret*, pro *adimpleat*. Ita quoque habet August. l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 463. c. & l. 22. c. 18. col. 680. d. detracto &, ante *ascendit?* ita demum l. 15. de Trin. to. 8. col. 991. e. præter *ut adimpleret omnia.* Arnob. jun. l. de Trin. p. 223. g. *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super cælos, ut adimpleret omnia.* Similiter Auctor l. de promiss. p. 2. c. 31. col. 158. b. necnon Scholiastes Hieron. Sedul. & Beda in Ephes. 4. 10. posito *omnes*, ante *cælos*. Ambrosius l. 4. Hex. col. 77. e. *ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia* : & ep. 76. col. 1085. f. *Ideo descendit, ut impleret omnia.* Gr. Vulgatæ consonat.

℣. 11. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. cum August. l. 22. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 680. e. & l. 15. de Trin. tom. 8. col. 991. e. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam verò Evangelistas, quosdam autem pastores, & doctores.* Hilarius l. 8. de Trinit. col. 967. d. *Et ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam autem Evangelizantes* (al. *Evangelistas*,) *quosdam autem pastores, & doctores.* S. Paulinus ep. 50. p. 297. a. *Et quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem pastores, & doctores.* Similiter Ambrosius l. 1. offic. col. 2. b. nisi quòd ita incipiat : *Dedit Deus quosdam quidem Apost.* vide etiam eundem, ep. 76. col. 1085. f. 1087. f. 1088. a. Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 4. 11. habent : *Et ipse dedit quosdam quidem Apost. quosdam autem Prophetas, alios verò Evang. alios autem* (Ambros. *quosdam verò*) *past. & magistros.* Græc. Καὶ αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν Ἀπος. τοὺς δὲ Προφήτας, τοὺς δὲ Εὐαγγελιστὰς, τοὺς δὲ ποιμένας, ϗ διδασκάλους.

℣. 12. Textui concinunt Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. b. Hilarius l. 8. de Trin. col. 967. d. August. l. 22. de civ. Dei, c. 18. to. 7. col. 680. e. necnon Ambrosiaster, & Beda in Eph. 4. 12. quibus omnibus accedit Hieron. in hunc loc. nisi quòd habeat, *ad instructionem sanctorum.* S. Paulinus epist. 50. p. 297. a. *ad consummationem sanctorum.* Græc. πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, &c. ut sup.

℣. 13. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. b. *donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitione Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Hilar. in Ps. 132. col. 462. f. alludens ait : *Occurrere in id festinat, in virum consummatum, in mensuram ætatis plenitudinis corporis Christi* : item in Matth. col. 634. a. legit, *in unum consummatum virum, perfectumque.* Ambrosius ep. 75. col. 1085. c. *Christianus*, inquit, *per unitatem fidei, & agnitionem filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis exsurgit plenitudinis Christi* : & inf. col. 1088. b. *ut in unitate fidei, & agnitionis occurrat* : & l. de Jos. c. 10. col. 503. e. *in illam mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 694. c. cum Gaud. Brix. ser. 19. p. 973. e. *donec perveniamus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* : idem verò Hieron. in Eph. 4. 13. legit : *donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mens.* &c. ut sup. Sic etiam Scholiastes Hieron. & Sedulius in eundem loc. At August. tract. 21. in Joh. to. 3. p. 2. col. 459. g. 460. a. & in Ps. 101. to. 4. col. 1093. a. *donec occurramus omnes in unitatem fidei, in* (tract. 21. *& in*) *agnitionem filii Dei,*

Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| 14. ut non jam simus parvuli * fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad remedium erroris. | 14. ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. |
| 15. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo omnia, qui est caput Christus: | 15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: |
| 16. ex quo totum corpus compactum, & conexum per omnem juncturam subministrationis, in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit in ædificationem sui in caritate. | 16. ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. |
| 17. Hoc itaque dico, & testificor in Domino, jam non vos sic ambulare, sicut & Gentes ambulant in vanitate mentis suæ, | 17. Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui, Rom. 1. 21. |
| 18. obscurati intellectu, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, | 18. tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, |

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
* Ms. Reg. fructuantes.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*in virum perfectum, in mens. ætatis plenitud. Chr.* similiter l. de op. Mon. to. 6. col. 502. a. & l. 22. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 680. e. præter *& agnitionem.* Ita quoque Ambrosiast. in Ephes. 4. 13. cum Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 740. h. Auctor verò l. de gloria SS. apud Prosp. c. 2. col. 203. c. *donec occurramus omnes in virum perf. in mensuram ætatis plenitud. Chr.* Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1258. a. *donec occurramus in unum virum perfectum:* & infra: *donec occurramus omnes in virum perfectum.* Græc. μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ, &c. ut in Vulg. Borner. cod. delet τοῦ υἱοῦ.

℣. 14. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. & d. *ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad remedium erroris.* Similiter habet Ambrosiast. in Eph. 4. 14. exceptis his: *ut ultra non simus parvuli, neque fluctuantes.* Hieron. in Ephes. 4. 14. *ut ultra non simus parvuli fluctuantes, & circumlati omni vento doctrinæ in fallacia hominum, & astutia ad circumventionem erroris.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 502. a. & l. 22. de civit. Dei, c. 18. tom. 7. col. 680. f. *ut ultra non simus parvuli jactati, & circumlati omni vento doctr. in illusione hominum, in astutia ad machinationem erroris:* at tract. 21. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 459. g. *ut ultra jam non..... & circumdati omni vento doctrinæ.* Ambrosius l. de bened. Patr. c. 5. col. 521. c. habet: *circumferantur omni vento doctrinæ:* quem etiam vide ep. 76. col. 1088. b. Græc. ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι κλυδωνιζόμενοι, καὶ περιφερόμενοι παντὶ....... ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Borner. cod. Gr. μεθοδίαν, Lat. *remedium:* al. μέθοδον.

℣. 15. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. cum Fulg. ep. 12. p. 226. *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Hieronymus in Eph. 4. 15. *Veritatem autem facientes in charitate, augeamus in ipso omnia, qui est caput Chr.* sed quæst. 10. Algas. to. 4. p. 1. col. 205. c. *Veritatem autem loquentes in charitate, crescamus in illo per omnia,* &c. ut sup. Tichon. reg. 1. p. 50. b. *crescimus per omnia in eum, qui est caput Christus.* Augustinus in Ps. 3. tom. 4. col. 10. e. & l. 22. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 680. f. *Veritatem autem facientes in charitate, augeamur in illo per omnia, qui est caput Chr.* Itidem Cerealis l. contra Maximin. c. 17. p. 674. c. cum Ambrosiast. in Eph. 4. 15. nisi quòd iste habeat *augeamur in ipso.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 652. a. *ut augeamur in ipso per omnia, qui est caput Chr.* & ep. 76. col. 1085. f. *ut augeamur in ipso per omnia, quia ipse est caput universorum:* & inf. col. 1088. b. *qui est cap. omnium.* Gr. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός. Borner. cod. Gr. Lat. in principio habet: Ἀλήθειαν δὲ ποιοῦντες.

℣. 16. Irenæus l. 4. c. 32. p. 270. a. *ex quo totum corpus compactum, & connexum, & per omnem juncturam subministrationis, in mensura uniuscujusque partis, incrementum corporis fecit in ædificationem sui in charitate.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 212. b. *ex quo totum corpus compactum, & connexum per juncturam subministrationis, in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Tichonius reg. 1. p. 50. b. *ex quo omne corpus constructum, & connexum per omnem tactum subministrationis, in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit in ædif. sui.* August. in Ps. 3. to. 4. col. 10. e. *ex quo totum corpus connexum, & compactum est:* & l. 22. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 680. g. *ex quo totum corpus connexum, & compactum per omnem tactum subministrationis, secundùm operationem in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit in ædif. sui in charitate.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 652. a. *ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam ministrationis, in mensuram uniuscujusque partis, augmentum corporis facit in ædif. sui in caritate:* & epist. 76. col. 1085. f. alludens dicit: *ad quem omnes, secundùm mensuram operationis, in unum corpus ædificatione caritatis adsurgimus:* & infra, col. 1088. c. *ex quo totum corpus fidelium, & sapientium, per harmoniam rationabilem verbi, hoc est enim* συναρμολογούμενον, ἁρμονίᾳ τοῦ λόγου δεδεμένον· *id est, harmonia verbi compaginatum, & compactum, atque connexum per omnem juncturam ministrationis, in mensuram uniuscujusque partis, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate: ut adsurgat unum templum Dei in omnibus... in quo... omnium credentium... connexionem fidei spiritusque accipiendam arbitror; ut per harmoniam quandam virtutum, ac ministeriorum, corpus unum ex omnibus rationabilis naturæ spiritibus adhæreat capiti suo Christo, ita ædificationis compage connexa, ut ne tactu quidem junctura singulorum adhærentium discrepare videatur: hoc est enim quod* ἀφὴν *dixit Græcus,* τῆς χορηγίας κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ. Vide etiam eundem Ambros. l. 1. de fug. sæc. c. 3. col. 424. f. Hieronymus in Ephes. 4. 16. legit: *ex quo totum corpus compactum, & conglutinatum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædif. sui in charitate.* Ambrosiaster in eundem loc. *ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit ad ædif. sui in charitate.* Fulgent. ep. 12. ad Ferrand. p. 226. *ex quo totum corpus compactum, & concretum per omnem juncturam,* &c. ut in Vulgata. Græc. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ. Borner. cod. Gr. Lat. omittit κατ' ἐνέργειαν· subinde Alex. loco μέρους, habet μέλους.

℣. 17. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. e. *Hoc itaque dico, & testificor in Domino, ut non ampliùs ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate mentis suæ.* Augustinus in Ps. 118. to. 4. col. 1324. c. *Hoc dico, & testif. in Domino, ut jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate mentis suæ.* Hieron. in Eph. 4. 17. *Hoc igitur dico, & contestor in Domino, ut non ampliùs ambuletis, sicut &... in vanitate sensus sui.* Hilarius in Ps. 118. col. 277. a. *in vanitate sensus eorum.* Ambrosiast. in hunc loc. *Hoc ergo dico, & testor in Domino, ut non ambuletis, sicut &..... in vanitate mentis suæ.* Sedulius Hibern. *Hoc igitur dico, & testif. in Domino, ne ambuletis, sicut & Gentes amb.* &c. ut in Vulg. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. *Hoc dico, & testif. in Dom. ut jam non amb. sicut Gentes amb.* &c. ut sup. Græc. Τοῦτο οὖν λέγω, καὶ μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ Ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν. Mss. plures omittunt λοιπά.

℣. 18. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. e. *obscurati intellectu, alienati à via Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum:* & infra: *in vanitate mentis suæ insensati, alienati à vita Dei, per cæcitatem cordis ipsorum.* Hilar. in Ps. 118. col. 277. a. *in vanitate sensus eorum intenebrati, alienati à vita* (al. *via*) *Dei.* Hieron. in Eph. 4. 18. *obscurati mente, abalienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorum.* August. in Ps. 118. tom. 4. col. 1324. c. *obscurati intelligentia, alienati à via Dei, per ignorantiam quæ est in illis,*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

19. qui desperantes, semetipsos tradiderunt
impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis,
in avaritiam.
20. Vos autem non ita didicistis Christum,
21. si tamen illum audistis, & in ipso edocti
estis, sicut est veritas in Jesu:
Col. 3. 8. 22. deponere vos secundùm pristinam con-
versationem veterem hominem, qui corrumpitur
secundùm desideria erroris.
Rom. 6. 4. 23. Renovamini autem spiritu mentis vestræ,
Col. 3. 12. 24. & induite novum hominem, qui secun-
dùm Deum creatus est in justitia, & sanctitate
veritatis.
1. Petr. 2. 1. 25. Propter quod deponentes mendacium, lo-
Zach. 8. 16. quimini veritatem unusquisque cum proximo suo:
quoniam sumus invicem membra.
Psalm. 4. 5. 26. Irascimini, & nolite peccare: sol non oc-

**VERSIO ANTIQUA.**

19. qui desperantes, semetipsos tradiderunt im- Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
pudicitiæ, in operationem omnis immunditiæ,
& avaritiæ.
20. Vos autem non ita didicistis Christum,
21. si tamen * illum audistis, & in illo docti * Ms. Reg. in illum.
estis, sicut est veritas in Jesu:
22. deponere vos secundùm priorem conver-
sationem veterem hominem eum, qui corrum-
pitur secundùm concupiscentiam seductionis.
23. Renovamini autem spiritu sensûs vestri,
24. & induite novum hominem, qui secundùm
Deum creatus est in justitia, & sanctitate, & ve-
ritate.
25. Propter quod deponentes mendacium, lo-
quimini veritatem unusquisque cum proximo suo:
quia sumus invicem membra.
26. Irascimini, & nolite peccare: sol non oc-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*propter cæcitatem cordis eorum.* Ambrosiast. in Eph. 4. 18. *obscurati intellectu, alienati à fide Dei, propter ignorantiam quæ est in ipsis, & cæcitatem cordis illorum.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. *tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorum.* Ms. cod. 52. Floriac. habet etiam, *à via Dei.* Apud Fulg. l. 1. de verit. præd. c. 20. p. 455. omnia ut in Vulgata. Græc. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν.

℣. 19. Hieronymus in hunc loc. *qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritia:* & infra addit: *Quod autem ait:* qui desperantes semetipsos, *id est,* ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς· *multò aliud in Græco significat, quàm in Latino:* desperantes *quippe,* ἀπηλπικότες *nominantur;* ἀπηλγηκότες *autem hi sunt, qui postquam peccaverint, non dolent..... Exprimamus si possimus verbum de verbo, & dicamus* ἀπηλγηκότες *indolentes, sive indolorios.* Ambrosiast. in eundem loc. *qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiis, in operationem immunditiæ omnis, & avaritiæ.* Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 719. d. *qui desperantes, semetipsos tradid. impudicitiæ, in operationem omnis immunditiei, & avaritiæ.* Sedulius quoque in Ephes. 4. habet *& avaritiæ.* Græc. οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν.... ἐν πλεονεξίᾳ. Borner. cod. habet ἀπηλπικότες· & in fine, καὶ πλεονεξίας. Vide sis Millii not. in hunc ℣.

℣. 20. Sic habent Hieronymus, & Ambrosiast. in hunc locum. Sic etiam Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. nisi quòd, pro *non ita,* habeat *non sic.* Græc. οὐχ οὕτως.

℣. 21. Hieron. in Eph. 4. 21. *si tamen illum audistis, & in illo docti estis, sicut est veritas in Jesu.* Itidem Ambrosiast. in eund. loc. excepto verbo *edocti.* Beda, *& ipso edocti estis.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. g. *sicut est veritas in Jesu.* Itidem Hilar. l. 12. de Trin. col. 1138. a. & August. l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 210. g. & in Ps. 25. to. 4. col. 109. c. & l. de op. Mon. tom. 6. col. 502. e. Gr. εἴ γε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, &c. ut supra.

℣. 22. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. a. *exponentes secundùm pristinam conversationem veterem hominem:* & infra, *deponere vos veterem hominem, qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 308. b. *exponite prioris conversationis veterem hominem, qui corrumpitur secundùm concupiscentias deceptionis.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. g. *deponentes secundùm pristinam conversationem veterem hominem eum, qui corrumpitur secundùm concupiscentiam erroris.* Hilar. l. 12. de Trin. col. 1138. a. *deponere vos secundùm priorem conversationem veterem hominem eum, qui corrumpitur secundùm concupiscentias deceptionis.* Itidem Augustinus l. 6. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 210. g. & in Ps. 25. to. 4. col. 109. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 502. e. & l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. b. Hieron. verò in Eph. 4. 22. & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. c. *deponere vos secundùm priorem conversationem veterem hominem, qui corrumpitur juxta desideria erroris.* Ambrosiast. in hunc loc. *ut deponatis secundùm priorem conversationem veterem hominem, qui corrump. secundùm desideria erroris.* Similiter habet Scholiastes Hier. in eund. loc. præter *deponite vos;* sicut August. in spec. Ambros. verò in Luc. 4. col. 1350. b. *exspoliantes vos veterem hominem.* Leo M. serm. 42. p. 106. d. *deponentes veterem hom. cum actibus suis.* Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 4. *deponere vos secundùm (al. sicut) pristinam conv.* &c. ut in Vulgata. Græc. ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης.

℣. 23. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. b. *Renovari autem spiritus sensûs.* Cypr. l. 3. Testim. p. 308. b. cum Hilar. l. 12. de Trin. col. 1138. a. *Innovamini autem spiritu sensûs vestri.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. g. *Renovamini autem spiritu sensûs vestri.* August. l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 211. a. & in Ps. 25. to. 4. col. 109. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 502. e. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. b. *Renovamini autem spiritu mentis vestræ.* Similiter Ambrosius in Ps. 61. col. 966. a. & in Luc. 17. col. 1482. f. & l. 2. de pœnit. col. 418. a. & l. 2. de Spir. S. col. 646. d. cui accinit Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 4. p. 72. necnon Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 33. col. 183. a. detracto *autem.* Ambrosiast. verò in Eph. 4. 23. *Renovamini autem sensu mentis vestræ.* Græc. Ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν. Mss. plures, Ἀνανεοῦσθε.

℣. 24. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. b. *& induere novum hominem, qui secundùm Deum conditus est in justitia, & religione veritatis.* Cypr. l. 3. Testim. p. 308. b. *& induite novum hominem eum, qui secundùm Deum constitutus est in justitia, & sanctitate, & veritate.* Itidem Hilar. l. 12. de Trin. col. 1138. c. excepto verbo *creatus est.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. g. *& induite novum hominem, qui secundùm Deum creatus est in justitiam, & sanctitatem, & veritatem.* Ambrosius in Luc. 4. col. 1350. b. *induite novum hominem, qui secundùm Christum creatus est:* at l. 2. de pœnit. col. 418. a. *& induite..... qui secund. Deum creatus est:* ita rursum l. 2. de Spir. S. col. 646. d. additis his, *in veritate, & justitia, & sanctitate.* August. l. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. col. 211. a. & l. de op. Mon. to. 6. col. 502. e. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. b. cum Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 4. *& induite novum hom. eum, qui secundùm Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis:* ita rursum August. in Ps. 25. to. 4. col. 109. c. deleta voce *eum.* Nec aliter legit Hieron. in Eph. 4. qui addit: *Quod autem ait,* qui secundùm Deum creatus est, *non idipsum sonat in Latino sermone, quod Græco. Creatio quippe apud nos* generatio, *vel* nativitas *dicitur: apud Græcos verò sub nomine* creationis, *verbum* facturæ *&* conditionis *accipitur; & quod apud nos* conditio, *hoc apud Græcos* creatio *sonat.* Ambrosiaster in eund. loc. *& induimini novum hom. qui secundùm Deum creatus est in veritate, & justitia.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 33. col. 183. a. *& induite novum hom. eum, qui sec. Deum creatus est.* Græc. καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Borner. cod. Gr. Lat. καὶ ἀληθείᾳ.

℣. 25. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. a. *loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. b. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem ad proximum suum quisque:* & l. de res. carn. p. 584. b. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque ad proximum suum: quoniam membra alterutrum sumus.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 212. g. h. *Deponentes mendacium, loquimini verit. unusquisque ad prox. suum: quia sumus invicem membra.* Hieron. in Eph. 4. 25. *Propter quod deponentes mendac. loquimini verit. unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus alterutrum membra.* Similiter habet August. in Ps. 25. to. 4. col. 109. c. exceptis his, *Quapropter deponentes..... invicem membra.* Ambrosiast. in Eph. 4. 25. *Propter quod deposito mendacio, loquimini verit.* &c. ut in Vulg. Græc. Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος....... ἀλλήλων μέλη.

℣. 26. Textui concinit Cyprianus l. 3. Testim. p. 306. b. cum Hieron. & Ambrosiast. in Ephes. 4. 26. Sic etiam

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. cidat super iracundiam vestram.

27. Neque detis locum diabolo:

28. qui furabatur, jàm non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat tribuere necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare sanctum Spiritum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

32. Estote invicem benigni, misericordes, donantes vobis sicut & Deus in Christo donavit vobis.

VULGATA NOVA.

cidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo:

28. qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Jac. 4. 7.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut & Deus in Christo donavit vobis. Col. 3. 13.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Tertul. l. de resur. carn. p. 584. b. & l. 5. cont. Marc. p. 800. b. nisi quòd pro *peccare*, habeat *delinquere*: hunc etiam vide l. de orat. c. 10. p. 182. a. & l. de pat. c. 12. p. 202. c. Ambrosius l. de Isaac, c. 4. col. 365. d. & in Psal. 36. col. 785. e. *sol non occidat super iracundiam vestram.* Itidem August. l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 175. g. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. Græc. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

℣. 27. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. b. *Neque dederitis locum diabolo*: & l. de fuga in pers. p. 972. a. *Ne locum malo demus.* Cypr. ep. 62. p. 102. b. cum Auct. l. de sing. cler. p. 528. *Nolite locum dare diabolo.* Hieron. in Ephes. 4. 27. *Neque locum detis diabolo.* Sic etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. cum Ambrosiast. in Eph. 4. ex editt. omnibus, & Ms. uno aut altero; alii verò Mss. omnes: *Nolite locum dare diab.* Græc. Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ.

℣. 28. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. *qui furabatur, jam non furetur*: sic etiam l. de resur. carn. p. 584. b. additis his: *immo potiùs laboret, operando manibus, uti habeat impartire indigenti.* Hieron. in Eph. 4. 28. *qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat communicare ei, qui indiget.* Augustinus l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. col. 223. f. & l. cont. mendac. to. 6. col. 457. d. *qui furab. jam non furetur: magis autem laboret, operans manibus suis bonum, ut habeat unde tribuere cui opus est*: ita rursùm l. de op. Mon. to. 6. col. 485. g. nisi quòd deleat verbum *operans.* Sedulius Hibern. in Ephes. 4. 28. *laboret operans.* Ambrosiaster in Ephes. 4. 28. *qui furab. jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat* (al. *subministret*) *necessitatem patientibus.* Græc. ὁ κλέπτων, μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Mss. plures, ταῖς ἰδίαις χερσίν.

℣. 29. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. a. *Omnis sermo malus de ore vestro non exeat.* Tertul. l. de pudic. p. 1010. e. *Omnis sermo turpis non procedat ex ore vestro*: itidem l. de resur. carn. p. 584. b. adjunctis seqq. *sed si quis optimus ad ædificationem fidei ut gratiam audientibus præstet.* Cypr. ep. 42. p. 57. a. & l. 3. Testim. p. 309. a. *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed bonus ad ædif. fidei ut det gratiam audientibus.* Sic etiam Ambrosiast. in Eph. 4. 29. præter hoc, *sed si quis bonus.* Scholiastes Hier. in eundem loc. *sed si quis bonus est*, &c. ut sup. Græc. ἀλλ' εἴ τις ἀγαθός. Epiphan. in Cantici Cant. 7. 13. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. d. *Omnis sermo malus ex ore vestro non exeat: nisi qui bonus est ad ædif. fidei.* Hieron. in Eph. 4. 29. *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædif. opportunitatis ut det*, &c. ut sup. paulò verò post addit: *Pro eo autem, quod nos posuimus*, ad ædificationem opportunitatis, *hoc est, quod dicitur Græcè τῆς χρείας· in Latinis codicibus propter euphoniam mutavit Interpres, & posuit, ad ædificationem fidei.* Mss. etiam Græci quidam, loco χρείας, ponunt πίστεως, teste Millio.

℣. 30. Tertullianus ad mart. c. 1. p. 191. a. ac l. de spect. c. 14. p. 216. c. *Nolite contristare Spiritum sanctum*: & l. de resur. carn. p. 584. b. *Et nolite contristare Spiritum Dei sanctum: in quo signati estis in redemptionis die.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 252. b. & l. 3. Testim. p. 306. b. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.* Sic etiam Hilar. l. 2. de Trin. col. 803. a. & August. l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. c. at in Job, to. 3. p. 1. col. 657. a. legit idem Aug. *Nolite contristare Spiritum S. in vos.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 674. b. *Nolite contristare Spiritum S. Dei: in quo signati estis.* Itidem Vigil. Tapf. l. 2. de Trin. p. 777. b. nisi quòd subdat, *in die redemptionis vestræ*: l. verò 4. tollit vocem *vestræ*: cui posteriori loco favent Hieron. & Sedul. in Eph. 4. 30. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. a. & Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 15. Ambrosiaster verò Vulgatæ congruit, unà cum Græco. Ms. tamen 1. loco εἰς ἡμέραν, legit ἐν ἡμέρᾳ.

℣. 31. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. b. *Omnis amaritudo, ira, & clamor, & blasphemia, & indignatio auferatur à vobis cum omni malitia.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 252. b. *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur à vobis*: similiter l. 3. Testim. p. 306. b. præter verbum *auferantur.* Hieron. in Eph. 4. 31. *Omnis amaritudo, & furor, & ira, & clamor, & blasphemia auferatur à vobis cum omni malitia.* Itidem Ambrosiast. in eundem loc. excepta voce *indignatio*, pro *furor.* Græc. Πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ..... ἀρθήτω, &c. ut supra.

℣. 32. Tertullianus l. de resur. carn. p. 584. b. *Estote autem in alterutrum benigni, misericordes, donantes invicem sicut & Deus vobis donavit in Christo*: & l. de pudic. p. 1000. a. *donantes invicem sicut & Christus donavit vobis.* Hieron. in Ephes. 4. 32. *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes vobismetipsis sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Itidem Ambrosiaster in eund. loc. præter *donantes vobis invicem*: cui lectioni favet Ambrosius ep. 63. col. 1042. c. Græc. Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. Borner. cod. Gr. Lat. in principio habet, Γίνεσθε οὖν· & alius sub finem Χριστὸς, loco ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ· al. ὁ Θεὸς, absque ἐν Χριστῷ.

# CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 1. Estote igitur imitatores Dei, sicut filii dilecti:

2. & ambulate in caritate, sicut & Christus

VULGATA NOVA.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi:

2. & ambulate in dilectione, sicut & Christus Joan. 13. 34. & 15. 12. 1. Joan. 4. 21.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieronymus, & Ambrosiaster in hunc loc. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi.* Sedulius Hib. *Estote autem imitat. Dei.* Gr. Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά.

℣. 2. Similiter habet Hieron. in hunc loc. *& ambulate in charitate, sicut & Christus*, &c. ut in textu. Ambrosia-

**VULGATA NOVA.**

dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis
oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.

Col. 3. 5. 3. Fornicatio autem, & omnis immunditia,
aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet
sanctos:

4. aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio.

5. Hoc enim scitote intelligentes: quòd omnis
fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est
idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.

Matth. 24. 4. Marc. 13. 5. Luc. 21. 8. 6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter
hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

7. Nolite ergo effici participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate:

2. Thess. 2. 3. 9. fructus enim lucis est in omni bonitate, &
justitia, & veritate:

**VERSIO ANTIQUA.**

dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis
oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

3. Fornicatio autem, & omnis immunditia,
aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet
sanctos:

4. aut turpitudo, aut stultiloquium, aut * scurrillitas, quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio. * Ms. Reg. scurrilitas.

5. Hoc enim scitote intelligentes: quòd omnis
fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est
idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter
hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.

7. Nolite itaque fieri participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem * lux in Domino. Sicut filii lucis ambulate: * Ms. Reg. luxit.

9. fructus enim luminis est in omni bonitate,
& * justitia, & veritate: * Mß. justitiæ.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

ster in eundem loc. & *ambulate in dilectione, sicut Christus*, &c. ut sup. Ambrosius l. 1. de fide, col. 465. f. *sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*; al. *dilexit vos..... pro vobis*. S. Leo ser. 50. p. 119. f. *dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*: & ser. 56. p. 127. f. *Christus nos dilexit, & tradidit semetipsum Deo in odorem suavitatis*: & ser. 61. *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis*. S. August. tract. 99. in Joh. to. 3. p. 2. col. 745. b. *sicut & Christus dilexit nos*, &c. ut in Vulg. itidem tract. 112. col. 785. d. f. sublato *sicut &*. Epiphan. in Cantici Cant. 8. 6. *Non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*. Græcum Vulgatæ favet. Mss. tamen duo habent ἠγάπησεν ὑμᾶς· pauloque post alius, ὑπὲρ ὑμῶν.

℣. 3. Sic habet Hieron. in Eph. 5. 3. Sic etiam Ambros. ep. 63. col. 1025. c. præter & *avaritia*, loco *aut avaritia*: at l. de lapſ. virg. col. 311. a. *Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos*. Itidem Ambrosiast. in Eph. 5. adjuncto *aut avaritia*. Tertul. l. de pudic. p. 1010. c. *Fornicatio autem, & immunditia omnis ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos*. Græc. textui favet. Ms. tamen 1. habet καὶ πλεονεξία, loco ἢ πλεονεξία.

℣. 4. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. a. *aut turpitudo, aut vaniloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio*. Hieron. in Ephes. 5. 4. *& turpitudo, & stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent; sed*, &c. ut sup. Similiter Ambrosiast. in eundem loc. exceptis his, *aut turpit. aut stultiloq*. Cypr. l. 3. Testim. p. 317. c. *stultiloquium, & scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, nec nominentur quidem in vobis*. Græc. καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα· ἀλλὰ, &c. ut sup. Mss. quidam, ἢ αἰσχρότης, ἢ μωρολ. subinde unus, ἃ οὐκ ἀνῆκε.

℣. 5. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. *Hoc scientes: quòd omnis fornicator, aut immundus non habeat Dei regnum*. Cypr. ep. 52. p. 74. c. *Hoc enim scitote intelligentes: quia omnis fornicator, aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei*. Sic etiam Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 8. e. præter hæc: *aut avarus, aut fraudator, quod est idolorum servitus*: at in Eph. 5. 5. *Hoc autem scitote: quia omnis fornic. aut immundus, aut avarus, quod est idolis serviens, non habet hæredit*. &c. ut sup. & infra, col. 382. a. ait: *Dixeramus* avaritiam *pro* adulterio *positum: quærimus id, quod nunc dicitur*, aut avarus, quod est idolis serviens, *utrum cum illa, an cum Vulgata interpretatione consentiat*, &c. Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 154. *Hoc enim scire debetis: quoniam omnis fornicarius, aut impudicus, aut fraudator, quod est idolorum servitus, non habet* (al. *habent*) *hæreditatem in regno Dei, & Christi*. Ambrosius l. 3. de fide, col. 515. b. & ep. 63. col. 1025. c. *Hoc enim scitote: quod omnis impudicus, aut immundus, aut avarus, quod est idololatria* (al. *idololatra*,) *non habet hæredit*. &c. ut sup. & l. de lapſ. virg. col. 311. a. *Scitote intelligentes: quia omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, non erit hæres in regno Christi, & Dei*: & in Ps. 40. col. 873. b. *Omnis enim impudicus, aut avarus, aut immund. quod est idolorum servitus, non habet hæredit*. &c. ut sup. ita rursum in Luc. 13. col. 1459. a. detracta voce *impudicus*. Ambrosiast. in Eph. 5. 5. *Hoc enim scitote: quòd omnis fornicator, aut immund. aut avarus, quod est idololatria, non habet hæredit. in regno Dei, & Christi*. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. d. *Hoc autem scitote intellig*. &c. ut in Vulg. Vide etiam August. l. 2. cont. epist. Parmen. tom. 9. col. 33. c. ubi *idolorum servitus*. Græc. Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες· ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν, &c. ut sup. Mss. plures ita incipiunt: Τοῦτο γὰρ ἴστε· subinde Borner. cod. Gr. pro εἰδωλολάτρης, habet εἰδωλολατρεία· & in fine, εἰς τὴν βασιλείαν Θεοῦ, καὶ Χριστοῦ· Lat. *Dei, & Christi*.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. a. *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ*. Tertul. l. de pudic. p. 1010. c. *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hoc venit ira Dei super filios incredulitatis*. Itidem Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. præter *in filios diffidentiæ*. Cypr. ep. 40. p. 54. b. *Nemo vos decipiat inanibus verbis: propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ*: ita rursum ep. 64. p. 112. b. & l. de unit. Eccl. p. 202. c. cui accinit Auctor l. ad Novatian. p. 441. b. Hieron. verò in Eph. 5. 6. *Nemo vos decipiat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ*. Ambrosiast. in eundem loc. *Nemo vos seducat inanibus verbis; propterea enim venit ira Dei in fil. diffidentiæ*. Græcum: Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργή..... ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

℣. 7. S. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. a. *Nolite ergo fieri participes eorum*. Tertul. l. de pudic. p. 1011. b. cum Cypriano ep. 40. p. 54. b. & ep. 64. p. 112. b. & l. de unit. Eccl. p. 202. c. *Nolite ergo esse participes eorum*. Auctor l. ad Novatian. p. 441. b. *Nolite esse participes eorum*. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. *Nolite itaque fieri participes eorum*. Hieron. in Eph. 5. 7. *Nolite ergo effici comparticipes eorum*. Itidem Ambrosiaster in eundem loc. præter vocem *participes*. Gr. Μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν.

℣. 8. Irenæus l. 4. c. 37. p. 282. a. *Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lumen in Domino. Quasi filii lucis honestè ambulate*. Tertul. l. de anima, p. 487. c. *Eratis & vos aliquando tenebræ*: & lib. de pudic. p. 1011. b. *Fuistis enim aliquando tenebræ*. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. *Eratis enim aliquando tenebræ*. Ambros. l. 1. de Spir. S. col. 615. b. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 18. p. 11. f. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. f. *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino*. August. in Job, to. 3. col. 664. d. 668. g. *Fuistis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino*: ita rursum h cont. Adim. tom. 8. col. 147. b. & alibi, adjunctis seqq. *Sicut filii lucis ambulate*. Itidem Auct. l. de promiss. p. 1. c. 36. col. 118. d. & Leo M. ser. 34. p. 95. d. nisi quòd iste omittat *enim*, post *Fuistis*; & infra habeat *Ut*, pro *Sicut*. Similiter Ambrosiaster in Eph. 5. adjuncto *enim*. Auctor l. de sing. cler. p. 537. f. *Sicut filii lucis ambulate*. Hieron. in Eph. 5. 8. *Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Dom. Ut filii lucis ambulate*. Gr. Ἦτε γάρ ποτε σκότος, &c. ut supra.

℣. 9. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. similiter habet: *fructus enim luminis est in omni bonitate, & justitia, & veritate*. Ita quoque Auctor l. de sing. cler. p. 537. a. August. verò l. cont. Adim. to. 8. col. 147. c. *fructus enim luminis est in omni justitia, & veritate*. Ambrosiast. in Ephes. 5. 9. *nam fructus lucis in omni bonitate, & justitia, & veritate est*. Hieron. in eund. loc. Vulgatæ con-

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

10. probantes quid sit quod placeat Deo :

11. & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite.

12. Nam quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

13. Omnia autem, quæ arguuntur, à lumine manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lumen est.

14. Propter quod dicit : Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & continges Christum.

15. Videte itaque quomodo ambuletis : non quasi insipientes,

16. sed ut sapientes : redimentes tempus, quia dies mali sunt.

17. Propterea nolite effici imprudentes : sed intellegentes quæ sit voluntas Dei.

### Vulgata nova.

10. probantes quid sit beneplacitum Deo :

11. & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

12. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

13. Omnia autem, quæ arguuntur, à lumine manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lumen est.

14. Propter quod dicit : Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

15. Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis : non quasi insipientes,

16. sed ut sapientes : redimentes tempus : quoniam dies mali sunt. Col. 4. 5.

17. Propterea nolite fieri imprudentes : sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Rom. 12. 2. 1. Thess. 4. 3.

### Notæ ad Versionem antiquam.

gruit. Gr. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ, καὶ, &c. ut in Vulg. at Mss. plures, loco πνεύματος, ponunt φωτός.

ỷ. 10. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. *probantes quid sit acceptandum.* Auctor l. de sing. cler. p. 537. a. *probantes quod beneplacitum sit Deo.* August. l. cont. Adim. to. 8. col. 147. c. *probantes quid sit beneplacitum Domino.* Itidem Hieron. in Ephes. 5. 10. excepta voce ultima *Deo.* Ambrosiaster in eund. loc. *probate quid sit quod placet Deo.* Græcum : δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ· al. Θεῷ.

ỷ. 11. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. b. *nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immo & revincite ea :* hunc vide etiam infra, p. 1013. c. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hær. p. 227. a. cum August. l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 52. e. *& nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.* Similiter Hieron. in Ephes. 5. 11. præter hoc, *magis autem & arguite.* Ambrosiast. *magis autem & objurgate.* Auctor l. 3. prædestinat. apud Sirmond. to. 1. col. 538. e. *nolite consentire operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite.* Similiter habet Beda in Eph. 5. *& redarguite.* Gr. καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε.

ỷ. 12. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. b. *Quæ enim in occulto ab eis fiunt, turpe est edicere.* Hieron. in Ephes. 5. 12. *Quæ enim occultè fiunt ab eis, turpe est & dicere.* August. tract. 96. in Joh. to. 3. p. 2. col. 736. a. *Quæ autem occultè fiunt ab istis, turpe est & dicere :* at l. 2. cont. ep. Parmen. col. 52. e. *Quæ enim fiunt ab ipsis latenter, turpe est & dicere.* Ambrosiast. in Eph. 5. *Nam quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est etiam dicere.* Itidem Sedul. Hibern. in eund. loc. Græc. Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.

ỷ. 13. Hieronymus in hunc loc. *Omnia autem arguta, à luce manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lux est.* August. tract. 95. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 731. e. *Omnia enim, quæ arguuntur, à lumine manifestantur.* Ambrosiast. in Eph. 5. 13. *Omnia autem, cùm objurgantur, à lumine manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lux est.* Irenæus l. 1. c. 8. p. 42. a. *omne enim, quod manifestatur, lumen est.* Sedul. & Beda in Eph. 5. *omne autem, quod manifestatur, &c.* ut supra. Græcum : Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.

ỷ. 14. S. Paulinus ep. 32. p. 211. c. *Surge qui dormis, & erige te* (al. *erigere*) *à mortuis, & attinges Christum :* & ep. 9. p. 44. a. *erige te à mortuis, ut attingas Christum.* August. in Ps. 3. to. 4. col. 11. b. *Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & continget te Christus :* sed tract. 22. & 23. in Joh. to. 3. p. 2. col. 467. f. 477. e. *illuminabit te Christus.* Ambrosiast. in Eph. 5. 14. *Propter quod dicit : Surge qui dormis, & exsurge à mort. & continges Christum ;* Rom. ed. *& continget te Christus.* Ruric. l. 2. ep. 10. p. 567. d. *Surge qui dorm. & exsurge à mort. & continges Christum,* sive, *illuminabit te Christus.* Ambrosius l. de Abr. c. 7. col. 329. d. *Surge qui dormis, & exsurge à mortuis :* similiter in Psal. 36. col. 808. f. 809. a. & in Ps. 118. col. 996. f. 1255. c. & in Luc. 7. & 15. col. 1384. b. 1466. b. & l. de vid. col. 203. b. ita quoque in Ps. 35. & l. 3. de Spir. S. col. 699. c. adjunctis his, *& illucescet tibi Christus :* & in Ps. 118. col. 1217. e. *ut illucescat tibi Christus :* & l. de fide resur. col. 1158. f. *& illuminabit tibi Christus :* & in Ps. 48. col. 952. a. *ut lumen tibi Christi infundatur.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 751. b. *Exsurge qui dormis, & eleva te à mortuis, & illuminabit te Chr.* Hieron. in Jer. 1. to. 3. col. 531. f. & in Naum 3. col. 1590. a. *Surge qui dorm. & elevare, & illuminabit te Christus :* ita rursum in Mich. 2. col. 1512. c. præter verbum *Exsurge*, pro *Surge :* at in Jer. 31. col. 683. b. & in Abd. 1. col. 1458. a. *Surge qui dormis, & elevare à mortuis, & illumin. te C.* & in Jerem. 29. col. 665. f. *Elevare qui dormis, & exsurge à mort. & illumin. te C.* & in Mich. 6. col. 1538. c. *Elevare qui dorm. & surge à mort.* &c. & in Eph. 5. 14. *Propter quod dicit : Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, & illuminabit te C. sive, orietur tibi Christus :* subinde hæc habet : *Quærat aliquis, quisnam sit iste, qui dicat :* Surge qui dormis, *&c. aut cujus testimonio Apostolus sit abusus. Et quidem qui simplici responsione contentus est, dicet in reconditis eum Prophetis, & his, quæ vocantur apocrypha, hæc lecta in medium protulisse, sicut in aliis quoque locis illum fecisse manifestum est : non quòd apocrypha comprobaret, sed quòd & Arati, & Epimenidis, & Menandri versibus sit abusus ad ea, quæ voluerat in tempore comprobanda... Alius verò quasi προσωποποιΐαν Spiritûs S. Apostolus figuraverit, ad exhortationem pœnitentiæ hæc dicta memorabit. Ego certè secundùm paupertatulam meam, omnes Editiones veterum Scripturarum, ipsaque Hebræorum volumina diligenter eventilans, nunquam hoc scriptum reperi.* Et post pauca subdit : *Scio me audisse quemdam de hoc loco in Ecclesia disputantem, qui in theatrale miraculum nunquam ante visam formam populo exhibuit, ut placeret : Testimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Calvariæ sepultum, ubi crucifixus est Dominus..... Illo ergo tempore, quo crucifixus Dominus super ejus pendebat sepulchrum, hæc prophetia completa est, dicens :* Surge Adam, qui dormis, & exsurge à mortuis : *& non ut legimus,* ἐπιφαύσει σοι Χριστὸς, *id est,* orietur tibi Christus, *sed* ἐπιψαύσει, *id est,* continget te Christus : *quia videlicet tactu sanguinis ipsius, & corporis dependentis vivificetur, atque consurgat....... Hæc utrum vera sint, necne, lectoris arbitrio derelinquo.* « Idem testimonium ex apocrypho Jeremiæ sumptum tradit Syncellus, cui suffragantur codd. duo in Bibliotheca Regia Parisiis, teste Cotelerio, & Hunt. 1. nota marginalis. Ex Eliæ verò prophetia, nescio qua, Epiphanius ; aliunde alii : cùm reverà Esaiæ prophetæ omnino esse videatur cap. 60. ỷ. 1. verbis quibusdam mutatis, aliis additis. Optimè Hieronymus in Eph. 5. 31. col. 392. b. *Sicubi testimonia quasi de Prophetis, & de veteri Testamento ab Apostolis usurpata sunt, & in nostris codicibus non habentur, nequaquam statim ad Apocryphorum ineptias, & deliramenta curramus : sed sciamus scripta quidem ea esse in veteri Testamento ; sed non ita ab Apostolis edita, & sensum magis usurpatum : nec facilè nisi à studiosis posse, ubi scripta sint, inveniri.* » Ita ex Millio, quem vide.

ỷ. 15. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 211. g. *Videte itaque quomodo cautè ambuletis : non quasi insipientes.* Hieron. & Ambrosiast. in Ephes. 5. 15. *Videte ergo quomodo cautè ambuletis : non ut insipientes.* Græc. Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε· μὴ ὡς ἄσοφοι. Mss. quidam addunt ἀδελφοὶ, post οὖν.

ỷ. 16. Sic habet Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 211. g. cum Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 5. 16. Ambrosius quoque l. de fuga sæc. c. 7. col. 432. f. & in Ps. 36. col. 792. d. habet, *quia dies mali sunt.* Auctor epist. ad Demetriad. p. 40. e. *redimant tempus, quia dies mali sunt.* Græcum Vulgatæ congruit.

ỷ. 17. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 211. g. *Propterea nolite effici imprudentes : sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.* Itidem Ambrosiast. in Eph. 5. 17. præter vocem *Ideo*, loco *Propterea.* Hieron. in eundem loc. *Propter quod nolite effici imprudentes : sed intelligite quæ sit voluntas Dei.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. & Beda, ut in Vulgata. Græc. Διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου. Borner. cod. ἀλλὰ συ-

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto,

19. loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino,

20. gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo & Patri.

21. Subjecti invicem in timore Christi.

*Genes.* 3. 16. 22. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:

*Col.* 3. 18. *1. Pet.* 3. 1. 23. quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiæ: Ipse, salvator corporis ejus.

*1. Cor.* 11. 3. 24. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.

*Col.* 3. 19. 25. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea,

26. ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ,

27. ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

## VERSIO ANTIQUA.

18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini in Spiritu, *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

19. loquentes vobisipsis in psalmis, & hymnis, & canticis, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino,

20. gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi Patri & Deo.

21. Subjecti invicem in timore Christi Jesu.

22. Mulieres subditæ estote viris vestris, sicut Domino:

23. quia vir est caput mulieris: sicut & Christus caput Ecclesiæ: Ipse, salvator corporis.

24. Sed quomodo Ecclesia subjecta est Christo, ita & mulieres viris in omnibus.

25. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea,

26. ut eam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo,

27. ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νιέντες· Alex. ἀλλὰ συνίετε..... τῦ Θεῦ.

℣. 18. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. c. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Hilar. in Ps. 59. col. 138. a. *In vino, secundùm Apost. lascivia est.* Ambrosius l. de Noe & arca, c. 29. col. 272. e. *Inebriamini non vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto:* & l. de Elia & jej. c. 16. col. 554. b. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed inebriamini Spiritu:* similiter l. de sacram. col. 376. d. ubi addit vocem *sancto.* Hieron. in Ephes. 5. 18. *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini Spiritu.* Sic etiam Ambrosiast. in eundem loc. addita voce *sancto.* Item Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed replemini Sp. sancto.* Ita quoque Gaud. Brix. ser. 9. p. 959. b. nisi quòd omittat, *in quo est luxuria.* Ms. cod. Luxoviens. annor. 1100. *in quo est omnis luxuria.* Gr. Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν Πνεύματι. Veles. lect. τοῦ Πνεύματος ἁγίου.

℣. 19. Hieronymus in Eph. 5. 19. *loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus,* &c. ut sup. Sic etiam Ambrosiast. in eund. loc. excepta voce ultima *Deo,* pro *Domino.* Græc. λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις... ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Mss. quidam, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, &c.

℣. 20. Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 741. g. *gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Dom. n. J. C. Patri & Deo.* Sic etiam Hieron. & Ambrosiast. in Ephes. 5. 20. præter hoc, *Deo & Patri:* nec aliter in Græco est. In Borner. tamen cod. Gr. Lat. τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ.

℣. 21. Ambrosius l. 5. de fide, col. 578. d. *Deo & Patri subjecti invicem in timore Christi.* Hieronymus, & Ambrosiast. in Eph. 5. 21. cum Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 741. g. *Subjecti invicem in timore Christi.* Gr. Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεοῦ. Mss. plures, Χριστοῦ· Borner. cod. Gr. Lat. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 22. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. c. ait, *mulieres viris subjectas esse debere.* Ambros. *Mulieres viris suis subjectæ sint.* Hieron. & Ambrosiast. in Ephes. 5. *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:* mox Hieron. ibid. *Hoc, quod in Latinis exemplaribus additum est,* subditæ sint, *in Græcis codicibus non habetur; siquidem ad superiora refertur, & subauditur,* Subjecti invicem in timore Christi; *ut ἀπὸ κοινοῦ resonet subjectæ* & mulieres viris suis, sicut Domino. *Sed hoc magis in Græco intelligitur, quàm in Latino.* In Græco tamen etiamnum legitur: Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ, sicut in Sangerm. & Reg. aliàs, ὑποτασσέσθωσαν· sed nullus exstat cod. à quo absit hoc verbum.

℣. 23. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 800. c. *quia vir caput est mulieris: sicut & Christus caput est Ecclesiæ.* Similiter Ambros. l. 4. de fide, col. 527. a. detracto *est,* ante *Ecclesiæ:* & in Luc. 17. col. 1476. f. *caput autem Ecclesiæ Christus.* Hieron. in Eph. 5. 23. *quoniam vir caput est mulieris: sicut & Christus caput Ecclesiæ: Ipse est salvator corporis.* Ambrosiaster in eundem loc. *quoniam vir caput est mulieris: sicut & Christus caput est Ecclesiæ: Ipse salvator corporis ejus.* Græc. ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικός· ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας· Καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος. Mss. quidam omittunt Καὶ, ante αὐτὸς, cum seq. ἐστι.

℣. 24. Hieronymus in Eph. 5. 24. *Sed ut Ecclesia subjecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Ita quoque Ambrosiast. in eundem loc. nisi quòd ante *in omnibus,* ponat *subditæ sint.* Ambrosius ep. 76. col. 1089. b. ait, *uxorem viro, ut Ecclesiam Christo, debere esse subditam.* Gr. Ἀλλ' ὥσπερ ἡ... οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν παντί. Mss. quidam in principio habent, Ἀλλ' ὡς· subinde Borner. cod. Gr. Lat. delet ἰδίοις.

℣. 25. Hieronymus, & Ambrosiast. in Eph. 5. 25. *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea.* Similiter habet August. lib. de contin. to. 6. col. 310. a. præter *& seipsum:* item tract. 15. in Joh. to. 3. col. 408. e. & l. 2. cont. Crescon. to. 9. col. 422. e. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 298. g. legit: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea.* Itidem Cypr. ep. 74. p. 140. a. & ep. 76. p. 152. c. cum Auctore l. de promiss. p. 3. prom. 23. col. 179. a. Ambros. verò l. 4. de fide, col. 527. a. *qui se tradidit pro ea:* & epist. 76. col. 1089. b. ait, debere *virum pro uxore animam suam offerre, sicut se pro Ecclesia tradidit Christus.* Collat. Carthag. ex parte Donat. p. 485. c. *Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit propter eam.* S. Pacianus ep. 3. p. 310. c. *sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea.* Hieron. in Mich. 7. to. 3. col. 1549. d. *Viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad eas:* at l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 160. f. *Viri diligite uxor. vestras, sicut & Christus Ecclesiam.* Sic etiam Epiphanius in Cantici Cant. c. 1. ℣. 1. Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 26. Cyprianus ep. 74. p. 140. a. & ep. 76. p. 152. c. *ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ.* Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 5. 26. *ut eam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo.* Itidem August. tract. 80. in Joh. to. 3. p. 2. col. 703. e. & l. de contin. to. 6. col. 310. b. & l. 2. cont. Crescon. to. 9. col. 422. e. sic etiam l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 298. g. nisi quòd addat *eam,* post *mundans.* Ita quoque habet Auctor l. de prom. p. 3. prom. 23. col. 179. a. In Collat. Carthag. ex parte Donat. p. 485. c. sic: *ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ in verbo.* Beda in Eph. 5. *mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.* Græc. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι. Ms. 1. καθαρίσας αὐτήν. Nullus autem ex veteribus Lat. aut Græc. addit *vitæ,* post *verbo.*

℣. 27. Tertul. l. de pudic. p. 1011. b. *ut sistat sibi Eccl. gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, sed sit sancta, & sine opprobrio.* Ambros. in Luc. 1. col. 1271. e. *ut exhibeat sibi ipse gloriosam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.* Similiter habent Hieron. & Ambrosiaster in Eph. 5. 27. cum Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 23. col. 179. a. præter hæc, *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non,* &c. Ita quoque Augustinus l. de contin. to. 6. col. 310. b. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 298. g. item quæst. 57. in Levit. to. 3. col. 516. f. *ut exhiberet sibi glor. Eccl.* Collat. Carthag. ex parte Donat. p. 485. c. *& adjungens sibi glor. Eccl. non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid ejusmodi, sed sanctam & immaculatam.* S. Pacianus ep. 3. pp. 309. f. 310. b. *non habentem maculam, neque rugam.* Ti-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

28. Sic & viri debent diligere uxores suas. Suum corpus diligit, qui uxorem suam diligit; & seipsum diligit.

29. Nemo enim unquam suam carnem odio habuit: sed nutrit eam, & fovet, sicut & Christus Ecclesiam:

30. quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & de ossibus ejus.

31. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una.

32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesiam.

33. Veruntamen & vos singuli, unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat: mulier autem ut timeat virum.

VULGATA NOVA.

28. Ita & viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.

29. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam:

30. quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & de ossibus ejus.

31. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. *Genes. 2. 24. Matth. 19. 5. Marc. 10. 7.*

32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

33. Veruntamen & vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum. *1. Cor. 6. 16.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

chon. reg. 2. p. 51. f. *non habet mac. aut rugam.* Optat. l. 2. cont. Donat. p. 38. a. ait *sine ruga, & sine sorde Ecclesiam esse debere.* Auctor l. de sing. cler. p. 535. a. *ut eam sine macula ulla, vel ruga redderet illibatam.* Cæsar. Arel. hom. 16. *aptavit sibi Ecclesiam non habentem maculam, & rugam.* Innoc. I. ep. 2. col. 747. c. *talem Eccles. exhibendam, non habentem maculam, aut rugam.* Gr. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, &c. ut in Vulg. Mss. plures, pro αὐτὴν, habent αὐτός.

℣. 28. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. c. *Carnem suam diligit, qui uxorem suam diligit, sicut & Christus Ecclesiam.* Hieron. in Eph. 5. 28. *Ita & viri debent diligere uxores suas, sicut sua corpora. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.* Similiter August. l. de contin. tom. 6. col. 310. b. & l. 21. cont. Faust. to. 8. col. 354. f. præter *ut corpora sua:* item tract. 2. in Joh. to. 3. p. 2. col. 303. b. *Qui diligit uxorem suam, seipsum diligit.* Ambrosiaster in Ephes. 5. 28. *Ita & viri debent diligere uxores suas. Suum corpus diligit, qui uxorem suam diligit.* Græcum: Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. Mss. quidam, Οὕτως καὶ ὀφείλουσιν.

℣. 29. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. c. *Nemo carnem suam odio habet: sed & nutrit, & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam.* Hieron. in Ephes. 5. 29. cum Maxim. Taurin. p. 26. h. & Fulg. ep. 12. ad Ferrand. p. 226. *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fovet eam, sicut Christus Ecclesiam.* Itidem August. l. de contin. to. 6. col. 310. b. sicut & l. 21. contra Faust. tom. 8. col. 354. f. nisi quòd hoc posteriori loco ponat *odio habet:* item tract. 2. in Joh. to. 3. p. 2. col. 303. b. legit *odio habet:* at l. 2. de ser. Dom. in m. ibid. col. 217. b. legit: *Nemo quidem unquam carnem suam odio habuit.* Ambrosiaster in Ephes. 5. 29. *Nemo enim unquam carnem suam odit: sed, &c.* ut in Vulg. Auctor quæst. ex utroque T. mixtim: *Nemo carnem suam odio habet: sed, &c.* ut sup. Gr. Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν· ἀλλά..... καθὼς καὶ ὁ Κύριος τὴν Ἐκκλησίαν. Ms. 1. initio delet γάρ· & alii plures sub finem ponunt Χριστὸς, pro Κύριος.

℣. 30. Textui concinunt Irenæus l. 5. c. 2. p. 294. b. & Ambros. in Luc. 2. col. 1310. b. cum Leone Mag. in Conc. Chalced. Conc. to. 4. col. 50. b. Ita quoque Hieron. in Ephes. 5. 30. præter hoc, *ex carne ejus, & ex ossibus ejus.* Ambrosiaster in Ephes. 5. 30. *quoniam membra sumus..... & de carne ipsius, & de ossibus ejus.* Græc. Hieronymo favet.

℣. 31. Tertul. l. 5. contr. Marc. p. 800. c. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & erunt duo in carnem unam:* item l. de exhort. cast. p. 941. a. *erunt duo in unam carn.* Cypr. ep. 49. p. 63. b. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carnem unam.* Ambros. in Luc. 2. col. 1310. b. & l. de instit. virg. col. 254. f. *Quia relinquet homo patrem, & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una.* August. l. 8. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 229. f. cum Leone M. in Conc. Chalced. Conc. to. 4. col. 50. b. & Ambrosiast. in Eph. 5. 31. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una:* sic denuo August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 672. f. addita voce *suam*, ad *matrem.* Similiter Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 160. f. at in Ephes. 5. 31. habet: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem: & erunt duo in carne una:* additque: *Quod frequenter annotavimus, Apostolos, & Evangelistas non eisdem verbis usos esse Testamenti veteris exemplis, quibus in propriis voluminibus continentur, hoc & hic probamus: siquidem testimonium istud ita in Genesi scriptum est:* Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una: *nunc autem Apostolus, pro eo quod ibi habetur* Ἕνεκεν τούτου, *id est,* Propter hoc, *posuit* Ἀντὶ τούτου, *quod Latinè aliis verbis dici non potest: deinde pro* patre suo, & matre sua, *pronomina abstulit, &* patrem *tantùm posuit, &* matrem: *& quod in medio dicitur,* & adhærebit uxori suæ, *hic penitus prætermisit; & tantùm quod sequebatur hoc dictum, superioribus copulavit, & posuit,* & erunt duo in carne una. *Hoc autem totum nunc idcirco observavimus, ut etiam in cæteris locis sicubi testimonia quasi de Prophetis, & de veteri Testamento ab Apostolis usurpata sunt, & in nostris codicibus non habentur, nequaquam statim ad apocryphorum ineptias, & deliramenta curramus: sed sciamus scripta quidem ea esse in veteri Testamento; sed non ita ab Apostolis edita, & sensum magis usurpatum: nec facilè nisi à studiosis posse ubi scripta sint inveniri.* Attamen in Græco legitur: Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα· καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Borner. cod. tollit αὐτοῦ, post πατέρα· alii verò quidam ponunt post μητέρα· Epiphanius testatur abrasa à Marcione ista, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, si Millio fides: Tertul. tamen eadem non agnoscit l. cont. ipsum, ut videre est sup. Epiphanius alter in Cantici Cant. 1. 1. legit: *Propterea relinquet homo patrem suum, & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una.*

℣. 32. Irenæus l. 1. c. 7. p. 40. c. *Hoc enim mysterium magnum est, dico autem in Christo & Ecclesia.* Hilar. in Ps. 138. col. 518. b. *Hoc mysterium magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia:* & in Matth. col. 702. d. *Hoc mysterium grande est, &c.* Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. h. *Mysterium hoc grande est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Ambrosiaster in Eph. 5. 32. *Mysterium hoc magnum est, ego autem, &c.* ut sup. Tertul. verò l. de anima, pp. 482. b. 487. b. & l. contra Psych. p. 983. a. *Magnum illud sacramentum, in Christum & Ecclesiam:* & l. 5. contra Marc. p. 800. c. *Sacramentum hoc magnum est, sed ego dico in Christum & Ecclesiam.* Epiphan. ubi supra: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christum & Ecclesiam.* Cypr. ep. 49. p. 63. b. *Sacramentum istud magnum est, ego autem dico in Christum & in Ecclesiam.* Hieron. in Eph. 5. 32. & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 160. f. cum Aug. l. 2. de Gen. to. 1. col. 672. f. & tract. 9. in Joh. to. 3. p. 2. col. 364. g. necnon Tichon. reg. 1. p. 51. a. & Leone M. in Conc. Chalced. Conc. to. 4. col. 50. b. & Ambrosio in Ps. 37. col. 826. e. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia:* similiter Ambrosius in Ps. 39. col. 861. e. & in Luc. 2. col. 1310. b. & in Luc. 4. col. 1352. c. & l. de instit. virg. col. 254. f. at in Luc. 11. col. 1433. d. legit: *Sacram. hoc magnum est:* paulòque post: *de Christo & Ecclesia:* & l. de vid. col. 210. e. *Sacram. enim illud magnum est, in Christo & in Ecclesia.* Græc. Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν.

℣. 33. Hieron. in Eph. 5. 33. *Veruntamen & vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut se diligat: mulier autem ut timeat virum.* Itidem Ambrosiaster in eundem loc. præter voculam *ut*, pro *sicut*. Sedulius ibid. habet: *Veruntamen singuli, unusquisque uxorem sicut semetipsum diligat: uxor ut timeat virum.* Gr. Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.

Digitized by Google

# CAPUT VI.

## VULGATA NOVA.

Exod. 20. 12. Deuter. 5. 16. Eccli. 3. 9. Matth. 15. 4. Marc. 7. 10. Col. 3. 20. Col. 3. 22. Tit. 2. 9. 1. Pet. 2. 18.

1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

2. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione:

3. ut bene sit tibi, & sis longævus super terram.

4. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.

5. Servi obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

6. non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,

7. cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus:

8. scientes quoniam unusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.

9. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum, & vester Dominus est in cœlis: & personarum acceptio non est apud eum.

Deuter. 10. 17. 2. Par. 19. 7. Job. 34. 19. Sap. 6. 8. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Col. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Filii, obaudite parentibus vestris: hoc enim est justum.

2. Honora patrem tuum, & matrem, quod est mandatum primum in promissione:

3. & bene tibi sit, & eris * longæ vitæ super terram.

** Ms. S. Germ. longa vitæ.*

4. Et patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed & nutrite eos in disciplinam, & correptionem Domini.

5. Servi obaudite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

6. non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,

7. cum benignitate servientes, sicut & Domino, & non hominibus:

8. scientes quòd unusquisque si quod fecerit bonum, hoc consequetur à Domino, sive servus, sive liber.

9. Et domini eadem facite ad illos, remittentes minas: scientes quia & vestrûm ipsorum Dominus est in cœlis: & personarum acceptio non est apud Deum.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 800. c. *Obaudiant & parentibus filii.* Cypr. l. 3. Testim. p. 324. c. *Filii, obsequentes estote parentibus vestris: hoc enim est justum.* Hieron. in Ephes. 6. 1. *Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim est justum.* Sic etiam Ambrosiaster, præter verbum *obaudite*: nec aliter in Græco est.

℣. 2. Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. c. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione.* Similiter habet Hieron. in Eph. 6. 2. qui paulò post ait: *Hoc testimonium de Exodo sumptum, ita ibi contexitur:* Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut bene sit tibi, &c. *unde quærendum*, inquit, *quare nunc dixerit*, quod est mandatum primum; *cùm primum mandatum sit*, Non erunt tibi dii alii præter me. *Quamobrem nonnulli ita legunt*, quod est mandatum primum in promissione (infra, in repromissione;) *quasi quatuor alia mandata, quæ ante dicta sunt, non habeant promissiones, & in hoc solo pollicitatio feratur adjuncta, Ut bene sit tibi*, &c. Similiter habet Sedulius Hibern. in hunc loc. *quod est mandatum primum*: tum addit: *Quæritur quare nunc dixerit*, quod est mandatum primum; *cùm sit quartum, vel quintum....... Ideo alii distinguunt*, quod est mandatum primum in repromissione; *quasi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissionem.* Auct. l. de quæst. Vet. T. q. 7. col. 46. a. *Honora patrem, & matrem, quod est primum mandatum in promissione:* deinde sic: *Quomodo enim esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso cœpisset?* In promissione *autem ideo dicit, quia statim subjecit, Ut sis longævus super terram, & bene sit tibi.* Similiter Auct. l. de decem chordis ap. Bedam in Eph. 6. 2. *Quomodo primum, quando quartum, nisi quia in septenario numero est primum?* Ita quoque explicat Ambrosiast. cum Sedul. Hibern. & Scholiaste Hieron. in eundem loc. Ambrosiaster verò in textu habet: *Honora patrem tuum, & matrem, quod est mandatum primum promissionis;* & infra, *in promissione.* Tertul. l. 5. cont. Marc. cap. 18. *Lex loquitur: Honora patrem, & matrem:* & supra ibidem: *hoc est enim primum in promissione præceptum.* Græcum textui Reg. & Sangerm. favet. Mss. tamen quidam addunt σου, post μητέρα· posteriora verò verba, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ, abstulisse Marcionem auctor est Tertul. l. 5. contra ipsum ubi supra.

℣. 3. Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. c. cum Hieron. in Eph. 6. 3. *ut bene sit tibi, & sis longævus super terram.* Itidem Ambrosiaster in hunc locum, præter *ut & bene sit.* Græcum: ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ, &c.

℣. 4. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 800. c. *Parentes enutrite filios in disciplina, & correptione Domini.* Cypr. l. 3. Testim. p. 324. c. *Et vos patres nolite in iracundiam mittere filios vestros: sed nutrite eos in disciplina, & correptione Domini.* Hieron. in Ephes. 6. 4. *Et patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & conversatione Domini:* infra legit, *in disciplina, & correptione Domini:* tum addit: *Quam* correptionem *nos legimus, meliùs in Græco dicitur* νουθεσία, *quæ* admonitionem *magis*, & eruditionem, *quàm austeritatem sonat.* Ambrosiaster in Eph. 6. 4. Vulgatæ congruit. Gr. Καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε... ἀλλ᾽ ἐκτρέφετε, &c. ut supra.

℣. 5. Cyprianus l. 3. Testim. p. 325. a. *Servi obedite dominis carnalibus cum metu, & tremore, & in simplicitate cordis vestri, sicut Christo.* Hieron. in Eph. 6. 5. *Servi obedite dom. carnal. cum timore, & tremore, & simplicitate*, &c. ut sup. Itidem Ambrosiaster in eundem loc. præter hoc, *& tremore, in simplicitate.* Gr. Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, &c. ut in Vulgata.

℣. 6. Sic habent Hieron. & Ambrosiaster in hunc loc. Cypr. l. 3. Testim. p. 325. a. *non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed quasi servi Dei.* Item August. in Rom. 13. to. 3. p. 2. col. 921. e. *non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes.* Ambros. ep. 77. col. 1090. a. *sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate.* Græcum: μὴ κατ᾽ ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ᾽ ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, &c. ut sup. al. ἀνθρωποπάρεσκοι.

℣. 7. Hieron. in Eph. 6. 7. *cum fidelitate servientes, sicut Domino, & non hominibus.* Ambrosiaster in eund. loc. *cum benignitate servientes, sicut Domino, & non ut hominibus.* Gr. μετ᾽ εὐνοίας δουλεύοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις. Mss. plures, ὡς τῷ Κυρίῳ.

℣. 8. Hieronymus in Eph. 6. 8. *scientes quòd unusquisque quod fecerit boni, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.* Ambrosiast. in eund. loc. *scientes quòd unusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc consequetur à Domino, sive*, &c. ut supra. Ambros. l. de exhort. virg. col. 278. b. *& unusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino.* Græc. εἰδότες ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, εἴτε, &c. Borner. cod. εἰδότες ὅτι ἕκαστος ὃ ἂν ποιήσῃ, &c. ut supra.

℣. 9. Cyprianus l. 3. Testim. p. 325. a. *Et vos domini eadem facite ad eos, laxantes iracundiam: scientes quia & vester, & ipsorum Dominus est in cælis: & acceptio personarum non est in illo.* Hieron. in Eph. 6. 9. *Et domini eadem facite ad illos, remittentes minas: scientes quia & ipsorum, & vester Dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud eum.* Ambrosiaster in eundem loc. *Et vos domini eadem facite ad illos, remittentes minas: scientes quòd & vester, & illorum Dominus est in cælis: & personarum non est acceptio apud eum.* Ennod. Ticin. pro Synod. apud Sirm. tom. 1. col. 1626. b. *Mementote quia vester, & illorum in cælis est Dominus.* Scholiastes Hier. Sedulius, & Beda in Ephes. 6. *& person. acceptio non est apud Deum.* Græc. Καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτοὺς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν· εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν...... παρ᾽ αὐτῷ. Mss. quidam, pro ὑμῶν αὐτῶν, ferunt ὑμῶν, καὶ αὐτῶν. Alii, αὐτῶν, καὶ ὑμῶν· & in fine nonnulli, ἐν αὐτῷ. Borner. cod. Gr. Lat. παρὰ τῷ Θεῷ.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

10. De cætero, confortamini in Domino, & in potentiam virtutis ejus.

11. Induite arma Dei, ut possitis stare adversùs * insidias diaboli:

** Ms. Reg. remedium.*

12. quia non est vobis colluctatio adversùs sanguinem & carnem: sed contra potestates, contra hujus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.

13. Propterea accipite arma Dei, ut possitis resistere in die malo, & * in omnibus operis stetis

** In Ms. Reg. deest in.*

## VULGATA NOVA.

10. De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus.

11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversùs insidias diaboli:

12. quoniam non est nobis colluctatio adversùs carnem & sanguinem: sed adversùs principes, & potestates, adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

13. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *De cætero, confirmamini in Domino, & in potentia virtutis ejus:* similiter infra, p. 245. f. præter verbum *confortamini*. Itidem Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 6. 10. Hieron. verò addit: *Scio in Græco pro* virtute, fortitudinem *positam, id est ἰσχὺν, quia* virtus *apud eos ἀρετὴ appellatur: sed hæc apud nos consuetudo est Scripturarum, ut indifferenter ἰσχὺν, & ἀρετὴν* virtutem *nominent*. Græc. Τὸ λοιπὸν ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε..... τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Mss. quidam delent μου, post ἀδελφοί· unus habet δυναμοῦσθε.

℣. 11. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 801. a. *Induere nos jubet armaturam, in qua stemus ad machinationes diaboli.* Zeno Veron. lib. 2. tract. 43. p. 248. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis vos constare adversùs nequitias diaboli.* Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *Et induite arma Dei, ut possitis stare adversùs remedia diaboli:* ita rursum infra, p. 245. f. omisso *Et*, ante *induite*. Hieron. in Eph. 6. 11. *Induite omnia arma Dei, ut possitis stare contra versutias diaboli.* Ambrosiast. in eund. loc. *Induimini vos arma Dei, ut possitis stare adversùs nationes:* at inf. in Comment. monet *arma Dei sumenda, cujus solius virtute superantur, & destruuntur omnia machinamenta diaboli.* Ambrosius ep. 76. col. 1089. b. Hortatur *nos Apostolus sumere arma Dei.* Græc. Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν...... πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβ. Bornerianus cod. Ἐνδύσασθε ὑμᾶς· subinde alii quidam, πρὸς τὰς μεθοδίας. Vide supra not. ad ℣. 14. capitis 4. hujus epistolæ.

℣. 12. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. a. huc alludens ait: *Adversùs mundi tenentes luctatio sit nobis:* pauloque post: *potestates, & mundi tenentes tenebrarum istarum.* Cypr. ep. 56. p. 93. b. *non est nobis colluctatio adversùs carnem & sanguinem: sed adversùs potestates, & principes hujus mundi, & harum tenebrarum, adversùs spiritus nequitiæ in cœlestibus:* ita rursum l. 3. Testim. p. 328. c. præter vocem *spiritalia*, loco *spiritus*. Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. pp. 244. e. & 245. g. *quia non est vobis colluctatio adversùs carnem & sanguinem: sed contra potestates, contra hujus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.* Hilarius in Ps. 118. col. 331. b. *non enim nobis pugna est adversùs carnem & sanguinem: sed adversùs potestates, & mundi potentes harum tenebrarum, adversùs spiritales nequitias in cœlestibus:* eadem ferè habet in Pss. 55. 59. 124. 127. 134. & 143. col. 113. d. 141. f. 405. a. 429. b. 475. c. & 556. d. at in Ps. 128. col. 430. f. 431. a. legit: *non enim nobis certamen est adversùs carnem & sang. sed adversùs potestates mundi hujus, potentes harum tenebrarum, spiritalis nequitiæ in cœlestibus:* in Ms. Turon. loco *spiritalis nequitiæ*, superscriptum est *spiritales nequitias*. Tichon. reg. 4. p. 60. f. ait *non esse sanctis pugnam adversùs humanitatem: sed adversùs spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* Ambrosius l. de parad. col. 170. b. c. *quia non est nobis colluctatio adversùs carnem & sang. sed adversùs principatus, & potestates, & rectores hujus mundi tenebrarum harum, adversùs nequitiam spiritalium, quæ sunt in cœlestibus:* & in Ps. 1. col. 756. b. *quia non est nobis luctatio adversùs carn. & sang. sed adversùs principatus, & pot. adversùs mundi hujus rectores tenebrarum, adversùs spiritualia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus:* itidem in Ps. 118. col. 1008. a. nisi quòd habeat *colluctatio*, pro *luctatio*; & addat *harum*, ad vocem *tenebrarum:* ita quoque in Luc. 20. col. 1508. d. at in Ps. 36. col. 801. e. legit: *quia non est nobis pale adversùs carn. & sang. sed adversùs principes, & pot. & (ut compendio utar) adversùs nequitias spiritales:* tum addit: *in Latinis plerisque* colluctatio *reperitur; in Græcis omnibus πάλη scribitur: πάλη enim Græcorum,* lucta *est Latinorum:* & ipse ser. cont. Auxent. n. 6. tom. 2. col. 865. b. legit: *lucta nobis est non solùm adversùs carnem & sang. sed etiam adversùs spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus:* similiter ep. 43. col. 971. e. item epist. 76. col. 1089. b. Hortatur *nos Apostolus... prætendere semper, non solùm adv. carn. & sang. sed etiam adversùm spiritales nequitias:* & l. 2. de fide res. col. 1162. c. ait *bellum nobis esse non adv. carn. & sang. sed adv. spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus.* Auctor l. de xlii. mans. p. 12. f. *non est nobis lucta adv. carn. & sang. sed adv. principatus, & potestates hujus mundi, adversùs tenebrarum harum rectores.* Ambrosiaster in Eph. 6. 12. *quoniam non est vobis lucta adv. carn. & sang. sed adv. principatus, & pot. hujus mundi, adv. tenebrarum harum rectores, adv. spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus:* at in Rom. 7. 14. col. 67. a. *non est nobis colluctatio adv...... sed adv. principes, & pot. contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.* Hieron. in Ezech. 16. to. 3. col. 799. e. *non est nobis pugna adv. carn. & sang. sed adversùm rectores tenebrarum istarum, adversùm spiritualia nequitiæ in cœlestibus:* & infra, in c. 28. col. 894. e. *non est nobis pugna adv. carn. & sang. sed contra principes, & potestates, rectoresque tenebr. istarum, & spiritalia nequitiæ in cœlestibus:* & præf. in ep. ad Eph. tom. 4. p. 1. col. 322. d. *non est nobis pugna adversùm carn. & sang. sed adversùm principatus, & potest. adversùs rectores tenebrarum istarum, adversùm spiritualia nequitiæ in cœlestibus:* itidem l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 195. b. præter vocem *principes*, loco *principatus:* at in Ephes. 6. 12. *quoniam non est nobis colluctatio adversùs sanguinem & carnem: sed adversùs principatus, advers. potestates, adv. mundi rectores tenebrarum harum, adv. spiritualia nequitiæ in cœlestibus:* & post plura ait: *Sciamus autem quòd, excepto præsenti loco, nec in Veteri, nec in Novo Testamento κοσμοκράτορας, id est* mundi rectores, *unquam legerimus: quod nomen idcirco Paulus Apost. finxit, quia necesse habebat ad Ephesios disputans, rebus novis & invisibilibus nova nomina coaptare.* Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 676. f. *quia non est ei colluctatio adv. carn. & sang. sed adv. principes, & potestates, & rectores mundi tenebr. harum, adv. spiritualia nequitiæ in cœlestibus:* & tract. 79. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 701. d. *non est nobis colluct. adv. carn. & sang. sed adv. principatus, & potest. & rect. mundi tenebr. harum:* & l. de ago. Chr. to. 6. col. 246. d. *non est nobis colluct. adversùs carn. & sang. sed adv. principes, & pot. hujus mundi, rectores harum tenebrarum, advers. spiritalia nequitiæ in cœlestibus.* Similiter Auctor quæst. N. T. q. 66. col. 68. f. exceptis his, *adversùs tenebr. harum rectores:* at infra, col. 69. a. *non est nobis colluctatio adv. carnem: sed advers. hujus mundi principes, & tenebrarum harum rectores.* Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 5. p. 93. ait *non esse colluctationem adv. carnem & sang. sed adv. principatus, & pot.* &c. ut in Vulgata. Zosimus PP. in ep. 21. Cœlestini I. ad Episcopos Galliar. to. 1. col. 1192. a. *non est nobis colluctatio advers. carn. & sang. sed contra principes, & potestates aeris hujus, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.* Leo M. serm. 38. p. 100. d. Vulgatæ congruit: Mss. tamen duo ferunt ibid. *adv. mundi rectores, mundi hujus, tenebrarum harum.* Gr. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα· ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς, &c. ut in Vulg. Bornerianus codex delet πρὸς τὰς, ante ἐξουσίας, sicut paulò post τοῦ αἰῶνος τούτου, cum aliis quibusdam Mss.

℣. 13. Cyprianus ep. 56. p. 93. b. *Propter quod induite tota arma, ut possitis resistere in die nequissimo: ut cùm omnia perfeceritis, stetis accincti,* &c. itidem l. 3. Testim. p. 328. c. exceptis his, *Propter hoc induite arma Dei.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *Propterea accipite arma Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, præcincti,* &c. Hieron. in Eph. 6. 13. *Ideo sumite omnia arma Dei, ut possitis resistere in die malo, & universa operati stare. State ergo,* &c. & infra, col. 403. a. habet *omnia arma: hoc enim sonat,* inquit, *πανοπλία, non ut in Latino simpliciter* arma *translata sunt.* Ambrosiaster in eund. loc. *Ideo accipite universitatem armorum, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, succincti,* &c. Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 313. c. *Propterea suscipite tota arma Dei, ut possitis resistere in die maligno: & cùm omnia perfeceritis, state cincti,* &c. Græc. Διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι...... καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Στῆτε οὖν, &c. Borner. cod. Gr. Lat.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ,

15. & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis:

16. in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere:

Isai. 59. 17. 17. & galeam salutis assumite; & gladium spiritus (quod est verbum Dei:)

1. Thess. 5. 8. Col. 4. 2. 18. per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis;

2. Thess. 3. 1. 19. & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii:

20. pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me, loqui.

21. Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Ty-

**VERSIO ANTIQUA.**

14. præcincti lumbos vestros in veritate, induentes loricam justitiæ, Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

15. & calciati pedes in præparationem Evangelii pacis:

16. in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi candentia extinguere:

17. & galeam salutaris, & gladium spiritus (quod est verbum Dei:)

18. per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in illo vigilantes semper in omni observatione pro omnibus sanctis;

19. & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere sacramentum Evangelii:

20. pro quo legatione fungor in catena, & in illo audeam, quemadmodum oporteat me, loqui.

21. Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: notum faciet vobis Thychicus, ca-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

delet εἶναι.

℣. 14. Tertullianus l. 3. contra Marc. p. 675. a. inducit *Paulum præcingentem lumbos nostros veritate, & lorica justitiæ*. Cypr. ep. 56. p. 93. b. *ut cùm........ perfeceritis, stetis accincti lumbos vestros in veritate, induti loricam justitiæ:* ita rursum l. 3. Testim. p. 329. a. exceptis his, *in veritate Evangelii, induentes*, &c. Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *perfecti stare, præcincti lumbos vestros in veritate, induentes loricam justitiæ.* Hilar. in Psal. 131. col. 454. c. *induentes thoracem justitiæ.* Ambrosius in Psal. 36. col. 788. c. *loricam justitiæ.* Hieron. in Isai. 11. to. 3. col. 100. f. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica justitiæ:* sic etiam in Ephes. 6. 14. præter *loricam;* Beda, *lorica.* August. ser. 313. to. 5. col. 1259. a. *State succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica just.* Ambrosiaster in Eph. 6. omisso *State ergo*, legit: *succincti lumbos vestros in caritate, & induti loricam just.* Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 313. c. *& cùm..... perfeceritis, state cincti lumbos in veritate, & calceati*, &c. Leo M. serm. 38. p. 101. a. *State ergo succincti lumbos mentis vestræ in veritate, & calceati pedes*, &c. Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 15. Tertullianus l. 3. contra Marc. p. 675. a. memorat Paulum *calciantem nos præparationem Evangelii pacis:* vide etiam l. de coron. mil. c. 1. p. 288. b. Cyprianus ep. 56. p. 93. b. & l. 3. Testim. p. 329. a. *& calciati pedes in præparatione Evangelii pacis.* Similiter habet Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. cum Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 6. 15. quibus accensendi Leo M. ser. 38. p. 101. a. & Vigilius Taps. l. 12. de Trin. p. 313. c. cum Auctore l. de promiss. p. 2. cap. 23. col. 149. c. August. verò ser. 313. to. 5. col. 1259. a. *& calceati pedes in prædicatione Evangelii pacis.* Epiphanius in Cantic. cap. 7. ℣. 1. *calciantes pedes in præparatione Evangelii pacis.* Gr. καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ, &c. ut supra.

℣. 16. Tertullianus l. 3. contra Marc. p. 675. a. Paulum inducit *assumere jubentem scutum fidei, in quo possumus omnia diaboli ignita tela extinguere.* Cypr. ep. 56. p. 93. b. *assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita jacula nequissimi extinguere:* & l. 3. Testim. p. 329. a. *in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignea jacula nequissimi extinguere.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi cadentia (f. candentia) extinguere.* Itidem Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 747. c. etiam cum voce *cadentia:* at l. 12. de Trin. p. 313. c. legit: *super hæc omnia accipientes scutum fidei, & galeam*, &c. Gaudentius Brix. serm. 13. p. 964. f. *in quo possimus omnia jacula nequissimi candentia extinguere.* Zeno Veron. l. 2. tract. 44. p. 248. *accepto scuto fidei, per quod poteritis omnes sagittas illius mali, quæ sunt igne plenæ, extinguere.* Hilar. in Psal. 142. col. 547. a. legit, *ignita diaboli jacula.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 673. f. *accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere.* Sic etiam Hieron. in Eph. 6. 16. nisi quòd ante *accipientes*, ponat *super omnia;* & paulò post, *jacula*, pro *tela.* August. ser. 313. to. 5. col. 1259. a. *in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Similiter Leo M. ser. 38. p. 101. a. excepta voce *maligni*, loco *nequissimi.* Ambrosiaster in Eph. 6. 16. *super his omnibus adsumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *sumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita restinguere.* Gr. ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Mss. plures habent ἐν πᾶσιν, pro ἐπὶ πᾶσιν.

℣. 17. Tertullianus l. 3. cont. Marc. p. 675. a. *& galeam salutaris, & gladium spiritus, quod est Dei sermo.* Cyprianus ep. 56. p. 93. b. *& galeam salutis, & gladium spiritus, qui est sermo Dei:* & l. 3. Testim. p. 329. a. *& galeam salutis assumere; & gladium spiritus, qui est verbum Dei.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *& galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Itidem Ambros. in Ps. 36. col. 788. c. sic etiam l. 3. de Spir. S. col. 673. f. nisi quòd hoc posteriori loco addat *adsumite*, post vocem *salutis.* Hieron. & Ambrosiast. in Eph. 6. 17. *& galeam salutis accipite; & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Ita quoque habet August. serm. 313. to. 5. col. 1259. a. *& gal. salutis accipite.* Similiter Leo M. ser. 38. p. 101. a. præter verbum *assumite*, pro *accipite.* Itidem Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 747. c. detracto verbo *assumite:* at l. 12. de Trin. p. 313. c. legit: *& galeam salutaris accipite*, &c. ut sup. Sedulius Hibern. in Eph. 6. 17. *& galeam spei salutis, & gladium spir.* &c. Gr. καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε· καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ.... ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Borner. cod. Gr. Lat. tollit δέξασθε· alii quidam ferunt δέξασθαι.

℣. 18. Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 244. e. *per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in illum vigilantes.* Hieron. in Eph. 6. 18. *per omnem orat. & obsecrat. orantes in omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & prece pro omn. sanctis.* Ambrosiaster in eundem loc. *per omnem orat. & precem orantes in omni tempore in spiritu: & in ipsum vigilantes in omni perseverantia, & obsecratione.* Græc. διὰ πάσης προσευχῆς, καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν........ καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, καὶ δεήσει περὶ πάντων, &c. Mss. plures ferunt καὶ εἰς αὐτὸ, absque τοῦτο. Borner. cod. καὶ εἰς αὐτὸν, omisso pariter τοῦτο. Idem cod. addit πάντοτε, verbo ἀγρυπνοῦντες· delet verò προσκαρτερήσει, καὶ, & habet ὑπὲρ, pro περί.

℣. 19. Huc redeunt quæ Tertul. l. 5. contra Marc. p. 801. a. dicit de Paulo, *qui in catenis jam constitutus, ob libertatem prædicationis, constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris..... expostulare à Deo mandabat.* Hieron. in Eph. 6. 19. *& pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei in confidentia, notum facere mysterium Evangelii.* Similiter habet Ambrosiaster in eundem loc. excepta voce *exerte*, pro *in confidentia;* Rom. ejusd. edit. *cum libertate;* Gr. ἐν παῤῥησίᾳ. Ambros. in Luc. 19. col. 1496. f. *ut detur mihi sermo in apertionem oris mei.* Itidem August. in Ps. 30. to. 4. col. 170. c. præter *in apertione.* Sedulius Hibern. in Ephes. 6. *ad apertionem;* Græcum, ἐν ἀνοίξει, &c. ut in Vulgata.

℣. 20. Hieronymus in Ephes. 6. 20. *pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, ut oportet me, loqui.* Ambrosiaster in eundem loc. *pro quo legat. fung. in cat. ut in ipso exerta libertate utar, prout oportet me loqui.* Scholiast. Hier. & Beda habent: *in catena ista, ita ut*, &c. ut in Vulgata. Gr. ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

℣. 21. Hieronymus in Eph. 6. 21. *Ut autem sciatis & vos quæ circa me sint, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, dilectus frater*, &c. ut sup. Ambrosiaster in eundem



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* rissimus frater, & fidelis minister in Domino:

22. quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos aguntur, & exhortentur corda vestra.

23. Pax fratribus, & caritas cum fide, à Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

24. Gratia cum * omnibus his, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

* Ad Ephesios explicit.

** Mss. S. Germ. oms; Reg. omnes, mendosè.*

**Vulgata nova.**

chicus, charissimus frater, & fidelis minister in Domino:

22. quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.

23. Pax fratribus, & charitas cum fide, à Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

24. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

## Notæ ad Versionem antiquam.

loc. *Ut autem sciatis & vos ea, quæ circa me sunt, quid agam: plenè notum faciet vobis Tychicus, dilectus frater*, &c. ut supra. Gr. Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράσσω· πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς, &c. ut sup. Borner. cod. delet πάντα.

℣. 22. Hieron. in Eph. 6. 22. *quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.* Sic etiam Ambrosiaster in eundem loc. præter hæc, *ut cognoscat quæ circa vos sunt.* Gr. ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς, &c. Mss. quidam cum Theophylact. ἵνα γνῶ τε τὰ περὶ ὑμῶν.

℣. 23. Sic habet Hieron. in hunc loc. Sic etiam Ambrosiaster in eund. excepto *Patre nostro*; uti ferunt Mss. quidam, teste Luca Brugensi. Gr. textui consonat.

℣. 24. Hieronymus in Eph. 6. 24. *Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum J. C. in*, &c. ut sup. & l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. c. *Gratia vobis cum omnibus, qui diligunt Dominum in incorruptione.* Ambrosiaster in Ephes. 6. 24. *Gratia cum omnibus, qui dil. Dom. nostrum J. C. in*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco.

* Hujus clausulæ loco, legitur in Gr. Πρὸς Ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ· deest autem hæc subscriptio in Borner. cod.

Digitized by Google

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *EPISTOLA AD EPHESIOS.*

CAP. I. ℣. 6. In dilecto filio suo. *Non omittas* filio suo.

℣. 17. In agnitione ejus. *Quidam libri, pro sexto casu, scribunt quartum* agnitionem.

℣. 23. Et plenitudo ejus. *Non est omittenda conjunctio* &.

CAP. II. ℣. 1. Et vos, cùm essetis mortui. *Non est addendum verbum* convivificavit.

℣. 11. Quòd aliquando vos Gentes in carne. *Nec hìc addendum est, vel pronomen* qui, *vel verbum* eratis, *ante* Gentes.

*Sequitur :* Qui dicimini præputium. *Non est mutandum præsens* dicimini, *in imperfectum* dicebamini.

℣. 12. Quia eratis illo in tempore. *Conjunctio* quia *seu* quòd, *non est vertenda in pronomen* qui.

℣. 16. Et reconciliet ambos. *Præferendum est & copulativum ut causativo.*

℣. 22. In habitaculum Dei in Spiritu. *Non addas* sancto.

CAP. III. ℣. 10. Ut innotescat principatibus, & potestatibus. *Non legas* principibus, *pro* principatibus, *id est, quatuor syllabas pro quinque.*

℣. 16. Virtute corroborari per Spiritum ejus. *Retinendus est ablativus* virtute, *non supponendus accusativus* virtutem.

*Sequitur :* In interiorem hominem. *Hìc contra retinendi sunt accusativi, non supponendi ablativi* in interiori homine.

CAP. IV. ℣. 22. Deponere vos secundùm pristinam conversationem. *Legendum est* deponere, *modo infinitivo, non imperativo* deponite.

℣. 29. Ad ædificationem fidei. *Non legas* opportunitatis, *pro* fidei.

℣. 30. In quo signati estis in diem redemptionis. *Non mutes quartum casum in sextum* die.

CAP. V. ℣. 5. Aut avarus, quod est idolorum servitus. *Alterius versionis est ea lectio, quæ habet,* qui est idolorum servus.

℣. 13. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. *Retinendum est passivum* manifestatur, *non mutandum in activum* manifestat, *quod quidam volunt.*

℣. 18. Sed implemini Spiritu sancto. *Alii libri omittunt adjectivum* sancto.

℣. 26. Mundans lavacro aquæ in verbo vitæ. *Correctores, ut judicarunt non addendum participio* mundans *pronomen* eam, *ita non auferendum in fine nomen* vitæ.

℣. 27. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam. *Non facilè mutes nominativum masculinum* ipse, *in accusativum femininum* ipsam.

CAP. VI. ℣. 13. Et in omnibus perfecti stare. *Non facilè scribas, sublata præpositione* in, *ablativos absolutè positos* omnibus perfectis, *ut nonnulli libri.*

℣. 15. In præparatione Evangelii pacis. *Servandus est ablativus* præparatione, *non substituendus accusativus.*

℣. 23. A Deo Patre. *Non addas pronomen* nostro.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *EPISTOLA AD EPHESIOS.*

CAP. I. ℣. 22. Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. *Quædam Mss. habent* super omnia ipsi Ecclesiæ, *consentaneè Græco, & Syro.*



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD PHILIPPENSES,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Ex magno affectu, quem habet erga Philippenses, manifestat eis quòd pressuræ suæ in majorem Evangelii fructum cesserint: quam utilitatem si non spectaret, omnino dissolvi cuperet, & esse cum Christo: eosque adhortatur ut dignè ad Christi Evangelium conversentur, dicens quòd pro ipso jam afflictiones sustinuerint.*

CAP. II. *Ad mutuam dilectionem & concordiam, animique modestiam miro affectu eos hortatur, exemplo Christi, in cujus nomine omne genu nunc flectitur; utque suam in timore operentur salutem: congratulatur tum illis quòd inter malos sanctè vivant, tum sibi quòd tales habeat discipulos: Timotheum laudat à sincera Evangelii prædicatione, & obedientia; similiter & Epaphroditum, quem ad eos mittit, postquam ab ægritudine convaluit.*

CAP. III. *Nemo in legalibus gloriari potest, alioqui Paulo id maximè conveniret: qui tamen omnia hæc detrimentum arbitratus est, quò Dei justitiam ex fide in Christum adipisceretur, semper proficiens ut tandem perfectionem consequeretur: quapropter Philippenses hortatur ut ipsum, & non dyscolos crucis Christi inimicos, imitentur.*

CAP. IV. *Ad perseverantiam & spirituale gaudium, modestiam, preces & gratiarum actiones eos componit, pacem Dei ipsis exoptans, utque mordicus teneant quæcunque Dei sunt; laudans ipsos, quòd per Epaphroditum necessaria ad ipsum miserint.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

## * CAPUT PRIMUM.

### Vulgata nova.

1. PAulus, & Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis, & diaconibus.
2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.
3. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,
4. semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens,
5. super communicatione vestra in Evangelio Christi à prima die usque nunc:
6. confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu:

### Versio antiqua.

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

1. PAulus, & Timotheus servi Christi Jesu, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis, & diaconibus.
2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.
3. Ego quidem gratias ago Domino nostro super omni memoria vestri,
4. semper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cum gaudio orationem faciens,
5. super communicationem vestram in Evangelium à prima die usque nunc:
6. confidens hoc ipsum, quia is, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu:

### Notæ ad Versionem antiquam.

* Post epistolam ad Ephesios in codicibus Regio & Sangermanensi sequitur epistola ad Colossenses; deinde, ad Philippenses, cujus hæc est inscriptio: *Incipit ad Philippenses.*

℣. 1. Sic habet Ambrosiast. in hunc loc. nec aliter in Gr. præter ἐν Φιλίπποις, pro *Philippis.*

℣. 2. Itidem Ambrosiaster in hunc locum, unà cum Græco.

℣. 3. August. l. de corr. & gra. to. 10. col. 755. d. *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.* Ambrosiast. in Phil. *Ego quidem gratias ago Domino super omni memoria vestri.* Græcum Augustino favet. In Borner. tamen codice Græco-Latino sic: Ἐγὼ μὲν εὐχαριστῶ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν ἐπὶ, &c.

℣. 4. Augustinus l. de corr. & gra. tom. 10. col. 755. d. *semper in omni prece mea pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens.* Ambrosiast. in Phil. *semper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cum gaudio orationem faciens:* nec absimile Græcum est.

℣. 5. August. l. de corr. & gra. tom. 10. col. 755. d. *super communione* (Mss. plur. *communicatione*) *vestra in Evangelio à prima die usque nunc.* Ambrosiaster in hunc loc. *super communicatione vestra in Evangelio à prima die*, &c. ut sup. Gr. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ πρώτης, &c.

℣. 6. August. l. de gra. & l. arb. tom. 10. col. 735. e. *certus sum quoniam qui operatur in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu:* at l. de corr. & gra. col. 755. d. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. c. *confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet*, &c. ut

Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
| --- | --- |
| Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 7. ſicut eſt juſtum mihi hoc ſentire pro omnibus vobis : eò quòd habeam vos in corde, in vinculis meis, & in defenſione, & confirmationem Evangelii, ſocios gaudii mei omnes vos eſſe. | 7. ſicut eſt mihi juſtum hoc ſentire pro omnibus vobis : eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Evangelii, ſocios gaudii mei omnes vos eſſe. |
| 8. Teſtis enim mihi Deus, quomodo concupiſco omnes vos in viſceribus Chriſti Jeſu. | 8. Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Jeſu Chriſti. |
| 9. Et hoc oro ut caritas veſtra adhuc magis ac magis abundet in ſcientia, & omni ſenſu : | 9. Et hoc oro ut charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu : |
| 10. ut probetis vos quæ potiora ſunt, ut ſitis ſinceres, & ſine offenſione in die Chriſti, | 10. ut probetis potiora, ut ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti, |
| 11. repleti fructum juſtitiæ per Jeſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei. | 11. repleti fructu juſtitiæ per Jeſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei. |
| 12. Scire autem vos volo fratres, quia quæ attinent, magis ad profectum Evangelii venerunt : | 12. Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Evangelii : |
| 13. ita ut vincula mea manifeſta in Chriſto fierent in toto prætorio, & cæteris omnibus ; | 13. ita ut vincula mea manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio, & in cæteris omnibus ; |
| 14. & plures ex fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent ſine timore verbum loqui Dei. | 14. & plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent ſine timore verbum Dei loqui. |
| 15. Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam verò propter beneplacitum Chriſtum prædicant, | 15. Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant, |
| 16. quidam ex caritate, ſcientes quia in defenſione Evangelii poſitus ſum. | 16. quidam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſionem Evangelii poſitus ſum. |
| 17. Quidam autem ex diſſenſione Chriſtum adnuntiant non * ſanctè, exiſtimantes tribulationem ſuſcitare vinculis meis. | 17. Quidam autem ex contentione Chriſtum annuntiant non ſincerè, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. |

* Mſ. S. Germ. ſcāe.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſup. item Auguſt. tract. 108. in Joh. to. 3. col. 770. f. *qui in vobis opus bonum cœpit, perficiet uſque*, &c. Ambroſiaſt. in Phil. 1. 6. *confidens in hoc ipſum, quòd qui inchoavit in vobis opus bonum, perf.* &c. Scholiaſtes Hieron. in eundem loc. ſimiliter, *confidens in hoc ipſum ;* reliqua ut in Vulgata. Conc. Arauſic. cap. 25. tom. 4. col. 1671. d. *Deus, qui cœpit in vobis bonum opus, perf. uſque in d. Dom. noſt. Jeſu Chr.* Græc. πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος, &c. ut ſupra.

℣. 7. Ambroſiaſter in hunc loc. *ſicut eſt juſtum mihi hæc ſentire pro omnibus vobis : eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Evangelii, quoniam omnes mihi participes gaudii eſtis.* Græc. καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν..... καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Mſs. plures præponunt ἐν, voci ἀπολογίᾳ· ſubinde quidam legunt συγκοινωνοὺς μοι· in Borner. verò cod. ponitur μου, poſt χάριτος.

℣. 8. Ambroſiaſter, & Sedulius Hibern. in hunc locum : *Teſtis enim mihi eſt Deus, quemadmodum deſiderem omnes vos in viſceribus J. C.* Græc. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς, &c. ut ſup. Mſs. plures, Μάρτυς γάρ μοι ἐστίν· quidam delent ἐστίν.

℣. 9. Ambroſiaſter in hunc loc. *Et hoc oro ut charitas veſtra magis magiſque abundet in agnitione, & omni ſenſu.* Beda in eund. loc. *in omni ſcientia, & in omni ſenſu.* Gr. Καὶ τοῦτο προσεύχομαι ἵνα..... ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει, καὶ πάσῃ αἰσθήσει.

℣. 10. Ambroſiaſter in hunc loc. *ut probetis quæ ſunt utilia, ut ſitis ſinceri, & inoffenſi in diem Chriſti.* Græc. εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς, καὶ ἀπρόσκοποι, &c.

℣. 11. Sic habet Ambroſiaſter ubi ſup. excepta voce *fructu*, pro *fructum ;* Sedulius Hibern. necnon Fragmentum Floriac. annor. 900. *fructum.* Græc. πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης τῶν διὰ, &c. ut ſup. Mſs. plures ferunt, καρπὸν..... τόν· al. καρποῦ..... τοῦ.

℣. 12. Ambroſiaſter in hunc loc. *Scire autem vos volo fratres, quòd quæ ad me pertinent, ad profectum Evangelii venerunt ;* Rom. ed. *quòd quæ mihi acciderunt, magis ad profectum*, &c. Gr. ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ, μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ, &c. ut ſupra.

℣. 13. Ambroſiaſt. *ita ut vincula mea manifeſta in Chriſto facta ſint in omni prætorio, & in cæteris omnibus.* Græc. ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς, &c.

℣. 14. Ambroſiaſt. *atque plures ex fratribus in Domino confidentes vinculis meis, cœperunt magis audere ſine timore verbum Dei loqui.* Tertullianus quoque l. 5. cont. Marc. p. 802. a. alludens dicit, *quòd alii ex fiducia vinculorum ejus, audentiùs ſermonem enuntiarent.* Græc. καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. Mſs. plures, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ λαλεῖν· Borner. cod. λόγον Κυρίου.

℣. 15. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. a. *Alii per invidiam & contentionem, quidam verò & per ſermonis exiſtimationem.* Auguſt. tract. 46. in Joh. to. 3. p. 2. col. 605. c. *Quidam per invidiam & contentionem, quidam verò & per bonam voluntatem Chriſtum prædicant :* & l. 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. col. 42. b. 51. c. *Quidam quidem per invidiam & contentionem, quidam verò per bonam voluntatem Chriſtum prædicant :* ſimiliter l. 2. contra litt. Petil. to. 9. col. 267. d. niſi quòd initio deleat *quidem*, & in fine legat *annuntiant*, pro *prædicant :* vide infra ad ℣. 17. Ambroſiaſter in Phil. 1. 15. *Alii quidem & propter invidiam & contentionem, quidam verò & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant.* Sic etiam Sedul. Hibern. in eund. loc. præter *aliqui autem*, pro *quidam verò ;* ſilet etiam vocem *contentionem.* Græc. Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν. Mſs. quidam delent καὶ, ante διὰ φθόνον.

℣. 16. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. b. *plerique ex dilectione :* deinde, *nonnulli ex æmulatione*, &c. Auguſt. tract. 46. in Joh. to. 3. p. 2. col. 605. c. *quidam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſionem Evangelii poſitus ſum :* itidem l. 2. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 42. b. & l. 2. contra litt. Petil. col. 267. d. Ambroſiaſter verò in Phil. 1. 16. *alii quidem ex charitate, ſcientes quòd in defenſionem Evangelii poſitus ſum.* Scholiaſtes Hier. & Beda in eundem loc. *quoniam in defenſione.* In Græco verſus iſte transfertur poſt ℣. 17. ubi ita ſe habet : οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ, &c. ut ſup. Quidam tamen Mſs. ordinem in Latina Vulgata ſervatum retinent.

℣. 17. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 802. b. *Nonnulli ex æmulatione, jam aliqui & ex ſimultate Chriſtum prædicant.* Auguſtinus tract. 46. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 605. c. *Quidam verò & per contumaciam Chriſtum annuntiant non caſtè, exiſtimantes tribulationem ſuſcitare vinculis meis :* ita rurſum l. 2. cont. ep. Parmen. tom. 9. col. 42. b. & l. 2. cont. litt. Petil. col. 267. d. in Pſalm. verò 51. tom. 4. col. 477. c. *Sunt qui per invidiam & contentionem Chriſtum annuntiant non caſtè, exiſtimantes tribulationem ſe ſuſcitare vinc. meis :* & l. 1. cont. Creſcon. n. 9. to. 9. col. 393. f. *Quidam quidem ex invidia & contentione Chriſtum annuntiant non caſtè, exiſtimantes tribulationem ſuſcitari vinc. meis :* hunc etiam vide tract. 50. in Joh. col. 632. b. Hieron. in ep. ad Philem. to. 4. p. 1. col. 445. b. Vulgatæ accinit ad verbum. At Ambroſiaſt. in Phil. 1. 17. *Aliqui verò ex contentione Chriſtum annuntiant non ſimpliciter, exiſtimantes quòd preſſuram ſuſcitent vinculis meis.* Græc. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς, &c. Mſs. plures, ἐγείρειν τοῖς.

### Vulgata nova.

18. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

19. Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, & subministrationem Spiritus Jesu Christi,

20. secundùm exspectationem, & spem meam, quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.

22. Quòd si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro.

23. Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis melius:

24. permanere autem in carne, necessarium propter vos.

### Versio antiqua.

18. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntiatur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

19. Scio enim quòd hoc mihi * procedat in salutem, per vestram obsecrationem, & * sumministrationem Spiritus Christi Jesu,

* *Mss. Reg.* procedant.

* *Mss. Reg.* subministrationem.

20. secundùm exspectationem, & spem meam, quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.

22. Si autem vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam non adcognosco.

23. Contineor autem ex duobus: concupiscentiam habens dissolvi, & cum Christo esse, quantò magis melius:

24. permanere autem in carne, necessarium propter vos.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 18. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. b. *Nihil mea, sive causatione, sive veritate Christus annuntietur.* Cyprianus ep. 73. p. 133. b. *Veruntamen omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur.* Similiter Firmilian. apud Cypr. ep. 75. p. 149. b. omisso *Veruntamen.* Tichon. reg. 6. p. 63. g. *Quid interest sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur?* August. tr. 11. & 46. in Joh. to. 3. p. 2. col. 379. g. 605. c. *Quid enim? Dum omni modo, sive occasione, sive veritate, Christus annuntietur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo:* itidem l. 2. cont. litt. Petil. to. 9. col. 267. e. & l. 2. contra ep. Parmeniani, col. 42? b. necnon l. 16. de civitate Dei, c. 2. to. 7. col. 415. e. at in Ps. 51. to. 4. col. 477. c. *Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem,* &c. sicque rursus l. 2. contra ep. Parmen. col. 51. c. *sive per occasionem, sive per veritatem,* &c. cui favent Donatistæ in Collat. Carthag. p. 489. b. Ambrosiast. verò in Phil. 1. 18. *Quid enim? Dum tamen quovis modo, sive occasione, sive veritate, Christus annuntietur; & in hoc gaudeo, sed etiam & gaudebo.* Sedul. Hib. in eundem loc. *Quid enim? Dum omni modo, sive occasione.* Græc. Τί γάρ; Πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ, &c. ut supra. Mss. quidam, Τί γάρ; Ὅτι πλήν· subinde Euseb. Hist. l. 3. c. 58. καταγγελλέσθω, teste Millio.

℣. 19. Ambrosiaster in hunc loc. *Scio enim quòd hoc mihi procedet ad salutem, per vestram precem, & subministrationem Spiritus Jesu Christi;* Rom. ed. *proficiet ad salutem.* Vigil. Tapss. l. contra Varimad. p. 744. b. *Scio enim quòd hoc mihi proficit in salutem, per vestras obsecrationes, & subministrationes Sp. Jesu C.* Victorinus Afr. l. cont. Arium, p. 259. g. *& in subministratione Sp. J. C.* Gr. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ, &c.

℣. 20. Ambrosiaster in hunc loc. *secundùm contemplationem, & spem meam, quia in nullo confundar: sed in omni exerta fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corp. meo,* &c. ut sup. Ambrosius in Ps. 118. col. 980. b. similiter, *in nullo confundar;* Sedul. Hib. in Phil. 1. 20. *in nullo confundor.* Tertul. l. de cult. fem. c. 11. p. 267. c. *Magnificetur Deus in corp. vestro.* Græc. κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν, καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι· ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ ὡς, &c. ut in Vulgata.

℣. 21. Accinunt magno consensu Cypr. l. de mortal. p. 230. c. & l. de laud. mart. p. 347. b. Hilar. in Ps. 118. col. 314. a. Zeno Veron. l. 2. tract. 18. p. 203. & Ambrosius l. de bono mort. c. 2. col. 391. e. necnon l. 2. de fide res. col. 1144. d. item Ambrosius ep. 44. col. 980. b. *Nobis enim vivere Christus, & mori lucrum:* & l. de ob. Val. col. 1186. f. *Justis vivere Christus, & mori lucrum.* Paulinus vit. Ambros. to. 2. p. ix. e. *Vivere Christus fuit, & mori lucrum.* Augustinus tract. 5. in 1. Joh. tom. 3. p. 2. col. 858. g. *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Itidem S. Pacian. ser. de bapt. p. 319. b. cum Ambrosiastro in Phil. 1. 21. nec aliter in Græco, nisi quòd additur *enim*, post *Mihi*, detracto verbo *est*, post *Christus*; quod tamen retinet Borner. cod. Gr. Latinus.

℣. 22. Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. c. *Si igitur vivere in carne, hic mihi fructus operis est.* Ambrosiast. in Phil. 1. 22. *Si ergo vivere in carne, hic mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro.* Augustinus l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 45. d. similiter, *& quid eligam ignoro.* Græc. Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω. Borner. cod. addit ἐστὶν, post ἔργου.

℣. 23. Tertul. l. de pat. c. 9. p. 201. c. *Cupio recipi jam, & esse cum Christo:* & l. de spect. c. 29. p. 219. c. alludens ait: *Quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli, exire de sæculo, & recipi apud Dominum:* & l. 1. ad uxor. c. 5. p. 275. a. *isto sæculo eximi, & recipi ad Dominum.* Hilar. in Ps. 62. col. 153. e. *Apost. dissolvi se, melius sibi esse decernit:* & in Ps. 125. col. 410. b. *Dissolvi me melius est, & cum Christo manere:* sicque rursus in Ps. 142. col. 549. b. excepto *esse*, pro *manere*. Hieron. ep. 1. ad Rufin. tom. 4. p. 2. col. 3. e. & l. 2. contra Jovin. col. 200. b. *Cupio dissolvi, & esse cum Christo:* & in Eccles. to. 2. col. 767. b. *Melius est dissolvi, & esse cum Christo.* Ambrosius l. de parad. col. 164. e. *Cupio dissolvi, & cum Christo esse: multò enim melius:* & in Ps. 118. col. 1253. d. *Dissolvi enim cupio, & cum Chr. esse multò melius:* & l. de bono mort. c. 2. col. 392. a. f. *Dissolvi enim, & cum Christo esse, multò melius:* ita rursum in Ps. 61. col. 962. e. & l. 5. de fide, col. 577. d. & l. 2. de fide res. col. 1145. a. sic etiam in Ps. 47. col. 941. detracto *enim*, post *Dissolvi*; nec aliter in Luc. 9. col. 1415. d. & l. 2. de Spir. S. col. 649. c. 865. f. & l. de ob. Val. col. 1186. f. Augustinus ep. 228. to. 2. col. 833. g. *Compellor autem ex duobus: concupiscentiam habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis optimum:* similiter l. 3. de doctr. Chr. p. 1. col. 45. d. addito *enim*, post *multò*: ibidem autem hæc notat in consequentibus: *Incertum est*, inquit, *utrum*, ex duobus concupiscentiam habens, *an*, Compellor autem ex duobus, *ut illud adjungatur*, concupiscentiam habens dissolvi, & esse cum Christo. *Sed quoniam ita sequitur*, multò enim magis optimum; *apparet eum ejus optimi dicere se habere concupiscentiam, ut cùm ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem; concupiscentiam scilicet, esse cum Christo; necessitatem, manere in carne. Quæ ambiguitas uno consequenti verbo dijudicatur, quod positum est* enim; *quam particulam qui abstulerunt Interpretes, illâ potiùs sententiâ ducti sunt, ut non solùm compelli ex duobus, sed etiam duorum habere concupiscentiam videretur.* Eodem rursus modo legit August. tum in Job, tom. 3. p. 1. col. 677. g. tum in Pss. 21. & 93. to. 4. col. 95. d. & 1014. d. cum vocula *enim*: item tract. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 858. g. 887. c. necnon in Ps. 54. tom. 4. col. 505. e. habet: *Optabam dissolvi, & esse cum Christo: multò enim magis optimum:* at in Ps. 44. col. 397. g. *Cupio dissolvi, & esse cum Christo, multò magis optimum:* vide etiam quæst. 13. in Luc. tom. 3. p. 2. col. 254. d. & tract. 57. & 60. in Joh. col. 658. d. 665. d. S. Pacianus ser. de bapt. p. 319. b. *Optarem dissolvi, & cum Christo esse.* Cassiodor. in Ps. 109. p. 377. a. *Compellor autem ex duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum C. multò magis melius.* Ambrosiaster in Phil. 1. 23. *Coarctor autem in his duobus: desiderium habens dissolvi, & cum Christo esse: multò enim melius.* Beda ibid. *& cum Christo esse, multò melius.* Gr. Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο· τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ..... πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Mss. plures tollunt γὰρ, post Συνέχομαι· subinde Bornerianus codex Gr. Lat. pro πολλῷ, habet πόσῳ, absque seq. γὰρ, quod etiam al. quidam omittunt: unus quoque Ms. Gr. tollit μᾶλλον, ante κρεῖσσον.

℣. 24. Ambrosius l. de bono mort. c. 2. col. 392. a. & l. 2. de fide resur. col. 1145. a. *permanere autem in carne, magis necessarium propter vos:* sic etiam in Psal. 118. col. 1253. d. omisso *propter vos*: at ser. cont. Auxent. col. 865.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

25. Et hoc confidens scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis, ad vestrum profectum, & gaudium fidei:

26. ut gloriatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.

27. Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini: ut sive adveniens videre vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, concertantes fide Evangelii,

28. & non expavescentes in nullo ab adversariis: quæ est illis ostensio perditionis, vestræ autem salutis, & hoc à Deo:

29. quia vobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:

30. idipsum certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis * de me.

* Ms. Reg. in.

VULGATA NOVA.

25. Et hoc confidens scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum, & gaudium fidei:

26. ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.

27. Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini: ut sive cùm venero, & videro vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii: Ephes. 4. 1. Col. 1. 10. 1. Thess. 2. 12.

28. & in nullo terreamini ab adversariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo:

29. quia vobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:

30. idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*f. etsi manere in carne, magis necessar. propter vos.* Ambrosiaster in Phil. 1. 24. *remanere autem in carne, valde necessarium propter vos.* August. ep. 228. to. 2. col. 833. g. *manere autem in carne, necessarium propter vos:* itidem l. 3. de doctr. Chr. tom. 3. p. 1. col. 45. d. detracto *autem:* ita quoque in Job, to. 3. p. 1. col. 678. a. & quæst. 13. in Luc. p. 2. col. 254. d. item tract. 46. in Joh. col. 605. g. & tract. 5. in 1. Joh. col. 858. g. 887. c. & in Ps. 44. tom. 4. col. 397. g. & in Ps. 54. col. 505. e. & in Ps. 93. col. 1014. d. at tract. 57. in Joh. col. 658. d. unà cum Cassiod. in Ps. 109. p. 377. a. *permanere autem in carne, magis necessarium propter vos:* cui etiam concinit Beda in hunc locum, addito *est*, post *necessarium.* Græcum: τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ....... ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς· al. ἀναγκαῖον.

℣. 25. Ambrosiaster in hunc loc. *Et hoc certum habens scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis, in vestrum profectum, & gaudium fidei.* Græc. Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα ὅτι μενῶ, καὶ συμπαραμενῶ... εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν, καὶ, &c. ut sup. Mss. quidam, καὶ παραμενῶ.

℣. 26. Ambrosiaster in hunc loc. *ut gloria vestra abundet per Christum Jesum in me, per meum adv.* &c. ut sup. Gr. ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας, &c. ut supra.

℣. 27. Ambrosiaster in hunc loc. *Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini: ut sive cùm venero, & videro vos, sive absens audiam de vobis, quòd stetis in uno spiritu unanimes, pariter cum fide Evangelii certantes.* Augustinus ep. 122. to. 2. col. 362. a. *ut sive adveniens, & videns vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu, uno animo collaborantes fidei Evangelicæ.* Græc. Μόνον ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε· ἵνα εἴτε ἐλθὼν, καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου.

℣. 28. Ambrosiaster ubi sup. *& non pavescentes in quoquam ab adversariis: quæ est illis ostentatio* (Rom. ed. *occasio interitus*, *vobis autem salutis, & hoc à Deo.* August. l. 1. contra 2. ep. Pelag. to. 10. col. 414. c. *in nullo expavescatis ab adversariis: quæ quidem est illis causa perditionis, vestra autem salutis, & hoc à Deo.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *in nullo terreamini*, &c. ut in Vulg. Græcum: καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων· ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ, &c. ut sup. Borner. cod. Gr. Lat. cum Alex. delet μὲν, post αὐτοῖς; paulò verò post habet ὑμῶν, pro ὑμῖν, cum aliis quibusdam.

℣. 29. Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 404. a. *quia à Deo vobis donatum est, non solùm ut credatis in eum, sed etiam ut pro illo patiamini.* Augustinus l. 1. cont. 2. ep. Pelag. to. 10. col. 414. c. *quia vobis donatum est pro Christo, non tantùm ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini pro eo.* Auctor l. voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *vobis enim donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in Phil. 1. 29. jungendo voces ultimas versûs præced. cum versu præsenti, sic legit: *& hoc à Deo donatum est vobis pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Græc. ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.

℣. 30. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. c. *eundem agonem habentes, quem in me vidistis, & nunc audistis.* Ambrosiaster in hunc loc. *idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me.* Græc. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον ἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. Mss. plures, εἴδετε· Borner. cod. καὶ ἴδετε· subinde alius, καὶ νῦν ἠκούσατε περὶ ἐμοῦ.

# CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua communicatio spiritus, si qua viscera, & miserationes:

2. implete gaudium meum, ut * idipsum sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, unum sentientes,

* Ms. Reg. idem sapiatis.

3. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitatem invicem arbitrantes præcellentes invicem,

VULGATA NOVA.

1. SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis:

2. implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes,

3. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Si qua ergo exhortatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua participatio spiritus, si qua sunt viscera, & miserationes.* Anastasius II. ep. 1. Conc. to. 4. col. 1279. e. *Si qua ergo consolatio in Christo, si qua allocutio caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera, & miserationes.* Sedul. Hib. in Phil. 2. 1. *Si qua ergo consolatio in Christo, si qua allocutio charitatis, si qua societas spir. si qua viscera misericordiæ.* Gr. Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα, καὶ οἰκτιρμοί· Ms. 1. σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ.

℣. 2. Hilarius in Ps. 132. col. 461. c. similiter: *implete gaudium meum, ut idipsum sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, unum sentientes.* Sic etiam Ambrosiast. in Phil. 2. 2. præter *ut idem sapientes*, pro *ut idipsum sapiatis.* Anastasius II. ep. 1. Conc. to. 4. col. 1280. a. *implete gaudium meum, ut idipsum dicatis omnes, eandem charitatem habentes:* tum addit: *nihil per contentionem*, &c. omissis intermediis. Siricius verò ep. 5. to. 1. col. 657. b. 658. a. cum Cœlestino I. epist. 18. col. 1158. d. *unanimes, unum sentientes.* Gr. σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες· al. τὸ αὐτὸ φρονοῦντες.

℣. 3. Hilarius in Psal. 132. col. 461. c. *nihil per æmulationem, sive per inanem gloriam agentes: sed in humilitate*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

4. non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.

5. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu:

6. qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:

7. sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

**VERSIO ANTIQUA.**

4. non sua unusquisque considerantes, sed quæ aliorum * unusquisque.

5. Hoc enim sentite in vobis, quod & Christus Jesus:

6. qui cùm in forma Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:

7. sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in * similitudine hominum factus, & habitu * adinventus ut homo.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms. Reg.* delet unusquisque.

* *Ms. Reg.* similitudinem.

* *Ms. Reg.* inventus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*invicem arbitrantes præcellere super invicem.* Augustinus ser. 144. tom. 5. col. 694. d. *nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate mentis alterutrum existimantes superiorem sibi:* item l. de S. virginit. tom. 6. col. 365. d. *alterutrum existimantes superiorem sibi.* Sicque etiam Ambros. l. 3. offic. col. 111. a. & Auctor l. de sing. cler. p. 526. c. Ambrosiaster verò in Phil. 2. 3. *nihil fiat secundùm irritationem, neque secundùm inanem gloriam: sed in humilitate mentis alius alium existimantes superiorem sibi.* Siricius ep. 5. to. 1. col. 658. a. *nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes.* Cœlestinus I. ep. 18. *nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere gestiamus.* Anastasius II. ep. 1. Conc. to. 4. col. 1280. a. *nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate mentis invicem æstimantes semetipsis superiores.* Græc. μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν, ἢ κενοδοξίαν· ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Mss. quidam, μηδὲ κατὰ κενοδοξίαν.

℣. 4. Hilarius in Ps. 132. col. 461. c. *non sua, sed aliorum unusquisque vestrûm contemplantes.* Ambrosius l. 2. offic. c. 27. col. 102. d. *ut cogitemus non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum:* & l. 3. c. 2. col. 111. a. *non quæ sua sunt singuli cogitantes, sed quæ aliorum.* August. ser. 144. tom. 5. col. 694. e. *non quæ sua sunt unusquisque intendentes, sed & quæ aliorum singuli quique.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 1. col. 124. b. *non quæ sua sunt quisque intendentes, sed & quæ aliorum.* Anastasius II. ep. 1. Conc. tom. 4. col. 1280. a. *non sua singuli respicientes, sed aliorum.* Ambrosiaster in Phil. 2. 4. *non quæ sua sunt unusquisque contemplantes, sed quæ aliorum sunt.* Græc. μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. Borner. cod. habet ἕκαστοι σκοποῦντες, omisso ultimo ἕκαστος· alii plures, ἕκαστος σκοποῦντες, & in fine, ἕκαστοι.

℣. 5. Hilarius in Ps. 118. col. 324. e. *Hoc enim sapite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Auctor l. de sing. cleric. p. 526. *Hoc sentite de vobis, quod & in Christo Jesu.* Ambros. in Ps. 118. col. 1226. e. & Ambrosiaster in hunc loc. *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Concinunt Augustinus tract. 47. in Joh. to. 3. p. 2. col. 613. e. necnon sermone 144. to. 5. col. 694. e. & Fortunat. Manich. ap. eund. disput. 1. cont. ipsum, tom. 8. col. 95. f. detracto *enim.* Utrique accensendi Rufinus in symb. p. 178. c. Gaudentius Brix. ser. 19. p. 974. e. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 729. c. Leo M. ser. 70. p. 151. c. Victorin. Afr. l. 4. contra Arium, p. 288. g. & Maximinus Arian. apud August. to. 8. col. 662. b. nisi quòd hi duo postremi restituant *enim:* at Victorinus sup. l. 1. p. 259. g. legit: *Istud enim sapite in his, quod & in Christo.* Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 638. d. *Hoc enim existimate in vobis, quod in Christo Jesu.* Vital. & Constant. epist. ad Capreol. Conc. Hisp. to. 2. p. 199. *Hoc autem sentite in vobis, quod & in C. Jesu.* Gr. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ms. Alex. Τοῦτο φρονεῖτε, absque γάρ.

℣. 6. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 802. b. *in effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit pariari Deo:* ita rursum l. de resur. carn. p. 568. c. *non rapinam existimavit pariari Deo:* at l. contra Prax. p. 846. c. *qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit esse se æqualem Deo.* Novatian. l. de Trin. p. 1040. c. *qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse.* Cyprianus l. 2. & 3. Testim. pp. 290. b. 317. b. *qui in figura Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Lucifer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. e. & l. de mor. pro Dei fil. pp. 246. d. e. 247. h. *qui cùm in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo.* Similiter Hilar. l. 8. de Trin. col. 974. b. c. & l. contra Constant. col. 1252. b. & in Ps. 126. col. 421. b. sic etiam in Ps. 2. col. 33. & 44. & in Ps. 118. col. 324. e. nisi quòd hoc utroque loco habeat *existimavit,* pro *arbitratus est.* Ambrosius l. de Jos. c. 3. col. 448. a. *qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:* sicque iterum l. de apolog. Dav. c. 3. col. 680. a. 720. e. & in Pss. 35. 61. & 118. col. 767. f. 957. c. 1226. e. & l. 2. 3. & 5. de fide, col. 482. b. 483. d. 518. b. 562. f. & l. 3. de Spir. S. col. 691. d. & epist. 9. col. 795. d. Accinunt Rufin. in symb. p. 178. c. Arnob. Jun. l. de Trin. p. 216. f. Ruric. l. 2. epist. ep. 16. p. 567. a. Leo M. ser. 70. p. 151. c. & Vigil. Tapf. l. 3. de Trin. idem tamen Vigil. l. cont. Varimad. pp. 729. c. 739. f. habet: *qui cùm in forma Dei esset constitutus, non rap.* &c. ut sup. Itidem Auctor l. de sing. cler. p. 526. d. necnon Faustin. presb. l. cont. Arian. pp. 638. d. 641. f. 647. f. Hieron. verò l. 3. in ep. ad Gal. tom. 4. p. 1. col. 296. b. *ut quomodo Salvator in forma Dei constitutus, non rap.* &c. at l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 498. f. *qui cùm esset in forma Dei, nequaquam rapinam arbitratus est æqualem se esse Deo.* Augustinus tract. 17. 19. 21. & 47. in Joh. tom. 3. col. 429. f. 447. e. 463. a. & 613. e. item tract. 9. in 1. Joh. col. 891. g. & serm. 144. tom. 5. col. 694. e. *qui cùm in forma Dei esset, non rap. arbitratus est esse æqualis Deo:* & tract. 12. in Joh. col. 386. c. *quia cùm in forma Dei esset,* &c: & tract. 23. & 78. col. 475. b. 699. a. *cùm enim in forma,* &c. in Ps. verò 63. col. 623. b. *quia cùm in forma Dei esset constitutus, non rap.* &c. similiter l. de fide & symb. to. 6. col. 154. a. excepto pronomine *qui,* pro *quia:* vide etiam ep. 242. to. 2. col. 867. c. & in Ps. 30. tom. 4. col. 146. c. necnon l. contra Jud. to. 8. col. 31. c. ubi constanter habet, *esse æqualis Deo.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 3. col. 172. b. At Fortunatus Manich. apud August. disput. 1. contra ipsum, tom. 8. col. 95. f. *qui cùm in forma Dei esset constitutus, non rap. arb. est esse se æqualem Deo.* Maximinus Arian. ap. eundem Aug. ibid. col. 662. b. *qui cùm in forma Dei esset, non rap. arb. est esse se parem Deo.* Victorinus Afr. l. 1. contra Arium, p. 256. c. *qui in forma Dei existens, non rapin. arb. est esse se æqualem Deo:* sic etiam infra, p. 259. g. deleto *se,* post *esse:* & l. 4. p. 282. f. *qui cùm in forma Dei constitutus esset, non rap. arb. est ut esset æqualis Deo:* & inf. p. 288. g. *qui cùm in forma Dei constitutus fuisset, non arb. est rap. ut esset æqualis Deo:* & sup. p. 287. h. *qui cùm esset in Dei forma, non rap. arb. est ut esset æqualis Deo:* & rursus p. 288. a. d. *non est arbitratus rap. se æqualem Deo.* Gaudent. Brix. serm. 19. p. 974. e. *qui in forma Dei constitutus, rap. non arb. est quòd esset æqualis Deo.* Vital. & Constant. epist. ad Capreol. Carthag. Conc. Hisp. to. 2. p. 199. *qui cùm in forma Dei esset, non rap. arb. esse æqualis Deo.* Ambrosiaster in hunc loc. cum Auct. quæst. N. T. q. 97. col. 86. d. 90. g. *qui cùm in forma Dei esset, non rap. arb. est esse se parem Deo.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 304. f. *cùm in forma Dei esset.* Sedul. Hib. in Phil. 2. 6. *qui cùm in forma Dei esset, nec rap. ducit se æqualem esse Deo.* Gr. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.

℣. 7. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 802. b. *sed exhausit semetipsum accepta effigie servi, & in similitudine hominis, & figura inventus ut homo.* Novatianus l. de Trin. pp. 1040. c. 1041. a. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Sic etiam Cypr. l. 2. & 3. Testim. pp. 290. b. 317. b. præter *in similitudinem.* Accinunt Lucifer Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 195. e. & l. de mor. pro Dei fil. p. 247. h. Auctor l. de prom. p. 3. prom. 3. col. 172. c. & Leo Mag. ser. 70. p. 151. c. Hilar. verò in Ps. 2. n. 33. col. 44. seqq. *sed se exinanivit formam servi accipiens, in similitudine hominis constitutus, & habitu repertus ut homo:* ita rursum l. 10. de Trin. col. 1053. c. excepto verbo *humiliavit,* pro *exinanivit:* at in Ps. 126. col. 421. b. *sed se exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo:* & in Ps. 118. col. 324. e. *sed se exinan. formam servi accipiens, & habitu repertus ut homo:* & in Ps. 124. col. 403. c. *exinanivit enim se in forma Dei constitutus, & formam servi accepit:* & in Ps. 131. col. 454. c. *formam enim servi, qui in Dei forma manebat, accepit:* & in Ps. 138. col. 505. c. 507. c. *exinanivit enim se in forma Dei manens:* hunc etiam vide in Ps. 67. col. 193. b. & l. 8. de Trin. col. 974. b. c. & l. de synod. col. 1199. a. & l. contra Const. col. 1252. b. Faustinus presb. l. cont. Arian. p. 638. d. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens:* itidem infra, p. 647. f. ubi addit, *in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo:* sicque iterum ibid. excepto *in similitudinem.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, pp. 259. g. 260. a. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem ho-*

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 8. Humiliavit seipsum factus obaudiens usque ad mortem, mortem autem crucis. | 8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *Heb. 2. 9.* |
| 9. Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen super omne nomen: | 9. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: |
| * *Ms. Reg. flectat.* 10. ut in nomine Jesu omne genu * flectatur cœlestium, & terrestrium, & infernorum; | 10. ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum; *Isai. 45. 24. Rom. 14. 11.* |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*minis effectus, & figura inventus sicuti homo:* & l. 4. p. 288. a. *se exinanivit, & formam servi suscipiens* ; inf. *sumens* : & post pauca: *& servi sumpsit formam, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus tanquam homo.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 296. b. *sed seipsum exinanivit formam servi accipiens, & habitu inventus ut homo:* & l. 1. cont. Pelag. p. 2. col. 498. f. *sed se exinanivit formam servi accipiens, & factus est obediens*, &c. Auctor l. de sing. cler. p. 526. c. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Similiter Ambrosius lib. de Jos. c. 3. col. 488. a. & in Psalmum 118. col. 1226. e. & epist. 9. col. 795. d. ita quoque in Psalmum 35. col. 767. f. & lib. 3. de fide, col. 518. b. ubi addit, *in similitudinem hominum factus, & specie inventus ut homo:* itidem in Ps. 61. col. 957. c. excepto *in specie*, pro *& specie*: at l. de myst. col. 331. d. *& specie inventus ut homo*, nec plura: eadem rursus habet in Ps. 43. col. 919. b. & l. 2. de fide, col. 486. f. & serm. cont. Auxent. n. 35. col. 873. c. & ep. 46. col. 986. b. c. d. & l. 2. de fide ref. col. 1161. d. lib. verò 3. de fide, col. 512. a. *in similitudine hominis factus, & specie inventus ut homo:* vide etiam l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. b. 680. a. & l. de apol. Dav. col. 720. e. quo postremo loco habet: *sed formam servi accipiens, humiliavit semetipsum*, &c. Sic etiam Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 304. f. At Rufinus in symb. p. 178. c. unà cum Ambrosiast. in Phil. 2. 7. necnon Ruricio l. 2. epist. ep. 10. p. 567. a. & Arnobio Jun. l. de Trin. p. 216. h. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo.* Similiter Augustinus l. 7. conf. to. 1. col. 138. d. e. & tract. 12. in Joh. to. 3. col. 386. d. & serm. 144. to. 5. col. 694. e. excepto verbo *inventus*, pro *repertus*: ita quoque tract. 47. in Joh. col. 613. e. & tract. 9. in 1. Joh. col. 891. g. & l. de S. virginit. to. 6. col. 355. f. præter ablativ. *similitudine.* Itidem Fortunatus Manich. apud Aug. disput. 1. cont. ipsum, to. 8. col. 95. b. Ipse verò August. l. de fide & symb. tom. 6. col. 154. a. d. legit: *sed semetipsum evacuavit formam servi accipiens*; infra tamen, col. 159. f. *exinanivit*, ut supra. Item Vigil. Tapf. l. contra Varimad. pp. 729. c. 739. f. *sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens:* & l. 3. de Trin. addit: *in similitudinem hominum factus, & inventus ut homo.* Concinit Leo M. serm. 70. p. 151. c. posito *habitu*, ante *inventus.* Gaud. Brix. serm. 19. p. 974. f. *se se exinanivit semetipsum formam servi suscipiens, in similitudinem hominis factus, & specie inventus ut homo.* Maximinus Arian. apud August. to. 8. col. 662. b. nil differt à Vulg. & Regio textu. Græc. ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος.

℣. 8. Irenæus l. 3. c. 12. p. 197. c. *Subjectus factus est usque ad mortem, mortem autem crucis:* similiter l. 5. c. 16. p. 313. a. præter verbum *Obediens*, pro *Subjectus.* Tertullianus l. de fuga in perf. p. 973. b. *Et traditus est in mortem, mortem autem crucis.* Novatianus l. de Trin. p. 1041. a. b. *Humiliavit se obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis.* Itidem Cypr. l. 2. & 3. Testim. pp. 290. b. 317. b. posito *obediens*, post *factus.* Sic etiam Hilar. in Ps. 2. col. 44. & in Ps. 118. col. 324. e. & in Ps. 126. col. 421. b. & l. 11. de Trin. col. 1100. a. quem etiam vide in Pss. 53. 67. & 138. col. 96. a. 193. b. & 515. a. Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 247. h. *Humiliavit se usque ad mortem, mortem autem crucis.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 498. f. post hæc, *formam servi accipiens*, subdit: *& factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis:* lib. verò 3. in ep. ad Galat. ibid. p. 1. col. 296. b. *Humiliavit semetipsum factus obed. usque ad*, &c. ut sup. Accinunt Rufinus in symb. p. 178. c. Ambrosius in Pss. 35. & 61. col. 767. f. & 957. c. & l. 2. 3. & 5. de fide, col. 487. a. 512. a. & 581. e. & l. de apolog. Dav. col. 720. e. & epist. 9. col. 797. b. & ser. cont. Auxent. n. 35. col. 873. c. & l. de fide resur. col. 1161. d. Ambrosiast. in Phil. 2. 8. & Augustinus tr. 10. 12. 47. 51. & 104. in Joh. to. 3. col. 373. d. 386. d. 613. f. 635. d. & 759. e. & l. de S. virginit. to. 6. col. 355. f. & ser. 144. to. 5. col. 694. e. at l. de fide & symb. to. 6. col. 156. e. legit: *Humiliavit se factus subditus usque ad mortem*, &c. ut sup. Fortunatus Manich. apud Aug. disput. 1. cont. ipsum, to. 8. col. 95. f. *Humiliavit semetipsum, & factus est subditus usque ad mortem.* Maximinus Arian. apud eundem ibid. col. 662. b. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem*, &c. ut sup. Victorinus Afr. l. 4. cont. Arium, p. 288. h. *Humiliavit semetipsum subditus factus usque ad mort.* &c. Faustinus presb. l. cont. Arian. p. 642. c. *Semetipsum humiliavit factus obed. usque ad mortem crucis:* & infra, p. 647. f. *Humiliavit seipsum factus obed. usque ad mort. mortem aut.* &c. Similiter Ruricius l. 2. epist. ep. 10. p. 567. a. cum Arnob. Jun. l. de Trin. pp. 213. h. 216. h. quibus accensendi Leo M. serm. 70. p. 151. c. & Gaud. Brix. ser. 19. p. 974. g. nisi quòd isti legant *semetipsum*, pro *seipsum.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 304. f. *Humiliavit se usque ad mortem.* Vigil. Tapf. l. 3. de Trin. *inventus ut homo, obediens usque ad mort. mortem autem crucis.* Auctor l. de xii. abus. sæc. c. 3. p. 591. f. *obediens Patri usque ad mort. mortem autem crucis.* Gr. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.

℣. 9. Novatianus l. de Trin. p. 1041. b. *Propterea & Deus illum superexaltavit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* Cypr. l. 3. Testim. p. 317. b. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, ut sit super omne nomen:* ita rursum l. de op. & eleem. p. 255. a. & l. 2. Testim. p. 290. b. excepto *quod est*, pro *ut sit.* Sic etiam Hilar. in Pss. 2. 53. 60. 65. 126. 131. 138. & 143. col. 44. 96. a. 143. b. 177. e. 421. b. 459. e. 507. b. 515. a. & 554. f. at in Ps. 118. col. 324. e. legit: *Propter hoc enim eum Deus exaltavit, & donavit illi nom. quod est*, &c. sic iterum in Ps. 141. col. 545. d. detracto *enim*: in Ps. verò 67. col. 193. b. sic: *Propter quod eum exaltavit Deus, nomenque ei super omne nomen donavit.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 499. a. *Propterea donavit ei Deus nomen, quod est supra omne nomen.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1226. f. *Propter quod Deus illum exaltavit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen:* hunc etiam vide in eundem Ps. col. 1147. c. item in Ps. 47. col. 943. a. & in Luc. 20. col. 1504. e. Augustinus tract. 10. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 373. d. *Propter quod & Deus illum excitavit* (Mss. 3. *exaltavit*) *à mortuis, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen:* sed tract. 104. col. 759. e. *Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit ei nomen, quod est sup.* &c. Concinunt Leo Mag. serm. 70. p. 151. c. Ruricius l. 2. epist. ep. 10. p. 567. a. & Gaud. Brix. ser. 19. p. 974. g. quibus adjungendus Ambrosiast. in Phil. 2. 9. qui tamen paulò post in comment. pro *exaltavit*, legit *superexaltavit.* Similiter & Maximinus Arian. apud August. to. 8. col. 662. c. *Propter quod & Deus eum superexaltavit, & donavit ei nomen*, &c. ut sup. S. Prosp. in Ps. 109. p. 415. e. *Propter quod eum exaltavit à mortuis, & donavit illi nom. quod est*, &c. Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 300. h. *& donavit illi Deus nomen, quod super omne nomen est.* Gr. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Borner. cod. εἰς τὸ ὑπέρ.

℣. 10. Irenæus l. 1. c. 9. p. 48. c. *omne genu curvet cœlestium, & terrestrium, & infernorum.* Cypr. l. 3. Testim. p. 317. b. *ut in nomine Jesu omne genu curvetur cœlestium, terrestrium, & infernorum:* sic etiam l. de op. & eleem. p. 255. a. & l. 2. Testim. p. 290. b. præter verbum *flectatur*, pro *curvetur.* Accinunt Novatian. l. de Trin. p. 1041. b. & Hilar. in Ps. 2. n. 33. col. 44. & in Ps. 141. col. 545. d. Ita rursum Hilar. in Pss. 65. 118. 126. & 131. col. 177. e. 324. f. 421. b. & 459. e. & l. 8. de Trin. col. 975. a. præposito *&*, voci *terrestrium:* item l. 9. de Trin. col. 989. b. *ut in nomine suo omne genu flectat* (Mss. quidam, *ut in nom. Jesu omnes genu flectant*) *cœlestium, & terrestrium, & infernorum:* & in Ps. 62. col. 156. a. *in nomine Dom. J. C. omne genu flectetur cœlestium, terrestr. & inferorum:* & in Ps. 67. col. 193. b. *ut in ejus nomine genu cœlestia, ac terrestria flecterent, & inferna:* & in Ps. 138. col. 507. b. 515. a. *ut in nomine ejus omne genu flectatur cœlestium, terr. & infernorum.* Itidem Arnob. Jun. l. de Trin. p. 222. h. cui accensendi Augustinus tract. 104. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 759. e. S. Prosp. in Ps. 109. p. 415. e. & Ambrosiaster in Phil. 2. 10. nisi quòd legant *Jesu*, pro *ejus.* Ita quoque Leo M. serm. 70. p. 151. c. & Gaud. Brix. serm. 19. p. 974. g. quibus accinit Ruricius l. 2. epist. ep. 10. p. 567. a. uno excepto *inferorum.* Ambrosius l. 6. Hexaem. col. 141. f. &

Digitized by Google

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claram.

**Vulgata nova.**

11. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

12. Itaque charissimi mei, (sicut semper obedistis) non ut in præsentia mei tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.

13. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate.

1. Pet. 4. 9. 14. Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus:

15. ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravæ, & perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,

16. verbum vitæ continentes ad gloriam meam

**Versio antiqua.**

11. & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus Christus in gloriam Dei Patris.

12. Propter quod dilectissimi mihi, (sicut semper obaudistis) non ut præsentia mei tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea, cum timore & tremore vestram salutem operamini.

13. Deus enim est, qui operatur in vobis & velle, & operari, prout placet.

14. Omnia facite sine murmurationibus, & detractionibus:

15. & sitis sine crimine, & sinceres filii Dei, immaculati in medio nationis pravæ, & perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in hoc mundo,

16. verbum vitæ continentes ad gloriam meam

## Notæ ad Versionem antiquam.

l. 5. de fide, col. 580. d. *ut in nomine Jesu omne genu curvetur cælestium, terr. & infernorum*: & in Ps. 47. col. 943. a. *ut in nom. Jesu omne genu curvet cælestium, & terr. & infernorum*: at in Ps. 118. col. 1147. c. *ut in nomine ejus omne genu flectatur*: & infra, col. 1226. f. *ut in nom. Jesu omne genu flectatur*: & præf. in Ps. 35. col. 768. a. *ut in nom. ejus omne genu figant cælestium, terr. & infernorum.* Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 349. e. *ut in nom. Jesu omnes genu flectant cælest. terrest. & inf.* Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *ut in nom. Jesu C. omnes genua flectant.* Hieronymus l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 499. a. *ut in nom. Jesu flectant genu cælestia, terrestria, & inferna.* Orosius l. contra Pelag. p. 453. d. *ut in nom. ejus omne genu curvetur cælestium, & terrest. & infern.* Græcum: ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· Ms. 1. pro Ἰησοῦ, habet αὐτοῦ· alter, Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 11. Irenæus l. 1. c. 9. p. 48. c. *& omnis lingua confiteatur ei.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1254. b. *& omnis lingua confiteatur Deo.* Novatian. l. de Trin. p. 1041. c. *& omnis lingua confiteatur, quoniam Dom. Jesus in gloria est Dei Patris.* Similiter Cypr. l. 2. & 3. Testim. pp. 290. b. 317. b. exceptis *quia Dom. J. Christus.* Hilar. in Ps. 2. n. 33. col. 44. seqq. *& omnis lingua confiteatur, quia Dom. J. C. in gloria Dei Patris*: in Ps. verò 65. col. 177. e. *& omnis lingua..... quia Dom. Jesus in gloria est Dei Patris*: ita rursum in Ps. 66. col. 189. a. in Ps. 126. col. 421. b. in Ps. 131. col. 459. e. in Ps. 138. col. 507. b. 515. a. in Ps. 141. col. 545. d. & l. contra Const. col. 1252. c. ita etiam in Ps. 118. col. 324. f. & l. 9. de Trin. col. 989. b. deleto verbo *est*: & infra, col. 1012. a. *& omnis lingua confitebitur; quia Dom. Jesus in gloria Dei Patris*: & in Ps. 62. col. 156. a. *& omnis lingua confitebitur, quia Dom. J. C. in gloria est Dei Patris*: & in Ps. 67. col. 193. b. *linguaque omnis confiteatur Dominum Jesum in gloria Dei Patris.* Ambrosius l. 6. Hex. col. 142. a. *& omnium lingua confiteatur, quoniam Dom. Jesus in gloria est Dei Patris*: sic rursus præfat. in Ps. 35. col. 768. a. excepta voce *omnis*, loco *omnium*; nec aliter in Ps. 47. col. 943. a. in Ps. 118. col. 1226. f. & l. 5. de fide, col. 580. d. at in Luc. 20. col. 1504. e. *omnis lingua confiteatur Deo, quoniam Dom. Jesus in gloria est Dei Patris*: & l. 2. de fide, col. 486. d. *Dominus Jesus C. in gloria est Dei Patris.* Augustinus tract. 104. in Joh. to. 3. p. 2. col. 759. e. *& omnis lingua confiteatur, quia Dom. J. C. in gloria est Dei Patris.* Accinunt S. Prosp. in Ps. 109. p. 415. e. Ambrosiast. in Phil. 2. 11. Leo M. ser. 11. p. 60. f. & ser. 70. p. 151. c. Ruricius l. 2. epist. ep. 10. p. 567. a. & Vigil. Taps. l. 12. de Trin. quibus favet Gaud. Brix. ser. 19. p. 974. g. nisi quòd habeat, *Dominus Jesus est in*, &c. Græc. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Mss. plures ferunt ἐξομολογήσεται· Borner. verò cod. solus omittit vocem Χριστός.

℣. 12. Ambrosiaster in Phil. 2. 12. *Itaque dilectissimi mihi, (sicut semper obedistis) non in præsentia mei tantummodo, sed multò magis nunc in absentia, cum timore & tremore vestram ipsorum operamini salutem.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. Vulgatæ concinunt, nisi quòd tollunt *ut*, ante *in præsentia.* Augustinus quæst. 166. in Exod. to. 3. p. 1. col. 472. g. & in Job, col. 672. c. posteriora tantùm verba refert: *in timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini*: & epist. 157. to. 2. col. 555. d. *cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini*: ita rursum quæst. 15. in Deut. tom. 3. p. 1. col. 563. c. & l. de S. virginit. to. 6. col. 361. a. cui suffragantur Leo M. ser. 37. p. 99. e. Auctor ep. ad Demetriad. p. 45. f. & Epist. Synod. episc. Afric. Conc. to. 4. col. 1598. a. deleta voce *ipsorum.* Item Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. d. *cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Sedul. Hib. in Phil. 2. *cum timore.* Græc. Ὥστε ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν, &c. ut supra. Mss. quidam omittunt ὡς, ante ἐν τῇ παρουσίᾳ.

℣. 13. Augustinus ep. 55. tom. 2. col. 135. c. & epist. 157. col. 555. d. *Deus enim est, qui operatur in vobis & velle, & operari, pro bona voluntate*: itidem quæst. 166. in Exod. to. 3. p. 1. col. 472. g. & quæst. 15. in Deut. col. 563. d. & in Job, col. 672. c. & l. de S. virginit. tom. 6. col. 361. a. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 86. b. Concinunt Ambrosiaster in Phil. 2. 13. Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. f. & Leo M. serm. 37. p. 99. e. at Leo ser. 18. p. 68. c. pro *operari*, legit *perficere*; ut & Auctor l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 16. d. cum Gelasio I. ep. 8. Conc. to. 4. col. 1179. d. necnon Concilio Arausí. ibid. col. 1667. e. Item Epistola Synod. episc. Afric. ibid. col. 1598. a. *Dominus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona vol.* Sedul. Hib. in Rom. 9. p. 522. d. *Deus enim, qui operatur in nobis & velle, & operari.* Gr. Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν, ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας· Mss. quidam ferunt ἡμῖν, pro ὑμῖν.

℣. 14. Cyprianus l. 3. Testim. p. 309. b. *Omnia autem pro dilectione facientes, sine murmurationibus, & reputationibus.* Auctor l. de singul. cler. p. 537. a. *Omnia facite sine murmuratione, & hæsitatione.* Similiter habet Sedul. Hib. in Phil. 2. 14. *sine murmuratione, & hæsitatione.* August. in Ps. 93. to. 4. col. 1001. a. e. *Omnia facite sine murmuratione, & disceptatione.* Ambrosiaster in hunc loc. *Omnia facite sine murmurationibus, & hæsitationibus.* Græc. Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν, καὶ διαλογισμῶν. Theodoretus in Isai. 58. legit γογγυσμοῦ· Mss. quidam, ὀργῆς.

℣. 15. Cyprianus l. 3. Testim. p. 309. b. *ut sitis sine querela, & immaculati filii Dei*: & epist. 6. ad Rogat. necnon l. 3. Testim. p. 314. b. *lucete sicut luminaria in mundo.* Leo M. serm. 34. p. 95. d. *lucete sicut luminaria in hoc mundo.* Irenæus l. 4. c. 5. p. 232. e. *quemadmodum luminaria in mundo.* Auctor l. de sing. cler. p. 533. a. *ut sitis irreprehensibiles, & simplices sicut filii Dei, immaculati in medio nationis pravæ, & perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Itidem Ambrosiaster in Phil. 2. 15. Auctor verò l. de dupl. mart. p. 587. c. *viventes sine querela ut simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ, & perversæ: inter quos luceamus sicut luminaria in mundo.* Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 542. b. *ut sitis irreprehensibiles, & simplices sicut filii Dei immaculati*: & in Eccles. to. 2. col. 782. c. *in quibus lucetis quasi luminaria in mundo.* August. in Ps. 93. to. 4. col. 1001. a. e. *ut sitis irreprehensibiles, & sinceres, immaculati filii Dei in medio nationis tortuosæ, & perversæ: in quibus apparetis sicut luminaria in mundo*: item in Ps. 146. to. 4. col. 1642. d. *in ista natione tortuosa, & perversa: in quibus apparetis tanquam luminaria in mundo*: & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 51. g. *in medio nationis tortuosæ, ac perversæ apparent sicut luminaria in mundo.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. h. *inter quos lucetis sicut luminaria in hoc mundo.* Epiphan. in 2. 2. Cantici Cant. *ut efficiamini filii Dei, immaculati in medio generationis pravæ, & perversæ.* Gr. ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι, καὶ ἀκέραιοι τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς, καὶ διεστραμμένης· ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ· Mss. Alex. & Borner. pro γένησθε, habent ἦτε· & in fine Borner. solus κόσμῳ τούτῳ.

℣. 16. Auctor l. de dupl. mart. p. 587. c. *verbum vitæ continentes ad gloriam Christi Jesu.* August. in Ps. 93. to. 4. col. 1001. a. e. & in Ps. 146. col. 1642. d. & l. 2. cont. epist. Parmen. tom. 9. col. 51. g. *verbum vitæ habentes.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. h. *verba vitæ continentes.* Ambrosiaster in Phil. 2. 16. *verbum vitæ continentes ad gloriam mihi in die Christi, quia non in vacuum cucurri, nec*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

in diem Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi.

17. Sed & * libari supra sacrificium, & servitutem fidei vestræ gaudeo, & congratulor omnibus vobis.

* *Mss. ambo*, liberi.

18. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.

19. Spero autem in Christo Jesu, Timotheum citò mittere ad vos: ut ego bono animo sim, cùm cognovero de vobis.

20. Neminem enim habeo unanimem, qui fidenter pro vobis sollicitus sit.

21. Omnes enim sua quærunt, non quæ Jesu Christi.

22. Experimentum autem ejus scitis, quia sicut patri filius, servivit in Evangelium.

23. Hunc ergo spero me mittere, mox videro quæ circa me sunt ex ipsa.

24. Confido autem in Domino, quoniam & ipse citò veniam.

25. Necessarium autem arbitratus sum, Epaphroditum fratrem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos:

26. quoniam desiderans erat omnes vos videre: & erat sollicitus, quia audieratis illum infirmatum.

27. Nam & infirmatus est ad desperationem mortis: sed Deus misertus est eum; non solùm autem * illi, sed etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam habeam.

* *Ms. Reg. vitiosè* illium.

28. Sollicitus itaque misi eum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.

## Vulgata nova.

in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi.

17. Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis.

18. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.

19. Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me citò mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. *Act. 16. 1.*

20. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.

21. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi. *1. Cor. 13. 5.*

22. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio.

23. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt.

24. Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò.

25. Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos:

26. quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.

27. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus; non solùm autem ejus, verùm etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.

28. Festinantiùs ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*in irritùm laboravi.* Sedul. Hib. in Phil. 2. 16. similiter *ad gloriam mihi.* Ambrosius ep. 46. col. 988. c. *non in vacuum laboravi.* Gr. λόγον ζωῆς ἐπέχοντες εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα· Ms. Vel. habet μου, pro ἐμοί.

℣. 17. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. c. *Nam & si libor super sacrificium, gaudeo, & congaudeo omnibus vobis.* Ambrosiast. in Phil. 2. 17. *Sed & si immolor supra sacrificium, & ministerium fidei vestræ, gaudeo, & gratulor omnibus vobis.* Sedul. Hib. in eundem loc. *Sed & si immolor super sacrificium vestrum.* Gr. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω, καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν.

℣. 18. Tertullianus l. contra Gnost. p. 832. c. *Perinde & vos gaudete, & congaudete mihi.* Ambrosiaster in Phil. 2. 18. *Ob idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.* Græc. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε, καὶ συγχαίρετέ μοι.

℣. 19. Aug. tr. 46. in Joh. to. 3. p. 2. col. 604. b. 605. b. *Spero autem in Domino Jesu, Timotheum citò mittere vobis: ut & ego bono animo sim, cùm cognovero quæ circa vos sint.* Ambrosiaster in Phil. 2. 19. *Spero autem in Domino Jesu, Timotheum in brevi me mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, certior de vobis factus.* Græcum: Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Mss. quidam habent, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 20. Augustinus tract. 46. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 604. b. 605. b. *Neminem enim habeo unianimem, qui germanè de vobis sollicitus sit.* Ambrosiaster in Phil. 2. 20. *Neminem enim habeo tam unanimem, & qui sinceram circa vos sollicitudinem gerat.* Græc. Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει.

℣. 21. Cyprianus l. 3. Testim. p. 308. a. *Omnes sua quærunt, & non quæ sunt Christi.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. p. 1. col. 158. d. *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non ea, quæ sunt Jesu Christi:* similiter l. 2. cont. Pelag. ibid. p. 2. col. 519. b. præter hæc, *& non ea, quæ Dei sunt.* August. tract. 46. in Johan. tom. 3. p. 2. col. 604. b. 605. b. *Omnes enim sua quærunt, non quæ Jesu Christi.* Ambrosiast. in Phil. 2. 21. *Nam omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi.* Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 9. col. 7. d. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu C.* Sedulius Hibern. in eundem locum: *Nam omnes sua.* Græcum: Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ· al. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 22. Ambrosiaster in Phil. 2. 22. *Probationem autem ejus nostis, quòd ut filius cum patre, mecum servivit in Evangelio.* Gr. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ, &c.

℣. 23. Ambrosiaster in Phil. 2. 23. *Hunc ergo spero me missurum confestim, ut videro quæ circa me sunt.* Sedul. Hibern. ibid. *ut mox videro quæ*, &c. Gr. Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς. Ms. Veles. addit πρὸς ὑμᾶς, ad πέμψαι· & alius in fine scribit ἐξ αὐτῆς, pro ἐξαυτῆς.

℣. 24. Ambrosiaster in Phil. 2. 24. *Confido autem in Domino, quòd & ipse citò ad vos veniam.* Gr. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι. Mss. quidam addunt πρὸς ὑμᾶς.

℣. 25. Ambrosiaster in hunc loc. *Necessarium verò arbitratus sum, Epaphroditum fratrem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum operis mei, mittere ad vos.* Similiter S. Pacianus epist. 1. p. 307. a. *fratrem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum.* Sedulius Hibern. in Phil. 2. 25. *& ministrum negotii mei.* Gr. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Mss. quidam, συνστρατιώτην.

℣. 26. Ambrosiaster in hunc loc. *quandoquidem desiderabat vos omnes: & impatienter sollicitus erat, eò quòd audieratis illum infirmatum fuisse.* Sedul. Hibern. ibid. *& audieratis illum*, &c. Gr. ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Mss. plures addunt ἰδεῖν, ad ὑμᾶς· & in fine Borner. cod. habet αὐτὸν ἠσθενηκέναι, pro ὅτι ἠσθένησε.

℣. 27. Ambrosiaster in hunc loc. *Etenim infirmatus est prope mortem: sed Deus misertus est illius; non solùm autem ejus, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.* Sedul. Hib. in eundem loc. *Infirmatus fuit prope mortem: sed Deus misertus est illi; non solùm autem illi, sed & mihi, ne*, &c. ut supra. Similiter Auctor quæst. ex utroque T. p. 2. q. 11. col. 160. b. nisi quòd ita incipiat: *Et ipse infirmus fuit.* Græc. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ· al. ἐπὶ λύπην, al. ἔχω.

℣. 28. Ambrosiast. *Sollicitus itaquo misi eum, ut cùm illum videritis, iterum gaudeatis, & ego meliore animo sim.* Gr. Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Borner. cod. Σπουδαιότερον

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & ejusmodi cum honore habetote:

30. quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

VERSIO ANTIQUA.

29. Excipite itaque eum in Domino cum omni gaudio, & hujusmodi honorificos habete: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

30. quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, parabolatus de * anima sua, ut suppleret quod vobis deerat circa meum obsequium. * Mss. Reg. animam suam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

δὲ ἔπεμψα, &c.

℣. 29. Ambrosiaster in hunc loc. *Excipite ergo illum in Domino cum omni gaudio, & hujusmodi in honore habete.* Gr. Προσδέχεσθε ὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ..... ϗ τὺς τοιύτυς ἐντίμυς ἔχετε· al. ἐντίμως.

℣. 30. Ambrosiaster: *quia propter opus Christi usque ad mortem accessit, in interitum tradens animam suam, ut suppleret id, quod vobis deerat circa meum officium.* Sedul. Hib. *accessit sicut usque ad mortem.* Gr. ὅτι διὰ τὸ ἔργον τῦ Χριςῦ μέχρι θανάτυ ἤγγισε, παραβυλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑςέρημα τῆς πρός με λειτυργίας. Mss. Alex. παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ. Itidem Borner. Græc. addita vocula αὐτῦ, post ψυχῇ· & Lat. *parabolatus de anima sua*, ut sup. in textu. Velesian. παραδὺς τὴν ψυχὴν αὐτῦ. Vide sis not. Millii in hunc loc.

# CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. De cætero fratres mei gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne fiduciam habentes:

4. quanquam ego habeam confidentiam & in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,

5. circumcisus octavo die, ex genere Israel,
Act. 23. 6. de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundùm legem Pharisæus,

6. secundùm æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundùm justitiam, quæ in lege est, conversatus sine querela.

VERSIO ANTIQUA.

1. De cætero fratres mei gaudete in Domino. Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem manifestatum est. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, & gloriamur in Christo Jesu: & non in carne confidetis:

4. quanquam ego habeam fiduciam in carne. Si quis alter putat se fiduciam habere in carne, ego magis

5. circumcisione octava die, de genere Israel, tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundùm legem Pharisæus,

6. secundùm zelum persequens Ecclesiam, secundùm justitiam, quæ in lege est, cùm essem sine crimine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *De reliquo fratres mei gaudete in Domino. Eadem scribere vobis, mihi quidem non est pigrum, vobis autem necessarium.* August. l. de præd. SS. to. 10. col. 789. a. *Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum est.* Maxim. Taurin. serm. de circumc. p. 8. a. *Fratres, eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* Gr. Τὸ λοιπὸν ἀδελφοί μυ χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν ὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές· Mss. quidam, τὸ ἀσφαλές· Velesian. ἀναγκαῖον.

℣. 2. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 227. c. cum Auctore l. ad Novatian. p. 435. *Videte canes, videte malos operarios.* Ambrosius l. 5. Hex. col. 81. c. *Cavete canes, cavete malos operarios*: at l. 1. de fide, col. 452. d. *Videte canes, videte malos operarios*: ita rursum l. 2. de Spir. S. col. 642. d. additis seqq. *videte concisionem.* Similiter habent August. l. 3. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 462. c. Auctor l. de prom. p. 2. c. 13. col. 137. d. & Ambrosiast. in Phil. 3. 2. Hieron. quoque l. 2. in ep. ad Gal. tom. 4. p. 1. col. 285. b. legit, *videte concisionem.* Gr. Βλέπετε τὺς κύνας, &c. ut in Vulg.

℣. 3. Tertullianus l. de cultu fem. c. 10. p. 267. a. *Nos sumus circumcisio.* Hieron. in Isai. 15. to. 3. col. 166. f. *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, & gloriamur in Domino, & non in carne confidimus*: sic etiam l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 285. b. excepta voce *Christo*, pro *Domino.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 642. d. *Nos enim sumus circumcisio, qui Spiritui Dei servimus*: tum addit: *Quòd si quis de Latinorum codicum varietate contendit, quorum aliquos perfidi falsaverunt; Græcos inspiciat codices, & advertat, quia ibi scriptum est*, οἱ Πνεύματι Θεῦ λατρεύοντες· *quod interpretatur Latinus, Qui Spiritui Dei servimus*: item infra, l. 3. c. 11. & 18. col. 680. e. 694. f. constanter legit, *Spiritui Dei servimus.* August. ser. 169. to. 5. col. 809. d. *Nos sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne fidentes*: at l. 3. contra duas ep. Pelag. tom. 10. col. 462. c. habet: *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus: vel sicut nonnulli codices habent: Qui Spiritui Deo, vel, Spiritui Dei servimus, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne fidentes*: & l. 1. de Trin. to. 8. col. 756. g. 757. a. *Nos enim sumus circumcisio, Spiritui Dei servientes, quod est in Græco*, λατρεύοντες. *Plures enim codices etiam Latini sic habent*, Qui Spiritui Dei servimus; *Græci autem omnes, aut penè omnes. In nonnullis autem exemplaribus Latinis invenimus, non*, Spiritui Dei servimus, *sed*, spiritu Deo servimus; *sed qui in hoc errant, & auctoritati graviori cedere detrectant.* Ambrosiaster in Phil. 3. 3. *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne fiduciam habemus.* Sedul. Hib. in eundem loc. *Nos ergo circumcisio sumus, qui spiritu Deo servimus*: tum addit: *In Græco melius* Spiritui, *id est sancto, qui est Deus.* Gr. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ, οἱ Πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, ϗ καυχώμενοι ἐν Χριςῷ Ἰησῦ, ϗ ὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες. Mss. plures, pro Θεῷ, ferunt Θεῦ.

℣. 4. Augustinus serm. 169. to. 5. col. 810. b. *quanquam ego habeam fiduciam & in carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego*: ita rursum l. 3. cont. duas ep. Pelag. to. 10. col. 462. d. deleto &, post *fiduciam.* Ambrosiast. in Phil. 3. 4. *quanquam ego habeam fiduciam & in carne. Si quis videtur confidere in carne, ego magis.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. e. *Si quis autem putat se fiduciam habere in carne, ego magis.* Gr. καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν ϗ ἐν σαρκί. Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον. Mss. nonnulli tollunt ϗ, ante ἐν σαρκί· Borner. verò cod. statim habet, Εἴ τις δέ· paulòque post, ἄλλως· al. ἀλλ᾽ ὡς· quidam nec ἄλλως, nec ἄλλος habent.

℣. 5. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. e. *circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundùm legem Pharisæus.* August. serm. 169. to. 5. col. 810. c. d. e. g. *circumcisione octavi diei, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundùm legem Pharisæus.* Ambrosiast. in Phil. 3. 5. *circumcisus octava die*, ( Rom. ed. *circumcisione octavi diei* ) *ex genere Israel, de tribu*, &c. Græc. περιτομῇ ὀκταήμερος, ἐκ γένυς Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, &c.

℣. 6. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. e. *secundùm zelum persequens Ecclesiam, secundùm justitiam, quæ in lege est, conversatus cùm essem sine querela.* August. serm. 169. to. 5. col. 810. d. e. g. *secundùm æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundùm justitiam, quæ est in lege, qua fuerim sine querela*: & serm. 170. col. 819. a. necnon l. 3. contra duas ep. Pelag. tom. 10. col. 460. c. 462. e. *secun-*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

7. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc existimavi propter Christum detrimenta.

8. Veruntamen & arbitror omnia detrimenta esse, propter eminentiam scientiæ Christi Jesu Domini mei: propter quem omnia damnum feci, & arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam,

9. & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ est ex lege, sed illam, quæ per fidem Christi: quæ ex Deo est justitia in fide,

10. ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & communicationem * passionum ejus: cooneratus morti ipsius:

* *Ms. Reg.* passionem.

11. si quo modo occurram in resurrectionem, quæ est à mortuis:

12. non quia jam acceperim, aut jam justifi-

**VULGATA NOVA.**

7. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

8. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam,

9. & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide,

10. ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius: configuratus morti ejus:

11. si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis:

12. non quòd jam acceperim, aut jam per-

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*dùm justitiam, quæ in lege est, qui fuerim sine querela.* Ambrosiast. in Phil. 3. 6. *secundùm æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundùm justitiam, quæ ex lege est, conversatus sine querela.* Itidem Fulg. de incarn. ad Petr. diac. c. 27. p. 316. excepto *in lege*, pro *ex lege*. Ambrosius in Ps. 36. col. 779. d. *sec. æmulationem legis persequebatur Eccl. Christi.* Tichon. reg. 3. p. 52. b. *justitia, quæ ex lege est, conversatus sine querela.* Gr. κατὰ ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν, κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, γενόμενος ἄμεμπτος.

℣. 7. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. f. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc existimavi propter Christum detrimenta.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1058. e. & in Luc. 5. col. 1360. c. & l. 2. offic. col. 73. f. *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse.* August. ser. 169. col. 811. c. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc propter Christum damna esse duxi:* & serm. 170. col. 819. a. *Quæ mihi lucra, hæc propter Christum damna esse duxi:* ita rursum l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 461. f. & l. 3. contra duas ep. Pelag. to. 10. col. 460. c. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. a. addito verbo *fuerunt*, post *lucra*. Ambrosiaster in Phil. 3. 7. *Sed quæ mihi lucra fuerant, hæc arbitratus sum propter Christum damna.* Fulg. de incarn. ad Petr. diac. c. 27. Vulgatæ concinit. Græcum: Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. Ms. Alex. omittit Ἀλλ.

℣. 8. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. f. *Veruntamen omnia arbitror detrimentum esse, propter eminentiam scientiæ Christi Jesu Domini nostri: propter quem omnia detrimenta passus sum, & arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam.* Ambrosiaster in Phil. 3. 8. *Verùm quidem omnia arbitror damna esse, propter eminentiam scientiæ Christi Jesu Dom. mei: propter quem omnia damna duxi, & arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam.* Hilar. in Ps. 91. col. 239. f. *omnia autem detrimenta esse duxi, & arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam:* & in Ps. 13. n. 4. col. 58. e. *& omnia arbitror stercora, ut Christum lucrifaciam.* Ambrosius in Psal. 118. col. 1058. e. post hæc verba versûs præced. *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse;* statim addit: *propter eminentem scientiam Christi Jesu Dom. mei: propter quem omnium detrimentum passus sum, & æstimor stercora, ut Christum lucrifaciam:* & in Luc. 10. col. 1429. a. *æstimo ut stercora, ut Christum lucrifaciam:* & l. 2. de pœnit. col. 415. b. *& æstimo omnia ut stercora*, &c. & l. 2. offic. col. 73. f. *propter quem omnia damna duxi, & æstimo ut stercora*, &c. August. serm. 169. to. 5. col. 811. c. *Veruntamen & arbitror omnia damna esse, propter eminentem scientiam J. C. D. nostri: propter quem arbitror omnia non solùm detrimenta esse, verùm & stercora existimavi esse, ut Christum lucrifacerem:* & ibidem, col. 811. g. 812. b. 813. f. *existimavi hæc omnia detrimenta, & stercora, ut Christum lucrifaciam:* & ser. 170. col. 819. a. *non solùm damna, sed etiam stercora existimavi esse, ut Christum lucrifaciam:* & l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 461. f. *nec solùm detrimenta, verùm etiam stercora existimavi esse, ut..... lucrifacerem:* & l. 2. de pecc. mer. tom. 10. col. 51. a. & l. 3. cont. duas ep. Pelag. to. 10. col. 460. c. *Veruntamen & arbitror omnia damnum esse, propter eminentem scientiam Dom. n. J. C. propter quem omnia non solùm detrimenta credidi, verùm etiam stercora existimavi esse, ut C. lucrifaciam:* & l. de gra. & lib. arb. col. 730. e. *propter quem omnia non solùm detrimenta esse credidi, verùm & stercora existimavi esse, ut*, &c. Apud Fulg. de incarn. ad Petr. diac. c. 27. omnia leguntur ut in Vulgata. Græc. Ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χρ. Ἰη. τοῦ Κυρ. μου· δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω· Ms. unus, pro μενοῦνγε, simpliciter habet μὲν; alii plures, μὲν οὖν· subinde Alex. Κυρίου ἡμῶν, pro Κυρίου μου· & in fine alius, ἵνα Χριστῷ κερδήσω.

℣. 9. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. f. *& inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ est ex lege, sed illam, quæ per fidem J. C. quæ ex Deo est justitia in fide.* Augustinus ser. 169. to. 5. col. 811. g. 812. b. 813. f. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. b. *& inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed eam, quæ est per fidem Christi, quæ est à* (al. *ex*) *Deo: justitiam in fide:* similiter in Ps. 65. to. 4. col. 646. a. & l. 3. contra duas ep. Pelag. tom. 10. col. 460. c. 462. e. & l. de gra. & lib. arb. col. 730. e. usque ad vocem *Deo:* at ser. 170. col. 819. a. *& inveniar in illo, non habens..... sed justitiam, quæ est ex fide J. C.* Ambrosiast. in Phil. 3. 9. *& ut inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ est per fidem Christi, quæ ex Deo est: justitiam super fidem:* & in Rom. 1. 17. *ut inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est.* Fulg. de incarn. ad Petr. diac. c. 27. p. 316. *& inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ est ex fide Christi: quæ ex Deo justitia ex fide, ad cognoscendum illum.* Scholiastes Hier. & Beda in hunc loc. *ut & inveniar in illo*, &c. ut in Vulg. Græc. καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει· Ms. 1. διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 10. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. f. *ad agnoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & communicationem passionum ejus: cooneratus morte ipsius.* Vetus quoque Irenæi interpres, l. 5. c. 13. p. 309. a. legisse videtur *cooneratus morti ejus;* saltem vocem *cooneratus* subindicant ejusdem Mss. licet omnes hìc corrupti sint, Grabio, & Massuetio nostro testibus. Enimverò in Clarom. legitur, *cui honoratus morti;* in Arund. ac Merc. 2. *cooperatus mortis;* in Voss. *commemoratur:* quæ lectiones omnes, licet vitiosæ, ex primaria tamen Vulgatæ antiquæ lectione *cooneratus*, fluxisse videntur. Spuriam & hanc existimat Massuetius, suspicaturque eidem occasionem dedisse vocem Gr. συμμορφιζόμενος, quam pro συμμορφούμενος habent quidam codices. Nam pro συμμορφιζόμενος, imprudens quispiam malè legens, vel scribens συμφορτιζόμενος, verterit, aut vertendi occasionem præbuerit *cooneratus;* quam vocem haud intelligentes Irenæi scribæ, tam miserè deformarunt. Hactenus Massuetius, nec malè. Etenim in Borner. cod. Gr. etiamnum legitur συνφορτιζόμενος, & in Lat. *cooneratus*, uti habent S. Germ. & Reg. August. verò ser. 169. to. 5. col. 815. e. f. *ad cognoscendum eum, & virtutem resurrectionis ejus, & communicationem passionum ejus: conformatus morti ipsius:* ita rursum l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. b. excepta voce *passionis*, pro *passionum*. Ambrosiaster in Phil. 3. 10. *ad cognoscendum eum, & virtutem res..... & communicationem passionum ejus: conformans me morti ipsius.* Scholiastes Hier. & Beda in eundem locum: *configuratus morti ejus.* Græcum: τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ· συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ.

℣. 11. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. b. *si quâ concurram in resurrectionem, quæ est à mortuis.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. f. *si quo modo occurram in resurrectionem ejus, quæ est à mortuis.* August. ser. 169. tom. 5. col. 816. g. seqq. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. c. *si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum.* Ambrosiast. in Phil. 3. 11. *si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Gr. εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Mss. plures, τὴν ἐκ νεκρῶν.

℣. 12. Irenæus l. 4. c. 9. p. 238. b. *non quòd jam acceperim, aut justificatus sim, aut jam perfectus sim.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. b. *non quia jam accepi, aut consummatus sum: persequor autem, si apprehendam in quo*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

fectus sim : sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Jesu.

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum,

14. ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.

15. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus : & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelabit.

**VERSIO ANTIQUA.**

catus * sim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si apprehendam in quo & apprehensus sum à Christo.

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum tamen, quæ quidem retro sunt obliviscens, in ea autem, quæ in priore sunt, me extendens,

14. secundùm regulam consequor ad bravium superioris vocationis Dei in Domino Jesu Christo.

15. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus : & si quid aliter sapitis, & hoc Deus vobis * revelabit.

Ex Mſ. Sangerm. & Reg. seu Clarom.
* Mſ. Reg. sum.
* Ambo Mſſ. revelavit.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*sum apprehensus à Christo.* Auctor l. de singul. cler. p. 521. b. *non quia jam accepi, aut jam justificatus sum, aut jam perfectus sum : sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo.* Ambrosiaster in Phil. 3. 12. *non quòd jam acceperim, aut jam justificatus sim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Jesu.* Hilar. in Ps. 118. col. 245. a. *non quòd aliquid acceperim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si apprehendam in quo & apprehensus sum à Christo :* & in Ps. 2. n. 47. col. 51. e. *sequor autem, ut apprehendam in quo & apprehensus sum :* at in Ps. 91. col. 239. f. *sequor autem, si apprehendam,* &c. ut sup. Ambros. l. de parad. col. 173. e. *non quoniam acceperim, aut quo jam perfectus sim : sequor autem, si comprehendam :* & l. 3. off. col. 110. d. *non quòd jam acceperim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si comprehendam.* Hieronymus in Ezech. 44. to. 3. col. 1023. a. *non quia jam accepi, aut quia jam perfectus sum :* & in cap. 46. col. 1047. f. 1048. a. *non quia jam accepi, aut quasi jam perfectus sim : persequor autem, si apprehendam in quo & comprehensus sum à Christo :* & in Amos 2. col. 1387. d. *non quia jam accepi, aut perfectus sim : curro autem, si apprehendam in quo & apprehensus sum à Christo :* & l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 492. a. *non quia jam accepi, aut jam perfectus sim : persequor autem, si comprehendam in quo apprehensus sum à Christo.* Augustinus tract. 4. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 853. f. & in Ps. 38. tom. 4. col. 312. 313. 320. c. & serm. de util. jejun. to. 6. col. 615. c. *non quia jam acceperim, aut jam perfectus sim :* itidem serm. 169. to. 5. col. 816. 817. 818. 822. ubi addit : *sequor autem, si quo modo apprehendam in quo & apprehensus sum à Christo Jesu :* ita demum l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. c. & l. 3. contra duas ep. Pelag. col. 462. f. nisi quòd priori loco habeat, *si comprehendam ;* posteriori, *si apprehendam,* omissis vocibus *quo modo.* Græc. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω ἐφ᾽ ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Bornerianus codex Græco-Latin. post ἔλαβον, addit ἢ ἤδη δεδικαίωμαι· paulò verò post delet καὶ, ante καταλάβω, & ante κατελήφθην ; necnon in fine vocem Ἰησοῦ.

℣. 13. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. b. *Ego me, fratres, non puto apprehendisse. Unum planè, oblitus posteriorum, in priora me extendens :* & l. 1. ad uxor. c. 3. p. 274. b. ait : *obliti posteriorum, extendamur in priora.* Hilarius in Ps. 128. col. 432. c. *Currit Apostolus, ea, quæ retro sunt, obliviscens, seque in ea, quæ priora sunt, extendens :* & in Ps. 118. col. 245. b. *ea, quæ retro sunt, obliviscens, his autem, quæ in priora sunt, se extendens.* Ambros. l. de Elia & jej. c. 21. col. 560. c. *superiora obliviscens, & quæ sunt priora appetens.* Auctor l. de sing. cler. p. 521. vel 525. b. *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum tamen, posteriora quidem obliviscens, ad ea, quæ sunt ante pedes.* Hieron. in Ezech. 44. to. 3. col. 1023. a. *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum verò, posteriora obliviscens, & ad priora me extendens :* & infra, in c. 46. col. 1047. f. *præteritorum obliviscens, & in priora me extendens :* & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 492. a. *Fratres, ego me necdum arbitror comprehendisse. Unum autem, posteriorum obliviscens, ad ea, quæ priora sunt, me extendens.* August. tract. 4. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 853. f. *Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Unum autem, quæ retro oblitus, in ea, quæ ante sunt, extentus :* similiter in Ps. 57. tom. 4. col. 547. f. & in Ps. 70. col. 717. f. & in Ps. 83. col. 880. g. & in Ps. 118. col. 1282. b. 1470. f. & serm. 169. to. 5. col. 817. a. seq. 818. 822. & serm. de util. jejun. to. 6. col. 615. c. at in Ps. 38. col. 312. g. 313. 320. c. & l. 3. cont. duas epist. Pelag. to. 10. col. 462. f. *Fratres, ego meipsum non arbitror apprehendisse. Unum autem, quæ retro sunt oblitus, in ea, quæ ante sunt, extentus :* ita demum l. 9. de Trin. tom. 8. col. 877. g. & l. 2. de pecc. mer. tom. 10. col. 51. c. deleto *sunt*, post *retro.* Ambrosiaster in Phil. 3. 13. *Fratres, ego me non arbitror adhuc comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea autem, quæ ante sunt, extendens me.* Itidem Facund. Herm. l. 12. apud Sirm. tom. 2. col. 791. c. præter *ego meipsum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. d. *Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea, quæ in primo sunt, extendens.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 16. col. 102. e. *quæ retro oblitus, in ea, quæ ante sunt, extentus.* Gr. Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. Mſ. 1. pro τὰ μὲν ὀπίσω, habet τῶν μὲν ὀπίσω· subinde Borner. cod. εἰς δὲ τὰ, pro τοῖς δέ ; & in fine, ἀπεκτεινόμενος.

℣. 14. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. b. *secundùm scopum persequor ad palmam incriminationis, per quam concurrerem,* &c. Auctor l. de sing. cler. p. 521. b. *ad regulam sequor, ad palmam supernæ vocationis Domini nostri J. C.* Ambros. l. de Elia & jejun. c. 21. col. 560. c. *ad destinatum sequor bravium.* Hieron. in Ezech. 44. tom. 3. col. 1023. a. *statutum persequor ad bravium supernæ vocationis :* & infra, in cap. 46. col. 1048. a. *juxta propositum persequor ad bravium,* &c. & l. 1. contra Pelag. tom. 4. p. 2. col. 492. a. *juxta propositum sequor ad bravium sup. vocat. Dei in C. Jesu :* & post pauca : *secundùm propositum persequor ad bravium,* &c. August. tract. 4. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 853. f. *secundùm intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis :* itidem in Ps. 38. to. 4. col. 313. 320. c. additis his, *Dei in Chr. Jesu :* sicque rursum in Ps. 70. col. 717. f. & in Ps. 83. col. 880. g. & in Ps. 118. col. 1282. b. 1470. f. & serm. 169. tom. 5. col. 817. a. seq. 818. 822. d. & ser. de util. jej. to. 6. col. 615. c. & l. 9. de Trin. to. 8. col. 877. g. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 51. d. & l. 3. cont. duas epist. Pelag. col. 462. f. Ambrosiaster verò in Phil. 3. 14. *secundùm destinatum insequor ad palmam supernæ Dei vocationis.* Prædestinat. apud Sirm. to. 1. col. 538. b. *ego quotidie festino, & ad bravium supernæ vocationis extendor.* Chromat. Aquil. in Matthæum, p. 977. d. *sector ad bravium supernæ vocat. Dei in Christo Jesu.* Facund. Hermian. l. 12. apud Sirm. to. 2. col. 791. c. *ad destinatum sequor, ad palmam supernæ voc. Dei in Christo Jesu.* Græc. κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χ. Ἰησοῦ. Mſs. plures, εἰς τὸ βραβεῖον.

℣. 15. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1097. b. *Quotquot ergo perfecti sumus, hæc sentiamus : & si quid* (Mſs. plures probæ notæ, *& si qui*) *aliter sentitis, id quoque Deus vobis revelabit :* & infra : *si quid aliter sapimus, Deus nobis revelabit.* Tertullianus l. de coro. mil. c. 4. p. 289. c. *si quid ignoratis, Deus vobis revelabit :* & l. contra Psych. p. 986. b. *& si qua ignoratis, Dominus confirmabit.* Auctor l. de sing. cler. p. 521. c. *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* Similiter Ambr. l. 3. offic. col. 110. d. *Quicunque ergo perfecti sumus.* Hieron. ep. ad Damas. tom. 4. p. 1. col. 159. a. *Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus :* & l. 1. contra Pelag. p. 2. col. 492. a. seq. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus : & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus vobis revelabit :* & infra : *Quotquot ergo perfecti, hoc sapimus, sive sapiamus ; diversa enim sunt exemplaria.* August. serm. 169. to. 5. col. 817. 818. 822. d. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus : & si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit :* sic etiam tract. 98. in Joh. to. 3. col. 742. d. item l. 9. de Trin. to. 8. col. 877. g. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 51. e. nisi quòd habeat *hoc quoque*, pro *id quoque :* itidem l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 718. a. at ep. 120. to. 2. col. 347. g. legit : *& tamen si quid aliter scitis, id quoque vobis Deus revelabit :* hunc etiam vide tract. 5. 45. & 53. in Joh. col. 328. b. 597. c. & 646. f. Ambrosiaster in Phil. 3. 15. *Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus : & si quid aliter sentitis, id quoque vobis Deus revelabit.* Facund. Hermian. l. 12. ap. Sirm. to. 2. col. 791. c. *Quicunque ergo perfecti, hoc sentiamus : & si quid aliter sentitis, & hoc vobis*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 16. Veruntamen in quo pervenimus, in ipsum sapiamus ad hoc ipsum convenire.

17. Coimitatores mei estote fratres, & observate qui sic ambulant, sicut habetis formam nos.

18. Multi enim ambulant, quos semper dicebam vobis (nunc autem & flens dico) * inimicos crucis Christi:

* *Mss.* inimicus, *sed aperto mendo.*

19. quorum finis est interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confessione ipsorum, qui terrena sapiunt.

20. Nostra autem conversatio in cœlis constituta est: unde & Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum,

21. qui transfiguravit corpus humilitatis nostræ, conformatum corporis gloriæ suæ, secundùm operationem, quam possit & subicere ei omnia.

## VULGATA NOVA.

16. Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus; & in eadem permaneamus regula.

17. Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

18. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: Rom. 16. 17.

19. quorum finis interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

20. Nostra autem conversatio in cœlis est: unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum,

21. qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundùm operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Deus revelabit.* Sedul. Hibern. in Phil. 3. 15. *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sentitis, hoc vobis Dominus revelabit.* Græcum: Ὅσοι ἂν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. Mss. quidam, pro φρονῶμεν, habent φρονοῦμεν.

℣. 16. Hilarius l. 11. de Trin. p. 1097. b. *Verùm in quo festinavimus, in ipso ingrediamur.* Auguſt. ep. 120. to. 2. col. 347. g. & tract. 45. in Joh. tom. 3. col. 597. c. & l. 2. de pecc. mer. necnon l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 51. e. 718. a. *Veruntamen in quod pervenimus, in eo ambulemus:* similiter ser. 169. to. 5. col. 817. 818. 822. d. excepto *in quo*, pro *in quod*: l. verò 3. cont. duas epist. Pelag. tom. 10. col. 463. c. *Veruntamen in id, quod pervenimus,* &c. ut sup. Facundus Hermian. l. 12. apud Sirm. to. 2. col. 791. c. *Veruntamen ad quod pervenimus, in hoc ambulemus.* Sedulius Hibern. in Phil. 3. 16. *Verunt. ad quod pervenimus:* paulòque post: *& in eadem ambulemus.* Ambrosiaster in eund. loc. *Veruntam. ad quod pervenimus, ut idem sapiamus; & in eo ambulemus.* Græc. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν· in Mss. duobus deest κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν· in Borner. autem cod. totus hic versus ita legitur: Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, τῷ αὐτῷ συνστοιχεῖν, omisso κανόνι.

℣. 17. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. h. & l. de mor. pro Dei fil. p. 246. f. *Coimitatores mei estote fratres, & observate eos, qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram.* Augustinus l. 3. contra duas epist. Pelag. to. 10. col. 463. c. *Imitatores mei estote fratres, & intendite eos, qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram.* Ambrosiast. in Phil. 3. 17. *Imitatores mei estote fratres, & considerate eos, qui ita ambulant, sicut habetis,* &c. Sedulius Hibern. in eund. loc. *& cognoscite qui sic ambulant, sicut habentes formam nostram.* Gr Συμμιμηταί μου γίνεσθε ἀδελφοί, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς· Velesf. τύπον ἡμῶν.

℣. 18. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 211. h. *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi:* similiter l. de mor. pro Dei fil. p. 246. f. excepto *quod*, pro *quos*. Auguſt. l. 3. cont. duas ep. Pelag. tom. 10. col. 463. c. *Multi enim ambulant, de quibus dicebam vobis (nunc etiam flens dico) inimicos crucis Christi.* Ambrosiaster in Phil. 3. 18. *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc verò & flens dico)* &c. ut sup. Ita quoque in Græco est.

℣. 19. Cyprianus l. 3. Testim. p. 308. a. *quorum finis est interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusionem eorum, qui terrena sapiunt.* Similiter Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 211. h. & l. de mor. pro Dei fil. p. 246. f. præter *in confusione ipsorum.* Hilar. l. 11. de Trin. col. 1099. a. *quorum finis est interitus:* & in Ps. 52. col. 88. e. *quibus Deus venter est:* & in Ps. 139. col. 529. a. *quorum Deus venter est.* Tertullianus l. 1. ad ux. c. 8. p. 276. a. *Deus enim illis venter est.* Ambrosiaster in Phil. 3. 19. *quorum finis est interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione,* (Rom. ed. *in pudendis*) *illorum, qui terrena sapiunt:* item in Tit. 1. 12. *& gloria in pudendis eorum.* Auctor l. de xlii. mans. apud Ambr. col. 19. a. *gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiunt.* Auctor l. de sing. cler. p. 529. c. *gloria in turpitudine ipsorum.* Ambrosius in Ps. 43. col. 916. d. & in Ps. 118. col. 1100. f. *gloria eorum in confusione ipsorum.* Gr. ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια· ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία· καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.

℣. 20. Irenæus l. 5. c. 13. p. 308. e. *Nostra autem conversatio in cœlis est: unde & Salvatorem exspectamus Dominum Jesum.* Similiter Ambros. l. de vid. col. 200. c. & l. 5. de fide, col. 584. c. ad verbum: priora etiam verba, *Nostra autem conversatio in cœlis est*, rursus habet l. 1. de Abr. c. 2. col. 283. c. & in Ps. 45. col. 934. f. & in Psalm. 63. col. 1047. d. & in Ps. 118. col. 1082. e. 1117. d. 1143. b. & alibi passim. Item Cypr. l. de mortal. p. 235. b. *Nostra autem conversatio in cœlis est: unde & Dominum exspectamus J. C.* sic etiam l. 3. Testim. p. 308. a. præter hæc, *Salvatorem exspect. Dom. n. J. C.* Hilarius in Psal. 124. col. 403. e. *Nostra autem conversatio in cœlis est: unde & Salvat. nostrum exspectamus Dom. J. nostrum:* ita rursum in Ps. 141. col. 545. e. exceptis his, *exspect. J. C.* at l. 11. de Trin. col. 1099. a. *Nostra autem exspectatio in cœlis est:* & infra: *ubi exspectatio nostra in cœlis est..... quòd si sanctis exspectatio:* & in Ps. 131. col. 458. e. *de cœlis Salvatorem nostrum exspectamus.* Auguſt. l. 1. de Trin. to. 8. col. 758. g. *Nostra autem conversatio in cœlis est: unde & Salvatorem exspectamus Dom. J. C.* Concinunt Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. d. & Ambrosiaster in Phil. 3. 20. addita voce *nostrum*, ad *Dominum*; nec aliter legunt Auctor l. de xlii. mans. pp. 7. f. 19. a. & Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 735. g. nisi quòd iste habeat *enim*, pro *autem*, deleto in fine *nostrum*. At Hieronymus in Zach. 3. to. 3. col. 1722. e. *Noster municipatus in cœlestibus est.* Item Tertull. l. de coron. mil. c. 13. p. 293. b. & l. 5. cont. Marc. p. 802. c. *Noster municipatus in cœlis:* & sup. l. 3. p. 680. b. *Apostolus*, inquit, *πολίτευμα nostrum, id est, municipatum, in cœlis esse pronunciat:* similia exhibet l. de resur. carn. p. 585. c. & addit: *unde & Salutificatorem nostrum exspect. J. C.* Epiphan. in 1. 1. Cantici Cantic. *Conversatio nostra in cœlis est.* Cerealis l. cont. Maximin. c. 20. p. 674. g. *unde etiam exspectamus Dom. J. C. Salvatorem nostrum.* Fulgent. l. 2. ad Trasim. c. 18. *unde etiam Salvatorem exspect. Dom. J. C.* Leo M. serm. 64. p. 141. d. omnia & eadem refert quæ in Vulgata. Græc. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

℣. 21. Irenæus l. 5. c. 13. p. 308. e. *qui transfiguravit* (Ms. 1. *transfigurabit*) *corpus humilitatis nostræ, conforme corpori* (al. *corporis*) *gloriæ suæ, ita ut possit secundùm operationem virtutis suæ:* tum subdit: *Quod igitur est humilitatis corpus, quod transfigurabit Dominus, conformatum corpori gloriæ suæ?* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 802. c. & l. de resur. carn. p. 585. c. *qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis, conformale corpori gloriæ suæ:* & infra, p. 590. b. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme fieri corpori claritatis suæ.* Cypr. ep. 77. p. 159. c. & l. de mortal. p. 235. b. necnon l. 3. Testim. p. 308. a. *qui transformabit corpus, humilitatis nostræ, conformatum corpori claritatis suæ.* Hilar. in Ps. 1. n. 10. col. 22. *& transformabit corpus humilitatis nostræ, conformatum corpori claritatis suæ:* monet hîc editor noster Custantius, in uno Ms. legi, *transformatum*, &c. in alio, *conforme corpori gloriæ suæ;* in tertio demum, *conformatum corpori gloriæ suæ*, ut habet idem Hilar. in Pss. 124. & 141. col. 403. e. & 545. e. posito *qui*, in principio, pro *&*: l. verò 9. de Trin. col. 989. b. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ suæ;* ubi tamen Mss. plures habent *transfiguravit;* duo, *transformavit;* nonnulli, *conforme faciens corpori*, vel *corporis:* rursus l. 11. de Trin. col. 1102. d. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme* (Mss. 3. *conforme faciens*) *corpori gloriæ suæ, secundùm efficaciæ suæ opera, qua possit subjicere sibi omnia:* & in Ps. 131. col. 458.

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. *qui potens est, secundùm operationem efficientiæ suæ, corpus humilitatis nostræ conformare corpori gloriæ suæ*: hunc etiam vide in Pss. 14. & 118. col. 63. c. & 265. d. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. *qui transfigurabit corpus humil. nostræ, conforme fieri corpori gloriæ suæ.* Ambros. l. 5. de fide, col. 584. c. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme ut fiat corpori gloriæ suæ, secundùm operationem, qua possit etiam subjicere sibi omnia*: & in Ps. 36. col. 807. c. *transfiguravit corpus humil. nostræ, ut conforme fieret corpori gloriæ suæ*: & in Ps. 43. col. 903. a. *ut conforme corpori suo transfiguraret corpus humilit. nostræ.* August. l. 1. de Trin. to. 8. col. 759. a. *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme ut fiat corpori gloriæ suæ, secundùm operationem suam, qua possit etiam subjicere sibi omnia*: & l. 4. col. 814. g. necnon tract. 60. in Joh. to. 3. col. 664. g. *transfiguravit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ suæ*: itidem ser. 277. to. 5. col. 1119. d. excepto *qui transfigurabit*. Concinit Ambrosiast. in Phil. 3. 21. addens quæ supra, *secundùm operationem suam, qua possit etiam subjicere sibi omnia.* Maximinus Arian. ap. August. to. 8. col. 664. b. *qui transfigurabit corpus humil. nost. conforme fieri imaginis corporis gloriæ suæ.* Cerealis l. cont. Maxim. c. 20. p. 674. g. *qui transfigurabit corpus humil. nost. conformans corpori gloriæ suæ, secundùm operationem, ut possit sibi subjicere omnia.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 735. g. *qui transfiguravit corp. humil. n. conformans corpori claritatis suæ, secundùm suam voluntatem, sibi ut possit subjicere omnia.* Leo M. ser. 64. col. 141. d. & ser. 70. p. 152. a. *qui reformabit corpus humil. n. conforme fieri corpori gloriæ suæ.* Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 7. f. *qui reformabit corpus humil. n. configuratum corpori claritudinis suæ.* Fulgent. l. 2. ad Trasim. c. 18. p. 108. *qui reformabit corpus humil. n. conforme corpori claritatis suæ, secundùm operationem, qua potest etiam subjicere sibi omnia*: similiter resp. cont. Arian. p. 65. *qui reformabit...... conforme corpori clarit. suæ.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 31. col. 158. d. *conforme corpori gloriæ suæ.* Sedul. Hibern. in Phil. 3. 21. *qui conformabit.* Græc. ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν, καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. Mss. Borner. & Alex. omittunt εἰς τὸ γενέσθαι αὐτό· subinde Bornerianus habet τοῦ σώματος, & in fine Alex. cum aliis nonnullis, αὐτῷ τὰ πάντα.

# CAPUT IV.

## VULGATA NOVA.

1. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic state in Domino, charissimi.

2. Evodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino.

3. Etiam rogo & te germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

4. Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete.

5. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est.

6. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum.

7. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Jesu.

## VERSIO ANTIQUA.

1. Propter quod fratres mei dilectissimi, & desiderantissimi, gaudium, & corona mea: sic state in Domino. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. Evhodiam rogo, & Syntichen rogo, idipsum sapere in Domino.

3. Ita rogo & te dilectissime conjux, adjuva illas, quæ in Evangelio laboraverunt mecum cum Clemente, & cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

4. Habete in Domino semper: iterum dicam habete.

5. Modestia vestra nota fiat omnibus hominibus: Dominus in proximo est.

6. Nihil solliciti fueritis: sed in omni oratione, & precatione, cum gratiarum * actione, postulationes vestræ innotescant apud Deum.

* *Ambo Mss.* actionem.

7. Et pax Dei, quæ præcellit omnem sensum, custodiat corda vestra, & corpora vestra, in Christo Jesu.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona: sic state in Domino, dilectissimi.* Græc. Ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ, καὶ στέφανός μου· οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί. Borner. cod. Gr. habet χάρις, non χαρά· Lat. verò *gaudium*.

℣. 2. Ambrosiaster in Phil. 4. 2. *Evodiam rogo, & Syntichen obsecro, idem sapere in Domino.* Græc. Εὐωδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, &c. Veles. Εὐχωδίαν, Lat. *Euchodiam*, ut & *Eubodiam*.

℣. 3. Ambrosiaster in hunc loc. *Et te rogo etiam germane compar, adjuva illas, quæ laboraverunt mecum in Evangelio cum Clemente, & cæteris, qui sunt mihi participes operum, quorum nomina sunt in libro vitæ.* Gr. Καὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα, &c. Mss. plures ipso initio habent: Ναὶ ἐρωτῶ· mox Borner. codex Gr. καί σε γνήσιε γερμάνε σύνζυγε, Lat. *carissime (notissime) germane compar*.

℣. 4. Sedulius Hibern. in hunc loc. *Gaudete in Domino semper: & iterum dico gaudete.* Itidem Ambrosiast. in eundem loc. deleto *&*, ante *iterum*. Ita quoque in Græco: editt. tamen Ald. & Froben. ferunt καὶ πάλιν.

℣. 5. Tertullianus l. de cultu femin. c. 13. p. 268. a. *Probum vestrum coram hominibus appareat.* August. ep. 133. to. 2. col. 396. f. *Mansuetudo vestra nota sit omnibus hominibus*: & serm. 171. to. 5. col. 826. g. *Dominus in proximo est.* Ambrosiaster nil differt à Vulgata. Græc. Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν.... ὁ Κύριος ἐγγύς· Clem. Alex. ἤγγικεν.

℣. 6. Augustinus ser. 171. tom. 5. col. 826. g. *Nihil solliciti fueritis*: & ep. 130. to. 2. col. 389. c. *postulationes vestræ innotescant apud Deum.* Oros. l. cont. Pelag. p. 457. g. *postulationes vestræ innotescant coram Deo.* Ambrosiaster in Phil. 4. 6. *In nullo solliciti sitis: sed per omnia oratione, & prece, cum gratiarum actione, postulationes vestræ innotescant* (Rom. ed. *sed per omnem orationem, & precem, postulat. vestræ notæ fiant*) *apud Deum.* Gr. Μηδὲν μεριμνᾶτε· ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ δεήσει, μετὰ εὐχαριστίας, τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν.

℣. 7. Hilarius in Ps. 121. col. 379. d. *Et pax Dei* (Mss. 2. *vestra*,) *quæ exsuperat omnem sensum prudentiæ*, (deest *prudentiæ* in Mss. 2.) *custodiet corda vestra, in Christo Jesu.* Ambros. l. 2. de Jac. c. 6. col. 468. c. *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem, custodiat corda vestra, & sensus, in C. J.* & l. 1. de fide, col. 456. e. *Pax autem Christi, quæ est supra omnem sensum*: epist. verò 38. n. 4. col. 942. a. *quæ superat omnem mentem.* S. Paulin. ep. 5. p. 26. c. *Pax Dei, quæ præcellit omnem sensum, abundat in cordibus.* Aug. l. Enchirid. to. 6. col. 219. f. *Pax... præcellit omnem intellectum*: Sedulius Hibern. in Phil. 4. 7. *quæ superat omnem mentem.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. c. *Pax Dei, quæ superat omnem intellectum, custodiat corda vestra, & corpora vestra à malo.* Oros. l. contra Pelag. p. 457. g. *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem, custodiat corda, & corpora vestra, in C. J.* Ambrosiaster in Phil. 4. 7. *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem* (al. *sensum*,) *custodiat corda vestra, & sensus vestros, in C. J.* Fulgent. l. 2. ad Trasim. c. 7. p. 95. & fragm. 8. contra Fab. *Pax Dei, quæ exsuperat omnem intellectum, custodiat corda v. & intellig. vestras*, &c. ut sup. Siricius ep. 5. col. 658. a. alludens ait: *Custodiet Dominus corpora nostra, & animas nostras.* Beda in hunc loc. *custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in C. J. Dom. nostro.* Græc. Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ms. Alex. pro Θεοῦ, habet Χριστοῦ· & Borner. Græc. sub finem, pro νοήματα, habet σώματα, Lat. *corpora*, cum Sangerm. & Reg.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

8. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque carissima, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, & si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

9. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

10. Gavisus sum autem in Domino valde, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sapere, super quem & sapiebatis: occupati autem eratis.

11. Non quasi desit aliquid, dico: ego enim didici in quibus sufficiens esse.

12. Scio & humiliari, scio & abundare; (in omni & in omnibus imbutus sum) & satiari, & esurire; & abundare, & egere:

13. omnia possum in eo, qui confortat me.

14. Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.

15. Scitis autem & vos Philippenses, quoniam in principio Evangelii, quando profectus sum à Macedonia, quia nulla mihi Ecclesia * communicavit in verbo dati & accepti, nisi vos soli:

** Mss. communicabit.*

16. quia & in Tessalonicen & semel & bis in usum mihi misistis.

17. Non quia requiro datum, sed requiro fructum, qui abundat in verbo vestro.

### VULGATA NOVA.

8. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

9. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

10. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.

11. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.

12. Scio & humiliari, scio & abundare; (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire; & abundare, & penuriam pati:

13. omnia possum in eo, qui me confortat.

14. Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.

15. Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Evangelii, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli:

16. quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis.

17. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Augustinus ep. 231. to. 2. col. 840. c. *De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque casta, quæcunque sancta, quæc. carissima, quæc. bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate:* ita rursum l. de bono viduit. to. 6. col. 385. c. nisi quòd post vocem *vera*, hab. *quæc. sancta, quæc. justa, quæc. casta, quæc. carissima.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. d. *quæc. sunt vera, quæc. pudica, quæc. justa, quæc. ad castitatem pertinentia*, &c. Ambrosiaster in Phil. 4. 8. *Quod reliquum est fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque magnifica, quæcunque justa, quæc. sancta, quæc. amabilia, quæc. laudabilia, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.* Fulgent. l. de ver. præd. c. 6. p. 463. *quæc. sunt vera, quæc. pudica, quæc. sancta, quæc. justa, quæc. bona famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate.* Sedul. quoque Hib. omittit vocem *disciplinæ*, post *si qua laus.* Auctor l. de sing. cler. p. 534. vel 539. f. Vulgatæ concinit ad verbum. In Græco sic: Τὸ λοιπὸν ἀδελφοὶ, ὅσα ἐςὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ..... δίκαια..... ἁγνὰ... προσφιλῆ..... εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, ϗ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε. Mss. quidam delent ϗ, post ἀρετή. Bornerianus verò codex Græc. addit ἐπιςήμης, post ἔπαινος, Lat. *disciplinæ.*

℣. 9. Auctor l. de sing. cler. ubi sup. *Quæ accepistis, & didicistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Amen.* Sed observandum hoc Apostoli testimonio claudi librum ab Auctore, qui propterea huc adduxisse videtur vocem *Amen*, quæ non nisi post versum 23. apud cæteros legitur. August. ep. 231. to. 2. col. 840. c. *Quæ didicistis, & accep. & aud. & vid. in me, hæc agite: & Deus erit vobiscum:* similiter l. de bo. viduit. to. 6. col. 385. c. unà cum Ambrosiast. in Phil. 4. 9. præposito &, verbo *didicistis.* Ita quoque in Græco, nisi excipias verbum εἴδετε, loco *vidistis*; sed codices multi, ἴδετε.

℣. 10. Augustinus l. 13. confess. tom. 1. col. 239. e. *Gavisus sum magnificè in Domino, quia tandem aliquando repullulastis sapere pro me, in quo & sapiebatis: tædium autem habuistis.* Ambrosiaster in Phil. 4. 10. *Gavisus sum autem in Domino magnificè, quòd tandem aliquando refloruistis ad hoc ut pro me sentiatis, in quo & sentiebatis: occupati enim eratis:* Rom. ed. *in Dom. magnopere, quòd... refloruistis ut pro me sentiatis id, quod sentiebatis.* Sedul. Hib. in eundem loc. *Pro me sentite, sicut ante sentiebatis.* Gr. Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ᾽ ᾧ ϗ ἐφρονεῖτε· ἠκαιρεῖσθε δέ.

℣. 11. Augustinus l. 10. & 13. conf. to. 1. col. 186. c. 239. e. *Non quòd desit aliquid, dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.* Itidem Ambrosius l. 2. offic. col. 91. e. ab his: *ego enim:* at in Ps. 38. col. 847. b. *ego autem didici, in quibus sum*, &c. ut sup. Ambrosiaster in Phil. 4. 11. *Non quasi propter penuriam dico: ego enim cognovi, in quibus sum, sufficiens esse.* Græc. Οὐχ ὅτι καθ᾽ ὑςέρησιν λέγω· ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι.

℣. 12. Ambrosius in Ps. 38. col. 847. b. & l. 2. offic. col. 92. b. *Scio & humiliari, scio & abundare.* Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 239. e. *Scio & minus habere, scio & abundare; (in omnibus & in omnia imbutus sum) & satiari, & esurire; & abundare, & penuriam pati:* ita rursum l. 2. quæst. in Luc. 11. tom. 3. p. 2. col. 253. e. excepta voce *omnibus*, pro *omnia*, ante *imbutus sum:* & l. 10. confess. col. 186. c. *& abundare novi, & penuriam pati novi.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 18. b. *Scio & abundare, & esurire; ad omnia & in omnibus imbutus sum.* Ambrosiast. in Phil. 4. 12. *Scio & abundare, scio & humiliari; (ubique & in omnibus imbutus sum) & saturari, & esurire; & abundare, & penuriam pati.* Græc. Οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι, οἶδα ϗ περισσεύειν· (ἐν παντὶ ϗ ἐν πᾶσι μεμύημαι) ϗ χορτάζεσθαι, ϗ πεινᾷν· ϗ περισσεύειν, ϗ ὑςερεῖσθαι. Mss. plures ipso initio ferunt Οἶδα ϗ, al. Οἶδα δὲ καί.

℣. 13. Ambrosius l. 2. Hex. col. 27. c. & in Ps. 36. col. 802. a. & epist. 29. col. 910. b. *omnia possum in eo, qui me confortat.* Similiter Augustinus l. 10. & 13. confess. to. 1. col. 186. c. 239. f. & l. 2. quæst. in Luc. 11. to. 3. p. 2. col. 253. e. cum Ambrosiastro in Philipp. 4. 13. Ita quoque Anonym. apud Ambr. to. 2. col. 5. f. nisi quòd post *confortat*, subjiciat *Christus Jesus.* Gr. πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριςῷ· Ms. 1. δυναμοῦντι· alii quidam delent Χριςῷ.

℣. 14. Textui concinit Augustinus l. 13. confess. tom. 1. col. 239. f. unà cum Græco. Integrum verò ℣. omittit Ambrosiaster.

℣. 15. Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 240. a. *Scitis enim & vos Philippenses, quoniam in principio Evangelii, cùm ex Macedonia sum profectus, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli.* Ambrosiast. in Phil. 4. 15. *Scitis autem & vos Philippenses, quia in principio Evangelii, cùm profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicaverit in ratione dandi & accipiendi, nisi vos soli.* Græc. Οἴδατε ϗ ὑμεῖς..... ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ.... ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ... οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως ϗ λήψεως, &c. ut supra.

℣. 16. Augustinus l. 13. conf. to. 1. col. 240. a. *quia & Thessalonicam & semel & iterum usibus meis misistis.* Ambrosiaster in Phil. 4. 16. *quia in Thessalonica cùm essem, semel & iterum usibus meis misistis.* Græc. ὅτι ϗ ἐν Θεσσαλονίκῃ ϗ ἅπαξ ϗ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε· al. εἰς Θεσσαλονίκην· subinde in quibusdam Mss. deest εἰς, ante τὴν χρείαν, pro quo Chrysost. legit τὰς χρείας.

℣. 17. Irenæus l. 4. c. 8. p. 237. a. *Non inquiro datum, sed inquiro fructum.* August. l. 13. confess. tom. 1. col. 240. b. *Non quia quæro datum, sed requiro fructum:* itidem l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 202. b. excepto verbo *inquiro*, pro *requiro.* Ambrosiaster in Phil. 4. 17. *Non quia munus quæram, sed requiro fructum cre-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.

Rom. 12. 1. 19. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundùm divitias suas, in gloria in Christo Jesu.

20. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæculorum: Amen.

21. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.

22. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

VERSIO ANTIQUA.

18. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, accipiens ab Epaphrodito ea, quæ à vobis missa sunt, * odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

19. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundùm divitias suas, in gloria in Christo Jesu. * *Mss.* honoret suavitatis, *manifesto mendo.*

20. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæculorum: Amen.

21. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.

22. * Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris * domo. * *Ms. Reg.* Salutat.

23. Gratia Domini Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. * *Ms. Reg.* sunt domo.

* Ad Philippenses explicit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*scentem in rationem vestram.* Græcum: Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν.

℣. 18. Ambrosiaster in hunc loc. *Percepi tamen omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis missa sunt, in odorem bonæ suavitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo.* Irenæus l. 4. c. 18. p. 251. a. *repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis missa sunt, odorem suavitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo.* Sedul. similiter, *hostiam acceptabilem.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 214. c. *saturatus sum, recipiens ab Epaphrodito ea, quæ à vobis missa sunt, odorem suavitatis, sacrificium acceptum, & placitum Deo.* Græc. Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. In Mſ. 1. deest δὲ, post Ἀπέχω· subinde Borner. cod. Gr. hab. τὰ παρ' ὑμῶν πεμφθέντα· tum alter, εἰς ὀσμήν· unde Scholiastes Hieron. Ambrosiaster, & Sedulius in hunc loc. *in odorem.*

℣. 19. Ambrosiaster: *Deus verò meus impleat*, &c. ut sup. Gr. Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, &c. Mss. plures ferunt πληρώσαι· Veles. πληρώσῃ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· alii quidam, πᾶσαν χάριν, al. χαρὰν, teste Chrysostomo.

℣. 20. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. unà cum Græco.

℣. 21. Itidem Ambrosiast. & Græcum.

℣. 22. Ambrosiaster in hunc loc. *Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè qui de Cæsaris domo sunt.* Sedulius Hib. *sunt domo.* Gr. Ἀσπάζονται ὑμᾶς, οἱ σὺν ἐμοὶ, ἀδελφοί...... μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. In Mſ. 1. deest δὲ, post μάλιστα.

℣. 23. Ambrosiaster: *Gratia Dom. nostri J. C. cum spiritu vestro*, &c. Græc. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν..... μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Mss. plures tollunt ἡμῶν, post Κυρίου· subinde ferunt quidam, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.

* Hujus clausulæ loco legitur in Græco: Πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ἐπαφροδίτου· *Ad Philippenses scripta est à Roma per Epaphroditum:* sed abest hæc subscriptio à Borner. cod. Græco.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

### *EPISTOLA AD PHILIPPENSES.*

CAP. I. ℣. 14. Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis. *Primum & copulativum non oportet mutare in* ut, *nec præponere* in *præpositionem nomini* vinculis.

CAP. III. ℣. 4. Quanquam ego habeam confidentiam & in carne. *Non est transferenda conjunctio* & *ex fine in principium.*

℣. 10. Et societatem passionum illius. *Pro plurali* passionum, *non scribas singulare* passionis.

℣. 15. Et hoc vobis Deus revelabit. *Non mutes futurum* revelabit *in præteritum.*

℣. 16. Veruntamen ad quod pervenimus ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. *Nec mutes* quod *in* quid, *vocalem quartam in tertiam, nec omittas conjunctionem* &.

CAP. IV. ℣. 2. Evodiam rogo. *Non scribas* Euchodiam, *addito* chi.



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES,

## è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Audita fide, charitate, ac spe Colossensium, orat pro ipsis Apostolus, quò in scientia Dei bonisque operibus perficiantur: Christum Dei imaginem dicit, per quem omnia creata sunt, & qui caput est Ecclesiæ, quo omnia pacificata sunt: hortatur ergo ut immobiles in fide permaneant: seque dicit effectum Christi ministrum, ad prædicandum mysterium à sæculis absconditum, & nunc manifestatum.*

CAP. II. *Hortatur ut caveant ne ullis aut persuasionibus aut imposturis philosophorum, seu legem inducere volentium, seducantur à Christi fide: per quem à peccatis, à potestate diaboli, & ab adverso ipsis chirographo liberati sunt, ut nunc legalia decreta nullo in pretio sint habenda.*

CAP. III. *In moribus eos informat, ut exuto veteri homine cum actibus suis, quos hic explicat, novum induant, in quo non est distinctio nationis aut conditionis; assumantque virtutes, ac variis modis Deum laudent, cuncta ad ipsum referentes: docet deinde quomodo se habere debeant uxores & mariti, filii & patres, servi ac domini.*

CAP. IV. *Pro se cupit ipsos precari, & cautè ac discretè cum infidelibus conversari: mittitque qui manifestent eis quæ apud ipsum agantur, & variorum salutationes adscribit, cupiens ut & hæc, & similiter Laodicensium epistola apud utramque legatur Ecclesiam.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PAULI
# APOSTOLI
## AD COLOSSENSES.

### * CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

1. PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater:
2. eis, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Jesu.
3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:
4. audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes,
5. propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii:

**Versio antiqua.**

1. PAulus Apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, & Timotheus frater:
2. his, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Jesu.
3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro. Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:
4. audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quam habetis in omnes sanctos,
5. propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam antea audistis in verbo veritatis Evangelii:

*Ex Mß. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

* Hæc epistola, quæ in codicibus nostris Regio & Sangerm. locum obtinet post epistolam ad Ephesios, in iisdem sic inscribitur: *Incipit ad Colossenses.* Apud Sedulium Hib. transfertur hæc eadem epistola post primam, & secundam ad Thessalonicenses.

℣. 1. Sic habet Ambrosiaster in hunc locum, unà cum Hieron. in ep. ad Philem. tom. 4. p. 1. col. 445. c. Sic etiam in Græco est.

℣. 2. Textui concinit Ambrosiast. Græc. τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἁγίοις, &c. ut sup. omissa voce *Jesu*, quam tamen addunt Mss. quidam.

℣. 3. Augustinus l. de unit. Eccl. tom. 9. col. 368. g. *Gratias agimus Deo Patri Domini nostri J. C. semper pro vobis deprecantes.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 13. f. *Gratias agimus Deo, & Patri*, &c. ut in Vulgata. Similiter Ambrosiast. in Coloss. 1. 3. præmissis etiam his, quæ leguntur in eadem Vulg. nec refragatur Græcum, nisi excipiatur verbum ult. προσευχόμενοι, pro *orantes*, mel. *deprecantes.*

℣. 4. Textui concinunt Augustinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 368. g. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 13. f. Ambrosiaster verò in Coloss. 1. 4. *audita fide vestrâ in Christo Jesu, & dilectione quam habetis in omnes sanctos.* Similiter Sedulius Hibern. in eundem loc. *audita fide vestra.* Græc. ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν..... καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς, &c. Ms. 1. habet ἀκούοντες· paulòque post idem, cum aliis quibusdam, ἀγάπην ἣν ἔχετε εἰς πάντας.

℣. 5. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. b. *de spe reposita in cœlis: quam audistis in sermone veritatis Evangelii.* Augustinus ep. 198. to. 2. col. 741. c. *propter spem, quæ reposita est vobis: quam ante audistis in verbo veritatis*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

6. quod pervenit ad vos, ſicut & in omni mundo, & eſt fructificans, & creſcens, ſicut in vobis, ex qua die audiſtis, & cognoviſtis gratiam Dei in veritate,

7. ſicut didiciſtis ab Epaphra cariſſimo conſervo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti,

8. qui & ſignificavit nobis veſtram dilectionem in ſpiritu.

9. Propter hoc & nos ex qua die audivimus, non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleamini ſcientia voluntatis ejus, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali:

10. ut ambuletis dignè Domino in omne quod placeat: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei:

11. in omni virtute confortati ſecundùm poteſtatem gloriæ ejus in omni patientia, & longanimitatem cum gaudio,

12. gratias agentes Patri, qui vocavit nos in partem hæreditatis ſanctorum in lumine:

13. qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii charitatis ſuæ;

14. in quo habemus remiſſionem peccatorum:

### VULGATA NOVA.

6. quod pervenit ad vos, ſicut & in univerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut in vobis, ex ea die qua audiſtis, & cognoviſtis gratiam Dei in veritate,

7. ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſervo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Jeſu,

8. qui etiam manifeſtavit nobis dilectionem veſtram in ſpiritu.

9. Ideo & nos ex qua die audivimus, non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali:

10. ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei:

11. in omni virtute confortati ſecundùm potentiam claritatis ejus in omni patientia, & longanimitate cum gaudio,

12. gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine:

13. qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ;

14. in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Evangelii:* ita rurſum ep. 199. col. 759. f. excepta voce *nobis*, pro *vobis*: at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 368. g. legit, *vobis in cælis: quam ante audiſtis*, &c. ut ſup. Itidem Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 5. In Græco ſic: διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἣν προηκούσατε ἐν τῷ, &c. ut ſupra.

℣. 6. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. b. *quod pervenit ad vos, ſicut & in totum mundum.* Auguſtinus ep. 198. to. 2. col. 741. c. & ep. 199. col. 759. f. *quod advenit in vos, ſicut & in omni mundo, eſt fructificans, & creſcens:* & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 369. a. *quod pervenit in vos, ſicut in omni mundo, eſt fructificans, & creſcens, ſicut & in vobis, ex qua die audiſtis, & cognoviſtis gratiam Dei in veritate.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 6. *quod pervenit ad vos, ſicut & in univerſum mundum, & eſt fructificans, & creſcens, ſicut & in vobis, ex qua die audiſtis*, &c. ut ſup. Sedulius Hib. in eundem loc. *ſicut in omni mundo, fructificans, & creſcens*, &c. Græc. τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε, καὶ, &c. ut ſupra. Mſ. Veleſ. addit ἐστιν, voci κόσμῳ· alii verò quidam delent ſeq. καί· plures, poſt καρποφορούμενον, ſubjiciunt καὶ αὐξανόμενον.

℣. 7. Ambroſiaſter: *prout didiciſtis ab Epaphra dilecto conſervo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſt. Chriſti.* Sedulius Hibern. *qui eſt pro vobis fidelis min. Chriſti.* Græcum: καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ...... τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν ὅς ἐστι πιστὸς..... τοῦ Χριστοῦ. Mſs. quidam delent καὶ, poſt καθώς.

℣. 8. Ambroſiaſter in hunc loc. *qui etiam notam fecit nobis veſtram dilectionem in ſpiritu.* Gr. ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην, &c.

℣. 9. Ambroſiaſter: *Idcirco & nos ex qua die audivimus, non ceſſamus pro vobis orantes*, &c. ut in Vulg. Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. a. excepta voce *Ideo*, pro *Idcirco*. Ambroſius l. 1. de Spir. S. col. 619. a. *non deficimus pro vobis orantes, & obſecrantes ut repleamini cognitione voluntatis ejus, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 233. f. *non ceſſamus pro vobis orantes, ut ambuletis dignè Deo*, &c. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 751. a. omnia ut in Vulgata, cui etiam Græcum ſuffragatur.

℣. 10. Ambroſius l. 1. de Spir. S. col. 619. a. *ambulantes dignè Deo.* Ambroſiaſt. in Coloſſ. 1. 10. *in hoc ut ambuletis dignè eo ad omne placitum: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in agnitionem Dei.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 233. f. *ut ambuletis dignè Deo, in omnibus beneplacentes Deo, & in omni opere bono.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. a. *ut ambuletis dignè Deo placentes: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in omni ſcientia Dei.* Gr. περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν· ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. Mſ. 1. pro Κυρίου, habet Θεοῦ· & in fine nonnulli, τῇ ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ· alii, ἐν τῇ ἐπιγνώσει· Borner. cod. Lat. *in agnitione.*

℣. 11. Ambroſiaſter: *in omni virtute robur capientes ſecundùm potentiam gloriæ ejus in omnem patientiam, & longanimitatem cum gaudio.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. g. *confortati ſecundùm potentiam gloriæ ejus in omn. patientiam, & longanimitatem cum gaudio:* at infra, p. 737. g. *confortati ſecundùm poteſtatem gloriæ ejus in omni potentia* (l. *patientia*,) & *longanimitate in gaudio.* Sedulius Hib. in Coloſſ. 1. 11. *in omni virtute..... ſecundùm majeſtatem:* ſubinde, *in omni patientia, & long. cum gaudio.* Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 23. p. 14. a. nil differt à Vulgata. Græcum: ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν, καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς.

℣. 12. Auguſtinus ep. 217. to. 2. col. 802. a. *gratias agentes Patri idoneos facienti nos in parte ſortis ſanctorum in lumine:* ita rurſum l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. c. præter *in partem.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 12. *gratias agentes Deo & Patri, qui vocavit vos in partem ſortis ſanctorum in lumine.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. g. 737. g. *gratias agentes Deo & Patri, qui vocavit nos in ſocietatem ſortis ſanctorum.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. Vulgatæ accinit, ut & l. 2. c. 15. p. 26. e. niſi quòd hoc poſteriori loco deleat *Deo &*, ante vocem *Patri.* Leo M. ſerm. 32. p. 91. a. eidem Vulgatæ accinit, ab his, *qui dignos.* Græc. εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ, &c. ut in textu. Mſs. plures ferunt Θεῷ καὶ Πατρί· alii quidam, Θεῷ Πατρί· Borner. Θεῷ τῷ Πατρί· mox idem cum quibuſdam, καλέσαντι ἡμᾶς· unus, καλέσαντι, καὶ ἱκανώσαντι.

℣. 13. Hilarius in Pſ. 59. col. 138. c. *qui liberavit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ.* Ambroſius l. 6. Hex. col. 128. b. *qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii claritatis ſuæ;* Mſs. quidam, *charitatis ſuæ:* & l. de Iſaac, c. 5. col. 369. f. *quia Deus eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii charitatis ſuæ.* Similiter Auguſtinus ep. 217. to. 2. col. 802. a. & tract. 79. in Joh. to. 3. col. 701. f. necnon l. 13. de Trin. to. 8. col. 941. a. præter *qui eruit nos:* ita rurſum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. c. cum verbo *eripuit*, pro *eruit:* tract. verò 115. in Joh. col. 792. d. *nos Deus eruit de pot.* &c. Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p. 260. g. cum Leone M. ſer. 32. p. 91. a. *qui eripuit nos de pot. teneb. & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ:* ſed Victorin. infra, p. 264. b. *qui nos eruit de pot.... & tranſt. in reg. filii charitatis ſuæ.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. & l. 2. c. 15. p. 26. e. *qui eripuit nos de tenebris, & pot. teneb. & tranſtulit in reg. fil. dilectionis ſuæ.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 13. *qui liberavit nos à pot. teneb. & tranſt. in reg. filii caritatis ſuæ.* Gr. ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν, &c. ut ſup. Mſs. quidam, pro ἡμᾶς, ferunt ὑμᾶς.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 2. p. 293. d. *in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum.* Ambroſ. l. 6. Hex. col. 128. c. *in quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum.* Auguſtinus l. 13. de Trin. tom. 8. col. 941. a. *in quo habemus redemptionem, in remiſſionem peccatorum:* itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. c. excepto *in remiſſione.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

15. qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ:

Joan. 1. 3. 16. quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt:

17. & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

1. Cor. 15. 21. Apocal. 1. 5. 18. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens:

### Versio antiqua.

15. qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

16. quia in ipso creata sunt universa in cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive * throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt:

* *Ms. Sangerm.* tronis..... dominationis, *mendosè.*

17. & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

18. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens:

### Notæ ad Versionem antiquam.

260. g. cum Ambrosiast. in Coloss. 1. 14. necnon Scholiaste Hier. & Beda in eundem loc. *in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.* Græcum consonat Vulgatæ. Mss. tamen plures omittunt διὰ τῦ αἵματος αὐτῦ, post *redemptionem.*

℣. 15. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 801. b. habet: *Christus primogenitus conditionis.* Novatianus l. de Trin. p. 1040. b. *primogenitus omnis creaturæ.* Cypr. l. 2. Testim. p. 285. a. *qui est imago Dei invisibilis, & primogenitus totius creaturæ.* Hilarius in Ps. 91. col. 237. a. *qui est imago Dei, primog. omnis creaturæ*: ita rursum in Ps. 125. col. 409. d. addito *invisibilis*, ad vocem *Dei*: similiter in Ps. 148. col. 587. c. & l. 8. de Trin. col. 976. c. & l. contra Constant. necnon in Pss. 1. & 2. col. 16. & 41. d. Sic etiam Victorinus Afr. l. 1. & 4. cont. Arium, pp. 264. b. 282. g. at sup. l. 1. p. 260. g. *qui est imago Dei invisibilis, primogenitus ante omnem creaturam.* Itidem Auctor quæst. ex utroque T. q. 122. posita voce *invisibilis*, ante *Dei.* Ambros. l. 6. Hex. col. 128. c. *qui est imago Dei invisibilis, & primog. universæ creaturæ*: & l. 1. de fide, col. 453. a. ait, *quòd ipse sit imago Dei invisibilis, primog. universæ creaturæ*: deinde: *primogenitus*, inquit, *non primocreatus*: & in Psal. 118. col. 999. e. *ipse est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Augustinus l. cont. Adim. to. 8. col. 111. d. *ipse est primog. totius creaturæ.* Ambrosiaster in Coloss. 1. 15. *qui est imago invisibilis Dei, primog. universæ creaturæ*: nec aliter Sedulius Hib. in eund. loc. nisi quòd ponat *Dei*, ante *invisibilis.* Gr. Vulgatæ consonat.

℣. 16. Irenæus l. 1. p. 21. c. hæc habet: *uti in eo omnia conderentur, visibilia, & invisibilia, throni, divinitates, dominationes*: vocem autem *divinitates*, seu θεότητες, additam esse à Valentinianis Theodoretus satis indicat, subjungens, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, *ut ipsi dicunt.* Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 801. b. *in illo condita sunt universa in cœlis, & in terris, visibilia, & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: cuncta per illum, & in illo sunt condita.* Novatianus l. de Trin. p. 1038. b. *sive throni, sive dominationes, sive virtutes, sive potestates, visibilia, & invisibilia: omnia per ipsum constant*: & infra, p. 1039. b. *visibilia, & invisibilia, throni, virtutes, & dominationes per ipsum.* Hilar. in Ps. 2. n. 28. col. 41. d. *quia in ipso creata sunt omnia in cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia*: & in Ps. 91. col. 237. a. *quia in ipso constituta sunt omnia in cœlis, & in terra, visibilia, & invisib. sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive pot. omnia in ipso, & per ipsum facta sunt*: ita rursum in Ps. 125. col. 409. d. *quia in ipso constituta sunt omnia in cœlis, & in terra*: & in Ps. 148. col. 587. c. *quia in ipso condita sunt omnia in cœlis, & in terra, visib. & invisib. sive sedes, sive dominat. sive principatus, sive pot. omnia per ipsum, & in ipso condita sunt*: & l. 8. de Trin. col. 976. c. *quia in ipso constituta sunt* (al. *creata sunt*) *omnia, visib. & invisib. sive throni, sive princip. sive pot. sive dom. omnia per ipsum, & in ipso condita sunt*; al. *creata sunt*: & l. 12. col. 1143. b. *sed creata omnia in eo in cœlis, & in terra, visib. & invisib.* & l. 9. col. 1023. d. *omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*: l. verò 2. & 11. col. 797. f. & 1094. d. *omnia per ipsum, & in ipso*, absque verbo *creata sunt.* Ambrosius l. 1. Hex. col. 9. e. *omnia namque creata, & condita sunt, visib. & invisib. sive sedes, sive dominat. sive principatus, sive potestates*: & inf. *omnia per ipsum facta sunt, & in ipsum* (al. *in ipso*) *creata sunt*: & l. 4. de interpel. Dav. c. 10. col. 672. b. *omnia enim in Christo, per quem omnia*: & in Ps. 36. col. 794. d. *in quo facta sunt omnia, sive sedes, sive domin. sive princip. sive pot. omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*: & in Psal. 118. col. 999. e. *in quo creata sunt omnia in cœlestibus, & in terra, sive visib. sive invisib. sive sedes, sive dominat. sive principatus, sive pot. omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*: & in Luc. 2. col. 1286. d. *omnia condita sunt in cœlis, & in terra, visib. & invisibilia*: & infra, col. 1312. f. *omnia per ipsum facta sunt*: & l. 3. de fide, col. 505. a. *omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*: & l. 4. col. 548. f. *quoniam in ipso condita sunt omnia in cœlis, & in ipso creata sunt*: & l. 1. de Spir. S. col. 610. d. *quoniam in ipso condita sunt omnia in cœlis, & in terra*: & post pauca: *sive sedes, sive dom. sive princ. sive potest. omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*: hunc etiam vide l. 3. col. 682. b. c. & epist. 30. col. 913. a. Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 349. d. *in ipso constituta sunt universa in cœlis, & in terra, visib. & invisib. sive throni, sive dom. sive virtutes, sive princ. sive potest. omnia per ipsum, & in ipso condita sunt.* Victorin. Afr. l. cont. Ari. p. 260. g. *quoniam in ipso creata omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, visib. & invisib. sive sedes, sive dom. sive principat. sive pot. omnia per ipsum, & in ipso constituta sunt*: & infra, p. 264. d. ait quòd *in ipso creata sint omnia, quæ in cœlis, & quæ in terra, quæ visibilia, & quæ invisib. sive throni, sive domin. sive princ. sive potest. omnia per ips. & in ipso creata sunt.* Faustinus presb. l. contra Arian. p. 638. h. *quia in ipso creata sunt omnia, sive quæ in cœlis, sive quæ in terra, visib.* &c. ut in Vulgata. August. l. cont. Adim. to. 8. col. 111. d. *& omnia per ipsum facta sunt in cœlo, & in terra, visib. & invisib.* & l. Enchirid. to. 6. col. 218. c. *sive sedes, sive dom. sive princ. sive potestates.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 122. col. 132. c. *quoniam in ipso condita sunt omnia in cœlis, & in terra, visib. & invisib. sive sedes, sive dominat. sive principat. sive potest. omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.* Ambrosiaster in Coloss. 1. 16. *quia in ipso condita sunt omnia in cœlis, & in terra, visib. & invisib. sive throni, sive domin. sive princip. sive potest. omnia per ipsum, & in ipso condita sunt.* Similiter Fulgent. l. de incarn. n. 27. p. 420. si exceperis *in cœlo*, pro *in cœlis*; & in fine, *creata sunt*, pro *condita sunt.* Vigilius Taps. l. 3. de Trin. *omnia per ipsum facta sunt, visib. & invisib. tam ea, quæ sunt in cœlo, quàm ea, quæ sunt in terra, sive throni, sive potest. sive dom.* & l. 12. *quia in ipso filio creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, sive visib. & invisib. sive throni, sive dom. sive princip.* &c. ut in Vulgata. Græc. ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· Borner. codex, κέκτισται.

℣. 17. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 801. b. *& ipse est ante omnes.* Similiter Hilar. in Ps. 91. col. 237. a. 239. c. ubi addit, *& omnia ipsi constant*: sicque rursum l. 8. de Trin. col. 976. c. 977. a. & l. 11. col. 1094. d. Ambros. in Ps. 36. col. 794. d. *& ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant*: itidem in Luc. 2. col. 1286. d. 1312. f. & l. 3. & 4. de fide, col. 505. a. 548. f. & l. 1. & 2. de Spir. S. col. 610. d. 649. e. unà cum Fulg. l. de incarn. n. 27. p. 420. l. verò de bened. Patr. c. 11. col. 529. a. *ipse enim est ante omnes, in quo constant omnia*: & l. 4. de fide, col. 546. d. *& omnia in ipso constant, & ipse est super omnes cælos.* Auctor l. de fide orthod. apud Ambros. col. 349. d. *& ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, pp. 260. g. 264. d. *& ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt.* Similiter Vigil. Taps. l. 12. de Trin. *& ipse est ante omnia.* Faustinus presb. l. cont. Arian. p. 638. d. *& ipse est ante omnes.* Sic etiam Ambrosiaster in Coloss. 1. 17. adjunctis seqq. *& cuncta in ipso constant.* Græc. καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.

℣. 18. Irenæus l. 2. c. 22. p. 148. a. *primogenitus ex mortuis: ipse primatum tenens in omnibus.* Cypr. l. 2. Testim. p. 285. a. *primog. à mortuis: ut fieret in omnibus ipse primatum tenens.* Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 152. & August. tract. 25. in Joh. to. 3. col. 486. d. similiter, *primogenitus à mortuis.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 976. c. & 977. b. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est initium, primogenitus ex mortuis: ut fieret in omnibus ipse primatum tenens*: & in Ps. 2. n. 28. col. 41. d. *primog. ex mort. ut fieret ipse in omnibus primatum habens*: hunc etiam vide in Ps. 60. col. 144. c. & in Ps. 143. col. 560. f. Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p. 260. g. *Ipse est caput corporis Ec-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

19. quia in ipso complacuit omnis plenitudo inhabitare :

20. & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terra, sive quæ in cœlis sunt.

21. Et vos cùm aliquando eratis alienati, & inimici sensûs ejus in operibus malis :

22. nunc autem reconciliati in corpore carnis ejus per mortem, exhibete vos sanctos, & immaculatos, * & sine crimine in conspectu ejus :

* *Ms. Reg. delet &.*

23. si quidem perseveratis in fide fundati, & stabiles, & immobiles ab spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister.

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & suppleo quæ desunt tribulationum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia :

### VULGATA NOVA.

19. quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare :

20. & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

21. Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis :

22. nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso :

23. si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister.

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia :

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*clesiæ, quæ est principium, primogenitus à mortuis : ut fieret in omnibus ipse primarius.* Ambrof. in Pf. 118. col. 1220. f. 1222. c. *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ :* itidem l. de bened. Patr. c. 11. col. 528. f. unà cum Ambrosiast. in hunc loc. sed addunt ambo : *qui est principium, primog. ex mort. ut fiat in omnibus ipse primatum tenens :* quibus favet Sedulius Hibern. in eundem locum. Vide Ambrof. l. 3. de fide, col. 506. b. & epist. 35. col. 927. b. Leo M. ser. 63. p. 138. f. nil differt à Vulgata. Græc. Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς... ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ... ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.

℣. 19. Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. b. *boniduxit omnem plenitudinem in semetipso habitare.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 976. c. 977. b. *quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare ;* in cod. Carnut. utroque loco, *plenitudinem divinitatis habitare ;* cui favet illud ejusd. Hilarii l. 3. n. 15. *in quo complacuerat omnem plenitudinem divinitatis habitare :* at l. 9. col. 1023. d. ut supra, *quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare*, omissa voce *divinitatis*. Itidem Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p. 260. g. necnon Ambrof. l. de bened. Patr. c. 11. col. 528. f. cum August. l. Enchirid. to. 6. col. 219. e. editt. tamen August. addunt ibid. vocem *divinitatis*, quam plerique ac potiores Mss. non habent : item apud Ambrof. in Pf. 118. col. 1220. f. omnes editt. habent : *Et ipse est caput corp. Ecclesiæ, in quo omnis inhabitat plenitudo divinitatis :* quæ ultima vox abest à Mss. omnibus. Scholiastes Hier. in Coloff. 1. 19. *quia in ipso complac. omnem plenitud. divinitatis inhabitare.* Ambrosiaster in eundem loc. *quia in ipso complacuit Patri omnem plenitudinem inhabitare.* Leo M. serm. 63. p. 138. f. & Auctor l. 1. de voc. gent. c. 9. p. 6. f. *quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare.* Gr. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι· addunt codd. Lat. aliqui *divinitatis*, teste Erasmo. Et Chrysost. τὸ πλήρωμα, inquit, περὶ τῆς θεότητος εἴρηκεν.

℣. 20. Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 801. b. c. *cui reconciliat omnia in semetipsum, pacem faciens per crucis suæ sanguinem.* Hilar. l. 8. & 9. de Trin. col. 976. c. 977. b. *& per ipsum reconciliari omnia in eum :* & in Pf. 54. col. 110. a. & in Pf. 67. col. 210. d. *pacificavit enim omnia in cælo, & in terra :* & in Pf. 68. col. 231. a. ait, *omnia in cælis, & in terra pacificata, & reconciliata per eam Deo :* & in Psal. 143. col. 554. a. *& in ipso reconciliari omnia in eum, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terra sunt, sive quæ in cælis.* Victorinus Afr. l. 1. cont. Arium, p. 260. g. *& per ipsum reconciliare, & reconvertere omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive ea, quæ in terris, sive ea, quæ in cælis.* August. l. 1. Enchirid. to. 6. col. 219. e. *& per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris sunt, sive quæ in cælis.* Leo M. ser. 63. p. 138. f. cum Auctore l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. f. *& per eum reconciliari omnia in ipso.* Hieron. in Ezech. 43. to. 3. col. 1020. c. *pacem faciens per sanguinem crucis suæ, sive in terra, sive super cælos.* Ambrosius l. de bened. Patr. c. 11. col. 529. a. *qui etiam per sanguinem crucis suæ pacificavit omnia, sive quæ in cælo, sive quæ in terris sunt.* Ambrosiaster in Coloff. 1. 20. Vulgatæ concinit, nisi quòd, ordine inverso, habeat : *sive quæ in cælis* (Mss. aliqui, *in excelsis*) *sunt, sive quæ in terris.* Sic etiam Auctor quæst. ex utroque T. q. 107. col. 104. b. In Græco sic : καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Mss. plures tollunt δι' αὐτοῦ, ante εἴτε.

℣. 21. Irenæus l. 5. c. 14. p. 310. b. *Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimici cogitationi* (al. *cogitationis*) *ejus in operibus malis.* Tertullianus l. de ref. carn. p. 575. a. alludens dicit, *mortuos fuisse nos aliquando alienatos, & inimicos sensûs Domini, cùm in operibus pessimis agebamus :* & l. 5. contra Marc. p. 801. c. *Ita & nos quondam alienatos, & inimicos sensu in malis operibus.* Hilarius in Pf. 91. col. 240. a. *Quia cùm aliquando essemus alienati, & inimici sensûs ejus in factis malis.* Ambrosiaster in Coloff. 1. 21. *Et vos quondam alienatos, & inimicos consiliorum ejus in operibus iniquis.* Auctor l. de Trin. apud Ambrof. col. 341. b. append. *Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimici sensu carnis vestræ in operibus malis.* Græc. Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους, καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Borner. cod. Gr. τῆς διανοίας ὑμῶν, Lat. *sensûs vestri.*

℣. 22. Irenæus l. 5. c. 14. p. 310. b. *nunc autem reconciliati in corpore carnis ejus per mortem ejus, exhibete vos sanctos, & castos, & sine crimine in conspectu ejus.* Hilarius in Pf. 91. col. 240. a. *nunc autem reconciliati sumus corpore carnis ejus.* Sedul. Hibern. in Coloff. 1. 22. *reconciliati in corpore.* Ambrosiaster in eundem loc. *nunc autem reconciliatos in corpore carnis ejus per mortem, exhibere oportet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensos in conspectu suo.* Auctor l. de Trin. apud Ambrof. col. 341. b. append. *reconciliavit vos in corpore carnis suæ per mortem.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. c. *reconciliari nos ait in corpore ejus per mortem.* Gr. νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ. Mss. plures addunt αὐτοῦ, post θανάτου.

℣. 23. Ambrosiaster in hunc loc. *si quidem perseveratis in fide fundati, stabiles, & immobiles*, &c. ut in textu. Gr. εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι, καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς... ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, &c. ut supra.

℣. 24. Tichonius reg. 1. p. 50. g. *Gaudeo in passionibus pro vobis, & repleo quæ desunt pressurarum Christi.* Ambrof. in Pf. 118. col. 1076. b. *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quæ est Ecclesia :* & in Psal. 37. col. 829. c. *ut adimpleam quæ desunt tribulationum Christi, in carne mea, pro corp. ejus, quæ est Ecclesia.* Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 801. c. Paulus ait, *adimplere se reliqua pressurarum Christi, in carne, pro corp. ejus, quod est Ecclesia.* August. tract. 108. in Joh. to. 3. col. 771. e. *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt pressurarum Christi, in carne mea :* & in Pf. 61. to. 4. col. 591. e. necnon l. 4. de Trin. to. 8. col. 814. d. *ut suppleam quæ desunt pressurarum Christi, in carne mea.* Ambrosiaster in Coloff. 1. 24. *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & suppleo reliquias pressurarum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 731. g. *Quia nunc gaudeo in passionibus, & adimpleo ea, quæ desunt tribulationum Christi, in*, &c. ut in textu. Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 30. p. 136. *ut adimpleam ea, quæ desunt passionum C.* &c. Sedulius Hibern. in hunc loc. *& adimpleo ea, quæ desunt passionibus C.* Hilarius in Pf. 68. col. 224. a. *Paulus adimplens passiones J. C.* Hieronymus in epist. ad Philem. to. 4. col. 445. nil differt à Vulgata. Græc. Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ, &c. ut in textu Lat. Mss.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. cujus factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, ut impleam verbum Dei:

26. myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis ejus,

27. quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ ſacramenti hujus in Gentibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ,

28. quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem, in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Jeſu:

29. in quo & laboro, certando ſecundùm operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

VERSIO ANTIQUA.

25. cujus factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpoſitionem Dei, quæ data eſt mihi in vos, implere verbum Dei:

26. myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem manifeſtatum fuit ſanctis ejus,

27. quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ myſterii Dei inter Gentes, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ,

28. * quæ nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omni ſapientia ſpiritali, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto:

29. in quo & laboro, certando ſecundùm operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

* Mſ. Reg. quem nos adnuntiamus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

plures ipſo initio ferunt, Ὃς νῦν.

℣. 25. Auctor l. de dupl. mart. p. 585. a. *cujus factus ego ſum miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis, ut impleam verbum Dei.* Ambroſius in Pſ. 37. col. 829. c. *cujus ſum factus miniſter.* Hilarius in Pſ. 138. col. 518. e. *ſecundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi ad vos, ad implendum verbum Dei.* Similiter Ambroſiaſt. in Coloſſ. 1. 25. præter *in vos*; Scholiaſtes Hier. & Beda in eundem loc. *in vobis.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 731. g. *cui factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſationem Dei, & myſterium Chriſti*, &c. Græc. ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν, &c.

℣. 26. Hilarius in Pſ. 138. col. 518. e. *ſacramentum, quod abſconditum fuit ante ſæcula, & à generationibus, nunc manifeſtatum eſt ſanctis ejus.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 26. *in myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis ſæculorùm, & à generationibus, nunc verò declaratum eſt ſanctis ejus.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 17. p. 27. c. *myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis, quibus*, &c. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 731. g. *& myſterium Chriſti, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus.* Gr. τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, &c. ut in Vulgata.

℣. 27. Hilar. in Pſ. 138. col. 518. e. *quibus voluit oſtendere divitias gloriæ ſacramenti Dei inter Gentes, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 27. *quibus voluit Deus demonſtrare quæ ſint divitiæ majeſtatis myſterii Dei in Nationibus, quod eſt Chriſtus.* Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 17. p. 27. c. *quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ ſacramenti hujus Gentibus, quod eſt Chriſtus in nobis.* Sedulius Hib. in hunc loc. *divitias majeſtatis.* Græc. οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς Ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς, ἐν ὑμῖν ἡ, &c. Mſſ. plures, τί τὸ πλοῦτος, pro τίς ὁ πλοῦτος· Borner. cod. τὸ πλοῦτος, abſque τί, uti paulò poſt, τοῦ Θεοῦ, pro τούτου· ſubinde Alex. ὅ ἐστι Χριστός.

℣. 28. Ambroſiaſter in Coloſſ. 1. 28. *quem nos annuntiamus, monentes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto.* Similiter habent Sedulius, Scholiaſt. Hier. & Beda in eundem loc. præter verbum *corripientes*, pro *monentes*, addito *Jeſu*, in fine. Græc. ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον, &c. ut in Vulg. Mſſ. quidam omittunt καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον· alii plures tantùm πάντα ἄνθρωπον· Alex. vocem Ἰησοῦ, in fine.

℣. 29. Ambroſiaſter in hunc loc. *in quo laboro, certans ſecundùm operationem ipſius, quæ operatur in me in virtute.* Sedulius Hibern. in eundem loc. habet *contendens*, pro *certans.* Gr. εἰς ὃ καὶ κοπιῶ, ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ, &c. ut ſup. Borner. cod. ipſo initio habet ἐν ὅ, l. ἐν ᾧ.

# CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. Volo enim vos ſcire qualem ſollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis, qui ſunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:

2. ut conſolentur corda ipſorum, inſtructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterii Dei Patris & Chriſti Jeſu:

3. in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

VERSIO ANTIQUA.

1. Volo enim vos ſcire quale certamen habeo pro vobis, & pro his, qui ſunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:

2. ut conſolentur corda * illorum, inſtructi caritate, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in agnitionem myſterii Dei, quod eſt Chriſtus:

3. in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

Ex Mſſ. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

* Mſ. Reg. ipſorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſtinus l. 13. de Trin. tom. 8. col. 944. f. *Volo enim vos ſcire quantum certamen habeam pro vobis, & pro iis, qui ſunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 2. 1. *Volo enim vos ſcire quantam ſollicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui Laodiceæ ſunt, & quotquot non viderunt faciem meam in carne.* Sedulius Hib. in eundem loc. *Volo autem vos ſcire qualem ſollicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui ſunt in Laodicea.* Græc. Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι, &c. ut ſupra. Mſ. unus initio habet Θέλω δέ· ſubinde alii tres, ἔχω ὑπὲρ ὑμῶν.

℣. 2. Hilarius l. 9. de Trin. col. 1025. c. e. *inſtituti in dilectione, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in agnitionem ſacramenti Dei Chriſti*: tum ſubdit: *Deus Chriſtus ſacramentum eſt.* Auguſt. l. 13. de Trin. tom. 8. col. 944. f. *ut conſolentur corda eorum, copulati in caritate, & in omnibus divitiis plenitudinis intellectus, ad cognoſcendum myſterium Dei, quod eſt Chriſtus Jeſus.* Ambroſiaſter in Coloſſ. 2. 2. *ut conſolentur corda ipſorum, cùm fuerint inſtructi in caritate, in omnes divitias plenitudinis intellectus, ad agnitionem myſterii Dei in Chriſto*; Rom. ed. *myſterii Dei & Patris in Chriſto.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 731. g. *ut conſoletur corda eorum in caritate, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in agnitionem myſterii Dei, quod eſt Chriſtus.* Græc. ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ. Mſſ. plures habent συμβιβασθέντες· & in fine unus, Θεοῦ Πατρὸς τοῦ Χριστοῦ· alius, Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ· alii duo, Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ Χριστοῦ· Clem. Alex. Θεοῦ ἐν Χριστῷ.

℣. 3. Textui concinunt Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. & tract. 53. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 234. d. 646. f. necnon l. 13. de Trin. to. 8. col. 944. f. Ambroſiaſter in Coloſſ. 2. 3. & Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 731. g. Sic etiam Hilar. l. 9. de Trin. col. 1025. c. 1028. d. excepta voce ultima *abſconſi*; ſed infra, col. 1034. a. legit



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 4. Hoc autem dico, ut nemo vos circumveniat in subtilitate sermonis.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns vestrum ordinem, * ut in quod deest necessitatibus fidei vestræ.

* Leg. & id, quod.

6. Sicut ergo accepistis * Domini Jesu Christi, in illo ambulate,

* Ms. Reg. Dnum.

7. radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut * & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actionem.

* Ms. Reg. delet &.

8. Videte ne quis sit qui vos suadeat per philosophiam, & inanem seductionem, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum:

9. quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter:

VULGATA NOVA.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. 1. Cor. 3. 5.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate,

7. radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum:

9. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*absconditi.* Ambrос. in Luc. 7. col. 1391. c. *in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Auctor quæst. ex utroque Test. q. 113. col. 115. f. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Gaudentius Brix. ser. 10. p. 961. b. *in quo sunt omnes thesauri sap. & scientiæ cælestis absconditi.* Græcum cum textu concordat.

℣. 4. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. b. *Hoc itaque dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate verborum.* August. ep. 149. to. 2. col. 512. e. *Hoc dico, ut nemo vos circumveniat in verisimili sermone.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 4. *Hoc dico, ut nemo vos circumveniat in subtilitate sermonis.* Sedul. Hibern. in eundem loc. *Hoc ita dico.* Græc. Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Mss. quidam hadent μηδεὶς, pro μή τις· & in fine unus, πειθανολογίᾳ.

℣. 5. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 512. seqq. *Nam etsi corpore absens sum, spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns vestram ordinationem, & id, quod deest fidei vestræ in Christo:* sic rursum tract. 98. in Joh. to. 3. col. 741. d. sublato *Nam* initio; positoque *vestram*, post *ordinationem*: item tract. 46. usque ad vocem *gaudens*. Ambrosiast. in Coloss. 2. 5. *Nam etsi corpore absens sum, spiritu tamen vobiscum sum: gaudens, & videns ordinationem vestram, & supplens id, quod deest utilitati fidei vestræ in Christum.* Facund. Herm. l. 12. apud Sirmond. to. 2. col. 791. e. *Etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & id, quod deest utilitatis fidei vestræ.* Gr. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι· χαίρων, καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. Patres verò prædicti, pro τὸ στερέωμα, legisse videntur τὸ ὑστέρημα.

℣. 6. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 512. f. seqq. cum Scholiaste Hier. & Beda in hunc loc. *Sicut ergo accepistis Jesum Chr. Dom. nostrum, in ipso ambulate.* Ambrosiaster in eund. loc. *Quemadmodum igitur accepistis Chr. Jesum Dom. in ipso ambulate.* Gr. Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε.

℣. 7. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 512. g. seqq. *radicati, & superædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in ea gratiarum actione.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 7. *radicati, & ædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & docti estis, ambulantes in illa* ( Rom. edit. *abundantes in illa* ) *cum gratiarum actione.* Græc. ἐῤῥιζωμένοι, καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ. Mss. quidam delent ἐν, post βεβαιούμενοι· unus verò addit καὶ, post καθὼς, cum Sangerm. paulòque post Velef. habet ἐν αὐτῷ, pro ἐν αὐτῇ.

℣. 8. Tertullianus l. de præscr. c. 7. p. 331. c. *Videte ne quis vos circumveniat per philosophiam, & inanem seductionem, secundùm traditionem hominum, præter providentiam Spiritus sancti:* & l. 5. cont. Marc. p. 801. c. ait, *cavendum à subtililoquentia, & philosophia, ut inani seductione, quæ sit secundùm elementa mundi, & secundùm traditionem hominum.* Cypr. ep. 52. p. 70. c. *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam:* ita rursum l. de bono pat. p. 247. b. ubi addit: *secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 224. b. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionem, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum.* Hilar. l. 1. & 12. de Trin. col. 773. b. & 1122. a. *Videte ne quis vos spoliet per philosophiam, & inanem deceptionem, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum:* itidem l. 8. & 9. col. 979. d. 983. b. 988. d. nisi quòd lib. 9. omnes Mss. ferant, *secundùm traditiones..... & non secundùm Jesum Christum.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 8. col. 336. d. *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem seductionem, secundùm traditionem hominum, secundùm elementum hujus mundi, & non secundùm Christum:* sic iterum l. 1. de fide, col. 451. a. præter verbum *Cavete*, pro *Videte*; paulòque post, *& secund. elementa hujus*, &c. item in Ps. 118. col. 1249. d. habet: *ne quis vos deprædetur per philosoph. & inan. seductionem, sec. traditionem hominum, secundùm elementa hujus mundi*, &c. ut sup. Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. tom. 2. col. 5. c. *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam.* Hieronymus in Osee 12. to. 3. col. 1318. *Videte ne quis vos deprædetur per phil. & inanem seductionem, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa hujus mundi:* similiter l. 2. in ep. ad Gal. tom. 4. p. 1. col. 266. e. si exceperis vocem *deceptionem*, pro *seductionem*; & in fine, *sec. elementa mundi, & non sec. Christum:* & in Jonæ 3. to. 3. col. 1489. b. *Videte ne quis vos spoliet per phil. & inanem seductionem.* Ambrosiast. in Coloss. 2. 8. *Videte ne quis vos deprædetur per phil. & inanem fallaciam, secundùm traditionem hom. sec. elementa hujus mundi, & non sec. Christum.* August. l. 3. confess. to. 1. col. 90. f. & epist. 149. tom. 2. col. 512. 513. seqq. *Videte ne quis vos decipiat per phil. & inanem seductionem, secundùm traditionem hom. sec. elementa mundi, & non*, &c. ut sup. & l. 8. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 198. e. *Cavete ne quis vos decipiat per phil. & inanem seductionem, sec. elementa mundi.* Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. *Videte ne quis vos seducat per phil. & inanem fallac. secundùm traditiones hom.* &c. ut in textu. Auctor l. de quæst. N. T. p. 2. col. 156. e. *Nemo vos circumveniat per phil. & inanem seductionem, secund. elementa hujus mundi, & non secundùm Christum.* S. Pacian. ep. 2. p. 308. d. *Videte ne quis vos decipiat per phil. & inanem seductionem.* Similiter Leo Mag. ser. 27. p. 84. a. præter vocem *fallaciam*, pro *seductionem:* tum addit: *secund. traditionem hominum, & non secundùm Christum:* sicque rursus infra, p. 86. e. insertis etiam his, *secundùm elementa mundi.* Itidem Philastr. Brix. l. de hæres. p. 717. h. nisi quòd omittat *secundùm tradit. hominum.* Græc. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν.... κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν· al. Χριστὸν Ἰησοῦν.

℣. 9. Irenæus l. 1. p. 16. b. *in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis.* Cypr. l. de bono pat. p. 247. b. *quia in ipso habitat plenitudo divinitatis.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. b. *quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Itidem Hilarius in Ps. 91. col. 239. c. necnon l. 1. 2. 8. & 9. de Trin. col. 773. b. 793. d. 983. b. 988. d. & 990. c. at l. 12. col. 1122. b. legit: *in quo inhabitat*, &c. ut sup. Ambros. l. de instit. virg. col. 271. b. *in quo plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat:* & l. 3. de fide, col. 515. b. *in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter:* & in Luc. 11. col. 1432. c. *habitat enim corporaliter plenitudo divinitatis in Christo:* l. verò 1. de fide, col. 451. a. unà cum Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. necnon Philastr. Brix. l. de hæres. p. 717. h. & Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. b. *quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Similiter Victorinus Afr. l. 2. cont. Arium, p. 272. e. si exceperis *illo*, pro *ipso*. Orosius l. cont. Pelag. p. 455. e. *in quo est omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Auct. l. de fide orthod. apud Ambros. col. 353. f. *in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat.* Gaud. Brix. serm. 3. p. 948.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

10. & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis:

11. in quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi:

12. consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis.

Ephes. 2. 1. 13. Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:

14. delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:

**Versio antiqua.**

10. & estis in illo repleti, * quod est caput omnis principatus, & potestatis: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

11. in quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi: * *Ms. Reg.* qui.

12. consepulti ei in baptismo, in quo & * surrexistis per fidem operationis Dei, qui excitavit illum à mortuis. * *Ms. Reg.* resurrexistis.

13. Et vos cùm mortui essetis in delictis, & in præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans nobis omnia peccata nostra:

14. deleto quod adversus nos erat cyrographum * delicti, quod erat contrarium nobis, & * ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: * *Ms. Reg.* declecti, *f. pro* decreti. * *Ms. Reg.* ipsum tullit... illut.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

h. *in eo habitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter:* item serm. 19. p. 975. f. *habitavit enim in Christo omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Auct. l. de quæst. N. T. p. 2. col. 156. e. *quia in Christo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Accinit August. l. 3. confess. to. 1. col. 90. f. necnon epist. 149. tom. 2. col. 512. 513. seqq. nisi quòd habeat *ipso*, pro *Christo.* Sic etiam legunt Ambrosiaster in Coloss. 2. 9. & Leo M. ser. 27. p. 84. a. 86. e. nec absimile Græcum est.

℣. 10. Hilarius l. 1. de Trin. col. 773. b. *& estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis:* at l. 9. col. 988. d. 989. a. *& estis in illo repleti, quod est caput,* &c. quam lectionem paulò infra confirmat dicens: *namque quòd repleti in eo sumus, hoc est caput, ac principium omnis potestatis.* August. tum epist. 149. tom. 2. col. 512. 513. seqq. tum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. d. & l. 6. cont. Julian. col. 673. c. *& estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & pot.* Ita quoque Ambrosiaster in Coloss. 2. 10. cum Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. Gr. καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς, &c.

℣. 11. Irenæus l. 4. c. 16. p. 246. b. *nos circumcisi sumus circumcisione non manu facta.* Tertul. l. de res. carn. p. 569. a. ait *circumcisionem, despoliationem carnis appellatam ab Apostolo.* Cypr. l. 1. Testim. p. 278. b. *circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione carnis, sed in circumcisione Christi.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 773. b. *in quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed circumcisione Christi:* ita rursum l. 9. col. 989. d. addito *in*, ante *circumcisione.* Augustinus epist. 149. to. 2. col. 513. 514. seqq. *in quo etiam circumcisi estis circumc. non manu facta in exspoliatione corporis carnis (vel,* inquit, *sicut aliqui habent, in exspoliatione corporis peccatorum carnis;) in circumcisione Christi:* item l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. d. & l. 6. cont. Julian. col. 673. c. *in quo etiam circumcisi estis circumc. non manu facta in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 11. *in quo & circumcisi estis circumc. non manu facta in exspoliationem corporis carnis, in circumcisione Ch.* Itidem Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. præter ablativum *exspoliatione.* Græc. ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ..... ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. Mss. quidam omittunt τῶν ἁμαρτιῶν· Syr. autem habet τῶν ἁμαρτιῶν, absque τοῦ σώματος.

℣. 12. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. a. ait nos *consepultos Christo in baptismate, & conresuscitatos in eo per fidem efficaciæ Dei, qui illum suscitavit à mortuis.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 773. b. *consepulti ei in baptismate* (inf. *in baptismo*,) *in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitavit eum à mortuis:* ita rursum l. 9. col. 990. b. excepto verbo *consurrexistis:* & infra: *suscitat*, inquit, *operatio Dei Christum à mortuis.* Ambros. l. 2. de pœnit. col. 418. c. *consep. ei per baptismum, in quo & consurrexistis:* sic etiam l. 3. de fide, col. 499. a. adjunctis seqq. *per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis.* Augustinus epist. 149. to. 2. col. 513. seqq. necnon l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. d. & l. 6. cont. Julian. col. 673. d. *consepulti ei in baptismo, in quo & consurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis.* Accinit Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. Ambrosiaster verò in Coloss. 2. 12. *unà cum illo sepulti in baptismo, in quo & simul surrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum ex mortuis.* Gr. συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε, &c. ut sup. Mss. quidam habent βαπτισμῷ.

℣. 13. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. a. *Et vos cùm mortui essetis in* (al. deest *in*) *delictis, & præputiatione carnis vestræ, vivificavit cum eo, donatis vobis omnibus delictis:* & l. 5. cont. Marc. p. 802. a. ait: *Nos Deus cum Christo vivificat, donans delicta nobis.* Hilarius in Ps. 67. col. 204. c. *Et vos cùm essetis mortui in peccatis, & præputio corporis vestri, convivificavit cum illo, donans nobis omnia peccata:* & l. 9. de Trin. col. 990. c. *sed convivificavit nos cum illo, donans nobis peccata:* & l. 10. col. 1067. a. *donans vobis omnia peccata:* supra verò, l. 1. col. 773. c. *Et vos cùm essetis mortui in delictis, & præputiatione carnis vestræ, vivificavit cum illo, donatis vobis omnibus delictis:* sed notandum eo loci in omnibus Mss. uno tantùm nullius ferme auctoritatis excepto, deesse verbum *mortui;* paulòque post in duobus legi, *donans nobis omnia delicta.* Rursum Hilar. l. 9. de Trin. col. 990. b. *Et vos mortui cùm essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo, donatis vobis omnibus delictis;* Ms. 1. *donans vobis omnia delicta.* Ambros. l. 3. de fide, col. 499. a. *Et cùm mortui essetis delictis, & præputio carnis vestræ, vivificavit nos cum illo, donans nobis omnia delicta:* & l. de apol. Dav. col. 698. b. *donavit nobis peccata:* & epist. 41. col. 958. c. *donavit omnia delicta.* August. ep. 149. to. 2. col. 513. seqq. *Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:* similiter l. 6. cont. Julian. to. 10. col. 673. d. uno excepto *donans nobis:* sicque etiam l. 1. de pecc. mer. ibid. col. 26. nisi quòd deleat *in*, ante *delictis;* & ponat *convivificavit.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 13. *Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivificavit simul cum illo, donans nobis* (Rom. ed. *vobis*) *omnia delicta.* Hieronymus in Isai. 53. tom. 3. col. 389. a. *Et vos cùm essetis mortui in peccatis, & in desideriis carnis, vivere fecit cùm Christo, donans nobis omnia peccata.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. nil differt à Vulgata. Græc. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα. Mss. quidam delent ἐν, post ὄντας· Borner. verò hanc præponit voci τῇ ἀκροβυστίᾳ· subinde habet ἐζωοποίησεν· tùm plures addunt ὑμᾶς, alii ἡμᾶς· pauloque post nonnulli ὑμῖν, pro ἡμῖν.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 17. p. 314. d. *delevit chirographum debiti nostri, & affixit illud cruci.* Tertullianus l. de pudic. p. 1012. c. *solvit liberans hominem per lavacrum, donato ei chirographo mortis.* Hilarius in Ps. 67. col. 204. c. & l. 10. de Trin. col. 1067. a. *delens quod adversùm nos fuit chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio, & affigens illud cruci:* item l. 1. & 9. de Trin. col. 773. c. 990. b. *delens quod adversùm nos erat chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit è medio, affigens illud cruci:* at Mss. Bas. & Vat. priori loco ferunt: *delendo quod adversùm nos erat chirographum decreti, quod erat adversarium nobis:* alii quoque Mss. sed pauci, iique recentiores, habent *chirographum decreti;* & infra, col. 774. b. *constitutionem decreti;* unus Colb. *chirographum decreti in sententiis:* & hoc est Hilario solemne, si Custantio nostro fides, ut duas versiones, quas pariter probat, simul componat. Idem Hilar. in Ps. 129. col. 440. f. *qui cruci chirographum legis affigens, edictum damnationis veteris delevit:* & in Ps. 143. col. 554. b. *vetus chirographum delens, & affigens illud cruci:* & l. 9. de Trin. col. 990. c. *& delens chirographum legis peccati, quod per sententias anteriores contrarium nobis erat, hoc tollens de medio, & cruci affigens.* Ambros. l. de apol. Dav. col. 698. b. *delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum de medio tulit, affigens illud cruci:* itidem l. 3. de fide, col. 499. b. adjunctis *quod adversùm nos erat,* verbo *delens:* hunc etiam vide epist. 41. col. 958. c. & in Psal. 40. col. 867. e. S. Paulinus ep. 37. p. 227. b. *delens quod adversùm nos erat edicti chirographum:* & epist. 30. p. 191. b. *affigens illum cruci.* August. ep. 149. tom. 2. col. 513. 514. *delens quod adversùm nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio, & affigens illud cruci:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

15. exuens se, principata, & potestates traduxit libere, * propalam triumphans illos in semetipso.

* Ambo Mss. propalum.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, vel in potu, aut in parte die festi, aut * neomeniæ, aut sabbatorum:

* Ms. Reg. numenia.

17. quod est umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos convincat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ vidit ambulans, sine causa inflatus sensu carnis suæ,

**VULGATA NOVA.**

15. & exspolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum:

17. quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, Matt. 24. 4.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

26. d. excepta voce *decreti*, pro *in decretis*. S. Pacianus serm. de bapt. p. 318. f. *chirographum mortis absolvens*: & ser. de pœnit. p. 319. c. *& delens quod adversùs nos erat chirographum inobauditionis, quia & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci*. Hieronymus in Isai. 53. to. 3. col. 389. a. *& delens quod adversùm nos erat chirographum, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit*, &c. ut sup. Rufinus in symb. p. 178. b. *delens quod adversùs nos erat chirographum, & affigens illud cruci sua*. Similiter Sedulius Hib. in Coloss. 2. 14. omissa voce *sua*. Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. *delens quod adversùm nos erat chirographum decreti* (Ms. 1. *decretis*,) *quod erat contrarium nobis*, &c. ut in Vulgata. Ambrosiaster in hunc loc. *deleto chirographo, quod adversùm nos erat decretum, quod contrarium erat nobis, & illud tulit de medio, & affixit cruci*; Rom. ed. *deleto quod adversùm nos erat chirographo in decretis*. Gr. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ· Ms. Veles. habet τοῦ δόγματος, pro τοῖς δόγμασιν.

℣. 15. Hilarius in Ps. 67. col. 204. d. *spolians se carne, & principatus, & potestates ostentui fecit cum fiducia, triumphans eos in semetipso*: similiter sup. col. 191. b. *potestates hujus mundi ostentui fecit*: & l. 1. de Trin. col. 773. c. *exutus carnem, & potestates ostentui fecit, triumphatis iis cum fiducia in semetipso*: & l. 9. col. 990. b. *exutus carnem, & potestates ostentui esse fecit, triumphatis bis in semetipso*: hìc verò in Mss. tribus, teste Custantio nostro, *exutus carnem, principatus, & potestates dehonestans, & cum fiducia triumphans*. Idem Hilarius habet paulò infra: *mortis lege carne sese spolians, potestates ostentui reddens, triumphatis bis in semetipso*: & l. 10. col. 1067. a. *spolians se carne, & principatus, & potestates traduxit cum fiducia, triumphans eos in semetipso*. Ambrosius in Luc. 7. col. 1381. c. *exuens se carnem, principatus, & potestates omnes traduxit*: & l. 3. de fide, col. 499. b. *exuens se carne*: & l. 2. de pœnit. col. 418. c. *principatus, & potestates ostentavit, triumphans eos in semetipso*. S. Paulinus epist. 30. p. 191. b. *dispolians se carne, traduxit principatus, & potestates libere, triumphans eum in semetipso*. Augustinus ep. 149. to. 2. col. 513. 514. & l. de ago. Chr. to. 6. col. 246. b. *exuens se carne, principatus, & potestates exemplavit fiducialiter, triumphans eos in semetipso*: itidem l. 16. cont. Faust. tom. 8. col. 301. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. d. præter *carnem*, pro *carne*. S. Pacian. serm. de pœnit. p. 319. c. *exuens se carnem, traduxit potestates libere, triumphans eas in semetipso*. Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 33. p. 139. *exuens se carne, principatus, & potestates traduxit confidenter*, &c. ut in Vulg. Hieronymus in Isai. 53. to. 3. col. 389. a. *spolians principatus, & potestates dehonestavit confidenter, triumphans de eis*. Rufin. in symb. p. 178. b. *traducit principatus, & potestates, triumphans eos in semetipso*. Ambrosiaster in Coloss. 2. 15. *& exuens principatus, & potestates ostentavit in auctoritate, triumphans illos in ipso*: Rom. ed. ejusd. *& exspolians principatus, & pot. ostentavit, palàm triumphans de illis per seipsum*: idem Auct. in Rom. 8. 4. *detriumphans illos in ipso*. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 20. col. 144. b. *cùm.... principatus, & potestates aëris hujus exemplaret fiducialiter, triumphans eas in semetipso*. Græc. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ· Borner. cod. Gr. Lat. initio habet: ἀπεκδυσάμενος τὴν σάρκα, τὰς ἐξουσίας, &c. subinde alter αὐτὰς, pro αὐτούς.

℣. 16. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. a. *Nemo vos judicet in cibo, & potu, & in parte diei festi, & neomeniæ, & sabbati*. Tichonius reg. 5. p. 62. e. *Nemo ergo judicet vos in cibo, & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum*. Similiter August. epist. 149. to. 2. col. 513. 514. præter *aut in potu*: ita rursum tract. 28. in Joh. to. 3. col. 511. d. & l. cont. Adim. to. 8. col. 133. f. necnon l. 6. cont. Faust. col. 203. b. sublato *ergo*, primo loco: item in Ps. 67. to. 4. col. 676. f. *Nemo vos judicet in cibo & in potu*, &c. ut sup. Ambros. l. de fide resur. col. 1163. c. *Nemo ergo nos judicet in escis aliquibus, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut sabbato*. Hieronymus in Ezech. 45. to. 3. col. 1043. d. *Ne ergo quis vos judicet in cibo, & potu, aut in parte solemnitatis, aut neomenia, aut sabbatorum*. Ambrosiaster in Coloss. 2. 16. *Nemo igitur judicet vos in cibo, vel in potu, aut in parte diei festi, aut in neomeniis, aut in sabbato*. Gr. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam delent ἐν, ante πόσει & unus in fine habet σαββάτῳ, loco σαββάτων.

℣. 17. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. a. *quæ est umbra futurorum: corpus autem Christi*. Hilarius in Psalm. 118. col. 245. f. habet: *lex, umbra scilicet futurorum*: & in Ps. 136. col. 490. e. *lex umbram habet futurorum bonorum*. Tichonius reg. 5. p. 62. e. *quod est umbra futuri*. August. ep. 149. to. 2. col. 513. 514. *quod est umbra futurorum: corpus autem Christi*: similiter tract. 28. in Joh. to. 3. col. 511. d. & in Ps. 67. to. 4. col. 676. f. & l. cont. Adim. to. 8. col. 133. f. *quod est umbra futurorum*: at l. 6. cont. Faust. to. 8. col. 203. b. *quæ sunt umbra futurorum*. Itidem Hieron. in Ezech. 45. tom. 3. col. 1043. d. necnon Ambros. l. de fide resur. col. 1163. c. qui etiam addit, *corpus autem Christi*. Concinit Ambrosiaster in Coloss. 2. 17. S. verò Pacian. ep. 3. p. 312. b. *quæ omnia illis umbræ erant futurorum bonorum*. Gr. ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, &c. ut in Vulg. sed Mss. quidam, ὅ ἐστιν.

℣. 18. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. d. *Nemo vos seducat, volens in humilitate sensus, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, sine causa inflatus sensu carnis suæ*. Similiter S. Paulinus ep. 50. p. 298. b. nisi quòd deleat vocem *sensus*; & pro *sine causa*, habeat *frustra*. August. epist. 149. ad Paulinum, to. 2. col. 513. 514. *Nemo vos convincat, volens in humilitate cordis, & culturam angelorum, (vel sicut vestri codices habent, religionem angelorum, quæ Græcè* θρησκεία *dicitur) quæ non vidit inculcans, (vel sicut quidam codices habent, quæ vidit inculcans) frustra inflatus mente carnis suæ*. Auctor quæst. ex N. T. p. 2. q. 62. col. 156. e. *Nemo vos seducat in humiliationem cordis, & in superstitione angelorum, quæ videt extollens se, frustra inflatus mente carnis suæ*. Ambrosiaster in Coloss. 2. 18. *Nemo vos decipiat, volens in humilitate animi, & superstitione angelor. ea, quæ videt* (Rom. edit. bis, *quæ non videt*) *extollens se, frustra inflatus mente carnis suæ*. Ambros. in Ps. 118. col. 1222. d. *quam* (*veritatem*) *non videt extollens se, frustra inflatus mente carnis suæ*. Cassiod. in Ps. 51. p. 178. b. *extollens se, sine causa inflatus amentia carnis suæ*. Algasia quæstione 10. ad Hieron. apud ipsum to. 4. p. 1. col. 204. b. quærens, *Quid velit intelligi, quod Apost. scribit: Nemo vos superet, volens in humilitate mentis, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ*: ita respondet Hieron. *Illud quod crebrò diximus*, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia, *nequaquam Paulum de humilitate, sed de conscientiæ veritate dixisse, etiam nunc approbamus. Profundos enim, & reconditos sensus lingua non explicat; & cùm ipse sentiat quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone: quem cùm in vernacula lingua habeat disertissimum (quippe Hebræus ex Hebræis) seipsum interpretari cupiens involvitur. Si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso Ciliciæ à parva ætate imbiberat, quid de Latinis dicendum est, qui verbum de verbo exprimere conantes, obscuriores faciunt ejus sententias..... Nemo vos superet, id est, Nemo adversùm vos bravium accipiat: hoc enim Græcè dicitur* καταβραβευέτω. Ad eundem Apostoli loc. respiciebat Tertullianus l. 5. contra Marc. p. 802. a. dicens: *Aliquos taxat* Apostolus, *qui ex visionibus angelicis dicebant cibis abstinendum..... volentes in humilitate sensus incedere, non tenentes caput*. In Græco sic: Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. In Mss. quibusdam deest μὴ, ante ἑώρακεν.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 19. & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. | 19. & non tenens caput Christum, ex quo * omne corpus connexum, & conductione subministratum, & provectum crescit in incrementum Dei. | Ex Mss. San-germ. & Reg. Jen Claromont. * Ms. Reg. omnes... condexum. |
| 20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis? | 20. Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi: quare tanquam viventes in hoc mundo decernitis? | |
| 21. Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis: | 21. Ne tangas, neque gustes, neque attaminaveris: | |
| 22. quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundùm præcepta, & doctrinas hominum: | 22. quæ sunt omnia in interitum per abusionem, secundùm præcepta, & doctrinas hominum: | |
| 23. quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. | 23. quæ sunt rationem quidem habentia * sapientiæ in religione, & humilitate sensus, & vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. | * Ms. Reg. sapientia. |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Irenæus l. 5. c. 14. p. 311. a. *& tenens caput, ex quo universum corpus compaginatum augescit.* Novatian. ep. de cibis Jud. c. 5. addit *Christum*, ad *caput*, si Millio fides. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 224. d. *& non tenens caput, ex quo omne corpus per nexus, & conjunctiones productum crescit in augmentum fidei.* Ambros. in Ps. 118. col. 1222. d. *& non tenens caput, ex quo omne corpus per compaginationes, & colligationes subministratum, & copulatum crescit in incrementum Dei:* sicque rursum l. 2. de Spir. S. col. 652. b. Ambrosiaster in Coloss. 2. 19. *& non tenens caput illud, ex quo omne corpus per compagines, & conjunctiones subministratum, & compaginatum crescit in augmentum Dei.* Algasia apud Hieron. quæst. 10. ad ipsum, tom. 4. p. 1. col. 204. b. *& non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones subministratum, & convinctum crescit in augmentum Dei.* Cassiod. in Ps. 51. p. 178. b. *& non tenens caput, ex quo omne corpus per conjunctiones perductum, & porrectum crescit in incrementum Dei.* Tichonius reg. 1. p. 50. b. *non tenens caput, ex quo omne corp. per tactus, & conjunctiones constructum, & subministratum crescit in incrementum Dei.* Augustinus ep. 149. to. 2. col. 513. 514. *& non tenens caput, ex quo omne corpus compactum & connexum, subministratum & copulatum crescit in incrementum Dei.* Auctor quæst. ex N. T. q. 62. p. 2. col. 156. e. *& non tenens caput, ex quo omne corpus subministratum, & productum crescit in incrementum Dei:* sic etiam quæst. 49. col. 153. f. excepta voce *Domini*, pro *Dei*. Græc. καὶ οὐ κρατῶν τὴν..... ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν, καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ.

℣. 20. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. a. *Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi: quomodo quasi quidem viventes in mundo sententiam fertis?* & infra, p. 585. b. *quomodo etiam nunc velut viventes in mundo sententiam fertis?* Cypr. l. 3. Testim. p. 308. a. *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi: quid tanquam viventes in mundo vana sectamini?* Auctor l. de laud. mart. ap. Cypr. p. 351. c. vel 431. *Si cum Christo commortui estis: quid tanquam viventes in hoc sæculo* (al. *mundo*) *decernitis?* Ambros. l. 1. offic. to. 2. col. 49. a. & l. de exhort. virg. col. 299. b. *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis?* sic etiam l. de virginit. col. 233. d. necnon epist. 29. & 42. col. 907. d. 968. d. ab his, *quid adhuc.* Auctor l. de xlii. mans. col. 14. b. *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi: quid tanquam viventes in mundo decernimini?* Augustinus ep. 149. to. 2. col. 513. 514. *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis?* ita rursum tract. 23. in Joh. to. 3. col. 477. f. uno excepto *autem*, pro *ergo*: item l. 2. de Trin. to. 8. col. 789. a. *Si autem mortui estis cum Christo: quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis?* Ambrosiaster in Coloss. 2. 20. *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc velut viventes in hoc mundo decernitis?* Hieronymus Algasiæ quæst. 10. to. 4. p. 1. col. 206. d. *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi: quid adhuc tanq. viv. in mundo decernitis?* Græc. Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; Mss. plures initio delent οὖν· paulò verò post unus addit πάλιν, ad voculam τί.

℣. 21. Tertullianus l. 5. cont. Marc. p. 802. a. *Ne attigeris, ne gustaveris.* Ambros. l. de Noe & arca, c. 25. col. 267. a. *Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis:* sic etiam l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. e. & l. de bono mort. c. 3. col. 394. a. & in Ps. 118. col. 1153. f. & l. 1. offic. col. 49. a. & l. de virginit. col. 233. d. & l. de exhort. virg. col. 299. b. & l. 2. de pœnit. col. 437. c. & epist. 29. col. 907. d. & epist. 42. col. 968. d. Ambrosiaster verò in Coloss. 2. 21. *Ne tetigeritis, ne adtaminaveritis, ne gustaveritis, ne contrectaveritis:* sed Rom. ed. tollit *ne contrectaveritis.* Auctor l. 1. de xlii. mans. col. 5. b. *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, neque adtaminaveritis.* Itidem Augustinus ep. 149. to. 2. col. 512. b. c. & col. 514. exceptà vocula *ne*, ante *adtaminaveritis*. S. Paulinus ep. 50. p. 298. c. cum Hieron. Algas. quæst. 10. to. 4. p. 1. col. 206. d. *Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis.* Gr. Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς. Ms. Veles. ἅψησθε..... γεύσησθε..... θίγητε· alter, μὴ..... μὴ, pro μηδὲ..... μηδέ.

℣. 22. Ambrosius l. de Noe & arca, c. 25. col. 267. a. *quæ sunt ad corruptelam ipso usu, secundùm præcepta, & doctrinas hominum:* & l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. e. *quæ sunt omnia ad corruptelam:* similiter l. de exhort. virg. col. 299. b. ut & epist. 42. col. 968. d. nisi quòd hoc posteriori loco habeat *in corruptelam*: & l. de virginit. col. 233. d. *quæ sunt ad corruptionem ipso usu:* item in Ps. 1. col. 750. d. & in Ps. 118. col. 1153. f. & l. 1. offic. col. 49. a. & l. 2. de pœnit. col. 437. c. & epist. 29. col. 907. d. *quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu.* Auctor l. de xlii. mans. col. 5. b. *quæ sunt omnia in interitum ipso usu.* Itidem Hieron. Algasiæ quæst. 10. to. 4. col. 206. d. & S. Paulinus ep. 50. p. 298. c. qui etiam addunt, *secundùm præcepta, & doctrinas hominum.* Hilarius in Ps. 14. n. 7. col. 64. c. *secundùm doctrinas, & præcepta hominum.* Tertullianus l. de præscr. c. 7. p. 331. b. *hæ sunt doctrinæ hominum.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 22. *quæ sunt omnia in interitum, & corruptionem per abusionem* (Rom. edit. *quæ sunt ad corruptelam ipso usu,*) *secundùm præcepta, & doctrinas hominum.* Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. *quæ sunt omnia in interitu ipso usu,* &c. Gr. ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα, καὶ, &c. ut supra.

℣. 23. Hilarius in Ps. 14. n. 7. col. 64. c. *quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate sensus, ad non parcendum corpori, non in aliquo honore, ut ad saturitatem carnis.* Ambros. l. de Noe & arca, c. 25. col. 267. a. *quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in observatione religionis, & humilitate cordis, non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem, & diligentiam carnis:* ita rursum epist. 42. col. 968. d. ab his, *non in indulgentia*, &c. S. Paulin. ep. 50. p. 298. c. *rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.* Itidem Hieron. Algasiæ quæst. 10. to. 4. col. 206. d. addito uno *&*, ante *ad non parcendum*: & infra, col. 207. e. ait: *'Αφειδία autem σώματος, cujus nomen Latinus sermo non explicat, apud nos dicitur, Ad non parcendum corpori.* August. ep. 149. to. 2. col. 514. f. *quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in observatione, & humilitate cordis, & vexatione corporis* (*vel, sicut alii interpretati sunt, ad non parcendum corpori,*) *non in honore aliquo ad saturitatem carnis.* Ambrosiaster in Coloss. 2. 23. *quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ simulatione religionis, & humilitate animi, ad vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem, & diligentiam carnis:* Rom. ed. pro *simulatione*, habet *observatione*. Græc. ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Borner. cod. pro ἐθελοθρησκείᾳ, habet θρησκείᾳ; additque τοῦ νοὸς, voci seq. ταπεινοφροσύνῃ.

# CAPUT III.

## Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. SI ergo consurrexistis cum Christo, quæ * sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens:

** Ms. Reg. sursum.*

2. quæ * sursum sunt sapite, non quæ in terram.

** Ms. Reg. sursu.*

3. Mortui enim estis, & vita vestra absconsa est cum Christo in Deo.

4. Cùm Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.

5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt in terram; fornicationem, immunditiam, vitium, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est idolorum servitus:

## Vulgata nova.

1. IGitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:

2. quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

3. Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

4. Cùm Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus: Ephes. 5. 3.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Tertullianus l. de resut. carn. p. 575. a. *Si resurrexistis cum Christo, ea, quæ sursum sunt, quærite, ubi est Christus in dextera Dei residens.* Cypr. l. de zelo & liv. p. 259. c. & l. 3. Testim. p. 308. a. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Similiter Zeno Veron. l. 2. tract. 13. p. 181. uno excepto *ad dexteram*, pro *in dextera.* Item Ambrosius in Luc. 24. col. 1538. e. *Si ergo consurrexistis cum Christo, quæ sur. s. quær. ubi Christus est ad dexteram Dei sedens:* & l. de virginit. col. 233. d. *Qui cum Christo resurrexistis, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est:* itidem in Psal. 118. col. 1153. f. ab his, *quæ sursum:* sic etiam l. 2. de fide, col. 490. d. ubi addit, *ad dexteram Dei sedens:* at l. 1. offic. col. 49. a. *Si ergo consur. cum Chr. quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram.* Auctor l. de xlii. mans. col. 19. b. *quæ sursum sunt quærentes, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* S. Paulin. ep. 12. p. 64. c. *quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera, & gloria Dei Patris:* & epist. 40. p. 250. b. *Non quæ in terra sunt sapiamus, aut quæramus; sed quæ sursum sunt, ubi Christus est sedens ad dexteram Dei Patris;* in Mss. 2. *ad dexteram Patris.* Augustin. epist. 140. to. 2. col. 447. f. & tract. 111. in Joh. tom. 3. col. 782. d. necnon l. 18. de civit. Dei, cap. 28. tom. 7. col. 509. f. *Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:* ita rursum tract. 30. in Joh. col. 518. f. & in Rom. 1. col. 927. f. & l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 74. e. nisi quòd primo loco habeat *Si ergo resurr.* secundo, *Si consurr.* tertio, *Si autem resurrexistis:* item l. Enchirid. to. 6. col. 216. g. *Si autem resurr.* sed in fine, *ad dexteram Dei sedens:* & tract. 56. in Joh. col. 657. d. necnon l. 20. de civit. Dei, cap. 9. to. 7. col. 586. c. 588. c. *Si resurrexistis* (tract. 56. *Si ergo resur.*) *cum C. quæ surs. sunt sapite, ubi C. est in dextera Dei sedens:* l. verò 17. c. 4. col. 461. b. *Si mortui estis cum C. quæ surs. sunt quærite, ubi Chr.* &c. ut sup. Ambrosiast. in Coloss. 3. 1. *Si enim consurrexistis cum Chr. quæ surs. sunt quærite, ubi C. est ad dexteram Dei sedens.* S. Leo serm. 45. p. 112. b. & ser. 70. p. 151. e. *Si consurrexistis,* &c. ut in Vulg. Ita quoque Gaud. Brix. ser. 18. p. 971. g. & Auctor lib. de promiss. p. 3. prom. 28. col. 180. c. Græcum: Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, &c. ut in Vulgata.

℣. 2. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. a. *ea, quæ sursum sunt, sapite, non quæ deorsum.* Cypr. l. 3. Testim. p. 308. a. *quæ sursum sunt sapite, non quæ terrena sunt:* l. verò de zelo & liv. p. 260. a. *quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Itidem Ambros. in Ps. 118. col. 1153. f. & in Luc. 24. col. 1538. e. item l. de virginit. col. 233. e. & l. 2. de fide, col. 490. d. Accinunt etiam Auctor l. de xlii. mans. col. 19. a. August. ep. 140. to. 2. col. 447. f. & tract. 30. & 111. in Joh. tom. 3. col. 518. f. 782. d. & l. Enchirid. to. 6. col. 216. g. & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 74. e. Leo M. ser. 45. & 70. pp. 112. b. 151. e. Gaudent. Brix. serm. 18. p. 971. g. & Epistola Synod. Episcoporum Afric. Conc. tom. 4. col. 1598. c. August. tamen tract. 56. in Joh. to. 3. col. 657. d. & l. 20. de civit. Dei, cap. 9. to. 7. col. 586. c. *quæ sursum sunt quærite.* Ambrosiast. in Coloss. 3. 2. *quæ surs. sunt sapite, non ea, quæ super terram.* Gr. τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· Borner. cod. α' ἄνω.

℣. 3. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. a. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Accinunt Cypr. l. 3. Testim. p. 308. a. & l. de zelo & liv. p. 260. a. Auctor l. de xlii. mans. col. 14. b. August. tract. 23. 28. 65. & 111. in Joh. to. 3. col. 477. f. 510. f. 674. g. & 782. c. item in Rom. 8. ibid. col. 913. b. & l. Enchirid. to. 6. col. 216. g. & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 74. f. Ambrosiaster in Coloss. 3. 3. Leo M. ser. 26. 45. & 70. pp. 82. e. 112. b. & 151. e. & Gaudent. Brix. serm. 18. p. 971. g. Ita quoque Ambros. l. de virginit. col. 233. f. at l. de parad. col. 156. b. hæc tantùm habet: *vita abscondita cum Christo in Deo:* & l. de bono mort. c. 12. col. 413. f. *nunc autem vita nostra abscondita est cum C. in Deo:* & in Luc. 9. col. 1420. b. *nunc enim vita nostra abscond.* &c. & l. 2. de Spir. S. col. 648. f. *vita autem nostra abscond.* &c. & l. 3. offic. col. 117. b. *quia vita nostra abscondita est cum,* &c. ut sup. Hilarius in Psal. 118. col. 257. c. *quia vita nostra absconsa est cum Christo in Deo;* Ms. 1. *cum Christo Deo:* & infra, col. 303. b. *vera enim vita nostra cum Christo absconsa est in Deo:* & col. 332. e. *vita nostra absconsa in Christo est.* Gr. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ.

℣. 4. Cyprianus l. de zelo & liv. p. 260. a. *Cùm autem Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria:* sic etiam l. 3. Testim. p. 308. a. præter *cum eo apparebitis.* Itidem Hilarius l. 9. de Trin. col. 1023. e. at in Ps. 118. col. 257. c. *Cùm autem Chr. apparuerit, vita nostra; tunc & vos apparebitis* (antiq. editt. *& nos apparebimus*) *cum ipso in gloria.* Ambros. l. de bono mort. c. 12. col. 414. a. *Cùm autem C. appar. vita nostra; tunc & nos cum illo apparebimus in gloria:* ita rursum in Luc. 9. col. 1420. b. l. verò 3. offic. col. 117. c. *Cùm C. apparuerit, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.* August. in Rom. 8. to. 3. p. 2. col. 913. b. *Cùm Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria:* similiter l. Enchirid. to. 6. col. 216. g. excepto *cum illo.* Concinit Ambrosiast. in Coloss. 3. 4. item Gaudent. Brix. ser. 18. p. 971. g. & Leo M. serm. 26. & 70. pp. 82. & 151. e. nisi quòd postremi duo legant *cum ipso:* idem Leo M. ser. 45. p. 112. b. ita incipit: *Cùm enim Christus,* &c. ut sup. Scholiastes Hieron. & Beda in Coloss. 3. 4. *Cùm autem Christus,* &c. ut in Vulgata. Gr. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν· τότε καὶ ὑμεῖς, &c. Mss. quidam, ζωὴ ὑμῶν.

℣. 5. Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. a. *Mortificate itaque membra vestra, quæ sunt super terram; fornicationem, immunditiam, passionem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est idololatria.* Tertul. l. de pudic. p. 1010. c. *Quæ membra mortificent super terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & turpiloquium.* Cypr. epist. 52. p. 74. c. *Mortificate itaque membra vestra, quæ in terra sunt exponentes; fornicationem, immunditiam, & concupiscentiam malam, & cupiditatem, quæ sunt idolorum servitus.* Itidem Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 8. f. præter hæc, *quæ sunt super terram deponentes.* Hilarius in Ps. 138. col. 524. b. *Mortificate ergo membra vestra super terram; fornic. immundit. libidinem, concupiscentiam, & avaritiam.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1173. d. *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram; fornic. immund. libidinem, concup. malam, & avaritiam, quæ est idololatria:* hunc etiam vide l. 1. offic. col. 49. a. Tichonius reg. 7. p. 66. f. *Mortificate itaque memb. vestra, quæ in terra sunt; fornic. immund. passionem, concup. malam, & avaritiam, quæ est idolorum servitus.* August. l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 218. d. *Mortificate ergo memb. vestra, quæ sunt super terram; fornic. immund. avaritiam, & cætera alia:* at l. de contin. tom. 6. col. 315. e. *Mortificate ergo..... super terram; fornic. immund. perturbationem, concup. malam, & avaritiam, quæ est idolorum servitus:* ita rursum l. 22. contra Faust. to. 8. col. 418. f. posito *luxuriam*, pro *perturbationem:* vide etiam eundem August. l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 57. b. 61. f. Am-

Digitized by Google

### Vulgata nova.

6. propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis :

7. in quibus & vos ambulastis aliquando, cùm viveretis in illis.

Rom. 6. 4. 8. Nunce autem deponite & vos omnia; iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

Eph. 4. 22. Hebr. 12. 1. 9. Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

1. Pet. 2. 1. & 4. 2. 10. & induentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imaginem ejus, qui creavit illum :

11. ubi non est Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber : sed omnia, & in omnibus Christus.

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

6. propter quod venit ira Dei super filios diffidentiæ :

7. in quibus & vos ambulastis aliquando, cùm viveretis in illis.

8. Nunc autem deponite & vos omnia; iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiloquium ex ore vestro.

9. Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus ejus,

10. & induentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imaginem ejus, qui creavit illum :

11. ubi non est masculus & femina, Græcus & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber : sed omnia, & in omnibus Christus.

### Notæ ad Versionem antiquam.

brosiast. & Sedul. in Coloss. 3. 5. non differunt à Vulgata, nisi quòd deleant *ergo*, post verbum *Mortificate;* & in fine legant, *idolorum servitus*. Auctor l. de singul. cler. p. 533. vel 537. a. ab eadem hoc uno differt, quòd tollat *vestra*, post *membra*. Auctor verò l. de dupl. mart. p. 588. c. eidem concinit ad verbum : idem Auct. supra alludens ait, occidenda *membra, quæ sunt super terram; hoc est, affectus, qui militant adversùs spiritum, odium, invidiam, avaritiam, superbiam, libidinem.* Epiphanius in Cantici Canticor. 5. 7. *Mortificate membra vestra, quæ in terra sunt.* Græc. Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία.

℣. 6. Cyprianus ep. 52. p. 74. c. cum Auct. l. de sing. cleric. p. 537. a. *propter quæ venit ira Dei.* Similiter Hieronymus ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 8. f. & Tichon. reg. 7. p. 66. f. quibus adjungendus Ambrosiaster in Coloss. 3. 6. qui etiam omittit seqq. *super filios diffidentiæ.* August. verò l. de contin. to. 6. col. 316. a. *propter quæ venit ira Dei in filios infidelitatis.* Gr. δι᾽ ἃ ἔρχεται..... ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

℣. 7. Textui concinunt August. l. de contin. to. 6. col. 316. b. Ambrosiast. in Coloss. 3. 7. & Græcum.

℣. 8. Augustinus l. de contin. to. 6. col. 316. c. *Nunc autem deponite & vos universa.* Ambros. l. 5. de fide, col. 582. d. *iram, animositatem, blasphemiam, turpiloquium.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 373. a. *Nunc autem deponite & vos omnem iram, & indignationem, & malitiam, & blasphemiam, & turpem sermonem ex ore vestro.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 729. a. *Nunc autem deponite & vos universam iram, indignationem, malitiam, blasphemiam; turpiloquium ex ore vestro non procedat.* Ambrosiast. in Coloss. 3. 8. *Nunc verò deponite & vos omnia; iram, & indignationem animi, malitiam, blasphemiam; turpiloquium de ore vestro non procedat.* Græc. Νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα· ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν Borner. cod. Gr. Lat. post ὑμῶν, addit, μὴ ἐκπορευέσθω.

℣. 9. Ambrosiaster in hunc loc. *Nolite mentiri invicem: exuite vos veterem hominem cum actibus ejus.* Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. b. *exspoliantes vos veterem hominem cum operibus ejus:* ita rursum infra, excepto verbo *spoliantes.* Hilar. in Ps. 129. col. 439. c. *exspoliantes veterem hominem cum gestis ejus:* & in Ps. 118. col. 310. e. *exuti veterem hominem cum peccatis suis:* & l. 11. de Trin. col. 1111. a. *exuti* (Ms. 1. antiq. *exuite*) *vet. hom. cum actibus suis.* Hieronym. in Ezech. 44. to. 3. col. 1030. a. *exspoliati vetere homine cum operibus ejus:* at l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 316. e. *exspoliantes vos veterem hominem cum operibus ejus:* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 160. f. *exuentes nos veterem hominem cum operibus suis.* Ambros. l. de apol. Dav. to. 1. col. 724. b. *exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis:* sic rursus in Ps. 118. col. 1001. a. deleta voce *vos:* item infra, col. 1092. c. & in Luc. 17. col. 1481. b. & lib. 6. Hex. tom. 2. col. 127. d. & l. 3. de fide, col. 520. a. si exceperis *ejus*, pro *suis:* lib. verò 5. de fide, col. 582. d. *exspoliantes nos veterem hom. cum actibus suis, induamus*, &c. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 502. d. *Nolite mentiri invicem: exspoliantes autem vos vet. hom. cum actibus ejus, induite*, &c. similiter l. 6. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. col. 211. b. & l. cont. Adim. to. 8. col. 116. g. & l. 14. de Trin. to. 8. col. 963. c. à verbo *exspoliantes:* at l. 12. col. 918. g. *exuentes vos vet. hom. cum actibus ejus.* Faustus apud August. tòm. 8. l. 24. col. 429. e. *exspoliate vet. hom. cum actibus suis.* Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 729. a. nil differt à Vulgata. Gr. Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν...... σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ· Clem. Alex. ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

℣. 10. Irenæus l. 5. c. 12. p. 307. e. *& induentes novum hominem, eum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum.* Hilar. in Ps. 129. col. 439. c. *& induentes novum, qui renovatur in cognitionem, secundùm imaginem Creatoris:* & l. 11. de Trin. col. 1111. a. *& induti* (Ms. 1. antiq. *& induite*) *novum, eum, qui innovatur in agnit. Dei, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum*, quæ ultima vox deest in vetust. Mss. Hieron. in Ezech. 44. tom. 3. col. 1030. a. *& induti novo, qui renovatur in scientiam, juxta imaginem Creatoris:* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 316. e. *& induentes novum, qui renovatur in cognitionem, juxta imaginem Creatoris:* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 160. f. *& induentes novum, qui renovatur in cognitionem, secundùm imaginem Creatoris sui.* Ambros. l. de apol. Dav. col. 724. b. & in Ps. 118. col. 1001. a. *induite novum, qui renovatur in agnitione, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum:* ita rursum l. 5. de fide, col. 582. d. si exceperis *induamus, & in agnitionem:* at in Luc. 17. col. 1481. b. *induti novum:* & in Ps. 118. col. 1092. c. *& induimus novum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum:* & l. 3. de fide, col. 520. a. *& induentes novum, secundùm imaginem ejus, qui creavit eum.* Ambrosiaster in Coloss. 3. 10. *& induite novum, qui renovatur in agnitionem* (Mss. quidam addunt *Dei*,) *secundùm imaginem ejus, qui condidit illum.* Augustin. l. 6. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 211. b. *induite novum, qui renovatur in agnitionem Dei, secundùm imag. ejus, qui creavit eum:* sic rursus l. de op. Mon. to. 6. col. 502. d. & l. cont. Adim. tom. 8. col. 116. g. necnon l. 12. de Trin. ibid. col. 918. g. at l. 14. col. 963. c. legit: *induite novum hominem, eum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imaginem*, &c. ut sup. l. verò 7. col. 864. e. *qui renovatur in agnitionem Dei*, &c. & l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. col. 302. c. *qui renovatur in agnitione Dei*, &c. Itidem Sedulius Hibern. in Coloss. 3. 10. Vigilius verò Taps. l. cont. Varimad. p. 729. a. *& induite novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundùm imag.* &c. ut sup. Faustus Manich. ap. August. to. 8. col. 429. e. *& induite novum, qui renovatur in agnitione Dei*, (Mss. nonnulli, *in agnitionem Dei*) *secundùm imaginem ejus, qui creavit eum in vobis.* Gr. καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Borner. codex Gr. Lat. addit αὐτοῦ, ad εἰκόνα.

℣. 11. Auctor l. de singul. cleric. p. 526. b. *ubi non est Judæus & Græcus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, masculus & femina, servus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 161. a. *ubi non est masculus & femina, Græcus & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed & omnia in omnibus Christus.* Ambros. l. 5. de fide, col. 582. d. *ubi non masculus & femina, Judæus & Græcus, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus:* & epist. 63. col. 1043. c. *ubi dives & pauper, servus & liber, Græcus & Scytha, honoratus & plebeius: omnes in Christo unum sumus:* & in Psal. 118. col. 1092. c. & in Luc. 1. 2. & 4. col. 1263. f. 1297. b. 1354. f. *omnia, & in omnibus Christus.* Augustinus l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 182. d. *non enim est Judæus & Græcus, neque masculus neque femina, neque servus neque liber: sed omnia, & in omnibus Christus.* Faustus Manich. apud August. to. 8. col. 429. f. *ubi non est masculus & femina, Judæus & Græcus, Barbarus & Scytha.* Ambrosiaster in Coloss. 3. 11. *ubi non est Græcus & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed*, &c. ut in Vulg. Eadem exhibent Scholiastes Hieron. & Beda in eumdem loc. præmissis tamen his: *ubi non est masculus &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

12. Induite vos ergo tanquam electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam:

13. supportantes invicem, & donantes vobisipsis, si quis adversùs aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos facite.

14. Super hæc autem omnia, caritatem, quod est vinculum unitatis:

15. & pax Christi abundet in cordibus vestris, ad quam & vocati estis in uno corpore: & grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & corripientes vosmetipsos, psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne quodcunque facietis in verbo, vel in opere, omnia in nomine Christi Jesu, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

18. Mulieres subditæ estote viris vestris, sicut convenit, in Domino.

19. Viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas.

20. Filii obaudite parentibus per omnia: hoc enim placens est in Domino.

21. Patres, nolite in iram provocare filios vestros, ne deficiant.

22. Servi obaudite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.

VULGATA NOVA.

12. Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: *Ephes. 4. 2.*

13. supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversùs aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

14. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

15. & pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. *1. Cor. 10. 31.*

18. Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. *Ephes. 5. 22.*

19. Viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas. *1. Pet. 3. 1.*

20. Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. *Ephes. 6. 1.*

21. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. *Ephes. 6. 4.*

22. Servi obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. *Tit. 2. 9. 1. Pet. 2. 18.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*femina, Gentilis & Judæus*, &c. Similiter Sedulius Hibern. *ubi non est masculus.* Vide sup. in Galat. 3. 28. ubi similia ferè leguntur. In Græco sic: ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, &c. ut in Vulg. deleto tamen καὶ, post voces *Barbarus*, & *servus*: at Borner. cod. Gr. ante Ἕλλην, ponit ἄρσεν καὶ θῆλυ· & Lat. *masculus & femina*, sicut alii Lat. codd. multi, teste Zegero. Idem quoque Borner. codex habet, καὶ Σκύθης..... καὶ ἐλεύθερος.

℣. 12. Hieronymus in Ezech. 44. to. 3. col. 1030. a. *Induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, & patientiæ.* Ambrosiaster in Coloss. 3. 12. *Induimini ergo ut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem sensus, mansuetudinem, longanimitatem.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 3. col. 127. c. *Induite vos sicut electos Dei, viscera misericordiæ.* Græc. Ἐνδύσασθε οὖν ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, ἅγιοι, καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πρᾳότητα, μακροθυμίαν. Mss. plures ferunt οἰκτιρμοῦ, pro οἰκτιρμῶν.

℣. 13. Ambrosiaster in hunc loc. *præbentes vobis invicem patientiam, & donantes alius alii, si quis adversùs aliquem habet querelam: sicut & Christus donavit vobis, ita & vos facite.* Sedul. Hib. in eundem loc. initio habet, *sufferentes invicem.* August. commonit. seu epist. 148. to. 2. col. 498. c. *donantes vobismetipsis, si quis adversùs aliquem habet querelam, sicut & Deus in Christo donavit vobis:* similiter tract. 58. in Joh. to. 3. col. 662. d. nisi quòd in fine habet: *sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.* Leo M. ser. 43. p. 109. a. *& donantes invicem vobis, sicut Christus donavit vobis.* Gr. ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς· Ms. 1. delet καὶ, ante ὁ Χριστός· al. habet ὁ Κύριος; & in fine Borner. cod. Gr. Lat. addit ποιεῖτε, cum Reg. & Sangermanensi.

℣. 14. Ambrosiaster in hunc loc. *Super hæc autem omnia, charitatem habete, quod est vinculum unitatis.* August. tract. 118. in Joh. tom. 3. col. 800. f. *Super omnia autem hæc, charitatem, quæ est vinculum perfectionis.* Gr. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος. Ms. Veles. post ἀγάπην, addit ἔχετε· deinde Bornerianus codex: ὅ ἐστιν..... τῆς ἑνότητος· in Ms. etiam Alex. ὅ ἐστιν.

℣. 15. Augustinus in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 974. c. *pax Christi vincat in cordibus vestris.* Ambrosiast. in Coloss. 3. 15. *& pax Dei exsultet in cordibus vestris, in qua*, &c. ut sup. Sedul. Hib. in eundem loc. auctor est, pro *& grati estote, in nonnullis exemplaribus haberi, & gratia estote.* Idem quoque observat Scholiastes Hieron. Gr. καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς..... εἰς ἣν καὶ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam habent Χριστοῦ, pro Θεοῦ.

℣. 16. Ambrosiaster in hunc loc. *Verbum Christi habitet in vobis abunde, in omni sapientia, docentes, & monentes vosmetipsos, in psalmis, & hymnis, & cant. spir. in gratia cant. in cord. vestris Domino.* Itidem Scholiastes Hieron. in eundem loc. præter voces *abundanter*, & *commonentes.* Gr. Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες, καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ... ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Borner. codex delet καὶ, ante & post vocem ὕμνοις· & in fine cum aliis quibusdam habet, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Θεῷ.

℣. 17. Ambrosius l. 3. de virg. col. 180. c. *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in facto, in nomine Dom. n. J. C. gratias agentes Deo Patri per ipsum:* & in Luc. 2. col. 1309. e. *in nomine Dom. n. J. C.* al. *in gloriam Dei.* Sedul. Hib. in Coloss. 3. 17. *in nom. Domini, id est, ad gloriam nominis Domini n. J. C. facite omnia, gratias agentes Deo.* Ambrosiaster in eundem loc. *Et omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nom. Dom. Jesu facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* Græc. Καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ..... πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, &c. ut supra. Ms. Borner. ipso initio delet Καί· paulò verò post, cum Alex. addit Χριστοῦ, ad Ἰησοῦ· subinde Alex. tollit καὶ, ante Πατρί.

℣. 18. Hieronymus l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 429. d. *Mulieres subjectæ sint viris.* Scholiast. Hier. in Coloss. 3. 18. *Mulieres subditæ estote viris vestris, sicut oportet, in*, &c. Ambrosiaster in eundem loc. nil discrepat à Vulgata. Gr. Αἱ γυναῖκες ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν, ἐν Κυρίῳ· à Borner. cod. & aliis quibusdam abest ἰδίοις, ante ἀνδράσιν· Borner. verò Ms. habet ἀνδράσιν ὑμῶν.

℣. 19. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. nec refragatur Græcum, nisi quòd omittat vocem *vestras*: at Borner. cod. habet, γυναῖκας ὑμῶν.

℣. 20. Ambrosius l. 6. Hex. col. 121. b. *Filii diligite patres vestros.* Ambrosiaster in Coloss. 3. 20. *Filii obedite parentibus vestris per omnia: hoc enim placet Deo.* Græc. Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Mss. plures, ἐν τῷ Κυρίῳ.

℣. 21. Ambrosius l. 6. Hex. col. 121. b. *Parentes, nolite ad iracundiam provocare filios vestros.* Ambrosiaster in Coloss. 3. 21. *Patres, nolite ad iram provocare filios vestros, ne pusillo animo fiant.* Græc. Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ ....... ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν. Mss. plures, pro ἐρεθίζετε, ferunt παροργίζετε.

℣. 22. Ambrosiaster in hunc loc. textui accinit, si

VULGATA NOVA.

23. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus:

24. scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis: Domino Christo servite:

Rom. 2. 5. 25. qui enim injuriam facit, recipiet id, quod iniquè gessit: & non est personarum acceptio apud Deum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

23. Quodcunque facientes, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus:

24. scientes quòd à Domino percipietis retributionem hæreditatis Domini Christi, cui servitis:

25. qui enim injuriam facit, reportavit id, quod injuriam facit: & non est personarum acceptio.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

exceperis in fine vocem *Dominum*, quam etiam habet Sedulius Hibern. in eund. loc. In Græco sic: Οἱ δῦλοι ὑπακύετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σαρκὰ κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδυλείαις, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, &c. ut in Vulg. Mss. tamen quidam habent in fine, φοβύμενοι τὸν Κύριον.

℣. 23. Ambrosiaster: *Quidquid facitis, ex animo operamini, & non hominibus.* Græc. Καὶ πᾶν ὅ τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ, &c. ut supra. Ms. Alex. Ὃ ἐὰν, omisso Καὶ πᾶν· Borner. cod. Ὃ ἂν· alii quidam, Καὶ πᾶν ὃ ἐάν.

℣. 24. Ambrosiaster: *certi quòd à Domino recipietis retributionem hæreditatis Domini nostri, cui servitis.* Gr. εἰδότες ὅτι... ἀπολήψεσθε τὴν..... κληρονομίας· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δυλεύετε. Mss. quidam delent γάρ· Borner. cod. κληρονομίας τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ, ᾧ δυλεύετε.

℣. 25. Augustinus l. de nat. bo. tom. 8. col. 511. d. *qui enim nocet, recipiet id, quod nocuit: & non est personarum acceptio apud Deum.* Ambrosiast. in Coloss. 3. 25. *qui enim iniquè gerit, fert id, quod gessit iniquè: & non est personar.* &c. ut sup. Sedulius Hib. in eundem loc. *qui enim nocet, recipiet id, quod iniquè gessit: & non est,* &c. Græc. ὁ δὲ ἀδικῶν, κομιεῖται ὃ ἠδίκησε· καὶ ὐκ ἔστι προσωποληψία· Borner. cod. cum aliis pluribus, initio fert, ὁ γὰρ ἀδικῶν· deinde idem Borner. habet κομίζεται, & in fine cum Veles. addit παρὰ τῷ Θεῷ, quod abest ab aliis.

# CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. DOmini, quod justum est & æquum, servis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cœlo.

Luc. 18. 1. 2. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione:

1. Thess. 5. 17. Ephes. 6. 19. 3. orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum)

2. Thess. 3. 1. 4. ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.

Ephes. 5. 15. 5. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt; tempus redimentes.

6. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

7. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister, & conservus in Domino:

8. quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra,

9. cum Onesimo charissimo, & fideli fratre,

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. DOmini, quod justum est & æquum, servis præstate: scientes quoniam & vos habetis Dominum in cœlis.

2. Orationi instate, vigilantes in ea:

3. orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis loquendi mysterium Christi (propter quod & ligatus sum)

4. ut manifestem illud quemadmodum oporteat me loqui.

5. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt; tempus redimentes.

6. Sermo vester semper in gratia sale conditus sit, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

7. Quæ circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus, dilectissimus frater, & fidelis minister, & conservus in Domino:

8. quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra,

9. cum Honesimo dilectissimo, & fideli fratre,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Domini, quod justum est & æquum, servis præbete: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælis.* Græc. Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δύλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν ὐρανοῖς· al. ὐρανῷ.

℣. 2. Cyprianus epist. 7. p. 14. c. & l. de orat. Dom. p. 214. a. & l. 3. Testim. p. 329. b. *Instate orationi, vigilantes in ea.* August. l. de prædest. SS. to. 10. col. 816. g. *Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.* Similiter Ambrosiast. in Coloss. 4. 2. præter hæc, *vigilantes in illa cum gratiarum actione.* Gr. Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, &c. ut in Vulg. Clem. Alex. in fine habet, σὺν εὐχαριστίᾳ, pro ἐν εὐχαριστίᾳ.

℣. 3. Augustinus l. de prædest. SS. tom. 10. col. 816. g. *orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi sui ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum.* Itidem Ambrosiaster in Coloss. 4. 3. si exceperis *ostium verbi ad eloquendum.* Ambros. l. 4. de fide, col. 525. a. *ut aperiatur mihi ostium verbi ad eloquendum mysterium* (Mss. aliqui *martyrium*) *Christi:* & l. 1. de Cain & Ab. c. 9. col. 200. c. ac l. 6. de sacram. col. 383. a. *ut aperiatur mihi ostium verbi ad loquendum mysterium Christi.* Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 4. Augustinus l. de præd. SS. tom. 10. col. 816. g. *ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.* Similiter Ambrosiaster in Coloss. 4. 4. præter *pro ut*, pro *ita ut*; Græc. ὡς δεῖ.

℣. 5. Sic habet Ambrosiaster in hunc locum, unà cum Græco.

℣. 6. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. d. *Sermo vester sit semper in gratia sale conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Suffragatur Ambrosiaster in Coloss. 4. 6. excepta voce *singulis*, pro *unicuique*. Sedul. Hib. in eundem loc. *Sermo vester semper in sale sit conditus,* &c. ut in Vulgata. Græc. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.

℣. 7. Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. p. 1. col. 406. c. *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, frater dilectus, & minister, & conservus in Domino:* ita rursum in ep. ad Philem. col. 445. d. exceptis his, *charissimus frater, & fidelis minister.* Ambrosiaster in Coloss. 4. 7. *Quæ circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus, dilectus frater, & fidelis minister,* &c. ut sup. Gr. Τὰ κατ᾽ ἐμὲ, πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, &c. ut supra.

℣. 8. Hieronymus l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 406. c. *quem misi ad vos ob hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra:* at in ep. ad Philem. col. 445. d. *quem misi ad vos ad hoc, ut* (infra, col. 446. a. *in hoc ipsum, ut*) *cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur,* &c. Itidem Ambrosiaster in Coloss. 4. 8. posito *in hoc ipsum;* nec aliter in Græco. Mss. tamen plures, pro γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, habent γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν.

℣. 9. Hieronymus l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 406. c. *cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex vo-*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

qui est ex vobis. Omnia vobis nota facient, quæ hîc aguntur.

10. Salutat vos Aristharcus * concaptivus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata : si venerit ad vos, excipite illum:

* Ms. Reg. concaptivos meos.

11. & Jesus, qui dicitur Justus : qui sunt ex circumcisione : hi soli sunt adjutores mei regni Dei, qui facti sunt mihi solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & adimpleti in * omni voluntate Christi.

* Ms. Reg. omne.

13. Testimonium enim illi reddo, quoniam habet multum laborem pro vobis, & pro his, qui * Laodeciæ sunt, & qui Hierapoli.

* Ms. Reg. Laodiciæ, hic & infra.

14. Salutat vos Lucas medicus carissimus, & Demas.

15. Salutate eos, qui sunt in Laodeciæ, fratres, & Nympham, & domesticam ejus Ecclesiam.

16. Et cùm lecta fuerit apud vos * epistola, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur : & eam, quæ Laodiciam est, ut vos legatis.

* Ms. Reg. vitiosè epistulam.

17. Et dicite Archippo : Vide ministerium, quod suscepisti in Domino, ut illud impleas.

18. Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

* Ad Colossenses explicit.

### VULGATA NOVA.

qui ex vobis est. Omnia, quæ hîc aguntur, nota facient vobis.

10. Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata : si venerit ad vos, excipite illum :

11. & Jesus, qui dicitur Justus : qui sunt ex circumcisione : hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.

13. Testimonium enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli.

14. Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. 2. Tim. 4. 11.

15. Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo ejus est, Ecclesiam.

16. Et cùm lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur : & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis.

17. Et dicite Archippo : Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

18. Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bis : qui omnia, quæ hîc aguntur, nota faciet vobis :* & in epist. ad Philem. col. 445. d. *cum Onesimo chariss. & fid. fratre, qui est ex vobis.* Itidem Ambrosiaster in Coloss. 4. 9. adjunctis seqq. *Omnia, quæ hîc sunt, nota faciet vobis.* Scholiastes Hier. & Beda in eundem lòc. *qui omnia, quæ hîc aguntur, nota facient vobis.* Græc. σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ, καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε· Borner cod. τὰ ὧδε πραττόμενα. Mss. etiam aliqui voci πάντα, præponunt οἱ.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc loc. *Salutat vos Aristarchus comes captivitatis meæ, & Marcus consobr. Barnabæ, de quo accepistis mandatum, ut si venerit ad vos, excipiatis illum.* Scholiastes Hier. & Beda in eund. loc. *si venerit ad vos, suscipite illum.* Ita quoque in Græco.

℣. 11. Ambrosiaster in Coloss. 4. 11. Vulgatæ suffragatur. In Græco sic : καὶ Ἰησοῦς..... οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. Borner. cod. addit μου εἰσιν, voci συνεργοί.

℣. 12. Augustinus l. de corr. & gra. to. 10. col. 775. d. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper certans pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.* Ambrosiaster in Coloss. 4. 12. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & abunde expleti in omni volunt. Dei.* Græc. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν, δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν..... ἵνα στῆτε τέλειοι, καὶ πεπληρωμένοι, &c. ut in Vulg. Mss. quidam addunt Ἰησοῦ, ad Χριστοῦ.

℣. 13. Ambrosiast. *Testimonium enim adhibeo illi, quia habet multum lab. pro vob. & pro iis, qui Laodiciæ sunt, & Hierapoli.* Græc. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. Mss. quidam, pro ζῆλον πολὺν, habent πόθον πολύν· alii, ἀγῶνα πολύν· Alex. πολὺν πόνον· Borner. πολὺν κόπον.

℣. 14. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. *Salutat vos Lucas medicus dilectus.* Ambrosiaster in Coloss. 4. 14. nil differt à textu. In Græco, ἀγαπητὸς, pro *charissimus.*

℣. 15. Ambrosiaster in hunc loc. *Salutate eos, qui sunt Laodiceæ, fratres, & Nympham, & domesticam ejus Ecclesiam.* Gr. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ᾽ οἶκον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν.

℣. 16. Ambrosiaster in hunc loc. *Et cùm lecta fuerit apud vos epistola, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur : & vos ut eam, quæ est Laodicensium, legatis.* Scholiastes Hier. & Beda in eundem loc. *& ea, quæ Laodicensium est, vobis legatur.* Gr. καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. Veles. cod. καὶ ἡ ἐκ Λαοδικείας ὑμῖν ἀναγινωσκέσθω.

℣. 17. Textui Reg. & Sangerm. concinit Ambrosiaster in hunc loc. nec refragatur Græcum.

℣. 18. Ambrosiaster : *Ipsa salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Dom. n. J. C. vobiscum.* Concinunt Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. nisi quòd in principio deleant *Ipsa*, in fine verò addant *Amen.* Sic etiam ferunt Mss. Lat. nonnulli, teste Luca Brug. Græcum cum Vulgata concordat : Mss. tamen duo omittunt Ἀμήν.

* Loco hujus conclusionis, legitur in Græco : Πρὸς Κολοσσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ, καὶ Ὀνησίμου, *Ad Colossenses scripta est à Roma per Tychicum, & Onesimum.*

Digitized by Google

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

### Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *EPISTOLA AD COLOSSENSES.*

CAP. I. ℣. 12. Gratias agentes Deo Patri. *Non est interjicienda conjunctio* & *inter* Deo, & Patri.

℣. 14. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. *Ut non oportet omittere* per sanguinem ejus, *ita non oportet addere* &, *ante* remissionem.

℣. 25. Quæ data est mihi in vos. *Non mutes accusativum in ablativum* vobis.

CAP. II. ℣. 2. In agnitionem mysterii Dei Patris & Christi Jesu. *Non est auferenda conjunctio* &.

℣. 7. Abundantes in illo in gratiarum actione. *Quidam libri*, *pro* in illo *masculino*, *scribunt femininum* in ea: *sed nequaquam est omittendam* in illo, *quod multi faciunt.*

℣. 11. Circumcisione non manu facta. *Cave legas* manifesta, *pro* manu facta, *qua manu fit.*

*Sequitur.* In exspoliatione corporis carnis. *Non addas* peccatorum, *post* corporis, *nec mutes* corporis *in* cutis, *quod est pellis.*

℣. 16. Aut in parte diei festi. *Non omittas* festi.

CAP. III. ℣. 4. Cùm Christus apparuerit, vita vestra. *Non est addenda conjunctio sive* autem, *sive* enim.

℣. 11. Ubi non est Gentilis & Judæus. *Non interjicias* masculus & femina; *superfluit enim hoc loco.*

℣. 16. Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. *Non est præponenda his ablativis præpositio* in.

℣. 17. Omnia in nomine Domini Jesu Christi. *Non addendum est* facite, *sed subaudiendum.*

℣. 20. Hoc enim placitum est in Domino. *Non est omittenda præpositio* in.

CAP. IV. ℣. 9. Omnia, quæ hic aguntur. *Non præponas his verbis* qui.

℣. 16. Et cùm lecta fuerit apud vos epistola hæc. *Non omittas pronomen* hæc.

*Ibidem.* Et eam, quæ Laodicensium est, vos legatis. *Alii passivè legunt*, & ea, quæ Laodicensium est, vobis legatur.

℣. 18. Gratia vobiscum. *Non interponas* Domini nostri Jesu Christi.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *EPISTOLA AD COLOSSENSES.*

CAP. II. ℣. 4. Ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. *Quidam conjiciunt legendum* subtilitate, *ut legit Ambrosiaster*; *quidam* suasibilitate, *quod est Græcè* πιθανολογία.

℣. 14. Delens quod adversùs nos erat chirographum decreti. *Pro genitivo* decreti, *quidam libri legunt dativum* decretis, *qui est Græcè*, & *Syriacè.*



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIMÆ,

## è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Thessalonicenses commendat, actis Deo gratiis, quòd susceptam semel fidem servaverint, Pauli, imò ipsius Domini imitatores effecti, ac forma reliquis credentibus; palàm ostendentes, quem apud ipsos fructum Pauli prædicatio habuerit.*

CAP. II. *Ostendit quàm sincerum se exhibuerit in prædicando ipsis Evangelio, gratias Deo agens quòd susceptum Dei verbum sedulò servaverint, passi multa à contribulibus, sicut Ecclesiæ Judææ à Judæis, qui unà cum Christo etiam pios omnes persequuntur: declarat etiam quàm ardentem gerat erga ipsos affectum.*

CAP. III. *Metuens ne propter suas afflictiones à fide moverentur, misit ad eos Timotheum, qui ipsos roboraret: illo autem reverso gratias Deo agit, quòd in fide, ac dilectione firmi permanserint; ostendens quantùm cupiat illos invisere, ut suppleat quod deest fidei ipsorum.*

CAP. IV. *Hortatur ut tradita sibi præcepta observent, abstinentes à fornicatione, ac se mutuò diligentes, manibusque operantes, quò nullius quidquam desiderare cogantur: docet modum nostræ resurrectionis, ne inordinatâ tristitiâ se crucient propter eos, qui moriuntur.*

CAP. V. *Diem judicii dicit insperatum adfuturum, qui tamen ipsos non potest incautos opprimere, cùm semper ad illum se præparent, ad quod illos etiam hortatur: monet quoque de obedientia erga suos præfectos, & quomodo erga invicem, & ergà Deum se habere debeant: orat pro ipsis, utque pro se orent precatur.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

## *CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1\. PAulus, & Silvanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

2\. Gratia vobis, & pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione,

3\. memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum:

4\. scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram:

### VERSIO ANTIQUA.

1\. PAulus, & Silbanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

2\. Gratia vobis, & pax à Deo, & Domino Jesu Christo. Gratias agimus semper pro omnibus vobis, memoriam vestri faciens in orationibus nostris sine intermissione,

3\. memores operis fidei vestræ, & laborem caritatis, & patientiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum:

4\. scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram:

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hæc epistola, quæ in codicibus nostris Sangerman. & Reg. sequitur epistolam ad Philippenses, in iisdem sic inscribitur: *Incipit ad Thessalonicenses prima, missa à Roma.* Eundem etiam locum obtinet hæc epistola apud Sedulium Hiberniensem.

℣. 1. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 648. e. *Paulus, & Silvanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino J. Christo.* Similiter Ambrosiaster in 1. Thess. 1. 1. exceptis his, *in Deo Patre nostro, & in Domino Jesu Christo.* At in Gr. ἐν Θεῷ Πατρὶ, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. Hieronymus ep. ad Damas. pro Σιλουανὸς, legendum putat Σίλας, pro quo *Silvanus*, inquit, *vitiosè.* Dicere debuit, contractè: est enim *Silvanus* ex contractione *Silas*, quomodo & *Lucas*, nomen Romanum, idem est, quod *Lucanus*, ut ex Mss. quibusdam Lat. constat, in quibus Evangelium Lucæ sic inscribitur: *Evangelium secundum Lucanum.* Ita ex Millio, qui etiam observat in Mss. quibusdam Gr. addi ἡμῶν, voci Πατρί.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc locum, & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. b. nil differunt à Vulgata. Græcum verò sic: Χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστοῦμεν, &c. ut in Vulgata, nisi quòd vox ultima ἀδιαλείπτως, *sine intermissione*, adjungitur versui seq. 3. Mss. quidam omittunt hæc, ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 3. Ambrosiaster in hunc loc. *memores operis fidei vestræ, & laborum charitatis, & exspectationis Domini nostri J. C. coram Deo & Patre nostro.* Sedul. Hib. in eundem loc. *charitatis, & patientiæ spei.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. b. cum Vulgatâ concordat. Græc. μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος, &c. ut sup. Borner. cod. Gr. Lat. τὸ ἔργον τῆς πίστεως ὑμῶν..... τὸν κόπον..... τὴν ὑπομονήν. In Alex. deest τῆς ἐλπίδος.

℣. 4. Textui concinit Ambrosiaster in hunc locum, unà cum Græco. Vigil. verò Tapſ. l. contra Varimad. p. 747.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

5. quia Evangelium nostrum non fuit apud vos in verbo tantùm, sed & in virtute, & Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.

6. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, recipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:

7. ita ut facti sitis figura omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia.

8. A vobis enim declaratus est sermo Domini, non solùm in Macedonia, & in Achaia, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exivit, ita ut non sit opus nobis loqui aliquid.

9. Ipsi enim de vobis renuntiant qualem introitum habuimus ad vos: & quomodo conversi estis ad Deum de simulacris, servire Deo vivo, & vero,

10. & exspectare Filium ejus de cœlis (quem excitavit à mortuis) Jesum, qui eripiet nos ab ira ventura.

### VULGATA NOVA.

5. quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.

6. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:

7. ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia.

8. A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solùm in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui.

9. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conversi estis ad Deum à simulacris, servire Deo vivo, & vero,

10. & exspectare Filium ejus de cœlis (quem suscitavit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*a. scientes fratres, electi à Deo, dilectionem vestram.*

℣. 5. Ambrosiaster in hunc loc. *quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in verbo solùm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis vestri causa.* Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 747. a. *quia Evangelium nostrum non fuit apud vos in verbo tantùm, sed in virtute Spiritus sancti.* Græcum Vulgatæ suffragatur.

℣. 6. Ambrosiaster: *Et vos imitatores nostri facti estis, & ipsius Domini, suscipientes verbum in pressura multa, cum gaudio Spir. S.* Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 747. h. *Excipite verbum in tribulatione multa, in gaudio Spiritus sancti.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 7. Ambrosiaster in hunc loc. *ita ut fueritis vos exemplum omnibus credentibus in Maced.* &c. ut sup. Gr. ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ, &c. Mss. quidam, τύπον πᾶσι.

℣. 8. Ambrosiaster: *A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solùm in Macedonia, & in Achaia, sed & in omnem locum fides vestra, quæ est ad Deum, processit, ita ut non necesse habeamus nos aliquid eloqui.* Acta mart. S. Agap. p. 392. *in omni loco fides vestra in Deum pervagata est.* Græc. Ἀφ᾽ ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ... καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. Borner. cod. Lat. interpretatur ἐξήχηται, per verbum *innotuit*; paulòque post alii quidam codd. Gr. præponunt ἐν, voci Ἀχαΐᾳ.

℣. 9. Ambrosiaster: *Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conversi estis ad Deum ab idolis, ad serviendum Deo vivo, & vero.* Tertul. l. de res. carn. p. 575. c. *qualiter conversi sitis ab idolis, ad serviendum vivo, & vero Deo.* Ambros. l. de incarnat. col. 722. f. *quomodo conversi estis ad Deum à simulacris, servire Deo vivo, & vero.* Græc. Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔχομεν..... ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι, καὶ ἀληθινῷ. Mss. quidam, Αὐτοὶ γὰρ περὶ ὑμῶν.

℣. 10. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. c. *& exspectandum è cœlis Filium ejus (quem suscitavit ex mortuis) Jesum.* Ambrosiast. in 1. Thess. 1. 10. *& ad exspectandum Filium ejus de cœlis (quem suscitavit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira veniente.* Gr. καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ... Ἰησοῦν, τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης· al. ῥυσάμενον ἡμᾶς, &c.

## CAPUT II.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Ipsi enim scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit:

2. sed & ante passi, & contumeliis afflicti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Domino nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multo certamine.

3. Exhortatio enim nostra non de errore, neque ex immunditia, neque in dolo,

4. sed quemadmodum probati sumus à Deo ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, & * qui probat corda nostra.

** Ms. Reg. addit ei.*

5. Neque enim aliquando in sermone adulatio-

### VULGATA NOVA.

1. Nam ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit:

2. sed ante passi, & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. *Act. 16. 19.*

3. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo,

4. sed sicut probati sumus à Deo ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

5. Neque enim aliquando fuimus in sermone

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui Sangerm. consonat Ambrosiaster in hunc loc. cum Fulg. l. 2. de verit. præd. c. 23. p. 479. nec absimile Græcum est.

℣. 2. Ambrosiaster: *sed ante multa passi, & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, exerta libertate usi sumus in Deo nostro, loquendo ad vos Evangelium Dei in magno certamine.* Similiter Scholiast. Hier. & Beda, *sed ante passi multa;* reliqua ut in Vulgata. Fulgent. l. 2. de verit. prædest. c. 23. nil differt ab eadem Vulgata. Græc. ἀλλὰ καὶ προπαθόντες, καὶ ὑβρισθέντες...... ἐπαρρησιασάμεθα...... λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς..... ἐν πολλῷ ἀγῶνι.

℣. 3. Tertullianus lib. de pudic. p. 1010. a. *Advocatio enim nostra non ex seductione, nec ex immunditia.* Ambrosiaster in hunc loc. *Nam exhortatio nostra non ex fallacia, neque ex immunditia, neque in idolo.* Sedulius Hib. in eund. loc. *non ex errore, neque ex immunditia, neque in dolo.* Ita quoque in Græco.

℣. 4. Ambrosiaster: *sed sicut probati sumus à Deo... non ut hominibus placentes, sed Deo, qui,* &c. ut sup. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 749. e. *ita loquimur, non quasi hom. plac. sed Deo, qui,* &c. Græcum Vulgatæ consonat, deleta voce *nobis*, post *crederetur*: pro *quasi*, etiam habet ὡς, *sicut*, ante *hominibus*.

℣. 5. Ambrosius in Luc. 4. col. 1343. f. *Neque enim in verbo adulationis fuimus, neque in occasione avaritiæ: Deus testis est.* Augustinus ep. 126. tom. 2. col. 371. d. *Non in sermone adulationis fuimus apud vos, sicut scitis: nec in occasione cupiditatis: Deus testis est:* & l. de op. Mon. tom. 6.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: Deus testis est:

6. nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.

7. Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foveat filios suos.

8. Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solùm Evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

9. Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis: nocte ac die operantes, ne quem vestrûm gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei.

Act. 20. 34. 1. Cor. 4. 12. 2. Thess. 3. 8.

10. Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè, & justè, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus:

11. sicut scitis, qualiter unumquemque vestrûm (sicut pater filios suos)

12. deprecantes vos, & consolantes testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum, & gloriam.

13. Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis:

14. vos enim imitatores facti estis fratres Ec-

VERSIO ANTIQUA.

nis fuimus, sicut scitis: neque in occasionem avaritiæ: Deus testis est:

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

6. neque quærentes * ex hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.

* Mss. &, sed aperto mendo.

7. Cùm possemus in gravitate esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foveat suos filios.

8. Ita desiderantes vos, cupimus communicare vobiscum non solùm Evangelium Dei, verùm etiam & nostras animas: quia carissimi nobis facti estis.

9. Meministis enim fratres laborem nostrum, & fatigationem: nocte ac die operantes, ad hoc ne gravaremus aliquem vestrûm, prædicavimus in vobis Evangelium Dei.

10. Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè, & justè, & sine querela, vobis, qui credidistis, facti sumus:

11. sicut scitis, qualiter unumquemque vestrûm (sicut pater filios suos)

12. deprecantes vos, & consolantes, & testificantes, ut ambuletis dignè Deo, qui vocat vos in suum regnum, & gloriam.

13. Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cùm percepissetis verbum auditum à nobis Dei, excepistis non verbum hominum, sed (sicut est verum) verbum Dei, quod operatur in vobis, qui credidistis:

14. vos enim imitatores facti estis fratres Ec-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 484. c. *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione cupiditatis*, &c. ut supra. Ambrosiaster in 1. Thess. 2. 5. *Neque enim unquam in verbo adulationis conversati sumus, sicut scitis: neque in occasionem avaritiæ: Deus testis est.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. *Neque enim fuimus apud vos aliquando in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: nec quærentes*, &c. omisso *Deus testis est.* Græc. Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε· οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας· Θεὸς μάρτυς. A Ms. uno abest καθὼς οἴδατε.

℣. 6. Ambrosius in Luc. 4. col. 1344. a. *neque gloriam quærentes ab hominibus.* Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 484. d. *nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.* Similiter Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 719. d. Sic etiam Ambrosiaster in 1. Thess. 2. 6. unà cum Græco, præter *ex hominibus.*

℣. 7. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 484. d. *Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foveat filios suos:* ita rursum infra, col. 485. a. b. præter *factus sum parvulus;* nec aliter in Gal. to. 3. p. 2. col. 964. f. tract. verò 9. in 1. Joh. col. 886. a. *factus sum parvulus in med. v. tanquam nutrix fovens filios suos:* & l. cont. Adim. to. 8. col. 146. b. *factus sum parvulus..... tanquam si nutrix fovens filios suos.* Hieronymus in Isai. 50. tom. 3. col. 357. c. *quasi nutrix foveat filios suos:* & in Isai. 60. col. 448. f. *quasi nutrix fovens filios suos.* Ambrosiaster in 1. Thess. 2. 7. *Cùm possemus apud vos oneri esse* (ver. ed. *honori esse;* Rom. *in honore esse*) *ut Christi Apost. sed fuimus parvuli*, &c. ut in Vulgata. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. d. *Cùm possimus in honore esse ut cæteri Apostoli Christi: sed facti sumus sicut parvuli in med. vestrûm, vel tanquam si nutrix foveat parvulos suos.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *sed fuimus parvuli inter vos, tanquam si nutrix foveat filios suos.* Gr. Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι....... ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, pro ἤπιοι, *mites*, ponunt νήπιοι, *parvuli.*

℣. 8. Hieronymus in Isai. 50. to. 3. col. 357. c. *Sic desiderantes vos, cupimus impartire vobis non solùm Evangelium Christi, sed & animas nostras:* ita rursum in Isai. 60. col. 448. f. excepto verbo *impertire*, absque seq. *vobis.* August. l. de op. Mon. tom. 6. col. 485. a. *Ita desiderantes vos, placet impertire vobis non solùm Evangelium Dei, verùm etiam animas nostras: quoniam carissimi nobis facti estis.* Ambrosiaster in 1. Thess. 2. 8. *Ita desiderantes vos, cupimus impartiri vobis non solùm Evangelium Dei, sed etiam*, &c. ut in Vulgata. Gildas Sap. cast. in Eccl. ord. p. 719. d. *Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solùm Evang. Dei, sed etiam animas nostras.* Græc. Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν..... διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε. Mss plures, pro ἱμειρόμενοι, ferunt ὁμειρόμενοι· subinde unus, εὐδοκήσαμεν· paulòque post alter, τοῦ Χριστοῦ, loco τοῦ Θεοῦ, post *Evangelium;* & in fine quidam, ἐγενήθητε.

℣. 9. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 485. a. *Recordamini enim fratres laborem nostrum, & ærumnam: nocte & die operantes, ne quem vestrûm gravaremus.* Ambrosiaster in 1. Thess. 2. 9. *Meministis enim fratres laborem nostrum, & fatigationem: nocte ac die operantes, ad hoc ne quem vestrûm gravaremus, prædicavimus vobis Evang. Dei.* Sedulius Hib. in eund. loc. *laborem nostrum...... fatigationem.... ut nullum vestrûm gravaremus.* Græc. Μνημονεύετε γὰρ ἀδελφοὶ τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς, &c. ut supra. Mss. quidam tollunt γὰρ, post νυκτός.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc loc. *Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè, & justè, & sine querela, vobiscum, qui creditis, conversati sumus.* Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *vobis, qui creditis, affuimus.* Gr. Ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ Θεὸς, ὡς ὁσίως, καὶ δικαίως, καὶ ἀμέμπτως, ὑμῖν, τοῖς πιστεύουσιν, ἐγενήθημεν.

℣. 11. Ambrosiaster: *sicut scitis, & quomodo erga unumquemque vestrûm, ut pater filios suos.* Græc. καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς, &c. ut sup. Bornerian. cod. ὑμῶν, πῶς.

℣. 12. Ambrosiaster in hunc loc. *obsecrantes vos, & consolantes, & obtestantes, ad hoc ut ambuletis dignè Deo, qui vocavit vos in*, &c. ut sup. Similiter Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 737. f. *ut ambuletis*, &c. Græc. παρακαλοῦντες ὑμᾶς, καὶ παραμυθούμενοι, καὶ μαρτυρούμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ, τοῦ καλοῦντος, &c. ut in Lat. Mss. quidam, τοῦ καλέσαντος.

℣. 13. Augustinus l. de præd. SS. tom. 10. col. 816. e. *Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cùm percepissetis à nobis verbum auditûs Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, quod operatur in vobis, cui credidistis.* Ambrosiaster in hunc loc. *Ideoque & nos gratias agimus D. sine interm. quòd cùm accepissetis à nobis verbum auditûs Dei, suscepistis illud, non ut verbum hom. sed (sicut est verè) verbum Dei, quod & operatur in vobis, qui credidistis.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. à Vulgata non differt, nisi quòd deleat *illud*, post *accepistis.* August. tract. 109. in Joh. to. 3. col. 774. c. hunc locum memorat, ubi ait *Apostolus Thessalonicenses excepisse à se* (verbum Dei) *non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei.* In Græco sic: Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν..... ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. Ms. Veles. πιστεύσασιν.

℣. 14. Ambrosiaster in hunc loc. *vos enim, fratres, imi-*

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* clesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu : quia eadem passi estis & vos à vestris cumtribubus, quomodo & ipsi à Judæis :

15. qui ipsum Dominum occiderunt Jesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placuerunt, & omnibus hominibus contrarii;

16. prohibentes nos Gentibus loqui ut salventur, ut compleantur ipsorum peccata semper : prævenit autem super eos ira Dei usque ad finem.

17. Nos autem fratres * desolati à vobis ad tempus horæ, facie, non corde, abundantiùs festinavimus faciem vestram videre in multo desiderio :

* *Ms. Reg.* desolatio.

18. quoniam voluimus venire ad vos : ego quidem Paulus, & semel, & bis, & impedivit nos satanas.

19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Aut non etiam vos ante Dominum nostrum Jesum in ipsius adventu?

20. vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

**VULGATA NOVA.**

clesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu : quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Judæis :

15. qui & Dominum occiderunt Jesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur;

16. prohibentes nos Gentibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper : pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.

17. Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantiùs festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio :

18. quoniam voluimus venire ad vos : ego quidem Paulus, & semel, & iterum, sed impedivit nos satanas.

19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?

20. vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*tatores facti estis Ecclesiarum Dei.... quia eadem passi estis & vos à contribulibus* (Rom. ed. *concivibus*) *vestris, sicut & nos ipsi à Judæis.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd, pro *à contribulibus vestris*, habeat, ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, *à propriis contribulibus.*

℣. 15. Ambrosiaster : *qui & Dominum interemerunt Jesum*, &c. ut in Vulgata. Græc. τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους Προφήτας..... καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. Mss. quidam delent vocem ἰδίους, quam à Marcione additam vult Tertul. l. 5. cont. Marc. c. 15. ubi hæc laudans, *qui & Dominum interfecerunt, & Prophetas suos*, ait : *licet* suos *sit adjectio hæretici.* Mss. etiam alii duo habent in fine ἐναντιουμένων, pro ἐναντίων.

℣. 16. Ambrosiaster in hunc loc. *probibentes nos Gentibus loqui ut salventur, ad hoc ut suppleant peccata sua semper : sed pervenit ira Dei super eos usque in finem.* Sedulius Hib. in eundem loc. *prævenit enim super illos ira Dei*, &c. Græc. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος· Borner. cod. ὀργὴ τοῦ Θεοῦ.

℣. 17. Textui Sangerm. concinit Ambrosiaster ad verbum; nec aliter in Græco, nisi excipias verbum ἀπορφανισθέντες, pro *desolati*; mel. *pupilli facti*, seu, *orphani redditi*, ex ἀπὸ, & ὀρφανός.

℣. 18. Ambrosiaster : *quapropter voluimus venire ad vos : ego*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. a. omissa voce *quapropter.* Gr. διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ μὲν Παῦλος, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ, &c. al. ἀλλ' ἐνέκοψεν.

℣. 19. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *Quæ enim spes nostra, vel gaudium, vel exsultationis corona, quàm & vos coram Domino nostro J. C. in adventu ipsius?* Ambrosiaster in hunc loc. *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro J. C. in adventu ejus?* & sup. in Rom. 1. 12. *Quod est gaudium nostrum, & corona? Nonne vos in adventum Domini?* Græc. Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χρ. ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; Ms. Alex. pro καυχήσεως, habet ἀγαλλιάσεως· paulò verò post delet vocem Χριστοῦ, cum aliis pluribus.

℣. 20. Sic habet Ambrosiaster in hunc locum, unà cum Græco. Leo M. ser. 2. p. 52. a. *corona mea, & gaudium vos estis.*

# CAPUT III.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 1. PRopter quod jam non sustinentes, placuit nobis remanere Athenis, solis :

2. & misimus Timotheum fratrem nostrum, & adjutorem Dei in Evangelio Christi, ad confortandos vos, & cohortandos pro fide vestra :

* *Ms. Reg.* ne. 3. ut * nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.

4. Nam & cùm apud vos fuimus, prædicavimus vobis passuros nos tribulationem, sicut factum est, & scitis.

5. Propterea & ego jam non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram : ne fortè tentaverit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.

**VULGATA NOVA.**

1. PRopter quod non sustinentes ampliùs, placuit nobis remanere Athenis, solis :

2. & misimus Timotheum fratrem nostrum, *Act. 16. 1.*
& ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra :

3. ut nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.

4. Nam & cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis.

5. Propterea & ego ampliùs non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram : ne fortè tentaverit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Idcirco jam non ampliùs tolerantes, optimum duximus ut Athenis soli relinqueremur.* Sedul. Hib. in eund. loc. *solitarii.* Græc. Διὸ μηκέτι στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις, μόνοι.

℣. 2. Ambrosiaster : *& misimus Timotheum fratrem nostrum, & principem operis Dei in Evangelio Christi, ad hoc ut & vos confirmet, & deprecetur pro fide vestra.* Gr. καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ..... εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς, &c. ut supra. Bornerianus codex Gr. Lat. habet : ἡμῶν, διάκονον, καὶ συνεργὸν τοῦ Θεοῦ· Colbert. verò simpliciter, καὶ συνεργὸν τοῦ Θεοῦ, omissis verbis antecedentibus, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ· Alex. & Veles. delent tantùm καὶ συνεργὸν ἡμῶν, sicut alii quidam ὑμᾶς, post παρακαλέσαι.

℣. 3. Ambrosiaster : *ne quis moveatur in his pressuris : ipsi enim scitis quia ad hoc positi sumus.* Græc. τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, τὸ μηδένα· alii, τοῦ μηδένα· al. μηδένα κινεῖσθαι· Borner. Lat. *nemo moveatur* (*terreatur.*)

℣. 4. Ambrosiaster in hunc loc. *Nam & cùm apud vos eramus, prædicebamus vobis passuros nos pressuram, sicut & fact.* &c. ut sup. Sedulius Hib. *prædicabamus vobis.* Græc. Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ, &c. ut sup. Borner. Gr. ἐλέγομεν, Lat. *prædicavimus.*

℣. 5. Ambrosiaster : *Propterea & ego non ampliùs tolerans, misi ad hoc ut cognoscerem fidem vestram : ne quo mo-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos:

7. ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate, & tribulatione nostra per fidem vestram,

8. quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.

9. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

10. nocte ac die abundantiùs orantes, ut videamus faciem vestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei vestræ?

11. Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos.

12. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in invicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vobis:

13. ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum & Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus. Amen.

VERSIO ANTIQUA.

6. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & adnuntiante nobis fidem & caritatem vestram, & quoniam memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos & vos: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

7. propterea consolati sumus fratres in vobis super omnem necessitatem, & tribulationem nostram per vestram fidem,

8. quoniam nunc vivimus, si vos steteritis in Domino.

9. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis super omne gaudium, quo gaudemus propter vos coram Deum nostrum,

10. nocte & die superabundanter orantes, ut videamus vestram faciem, & suppleamus quæ desunt fidei vestræ?

11. Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Jesus * dirigat viam nostram ad vos. * *Ms. Reg. addit* Christus.

12. Vos autem Dominus Jesus multiplicet, & abundare faciat in caritate in invicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vos:

13. ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum & Patrem nostrum, in adventum Domini nostri Jesu * cum omnibus sanctis ejus. Amen. * *Ms. Reg. addit* Christi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*do adtentaverit vos ille tentator, & inanis fiat labor vester.* August. quæst. 57. in Gen. tom. 3. p. 1. col. 392. e. *ne fortè tentaverit vos is, qui tentat.* Græc. Διὰ τῦτο κἀγὼ μηκέτι ϛέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν..... μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, ϗ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.

℣. 6. Ambrosiaster: *Modò autem cùm venisset Timotheus ad nos à vobis, & annuntiasset nobis fidem & charit. vestram, & quoniam memoriam nostri habetis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέυ πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, ϗ εὐαγγελισαμένυ ἡμῖν, &c. ut in Vulgata, nisi quòd abest vox *quoque* in fine.

℣. 7. Ambrosiaster: *ideo consolationem sumus adepti fratres in vobis super omni necessitate, & pressura nostra per vestram fidem.* August. l. 3. de doctr. Chr. tom. 3. col. 47. a. *propterea consolati sumus fratres in vobis:* tum addit: *Dubium est, utrum* ô fratres, *an* hos fratres. *Neutrum autem horum est contra fidem: sed Græca lingua hos casus pares non habet; & ideo, illa inspecta, renuntiatum vocativus* ô fratres. *Quòd si voluisset Interpres dicere*, propterea consolationem habuimus fratres in vobis; *minùs servitum esset verbis, sed minùs de sententia dubitaretur. Aut certè si adderetur* nostri, *nemo ferè ambigeret vocativum esse casum..... sed jam hoc periculosiùs permittitur.* Græc. διὰ τῦτο παρεκλήθημεν ἀδελφοὶ ἐφ' ὑμῖν ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει, ϗ ἀνάγκῃ ἡμῶν, &c. ut sup. Ms. Alex. διὰ τῦτο παρακεκλήμεθα.

℣. 8. Ambrosiaster: *quoniam nunc vivimus, si vos steteritis in Christo.* Ita quoque in Græco, excepta voce ult. Κυρίῳ, pro *Christo.* Bornerianus codex, pro ϛήκετε, habet ϛήκετε.

℣. 9. Ambrosiaster in hunc loc. *Quam enim gratiarum actionem possumus referre Deo de vobis super omni gaudio, quo gaudemus propter vos coram Deo nostro.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *super omne gaudium.* Græc. Vulgatæ suffragatur.

℣. 10. Ambrosiaster: *nocte dieque abundantissimè orantes, ut videamus faciem vestram, & suppleamus quæ desunt fidei vestræ?* August. tract. 98. in Joh. to. 3. col. 741. d. *nocte ac die abundantiùs orantes, ut videamus faciem vestram*, &c. ut supra. Græc. νυκτὸς ϗ ἡμέρας ὑπερεκπερισσῦ δεόμενοι, εἰς τὸ ἰδεῖν... ϗ καταρτίσαι τὰ ὑϛερήματα τῆς πίϛεως ὑμῶν; Ms. 1. habet εἰδέναι, pro ἰδεῖν.

℣. 11. Ambrosius l. 2. de fide, col. 487. c. *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Jesus dirigat viam nostram ad vos.* Ambrosiaster in hunc locum: *Ipse verò Deus..... & Dom. noster J. Christus*, &c. ut sup. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. f. *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dom. Jesus dirigat*, &c. Vigilius Taps. l. 12. de Trin. *Ipse autem Deus Pater, & Dom. noster Jesus Chr. dirigat*, &c. ut sup. Græcum Vulgatæ consonat. In Mss. tamen quibusdam deest Χριϛός.

℣. 12. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 685. a. *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate invicem, & in omnes, sicut & nos in vobis.* August. ep. 43. to. 2. col. 89. b. & l. de corr. & gra. to. 10. col. 752. d. *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in invicem, & in omnes.* Ambrosiaster in 1. Thess. 3. 12. *Vos autem Dominus multiplicet, & abund. faciat charitate in invicem in vos, & in omnes, sicut & nos in vos.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. f. *Vos autem..... charitatem in invicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vos.* Græc. Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι, ϗ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλυς, ϗ..... καθάπερ ϗ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς· Borner. cod. habet τῆς ἀγάπης· Veles. τὴν ἀγάπην ὑμῶν.

℣. 13. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 685. b. *ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctificatione coram Deo & Patre nostro, in adventu Domini Jesu.* Ambrosiaster in 1. Thess. 3. 13. *ad confirmanda corda vestra irreprehensa in sanctimonia coram Deo & Pat. nostro, in adventu Domini n. J. C. cum omnibus sanctis suis.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. c. *coram Deo & Patre nostro, in adventu Domini n. J. C. cum universis sanctis ejus.* Auctor l. 1. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. f. nil differt à Vulgata, nisi quòd omittat *Amen.* Græc. εἰς τὸ ϛηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτυς ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τῦ..... ἐν τῇ παρυσίᾳ τῦ Κυρίυ, &c. ut in Vulgata, absque *Amen.* Ms. unus, pro ἀμέμπτυς, habet ἀμέμπτως· & alii quidam in fine subdunt Ἀμήν.

## CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. DE cætero ergo, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat

VERSIO ANTIQUA.

1. DE cætero autem, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis à nobis qualiter oporteat vos *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Quod superest itaque, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis à nobis qualiter oporteat vos ambulare, & placere Deo, sicut & ambulatis, ut abundetis magis.* Gr. Τὸ λοιπὸν ὖν, ἀδελφοὶ, ἐρωτῶμεν..... ἐν Κυρίῳ Ἰησῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν, ϗ ἀρέσ-



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* ambulare, & placere Deo, sicut & ambulatis, ut abundetis magis.

2. Scitis enim quæ præcepta dedimus vobis per Dominum nostrum Jesum.

3. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: abstinere vos à fornicatione,

4. ut sciat unusquisque vestrûm possidere suum proprium vas in sanctificatione, & honore;

5. non in passione desiderii, sicut & Gentes, quæ ignorant Dominum:

6. ut ne quis supergrediatur, & circumveniat in negotio fratrem suum: quia vindex est Dominus de omnibus his, sicut etiam prædiximus vobis, & testificati sumus:

7. non enim vocavit nos Deus in immunditia, sed in sanctificatione.

8. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum suum sanctum in vos.

9. De amore autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo docti estis ut diligatis invicem.

10. Nam & facitis illud in omnes fratres in universa Macedonia. Hortamur autem vos fratres abundare magis,

VULGATA NOVA.

vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis.

2. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

3. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos à fornicatione, *Rom. 12. 2.*

4. ut sciat unusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione, & honore; *Ephes. 5. 17.*

5. non in passione desiderii, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum:

6. & ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus:

7. non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

8. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

9. De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis ut diligatis invicem. *Joan. 13. 34. & 15. 12. 17.*

10. Etenim illud facitis in omnes fratres in universa Macedonia. Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis, *1. Joan. 2. 10. & 4. 12.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κειν Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον. Mss. quidam præponunt ἵνα, voculæ καθώς· paulòque post Borner. cod. habet ὅπως, pro τὸ πῶς· & post vocem Θεῷ, addit cum al. pluribus, καθὼς καὶ περιπατεῖτε· deinde, ἵνα περισσεύητε, &c.

℣. 2. Ambrosiaster: *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dom. nostrum Jesum.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *Scitis quæ præcepta dederim vobis*: deinde: *Hæc est vol.* omissis intermediis. Græc. Οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ, &c. ut in Vulgata. Bornerian. etiam cod. Lat. habet *dedimus*; subinde idem cod. Græc. cum alio, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· alter omittit vocem Ἰησοῦ· alius verò voces ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

℣. 3. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. a. *Hæc est voluntas Dei, sanctimonia vestra: abstinere vos à fornicatione*: & l. 5. contra Marc. p. 797. b. *abstinere à stupro.* August. l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 284. e. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: abstinere vos à fornicatione.* Similiter habet Ambrosiaster in 1. Thess. 4. 3. si exceperis *Nam hæc est*, pro *Hæc est enim.* Auctor l. de pudic. apud Cypr. p. 420. *Hæc est voluntas Dei, ut abstineatis à fornicatione.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. a. *Voluntas Dei est, sanctific. vestra: ut abstineatis vos à carnalibus concupiscentiis.* Hieronymus l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 369. b. nil differt à Vulg. nec etiam Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. nisi quòd omittat *enim.* Græc. textui Sangerm. favet.

℣. 4. Tertul. l. de pudic. p. 1010. a. *scire unumquemque vas suum possidere in sanctimonia, & honore*: & l. 5. contra Marc. p. 797. b. *scire unumquemque suum vas in honore tractare*: sicque rursus l. de res. carn. p. 572. b. Hieron. in Ezech. 18. col. 821. c. *ut noverit unusquisque possidere vas suum in sanctitate, & pudicitia*: at l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. col. 369. b. *ut sciat unusq. vestrûm vas suum possidere in sanctificatione, & honore.* Itidem August. ser. 278. to. 5. col. 1126. f. & l. 1. de nupt. & concup. tom. 10. col. 284. e. lib. verò 14. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 368. d. *sciens vas suum possidere in sanctif. & honore.* Ambrosiaster in 1. Thess. 4. 4. *& scire unumquemque vestrûm suum vas possidere in sanctimonia, & honore.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *sciat unusq. vestrûm suum vas possidere in honore, & sanctif.* Græc. εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ, καὶ τιμῇ.

℣. 5. Tertullianus l. de pudic. p. 1010. a. *non in libidine concupiscentiæ, sicut Nationes, quæ Deum ignorant.* Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. tom. 4. col. 369. b. *non in libidine desiderii, sicut & Gentes, quæ non noverunt Deum.* Sedulius Hibern. in 1. Thess. 4. 5. similiter *quæ non noverunt Deum.* August. serm. 278. to. 5. col. 1126. f. *non in morbo desideriorum, sicuti & Gentes, quæ ignorant Deum*: ita rursum l. 14. de civitate Dei, c. 16. to. 7. col. 368. d. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 284. e. præter voces *desiderii, sicut.* Ambrosiaster in hunc loc. & Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *non in passione desiderii*, &c. ut in Vulgata. Græc. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ Ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν.

℣. 6. Cyprianus l. 3. Testim. p. 326. b. *non circumvenire in negotio fratrem suum: quia ultor est Deus de his omnibus.* Ambrosiast. in 1. Thess. 4. 6. *& ut ne quis supergrediatur, & circumscribat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut & prædiximus vobis, & testificati sumus.* Itidem Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 369. b. deleto &, initio, necnon ante *prædiximus*: & infra ait, *Ubi nos habemus*, & circumscribat in negotio fratrem suum; *in Græco legitur*, καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Πλεονεξία *autem*, avaritia *nuncupatur; quam nos possumus, vim verbi transferentes, sic in præsenti loco exprimere: Ut ne quis supergrediatur, & avarus fraudet in negotio fratrem suum*: & l. 3. col. 382. a. ait: *In superioribus ex eo quod alibi legeramus*, ne supergrediatur, & avarus fraudet in negotio fratrem suum, *dixeramus avaritiam pro adulterio positam.* Græc. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν, καὶ πλεονεκτεῖν...... διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ...... καθὼς καὶ προείπαμεν, &c. ut in Lat. Mss. quidam delent καὶ, post καθώς.

℣. 7. Similiter Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. tom. 4. p. 1. col. 369. b. *non enim vocavit nos Deus in immunditia, sed in sanctificatione*: at l. 1. cont. Jovin. ibid. p. 2. col. 160. f. *neque enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.* Ambrosiast. in 1. Thess. 4. 7. *non enim vocavit... in immunditiam, sed in sanctimoniam.* Græc. οὐ γὰρ..... ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ.

℣. 8. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 667. b. *Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum suum in nobis.* Itidem Ambrosiast. in 1. Thess. 4. 8. & Anast. II. ep. 1. n. 6. Conc. to. 4. col. 1280. d. nisi quòd ille ponit *sanctum*, pro *suum*; iste verò habeat, *Spiritum sanctum suum.* Græc. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ..... τὸν καὶ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. Ms. Alex. τὸν δόντα· al. τὸν διδόντα· al. τὸν καὶ διδόντα· & in fine plures, εἰς ὑμᾶς.

℣. 9. Hieronymus l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 246. d. *De charitate autem non necesse habeo scribere vobis: ipsi enim vos à Deo docti estis ut diligatis invicem.* Act. mart. S. Agap. p. 392. *De charitate fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis ut diligatis invicem.* Ambrosiast. in 1. Thess. 4. 9. *De affectione autem fraternitatis non habemus necessitatem scribendi vobis: ipsi enim vos à Deo edocti estis ad hoc ut vos invicem diligatis.* Græc. Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Mss. plures, pro ἔχετε, ferunt ἔχομεν· mox unus, γράφεσθαι· paulòque post alter, Θεῷ διδακτοί.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc loc. *Nam & hoc facitis in omnes fratres per universam Macedoniam. Hortamur autem vos fratres abundare magis.* Græc. Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ περισσεύειν μᾶλλον. Ms. Alex. delet τοὺς, post ἀδελφοὺς· alter verò habet ἀδελφοὺς, καὶ τούς.

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 11. & operam detis ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis : & ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt : & nullius aliquid desideretis. | 11. & ut operam detis quiescere, & agere propria, & operari manibus vestris, sicut vobis præcepimus : ut ambuletis honestè ad eos, qui * foris sunt : & nullius desiderium sit vobis. | *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* * *Ms. Reg.* fortis. |
| 12. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. | 12. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui non habent spem. | |
| 13. Si enim credimus quòd Jesus mortuus est, & resurrexit : ita & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. | 13. Si enim credimus quia Jesus mortuus est, & surrexit : sic & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. | |
| 14. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt. (1. *Cor.* 15. 23.) | 14. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos * vivimus, qui superamus ad adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt. | * *Supple* qui. |
| 15. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo : & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. | 15. Quia ipse Dominus in jussu, in voce Archangeli, & tuba Dei descendet de cœlo : & mortui, qui in Christo sunt, resurgunt primi. | |
| 16. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviàm Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. | 16. Deinde nos, qui vivimus, qui desimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in obviàm Christo in aera, & sic omnes cum Domino erimus. | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ambrosiast. in hunc loc. *& eniti quiescere, & vestrum negotium agere, & operari manibus vestris, sicut vobis præcepimus : ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt : & nullius desiderium sit in vobis.* Scholiastes Hier. in eundem loc. nil differt à Vulg. nisi quòd habeat *ut & honestè* : Sedul. Hibern. *ut honestè.* Auctor l. de sing. cleric. p. 528. c. *sicut præcepimus vobis, ut honestè ambuletis.* Tertullianus l. de idololat. c. 5. p. 240. a. ait Apost. *præcepisse ut manibus unusquisque operetur ad victum.* Græc. ϰ̀ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, ϰ̀ πράσσειν τὰ ἴδια, ϰ̀ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν· ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω· ϰ̀ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. Mss. plures delent vocem ἰδίαις.

℣. 12. Tertullianus l. de pat. c. 8. p. 201. b. *Ne contristemini dormitione cujusquam, sicut Nationes, quæ spe carent.* Cypr. l. de mortal. p. 235. a. *Nolumus ignorare vos fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent :* & l. 3. Testim. p. 320. c. *Nolumus autem vos ignorare fratres de dorm. ne contristemini,* &c. ut supra. Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 126. *Nolumus autem ignorare vos fratres..... ne contristemini, sicut cæteri,* &c. Ambrosius l. de Jac. c. 7. col. 455. b. *Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut & cæteri, qui spem non habent :* ita rursum l. de obit. Val. col. 1186. c. & l. 1. de excess. Sat. col. 1116. b. deleta vocula *autem.* August. tract. 49. in Joh. tom. 3. col. 623. a. *De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres, ut non contrist. sicut & cæteri, qui spem non habent :* & in Ps. 3. to. 4. col. 8. f. *Nolo vos ignorare fratres de iis, qui dormitionem acceperunt :* & serm. 173. to. 5. col. 829. f. *De dormientibus nolo vos ignorare fratres, ut non contristemini, sicut & Gentes, quæ spem non habent :* & l. 20. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 599. a. 608. c. *Nolumus ignorare vos fratres de dorm. ut non contristemini, sicut & cæteri, qui,* &c. ut sup. Ambrosiast. in Philipp. 2. 27. *Videte ne contristemini de dorm. sicut & cæteri, qui non habent spem :* at in 1. Thess. 4. 12. *Nolumus autem vos ignorare fratres de iis, qui dormiunt, ne contristemini, sicut & cæteri,* &c. Græc. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς ϰ̀ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Mss. plerique initio ferunt, Οὐ θέλομεν· uti plures paulò post, κοιμωμένων.

℣. 13. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *Si enim credimus quòd Jesus mortuus sit, & resurrexerit : sic & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum ipso :* hunc etiam vide l. de pat. c. 8. p. 201. c. Cypr. l. de mortal. p. 235. a. & l. 3. Testim. p. 320. c. *Si enim credimus quia Jesus mortuus est, & resurrexit : sic & Deus eos, qui dormierunt in Jesu, adducet cum illo,* vel *eo.* Similiter Zeno Veron. lib. 1. tract. 16. p. 126. posito *Jesum,* pro *Jesu ;* & *eo* in fine. Ambrosius l. de ob. Val. col. 1186. c. *Nam si credimus quòd Jesus mortuus est, & resurrexit : ita & Deus illos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Accinunt August. l. 20. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 599. a. 608. c. & Ambrosiaster in 1. Thess. 4. 13. unà cum Græco.

℣. 14. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quòd nos, qui vivimus, qui remanemus in adventum Domini nostri, non præveniemus eos, qui dormierunt :* ita rursum infra, p. 582. c. præter *adventu,* pro *adventum ;* omissa voce *nostri,* post *Domini* : at l. 5. cont. Marc. p. 797. b. *in adventum Christi.* Hieronymus quæst. 11. Algas. to. 4. p. 1. col. 208. c. & epist. ad Minerv. & Alex. ibid. col. 216. b. cum Sedul. Hibern. in 1. Thess. 4. 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non,* &c. ut sup. August. l. 20. de civit. Dei, c. 20. tom. 7. col. 599. a. b. 608. c. *Hoc enim vob. dic. in verbo D. quia nos viventes, qui reliqui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui ante dormierunt :* item ep. 193. to. 2. col. 714. c. & l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 131. c. *& nos viventes,* &c. Ambrosiaster in hunc loc. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Dom. quia nos, qui vivimus, qui subrelicti sumus in adventum Dom. non præven.* &c. ut sup. Hilarius in Ps. 126. col. 420. b. *quoniam nos, qui vivimus, non præveniemus eos, qui dormier.* sicque rursus in Ps. 56. col. 119. a. unà cum Ambrosio l. de fide res. col. 1158. f. Græc. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν..... ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. Ms. Alex. φθάσομεν.

℣. 15. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & tuba Dei descendet de cælo : & mortui in Christo, primi resurgent :* similiter infra, p. 582. c. exceptis his, *& voce Archang. & in tuba..... resurgent primi.* Ambrosius l. de fide res. col. 1163. c. *Ipse Dominus in jussu Archang. & in tuba Dei descendet de cælo : & mortui, qui in Christo sunt, resurgent :* & supra, col. 1146. e. 1154. e. 1159. a. *& mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Ambrosiaster in 1. Thess. 4. 15. *Quoniam ipse Dominus in jussu, & voce Archang. & tuba Dei descendet de cælo : & hi, qui in Christo mortui sunt, resurgent primi.* August. ep. 193. to. 2. col. 714. c. *Ipse enim Dominus in jussu, in voce Archang. & in tuba Dei descendet de cælo : & mortui in Christo, resurgent primi :* & serm. 173. to. 5. col. 830. a. *Quia ipse Dominus in jussu, & in voce Archang. & in novissima tuba descendet de cælo : & mortui in C. resurgent primi :* & l. de octo quæst. Dulcit. tom. 6. col. 131. d. *Ipse enim Dom. in jussu, & in voce Archang. & in tuba Dei descendet de cælo : & mortui in C. resurgent primò :* itidem l. 20. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 599. b. 608. c. si exceperis *Quoniam ipse,* pro *Ipse enim :* item tract. 19. in Joh. to. 3. col. 440. f. *in jussu, & in voce Archang. & in tuba Dei Dominus ipse descendet de cælo : & mortui in Christo, resurg. primò.* Hieron. quæst. 11. Algas. to. 4. col. 208. c. & ep. ad Minerv. & Alex. col. 216. b. Vulgatæ concinit ad verbum. Similiter Auctor lib. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. e. usque ad *& mortui.* Græc. Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ Ἀρχ. ϰ̀ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ..... ϰ̀ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, ἀναστήσονται πρῶτον.

℣. 16. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. c. *Deinde nos, qui vivimus, simul cum illis tollemur in nubibus obviàm Domino in aerem, & ita semper cum Domino erimus :* & infra, p. 582. c. *Dehinc nos cum ipso simul rapiemur...... in aera, & ita,* &c. ut sup. & l. 3. contra Marc. p. 681. a. *auferemur enim in nubibus obviàm Domino, & ita,* &c. ut sup. & l. 5. p. 802. c. *simul rapiemur in nubibus obviàm Domino :* & sup. p. 797. b. ait, *eos, qui remanent in adventum Christi, cum eis, qui mortui in Christo, primi resurgent, quòd in nubibus auferentur in aerem obviàm Domino :* hunc etiam vide



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 17. Itaque consolamini in invicem in his verbis.

### VULGATA NOVA.

17. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. de cultu fem. c. 7. p. 266. b. Hilarius in Ps. 51. col. 77. d. *Et nos, qui vivimus, qui residui erimus, rapiemur cum nubibus obviàm Domino in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Hieronymus quæst. 11. Algas. to. 4. p. 1. col. 208. c. nil differt à Vulgata: epist. verò ad Minerv. & Alex. to. 4. p. 1. col. 216. b. *Deinde nos, qui vivimus, qui residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviàm C. in aera, & sic semper*, &c. ut sup. & in Isai. 66. tom. 3. col. 510. f. *rapiemur in nubibus obviàm Domino in aere, & sic semper*, &c. Ambrosiaster in hunc loc. *Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, unà cum illis rapiemur in nub. obviàm Domino in aera, & sic semper*, &c. Ambros. l. de fide res. col. 1146. e. 1159. a. *Deinde & nos, qui vivimus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviàm C. in aera, & ita semper*, &c. ut sup. vide etiam in Luc. 2. col. 1311. b. Augustinus ep. 193. to. 2. col. 713. f. 714. c. *Deinde nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviàm C. in aera, & ita semper cum Domino erimus:* similiter serm. 173. tom. 5. col. 830. b. & l. de octo quæst. Dulcit. to. 6. col. 130. g. & 131. d. ita demum tract. 19. in Joh. to. 3. col. 440. f. & l. 20. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 599. b. 608. c. nisi quòd priori loco habeat *rapiemur cum illis*; posteriori verò addat *in*, ante *obviàm*. Cassiodorus in Ps. 36. p. 126. a. *Deinde nos, qui vivimus, qui reliqui sumus, simul*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, &c. ut in Vulg. In Borner. cod. Gr. Lat. deest οἱ περιλειπόμενοι, & paulò post legitur, εἰς ἀπάντησιν τῷ Χριστῷ.

℣. 17. Ambrosiaster in hunc loc. *Quare consolamini vos invicem in his verbis.* Hieronymus quæst. 11. Algas. tom. 4. p. 1. col. 208. c. nil differt à Vulg. nec Græcum.

---

## CAPUT V.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 1. DE temporibus autem, & momentis, fratres, non est necesse vobis scribere.

2. Vos enim ipsi diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet:

3. cùm dixerint pax, & munitio; tunc subitaneus illis apparebit interitus, sicut dolores in utero habenti, & non effugient.

4. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies ille tanquam fur apprehendat:

5. omnes enim vos filii luminis estis, & filii

** Mss. Reg. dei.* *diei: non estis noctis, neque tenebrarum.

6. Ergo non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii sumus.

### VULGATA NOVA.

1. DE temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis ut scribamus vobis.

2. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: *2. Pet. 3. 10.*

3. cùm enim dixerint pax, & securitas; tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient. *Apoc. 3. 3. & 16. 15.*

4. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat:

5. omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.

6. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *De temporibus autem, & temporum spatiis, fratres, non est necessitas scribendi vobis.* Hieron. quæst. 11. Algas. tom. 4. p. 1. col. 208. b. *De temporibus autem, & momentis, fratres non necesse habetis ut scribam vobis.* Ambros. l. 5. de fide, col. 589. f. *De temporibus autem, & momentis, fratres non habetis opus ut vobis scribamus.* August. ep. 199. ad Hesych. to. 2. col. 745. a. *De temporibus, & momentis non opus habemus vobis scribere: vel sicut alii codices habent: non opus habetis vobis scribi.* Hesych. ipse apud August. epist. 198. to. 2. col. 740. a. 744. b. *De temporibus autem, & momentis non necesse habemus vobis scribere.* Ambrosiast. in 1. Thessal. 5. 1. *De temp. autem, & mom. fratres, non est necesse vobis scribi.* Græcum: Περὶ δὲ τῶν χρόνων, καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοὶ, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι· Bornerianus cod. χρεία ἐστίν.

℣. 2. Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *Ipsi enim certissimè scitis, quòd dies Domini, quasi fur nocte, ita adveniat.* Cypr. l. 3. Testim. p. 326. b. *dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Hilar. l. 9. de Trin. col. 1023. f. *quia dies Domini, sicut fur nocte, adveniet.* Hieron. quæst. 11. Algas. to. 4. p. 1. col. 208. b. *Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Dom. sicut fur in nocte, ita veniet.* Similiter Hesych. apud August. epist. 198. to. 2. col. 740. a. 744. f. præter initio, *Vos enim ipsi.* Item Auctor l. de promiss. p. 1. c. 16. col. 103. a. *quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet:* at infra, l. de promiss. dimid. temp. c. 15. *sicut fur, ita in nocte veniet:* sicque etiam priori loco ex Ms. uno Remig. Ambrosiaster in 1. Thess. 5. 2. *Ipsi enim dilig. scitis, quia dies Dom. ut fur noctu, ita veniet.* Gr. Αὐτοὶ γὰρ..... ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται.

℣. 3. Irenæus l. 5. c. 30. p. 329. a. *cùm dixerint pax, & munitio; tunc subitaneus illis superveniet interitus.* Tertullianus l. de res. carn. p. 575. c. *cùm dicent pax, & tuta sunt omnia; tunc illis repentinus insistet interitus.* Cypr. l. 3. Testim. p. 326. b. *cùm dixerint pax, & firmitas; tunc illis repentinus adveniet interitus.* Hieron. in Matth. 24. to. 4. p. 1. col. 118. f. *quando dixerint pax, & securitas; tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor parturientis, & non effugient:* & quæst. 11. Algas. col. 208. b. *cùm enim dixerint pax, & securitas; tunc repentinus illis instabit interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient.* Hesychius apud August. ep. 198. to. 2. col. 740. a. 744. f. *cùm enim dixerint pax, & securitas; tunc subitaneus illis apparebit interitus, quomodo dolores parturientis, & non effugient.* August. ipse in Ps. 6. to. 4. col. 28. c. *cùm dixerint pax; tunc eis repentinus veniet interitus.* Ambrosiaster in 1. Thess. 5. 3. *cùm enim dixerint pax, & securitas* (omnes editt. cum Mss. quibusd. *dicent pax, & firmitas;*) *tunc repentinus eis superveniet interitus, quemadmodum dolor partûs prægnanti, & non effugient.* Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 15. col. 199. e. *cùm dixerint pax, & securitas; tunc illis adveniet repentinus interitus, sicut dolor partûs habenti in utero, & non effugient.* Similiter Sedulius Hibern. in hunc loc. *sicut dolor partûs.* Græc. ὅταν γὰρ λέγωσιν εἰρήνη, καὶ ἀσφάλεια· τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ, &c. ut sup. Mss. quidam tollunt γὰρ, post ὅταν· subinde Borner. Gr. habet φαινήσεται, *apparebit*, pro ἐφίσταται· & in fine Veles. τῆς ἐν γαστρὶ ἐχούσης.

℣. 4. Textui Sangerm. & Reg. concinit Ambrosiast. in hunc loc. Ita quoque August. ep. 199. to. 2. col. 743. a. excepto verbo *comprehendat.* Græcum: ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ· Mss. quidam, ἡ ἡμέρα ἐκείνη ὑμᾶς, &c.

℣. 5. Hilarius in Psal. 119. col. 376. d. *vos estis filii luminis, non filii tenebrarum.* August. ep. 199. to. 2. col. 743. a. *omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum:* ita rursum l. 10. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 277. c. & l. 11. c. 33. col. 299. a. Ambrosiaster verò in 1. Thess. 5. 5. *omnes enim vos filii luminis estis, & filii diei: non estis noctis, neque tenebrarum.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 107. col. 104. g. *filii diei estis, & luminis: non noctis, neque tenebrarum.* Hieronymus in Isai. 15. to. 3. col. 167. b. *non sumus noctis, neque tenebrarum: sed sumus filii diei.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. f. *non estis filii noctis, neque tenebrarum: sed estis filii luminis, & filii diei.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd initio deleat *enim:* Borner. tamen cod. cum al. quibusdam, πάντες γάρ· paulòque post idem Borner. ἐστὲ, pro ἐσμέν.

℣. 6. Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 977. c. *Itaque non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus.* Similiter Ambrosiast. in hunc loc. excepta voce *Ergo*, pro *Itaque.* Græc. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, &c. ut in Vulg. Ms. 1. in fine, pro νήφωμεν, *sobrii simus*, habet νήφομεν, *sobrii sumus*, ut in textu Sangerm. & Reg.

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

7. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

8. Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus,
Isai. 59. 17. induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis:

Ephes. 6. 14. 17. 9. quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,

10. qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.

11. Propter quod consolamini invicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.

12. Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos,

13. ut habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

14. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

Prov. 17. 13. & 20. 22. Rom. 12. 17. 1. Pet. 3. 9. 15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem, & in omnes.

16. Semper gaudete.

17. Sine intermissione orate.

Eccli. 18. 22. Luc. 18. 1. Col. 4. 2. 18. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis.

19. Spiritum nolite exstinguere.

20. Prophetias nolite spernere.

21. Omnia autem probate: quod bonum est tenete.

22. Ab omni specie mala abstinete vos.

23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.

### VERSIO ANTIQUA.

7. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrii sunt. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claram.

8. Nos autem, qui diei sumus, sobrii sumus, induentes nos loricam fidei, & caritatis, & galeam spem salutis:

9. quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in adquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,

10. qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum eo vivamus.

11. Propter quod exhortamini invicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.

12. Rogamus autem vos fratres, cognoscere eos, qui laborant in vobis, & præsunt vobis in Domino, & commonent vos,

13. ut habeatis illos abundantiùs in caritate propter opus illorum, pacem habentes in ipsis.

14. Hortamur autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, æquo animo estote ad omnes.

15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem, in omnes.

16. Semper gaudete.

17. Sine intermissione orate.

18. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu ad vos.

19. Spiritum nolite exstinguere.

20. Prophetationes nolite spernere.

21. Omnia autem examinate: bonum continete.

22. Ab omni specie mala abstinete vos.

23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum: & integer spiritus, & anima, & corpus sine querela in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Similiter Augustinus l. 15. de Trin. tom. 8. col. 977. c. & l. 2. cont. epist. Parmen. tom. 9. col. 29. c. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte ebrii sunt.* Itidem Hieronymus in Isai. 15. to. 3. col. 167. b. in Ezech. verò 8. col. 749. f. *qui inebriatur, nocte inebriatur:* & in Abac. 2. col. 1613. e. *qui autem inebriantur, nocte inebriantur.* Ambrosiast. in 1. Thess. 5. 7. *Hi enim, qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte sunt ebrii.* Gr. *Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· ϗ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσι.*

℣. 8. Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 977. c. *Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus.* Similiter habet Ambrosiaster in hunc loc. & addit: *induti thoracem fidei, & charitatis, & galeam spei salutis.* Gr. Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως, ϗ...... ϗ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. Ms. Theophylact. ἐλπίδος σωτηρίου.

℣. 9. Eadem habet Ambrosiaster in hunc loc. unà cum Græco.

℣. 10. Textui concinunt Ambrosius l. 4. de fide, col. 543. a. & Ambrosiaster in 1. Thess. 5. 10. cum Græco.

℣. 11. Ambrosiaster in hunc locum: *Propter quod exhortamini invicem*, &c. ut in textu. Græcum: Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ϗ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, &c. ut supra.

℣. 12. Ambrosiaster: *Rogamus autem vos fratres, ut cognoscatis eos, qui laborant in vobis* (Rom. ed. *inter vos*,) *& præsunt*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς... ..... εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, ϗ, &c. ut supra.

℣. 13. Ambrosiaster: *ut illis summum honorem habeatis in charitate propter opera ipsorum: pacem habete inter vos*, Rom. ed. *habete cum eis.* Græc. ϗ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν.... εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς· Ms. Borner. habet, ὥστε ἡγεῖσθαι ..... ἐκπερισσῶς..... ἐν αὐτοῖς. Mss. etiam alii plures ferunt ἐν αὐτοῖς.

℣. 14. Ambrosiaster: *Rogamus verò fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, opitulamini infirmis, patientes estote ad omnes.* Similiter August. l. 15. de civit. Dei, c. 6. to. 7. col. 383. f. si exceperis *suscipite infirmos.* Gr. Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς.... νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.

℣. 15. Augustinus l. 15. de civit. Dei, c. 6. col. 383. f. *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.* Itidem Ambrosiast. in hunc locum, adjunctis seqq. *sed semper quod bonum est sectamini & in invicem, & in omnes.* Ita quoque in Græco, nisi quòd simpliciter habeat τὸ ἀγαθὸν, pro *quod bonum est.* Mss. quidam tollunt ϗ, post *sectamini.*

℣. 16. Sic habet Leo M. ser. 11. p. 61. a. Ambrosiast. verò in hunc loc. *Semper gaudete in Domino.* Græc. Πάντοτε χαίρετε· Borner. cod. addit, ἐν τῷ Κυρίῳ.

℣. 17. Hilarius in Ps. 1. n. 7. *Sine intermissione orantes.* Ambrosiaster in hunc loc. & Leo M. ser. 11. p. 61. a. *Sine intermiss. orate.* Ita quoque in Græco est.

℣. 18. Ambrosius orat. de ob. Theod. col. 1204. c. *In omnibus gratias agite.* Itidem Ambrosiast. in hunc loc. additis quæ sequuntur in Vulg. Eadem quoque exhibet Leo M. serm. 11. p. 61. a. præter vocem ult. *nobis*, pro *vobis.* Gr. τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς· Ms. Alex. τοῦτο γάρ ἐστιν· al. Θεοῦ ἐστιν· alius in fine, εἰς ἡμᾶς· al. εἰς πάντας ὑμᾶς.

℣. 19. Augustinus l. cont. Adim. to. 8. col. 133. g. *Spiritum nolite spernere.* Ambrosiast. verò in hunc loc. *Spirit. nolite exstinguere.* Gr. Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε.

℣. 20. Augustinus l. cont. Adim. tom. 8. col. 133. g. *Prophetiam nolite exstinguere.* Ambrosiaster: *Prophetias nolite spernere.* Ita quoque in Græco.

℣. 21. Tertullianus l. de præscr. c. 4. p. 331. a. *Omnia examinate: quod bonum est tenete.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. a. *Examinate: bonum continete.* August. l. cont. Adim. to. 8. col. 133. g. *Omnia legite: quæ bona sunt tenete.* Ambrosiast. in 1. Thess. 5. 21. *Omnia probate: quod bonum est tenete.* Gelas. I. tract. 1. Conc. to. 4. col. 1227. e. *Omnia probate: quæ bona sunt tenete.* Græc. Πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε. Mss. plures addunt δὲ, ad Πάντα.

℣. 22. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. a. *Ab omni specie mala continete vos.* Ambrosiast. in hunc loc. *Ab omni..... abstinete vos.* Græc. Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.

℣. 23. Irenæus l. 5. c. 6. p. 300. a. *Deus autem pacis sanctificet vos perfectos: & integer vester spiritus, & anima, & corpus sine querela in adventum* (al. *adventu*) *Domini J. C. servetur.* Tertullianus l. de res. carn. p. 585. c. *Ipse autem*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

24. Fidelis est, qui vocat vos: qui & faciet.

25. Fratres orate & pro nobis.

26. Salutate fratres omnes in osculo sancto.

27. Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola omnibus fratribus.

28. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. * Amen.

* Ad Thessalonicenses explicit prima.

** In Ms. Reg. deest Amen.*

**VULGATA NOVA.**

24. Fidelis est, qui vocavit vos: qui etiam faciet. 1. Cor. 1. 9.

25. Fratres orate pro nobis.

26. Salutate fratres omnes in osculo sancto.

27. Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

28. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*Deus pacis sanctificet vos totos: & integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus sine querela conserventur in præsentia Domini:* & l. 5. cont. Marc. p. 797. c. *optans ut spiritus noster, & corpus, & anima sine querela in adventu Domini & Salutificatoris nostri Christi conserventur.* Ambros. l. de Cain & Ab. c. 1. col. 207. d. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in die Domini n. J. C. servetur:* ita rursum l. 3. de Spir. S. col. 670. c. omisso initio, *Ipse autem;* & paulò post, *per omnia:* at in Luc. 13. col. 1457. b. *Ipse autem Dominus sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus, & anima, & c. sine quer. in die Dom. n. J. C. servetur:* & l. de instit. virg. col. 253. a. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer sp. vester, & anima, & c. sine quer. in die adventus Dom. n. J. C. serventur.* Similiter habet apud Hieron. Hedibia quæst. 12. to. 4. col. 185. c. exceptis tantùm his, *in adventu Dom. n. J. C. servetur.* Sic etiam Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. c. præter *in adventum.* Auctor quæst. ex N. T. p. 2. quæst. 49. col. 153. e. *integer sp. vester, & anima, & c. sine quer. in adventu Dom. n. servetur.* Arnob. Jun. l. de Trin. p. 230. h. *ut integer sp. vester, & caro, & anima in adventu Dei servetur.* Ambrosiast. in 1. Thess. 5. 23. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia perfectos: ut integer spiritus,* &c. ut in Vulgata. Vigilius Tapf. l. 12. de Trin. *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus J. C. sanctificet vos ad perfectum:* sic rursus ibid. omissis tamen verbis, *& Dominus J. C.* at infra simpliciter, *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos ad perfectum.* Gr. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ, &c. ut in Vulgata.

℣. 24. Ambrosiaster in hunc loc. *Fidelis est enim Deus, qui vocavit vos: qui & faciet.* Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 17. c. *Fidelis est, qui vocavit vos: qui etiam faciet,* al. *faciat.* Gr. Πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς· ὃς καὶ ποιήσει. Mss. quidam subdunt, τὴν ἐλπίδα ὑμῶν βεβαίαν.

℣. 25. Ambrosiaster: *Fratres orate pro nobis.* Ita quoque in Græco. Mss. tamen quidam præfigunt καὶ, voculæ *pro*, ut in textu Sangerm. & Reg.

℣. 26. Itidem Ambrosiaster, & Græcum.

℣. 27. Ambrosiaster: *Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus fratribus.* Græc. Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. Mss. quidam ipso initio ferunt Ἐνορκίζω· paulòque post Vetes. addit ταύτην, ad ἐπιστολήν· nonnulli verò delent vocem ἁγίοις.

℣. 28. Textui Regio suffragatur Ambrosiaster; Græcum verò Sangermanensi.

* Loco hujus clausulæ, Græcum habet: Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, *Ad Thessalonicenses prima scripta est ex Athenis.*

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

## EPISTOLA AD THESSALONICENSES I.

CAP. I. ℣. 2. Gratia vobis, & pax. *Non addas* à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

℣. 5. Sed & in virtute. *Non omittas medium* &, *sicut nec ubi sequitur* ℣. 8. Sed & in omni loco.

CAP. II. ℣. 7. Cùm possemus vobis oneri esse. *Nec auferendum est pronomen* vobis, *nec neutrum nomen* oneri *facilè commutandum cum masculino* honori.

*Ibidem.* Sed facti sumus parvuli. *Interpres vertit* parvuli, *quod alii* lenes.

℣. 16. Pervenit enim ira Dei super illos usque in finem. *Correctores prætulerunt* pervenit, τῷ prævenit, *quod est*, *ante venit*.

CAP. III. ℣. 12. Et abundare faciat charitatem vestram in invicem. *Non omittas pronomen* vestram.

CAP. IV. ℣. 1. Sic & ambuletis. *Alii scribunt*, sicut & ambulatis.

℣. 8. Itaque qui hæc spernit. *Non est omittendum pronomen* hæc.

℣. 14. Qui residui sumus in adventum Domini. *Non est mutandus accusativus in ablativum* adventu.

CAP. V. ℣. 3. Sicut dolor in utero habenti. *Dativus non est mutandus in genitivum* habentis.

℣. 15. Sed semper quod bonum est sectamini in invicem, & in omnes. *Non est omittendum prius* in.

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD THESSALONICENSES
## SECUNDÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Gratias Deo agit pro fide, ac tolerantia Thessalonicensium in persecutionibus, propter quas dicit illos gloriam, adversarios verò ultionem in die judicii recepturos: orans ut digni habeantur vocatione Dei.*

CAP. II. *De die Domini monet ne credant seductoribus, ostendens venturum priùs filium perditionis, qui varia edet prodigia fallacia, quibus reprobi seducentur: de electione, & fide Thessalonicensium gratias agit, monens ut servent acceptas ab ipso traditiones, & pro eorum consolatione ac confirmatione orat.*

CAP. III. *Cupit ut pro se precentur, confidens quòd servaturi sint ipsius præcepta: monetque ut subtrahant se à Christianis nolentibus servare quæ instituerat, nec manibus laborare, quod tamen ipsemet Paulus apud eos fecerat: cavet tamen ne tales ut inimicos existiment, sed ut fratres corripiant.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PAULI
# APOSTOLI
## AD THESSALONICENSES
## SECUNDA.

## CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

1\. PAulus, & Silvanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

2\. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3\. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas uniuscujusque vestrûm in invicem:

4\. ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis

**Versio antiqua.**

1\. PAulus, & Silbanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, & Domino Christo Jesu.

2\. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

3\. Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, sicut dignum est, quoniam * supercrescit fides vestra, & abundat caritas uniuscujusque omnium vestrûm in invicem:

4\. ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro * patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis,

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

* *Ms. Reg.* supercrescet.

* *Ms. Reg.* patientiam vestram *vitiose.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambrosiast. in hunc loc. *Paulus, & Silvanus..... & in Domino J. C.* Gr. Παῦλος, ϰ̀ Σιλϐανὸς, &c. ut in Vulg. Borner. cod. Gr. cum Sangerm. & Reg. Σιλϐανός.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco: Ms. tamen Colb. delet ἡμῶν, post vocem *Patre.*

℣. 3. August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 738. b. *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, sicut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas uniuscujusque vestrûm in invicem.* Similiter Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c. præter *ita ut dignum est.* Ambrosiaster in 2. Thess. 1. 3. *Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, sicut dignum est, quoniam superexcrescit fides vestra, & multiplicatur charitas uniuscujusque vestrûm omnium in vos invicem.* Græc. Εὐχαρισεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν..... καθὼς ἄξιόν ἐσιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ..... ϰ̀ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάσȣ πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλȣς. Ms. unus delet πάντων.

℣. 4. Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. *uti gloriemur in vobis in Ecclesiis Dei, pro tolerantia vestra, & fide in omnibus persecutionibus, & pressuris, quibus sustinetis.* Augustinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 930. g. cum Ambrosiastro in 2. Thess. 1. 4. *ita ut nos ipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris, & pressuris, quas sustinetis.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c. *ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur..... pro pat. vestra, & fide in omnibus persec..... & in tribulationib. quas sustinetis.* Græc. ὥσε ἡμᾶς αὐτȣ̀ς ἐν ὑμῖν καυχᾶσαι..... ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν, ϰ̀ πίσεως ἐν πᾶσι τοῖς..... ϰ̀ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

5. exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo etiam & patimini:

6. si tamen justum est apud Deum, retribuere eis, qui tribulant vos, tribulationem:

7. vobis autem, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelationem Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus,

8. & in ignem flammæ dans vindictam his, qui non noverunt Deum, & qui non obaudierunt Evangelium Domini nostri Jesu Christi:

9. qui pœnas dabunt interitûs æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus:

10. cùm venerit clarificari in sanctis suis, & admirabilis esse in omnibus, qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum in vos in die illo.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis: ut vos dignetur vocatione Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute,

12. ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu in vobis, & vos in illo, secundùm gratiam Dei nostri, & Domini nostri Jesu Christi.

## VULGATA NOVA.

5. in exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini:

6. si tamen justum est apud Deum, retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant:

7. & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus,

8. in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi:

9. qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus:

10. cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute,

12. ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo, secundùm gratiam Dei nostri, & Domini Jesu Christi.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Irenæus l. 4. c. 36. p. 279. a. *exemplum justi judicii Dei.* Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. *ostentamen justi judicii Dei, ut digni habeamini regno ejus, pro quo & patimini.* August. in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 391. a. *in exemplum justi judicii Dei.* Iidem Ambrosiast. in 2. Thess. 1. 5. qui addit, *in hoc ut digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 748. a. *ut digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* Similiter Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c. præmissis his, *in exemplum justi judicii Dei.* Gr. ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, &c. ut supra. Ms. Veles. habet, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. c. *si quidem justum est apud Deum, retribuere retributionem his, qui tribulant vos:* at infra, c. 33. p. 273. c. *si tamen justum est apud Deum, retribuere eis, qui tribulant vos* (al. *nos*,) *tribulationem.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 798. a. *apud quem justum sit afflictatoribus nostris rependi afflictationem.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 748. a. *si tamen justum est apud Deum, retribuite his, qui vos tribulant, retributionem:* at infra, p. 750. g. *si tamen justum & apud Deum, retribuere his, qui vos tribulant, tribulationem.* Ambrosiast. in 2. Thess. 1. 6. *si quidem justum est apud Deum, retribuere eis, qui vos deprimunt, pressuram.* Gr. εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν. Ms. Veles. pro θλίψιν, habet ἀνταπόδοσιν.

℣. 7. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. c. *& vobis, qui tribulamini, refrigerium nobiscum in revelatione Domini n. J. C. de cœlo cum angelis virtutis ejus:* ita rursum infra, c. 33. p. 273. c. præter hæc, *requiem nobiscum in revel. Domini Jesu de cœlo.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 798. a. *& nobis, qui affligimur, requietem in revelatione Domini Jesu venientis à cœlo cum angelis virtutis suæ.* Vigil. Taps. l. contra Varim. p. 748. a. 750. g. *& vobis, qui tribulamini, requiem.* Ambrosiaster in 2. Thess. 1. 7. *& vobis, qui afflictionem sustinetis, requiem,* &c. ut in Vulg. Græc. καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν, &c. ut in Vulg. Ms. 1. habet, Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ· alter addit Χριστοῦ, absque ἡμῶν.

℣. 8. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. c. *& in flamma ignis dare vindictam in eos, qui non obediunt Evangelio* (editt. quidam, *audiunt Evangelium*) *Domini n. J. C.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 798. a. *& in flamma ignis,* ait Apost. *ad ultionem venturum Dominum ad exigendam de eis, qui Deum ignorent, & qui non obaudiant Evangelio.* August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 721. a. *cùm venerit in flamma ignis dare vindictam in eos, qui ignorant Deum.* Ambrosiaster in 2. Thess. 1. 8. *in igne flammæ dantis vindictam in eos, qui non noverunt Deum, & in eos, qui non obaudiunt Evangelio Dom. n. J. C.* Sedulius Hibern. *& qui non obediunt ejus Evangelio.* Græc. ἐν πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ, &c. ut in Vulg. Borner. cod. ἐν φλογὶ πυρός· alii etiam plures habent ἐν φλογὶ πυρὸς, sed absque præced. καί· mox Borner. addit διδοὺς, pro διδόντος· nonnulli verò delent in fine vocem Χριστοῦ.

℣. 9. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. d. *qui etiam pœnas pendent interitûs æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus:* ita rursum, c. 33. p. 273. d. si exceperis initio, *qui pœnas dabunt interitûs.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 798. a. *quos ait pœnam luituros exitialem æternam à facie Domini, & à gloria valentiæ ejus.* Ambrosiaster in 2. Thess. 1. 9. *qui pœnas solvent in interitum æternum à facie Domini, & à gloria virtutis ejus.* Græc. οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον ἀπὸ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam pro ὄλεθρον, habent ὀλέθριον.

℣. 10. Irenæus l. 4. c. 27. p. 265. d. *cùm venerit magnificari in sanctis suis, & admirabilis esse omnibus* (editt. quid. *in omnibus*,) *qui crediderunt in eum:* & infra, c. 33. p. 273. d. *cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri his, qui credunt in eum.* Ambrosiaster in 2. Thess. 1. 10. *cùm venerit clarificari in sanctis suis, & mirificari in omnibus, qui crediderunt: quia fidem habuit testimonium nostrum super vos in die illa adventûs Domini.* Similiter Sedulius Hibern. in eund. loc. *mirificari in omnibus.* Græc. ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι..... καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν· ὅτι ἐπιστεύθη, &c. ut in Vulg. Mss. plures, πιστεύσασιν· ὅτι, &c.

℣. 11. Ambrosiaster in hunc loc. *In quo & oramus semper pro vobis: ut vos dignos habeat vocatione sua Deus noster, & impleat omni placito bonitatis, & opere fidei in virtute.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 737. f. *Oramus semper pro vobis: ut vos dirigat vocatione sua Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute.* Scholiastes Hieron. & Beda addunt *suæ*, ad vocem *bonitatis.* Fulgent. l. 3. de verit. præd. c. 14. p. 492. Vulgatæ concinit ad verbum. Græc. Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα....... ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον, &c. ut sup. Borner. cod. addit ὑμῶν, ad vocem κλήσεως.

℣. 12. Ambrosiaster in hunc loc. *ita ut clarificetur nomen Domini n. J. C. in vobis, & vos in ipso, secundùm gratiam Dei nostri, & Dom. J. C.* Vigil. Taps. l. contra Varimad. p. 737. f. *& clarificetur nomen Dom. J. C. in vobis, & vos in illo.* Sedulius Hibern. in 2. Thess. 1. 12. *ita & glorificetur nomen Domini.* Græc. ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, &c. ut in Vulgata. Ms. unus delet ἡμῶν.

Digitized by Google

# CAPUT II.

## Vulgata nova.

1. Rogamus autem vos fratres, per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum:

2. ut non citò moveamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini.

Ephes. 5. 6. 3. Ne quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,

4. qui adverſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus.

5. Non retinetis quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?

6. Et nunc quid detineat ſcitis, ut reveletur in ſuo tempore.

7. Nam myſterium jam operatur iniquitatis:

## Versio antiqua.

1. Rogamus autem vos fratres, per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

2. ut non citò moveamini à ſenſu veſtro, neque conturbemini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam tanquam à nobis, quaſi * ſtet dies Domini. * Mſ. S. Germ. mendosè ſi et; Mſ. Reg. ſtet.

3. Ne quis vos ſeducat nullo modo: quia * niſi venerit refuga primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, * Mſ. Reg. ne ſi.

4. qui adverſatur, extollitur ſuper omne, qui dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat oſtendens ſe quaſi ſit Deus.

5. Non retinetis quòd cùm eſſem apud vos, hæc dicebantur vobis?

6. Et nunc quod detineat ſcitis, ut reveletur in ſuo tempore.

7. Nam myſterium jam operatur iniquitatis:

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Textui concinunt Hieron. l. 3. in ep. ad Galat. to. 4. p. 1. col. 314. f. & Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 596. f. quibus accenſendus Ambroſiaſt. in hunc loc. niſi quòd in fine habeat *in illum*, pro *in ipſum*. Tertul. verò l. de reſur. carn. p. 575. c. legit: *Obſecro autem vos fratres, per adventum Dom. n. J. C. & congregationem noſtram ad illum.* Sedulius Hibern. in 2. Theſſ. 2. 1. ſimiliter *& noſtram congregationem*. Gr. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς..... ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου..... καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Mſs. quidam pro ὑπὲρ, ſcribunt περί.

℣. 2. Tertul. l. de reſur. carn. p. 575. c. *ne citò commoveamini animo, neque turbemini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam ac ſi per noſtram, quaſi inſiſtat dies Domini.* Auguſt. ep. 199. tom. 2. col. 742. g. *non citò moveamini mente, neque terreamini, ſive per verbum, ſive per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini*: & l. 20. de civitate Dei, c. 19. to. 7. col. 596. f. ſeqq. *ut non citò moveamini mente, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per verbum, neque per epiſtolam tanquam per*, &c. ut ſup. Ambroſiaſt. in 2. Theſſ. 2. 2. *ne facilè moveamini à ſenſu veſtro, neque conturbemini, neque per ſpiritum, neque per verbum, neque per epiſtolam tanquam à nobis miſſam, quaſi inſtet*, &c. ut ſup. Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 315. a. à Vulgata nil differt. Græc. εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος.... ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ. Mſs. quidam addunt ὑμῶν, voci νοός· aliique plures in fine, Κυρίου, loco Χριστοῦ.

℣. 3. Tertul. l. de reſur. carn. p. 575. c. *Ne quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi veniat abſceſſio primò, & reveletur delinquentiæ homo, filius perditionis*: & l. 5. contra Marc. p. 798. b. *homo delicti, filius perditionis: quem revelari priùs oportet ante Domini adventum.* Irenæus l. 5. c. 25. p. 322. d. *quoniam niſi venerit abſceſſio primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1005. a. *revelatus fuerit homo iniquitatis, & filius interitûs.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 315. a. *Ne quis vos ſeducat ullo modo*: & quæſt. 11. Algaſiæ, ibid. col. 208. b. *niſi diſceſſio venerit primùm, & revelatus fuerit homo peccati.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 596. ſeqq. *Ne quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi venerit refuga primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius interitûs*: & in Pſ. 105. to. 4. col. 1203. b. *quia revelabitur homo peccati, filius interitûs.* Ambroſiaſter in 2. Theſſ. 2. 3. *Ne quis vos ſeducat ullo modo: quoniam niſi venerit defectio primùm, & revelatus fuerit homo ille peccati, filius perditionis*; Rom. ed. *homo iniquitatis, filius interitûs.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 21. col. 146. a. *Videte ne quis vos ſeducat ullo modo*: & infra, dimid. temp. c. 11. col. 197. b. *cùm venerit refuga primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Sedul. Hibern. in 2. Theſſ. 2. 3. legit, *niſi venerit diſceſſio*: paulò verò poſt ſubdit: *Quod diſceſſionem hîc dicit, alibi eum* refugam *appellavit in Latinis exemplaribus.* Itidem ap. Scholiaſten Hier. quaſi ex Sedulio. Gr. Μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, &c. ut in Vulg. Mſs. quidam ἀνομίας, pro ἁμαρτίας.

℣. 4. Irenæus l. 3. c. 6. p. 181. b. *qui adverſatur, & extollit ſe ſuper omne, quod dicitur Deus, vel quod colitur*: itidem l. 5. c. 25. p. 322. d. præter *aut colitur*: tum addit: *ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſemetipſum tanquam ſit Deus.* Tertul. l. de reſur. carn. p. 575. c. *quis adverſatur, & ſuperextollitur in omne, quod Deus dicitur, vel religio, uti ſedeat in templo Dei, affirmans Deum eſſe*: & l. 5. contra Marc. p. 798. b. *extollens ſe ſuper omne, quod Deus dicitur, & omnem religionem, conſeſſurus in templo Dei, & Deum ſe jactaturus.* Ambroſius in Pſal. 118. col. 1005. a. *qui adverſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus.* Tichon. reg. 1. p. 50. f. *ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Auguſt. in Pſ. 105. tom. 4. col. 1203. b. *qui adverſatur, & ſuperextollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus*: ita rurſum habet l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 596. 597. præter verbum *oſtentans ſe*: ſed plures è vet. lib. ibid. *oſtendens ſe*: ſubinde hæc habet Auguſt. ſcilicet, col. 597. c. *Nonnulli non ipſum principem, ſed univerſum quodam modo corpus ejus, id eſt, ad eum pertinentem hominum multitudinem, ſimul cum ipſo ſuo principe hoc loco intelligi antichriſtum volunt; rectiùſque putant etiam Latinè dici; ſicut in Græco eſt, non* in templo Dei, *ſed* in templum Dei ſedeat, *tanquam ipſe ſit templum Dei, quod eſt Eccleſia.* Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 11. col. 197. b. *qui ſuperextollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtentans ſe tanquam ſit Deus.* Ambroſiaſt. in 2. Theſſ. 2. 4. *qui adverſatur, & extollitur ſupra omne....... aut quod colitur, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtentans ſeipſum quaſi ſit Deus*: & in 1. Cor. 11. 10. *oſtendens ſe quaſi ſit Deus.* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 113. *oſtendens ſeſe quaſi ſit Deus.* Gr. ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός. Mſs. quidam pro πάντα, ponunt πᾶν τὸ, ante λεγόμενον· alii verò plures tollunt ὡς Θεὸν, ante καθίσαι· & in fine Veleſ. habet, ἑαυτὸν ὡς ἂν ᾖ Θεός.

℣. 5. Tertul. l. de reſur. carn. p. 575. c. *Nonne meminiſtis quòd cùm apud vos eſſem, hæc dicebam vobis?* Heſych. ep. ad Auguſt. apud ipſum 198. to. 2. col. 740. a. 745. d. *Non retinetis memoriâ quòd cùm eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?* & ipſe Auguſtin. l. 20. de civit. Dei, c. 19. col. 596. 597. *Non retinetis in memoria quòd cùm adhuc eſſem*, &c. ut ſup. Ambroſiaſter in 2. Theſſ. 2. 5. *An non meminiſtis quòd, me adhuc apud vos agente, hæc dicebam vobis?* Mſs. quidam, *hæc dicebantur vobis?* Græc. Οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, &c. ut ſupra.

℣. 6. Tertul. l. de reſur. carn. p. 575. c. *Et nunc quid detineat ſcitis, ad revelandum eum in ſuo tempore.* Similiter Auguſt. l. 20. de civitate Dei, c. 19. col. 596. 597. cum Heſychio apud ipſum, epiſt. 198. to. 2. col. 740. 745. d. ſi exceperis *ut reveletur*, pro *ad revelandum eum.* Ambroſiaſter in hunc loc. *Et nunc quid detineat* (Mſs. quidam, *Et nunc latet quid*) *ſcitis, ad hoc ut reveletur ille in ſuo tempore.* Græc. Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ· al. αὐτοῦ.

℣. 7. Tertul. l. de reſur. carn. pag. 575. c. *Jam enim arcanum iniquitatis agitatur: tantùm qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat.* Tichon. reg. 7. p. 64. g. *My-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

tantùm ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat.

8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet aspectu adventus sui illum:

9. cujus est præsentia secundùm operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacii,

10. & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt: eò quòd caritatem veritatis Christi non acceperunt ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacia,

11. ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

12. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd ele-

VULGATA NOVA.

tantùm ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui eum: *Isai. 11. 4.*

9. cujus est adventus secundùm operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus,

10. & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt: eò quòd charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio,

11. ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

12. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*sterium enim jam nunc operatur iniquitatis: tantùm ut quid detinens detinet modò, donec de medio fiat:* supra verò, reg. 4. p. 60. b. *qui obtinet modò, teneat, donec de medio fiat.* Hesych. apud August. epist. 198. to. 2. col. 740. a. 745. d. *Nam mysterium iniquitatis jam operatur: tantùm qui tenet, modò teneat, donec de medio fiat.* August. ipse, l. 20. de civitate Dei, c. 19. col. 596. 597. *Jam enim mysterium iniquitatis operatur: tantùm qui modò tenet, teneat, donec de medio fiat.* Itidem Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 195. b. ab his, *tantùm qui modò tenet.* Ambrosiaster in 2. Thess. 2. 7. *Nam mysterium jam operatur iniquitatis: tantùm ut qui nunc tenet, teneat, quoadusque* (infra, *donec*) *de medio fiat.* Gr. Τὸ γὰρ μυςήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται.

℣. 8. Irenæus l. 3. c. 7. p. 182. a. *Et tunc revelabitur iniquus, quem Dominus J. C. interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentiâ adventus sui illum:* ita rursum l. 5. c. 25. p. 323. a. deleta voce *Christus*, cum ultima *illum.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 576. a. *Et tunc revelabitur iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit apparentiâ adventus sui.* Hilar. in Ps. 140. col. 539. e. *Et tunc revelabitur ille impius, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit eum præsentiâ adventus sui.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 673. d. *Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.* Itidem Hesych. apud August. ep. 198. to. 2. col. 740. a. 745. d. præmissis his, *Et tunc revelabitur ille iniquus, quem.* Tichon. reg. 7. p. 64. g. *Et tunc revelabitur ille impius.* August. in Psal. 105. tom. 4. col. 1203. c. *Tunc revelabitur iniquus, quem Dom. J. interficiet spiritu oris sui, & evacuabit illuminatione præsentiæ suæ eum:* sic etiam l. 18. de civit. Dei. c. 53. to. 7. col. 536. b. & l. 20. c. 19. col. 596. f. 597. a. cui suffragantur Rufin. in symb. p. 187. c. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 195. b. & Ambrosiast. in 2. Thess. 2. 8. nisi quòd Rufinus habeat, *& evacuabit eum illuminatione adv. sui;* Auctor promiss. *& evacuabit in illuminatione præsentiæ suæ;* Ambrosiaster, *& evacuabit illustratione præsentiæ suæ.* Fulgentius l. de incarn. p. 429. *Revelabitur ille iniquus, quem Dom. noster J. C. interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui: cujus,* &c. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 746. d. e. *Et nunc revelabitur homo peccati, filius perditionis, quem interficiet Dominus spiritu oris sui.* Gr. Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ..... καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Mss. quidam, Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ· & in fine Veles. τῆς παρουσίας αὐτόν.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 7. p. 182. a. *cujus est adventus secundùm operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & portentis mendacii:* itidem l. 5. c. 25. p. 323. a. excepta voce ultima *mendaciorum.* Tertullianus l. de resur. carn. p. 576. a. *cujus est adventus secundùm operationem satanæ, in omni virtute, & signis, atque portentis mendacii:* & lib. 5. contra Marc. p. 798. b. *in omni virtute, & signis, & ostentis mend.* August. in Ps. 105. to. 4. col. 1203. c. & l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 596. 597. *cujus est præsentia sec. operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacii.* Ambrosiaster in 2. Thess. 2. 9. *cujus est adventus secundùm operationem satanæ, in omni potestate, & signis, & portentis mendacii.* Rufin. in symb. p. 187. c. *cujus est adventus secundùm opera satanæ, in omni virtute, signis, & prodigiis mendacibus.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 6. col. 192. d. *secundùm operationem satanæ, in omni virtute, signis, & prodigiis mendacii.* Fulgent. l. de incarn. p. 429. Vulgatæ accinit usque ad ℣. 12. Græc. οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ, ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους· Ms. 1. delet καὶ, ante σημείοις.

℣. 10. Irenæus l. 5. c. 25. p. 323. a. *& in omni seductione malitiæ pereuntibus: pro eo quòd dilectionem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Et ideo mittet eis Deus operationem erroris, uti credant mendacio:* & infra, c. 28. p. 326. d. *pro eo quòd dilectionem Dei non receperunt ut salvi fierent. Et ideo mittet eos Deus in operationem* (quid. codd. *mittet eis Deus operat.*) *erroris, ut credant mendacio:* item supra, l. 4. c. 29. p. 266. e. juxta quosd. codd. *Et ideo mittet eis Deus operationem..... ut credant mendacio;* juxta alios....... *mittit..... operationes,* &c. Tertullianus l. de resur. carn. p. 576. a. *& in omni seductione injustitiæ eis qui pereunt:* & l. 5. cont. Marc. p. 798. b. *propterea quòd dilectionem veritatis non susceperint ut salvi essent. Et propter hoc erit eis instinctum fallaciæ, ut judicentur,* &c. de ℣. seq. Cyprianus ep. 55. p. 86. a. *dilectum veritatis non habuerunt ut salvi fierent. Ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio:* similiter l. de laps. p. 192. b. uno excepto *receperunt,* pro *habuerunt.* Hieron. in Isai. 19. to. 3. col. 185. a. *pro eo quòd charitatem veritatis non susceperunt ut salvarentur, mittet illis Deus operationem err. ut credant mendacio.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 601. f. *pro eo quòd dilectum veritatis non receperunt ut salvarentur, misit Deus illis operationem erroris, ut judicentur,* &c. Ennod. apud Sirmond. to. 1. col. 1743. b. *dilectionem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Et ideo misit illis Deus operat. err. ut crederent mendacio.* August. in Ps. 105. tom. 4. col. 1203. c. *& in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt: pro eo quòd dilectionem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Et ideo mittet illis Deus,* &c. ut in Vulg. sic rursum l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 596. & 597. necnon l. de grat. & lib. arb. to. 10. col. 742. b. item l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. col. 562. c. sed hoc postremo loco, tantùm à verbo *mittet.* Eidem concinit in omnibus Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 6. & 9. col. 192. d. 196. c. omisso *Et,* ante *ideo.* Ambrosiaster verò in 2. Thess. 2. 10. *& in omni fallacia iniquitatis iis qui pereunt: pro eo quòd dilectionem veritatis non susceperunt ad hoc ut salvi fierent. Et idcirco mittet illis Deus operationem erroris, in hoc ut credant mendacio.* Græc. καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς, &c. ut in Vulgata. Ms. Alex. cum Borner. delet ἐν, post ἀδικίας· & quidam ferunt πέμπει, pro πέμψει.

℣. 11. Textui concinunt Irenæus l. 4. c. 29. p. 267. a. & l. 5. c. 25. & 28. p. 323. a. 326. d. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 798. b. & August. l. de gra. & lib. arb. tom. 10. col. 742. b. ita rursum August. in Ps. 105. to. 4. col. 1203. c. item l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 597. a. & l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. col. 562. c. nisi quòd his tribus locis habeat initio *& judicentur;* quod similiter legunt Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 9. col. 196. c. & Fulgent. l. de incarn. p. 429. Cyprianus verò ep. 55. p. 86. a. & l. de laps. p. 192. b. *ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in injustitia.* Hieronymus in Isai. 19. to. 3. col. 185. a. *& judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed complacuerunt sibi in mendacio.* Victor Tun. l. de pœnit. p. 601. f. *ut judicentur qui non crediderunt veritati.* Ambrosiaster in 2. Thess. 2. 11. *quatenus judicentur omnes, qui,* &c. ut in textu. Gr. ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. In Mss. quibusd. deest ἐν.

℣. 12. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 670. e. 685. c. *Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres dilectissimi à Domino, quia elegit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & fide veritatis.* Ambrosiaster in 2. Thess. 2. 12. *Nos verò debemus gratias agere Deo semper de*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis:

13. in qua & vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.

14. Itaque fratres state: & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia,

16. exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

**Versio antiqua.**

gerit nos Deus ab initio ad salutem, in sanctificatione spiritus, & fide veritatis: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

13. in quod vocavit nos per Evangelium nostrum, in optionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.

14. Itaque fratres state: & tenete traditiones nostras, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit exhortationem æternam, & spem bonam in gratia,

16. exhortetur vestra corda, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*vobis, fratres dilecti à Domino, quia adsumpsit vos Deus à principio ad salutem, in sanctificationem spiritus, & fidem veritatis.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 737. f. *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres electi à Deo, quia vocavit nos ab initio sæculi in salutem, in sanctificationem spiritus, & fidei veritatis:* & infra, p. 747. g. *Debemus gratias agere..... fratres dilecti à Deo, qui elegit nos ab initio in salutem, in sanctificationem.* Græc. Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας. Mss. quidam, pro εἵλετο, ferunt εἵλατο· Bornerianus cod. Græcus, ἵλατο, Latinus, *adsumpsit*; mox alii habent ἡμᾶς, pro ὑμᾶς· paulòque post Borner. Gr. cum quibusd. ἀπαρχὴν, Borner. Lat. *ab initio*; Velef. ἀπαρχάς.

℣. 13. Ambrosiaster in hunc loc. *in quam vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ,* &c. ut supra. Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 737. f. *in quo vocavit nos per Evangelium nostrum, in adoptionem gloriæ Dom. n. J. C.* Sedulius Hib. in 2. Theff. 2. 13. *in constitutionem gloriæ Dom. n. J. C.* Græc. εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης, &c. ut sup. Mss. plures initio ferunt εἰς ἣν, si Bezæ fides; alii quidam, εἰς ὃ καί.

℣. 14. Ambrosiaster in hunc loc. *Itaque fratres state: & tenete traditiones nostras, quas didicistis, sive per verbum, sive per epistolam nostram.* Itidem Vigilius Tapf. l. cont. Varim. p. 737. d. deleta voce *nostras*. Siricius PP. ep. 5. to. 1. col. 652. b. *State, & tenete traditiones nostras, sive per verbum, sive per epistolam:* & epist. 6. col. 660. c. *State, & tenete traditiones vestras, quas didicistis, sive per verbum, sive per epistolam.* Innocent. I. epist. 2. col. 748. a. *State, & tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis, sive per verbum, sive per epistolam.* Gr. Ἄρα οὖν ἀδελφοὶ στήκετε· καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε, &c. ut in Vulgata. Mſ. Colb. addit ὑμῶν, ad παραδόσεις.

℣. 15. Ambrosius l. 2. de fide, col. 487. d. cum Ambrosiast. in hunc loc. *Ipse autem Dominus n. J. C. & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia.* Itidem Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 17. d. deleto &, ante vocem *Pater*. Ita quoque Cerealis l. contra Maximin. c. 19. p. 674. e. cum Epistola Synod. Episcoporum Afr. Conc. to. 4. col. 1594. c. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 737. d. *Ipse autem Dom. J. C. & Deus & Pater noster, qui dilexit nos:* & l. 2. cont. Arium, & Sab. *Ipse Dom. noster J. C. & Deus Pater, qui dilexit nos, consoletur,* &c. Fulg. l. 3. ad Trasim. non differt à Vulgata, nisi una voce *noster*, quam delet post *Dominus*; Græcum nil omnino. Solus Borner. cod. delet καὶ, ante Πατήρ.

℣. 16. Textui concinit Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. d. Ita quoque Epist. Synod. Episcopor. Afric. Conc. to. 4. col. 1594. c. si exceperis in fine, *in omni opere bono, & sermone.* Ambrosiaster in hunc loc. *consoletur corda vestra, & stabiliat in omni opere, & verbo bono.* Ambrof. l. 2. de fide, col. 487. d. *consoletur corda vestra, & confirmet.* Itidem Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 21. p. 127. additis seqq. ut in textu. Vigilius quoque Tapf. l. 2. cont. Ari. & Sab. habet *consoletur corda vestra:* at l. cont. Varimad. p. 750. f. *Dominus autem impleat corda vestra omni opere, & sermone bono.* Gr. παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ· Borner. cod. παρακαλέσῃ..... καὶ στηρίξῃ, absque seq. ὑμᾶς· quam etiam voculam omittunt nonnulli alii codd. qui insuper habent in fine, ἔργῳ, καὶ λόγῳ ἀγαθῷ.

# CAPUT III.

**Vulgata nova.**

*Ephes. 6. 19. Col. 4. 3.* 1. De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos:

2. & ut liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides.

3. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo.

4. Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis.

**Versio antiqua.**

1. De cætero orate pro nobis fratres, ut sermo Domini currat, & magnificetur, sicut etiam apud vos: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. & ut liberemur ab iniquis, & malis hominibus: non enim omnium est fides.

3. Fidelis autem est Deus, qui confirmavit vos, & custodiet à malo.

4. Confidimus autem in Domino de vobis, quoniam quæ præcipimus facitis, & facietis.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Augustinus ep. 217. to. 2. col. 808. c. *De cætero fratres orate pro nobis, ut verbum Domini currat, & glorificetur, sicut etiam apud vos.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. d. *De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo Domini currat, & clarificetur, sicut & apud vos.* Ambrosiast. in 2. Theff. 3. 1. *Quod reliquum est fratres orate pro nobis, ut verbum Domini currat, & clarificetur, sicut & apud vos.* Maxim. Taurin. homil. 2. p. 4. b. *ut sermo Dei currat, clarificetur in vobis.* Sedulius Hib. in hunc loc. *& glorificetur.* Græc. Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε ἀδελφοὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ, καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς· Mſ. Colb. Θεοῦ τρέχῃ.

℣. 2. Augustinus epist. 217. to. 2. col. 808. c. *& ut eruamur ab iniquis, & malis hominibus: non enim omnium est fides.* Ambrosiast. in 2. Theff. 3. 2. *& ut liberemur ab importunis, & nequam hominibus: non enim,* &c. ut supra. Similiter Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. d. excepta voce *malis*, pro *nequam*. Gr. καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων, καὶ πονηρῶν..... οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις.

℣. 3. Hieronymus l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 516. f. *Fidelis autem est Dominus, qui servabit vos, & custodiet à malo.* Ambrosiaster in hunc loc. *Fidelis autem Deus, qui stabiliet eos, & custodiet à malo.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. col. 17. d. *Fidelis autem Deus est, qui & confirmabit nos, & custod. à malo.* Gr. Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Mſ. Alex. ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς καὶ στηρίξει. Borner. cod. Gr. ὃς τηρήσει, idem Lat. *confirmabit.*

℣. 4. Ambrosiaster in hunc locum: *Confidimus autem in Domino de vobis, quoniam quæ præcepimus, & facitis, & facietis.* Beda in eund. loc. *Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quon. quæ præcepimus, &,* &c. ut sup. Scho-

Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei, & in patientia Christi.

6. Præcipimus autem vobis fratres in nomine Domini Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre inquietè ambulante, & non secundùm rationem, quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

8. nec gratis panem manducavimus alioquo, sed in labore, & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrûm gravaremus.

9. Non quasi non haberemus potestatem, sed ut nosmetipsos formam demus vobis ad imitandos nos.

10. Nam cùm essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis: quia si quis non vult operari, nec * manducet.

* Ambo Mss. manducem, vitiosè.

11. Audivimus enim quosdam inter vobis ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.

12. His autem, qui ejusmodi sunt, præcipimus, & rogamus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

13. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.

14. Si quis autem non obaudit verbo nostro per epistolam, nunc notate, ut non commisceamini cum illo, ut confundatur:

### Vulgata nova.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi.

6. Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

8. neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrûm gravaremus. Act. 20. 34. 1. Cor. 4. 12.

9. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. 1. Thess. 2. 9.

10. Nam & cùm essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.

12. Iis autem, qui ejusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

13. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Gal. 6. 9.

14. Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur:

### Notæ ad Versionem antiquam.

siastes Hieron. *Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quoniam quæcunque præcepimus, &*, &c. Græcum: Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ, &c. ut supra. Ms. Veles. παρηγγείλαμεν ὑμῖν· al. deest ὑμῖν.

℣. 5. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 685. d. *Dominus autem dirigat corda vestra in dilectione Dei, & patientia Christi.* Itidem Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 5. Rom. verò ejus editio: *in dilectionem Dei, & exspectationem Christi.* Auct. quæst. ex N. T. q. 97. col. 89. b. *Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei, & in patientia Christi.* Gr. Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ.

℣. 6. Cyprianus ep. 55. p. 89. c. *Præcipimus vobis in nomine Dom. J. C. ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis:* ita rursum l. de unit. Eccl. p. 202. b. addita voce *nostri*, ad *Domini:* at l. 3. Testim. p. 324. b. *Præcipimus autem vobis in nomine J. C. ut discedatis*, &c. ut sup. Auctor l. de singul. cleric. p. 536. c. *Præcipimus vobis fratres in nom. Dom. n. J. C. ut separetis vos à fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundùm traditionem, quam accepistis à nobis.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 224. a. *Præcipimus autem vobis fratres in nom. Dom. n. J. C. ut subtrahatis vos ab omni fratre inquietè ambulante, & non sec. tradit. quam acceperunt à nobis.* Augustin. l. de op. Mon. to. 6. col. 477. f. *Denunciamus vobis fratres in nom. Dom. n. J. C. ut subtrahatis vos ab omni fratre inquietè ambulante, & non sec. tradit. quam acceperunt à nobis.* Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 6. *Denunciamus autem vobis fratres in nom. Dom. n. J. C. secerni vos ab omni fratre intemperanter ambulante, & non secundùm tradit. quam accepistis à nobis.* Græc. Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοὶ ἐν ὀνόματι τοῦ..... στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν. Mss. plerique, παρέλαβον· Alex. παρελάβοσαν· Borner. cod. παρελάβετε.

℣. 7. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 477. f. *Ipsi enim scitis quomodo oporteat imitari nos: quia non fuimus inquieti inter vos.* Ambrosiaster in 2. Thess. 3. 7. *Ipsi enim scitis quemadmodum debeatis imitari nos: quoniam non intemperanter viximus inter vos.* Gr. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν.

℣. 8. Cyprianus ep. 5. p. 10. c. *neque gratis panem manducavimus ab aliquo vestrûm, sed in labore, & fatig.* &c. August. l. de op. Mon. to. 6. col. 477. f. g. 481. f. necnon l. 2. de ser. Dom. in mont. to. 3. p. 2. col. 223. g. *neque panem gratis manducavimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, die ac nocte operantes, ne quem vestrûm gravaremus.* Ambrosiaster in 2. Thess. 3. 8. *neque gratis panem edimus* (Rom. ed. *accepimus*) *à quoquam, sed in labore, & fatigatione, nocte dieque oper. ad hoc ne graves essemus cuiquam vestrûm.* Græc. οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ, καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. Mss. quidam, pro ἐφάγομεν, ferunt ἐλάβομεν.

℣. 9. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 477. g. 478. a. *Non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis qua nos imitaremini:* ita rursum infra, col. 481. f. detracto tantùm *metipsos.* Ambrosiaster in 2. Thess. 3. 9. *Non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandos nos.* Sedulius Hibern. in eundem locum, *imitari nos.* Græcum: Οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· Ms. Veles. Οὐχ ὡς οὐκ ἔχωμεν.

℣. 10. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 478. a. *Nam & cùm essemus apud vos, hoc vobis præcipiebamus: quoniam si quis non vult operari, non manducet:* & sup. col. 475. a. 476. b. *qui non vult operari, non manducet.* Ambrosiaster in 2. Thess. 3. 10. *Nam cùm essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis: quòd si quis non vult operari, nec mand.* Græc. Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν· ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.

℣. 11. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 478. c. *Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.* Ambrosiast. in 2. Thessal. 3. 11. *Audivimus enim quosdam ambulare inter vos intemperanter, nihil operantes*, &c. ut sup. Gr. Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους· Ms. Veles. Ἠκούσαμεν γάρ.

℣. 12. Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 478. d. *Iis autem, qui ejusmodi sunt, præcipimus, & obsecramus in Domino J. C. ut cum silentio operantes, suum panem manducent:* itidem infra, col. 486. d. excepta vocula *His*, pro *Iis.* Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 12. *His igitur, qui hujuscemodi sunt, denunciamus, & exhortamur in Dom. J. C. ut cum quiete operantes, suum panem manducent.* Græc. Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χ. ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. Mss. plures, ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἵνα, &c.

℣. 13. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 486. d. *Vos autem fratres nolite infirmari benefacientes.* Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 13. *Vos autem fratres nolite deficere in benefaciendo;* Rom. ed. *nolite defatigari benefacientes.* Gr. Ὑμεῖς δὲ ἀδελφοὶ μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. Mss. quidam, μὴ ἐγκακήσετε.

℣. 14. Tertullianus l. de pudic. p. 1006. c. *Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistolam, hunc notate, ne commisceamini illi, ut revereatur.* Augustinus in Psal. 100. to. 4. col. 1088. c. *Si quis non obaudit verbo nostro per epi-*

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| 15. & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. | 15. non ut inimicum existimetis, sed corripite ut fratrem. |
| 16. Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. | 16. Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem semper in omni loco. Dominus cum omnibus vobis. |
| 17. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo. | 17. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo. |
| 18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. | 18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. |
| | * Ad Thessalonicenses explicit 2. |

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*stolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo:* ita rursum l. de fide & op. tom. 6. col. 167. a. ubi addit, *ut erubescat:* & l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 57. c. *Si quis autem non obaudit verbo nostro per epist. hunc notate, & non commisceamini cum eo, ut erubescat:* itidem lib. ad Donat. post collat. to. 9. col. 585. f. præter *nolite commisceri:* & in collat. ipsa, col. 493. b. *Si quis non obaudivit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo.* Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 14. *Quòd si quis non obedit verbo nostro per epist. hunc notate, & nolite cum eo conversari, ut reverentia confundatur.* Sedul. Hibern. in eundem loc. *ut erubescat.* Græc. Εἰ δέ τις ὐχ ὑπακύει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τῦτον σημειῦσθε, ϗ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ.

℣. 15. Tertullianus l. de pudic. p. 1006. c. *non quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem objurgantes.* August. in Ps. 100. to. 4. col. 1088. c. *& non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem:* similiter habet l. de fide & op. to. 6. col. 167. a. & l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 57. c. 64. a. & l. ad Donat. post collat. col. 585. f. nisi quòd hoc ultimo loco omittat *eum*, post *inimicum*; l. verò 3. cont. ep. Parmen. col. 64. a. *ut inimicum non eum existimetis.* Ambrosiast. in 2. Thess. 3. 15. *& non velut inimicum existimetis, sed admonete consiliis ut fratrem.* Græcum: ϗ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νυθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.

℣. 16. Ambrosiaster in hunc loc. *Ipse autem Deus pacis, det vobis pacem semper in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.* Græc. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος..... διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν· Borner. cod. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς..... ἐν παντὶ τόπῳ.

℣. 17. Ambrosiaster in hunc locum: *Ipsa salutatio, mea manu*, &c. ut in textu. Græc. Ὁ ἀσπασμὸς, τῇ ἐμῇ, &c. ut supra.

℣. 18. Simillima quæ in Græco sunt; nec differt Ambrosiaster, nisi quòd omittat *Amen.*

* Hujus clausulæ loco, in Græco legitur: Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, *Ad Thessalonicenses secunda scripta est ab Athenis.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

*EPISTOLA AD THESSALONICENSES II.*

CAP. I. ℣. 6. Retribuere tribulationem. *Non est mutanda vox* tribulationem, *quæ pœnam significat, in* retributionem, *quæ mercedem.*

℣. 11. Omnem voluntatem bonitatis. *Non addas pronomen* suæ.

CAP. II. ℣. 12. Quòd elegerit vos Deus. *Non mutes pronomen secundæ personæ* vos, *in primæ* nos.

℣. 13. In qua & vocavit vos. *Quidam legunt* in quam, *quidam* ad quod; *sed malè omnino illi, qui scribunt pronomen primæ personæ* nos.

CAP. III. ℣. 4. Quoniam quæ præcipimus. *Retinendum est præsens* præcipimus, *non surrogandum præteritum* præcepimus.

℣. 11. Ambulare inquietè. *Non mutes infinitivum* ambulare, *in participium* ambulantes.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

*EPISTOLA AD THESSALONICENSES II.*

CAP. I. ℣. 5. Ut digni habeamini in regno Dei. *Plurimi libri omittunt præpositionem* in, *Græco consentaneè.*

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM PRIMÆ,

## è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Præceptum revocat quod Timotheo tradiderat, de retrahendis quibusdam à perversa doctrina, & tradenda sana: lex ob injustos posita est: Deo gratias agit, quòd eum ab Ecclesiæ persecutione ad Apostolatum vocaverit: qui misericordiam consecutus est, ut ostendatur Dei longanimitas ad peccatorum informationem: Timotheum monet ut strenuum agat militem.*

CAP. II. *Vult pro regibus & magistratibus fieri orationes, ac gratiarum actiones; unumque dicit esse Deum, & unum mediatorem: quomodo orare debeant vir ac mulier, & quomodo hæc ornari debeat, cujus non est docere, sed in silentio discere.*

CAP. III. *Docet Timotheum quales esse debeant episcopi, diaconi, ac mulieres: ut sciat quomodo conversari debeat in Ecclesia, quæ est columna veritatis: simulque commendat Dominicæ incarnationis sacramentum.*

CAP. IV. *Prædicit quosdam falsam tradituros doctrinam, potissimùm de nuptiis, ac cibis: discipulum autem monet ut, spreta vana doctrina, exerceat se ad pietatem, quæ corporali exercitationi præfertur: & quanquam sit adolescens, præbeat se reliquis exemplum.*

CAP. V. *Docet quomodo seniores, anus, ac juvenculas gubernare debeat, rursum seniores, ac juniores viduas: & de conditionibus in eligenda vidua requisitis: presbyteri probè suo fungentes munere dupliciter honorentur: nec facilè adversùs presbyterum accusationem suscipiat, sed peccantes publicè arguat: hæc mandata servet, nemini citò manus imponens: modico vino utatur: & de variis hominum peccatis.*

CAP. VI. *Servi dominis suis obsequantur, sive fidelibus, sive infidelibus: fugiendi sunt qui his relictis vana docent: quantum mali inducat avaritia: qua devitata hortatur Timotheum ad virtutes amplectendas, servata fide quam in Baptismo confessus est, utque in finem usque servet hæc mandata: divites autem reprimat à superbia, inducens ad eleemosynas.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM PRIMA.

## *CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

1. PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti ſecundùm imperium Dei Salvatoris noſtri, & Chriſti Jeſu ſpei noſtræ:
Act. 16. 3. 2. Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, miſericordia, & pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro.
3. Sicut rogavi te ut remaneres Epheſi cùm irem in Macedoniam, ut denunciares quibuſdam ne aliter docerent,

**Versio antiqua.**

1. PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti ſecundùm imperium Dei Salutaris noſtri, & Chriſti Jeſu ſpei noſtræ:
2. Timotheo cariſſimo filio in fide. Gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro.
3. Sicut rogavi te remanere Epheſi cùm irem in Macedoniam, ut denunciares quibuſdam ne aliter doceant,

*Ex Mſ. Regio, ſeu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus deſcripto.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

* Novem circiter hîc folia deſunt in Mſ. codice Sangermanenſi, quæ quidem complectebantur integram penè epiſtolam primam B. Pauli ad Timotheum. Id patet ex ſequenti quod ſupereſt folio, in quo manu eâdem deſcripti leguntur ſex poſtremi verſus capitis ſexti ejuſd. epiſtolæ. Ne tamen omnino mancus ac mutilus remaneret codex, quæ deerant in eo, amanuenſis quidam inferioris longè ætatis ſupplere curavit ex alio codice, ſed non aliam præter Vulgatam hodiernam complectente; uti poſt accuratam plurium verſuum collationem cum eâdem Vulgata deprehendimus. Quare, ne inutiliter tempus tereremus, ab integra deſcribenda epiſtola nobis temperandum eſſe duximus; ſolumque codicem Regium adhibuimus in textum. In eodem autem codice ſic inſcribitur epiſtola: *Incipit ad Timotheum prima.*

℣. 1. Vulgatæ concinunt Ambroſius l. 3. de fide, col. 515. a. & Ambroſiaſter in hunc loc. Sedul. verò Hibern. in eundem loc. *Paulus Apoſt. J. C. ſec. imperium Dei, & Salvatoris..... qui eſt ſpes noſtra.* Græc. Παῦλος...... κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ϗ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Mſs. quidam, ἐπιταγὴν Θεοῦ Πατρὸς, ϗ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. unus, τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ, ϗ Κυρίου Ἰησοῦ, &c. alius omittit vocem Θεοῦ, & ϗ Κυρίου, quod etiam ultimum deeſt in pluribus.

℣. 2. Ambroſiaſter in hunc loc. *Timotheo germano filio in fide. Gratia, miſericordia, & pax à Deo Patre noſtro, & C. J. Dom. noſtro.* Sedul. Hibern. in eundem loc. *Gratia, & miſericordia.* Gr. Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, ϗ Χριστοῦ..... ἡμῶν. Mſ. Veleſ. pro γνησίῳ, habet ἀγαπητῷ· alii plures delent ἡμῶν, poſt Πατρός.

℣. 3. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1069. e. *Sicut hortatus ſum te ſuſtinere Epheſi cùm irem in Macedoniam* (Mſ. 1. *cùm ires Maced.*) *ut præciperes quibuſdam ne aliter docerent.* Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 15. *Hortatus ſum ut denunciares quibuſdam ne perverſa doctrina uterentur.* Auguſtinus in Rom. 16. to. 3. p. 2. col. 924. c. & l. 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. col. 42. d. *Sicut rogavi te ut ſuſtineres Epheſi cùm irem in Maced. ut denunciares quibuſdam ne aliter docerent.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 1. 3. *Sicut rogavi te ſubrema-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

4. neque intendant fabulis, & genealogiis infinitis: quæ quæstionem præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ in fide est.

5. Finis autem præcepti est caritas de puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta.

6. A quibus quidam excidentes, conversi sunt in vaniloquium,

7. volentes esse legis doctores, non intelligentes * neque quæ dicunt, * neque de quibus affirmant.

* *Ms. semel & iterum* nequa.

8. Scimus autem quoniam bona est lex, si quis eam legitimè utatur:

9. scientes hoc, quia justo lex non est posita, injustis autem, & non obaudientibus, & impiis, & peccatoribus est; scelestis, & profanis, patricidiis, & matricidiis, masculorum * concubitoribus,

* *Ms. mendosè* consubitores.

10. homicidiis, impudicis, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur,

11. quæ secundùm Evangelium est gloriæ beati

### Vulgata nova.

4. neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide. *Inf. 4. 7. 2. Tim. 2. 13.*

5. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. *Tit. 3. 9.*

6. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium,

7. volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

8. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur: *Rom. 7. 12.*

9. sciens hoc, quia lex justo non est posita, sed injustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis,

10. fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur,

11. quæ est secundùm Evangelium gloriæ

### Notæ ad Versionem antiquam.

*nere Ephesi cùm irem in Maced. ut denuncies quibusdam ne aliter docerent.* Cœlestin. I. ep. 13. to. 1. col. 1118. c. *Timotheum rogasse se dicit* ( Apostolus ) *ut Ephesi remanens denunciaret quibusdam ne quis aliter prædicaret.* Gr. Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ πορευόμενος εἰς Μακεδ. ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν.

℣. 4. Irenæus præf. in l. 1. p. 1. e. ex Apost. memorat *genealogias infinitas: quæ quæstiones magis præstant quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.* Hîc autem notandum quòd, pro *infinitas*, textus Græcus Irenæi habeat ματαίας; quam vocem vetus Interpres vertere debuisset *vanas*, vel *inanes*, non *infinitas*: ex quo vel uno constat, quod & ex aliis pluribus locis confirmari potest, hunc interpretem Latinæ linguæ rudem, in interpretandis variis Scripturæ testimoniis versionem Latinam vulgatam, seu Italicam, usurpasse. Tertull. l. de præscr. c. 7. p. 331. c. *fabulas illas, & genealogias* vocat *indeterminabiles, & quæstiones infructuosas*: & infra, c. 33. p. 337. b. necnon l. contra Valent. p. 441. c. *fabulas, & genealogias indeterminatas*: & l. 1. cont. Marc. p. 622. b. *indeterminabiles quæstiones.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1070. a legit: *neque attenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæstiones magis præstant quàm ædificat. Dei, quæ est in fide.* Zeno Veron. ubi supra: *neque attenderent fabulis, & genealogiis, quæ sine fine sunt: quæ magis quæstiones præstant quàm veram rationem Dei, quæ est in fide.* August. in Rom. 16. to. 3. p. 2. col. 924. c. *neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis*, &c. ut in Vulg. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. col. 579. e. ait: *ne intendas fabulis Judaicis, & genealogiis infinitis: quæ quæstiones*, &c. ut sup. Ambros. l. 2. de fide, col. 494. d. *ut non intendamus fabulis, & genealogiis interminabilibus: quæ quæst.* &c. ut in textu: rursus l. 4. col. 532. b. *quæ quæst.* &c. Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 4. *neve intendant fabulis, & genealogiis infinitis: quæ quæst. magis præstant quàm ædificationem Dei, quæ est in fide: ita facito.* Gr. μηδὲ προσέχειν μύθοις, καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις· αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν, &c. ut in Vulg. Millius auctor est plerosque Mss. Græc. habere οἰκονομίαν, non οἰκοδομίαν, quibus favere ait Chrysost. Theodoret. Theophylact. Œcumen. Photium. Borner. etiam cod. Gr. legit οἰκονομίαν, sed idem Lat. *ædificationem.*

℣. 5. Similiter Ambrosius l. 2. & 4. de fide, col. 499. d. 532. b. *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Itidem Auctor l. de sing. cleric. p. 533. cui suffragatur August. ep. 55. tom. 2. col. 143. e. & l. 2. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 217. f. uno excepto *enim*, pro *autem.* Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 5. *Nam finis præcepti*, &c. ut sup. Acta mart. S. Agap. p. 392. *Finis præcepti est charitas.* S. Paulinus ep. 40. p. 242. c. & Gelas. I. ep. 8. Conc. to. 4. col. 1184. b. cum Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 9. *charitas de corde puro, & bona conscientia, & fide non ficta.* Zeno Veron. l. 1. tract. 1. p. 15. *Definitio autem jussionis est charitas ex corde puro, & conscientia bona; ex fide simplici.* Græc. Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη, &c. ut in Latino.

℣. 6. Ambrosius l. 2. de fide, col. 494. d. cum Ambrosiast. in hunc loc. *A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium.* Optat. Milev. l. 1. cont. Donat. p. 24. b. *Quidam autem conversi sunt in vaniloq.* Gr. Ὧν τινες ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν, &c. ut supra.

℣. 7. Ambrosius l. 2. de fide, col. 494. d. *volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Auctor l. de singul. cler. p. 527. a. *non intelligentes neque de quibus dicunt, neque de quibus affirmant.* Hieron. præf. in Isai. to. 3. col. 4. *nescientes quæ loquantur, neque de quibus affirment.* August. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 30. g. *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Optat. l. 1. cont. Donat. p. 24. b. *volentes se esse legis doctores, non intelligentes quæ dicunt, neque de quibus affirmant.* Itidem Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 7. deleto *se*, post *volentes*; addito verò *neque*, post *intelligentes.* Græcum: θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

℣. 8. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. f. *Scimus autem quoniam bona lex, si quis ea legitimè utatur*: ita rursum infra, p. 213. f. addito *est*, post *bona*: cui loco favent Auctor l. de sing. cler. p. 527. & Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 8. Sic etiam habet August. in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 972. e. si exceperis *enim*, pro *autem.* Gr. Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ, &c. ut supra.

℣. 9. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 205. f. *sciens hoc, quia justo lex non est posita, injustis autem, & non obedientibus, & impiis, & peccatoribus, sceleratis, & prophanis, parricidis, & matricidis, impudicis*, &c. ita rursum infra, p. 213. f. exceptis his, *& inobedientibus, & impiis, & peccat. & scelestis, & profanis..... & matricidis, homicidis, impud.* August. in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 972. e. *sciens hoc, quia lex justo posita non est, injustis autem, & non subditis, impiis, & peccatoribus, & scelestis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis.* Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 9. *certum habens hoc, quòd justo lex non est posita, sed injustis, & inobsequentibus, impiis, & peccatoribus, scelestis, & profanis, parricidis, & matricidis, fornicatoribus, homicidis.* Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 262. e. & l. 3. col. 305. d. *Justo quippe lex non est posita, iniquis autem, & non subjectis, impiis, & peccatoribus.* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 21. *Justo lex posita non est, sed peccatori.* Ambros. l. 3. offic. col. 115. e. *Lex non justo, sed injusto posita est*: & ep. 37. col. 934. e. *Justo non est posita lex, sed injusto*: at in Luc. 3. col. 1325. a. *quia lex non est justis posita, sed injustis.* Auctor quæst. ex Vet. Test. q. 4. col. 44. e. 70. c. *Justis lex non est posita, sed injustis, idola colentibus, fornicatoribus.* Irenæus l. 4. c. 16. p. 246. d. *Lex non est posita justis.* Græc. εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ, καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι, καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις, καὶ βεβήλοις, πατραλῴαις, &c. ut in Vulgata. Ms. Veles. ipso initio habet εἰδότες, pro εἰδώς.

℣. 10. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. pp. 205. f. & 213. f. *impudicis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur.* August. in ep. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 972. e. *fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & perjuris, & si quid*, &c. ut sup. Ambrosiast. in 1. Tim. 1. 10. *fornicariis, mascul. concub. plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid*, &c. Itidem Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 751. d. *& si quid*, &c. Græc. πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ, &c. ut in Latino.

℣. 11. Textui concinit Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. pp.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

beati Dei, quod creditum est mihi.

12. Gratias ago ei, qui me confortavit Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio:

13. qui priùs blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

14. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu.

15. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus:
Matth. 9. 13. quòd Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.
Marc. 2. 17.

16. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primò ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam.

17. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

VERSIO ANTIQUA.

Dei, quod creditum est mihi. Ex Ms. Regio, seu

12. Et gratias ago ei, qui confirmavit me in Clarom.
Christo Jesu Domino nostro, quòd fidelem me æstimavit, ponens in ministerium:

13. qui priùs fueram blasphemus, & persequutor, & injuriosus: sed misericordiam consecutus sum, quòd ignorans feci in incredulitatem.

14. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu.

15. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quoniam Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus sum ego.

16. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me ostenderet Christus Jesus omnem patientiam suam, ad exemplum eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam.

17. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, solo Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

205. f. & 213. f. sicut Ambrosiast. in 1. Tim. 1. 11. Ambrosius verò l. 3. de fide, col. 500. c. *quæ est secundùm Evangelium claritatis beati Dei.* Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 751. d. *quæ est secundùm Evang. gloriæ beati Dei.* Græc. κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Ms. Veles. in principio habet, ὅ ἐστι κατὰ, &c.

℣. 12. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. g. *Et gratias ago ei, qui confortavit me Christo Jesu Domino, quòd fidelem me æstimavit, ponens in ministerium.* Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 12. *Et gratias ago ei, qui me confortavit in Christo J. Dom. nostro, quia fidelem me æstimavit, ponens me in ministerium.* Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 748. c. *Gratias ago Deo nostro J. C. qui confortavit me, & fidelem æstimavit, ponens in ministerio.* Beda in 1. Tim. 1. 12. *Gratias ago ei, qui me confort. in Christo J. D. n. qui fidelem,* &c. ut in Vulg. Itidem Scholiastes Hier. in eundem loc. uno excepto *quia*, ante *fidelem*. Gr. Καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν. Mss. quidam initio ipso tollunt Καί· nonnulli verò, teste Beza, præponunt ἐν, voci Χριστῷ.

℣. 13. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. g. *qui priùs fueram blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed misericordiam sum consecutus, quòd ignorans feci in incredulitate.* Cypr. ep. 73. p. 133. b. *qui primò fui blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed misericordiam merui, quia ignorans feci.* Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 13. *quia priùs eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericord. consecutus sum, quia ignorans feci, nondum credens.* Augustinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 939. b. & l. de fide & op. to. 6. col. 190. f. *qui priùs fui blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed miseric. Dei consec. sum, quia ignorans feci in incredulitate:* at in Ps. 83. tom. 4. col. 888. f. versum hunc cum seq. 16. ita conjungit: *qui priùs fui blasphemus, & persec. & injuriosus: sed miseric. consecutus sum, ut in me ostenderet,* &c. item serm. 278. to. 5. col. 1123. e. *fui primò blasphemus, & pers. & injuriosus: sed ideo miseric. consecutus sum, ut in me primò ostenderet,* &c. Prædestinat. l. 3. ap. Sirmond. to. 1. col. 536. b. *fui persec. & injuriosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* Tertullianus l. de pudic. p. 1011. c. *& miseric. sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate.* Gr. τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ. Mss. quidam in principio ferunt τὸ πρότερον· paulòque post Velesian. ἠλεήθην ὑπὸ Θεοῦ.

℣. 14. Textui concinunt Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 213. g. & Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 14. nec refragatur Græcum.

℣. 15. Augustinus serm. 174. to. 5. col. 830. d. 831. a. seqq. *Humanus sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. e. addita voce *Jesus*, ad *Christus*: at serm. 175. col. 835. b. seqq. *Fidelis sermo,* &c. Julianus Pelag. apud August. l. 1. op. imp. to. 10. col. 907. a. *Humanus sermo: quoniam Christus Jesus venit in hunc mundum,* &c. ut sup. Itidem Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 15. additis tamen, *& omni acceptione dignus,* post *Humanus sermo.* Hanc autem lectionem, *Humanus sermo*, non probat Hieronymus: quippe in epist. 24. ad Marcel. to. 4. p. 2. col. 62. a. c. *Latinorum codicum vitiositatem* ad Græcam originem revocandam affirmans, paulò post obtrectatores suos ita compellat: *Illis placeat:* Humanus sermo, & omni acceptione dignus: *nos cum Græcis, id est, cum Apostolo, qui Græcè locutus est, erremus: Fidelis sermo, & omni accceptione dignus.* Similiter habet Leo M. ser. 57. p. 130. e. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus Jesus venit in hunc mundum,* &c. Accinunt Gaud. Brix. ser. 19. p. 975. g. & Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 16. p. 27. b. nisi quòd Gaud. Brix. legat *quòd*, pro *quia*; alter verò omittat vocem *Jesus*. Tertul. l. de pudic. p. 1011. c. huc alludens, ait: *Adfirmans* (Apostolus) *Christum ad hoc venisse ut peccatores salvos faceret, quorum primus ipse fuisset, quid adjicit? Et misericordiam sum consecutus,* &c. de versu 13. Cerealis l. contra Maximin. c. 16. p. 674. c. *Christus Jesus venit in hunc mundum,* &c. ut in Vulgata. Gr. Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος· ὅτι Χρ. Ἰ. ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς, &c.

℣. 16. Augustinus in Ps. 45. tom. 4. col. 407. c. *Ideo misericordiam consecutus sum: ut in me ostenderet Christus Jesus omnem longanimitatem, in eos, qui credituri sunt illi, in vitam æternam:* itidem in Ps. 83. col. 888. f. posito *Sed*, pro *Ideo*: at in Ps. 70. col. 719. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. e. *Sed ideo miseric. consecutus sum: ut in me primò ostenderet C. J. omnem longanimitatem, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in,* &c. ut sup. sicque rursus serm. 176. col. 839. d. 840. g. & serm. 278. col. 1123. e. nisi quòd priori loco addat *suam*, ad *longanimitatem*: serm. verò 175. col. 838. f. *Et tamen misericordiam consecutus sum: ut in me ostenderet Chr. J. omnem longanimitatem, propter eos, qui credituri sunt illi, in,* &c. Julian. Pelag. apud August. l. 1. op. imp. tom. 10. col. 907. a. *Sed ideo miseric. consec. sum: ut in me primò ostenderet C. J. omnem patientiam, ad exemplum eorum, qui credituri sunt illi, in,* &c. ut sup. Similiter Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 16. præter *magnanimitatem, & patientiam, ad exemplum,* &c. Cerealis l. contra Maximin. c. 16. col. 674. c. *Sed ideo miseric. consec. sum: ut in me primò ostenderet C. J. omnem longanimitatem, in informationem eorum, qui credit. sunt illi, in,* &c. ut sup. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 31. col. 159. a. *omnem longanimitatem, ad informationem eorum, qui,* &c. ut sup. Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 16. p. 27. c. nil differt à Vulgata. Gr. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην· ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται...... πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς, &c. Mss. quidam, pro πρώτῳ, habent πρῶτον.

℣. 17. Tertullianus l. contra Prax. p. 851. b. *Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo.* Novatianus de Trin. p. 1032. c. *Regi sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor, & gloria.* August. ep. 147. to. 2. col. 448. d. & epist. 148. col. 500. f. *Regi autem sæculorum invisibili, incorruptibili:* similiter in Ps. 109. to. 4. col. 1235. a. & l. cont. Adim. to. 8. col. 148. c. additis seqq. *soli Deo honor, & gloria in sæc.* &c. ut sup. at serm. 277. to. 5. col. 1121. a. & l. 2. act. cum Felice, tom. 8. col. 489. g. necnon l. de nat. bon. col. 507. d. *Regi sæcul. immortali, invisibili, incorruptibili, soli Deo honor, & gloria in,* &c. lib. verò 2. de Trin. to. 8. col. 791. b. *Regi sæc. immortali, invisibili, soli Deo,* &c. Itidem Cerealis l. cont. Maximin. c. 16. p. 674. c. addito *autem*, post *Regi*. Sic etiam Am-



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Regio, seu Clarom.

18. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundùm præcedentes * in te prophetias, ut milites in eis bonam militiam.

* Ms. Reg. inter pro in te.

19. Habes fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt:

20. ex quibus est Himenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut disciplinam accipiant non blasphemare.

### VULGATA NOVA.

18. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundùm præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam,

19. habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt:

20. ex quibus est Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brosiaster in 1. Tim. 1. 17. addito insuper &, ante *invisibili*. Græc. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, &c. ut in Latino: Bornerianus cod. Gr. Lat. post vocem ἀοράτῳ, addit ἀθανάτῳ· paulò verò post, cum Alex. & Veles. tollit σοφῷ.

℣. 18. Ambrosiaster in hunc loc. textui Reg. congruit, uno excepto *super te*. Sedul. Hib. in eundem loc. simpliciter, *secundùm præcedentes prophetias*, absque *super te*. Tertullianus l. de præscr. c. 25. p. 335. c. *Hanc denunciationem commendo apud te filiole Timothee*. Gr. Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι... κατὰ τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας, ἵνα, &c. ut in Latino.

℣. 19. Ambrosiaster in hunc loc. *habens fidem, & puram conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt*. Similiter Leo M. serm. 29. p. 86. e. *circa fidem naufragaverunt*. Gr. ἔχων πίστιν, &c. ut in Latino.

℣. 20. Tertullianus lib. de pudic. pp. 1006. c. 1007. a. *Apostolus*, inquit, *Hymenæum, & Alexandrum Satanæ tradidit*: at l. de fuga in pers. p. 970. a. *Phigellum, & Hermogenem tradidit Satanæ*. Item Hilarius in Psalm. 118. col. 337. a. *de Phygello* (Ms. 1. *Fileto*,) *& Hermogene, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare*. Verum Tertull. & Hilarius hîc ex memoria locuti videntur: Apostolus enim de solis Hymenæo & Alexandro dicit, quòd tradiderit eos Satanæ, ut discerent non blasphemare; non verò de Fileto, aut Phygello, sicut nec de Hermogene. Phigellum verò, & Hermogenem refert infra, 2. Tim. 1. 15. à fide defecisse: Hymenæi etiam, & Fileti à fide defectionem narrat 2. Tim. 2. 17. at utroque loco Satanæ traditionem silet. Ambrosiaster in 1. Tim. 1. 20. legit: *ex quibus est Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ*, &c. ut supra. Similiter August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 683. c. ab his, *quos tradidi*, &c. Gr. ὧν ἐστιν Ὑμέναιος, καὶ Ἀλέξανδρος· οὓς παρέδωκα τῷ, &c. ut in Latino.

# CAPUT II.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Regio, seu Clarom.

1. Obsecra igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus:

2. pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut * cum securitate, & gravitate vitam transagamus cum pietate, & castitate:

* Ms. Reg. consecuritatem, & gravitatem... cum pietatem, & castitatem.

### VULGATA NOVA.

1. Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus:

2. pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate:

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilarius in Psal. 140. col. 535. b. *Exhortare ergo primò omnium fieri precationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*. Ambrosiaster in 1. Timot. 2. 1. *Exhortare* (Rom. ed. *Exhortor*) *ergo primùm omnium fieri deprecationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus*. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. f. *Obsecro igitur primò omnium fieri obsecrationes, orat. postulat. grat. act. pro omn. hom.* Ambrosius l. de instit. virg. col. 251. e. *Obsecro ergo primò omnium fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones*: & l. 6. de sacram. col. 384. e. *Obsecro ergo primùm fieri orationes, obsec. postulat.* &c. ut sup. S. Paulinus ep. 50. p. 297. c. *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrat. orat. postulat. grat. act. pro omn. hom.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 12. p. 8. b. præter vocem *primò*, sublata seq. *orationes*. August. ser. 149. to. 5. col. 710. c. *Obsecro primùm omnium fieri deprecationes, adhortationes, interpellationes, grat. act. pro omnib. hom.* & l. de cathec. rud. tom. 6. col. 287. d. *Obsecro itaque primùm fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, grat. act. pro regibus, pro omnib. hom.* & l. 12. cont. Faust. to. 8. col. 243. g. *Volo ergo primò omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, grat. act. pro om. hom.* idem epist. 149. ad Paulin. to. 2. col. 508. b. seq. 509. relatis his: *Obsecro itaque primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, grat. actiones*; statim subdit: *Illa secundùm Græcum eloquium discernenda sunt: nam nostri interpretes vix reperiuntur, qui ea diligenter & scienter transferre curaverint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti;* Obsecro fieri obsecrationes: *non eodem verbo utrumque dixit Apostolus, qui utique Græcè illam scripsit epistolam; sed pro eo quod in Latino est* Obsecro, *ille Græcè dixit* Παρακαλῶ; *pro eo verò quod Latinus vester habet* obsecrationes, *ille posuit* δεήσεις. *Proinde alii codices, in quibus & nostri sunt, non habent* obsecrationes, *sed* deprecationes. *Tria porro quæ sequuntur*, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, *plerique Latini codices sic habent...* Orationes *verò, quas Græcus habet* προσευχὰς, *distinguere à precibus, vel precationibus omnino difficile est. Quòd verò quidam codices non habent* orationes, *sed* adorationes; *quia non dictum est in Græco* εὐχὰς, *sed* προσευχὰς, *non arbitror scienter interpretatum:* προσευχὰς *enim* orationes *dici à Græcis, notissimum est..... Pro* interpellationibus *autem, quod nostri habent, secundùm codices, credo, vestros,* postulationes *posuisti. Hæc interim duo, id est, quod alii* postulationes, *alii* interpellationes *interpretati sunt, unum verbum transferre voluerunt, quod Græcus habet* ἐντεύξεις. Et post pauca: *In Græco quo verbo hîc positæ sunt* interpellationes, *quas ipse posuisti* postulationes, *ipsum & illic verbum est, ubi scriptum est*, interpellat pro nobis..... *Sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat Ecclesia, ut* precationes *accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum.....* Interpellationes *autem, sive ut vestri codices habent*, postulationes, *fiunt cùm populus benedicitur*. In Græco: Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, &c. ut in textu.

℣. 2. Huc redeunt quæ Tertullianus habet apologet. c. 32. p. 63. b. *Orate pro regibus, & pro principibus, & potestatibus, ut omnia tranquilla sint*. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. f. *pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut tranquillam, & quietam vitam agamus cum pietate, & gravitate*. August. ep. 149. to. 2. col. 510. a. *pro regibus, & his qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate*: itidem l. 12. cont. Faust. to. 8. col. 244. a. excepta voce ult. *charitate*, pro *castitate*: item serm. 149. tom. 5. col. 710. c. *pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, uti quietam, & tranquillam vitam agamus*: & l. de catechis. rud. to. 6. col. 287. d. *pro omnibus hom. & omnibus qui in sublimitate sunt, ut securam, & tranquillam vitam agamus cum omni pietate, & charitate*: & l. 19. de civit. Dei, c. 26. to. 7. col. 571. d. *ut quietam, & tranquill. vitam agamus cum omni pietate, & charitate*, Mss. quidam, *castitate*. Optat. l. 3. cont. Donat. p. 52. a. *Rogate pro regibus, & potestatibus, ut quietam, & tranquillam vitam cum ipsis agamus*. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 37. col. 185. a. *pro regibus, & pro his qui in sublimitatibus sunt, ut quietam, & tranq. vitam agamus*. Ambrosiaster in 1. Timot. 1. 2. *pro regibus, & pro omnibus qui in sublimiori loco positi sunt, ut placidam, & quietam vitam degamus in omni pietate, & castitate*. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 12. p. 8. c. Vulgatæ accinit. Græcum: ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνότητι.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

3. hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo,

4. qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

5. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus:

6. qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis:

7. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate.

8. Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione.

1. Pet. 3. 3. 9. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa:

10. sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

11. Mulier in silentio discat cum omni subjectione.

**Versio antiqua.**

3. hoc enim bonum, & acceptum coram Salutari nostro Dei, Ex Ms. Regio, seu Clarom.

4. qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire.

5. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus:

6. qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus, cujus testimonium temporibus suis datum est:

7. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentior) magister Gentium in fide, & veritate.

8. Volo itaque viros orare in omni loco, levantes sanctas manus sine ira, & disceptatione.

9. Similiter & mulieres in habitu * ornato, cum pudore, & sobrietate ornantes se, non ornaturis capillorum, & auro, aut * margaritis, aut vestitu pretioso: * Ms. Reg. ornatu. * Ms. Reg. margaritas.

10. sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

11. Mulier in silentio discat cum omni obsequio.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Augustinus ep. 149. tom. 2. col. 510. a. & l. 12. cont. Faust. tom. 8. col. 244. a. *hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo.* Itidem Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 12. p. 8. c. cum Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 737. f. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. f. *hoc enim bonum, & acceptum coram Salutari nostro Deo.* Sic etiam Ambrosiaster in hunc loc. addito *est*, post *bonum.* Prædestin. apud Sirm. to. 1. col. 527. b. *hoc placitum est coram Salvatore nostro Deo.* Gr. τοῦτο γὰρ καλὸν, καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.

℣. 4. Ambrosius l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 663. f. *qui vult omnes homines salvos fieri.* S. Paulin. ep. 18. p. 102. b. *omnem hominem vult salvum fieri, & in agnitionem veritatis venire.* August. ep. 149. to. 2. col. 510. a. & l. 12. contra Faust. to. 8. col. 244. a. *qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire:* ita rursum in Rom. 13. tom. 3. p. 2. col. 921. d. detracta voce *homines.* Ita quoque Ambrosiaster in 1. Tim. 2. 4. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 12. p. 8. a. c. sed cum voce *homines;* quibus accinunt Lucifer Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 234. f. Prædestin. apud Sirm. to. 1. col. 527. b. & Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 737. f. uno excepto *ad*, pro *in:* idem etiam Vigil. l. 3. de Trin. *quoniam Deus omnes vult salvos fieri, & ad cognitionem veritatis pervenire.* Gaudent. Brix. serm. 8. p. 955. b. *omnes homines vult salvos fieri, & ad notitiam veritatis venire.* Cœlestin. I. ep. 16. to. 1. col. 1151. a. ait Deum *omnem hominem velle salvum fieri, & venire ad scientiam veritatis.* Græcum cum Vulgata concordat.

℣. 5. Hilarius l. 4. de Trin. col. 830. c. & l. de Synod. col. 1198. e. *Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Jesus.* Similiter legunt Ambrosius in Luc. 22. col. 1521. f. Augustinus tract. 41. 47. & 66. in Joh. to. 3. col. 573. a. 608. c. & 676. f. Ambrosiast. in hunc loc. & Auctor l. de vocat. gent. c. 12. p. 8. c. Sic iterum August. tract. 17. ubi supra, col. 426. a. & l. 2. cont. epist. Parmen. tom. 9. col. 35. b. necnon l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. e. transposito *&*, ante *mediator:* item in ep. ad Gal. to. 3. col. 956. a. unà cum Faust. presb. l. cont. Arian. p. 648. f. *Unus Deus, unus & mediator,* &c. demum tract. 80. 108. & 124. in Johan. col. 702. b. 771. c. & 822. a. hæc ultima refert: *mediator Dei & hominum homo,* &c. quæ pariter laudant Iren. l. 5. c. 17. p. 313. d. Tertullianus l. de carne Chr. p. 550. b. & Ambrosius l. de parad. col. 172. c. & alibi passim. Hieronymus in Isai. 55. to. 3. col. 403. d. *unus mediator Dei & hominum homo Christus Jesus.* Græcum nil differt à textu.

℣. 6. Ambrosius l. 3. de fide, col. 498. d. *qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis.* Augustin. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. e. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 12. p. 8. c. *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Hieron. in Isai. 55. to. 3. col. 403. d. *qui dedit se redemptionem pro omnibus, testimonium temporibus propriis.* Ambrosiaster in 1. Tim. 2. 6. *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, cujus testimonium temporibus suis datum est.* Gr. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις· Borner. cod. Gr. Lat. οὗ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐδόθη.

℣. 7. Hieronymus in Isai. 55. tom. 3. col. 403. d. *in quo ego positus sum præco, & Apostolus.* Ambrosiaster in 1. Tim. 2. 7. *in quo positus sum ego prædicator, & Apost. (veritatem dico, non mentior) magister Gentium in fide, & veritate.* Græc. εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ, καὶ Ἀπόστολος (ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι) διδάσκαλος, &c. ut sup. Mss. plures delent ἐν Χριστῷ.

℣. 8. Hilarius in Ps. 140. col. 535. d. *Apostolus,* inquit, *orantes jubet elevare manus puras sine ira, & contentione.* Ambros. in Ps. 36. col. 808. d. *Volo viros in omni loco orare, levantes puras manus sine ira, & disceptatione:* & l. 6. de sacram. col. 382. b. 383. f. *Volo autem viros orare in omni loco,* &c. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 169. c. *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes sanctas manus sine ira, & cogitationibus.* Ambrosiast. in 1. Timoth. 2. 8. *Volo itaque orare viros in omni loco, levantes sanctas manus sine ira, & disceptatione.* Ita quoque in Græco. Mss. tamen plures, pro ult. voce διαλογισμοῦ, habent διαλογισμῶν.

℣. 9. Tertullianus l. de coron. mil. c. 14. p. 293. c. huc alludens dicit: *Non ornabitur operosiùs mulier....... ut nec crinium artificio coronetur.* Cypr. l. de habitu virg. p. 175. c. & l. 3. Testim. p. 317. a. *Sint mulieres* (al. *vestræ*) *cum verecundia, & pudicitia componentes se, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis, aut veste pretiosa.* Hieron. l. 1. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 169. c. *Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & castitate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, vel margaritis, sive veste pretiosa:* hunc etiam vide infra, ad ℣. 15. de voce *castitate*, pro *sobrietate*, quæ habetur in Vulg. Ambrosius l. 6. de sacram. col. 384. c. *Similiter & mulieres volo orare, non jactantes se in ornamentis, neque in margaritis:* & l. 1. offic. col. 20. d. *cum verecundia, & sobrietate.* Ambrosiast. in 1. Tim. 2. 9. *Similiter & mulieres in habitu ordinato, cum verecundia, & pudicitia ornantes semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa.* Græc. Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Mss. quidam, pro ἢ χρυσῷ, habent καὶ χρυσῷ.

℣. 10. Cyprianus l. de hab. virg. p. 175. c. & l. 3. Testim. p. 317. a. *sed ut decet mulieres, promittentes castitatem per bonam conversationem.* Severus presb. Miscell. tom. 1. p. 348. *Mulieres similiter...... promittentes castitatem per bonam conversationem.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 169. d. *sed secundùm quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.* Anonym. apud S. Paulin. ep. ad Celanc. to. 2. p. 18. c. *sed quod decet mulieres, promittentes castitatem per opera bona.* Ambrosiaster in 1. Tim. 2. 10. *sed quod decet mulieres, profitentes pietatem per opera bona.* Gr. ἀλλ' (ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) δι' ἔργων ἀγαθῶν.

℣. 11. Cyprianus l. 3. Testim. p. 318. b. *Mulier cum silentio discat in omni subjectione.* Ambros. lib. 5. de fide, col. 578. d. & epist. 69. col. 1062. a. *Mulier in silentio discat cum omni subjectione.* Similiter habent Hieron. l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 169. d. & Ambrosiaster in 1. Tim. 2. 11. Græc. Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.

12. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari ſupra virum; ſed eſſe in ſilentio.
13. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eva:
14. & Adam non eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta in prævaricatione fuit.
15. Salva autem fiet per filiorum creationem, ſi perſeveraverint in fide, & caritate, & ſanctificatione cum ſobrietate.

### VULGATA NOVA.

12. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio. 1. Cor. 14. 34.
13. Adam enim primus formatus eſt, deinde Heva: Geneſ. 1. 27.
14. & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit. Geneſ. 3. 6.
15. Salvabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 318. b. *Docere autem mulierem non permitto, neque præpoſitam eſſe viro; ſed eſſe in ſilentio.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 169. d. *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio:* & in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 427. a. *Docere autem mulieribus non permitto.* Ambroſ. in Luc. 24. col. 1540. a. *Mulieribus autem docere in Eccleſia non permitto:* & ep. 69. col. 1062. a. *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.* Auctor quæſt. ex Vet. T. q. 21. col. 49. g. *Mulieri autem docere non permittitur, neque dominari in virum.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 2. 12. *Nam docere mulieri non permittitur, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio.* Græcum: Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός· ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Mſs. quidam ita incipiunt: Διδάσκειν δὲ γυναικί.

℣. 13. Textui Reg. concinunt Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 318. b. Auguſtinus l. 11. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 296. a. & Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 169. e. Ambroſiaſter verò in 1. Tim. 2. 13. *Adam enim primus creatus eſt,* &c. ut ſup. Gr. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, &c.

℣. 14. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 318. b. *& Adam ſeductus non eſt, mulier autem ſeducta eſt.* Ambroſ. l. de parad. col. 153. f. *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit:* ita rurſum infra, col. 171. e. præter verbum *deceptus*, pro *ſeductus.* Auguſt. l. 11. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 296. a. *& Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione facta eſt;* Mſs. quidam, *in prævaricationem.* Hieron. quæſt. 4. Algaſ. to. 4. p. 1. col. 193. f. *mulier ſeducta in transgreſſione facta eſt:* & l. 1. cont. Jovin. ibid. p. 2. col. 148. c. & 169. c. *& Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta facta eſt in prævaricationem.* Itidem Ambroſiaſter in 1. Tim. 2. 14. excepto *in prævaricatione.* Gr. ἐν παραβάσει γέγονε.

℣. 15. Ambroſius l. de inſtit. virg. col. 256. a. *Quia ſalva erit per filiorum generationem.* Hieron. quæſt. 4. Algaſ. to. 4. p. 1. col. 193. f. *Salvabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & charitate, & ſanctitate cum pudicitia:* & l. 1. contra Jovin. p. 2. col. 148. c. *Salva autem fiet per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate:* ita rurſum legit infra, col. 169. c. ſed paulò poſt habet, *in ſanctificatione, & pudicitia. Non enim,* inſit, *ut malè habetur in Latinis codicibus, ſobrietas eſt legenda, ſed caſtitas, id eſt,* σωφροσύνη· unde poſt pauca: *Si permanſerint,* inquit, *filii in charitate, & ſanctificatione cum caſtitate. Tunc ergo ſalvabitur mulier, ſi illos genuerit filios, qui virgines permanſuri ſunt.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 2. 15. *Salva autem erit per filiorum generationem, ſi manſerit in fide, & dilectione, & ſanctimonia cum pudicitia:* & infra: *ſi tamen in fide manſerit, & caritate, & pura vita.* Gr. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

## CAPUT III.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.

1. Humanus ſermo: ſi quis epiſcopatum cupit, bonum opus deſiderat.
2. Oportet ergo epiſcopum * inreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, docibilem,
3. non vinolentum, non percuſſorem, ſed * modeſtum; non litigioſum, non cupidum,

* Mſ. Reg. inreprehenſibile.

* Mſ. Reg. moleſtum.

### VULGATA NOVA.

1. Fidelis ſermo: Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.
2. Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, Tit. 1. 7.
3. non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum; non litigioſum, non cupidum, ſed

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambroſiaſter, & Sedulius Hibern. in hunc loc. *Humanus ſermo: ſi quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* De hac autem voce *Humanus*, quæ legebatur in verſione antiqua, vide quæ ſupra notavimus ex Hieronymo ad cap. 1. ℣. 15. Gildas Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 720. b. *Fidelis ſermo eſt, & omni acceptione dignus: ſi quis epiſcopatum cupit, bonum opus cupit.* Tertullianus l. de anima, p. 484. a. *ſi quis epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit.* Auguſtinus ep. 173. to. 2. col. 613. b. *qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus concupiſcit.* Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 10. c. *qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat:* & l. 1. cont. Jovin. col. 176. c. *Nec dicitur: ſi quis epiſcopatum deſiderat, bonum deſiderat gradum: ſed, bonum opus deſiderat.* Similiter Avit. Vien. ap. Sirm. to. 2. col. 174. *ſi quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Gr. Πιστὸς ὁ λόγος· εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ· Mſ. 1. Colb. poſt λόγος, ſubdit, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.

℣. 2. Tertullianus l. de monog. p. 957. b. *Irreprehenſibilis, ſobrius, bene moratus, ornatus, hoſpitalis, docibilis.* Ambroſius in Luc. 4. col. 1348. d. *Oportet irreprehenſibilem eſſe ſacerdotem.* Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 10. c. *Oportet autem irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hoſpitalem, docibilem:* & l. 1. contra Jovin. col. 176. d. *Oportet ergo epiſc. irrepreh. eſſe..... ſobrium, (ſive, ut meliùs in Græco dicitur, vigilantem, id eſt* νηφάλιον, *) pudicum (hoc enim ſignificat* σώφρονα, *) ornatum, hoſpitalem, doctorem:* & l. 1. contra Pelag. col. 497. f. *Oportet epiſcopum eſſe irrepreh..... ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalem, docilem:* & infra, col. 498. b. *Illud certè quod ſequitur* διδακτικόν, *qui poſſit docere, non ut interpretatur Latina ſimplicitas, docilem.* Ambroſiaſter in hunc loc. *Oportet enim epiſcopum irrepreb. eſſe, unius ux..... ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalem, docibilem;* Rom. ed. *compoſitum, hoſpitalem, aptum ad docendum.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 720. c. *Oportet ergo hujuſmodi irrepreb. eſſe, unius ux....... ſobrium, prudentem.* Similiter Avit. Vien. apud Sirm. to. 2. col. 174. ſeqq. *Oportet hujuſmodi irrepreb. eſſe:* ſubinde ex ep. ad Tit. *non turpis lucri cupidum, ornatum.* Sedul. Hibern. in 1. Tim. 3. *Oportet enim hujuſmodi irrepreb. eſſe, unius ux..... ornatum..... hoſpitalem, docibilem.* Græc. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς..... νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν· Bornerianus cod. in principio habet Δεῖ δέ. Veleſian. verò poſt κόσμιον, addit σεμνόν, *honeſtum, venerandum.*

℣. 3. Tertullianus l. de monog. p. 957. b. *non vino deditus, manu promptus ad cædendum, & pugnax, & pecuniæ amans, & domum non regens.* Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 10. c. *non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum:* ita rurſum l. 1. cont. Jovin. col. 176. d. adjunctis ſeqq. *non litigioſum, non cupidum:* & lib. 1. cont. Pelag. col. 497. f. *non vinolentum, non percuſſorem, ſed manſuetum; non litigioſum,* (inſ. *abſque jurgio*) *ſine avaritia.* Avit. Vien. ap. Sirm. to. 2. col. 174. 175. ſeqq. *non percuſſorem, non vinolentum, non avarum, non abjectum, non elatum, non remiſſum, non cruentum.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 3. 3. *non obnoxium vino, non verberatorem, ſed modeſtum; non litigioſum, non aſperum;* Rom. ed. *non cupidum.* Græc. μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον. Mſs. plerique tollunt μὴ αἰσχροκερδῆ· unus verò habet ἀφιλόνεικον, pro ἀφιλάργυρον.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

4. suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.

5. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?

6. Non neophytum: ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli.

7. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

8. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:

9. habentes mysterium fidei in conscientia pura.

10. Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

11. mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

12. Diaconi sint unius uxoris viri: qui filiis suis bene præsint, & suis domibus.

13. Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

14. Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire citò:

15. si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

### Versio antiqua.

4. suam domum bene regentem, filios habentem in obsequio cum omni gravitate. *Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

5. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei * diligentiam habebit? * *Ms.* diligentia.

6. Non neophytum: ne in superbia elatus, in judicium incidat diaboli.

7. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

8. Diaconos similiter graves, non bilingues, non vino * multo deditos, non turpilucros: * *Ms.* multos.

9. habentes sacramentum fidei in conscientia pura.

10. Et hi quoque probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

11. Mulieres similiter verecundas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

12. Diaconi sint unius uxoris viri, filios bene regentes, & suas domos.

13. Qui enim bene ministraverint, gradum sibi bonum adquirunt, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

14. Hæc tibi scribo, sperans * venire ad te citò: * *Ms.* venit.

15. quòd si tardavero, ut scias qualiter oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 4. Ambrosius in Luc. 4. col. 1348. d. *suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 176. f. *domum suam bene regentem, filios hab. subd. cum omni castitate*: itidem l. 1. cont. Pelag. excepta voce *pudicitia*, pro *castitate*: & post pauca, *subjectos cum omni pudicitia*: subinde, *subditos in omni pudicitia*: at l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 396. f. *filios habentem in obsequio cum omni honestate.* Ambrosiaster in 1. Tim. 3. 4. *sed domum suam bene regentem, filios hab. subditos cum omni castitate.* Item Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. d. *domum suam bene regentem, filios hab. subditos in omni castitate.* Avit. quoque Vien. apud Sirmond. to. 2. col. 176. a. *domum suam bene regentem.* Gr. τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος.

℣. 5. Ambrosius in Luc. 4. col. 1348. d. *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Sic etiam Ambrosiaster in hunc loc. & Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. d. præter *adhibebit*; Gr. ἐπιμελήσεται.

℣. 6. Hilarius in Ps. 118. col. 262. d. *Non neophytum: ne inflatus, incidat in judicium diaboli.* Itidem Hieron. in Amos 2. to. 3. col. 1383. & in Matth. 4. to. 4. p. 1. col. 13. c. & l. 1. cont. Pelag. p. 2. col. 497. f. Ambrosiaster verò, & Sedul. in 1. Tim. 3. 6. *Non neophytum: ne in superbiam elatus, in judic.* &c. ut supra. Græc. Μὴ νεόφυτον· ἵνα μὴ τυφωθεὶς, εἰς κρίμα, &c.

℣. 7. Auctor l. de sing. cleric. p. 538. *Oportet autem eum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Ambrosiaster in 1. Tim. 3. 7. *Oportet autem & illum testim. hab. bonum ab iis, qui foris sunt, ne in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 101. col. 93. d. *Oportet enim hunc & testimon. hab. bonum ab his, qui foris sunt.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 497. f. *Oportet autem eum etiam testimonium deforis habere bonum, ne in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Græcum textui Reg. favet, nisi quòd tollat *&*, ante *laqueum*.

℣. 8. Hieronymus ep. ad Heliodor. tom. 4. p. 2. col. 10. d. *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpilucros.* Ambros. l. 1. offic. col. 65. d. *Diaconos similiter oportet esse graves, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes.* Ambrosiast. in 1. Tim. 3. 8. *Diaconos pari modo pudicos, non bilingues, non vino multo deditos, non turpibus lucris vacantes.* Epiphanius in Cantici Cantic. 7. 4. *Diaconos similiter honestos, non bilingues, non multo vino deditos.* Sedulius Hibern. in Rom. 11. p. 528. a. *non multo vino deditum, non turpis lucri appetitorem*: at in 1. Tim. 3. 8. *non turpe lucrum sectantes.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. d. eadem refert quæ in Vulgata. Græc. Διακόνους ὡσαύτως σεμνοὺς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς.

℣. 9. Ambrosius l. 1. offic. col. 65. d. cum Ambrosiastro in 1. Tim. 3. 9. *habentes mysterium fidei in consc. pura.* Ita quoque Sedulius in eundem loc. sed in Rom. 11. p. 528. a. *hab. ministerium fidei in*, &c. cui legendi modo suffragatur Hieron. ep. ad Heliodor. tom. 4. p. 2. col. 10. d. necnon Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 720. d. Epiphan. ubi sup. *adtendentes mysterium ex munda conscientia.* Græcum: ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς, &c. ut supra.

℣. 10. Hieronymus ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 10. d. *Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Ambrosiaster in 1. Tim. 3. 10. *& sic ministrent sine crimine.* Epiphanius in Cantic. Cantic. 7. 2. *probentur, ac ministrent.* Græc. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον· εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες.

℣. 11. Ambrosiaster in hunc loc. *Mulieres similiter pudicas, non studentes discordiæ, sed sobrias, fideles in omnibus.* Gr. Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνὰς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι.

℣. 12. Ambrosiaster in hunc locum: *Diacones sint unius uxoris viri, filios bene regentes, & domos proprias.* Beda quoque, & Scholiastes Hieron. ibid. legunt *Diacones*; reliqua ut in Vulgata. Gr. Διάκονοι....... τέκνων καλῶς προϊστάμενοι, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.

℣. 13. Ambrosiaster in hunc loc. similiter: *Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi adquirunt*, &c. ut sup. Epiphan. in Cantic. Cantic. 7. 4. alludens ait: *Quoniam qui bene ministrant, gradum sibi bonum possunt acquirere, inculpabiliter caput Ecclesiæ sustinentes.* Gr. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, &c. ut in Lat. Ms. 1. ἀγαθὸν περιποιοῦνται· alter, καλὸν περιποιήσονται.

℣. 14. Ambrosiaster: *Hæc tibi scribo, fili Timothee, sperans citò me venire ad te.* Hieron. ep. ad Damas. tom. 3. col. 517. e. *Hæc autem scribo, ut scias quemadmodum*, &c. ut infra, ℣. 15. prætermissis intermediis. Græcum Vulgatæ consonat, uno sublato *me*, post *sperans*. Ms. Vel. post γράφω, addit, τέκνον Τιμόθεε· deinde, ἐλπίζων με ἐλθεῖν.

℣. 15. Ambrosiaster in hunc loc. *si autem tardavero, ut scias quemadmodum oporteat te in domo Dei convers. quæ est Ecclesia Dei vivi*, &c. ut sup. Rom. ejusdem edit. *quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei vivi*, &c. Hilar. in Ps. 51. col. 80. e. *ut scias quemadmodum te oporteat in domo Dei conversari, columna & firmamentum veritatis, quæ est Ecclesia Dei viventis*: at in Ps. 64. col. 165. b. & in Ps. 132. col. 461. a. *ut scias quemadmodum oporteat te in domo Dei diversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 517. e. *ut scias quemadmodum oporteat te conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia*: & in Joel 1. col. 1344. *ut scias quomodo in domo Dei converseris, quæ est Ecclesia Dei viventis.* Augustinus l. de unit. Eccl. to. 9. col. 384. c. *ut scias quemad-*

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

16. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in hoc mundo, absumptum est in gloria.

### VULGATA NOVA.

16. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*modum te oporteat in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis:* ita rursum epist. 199. to. 2. col. 759. d. & tract. 18. in Joh. tom. 3. col. 430. f. ab his, *quæ est Ecclesia*, &c. Græc. ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα, &c. ut sup. Mss. quidam tollunt δὲ, ante βραδύνω· Veles. verò addit σε, post δεῖ.

℣. 16. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1087. d. *Et quidem confessione omnium, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in claritate.* Ambrosiaster in 1. Tim. 3. 16. *Et quidem omnium confessione, magnum est hujus pietatis mysterium, quod declaratum est in carne, justificatum est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in hoc mundo* (inf. *creditum est mundo*,) *assumptum est in gloria.* Victorinus Afric. l. 1. cont. Arium, p. 261. c. *Etenim confidenter magnum quoddam est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum in mundo, receptum in gloria.* August. epist. 199. to. 2. col. 759. d. e. *Et sine dubio magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria:* eadem rursus habet l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 194. c. & l. de unit. Eccl. tom. 9. col. 384. c. eadem quoque tract. 72. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 688. c. nisi quòd initio ponat, *Hoc est enim magnum piet. sacramentum*, &c. cui loco suffragatur Julian. Pelag. ap. eund. August. l. 4. op. imp. to. 10. col. 1165. g. deletis vocibus *Hoc est enim.* Vigil. etiam Tapf. l. contra Varimad. p. 746. f. legit: *Magnum pietatis sacram. quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu.* Itidem Fulg. l. pro fide Cath. p. 543. detracto ult. *est.* Græc. Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν Ἔθνεσιν, &c. ut in Vulgata. Ms. 1. Colb. & Borner. Gr. pro Θεὸς, habent ὃς· sed Borner. Lat. *quod:* fortasse in Mss. quibusdam scriptum erat ΟΣ, ex quo factum ΘΣ. Id saltem affirmat Hincmarus opusc. 33. c. 18. 22. de Macedonio C. P. quem pro Nestoriano habitum, expulsumque ait, quoniam ΟΣ, fecerit ΘΣ. Vide sis prolixiorem de hac vocula notam apud Millium.

---

## CAPUT IV.

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

1. Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus recedent quidam à veritate, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum,

2. in dissimulatione mendaciloquorum, cauteriatam habentium mentem, & conscientiam suam,

3. prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & qui cognoverunt veritatem ejus.

### VULGATA NOVA.

1. Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, 2. Tim. 3. 1. 1. Pet. 3. 3. Jud. 18.

2. in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam,

3. prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Novatianus l. de Trin. p. 1052. a. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum:* ita rursum l. de cib. Judaic. p. 1065. b. si hæc initio exceperis: *Spiritus manif. dicit, quòd in nov. diebus.* Priori Novatiani loco accinunt Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. vel 248. f. & Hilar. l. 10. de Trin. col. 1038. a. Ita quoque Vigil. Tapf. l. 12. de Trin. præter verbum *discedent.* Ambros. l. 2. de fide, col. 494. e. *discedent quidam à fide, intendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum.* August. epist. 55. to. 2. col. 143. a. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temp. recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductionis, & doctrinis dæmoniorum:* sic iterum l. 14. & 15. cont. Faust. tom. 8. col. 268. e. 282. b. exceptis his: *intendentes spiritibus seductoribus, doctrinis*, vel *& doctrinis dæm.* itidem l. 1. de act. cum Felice, ibid. col. 475. f. & l. contra Secundin. col. 525. c. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 372. b. 381. d. 384. d. cui accensendus Julian. Pelag. ap. Augustinum l. 4. op. imp. to. 10. col. 1166. a. nisi quòd habeat *adtendentes*, sicut ipse August. sup. col. 475. f. 525. c. & 381. d. Faustus Manich. apud eundem August. to. 8. col. 445. a. *quia discedent quidam à fide, intendentes spiritibus seductoriis, doctrinis dæmoniorum.* Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 1. sic: *Spiritus autem manifestò dicit, quia in novissimis temp. recedent quidam à fide, adtendentes spiritus fallaces, ac doctrinas dæmoniorum.* Tertullianus quoque l. de præscr. c. 7. p. 331. b. memorat *doctrinas dæmoniorum.* In Synodic. advers. tragœd. Iren. c. 225. *in novissimis temp. recedent quidam à fide:* & infra: *attendite spiritibus seductoribus.* In Græco sic: Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων. Ms. 1. Colb. pro ὑστέροις, habet ἐσχάτοις· alii verò quidam, pro πλάνοις, ferunt πλάνης.

℣. 2. Novatianus l. de Trin. *in hypocrisi mendacia loquentium, cauteriatam habentium conscientiam suam:* ita rursum l. de cib. Judaic. p. 1065. b. excepto verbo *mendaciloquorum.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. f. *in hypocrisi mendaciloquentium, cauteriatam habentium conscient. suam.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1038. a. *in hypocrisi mendaciloquiorum;* aliq. Mss. *mendacium loquentium;* alii, cum editt. 3. *mendaciloquorum:* at *mendaciloquiorum* substantivo, non adjectivo *mendaciloquorum*, usum fuisse Hilarium ex his maximè patet, quæ subdit infra: *Hæc seducentium spirituum incentiva suppeditant, & simulatæ religionis falsiloquia confirmant;* item post plura, col. 1039. c. *falsiloquii artem* memorat. Augustinus ep. 55. to. 2. col. 143. a. *in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentes conscientiam suam:* sicque iterum l. 14. & 15. cont. Faust. tom. 8. col. 268. e. 282. b. & l. 1. de act. cum Felice, ibid. col. 475. f. & l. cont. Secundin. col. 525. c. Idem Faustus ap. August. to. 8. col. 445. a. *in hypocrisi loquentes mendacium, cauteriatam habentes consc. suam.* Julianus Pelag. apud eundem, l. 4. op. imp. to. 10. col. 1166. a. *in hypocrisi mendacia loquentium, cauteriatam*, &c. Auctor etiam l. de promiss. dimid. temp. c. 6. col. 192. e. legit, *cauteriatam habentes consc. suam.* Synodic. adv. tragœd. Iren. c. 225. *in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentium consc.* Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 2. *in simulatione falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam.* Græc. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Mss. quidam tollunt ἰδίαν.

℣. 3. Novatianus l. de cib. Judaic. p. 1065. b. *prohibentium nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognoverunt Deum.* Augustinus ep. 55. to. 2. col. 143. a. *prohibentes nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum grat. act. fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem:* ita rursus l. 1. de act. cum Felice, tom. 8. col. 475. g. & l. cont. Secundin. col. 525. d. necnon l. 20. contra Faust. col. 346. d. at l. 15. & 29. cont. eundem Faust. col. 282. b. 448. b. & idem ipse Faustus l. 30. ibid. col. 445. a. legunt: *prohibentes nubere, abstinentes à cibis*, &c. ut su-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

4. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur:

5. sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

6. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es.

Sup. 1. 4. 2. Tim. 2. 23. Tit. 3. 9.

7. Ineptas autem, & aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pietatem.

8. Nam corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

9. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

10. In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maximè fidelium.

11. Præcipe hæc, & doce.

12. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.

13. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.

15. Hæc meditare, in his esto: ut profectus

**Versio antiqua.**

4. Quoniam omnis creatura Dei bona, & nihil abjiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: *Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

5. sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

6. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu, enutritus sermonibus fidei, & bonæ doctrinæ, quam subsecutus * est. ** Leg. es.*

7. Profanas autem, & aniles fabulas devita: exerce teipsum ad pietatem.

8. Nam corporalis exercitatio, ad modicum est utilis: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

9. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

10. In hoc enim laboramus, & improperamur, quoniam speramus in Deum vivum, qui est Salutaris omnium hominum, maximè fidelium.

11. Præcipe hæc, & doce.

12. Nemo tuam adolescentiam contemnat: sed figura esto fidelibus in sermone, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate.

13. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.

14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, per impositionem manuum presbyterii.

15. Hæc meditare, in his esto: ut * tuis pro- ** Leg. tuus, vel tui.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

pra, nisi quòd Faustus non memorat ultimum membrum; *& iis, qui*, &c. Julianus Pelag. ap. August. l. 4. op. imp. to. 10. col. 1166. a. *probibentium nubere, abstinere à cibis*, &c. ut in Vulg. Itidem Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 3. addito *&*, post *nubere*. Græc. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων..... εἰς μετάληψιν μετὰ, &c. ut in Vulgata.

℣. 4. Novatianus l. de cib. Jud. p. 1065. b. *Omnis creatura Dei bona, & nibil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* August. tract. 73. in Joh. to. 3. col. 689. a. *Omnis creatura Dei bona est, & nibil abjiciendum quod cum gratiarum act. accipitur:* similiter l. 10. conf. tom. 1. col. 186. e. & ep. 55. to. 2. col. 143. a. & l. 14. contra Faust. to. 8. col. 269. a. & l. 15. col. 282. b. & l. 20. col. 346. d. & l. 29. col. 448. b. & l. 1. de act. cum Felice, ibid. col. 475. g. & contra Secundin. 525. d. nisi quòd his omnibus locis habet *percipitur*. Ita etiam Ambrosiast. in 1. Tim. 4. 4. si excipias verbum *rejiciendum*. Gaudent. Brix. de Mach. p. 967. g. legit *abjiciendum*, &c. ut sup. Græc. Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον.

℣. 5. Textui accinunt Novatianus l. de cib. Judaic. p. 1065. b. Augustinus ep. 55. to. 2. col. 143. a. & l. 1. de act. cum Felice, to. 8. col. 475. g. & l. contra Secundin. col. 525. d. necnon Ambrosiast. in 1. Tim. 4. 5. Ita quoque in Græco, nisi excipias vocem ἐντεύξεως, pro *orationem*; mel. *interpellationem*, ab ἐντυγχάνω; *intercedo, interpello*, velut cùm aditur aliquis precandi causâ. Apud Gaudent Brix. de Machab. p. 967. a. *Omnia munda mundis, sanctificata per verbum Dei, & orationem.*

℣. 6. Augustinus l. 1. de act. cum Felice, tom. 8. col. 475. g. & l. contra Secundin. col. 525. d. *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister* J. C. Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 6. *Hæc igitur proponens*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ταῦτα ὑποτιθέμενος, &c. ut in Vulgata.

℣. 7. Augustinus l. cont. adversar. leg. to. 8. col. 579. e. *Profanas, & aniles fabulas devita.* Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 7. *Profanas autem, & aniles fabulas abnue, exercens temetipsum ad pietatem.* Gr. Τοὺς δὲ βεβήλους, καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ· γύμναζε δὲ, &c. ut supra.

℣. 8. Ambrosius l. 2. offic. col. 76. b. 77. c. *Corporalis enim exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem babens vitæ præsentis, & futuræ.* Itidem Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 8. nisi quòd deleat *utilis est*, post *modicum*. Auctor l. de dupl. mart. p. 586. ait, *quòd exercitatio corporalis ad modicum utilis sit; pietas ad omnia valeat.* Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 9. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. unà cum Græco.

℣. 10. S. Paulinus ep. 1. p. 2. b. *In hoc laboramus, & maledicimur, quoniam speramus in Deum vivum, qui est Salus omnium hominum, maximè fidelium.* Similiter Sedul. in 1. Tim. 4. 10. *qui est Salus omnium.* Ambrosiaster in eundem loc. *Ad hoc enim laboramus, & persecutiones patimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salutaris omnium hominum, maximè fidelium.* Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 748. b. *quoniam speravimus in Deum vivum, qui est Salvator omnium, maximè fidelium.* Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 31. p. 33. b. *qui est Salvator omnium hominum, maximè fidelium.* Tertullianus l. de pudic. p. 1000. a. *Salutificator omnium hom. & maximè fidelium.* Gr. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι Σωτὴρ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam tollunt καὶ, ante κοπιῶμεν, iidemque, cum aliis, habent καὶ ἀγωνιζόμεθα, pro ὀνειδιζόμεθα. Ita quoque habet Borner. Gr. sed Lat. *exprobramur* (*maledicimur.*) deinde Veles. ὅτι ἠλπίζομεν.

℣. 11. Nil differt Ambrosiaster in hunc loc. Gr. Παράγγελλε ταῦτα, &c.

℣. 12. Cyprianus ep. 65. p. 113. *Juventutem tuam nemo despiciat.* Auctor l. de sing. cleric. p. 524. *forma esto fidelibus in sermone, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* Auctor l. de aleator. p. 489. b. *Esto cæteris bonum exemplum..... nemo juventutem tuam contemnat.* Hieron. in Isai. 3. to. 3. col. 36. e. *Nemo adolescentiam tuam contemnat:* similiter in ep. ad Tit. to. 4. col. 428. e. tum addit: *sed forma esto fidelium in sermone, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* August. ep. 22. to. 2. col. 29. d. *Nemo juventatem tuam contemnat:* & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 90. c. *Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed forma esto fidelium in sermone, in conversatione, in dilectione, in fide, in castitate.* Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 12. *Nemo juventutem tuam contemnat: sed forma esto fidelium in verbo, in conversat. in charit. in fide, & castitate.* Similiter Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. h. *forma esto fidelium.* Fulgent. fragm. 18. contra Fab. p. 599. *exemplum esto fidelibus in verbo*, &c. ut in Vulg. Vide infra not. ad Tit. 2. 15. Græc. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. In Mss. quibusd. deest ἐν πνεύματι.

℣. 13. Ambrosiaster in hunc loc. *Dum venio, adtende lectionem, exbortationem, ac doctrinam.* Ambrof. in Ps. 118. col. 1100. b. *Adtendite lectioni, exbortationi, doctrinæ.* Sedulius Hibern. in 1. Tim. 4. 13. textui concinit. Græc. Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.

℣. 14. Hilarius in Ps. 118. col. 280. f. *Noli negligere quod in te est charisma.* Ambrof. in Ps. 118. col. 1041. a. *Noli negligere gratiam, quæ in te est.* Itidem Ambrosiaster in 1. Tim. 4. 14. adjunctis quæ sequuntur in Vulgata. Auctor quæst. ex N. T. q. 93. col. 84. b. *Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterii.* Auctor l. de aleator. p. 489. b. *Noli spernere donum, quod in te est per impositionem manuum seniorum.* Gr. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως, &c. ut in Latino.

℣. 15. Vulgatæ concinit Ambrosiaster in hunc loc. In

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.

fectus manifeſtus ſit omnibus.

16. Attende te tibi, & doctrinæ : permane in illis. Hoc enim faciendo, & teipſum ſalvabis, & eos, qui te audiunt.

**VULGATA NOVA.**

tuus manifeſtus ſit omnibus.

16. Attende tibi, & doctrinæ : inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græco ſic : *Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν.* Mſs. plures delent ἐν, ante πᾶσιν.

℣. 16. Ambroſiaſter in hunc loc. *Attende tibi, & doctrinæ : inſta in illis. Hoc enim faciendo, & teipſum ſalvum facies*, &c. ut ſup. Itidem Hormiſdas PP. ep. 13. Conc. to. 4. col. 1452. b. præter verbum *faciens*, pro *faciendo*. Gr. Ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ...... ἐπίμενε αὐτοῖς. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ, &c. ut ſup. Mſs. quidam in principio ferunt Πρόσεχε σεαυτῷ.

# CAPUT V.

**VERSIO ANTIQUA.**

Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.

1. SEniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem ; juniores, ut fratres ;

2. anus, ut matres ; adoleſcentulas, ut ſorores, in omni caſtitate :

3. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.

4. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet : diſcat primùm domum ſuam colere, & remunerare parentes : hoc enim eſt acceptum coram Deo.

5. Nam quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperat in Deum, & permanet in orationibus, & precationibus nocte & die.

6. Quæ autem in deliciis agit, vivens mortua eſt.

7. Et hæc præcipe, ut inreprehenſibiles ſint.

8. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum * curam non habet, fidem denegavit, & eſt infidele deterior.

* Mſ. curat, mendosè.

9. Vidua eligatur non minùs annorum LX. quæ

**VULGATA NOVA.**

1. SEniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem ; juvenes, ut fratres ;

2. anus, ut matres ; juvenculas, ut ſorores, in omni caſtitate :

3. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.

4. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet : diſcat primùm domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus : hoc enim acceptum eſt coram Deo.

5. Quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte ac die.

6. Nam quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.

7. Et hoc præcipe, ut irreprehenſibiles ſint.

8. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.

9. Vidua eligatur non minùs ſexaginta anno-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſtinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 80. e. *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem ; juniores, ut fratres.* Similiter habet Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 1. præter verbum *exhortare*, pro *obſecra*. Gr. Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς.

℣. 2. Auguſtinus ubi ſup. *anus, ut matres ; adoleſcentulas, ut ſorores.* Itidem Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 2. adjunctis ſeqq. Græc. πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας· νεωτέρας, ὡς ἀδελφὰς, &c. ut in textu.

℣. 3. Textui concinunt Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. a. Ambroſius in Luc. 18. col. 1490. b. & l. de vid. col. 188. a. & l. de exhort. virg. col. 280. e. cum Ambroſiaſtro in hunc loc. Gr. Χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας.

℣. 4. Ambroſius l. de vid. col. 188. a. b. *Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet : diſcat primùm ſuam domum regere, & mutuam vicem reddere parentibus : hoc enim acceptum eſt coram Deo.* Auguſt. quæſt. 43. in Deut. to. 3. col. 571. d. e. *Si qua autem vidua filios, & nepotes habet : diſcat primùm domum ſuam piè tractare, & mutuam vicem reddere parentibus : hoc enim acceptum eſt coram Domino.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 4. *Si qua autem vidua filios, vel nepotes habet : diſcat primùm domum ſuam piè tractare, & mutuam vicem gratiarum reddere parentibus : hoc enim acceptum eſt coram Deo.* Gr. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα, ἢ ἔκγονα ἔχει· μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι καλὸν, καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Mſ. Veleſ. habet μανθανέτω, pro μανθανέτωσαν· alii verò plerique tollunt καλὸν, καί.

℣. 5. Ambroſius l. de vid. col. 188. b. c. *Quæ enim verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus die ac nocte.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 5. *Nam quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperat in Deo, & inſtat orationibus noctu dieque.* Auguſtinus ep. 130. to. 2. col. 383. a. 385. b. 393. f. *Quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperavit in Domino, & perſiſtit in oratione* (inf. *orationibus*) *die ac nocte :* & quæſt. 43. in Deut. to. 3. p. 1. col. 571. d. necnon l. de bono viduit. to. 6. col. 378. d. *Quæ autem verè vid. eſt, & deſol. ſperavit in Dominum, & perſiſtit in orationibus nocte & die :* itidem in Pſal. 131. to. 4. col. 1481. b. præter hæc, *perſiſtit in precibus, & obſecrationibus.* Fulgent. ep. 2. c. 12. p. 157. *Quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperavit*, (al. *ſperabit*, al. *ſperat*) *in Domino, & inſtat obſecrat. & orationibus nocte & die.* Sedulius Hibern. in 1. Tim. 5. 5. *& inſtet orationi.* Gr. Ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς, &c. ut ſup. Mſ. Veleſ. ἐλπιζέτω....... προσμενέτω, *ſperet..... inſtet ;* at Mſs. Lat. quàm plurimi, *ſperat..... inſtat ;* ex quibus etiam plures omittunt καὶ ταῖς προσευχαῖς, teſte Millio.

℣. 6. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. a. *Quæ autem delicata eſt vidua, vivens mortua eſt.* Huc redeunt quæ habet Auctor l. de dupl. mart. p. 589. c. *Sunt & falsò viduæ, quæ dum vivunt in deliciis, Chriſto mortuæ ſunt.* Item Auguſt. l. 2. de Gen. to. 1. col. 677. f. ait *mortuam eſſe viduam, quæ in deliciis vivit :* & quæſt. 43. in Deut. to. 3. col. 571. e. *Quæ autem in deliciis agit, vivens mortua eſt :* ita rurſum in Pſ. 131. to. 4. col. 1481. b. & l. de S. virginit. to. 6. col. 357. f. & l. de bono vid. col. 378. d. lib. verò 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. col. 37. d. *Vidua, quæ in deliciis agit*, &c. ut ſup. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trinit. *Nam quæ in delic. agit, vivens mortua eſt.* Hieron. lib. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 203. d. *Quæ autem in delic. eſt vidua, vivens mortua eſt.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 6. *Nam quæ in deliciis eſt vidua, vivens mortua eſt.* Itidem Ambroſ. l. de vid. col. 201. a. deleta voce *vidua :* & l. de bono mort. c. 12. col. 413. b. *Quoniam quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt :* eundem etiam vide l. de parad. col. 164. d. & in Luc. 9. col. 1412. a. Græc. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε.

℣. 7. Similiter Ambroſiaſter in hunc loc. *Et hæc præcipe, ut*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ταῦτα παράγγελλε, &c. Mſ. Veleſ. Καὶ τοῦτο.

℣. 8. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. b. *Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum non agit curam, fidem denegat, & eſt deterior infideli.* Auguſt. ep. 243. to. 2. col. 871. f. *Si quis enim ſuis, & maximè domeſticis non providet, fidem negavit, & eſt infideli deterior :* ſimiliter tract. 119. in Joh. to. 3. col. 802. c. poſito *autem*, pro *enim :* epiſt. verò 262. col. 891. b. & l. 19. de civit. Dei, c. 14. to. 7. col. 559. d. *Quiſquis autem ſuis, & maximè domeſticis non providet, fidem denegat, & eſt*, &c. ut ſup. Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 8. & Auctor ep. ad Demetriad. p. 41. Vulgatæ concinunt. Gr. Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ... οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ, &c. ut in Lat. Borner. cod. habet οὐ προνοεῖται.

℣. 9. Huc redit quod Tertullianus habet l. 1. ad uxor. c. 7. p. 275. c. *viduam non allegi in ordinationem, niſi univiram :* & l. de veland. virg. c. 9. p. 312. c. *Præter annos ſexaginta, non tantùm univiræ, id eſt nuptæ, aliquando eli-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rum, quæ fuerit unius viri uxor,

10. in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lavit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtravit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.

11. Adoleſcentiores autem viduas devita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt:

12. habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt:

13. ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

14. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario maledicti gratia.

15. Jam enim quædam converſæ ſunt retro ſatanam.

16. Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, & non gravetur Eccleſia: ut iis, quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat.

17. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.

Deuter. 25.4. 1. Cor. 9.9. Matth. 10.10. Luc. 10.7. 18. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Et: Dignus eſt operarius mercede ſua.

VERSIO ANTIQUA.

fuerit unius viri uxor, Ex Mſ. Regio, ſi

10. in operibus bonis teſtimonium habens, * filios nutrivit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lavit, ſi tribulantibus ſubminiſtravit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Clarom. Supp. ſi.

11. Adoleſcentiores autem viduas devita. Cùm enim in deliciis egerint in Chriſto, nubere volunt:

12. habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt:

13. ſimul autem & otioſæ diſcunt circumire domos: non ſolùm autem otioſæ, ſed etiam & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

14. Volo ergo adoleſcentiores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario maledicti * gratia. * Mſ. gratiam.

15. Jam enim quidam converſi ſunt retro poſt ſatanam.

16. Si quis fidelis, vel ſi qua fidelis habet viduas, ſufficienter tribuat illis: ut non gravetur Eccleſia, ut veris viduis ſufficiat.

17. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore honorentur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.

18. Dicit enim Scriptura: Bovi trituranti os non infrenabis. Et: Dignus operarius * mercede ſua. * Mſ. mercedem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*guntur, ſed & matres, & educatrices filiorum.* Ambroſ. l. de vid. col. 188. c. *non minùs ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor.* Accinunt Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 159. f. & Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 9. præmiſſis his, *Vidua eligatur.* Græc. Χήρα καταλεγέσθω, &c. ut in textu.

℣. 10. Ambroſius l. de vid. col. 189. a. *quæ in operibus bonis teſtimonium habeat, ſi filios educaverit, ſi hoſpitio receperit, ſi ſanctorum pedes laverit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtraverit, ſi poſtremò omne opus bonum fuerit ſubſecuta.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 10. *in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios enutrivit, ſi hoſpitio recepit, ſi..... lavit, ſi preſſuram patientibus ſubminiſtravit,* &c. ut in textu. Græc. ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν... εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν.

℣. 11. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. a. *Juniores autem viduas præteri. Cùm enim delicatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt.* Ambroſ. l. 2. de Abr. col. 326. *Adoleſcentiores viduas devita.* Auguſt. l. de S. virginit. tom. 6. col. 357. d. *Juniores autem viduas evita. Cùm enim in deliciis egerint in Chriſto, nubere volunt:* ita rurſum l. de bono vid. col. 375. a. d. & l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 720. b. ab his, *Cùm enim.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 5. 11. *Adoleſcentulas verò viduas devita. Cùm enim vitam in deliciis egerint in Chriſto, nubere volunt.* Sedul. Hibern. in eund. loc. *Juniores autem viduas devita:* paulòque poſt addit: *in Chriſto nubere, id eſt, in ſocietate Chriſti, & ſtatu viduitatis nubere volunt.* Græcum: Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν.

℣. 12. Textui Reg. concinunt Ambroſiaſter in hunc locum, & Auguſtinus l. de S. virginit. to. 6. col. 357. d. & l. de bono viduit. col. 375. a. d. e. necnon l. 1. de conjug. adult. col. 402. d. Cyprianus verò lib. 3. Teſtim. p. 325. a. habet: *habentes judicium, quoniam primam fidem reprobaverunt.* Græc. ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.

℣. 13. Hieronymus in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 426. e. *ſimul autem & otioſæ diſcunt circumire domos: non ſolùm autem otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet.* Auguſt. l. de S. virginit. to. 6. col. 357. d. *ſimul autem & otioſæ diſcunt* (Mſs. *curioſæ eſſe diſcunt*) *circumire domos: non ſolùm autem otioſæ, verùm etiam curioſæ, & verboſæ, loquentes quæ non oportet:* & l. de op. Mon. to. 6. col. 492. f. *ſimul autem & otioſæ eſſe diſcunt: non ſolùm autem otioſæ, ſed etiam curioſæ, & verboſæ, loq. quæ non oporteat.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 13. *ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire: non ſolùm autem otioſæ,* &c. ut in Vulgata. Sedul. Hib. in eundem loc. *otioſè diſcurrunt.* Tertullianus l. 1. ad uxor. c. 8. col. 276. a. ait: *loquaces, otioſæ, vinoſæ, curioſæ, contubernales, vel maximè propoſito viduitatis officiunt.* Gr. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.

℣. 14. Tertullianus l. de monog. p. 957. c. ait: *Vult juvenculas nubere.* Ambroſ. l. 5. Hex. col. 105. b. & l. 2. de Abr. col. 326. e. c. *Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario.* Itidem Auguſt. l. de bono viduit. tom. 6. col. 374. f. præter *igitur*, pro *ergo*. Auct. quæſt. ex utroq. T. q. ult. col. 142. d. *Volo adoleſcentulas nubere.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 148. b. *Adoleſcentiores viduas volo nubere, filios procreare:* & infra, col. 159. c. *Volo ergo juniores viduas nubere, filios procr. matresfam. eſſe,* &c. ut in Vulg. Similiter Ambroſiaſt. in hunc loc. ſi exceperis *itaque*, pro *ergo:* Mſs. etiam nonnulli, poſt *matresfam. eſſe*, ibid. addunt, *domum regere.* Græc. Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν· Mſ. 1. in principio fert, Βούλομαι δέ· mox alii plures, νεωτέρας χήρας γαμεῖν.

℣. 15. Auguſtinus l. de bono viduit. to. 6. col. 374. g. & Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 159. c. *Jam enim quædam converſæ ſunt retro poſt ſatanam.* Ambroſiaſter in 1. Timoth. 5. 15. *Jam enim quædam deerraverunt poſt ſatanam.* Græc. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ.

℣. 16. Ambroſius in Luc. 18. col. 1490. d. *Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis: ut non gravetur Eccleſia, ut his, quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat:* & l. 2. offic. col. 87. c. *Ut ſi quis fidelis habet viduas, ſubmin. illis: ut earum alimoniis Eccleſia non gravetur, ut his, quæ,* &c. ut ſupra. Auguſt. tract. 42. in Joh. tom. 3. col. 669. g. & l. contra Adim. to. 8. col. 145. f. *Si quis fidelis habet viduas, ſufficienter tribuat eis* (l. cont. Adim. *illis:*) *ut non gravetur Eccleſia, quò veris viduis ſufficere poſſit.* Ambroſiaſter in 1. Timoth. 5. 16. *Si quis fidelis, vel ſi qua fidelis habet viduas, ſufficienter ſubminiſtret illis: ut earum alimoniis non gravetur Eccleſia, ut veris viduis ſufficiat.* Græc. Εἴ τις πιστὸς, ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία· ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Mſs. quidam delent πιστὸς, ἤ· Veleſ. verò, ἡ πιστή· ſubinde Alex. & Bornerian. Gr. habent ἐπαρκείσθω, Borner. Latin. *ſufficienter tribuat;* deinde Veleſ. αὐταῖς· ἵνα μή.

℣. 17. Hieronymus in Matth. 25. tom. 4. col. 123. c. *Dicit Apoſtolus: Presbyteros honora, qui verè presbyteri ſunt: maximè qui laborant in verbo Dei.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 17. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore habeantur digni: maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Gr. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, &c. ut in Vulgata.

℣. 18. Tertullianus l. 4. contra Marc. p. 715. a. huc alludens dicit, *Bovi terenti libertatem oris ad veniam pabuli præcipi, quia dignus operarius mercede ſua.* Ambroſiaſter in hunc loc. *Dicit enim Script. Non infrenabis bovem trituran-*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.*

19. Adversùs presbyterum accuſationem noli recipere, ne ſi duobus aut tribus * teſtibus.

* *Mſ.* teſtis.

20. Peccantes autem coram omnibus argue: ut & cæteri timore habent.

21. Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis, ut hæc * cuſtodias ſine præjudicio, nihil faciens in aliam partem declinando.

* *Mſ. corruptè* cuſtodiat.

22. Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipſum caſtum ſerva.

23. Noli adhuc aquam bibere, ſed vino modico utere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates.

24. Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium: quoſdam autem & ſequuntur.

25. Similiter & * facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

* *Mſ.* facto bono.

### VULGATA NOVA.

19. Adversùs presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

20. Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri timorem habeant.

21. Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis, ut hæc cuſtodias ſine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

22. Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi.

23. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

24. Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium: quoſdam autem & ſubſequuntur.

25. Similiter & facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tem. Et: *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Gr. Λέγει... Βȣ̃ν ἀλοῶντα ȣ̓ φιμώσεις. Καὶ, &c. ut in textu.

℣. 19. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. b. *Adversùs majorem natu accuſationem ne receperis.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 5. 19. *Adversùm presbyterum accuſationem ne receperis:* omittit verò ſeqq. *niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Quæ verba etiam defuiſſe in nonnullis codd. Latinis, ætate Hieronymi, autumavit Millius: id ſaltem ſequi putat ex ejus epiſt. 24. ad Marcellam, to. 4. p. 2. col. 62. in qua calumniantibus nonnullis, quaſi quædam *ex N. T. jam recepta mutaſſet*, ita reſpondet: *Non adeo ſe hebetis fuiſſe cordis, ut aliquid de Dominicis verbis corrigendum putaverit; ſed Latinorum codicum vitioſitatem ad Græcam originem, unde & ipſi tranſlata non denegant, voluiſſe revocare: quibus*, inquit, *ſi diſplicet fontis unda puriſſimi, cœnoſos rivulos bibant:* deinde poſt pauca ita concludit: *Illi adversùs presbyterum accuſationem omnino putent recipiendam: nos legamus: Adversùs presbyterum accuſationem ne receperis, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Quod autem in Mſ. Regio legitur, *ne ſi duobus*, &c. non ita accipiendum eſt, quaſi ſcriptum eſſet *ne quidem ſi duobus*, &c. eo nempe ſenſu, ut adversùs presbyterum accuſatio non ſit recipienda, ne quidem ſi adſint duo aut tres teſtes: ſed hîc in memoriam revocandum quod ſæpius jam in hujus operis decurſu monuimus, librarios ſcilicet antiquos non rarò uſurpare vocalem *e*, pro vocali *i*, & vice verſa; ſcribere v. g. *teſtis*, pro *teſtes; neſi*, pro *niſi;* ita ut hujus loci ſenſus idem habendus ſit in textu Antiquæ noſtræ verſionis, ac in Vulgatæ hodiernæ textu. In Græco ſic: Κατὰ πρεσβυτέρȣ κατηγορίαν μὴ παραδέχȣ, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ, &c.

℣. 20. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 325. b. *Peccantes coram omnibus corripe: ut & cæteri metum habeant.* Auctor l. de aleator. p. 489. b. *Peccantem coram multis caſtiga: ut & cæteri metum habeant.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. g. h. *Peccantes coram omnibus argue: & ut cæteri timorem habeant.* Hieron. ep. 24. ad Marcell. to. 4. p. 2. col. 63. f. *Peccantes autem coram omnibus argue.* Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 6. col. 384. a. *Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri timorem habeant.* Auctor l. de xlii. manſ. col. 14. f. *Peccantem coram omnibus argue: ut cæteri timorem habeant.* Ambroſiaſt. in 1. Tim. 5. 20. *Delinquentes autem coram omnibus argue: ut cæteri metum habeant.* Gr. Τȣ̀ς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε· ἵνα καὶ, &c. al. Τȣ̀ς δὲ, &c.

℣. 21. Hilarius in Pſ. 118. col. 246. f. huc alludit, dicens: *In conſpectu multorum teſtium denuncio tibi, & in conſpectu Dei vivificantis omnia, & Jeſu Chriſti, & electorum angelorum, ut hæc cuſtodias:* & infra, col. 328. e. *Teſtor vobis coram Deo & Chriſto Jeſu, & angelis ejus.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 234. g. *Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis, ut hæc cuſtodias ſine diſcrimine, nihil faciens in aliam partem, ſed æquitatem cuſtodire:* ita rurſum infra, præter verbum *declinando*, pro *ſed æquitatem cuſtodire.* Itidem Ambroſiaſt. in 1. Tim. 5. 21. exceptis his: *ut hæc cuſtodias ſine præjudicio, nihil faciens in partem aliam declinans.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *ſine præjudicio...... in declinatione.* Græc. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ Κυρίȣ Ἰησȣ̃ Χρ. καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Mſs. quidam tollunt vocem Κυρίȣ· unus verò, ante ἀγγέλων, ponit αὐτȣ̃.

℣. 22. Tertullianus l. de bapt. p. 392. b. *Manus ne facilè impoſueris, nec participes aliena delicta:* & l. de pudic. p. 1011. b. *Manus nemini citò imponas, neque communices delictis alienis.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. f. *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipſum caſtum ſerva.* Itidem Siricius PP. ep. 6. & 10. to. 1. col. 660. 699. præter verbum *cuſtodi*, pro *ſerva.* Auctor l. de aleator. p. 489. vel 493. b. *& ne communicaveris peccatis alienis.* Ambroſ. in Luc. 4. col. 1348. c. *Teipſum caſtum cuſtodi.* Similiter habet Auguſtinus l. 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. col. 52. f. ab his, *ne communicaveris.* S. Pacianus ep. 3. p. 313. e. *Manus citò nemini imponas:* & parœn. ad pœnit. p. 316. f. *Manus citò nulli imponas, nec communices peccatis alienis.* Leo M. ep. 1. p. 204. b. *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris pecc. alienis.* Sic etiam in Collat. Carthag. p. 490. c. at ſup. p. 395. c. *ne communices pecc. alienis.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 5. 22. Vulgatæ accinit ad verbum, niſi excipias unum *Temetipſum*, pro *Teipſum*, ante *cuſtodi;* Rom. verò edit. ibid. pro *communicaveris*, *te commaculaveris.* Gr. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει..... Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.

℣. 23. Tertullianus l. de cor. mil. c. 8. p. 291. b. alludens, dicit *ſtomacho vinum modicum prodeſſe:* & l. contra Pſych. p. 985. c. *Timotheum, propter ſtomachum, & aſſiduas imbecillitates, modico vino monet uti.* Ambroſ. l. de Noe & arca, c. 29. col. 272. e. *vino modico utere propter frequentes tuas infirmitates:* ita rurſum l. de Elia & jej. c. 5. col. 539. d. & l. 1. de pœnit. col. 410. c. & ep. 63. col. 1029. d. Ambroſiaſter verò in 1. Tim. 5. 23. *Noli adhuc bibere aquam, ſed vino modico utere propter ſtomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.* Gaudent. Brix. præf. ad Benev. p. 943. d. *Noli ampliùs aquam bibere, ſed vino mod. utere propter ſtomachum, & freq.* &c. ut ſup. Gr. Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ᾽ οἴνῳ, &c. ut in Vulg. Mſs. tamen quidam tollunt σȣ, poſt ϛόμαχον.

℣. 24. Auctor l. de ſing. cler. p. 535. *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium: quoſdam autem & ſua ſubſequuntur.* Similiter Ambroſius l. de apol. Dav. col. 683. d. & in Pſ. 43. col. 905. f. & in Pſ. 118. col. 1233. a. deleta voce *ſua.* Sic etiam apud Ambroſiaſt. in 1. Tim. 5. 24. necnon Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 225. c. niſi quòd iſte habeat *quædam*, pro *quoſdam.* Hieron. ep. 2. ad Florent. to. 4. p. 2. col. 4. c. Auguſtino concinit, uſque ad vocem *quædam.* Ita quoque Græcum habet; ſed addit, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολȣθȣ̃σιν· Colb. 1. Mſ. τινῶν δὲ καὶ, &c.

℣. 25. Auguſtinus l. 2. de ſer. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 225. c. *Similiter & facta bona manifeſta ſunt: & quæcunque aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.* Ambroſiaſter in 1. Cor. 5. 25. *Pari modo & opera bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent*, &c. ut ſupra. Græc. Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐϛι· καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα, &c. ut in Latino.

Digitized by Google

# CAPUT VI.

## VULGATA NOVA.

1. Quicunque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.

2. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare.

3. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ:

4. superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,

5. conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

6. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.

Job. 1. 21. Eccli. 5. 14. Prov. 27. 26. 7. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid possumus.

8. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.

## VERSIO ANTIQUA.

1. Quicunque sunt sub jugo servi, suos dominos omni honore dignos habeant, ut non nomen Domini & doctrina blasphemetur. *Ex Ms. Regio, seu Clarom.*

2. Qui autem * fideles habent dominos, non contemnant, quòd fratres sunt: sed magis serviant, quoniam fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare. * *Ms.* fidelis, & *inf.* contemnat.

3. Si quis aliter docet, & non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ:

4. inflatus est autem, nihil sciens, sed ægrotat circa quæstionem, & verborum rixas: * ex quibus nascuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, * *Ms.* & quibus.

5. conflictationes corruptorum hominum mente, & destitutorum à veritate, existimantium quæstum esse pietatem.

6. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.

7. Nihil enim intulimus in hunc mundum: verum quoniam nec efferre possumus.

8. Habentes autem victum, & vestitum, his contenti sumus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Quotquot sub jugo sunt servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.* Gelas. I. ep. 9. num. 14. Conc. to. 4. col. 1192. b. *ne fides & disciplina Domini blasphemetur.* Græc. Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται· Ms. 1. Colb. habet Κυρίου, loco Θεοῦ.

℣. 2. Ambrosiaster in hunc loc. *Qui verò fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficia percipiunt. Hæc doce, & exhortare.* Similiter Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. col. 225. g. *Hæc doce, & exhortare.* Græcum Ambrosiastro suffragatur, nisi quòd, pro *qui beneficia percipiunt*, habeat, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Mss. 2. ferunt, εὐσεβείας ἀντιλαμβανόμενοι.

℣. 3. Cyprianus epist. 40. p. 54. b. & ep. 74. p. 139. b. *Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis verbis Dom. n. J. C. & doctrinæ ejus.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. g. *Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Dom. n. J. C. & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ.* Concinunt Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. tom. 4. p. 1. col. 422. c. & Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 3. nisi quòd Hieron. deleat *ei*, ante *quæ secundùm.* Ambrosius in Psal. 118. col. 1046. d. habet: *ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ non adquiescit.* Gr. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου..... καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ.

℣. 4. Cyprianus epist. 40. p. 54. b. sic prosequitur: *stupore elatus: discede ab hujusmodi:* & ep. 74. p. 139. b. *stupore elatus est, nihil sciens: discede ab hujusmodi.* Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. g. *inflatus est autem, nihil sciens, sed ægrotat circa quæstiones, & verborum rixas: ex quibus nascuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones.* Ambros. in Ps. 118. col. 1046. d. *superbit, nihil sciens, sed languescens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, sacrilegia, suspiciones malæ.* Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 4. *superbit autem, nihil sciens, sed languens circa quæst. & pugnas verborum: ex quibus fiunt invidiæ, content. blasphemiæ,* &c. ut in textu. Sedulius Hib. in eundem loc. *& superbus, nihil sciens, sed languescens.* Gr. τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις, καὶ λογομαχίας· ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί. Mss. 2. pro ἔρις, habent ἔρεις.

℣. 5. Lucifer Calarit. l. de non conven. cum hæret. p. 225. g. h. *conflictationes malæ hominum mente corruptorum, & à veritate destitutorum, existimantium quæstum esse pietatem.* Ambros. in Ps. 118. col. 1046. e. *conflictationes hominum mente corruptorum, & à veritate alienorum, existimantium quæstum esse pietatem.* Ambrosiast. in 1. Tim. 6. 5. *conflictationes hominum, qui corrupti sunt mente, & qui veritate caruerunt, existimantes quæstum esse pietatem, & Dei cultutam: discede ab hujusmodi.* Græc. παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν· ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Mss. plurimi initio ferunt διαπαρατριβαὶ, quibus adjungendus Bornerianus Gr. in Latino, *conflictiones*: idem quoque Ms. cum aliis nonnullis, omittit ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.

℣. 6. Similiter Augustinus epist. 130. to. 2. col. 386. f. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 10. e. *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* Itidem Ambrosiast. in 1. Tim. 6. 6. Rom. verò ejusdem editio habet, *pietas, cùm quis suo contentus sit.* Græcum, ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας.

℣. 7. Cyprianus l. de orat. Dom. p. 210. b. *Nihil intulimus in hunc mundum: verùm nec auferre possumus*: ita rursum legit lib. de op. & eleemos. p. 240. c. necnon l. 3. Testimon. p. 323. a. addito *quid*, ante *possumus.* S. Paulin. ep. 13. p. 80. b. *Nihil intulimus in hunc m..... neque auferre possumus:* & epist. 34. p. 217. c. *Nihil intulimus in h. m. verùm nec auferre possumus.* Augustinus ep. 130. tom. 2. col. 386. f. *Nihil enim intulimus in h. mund. sed nec auferrre hinc aliquid possumus:* similiter l. 1. de civit. Dei, c. 10. tom. 7. col. 10. e. omissa vocula *hinc*: sic iterum in Ps. 136. to. 4. col. 1521. a. detracta etiam vocula *enim*: itidem serm. 14. to. 5. col. 85. c. & serm. 177. col. 842. e. necnon serm. 39. col. 199. f. nisi quòd hoc tertio loco habeat *quid*, pro *aliquid*: item in Ps. 6. tom. 4. col. 27. g. *Nihil intulimus in hunc m. verùm nec auferre quid possumus.* Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 7. *Nihil enim intulimus in mundum: verum quia nec auferre possumus quidquam.* Græc. Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. In Mss. Alex. & Borneriano deest δῆλον.

℣. 8. Novatianus l. de cibis Jud. p. 1066. b. *Habentes victum, & vestitum, his contenti sumus.* Itidem Hieron. l. 2. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 204. e. excepto verbo ult. *simus*: & l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 440. b. *Habentes quippe victum, & vestimentum, his contenti simus.* Cæsar. Arelat. hom. 21. p. 841. g. ut sup. *Habentes victum, & vestitum, his contenti simus.* S. Paulinus epist. 11. p. 57. a. *Habens victum, & vestimentum, hoc contentus sim.* Augustinus ep. 130. to. 2. col. 386. f. *Victum, & tegumentum habentes, his contenti simus:* similiter in Ps. 6. to. 4. col. 27. g. & in Ps. 136. col. 1521. a. & serm. 14. to. 5. col. 85. c. & serm. 177. col. 842. e. at l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 10. e. *Habentes autem victum, & tegumentum, his,* &c. ut sup. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 39. col. 120. e. *Victum, & tegumentum habentes, his contenti simus.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. b. *Habentes victum, & tegumentum, his contenti sumus.* Cypr. solus l. de orat. Dom. p. 210. b. & l. de op. ac eleem. p. 240. c. & lib. 3. Testim. p. 323. a. *Habentes itaque exhibitionem, & tegumentum, his cont. simus.* Eodem *exhibitionis* verbo eodem sensu utitur & Tertul. l. de idolol. c. 5. & 8. ubi artifices, qui idola

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Regio, ſeu Clarom.

9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

10. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt fide, & ſe inſeruerunt doloribus multis.

11. Tu autem ô homo Dei hæc fuge: * ſectare juſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, manſuetudinem.

12. * Certa bonum certamen fidei, adprehende vitam æternam, ad quam vocatus * es, & confeſſus es bonam confeſſionem coram multis teſtibus.

13. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem:

14. ut ſerves mandatum ſine macula, inreprehenſibile, uſque in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti:

* Mſ. ſecta.

* Mſ. Certare.

* Mſ. eſt..... eſt.

## VULGATA NOVA.

9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

10. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

11. Tu autem ô homo Dei hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.

12. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.

13. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem: *Matth.* 27. 11. *Joan.* 18. 33. 37.

14. ut ſerves mandatum ſine macula, irreprehenſibile, uſque in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

confingere non deſinebant, arguens, ſolitam eorum vocem, *non habeo aliud quo vivam*, ſibi objicit, ac deinde ſic refellit: *Si ita* exhibitionis *neceſſitas obtenditur, habent & alias ſpecies, quæ ſine exorbitatione diſciplinæ, id eſt ſine idoli confictura, opem* victûs *præſtent*: ita ex Cuſtantio noſtro, not. e. ad Cornelii PP. epiſtolam 9. n. 3. col. 150. b. quam vide. Ambroſiaſter in 1. Tim. 6. 8. legit: *Habentes autem alimentum, & quibus tegamur*, &c. ut in Vulgata. Græcum: Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα· Borner. cod. διατροφήν· & alius in fine, ἀρκεσθησώμεθα· Veleſ. ἀρκεσθῶμεν.

℣. 9. Cyprianus l. de lapſ. p. 185. a. *Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & muſcipulam, & deſideria multa inutilia, & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem, & in interitum*: eadem refert lib. de orat. Dom. p. 210. b. & l. de op. & eleem. p. 240. c. & l. 3. Teſtim. p. 323. a. præter vocem *inutilia*, quam delet. Auctor l. de ſingul. cleric. p. 522. f. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in muſcipulas, & deſideria multa, & inutilia, & noxia, quæ mergunt hominem in perditionem, & in interitum.* Hieron. in Ezech. 27. to. 3. col. 890. d. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & muſcipulas multas, & trahuntur in profundum*: & epiſt. 1. ad Rufin. to. 4. p. 2. col. 3. e. *Qui cupiunt divites fieri, incidunt in muſcipulam, & tentationes.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. e. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & muſcipulam diaboli.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1153. c. d. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* Itidem S. Valerian. homil. 20. ap. Sirm. tom. 1. col. 695. d. deleto *in*, ante *laqueum*. Auguſt. ep. 130. to. 2. col. 386. f. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. col. 10. e. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum, & deſideria multa ſtulta, & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem*: ita rurſum ſerm. 177. to. 5. col. 842. e. præter hæc, *& in laqueum, & in deſideria multa, & noxia, quæ*, &c. at in Pſal. 136. to. 4. col. 1521. a. delet *& in laqueum*; moxque habet, *& deſideria multa ſtulta, & noxia, quæ mergunt hominem in*, &c. ut ſup. nec aliter ſer. 14. to. 5. col. 85. c. & ſer. 39. col. 200. a. ſi exceperis vocem *homines*. Auctor l. de promiſſ. p. 1. c. 39. col. 120. e. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in deſideria multa ſtulta, & noxia, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Ambroſiaſter in 1. Tim. 6. 9. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ demergunt homines in exitium & interitum.* Cæſar. Arelat. hom. 21. tom. 8. p. 841. g. Vulgatæ concinit ad verbum. In Græco ſic: Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους, καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς, &c. ut in Vulgata. Mſs. quidam addunt τοῦ διαβόλου, ad παγίδα· pauloque poſt al. habet ἀνονήτους, pro ἀνοήτους.

℣. 10. Cyprianus l. de lapſ. p. 185. a. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis*: ita rurſum l. de orat. Dom. p. 210. b. & l. de op. & eleem. p. 240. c. & l. 3. Teſtim. p. 323. a. præter verbum *naufragaverunt*, pro *erraverunt*. Concinit etiam Auguſt. l. de ago. Chr. to. 6. col. 245. d. ſed habet *erraverunt*: at l. de mor. Eccl. tom. 1. col. 700. e. *Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam ſequentes, naufragaverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis*: at epiſt. 130. tom. 2. col. 386. f. *Radix enim omnium malorum eſt avaritia: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſer.* &c. ut ſup. itidem ſer. 14. to. 5. col. 85. d. & ſer. 177. col. 842. e. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. tom. 7. col. 10. e. ſi exceperis verbum *pererraverunt*: ſerm. verò 50. col. 276. g. *Radix autem omnium malorum eſt avaritia: quam quidam appetentes, averſi ſunt à fide, & inſer. ſe*, &c. ſimiliter infra, col. 281. f. præter hæc, *ſectantes, à fide pererraverunt*: ſed in Pſalm. 136. to. 4. col. 1521. a. *Radix enim om. mal. eſt avaritia: quam quidam appetentes, naufragaverunt à fide, &*, &c. ut ſup. Zeno Veron. l. 1. tract. 9. p. 73. unà cum Ambroſ. in Pſ. 1. col. 750. d. *Radix enim omn. mal. eſt avaritia*: item Ambroſ. infra: *inſeruerunt ſe multis doloribus*: quem etiam vide to. 2. col. 1129. c. ubi utitur conſtanter voce *avaritia*. Eodem modo legit Ambroſiaſter in 1. Tim. 6. 10. adjunctis præterea verbis quæ exſtant in Vulg. Gaudentius Brix. ſerm. 18. p. 972. a. *Radix omn. malorum eſt amor pecuniæ: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſer. ſe*, &c. Maxim. Taurin. p. 46. a. *Radix autem om. mal. eſt cupiditas*, &c. ut in Vulgata. Cæſar. Arelat. hom. 21. p. 841. g. *Quia radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appet. naufragaverunt à fide, & inſer. ſe*, &c. Auctor l. de promiſſ. p. 1. cap. 39. col. 120. e. *Radix enim om. mal. eſt cupiditas.* Græcum: Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία· ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν, &c. ut in Latino.

℣. 11. Hieronymus epiſt. ad Cypr. presb. to. 2. col. 694. c. *Tu autem ô homo Dei hæc fuge.* Auguſt. ſerm. 177. to. 5. col. 843. b. *Tu autem homo Dei hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, fidem, charitatem, cum his, qui invocant nomen Domini de corde puro*: infra, col. 844. c. addit *pietatem*, ad *fidem*. Ambroſiaſter in 1. Tim. 6. 11. *Tu autem homo Dei hæc fuge: ſequere autem juſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, tranquillitatem animi.* Græc. textui Reg. conſonat.

℣. 12. Ambroſiaſter in hunc loc. *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æt. ad quam & vocatus es, & confeſſus es*, &c. ut ſup. Ita quoque in Græco: Mſs. tamen plures tollunt καὶ, ante *vocatus es*.

℣. 13. Tertullianus l. de præſcr. c. 25. p. 335. c. *Denuncio tibi ante Deum, qui vivificat omnia, & Jeſum Chriſtum, qui teſtificatus eſt ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem*: l. verò de reſur. carn. p. 575. b. *Præcipio*, &c. Ambr. l. 3. de fide, col. 499. f. 500. a. *Præcipio coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem.* Similiter habet Auguſtinus ſer. 177. to. 5. col. 843. c. excepto verbo *Teſtificor*, pro *Præcipio*: at l. 2. contra Maximin. to. 8. col. 700. b. & l. 1. de Trin. ibid. col. 755. c. legit, *Præcipio tibi*, &c. ut ſupra. Ambroſiaſter in 1. Tim. 6. 13. *Præcipio tibi in conſpectu Dei, qui vivificat omnia, & Chriſto Jeſu, qui teſtatus eſt ſub Pontio*, &c. Græc. Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος...... καὶ Χρ. Ἰησοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου, &c. ut in Latino.

℣. 14. Tertullianus l. de præſcr. c. 25. p. 335. c. *ut cuſtodias præceptum*: & l. de reſur. carn. p. 575. b. *Ipſi præcipit cuſtodire mandatum immaculatum, irreprehenſibile, in apparentiam Domini J. C.* Ambroſ. l. 3. de fide, col. 500. b. *ut ſerves mandatum ſine macula, uſque in adventum Dom. noſtri J. C.* Auguſt. ſerm. 177. to. 5. col. 843. c. *ut ſerves mandatum irreprehenſibile, uſque in adventum Dom. n. J. C.*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Apocal. 17. 14. & 19. 16. 15. quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium:

16. qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium sempiternum. Amen. Joan. 1. 18. 1. Joan. 4. 12.

17. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) Luc. 12. 15.

18. bene agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,

19. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

20. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ,

### VERSIO ANTIQUA.

15. quem temporibus suis ostendet beatus & solus potens *, & Rex regum, & Dominus dominantium: Ex Ms. Regio, seu Clarom.

16. qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem vidit nemo hominum, nec videre potest: cui honor, & potestas in sæcula. Amen. * Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

17. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum)

18. benefaciant, divites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent,

19. thezaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

20. O Timothee, depositum custodi, devitans * profanas vocum novitates, & oppositiones scientiæ falsi nominis, * Ms. Reg. profana.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& l. 2. cont. Maximin. to. 8. col. 700. b. & l. 1. de Trin. ibid. col. 755. c. *ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque ad* (al. *in*) *advent. Dom. n. J. C.* Itidem Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 750. a. Ambrosiast. verò in 1. Tim. 6. 14. *ut serves mandatum immaculatum, irreprehensibile, usque in*, &c. ut supra. Gr. τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας, &c. ut in Latino.

℣. 15. Hîc desinit lacuna Ms. Sangermanensis, reditq. textus ab his verbis, *& Rex regum*. Tertul. l. de resur. carn. p. 575. b. *quam suis temporibus ostendet beatus & solus potentator, & Rex regnantium, & Dominus dominantium.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 830. e. *quem temporibus suis ostendet nobis beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium:* similiter in Ps. 135. col. 484. d. *Rex regum, & Dom. dominantium.* Ambros. l. 3. de fide, col. 500. b. *quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium:* & in Ps. 1. col. 743. b. *beatus & solus potens, & Rex*, &c. ut supra. August. serm. 177. to. 5. col. 843. d. *quem temporibus propriis ostendit beatus & solus potens, Rex regum, & Dom. dominantium:* ita rursum l. 2. cont. Maximin. to. 8. col. 700. b. & l. 1. de Trin. ibid. col. 755. c. excepto verbo *ostendet:* nec aliter Maximinus ipse apud eundem August. ibid. col. 657. e. à voce *beatus*. Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 15. *quem suis temporibus ostendet beatus ille & solus potens, Rex*, &c. ut sup. Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 750. a. *quem in suis temp. ostendet beatus & solus pot.* &c. ut supra. Græcum: ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, &c. ut in Lat. Ms. Veles. ipso initio habet ὃν καιροῖς· subinde alter, δείξει ἡμῖν.

℣. 16. Tertullianus l. contra Prax. pp. 850. c. 851. a. c. *qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest.* Similiter Novatianus l. de Trinit. pp. 1047. b. 1052. c. nisi quòd habeat, *quem vidit hominum nemo, nec videre potest.* Concinit Hilar. l. 4. de Trin. col. 831. c. necnon Ambros. l. 3. de fide, col. 498. f. 500. b. nisi quòd iste addat *sed*, post *nemo*. Eadem rursum refert Ambros. l. 2. de Abr. c. 8. col. 338. c. & in Luc. 2. col. 1285. e. usque ad *quem nemo:* cui suffragatur Vigil. Tapf. l. cont. Varim. p. 740. d. Ambrosiaster verò in 1. Tim. 6. 16. legit: *qui solus habet immortalit. & lumen habitat inaccessibile: quem vidit nemo hominum, nec videre potest: cui honor, & potestas æterna. Amen.* August. serm. 177. to. 5. col. 843. d. & l. 2. cont. Maximin. tom. 8. col. 700. c. & l. 1. de Trin. ibid. col. 755. c. *qui solus habet immortalit. & lucem habitat inaccessib. quem nemo hom. vidit, nec videre potest: cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Maximinus ipse apud eundem August. to. 8. col. 657. e. *qui solus habet immortalit. & lucem habitat inaccess. quem vidit hom. nemo, neque videre potest: cui honor, & potestas in sæcula. Amen.* Gr. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ, καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Mss. quidam ponunt καὶ, ante voculam φῶς· & in fine unus, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

℣. 17. Hieronymus l. 3. in ep. ad Galat. tom. 4. p. 1. col. 310. d. *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, (pro eo quod est, non superbire) neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui præstat omnia abunde ad fruendum.* Itidem Auctor ep. ad Demetriad. p. 41. c. nisi quòd habeat *superbè*, pro *sublime;* & addat *nobis*, post *præstat*. August. ep. 130. to. 2. col. 383. d. *Præcipe divitibus hujus mundi non superbè sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum:* eadem rursum refert epist. 157. col. 554. c. & epist. 186. col. 674. f. & tract. 22. in Joh. tom. 3. col. 466. a. & in Ps. 44. tom. 4. col. 396. f. & in Psalm. 136. col. 1520. c. & serm. 39. to. 5. col. 200. c. & ser. 164. col. 793. d. & serm. 177. col. 846. b. & l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 11. b. & l. cont. Adim. to. 8. col. 143. c. Ita quoque Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 17. præter hæc, *Divitibus hujus sæculi præcipe:* quam vocem *sæculi* etiam habet August. supra, tr. 22. in Johan. Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. h. *Divitibus hujus sæculi præcipe non superbè sapere, neque ponere in incertum divitiarum spem suam, sed in Deum vivum, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum.* Sedul. Hib. in 1. Tim. 6. similiter, *non superbè sapere.* Gr. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν. Borner. cod. pro ἠλπικέναι, habet ἐλπίζειν· paulò verò post delet τῷ ζῶντι, cum aliis quibusd. ex his quoque unus delet ἡμῖν, post παρέχοντι.

℣. 18. Augustinus epist. 157. tom. 2. col. 554. d. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. h. similiter habet, *benefaciant, divites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent:* ita rursum August. l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 11. b. & l. cont. Adim. to. 8. col. 143. c. at epist. 130. col. 383. e. post *ad fruendum*, statim ponit, *ut divites sint*, omisso *benefaciant;* reliqua verò ut sup. sic etiam epist. 186. col. 674. f. & in Ps. 44. to. 4. col. 396. f. & serm. 164. to. 5. col. 793. d. & serm. 177. col. 847. e. 848. c. & l. de op. Mon. to. 6. col. 497. d. nisi quòd in his omnibus locis deleat *ut*, ante *divites:* ita demum in Ps. 136. to. 4. col. 1520. c. ubi tamen infra, col. 1521. b. legit: *bona operari, tribuere, thesaurizare.* Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 18. *in voluntate operum bonorum divites esse factis bonis, faciles ad impertiendum, & libenter communicatores:* Rom. verò ejusdem editio: *ut divites facti bonis operibus, faciles sint ad impertiendum, & libenter communicantes thesaurizent*, &c. Hieronymus l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 310. d. cum Auct. epist. ad Demetriad. p. 41. c. *bene agere, divites fieri in operibus bonis*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς· Borner. codex habet πλουτίζειν, pro πλουτεῖν.

℣. 19. Similiter habet Augustinus ep. 130. to. 2. col. 383. e. & tract. 22. in Joh. to. 3. col. 466. b. necnon cæteris aliis locis versu præcedenti allatis: *thesaurizent sibi fundamentum bonum*, &c. ut in textu. Ita quoque Ambrosiast. si fides habeatur Romanæ editioni; secus verò: *thesaurizare sibi fundam. bonum*, &c. ut supra. Itidem Hieronymus l. 3. in epist. ad Galat. tom. 4. p. 1. col. 310. d. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 41. c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. h. sic: *thesaurisent sibi in futurum.* Notandum quòd Augustinus uno ex supra citatis locis, scilicet epist. 157. col. 554. d. in fine legat *æternam vitam:* sed editiones ejusdem quædam, necnon Mss. Vatic. ibid. ferunt *veram vitam*, ut supra. In Gr. ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς......... ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Mss. nonnulli, τῆς ὄντως ζωῆς· unus, τῆς αἰωνίου ὄντως ζωῆς, Millio teste.

℣. 20. Tertullianus l. de præscr. c. 25. p. 335. e. *O Timothee, depositum custodi.* Itidem Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 225. h. qui addit: *devitans profanas vocum novitates, & oppositiones scientiæ falsi nominis.* Hieronymus l. 2. contra Pelag. tom. 4. p. 2. col. 517. a. &

Digitized by Google

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| 21. quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. * Amen. | 21. quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen. |
| * Ad Timotheum prima, scribens à Ladicia, explicit. | |

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *In Ms. Reg. deest* Amen.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

August. tract. 97. in Joh. to. 3. p. 2. col. 738. f. *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & contradictiones falsi nominis scientiæ.* Ambros. in Luc. 23. col. 1531. b. *O Timothee, bonum depositum custodi.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 1. col. 124. a. *Bonum, ô Timothee, depositum custodi.* Auctor l. de aleator. ap. Cypr. p. 489. b. *O Timothee fili, commendatum serva.* Ambrosiaster in 1. Tim. 6. 20. *O Timothee, commendatum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones fallacis nominis scientiæ.* Irenæus l. 2. c. 14. p. 135. c. *vocum novitates falsæ agnitionis.* Sedulius Hib. in hunc loc. *fallacis scientiæ.* Hilar. l. contra Constant. col. 1251. a. *Novitates*, inquit, *vocum, sed profanas* (Ms. 1. *sed vanas*, alii 3. *sed & advenas*) *devitare jubet.* Græc. Ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Mss. plures legunt τὴν παραθήκην, loco παρακαταθήκην, ex quibus est Borner. cod. qui etiam paulò post habet cum Veles. καινοφωνίας, loco κενοφωνίας, & cod. Lat. *vocum novitates.*

℣. 21. Textui Reg. concinit Ambrosiaster in hunc loc. omisso scilicet *Amen.* Lucifer quoque Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 225. b. & August. tr. 97. in Joh. to. 3. p. 2. col. 738. f. *quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Hieron. l. 2. contra Pelag. tom. 4. p. 2. col. 517. a. *quam quidam promittentes, circa fidem erraverunt.* Græc. ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν, &c. ut in textu Sangerm. In Mss. tamen quibusd. deest Ἀμήν.

* In Græco sic: Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς, *Ad Timotheum prima scripta est à Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.* Mss. quidam, pro Λαοδικείας, ferunt Μακεδονίας, de quo vide sis Millii not. ad hunc locum.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

## EPISTOLA AD TIMOTHEUM I.

CAP. I. ℣. 9. Sciens hoc. *Non scribas plurale* scientes, *pro singulari* sciens.

℣. 12. Christo Jesu Domino nostro. *Non præponas præpositionem* in.

℣. 16. Ad informationem eorum. *Cave scribas contrarium* deformationem, *ut quidam.*

Cap. II. ℣. 6. Testimonium temporibus suis. *His verbis, nec præponendum est* cujus, *nec postponendum* confirmatum est: *hæc enim consultò à Patribus omissa sunt.*

℣. 15. Si permanserit in fide. *Alii legunt plurale* permanserint.

Cap. III. ℣. 2. Oportet ergo episcopum. *Non commutes* ergo *cum* enim.

*Ibidem.* Prudentem, ornatum, pudicum. *Non omittas τὸ* pudicum.

℣. 14. Hæc tibi scribo. *Non subjicias* fili Timothee.

Cap. IV. ℣. 7. Exerce autem teipsum ad pietatem. *Nec hic omittas conjunctionem* autem.

Cap. V. ℣. 15. Retro satanam. *Non interjicias præpositionem* post.

℣. 16. Et non gravetur Ecclesia. *Non est mutandum* & *in* ut *causativum.*

℣. 18. Non alligabis os bovi trituranti. *Non scribas* infrenabis, *pro* alligabis.

℣. 24. Quosdam autem & subsequuntur. *Non omittas medium* &.

Cap. VI. ℣. 8. His contenti sumus. *Præsens indicativi* sumus *mutatur ab aliis in præsens imperativi* simus.

℣. 9. Inutilia, & nociva. *Non præponas* & *voci* inutilia.

℣. 16. Et imperium sempiternum. *Non interjicias præpositionem* in, *ante* sempiternum.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

## EPISTOLA AD TIMOTHEUM I.

CAP. V. ℣. 5. Speret in Deum, & instet obsecrationibus. *Multi libri Latini scribunt præsens indicativi,* sperat, instat, *Græco consentaneè.*

Cap. VI. ℣. 9. Et in laqueum diaboli. *Quidam omittunt τὸ* diaboli, *cum Græcis, & Syris. Supra* 3. ℣. 7. *Apostolus memorat* laqueum diaboli.

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD TIMOTHEUM
## SECUNDÆ,

**è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.**

CAP. I. *Gratias Deo agit ob fidem Timothei, quam intrepida prædicatione jubet exeri: Christus mortem destruxit, & Paulum in Gentium doctorem elegit, servans ei debitum ipsius laboribus præmium: dicit quòd omnes Asiani ipsum reliquerint, laudans Onesiphori familiam quòd inde multa receperit obsequia.*

CAP. II. *Hortatur Timotheum ad alios sincerè docendum, & patiendum pro Christo, facta mentione futuri præmii, ac resurrectionis Christi: utque contentiones, & profana vaniloquia devitet, stultasque legis quæstiones: de magna domo varia habente vasa, & quas virtutes servus Dei sectari debeat.*

CAP. III. *Prædicit homines futuros variis involutos peccatis, qui mulierculas seducentes veritati resistant: Timotheum autem hortatur ut suo exemplo virtutes amplectatur, ac tolerantiam in persecutionibus: & de sacrarum litterarum utilitate.*

CAP. IV. *Timotheum per Christum judicem obtestatur, ut adversùs falsos doctores, & eos, qui tales sibi coacervant, constanter prædicet, tolerando quæcunque infligentur adversa: prædicitque suam passionem, & futurum præmium; advocans Timotheum, eò quòd à multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus: in prima sui defensione ab omnibus desertus fuit, sed à Domino liberatus.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM SECUNDA.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundùm promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu:

2. Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro.

3. Gratias ago Deo, cui servio à progenitoribus in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die

4. desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear,

5. recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primùm in avia

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

1. PAULUS Apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, secundùm promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu:

2. Timotheo carissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro.

3. Gratias ago Deo meo, cui servio progenitoribus in pura conscientia, * quòd sine intermissione habeo memoriam tuam in orationibus meis, nocte & die

4. * desiderans te videre, memor tuarum lacrymarum, ut gaudio implear,

5. * commemoratione accipiens ejus, quæ in te est, * fidei, quæ habitavit primùm in avia tua

* *Correctum* quam *manu recenti; sed Ms. Reg. habet* quòd.

* *Ms. Reg.* desiderant.

* *Ms. Reg.* commemorationem.

* *Ambo Mss.* fide.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Textui concinit Ambrosiaster in hunc locum, nec differt Græcum, nisi Ἰησοῦ Χριστοῦ, pro *Christi Jesu*. Mss. tamen quidam habent Χριστοῦ Ἰησοῦ.

℣. 2. Beda in 2. Tim. 1. 2. *Timotheo cariss. filio, gratia, & mis. & pax à Deo Patre nostro, & Christo Jesu Dom. nostro.* Ambrosiaster in eundem loc. *Timotheo dilecto filio, gratia, mis. & pax à Deo Patre, & Christo J. D. n.* Ita quoque in Græco, detracto &, ante *pax*: Mss. etiam quidam addunt ἡμῶν, voci *Patre*.

℣. 3. Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 736. g. *Gratias ago Deo meo, cui servio à primogenitoribus meis in fide.* Ambrosiaster in 2. Tim. 1. 3. *Gratias ago Deo meo, cui servio à proavis in conscientia pura, quòd indeficientem habeam tui memoriam in precibus meis, nocte dieque.* Sedul. Hibern. in eundem loc. *cui servio à proavis meis*, &c. ut in Vulgata. Scholiastes Hieron. & Beda in eundem loc. *Gratias ago Deo meo, cui servio à progenitoribus meis*, &c. ut sup. Gr. Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν, &c. ut in Lat. Ms. 1. Colb. addit μου, voci Θεῷ· paulòque post alius habet ἀδιαλείπτως, pro ἀδιάλειπτον.

℣. 4. S. Pacianus ep. 3. p. 312. e. *desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum.* Ambrosiaster in hunc loc. *multùm desiderans te videre, memor lacrym. tuarum, ut ego gaudio replear.* Gr. textui nostro suffragatur.

℣. 5. Ambrosiaster in hunc loc. *recordationem accipiens ejus, qua est in te, sinceræ fidei, qua habitavit primùm in avia tua Loide, & matre tua Eunice, certum autem habeo quòd*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. * Loidæ, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te.

* Ms. Reg. Loide.

6. Propter quod admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

7. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, & caritatis, & sobrietatis.

8. Noli ergo erubescere in testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed conlabora in Evangelio secundùm virtutem Dei:

* Ms. Reg. facit. 9. quia salvos nos * fecit, & vocavit vocatione sancta, non secundùm facta nostra, sed secundùm suum propositum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia.

10. Manifestata est autem nunc per adventum Salvatoris nostri Christi Jesu, qui destruxit quidem mortem, inluminavit autem vitam & immortalitatem per Evangelium:

11. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium.

12. Ob quam causam & hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.

* Ms. Reg. quas... fide. 13. Formam habens sanorum verborum, *quæ à me audisti, & fidem, & dilectionem in Christo Jesu,

14. bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.

### VULGATA NOVA.

tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te.

6. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

7. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Rom. 8. 15.

8. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio secundùm virtutem Dei:

9. qui nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia. Tit. 3. 5.

10. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per Evangelium:

11. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium. 1. Tim. 2. 7.

12. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.

13. Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Jesu.

14. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*& in te.* Græc. ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ...... Εὐνείκῃ, πέπεισμαι δὲ, &c. Ms. 1. habet Λοΐδῃ, al. Λοΐδει· deinde quidam, Εὐνίκῃ.

℣. 6. Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. f. & lib. de exhort. virgin. col. 293. e. *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per*, &c. ut sup. Ambrosiaster in 2. Tim. 1. 6. *Qua de causa admoneo te, ut recrees donum Dei, quod est in te per*, &c. ut sup. Gr. Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ, &c. ut in Latino.

℣. 7. Tertullianus l. contra Gnost. p. 833. a. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis; sed virtutis, & dilectionis, & sanæ mentis.* Hilar. fragm. 1. col. 1281. d. *Non enim accepimus spiritum formidinis.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. a. & Ambrosiast. in hunc loc. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.* Gr. Οὐ γὰρ ἔδωκεν..... πνεῦμα δειλίας· ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ...... καὶ σωφρονισμοῦ.

℣. 8. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. f. cum Ambrosiast. in hunc loc. *Noli ergo erubescere testimonium Dom. nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio* (Ambrosiast. *in Evangelio*) *secundùm virtutem Dei.* Ita rursum August. tract. 115. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 793. a. & l. 2. contra 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 446. b. & l. 5. cont. Julian. col. 635. e. & l. de gra. & lib. arb. col. 724. e. & l. de dono persever. col. 856. g. à verbo *collabora.* Sic etiam Auct. l. 2. de voc. gent. c. 33. p. 34. d. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. c. Ita quoque in Græco, nisi quòd, pro *collabora*, habeat συγκακοπάθησον, ad verbum *unà patere*, vel *esto particeps afflictionum.* Augustin. sup. tract. 115. in Joh. *conlabora*, ut in textu.

℣. 9. Augustinus tract. 115. in Joh. to. 3. p. 2. col. 793. a. *salvos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm suum propositum, & gratiam:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 26. f. adjunctis his, *quæ data est nobis in Christo Jesu ante sæcula æterna:* itidem l. 2. cont. 2. epist. Pelag. tom. 10. col. 446. b. & l. 5. cont. Julian. col. 635. e. & l. de gra. & l. arb. col. 724. e. & l. de dono persev. col. 856. g. 857. a. item l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 61. d. ab his, *non secundùm.* Ambrosiast. in 2. Tim. 1. 9. *qui nos salvos fecit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundùm merita nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Ch. J. ante tempora sæcularia.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 33. p. 34. d. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. c. *qui nos liberavit, & vocavit voc. sancta, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ.... ante tempora æterna.* Gr. τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, καὶ χάριν τὴν...... πρὸ χρόνων αἰωνίων. Veles. Ms. addit αὐτοῦ, voci κλήσει.

℣. 10. Augustinus l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 61. d. & l. 2. cont. 2. epist. Pelag. to. 10. col. 446. b. & l. de dono persever. col. 857. a. *Manifestata autem nunc per adventum Salvatoris nostri J. C.* & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. f. *Manifestata autem nunc per adventum Dom. n. J. C. evacuantis quidem mortem, illuminantis autem vitam & incorruptionem per Evangelium.* Ambrosiaster in 2. Tim. 1. 10. *Nunc verò declarata per illuminationem adventûs Salvatoris n. J. C. qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam æternitate per Evangelium;* Rom. ejusdem editio, *vitam & æternitatem per*, &c. Vigil. Taps. l. 3. de Trin. *qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & immortalitatem.* Græcum: Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ......... καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, &c. ut in Latino.

℣. 11. Sic habet Ambrosiaster in hunc loc. Gr. εἰς ὃ ἐτέθην, &c. ut in textu.

℣. 12. Ambrosiaster in hunc loc. *Quam ob causam & hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum custodire in illa die;* Rom. ed. *in illum diem.* Ambros. l. de Tob. c. 20. col. 614. f. *Scio cui credidi, & certus sum quia potens est commendatum meum servare in illum diem.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 113. col. 115. f. *Scio cui credidi, quia potens est depositum meum custodire.* Græc....... Οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Mss. plures ferunt παρακαταθήκην.

℣. 13. Hieronymus l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 422. c. *Exemplum habens sanorum verborum, quæ à me audisti.* Ambrosiaster in 2. Tim. 1. 13. *Formam habens* (Rom. ed. *habe*) *sanorum verborum, quæ à me audisti in fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Sedulius Hib. in eundem loc. *Exemplum habe sanorum verborum.* Græc. Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν.... ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

℣. 14. Tertullianus l. de præscr. c. 25. p. 335. c. *Bonum depositum custodi.* Similiter Ambros. lib. 2. de Spir. S. col. 652. e. qui addit, *per Spiritum sanctum:* & l. de Tob. c. 20. col. 614. f. *Bonum depositum custodi per Sp. sanctum, qui habitat in nobis:* ita rursum in Luc. 1. col. 1270. b. præter *qui datus est nobis.* Ambrosiaster in 2. Tim. 1. 14. *Bonum commendatum custodire*, (Rom. ed. *custodi*) *per Spir. S. qui habitat in nobis.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 543. *Bonum fidei commissum custodi per Spiritum S.* &c. ut supra. Græcum: Τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Mss. plures ferunt παραθήκην, quorum unus Colbert. paulò post habet δοθέντος, pro ἐνοικοῦντος.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

15. Scis hoc, quòd aversi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermogenes.

Inf. 4. 19. 16. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigeravit, & catenam meam non erubuit:

17. sed cùm Romam venisset, sollicitè me quæsivit, & invenit.

18. Det illi Dominus invenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu meliùs nosti.

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

15. Scis hoc, quòd adverterunt se à me omnes qui sunt ab Asia, ex quibus est Fygelus, & Ermogenes.

16. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia frequenter me refrigeravit, & catenam meam non erubuit:

17. sed cùm venisset Romæ, sollicitè quæsivit me, & invenit.

18. Det illi Dominus invenire misericordiam à Deo in die illo. Et quanta Ephesi * ministravit, meliùs tu nosti.

* Ms. Reg. ministravi.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 15. Sedul. Hibern. in 2. Tim. 1. 15. *Scis hoc, quòd averterunt se à me omnes qui ex Asia.* Ambrosiaster in eundem loc. *Scis enim hoc, quòd aversati sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus, & Hermogenes.* Item Tertullianus l. de præscr. c. 3. p. 330. c. dicit quòd *Phygellus, & Hermogenes Apostolum reliquerunt.* Gr. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν....... ὧν ἐστι Φύγελλος, &c. ut supra.

℣. 16. Ambrosiaster in hunc loc. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigeravit, & super catenam meam non erubuit.* Gr. Δώη ἔλεος..... ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη· aliàs κατῃσχύνθη.

℣. 17. Ambrosiaster ubi sup. *sed cùm essem Romæ, sollicitè me quæsivit, & invenit;* Rom. ed. *sed cùm venissem Romam.* Græc. ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, &c. al. σπουδαίως ἐζήτησέ με.

℣. 18. Tertullianus l. de resur. carn. p. 575. b. *Det illi (Onesiphoro) Dominus invenire misericordiam in illo die.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 687. a. *Det Dominus misericordiam invenire à Domino.* Ambrosiast. in 2. Tim. 1. 18. *Det illi Dominus invenire misericordiam apud Dominum in illa die. Quanta autem Ephesi ministravit mihi, meliùs tu nosti.* Gr. Δώη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν..... Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. Mss. quidam, διηκόνησέ μοι.

# CAPUT II.

**Vulgata nova.**

1. TU ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu:

2. & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

3. Labora sicut bonus miles Christi Jesu.

4. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: ut ei placeat, cui se probavit.

5. Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certaverit.

6. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere.

7. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

8. Memor esto Dominum Jesum Christum

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. TU ergo fili mei confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu:

2. & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere simul.

3. Labora sicut bonus miles Christi Jesu.

4. Nemo militans implicat se negotiis sæcularibus: * ut ei, qui se probavit, placeat.

5. Si autem & certet quis, non coronatur nisi legitimè certaverit.

6. Laborantem * agricolam oportet primùm de fructibus percipere.

7. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus intellectum in omnibus.

8. Memor esto Christum Jesum surrexisse à

* Ms. Reg. & .... placeam.

* Ms. agricolas.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambrosius l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. a. *Tu autem fili carissime fortitudinem cape in gratia.* Ambrosiast. in hunc loc. textui concinit, unà cum Græco.

℣. 2. Tertullianus l. de præscr. c. 25. p. 395. c. huc alludens, dicit *inculcari* (Timotheo) *de non admittenda alia (doctrina) præter eam, quam audierat ab ipso; & puto, coram multis, inquit, testibus:* deinde: *monet illum hæc fidelibus hominibus demandare, qui idonei sint & alios docere.* Augustinus quæst. 119. in Exod. tom. 3. p. 1. col. 458. d. *quæ audisti à me per multos testes, hæc eadem commenda fidelibus, & iis, qui idonei sunt & alios docere.* Ambrosiaster in hunc loc. *& in iis, quæ audivisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Gr. καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Augustinus l. de op. Mon. tom. 6. col. 486. g. *Labora sicut bonus miles Christi Jesu.* Itidem Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. f. excepto *Jesu Christi.* Ambrosiast. in hunc loc. *Labora ut bonus miles C. Jesu.* Græc. Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς..... Ἰ. Χρ. in Mss. pluribus deest Σὺ οὖν.

℣. 4. Cyprianus epist. 66. p. 114. & l. 3. Testim. p. 308. a. *Nemo militans Deo obligat se molestiis sæcularibus: ut possit placere ei, cui se probavit:* itidem ep. ad Fortunat. p. 266. c. deleta vocula *ei*, post *placere.* Ambrosiaster in hunc loc. *Nemo enim militans Deo obligat se negotiis sæcularibus: ut placeat ei, cui se probavit.* Augustinus l. de op. Mon. to. 6. col. 486. g. & l. 2. contra epist. Parmen. to. 9. col. 45. c. *Nemo militans Deo implicat se negot. sæc. ut ei placeat, cui se probavit.* Sic etiam Gildas Sap. castig. in Eccles. ord. p. 719. f. Hieron. verò l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 181. f. *Nemo milit. Deo implicat se neg. sæcul. ut possit ei placere, qui se elegit.* Græc. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Borner. cod. Gr. Lat. addit Θεῷ, verbo στρατευόμενος.

℣. 5. Cypr. ep. ad Fortun. p. 266. f. & l. 3. Testim. p. 308. a. *Sed & si certaverit quis, non coronabitur nisi legitimè pugnaverit.* Auctor l. de singul. cleric. p. 524. b. *Sed & qui in agone certat, non coronabitur nisi qui legitimè certaverit.* Hilarius in Ps. 128. col. 430. c. *Nemo coronatur, nisi qui legitimè certaverit.* Ambros. in Luc. 4. col. 1335. d. & ep. 43. col. 971. b. *Nemo, nisi qui legitimè certaverit, coronatur.* Ambrosiaster in hunc loc. *Et si certet quis, non coronatur* (Rom. ed. *Nam & si certet quis in agone, non coronatur*) *nisi legitimè certaverit.* August. l. de op. Mon. to. 6. col. 486. g. & Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. f. *Nam qui in agone contendit, non coronatur nisi legitimè certaverit.* Gaud. Brix. ser. 13. p. 964. f. *Quoniam non coronatur quis in agone contendens, nisi legitimè certaverit.* Sedulius Hib. in hunc loc. *Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legit. certaverit.* Gr. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ· Ms. Velef. legit στεφανωθήσεται, pro στεφανοῦται.

℣. 6. Similiter habet Rufinus l. 2. de bened. Patr. p. 14. a. unà cum Ambrosiast. in hunc loc. Nec aliter Sedul. Hib. in eundem loc. si exceperis verbum *accipere.* Gr. μεταλαμβάνειν.

℣. 7. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1096. e. *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Deus in omnibus intellectum.* Similiter Ambrosiaster in hunc loc. excepta voce *Dominus*, pro *Deus.* Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 751. a. *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus intellectum.* Itidem in Græco, nisi quòd, pro *dabit*, habet δῴη, *det*; addatque ἐν πᾶσι, post *intellectum.* Mss. Alex. & Borner. pro δῴη, ferunt δώσει.

℣. 8. Hilarius l. 11. de Trin. col. 1104. d. *Memento*

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

mortuis ex semine David, secundùm Evangelium meum,

9. in quo laboro usque ad vincula, tanquam malefactor: sed sermo Dei non est alligatus.

10. Propterea omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria æterna.

11. Fidelis sermo: Si enim commortui sumus, & convivemus:

12. si toleremus, & * conregnabimus: si negamus, & ille negabit nos:

13. si non credidimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.

14. Hæc admone, testificans coram Domino. Noli verbis contendere: in nihil enim utile est, in subversione audientium.

15. Sollicitè cura teipsum exhibere Deo operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.

16. Profanas autem novitates vocum devita: multùm enim proficient ad impietatem:

17. & sermo eorum * ut cancer serpit: ex quibus est Hymêneus, & Filetus,

* Ms. Reg. conregnavimus.

* Ms. Reg. &; Ms. S. Germ. ut gancer.

**VULGATA NOVA.**

resurrexisse à mortuis ex semine David, secundùm Evangelium meum,

9. in quo laboro usque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum.

10. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cœlesti.

11. Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & convivemus:

12. si sustinebimus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille negabit nos: *Matth. 10. 33.*

13. si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. *Marc. 8. 38.*

14. Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. *Rom. 3. 3.*

15. Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.

16. Profana autem, & vaniloquia devita: multùm enim proficiunt ad impietatem:

17. & sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymenæus, & Philetus,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Christum à mortuis resurrexisse de semine David.* Ambros. l. de incarn. col. 715. f. *Memor esto J. C. resurrexisse à mortuis.* Ambrosiaster in hunc loc. *Memor esto Christum Jesum res. à mortuis ex semine David, secundùm Evangel. meum.* Itidem Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 31. necnon August. in Ps. 77. to. 4. col. 837. f. item August. tract. 48. in Joh. tom. 3. col. 615. c. *Memor..... Jesum Christum*, &c. at in Psal. 109. col. 1230. c. legit *Dominum Jesum C.* &c. Græcum: Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, &c. ut in Latino.

℣. 9. Ambrosiaster in hunc loc. *in quo laboro usque ad vincula, quasi latro: sed verbum Dei non est alligatum.* August. in Ps. 77. to. 4. col. 837. f. & in Ps. 109. col. 1230. c. *in quo laboro usque ad vincula, tanquam malè faciens: sed sermo Dei non est alligatus.* Sedul. Hibern. in hunc loc. *sed sermo Domini non est alligatus.* Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 1. *verbum Dei non est vinctum:* & infra l. 3. c. 3. omnia ut in Vulgata. Græc. ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc loc. *Ideo omnia suffero propter electos, ut & ipsi..... cum gloria cœlesti.* Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 31. p. 137. *Omnia autem sustineo propter electos, ut*, &c. ut in Vulgata. Græc. Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν.... μετὰ δόξης αἰωνίου· M. Veles. οὐρανίου.

℣. 11. Tertullianus l. cont. Gnost. p. 833. a. *Fidelis sermo: Si enim commortui sumus Christo, & convivemus.* Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 265. b. *Si enim commorimur, & convivemus.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 650. a. *Si enim compatimur, & convivemus:* at l. 3. col. 697. d. *Si enim commortui sumus, & convivemus.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. unà cum Græco.

℣. 12. Tertullianus l. contra Gnost. p. 833. a. *si sufferimus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille nos negabit.* Cypr. epist. ad Fortunat. p. 265. b. *si toleramus, & conregnabimus: si negaverimus, & ipse negabit nos.* August. in Ps. 32. to. 4. col. 194. a. *si tolerabimus, & conregnabimus: si negaverimus, & ipse nos negabit.* S. Paulinus. epist. 30. p. 194. b. *si enim compatiamur, & conregnabimus.* S. Leo serm. 57. p. 129. c. *si compatimur, & conregnabimus.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 650. a. b. *si enim compatimur, & convivemus: nec solùm convivemus, sed etiam conglorificabimur: nec solùm conglorificabimur, sed etiam conregnabimus:* at l. 3. col. 697. d. simpliciter: *si sustinemus, & conregnabimus.* Itidem Ambrosiaster in hunc locum, qui addit: *si negamus, & ille negabit nos.* Ita quoque in Græco est; Mss. tamen quidam, pro ἀρνούμεθα, habent ἀρνησόμεθα, *negabimus.*

℣. 13. Tertullianus l. cont. Gnost. p. 833. a. *si non credimus, ille fidelis est, negare se non potest.* August. tract. 53. in Joh. to. 3. part. 2. col. 647. d. necnon in Ps. 32. tom. 4. col. 194. a. & Ambrosiaster in 2. Tim. 2. 13. *si non credimus, ille fidelis permanet, negare semetipsum* (August. tr. 53. *seipsum*) *non potest.* Similiter Ambros. in Ps. 118. col. 1231. f. *negare semetipsum non potest.* Victor. Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 595. f. *& si nos infideles exstiterimus, ipse fidelis perseverabit, negare seipsum non potest.* Græcum: εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, &c. ut in Lat. Ms. unus, μενεῖ.

℣. 14. Ambrosius l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. a. *Hæc commoneo, testificans coram Deo. Noli verbis contendere: in nihil utile, nisi ad subversionem audientium.* Ambrosiast. in hunc loc. *Hæc admone, contestans coram Domino. Noli verbis pugnare: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Auctor l. de sing. cleric. p. 536. f. *Noli verbis contendere: nihil enim utile est, nisi in subversionem audientium.* August. l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 397. d. & Hormisd. ep. 70. Conc. to. 4. col. 1531. c. *Noli verbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Gr. Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν· εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Mss. plures, loco Κυρίου, ferunt Θεοῦ· tum Alex. μὴ λογομάχει.

℣. 15. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 77. c. *Satis age teipsum probabilem operarium exhibens Deo, non erubescentem, verbum veritatis rectè tractantem:* ita rursum l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 391. c. excepto verbo *exhibendo*, pro *exhibens Deo.* S. Paulinus epist. 38. p. 234. c. habet, *inconfusibilem operarium.* Auctor l. de singul. cleric. p. 536. f. *Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium irreprehensibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Ambrosiaster in hunc loc. *Sollicitè cura temetipsum, ut probabilem te exhibeas Deo, operarium non impudoratum, rectè tractantem verbum veritatis.* Gr. Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

℣. 16. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 226. d. *Profanas novitates vocum devita: multùm enim proficient ad impietatem.* August. tract. 97. in Joh. to. 3. col. 738. d. *Profanas verborum novitates evita: multùm enim proficiunt ad impietatem:* & serm. 299. tom. 5. col. 1218. c. *Profanas vocum novitates evita: multùm enim*, &c. & l. 4. cont. Faust. to. 8. col. 194. d. *Profanas autem verborum novitates evita: multùm*, &c. similiter l. 3. contra Donat. to. 9. col. 119. g. excepto verbo *proficient.* Ambrosiaster in hunc loc. *Profanas autem vocum novitates devita: plurimùm enim proficiunt ad inanitatem;* Rom. ed. *impietatem.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *Stulta autem, & inaniloquia devita.* Auctor l. de singul. cleric. p. 537. a. *Stulta autem, & inania eloquia devita: multùm enim proficiunt ad impietatem.* Græc. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας· Borner. cod. Græc. habet καινοφωνίας, & Lat. *novitatum voces;* paulòque post, *proficiunt:* Veles. προκόπτουσιν.

℣. 17. Tertullianus l. de præscr. c. 7. p. 331. c. memorat *sermones serpentes velut cancer:* & sup. c. 3. Apostolum *à Phileto, & Hymenæo* relictum dicit. Hilar. l. 8. de Trin. col. 947. d. cum Cypr. epist. 55. p. 89. b. *quorum sermo ut cancer serpit:* rursum Cyprianus l. de lapf. p. 192. b. & l. 3. Testim. p. 325. b. *sermo eorum sicut* (vel *ut*) *cancer serpit.* Itidem Auctor l. de sing. cleric. p. 537. a. & Lucifer l. de non conven. cum hæret. p. 226. d. nisi quòd iste præponat *&*, voci *sermo;* & habeat *ut*, pro *sicut.* August. tract. 97. in Joh. to. 3. col. 738. d. & supra, tr. 19. col. 444. e. item l. 4. cont. Faust. to. 8. col. 194. d. & l. 3. cont. Donat. tom. 9. col. 119. g. 120. a. 132. d. cum Am-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorumdam fidem.

19. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus; & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.

20. In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.

21. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum.

22. Juvenilia autem desideria fuge, sectare verò justitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro.

1. Tim. 1. 4. & 4. 7. Tit. 3. 9. 23. Stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita: sciens quia generant lites.

24. Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem,

25. cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem,

VERSIO ANTIQUA.

18. qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem jam factam esse, & fidem quorumdam subvertunt. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claron.

19. Firmum quidem fundamentum Dei stat, habens signum hoc, quo cognovit Dominus qui sunt ejus; & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.

20. In magna autem domo non sunt tantùm vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & alia quidem in honorem, alia autem in * contumeliam. * Ms. Reg. contumelia.

21. Si quis ergo mundaverit semetipsum ab his, erit vas in honore sanctificatum, utile Domino, ad * omne opus bonum paratum. * Ms. Reg. omnem.

22. Juvenilia autem desideria fuge, sectare autem justitiam, fidem, caritatem, pacem cum his, qui invocant Dominum de puro corde.

23. Stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita: sciens quòd generant lites.

24. Servum autem Domini non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem,

25. cum * modestia corripientem eos, qui resistunt: ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, * Ms. Reg. immodestia corripiente.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brosiast. in hunc loc. & *sermo eorum sicut cancer serpit: ex quibus est Hymenæus, & Phyletus.* S. Pacian. ep. 3. p. 310. c. *sermo eorum quasi cancer serpit.* Optat. l. 4. p. 72. c. *serpit enim eorum sermo velut cancer.* Leo M. serm. 11. p. 64. a. *sermo eorum serpit ut cancer.* Gr. ϗ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ὧν ἐςιν, &c. ut in Vulg. Ms. Veles. νομὴν ἔχει.

℣. 18. Augustinus ep. 55. tom. 2. col. 129. d. & l. 4. cont. Faust. to. 8. col. 194. d. & 132. d. *qui circa veritatem aberraverunt, dicentes resurrectionem jam factam esse, & fidem quorumdam subverterunt:* sic iterum tract. 19. in Johan. to. 3. col. 444. e. & l. 3. cont. Donat. tom. 9. col. 120. a. excepto verbo *subvertunt.* Ambrosiaster in hunc loc. *qui deerraverunt à veritate, dicentes resur. jam factam esse, & fidem quorumdam subverterunt.* Tertullianus l. de præscr. c. 33. p. 337. b. habet: *qui dicerent factam jam resur.* Gr. οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠςόχησαν, λέγοντες τὴν..... ϗ ἀνατρέπουσι τήν τινων πίςιν.

℣. 19. Augustinus l. de cathechis. rud. to. 6. col. 275. b. *Firmum enim fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: novit Dominus qui sunt ejus; & recedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini:* & l. 3. cont. Donat. to. 9. col. 120. a. *Firmum autem fundamentum..... & recedat ab injustitia omnis, qui,* &c. ut sup. itidem infra, col. 132. d. excepta voce *iniquitate,* pro *injustitia:* & lib. de corr. & gra. to. 10. col. 758. d. *Firmum fundam. Dei stat, habens signaculum hoc: scivit Dominus qui sunt ejus:* & in Ps. 80. to. 4. col. 865. d. *novit enim Dominus qui sunt ejus; & recedat ab iniquitate omnis, qui invocat nomen Domini:* sicque rursus l. 2. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 42. f. si exceperis vocem *injustitia,* pro *iniquitate.* Ambrosiast. in hunc loc. *Firmum autem fundam. Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit enim Dominus qui sunt ipsius; & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.* Gelas. I. ep. 8. Conc. to. 4. col. 1183. a. *Firmamentum enim Dei stat.* Tertullianus l. de præscr. c. 3. p. 330. c. *cognoscit Dominus qui sunt ejus.* Ambrosius in Ps. 43. col. 921. b. *cognoscit Dominus qui sunt ipsius:* & l. de parad. col. 157. a. & in Psal. 36. col. 813. a. & in Ps. 37. col. 830. d. *cognovit Dom. qui s. ipsius:* & in Ps. 36. col. 792. a. *cognovit Dom. qui s. ejus:* & epist. 63. col. 1034. f. *consideravit, & novit Dom. qui sunt ejus.* Græc. Ὁ μέν τοι ςερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕςηκεν, ἔχων ....... ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· ϗ ἀποςήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς, ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριςοῦ. Mss. plerique, ὄνομα Κυρίου.

℣. 20. Cyprianus ep. 51. p. 65. c. *In domo autem magna non solùm vasa sunt aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quædam quidem honorata, quædam verò inhonorata:* ita rursum ep. 52. p. 74. b. usque ad vocem *fictilia.* Ita etiam Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. d. quibus accinit August. in Ps. 80. tom. 4. col. 865. d. & l. 3. contra Donat. to. 9. col. 132. e. ubi addit: *& alia quidem sunt in honorem, alia verò in contumeliam:* itidem eod. l. cont. Donat. col. 120. a. præter *vel argentea:* at l. 3. cont. epist. Parmen. col. 73. b. *In magna autem domo....... vasa sunt aurea, & argentea..... & illa quidem sunt in honorem, illa verò in contumeliam.* Sedul. Hibern. in hunc loc. *alia quidem in honorem.* Ambrosiast. in eundem loc. & Fulgent. l. 2. de verit. præd. c. 21. p. 476. à Vulgata nil differunt; nec refragatur Græcum, nisi quòd, pro *fictilia,* habet ὀςράκινα, id est, *testacea;* tum ϗ ἃ μὲν εἰς....... ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

℣. 21. Augustinus in Ps. 80. to. 4. col. 865. d. *Si quis autem mundaverit se ab hujusmodi, erit vas in honorem, utile Domino, ad omne opus bonum paratum:* & l. 3. cont. Donat. tom. 9. col. 120. a. 132. e. *Si quis ergo emundaverit semetipsum ab istiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum, utile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Ambrosiast. in hunc loc. *Si quis ergo purgaverit seipsum ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, utile Domino, ad omne opus bonum præparatum.* Fulg. l. 2. de verit. præd. c. 21. p. 476. *Si quis autem emundaverit se,* &c. ut in Vulgata, cui Græcum consonat. Mss. tamen quidam tollunt ϗ, ante εὔχρηςον, *utile.*

℣. 22. Textui Sangerm. & Reg. concinit Ambrosiast. in hunc loc. unà cum Græco.

℣. 23. Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. c. *Stultas autem, & ineruditas quæstiones devita: sciens quia lites generant.* Similiter habet Hieron. l. 1. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 504. f. cum Ambrosiast. in hunc loc. Ambrosius verò l. 2. de fide, col. 494. d. *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita.* Gr. Τὰς δὲ μωρὰς, ϗ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, &c. ut supra.

℣. 24. Cyprianus l. 3. Testim. p. 319. c. *Servum autem Dei non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes.* Auct. l. de singul. cler. p. 527. c. *Servum Domini non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem.* Itidem Ambros. l. 5. de fide, col. 551. e. præter vocem *mansuetum,* pro *mitem.* Augustinus epist. 49. to. 2. col. 114. f. *Servum autem Domini litigare non oportet: sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem:* sic iterum ep. 53. col. 123. c. & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 211. c. 236. a. & in ep. ad Gal. col. 975. a. & serm. 88. tom. 5. col. 479. e. & serm. 164. col. 796. d. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 393. a. 480. d. cui accensendus Ambrosiaster in hunc loc. Hieron. verò l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 301. f. *Servum autem Domini non oportet rixari: sed esse mansuetum ad omnes, doctorem, longanimem:* & l. 1. in ep. ad Tit. col. 416. b. *Servum autem Dom. non op. rixari: sed humilem esse ad omnes, doctorem, patientem.* Tertullianus l. de coron. mil. c. 11. p. 292. b. ait: *Filio pacis nec litigare conveniet.* Sedulius Hib. in hunc loc. *sed modestum esse ad omnes.* Gr. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι· ἀλλ' ἤπιον εἶναι... διδακτικὸν, ἀνεξίκακον· Borner. cod. Gr. pro ἤπιον, habet νήπιον· cod. Lat. *mansuetum.*

℣. 25. Auctor l. de singul. cleric. apud Cyprianum, p. 527. c. *cum omni modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. b. *cum modestia corrigentem eos, qui resistunt: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem:* & l. 5. de fide, col. 551. e. *cum modestia docentem eos, qui resistunt.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 301. f. *cum mansuetudine eru-*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

26. & resipiscant de diaboli laqueis, à quo capti tenentur ab eo secundùm ipsius voluntatem.

**Vulgata nova.**

26. & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*dientem etiam eos, qui econtra disputant:* & l. 1. in ep. ad Tit. col. 416. b. *in mansuetudine erudientem eos, qui contra veniunt.* August. ep. 49. to. 2. col. 114. f. & epist. 53. col. 123. c. *in modestia corripientem diversa sentientes: ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem:* similiter etiam habet l. 2. de Gen. to. 1. col. 679. a. & l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 236. a. & in ep. ad Gal. col. 975. b. & serm. 88. tom. 5. col. 479. e. & serm. 164. col. 796. e. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 393. a. & 480. d. Eadem quoque exhibet Concil. Carthag. ad calc. Optat. p. 328. b. excepta voce *mansuetudine*, pro *modestia.* Ambrosiaster in hunc loc. *modestum, corripientem eos, qui diversa sentiunt: si quando det illis Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis.* Græc. ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· Borner. cod. ipso initio habet σὺν, pro ἐν· paulòque post, τοὺς ἀντικειμένους· μήποτε δῴη· Velef. τοὺς ἀντιδιατιθεμένους τῇ ἀληθείᾳ· μήποτε, &c.

℣. 26. Auctor l. de singul. cler. p. 527. c. *& resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur secundùm ejus voluntatem.* August. ep. 43. to. 2. col. 89. c. *& resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso in ipsius voluntatem:* ita rursum ep. 53. col. 123. c. & l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 393. a. sic etiam eod. lib. col. 480. d. excepto *secundùm ipsius voluntatem:* at serm. 88. to. 5. col. 479. e. legit: *& resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti* (Mss. quidam, *captivi*) *tenentur ad ipsius voluntatem:* & ser. 164. col. 796. e. necnon l. 21. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 642. c. *& resipiscant à diab. laq. à quo captivi tenentur secundùm ipsius voluntatem.* In Conc. Carthag. ad calc. Optat. p. 328. b. *& resipiscant de diab. laq. captivati ab ipso ad ipsius voluntatem.* Ambrosiaster in hunc loc. *& resipiscant à diab. laq. à quo tenentur capti ab eo ad ipsius vol.* Gelas. I. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1175. e. *resip. à diab. laq. quibus captivus detinetur.* Græc. καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβ. παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα· Ms. Velef. habet, ἐκ τῶν ....... παγίδων.

# CAPUT III.

**Versio antiqua.**

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. HOc autem scio, quòd in novissimis diebus advenient tempora periculosa:

2. erunt homines seipsos amantes, avari, fastidiosi, superbi, blasphemi, parentibus non obaudientes, ingrati, scelesti,

3. sine affectione, sine fide, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate,

4. proditores, protervi, inflati, * voluptatum magis quàm amatores Dei:

5. * habentes speciem pietatis, virtutem autem ipsius negantes. Et hoc devita:

* *Mss. ambo, voluptatium.*

* *Mss. ambo, habentem.*

**Vulgata nova.**

1. HOc autem scito, quòd in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: *1. Tim. 4. 1.*

2. erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, *2. Pet. 3. 3. Jud. 18.*

3. sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,

4. proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei:

5. habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita:

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Ambrosiaster in hunc loc. *Hoc autem scito, quòd in novissimis diebus instabunt*, &c. ut in textu. Sedulius Hib. & Beda in eund. loc. *Hoc autem scito, quia*, &c. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *Hoc enim scito, quòd*, &c. ut sup. August. ep. 199. to. 2. col. 749. g. *Hoc autem scitote, quoniam in novissimis diebus instabunt tempora sæva, vel sicut alii codices habent, periculosa:* & epist. 198. col. 739. g. 744. e. *in novissimis diebus instabunt temp. periculosa:* in Ps. verò 106. to. 4. col. 1212. a. *in novissimis temporibus instabunt temp. sæva.* Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *in novissimis diebus aderunt tempora molesta.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *in novissimis diebus advenient temp. periculosa.* Similiter Hieron. in Mich. 7. to. 3. col. 1548. d. at in Soph. 2. col. 1668. d. *in novissimis temporibus instabunt temp. pessima.* Sic etiam Vigilius Taps. l. 5. cont. Eutych. p. 56. c. excepta voce *periculosa*, pro *pessima.* Græcum: Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Mss. Alex. & Borner. Gr. Τοῦτο δὲ γινώσκετε.

℣. 2. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 200. a. *& erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, impii.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *erunt homines seipsos amantes, cupidi, superbi, fastidiosi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti.* Hieron. in Mich. 7. to. 3. col. 1548. d. *erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, fastidiosi, superbi, blasphemi, parentibus non obed. ingrati, scelesti:* & in Soph. 2. col. 1668. d. *& erunt homines sui amatores, avari, arrogantes, superbi, blasphemi*, &c. ut sup. Augustinus epist. 199. to. 2. col. 749. g. *erunt enim homines seipsos amantes, amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obed. ingrati, scelesti:* sic etiam tract. 123. in Joh. to. 3. p. 2. col. 817. c. & l. 14. de civ. Dei, c. 7. to. 7. col. 355. g. Optat. verò l. 7. contra Donat. p. 107. b. *erunt homines seipsos amantes, cupidi, gloriantes sibi, superbi, blasphemi, parentibus non obed. ingrati, scelesti.* Ambrosiast. in hunc loc. *erunt enim sui tantùm amatores, avari, insolentes, superbi, blasphemi, parentibus non obsequentes, ingrati, impii.* Vigilius Taps. l. 5. contra Eutych. p. 56. c. *& erunt homines seipsos amantes, cupidi, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *erunt enim homines semetipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasph. parentibus inobedientes, ingrati, scelesti.* Græc. ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι. Mss. quidam tollunt γὰρ, post ἔσονται.

℣. 3. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *sine affectu, sine fœdere, delatores, incontinentes, immites, bonum non amantes.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *sine affectione, sine fide, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate.* Hieron. in Mich. 7. to. 3. col. 1548. d. *sine affectione, pactum non custodientes, delatores, incontinentes, immites, sine benignitate:* & in Sophon. 2. col. 1668. d. *sine affectione, sine pace, accusatores, intemperantes, crudeles, odio habentes bonum.* August. ep. 199. to. 2. col. 749. g. & tract. 123. in Joh. to. 3. p. 2. col. 817. c. *irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate.* Optat. l. 7. contra Donat. p. 107. b. *pacem non custodientes, sine affectu, detractores, immites, sine benignitate.* Vigilius Taps. l. 5. contra Eutych. p. 56. c. *perfidi, sine fide, sine affectu, criminatores, pacem non custodientes.* Ambrosiaster in hunc loc. *sine fide, sine dilectione, criminatores, incontinentes, immites, bonorum inimici.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *sine affectione, incontinentes, immites, sine benignitate.* Gr. ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι.

℣. 4. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis quàm Deum diligentes.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *proditores, protervi, inflati, voluptatum amatores magis quàm Dei.* Itidem Hieron. in Mich. 7. to. 3. col. 1548. d. necnon in Sophon. 2. col. 1668. d. nisi quòd hoc posteriori loco habeat *temerarii*, pro *protervi.* August. ep. 199. to. 2. col. 749. g. & tract. 123. in Joh. to. 3. p. 2. col. 817. d. *proditores, procaces, cæcati, voluptatum amatores magis quàm Dei.* Ambrosiast. in hunc loc. cum Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. *proditores, protervi, tumidi, amatores voluptatum magis quàm Dei.* Græc. προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι.

℣. 5. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *habentes deformationem religionis, virtutem autem ejus abnegantes:* tum addit: *ex iis sunt*, &c. omisso, *Et hos devita.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *habentes speciem pietatis*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:

7. semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.

Exod. 7. 11. 8. Quemadmodum autem Jannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem,

9. sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

10. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,

Act. 14. 1. & seq. 11. persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus.

12. Et omnes, qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

13. Mali autem homines, & seductores proficient in pejus; errantes, & in errorem mittentes.

14. Tu verò permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris:

15. & quia ab infantia sacras litteras nosti,

VERSIO ANTIQUA.

6. *ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont. * Mss. ambo &c.

7. semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenire possunt.

8. Quemadmodum autem Jannes, & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem,

9. sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

10. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, caritatem, patientiam,

11. persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiâ, Iconio, in Lystris: quales persecutiones sustinui, ex omnibus me liberavit Dominus.

12. Et omnes, qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

13. Mali autem homines, & seductores proficient in pejus; errantes, & in errorem mittentes.

14. Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quibus didiceris:

15. & quoniam ab infantia sacras litteras no-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*veritatem autem ipsius negantes. Et hos devita.* Hieron. in Sophon. 2. col. 1668. d. *habentes formam pietatis, virtutem autem ejus denegantes.* Similiter Tichon. reg. 6. p. 63. f. præter verbum *negantes.* Augustinus ep. 199. to. 2. col. 749. g. & tract. 123. in Joh. to. 3. p. 2. col. 817. d. *habentes speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.* Itidem Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. e. addito *quidem*, ad *speciem.* Ambrosiaster in hunc loc. *habentes formam quidem pietatis*, &c. ut in Vulg. at in 1. Cor. 7. 35. col. 137. f. *habentes quidem speciem pietatis:* Mss. nonnulli, *speciem veritatis.* Græc. ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Καὶ τούτους ἀποτρέπου.

℣. 6. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *ex iis sunt, qui repunt in domos, & prædantur mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.* Auctor l. de singul. cleric. p. 528. *ex his enim sunt, qui repunt in domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desid.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. excepto verbo *irrepunt*, pro *repunt.* August. ep. 199. to. 2. col. 749. g. & Auct. l. de promiss. p. 2. c. 33. col. 161. a. *ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt*, &c. Gr. ἐκ τούτων γάρ εἰσιν, οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα, &c. ut sup.

℣. 7. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Similiter habet Siricius PP. epist. 10. to. 1. col. 689. c. cum Ambrosiastro in hunc loc. Item August. tract. 63. in Joh. to. 3. part. 2. col. 670. c. *semper discentes, & ad scientiam verit. nunquam pervenientes.* Græc. πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Mss. 1. μανθάνοντες.... δυνάμενοι· alius, γνῶσιν, pro ἐπίγνωσιν· tum al. ἀληθείας ἔφθασαν, pro ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα.

℣. 8. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *Et quomodo Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistunt veritati:* mox addit: *sed non proficient*, &c. prætermissis verbis intermediis. Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *Quemadmodum autem Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistent veritati, homines corrupti mente, & reprobi circa fidem.* August. epist. 55. to. 2. col. 140. c. & l. 13. contra Faust. to. 8. col. 259. a. *Sicut enim Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi: sic & isti resistunt veritati*, &c. ut in Vulg. itidem l. contra Adim. to. 8. col. 146. c. excepto *Jambres*, pro *Mambres.* S. Pacian. ep. 3. p. 314. a. *Quia sicut Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines mente corrupti, & à Deo reprobi.* Fulg. l. de incarn. p. 425. *Sicut autem Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi, qui resistunt veritati, homines*, &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in hunc loc. eidem Vulgatæ concinit ad verbum. Græc. Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς, καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωυσεῖ· οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ, &c. ut in Vulgata.

℣. 9. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 200. a. *sed non proficient plurimùm: imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *sed ultra non proficient: insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* August. ep. 55. to. 2. col. 140. c. necnon l. contra Adim. to. 8. col. 146. c. & l. 13. contra Faust. col. 259. a. *sed ultra non proficient: dementia enim eorum erit manifesta omnibus, sicut & illorum fuit.* Ambrosiast. in hunc loc. *sed non proficient amplius: ignorantia enim eorum evidens erit omnibus, sicut*, &c. ut supra. Græc. ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον· ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο.

℣. 10. Ambrosiaster in hunc loc. *Tu verò adsecutus es doctrinam meam*, &c. ut in Vulgata. Græc. Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, &c. ut supra.

℣. 11. Ambrosiaster in hunc loc. *persecutiones, pass. qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconio, & Lystris..... & ex omnibus liberavit me Dominus.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *& ex omnibus liberavit Dominus.* Græc. τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν· οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, &c. ut in Vulgata.

℣. 12. Hilarius in Ps. 118. col. 307. f. *Omnes volentes religiosè vivere in Christo, persecutionem patientur.* Ambros. in Ps. 118. col. 1111. b. *Omnes, qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persecut. patiuntur.* August. l. 18. de civitate Dei, c. 51. to. 7. col. 533. f. *Quicunque volunt in Christo piè vivere, persecut. patientur.* S. Leo ser. 46. col. 113. b. e. *Omnes, qui piè volunt vivere in Christo, persecut. patientur.* Ambrosiaster in hunc loc. *Sed omnes, qui volunt piè vivere in Christo J. persecut. patientur.* Hormisd. ep. 21. Conc. to. 4. col. 1458. d. *Qui volunt piè vivere in Christo, persecutiones patiuntur.* Græc. Καὶ πάντες δὲ, οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χρ. Ἰησοῦ, διωχθήσονται. In Ms. uno deest Ἰησοῦ.

℣. 13. August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 365. a. *Mali autem, & facinorosi proficient in pejus; ipsi errantes, & alios in errorem mittentes.* Ambrosiaster in hunc loc. *Nequam autem homines, & deceptores proficient in pejus; ipsi errantes, atque alios erroribus involventes.* Gr. Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι, καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον· πλανῶντες, καὶ πλανώμενοι.

℣. 14. Hilarius in Ps. 118. col. 241. d. *Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credidisti: sciens à quo didicisti.* August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 77. f. *Tu autem persevera in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris.* Ambrosiaster in hunc loc. *Tu verò persevera in his, quæ didicisti, & quæ tibi credita sunt: sciens à quibus didiceris.* Sedulius Hib. in eund. loc. *& credita tibi: sciens à quo didicisti.* Græc. Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες, καὶ ἐπιστώθης· εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες. Mss. quidam, καὶ οἷς ἐπιστώθης· mox alii, εἰδὼς παρὰ τίνων, &c.

℣. 15. Hilarius in Ps. 118. col. 241. d. *& quòd ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possint instruere in salutem.* Ambrosiaster in hunc loc. *& quia ab infantia sacras litteras*

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* sti, quæ te possint instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. | quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. |
| 16. Omnis scriptura divinitus, & utilis ad docendum, ad corripiendum, ad corrigendum, ad disciplinam, quæ est ad justitiam: | 16. Omnis scriptura * divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: *2. Pet. 1. 20.* |
| 17. ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum consummatus. | 17. ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*nosti, quæ possunt te erudire ad salutem*: reliqua omittit. Addit verò Sedul. Hibern. in eundem loc. *per fidem, quæ est in C. J.* Græc. ϗ ὅτι ἀπὸ βρέφυς τὰ ἱερὰ γράμμαλα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίζαι εἰς σωτηρίαν, διὰ πίςεως τῆς ἐν Χ. Ἰ.

℣. 16. Auctor l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 594. c. *Omnis enim scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia.* Itidem Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 3. d. addito &, post *corripiendum*. Ambrosiaster verò in hunc loc. *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redintegrationem, ad redargutionem, ad eruditionem, quæ est in ipsa justitia.* Huc etiam alludit Tertul. l. de hab. mul. c. 3. p. 258. b. dicens: *Legimus omnem scripturam ædificationi habilem, divinitus inspirari.* Item Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 688. f. *In scriptura*, inquit, θεόπνευςος *omnis dicitur, quòd Deus inspiret quæ locutus est spiritus.* Gr. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευςος, ϗ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν, τὴν ἐν δικαιοσύνῃ. Ms. unus tollit ϗ, ante ὠφέλιμος: subinde nonnulli, pro ἔλεγχον, legunt ἐλεγμόν.

℣. 17. Auctor l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 594. c. cum Auctore l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 3. d. *ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Ambrosiaster in hunc loc. *ut paratus sit homo Dei, ad omne opus bonum consummatus.* Mss. ejusd. nonnulli, *ad omne bonum instructus.* Græc. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τῦ Θεῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος: al. ἐξηρτημένος.

---

# CAPUT IV.

| VERSIO ANTIQUA. | VULGATA NOVA. |
|---|---|
| *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* 1. Testificor coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, & mortuos, & adventum ejus, & regnum ejus: | 1. Testificor coram Deo, & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: |
| 2. prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, exhortare, increpa in omni patientia, & doctrina. | 2. prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. |
| 3. Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria sibi coacervabunt magistros, prurientes aures: | 3. Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: |
| ** Ms. Reg. ut.* 4. & quidem à veritate auditum avertent, * ad fabulas autem convertentur. | 4. & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. |
| 5. Tu ergo sobrius esto, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. | 5. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. |
| 6. Ego enim delibor, & tempus meæ solutio- | 6. Ego enim jam delibor, & tempus resolu- |

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 393. c. *Testificor coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, ac mortuos, & per manifestationem, & regnum ejus.* Ambrosiaster in hunc loc. *Testor coram Deo, & Chr. J. qui judicaturus est vivos, & mort. per adventum ipsius, &*, &c. ut supra. Græc. Διαμαρτύρομαι ὖν ἐγὼ ἐνώπιον τῦ Θεῦ, ϗ τῦ Κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ, τῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας, ϗ νεκρὺς, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῦ, ϗ, &c. ut supra. Mss. plures initio tollunt ὖν ἐγὼ, sicut ex ipsis nonnulli τῦ Κυρίυ. Quidam etiam, pro κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, scribunt ϗ τὴν ἐπιφάνειαν.

℣. 2. Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 77. c. *prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni longanimitate, & doctrina*: similiter habet in epist. ad Gal. to. 3. p. 2. col. 975. b. excepto verbo *hortare*, pro *obsecra*: nec aliter l. 2. contra Donat. to. 9. col. 105. e. & contra Petil. col. 261. f. & l. 1. contra Crescon. col. 393. c. Hieron. l. 2. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 432. e. *insta opportunè, import. argue, increpa, consolare.* Ambros. ep. 40. col. 947. c. *insta opport. import. argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*: item in Ps. 37. col. 840. c. & in Luc. 10. col. 1424. f. & ep. 41. col. 957. a. *argue, obsecra, increpa.* Ambrosiaster in hunc loc. *prædica verb..... argue, hortare, increpa in omni magnanimitate, & doctrina.* Gr. .....ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ, ϗ διδαχῇ.

℣. 3. Cypr. l. 3. Testim. p. 324. b. *Erit tempus, quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundùm sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes in audiendo, scalpentes aures.* Hilar. l. 10. de Trin. col. 1037. e. *Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustineb. sed ad sua desid. coacervabunt sibi magistros, prurientes aures*: sed Mss. 2. ejusd. Hilarii ibid. habent *scalpentes aures*, quam lectionem ipse adstruit infra, col. 1038. c. dicens: *Auribus prurigine incitatis dum per audiendi impat..... scalpuntur*: & l. contra Constant. col. 1237. b. constanter legit: *Erit tempus, quando san. doctr. non sustineb. sed ad sua desid. coacervab. sibi mag. scalpentes aures.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. *Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustineb. sed ad sua desid. coacervab. sibi mag. prurientes auribus.* Itidem August. l. contra Secundin. to. 8. col. 547. a. si exceperis *quando*, pro *cùm*: tract. verò 97. in Joh. to. 3. p. 2. col. 738. c. *Erit enim tempus, quo sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundùm desideria sua magistros sibi coacervabunt, prurientes auditu.* Hieron. l. 1. in epist. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 422. b. *Erit tempus, quando sanæ doctr. non acquiescent.* Ambrosiast. in hunc loc. *Erit enim temp. cùm san. doctr. non sustineb. sed ad sua desid. magistros sibi aggerent* (Rom. ed. *sibi aggregabunt*) *prurientes auribus.* Tertul. l. de præscr. c. 7. p. 331. b. memorat *prurientibus auribus natas doctrinas.* Græc. Ἔσαι γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινύσης διδασκαλίας ὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσυσι διδασκάλυς, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν.

℣. 4. Cyprianus l. 3. Testim. p. 324. b. *& à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Accinunt magno consensu Auctor l. de singul. cleric. p. 531. c. Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 246. g. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1037. e. ac l. cont. Costant. col. 1237. b. & Ambrosiaster in hunc loc. Ita quoque August. l. 2. de Gen. to. 1. col. 682. a. & tract. 97. in Joh. to. 3. p. 2. col. 738. c. addito *suum*, post *auditum*: lib. verò contra Secundin. to. 8. col. 547. a. *auditum suum avertentes, ad fabulas autem*, &c. Græc. ϗ ἀπὸ..... τὴν ἀκοὴν ἀποςρέψυσιν, ἐπὶ δὲ τὺς, &c. ut supra.

℣. 5. Ambrosiaster in hunc loc. *Tu verò sobrius esto, in omnibus patiens, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum exple*: Rom. ejusd. editio, *Tu verò vigila, in omnibus viriliter age.* Auctor l. de aleator p. 489. b. *accingere fortiter, & utiliter* (l. *viriliter*) *age ministerium tuum, & cum integritate supple.* Græc. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον Εὐαγγελιςῦ, τὴν διακονίαν συ πληροφόρησον. Ms. Velef. addit Σωφρόνησον, quod abest ab aliis, nec malè, si quidem verbum νῆφε, utrumque significat, & *sobrius esto*, & *vigilans esto.*

℣. 6. Tertullianus l. contra Gnost. p. 833. a. *Ego enim*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tionis meæ instat.

7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

8. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solùm autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus. Festina ad me venire citò.

9. Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam:

10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

Col. 4. 14. 11. Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium.

12. Tychicum autem misi Ephesum.

13. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.

14. Alexander ærarius multa mala mihi osten-

VERSIO ANTIQUA.

nis instat. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

7. Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

8. De cætero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solùm autem mihi, sed & his, qui diligunt adventum ejus. Festina venire ad me citò.

9. Demas enim me dereliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicen;

10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11. Lucas est mecum solus. Marcum assumens adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium.

12. Tychicum autem misi * Ephesim. * Ms. Reg. Ephesi.

13. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens * affer, & libros, maximè autem membranas. * Ms. Reg. adfers.

14. Alexander ærarius multa mihi mala osten-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*jam libor, & tempus deversionis insistit.* Cypr. epist. 8. ad Mart. p. 17. b. *Ego jam libor, & tempus instat assumptionis meæ:* & l. 3. Testim. p. 310. c. *Ego jam delibor, & tempus instat meæ assumptionis.* Hieron. l. de Script. eccl. tom. 4. p. 2. col. 103. e. *Ego enim jam immolor, & tempus resolutionis meæ instat.* Itidem August. quæst. 49. in Jud. to. 3. p. 1. col. 611. f. & tract. 3. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 308. b. & in Ps. 31. to. 4. col. 185. f. & ser. 299. to. 5. col. 1211. d. 1295. b. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 725. e. Ambrosiaster verò in hunc loc. *Ego enim jam delibor, & tempus solutionis meæ instat.* Ambrosius in Ps. 47. col. 941. c. *tempus meæ resolutionis instat.* Græc. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε.

℣. 7. Tertul. l. de coron. mil. c. 15. p. 294. a. huc alludens dicit: *Decerta & tu bonum agonem, cujus coronam & Apostolus repositam sibi meritò confidit:* & l. cont. Gnost. p. 833. a. *Agonem bonum decertavi, cursum consummavi, fidem custodivi.* Cypr. ep. 8. ad Mart. p. 17. b. & lib. 3. Testim. p. 310. c. *Bonum agonem certavi, cursum perfeci, fidem servavi.* Ambros. l. 5. Hex. col. 110. e. *Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi:* nec aliter in Ps. 36. col. 785. a. & in Ps. 118. col. 1044. e. 1228. b. & in Luc. 15. col. 1464. c. & l. 1. offic. col. 16. f. & lib. de exhort. virg. col. 301. e. & epist. 43. col. 971. b. & l. de ob. Theod. col. 1203. f. Accinit Auctor l. de xlii. mans. col. 20. f. necnon Hieron. in Amos 2. to. 3. col. 1387. d. & l. 1. & 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. f. 511. c. Sic etiam Chromat. Aquil. p. 977. d. & Cassiod. in Ps. 104. p. 354. c. quibus accensendus August. tract. 3. in Joh. to. 3. p. 2. col. 308. b. & in Ps. 31. to. 4. col. 185. f. & ser. 299. to. 5. col. 1211. d. 1295. b. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 725. e. at in Ps. 83. col. 889. a. 1116. f. legit: *Bonum agonem certavi, cursum consummavi, fidem servavi:* & l. de agon. Chr. to. 6. col. 245. a. *Opus perfeci, cursum consummavi, fidem servavi.* Ambrosiaster in hunc loc. cum Synodic. advers. tragæd. Iren. c. 225. *Certamen bonum decertavi, cursum cons. fidem servavi.* Gr. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

℣. 8. Tertullianus l. contra Gnost. p. 833. a. *Superest corona, quam mihi Dominus illa die reddet.* Cypr. ep. 8. ad Mart. p. 17. b. *Jam superest mihi corona justitiæ, quam mihi reddet Dominus in illa die, ille justus judex: non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus:* eadem rursus habet l. 3. Testim. p. 310. c. præter hæc, *in illo die justus judex..... sed & omnibus, qui dilexerint,* &c. Hilar. in Ps. 128. col. 430. d. *De cætero jam superest mihi corona justitiæ.* Ambros. l. 5. Hex. col. 110. e. ac de obitu Theod. col. 1203. f. *Quod reliquum est, reposita est mihi corona justitiæ:* & l. de exhort. virg. col. 301. e. *Quod reliquum, reposita est mihi corona justitiæ;* & in Pss. 36. & 118. col. 785. a. 994. c. 1048. a. *Quod reliquum est, reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solùm autem mihi, sed & eis, qui diligunt adventum ejus:* sic etiam l. 1. offic. col. 16. f. 17. a. excepto *sed etiam bis.* Augustinus ep. 198. to. 2. col. 740. d. 746. d. *De cætero reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus justus judex in illa die: non autem mihi solùm, sed & iis, qui diligunt adventum Domini:* & in Ps. 31. to. 4. col. 185. f. *De cætero superest mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dom. in illa die justus judex: non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus:* similiter in Ps. 100. col. 1082. e. & 1116. f. *De cætero superest mihi corona just.* &c. at col. 1086. b. necnon tract. 3. in Joh. to. 3. p. 2. col. 308. b. *De cætero reposita est mihi corona just. quam..... justus judex:* lib. verò de agon. Chr. to. 6. col. 245. a. *Jam superest mihi corona justitiæ:* & in Ps. 83. to. 4. col. 889. a. simpliciter: *Superest mihi corona just.* sicque rursus in Ps. 118. col. 1329. b. ubi addit: *quam reddet mihi Dom. in illo die just. jud. non sol. aut. mihi, sed & omnibus, qui diligunt manifestationem ejus:* sic etiam ep. 199. to. 2. col. 742. c. ab his, *sed & omnibus:* item ser. 299. &c. to. 5. col. 1211. d. 1214. e. 1295. b. præmissis his, *De cætero reposita est* (al. *superest*) *mihi corona just. quam reddet,* &c. ut sup. Hieron. in Amos 2. to. 3. col. 1387. d. necnon lib. 1. & 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. f. 511. c. *De cætero reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dom. in illa die justus jud. non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus.* Itidem Cassiod. in Ps. 104. col. 354. c. *De cætero reposita est mihi corona just. quam reddet..... justus judex.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. d. *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* Auctor verò l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 20. f. post verbum *servavi*, statim subdit: *& justitiæ corona, quam Dominus justus jud. reddet in illa die iis, qui diligunt adventum ejus.* Ambrosiaster in hunc loc. *Quod reliquum est, reposita est mihi corona justit. quam red. mihi Dom. in illa die just. judex: non solùm aut. mihi, sed & iis, qui dil. adventum ejus. Sollicitus esto venire ad me quamprimùm.* Synodic. adv. tragæd. Iren. c. 225. *De cætero superest corona justitiæ, quam reddet mihi Dom. in illa die just. jud. non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt manifestationem ejus.* Gr. Λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει... ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως.

℣. 9. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. *Demas me dereliquit, & abiit Thessalonicam.* Ambrosiaster in hunc loc. *Demas enim me dereliquit, diligens hoc sæc. & abiit,* &c. Similiter in Gr. si exceperis ἀγαπήσας, pro *diligens;* & in fine, εἰς Θεσσαλονίκην.

℣. 10. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. & Ambrosiaster in hunc loc. *Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.* Gr. Κρήσκης εἰς, &c. ut in Latino.

℣. 11. Irenæus l. 3. c. 14. p. 201. b. *Lucas est mecum solus.* Itidem Ambrosiast. adjunctis seqq. *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio.* Gr. Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ· ἔστι γάρ..... εἰς διακονίαν.

℣. 12. Ambrosiaster in hunc loc. *Tychicum verò misi Ephesum.* Græc. Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον.

℣. 13. Tertullianus l. de orat. c. 12. p. 182. b. aliquos putare ait, *Paulum penulam suam in oratione penes Carpum reliquisse:* & l. de coron. mil. c. 8. p. 291. b. *Habet etiam,* inquit, *penulam Paulus.* Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 535. a. *Lucernam, sive penulam, quam reliqui Troadæ apud Carpum, veniens affer, ac libros, & maximè membranas.* Ambrosiaster in hunc loc. nil differt à Vulg. Græc. Τὸν φελόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Mss. quidam initio habent φελώνην, al. φαιλόνην, al. φαιλώνην, & φαινόλην· subinde Veles. φέρε μετά σου· paulòque post nonnulli, μάλιστα δέ.

℣. 14. Hieronymus commentar. in Eccles. to. 2. col. 761. b. *Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: reddat*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

dit : reddat illi Dominus secundùm opera ejus :

15. quem & tu devita : valde enim restitit nostris verbis.

16. In prima mea defensione nemo affuit mihi, sed omnes me dereliquerunt : non illis imputetur.

17. Dominus autem mihi astitit, & confortavit me, ut per me prædicatio adimpleatur, & audiant omnes Gentes : & liberatus sum de ore Leonis.

18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo : & salvum faciet in regnum suum cœleste, cui * sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

19. Saluta Priscam, & Aquilam, & Honesiphori domum.

20. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileto.

21. Festina ante hiemem venire. Salutat te * Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. * Vale in pace. Amen.

* Ad Timotheum secunda, scribens à Roma, explicit.

* *Ms. Reg. tollit* sit.

* *Ms. Reg.* Eubulus.

* *Ms. Reg.* Gratia vobiscum. Amen.

### Vulgata nova.

dit : reddet illi Dominus secundùm opera ejus :

15. quem & tu devita : valde enim restitit verbis nostris.

16. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt : non illis imputetur.

17. Dominus autem mihi astitit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes : & liberatus sum de ore Leonis.

18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo : & salvum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

19. Saluta Priscam, & Aquilam, & Onesiphori domum. *Sup. 1. 16.*

20. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.

21. Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

### Notæ ad Versionem antiquam.

*illi Dominus secundùm opera ejus :* similiter l. 3. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 535. b. præter hæc, *reddet illi Dom. in illa die justus judex*, ex ℣. præced. 8. Augustinus quæst. 30. in Jos. to. 3. p. 1. col. 594. g. *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit : reddet illi Dominus secundùm opera ipsius :* ita rursum l. 1. de serm. Dom. in m. p. 2. col. 197. e. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 393. f. excepta vocula *ejus*, loco *ipsius*. Ambrosiaster in hunc loc. *secundùm opera sua*. Gr. ..... ἀποδῴη αὐτῷ ὁ... καλὰ τὰ ἔργα αὐτȣ͂. Mss. plures, ἀποδώσει.

℣. 15. August. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 197. e. & l. 1. cont. Crescon. to. 9. col. 393. f. *quem & tu devita : valde enim restitit nostris sermonibus*. Itidem Ambrosiaster in hunc loc. excepta voce *verbis*, pro *sermonibus*. Sedulius Hibern. in eundem loc. *verbis meis*. Græc. ὃν καὶ σὺ φυλάσσȣ· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις.

℣. 16. Augustinus l. 13. confess. to. 1. col. 239. c. necnon quæst. 30. in Jos. to. 3. p. 1. col. 594. g. & l. 1. de ser. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 197. e. *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt : non illis imputetur.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. Hieron. verò l. de Script. eccl. to. 4. p. 2. col. 103. d. legit : *In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliq. non eis imputetur.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *In prima defensione*. Gr. Ἐν τῇ πρώτῃ μȣ ἀπολογίᾳ ὐδεὶς, &c. ut in Lat. Ms. 1. delet μȣ.

℣. 17. Hieronymus l. de Script. eccl. to. 4. p. 2. col. 103. d. *Dominus autem mihi affuit, & confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes : & liberatus sum de ore Leonis.* Ambrosiaster in hunc loc. *Dominus autem mihi astitit, & confort. me, ut per me prædic. impleretur, & audirent omnes*, &c. ut supra. Ita quoque in Græco, nisi excipias verbum, ἐρρύσθην, pro *liberatus sum ;* ad verbum *ereptus sum*.

℣. 18. Hieron. de Script. eccl. col. 103. d. *Liberavit me Dominus ab omni opere malo : & salvavit me in regnum suum cæleste.* Ambrosiaster in hunc loc. *Liberabit me Dom... & salvum faciet in regnum suum cæl. cui gloria in æternum. Amen.* Græc. Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ..... καὶ σώσει εἰς τὴν..... τὴν ἐπȣράνιον, ᾧ ἡ, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam ipso initio demunt Καὶ, tum Bornerian. habet ἐρρύσατο.

℣. 19. Ambrosiaster in hunc loc. *Saluta Priscillam, & Aquilam, & Onesiphori domum.* Græc. Ἄσπασαι Πρίσκαν, καὶ Ἀκύλαν, &c. ut supra. Mss. plures, Πρίσκιλλαν.

℣. 20. Similiter habet Ambrosiast. in hunc loc. excepta voce ult. *Mileti*. Græc. Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ..... ἐν Μιλήτῳ ἀσθενȣ͂ντα.

℣. 21. Ambrosiaster : *Sollicitus esto ante hiemem venire. Salutat te Eubolus, & Pudens, Linus, & Claudia, & omnes fratres.* Græc. Σπȣ́δασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπάζεταί σε Εὔβȣλος, καὶ Πȣ́δης, καὶ Λῖνος, &c. ut supra.

℣. 22. Ambrosiaster simpliciter habet : *Dom. J. C. cum spiritu tuo*, absque seqq. Rom. tamen ejusd. editio addit, *Gratia vobiscum. Amen.* Ita quoque in Græco.

* Græc. Πρὸς Τιμόθεον δευτέρα τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, ὅτε ἐκ δευτέρȣ παρέστη Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι, *Ad Timotheum secunda Ephesiorum ecclesiæ primum episcopum ordinatum, scripta est à Roma, quando secundò stetit Paulus coram Cæsare Nerone.* Deest Hypographe hæc in Borner. cod. In aliis verò quibusdam desunt tantùm ista, τῆς Ἐφεσίων..... χειροτονηθέντα.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

## *EPISTOLA AD TIMOTHEUM II.*

CAP. I. ℣. 2. Gratia, misericordia, pax. *Non est præponenda conjunctio* &, *voci* pax.

℣. 3. Gratias ago Deo, cui servio à progenitoribus. *Nec hic addenda sunt pronomina* meo, & meis.

℣. 15. Scis hoc. *Non interponas* enim.

*Ibidem*. Ex quibus est Phigellus. *Alii scribunt unico l*, Phigelus: *sed malè illi*, *qui habent* Philetus, *quod nomen occurrit infra* 2. ℣. 17.

℣. 18. Et quanta Ephesi ministravit mihi. *Correctores è libris suis addiderunt pronomen* mihi.

CAP. II. ℣. 5. Non coronatur nisi legitimè certaverit. *Non mutes præsens* coronatur, *in futurum.*

℣. 22. Fidem, charitatem, & pacem. *Non interponas* spem, *inter* fidem, & charitatem.

℣. 26. A quo captivi tenentur. *Non scribas participium* capti, *pro nomine* captivi.

CAP. IV. ℣. 11. Est enim mihi utilis in ministerium. *Non mutes accusativum*, *in ablativum* ministerio.

℣. 14. Reddet illi Dominus secundùm opera ejus. *Futurum indicativi* reddet, *non vertas in præsens imperativi* reddat.

℣. 17. Ut per me prædicatio impleatur. *Non scribas* impleretur.

℣. 19. Saluta Priscam. *Quidam codices scribunt* Priscillam: *sed malè illi*, *qui masculino genere*, Priscum.

---

# Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

## *EPISTOLA AD TIMOTHEUM II.*

CAP. II. ℣. 14. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem. *Si preßè legantur ea*, *quæ scripsimus in Notationibus*, *videri poßit probabile Interpretem vertisse ut est Græcè*: Non contendere verbis (ad nihil utile) ad subversionem.

℣. 25. Eos, qui resistunt veritati. *Vox* veritati, *omittitur à multis Latinis libris*, *conformiter Græco*, & *Syro.*

CAP. III. ℣. 16. Ad arguendum, ad corripiendum. *Alii libri legunt*, ad corrigendum, *quod est Græcè* πρὸς ἐπανόρθωσιν.

CAP. IV. ℣. 5. Sobrius esto. *Quidam libri non temerè videntur omittere; est enim altera versio ejus quod præcedit*, Tu verò vigila, *ex eodem uno Græco* Σὺ δὲ νῆφε, *quod docuimus in Notationibus.*

℣. 18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo. *Alii libri legunt* Liberabit, *consentaneè Græco*, & *Syro.*

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
## AD TITUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Facta in salutatione mentione spei vitæ æternæ, quæ jam manifestata est, ostendit quales debeat ordinare presbyteros, ac episcopos : & de quibusdam, qui ob varia vitia durè sunt increpandi : mundis omnia munda : quidam facto Deum negant.*

CAP. II. *Quomodo docere debeat senes, anus, adolescentulas, ac juvenes, præbendo se omnibus vitæ exemplum : & in quibus nos erudiat gratia Dei, quæ apparuit, beneficia etiam per Christum nobis exhibita ostendit.*

CAP. III. *Ad quas virtutes suos debeat adhortari, & à quibus vitiis dehortari : & quòd à peccatis prioribus sola Dei benignitate salvati simus per lavacrum regenerationis, facti in spe hæredes vitæ æternæ : monetque ut hæc docens vanam devitet doctrinam, similiter & hæreticos.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PAULI
# APOSTOLI
## AD TITUM.

### CAPUT PRIMUM.

**Vulgata nova.**

1. PAulus servus Dei, A-
postolus autem Jesu Christi
secundùm fidem electorum
Dei, & agnitionem verita-
tis, quæ secundùm pieta-
tem est
2. in spem vitæ æter-
næ, quam promisit qui non mentitur, Deus,
ante tempora sæcularia:
3. manifestavit autem temporibus suis verbum
suum in prædicatione, quæ credita est mihi se-
cundùm præceptum Salvatoris nostri Dei:
4. Tito dilecto filio secundùm communem fi-
dem, gratia & pax à Deo Patre, & Christo Jesu
Salvatore nostro.

**Versio antiqua.**

1. PAulus servus Dei, Aposto-
lus autem Jesu Christi secun-
dùm fidem electorum Dei, &
cognitionem veritatis, quæ
secundùm pietatem est
2. in spem vitæ æternæ,
quam promisit non mendax Deus ante tempo-
ra æterna:
3. manifestavit * enim temporibus suis verbum
suum * in prædicatione, quod creditum est mihi
secundùm imperium Salvatoris nostri Dei:
4. Tito carissimo filio secundùm communem
fidem, gratia & pax à Deo Patre, & * Christo
Jesu Salutari nostro.

*Ex Mß. duobus; Sangermanensi annor. circiter* 1000. *n.* 31. *& Regio, seu Claromontano annor. circ.* 1200. *n.* 2245. *litteris uncialibus descriptis.*

* *Mſ. Reg.* autem.

* *Mſ. Reg. delet* in prædicatione.

* *Mß. amb.* Christum Jesum Salutare.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Hieronymus in Tit. 1. 1. to. 4. p. 1. col. 407. seqq. *Paulus servus Dei, Apost. autem J. C. secundùm fidem electorum Dei, & cognitionem veritatis, quæ est juxta pietatem.* Similiter habet Ambrosiast. in eundem loc. exceptis his, *& agnitionem veritatis ejus, quæ secundùm pietatem est.* Augustinus l. 1. de Gen. to. 1. col. 646. f. *agnitionem veritatis, quæ est secundùm pietatem Dei.* Gr. ϰ̀ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν.

℣. 2. Hieron. in Tit. 1. 2. *in spe vitæ æternæ, quam promisit non mendax Deus ante sæcula æterna.* August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 647. a. & l. 12. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 315. d. *in spem vitæ æternæ, quam promisit non mendax Deus ante tempora æterna.* Ambrosiaster in hunc loc. *in spem vitæ æt. quam promisit Deus verax ante tempora sæcularia.* Hilarius l. 12. de Trin. col. 1126. a. d. 1129. a. habet, *ante tempora æterna.* Ambrosius l. 5. de fide, col. 590. e. & l. 3. de Spir. S. col. 695. f. *fidelis Deus, qui non mentitur.* Græc. ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων. Borner. cod. pro ἀψευδὴς, fert ἄψευστος.

℣. 3. Hieron. in Tit. 1. 3. *manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundùm imperium Salvatoris nostri Dei.* Ambrosiaster in eundem loc. *manifestavit autem temporibus suis in prædicatione verbum suum, quod creditum est mihi secundùm præceptum Salvatoris nostri Dei.* Similiter habet Augustinus l. 12. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 315. d. *manifestavit autem temporibus suis verbum suum.* Græc. ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ᾽ ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. al. ᾧ ἐπιστεύθην.

℣. 4. Hieronym. in Tit. 1. 4. *Tito carissimo filio juxta communem fidem, gratia & pax à Deo Patre, & J. Christo Salvatore nostro:* & infra, col. 411. f. *Quod Græcè*, inquit, *dicitur* γνησίῳ τέκνῳ, *& Latino sermone non potest explicari;* γνήσιος *enim hoc potiùs sonat, cùm quis, fidelis, & proprius, & ut ita dicam, legitimus, sive germanus, absque comparatione alterius appellatur.* Ambrosiaster in eundem loc. *Tito germano filio secundùm communem fidem, gratia & pax à*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom. 5. Hujus rei gratia reliqui te * Cretæ, ut ea, quæ deerant corrigas, & constituas per civitates presbyterium, sicut * ego tibi disposui.

* Ms. Reg. Creta.

* Ms. Reg. addit &.

6. Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusationem luxuriæ, aut non subjectos.

7. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non protervum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpilucrum:

* In Ms. Reg. deest justum, sanctum.

8. sed hospitalem, benignum, sobrium, * justum, sanctum, continentem,

* Ms. Reg. adprehentem.

9. * adplectentem id, quod secundùm doctrinam est fidelis verbi: ut potens sit & exhortari in doctrinam sanam, & contradicentes revincere.

* Ms. Reg. &.

* Ms. Reg. de.

10. Sunt enim multi * ei non subditi, vaniloqui, & seductores; maximè qui * ex circumcisione sunt:

VULGATA NOVA.

5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.

6. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, 1. Tim. 3. 2.
filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

7. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

8. sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem,

9. amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

10. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores; maximè qui de circumcisione sunt:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Deo Patre, & Domino J. Chr. Salvatore nostro.* Itidem in Græco, addita voce ἔλεος, *misericordia*, post vocem *gratia*; absque &, ante *pax*. Ms. Veles. ita incipit, Τίτῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ· subinde cum aliis nonnullis habet, χάρις ϗ εἰρήνη, absque ἔλεος· & sub finem Alex. delet vocem *Domino*.

℣. 5. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 211. c. similiter: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deerant corrigas, & constituas per civitates presbyterium, sicut ego tibi disposui.* Itidem Hieron. in Tit. 3. 12. præter vocem *presbyteros*, loco *presbyterium*: sic etiam in hunc loc. 1. 5. nisi quòd legat *corrigeres*, pro *corrigas*: & post pauca ad eandem vocem *corrigeres*, ait: *Omne quod corrigitur, imperfectum est: nam & in Græco præpositionis adjectio, quæ scribitur* ἐπιδιορθώσῃ, *non idipsum sonat quod* διορθώσῃ, *id est, corrigeres, sed ut ita dicam, supercorrigeres*: at in Agg. 2. to. 3. col. 1696. e. ita legit: *Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ residua erant corrigeres, & ordinares per civitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi*: & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 497. f. *Ideo reliqui te Cretæ, ut quæ reliqua sunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi.* Ambrosiaster in hunc loc. Vulgatæ congruit. Gr. Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, ϗ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. Borner. cod. loco ἐπιδιορθώσῃ, habet διορθώσῃς· omnes autem constanter πρεσβυτέρους, præter Sangerm. & Reg. Lat. qui habent *presbyterium*.

℣. 6. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusationem luxuriæ, aut non subditos.* Hieron. in Agg. 2. tom. 3. col. 1696. e. *Si quis est irreprehensibilis, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, vel insubjectos*: at l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 396. f. & in Tit. 1. 6. nil à Vulgata dissentit. Ambrosiaster in eundem loc. *Si quis est sine crimine, unius mulieris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut inobsequentes.* August. tract. 41. in Joh. to. 3. p. 2. col. 575. a. *Si quis sine crimine est.* Græc. Εἴ τις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ..... μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

℣. 7. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dispensatorem Dei: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpilucrum.* Hieron. in Tit. 1. 7. *Oportet enim episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem: non protervum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem*: eadem rursus habet l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 497. f. nisi quòd post *sine crimine*, addat: *sive, sine accusatione; hoc enim magis* ἀνέγκλητος, *sonat*: at in Agg. 2. to. 3. col. 1696. e. *Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem: non procacem, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum.* Ambrosiaster in hunc loc. *Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non protervum, non iracundum, non vino deditum, non percussorem, non turpia lucra appetentem.* Ambrosius epist. 63. col. 1036. f. nil differt à Vulgata. Gr. Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ.

℣. 8. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem.* Hieron. in Tit. 1. 8. *sed hospitalem, bonorum amatorem, castum, justum, sanctum, continentem, sive, abstinentem*: & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 497. f. *sed hospitalem, benignum, pudicum, justum, sanctum, continentem*: sicque rursum in Agg. 2. tom. 3. col. 1696. e. nisi quòd ponat *pudicum*, ante *benignum*: notat etiam supra, in Tit. 1. 8. col. 418. a. idem Hieron. *Latinum interpretem verbi Gr.* (σώφρονα) *ambiguitate deceptum*, *pro* pudico, prudentem *transtulisse*. Et quidem Ambrosiast. in eundem loc. legit: *sed hospitalem, benignum, prudentem, justum, sanctum, continentem.* Gr. ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ.

℣. 9. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *amplectentem id, quod secundùm doctrinam est, fidem verbi: ut potens sit exhortari in doctrina, & contradicentes revincere.* Hilar. l. 8. de Trin. col. 946. a. *obtinentem secundùm doctrinam fidei verbum: ut potens sit exhortari ad doctrinam sanam, & contradicentes revincere.* Hieron. in Osee 3. to. 3. col. 1256. a. *amplectentem eum, qui secundùm sanam doctrinam est, fidelem sermonem*: & in Agg. 2. col. 1696. a. 1697. a. *habentem in doctrina sermonem fidelem: ut possit consolari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere*: at in Malach. 2. col. 1817. e. *ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere*: & in Tit. 1. 9. to. 4. p. 1. *obtinentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes arguere*: & l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 497. f. *obtinentem doctrinæ fidelem sermonem: ut possit exhortari in doctrina sana, & contradicentes coarguere*: & post plura: *ut potens sit adversariis resistere.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 77. d. *ut potens sit in doctrina sana, & contradicentes redarguere*: & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 395. f. *ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere.* Ambrosiaster in Tit. 1. 9. *tenacem ejus sermonibus, qui secundùm doctrinam fidelis est: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere.* Ambrosius verò in Psal. 118. col. 1100. b. *qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου· ἵνα δυνατὸς ᾖ ϗ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, ϗ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. In Ms. Veles. deest ϗ, ante παρακαλεῖν· alter in fine habet, διελέγχειν.

℣. 10. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *Sunt enim multi etiam non subditi, vaniloqui, & deceptores; maximè qui ex circumcisione sunt.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 947. f. cum Sedul. in Tit. 1. 10. *Sunt enim multi & non subditi, vaniloqui, & seductores.* Hieron. in Isai. 27. to. 3. col. 231. f. *Sunt enim multi & non subditi, ac vaniloqui, & seductores, quos oportet redarguere; præcipuè ex circumcisione*: & in Agg. 2. col. 1697. a. *Sunt enim multi & non subjecti, vaniloqui, & seductores; & maximè qui de circumcisione sunt*: & in Tit. 1. 10. *Sunt enim multi & non subditi, vaniloqui, & mentium deceptores; maximè* (inf. *maximè autem*) *qui de circumcisione sunt*: qui paulò post addit: *Hoc mihi Paulus videtur sensisse, cùm dicit* φρεναπάται, *non ut simpliciter Latinus interpres transtulit, deceptores, sed, mentium deceptores*: ipse tamen infra, col. 422. f. legit: *vaniloqui, & deceptores; maximè qui*, &c. Augustinus in Rom. 16. to. 3. p. 2. col. 924. c. *Sunt enim multi non subditi, vaniloqui, & mentis seductores; qui maximè ex circumcisione sunt*: ita rursum habet l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 395. f. præter *maximè qui.* Ambrosiaster in hunc loc. *Sunt enim multi non obedientes, vaniloqui, & seductores; maximè ii, qui sunt ex circumcisione.* Græc. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ϗ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, ϗ φρεναπάται, μάλιστα οἱ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.

12. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

13. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, ut sani sint in fide,

14. non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se à veritate.

Rom. 14. 20. 15. Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia.

16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

11. quos oportet redargui: qui universas domos * evertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.

12. Dixit quidam ex illis, proprius eorum * propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

13. Testimonium hoc verum est. Propter * quā causā increpa illos acriter, ut sani sint in fide,

14. non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, avertentium se à veritate.

15. Omnia munda mundis: inquinatis autem, & infidelibus nihil mundum, sed inquinata sunt eorum * & mens, & conscientia.

16. Deum confitentur se nosse, factis autem negant: cùm sint exsecrabiles, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

* Ms. Reg. subvertunt.

* Ms. Reg. prophetat.

* Ms. S. Germ. qua causa. Ms. Reg. quam causam.

* In Ms. Reg. deest &.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐκ περιτομῆς. Mss. plures tollunt καὶ, post τομῆς.

℣. 11. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. c. *quos oportet redargui: qui universas domos evertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Hieron. in Isai. 27. to. 3. col. 231. f. *quos oportet redarguere*: at in Agg. 2. col. 1697. a. *quibus oportet imponere silentium*: & in Tit. 1. 11. *quibus oportet silentium indici: qui universas subvertunt domos, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia*: & infra: *quos oportet refrenari: qui universas domos subvertunt*, &c. ut supra. August. in Rom. 16. to. 3. p. 2. col. 924. d. & l. 1. contra Crescon. to. 9. col. 395. f. *quos oportet refelli: qui universas domos subvertunt*, &c. ut in Vulgata. Ambrosiaster in hunc loc. *quos oportet redargui*, &c. ut in Vulgata. Græc. οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν· οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, &c. ut in Latino.

℣. 12. Similiter habent Hieron. & Sedul. in Tit. 1. 12. cum S. Paciano ep. 2. p. 308. b. *Dixit quidam ex illis, proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* Itidem August. in Rom. 16. to. 3. p. 2. col. 924. d. & Ambrosiaster in hunc loc. præter *ex ipsis*, pro *ex illis.* Ita quoque Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. e. à voce *Cretenses.* Faustus apud August. to. 8. l. 19. contra ipsum, col. 313. e. *Dixit quidam proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ*, &c. Gr. Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν, ἴδιος αὐτῶν προφήτης· Κρῆτες, &c. ut in Latino.

℣. 13. Hieronymus in Tit. 1. 13. *Testimonium hoc verum est. Ob quam causam increpa illos acriter, ut sani sint in fide.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. e. *Quamobrem increpa illos acriter, ut sani sint in fide.* Ambrosiast. in hunc locum..... *Quam ob causam argue illos durè, ut*, &c. ut supra. Græc. Δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν, &c. ut supra.

℣. 14. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. e. *non intendentes Judaicis fabulis, & mendaciis hominum, aversantium se à veritate.* Hieron. in Tit. 1. 14. *non attendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se à veritate*: & infra, col. 423. a. *non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hom. aversantium veritatem*: & in Isai. 27. to. 3. col. 231. f. *& mandatis hom. qui avertuntur à veritate.* Ambrosiaster in Tit. 1. 14. Vulgatæ accinit: Rom. tamen ejusd. editio habet: *non adtendentes... hominum, avertentium se à veritate.* Gr. μὴ προσέχοντες..... καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.

℣. 15. Tertullianus l. de coro. mil. c. 10. p. 291. c. *Omnia munda mundis.* Itidem Novatian. l. de cib. Jud. p. 1065. b. qui addit: *inquinatis autem, & infidelibus nihil mundum.* Cypr. ep. 59. p. 98. c. *Omnia munda sunt mundis.* Hieron. in Tit. 1. 15. *Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum, sed polluta est eorum & mens, & conscientia.* August. ep. 55. to. 2. col. 143. b. *Omnia munda mundis: immundis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens, & conscientia*: ita rursum l. Enchirid. to. 6. col. 224. f. à voce *immundis.* Fulgentius l. de incarn. n. 37. p. 425. *Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens, & conscientia.* Ambrosiaster in Tit. 1. 15. *Omnia quidem munda mundis: his verò, qui contaminati sunt, & sine fide, nihil mundum, sed inquinata est eorum & mens, & conscientia*: at in 2. Cor. 7. 1. *quia infidelibus nihil est mundum: inquinata est enim eorum mens, & conscientia.* Siric. ep. 5. to. 1. col. 656. b. *Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum.* Gaudent. Brix. ser. 15. p. 966. h. *coinquinatis enim, & infidelibus nihil mundum.* Leo M. ser. 40. p. 106. a. *Omnia enim munda sunt mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed coinquinata sunt eorum mens, & conscientia.* Gr. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις, καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται, &c. ut in Latino. Mss. quidam delent μὲν, post Πάντα.

℣. 16. Hieron. in Tit. 1. 16. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: exsecrabiles, & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.* Ambrosiaster in eund. loc. *Deum profitentur se nosse, factis autem negant: quoniam sunt exsecrabiles, inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.* Leo Mag. ser. 35. p. 97. c. *Qui Deum profitentur se scire, factis autem negant.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. d. *Qui profitentur se Deum scire, factis autem negant.* Epist. Synod. Episcop. Afr. Concil. tom. 4. col. 1596. d. *Confitentur se nosse Dominum, factis autem negant.* August. tract. 74. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 691. c. *Confitentur enim se nosse Deum, factis autem negant*: & in Ps. 36. to. 4. col. 292. b. *ad omne opus bonum reprobi.* Fulgentius l. de incarn. n. 37. in omnibus cum Vulgata consentit. Græc. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες, καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς, &c. ut in Latino.

# CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. TU autem loquere quæ decent sanam doctrinam:

2. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia:

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. TU autem * loquere quæ decet sanam doctrinam:

2. Senes sobrios esse, pudicos, prudentes, sanos in fide, caritate, * patientia:

* Ms. Reg. inquire.

* Ms. Reg. prudentia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. in Tit. 2. 1. *Tu verò loquere quæ decet sanam doctrinam.* Similiter August. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 77. d. excepto verbo *decent.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. Ambrosius verò l. 1. offic. to. 2. col. 10. a. *Loquere quæ decent sanam doctrinam.* Auctor l. de singul. cler. p. 532. a. *Tu autem loquere quæ conveniunt sanæ doctrinæ.* Græc. Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ.

℣. 2. Hieron. in Tit. 2. 2. *Senes sobrios esse, honestos, pudicos, sanos in fide, & charitate, & patientia*: & infra: *sobrios esse, sive, vigilantes, quia νηφαλίοι apud Græcos utrumque sonat.* Augustinus l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 77. d. legit: *Senes sobrios esse.* Ambrosiaster in hunc loc. *Seniores sobrios esse, graves, prudentes, sanos fide, dilectione, patientia.* Auctor l. de singul. cleric. p. 532. b. *Majores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fide, in charitate, in patientia sincera.* Gr. Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνοὺς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſt. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom. 3. Anus ſimiliter in habitu ſancto, non detrahentes, non vino multo ſervientes, bene docentes:

4. ut prudentiam doceant adoleſcentulas, ut ament viros ſuos, filios diligant,

5. prudentes, caſtæ, domum cuſtodientes, benignæ ſint, & ſubditæ viris ſuis, ut verbum Dei non blaſphemetur.

6. Juvenes ſimiliter hortare ut ſobrii ſint,

7. in omnibus teipſum præbens formam bonorum operum, in doctrinam, in integritatem, gravitatem,

8. ſermonem ſanum, inreprehenſibilem: ut adverſarius revereatur, nihil habens quod dicere de nobis malum.

9. Servi dominis ſuis ſubditi ſint, in omnibus placentes, non contradicentes,

* Mſ. Reg. fraudentes.

10. non * fraudantes, ſed omnem fidem oſtendentes bonam: ut doctrinam Salvatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

11. Inluxit enim gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus,

### VULGATA NOVA.

3. Anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſervientes, bene docentes:

4. ut prudentiam doceant adoleſcentulas, ut viros ſuos ament, filios ſuos diligant,

5. prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, ut non blaſphemetur verbum Dei.

6. Juvenes ſimiliter hortare ut ſobrii ſint.

7. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate,

8. verbum ſanum, irreprehenſibile: ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

9. Servos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes, Epheſ. 6. 5.

10. non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes: ut doctrinam Salvatoris noſtri Col. 3. 22.

Dei ornent in omnibus. 1. Pet. 2. 18.

11. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus,

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Hieron. in Tit. 2. 3. *Anus ſimiliter in habitu ſancto, non incentrices, non vino multo ſervientes, bene docentes.* Ambroſiaſter in eundem loc. *Anus pari modo in ſtatu religione digno, non criminatrices, non vino multo ſervientes, bona docentes.* Sedulius Hibern. in eund. loc. *Anus ſimiliter in habitu ſancto, ut non ſint accuſatores, non vino multo ſervientes, bene docentes.* Græc. Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους. Mſs. quidam pro ἱεροπρεπεῖς, habent ἱεροπρεπεῖ.

℣. 4. Hieron. in Tit. 2. 4. *ut ad caſtitatem erudiant adoleſcentulas, ut ament viros ſuos, ut ament filios.* Ambroſiaſter in eundem loc. *ut inſtituant adoleſcentulas viros ſuos diligere, amare filios.* Sedulius Hibern. in eundem loc. *filias ſuas ut prudentiam doceant....... & filios ſuos ament.* Græc. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους.

℣. 5. Hieron. in Tit. 2. 5. *pudicas, caſtas, habentes domus diligentiam, benignas, ſubditas viris ſuis, ut verbum Dei non blaſphemetur.* Ambroſiaſter in eundem loc. *prudentes, pudicas eſſe, caſtas, domus curam habentes, ſubditas propriis viris, ne verbum Dei blaſphemetur.* Sedul. Hib. *ut non blaſphemetur nomen Domini, vel, verbum.* Gr. σώφρονας, ἁγνὰς, οἰκουροὺς, ἀγαθὰς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Mſ. Veleſ. poſt ἁγνὰς, addit νηφαλέους· tum Alex. pro οἰκουροὺς, legit οἰκουργούς· ſic etiam Borner. Gr. & Lat. *domum curantes.*

℣. 6. Hieron. in Tit. 2. 6. *Juvenes ſimiliter exhortare ut pudici ſint in omnibus*: & poſt pauca: *Licet quidam*, inquit, *de Latinis, ita exiſtiment legendum*, Juvenes ſimiliter hortare ut pudici ſint, *& poſtea inferant*, in omnibus teipſum formam præbens, *&c. tamen ſciamus* in omnibus, *ad ſuperiora eſſe referendum, id eſt*, hortare ut pudici ſint in omnibus: & infra, col. 432. c. *Juvenes ſimiliter conſolare pudicos eſſe in omnibus: De quo nos*, inquit, *in ſuo loco, ita ut in Latino legitur, quaſi* exhortare *ſcriptum eſſe expreſſimus.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. d. *Juvenes ſimiliter hortare ut ſobrii ſint in omnibus, per omnia teipſum*, &c. Ambroſiaſter in hunc loc. *Juniores ſimiliter hortare continentes eſſe*: deinde: *per omnia temetipſum*, &c. Græc. Τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν· tum, περὶ πάντα σεαυτὸν, &c. de ℣. ſeq.

℣. 7. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. d. *per omnia teipſum formam præbens bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate.* Hieron. in Tit. 2. 7. *teipſum exemplum præbens bonorum operum, in doctrina, in integritate, & caſtitate*: at infra, monet quoſdam *de Latinis* ita legendum exiſtimare: *in omnibus teipſum formam præbens bonorum operum*: & poſt pauca: *in doctrina, in incorruptione, in pudicitia*: paulò autem ſupra: *Quod autem ait*, in incorruptione, *ſic accipiendum, quòd incorruptio propriè virginitatem ſonet.* Hilarius l. 8. de Trin. col. 947. c. *in omnibus teipſum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cum veneratione verbum ſanum*, &c. Auguſt. quæſt. 119. in Exod. to. 3. p. 1. col. 458. d. *circa omnes teipſum bonorum operum præbens exemplum.* Ambroſiaſter in Tit. 2. 7. *per omnia temetipſum præbens exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. h. *exemplum teipſum præbens operum bonorum, in juſtitia, in caſtitate, in ſobrietate, per doctrinam ſanam.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. f. *Teipſum præbe exemplum bonor. oper.* &c. ut in Vulgata. Græc. περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν. Mſs. quidam in principio ferunt περὶ πάντας, alii verò in fine delent ἀφθαρσίαν· nonnulli circa medium pro ἀδιαφθορίαν, habent ἀφθορίαν· Veleſ. ἐν τῇ ἀδιαφθορίᾳ, ἐν τῇ σεμνότητι.

℣. 8. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. d. *in ſermone ſanum, irreprehenſibilem: ut adverſarius revereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Hilarius l. 8. de Trinit. col. 947. c. *verbum ſanum, irreprehenſibile: ut adverſarius revereatur, nihil habens turpe, aut malum de nobis dicere.* Auguſt. in Pſ. 34. to. 4. col. 231. a. *ut adverſarius revereatur, nihil habens de nobis dicere pravum.* Hieron. in Tit. 2. 8. *in ſermone ſano, & irreprehenſibili: ut qui ex adverſo eſt, revereatur, nihil habens de nobis dicere mali.* Ambroſiaſt. in eund. loc. *verbum ſanum, irreprehenſibile: ut is, qui è diverſo eſt, revereatur, nihil habens dicere de nobis dignum reprehenſione.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. f. *verbum ſanum habens, irreprehenſibile: ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nullum malum habens dicere de nobis.* Gr. λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον· ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον. Mſs. plerique, περὶ ἡμῶν λέγειν, &c.

℣. 9. Hieron. in Tit. 2. 9. *Servi dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus, ſint placentes, non contradicentes*: & infra: *Quidam*, inquit, *hunc locum ita legunt*: Servi dominis ſuis ſubditi ſint: *& poſtquam huc uſque diſtinxerint, inferunt*: in omnibus placeant: *cùm in Græco alius ſit ordo lectionis, id eſt*: Servi dominis ſuis ſubditi ſint in omnibus: *ut ſequatur*, εὐαρέστους εἶναι, *quod nos licet non plenè, tamen ex parte aliqua interpretari poſſumus*, ut complaceant ſibi. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. f. *Servi dominis ſuis obedientes ſint in omnibus.* Ambroſiaſter in hunc loc. *Servos dominis ſuis ſubditos eſſe in omnibus, optimos, non reſponſatores.* Græc. hod. Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι· deinde, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας.

℣. 10. Hieron. in Tit. 2. 10. *non furantes, ſed omnem fidem oſtendentes bonam: ut doctrinam Salvatoris n. D. ornent in omnibus.* Ambroſiaſter in eund. loc. *non fraudantes, ſed omnem fidem bonam oſtendentes: ut doctrinam*, &c. ut ſupra. Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 747. f. *ut doctrina Salvatoris n. J. C. ornetur in omnibus.* Græc. μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν· ἵνα, &c. ut in Vulgata.

℣. 11. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. e. & f. cum Ambroſiaſtro in hunc loc. *Illuxit enim gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus.* Itidem Hieron. in Tit. 2. 11. & 14. deleta vocula *noſtri*; item l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 181. d. poſito inſuper *Apparuit*, pro *Illuxit*: cui accinit Fulgentius l. de incarnat. num. 37. Sedulius Hibern. in hunc loc. *Illuxit enim gratia Dei & Salvatoris noſtri.* Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. col. 20. b. *Apparuit ergo gratia Salvatoris noſtri Dei omnibus hominibus.* Prædeſtin. l. 3. apud Sirm. tom. 1. col. 527. a. *Apparuit gratia Dei omnipotentis hominibus.* Græc. Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις. Mſ. Alex. delet ἡ, ante σωτήριος· Veleſ. verò, cum Borner. Gr. Lat. habet, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

12. erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & saecularia desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc saeculo,

13. exspectantes beatam spem, & adventum gloriae magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi:

14. qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

15. Haec loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

**Versio antiqua.**

12. corripiens nos, ut abnegantes impietatem, & saecularia desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc saeculo, *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

13. exspectantes beatam spem, & adventum gloriae magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi:

14. qui dedit pro nobis seipsum, ut liberaret nos ab omni iniquitate, & mundet sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum.

15. Haec loquere, & hortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

### Notae ad Versionem antiquam.

℣. 12. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 211. e. f. *erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & saecularia desideria, sobriè, & piè, & justè vivamus in hoc saeculo.* Itidem Hieron. in Tit. 2. 12. praeter hoc, *pudicè, & justè, & piè:* at sup. in Tit. 1. col. 424. a. necnon l. 1. contra Jovin. col. 181. d. *castè, & justè, & piè vivamus in praesenti saeculo.* Praedestin. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 527. a. *erudiens nos & docens, ut sit omnis homo perfectus in Christo.* August. tract. 17. in Joh. to. 3. col. 424. c. *ut abnegantes impietatem, & saeculares cupiditates, temperanter, & justè, & piè vivamus in hoc saeculo.* Avitus Vien. apud eund. Sirm. to. 2. col. 179. a. *ut abnegantes impiet. & saec. desid. prudenter, & justè, & piè vivamus in hoc saeculo.* Ambrosiaster in hunc loc. *erudiens nos, ut abnegata impietate, & saecularibus desideriis, temperanter, & justè, & piè vivamus in hoc saeculo.* Fulgent. l. de incarn. num. 37. cum textu concinit ad verbum. Graec. παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.

℣. 13. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. e. *exspectantes beatam spem in adventum gloriae magni Dei, & Salvat. n. J. C.* Similiter habet Hieronym. in Tit. 2. 13. praeter *& adventum:* at sup. in Tit. 1. col. 424. a. legit, *& adventum Salvatoris nostri Dei.* August. tract. 17. in Joh. to. 3. col. 424. c. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 26. g. *exspectantes illam beatam spem, & manifestationem gloriae magni* (tract. 17. *beati*) *Dei, & Salvat. n. J. C.* Ambrosiaster in hunc loc. *exspectantes beatam spem, & adventum gloriae beati Dei, & Salvat. n. J. C.* Itidem Avitus Vien. apud Sirm. to. 2. col. 179. a. excepta voce *magni*, pro *beati.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 742. b. *exspectantes beatam spem, & advent. glor. magni Salvatoris n. J. C.* Graec. προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος, &c. ut in Vulgata.

℣. 14. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. e. *qui dedit pro nobis seipsum, ut liberaret nos ab omni iniquitate, & mundet sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum.* Augustin. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. a. *qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret nos sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum:* & lib. de unit. Eccl. to. 9. col. 363. c. *ut mundaret nos, &c.* Ambrosiaster in Tit. 2. 14. *qui dedit semet... ut redimeret nos ab omni iniquit. & emundaret sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum.* Hieron. in eundem loc. *qui dedit semet....... ut nos redim. ab omni iniq. & mundaret sibi populum egregium, aemulatorem bonorum operum:* & infra in commentatione: *qui dedit semetipsum pro nobis, ut pretioso sanguine suo nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum* περιούσιον, (*ita quippe habetur in Graeco*) *& bonorum operum faceret aemulatorem:* tum addit: *Saepe mecum considerans quid sibi vellet verbum* περιούσιον, *& à sapientibus saeculi hujus interrogans si fortè alicubi legissent, nunquam invenire potui, qui mihi quid significaret exponeret. Quamobrem compulsus sum ad Vetus Instrumentum recurrere, unde arbitrabar & Apostolum sumpsisse quod dixerat. Hebraeus enim ex Hebraeis, & secundùm legem Pharisaeus, utique id ponebat in epistola sua, quod in Veteri Testamento legisse se noverat. In Deuteronomio itaque reperi* (c. 7. ℣. 6.) Quoniam populus sanctus tu Domino Deo tuo: & in te complacuit Domino Deo tuo, ut esses ei in populum περιούσιον ex omnibus populis, qui sunt super faciem terrae: *& in Ps.* 134. Psallite nomini ejus, quoniam suave est: quoniam Jacob elegit sibi Dom. Israel in possessionem sibi. *Pro eo quod est* in possessionem, *in Graeco scriptum est* εἰς περιουσιασμὸν, *quod quidem Aquila, & V. Editio* εἰς περιούσιον *expresserunt; Lxx. verò & Theodotio* περιουσιασμὸν *transferentes, commutationem syllabae fecère, non sensûs. Symmachus igitur, pro eo quod est in Graeco* περιούσιον, *in Hebraeo* segula, *expressit* ἐξαίρετον, *id est*, egregium, *vel* praecipuum, *pro quo verbo in alio volumine, Latino sermone utens*, peculiarem *interpretatus est.* Victorin. Afric. l. 2. contra Arium, p. 273. g. haec habet: *S. Apostolus ad Titum epistolâ sic dixit Graecè:* ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. *Latinus cùm non intelligeret* περιούσιον ὄχλον, περιούσιον τῶν περιόντα, (*id est, circa vitam, quam Christus & habet, & dat*) *posuit populum abundantem.* Aethiop. omittit περιούσιον, si Millio fides.

℣. 15. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. f. & g. *Haec loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.* Itidem Hieron. & Ambrosiaster in Tit. 2. 15. nisi quòd ille habeat *increpa*, pro *argue*; Gr. ἔλεγχε· subinde addit S. Doctor: *Quod verò intulit*, exhortare, *id est*, παρακάλει, *aliud quoddam in Graeco significat quàm in Latino:* παράκλησις *quippe magis* consolationem, *quàm* exhortationem *sonat:* & post pauca, ad haec verba, *Nemo te contemnat*, ait: *Existimet aliquis hoc ipsum nunc ad Titum scribi, quod ad Timotheum dictum est*, Nemo adolescentiam tuam contemnat: *nos verò juxta Graeci sermonis differentiam, aliud putamus significare* περιφρονείτω, *quod hic scribitur; & aliud* καταφρονείτω, *quod ad Timotheum dictum est; & praepositiones* περὶ, *vel* κατὰ, *sensum facere diversum..... Existimamus itaque* καταφρόνησιν *ad contemptum propriè pertinere, vel cùm quis inter eculeum laminasque distentus contemnit dolorem... è contrario autem est & malus contemptus..... juxta quod ad Timotheum quoque scriptum diximus*, Nemo adolescentiam tuam contemnat, *id est, Nolo te talem exhibeas, ut possis ab aliquo meritò contemni.* Περιφρόνησις *autem illud sonat..... cùm quis confidens sibi se alio esse meliorem, despicit eum, quem inferiorem putat, &c.*

## CAPUT III.

**Vulgata nova.**

1. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse:

**Versio antiqua.**

1. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, obaudientes, ad omne opus bonum paratos esse: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

### Notae ad Versionem antiquam.

℣. 1. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. *Admone illos principibus, & magistratibus subditos esse, obedientes, ad omne opus bonum paratos esse.* Hieronymus in Tit. 3. 1. *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, obedire, ad omne opus bon. paratos esse:* & infra ait: *Docet principatibus, & potestatibus credentes debere esse subjectos:* ἀρχαὶ *quippe, quae leguntur in Graeco, magis principatus, quam principes sonant. Sed quia dixerat*, Admone illos principatibus, & potestatibus subditos esse, *poterat his, qui tormenta formidant, occasio ad negandum dari....... propterea subjecit*, obedire ad omne opus bonum..... *Quod verò sequitur*, paratos esse, *dupliciter legendum, ut vel subaudiatur*, ad omne opus bonum paratos esse; *vel certè cum superioribus copulato hoc quod ait*, obedire ad omne opus bonum, *& huc usque finito, quasi aliud proprium, & speciale praeceptum sit, Paratos esse.* Ambrosiaster in eund. loc. legit: *Admone illos principatibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, &c.* Sedulius Hibern. *dicto obedientes.* Graec.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

[Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.] 2. neminem blasphemare, non litigeos esse; modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

[* In Ms. Reg. deest &.] 3. Fuimus enim aliquando & nos stulti, * & incredibiles, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem.

4. Sed cùm benignitas, & humanitas illuxit Salvatoris nostri Dei;

[* Ms. Reg. facimus.] 5. non ex operibus justitiæ, quæ * fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis per Spiritum sanctum,

6. quem effudit in nos honestè per Jesum Christum Salvatorem nostrum:

[* Leg. justificati.] 7. ut * justificaturi ipsius gratia, hæredes efficiamur secundùm spem vitæ æternæ.

8. Fidelis sermo: & de his volo te affirmare: ut curam habeant bonis operibus præesse qui crediderunt Deo. Hæc sunt bona, & utilia hominibus.

### VULGATA NOVA.

2. neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem.

4. Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei;

5. non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti, [2. Tim. 1. 9.]

6. quem effudit in nos abundè per Jesum Christum Salvatorem nostrum:

7. ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ.

8. Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona, & utilia hominibus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς, καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν, &c.

℣. 2. Cypr. l. 3. Testim. p. 328. a. *de nullo malè loqui, nec litigiosos esse.* Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. cum Ambrosiastro in Tit. 3. 2. *neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Itidem Hieron. in eundem loc. præter hoc, *non litigiosos esse; esse modestos.* August. ep. 133. to. 2. col. 397. a. *mansuetudinem ostentantes ad omnes homines.* Græc. μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς, &c. ut sup. al. πραΰτητα.

℣. 3. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. *Fuimus enim & nos aliquando stulti, & increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes alterutrum.* Ambros. l. 2. de Spir. S. col. 654. e. *Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis:* & in Ps. 40. col. 876. e. *Fuimus increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus:* & in Ps. 118. col. 1246. f. *Eramus enim aliquando insipientes, increduli, errantes in desideriis, & voluptatibus.* Hieron. in Tit. 3. 3. *Fuimus enim aliquando & nos stulti, inobedientes, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia, & in invidia agentes, odiosi, odientes alterutrum.* August. in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 939. b. *Fuimus enim & nos stulti aliquando, & increduli, errantes, servientes voluptatibus, & desideriis variis, in malitia & invidia agentes, abominabiles, invicem odio habentes:* similiter in Ps. 112. to. 4. col. 1253. d. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. to. 10. col. 419. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 724. e. nisi exceperis *desideriis, & volupt. variis.* Ambrosiaster in Tit. 3. 3. *Nam eramus quondam & nos inconsulti, inobsequentes, errantes, servientes desideriis, & volupt. variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odio nos invicem habentes.* Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. c. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. & l. 2. c. 15. p. 26. f. à Vulgata nil differunt. Græc. Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις, καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους. Ms. 1. μισητοὶ, pro στυγητοί.

℣. 4. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. *Sed cùm benignitas, & humanitas illuxit Salvat. n. Dei.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1247. a. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Salvat. n. Dei.* Hieron. in Tit. 3. 4. *Cùm autem bonitas, & humanitas illuxit Salvat. n. Dei:* & l. 2. contrà Pelag. tom. 4. p. 2. col. 517. a. *Bonitas enim, & misericordia Salvatoris nostri, non ex operibus, &c.* August. in Ps. 112. to. 4. col. 1253. d. *Cùm autem benignitas, & humanitas illuxit Salvat. n. Dei:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. a. & l. 1. cont. 2. epist. Pelag. col. 419. c. necnon l. de gra. & lib. arb. col. 724. f. Ambrosiaster verò in hunc loc. *Cùm verò bonitas, & humanitas illuxit salutaris Dei nostri.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. g. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Salvat. Dei nostri.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. & l. 2. c. 15. p. 26. f. cum Auctore ep. ad Demetriad. p. 45. c. nisi quòd omittant vocem *Dei.* Maximinus Arian. apud August. tom. 8. col. 651. c. *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Salvat. nostri Dei.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 748. b. *Cùm autem benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei salvos nos fecit, &c.* Gr. Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.

℣. 5. Textui Sangerm. concinunt Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. & Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. g. Sic etiam habent Ambros. in Ps. 118. col. 1247. a. & Ambrosiaster in hunc loc. nec aliter August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. a. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. col. 419. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 724. f. itemque Maximin. ubi sup. si exceperis apud utrumque, *& renovationis Spiritus sancti,* pro *& renovationis per Spiritum sanctum.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 11. f. ac l. 2. c. 15. p. 26. f. & Auct. epist. ad Demetriad. p. 45. c. omisso tamen *& renovationis.* Hieron. in Tit. 3. 5. *non ex operibus justit. quæ fec. nos, sed secund. suam miseric. salvavit nos per lavacrum regenerat. & renovat. Spiritus sancti:* & l. 2. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 517. a. *non ex operibus justitiæ, quæ fecimus, sed secundùm suam miseric. salvos nos fecit: ut justificati, &c.* ut infra ℣. 7. Cyprianus ep. 74. p. 140. a. *servavit nos per lavacrum regenerationis.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 748. b. *salvos nos fecit per virtutem regenerationis.* Gr. οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου. Borner. cod. Gr. διὰ Πνεύματος, &c. Lat. *per Spiritum sanctum.*

℣. 6. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. *quem effudit in nobis honestè per J. C. Salvat. nostrum.* Hieronymus in Tit. 3. 6. *quem effudit super nos opulenter per J. C. S. n.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. a. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. col. 419. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 724. f. *quem ditissimè effudit super nos per J. C. S. n.* Similiter Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 31. col. 182. b. *quem ditissimè effudit super nos.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *quam effudit in nos abundanter per J. C. S. n.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. g. cum Maximino apud August. to. 8. col. 651. c. *quem effudit in nos abundè per, &c.* Itidem Ambrosiaster in hunc loc. cum Auctore l. de voc. gent. tum l. 1. c. 18. p. 11. f. tum l. 2. c. 15. p. 26. f. necnon Auct. epist. ad Demetriad. p. 45. d. Gr. οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ, &c. ut in Latino.

℣. 7. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 240. h. *ut justificati gratia ipsius, hæredes efficiamur secundùm spem vitæ.* Itidem August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. a. & l. 1. contra 2. epist. Pelag. col. 419. c. & l. de gra. & lib. arb. col. 724. f. addita voce *æternæ*, post *vitæ.* Hieronymus, & Ambrosiaster in Tit. 3. 7. *ut justificati illius gratia, hæredes efficiamur secund. spem vitæ æternæ.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 123. col. 133. g. *ut justificati gratia ipsius, hæredes efficeremur secund. &c.* ut supra. Concinunt Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 18. p. 12. a. ac l. 2. c. 15. p. 26. f. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. d. uno excepto *simus*, pro *efficeremur.* Græc. ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ', &c. ut in Latino. Mss. plures, γενηθῶμεν.

℣. 8. Hieronymus in Tit. 3. 8. *Fidelis sermo: & de his volo te confirmare: ut curam habeant bonis operibus præesse qui credunt in Domino. Hæc sunt bona, & utilia hominibus.* Ambrosiaster in eundem loc. *Fidelis sermo: & de his volo*

## VULGATA NOVA.

1. Tim. 1. 4. & 4. 7. 9. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita: sunt enim inutiles, & vanæ.

2. Tim. 2. 23. 10. Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita:

11. sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio judicio condemnatus.

12. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare.

13. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit.

14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.

15. Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

## VERSIO ANTIQUA.

9. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & lites legis devita: sunt enim inutiles, & vanæ. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claromont.*

10. Hæreticum hominem post unam correptionem, & duo, devita:

11. sciens quoniam perversus est hujusmodi, & peccat, cùm sit à semetipso damnatus.

12. Cùm misero Arteman ad te, vel Tychicum, festina venire ad me * Nicopolim: ibi enim statui hiemare.

13. Zenan legisperitum, & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit.

14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad necessarias causas, ut non sint infructuosi.

15. Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui amant nos in fide. Gratia Domini cum omnibus vobis. * Amen.

* Ad Titum explicit scribens à Nicopolim.

* *Ms. Reg.* Nicopoli.

* *In Ms. Reg. deest* Amen.

* *In Ms. Reg.* Ad Titum scribens à Nicopolim explicit.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*re confirmare: ut solliciti sint ad effectum bonorum operum ii, qui crediderunt Deo. Hæc sunt*, &c. ut supra. Græc. Πιστὸς ὁ λόγος· καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι· ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ. Ταῦτά ἐστι, &c. ut in Latino. MS. Veles. habet πιστεύοντες, pro πεπιστευκότες.

℣. 9. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 226. g. *Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & lites legis devita: sunt enim inutiles, & vanæ.* Hieron. in Tit. 3. 9. *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas (infra, rixas,) quæ veniunt ex lege, devita: sunt quippe inutiles, & vanæ.* Ambrosiaster in eundem loc. *Stultas autem quæstiones, & originum enumerationes, & contentiones, & pugnas legis devita: sunt enim*, &c. ut supra. Tertul. l. de præscr. c. 7. p. 331. c. *quæstiones infructuosas* memorat: & infra, c. 16. p. 333. c. ait Apost. prohibere *quæstiones inire, novis vocibus aures accommodare.* Græc. Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο· εἰσὶ γὰρ, &c. ut supra.

℣. 10. Irenæus l. 3. c. 2. p. 177. c. *Hæreticum autem hominem post unam correptionem devita:* at l. 1. c. 16. p. 83. c. legit, *post primam, & secundam correptionem.* Tertul. l. de præscr. c. 6. p. 331. b. ait ex Apost. *hominem hæreticum post primam correptionem recusandum:* & infra, c. 16. p. 333. c. *hæreticum post unam correptionem convenire* prohibitum. Item Cyprianus ep. 55. p. 89. b. legit: *Hæreticum hominem post unam correptionem evita:* ita rursum, l. 3. Testim. p. 325. b. excepto verbo *devita.* Accinunt magno consensu Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. g. Ambrosius l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. c. & in Luc. 9. col. 1399. e. 1418. e. 1422. c. item in Luc. 17. col. 1475. d. & l. 3. de fide, col. 504. a. & epist. 11. col. 811. b. August. ep. 43. to. 2. col. 88. f. Faustin. presb. l. contra Arian. p. 651. b. Concilii Aquil. epistola 12. pro Damaso, to. 1. col. 554. b. & Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 5. Similiter pene Ambrosiaster in Tit. 3. 10. necnon Ambrosius ipse, l. 1. de fide, col. 452. d. *Hæreticum hom. post primam correptionem devita.* Hieron. verò in Matth. 15. to. 4. p. 1. col. 68. d. & in Tit. 3. 10. legit: *Hæreticum hominem post unam, & alteram correptionem devita:* at in commentatione, col. 438. f. *post unam correptionem devita:* paulò verò post, observat legi *in Latinis codicibus (quod verum papa quoque Athanasius approbat) Post unam, & alteram correptionem:* & supra ad vocem *correptionem*, monet *in Græco meliùs haberi* νουθεσίαν· *νουθεσία autem commonitionem magis, & doctrinam absque increpatione significat.* Gelas. I. epist. 4. Conc. to. 4. col. 1170. b. *Hominem hæreticum post primam, & secundam correptionem devita.* Similiter Leo Mag. serm. 93. p. 178. d. & Maxim. Taurin. p. 19. b. nisi quòd legant *unam*, pro *primam.* Græc. Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. Borner. cod. Gr. μετὰ μίαν νουθεσίαν, ἢ δευτέραν, Lat. *post unam correptionem, aut secundam.*

℣. 11. Irenæus l. 3. c. 2. p. 177. c. *sciens quoniam perversus est, qui est talis, & est à semetipso damnatus.* Tertul. l. de præscr. c. 6. p. 331. b. *quòd perversus sit ejusmodi, & delinquat, ut à semetipso damnatus.* Cypr. ep. 55. p. 89. b. & l. 3. Testim. p. 325. b. cum Faustino presbyt. contra Arian. p. 651. b. *sciens quia perversus est hujusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus.* Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 226. g. *sciens quoniam perversus est, & peccat, cùm sit à semetipso damnatus.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 6. col. 326. c. *quia subversus est, qui hujusmodi est, & delinquit, cùm sit à semetipso damnatus:* & l. 1. de fide, col. 452. d. *sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio judicio damnatus.* Hieron. in Matth. 15. to. 4. p. 1. col. 68. d. *sciens quòd perversus sit hujuscemodi, & à semetipso damnatus:* & in Tit. 3. 11. *sciens quòd subversus est ejusmodi, & delinquit, qui est à semetipso damnatus:* & infra in comment. col. 439. a. *quòd subversus est ejusmodi, & peccat, cùm sit à semetipso damnatus.* August. epist. 43. to. 2. col. 88. f. *sciens quia subversus est ejusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus.* Ambrosiaster in hunc loc. *sciens quòd perversus est hujusmodi, & delinquit, à semetipso damnatus.* Maxim. Taurin. p. 19. b. *sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, proprio judicio condemnatus.* Similiter Leo M. serm. 93. p. 178. d. nisi quòd ponat *qui hujusmodi est*, ante *subversus est.* Gelas. I. ep. 4. Conc. to. 4. col. 1170. b. *sciens quòd hujusmodi delinquat, proprio judicio condemnatus.* Gr. εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος.

℣. 12. Hieronymus in hunc locum: *Cùm misero Arteman ad te*, &c. ut in textu, cui etiam favet Ambrosiaster in eundem loc. nec aliter in Græco, nisi quòd præponat εἰς, *in*, voci *Nicopolim*; & pro *statui*, habeat κέκρικα, *judicavi.*

℣. 13. Hieronymus in hunc loc. *Zenam legis doctorem, & Apollo*, &c. ut supra. Ambrosiaster in eundem loc. *Zenam legisperitum, & Apollo*, &c. ut supra. Græcum: Ζηνᾶν τὸν νομικὸν, καὶ Ἀπολλὼ..... ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ· al. λίπῃ.

℣. 14. Hieronymus in eundem loc. *Discant autem & nostri bonis operibus præesse in necessariis usibus, ut non sint infructuosi.* Similiter Ambrosiaster in eund loc. præter *ad usus necessarios.* Græc. Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, &c. ut in Latino.

℣. 15. Hieronymus in hunc loc. *Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Domini nostri cum omnibus vobis:* tum addit: *Sciendum quòd in Græcis codicibus ita scriptum est:* Gratia cum omnibus vobis: *ut nec* Domini, *nec* nostri, *in libris feratur authenticis.* Ambrosiaster in eundem loc. *Salutant te omnes, qui mecum sunt..... Gratia Dei cum omnibus vobis*, absque *Amen.* Gr. Vulgatæ suffragatur, omissa voce *Dei.* Borner. tamen cod. Gr. Lat. addit τοῦ Θεοῦ· alii verò duo omittunt Ἀμήν.

* In Græco sic: Πρὸς Τίτον, τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας. *Ad Titum, Cretensium Ecclesiæ primum episcopum constitutum, scripta est à Nicopoli Macedoniæ.* In Mss. quibusdam desunt, τῆς Κρητ. Ἐκκλ. πρῶτ. ἐπ. χειροτονηθέντα· ex quibus etiam duo tollunt τῆς Μακεδονίας.

Digitized by Google

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *EPISTOLA AD TITUM.*

CAP. I. ℣. 8. Sed hospitalem, benignum, sobrium. *Non addas* prudentem: *causa explicatur Notationibus nostris.*

℣. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes. *Non omittas* etiam.

CAP. II. ℣. 11. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri. *Non scribas femininum* salutaris, *pro masculino* Salvatoris nostri.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *EPISTOLA AD TITUM.*

CAP. II. ℣. 5. Prudentes, castas, sobrias. *Sunt libri, & Auctores, qui omittunt* τὸ sobrias, *eò quòd altera sit versio, ex Græca voce* σώφρονας, *quam Interpres jam reddiderat* prudentes.

# SUMMUM CAPUT EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM,

## è Vulgatis Bibliis depromptum.

*Philemoni, cujus charitatem, ac fidem collaudat, Onesimum servum ipsius remittit; quem illi commendat, & ejus culpam in se recipit; indicans se cupere ipsum habere, ut sibi ministret in Evangelii prædicatione.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

**VULGATA NOVA.**

1. PAULUS vinctus Christi
Jesu, & Timotheus fra-
ter; Philemoni dilecto,
& adjutori nostro,
2. & Appiæ sorori cha-
rissimæ, & Archippo com-
militoni nostro, & Eccle-
siæ, quæ in domo tua est.
3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro,
& Domino Jesu Christo.
4. Gratias ago Deo meo, semper memoriam
tui faciens in orationibus meis,
5. audiens charitatem tuam, & fidem, quam
habes in Domino Jesu, & in omnes sanctos:
6. ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in

**VERSIO ANTIQUA.**

1. PAULUS Apostolus Jesu Chri-
sti, & Timotheus frater; Fi-
lemoni carissimo fratri, & ad-
jutori nostro,
2. & Apphiadi sorori, &
Archippo commilitoni no-
stro, & quæ in domo tua est
Ecclesia.
3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, &
Domino Jesu Christo.
4. Gratias ago Deo meo, semper commemo-
rationem vestri faciens in orationibus meis,
5. audiens tuam fidem, & caritatem, quam ha-
bes in Domino Jesu Christo, & in omnes sanctos:
6. ut communicatio fidei tuæ manifesta fiat in

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosius l. 3. Hex. col. 54. c. & l. de exhort. virg. col. 294. a. & epist. 63. col. 1045. f. *Paulus vinctus Jesu Christi:* itidem epist. 87. col. 1107. c. adjunctis seqq. *& Timotheus frater; Philemoni:* at plerique Mss. ibid. ferunt, *& Timotheus; fratri Philemoni.* Hieronym. in hanc epist. to. 4. p. 2. col. 443. a. *Paulus vinctus Christi Jesu, & Timotheus frater; Philemoni dilecto, & cooperatori nostro:* & infra, col. 446. b. ait non haberi *in Græco* ἠγαπημένῳ, *quod Dilectus dicitur, sed* ἀγαπητῷ, *id est, Diligibili.* Ambrosiaster in eund. loc. *Paulus vinctus C. J. & Timotheus frater; Philemoni dilecto fratri, & laborum nobis participi.* Græc. Παῦλος δέσμιος Χρ. Ἰ..... Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ, καὶ συνεργῷ ἡμῶν.

℣. 2. Hieronymus in hunc loc. *& Apphiæ sorori, & Archippo commilit. nostro, & Ecclesiæ, quæ,* &c. ut in Vulg. Ambrosiaster in eundem loc. *& Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & domesticæ ejus Ecclesiæ.* Gr. καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ..... καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου Ἐκκλησίᾳ. Borner. cod. καὶ Ἀμφίᾳ τῇ ἀδελφῇ, quæ vox ἀδελφῇ adest etiam in aliis pluribus, loco ἀγαπητῇ.

℣. 3. Textui concinit Ambrosiaster in hunc loc. Sic etiam Hieron. in eundem loc. nisi quòd pro *Domino Jesu,* habeat *Domino nostro.* Græcum nil differt.

℣. 4. Hieronymus in hunc loc. *Gratias ago Deo meo semper, memoriam tui faciens in orat. meis:* & infra: *Gratias ago Deo meo semper, & memoriam tui faciens,* &c. tum addit: *Ambiguè verò dictum utrum gratias agat Deo suo semper, an memoriam ejus faciat in orationibus suis semper; & utrumque intelligi potest.* Ambrosiaster in eandem epist. *Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in,* &c. Græc. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν, &c.

℣. 5. Hieron. in hanc epist. *audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Dom. Jesu, & in omnes sanctos ejus.* Ambrosiaster in eandem epist. *audiens fidem tuam, & charitatem, quam habes in Dominum Jesum, & in omnes sanctos.* Græc. ἀκούων σου τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. Mss. quidam ponunt πίστιν, ante ἀγάπην· & unus addit Χριστὸν, ad Ἰησοῦν, cum Sangerm. & Reg.

℣. 6. Hieronymus in hunc loc. *ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis boni, quod in vobis est in Christo:* & post plura: *evidens fiat, &c. sive ut in Græco meliùs habetur, efficax:* ἐνεργὴς *enim propriè transferri po-*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.* cognitione omnis boni, quæ in nobis est in Christo Jesu.

7. Gaudium enim magnum habuimus, & consolationem in caritate: quia viscera sanctorum refecta sunt per te, frater.

8. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

9. propter caritatem magis obsecro, cùm sis talis, sicut Paulus senex, nunc autem & vinctus Jesu Christi:

10. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, * Onesimo,

11. qui aliquando tibi inutilis fuit, nunc autem tibi, & mihi utilis,

12. quem misi tibi. Tu autem illum, hoc est, mea viscera, excipe:

13. quem ego volui apud me retinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

14. sed sine tuo consilio nihil volui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum * esset, sed voluntarium.

15. Forsitan enim propterea discessit ad horam, ut in æternum illum reciperes:

16. jam non quasi servum, sed pro servo fratrem carissimum, maximè mihi; * quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino?

17. Si ergo * habens me socium, adsume illum sicut & me:

18. Si quid autem læsit te, aut debet; hoc mihi imputa.

19. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quòd etiam & teipsum mihi

* Ms. Reg. Onesimum.

* Ms. Reg. esse.

* Mss. quanta.

* Leg. habeas.

## VULGATA NOVA.

agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

7. Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater.

8. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

9. propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vinctus Jesu Christi:

10. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

11. qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi utilis,

12. quem remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe:

13. quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

14. sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

15. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut æternum illum reciperes:

16. jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem, maximè mihi; quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino?

17. Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me:

18. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet; hoc mihi imputa.

19. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quòd & teipsum mihi

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*test, efficax, sive, operatrix.* Ambrosiaster in eundem loc. *ut communicatio tua accepta fiat in agnitione omnis boni, quæ in nobis est in Christo.* Græc. ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Ms. Veles. pro ἐνεργὴς, legit ἐναργής· paulòque post cum aliis quibusdam, παντὸς ἔργου ἀγαθοῦ· tum plures, τοῦ ἐν ἡμῖν· duo tantùm omittunt Ἰησοῦν, in fine.

℣. 7. Hieronymus in hunc loc. *Gaudium enim magnum habuimus, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater.* Ambrosiaster in eund. loc. *Gaudium enim magnum habui, & consolationem super caritate tua: quia..... requieverunt*, &c. ut supra. Græc. Χαρὰν γὰρ ἔχομεν πολλὴν, καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου· ὅτι τὰ..... ἀναπέπαυται, &c. ut in Latino. Mss. quidam habent ἔσχον, pro ἔχομεν.

℣. 8. Hieronymus in hunc loc. *Propter quod multam fiduciam habens in Chr. Jesu imperandi tibi quod prodest.* Ambrosiaster in eundem loc. *Quapropter multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet.* Sedulius Hibern. *quod ad rem attinet.* Græc. Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον.

℣. 9. Ambrosius l. de Joseph, c. 10. col. 503. f. & in Ps. 36. col. 804. d. *magis obsecro, cùm sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vinctus Christi Jesu.* Hieronym. in Philem. 9. *propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis*, &c. ut supra. Ambrosiaster in eund. loc. *propter charitatem tamen magis deprecor, cùm sis talis*, &c. ut supra. Gr. Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς, &c. ut in Latino.

℣. 10. Ambrosius in Ps. 36. col. 804. d. & Ambrosiast. in hunc loc. *Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo.* Hieronymus in Philem. 10. *Obsecro te de meo filio*, &c. ut supra. Græc. Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον. In Mss. quibusd. deest μου, post δεσμοῖς.

℣. 11. Hieronymus in hunc loc. *qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & tibi, & mihi utilis est.* Ambrosiaster in eundem loc. *quondam tibi inutili, nunc verò tibi, mihique perutili.* Græc. τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δέ σοι, καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον. Mss. quidam, νυνὶ δὲ καί σοι, &c.

℣. 12. Hieronymus ubi supra: *quem remisi tibi. Tu autem illum, id est, mea viscera, suscipe.* Ambrosiaster: *quem remisi ad te. Tu autem illum, sicut mea viscera, suscipe.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1149. a. *Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe.* Græc. ὃν ἀνέπεμψα. Σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, προσλαβοῦ. Ms. Veles. habet ὡς, pro τουτέστι.

℣. 13. Ambrosius in Ps. 118. col. 1149. a. & Hieron. in hunc loc. *quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii.* Ambrosiaster: *quem ego volueram apud meipsum retinere, ut pro te*, &c. ut supra. Græc. ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα, &c. ut in Latino.

℣. 14. Ambrosius in Ps. 118. col. 1149. a. *sed sine consilio tuo nihil facere volui, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Hieronymus in hunc loc. *sine consilio autem tuo nihil volui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Ambrosiast. *sed citra tuum consilium nihil volui facere, ut non velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* August. l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 720. b. *ne bonum tuum velut ex necessitate esset, sed ex voluntate.* Gr. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατ' ἑκούσιον.

℣. 15. Ambrosius l. de bono mort. c. 12. col. 412. e. *Forsitan enim ideo discessit ad horam, ut æternum illum reciperes.* Itidem Hieron. in hunc loc. addito *à te*, post *ad horam.* Ambrosiaster in eund. loc. *Idcirco secessit ad horam, ut in æternum illum reciperes.* Græc. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς· Ms. 1. ἐπέχῃς· Veles. addit ἀπὸ σοῦ, post ὥραν.

℣. 16. Hieronymus in hunc loc. *jam non sicut servum, sed plus servo, fratrem charissimum, maximè mihi; quanto magis autem tibi & in carne, & in Domino?* Ambrosiast. *non jam velut servum, sed pro servo dilectum fratrem, maximè mihi; quanto autem magis tibi*, &c. ut supra. Sedulius Hibern. *jam non ut servum, sed pro servo fratrem.* Gr. οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, &c. ut supra.

℣. 17. Hieronymus in Philem. *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me.* Ambrosiaster in eund. loc. *Si ergo habes me socium* ( Rom. ed. *me participem*, ) *adsume illum sicut me.* Græc. Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ.

℣. 18. Ambrosiaster in hunc loc. *Si autem aliquid læsit te, aut debitor est; hoc mihi imputa.* Hieron. ut in Vulgata. Græc. Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει· al. ἐλλόγα.

℣. 19. Hieronymus in hunc loc. *Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quia & ipsum te mihi debes.* Itidem Ambrosiast. præter hæc, *quòd etiam teipsum mihi debes.* Gr. Ἐγὼ Παῦλος..... ἐγὼ ἀποτίσω, ἵνα μὴ λέγω

Digitized by Google

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. |
|---|---|
| debes : | debes in Domino : |
| 20. ita frater. Ego te fruar in Domino : Refice viscera mea in Domino. | 20. ita frater. Ego te fruar in Domino : Refice * mea viscera in Christo. |
| 21. Confidens in obedientia tua scripsi tibi : sciens quoniam & super id, quod dico, facies. | 21. Fiduciam habens obauditionis tuæ scripsi tibi : sciens quia super id, quod dico, facies. |
| 22. Simul autem & para mihi hospitium : nam spero per orationes vestras donari me vobis. | 22. Simul autem & præpara mihi hospitium : spero enim quòd per orationes vestras donabor vobis. |
| 23. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu, | 23. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu, |
| 24. Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adjutores mei. | 24. Marcus, Aristarcus, Demas, Lucas, adjutores mei. |
| 25. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. | 25. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. |
| | * Ad Filemonem explicit scribens à Roma. |

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

* *Ms.* me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

σοι, ὅτι ϗ σεαυτόν μοι προσοφείλεις.

℣. 20. Ambrosius in Luc. 7. col. 1377. b. & Hieronymus in hunc loc. *ita frater. Ego te fruar in Domino : Refice viscera mea in Christo.* Ambrosiaster : *ita frater. Sic ego te fruar in Domino : Refove viscera mea in Christo.* Ad hoc autem, *ita frater*, hæc observat Hieron. loco supra cit. col. 452. d. *Quod ait*, ναὶ ἀδελφέ· ναὶ, *quoddam quasi adverbium blandientis est : nos autem interpretantes*, ita frater, *aquatius & dilutius nescio quid magis aliud quàm id, quod est scriptum, sonamus.* Addit Græc. Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ· Ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ. Mss. plures, ἐν Χριστῷ.

℣. 21. Hieronymus in hunc loc. *Confidens de obedientia tua scripsi tibi : sciens quoniam super id, quod dico, facies.* Ambrosiaster in eundem loc. *Fiduciam habens obauditionis tuæ scripsi tibi : sciens quia supra quam dico, facies.* Gr. Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι· εἰδὼς ὅτι ϗ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις.

℣. 22. Ambrosiaster in Philem. *Simul autem & præpara mihi hospitium : spero enim quòd per orationes vestras donabor vobis.* Hieronymus in eandem epist. *Simul autem & præpara mihi hospitium : nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Græc. Ἅμα δὲ ϗ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν· ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν.

℣. 23. Sic habent Hieron. & Ambrosiaster in hunc loc. Græcum : Ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς, &c. Mss. quidam, Ἀσπάζεται.

℣. 24. Hieronymus in hunc loc. *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei.* Itidem Ambrosiast. præter vocem *adjutores* ; Græc. οἱ συνεργοί.

℣. 25. Similiter apud Hieron. & Ambrosiast. in hunc loc. excepta vocula *Amen*, quæ deest. Græc. textui consonat ad verbum.

* In Græco sic : Πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκέτου, *Ad Philemonem scripta est à Roma per Onesimum domesticum.*

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

### *EPISTOLA AD PHILEMONEM.*

VErs. 6. In agnitione omnis operis boni. *Correctores judicarunt non esse omittendum* operis.

*Sequitur :* Quod est in vobis in Christo Jesu. *Nec hic omittendum censuerunt* quod est in vobis : *immò* quod est *neutrum*, *prætulerunt* quæ est *feminino*, *& secundam personam* in vobis, *prima* in nobis.



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI
# AD HEBRÆOS,

## è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Tantùm veteri testamento per Angelos dato novum per Christum datum præfertur, quantùm Christus Angelis dignior est, quos origine, dominio, potentia, & honore antecellit.*

CAP. II. *Cùm Angelicorum præceptorum transgressio dignam acceperit ultionem, multò magis ea sequetur transgressores præceptorum Christi: qui per susceptam humanitatem, & crucem minoratus est ab Angelis, & ex eo factus auctor salutis in ipsum credentium.*

CAP. III. *Longè excellentior est Christus, utpote filius, quàm Moyses, qui famulus fidelis erat in domo Dei; curandum igitur ut huic in omnibus obtemperemus, ne in modum incredulorum Judæorum ab ejus requie repellamur.*

CAP. IV. *Quandoquidem Judæi ob incredulitatem non introierunt in promissam requiem, & reliquum est ut alii ingrediantur, curandum est ne ea frustremur, sed credentes, in ipsam admittamur: de vivo, & efficaci Dei verbo quod omnia conspicit, deque ejus infirmitate, ut nostris compateretur infirmitatibus.*

CAP. V. *Christus debito ordine factus noster Pontifex, precesque Patri offerens, exauditus est: & discens ex iis quæ passus est obedientiam, factus est obtemperantibus causa salutis æternæ: sed reconditorum de ipso mysteriorum capaces non erant ii, ad quos hîc scribebat Apostolus.*

CAP. VI. *Non intendit de primis fidei initiis tractare, quandoquidem rebaptizari nequeunt qui post susceptum baptismum rursum in peccata relabuntur, imò timenda illis est æterna maledictio: consolando autem Hebræos hortatur ut Abrahæ longanimitatem imitantes, reddant se participes eorum, quæ jurejurando promisit illi Deus.*

CAP. VII. *Cùm Melchisedech sacerdotium, ex decimarum acceptione & benedictione Leviticum excelleret, Christi sacerdotium necessitate quadam secundùm ordinem Melchisedech in perpetuum institutum, ac juramento firmatum præcellit Leviticum, & ipsum unà cum lege evacuat.*

CAP. VIII. *Excellentius est Christi sacerdotium Levitico, cùm ipse in dextera Patris sedeat in cœlis, & majorum sacramentorum minister fuerit quàm sacerdotes veteris legis: ostendit etiam novi testamenti necessitatem ex imperfectione veteris, & ex promissione Dei per Jeremiam.*

CAP. IX. *Ex his, quæ in veteri erant testamento, & imperfectione illarum hostiarum, ostendit novi perfectionem, in quo Christus Pontifex, & hostia semel oblata emundat conscientiam à peccatis: quem ad testamenti sui confirmationem mori fuit necesse.*

CAP. X. *Propter imperfectionem hostiarum veteris testamenti necessarium fuit novum induci, cujus unica hostia auferrentur universa peccata: cui nisi fide, spe, charitate, ac bonis operibus adhæserimus, acerbiùs puniemur quàm veteris testamenti transgressores: laudat interim Hebræos quòd & multa passi sint, & patientibus astiterint.*

CAP. XI. *Fidem magnificè commendat ex actis patrum à mundi exordio usque ad David ac Prophetas: & in universum quanta patrarint, ac passi sint per fidem: nec tamen plenam adhuc acceperunt retributionem.*

CAP. XII. *Priscorum, imò Christi exemplo inducit ad tolerandas viriliter afflictiones, revocans à peccatis: & ex novi testamenti super vetus excellentia deterret ab inobedientia, ne majora quàm Judæi pati cogamur supplicia.*

CAP. XIII. *Ad varias hortatur virtutes, jubens cavere ab extranea doctrina, ac memoriam refricans altaris, & hostiarum veteris novique testamenti, & subinde monens ut præpositis obtemperent: orat ut pro se precentur, idem vicissim pro illis agens, additis mutuis salutationibus.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

## * CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissimè,

2. diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula:

Sap. 7. 26. 3. qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis:

### VERSIO ANTIQUA.

1. MULTIFARIE, multisque modis ante Deus locutus patribus in Prophetis: in novissimis

2. diebus his locutus est nobis in filio, quem posuit hæredem omnium, per quem etiam fecit sæcula:

3. qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ ejus, ferens omnia verbo virtutis suæ, per ipsum purificatione peccatorum facta, sedit in dexteram magnitudinis in excelsis:

*Ex Mss. duobus, Sangermanensi annor. circiter 1000. n. 31. & Regio, seu Claromontiano annor. circ. 1200. n. 2245. litteris uncialibus descriptis.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hæc Epistola nullo superscribitur titulo in Mss. Reg. & Sangerm. nec etiam ullum unquam habuisse probabile est, cùm Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 225. a. dicat: *Et in epistola ad Hebræos propterea Paulum solita consuetudine nec nomen suum, nec Apostoli vocabulum præposuisse, quia de Christo erat dicturus: Habentes principem sac.* &c. ut infra, c. 3. ℣. 1.

℣. 1. Ambrosius in Ps. 36. col. 777. c. *Multifariàm, & multis modis locutus est Dominus in Prophetis:* & l. 2. de Spir. S. col. 661. e. *Multifariàm, & multis modis etiam Deus locutus est patribus in Prophetis.* Auctor l. de bapt. Chr. apud Cypr. p. 458. *Multifariè olim patribus locutus es in Prophetis.* August. in Ps. 107. to. 4. col. 1215. c. *Multis partibus, & multis modis olim Deus locutus est patribus per Prophetas:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 27. b. excepto *in Prophetis: postremò.* Capreolus quoque Carthag. apud Sirmond. tom. 1. col. 371. habet, *postremò.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 729. h. *Multis partibus, & multis modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissimè autem locutus est nobis in filio.* Sedul. Hibern. in hunc loc. *Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus nostris in Prophetis: novissimis autem diebus,* &c. Mss. Luxoviens. annor. 1100. & Floriac. num. 52. *Multifariè, & multis modis,* &c. ut in Vulgata. Græc. Πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς Προφήταις· ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, &c. Ms. unus delet τοῖς πατράσιν· alter verò habet πατράσιν ἡμῶν, paulòque post, cum aliis plurimis, ἐσχάτου, pro ἐσχάτων.

℣. 2. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. b. & Capreolus Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. c. *in his diebus locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula.* Ambrosius l. 1. de fide, col. 453. b. *posuit hæredem omnium, per quem fecit & sæcula:* & l. 5. col. 587. c. *per quem & facta sunt sæcula.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *novissimis autem diebus locutus est in nobis in filio suo, quem proposuit hæredem omnium, per quem etiam fecit & sæcula.* Auctor l. de voc. gent. lib. 1. c. 9. p. 7. a. *novissimis istis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem univ.* Græc. ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. Ms. Alex. ἐποίησε τοὺς αἰῶνας.

℣. 3. Ambrosius l. 1. de fide, col. 453. b. *qui est splendor gloriæ, & character substantiæ ejus:* & l. 5. col. 587. c. necnon l. de incarn. col. 727. d. *splendor est gloriæ, & cha-*



Digitized by Google

### Versio antiqua.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

4. tantò melior facto Angelis, quantò procellentius his possidet nomen.

5. Cui enim aliquando Angelorum dixit: Filius meus es tu, ego hodie generavi te? Et iterum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filio?

6. Deinde iterum cùm inducit primogenitum in creatione, dicit: Et adorent illum omnes Angeli Dei.

7. Et Angelus ipsius quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritum, & ministros suos ignem urentem.

8. Ad filium autem: Thronus tuus Deus, in æterno æterni: & virga æquitatis, virga regni tui.

9. Dilexisti æquitatem, & odisti iniquitatem: ideo linivit te Deus, Deus tuus oleum lætitiæ præ participes tuos.

10. Et: Tu initiis Domine fundasti terram: & opera manuum tuarum sunt coeli.

11. Ipsi perient, tu autem permanebis, & omnes tanquam vestimentum veterascent:

12. & tanquam amictum mutabis illos, & tanquam vestimentum mutabuntur: tu autem ipse es, & anni tui non deficient.

13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedes tuos?

14. Non enim omnes sunt ministri spiritus, in ministerio qui mittuntur propter possessuros salutem æternam?

### Vulgata nova.

4. tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit.

5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Psalm. 2. 7. 2. Reg. 7. 14.

6. Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Psalm. 96. 7.

7. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Psalm. 103. 4.

8. Ad filium autem: Thronus tuus Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Psalm. 44. 7.

9. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis.

10. Et: Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt coeli. Psalm. 101. 26.

11. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent:

12. & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Psalm. 109. 1. 1. Cor. 15. 25.

14. Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis?

### Notæ ad Versionem antiquam.

*racter subst. ejus*: lib. verò de exhort. virg. col. 293. a. *splendor gloriæ Patris, & imago substantiæ ejus est*: item ser. contra Auxent. num. 32. col. 872. d. *splendor gloriæ, & imago subst. ejus*: & l. 3. de fide, col. 511. e. *purificatione facta, considet in dextera magnitudinis in excelsis.* Sedulius Hibern. in Hebr. 1. 3. *qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ ejus expressa, portans quoque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum perficit, sedet ad dexteram majestatis in excelsis.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. c. *qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ, gerens quoque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum à se facta, sedet ad dexteram majestatis in excelsis.* Itidem Capreolus Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 371. c. nisi quòd addat *ejus*, voci *substantiæ*; & pro *ad dexteram*, legat *in dextera*. Eadem exhibet Vigilius Tapf. lib. contra Varim. p. 734. f. à verbo *gerens*, excepto *sedit ad dexteram*: idem l. 5. de Trin. habet: *qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ ejus.* Similiter Victorin. Afr. l. 2. contra Arium, p. 270. d. *imago substantiæ ejus*; infra autem, p. 272. g. *qui est character subst. ejus.* Vict. Vit. l. 3. perf. Afr. p. 34. a. 38. b. *qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, gerens quoque omnia verbo virtutis suæ.* Itidem Cassiod. in Ps. 2. p. 17. c. à voce *splendor*: qui etiam addit, *purgationem peccatorum faciens, sedet ad*, &c. ut in Vulgata. Græc. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. In Mss. pluribus deest δι' ἑαυτοῦ· subinde in Velef. est ποιούμενος, absque ἡμῶν, post ἁμαρτιῶν· tum καθίζει, pro ἐκάθισεν.

℣. 4. Hilarius l. 4. de Trin. col. 83?. e. *tantò melior factus Angelis, quantò excellentius ab his possidet nomen.* Similiter habet Ambrosius l. 3. de fide, col. 511. e. *tantò melior factus Angelis.* Vigilius Tapf. l. 1. contra Arium, & Sab. *tantò Angelis melior factus, quantò excellentius præ illis nomen accepit.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *tantò melior Angelis effectus.* Sic etiam Cassiod. in Ps. 2. p. 17. c. adjunctis seqq. ut in Vulgata. Græc. τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν Ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. Ms. 1. pro γενόμενος, habet γέγονε.

℣. 5. Cassiod. in Ps. 2. col. 17. c. *Cui enim dixit aliq. Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Græcum cum Vulgata concordat. Ms. verò cod. Luxov. annor. 1100. *erit mihi in filio*, ut in nostro textu.

℣. 6. Faustinus presb. l. contra Arian. p. 646. a. cum Ambrosio l. 2. de Spir. S. col. 609. f. *Et adorent eum omnes Angeli Dei*: & l. 3. col. 680. c. 694. e. *Angeli ejus.* Gr. Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, &c. ut in Vulgata.

℣. 7. Græcum ut in Vulg. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς Ἀγγέλους λέγει· Ὁ ποιῶν τοὺς..... πνεύματα, καὶ τοὺς..... πυρὸς φλόγα.

℣. 8. Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd habeat εὐθύτητος, loco *æquitatis*, mel. *rectitudinis.* Mss. quidam præmittunt καὶ, priori voci *virga.*

℣. 9. Sedulius Hibern. in hunc loc. *unxit te Deus...... oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Græc. ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς..... ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.

℣. 10. Ambrosius l. 5. de fide, col. 556. c. *Initio terram tu fundasti Domine: & opera manuum tuarum sunt cæli.* Gr. Καί· Σὺ κατ' ἀρχὰς Κύριε, &c. ut in Latino.

℣. 11. Gr. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες..... παλαιωθήσονται.

℣. 12. Græcum: Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ, &c. ut supra. Mss. quidam pro ἑλίξεις, ferunt ἀλλάξεις· Alex. post αὐτοὺς, addit, ὡς ἱμάτιον καὶ ἀλλαγ. &c.

℣. 13. Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 609. f. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* Similiter habet August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 805. f. excepto *quousque*, pro *donec.* Item Faustin. presb. l. contra Arian. p. 645. a. *Ad quem autem Angelorum dixit aliq. Sede ad dexteram meam?* Sedulius Hibern. in hunc loc. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum ped. tuorum?* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 14. Hilarius in Ps. 129. col. 440. a. *Sunt enim efficientes spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditabunt salutem.* Ambros. in Ps. 118. col. 1252. f. *Nonne omnes ministri spiritus, qui mittuntur in ministerium propter eos, qui futuri erunt hæredes salutis?* & l. 2. de Spir. S. col. 609. f. *Nonne omnes sunt ministri spiritus, in ministerium qui mittuntur?* Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 60. b. *Nonne omnes ministri sunt spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem accepturi sunt salutis?* August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 805. f. *Nonne omnes sunt ministri spiritus, ad ministrationem missi propter eos, qui futuri sunt hæreditate possidere salutem?* Græc. Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

Digitized by Google

# CAPUT II.

## VULGATA NOVA.

1. PRopterea abundantiùs oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne fortè pereffluamus.

2. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio, & inobedientia accepit justam mercedis retributionem:

3. quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est,

Marc. 16. 20. 4. contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundùm suam voluntatem.

5. Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

6. Testatus est autem in quodam loco quis, Psalm. 8. 5. dicens: Quid est homo quòd memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?

7. Minuisti eum paulò minùs ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Matth. 28. 18. 1. Cor. 15. 26. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo enim quòd omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei.

Phil. 2. 8. 9. Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: ut gratiâ Dei, pro omnibus gustaret mortem.

10. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam

## VERSIO ANTIQUA.

1. IDeo oportet nos ampliùs intueri quæ audita sunt, ne casu lebemur. *Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

2. Si enim quod per Angelos prædicatum verbum, certissimum factum est, & omnis prævaricatio, & contumacia accepit justam remunerationem:

3. quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæcunque initium accepissent prædicandi Deum, * ab his, qui audierunt, in nobis confirmata est, * *Mss.* ad.

4. adseverante Deo signis quoque, & prodigiis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti divisionibus secundùm ipsius voluptatem.

5. Non enim Angelis subdidit sæculum futurum, de quo loquimur.

6. Contestatus est autem quodam loco quis, dicens: Quis est homo quòd memor * es eum; aut filius hominis, qui visitas eum? * *Mss.* est.

7. Minorasti eum paulò minùs ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manum tuarum.

8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. Subjiciendo autem omnia, nihil reliquit non subjectum. Modò autem nondum videmus omnia ejus subjecta.

9. Nam paulò quàm Angelos minoratum videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & * honore coronatum: ut gratiâ Dei, pro omnibus gustaret mortem. * *Mss.* honorem ..... pro omnis.

10. Decebat enim eum, * pro quo omnia, & per quem omnia, multis filiis in gloriam addu- * *Mss. Reg.* per quo.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 170. c. *Propterea debemus intendere ampliùs his, quæ dicuntur, ne fortè supereffluamus.* Augustinus l. 3. de Trin. to. 8. col. 805. g. *Propterea abundantiùs oportet adtendere nos ea, quæ audivimus, ne fortè defluamus.* Sedulius Hib. in Hebr. 2. 1. *ne fortè effluamus;* Beda in eund. loc. *pereffluamus.* Græc. Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μή ποτε παραῤῥυῶμεν. Mſ. Theophyl. habet λαληθεῖσι, pro ἀκουσθεῖσι.

℣. 2. August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 805. g. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. c. *Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio, & inobedientia accepit justam mercedis retributionem.* Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 743. a. *Si enim sermo, qui per Angelos dictus est firmus, & omnis prævaricatio, & inobedientia justam accipit retributionis mercedem.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1168. a. *omnis prævaricatio..... justam accipit remunerationem.* Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 3. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. c. *quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* & l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. a. *quomodo nos effugiemus, tantam negligentes salutem? quæ cùm initium accepisset ut enarraretur per Dominum, ab iis, qui audierunt, in nos confirmata est.* Eadem exhibet Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 743. a. præter *narraretur*, pro *enarraretur;* & *in nobis*, pro *in nos*. Sedulius in hunc loc. & Mſ. cod. 52. Floriac. habent etiam *in nobis*. Græc. πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη.

℣. 4. Augustinus l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. a. *contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti divisionibus secundùm suam voluntatem:* & lib. 15. col. 991. e. *adtestante Deo signis, & ostentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus.* Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 743. a. *contestante Deo signis, & prodigiis, variis virtutibus, & Spiritus S. divisionibus secundùm suam voluntatem.* Nec aliter in Græco, addito τε, post *signis;* & καὶ, voci *prodigiis*. Mſs. plures delent τε.

℣. 5. Græc. Οὐ γὰρ Ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, &c. ut sup. Mſ. Veleſ. addit Θεὸς, verbo ὑπέταξε.

℣. 6. Græc. Διεμαρτύρατο δέ πού τις, λέγων· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ· ἢ..... ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

℣. 7. Similiter habet Sedulius Hib. in hunc loc. *Minorasti eum*, &c. ut sup. Gr. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' Ἀγγέλους, &c. ut in Latino.

℣. 8. Ambrosius l. 4. de fide, col. 546. d. *Subjiciendo autem omnia, nihil reliquit ei non subjectum:* & l. 5. col. 579. b. *Nunc autem nondum videmus omnia illi esse subjecta:* & infra, col. 581. c. *Nunc autem non videmus omnia ei subjecta.* Græc. .....Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. Νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα.

℣. 9. Ambrosius l. 2. de fide, col. 482. c. *Nam paulò quàm Angelos minoratum videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: ut sine Deo, pro omnibus gustaret mortem:* ita rursum infra, & l. 5. col. 570. b. *ut sine Deo, pro omnibus*, &c. Hieron. l. 2. in epist. ad Galat. to. 4. p. 1. col. 257. c. *Christus*, inquit, *gratiâ Dei, sive ut in quibusdam exemplaribus legitur, absque Deo, pro omnibus mortuus est.* Cui posteriori lectioni favet Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 20. ubi habet *sine Deo;* cætera ut in Vulg. Vigilius quoque Tapſ. l. 2. contra Eutych. p. 17. b. legit: *Nam paulò minùs quàm Angelos minoratum vidimus Jesum, gloria & honore coronatum: ut sine Deo, pro omnibus gustaret mortem:* itidem infra, nisi quòd ad *Jesum*, addat, *propter passionem mortis:* at l. contra Varimad. p. 736. b. habet: *Eum autem, qui modicè, & minùs quàm Angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.* Faustin. Presb. l. contra Arian. p. 647. b. *Paulò minùs ab Angelis minoratum videmus Jesum propter passionem mortis, gloria &..... ut gratiâ Dei, mortem gustaret pro omnibus.* Græc. Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' Ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ...... ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. Mſs. aliqui teste Orig. in Joh. pro χάριτι Θεοῦ, ferunt χωρὶς Θεοῦ, cui lectioni suffragatur Theodoretus non semel. Vide sis Millii not. in hunc ℣.

℣. 10. Ambrosius l. 1. offic. col. 10. a. & l. 3. de fide, col. 305. f. *Decebat autem eum, per quem omnia, & propter quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passionem consummari.* Faustin. presb. l. contra Arian. p. 647. c. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

ctis, ducem salutis eorum per passionem consummare.

11. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, omnes ex uno. Quam ob causam non pudet eum fratres ejus vocare, dicens:

12. Renuntiabo nomen tuum fratribus meis: in media Ecclesia cantabo tibi.

13. Et iterum: Ego ero fidens in illo. Et iterum: Ecce ego, & filii, quos mihi dedit Deus.

14. Ergo quia filii participes sunt sanguinis, & carnis, similiter & ipse * particeps factus * eorumdem passione: ut per mortem, mortem destrueret, qui imperium habebat mortis, hoc est, diabolum:

* *Mss.* participes.
* *Ms. Reg.* factus est.

15. & liberaret hos, quodquod ii metu mortis semper vivendo obnoxii erant servituti.

16. Nec enim statim Angelos adsumpsit, sed semen Abrahæ suscepit.

17. Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis summus sacerdos ad Deum, ut expiaret peccata populi.

18. In quo enim ipse expertus passus est, potest experientes adjuvare.

VULGATA NOVA.

adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.

11. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens:

12. Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te. *Psalm. 21. 23.*

13. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. *Psalm. 17. 3. Isai. 8. 18.*

14. Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: *Osee 13. 14. 1. Cor. 15. 54.*

15. & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.

16. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

17. Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi.

18. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*salutis eorum per passiones consummare.* Rufin. in symb. p. 184. c. *Decebat enim eum, propter quem omnia, per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari.* Similiter Sedulius Hib. in hunc loc. *per passionem consummari.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. a. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios ad gloriam adducentem, principem salutis eorum per passionem fieri.* Græc. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν..... καὶ δι' οὗ..... πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς..... διὰ παθημάτων τελειῶσαι. Ms. Veleſ. διὰ παθήματος αὐτὸν τελειοῦσθαι.

℣. 11. Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. a. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, omnes ex uno. Propter quod non confunditur fratres eos vocare, dicens.* Similiter habet Sedulius Hib. in hunc loc. excepto verbo *sanctificatur*, pro *sanctificantur.* Fulg. l. de incarn. p. 413. cum Vulg. concordat. Hieron. in Isai. 8. to. 3. col. 80. f. *Quamobrem non erubescit fratres eos vocare, dicens.* Græc. Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, &c. ut in Vulgata.

℣. 12. Hieronymus in Isai. 8. to. 3. col. 80. f. *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. a. *Narrabo nomen tuum fr. meis.* Itidem Sedulius Hibern. in hunc loc. Græcum: Ἀπαγγελῶ τὸ..... ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

℣. 13. Hieronymus in Isai. 8. tom. 3. col. 80. f. *Et iterum: Ego ero confidens in eum,* &c. ut in Vulgata. Gr. Καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ πάλιν· Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι, &c. ut sup. Ms. 1. habet ἐπ' αὐτὸν, pro ἐπ' αὐτῷ.

℣. 14. Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. c. *Ergo quia filii participes sunt carnis, & sanguinis, & ipse similiter particeps factus est eorumdem: ut per mortem destrueret hunc, qui mortis habebat imperium.* Hieron. in Isai. 8. to. 3. col. 80. f. *Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini, similiter particeps factus est earumdem passionum.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *particeps eorumdem.* August. in Psal. 118. to. 4. col. 1319. b. *Propterea quia pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse propemodum eorum participavit:* ita rursum l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. d. 67. d. addito *ergo*, post *Propterea*; tum addit: *ut per mortem evacuaret eum, qui potestatem habebat mortis, id est, diabolum.* Græc. Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς, καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν· ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον. Mss. Reg. & Sangerm. Gr. post τῶν αὐτῶν, addunt παθημάτων· uterque Lat. *passione*, sed mendo fortè pro *passioni*, vel *passionis*; tum ambo sic, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου θάνατον καταργ. &c. ut in Latino.

℣. 15. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. d. 67. d. *& liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam rei erant servitutis.* Ms. cod. 52. Floriac. *ut liberaret*, &c. ut in Vulgata. Græc. καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

℣. 16. Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. d. *Nec enim statim Angelos adsumpsit, sed semen Abrahæ.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. b. *Non enim statim Angelos suscepit, sed semen Abrahæ.* Fulgent. l. de incarn. p. 413. *Non enim Angelos apprehendit*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οὐ γὰρ δήπου Ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.

℣. 17. Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. e. *Unde habuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis princeps sacerdos ad Deum, ut expiaret peccata populi.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. d. *Unde debuit secundùm omnia fratribus similis esse, ut misericors fieret, & fidelis princeps sacerdotum eorum, quæ sunt ad Deum, propitiandum pro delictis populi.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. b. *Unde debuit per omnia fratribus similare, ut misericors fieret, & fidelis sacerdos in his, quæ sunt ad Deum, ad deprecandum pro delictis populi.* Apud Fulgent. l. de incarn. p. 413. omnia ut in Vulgata. Græc. Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ.

℣. 18. Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. e. *In quo enim passus est ipse & tentatus, potest & tentatos juvare.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eutych. p. 72. b. *In eo enim, in quo expertus passus est, potest experientes adjuvare:* quæ lectio textui nostro favet: at idem Vigil. l. contra Varim. p. 729. a. legit: *In eo enim, quo passus est ille, tentatus est: nam potens est eis, qui tentantur, auxiliari.* Fulgent. l. de incarn. p. 413. *In eo enim, quod* (al. *quo*) *passus est ipse & tentatus, potens est eis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

# CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

1. Propter quod fratres sanctissimi, cœlestis * vocationis participes, intuimini Apostolum & principem constitutionis nostræ Jesum,

* *Mss.* vocationes, *solito mendo.*

VULGATA NOVA.

1. Unde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilarius l. 4. de Trin. col. 832. f. *Unde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, cognoscite Apostolum & principem sacerdotum confessionis nostræ Jesum Christum.* Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. e. *Propter quod fratres cha-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut &
Num. Moyses in omni domo ejus.
12.7. 3. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.

4. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est.

5. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant:

6. Christus verò tanquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.

7. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus:
Ps. 94. Hodie si vocem ejus audieritis,
8. Inf. 4. 8. nolite obdurare corda vestra, sicut in exa-
7. cerbatione secundùm diem tentationis in deserto,

9. ubi tentaverunt me patres vestri; probaverunt, & viderunt opera mea

10. quadraginta annis: Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas,

11. sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

12. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis, discedendi à Deo vivo:

13. sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

14. Participes enim Christi effecti sumus: si

VERSIO ANTIQUA.

2. fidelem esse creatori suo, sicut & Moyses in omni domo ejus. Ex Mss. Sangerm. & Reg. sen Claromy.

3. Ampliorem enim hic gloriam, quàm Moyses, consecutus est, quantò majorem honorem habet domûs is, qui præparavit ipsam.

4. Omnis enim domus ædificatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus.

5. Et Moyses quidem fidelis in tota domo ejus tanquam servus, in testimonio loquendorum:

6. Christus autem tanquam filius in domo ejus: quæ domus nos sumus, si libertatem, & exultationem spei usque ad finem, firmam tenuerimus.

7. Propter quod sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis,

8. nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbationem secundùm diem tentationis in solitudinem,

9. ubi tentaverunt patres * in experimento, & viderunt opera mea * Ms. Reg. patres vestri.

10. xl. annis: Ideo * perosa est mihi gens ista, & dixi: Semper errant in corde. Hi autem non cognoverunt vias meas, * Mss. operosa.

11. sicut juravi in ira mea: Si intrabunt in requiem meam.

12. Videte itaque fratres, ne sit in aliquo vestrûm cor malignum iniquitatis, discedendi à Deo vivente:

13. sed consolamini vosmetipsos quotidie, donec Hodie vocatus, nec præduretur ex vobis aliquis in errore peccati.

14. Participes enim Christi facti sumus: si qui-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*rissimi, vocationis cœlestis participes, intuemini Apostolum & principem sacerdotum confessionis nostræ Jesum.* Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 225. a. *principem sacerdotum & Apostolum confessionis nostræ Jesum.* Fulgent. l. de incarn. p. 413. & Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 729. a. integrum versum exhibent ut in Vulg. nec aliter in Græco est, præter hoc in fine, Χριστὸν Ἰησοῦν sed in Mss. pluribus deest Χριστόν.

℣. 2. Ambrosius l. 3. de fide, col. 512. e. *fidelem esse creatori suo, sicut & Moyses in domo ejus.* Hilarius l. 4. de Trin. col. 832. f. *qui fidelis est ei, qui fecit eum.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 729. a. *fidelem existentem ei, qui creavit eum.* Gr. πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ, &c. ut supra.

℣. 3. Græc. Πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα..... ὁ κατασκευάσας αὐτόν. Mss. quidam postponunt δόξης, voci οὗτος.

℣. 4. Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 694. d. *quoniam qui omnia creavit, Deus est.* Gr. Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός.

℣. 5. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam servus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant.* Similiter Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 517. d. posito *quasi famulus*, omissoque *erat*, post *fidelis.* Ambrosius in Ps. 48. col. 951. d. *Et Moyses quidem fidelis in tota domo ejus tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda essent:* & l. de Joseph, c. 9. col. 501. f. *Moyses fidelis in tota domo ejus tanquam famul. in testimonium eorum, quæ dicta essent.* Gr. Καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ..... ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων.

℣. 6. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Christus autem tanquam filius in domo sua: quæ domus nos sumus, si tamen liberalitatem* ( l. *libertatem* ) *& exsultationem spei tenuerimus.* Ambrosius l. de Joseph, c. 9. col. 501. f. *Christus autem tanquam filius in domo sua: quæ domus nos sumus, si libertatem, & gloriam spei tenuerimus.* Hieron. ep. ad Damas. to. 3. col. 517. d. *Christus autem ut filius super domum ejus: cujus domus sumus nos:* tum addit ex versu 14. *si tamen principium substantiæ ejus usque ad finem firmum teneamus.* Gr. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. Mss. quidam pro οὗ οἶκος, ferunt ὅς οἶκος.

℣. 7. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hær. p. 224. e. *Propter quod dicit Spiritus S. Hodie si vocem ejus audieritis.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 674. f. *Quia hæc dicit Spiritus S.* &c. ut supra. Græc. Διὸ καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα, &c. ut in Latino. καθὼς non reddit Syr. teste Millio.

℣. 8. Lucifer Calar. ubi supra: *nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione sec. diem tentat. in deserto.* Similiter Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 674. f. excepta voce *irritatione*, pro *exacerbatione.* Gr. παραπικρασμῷ, &c. ut in Vulgata.

℣. 9. Lucifer Calar. & Ambrosius locis supra cit. *ubi tentaverunt me patres vestri; probaverunt, &*, &c. ut supra. Ita quoque in Græco, addito με, post ἐδοκίμασαν, *probaverunt.* Ms. Alex. habet ἐν δοκιμασίᾳ, pro ἐδοκίμασάν με· idem verò Alex. cum Colb. tollit με, post *tentaverunt.*

℣. 10. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *quadraginta annis: Ideoque perosa mihi gens est, & dixi: Semper errant corde. Isti autem non cognoverunt vias meas.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 674. f. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: Semper isti errant corde. Ipsi verò non cognoverunt vias meas.* Gr. τεσσαράκοντα ἔτη· Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ, &c. ut supra. Mss. quidam ita dividunt: ἔργα μου. Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα, &c. expuncto Διό. ut infra ℣. 17. Subinde alii pro ἐκείνῃ, ponunt ταύτῃ. Quod autem Mss. nostri Sangerm. & Reg. legunt *Ideo operosa*, mendum apertum est, pro *Ideo perosa*; nam ℣. 17. iidem Mss. ferunt, *perosus fuit xl. annis.* Error contigit ex concursu ultimæ litteræ *o* vocis *Ideo*, cum voce *perosa*, ex quo librarius fecit *operosa*.

℣. 11. Lucifer Calar. ubi sup. cum Sedulio Hibern. in hunc loc. *sicut juravi in ira mea: Si intrabunt in requiem meam.* Iridem Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 674. f. excepto verbo *introibunt.* Gr. εἰσελεύσονται.

℣. 12. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Videte fratres, ne casu sit in aliquo vestrûm cor malignum incredulitatis, discedendo à Deo vivente.* Gr. Βλέπετε ἀδελφοί, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος.

℣. 13. Lucifer Cal. ubi sup. *sed consolamini vosmetipsos quotidie, donec Hodie vocatur, ne præduretur aliquis ex vobis in errore peccati.* Fulgent. verò l. de fid. ad Petr. n. 38. & Cassiod. in Ps. 94. p. 320. b. ut in Vulgata. Græc. ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας.

℣. 14. Lucifer Calarit. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Participes enim Christi facti sumus: si quidem principium substantiæ usque ad finem firmum retineamus.* Si-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

dem principium substantiæ usque ad finem * firmum tenuerimus.

* Mss. firmam.

15. Cùm dicitur : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite prædurare corda vestra, sicut in exacerbatione.

16. Quidam enim audito exacerbaverunt : sed non omnes, qui exierunt de Ægypto per Moysen.

17. Quibus autem & perosus fuit xl. annis? Nonne his, qui peccaverunt, quorum ossa ceciderunt in solitudine?

18. Quibus autem juravit non * introituros in requiem suam, nisi contumaces?

* Ms. Reg. introiturus.

19. Et videmus, quia non potuerunt intrare propter incredulitatem.

VULGATA NOVA.

tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus.

15. Dum dicitur : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione.

16. Quidam enim audientes exacerbaverunt : sed non universi, qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen.

17. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis, qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto? Num. 14. 37.

18. Quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt?

19. Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

militer habet Hilarius in Ps. 118. col. 292. e. *Participes Christi facti sumus.* Ambros. in Ps. 118. col. 1076. b. *Participes enim Jesu Christi facti sumus.* Hieron. ep. ad Princip. to. 2. col. 688. a. *Participes Christi facti sumus : si tamen principium substantiæ usque ad finem firmum retineamus :* ita rursum l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 383. a. addito *enim*, post *Participes* ; & in fine posito *tenuerimus*, pro *retineamus* : at ep. ad Damas. to. 3. col. 517. d. legit : *si tamen princip. substantiæ ejus usque ad fin. firmum retineamus.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 736. e. *Participes enim Dei facti sumus : si tamen initium substantiæ ejus firmum retineamus.* Græc. Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ· ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. Ms. Alex. addit αὐτοῦ, voci ὑποστάσεως.

℣. 15. Lucifer Cal. ubi sup. *Dum dicitur : Hodie si vocem ejus aud. nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione.* Græc. Ἐν τῷ λέγεσθαι· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε..... ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.

℣. 16. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Quidam enim audito hoc non crediderunt : sed non omnes, qui exierunt de Ægypto per Moysen.* Græc. Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν· ἀλλ' οὐ, &c. ut in textu, posito ἐξ, ante *Ægypto*.

℣. 17. Lucifer Cal. ubi sup. *Qui autem perosi ei fuerunt quadraginta annis? Nonne hi, qui peccaverunt, quorum cadavera jacuerunt in solitudine?* Græc. Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; Οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; Ms. Alex. addit καὶ, post Τίσι δέ· subinde, pro κῶλα, Veles. habet πτώματα, *cadavera*.

℣. 18. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. e. *Quibus autem juravit non intraturos in requiem suam, nisi contumacibus?* Græc. Τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι;

℣. 19. Lucifer Cal. ubi sup. *Et videmus, quia non potuerunt intrare propter incredulitatem.* Ita quoque in Græco.

# CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. Timeamus itaque ne derelicto mandato, intrare in requiem ejus * neglexisse quis videatur.

* Mss. neglexisset.

2. Nam & adnuntiatum nobis est, quemadmodum & illis : sed non * profuit illis verbum auditûs, non temperatum fide auditorum.

* Mss. vitiosè : fuit pro de illis verbum auditûs illos non temperatus fidem audit.

3. Intramus enim in requiem, qui credimus : ut dixit : Sicut juravi in ira mea : Si intrabunt in requiem meam : & cùm opera ab origine mundi facta sunt.

4. Dixit * jam alicubi de die septima sic : Et requievit Deus in die septima ab omnibus operibus suis.

* Ms. Reg. tamen.

5. Et in hoc iterum sic : Et intrabunt in requiem meam.

6. Ergo quia superest reliquos intrare in illam, & hi quidem primùm, quibus * prædictum est, non intraverunt propter contumaciam :

* Ms. Reg. prædicatum.

7. rursus aliam præfinivit diem, Hodie, in Da-

VULGATA NOVA.

1. Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse.

2. Etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis : sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis, quæ audierunt.

3. Ingredimur enim in requiem, qui credidimus : quemadmodum dixit : Sicut juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam : & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Psalm. 94. 11.

4. Dixit enim in quodam loco de die septima sic : Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Genes. 2. 2.

5. Et in isto rursum : Si introibunt in requiem meam.

6. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii, quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem :

7. iterum terminat diem quemdam, Hodie,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. f. *Timeamus itaque ne casu derelicto mandato, intrare quidam vestrûm in requiem ejus non posse videantur.* Græc. Φοβηθῶμεν οὖν μήποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι.

℣. 2. Lucifer Cal. ubi sup. *Nam & annuntiatum est nobis, quemadmodum & illis : & non profuit illis verbum auditûs, non temperatus* (l. *temperatum*) *fidei auditorum.* Gr. Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Mss. plurimi, συγκεκραμένους τῇ πίστει. Veles. addit, τοῖς ἠκουσμένοις.

℣. 3. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. f. *Intrabimus enim in requiem ejus, qui credidimus : ut dixit : Sicut juravi in ira mea : Si intrabunt in requiem meam : & cùm opera ab origine mundi facta sunt.* Græc. Εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν, οἱ πιστεύσαντες· καθὼς εἴρηκεν· Ὡς ὤμοσα..... καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων.

℣. 4. Lucifer Cal. ubi sup. *Dixit tamen alicubi de die septimo sic : Et requievit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis.* Gr. Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω· Καὶ, &c. ut supra.

℣. 5. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. f. *Et in hoc iterum : Si intrabunt in requiem meam.* Ambrosius in Ps. 44. col. 978. f. *Si introibunt in requiem meam.* Græc. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν· Εἰ εἰσελεύσονται, &c. ut sup. Ald. Erasmi edit. 1. omittit Εἰ.

℣. 6. Lucifer Calar. ubi sup. *Ergo quia superest quosdam intrare in illam, & hi, quibus priùs prædicatum est, non intraverunt propter contumaciam.* Græc. Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινὰς εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες, οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν.

℣. 7. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. g. *rursus aliam præfinivit diem, Hodie, in David dicendo, post tantùm temporis, sicut antea dictum est : Hodie*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in David dicendo, post tantùm temporis, sicut
Sup. 3. 7. supra dictum est: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.

8. Nam si eis Jesus requiem præstitisset, numquam de alia loqueretur, posthac, die.

9. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

10. Qui enim ingressus est in requiem ejus; etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

11. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

12. Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.

Psalm. 33. 16. Eccli. 15. 20. 13. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo.

14. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei: teneamus confessionem.

15. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum au-

VERSIO ANTIQUA.

vid dicendo, post tantùm temporis, sicut antea dictum est: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite prædurare corda vestra. Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

8. Quoniam si Jesus requiem * dedisset illi, non de alio dixisset, Postera die. * Mss. dedisset.

9. Ergo restat requies populo Dei.

10. Qui enim intravit in requiem ejus; & ipse requievit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

11. Festinemus itaque intrare, fratres, in illam requiem: ne aliquis eodem exemplo cadat à veritate.

12. Vivum enim verbum Dei, & validum, & acutum, omni gladio acutissimum: & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum, & * scrutator animi & cogitationis, & cogitationis cordis. * Mss. scrutatur.

13. Et non est * ulla creatio, quæ non pareat ante illum: omnia autem nuda, & aperta oculis ejus, ante quem nobis oratio est. * Mss. nulla creatio, qua..... ante quam nobis ratio est.

14. Habentes itaque sacerdotem magnum, egressum cœlos, Jesum filium Dei: teneamus confessionem.

15. Nec enim * habemus sacerdotem, qui non possit adfici in infirmitatibus nostris: expertum * Mss. habet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Græc. πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, Σήμερον, ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται· Σήμερον..... μὴ σκληρύνητε, &c. ut sup. Mss. plures, καθὼς προείρηται.

℣. 8. Lucifer Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 224. g. *Quoniam si Jesus illis requiem dedisset, non de aliis dixisset, Postera die:* tum addit: *Ergo restat requies,* &c. sed ambiguum est, utrum voces *Postera die,* adjungat præcedenti verbo *dixisset,* an verò seqq. *Ergo restat.* Ambrosius in Ps. 47. col. 936. e. cum seqq. conjungere videtur, dicens: *Postera ergo die restat.* Græc. Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. Mss. quidam, pro αὐτοὺς, ponunt αὐτός.

℣. 9. Lucifer Calar. ubi sup. *Ergo restat requies populo Dei.* Ambrosius in Ps. 47. col. 936. e. *Postera ergo die restat requies populo Dei.* August. l. contra Adim. to. 8. col. 136. a. *Remanet igitur sabbatismus* (Mss. *sabbatismum*) *populo Dei.* Græc. Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς, &c. ut supra.

℣. 10. Lucifer Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 224. g. *Etenim qui intravit in requiem ejus; & ipse requievit ab operibus suis, sicut à suis Deus.* Græc. Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν..... καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.

℣. 11. Ambrosius in Ps. 47. col. 936. e. *Festinemus igitur intrare in illam requiem.* Similiter habet Lucifer Cal. ubi sup. adjunctis seqq. *ne aliqui in idem exemplum contumaciæ cadant.* Græc. Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν..... ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. Ms. 1. ἀπιστίας, Reg. & Sangerm. Gr. ἀληθείας.

℣. 12. Lucifer Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. h. *Vividum est enim verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio ancipiti: & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum, & scrutator animi, & cogitationis cordis.* Tertul. l. contra Jud. c. 9. p. 142. c. *Dei sermo divinus,* (f. *vivus*) *bis acutus.* Ambros. ep. 66. col. 1056. b. *Verbum Dei bis acutum, & validum:* & l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. c. *Vivum est Dei verbum, & validum, & acutius omni gladio acutissimo: penetratque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum:* & l. de virginit. col. 214. d. *Verbum acutum, & validum, & penetrabilius omni gladio acutissimo: penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum:* & in Luc. 2. col. 1301. d. *Vivum verbum Dei, & validum, & acutum omni gladio acutissimo: penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum, cogitationes cordis, & secreta scrutatur animarum:* & l. 4. de fide, col. 534. c. *Vivum est enim verbum Dei, & validum, atque operatorium, & acutum, & penetrabilius omni gladio acutissimo: penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, artuumque & medullarum:* & l. 2. de Spir. S. col. 658. c. *qui scrutator est animi, & cogitationis:* vide etiam epist. 65. col. 1053. d. Hieron. verò in Isai. 27. to. 3. col. 227. b. *Vivens autem Dei sermo, & efficax, & acutus super omnem gladium ex utraque parte acutum:* & in cap. 66. col. 508. a. *Vivens est enim sermo Dei, & evidens, & acutus super omnem gladium bicipitem: & dividens usque ad partitionem animæ & spiritus, artuum quoque & medullarum, & judex cogitationum, & sensûm cordis:* at in Zach. 9. col. 1762. a. *Vivens sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus.* Itidem S. Paulin. epist. 50. p. 302. c. excepto *Vivus est,* pro *Vivens.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 732. b. *Vivus Dei sermo, & efficax, & acutior omni gladio ancipiti:* & infra, p. 735. d. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & acutior super omnem gladium acutum: & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, & cogitationum & medullarum omnium, & judex cogitationum cordis:* lib. verò 11. de Trin. omnia refert ut in Vulg. usque ad hæc, *oculis ejus,* ℣. seq. Cassiod. præf. in Psalmos, c. 15. p. 7. b. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & acrior omni gladio ancipiti: & pertingens,* &c. ut in Vulgata. Græc. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον· καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Hieron. in Isai. 66. sup. legisse videtur ἐναργὴς, *evidens;* aliis verò locis ἐνεργὴς, *efficax.*

℣. 13. Quæ corrupta sunt in Mss. nostris, optimè restituimus ex Lucif. Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 224. h. apud quem sic legitur: *Et non est ulla creatura, quæ non pareat in conspectu ejus: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis oratio est.* Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 508. a. *Nullaque est creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis illius, de quo nobis sermo est.* Ambrosius in Ps. 37. col. 825. a. huc alludens, dicit: *Nec ulla postremò est creatura, quæ se à cognitione ejus abscondat.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 735. d. *Et non est in sæculo fabrica alia abscondita à conspectu ejus.* Græc. Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα τοῖς..... πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.

℣. 14. Ambrosius in Psal. 118. col. 1242. f. *Habentes itaque magnum sacerdotem, egressum de cælis, Jesum filium Dei: teneamus confessionem fidelem:* at l. 4. de fide, col. 524. e. *Habemus sacerd. magnum, principem sacerdotum, qui pertransivit cælos, Jesum filium Dei.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 740. h. *Habentes ergo principem sacerdotum, qui penetravit cælos, Jesum filium Dei.* Græcum: Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς........ κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. Ms. Vel. addit, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, & Mss. Lat. aliqui Vulg. habent, *confessionem spei nostræ.* Ita quoque legit Primas. in hunc loc. At August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. d. simpliciter: *teneamus confessionem.*

℣. 15. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. d. *Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: etenim expertus est omnia secundùm similitudinem sine peccato.* Vigil. Taps. l. 5. contra Eutych. p. 73. a. *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmit. nostris: sed expertum per omnia, & in omnibus, secundùm similitudinem absque peccato.* Vide Ambros.

VERSIO ANTIQUA.

* Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Mss. similitudine.

in omnibus secundùm * similitudinem sine peccato.

16. Accedamus itaque cum fiducia ad sedem gratiæ : ut accipiamus misericordiam, & pacem, ut inveniamus opportunum auxilium.

VULGATA NOVA.

tem per omnia pro similitudine absque peccato.

16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ : ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

infra, c. 5. ℣. 5. Græc. Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς..... πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας.

℣. 16. Ambrosius ep. 44. col. 980. e. alludens dicit : *Accedamus ad sacerdotem novum, ad sedem gratiæ.* Græc. Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος· ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

# CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

* Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Mss. electum.

* Supp. in his.

* Supp. condolere.

* Leg. factus est ..... obtemperantibus, &c.

1. OMnis enim Sacerdos de hominibus * electus, pro hominibus constitutus * quæ sunt Deo, ut offerat munera, & hostias pro peccatis :

2. qui possit * ignorantibus, & errantibus : quoniam ipse gestat infirmitatem :

3. & propter illam debet, sicut populo, sic & pro se offerre pro peccatis.

4. Et non quis sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, non quemadmodum Aaron.

5. Sic & Christus non se magnificavit fieri summum sacerdotem : sed qui locutus est ad illum : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

6. Sicut & alio loco dicit : Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech.

7. Qui in diebus carnis suæ, precibus & supplicationis huic, qui possit eliberare eum de morte, cum voce magna & lacrymis oblatis, & exauditus à metu.

8. Quanquam esset Filius, didicit à quibus passus est, subditionem :

9. & perfectus, * & omnibus operantibus sibi, causa salutis æternæ,

10. vocatus à Deo summus sacerdos secundùm

VULGATA NOVA.

1. OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis :

2. qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant : quoniam & ipse circumdatus est infirmitate :

3. & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.

4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Exod. 28. 1.

5. Sic & Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret : sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. 2. Par. 26. 18. Psalm. 2. 7.

6. Quemadmodum & in alio loco dicit : Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. Psalm. 109. 4.

7. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.

8. Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam :

9. & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,

10. appellatus à Deo pontifex juxta ordinem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosius epist. 63. col. 1033. f. alludit dicens : *Nec propria adsumptio, sed cœlestis vocatio, ut is offerat munera pro peccatis :* & infra, col. 1036. b. *Supplicaturus enim pro populo, eligi debet à Domino.* Gr. Πᾶς γὰρ Ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε, καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. Mſ. 1. habet Ἱερεὺς, pro Ἀρχιερεύς.

℣. 2. Ambrosius ubi sup. *qui possit affici pro peccantibus : quia & ipse gestat infirmitatem.* Gr. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν.

℣. 3. Græc. καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, &c. ut in Latino. Mss. quidam ferunt, καὶ διὰ αὐτήν.

℣. 4. Ambrosius ep. 63. col. 1033. f. huc alludens dicit : *Non sibi quis honorem debet sumere, sed vocari à Deo, sicut & Aaron :* & epist. 44. col. 980. e. *Non enim ipse sibi honorem præripuit, sed electus à Patre est.* Græc. Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος..... καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών. Nullibi autem præponitur *non*, voci *quemadmodum*, unde hæc negatio redundare videtur in Mss. Reg. & Sangermanensi.

℣. 5. Græc. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα· ἀλλ' ὁ λαλήσας, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. pro γενηθῆναι, habet γενέσθαι. Ambroſ. ep. 63. col. 1033. e. huc alludens dicit : *Bonus medicus, qui infirmitates nostras suscepit, sanavit ægritudines : & tamen iste non se honorificavit fieri summum sacerdotem : sed qui locutus est ad eum, Pater, dixit : Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

℣. 6. Ambrosius ep. 63. col. 1033. e. *Sicut & alibi dicit : Tu es sacerdos in æternum, secundùm ord. Melchisedech :* sic etiam in Pſ. 61. col. 957. d. Græc. Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχ. Mſs. quid. Σὺ εἶ ἱερεύς.

℣. 7. Ambrosius in Pſ. 61. col. 957. d. *Qui in diebus carnis, preces & supplicationes adhibuit ei, qui posset liberare eum de morte, cum magna voce & lacrymis, & exauditus ab illo metu :* & epist. 63. col. 1033. e. alludens dicit : *Ut in diebus carnis suæ, preces & supplicationes Deo Patri cum magna voce & lacrymis offerret, & ex eis, quæ passus est,* &c. ut infra. Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 740. h. *In diebus carnis suæ, orationes & preces ad Deum, qui poterat salvare eum à morte, cum clamore forti & lacrymis obtulit : exauditus est propter timorem.* Gr. Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας.

℣. 8. Ambrosius in Pſ. 61. col. 957. d. *Quanquam esset Filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam :* & epist. 63. col. 1033. e. alludens : *Et ex iis, quæ passus est, quamvis esset Filius Dei, discere videretur obedientiam, quam nos doceret.* Vigilius Tapſ. l. 5. contra Eurych. *Et quanquam sit Filius Dei, per ea, quæ passus est, didicit :* & l. contra Varim. p. 740. h. *Manifestus existens Filius, ex iis, quæ passus est, didicit obedientiam.* Caſſiod. in Pſ. 15. p. 53. a. *Quanq. esset Fil. Dei, did. ex his, quæ passus est, obedientiam.* Gr. Καίπερ ὢν Υἱὸς, ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοήν. Mſ. Veleſ. addit τοῦ Θεοῦ, voci Υἱός.

℣. 9. Ambrosius in Pſ. 61. col. 957. d. *& consummatus, obtemperantibus sibi causa factus est salutis æternæ :* & epist. 63. col. 1033. f. alludens sic pergit : *ut nobis fieret auctor salutis. Denique consummatis passionibus, tanquam consummatus ipse, sanitatem dedit omnibus.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 740. h. *qui perfectus, factus est omnibus obedientibus sibi, & auctor salutis æternæ.* Caſſiod. in Pſ. 15. p. 53. a. *& perfectus, factus est omnibus obaudientibus sibi, causa salutis æternæ.* Gr. καὶ τελειωθεὶς, ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν, αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου.

℣. 10. Ambrosius in Pſ. 61. col. 957. d. *vocatus à Deo sacerdos secundùm ordinem Melchisedech.* Vigilius Tapſ. lib. cont. Varimad. p. 740. h. *& pronunciatus à Deo princeps sacerdotum.* Gr. προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Melchisedech.

11. De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

12. Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis ut vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.

13. Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ: parvulus enim est.

14. Perfectorum autem est solidus cibus; eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

VERSIO ANTIQUA.

ordinem Melchisedech.

11. De quo nobis magnus sermo, & laboriosa quæ interpretatio est: quoniam imbecilles facti estis auribus.

12. Et cùm deberetis esse magistri secundùm tempus: iterum necesse est doceri vos quæ sint elementa principii verborum Dei: & facti estis egentes lacte, & non solidæ escæ.

13. Omnis enim, qui percipit * lacte, peritus verborum justitiæ est: parvolus enim adhuc est.

14. Perfectorum est autem solida esca: quia propter * habitum sensûs exercitatos habent ad discrimina boni & mali.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Leg. lac, imperitus.

* Mss. habitu; Reg. inf. exercitatus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

℣. 11. Græcum: Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν· ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς.

℣. 12. Augustinus tract. 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 740. f. *Cùm jam deberetis tempore ipso esse doctores: iterum doctrina indigetis quæ sint elementa sermonum Dei: & facti estis opus habentes lacte, non solido cibo.* Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 266. e. *Etenim cùm deberetis esse magistri propter tempus: rursum necesse habetis ut doceamini quæ sint elementa principii sermonum Dei.* Hilar. in Ps. 130. col. 443. f. huc alludens, dicit Apostolum *omnes rudis fidei, & infantilis adhuc in Dei rebus scientiæ lacte potare.* Gr. Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ· καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. Chrysost. hom. 17. in Matth. pro διδάσκειν, habet διδάσκεσθαι· paulòque post Mss. plures, λόγων, loco λογίων· unus tollit καὶ, post γάλακτος.

℣. 13. Ambrosius l. de instit. virg. col. 271. *Quia omnis, qui alitur lacte, expers est verborum justitiæ.* August. tract. 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 740. f. *Omnis enim, qui lactatur, inexpertus est verborum justitiæ: infans est enim.* Gr. Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι.

℣. 14. Augustinus quæst. 114. in Exod. tom. 3. p. 1. col. 457. b. *Perfectorum est autem solidus cibus; eorum, qui per habitum exercitatos habent sensus ad discernendum bonum & malum:* ita rursum tract. 98. in Joh. to. 3. p. 2. col. 740. f. exceptis his, *ad separandum bonum à malo:* similiter l. 12. de Trin. to. 8. col. 922. g. ait *Perfectorum esse solidum cibum, qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum à malo.* Maxim. Taurin. p. 4. b. *Perfectorum autem est solida esca, qui propter habitum sensus exercitatos habent.* Gr. Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ.

# CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. QUapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,

2. baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & judicii æterni.

3. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.

Matth. 12. 45. 4. Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, &

Inf. 10. 26. participes facti sunt Spiritus sancti,

2. Pet. 2. 20. 5. gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi,

6. & prolapsi sunt; rursus renovari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.

VERSIO ANTIQUA.

1. RElicto igitur initii Christi * verbo, ad perfectum tendamus, non iterum fundamentum diruentes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,

2. baptismorum * doctrinæ, impositionis manuum, & resurrectionis mortuorum, & judicii æterni.

3. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.

4. Difficile est enim * hos, qui semel * inluminati sunt, & gustaverunt donum cœleste, participesque facti sunt Spiritus sancti,

5. & bonum gustaverunt Dei verbum, & * virtutes futuri sæculi,

6. & lapsos eos, iterum renovare in pœnitentiam, recrucientes in eis filium Dei, & populare.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

* Mss. verbum.

* Ms. S. Germ. doctrina; Reg. doctrinam; ambo paulò post, judicia.

* Ambo Mss. hoc; deinde Ms. S. Germ. inlumatis, absque sunt.

* Mss. virtutis futuri sæcula.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus tract. 98. in Johan. tom. 3. p. 2. col. 741. e. & in ep. ad Rom. col. 938. b. *Ideoque remittentes initii Christi verbum, in consummationem respiciamus, non iterum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum,* in Rom. *ad Deum:* eadem rursum habet l. de fide & op. to. 6. col. 174. c. præter vocem *initia*, loco *initii;* crediderim *initia*, erratum esse librarii, vel potiùs typographi. Sedulius Hib. in hunc loc. *Quapropter intermittentes incboationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur,* &c. ut in Vulg. In Gr. constanter: Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας, &c. ut in Latino.

℣. 2. Augustinus tract. 98. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 741. e. & l. de fide & op. to. 6. col. 174. c. *lavacri doctrinæ, &* ( l. de fide deest *&* ) *impositionis manuum, resurrectionis etiam mortuorum, & judicii æterni:* itidem in ep. ad Rom. to. 3. p. 2. col. 938. b. excepta voce *manûs*, pro *manuum*. Gr. βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου· Mss. duo, βαπτισμὸν διδαχῆς, sed ubique constanter κρίματος.

℣. 3. Similiter Ambrosius l. 2. de pœnit. col. 418. f. *Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.* Nec aliter in Græco.

℣. 4. Tertullianus l. de pudic. p. 1013. b. *Impossibile est enim eos, qui semel inluminati sunt, & donum cæleste gustaverunt, & participaverunt Spiritum sanctum.* Ambros. l. 2. de pœnit. p. 417. c. *Impossibile est enim hos, qui semel illuminati sunt, & gustaverunt donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti.* Similiter habet Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. b. deleto verbo *sunt*, post verbum *illuminati*. Auctor l. de dupl. mart. p. 582. a. *posteaquam semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Sp. sancti.* Græc. Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου.

℣. 5. Tertullianus l. de pudic. p. 1013. b. *& verbum Dei dulce gustaverunt, occidente jam ævo.* Ambrosius l. 2. de pœnit. col. 417. d. *& bonum gustaverunt Dei verbum, virtutesque futuri sæculi.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. b. *gustaveruntque nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi futuri.* Auctor l. de dupl. mart. p. 582. b. *gustaverunt æquè bonum Dei verbum, virtutesq. sæculi venturi.* Gr. καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος.

℣. 6. Tertullianus l. de pudic. p. 1013. b. *cùm exciderint; rursus renovari in pœnitentiam, refigentes cruci in semetipsos filium Dei, & dedecorantes.* Ambros. l. 2. de pœ-

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

** In Ms. vens, ultima syllaba verbi* bibens.

7. Terra enim sitiens, * bibens venientem in se sæpe imbrem, generans herbam utilem his, propter quos colitur; recipit benedictionem à Deo:

8. nam quæ promit spinas & tribulos, reproba, & devotationi proxuma: cujus finis incendium.

9. Fidemus autem de vobis, carissimi, & meliora, & proximiora saluti: nam & sic loquimur.

10. Nec enim iniquus Deus, ut oblivíscatur opus vestrum, & amorem quem ostendistis in nomine ejus, ministrando sanctis, & audimus.

11. Cupimus enim unumquemque vestrûm eandem exhibere sollicitudinem ad confirmationem spei in sempiterno:

* *Ms.* Reg. repromissionis.

12. ne sitis ægri, imitatores autem horum, qui per fidem, & patientiam potiuntur * repromissiones.

* *Ms. Reg.* habe-ret.

13. Cùm enim Abrahæ repromisisset Deus, quoniam nullum alium * habuit majorem, per quem juraret, juravit per seipsum,

14. dicens: Nisi benedicendo benedixero te, & multiplicando multiplicabo te.

* *Ms.* petitus.

15. Et sic per patientiam * potitus est promissionem.

* *Ms. Reg.* & omni que.

* *Fortè* obfirmationem.

16. Homines enim per majorem jurant: & omni * controversiâ eorum novissimum, in * observationem, jurandum intervenit.

**Ms.* immobilem nobilitatis suæ.

17. In quo primùm Deus volens ostendere hæredibus repromissionis * immobilitatem voluntatis suæ, interposuit jusjurandum:

* *Ms.* habemus.

18. ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium * habeamus; qui confugimus tenere propositam spem:

## VULGATA NOVA.

7. Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo:

8. proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem.

9. Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur.

10. Non enim injustus Deus, ut oblivíscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

11. Cupimus autem unumquemque vestrûm eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem:

12. ut non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones.

13. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum,

14. dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. *Genes.* 22. 16.

15. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.

16. Homines enim per majorem sui jurant: & omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum.

17. In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum:

18. ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hit. col. 417. d. *lapsos, iterùm renovari in pœnitentiam, rursus crucifigentes filium Dei, & ostentatione triumphantes.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. b. *& prolapsi sunt; renovari iterum ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes:* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 305. f. ad hæc, *rursum crucifigentes in semetipsis*, &c. ait: *Pro* rursus crucifigentes; *melius unum verbum compositum in Græco est* ἀνασαυροῦντες, *quod nos interpretari possumus* recrucifigentes. Auctor l. de dupl. mart. p. 582. a. *in multa atque immania crimina relabuntur, crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Græcum: καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασαυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας.

℣. 7. Tertullianus l. de pudic. p. 1013. b. *Terra enim, quæ bibit sæpius devenientem in se humorem, & peperit herbam aptam his, propter quos & colitur; benedictionem Dei consequitur.* Græcum: Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

℣. 8. Tertullianus l. de pudic. p. 1013. b. *proferens autem spinas, reproba, & maledictioni proxima: cujus finis in exustionem.* Augustinus l. 3. cont. Crescon. to. 9. col. 478. e. *proferens autem spinas & tribulos, reproba, & maledictioni proxima est: cujus finis in ustionem.* Hieronym. in Isai. 66. to. 3. col. 504. f. *quæ autem affert spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cujus finis consumptio est.* Græc. ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος, καὶ κατάρας ἐγγύς· ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν.

℣. 9. Augustinus l. 3. cont. Crescon. to. 9. col. 478. e. *Confisi sumus autem de vobis, fratres carissimi, meliora, & hærentia saluti.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 195. c. *Confidimus autem*, &c. ut in Vulgata. Gr. Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας· εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν.

℣. 10. Hieronymus ubi sup. *Non enim injustus est Deus, ut oblivíscatur boni operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nom. ipsius, qui ministrastis sanctis, & nunc ministratis.* Græc. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες. Mss. plures tollunt τοῦ κόπου, *laborem*, ante vocem ἀγάπης· unus verò apud Curcellæum, pro διακονοῦντες, habet διακούοντες, unde in nostris Sangermanensi & Reg. Latinis, *audimus.*

℣. 11. Græcum: Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους· Ms. 1. habet, τῆς πίστεως, τῆς ἐλπίδος. Sedullius Hib. in hunc loc. *ad expletionem fidei.*

℣. 12. Græcum: ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως, καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας. Ms. Veles. κληρονομησόντων τὰς, &c.

℣. 13. Ambrosius l. 2. de fide, col. 484. a. *Abrahæ cùm repromisisset Deus, quoniam nullum alium majorem habebat, juravit per seipsum.* Hieron. in Amos 8. to. 3. col. 1441. e. *quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum.* Græc. Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ. Ms. 1. habet ἐπαγγελλόμενος, pro ἐπαγγειλάμενος.

℣. 14. Ambrosius l. 2. de fide, col. 484. a. *dicens: Nisi benedicendo benedixero te, & multiplicando multiplicavero te.* Græc. λέγων· Ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Mss. quidam, pro Ἦ μὴν, habent Εἰ μήν.

℣. 15. Græcum: Καὶ οὕτω μακροθυμήσας, ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.

℣. 16. Ambrosius l. 2. de fide, col. 484. a. *Homines enim per majorem se jurant.* Gr. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι· καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας, εἰς βεβαίωσιν, ὁ ὅρκος. In Mss. quibusdam deest μὲν, post Ἄνθρωποι.

℣. 17. Optimè restituitur textus noster ex Ambros. in Ps. 61. col. 961. e. ubi sic: *In quo ampliùs Deus ostendere volens hæredibus repromissionis immobilitatem voluntatis suæ, interposuit jusjurandum.* Cassiod. in Psal. 109. p. 379. b. *Ut ostenderet Deus pollicitationem* ( lege *pollicitationis* ) *hæredibus immobilitatem consilii sui*, &c. ut sup. Græc. Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ.

℣. 18. Ambrosius epist. 48. col. 991. c. habet ex Mss. omnibus, & vet. editt. *impossibile est mentiri Deo:* at epist. 50. col. 993. b. *impossibile est mentiri Deum:* & l. 1. offic. col. 48. b. *habetis*, inquit, *fortissimam consolationem.* Cassiod. in Ps. 109. p. 379. b. *ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Auctor

**VULGATA NOVA.**

19. quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis:

20. ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus, ſecundùm ordinem Melchiſedech pontifex factus in æternum.

**VERSIO ANTIQUA.**

19. quam ut anchoram habemus animæ tutam & fortiſſimam, & incedentem uſque in interiora velaminis: Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

20. ubi procurſor pro nobis intravit Jeſus Chriſtus, ſecundùm ordinem Melchiſedech ſacerdos factus in * perpetuum.

* Mſ. Reg. perpetuo.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

l. de xlii. manſ. col. 18. d. *teneamus propoſitam ſpem.* Gr. ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. Mſs. quidam, καταφεύγοντες.

℣. 19. Caſſiodorus in Pſ. 109. p. 379. b. *quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.* Auctor l. de xlii. manſ. col. 18. d. *ſicut anchoram animæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis.* Gr. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.

℣. 20. Græcum: ὅπου πρόδρομος..... Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν..... ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

---

# CAPUT VII.

**VULGATA NOVA.**

Geneſ. 14. 18. 1. HIc enim Melchiſedech, rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei:

2. cui & decimas omnium diviſit Abraham: primùm quidem qui interpretatur rex juſtitiæ: deinde autem & rex Salem, quod eſt, rex pacis,

3. ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem Filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.

4. Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.

5. Et quidem de filiis Levi ſacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo ſecundùm legem, id eſt, à fratribus ſuis: quanquam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ. Deuter. 18. 3. Joſ. 14. 4.

6. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones, benedixit.

7. Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur.

8. Et hîc quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem conteſtatur, quia vivit.

**VERSIO ANTIQUA.**

1. HIc enim Melchiſedech, rex Salem, ſacerdos Dei altiſſimi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde regum; cùmque eum benedixiſſet, & Abraham benedictus ab eo: Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.

2. cui & decimam omnium diviſit eum: primùm quidem interpretatur rex juſtitiæ: deinde rex Salem, quod, rex pacis,

3. ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens, * ſimilatus autem Filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. * Mſ. ſimulatus.

4. Videtis autem quantus ſit hic, cui decimas Abraham dedit de primitivis principens patri.

5. Et * hi, qui de filiis Levi ſunt, ſacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo ſecundùm legem, id eſt, * fratres ſuos: quanquam qui exierunt de ſemine Abrahæ. * Mſ. Reg. hi quidem, qui de. * Leg. fratribus ſuis.

6. Qui autem non enumeratur de his, decimas ſumſit * Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones, benedixit. * Mſ. Reg. ab Abrah.

7. Sine ulla autem controverſia, quod minimum eſt, à meliore benedicitur.

8. Et * hîc quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem conteſtatur, quia vivit. * Mſ. hi.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 109. col. 107. f. *Hic enim Melchiſedech, rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde regum, qui & benedixit eum.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. *Hic Melchiſedech, ſacerdos Dei ſummi, qui*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι, &c. ut in Vulgata. Mſs. noſtri Sangerm. & Reg. Gr. Lat. addunt in fine, καὶ Ἀβραὰμ εὐλογηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, quod ſilent alii.

℣. 2. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. d. *cui decimas omnium diviſit Abraham: primùm quidem interpretatur rex juſtitiæ: deinde rex Salem, ſine patre*, &c. Auct. quæſt. ex utroq. T. q. 109. col. 107. f. *primùm quidem interpretatur rex juſtitiæ: deinde rex Salem, quod eſt, rex pacis, ſine*, &c. Ambroſ. l. de myſt. col. 337. c. *qui interpretatione Latina dicitur, rex juſtitiæ, rex pacis:* ſimiliter l. 4. de ſacram. col. 367. c. & epiſt. 63. col. 1034. a. *verus rex pacis, verus rex juſtitiæ: hoc enim habet nominis interpretatio.* Græcum: ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ· πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης· ἔπειτα δὲ, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Ambroſius l. 4. de ſacram. col. 367. e. 373. b. *ſine patre, ſine matre, ſine generationis ordine, neque initium dierum, neque finem vitæ habens:* ita rurſum epiſt. 63. col. 1034. a. excepta voce *enumeratione*, pro *ordine*: & lib. de myſt. col. 337. c. *quia manet ſacerdos in perpetuum.* Auct. quæſt. ex utroque T. q. 109. col. 107. f. *ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia, neque initium dierum, nec finem vitæ habens, ſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.* Similiter habet Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. d. exceptis his, *aſſimilatus eſt autem filio Dei.* Græcum: ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν, &c. ut in Vulgata.

℣. 4. Auguſtinus l. 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 269. e. *Videte qualis hic eſt, cui & decimam partem Abraham dedit de primitiis patriarcha.* Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 109. col. 107. f. *Videtis quantus ſit hic, cui decimas dedit Abraham de primitivis princeps patrum.* Gr. Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

℣. 5. Auguſtinus l. 10. de Gen. ad litt. tom. 3. p. 1. col. 269. e. *Et ii quidem, qui de filiis ſunt Levi, ſacerdotium accipientes, mandatum habent à decimis populi ſecundùm legem, hoc eſt, à fratribus ſuis: quamvis & ipſi ex lumbis Abrahæ exierint.* Græc. Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευῒ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ.

℣. 6. Auguſtinus ubi ſup. *Qui autem non eſt ex genere eorum, decimavit Abraham, & habentem promiſſionem benedixit.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *decimas ſumpſit Abrahæ.* Græc. Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκε· al. ηὐλόγησεν.

℣. 7. Auguſtinus l. 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 269. e. *Sine ulla autem contradictione, qui minor eſt, à majore benedicitur.* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 109. col. 106. e. *Sine dubio enim, quod minimum eſt, à meliore benedicitur.* Gr. Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Epiph. hæreſ. 55. ἐκ τοῦ μείζονος εὐλογ. ſi Millio fides.

℣. 8. Auguſtinus ubi ſup. *Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem, qui teſtificatur ſe vivere.* Sedul. Hibern. in hunc loc. *ibi autem conteſtatus eſt, quia vivit.* Græc. Καὶ ὧδε μὲν, δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δὲ, μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.

Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

9. Et (quemadmodum dicam) * Abraham, & Levi, qui decimas accepit, decimatus est:

* *Supp.* per.

10. adhuc enim in utero patris erat, quando obviavit eum Melchisedech.

* *Ms. Reg.* sacerdotio.
* *Leg.* illo.

11. Si ergo consummatio per * sacerdotium Levitarum erat (populus enim in * illos legem accepit) quid adhuc necesse est secundùm ordinem Melchisedech alium sacerdotem surgere, & non secundùm Aaron dici?

12. Translato enim sacerdotio, necesse est & legis translatio fiat.

* *Leg.* dicuntur.

13. In quo enim hæc * dicitur, de alia tribu est, de qua tribu nullus præstò fuit ad aram.

14. Manifestum enim quoniam de Juda ortus est Dominus noster: in qua tribu de sacerdotibus nihil Moses locutus est.

15. Et ampliùs adhuc manifestum est; si secundùm similitudinem Melchisedech surgit alius sacerdos:

16. non secundùm legem mandatum carnis factum est, sed secundùm virtutem vitæ infatigabilis.

17. Contestatur enim: Quoniam tu es sacerdos in perpetuum, secundùm ordinem Melchisedech.

18. Intermittitur igitur præcedens mandatum, propter suam infirmitatem, & inutilitatem:

* *Ms.* accepimus.

19. quoniam nihil consummavit lex: introductio autem melioris spei, per quam * accedimus ad Deum.

20. Nec quantum sine jurejurando sunt sacerdotes facti;

* *Leg.* cum.
* *Ms. Reg.* perpetuo.

21. hic autem * qui jurejurando, per eum, qui dixit ad illum: Juravit Dominus, & non pœnitebit: tu es sacerdos in * perpetuum, secundùm ordinem Melchisedech.

22. Et ideo tantò melior testamenti factus est sponsor Jesus.

23. Et illi quidem plures sacerdotes facti sunt, ideo quòd morte prohiberentur permanere:

* *Ms. Reg.* æterno.

24. is autem, eò quòd maneat in * æternum, sempiternum habet sacerdotium.

### VULGATA NOVA.

9. Et (ut ita dictum sit) per Abraham, & Levi, qui decimas accepit, decimatus est:

10. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchisedech.

11. Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundùm ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron dici?

12. Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat.

13. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præstò fuit.

14. Manifestum est enim quòd ex Juda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.

15. Et ampliùs adhuc manifestum est; si secundùm similitudinem Melchisedech exsurgat alius sacerdos,

16. qui non secundùm legem mandati carnalis factus est, sed secundùm virtutem vitæ insolubilis.

17. Contestatur enim: Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. *Psalm. 109. 4.*

18. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem:

19. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.

20. Et quantum est non sine jurejurando (alii quidem sine jurejurando sacerdotes facti sunt;

21. hic autem cum jurejurando, per eum, qui dixit ad illum: Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum:) *Ibidem.*

22. in tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus.

23. Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere:

24. hic autem, eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Augustinus l. 10. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 269. e. *Et (sicut oportet dicere) propter Abraham, & Levi, accipiens decimam, decimatus est.* Gr. Καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) διὰ Ἀβραὰμ, καὶ Λευΐ, ὁ δεκάτας λαμβάνων, δεδεκάτωται· al. ἀπολαμβάνων, al. λαβών.

℣. 10. Augustinus ubi sup. *adhuc enim in lumbis patris sui fuit.* Gaudent. Brix. serm. 2. p. 947. c. *adhuc in lumbis patris erat Levi.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *adhuc in lumbis Abraham positus.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. tom. 4. p. 1. col. 403. f. *adhuc in lumbis erat Levi patris sui Abraham, quando obviavit ei Melchisedech.* Græc. ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ.

℣. 11. Græcum: Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο) τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν, &c. ut in Lat. Mss. quidam, pro ἐπ' αὐτῇ, ferunt ἐπ' αὐτῆς· alius, ἐπ' αὐτήν, al. ἐν αὐτῇ.

℣. 12. Græcum: Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Sedulius Scot. in hunc loc. *Translato enim sacerdotio ad Melchisedech.*

℣. 13. Græcum: Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.

℣. 14. Ambrosius l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. b. similiter habet: *quoniam de Juda ortus est Dominus noster.* Græc. Πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν· εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησε. Mss. plures, loco ἱερωσύνης, habent ἱερέων.

℣. 15. Græcum textui nostro Lat. consonat. Sedul. Hibern. in hunc loc. pro *surgit alius sac.* habet, *exsurgeret al. sac.* Gr. ἀνίσταται.

℣. 16. Ambrosius ep. 44. col. 980. e. alludens dicit: *Accedamus ad sacerd. novum..... sacerdotem non secundùm legem mandati carnalis creatum, sed secundùm virtutem infatigabilis electum*, Mss. ejusdem aliqui cum vet. edit. ferunt *virtutem infatigabilem*; reliqui cod. ut in contextu, nisi quòd duo exhibent, *virtutem infatigabilis vitæ.* Græc. Vulgatæ consonat ad verbum.

℣. 17. Ambrosius ubi sup. *Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech.* Græcum: Μαρτυρεῖ γάρ· Ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν, &c. Mss. plures, Μαρτυρεῖται γάρ· tum alii, Ὅτι σὺ εἶ ἱερεύς.

℣. 18. Græcum: Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς, καὶ ἀνωφελές.

℣. 19. Græcum: οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος· ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ.

℣. 20. Græcum: Καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας· οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες.

℣. 21. Ambrosius l. de fug. sæc. c. 3. col. 424. c. *ipse princeps est sacerdotum magnus: Pater juravit de eo dicens: Tu es sacerd. in æternum.* Græcum: ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτόν· Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, &c. ut sup. al. σὺ εἶ ἱερεύς.

℣. 22. Ambrosius l. 3. de fide, c. 11. col. 511. d. e. *melioris testamenti factus est sponsor.* Gr. κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς. Mss. quidam initio ferunt, κατὰ τοσοῦτο.

℣. 23. Ambrosius l. de fug. sæc. c. 3. col. 424. c. *Alii temporales omnes sub peccato..... omnes sub morte.* Græcum: Καὶ οἱ μὲν πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ, &c. ut in Latino.

℣. 24. Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. c. *hic autem imprævaricabile habet sacerdotium.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. e. 50. d. *intransgressibile habet sacerdotium.* Auctor l. de xlii. mans. col. 11. f. *ipse sempiternum habet sacerdotium.* Gr. ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis.

26. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus:

Levit. 16. 6. 27. qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.

28. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem jurisjurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

25. Unde & salvos in perpetuum potest facere * accedentes per ipsum ad Deum: semper vivens ad exorandum pro his. * Ms. Reg. accedentes.

26. Talis enim nobis decebat sacerdos, justus, innocens, immaculatus, segregatus à peccatoribus, & excelsior * cœlis factus: * Ms. Reg. cœlestis.

27. qui non habet quotidie necesse, quemadmodum sacerdotes, priùs pro suis delictis hostiam offerre, deinde * pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo. * In Ms. Reg. deest pro.

28. Lex enim constituit sacerdotes homines habentes infirmitatem: verbum autem * jurisjurandi, quod post legem est, Filium in æternum perfectum. * Ms. Reg. jurisjurando... in æternō.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην.

℣. 25. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. e. 50. d. *Unde & salvos perficere potest eos, qui adveniunt per ipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro ipsis.* Auctor l. de xlii. mans. col. 11. f. *semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Ambros. l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. c. *omnes sub morte, hic autem semper vivens: quoniam qui salvare alios potest,* &c. Sedulius Hib. in hunc loc. addit: *accedens per semetipsum ad Deum.* Gr. Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ· πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. Ms. Vel. ὑπὲρ ἡμῶν, & προσερχόμενος, loco προσερχομένους.

℣. 26. Ambrosius l. de fuga sæc. c. 3. col. 424. d. *Talis enim nobis decebat:* & infra: *Talis ergo nobis decebat princeps sacerdos, justus, sanctus, innocens, immaculatus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus:* ita rursum l. 3. de fide, col. 511. f. à voce *immaculatus.* August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. e. 50. d. *Talem enim decebat habere nos principem sacerdotum, justum, sine malitia, incontaminatum, separatum à peccatoribus, altiorem à cælis factum.* Græc. Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος.

℣. 27. Ambrosius l. 3. de fide, col. 511. f. *qui non habet quotidie necessitatem, sicut sacerdotes, priùs pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo:* & ep. 44. col. 980. f. 981. a. alludens ait: *alii sacerdotes pro se offerebant, & pro populo suo: hic quia non habuit peccatum ut pro se offerret, pro universo mundo se obtulit.* Hilarius in Ps. 53. col. 101. a. *hoc enim fecit semel, seipsum offerens hostiam Deo.* Augustin. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. e. 50. d. *non habentem quotidianam necessitatem, sicut principes sacerdotum, primùm pro suis peccatis sacrificium offerre, dehinc pro populi: hoc enim semel fecit, offerens se.* Græc. ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας (al. θυσίαν) ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ· τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. Mss. quidam, προσενέγκας.

℣. 28. Vigilius Taps. l. cont. Varim. p. 740. h. *sermo autem jurationis, qui post legem est, Filius in æternum perfectus.* Græc. Ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς.... ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, Υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον.

# CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. Capitulum autem super ea, quæ dicuntur: Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis,

2. sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.

3. Omnis enim pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur: unde necesse est & hunc habere aliquid, quod offerat:

4. si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cùm essent qui offerrent secundùm legem munera,

5. qui exemplari, & umbræ deserviunt cœlestium. Sicut responsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculum: Vide (inquit) omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Exod. 25. 40. Act. 7. 44.

6. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.

7. Nam si illud prius culpa vacasset: non utique secundi locus inquireretur.

8. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies ve-

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. Capitulum autem super ea, quæ dicimus: Talem habemus Sacerdotem, qui * sedet in dexteram sedis magnitudinis in cœlis, * Ms. Reg. sedit.

2. sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, non homo.

3. Omnis enim sacerdos ad offerenda munera, & hostias constituitur: unde necesse sit * aliqui hunc habere aliquid, quod offerat: * Ms. Reg. habere aliqui hunc aliquid.

4. si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: aliis offerentibus secundùm legem munera,

5. qui exemplari, & umbra serviunt in cœlestium. Sicut & responsum est Moysi, cùm consummat tabernaculum: Vide (inquit) facis omnia secundùm exemplar, quod tibi ostensum est in monte.

6. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti interventor est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.

7. Nam si illud prius culpa vacasset: non * secundus inquireretur locus. * Ms. Reg. secundas inquirere.

8. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies ve-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum: Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις· Τοιοῦτον ἔχομεν Ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

℣. 2. Græcum Vulgatæ favet. Mss. tamen quidam, loco Κύριος, ponunt Θεὸς, ut in Mss. Sangermanensi & Regio.

℣. 3. Græcum Vulgatæ suffragatur.

℣. 4. Græcum: εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς· ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων, &c. ut sup. Mss. quid. initio ferunt, εἰ μὲν οὖν.

℣. 5. Græcum: οἵτινες ὑποδείγματι, καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. Καθὼς κεχρημάτισαι Μωσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν· Ὅρα γὰρ, φησὶ, ποιήσης πάντα κατὰ τὴν, &c. ut supra. Sedulius Hibern. in hunc loc. pro *facis omnia*, legit, *facies omnia.*

℣. 6. Græcum: Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, &c. ut supra.

℣. 7. Græcum: Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος· οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος.

℣. 8. Ambrosius ep. 44. col. 980. d. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & confirmabo domui Israel, & domui Juda testamentum novum.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *consummabo........ domui Juda.* Gr. Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει·

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

nient, dicit Dominus: & diſponam * domui Iſrael, & domui Juda, teſtamentum novum;

* *Mſ.* domum... domum.

9. non ſecundùm teſtamentum, quale fecit patribus illorum in die, qua apprehendit manum eorum * educere illos de Terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi illorum, dicit Dominus.

* *Mſ. Reg.* & ducere.

10. Quoniam hoc teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in ſenſibus eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam * eas: & ero eorum Deus, & ipſi erunt mihi populus:

* *Mſ.* eos.

11. & non docebunt ſinguli civem ſuum, vel fratrem, dicens: Cognoſce Deum: quoniam omnes ſcient me à minore uſque ad majorem eorum:

12. quia propitius ero malitiæ eorum, & peccati illorum, & * injuſtitiis eorum jam non memorabor.

* *Leg.* injuſtitiarum, *vel* injuſtitiæ. *Mſ. Reg.* injuſtis.

13. Dicendo autem novum, veteravit prius. Quod autem veteratur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.

VULGATA NOVA.

nient, dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Juda, teſtamentum novum; Jerem. 13. 31.

9. non ſecundùm teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de Terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.

10. Quia hoc eſt teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum:

11. & non docebit unuſquiſque proximum ſuum, & unuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me à minore uſque ad majorem eorum:

12. quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum jam non memorabor.

13. Dicendo autem novum, veteravit prius. Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται...... καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, &c. ut ſupra. Mſs. quid. delent ἐπί.

℣. 9. Ambroſius ubi ſup. *non ſecundùm teſtamentum, quod feci patribus illorum in die, qua apprehendi manum ipſorum educere illos de terra Ægypti: quoniam ipſi non manſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Gr. Vulgatæ congruit.

℣. 10. Vigilius Tapſ. l. 2. cont. Arium: *Et hoc eſt teſtamentum, quod diſpono ad eos poſt dies illos, dicit Dominus.* Sedul. Hib. in hunc loc. *in ſenſibus eorum ſuperſcribam eas.* Gr. Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ.... Διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. Mſ. 1. habet, καὶ ἐπὶ καρδίαις αὐτῶν.

℣. 11. Græcum: καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων· Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι..... ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν. Mſs. plerique, loco πλησίον, ferunt πολίτην· unus verò delet ἕκαστος, ante τὸν ἀδελφόν, ſicut aliquot ſeq. αὐτοῦ· nonnulli etiam tollunt 1. αὐτῶν.

℣. 12. Græcum: ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Mſs. quidam omittunt καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν.

℣. 13. Hieronymus in Oſee 7. to. 3. col. 1282. *Quod veteratur, & ſeneſcit, prope exterminium eſt.* Vide ſis Ambr. ep. 44. col. 980. d. In Gr. ſic: Ἐν τῷ λέγειν καινήν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην. Τὸ δὲ παλαιούμενον, καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

# CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

1. HAbebat autem & quidem * prius conſtitutiones culturæ, Sanctum ſæculare.

* *Ambo Mſſ. corruptè*: prior ejus juſtitia conſtitutionis cultura ſecundum (*Reg.* ſanctum) ſæcularem.

2. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo candelabrum, & menſa, & propoſitio panum, * quod dicitur Sancta ſanctorum.

* *Mſ. Reg.* qui.

3. Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum, quod dixit Sanctum ſanctorum:

4. aureum habens altare, & arcam teſtamenti tectam undique auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ florierat, & tabulæ teſtamenti,

5. ſuper eam Cherubim gloriæ, & tegentes expiationem: de quibus modò non eſt dicendum per * ſingula.

* *Mſ. Reg.* ſingulis.

6. His autem ita aptatis; priori quidem tabernaculo ſemper intrabant ſacerdotes, * miniſteria conſummare:

* *Mſ.* miniſterii.

7. in ſecundo autem ſemel in anno ſingularis

VULGATA NOVA.

1. HAbuit quidem & prius juſtificationes culturæ, & Sanctum ſæculare.

2. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur Sancta. Exod. 26. 1. & 36. 8.

3. Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum:

4. aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, Levit. 16. Num. 16.

5. ſuperque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non eſt modò dicendum per ſingula. 3. Reg. 8. 9. 2. Par. 5. 10.

6. His verò ita compoſitis; in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes:

7. in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pon- Exod. 30. 10. Levit. 16. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vitioſus Mſ. utriuſque contextus ita reſtituitur ex Sedulio Hib. in hunc locum, qui ſic legit: *Habuit quidem & prius teſtamentum conſtitutiones cultura, Sanctumque ſæculare.* Gr. Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό, τε Ἅγιον κοσμικόν· *Habebat ergo & primum tabernaculum juſtificationes culturæ, & Sanctum mundanum*, ſeu *ſæculare.* In Mſs. pluribus deeſt σκηνή, ſicut in nonnullis præced. καί.

℣. 2. Græcum: Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Græcum: Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνή, ἡ λεγομένη Ἅγια ἁγίων.

℣. 4. Ambroſius l. 5. de ſacram. c. 1. col. 365. b. c. *Erat autem in ſecundo tabernaculo manna; erat virga Aaron, quæ aruit, & poſtea refloruit; erat & thymiamaterium.* Græc. χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν..... περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ.... καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, ἡ βλαστήσασα, &c. ut in Lat. vox autem θυμιατήριον, utrumque ſignificat, & *thuribulum*, & *altare*: ſubinde, βλαστήσασα, meliùs redditur per *germinaverat*, quàm per *fronduerat*, vel *florierat*.

℣. 5. Græcum: ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. Mſ. Alex. legit κατασκιάζον, pro κατασκιάζοντα.

℣. 6. Græcum: Τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων· εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· al. τελοῦντες. Sedulius Hibern. in hunc loc. legit quoque *miniſteria*, pro *ſacrificiorum officia*, quæ in Vulg.

℣. 7. Ambroſius l. 4. de ſacram. col. 365. b. *ſecundum*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

tifex, non fine fanguine, quem offert pro fua, & populi ignorantia:

8. hoc fignificante Spiritu fancto, nondum propalatam effe fanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ftatum:

9. quæ parabola eft temporis inftantis: juxta quam munera, & hoftiæ offeruntur, quæ non poffunt juxta confcientiam perfectum facere fervientem, folummodo in cibis, & in potibus,

10. & variis baptifmatibus, & juftitiis carnis ufque ad tempus correctionis impofitis.

11. Chriftus autem affiftens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eft, non hujus creationis;

12. neque per fanguinem hircorum, aut vitulorum, fed per proprium fanguinem introivit femel in Sancta, æterna redemptione inventa.

Levit. 16. 14. 13. Si enim fanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ afperfus, inquinatos fanctificat ad emundationem carnis:

1. Pet. 1. 19. 1. Joan. 1. 7. Apocal. 1. 5. 14. quantò magis fanguis Chrifti, qui per Spiritum fanctum femetipfum obtulit immaculatum Deo, emundabit confcientiam noftram ab operibus mortuis, ad ferviendum Deo viventi?

Gal. 3. 15. 15. Et ideo novi teftamenti mediator eft; ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant fub priori teftamento, repromiffionem accipiant, qui vocati funt æternæ hæreditatis.

16. Ubi enim teftamentum eft, mors neceffe eft intercedat teftatoris.

17. Teftamentum enim in mortuis confirmatum eft: alioquin nondum valet, dum vivit qui teftatus eft.

18. Unde nec primum quidem fine fanguine dedicatum eft.

19. Lecto enim omni mandato legis à Moyfe univerfo populo, accipiens fanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyffopo; ipfum quoque librum, & omnem populum afperfit,

**Versio antiqua.**

fummus facerdos, non fine fanguine, quem * offert pro fe, & populi delictis: *Ex Mss. Sangerm. & Reg. feu Clarom.* * *Mf. Reg.* offeret; *uterque* delictorum.

8. hoc fignificante Spiritu fancto, nondum * propalatam effe fanctorum viam, adhuc priore tabernaculo * habente virtutem: * *Mf. Reg.* propalatum.

9. quæ prior parabola in tempore: in quo munera, & hoftiæ offeruntur, quæ non poffunt confcientiâ * confummare fervientes, folùm in cibis, & potu, * *Mß. aperto vitio*, habentes virtute; & ℣. *feq.* qui priori..... in timore: in quo.... & hoftias offeruntur.

10. & variis baptifmis, juftitia carnis ufque ad tempus reftitutionis impofita. * *Mß.* cofummari.

11. Chriftus autem, facerdos quando * advenit bonorum factorum, per amplius & perfectum tabernaculum non manufactum, id eft, non hujus creationis; * *Mf. Reg. corruptè*, advent fe.

12. neque per fanguinem hircorum, & vitulorum, fed per fuum fanguinem intravit femel in Sanctis, * æterna expiatione reperta. * *Mß.* æternis.

13. Si enim fanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ fparfus, * inquinatos fanctificat ad carnem emundandam: * *Mß.* inquinatus.

14. quantò magis fanguis Chrifti, qui per Spiritum * fanctum feipfum obtulit immaculatum Deo: qui emundavit confcientiam noftram ab operibus mortuis, ut ferviamus Deo viventi? * *Mß.* fancti.

15. Et ideo novi teftamenti arbiter eft; ut morte intercedente, in redemptione veteris teftamenti prævaricationum, promiffionem * accipiant, qui vocati funt * æternæ hæreditatis. * *Mß.* accipient. * *Mf. Reg.* æterna.

16. Ubi enim teftamentum, mors neceffe eft intercedat teftatoris.

17. Teftamentum enim in mortuis confirmatur: quoniam nondum valet, dum vivit qui teftatur.

18. Unde pridem prius teftamentum non fine fanguine dedicatum eft.

19. Lecto enim omni teftamento fecundùm * legem per Moyfen univerfo populo, accepto fanguine hircorum, & vitulorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyffopo; ipfum quoque librum, & omnem populum afperfit, * *Mß.* legis.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*tabernaculum..... in quod femel in anno fummus facerdos intrare confuevit.* Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 751. d. *non fine fanguine, quem offert pro fe; & pro populi ignorantia.* Gr. εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων.

℣. 8. Vigilius Tapf. ubi fup. *fignificante hoc Spiritu fancto.* Gr. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ..... μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν.

℣. 9. Miferè fœdatum contextum in Mfs. noftris utcumque reftituimus ex Græco, in quo fic: ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα· καθ᾽ ὃν δῶρά τε, καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι. Mfs. noftri Sangerm. & Reg. Græcè in principio ferunt: ἥτις πρώτη παραβολή· mox Velef. παραβολή ἐστι τοῦ καιροῦ ἐνεστηκότος· καθ᾽ ἣν δῶρα· fimiliter alii quidam, καθ᾽ ἣν δῶρα.

℣. 10. Græcum: καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. Mfs. 3. tollunt καὶ, ante δικαιώμασι, ex quibus duo, cum aliis duobus, legunt δικαιώματα· Velef. in fine habet ἐπικειμένοις.

℣. 11. Ambrofius in Pfal. 118. col. 1144. b. huc alludens ait: *Tabernaculum teftimonii corpus hoc noftrum eft, in quo Chriftus advenit, per amplius & perfectius tabernaculum, ut per fanguinem fuum intraret in Sancta, & confcientiam noftram ab omni opere mortuorum, & labe mundaret.* Græcum: Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς οὐ χειροποιήτου, τοῦτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως. Mfs. quidam, pro μελλόντων, habent γενομένων.

℣. 12. Ambrofius epift. 44. col. 981. a. *per fanguinem fuum introivit in Sancta.* Græcum Vulgatæ confonat, pofito καὶ, poft vocem τράγων, ut in textu Regio & Sangermanenfi.

℣. 13. Ambrofius in Luc. 9. col. 1410. d. & lib. 1. de Spir. S. c. 18. col. 621. c. *Si fanguis taurorum, & hircorum, & cinis vitulæ adfperfus, inquinatos fanctificat ad carnem emundandam.* Ita quoque in Græco, nifi quòd ipfo initio habeat Εἰ γὰρ, *Si enim:* & in fine, πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, ut in Vulgata. Fulgent. lib. pro fide Cath. p. 543. Vulgatæ congruit.

℣. 14. Ambrofius l. 1. de Spir. S. c. 8. col. 621. c. *quantò magis fanguis Chrifti, qui per Spiritum fempiternum fe obtulit immaculatum Deo?* tum concludit: *Ergo fempiternus eft Spiritus:* vide etiam fup. ad ℣. 11. Similiter in Gr. πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι; Mfs. plures, loco Πνεύματος αἰωνίου, ferunt Πνεύμ. ἁγίου· fubinde Sangerm. & Reg. Gr. ὃς καθαριεῖ· Velef. ἐκαθάρισε· tum alii multi, τὴν συνείδ. ἡμῶν.

℣. 15. Græcum: Καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς, &c. ut fupra.

℣. 16. Sedulius Hib. in hunc locum: *Ubi enim teftamentum, mors neceffe eft intercedat teftatoris.* Ambrof. l. 3. de fide, col. 511. e. *Ubi teftamentum, mors neceffe eft præcedat teftatoris:* epift. verò 75. col. 1084. b. *Teftamentum non valet, nifi mors intercedat teftatoris.* Græc. Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου.

℣. 17. Ambrofius ep. 75. col. 1084. b. *quoniam teftamentum non valet, quandiu vivit teftator.* Græc. Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ μή ποτε ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος.

℣. 18. Græcum: Ὅθεν οὐδ᾽ ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται.

℣. 19. Græcum: Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα, &c. ut in Lat. textu.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

20. dicens : Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

21. Ipsum etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerii * sanguine similiter aspersit.

* Ms. Reg. sanguinem.

22. Et pene in sanguine omnia emundantur secundùm legem : & sine sanguinis fusione non fit remissio.

23. Necessariò itaque * exemplaria cœlestium his mundari : nam ipsa cœlestia melioribus hostiis quàm istis.

* Mss. exemplario.

24. Non enim in manufactis Sanctis intravit Christus exemplarium veritatis : sed in ipso cœlo modò apparuit * personæ Dei pro nobis :

* Ms. Reg. per se ; Ms. Sangerm. per se.

25. Sed neque ut sæpe offerat se, quemadmodum Sacerdos intrat in Sanctis per singulos annos in sanguine alieno :

26. cæterùm oportebat eum aliquotiens pati ab origine mundi : nunc autem semel * in commummatione sæculorum, ad destituendum peccatum, per sanguinem suum apparuit.

* Ms. in consummationem.

27. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, & postea judicari :

28. sic & Christus semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata ; secundò sine peccato apparebit exspectantibus eum, in salutem.

VULGATA NOVA.

20. dicens : Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Exod. 24. 8.

21. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit.

22. Et omnia penè in sanguine secundùm legem mundantur : & sine sanguinis effusione non fit remissio.

23. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari : ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quàm istis.

24. Non enim in manufacta Sancta Jesus introivit, exemplaria verorum : sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis :

25. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno :

26. alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi : nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit.

27. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium :

28. sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata ; secundò sine peccato apparebit exspectantibus se, in salutem. Rom. 5. 9. 1. Pet. 3. 18.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Græcum textui Lat. congruit.

℣. 21. Græcum : *Καὶ τὴν σκηνὴν δὲ, καὶ πάντα*, &c. ut in Latino.

℣. 22. Græcum : Καὶ *σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον*, &c. ut in textu Latino.

℣. 23. Ambrosius in Ps. 118. col. 1206. c. *Necessarium itaque est exemplaria cælestium his mundari : nam ipsa cælestia melioribus hostiis :* tum addit, *Non enim*, &c. omisso *quàm istis*. Gr. Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι· αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας· al. ταύταις.

℣. 24. Textui nostro favet Maximin. Arian. apud August. to. 8. col. 665. c. ubi sic legitur : *Non in manufactis templis intravit Jesus exemplarium veritatis : sed in ipso cælo modò apparet personæ Dei pro nobis.* Ambros. in Psal. 118. col. 1206. c. *Non enim in manufacta Sancta intravit Christus, exemplaria verorum : sed in ipsum cælum, & nunc apparet vultui Dei pro nobis.* Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. g. *Non enim in manu fabricata Sancta introivit Christus, quæ sunt similia verorum : sed in ipsum cælum, apparere ante faciem Dei pro nobis.* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 734. g. *Non enim in manu fabricæ facta introiit Jesus, quæ est allegoria verborum* (l. *verorum* :) *sed in ipsum cælum apparuit à dextris Dei.* Ms. cod. 52. Floriac. habet *manufactis Sanctis*, ut in nostro textu. Gr. Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα Ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

℣. 25. Augustinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 27. g. *Non ut sæpius offerat semetipsum, sicut Princeps sacerdotum intrat in Sancta in anno semel cum sanguine alieno.* Græcum : Οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ Ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ Ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ.

℣. 26. Augustinus ubi sup. *cæterùm oportebat eum sæpius pati à mundi constitutione : nunc autem semel in extremitate sæculorum, ad remissionem peccatorum, per sacrificium suum manifestatus est.* Græcum : ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται.

℣. 27. Augustinus l. 1. de pecc. mer. col. 28. a. *Et sicut constitutum est hominibus semel tantùm mori, & post hoc judicium.* Græc. Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται, &c. ut in Vulgata.

℣. 28. Augustinus ubi sup. *sic & Christus semel oblatus est, ut multorum peccata portaret ; secundò sine peccatis apparebit eis, qui eum sustinent, ad salutem.* Ms. cod. 52. Floriac. post *in salutem*, addit *per fidem*. Græc. οὕτως ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας· ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, εἰς σωτηρίαν. Mss. plurimi initio ferunt, οὕτως καὶ ὁ, ex quibus duo, cum aliis nonnullis, in fine addunt, διὰ πίστεως, post σωτηρίαν.

# CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. UMbram enim habens lex futurorum bonorum, non in ipsa persona rerum ; per singulos annos iisdem hostiis, * quas offerunt infrequentiam, nunquam potest accedentes emundare :

* Ms. quibus offerent.

2. nam nec cessassent offerri : idcirco quòd nullam haberent * conscientiam peccati, qui observantes semel purgati :

* Ms. Reg. conscientia ; *uterque infra*, purgari.

VULGATA NOVA.

1. UMbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum ; per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere :

2. alioquin cessassent offerri : ideo quòd nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem exhibet Græcum, quæ leguntur in Vulg. nisi quòd habeat κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, pro *per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter*, quæ eòdem recidunt. Ap. Gaud. Brix. ser. 1. p. 945. g. & ser. 13. p. 963. g. legitur : *Quoniam vetus lex umbra erat futurorum bonorum.* Epiphan. in Cantic. Cantic. c. 2. ℣. 3. *Lex enim umbram habuit futurorum bonorum.* Sedulius Hib. in hunc loc. pro *perfectos facere*, quod habet Vulg. in fine, legit *consummare*, è Gr. τελειῶσαι. Mss. verò Sangerm. & Reg. Gr. καθαρίσαι, Lat. *emundare*.

℣. 2. Græcum : ἐπεὶ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι· διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας ἅπαξ κεκαθαρμένους. Mss. plures initio ferunt ἐπεὶ οὐκ ἄν· alii, ἐπεὶ ἄν· alii, ἐπεὶ οὖν ἄν· alii, ἐπεὶ κἂν, quod probat Henric. Steph. ubi κἂν, sumit pro *saltem* : Millius in suo N. T. prætulit ἐπεὶ οὐκ ἄν, sed cum postposita interrogationis nota, quomodo legendum monent Theophylactus & Œcum. tuncque idem valet ac ἐπεὶ ἄν, quæ lectio ipsi Millio non parum arridet. Apud Chrysost. deest ἔτι, ante συνείδησιν· Ms. Veles. habet συνείδησιν ἁμαρτίας· alii verò nonnulli in fine, κεκαθαρισμένους.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit:

4. impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

Pſalm. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam,
39.7. & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi:

6. holocautomata pro peccato non tibi placuerunt.

Ibidem. 7. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam.

8. Superiùs dicens: Quia hoſtias, & oblationes, & holocautomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundùm legem offeruntur,

9. tunc dixi: Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam: aufert primum, ut ſequens ſtatuat.

10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti ſemel.

11. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata:

12. hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei,

Pſalm. 13. de cætero exſpectans donec ponantur ini-
109.2. mici ejus ſcabellum pedum ejus.
1. Cor. 14. Una enim oblatione, conſummavit in
15.25. ſempiternum ſanctificatos.

15. Conteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus. Poſtquam enim dixit:

Jer. 31. 16. Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor
33. ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, Dando
Sup. 8. leges meas in cordibus eorum, & in mentibus
8. eorum ſuperſcribam eas:

17. & peccatorum, & iniquitatum eorum jam non recordabor ampliùs.

18. Ubi autem horum remiſſio: jam non eſt oblatio pro peccato.

19. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti,

20. quam initiavit nobis viam novam, & vi-

VERSIO ANTIQUA.

3. ſed in ipſis memoratio peccatorum per ſingulos annos fit: *Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

4. difficile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

5. Ideoque incedens in orbem dicit: Hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi:

6. * holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt. * *Mſ. Reg.* olocautoma & propter peccato non tibi placuit.

7. Tunc dixi: Ego ecce venio: in volumine libri ſcriptum eſt de me: Ut * faciam, Deus, voluntatem tuam. * *Mſ. Reg.* faciamus.

8. Superiùs dicens: Quoniam hoſtias, & oblationes, & * holocauſtomata, & pro peccatis noluiſti, nec placuit tibi, quæ ſecundùm legem offeruntur, * *Mſ. Reg.* olocautomata.

9. tunc dixit: Ecce venio, ut * faciam voluntatem tuam: retollet primum, ut ſecundum ſtet. * *Mſſ.* faciat.

10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per * oblationem ſanguinis Jeſu Chriſti ſemel. * *Mſ. Reg.* oblationis.

11. Et omnis quidem ſacerdos * præſto eſt quotidie miniſtrans, eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata: * *Mſ. Reg.* præſtus.

12. hic autem, * unâ pro peccatis oblatâ hoſtiâ, in ſempiterno ſedet in dextera Dei, * *Mſ. S. Germ.* unam pro... oblatam hoſtia. *Mſ. Reg.* unam pro.... oblata hoſtia.... ſedit.

13. poſtea exſpectans donec ponantur inimici ejus ſcabellum pedum ejus.

14. Una enim oblatione, conſummavit in ſempiternum nos ſanctificans.

15. Conteſtatur autem nobis & Spiritus ſanctus. Cùm enim dixerit:

16. Hoc teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, Dando leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſuperſcribam * eas: * *Mſ. S. Germ.* eos; *Mſ. Reg.* ejus; *mox ambo*, & peccatis.

17. * & peccati, & ſceleris eorum jam non memorabor.

18. Ubi ergo remiſſio eorum: jam non oblatio pro peccatis.

19. Habentes itaque fratres libertatem ad * introitum ſanctorum in ſanguinem Jeſu, * *Mſ. Reg.* introitus.

20. in qua initiavit nobis viam novam, & vi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græcum: ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν. Mſs. noſtri addunt in fine γίνεται, Lat. *fit*, ut in Vulgata.

℣. 4. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1206. e. *impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum peccata mundari.* Aug. quæſt. 57. in Levit. to. 3. col. 516. c. *impoſſibile eſt enim ſanguinem hircorum & taurorum auferre peccata.* Gr. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.

℣. 5. Sedulius Hib. in hunc loc. *introiens in mundum... corpus autem perfeciſti mihi.* Gr. Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει, &c. ut in textu Latino.

℣. 6. Græcum: ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. In Mſ. 1. deeſt καί.

℣. 7. Græcum: Τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου, &c. ut in Vulgata.

℣. 8. Græcum: Ἀνώτερον λέγων· Ὅτι θυσίαν, καὶ προσφορὰν, καὶ ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας, αἵτινες κατὰ τὸν, &c. ut in Lat. Mſs. quidam habent, Ὅτι θυσίας, καὶ προσφορὰς, unus verò omittit καὶ, poſt ὁλοκαυτώματα.

℣. 9. Græcum: τότε εἴρηκεν· Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου· ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ. In Mſs. aliquot deeſt ὁ Θεός.

℣. 10. Græcum: Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ, &c. ut ſup. Mſs. plures omittunt οἱ, poſt ἐσμέν· ſubinde S. Germ. & Reg. Gr. ponunt αἵματος, loco σώματος.

℣. 11. Græcum: Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε..... καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις, &c. ut in Latino.

℣. 12. Græcum: αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν, &c. ut ſupra. Mſs. quid. in principio ferunt, οὗτος δέ.

℣. 13. Græcum: τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

℣. 14. Græcum: Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

℣. 15. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1156. c. *Teſtis autem nobis & Spiritus ſanctus. Cùm enim dixerit:* & infra, col. 1206. d. *Habes dicentem Spiritum ſanctum.* Sedulius Hib. in hunc loc. *Conteſtatur autem Spiritus S. nobis. Poſtquam enim dixit.* Gr. Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ..... Μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι. Mſs. plures, τὸ εἰρηκέναι.

℣. 16. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1156. c. & 1206. d. *Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad eos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſcribam eas.* Gr. Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς..... Διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. Mſ. Veleſ. pro Διδοὺς, habet Δώσω.

℣. 17. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1156. c. *& peccati, & injuſtitiæ eorum non memorabor:* & infra, col. 1206. d. *& peccati, & injuſtitiæ eorum non ero memor.* Gr. καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Mſs. plures tollunt 1. αὐτῶν.

℣. 18. Sedulius Hib. in hunc loc. *Ubi ergo horum remiſſio: jam non fit oblatio.* Græcum: Ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκ ἔτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας· Mſ. 1. habet αὐτῶν, loco τούτων.

℣. 19. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 733. a. *Habentes ergo fratres fiduciam in introitu ſanctorum ſanguine Jeſu.* Sedulius Hib. in hunc loc. *Habentes itaque fiduciam in introitum ſanctorum.* Iſych. l. 1. in Levitic. p. 64. b. *Habentes fratres confidentiam in introitu ſanctorum*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἔχοντες οὖν ἀδελφοὶ παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ. Mſs. duo, αἵματι Χριστοῦ.

℣. 20. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 733. a. *qui*

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.*

ventem per velamen, id eſt, carnem ejus,
21. & ſacerdotem magnum in domo Dei:
22. accedamus cum certo corde in confirmatione * fidei, adſparſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda,
23. & teneamus ſpei * confeſſionem inprævaricabilem, (fidelis enim qui repromiſit)
24. & aſpiciamus invicem in * provocationem amoris, & bonorum operum:
25. non deſerentes collectionem noſtram, ſicut & conſuetudini quibuſdam, ſed conſolamini tantò magis, quantò vides appropinquantem diem.

26. Ultro enim peccantibus nobis poſt accepta notitia veritatis, jam non reſtat peccatis * hoſtiam offerre,
27. horribilis autem quidam execratio * judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.
28. Cùm enim quidam * relinqueret legem Moyſi, ſine ulla miſeratione, & lacrymis, duobus vel tribus teſtibus moritur:
29. quantò magis, putatis, deteriora deprecabitur vindictæ, qui filium Dei inculcaverit, & ſanguinem teſtamenti communem æſtimaverit, in quo ſanctificatus eſt, & * ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?
30. Nam ſcimus qui dixit: Mihi * vindictam, ego reddam. Et iterum: Quia judicat Dominus populum ſuum.
31. Horribile autem eſt incidere in manus Dei viventis.
32. Rememoramini igitur priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen * ſuſtinuiſtis paſſionum,
33. ſpectaculo improperantium, & * anguſtiis ſubjecti: & ſocii * taliter converſantium facti.

34. Nam & vinculis eorum conſenſiſtis, & rapinam ſubſtantiæ veſtræ cum gaudio exſpectaſtis,

* Mſſ. fide.
* Mſ. Reg. confeſſione.
* Mſſ. prævaricationem.
* Mſſ. hoſtia, ſed Gr. θυσίαν.
* Mſ. Reg. judici.
* Mſ. S. Germ. relinquerent; Mſ. Reg. relique, omiſſa ultima ſyllaba rit.
* Mſſ. ſpiritus.
* Mſ. Reg. vindicas.
* Mſ. Reg. ſuſtinuiſti.
* Mſſ. anguſtia; f. anguſtiæ.
* Mſ. Reg. & aliter.

### VULGATA NOVA.

ventem per velamen, id eſt, carnem ſuam,
21. & ſacerdotem magnum ſuper domum Dei:
22. accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda,
23. teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt qui repromiſit)
24. & conſideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum:
25. non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem.
26. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, Sup. 6. 4.
27. terribilis autem quædam exſpectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.
28. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: Deuter. 17. 6.
29. quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Matth. 18. 16. Joan. 8. 17. 2. Cor. 13. 1.
30. Scimus enim qui dixit: Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum: Quia judicabit Dominus populum ſuum. Deuter. 32. 35. Rom. 12. 19.
31. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.
32. Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum,
33. & in altero quidem, opprobriis, & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem, ſocii taliter converſantium effecti.
34. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, co-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*dedicavit nobis vitam recentem, & viam per velamen, id eſt, carnem ſuam, offerens ſeipſum pro nobis.* Gr. ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον, καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.

℣. 21. Iſych. lib. 1. in Levitic. p. 64. b. *& ſacerd. magnum in domum Dei.* Gr. Vulgatæ congruit.

℣. 22. Iſych. ubi ſup. *introeamus cum puro corde in ſatisſactione fidei.* Auctor l. de xlii. manſ. apud Ambroſ. col. 12. b. ut in Vulg. Ita quoque in Græco.

℣. 23. Sedulius Hibern. in hunc loc. *confeſſionem ſpei indeclinabilem: fidelis enim qui promiſit.* Græcum: κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ· πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.

℣. 24. Græcum: καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης, &c. Malè autem redditur vox παροξυσμὸς in Mſs. noſtris per *prævaricatio*, quæ procul dubio erratum librarii eſt, pro *provocatione*; παροξυσμὸς ad verbum *exacerbatio* eſt, vel potiùs *incitamentum.* Sedul. Hib. in hunc loc. habet, *in provocatione dilectionis.*

℣. 25. Sedulius Hib. in hunc loc. *non deſerentes collectionem..... ſed conſolamini invicem*, &c. Græc. μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν, &c. ut ſupra. Mſ. 1. legit συναγωγὴν, loco ἐπισυναγωγήν.

℣. 26. Auguſtinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 936. e. 937. e. *Voluntariè peccantibus nobis poſtquam accepimus ſcientiam veritatis, non adhuc relinquitur pro peccatis ſacrificium.* Sedulius Hib. in hunc loc. *offerre Deo hoſtiam.* Gr. Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία. Sangerm. & Reg. Gr. θυσίαν προσενέγκειν.

℣. 27. Græcum: φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. Mſs. quidam, μέλλον, pro μέλλοντος.

℣. 28. Capreolus Carthag. apud Sirm. to. 1. col. 373. a. *Refragans legi Moyſi, ſine miſeratione moritur in duobus aut tribus teſtibus.* Gr. Ἀθετήσας τὶς νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει.

℣. 29. Capreolus Carthag. ap. Sirm. to. 1. col. 373. a. *quantò magis videtur deteriore pœna dignus, qui filium Dei conculcavit, & qui ſanguinem novi teſtamenti immundum æſtimavit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ Dei contumeliam fecit?* Sedulius Hib. in hunc locum, pro *immundum æſtimavit*, habet *communem æſtimans.* Gr. πόσῳ, δοκεῖτε, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;

℣. 30. Capreolus Carthag. ap. Sirm. tom. 1. col. 373. a. *Novimus enim eum, qui dixit: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.* Ambroſius in Pſal. 38. col. 846. e. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Itidem Symmach. ep. 6. Conc. tom. 4. col. 1296. e. cum Synod. Rom. 3. ibid. col. 1325. a. & Sedul. Hib. in hunc locum. Mſ. cod. 52. Floriac. *& ego reddam*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα· Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει ὁ Κύριος. Καὶ πάλιν· Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Mſ. Veleſ. legit, Ἐμοὶ ἐκδίκησιν· deeſt autem in Colb. uno, λέγει ὁ Κύριος· alius verò paulò poſt addit Ὅτι, poſt πάλιν.

℣. 31. Græcum: Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας, &c. ut ſupra.

℣. 32. Sedulius Hib. in hunc loc. *Rememoramini igitur priſtinos dies*, &c. Græcum: Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν, &c. ut ſupra.

℣. 33. Græcum: τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε, καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι· τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.

℣. 34. S. Valerianus ep. ad Monach. apud Sirm. tom. 1. col. 702. b. *Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.* Similiter Ambroſius ait, *& vinctis compaſſos eos eſſe.* Gr. Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μένουσαν. Mſ. aliquot, pro δεσμοῖς,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

gnoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

35. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

36. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

37. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit:

Habac. 2. 4. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11.

38. Juſtus autem meus ex fide vivit: quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.

39. Nos autem non ſumus ſubtractionis filii in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

VERSIO ANTIQUA.

ſcientes vos habere meliorem ſubſtantiam,* & manentem.

35. Nolite itaque amittere libertatem veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

36. * Perſeverantes enim, vobis neceſſe eſt, ut voluntate Dei conſummata, percipiatis repromiſſionem.

37. Adhuc enim modicum, donec qui venturus eſt, veniat, & non * tardabit:

38. nam juſtus ex fide mea vivit: & ſi * ſubtrahet ſe, non placebit animæ meæ in eo.

39. Nos quidem non ſimus per veſtigium in perditionem, ſed fidei in * renaſcenti animæ.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

* *Mſ. S. Germ.* emanentem.

* *Mſ. Reg.* Perſeverantis; *mox ambo*, voluntatem Dei conſummatam.

* *Mſ. ſolito more* tardavit.

* *Mſ.* ſubtrahent.

* *F.* renaſcentiam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ferunt δεσμίοις· ſubinde Veleſ. cod. ἔχειν ὑμᾶς, pro ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· alii quidam, ἔχειν ἑαυτοὺς· alii plurimi, ἑαυτοῖς, abſque præced. ἐν· nonnulli etiam paulò poſt delent ἐν οὐρανοῖς. Hos omnes recenſet Millius, quem vide.

℣. 35. Græcum: Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, &c. ut in Latino.

℣. 36. Græcum: Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν· ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

℣. 37. Græcum: Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ· al. deeſt 1. ὅσον.

℣. 38. Sedulius Hib. in hunc loc. *nam juſtus meus ex fide vivit.* Gr. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ· Mſ. Alex. habet δίκαιός μου· tum Sangerm. & Reg. ἐκ πίστεώς μου· deinde Veleſ. ζῇ, pro ζήσεται.

℣. 39. Græcum: Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς· Mſ. Veleſ. addit υἱοὶ, ad ὑποστολῆς.

# CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. EST autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

2. In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes.

Geneſ. 1. 3.

3. Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei; ut ex inviſibilibus viſibilia fierent.

Geneſ. 4. 4. Matth. 23. 35.

4. Fide plurimam hoſtiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe juſtus, teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur.

Geneſ. 5. 24. Eccli. 44. 16.

5. Fide Henoch tranſlatus eſt ne videret mortem, & non inveniebatur, quia tranſtulit illum Deus: ante tranſlationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo.

6. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Geneſ. 6. 14. Eccli. 44. 17.

7. Fide Noe reſponſo accepto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnavit mundum: & juſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.

Geneſ. 12. 1.

8. Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, neſciens quò iret.

VERSIO ANTIQUA.

1. EST autem fides * ſperantium ſubſtantia rerum, accuſator non videntium.

2. In * teſtimonium conſecuti ſunt ſeniores.

3. Fide ſcimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei; ut ex non apparentibus id quod videtur * factis.

4. Fide Abel plurimam hoſtiam, quàm Cain, obtulit Deo, per * quam teſtimonium conſecutus eſt, juſtus teſtificatur, perhibente muneribus Deo; & per illam defunctus adhuc * nominatur.

5. Fide Henoc tranſlatus eſt ne videret mortem, & non * inveniebatur, quòd tranſtulit illum Deus: ante tranſlationem enim teſtimonium habet placuiſſe Deo.

6. Sine fide autem non potuit placere. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & quia inquirentes ſe eum remunerat.

7. Fide reſponſo Noe accepto de his, quæ non videbantur, metuens aptavit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnavit ſæculum: & fidei juſtitiæ hæres inſtitutus eſt.

8. Fide qui vocatur Abraham oboediit in locum exire, quem accepturus erat in * poſſeſſionem: & exivit, neſciens ubi veniret.

*Ex Mſs. Sangerm. & Reg. ſeu Clarom.*

* *Mſ.* iſpirantium.

* *Supp.* hac.

* *Mendosè, pro* fieret.

* *Mſ. Reg.* quam perhibentem.

* *Mſ.* nominantur.

* *Mſ. Reg.* inveniebamur, *f.* inveniebamus.

* *Mſ. Reg.* poſſeſſione.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambroſius l. 2. de pœnit. col. 419. e. *Fides eorum quæ ſperantur ſubſtantia eſt, rerum argumentum non apparentium.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 304. f. *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum necdum apparentium.* Auguſt. tract. 79. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 700. f. *Eſt autem fides ſperantium ſubſtantia, convictio rerum quæ non videntur:* ſic etiam tract. 95. col. 731. g. præter *Eſt enim*, pro *Eſt autem*: & l. de pecc. mer. to. 10. col. 67. b. *Fides eſt ſperantium ſubſtantia, convictio rerum*, &c. ſed ibid. Mſs. plures, pro *ſperantium*, habent *ſperandarum*; alii, *ſperandorum*: vide etiam tract. 111. in Joh. col. 781. e. ubi conſtanter habet *convictio rerum quæ non videntur.* Gr. Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

℣. 2. Græcum: Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι.

℣. 3. Græcum, Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ· εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Gr. Nyſſ. habet ἐκ τῶν μὴ φαινομένων, vel ἐμφαινομένων, ſi Millio fides: deinde Mſs. quidam, τὸ βλεπόμενον.

℣. 4. Vitioſus hîc uterque Mſ. noſter. In Græco ſic: Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ, παρὰ Κάϊν, προσήνεγκε τῷ Θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται. Mſs. plures, λαλεῖ.

℣. 5. Mſ. cod. Luxov. annor. 1100. & Mſ. 52. Floriac. *teſtimonium habebat.* Græcum Vulgatæ congruit, niſi quòd ponat αὐτοῦ, *ejus*, poſt *tranſlationem enim*; ſed in Mſs. aliquot deeſt αὐτοῦ.

℣. 6. S. Leo ſerm. 44. p. 110. a. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Rufin. in ſymb. p. 170. c. *Credere enim primò omnium accedentem ad Deum oportet quia eſt, & credentibus remunerator ſit.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *& inquirentibus ſe remunerator ſit.* Gr. Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Mſs. quidam, poſt δεῖ, addunt πρῶτον, ut Rufin. ſupra.

℣. 7. Græcum: Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω (Mſ. 1. μήπω) βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς..... δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον· καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. Sedul. Hib. in hunc loc. habet, *per quam condemnavit ſæculum.*

℣. 8. Hieronymus ep. ad Dardan. tom. 2. col. 608. b. *Fide qui vocatur Abraham obedivit egredi in locum, quem ac-*

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

9. Et demoratus est in Terra promissionis, tanquam in aliena, tabernaculis habitando cum Isaac, & Jacob cohæredibus repromissionis ejusdem.

10. Exspectabat enim fundamentum habentem civitatem : * cujus artifex, & conditor Deus.

* Ms. S. Germ. cui.

11. Fide & ipsa Sarra sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, filium etiam super tempus ætatis : quia fidelem credidit esse * repromissionem.

* F. repromissorem, è Gr. τὸν ἐπαγγειλάμενον.

12. Propter quod & ab uno orti sunt ( & hoc emortuo ) tanquam sidera cœli in multitudinem, & sicut arena maris innumerabilis.

13. In fide defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed à longè aspectis, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.

14. Qui enim talia dicunt, significant se patriam inquirere.

15. Et si quidem illius meminissent de qua exierunt, habebant tempus revertendi:

16. nunc autem meliorem desiderant, id est, cœlestem. Ideo meritò non pudet eos Deus vocari eorum Deus : paravit enim illis civitatem.

17. Fide obtulit Isaac, cùm tentabatur Abraham, & unicum offerebat, repromissionem qui susceperat ;

18. ad quem dictum est : In Isaac vocabitur tibi semen :

19. certus æstimans quòd à mortuis suscitare possit Deus : unde eum & in parabolam accepit.

## VULGATA NOVA.

9. Fide demoratus est in Terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Jacob cohæredibus repromissionis ejusdem.

10. Exspectabat enim fundamenta habentem civitatem : cujus artifex, & conditor Deus.

11. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis : quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. Genes. 17. 19.

12. Propter quod & ab uno orti sunt ( & hoc emortuo ) tanquam sidera cœli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis.

13. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.

14. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.

15. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi:

16. nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum : paravit enim illis civitatem.

17. Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur, & unigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones ; Genes. 22. 1. Eccli. 44. 21.

18. ad quem dictum est : Quia in Isaac vocabitur tibi semen : Genes. 21. 12.

19. arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus : unde eum & in parabolam accepit. Rom. 9. 7.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*cepturus erat in possessionem : & egressus est, nesciens quò iret.* Gr. Πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον, ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν· καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται. Ms. Alex. initio habet, Πίστει ὁ καλούμενος· & alius in fine, ποῦ ἀπέρχεται.

℣. 9. Hieronymus ep. ad Dardan. tom. 2. col. 608. b. *Fide peregrinatus est in Terra repromissionis, quasi in aliena, in tabernaculis habitans cum Isaac, & Jacob cohæredibus ejusdem promissionis.* Huc etiam alludit Ambros. ep. 63. col. 1034. c. In Græco sic : Πίστει παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ, &c. ut in textu Lat. Mss. Sangerm. & Reg. Gr. in principio habent, Καὶ παρῴκησεν, omissa voce πίστει.

℣. 10. Hieronymus ubi sup. *Exspectavit enim fundamentum habentem civitatem : cujus artifex, & creator Deus est.* Gr. Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν· ἧς τεχνίτης, καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός.

℣. 11. Augustinus l. 16. de civit. Dei, c. 8. to. 7. col. 441. d. *Fide & ipsa Sarra virtutem accepit ad emissionem seminis ;* Ms. 1. *in conceptionem seminis*, dissentientibus aliis. Gr. Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα στεῖρα οὖσα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν· ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. Ms. Veles. cum Sangerm. & Reg. tollit οὖσα, post στεῖρα· subinde Sangerm. & Reg. cum alio, post ἔλαβε, addunt εἰς τὸ τεκνῶσαι· proximè sequens καὶ, deest in Reg. sicut paulò post, ἔτεκεν, quod etiam omittunt Sangerm. & alii duo, ut scilicet παρὰ καιρὸν ἡλικίας, cohæreat cum præced. ἔλαβε.

℣. 12. Ms. cod. Luxoviens. annor. 1100. *& hoc emortuo corpore, tanquam*, &c. ut in Vulgata. Græc. Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος, ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἡ ἀναρίθμητος. Ms. Velesian. habet, καὶ τούτου νενεκρωμένου.

℣. 13. Hieronymus ep. ad Dardan. to. 2. col. 608. b. *Juxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis repromissionibus, sed procul eas videntes, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & advenæ erant super terram.* August. in Ps. 118. tom. 4. col. 1293. g. & l. 2. de pecc. mer. tom. 10. col. 67. b. *Secundùm fidem mortui sunt hi omnes, cùm non accepissent promissiones, sed longè eas videntes, & salutantes, & confitentes quia hospites, & peregrini sunt super terram.* Auct. l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 5. b. *confitentes quòd peregrini, & hospites essent super terram.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *Juxta fidem defuncti sunt........ non perceptis*, &c. Gr. Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι, καὶ παρεπίδημοί εἰσιν, &c. ut supra. Ms. Alex. pro λαβόντες, habet προσδεξάμενοι· alii duo, κομισάμενοι· subinde iidem, cum aliis plurib. omittunt καὶ πεισθέντες.

℣. 14. Hieronymus ep. ad Dardan. to. 2. col. 608. b. *Qui enim hæc loquuntur, ostendunt quòd quærant patriam :* & in Isai. 58. tom. 3. col. 436. f. *Qui enim hæc dicunt, ostendunt quòd patriam quærant.* August. in Ps. 118. tom. 4. col. 1293. g. *Qui enim talia dicunt, ostendunt quia pat. quærunt.* Gr. Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι.

℣. 15. Hieronymus ep. ad Dardan. to. 2. col. 608. b. *Et si quidem illius recordabantur de qua egressi erant, habebant tempus ut reverterentur :* & in Isai. 58. to. 3. col. 436. f. *Et si quidem illam quærerent de qua egressi erant, habebant tempus ut reverterentur ad eam.* August. in Ps. 118. to. 4. col. 1293. g. *Et si quidem ejus memores essent à qua discesserant, habuissent tempus revertendi.* Græc. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. Mss. quidam, ἀφ' ἧς ἐξέβησαν.

℣. 16. Hieronymus ep. ad Dardan. col. 608. b. *nunc verò meliorem desiderant, id est, cœlestem :* & in Isai. 58. to. 3. col. 436. f. *nunc autem meliorem desiderant patriam, hoc est, cœlestem Jerusalem.* August. in Psal. 118. tom. 4. col. 1293. g. *nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur de his Deus vocari Deus eorum : præparavit enim eis civitatem.* Sedulius Hibern. in hunc loc. *Non pudet Deum, id est, non confunditur Deus vocari eorum Deus : paravit enim illis Deus civitatem :* tum sequitur, fortè ex commentario, *Jerusalem cœlestem.* Gr. νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν, ἐπουρανίου. Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἡτοίμασε γὰρ, &c. ut in Vulgata.

℣. 17. Augustinus l. 16. de civit. Dei, c. 32. tom. 7. col. 444. d. *Fide præcessit Abraham, in Isaac tentatus, & unicum obtulit, qui promissiones suscepit.* Mss. Lat. quidam, & Beda legunt, *in quo susceperat repromissiones ;* cui lectioni favet Sedulius Hibern. in hunc loc. Gr. Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος.

℣. 18. Augustinus l. 16. de civit. Dei, c. 32. tom. 7. col. 444. d. *ad quem dictum est : In Isaac vocabitur tibi semen.* Gr. πρὸς ὃν ἐλαλήθη· Ὅτι ἐν, &c. ut supra.

℣. 19. Augustinus ubi sup. *cogitans quia & ex mortuis excitare potest Deus :* & infra : *pro hoc etiam eum & in similitudinem adduxit.* Gr. λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

Genes. 27.27. & 39. 20. Fide & de futuris benedixit Isaac Jacob, & Esau.

Genes. 48.15. 21. Fide Jacob, moriens, singulos filiorum Joseph benedixit: & adoravit fastigium virgæ ejus.

Genes. 47.31. 22. Fide Joseph, moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandavit.

Genes. 50.23.24. 23. Fide Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eò quòd vidissent

Exod. 2.2. elegantem infantem, & non timuerunt regis

Exod. 1.16. edictum.

Exod. 2.11. 24. Fide Moyses, grandis factus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis,

25. magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem,

26. majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem.

27. Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: invisibilem enim tanquam videns sustinuit.

Exod. 12.21. 28. Fide celebravit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiva, tangeret eos.

Exod. 14.22. 29. Fide transierunt Mare rubrum tanquam per aridam terram: quod experti Ægyptii, devorati sunt.

Jos. 6.20. 30. Fide muri Jericho corruerunt, circuitu dierum septem.

Jos. 2.3. Jacob. 2.25. 31. Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

32. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Jephte, David, Samuel, & Prophetis:

33. qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum,

### VERSIO ANTIQUA.

20. Fide & de futuris benedicit Isaac Jacob, & Esau. — Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

21. Fide Jacob, moriens, singulos filios Joseph benedixit: & adoravit fastigium virgæ ejus.

22. Fide Joseph, moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandavit.

23. Fide Moyses, * qua natus, est occultatus mensibus tribus à parentibus suis, eò quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.

* Fide magnus factus Moyses, occidit Ægyptium, considerans dolorem fratrum suorum.

24. Fide Moyses, grandis factus, negavit se dici * filium filiæ Pharaonis:

25. maluit enim experiri * afflictum cum populo Dei, quàm temporales habere peccati delicias,

26. majorem honestatem æstimans thesauris Ægyptûm, improperium Christi: aspiciens enim in remuneratione,

27. fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: hunc enim * quem non aspiciebat, tanquam aspiciens sustinebat.

28. Fide celebravit Pascha, & sanguinis fusionem: * ne qui subvastabat primitiva, tangeret eos.

29. Fide transierunt per rubrum Mare tanquam per aridam terram: quam * experti Ægyptii, devorati sunt.

30. Fide muri Jericho ruerunt, diebus VII. girati.

31. Fide Raab meretrix non * comperivit infidelibus cum contumacibus, exceptis exploratoribus cum pace.

32. Et quid adhuc dico? Deficiet enim me in narrando tempus de Gedeon, & de Barac, Samsoni, & Ephtan, David * que, & Samuel, & Prophetis:

33. qui per fidem devicerunt regna, operati sunt æquitatem, potiti sunt * repromissiones, obturaverunt ora leonum,

* Ms. S. Germ. quâ; Ms. Reg. quam, f. quum: subinde Ms. Reg. occultatus est.

* Ms. Reg. filius.

* Mss. affectum populo... temporale... peccatum.

* Ms. quod.

* Ms. vitiosè, neque subastabat primitivam, tangeret eorum.

* Ms. sperti.

* Ms. comperibit.

* Ms. vitiosè, qui.

* Ms. Reg. repromissionis.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

δυνατὸς ὁ Θεός· ὅθεν αὐτὸν ϗ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Ms. Alex. habet ἐγεῖραι δύναται.

℣. 20. Sedulius Hibern. in hunc loc. *Fide etiam de futuris benedixit Isaac*, &c. Græcum: Πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν, &c. ut supra. Mss. quidam addunt ϗ, post Πίστ.

℣. 21. Græcum: Πίστει Ἰακὼβ, ἀποθνήσκων, ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε· ϗ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Sedulius Hibern. in hunc loc. habet etiam, & *adoravit super fastigium virgæ ejus.* Ms. cod. Luxov. *adoravit fastigium cacumen virgæ ejus.*

℣. 22. Græcum: Πίστει Ἰωσὴφ, τελευτῶν, περὶ τῆς ἐξόδου, &c. ut in Latino.

℣. 23. Græcum: Πίστει Μωσῆς, γεννηθεὶς, ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν..... διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, ϗ οὐκ, &c. ut in Latino.

* Hæc non leguntur in Vulg. sed exstant in codice Donatiani, manu tamen recentiore, si Erasmo fides. Meminit quoque duorum exemplarium antiquorum Zegerus, in quibus exstaret clausula ista.

℣. 24. Ambrosius in Psal. 43. col. 912. f. *Fide Moyses, grandis factus, negavit se esse Pharaonis regis nepotem.* Ms. Luxoviens. *negavit se dici esse filium*, &c. ut in Vulgata. Gr. Πίστ. Μωσῆς, μέγας γενόμενος, ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ.

℣. 25. Ambrosius in Psal. 43. col. 912. f. *maluit enim afflictis compati, quàm temporalibus delectari.* Græc. μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. Ms. Luxov. *quàm temporalem peccati habere jucunditatem.*

℣. 26. Ambrosius in Psal. 43. col. 912. f. *majoresque divitias æstimavit, & prætulit thesauris Ægypti, improperium Christi: aspiciebat enim mercedem repromissionem Dei:* at in Ps. 118. col. 1031. c. habet: *majus æstimans Ægypti thesauris, opprobrium Christi:* & l. 2. de Abel, c. 4. col. 212. f. *majus patrimonium æstimans thesauris Ægypti, opprobrium Christi.* Millius auctor est eundem Ambros. alibi legere, *majorem honestatem æstimans*; sed locum non indicat. Gr. μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Mss. plures habent Αἰγύπτου, pro ἐν Αἰγύπτῳ.

℣. 27. Græcum: Πίστει κατέλιπεν..... τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε.

℣. 28. Græcum: Πίστει πεποίηκε τὸ Πάσχα, ϗ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος· ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν· Ms. 1. πρωτοτόκια, θίγη.

℣. 29. Græcum: Πίστει διέβησαν τὴν..... ὡς διὰ ξηρᾶς· ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν· al. κατεποντίσθησαν.

℣. 30. Græcum: Πίστει τὰ τείχη..... ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας· Ms. 1. pro ἔπεσε, habet ἔπεσον, alii plures, ἔπεσαν, alii, κατέπεσε, al. κατέπεσον.

℣. 31. Græcum: Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους, &c. ut supra.

℣. 32. Ambrosius l. de parad. col. 152. e. *Deficiet enim me tempus enarrando de Gedeon, Barac, Sampson, David, Salomone, & Samuel, & cæteris Prophetis, Anania, Azaria, Misael, & Daniel, Elia, & Elisæo: qui per fidem*, &c. August. quæst. 49. in Jud. to. 3. p. 1. col. 613. c. *Deficit enim me tempus enarrandi de Gedeon, Barac, Sampson, & Jephte, & David, & Samuel, & Prophetis: qui*, &c. Similiter Auctor l. de promiss. p. 2. c. 20. col. 143. d. *Jephte*, inquit, *Paulus Apost. in ep. ad Hebr. inter cæteros fide plenos, ex hoc ipso operatum dicit fuisse justitiam; commemorans Barach, Samson, Samuelem, cæterosque.* Gr. Καὶ τί ἔτι λέγω; Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, ϗ Σαμψὼν, ϗ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε, ϗ Σαμουὴλ, ϗ τῶν Προφητῶν· οἱ, &c. al. τῶν ἄλλων Προφητῶν.

℣. 33. Augustinus quæst. 49. in Jud. to. 3. col. 613. d. *qui per fidem vicerunt regna, operantes justitiam, consecuti sunt promissiones.* Ambros. l. de parad. col. 152. e. *qui per fidem devicerunt regna, operati sunt justitiam, perceperunt*

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

34. exstinxerunt impetum ignis, effugerunt acies gladii, evaluerunt de infirmitate, in bello fortes fuerunt, castra ceperunt exterorum:

35. acceperunt mulieres de resurrectione mortuorum suorum. Et alii necati sunt, non exspectantes delicias, ut meliorem haberent resurrectionem.

36. Alii verò ludibria, & verbera experti, insuper & * vincula, & carceres:

37. lapidati, & secti sunt, tentaverunt, mactatione gladii mortui sunt: circumierunt in antelenis, & caprinis pellibus, egentes, * angustiati, & doloribus afflicti:

38. quorum non erat dignus orbis: in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, in foveis terræ.

39. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem,

40. Deo scilicet pro nobis melius aliquid * providente, ne sine nobis consummarentur.

* Ms. S. Germ. *rursum* verbera.

* Ms. vitiosè, angustiatis, & doloris: quorum, &c.

* Ms. S. Germ. providentiæ.

**Vulgata nova.**

34. exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum:

35. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem.

36. Alii verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres:

37. lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:

38. quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

39. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem,

40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*repromissiones*, *obstruxerunt ora leonum*: similiter habet l. 1. offic. col. 47. d. *obstruxerunt leonum ora*: at epist. 63. n. 67. col. 1038. d. *strinxerunt leonum ora*: & l. 10. in Luc. col. 1530. b. *leonum molas obstruxerunt*. Auctor verò l. de xlii. mans. col. 13. a. cum Sedulio Hib. in hunc loc. *obturaverunt ora leonum*. Gr. οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων.

℣. 34. Ambrosius l. de parad. col. 152. e. *exstinxerunt virtutem ignis*, *effugaverunt* ( Mss. aliq. *effugerunt*) *acies gladii*, *evaluerunt de infirmitate*, *fortes fuerunt in bello*, *castra ceperunt exterorum*: & l. 1. offic. col. 47. d. *exstinxerunt virtutem ignis*, *effugerunt* ( al. *effugarunt* ) *aciem gladii*, *convaluerunt de infirmitate fortes*: & epist. 63. n. 67. col. 1038. c. *naturam ignis exstinxerunt*, *hebetarunt flammas*, *obtuderunt aciem gladii*: & infra, n. 69. col. 1039. c. *evaserunt de infirmitate fortes*. Auctor l. de xlii. mans. col. 13. a. *exstinxerunt impetum ignis*, *effugaverunt aciem gladii*, *fortes facti sunt in bello*. Græc. ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. Ms. Veles pro ἔφυγον, habet ἐτράπειντο, *everterunt*; paulòque post Alex. ἐδυναμώθησαν.

℣. 35. In Ms. Sangerm. inter verbum *exspectantes*, & voculam *ut*, relinquitur spatium vacuum, quo loco Vulgata ponit *redemptionem*, Ms. verò Reg. *deliciis* mendosè, pro *delicias*, quam vocem servavimus. Ambrosius ep. 63. col. 1039. c. post hæc, *evaserunt de infirmitate fortes*, è ℣. præced. subdit: *non exspectabant deliciarum illecebras*; quæ verba mirè confirmant lectionem Ms. nostri Regii: sed Ambros. paulò post ad Vulgatam scripturam redire videtur, dicens: *non desiderabant redimi à morte*, *qui præsumebant à Christo resuscitari*. Gr. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν.

℣. 36. Ambrosius epist. 63. n. 67. col. 1038. d. huc alludens dicit: *non refugiebant ludibria humana........ non horrebant tenebras carceris*: & infra, n. 69. col. 1039. c. *non verebantur vincula hominum*. Græcum: Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν, καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν, καὶ φυλακῆς.

℣. 37. Ambrosius lib. de parad. col. 152. f. *secti enim sunt*, *tentati*, *in mactatione gladii mortui*: *circumierunt in caprinis pellibus*, *egentes*, *angustiati*, & *doloribus afflicti*: & ad Luc. 23. col. 1530. b. *in captinis pellibus ambulabant*: *secti sunt*, & *leonum molas obstruxerunt*: & epist. 63. n. 67. de Elia, Elisæo, & Johanne, huc alludens, dicit: *qui pelliceis tunicis*, & *caprinis exuviis induti*, *inopes atque egentes*, *angustiis* & *doloribus afflicti*. Marcell. & Faust. libell. prec. ap. Sirm. to. 1. col. 253. c. *circuierunt in melotis*, & *in caprinis pellibus*, *indigentes*, *in tribulationibus*, & *doloribus afflicti*. Græc. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.

℣. 38. Ambrosius l. de parad. col. 152. f. *quorum meritis non erat dignus orbis*: *in solitudinibus errantes*, *in montibus*, *in speluncis*, & *in foveis terræ*: & epist. 63. n. 67. col. 1038. c. alludens dicit: *in solitudinibus errabant*, *inter alta* & *condensa montium*, *invia rupium*, *speluncarum horrida*, *fovearum vadosa*; *quorum conversatione dignus orbis terrarum non erat*. Marcell. & Faust. libell. prec. apud Sirm. to. 1. col. 253. c. *quorum non erat dignus mundus*. Auctor l. de promiss. p. 2. cap. 25. col. 151. e. *cùm his dignus non esset orbis terrarum*: *per deserta errabant*, & *per speluncas*, & *per cavernas terræ*. Græc. ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.

℣. 39. Auctor l. de dupl. mart. apud Cypr. p. 586. *Et hi testimonio fidei probati inventi sunt*. Hieron. ep. ad Dardan. to. 2. col. 608. b. *Et hi omnes testimonium habentes in fide*, *non acceperunt repromissionem*. August. l. 2. de pecc. mer. tom. 10. col. 67. c. *Et omnes testimonium consecuti per fidem*, *non tulerunt promissiones Dei*. Gr. Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Mss. 2. τὰς ἐπαγγελίας.

℣. 40. Hieronymus ep. ad Dardan. to. 2. col. 608. b. *Deo de nobis melius quid providente*, *ne sine nobis perfecti fierent*. August. ep. 164. to. 2. col. 576. g. *quia pro nobis meliora providerunt*, *ne sine nobis perfecti perficerentur*: itidem l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 67. c. excepto *pro nobis enim*. Fulgent. l. 1. ad Monim. c. 15. p. 13. *Deo pro nobis melius providente*, *ne sine nobis perficerentur*. Græc. τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

# CAPUT XII.

**Versio antiqua.**

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Clarom.

1. IDeoque & nos * tantam habentes impositam * imbrem in nobis testimoniorum, firmamentum depositi omne, & fragile peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen:

* Ms. Reg. tanta.

* Ms. S. Germ. imbre.

**Vulgata nova.**

1. IDeoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen:

Rom. 6. 4. Ephes. 4. 22. Col. 3. 8. 1. Petr. 2. 1. & 4. 1.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Mss. nostri habent *depositis omnia*, sed aperto mendo, ni fallor. Correximus *depositi omne*, relativè ad *firmamentum*, cujus loco Vulg. *pondus* habet: Græc. ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα· πάντα autem accusativus est sing. masc. g. Auctor l. de xlii. mans. col. 13. d. *Ideoque* & *nos tantam habentes impositam nubem testium*, *deponentes omne pondus*, & *circumstans peccatum*, *per patientiam curramus ad propositum nobis certamen*. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 734. g.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

2. aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.

3. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversùm semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes.

4. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversùs peccatum repugnantes:

5. & obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris.

Prov. 3. 11. Apoc. 3. 19.

6. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.

7. In disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater?

8. Quòd si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis.

9. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reverebamur eos: non multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & vivemus?

10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundùm voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.

11. Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur nòn esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.

12. Propter quod remissas manus, & soluta

### Versio antiqua.

2. aspicientes fidei Principalem, & consummatorem Jesum, qui pro tanto deposito sibi gaudio sustinuit crucem, * confusione contempta, in dextera sedis Dei sedit.

3. Recogitate igitur talem vos portasse à * peccatoribus in vobis adversitatem: nec fatigemini, animis deficientes.

4. Nondum usque ad sanguinem * restitistis, adversùs peccatum repugnantes:

5. & obliti estis consolationem, quæ vobis tanquam filiis loquitur: Fili, * ne negligas disciplinam Domini: neque fatigeris cùm ab eo argueris.

6. Quem enim diligit Deus, verberat: castigat autem omnem filium, quem recipit.

7. In * disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offeret * Deus: quis enim est filius, quem non verberat pater?

8. Quòd si extra disciplinam estis, cui participes facti sunt omnes: * ergo adulteri, & non filii estis.

9. Deinde quidem carnis nostræ patres habentes eruditores, & verebamur: quantò magis optemperabimus * Patri spiritûm, & vivemus?

10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, erudiebant nos secundùm voluntatem suam: hic autem meliora ad recipiendam sanctificationem ejus.

11. Et * omnis quidem disciplina, in præsente videtur non esse gaudiis, sed mœrore: postea autem fructum pacissimum exercitatis per eam * reddit justitiæ.

12. Propter quod remissas manus, & soluta

Ex Mss. Sangerm. & Reg. seu Claram.

* Ms. confusionis.

* Ms. peccatoribus.

* Ms. S. Germ. restitit; Ms. Reg. pejùs, restituit.

* Ms. Reg. neglegere disciplina.

* Ms. Reg. disciplinam.

* Suppl. se.

* Ex Ms. Regio solo, deficiente Sangerm.

* Ms. Patris.

* Ms. omni..... disciplinæ... videtur non se gaudiis.

* Ms. redditi.

### Notæ ad Versionem antiquam.

& 740. h. *curramus ad propositum nobis præmium agonis.* Bonif. II. epist. 2. Conc. to. 4. col. 1688. e. *curramus ad propositum nobis certamen.* Græc. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα· Ms. 1. habet ἀπερίστατον, pro εὐπερίστατον.

℣. 2. Auctor l. de xlii. mans. col. 13. d. *aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Jesum Christum.* Itidem Bonif. II. epist. 2. Conc. tom. 4. col. 1688. e. Vigilius verò Taps. l. cont. Varim. p. 734. g. *respicientes ad Principem fidei perfectorem Dominum, qui proposito gaudio sustinuit crucem, contemnens confusionem crucis, in dextra throni sedit:* & infra, p. 740. h. *respicientes ad Principem, & perfectorem Jesum.* Græc. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως Ἀρχηγὸν, καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν· Ms. Velef. καθίζει.

℣. 3. Græcum: Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν· ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Mss. quidam in principio ferunt, Ἀναλογίσασθε οὖν· subinde Theodoret. habet εἰς αὐτοὺς, pro εἰς αὐτόν· ἀντὶ τοῦ, εἰς ἑαυτοὺς, inquit. Ms. Alex. εἰς ἑαυτόν· alter verò omittit ὑμῶν, post ψυχαῖς.

℣. 4. Græcum: Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι· al. ἀγωνιζόμενοι.

℣. 5. Græcum: καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται· Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου· μηδὲ ἐκλύου, ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.

℣. 6. Ambrosius in Ps. 118. col. 1081. d. *Castigat enim Dominus quem diligit:* & infra, col. 1112. a. *castigat Dominus omnem filium, quem recipit:* itidem l. 1. de pœnit. col. 406. a. præter vocem *Deus*, loco *Dominus*. Hieron. in Osee 5. & 6. col. 1274. 1276. *Quia quem diligit Dominus, corripit: & castigat omnem filium, quem recipit:* & lib. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. f. *Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Similiter August. in Job, to. 3. p. 1. col. 660. b. & tract. 8. in Joh. ibid. p. 2. col. 881. c. 884. b. & in Rom. 1. col. 930. e. Gaudent. verò Brix. præfat. ad Benevent. p. 943. h. *Quoniam quem diligit Deus, verberat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Græcum: Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.

℣. 7. Auctor l. de xlii. mans. col. 5. d. *In disciplina perseverate filii.* August. l. 14. de Trinit. tom. 8. col. 947. d. *quis enim est filius, cui non det disciplinam pater ejus?* Gr. Εἰ παιδείαν ὑπομένετε. Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός· τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; Mss. plures ipso initio ferunt, Εἰς παιδείαν. Vide Millii notam prolixiorem in hanc lectionem, Εἰς παιδείαν.

℣. 8. Ab his verbis versûs 8. cap. 12. *ergo adulteri, & non filii estis*, usque ad finem Epistolæ, exceptis versibus pauculis capitis ultimi, mutilus est Ms. cod. Sangerman. & omnia supplevimus ex Ms. Reg. Auct. l. de xlii. mans. ap. Ambros. col. 6. e. *Si extra disciplinam estis, adulterini, & non filii estis.* Gr. Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες· ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί.

℣. 9. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 746. b. *Homines quidem nostræ carnis, habebamus correptores, & verebamur in eis: quantò magis subjiciemur Patri spiritûs, & obediemus ei, ut vivamus?* Græcum: Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;

℣. 10. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 746. b. *Illi quidem paucis diebus, pro voluntate sua, sicut ipsis videbatur, disciplinam dabant: Spiritus autem, ad utilitatem accipiendam sanctificationis suæ.* Gr. Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.

℣. 11. Hieronymus in Sophon. 1. to. 3. col. 1653. d. *Omnis enim disciplina, ad præsens non videtur gaudii esse, sed tristitiæ: postea autem fructum pacificum his, qui per eam eruditi sunt, reddet.* August. l. 14. de Trin. tom. 8. col. 947. d. *Omnis enim ad tempus disciplina, non gaudii videtur esse, sed tristitiæ: postea verò fructum pacificum iis, qui per eam certarunt, reddet justitiæ.* Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 18. f. *Omnis quidem disciplina, in præsenti videtur non esse gaudii, sed mæroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.* Cassiod. in Ps. 22. p. 79. c. *Quoniam omnis disciplina, ad præsens non gaudii videtur esse, sed tristitiæ: in posterum autem multum fructum affert.* Græc. Πᾶσα δὲ παιδεία, πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Ms. 1. ipso initio habet, Πᾶσα μὲν παιδεία.

℣. 12. Græcum: Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ πα-



Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. Regio, seu Clarom. solo.* genua, erigite,

13. & regressus * rectos facite pedibus vestris: * *Ms.* rectus.
ne claudicans erret, magis * que sanetur. * *Ms.* quæ.
14. Pacem sequimini cum omnibus, & sancti-
monium, * sine quo nemo videbit Deum: * *Ms. omittit* sine.
15. providentes ne quid desit gratiæ Dei: neque radix amaritudinis exsurgens impediat, & per illam inquinentur multi.
16. Ne quis fornicator, aut pollutus ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitiva sua:
17. scitote enim quoniam & postea cupiens accipere benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentia locum, & quamquam cum lacrymis inquisisset eam.
18. Non enim accessistis ad ardentem, & tractabilem ignem, & turbinem, & procellam,
19. & cantum tubæ, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne jam eis fieret verbum.
20. Non enim portabant monentem: Licet bestia tetigerit montem, lapidabitur.
21. Etiam sic terribile erat quod parebat. Moses dixit: Tremibundus sum, & exterritus.
22. Sed * accessistis ad Sion montem, civitatem Dei viventis, cœlestem Jerusalem, & multitudinem Angelorum frequentem, * *Ms.* accessissetis.
23. & * Ecclesiam primitivorum, qui professi sunt in cœlis, & judicem Deum omnium, & spiritum justorum * fundatorum, * *Ms.* Ecclesia. * *Ms.* funditorum.
24. & testamenti novi, & * sponsorem Jesum, & sanguinem asparsionis meliùs loquentem quàm Abel. * *Ms.* sponsore... & sanguinis.... *Gr.* μεσίτη... ϗ αἵματι.
25. Videte * negligatis loquentem in vobis. Si enim illi non effugerunt, * in terra veniam po- * *Suppl.* ne. * *Ms.* in terram venia postul...... præstantem. *Vid. Gr.*

**Vulgata nova.**

genua, erigite,

13. & gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.
14. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: *Rom.* 12. 18.
15. contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.
16. Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitiva sua: *Genes.* 25. 33.
17. scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. *Genes.* 27. 38.
18. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, *Exod.* 19. 12. & 20. 21.
19. & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum.
20. Non enim portabant quod dicebatur: Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. *Exod.* 19. 13.
21. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus.
22. Sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam,
23. & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, & judicem omnium Deum, & spiritus justorum perfectorum,
24. & testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem quàm Abel.
25. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super

**Notæ ad Versionem antiquam.**

παρελελυμένα γόνατα, ἀνορθώσατε.

℣. 13. Græcum: ϗ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν· ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.

℣. 14. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 195. b. illos laudat *qui pacem, & sanctificationem custodiunt, sine qua nemo poterit videre Deum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. c. *Ante omnia diligite pacem, sine qua nullus nostrûm Deum videre poterit.* Gr. Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, ϗ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

℣. 15. Sedulius Hibern. in hunc loc. similiter habet *neque radix*, pro *ne qua radix*, quod est in Vulgata. Græc. ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, ϗ διὰ ταύτης, &c. ut sup. Mss. quidam, ϗ δι᾽ αὐτῆς. Apud Lxx. Interpr. pro ἐνοχλῇ, legitur ἐν χολῇ, *in felle*, ex quo facillimè fieri potuit ἐνοχλῇ, id est, *turbet*, vel, *sit molesta;* quod tamen verbum Mss. omnes summo consensu eo loci exhibent. Vide plura apud Millium.

℣. 16. Græcum: Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ· ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ.

℣. 17. Græcum: ἴστε γὰρ ὅτι ϗ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν... μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν.

℣. 18. Græcum: Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, ϗ κεκαυμένῳ πυρὶ, ϗ γνόφῳ, ϗ σκότῳ, ϗ θυέλλῃ. Mss. plurimi omittunt vocem ὄρει, nec attingunt Chrysost. & Theophylact. in commentariis, si Millio fides.

℣. 19. Græcum: ϗ σάλπιγγος ἤχῳ, ϗ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο, μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον· Ms. Alex. προσθεῖναι αὐτοῖς, &c.

℣. 20. Græcum: Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον· Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται. Mss. plerique omittunt ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, *aut jaculo configetur.*

℣. 21. Græcum: Καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον. Μωσῆς εἶπεν· Ἔκφοβός εἰμι, ϗ ἔντρομος.

℣. 22. Hilarius in Psal. 13. n. 4. col. 58. d. *Accedamus ad Sion montem, ad sanctam Jerusalem civitatem:* & in Ps. 14. n. 5. col. 63. b. *Vos accessistis ad Sion montem, & ad civitatem Dei viventis Jerusalem:* & in Ps. 128. col. 433. d. *ad montem Sion, & Jerusalem cœlestem.* Ambros. l. 2. de Abel, c. 2. col. 208. c. *Sed appropinquastis Sion monti, & civitati Dei vivi, Jerusalem, quæ in cælo est, & decem millibus lætantium Angelorum:* & epist. 33. col. 920. e. *Sed appropinquastis Sion monti, & civitati Jerusalem, & decem millibus Angelorum.* Hieron. in Isai. 27. to. 3. col. 232. f. & in Zach. 8. col. 1744. e. *Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, & multorum Angelorum millia:* & epist. ad Dardan. tom. 2. col. 608. b. *Accessimus enim ad montem Sion, & civitatem Dei viventis, Jerus. cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam.* August. quæst. 168. in Gen. to. 3. p. 1. col. 420. b. *Sed accessistis ad montem Sion, & ad civitatem Dei Jerus. & ad millia Angelorum exsultantium.* Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 746. e. *Sed accessistis ad montem Sion, & ad civitatem viventis Jerusalem.* Græc. Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, ϗ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, ϗ μυριάσιν Ἀγγέλων πανηγύρει, ϗ, &c.

℣. 23. Hilarius in Psalm. 124. col. 404. b. *est*, inquit, *Ecclesia primitivorum, est & Ecclesia spirituum in Domino fundatorum:* & in Ps. 59. col. 141. a. *æternam illam primitivorum in cælis Jerus. & circumstantium Deo sanctorum civitatem ingredi Propheta festinat.* Hieron. ep. ad Dardan. tom. 2. col. 608. b. *& Ecclesiam primitivorum, qui scripti sunt in cælis:* itidem in Isai. 27. to 3. col. 232. f. & in Zach. 8. col. 1744. e. Vigilius verò Tapf. l. cont. Varimad. p. 746. e. addit, *& ad spiritum justorum perfectorum.* Ambros. ep. 33. col. 920. e. *& Ecclesiæ primitivorum:* at l. 2. de Abel, c. 2. col. 208. c. post hæc, *& decem millib. lætant. Angelorum*, subdit: *& Ecclesiarum primitivarum, quæ scriptæ sunt in cælo:* sed in edit. antiq. legitur, *& Ecclesiarum primitiarum;* in edit. Gill. ac Mss. 3. *primitivarum, quæ scripta sunt in cælo;* in Ms. Vatic. 1. *& Ecclesiam primitiarum;* in Laud. *& Ecclesiam primitivarum;* & hic cum Div. *quæ scriptæ sunt.* Ita ex edit. nova Ambros. not. 6. Græcè: πανηγύρει, ϗ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, ϗ κριτῇ Θεῷ πάντων, ϗ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων. Ms. Reg. πνεύματι δικαίων τεθεμελιωμένων, cui voci ultimæ Hilar. favet loco sup. citato.

℣. 24. Græcum: ϗ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, ϗ αἵματι ῥαντισμοῦ κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ.

℣. 25. Epiphanius in Cantic. Cantic. cap. 1. ℣. 7. *Si enim illi non effugerunt, respuentes eum, qui in terra prædicatus est.* Gr. Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι. Mss. 2.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

terram loquebatur: multò magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus:

26. cujus vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel; & ego movebo non solùm terram, sed & cœlum. *Agg. 2. 7.*

27. Quòd autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, ut maneant ea, quæ sunt immobilia.

28. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu, & reverentia.

29. Etenim Deus noster ignis consumens est. *Deuter. 4. 24.*

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Regio, seu Clarom. solo.*

stulantes ab eo præstante divitias: multò magis nos, qui à cœlis loquentem nobis * avertimus:

26. qua voce movit terra tunc: nunc autem repromisit, dicens: Adhuc ego semel moveo, inquit, non solùm terram, sed jam & cœlum.

27. Adhuc autem semel, declarat mobilium translationem factorum, ut maneant quæ non moventur.

28. Regno itaque immobili suscepto, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu, & verecundia.

29. Dominus enim Deus noster ignis consumens.

* Ms. avertimur.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

delent τὸν, post ἔφυγον, ponunt verò ante χρηματίζοντα· unus Alex. legit ἐξέφυγον.

℣. 26. Græcum: οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων· Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. Mss. quidam, pro σείω, ponunt σείσω.

℣. 27. Græcum: Τὸ δὲ, Ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

℣. 28. Græcum: Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν· δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ, μετὰ αἰδοῦς, καὶ εὐλαβείας. Mss. plures ferunt ἔχομεν χάριν, & eorum quidam cum aliis subdunt δι' ἧς λατρεύομεν.

℣. 29. Græcum: Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.

---

# CAPUT XIII.

**VULGATA NOVA.**

1. CHaritas fraternitatis maneat in vobis.

2. Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. *Rom. 12. 13. 1. Pet. 4. 9. Genes. 18. 3. & 19. 2.*

3. Mementote vinctorum, tanquam simul vincti; & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.

4. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus.

5. Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam: *Jos. 1. 5.*

6. ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo. *Psalm. 117. 6.*

7. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

8. Jesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula.

9. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Ms. Regio, seu Clarom. solo.*

1. CAritas fraternitatis maneat.

2. Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim didicerunt aliqui, Angelis hospitio receptis.

3. Mementote vinctorum, tanquam simul vincti; & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.

4. * Venerabile connubium in omnibus, & torus inmaculatus. Fornicatores enim, * adulteros judicat Deus.

5. Sint mores sine avaritia, contenti quæ in præsenti habetis: ipse enim dixit: Non te deseram, neque relinquam:

6. ita * audenter dicite: Deus mihi auxilio est: non timebo quid faciat mihi homo.

7. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum aspicientes exitum conversationis, imitamini fidem Jesu Christi.

8. Heri, & hodie ipse est, & in sæcula. Amen.

9. Doctrinis variis, & novis nolite adduci. Optimum enim est gratia confirmari * corda, quàm esca: quæ non profuit ambulantibus.

* Ms. venerabilem convivium.

* Suppl. &.

* Ms. aperto mendo, audiente; correximus audenter, f. audentes, è Gr. θαρροῦντας.

* Ms. cordæ.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum: Ἡ φιλαδελφία μενέτω.

℣. 2. August. quæst. 41. in Gen. to. 3. p. 1. col. 389. d. *per hanc enim quidam nescientes, hospitio receperunt Angelos:* similiter l. 16. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 442. g. excepta vocula *etiam*, pro *enim*. Ms. Luxov. annor. 1100. *per hanc enim placuerunt quidam, Angelis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε, διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες Ἀγγέλους· Ms. Velesian. pro ἔλαθον, habet ἤρεσαν, & codd. Lat. aliqui *placuerunt*, ut in Luxov. Ms.

℣. 3. Græcum: Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι· τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι.

℣. 4. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 148. c. *Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum.* Ambros. in Ps. 43. col. 898. d. *adulteros autem judicat Deus.* Græc. Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Πόρνους δὲ, καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός· Ms. 1. delet ἐν πᾶσι· Alex. verò paulò post habet, Πόρνους γάρ. Quòd autem Ms. Reg. pro γάμος, Latinè ponat *convivium*, aperta librarii inscitia est, qui fortè cùm invenisset primò scriptum *conuvium*, pro *connubium*, solito antiquorum more, qui commutant *b* cum *v*, ut etiam centies contigit in hocce Ms. codice; è voce inaudita *conuvium*, imperitè fecit *convivium*.

℣. 5. Græcum: Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω.

℣. 6. Græcum: ὥστε θαρροῦντας ἡμᾶς λέγειν· Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ...... τί ποιήσει, &c.

℣. 7. Græcum: Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων (al. προηγουμένων) ὑμῶν, οἵτινες...... ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Deinde, Ἰησοῦς Χριστὸς, &c. ut in Vulg. at Ms. noster Reg. saltem Latinè habet *Jesu Christi*, jungendo has voces cum his, quæ antecedunt: & verò Ambros. ep. 44. col. 978. f. ita legebat: *imitamini fidem Jesu Christi:* deinde: *Heri, & hodie ipse est, & in sæcula:* Rom. tamen ejusdem edit. cum Thuan. cod. habet: *quorum imitamini fidem. Jesus Christus heri, & hodie,* &c. Ita quoque Ambros. passim infra.

℣. 8. Ambrosius in Ps. 118. col. 1018. a. *Jesus autem heri, & hodie: ipse est & in sæcula:* & in Luc. 15. col. 1464. e. *Jesus Christus heri, & hodie: ipse est & in sæcula:* vide etiam l. 5. de sacram. col. 379. a. & l. 5. de fide, col. 555. a. c. & l. de incarn. col. 716. b. Item Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 698. b. *Jesus Chr. heri, & hodie: ipse & in sempiternum.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 719. h. *Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula sæculorum.* Gr. Vulgatæ congruit.

℣. 9. Græcum: Διδαχαῖς ποικίλαις, καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. Καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν· ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. Mss. plures,



Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mf. Regio, seu Clarom. solo.*

10. Habemus * hostiam, de qua edere non habent, qui tabernaculo serviunt.

* *Mf.* hostia, de quo herere non, &c.

11. Quorum enim * animalium inferetur sanguis pro peccato in Sanctis per sacerdotem, eorum corpora cremantur extra castra.

* *Mf.* alium.

12. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra porta passus est.

13. Exeamus itaque ad eum extra castra, improperium ejus portantes.

14. Non enim habemus manentem hîc civitatem, sed futuram inquirimus.

15. Ut per ipsum offeramus hostias * laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

* *Mf.* laudes.

16. Benivolentiæ autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

17. Oboediite præpositis vestris, & subjacete: quoniam ipsi vigilant pro animis vestris, quasi rationem reddituri pro vobis, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim proderit vobis.

18. Et orate & pro nobis: suademus enim bonam conscientiam habentes, in omnibus bene volentes conversari.

19. Ampliùs autem hoc peto faciatis, quòd celeriùs restituar vobis.

20. Nam Deus autem pacis, qui suscitat ex mortuis pastorem ovium magnum, in sanguinem testamenti æterni, Deum nostrum Jesum Christum,

21. aptet vos in omni bono, ut faciatis voluntatem ejus: ipso faciente in vobis quo placeat coram se * διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

* *Græcus iste contextus è Mf. Regio exscriptus est. Illum autem substituimus deficiente Latino ejusdem codicis.*

22. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, ἀνέχεσθαι τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. Καὶ γὰρ διὰ τραχέων ἀπέστειλα ὑμῖν·

23. Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Τιμόθεον ἀπολελυμένον· μεθ' οὗ, ἐὰν ταχίον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς.

24. Ἀσπάσασθαι πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας

## VULGATA NOVA.

10. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.

11. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. *Levit. 16.27.*

12. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

13. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.

14. Non enim habemus hîc manentem civitatem, sed futuram inquirimus. *Mich. 2.10.*

15. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

16. Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

17. Obedite præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

18. Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari.

19. Ampliùs autem deprecor vos hoc facere, quò celeriùs restituar vobis.

20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum,

21. aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

22. Rogo autem vos fratres, ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis.

23. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celeriùs venerit) videbo vos.

24. Salutate omnes præpositos vestros, &

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loco περιφέρεσθε, ponunt παραφέρεσθε. Auctor l. de xlii. mans. col. 4. e. *Optimum est gratia stabilire cor.*

℣. 10. Græcum: Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. In Mss. quibusdam deest ἐξουσίαν, Estio teste.

℣. 11. Græcum: Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ Ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται, &c. ut supra.

℣. 12. Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 4. b. *Christus, ut per suum sanguinem sanctificaret populum, extra portam passus est.* Gr. Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. In Mf. Colb. deest ἰδίου, ante αἵματος· alter verò habet πόλεως, loco πύλης, cui favet Tertullianus lib. contra Jud. cap. ult. si Millio fides.

℣. 13. Epiphanius in Cantic. Cantic. c. 3. ℣. 11. *Exeamus igitur ad eum foris tabernaculum.* Sedul. Hibern. in hunc loc. *Exeamus itaque*, &c. ut in Vulgata. Gr. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν, &c. ut in Latino.

℣. 14. Auctor l. de xlii. mans. col. 5. b. *Non habemus hic manentem civitatem.* Gr. ut in Vulgata.

℣. 15. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 5. col. 129. d. *Offeramus sacrificium laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.* Gr. Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι, καρπὸν χειλέων, &c. ut supra.

℣. 16. Augustinus l. 10. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 242. d. e. *Benefacere, & communicatores esse nolite oblivisci: talibus enim sacrificiis placetur Deo:* editt. ejusd. *placatur Deus*, sed Mss. *placetur Deo.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 5. col. 129. d. *Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim sacrificiis placatur Deus.* Mf. Luxov. annor. 1100. *& communionis in sanctis nolite oblivisci.* Gr. Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.

℣. 17. Hieronymus l. 1. in ep. ad Tit. tom. 4. p. 1. col. 413. f. *Parete principibus vestris, & subjecti estote. Ipsi enim sunt qui vigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddentes, ne suspirantes hoc faciant: siquidem hoc utile vobis est.* Ennod. Ticin. pro Synod. apud Sirmond. tom. 1. col. 1617. b. *Obedite præpositis vestris, quoniam ipsi exorabunt pro vobis.* Græc. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. Αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο.

℣. 18. Græcum: Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πεποίθαμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. Mss. duo ferunt πειθόμεθα, loco πεποίθαμεν.

℣. 19. Græcum: Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.

℣. 20. Græcum: Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν. Mss. quidam addunt Χριστόν.

℣. 21. Epist. Synod. Episc. Afric. Conc. tom. 4. col. 1598. b. *aptet vos in omni bono, ut faciatis voluntatem ejus: faciens in vobis quod placeat coram se.* Gr. καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ· ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, &c. ut in Vulg. omisso *est*, ante *gloria*. Mss. tamen quidam delent sub finem, τῶν αἰώνων, *sæculorum*, cum Mf. Regio.

℣. 22. Pro ἀνέχεσθαι, Græcum hodiernum habet ἀνέχεσθε. Mf. tamen unus, ἀνέχεσθαι, cum textu Reg. subinde, loco διὰ τραχέων, quod idem cod. habet, Græcum hodiernum fert διὰ βραχέων, *perpaucis* à Vulgata redditum: διὰ τραχέων verò non caret sensu, id est, *asperis, agrestibus verbis scripsi vobis*, quod non malè congruit hujus epistolæ stilo, inconcinno scilicet, & duro.

℣. 23. Græcum Vulgatæ delet ἡμῶν, post ἀδελφόν. Mss. tamen aliquot retinent ἡμῶν, præter Reg. nostrum.

℣. 24. Græcum Vulg. Ἀσπάσασθε πάντας, &c.

Digitized by Google

| Vulgata nova. | Versio antiqua. | |
|---|---|---|
| omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. | τοὺς ἁγίους. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. | *Ex Ms. Regio, seu* |
| 25. Gratia cum omnibus vobis. Amen. | 25. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν τῶν ἁγίων. Ἀμήν. * | *Clarom. solo.* |

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 25. Græcum Vulg. omittit τῶν ἁγίων.

* Græcum Vulg. hic addit: Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου, *Ad Hebræos scripta est ab Italia per Timotheum.* Videsis plura de hac subscriptione apud Millium.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

### Auctore Francisco Luca Brugensi.

### EPISTOLA AD HEBRÆOS.

CAP. I. ℣. 14. Propter eos, qui hæreditatem capient salutis. *Retinendum est futurum* capient, *non substituendum præsens* capiunt, *multòque minùs* cupiunt, *quod est, desiderant.*

CAP. II. ℣. 3. Quæ cùm initium accepisset. *Numerus singularis* accepisset, *non est mutandus in pluralem* accepissent.

℣. 10. Per passionem consummare. *Nec hic mutandum est activum* consummare *in passivum* consummari.

CAP. III. ℣. 11. Sicut juravi in ira mea. *Pro adverbio* sicut, *non scribas nomen* quibus.

℣. 19. Et videmus, quia non potuerunt introire. *Redundat quod quidam libri subjiciunt*, in requiem ipsius.

CAP. IV. ℣. 4. Dixit enim in quodam loco. *Non omittas præpositionem* in.

℣. 10. Sicut à suis Deus. *Non addas conjunctionem* &, *ante præpositionem* à.

℣. 14. Teneamus confessionem. *Non interponas* spei nostræ.

℣. 16. Adeamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ. *Non subjicias pronomen* ejus.

CAP. V. ℣. 8. Et quidem cùm esset Filius Dei. *Correctoribus visum est non esse omittendum genitivum* Dei.

℣. 11. De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum. *Servanda est syllaba* in, *duplicata in voce* ininterpretabilis.

CAP. VI. ℣. 1. Ad perfectiora feramur. *Non est scribendum nomen substantivum* perfectionem, *loco adjectivi* perfectiora.

CAP. VII. ℣. 13. De qua nullus altari præsto fuit. *Pro* altari, *non substituas* altario, *vocem barbaram.*

℣. 25. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum. *Legendum est numero plurali* accedentes, *non singulari* accedens: *qua de re legere licet nostras Notationes.*

CAP. IX. ℣. 14. Emundabit conscientiam nostram. *Loco futuri* emundabit, *non est scribendum præteritum* emundavit; *nec* vestram, *secunda persona pronomen, loco primæ* nostram.

℣. 26. Nunc autem semel in consummatione sæculorum. *Non mutes ablativum in accusativum* consummationem.

*Sequitur:* Ad destitutionem peccati. *Alii libri habent* destructionem, *eodem sensu.*

CAP. X. ℣℣. 6. 8. Holocautomata pro peccato. *Alii libri, ante præpositionem* pro, *Græco consentaneè, interponunt conjunctionem* &: *quam Syrus, cum Correctoribus, omittit.*

℣. 16. Dando leges meas. *Non mutes gerundivum* Dando, *in futurum indicativi* Dabo.

℣. 30. Mihi vindicta, & ego retribuam. *Neque hic mutes nominativum* vindicta *in accusativum.*

CAP. XI. ℣. 6. Sine fide autem impossibile est placere Deo. *Nec omittas* Deo, *nec addas* quemquam.

℣. 11. Virtutem in conceptionem seminis accepit. *Servandus est accusativus* conceptionem, *non vertendus in ablativum.*

℣. 17. Qui susceperat repromissiones. *Non scribas* in quo, *pro* qui.

℣. 34. Effugerunt aciem gladii. *Pro* effugerunt, *à fugio, tertiæ conjugationis, non corrigas* effugaverunt, *quod est, in fugam verterunt, à fugo, primæ.*

CAP. XII. ℣. 18. Et accensibilem ignem. *Legendum est* accensibilem, *quod est, qui accendi, qui inflammari potest, non, demta littera* n, accessibilem, *qui accedi, cui appropinquari potest.*

CAP. XIII. ℣. 2. Per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. *Locus egregiè emendatus, ubi* latuerunt *scriptum est, præteritum à lateo, quod est, occultum, inscium esse, pro eo quod vulgò legitur* placuerunt, *præteritum à placeo, quod est, gratum esse.*

℣. 9. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis. *Correctores prætulerunt activum* stabilire, *passivo* stabiliri.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### EPISTOLA AD HEBRÆOS.

CAP. VII. ℣. 25. Semper vivens ad interpellandum pro nobis. *Multi libri*, pro nobis, *primæ personæ, habent tertiæ personæ pronomen* eis, *ut Græca, & Syra.*

CAP. X. ℣. 39. Nos autem non sumus subtractionis filii. *Vocem* filii *omittunt Latini quidam libri, nominatim Biblia Mss. S. Audomari, cum Græcis, & Syricis.*

CAP. XII. ℣. 1. Curramus ad propositum nobis certamen. *Multi libri videntur non immeritò omittere præpositionem* ad, *sicut Græca, & Syrica.*

CAP. XIII. ℣. 1. Charitas fraternitatis maneat in vobis. *Quidam libri omittunt* τὸ in vobis, *Græco consentaneè.*

Digitized by Google

# MONITUM
## AD EPISTOLAM CATHOLICAM B. JACOBI,
### & sex sequentes Epistolas.

*QUæ nunc prodit Translatio vetus epistolæ S. Jacobi, primùm vulgata est à Martianæo nostro, anno 1695. ad calcem Evangelii Matthæi juxta Versionem Italicam. Hanc tum primùm eruerat è præstantissimo veteris Corbeiæ nostræ codice, qui nunc in nostra bibliotheca Sancti Germani Parisiensis asservatur sub numerica nota 625. Vetustissimus quidem est ille codex; nam præter elegantiam scripturæ, ac membranæ antiquissimæ, hoc etiam præfert indicium vetustatis, quòd in eo codice conjuncta sit epistola S. Jacobi cum epistola S. Barnabæ, quæ, Hieronymo teste, prioribus Ecclesiæ temporibus ad ædificationem plebis Christianæ legebatur. Neminem verò moveat quòd non ex multis veterum Patrum Latinorum testimoniis confirmaverimus lectiones Ms. codicis: cùm enim certum sit hanc Jacobi epistolam inter scripturas apocryphas antiquitus lectitari solitam fuisse, haud mirum videri debet si ab iisdem Patribus rarò fuerit usurpata. Pauculas hujus epistolæ sententias memorant Hilarius, Paulinus, Hieronymus, Chromatius Aquileiensis, Ruricius, Gelasius, S. Valerianus, Cassiodorus, Auctor l. de xlii. mansionibus apud Ambros. Leo M. Gaudentius Brixiensis, Auctor libri de promissionibus apud Prosperum; plures verò Augustinus: sed minimè dissimulandum varia ista veterum Patrum testimonia sæpe sæpius non convenire cum interpretatione illa veteri Latina, immo magis plerumque cum Vulgata concordare. A cæteris tamen excipiendus Chromatius Aquileiensis, quem veteri nostra Versione usum fuisse vix dubium est. Id maximè patet ex versibus 12. & 15. capitis 1. in quibus citatæ ab ipso sententiæ vix discrepant à codice Corbeiensi; ita ut dolendum sit non plura ipsum nobis suppeditasse hujus epistolæ testimonia. At imprimis illud notandum, quòd scilicet fons Græcus crebrò magis conveniat cum nostri exemplaris contextu, quàm cum Vulgata. Denique ne ullus sua laude fraudetur, ultro fatemur Martianæi notis usos nos fuisse passim, cùm consilio nostro easdem favere animadvertimus.*

*Ad cæteras Epistolas quod attinet, harum veterem Versionem frustra, aut pene frustra in manu exaratis codicibus quæsivimus. Olim quidem exstabant in Ms. Cantabrigiensi, quondam Theodori Besæ, tres Johannis epistolæ; sed pluribus ex eodem codice avulsis foliis, soli nunc supersunt ultimi tertiæ versiculi. Feliciores fuimus in evolvendis SS. Patrum scriptis, amplaque messe recreati: ex ipsis siquidem integras easdem sex Epistolas, si paucos excipias versus, quos reperire non licuit, restituimus.*

# SUMMA CAPITA
# EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. JACOBI
# APOSTOLI,

### è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Docet tentationum utilitatem, & sapientiam à Deo cum confidentia postulandam: Deus tentator non est aut auctor peccati, sed ab eo procedit omnis bona donatio: hortatur ut ad audiendum veloces, ad loquendum verò, & ad iram tardi sint: nec satis est veritatem audire, nisi illa opere compleatur: subdit etiam quænam sit vera & immaculata religio.*

CAP. II. *Monet ne personarum respectu moveantur: qui enim unicum legis præceptum transgreditur, legis transgressor est: hortatur ut operibus misericordiæ incumbant, ostendens quòd homo per opera justificetur: nam fides sine operibus mortua est.*

CAP. III. *Linguæ mala recenset, quam difficillimum est rectè gubernare; subditque differentiam inter sapientiam terrenam & cœlestem.*

CAP. IV. *Concupiscentiis non est obsequendum, sed diabolo resistendum, & Deo appropinquandum, mutuæque dilectioni studendum, rebus incertis divinæ providentiæ commissis.*

CAP. V. *Divitibus pauperum oppressoribus gravem comminatur ultionem, pauperes verò ad longanimitatem hortatur: juramentum fugiendum, & infirmi à presbyteris oleo ungendi, ac peccata invicem confitenda: quàm efficax sit justi oratio: errantes ad veritatem sunt reducendi.*

Digitized by Google

# EPISTOLA CATHOLICA
# BEATI JACOBI
# APOSTOLI.

## *CAPUT PRIMUM.

### Vulgata nova.

1. Jacobus Dei & Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.

2. Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis:

Rom. 5. 3. 3. scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.

4. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes.

5. Si quis autem vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Joan. 14. 13. & 16. 23. 24. 6. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur:

7. non ergo æstimet homo ille, quòd accipiat

### Versio antiqua.

1. Jacobus Dei & Domini Jesu Christi servus, xii. * tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Ex Mf. cod. Corb. n. 625. veneranda antiquitatis. * Mf. tribus.

2. Omne gaudium existimate fratres mei, quando in varias tentationes incurritis:

3. scientes quòd probatio vestra operatur sufferentiam.

4. Sufferentia autem opus consummatum habeat: ut sitis consummati, & integri, in nullo deficientes.

5. Et si cui vestrûm deest sapientia, petat à Deo: quia dat omnibus simpliciter, & non improperat: & dabitur illi.

6. Petat autem in fide nihil dubitans: qui autem dubitat, similis est fluctui maris, qui à vento fertur, & defertur:

7. nec speret se homo ille, quoniam accipiet

### Notæ ad Versionem antiquam.

* Ita inscribitur Epistola hæc in Mf. Corb. *Incipit Epistola Jacobi feliciter.*

℣. 1. Augustinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 932. c. non differt à textu, nisi uno *nostri*, addito post *Domini*; Græcum nil omnino.

℣. 2. Augustinus serm. 160. to. 5. col. 769. b. & Auctor l. de xlii. manf. apud Ambr. col. 12. d. Vulgatæ concinunt. In Græco sic: Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε..... ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις· al. περιπεσεῖτε.

℣. 3. Augustinus serm. 160. col. 769. b. nil differt à Vulg. nec etiam Græcum. In Mf. tamen unò deest, τῆς πίστεως.

℣. 4. Augustinus ubi sup. *Patientia autem opus perfectum habet.* Græc. Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω· deinde sic: ἵνα ἦτε τέλειοι, καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. Observat etiam Millius Mss. Latinos emendatiores exhibere *habeat*, è Gr. ἐχέτω· quam lectionem Œcumenius probat dicens: Οὐκ εἶπε τὴν ὑπομονὴν ὁριστικῶς, ὅτι ἔργον τέλειον ἔχει, ἀλλὰ προστακτικῶς, ἐχέτω.

℣. 5. Augustinus epist. 214. tom. 2. col. 793. b. cum Vulgata concordat: ita rursus l. de gra. & lib. arb. tom. 10. col. 744. d. necnon l. de nat. & gra. col. 134. c. itemque l. de spir. & litt. col. 117. d. Eidem etiam concinunt Arnob. Jun. l. de Trin. p. 233. f. S. Leo ser. 48. p. 116. f. & Auctor l. de xlii. manf. ap. Ambr. col. 14. f. In Gr. sic: Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος· καὶ, &c. ut sup. Pro ἁπλῶς, *simpliciter*, aliàs legitur ἀθρόως, *confertim*; at Syrus Interpr. *simpliciter*.

℣. 6. Augustinus l. de spir. & litt. tom. 10. col. 117. d. & l. de nat. & gra. p. 134. c. habet cum Vulg. *Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Græcum: Αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος· ὁ γὰρ διακρινόμενος, &c. ut in Vulgata.

℣. 7. Græcum: μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος..... ὅτι λήψεταί τι, &c. ut supra.

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. cod. Corb.* aliquid à Domino.

8. Homo duplici corde, inconstans in omnibus viis suis.

9. Glorietur autem frater humilis in altitudine sua;

10. locuples autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transiet:

11. orietur enim sol cùm æstu suo, & siccat fœnum, & flos ejus cadit, & dignitas faciei ipsius perit: sic & locuples in actu suo marcessit.

12. Beatus vir, qui sustinuerit tentationem: quoniam probatus factus, accipiet coronam vitæ, quam promittit eis, qui eum diligunt.

13. Nemo qui tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus autem malorum tentator non est: tentat ipse neminem.

14. Unusquisque autem tentatur à sua concupiscentia, abducitur, & eliditur.

15. Deinde concupiscentia concipit, & parit peccatum: peccatum autem consummatum adquirit mortem.

16. Nolite errare fratres mei dilecti.

17. Omnis datio bona, & omne donum perfectum, desursum descendit à Patre luminum, apud quem non est permutatio, vel modicum obumbrationis.

18. Volens peperit nos verbo veritatis, ut simus primitiæ conditionum ejus.

19. Scitote fratres mei dilecti. Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, tardus autem ad iracundiam.

20. Iracundia enim viri, justitiam Dei non operatur.

### Vulgata nova.

aliquid à Domino.

8. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

9. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua;

10. dives autem in humilitate sua, quoniam *Eccli.*
sicut flos fœni transibit: 14. 18.

11. exortus est enim sol cum ardore, & are- *Isai.* 40.
fecit fœnum, & flos ejus decidit, & decor vul- 6.
tus ejus deperiit: ita & dives in itineribus suis *1. Pet.*
marcescet. 1. 24.

12. Beatus vir, qui suffert tentationem: quo- *Job.* 5.
niam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vi- 17.
tæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

13. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.

14. Unusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus.

15. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem.

16. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.

17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

18. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.

19. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem *Prov.*
omnis homo velox ad audiendum; tardus au- 17. 27.
tem ad loquendum, & tardus ad iram.

20. Ira enim viri, justitiam Dei non operatur.

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 8. Græcum: Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν, &c. ut supra.

℣. 9. Græcum textui Corb. consonat.

℣. 10. Itidem in Græco est.

℣. 11. Lectionarium Luxov. venerandæ antiquitatis: *ita dives in honoribus suis marcescet*: Gr. οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται· priora etiam ut in Vulgata.

℣. 12. Chromat. Aquil. serm. 1. de octo beatitud. p. 987. e. *Beatus, qui sustinuerit tentationem: quoniam beatus factus, accipiet coronam vitæ, quam promisit Deus iis, qui eum diligunt*: quæ Corbei. nostri codicis lectionem adstruunt, nisi quòd, pro *probatus*, legitur *beatus*, quod fortè editionis mendum est. At Auctor l. de xlii. mans. col. 15. nil differt à Vulg. cui etiam accinit Gelas. I. tract. 3. adv. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. b. In Græco, δόκιμος γενόμενος, *probatus factus*, ut in Ms. Corb. cætera ut in Vulgata.

℣. 13. Augustinus serm. 58. to. 5. col. 341. e. Vulgatæ concinit, ut & l. de gra. & lib. arbit. tom. 10. col. 719. c. nisi quòd hoc posteriori loco, pro *à Deo tentatur*, habeat *à Deo temtor*; at eo etiam loco Mss. plures scribunt *tentatur*: item tract. 43. in Joh. to. 3. part. 2. col. 584. b. *Deus neminem tentat*. Græc. Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι, &c. ut in Vulg. Mss. tamen quidam habent πειράζεται, si Millio fides. Apud Tertullianum l. de orat. c. 8. p. 181. c. legitur: *Absit ut Dominus tentare videatur*.

℣. 14. Vulgatæ suffragatur Augustinus l. 11. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 278. b. item serm. 58. to. 5. col. 341. e. & l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 423. f. 719. c. Ita etiam legit Gelas. I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. b. nec aliter in Græco est.

℣. 15. Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. e. habet: *Concupiscentia parit peccatum: peccati autem concupiscentia adquirit mortem*: quæ textui Corb. favent. At August. locis omnibus ℣. præced. citatis, Vulgatæ concinit, ut & Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. & Græcum.

℣. 16. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 182. a. ut in textu Corb. *Nolite errare fratres mei dilecti*. Ita quoque habet Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. f. unà cum Græco.

℣. 17. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 182. a. *Omne datum bonum, & omnis perfecta donatio, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est differentia, aut conversionis obumbraculum*. August. l. de nat. boni, to. 8. col. 507. d. & l. 1. de Trin. ibid. col. 750. d. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio*: similiter l. 5. de Gen. ad litt. to. 3. col. 193. e. & serm. 23. to. 5. col. 127. d. *apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio*: item ser. 160. col. 769. e. & serm. 284. col. 1141. a. legit, *transmutatio, nec momenti obumbratio*: & l. 11. de civit. Dei, c. 21. to. 7. col. 287. e. *immutatio, nec*, &c. Hilarius l. 4. de Trin. col. 830. f. *apud quem non est demutatio*. Leo M. serm. 4. p. 54. a. & Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. f. nil differunt à Vulgata: nil quoque Auct. epist. ad Demetriad. pp. 43. b. 48. b. usque ad verba *apud quem*, &c. quæ hic anonymus non memorat. Accinunt Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. col. 1248. c. & Bonif. II. epist. 2. nisi quòd iste habet, *Omne donum bonum*. Conc. Arausic. 2. col. 1671. e. *Omne datum bonum*, &c. ut in Vulgata. Ruric. l. 2. epist. p. 569. d. *Omne datum bonum à sursum de Patre luminum descendit*. Græc. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα...... παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Interpretem Latinum, quo usus est Augustinus, ῥοπῆς legisse putat Estius.

℣. 18. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 182. a. *Volens genuit nos verbo veritatis, ut simus primitiæ creaturarum ejus*. August. verò l. 2. de consen. Evang. tom. 3. p. 2. col. 29. g. *Voluntariè genuit nos*, &c. ut in Vulgata. Græcum: Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων· aliàs deest τινά.

℣. 19. Augustinus tract. 57. in Joh. tom. 3. col. 658. f. *Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum*. Gr. Ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ...... βραδὺς εἰς τὸ..... βραδὺς εἰς ὀργήν. Mss. plures, pro Ὥστε, legunt Ἴστε· subinde habet unus, ἔστω δέ· alius, καὶ ἔστω. Auctor l. de xlii. mans. col. 14. e. *Et sit omnis homo velox quidem ad audiendum*.

℣. 20. Hieronymus l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. col. 377. f. *Ira quippe viri, justitiam Dei non operatur*: ita rursum l. 1. in ep. ad Tit. ibid. col. 416. c. & l. 2. cont. Pelag. col. 513. c. detracto *quippe*. Concinit Cassian. l. 8. p. 187. Græcum verò textui consonat.

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

21. Propter quod abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

Matth. 7. 24. 22. Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.

Rom. 2. 13. 23. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo:

24. consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.

25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.

27. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

**VERSIO ANTIQUA.**

21. Et ideo * exponentes omnes sordes, & abundantiam malitiæ, per clementiam excipite genitum verbum, qui potest salvare animas vestras. Ex Ms. cod. Corb. * L. deponentes.

22. Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, aliter consiliantes.

23. Quia si quis auditor verbi est, & non factor: hic est similis homini respicienti faciem natalis sui in speculo:

24. aspexit se, & recessit, & in continenti oblitus est qualis erat.

25. Qui autem respexit in legem consummatam libertatis, & perseverans, non audiens oblivionis factus, sed factor operum: hic beatus erit in operibus suis.

26. Si quis autem putat se religiosum esse, non infrænans linguam suam, sed fallens cor suum, hujus vana est religio.

27. Religio autem munda, & immaculata apud Dominum, hæc est: Visitare orphanos, & viduas in tribulatione eorum, servare se sine macula à sæculo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. *Verbum, qui potest.* Phrasis usitata in Scripturis, inquit Martian. in hunc loc. ut Gen. 3. 15. *Ipse conteret*, pro *Ipsum conteret*; & Gal. 3. 16. *Et semini tuo, qui est Christus*, pro *quod est Christus*. Gr. ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον, &c. ut in Vulgata.

℣. 22. Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. a. *Estote factores verbi, & non auditores tantùm. Si quis*, &c. Græcum: Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ...... παραλογιζόμενοι ἑαυτούς.

℣. 23. Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. a. *Si quis auditor est, & non factor: iste similis est viro, qui considerat vultum nativit. sua in speculo.* August. in Ps. 118. tom. 4. col. 1286. b. *Si quis est auditor verbi, & non factor: hic comparabitur*, &c. ut in Vulg. Sic etiam legit Cassiod. in eundem Ps. p. 399. a. nec aliter in Græco, nisi excipias verbum ἔοικεν, *assimilatus est*, pro *comparabitur:* ipso etiam initio præfert Ὅτι, *Quia*, quod abest à Mss. Alex. & Syriaco.

℣. 24. Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. a. *consideravit illud, & statim recedens, oblitus est qualis sit.* August. in Ps. 118. col. 1286. b. & Cassiodorus in eundem Ps. p. 399. a. Vulgatæ accinunt. Gr. κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν.

℣. 25. Augustinus in Ps. 118. to. 4. col. 1286. b. concordat cum Vulg. deleto *in ea*, post verbum *permanserit*. Ita quoque legit Cassiod. in eundem Ps. p. 399. a. deleta insuper præced. voce *libertatis*. In Græco sic: Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, &c. ut in Vulg. In Mss. quibusdam deest οὗτος· subinde in aliis est ἐπιλήσμων, pro ἐπιλησμονῆς. Quod autem legitur in textu Corb. *audiens oblivionis*, Hebraismus est, pro *auditor obliviosus*. Porro similibus Hebraismis tota scatet versio hæc vetus Ms. nostri codicis, quod semel hîc annotasse sufficiat.

℣. 26. Græcum: Εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν, &c. ut in Vulgata.

℣. 27. Græcum Vulgatæ consentit, nisi quòd in fine habet, αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

# CAPUT II.

**VULGATA NOVA.**

Levit. 19. 15. 1. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu

Deuter. 1. 17. & 16. 19. Christi gloriæ.

2. Etenim si introierit in conventum vestrum

Prov. 24. 23. vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu,

Eccli. 42. 1. 3. & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic; aut sede sub scabello pedum meorum:

4. nonne judicatis apud vosmetipsos, & facti

**VERSIO ANTIQUA.**

1. Fratres mei, nolite in acceptione personarum habere fidem Domini nostri Jesu Christi * honoris. Ex Ms. cod. Corb. * Ms. honeris.

2. Si autem intraverit in synagogam vestram homo annulos aureos in digitos habens in veste splendida, intret autem pauper in sordida veste,

3. respiciatis autem * qui vestitus est veste candida, & dicatis: Tu hîc sede bene: & pauperi dicatis: Tu sta; aut sede illò sub scamello meo: * Supp. eum.

4. dijudicati estis inter vos, facti estis judices

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 720. c. habet: *Nolite itaque errare fratres mei, & nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri J. C.* at epist. 167. to. 2. col. 595. f. *Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἀδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε, &c. ut in eadem Vulg. Ms. unus, προσωποληψία ἔχητε· alter in fine omittit τῆς δόξης, *gloriæ*, vel *honoris*, ut in textu Corbeiensi. Ms. quidem ille scriptum præfert *honeris*, sed antiquitatis indicium est: enim verò antiquitus vocales *e*, & *o*, promiscuè accipiebantur; *honeris*, & *honoris*; *sterceris*, & *stercoris*; *vertex*, & *vortex*.

℣. 2. Augustinus epist. 167. to. 2. col. 595. f. constanter legit ut in Vulg. nec etiam in Græco alio modo est, nisi excipias vocem λαμπρᾷ, *splendida*, pro *candida*. Apud Isych. in Levit. l. 6. p. 134. d. *Si introierit in conventu vestro vir aureum annulum habens in veste præclara, ingrediatur autem & pauper in veste sordida.* In Lectionario Luxoviensi: *Si introierit in conspectu vestro vir*, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Augustinus epist. 167. non differt à Vulgata, nisi uno *dicatis*, pro *dixeritis*. Esych. l. 6. in Levit. p. 134. d. *intendatis autem ad eum, qui induitur præclara, & dixeritis: Tu sede hic bene: pauperi autem dixeritis: Tu sta illic*, &c. ut in Vulgata. In Græco sic: καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, &c. ut in codice Corb. addito ἐκεῖ, *illic*, post *sta*. In eod. codice vocula sequens *illò*, procul dubio adverbium est, cum bene respondeat voci Græcæ ὧδε, quæ ibidem legitur. Vox autem *scamellum*, quæ derivatur à voce *scamnum*, summam redolet antiquitatem, propter litteram *m*, quæ apud Latinos ævi inferioris mutata est cum *b*. Habetur etiam *scamillum*, in veteri Ms. Cantabrig. supra Act. 2. 17.

℣. 4. Augustinus ep. 167. constanter cum Vulg. *nonne*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Ex Mſ. cod. Corb.* cogitationum malarum.

5. Audite fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes ſæculi, locupletes in fide, & hæredes regni, quod expromiſit diligentibus eum?

6. Vos autem fruſtratis pauperem. Nonne divites potentantur in vobis, & ipſi vos tradunt ad judicia?

7. Nonne ipſi blaſphemant in bono nomine, quod vocitum eſt in vobis?

8. Si tamen lege conſummamini * regali ſecundùm Scripturam: Diliges proximum tuum tanquam te: bene facitis:

* *Mſ.* regale.

9. ſi autem perſonas accipitis, peccatum operamini, à lege traducti tanquam tranſgreſſores.

10. Qui enim totam legem ſervaverit, peccaverit autem in uno, factus eſt omnium reus.

11. Nam qui dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Si autem non mœchaberis, occideris autem, factus es tranſgreſſor legis.

12. Sic loquimini, & ſic facite, quaſi à lege liberalitatis judicium ſperantes.

13. Judicium autem non miſerebitur ei, qui non fecit miſericordiam: ſupergloriatur autem miſericordia judicium.

14. Quid prodeſt fratres mei, ſi quis dicat ſe fidem habere, opera autem non habeat? Nunquid poteſt fides eum ſola ſalvare?

15. Sive frater, ſive ſoror nudi ſint, & deſit eis victus quotidianus,

16. dicat autem illis ex veſtris aliquis: Vadite in pace, calidi eſtote, & ſatulli: non dederit autem illis alimentum corporis, quid & prodeſt?

### VULGATA NOVA.

eſtis judices cogitationum iniquarum?

5. Audite fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe?

6. Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad judicia?

7. Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod invocatum eſt ſuper vos?

8. Si tamen legem perficitis regalem ſecundùm Scripturas: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis: *Levit. 19. 18. Matth. 22. 39. Marc. 12. 31. Rom. 13. 9. Gal. 5. 14.*

9. ſi autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores.

10. Quicunque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.

11. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides autem, factus es tranſgreſſor legis. *Levit. 19. 15. Deuter. 1. 17.*

12. Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes judicari. *Sup. 1. Matth. 5. 19.*

13. Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia judicium.

14. Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſalvare eum?

15. Si autem frater, & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, *1. Joan. 3. 17.*

16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*judicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis..... iniquarum?* nec aliter legit Eſychius ubi ſupra. Græc. καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν; in Mſ. uno deeſt οὐ· ſicut in altero paulò poſt, καί.

℣. 5. Apud Auguſt. tum epiſt. 167. ubi ſup. tum l. de prædeſt. SS. to. 10. col. 813. omnia leguntur ut in Vulg. In Græco verò eadem quæ in textu Corb. niſi quòd additur τούτου, poſt κόσμου, quod tamen delent Mſs. plures. Unus tantùm habet, ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

℣. 6. Auguſtinus ep. 167. to. 2. col. 595. f. *Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & trahunt ad judicia?* In Græco ſic: Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν... Οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια;

℣. 7. Auguſtinus ubi ſup. nil differt à Vulg. cui etiam Græcum favet.

℣. 8. Auguſtinus ep. 167. legit: *Si quidem legem perficitis regalem ſecundùm Scripturam: Diliges*, &c. ut in Vulg. at l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. f. *Si tamen legem..... ſecundùm Scripturas*, &c. Græcum: Εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν Γραφὴν, &c. ut in Vulg. al. τὰς Γραφάς.

℣. 9. Novatianus l. de Trin. p. 1039. c. *uſquequo perſonas hominum accipitis?* Auguſt. ep. 167. *ſi autem perſonas accipitis, pecc.* &c. ut in Vulgata. Gr. εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε..... ἐλεγχόμενοι ὑπὸ, &c. ut ſupra.

℣. 10. Auguſtinus ep. 167. & l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 41. c. Vulgatæ concinit. Auctor l. de xlii. manſ. col. 15. b. *Qui totam legem ſervaverit*, &c. ut in Vulg. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. b. *Qui totam legem ſervaverit, & peccaverit in uno, factus eſt omn. reus:* at l. 2. cont. Pelag. ibid. col. 522. c. *Si quis ſervaverit totam legem, offenderit autem in uno, reus eſt omnium factus.* Gelaſ. I. ep. 8. col. 1183. d. *Qui enim in uno offenderit, omnium reus eſt.* Græc. Ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, &c. ut ſup. al. πταίσῃ.

℣. 11. Auguſtinus ep. 167. legit: *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quòd ſi non occides, mœcharis autem, factus es tranſgreſſor legis.* Græc. Ὁ γὰρ εἰπὼν, Μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καὶ, Μὴ φονεύσῃς. Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δὲ, &c. ut ſup. Mſs. quidam ſcribunt, Μὴ μοιχεύσεις· ſicut alii paulò poſt, οὐ μοιχεύεις, φονεύεις δέ· alii, μοιχεύσῃς, φονεύσῃς.

℣. 12. Auguſtinus epiſt. 167. col. 601. d. eadem exhibet quæ in Vulg. ita quoque l. 2. de pecc. mer. tom. 10. col. 41. d. præter vocem *tanquam*, pro *ſicut*. Græc. ὡς, &c. ut in Vulg. niſi excipias ultima verba, μέλλοντες κρίνεσθαι, loco *incipientes judicari*, mel. *judicandi*. Quod autem in textu Corb. ſcribitur, *liberalitatis*, pro *libertatis*, apertum videretur mendum, niſi vox Græca ἐλευθερίας, utramque poteſtatem haberet, & *libertatis*, & *liberalitatis*: nec etiam vox *liberalitatis*, hîc vacua ſenſûs eſt, ſive ſumatur pro *munificentia*, ſive eo ſenſu, quo dicitur *mens liberalis*, Gallicè, *eſprit noble, au deſſus des reſpects humains*. At vox *libertatis*, magis placet.

℣. 13. Auguſtinus ep. 167. col. 601. e. legit: *Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam: ſuperexultat autem miſericordia judicio:* ſimiliter quæſt. 105. & 129. in Exod. to. 3. col. 455. b. 461. c. *ſuperexultat miſericordia judicio:* ita quoque l. 21. de civit. Dei, c. 27. to. 7. col. 652. f. at l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 41. c. habet, *qui non facit miſeric. ſuperexaltat autem miſericordia judicio:* & l. de perf. juſtit. col. 183. a. *Judicium enim ſine miſericordia, ſed illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia judicio.* Ruricius l. 2. ep. 11. p. 567. h. *Judicium ſine miſericordia erit illi, qui non fecerit miſericord.* Itidem Auctor l. de prom. p. 3. prom. 37. col. 185. a. qui addit, *ſuperexaltat enim miſericordia judicio.* Gr. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Mſs. plures ſcribunt ἀνέλεως, alii ἀνέλεος· ſubinde quidam, ποιήσαντι ἔλεον· mox aliqui, κατακαυχᾶται δὲ ἔλεος, alii ἔλεον.

℣. 14. Auguſtinus l. de fide & op. to. 6. col. 178. c. *Quid proderit* (infra, col. 180. c. *prodeſt*) *fratres mei, ſi fidem dicat ſe quis habere*, &c. ut in Vulgata. Græc. Τί τὸ ὄφελος....... ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν..... Μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; Copt. poſt αὐτὸν, ſubdit, παρεκτὸς τῶν ἔργων, *abſque operibus*, quæ reſpondent voculæ *ſola*, ſuperadditæ in Mſ. Corbeienſi.

℣. 15. S. Valerianus hom. 7. Sirmond. to. 1. col. 645. b. *Si frater, aut ſoror nudi ſint, & indigeant*, &c. ut in Vulgata. Græcum: Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς, ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς. Mſs. quidam initio delent δέ.

℣. 16. S. Valerianus hom. 7. *dicat aliquis veſtrûm: Ite in pace, calefacimini, & ſaturamini: non dederitis eis quæ*

VULGATA NOVA.

17. Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

18. Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

19. Tu credis quoniam unus est Deus: Bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt.

20. Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?

Genes. 22. 9. 21. Abraham pater noster, nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

22. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

Genes. 15. 6. Rom. 4. 3. Gal. 3. 6. 23. Et suppleta est Scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam, & amicus Dei apellatus est.

24. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantùm?

Jos. 2. 4. Heb. 11. 31. 25. Similiter & Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuncios, & alia via ejiciens?

26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

VERSIO ANTIQUA.

17. Sic & fides, si non habeat opera, mortua est sola. Ex Ms. cod. Corb.

18. Sed dicet aliquis: Tu opera habes, ego fidem habeo: ostende mihi fidem sine operibus: & ego tibi de operibus fidem.

19. Tu credis quia unus Deus: Bene facis: & dæmonia credunt, & contremiscunt.

20. Vis autem scire ô homo vacue, quoniam fides sine operibus vacua est?

21. Abraham pater noster, nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super aram?

22. Vides quoniam fides communicat cum operibus suis: & ex operibus fides confirmatur?

23. Et impleta est Scriptura, dicens: Credidit Abraham Domino, & æstimatum est ei ad justitiam, & amicus Dei vocatus est.

24. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantùm?

25. Similiter & Raab fornicaria, nonne ex operibus justificata est, cùm suscepisset exploratores ex XII. tribus filiorum Israel, & per aliam viam eos ejecisset?

26. Sicut autem corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine opere mortua est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*necessaria sunt corpori, nihil vobis proderit.* Gr. εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν· Ὑπάγετε..... θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ..... τί τὸ ὄφελος;

℣. 17. Græcum: Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ..... νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν, *mortua est secundùm seipsam.*

℣. 18. Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd, pro *sine operibus*, habet ἐκ τῶν ἔργων σου, *ex operibus tuis*, addito etiam μου, alteri voci *operibus*. At Mss. quidam 1. loco ferunt ἐκτὸς τῶν ἔργων, *absque operibus*, vel potiùs *extra opera*: fortè etiam in aliis scriptum erat pariter ἐκτὸς, absque seq. τῶν, ex quo factum est à scriba imperito ἐκ τῶν. Mss. plures difficultatem elevant, qui, pro ἐκ τῶν, scribunt χωρὶς, *seorsim*, ut & infra optimè legitur ℣. 20. Ideo autem lectionem hanc ἐκ τῶν, mendosam, seu invectam arbitror, quòd absurdi aliquid in se habere videatur: quomodo enim fidem *ex operibus* ostendat, qui verbis proximè præcedentibus operum expers describitur? « Bene igitur monuit Grotius, inquit Martianæus in hunc loc. lectionem hodiernam Græcorum, ἐκ τῶν ἔργων, respuendam esse; eam verò sequendam, quam retinent Vulgatus Latinus, Syrus, & Arabs. »

℣. 19. Augustinus l. de fide & op. to. 6. col. 178. b. Vulgatæ concinit; nec in Græco quidquam dissimile, nisi exceperis Θεὸς εἷς ἐστι, *Deus unus est.* Rursus Augustinus tract. 6. in Joh. to. 3. col. 339. e. legit: *& dæmones credunt, & contremiscunt.*

℣. 20. Græcum Vulgatæ consonat, & habet in fine, νεκρά ἐστιν, *mortua est*: sed Millius auctor est aliàs legi ἀργή ἐστιν, *otiosa est*; quæ scriptura inter variantes etiam lectiones Vulgatæ editionis Latinæ à Theologis Lovaniensibus collectas occurrit, Martianæo teste, not. in hunc locum.

℣. 21. Ita Græcè est, nisi excipias verbum ἀνενέγκας, pro *offerens*; mel. *cùm obtulisset.*

℣. 22. Græcum Vulgatæ concordat. Ms. tantùm unus, pro συνήργει, habet συνεργεῖ, *cooperatur.*

℣. 23. Græcum non differt à textu, nisi voce Θεῷ, pro *Domino.* Irenæus l. 4. c. 16. p. 246. a. *Credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam, & amicus*, &c. ut sup.

℣. 24. Græcum: Ὁρᾶτε τοίνυν ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται, &c. ut sup. aliàs deest τοίνυν.

℣. 25. Græcum Vulgatæ concinit, nisi quòd, pro *suscipiens*, & *ejiciens*, habet ὑποδεξαμένη...... ἐκβαλοῦσα· mel. in textu Corb. *cùm suscepisset..... ejecisset.* Mss. quidam ad ἀγγέλους, *nuncios*, addunt τοῦ Ἰσραήλ· alii verò, pro ἀγγέλους, ponunt κατασκόπους, *exploratores*, ut in textu Corb. necnon Syr. Arab. Æthiop. & Copt.

℣. 26. Hieronymus l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 193. f. *Quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est.* Gaudent. Brix. serm. 18. p. 972. f. *Nam sicut caro sine anima, ita fides sine operibus mortua est.* In Græco eadem quæ in Vulg. excepto bis χωρὶς, pro utroque *sine*; meliùs, *seorsim.*

# CAPUT III.

VULGATA NOVA.

Matth. 23. 8. 1. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.

2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir: potest etiam fræno circumducere totum corpus.

3. Si autem equis fræna in ora mittimus ad

VERSIO ANTIQUA.

1. Nolite multi magistri esse fratres mei, scientes quoniam majus judicium accipiemus. Ex Ms. cod. Corb.

2. Multa autem erramus omnes. Si quis in verbo non errat: hic erit consummatus vir: potens est se infrænare, & totum corpus.

3. Si autem equorum frænos in ora mittimus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus tract. 57. in Joh. to. 3. col. 660. a. *Nolite multi magistri fieri fratres, quoniam majus judicium sumitis.* Gr. textui Corb. congruit. Mss. tamen quidam, cum Copt. ferunt λαμβάνετε, *sumitis*, non ληψόμεθα, ut in Corb. Facund. l. 10. c. 2. *sumunt*, si Millio fides.

℣. 2. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 519. b. *In multis offendimus, sive, erramus omnes*: & l. 3. col. 543. b. *Qui in verbo non peccat: iste perfectus est vir*: & l. 3. in ep. ad Eph. ibid. col. 381. e. *Qui enim in sermone non labitur, perfectus est.* August. tract. 47. in Joh. to. 3. col. 660. a. *In multis enim offendimus omnes*: & paulò sup. col. 659. g. *Quisquis enim in verbo non offendit: hic perfectus est vir*: at in Ps. 38. to. 4. col. 310. a. *Qui lingua non peccavit: hic perfectus est vir*: & in Psal. 55. col. 523. d. *Si quis in lingua non offendit: hic perfectus est vir.* Auctor l. de xlii. mans. col. 17. c. *Si quis in verbo non offendit: bic perfectus est vir, potens fræno circumducere etiam totum corpus.* Leo M. serm. 48. p. 117. b. *In multis offendimus omnes.* Græc. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. Εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. Mss. plures, δυνάμενος..... καὶ ὅλον, aliàs deest καί.

℣. 3. Græcum: Ἰδοὺ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στό-



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Ms. cod. Corb.* ut possint consentire, & totum corpus ipsorum convertimus.

4. Ecce & naves tam magnæ fiunt, & à ventis tam validis feruntur, reguntur autem parvulo gubernaculo, & ubicunque diriguntur voluntate eorum, qui eas gubernant.

5. Sic & lingua parvulum membrum est, & magna gloriatur. Ecce pusillum ignis in quàm magnam silvam incendium facit!

6. Et lingua ignis * sæculi iniquitatis. Lingua posita est in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis, & incenditur à gehenna.

* F. sæculum.

7. Omnis autem natura bestiarum, sive volatilium, repentium, & natantium domatur, & domita est:

8. naturæ autem humanæ linguam nemo hominum domare potest: inconstans malum, plena veneno mortifero.

9. In ipsa benedicimus Dominum & Patrem: & per ipsam maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10. Ex ipso ore exit benedictio, & maledictio. Non decet, fratres mei, hæc sic fieri.

11. Nunquid fons ex uno foramine bullit dulcem, & salmacidum?

12. Nunquid potest, fratres mei, ficus olivas facere, aut vitis ficus? Sic nec salmacidum dulcem facere aquam.

13. Quis sapiens, & disciplinosus in vobis demonstrat de bona conversatione opera sua in sapientiæ clementiam?

14. Si autem zelum amarum habetis, & contentionem in præcordiis vestris: quid alapamini mentientes contra veritatem?

### Vulgata nova.

consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

4. Ecce & naves, cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit.

5. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam silvam incendit!

6. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata à gehenna.

7. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana:

8. linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.

9. In ipsa benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?

12. Nunquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.

13. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

14. Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse adversùs veritatem:

## Notæ ad Versionem antiquam.

*μαῖα βαλλόμεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν.* Mss. quidam, pro Ἰδοὺ, scribunt Εἴδε· alii plures, Ἴδε· alii, Εἰ δέ· Syr. & Æthiop. legunt tanquam esset Ἤδη· quidam Lat. codd. *Sicut autem*, teste Beda. In Lectionario Luxov. primæ antiquitatis hæc leguntur, *equorum frænum in ora mittimus.*

℣. 4. Græcum: Ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται, &c. ut in Vulgata.

℣. 5. Cassiodorus in Psal. 38. p. 132. b. legit: *modicum quidem membrum est, sed magna exaltat.* Græcum textui Corb. favet, nisi quòd in fine habet, ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει, *quantam silvam accendit*; quæ eòdem redeunt.

℣. 6. Græcum: Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. Οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς, &c. ut in textu Corb. nisi exceperis ἡ σπιλοῦσα..... καὶ φλογίζουσα...... καὶ φλογιζομένη, loco *quæ maculat*...... *& inflammat*..... *& incenditur.* In Ms. quodam, ipso initio deest Καὶ, sicut in aliis paulò post, Οὕτως. Contra addunt aliqui ἡμῶν, voci γενέσεως, *nativitatis*; pro qua in aliis legitur γεέννης, teste Œcumenio.

℣. 7. Græcum Vulgatæ suffragatur, excepto quòd habet ἐναλίων, *marinarum*, loco *cæterorum*; deinde sic, δαμάζεται, καὶ δεδάμασται τῇ, &c. in singulari, ut in textu Corb. Erasmus putat vulgatum Interpretem legisse ἄλλων, loco ἐναλίων, aut certè scripsisse *cetorum*, quod ipsum dicit in nonnullis adhuc exstare codd. & librarii incuriâ mutatum in *ceterorum*. Certè Estius exemplaria se vidisse testatur, in quibus esset *cetorum*: veteres tamen libri Lat. præferunt *cæterorum*, & in Græcis quibusdam est ἄλλων, aut etiam ἐνάλλων.

℣. 8. Hieronymus l. 3. cont. Pelag. to. 4. col. 543. b. *nemo potest refrænare linguam suam.* Cassiod. in Ps. 38. p. 132. b. *linguam enim nullus hominum domare potest.* Gr. τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι· ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ, &c. ut sup. Mss. quidam ferunt ἀκατάστατον κακὸν, ut in textu Corb. Quod autem idem cod. in principio habet, *naturæ autem humanæ*, nullibi aliàs exstat: non tamen incongruus sensus est; hoc enim, inquit Martian. noster, quasi à natura habet vitium lingua hominis, ut à nullo domari patiatur.

℣. 9. Augustinus l. de Gen. ad litt. imp. tom. 3. col. 116. b. *In ipsa benedicimus Deum: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.* Cassiod. præf. in Psalm. c. 15. p. 7. c. *Ex ipso ore benedicimus Deum & Patrem: & ex ipso ore maledicimus hominem, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est.* Gr. Vulgatæ favet. Mss. tamen duo habent, cum Syro, Κύριον, non Θεόν· Arab. verò, & Æthiop. tollunt *& Patrem.*

℣. 10. Græcum à textu Corb. nil differt. August. l. de nat. & gra. to. 10. col. 134. a. *Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.*

℣. 11. Græcum: Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν; Vide sis Martianæi not. in hunc loc. de voce *salmacidum.*

℣. 12. Græcum similiter habet ἐλαίας, *olivas*, cum Ms. Corb. quidam tamen ponunt σταφυλὰς, *uvas*, cum Vulg. at codd. alii Lat. cum Beda, legunt *olivas*, si Millio fides. Subinde in Græco: Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ, &c. ut in textu.

℣. 13. Græcum Vulgatæ accinit, nisi quòd, pro *disciplinatus*, habet ἐπιστήμων, *gnarus*; & ἔργα, *opera*, pro *operationem.* At Mss. quidam, sublata interrogatione, ferunt: Εἴ τις σοφὸς, καὶ ἐπιστήμων, δειξάτω, &c. *Si quis sapiens, & scientia præditus, ostendat*, &c. alii, Σοφὸς, καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν δειξάτω, &c. Apud August. l. de nat. & gra. tom. 10. col. 134. a. *Quis enim sapiens*, &c. ut in Vulgata.

℣. 14. Augustinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 134. a. *Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones in cordib. vestris: nolite*, &c. ut in Vulg. & l. de gra. & l. arb. col. 744. e. *Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones in vobis sunt: non est ista sapientia desursum.* &c. at l. de dono persever. col. 846. c. *Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari*, &c. ut in Vulg. In Græco sic: Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε, καὶ ἐρίθειαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν· μὴ κατακαυχᾶσθε, καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας· aliàs, καὶ ἐρίθειαι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ὦσι· al. μὴ καυχᾶσθε, pro quo Ms. noster Corb. habet *quid alapamini.* « Unde autem fluxerit hoc barbarum verbum *alapamini*, suspicari nullatenus possum, nisi fortè scriptor codicis mutaverit *elevamini*, in *alapamini*, alludens ad consuetudinem hominum verbis contendentium, qui in rixa, si alicujus mendacii ab aliis arguantur, statim arguentem cædunt alapâ. At in Græcis constanter legitur κατακαυχᾶσθε, vel καυχᾶσθε, quod significat *gloriari*, & *elevari superbia*, non *alapis cædi.* » Ita ex Martianæo, not. in hunc locum.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica.

16. Ubi enim zelus & contentio: ibi inconſtantia, & omne opus pravum.

17. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non judicans, ſine ſimulatione.

18. Fructus autem juſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacem.

VERSIO ANTIQUA.

15. non eſt ſapientia quæ deſcendit deſurſum; Ex Mſ. cod. Corb.
ſed terreſtris, animalis, dæmonetica.

16. Ubi autem zelus & contentio: inconſtans ibi & omne pravum negotium.

17. Dei autem ſapientia, primùm ſancta eſt, deinde pacifica, & verecundiæ conſentiens, plena miſericordiæ, & fructuum bonorum, ſine dijudicatione, irreprehenſibilis, ſine hypocriſi.

18. Fructus autem juſtitiæ, in pace ſeminatur,
* qui faciunt pacem. * Supp. iis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Auguſtinus l. de pat. to. 6. col. 539. b. *non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens*, &c. ut in Vulg. ita rurſum legit l. de nat. & gra. to. 10. col. 134. a. & l. de gra. & lib. arb. col. 744. e. & l. de dono perſever. col. 846. a. c. nec aliter eſt in Græco. Syr. Arab. & Æthiop. addunt *enim*, poſt *non eſt*, ut in Vulg. at in Græcis conſtanter deeſt.

℣. 16. Vulgatæ concinit Auguſt. l. de nat. & gra. to. 10. col. 134. a. & l. de gra. & l. arb. col. 744. e. necnon l. de dono perſev. col. 846. c. Ita quoque Græcum habet, niſi excipias vocem πρᾶγμα, pro *opus*; Mſ. Corb. bene *negotium*.

℣. 17. Auguſtinus l. de nat. & gra. to. 10. col. 134. a. & l. de gra. & l. arb. col. 744. c. eadem exhibet quæ leguntur in Vulg. præter voces *bonis conſentiens*, quas delet; poſito inſuper *inæſtimabilis*, pro *non judicans*. Græc. ἀδιάκριτος, *non dubitans*, vel *diſceptans*: item ſupra, ἐπιεικής, *æqua*, ſeu *moderata*, pro *modeſta*: ſed à Græcis pleriſque, ſicut à Corb. noſtro Lat. conſtanter abeſt *bonis conſentiens*: Millius tantùm obſervat in Veleſianis lectionibus addi τοῖς ἀγαθοῖς συνευδοκοῦσα, poſt vocem εὐπειθής.

℣. 18. Græcum favet textui Corb. & habet in fine, τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην.

# CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. UNde bella & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris?

2. Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quòd non poſtulatis.

3. Petitis, & non accipitis: eò quòd malè petatis: ut in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

4. Adulteri, neſcitis quia amicitia hujus mundi, inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.

5. An putatis quia inaniter ſcriptura dicat: Ad invidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis?

6. Majorem autem dat gratiam. Propter quod
Prov. 3. dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat
34. gratiam.
1. Pet. 7. Subditi ergo eſtote Deo: reſiſtite autem
5. 5. diabolo, & fugiet à vobis.

8. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

9. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus

VERSIO ANTIQUA.

1. UNde pugnæ, & unde rixæ in vobis? Nonne Ex Mſ. cod. Corb.
hinc? ex voluptatibus veſtris, quæ militant in membris veſtris?

2. Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis impetrare: rixatis, & pugnatis, & non habetis, propter quòd non petitis.

3. Petitis, & non accipitis: propter hoc quòd malè petitis: ut in libidines veſtras erogetis.

4. Fornicatores, neſcitis quoniam amicitia ſæculi, inimica Dei eſt? Quicunque ergo voluerit amicus ſæculi eſſe, inimicus Dei perſeverat.

5. Aut putatis quoniam * dicit ſcriptura: Ad * Supp. inaniter.
invidiam convaleſcit ſpiritus, qui habitat in vobis?

6. Majorem autem dat gratiam. Propter quod
dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, * humilibus autem dat * Mſ. humilis.
gratiam.

7. Subditi eſtote Deo: reſiſtite autem zabolo, & fugiet à vobis.

8. Accedite ad Dominum, & ipſe ad vos * ac- * Mſ. accedit.
cedet. Mundate manus, peccatores: & ſanctificate corda veſtra, duplices corde.

9. Lugete, miſeri, & plorate: riſus veſter in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum cum Vulgata concordat, ſi excipias vocem ἡδονῶν, quæ meliùs *voluptatem* ſonat, quàm *concupiſcentiam*. Rectè igitur ἡδονῶν interpres Corb. vertit *voluptatibus*, ab ἥδω, *delecto*.

℣. 2. Græcum utrique textui favet, & Corb. & Vulgatæ.

℣. 3. Græcum Vulgatæ congruit: excipienda tamen vox ἡδοναῖς, quam Vulg. vertit *concupiſcentiis*, Mſ. Corb. eodem ſenſu *libidines*; mel. *voluptates*, ut notavimus ſup. Auguſt. tract. 73. in Joh. tom. 3. col. 688. f. habet etiam *concupiſcentiis*, eidemque Vulgatæ ſuffragatur ad verbum.

℣. 4. Græcum in principio habet, Μοιχοὶ, καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, *Adulteri, & adulteræ, neſcitis*; reliqua ut in textu Corb. præter verbum ult. καθίσταται, *conſtituitur*, ut in Vulg. al. ἐστίν· non malè tamen interpres Corb. reddidit *perſeverat*, ſecundùm quod apud Joh. dicitur, *Ira Dei manet ſuper illum.* Ita ex Martianæo, not. in hunc loc. In Mſs. quibuſd. deeſt Μοιχοὶ, καί· in aliis verò, καὶ μοιχαλίδες. Auguſt. tract. 79. in Joh. tom. 3. col. 701. c. legit: *Quicunque voluerit amicus eſſe ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituetur*: & tract. 101. col. 751. c. *Quicunq....... eſſe hujus ſæculi, inimicus Dei conſtituitur.* S. Paulin. ep. 25. p. 167. a. *Inimicus Dei eſt, quicunque amicus eſt ſæculi.* Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 4. p. 386. *Si quis ergo voluerit amicus eſſe hujus mundi, inimicus Dei conſtituetur.*

℣. 5. Græcum: Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει· Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ..... ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν; al. κατοικεῖ· quidam, κατῴκησεν ἐν ἡμῖν;

℣. 6. Auguſtinus tract. 54. in Joh. to. 3. col. 649. c. *Superbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Ambroſiaſter col. 182. f. *Humilibus Deus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit.* In Græco eadem quæ in textu.

℣. 7. Græcum Vulgatæ concinit, detracta vocula *autem*; quam tamen retinent multi codd. Mſs. Vox autem *zabolo*, quæ exſtat in Mſ. Corb. pro *diabolo*, uſurpata eſt ab antiquioribus PP. Lat. ut ab Hilario in Matth. 26. *Furem enim oſtendit zabulum*: vox mutuata ab Eolibus, qui legunt ζάβολος, pro διάβολος. Ita Martianæus in hunc loc.

℣. 8. In Græco omnia & eadem quæ in Vulg.

℣. 9. Auguſtinus in Pſ. 85. to. 4. col. 916. g. *Miſeri eſtote, & lugete: riſus veſter in luctum convertatur.* Græc.

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. cod. Corb.* luctum convertatur, & gaudium in tristitiam.

10. Humiliate vos ante Dominum, & exaltabit vos.

11. Nolite retractare de alterutro * fratres. Qui retractat de fratre, & judicat fratrem suum, retractat de lege, & judicat legem. Si autem judicas legem: non es factor legis, sed judex.

* *Ms.* frater.

12. Unus est legum positor, & judex, qui potest salvare, & perdere.

13. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Jam nunc qui dicunt: Hodie, aut cras ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi annum, & * negotiabimur, & lucrum faciemus:

* *Ms.* negotiamur.

14. qui ignoratis crastinum.

15. Quæ autem vita vestra? momentum enim est, per modica visibilis, deinde & exterminata. Propter quod dicere vos oportet: Si Dominus voluerit, & vivemus, aut faciemus hoc, & illud.

16. Nunc autem gloriamini in superbia vestra. Omnis gloria talis, mala est.

17. Scientibus autem bonum facere, & non facientibus, peccatum illis est.

**Vulgata nova.**

vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem.

10. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. 1. Pet. 5. 6.

11. Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem. Si autem judicas legem: non es factor legis, sed judex.

12. Unus est legislator, & judex, qui potest perdere, & liberare.

13. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Rom. 14. 4.
Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus:

14. qui ignoratis quid erit in crastino.

15. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit; &: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

16. Nunc autem exsultatis in superbiis vestris. Omnis exsultatio talis, maligna est.

17. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

### Notæ ad Versionem antiquam.

Ταλαιπωρήσατε, καὶ πενθήσατε, καὶ κλαύσατε, &c. ut in Vulg. aliàs deest καὶ κλαύσατε.

℣. 10 Græcum: Ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, &c.

℣. 11. Fragmentum Floriacense venerandæ antiquitatis habet: *Fratres nolite vobis detrahere. Qui autem vituperat fratrem suum, & judicat, legem vituperat, & judicat. Si legem judicas: jam non factor legis, sed judicas.* Optat. l. 1. contra Donat. p. 5. a. *Nolite per opinionem judicare fratres vestros;* al. *pro opinione.* Gr. Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων ἀδελφοί. Ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν..... καταλαλεῖ νόμου, καὶ, &c. ut in textu.

℣. 12. Græcum textui Corb. consonat, detracto & *judex:* Mss. tamen plures habent, ὁ νομοθέτης, καὶ κριτής. Fragmentum Floriacense ubi sup. *Unus est enim legum dator, & judex, qui potest salvare, & perdere.* Lectionarium Luxov. *qui potest perdere, & salvare.*

℣. 13. Græcum: Σὺ τίς (in quibusdam, Σὺ δὲ τίς) εἶ, ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον; Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες· Σήμερον, ἢ (alii, καὶ) αὔριον πορευσόμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, &c. ut supra. Mss. quidam legunt modo subjunctivo, πορευσώμεθα...... ποιήσωμεν...... ἐμπορευσώμεθα, καὶ κερδήσωμεν. Unus delet ἐκεῖ, alius ἕνα. Fragmentum Floriacense: *Tu autem quis es, qui judicas proximum?* Hieron. ep. 43. ad Ctesiphont. tom. 4. col. 479. c. *Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut cras proficiscemur in illam civitatem, & faciemus illic annum, ut negotiemur, & lucremur.* Cassiod. in Ps. 117. p. 394. a. *Nonne ex concupiscentiis vestris dicitis: Cras ibimus in illam civitatem, & mercabimur, & lucrum faciemus?*

℣. 14. Hieronymus ubi supra: *qui nescitis de crastino.* Græcum: οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον· al. τὰ τῆς αὔριον.

℣. 15. Hieronymus loco sup. cit. *Quæ enim est vita vestra? aura est enim, sive vapor paululùm apparens, deinde dissipatur. Pro eo quòd debeatis dicere: Si Dominus voluerit, & vixerimus, faciemus aut hoc, aut illud.* Cassiod. in Ps. 117. p. 394. a. post hæc, *lucrum faciemus*, quæ postrema sunt verba versûs 13. statim subjungit: *Quàm ut dicatis: Si voluerit Dominus, & si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.* In Græco sic: Ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν (quidam ἔσται) ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη. Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς· Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο. Ms. unus delet γὰρ, post ἀτμίς· & sub finem plures scribunt modo indicativo, ζήσομεν..... ποιήσομεν.

℣. 16. Hieronymus ubi sup. *Nunc autem exsultatis in superbiis vestris. Omnis istiusmodi gloriatio, pessima est.* Gr. Νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. Πᾶσα καύχησις τοιαύτη, πονηρά ἐστιν.

℣. 17. Augustinus quæst. 20. in Levit. to. 3. col. 497. e. eadem refert quæ in Vulgata, cui etiam Græcum consonat.

## CAPUT V.

**Versio antiqua.**

*Ex Ms. cod. Corb.* 1. JAm nunc locupletes, plorate ululantes in miseriis vestris advenientibus.

2. Divitiæ vestræ putrierunt, res vestræ * tinea verò.

* *Ms.* tinia.

3. Aurum vestrum, & argentum æruginavit: & ærugo ipsorum erit vobis in testimonium, & manducabit carnes vestras tanquam ignis. Thesaurizastis & in novissimis diebus:

4. & ecce mercedes operariorum, qui araverunt in agris vestris, quod abnegastis, clamabunt: & voces, qui messi sunt, ad aures Domini sabaoth introierunt.

5. Fruiti estis super terram, & abusi estis: ci-

**Vulgata nova.**

1. AGite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis.

2. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.

3. Aurum, & argentum vestrum æruginavit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.

4. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabaoth introivit.

5. Epulati estis super terram, & in luxuriis

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græcum: Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, &c. ut in textu Corb. Mss. tamen plures addunt ὑμῖν, *vobis*, verbo *advenientibus.*

℣. 2. Græcè: Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. A Mss. quibusdam abest καὶ, post σέσηπε.

℣. 3. Græcum Vulgatæ concinit, nisi quòd delet *vobis iram*, post verbum *Thesaurizastis.* Velesianæ tamen lectiones habent, Ἐθησαυρίσατε ὑμῖν ὀργὴν, cum Æthiop. Vulg. & Beda.

℣. 4. Græcum nil differt à Vulg. si ista exceperis in fine, καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων..... εἰσεληλύθασιν, & *clamores eorum, qui messuerunt........ introiere:* sed Velesianæ lect. ferunt ἡ βοὴ αὐτῶν, ut in Vulgata.

℣. 5. Græcè est: Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς...... ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς· aliàs deest

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

enutriſtis corda veſtra in die occiſionis.

6. Addixiſtis, & occidiſtis juſtum, & non reſtitit vobis.

7. Patientes igitur eſtote fratres, uſque ad adventum Domini. Ecce agricola exſpectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum.

8. Patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra : quoniam adventus Domini appropinquavit.

9. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam aſſiſtit.

10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas : qui locuti ſunt in nomine Domini.

11. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt, & miſerator.

Matth. 5. 34. 12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum. Sit autem ſermo veſter : Eſt, eſt : Non, non : ut non ſub judicio decidatis.

13. Triſtatur aliquis veſtrûm ? oret : Æquo animo eſt ? pſallat.

14. Infirmatur quis in vobis ? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini :

15. & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus : & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

16. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem, ut ſalvemini : multùm enim valet deprecatio juſti aſſidua.

3. Reg. 17. 1. Luc. 4. 25. 17. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis : & oratione oravit ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex.

18. Et rurſum oravit : & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum.

19. Fratres mei, ſi quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum :

20. ſcire debet quoniam qui converti fecerit

### VERSIO ANTIQUA.

baſtis corda veſtra in die occiſionis. Ex Mſ. cod. Corb.

6. Damnaſtis, & occidiſtis juſtum, non reſiſtit vobis.

7. Patientes ergo eſtote fratres, uſque ad adventum Domini. Ecce agricola exſpectat honoratum fructum terræ, patiens in ipſo, uſquequo accipiat matutinum, & ſerotinum fructum.

8. Et vos patientes eſtote, confortate præcordia veſtra : quoniam adventus Domini adpropiavit.

9. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, ne in judicium incidatis. Ecce judex ante januam ſtat.

10. Accipite experimentum, fratres, de malis paſſionibus, & de patientia, Prophetas : qui locuti ſunt in nomine Domini.

11. Ecce beatos dicimus qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam viſceraliter Dominus miſericors eſt.

12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, nec alterutrum juramentum. Sit autem apud vos? Eſt, eſt : Non eſt, non eſt : ne in judicium incidatis.

13. Anxiat ex vobis aliquis ? oret : Hilaris eſt ? pſalmum dicat.

14. Et infirmus eſt aliquis in vobis ? vocet presbyteros, & orent ſuper ipſum, ungentes oleo in nomine Domini :

15. & oratio in fide ſalvabit laborantem, & ſuſcitabit illum Dominus : & ſi peccata fecit, remittuntur ei.

16. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro alterutro, ut remittatur vobis : multùm poteſt petitio juſti frequens.

17. Helias homo erat ſimilis nobis : & oratione oravit ut non plueret, & non pluit in terra annis tribus, & menſibus ſex.

18. Sed iterum oravit : & cœlum dedit pluviam, & terra germinavit fructum ſuum.

19. Fratres mei, ſi quis ex vobis erraverit à veritate, & aliquis eum revocaverit :

20. qui revocaverit peccatorem de erroris via,

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ᾠς. Verbum autem ἐσπαταλήσατε, non malè redditur in Mſ. Corb. per *abuſi eſtis*, mel. *laſciviſtis*.

℣. 6. Græcum textui Corb. conſonat ad verbum : aliàs tamen, loco Καταδικάσατε, *Damnaſtis*, legitur Ἠγάγετε, ut in Vulg. & in fine, ἀντετάξατο, *reſtitit*, pro ἀντιτάσσεται.

℣. 7. Græcum textui Corb. magis favet, niſi quòd in fine ponit ὑετὸν, *imbrem*, pro *fructum* : at Mſs. quidam utrumque delent, & *imbrem*, & *fructum*, cum Vulgata.

℣. 8. Græcum nil differt à Vulg. detracta voce *igitur*, ante *eſtote*, necnon &, ante *confirmate*. Mſ. tamen unus retinet οὖν, *igitur*, ſicut Arab. & Æthiopicus.

℣. 9. Græcum Vulgatæ congruit, niſi excipias verbum ἕστηκεν, *aſtitit*, pro *aſſiſtit*. Mſs. etiam plerique ferunt κριθῆτε, pro *judicemini*, non καταχριθῆτε, quod in hodierno Gr. eſt.

℣. 10. Græcum : Ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας, τοὺς Προφήτας, &c. ut ſupra : κακοπαθεία verò ſignificat *laborem*, & *ærumnam* : veruntamen cùm eadem conſtituta ſit ex κακὸς, *malus*, & πάθος, *paſſio* ; non incongruè vertitur *mala paſſio*, ab interpr. Corbeienſi.

℣. 11. Græcum à Vulgata non diſſentit, niſi exceperis vocem πολύσπλαγχνος, poſitam pro *miſericors* ; ad verbum, *intima miſericordia abundans*, ex πολὺς, *multus*, & σπλάγχνον, *viſcus* : vetus interpres non malè, licet barbarè, *viſceraliter miſericors*. Apud Auguſt. epiſt. 140. to. 2. col. 431. f. g. hæc pauca memorantur : *Suſtinentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis*.

℣. 12. Lectionarium Luxov. hæc habet : *Sit autem veſtrum : Eſt, eſt : Non, non*. Gr. Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου..... μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον. Ἤτω δὲ ὑμῶν τό· Ναὶ, ναί· καὶ τό· Οὒ, οὔ· ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. At Mſs. quidam ferunt, Ἤτω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν τό· Ναὶ, &c. ut in Vulgata.

℣. 13. Græcum : Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν ; προσευχέσθω· Εὐθυμεῖ τις ; ψαλλέτω.

℣. 14. Græcum nil differt à Vulg. excepto uno προσκαλεσάσθω, *advocet*, pro *inducat*. Unus tollit ſeq. τῆς Ἐκκλησίας, quod etiam deeſt in Mſ. Corbeienſi.

℣. 15. Græcè eſt : καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ...... κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ· al. ἀφεθήσονται αὐτῷ.

℣. 16. Græcum : Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε· πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη. Mſs. quidam adjungunt οὖν, verbo Ἐξομολογεῖσθε· ſubinde alii ferunt ἁμαρτίας, loco παραπτώματα· unus tantùm habet παραπτώματα ἑαυτῶν, ſicut Syr. Arab. & Æthiop. Auguſt. tract. 58. in Joh. tom. 3. col. 662. c. legit : *Confitemini invicem delicta veſtra, & orate pro vobis*.

℣. 17. Græcum textui Corb. accinit, niſi quòd habet ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, pro *ſimilis nobis* ; mel. Vulgata, *ſimilis nobis paſſibilis* : ὁμοιοπαθὴς enim ſignificat hominem *obnoxium iiſdem affectibus*.

℣. 18. Textui Corb. Græcum magis favet, cùm legat ἡ γῆ ἐβλάστησε, *terra germinavit*, pro *terra dedit*, quod habet Vulgata : at ipſo initio, pro *Sed*, ponit Καὶ, ut in ead. Vulgata.

℣. 19. Græcum : Ἀδελφοὶ, ἐάν τις ἐν ὑμῖν, &c. ut in Vulg. Mſs. plerique, Ἀδελφοί μου, ἐὰν, &c.

℣. 20. Ambroſiaſter col. 227. f: *qui converti fecerit peccatorem, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum*. Caſſiod. in Pſ. 50. p. 173. b. *quia qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & cooperit multit. pecc.* Neuter autem in prin-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Mſ. cod. Corb.* ſalvat animam de morte ſua, & operiet multitudinem peccati.

* Explicit epiſtola Jacobi filii Zebedæi.

**Vulgata nova.**

peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

### Notæ ad Versionem antiquam.

cipio legit, *ſciat*, vel *ſcire debet*, quod etiam omittit interpres Corb. Græcè tamen eſt: γινωσκέτω ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει, &c. ut ſup. Mſs. plures addunt αὐτοῦ, ad ψυχὴν, & Beda obſervat Latinorum codd. alios habere *ſuam*, alios *ejus*: in Veleſianis etiam lectionibus legitur καλύπτει, non καλύψει, ſi Millio fides.

* Similia leguntur apud Hieronymum in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, ubi poſt capitulum de S. Matthæo hæc conſequenter habentur: *Jacobus, Zebedæi filius, duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione, omnibus prædicavit Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Sed hæc imperitè addita ſunt in Catalogo à Græcis neſcio quibus, qui in hunc errorem Latinos pertraxerunt. Scitum eſt enim apud omnes vel mediocriter eruditos, Jacobum filium Zebedæi interfectum fuiſſe gladio Herodis Tetrarchæ Judæorum, antequam Evangelium Chriſti prædicaretur duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione gentium: ideo auctorem hujus Epiſtolæ canonicæ alium Jacobum agnoſcimus, eum nempe, qui dictus eſt Frater Domini, & ab Apoſtolis Jeroſolymorum epiſcopus ordinatus creditur. Ita Martianæus, not. in hunc loc.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

### Auctore Francisco Luca Brugenſi.

### *EPISTOLA CATHOLICA B. JACOBI.*

Cap. I. ℣. 18. Voluntariè enim genuit nos. *Non omittas conjunctionem* enim.

℣. 25. Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis. *Accuſativi* legem perfectam, *non ſunt mutandi, prior in ablativum* lege; *poſterior in genitivum* perfectæ, *quomodo plerique legunt:* in lege perfectæ libertatis.

Cap. II. ℣. 18. Sed dicet quis: Tu fidem habes. *Non mutes futurum* dicet *in præſens* dicit.

℣. 20. Quia fides ſine operibus mortua eſt. *Non ſcribas* otioſa, *pro* mortua.

Cap. III. ℣. 3. Si autem equis frena in ora mittimus. *Conjunctio conditionalis* Si, *non eſt commutanda cum adverbio ſimilitudinis* Sicut.

*Ibidem.* Et omne corpus illorum circumferimus. *Nec omittendum eſt primum* &, *nec mutandum in* etiam.

℣. 4. Ecce & naves, cùm magnæ ſint. *Non eſt præponenda conjunctio* & *adverbio* Ecce, (Et ecce naves) *ſed poſtponenda.*

*Ibidem.* Circumferuntur à modico gubernaculo. *Verbo* circumferuntur, *non eſt addendum, ſive* autem, *ſive* tamen.

℣. 12. Sic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquam. *Nominativum* ſalſa, *non eſſe mutandum in accuſativum, quod quidam faciunt, docuimus in Notationibus.*

Cap. IV. ℣. 5. Concupiſcit ſpiritus. *Cave præponas* non, *negationem, verbo* concupiſcit.

*Sequitur:* Qui habitat in vobis. *Non mutes* vobis, *ſecundæ perſonæ pronomen, in* nobis, *primæ.*

℣. 11. Nolite detrahere alterutrum fratres. *Non ſubjicias pronomen* mei.

℣. 12. Unus eſt legiſlator, & judex. *Non addas conjunctionem* enim.

Cap. V. ℣. 3. Theſauriſaſtis vobis iram in noviſſimis diebus. *Non temere omittendum eſſe illud*, vobis iram, *docent noſtræ Notationes.*

℣. 5. Et in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. *To* in die occiſionis *non eſt ſeparandum ab hoc verſu, & conſtituendum initium ſexti.*

℣. 6. Addixiſtis, & occidiſtis juſtum. *Cavendum eſt ne recidatur in vetus vitium, quo ſcribebatur* Adduxiſtis, *quod eſt, accedere feciſtis, pro eo quod jam Romanorum Patrum opera reſtitutum eſt,* Addixiſtis, *quod eſt, condemnaſtis, vocali quinta* u, *commutata cum tertia* i.

℣. 8. Quoniam adventus Domini appropinquavit. *Servandum eſt præteritum* appropinquavit, *non mutandum in futurum* appropinquabit.

℣. 10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ. *Correctores addendum judicarunt illud* exitus mali, *quod eſt in quibuſdam libris, quanquam videri poſſit ejuſdem Græcæ vocis verſionem eſſe, cujus eſt* laboris, *quod ſequitur.*

℣. 13. Triſtatur aliquis veſtrûm? *Non addatur conjunctio* autem.

℣. 15. Et alleviabit eum Dominus. *Alii libri, omiſſa è medio vocali tertia* i, *ſcribunt* allevabit, *eodem ſenſu, eriget, levius reddet malum.*

℣. 20. Salvabit animam ejus à morte. *Non commutes* ejus *cum reciproco* ſuam.

*Sequitur:* Et operiet multitudinem peccatorum. *Retinendum eſt futurum* operiet, *non ſupponendum præſens* operit.

---

### Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

### *EPISTOLA CATHOLICA B. JACOBI.*

Cap. III. ℣. 17. Suadibilis, bonis conſentiens. *Quædam Latina Mſs. nominatim Biblia S. Audomari Eccleſiæ, tollunt illud* bonis conſentiens: *ac videtur quibuſdam idem unum eſſe quod* ſuadibilis, *ex Græco* εὐπειθής.

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PETRI APOSTOLI PRIMÆ,

## è Vulgatis Bibliis deprompta.

Cap. I. *Gratias Deo agit de vocatione ad fidem & vitam æternam, quæ tamen per multas tribulationes acquiritur, de qua Prophetæ vaticinati ſunt: hortatur eos ad vitæ munditiem, ut qui Chriſti ſanguine redempti ſunt.*

Cap. II. *Excluſa omni fictione, regenerati ad Chriſtum lapidem vivum accedant credentes, qui ſunt genus electum, cùm priùs eſſent populus abjectus: hortatur ut tanquam peregrini ab omnibus mundanis abſtineant, ſuperioribus obtemperent, afflictioneſque ad Chriſti imitationem ferant.*

Cap. III. *De mutua inter conjuges converſatione, & mulierum ornatu: hortatur ad varias virtutes, utque Chriſti exemplo ferant adverſa: & quòd per baptiſmum ſalvamur in ſimilitudinem eorum, qui in arca Noe ſalvabantur.*

Cap. IV. *Chriſti morte redemptos hortatur ut pergant præterita devitare peccata; incumbentes orationibus, ac mutuæ dilectioni, ſemper omnia in Dei gloriam referentes, & gaudentes ſi propter Chriſtum pati oporteat.*

Cap. V. *Seniores orat ut verbo & exemplo paſcant gregem Dei, juniores autem illis ſubditi ſint: hortatur omnes ut ſeſe demittant, divinæ curæ totos ſe tradentes, & in ſobrietate ac fide diabolo reſiſtentes.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI PETRI
# APOSTOLI
## PRIMA.

### CAPUT PRIMUM.

#### VULGATA NOVA.

1. PETRUS Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ,
2. secundùm præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi: Gratia vobis, & pax multiplicetur.

#### VULGATA NOVA.

2. Cor. 1. 3. Ephes. 1. 3.

3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundùm misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis,

4. in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in cœlis in vobis,

5. qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

6. In quo exsultabitis, modicum nunc si opor-

#### VERSIO ANTIQUA.

3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, secundùm multitudinem misericordiæ suæ qui regeneravit nos in spem vitæ æternæ, per resurrectionem Jesu Christi, August. l. 1. de pecc. mer. to. 1. col. 23. a. b.

4. in hæreditatem immortalem, & incontaminatam, florentem, servatam in cœlis vobis,

5. qui in virtute Dei conservamini per fidem in salutem, paratam palàm fieri in tempore novissimo.

6. ..... exsultabitis, nunc si oportet contristari Auct. l. de xlii. mans. apud Ambr. col. 15. f.

#### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Hieronymus l. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. c. *Benedictus Deus & Pater Dom. n. J. C. qui secundùm magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vitæ, per resurrectionem J. C. ex mortuis.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 748. a. *Benedictus Deus & Pat. Dom. n. J. C. qui secundùm magnam miseric. suam regeneravit nos in spem vitæ æternæ.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. g. *Benedictus D. & Pat. D. n. J. C. qui per magnam mis. suam regeneravit nos in spem vitæ æternæ, per resurrectionem à mortuis Domini nostri J. C.* Itidem Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 476. exceptis his, *in spem vivam, per resurrectionem J. C. à mortuis.* Lectionarium Luxov. *regeneravit nos in spem vitæ.* Leo M. ser. 96. p. 184. c. Vulgatæ consonat ad verbum. Gr. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς...... ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν, &c. ut in Vulgata.

℣. 4. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 182. c. *in hæreditatem incorruptam, & immaculatam, & immarcessibilem, quæ servatur in cœlis in vos.* Oroſ. cont. Pelag. p. 455. h. *in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminabilem, conservatam in cœlis.* Gildas Sap. castig. in Eccleſ. ord. p. 719. g. *in hæreditatem incorruptibilem, immarcessibilem, incontaminatam, conservatam in cœlis in vobis.* Apud Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 476. omnia ut in Vulgata. Græcum: εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, καὶ ἀμίαντον, καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ἡμᾶς. Mſs. plures, εἰς ὑμᾶς.

℣. 5. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 182. c. *qui virtute Dei custodimini per fidem in salutem, quæ præparata est revelari in tempore novissimo.* Orosius cont. Pelag. p. 455. h. *vos, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in temp. novissimo.* Itidem Fulgent. l. 2. de verit. prædeſt. p. 476. sublato *vos*, initio. Gr. τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους, &c. ut in Vulgata.

℣. 6. Fulgentius l. 2. de ver. præd. p. 476. *In quo exsul-*



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

*Auct. l. de lxii. mansf. ubi sup.*

variis tentationibus:

7. ut probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur [a] in laudem, & honorem Jesu Christi:

[a] *August. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 23. b.*

8. quem ignorabatis: in quem modò non videntes creditis: quem cùm videritis, exsultabitis gaudio inenarrabili, & honorato gaudio:

9. percipientes testamentum fidei, salutem animarum vestrarum.

*Fac. Herm. l. 9. ap. Sirm. to. 2. col. 708. e.*

10. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vos gratia Dei prophetaverunt:

11. scrutantes in quibus, vel quale tempus significaret, qui in eis erat, Spiritus Christi: qui prænunciabat in Christo passiones, & post hæc glorias:

*Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 368. a.*

12. ... nunciata sunt vobis per eos, quibus evangelizaverunt, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem concupiscunt Angeli prospicere.

*Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. d.*

13. Propter hoc accincti lumbos mentis vestræ, vigilantes perfectè sperate in eam gratiam, quæ vobis deferenda est in revelatione Jesu Christi.

14. Quasi filii obedientiæ, non conformemini prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:

15. sed secundùm eum, qui vos vocavit, Sanctum, & ipsi sancti estote in omni conversatione:

16. scriptum est enim: Sancti estote, quia ego

### VULGATA NOVA.

tet contristari in variis tentationibus:

7. ut probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jesu Christi:

8. quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exsultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata:

9. reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

10. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt:

11. scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias:

12. quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere.

13. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi:

14. quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:

15. sed secundùm eum, qui vocavit vos, Sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis:

16. quoniam scriptum est: Sancti eritis, quo- *Levit. 11. 44. & 19. 2. & 20. 7.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tabitis, modicum nunc si fieri potest per tristitiam in variis tentationib.* sicque rursum inf. In Græco: Ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε, ὀλίγον ἄρτι (εἰ δέον ἐστὶ) λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς. Ms. Veles. pro ἀγαλλιᾶσθε, habet ἀγαλλιάζεσθε· sed Mss. Lat. plurimi habent *exsultatis*: subinde Græci nonnulli ferunt λυπηθέντας, Veles. λυπεῖσθαι.

℣. 7. Fulgentius l. 2. de verit. præd. p. 476. *ut probatio vestræ fid. multò pretiosior sit auro, quod per ignem prob. & inven. in laud. & gloriam, & honorem, in revelatione Domini nostri J. C.* Lectionarium Luxov. *ut probatio vestræ fidei multò pretiosius sit auro, quod*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου, τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ, &c. ut in Vulg. *ut probatio vestræ fidei multò pretiosior auro, quod perditur, per ignem verò probatur, inveniatur*, &c. August. ubi sup. *inveniamini.*

℣. 8. Idem August. tract. 66. in Joh. to. 3. col. 712. e. legit: *in quem modò non videntes creditis: quem cùm videritis, exsultabitis gaudio inenarrabili, & honorato*; non repetita voce *gaudio*, quam etiam tollunt supra Mss. nonnulli. In Lectionario Luxov. legitur similiter: *quem cùm videritis, exsultabitis lætitia.* Apud Irenæum, l. 4. c. 9. p. 238. c. *quem non videntes diligitis: in quem nunc non videntes credidistis: gaudebitis gaudio inenarrabili*: at l. 5. c. 7. p. 301. a. apud eund. *quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exsultabitis gaudio inenarrabili.* Itidem Fulgentius l. 2. de verit. prædest. p. 476. exceptis his ultimis, *exsultatis lætitia inenarrabili, & honorificata.* Nec aliter in Græco est, sublatis tamen *quoque*, & *creditis*, ante & post *videntes.* Mss. etiam Lat. plurimi habent *exsultatis.*

℣. 9. Augustinus tract. 66. in Joh. tom. 3. col. 712. e. *percipientes mercedem fidei, salutem animarum vestrarum.* Oros. l. cont. Pelag. p. 454. c. *recipientes finem fidei vestræ, salutem animarum.* Sic etiam Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 476. & epist. 14. p. 233. Græc. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν. Ms. Veles. addit ὑμῶν.

℣. 10. Orosius cont. Pelag. p. 454. c. *De qua salute exquisiverunt, atque scrutati sunt proph. qui de futura in nos gratia Dei prophetaverunt.* Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 743. f. *De qua salute exquisierunt prophetæ, qui futuram gratiam in nobis prophetaverunt*: & infra, p. 744. c. *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui venturam in vobis gratiam prophetaverunt.* In Lectionario Luxov. *qui de futuris in vobis gaudiis prophetaverunt.* Gr. Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες.

℣. 11. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 743. f. *scrutantes in quibus, vel quali tempore significaret in eis Spiritus Jesu Christi*: ita rursum infra, p. 744. c. præter *significari haberet*, pro *significaret.* Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 651. *scrutantes in quibus, vel quale tempus significaret, qui in eis erat, Spiritus Christi.* Græc. ἐρευνῶντες εἰς τίνα, ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς Πνεῦμα Χριστοῦ· προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας· al. προμαρτυρούμενον.

℣. 12. Idem Ambrosius epist. 79. col. 1095. e. *Spiritu Dei misso de cælo, in quem concupiscunt & Angeli videre.* Victor Vit. l. 3. de pers. Afr. p. 47. a. *Spiritu sancto misso de cælis, in quem concupiscunt Angeli prospicere.* Irenæus l. 2. c. 17. p. 140. a. *in quæ cupiunt Angeli prospicere*: sed ibid. Mss. tres ejusd. Irenæi, cum totidem editt. ferunt, *in quem cupiunt*, &c. & l. 5. c. 36. p. 337. c. constanter: *quem concupiscunt Angeli videre.* Hieron. l. 1. in epist. ad Ephes. to. 4. p. 1. col. 329. a. *in quem desiderant Angeli considerare.* Maxim. Taurin. p. 13. b. *in quem concupiscunt Angeli prospicere.* Fulg. l. pro fide Cath. p. 543. *in quo concupiscunt Angeli prospicere*: at inf. fragm. 6. cont. Fab. p. 586. *in quem concup.* itidem fragm. 26. cont. eundem, p. 610. præmissis etiam his, quæ habentur in Vulgata. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 751. d. habet: *vobis autem monstraverunt hæc, qui vobis evangelizaverunt in Spiritu S.* Græce: ......ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν Ἄγγελοι παρακύψαι. Mss. plures habent, ὑμῖν δὲ διηκόνουν· quorum duo paulò post delent ἐν, ante Πνεύματι.

℣. 13. Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 719. g. *Propter quod succincti estote lumbis mentis vestræ, sobrii perfectè sperantes in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelatione J. C.* Lectionarium Luxov. *sobrii perfecti sperate in eandem, quæ*, &c. ut in Vulgata. Gr. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν, ἐν ἀποκαλύψει, &c. ut supra.

℣. 14. Gildas Sap. ubi sup. *quasi filii benedictionis, non configurantes vos illis prioribus ignorantiæ vestræ desideriis.* Gr. ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις.

℣. 15. Gildas Sap. ubi sup. *sed secundùm eum, qui vos vocavit sanctos, & vos sancti in omni conversatione estote.* Similiter Ambros. ep. 63. col. 1043. d. *sancti in omni conversatione estote.* Græc. ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς Ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε.

℣. 16. Gildas Sap. ubi sup. *propter quod scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum.* Græc. διότι γέγραπται· Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ, &c. Mss. quidam, γίνεσθε·

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

niam ego ſanctus ſum.

17. Et ſi patrem invocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum judicat ſecundùm uniuſcujuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore converſamini. *Deuter. 10. 17. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6.*

18. Scientes quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis:

19. ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati: *1. Cor. 6. 20. & 7. 23. Heb. 9. 14. 1. Joan. 1. 7. Apocal. 1. 5.*

20. præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem noviſſimis temporibus propter vos,

21. qui per ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo:

22. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde invicem diligite attentiùs:

23. renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum:

24. quia omnis caro ut fœnum: & omnis gloria ejus tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos ejus decidit. *Eccli. 14. 18. Iſai. 40. 6. Jac. 1. 10.*

25. Verbum autem Domini manet in æternum: hoc eſt autem verbum, quod evangelizatum eſt in vos.

VERSIO ANTIQUA.

ſanctus ſum.

17. .....in timore hoc incolatus veſtri tempore converſamini. *Ambr. l. de virginit. to. 2. col. 744. d.*

18. Scientes quòd non corruptibilibus argento, vel auro redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis:

19. ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti Jeſu:

20. præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem noviſſimis temporibus propter vos, *Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. e.*

21. qui per ipſum fideles eſtis in Deum, qui ſuſcitavit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo.

22. Animas veſtras ſanctificate ad obediendum fidei per ſpiritum in charitate, in fraternitate; ex corde vero invicem diligite perſeveranter: *Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 719. b.*

23. quaſi renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum:

24. .....omnis caro fœnum: & gloria ejus ſicut flos fœni..... *Zeno Veron. l. 1. tract. 12. p. 91.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

alii plures, ἔσεσθε.

℣. 17. Ita rurſum Ambroſ. ep. 63. col. 1043. d. *in timore hoc incolatus*, &c. ut ſupra. Gr. ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε.

℣. 18. Sic iterum Ambroſ. in Luc. 12. col. 1437. d. alludit etiam l. 2. de Abel, c. 3. col. 210. e. & l. 1. de Jacob, c. 3. col. 448. e. & in Pſ. 43. col. 904. f. & epiſt. 63. col. 1043. e. & epiſt. 72. col. 1072. f. Hieron. verò in Iſai. 52. to. 3. col. 376. e. legit: *Scientes quoniam non corruptibilibus argento, & auro redempti eſtis de vana veſtra converſatione patribus tradita:* & l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 182. d. *Neque enim corruptibili auro, & argento redempti ſumus: ſed pretioſo*, &c. Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 4. c. *Non enim argento, vel auro redempti eſtis: ſed pretioſo*, &c. Itidem Auguſt. quæſt. 17. in Jud. to. 3. p. 1. col. 600. a. excepto *& auro*. Maxim. Taurin. p. 19. e. *Non enim redempti eſtis corruptibilibus auro, vel argento: ſed pretioſo*, &c. Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 25. col. 179. d. *Scientes quia non auro, vel argento redempti eſtis à vana veſtra converſatione paternæ traditionis.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 23. col. 14. e. *Scientes quòd non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de vana converſatione veſtræ paternæ traditionis.* Gr. Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου· Clem. Alexand. lib. 3. c. 12. pædag. ἐλυτρώθημεν...... ἡμῶν.

℣. 19. Eadem repetit Ambroſ. in Luc. 12. col. 1437. e. at l. 1. de Jacob, c. 3. col. 448. e. ſimpliciter habet, *ſed pretioſo ſanguine agni:* & ep. 63. col. 1043. e. *ſed pretioſo ſanguine Chriſti Jeſu:* vide etiam l. 2. de Abel, c. 3. col. 210. e. & in Pſ. 43. col. 904. f. & ep. 75. col. 1085. a. Hieron. verò in Iſai. 52. to. 3. col. 376. e. *ſed ſanguine agni immaculati:* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. d. *ſed pretioſo ſang. immaculati agni J. C.* Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 4. c. *ſed pretioſo ſanguine unigeniti à Deo.* Auguſt. quæſt. 17. in Jud. to. 3. p. 1. col. 600. a. cum Auctore l. de promiſſ. p. 3. prom. 25. col. 179. d. *ſed pretioſo ſanguine agni immaculati.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. e. cum Fulg. l. 1. ad Traſim. c. 12. p. 80. a. & ep. 14. p. 266. *ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti Jeſu.* Itidem Maxim. Taurin. p. 19. e. deleta voce *quaſi*. Gr. ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.

℣. 20. Græcum: προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων, &c. ut ſupra.

℣. 21. Græcum: τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας εἰς Θεὸν τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα, ὥστε τὴν πίστιν..... εἶναι εἰς Θεόν.

℣. 22. Severus presb. Miſcell. to. 1. p. 346. *Animas veſtras caſtificate.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 749. c. *Animas veſtras per ſpiritum caſtificate ad obedientiam fidei.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. d. *Ut caſtificemus animas noſtras in obedientia veritatis.* Lectionarium Luxov. *Animas veſtras caſtificantes in obedientiam veritatis.* Græc. Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς· Mſ. Veleſian. in principio habet, ἁγνίζοντες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀγάπης, omiſſo ſeq. διὰ πνεύματος, quod etiam deeſt in Mſs. aliis quibuſdam: Veleſ. tollit etiam vocem ſeq. ἀνυπόκριτον, ſicut Alex. καθαρᾶς, ante καρδίας.

℣. 23. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. e. *renati non ex coitu corruptibili, ſed ex incorruptione per verbum viventis Dei, & permanentis.* Gr. ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ, καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα. In Mſs. nonnullis deeſt εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 24. Græcum: .....πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος· καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Vide notas noſtras in Iſai. 40. 6.

# CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones, *Rom. 6. 4. Epheſ. 4. 22. Col. 3. 8. Hebr. 12. 1.*

2. ſicut modò geniti infantes, rationabile, ſine

VERSIO ANTIQUA.

1. DEpoſita ergo omni malitia, & omni dolo, & adulatione, & invidia, & detractione, *Auguſt. ſer. 353. to. 5. col. 1372. g. 1373. a.*

2. tanquam modò nati infantes, rationabile,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 720. a. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & invidiam, & detractiones.* Græc. ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν, καὶ πάντα δόλον, καὶ ὑποκρίσεις, καὶ φθόνους, καὶ πάσας καταλαλιάς. Clem. Alex. l. 1. pæd. p. 103. cum Syr. & Æthiop. τὴν ὑπόκρισιν, καὶ φθόνον, καὶ καταλαλιάν. Mſ. quoque Alex. delet πάσας.

℣. 2. Ambroſius in Pſ. 118. col. 1139. c. *ſicut nunc ge-*

### VERSIO ANTIQUA.

*August. ubi sup.* & innocens lac concupiſcite ; ut in illo creſcatis in ſalutem :

3. ſi guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.

*Idem in Pſ.* 111. *n.* 4. *col.* 1247. *e.* 4. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum :

5. & vos ergo tanquam lapides vivi ædificamini in domum ſpiritalem, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales victimas, acceptas Deo per Jeſum Chriſtum.

6. Quia continet Scriptura : Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, pretioſum : & qui crediderit in illum, non confundetur.

*Hieron. in Iſai.* 54. *to.* 3. *col.* 306. *e.* 7. Nobis ergo honor, qui credimus : incredulis autem, [a] iſte lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, hic factus eſt in caput anguli,

8. ..... [b] lapis offenſionis, & petra ſcandali.....

9. [c] Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus adquiſitionis : quò virtutes ejus annuntietis, qui de tenebris vos vocavit in illud admirabile lumen ſuum.

[a] *Idem in Matth.* 21. *to.* 4. *p.* 1. *col.* 102. *d.*

[b] *Idem in Iſai.* 54. *to.* 3. *col.* 306. *e.*

[c] *Aug. l.* 22. *cont. Fauſt. to.* 8. *col.* 417. *b.*

### VULGATA NOVA.

dolo lac concupiſcite ; ut in eo creſcatis in ſalutem :

3. ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.

4. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum :

5. & ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum.

6. Propter quod continet Scriptura : Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum : & qui crediderit in eum, non confundetur. *Iſai.* 28. 16. *Rom.* 9. 33.

7. Vobis igitur honor credentibus : non credentibus autem, lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, *Pſalm.* 117. 22.

8. & lapis offenſionis, & petra ſcandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt. *Iſai.* 8. 14. *Matth.* 21. 42.

9. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis : ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. *Act.* 4. 11.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*niti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite.* Hieron. in Iſai. 50. to. 3. col. 357. d. *quaſi modò nati parvuli, rationabiles, & abſque dolo lac deſiderate :* & in Iſai. 55. col. 401. d. *quaſi modò nati parvuli, rationale lac deſiderate :* & in Iſai. 60. col. 448. f. *quaſi modò nati parvuli, rationabile, & abſque dolo lac deſiderate.* Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 32. col. 182. d. *ſicut modò geniti infantes, rationale* (Mſ. 1. *rationabiles,*) *& ſine dolo lac concupiſcite ; ut in eo creſcatis in ſalutem.* Itidem Gildas Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 720. a. excepta voce *rationabile ;* cui favet Leo M. ſerm. 96. p. 184. c. detracto &, poſt *rationabile.* Beda verò in hunc loc. *rationabile, & ſine dolo lac concup. ut eo creſcatis,* &c. Græc. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε· ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε. Mſ. Alex. cum Clem. Alex. ipſo initio habet, ὡς ἀρτιγέννητα· ſubinde Veleſ. cod. οἱ λογικοὶ, καὶ ἄδολοι· alius, λογικὸν, καὶ ἄδολον· Clem. Alex. omittit καὶ ἄδολον· Mſs. verò plurimi in fine adjungunt εἰς σωτηρίαν, verbo αὐξηθῆτε, ut ſupra in textu.

℣. 3. Hieronymus in Ezech. 28. to. 3. col. 897. e. *ſi credidiſtis quia ſuavis eſt Dominus :* & in Ezech. 40. col. 982. a. *ſi quidem credidiſtis quoniam bonus Dominus.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 720. a. poſt *in ſalutem,* ſtatim addit, *quoniam dulcis eſt Dominus,* omiſſis intermediis. Gr. verò, εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Mſ. Alex. cum Syr. pro εἴπερ, habet εἰ· deinde Clem. Alex. protrept. ex Pſ. 49. γεύσασθε, καὶ ἴδετε.

℣. 4. Hieronymus in Ezech. 28. to. 3. col. 897. e. *Ad quem accedentes lapidem viventem, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, honorabilem :* ita rurſum in Ezech. 40. col. 982. a. præter *electum, & honoratum.* Gr. Πρὸς ὃν προσερχόμενοι λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν..... παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον.

℣. 5. Idem Auguſtinus epiſt. 187. to. 2. col. 690. b. *& vos tanquam lapides vivi ædificamini domus ſpiritalis.* Hilarius in Pſ. 51. n. 3. p. 70. a. *& vos quaſi lapides vivi ædificamini domus ſpiritalis ad ſacerdotium ſanctum.* Mallemus, *ac ſacerdotium ſanctum :* nam infra, n. 20. habetur : *ædificamini domus ſpiritalis, regnum ſacerdotale :* at iſta, *regnum ſacerdotale,* non ex eodem contextu, ſed ex capitis ejuſdem verſu 9. adducuntur : ita Cuſtantius noſter, not. g. in hunc loc. Ambroſius in Luc. 2. col. 1305. f. & in Luc. 12. col. 1443. f. *& vos tanquam lapides vivi ædificamini domus ſpiritalis in ſacerdotium ſanctum, offerentes hoſtias ſpiritales.* Hieron. in Ezech. 28. tom. 3. col. 897. e. *& ipſi ſicut lapides viventes ædificamini domus ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales victimas, placentes Deo per Jeſum Chriſtum :* & in Ezech. 40. col. 982. a. *& ipſi ut lapides viventes ædificamini domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales victimas, acceptabiles Deo per J. C.* & in Zach. 9. col. 1763. b. *ſicut lapides vivi ſuperædificamini in domum ſpiritualem, & ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales victimas, placentes Deo :* item l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. e. *& ſicut lapides vivi ædificemur in domum ſpiritualem, ſanctum ſacerdotium, offerentes ſpirituales victimas per Chriſtum Dominum noſtrum :* & in Iſai. 54. tom. 3. col. 396. f. *omnes ædificamini lapides viventes in ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales victimas.* Tichon. reg. 7. p. 66. g. *ecce vos fratres tanquam lapides vivi coædificamini in domos ſpirituales.* Fulgent. ep. 12. ad Ferrand. p. 226. *& vos tanquam lapides vivi ædificati in domos ſpiritales, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales hoſtias, acceptabiles,* &c. ut in Vulg. ita rurſum epiſt. 14. ad eund. præter hæc, *ædificamini in domum ſpiritalem :* nec aliter fragment. 16. cont. Fab. p. 597. Auctor l. de xlii. manſ. apud Ambroſ. col. 18. c. *& ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini domus ſpiritalis.* Leo M. ſer. 3. p. 52. f. *& ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini in domos ſpiritales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per J. C.* Beda in hunc loc. *& ipſi tanquam lap. vivi ſuperædificamini domos ſpiritales.* Ita quoque in Bibl. Mſ. Corb. n. 2. In Græco ſic : καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ, &c. ut in Vulg. Mſs. nonnulli habent ἐποικοδομεῖσθε· tum Veleſ. οἴκους πνευματικούς· alii quidam addunt εἰς, ante ἱεράτευμα.

℣. 6. Hieronymus in Ezech. 28. to. 3. col. 897. e. *Quoniam dicit Scriptura : Ecce ponam in Sion lapidem angularem, electum, pretioſum : & qui credit in eo, non confundetur.* Similiter habet Mſ. Corb. 2. Lat. *Ecce ponam in Sion.* Græc. Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ Γραφῇ· Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Mſs. plerique, pro Διὸ καὶ, ferunt Διότι, quorum duo, cum aliis tribus, delent ἐν, poſt περιέχει· ſubinde quidam legunt ἐπ' αὐτὸν, pro ἐπ' αὐτῷ.

℣. 7. Græcum : Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ, &c. ut in Vulg. Mſs. plures ferunt λίθος, non λίθον.

℣. 8. Græcum : καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου, &c. Auguſtinus tract. 52. in Joh. to. 3. col. 643. e. hæc habet : *Qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Sic poteſt offendere in lapidem offenſionis, & petram ſcandali, quod fuit Dominus cæcis Judæis : ſicut credentibus lapis, quem reprobaverunt ædificantes, factus eſt in caput anguli.*

℣. 9. Idem Auguſtinus l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 23. c. *Vos autem genus elect. regale ſacerd. gens ſancta, populus in adoptione : ut virtutes enuntietis ejus, qui vos de tenebris vocavit in admirab. lum. ſuum :* & l. 17. de civit. Dei, c. 5. to. 7. col. 466. e. *plebs ſancta, regale ſacerdotium :* & l. 17. cont. Secundin. tom. 8. col. 528. c. *gens ſancta, populus in adoptionem.* Ambroſius l. de fuga ſæc. c. 2. col. 420. a. & in Pſ. 118. col. 1043. a. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem :* ita rurſum l. 4. de ſacram. col. 365. c. uſque ad vocem *populus.* Concinit Hilarius in Pſ. 118. col. 324. d. at in Pſal. 51. n. 3. col. 70. b. legit : *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, genus ſanctum, plebs ad poſſidendum.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. e. *Nos enim ſumus genus electum, reg. ſacerd. gens ſancta, po-*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

*Osee 2. 24. Rom. 9. 25.*

10. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

*Rom. 13. 14. Gal. 5. 16.*

11. Chariſſimi, obſecro vos tanquam advenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adversùs animam,

12. converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

*Rom. 13. 1.*

13. Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſive regi, quaſi præcellenti;

14. ſive ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum:

15. quia ſic eſt voluntas Dei, ut bene facientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:

16. quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei.

*Rom. 12. 10.*

17. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate.

### VERSIO ANTIQUA.

10. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: quorum aliquando non miſertus eſt, nunc autem miſeretur. *August. ubi sup.*

11. .....ſicut hoſpites & peregrini abſtinete vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adversùs animam, *Cypr. ep. 6. ad Rogat. p. 12. a.*

12. converſationem habentes inter Gentiles bonam: ut dum detrectant de vobis quaſi de malignis, bona opera veſtra aſpicientes, magnificent Dominum.....

13. Subjecti eſtote omni humanæ ordinationi....... *Ambr. l. 5. de fide, col. 578. d.*

15. quoniam ſic eſt voluntas Dei, ut bene facientes obmuteſcere faciatis ſtultorum hominum ignorantiam: *Aug. l. de ſingul. cleric. p. 520. f.*

16. .....liberi, non ſicut velamentum malitiæ habentes libertatem..... [a] Sicut ſervi Dei,

17. omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem autem honorificate.

[a] *Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 2. p. 70.*

### VULGATA NOVA.

*Ephes. 6. 5. Col. 3. 22. Tit. 2. 9.*

18. Servi ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

19. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſtè.

### VULGATA NOVA.

20. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum.

21. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus:

### VERSIO ANTIQUA.

20. Quæ enim gloria eſt, ſi peccantes colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patimini, & patienter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum. *Auctor l. contr. Fulgent. Donat. append. to. 9. August. col. 11. d.*

21. [b] In hoc & vocati eſtis: quoniam & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum ſemetipſum, uti adſequamini veſtigia ejus:

[b] *Tertul. l. contr. Gnoſt. p. 831. c.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*pulus adquiſitionis.* Itidem Leo M. ſer. 3. p. 52. f. præter hæc initio: *Vos autem genus.* Sic etiam Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 720. a. qui poſt vocem *acquiſitionis*, addit: *virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vocavit in illud tam admirabile lumen ſuum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. b. *qui eripuit nos de tenebris, & advocavit nos in admirabilem lucem.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 11. & 15. pp. 8. c. 10. f. Vulgatæ congruit ad verbum: nec aliter in Græco, præter εἰς περιποίησιν, *in acquiſitionem*, loco *acquiſitionis*; at Veleſ. cod. τῆς περιποιήσεως· Clem. Alex. protrept. p. 40. περιούσιος.

℣. 10. Similiter habet Auctor l. de vocat. gent. l. 1. c. 15. p. 10. f. *Qui quondam non populus, nunc autem populus Dei: quorum aliquando non eſt miſertus, nunc autem miſeretur*: at ſup. c. 11. p. 8. c. *Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.* Auctor l. de promiſſ. p. 3. prom. 35. col. 184. b. *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* Ita quoque in Græco, in quo ſequitur: οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες.

℣. 11. Ita rurſum Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 308. b. unà cum Zenone Veron. l. 1. tract. 12. p. 91. excepta vocula *quaſi*, pro *ſicut*. Gelaſius verò I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. b. legit: *Cariſſimi, rogo ut quaſi incolæ & advenæ abſtineatis vos à corporalibus voluptatibus, quæ militant adversùs animam.* Leo M. ſer. 30. p. 88. f. *abſtinete vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adversùs animam*: at ſerm. 72. p. 154. f. & ſerm. 96. p. 184. d. Vulgatæ concinit ad verbum. Græc. Ἀγαπητοί, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες, &c. ut ſup. Mſs. Lin. & Veleſ. addunt ὑμᾶς, ad verbum παρακαλῶ, rurſuſque Veleſ. ad verbum ἀπέχεσθαι· alius habet, ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν, &c. alii nonnulli, ἀπέχεσθε τῶν.

℣. 12. Idem Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 308. b. *converſationem autem habentes inter Gentes bonam: ut dum detrectant de vobis quaſi de malignis, bona opera veſtra aſpicientes, magnificent Deum.* Auctor l. de ſingul. cler. p. 520. *Converſatio veſtra in Gentibus bona ſit: ut in eo, quod detrahunt de vobis tanquam de malefactoribus, de bonis operibus veſtris glorificent Deum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. d. *ut cùm detrectaverint de vobis, opera juſtitiæ magnificent Deum noſtrum.* Græc. τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἐν τοῖς Ἔθνεσιν ἔχοντες καλήν· ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες, δοξάζωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. Mſs. quidam legunt ἐποπτεύοντες, pro ἐποπτεύσαντες.

℣. 13. *Ordinationi.* Sic habent Mſs. Ambroſ. prope ad unum; omnes autem editt. *creaturæ.* Græc. κτίσει, Mſ. 1. φύσει· alii tres delent οὖν, *igitur*, poſt verbum *Subjecti.*

℣. 15. Græcum: ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ..... Θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων, &c. ut in Latino.

℣. 16. Irenæus l. 4. c. 16. p. 247. d. ait *non velamentum malitiæ habere nos libertatem.* Gr. ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς, &c.

℣. 17. Auguſtinus tract. 6. in Joh. to. 3. col. 341. c. *Regem reveremini.* Tertullianus l. cont. Gnoſt. p. 833. b. ait *Petrum* dixiſſe *Regem honorandum.* Gr. Τὸν βασιλέα τιμᾶτε.

℣. 20. Auguſtinus in Pſal. 68. to. 4. col. 697. c. *Quæ enim vobis gloria eſt, ſi peccantes punimini, & ſuffertis?* Beda in hunc loc. addit: *Sed ſi bene facientes, & patientes ſuſtinetis*, &c. Ita quoque in Bibl. Corb. n. 2. Apud Tertul. cont. Gnoſt. p. 831. c. ita: *Quanta enim gloria, ſi non ut delinquentes puniamini, ſuſtinetis? hæc enim gratia eſt.* Gr. Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες, καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; Ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες, καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ.

℣. 21. Cyprianus l. de bono pat. p. 250. a. & lib. de zelo & liv. p. 259. a. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus*: ita rurſum l. 3. Teſtim. p. 317. b. addito *enim*, poſt vocem *Chriſtus.* Ambroſius l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 663. b. *In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus pro vobis mortuus eſt, relinquens vobis exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus*: ſimiliter l. de Myſt. col. 341. b. unà cum Auct. quæſt. ex N. T. p. 2. q. 64. col. 158. a. *Chriſtus pro vobis mortuus eſt.* Item Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 11. p. 79. a. *Chriſtus pro nobis* (al. *vobis*) *mortuus eſt, vobis relinquens*, &c. ut in Vulgata. Auguſtinus tract. 21. in Joh. to. 3. p. 2. col. 461. g. *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus*: ſicque rurſum tract. 84. 88. 105. & 124. col. 709. c. 716. a. 761. f. & 822. g. Maximinus verò Arian. apud eundem Auguſt. to. 8. col. 664. g. *Chriſtus paſſus eſt pro vobis, relinquens vobis exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Item Leo M. ſerm. 63. p. 139. b. & ſerm. 96. p. 184. e. cum Auctore l. de prom. p. 1. c. 7. col. 96. d. *Chriſtus pro vobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum*, &c. idem tamen Auctor, p. 3. prom.

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Cypr. l. de bono pat. p. 250. a.*

22. qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus:

23. qui cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem se judicanti se injustè:

*Ambros. l. 1. de Spir. S. to. 2. col. 623. b.*

24. qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: ut à peccatis nostris separati, cum justitia vivamus: cujus vulnere plagarum sanati sumus.

*Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 11. p. 79.*

25. Qui sicut oves errabatis, sed nunc convertimini ad pastorem, & visitatorem animarum vestrarum.

**Vulgata nova.**

22. qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: *Isai. 53. 9.*

23. qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti se injustè:

24. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiæ vivamus: cujus livore sanati estis. *Isai. 53. 5. 1. Joan. 3. 5.*

25. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

19. col. 177. e. *pro nobis passus est.* Gr. Εἰς τῦτο γὰρ ἐκλήθητε· ὅτι καὶ Χριςὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολυθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτῦ. Mss. aliquot in principio ferunt, Εἰς τῦτο γὰρ καί· subinde quid. ἀπέθανεν, pro ἔπαθεν· alii deinde, ὑπὲρ ἡμῶν, ὑμῖν· alii plures, ὑμῶν, ὑμῖν, sicut Latini codices non pauci, si Estio fides.

℣. 22. Ita rursum habet Cypr. l. 3. Testim. p. 317. b. cui accinunt magno consensu Irenæus l. 4. c. 20. p. 253. b. Ambros. l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 663. b. & in Psal. 118. col. 1214. e. & l. de exhort. virg. col. 290. d. August. tract. 21. in Joh. to. 3. p. 2. col. 461. g. S. Pacian. serm. de bapt. p. 318. d. f. Fulg. l. 1. de præd. & gra. n. 5. & l. 1. ad Trasim. c. 11. p. 79. & Leo M. ser. 63. p. 139. b. nec aliter in Græco. Maximinus etiam Arian. Augustini to. 8. col. 663. c. legit: *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ipsius.* Epiphan. in Cantici Cantic. 5. 15. *peccatum non fecit, nec inventus dolus in ore ejus.* Hilarius in Matthæum, col. 617. a. *peccatum non fecit.*

℣. 23. Idem Cyprianus l. 3. Testim. p. 317. b. *qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm pateretur, non minabatur: tradebat autem se judicanti injustè.* Ambros. l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 663. b. *qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm pateretur, non comminabatur:* & in Psal. 37. col. 835. f. *quia cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur:* at in Luc. 17. col. 1485. c. & l. 1. offic. col. 26. c. & l. 3. de fide, col. 306. f. cum Maxim. Taurin. p. 27. d. *qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm percuteretur, non repercussit:* iterum Ambros. in Psal. 118. col. 1150. f. *maledicentibus non remaledixit: percutientes non repercussit.* August. tract. 21. in Joh. to. 3. p. 2. col. 461. g. *qui cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm injuriam acciperet, non minabatur.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 19. col. 177. e. *qui cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: commendabat autem judicanti se justè.* Itidem Fulgent. l. 1. ad Trasim. c. 11. p. 79. deleto *se*, post *judicanti:* Mss. tamen duo habent, *judicanti se injustè.* Auctor epist. ad Demetriad. c. 3. p. 40. c. *qui cùm malediceretur, non maledicebat: & percutienti se, non comminabatur.* Irenæus l. 3. c. 16. *qui cùm pateretur, non est minitatus*, al. *minatus.* Leo M. ser. 63. p. 139. b. Vulgatæ suffragatur ad verbum. Gr. ὃς λοιδορύμενος, ὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, ὐκ ἠπείλει· παρεδίδυ δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. Ms. Veles. κρίνοντι ἑαυτὸν ἀδίκως.

℣. 24. Fulgentius l. 1. ad Trasim. c. 11. p. 79. *qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: ut à peccatis nostris separati, cum justitia vivamus: cujus livore sanati estis*, al. *sumus:* ita rursum libro de incarnatione, p. 427. & l. 1. de veritate prædestinat. c. 2. p. 436. usque ad vocem *cujus.* Leo Mag. serm. 63. p. 139. b. *qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiæ vivamus.* Similiter habet Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 21. col. 178. c. usque ad *ut peccatis.* Græc. ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ..... ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· ὗ τῷ μώλωπι αὐτῦ ἰάθητε. Ms. Alex. addit ἡμῶν, voci ἁμαρτίαις, tollit verò αὐτῦ, cum aliis nonnullis, post μώλωπι.

℣. 25. S. Pacianus ep. 1. p. 307. b. *sed conversi modò ad episcopum, & pastorem animarum vestrarum.* Lectionar. Luxov. *ad pastorem visitatorem animarum vestrarum.* Ambros. ep. 44. col. 980. f. *visitatorem anim. nostrarum.* Græc. Ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα, ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα, καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν· al. ψυχῶν ἡμῶν.

# CAPUT III.

**Versio antiqua.**

*August. l. de bono conjug. to. 6. col. 328. c. d.*

1. Similiter mulieres obaudientes maritis suis: ut & si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine loquela lucrifieri possint,

2. videntes timorem, & castam conversationem vestram.

3. Ut sint non quæ à foris ornantur capillorum incrispationibus, aut circumdatæ auro, aut veste decora:

**Vulgata nova.**

1. Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: ut & si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, *Ephes. 5. 22. Col. 3. 18.*

2. considerantes in timore castam conversationem vestram.

3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: *1. Tim. 2. 9.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Fulgentius epist. 2. p. 157. *Mulieres subditæ sint viris suis: ut si qui non credunt verbo Dei, per uxorum suarum conversationem sine verbo lucrificentur.* Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1251. e. *Similiter mulieres subditæ sint viris: ut si qui non credunt verbo, per mulieris conversationem sine verbo lucrifiant.* Severus presbyt. Miscell. to. 1. p. 348. *Mulieres similiter subjectæ viris suis: ut si qui non credunt verbo, per mulierum convers.* &c. ut sup. Ambros. l. 6. de sacram. c. 5. col. 384. c. alludens ait: *Mulieris gratia plurimùm valet, ut viri ejus convertatur affectus per uxoris suæ bonam conversationem, & incredulus se convertat ad gratiam Christi.* Græc. Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν· ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναςροφῆς ἄνευ λόγυ κερδηθήσωνται· Ms. 1. tollit εἰ, ante τινες· alii quidam ferunt, καὶ οἵ τινες· alii, εἰ καί τινες, quorum duo, cum aliis nonnullis, in fine habent κερδηθήσονται.

℣. 2. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 150. c. *ut videant viri in timore castam vestram conversationem.* Gelas. I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1251. e. cum Severo presb. Miscell. to. 1. p. 348. *considerantes in timore castam conversationem vestram.* Fulgentius ep. 2. p. 157. *considerantes vestram in timore castam conversationem.* Græc. ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναςροφὴν ὑμῶν. Ms. 1. ἐποπτεύοντες.

℣. 3. Idem Augustinus ep. 147. to. 2. col. 495. a. paulò aliter: *Non quæ à foris ornentur capillorum incrispationibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa.* Cyprian. l. de hab. virg. p. 176. a. & l. 3. Testim. p. 317. a. *Sit in muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut vestis cultus, sed cultus cordis.* Ambros. l. de exhort. virg. c. 11. col. 295. b. *non implicatu capillorum, neque in tortis crinibus, aut auro, & margaritis, vel veste pretiosa:* & l. 6. de sacram. c. 5. col. 384. d. *Ergo mulier non in ornatu capillorum, non in tortis crinibus ornamentum suum habeat:* & epist. 38. col. 941. d. *non enim extrinsecus capillorum implicatio, aut auri circumpositio, aut habitus vestimentorum ornamentum.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 150. c. *Quarum sit non exteriùs compositio crinium, & distinctio auri, & in cultu vestis ornatus.* Fulgentius ep. 2. p. 157. *Quâ*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

4. ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.

5. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubjectæ propriis viris.

Geneſ. 18. 12. 6. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cujus eſtis filiæ benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

1. Cor. 7. 3. 7. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: ut non impediantur orationes veſtræ.

8. In fine autem, omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles:

Prov. 17. 13. Rom. 12. 17. 1. Theſſ. 5. 15. 9. non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis.

**VERSIO ANTIQUA.**

4. ſed ille abſconditus cordis veſtri homo, in illa perpetuitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui & apud Dominum locuples eſt. *Auguſt. ubi ſup.*

5. Nam ſic quædam ſanctæ mulieres, quæ in Dominum ſperabant, ornabant ſe, obſequentes viris ſuis.

6. Quomodo Sara obaudiebat Abrahæ, dominum illum vocans: cujus factæ eſtis filiæ benefacientes, & non timentes ullum vanum timorem.

7. Viri ſimili ratione concordes, & caſtè viventes cum uxoribus veſtris, & tanquam vaſi infirmiori, & ſubjecto tribuite honorem, quaſi cohæredibus gratiæ: & videte ne impediantur orationes veſtræ.

9. non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditatis poſſideatis. *Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 11. p. 79.*

**VULGATA NOVA.**

Pſalm. 33. 13. 10. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia ejus ne loquantur dolum.

Iſai. 1. 16. 11. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam:

12. Quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: Vultus autem Domini ſuper facientes mala.

**VULGATA NOVA.**

13. Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?

Matth. 5. 10. 14. Sed & ſi quid patimini propter juſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

15. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem

**VERSIO ANTIQUA.**

13. Et quis vobis nocere poteſt, ſi boni æmulatores fueritis? *Auguſt. tract. 9. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 888. d.*

14. ..... Timorem eorum ne timeatis...... *Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 397. a.*

15. Sed Dominum Jeſum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, [a] parati ſemper ad reſponden- *[a] Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 1. p. 70. & l. de fide orth. ad Donat. c. 2.*

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*inſit non* (al. *Quâ ſit non*, al. *Quarum non ſit*) *extrinſecus capillorum implicatio, aut auri circumpoſitio, aut in habitu veſtimentorum ornatus.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 750. b. *non extrinſecus capillorum implicitus, aut auri circumdatio, aut habitus veſtimentorum cultior.* Severus presb. Miſcell. to. 1. p. 348. Vulgatæ congruit. In Gr. ſic: Ὧν ἔσω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος. Mſs. quidam habent ἐκ πλοκῆς, pro ἐμπλοκῆς. Veleſ. ἐμπλοκή..... καὶ περίθεσις χρυσίων, al. χρυσίου.

℣. 4. Rurſum Auguſtinus epiſt. 147. to. 2. col. 495. a. *ſed ille abſconditus cordis homo, qui eſt ante Deum dives.* Ambroſ. ep. 38. col. 941. d. *ſed ille abſconditus cordis homo, in incorruptione quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum dives:* & l. 1. offic. col. 20. c. *in incorruptione quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 150. c. *ſed abſconditus cordis homo, in incorruptione mitis, & ſilentis ſpiritus: hoc eſt coram Deo placens.* Fulgent. epiſt. 2. p. 157. *ſed ille abſconditus cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. b. *ſed qui abſconſus eſt homo incorruptibili modeſtia ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples.* Severus presbyt. Miſcell. to. 1. p. 348. *ſed abſconſus cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.* Gr. ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πρᾳέος, καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές.

℣. 5. Eadem iterum habet Auguſt. l. de bono vid. to. 6. col. 372. f. excepto *Deum*, pro *Dominum.* Fulgentius epiſt. 2. p. 157. *Sic enim & aliquando mulieres ſanctæ, quæ ſperabant in Deum, ornabant ſe, ſubjectæ viris ſuis:* & ita rurſum ep. 3. p. 168. præter *ſperantes*, pro *quæ ſperabant.* Gr. Οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες, αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν.

℣. 6. Idem Auguſtinus l. de bono vid. to. 6. col. 372. f. *Quomodo Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cujus factæ eſtis filiæ benefacientes, & non timentes ullam perturbationem.* Fulg. ep. 3. p. 168. *Sicut Sara obſequebatur Abrahæ, dominum eum vocans.* Gr. Ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα· ἧς ἐγενήθητε τέκνα ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. Mſ. 1. habet ὑπήκουε, pro ὑπήκουσε.

℣. 7. Auguſtinus l. de bono vid. to. 6. col. 372. e. rurſum legit: *Viri uxoribus veſtris, tanquam vaſi infirmiori, & ſubjecto, tribuite honorem, quaſi cohæredibus gratiæ.* Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 150. c. *Similiter viri cohabitantes juxta ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri tribuentes honorem, & ſicut cohæredes multiplicis gratiæ: ut non impediantur orationes veſtræ:* & infra, col. 151. f. necnon epiſt. 30. apolog. pro libris contra Jovin. col. 231. d. *ſicut cohæredes multiplicis gratiæ Dei, quod ſignificantiùs Græcè dicitur* ποικίλης, *id eſt, variæ.* Ambroſ. l. de parad. col. 154. a. *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, tanquam infirmiori vaſi muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredi gratiæ vitæ: ut ne impediantur orationes veſtræ.* Ita quoque in Græco eſt, præter vocem συγκληρονόμοι, *cohæredes*, pro *cohæredi:* etiam pro *impediantur*, habet ἐκκόπτεσθαι, id eſt, *exſcindantur*, vel *interrumpantur.* At Mſs. plerique ferunt ἐγκόπτεσθαι· item nonnulli ſupra, pro συγκληρονόμοι, habent συγκληρονόμοις, quorum duo, cum aliis totidem Mſs. addunt ποικίλης χάριτος ζωῆς· quæ vox ποικίλης, abeſt ab aliis: hanc admittebat Hieron. ut legitur ſupra.

℣. 9. Ambroſius l. de exhort. virginit. c. 12. col. 300. b. *non reddentes malum pro malo, & maledictum pro maledicto.* Auguſt. tract. 30. in Joh. to. 3. p. 2. col. 517. c. de Domino ait: *non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.* Gr. μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες· εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.

℣. 13. Græcum: Καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε; Mſs. aliquot habent ζηλωταὶ, pro μιμηταί.

℣. 14. Græcum: Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε. Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 9. col. 134. a. *Ne ergo timueritis eos.* Bibl. Lat. Corb. 2. *Timorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini.*

℣. 15. Auctor lib. de promiſſ. p. 2. c. 9. col. 134. a. *Dominum autem ſanctificate in cordibus veſtris.* Bibl. Corb. Lat. 2. addit: *parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, & fide.* Maximin. Arian. epiſcop. Auguſtini to. 8. col. 650. a. alludens ait: *Inſtructi enim ſumus, & parati ad reſpondendum omni expoſcenti de nobis rationem de fide, & ſpe, quæ in nobis eſt.* In

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

Fulgent. ubi sup. dum omni poscenti vos rationem de fide, & spe, quæ in vobis est.

**VULGATA NOVA.**

omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe:

**VULGATA NOVA.**

Sup. 2. 12. 16. sed cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam: ut in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem.

17. Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes:

**VERSIO ANTIQUA.**

August. ep. 165. to. 2. col. 580. b. 18. quia Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos adducat Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.

19. In quo & iis, qui in carcere conclusi erant, spiritibus adveniens prædicavit:

20. qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabat Dei patientia in diebus Noe, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.

Idem epist. 164. col. 573. f. 577. b. 21. Quod & vos nunc simili forma baptisma salvos facit: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi,

22. qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlos, subjectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus.

**VULGATA NOVA.**

18. quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. Rom. 5. 6. Hebr. 9. 28.

19. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit:

20. qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. Genes. 6. 14. Matth. 24. 37. Luc. 17. 26.

21. Quod & vos nunc similis formæ salvos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi,

22. qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum, subjectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græco: Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς...... ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος, καὶ φόβου. Mss. quidam in principio ferunt, Κύριον δὲ τὸν Χριστόν· alius verò paulò post tollit δὲ, post ἕτοιμοι· subinde Syr. habet, *quæ in vobis est, spe fidei*. Facundus lib. 5. c. 5. cum Beda comment. in hunc loc. & Mss. quibusdam Lat. *spe, & fide*. Flavian. ep. ad Theodos. ἐλπίδος, καὶ χάριτος· tum Mss. plures, ἀλλὰ μετὰ πραΰτητος, &c. Beda in hunc loc. *cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam*, omisso præced. *sed*.

℣. 18. Idem August. tract. 9. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 891. d. *Christus pro nobis mortuus est, justus pro injustis, pulcher pro fœdis*: tum addit: *Quomodo invenimus pulchrum Jesum?* at lib. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 23. c. *Christus pro peccatis nostris passus est, justus pro injustis, ut nos adducat ad Deum*. Cyprian. l. 2. Testim. p. 296. a. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo*. Rufinus in symb. p. 184. a. *mortificatus carne, vivificatus autem spiritu, qui in ipso habitat*. Vigilius Tapsf. l. cont. Varimad. p. 748. e. *mortificatus carne, vivificans autem spiritu*. Fulgent. l. pro fide Cathol. p. 543. cum Beda in hunc loc. *ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, vivificatos autem spir.* Ita quoque legitur in Bibl. Lat. Corb. n. 2. & aliis nonnullis: sed Beda ubi sup. col. 707. d. monet in alia translatione haberi, *ut nos adducat ad Deum, mortificatur corpore, sed vivus factus in spiritu*. In Græco sic: ὅτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. Mss. 2. pro περὶ ἁμαρτιῶν, ferunt ὑπὲρ ἡμῶν· alii totidem, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν· alii, περὶ ἁμαρτιῶν ἡμῶν· tum addunt nonnulli ἀπέθανε, pro ἔπαθε· & in fine Veles. habet θανατωθέντας...... ζωοποιηθέντας, ut supra Latini quidam, & Beda.

℣. 19. Rursum Augustinus ep. 164. col. 573. f. habet: *In quo & iis, qui in carcere erant conclusi, spiritibus veniens prædicavit*. Rufinus in symb. p. 184. a. *Eis, qui in carcere conclusi erant, descendit spiritibus prædicare, qui increduli fuere in diebus Noe*. Hilarius in Psal. 118. col. 306. a. huc alludens dicit, *descendente in inferna Domino, etiam his, qui in carcere erant, & increduli quondam fuerunt in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuisse*: & in Ps. 141. col. 545. a. *In carcere positis*, inquit, *etiam ante Noe tempora, resurrectionem Dominus prædicavit*. Beda in hunc loc. *In quo & in iis, qui in carne conclusi erant, spiritu veniens prædicavit*: sed infra observat quosdam codd. habere: *In quo & iis, qui in carcere erant, spiritu*, &c. & in alia translatione: *In quo spiritu, & eis, qui in carcere erant, prædicavit*. Gr. Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν. Mss. quid. post vocem φυλακῇ, addunt κατακεκλεισμένοις· tum Veles. πνεύματι, ut supra apud Bedam: codex etiam Latinus Corb. n. 2. habet: *In quo & eis, qui in carne erant, spiritu veniens*, &c.

℣. 20. Eadem rursus habet August. ep. 164. col. 573. f. Beda verò in hunc loc. col. 707. d. ait in alia translatione legi: *qui quondam non crediderant in diebus illis, cùm exspectaret Dei patientiam in diebus Noe*, &c. Vigil. Tapsf. l. cont. Varim. p. 735. g. legit: *aliquando in diebus Noe, quibus adhuc exspectabat Dei patientia, cùm fabricaretur arca, in quam introierunt pauci, id est octo animæ tantùm salvæ factæ sunt per aquam*. Prædestinat. l. 3. apud Sirm. to. 1. col. 519. d. *Exspectavit Dei patientia eos, qui increduli fuerunt in diebus Noe, cùm fabricaretur arca*. Cypr. epist. 74. p. 142. b. & epist. 76. p. 142. b. *In arca Noe pauci, id est octo animæ hominum salvæ factæ sunt per aquam*. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 20. p. 375. *in diebus quando exspectabat*, &c. ut in textu August. Græc. ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ· εἰς ἣν ὀλίγαι, τοῦτέστιν ὀκτὼ ψυχαὶ, &c. ut in Lat. Mss. plures, pro ἅπαξ ἐξεδέχετο, habent ἅπαξ ἐδέχετο· alii, ἀπεξεδέχετο, ex quibus nonnulli paulò post ponunt ὀλίγοι, pro ὀλίγαι. Ms. etiam Corb. Lat. n. 2. habet: *exspectabat Dei patientia*.

℣. 21. Idem Augustinus ubi sup. pro *facit*, legit etiam *fecit*: rursum l. cont. Donat. tom. 9. col. 123. a. habet: *Quod & vos simili forma salvos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed consc. bonæ interrogatio*: & l. de fide & op. to. 6. col. 179. b. necnon l. 19. cont. Faust. tom. 8. col. 319. g. ac l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 19. f. 23. c. *Sic & vos simili forma baptisma salvos facit*, &c. itidem tract. 20. in Joh. to. 3. p. 2. col. 703. d. omisso *simili forma*. Cypr. epist. 74. p. 142. b. & ep. 76. p. 152. b. *Quod & vos similiter salvos faciet baptisma*. Firmil. ep. 75. apud eundem Cypr. p. 148. a. *Sic & vos similiter salvos faciet baptisma*. Vigilius Tapsf. l. contra Varim. p. 735. g. *Quod & vos nunc similis formæ baptismi salvos facit: non carnis depositio sordium, sed consc. bonæ interrogatio in Deum*. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 20. p. 375. *Quod & vos nunc similis formæ baptisma salvos facit: non carnis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ὧ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα· οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ, &c. ut in textu Lat. Mss. quidam, Ὧ ἀντίτυπον νῦν καὶ ἡμᾶς σώζει· al. ὃ νῦν. Seidel. Ὃν ἀντίτυπον νῦν καὶ ἡμᾶς σώζει. Mss. plures, ὑμᾶς.

℣. 22. Eadem exhibet Græcum, nisi quòd post vocem Θεοῦ, *Dei*, statim ponat πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, omissis intermediis. At Veles. cod. illa addit, καταπιὼν τὸν θάνατον, ἵνα τῆς αἰωνίου ζωῆς κληρονόμοι γινώμεθα, ut & Latini omnes. Apud Fulgent. l. de fide ad Petr. n. 13. *Christus deglutivit mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur*.

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## Vulgata nova.

1. CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini; quia qui passus est in carne, desiit à peccatis:

2. Ut jam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis.

Ephes. 4. 23. 3. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

4. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.

5. Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos & mortuos.

6. Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est: ut judicentur quidem secundùm homines in carne, vivant autem secundùm Deum in Spiritu.

7. Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

Prov. 10. 12. 8. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Rom. 12. 13. Hebr. 13. 2. 9. Hospitales invicem sine murmuratione.

Phil. 2. 14. 10. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

Rom. 12. 6. 1. Cor. 4. 2. 11. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam admi-

## Versio antiqua.

1. CHristo igitur in carne passo, & vos eadem scientia armamini, quia qui passus est in carne, desiit à peccatis: *August. ubi sup. col. 577. b.*

2. In hoc ut jam non hominum desideriis, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne vivat tempus.

3. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem hominum consummatum, ambulantibus in libidinibus, & concupiscentiis, & ebrietate, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum servitutibus.

4. In quo stupescunt non concurrere vos in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.

5. Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos & mortuos.

6. Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est: ut judicentur quidem secundùm homines in carne, vivant autem secundùm Deum Spiritu.

8. Ante omnia, mutuam inter vos charitatem perpetuam habentes: quia charitas cooperit multitudinem peccatorum. *August. l. de grat. & l. arb. to. 10. col. 736. f.*

9. Hospitales estote inter vos sine murmuratione. *Fulgent. l. 1. de verit. prad. c. 19. p. 453.*

10. Unusquisque, qualem accepit gratiam, inter vos eam administrantes, ut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

11. Si quis loquitur, tanquam sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam ad- *Auct. epist. ad Demetriad. p. 46. a.*

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Idem Augustinus ep. 29. to 2. col. [illegible]. e. legit: *Christo enim passo pro nobis per carnem, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est carne, desiit à carne:* at serm. 353. tom. 5. col. 1374. b. *Christo ergo passo per carnem, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui mortuus est carne, desiit peccare:* itidem l. de fide & op. to. 6. col. 173. d. excepto *in carne*, pro *per carnem*. Ambrosius l. 2. de fide, col. 481. a. *Christo passo secundùm carnem:* & l. de incarn. col. 713. e. *Christo in carne passo*. Hieronym. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. e. *Christus pro nobis carne mortuus est: armemur eadem conversatione qua Christus, quoniam qui passus est in carne, quievit à peccato.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 9. *Christo igitur in carne passo, & vos eadem scientia armamini*, ut in textu. Græc. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας. Mss. quidam delent ὑπὲρ ἡμῶν, ex quibus etiam unus, cum aliis tribus, paulò post tollit ἐν, ante σαρκί· etiam pro ἁμαρτίας, duo ferunt ἁμαρτίαις, ut in Vulgata.

℣. 2. Idem Augustinus epist. 29. to. 2. col. 52. e. *Ut jam non hominum desideriis, sed voluntate Dei, reliquum tempus in carne vivat:* itidem serm. 353. to. 5. col. 1374. b. deleta voce *tempus:* ita quoque l. de fide & op. to. 6. col. 173. d. nisi quòd habeat, *voluntate Domini Dei*. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. f. *Ut nequaquam in desideriis hominum, sed in voluntate Dei, reliquum in carne tempus exigamus.* Græcum: Εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον.

℣. 3. Paulò aliter legit idem August. epist. 29. to. 2. col. 52. e. *Sufficit enim vobis præteritum tempus voluntate hominum perfecisse, ambulantes in libidinibus, desideriis, ebrietate, comessationibus, & nefandis idolorum servitutibus:* & serm. 353. to. 5. col. 1374. b. *Sufficit enim præteritum tempus voluntates Gentium consummasse in libidinibus, & voluptatibus, & comessationibus, potatione, & nefandis idolorum servitutibus.* Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. f. *Sufficit enim nobis præteritum tempus quando ambulavimus in luxuriis, & desideriis, cæterisque vitiis.* Græcum: Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν Ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις. Mss. plures delent ἡμῖν, post Ἀρκετὸς γάρ· alii verò habent ὑμῖν· subinde in quibusd. deest τοῦ βίου· nonnulli paulò post habent κατεργάσθαι, deinde alii, πορευομένους· in uno deest ἐπιθυμίαις.

℣. 4. Græcum: Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες. Vide infra, ℣. 12. notata de verbo ξενίζονται.

℣. 5. Græcum: Οἱ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι, &c. ut supra.

℣. 6. Eadem iterum habet Augustinus in Rom. 1. tom. 3. p. 2. col. 931. b. præter *hominem*, pro *homines*, addito *in*, ante *Spiritu*. Itidem Fulg. l. pro fide Cath. p. 543. At Cypr. l. 2. Testim. p. 296. a. *In hoc enim & mortuis prædicatum est, ut suscitentur.* Auctor lib. de promiss. p. 3. prom. 28. col. 180. c. *Ideo & mortuis evangelizatum est.* Gr. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν Πνεύματι. Mss. plures ferunt, κατὰ ἄνθρωπον σαρκί.

℣. 8. Editiones August. cum Mss. quibusdam, ibid. ferunt *perpetuò:* rursum August. tract. 5. in 1. Joh. tom. 3. p. 2. col. 858. b. cum Fulgent. ser. 5. p. 564. legit: *caritas cooperit multitudinem peccatorum.* Similiter Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1244. b. Tertullianus verò l. cont. Gnost. p. 828. a. *dilectio operit multitudinem delictorum.* Hilar. in Matth. col. 626. d. *caritas plurimum peccatorum tegit.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1183. b. & epist. 78. col. 1094. d. *caritas operit multitudinem peccatorum.* Itidem Auctor l. de xlii. mans. col. 3. c. & Auctor epist. ad Demetriad. p. 48. a. cum Leone M. ser. 6. p. 56. c. Græc. Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες· ὅτι ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Ms. 1. omittit δὲ, post πάντων deest quoque *autem*, in Ms. Lat. Corb. n. 2. subinde Mss. plerique ferunt καλύπτει, non καλύψει.

℣. 9. Ita rursum Fulgentius fragment. 3. cont. Fab. p. 583. deleto verbo *estote:* item ait in Græco sic haberi: Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν.

℣. 10. Eadem iterum legit Fulgentius fragm. 3. cont. Fab. p. 583. præter *illam ministrantes:* item fragm. 29. p. 621. In Gr. Ἕκαστος, καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης, &c.

℣. 11. Hilarius in Ps. 13. n. 1. col. 56. e. *Qui loqui-*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Auctor ubi sup.* ministrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum: cui est gloria, & imperium in sæcula.....

*Cypr. epist. 56. p. 90. c. & l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 267. b.*
12. Charissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit: nec excidatis, tanquam novum aliquid vobis contingat:
13. sed quotiescunque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut & in revelatione facta claritatis ejus gaudentes exsultetis.
14. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis: quia majestatis, & virtutis Domini nomen in vobis requiescit: quod quidem secundùm illos blasphematur, secundùm nos autem honoratur.

*August. in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 930. f. g.*
15. Nemo autem vestrûm patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut curas alienas agens.
16. Si verò quasi Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine:
17. quia tempus inchoationis judicii à domo Dei. Si autem initium à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Evangelio Dei?
18. Et si justus quidem vix salvus fit, peccator, & impius ubi parebunt?

*Hilar. l. 12. de Trin. col. 1114. f.*
19. .....quasi fideli Creatori commendantes animas vestras.....

VULGATA NOVA.

nistrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum: cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum: Amen.
12. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat:
13. sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes.
14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos requiescit.
15. Nemo autem vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.
16. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine:
17. quoniam tempus est ut incipiat judicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?
18. Et si justus vix salvabitur, impius, & peccator ubi parebunt? *Prov. 11. 31.*
19. Itaque & hi, qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tur, tanquam eloquia Dei.* Fulg. fragm. 3. cont. Fab. textui congruit usque ad *ut in omnibus.* Græc. Εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός· ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰ. Χρ. ᾧ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς, &c. Ms. 1. pro χορηγεῖ, habet ἐπιχορηγεῖ.

℣. 12. Tertullianus l. contra Gnost. seu Scorpiac. p. 831. c. *Dilecti, ne expavescatis ustionem, quæ agitur in vobis in tentationem, quasi novum accidat vobis.* Hieronymus in Amos 4. to. 3. col. 1042. c. *Charissimi, nolite peregrinari in ardore, qui ad tentationem vobis accidit.* Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. tom. 4. col. 1242. b. *Nolite mirari ad fervorem, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat.* Fulgentius lib. 3. ad Trasim. c. 30. p. 136. *Carissimi, nolite expavescere in fervore, qui ad tentationem vobis fit: nolite pavere, tanquam novi vobis aliquid contingat.* Beda in hunc loc. *Nolite mirari in fervore, qui ad,* &c. ut in Vulg. tum addit: *Quidam codices habent: Nolite peregrinari in fervore.* Varietas oritur ex Gr. μὴ ξενίζεσθε· ξενίζομαι enim utrumque significat, & *diversor, & re peregrina percellor.* Græcè ergo ita: Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος. Mss. duo habent, ἐπὶ τῇ ἐν ὑμῖν.

℣. 13. Tertullianus Scorpiac. c. 12. p. 831. c. *etenim secundùm quod communicatis passionibus Christi, gaudete, uti & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes.* Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 30. p. 136. *sed ut communicantes Christi passionibus gaudete, ut &,* &c. ut apud Tertul. Græc. ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασι χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. Veles. cod. καθὸ κοινωνοῦντες.

℣. 14. Tertullianus Scorpiac. c. 12. p. 831. c. *Si dedecoramini in nomine Christi, beati estis: quoniam gloria, & Dei Spiritus requiescit in vobis.* Fulgent. l. pro fide Cathol. p. 543. *Si exprobramini in Christo, quoniam gloria Domini Spiritus in vobis requiescit.* Lectionar. Luxov. *quoniam gloria Dei Spiritus in vobis requiescit.* Græc. Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δόξης, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. Mss. plures post vocem δόξης, addunt καὶ δυνάμεως, *& virtutis:* Veles. τὸ τῆς τιμῆς, τῆς δόξης, τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ αὐτοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· reliqua verò omittit usque ad finem versûs cum aliis quibusdam Mss. Quidam ἀναπέπαυται, pro ἀναπαύεται.

℣. 15. Tertullianus Scorpiac. c. 12. p. 831. c. *Dum ne quis vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni speculator.* Cypr. l. 3. Testim. p. 317. b. *Nec quisquam vestrûm tanquam fur, aut homicida patiatur, aut tanquam maleficus, aut curas alienas agens: sed tanquam Christianus.* Auctor l. de promiss. p. 3. promiss. 22. col. 178. d. *Nemo autem vestrûm patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus. Si verò quasi Christ.* &c. Græcum: Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος. Ms. Veles. Μὴ δέ τις ὑμῶν.

℣. 16. Tertullianus Scorp. c. 12. p. 831. c. *Si autem ut Christianus, ne erubescat: glorificet autem Dominum in nomine isto.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 22. col. 178. d. *Si verò quasi Christianus, non erubescat: glorificet autem Dominum in hoc nomine.* Græc. Εἰ δὲ ὡς Χριστιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω· δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Mss. plures, pro μέρει, ponunt ὀνόματι.

℣. 17. Idem Augustinus in Job, to. 3. p. 1. col. 660. b. legit: *tempus est ut judicium incipiat à domo Domini:* itidem l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 30. e. additis seqq. *Et si initium à nobis: qualis finis erit eis, qui non credunt Dei Evangelio?* ita rursum in Ps. 59. to. 4. col. 579. e. & l. 22. contra Faust. tom. 8. col. 368. g. 372. e. nisi quòd priori loco habeat, *à domo Dei;* posteriori verò, *Domini Evangelio.* Fulg. l. de incarn. n. 43. p. 428. *quoniam tempus incboationis judicii ex domo Dei. Si ergo initium à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?* Ambrosius in Ps. 118. col. 1228. d. *tempus est incipere judicium à domo Dei.* Hieronymus l. 2. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 514. c. *tempus est ut incipiat judicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Evangelio?* Gr. ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ, &c. ut in Vulgata.

℣. 18. Rursum Augustinus quæst. 31. in Levit. to. 3. col. 504. d. *Si justus vix salvus erit, peccator, & impius ubi parebunt?* similiter l. 2. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 30. e. & in Ps. 59. to. 4. col. 579. e. addito *Et*, initio: & l. 22. cont. Faust. to. 8. col. 368. g. 377. e. *Et si justus quidem vix salvus erit,* &c. ut supra. Ambrosius l. de apol. Dav. col. 712. b. *Si justus vix salvus fit, peccator, & impius ubi parebit?* Hieronymus l. 2. cont. Pelag. tom. 4. p. 2. col. 514. c. *Et si justus vix salvabitur, impius, & peccator ubi parebunt?* Itidem Philastr. Brix. p. 718. c. at infra, p. 719. a. *peccator, & impius ubi apparebit?* Fulg. l. de incarn. n. 43. p. 428. *Et si justus quidem vix salvabitur, peccator, & impius ubi parebunt?* al. *parebit.* Græc. Καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς, καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; Veles. cod. habet σωθήσεται, pro σώζεται.

℣. 19. Græcum: ...... ὡς πιστῷ Κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ· in Mss. nonnullis deest ὡς· subinde unus habet παραθέσθωσαν· al. συναρατιθέσθωσαν· plures, τὰς ψυχὰς αὐτῶν.

# CAPUT V.

### VULGATA NOVA.

1. Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum : qui & ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator :

2. pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deum : neque turpis lucri gratia, sed voluntariè :

3. neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo :

4. & cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

5. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Rom. 12. 10. Jac. 4. 6.

### VERSIO ANTIQUA.

1. Presbyteros ergo in vobis obsecro, compresbyter & testis Christi passionum : qui & ejus gloriæ, quæ in futuro revelanda est, socius sum : — *Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 413. f.*

2. pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, non quasi cum necessitate, sed voluntariè.......

4. ut cùm apparuerit princeps pastorum, accipiatis immarcessibilem coronam. — *Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 746. c.*

5. ..... Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. — *Auct. l. ad Novatian. p. 439. c.*

### VULGATA NOVA.

Jac. 4. 10.

6. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis :

7. omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. — *Psalm. 54. 23. Matth. 6. 25. Luc. 12. 22.*

### VULGATA NOVA.

8. Sobrii estote, & vigilate : quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret :

9. cui resistite fortes in fide : scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.

10. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicùm passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

11. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### VERSIO ANTIQUA.

8. Sobrii estote, vigilate : quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret : — *Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 236. f.*

9. cui resistite firmi in fide : scientes has easdem passiones in omni hoc sæculo fraternitatem vestram perpeti.

10. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicùm passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. — *Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. d.*

11. Cui est virtus, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

### VULGATA NOVA.

12. Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi : obsecrans & contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis.

13. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus.

### VULGATA NOVA.

14. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

### VERSIO ANTIQUA.

14. ..... Gratia cum omnibus, qui invocant Jesum Christum in perpetuitate ; pax vobis omnibus, qui estis in Christo. — *Fulg. fragm. 31. cont. Fab. p. 630.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Idem Hieronymus l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 273. a. legit : *Seniores in vobis rogo, consenior ipse & testis passionum Christi.* Gr. Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ, ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός. Mss. quidam addunt οὖν, voci Πρεσβυτέρους.

℣. 2. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 746. c. *pascite gregem Dei, qui est in vobis, non quasi coacti, sed voluntariè ex animo.* Gr. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως· Ms. 1. delet ἐπισκοποῦντες.

℣. 4. Græcum : καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποιμένος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον.

℣. 5. Græcum .......ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, &c. ut in Latino.

℣. 8. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 256. a. *Sobrii estote, & vigilate : quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, aliquem devorare quærens.* Hilarius in Ps. 137. col. 502. f. *adversarius noster*, inquit, *diabolus tanquam leo rugiens ambulat, quærens nos devorare.* Ambrosius in Luc. 12. col. 1447. a. *adversarius vester diabolus tanquam leo rapiens, & rugiens, quærit quem devoret :* & serm. cont. Auxent. n. 4. col. 864. e. *diabolus sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Hieron. in Isai. 55. to. 3. col. 404. e. *adversarius vester diabolus sicut leo circumiens, quærit quem devoret :* & in Ezech. 19. col. 828. b. *adversarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit, & quærit quomodo possit intrare.* August. ep. 78. to. 2. col. 184. f. *quoniam adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem devoret.* Ambrosiaster in 1. Cor. 7. 5. col. 133. a. *ecce diabolus ut leo rugiens circuit, quærens quem devoret :* & in 2. Tim. 4. 18. col. 312. e. *quia adversarius noster diabolus circuit fremens sicut leo, quærens quem devoret.* Prædestinat. l. 3. apud Sirmond, tom. 1. col. 538. d. *vigilate : quia adversarius vester sicut leo rugiens circuit, aliquem vestrûm transvorare festinans.* Sedulius Scot. in ep. ad Rom. p. 519. f. *adversarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit, quærens quem transdevoret.* Auctor quæst. ex Ver. T. q. 2. col. 43. c. *Sobrii estote, & vigilate : quia advers. vest. diab. tanquam leo rugiens circumit, quærens quem devoret :* & quæst. 102. ex utroque mixtim : *Vigilate, & sobrii estote : quia adversarius vester diabolus fremens sicut leo circumit, quærens quem devoret.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. c. *Sobrii estote, & vigilate : quia adversar. vest. diab. quasi leo fremens circuit, quærens quem devoret.* Itidem Leo M. serm. 96. p. 184. e. si exceperis *tanquam leo rugiens.* Ita quoque Nicetius episc. Spicil. to. 3. p. 5. b. excepto etiam verbo *transvoret.* Græc. Νήψατε, γρηγορήσατε· ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Mss. quidam tollunt ὅτι, post γρηγορήσατε· alii duo paulò post ferunt περιέρχεται, pro περιπατεῖ· & plures in fine, καταπιεῖν, pro καταπίῃ.

℣. 9. Hieron. in Isai. 55. to. 3. col. 404. e. *adversùm quem resistite confortati fide.* Græc. ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει· εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι.

℣. 10. Eadem leguntur in Græco, præter ultima verba, καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενῶσαι, θεμελιῶσαι, *perficiat vos, firmet, roboret, solidet :* at Mss. nonnulli ferunt, καταρτίσει ὑμᾶς, στηρίξει, σθενώσει, θεμελιώσει, ut in textu. In Lectionario Luxov. *ipse perficiet, consummabit, solidabit.*

℣. 11. Græcum : Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς, &c. ut in Latino. In Ms. Alex. deest ἡ δόξα, καί.

℣. 14. In Græco simpliciter : Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.



Digitized by Google

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

### EPISTOLA B. PETRI I.

CAP. I. ℣. 7. In revelatione Jesu Christi. *Ablativus* revelatione, *non est mutandus in accusativum* revelationem.

℣. 9. Salutem animarum. *Non addas* vestrarum.

℣. 13. Perfectè sperate. *Non substituas nomen* perfecti, *adverbio* perfectè.

℣. 15. Et ipsi in omni conversatione sancti sitis. *Non præponatur bis verbis* ut.

℣. 25. Quod evangelizatum est in vos. *Non mutetur accusativus* vos, *in ablativum*.

CAP. II. ℣. 2. Rationabile, sine dolo lac concupiscite. *Retinendum est neutrum singulare* rationabile, *non supponendum masculinum plurale* rationabiles.

℣. 5. Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis. *Insignis correctio, qua restitutus est nominativus singularis vocibus* domus spiritualis, *pro pluralibus sive nominativis, sive accusativis* domus, *vel* domos spirituales, *qui legi solent, nunc addita, nunc dempta* in, *præpositione*.

℣. 20. Quæ est enim gloria. *Non mutes* gloria, *positum pro gloriandi materia, cum* gratia.

℣. 21. Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. *Quidam boni libri legunt duplex* vobis, *secundæ personæ: sed malè illi qui duplex* nobis, *primæ personæ: sequitur enim secundâ personâ*: ut sequamini vestigia ejus: *tametsi veteres quidam, docendi causâ, citent primâ personâ* sequamur. *Legat, cui placet*, Notationes *nostras*.

℣. 23. Tradebat autem judicanti se injustè. *In quibusdam codicibus hæc reperiuntur vitia; ut pro* autem, *legant* enim; *addant alterum* se, *præpositum participio* judicanti; *participium illud singulare dativi casus, mutent, nonnulli in accusativum pluralem* judicantes, *nonnulli in verbum infinitum* judicari. *De reliquo lege* Notationes.

CAP. III. ℣. 2. Castam conversationem vestram. *Correctores prætulerunt* castam, *ei quod alii legunt* sanctam.

℣. 4. Qui est in conspectu Dei locuples. *Non mutes masculinum* qui, *in neutrum* quod.

℣. 8. In fine autem, omnes unanimes. *Legendum est* In fine, *positum pro demum, sive postremò, non* In fide, *tanquam Christiana. Nec voci* unanimes, *adjiciendum est* in oratione estote, *quanquam id habeat epistola Dominicæ quintæ post Pentecosten. De his latiùs nostræ* Notationes.

℣. 11. Declinet à malo. *Non addas* autem.

℣. 14. Et non conturbemini. *Non scribas* ut, *pro* et, *id est, vocalem quintam, pro secunda*.

℣. 15. De ea, quæ in vobis est, spe. *Superfluit quod alii libri subjiciunt*, & fide.

℣. 17. Melius est enim benefacientes. *Non addas conjunctionem* ut, *ante* benefacientes.

℣. 18. Mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. *Egregia emendatio, qua restituti sunt nominativi singulares*, mortificatus, *&* vivificatus, *pro iis qui vulgò scribuntur accusativis pluralibus*, mortificatos, *&* vivificatos.

℣. 19. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit. *Pro* carcere, *quod est custodia, malè quidam legunt* carne, *quod est, corpore. Deinde verbo* erant, *superfluè adjiciunt alii participium* conclusi. *Denique dativus pluralis* spiritibus, *ex Patrum correctione servandus est, pro eo qui à plerisque legitur ablativo singulari* spiritu.

℣. 21. Quod & vos nunc. *Non facilè mutandum est pronomen secundæ personæ* vos, *in primæ* nos.

CAP. IV. ℣. 4. In quo admirantur. *Ut non est scribendum plurale* quibus, *pro singulari* quo; *ita non est mutandum verbum* admirantur, *in* peregrinantur, *aut* obstupescunt, *quæ sunt Græcæ dictionis aliæ versiones*.

℣. 7. Omnium autem finis appropinquavit. *Retinendum est præteritum* appropinquavit, *non resumendum futurum* appropinquabit.

℣. 12. Charissimi, nolite peregrinari. *Pro* peregrinari, *quidam libri legunt* mirari, *quemadmodum è contrario, sup.* ℣. 4. *pro* admirantur, *quidam legunt* peregrinantur: *vox enim Græca* ξενίζεσθαι, *ad verbum quidem transferatur* peregrinari, *ad sensum autem* mirari, *seu* admirari.

℣. 14. Super vos requiescit. *Non est mutandum præsens* requiescit *in futurum*.

℣. 17. Qui non credunt Dei Evangelio. *Non est omittendum* Dei.

℣. 18. Et si justus vix salvabitur. *Non addas* quidem.

CAP. V. ℣. 3. Sed forma facti gregis ex animo. *Correctores prætulerunt singularem numerum* forma, *plurali* formæ; *&* *genitivum* gregis, *dativo*.

℣. 13. Quæ est in Babylone coelecta. *Pro quadrisyllaba voce* coelecta, *cave legas trissyllabam* collecta, *mutata vocali* e, *in consonantem* l.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### EPISTOLA B. PETRI I.

CAP. I. ℣. 6. In quo exsultabitis. *Alii libri legunt præsens* exsultatis, *sicut omnes infra*, ℣. 8. *suffragante textu Græco*.

CAP. II. ℣. 8. In quo & positi sunt. *Quidam libri, pro ablativo* quo, *legunt accusativum* quod, *Græco similiter: vide* Notationes.

℣. 23. Tradebat autem judicanti se injustè. *Ex Notationibus nostris augurari liceat legendum esse*, Tradebat autem judicanti justè.

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. PETRI APOSTOLI SECUNDÆ,

## è Vulgatis Bibliis deprompta.

CAP. I. *Hortatur ut memores maximorum, quæ à Deo acceperunt, donorum, per varias scandant virtutes, ut sic introitus in regnum Domini illis ministretur: dicitque se brevi moriturum; & sua doctrinæ certitudinem ostendit ex Christo doctore, quem & vox Patris, & Prophetæ commendarunt.*

CAP. II. *Pseudoprophetæ multos seducent, verùm acriter punientur, sicut de malis actum est tempore diluvii, & de Sodomitis: prosequitur autem pravos mores horum, quos admodum effusos dicit in libidinem.*

CAP. III. *Propter quosdam illusores secundum Domini adventum negantes, astruit futuram mundi renovationem, cùm brevi & insperatò Dominus adveniet: ad cujus adventum monet ut se præparent, laudans Pauli scripta quæ indocti depravant.*

Digitized by Google

# EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI SECUNDA.

## CAPUT PRIMUM.

### Vulgata nova.

1\. SIMON Petrus, servus, & Apostolus Jesu Christi, iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, & Salvatoris Jesu Christi.

2\. Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Jesu Domini nostri:

3\. quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria, & virtute,

4\. per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ: fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

### Versio antiqua.

1\. SIMON Petrus, servus, & Apostolus Jesu Christi, his, qui coæqualem nobis adepti sunt fidem per justitiam Domini, & Salvatoris Jesu Christi. *Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. c.*

2\. Gratia vobis adimpleatur in recognitione Domini nostri Jesu Christi, *Aug. epist. ad Demetriad. p. 46. a. b.*

3\. qui nunc omnia nobis divina virtute sua, quæ ad vitam, & pietatem pertinent, donavit per agnitionem suam: qui vocavit nos propria gloriæ virtute,

4\. per quam maxima nobis, & pretiosa promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ: fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græcum: Συμεὼν Πέτρος.... τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ Σωτῆρος Ἰ. Χρ. Mss. nonnulli scribunt Σίμων, al. Σύμων.

℣. 2. Augustinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 932. a. *Gratia vobis, & pax multiplicetur in recognitione Dei, & Chr. Jesu Domini nostri.* Gr. Χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ms. Veles. habet πληρωθείη, pro πληθυνθείη· alii plures paulò post addunt Χριστοῦ, ad Ἰησοῦ· sed Lat. plurimi non agnoscunt vocem *Christi*, & Corb. 2. simpliciter habet, *in cognitione Domini nostri*, absque *Dei*, & *Christi Jesu*.

℣. 3. Græcum: ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν, καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης, καὶ ἀρετῆς. Mss. quidam, pro δεδωρημένης, legunt δεδωρημένα· & horum duo, cum aliis nonnullis, in fine habent, ἰδίᾳ δόξῃ, καὶ ἀρετῇ.

℣. 4. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 182. f. habet: *Grandia nobis, & pretiosa virginitatis promissa donavit: ut per hanc efficiamur divinæ consortes naturæ: fugientes eam, quæ in mundo est, concupiscentiam corruptionis.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 776. d. *divinæ se naturæ* (ait) *participem effectum fuisse.* Ambrosius l. de incarn. col. 722. e. *ut nos faceret divinæ consortes naturæ.* Ambrosiast. col. 251. f. *ut sitis consortes divinæ naturæ.* Græc. δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν, καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. Mss. quidam ipso initio ferunt δι' ὅν, sed Mss. alii, *per quæ*; al. *per quam*, & sic Beda in hunc loc. Veles. δι' οὗ· alii in fine, ἐπιθυμίας, καὶ φθορᾶς· al. ἐπιθυμίας φθορᾶς.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

5. Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam,

6. in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,

7. in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

8. Hæc enim si vobiscum adsint, & superent; non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione.

9. Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

### Versio antiqua.

*Ambr. l. 3. de fide, col. 514. a.* 10. Quapropter satagite, fratres, certam vestram vocationem, & electionem facere: hæc enim facientes, non errabitis.

11. Sic enim abundantiùs ministrabitur vobis introitus in æternum imperium Dei, & Domini nostri * Conservatoris Jesu Christi.

* *Ms. 1. Creatoris.*

### Vulgata nova.

10. Quapropter fratres magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.

11. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi.

### Vulgata nova.

12. Propter quod incipiam vos semper commonere de his; & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate.

13. Justum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione:

14. certus quòd velox est depositio tabernaculi mei, secundùm quod & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. *Joan. 21. 19.*

15. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.

### Versio antiqua.

16. ..... *Vide Not.*

*August. tract. 35. in Joh. to. 3. p. 2. col. 542. e. f. g.* 17. ....... de magnifica potestate: Tu es Filius meus dilectus, in quo bene sensi.

18. Hanc vocem nos de cœlo audivimus delatam, cùm essemus cum illo in monte sancto.

19. Habemus certiorem propheticum sermonem: cui benefacitis adtendentes, sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris:

*Fulg. l. pro fide cathol. p. 543.* 20. hæc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

*Cassiod. in Ps. 28. p. 93. b.* 21. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto acti, locuti sunt sancti Dei homines.

### Vulgata nova.

16. Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, *1. Cor. 1. 17.*
& præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis.

17. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in *Matth. 17. 5.*
quo mihi complacui, ipsum audite.

18. Et hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto.

19. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris:

20. hoc primùm intelligentes, quòd omnis *2. Tim. 3. 16.*
prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

21. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

### Notæ ad versionem antiquam.

℣. 10. Similiter habet Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 750. e. *hac enim facientes, non errabitis.* Gr. Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοὶ, σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν, καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. Mss. plures: σπουδάσατε ἵνα διὰ τῶν καλῶν ἔργων βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν, καὶ ἐκλογὴν ποιῆσθε· subinde in Alex. deest πότε.

℣. 11. Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 750. e. *Sed ministrabitur vobis introitus in æternum imperium Dei.* Ap. Fulg. l. pro fide Cath. p. 539. omnia ut in Vulgata. Gr. Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ Σωτῆρος, &c. ut supra.

℣. 16. Ms. Corb. 2. Lat. habet: *notam fecimus vobis Domini J. C. virtutem, & præscientiam;* non *præsentiam*, ut in Vulg. In Gr. παρουσίαν· in Ms. Veles. πρόγνωσιν.

℣. 17. Hæc præmittit Augustinus ibidem: *Delatam dicit Domino Christo vocem de magnifica potestate.* Græc. Λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ Πατρὸς τιμὴν, καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα. Mss. duo, ἐν ᾧ ἐγώ· aliàs deest ἐγώ.

℣. 18. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 11. col. 175. a. *Et hanc vocem audivimus de cælo delatam, cùm essemus cum illo in sancto monte.* Græc. Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ.

℣. 19. Idem Augustinus l. 4. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 175. a. habet: *Habemus certiorem propheticum sermonem: cui benefacitis intendentes, sicut lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris:* ita rursum in Job, ibid. col. 667. e. & tract. 23. in Joh. part. 2. col. 473. b. & in Ps. 51. to. 4. col. 482. e. & in Ps. 118. col. 1337. g. & in Ps. 143. col. 1606. b. & ser. 49. & 210. to. 5. col. 272. c. & 930. b. nisi quòd pro *sicut*, habeat *quemadmodum*, vel *tanquam*, aut *velut*, aut *quasi*: ser. etiam 49. voci *lucernæ*, non addit *lucenti*, ut sup. in textu. Similiter Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 12. col. 198. c. *sicut lucernæ in obscuro loco, donec ipse dies, qui venturus est, clarescat in cordibus credentium.* Oros. l. cont. Pelag. p. 453. b. *tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Græc. Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

℣. 20. Græcum: τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία Γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.

℣. 21. Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 10. col. 174. e. *Non enim voluntate humana allata est unquam prophetia: sed Spiritu S. acti, locuti sunt homines Dei.* Itidem Fulgent. fragm. 25. & 34. cont. Fab. pp. 610. & 651. addita voce *sancti*, ad *locuti sunt*: at l. pro fide Cath. p. 543. hanc omittit. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 742. g. *Nunquam humana voluntate prophetia allata est aliquando: sed à Spiritu sancto repleti, loquebantur homines.* Græc. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία· ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι.

Digitized by Google

# CAPUT II.

### VULGATA NOVA.

1. Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem.

2. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur:

3. & in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus judicium jam olim non cessat; & perditio eorum non dormitat.

### VULGATA NOVA.

Job. 4. 18. Jud. 6. 4. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.

### VERSIO ANTIQUA.

4. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in judicio puniendos reservari. August. quæst. 29. in Num. to. 3. p. 1. col. 540. a.

### VULGATA NOVA.

Genes. 7. 1. * 5. Et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.

Genes. 19. 25. 6. Et civitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit: exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens:

7. & justum Lot oppressum à nefandorum injuria, ac luxuriosa conversatione eripuit:

8. aspectu enim, & auditu justus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.

### VULGATA NOVA.

9. Novit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem judicii reservare cruciandos:

10. magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes:

11. ubi angeli fortitudine, & virtute cùm sint majores, non portant adversùm se exsecrabile judicium.

12. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt,

13. percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias: coinquinationes, & maculæ deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum,

14. oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii:

Num. 22. 22. Jud. 11. 15. derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bósor, qui mercedem iniquitatis amavit:

### VERSIO ANTIQUA.

9. Novit Dominus pios de tentatione eripere: & iniquos cruciandos in diem reservare judicii: Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 182. & seqq.

10. præcipuè eos, qui post carnem in desideriis pollutionis ambulant, & dominationes despiciunt, audaces, & procaces......

12. Isti enim quasi irrationabilia jumenta, in ventrem & libidinem proni sunt, blasphemantes, qui & in corruptione sua corrumpentur, Hieron. ibid.

13. recipientque mercedem iniquitatis, luxuriam qui putant delicias esse: injustitiam, sordes, & maculas, & nihil aliud nisi de voluptatibus cogitantes:

14. qui habent oculos plenos adulterio, & insatiabili libidine, & decipiunt animas necdum Christi charitate robustas.....

15. ..... secuti viam Balaam filii Beor, qui mercedem iniquitatis dilexit: August. quæst. 48. in Num. to. 3. p. 1. col. 549. c.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Eadem rursus habet Augustinus tract. 95. in Joh. to. 3. col. 732. g. & l. Enchirid. to. 6. col. 218. b. & l. 15. de civit. Dei, c. 23. col. 407. b. necnon l. de nat. boni, to. 8. col. 509. g. nisi quòd hoc ultimo loco legat *trudens*, pro *retrudens*; & ibid. ut & tract. 95. *servari*, pro *reservari*. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 3. col. 190. b. *Deus enim angelis peccantibus non pepercit*: & infra: *carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in judicio puniendos servari*. Fulgentius l. 2. ad Trasim. c. 2. p. 90. *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferni tradidit in judicio puniendos reservari*: at l. de Trin. c. 8. p. 335. *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed catenis inferni detractos in tartarum tradidit in judicium reservari cruciandos*. Gr. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους. Ms. Alex. habet, ἀλλὰ σειροῖς ζόφοις· Veles. σειραῖς ᾅδου..... παρέδωκε κολαζομένους εἰς κρίσιν τηρουμένους· similiter alii plures, τηρουμένους· alii, κολαζομένους τηρεῖν· unus, κολαζομένους τηρεῖσθαι.

℣. 9. Idem Hieron. l. 2. contra Jovin. col. 196. b. legit: *Novit Dominus pios de tentatione eruere*. Græc. Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι· ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν. Quidam, ἐκ πειρασμῶν.

℣. 10. Græcum: μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμηταὶ, αὐθάδεις, &c. Mss. plures, pro ἐπιθυμίᾳ, ferunt ἐπιθυμίαις.

℣. 12. Quæ subduntur hîc ex Hieronymo usque ad ℣. 15. non relata videntur ad verbum, ut cuivis legenti patebit: defectu tamen aliorum illa ipsa apposuimus in textu. Græcè verò ita se habent: Οὗτοι δὲ ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν, καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται. Mss. 2. delent vocem φυσικὰ, alii verò sequentem γεγεννημένα. Gelasius I. epist. 7. Conc. to. 4. col. 1175. d. hunc versum integrum exhibet ut in Vulgata.

℣. 13. Auctor l. de sing. cleric. p. 533. c. ultima tantùm exhibet: *in conviviis suis luxutiantes*. Augustin. l. de fide & op. to. 6. col. 190. b. *coepulantes vobiscum*. Græc. κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν συνευωχούμενοι ὑμῖν. Ms. Veles. habet σπίλου καὶ μώμου. Corb. Lat. n. 2. cum Beda, *coinquinationis, & maculæ*: subinde Ms. 1. Gr. pro ἀπάταις, habet ἀγνοίαις· alii quidam, ἀγάπαις.

℣. 14. Auctor l. de singul. cler. p. 533. c. *oculos habentes plenos mæchationibus, & incessabilibus delictis, capientes animas infirmas*. August. l. de fide & op. to. 6. col. 190. b. *oculos habentes plenos adulterii, & indesinentis peccati*. Ms. Corb. n. 2. *plenos adulterio, & incessabili delicto*. Gr. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας. Δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις ἔχοντες, κατάρας τέκνα. Ms. Alex. loco μοιχαλίδος, habet μοιχαλίας, Veles. μοιχείας· subinde Alex. ἀκαταπάστους, alii, ἀκαταπαύστου, pro ἀκαταπαύστους· quidam, πλεονεξίας, pro πλεονεξίαις.

℣. 15. Græcum: ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς, &c. ut in Latino.

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

*Auct. l. de promiss. p. 2. c. 12. col. 136. c.*

16. ..... subjugale enim humana voce respondens, vetuit prophetæ dementiam.

*August. l. de fide & op. to. 6. col. 189. e. seqq.*

17. Hi sunt fontes sicci, & nebulæ à turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservata est.

18. Superba enim vanitatis loquentes, illiciunt in concupiscentiis carnis impudicitiæ eos, qui paululùm effugerunt, in errore conversati:

19. libertatem illis promittentes, cùm ipsi servi sint corruptionis: à quo enim quis devictus est, huic & servus addictus est.

20. Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem Domini nostri, & Conservatoris Jesu Christi, his rursus implexi superantur: facta sunt illis posteriora deteriora prioribus.

21. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm cognoscentes, retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mandato.

22. Contigit enim illis res veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabris cœni.

## VULGATA NOVA.

16. correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subjugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.

17. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur. *Jud. 12.*

18. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululùm effugiunt, qui in errore conversantur:

19. libertatem illis promittentes, cùm ipsi servi sint corruptionis: à quo enim quis superatus est, hujus & servus est. *Joan. 8. 34.*

20. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. *Rom. 6. 16. 20. Heb. 6. 4.*

21. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. *Matth. 12. 45.*

22. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum; &, Sus lota in volutabro luti. *Prov. 26. 11.*

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Ms. Corb. n. 2. *subjugale mutum, in hominis voce loquens.* Græc....... ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν· Ms. Veles. post ἄφωνον, addit ζῶον· alii plures, pro παραφρονίαν, habent παραφροσύνην.

℣. 17. Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. b. cum Vulg. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur.* Gr. Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. Mss. plures habent, ἄνυδροι, καὶ ὁμίχλαι· mox Veles. λαιλάπων· subinde alius delet εἰς αἰῶνα, duo ferunt εἰς αἰῶνας.

℣. 18. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 3. col. 183. a. *Loquuntur enim verba tumentia, & indoctos facilè illecebris carnis irretiunt:* lib. verò 2. col. 196. c *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululùm effugerant, & ad errorem reversi sunt.* Ms. Corb. Lat. n. 2. *Superba enim vanitate loquentes, pellicent,* &c. ut in Vulgata. Græcum: Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἀσελγείαις, τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους. Mss. plures, pro ἀσελγείαις, habent ἀσελγείας· aliique statim, τοὺς ὀλίγον· alii, ὀλίγως ἀποφυγόντας· al. ἀποφεύγοντας.

℣. 19. Idem Augustinus l. Enchirid. to. 6. col. 207. e. rursum habet: *à quo enim quis devictus est, huic & servus addictus est:* itidem l. 4. de civit. Dei, c. 3. tom. 7. col. 90. f. & l. 19. c. 15. col. 560. b. & l. de spir. & lit. to. 10. col. 114. f. cui accinit Fulgent. l. 1. de verit. præd. n. 4. p. 436. Hieron. verò in Ezech. 18. to. 3. col. 818. f. & in Ezech. 31. col. 918. f. *à quo enim quis vincitur, ejus & servus est:* & in Amos 2. col. 1381. *à quo enim quis superatur, hujus & servus est:* at l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 183. a. sic refert ℣. integrum: *repromittentes eis libertatem, cùm ipsi servi vitiorum sint, atque luxuriæ, & corruptionis: unusquisque enim ei subjacet passioni, à qua vincitur.* Gr. ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

℣. 20. Rursus Augustinus epist. 237. tom. 2. col. 851. c. *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione D. nost. & Salvatoris J. C. rursus impliciti superantur,* &c. ut in textu. Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 183. a. *Quod si fugientes coinquinationes mundi per scientiam Salvatoris nostri J. C. iisdem rursum superantur, quæ ante superaverant: facta sunt eis novissima pejora prioribus.* Cæsar. Arel. hom. 16. *Si enim effugientes coinquinationes mundi, his rursum impleti superantur: facta sunt eorum posteriora deteriora prioribus:* similiter & hom. 35. præter hæc, *fugientes ....... impliciti..... pejora prioribus.* Græc. Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου, καὶ Σωτῆρος Ἰ. Χρ. τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. Ms. Veles. Εἰ γὰρ ἀποφεύγοντες· alii duo paulò post addunt ἡμῶν, ad Κυρίου· alii ponunt ἡμῶν, post Σωτῆρος· subinde legit unus ἐμπλέκοντες, pro ἐμπλακέντες.

℣. 21. Eadem iterum legit August. in Ps. 30. tom. 4. col. 157. d. & e. excepto verbo *cognoscentibus*, pro *cognoscentes.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. b. *Meliusque eis erat non nosse viam justitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum converti, & relinquere sanctum mandatum, quod eis traditum fuerat.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 9. col. 133. d. *Melius illis erat non cognoscere viam salutis, quàm cognoscentes, retro respicere à tradito sibi sancto mandato.* Cæsar. Arel. hom. 35. *Melius fuerat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm post cognitionem, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sanctum mandatum.* Gr. Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. Mss. plures, ante ἐπιστρέψαι, ponunt εἰς τὰ ὀπίσω· nonnulli, εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι.

℣. 22. Auctor l. de promiss. p. 2. c. 9. col. 133. d. *Contingit illis res veri proverbii: Canis reversus ad vomitum; &, Sus lota in volutabro luti;* Ms. Remig. *in volutabris ceni.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 183. b. *Completumque est in eis verissimum illud proverbium: Canis reversus ad vomitum suum; &, Sus lota in volutabro luti.* Cæsar. Arelat. hom. 35. Vulgatæ accinit. Græc. Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα· καὶ, Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Ms. Alex. omittit δὲ, post Συμβέβηκε.

Digitized by Google

# CAPUT III.

## Vulgata nova.

1. HAnc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram excito in commonitione ſinceram mentem:

2. ut memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborum à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum Domini & Salvatoris:

## Vulgata nova.

1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. Jud. 18. — 3. hoc primùm ſcientes, quòd venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores, juxta proprias concupiſcentias ambulantes,

Ezech. 12. 27. — 4. dicentes: Ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ.

5. Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erant priùs, & terra, de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo:

6. per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus periit.

7. Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſervati in diem judicii, & perditionis impiorum hominum.

8. Unum verò hoc non lateat vos, chariſſimi, quia unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus.

9. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti.

1. Theſſ. 5. 2. Apoc. 3. 3. & 16. 15. — 10. Adveniet autem dies Domini ut fur: in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſolventur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.

11. Cùm igitur hæc omnia diſſolvenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus, & pietatibus,

12. exſpectantes, & properantes in adventum diei Domini, per quem cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore tabeſcent?

## Versio antiqua.

3. ..... venient in noviſſimo dierum illuſione illudentes, ſecundùm proprias concupiſcentias ſuas euntes, — Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 595. e. f. g. 607. c.

4. & dicentes: Ubi eſt promiſſum præſentiæ ipſius? ex quo enim patres dormierunt, ſic omnia perſeverant ab initio creaturæ.

5. Latet enim illos hoc volentes, quia cœli erant olim, & terra, de aqua, & per aquam conſtituta Dei verbo:

6. per quæ qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperiit.

7. Qui autem nunc ſunt cœli, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſervandi in diem judicii, & perditionis hominum impiorum.

8. Hoc unum verò non lateat vos, cariſſimi, quia unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus.

9. Non tardat Dominus promiſſum, ſicut quidam tarditatem exiſtimant: ſed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes in pœnitentiam converti.

10. Veniet autem dies Domini ut fur: in quo cœli magno impetu tranſcurrent, elementa autem ardentia reſolventur, & terra, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.

11. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet eſſe vos in ſanctis converſationibus,

12. exſpectantes, & properantes ad præſentiam diei Domini, per quam cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore decoquentur?

## Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. b. *venient enim in noviſſimis diebus illuſores ſeducentes, juxta propria deſideria ambulantes.* Græc...... ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι. Mſ. Alex. pro ἐσχάτȣ, ponit ἐσχάτων· & poſt ἡμερῶν, addit, cum aliis pluribus, ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται· Veleſ. ἐν ἀπάτῃ ἐμπαῖκται.

℣. 4. Græcum: ϗ λέγοντες· Πȣ̃ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρȣσίας αὐτȣ̃; ἀφ' ἧς γὰρ, &c. ut in textu Latino.

℣. 5. Idem Auguſtinus in Pſ. 101. to. 4. col. 1109. c. habet: *cœli erant olim, de aqua, & per aquam conſtituti Dei verbo.* Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 491. a. *Latet eos hoc volentes, quoniam cœli erant ab initio, & terra, de aqua, & per aquam Dei ſermone ſubſiſtit.* Græc. Λανθάνει γὰρ αὐτȣ̀ς τȣ̃το θέλοντας, ὅτι ȣ̓ρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, ϗ γῆ, ἐξ ὕδατος, ϗ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τȣ̃ Θεȣ̃ λόγῳ· Mſ. 1. συνεστῶτα τῷ τȣ̃, &c.

℣. 6. Rurſus Auguſtinus in Pſ. 101. to. 4. col. 1109. c. *per quæ qui factus eſt mundus, aqua inundatus deperiit.* Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 491. a. *per quæ prior mundus, inundatus diluvio periit.* Gr. δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο.

℣. 7. Idem Auguſtinus in Pſ. 101. tom. 4. col. 1109. c. legit: *Terra autem, & cœli, qui nunc ſunt, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſervandi.* Hieronymus in Iſai. 51. to. 3. col. 367. e. *Cœli, qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo reſervata ſunt igni:* & in Iſai. 65. col. 491. a. *Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra, eadem ratione ſervantur igni.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 20. col. 202. e. *Qui autem nunc ſunt cœli, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſervandi in diem judicii.* Gr. Οἱ δὲ νῦν ȣ̓ρανοὶ, ϗ ἡ γῆ, αὐτȣ̃ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρȣ́μενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως, ϗ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. Mſs. plures habent τῷ αὐτȣ̃ λόγῳ· alii, αὐτῷ λόγῳ.

℣. 8. Hieronymus ep. ad Cyprian. to. 2. col. 698. c. *Unum hoc vos ne prætereat, dilectiſſimi, quia una dies apud Deum quaſi mille anni, & mille anni quaſi unus dies.* Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. c. *unus dies enim Domino ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus.* Iren. l. 5. c. 23. p. 321. a. *dies Domini ſicut mille anni.* Ambroſius in Luc. 15. col. 1464. d. *quia mille anni ſicut dies una.* Gr. Vulgatæ congruit, niſi quòd habeat ἀγαπητοὶ, *dilecti*, pro *chariſſimi.*

℣. 9. Similiter hab. Fulgentius ep. 7. p. 194. & l. 2. de remiſſ. pecc. c. 2. p. 384. *Non tardat Dominus promiſſum ſuum, ſicut quidam tarditatem* (al. *tardantem*) *exiſtimant: ſed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam converti.* Hieronymus epiſt. ad Cyprianum to. 2. col. 698. c. *Non moratur Dominus in promiſſo, ut quidam morari exiſtimant.* Mſ. Corb. n. 2. *Non tardat Dominus promiſſis: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquem,* &c. ut in Vulgata. Græc. Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγȣ̃νται· ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βȣλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι. Mſs. plures ferunt εἰς ὑμᾶς, loco εἰς ἡμᾶς· alii, δι' ὑμᾶς.

℣. 10. Similiter habet Hieronymus in Iſai. 51. tom. 3. col. 367. e. *elementa ardentia ſolventur.* Pelagius ep. ad Demetriad. apud Auguſt. tom. 2. col. 17. e. *Adveniet autem dies Domini ſicut fur: in qua cœli magno impetu tranſibunt, elementa verò à calore reſolventur:* tum addit, *Cùm igitur,* &c. omiſſis intermediis. Græc. Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίȣ ὡς κλέπτης ἐν νυκτί· ἐν ᾗ οἱ ȣ̓ρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσȣ́μενα λυθήσονται, ϗ γῆ, ϗ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. Mſs. quidam delent ἐν νυκτί· ſubinde 1. γῆ δὲ, pro ϗ γῆ.

℣. 11. Ita rurſum habet Auguſtinus l. de fide & op. to. 6. col. 177. g. addito *& pietatibus* in fine, ut in Vulgata. Pelag. verò ep. ad Demetriad. col. 17. e. *Cùm igitur hæc omnia diſſolvenda ſint, quales oportet nos eſſe in ſanctis converſationibus, & pietatibus.* Gr. Τȣ́των ȣ̓̃ν πάντων λυομένων, ποταπȣ̀ς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς, ϗ εὐσεβείαις.

℣. 12. Eadem iterum habet Auguſtinus l. de fide & op. to. 6. col. 177. g. Auctor quoque lib. de promiſſ. dimid. temp. c. 20. col. 202. e. legit: *properantes ad præſentiam Do-*

### VERSIO ANTIQUA.

*August. ubi sup.* 13. Novos verò cœlos, & terram novam secundùm promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia inhabitat.

*Idem August. l. de fide & op. to. 6. col. 177. f. g. 178. a. b.* 14. Quapropter charissimi hæc exspectantes, satagite inviolati, & immaculati apud eum reperiri in pace:

15. & Domini nostri patientiam, salutem existimate: sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundùm eam, quæ data est illi, sapientiam scripsit vobis,

16. ut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt difficilia quædam intellectu, quæ indocti, & instabiles pervertunt, sicut & cæteras Scripturas, ad proprium suum interitum.

17. Vos igitur, amantissimi, præscientes cavete: ne infaustorum errore seducti decidatis à corroboratione vestra:

18. crescite verò in gratia, & intellectu Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis.

### VULGATA NOVA.

13. Novos verò cœlos, & novam terram secundùm promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat. *Isai. 65. 17. & 66. 22.*

14. Propter quod charissimi hæc exspectantes, satagite immaculati, & inviolati ei inveniri in pace: *Apoc. 21. 1.*

15. & Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis, *Rom. 2. 4.*

16. sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles depravant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

17. Vos igitur, fratres, præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate:

18. crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mini, per quam cæli ardentes solventur, & elementa ignis ardore decoquentur?* Pelagius verò ep. ad Demetriad. col. 17. e. sic: *exspectantes, & properantes in adventum diei Domini, in quo cæli ardentes solventur, & elementa ignis ardore tabescent?* Græc. προσδοκῶντας, ϗ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, ϗ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται; Mss. 2. pro Θεοῦ, habent Κυρίου, quorum unus, cum aliis nonnullis, in fine legit τακήσεται. Ms. etiam Lat. Corb. n. 2. habet *per quam cæli*, non *per quem*.

℣. 13. Sic iterum legit Augustinus l. de fide & op. to. 6. col. 177. g. cum Auct. l. de promiss. apud Prosp. de gloria SS. c. 1. col. 203. b. nec aliter in Græco, nisi quòd habeat τὸ ἐπάγγελμα, pro *promissa*, & κατοικεῖ, pro *inhabitat*: Mss. tamen quidam ferunt τὰ ἐπαγγέλματα· Alex. ϗ τὰ ἐπαγγέλματα, & in fine, ἐνοικεῖ. Corb. quoque cod. Lat. n. 2. habet *& promissa*, sicut Hieron. in Isai. 65. & Beda in hunc locum.

℣. 14. Ita rursum habet Augustinus ep. 214. tom. 2. col. 792. f. Græc. Διὸ ἀγαπητοὶ ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι, ϗ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ. Mss. plures habent ἄμωμοι, pro ἀμώμητοι.

℣. 15. Eadem iterum leguntur apud August. ep. 214. col. 792. f. necnon apud Facund. Herm. l. 12. Sirm. to. 2. col. 801. e. à voce *dilectissimus*. In Græco sic: ϗ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς ϗ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν, &c. ut in Latino.

℣. 16. Eadem etiam exhibet Augustinus ep. 214. col. 792. f. præter vocem *homines*, additam ad *instabiles*. Facundus quoque Herm. l. 12. col. 801. e. legit: *ut in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quædam diffic. intell. quæ indocti, atque instabiles pervertunt, sicut & cæteras Script. ad proprium suum interitum.* Græc. ὡς ϗ ἐν πάσαις...... ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς, ϗ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς ϗ τὰς..... πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Mss. plures ferunt ἐν αἷς ἐστι.

℣. 17. Textui Augustini concinit Facundus Herm. l. 12. col. 801. e. ad verbum. Auctor verò l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 18. d. habet: *Præscientes caveamus, ne errore nefariorum abducti excidamus à propria firmitate.* Gr. Ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοὶ, προγινώσκοντες φυλάσσεσθε· ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ. Mss. quidam, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

℣. 18. Fulgentius fragm. 34. cont. Fab. p. 644. *Crescite verò in gratia, & cognitione Dom. n. J.* &c. ut in textu. Gr. αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι, ϗ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν..... ϗ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Ἀμήν.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

## *EPISTOLA B. PETRI II.*

CAP. I. ℣. 3. Quæ ad vitam, & pietatem donata sunt. *Correctores prætulerunt plurale* sunt, *singulari* est.

℣. 4. Per quem maxima. *Et hic prætulerunt masculinum* quem, *feminino* quam, *&* *neutro* quæ.

℣. 8. Hæc enim si vobiscum adsint. *Alii libri legunt:* Hæc enim vobis cùm adsint.

℣. 16. Non enim doctas fabulas secuti. *Egregiè Correctores* indoctas, *quod vulgò legitur*, *emendarunt scribendo contrarium* doctas, *quod est*, *eruditas*, *seu artificiosè concinnatas.*

*Ibidem.* Virtutem, & præsentiam. *Et hic rectè emendarunt* præsentiam, *quod est*, *adventum*, *à præsens*, *pro* præscientiam, *quod est*, *providentiam*, *à præscio.*

Cap. II. ℣. 13. Coinquinationes, & maculæ. *Legendum est* coinquinationes, *primo casu numeri pluralis*, *non* coinquinationis, *secundo casu numeri singularis.*

℣. 18. Superba enim vanitatis loquentes. *Pro* Superba *adjectivo*, *non scribas*, *addita vocali tertia* i, Superbia *substantivum.*

Cap. III. ℣. 13. Secundùm promissa ipsius. *Præpositionem* secundùm, *non vertas in conjunctionem* &.

℣. 15. Et Domini nostri. *Non addas* Jesu Christi.

---

# Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

## *EPISTOLA B. PETRI II.*

CAP. II. ℣. 10. Sectas non metuunt introducere blasphemantes. *Quidam Mss. libri*, *pro* introducere, *habent* facere, *nominatim Brugensis*, *&* *Lobiensis*, *de qualibus Epanorthotes:* Item c. Non metuunt introducere, antiqui habent; alii antiqui, facere blasphemantes. *In Bibliorum Lovaniensium margine annotantur sex Mss. quæ omittant* τὸ introducere, *quibus nostra S. Audomari Ecclesiæ Biblia suffragantur*, *non habentia illud nisi posteriori manu adscriptum: Græcè omnino non legitur. Correctores videntur arbitrati fuisse*, *ab Interprete additum.*

℣. 16. Subjugale mutum animal. *Nonnulli codices omittunt vocem* animal, *ut qua continuatur voce* subjugalis, *conformiter Græco.*



Digitized by Google

# SUMMA CAPITA EPISTOLÆ B. JOANNIS APOSTOLI PRIMÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

CAP. I. *Joannes quod de Christo vidit & audivit aliis annuntiat, ut unà cum ipso socientur Deo & Christo ejus Filio, cujus sanguine hominum peccata mundantur: porro qui se peccasse negat, Deum mendacem facit.*

CAP. II. *Jesus Christus advocatus noster est apud Patrem, & propitiatio pro peccatis totius mundi; observatione autem mandatorum Dei comprobatur vera Dei notitia ac dilectio: quod sit vetus ac novum mandatum: quis sit in luce, & in tenebris: variis scribit ætatibus, revocans à mundi dilectione, & ab hæreticis, ac monens ut semel acceptæ fidei adhæreant, sequentes ductum Spiritus sancti.*

CAP. III. *De Dei erga nos charitate, & quomodo distinguantur qui ex Deo sunt, & qui ex diabolo: de dilectione, & odio fratrum: qui mentis puritate, & fide in Christum quidpiam à Deo petit, impetrat.*

CAP. IV. *Qui spiritus ex Deo sint, & qui non: cùm Deus sua nos dilectione prævenerit, dato pro nobis Filio suo, debemus & nos Deum ac proximum diligere: perfecta autem charitas foras mittit timorem.*

CAP. V. *De natis ex Deo, veraque erga ipsum charitate: fides mundum vincit: tres in terra testantur Christum verum hominem, & tres in cælo verum Dei Filium, in quem credens habet vitam æternam: de peccato ad mortem, & non ad mortem.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI JOANNIS
# APOSTOLI
## PRIMA.

## * CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. QUOD fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ:
2. & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis:

### VERSIO ANTIQUA.

1. QUOD erat ab initio, quod audivimus, & quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ tractaverunt de verbo vitæ:
2. & ipsa vita manifestata est, & vidimus, & testes sumus, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifestata est in nobis.

*Ex Augustini tractat. decem in hanc epist. to. 3. p. 2. col. 826... 830. g.*

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hæc epistola apud Augustin. loco supra citato, & l. 2. quæst. Evang. c. 29. necnon apud Possidium in indiculo operum ejusd. August. ita inscribitur: *Epistola S. Johannis 1. ad Parthos.* Ita quoque inscripta legitur apud Vigilium Taps. l. cont. Varimad. p. 729. b. & apud Athanasium, teste Beda prolog. in Epist. canonicas, ut refert doctissimus Millius. Carolus etiam *Patin*, doctor medicus, in itinerario suo auctor est se vidisse in Bibliotheca Genevensi SS. Bibliorum codicem unum translationis Hieronymianæ; in quo prima S. Johannis epistola inscribitur, *Incipit epistola ad Sparthos;* sed aperto mendo, ni fallor, pro *Parthos*, ut colligitur ex Augustino. Enimvero conjectura illa quorumdam non placet, qui putant legendum *sparsos*, nixi videlicet auctoritate prioris S. Petri epistolæ, quæ ita incipit: *Petrus Apostolus J. C. electis advenis, dispersionis*, &c. In Græco nec *Sparthos*, nec *Parthos*, nec quidvis tale legitur.

℣. 1. Tertullianus l. de anima, p. 485. a. & l. contra Prax. p. 851. a. *quod vidimus, quod audivimus, oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectaverunt de sermone vitæ.* Ambrosius l. 1. de fide, col. 454. f. *Quod erat in principio:* & l. de parad. col. 172. e. *Quod erat ab initio, quod audivimus, & quod vidimus, oculis nostris perspeximus, & manus nostræ perscrutatæ sunt de verbo vitæ:* itidem in Luc. 7. col. 1378. c. excepto verbo *scrutatæ sunt*: item in Luc. 1. col. 1267. & l. 1. de Spir. S. col. 630. f. addito *&*, post *vidimus*: at in Ps. 36. col. 793. f. paulò aliter: *Quod erat ab initio, & quod audivimus, & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ scrutatæ sunt de verbo vitæ.* Hieronymus in Ezech. 40. to. 3. col. 990. a. *quod audivimus, & vidimus, & manus nostræ palpaverunt de verbo vitæ:* & in Abd. 1. col. 1455. e. *quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpaverunt de verbo vitæ:* & in Matth. 24. tom. 4. col. 120. d. *quod vidimus, quod audivimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ palpavere.* Victorinus Afr. l. 3. cont. Arium, p. 280. b. *quod audivimus, quod vidimus, quod palpavimus.* Auct. l. de promiss. p. 3. prom. 30. col. 181. d. *quod audivimus, quod vidimus nostris oculis, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ.* Facund. Herm. l. 1. apud Sirm. to. 2. col. 424. e. *Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod inspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ.* Itidem Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 26. p. 132. & frag. 1. cont. Fab. p. 578. Gr. Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ, &c. ut in Latino.

℣. 2. Ambrosius in Luc. 1. col. 1267. ac l. 1. de Spir. S. col. 630. f. *& vita apparuit, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis de vita, quæ erat apud Patrem, & ap-*

VERSIO ANTIQUA.

August. ubi sup. 3. Quæ ergo vidimus & audivimus, nunciamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Deo Patre, & Jesu Christo Filio ejus.

4. Et hæc scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum.

5. Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quia Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.

6. Quòd si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & non facimus veritatem.

7. Quòd si in lumine ambulamus, sicut & ipse est in lumine; societatem habemus cum invicem, & sanguis Jesu Christi, Filii ejus, purgabit nos ab omni delicto.

8. Quòd si dixerimus quia peccatum non habemus; nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

9. Quòd si confessi fuerimus delicta nostra; fidelis est, & justus, ut dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate.

VULGATA NOVA.

3. quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus Jesu Christo.

4. Et hæc scribimus vobis ut gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum.

5. Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Joan. 8. 12.

6. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus.

7. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce; societatem habemus ad invicem, & sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato. Hebr. 9. 14. 1. Pet. 1. 19. Apoc. 1. 5.

8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus; ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 3. Reg. 8. 46. 2. Par. 6. 36. Prov. 20. 9. Eccles. 7. 21.

9. Si confiteamur peccata nostra; fidelis est, & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*paruit nobis:* at l. de parad. col. 172. e. post *de verbo vitæ*, statim ponit: *& vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis:* in Ps. verò 36. col. 793. f. & in Luc. 7. col. 1378. c. legit, *& vita apparuit.* Auctor l. de promiss. p. 3. promiss. 30. col. 181. d. *& vita palàm facta est nobis.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 26. p. 132. & fragm. 1. cont. Fab. p. 578. cum Facund. Herm. l. 1. apud Sirm. to. 2. col. 424. e. *& vita palàm facta est, & vidimus, & testamur, & nunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & palàm facta est nobis.* Similiter habet Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. h. *annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem.* Græc. καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν.

℣. 3. Augustinus ibid. col. 829. b. habet *ut societatem*, absque *& vos;* paulòque post, *& Filio ejus Jesu Christo:* at in Rom. 1. col. 932. a. *Quod ergo vidimus, nunciamus & vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & Filio ejus J. C.* Ambrosius l. 4. de fide, col. 548. b. *& communicatio nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus J. C.* & l. 1. de Spir. S. col. 627. c. *& communicatio nostra cum Patre, & Filio ejus J. C.* Gr. Ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰ. Χρ. Mss. quidam ferunt, ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν· subinde in aliis deest δὲ, post κοινωνία· paulòque post in uno, ἡ μετὰ τοῦ Πατρός.

℣. 4. Augustino concinit Beda in hunc loc. Græcum quoque habet: Καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη. Veles. autem cod. ἵνα χαρῆτε, καὶ ἡ χαρὰ ἡμῶν· alii quidam, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν. Corb. Lat. n. 2. legit: *Et hæc scripsimus vobis ut gaudeatis, & gaudium nostrum*, &c. sed Mss. alii plurimi non agnoscunt verbum *gaudeatis*, si Millio fides, uti nec Augustinus, nec Beda supra.

℣. 5. Ita Augustinus non semel; at infra, col. 829. e. legit, *& tenebræ in eo sunt nullæ.* Ambrosius l. 1. de Spir. S. col. 629. b. *Quia Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt.* Sic etiam Fulg. resp. cont. Arian. p. 61. addita voce *ullæ*, in fine. Gr. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία...... καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν· Ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. Mss. plerique, pro ἐπαγγελία, ferunt ἀγγελία.

℣. 6. Græcum: Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν, &c. ut in Latino textu. Ms. Alex. Ἐὰν γὰρ εἴπωμεν.

℣. 7. Eadem rursum habet Augustinus lib. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 23. d. exceptis his: *Quòd si in lumine ambulaverimus......, societ. hab. in invicem.* Tertullianus l. de pudic. p. 1012. b. *Si verò in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, & sanguis J. C. Dom. nostri emundat nos ab omni delicto:* item ibid. *sanguis Filii ejus emundat nos ab omni delicto.* Fulg. resp. cont. Arian. p. 61. *Si in lumine ambulemus, sicut & ipse est in lumine; societatem habemus ad invicem, & sanguis Jesu, Filii ejus, mundat nos ab omni peccato.* Gr. Ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰ. Χρ. τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Ms. 1. pro ἀλλήλων, habet αὐτοῦ· subinde alius καθαρίσει, al. καθαριεῖ.

℣. 8. Idem Augustinus ep. 153. to. 2. col. 527. & tr. 41. in Joh. to. 3. part. 2. col. 574. d. legit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus; nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est:* itidem epist. 157. col. 543. b. & ep. 185. col. 658. f. & in Ps. 38. to. 4. col. 320. a. & l. de contin. to. 6. col. 312. f. & l. de S. virginit. ibid. col. 366. b. sic etiam serm. 301. tom. 5. col. 1222. e. addito *enim*, ante *dixerimus:* at l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 133. d. *Si dixerimus quia peccatum non habemus; nosmetipsos seducimus*, &c. ut sup. & tract. 80. in Joh. to. 3. col. 703. b. & in Ps. 118. to. 4. col. 1281. c. necnon l. cont. mendac. to. 6. col. 473. c. *Si dixerimus..... nosipsos seducimus*, &c. Similiter Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 95. d. cum Avito Vien. hom. de Rogat. Sirm. tom. 2. col. 138. a. & Cassiod. in Ps. 31. col. 103. c. Eadem etiam habet Cypr. l. de or. Dom. p. 211. b. & l. de op. & eleem. p. 238. a. & l. 3. Testim. p. 319. c. uno excepto *decipimus*, pro *seducimus.* Concinunt Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 211. d. Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 602. b. Auctor l. cont. Fulg. Donat. append. August. tom. 9. col. 6. e. & Optat. Milev. l. 2. & 7. cont. Donat. pp. 40. a. b. 103. b. quibus adjungendus Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 503. f. nisi quòd habeat *nosmetipsos:* at l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. b. & l. 1. cont. Pelag. col. 490. d. *ipsi nos seducimus.* Itidem Fulg. l. de incarn. p. 425. Leo Mag. ser. 36. p. 98. b. & Auct. epist. ad Demetriad. p. 48. c. Gelasius verò I. tr. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. b. 1250. b. *Si dixerimus quia peccatum non habemus; nosmetipsos seducimus, quia veritas in nobis non est.* Tertull. solus l. de pudic. p. 1012. b. *Si dicamus nos delictum non habere; seducimus nosmet. & veritas non est in nobis.* Apud Ennodium pro Synod. Sirm. to. 1. col. 1643. b. c. hæc leguntur: *Joannis etiam Apostoli jactatis scripta violari, quia ex verbis ejus dictum est: Si dicamus quia peccatum non habemus; mendaces sumus, & veritas in nobis non est:* addit Ennodius: *De codicum diversitate nil queror: ideo ergo corrupta sunt Apostoli monita, quia non junxerunt, Nos ipsos decipimus; & quia junxerunt, Mendaces sumus.* Gr. Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν· ἑαυτοὺς πλανῶμεν, &c. ut in Lat. Codex Canon. Eccl. Afric. ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν.

℣. 9. Augustinus ibid. col. 830. f. legit: *fidelis est, & justus, qui dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex*, &c. paulò verò post: *fidelis est, & justus, qui mundet nos ab omni iniquitate:* & epist. 185. to. 2. col. 658. g. & tr. 80. in Joh. to. 3. col. 703. b. necnon serm. 301. tom. 5. col. 1222. e. sic habet: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra; fidelis est, & justus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate:* itidem tract. 56. in Johan. col. 657. b. excepto *Si enim confiteamur:* at in Ps. 118. tom. 4. col. 1281. d. *Quòd si confessi fuerimus delicta nostra; fidelis est, & justus, ut dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab*, &c. ut sup. similiter l. de S. virginit. to. 6. col. 366. b. & l. cont. mendac. col. 473. c. præter verbum *purget*, pro *mundet.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. b. *Si confitemur delicta nostra; fidelis, & justus est, ut dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni injustitia.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 211. b. *Si autem confessi fuerimus peccata nostra; fidelis, & justus est Dominus, qui nobis peccata dimittat.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. col. 193. b. *Si confiteamur peccata nostra; fidelis, & justus est, ut remittat nobis peccata, & mun-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

10. Si dixerimus quoniam non peccavimus; mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in vobis.

**Versio antiqua.**

10. Quòd si dixerimus quia non peccavimus; mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in nobis. *August. ubi sup.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*det nos ab omni iniquitate:* ita rursum l. 1. cont. Pelag. col. 490. d. si exceperis *ut dimittat nobis pecc. nostra.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambr. col. 602. b. *Si autem confessi fuerimus peccata nostra; & fidelis, & justus est Deus, qui nobis peccata dimittat, & mundet nos ab omni iniquitate.* Auctor quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 95. d. *Si confitemur peccata nostra; fidelis, & justus est, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni injustitia.* Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. c. 1250. b. *Quòd si confessi fuerimus delicta nostra; fidelis est, & justus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Græc. Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· πιστός ἐστι, καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. Ms. 1. pro ἀφῇ, habet ἀφιέσῃ· & alius paulò post, ἁμαρτίας ἡμῶν.

℣. 10. Idem Augustinus l. de S. virginit. tom. 6. col. 366. b. & l. cont. mendac. col. 473. c. *Quòd si dixerimus quia non peccavimus; mendacem faciemus eum, & verbum ejus non erit in nobis.* Itidem Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. c. 1250. b. deleto *Quòd.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. col. 193. b. *Si dixerimus quia non peccavimus; mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in nobis.* Sic etiam Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 602. b. excepto verbo *peccamus*, pro *peccavimus.* Tertul. l. de pudic. col. 1012. b. *Si dicamus nos non deliquisse; mendatem facimus illum, & sermo ejus non est in nobis.* Gr. Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν· ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν, καὶ ὁ λόγος, &c. ut in Latino.

# CAPUT II.

**Vulgata nova.**

1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum:

2. & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nobis autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.

3. Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus.

4. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus

**Versio antiqua.**

1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Et si quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, Jesum Christum justum: *August. ibid. col. 831.....*

2. & ipse propitiatio est peccatorum nostrorum; non tantùm nostrorum, sed & totius mundi.

3. Et in hoc cognoscimus eum, si mandata ejus servaverimus.

4. Qui dicit quia cognovit eum, & mandata

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Idem Augustinus l. de S. virginit. to. 6. col. 366. c. hab. *Filioli mei, hæc scripsi vobis, ut non peccetis. Et si quis peccaverit, advocatum habemus ad Patrem, J. Chr. justum:* & l. 19. cont. Faust. to. 8. col. 317. b. *Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Et si quis pecc. advocatum hab. apud Patrem, J. C. justum:* & l. 2. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 134. c. *Fratres, hæc scribo vob. ut non pecc. Et si quis pecc. advoc. hab. ad Patrem, J. C. justum:* & l. de fide & op. to. 6. col. 187. f. *Hæc scripsi vobis, ut...... Et si quis pecc. advocat. hab. apud Patrem, J. C. justum:* itidem tract. 50. in Joh. to. 3. p. 2. col. 642. c. excepto verbo *scribo:* & inf. tract. 74. & 87. col. 692. e. & 715. a. *advoc. hab. ad Patrem,* &c. epist. verò 149. to. 2. col. 509. a. *advoc. hab. apud Patrem.* Similiter Ambrosius in Ps. 118. col. 1231. a. & in Luc. 6. col. 1366. a. item l. 1. de Spir. S. col. 628. d. legit: *Si quis peccaverit, paraclitum habemus apud Patrem, J. C.* & in Ps. 40. col. 870. e. *advocatum hab. apud Patrem, Dominum Jesum.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. b. *Filioli, hæc scripsi vobis, ne delinquatis. Et si deliqueritis, advocatum habemus apud Deum Patrem, J. C. justum.* Cypr. epist. 52. p. 71. c. *Filioli mei, ista scribo vobis, ne delinquatis. Et si quis deliquerit, advocat. habemus apud Patrem, Jesum Christum suffragatorem.* Hieron. l. 2. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 193. c. *Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advoc. hab. apud Patrem, J. C. justum:* ita rursus infra, col. 194. b. ab his: *Et si quis.* Auctor l. de vocat. gent. l. 2. c. 2. p. 20. c. *Sed & si quis peccaverit,* &c. ut supra. Auctor quæst. ex N. T. q. 97. col. 88. f. *habemus advocatum apud Patrem, J. Chr. qui,* &c. & q. 102. ex utroque T. col. 95. e. *Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, J. C.* Accinit Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 602. b. sublata voce ult. *Christum.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 35. col. 116. d. *advocatum habemus apud Patrem, J. C. Dominum.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. d. & 1250. c. *Hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, justum.* Victor Vit. l. 3. de persec. Afr. p. 45. c. *Hæc scribo vobis, ne peccetis. Sed & si quis peccaverit, paraclitum habemus apud Patrem, J. C.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. *Hæc vobis scribo, ut non peccetis. Quòd si peccaverimus, paraclitum habemus ad Patrem, J. C.* & l. 1. cont. Eutych. *Si peccaverimus, advocatum habemus apud Patrem, Jesum:* & l. cont. Varimad. p. 749. a. *Quòd si peccaverimus, advocatum habemus apud Patrem, J. C. justum.* Sic etiam Fulgent. fragm. 6. cont. Fab. p. 586. à voce *advocatum.* Græc. Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε. Καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα, Ἰ. Χρ. δίκαιον.

℣. 2. Augustinus ibid. col. 831. b. & tract. 87. in Joh. col. 715. a. necnon l. de S. virginit. to. 6. col. 366. c. *& ipse propitiator est peccatorum nostrorum; non tantùm nostrorum, sed etiam totius mundi:* at epist. 149. to. 2. col. 509. a. item l. de fide & op. to. 6. col. 187. f. & l. 19. contra Faust. to. 8. col. 317. b. *& ipse est exoratio pro peccatis nostris:* & l. 2. contra epist. Parmen. tom. 9. col. 133. d. *& ipse est propitiatio pro peccatis nostris:* & tract. 52. in Joh. col. 642. c. *& ipse propitiatio est peccatorum nostrorum.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. b. *& ipse placatio est pro delictis nostris.* Hilarius in Ps. 64. col. 164. b. *ipse est placatio pro peccatis nostris.* Cypr. ep. 52. p. 71. c. *& ipse est deprecatio pro delictis nostris.* Ambrosius in Ps. 40. col. 870. e. *& ipse est deprecatio pro peccatis nostris.* Victor Tun. l. de pœnit. col. 602. b. *& ipse exorat pro peccatis nostris.* Auctor quæst. ex N. T. p. 1. q. 97. col. 88. f. *qui exorat pro peccatis nostris:* & p. 2. q. 36. col. 151. e. *qui postulat pro peccatis nostris, & totius mundi.* Vigilius Tapſ. l. 1. contra Eutych. *ipse interpellat pro peccatis nostris:* l. verò 12. de Trin. *& ipse propitiatio est pro peccatis nostris.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 35. col. 116. d. *& ipse est exoratio pro delictis nostris.* Fulg. fragm. 6. cont. Fab. p. 586. *& ipse est exoratio pro peccatis nostris.* Gelasius I. tract. 3. contra Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. d. *& ipse propitiatio peccatorum nostrorum; non tantùm nostrorum, sed & totius mundi:* ita rursum inf. col. 1250. c. addito *est*, post *ipse;* detracto verò *&*, ante *totius.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. c. & 194. Vulgatæ concinit, ut & Auctor l. de voc. gent. l. 2. c. 2. p. 20. c. In Græco etiam: καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν, &c. ut in Vulgata. Clem. Alex. omittit περὶ, si Millio fides.

℣. 3. Idem Augustinus l. de fide & op. to. 6. col. 187. b. *In hoc cognoscimus eum, si mandata ejus servemus.* Tichon. reg. 6. p. 63. d. *In isto cognoscimus eum, si præcepta ejus custodiamus.* Cypr. epist. 25. p. 34. b. *In hoc intelligimus quia cognovimus eum, si præcepta ejus custodiamus.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 206. a. *Ex hoc intelligimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus servemus.* Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. c. *Et in hoc scimus quòd cognoscimus eum, si mandata ejus observemus.* Gr. Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

℣. 4. Ita rursum habet Augustinus l. de fide & op. to. 6. col. 187. b. præter verbum *cognovi*, pro *cognovit.* Similiter Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 206. a. *Qui autem dicit, Quoniam cognovi eum, & mandata ejus non custodit,*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*August. ubi sup.* ejus non servat, mendax est, & in hoc veritas non est.

5. Qui autem servaverit verbum ejus, verè in hoc perfecta est dilectio Dei: in hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in ipso perfecti fuerimus.

6. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ipse ambulavit, & ipse ambulare.

7. Dilectissimi, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habebatis ab initio: Mandatum vetus, est verbum quod audistis.

8. Iterum mandatum novum scribo vobis, quod est verum in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & lux vera jam lucet.

9. Qui dicit se esse in lumine, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.

10. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.

11. Nam qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat: quoniam tenebræ excæcaverunt oculos ejus.

12. Scribo vobis, filioli, quia remittuntur vobis peccata per nomen ejus.

13. Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum, qui à principio est. Scribo vobis, juvenes, quia vicistis malignum.

14. Scribo vobis, pueri, quia cognovistis pa-

VULGATA NOVA.

non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.

5. Qui autem servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est: & in hoc scimus quoniam in ipso sumus.

6. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.

7. Charissimi, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio: Mandatum vetus, est verbum quod audistis.

8. Iterum mandatum novum scribo vobis, quod verum est & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen jam lucet. *Joan. 13. 34. & 15. 12.*

9. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.

10. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. *Inf. 3. 14.*

11. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.

12. Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus.

13. Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis, adolescentes, quoniam vicistis malignum.

14. Scribo vobis, infantes, quoniam cognovi-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*mendax est, & in hoc veritas non est.* Itidem Tichon. reg. 6. p. 63. d. excepto *servat*, pro *custodit*. Cypr. ep. 25. p. 34. b. *Qui dicit quoniam cognovit eum, & mandata ejus non servat, mendax est, & veritas in illo non est.* Ambrosius l. 2. in Luc. n. 94. col. 1313. b. *Qui enim dicit quia novit eum, & præcepta ejus non servat, mendax est.* Gr. Ὁ λέγων, Ἔγνωκα αὐτὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστὶ, καὶ, &c. ut in Lat. Mss. quidam ponunt ὅτι, ante Ἔγνωκα.

℣. 5. *Si in ipso perfecti fuerimus.* Ità Augustinus semel & iterum loco sup. cit. tum addit: *Perfectos in dilectione vocat*: deinde: *Quæ est perfectio dilectionis?* &c. Hieron. verò l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. c. eadem quæ in Vulg. *Qui autem servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est: in hoc scimus quoniam in ipso sumus*: deinde, *Qui dicit*, &c. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 206. a. *Qui autem servaverint ejus verbum, verè ab eis charitas Dei consummata est*: & infra: *Qui servaverint ejus verbum, verè consummata est charitas Dei apud illos.* Græc. Ὃς δ' ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν. Mss. Lat. duo vel tres addunt, cum August. *si in illo perfecti fuerimus*, teste Millio. Corb. noster n. 2. *si in ipso consummemur*; sed in margine tantùm, licet eadem manu. Reclamant autem reliqui Latini, cum omnibus Græcis.

℣. 6. Idem Augustinus tract. 51. in Johan. to. 3. col. 638. c. *Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ambulavit ille, & ipse ambulare.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 151. c. *Qui enim in Christum credit, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare*: at l. 2. col. 193. c. e. *Qui dicit se in ipso man. debet*, &c. & l. 2. in ep. ad Eph. p. 1. col. 372. a. *Qui dicit se in Christo credere, debet, sicut ille ambul.* &c. Cypr. ep. 56. p. 90. b. *Qui dicit se in Christo man. debet, quomodo ille ambulav. & ipse ambulare*: ita rursum l. de hab. virg. p. 175. c. & l. de bono pat. p. 250. a. & l. 3. Testim. p. 308. b. cui accinit Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 9. p. 76. excepto *quemadmodum*, pro *quomodo*. S. Paulinus ep. 24. p. 164. b. *Qui dicit se Christum sequi, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.* Tertul. verò l. de monog. p. 952. b. huc alludens dicit *sic nos incedere debere, quemadmodum & Dominus utique etiam secundùm sanctitatem carnis admonuit incedere.* Græc. Ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει, καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν. In Mss. 2. deest οὕτως.

℣. 7. Græcum: Ἀδελφοὶ, οὐκ ἐντολὴν καινὴν..... ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς· Ἡ ἐντολὴ... ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς. Mss. plures, pro Ἀδελφοὶ, habent Ἀγαπητοὶ, quorum quatuor, cum aliis tribus delent ἀπ' ἀρχῆς, post ἠκούσατε.

℣. 8. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. f. *Mandatum novum scripsi vobis, quod est verissimum & in Christo, & in nobis: quia tenebræ præterierunt, & lux jam lucet.* Græc. Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν· ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ, &c. ut in Vulg. Mss. quidam, καὶ ἐν ἡμῖν.

℣. 9. Augustinus ibid. *Qui dicit se esse in luce*, &c. ut supra. Itidem Cypr. l. de zelo & liv. p. 258. c. nisi quòd, post vocem ult. *adhuc*, addat, *& in tenebris ambulat*, &c. de ℣. 11. omissis omnibus intermediis: & l. 3. Testim. p. 305. b. *Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, mendax est, & in tenebris ambulat usque adhuc.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 206. b. cum Fulg. l. de incarn. p. 425. *Qui dicit se in lumine esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.* Gr. Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ, &c. ut in Latino.

℣. 10. Lucifer Calarit. l. 2. pro S. Ath, p. 206. b. *Qui autem amat fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum non est in eo.* Fulg. l. de incarn. p. 425. *Nam qui diligit fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum in eo non est.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 989. a. *Et qui charum habet fratrem suum, ipse est in lumine. Qui autem odit*, &c. Gr. Ὁ ἀγαπῶν τὸν, &c. ut in Vulgata.

℣. 11. Cyprianus, post verba, *usque adhuc*, quæ sunt ultima versûs 9. statim addit: *& in tenebris ambulat, & non scit quò eat: quoniam tenebræ excæcaverunt oculos ejus.* Auctor l. ad Novatian. p. 439. c. *Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & non scit quò eat: quia tenebræ excæcaverunt oculos ejus.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 206. b. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quoniam tenebræ obscuraverunt cor ejus*: item ibid. *Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nesciens fit quò pergat.* Fulg. l. de incarn. p. 425. n. 36. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit ubi ambulat: quoniam tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.* Itidem Chromat. Aquil. in Matth. p. 989. a. omisso tantùm, *in tenebris est, &*. Græc. Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει· ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. In Æthiop. desunt, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, si Millio fides.

℣. 12. Idem Augustinus infra, *quia dimittuntur peccata per nomen ejus.* Gr. ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

℣. 13. Ambrosius in Ps. 36. col. 800. d. *Scribo vobis, pueri, quia cognovistis patrem. Scribo vobis, juvenes, quia vicistis malum. Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum, qui est ab initio*: & in Ps. 43. col. 887. c. *Dico vobis, patres, qui cognovistis eum, qui est ab initio.* Hieronymus in Isai. 3. to. 3. col. 33. e. *Scripsi vobis, patres, quia cognovistis eum, qui à principio est.* Ruricius l. 2. epist. 10. p. 567. c. *Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis, juvenes, quoniam vicistis malignum.* Ita quoque in Græco, deleto verbo *est*. Mss. quidam, pro 1. Γράφω, *Scribo*, ferunt Ἔγραψα, *Scripsi*.

℣. 14. *Scribo vobis, patres*, rursum legebat Augustinus in suo Manuscr. nam, post hanc vocem *patres*, subjungit: *Commendat hoc, & repetit.* Eandem quoque sententiam

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

stis patrem. Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.

15. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo:

16. quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

17. Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

18. Filioli, novissima hora est: & sicut audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus, quia novissima hora est.

VERSIO ANTIQUA.

trem. Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum, qui à principio est. Scribo vobis, juvenes, quia fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. *August. ubi sup.*

15. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, dilectio Patris non est in ipso:

16. quia omne, quod in mundo est, desiderium est carnis, & desiderium oculorum, & ambitio sæculi: quæ non sunt ex Patre, sed ex mundo sunt.

17. Et mundus transit, & desideria ejus. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut & ipse manet in æternum.

18. Pueri, novissima hora est: & sicut audistis quòd Antichristus sit venturus, nunc Antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus, quòd novissima sit hora.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

repetit Beda in hunc loc. *Scribo vobis, infantes, quoniam cognovistis patrem. Scribo vobis, patres, quon. cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis, juvenes*, &c. ut sup. Itidem in Græco: Γράφω ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. Ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, &c. ut in Lat. at in Mss. nonnullis omittitur, Ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ruricius l. 2. ep. 10. p. 567. c. in principio habet: *Scribo vobis, pueri.*

℣. 15. Ita rursum habet Augustinus col. 843. c. præter ultima verba: *non est charitas Patris in eo* (vel *illo:*) similiter epist. 220. to. 2. col. 814. a. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio Patris non est in eo:* & infra, altero modo: *non est caritas Patris in illo:* & serm. 311. to. 5. col. 1252. d. necnon l. de nupt. & concup. to. 10. col. 290. g. *Nolite diligere mund. neque ea.... Quisquis dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo:* at l. de pat. to. 6. col. 540. a. & l. 14. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 355. f. *Si quis dilexerit mund. non est dilectio Patris in eo:* & in Joh. 2. col. 363. d. *Si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo:* lib. verò de vera relig. tom. 1. col. 749. f. cum Auctore l. de promiss. p. 2. c. 33. col. 161. b. post hæc, *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt*, statim subdit: *quoniam omne, quod in mundo*, &c. omissis intermediis: vide etiam August. in Ps. 8. to. 4. col. 45. c. necnon l. 6. de mus. to. 1. col. 533. f. Cypr. l. de hab. virg. p. 175. b. necnon Zeno Veron. l. 1. tract. 2. 7. & 12. pp. 24. 67. & 90. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est caritas Patris in illo:* ita rursum Cypr. l. de orat. Dom. p. 208. c. & l. de mortal. p. 236. a. & l. 3. Testim. p. 308. b. Sic etiam Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 183. d. excepto verbo *diligit*, pro *dilexerit*. Concinit Victor Tun. l. de pœnit. col. 604. f. Auctor verò quæst. ex utroque T. q. 115. col. 124. a. *Nolite diligere hunc mundum, neque ea, quæ in hoc mundo sunt.* Similiter Ambrosiaster in Gal. 5. 24. col. 229. b. qui addit, *Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in illo:* & in Coloss. 2. 19. col. 270. f. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* Collat. Carthag. p. 491. c. *Si quis dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo.* In Græco: Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ.

℣. 16. Eadem rursum habet Augustinus ibid. col. 843. c. exceptis his: *quia omnia, quæ sunt in mundo, desid. est ...... quæ non est ex Patre, sed ex mundo:* at l. de vera relig. tom. 1. col. 749. f. 772. f. *quoniam omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi:* itidem l. de pat. to. 6. col. 540. a. additis, *quæ non est ex Patre, sed ex mundo est:* eadem repetit epist. 220. to. 2. col. 814. a. necnon col. 815. c. nisi quòd hoc posteriori loco habeat: *quoniam omnia, quæ in mundo sunt, concupiscentia*, &c. vide etiam eund. in Ps. 8. to. 4. col. 45. c. & serm. 311. to. 5. col. 1252. d. & l. de mus. to. 1. col. 533. f. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 290. g. & l. 6. cont. Julian. col. 663. b. Cyprianus l. de hab. virg. p. 175. b. & l. 3. Testim. p. 308. b. necnon Zeno Veron. l. 1. tract. 12. p. 90. *quoniam omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concup. oculorum, & ambitio sæculi: quæ non est à Patre, sed ex concupiscentia sæculi:* sic iterum Cypr. & Zeno; ille l. de orat. Dom. p. 208. c. & l. de mortal. p. 236. a. iste l. 1. tract. 2. & 7. pp. 24. & 67. præter vocem ult. *mundi*, loco *sæculi*. Ita quoque habet Victor Tun. l. de pœnit. col. 604. f. addito *est* in fine, post vocem *mundi*. Hieronymus l. 1. contra Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. f. *quoniam omne, quod in mundo est, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & superbia hujus vitæ: quæ non est de Patre, sed de mundo.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1139. d. *quia omne, quod in sæculo est, concupiscentia est carnis, & concupiscentia oculorum, & jactantia vitæ.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 33. col. 161. b. & p. 3. prom. 39. col. 187. d. *omne enim, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concup. oculorum, & ambitio sæculi.* Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Conc. to. 4. col. 1242. d. *omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concup. oculorum, & ambitio sæculi: quæ non est à Patre, sed ex mundo est.* Ruricius epist. 22. l. 2. p. 571. h. *quia omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis, concup. oculorum, & superbia vitæ humanæ: quæ non est de Patre, sed de mundo est.* Ambrosiaster in Gal. 5. 24. col. 229. b. *quia omne, quod in hoc mundo est, concup. carnis est, & concup. oculorum.* Tertul. l. de spect. c. 15. p. 216. c. huc alludens ait: *Concupiscentiæ sæculi damnantur.* Græc. ὅτι πᾶν, τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ.... καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου· οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί.

℣. 17. Eadem habet idem Augustinus col. 843. c. præter hæc: *Qui autem fecit volunt..... sicut & Deus manet in æt.* item epist. 220. to. 2. col. 814. a. 815. c. *Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit* (inf. *fecerit*) *volunt. Dei, manet in æt. sicut & Deus manet in æt.* ita rursum serm. 311. to. 5. col. 1252. e. & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 291. a. cum verbo *fecerit*. Concinit Ruricius l. 2. ep. 22. p. 571. h. Cyprianus verò l. de hab. virg. p. 175. b. & l. de orat. Dom. p. 208. c. & de mortal. p. 236. a. cum Zenone Veron. l. 1. tract. 12. p. 90. *Et mundus transibit, & concupiscentia ejus. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æt. quomodo & Deus manet in æternum:* itidem Cypr. l. 3. Testim. p. 308. b. deleto &, post *quomodo:* at infra, p. 311. c. habet, *quomodo & ipse manet in æternum.* Lucifer Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 243. e. *Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem fecerit volunt. Dei, manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.* Victor Tun. l. de pœnit. col. 604. f. *Et mundus transit, & concup. ejus. Qui verò facit volunt. Dei, manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.* Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 183. f. *Et mundus præterit, & desiderium ejus. Qui autem facit voluntat. Dei, manet in æternum.* Gelasius I. tract. 3. cont. Pelag. Concil. to. 4. col. 1242. d. *Et mundus transit, & concup. ejus. Qui autem fecerit voluntatem Domini, manet in æternum.* Græc. Καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ. Ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 18. Sic rursum habet Augustinus l. 20. de civitate Dei, c. 19. tom. 7. col. 598. a. addito *autem*, post *nunc*. Irenæus l. 3. c. 16. p. 206. c. *Filioli, novissima hora est: & quemadmodum audistis quoniam Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus, quoniam novissima hora est.* Cypr. ep. 70. p. 126. & epist. 76. p. 152. a. *audistis quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus, quia novissima hora est.* Itidem Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 232. a. usque ad vocem *unde*. Sic etiam Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 5. col. 192. a. detracto *autem*. Tichon. reg. 1. p. 50. e. *sicut audistis quia Antichristus venit.* Vide Hilar. cont. Auxent. col. 1263. c. & Ambros. l. 2. de fide, col. 494. e. qui Ambrosius ep. 23. col. 886. d. legit, *Pueri, novissima hora est.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. p. 1.

VERSIO ANTIQUA.

*August. ubi sup.*

19. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quòd si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifestarentur quòd non omnes erant ex nobis.

20. Et vos unctionem habetis à Sancto, ut ipsi vobis manifesti sitis.

21. Scribo vobis, non quòd nescieritis veritatem, sed quia nostis eam: & quia omne mendacium non est ex veritate.

22. Quis est mendax, nisi is, qui negat quòd Jesus non est Christus?

23. Omnis, qui negat Filium, nec Filium, nec Patrem habet: & qui confitetur Filium, & Filium, & Patrem habet.

24. Ergo vos quod ab initio audistis, in vobis maneat: Quòd si in vobis manserit quod ab initio audistis, & vos in Filio, & Patre manebitis.

25. Hæc est pollicitatio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.

26. Hæc scripsi vobis de his, qui vos seducunt:

27. ut sciatis quia unctionem habetis, & unctio quam accepimus ab eo, permaneat in nobis. Et

VULGATA NOVA.

19. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis.

20. Sed vos unctionem habetis à Sancto, & nostis omnia.

21. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est.

22. Quis est mendax, nisi is, qui negat quoniam Jesus est Christus? Hic est Antichristus, qui negat Patrem, & Filium.

23. Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet.

24. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio, & Patre manebitis.

25. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.

26. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos.

27. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 159. f. *Fratres, novissima hora est: etenim sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt: propter quod cognoscimus, quia novissima hora est.* Vigil. Tapf. l. contra Varim. p. 736. d. *Filioli, novissima hora est:* deinde, *Et unde scimus*, inquit, *quia novissima hora est? quia multi pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum.* Græcum cum Vulgata concordat.

℣. 19. Eadem repetit Augustinus ibid. col. 846. d. 847. a. præter *nam si fuissent*, pro *quòd si fuissent:* similiter l. 20. de civit. Dei, c. 19. to. 7. col. 598. a. usque ad *sed ut:* sic etiam sup. c. 8. col. 584. f. necnon tract. 61. in Joh. to. 3. p. 2. col. 666. f. excepto verbo *mansissent*, pro *permansissent*. Irenæus etiam l. 3. c. 16. p. 206. c. legit: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifestarentur quoniam non sunt ex nobis.* Tertul. l. de præscr. c. 4. p. 331. a. *Ex nobis prodierunt, sed non fuerunt ex nobis: si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Cypr. epist. 55. p. 83. b. *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum:* ita rursum ep. 70. p. 126. & epist. 76. p. 152. a. & l. de unit. Eccl. p. 197. b. & l. 3. Testim. p. 325. b. cui concinit Hieron. in Osee, to. 3. col. 1280. item Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. d. cum Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 5. col. 192. a. nisi quòd uterque habeat *erant*, pro *fuerunt*. Ambrosius in Ps. 36. col. 799. b. *Sed hi ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim ex nobis fuissent, nobiscum perseverassent:* & in Ps. 40. col. 874. b. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim ex nobis fuissent, nobiscum mansissent:* & in Luc. 13. col. 1452. a. *Sicut enim sunt qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim ex nobis essent, nobiscum mansissent.* Optatus l. 1. contra Donat. p. 14. b. *quia non erant nostri: nam si nostri essent, mansissent nobiscum.* Ambrosiaster in Rom. 9. 12. col. 81. e. *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Gr. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν.

℣. 20. Irenæus l. 3. c. 16. p. 206. c. hunc versiculum omittit cum priori parte versûs sequentis. Hieronymus in Abac. 3. to. 3. col. 1632. d. habet, *Et vos unguentum habetis à Sancto.* Isychius in Levitic. 1. l. 1. c. 1. p. 55. b. *Et vos unctionem habetis à Sancto, & scitis omnes.* Græc. Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ Ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα· Ms. 1. οἴδατε πάντες.

℣. 21. Irenæus l. 3. c. 16. p. 206. c. post verba *non sunt ex nobis*, quæ sunt ultima versûs anteced. 19. statim addit: *Cognoscite ergo, quoniam omne mendacium extraneum est, & non est de veritate.* Græcum habet: Οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτήν· καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι.

℣. 22. Hæc tantùm refert Augustinus col. 846. a. nec etiam plura habet infra, lit. d. nisi quòd paulò post dicat: *Ergo ille est Antichristus, qui negat Jesum esse Christum:* & infra: *Quicunque negat quòd Jesus non est Christus, ipse est Antichristus:* & post plura, col. 870. d. *Qui negat J. C. in carne venisse, hic est Antichristus.* Item Gelasius I. epist. 3. Conc. to. 4. col. 1167. a. *Qui negat Christum in carne venisse, hic est Antichristus.* Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. 2. 2. col. 117. d. Iren. l. 3. c. 16. p. 206. e. legit: *Quis est mendax, nisi qui negat quoniam Jesus non est Christus? Hic est Antichristus.* Hilarius l. 6. de Trin. col. 907. c. & Faustinus presb. l. cont. Arian. p. 644. d. *Hic est Antichristus, qui negat Patrem, & Filium.* Vigilius Tapf. l. 4. de Trin. *Qui negat Patrem, & Filium, hic est Antichristus.* Tertul. l. cont. Prax. p. 858. a. *mendacem* ait à Joanne notari *eum, qui negaverit Jesum esse Christum.* Græc. Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; deinde, Οὗτός ὁ Ἀντίχρ. ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν.

℣. 23. Cyprianus epist. ad Fortunat. p. 265. b. necnon l. 2. Testim. p. 296. a. *Qui negat Filium, neque Patrem habet: qui confitetur Filium, & Filium, & Patrem habet.* Itidem Hilarius l. 6. de Trin. col. 907. e. cum Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 644. e. & Vigilio Tapf. l. contra Varimad. p. 737. d. at idem Vigil. l. 4. de Trin. *Qui non confitetur Filium, nec Patrem habet: qui autem confitetur Fil. & Patrem habet.* Lucifer Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 228. b. *Qui non crediderit in Filium, nec Patrem habet: qui verò credit in Filium, & Patrem, & Filium habet.* Ambrosius l. 2. de fide, col. 495. a. *Omnis, qui negat Filium, negat & Patrem:* sed ejusd. Mss. 6. *nec Patrem habet.* Ambrosiaster in 1. Cor. 2. col. 117. d. *& qui negat Filium, nec Patrem habet.* Græc. Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει· nec addit plura: Mss. tamen multi subdunt, ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει, ut in Vulg. Vide sis Morin. l. 1. Exercitat. cap. 1. p. 39. num. 15.

℣. 24. Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 737. d. *Quòd si in verbo manseritis, & vos in Filio, & Patre manebitis.* Græc. Ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέτω· Ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ἐν τῷ Πατρὶ μενεῖτε. Mss. nonnulli in principio delent οὖν.

℣. 25. Græcum: Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο, &c. ut in Latino.

℣. 26. Similiter habet Hieronymus in Abac. 3. tom. 3. col. 1632. d. nec refragatur Græcum. Fulgent. fragm. 3. cont. Fab. p. 582. *Hæc scribo vobis*, &c. ut in Vulgata.

℣. 27. *Ut sciatis quia unctionem habetis.* Ita Augustinus ibid. Mss. tamen duo, horum verborum loco, ferunt, *Et vos unctionem, quam accepistis ab eo:* deinde, *& unctio, quam accepimus*, &c. item in fine, pro *in ipsa*, totidem Mss. *in ipso.* Hieronymus in Abac. 3. to. 3. col. 1632. d. legit: *Et chrisma, quod accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed ipsum chrisma docebit vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut vos docuit: manete in eo.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 748. f. *Et nos unctionem, quam accepimus à Sancto, manet in nobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos:* & sup. p. 746. f. *Sicut docuit vos manere in eo.* Ap. Fulg. fragm. 3. cont. Fab. p. 582. omnia ut in Vulgata. Græc. Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει. Καὶ οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι,

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

doceat vos : sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos : manete in eo.

28. Et nunc filioli manete in eo : ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus.

29. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam & omnis, qui facit justitiam, ex ipso natus est.

**Versio antiqua.**

non habetis necessitatem ut aliquis vos doceat : quia unctio ipsius docet vos de omnibus, & verax est, & non est mendax. Sicut docuit vos : permanete in ipsa. *August. ubi sup.*

28. Et nunc filioli manete in eo : ut cùm manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu ejus, ut non confundamur ab eo in adventu ejus.

29. Si scitis quia justus est, scitote quia omnis, qui facit justitiam, ex ipso est natus.

### Notæ ad Versionem antiquam.

ϗ ὐκ ἔςι ψεῦδος. Καὶ, &c. ut in Vulgata. Mss. quidam, pro *μένει*, habent *μενέτω*· subinde unus, *ἡμᾶς*, pro *ὑμᾶς*· alius verò paulò post delet *ὡς*· deinde plures habent, *τὸ αὐτῦ χρίςμα*· Alex. delet Καὶ, post ψεῦδος, & sub finem habet *μένετε*, pro *μενεῖτε*, cum aliis nonnullis.

℣. 28. Græcum : Καὶ νῦν τεκνία..... ἵνα ὅταν φανερωθῇ, ἔχωμεν παῤῥησίαν, ϗ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτῦ ἐν τῇ παρυσίᾳ αὐτῦ.

℣. 29. Ambrosius l. 4. de fide, col. 548. d. *Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam qui facit* ( Mss. nonnulli *justificat* ) *justitiam, ex ipso natus est.* Vigilius Tapf. l. cont. Varim. p. 746. f. *Quod si scitis quia justus est, scitis quia omnis, qui facit justitiam, ex ipso est.* Gr. Ἐὰν εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐςι, γινώσκετε ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐξ αὐτῦ γεγέννηται. Mss. quidam, ὅτι ϗ πᾶς, ὁ ποιῶν.

---

# CAPUT III.

**Vulgata nova.**

1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non novit nos : quia non novit eum.

2. Charissimi, nunc filii Dei sumus : & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus : quoniam videbimus eum sicuti est.

3. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

4. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit : & peccatum est iniquitas.

*Isai. 53. 9.* 5. Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret : & peccatum in eo non est.

*1. Petr. 2. 22.* 6. Omnis, qui in eo manet, non peccat : &

**Versio antiqua.**

1. Ecce qualem dilectionem dedit nobis Pater, ut filii Dei vocemur & simus. Propter hoc mundus non cognoscit nos : quia non cognovit eum, & nos non cognoscit mundus. *August. ibid. col. 852.....*

2. Dilectissimi, nunc filii Dei sumus : & nondum manifestatum est quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus : quoniam videbimus eum sicuti est.

3. Et omnis, qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum, sicut & ipse castus est.

4. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit : peccatum est iniquitas.

5. Et scitis quia ille manifestatus est ut peccatum auferat : & peccatum in ipso non est.

6. Omnis, qui in ipso manet, non peccat :

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Idem Augustinus in Ps. 49. to. 4. col. 444. e. *Videte qualem dilectionem nobis dedit Deus, ut filii Dei vocemur & simus.* Græcum : Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατὴρ, ἵνα τέκνα Θεῦ κληθῶμεν. Διὰ τῦτο ὁ κόσμος ὐ γινώσκει ἡμᾶς, ὅτι ὐκ ἔγνω αὐτόν. Mss. plures, post κληθῶμεν, addunt καί ἐσμεν.

℣. 2. Iterum Augustinus tract. 101. in Joh. to. 3. p. 2. col. 752. b. *Dilectissimi, nunc filii Dei sumus : & nondum manifestatum est quod erimus. Scimus quia cùm manifestatum fuerit, similes ei erimus : quoniam videb.* &c. ut sup. eadem repetit ep. 189. to. 2. col. 698. d. & tract. 34. 35. & 53. in Joh. to. 3. col. 537. f. 543. c. & 648. d. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 105. c. exceptis verbis *apparuit*, & *apparuerit*, pro *manifestatum est*, & *manif. fuerit* : itidem in Rom. 8. to. 3. col. 913. b. & in Ps. 36. to. 4. col. 269. a. & l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 75. b. Tertul. l. de resur. carn. p. 575. a. *& nondum manifestatum est quid futuri sumus. Scimus quia si manifestaverit* ( Ms. 1. *manifestatus fuerit*, ) *similes ejus erimus.* Hieron. epist. ad Marcel. to. 4. p. 1. col. 165. d. *Charissimi, nunc filii Dei sumus : & necdum manifestatum est quod futuri sumus. Scimus enim quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus : quia videbimus eum sicuti est :* & l. 3. in ep. ad Gal. col. 317. a. *Charissimi, nunc..... & necdum manifestatum est quid futuri sumus. Scimus quia si manifestatum fuerit, similes ei erimus : quia*, &c. ut sup. & l. 1. cont. Jovin. ibid. p. 2. col. 183. f. *& necdum apparuit quid futuri sumus. Scimus autem quia cùm apparuerit*, &c. ut sup. & l. 3. cont. Pelag. col. 542. b. *Dilectissimi, filii Dei sumus : & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes*, &c. ut sup. Ambros. in Luc. 13. col. 1458. c. *Charissimi, nunc filii Dei sumus : & nondum revelatum est quid erimus. Sed scimus quia cùm revelatum fuerit, similes ei erimus :* & lib. 1. de fide, col. 453. f. *Dilecti, filii Dei sumus : & nondum apparet quid erimus. Scimus quia si revelatum fuerit, similes ei erimus :* & in Ps. 43. col. 892. f. *cùm apparuerit quid simus, similes ei erimus.* Ambrosiaster in Rom. 6. 6. col. 59. f. & in Rom. 8. 17. col. 74. b. *Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus :* & in 1. Cor. 13. 11. col. 155. f. *tunc videbimus illum sicuti est.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 106. col. 103. g. *Scimus autem quia cùm apparuerit, similes ei erimus.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 15. col. 139. d. *Charissimi, filii Dei sumus : & necdum apparuit quid erimus.* Facund. Herm. l. 10. Sirm. to. 2. col. 742. b. *Nunc filii Dei sumus : & necdum manifestatum est quod sumus. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus : quoniam videbimus eum sicuti est.* Græcum : Ἀγαπητοὶ, νῦν τέκνα Θεῦ ἐσμεν· ϗ ὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι, &c. ut in Latino.

℣. 3. Tertullianus l. de monog. p. 952. b. *Et omnis, qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut & ipse castus est :* & l. de pudic. p. 1012. b. *Omnis, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia & ille castus est.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. f. *Et omnis, qui habet hanc spem, castificat semetipsum, sicut & ille castus est.* Gr. Καὶ πᾶς, ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτὸν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐςι. Mss. quidam, pro ἐπ' αὐτῷ, hab. ἐπ' αὐτὸν, paulòque post unus, αὐτὸς, pro ἐκεῖνος.

℣. 4. Tertullianus l. de pudic. p. 1012. b. *Omnis, qui facit delictum, & iniquitatem facit : & delictum est iniquitas.* Ambrosius l. de apol. Dav. col. 698. a. *Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit.* Sic etiam Fulg. l. 1. ad Monim. c. 6. p. 6. additis seqq. *& peccatum est iniquitas :* nec aliter in Græco est.

℣. 5. Eadem repetit Augustinus ibid. col. 857. b. hoc modo : *Et scitis quia in hoc ille manifestatus est ut peccata auferat : & peccatum in illo non est.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. b. *Et scitis quòd ille manifestatus sit ut auferat delicta.* Fulg. l. 1. ad Monim. c. 6. & l. 1. ad Trasim. c. 5. p. 73. c. *Scimus quia ille apparuit ut peccata tolleret : & peccatum in eo non est.* Græc. Καὶ οἴδατε ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ· ϗ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ ὐκ ἔςι. Mss. quidam tollunt ἡμῶν, post ἁμαρτίας· editio verò 1. & 2. Erasmi legunt αἴρῃ.

℣. 6. Augustinus ibid. col. 857. b. legit : *Omnis, qui non peccat, in ipso manet : & omnis*, &c. & sup. col. 856. a. *qui facit peccatum, non vidit eum*, &c. Ambrosius in Ps. 36. col. 791. f. alludens : *Qui autem non peccat, in me manet :*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*August. ubi sup.* omnis, qui peccat, non vidit eum, neque cognovit eum.

7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est: sicut & ille justus est.

8. Qui facit peccatum, de diabolo est: quia ab initio diabolus peccat. In hoc manifestatus est Filius Dei, ut solvat opera diaboli.

9. Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: quia semen ejus in ipso manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est.

10. In hoc manifestati sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis, qui non est justus, non est à Deo, & qui non diligit fratrem suum:

11. quia hæc est annuntiatio, quam audivimus ab initio, ut diligamus invicem.

12. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et cujus rei gratiâ occidit? Quia opera ejus maligna fuerunt, fratris verò ejus, justa.

13. Nolite mirari fratres, si odit nos mundus.

14. Nos scimus quia transivimus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte:

15. omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

VULGATA NOVA.

omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum.

7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est: sicut & ille justus est.

8. Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. *Joan. 8. 44.*

9. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.

10. In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis, qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum:

11. quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum.

12. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant: fratris autem ejus, justa. *Joan. 13. 34. & 15. 12. Genes. 4. 8.*

13. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus.

14. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: *Levit. 19. 17.*

15. omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Psal. verò 45. col. 935. b. *omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. b. *Omnis, qui manet in illo, non delinquit: omnis, qui delinquit, neque vidit, neque cognovit eum.* Gr. Πᾶς, ὁ ἐν αὐτῷ μένων, οὐχ ἁμαρτάνει· πᾶς, ὁ ἁμαρτάνων, οὐχ ἑώρακεν, &c. ut in Lat. Ms. 1. καὶ πᾶς, ὁ ἁμαρτάνων.

℣. 7. Tertullianus l. de pudic. p. 1012. c. *Filioli, nemo vos seducat. Omnis, qui facit justitiam, justus est: sicut & ille justus est.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 206. c. *Filii, nemo vos fallat. Qui facit justitiam, justus est: qui autem facit peccatum,* &c. Fulg. l. 1. ad Monim. c. 9. p. 8. *Qui facit justitiam, justus est: sicut ille justus est.* Gr. Τεκνία, μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς. Ὁ ποιῶν τὴν..... καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν. In Mss. quibusdam deest καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν.

℣. 8. Similiter habet idem Augustinus lib. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 23. f. *In hoc manifestatus est Filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. c. *Qui facit delictum, ex diabolo est: quoniam diabolus à primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est Filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 206. c. d. *Qui autem facit peccatum, à diabolo est: quoniam origine diabolus peccat. Idcirco declaratus est Filius Dei, ut solveret opera diaboli.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. p. 1. col. 154. d. *Omnis enim, qui facit peccatum, de diabolo patre natus est.* Ambrosius in Ps. 36. col. 791. f. *Omne peccatum à malo est.* Auctor l. de aleat. apud Cypr. p. 491. a. *Omnis, qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est. Et scitis quoniam ideo venturus est Filius Dei, ut perdat filios diaboli.* Auctor quæst. ex Vet. T. q. 2. col. 43. b. *Ideo venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli.* Ambrosiaster in Rom. 2. col. 31. d. *Ad hoc enim venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli.* Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 5. p. 73. c. cum Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 8. & 35. pp. 4. c. 34. b. *In hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Græcum textui Augustini congruit, nisi quòd, pro *solvat*, habeat λύσῃ, *solveret.* Mss. quidam ipso initio ferunt, Ὁ δὲ ποιῶν, *Qui autem facit.*

℣. 9. Augustinus ibid. col. 857. c. pro *non peccat*, habet, *non facit peccatum:* at l. de pecc. mer. tom. 10. col. 44. e. *Qui natus est ex Deo, non peccat: & non potest peccare, quia semen ejus in ipso manet.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. c. *Et ideo omnis, qui ex Deo nascitur, non facit delictum: quia semen Dei manet in illo, & non potest delinquere, quia ex Deo natus est.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 193. a. *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in ipso manet, & non potest peccare,* &c. ut in Vulg. Similiter habet Auctor ep. ad Demetriad. p. 48. c. nisi quòd omittat primam vocem *Omnis*, & ponat *in eo*, pro *in ipso.* Gr. Πᾶς, ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ· ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται, &c. ut in Latino.

℣. 10. Idem Augustinus ibid. necnon l. de gra. & lib. arb. to. 10. col. 736. f. legit *ex Deo*, pro *à Deo.* Tertul. quoque l. de pudic. p. 1012. c. *Qui non est justus, ex Deo non est.* Cypr. l. 3. Testim. p. 305. a. *In hoc apparent filii Dei, & filii diaboli. Omnis, qui non est justus, non est de Deo, & qui non diligit fratrem suum.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 206. d. seqq. *Ex hoc apparent filii Dei, & filii diaboli. Omnis, qui non est justus, non est ex Deo, & qui non amat fratrem suum.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. a. *Et in hoc manifesti fiunt filii Dei, & filii diaboli.* Græc. Ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, καὶ... Πᾶς, ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ, &c. ut in Lat. Ms. Veles. Πᾶς, ὁ μὴ ὢν δίκαιος, οὐκ, &c.

℣. 11. Eadem rursum habet Augustinus l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 736. f. cum Ms. Corb. n. 2. Lucifer verò Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 206. d. *quoniam hæc est repromissio, quam audistis ab initio* (inf. *origine*,) *ut amemus alterutrum.* Græc. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία, ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. Mss. quidam, pro ἀγγελία, habent ἐπαγγελία· subinde Veles. ἀγαπᾶτε, pro ἀγαπῶμεν.

℣. 12. Eodem modo legit Augustinus l. 15. de civitate Dei, c. 7. to. 7. col. 385. b. nisi quòd habeat, *Et cujus rei gratia occidit eum? Quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem illius, justa.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 206. e. *Et non sicut Cain, qui* (inf. deest *qui*) *ex maligno fuit, & interfecit fratrem suum. Et propter quid interfecit eum? Quoniam opera ipsius maligna fuerunt, fratris autem sui, justa.* Græc. Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν...... Καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; Ὅτι, &c. ut in Vulgata.

℣. 13. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 206. e. seqq. *Nolite mirari fratres, si odit nos sæculum.* Gr. Μὴ θαυμάζετε ἀδελφοί μου, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. Mss. plures tollunt μου, post ἀδελφοί.

℣. 14. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 206. e. seqq. *Nos scimus quoniam transitum fecimus à morte ad vitam, quoniam amamus fratres. Qui autem non amat, manet in morte.* Tichon. reg. 6. p. 63. e. *Qui non diligit fratrem, permanet in morte.* Gr. Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ...... ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς. Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν, &c. ut sup. Mss. quidam delent τὸν ἀδελφόν.

℣. 15. Idem Augustinus in Joh. to. 3. col. 329. e. *qui odit fratrem suum, homicida est.* Tertul. l. de idol. c. 2. p. 239. b. ait *homicidam esse qui oderit fratrem.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 212. a. *qui fratrem suum odit, homicida est:* ita rursum l. de zel. & liv. p. 258. c. additis seqq. *Et scitis quia omnis homicida non habet in se vitam manentem:* item l. 3. Testim. p. 305. a. *qui enim fratrem suum odit, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet in se vitam æternam in se manentem.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 206. e. seqq. *omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homic. non habet vitam æternam in se manentem.* Itidem Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 7. Hieron. ep. 13. ad Castorin. to. 4. p. 2. col. 18. e. *quicunque odit fratrem suum, homicida est.* Tichon. reg. 6. p. 63. e. *qui fra-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Joan. 15. 13. 16. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Luc. 3. 11. Jacob. 2. 15. 17. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?

18. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate:

19. in hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu ejus suadebimus corda nostra.

20. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: major est Deus corde nostro, & novit omnia.

21. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum:

Matth. 21. 22. 22. & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata ejus custodimus, & ea, quæ sunt placita coram eo, facimus.

Joan. 6. 29. & 17. 3. 23. Et hoc est mandatum ejus: Ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.

Joan. 13. 34. & 15. 12. 24. Et qui servat mandata ejus, in illo manet, & ipse in eo: & in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu, quem dedit nobis.

VERSIO ANTIQUA.

16. In hoc cognoscimus dilectionem, quia ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus animas pro fratribus ponere. August. ubi sup.

17. Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo poterit dilectio Dei manere in eo?

18. Filioli, non diligamus verbo tantùm, & lingua, sed opere & veritate:

19. & in hoc cognoscimus quia ex veritate sumus: & coram ipso persuademus cordi nostro.

20. Quia si malè senserit cor nostrum: major est Deus corde nostro, & novit omnia.

21. Dilectissimi, si cor non malè senserit, fiduciam habemus ad Deum:

22. & quidquid postulaverimus, accipiemus ab eo: quia mandata ejus servamus, & quæ placent illi, in conspectu ejus facimus.

23. Hoc est mandatum illius: Ut credamus nomini Filii ejus Jesu Christi: & diligamus invicem, sicut dedit nobis mandatum.

24. Et qui servaverit mandatum ejus, in ipso manebit, & ipse in eo: & in hoc cognoscimus quia manet in nobis, de Spiritu, quem dedit nobis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*trem suum odit, homicida est.* Similiter Auctor l. de promiss. p. 1. c. 36. col. 118. a. paulòque post adjungit: *omnis homicida non habet in se vitam manentem*, Ms. 1. *vitam æternam manentem.* Auct. op. imperf. in Matth. hom. 11. ap. Chrysost. to. 6. p. 62. d. *Joannes in canonica sua ep. dicit: Qui odit fratrem suum sine causa, homicida est.* Gr. πᾶς, ὁ μισῶν τὸν ἀδ. αὐτῦ..... Καὶ οἴδατε ὅτι πᾶς..... ὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν· al. ἐν ἑαυτῷ μένουσαν.

℣. 16. Idem Augustinus tract. 47. in Joh. tom. 3. col. 612. b. habet: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere.* Item Tertul. l. de fuga in pers. p. 974. a. huc alludens, dicit: *Oportuit enim quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo & à nobis: nec tantùm pro ipso, immo etiam pro fratribus propter ipsum.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. a. *ille propter* (suppl. *nos*) *animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas nostras ponere.* Ambrosiaster in 1. Cor. 13. 13. col. 156. a. *Ex hoc cognoscimus caritatem ejus, quia ipse pro nobis animam suam posuit.* Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 733. b. *In hoc cognovimus charitatem ipsius, quoniam ipse pro nobis animam posuit.* Epiphanius in Cantici Cantic. 5. 7. *ipse animam suam posuit pro nobis: & nos debemus animas nostras pro fratribus nostris ponere.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 38. col. 167. d. *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere:* similiter p. 3. prom. 34. col. 183. c. deleta vocula *suam.* Græc. Ἐν τύτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτῦ ἔθηκε· καὶ ἡμεῖς, &c. ut in Vulg. Ms. 1. pro ἐγνώκαμεν, habet γινώσκομεν· alii duo habent τὴν ἀγάπην τῦ Θεῦ· alii verò totidem omittunt αὐτῦ, post ψυχὴν, unusque paulò post addit ἡμῶν, post ἀδελφῶν.

℣. 17. Eadem repetit infra Augustinus, præter verba *egentem*, pro *esurientem*; & *potest*, loco *poterit.* Cypr. verò l. de op. & eleem. p. 242. c. & l. 3. Testim. p. 304. b. legit: *Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum desiderantem, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas Dei manet in illo?* Itidem Cæsar. Arelat. hom. 40. omisso tantùm *ab eo.* Phœbad. quoque Agin. l. cont. Arian. p. 301. d. habet: *Qui habuerit substantiam mundi.* Gaud. Brix. ser. 13. p. 965. c. *Qui viderit fratrem suum in necessitate constitutum, & clauserit viscera sua ad eum: non est charitas Dei in illo.* Græc. Ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τῦ κόσμυ, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ..... ἀπ' αὐτῦ· πῶς ἡ ἀγάπη τῦ Θεῦ μένει ἐν αὐτῷ; In Mss. nonnullis deest ἀπ' αὐτῦ.

℣. 18. Græcum Vulgatæ congruit. Mss. tamen quidam tollunt μυ, post Τεκνία, *Filioli.*

℣. 19. Græcum: καὶ ἐν τύτῳ γινώσκομεν, &c. ut in Vulgata. In Mss. quibusd. deest καί.

℣. 20. Augustinus infra: *Quia si malè sentiat*, &c. ut sup. at in Rom. 2. col. 904. d. *si cor nostrum nos reprehenderit: major est Deus conscientia nostra.* Item Tertul. l. de anima, p. 483. b. ait ex Joh. *corde suo unumquemque reprehendi.* Isychius l. 1. in Levit. c. 1. p. 54. g. *Quia si reprehenderit nos cor nostrum: & scimus quia major est Deus corde nostro, & cognoscit omnia.* Græc. Ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία· ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, &c. ut in Lat. Mss. 2. delent ὅτι, ante μείζων.

℣. 21. Idem Augustinus ibid. col. 868. b. *Dilectissimi, quòd si non malè senserit cor nostrum, fiduciam hab.* &c. Cyprian. l. 3. Testim. p. 325. b. *si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad Deum.* Hieron. l. 2. in epist. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 353. b. *si conscientia nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum:* & l. 3. col. 405. f. *si enim cor nostrum nos non reprehenderit, confid.* &c. ut supra. Isychius ubi sup. *Dilectissimi, si cor nostrum non reprehendat nos, confidentiam habemus ad Deum.* Severus presb. miscell. to. 1. p. 346. *si cor nostrum non reprehenditur, fiduciam habemus ad Deum.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 207. a. *fiduciam habemus ad Deum.* Græc. Ἀγαπητοὶ, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν, &c. ut in Lat. Mss. quidam delent ἡμῶν, post καρδία.

℣. 22. Cyprianus l. 3. Testim. p. 325. b. cum Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 405. f. *& quodcunque petierimus, accipiemus ab eo.* Similiter Severus presb. miscell. to. 1. p. 346. præter *& quæcunque.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 207. a. *& quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata custodimus: & quæ ei placent, ante conspectum ejus faciamus.* Græc. καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παρ' αὐτῦ· ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτῦ τηρῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτῦ ποιῦμεν. Mss. nonnulli, pro λαμβάνομεν, scribunt λαμβάνωμεν, Veles. ληψόμεθα.

℣. 23. Eodem modo legit idem August. l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 736. g. usque ad *sicut dedit*, &c. Lucifer verò Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. a. post verbum *faciamus*, versûs præced. statim addit, *in nomine Filii ipsius J. C. & amemus nos invicem, sicut dedit mandatum nobis*, omissis prioribus, *Et hoc est mandatum ejus: Ut credamus.* In Gr. sic: Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτῦ· Ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τῦ Υἱῦ αὐτῦ, &c. ut in textu Augustiniano.

℣. 24. Eadem repetit Augustinus infra, his mutatis: *Et qui facit mandatum ejus, in ipso manet, & ipse in eo: in hoc*, &c. Ambrosius l. 1. de Spir. S. col. 621. b. *ex hoc cognoscimus quia manet in nobis, de Spiritu, quem dedit nobis.* Auctor quæst. ex utroque T. q. 125. col. 136. d. *ex hoc scimus quia Deus in nobis manet, de Spiritu suo, quem dedit in nobis:* & quæst ult. ex N. T. col. 89. b. *in hoc cognovimus quia Deus in nobis manet, de Spiritu sancto, quem dedit nobis.* Fulg. l. pro fide Cath. p. 543. *in hoc scimus quia manet in nobis, de Spiritu sancto, quem dedit nobis.* Vigilius Tapf. lib. cont. Varim. p. 748. b. *& hoc cognoscimus quia dilectio ejus manet in nobis, de Spiritu sancto, quem dedit nobis.* Græcum: Καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ· καὶ ἐν τύτῳ γινώσκομεν ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, ἐκ τῦ Πνεύματος ὗ ἡμῖν ἔδωκεν· Ms. 1. pro ἐν τύτῳ, hab. ἐκ τύτυ.

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## VERSIO ANTIQUA.

August. ibid. col. 869.....

1. DIlectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt: quia multi pseudoprophetæ exierunt in istum mundum.

2. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est:

3. & omnis spiritus, qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, non est ex Deo: & hic est Antichristus, de quo audistis quòd venturus sit, & nunc in isto mundo est.

4. Jam vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eum, quia major est qui est in vobis, quàm qui in hoc mundo.

5. Hi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

6. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non nos audit: ex hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & erroris.

7. Dilectissimi, diligamus invicem: quia dilectio ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo na-

## VULGATA NOVA.

1. CHarissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

2. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est:

3. & omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc jam in mundo est.

4. Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quàm qui in mundo.

5. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Joan. 8. 47.

6. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.

7. Charissimi, diligamus nos invicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Idem Augustinus l. de spir. & lit. tom. 10. col. 116. e. legit: *Fratres, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum qui ex Deo est*, Mss. 3. Vatic. *utrum ex Deo est*: at l. de unit. Eccl. to. 9. col. 382. a. *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint*. Similiter hab. Ambrosiaster in 1. Thess. 5. 22. col. 244. a. cum Fulg. l. 2. de verit. prædest. p. 463. excepto verbo ult. *sunt*. Ambrosius in Psal. 118. col. 1235. e. *nolite omni spiritui credere*. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. a. b. *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum*. Huc redeunt quæ ait Tertul. l. 5. advers. Marc. p. 798. b. *Antichristos processisse in mundum, negantes Christum in carne venisse, & solventes Jesum, scilicet, in Deo creatore*. Item Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. b. *multi pseudoprophetæ exierunt de sæculo*. Græcum: Ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον.

℣. 2. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. b. *In hoc cognoscite Spiritum Dei: omnis spiritus, qui confitetur J. C. in carne venisse, ex Deo est*. Itidem Lucifer Calar. l. de non parc. in De. del. p. 237. b. præter *Ex hoc intelligite*, pro *In hoc cognoscite*. Cypr. l. 2. Testim. p. 288. b. *omnis spiritus, qui confitetur J. C. in carne venisse, de Deo est*. Similiter Ambrosius in Luc. 2. col. 1294. c. & l. 5. de fide, col. 557. f. Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 5. p. 73. c. necnon Leo M. ser. 33. p. 93. e. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 23. p. 14. f. nisi quòd tres ultimi habeant *ex Deo est*. Gr. Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· πᾶν πνεῦμα, ὃ ὁμολογεῖ... ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Ms. 1. pro γινώσκετε, habet γινώσκομεν· alii plures, γινώσκεται· subinde duo, ἐληλυθέναι, pro ἐληλυθότα.

℣. 3. Ita Augustinus col. 870. b. at infra, col. 871. c. *& omnis spiritus, qui solvit Christum in carne venisse, non est ex Deo*: & infra, col. 872. d. *omnis, qui solvit Jesum Chr. & negat eum in carne venisse, non est ex Deo*. Similiter Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 5. p. 73. c. primò quidem legit: *omnis spiritus, qui non confitetur Jesum Chr. in carne venisse, ex Deo non est: & hic est Antichristus*: tum lib. de incarn. c. 9. p. 295. b. *omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus*. Suspicatur Estius utramque lectionem scriptam fuisse à Johanne, & posteriorem priori adjunctam; nec malè, siquidem Augustinus loco cit. primò quidem refert: *omnis spiritus, qui non confitetur Jes.* &c. quæ verba commentatur de more; subinde alia subjungit: *omnis spiritus, qui solvit*, &c. quæ pariter explicat, veluti verba sacri contextus. Conjecturam firmant allata à Fulgentio supra. Irenæus l. 3. c. 16. col. 207. b. legit tantùm: *& omnis spiritus, qui solvit Jesum, non est ex Deo, sed de Antichristo est*. Tertul. l. de carne Chr. p. 553. f. & l. 3. cont. Marcion. *qui negat Christum in carne venisse, hic Antichristus est*. Itidem Ambrosiaster in 1. Cor. 2. 2. col. 117. d. & Gelas. I. ep. 3. Conc. to. 4. col. 1167. a. Cyprianus l. 2. Testim. p. 288. b. *qui autem negat in carne venisse, de Deo non est, sed est de Antichristi spiritu*. Tichonius reg. 6. p. 63. d. *omnis spiritus, qui solvit Jesum, & negat in carne venisse, de Deo non est, sed hic de Antichristo est*: & infra: *qui negaverit Christum in carne, de Deo non est*. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. b. *& omnis spiritus, qui destruit Jesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus*. Accinit Leo M. ser. 33. p. 93. e. cum Auct. l. 1. de voc. gent. c. 23. p. 14. f. excepto verbo *solvit*, pro *destruit*. Græcum: καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη, nec plura. Ms. 1. pro ἐληλυθότα, habet ἐληλυθέναι· pro istis verò, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰ. Χρ. ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, codices antiqui, teste Socrate Hist. Eccl. l. 7. c. 32. legebant, ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν· & ita Veles. nisi quòd habeat καταλύει. Polycarpus ep. ad Philipp. §. 7. priori textui suffragatur. Idem Socrates ibid. Nestorianos arguit, eò quòd deleverint in suis Mss. hanc pericopen, πᾶν πνεῦμα, ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, ut falsò additam. Ταύτην τὴν διάνοιαν, inquit, ἐκ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων περιεῖλον, οἱ χωρίζειν ἀπὸ τοῦ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου βουλόμενοι τὴν θεότητα. Διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ ἑρμηνεῖς αὐτὸ τοῦτο ἐπεσημήναντο, ὥς τινες εἶεν ῥᾳδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολὴν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες. Idem observat Fulbertus Carnot. epist. 1. *Et de epistola Johannis eraserunt: Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: sicut Nestorius*, &c. subinde Mss. quidam tollunt τὸ, ante τοῦ Ἀντιχρίστου· Veles. verò legit, οὗτός ἐστιν ὁ Ἀντίχριστος· deinde, περὶ οὗ ἀκηκόατε, &c. Vide plura apud Mill. not. in hunc ℣. & Morin. Exercitation. Biblic. p. 36.

℣. 4. Auctor l. de singul. cler. p. 533. f. *Filioli, vincite illos, quoniam major est qui in vobis est, quàm qui in hoc mundo*. Cypr. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Testim. p. 307. a. *major est qui in vobis est, quàm qui in isto* (al. *in hoc*) *mundo*. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 17. e. *Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis mundum, quoniam major est qui in nobis est, quàm qui in mundo*. S. Paulinus ep. 12. p. 65. c. cum Auct. quæst. ex utroque T. q. 115. col. 123. c. *quia major est qui in nobis est, quàm qui in hoc mundo*. Græc. Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστε, τεκνία, καὶ νενικήκατε αὐτοὺς, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ὑμῖν, ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ. Ms. Veles. pro αὐτοὺς, legit αὐτὸν, sed Mss. Lat. aliqui, *eos*.

℣. 5. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. b. *Isti de mundo sunt: propterea de mundo loquuntur, & mundus audit eos*. In Collat. Carthag. p. 491. c. *Ipsi de mundo sunt, & mundus obaudit eis*. Gr. Αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσί· διὰ τοῦτο, &c. ut in Vulgata.

℣. 6. *Ex hoc cognoscimus Spiritum*: ita Augustinus col. 873. c. at infra, *ex hoc cognoscitur Spiritus*. Lucifer Cal. l. de non parc. in De. del. p. 237. b. *Nos autem ex Deo sumus. Qui cognoscit Deum, audit nos: qui autem non est ex Deo, non audit nos: ex hoc intelligimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris*. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 23. p. 14. f. *Nos ex Deo sumus*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco, præter ἐκ τούτου, *ex hoc*, pro *in hoc*: Mss. verò 2. ἐν τούτῳ.

℣. 7. Eadem rursum habet idem Augustinus lib. 8. de Trin. to. 8. col. 876. a. excepto verbo *cognoscit*, pro *cognovit*: ita quoque l. 15. col. 989. b. ubi omittit *& cogno-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

natus est, & cognoscit Deum.

8. Qui non diligit, non novit Deum: quoniam Deus charitas est.

Joan. 3. 16. 9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

10. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere.

Joan. 1. 18. 1. Tim. 6. 16. 12. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta est.

13. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis.

14. Et nos vidimus, & testificamur quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi.

15. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.

16. Et nos cognovimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus Charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.

18. Timor non est in charitate: sed perfecta

**Versio antiqua.**

tus est, & cognovit Deum. August. ubi sup.

8. Qui non diligit, non novit Deum: quia Deus dilectio est.

9. In hoc manifestata est dilectio Dei in nobis, quia Filium suum unigenitum misit in hunc mundum, ut vivamus per ipsum.

10. In hoc est dilectio: non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit nos, & misit Filium suum litatorem pro peccatis nostris.

11. Dilectissimi, si ita Deus dilexit nos: debemus & nos invicem diligere.

12. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manebit, & dilectio ejus erit perfecta in nobis.

13. In hoc cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis: quia de Spiritu suo dedit nobis.

14. Et nos vidimus, & testes sumus quia Pater misit Filium suum Salvatorem mundi.

15. Quicunque confessus fuerit quòd Jesus est Filius Dei, Deus in ipso manet, & ipse in Deo.

16. Et nos cognovimus, & credimus quam dilectionem Deus habet in nobis. Deus Dilectio est: & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo manet.

17. In hoc perfecta est dilectio in nobis, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.

18. Timor non est in dilectione: sed perfecta

## Notæ ad Versionem antiquam.

*scit Deum.* Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 207. a. *Charissimi, amemus nos alterutrum: quoniam charitas ex Deo est.* Fulg. l. 2. de verit. prædest. p. 465. *Charissimi, diligamus invicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis, qui diligit fratrem, ex Deo natus est, & novit Deum.* Leo Mag. ser. 47. p. 115. c. *Carissimi, diligamus invicem: quia*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους· ὅτι ἡ ἀγάπη, &c. ut in Vulgata.

℣. 8. Idem Augustinus l. 8. de Trin. tom. 8. col. 876. a. & l. 15. col. 989. b. *Qui non diligit, non cognovit Deum: quia Deus dilectio est.* Leo M. serm. 47. p. 115. c. *Qui non diligit, non novit Deum: quoniam Deus charitas est.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Quicunque non diligit fratrem, non novit Deum: quoniam Deus charitas est.* Fulg. l. 2. de verit. prædest. p. 465. *Qui autem non diligit, ignorat Deum: quia Deus caritas est.* Gr. Ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεόν· ὅτι, &c. ut in Lat. Ms. 1. οὐκ ἔγνωκε.

℣. 9. *Quia Filium suum*, &c. ita Augustinus col. 874. f. at infra, col. 875. e. *quia Deus Filium suum*, &c. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Ex hoc declarata est charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum misit Deus unicum in sæculum, ut vivamus per eum.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 31. col. 113. d. *ad hoc enim misit Deus Filium suum in mundum, ut vivamus per eum.* Gr. Ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν, &c. ut in Vulg. in Mss. tamen 2. deest vox ὁ Θεὸς, post *misit*.

℣. 10. Idem Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 989. d. *ipse dilexit nos, & misit Filium suum litatorem pro peccatis nostris.* Beda quoque in hunc loc. auctor est in quibusdam codd. legi *litatorem*, id est, *sacrificatorem*, ex August. ubi sup. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *In hoc est charitas: non quòd nos amaverimus Deum, sed quòd ipse amaverit, & miserit Filium suum expiatorem peccatorum nostrorum.* Auctor epist. ad Demetriad. p. 45. c. *non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.* Græc. Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη· οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Veles. cod. ἀλλ' ὅτι αὐτὸς πρῶτος, &c.

℣. 11. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Charissimi, si ergo sic Deus amavit nos: nos & debemus alterutrum amare.* Gr. Ἀγαπητοὶ, εἰ οὕτως ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν, &c. ut supra.

℣. 12. Græcum: Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. Ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡ... τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν. Arab. μενεῖ..... ἔσαι.

℣. 13. Eadem repetit Augustinus l. 15. de Trin. to. 8. col. 989. d. e. Hieron. verò l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. a. *In hoc intelligimus quòd in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Ambrosius l. 2. de Spir. S. col. 652. c. *Ex hoc cognoscimus quia in nobis est: quoniam de Spiritu suo dedit nobis*, Mss. plur. *quia in nobis est, de Spiritu, quem dedit nobis.* Fulg. l. pro fide Cath. p. 543. *quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quia de*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν· ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν.

℣. 14. Græcum: Καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα, καὶ μαρτυροῦμεν ὅτι ὁ Πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν Υἱὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου.

℣. 15. Tertullianus l. cont. Prax. p. 859. b. *Qui confessus fuerit Christum Filium Dei, Deus in illo manet, & ipse in Deo.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. a. *Si quis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo est.* Græc. Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ.

℣. 16. Rursum Augustinus l. 8. de Trin. tom. 8. col. 874. f. *Deus dilectio est: & qui manet in dilectione, in Deo manet:* itidem l. 15. col. 989. e. ubi addit, *& Deus manet in eo:* at l. de pat. to. 6. col. 540. c. cum Fulg. epist. 7. p. 190. *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo manet.* Concinit Cypr. l. 3. Testim. p. 305. b. detracto ultimo *manet:* lib. verò de unit. Eccl. p. 199. b. legit: *Deus dilectio est: & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in illo manet.* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 22. *Deus caritas est: qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in illo manet.* Auctor l. de promiss. p. 1. c. 7. col. 97. a. *Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo permanet, quia Deus charitas est.* Ambrosius l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 638. f. & in Luc. col. 1471. a. *Deus caritas est:* & in Ps. 38. col. 846. c. ac in Psalm. 118. col. 1024. a. *Caritas Deus est.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 748. b. *Deus dilectio est.* Gr. Καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν, καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν ἀγάπην ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. Ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστί...... καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ. Mss. plures addunt in fine, μένει.

℣. 17. Hieronymus l. 1. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 183. f. *In hoc perfecta est nostra charitas, si fiduciam habeamus in diem judicii: ut quomodo ille est, sic & nos simus in hoc sæculo.* Græc. Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

℣. 18. Augustinus ibid. col. 889. a. b. *Timor non est in caritate: sed perfecta caritas foras mittit timorem:* itidem ep. 185. to. 2. col. 652. a. & tract. 43. in Joh. to. 3. col. 584. c. at in Job, to. 3. p. 1. col. 626. e. & in Ps. 5. tom. 4. col. 19. f. *consummata dilectio foras mittit timorem.* Tertul. l. de fuga in persec. p. 972. b. *Timor non est in dilectione;*

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Auguft. ubi fup.* dilectio foras mittit timorem, quia timor tormentum habet: qui autem timet, non eft perfectus in dilectione.

19. Nos diligamus, quia ipfe prior nos dilexit.

20. Si quis dixerit, Diligo Deum, & fratrem fuum odit, mendax eft. Qui enim non diligit fratrem fuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteft diligere?

21. Et hoc mandatum habemus ab ipfo: ut qui diligit Deum, diligat & fratrem fuum.

**VULGATA NOVA.**

charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non eft perfectus in charitate.

19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.

20. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem fuum oderit, mendax eft. Qui enim non diligit fratrem fuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteft diligere?

21. Et hoc mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, diligat & fratrem fuum. *Joan.* 13.34. & 15.12. *Ephef.* 5.2.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

*Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem*: & infra: *qui autem timet, non eft perfectus*: & l. contra Gnoft. p. 832. a. *perfecta dilectio foras abjicit timorem, quoniam timor pœnam habet: & qui timet, non eft perfectus in dilectione.* Ambrof. in Pf. 118. col. 1079. d. *perfecta caritas timorem excludit foras*: & l. de ob. Theod. col. 1208. c. *perfecta enim caritas timorem expellit foras.* Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. 10. 4. p. 1. col. 394. b. *qui timet, pœnam habet: & qui timet, non eft perfectus.* Ambrofiafter in Coloff. 3. 14. col. 273. e. *Timor non eft in dilectione*: & poft pauca: *perfecta dilectio foras mittit timorem.* Fulg. l. 3. ad Trafim. c. 28. p. 133. *Timor non eft in charitate: nam perfecta charitas foras mittit timorem: qui autem timet, non eft perfectus in charitate.* Græcum Vulgatæ favet ad verbum, nifi excipias unum κόλασιν, *fupplicium*, feu *cruciatum*, pro *pœnam*.

℣. 19. Idem Auguftinus l. 15. de Trin. tom. 8. col. 989. b. *Nos diligamus eum, quia ipfe prior dilexit nos.* Leo M. ferm. 11. p. 60. e. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipfe prior dilexit nos.* Auctor epift. ad Demetriad. p. 45. c. *Nos ergo diligamus, quoniam Deus prior dilexit nos.* Græc. Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτὸν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς. Mfs. nonnulli addunt οὖν, poft Ἡμεῖς· ex his verò unus, cum alio, tollit αὐτόν· alii duo legunt, ἀγαπῶμεν τὸν Θεόν· deinde quidam, ὅτι ὁ Θεός.

℣. 20. Cyprianus l. 3. Teftim. p. 305. a. *Si quis dixerit quoniam diligit Deum, & fratrem fuum odit, mendax eft. Qui enim non diligit fratrem fuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteft diligere?* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 22. *Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem fuum odit, mendax eft. Qui enim non diligit fratrem fuum quem videt, Deum, quem non videt, non poteft diligere.* Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Si quis dicit quia diligit Deum, & fratrem fuum odit, mendax eft. Qui autem fratrem fuum non amat, Deum, quem non vidit, non poteft amare.* Tichon. reg. 6. p. 63. d. *Et qui dixerit quoniam diligit Deum, & fratrem fuum odit, mendax eft.* Ambrofius in Pf. 118. col. 1219. a. *Si fratrem tuum non diligis, quem vides: quomodo potes Deum diligere, quem non vides?* Similiter Auguft. tract. 17. in Joh. to. 3. col. 426. d. *Si fratrem, quem vides, non diligis: Deum, quem non vides, quomodo diligere poteris?* Græcum Vulgatæ confonat, nifi quòd pro duplici *videt*, habeat ἑώρακε, *vidit*: Velef. ὁρᾷ........ ὁρᾷ.

℣. 21. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 207. b. *Hoc mandatum habemus ab ipfo: ut qui amat Deum, amet & fratrem fuum.* Ita quoque in Græco eft, pofito Καὶ, ante *hoc*. Mfs. 2. pro ἀπ' αὐτοῦ, *ab ipfo*, ponunt ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

---

# CAPUT V.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Auguft. ibid. col.* 894. *e.* 1. OMnis, qui credit quòd Jefus fit Chriftus, ex Deo natus eft. Et omnis, qui diligit qui genuit eum, diligit eum qui genitus eft ab ipfo.

2. In hoc cognofcimus quia diligimus filios Dei, quia Deum diligimus, & præcepta ejus faciamus.

*Aug. ibid. & l. de grat. & lib. arb. to.* 10. *col.* 737. *a.* 3. Hæc eft enim dilectio Dei, ut præcepta ejus fervemus: & præcepta ejus gravia non funt.

*Auct. l. de vocat. gent. l.* 1. *c.* 24. *p.* 17. *f.* 4. ..... omne, quod natum eft ex Deo, vincit mundum: & hæc eft victoria, quæ vincit mundum, fides noftra.

*Auct. l. de rebapt. ap. Cypr. p.* 364. *b.* 6. hic eft, qui venit per aquam & fanguinem, Jefus Chriftus: non in aqua tantùm, fed in aqua

**VULGATA NOVA.**

1. OMnis, qui credit quoniam Jefus eft Chriftus, ex Deo natus eft. Et omnis, qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eft ex eo.

2. In hoc cognofcimus quoniam diligimus natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata ejus faciamus.

3. Hæc eft enim charitas Dei, ut mandata ejus cuftodiamus: & mandata ejus gravia non funt.

4. Quoniam omne, quod natum eft ex Deo, vincit mundum: & hæc eft victoria, quæ vincit mundum, fides noftra.

5. Quis eft, qui vincit mundum, nifi qui credit quoniam Jefus eft Filius Dei? *1. Cor.* 15.57.

6. hic eft, qui venit per aquam & fanguinem, Jefus Chriftus: non in aqua folùm, fed in aqua &

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. c. *Omnis, qui credit quia Jefus eft Chriftus, ex Deo natus eft.* Ambrof. ep. 78. col. 1094. c. *Omnis, qui credit quia Jefus Chriftus eft, de Deo natus eft.* Hilar. l. 6. de Trin. col. 907. c. *Omnis, qui diligit Patrem, diligit eum qui ex eo natus eft*: & l. 12. col. 1118. c. *Omnis, qui diligit Patrem, diligit & Filium qui natus eft ex eo.* Fulg. refp. cont. Arian. p. 58. & l. de incarn. p. 415. *Qui diligit genitorem, diligit eum qui natus eft ex eo.* Maximinus Arian. Epifc. Auguft. tom. 8. col. 667. c. *Qui diligit genitorem, diligit & eum qui ex eo natus eft.* Vigilius Tapf. l. 4. de Trin. *Omnis, qui diligit genitorem, diligit eum qui natus eft de eo.* Græcum Vulgatæ congruit: Mfs. tamen duo tollunt καὶ, poft ult. *diligit*.

℣. 2. Eadem reperit Auguftinus l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 736. g. excepta vocula *cùm*, pro *quia*. Lucifer Calar. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Quoniam ex hoc intelligimus quia amamus filios Dei, quando Deum amamus, & mandata ipfius facimus.* Symmach. in Synodo Rom. 6. Conc. to. 4. col. 1375. b. *In hoc cognofcimus omnes quia Deum diligamus, fi mandata ejus faciamus.* Gæcum: Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, ὅταν τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. Mfs. quidam, αὐτοῦ ποιῶμεν.

℣. 3. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 207. b. *Hæc eft enim charitas Dei: & mandata ipfius gravia non funt.* Symmach. in Synod. Rom. 6. Conc. to. 4. col. 1375. b. *Hæc eft charitas Dei, ut mandata ejus cuftodiamus: & mandata ejus gravia non funt.* Græcum: Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν· καὶ αἱ ἐντολαὶ, &c. ut fupra.

℣. 4. Græcum textui Lat. congruit, nifi quòd habeat ἡ νικήσασα, pro *qua vincit*.

℣. 6. Tertullianus l. de bapt. p. 391. c. *venerat enim per aquam & fanguinem.* Ambrofius l. 3. de Spir. S. col. 678. d. *Per aquam & Spiritum venit Chriftus Jefus: non folùm in aqua, fed per aquam & fanguinem. Et Spiritus teftimonium dicit, quoniam Spiritus eft veritas*: at vet. Ambrof. editt. cum quibufdam Mfs. ferunt: *Et Spiritûs teftimonium*,

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas.

7. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.

8. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt.

**Versio antiqua.**

& sanguine. Et Spiritus est, qui testimonium perhibet, quia Spiritus est veritas. *Auctor ubi sup.*

[7] 8. ..... tres sunt, qui testimonium perhibent in terra: aqua, sanguis, & caro: & hi tres in nobis sunt. *Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 729. b.*

[8] 7. Et tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus: & ii tres unum sunt.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*quoniam Spiritus est veritatis:* Mss. verò cæteri, ut sup. excepto quòd, pro *Spiritus est veritas*, nonnulli habent, cum Vulg. *Christus est veritas.* Ambrosius tamen l. 1. de Spir. S. c. 13. col. 628. f. *Habes*, inquit, *in epistola Johannis: Quoniam Spiritus est veritas:* tum addit: *Non solùm ergo Spiritus veritatis, sed etiam veritas dicitur Spiritus.* Fulg. fragm. 37. cont. Fab. p. 659. *Et Spiritus est, qui testificatur, quia Spiritus est veritas.* Auctor l. de Trin. apud Ambros. col. 326. b. *quoniam Jesus est veritas.* Græc. οὗτός ἐστιν, ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος ϗ αἵματος, Ἰησοῦς ὁ Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι ϗ τῷ αἵματι. Καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι, τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Ms. 1. Vien. pro ϗ αἵματος, habet ϗ Πνεύματος· alii tres, ϗ Πνεύματος ϗ αἵματος· alii, ϗ αἵματος ϗ Πνεύματος ἁγίου· subinde quid. ἀλλὰ ϗ ἐν τῷ Πνεύματι ϗ τῷ αἵματι· alii, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι ϗ ἐν τῷ Πνεύματι.

℣℣. 7. 8. Ita versuum 7. & 8. ordinem immutant Mss. Latini nonnulli, scilicet duo codd. Constantienses, teste Erasmo; cod. vetus Argentorati, quinque Mss. codd. in bibliotheca Bodleiana, codex alter in eadem bibl. in quo post testimonium *Spiritus, aquæ, & sanguinis*, additur alterum *Patris, Verbi, & Spiritus*, sed in margine tantùm. Huic adjungendi alii plures, quos recenset doctissimus Millius, inter quos eminet noster Sangermanensis num. 2. annorum 800. in quo primùm sic habetur adscriptum: *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant* (supra scr. *in terra:*) *Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt:* deinde ad marginem additum, sed eadem manu: *Et tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.* Contra verò codex in bibliotheca Regia Parisi. n. 3584. teste Simonio, è regione verborum, *tres sunt, qui testimonium dant*, habet manu ipsi codici coæva, addita ista in marg. *in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra:* & *hi tres unum sunt.* Codex Colb. n. 158. ad verba, *tres sunt, qui testimonium dant*, addit in marg. *in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: sanguis, aqua, & caro.* His duobus Mss. adstipulantur codex vetustus Sangerm. in quo ℣. 7. exhibetur in marg. & quidem eâdem, quæ librum descripsit, manu; codex Argentorati, qui testimonium *Patris, Verbi, & Spiritus*, scriptum exhibet in ora libri; & vetus exemplar bibl. Bodleianæ. Erasmus quoque auctor est apud Minoritas Antuerpienses exstare codicem, in cujus margine adscriptum est scholion de testimonio *Patris, Verbi, & Spiritus sancti*, sed manu recentiore. Hactenus Mss. Latini Vulgatæ, tam ii, qui intra textum exhibent ℣. septimum, quàm illi, qui ad marginem eum rejiciunt; sive ordo versuum septimi & octavi servetur in ipsis, sive invertatur, posito scilicet octavo ante septimum. Jam verò quod spectat ad Patres Latinos, plures eundem ℣. 7. referunt. Primò quidem Tertullianum ad hunc versum allusisse putant Hammundus, Bullus, &c. l. cont. Prax. c. 25. p. 856. b. *Cæterum*, inquit, *de meo sumet, sicut ipse de Patris. Ita connexus Patris in Filio, & Filii in Paracleto, tres efficit cohærentes, alterum ex altero: qui tres unum sint, non unus; quomodo dictum est, Ego, & Pater unum sumus, ad substantiæ unitatem, non ad numeri singularitatem.* Simile quid, immo significantius habet Cypr. l. de unit. Eccl. p. 195. c. *Dicit Dominus*, inquit, *Ego, & Pater unum sumus: & iterum de Patre, Filio, & Spiritu sancto scriptum est, Et hi tres unum sunt:* & epist. ad Jubaianum: *Si baptizari quis apud hæreticum potuit, utique & remissam peccatorum consequi potuit: si peccatorum remissam consecutus est, & sanctificatus est, & templum Dei factus est: quæro cujus Dei? Si creatoris; non potuit qui in eum non credidit: si Christi; non hujus potest fieri templum, qui negat Deum Christum; si Spiritus sancti;* cùm tres unum sint, *quomodo Spiritus S. placatus esse ei potest, qui aut Patris, aut Filii inimicus est?* Quòd autem priori loco de unit. Eccl. ad ℣. 7. Johannis epistolæ respexerit Cyprianus, testis est Fulgentius respons. cont. Arianos, p. 68. *In Patre*, inquit, *& Filio, & Spiritu sancto unitatem substantiæ accipimus, personas confundere non audemus: beatus enim Johannes Apost. testatur, dicens:* Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus: & tres unum sunt. *Quod etiam beatissimus martyr Cyprianus in epistola de unitate Ecclesiæ confitetur, dicens: « Qui pacem Christi, & concordiam rumpit, adversùs Christum facit: qui alibi præter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit. » Atque ut unam Ecclesiam unius Dei esse monstraret, hæc confestim testimonia de Scripturis inseruit: Dicit Dominus: Ego, & Pater unum sumus: & iterum de Patre, & Filio, & Spiritu sancto scriptum est, Et tres unum sunt.* Nec obstat quod ait Facundus Herm. Cyprianum scilicet hæc ex versu 8. Joh. allegasse, non vero è septimo: si quis enim meliùs assecutum fuisse mentem Cypriani censendus est, is maximè qui ipsius ætati propiùs accedit: porro Facundus nonnisi 300. post Cyprianum annis floruit, Fulgentius autem Cypriano vicinior. Præterea nullus ætate Cypriani *aquam, Spiritum, & sanguinem* mysticè accepisse perhibetur pro personis SS. Trinitatis: certè apud Græcos, qui versum 7. non agnoscebant, nusquam occurrit explicatio illa mystica, nec etiam apud Latinorum quemquam per annos à Cypriano plus centum. Interpretationem istam primus omnium invexisse videtur August. l. 3. cont. Maximin. c. 22. quem secuti sunt plures, teste Eucherio, ex quibus fuit Facundus Hermian. nec mirum: cùm enim ab ipsius, sicut ab Augustini, & aliorum codicibus abesset versus ille septimus, & versu tantùm octavo *de Spiritu, & aqua, & sanguine* legeret quòd *hi tres unum sunt;* non mirum, inquam, si *Spiritum, & aquam, & sanguinem* sumpserit post Augustinum pro *Patre, & Filio, & Spiritu sancto*, & ita intellexisse Cyprianum crediderit, cùm dixit *de Patre, & Filio, & Spiritu S. scriptum, Et tres unum sunt.* At verò si Facundus in suo codice scriptum habuisset versum septimum, sicut & Fulgentius in suo, haud dubiè revocasset verba Cypriani ad versum 7. sicut & ipse Fulgentius duxit revocanda. Porro in prioribus Latinorum codicibus ℣. hunc absfuisse septimum nullo ex veteri instrumento meliùs evinci potest, quàm ex prologo septem epistolarum Canonicarum, Hieronymo attributo: enim verò, licet prologus iste nec ætatem, nec stylum Hieronymi sapiat, proindeque à peritis omnibus S. Doctori rectè abjudicetur; quia tamen in pluribus Mss. codd. reperitur prologus iste, nempe Regiis, Colbertinis, Sangermanensibus, & Corbeiensibus, qui omnes ante tempora Caroli Calvi, vel eodem tempore, vel saltem ante octingentos annos exscripti dignoscuntur, exindè sequitur prologum istum venerandæ omnino esse antiquitatis. Sic autem in eo legitur: *Non idem ordo est apud Græces..... epistolarum septem, quæ Canonicæ nuncupantur, qui in Latinis codicibus invenitur....... quæ si ut ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum sese varietas impugnaret; illo præcipuè loco ubi de unitate Trinitatis in prima Johannis epistola positum legimus, in qua etiam ab infidelibus translatoribus multùm erratum esse fidei veritate comperimus: trium tantùm vocabula, hoc est,* aquæ, sanguinis, & Spiritus *in sua editione ponentes, &* Patris, Verbique, ac Spiritus *testimonium omittentes: in quo maximè & fides Catholica roboratur, & Patris, & Filii, & Spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur.* Hæc ille. Ex his autem verbis manifestè colligitur, ætate saltem, qua is conscriptus est, sæculo puta septimo, à plerisque Latinis codd. absfuisse versum 7. immo & à plurimis longè antiquioribus; siquidem neque Novatianus libro de Trin. neque Hilarius libris duodecim de eadem, aliisque tract. adversùs Arianos; neque Lucifer Calar. neque Phœbad. Agin. neque Faustin. presb. l. contra Arianos hunc versum usquam citant, licet commoda ipsis occasio foret, si in Latinis suis codicibus is exstitisset, eundem proferendi. Nec Hieronymus ipse hujus loci usquam meminit, nec etiam Auctor tract. de rebapt. inter opera Cypr. qui versus sextum & octavum ita conjungit, omisso septimo, scilicet p. 364. b. ubi post ultima verba versus sexti, *quia Spiritus est veritas*, statim addit: *Quia tres testim. perhibent, Spiritus, & aqua, & sanguis: & isti tres unum sunt:* itidemque infra, p. 366. c. Similiter Ambrosius l. 1. de myst. c. 4. col. 330. *Cognosce*, inquit, *quòd aqua non mundat sine Spiritu. Ideoque legisti quòd tres testes in baptismate unum sunt, aqua, sanguis, & Spiritus: quia si unum horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum:* paulòque post: *Sed nisi baptizatus fuerit* (catechumenus) *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. remissionem non potest accipere*

VERSIO ANTIQUA.

Augustin. l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 23. d. e.

9. Si testimonium hominum accipimus, testi-

VULGATA NOVA.

9. Si testimonium hominum accipimus, testi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*peccatorum*: & l. 1. de Spir. S. c. 6. *Et ideo hi tres testes unum sunt, sicut Johannes dixit, aqua, sanguis, & Spiritus: unum in mysterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ, sanguis testis est mortis, Spiritus testis est vitæ. Si qua ergo in aqua gratia; non ex natura aquæ, sed ex præsentia est Spiritus sancti*: & infra: *Quis igitur audeat dicere discretum à Deo Patre, & Christo esse Spiritum sanctum, cùm per ipsum ad imaginem, & similitudinem Dei esse mereamur?* item lib. 3. col. 678. d. *Non est dubium quin Deus sit & sanctus Spiritus, secundùm quod scriptum est*, Quia Deus Spiritus est: *alibi quoque, ut hoc de S. Spiritu scripsisse se idem Evangelista reseraret, Per aquam, inquit, & Spiritum venit Christus Jesus..... Et Spiritus testimonium dicit, quoniam Spiritus est veritas. Quia tres sunt testes, Spiritus, aqua, sanguis: & hi tres unum sunt.* Profectò si Ambrosius agnovisset ℣. 7. epistolæ Joh. eò maximè loci illum attulisset, ubi probare nitebatur ex eadem epistola Spiritum sanctum esse Deum: hunc tamen versiculum alto silentio premit: concludas igitur necesse est, hunc à codice suo abfuisse. Idem dicendum de Augustino, qui lib. 2. cont. Maximin. to. 8. nullum non movet lapidem, ut ex S. Litteris probet Spiritum S. esse Deum, & tres personas unius ejusdemque esse substantiæ: hoc tamen testimonium non profert, immo verò cap. 22. col. 725. manifestè indicat in exemplari suo haud compertum: cùm enim attulisset Johan. 10. 30. testimonium, *Ego, & Pater unum sumus*, paulò post subdit: *De Patre, & Filio*, & unum sunt, *dicimus, quia unius substantiæ duo sunt*: subinde ita concludit: *Scrutare itaque Scripturas canonicas veteres & novas, & inveni, si potes, ubi dicta sunt aliqua*, unum sunt, *quæ sunt diversæ naturæ, atque substantiæ*: tum addit: *Sanè falli te nolo in epistola Johannis Apostoli, ubi ait*: Tres sunt testes: Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt: *ne fortè dicas Spiritum, & aquam, & sanguinem diversas esse substantias, & tamen dictum esse*, tres unum sunt: *propter hoc admonui, ne fallaris. Hæc enim sacramenta sunt, in quibus non quid sint, sed quid ostendant semper adtenditur..... Si verò ea, quæ his significata sunt, velimus inquirere, non absurdè occurrit ipsa Trinitas, qui unus, solus, verus, summus est Deus, Pater, & Filius, & Spiritus S. de quibus verissimè dici potuit*, Tres sunt testes: & tres unum sunt: *ut nomine Spiritûs significatum accipiamus Deum: de ipso quippe adorando loquebatur Dominus, ubi ait*, Spiritus est Deus. *Nomine autem sanguinis, Filium: quia Verbum caro factum est: & nomine aquæ, Spiritum S.* &c..... *Testes verò esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum quis Evangelio credit, & dubitat?* & infra: *Hi sunt tres testes: & tres unum sunt: quia unius substantiæ sunt.* Hactenus Augustinus: at verò si in suo exemplari legisset ℣. septimum, nihil convenientius, nil aptius erat, quàm huc eum afferre, nedum in Spiritu, aqua, & sanguine mysticum sensum quærere: luce ergo meridiana clarius est S. Doctorem versiculum Johannis septimum penitus ignoravisse. Item S. Eucherius quæst. N. T. adductis verbis: *Tria sunt, quæ testimonium perhibent: aqua, sanguis, & Spiritus*: ad quæstionem quid in his indicetur, respondet, plures hîc ipsam interpretatione mystica intelligere Trinitatem; aqua Patrem, sanguine Christum, Spiritu autem Spiritum sanctum manifestante. Eundem quoque versum 8. de Spiritu, aqua, & sanguine, tacito septimo, memorant Leo Mag. ep. 10. ad Flavian. c. 5. Facundus Herm. citato l. 1. c. 3. Junilius Afric. l. de part. div. leg. Cerealis l. cont. Maximin. c. 2. & Beda comment. in hunc loc. His omnibus adjungendus Auctor l. de Trin. apud Ambr. col. 326. b. qui ℣℣. 6. & 8. ita conjungit: *Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Jesus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt.* Simili modo conjuncti leguntur iidem ℣℣. imò & 9. in Luxoviensi Lectionario ante 1000. annos descripto: *Christus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant: Spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt. Si testimonium*, &c. Auctor etiam l. de promiss. p. 3. prom. 25. apud Prosp. col. 179. d. ut probet de Christi latere sanguinem, & aquam manasse, hunc versiculum profert: *Tria sunt, quæ testimonium dicunt: Spiritus, sanguis, & aqua*: tum addit: *Et sequitur: Si testimonium hominum acceperimus*, &c. Epiphanius comment. in Cantici Cantic. 1. 1. hæc habet: *Quia tres sunt, qui testificantur: aqua, & sanguis, & Spiritus: & quia tres unum sunt*: nec plura. At de his satis. Jam redeamus ad eos, qui post Tertullianum, & Cyprianum versum septimum agnoverunt. Primus assurgit Victor Vitensis l. 3. de persecut. Vandal. p. 42. b. ubi exstat confessio fidei, Hunnerico Vandalorum regi anno 484. oblata ab Eugenio episcopo Carthaginensi, aliisque orthodoxis episcopis Ecclesiæ Africanæ, in qua leguntur ista: *Et ut adhuc luce clarius unius Divinitatis esse cum Patre, & Filio, Spiritum sanctum doceamus, Johannis Evangelistæ testimonio comprobatur; ait namque: Tres sunt, qui testimonium perhibent in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.* Hæc est sententia totius Ecclesiæ Africanæ, Regis jussu probata: & ut cum doctissimo D. Smithio defens. dissertationis in 1. Joh. 5. 7. p. 161. loquamur: *Putabimusne Eugenium Carthaginensem, cæterosque orthodoxos Ecclesiæ Africanæ episcopos adeo desipere potuisse, ut in illo libello, Hunnerici regis Ariani jussu scripto anno 484. hunc textum disertissimis verbis sub nomine Johannis Evangelistæ adhibuisse vellent, si à codicibus sacris tunc temporis abfuisset, vel si ante sæculum unum aut alterum de novo additus insuisque fuisset? Quàm facilè crimen illud falsi à sedulis adversariis potuisset ipsis exprobrari! Quàm male audiissent, tanquam sacrarum Scripturarum corruptores!* Vigilius etiam Tapf. lib. cont. Varimad. qui olim sub Idacii Clari nomine prodiit, hunc versiculum 7. cum octavo conjungit, inverso tantùm ordine, nec mirum; siquidem ipse confessioni paulò supra memoratæ subscripsit: verba ab ipso prolata huc afferre inutile est, cùm illa ipsa ordine, quo ab ipso referuntur, intra textum nostrum reposuerimus supra: nec eo loci tantùm contra Varimad. profert illa Vigilius, sed etiam lib. 10. de Trin. ubi legitur: *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus: & in Christo Jesu unum sunt*: item lib. Lat. ad Theophilum, inter opera Athanasii, qui Vigilii esse creditur: *Unde & Johannes*, inquit, *in epistola sua ait: Tres sunt, qui testimonium dicunt in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus: & in Christo Jesu unum sunt. Non tamen unus, quia non est eorum una persona.* Vigilio concinit Fulgentius Respons. cont. Arianos sub finem, p. 68. cujus testimonium supra loco ex Cypriano descripto adjunximus: nec tantùm ibid. versiculum hunc memorat Fulgentius, sed etiam lib. de Trinit. ad Felicem notarium c. 4. p. 331. ubi sic: *En habes in brevi alium esse Patrem, alium Filium, alium Spiritum sanctum; alium & alium in persona, non aliud & aliud in natura: & idcirco, Ego, inquit, & Pater unum sumus......... Similiter & illud: Tres sunt, inquit, qui testimonium dicunt in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus: & hi tres unum sunt*: item l. pro fide Cath. advers. Pintam, inter testimonia de Trinitate allata, hoc etiam 1. Joh. 5. 7. adducit p. 540. *Tres sunt in cælo, qui testimonium reddunt: Pater, Verbum, & Spiritus: & tres unum sunt.* Denique Auctor explanationis fidei ad Cyrillum, to. 9. oper. Hieron. col. 62. prope finem: *Nobis*, inquit, *unus Pater, & unus Filius ejus verus Deus, & unus Spiritus sanctus verus Deus: & hi tres unum sunt.* Cæteros, qui post sæculum octavum pericopes hujus mentionem faciunt, prudens omitto: sub annum siquidem octingentesimum, aut paulò post comparuit versus septimus hujus capitis in Latinis Bibliis. At de Latinorum testimoniis plusquam satis. Monere tantùm restat pleraque ea, quæ à me in hac prolixiori nota prolata sunt, desumpta esse ex doctissimi Millii dissertatione in hunc 1. Joh. versiculum, qui etiam plura alia, de Mss. Græcis, quotquot excutere licuit, necnon de Patrum, ac scriptorum Græcorum testimoniis præmisit, quæ huc referre nec mei consilii est, nec operis: dicam tamen cum ipso, licet plures Mss. codd. Græci hunc versiculum 7. exhibeant, à plurimis tamen primæ antiquitatis Græcis abesse; nec eundem citari ab Irenæo, Clemente Alex. Dionysio Alex. Athanasio, Synodo Sardic. Epiphanio, Basilio Mag. Alexandro Alexandrino, Gregorio Nyss. Nazianzeno, Didymo, Chrysostomo, Cyrillo Alex. & plerisque aliis, quos hîc recensere non vacat: consulenda igitur hæc dissertatio, necnon alia vernaculâ linguâ à D. Augustino Calmet ultimo suo commentariorum tomo præfixa. Vide insuper dissertationem Martianæi nostri ad calcem prologi in 7. epistolas Canonicas positam to. 1. editionis S. Hieron. item dissertationem D. Rogerii in hunc ℣. Johan. 7. Gallicè adornatam. Quibus omnibus adde sis Exercitationes Biblicas Morini l. 1. p. 36. & notas magnorum Criticorum in eundem loc. cum prolixiori ea, quæ legitur in eorumdem synopsi. Nunc ad textum nostrum Latinum redeo, prolatum scilicet è Vigilio Tapsensi: his duobus versiculis Græcum hodiernum sic respondet: Ὅτι τρεῖς εἰσιν, οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Deinde: Καὶ τρεῖς εἰσιν, οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ· τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. In Bibliis Philippi Secundi: Ὅτι τρεῖς ........ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Λόγος..... καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι. Καὶ τρεῖς..... μαρτυροῦντες ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ Πνεῦμα..... καὶ τὸ αἷμα· reliqua desunt. In Steph. verò Mss. sex deest tantùm ἐν τῷ οὐρανῷ, post μαρτυροῦντες· reliqua cum Vulgato Græco concordant.

℣. 9. *Quod majus est*: hoc non legitur in Mss. Gallic.

Digitized by Google

### Vulgata nova.

monium Dei majus est : quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo.

10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum : quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. *Joan. 3. 36.*

11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio ejus est.

12. Qui habet Filium, habet vitam : qui non habet Filium, vitam non habet.

### Versio antiqua.

monium Dei majus est : quia hoc est testimonium Dei, quod majus est, quia testificatus est de Filio suo. *August. ubi sup.*

10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in semetipso. Qui non crediderit Deo, mendacem facit eum : quia non credidit in testimonium quod testificatus est de Filio suo.

11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio ejus est.

12. Qui habet Filium, habet vitam : qui non habet Filium, non habet vitam.

### Vulgata nova.

13. Hæc scribo vobis : ut sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei.

14. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum : Quia quodcunque petierimus secundùm voluntatem ejus, audit nos.

15. Et scimus quia audit nos quidquid petierimus : scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo.

### Vulgata nova.

16. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget quis.

17. Omnis iniquitas, peccatum est : & est peccatum ad mortem.

18. Scimus quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat : sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum.

19. Scimus quoniam ex Deo sumus : & mundus totus in maligno positus est.

20. Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum ; *Luc. 24. 45.*

### Versio antiqua.

16. Si quis scit peccare fratrem suum peccatum non ad mortem, postulabit, & dabit illi Dominus vitam, qui peccat non ad mortem. Est autem peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget. *Aug. l. 1. de serm. Dom. in m. to. 3. p. 2. col. 197. a.*

18. Scimus quòd omnis, qui natus est ex Deo, non peccat : sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. *Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 490. c.*

19. Scimus quoniam ex Deo sumus : & mundus totus in maligno positus est.

20. Scimus quòd Filius Dei venerit, & dederit nobis intellectum ut cognoscamus verum *Aug. l. 1. de Trin. to. 8. col. 754. g.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

Augustini ; plures etiam ex iisdem Mss. omittunt & illud, *quia testificatus est de Filio suo.* Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 25. priora tantùm refert : *Si testimonium hominum acceperimus, testimonium Dei majus est.* Græc. Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ, ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Ms. Veles. post 2. τοῦ Θεοῦ, addit, ἡ μείζων ἐστί· deinde, cum aliis pluribus, ὅτι μεμαρτύρηκε.

℣. 10. Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 747. d. *Qui non credit Deo, mendacem facit eum : quia non credit testimonio quod testatus est de Filio suo.* Græc. Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ. Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν· ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ Θεὸς περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Mss. sex addunt τοῦ Θεοῦ, post 1. μαρτυρίαν· subinde tres ex ipsis, cum aliis duobus, ponunt τῷ Υἱῷ, pro τῷ Θεῷ, ut in Vulg. in alio verò uno deest ὁ Θεός, post μεμαρτύρηκεν. Vide infra ad ℣. 12. locum Tertulliani.

℣. 11. Itidem Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 747. d. nec aliter in Græco.

℣. 12. Huc revocanda videntur verba à Tertul. citata l. cont. Prax. p. 859. b. *Nos credimus testimonium Dei, quo testatus est de Filio suo : Qui Filium non habet, nec vitam habet : non habet autem Filium, qui eum alium quàm Filium credit.* Græcum textui Augustin. consonat, nisi quòd post 2. *Filium*, addat τοῦ Θεοῦ, *Dei* : Mss. etiam nonnulli addunt τοῦ Θεοῦ, post 1. *Filium.*

℣. 16. Tertullianus l. de pudic. p. 1000. c. *Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, & dabitur vita ei, quia non ad mortem delinquit. Est delictum ad mortem : non pro illo dico ut quis postulet :* & infra, p. 1013. a. *Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, & dabit ei vitam Dominus, qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem : non de eo dico ut quis postulet.* Hilar. in Ps. 140. col. 538. b. *Si quis scit fratrem suum delinquere, sed non ad mortem, petat, & dabit illi Deus vitam. Est enim peccatum ad mortem : sed non pro eo dico.* Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 402. e. *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit illi vitam Deus, quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem : non de illo dico ut oret.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. f. *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei vitam peccanti non ad mortem. Qui verò peccaverit ad mortem, quis orabit pro eo?* S. Pacianus epist. 3. p. 312. g. *Si quis scit peccare fratrem suum peccatum non utique ad mortem, postulabit pro eo, & dabit illi vitam Deus. Est autem peccatum, quod ad mortem ducit : non pro illo dico ut depreceris :* & paræn. ad pœnit. p. 316. a. *Si quis scit fratrem suum peccare peccatum non usque ad mortem ; petat pro eo, & dabit illi vitam Dominus, si quis deliquit peccatum non ad mortem. Est autem peccatum, quod ad mortem ducit : non pro eo dico ut depreceris.* In Lectionario Luxov. *& dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget.* Gelasius I. de anathem. vinc. Conc. to. 4. col. 1229. c. *Est peccatum ad mortem : non dico ut oretur pro eo. Et est peccatum non ad mortem : dico ut oretur pro eo.* Græc. Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον. Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον· οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ. Ms. Veles. ita incipit : Ὅστις οἶδεν· pauloque post habet, αἰτείτω, καὶ δωθήσεται αὐτῷ ζωὴ τῷ ἁμαρτάνοντι ἁμαρτίαν· subinde Colb. unus, καὶ οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ· alius, ἵνα μή τις ἐρωτήσῃ· al. ἵνα ἐρωτήσῃ τις.

℣. 18. Eadem repetit Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. a. à voce *omnis.* Item Ambrosius epist. 78. col. 1094. c. legit : *quoniam qui de Deo natus est, non peccat.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. g. *qui natus est ex Deo, peccatum non facit : quia nativitas Dei custodit illum, & diabolus non tangit illum.* Græc. Οἴδαμεν ὅτι πᾶς, ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἁμαρτάνει· ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς, &c. ut sup. Ms. Veles. ἀλλ' ἡ γένεσις τοῦ Θεοῦ, ut in textu.

℣. 19. Rursum Hieronymus l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. p. 1. col. 226. f. *mundus omnis in maligno positus est.* Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. & Auctor ep. ad Demetriad. p. 45. a. Vulgatæ concinunt, nec aliter in Græco est.

℣. 20. Hilarius l. 6. de Trin. col. 908. a. *Scimus quòd Filius Dei venit, & concarnatus est propter nos, & passus est, & resurgens de mortuis assumpsit nos, & dedit nobis intellectum optimum ut intelligamus verum, & simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus, & vita æterna, & resurrectio nostra.* Similiter Faustin. presb. l. cont. Arian. p. 644. e. *Scimus quia Filius Dei venit, & incarnatus est propter nos, & passus est, & resurgens de mortuis assumpsit nos, & dedit nobis intellectum bonum ut cognoscamus ipsum verum, & simus in ipso vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est Deus verus, & vita æterna, & resurrectio nostra in ipso.* Ambros. l. 1. de fide, col. 467. b. *Scimus quia Filius Dei apparuit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus Patrem, & simus in vero Filio ejus Jesu Christo Domino nostro. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Ful-



Digitized by Google

| Versio antiqua. | Vulgata nova. |
| --- | --- |
| *August. ubi sup.* Deum, & simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna. | & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna. |
| *Tichon. reg. 6. p. 63. g.* 21. Filii, abstinete vos à simulacris. | 21. Filioli, custodite vos à simulacris. Amen. |

## Notæ ad Versionem antiquam.

gentius l. 2. ad Trasim. c. 5. p. 93. & fragm. 33. contra Fab. p. 636. *Scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis intellectum ut cognoscamus verum, & simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna:* ita rursum de fide orthod. ad Donat. p. 201. excepto verbo *sciamus*, pro *cognoscamus*: at l. de fide ad Petr. n. 46. p. 521. legit, *ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero*, &c. ut sup. & l. pro fide Cath. p. 539. *ut credamus in vero Filio ejus J. C.* &c. Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 734. d. *Scimus quòd Filius Dei venit, & dedit nobis intellectum ut sciamus quod est verum, & simus in vero Filio ejus Christo. Hic est Deus verus, & vita æterna*: & l. 2. de Trin. p. 777. b. *& sumus in vero Filio Dei Jesu Christo, qui est verus, & vita æterna, & resurrectio nostra.* Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 82. b. *& simus in vero Filio ejus J. C. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Leo M. ser. 11. p. 60. e. *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum, & simus in vero Filio ejus.* Itidem Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 20. p. 12. d. & l. 2. c. 15. p. 26. e. cum Auct. ep. ad Demetriad. p. 45. a. nisi quòd addant *Deum*, ad *verum*. Facundus l. 1. c. 1. 4. legit, *quod est verum.* In Græco: Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος. Mss. plures ipso initio ferunt, Καὶ οἴδαμεν· & paulò post, τὸν ἀληθινὸν Θεόν· legit Veles. καὶ ὦμεν, subinde verò tollit cum Alex. Ἰησοῦ Χριστῷ.

℣. 21. Tertullianus l. de coron. mil. c. 10. p. 292. a. *Filioli, custodite vos ab idolis.* Similiter Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 193. a. excepto *à simulacris*. Græcum Tertulliano favet, & in fine addit Ἀμήν, cum Vulg. in Mss. tamen quibusdam deest.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *EPISTOLA B. JOANNIS I.*

CAP. I. ℣. 9. Ab omni iniquitate. *Non omittas præpositionem* ab.

CAP. II. ℣. 4. Qui dicit se nosse eum. *Non mutes pronomen* eum *in nomen* Deum.

℣. 14. Scribo vobis, infantes, quoniam cognovistis patrem. *Quod sequitur in manuscriptis codicibus:* Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum, qui ab initio est: *& totidem verbis præcessit supra*, ℣. 13. *Sixtina Biblia omittunt. Lege Notationes nostras.*

*Ibid.* Scribo vobis, juvenes. *Alii libri, pro* juvenes, *scribunt* adolescentes, *ut supra*, ℣. 13. *Nam & Græcè eadem vox repetitur* νεανίσκοι.

℣. 17. Et mundus transit, & concupiscentia ejus. *Non est mutandum præsens* transit *in futurum* transibit.

℣. 18. Et nunc Antichristi multi facti sunt. *Non est omittendum primum* &.

℣. 22. Quis est mendax, nisi is, qui negat quoniam Jesus est Christus? *Patres omiserunt negationem* non, *quam alii præponunt verbo* est *posteriori.*

CAP. III. ℣. 17. Et viderit fratrem suum necessitatem habere. *Rectiùs legitur* necessitatem, *quàm* necesse.

CAP. V. ℣. 7. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra. *Sunt libri, qui hoc solum legant:* Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in terra, *intermedia autem omnia omittant. Sed conqueritur, præfatione in Catholicas Epistolas, D. Hieronymus, ab infidelibus translatoribus, Patris, Verbique, ac Spiritus testimonium omissum.*

℣. 12. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet. *Voci* Filium, *non addas* Dei.

℣. 14. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum. *Non scribas nomen* Deum, *loco pronominis* eum.

---

## Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *EPISTOLA B. JOANNIS I.*

CAP. I. ℣. 4. Ut gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum. *Nonnulla Mss. nominatim unum Ecclesiæ hujus B. Audomari, omittunt* τὸ, gaudeatis, &, *similiter Græcis, & Syricis libris.*

CAP. IV. ℣. 10. Sed quoniam ipse prior dilexit nos. *Quidam Latini libri, cum Græcis, & Syricis, hic omittunt vocem* prior, *quæ ab omnibus legitur infra*, ℣. 19.

℣. 17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum. *Vocem* Dei *plerique codices auferunt, Græco consentaneè.*

# SUMMUM CAPUT EPISTOLÆ B. JOANNIS APOSTOLI SECUNDÆ,

## è Vulgatis Bibliis depromptum.

*Electam hanc ejusque filios in charitate & fide confirmat, ne ab hæreticis seducantur; idque paucis: cætera servans donec ad eos veniat.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI JOANNIS
# APOSTOLI
## SECUNDA.

### VULGATA NOVA.

1. SENIOR Electæ dominæ, & natis ejus, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes, qui cognoverunt veritatem,

2. propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum.

3. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Jesu Filio Patris, in veritate, & charitate.

### VULGATA NOVA.

4. Gavisus sum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre.

5. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum.

Joan. 13. 34. & 15. 12. 6. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundùm mandata ejus. Hoc est enim mandatum, ut quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis:

7. quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem: hic est seductor, & antichristus.

8. Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed ut mercedem plenam accipiatis.

### VERSIO ANTIQUA.

4. Gavisus sum valde, quòd inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicuti mandatum accepimus à Patre. *Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 216. d.*

5. Oro te domina, non sicut mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus nos alterutrum.

6. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundùm mandata ejus. Hoc est mandatum, sicut audistis ab initio, ut in eo ambuletis:

7. quoniam multi fallaces progressi sunt in sæculo, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carne: isti sunt fallaces, & antichristi.

8. Videte eos, ne perdatis quod operati estis: sed ut mercedem plenam recipiatis.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita in Græco.

℣. 5. Augustinus l. de gra. & l. arb. to. 10. col. 737. a. *non quasi præceptum novum scribam tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus invicem.* Græc. Καὶ νῦν ἐρωτῶ σε κυρία, ὐχ ὡς ἐντολὴν γράφων σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. Mſ. Alex. pro εἴχομεν, habet εἴχαμεν· alii quidam, ἔχομεν.

℣. 6. Textui Luciferiano consonat Græcum. Mſs. tamen duo, pro *Hoc eſt*, ferunt Καὶ ἅυτη ἐςὶν· ſubinde plures ponunt ἵνα, *ut*, ante καθὼς, *ſicut.*

℣. 7. Huc alludit Tertullianus l. de præſcr. c. 33. p. 337. c. dicens: *Johannes in epiſt. eos maximè antichriſtos vocat, qui Chriſtum negarent in carne veniſſe, & qui non putarent Jeſum eſſe Filium Dei.* Iren. l. 3. c. 16. p. 207. b. *Multi ſeductores exierunt in hunc mundum, qui non confitentur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe: hic eſt ſeductor, & antichriſtus.* Ambroſiaſter in 1. Cor. 15. 14. col. 161. f. *qui negat Chriſtum in carne veniſſe, hic eſt antichriſtus.* Gr. ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογῦντες Ἰησῦν Χριςὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί· ὗτός ἐςιν ὁ πλάνος, καὶ ὁ ἀντίχριςος. Mſs. plures, pro εἰσῆλθον, ferunt ἐξῆλθον· ſubinde Veleſ. habet ἐλθόντα, pro ἐρχόμενον.

℣. 8. Irenæus l. 3. c. 16. p. 207. b. *Videte eos, ne perdatis quod operati eſtis.* Græc. Βλέπετε ἑαυτὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα· ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν· Mſ. 1. pro ἑαυτὺς, habet αὐτὺς· deinde plures, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε· ἀλλὰ.... ἀπολάβητε.

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Lucif. Cal. ubi sup.* 9. Omnis, qui recedit, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui autem manet in doctrina ejus, ille & Patrem & Filium habet.

10. Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite accipere eum in domum, & Ave nolite dicere ei.

11. Qui enim dicit ei Ave, communicat operibus ejus malignis.

**VULGATA NOVA.**

9. Omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.

10. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.

11. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis.

**VULGATA NOVA.**

12. Plura habens vobis scribere, nolui per chartam, & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: ut gaudium vestrum plenum sit.

13. Salutant te filii sororis tuæ Electæ.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 9. Eadem repetit Lucifer Cal. infra, p. 226. f. & g. Apud Fulg. l. pro fide Cath. p. 538. sic: *Omnis, qui non manet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, & Filium & Patrem habet.* In Græco sic: Πᾶς, ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει· ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, οὗτος, &c. ut in textu. Ms. Alex. ita incipit: Πᾶς, ὁ προάγων· tum alter, καὶ μὴ ἐμμένων τῇ· alius paulò post, ὁ δὲ μένων· subinde tollunt quidam τοῦ Χριστοῦ.

℣. 10. Cyprianus in Conc. Carthag. p. 337. c. *Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & Ave illi ne dixeritis.* Similiter Optat. l. 4. p. 72. b. *Ave illi ne dixeritis.* Græcum textui Lucif. favet.

℣. 11. Irenæus l. 1. p. 83. c. *Qui enim dicit eis Ave, communicat operibus ipsorum nequissimis.* Cyprian. in Conc. Carth. p. 337. c. *Qui enim dixerit illi Ave, communicat factis ejus malis.* Græcum textui Lucifer. suffragatur.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

*EPISTOLA B. JOANNIS II.*

VErs. 11. Communicat operibus ejus malignis. *Quod subjiciunt quidam libri*, Ecce prædixi vobis, ut in die Domini non confundamini, *Patres, ut superfluum, praterierunt.*

# SUMMUM CAPUT EPISTOLÆ B. JOANNIS APOSTOLI TERTIÆ,

è Vulgatis Bibliis depromptum.

*GAium collaudat quòd in veritate ambulet, & peregrinos humanè excipiat; subdens de Diotrephis calumniis & inhumanitate, ac Demetrio optimum perhibens testimonium, subjungens se illum brevi invisurum.*

Digitized by Google

# EPISTOLA
# BEATI JOANNIS
# APOSTOLI
## TERTIA.

### VULGATA NOVA.

1. SENIOR Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate.

2. Chariſſime, de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, & valere, ſicut proſperè agit anima tua.

3. Gaviſus ſum valdè venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas.

4. Majorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.

5. Chariſſime, fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos,

6. qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos, benefaciens, deduces dignè Deo.

7. Pro nomine enim ejus profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus.

8. Nos ergo debemus ſuſcipere hujuſmodi, ut cooperatores ſimus veritatis.

9. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos:

10. propter hoc ſi venero, commonebo ejus

### VERSIO ANTIQUA.

1. SENIOR Gaio dilectiſſimo, quem ego diligo in veritate. *Auguſt. in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 932. b.*

4. Majus autem horum non habeo gaudium, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulantes. *Ex Mſ. Reg. num. 3564. part. 2.*

5. Chariſſime, fideliter facis quodcunque operaris in fratribus, & hoc peregrinis, *Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 417. e.*

6. qui teſtimonium dederunt dilectioni tuæ coram Eccleſia: quos, optimè facis, ſi præmiſeris Deo dignè.

7. Pro nomine enim Domini exierunt, nihil accipientes à Gentibus.

9. Scripſi etiam Eccleſiæ: ſed qui primatus agere cupit eorum, Diotrephes, non recipit nos: *Hieron. ibid. f.*

10. propterea cùm venero, admonebo ejus

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambroſius in Pſ. 36. col. 804. c. ait, Johannem, *qui cùm refugeret Apoſtolum ſe ſcribere, ſeniorem ſcripſiſſe.* Gr. Ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, &c. ut in Latino.

℣. 4. Græcè: Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαρὰν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν, &c.

℣. 5. Græcum: Ἀγαπητὲ, πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ εἰς τοὺς ξένους· Mſ. Alex. pro ἐργάσῃ, ponit ἐργάζῃ· & in fine, cum aliis quibuſdam, τοῦτο ἀδελφοὺς, pro εἰς τοὺς ξένους· Veleſ. τοῦτο εἰς ξένους.

℣. 6. Græcum: οἳ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον Ἐκκλησίας· οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ. Mſs. duo, pro ποιήσεις, legunt ποιεῖς. Mſ. Reg. Lat. n. 3564. *quos bene facies deducens dignè Deo.*

℣. 7. Græcum: Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν Ἐθνῶν. In Mſs. nonnullis deeſt αὐτοῦ, poſt ὀνόματος· plures etiam, pro Ἐθνῶν, ferunt Ἐθνικῶν.

℣. 9. Græcum: Ἔγραψα τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν, Διοτρεφὴς, οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. Mſs. quidam in principio ferunt, Ἔγραψα ἂν τῇ· al. Ἔγραψά τι τῇ· al. Ἔγραψα ἄν τι τῇ. In Mſ. Lat. Regio, n. 3564. legitur *Diotrepes.*

℣. 10. Mſ. Reg. Lat. *nec ipſe ſuſcipit fratres; & eos, qui cupiunt, prohibet.* Gr. διὰ τοῦτο ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Hieron. ubi sup.* opera, quæ facit, malis verbis detrahens de nobis : & non sufficit ei, quòd ipse non recipit fratres ; sed & volentes prohibet, & de Ecclesia ejicit.

*Ex Ms. Cantabrig. ann. 1100.* 11. ..... qui malè facit, non vidit Deum.

12. Demetrio testimonium perhibetur ab omnibus, & ab ipsa veritate, & nos verò testimonium perhibemus : & scis, testimonium nostrum verum est.

13. Plura habui scribere tibi : sed nolo per atramentum, & calamum scribere tibi.

14. Spero enim protinus te visurum, & os ad os locuturum. Pax tecum. Salutant te amici tui. Saluta amicos nominatim.

**Vulgata nova.**

opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos : & quasi non ei ista sufficiant ; neque ipse suscipit fratres ; & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit.

11. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est : qui malefacit, non vidit Deum.

12. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus : & nosti quoniam testimonium nostrum verum est.

13. Multa habui tibi scribere : sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi.

14. Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

## Notæ ad Versionem antiquam.

τὰ ἔργα, ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις· οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς, &c. ut supra. Mss. plures, pro βουλομένους, ferunt ἐπιδεχομένους.

℣. 11. Quæ sequuntur usque ad finem epistolæ, habentur in Ms. Cantabrig. qui quidem Ms. complectebatur olim omnes epistolas Johannis Apostoli, sed ob avulsa quædam folia, nonnisi postrema verba tertiæ ejusdem epistolæ exhibet. In Græco : ὁ δὲ κακοποιῶν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν. A Mss. plurimis abest δὲ, ante κακοποιῶν.

℣. 12. Græcum textui Cantabrig. favet, nisi quòd, pro *scis*, habeat οἴδατε ὅτι· sed Mss. plures, οἶδας ὅτι.

℣. 13. Græcum : Πολλὰ εἶχον γράφειν· ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος, &c. ut in Lat. Mss. plures addunt σοι, verbo γράφειν· mox Alex. habet, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθην, al. οὐκ ἤθελον.

℣. 14. Græcum : Ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ..... λαλήσομεν, &c. ut in Vulg. Ms. 1. λαλῆσαί σοι.

## ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

### *EPISTOLA B. JOANNIS III.*

VErs. 4. Majorem horum non habeo gratiam. *Non mutes* Majorem gratiam, *cum* Majus gaudium, *quod quidam faciunt.*

℣. 6. Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ. *Non omittas primum* qui.

℣. 9. Sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes. *Nominis hujus proprii antepenultima littera est* φ, phi, *adspirata, non* π, pi, *tenuis.*

℣. 10. Commonebo ejus opera. *Non scribas* commoneam.

℣. 11. Qui malefacit, non vidit Deum. *Non mutes* Deum *in pronomen* eum.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

### *EPISTOLA B. JOANNIS III.*

VErs. 6. Quos, benefaciens, deduces dignè Deo. *Non pauci boni libri, conformiter Græco è converso,* benefacies *verbum,* deducens *participium legunt.*

# SUMMUM CAPUT EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. JUDÆ APOSTOLI,

è Vulgatis Bibliis depromptum.

*MOnet ut firmi sint in tradita semel fide adversùs insurgentes impios, ac lascivos, subdens de horum supplicio in modum Judæorum, ac Sodomorum : nam & hi nullum veriti, effrænè feruntur in omnem carnis concupiscentiam, quos diversis rebus comparat : & istos ad Enoch ac Apostolorum de illis vaticinia revocat.*

Digitized by Google

# EPISTOLA CATHOLICA
# BEATI JUDÆ
# APOSTOLI.

### VULGATA NOVA.

1. JUDAS Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his, qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Jesu conservatis, & vocatis.

2. Misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.

3. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.

4. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Jesum Christum negantes.

5. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jesus populum de terra
Num. 14. 37. Ægypti salvans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit;

2. Pet. 2. 4. 6. Angelos verò, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit.

### VERSIO ANTIQUA.

1. JUDAS Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his, qui sunt in Deo Patre dilectis, & in Jesu Christo conservatis, & vocatis. Lucif. Cal. l. de non conv. cum haeret. p. 227. d. e.

2. Misericordia vobis, & pax, & charitas multiplicetur.

3. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi nostra salute, deprecor ut perlaboretis semel traditæ societati.

4. Subintraverunt enim quidam homines (olim quidem præscripti ad hoc judicium) impii, qui Dei gratiam transferunt ad impudicitiam; & qui est Dominator noster, & Dominus Jesus Christus, eum negantes.

5. Admonere itaque vos volo, dicens, scientes omnia, quoniam Deus populum suum de terra Ægypti salvum fecit; secundò autem non credentes perdidit:

6. Angelos quoque, qui non servaverunt ordinem suum, sed dereliquerunt habitaculum suum, in judicium magni * Dei, vinculis eos sanctorum Angelorum sub tenebris servavit.

* F. diei, è Gr. ἡμέρας.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem refert Augustinus in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 932. c. prætermissis tamen voculis *his*, *qui sunt*; & *in*, ante *Jesu*. Cod. Corb. n. 2. habet: *his*, *qui in Deo Patre dilectis*, & *Jesu Christo conservatis*, *vocatisque*. In Græco sic: Ἰούδας Ἰησοῦ..... Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡγιασμένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις, κλητοῖς. Mss. quidam, pro ἡγιασμένοις, legunt ἠγαπημένοις.

℣. 2. Augustinus in Rom. 1. col. 932. c. *Misericordia vobis*, & *pax*, & *charitas adimpleatur*. Gr. Ἔλεος..... πληθυνθείη. Veles. cod. πληρωθείη.

℣. 3. Græcum: Ἀγαπητοί, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν· παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Mss. quidam addunt ὑμῶν, voci σωτηρίας· alii plures, ἡμῶν.

℣. 4. Græcum: Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς..... ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν, καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰ. Χριστὸν ἀρνούμενοι. Mss. quidam omittunt Θεὸν, post δεσπότην· alii legunt, τὸν μόνον Θεὸν, καὶ δεσπότην.

℣. 5. Græcum: Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν. Mss. plures delent ὑμᾶς, post εἰδότας· quidam verò habent ἅπαξ πάντα· mox alii duo, ὅτι ὁ Θεός· alii, ὅτι ὁ Ἰησοῦς.

℣. 6. Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 735. g. *Angelos quoque, qui dereliquerunt suum principatum, catenis igneis ligans, & tenebrosis carceribus retrudens, reservavit*



Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Lucif. Cal. ubi ſup.*

7. Sodoma autem, & Gomorrha, & quæ circa eas erant civitates, hæ ſimili modo cùm adulterium feciſſent, & carnem ſecutæ eſſent, cinis propoſitæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

8. Similiter itaque & iſti ſomniantes, carnem quidem coinquinant, dominationem autem ſpernunt.....

*Hieron. l. 3. in ep. ad Tit. to. 4. p. 1. col. 434. d.*

9. Quando Michael Archangelus cum diabolo diſputabat de Moyſi corpore, non fuit auſus inferre judicium blaſphemiæ: ſed dixit: Imperet tibi Deus.

*Lucif. Cal. l. de non conv. cum haeret. p. 227. e.*

11. Væ illis, quoniam in viam Cain abierunt, & in ſeductionem Baal mercede effuſi ſunt, & in contradictionem Choreb perierunt.

12. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, omni vento circumferendæ, arbores autumnales, ſine fructu, mortuæ, à radicibus evulſæ,

13. fluctus feroces maris deſpumantis turpitudines ſuas, procellæ ſeducentes: quibus tempus tenebrarum æternum ſervatum eſt.

*Auct. l. ad Novat. ap. Cypr. p. 438.*

14. ..... Ecce venit cum multis millibus nunciorum ſuorum,

15. facere judicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum, quæ fecerunt impiè, & de omnibus verbis impiis, quæ de Deo locuti ſunt peccatores.

*Lucif. Cal. l. de non conv. cum haeret. p. 227. e.*

17. Vos autem fratres, mementote prædictorum ſermonum ab Apoſtolis Jeſu Chriſti,

18. quoniam dicebant: In noviſſimis diebus erunt irriſores, euntes ſecundùm voluntates ſuas impias.

19. Hi ſunt ſecernentes, animales, Spiritum non habentes.

## Vulgata nova.

7. Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ civitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. *Geneſ.* 19. 24. 25.

8. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant.

9. Cùm Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit: Imperet tibi Dominus. *Zach.* 3. 2.

10. Hi autem, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

11. Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. *Geneſ.* 4. 8. *Num.* 22. 23.

12. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, *Num.* 16. 32. *2. Pet.* 2. 17.

13. fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.

14. Prophetavit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis *Apocal.* 1. 7.

15. facere judicium contra omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impii.

16. Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus causâ. *Pſalm.* 16. 10.

17. Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti, *1. Tim.* 4. 1.

18. qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. *2. Tim.* 3. 1. *2. Pet.* 3. 3.

19. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.

## Notæ ad Versionem antiquam.

*futuro judicio puniendos.* Græcum: Ἀγγέλους τε, τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Mſ. Alex. in principio habet, Ἀγγέλους δέ· ſub finem verò, poſt ἀϊδίοις, Clem. Alex. Pœd. l. 3. c. 8. addit, ἀγρίων Ἀγγέλων. Lucifer Calar. legiſſe videtur ἁγίων Ἀγγέλων, ſed corruptè, pro ἀγρίων, *ferorum.*

℣. 7. Græcum: Ὡς Σόδομα, καὶ Γόμοῤῥα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκειται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. In Mſ. 1. deeſt τούτοις, poſt ὅμοιον.

℣. 8. Græcum: Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, &c. In Mſ. Veleſ. deeſt ἐνυπνιαζόμενοι, ſicut in Vulgata.

℣. 9. Ambroſius in Luc. 8. col. 1393. d. huc alludens, ait dictum eſſe à Michaele Archangelo: *Imperet tibi Dominus.* In Gr. ſic: Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ Ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας· ἀλλ᾽ εἶπεν· Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. Mſ. 1. ipſo initio delet Ὁ δὲ, alius verò hab. in fine, Θεὸς, pro Κύριος.

℣. 11. Græcum: Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.

℣. 12. Auguſtinus l. de fide & op. to. 6. col. 190. c. *Ii ſunt, qui in dilectionibus veſtris maculati coepulantur ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua.* Græc. Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα. Mſs. quid. in principio habent, Οὗτοί εἰσιν, οἱ ἐν ταῖς· Alex. cum Veleſ. αὐτῶν, pro ſeq. ὑμῶν.

℣. 13. Græcum: κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται· οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται.

℣. 14. Tertullianus l. de hab. mul. c. 3. p. 258. b. huc alludens ait: *Enoch apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. *Ecce veniet Dominus in millibus.* Græc. Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ· Mſs. plures, ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ· alii nonnulli, μυριάσιν ἁγίων Ἀγγέλων αὐτοῦ· al. μυριάσιν ἁγίαις Ἀγγέλων αὐτοῦ.

℣. 15. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. *facere judicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum.* Gr. ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ᾽ αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Mſs. plures, pro ἐξελέγξαι, ferunt ἐλέγξαι· tum addit Cop. πᾶσαν ψυχὴν περὶ πάντων τῶν ἔργων, ὧν ἠσέβησαν ἁμαρτωλοὶ, &c. Mſs. quid. omittunt αὐτῶν, poſt 1. ἀσεβεῖς· plures verò infra addunt λόγων, ad σκληρῶν.

℣. 17. Græcum: Ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων, τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χριστοῦ.

℣. 18. Græcum: ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Mſs. quidam, ἐπ᾽ ἐσχάτου τῶν χρόνων· unus, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν χρόνων. Veleſ. ἐσχάτοις χρόνοις· tum ipſe, cum aliis nonnullis, ἐλεύσονται.

℣. 19. Auguſtinus ep. 185. to. 2. col. 663. c. *qui ſeipſos ſegregant, animales, Spiritum non habentes.* Fulg. cont. ſer. Faſtid. c. 18. *Hi ſunt, qui ſegregant ſeipſos,* &c. ut ſupra. Gr. Οὗτοί εἰσιν, οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοὶ, &c. ut ſu-

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

20. Vos autem chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes,

21. voſmetipſos in dilectione Dei ſervate, exſpectantes miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam.

22. Et hos quidem arguite judicatos:

| VULGATA NOVA. | VERSIO ANTIQUA. | |
|---|---|---|
| 23. illos verò ſalvate, de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore: odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. | 23. & alios quidem de igne rapite: aliorum verò, qui judicantur, miſeremini..... | *Hieron. in Ezech. 18. to. 3. col. 822. c.* |
| 24. Ei autem, qui potens eſt vos conſervare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exſultatione in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti: | 24. Ei autem, qui potens eſt vos conſervare ſine offenſione, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in lætitia: | *Aug. l. de cor. & gr. to. 10. col. 755. e.* |
| 25. ſoli Deo Salvatori noſtro, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſæculum, & nunc, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen. | 25. ſoli Salvatori noſtro Deo, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, honor, potentia, claritas, & poteſtas ante omne ſæculum, & nunc, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen. | *Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 644.* |

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pra. Mſs. quidam addunt *ἑαυτὺς*, poſt *ἀποδιορίζοντες*.

℣. 23. Græcum: *ὓς δὲ ἐν φόϐῳ σώζετε, ἐκ τῦ πυρὸς ἁρπάζοντες· μισῦντες*, &c. Mſs. plures omittunt *ἐν φόϐῳ*· ex his verò quidam, cum aliis, addunt, *ὓς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόϐῳ*, poſt *ἁρπάζοντες*· alii nonnulli, *ὓς δὲ ἐλέγχετε*.

℣. 24. Eadem exhibet Fulgentius fragm. 34. cont. Fab. p. 644. ad verbum, nec addit ea quæ ſequuntur in Vulg. ſed voci *lætitia*, ſtatim ſubjungit: *ſoli Salvat.* &c. Non etiam verba iſta intermedia, *in adventu Dom. noſtri J. C.* agnoſcit Beda in hunc loc. nec Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. p. 2. col. 499. d. qui etiam in fine tollit *in lætitia*, cætera verò habet ut ſup. excepto tamen *peccato*, pro *offenſione*. Græc. *Τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι αὐτὺς ἀπταίςυς, ϗ ςῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτῦ ἀμώμυς ἐν ἀγαλλιάσει*· nec addit plura. Mſs. quidam, pro *αὐτὺς*, habent *ὑμᾶς*, poſt *φυλάξαι*· plerique verò omittunt in fine, *ἐν ἀγαλλιάσει*, teſte Zegero. Veleſ. ſolus ſubdit, *ἐν τῇ παρυσίᾳ Κυρίυ ἡμῶν Ἰ. Χρ.* ut in Vulgata.

℣. 25. Græcum: *μόνῳ σοφῷ Θεῷ Σωτῆρι ἡμῶν δόξα ϗ μεγαλωσύνη, κράτος ϗ ἐξυσία, ϗ νῦν, ϗ εἰς πάντας τὺς αἰῶνας. Ἀμήν.*

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

## *EPISTOLA CATHOLICA B. JUDÆ.*

VErs. 3. Deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. *Nihil opus est activa forma scribere* supercertare : *Interpres enim usus est verbo* supercertari, *ut deponenti*, *quemadmodum aliis.*

✠. 11. Væ illis, quia in via Cain abierunt. *Non mutes conjunctionem* quia *in pronomen* qui.

✠. 12. Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. *Nec hic mutandum verbum* circumferuntur *in* conferuntur.

✠. 14. Prophetavit autem & de his. *Non omittas medium* &.

✠. 15. Quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii. *Correctores maluerunt nomen* Deum, *quàm pronomen* eum.

✠. 16. Et os eorum loquitur superba. *Servandum est adjectivum* superba, *non substituendum substantivum* superbiam.

✠. 20. Superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei. *Patres prætulerunt pronomen secundæ personæ*, vestræ, *pronomini primæ personæ*, nostræ.

✠. 24. Immaculatos in exsultatione. *Cave omittas illud* in exsultatione.

---

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

## *EPISTOLA CATHOLICA B. JUDÆ.*

VErs. 24. In adventu Domini nostri Jesu Christi. *Hæc verba omittuntur à nonnullis Mss. & uno quidem hujus Ecclesiæ, suffragante Græco.*

# IN LIBRUM APOCALYPSEOS ADMONITIO.

*Quam nunc proferimus libri Apocalypseos Versionem antiquam, integram descripsimus ex Primasii Commentariis in eundem librum.* Is Uticensis, *ut ex Johanne Trithemio discimus*, in Africa fuit Episcopus, Beati Augustini quondam discipulus, vir sanè in Scripturis sanctis eruditus, & disciplinis sæcularium litterarum gloriosè imbutus: ingenio subtilis, & eloquio disertus. Multa dicitur composuisse opuscula, quæ apud veteres magno in pretio habebantur: *inter quæ numeratur ejus Commentarius in Apocalypsim Joannis, quinque libris distributus. Bellarminus quoque libro de Scriptor. Ecclesiast. auctor est Primasium Africanum tempore Vigilii Papæ Constantinopoli fuisse, cùm quinta Synodus generalis celebraretur. De eo meminere Junilius Africanus pariter Episcopus, qui ei de Partibus divinæ legis librum dicavit; Cassiodorus senator cap. 9. libri de Divinis lectionibus, qui etiam meminit ejus Commentarii in Apocalypsim; & sanctus Isidorus in catalogo Scriptor. Ecclesiastic. Porro vixit Primasius, non, ut vult Sixtus Senensis, anno 440. sed circa annum 550. ut patet ex Collatione 2. quintæ Synodi. Quod spectat ad Interpretationem Latinam Apocalypseos, quam adhibuit in Commentariis suis, integra planè est, si paucos versiculos excipias, & aliena prorsus à Vulgata nostra: immo Hieronymo ipso antiquiorem esse nihil mihi dubium est. Et certè, præterquam quòd primam antiquitatem sapit illa Versio, si quis illam vel tantillum vellet in dubium revocare, pro ipsa reclamarent Cyprianus, Julius Firmicus, Augustinus, Auctor libri de promissionibus apud Prosperum, & alii quidam, qui omnes Versionem illam exhibent in operibus suis, ita ut, si pauca excipias, idem sit contextus à veteribus illis Patribus, maximè Cypriano, Julio Firmico, & Augustino citatus, & à Primasio usurpatus in suo Commentario. Rei manifestæ huc exempla afferre, & magno apparatu congerere hîc esset locus; illud tamen supervacaneum omnino ac inutile judicabit, quisquis legerit notas nostras in inferiori margine appositas, & loca similia prædictorum Patrum in ipsis relata cum textu Primasii conferre voluerit.*

# SUMMA CAPITA APOCALYPSEOS B. JOANNIS APOSTOLI,

## è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

Cap. I. *Joannes in Patmos insula relegatus jubetur scribere quæ viderit septem Asiæ Ecclesiis, per septem candelabra designatis, quæ vidit in circuitu filii hominis: modum describens quo hic ipsi demonstratus sit.*

Cap. II. *Jubetur Joannes varia scribere Ecclesiis Ephesi, Smyrnæ, Pergami, & Thyatiræ: collaudans eos, qui Nicolaitarum doctrinam non admiserant, alios autem minis ad pœnitentiam revocans: tepidum quoque detestans, & vincenti præmium pollicens.*

Cap. III. *Jubetur scribere Ecclesiis Sardis, Philadelphiæ, & Laodiciæ: errantes ad pœnitentiam minis revocans, sed alios collaudans, & vincenti præmium pollicens: Deum dicens ad ostium pulsare, ut ingrediatur ad illum qui aperuerit.*

Cap. IV. *Aperto in cælo ostio videt sedentem in throno, & in hujus circuitu viginti quatuor seniores sedentes: &, quæ hîc describit, quatuor animalia, quæ sedentem in throno assiduè unà cum viginti quatuor senioribus glorificabant.*

Cap. V. *Flente Joanne quòd librum septem sigillis signatum nemo posset aperire, agnus primùm occisus illum aperuit: quo facto, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, cum innumera Angelorum multitudine omnique creatura, illum maximè glorificarunt.*

Cap. VI. *Apertis quatuor sigillis varii adversùs terram sequuntur effectus: quinto verò aperto animæ martyrum petunt accelerari judicium: ad sexti autem apertionem ostenduntur signa futuri judicii.*

Cap. VII. *Dum punienda est terra, jubentur absque nocumento servari signum in fronte gerentes: qui describuntur tam ex Judæis, quàm ex Gentibus, benedicentes Deum: & de his, qui amicti*

Digitized by Google

*erant stolis albis.*

CAP. VIII. *Aperto septimo sigillo septem Angeli cum tubis ostenduntur, effusoque in terram igne altaris ab alio Angelo fiunt variæ tempestates: similiter quatuor Angelis tubâ canentibus produ-cuntur variæ plagæ adversùs homines.*

CAP. IX. *Quinto Angelo tubâ canente stella cadit, & locustæ à fumo putei egressæ describuntur, quæ homines cruciant: sexto verò Angelo canente sol-vuntur quatuor Angeli, qui ingenti equestri exer-citu tertiam hominum partem occidant.*

CAP. X. *Clamante alio forti Angelo loquuntur se-ptem tonitrua: porro Angelus jurat non ampliùs fore tempus, sed consummandum ad vocem septimi Angeli mysterium: datque librum Joanni devo-randum.*

CAP. XI. *Joannes templum metiens audit prædi-caturos duos testes, quos bestia à mari ascendens occidet: at illi resurgentes in cœlum ascendunt, ac terræmotu occiduntur septem millia hominum, & ad cantum septimi Angeli viginti quatuor se-niores Deo gratias agunt.*

CAP. XII. *Cùm mulier cernente dracone filium pe-perisset, raptus est ab ea filius ejus ad Deum: tunc facto in cœlo prælio, lapsus draco cœpit mu-lieris semen persequi.*

CAP. XIII. *Bestia de mari ascendens septem ca-pitum, & decem cornuum, decemque diadematum, cujus plaga curatur, Deum blasphemat, & san-ctos debellat: alteraque bestia duorum cornuum de terra ascendens illi maximè favet, cogens fieri, & adorari ejus imaginem, haberique characterem nominis ejus.*

CAP. XIV. *Virgines cum Agno cantantes ambu-lant, Angelo uno Evangelium annunciante, altero Babylonis lapsum, tertio verò cruciatum eorum, qui bestiam adorarunt, prædicante: porro duo habentes falces jubentur, ille messem, hic au-tem vineam terræ demetere.*

CAP. XV. *Qui bestiam vicerant, & ejus imagi-nem, ac numerum nominis ejus, Deum glori-ficant; & septem Angelis habentibus septem plagas novissimas dantur septem phialæ iræ Dei plenæ.*

CAP. XVI. *Ad septem phialarum effusionem in terram, mare, fontes, solem, bestiæ sedem, Euphraten, & aerem, multæ in terra plagæ oriuntur.*

CAP. XVII. *Mulier fornicaria sive Babylon va-riis induta ornamentis, & ebria martyrum san-guine, sedet super bestiam septem capitum, & decem cornuum: quæ omnia hîc declarat An-gelus.*

CAP. XVIII. *Babylonis lapsus, judicium, pla-gæ, & ultiones: propter quas reges, ac nego-tiatores terræ olim ipsi adhærentes amarè luge-bunt; cœlum verò, Apostoli ac Prophetæ exsul-tabunt.*

CAP. XIX. *Sanctis de judicio meretricis Deum glorificantibus, parantur nuptiæ Agni, & An-gelus à Joanne adorari recusat: apparens autem quidam equo insidens cum exercitu, qui est Ver-bum Dei, & Rex regum, ac Dominus do-minantium, pugnat adversùs bestiam, & reges terræ, ac eorum exercitus, vocatis interim avibus cœli ad edendas eorum carnes.*

CAP. XX. *Ligatum draconem, sive diabolum mittit Angelus in abyssum ad mille annos, quibus animæ martyrum in resurrectione prima regnabunt cum Christo: post quos solutus satanas excitabit Gog, & Magog innumerum exercitum adversùs civi-tatem dilectam, sed igni cœlesti devorabuntur: deinde apertis libris, à sedente super thronum judicabuntur omnes mortui secundùm opera ipso-rum.*

CAP. XXI. *Cœlo ac terra renovatis, nova civi-tas Jerusalem in Agni sponsam à Deo parata ostenditur, justis glorificatis, impiisque in sta-gnum ignis detrusis: cujus civitatis murus, & portæ, ac fundamenta describuntur, & mensu-rantur, quæ universa sunt aurum ac vitrum mundum, lapides pretiosi ac margaritæ.*

CAP. XXII. *Lignum vitæ fluvio aquæ vivæ irri-gatum singulis mensibus reddit fructum suum; nec maledictum, nec ulla nox est in civitate: Ange-lus autem, qui hæc citò ventura Joanni ostende-bat, non vult ab eo adorari, dicitque justos in civitatem intraturos, impios autem foras ejicien-dos: contestatur etiam de non addendo aut mi-nuendo ad hanc prophetiam.*

Digitized by Google

# APOCALYPSIS BEATI JOANNIS APOSTOLI.

## CAPUT PRIMUM.

### VULGATA NOVA.

1. APocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere servis suis, quæ oportet fieri citò: & significavit, mittens per Angelum suum servo suo Joanni,

2. qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quæcunque vidit.

3. Beatus, qui legit, & audit verba prophetiæ hujus: & servat ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.

4. Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia.
Exod. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat,
3.14. * & qui venturus est; & à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt;

5. & à Jesu Christo, qui est testis fidelis, pri-

### VERSIO ANTIQUA.

1. APocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere servis suis, quæ oportet fieri in brevi: & significavit nuncianda per Angelum suum servo suo Joanni, *Ex Comment. Primasii Afric. Episc. Uticensis in Apoc. ex Bibliot. PP. to. 10. p. 288. & seqq.*

2. qui prædicavit verbum Dei, & testimonium Jesu Christi, ea quæ vidit.

3. Fœlix, qui legit, & qui audiunt verba prophetiæ hujus: & custodiunt ea, quæ in ea scripta sunt: quia tempus jam in proximo est.

4. Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, & pax à Deo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens; & à septem spiritibus, qui in conspectu throni Dei sunt;

5. & ab Jesu Christo, qui est testis fidelis, pri-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum: Ἀποκάλυψις.... δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ, &c. ut in Latino. Dionysius Alex. apud Euseb. hist. l. 7. c. 25. omittit hæc, ἃ δεῖ γενέσθαι· unde Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 751. d. legit: *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus ostendere servis suis, & significavit, mittens per Angelum suum servo suo Joanni.* Anonymus in Apocalyps. apud August. in appendice tom. 3. col. 159. d. *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere servis suis, quæ oportet fieri citò, significans servo suo Johanni.*

℣. 2. Græcum: ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν..... ὅσα τε εἶδε. Mss. plures omittunt τε.

℣. 3. Lectionem suam confirmat Primasius, addens in Comment. *Dicendo*, qui legit, & qui audiunt, *personam doctorum, & discentium demonstravit..... quibus etiam congruunt quæ sequuntur: & servant ea, quæ in ea scripta sunt.* Græcum etiam favet: Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. Mss. duo legunt, καὶ ὁ ἀκούων· paulòque post unus postponit ταύτης, voci προφητείας· Veles. habet καὶ ὁ τηρῶν, ut sup. ὁ ἀκούων.

℣. 4. Victorinus Martyr commentar. in Apocalyps. qui ejus nomine inscribitur, Biblioth. Patrum tom. 3. p. 414. *Gratia vobis, & pax à Deo, qui est, & qui erat, & qui venturus est:* deinde, pro *septem spiritibus*, habet *septiformi spiritu.* Anonymus in Apocal. in appendice August. to. 3. col. 160. d. *Johannes scribens septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, & pax multiplicetur à Deo Patre, & à Filio hominis.* Gr. Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις..... ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν........ ἅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Mss. 3. ferunt, ἀπὸ ὁ ὢν, absque τοῦ· alii verò sex, ἀπὸ Θεοῦ ὁ ὢν.

℣. 5. Vigilius Taps. l. 3. de Trin. *& ab Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus ex mortuis.* Sic etiam Victorin. Martyr, Comment. in Apocalyp. Biblioth. Patr. to. 3. p. 414. h. Græc. καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

mogenitus mortuorum..... paſſus etiam ſuo nos ſanguine ſolvit à peccato,

6. & fecit nos in regnum, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo.......

7. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum confixerunt. Et videbit illum omnis terra, & plangent ſe adveniente eo: Ita: Amen.

8. Ego ſum α, & ω, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus, omnipotens.

9. Ego Joannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu; fui in inſula, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti:

10. Fui in ſpiritu die Dominico, & audivi poſt me vocem magnam ſicut tubam,

11. dicentem mihi: Quæ vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſiis, Epheſo, Smyrnæ, Pergamo, & Thyatyræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ.

12. Et converſus reſpexi, ut viderem vocem, quæ mecum loquebatur: Et vidi ſeptem candelabra aurea:

13. & in medio candelabrorum ſimilem filio hominis, veſtitum podêre: & erat præcinctus ſupra mamillas zona aurea:

**Vulgata nova.**

mogenitus mortuorum, & princeps regum ter- 1. Cor.
ræ: qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis no- 15.20.
ſtris in ſanguine ſuo, Col. 1.
6. & fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo & 18.
Patri ſuo: ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæ- Heb. 9. 14.
culorum: Amen. 1. Pet.
7. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum 1.19.
omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plan- 1. Joan.
gent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam: 1.7.
Amen. Iſai. 3.
8. Ego ſum α, & ω, principium, & finis, 3.13. Matth.
dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui 24.30.
venturus eſt, omnipotens. Jud. 14.
9. Ego Joannes frater veſter, & particeps in Iſai. 41.
tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto 4. 44.6.
Jeſu; fui in inſula, quæ appellatur Patmos, pro- & 48.12.
pter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu: Inf. 21. 6. & 22.
10. Fui in ſpiritu in Dominica die, & audivi 13.
poſt me vocem magnam tanquam tubæ,
11. dicentis: Quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.
12. Et converſus ſum ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum: Et converſus vidi ſeptem candelabra aurea:
13. & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podêre, & præcinctum ad mamillas zona aurea:

## Notæ ad Versionem antiquam.

ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Mſs. aliquot delent ἐκ, ante τῶν νεκρῶν· ſubinde unus legit, τοῦ ἀγαπήσαντος..... καὶ λύσαντος, abſque ἡμῶν, poſt ἁμαρτιῶν· Mſ. quoque Alex. tollit ἡμῶν, ſed loco λύσαντος, ponit λύσαντι, ſicut alii duo, & Syriaca Verſio.

℣. 6. Tertullianus l. de coron. mil. c. 15. p. 294. b. *& reges nos Deo & Patri ſuo fecit Chriſtus Jeſus*: & l. de exhort. caſtit. p. 941. c. *regnum quoque nos, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo fecit*: & l. de monog. p. 957. b. *ſacerdotes nos Deo & Patri fecit*. Græc. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα, &c. Mſs. plures, pro βασιλεῖς, ferunt βασιλείαν· ex quibus unus poſtea legit καὶ ἱεράτευμα· alii duo habent βασίλειον ἱεράτευμα, pro βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς.

℣. 7. Hæc verba, *Et videbit illum omnis terra*, ad textum pertinent, nec ſunt mera repetitio priorum illorum, *& videbit eum omnis oculus*: nam Primaſius, explicatis iſtis, *& videbit eum omnis oculus*, pergens ait: *Idcirco adjecit, Et qui eum confixerunt*: deinde, *Et videbit illum omnis terra*: quæ verba rurſum commentatur, dicens: *Omnes etiam terreni, vel omnes generaliter mali, maximè Judæi..... lamentabuntur, & plangent ſe*, &c. Legiſſe autem videtur Primaſ. *Et videbit illum omnis terra*, loco ſeqq. *omnes tribus terræ*, quæ habentur in Vulg. quæque non agnoſcebat Primaſ. in ſuo codice. Ambroſius l. 2. de fide, col. 476. f. ſic: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen*: ſimiliter in Luc. 17. col. 1484. *& videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt*. Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 18. *Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt*: itidem l. 3. de veritate prædeſt. c. 13. p. 491. additis his, *Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ*: at l. de fide ad Petr. c. 20. p. 526. legit: *& qui eum confixerunt. Et videbunt eum omnes tribus terræ talem*. Auctor verò l. ex utroque T. q. 105. col. 100. f. *tunc videbit illum omnis oculus. Et plangent ſe ſuper illum omnes tribus terræ, & qui illum crucifixerunt*. Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. g. *& videbunt eum omnes gentes, qui eum crucifixerunt. Et plangent ſe ſuper eum*. Victorinus Martyr in Apocalypſ. Biblioth. Patr. to. 3. p. 414. h. *Ecce venit cum nubibus, & videbunt eum omnes populi*. Gr. Ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· Ναὶ· Ἀμήν.

℣. 8. Tertullianus l. cont. Prax. p. 852. b. *Ego Dominus, qui eſt, & qui fuit, & venit, omnipotens*. Ambroſ. l. 2. de fide, col. 476. f. *Ego ſum α, & ω, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens*: at l. 2. de Abr. c. 5. col. 322. a. *Ego ſum α, & ω, principium, & finis*: & epiſt. 63. col. 1034. b. *Ipſe principium, & finis*. Hieronymus l. 1. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 161. f. *Ego ſum α, & ω, initium, & finis*. Itidem Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 5. pp. 92. & 93. & infra, l. pro fide Cath. p. 540. habet, *qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, Dominus omnipotens*. Auctor l. de xlii. manſ. apud Ambr. col. 13. c. *Ego ſum principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens*. Itidem Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 303. d. *qui eſt*, &c. Græcum Vulgatæ conſonat, niſi quòd deleat vocem ὁ Θεὸς, *Deus*; & pro *venturus eſt*, legat ἐρχόμενος· In Mſs. tamen aliquibus, poſt ω, omittitur ἀρχὴ, καὶ τέλος· in pluribus verò additur ὁ Θεὸς, poſt Κύριος.

℣. 9. Auctor l. de xlii. manſ. col. 6. e. *Ego Johannes frater veſter, & particeps in tribulatione*. Græc. Ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν.... καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ, τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν... καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰη. Χρ. Mſs. plures, ex quibus Alex. tollunt καὶ, ante ἀδελφός· uti nonnulli, cum eod. Alex. ἐν τῇ, ante βασιλείᾳ· mox Alex. legit, καὶ ὑπομονῇ ἐν Χριστῷ· alii plures, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ſubinde Alex. cum aliis 2. delet διὰ, ante τὴν μαρτυρίαν· rurſuſque idem Alex. cum altero, tollit vocem Χριστοῦ, in fine.

℣. 10. Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 11. Græcum: λεγούσης· Ἐγώ εἰμι τὸ α, καὶ τὸ ω, ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος· καί· Ὃ βλέπεις, γράψον εἰς βιβλίον· καὶ πέμψον ταῖς Ἐκκλησίαις, ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν. Mſs. plures omittunt totam hanc pericopen, Ἐγώ εἰμι τὸ α, καὶ τὸ ω, ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος· καί· quid. verò ex ipſis, cum aliis nonnullis, præponunt ἑπτὰ, voci Ἐκκλησίαις· ſubinde ex iiſdem ſeptem delent ταῖς ἐν Ἀσίᾳ. Apud Ambroſ. ep. 7. col. 782. e. legitur: *Ego ſum α, & ω, primus, & noviſſimus*.

℣. 12. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. a. *Converſus ſum videre vocem, quæ loquebatur mecum; Et converſus vidi ſeptem candelabra aurea*. Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 295. c. cum Julio Firm. l. de erro. prof. relig. p. 174. e. *Et converſus reſpexi, ut viderem vocem, quæ mecum loquebatur: Et vidi ſeptem candelabra aurea*: quæ verba mirè adſtruunt lectionem Primaſii. Sic etiam Anonym. in Apocal. apud Auguſtin. append. to. 3. col. 159. c. *Et vidi ſeptem candelabra aurea*. Hieronymus in Ezech. 9. to. 3. col. 753. f. *Et converti me, & vidi vocem, quæ loquebatur mecum: Et converſus aſpexi ſeptem candelabra aurea*. Græc. Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ· Καὶ ἐπιστρέψας εἶδον, &c. ut ſup. Mſs. plures, pro ἐλάλησε, habent ἐλάλει.

℣. 13. Similiter habet Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 295. c. *& in medio candelabrorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere: & erat præcinctus ſupra mamillas zonam auream*. Julius Firm. l. de erro. prof. relig. p. 174. e. *& in medio*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. caput autem ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis,

15. & pedes ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum :

16. & habebat in dextera sua stellas septem : & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat : & facies ejus sicut sol lucet in virtute sua.

17. Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam

Isai. 41. 4. 44. 6. & 48. 12. Inf. 22. 13. super me, dicens : Noli timere : ego sum primus, & novissimus ;

18. & vivus, & fui mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis, & inferni.

19. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

20. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea : septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum : & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

VERSIO ANTIQUA.

14. caput autem, & capilli ejus erant albi velut lana, aut nix ; oculi ejus ut flamma ignis, *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

15. pedes ejus similes aurichalco Libani, sicut de fornace ignea, & vox ejus sicut vox aquarum multarum :

16. & habebat in dextera sua septem stellas : & ex ore ejus gladius * utrinque acutus exierat : & facies ejus splendebat ut sol in virtute sua. ** In Comment. bis acutus.*

17. Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et posuit super me dexteram suam, dicens : Noli timere, Joannes : ego sum primus, & novissimus ;

18. & vivus, quia fui mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis, & inferorum.

19. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

20. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabrorum aureorum : septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum : sed & candelabra, septem Ecclesiæ sunt.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*candelabrorum similem filio hominis, vestitum podêre : & erat præcinctus supra mammas zona aurea.* Hieronym. quoque in Ezech. 9. to. 3. col. 753. f. *& in medio candelabrorum similem filio hominis.* Iren. l. 4. c. 20. p. 256. a. *& inter candelabra similem filio hominis, indutum podèrem, & cinctum ad mammas zonam auream.* Anonymus in Apocal. ubi sup. *& in medio candelabrorum similem filio hominis :* & col. 161. a. *cinctum inter mammillas zona aurea.* Gr. καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. Mss. Alex. & Colb. tollunt ἑπτὰ, ante λυχνιῶν· & infra, idem Alex. cum altero, scribit ποδήρην, pro ποδήρη.

℣. 14. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. a. *caput autem ejus, & capilli albi quemadmodum lana alba, quomodo nix, & oculi ejus ut flamma ignis.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 295. c. *caput autem ejus, & capilli erant albi velut lana, aut nix, & oculi ejus ut flamma ignis :* ita rursum l. de hab. virg. p. 178. b. usque ad *aut nix.* Jul. Firmic. l. de erro. prof. relig. p. 174. e. *caput autem ejus, & capilli erant albi velut lana alba, ut nix ; oculi ejus ut flamma ignis.* Anonym. in Apoc. appendice Aug. to. 3. col. 161. a. b. *caput ejus, & capilli sicut lana alba, & nix ; oculi ejus velut flamma ignis.* Græc. ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς χιὼν, καὶ οἱ, &c. ut sup. Ms. unus delet vocem λευκὸν, cujus loco ponit καί.

℣. 15. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. a. *& pedes ejus similes chalco Libano, quemadmodum in camino succensus est, & vox ejus quasi vox aquarum :* & sup. c. 14. p. 244. a. *& vox ejus quasi vox aquarum multarum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 295. c. *& pedes ejus similes aurichalco, sicut de fornace ignis, & vox ejus ut sonus aquarum multarum.* Itidem Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. p. 174. e. excepta voce *ignea*, loco *ignis.* Anonym. in Apocal. append. Aug. tom. 3. col. 161. b. c. *& pedes ejus similes aurichalco Libani, igniti velut in fornace ignis ; vox ejus tanquam vox aquarum multarum :* at paulò infra : *pedes ejus similes aurichalco, tanquam in fornace conflati.* Victorinus in Apocal. Biblioth. Patr. tom. 3. p. 415. c. *pedes ejus similes aurichalco :* mox ait : *Tanquam fornace conflatos Apostolos dicit*, &c. Græc. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι, καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν. Ms. 1. tollit καὶ, ante οἱ πόδες· paulòque post dividit χαλκῷ Λιβάνῳ. Tichonius, *aurichalcho Libani :* subinde cod. Alex. legit πεπυρωμένης.

℣. 16. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. a. *& habet stellas septem in manu dextera sua : & de ore ejus romphæa ex utraque parte acuta exibat : & facies ejus quemadmodum sol fulgens in virtute sua.* Cypr. l. 2. Testim. p. 295. c. *& habebat in dextera sua septem stellas : & ex ore ejus gladius utraque parte acutus exibat : & facies ejus splendebat ut sol in virtute sua.* Julius Firm. l. de erro. prof. relig. p. 174. e. *& habebat in dextera sua septem stellas : & ex ore ejus gladius ex utroque acutus : & facies ejus splendebat ut sol in virtute sua.* Tertul. quoque l. 3. cont. Marc. p. 675. a. memorat ex Joh. *ensem ex ore Dei prodeuntem bis acutum.* S. Paulin. ep. 37. p. 228. b. *habens in ore gladium bis acutum.* Fulg. l. de fide ad Petr. c. 11. *gladius utraque parte acutus procedebat.* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 161. c. d. f. *habebat in dextera sua stellas septem : gladium verò bis acutum de ore ipsius procedentem : facies ejus sicut sol lucet in virtute sua.* Victorinus in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 415. a. *in facie autem ejus claritas ut sol :* idem legisse videtur *bis acutus ;* ait enim ibid. *Per gladium bis acutum de ore ipsius emicantem ostenditur*, &c. deinde : *ideo bis acutus commemoratus est.* Græc. καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ, &c. In Ms. 1. deest vox χειρί.

℣. 17. Cyprianus l. 2. Testim. p. 295. c. *Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et imposuit super me dexteram suam, dicens : Noli timere : ego sum primus, & novissimus.* Similiter habet Jul. Firm. l. de errore prof. relig. p. 174. e. nisi quòd deleat *eum*, post *vidissem ;* ponatque *super me*, post *dexteram suam.* Iren. l. 4. c. 20. p. 256. c. *cecidi ad pedes ejus quasi mortuus :* & infra : *ego sum primus, & ego novissimus.* Itidem Ambros. in Luc. 2. col. 1285. f. deleto verbo *sum :* at l. 1. Hexa. col. 8. b. *ego sum primus, & novissimus :* & addit : *initium, & finis*, ex ℣. 8. Vigilius Taps. l. 10. de Trin. *ego sum primus, & novissimus.* Capreol. Carthag. apud Sirm. tom. 1. col. 367. e. *Posuit manum dexteram super me, dicens : Noli timere : ego sum primus, & novissimus.* Itidem Fulg. frag. 34. cont. Fabian. p. 645. ab his, *Noli timere.* Græc. Καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς....... Καὶ ἐπέθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι· Μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος. Mss. nonnulli habent ἔθηκεν, pro ἐπέθηκε· iidem paulò post omittunt vocem χεῖρα· & μοι, post λέγων.

℣. 18. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. c. *& qui vivo, & fui mortuus ; & ecce vivo in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis, & inferorum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 295. c. cum Julio Firm. l. de errore prof. relig. p. 174. e. *& vivus, qui fueram mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis ; & inferorum.* Capreolus Carthag. ap. Sirm. to. 1. col. 367. e. *qui fueram mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo clavem mortis, & inferorum.* Fulg. frag. 34. cont. Fab. p. 645. *& vivus, qui fui mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum.* Vigilius Taps. l. 10. de Trin. *& vivus fui, & mortuus ; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum.* Victorinus Afr. l. 3. contra Arium, p. 280. c. *& habeo claves mortis, & inferi.* Gr. καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρός· καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν· καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου, καὶ τοῦ θανάτου. In Ms. Alex. deest Ἀμήν· paulò verò post sic, τοῦ θανάτου, καὶ τοῦ ᾅδου. Ita quoque in pluribus aliis codicibus Manuscriptis.

℣. 19. Græcum : Γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἅ εἰσι, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα. Mss. plures addunt οὖν, ad Γράψον.

℣. 20. Græcum : Τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς· οἱ ἑπτὰ ἀστέρες.... καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι, ἃς εἶδες, ἑπτὰ Ἐκκλησίαι εἰσί. In Mss. pluribus deest ἃς εἶδες.



Digitized by Google

# CAPUT II.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET Angelo Ecclesiæ Ephesi scribe : Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum :

2. Scio opera tua, & laborem, & tolerantiam, & quia ferre non potes malos : & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt : & invenisti eos mendaces :

3. & habuisti patientiam, & tolerasti propter nomen meum, nec defecisti.

4. Sed habeo adversùs te, quoniam charitatem tuam primam reliquisti.

5. Memento unde cecideris : & age pœnitentiam, & fac priora opera : sin autem, veniam tibi citò, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

6. Sed hoc habes bonum, quoniam odisti facta Nicolaitarum, sicut & ego odi.

7. Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Qui vincet, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.

8. Et Angelo Ecclesiæ Smyrnæ scribe : Hæc dicit primus, & novissimus ; qui fuerat mortuus, & vivit :

9. Scio tribulationes tuas, & paupertatem, sed dives es : & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga sathanæ.

## VULGATA NOVA.

1. ANgelo Ephesi Ecclesiæ scribe : Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum :

2. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos : & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt : & invenisti eos mendaces :

3. & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.

4. Sed habeo adversùm te, quòd charitatem tuam primam reliquisti.

5. Memor esto itaque unde excideris : & age pœnitentiam, & prima opera fac : sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

6. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

7. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.

8. Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit primus, & novissimus ; qui fuit mortuus, & vivit :

9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es : & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Augustinus ep. 43. to. 2. col. 98. b. *Angelo Ecclesiæ Ephesi scribe : Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabr. aureorum.* S. Paulinus ep. 37. p. 228. b. *qui habet septem stellas, & ambulat inter septem candelabra aurea.* Anonymus apud August. append. to. 3. col. 162. g. *Hæc dicit qui tenet sept. stellas in manu sua, qui ambulat in medio candelabr. aureorum.* Græcum textui Augustin. congruit, nisi quòd, pro *Ephesi*, habeat τῆς Ἐφεσίνης. Mss. quidam, τῆς ἐν Ἐφέσῳ· unus Alex. τῷ ἐν Ἐφέσῳ Ἐκκλησίας.

℣. 2. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. d. *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam :* tum addit ex ℣. seq. *& quia sustinuisti propter*, &c. prætermissis intermediis. August. ep. 43. to. 2. col. 98. b. c. & l. ad Donat. post collat. to. 9. col. 603. f. *Scio opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non potes sustinere malos*, &c. ut in textu. Victorinus Martyr, Biblioth. Patr. tom. 3. p. 415. g. *Scio laborem tuum, & opera, & patientiam tuam, & quia non potes portare malos : & qui se dicunt Apostolos esse, invenisti eos mendaces.* Græc. Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς· καὶ ἐπείρασω τοὺς φάσκοντας εἶναι, &c. ut in Latino. Mss. quidam tollunt σου, post κόπον· & sub finem plures habent, λέγοντας ἑαυτοὺς Ἀποστόλους εἶναι, &c.

℣. 3. Augustinus ep. 43. to. 2. col. 98. c. & l. ad Donat. post collat. to. 9. col. 603. f. *& patientiam habes, & sustinuisti eos propter nomen meum, & non defecisti.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. tom. 4. p. 2. col. 196. d. *& quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti.* Victorinus Martyr ubi sup. habet simpliciter : *& patientiam habes propter nomen meum.* Græc. καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας. Mss. plures ita incipiunt : καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ ἐβάστασας διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἐκοπίασας, &c.

℣. 4. Augustinus epist. 43. tom. 2. col. 98. c. *Sed habeo adversùm te, quòd charitatem tuam primam reliquisti.* Itidem Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. d. cui etiam favet Græcum. Victorin. Martyr, Biblioth. Patr. to. 3. p. 415. g. hæc habet : *Pauca dixit se habere adversùs illos. Amorem, inquit, tuum pristinum deseruisti.* Huc etiam redeunt illa Tertulliani l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *Evolve*, inquit, *quæ Spiritus Ecclesiis dicat : desertam dilectionem Ephesiis imputat, stuprum & idolothytorum esum Thyatirenis exprobrat, Sardos non plenorum operum incusat, Pergamenos docentes perversa reprehendit, Laodicenos fidentes divitiis objurgat.*

℣. 5. Cyprianus ep. 13. p. 23. a. & ep. 28. p. 39. a. & l. de laps. p. 186. c. *Memento unde cecideris : & age pœnitentiam :* ita rursum epist. 52. p. 72. b. additis seqq. *& fac priora opera.* Similiter habet S. Pacianus ep. 3. p. 311. a. paræn. verò ad pœnit. p. 317. h. *Memento ecce unde cecideris.* Auctor l. ad Novatian. p. 439. f. *Memento unde excideris : & age pœnitentiam : si quo minùs, veniam tibi, nisi pœnitentiam egeris.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambr. col. 600. f. *Memento unde cecideris : & age pœnitentiam, & fac prima opera : sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Similiter habet August. ep. 43. to. 2. col. 98. c. exceptis his, *Memor esto itaque unde excideris.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. d. *Memor esto unde cecideris : & age pœnit. & prima opera fac : sin autem, veniam tibi, & movebo candel. tuum de loco, nisi pœnit. egeris.* Anonym. in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 161. f. 162. g. *movebo candelabrum tuum de loco suo, si non egeris pœnitentiam.* Victorinus ubi supra, habet simpliciter, *Memento unde excideris.* Gr. Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας· καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα..... εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχύ, καὶ, &c. ut in Vulg. In Mss. quibusd. deest ταχύ.

℣. 6. Irenæus l. 1. c. 26. *Sed hoc habes, quòd odisti opera Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Ms. cod. Luxoviens. annor. 1100. *Sed hoc habes bonum, quia*, &c. ut in Vulgata. Tertul. l. de præscr. c. 46. p. 341. a. *Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolaitarum, quam & ego odi.* Gr. Ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ. Ms. Velers. pro μισεῖς, habet μεμίσηκας; subinde Alex. tollit ἃ, cujus loco Æthiop. habet ὡς.

℣. 7. Itidem Cyprianus l. 3. Testim. p. 310. c. *Qui vincet, dabo illi edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 730. h. *Qui vicerit, dabo illi manducare de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Anonym. in Apocal. apud August. append. tom. 3. col. 163. a. *Vincenti dabo manducare*, &c. ut in textu. Gr. Ὁ ἔχων οὖς...... Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ Παραδ. τοῦ Θεοῦ· Ms. 1. omittit αὐτῷ, post δώσω· & in fine, plures alii legunt, ἐν Παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ μου, ut in textu.

℣. 8. Græcum : Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς Ἐκκλησίας Σμυρναίων γράψον· Τάδε λέγει ὁ..... ὃς ἐγένετο νεκρός, καὶ ἔζησεν. Mss. plures habent, τῆς ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίας.

℣. 9. Victorinus in Apocal. Biblioth. Patr. tom. 3. p. 415. h. *Scio vos pauperes esse, laborare, sed divites estis.* Anonymus in Apocal. apud August. append. tom. 3. col. 163. a. *Scio opera tua, & tribulationem, & paupertatem, sed dives es.* Ms. Luxov. annorum 1100. *& blasphemiam*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

10. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini : & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.

12. Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe : Hæc dicit qui habet rhomphæam utraque parte acutam :

13. Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ : & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat.

14. Sed habeo adversùs te pauca : quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari :

Num. 24. 3. & 25. 2.

15. ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

16. Similiter pœnitentiam age : si quo minùs, veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

17. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum : & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Primas. Africi in Apoc.

10. Nihil eorum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus quosdam ex vobis in carcerem, ut tentemini, & tribulationem habeatis dierum decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11. Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.

12. Et Angelo Ecclesiæ Pergami scribe : Hæc dicit qui habet rhomphæam ex utraque parte acutam :

13. Scio ubi habitas, ubi thronus sathanæ est : & tenes nomen meum, & non denegasti fidem meam. In diebus illis Antiphas testis meus, & fidelis, qui occisus est apud vos, ubi sathanas inhabitat.

14. Sed habeo pauca adversùs te dicere : habes ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum sub oculis filiorum Israel, edere de sacrificiis, & fornicari :

15. similiter habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

16. Similiter age pœnitentiam : sin autem, veniam tibi citò, & pugnabo tecum in romphæa oris mei.

17. Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Qui vincet, dabo ei de manna illo absconso, & dabo ei calculum candidum : & super calculum nomen novum, quod nemo novit, nisi qui accepit.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*habes ab his*, &c. ut in textu. Græc. Οἶδά σου τὰ ἔργα, ϗ τὴν θλίψιν, ϗ τὴν πτωχείαν, πλούσιος δὲ εἶ· ϗ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, ϗ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ, &c. Mſ. Alex. omittit τὰ ἔργα, καί· ſubinde Veleſ. hab. ϗ βλασφημῆ ὑπὸ τῶν λεγόντων.

℣. 10. Tertullianus Scorpiaco, c. 12. ſeu l. cont. Gnoſt. p. 832. a. *Mandaverat*, inquit, *Spiritus ad Angelum Eccleſiæ Smyrnæ : Ecce diabolus ex numero tuo conjiciet in carcerem, ut tentemini diebus decem. Eſto fidelis ad mortem uſque, & dabo tibi vitæ coronam :* & l. de coro. mil. c. 15. p. 294. a. *Qui vicerit, dabo ei coronam vitæ. Eſto & tu fidelis ad mortem.* Ambroſius ep. 43. col. 971. a. *Vincenti dabo coronam vitæ.* Cypr. ep. ad Fortunat. p. 267. c. *Nihil eorum timeas quæ paſſurus es :* & epiſt. 5. p. 10. b. necnon epiſt. 37. p. 50. b. ac l. 3. Teſtim. p. 310. c. *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. e. *Ecce miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerem, ut tentemini.* Anonym. in Apocal. apud Aug. append. to. 3. col. 163. a. *habebitis preſſuram dies decem.* Græc. Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν. Ἰδοὺ μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε· ϗ ἕξετε θλίψιν ἡμερῶν δέκα. Γίνου πιστὸς, &c. ut in Lat. Mſs. duo, pro ἕξετε, habent ἔχητε· al. ἔξητε.

℣. 11. Græcum : Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί.... λέγει.... Ὁ νικῶν, οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ, &c. Mſ. Veleſ. pro λέγει, hab. λέγῃ. Apud Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 12. *Qui vicerit, à morte ſecunda non lædetur.* Victorinus Martyr in Apocalyp. Biblioth. Patr. to. 3. p. 415. h. *Et qui perſeveraverint uſque in finem, non lædentur à morte ſecunda.*

℣. 12. Auctor quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 96. g. *Et Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe : Hæc dicit qui habet gladium ex utraque parte acutum.* Ambroſius in Pſ. 118. col. 1217. d. *Dicit Angelo Pergami Eccleſiæ.* Græc. Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν.

℣. 13. Hieronymus l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 196. f. *Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt ſatanæ.* Auct. quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 96. g. *Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt ſatanæ : & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam in diebus, quibus Antipas teſtis meus fideliſſimus occiſus eſt apud vos, ubi ſatanas habitat.* Anonymus in Apoc. apud Auguſt. append. to. 3. col. 163. b. *Scio ubi habitas, ubi eſt introitus ſatanæ.* Græc. Οἶδα τὰ ἔργα σου, ϗ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ σατανᾶ· ϗ κρατεῖς..... ϗ ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, &c. ut in Vulg. Mſ. Alex. initio delet τὰ ἔργα σου, καί· ſicut alii paulò poſt ϗ, ante ἐν ταῖς ἡμέραις. In Alex. quoque deeſt ſeq. ἐν αἷς, in quibuſd. ſimpliciter ἐν.

℣. 14. Auctor quæſt. ex utroq. T. q. 102. col. 96. g. *Sed habeo adversùs te pauca : quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum ſub oculis filiorum Iſrael, manducare delibata, & fornicari.* Ambroſ. ep. 50. col. 996. c. *habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, manducare immolata, & fornicari.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 12. col. 137. a. *Admonetur*, inquit, *Johannes ſcribere Angelo Pergami, quòd in plebe ejus eſſent tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere ſcandalum ſub oculis filiorum Iſrael, edere de ſacrificio, & fornicari.* Græcum Vulgatæ favet, niſi quòd, pro *edere*, habeat φαγεῖν εἰδωλόθυτα.

℣. 15. Ambroſius ep. 50. col. 996. c. *ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 96. g. *ita & tu habes tenentes doctr. Nicol.* Græcum Vulgatæ congruit, niſi quòd, poſt vocem ult. Νικολαϊτῶν, addat ὃ μισῶ, *quod odi.* Mſs. plures, pro ὃ μισῶ, habent ὁμοίως, *ſimiliter ;* mox ita, Μετανόησον οὖν, ut ὁμοίως pertineat ad præcedentia.

℣. 16. Ambroſius in Pſal. 118. col. 1217. d. *Age pænitentiam : cæterùm veniam tibi citò.* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 96. g. *Similiter age pænitentiam.* Victorinus in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 415. h. *pugnabo cum illis gladio oris mei.* Anonym. in Apocal. apud Aug. append. to. 3. col. 161. f. *& pugnabo cum eis in gladio oris mei.* Græc. Μετανόησον· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, ϗ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ, &c. ut in Latino.

℣. 17. Primaſius ibid. col. 292. c. obſervat *calculum* gemmam eſſe pretioſam, & in alia translatione poni *margaritam.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 403. b. hæc habet : *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis : Vincenti dabo manducare manna abſconditum.* Auctor quæſt. ex utroque T. q. 102. col. 97. b. *Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Eccleſiis :* & ſupra : *Vincenti dabo manducare manna, quod eſt abſconditum.* Auctor l. de promiſſ. de glor. SS. c. 13. col. 206. c. *Vincenti dabo calculum : & per calculum nomen novum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Victorinus Martyr ubi ſupra : *Qui vicerit, dabo illi manna abſconſum.* Anonymus in Apocal. loco quo ſupra : *Vincenti dabo manducare de manna abſcondito, & dabo ei calculum candidum : & ſuper calculum nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Græc. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ.... λέγει ταῖς..... Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, ϗ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκήν· ϗ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων. Mſ. Veleſ. pro λέγει, habet λέγῃ· ſubinde, cum aliis pluribus, tollit φαγεῖν ἀπό· tum Veleſ. cum altero, habet τὸ μάννα τὸ κεκρυμμένον.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

18. Et Angelo Ecclesiæ, qui est Thyatiræ, scribe: Hæc dicit Dei Filius, qui habet oculos ut flamma ignis, & pedes ejus similes aurichalco:

19. Scio opera tua, & charitatem, & fidem, & ministerium, & patientiam, & novissima opera tua plura quàm priora.

20. Sed habeo adversùs te multa: quòd sinis uxorem tuam Jezabel, quæ se dicit prophetam, & sinis eam docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de sacrificiis.

21. Dedi ei tempus ut pœnitentiam ageret: & pœnitere noluit à fornicatione sua.

22. Ecce mitto illam in lectum; & eos, qui cum ea mœchati sunt, in maximam tribulationem, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis:

23. & filios ejus interficiam in mortem, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis, & cordis: & dabo unicuique vestrûm secundùm opera vestra. Vobis autem dico,

24. reliqui, qui estis Thyatiræ: Quotquot non habent doctrinam hanc, qui non scierunt altitudinem sathanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus:

25. sed quod habetis, tenete usque dum * venio.

* *Infra*, veniam.

26. Et qui vicerit, & custodierit usque in finem

VULGATA NOVA.

18. Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes ejus similes aurichalco:

19. Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua novissima plura prioribus.

20. Sed habeo adversùs te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

21. Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à fornicatione sua.

22. Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint:

23. & filios ejus interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes, & corda: & dabo unicuique vestrûm secundùm opera sua. Vobis autem dico, 1. Reg. 16. 7. Psalm. 7. 10. Jer. 11. 20. & 17. 10.

24. & cæteris, qui Thyatiræ estis: Quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognoverunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus:

25. tamen id, quod habetis, tenete donec veniam.

26. Et qui vicerit, & custodierit usque in fi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. a. *Et Angelo Thyatyræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos sicut flammam ignis, & pedes ejus similes æramento Tyrino.* Tertul. l. de pudic. p. 1011. c. *Angelum Thyatirenorum vocat.* Græc. Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ. Ms. quidam, pro Θυατείροις, hab. Θυατείρῃ· subinde Alex. tollit αὐτοῦ, post ὀφθαλμοὺς· & alius in fine dividit χαλκῷ Λιβάνῳ.

℣. 19. Auctor l. de quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 97. a. *Scio opera tua, & dilectionem, & fidem, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua novissima meliora prioribus.* Gr. Οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων. Mss. plures delent καὶ, ante τὰ ἔσχατα.

℣. 20. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. c. *Spiritus mandat habere se adversùs eum: quòd teneret mulierem Jezabel, quæ se prophetem dicit, & docet, atque seducit servos meos ad fornicandum, & edendum de idolothytis.* Cypr. ep. 52. p. 72. c. *Habeo adversùs te multa: quòd uxorem tuam Jezabel, quæ se dicit propheten, sinis docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de sacrificiis.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 601. a. *Habeo adversùm te multa: quia dimittis mulierem Jezabel, quæ se dicit prophetissam, & docet, & seducit servos meos, fornicari, & manducare de immolatis.* Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. a. *Sed habeo adversùm te: quòd sinis mulierem Jezabel, quæ se dicit prophetam, & docet, & seducit servos meos, fornicari, & manducare immolata idolis.* Anonym. in Apocal. ap. August. append. to. 3. col. 163. c. *Habeo adversùm te: quia permisisti mulieri Jezabel, quæ se dicit propheten.* Gr. Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα· ὅτι ἐᾷς τὴν γυναῖκα..... τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν, καὶ πλανᾶσθαι..... πορνεῦσαι, καὶ εἰδωλόθυτα φαγεῖν. Mss. nonnulli, cum Tichonio, omittunt ὀλίγα· alii verò quidam, pro ὀλίγα, habent πολύ· legunt plures, ὅτι ἀφεῖς τὴν γυναῖκα σοῦ Ἰεζάβελ, ἡ λέγει ἑαυτὴν... καὶ διδάσκει, καὶ πλανᾷ, &c.

℣. 21. Tertullianus l. de pudic. p. 1011. c. *Et largitus sum illi temporis spatium ut pœnitentiam iniret: nec vult eam inire nomine fornicationis.* Cypr. ep. 52. p. 72. c. *Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret: & pœnitere non vult à fornicatione sua.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 2. c. 33. col. 159. d. absque his, *à fornic. sua.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 601. a. *Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret: & noluit pœnitere à fornicationibus suis.* Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. a. *Et dedi ei tempus ad pœnitendum: & noluit agere pœnitentiam de fornicatione sua.* Græc. Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοήσῃ ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς· καὶ οὐ μετενόησεν· sed in Mss. pluribus sic: ἵνα μετανοήσῃ· καὶ οὐ θέλει (Alex. ἠθέλησεν) μετανοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας, &c.

℣. 22. Idem Primas. ibid. p. 292. g. observat in alia translatione *luctum*, pro *lecto* poni. Tertul. l. de pudic. p. 1011. c. legit: *Ecce dabo eam in lectum, & mœchos ejus cum ipsa, in maximam pressuram, nisi pœnitentiam egerint operum ejus.* Cypr. ep. 52. p. 72. c. *Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati sunt, in maximam tribulationem, nisi pœnitentiam gesserint ab operibus suis.* Auctor l. de quæst. ex utroq. T. q. 102. col. 97. a. *Ecce mittam illam in lectum, & adulteros ejus cum illa, in tribulationem magnam, nisi egerint pœnitentiam factorum suorum.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambros. col. 601. a. *Et mittam illam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione magna erunt, nisi pœnitentiam egerint ab omnibus operibus suis.* Græc. Ἰδοὺ ἐγὼ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλῖψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν· Mss. nonnulli delent ἐγὼ, ante βάλλω· unus legit βαλῶ, & in fine, cum aliis pluribus, αὐτῆς, loco αὐτῶν.

℣. 23. Similiter habet Cyprianus l. de lapf. p. 190. b. necnon l. de orat. Dom. p. 205. a. & l. de mortal. p. 234. a. *& scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis, & cordis:* itidem l. 3. Testim. p. 320. a. additis seqq. *& dabo unicuique vestrûm secundùm opera sua.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 749. d. e. *& scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator cordis, & renum.* Similiter in Collat. Carthag. p. 489. a. præter hoc, *renum, & cordis.* Victor Tun. l. de pœnit. col. 601. a. *& filios ejus interficiam gladio, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator cordis, & renum, qui reddo unicuique secundùm facta sua.* Auctor l. de quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. b. *& natos ejus occidam morte, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum, qui scrutor renes, & corda: & dabo unicuique vestrûm secundùm opera sua. Vobis autem dico.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd sub finem habeat ἔργα ὑμῶν, pro *opera sua.*

℣. 24. Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. b. *& cæteris, qui Thyatiræ estis: Qui hanc doctrinam non habetis, & ignoratis altitudinem satanæ, sicut dicunt, non mitto in vos aliud pondus:* & infra: *qui Thyatiræ estis: Quicunque non habetis doctrinam istam:* & quæst. 27. ex V. T. col. 51. b. *an ignoratis altitudines satanæ?* Ambrosiaster in Rom. 8. col. 78. e. *an ignoratis altitudinem satanæ?* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 163. c. *nec cognovistis altitudinem satanæ, non mitto super vos aliud pondus.* Sic etiam Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. a. *non mitto super vos aliud pondus.* Gr. καὶ λοιποῖς, τοῖς ἐν Θυατείροις· Ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, καὶ οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ σατανᾶ, ὡς λέγουσιν, οὐ βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος. Mss. plures tollunt καὶ, ante λοιποῖς, ut paulò post, ante οἵτινες· subinde iidem ferè legunt βάθεα, pro βάθη· quidam etiam, pro βαλῶ, ponunt βάλλω, *mitto.*

℣. 25. Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. b. *verùm tenete quod habetis, donec veniam.* Sic etiam Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 163. c. *verùm quod habetis, tenete donec veniam.* Græc. πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. Ms. Alexand. ἕως οὗ ἄν.

℣. 26. Auctor quæst. ex utroque T. q. 102. col. 97. b.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes,

27. & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur,

28. ſicut & ego accepi à Patre meo : & dabo illi ſtellam matutinam.

29. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

VERSIO ANTIQUA.

opera mea, dabo ei poteſtatem ſuper Gentes, *Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

27. & reget eas in virga ferrea, ſicut vas figuli confringentur,

28. ſicut & ego accepi à Patre meo : & dabo ei ſtellam matutinam.

29. ..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Vincenti autem, & ſervanti opera mea uſque in finem, dabo ei poteſtatem ſuper Gentes.* Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. b. *Et qui vicerit, dabo illi poteſtatem ſuper Nationes.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 163. c. *Qui vincit, & qui ſervat opera mea uſque in finem, dabo ei Gentes.* Græc. Καὶ ὁ νικῶν, καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω, &c. ut in Latino.

℣. 27. Anonymus in Apocal. ubi ſup. *& paſcet eas in virga ferrea, & ut vas figuli comminuentur.* Græc. καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται.

℣. 28. Sic habent Victorinus, & Anonymus in Apocal. locis quibus ſupra. Tichonius reg. 7. p. 64. b. *Qui vicerit, dabo illi ſtellam matutinam.* Gr. ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ Πατρός μου· καὶ δώσω, &c. ut in Latino.

℣. 29. Hic verſus deeſt apud Primaſium. Græcè ſic legitur : Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

# CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. ET Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe : Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas : Scio opera tua, quia nomen habes quòd vivas, & mortuus es.

2. Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.

3. In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & ſerva, & pœnitentiam age. Si ergo

1. Theſſ. 5. 2. 2. Pet. 3. 10. non vigilaveris, Veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

Inf. 16. 15. 4. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua : & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.

5. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen ejus de Libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram angelis ejus.

6. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

7. Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe :

Iſai. 22. 22. Job. 12. 14. Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David : qui aperit, & nemo claudit : claudit, & nemo aperit :

8. Scio opera tua. Ecce dedi coram te oſtium

VERSIO ANTIQUA.

1. ANgelo Eccleſiæ, qui eſt Sardis, ſcribe : Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas : Scio opera tua, quia nomen habes quoniam vivis, & mortuus es. *Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

2. Eſto vigilans, & ſtabilis, & confirma reliqua, quæ moritura erant. Non enim inveni opera tua repleta coram Deo meo.

3. Memento quemadmodum acceperis, & audita cuſtodi, & age pœnitentiam. Si autem non egeris pœnitentiam, Veniam, & ſuſcitabo adventum meum ad te, quaſi fur veniam, & non ſcies qua hora veniam ad te.

4. Verùm habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtem ſuam : & mecum ambulaverunt in albis, quoniam digni ſunt.

5. Qui vicerit, ſic veſtietur albam veſtem, & non delebo nomen ejus de Libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram angelis ejus.

6. ..... *Vide Not.*

7. Angelo Eccleſiæ, qui eſt Philadelphiæ, ſcribe : Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David : qui aperit, & nemo claudit : & qui claudit quod nemo aperit :

8. ..... Ecce dedi in conſpectu tuo apertum o-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vigilius Tapſ. l. 3. de Trin. p. 229. a. *Scio opera tua, quòd nomen habes tantùm quòd vivas, & ecce mortuus es.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 163. d. *Novi opera tua, quia nomen habes quòd vivas, & mortuus es.* Græc. Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας γράψον, &c. ut in textu Primaſiano.

℣. 2. Ambroſius in Luc. 2. col. 1298. c. *Eſto vigilans, & confirma.* Vigilius Tapſ. l. 3. de Trin. p. 229. a. *Eſto itaque vigilans, & conſtabilito reliqua, quæ moritura ſunt. Non enim invenio opera tua plena coram Domino.* Victorin. Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. tom. 3. p. 416. b. *Inſtaura ea, quæ moritura ſunt. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* Anonymus in Apocal. ubi ſupra, Vulgatæ congruit ad verbum. Græc. Γίνου γρηγορῶν, καὶ ςήριξον τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Mſs. duo, pro μέλλει, habent ἔμελλον· unus, ἔμελλεν· alii plures, ἔμελλες· ex quibus nonnulli, cum aliis quibuſdam, addunt in fine μου, poſt τοῦ Θεοῦ.

℣. 3. Vigilius Tapſ. l. 3. de Trin. p. 229. a. *Memento quemadmodum acceperis, & quomodo audieris; ſerva, & age pœnitentiam. Sin verò, veniam ad te ut fur, & neſcis qua hora veniam ad te.* Græc. Μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας, καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον. Ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ἐπὶ σε ὡς κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σε· Mſ. 1. ποίᾳ ὥρᾳ.

℣. 4. Græcum : Ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδεσιν, ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ, &c. ut in Lat. Mſs. plures ita incipiunt, Ἀλλ' ἔχεις, ex quibus nonnulli omittunt ſeq. καί· unus, pro ἃ οὐκ, habet οἳ οὐκ.

℣. 5. Græcum : Ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ, &c. ut in Latino.

℣. 6. Hic verſus deeſt apud Primaſium. Græcè ſic legitur : Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

℣. 7. Hilarius prolog. in Pſalm. n. 6. *Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe : Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clav. David : qui aperit, & nemo claudet : qui claudit, & nemo aperiet.* Irenæus l. 4. c. 20. p. 253. a. *Habens clavem David, aperiet, & nemo claudet ; claudet, & nemo aperiet.* Auctor l. de promiſſ. de glor. SS. c. 13. col. 207. a. *habens clavem David : qui claudit, & nemo aperit : aperit, & nemo claudit.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 163. d. Vulgatæ congruit, præter *claves*, pro *clavem*. Græc. Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἅγιος ὁ Ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ· ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείει· καὶ κλείει, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. Mſ. Alex. καὶ οὐδεὶς κλείσει· κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει· alter, κλείσει· καὶ ὁ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· ſimiliter alii plures, καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει.

℣. 8. Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to.

Digitized by Google

## Versio antiqua.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* stium, quod nemo claudere potest: quoniam pusillas habes vires, & servasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

9. Ecce dabo de synagoga sathanæ ex his, qui se Judæos dicunt esse, nec sunt, sed mentiuntur: Ecce facturus sum illos venire ante pedes tuos adorare: & scies quia dilexi te:

10. quoniam servasti verbum tolerantiæ meæ, & ego te tuebor ab hora tentationis, quæ ventura est universo orbi terrarum tentari eos, qui inhabitant terram.

11. Venio citò: tene quod habes, ne quis alius accipiat coronam tuam.

12. Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & foris non exiet ampliùs: & scribam super illum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum.

13. ..... *Vide Not.*

14. Angelo Ecclesiæ Laodiceæ scribe: Hæc dicit, quia est, Amen, testis fidelis, & verus, qui est initium creaturæ Dei.

15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque fervens: utinam frigidus esses, aut fervens:

16. sed quia tepidus es, incipiam te ex ore meo vomere.

*Cypr. l. de op. & eleem. p. 241. c.* 17. Dicis: Dives sum, & ditatus sum, & nullius rei egeo: & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum

## Vulgata nova.

apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & servasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

9. Ecce dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Judæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos ut veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te:

10. quoniam servasti verbum patientiæ meæ, & ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem universum tentare habitantes in terra.

11. Ecce venio citò: tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

12. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum.

13. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

14. Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei. *Joan. 14. 6.*

15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus:

16. sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo:

17. quia dicis: Quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum

## Notæ ad Versionem antiquam.

8. p. 416. c. *Dedi ante vos ostium apertum.* Anonymus in Apocal. ubi sup. *Ecce dedi ante te ostium apertum*: deinde: *quia modicam habes virtutem.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd, pro *quod nemo potest claudere*, habeat, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτὴν, *& nemo potest claudere eum*: at Mss. plures legunt, ἣν οὐδεὶς, &c.

℣. 9. Græcum: Ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς... τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν... Ἰδοὺ ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι, καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον.... καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ, &c. ut sup. Ms. Alex. pro δίδωμι, habet διδῶ, Veles. δώσω· subinde Syr. cum Æthiop. ἐκ τῶν λεγόντων· in fine plures codd. omittunt ἐγώ.

℣. 10. Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. c. *quoniam servasti verbum patientiæ meæ in tam parvis viribus, & ego te servabo de hora tentationis.* Græcum Vulgatæ favet.

℣. 11. Cyprianus l. de unit. Eccl. p. 201. b. necnon l. de op. & eleem. p. 251. c. & ep. ad Fortunat. p. 266. c. *tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 2. c. 32. col. 159. d. præter *ne quis alius.* S. Paulinus ep. 5. p. 24. c. *tene quod tenes, ne coronam tuam accipiat alter.* Ambros. l. de instit. virg. col. 264. c. *Venio citò: tene quod habes, nemo accipiat coronam tuam.* Græc. Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν, &c. Mss. plures delent Ἰδού· paulò verò post unus habet, ἵνα μὴ λάβῃ τις ταχὺ, &c.

℣. 12. Victorinus Martyr in hunc loc. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. c. *Qui vicerit, fuit*, (fortè *fiet*) *columna in templo Dei.* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 163. e. *& scribam super illud nomen*, &c. ut in textu. Græc. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον..... καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι, &c. ut in Latino.

℣. 13. Primasius hunc versum prætermittit: Græcè sic legitur: Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις.

℣. 14. Primasius ubi sup. addit: *Quòd hìc* est, *& Amen ponitur, animadvertendum existimo: Amen quippe interpretatum dicitur* verum, *sive* fideliter: *unde hoc loco ad illam Divinitatis essentiam procul dubio redigendum* est, *de qua loquens Moysi Deus dicit: Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos*, &c. Ambros. in Psal. 118. col. 990. b. 1217. d. *Dicit Angelo Laodiceæ.* Faustinus presb. l. contra Arian. p. 645. g. *Amen, testis fidelis, initium creaturæ Dei, qui est, & qui erat.* Fulgentius l. pro fide Cath. p. 540. *Hæc dicit qui est testis fidelis, initium creaturæ Dei, qui est, & qui*, &c. ut supra. c. 1. ℣. 8. Græc. Καὶ τῷ Ἀγγέλῳ τῆς Ἐκκλησίας Λαοδικέων γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. Mss. plures, τῆς ἐν Λαοδικείᾳ Ἐκκλησίας.

℣. 15. Ambrosius in Ps. 118. col. 990. b. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, vel calidus:* ita rursum infra, col. 1199. b. deleta voce *quia.* Anonymus apud Aug. append. to. 3. col. 163. e. *neque frigidus es, neque fervens.* Græcum: Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός· ὄφελον ψυχρὸς εἴης, ἢ ζεστός.

℣. 16. Ambrosius in Ps. 118. col. 990. b. & infra, col. 1199. b. *sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Ambrosiaster in Rom. 12. 10. col. 96. b. *quoniam tepidus es, evomam te ex ore meo.* Victorinus Martyr in hunc loc. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. c. *& quoniam nec frigidus es, nec calidus es, tepidus es, & nauseam facis: vomam te de ore meo.* Græc. οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστὸς, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ, &c. In Ms. 1. deest καὶ οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστός.

℣. 17. Quia hic versus 17. cum priori parte sequentis 18. non refertur à Primasio, hunc supplevimus ex Cypriano, cujus contextum optimè convenire cum textu Primasii supra deprehendimus non semel, & ex posterioribus verbis proximè sequentis ℣. 18. manifestè apparet. Primasius tamen omissa à se verba sic adumbrat in Commentario: *Non sibi blandiantur falso nomine divitum, ac potentum, quorum egestas, cæcitasque increpatur, & nuditas; sed audiant consulentem sibi veras divitias.... nunc sibi aurum emant.... Bene autem aurum conflatum dixit, propter pressuram persecutionis..... ipsi sint aurum tribulationis igne purgatum, pariter & decoctum. Ut sis, inquit, dives*, &c. ut in textu. Auct. l. ad Novatian. p. 433. c. textui Cyprianico concinit ad verbum, nisi quòd ponat *& cæcus*, ante *& pauper.* Ambrosius in Ps. 118. col. 1199. b. legit: *quia dicis: Dives sum, & ditatus, & nullius egeo: & nescis quòd tu es miser, & miserabilis, & mendicus, & nudus, & cæcus.* Orosius l. cont. Pelag. p. 457. b. *Dives sum, & ditatus, & nullius rei egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Græc. ὅτι λέγεις· Ὅτι πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω· καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἐλεεινὸς, καὶ πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ γυμνός. Mss. quidam tollunt Ὅτι, ante πλούσιος.

℣. 18. Ambrosius in Ps. 118. col. 1199. b. *Consulo tibi ut emas à me aurum igne probatum.* Cyprianus, præmissis his, quæ posuimus in textu, addit cum Primasio: *ut sis dives, & vestem albam ut vestiaris, & non appareat in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut videas.* Victorinus Martyr in hunc loc. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

probatum, ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut videas.

Prov. 3. 12. Hebr. 12. 6.

19. Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age.

20. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno ejus.

22. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Primas. Afric. in Apoc.

de igni, ut sis dives, & veste alba vestiaris, & non appareat in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio unge oculos tuos ut videas.

19. Ego quos amo, redarguo, & castigo. Crede ergo, & age pœnitentiam.

20. Ecce ego sto ante ostium, & pulso: si fortè quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, introibo ad eum, & cœnabo cum eo, & ille mecum in throno meo.

21. Vincenti dabo sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in throno ejus.

22. Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

d. *Consulo tibi ut emas à me aurum conflatum*: deinde, *& collyrio inunge oculos tuos*. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 161. g. *Consulo tibi à me emere aurum conflatum*: mox, *& collyrio inunge oculos tuos*: Mss. tamen habent, *Consule tibi: eme à me*, &c. sed col. 163. e. *Consilium tibi do ut emas tibi aurum*. Græc. Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς, καὶ ἱμάτια λευκὰ ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς, &c. ut sup. apud Cyprianum.

℣. 19. Idem Primas. supra, p. 289. h. *Ego quos amo, arguo, & castigo*. Itidem August. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 40. a. cum Fulg. epist. 7. c. 11. p. 195. Auctor verò l. de promiss. p. 2. c. 26. col. 153. a. cum Cassiod. in Ps. 6. p. 28. c. *Ego quos amo, redarguo, & castigo*. Ambrosius in Ps. 118. col. 1217. d. *Æmulare ergo, & pœnitentiam age*. Græcum: Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω, καὶ παιδεύω. Ζήλωσον οὖν, καὶ μετανόησον. Mss. 2. Ζήλου οὖν· alii quidam, ζήλευε οὖν.

℣. 20. Hilarius in Ps. 118. col. 311. a. *Ecce stans ante ostium pulso: si quis aperiet mihi ostium, ingrediar ad eum*. Ambros. in Ps. 43. col. 899. f. & in Ps. 118. col. 1217. d. *Ecce sto ad januam, & pulso: & si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum*. Itidem Fulg. l. 3. ad Monim. c. 5. p. 46. deleto *&*, post *pulso*. Rursum Ambr. l. 4. de fide, col. 524. f. *Ecce sto ad januam, & pulso: si quis mihi aper. ingrediar ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum*: Mss. nonnulli: *Ecce steti ad januam mentis meæ, & pulso*. Græc. Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ· nullibi autem additur *in throno meo*, quod fortè Primasius subdidit ex interpretamento. Vix tamen crediderim, siquidem hæc verba una serie adjungit præcedentibus, ac veluti continuo spiritu refert Primasius: immo statim subdit: *Hinc & Dominus: Si quis, inquit, diligit me*, &c. ex Johan. 14. & continuè: *Vincenti dabo*, &c.

℣. 21. Moyses epist. ad Cypr. apud ipsum 26. p. 36. a. *Vincenti dabo sedere super thronum meum: sicut & ego vici, & sedi super thronum patris mei*. Ambrosius in Ps. 118. col. 1097. c. *Vincenti dabo sedere mecum in sede mea*: at l. de Isaac, c. 8. col. 379. a. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in sede mea: sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in sede ipsius*. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 730. h. *Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in sede mea: sicut & ego vici, & sedi cum patre in sede ipsius*: & infra, p. 734. g. *Qui vicerit, dabo illi ut sedeat mecum in sede mea: sicut ego vici, & sedi cum patre meo in sede illius*. Græc. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου· ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα, &c. ut in textu Latino. Ms. 1. delet μετ' ἐμοῦ.

℣. 22. Græcum: Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τι..... λέγει, &c.

# CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cœlo: & vox prima, quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.

2. Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens:

3. & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.

4. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Primas. Afric. in Apoc.

1. POstea vidi: ecce ostium apertum in cœlo: ecce vox illa prima, quam audivi, ut tuba loquentem mecum: Ascende huc, inquit, & ostendam tibi quæ fieri post hæc oportet.

2. Statim fui in spiritu: & ecce vidi thronum positum in cœlo, & super thronum sedentem:

3. & is, qui sedebat, similis visui erat jaspidis, & sardinis: & arcus erat in circuitu throni, similis visui smaragdino.

4. Et in circuitu throni sedilia viginti quatuor: in quibus seniores sedentes erant viginti quatuor, circumamicti veste alba, & super capita eorum coronæ aureæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambrosius in Luc. 11. col. 1431. b. *Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo: & vox prima, quam audivi, tanquam tubam loquentem mecum, & dicentem: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri*: ita rursum l. de fide res. col. 1162. b. præter hæc: *quoniam ecce ostium..... sicut tubam..... quæ oportet fieri*. Anonymus in Apocal. apud Aug. append. to. 3. col. 162. a. 163. f. *& ecce*, &c. ut in Vulgata. Græcum Vulgatæ consonat ad verbum.

℣. 2. Hieronymus in Dan. 7. to. 3. col. 1101. e. *Post hæc statim fui in spiritu: & ecce thronus positus erat in cælo, & super thronum sedens*. S. Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. e. *Statim factus sum in spiritu*. Anonymus in hunc loc. apud August. append. to. 3. col. 163. g. *& ecce thronus positus erat in cælo*: at col. 162. a. pro *thronus positus*, habet *solium positum*. Græcum: Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο, &c. ut sup. apud Hieronymum. In Mss. pluribus deest Καὶ, ante εὐθέως.

℣. 3. Hieronymus in Dan. 7. col. 1101. e. *& qui sedebat, similitudinem habebat lapidis jaspidis, & sardini: & iris erat in circuitu throni, similis aspectui smaragdino*. Anonymus in Apocal. ubi sup. *& qui sedebat, similis erat adspectui lapidis jaspidis, vel sardii: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdini*. S. Victorinus Martyr quo supra, habet etiam *sardii*; & paulò post, *iris circa solium*. Græc. καὶ ὁ καθήμενος, ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, καὶ σαρδίνῳ· καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.

℣. 4. Hieronymus in Dan. 7. to. 3. col. 1101. e. *Et circa thronum alii throni viginti quatuor: & super viginti quatuor thronos, viginti quatuor senes sedentes, amicti vestibus candidis, & super capita eorum corona aurea*. Ambros. l. 5. de fide, col. 564. e. *& supra sedem viginti quatuor seniores sedentes*. Anonym. in Apocal. ubi sup. *In circuitu throni vidi sedes viginti quatuor: & supra sedes viginti quatuor seniores sedentes*. Græc. Καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι εἴκοσι καὶ τέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἶδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ ἔσχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. Ms. Alex. ha-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

5. Et ex illorum throno exeunt coruſcationes, & voces, & tonitrua : & ſeptem phialæ ignis ardentes erant in conſpectu throni, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

6. Et in conſpectu throni mare vitreum ſimile cryſtallo : medio autem throno, & in circuitu throni, quatuor animalia plena oculis ante & retro.

7. Animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, tertium animal habens faciem quaſi humanam, quartum animal ſimile aquilæ volanti.

8. Et quatuor animalia habebant ſingula alas ſenas per circuitum : erant plena oculis ante ſe & retro : quæ non habebant requiem nocte ac die, dicentes : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui fuit, & eſt, & venturus eſt.

9. Et cùm dederant illa animalia claritatem, & honorem, & gratiam ſedenti in throno, viventi in ſæcula ſæculorum,

10. ſtatim cadebant in faciem viginti quatuor ſeniores in conſpectu throni, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, mittentes coronas ſuas ante thronum, dicentes :

11. Dignus es Domine Deus noſter accipere claritatem, & honorem, & poteſtatem : quoniam tu creaſti omnia, & ex tua poteſtate hæc ſunt conſtituta.

**Vulgata nova.**

5. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua : & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

6. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo : & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro.

7. Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

8. Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas : & in circuitu, & intus plena ſunt oculis : & requiem non habebant die ac nocte, dicentia : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. *Iſai. 6. 3.*

9. Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viventi in ſæcula ſæculorum,

10. procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes :

11. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem : quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.

## Notæ ad Versionem antiquam.

bet : ϰ̀ ἐπὶ τὺς εἴκοσι τέσσαρας θρόνυς πρεσβυτέρυς καθημένυς· alii plures, ϰ̀ ἐπὶ τοὺς θρόνυς εἴκοσι τέσσαρας πρεσβυτέρυς· ſubinde in Alex. deeſt ἐν, ante ἱματίοις, cum ſeq. ἔχον· quod etiam ἔχον alii plurimi omittunt.

℣. 5. Hieronymus in Dan. 7. to. 3. col. 1101. e. *Et de throno egrediebantur fulgura, & voces, & tonitrua : & ſeptem lampades ardentis ignis in conſpectu throni, quæ ſeptem ſunt ſpiritus Dei.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 164. a. *Et de ſede procedebant fulgura, & voces.* Græc. Καὶ ἐκ τοῦ θρόνυ ἐκπορεύονται ἀςραπαὶ, ϰ̀ βρονταὶ, ϰ̀ φωναί· ϰ̀ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνυ, αἵ εἰσι, &c. ut in Lat. Mſ. unus habet ἐξεπορεύοντο, pro ἐκπορεύονται· paulòque poſt, idem, cum Alex. & aliis pluribus, ϰ̀ φωναὶ, ϰ̀ βρονταί· ſub finem Alex. ſolus ἅ ἐςιν, pro αἵ εἰσι.

℣. 6. Hieronymus in Dan. 7. to. 3. col. 1101. e. *Et in conſpectu throni ſicut mare vitreum ſimile cryſtallo.* Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 594. b. *tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo.* Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Vet. Patr. tom. 3. p. 416. f. *Ante ſolium autem tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo.* Anonymus in Apocal. ubi ſup. *In conſpectu throni mare vitreum :* deinde : *& in medio throni quatuor animalia plena oculis in priora & retro.* Græc. Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνυ θάλασσα ὑαλίνη.... ϰ̀ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνυ, &c. ut in textu Lat. Mſs. plures ponunt ὡς, ante θάλασσα.

℣. 7. Irenæus l. 3. c. 11. p. 190. c. *Primum enim animal ſimile leoni :* ſubinde : *ſecundum ſimile vitulo :* & infra : *tertium verò habens faciem quaſi humanam, quartum ſimile aquilæ volantis.* S. Victorinus Martyr loco quo ſupra : *Primum ſimile leoni, ſecundum ſimile vitulo, tertium ſimile homini, quartum ſimile aquilæ volanti.* Vide etiam Auguſt. tract. 36. in Joh. to. 3. p. 2. col. 546. d. Græcum Vulgatæ conſonat, niſi quòd, pro *quaſi hominis*, habeat ὡς ἄνθρωπος, *ſicut homo :* Mſ. verò Alex. ὡς ἀνθρώπυ· alii quidam ἀνθρώπυ, abſque ὡς.

℣. 8. Ad hæc verba, *ante ſe & retro*, Primaſius ait : *vel ſicut alia translatio dicit, intus & foris.* S. Fulgent. fragm. 34. contr. Fab. p. 645. b. *Et quatuor illa animalia habebant ſingula alas ſenas in circuitu : & erant intus plena oculis : neque habebant requiem die & nocte, dicentia : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnip. qui fuit, & eſt, & venturus eſt :* & l. pro fide Cath. p. 540. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dom. Deus ſabaoth.* Tertul. l. de orat. c. 3. p. 180. c. *non ceſſet dicere : Sanctus, Sanctus, Sanctus.* S. Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 416. f. *habentes alas ſenas in circuitu, & oculos intus & foris : & non ceſſabant dicere : Hagios, Hagios, Hagios, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus.* Anonymus in eund. loc. apud Auguſt. append. to. 3. col. 164. b. c. *Et ſingula eorum habebant alas ſenas per circuitum :* poſtea : *& requiem non habebant animalia illa.* Græc. Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ, εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν· ϰ̀ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν· ϰ̀ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχυσιν ἡμέρας ϰ̀ νυκτὸς, λέγοντα· Ἅγιος ....... ὁ ἦν, ϰ̀ ὁ ὢν, ϰ̀ ὁ ἐρχόμενος. Mſs. plures, pro καθ' ἑαυτὸ, εἶχον, habent καθ' ἓν εἶχον· alii, καθ' ἓν αὐτῶν ἔχον· ſubinde unus, ϰ̀ ἔξωθεν, ϰ̀ ἔσωθεν γέμοντα· alii multi, γέμυσιν, ex quibus nonnulli ferunt λέγοντες, pro λέγοντα.

℣. 9. Fulgentius fragm. 34. contra Fab. p. 645. b. *Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & gratiam ſedenti in throno, viventi in ſæcula ſæculorum.* Græcum : Καὶ ὅταν δώσυσι τὰ ζῶα δόξαν, ϰ̀ τιμὴν, ϰ̀ εὐχαριςίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῦ θρόνυ, τῷ ζῶντι, &c. Mſs. quidam, pro δώσυσι, ponunt δώσωσι· al. δῶσι· ſubinde Veleſ. εὐλογίαν, pro εὐχαριςίαν.

℣. 10. Fulgentius fragm. 34. cont. Fab. p. 645. b. *ſtatim cadebant in faciem viginti quatuor ſeniores in conſpectu throni, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, mittentes coronas ſuas ante thronum, & adorantes viventem in ſæcula ſæculorum, dicentes.* Vigilius Tapſ. l. contra Varimad. p. 739. b. *& viginti quatuor ſeniores procidentes ante ſedem, adoraverunt viventem in ſæcula ſæculorum.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 164. d. *mittentes coronas ſuas ante thronum.* Græc. πεσῦνται οἱ εἴκοσι ϰ̀ τέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένυ ἐπὶ τοῦ θρόνυ, ϰ̀ προσκυνήσυσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς....... ϰ̀ βαλοῦσι τοὺς...... ἐνώπιον τοῦ θρόνυ, λέγοντες. Mſ. Veleſ. ipſo initio habet προσέπιπτον· & infra, ϰ̀ προσεκύνυν..... ϰ̀ ἔβαλλον.

℣. 11. Primaſius addit ibid. *vel ſicut alia editione translatum invenimus : quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt :* quæ ipſius Vulgatæ novæ verba ſunt : unde apertè colligitur Verſionem à Primaſio adhibitam in Commentario ſuo, alienam eſſe à Vulgata. Fulgentius fragm. 34. contra Fab. p. 465. b. legit : *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & poteſtatem : quoniam tu creaſti omnia, & ex tua voluntate ſunt conſtituta.* Anonymus in Apocal. ubi ſup. *quia tu creaſti omnia, & ex voluntate tua erant, & creata ſunt.* Græc. Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν, ϰ̀ τὴν τιμὴν, ϰ̀ τὴν δύναμιν· ὅτι ..... ϰ̀ διὰ τὸ θέλημά συ εἰσὶ, ϰ̀ ἐκτίσθησαν. Mſs. duo voci Κύριε, addunt ὁ Θεὸς ἡμῶν· & infr. plures habent ἦσαν, pro εἰσί.

Digitized by Google

# CAPUT V.

## VULGATA NOVA.

1. ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

2. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus?

3. Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, neque respicere illum.

4. Et ego flebam multùm, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum.

5. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula ejus.

6. Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.

7. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.

8. Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum:

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET vidi librum in dextera Dei sedentis super thronum, scriptum intus & foris, signatum signis septem.

2. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere septem signacula ejus?

3. Nec quisquam poterat, neque in cœlo, neque super terram, neque sub terra, librum aperire, sed neque perspicere illum.

4. Et ego flebam multùm, quòd nemo dignus inventus esset qui aperiret librum, aut solveret signacula ejus.

5. Et unus ex senioribus dicit mihi: Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & septem signacula ejus.

6. Et vidi in medio throni, & in medio quatuor animalium, & seniorum, agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi per orbem terrarum.

7. Et venit, & accepit librum de dextera Dei sedentis in throno.

8. Et cùm accepisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli aureas citharas, & phialas aureas plenas odoramentis supplicationum, quæ sunt orationes sanctorum:

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Cyprianus l. 2. Testim. p. 289. b. *Et vidi librum in dextera Dei sedentis super thronum, scriptum intus & retro, signatum signis septem.* Hilar. prolog. in Psal. n. 6. *Et vidi super dexteram sedentis in throno, librum scriptum deintus & deforis, signatum signaculis septem.* Anonymus in Apocal. apud August. append. tom. 3. col. 164. e. *Et vidi supra dexteram sedentis in throno, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.* Victorinus Martyr comm. in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 417. d. hæc habet: *In dextera autem sedentis super tribunal, liber scriptus intus & foris, signatus sigillis septem, Vetus Testamentum significat*, &c. Græc. Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά. Mss. plures, pro ὄπισθεν, scribunt ἔξωθεν.

℣. 2. Cyprianus l. 2. Testim. p. 289. b. *Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis dignus est accipere librum, & aperire signa ejus?* Hilar. prolog. in Psalm. n. 6. *Et vidi alterum Angelum validum, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus?* Anonymus in Apoc. ibid. quo supra: *Et vidi Angelum fortem, clamantem*, &c. ut in Vulgata. Victorinus Martyr loco quo sup. hæc habet: *Præco præconavit an aliquis dignus esset aperire librum, & solvere signacula ejus.* Græcum Vulgatæ consonat ad verbum.

℣. 3. Pro *Nec quisquam poterat*, Primasius habet in comment. *Nullus proinde dignus dicitur fuisse repertus*; quæ quia non videntur verba Scripturæ propria, priora posuimus ex Cypriano l. 2. Testim. p. 289. b. ubi sic legit: *Nec quisquam poterat, neque in cœlo, neque super terram, neque sub terra, aperire librum, sed neque perspicere eum.* Hilar. in Ps. 2. n. 32. col. 44. *Nullus, neque in cœlo, neque supra terram, neque infra terram, obsignatum librum dignus est repertus aperire:* at prolog. in Psal. n. 6. *Et nemo potuit, neque in cœlo, neque in terra, neque infra terram, aperire librum, neque videre ipsum.* Victorin. Martyr in Apoc. ibid. quo sup. *Et nemo inventus est dignus, neque in cœlo, neque in terra, neque infra terram.* Anonymus in eundem loc. col. 164. e. f. *Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra, aperire librum, & videre eum.* Græc. Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό.

℣. 4. Cyprianus l. 2. Testim. p. 289. b. *Et ego flebam multùm, quòd nemo dignus repertus esset qui aperiret librum, aut videret illum.* Hilar. prolog. in Psalm. n. 6. *Et flebam, quia nemo dignus repertus esset aperire librum, neque videre ipsum.* Hieronymus in Dan. 12. to. 3. col. 1136. a. *Flebam nimis:* deinde: *Et venit ad me*, &c. omissis intermediis. Anonymus in Apocal. apud August. append. tom. 3. col. 164. f. *Et ego flebam multùm, quia nemo inventus est dignus aperire librum, & videre eum.* Græc. Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλά, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό. In Mss. quibusd. deest Καὶ ἐγώ· subinde in pluribus legitur πολύ, loco πολλά· & in iisdem plerisque omittitur καὶ ἀναγνῶναι.

℣. 5. Cyprianus l. 2. Testim. p. 289. b. *Et unus ex senioribus dixit mihi: Ne fleveris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signa ejus.* Hilarius prolog. in Psal. n. 6. *Et unus de senioribus ait mihi: Noli flere: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & septem signacula ejus.* Hieron. in Dan. 12. to. 3. col. 1136. a. *Et venit ad me vox dicens: Ne plores: ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere signacula ejus.* Anonymus in Apocal. loco quo supra: *Et ecce unus ex senioribus.* Græc. Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς..... καὶ λῦσαι τὰς ἑπτά, &c. ut sup. Ms. Veles. pro λέγει μοι, habet εἶπε μοι· subinde alii plures tollunt ὢν, ante ἐκ τῆς φυλῆς· paulòque post iidem plerique omittunt λῦσαι, ante τὰς ἑπτά.

℣. 6. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Vidi in medio throni, & quatuor animalium, & in medio presbyterorum, agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, dimissi in universam terram.* Similiter habent Cypr. l. 2. Testim. p. 291. b. & Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. p. 176. a. præter hæc, *in medio seniorum...... spiritus Dei, missi per orbem terræ.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 750. b. *hi sunt septem spiritus, qui inspiciunt universam terram.* Anonymus in Apoc. ibid. quo sup. Vulg. concinit, nisi quod habet, *agnum stantem quasi occisum*; &, *qui sunt spiritus Dei*, absque *septem.* Græc. Vulgatæ congruit: sed Mss. nonnulli omittunt καὶ ἰδού, *& ecce.*

℣. 7. Similiter habet Cyprianus l. 2. Testim. p. 291. b. *Et venit, & accepit librum de dextera Dei sedentis in throno.* Itidem Jul. Firm. l. de errore prof. relig. p. 176. a. deleta voce *Dei.* Græc. Καὶ ἦλθε, καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου. Mss. plures delent τὸ βιβλίον.

℣. 8. Cyprianus l. 2. Testim. p. 291. b. *Et cùm accepisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli citharas, & pateras aureas plenas odoramentis supplicationum, quæ sunt orationes sanctorum.* Similiter Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. p. 176. a. præter hæc, *singuli aureas citharas plenas odoramentis supplicationum, quæ erant orat. SS.* Hilar. in Psal.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

9. & cantantes novum canticum, dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:
10. & fecisti nos regnum Deo nostro, & sacerdotes: & regnavimus super terram.
11. Et vidi, & audivi vocem multorum angelorum in circuitu throni, & in circuitu animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium,
12. dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere potestatem, & divitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & claritatem, & benedictionem.
13. Et omnem creaturam, quæ est in cœlis, & in terra, & subtus terram, & in mari, & quæcunque sunt in eis: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & dignitas, & potestas in sæcula sæculorum.
14. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt, & adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.

VULGATA NOVA.

9. & cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:
10. & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.
11. Et vidi, & audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium,
12. dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. *Dan. 7. 10.*
13. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.
14. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

140. col. 535. a. *& illi quidem viginti quatuor seniores prociderunt ante agnum, habentes quisque citharam, & phialas aureas plenas odoribus, qui* ( al. *quæ* ) *sunt orationes sanctorum.* Græc. Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, &c. ut in Vulgata. Ms. Veles. habet ἤνοιξε, pro ἔλαβε· subinde alii quidam, pro κιθάρας, ferunt κιθάραν.

℣. 9. Cyprianus l. 2. Testim. p. 291. b. *& cantaverunt canticum novum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signa ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.* Similiter habet Jul. Firm. l. de errore prof. relig. p. 176. a. nisi quòd deleat vocem *Domine*, & addat *Deo*, post *redemisti nos.* Augustinus l. 1. de pecc. mer. tom. 10. col. 28. a. *Dignus es accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sang. tuo de omni gente, & lingua, & populo, & natione.* Fulg. l. 3. de verit. prædest. c. 13. p. 491. *Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus: quia occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & pop. & gente.* Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 736. g. *redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & gente.* Græcum: καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες· Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι..... καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ, &c. ut in Vulgata. Ms. Veles. in principio habet, καὶ ᾖδον..... Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν· alius paulò post delet τῷ Θεῷ.

℣. 10. Cyprianus l. 2. Testim. p. 291. b. *& fecisti nos regnum Deo nostro, sacerdotesque fecisti: & regnabunt super terram.* Jul. Firm. l. de errore prof. relig. p. 176. b. *& nos regnum Deo nostro, sacerdotesque fecisti: & regnabimus super terram.* Fulg. l. 3. de verit. prædest. c. 13. *& fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabunt super terram.* Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 736. g. *& fecisti nos Deo regnum.* Græc. καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς· καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς. Mss. Alex. & Veles. ferunt βασιλείαν, pro βασιλεῖς· subinde Alex. cum aliis nonnullis, βασιλεύουσιν, & alii, βασιλεύσουσιν, pro βασιλεύσομεν.

℣. 11. Fulgentius fragm. 34. contra Fabian. p. 645. c. *Et vidi, & audivi velut vocem multorum angelorum in circuitu throni, & in circuitu animalium, & circa seniores: & erat numerus eorum millia millium.* Cassiodor. in Ps. 1. p. 14. c. *Et vidi, & audivi vocem magnam angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum dena millia denum millium, millia millium.* Græcum Cassiodoro favet, nisi quòd tollit *magnam*, post *vocem*; & ponit καὶ, ante *millia millium.* Mss. nonnulli, post verbum *audivi*, ponunt ὡς, *sicut*: alii verò in fine habent simpliciter, καὶ χιλιάδες χιλιάδων, absque μυριάδες μυριάδων.

℣. 12. Fulgentius fragm. 34. contra Fabian. p. 645. c. *dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere potestatem, & divitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Itidem Anonym. in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 165. a. Ita etiam Cassiod. in Ps. 1. p. 14. c. præter *virtutem*, pro *potestatem.* Græc. λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· Ἄξιόν ἐστι τὸ Ἀρνίον, τὸ ἐσφαγμένον, λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν, &c. ut in Vulg. Ms. Veles. habet θειότητα, *divinitatem*, loco πλοῦτον.

℣. 13. Fulgentius fragm. 34. contra Fabian. p. 646. a. *Et omnem creaturam, quæ est in cælis, & in terra, & subtus terram, & quæ* ( insr. *& quæcunque* ) *est in mari, & quæcunque sunt in eis: omnes audivi dicentes: Sedenti in solio, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.* Cassiod. in Ps. 1. p. 14. c. *Et omnem creaturam, quæ est in cælo, & in terra, & sub terra, & in mari, & quæ sunt in eis: universos audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas, &c.* ut supra. Tertullianus l. 1. ad uxorem, c. 1. p. 273. c. *cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas nunc, & in sæcula sæculorum. Amen.* Anonymus in Apocal. ubi supra: *omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & claritas in sæcula.* Græc. Καὶ πᾶν κτίσμα, ὅ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἅ ἐστι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα λέγοντας· Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ Ἀρνίῳ, ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Mss. plures, pro ἐν τῇ γῇ, habent ἐπὶ τῆς γῆς· horum verò quidam omittunt ἅ, post θαλάσσης· unus omittit ἅ ἐστι. Quidam subdunt, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς· πάντας ἤκουσα· & ex his nonnulli, cum aliis, in fine addunt Ἀμήν.

℣. 14. Fulgentius fragm. 34. contra Fabian. p. 646. a. *Et quatuor animalia dicebant: Amen.* Itidem Cassiodor. in Ps. 1. p. 14. c. qui addit: *Et seniores ceciderunt, & adoraverunt.* Græc. Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον· Ἀμήν. Καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσεκύνησαν ζῶντι, &c. ut in Lat. Mss. plures omittunt εἰκοσιτέσσαρες, cum seqq. ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· quæ posteriora verba desunt quoque in Mss. codicibus Latinis multis, si Millio fides.

# CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET cùm aperuisset Agnus unum ex septem signis, audivi unum ex quatuor animalibus,

VULGATA NOVA.

1. ET vidi quòd aperuisset Agnus unum de septem sigillis, & audivi unum de qua-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic versus semel & iterum refertur à Primasio, omissis his constanter, *tanquam vocem tonitrui*: at in Græco: Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὸ Ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων, λέγοντος, ὡς φωνῆς

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni, & vide.

2. Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.

3. Et cùm aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal, dicens: Veni, & vide.

4. Et exivit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, & ut invicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.

5. Et cùm aperuisset sigillum tertium, audivi tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat statêram in manu sua.

6. Et audivi tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum ne læseris.

7. Et cùm aperuisset sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide.

8. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.

9. Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant,

10. & clamabant voce magna, dicentes: Usquequò Domine, (sanctus, & verus) non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra?

VERSIO ANTIQUA.

dicens: Veni, & vide. Ex Primas. Afric. in Apoc.

2. Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum tenebat sagittam, & data est ei corona, & exiit ut vinceret, & victor exiit.

3. Et cùm aperuisset signum secundum, audivi secundum animal, dicens: Veni, & vide.

4. Exivit alius equus rufus: & sedenti super eum datum est ut tolleret pacem de terra, & ut invicem se occiderent, & datus est ei gladius magnus.

5. Et cùm aperuisset signum tertium, audivi tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et vidi equum nigrum: & qui sedebat super eum, habebat statêram in manu sua.

6. Et audivi vocem in medio quatuor animalium, dicentem: Bilibris tritici denario uno, & tres bilibres hordei denario uno, vinum, & oleum ne læseris.

7. Et cùm aperuisset signum quartum, audivi quartum animal dicens: Veni, & vide.

8. Et vidi equum pallidum: & qui sedebat super eum, nomen ei erat Mors, & infernus sequebatur eum, & data est ei potestas super quartam partem terræ, ut interficeret gladio, fame, & morte, & bestiis eos, qui sunt in terra.

9. Et cùm aperuisset quintum signum, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbum Dei, & martyrium suum,

10. & clamaverunt voce magna, dicentes: Quousque Domine, (sanctus, & verus) non judicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui in terris habitant?

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

βροντῆς· Ἔρχου, καὶ βλέπε· Mss. quidam ponunt ἑπτὰ, antè σφραγίδων.

℣. 2. Eadem repetit Primasius infra, adjunctis etiam his, *& victor exiit*, post *vinceret*. Tertul. l. de coro. mil. c. 15. p. 294. a. huc alludens dicit: *Accipit & Angelus victoriæ coronam, procedens in candido equò ut vinceret.* Iren. l. 4. c. 21. p. 258. d. *exivit vincens ut vinceret.* Anonym. in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 165. b. *& ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens.* Græc. Καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ ἔχων τόξον, καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ. Mss. aliqui omittunt initio Καὶ εἶδον.

℣. 3. Græcum: Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, &c. ut in Latino.

℣. 4. Anonymus in hunc loc. col. 165. c. *Et exiit equus rufus: & sedenti super eum datum est tollere pacem de terra, & ut invicem occiderent, & datus est ei gladius magnus.* Victorinus Martyr Biblioth. Veter. Patr. tom. 3. p. 417. h. pro *equus rufus*, habet *equus roseus.* Græc. Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυῤῥός· καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι, καὶ, &c. ut in Lat. Ms. Alex. καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτόν· subinde alii quidam, ἐκ τῆς γῆς.

℣. 5. Anonymus in hunc loc. apud Augustin. append. to. 3. col. 165. g. *libram habebat in manu sua.* Gr. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα...... Ἔρχου, καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ, &c. Mss. quidam omittunt Καὶ εἶδον.

℣. 6. Græcum: Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων, λέγουσαν· Χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. Mss. 3. initio ferunt, Καὶ ἤκουσα ὡς φωνήν.

℣. 7. Græcum: Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα...... ἤκουσα φωνὴν τοῦ τετάρτου ζώου, λέγουσαν, &c. ut in Latino. Mss. quidam omittunt φωνήν· paulò verò post habent, ζώου λέγοντος.

℣. 8. Victorinus in Apocal. Biblioth. Patr. tom. 3. p. 418. a. *& qui sedebat super eum, nomen habebat Mors, & infernus sequitur eum.* Anonymus in Apocal. apud August. append. tom. 3. col. 166. a. *& qui sedebat super eum, nomen ei erat Mors, & infernus sequebatur* (infra, *sequitur*) *eum, & data est ei potestas super quartam partem terræ, interficere*, &c. ut in Vulgata. Græcum: Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς. Mss. quidam ipso initio omittunt Καὶ εἶδον· alii duo, seq. ἰδού· subinde nonnulli habent, ἠκολούθει αὐτῷ· unus, ἠκολούθει μετ' αὐτοῦ· deinde plures, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ.

℣. 9. Similiter habet Cyprianus l. de op. & eleemos. p. 254. b. *Et cùm aperuisset quintum sigillum, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbum Dei, & martyrium suum*; itidem l. 3. Testim. p. 310. b. præter *signum*, pro *sigillum.* Anonymus in Apocal. loco quo supra: *Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi sub ara Dei animas interfectorum.* Græc. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς...... διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον. In Ms. Alex. deest διὰ, ante τὴν μαρτυρίαν· in aliis quibusd. postponitur τοῦ Ἀρνίου.

℣. 10. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 254. b. & l. 3. Testim. p. 310. b. *& clamaverunt voce magna, dicentes: Quousque Domine, (sanctus, & verus) non judicas, & vindicas sanguinem nostrum de iis, qui in terris inhabitant?* similiter l. de laps. p. 187. b. excepto ult. verbo *habitant.* Huc redeunt quæ habet Tertul. l. de orat. c. 5. p. 181. a. *clamant ad Dominum in visu animæ martyrum sub altari: Quonamusque non ulcisceris, Domine, sanguinem nostrum de incolis terræ?* & l. de res. carn. p. 576. a. *martyrum quoque animæ sub altari ultionem, & judicium flagitant.* Hilarius in Ps. 139. col. 533. b. *sub ara occisorum sanguis clamat, vindictam in impios postulans*: & in Psal. 140. col. 534. d. *sub ara Dei martyrum animæ proclam. Quousque Dominus, (sanctus, & verus) non judicas, & vindicas sanguinem nostrum de habitantibus in terra?* Ambrosius in Ps. 36. col. 809. d. *Usquequo Domine, (sanctus, & verus) non judicas, & vindicas sanguinem nostrum?* Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 5. p. 387. *Quousque Domine, (sanctus, & verus) non judicas, & non vindicas sang. nostrum de his, qui in terra habitant?* Cassiod. in Ps. 39. p. 475. b. *Quousque sanctus, & verus, non judicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant super terram?* Græc. καὶ ἔκραζον...... Ἕως πότε ὁ Δεσπότης, (ὁ ἅγιος, καὶ ὁ ἀληθινὸς) οὐ κρίνεις, καὶ ἐκδικεῖς τὸ...... ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς; Mss. plures,



Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

11. Et datæ sunt eis singulis stolæ albæ : & dictum est eis ut requiescerent brevi adhuc tempore donec impleatur numerus conservorum, & fratrum eorum, quique postea occidentur exemplo ipsorum.

12. Et vidi : & cùm aperuisset sextum signum, & terræ motus magnus factus est, & ecce sol factus est niger ut saccus cilicinus : & luna tota facta est sicut sanguis :

13. stellæ de cœlo ceciderunt in terram eo modo, quo ficus vento magno agitata amittit acerbos fructus suos :

14. & cœlum recessit ut liber cùm evolvitur : & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt :

15. & reges terræ, & magistratus, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium,

16. dicentes montibus, & petris : Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni :

17. quoniam venit dies magnus iræ ejus : & quis poterit stare ante illum ?

### Vulgata nova.

11. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ : & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

12. Et vidi cùm aperuisset sigillum sextum : & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus : & luna tota facta est sicut sanguis :

13. & stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno movetur :

14. & cœlum recessit sicut liber involutus : & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt :

15. & reges terræ, & principes, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium :

16. & dicunt montibus, & petris : Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni : *Isai. 2. 19. Osee 10. 8.*

17. quoniam venit dies magnus iræ ipsorum : & quis poterit stare ? *Luc. 23. 30.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

pro ἔκραζον, habent ἔκραξαν· & sub finem quidam ἐκ τῶν, pro ἀπὸ τῶν.

℣. 11. Apud Primasium priora tantùm verba leguntur : *Et datæ sunt eis singulis stolæ albæ :* reliqua supplevimus ex Cypriano l. 3. Testim. p. 310. b. qui etiam prima verba habet similia : hæc eadem omnia repetit Cypr. l. de op. & eleem. p. 254. b. excepto *singulæ*, pro *singulis ;* & infra, *qui postea*, pro *quique postea.* Quæ verò prætermisit Primasius in textu, sic adumbrat in Commentario : *Acceperunt*, inquit, *singuli stolas albas, id est, ut per charitatis perfectionem...... hac consolatione contenti ipsi mallent pro cæterorum numero fratrum supplendo differri.* Fulg. l. de rem. pecc. c. 5. p. 387. *Et datæ sunt singulis stolæ albæ : & dictum est eis ut requiescerent brevi adhuc tempore donec impleatur numerus conservorum, & fratrum eorum.* In Græco sic : Καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαί· καὶ ἐῤῥήθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν ἕως οὗ πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί. Mss. quidam initio ferunt, Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ λευκή· pauloque post, alii nonnulli, πληρωθῶσιν, pro πληρώσονται· & sub finem aliquot, καὶ οἱ μέλλοντες.

℣. 12. Auctor l. ad Novatian. p. 440. aliàs 438. c. *Et cùm aperuisset sigillum sextum, ecce terræ motus factus est magnus, & factus est sol niger ut saccus cilicinus : & luna tota sanguinea facta est.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 17. apud Prosp. col. 200. d. *sol factus est niger ut saccus cilicinus : & luna sanguinea facta est.* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 166. b. *Et cùm aperuisset sigillum sextum, terræ motus factus est magnus, & sol factus est niger sicut saccus cilicinus : & luna facta est tota sicut sanguis.* Victorinus Martyr p. 418. c. hæc habet : *factus est terræ motus magnus : sol fit ut saccus, luna sanguinea.* Græc. Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος τρίχινος· καὶ ἡ σελήνη ἐγένετο ὡς αἷμα. Mss. quidam in principio habent, Καὶ εἶδον, καί· subinde plures omittunt ἰδοὺ, ante σεισμός· horum verò aliquot, cum aliis, addunt ὅλη, post σελήνη.

℣. 13. Pro *fructus acerbos*, Primasius ait in alia translatione legi *grossos.* Auctor l. ad Novatian. p. 440. aliàs 438. c. *& stellæ ceciderunt in terram, quomodo ficus à vento magno agitata mittit grossos suos.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. d. *& stellæ ceciderunt eo modo, quo ficus vento magno agitata amittit acerbos fructus suos.* Tertul. l. contra Hermog. p. 420. b. *& stellæ quidem de cælo ruent, sicut fici arbor cùm valido commota vento acerba sua amittit.* Anonymus in Apocal. loco cit. b. c. *& stellæ ceciderunt in terram, sicut ficus magno vento agitata mittit grossos suos :* sed supra, col. 165. f. habet, *sicut ficus mittit grossos suos cùm à vento agitatur.* Victorinus loco quo sup. habet, *agitata ficus amittit grossos.* Græc. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη· al. σαλευομένη.

℣. 14. Auctor l. ad Novatian. p. 440. al. 438. c. *& cælum recessit ut liber cùm involvitur : & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt.* Itidem Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. d. excepto verbo *evolvitur.* Anonymus in Apocal. apud Aug. append. to. 3. col. 166. c. *& cælum recessit ut involutus liber*, &c. ut in textu. Gr. καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον· καὶ πᾶν ὄρος, καὶ νῆσος, &c. ut in Lat. Mss. quidam ferunt ἑλισσόμενον.

℣. 15. Auctor l. ad Novatian. p. 440. al. 438. c. *& reges terræ, & maximi quique, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis, & in cavernis montium.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. d. *& reges terræ, maximique, tribuni, & divites, & nobiles, & servi absconderunt se in speluncis, & petris montium.* Anonymus in Apocal. col. 165. f. habet simpliciter : *reges terræ fugerunt, & absconderunt se in speluncis terræ :* & col. 166. d. *& reges terræ, & magistratus absconderunt se in speluncis, & petris montium.* Græc. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, καὶ πᾶς δοῦλος, καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων. Mss. plures ponunt χιλίαρχοι, ante πλούσιοι· deinde quidam, καὶ οἱ ἰσχυροὶ, καὶ πᾶς..... καὶ ἐλεύθερος.

℣. 16. Similiter Auctor l. ad Novatian. p. 440. aliàs 438. c. *dicentes montibus, & petris : Cadite super nos, & abscondite nos à conspectu Patris sedentis super thronum, & ab ira Agni.* Itidem Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. d. cum Fulg. epist. 2. c. 3. p. 152. à verbo *Cadite :* at Fulg. l. pro fide Cathol. p. 538. legit : *dicunt montibus, & petris : Abscondite nos à fac. sed. in throno*, &c. Græc. priori loco congruit, nisi quòd hab. καὶ λέγουσι, *& dicunt*, ut in Vulg. Anonymus in Apocal. ubi sup. *& dicunt : Cadite, & abscondite nos.*

℣. 17. Auctor l. ad Novatian. p. 440. c. *quoniam venit dies interitionis : & quis poterit stare ?* Auctor verò l. de promiss. dimid. temp. c. 17. col. 200. d. cum Fulg. ep. 2. c. 3. p. 152. *quoniam venit dies magnus iræ illorum : & quis poterit stare ?* Græcum : ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ τίς δύναται σταθῆναι ; In Ms. uno deest ἡ μεγάλη.

Digitized by Google

# CAPUT VII.

## VULGATA NOVA.

1. POst hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in ullam arborem.

2. Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari,

3. dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.

4. Et audivi numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael.

5. Ex tribu Juda duodecim millia ſignati: Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati: Ex tribu Gad duodecim millia ſignati:

6. Ex tribu Aſer duodecim millia ſignati: Ex tribu Nephthali duodecim millia ſignati: Ex tribu Manaſſe duodecim millia ſignati:

7. Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati: Ex tribu Levi duodecim millia ſignati: Ex tribu Iſſachar duodecim millia ſignati:

8. Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati: Ex tribu Joſeph duodecim millia ſignati: Ex tribu Benjamin duodecim millia ſignati.

9. Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum:

10. & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno.

11. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adoraverunt Deum,

## VERSIO ANTIQUA.

1. POſt hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, in terris ne flarent, neque in mari, neque in ulla arbore. *Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

2. Et vidi Angelum aſcendentem ab oriente ſole, habentem ſignum Dei vivi: & exclamavit voce magna ad quatuor Angelos, eò quòd datum eſſet illis lædere terram, & mare,

3. dicens eis: Non læſeritis terram, neque mare, neque ullam arborem, donec ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.

4. Et audivi numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael.

5. Ex tribu Juda duodecim millia ſignati: Ex tribu Ruben duodecim millia: Ex tribu Gad duodecim millia:

6. Ex tribu Aſer duodecim millia: Ex tribu Nephtali duodecim millia: Ex tribu Manaſſe duodecim millia:

7. Ex tribu Simeon duodecim millia: Ex tribu Levi duodecim millia: Ex tribu Iſachar duodecim millia:

8. Ex tribu Zabulon duodecim millia: Ex tribu Joſeph duodecim millia: Ex tribu Benjamin duodecim millia.

9. Poſt hæc vidi turbam multam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & populo, & lingua: ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni: & erant amicti ſtolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum:

10. & magno clamore dicebant: Salus Deo noſtro, ſedenti ſuper thronum, & Agno.

11. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & circa ſeniores, & circa quatuor animalia: & mox ceciderunt in facies ſuas ante conſpectum throni, & adoraverunt Deum,

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum: Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον...... ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσσης, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον. Mſ. Alex. in principio delet Καί· ſubinde Veleſ. habet πνέωσιν, pro πνέῃ ἄνεμος· & alii plures in fine, ἐπί τι δένδρον.

℣. 2. Anonymus in Apocal. ap. Auguſt. append. to. 3. col. 165. g. *Et vidi alterum Angelum adſcendentem ab ortu ſolis: & clamavit voce magna, dicens quatuor Angelis, quibus data eſt poteſtas lædere terram, & mare.* Græcum: Καὶ εἶδον ἄλλον Ἄγγελον ἀναβάντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε..... τοῖς τέσσαρσιν Ἀγγέλοις, οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν.

℣. 3. Anonymus in Apocal. ubi ſupra, & col. 166. d. *Ne læſeritis terram, neque mare, donec*, &c. ut in textu. Græc. λέγων· Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίζωμεν..... ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Mſ. Alex. habet, καὶ τὴν θάλασσαν.

℣. 4. Græcum textui Lat. congruit. Auctor l. de prom. p. 3. promiſſ. 9. col. 174. d. ait: *Numerus eorum ex omni tribu Iſrael, oſtenſus eſt centum quadrag. quat. millia ſignati.* Anonymus in Apocal. col. 166. e. Vulgatæ congruit ad verbum.

℣℣. 5. 6. 7. 8. Græcum Vulgatæ conſonat ad verbum. Mſs. verò plures poſtponunt tantùm verbum ἐσφραγισμένοι, tribui *Juda;* ſequentibus in locis omittunt cum Primaſio.

℣. 9. Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 272. a. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & populo, & lingua: ſtantes in conſpectu throni, & Agni: & erant amicti ſtolas albas, & palmæ fuerunt in manibus eorum:* & l. 3. Teſtim. p. 310. b. *Poſt hæc vidi turbam multam, quam dinum. ex his nemo pot. ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo, & lingua: ſtantes in conſpectu throni, & in conſpectu Agni: & erant amicti ſtolas*, &c. ut ſup. Fulgentius contra Fabian. fragm. 34. p. 646. c. *Poſt hæc vidi turbam multam, quam dinum. nemo pot. ex omni genere, & ex omni tribu, & populo, & lingua: ſtantes in conſp. throni, & in conſp. Agni: & erant amicti ſtolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum:* at l. 3. de verit. prædeſt. c. 13. p. 491. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinum. nemo poterat, ex omnibus gentibus, & linguis, & populis: ſtantes ante thronum, & ante Agnum, amictos ſtolis alb. & palmæ erant in manibus eorum.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. tom. 3. col. 166. e. f. *Poſtea vidi, & ecce populus multus, quem dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & populis, & linguis:* deinde, *amicti ſtolis albis.* Mſ. Luxov. annor. 1100. *amicti ſtolas albas.* Auctor l. de promiſſ. p. 1. c. 38. col. 120. c. *Vidi turbam multam, quam dinumerare nullus hominum poterat, ex omni tribu, populo, & lingua: & induti erant alba veſte, & palmæ fuerunt in manibus eorum.* Ambroſiaſter in Gal. 4. 28. col. 226. c. *Et vidi turbam magnam, quam dinum. nemo poterat, ex omni tribu, & gente.* Græc. Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ φυλῶν, καὶ λαῶν, καὶ γλωσσῶν· ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκὰς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· Mſ. Alex. ita incipit: Μετὰ ταῦτα εἶδον ὄχλον πολὺν, καὶ ἀριθμῆσαι αὐτόν· alii plures tollunt αὐτόν· paulò verò poſt quidam ex ipſis, cum aliis nonnullis, ferunt ἑστῶτας...... περιβεβλημένους.

℣. 10. Similiter habet Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 272. a. *& magno clamore dicebant: Salus Deo noſtro, ſedenti ſuper thronum, & Agno:* ita rurſum l. 3. Teſtim. p. 310. b. cui concinit Fulgent. cont. Fabian. fragm. 34. p. 646. c. In Græco ſic: καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ καθημένῳ, &c. ut in Lat. Mſs. plures, καὶ κράζουσι φωνῇ.

℣. 11. Fulgentius cont. Fabian. fragm. 34. p. 646. c. *Et omnes Angeli, qui ſtabant in circuitu throni, & circa ſe-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* 12. dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratia, & honor, & potestas, & virtus Deo nostro in sæcula sæculorum.

13. Et respondit unus ex senioribus, dicens mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt?

14. Et dixi ei: Tu scis, Domine. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt ex tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine Agni:

15. propter hoc sunt in conspectu throni Dei, & deserviunt ei die ac nocte in templo ejus, & in conspectu throni Dei: & is, qui sedit in throno, inhabitavit in eis:

16. non esurient, neque sitient unquam, neque sol super eos cadet, nec ullum æstum patientur:

17. quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontem aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ex oculis eorum.

VULGATA NOVA.

12. dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.

13. Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt?

14. Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni:

15. ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos:

16. non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: *Isai. 49. 10.*

17. quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. *Isai. 25. 8. Inf. 21. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*niores, & circa quatuor animalia, mox ceciderunt in faciem suam ante conspectum throni, & adoraverunt omnes.* Cyprianus verò tum ep. ad Fortunat. p. 272. a. tum l. 3. Testim. p. 310. b. versum 10. jungit cum versu 13. prætermissis undecimo & duodecimo integris. Græcum autem fert: Καὶ πάντες οἱ Ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, &c. ut in Vulgata, nisi quòd habeat, ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, *in faciem suam*; sed in Mss. pluribus, ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν.

℣. 12. Eadem repetit Primasius infra. Fulg. verò contra Fab. fragm. 34. p. 646. g. legit: *dicentes, Amen. Benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum.* Itidem in Græco est, addito Ἀμήν, in fine.

℣. 13. Cyprianus epist. ad Fortunat. p. 272. a. *Et respondit unus ex senioribus, dicens mihi: Hi, qui amicti sunt stolas albas, qui sunt? & unde venerunt?* similiter l. 3. Testim. p. 310. b. præter hoc, *Qui amicti sunt stolis abis*, absque præced. *Hi.* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 166. f. *Et respondit mihi unus de senioribus, dicens: Isti, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt?* sed infra, col. 167. e. habet: *Qui sunt isti, & unde venerunt?* Græc. Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι· Οὗτοι, οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσὶ, &c. ut in Latino.

℣. 14. Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 272. a. & l. 3. Testim. p. 310. b. *Et dixi ei: Domine mi, tu scis. Et ait mihi: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine Agni.* Itidem Auctor l. de promiss. p. 3. prom. 9. col. 174. c. ab his, *Hi sunt, qui*, &c. Tertul. l. contra Gnost. p. 832. b. habet: *Hi sunt, qui veniunt ex illa pressura magna, & laverunt vestimenta sua, & candidaverunt ipsum in sang. Agni.* Anonymus in Apocal. ibidem quo supra: *Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni.* Græc. Καὶ εἴρηκα αὐτῷ· Κύριε, σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης· καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν, &c. ut in Lat. Mss. plures addunt μου, voci Κύριε· subinde Alex. hab. ἀπὸ θλίψεως μεγάλης· alii verò quidam tollunt στολὰς αὐτῶν, post ἐλεύκαναν· alii habent ἐλεύκαναν αὐτάς.

℣. 15. Cyprianus ep. ad Fortunat. p. 272. a. *propter hoc sunt in conspectu throni Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus:* & l. 3. Testim. p. 310. b. *ideo sunt in consp. throni Dei, & serviunt ei diebus & noctibus in templo ejus: & is, qui sedet in throno, inhabitavit super eos.* Anonymus in Apocal. col. 166. g. *& qui sedet in throno, habitat super eos:* & infra, col. 167. e. *& qui sedet super thronum, habitat super eos.* Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd habeat σκηνώσει, *diversabitur*, pro *habitabit*.

℣. 16. Cyprianus l. 3. Testim. p. 310. b. *neque esurient, neque sitient unquam, sed neque sol super eos cadet, neque ullum æstum patientur.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 19. p. 125. *non esur. neque sitient, neque cadet super eos sol, neque ullus æstus.* Anonymus in Apocal. ibidem quo supra: *neque cadet super eos sol, neque æstus:* sed infra, col. 167. e. *neque ullus æstus.* Græc. οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα. Editiones tres priores Erasmi, cum Ald. & Col. tollunt ἔτι, post verbum διψήσουσιν.

℣. 17. Cyprianus l. 3. Testim. p. 310. b. *quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad fontes vitæ aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ex oculis eorum.* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 732. c. *Agnus, qui est in medio throni, reget eos, & ducatum illis præbebit ad vitæ fontes aquarum.* Tertul. l. de resur. carn. p. 591. b. *& delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 19. p. 125. Vulgatæ congruit ad verbum. Anonymus in Apocal. ibid. quo supra: *& deducet ad vitæ fontes aquarum*, absque *eos*; sed infra, col. 167. e. habet *eos*. Græc. ὅτι τὸ Ἀρνίον, τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου, ποιμανεῖ αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων, καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς..... ἀπὸ τῶν, &c. ut in Latino. Mss. plures, loco ζώσας, habent ζωῆς· & horum quidam, cum aliis nonnullis, ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, pro ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν.

# CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* 1. Et cùm aperuisset signum septimum, factum est silentium in cœlo, ferè semi horâ.

2. Et vidi septem Angelos in conspectu Dei stantes: & datæ sunt eis septem tubæ.

3. Et alius Angelus venit, & stetit super alta-

VULGATA NOVA.

1. Et cùm aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi mediâ horâ.

2. Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.

3. Et alius Angelus venit, & stetit ante al-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 166. g. Vulgatæ congruit ad verbum. Græcum: Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα...... ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον.

℣. 2. Ambrosius l. 2. de fide resur. col. 1162. a. huc alludit dicens: *Septem tubas legimus in Apocalypsi Johannis, quas septem sumpsere Angeli.* Anonymus in Apocal. ibid. quo supra: *Et vidi septem Angelos, qui stant in conspectu Dei, qui acceperunt septem tubas.* Græcum: Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ Ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ, &c. ut in Latino.

℣. 3. Pro *tenens thuribulum*, legit infra Primasius, *ha-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tare habens thuribulum aureum : & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.

4. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo.

5. Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

6. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent.

7. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

8. Et secundus Angelus tuba cecinit : & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis,

9. & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars navium interiit.

10. Et tertius Angelus tuba cecinit : & cecidit de cœlo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum :

11. & nomen stellæ dicitur Absinthium ; & facta est tertia pars aquarum in absinthium : & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.

12. Et quartus Angelus tuba cecinit : & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

13. Et vidi, & audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna :

VERSIO ANTIQUA.

rium Dei tenens thuribulum aureum : & data sunt ei supplicamenta multa, ut daret orationes sanctorum omnium ad aram Dei auream, quæ est in conspectu throni. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

4. Et ascendit fumus supplicationum orationum sanctorum de manu Angeli ante conspectus Dei.

5. Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud de igne iræ Dei, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus.

6. Et septem Angeli habentes septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent.

7. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & flamma, commixta in sanguinem, & in terra jactata est, & tertia pars terræ dearsit, & tertia pars arborum dearsit, omne fœnum viride dearsit.

8. Et secundus Angelus tuba cecinit : & ut mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris in sanguine,

9. & mortua est tertia pars piscium, & tertia pars * navium periit. ** Supra*, nautium.

10. Et tertius Angelus tuba cecinit : & cecidit de cœlo stella magna, ardens ut facula, super tertiam partem fluminum, & super fontes aquarum :

11. & nomen stellæ dicitur Absentius ; & facta est tertia pars aquarum sicut absentium : & multi homines mortui sunt ab amaritudine aquarum.

12. Et quartus Angelus tuba cecinit : & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ut minùs lucerent, & dies eandem partem amitteret, & nox similiter.

13. Et vidi, & audivi vocem unius aquilæ volantis in medio cœli, & dicentem : Væ, væ, væ *Anonym. apud August. in append. to. 3. col. 167. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*bens thuribulum aureum :* paulòque post : *accepisse autem de orationibus sanctorum dicitur*, &c. Ambros. epist. 64. col. 1050. d. *stetit Angelus ante altare habens thuribulum aureum : & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorum omnium. Et ascendit*, &c. Cassiod. in Ps. 140. p. 476. a. ita jungit ℣. 3. cum versu 4. *stetit Angelus super aram Domini habens thuribulum aureum : & ascendit fumus supplicationum de manu Angeli in conspectu Domini, ut daret de orationibus sanctorum, quod est ante Deum.* Anonymus in Apocal. ibidem quo supra, & col. 167. a. nil differt à Vulg. ad hæc usque, *& data sunt illi*, &c. quæ tacet. Græcum eidem Vulgatæ suffragatur in omnibus, nisi quòd habeat, ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *stetit super altare*, pro *stetit ante altare ;* & in fine deleat vocem *Dei.* Mss. etiam Lat. plurimi non habent *Dei.*

℣. 4. Ambrosius l. de Isaac, c. 5. col. 369. b. *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum :* & ep. 64. col. 1050. d. *Et ascendit fumus thymiamatum orationum sanctorum de manu Angeli in conspectu Dei.* Vide etiam Cassiod. sup. ℣. 3. Græcum Vulgatæ favet, nisi quòd omittat *de*, ante *orationibus*, ut sup. ℣. 3.

℣. 5. Ad hæc, *& implevit illud de igne iræ Dei*, Primasius infra, *Aliter*, inquit, *& implevit illud ex igne aræ Dei.* Anonymus in Apocal. col. 167. a. *Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud ex igne altaris, & factæ sunt voces, & tonitrua, & fulgura, & terræ motus.* Græc... καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ, &c. ut in Vulg. nisi quòd desit vox *magnus*, post *terræ motus.*

℣. 6. Anonymus in Apocal. ibidem quo sup. Vulgatæ congruit ad verbum ; Græcum textui nostro. Ms. tamen Alex. pro ἔχοντες, *habentes*, fert οἱ ἔχοντες.

℣. 7. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 167. a. *Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mixtus sanguine, & missa est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum, & omne fœnum viride combustum est.* Græcum Vulgatæ consonat, nisi quòd, pro *mista in sanguine*, habeat μεμιγμένα αἵματι, omisso paulò post *& tertia pars terræ combusta est.* Ms. unus fert μεμιγμένον αἵματι· alii plures, μεμιγμένα ἐν αἵματι· ex quibus nonnulli, cum aliis, post pauca subdunt, καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη· deinde, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων, &c.

℣. 8. Anonymus in Apocal. col. 167. b. *Et secundus Angelus tuba cecinit : & velut mons magnus ardens igni missus est in mare*, &c. ut in Vulgata. Græcum eidem Vulg. consonat.

℣. 9. Anonymus apud August. append. to. 3. col. 167. b. *& homines habentes animas* ( Mss. *arbores habentium animas*, ) *& tertiam partem navium corruperunt.* Primas. etiam in comment. ait aliam editionem præferre *habentium animas.* Græc. καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχάς, καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη· Ms. 1. delet τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, cum Editt. prioribus 2. Erasmi, & Colinæi.

℣. 10. Anonymus in Apocal. ibid. quo sup. *Et tertius Angelus tuba cecinit : & cecidit de cælo stella magna, ardens velut facula.* Græcum textui nostro concinit, nisi quòd, post vocem λαμπὰς, *facula*, repetat καὶ ἔπεσεν, *& cecidit*, ut in Vulgata.

℣. 11. Pro *Absentius*, Primasius ibidem ait alibi legi *Absintium.* Anonymus in Apocal. *& nomen hujus stellæ dicitur Absinthium ; & facta est tertia pars aquarum in absinthium : & multi hominum mortui sunt ab aquis, quoniam amaricaverunt aquæ.* Græc... Ἄψινθος· καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον· καὶ πολλοὶ ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν. Mss. quidam, pro γίνεται, ferunt ἐγένετο.

℣. 12. Anonymus in Apocal. Vulgatæ consonat, ad hæc usque, *ita ut obscuraretur*, &c. quæ non memorat. In Græco sic : Καὶ ὁ τέταρτος Ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ... ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως.

℣. 13. Hic versus non legitur apud Primasium, qui à versu 12. transit ad decimum capitis seq. prætermisso decimo tertio hujus capitis, cum novem prioribus capitis noni : sed hunc ex parte supplevimus ex Anonymo in Apo-

Digitized by Google

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Anonym. ap. August. ut sup.* habitantibus terram.........

**VULGATA NOVA.**

Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

cal. apud August. appendice tomi 3. col. 167. c. Ambrosius l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. c. hæc pauca exhibet: *Væ habitantibus in terra:* & in Ps. 36. col. 797. d. *Væ habitantibus super terram:* & in Ps. 118. col. 1003. f. *Væ iis, qui habitant in terra.* Græcum Vulgatæ consentit, præter τοῦ Ἀγγέλου, *unius Angeli*, pro *unius aquilæ.*

# CAPUT IX.

**VERSIO ANTIQUA.**

*Ex Anonym. ap. August. in append. to. 3. col. 168. a. b. c.*

1. ......& data est ei clavis putei abyssi.

2. Et accepit putei abyssi clavem, & aperuit puteum abyssi: & adscendit fumus de puteo, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de fumo putei:

3. Et ex fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est eis potestas, sicut habent potestatem scorpii terræ:

4. & præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omnem arborem: nisi homines.....

5. & datum est eis ne occiderent eos; sed ut cruciarent: & cruciatus eorum, sicut cruciatus scorpii cùm percutit hominem.

6. Et quærent homines mortem.......

7. .......& super capita earum tanquam coronæ similes auro.......

8. Et habebant capillos sicut capillos mulierum.....

9. ..... *Vide Not.*

*Ex Primas. Afric. in Apoc. ab his verbis, potestas in caudis, &c.*

10. & habebant caudas similes scorpiis, & aculei in caudis earum: potestas in caudis earum erat lædendi homines mensibus quinque: & habebant super se

11. regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Armageddom, Græcâ autem linguâ Apollyon, & Latinâ linguâ nomen habens Exterminans.

12. Væ unum abiit, & ecce alia duo væ sequuntur.

**VULGATA NOVA.**

1. ET quintus Angelus tuba cecinit: & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi.

2. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de fumo putei:

3. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ:

4. & præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis:

5. & datum est illis ne occiderent eos; sed ut cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, ut cruciatus scorpii cùm percutit hominem.

6. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. *Isai.* 2. 19. *Osee* 10. 8. *Luc.* 23. 30.

7. Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam coronæ similes auro: & facies earum tanquam facies hominum. *Sap.* 16. 9.

8. Et habebant capillos sicut capillos mulierum; & dentes earum, sicut dentes leonum erant:

9. & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum:

10. & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se

11. regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans.

12. Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.

**NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.**

℣. 1. Primasius omittit versus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. usque ad hæc verba: *potestas in caudis earum*, &c. Hos ex parte supplevimus ex Anonymo in Apocalypsim apud Augustinum in appendice tomi 3. col. 168. a. b. c. Sic versus iste legitur in Græco: Καὶ ὁ πέμπτος Ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου.

℣. 2. In Græco: Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος, ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Græcum: Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία, ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς.

℣. 4. Græcum Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 5. Græcum rursus Vulgatæ consonat.

℣. 6. Ambrosius in Luc. 9. col. 1419. f. & lib. 2. de fide resurr. col. 1144. c. hæc habet pauca: *Quærent homines mortem, & non invenient eam.* Græcum ut in Vulgata.

℣. 7. In Græco sic: Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων, ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ· καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων.

℣. 8. Græcum: Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν· καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν, ὡς λεόντων ἦσαν.

℣. 9. Nec Primasius, nec Anonymus hunc versum referunt. In Græco sic legitur: καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς, καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον.

℣. 10. Græcum: καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε· καὶ ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν. Mss. nonnulli, post κέντρα, punctum figunt, deletoque ἦν, legunt, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχουσι τοῦ ἀδικῆσαι· similiter Alex. præter hoc, ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι, pro ἐξουσίαν ἔχουσι, &c. Anonymus apud August. append. to. 3. col. 168. c. *habentes super se regem angelum abyssi:* sed infra, *habebant super se regem abyssi.*

℣. 11. Anonymus ubi sup. *cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè* Ἀπολλύων, *Latinè Perdens.* Græcum: βασιλέα τὸν Ἄγγελον τῆς ἀβύσσου· ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων· reliqua desunt. Mss. nonnulli, ἐν δὲ τῇ Ἑλληνικῇ· Velef. Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀπολλύων, Ῥωμαϊστὶ ἔχων ὄνομα Ἐξτέρμινανς.

℣. 12. Hieronymus in Ezech. 7. tom. 3. col. 743. f. *Væ unum abiit, & væ alterum veniet citò.* Anonymus ibid. quo sup. *Væ unum abiit, & ecce duo væ veniunt post hæc.* Græcum Vulgatæ consonat, detracto &, post *abiit.*

Digitized by Google

### VULGATA NOVA.

13. Et sextus Angelus tuba cecinit : & audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei,

14. dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam : Solve quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.

15. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum : ut occiderent tertiam partem hominum.

16. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audivi numerum eorum.

17. Et ita vidi equos in visione : & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum : & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.

18. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum.

19. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum : nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita : & in his nocent.

20. Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare :

21. & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

### VERSIO ANTIQUA.

13. Et sextus Angelus tuba cecinit : & audivi unum ex quatuor cornibus aræ Dei, aræ, quæ sub oculis Dei est, — *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

14. dicentem sexto Angelo, qui tubam portabat : Solve quatuor Angelos, qui sunt vincti super flumen illud magnum Euphraten.

15. Et soluti sunt quatuor illi Angeli, qui erant parati in horam, & diem, & mensem, & annum : ut occiderent tertiam partem hominum.

16. Et numerus militantium equitum illius octoginta millia. Audivi numerum illorum.

17. Et vidi equos in visione, & sedentes super eos, habentes loricas igneas, & spineas, & sulphureas, & erant eis capita ut leonum : & de ore eorum exiebat ignis, & fumus, & sulphur.

18. A tribus plagis istis occisa est tertia pars hominum ex igne, & fumo, & sulphure, quod exiit de ore eorum. — *Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a.*

19. Nam potestas equorum in ore, & caudis eorum erat : nam caudæ eorum erant similes serpentibus, habentes capita draconum, de quibus * nocebant. — *Primas. ubi sup.*

* *Infra*, nocent.

20. Et cæteri homines, qui his plagis non sunt interempti, neque egerunt pœnitentiam factorum suorum malorum, ne adorarent dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare :

21. & pœnitentiam non egerunt ab homicidiis, neque à veneficiis suis......

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. *Et sextus Angelus tuba cecinit : & audivi unum ex quatuor angulis arcæ aureæ, quæ est in conspectu Dei.* Anonymus loc. quo sup. *Et sextus Angelus tuba cecinit : & audivi unum ex quatuor cornibus Angelum altaris aurei, quod est in conspectu Dei.* Gr. Καὶ ὁ ἕκτος..... καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ms. Vel. ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ.

℣. 14. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. *dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam : Solve quatuor Angelos ligatos super flumen magnum Euphratem.* Ita quoque in Græco est. Anonymus ut in Vulgata.

℣. 15. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. *Et soluti sunt quatuor Angeli, qui erant parati in horam, & diem, & mensem, & annum : ut occiderent tertiam partem hominum.* Concordat Græcum. Tichon. reg. 5. p. 61. g. similiter habet : *parati in horam, & diem, & mensem, & annum.* Anonym. in Apocal. Vulgatæ consonat, præter *parati in horam*, absque *qui erant*.

℣. 16. Primasius exposito illo numero octogenario, addit : *Alia porro translatio, quam Tichonius exposuit, habet : Et numerus equestris exercitus bis myriadis myriadum.* Anonymus col. 168. e. similiter ex Tichonio habet : *Et numerus exercituum bis myriades myriadum. Audivi numerum eorum.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. *Et numerus exercituum equestrium dismyriades myriadon. Audivi numerum eorum.* Græc. Καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ δύο μυριάδες μυριάδων. Καὶ ἤκουσα, &c. ut supra. Mss. plures ferunt ἵππου μυριάδες, absque præced. δύο· unus, τῶν ἵππων δύο μυριάδες· alii tres, ἱππικοῦ μυριάδες· subinde in pluribus aliis deest Καί.

℣. 17. Primasius vocem *spineas* confirmat infra, dicens : *Hæc translatio adjecit spineas.* Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a. *Et sic vidi equos in visu, & sedentes super eos, habentes loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum : & ex ore eorum exiit ignis, & fumus, & sulphur.* Similiter habet Græcum ; nisi quòd, post vocem *equorum*, addat, ὡς κεφαλαὶ λεόντων· καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται, &c. *sicut capita leonum : & ex oribus eorum procedit*, &c. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 168. e. *Et vidi equos in visione : & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, ac sulphureas, & capita equorum erant sicut leonum : ex ore eorum exit fumus, ignis, & sulphur.*

℣. 18. Hunc versum prætermissum à Primasio in textu supplevimus ex Cypriano : eundem tamen adumbrat Primasius in commentario, dicens : *Noxia prædicatione seducti intereunt, cruciandi igne, fumo, & sulphure, quod exiebat ex ore eorum. Verbis ergo capitis suorum.... has plagas incurrere perhibentur.* In Gr. sic : Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων ἐκ τοῦ πυρὸς, καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ, καὶ ἐκ τοῦ θείου, τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν. Mss. plures ipso initio habent, Ἀπὸ τῶν τριῶν πληγῶν τούτων, &c. subinde nonnulli ex ipsis tollunt ἐκ, ante τοῦ καπνοῦ, & τοῦ θείου.

℣. 19. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. post hæc verba, *quod exiit de ore eorum*, addit : *Est & in caudis eorum : caudæ enim eorum similes anguillis : habentes enim capita, & in eis nocent.* Anonymus in Apocal. col. 168. e. hab. simpliciter : *caudæ eorum similes serpentibus.* Græc. Αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλάς· καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι. Mss. plures initio ferunt : Ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων ἐν τῷ...... ἐστι· unus in fine legit ἀδικήσουσι· In plerisque editionibus omittuntur hæc verba, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν.

℣. 20. Eadem verba bis legit Primasius loco citato. Cyprianus verò l. 3. Testim. p. 322. a. habet : *Et reliqui hominum, qui non sunt occisi in istis plagis, nec pœnitentiam egerunt opera factorum manuum suarum, ut non adorent dæmonia, & idola, id est, simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque ambulare.* Itidem & in Græco, nisi quòd, pro *opera factorum*, habeat ἐκ τῶν ἔργων, *de operibus ;* paulò verò post deleat, *id est, simulacra ;* & sub finem addat οὔτε ἀκούειν, *neque audire*, post verbum *possunt.*

℣. 21. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. a. *& non egerunt pœnitentiam homicidiorum suorum.* Græcum Vulgatæ consonat.



Digitized by Google

# CAPUT X.

## VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

1. ET vidi Angelum alium fortem deſcendentem de cœlo nube amictum, & arcus ſuper caput ejus, & vultus ejus erat ut ſol, & pedes ejus ut columnæ ignis :

2. & habebat in manu ſua librum apertum : & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terram :

3. & exclamavit voce magna, tanquam leo rugiens. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua.

4. Et quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua ſcripturus eram : & audivi vocem de cœlo dicentem : Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, ne ſcripſeris ea.

5. Et Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, ſuſtulit manum ſuam dexteram in cœlum :

6. & juravit per viventem in ſæcula ſæculorum, qui cœlum conſtituit, & quæ in eo ; & terram, & quæ in ea : Quoniam tempus jam non erit :

7. ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cùm cœperit tuba canere, finietur ſacramentum Dei, quemadmodum evangelizavit per Prophetas ſervos ſuos.

8. Et audivi vocem de cœlo iterum loquentem mecum : Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare, & ſuper terram.

9. Et abii ad Angelum, dicens ut daret mihi librum. Et dicit mihi : Sume, & comede eum : & amarum faciet ventrem tuum, ſed in ore tuo dulcis erit quaſi mel.

10. Et cùm accepiſſem libellum de manu Angeli, & cùm comediſſem eum, ſtatim repletus eſt venter meus :

11. & ait mihi : Oportet te iterum propheta-

## VULGATA NOVA.

1. ET vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat ut ſol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis :

2. & habebat in manu ſua libellum apertum : & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram :

3. & clamavit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4. Et cùm locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram : & audivi vocem de cœlo dicentem mihi : Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere.

5. Et Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, levavit manum ſuam ad cœlum : *Dan. 12. 7.*

6. & juravit per viventem in ſæcula ſæculorum, qui creavit cœlum, & ea quæ in eo ſunt ; & terram, & ea quæ in ea ſunt ; & mare, & ea quæ in eo ſunt : Quia tempus non erit amplius :

7. ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut evangelizavit per ſervos ſuos Prophetas.

8. Et audivi vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem : Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare, & ſuper terram.

9. Et abii ad Angelum, dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi : Accipe librum, & devora illum : & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

10. Et accepi librum de manu Angeli, & devoravi illum : & erat in ore meo tanquam mel dulce : & cùm devoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus :

11. & dixit mihi : Oportet te iterum prophe-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Primaſius in comment. ait : *Bene autem ſuper caput Arcum dicit, quod alia translatio irim poſuit.* Tertul. quoque l. de coro. mil. c. 15. p. 294. b. huc alludens dicit : *Et alius Angelus iridis ambitu ornatur cæleſti.* Anonymus in Apocal. apud Auguſt. append. to. 3. col. 168. f. Vulgatæ conſonat, niſi quòd habet, *ſicut columna ignis*, pro *tanquam columnæ ignis.* Græc. Καὶ εἶδον ἄλλον Ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα..... περιβεβλημένον νεφέλην, καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ, &c. ut in Latino.

℣. 2. Anonymus Vulgatæ conſonat ad verbum, unà cum Græco : Mſs. tamen plures, pro βιβλαρίδιον, *libellum*, ponunt βιβλίον· alii, βιβλιδάριον.

℣. 3. Anonymus Vulgatæ congruit, niſi quòd omittit *cùm*, ante *leo rugit.* Græc. καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, ὥσπερ λέων μυκᾶται. Καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν αἱ.... τὰς ἑαυτῶν φωνάς.

℣. 4. Anonymus in Apocal. ibid. quo ſupra : *& audivi vocem dicentem de cælo : Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, noli ea ſcribere.* Græcum : Καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν· καὶ ἤκουσα.... λέγουσάν μοι· Σφράγισον ἃ..... καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς. In Mſs. pluribus deeſt τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ante ἔμελλον· deeſt quoque in his μοι, poſt λέγουσαν· ſex verò ex ipſis, pro ταῦτα γράψῃς, ſcribunt αὐτὰ γράψῃς.

℣. 5. Græcum textui noſtro favet, deleta voce *dexteram.* Mſs. verò plures habent, χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιάν.

℣. 6. Anonymus in Apocal. col. 168. g. 169. a. hæc tantùm habet : *& juravit Angelus ille : Quoniam tempus jam non erit.* Græc. καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς..... ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· Ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι. Mſ. Alex. omittit καὶ τὴν γῆν, & quæ ſequuntur uſque ad Ὅτι χρόνος· alius verò, cum Editionibus tribus prioribus Eraſmi, necnon Ald. & Col. omittit tantùm, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ.

℣. 7. Anonymus in Apocal. col. 169. a. *ſed in diebus ſeptimi Angeli, cùm cæperit tuba canere.* Græc. ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις...... ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς Προφήταις. Mſs. 3. delent καὶ, ante τελεσθῇ· iidemque, cum aliis pluribus, habent in fine, τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς Προφήτας, pro τοῖς ἑαυτοῦ, &c.

℣. 8. Græcum : Καὶ ἡ φωνὴ, ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσα· Ὕπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ, &c. ut in Latino. Mſ. unus ita incipit : Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ, &c. ſubinde, cum alio, habet, λαλοῦσαν...... λέγουσαν· mox alii duo, Ὕπαγε, καὶ λάβε· alii legunt τὸ βιβλίον. Vide notam ſequentem.

℣. 9. Auctor quæſt. ex N. T. q. 72. col. 71. e. *Vade, inquit, & accipe librum de manu Angeli, & devora illum : & amaricabit ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulcis ſicut mel :* & infra, col. 72. *Vade, & accipe librum, qui eſt in manu Angeli, & devora illum : & erit in ore tuo dulcis tanquam mel, ſed amaricabit ventrem tuum.* Anonym. in Apocalypſ. ibid. quo ſup. *Et abii ad Angelum, ut daret mihi librum. Et tunc dixit mihi : Accipe, & comede illum : & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce ut mel :* infra verò, *erit in ore tuo dulce ut mel, & in ventre tuo amaritudo.* Græc. Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἄγγελον, λέγων αὐτῷ· Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ λέγει μοι· Λάβε, καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι. Mſs. plures, pro Δός μοι, habent Δοῦναί μοι· treſque ſubdunt, τὸ βιβλίον.

℣. 10. Auguſtinus in Pſ. 43. to. 4. col. 379. e. *& liber ipſe dulcis erat in ore meo, & amarus in ventre meo.* Gr. ut in Vulg. Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτό· καὶ ἦν ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι γλυκύ· καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτὸ, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου. Mſs. plures, pro βιβλαρίδιον, ferunt βιβλίον.

℣. 11. Auctor quæſt. ex N. T. q. 72. col. 72. a. *Opor-*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

tare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

**Versio antiqua.**

re in populo, & in nationes, & linguas, & reges multos.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

*tet te prophetare iterum populis, & Gentibus multis.* Græc. ϗ λέγει μοι· Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς, ϗ Ἔθνεσι, ϗ γλώσσαις, ϗ βασιλεῦσι πολλοῖς. Mss. plures, ϗ ἐπὶ Ἔθνεσι.

# CAPUT XI.

**Vulgata nova.**

1. ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo:

2. atrium autem, quod est foris templum, ejice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus:

3. & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

4. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

5. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.

6. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint.

7. Et cùm finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversùm eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

8. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.

**Versio antiqua.**

1. DEdit mihi arundinem auream similem virgæ, dicens: Surge, & metire templum Dei, & aram Dei, & adorantes in eo:

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

2. aram autem, quæ est à foris templi, ne metiaris: quoniam data est Gentibus, & civitatem sanctam * calcabunt mensibus quadraginta duobus:

* *Edit. malè* calcabant.

3. & dabo duobus martyribus meis, ut prophetent diebus mille ducentis sexaginta, saccis amicti.

4. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra consistentia sub conspectu Domini terræ.

5. Et si quis eos vellet nocere, ignis exiet de ore eorum, comburens inimicos eorum: & si quis eos vult lædere, sic oportet & illum occidi.

6. Hi habent potestatem claudere cœlum, ne imbrem pluat in diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent omnium aquarum, convertendi eas in sanguinem, & ferire terram in omni plaga quotiescunque * voluerint.

* *Edit.* noluerint, *aperto mendo.*

7. Et cùm finierint martyrium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet cum eis bellum, & vincet eos, & occidet eos.

8. Et corpora eorum ponet in medio civitatis illius magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 169. g. *Et data est mihi arundo virga similis, dicens: Surge*, &c. ut in Vulgata. Victorinus Martyr in hunc loc. Biblioth. Patr. tom. 3. p. 418. c. hæc habet in commentario suo: *Novissimam arundinem similem virga, ut metiretur templum Dei, & aram, & adorantes in ea, potestatem dicit*, &c. Græcum: Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, ϗ ὁ Ἄγγελος εἱστήκει, λέγων· Ἔγειραι, &c. ut in Vulg. In Æthiop. additur χρυσοῦς, ad κάλαμος· subinde in Mss. plurimis deest ϗ ὁ Ἄγγελος εἱστήκει· quod etiam abstulit Millius in suo N. Testamento.

℣. 2. Victorinus Martyr ibid. quo supra: *aulam autem exteriorem ejice foras: quia data est calcari à Gentibus, & civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Anonymus in Apocal. Vulgatæ congruit ad verbum. Græc. ϗ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ, ἔκβαλε ἔξω, ϗ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς· ὅτι, &c. ut in Latino.

℣. 3. *Et dabo duobus martyrib.... ut prophetent.* Primas. infra addit: *hoc est, dabo duobus testibus meis, & prophetabunt.* Victorinus Martyr ubi supra: *& dabo duobus testibus meis, & prædicabunt amicti cilicio dies mille cclx.* Anonym. Vulgatæ consonat. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 13. col. 198. d. *dabo duobus martyribus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.* Ita quoque in Græco.

℣. 4. Similiter Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 13. col. 198. d. *Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra consistentia in conspectu Domini terræ.* Victorinus p. 418. e. *Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, qui in conspectu Domini terræ stant.* Anonymus col. 170. a. Vulgatæ congruit. Gr. Οὗτοί εἰσιν..... αἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι. Mss. quidam tollunt αἱ, ante ἐνώπιον· mox duo ex ipsis, cum aliis nonnullis, habent, τοῦ Κυρίου τῆς, &c.

℣. 5. Anonymus in Apocal. col. 178. b. *Et si quis vult eos lædere, vel occidere, ignis exiet ex ore eorum, & devorabit inimicos eorum.* Græc. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται..... ϗ κατεσθίει τοὺς..... ϗ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, οὕτω δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι. Mss. plures initio habent θέλει, pro θέλῃ· subinde unus, ἐκπορεύσεται· paulòque post, tres, αὐτοὺς θέλει.

℣. 6. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 13. col. 198. d. *Hi habent potestatem claudendi* (Ms. 1. *claudere*) *cœlum, ne imbrem pluat per dies prophetiæ eorum: & potestatem habent omnium aquarum, convertendi eas in sanguinem, percutere terram in omni plaga quotiescunque voluerint.* Anonymus in Apocal. col. 170. b. *Hi habent potestatem claudere cœlum nubibus, ne pluat in diebus prophetiæ ipsorum.* Græc. Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς ἐν ἡμέραις αὐτῶν τῆς προφητείας· ϗ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, ϗ πατάξαι τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι. Mss. plures, pro ἐν ἡμέραις, &c. ferunt τὰς ἡμέρας τῆς προφητείας αὐτῶν· subinde nonnulli præfigunt ἐν, voci πάσῃ.

℣. 7. Similiter Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 15. col. 199. e. *Cùm finierint martyrium suum, bestia, quæ ascendet* (Ms. Rem. *ascendit*) *de abysso, faciet cum his bellum, & vincet eos, & occidet eos.* Anonymus in hunc loc. *Et cùm finierint testimon. suum, bestia, quæ adscendit de abysso, faciet cum eis prælium, & vincet eos, & occidet.* Græc. Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου, ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, ϗ, &c. ut in Latino.

℣. 8. *Et corpora eorum ponet in medio.* Subdit Primasius ibid. *Alia translatio*, corpus, *posuit: duorum dixit corpus unum, aliquando in subsequentibus* corpora.... projicietur, *id est, spernetur*.... in medio, *hoc est, in promptu*, &c. Anonymus in Apocal. in hunc loc. *Et corpus eorum projicietur in plateis civitatis magnæ:* deinde in commentar. hæc habet: *Duorum dicit unum corpus, aliquando corpora*, &c. ex Primasio, quem hîc sequitur. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 15. col. 199. e. *Et corpora eorum jacebunt in platea civitatis illius magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.* Tichonius reg. 5. p. 61. h. ait *jacere in civitate, ubi & Dominus ejus crucifixus est.* Græc. Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται..... ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη. Mss. plures in principio ferunt, Καὶ τὸ πτῶμα αὐτῶν· Velesf. τὰ σώματα αὐτῶν· alter addit, ἐάσει· subinde multi al.



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

9. Et videbunt de populis, & tribubus, linguis, & Gentibus: & corpora eorum non sinent poni in sepulcris:

10. & inhabitantes terram gaudebunt super eos, & jucundabuntur: & munera invicem mittent, quoniam hi duo cruciaverunt eos, qui inhabitant terram.

11. Et post tres dies, & dimidium, spiritus vitæ à Deo intravit in illos. Et steterunt super pedes suos, & quicunque eos viderunt, pertimuerunt.

*Ex Anonymo in Apoc. apud August. to. 3. col. 170.*

12. Et audivi vocem magnam de cœlo, dicentem: Adscendite huc. Et adscenderunt in cœlum in nube........

*Ex Primas. ubi sup.*

13. Et in illa hora factus est magnus terræmotus, & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt à terræmotu numero septem millia hominum: & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt claritatem Deo cœli & terræ.

14. Væ secundum abiit: & ecce væ tertium * venit citò.

* *Infr.* veniet.

15. Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt in cœlo voces magnæ dicentes: Factum est regnum Dei nostri & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum.

16. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes:

17. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & fuisti: quòd potestatem tuam magnam accepisti, & regnasti.

18. Et Gentes iratæ sunt, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicare, & reddere mercedem servis Prophetis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, atque exterminandi eos, qui terram corruperunt.

VULGATA NOVA.

9. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis:

10. & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & jucundabuntur: & munera mittent invicem, quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant super terram.

11. Et post dies tres, & dimidium, spiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos.

12. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

13. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia: & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli.

14. Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet citò.

15. Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum: Amen.

16. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes:

17. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.

18. Et iratæ sunt Gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicari, & reddere mercedem servis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὁ Κύριος αὐτῶν.

℣. 9. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 15. col. 199. e. *corpora eorum non sinent poni in sepulcris*, aliàs *sepulcro*. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 170. c. *Et vident de populis, & tribubus, & linguis corpus eorum per dies tres, & dimidium: & corpora eorum non sinunt poni in monumento.* Græc. Καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν λαῶν, ϗ φυλῶν, ϗ γλωσσῶν, ϗ Ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς, ϗ ἥμισυ· ϗ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνήματα. Mss. plures, εἰς μνῆμα.

℣. 10. Anonymus in hunc loc. ubi sup. d. *& inhabitantes terram gaudent super eos, & epulantur: & munera invicem mittunt, quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos.* Auctor l. de promiss. ubi sup. post vocem *sepulcris*, statim addit, *quia hi videlicet duo prophetæ cruciaverunt eos, qui habitant terras*, prætermissis verbis intermediis. Græc. verò cum Vulg. ϗ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαροῦσιν ἐπ' αὐτοῖς, ϗ εὐφρανθήσονται· ϗ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις, ὅτι, &c. ut in Vulgata.

℣. 11. Ita etiam Anonymus in hunc loc. præter, *& timor magnus cecidit super videntes eos*, pro *& quicunque eos viderunt, pertimuerunt.* Tichonius reg. 5. p. 61. h. similiter: *Et post tres dies, & dimidium.* Itidem Fulgentius l. pro fide Cath. p. 543. adjunctis seqq. ut in Vulg. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 16. col. 200. a. *Post tres, & dimidium diem, spiritus vitæ à Deo intravit in illos. Et steterunt super pedes suos.* Vigilius Taps. l. contra Varimad. p. 744. d. *Et post tertium diem, & dimidium, spiritus vitæ intravit in eis à Domino. Et steterunt super pedes suos.* Gr. Καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας, ϗ ἥμισυ, πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἔστησαν, &c. ut in Vulg. Mss. nonnulli, εἰς αὐτούς.

℣. 12. Omittitur à Primasio, nec etiam adumbratur in Commentario; sed ex parte supplevimus ex Anonymo in Apocalypsim, cui Græcum suffragatur, addito *eis*, post *dicentem*.

℣. 13. Anonymus in hunc loc. ubi sup. e. *In illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt in terræ motu nomina virorum septem millia: & cæteri timuerunt, & dederunt claritatem Deo.* Græcum Vulgatæ concinit, nisi quòd, pro *terræ motu*, ponat simpliciter σεισμόν· & pro *in timorem sunt missi*, ἔμφοβοι ἐγένοντο, *tremebundi facti sunt.* Mss. autem omnes ferunt ὀνόματα ἀνθρώπων, *nomina hominum*, non *numero*, ut in Primasii contextu.

℣. 14. Græcum: Ἡ οὐαὶ.... ἀπῆλθεν· ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ.

℣. 15. Ambrosius l. 2. de fide resur. n. 105. col. 1162. a. *Factum est regnum hujus mundi, Dei nostri & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum.* Itidem Fulg. l. pro fide Cathol. p. 538. addita voce *Domini*, post *mundi*. Græc..... Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου, τοῦ Κυρίου ἡμῶν ϗ τοῦ, &c. ut in Lat. absque *Amen* in fine. Mss. plures ferunt, Ἐγένετο ἡ βασιλεία· deinde Veles. τοῦ κόσμου τούτου, τοῦ· & in fine alius addit Ἀμήν.

℣. 16. Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. *Et viginti quatuor seniores in conspectu sedentes in thronis suis, ceciderunt supra facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes.* Græcum: Καὶ οἱ εἴκοσι ϗ τέσσαρες πρεσβύτεροι, οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ, &c. ut in Latino. Mss. plures, pro καθήμενοι, ferunt οἳ κάθηνται.

℣. 17. Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. *Gratias agimus tibi Domine Deus omnip. qui es, & qui fuisti: quòd accepisti potestatem tuam magnam, & regnasti.* Gr. Εὐχαριστοῦμέν σοι Κύριε..... ὁ ὤν, ϗ ὁ ἦν, ϗ ὁ ἐρχόμενος· ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου, &c. ut supra. In Mss. pluribus deest ϗ ὁ ἐρχόμενος.

℣. 18. Primasius infra habet: *venit ira tua, & tempus mortuorum judicare:* tum addit: *vel sicut alia translatio habet, quo mortuis judicetur:* item post pauca: *venit ira tua, & tempus mortuorum, dare servis tuis mercedem.* Similiter Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. *Et Gentes iratæ sunt, & venit ira tua, & tempus quo de mortuis judicetur, & detur merces servis tuis Prophetis, & sanctis timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, & disperdere eos, qui corruperunt terram.* Gr. Καὶ τὰ Ἔθνη ὠργίσθησαν, ϗ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, ϗ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν κριθῆναι, ϗ δοῦναι τὸν μισθὸν, &c. ut in Vulg. nisi quòd, pro *exterminandi*, habeat διαφθεῖραι, ad verbum *corrumpendi*.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

19\. Et apertum est templum Dei in cœlo: & visa est arca testamenti ejus in templo ejus, & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

**Versio antiqua.**

19\. Et apertum est templum Dei in cœlo: & visa est arca testamenti ejus in templo ejus, & facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 19. *Et visa est arca testamenti ejus in templo ejus.* Hæc verba non exhibet Primasius in textu, sed insinuat in commentario, dicens: *Hic in templo arcam testamenti aliquid altius intelligendum admonuit.* In Græco omnia ut in Vulg. addito καὶ βρονταὶ, *& tonitrua*, post *voces*, ut in textu Primasii. Iren. l. 4. c. 18. p. 252. a. hæc tantùm profert: *Et apertum est templum Dei.* Victorinus Martyr in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 418. g. *Apertum est templum Dei, quod est in cælo:* deinde, *arca testamenti.* Anonymus ubi supra, g. Vulgatæ congruit, nisi quòd hæc sola habet in fine, *& facta sunt fulgura, & tonitrua, & terræ motus,* prætermissis, *& voces, & grando magna.*

# CAPUT XII.

**Vulgata nova.**

1\. Et signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim:

2\. & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat.

3\. Et visum est aliud signum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus ejus diademata septem,

4\. & cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura; ut cùm peperisset, filium ejus devoraret.

5\. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus,

6\. & mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

7\. Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael, & angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli ejus:

8\. & non valuerunt, neque locus inventus est eorum ampliùs in cœlo.

9\. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit universum orbem: & projectus est in

**Versio antiqua.**

1\. Signum magnum visum in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim:

2\. & erat prægnans, & clamabat.......

3\. Et visum est aliud signum in cœlo: & ecce draco rufus magnus habens capita septem, & cornua decem: & super capita ejus diademata septem,

4\. & cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli, & dejecit eas in terram: & draco stetit in conspectu mulieris, quæ paritura erat; ut cùm peperisset, natum ejus comedisset.

5\. Et peperit masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus,

6\. & mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum præparatum à Deo, ut eam illic alat diebus mille ducentis sexaginta.

7\. Et accidit prælium in cœlo Michael, & angelis ejus, ut pugnarent cum dracone: & draco pugnabat, & angeli ejus:

8\. neque valuerunt, neque locus eorum ampliùs in cœlo inventus est.

9\. Et missus est ille draco, serpens magnus, & antiquus, qui dicitur diabolus, & sathanas, qui seducit universum orbem terrarum: missus est in

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Anonymus: *Et signum magnum est in cælo visum,* &c. ut in Vulg. Victorinus Martyr ubi sup. *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus suis, habens coronam duodecim stellarum.* Græcum: Καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ, &c. ut in Latino.

℣. 2. Quæ omittit Primasius in textu, ita insinuat in comment. *& erat prægnans,* inquit, *mente, non ventre; & clamabat: in valle plorationis gemebunda, & quos parturit, parit; & jam genitos parturire non desinit.* Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 171. a. hæc tantùm habet: *parturiens cruciatur ut pariat.* Victorin. ubi supra: *parturiens in doloribus suis.* In Græco sic: καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, κράζει ὠδίνουσα, καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. Mss. nonnulli, pro κράζει, ferunt ἔκραζεν.

℣. 3. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 170. g. 171. a. *draco magnus rufus habens cornua decem, & capita septem.* Victorinus Martyr habet, *draco roseus;* deinde, *septem capita..... cornua decem.* Græc. textui nostro consonat, nisi quòd habeat μέγας πυῤῥὸς, *magnus rufus*, ut in Vulgata: at Mss. nonnulli ferunt πυρὸς μέγας.

℣. 4. Anonymus in hunc locum, col. 171. a. Vulgatæ congruit ad verbum. Victorin. Martyr hæc habet in commentario: *Draco roseus stans, & exspectans ut cùm peperisset filium, devoraret eum, diabolus, & angelus refuga,* &c. deinde, p. 420. b. *Quòd autem dicit draconis caudam traxisse tertiam partem stellarum, bifariè hoc accipiunt.* Gr. καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν.... καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς.... καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς.... ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ· al. φάγῃ.

℣. 5. Anonymus ibid. quo sup. *Et genuit mulier filium masculum.* Græc. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν, &c. ut in textu Lat. Ms. Alex. pro ἄῤῥενα, habet ἄρσεν.

℣. 6. Anonymus in hunc loc. ubi sup. b. *& mulier fugit in eremum.* Victorinus Martyr sequentia sic adumbrat in commentario, p. 419. h. *Eant*, inquit, *ad illum locum, quem paratum habent, & nutriantur ibi triennium, & menses sex à facie diaboli.* Græcum textui Primasii congruit, nisi quòd, pro *illic alat*, habeat ἐκεῖ τρέφωσιν in plurali; sed Ms. Veles. τρέφῃ, absque præced. ἐκεῖ· item sup. idem Ms. pro ἔχει, *habet*, ponit εἶχε, *habebat*, ut in Vulgata.

℣. 7. Hieronymus in Isai. 27. to. 3. col. 226. f. *Facta est pugna in cælo: Michael, & angeli ejus bellabant cum dracone, & draco pugnabat, & angeli ejus.* Victorinus Afr. l. 3. cont. Arium, p. 280. c. *Et factum est prælium in cælo: Michael, & angeli ejus bellarunt adversùs draconem:* idem in Apocal. p. 420. a. *Factum est bellum in cælo: Michael, & nuncii ejus.* Anonym. ibid. quo sup. *Et factum est bellum in cælo: Michael, & angeli ejus pugnabant cum dracone, & draco pugnavit, & angeli ejus.* Ambrosiaster in 1. Cor. 15. col. 166. f. *Vidi Michael, & angelos ejus in cælo pugnantes adversùs draconem, & angelos ejus, qui est diabolus, & satanas.* Græcum: Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, &c. ut in Lat. Mss. plures, pro ἐπολέμησαν, ferunt τοῦ πολεμῆσαι· alii, πολεμῆσαι, absque τοῦ· Veles. ἐπολέμουν, ut infra, ἐπολέμει· habent plures, μετὰ τοῦ δράκοντος, pro κατὰ τοῦ δράκοντος.

℣. 8. Hieronymus in Isai. 27. to. 3. col. 226. f. *& non prævaluerunt, nec locus inventus est eis in cælo.* Anonym. in Apocal. ubi sup. *& non valuerunt, neque locus eorum inventus est ampliùs in cælo.* Victorinus Martyr in hunc loc. *& non est inventus ei locus jam in cælo.* Gr. καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὔτε τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν, &c. ut in Latino.

℣. 9. Hieronymus in Isai. 27. to. 3. col. 226. f. *Missus est draco magnus, coluber antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui errare facit orbem terrarum universum: missus-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* terram, & angeli ejus cum eo missi sunt in terram.

10. Et audivi vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: quoniam præcipitatus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in conspectu Dei nostri diebus ac noctibus.

11. Exsuperatus est ab ipsis propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii eorum, nec amaverunt animas suas usque ad mortem.

12. Propter hoc exsultate cœli, & qui habitatis in eis. Væ vobis terra, & mare, quoniam descendit ad vos diabolus cum ira ingenti, sciens modicum sibi tempus superesse.

13. Et cùm vidisset draco quòd esset dejectus in terram, persecutus est mulierem, quæ illum masculum pepererat:

14. & datæ sunt mulieri duæ alæ quasi aquilæ magnæ, ut volaret in solitudinem in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis ab Antichristi facie.

15. Et misit ille serpens ex ore suo post mulierem, aquam in modum fluminis, ut eam perderet.

16. Sed adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod draco ex ore suo emiserat.

17. Et iratus draco mulieri, abiit facere bellum cum reliquis de semine ejus, qui observant præceptum Dei, & habent testimonium Jesu Christi.

18. Et stetit super arenam maris.

VULGATA NOVA.

terram, & angeli ejus cum illo missi sunt.

10. Et audivi vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

11. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

12. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

13. Et postquam vidit draco quòd projectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum:

14. & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.

15. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine.

16. Et adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

17. Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu Christi.

18. Et stetit supra arenam maris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*que est in terram, & angeli ejus cum eo.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 3. col. 190. c. *Missus est draco ille magnus, ille serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit totum orbem terræ: & præcipitatus est in terram, & angeli ejus cum eo missi sunt.* Victorinus Martyr ibid. quo sup. *Et jactatus est draco magnus, anguis antiq. in terram.* Anonymus in hunc loc. col. 171. c. *Et expulsus est draco magnus, anguis antiquus, qui dicitur diabolus, & satanas, & angeli ejus cum eo.* Græc. Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβ..... ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς..... καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν.

℣. 10. Fulgentius l. pro fide cathol. p. 538. *Et audivi vocem mag. in cælo dicentem: Facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus.* Anonym. in hunc loc. *Et audivi vocem magnam de cælo dicentem: Modò facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri: quoniam exclusus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat.* Hilarius in Psal. 118. col. 247. e. huc alludens, dicit: *Nescis quia adest diabolus, accusator fratrum vestrorum:* & infra, col. 338. a. ait *calumniatorem eum esse.* Hieron. in Isai. 27. tom. 3. col. 226. f. *missus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos coram Deo nostro.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. a. *& præcipitatus est draco, accusator fratrum nostrorum, qui accusat eos in conspectu Dei die ac nocte.* Græc.... ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ.... ἡμέρας καὶ νυκτός. Mss. plures habent, ὅτι ἐβλήθη ὁ κατήγορος.

℣. 11. Græcum: Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ.... καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, &c. at in Lat. Ms. 1. μαρτυρίας αὐτοῦ.

℣. 12. Anonymus in Apocal. apud Augustin. append. to. 3. col. 171. d. *Væ tibi terra, & mare, quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam; sciens quia breve tempus habet.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 3. col. 190. d. *Væ terræ, & mari, quoniam descendit diabolus ad vos, iram magnam habens, sciens quia breve tempus habet in negotiatione seductionis suæ*, al. *in negotiatione sua.* Græc. Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς, ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει. Mss. plures, Οὐαὶ τῇ γῇ, καὶ τῇ θαλάσσῃ, ὅτι, &c.

℣. 13. Græcum: Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ..... ὅτι ἐβλήθη, &c. ut in Vulgata.

℣. 14. Ad hæc, *ab Antichristi facie*, Primasius ait: *id est, illius serpentis:* & infra: *à facie illius serpentis, quem draconem superiùs memorat.* Anonym. ut in Vulg. Auctor l. de promiss. p. 1. c. 1. col. 93. a. *Mulier custoditur per tempus & tempora, & dimidium temporis à conspectu serpentis.* In Græco omnia ut in Vulg. præter hoc, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν, pro *ubi alitur per tempus.* Mss. plures, ὅπως τρέφηται.

℣. 15. Anonymus in hunc loc. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam velut flumen.* Græcum: Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ.

℣. 16. Anonymus in Apocal. Vulgatæ congruit, nisi quòd omittit *terra*, post *aperuit.* Græcum eidem Vulgatæ favet in omnibus. Ms. tamen unus, pro ἔβαλεν ὁ δράκων, habet ἀνέβαλεν ὁ δράκων.

℣. 17. Anonymus: *Et iratus est draco in mulierem: & abiit bellum facere cum reliquis de semine ejus.* Græc. Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικί· καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων, &c. ut in Latino.

℣. 18. Hunc versum, quem omittit Primasius, in textum restituimus ex Victorino, & Anonymo in Apocalyps. Græcum Vulgatæ favet.

Digitized by Google

# CAPUT XIII.

## VULGATA NOVA.

1. ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua ejus decem diademata, & super capita ejus nomina blasphemiæ.

2. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes ejus sicut pedes ursi, & os ejus sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.

3. Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis ejus curata est. Et admirata est universa terra post bestiam.

4. Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

5. Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.

6. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos, qui in cœlo habitant.

7. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem:

8. & adoraverunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina

## VERSIO ANTIQUA.

1. ET vidi bestiam ascendentem de mari, habentem cornua decem, & capita septem, & super cornua ejus diademata, & super capita ejus nomen blasphemiæ. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

2. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes ejus tanquam ursi, & os ejus ut os leonis. Et dedit ei draco virtutem suam, & thronum suum, & potestatem magnam.

3. Et unum caput ex septem capitibus quasi occisum fuerit ad mortem: & plaga mortis ejus curata est. Mirata terra secuta est bestiam.

4. Et adoraverunt draconem, eò quòd tradidisset omnem potestatem suam bestiæ. Iterum adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis illi bestiæ? & quis poterit belligerare cum ea?

5. ..... & data est ei potestas faciendi mensibus quadraginta duobus.

6. Aperuit autem in blasphemia os suum adversùs Deum, in blasphemandum nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos, qui in cœlo habitant.

7. Et data est ei potestas faciendi bellum cum sanctis, & vicit eos. Et data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem:

8. & adoraverunt eum omnes inhabitantes terram: quorum nomina non sunt scripta in Libro

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 171. g. *Et vidi adscendentem bestiam de mari.* Victorinus Martyr Biblioth. Veter. Patr. to. 3. p. 420. b. sic jungit hunc versum cum versu secundo: *Et vidi de mari bestiam ascendentem, similem pardo:* deinde, *capita septem.* Gr. Καὶ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον, ἔχον, &c. ut in Vulg. præter ὄνομα βλασφημίας, *nomen blasphemiæ:* at Mss. plures, ὀνόματα.

℣. 2. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. a. *Et bestia, quam videram, similis erat pardo, & pedes ejus quasi ursi, & os ejus quasi os leonis. Et dedit ei draco virtutem suam, & thronum suum, & potestatem magnam.* Ita quoque in Græco est. In Ms. tamen Veles. deest καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ. Anonymus in hunc loc. *Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes ejus sicut ursi, & os ejus sicut os leonis. Et dedit ei draco virtutem suam.* Victorinus Martyr: *pedes tanquam ursi fortis, os ejus tanquam ora leonum.*

℣. 3. *Et mirata terra secuta est bestiam:* hic textus non ita clarè exprimitur à Primasio: legit enim primò: *Et admiratæ sunt gentes inhabitantes terram:* tum addit: *A bestia translationem nominum fecit, ne diceret: Mirata bestia secuta est bestiam: terram enim posuit pro terrenis, qui eum* (Antichristum) *sequi, & adorare maluerunt.* Unde colligitur in textu legisse, *Mirata terra secuta est bestiam:* nisi dixeris ad textum magis pertinere quod præmiserat: *Et admiratæ sunt gentes inhabitantes terram.* Apud Iren. l. 5. c. 28. p. 326. a. *Et unum ex capitibus ejus quasi occisum in mortem: & plaga mortis ejus curata est. Et admirata est universa terra post bestiam.* Anonymus in hunc loc. *Et vidi unum ex capitibus ejus quasi occisum in mortem: & plaga mortis ejus curata est. Et mirata est omnis terra secuta bestiam.* In Græco: Καὶ εἶδον μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον· καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη. Καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου. Mss. plures ita incipiunt: Καὶ μίαν ἐκ τῶν κεφαλῶν, omisso verbo εἶδον.

℣. 4. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. a. *Et adoraverunt draconem, quoniam dedit potestatem bestiæ: & adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ illi? & quis potest pugnare cum ipsa?* Sic etiam in Græco est, nisi quòd habeat ὃς, *qui*, pro *quoniam*; deleatque *illi? &*, post *similis bestiæ:* at Mss. duo ferunt ὅτι ἔδωκεν· & infra, cum aliis pluribus, καὶ τίς δύναται· Veles. καὶ τίς δυνήσεται. Anonym. Vulgatæ congruit, præter *aut quis*, pro *& quis.*

℣. 5. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. a. *Et datum est ei os loquens magna, & blasphemiam: & data est ei potestas mensibus quadraginta & duobus.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 10. col. 197. a. *Data est potestas bestiæ loquendi magna. Et aperuit os, &c.* Anonymus in Apocal. nil differt à Vulgata. Eidem etiam Græcum consonat, nisi quòd, pro *facere*, habeat πόλεμον ποιῆσαι, *bellum faciendi.* Dionysius verò Alex. epist. ad Herm. apud Euseb. Hist. l. 7. c. 10. nec πόλεμον habet, nec ποιῆσαι, sicut Iren. supra: Mss. quidam omittunt tantùm πόλεμον, quos secutus est Millius in suo N. T. Veles. autem cod. legit πολεμῆσαι· alii plures supra, pro βλασφημίας, ferunt βλασφημίαν· al. βλάσφημα.

℣. 6. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. a. *Et aperuit os suum blasphemum* (al. *ad blasphemium*) *adversùs Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos, qui in cælo habitant.* Ambrosius l. 2. de fide, col. 494. f. *Aperuit os suum in basphemiam ad Deum, blasphemare nomen ejus, & bellum facere cum sanctis ejus:* sed hæc ultima sunt de versu seq. Auctor lib. de promiss. dimid. temp. c. 10. col. 197. a. *Et aperuit os suum in blasphemia adversùs Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus. Et data est ei pot.* &c. Anonymus in hunc loc. *Deinde aperuit os suum in blasphemiam ad Deum..... & in tabernaculum ejus, & in eos, qui in cælo habitant.* Gr. Καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεὸν, βλασφημῆσαι τὸ..... καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας. Ms. Alex. εἰς βλασφημίας πρός.

℣. 7. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. b. post verbum *habitant*, statim addit: *Et data est ei potestas super omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem*, omissa priori periodo. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 10. col. 197. a. *Et data est ei potestas faciendi bellum cum sanctis, & vincere, & occidere eos. Et data est ei potestas in omni tribu, & lingua, & gente.* Anonymus in hunc loc. *Et datum est ei bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est ei potestas super omnem tribum, & linguam.* Græc. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτούς. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν, καὶ γλῶσσαν, καὶ ἔθνος. Ms. Alex. cum alio, omittit priora verba Καὶ ἐδόθη, &c. usque ad secundum Καὶ ἐδόθη, ut Iren. supra. Ms. verò unus habet, Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία πόλεμον, &c. & alii plures infra addunt καὶ λαὸν, ad φυλήν.

℣. 8. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. b. *& adoraverunt eam* (Mss. quidam *eum*) *omnes, qui habitant super terram: cujus non est scriptum nomen in Libro vitæ Agni occisi à constitutione mundi.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 10. col. 197. a. *& adorabunt eam omnes, qui non sunt scripti in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine sæculi:* & sup. p. 3. prom. 35. col. 184. b. *qui occisus est ab origine mundi.* Ambrosiaster in Rom. 5. col. 57. b. & in 1. Cor. 15. col. 160. f. *qui occisus est à constitutione mundi.* Itidem Auctor

Digitized by Google

### Versio antiqua.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* vitæ Agni occisi, qui est ab origine mundi.

9. Si quis habet aures, audiat.

10. Qui captivum duxerit, & ipse capietur: & qui gladio occiderit, & ipsum oportet gladio occidi. Hîc est patientia, & fides Sanctorum.

11. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem cornua duo similia Agni, & loquebatur ut draco.

12. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in terra: ut inhabitantes terram adorarent bestiam illam priorem, cujus curata erat plaga mortis.

13. Et fecit signa, ita ut etiam ignem faceret de cœlo descendere sub oculis hominum.

14. Et seduxit eos, qui inhabitant terram, propter signa, quæ data sunt illi facere coram bestia: & dicit incolis terræ, ut imaginem bestiæ faciant, quæ habet plagam factam de gladio, & vixit.

15. Et datum est illi dare spiritum imagini illius bestiæ, & ut imago bestiæ loqueretur: & faceret
ut * qui non adorarent imaginem bestiæ, occiderentur.

* *Ibid.* quicunque.

16. Et fecit omnes magnos, & pusillos, & divites, & servos habere notam in dextera manu, aut in frontibus:

17. ne quis posset quicquam mercari, aut vendere, nisi habens notam nominis bestiæ, aut numerum nominis ejus.

18. Hîc est sapientia. Qui habet intellectum,

### Vulgata nova.

in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

9. Si quis habet aurem, audiat.

10. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hîc est patientia, & fides Sanctorum. *Genes. 9. 6. Matth. 26. 52.*

11. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco.

12. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu ejus: & fecit terram, & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis.

13. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.

14. Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladii, & vixit.

15. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ: & faciat ut quicunque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur.

16. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & divites, & pauperes, & liberos, & servos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis:

17. & ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus.

18. Hîc sapientia est. Qui habet intellectum;

### Notæ ad Versionem antiquam.

quæst. ex Vet. T. q. 3. col. 44. c. Græc. καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν..... τοῦ Ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ms. Alex. in principio habet, καὶ προσεκύνησαν· subinde Alex. οὗ γέγραπται· Sin. ὧν οὐ γέγρ. tum ipse, cum al. pluribus, τὸ ὄνομα. Anonymus in hunc loc. *& adorabunt eam omnes habitantes terram: quorum non est scriptum nomen in Libro vitæ Agni signati ab origine mundi.* Pro ἐσφαγμένου, *occisi*, legit ἐσφραγισμένου, *signati.* Sic etiam legit Tichonius, teste Millio.

℣. 9. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. b. *Si quis habet aures, audiat.* Græc. Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω.

℣. 10. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. b. *Si quis in captivitatem duxerit, in captivitatem ibit: si quis gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi. Hîc est sustinentia, & fides Sanctorum.* Græc. Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. Ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ, &c. ut in Latino. Ms. unus ita incipit: Εἴ τις αἰχμαλωτίζει, εἰς....... ὑπάγει· al. ὑπάξει· ὅστις.

℣. 11. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 11. col. 197. c. *Vidi bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo Agni similia, & loquebatur sicut draco.* Iren. l. 5. c. 28. p. 326. c. *loquebatur quasi draco.* Anonymus in hunc loc. Vulg. consentit, præter *ut draco*, pro *sicut draco.* Victorinus Martyr: *Et vidi aliam bestiam subeuntem de terra magna, habentem cornua quasi Agni, loquentem quasi draco.* Græcum à Vulgata non differt, nisi quòd habeat ὅμοια Ἀρνίῳ, *similia Agno;* sed Mss. nonnulli, ὅμοια Ἀρνίου.

℣. 12. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. c. *Et potestatem primæ bestiæ omnem faciebat in conspectu ejus: & facit terram, & qui habitant in ea, ut adorarent* (al. *adorent*) *bestiam primam, cujus curata est plaga mortis ejus.* Ita quoque in Gr. est, excepto verbo ποιεῖ, *facit*, pro *faciebat;* at Mss. plures, ἐποίει. Anonym. *& facit terram, & eos, qui in ea sunt, ut adorent bestiam priorem, cujus curata est plaga mortis ejus.*

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. c. *Et faciet* (al. *Et faciat*, al. *Ut faciat*) *signa magna, ut & ignem faciat de cælo descendere in terram in conspectu hominum.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 11. col. 197. c. *Et fecit signa magna, ita ut ignem faceret de cælo descendere in terram sub oculis hominum.* Anonymus in Apocal. *Et faciet signa magna, ita ut ignem faciat descendere de cælo in terram.* Victorinus Martyr in Commentario dicit: *Hic facturus est ut ignis de cælo descendat in conspectu hominum.* Græc. Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Ms. Veles. in principio habet, Καὶ ἐποίησε.

℣. 14. Post hæc, *Et seduxit eos, qui inhabitant terram*, Primasius addit: *vel, sicut alia translatio habet: terram, & qui habitant in ea.* Iren. l. 5. c. 28. p. 326. c. *Et seducet* (al. *seducit*) *inhabitantes super terram:* & infra litt. e. *& imaginem jubebit fieri bestiæ.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 11. col. 197. c. *Et seduxit eos, qui habitant terram, propter signa, quæ data sunt ei facere.* Græcum: Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τὰ σημεῖα, ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ, ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε. Ms. Veles. ipso initio habet, Καὶ ἐπλάνησε· alii plures in fine, ὃ εἶχε τὴν πληγὴν, καὶ ἔζησεν ἀπὸ τῆς μαχαίρας.

℣. 15. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. e. *Et spiritum dabit imagini, uti & loquatur imago: & eos, qui non adoraverint eam, faciet occidi.* Græc. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου· καὶ ποιήσῃ ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκτανθῶσι.

℣. 16. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. e. post verbum *occidi*, addit: *Et characterem autem in fronte, & in manu dextra faciet dari*, omissis his, quæ præcedunt. Anonymus in hunc loc. *ut det eis notam super manum eorum dextram, aut super frontem eorum.* Victorinus Mart. sic hunc versum cum sequenti jungit in Commentario: *Faciet ut accipiant servi, & liberi notam in frontibus, aut in manibus dextris numerum nominis ejus, ne quis emat, vel vendat.* Græcum: Καὶ ποιεῖ πάντας τοὺς μικροὺς, καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους, καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους, καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Ms. Veles. in principio habet, Καὶ ποιήσει, & infra, ἔχειν, pro ἵνα δώσῃ αὐτοῖς.

℣. 17. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. e. *ut non possit aliquis emere, vel vendere, nisi qui habet characterem nominis bestiæ, vel numerum nominis ejus.* Anonymus in hunc loc. *ut nemo possit mercari, nisi qui habet nomen, aut notam bestiæ, aut numerum nominis ejus.* Græc. καὶ ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι, ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ms. unus in principio delet καὶ, cum Syr. & Arabico.

℣. 18. Irenæus l. 5. c. 28. p. 326. e. post *nominis ejus*, ℣. præced, subdit: *& esse numerum sexcentos sexaginta sex,*

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est : & numerus ejus sexcenti sexaginta sex.

**Versio antiqua.**

computet numerum bestiæ. Hominis enim numerus est : & numerus sexcenti sexaginta sex.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

prætermissis aliis : tum addit ex interpretamento : *quod est, sexies centeni, & deni sexies, & singulares sex.* Anonymus in hunc loc. Vulgatæ congruit, nisi quòd habet in fine, *numerus ejus est sexcenti sedecim.* Victorinus Mart. *Numerus ejus nomen hominis est : & numerus ejus sexcenti sexaginta sex.* Græcum Vulgatæ consonat ad verbum.

# CAPUT XIV.

**Vulgata nova.**

1. Et vidi : & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

2. Et audivi vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni : & vocem, quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

3. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores : & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.

4. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quòcunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno,

5. & in ore eorum non est inventum mendacium : sine macula enim sunt ante thronum Dei.

6. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum :

**Versio antiqua.**

1. Et ecce vidi Agnum astantem in monte Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, & habent nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

2. Et audivi vocem de cœlo, quasi sonum aquarum multarum, aut magni tonitrui : & vox, quam audivi, quasi citharœdorum citharizantium.

3. Et cantabant novum canticum in conspectu throni, & in conspectu quatuor animalium, & seniorum : nec quisquam poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti erant de terris.

4. Hi sunt, qui se cum mulieribus non coinquinaverunt : Virgines enim permanserunt. Hi sunt, qui sequuntur Agnum quòcunque vadit.....

5. & non est inventum in ore eorum mendacium : quia irreprehensibiles sunt.

*August. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 44. d.*

6. [a] Et vidi alium Angelum volantem in medio cœlo, habentem Evangelium æternum, ut annuntiaret super terram, & super omnes nationes, & tribus, & linguas, & populos :

*[a] Cypr. l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 264. a.*

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Cyprianus l. 2. Testim. p. 294. c. *Et vidi Agnum stantem in monte Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, & habebant nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.* Apud Fulg. l. pro fide Cathol. p. 538. omnia ut in Vulg. cui etiam favet Vigil. Tapf. lib. cont. Varimad. p. 737. d. sicut & Græcum, nisi quòd deleat *nomen ejus, & :* at Mss. plures habent, ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, ut in Vulg. Anonym. in Apoc. apud Aug. append. to. 3. col. 172. g. *Et vidi : & ecce Agnus stans in monte Sion, & cum eo centum quadrag. quatuor millia habentia nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus eorum.* Ms. Luxoviensis annorum 1100. *Ego Joannes vidi Agnum super montem..... habentes nomen Patris ejus scriptum.*

℣. 2. Anonymus in hunc loc. col. 173. a. *Et audivi vocem de cælo, sicut aquarum multarum,* &c. ut in Vulgata. Græcum nil differt ab ea, excepto quòd circa medium tollat *quam*, ante *audivi :* at Ms. Velef. habet : φωνὴν, ἣν ἤκουσα, ὡς κιθαρῳδῶν· alii plures, ἡ φωνὴ, ἣν ἤκουσα, ὡς κιθαρῳδῶν.

℣. 3. Hieronymus apolog. pro libr. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 234. d. *Hi sunt, qui cantant canticum novum, quod nemo potest cantare, nisi qui virgo est. Hi sunt primitiæ Dei, & Agni, & sine macula.* Græc. Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. Ms. Velef. ipso initio fert, Καὶ ᾖδον ὡς, &c. alii plures tollunt ὡς· subinde duo ex ipsis, pro οὐδεὶς, ponunt οὐδὲ εἷς.

℣. 4. Tertullianus l. de resur. carn. p. 576. c. *Hi sunt, qui vestimenta sua non coinquinaverunt cum mulieribus.* Hieron. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 143. d. *Illi, qui Agnum sequuntur, qui vestimenta sua non coinquinaverunt : Virgines enim permanserunt.* Cypr. l. de hab. virg. p. 174. b. & l. 3. Testim. p. 316. b. *Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt : Virgines enim permanserunt. Hi sunt, qui sequuntur Agnum quòcumque ierit.* Itidem Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 6. col. 204. d. Item Anonym. in hunc loc. *Hi sunt, qui se cum mulieribus non coinquinaverunt.* Augustinus l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 44. d. *Centum quadrag. & quat. millia, qui se cum mulieribus non coinquinaverunt : Virgines enim permanserunt :* tum addit : *& non est inventum in ore,* &c. prætermissis intermediis, quæ Vulgata exhibet. S. Paulinus ep. 50. p. 296. c. legit : *Sequuntur Agnum quòcumque ierit, quia cum mulieribus se non coinquinaverunt : Virgines enim sunt.* Maxim. Taurin. homil. in Pentec. p. 28. g. *Hi sunt, qui sequuntur Agnum quòcunque vadit, qui se cum mulieribus non coinquinaverunt.* Ambrosiaster in 2. Cor. 11. col. 198. b. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : Virgines enim permanserunt. Hi sequuntur Agnum quòcumque vadit.* Ms. Luxov. annor. 1100. *quòcumque abierit. Hi empti sunt ex omnibus.* Græc. Οὗτοί εἰσιν, οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· Παρθένοι γάρ εἰσιν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ. Οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ, &c. ut in Vulg. Ms. Alex. tollit εἰσιν, ante οἱ ἀκολουθοῦντες· paulò verò post habet ὑπάγει, pro ὑπάγῃ.

℣. 5. Deficiens hic textus apud Primas. suppletur ex August. ut notatur supra. Anonymus in hunc loc. *& in ore ipsorum non est inventum mendacium.* Ms. Luxoviensis : *sine macula sunt.* Græcum Vulgatæ suffragatur, nisi quòd hab. δόλος, pro *mendacium ;* sed Mss. plures ψεῦδος· subinde, pro *sine macula*, constanter ἄμωμοι· Ms. tantùm unus, ἀμώμητοι· at ipse, necnon multi alii, ac etiam Latini nonnulli omittunt seqq. ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, quæ Augustinus non agnoscit.

℣. 6. Versus etiam iste non legitur apud Primasium : hunc suppeditavit Cyprianus loco cit. qui rursum l. 3. Testim. p. 312. b. legit : *Et vidi alium Angelum volantem per medium cælum, habentem Evangelium perenne, evangelizare sedentibus super terram, & in omnes nationes, & tribus, & linguas, & populos.* Jul. Firm. l. de errore fals. relig. p. 176. h. *Et vidi alium Angelum volantem medio cælo, habentem Evangelium æternum, ut annuntiaret super terram, per omnes nationes, & tribus, & linguas, & populos.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 739. b. *Et vidi alium Angelum volantem in medio cælo, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret habitantibus super terram : dicens,* &c. Ambrosius l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 637. b. *Et vidi Angelum volantem per cælum.* Anonym. in hunc loc. *Et vidi alium Angelum volantem in medio cæli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret habitantibus in terra : dicens,* &c. Vi-



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Primas. Afric. in Apoc.

7. dicentem voce magna : Metuite potiùs Deum, & date ei claritatem, quoniam venit hora judicii ejus : & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum.

8. Et alius secundus Angelus secutus est eum, dicens : Cecidit, cecidit Babylon illa magna à vino iræ fornicationis suæ.

9. Et tertius Angelus secutus est eum, dicens voce magna : Si quis adoraverit bestiam, & imaginem ejus, & acceperit nomen ejus in fronte, aut in manu sua :

10. & bibet ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ipsius, & punietur igne, & sulphure sub oculis sanctorum Angelorum, & sub oculis Agni :

11. & fumus de tormentis eorum ascendet in sæcula sæculorum : nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque adorant bestiam, & simulacrum ejus, & quicunque notam sumit nominis ejus.

12. Hæc est patientia sanctorum, qui servant præcepta Dei, & fidem Jesu.

13. Et audivi vocem de cœlo, dicentem mihi : Scribe : Felices illi mortui, qui in Domino mortui sunt. Abhinc etiam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis : nam opera eorum comitantur eos.

14. Et vidi, & ecce nubem albam : & super

### VULGATA NOVA.

7. dicens magna voce : Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus : & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, Psalm.
& fontes aquarum. 145. 6.

8. Et alius Angelus secutus est dicens : Cecidit, cecidit Babylon illa magna : quæ à vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.
Act. 14. 14. Isai. 21. 9.

9. Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna : Si quis adoraverit bestiam, & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua :
Jer. 51. 8.

10. & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni :

11. & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum : nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam, & imaginem ejus, & si quis acceperit characterem nominis ejus.

12. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Jesu.

13. Et audivi vocem de cœlo, dicentem mihi : Scribe : Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis : opera enim illorum sequuntur illos.

14. Et vidi, & ecce nubem candidam : & su-

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ctorinus Mart. *volantem medio cœlo.* Græcum : Καὶ εἶδον ἄλλον Ἄγγελον πετώμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα Εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος, &c. ut in Vulg. Mss. plures omittunt ἄλλον, ante Ἄγγελον· & ex ipsis quidam, cum aliis nonnullis, ferunt καθημένους, loco κατοικοῦντας· paulòque post, καὶ ἐπὶ πᾶν ἔθνος.

℣. 7. Hæc verba, *dicentem voce magna*, præmisimus ex Cypr. loco sup. cit. reliqua Primasii sunt. Cypr. ibid. subdit, cum eodem Primasio : *Metuite potiùs Deum, & date illi claritatem, quoniam venit hora judicii ejus : & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.* Itidem Julius Firm. l. de erro. fals. relig. p. 176. b. nisi quòd ponat *Dominum*, pro *Deum* ; tollatque &, ante *mare*. At Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. legit : *dicentem voce magna : Timete Deum, & date ei honorem, quoniam venit hora judicii ejus : & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum.* Vigilius Taps. l. cont. Varim. p. 739. b. *dicens voce magna : Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus : adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum.* Anonym. in hunc loc. *dicens : Timete Dominum.* Græcum : λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Φοβήθητε τὸν Θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ πηγὰς ὑδάτων. Mss. plures in principio ferunt λέγων, pro λέγοντα· unus Alex. delet seq. ἐν· subinde multi habent, Φοβήθητε τὸν Κύριον· at infra, iidem plerique, καὶ προσκυνήσατε αὐτὸν, τὸν ποιήσαντα· paulòque post, Veles. cum alio tollit καὶ, ante θάλασσαν, unusque Veles. addit, καὶ πάντα, τὰ ἐν αὐτοῖς, uti codd. Lat. aliquot, teste Beza, *& omnia, quæ in eis sunt.*

℣. 8. *Magna à vino iræ fornic. suæ.* Hanc lectionem adstruit Primasius, subdens in Comment. *A vino fornicationis suæ ceciderunt universæ gentes.* Anonymus in hunc loc. Vulgatæ congruit ad verbum. Græcè : Καὶ ἄλλος Ἄγγελος ἠκολούθησε λέγων· Ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη· ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα ἔθνη. Mss. plures ipso initio legunt : Καὶ ἄλλος Ἄγγελος δεύτερος· paulò verò post omittunt plerique voculam ὅτι, cujus loco alii duo ponunt ἣ, ut in Vulgata.

℣. 9. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. b. *Et tertius Angelus secutus est eos, dicens in voce magna : Si quis adorat bestiam, & simulacrum ejus, & accepit inscriptionem in fronte sua, aut super manum suam :* at epist. 56. & 64. pp. 93. a. 111. b. *Si quis adorat bestiam, & imaginem ejus, & accipit notam in fronte sua, & in manu :* similiter l. de exhortat. mart. ad Fortunat. p. 264. b. præter *aut in manu.* Concinit etiam Julius Firm. l. de erro. fals. relig. p. 176. h. sed habet *& in manu.* Nec aliter Lectionarium Luxoviense, annorum 1100. Græc. Καὶ τρίτος Ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Εἴ τις τὸ θηρίον προσκυνεῖ, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Ms. Alex. habet ἠκολούθησεν αὐτῷ· subinde Veles. καὶ λάβῃ χάραγμα.

℣. 10. Similiter habet Cyprianus ep. 56. p. 93. a. necnon ep. 64. p. 111. b. & l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 204. b. *bibet & ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus, & punietur igne, & sulphure sub oculis sanctorum Angelorum, & sub oculis Agni :* & l. 3. Testim. p. 322. b. *hic bibet de vino iræ ejus, & punietur igne, & sulphure sub oculis Ang. sanctorum, & sub oculis Agni.* Julius Firm. l. de erro. fals. relig. p. 176. h. *bibet & ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus, & puniet igne, & sulphure sub oculis Agni.* Ms. cod. Luxoviensis : *bibet & ipse de vino speciali magno in poculo iræ ejus, & punietur igne, & sulphure sub oculis sanctor. Angelor. & sub oculis Agni.* Græc. καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ, καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ..... καὶ ἐνώπιον, &c. Ms. unus, pro θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, habet θυμοῦ αὐτοῦ.

℣. 11. Cyprianus l. 3. Testim. p. 322. b. *& fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum ascendet :* & epist. 56. p. 93. a. e. necnon ep. 64. p. 111. b. & l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 264. b. *& fumus de tormentis eorum ascendet in sæcula sæculorum : nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque* ( vel *qui* ) *adorant bestiam, & imaginem ejus.* Concinit Julius Firm. l. de erro. fals. relig. p. 176. h. ad verbum. Ita etiam Ms. Luxov. præter *in sæcula sæculor. ascendit ;* &, *quicunque adoraverit.* Græc. καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων· καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν..... οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα, &c. ut in Lat. Ms. Veles. καὶ ὁ καπνὸς τῶν βασανισμῶν.

℣. 12. *Hæc est patientia.* Editt. *sapientia*, sed aperto mendo, nam Primas. subdit ex Matth. 10. *Hinc Dominus : Qui perseveraverit usque in finem, &c. & Apost. Patientia enim vobis necessaria est. Sic & hîc in hoc sanctorum patientia constare dicitur*, &c. In Gr. Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς, &c. ut in Lat. Mss. plures tollunt ὧδε, post ἐστίν.

℣. 13. Augustinus ep. 217. tom. 2. col. 806. f. 807. a. *Felices mortui, qui in Domino moriuntur :* & l. 20. de civ. Dei, c. 9. to. 7. col. 587. a. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo & jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis : nam opera eorum sequuntur illos.* Græc. Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ........ Μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες. Ἀπάρτι ναὶ λέγει τὸ Πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. Mss. plures ferunt, Ἀπάρτι λέγει ναὶ τὸ Πνεῦμα· Veles. pro ναὶ, habet ἤδη· subinde Alex. τὰ γὰρ ἔργα.

℣. 14. Anonymus in hunc loc. *Et vidi, & ecce nubem candidam : & super nubem sedentem Filium hominis*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκή· καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος Υἱῷ ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς, &c.

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

per nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

15. Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem :
Joel. 3. 13. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ.
Matth. 13. 19. 16. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra.

17. Et alius Angelus exivit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.

18. Et alius Angelus exivit de altari, qui habebat potestatem supra ignem : & clamavit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens : Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ : quoniam maturæ sunt uvæ ejus.

19. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum :

20. & calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

**Versio antiqua.**

eam sedentem similem Filio hominis, habentem super caput suum coronam auream, & in manu sua falcem acutam. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

15. Et alius Angelus venit proclamans ad illum sedentem super nubem : Mitte falcem tuam, & mete, quoniam venit hora metendi, quia jam seges arida est.

16. Tunc ille sedens super nubem misit falcem suam super terram, & demessa est terra.

17. Et alius Angelus processit de templo, quod est in cœlo, & ipse habens falcem acutam.

18. Item & alius Angelus habens potestatem super ignem... [a] Mitte falcem acutam, & vindemia botriones vineæ....... *[a] Ex Victorin. Mart. in Apocal. p. 420.*

19. ..... & misit in torculari iræ Dei magnum : *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

20. & calcatum est in torculari extra civitatem, & manavit inde sanguis usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

ut in Latino. Mss. nonnulli, καθήμενον ὅμοιον Υἱὸν, al. Υἱῷ. Tertull. l. de coro. mil. c. 15. p. 294. b. huc alludens ait : *Eodem auro & ipse Filius hominis supra nubem micat.*

℣. 15. Græcum : Καὶ ἄλλος Ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης· Πέμψον τὸ..... ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι, ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς. Mss. plures tollunt σοι, post ἦλθε· & duo ex ipsis articulum τοῦ, ante θερίσαι.

℣. 16. Græcum : Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην, τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.

℣. 17. Græcum Vulgatæ magis favet.

℣. 18. Deficit hîc textus apud Primasium, qui hæc tantùm habet : *Item & alius Angelus habens potest. super ignem.* Reliqua supplevimus ex Victorino Martyre in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 420. f. Primasius tamen hunc vers. sic attingit in comment. dicens : *Qui habet falcem messoriam, ipse habet & vindemiatoriam : & qui dixit messori, Mete ; ipse & vindemiatori, Vindemia.* Hieron. in Zach. 5. to. 3. col. 1730. c. legit : *Et respondit Angelus, & dixit ei, qui sedebat super equum : Mitte falcem tuam acutissimam, & mete vineam tuam, quoniam maturæ sunt uvæ ejus.* Græc. Καὶ ἄλλος Ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός· καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι, &c. ut in Vulg. nisi quòd habeat ἤκμασαν, pro *maturæ sunt.* Ms. Alex. tollit ἐξῆλθεν, post Ἄγγελος· paulò verò post habet ὁ ἔχων.

℣. 19. Ita etiam Anonymus, præter *in torcular.* Primasius subdit infra : *Torcular, sicut Græca exemplaria continent, feminini generis posuit ; & Magnum, masculini.* Græcum hodiernum : καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν μεγάλην· at Ms. Alex. cum aliis quinque habet τὸν μέγαν· quibus favent Arethas, & Tichonius, si Millio fides.

℣. 20. Anonymus in hunc loc. col. 173. d. *& calcatum est torcular extra civitatem, & exiit sanguis de torculari usq. ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.* Ita etiam Victorinus Martyr Comment. in Apocal. p. 420. g. præter *& exiet*, pro *& exiit.* Græcum : καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθε αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

# CAPUT XV.

**Vulgata nova.**

1. Et vidi aliud signum in cœlo magnum, & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem novissimas : Quoniam in illis consummata est ira Dei.

2. Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei :

3. & cantantes canticum Moysi servi Dei, & canticum Agni, dicentes : Magna, & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens : justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum.

**Versio antiqua.**

1. Et vidi aliud signum in cœlo magnum, & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem novissimas : Quoniam in illis indignatio Dei consummata est. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

2. Et vidi velut mare vitreum igni permixtum, & superinstantes vidi eos, qui de bestia, & imagine ejus victoriam ferrent..... habentes citharas Dei :

3. & cantantes canticum Moysi servi Dei, & canticum Agni, dicentes : Magna, & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens : justæ & veræ viæ tuæ sunt, Rex omnium gentium.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Anonymus in Apocal. apud August. append. to. 3. col. 173. e. Vulgatæ concinit, nisi quòd habet in fine, sicut & Victorinus Martyr Biblioth. Patr. to. 3. p. 420. g. *Quoniam in his finita est ira Dei.* Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 2. *Et superinstantes.* Primasius infra : *superstantes, stabiles demonstrat in fide.* Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. *Et vidi quasi mare vitreum mixtum igni, & pascentes bestiæ cum agnis ejus, & numerus nominis ejus cxliv. stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei.* Anonymus in hunc loc. *Et vidi sicut mare vitreum mixtum igne, & victores bestiæ super mare vitreum, habentes citharas Dei.* Gr. Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρὶ, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας, &c. ut in Latino. In Mss. nonnullis deest ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ· paulò verò post, in alio uno est, ἑστῶτα, pro ἑστῶτας.

℣. 3. Cyprianus l. 3. Testim. p. 312. b. *& cantant canticum Moysi servi Dei, & canticum Agni, dicentes : Magna, & mirabilia opera tua, Domine Deus omnip. justæ & veræ viæ tuæ sunt, Rex gentium.* Ambr. l. 2. de fide resur. col. 1170. a. *Quia magna, mirabilia opera tua, Domine Deus omnip. justæ & veræ viæ tuæ, Rex gentium.* Anonymus Vulg. concinit ; Græcum verò textui Cypriani, nisi quòd in fine habeat ὁ Βασιλεὺς τῶν ἁγίων, *Rex sanctorum*, omisso præced. *sunt :* at Mss. plerique ferunt ἐθνῶν, loco ἁγίων· Veles. αἰώνων, ut in Vulgata.



Digitized by Google

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Primaſ. Afric. in Apoc.

4. Quis non timebit, & dabit claritatem nomini tuo? quoniam tu ſolus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt coram te, quoniam juſta judicia tua manifeſta ſunt.

5. Poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi martyrii in cœlo:

6. & proceſſerunt ſeptem Angeli cum ſeptem plagis de templo, veſtiti lintea munda, & candida, & cincti circa pectora zonas aureas.

7. Et unum ex quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas, plenas iræ Dei viventis in ſæcula ſæculorum.

8. Et repletum eſt templum fumo de claritate, & virtute Dei: nec quiſquam poterat intrare in templum, donec finirentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

### VULGATA NOVA.

4. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam judicia tua manifeſta ſunt. Jer. 10. 7.

5. Et poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonii in cœlo:

6. & exierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas de templo, veſtiti lino mundo, & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

7. Et unum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in ſæcula ſæculorum.

8. Et impletum eſt templum fumo à majeſtate Dei, & de virtute ejus: & nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 312. b. *Quis non timeat, & det honorem nomini tuo? quia ſolus pius: & quoniam omnes nationes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam juſtitiæ tuæ manifeſtatæ ſunt.* Ambroſ. l. 2. de fide reſur. col. 1170. a. *Quis non timebit, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus ſanctus es: quia omnes gentes venient, & adorabunt ante te.* Græc. Τίς ȣ̓ μὴ φοβηθῇ σε Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σȣ; ὅτι μόνος ὅσιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξȣσι, καὶ προσκυνήσȣσιν ἐνώπιόν σȣ, ὅτι τὰ δικαιώματά σȣ ἐφανερώθησαν. Mſs. quidam delent σε, poſt φοβηθῇ, ſicut unus ex ipſis ſeq. Κύριε· nonnulli legunt καὶ δοξάσει· paulòque poſt, plures, ὅτι μόνος ἅγιος· duo, ἅγιος εἶ.

℣. 5. Anonymus, & Græcum nil differunt à Vulgata.

℣. 6. Anonymus in hunc loc. *induti lino mundo, & ſplendido, & cincti ſuper pectora ſua zonas aureas.* Græc. καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ Ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς ἐκ τȣ̃ ναȣ̃, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν, καὶ λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ ςήθη ζώνας χρυσᾶς.

℣. 7. Anonymus in hunc loc. *Et unum ex quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas de ira Dei.* Græcum textui Primaſii conſonat, addita voce χρυσᾶς, *aureas*, ad *phialas*, ut in Vulgata.

℣. 8. Græcum: Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνȣ̃ ἐκ τῆς δόξης τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτȣ̃· καὶ ȣ̓δεὶς ἠδύνατο, &c. ut in textu Latino.

# CAPUT XVI.

### VERSIO ANTIQUA.

Ex Primaſ. Afric. in Apoc.

1. ET audivi vocem magnam de templo, dicentem ſeptem Angelis: Ite, & ſeptem phialas iræ Dei effundite in terram.

2. Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſævum, ac peſſimum ſuper omnes, qui habent inſcriptionem nominis beſtiæ, & qui adorant ſimulacrum ejus.

3. Et ſecundus effudit phialam ſuam in mare, & factum eſt ſanguis: & omnis anima mortua eſt in mari.

4. Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina, & fontes aquarum, & facta ſunt ſanguis.

5. Et audivi Angelum aquarum dicentem: Juſtus es, qui es, & qui fuiſti, & qui es pius, quoniam ſic judicaſti:

6. qui ſanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, ideoque dediſti eis ſanguinem bibere, quoniam digni ſunt.

7. Et audivi aliam vocem dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & juſta ſunt judicia tua.

8. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſolem, & datum eſt ei æſtum, & ignem injicere hominibus:

9. & æſtuaverunt homines æſtu magno, &

### VULGATA NOVA.

1. ET audivi vocem magnam de templo, dicentem ſeptem Angelis: Ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

2. Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſævum, & peſſimum in homines, qui habebant characterem beſtiæ, & in eos, qui adoraverunt imaginem ejus.

3. Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui: & omnis anima vivens mortua eſt in mari.

4. Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum, & factus eſt ſanguis.

5. Et audivi Angelum aquarum dicentem: Juſtus es Domine, qui es, & qui eras ſanctus, qui hæc judicaſti:

6. quia ſanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt.

7. Et audivi alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & juſta judicia tua.

8. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu affligere homines, & igni:

9. & æſtuaverunt homines æſtu magno, &

### NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum textui Primaſ. favet, niſi quòd deleat alterum *ſeptem*, & ejus loco ponat *effundite*: at Mſs. plures habent, ἐκχέατε τὰς ἑπτὰ φιάλας.

℣. 2. Græcum: Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, καὶ..... καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν, καὶ πονηρὸν εἰς τȣ̀ς ἀνθρώπȣς τȣ̀ς ἔχοντας τὸ χάραγμα τȣ̃ θηρίȣ, καὶ τȣ̀ς τῇ εἰκόνι αὐτȣ̃ προσκυνȣ̃ντας.

℣. 3. Græcum nil differt à Vulgata. A Mſ. tamen Alex. abeſt vox Ἄγγελος, poſt *ſecundus*; necnon à codd. Lat. aliquibus, quibus conſentit Anonymus in Apocal. ap. Auguſt. append. to. 3. col. 173. g. Græci quoque plures omittunt verbum ζῶσα, *vivens*, poſt *anima*.

℣. 4. Græcum: Καὶ τρίτος Ἄγγελος ἐξέχεε τὴν.... εἰς τȣ̀ς ποταμȣ̀ς, καὶ εἰς τὰς..... καὶ ἐγένετο αἷμα. In Mſs. pluribus deeſt Ἄγγελος· in Alex. quoque deeſt εἰς, ante τάς· &, pro ἐγένετο, ibidem ſcriptum ἐγένοντο.

℣. 5. Græcum: Καὶ ἤκȣσα τȣ̃..... λέγοντος· Δίκαιος Κύριε εἶ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας. In Mſs. pluribus deeſt vox Κύριε, necnon in iiſdem pleriſque καὶ ὁ, ante ὅσιος.

℣. 6. Græcum Vulgatæ conſonat ad verbum.

℣. 7. Græcum: Καὶ ἤκȣσα ἄλλου ἐκ τȣ̃ θυσιαςηρίȣ λέγοντος, &c. ut in Vulg. In Mſs. nonnullis deeſt ἄλλȣ ἐκ· in Veleſ. verò omittitur ἐκ τȣ̃ θυσιαςηρίȣ.

℣. 8. Anonymus in hunc loc. *Quartus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſolem, & uſti ſunt homines uſtione magna.* Gr. Καὶ ὁ τέταρτος..... καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τȣ̀ς ἀνθρώπȣς ἐν πυρί.

℣. 9. Anonymus ubi ſupra: *& blaſphemaverunt nomen*

Digitized by Google

**VULGATA NOVA.**

blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam ut darent illi gloriam.

10. Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum ejus tenebrosum, & commanducaverunt linguas suas præ dolore:

11. & blasphemaverunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

12. Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: & siccavit aquam ejus, ut præpararetur via regibus ab ortu solis.

13. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.

14. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.

Matth. 24. 42. Luc. 12. 39. Sup. 3. 3. 15. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus.

16. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon.

17. Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem, & exivit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est.

18. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: talis terræmotus, sic magnus.

19. Et facta est civitas magna in tres partes: & civitates Gentium ceciderunt: & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus.

20. Et omnis insula fugit, & montes non sunt

**VERSIO ANTIQUA.**

blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super plagas istas, neque egerunt pœnitentiam ut darent ei claritatem. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

10. Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & obscuratum est regnum ejus, & comederunt linguas suas præ dolore:

11. ..... *Vide Not.*

12. Et sextus Angelus effudit phialam suam super flumen illud magnum Euphraten: & siccata est aqua ejus, ut præpararetur via venienti regi ab oriente sole.

13. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos exeuntes in modum ranarum.

14. Sunt enim dæmoniorum spiritus signa facientes, & exeunt ad reges totius terræ contrahere illos in pugnam in diem illum magnum omnipotentis Dei,

15. qui venit subitò sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videat turpitudinem suam.

16. Et congregavit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon.

17. Et septimus Angelus effudit phialam suam in aere, & exivit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est.

18. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terrena, & terræmotus, & signa magna.

19. Et civitas illa magna in tres partes divisa est: & civitates Gentium ceciderunt: & Babylon illa magna recordata sub conspectu Dei venit, ut daret ei de vino iræ suæ indignationis.

20. Et omnes insulæ fugerunt, & omnes mon-

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*Dei habentis potestatem in his plagis, nec egerunt pœnitentiam.* Gr. καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ...... καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.

℣. 10. Anonymus loco quo supra; *Quintus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum ejus tenebrosum: comedebant linguas suas à doloribus suis.* Græc. Καὶ ὁ πέμπτος..... ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου· καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, καὶ ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου. Mss. nonnulli, καὶ ἐμασῶντο.

℣. 11. Hujus versiculi textus non exprimitur à Primasio: sic tamen adumbratur in Commentario: *Iniquitatem in excelso locuti sunt: supercilio enim momentaneæ prosperitatis ut sumus elati, unde pœnitendo converti debuerunt, contenebrari lætantur.* Anonymus in hunc loc. hæc tantùm habet: *& pœnitentiam non egerunt.* Græcum Vulgatæ congruit, nisi quòd, pro *præ doloribus, & vulneribus suis*, habeat, ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν, καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, *ex doloribus suis, & ex ulceribus suis.*

℣. 12. Anonymus in hunc loc. *Et sextus Angelus effudit phialam suam super flumen magnum illud Euphratem: & siccata est aqua ejus, ut præparetur via eorum, qui sunt ab ortu solis.* Græcum textui Primas. consonat, excepto quòd, pro *via venienti regi ab oriente sole*, habeat, ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Mss. quidam, ἀνατολῆς ἡλίου· Alex. supra, pro ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ, *exaruit*, vel *siccata est aqua*, habet, ἐξήρανεν τὸ, &c. *arefecit*, vel *siccavit*, ut in Vulgata.

℣. 13. Anonymus textui nostro consonat, nisi quòd habet ubique *ex ore*, pro *de ore.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 11. col. 197. d. *Vidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos exeuntes velut ranas.* Itidem in Græco, præter ultima verba ὅμοια βατράχοις, *similes ranis*, pro *exeuntes velut ranas.* Ms. Veles. voci πνεύματα, *spiritus*, præfigit verbum ἐξελθεῖν, *egredi*: alii verò plures, loco ὅμοια βατράχοις, ferunt ὡς βάτραχοι.

℣. 14. Anonymus in hunc loc. *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, qui exeunt ad reges totius orbis congregare eos ad bellum diei magni Domini.* Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 11. col. 197. d. *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa: exibunt ad reges totius orbis terræ congregare illos in pugnam ad diem illum magnum Omnipotentis.* Græc. Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα, ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. Mss. plures scribunt δαιμονίων· subinde unus tollit ἃ, ante ἐκπορεύεται· Veles. legit, καὶ ἐκπορεύονται, al. ἐκπορεύεσθαι, plerique, ἃ ἐκπορεύεται, deleto τῆς γῆς, καὶ, post βασιλεῖς.

℣. 15. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 13. col. 199. b. *Venio citò. Beatus qui vigilat, & servat vestimenta sua, ne nudus ambulet*: itidem sup. p. 2. c. 32. col. 159. d. ab hoc, *Beatus qui*, &c. Cypr. l. 3. Testim. p. 310. c. *Beati erunt qui vigilabunt, & servabunt vestimenta sua, ne nudi ambulent, & videant turpitudinem suam.* Gr. Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. Μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. Cod. vet. Lat. teste Zegero, habet *venit*, pro ἔρχομαι, *venio*; notatque Beda in hunc loc. aliam editionem consequentiùs habere, *Ecce venit ut fur.*

℣. 16. Anonymus: *Congregavit illos in loco Hermagedon*, Mss. *Magedon.* Græc. Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς, &c. ut in Lat. Primasii. Ms. Veles. habet Καὶ συνάξει· & in fine, nonnulli, Ἀρμαγεδδών.

℣. 17. Græc. Καὶ ὁ ἕβδομος Ἄγγελος ἐξέχεε..... εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἐξῆλθε φωνὴ..... ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, &c. ut in Latino. In Mss. 3. deest τοῦ οὐρανοῦ.

℣. 18. Anonymus: *Et facta sunt fulgura, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus, qualis non est factus ex quo homines facti sunt.* Græcum Vulgatæ suffragatur.

℣. 19. Anonymus: *Et facta est illa civitas magna in tres partes: civitates Gentium ceciderunt: & Babylon illa magna in mentem venit Deo, dare ei poculum vini iræ suæ.* Græc. Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη· καὶ αἱ.... καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

℣. 20. Anonymus, & Græcum Vulgatæ concinunt.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

tes non sunt inventi.

21. Et grando ingens talenti ponderis de cœlo super homines ruit : & blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis : quoniam magna plaga à grandine facta est.

VULGATA NOVA.

inventi.

21. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines : & blasphemaverunt Deum homines propter plagam grandinis : quoniam magna facta est vehementer.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Anonymus in hunc loc. *Et grando magna quasi talentum descendit de cœlo super homines : & blasphemaverunt homines Deum ex plaga grandinis : quoniam magna est plaga ejus nimis.* Græc. Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ... ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης· ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα. Ms. 1. delet ὡς, ante vocem ταλαντιαία.

---

# CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET venit unus de septem Angelis habentibus septem phialas, & locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas,

*a Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 7. c.*

2. cum qua fornicati sunt reges terræ, a & inebriati sunt omnes inhabitantes terram à vino fornicationis ejus.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

3. Et duxit me in desertum in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.

4. Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, & curata auro, & lapide pretioso, & margaritis : & habebat poculum aureum in manu sua, plenum abominationum, & immunditiæ fornicationis totius terræ :

5. Et in fronte ejus nomen scriptum sacramenti : Babylon, mater fornicationum, & exsecrationum totius terræ.

6. Et vidi mulierem illam ebriam factam de sanguine sanctorum, & de sanguine testium Jesu Christi. Et miratus sum cùm vidissem eam miraculo magno.

VULGATA NOVA.

1. ET venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas,

2. cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis ejus.

3. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.

4. Et mulier erat circumdata purpurâ, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditiâ fornicationis ejus :

5. Et in fronte ejus nomen scriptum : Mysterium : Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ.

6. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum cùm vidissem illam admiratione magna.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Cyprianus l. de hab. virg. p. 177. a. *Et venit unus ex septem Angelis habentibus phialas septem, & aggressus est me, dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas* : ita rursum l. 3. Testim. p. 317. a. deleta voce *septem*, post *phialas*. Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. c. *Venit unus ex septem Angelis sanctis, & locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi judicium meretricis magnæ, sedentis super aquas multas.* Auctor l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 7. c. *Veni, ostendam tibi damnationem*, &c. ut supra. Ita etiam Victorinus Martyr Comment. in Apocal. Biblioth. Patr. to. 3. p. 420. h. præter *quæ sedet*, pro *sedentis*. Anonymus in hunc loc. append. tom. 3. August. col. 174. g. *Et venit unus ex septem Angelis, & dixit mihi : Veni*, &c. ut in textu. Eidem textui congruit Græcum in omnibus, addita tantùm vocula μοι, *mihi*, verbo *dicens* : sed in Mss. pluribus deest μοι.

℣. 2. Omissa à Primasio verba, *& inebriati sunt omnes inhabit. terram*, supplevimus ex Auct. Anonymo l. contra Fulgent. Donat. append. to. 9. August. col. 7. c. Cypr. l. de hab. virg. p. 177. a. simpliciter habet : *cum qua fornicati sunt reges terræ* : deinde, *Et duxit me in spiritu*, &c. omissis omnibus intermediis : itidem l. 3. Testim. p. 317. a. nisi quòd omittat etiam *Et duxit me in*, &c. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. c. versum 2. integrum omittit. In Græco verò sic : μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν.

℣. 3. Cyprianus l. de hab. virg. p. 177. a. *Et duxit me in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam* : tum subdit : *Et mulier illa amicta erat*, &c. prætermissis verbis intermediis : at l. 3. Testim. p. 317. a. hæc tantùm habet, *Et vidi mulierem sedentem super bestiam* ; omissis quæ præcedunt, & quæ sequuntur. Anonymus in Apocal. ubi sup. *Et tulit me in eremo in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam*, &c. ut in Vulgata. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. c. *Et duxit me in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam, habentem capita septem, & cornua decem.* Græcum textui Primas. concinit ad verbum, nisi excipias primum ἀπήνεγκε, *abduxit*, pro *duxit*.

℣. 4. Cyprianus l. de hab. virg. p. 177. a. *Et mulier illa amicta erat pallio purpureo, & coccineo, & adornata erat auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua, plenum exsecrationum, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ* : eadem rursus habet l. 3. Testim. p. 317. a. præter hæc, *amicta erat pallium purpureum, & coccineum.* Anonymus in hunc loc. col. 175. e. f. *Et mulier erat circumdata purpura, & cocco, & ornata auro, & lapide pretioso, & habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum, & immunditiarum fornicationis ejus.* Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 7. col. 194. c. post *cornua decem*, omissis seqq. addit : *ferentem poculum in manu sua, plenum exsecrationibus immunditiæ, & fornicatione totius terræ.* Tertullianus lib. de cultu femin. c. 12. p. 267. c. ad hunc ℣. necnon 1. & 9. alludens dicit : *Illa civitas valida, quæ super septem montes, & plurimas aquas præsidet, cùm prostitutæ à Domino nomen meruisset, quali habitu appellationi suæ comparata est ? Sedet certè in purpura, cum coccino, & auro, & lapide pretioso, quæ maledicta sunt.* Græc. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη πορφύρᾳ, &c. ut in Vulg. excepta voce βδελυγμάτων, *abominationibus*, pro *abominatione* ; sed in Ms. Veles. βδελύγματος. Ipse etiam, cum aliis pluribus, in principio habet, Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλ. mox plerique, πορφυροῦν, καὶ κόκκινον· al. πορφύραν, καὶ κόκκινον.

℣. 5. Anonymus in hunc loc. Vulgatæ congruit ad verbum. Græcum : Καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον· Μυστήριον· Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ, &c. ut in Vulgata.

℣. 6. Anonymus : *Et vidi mul. ebriam de sanguine sanct. & martyrum Jesu.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. d. *Vidi mulierem illam ebriam sanctorum sanguine, & sanguine martyrum Christi Jesu.* Gaud. Brix. præfat. ad Benev. p. 943. c. *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum.* Itidem Victorinus Mart. p. 420. h. Græcum : Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος, &c. ut in Vul-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem.

8. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est.

9. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

10. Quinque ceciderunt, unus est, & alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breve tempus manere.

11. Et bestia, quæ erat, & non est: & ipsa octava est: & de septem est, & in interitum vadit.

12. Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient post bestiam.

13. Hi unum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradent.

1. Tim. 6. 15. Inf. 19. 16. 14. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, electi, & fideles.

15. Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti ubi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes, & linguæ.

16. Et decem cornua, quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient il-

VERSIO ANTIQUA.

7. Et dixit mihi Angelus: Propter quid admiratus es? Ego tibi ostendam sacramentum hujus mulieris, & bestiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

8. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, sed ascensura est ex abysso, & in perditionem vadit: & admirabuntur omnes inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est, ab origine mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est, & ventura est.

9. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Illa septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

10. Quinque ceciderunt, unus autem superest, alius autem nondum venit: & cùm venerit, oportet illum brevi tempore manere.

11. Et bestia, quæ fuit, & non est: & ipsa octavo loco est, cùm sit ex septem, & in perditionem ibit.

12. Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: hi regnum nondum acceperunt, sed potestatem regni una hora accipiunt cum bestia.

13. Hi omnes unam sententiam habebunt, & vim, & potestatem suam bestiæ tradent.

14. Hi adversùs Agnum pugnabunt, & Agnus vincet eos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum eo erant, electi, & fideles, & vocati.

15. Et dixit mihi: Aquas, quas vidisti, super quas sedet meretrix illa, populi, & turbæ iniquorum, & linguæ sunt.

16. Decem verò cornua, quæ vidisti, & bestiam: odio insectabunt meretricem, & desertam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gata, nisi quòd habeat in fine θαῦμα μέγα, pro *admiratione magna.*

℣. 7. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 195. c. *Dixit mihi Angelus: Propter quid admiratus es? Ego dicam tibi sacramentum hujus mulieris, & bestiæ, quæ portatur:* tum addit: *Bestia, quam vidisti,* &c. prætermissis intermediis. Gr. Καὶ εἶπέ μοι ὁ..... Διατί ἐθαύμασας; Ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς, &c. ut in textu Latino.

℣. 8. Irenæus l. 5. c. 30. p. 330. a. *fuit, & non est, & ascendet ab abysso, & in perditionem vadit.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 195. c. *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, sed ascensura est ex abysso, & itura in interitum:* reliqua desunt usque ad medium ℣. 9. Græc. habet: Θηρίον, ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ...... καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς (ὧν οὐ γέγραπται τὰ.... ἐπὶ τὸ Βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) βλέποντες τὸ θηρίον, ὅ, τι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καίπερ ἐστίν. Ms. Alex. pro ὑπάγειν, habet ὑπάγει· pauloque post alii duo, κατοικοῦντες τὴν γῆν· subinde nonnulli ferunt, ἐπὶ τοῦ Βιβλίου· Veles. in fine delet καίπερ ἐστίν· sed alii plurimi habent, καὶ παρέσται· unus tantùm, καὶ παρέστιν.

℣. 9. Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 195. c. post hæc, *itura in interitum*, subdit: *Illa septem capita ejus, septem montes sunt, super quos mulier sedit, & reges septem sunt:* omittit autem, *Et hic est sensus*, &c. Gr. Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν, καὶ, &c. ut in Lat. Ms. Veles. pro ὅπου, habet ἐφ' ὧν.

℣. 10. Auctor l. de promiss. ubi sup. *Unde quinque ceciderunt, unus superest, alius nondum venit: & cùm venerit, oportet brevi tempore* ( Ms. 1. *breve tempus* ) *illum manere.* Gr. Οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἔστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε· καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι· Mss. quidam tollunt καὶ, post ἔπεσαν.

℣. 11. Similiter Auctor l. de promiss. ubi sup. *Bestia, quæ fuit, & non est: & ipsa octavo loco est, cùm sit ex septem, & in perditionem ibit.* Græcum verò: Καὶ τὸ θηρίον, ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι· καὶ ἐκ τῶν, &c. ut in Vulg. Mss. quidam ferunt, καὶ οὗτος ὄγδοος· unus, καὶ τοῦτο ὄγδοον· alter, καὶ αὐτὸ ὄγδοον.

℣. 12. Irenæus l. 5. c. 26. p. 323. e. *Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potest. quasi reges una hora accipient cum bestia.* Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 8. col. 195. d. *Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: hi regnum nondum acceperunt, sed potestatem regni una hora accipient post bestiam.* Græc. Καὶ τὰ δέκα κέρατα..... οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου· Ms. Veles. λήψονται μετὰ τὸ θηρίον.

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 26. p. 323. e. *Hi unam sententiam habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ dant.* Anonymus in hunc loc. *Hi unam sententiam habent, & virtutem, & majestatem suam diabolo dabunt.* Gr. Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδιδώσουσιν. Mss. plures, αὐτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 26. cum Fulg. l. pro fide Cath. p. 538. *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum.* Itidem Anonymus in hunc loc. nisi quòd addat, *& qui cum eo, vocati, & electi, & fideles;* & habeat initio *pugnant*, pro *pugnabunt.* In Græco eadem quæ in Vulg. nisi quòd desit verbum *sunt*, ante *vocati.*

℣. 15. Cyprianus ep. 63. p. 108. a. *Aquæ, quas vidisti, super quas sedet meretrix illa, populi, & turbæ, & Gentes ethnicorum sunt, & linguæ.* Augustinus l. 2. contra epistolam Parmen. tom. 9. col. 39. d. *Aquas, quas vidisti, super quas sedet meretrix illa, populi, & turbæ sunt, & Gentes, & linguæ.* Auctor l. contra Fulgent. Donat. append. tom. 9. August. col. 7. d. *Et dixit mihi Angelus: Aquas, quas vidisti, super quas sedet fornicaria illa, populi, turbæ, & nationes sunt.* Auctor l. ad Novatian. p. 436. f. *Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & Gentes, & regna.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. b. *Aquæ, quas vidisti, populi, & Gentes, & turbæ, & nationes sunt.* Gaudent. Brixiens. ser. 5. p. 950. h. *Aquæ, quas vidisti, super quas sedet meretrix Babylon, populi, & Gentes sunt.* Anonymus in hunc loc. *Et dixit mihi Angelus: Vides aquas, ubi mulier sedet? Hæc & populus, & turbæ sunt, & Gentes, & linguæ.* Græcum: Καὶ λέγει μοι· Τὰ ὕδατα, ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ, καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη, καὶ γλῶσσαι. Ms. Alex. in principio habet: Καὶ εἶπέ μοι· subinde in Veles. deest καὶ ὄχλοι.

℣. 16. Anonymus in hunc versum: *Et decem cornua, quæ vidisti: hi odio habent meretricem, & desertam eam facient, & nudam, & carnes ejus edent.* Græcum: Καὶ τὰ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον· οὗτοι, &c. ut in Vul-

Digitized by Google

**Versio antiqua.**

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

& nudam facient illam, & carnes ejus devorabunt, & ipsam igne cremabunt.

17. Deus enim in cordibus eorum injecit ut perficiant quod illi placitum est: & esse illos in consensu, & metu, & tradere bestiam regnum donec consummentur verba Dei.

18. Et mulier, quam vidisti, civitas magna est, quæ habet regnum super reges terrarum.

**Vulgata nova.**

lam, & nudam, & carnes ejus manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

17. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitum est illi: ut dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba Dei.

18. Et mulier, quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

gata, excepto κατακαύσουσιν ἐν πυρί, *concremabunt in igne.* Mss. plures ferunt καὶ τὸ θηρίον, loco ἐπὶ τὸ θηρίον.

℣. 17. Anonymus in hunc loc. *Deus enim dedit in corda eorum facere sententiam ejus: & dabunt regnum suum bestiæ usque dum finiantur dicta Dei.* Gr. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ ἄχρι τελεσθῇ τὰ, &c. ut in Lat. In Ms. 2. deest καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην· subinde unus habet βασιλείαν αὐτοῦ.

℣. 18. Anonymus, & Græcum Vulgatæ consonant.

---

# CAPUT XVIII.

**Versio antiqua.**

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à claritate ejus.

2. Et exclamavit voce magna & forti, dicens: Cecidit Babylon illa magna: & facta est habitatio, & refugium dæmoniorum, & omnis spiritus immundi, & omnis avis immundæ, & odibilis:

3. quia de vino fornicationis ejus & reges terræ fornicati sunt: & mercatores terræ de potestate deliciarum ejus locupletati sunt.

4. Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exi de ea populus meus: ne particeps sis delictorum, & ne perstringaris plagis ejus.

5. Quoniam delicta ejus usque ad cœlum pervenerunt, & meminit Dominus Deus iniquitatum ejus.

6. Et ideo reddit ei duplicia: & in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei.

7. Et in quantum se clarificavit, & deliciarum habuit; in tantum datur ei cruciatus & luctus: quoniam dicit in corde suo: Quia regina sum: & vidua non possum esse: nec luctum visura sum.

**Vulgata nova.**

1. ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria ejus.

2. Et exclamavit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis: *Isai. 21. 19. Jerem. 51. 8. Sup. 14. 8.*

3. quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt.

4. Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de illa populus meus: ut ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.

5. Quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum ejus.

6. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundùm opera ejus: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.

7. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina: & vidua non sum; *Isai. 47. 8.*
& luctum non videbo.

**Notæ ad Versionem antiquam.**

℣. 1. Anonymus in hunc vers. append. to. 3. August. col. 176. f. *Postea vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est ad claritatem ejus.* Græcum textui Lat. consonat, nisi quòd hab. in fine ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ, *ex gloria ejus.* Ms. 1. ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

℣. 2. Anonymus in hunc loc. *Et clamavit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna: & facta est habitaculum dæmoniorum, & custodia omnis avis immundæ, & inquinatæ.* In Græco sic: Καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη· καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου, καὶ μεμισημένου. Mss. plures, pro ἰσχύϊ φωνῇ μεγάλῃ, ferunt ἰσχυρᾷ φωνῇ· Hippolytus, ἰσχυρᾷ φωνῇ μεγάλῃ· Lat. codd. plurimi, *forti voce:* subinde Græci tres tollunt 1. Ἔπεσεν· pauloque post Alex. scribit δαιμονίων· & infra, θηρίου, loco ὀρνέου.

℣. 3. Anonymus: *quoniam ex vino iræ fornicationis ejus bib. omnes gentes, & reges terræ, qui cum ea fornicati sunt: & omnes mercatores terræ ex virtute luxuriæ ejus divites facti sunt.* Græcum: ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν· καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. Mss. quatuor, pro πέπωκε, ferunt πεπώκασι, Comp. πεπότικε.

℣. 4. Similiter habet Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exi de ea populus meus: ne particeps sis delictorum ejus, & ne perstringaris plagis ejus:* ita rursum l. de lapf. p. 184. b. à verbo *Exi:* cui concinit Auct. l. de prom. dimid. temp. c. 7. col. 195. a. Auctor quoque l. de aleat. p. 494. habet: *Exi de ea populus meus: ne sis particeps delictorum ejus.* Anonym. in hunc loc. *Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de ea populus meus: ne communicetis peccatis ejus, & plagis ejus ne lædamini.* Gr. Vulgatæ suffragatur. Ms. tamen 1. pro Ἐξέλθετε, *Exite*, habet Ἔξελθε, *Exi.*

℣. 5. Itidem Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Quoniam delicta ejus usque ad cœlum pervenerunt, & meminit Dominus Deus iniquitatum ejus.* Anonym. Vulgatæ congruit, præter *ascenderunt*, pro *pervenerunt.* Gr. Ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. Mss. plures, pro ἠκολούθησαν, ferunt ἐκολλήθησαν· Arab. *annexa sunt ei, & pertigerunt.* Ms. Velef. ἔφθασαν.

℣. 6. Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Ideo reddidit ei dupla: & in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei.* Auctor verò l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. d. *Reddite ei sicut & ipsa reddidit vobis: in poculo, quo miscuit vobis, miscete ei duplum.* Anonym. Vulgatæ suffragatur; sicut & Græcum, addito αὐτῇ, *ei*, verbo διπλώσατε, *duplicate:* at in Mss. nonnullis deest αὐτῇ.

℣. 7. Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Et in quantum se clarificavit, & deliciarum habuit; in tantum datus est ei & cruciatus, & luctus: quoniam in corde suo dicit: Regina sum: & vidua esse non possum: nec luctum visura sum.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 7. col. 194. d. *Et in quantum se clarificavit, & potestatis* (al. *potestates*) *habuit; in tantum date ei cruciatus & luctus;* al. *luctum.* S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 317. e. *In quantum clarificavit se, & delicias exercuit; tantum date ei tormentum & luctum.* Anonymus in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui judicabit illam.

9. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendii ejus:

10. longè stantes propter timorem tormentorum ejus, dicentes: Væ, væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis: quoniam una hora venit judicium tuum.

11. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet ampliùs:

12. merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, (& omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore,

13. & cinnamomum) & odoramentorum, & unguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & jumentorum, & ovium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum.

14. Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia, & præclara perierunt à te, & ampliùs illa jam non invenient.

15. Mercatores horum, qui divites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum ejus, flentes, ac lugentes,

16. & dicentes: Væ, væ civitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis:

17. quoniam una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ. Et omnis gubernator, & omnis, qui in lacum navigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt,

VERSIO ANTIQUA.

8. Propterea una hora venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne cremabitur: quia fortis est Dominus, qui eam judicabit. *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

9. Et flebunt, & plangent se reges terræ, qui cum ea fornicati sunt, & in deliciis conversati, cùm viderint fumum incendii ejus:

10. & de longinquo stantes propter metum pœnæ ejus, dicentes: Væ, væ civitas illa Babylon, civitas illa fortis: quia una hora advenit judicium tuum.

11. Et mercatores terrarum flebunt, plangentes eam: quoniam merces eorum nullus mercabitur:

12. merces auri, & argenti, & lapidum pretiosorum, & margaritarum, & serici, & purpuræ coccineæ, & vestis, & omnis ligni cedrini; & omne vas eburneum, de pretioso ligno, & ære, & ferro, & marmore;

13. & cinnamomi; & incensum, & unguentum, & thus, & vinum, & oleum, & triticum, jumenta, & pecora, & equorum, & rhedarum vehicula, atque mancipia, & diversi generis animalia.

14. Pomorum quoque tuorum concupiscentia animæ abiit abs te, & omnia illa pinguia, & clara perierunt abs te, nec jam ea ultra invenies.

15. Mercatores tui quoque, qui divites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem pœnæ ejus, flentes, & plangentes,

16. & dicentes: Væ, væ illa civitas magna, velata purpura, & byssino, & coccino, & culta auro, & lapide pretioso, & margarita:

17. & una hora exterminatæ sunt tantæ divitiæ. Et omnis gubernator, & omnis per mare navigans, & nautæ, & qui morantur in mari, longè stabunt,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc loc. *Quantùm se clarificavit, & indeliciavit; tantùm date ei cruciatum & luctum poculum suum: quoniam in corde suo dixit Babylonia: Sedeo*, &c. ut in Vulgata. Gr. Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐστρηνίασε· τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι, &c. ut in Vulgata.

℣. 8. Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Propterea una hora plagæ ejus advenient, mors, luctus, & fames, & igni cremabitur: quoniam fortis est Dominus Deus, qui eam judicabit.* Auctor l. de prom. dimid. temp. col. 194. e. *Ideoque una hora plagæ ejus advenerunt, mors, fames, & luctus, & ipsa igni cremabitur: quoniam fortis est Dominus, qui eam judicabit;* Ms. 1. *& ipsam igni cremabunt..... qui eam judicavit.* Anonymus in hunc loc. *Propterea in una die venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne concremabitur: quoniam fortis Dominus Deus, qui judicabit eam.* Græcum: Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος, καὶ πένθος, καὶ λιμὸς, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κρίνων αὐτήν. In Ms. 1. pro ἡμέρᾳ, habetur ὥρᾳ· & sub finem deest Κύριος, in Alex. & Veles. in alio verò deest ὁ Θεός· tum in pluribus exstat ὁ κρίνας.

℣. 9. Cyprianus l. 3. Testim. p. 316. b. *Et flebunt, & plangent se in ea reges terræ, qui cum ea fornicati sunt, & in delictis* (l. *deliciis*) *conversati sunt.* Anonymus Vulgatæ favet, nisi quòd in fine habet, *tanquam fumus instantis gehennæ à longè stantes*, &c. ex ℣. sequenti. Græc. Καὶ κλαύσονται αὐτὴν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες, καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι, &c. ut in Lat. Mss. plures, Καὶ κλαύσουσι, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτήν· unus, κλαύσουσι, καὶ πενθήσουσιν ἐπ' αὐτῇ.

℣. 10. Anonymus sic hunc versum cum præcedenti jungit: *tanquam fumus instantis gehennæ à longè stantes propter metum pœnæ ejus, dicentes: Væ, væ civitas magna Babylon, civitas fortis: quoniam una hora venit damnatio tua.* Græc. ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες...... ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά· ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν, &c. Mss. plures, μιᾷ ὥρᾳ, absque ἐν.

℣. 11. Græcum: Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι, καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ· ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι. Mss. plures, κλαύσουσι, καὶ πενθήσουσιν· subinde Veles. ἀγοράσει.

℣. 12. Græcum: γόμον χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ, καὶ κοκκίνου· καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου (Ms. 1. τιμίου,) καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ μαρμάρου·

℣. 13. *Et diversi generis animalia.* Glossema fortè est pro *& animarum hominum*, quod legitur in Vulgata. Anonymus in hunc loc. hæc tantùm habet: *& equorum, & rhedarum, & porcorum.* In Græco sic: καὶ κινάμωμον, καὶ θυμιάματα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα· καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων· Ms. 1. ipso initio habet, καὶ κιναμώμου· alii duo, κινναμώμου· alii tres legunt καὶ θυμίαμα· unus, θυμιάματος· subinde Veles. loco σωμάτων, habet ἀνδραπόδων, *mancipiorum.*

℣. 14. Græcum: Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ, καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά. Mss plures, καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπώλοντο ἀπὸ σοῦ· al. ἀπώλετο· subinde nonnulli ferunt εὕρῃς pro εὑρήσῃς· al. εὑρήσεις· Alex. εὑρήσουσιν· Veles. εὑρήσωσι.

℣. 15. Anonymus; *Mercatores, qui ditati sunt ab ea, longè stabunt, flentes.* Græc. Οἱ ἔμποροι τούτων, οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν στήσονται διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες, καὶ πενθοῦντες.

℣. 16. Anonymus in hunc loc. *& dicentes: Væ, væ civitas magna, induta byssino, & purpura, & cocco, & ornata auro, & lapide pretioso, ac margaritis.* Græcum: καὶ λέγοντες· Οὐαὶ, οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον, καὶ πορφυροῦν, καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ, καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργαρίταις. Mss. 2. loco βύσσινον, ferunt βύσσον; iidemque paulò post tollunt ἐν, ante χρυσῷ, sicut & Alex. qui solus in fine habet, καὶ μαργαρίτῃ.

℣. 17. Anonymus in hunc loc. *Et omnis gubernator, & omnis, qui navibus navigat, & nautæ, & quotquot mare operantur, à longè steterunt.* Græc. ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

18. videntes fumum incendii ejus, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ?

19. Et super capita sua mittentes pulverem, clamabunt flentes, & lugentes, & dicentes voce magna: Væ, væ civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habent naves in mari, de claritate ejus: quia una hora exterminata est.

20. Exsultate super eam cœli, & sancti, & Apostoli, & Prophetæ: quoniam judicavit Deus de ea judicium vestrum.

21. Et sustulit Angelus fortis lapidem ad magnitudinem molæ magnæ, & misit in mare, dicens: Hoc impetu demolietur Babylon illa magna, & ampliùs non invenietur.

22. Et vox citharœdorum, & musicorum, & symphoniacorum, & tubicinum jam non audietur in te: neque ullus artifex ullius artis invenietur in te ampliùs: & vox molæ non audietur in te jam:

23. neque lumen lucernæ lucebit tibi: & vox sponsi, & sponsæ non audietur in te ampliùs: quia negociantes tui fuerunt magistratus terræ, quia maleficiis in tuis exerraverunt omnes gentes.

24. Et in te sanguis prophetarum & sanctorum inventus est, & omnium occisorum super terram.

VULGATA NOVA.

18. & clamaverunt videntes locum incendii ejus, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ?

19. Et miserunt pulverem super capita sua, & clamaverunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habebant naves in mari, de pretiis ejus: quoniam una hora desolata est.

20. Exsulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa.

21. Et sustulit unus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra jam non invenietur.

22. Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te ampliùs: & omnis artifex omnis artis non invenietur in te ampliùs: & vox molæ non audietur in te ampliùs:

23. & lux lucernæ non lucebit in te ampliùs: & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes.

24. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inventus est, & omnium, qui interfecti sunt in terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μακρόθεν ἔστησαν. Mss. quidam, pro ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, ferunt, ὁ ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων· Veles. ἐπὶ τῆς λίμνης πλέων· alii plures, ὁ ἐπὶ τόπον πλέων.

℣. 18. Anonymus in hunc loc. *& clamaverunt videntes fumum ignis.* Græcum: καὶ ἔκραζον ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες· Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ; Mss. quidam, pro ὁρῶντες, ferunt βλέποντες· duoque ex ipsis, τὸν τόπον, loco τὸν καπνὸν, ut in Vulgata.

℣. 19. Anonymus: *Væ, væ civitas illa magna, in qua ditati sunt omnes illi, qui habebant naves in mari: quoniam una hora deserta est.* Græcum: Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς, &c. ut in Vulg. nisi excipias ista, οἱ ἔχοντες..... ἐκ τῆς τιμιότητος, pro *qui habebant..... de pretiis.* Mss. quidam, post *lugentes*, addunt καί.

℣. 20. Anonymus in hunc locum: *Exsulta cœlum super eam, & sancti, & Apostoli, & Prophetæ.* Græc. Εὐφραίνου ἐπ' αὐτὴν, &c. ut in Vulg. Syr. autem, cum Mss. Lat. aliquib. Εὐφραίνεσθε, *Exsultate:* deinde Græci plures, ἐπ' αὐτῇ οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι, καὶ οἱ Ἀπόστολοι.

℣. 21. Anonymus in hunc vers. *Et tulit unus Angelus lapidem ut molam magnam, & misit in mare, dicens: Sic impetu dejicietur illa Babylon civitas magna, & non invenietur ampliùs:* infra verò habet: *Sic mittetur* (Mss. *mergetur*) *Babylonia.* Græcum: Καὶ ἦρεν εἷς Ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς....... Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. Ms. Alex. pro μύλον, habet μύλινον· paulòque post Veles. Τούτῳ ὁρμήματι, pro Οὕτως ὁρμήματι.

℣. 22. Græcum: Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν, καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· Anonymus: *Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibicinum, & fistulatorum non audietur in ea amplius.* Ambrosius epist. 64. col. 1051. c. *& vox molæ non audietur in te ampliùs.*

℣. 23. Anonymus: *quoniam mercatores tui erant maximi terræ, quoniam in veneficiis,* &c. ut in Vulgata. Græc. καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ νυμφίου..... ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν, &c. ut supra.

℣. 24. Anonymus in hunc loc. *Et sanguis prophetarum & sanctorum inventus est omnium, à te occisorum super terram.* Græcum: Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα, &c. ut in textu Primas. Syr. pro ἐν αὐτῇ, habet *in te*, cum eod. Primas.

# CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. POst hæc audivi vocem turbarum ingentium, clamantium voce magna in cœlo, dicentium: Alleluia: Salus, & claritas Deo nostro:

2. quoniam vera, & justa sunt judicia ejus, quia sic judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram per fornicationem suam, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus.

3. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus de illa ascendit in sæcula sæculorum.

4. Et prostraverunt se viginti quatuor seniores,

VULGATA NOVA.

1. POst hæc audivi quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: Alleluia: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est:

2. quia vera, & justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus.

3. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus ejus ascendit in sæcula sæculorum.

4. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Anonymus in hunc loc. append. to. 3. Augustin. col. 179. c. *Audivi vocem magnam populi multi in cœlo dicentium: Halleluia: Salus, & claritas, & virtus Deo nostro.* Græcum: Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντος· Ἀλληλούϊα· Ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Mss. quidam ipso initio delent Καί· nonnulli etiam tollunt ὡς, ante φωνὴν, quos secutus est Millius: deinde Veles. ponit ὄχλων πολλῶν, uti paulò post, cum aliis pluribus, λεγόντων· loco verò ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, &c. ex his plerique ferunt, ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, deleto καὶ ἡ τιμή.

℣. 2. Anonymus in hunc vers. *quoniam vera, & justa judicia ejus, quoniam judicavit meretricem illam magnam, quæ corrupit terram fornicatione sua,* &c. ut in Vulg. præter *de manu ejus.* Gr. ὅτι ἀληθιναὶ, καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς.

℣. 3. Græcum Vulgatæ consonat ad verbum. Consonat etiam Anonymus, præter *fumus eorum*, pro *fumus ejus.*

℣. 4. Græcum: Καὶ ἔπεσον οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, &c. ut in Vulg. In Ms. Alex. deest οἱ, ante εἰ-

Digitized by Google

### Vulgata nova.

quatuor animalia, & adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen: Alleluia.

5. Et vox de throno exivit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus: & qui timetis eum pusilli, & magni.

6. Et audivi quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens.

7. Gaudeamus, & exsultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit se.

8. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti, & candido. Byssinum enim justificationes sunt Sanctorum.

*Matth. 22. 2. Luc. 14. 16.* 9. Et dixit mihi: Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: & dicit mihi: Hæc verba Dei vera sunt.

10. Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: conservus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Jesu. Deum adora. Testimonium enim Jesu est spiritus prophetiæ.

11. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum justitia judicat, & pugnat.

12. Oculi autem ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse.

*Isai. 63. 1.* 13. Et vestitus erat veste aspersa sanguine:

### Versio antiqua.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

& quatuor animalia, & adoraverunt Deum sedentem in throno, dicentes: Amen.

5. Et vox exivit de cœlo, dicens: Laudate Deum vestrum omnes servi ejus: & qui timetis Deum pusilli, & magni.

6. Et audivi vocem tubarum magnarum, & quasi vocem tonitruum fortium, & quasi sonum aquarum multarum, dicentium: Alleluia: quoniam regnavit Dominus omnipotens.

7. Gaudeamus, & exsultemus, & demus ei claritatem: quoniam venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit se.

8. Et datum est ei ut vestiretur byssinum candidum mundum. Byssinum enim mundum justitiæ Sanctorum sunt.

9. Et ait mihi: Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: & iterum dixit mihi: Hæc verba vera, & justa Dei sunt.

10. Et prostravi me ad pedes ejus, ut adorarem eum. Et ait mihi: Vide ne feceris: quoniam conservus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Jesu Christi. Deum adora. Sanctificatio enim testificationis est spiritus prophetarum.

11. Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verus, æquum & justum qui judicat, & præliatur.

12. Oculi autem ejus erant ut flamma ignis, & super caput ejus diademata multa, & habens nomen magnum scriptum, quod nemo novit nisi ipse.

13. Et erat coopertus vestem aspersam sangui-

### Notæ ad Versionem antiquam.

ϰοσι, uti ϰ̀, ante τέσσαρες.

℣. 5. Græcum: Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα· Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν...... ϰ̀ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν ϰ̀ οἱ μικροὶ, ϰ̀ οἱ, &c. Ms. 1. loco θρόνου, habet οὐρανοῦ· alii verò quid. tollunt ϰ̀, ante οἱ μικροί.

℣. 6. Ne quis suspicetur hîc mendum in textu Primasii, quasi ab oscitante scriba positum fuisset *tubarum*, pro *turbarum*, attendat quæ immediatè subdit Primas. in Comment. quæ æquivocationem omnem tollunt: *In tubis*, inquit, *illa prædicatio designatur, quam Isaias dicit: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta*, &c. Ambros. verò præf. in Psal. 1. col. 738. a. vulgatam lectionem insinuat dicens: *Et seniores, & turba magna, sicut voces aquarum multarum, concinunt: Alleluia.* Anonym. *Et audivi ut vocem populi multi, & ut vocem aquarum multarum, & ut vocem tonitruorum fortium, dicentes: Halleluia*, &c. ut in Vulg. Nicetius epis. Spicil. to. 3. p. 10. b. *Joannes*, inquit, *in Apoc. refert se, Spiritu revelante, vidisse, & audisse vocem aquarum multarum, & tonitruorum validorum, dicentium: Alleluia.* Cypr. l. 2. Testim. p. 293. c. posteriora tantùm refert: *regnavit Dominus Deus omnipotens.* In Græco: Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, ϰ̀ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, ϰ̀ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν ....... ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Mss. quid. tollunt ὡς, post ἤκουσα· subinde unus habet, ὄχλου μεγάλου· Veles. autem, σάλπιγγος μεγάλης· alii plures, post vocem Θεὸς, addunt ἡμῶν, ut in Vulgata.

℣. 7. Cyprianus l. 2. Testim. p. 293. c. *Gaudeamus, & exsultemus, & demus ei gloriæ claritatem: quoniam venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus se præparavit.* Anonym. in hunc loc. *Gaudeamus, & exsultemus, & glorificemus nomen ejus: quoniam venerunt nuptiæ Agni; & mulier ejus paravit se.* Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 8. Anonymus: *Et datum est ei ut operiatur byssino splendido mundo. Byssinum enim justa facta Sanctorum sunt.* Ms. cod. Luxoviens. annor. 1100. *ut cooperiat se byssinum splendens candidum.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 2. col. 125. e. *Byssum mundum justitiæ Sanctorum sunt.* Gr. Καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν, ϰ̀ λαμπρόν. Τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματά ἐστι τῶν Ἁγίων. Mss. nonnulli ferunt, βύσσινον λαμπρὸν καθαρόν· Veles. λαμπρὸν, ϰ̀ λευκόν.

℣. 9. Græcum: Καὶ λέγει μοι· Γράψον· Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ Ἀρνίου κεκλημένοι· ϰ̀ λέγει μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ· Ms. Veles. ϰ̀ ἔλεγέ μοι· Οὗτοι.

℣. 10. Cyprianus l. de op. & eleem. p. 255. b. *Vide ne feceris: quia conservus tuus sum, & fratrum tuorum. Jesum Dominum adora.* Cassiodorus in Ps. 96. p. 325. c. *Vide ne feceris: conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum.* Ambrosiaster in Rom. 9. col. 79. f. *Ne feceris: quoniam conservus tuus sum. Deum adora.* Itidem Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 82. c. In Græco omnia ut in Vulgata, nisi quòd pro *Vide ne feceris*, habeatur simpliciter, Ὅρα μή.

℣. 11. Hoc in loco habet Primasius, *Et præliabitur, ut rex omnium sæculorum præliatur*, quod glossema purum esse arbitror. Cypr. l. 2. Testim. p. 285. b. *Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verus, æquum justumque judicans, & præliabatur*: ita rursum infra, p. 297. c. præter hoc, *judicat, & præliatur.* Iren. l. 4. c. 20. p. 256. d. *& ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verus, & per justitiam judicat, & pugnat.* Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 510. a. *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verus, & justitia judicans, & bellator.* Anonymus in hunc loc. *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & sessor ejus vocatur Fidelis, & Verus.* Ambrosius in Psal. 40. col. 878. a. alludens dicit: *Joanni cælum apertum, & albus equus est demonstratus, super quem sedebat habens in capite diademata.* Gr. Καὶ εἶδον...... ϰ̀ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν, καλούμενος Πιστὸς, ϰ̀ Ἀληθινὸς, ϰ̀ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει, ϰ̀ πολεμεῖ.

℣. 12. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Et oculi ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse.* Cyprianus l. 2. Testim. p. 297. c. *Oculi autem ejus erant tanquam flamma ignis, & super caput ejus diademata multa, & portabat nomen scriptum, nemini alii nisi sibi notum.* Anonym. in Apocal. *Et oculi ejus ut flamma ignis, & super caput ejus erant diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse*: infra, *quod nemo novit nisi ipse.* Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 510. a. *Oculi autem ejus quasi flamma ignis, & super caput ejus diademata plurima, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse.* Ita quoque in Græco est, nisi excipias vocem πολλὰ, loco *plurima.*

℣. 13. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Et circumamictus vestimentum aspersum sanguine: & vocatur nomen ejus, Verbum Dei.* Cypr. l. 2. Testim. p. 285. b. *Eratque coopertus veste conspersa sanguine: & dicitur nomen ejus, Sermo Dei:*



Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

ne : & dicitur nomen ejus, VERBUM DEI.

14. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, induti byssinum album mundum.

15. Et de ore ejus exiebat gladius utraque parte acutus : ut ex eo percuteret Nationes. Et ipse reget eas in virga ferrea : & ipse calcavit torcular vini iræ Dei magni omnipotentis.

16. Habet etiam in veste, & in femore suo nomen scriptum : Rex regum, & Dominus dominorum.

17. Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus cœli : Venite ad cœnam magnam Dei :

18. ut edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium super eos, & carnes omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, & magnorum.

19. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum collectos, ad faciendum bellum cum sedente super equum album, & cum exercitu ejus.

20. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta : qui fecerat signa sub oculis ejus, quibus signis seducti erant adorare imaginem bestiæ, & qui acceperant caragma illius. Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis igne, & sulphure.

21. Et cæteri occisi sunt gladio sedentis super

VULGATA NOVA.

& vocatur nomen ejus, VERBUM DEI.

14. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo.

15. Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus : ut in ipso percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea : & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. *Psalm. 2. 9.*

16. Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum : Rex regum, & Dominus dominantium. *Sup. 17. 14. 1. Tim. 6. 15.*

17. Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli : Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei :

18. ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, & magnorum.

19. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu ejus.

20. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta : qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus. Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure.

21. Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at infra, p. 297. c. *Et erat coopertus vestem aspersam sang. & dicitur nomen ejus, Verbum Dei.* Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 510. a. *Et amictus erat veste aspersa sanguine : & vocabatur nomen ejus, Verbum Dei.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 747. c. *Et erat coopertus vestimento asperso sanguine : & vocatur nomen ejus, Verbum Dei.* Anonym. in hunc loc. *Et circumdatus est veste sparsa sanguine : & dicitur nomen ejus, Sermo Dei.* Auctor quæst. ex N. T. q. 91. col. 82. g. & ex utroque T. mixt. q. 122. col. 130. g. *& nomen ejus est, Verbum Dei.* Græcum : Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Mss. quidam, pro καλεῖται, habet κέκληται· Veles. ἐκαλεῖτο· Lat. aliq. *vocabatur.*

℣. 14. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Et exercitus cœli sequebantur in equis albis, vestiti byssinum album mundum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 297. c. *Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, induti byssinum album mundum.* Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 510. a. *Et exercitus in cœlo sequebatur eum in equis albis, vestitus bysso albo, atque mundissimo.* Vigil. Tapf. l. cont. Varimad. p. 746. d. *Et exercitus cœlestis sequebatur eum in equis albis, induti byssinum mundum.* Anonymus : *Exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, induti albo byssino mundo :* infra tamen : *Exercitus qui est in cœlo, sequebatur eum in equis albis.* Græcum textui Primas. & Cypr. consonat, nisi quòd ponat καὶ, post βύσσινον sed Mss. plures tollunt illud καὶ, & Ms. 1. legit βύσσον.

℣. 15. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Et de ore ejus procedit romphaa acuta : ut in ea percutiat Gentes. Et ipse pascet* (al. *pascit*) *eos in virga ferrea : & ipse calcat lacum vini furoris ira Dei omnipotentis.* Cypr. l. 2. Testim. p. 297. c. *Et de ore ejus exibat gladius utrinque acutus : ut ex eo percuteret Nationes, quas ipse pasciturus est in virga ferrea : & ipse calcabit torcular vini ira Dei omnip.* Hieronymus in Isa. 66. to. 3. col. 510. a. *Et de ore ejus egrediebatur gladius acutus : ut in ipso percuteret Gentes.* Augustinus l. cont. Maximin. to. 8. col. 700. f. *& ipse calcat torcular vini potentis.* Anonym. *Et ex ore ejus procedit gladius bis acutus : ut in eo percutias Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea : ipse calcat torcular vini indignationis ira Dei omnipotentis.* Græcum Irenæo suffragatur ad verbum, addito tantùm καὶ, post vocem θυμοῦ, *furoris :* sed Mss. plures tollunt illud καί· & supra, pro ῥομφαία ὀξεῖα, iidem ferunt ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα· tum quidam ex ipsis, cum aliis nonnullis, legunt, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ, pro πατάσσῃ· subinde apud Origen. deest vox θυμοῦ. Hilarius in Ps. col. 593. d. *Gladius bis acutus ex ore.*

℣. 16. Irenæus l. 4. c. 20. p. 256. d. *Et habet super vestitum, & super femur suum nomen scriptum : Rex regum, & Dominus dominorum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 297. c. *Habet etiam in veste, & in femore suo nomen scriptum : Rex regum, & Dominus dominantium.* Itidem Ambros. in Ps. 40. col. 878. a. ab hoc, *& in femore.* Augustinus l. contra Maximin. to. 8. col. 700. f. *Et in tunica, & in femore habet nomen scriptum : Rex regum, & Dominus dominantium.* Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 746. d. *Et habet in vestimento, & femore suo nomen scriptum : Rex regum, & Dominus dominantium.* Fulg. l. pro fide Cathol. p. 537. *Et habebat in vestimento, vel in femore suo scriptum : Rex*, &c. ut supra. Anonym. *Hic habet in vestimento, & super femur suum scriptum nomen : Rex regum, & Dominus dominorum.* Græc. Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ..... Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ Κύριος κυρίων. Ms. 1. tollit αὐτοῦ, post μηρόν· alter verò in fine, loco κυρίων, habet κυριευόντων.

℣. 17. Anonymus in hunc loc. *Et vidi Angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volant in medio cœli : Venite, congregamini ad cœnam magnam Dei.* Græcum Vulgatæ suffragatur, nisi quòd in fine habeat, εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ· at Mss. quidam ferunt, εἰς τὸν δεῖπνον τὸν μέγαν τοῦ Θεοῦ· Veles. omittit καὶ συνάγεσθε, post verbum *Venite.*

℣. 18. Anonymus Vulgatæ congruit, nisi quòd omittit *carnes*, ante *fortium ;* & habet *sedentium super eos*, pro *sedentium in ipsis.* Græcum optimè concordat cum textu Primasii.

℣. 19. Anonymus in hunc loc. *Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatum* (l. *congregatos*,) *facere bellum cum sedente super equum, & cum exercitu ejus.* Græc. textui Primas. concinit, si tollas *album*, post *equum :* sed in Arab. & Æthiop. habetur ἐπὶ τοῦ ἵππου λευκοῦ, teste Millio.

℣. 20. Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 5. col. 191. d. *Apprehensa est bestia cum illo pseudopropheta : qui fecerat signa, quibus signis seduxit eos, qui acceperunt scriptionem bestiæ in fronte, & in manu sua :* & inf. c. 12. col. 198. b. *Venit Angelus, & apprehendit draconem, & bestiam, & pseudoprophetas. Isti vivi simul missi sunt in stagnum ardens igne, & sulphure.* Iren. l. 5. c. 28. p. 326. d. *In stagnum projicietur ignis.* Græc. Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετὰ τούτου ὁ ψευδοπροφήτης· ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ. Mss. quidam sub finem habent, Ζῶντες βληθήσονται· pauloque post Alexand. τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης· Veles. τοῦ πυρὸς τοῦ καιομένου, καὶ τῷ θείῳ.

℣. 21. Græcum Vulgatæ concinit, nisi quòd in fine habet, ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν, *ex carnibus eorum*, ut in textu Pri-

Digitized by Google

**Vulgata nova.**

ſuper equum, qui procedit de ore ipſius: & omnes aves ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

**Verſio antiqua.**

equum album, qui exierat de ore ejus: & omnes aves ſatiatæ ſunt ex carnibus eorum. *Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

**Notæ ad Verſionem antiquam.**

maſ. In Æthiop. quoque legitur, ἐπὶ τῷ ἵππῳ λευκῷ, *ſuper equum album;* ſtatimque in Mſs. pluribus, ἐξελθόντι, *qui exierat*, pro ἐκπορευομένῃ, *qui procedit;* quæ omnia Primaſii noſtri textum mirum in modum adſtruunt.

# CAPUT XX.

**Vulgata nova.**

1. ET vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

2. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & ſatanas, & ligavit eum per annos mille:

3. & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignavit ſuper illum, ut non ſeducat ampliùs gentes, donec conſummentur mille anni: & poſt hæc oportet illum ſolvi modico tempore.

4. Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & judicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt beſtiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis.

5. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima.

6. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis.

**Verſio antiqua.**

*Ex Primaſ. Afric. in Apoc.*

1. ET vidi Angelum fortem, deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

2. Et tenuit draconem, illum ſerpentem antiquum, qui cognominatus eſt diabolus, & ſatanas, & alligavit eum mille annis:

3. & miſit illum in abyſſum, & clauſit, & ſignavit ſuper eum, ut non ſeduceret jam gentes, donec finiantur mille anni: poſt hæc oportet eum ſolvi brevi tempore.

4. Et vidi ſedes in viſione, & ſedentes ſuper eas, & judicium datum eſt eis: & animæ occiſorum propter teſtimonium Jeſu, & propter verbum Dei, & ſi qui non adoraverunt beſtiam, nec imaginem ejus, neque acceperunt ſcriptionem in fronte, aut in manu ſua, & vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis.

5. Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni. Hæc reſurrectio prima eſt.

6. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in hac prima reſurrectione: in iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis.

**Notæ ad Verſionem antiquam.**

℣. 1. Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. 588. e. *Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam in manu ſua.* Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. b. *Vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem catenam magnam in manu ſua.* Anonymus in Apocal. append. to. 3. Auguſt. col. 177. g. *Et vidi alium Angelum*, &c. ut in Vulgata. Græcum Vulgatæ congruit, niſi quòd habeat ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, pro *in manu ſua.*

℣. 2. Similiter habet Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. 588. e. *Et tenuit draconem, illum ſerpentem antiquum, qui cognominatus eſt diabolus, & ſatanas, & alligavit illum mille annis.* Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. b. *Et apprehendit draconem illum magnum, illum ſerpentem antiquum, qui vocatur diabolus, & ſatanas, & alligavit eum mille annis.* Anonymus in hunc loc. *Et tenuit draconem, anguem antiquum, qui eſt diabolus, & ſatanas, & ligavit eum annos mille.* Græc. Καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος, &c. ut in Vulgata.

℣. 3. Itidem Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. 588. e. *& miſit illum in abyſſum, & clauſit, & ſignavit ſuper eum, ut non ſeduceret jam gentes, donec finiantur mille anni: poſt hæc oportet eum ſolvi brevi tempore.* Auctor l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. b. *& miſit in abyſſum, & clauſit, & ſignavit ſuper eum; ne ultra ſeduceret nationes, donec finiantur mille anni: poſt hæc oportet eum ſolvi in brevi tempore.* Anonymus: *& clauſit, & ſignavit ſuper eum, ne ſeducat nationes, uſque dum finiantur mille anni: poſt hæc oportet eum ſolvi modico tempore.* Gr. καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον. Mſs. plures tollunt αὐτὸν, poſt ἔκλεισεν· pauló verò poſt nonnulli legunt πλανᾷ, loco πλανήσῃ· deinde, ἔτι τὰ ἔθνη· & pauló poſt, in aliquibus deeſt καὶ, poſt ἔτη.

℣. 4. Hæc poſtrema verba, *& vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis*, addidimus ex Vulg. & Cypriano, cùm illa non præferat Primaſ. in textu; ipſa tamen ſic attingit, & inſinuat in Commentar. dicens: *Neque accipiunt inſcriptionem, notam ſcilicet criminis, in fronte, propter profeſſionem; in manu, propter operationem. Ab his igitur malis alieni, ſive adhuc in iſta mortali carne viventes, ſive defuncti regnant cum Chriſto jam nunc modo quodam huic tempori congruo, per totum hoc intervallum, quod numero mille annorum ſignificatur:* tum addit: *Reliqui eorum non vixerunt, inquit*, &c. de ℣. 5. Cypr. l. de exhort. mart. ad Fortunat. p. 273. a. habet: *Et vidi animas occiſorum propter nomen Jeſu, & ſermonem Dei, & quicunque imaginem beſtiæ non adoraverunt, nec acceperunt inſcriptionem in fronte, aut in manu ſua, & vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto.* Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. 588. e. *Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, & judicium datum eſt: & animæ occiſorum propter teſtimonium Jeſu, & propter verbum Dei, & ſi qui non adoraverunt beſtiam, nec imaginem ejus, nec acceperunt inſcriptionem in fronte, aut in manu ſua, & regnaverunt cum Jeſu mille annis.* Gr. Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς· καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ.... καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ, οὔτε τῇ εἰκόνι αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν, καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ, &c. ut ſupra. Mſ. Veleſ. habet, ἐπὶ τὰ μέτωπα, ἢ ἐπὶ τὰς χεῖρας· alii plures, ἐπὶ τὸ μέτωπον, καὶ ἐπὶ, abſque αὐτῶν.

℣. 5. Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. ſeqq. ſimiliter habet: *Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni. Hæc reſurrectio prima eſt.* Gr. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν, ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. Mſ. Alex. ipſo initio habet Οἱ λοιποὶ, abſque δέ· alii, Καὶ οἱ λοιποί· ſubinde nonnulli, οὐκ ἔζησαν.

℣. 6. Sic etiam Auguſtinus l. 20. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 580. e. ſeqq. *Beatus, & ſanctus eſt, qui habet in hac prima reſurrectione partem: in iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis.* Irenæus quoque l. 5. c. 34. p. 334. a. *Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima.* Itidem Fulg. l. pro fide Cathol. p. 537. ſed addit: *in eis ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti ejus, & regnabunt cum eo.* Ambroſ. in Pſ. 1. col. 763. d. *Beatus, qui habet partem in prima reſurrectione.* Auctor l. de promiſſ. p. 1. c. 2. col. 93. b. *Beatus, & ſanctus, qui habet partem in hac prima reſurrectione, in quo ſecunda mors non habet partem.* Anonymus Vulgatæ congruit, exceptis his, *in hoc ſecunda mors poteſtatem non habet;* &, *cum eo mille annos.* In Græco omnia ut in Vulg. In Mſ. tamen 1. deeſt καὶ ἅγιος, *& ſanctus:* pauló verò poſt idem habet ἐπὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

7. Et cùm finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua, & exibit ad seducendas Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, Gog, & Magog, & trahet eas in bellum, quorum numerus est ut arena maris.

8. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & cinxerunt castra sanctorum, & dilectam civitatem.

9. Et descendit ignis de cœlo, & comedit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, quo & bestia,

10. & pseudoprophetæ cruciabuntur die & nocte in sæcula sæculorum.

11. Et vidi thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum, cujus à facie fugit cœlum, & terra, & locus eorum inventus non est.

12. Et vidi mortuos magnos, & pusillos, & aperti sunt libri: & alius Liber apertus est, qui est vitæ uniuscujusque: & judicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum, secundùm facta sua:

13. & exhibuit mortuos mare, qui in eo erant: & mors, & infernus reddiderunt mortuos, quos in se habebant: & judicati sunt singuli secundùm facta sua.

VULGATA NOVA.

7. Et cùm consummati fuerint mille anni, solvetur satanas de carcere suo, & exibit, & se- 3
ducet Gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.

8. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & civitatem dilectam.

9. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & devoravit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia,

10. & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.

11. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cujus conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inventus eis.

12. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est, qui est vitæ: & judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum:

13. & dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & judicatum est de singulis secundùm opera ipsorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τȣτῳ, *in hoc*, pro ἐπὶ τȣτων, *in his*, ante *secunda mors:* Hippol. ἐπὶ τȣτον.

℣. 7. Itidem Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 11. to. 7. col. 588. g. 589. a. *Et cùm finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua, & exibit ad seducendas Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, Gog, & Magog, & trahet eos in bellum, quorum numerus est ut arena maris.* Hieron. in Ezech. 38. to. 3. col. 965. b. *Et cùm finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua, & egredietur ut seducat* Gentes *in quatuor angulis terræ*, Gog, & Magog, *ut congreget eos ad bellum, quorum numerus est sicut arena maris.* Anonymus: *Et cùm finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua, & exiet seducere* Nationes, *quæ sunt in quatuor angulis terræ.* Græc. Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, &c. ut in textu Primas. hoc excepto, συναγαγεῖν αὐτȣ̀ς, *ad congregandos eos*, pro *& trahet eas*, omisso etiam *est*, post *numerus*: Ms. Veles. habet ϗ συνάξει αὐτȣ́ς.

℣. 8. Similiter Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 8. to. 7. col. 583. c. & c. 11. col. 589. d. 591. e. 640. g. *Et ascenderunt super terræ latitudinem, & cinxerunt castra sanctorum, & dilectam civitatem.* Sic etiam Hieron. in Ezech. 38. to. 3. col. 965. b. excepto verbo *circumdederunt*, pro *cinxerunt*. Gr. ἐκύκλωσαν, &c. ut supra. Anonymus in hunc loc. col. 179. g. *Et ascenderunt* (*diabolus, & populus ejus*) *in altitudinem terræ, & circumdederunt castra sanctorum, & dilectorum civitatem*: sed supra, col. 175. c. *circumdederunt castra sanctorum, & civitatem sanctam dilectam*: infra verò, col. 180. f. *diabolus, & angeli circumded. castra sanctorum, & civitatem dilectorum.*

℣. 9. Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 8. to. 7. col. 583. c. *Et descendit ignis de cælo à Deo, & comedit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia:* ita rursum infra, col. 591. e. 593. d. 640. g. excepto *quo & bestia*, ut Primasius legit. Hieron. in Ezech. 38. to. 3. col. 965. b. *Et descendit ignis à Deo de cælo, & devoravit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi erat bestia.* Cassiodorus in Ps. 1. p. 14. b. *& Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi illa bestia.* Itidem Fulg. l. 1. de dupl. prædest. ad Monim. c. 27. usque ad vocem *sulphuris*. Anonymus: *Et descendit ignis de cælo à Deo, & comedit eos: & Diabolus seducens ipsos, missus est*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τȣ͂ Θεȣ͂ ἐκ τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂, ϗ κατέφαγεν αὐτȣ́ς· ϗ ὁ Διάβολος ὁ πλανῶν αὐτȣ̀ς, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τȣ͂ πυρὸς, ϗ θείȣ, ὅπȣ τὸ θηρίον. Mss. nonnulli, ὅπȣ ϗ τὸ θηρίον.

℣. 10. Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 8. col. 583. c. 591. e. 640. g. *& pseudopropheta: & cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.* Hieron. in Ezech. 38. to. 3. col. 965. b. *& pseudopropheta: & cruciabuntur diebus & noctibus in sæcula sæculorum.* Anonymus: *& pseudopropheta: & punientur die ac nocte in sæcula sæculorum.* Cassiod. in Psal. 1. p. 14. b. *& pseudopropheta cruciabuntur illic die ac nocte in sæcula sæculorum.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 12. col. 198. b. *& cruciabuntur illic in sæcula sæculorum:* & infra, c. 19. col. 202. b. *in quo cruciabuntur in sæcula sæculorum.* Gr. ϗ ὁ ψευδοπροφήτης· ϗ βασανισθήσονται ἡμέρας ϗ νυκτὸς, &c. ut in Lat. In Ms. Veles. deest ϗ, ante βασανισθήσονται.

℣. 11. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. a. *Vidi thronum album magnum, & sedentem in eo, cujus à facie fugit terra, & cælum, & locus non est eis.* Tertullianus l. cont. Hermog. p. 420. b. *& locus non est inventus illis.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 14. to. 7. col. 591. f. *Et vidi thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum, cujus à facie fugit cælum, & terra, & locus eorum inventus non est.* Auctor l. ad Novatian. p. 440. a. *Vidi thronum magnum, & candidum, sedentem super eum, à cujus facie fugit cælum, & terra, & locus eorum inventus non est.* Græc. Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, ϗ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτȣ͂, ȣ̃ ἀπὸ προσώπȣ ἔφυγεν ἡ γῆ, ϗ ὁ ȣ̓ρανὸς, ϗ τόπος ȣ̓χ εὑρέθη αὐτοῖς. Ms. 1. habet, λευκὸν, ϗ μέγαν· alii quidam, μέγαν λευκόν· paulòque post eorumd. unus, ὁ ȣ̓ρανὸς, ϗ ἡ γῆ.

℣. 12. Textui Primasii congruit Anonymus, nisi quòd habeat in fine, *& judicati sunt mortui ex his, ad quæ scripta erant in libris, secundùm opera sua.* Auctor l. ad Novatian. p. 440. a. *Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes ante conspectum throni Domini, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est, qui est vitæ: & judicati sunt singuli secundùm ea, quæ scripta erant in libro, secundùm opera ipsorum.* Ambros. l. 2. de fide resur. col. 1166. e. *Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes ante sedem, & libros aperuerunt: & alius Liber apertus est, qui est vitæ: & judicati sunt mortui de scriptis in libris* (plerique Mss. *descripti in libris*,) *secundùm facta sua.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 14. col. 592. a. *Et vidi mortuos magnos, & pusillos, & aperti sunt libri: & alius Liber apertus est, qui est vitæ uniuscujusque: & judicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum, secundùm facta sua:* quæ ipsissima verba sunt Primasii textus. Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 19. col. 202. b. *Vidi mortuos tam magnos, quàm minimos stantes in conspectu throni Dei: dehinc aperti sunt libri: & alius Liber apertus est, qui est vitæ uniuscujusque hominum: & judicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum, secundùm facta sua.* Iren. quoque l. 5. c. 35. p. 336. a. ait *vidisse mortuos magnos, & minores*; reliqua postponit versui seq. 13. quem vide. In Græco sic: Καὶ εἶδον τȣ̀ς νεκρȣ̀ς μικρȣ̀ς, ϗ μεγάλȣς ἑστῶτας ἐνώπιον τȣ͂ Θεȣ͂, ϗ, &c. ut in Vulgata. Mss. plures habent, τȣ̀ς μεγάλȣς, ϗ τȣ̀ς μικρȣ́ς· subinde iidem, cum aliis nonnullis, ferunt τȣ͂ θρόνȣ, loco τȣ͂ Θεȣ͂.

℣. 13. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. a. *dedit mare mortuos, quos in se habuit: & mors, & inferi dederunt mortuos, quos apud se habuerunt: & libri adaperti sunt: sed & vitæ apertus est Liber, & judicati sunt mortui ex iis, quæ scripta erant in libris, secundùm opera sua. Et mors, & inferi*, &c. Ambrosius l. 2. de fide resur. col. 1166. e. *& dedit mare mortuos, qui in ipso erant: & inferi dederunt mortuos, qui penes se erant.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 14. col. 592.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

15. Et qui non inventus est in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

14. Mors, & infernus missi sunt in stagnum ignis.

15. Et qui non sunt inventi in Libro vitæ scripti, missi sunt in stagnum ignis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

d. e. constanter cum Primasio : *& exhibuit mare mortuos, qui in eo erant : & mors, & infernus reddiderunt mortuos, quos in se habebant : & judicati sunt singuli secundùm facta sua.* Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 18. col. 201. b. *exhibuit mare, quos penes se habebat mortuos : similiter & mors, & infernus.* Anonym. hæc tantùm habet : *& dedit mare mortuos suos : mors, & infernus dederunt mortuos suos.* Gr. ϗ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκρούς· ϗ ὁ θάνατος, ϗ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς· ϗ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Mss. nonnulli ferunt, ϗ ἔδωκεν..... τοὺς νεκροὺς, τοὺς ἐν αὐτῇ.... τοὺς νεκροὺς, τοὺς ἐν αὐτοῖς.

℣. 14. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. a. *Et mors, & inferni missi sunt in stagnum ignis, secundam mortem.* Ambrosius l. 2. de Abr. c. 9. col. 340. e. Fulg. l. 1. de dupl. præd. c. 27. p. 22. Anonymus, & Auctor l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 202. b. *Mors, & infernus missi sunt in stagnum ignis :* tum addit Auctor l. de promiss. *Et qui non sunt inventi, &c.* omissis intermediis, cum Primasio, *Hæc est mors secunda.* In Gr. Καὶ ὁ θάνατος, ϗ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. Οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος.

℣. 15. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. b. *Et si quis non est inventus in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Anonymus : *Et si qui non est inventus scriptus, &c.* ut sup. August. verò l. 20. de civit. Dei, c. 15. col. 593. e. ut in Primasii textu : *Et qui non sunt inventi in Libro vitæ scripti, missi sunt in stagnum ignis.* Itidem Auctor l. de prom. dimid. temp. c. 19. col. 202. b. deleto tantùm verbo *scripti.* Græc. Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν, &c. ut apud Iren. supra. Ms. Veles. Καὶ ὅστις οὐχ.

# CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

*Isai. 65. 17. & 66. 22. 2. Pet. 3. 13.*

1. ET vidi cœlum novum, & terram novam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit, & mare jam non est.

2. Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cœlo à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

3. Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus :

*Isai. 25. 8. Sup. 7. 17.*

4. & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum : & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.*

1. ET vidi cœlum novum, & terram novam. Nam primum cœlum, & terra recesserunt, & mare jam non est.

2. Et civitatem magnam Jerusalem novam vidi descendentem de cœlo à Deo, aptatam, quasi novam nuptam ornatam marito suo.

3. Et audivi vocem magnam de cœlo dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et erunt ipsi populus ejus, & ipse Deus erit cum eis :

4. & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum : & mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quia priora transierunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. b. *Vidi cælum novum, & terram novam. Primum enim cælum, & terra abierunt, & jam mare non est.* August. autem l. 20. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 593. f. constanter cum Primas. *Et vidi cælum novum, & terram novam. Nam primum cælum, & terra recesserunt, & mare jam non est.* Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 1. col. 203. b. *Vidi cælum novum, & terram novam.* Ambrosius in Ps. 38. col. 850. b. alludens dicit : *Erit mihi cælum novum, & terra nova :* sic etiam l. 2. de fide resur. col. 1161. b. cui concinit Hieron. in Isai. 51. to. 3. col. 367. b. At Tertul. l. contra Hermog. p. 420. b. *Cælum primum, & terra prima abierunt :* tum addit : *& locus non est inventus illis*, ex ℣. 11. capitis præced. Anonym. Vulg. concinit, præter *abierunt*, pro *abiit*. In Gr. sic : Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν, ϗ γῆν καινήν. Ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς, ϗ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε, ϗ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. Ms. unus, pro παρῆλθε, habet ἀπῆλθε· al. ἀπῆλθον· al. ἀπῆλθαν. In omnibus autem Mss. legitur πρώτη γῆ, *prima terra*; quæ tamen vox *prima*, apud Primas. deest, nec habetur in omnib. August. Mss. ubi supra, licet retineatur in editionib.

℣. 2. Pergit Augustinus l. 20. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 594. d. & legit cum Primasio : *Et civitatem magnam Jerusalem novam vidi descendentem de cælo à Deo, aptatam, quasi novam nuptam ornatam marito suo.* Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 3. col. 203. g. *Jerusalem novam vidi à Deo descendentem, aptatam, & exornatam ut sponsa marito.* Iren. verò l. 5. c. 35. p. 336. b. habet : *Et civitatem sanctam Jerusalem novam vidi descendentem de cælo, præparatam, ut sponsam ornatam viro suo.* Anonym. in hunc loc. 180. c. *Et civitatem sanctam Jerusalem novam vidi descendentem de cælo à Deo, compositam, sicut sponsam, & ornatam viro suo.* Græc. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Mss. plures tollunt ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον· ponunt verò εἶδον, post καινήν· subinde Alex. cum aliis nonnullis, habet, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

℣. 3. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. b. *Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus :* & l. 4. c. 18. p. 252. a. legit : *Ecce enim tabernaculum Dei, in quo habitabit cum hominibus.* Ambros. l. 2. de fide resur. col. 1166. f. *Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tab. Dei cum hom. & habitabit cum illis. Et ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum illis erit illorum Deus :* at l. 2. de Abr. c. 5. col. 322. c. *& ipse Deus cum illis erit*, omisso *illorum Deus*. Similiter August. l. 20. de civit. Dei, c. 16. tom. 7. col. 594. d. *Et audivi vocem mag. de throno dicentem : Ecce tab. Dei cum hom. & habit. cum eis. Et ipsi erunt populus ejus, & ipse Deus erit cum eis.* Vigilius Taps. l. contra Varim. p. 749. c. *Ecce tabern. Dei cum hom. & habitabit cum eis in terris.* Anonymus in hunc loc. *Et audivi vocem mag. de cælo dicentem : Ecce tab. Dei cum hom. & habit. cum ipsis. Et ipsi erunt populus ejus, &c.* ut in Vulg. Gr. Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης· Ἰδοὺ ἡ σκηνή.... ϗ σκηνώσει μετὰ αὐτῶν. Καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, ϗ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν Θεὸς αὐτῶν. Mss. duo, loco ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ferunt ἐκ τοῦ θρόνου· subinde plures habent λαὸς, pro λαοί· tres verò ex ipsis tollunt in fine, Θεὸς αὐτῶν.

℣. 4. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. b. *& delebit omnem lacrymam ab oculis eorum : & mors non erit ampliùs, non luctus, non clamor, neque dolor ulteriùs erit, quia prima abierunt.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 5. col. 322. c. *& delebit omnem lacrymam de oculis eorum : & mors non erit ampliùs, neque luctus, neque clamor, neque dolor ulteriùs :* ita rursum l. 2. de fide resur. col. 1166. f. excepto *ultra erit*, pro *ulteriùs* : & l. de ob. Theod. col. 1206. d. *delebit omnem lacrymam ab oculis eorum : & mors non erit ampliùs, neque luctus, neque clamor, neque dolor :* sic etiam in Ps. 36. col. 797. e. usque ad *neque luctus*. Auctor l. de xlii. mans. apud Ambros. col. 8. a. Vulgatæ congruit. Anonymus hæc tantùm habet : *& absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum : & mors non erit ampliùs, & luctus non erit.* Ms. Luxov. annor. 1100. *quæ prima fuerunt, abierunt.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 16. to. 7. col. 594. d. legit : *& absterget Deus ab oculis eorum omnem lacrymam : & mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quia priora abierunt.* Auctor l. de promiss. de glor. SS. c. 3. col. 203. d. *non luctus, neque mors, neque clamor, sed nec dolor ullus, quia priora abierunt.* Græc. ϗ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν..... ϗ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι,

Digitized by Google

## VERSIO ANTIQUA.

Ex Primas. Afric. in Apoc.

5. Et dixit sedens in throno : Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi : Hæc verba fidelissima sunt, & vera.

6. Et dixit mihi : Factum est : ego sum α, & ω : primus, & novissimus. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vivæ, gratis.

7. Qui vicerit, possidebit hæc, & ero ei Deus, & ipse erit mihi filius.

8. Dubiis autem, & infidelibus, & abominatis, & homicidis, & fornicariis, & veneficiis, & his, quæ idolis serviunt, & omnibus mendacibus, pars erit in stagno ignis, quod ardet, & sulfure : quod est mors secunda.

9. Et venit unus ex septem Angelis habentibus phialas septem plenas septem plagis ultimis, & locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi novam nuptam, uxorem Agni.

10. Et duxit me in montem magnum, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cœlo à Deo,

11. habentem lumen claritatis Dei : & quod illuminat eam, simile est pretiosissimo lapidi quasi lapidi jaspidis, refulgenti in modum crystalli.

12. Et habet murum magnum, & latum, qui habet portas duodecim : & in portis angulos duodecim, & nomina scripta duodecim tribuum filiorum Israel.

13. Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Occidente portæ tres.

## VULGATA NOVA.

5. Et dixit qui sedebat in throno : Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi : Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera. Isai. 43. 19. 2. Cor. 5. 17.

6. Et dixit mihi : Factum est : ego sum α, & ω : initium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis.

7. Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

8. Timidis autem, & incredulis, & exsecratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure : quod est mors secunda.

9. Et venit unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, & locutus est mecum, dicens : Veni, & ostendam tibi sponsam, uxorem Agni.

10. Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cœlo à Deo,

11. habentem claritatem Dei : & lumen ejus simile lapidi pretioso tanquam lapidi jaspidis, sicut crystallum.

12. Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim : & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

13. Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ ἔσαι ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.

℣. 5. Irenæus l. 5. c. 35. p. 336. c. *Dixit sedens super thronum : Ecce nova facio omnia. Et dicit Dominus : Omnia scribe, quomodo ii sermones fideles, & veri sunt.* August. l. 20. de civitate Dei, c. 16. col. 594. d. *Et dixit sedens in throno : Ecce nova facio omnia.* Anonymus in Apocal. *Et dicit mihi : Scribe, quoniam sermones isti fideles, & veri sunt.* Gr. Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ· Ἰδοὺ καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι· Γράψον, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ, καὶ πισοί εἰσι. Ms. Veles. habet εἶπε, pro λέγει· in aliis nonnullis deest seq. μοι.

℣. 6. Anonymus in hunc loc. *Et dixit mihi : Ego sum α, & ω : initium, & finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ vitæ, gratis*, omisso *Factum est*, quod etiam prætermittit Ms. cod. Luxoviens. annor. 1100. Iren. l. 5. c. 35. p. 336. c. *Et dixit mihi : Facta sunt.* Cypr. l. 2. Testim. p. 285. a. *ego sum α, & ω : initium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis :* sic iterum infra, p. 287. b. necnon l. 3. p. 327. b. cui concinit Fulg. l. pro fide Cathol. p. 537. f. nisi quòd habeat *fontem*, pro *de fonte*. Græcum Vulgatæ consonat ad verbum. In Æthiop. πρῶτος, καὶ ἔσχατος, *primus, & novissimus*, pro ἀρχὴ, καὶ τέλος, *initium, & finis.*

℣. 7. Similiter habet Fulgentius l. pro fide Cathol. p. 538. a. *Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.* Cypr. verò l. 2. Testim. p. 287. b. & l. 3. p. 327. b. *Qui vicerit, possidebit ea, & eorum hæreditatem, & ero ejus Deus, & ille erit mihi filius.* Tertul. l. de pudic. p. 1012. a. *Qui vicerint, hæreditate habebunt ista, & ero illis Deus, & illi mihi in filios.* Anonymus : *Qui vincit, possidebit hæc, & ero ejus Deus, & ipse erit meus filius.* Gr. Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι, &c. ut in Vulg. Mss. plures habent ταῦτα, pro πάντα.

℣. 8. Tertul. l. de pudic. p. 1012. a. *Timidis autem, & incredulis, & propudiosis, & fornicatoribus, & homicidis, & veneficis, & idololatris, particula in stagno ignis, & sulphuris : quod est mors secunda.* Auctor l. de quæst. N. T. q. 73. col. 72. g. *Dubiis, & infidelibus, pars erit in stagno ignis, & sulphuris.* Fulg. l. 1. ad Monim. p. 23. *Dubiis autem, & infidelibus, & contaminatis, & homicidis, & impudicis, & veneficis, & idolis servientibus, & omnibus mendacibus, pars eorum in stagno ardente, & sulphure : quod est mors secunda.* Anonym. *Timidis autem, & incredulis, & exsecrabilibus, & homicidis, & veneficis, & idolorum cultoribus, & omnibus mendacibus, pars erit in stagno ardente igne, & sulphure : quod est mors sec.* Græcum : Δειλοῖς δὲ, καὶ ἀπίσοις, καὶ ἐβδελυγμένοις, καὶ φονεῦσι, &c. ut in Vulg. deleto tantùm *erit*, ante ἐν τῇ λίμνῃ, *in stagno.*

℣. 9. Cyprianus l. 2. Testim. p. 293. a. cum Jul. Firm. l. de erro. fals. relig. p. 172. d. *Veni, ostendam tibi novam nuptam, uxorem Agni.* Anonym. col. 176. f. *Veni, ostendam tibi mulierem Agni :* sed infra, col. 181. a. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ Ἀγγέλων τῶν ἐχόντων, &c. ut in Vulg. In Mss. pluribus deest πρός με· quidam verò ex ipsis, cum aliis nonnullis, legunt, εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ.

℣. 10. Cyprianus l. 2. Testim. p. 293. a. & Julius Firm. de erro. fals. relig. p. 172. d. *Et duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cælo à Deo.* Ambros. l. de virginit. col. 234. d. *Et duxit me Spiritus in montem magnum, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cælo.* Anonymus in hunc loc. *Et abstulit me in spiritu supra montem*, &c. ut in Vulg. Auctor l. de mont. Sina & Sion, contra Jud. p. 500. c. al. 496. *Jerusalem dicit de cælo descendentem novam civitatem, quadratam, habentem duodecim fundamenta, duodecim portas.* Græcum : Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα, καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερυσ. &c. ut in textu Primas. Mss. aliquot omittunt τὴν μεγάλην.

℣. 11. Cyprianus l. 2. Testim. p. 293. a. *habentem claritatem Dei.* Anonymus : *habentem claritatem Dei : luminare ejus simile lapidi pretiosissimo.* Græc. ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ φωσὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσαλλίζοντι. Ms. Veles. habet τιμίῳ, pro τιμιωτάτῳ.

℣. 12. *Murum magnum, & latum.* Mendum arbitror *latum*, pro *altum :* nam Primas. subdit : *Murus Ecclesiæ Christus, quem & magnum legimus, & excelsum.* Quæ autem sequuntur, *& in portis angulos duodecim*, &c. eandem repetit infra Primasius, cum voce *angulos :* at rursus mendum puto *angulos*, positum ab oscitante librario pro *Angelos ;* nam Primasius in Commentario dicit : *Angelos autem hîc significari puto illos seniores, ac proceres, quorum illa gens dispensatione, ac ducatu mirabiliter regebatur. Quòd si deos sæpè dici meminimus, quid mirum si Angelos apellare credamus?* Non emendavimus tamen *angulos* in textu, quia hæc lectio reperitur in antiquioribus Vulg. codd. Immo & apud Ambros. l. de virginit. col. 234. f. sic legitur juxta quosd. cod. Mss. *portas duodecim : & in portis angulos* (juxta al. & editt. *Angelos*) *duodecim, in quibus duodecim tribuum filiorum Israel superscripta sunt nomina.* Anonymus in hunc loc. *habentem murum mag. & altum, habentem portas duodecim : & super portas Angelos duodecim.* Græc. ἔχουσάν τε τεῖχος μέγα, καὶ ὑψηλὸν, ἔχουσαν πυλῶνας δώδεκα· καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν Ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐσι τῶν δώδεκα φυλῶν, &c. Mss. plures ipso initio habent, Ἔχουσά τε τεῖχος..... ἔχουσα· subinde Veles. pro Ἀγγέλους, hab. γωνίας· & vetust. codd. Lat. Vulg. *angulos*, pro *Angelos.*

℣. 13. Anonymus, & Græcum textui Primas. consonant

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum Agni.

15. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, & portas ejus, & murum:

16. & civitas in quadro posita est, & longitudo ejus tanta est quanta & latitudo: & mensus est civitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo ejus, æqualia sunt.

17. Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli.

18. Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide: ipsa verò civitas aurum mundum simile vitro mundo.

19. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, jaspis: secundum, sapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, smaragdus:

20. quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolythus: octavum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

21. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis: & platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.

22. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus.

Isai. 60. 19. 23. Et civitas non eget sole, neque luna ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est Agnus.

24. Et ambulabunt gentes in lumine ejus: & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam.

Isai. 60. 11. 25. Et portæ ejus non claudentur per diem: nox enim non erit illic.

26. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et muri civitatis habent fundamenta duodecim, & super ea nomina duodecim Apostolorum, & Agni. Ex Primas. Afric. in Apoc.

15. Et qui mecum loquebatur, habebat arundinem auream ad mensuram, ut metiretur civitatem, & portas ejus, & muros ejus:

16. & civitas in quadrato posita est, & longitudo ejus tanta est quanta & latitudo: & mensus est civitatem arundine stadiorum duodecim millia, longitudine, & latitudine, & altitudine æquali.

17. Murus autem dimensus est centum quadraginta quatuor, mensura hominis, quæ est Angeli.

18. Et fuit ædificatio muri ejus ex lapide jaspide: ipsa verò civitas ex auro mundo, similis vitro mundo.

19. Fundamenta autem ex omni lapide pretioso. Primum fundamentum, jaspis: secundum, saphirus: tertium, calcedon: quartum, smaragdus:

20. quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolitus: octavum, beryllus: nonum, topasius: decimum, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

21. Et duodecim portas, singulæ ex singulis margaritis: & plateas ejus ex auro limpido, sicut vitrum limpidum.

22. Templum autem in ea non vidi. Dominus enim Deus omnipotens, & Agnus templum illius est.

23. Et civitas non eget sole, & luna, ut luceant ei: nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus Agnus est.

24. Et ambulabunt gentes in lumine ejus: & reges terræ afferent claritatem suam in eam.

25. Et portæ ejus non claudentur die: nox enim ibi non erit.

26. Et ponent honorem, & majestatem gentium in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad verbum.

℣. 14. Anonymus Vulgatæ consonat, exceptis his, *& super ea duodecim nomina Apostolorum Agni*. Græc. Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, ϗ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα Ἀποστόλων τοῦ Ἀρνίου. Mss. plures, pro ἐν αὐτοῖς, habent ἐπ' αὐτῶν· & ex ipsis quidam addunt δώδεκα, ante ὀνόματα, ut in Vulgata.

℣. 15. Græcum: Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, ϗ τοὺς.... ϗ τὸ τεῖχος αὐτῆς. Mss. nonnulli ferunt εἶχε μέτρον κάλαμον· unus, μέτρον καλάμου· al. μέτρον καλάμινον.

℣. 16. Græcum: ϗ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, ϗ τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστι ὅσον ϗ τὸ πλάτος· ϗ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίους δώδεκα χιλιάδων· τὸ μῆκος, ϗ τὸ πλάτος, ϗ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί. Hieron. ep. ad Marcell. habet: *& longitudo ejus, & latitudo tanta est quanta & altitudo*.

℣. 17. Græcum: Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν.... πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν Ἀγγέλου.

℣. 18. Anonymus in hunc loc. *Et supellex muri, & civitas, aurum mundum simile vitro mundo*. Græc. Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς, ἴασπις· ϗ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ.

℣. 19. *Fundamenta autem ex omni lapide pretioso*. Eadem infra repetit Primasius, nec habet plura. Anonymus: *Fundamenta muri civitatis omni lapide pretiosi. Fundamentum*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι. Ὁ θεμέλ. ὁ πρῶτος ἴασπις...... ὁ τρίτος, χαλκηδὼν, &c. ut in Latino.

℣. 20. Itidem in Græco est, & apud Anonymum.

℣. 21. Hieronymus in Isai. 66. to. 3. col. 502. f. *Et in duodecim portis erant duodecim margaritæ: & plateæ civitatis auro mundo, sicut vitrum perspicuum*. Vigilius Tapf. l. contra Varim. p. 749. g. *& plateæ civitatis auro mundo*: tum addit: *Et templum in ea*, &c. prætermissis intermediis verbis. Anonymus in hunc loc. *Et duodecim margaritæ singillatim: & unaquaque porta erat ex una margarita: & platea civitatis aurum mundum, ut vitrum perspicuum*, Gr. Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· ϗ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαφανής. Mss. quidam, ὡς ὕελος διαυγής.

℣. 22. Vigilius Tapf. l. contra Varimad. p. 749. g. *Et templum in ea non vidi. Dominus autem, & Agnus templum ejus est*. Fulg. l. pro fide Cath. p. 538. *Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens est templum ejus, & Agnus*. Itidem Anonymus, nisi quòd ponit *est*, post *ejus*. Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 23. Hieronymus in Zach. 14. to. 3. col. 1794. e. *Et civitas non habebit necessariam lucem solis: quoniam Dominus Deus omnipotens lumen ejus erit*. Anonymus in Apocal. *Civitas non indiget sole, neque luna, ut luceant in ea: claritas enim Dei illuminavit eam, & lucerna ejus Agnus est*. Græc. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, ϗ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ Ἀρνίον. Mss. duo tollunt ἐν, post φαίνωσιν.

℣. 24. Anonymus in hunc loc. *Ambulabunt gentes in lumine ejus: & reges terræ afferent gloriam*. Ambros. orat. de ob. Theod. col. 1206. e. *& reges terræ ferent gloriam suam in illam*. Græc. Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι· ϗ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν, ϗ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν. Mss. plurimi habent: Καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς· ϗ οἱ βασιλεῖς, &c. subinde duo ex ipsis omittunt ϗ τὴν τιμήν.

℣. 25. Ambrosius l. de virginit. col. 234. c. *Et portæ ejus non claudentur per diem*. Anonymus: *Et portæ ejus non claudentur die: nox enim ibi non est*. Græcum textui Primas. favet.

℣. 26. Anonymus: *Et inferent gloriam, & honorem gen-*

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* 27. Et non intrabit in ea omne immundum, & faciens abominationem vitæ, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

VULGATA NOVA.

27. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*tium.* Gr. Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν, καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν.

℣. 27. Ambrosius l. 6. Hex. col. 129. b. *Non intrabit in eam omne commune, & faciens exsecrationem, & mendacium.* Anonymus: *Et non introibit in eam omne immundum, aut faciens abom. & mend. nisi scripti in libro vitæ Agni.* Gr. Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινῦν, καὶ ποιοῦν βδέλυγμα, καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ, &c. ut in textu Lat. Mss. quidam scribunt πᾶν κοινόν· tresque ex ipsis legunt καὶ ποιῶν.

# CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA.

*Ex Primas. Afric. in Apoc.* 1. ET ostendit mihi flumen aquæ vitæ, candidum quasi crystallum, exiens de sede Dei & Agni

2. per mediam plateam ejus. Et ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per singulos menses reddentes fructum suum, & folia ligni in curationem Gentium.

3. Neque ullum maledictum jam erit: sed thronus Dei & Agni erit in ea........

4. Et videbunt faciem ejus: & nomen ejus scriptum in frontibus eorum.

5. Et nox jam non erit: neque opus erit lumen lucernæ, neque lumen solis, quoniam Dominus Deus lucebit super eos, & regnabunt in sæcula sæculorum.

6. Et dixit mihi: Hi sermones fidelissimi, & veri sunt. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri in brevi.

7. Ecce venio citò. Felix, qui observat verba prophetiæ libri hujus.

8. Et ego Johannes, qui audivi, & vidi hæc.

VULGATA NOVA.

1. ET ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.

2. In medio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.

3. Et omne maledictum non erit ampliùs: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi ejus servient illi.

4. Et videbunt faciem ejus: & nomen ejus in frontibus eorum.

5. Et nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. *Isai. 60. 20.*

6. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri citò.

7. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri hujus.

8. Et ego Joannes, qui audivi, & vidi hæc.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilarius in Psal. 1. n. 12. *Et ostendit mihi flumen aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, exiens de throno Dei & Agni.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 697. a. *Et ostendit mihi flumen aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, procedens de sede Dei & Agni.* Fulgent. pro fide Cathol. p. 538. a. *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ splendidum, procedentem de sede Dei & Agni:* & contra Fabian. fragm. 34. p. 650. b. *Et ostendit mihi flumen aquæ vivæ, candidum quasi crystallum, exiens de sede Dei & Agni.* Cassiod. in Ps. 1. p. 14. b. *Et ostendit mihi flumen aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, exiens de throno Dei & Agni.* Vigilius Taps. l. 12. de Trin. *Et ostendit mihi fluvium aquæ vivæ, candidum quasi glaciem, egredientem à sede Dei & Agni, fluentem per medium plateæ.* Anonymus in hunc loc. append. tom. 3. Augustini, col. 181. e. *Et ostendit flumen aquæ sicut crystallum, exiens à throno Dei & Agni.* Græc. Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ, &c. ut supra. In Mss. nonnullis deest καθαρόν.

℣. 2. Hilarius in Ps. 1. n. 12. e. *In medio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis arborem vitæ, quæ facit fructum duodecies, singulis mensibus reddens fructum suum, & folia arboris illius sunt ad sanitatem Gentium.* Eadem prorsus habet Cassiod. in Ps. 1. p. 14. b. nisi quòd in fine, post vocem *Gentium*, addat verbum *deputata.* Ambrosius l. 3. de Spir. S. col. 697. a. *In medio plateæ ejus, & ex utraque parte lignum vitæ, faciens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni ad medicinam omnium Gentium.* Fulgent. contra Fabian. fragm. 34. p. 650. b. *per mediam plateam ejus. Ex utraque parte fluminis lignum vitæ, adferens duodecim fructus, per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni in curationem Gentium.* Anonymus in hunc loc. *In medio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, faciens fructus duodecim, per singulos menses & reddens fructum suum.* Græcum: Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν Ἐθνῶν. Mss. plures, loco καὶ ἐντεῦθεν, ferunt καὶ ἐκεῖθεν· unus neutrum habet, sed paulò post legit ποιοῦν καρπὸν, absque ἕνα, post μῆνα· quod ἕνα in aliis etiam codd. deest: Ms. unus legit, ἕκαστον ἀποδιδόντα.

℣. 3. Fulgentius contra Fabian. fragm. 34. p. 650. d. *Neque ullum jam maledictum erit: & thronus Dei & Agni in ea erit:* & l. pro fide Cath. p. 538. *sedes Dei & Agni in illa erunt, & servient ei.* Anonymus: *& thronus Dei & Agni in ea erit:* deinde, cum Ambros. in Psalm. 118. col. 1122. d. *& servi ejus servient ei.* Græc. Καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, καὶ οἱ δοῦλοι, &c. ut supra.

℣. 4. Græcum: Καὶ ὄψονται τὸ..... καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

℣. 5. Ambrosius in Ps. 118. col. 1122. d. *Nox non erit ampliùs: & non indigebitur lucernæ, vel solis lumine, quoniam Dominus illuminabit eos:* & in Ps. 36. col. 797. e. *& non indigebunt lucerna, & lumine solis: ipse enim Dominus illuminabit super illos, & regnabunt in sæcula sæculorum: Amen:* & l. 2. de Abr. c. 9. col. 344. a. *non indigebunt luce lucernæ, & lumine solis, quoniam ipse Dominus erit lux omnibus.* Anonymus in hunc loc. *Et nox non erit ampliùs: & non egebunt lumine lucernæ, & lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit super eos, & regnab. in sæc. sæculor.* Auct. l. de promiss. de glor. SS. c. 3. col. 203. d. *Non erit nox: nec lumen lucernæ opus erit.* Græc. Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ· καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου, καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει αὐτοὺς, καὶ, &c. in textu Lat. Mss. Alex. & Veles. habent ἔτι, pro ἐκεῖ· tum Veles. addit: καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι φωτὸς τοῦ λύχνου, μηδὲ φωτός· alii nonnulli, οὐ χρεία λύχνου, καὶ φωτός· Alex. οὐκ ἕξουσι χρείαν φωτὸς λύχνου, καὶ φῶς· pauloque post, φωτιεῖ ἐπ' αὐτούς· alii quidam, φωτίσει αὐτούς· alii plures, φωτιεῖ, &c.

℣. 6. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 727. g. *Dominus Deus, & Spiritus prophetarum misit Angelum suum ostend. servis suis quæ oportet fieri citò.* Gr. Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ, καὶ ἀληθινοί. Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε..... ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Mss. plures ferunt, Θεὸς πνευμάτων τῶν προφητῶν ἀπέστειλε.

℣. 7. Ambrosius l. 2. de fide resur. col. 1166. e. *Beatus, qui custodit verba prophetiæ hujus.* Gr. Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. Μακάριος, ὁ τηρῶν τοὺς, &c. ut sup. In Mss. pluribus, Καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι, &c.

℣. 8. Græcum: Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ βλέπων ταῦτα, καὶ

Digitized by Google

## VULGATA NOVA.

Et postquam audissem, & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat:

9. & dixit mihi: Vide ne feceris: conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus: Deum adora.

10. Et dicit mihi: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est.

11. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

12. Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundùm opera sua.

Isai. 41. 4. 44. 6. & 48. 12. Sup. 1. 8. 17. & 21. 6. — 13. Ego sum α, & ω, primus, & novissimus, principium, & finis.

14. Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni: ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem.

15. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.

16. Ego Jesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina.

## VERSIO ANTIQUA.

Et cùm audissem, & vidissem, prostravi me ante pedes Angeli, ut adorarem eum, qui mihi ista ostendit: — *Ex Primas. Afric. in Apoc.*

9. & ait mihi: Vide ne feceris: quia conservus tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, servantium verba prophetiæ libri hujus: magis Deum adora.

10. Et ait mihi: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus: quia tempus jam in proximo est.

11. Et qui perseverant nocere, noceant: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: justus autem, justiora faciat: similiter & sanctus, sanctiora.

12. Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundùm facta sua.

13. Ego sum α, & ω, primus, & novissimus, initium, & finis.

14. Beati, qui laverunt stolas suas: ut sit potestas eorum super lignum vitæ, & per portas intrent in civitatem sanctam.

15. Foris autem remanebunt canes, & malefici, & fornicarii, & homicidæ, & servientes idolis, & venefici, & omnes, qui amant, & faciunt mendacium.

16. Ego Jesus misi Angelum meum, testificari vobis septem Ecclesiis. Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina.

## NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀκούων. Καὶ ὅτε ἤκουσα, καὶ ἔβλεψα, ἔπεσον προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ Ἀγγέλου, τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα. Mss. quidam sic invertunt, ἀκούων, καὶ βλέπων ταῦτα. Καὶ ὅτε, &c. ut in Vulgata.

℣. 9. Augustinus tract. 13. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 391. e. *Surge, vide ne feceris hoc: Deum adora, nam ego conservus tuus sum, & fratrum tuorum.* Græc. καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σου γάρ εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν Προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους..... τούτου· τῷ Θεῷ προσκύνησον. In Mss. pluribus deest γὰρ, ante εἰμι· sicut in quibusdam ex ipsis καὶ, post Προφητῶν.

℣. 10. Cyprianus l. 3. Testim. p. 314. b. & l. de op. & eleem. p. 254. b. *Et dixit mihi: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus: quia jam tempus in proximo est.* Anonymus, col. 168. g. 169. e. *Ne signaveris verba prophetiæ hujus:* sed col. 182. a. *Et dixit mihi Angelus: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ λέγει μοι· Μὴ σφραγίσῃς........ ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. Mss. plures, ὁ καιρὸς γάρ.

℣. 11. *Et qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Addit Primas. ibid. *Alia translatio: Qui injustus est, injustè faciat adhuc.* Itidem Anonym. col. 168. g. 169. e. *Qui perseveraverit nocere, noceat: & qui in sordibus est, sordescat adhuc:* sed col. 182. a. *qui injustus est, injusta faciat adhuc: & sordidus, sordescat adhuc: & justus, justitiam faciat adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.* Cyprian. l. de op. & eleem. p. 254. b. legit: *Ut & ii, qui perseverant nocere, noceant: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: justus autem, adhuc justiora faciat: similiter & qui sanctus est, sanctiora:* ita rursum l. 3. Testim. p. 314. nisi quòd in principio habeat, *Et hi, qui perseverant;* & in fine, *similiter & sanctus, sanctiora*, ut in textu Primas. Fulgent. l. 2. de remiss. pecc. c. 17. p. 400. b. *Qui nocet, noceat adhuc; & qui in sordibus est, sordescat adhuc: justus autem, adhuc justiora faciat: & sanctus, sanctiora.* August. ep. 78. tom. 2. col. 186. f. necnon in Ps. 7. to. 4. col. 34. a. & in Psal. 80. col. 858. d. *justus, justior fiat: & sordidus, sordescat adhuc.* Græc. Ὁ ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος, δικαιωθήτω ἔτι· καὶ ὁ ἅγιος, ἁγιασθήτω ἔτι. Mss. quidam, loco ὁ ῥυπῶν, &c. ferunt ὁ ῥυπαρὸς, ῥυπαρευθήτω ἔτι· deinde plures, καὶ ὁ δίκαιος, δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι.

℣. 12. Similiter habet Cyprianus l. de op. & eleem. p. 254. b. & l. 3. Testim. p. 314. b. *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundùm facta sua.* Ita quoque Fulg. l. 2. de remiss. pecc. c. 17. p. 400. b. Anonymus verò in hunc loc. *Ecce venio citò, & merces mea mecum, reddere unicuique secundùm opera ejus.* Gr. Καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχὺ, καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται. In Mss. pluribus deest Καὶ, ante ἰδού.

℣. 13. Sic etiam Cyprianus l. 2. Testim. p. 294. c. *Ego sum α, & ω, primus, & novissimus, initium, & finis:* cui concinunt Fulgentius l. 2. de remiss. pecc. c. 17. p. 400. b. & Anonymus in Apocal. col. 182. a. Vigilius verò Tapsens. l. cont. Varim. p. 745. b. habet simpliciter: *Ego sum primus, & novissimus.* Græc. Ἐγώ εἰμι τὸ Α, καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ, καὶ τέλος, ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος. Mss. quidam, πρῶτος, καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ, καὶ τὸ τέλος.

℣. 14. *Beati, qui laverunt stolas suas.* Hæc verba non exhibet Primasius in textu, sed supplevimus ex Fulgentio l. 2. de remiss. pecc. c. 17. p. 400. b. qui statim subdit: *ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem sanctam.* Prætermissa verò à se verba Primasius insinuat in Commentario, dicens: *Immaculatam verò vitam stolis significans candidis, cui eundem similiter præmium pollicetur, dicens: Ut sit potestas eorum super lignum vitæ*, &c. ibi autem mentio nulla fit verborum *in sanguine Agni*, quæ adduntur in Vulg. ad *stolas suas;* nec etiam apud Fulgent. supra. Tertullianus l. de pudic. p. 1012. a. sic habet: *Beati, qui ex præceptis agunt: ut in lignum vitæ habeant potestatem, & in portas ad introeundum in sanctam civitatem.* Item Cyprianus l. 2. Testim. p. 294. c. *Felices eos, qui faciunt præcepta ejus: ut sit potestas eorum super lignum vitæ.* Anonymus in hunc loc. *Beati, qui servant mandata hæc: ut sit potestas eorum super lignum vitæ, & per portas intrent in civitatem.* Græc. Μακάριοι, οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. Ms. Alex. initio ipso fert, cum altero: Μακάριοι, οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν· ἵνα, &c. Sic etiam Veles. qui solus, post αὐτῶν, addit, ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου.

℣. 15. S. Fulgentius l. 2. de remiss. pecc. c. 17. p. 400. b. *Foris autem remanebunt canes, malefici, fornicarii, & homicidæ, & servientes idolis, & omnis, qui amat, & facit mendacium.* Similiter Auctor l. ad Novatian. p. 435. b. *scriptum*, ait, *canes foris remansuros.* Auctor l. de promiss. p. 2. c. 6. col. 131. b. *ut.....foris remaneant canes, malefici, & omnes homines, qui operantur, & faciunt mendacium.* Anonymus: *Foris canes, & venefici, & fornicarii, & homicidæ, & idolorum cultores, & omnis amans, & faciens mendacium.* Ambros. in Ps. 43. col. 887. a. *Foras canes, & veneficos, & impudicos.* Græc. Ἔξω δὲ οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν, &c. ut in Vulg. In Mss. quibusdam deest δὲ, post Ἔξω.

℣. 16. Tichonius reg. 7. p. 64. b. *Ego sum radix, & genus David, & stella splendida matutina, sponsus, & sponsa:* item reg. 1. p. 50. c. *Ego sum sponsus, & sponsa.* Vigilius Tapf. l. cont. Varimad. p. 745. b. *Ego sum radix, & origo David: ego sum stella splendida matutina.* Itidem Cassiod. præf. in Ps. p. 2. b. *Ego sum radix, & origo David.* Anonymus in hunc loc. *Ego Jesus misi Angel. meum, testari vobis*, &c. ut in Vulg. nisi quòd omittit &, ante *matutina.* Græcum Vulgatæ concinit ad verbum. In Mss. tamen quibusdam deest ἐπὶ, ante ταῖς Ἐκκλησίαις.

### Versio antiqua.

Ex Primas. Afric. in Apoc.

17. Et spiritus, & nova nupta dicunt: Age. Et is, qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat, & bibat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.

18. Testor ego Johannes omnes, qui audiunt verba prophetiæ libri hujus: Si quis addiderit ad hæc, adjiciet Deus super eum plagas scriptas in libro hoc.

19. Et si quis demserit, adimet Dominus partem ejus de libro vitæ, & de civitate sancta, scripta in libro hoc:

20. dicit qui testimonium perhibet de his. Venio citò. Etiam veni ô Domine Jesu.

21. ..... *Vide Not.*

### Vulgata nova.

17. Et spiritus, & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. Isai. 55. 1.

18. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.

19. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, & de civitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto:

20. dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Jesu.

21. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

### Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 17. Anonymus in hunc loc. *Spiritus, & sponsa dicunt: Veni. Qui sitit, veniat: qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.* Græcum Vulgatæ consonat. Mss. tamen plures, pro Ἐλθέ..... ἐλθέτω, *Veni..... veniat;* scribunt meliùs Ἔρχου..... ἐρχέσθω.

℣. 18. Ambrosius l. de parad. col. 171. c. *Si quis apposuerit ad hoc, adjiciet in illum Deus plagas, quæ scriptæ sunt in libro isto.* Anonymus in Apocal. col. 182. b. *Testor ergo omnem audientem sermones prophetiæ libri hujus: Si quis apposuerit ad ea, apponat super eum Deus plagas scriptas in hoc libro.* Acta SS. Saturn. &c. apud Baluz. Miscell. to. 2. pp. 56. & 73. *Quicunque adjecerit ad librum istum apicem unum, aut litteram unam, adjiciat illi Deus innumerabiles plagas.* Græc. Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους... Ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ. Mss. aliquot in principio ferunt, Μαρτυρῶ ἐγὼ παντί· paulòque post quidam ex ipsis, ἐπιθήσαι ὁ Θεὸς ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς πληγάς· al. τὰς ἑπτὰ πληγάς.

℣. 19. Ambrosius l. de parad. col. 171. c. *Et qui demserit de verbis his prophetiæ hujus, delebit Deus partem illius de libro vitæ.* Acta SS. Saturn. &c. Baluz. Miscell. tom. 2. pp. 56. & 73. *Et quicunque deleverit, deleat partem ejus Dominus de libro vitæ.* Tertullianus l. contra Hermogen. p. 6. huc alludens ait: *Væ illud adjicientibus, aut detrahentibus destinatum.* Anonymus in hunc loc. *Et si quis demserit de sermonibus prophetiæ hujus, demet Deus partem ejus à ligno vitæ, & ex civitate sancta, scripta in libro.* Græcum: Καὶ ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ. Mss. plures, pro ἀφαιρῇ, habent ἀφέλῃ· paulòque post, tres ex ipsis, ἀφελεῖ, pro ἀφαιρήσει· unus, ἀφέλαι, alii 4. ἀφέλοι· nonnulli verò tollunt καὶ, ante τῶν γεγραμμένων.

℣. 20. Græcum: λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. Ναὶ ἔρχομαι ταχύ· Ἀμήν. Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. In Mss. quibusdam deest Ναὶ, ante ἔρχου.

℣. 21. Hic versiculus omittitur à Primasio. In Græco verò habetur ut in Vulgata.

Digitized by Google

# ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

## *APOCALYPSIS B. JOANNIS.*

CAP. II. ℣. 1. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe. *Non præponas bis verbis conjunctionem* Et.

℣. 4. Sed habeo adversùm te. *Non hîc addas* pauca.

℣. 23. Et filios ejus interficiam in morte. *Non mutes casum sextum in quartum* mortem.

℣. 24. Vobis autem dico, & cæteris, qui Thyatiræ estis. *Correctores judicarunt non omittendum medium* &.

*Ibidem.* Et qui non cognoverunt altitudines satanæ. *Primum* & *à Patribus additum est*, & *nomen* altitudines *scriptum ab eis est numero plurali, pro eo, qui à plerisque minùs rectè legitur, singulari* altitudinem.

CAP. IV. ℣℣. 1. 2. Et ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu. *Nec addas* citò, *ante* post hæc, *nec constituas* post hæc *initium proximi versus, nec denique omittas* Et, *ante* statim.

CAP. V. ℣. 10. Et regnabimus super terram. *Non facilè mutes personam primam in tertiam* regnabunt.

CAP. VIII. ℣. 3. Ut daret de orationibus sanctorum omnium. *Non omittas præpositionem* de.

℣. 5. Et accepit Angelus thuribulum. *Non addas* aureum.

℣. 12. Et noctis similiter. *Non mutes genitivum in dativum* nocti, *multòque minùs in nominativum, vel ablativum.*

CAP. IX. ℣. 5. Et datum est illis ne occiderent eos. *Cave, pro* datum *à do, legas* dictum *à dico.*

*Sequitur :* Sed ut cruciarent mensibus quinque. *Activum* cruciarent *non est mutandum cum passivo* cruciarentur.

℣. 18. De igne, & de fumo, & sulphure. *Non legas* ex, *loco posterioris* de.

CAP. X. ℣. 1. Et pedes ejus tanquam columnæ ignis. *Non mutes plurale* columnæ, *in singulare* columna.

CAP. XII. ℣. 2. Et in utero habens, clamabat parturiens. *Non præponas conjunctionem* & *verbo* clamabat, *nec præteritum imperfectum* clamabat *vertas in præsens* clamat.

℣. 3. Et in capitibus ejus. *Non scribas* suis, *pro* ejus.

℣. 6. Ut ibi pascant eam. *Legendum est* pascant *numero plurali, non* pascat *singulari.*

CAP. XIII. ℣. 10. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet. *Correctores prætulerunt futurum* vadet *præsenti* vadit.

℣. 15. Et faciat ut quicunque. *Nihil opus est* faciat *mutare, aut in præsens* facit, *aut in futurum* faciet.

CAP. XIV. ℣. 5. Sine macula enim sunt antè thronum Dei. *Non facilè omittendum est illud* ante thronum Dei.

℣. 7. Qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum. *Non interponas* & omnia, quæ in eis sunt, *inter* mare, *ac* & fontes aquarum.

CAP. XV. ℣. 3. Justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum. *Non addas* Domine, *ante* Rex. *Pro* sæculorum, *quidam libri scribunt* sanctorum, *prout est Græcè.*

℣. 6. Vestiti lino mundo, & candido. *Legendum est* lino, *ex quo fiunt vestes lineæ, non* lapide, *ex quo vestes fieri nequeunt.*

CAP. XVI. ℣. 2. Et abiit primus. *Non addas* Angelus, *sed subaudias.*

℣. 5. Et audivi Angelum aquarum dicentem. *Cave, loco* aquarum, *legas numerum* quartum.

℣. 7. Et audivi alterum ab altari dicentem. *Non est omittendum* ab altari, *quod Romani Patres restituerunt ex veteribus manuscriptis.*

℣. 13. Spiritus tres immundos. *Non addas verbum* exire.

CAP. XVII. ℣. 4. Et inaurata auro. *Est hîc vitium typographicum in Romanis Bibliis, ubi scriptus est ablativus* inaurato, *pro nominativo feminino* inaurata ; *vocalis, inquam, quarta pro prima.*

*Ibidem.* Plenum abominatione, & immunditia. *Non scribas secundum casum pluralem* abominationum, *pro sexto singulari* abominatione.

CAP. XVIII. ℣. 13. Et cinnamomum. *Non addas* & amomum.

℣. 15. Mercatores horum, qui divites facti sunt. *Pronomen* horum *non mutes in nomen* hominum.

CAP. XIX. ℣. 1. Post hæc audivi quasi vocem turbarum multarum. *Cave scribas* tubarum, *quod est, buccinarum, pro* turbarum, *quod est, populorum.*

*Ibidem.* Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est. *Romani Correctores meritò scripserunt* Salus, *quod est prosperitas, pro eo, quod vulgò legitur*, Laus.

℣. 6. Et audivi quasi vocem turbæ magnæ. *Legendum est* turbæ, *non* tubæ, *quod est buccinæ.*

℣. 15. Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus. *Non est omittendum* ex utraque parte, *quod Correctores consultò addendum censuerunt.*

℣. 20. In stagnum ignis ardentis sulphure. *Non interjicias conjunctionem* & *ante* sulphure.

CAP. XX. ℣. 11. Et locus non est inventus eis. *Non præponas præpositionem* ab, *dativo* eis.

CAP. XXI. ℣. 4. Quia prima abierunt. *Non est commutanda conjunctio* quia, *cum relativo* quæ.

℣. 12. Et in portis Angelos duodecim. *Cave, pro* Angelos, *quod significat cœlestes nuncios, legas* angulos, *id est, vocalem quintam* u, *pro* e *secunda.*

℣. 23. Nam claritas Dei illuminavit eam. *Non est mutandum præteritum* illuminavit, *in futurum.*

CAP. XXII. ℣. 1. Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ. *Nomen substantivum* vitæ, *non est commutandum cum adjectivo* vivæ.

℣. 5. Quoniam Dominus Deus illuminabit illos. *Retinendum est futurum* illuminabit, *non facilè substituendum præsens* illuminat.

℣. 9. Et eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus. *Correctoribus visum est non omittendum nomen* prophetiæ, *quod à multis libris additur.*

℣. 11. Et qui justus est, justificetur adhuc. *Non pauci libri habent* justitiam faciat adhuc. *Græca similiter variant.*

---

# Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

## *APOCALYPSIS B. JOANNIS.*

CAP. XI. ℣. 15. Et regnabit in sæcula sæculorum : Amen. *Non agnoscitur hoc loco* Amen *à veteribus Mss. sicut nec à Græco.*

CAP. XIV. ℣. 3. Et nemo poterat dicere canticum. *Pro* dicere, *quod est* λέγειν, *quidam conjiciunt legendum esse* discere, *ex Græco* μαθεῖν.

CAP. XXI. ℣. 15. Habebat mensuram arundineam auream. *Quidam codices, loco nominis adjectivi* arundineam, *legunt substantivum* arundinem, *Græco consentaneè.*

CAP. XXII. ℣. 9. Et eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus. *Multa bona Mss. Latina, cum Græcis libris, omittunt vocem* prophetiæ.

℣. 14. Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni. *Pleraque omnia Mss. omittunt* in sanguine Agni, *Græco conformiter, viderique possit huc additum ex Apoc. 7.* ℣. 14.

*FINIS.*

Digitized by Google

# MONITUM
# IN LIBROS APOCRYPHOS.

*ORATIO Manassæ, necnon libri duo, qui sub libri tertii & quarti Esdræ nomine circumferuntur, hoc in loco, extra scilicet Canonicorum Librorum, quos sancta Tridentina Synodus suscepit, & pro Canonicis suscipiendos decrevit, sepositi sunt, ne prorsus interirent, quippe qui à nonnullis sanctis Patribus citantur, & in aliquibus Bibliis tam manuscriptis, quàm impressis reperiuntur.*

*In Scripturis emendandis hosce libros nullatenus attigit Hieronymus, utpote quos inter apocryphos recensebat.* Nec quemquam moveat, *inquit præfat. in Esdram & Nehemiam,* quòd unus à nobis liber editus est : nec apocryphorum tertii & quarti somniis delectetur : quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen coartantur ; & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abjicienda : *adeoque Latina horumce librorum versio ad calcem Bibliorum vulgò edita, Hieronymo antiquior est, quod satis aliunde demonstrant testimonia à Cypriano & Ambrosio allata, quæ cum textu plerumque conveniunt. Qualis autem illa sit versio, nulla suppetunt argumenta unde dignosci queat.*

*Quidquid sit, ut ad institutum nostrum pergamus, en versionem alteram libri tertii Esdræ nullibi unquam editam hîc vulgamus ex Ms. Colbertino num. 630. nunt 3709. 3. annorum 800. Tertius iste liber primus vocatur in Ms. Hunc excipit qui primus est in Versione vulgata, quique secundus inscribitur. Postea sequuntur Tobias, Judith, Esther, &c. nec plura reperiuntur de Esdra. Quatuor etiam priora capita hujus tertii libri, necnon & librum quartum integrum exhibet alter Ms. codex S. Germani à pratis, annor. 900. num. 4. qui inverso ordine sic libros & capita dividit. Præcedunt libri duo primi Esdræ, quos unius libri loco habet. Succedit historia trium juvenum, qui custodiebant corpus Darii regis, id est capita 3. 4. & sex priores versus capitis quinti libri tertii. Post historiam incipit liber secundus, qui tamen quartus est in Bibliis nostris, cujus priora duo capita omnino complectitur. Deinde sequitur tertius, in quo continentur primum caput, & media secundi capitis pars. Hunc librum excipit quartus, cujus initium ducitur à tertio capite libri quarti qualis exstat in Versione vulgata, ac desinit in decimum quartum caput inclusivè. Hos denique libros claudit liber quintus, cujus initium est caput 15. libri quarti. Quatuor priora libri tertii capita quæ exhibet Ms. ille Sangermanensis, sæpe cum textu Colbertino concordant ; liber verò quartus sæpius cum Versione vulgata : in hoc tamen posteriori libro occurrunt variæ lectiones non contemnendæ, quas in notis subjiciemus.*

*Liber tertius Esdræ, si modò exceperis capita 3. 4. & sex priores versus capitis quinti, id est historiam trium juvenum, totus confectus videtur ex capitibus 35. & 36. libri 2. Paralipomenon ; ex libro primo Esdræ integro, cujus capita alio modo distributa sunt ; & ex capite 8. libri ejusdem Esdræ secundi. In annotationibus nostris indicabimus quibus libris, quibus capitibus, quibusque versiculis singula capita, singulique versus libri hujus tertii Esdræ respondeant.*

*Quod spectat ad Orationem Manassæ, hanc cum tribus Mss. codicibus contulimus, uno Colbertino num. 273. annor. 300. altero iterum Colbertino num. 933. ejusdem ætatis, qui priori in omnibus similis est ; & tertio Monasterii S. Remigii Remensis numericâ notâ 4. A. annor. 400. In tribus illis codicibus hæc oratio reperitur ad calcem libri secundi Paralipomenon, & ex his varias excerpsimus lectiones, quas in annotationibus textui subjectis repræsentamus.*

Digitized by Google

# ORATIO MANASSÆ REGIS JUDA,

## CUM CAPTUS TENERETUR IN BABYLONE.

DOMINE [a] omnipotens, Deus patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Jacob, & seminis eorum justi, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, [b] qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, [c] & signasti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pavent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, [d] quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò & investigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus, [e] altissimus, benignus, longanimis, & multùm misericors, & pœnitens super malitias hominum. [f] Tu Domine, secundùm multitudinem bonitatis tuæ, promisisti pœnitentiam, & remissionem iis, qui peccaverunt tibi, & multitudine miserationum tuarum decrevisti pœnitentiam peccatoribus, in salutem. Tu igitur Domine Deus justorum, non posuisti pœnitentiam justis, Abraham, & Isaac, & Jacob, iis, qui tibi non peccaverunt: [g] sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccavi super numerum arenæ maris: [h] multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum. Incurvatus sum multo vinculo ferreo, ut non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitavi iracundiam tuam, & malum coram te feci: [i] non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodivi: [k] statui abominationes, & multiplicavi offensiones. Et nunc flecto [l] genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccavi Domine, peccavi, & [m] iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne simul [n] perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus reserves mala mihi, [o] neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum salvabis me secundùm magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## NOTÆ.

a Mss. tres nostri legunt: *Domine Deus omnipotens patrum...... & semini eorum justo.*

b Tres Mss. nostri habent: *qui signasti mare rubrum.* Solus Remigianus omittit *qui*.

c Mss. nostri omittunt *eam*, post *signasti*, deinde legunt *nomini tuo, quod omnes*, &c.

d *Quia importabilis est magnificentia gloria tua.* Hæc desunt in Mss. nostris. Deinde pro, *& insustentabilis ira comminationis tua super peccatores*, uterque Ms. Colbertinus legit, *& insustentabili ira super peccatores comminationis tua.* Solus Remigianus habet, *& insustentabilis ira super*, &c.

e Mss. nostri post *altissimus*, addunt *super omnem terram.*

f Mss. nostri ita: *Tu autem Domine, secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum. Et tu Domine* (Ms. Remigian. addit *Deus*) *justorum*, &c. omissis intermediis.

g *Sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem.* Hæc omittuntur in Mss. nostris.

h Mss. nostri semel *multiplicata sunt iniquitates mea: incurvatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi*: omissis omnibus intermediis.

i *Non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodivi.* Hæc desiderantur in Mss. nostris.

k Mss. nostri post *malum coram te feci*, immediatè subjungunt, *statuens abominationes, & multiplicans offensiones.*

l Mss. nostri *genua*, pro *genu*: deinde, *ad te bonitatem*, pro *à te bonitatem.*

m Mss. nostri habent, *iniquitatem meam agnosco.* Deinde, *Peto rogans te Domine*, &c. absque *Quare*, & omisso *Domine*, post *remitte mihi.*

n Uterque Ms. Colbert. legit *tradas*, pro *perdas*: deinde omnes, *nec in æternum reserves mala mihi*, absque *iratus*.

o *Neque damnes me in infima terra loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam.* Hæc omittuntur in omnibus Mss. nostris.

Digitized by Google

# SUMMA CAPITA LIBRI ESDRÆ III.

## è Vulgatis Bibliis deprompta.

CAP. I. *Magnificum Phase, quod Josias immolavit, celebrando septem diebus festum Azymorum: cui successerunt in regno Juda Jechonias, Joacim, Joachin, & Sedecias: eorumque ac populi captivitas propter sua scelera, urbisque subversio describuntur.*

CAP. II. *Cyrus rex Persarum Judæos in regno suo captivos remittit in terram suam: qui cùm restaurarent Jerusalem, prohibiti sunt ab Artaxerxe propter quorumdam delationem.*

CAP. III. *Dario post splendidam cœnam omnibus suis præfectis factam dormiente, tres corporis ejus custodes problema moverunt, Num vinum, rex, mulier, an veritas præstent: & primùm de vino probatur.*

CAP. IV. *Probatur excellens fortitudo regis, mulieris, & veritatis, sed data veritati palma. Darius ad petitionem Zorobabel reddit sacra vasa, scribens ut Judæis detur libertas, & impensa ad extructionem Jerusalem.*

CAP. V. *Redeuntes à Babylonica captivitate in Jerusalem & Judæam recensentur, & restituunt Dei cultum; sed tandem à cœpto opere ad tempus impediuntur.*

CAP. VI. *Judæi, annuente Dario, templum Dei extruunt in Jerusalem.*

CAP. VII. *Domus Dei extructa dedicatur, & consecratur, in eaque festum Azymorum celebratur.*

CAP. VIII. *Ascendenti Esdræ à Babylonia Jerosolymam traduntur Artaxerxis litteræ, quæ beneficia Judæis præstita continent: recensentur qui simul ascenderunt; & auro ac argento sacerdotibus commisso, Esdras, facta oratione, commonet populum ad pœnitentiam, quòd ab alienigenis se non separassent.*

CAP. IX. *Jubentur abjicere uxores alienigenas cum filiis; & recensentur qui ex sacerdotibus ac Levitis juncti illis erant. Esdras legit legem Domini coram populo: quibus peractis, jubentur ut ad propria digressi, lætum diem agant.*

Digitized by Google

# LIBER ESDRÆ TERTIUS.

## * CAPUT PRIMUM.

### Versio vulgata.

1. ET fecit Josias Pascha in Jerosolymis Domino, & immolavit Phase quarta decima luna primi mensis :

2. statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini :

3. & dixit Levitis sacris servis Israel, ut sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificavit Salomon filius David rex.

4. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deservite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel ex parte secundùm pagos, & tribus vestras,

5. secundùm scripturam David regis Israel, & secundùm magnificentiam Salomonis filii ejus, omnes in templo, & secundùm particulam principatus paternam vestram, eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.

6. Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundùm præceptum Domini, quod datum est Moysi.

7. Et donavit Josias in plebem, quæ inventa est, ovium, agnorum, & hœdorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.

8. Hæc de regalibus data sunt secundùm promissionem populo : & sacerdotibus in Pascha, oves numero

### Versio altera.

1. ET egit Josias Pascha in Hierusalem Domino, & immolavit Pascha quarta decima die lunæ prima mensis : — Ex Mſ. Colbertino, olim num. 630. nunc num. 3703. 3. annorum circiter 800.

2. statuens sacerdotes secundùm vices dierum vestitos stolas in templo Domini.

3. Dixit *Levitis : Sanctificate vos Domino. Et posuerunt arcam sanctam in templo, quod ædificavit Salomon filius David rex. — * Mſ. Levites.

4. Et dixit : Non portabitis arcam in humeris. Nunc autem servite Domino Deo vestro, & populo ejus Israel, & componite domus cognationum vestrarum secundùm vices dierum vestrorum,

5. secundùm scripturam David regis Israel, & secundùm constitutionem regis Salomonis filii ejus, & state in sancto secundùm divisiones principatus cognationum vestrarum, Levitarum fratrum vestrorum filiorum Israel, qui ante vos fuerunt.

6. Et pars domus cognationis Levitis : & immolate Pascha secundùm immolationem, & sanctificate sacrificia fratribus vestris secundùm constitutionem Dei, quæ data est per manum Moysi.

7. Et donavit Josias populo oves, & agnos, & hœdos xxx. millia, & vitulorum III. millia.

8. De substantia regis data sunt. Et principes ejus dederunt initia populo, & Levitis : Elchias, & Zacha-

### Notæ ad Versionem alteram.

* Caput hocce primum libri tertii Esdræ idem est ac capita 35. & 36. libri secundi Paralipomenon.

℣. 1. Similiter in Græco, nisi quòd habeat τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, pro *luna prima mensis ;* & addat αὐτοῦ, ad Κυρίῳ. Vide lib. 2. Paralipom. cap. 35. ℣. 1.

℣. 2. Utrique textui consonat Græcum. Vide 2. Paralip. 35. 2.

℣. 3. Mſ. Sancti Germani annor. 900. num. 4. legit, *& dixit Levitis sacris servis Israel, ut sanctificarent se Domino in positionem Domini sanctam arcam in domo, quam,* &c. ut in textu. Græcum Versioni vulgatæ favet. Vide 2. Paralip. 35. 3.

℣. 4. Græcum vulgatæ Versioni suffragatur, nisi quòd addat τῷ Θεῷ, post *Domino*, & habeat in fine καὶ ἑτοιμάσατε, pro *ex parte*. Vide 2. Paralip. 35. 3. 4.

℣. 5. Græcum Versioni vulgatæ congruit, nisi quòd habeat, καὶ στάντες ἐν τῷ ἱερῷ, pro *omnes in templo ;* & addat τῶν Λευϊτῶν, post τὴν πατριὰν ὑμῶν, necnon ὑμῶν, ante *filiorum Israel.* Mſ. S. Germ. *& secundùm particulam principatus paternarum vestrarum, quorum Levitarum qui stant.* Cætera ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralipom. 35. 4. 5.

℣. 6. Hæc verba : *Et pars domus cognationis Levitis*, quæ desunt in Versione vulgata, desunt etiam in Græco, ubi solummodo legitur : Ἐν τάξει θυσιάσατε (al. θύσατε) τὸ Πάσχα...... καὶ ποιήσατε τὸ Πάσχα, &c. ut in Versione vulg. Vide 2. Paralip. 35. 6.

℣. 7. Mſ. Sangermanensis : *oves, & capras.* Græc. ἀρνῶν, καὶ ἐρίφων. Cætera ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 35. 7.

℣. 8. Mſ. Sangerman. *& sacerdotibus in Pascha, & Levitis. Et dedit Helchias, & Zacharias, Estelus præpositi domus*



Digitized by Google

### Versio altera.

Ex Mſ. Colbert. rias, & Suelus principes templi Dei ſacerdotibus dederunt ad Paſcha ovium duo millia DCC. vitulos DC.

9. Et Jechonias, & Baneas, & Samaeias, & Nathanael fratres ejus, & Samias, & Ozihel, & Joram præfecti initia dederunt Levitis ad Paſcha ovium quinque millia, & vitulos quingentos.

10. Et directa eſt ſervitus. Et ſtatuerunt ea x. per ſacerdotes & Levitæ in ſtationibus ſuis: & habebant azima ſecundùm conſtitutionem, ad dividendum ea populo ſecundùm præcepta regis.

11. Et immolaverunt Paſcha: & effuderunt ſacerdotes ſanguinem manibus ſuis, & immolaverunt holocauſta, & ſic tradiderunt eis ſecundùm diviſionem cognationum, ut offerrent coram populo Domini, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi.

12. Et immolaverunt vitulos, & aſſaverunt Paſcha ſicut oportebat: & de ſacrificio coxerunt in vaſis æreis, & ollis cum bono odore:

13. obtulerunt omnibus filiis populi: & ex his compoſuerunt ſibi & ſacerdotibus, fratribus ſuis, & filiis Aaron:

14. Sacerdotes enim imponebant adipes & holocauſta uſque in noctem: & Levitæ compoſuerunt ſibi, & fratribus ſuis filiis Aaron: & pſalmos percutiebant.

15. Et pſalmos decantabant filii Aſaph in ordine ſuo ſecundùm mandata David, & Aſaph, & Zacharias, & Sedecton prophetæ regis, & principes.

16. Et hoſtiarii portarum non diſcedebant unuſquiſque à ſervitute ſua: quia hi fratres eorum Levitæ compoſuerunt eis.

17. Et directum eſt: & conſummatus eſt ordo ſacrificii Domini

18. in illa die ut facerent Paſcha, & offerrent holocauſta, & imponerent ſacrificia ſuper aram Domini, ſecundùm præceptum regis Joſiæ.

19. Et fecerunt filii Iſrael, qui inventi ſunt in tempore illo, Paſcha: & diem feſtum azymorum ſeptem diebus:

20. & non eſt celebratum Paſcha ſimile in Iſrael, à diebus Samuhel prophetæ:

21. & omnes reges Iſrael non fecerunt tale Paſcha, quale fecit Joſias, & ſacerdotes, & Levitæ, & omnis populus Iſrael, qui inventus eſt, & qui inhabitabant Hieruſalem.

22. In octavo decimo anno regni Joſiæ celebratum eſt Paſcha.

23. Et directa ſunt opera Joſiæ regis in conſpectu Domini Dei eorum in corde pleno pietatis:

24. & actus ejus quidem conſcriptus eſt de his, qui ante peccaverunt in Domino ſceleratiùs quàm univerſæ gentes, & regna, & qualiter contriſtaverunt Dominum: conſcripta ſunt & verba Domini, quæ locutus eſt ad populum Iſrael.

### Versio vulgata.

duo millia, ac vituli centum.

9. Et Jechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba, in Phaſe, oves quinque millia, vitulos quingentos.

10. Et hæc cùm fierent eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Levitæ habentes azyma per tribus.

11. Et ſecundùm partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecundùm ea, quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt.

12. Et aſſaverunt Phaſe igni prout oportebat: & hoſtias coxerunt in ereis, & in ollis cum benevolentia:

13. & attulerunt omnibus, qui erant ex plebe: & poſt hæc paraverunt ſibi, & ſacerdotibus:

14. Sacerdotes enim offerebant adipes, uſque dum finita eſſet hora: & Levitæ paraverunt ſibi, & fratribus ſuis filiis Aaron.

15. Et ſacri cantores filii Aſaph erant per ordinem ſecundùm præceptum David, & Aſaph, & Zacharias, & Jeddimus, qui erat à rege.

16. Et oſtiarii per ſingulas januas, ita ut non prævaricaretur unuſquiſque ſuam: fratres enim illorum paraverunt illis.

17. Et conſummata ſunt quæ pertinebant ad ſacrificium Domini.

18. In illa die egerunt Phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrificium, ſecundùm præceptum regis Joſiæ.

19. Et egerunt filii Iſrael, qui inventi ſunt in tempore illo, Phaſe: & diem feſtum azymorum per dies ſeptem:

20. & non eſt celebratum Phaſe tale in Iſrael, à temporibus Samuelis prophetæ:

21. & omnes reges Iſrael non celebraverunt tale Paſcha, quale egit Joſias, & ſacerdotes, & Levitæ, & Judæi, & omnis Iſrael, qui inventi ſunt in commoratione Jeroſolymis.

22. Octavo decimo anno, regnante Joſia, celebratum eſt Phaſe.

23. Et directa ſunt opera Joſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuentis:

24. & quæ circa illum quidem conſcripta ſunt, in priſtinis temporibus, de eis, qui peccaverunt, quique irreligioſi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæſierunt verba Domini ſuper Iſrael.

### Notæ ad Versionem alteram.

*de ipſis ſacerdotibus in Paſcha oves duo millia ſexcentas* ( altera manu *ducentas*, ) *vitulos trecentos.* Sic etiam Græcum, niſi quòd omittat primum *in Paſcha*, & habeat, ϰ̀ Συῆλος, οἱ ἐπιϛάται τοῦ ἱεροῦ τοῖς ἱερεῦσιν, &c. Vide 2. Paralip. 35. 7. 8.

℣. 9. Mſ. Sangerm. *& Oziel, & Joram tribuni dederunt Levitis in Paſcha oves quinque millia, vitulos ſeptingentos.* Sic etiam Græcum. Vide 2. Paralip. 35. 9.

℣. 10. Græcum Verſioni vulgatæ favet. Vide 2. Paralip. 35. 10.

℣. 11. M. Sangerm. *in conſpectu populi offerre Domino*, &c. ut in Verſione vulgata, cui ſuffragatur Græcum. Vide 2. Paralip. 35. 11. 12.

℣. 12. Mſ. Sangerm. *Et ſic ad diluculum, & aſſaverunt Phaſe*, &c. ut in Verſione vulgata. Sic etiam Græcum: Καὶ οὕτως τὸ πρωϊνὸν, ϰ̀ ὤπτησαν τὸ Πάσχα· & in fine, μετ᾽ εὐωδίας, ut in noſtro textu. Vide 2. Paralip. 35. 12. 13.

℣. 13. Græcum Verſioni vulgatæ congruit, niſi quòd, pro *& poſt hæc*, habeat *poſt hæc autem*, μετὰ δὲ ταῦτα, & addat in fine, *fratribus ſuis, filiis Aaron.* Vide 2. Paralip. 35. 13. 14.

℣. 14. Græcum: Οἱ γὰρ ἱερεῖς ἀνέφερον τὰ ϛέατα ἕως ὥρας, &c. ut in Verſione vulgata, niſi quòd in fine habeat τοῖς ἱερεῦσιν, *ſacerdotibus*, ante *fratribus ſuis filiis Aaron*. Vide 2. Paralip. 35. 14.

℣. 15. Mſ. Sangerman. *Et ſacri cantores filii Aſaph erant ſuper ordinem eorum..... & Aſaph, & Zacharias, qui erant à rege.* Græcum huic lectioni favere videtur his verbis, ἐπὶ τῆς τάξεως αὐτῶν· cætera ut in Verſione vulgata, niſi quòd in fine legatur Ἐδδινοὺς, al. Ἐδδιδοῦς, pro *Jeddimus*. Vide 2. Paralip. 35. 15.

℣. 16. Mſ. Sangerm. vulgatæ Verſioni congruit, hoc excepto quòd addat *vicem*, poſt *ſuam*, & *Levitæ*, ante *paraverunt illis*. Græcum: Καὶ οἱ θυρωροὶ ἐφ᾽ ἑκάϛου πυλῶνος οὐκ ἔϛι παραβῆναι ἕκαϛον τὴν ἑαυτοῦ ἐφημερίαν, &c. ut in Verſione vulgata. Vide 2. Paralip. 35. 15.

℣. 17. Græcum Verſioni vulgatæ conſonat. Vide Paralip. 35. 16.

℣. 18. Mſ. Sangerman. *illa die agi Paſcha, & offerri hoſtias ſupra Domini ſacrarium*, &c. ut in Verſione vulgata. Græc. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀχθῆναι τὸ Πάσχα, ϰ̀ προσενεχθῆναι ( al. ἀχθῆναι ) τὰς θυσίας ἐπὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ( al. Κυρίου ) θυσιαϛήριον. Vide 2. Paralip. 35. 16.

℣. 19. Græcum: Καὶ ἤγαγον ( al. ἠγάγοσαν ) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, &c. ut in Verſione vulgata. Vide 2. Paralipom. 35. 17.

℣. 20. Græcum Verſioni vulgatæ conſonat. Vide 2. Paralip. 35. 18. & 4. Reg. 23. 22.

℣. 21. Græcum Verſioni vulgatæ congruit, niſi quòd in fine habeat, οἱ εὑρεθέντες ( al. ὁ εὑρεθεὶς ) ἐν τῇ κατοικήσει αὐτῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Vide 2. Paralip. 35. 18. & 4. Reg. 23. 22.

℣. 22. Græcum: Ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει, βασιλεύοντος Ἰωσίου, ἤχθη τὸ Πάσχα τοῦτο. Vide 2. Paralip. 35. 19. & 4. Reg. 23. 23.

℣. 23. Græcum Verſioni vulgatæ ſuffragatur, niſi quòd in fine, pro *metuentis*, habeat εὐσεβείας, *pietatis*, ut in noſtro textu. Hic verſus deeſt in cap. 35. libri 2. Paralip. Vide 4. Reg. 23. 25.

℣. 24. Græcum: ϰ̀ τὰ κατ᾽ αὐτὸν δὲ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, περὶ τῶν ἡμαρτηκότων, ϰ̀ ἠσεβηκότων πρὸς ( al. εἰς ) τὸν Κύριον παρὰ πᾶν ἔθνος, ϰ̀ βασιλείαν, ϰ̀ ἃ ἐλύπησαν αὐτὸν ἐν αἰσθήσει, ϰ̀ οἱ λόγοι τοῦ Κυρίου ἀνέϛησαν ἐπὶ Ἰσραήλ. Hic verſus non reperitur in cap. 35. libri 2. Paralipomenon. Vide 4. Reg. 23. 28.

Digitized by Google

### VERSIO VULGATA.

25. Et post omnem actum hunc Josiæ, ascendit Pharao rex Ægypti, veniens in Carchamis ab itinere super Euphratem, & exiit obviàm illi Josias.

26. Et misit rex Ægypti ad Josiam, dicens: Quid mihi & tibi est rex Judæ?

27. Non sum missus à Domino ut pugnem contra te: super Euphratem enim bellum meum est, festinans descende.

28. Et non est reversus Josias super currum: sed expugnare eum conabatur, non attendens verbum prophetæ ex ore Domini:

29. sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Josiam.

30. Et dixit rex pueris suis: Amovete me à prælio, infirmatus sum enim valde. Et statim amoverunt eum pueri ipsius de acie.

31. Et ascendit super currum secundarium suum: & perveniens Jerosolymam, vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro.

32. Et in tota Judæa lugebant Josiam: & qui præsidebant, cum uxoribus lamentabant eum, usque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.

33. Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Judæ: & singula gesta actus Josiæ, & ejus gloria, & intellectus ejus in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro regum Israel & Judæ.

34. Et assumentes, qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt regem pro Josia patre suo, cùm esset annorum triginta trium.

35. Et regnavit super Israel mensibus tribus. Et amovit eum rex Ægypti, ne regnaret in Jerosolymis:

36. & mulctavit gentem argenti talenta centum, & auri talentum unum.

37. Et constituit rex Ægypti Joacim fratrem ipsius, regem Judæ, & Jerusalem:

38. & alligavit magistratus Joacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Ægyptum.

39. Annorum erat Joacim viginti quinque, cùm regnare cœpisset in terra Juda, & Jerusalem: & fecit malum in conspectu Domini.

40. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam:

41. & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit & consecravit in templo suo in Babylonia.

42. Nam de immunditia illius, & irreligiositate, scriptum est in libro temporum regum.

43. Et regnavit Joachin filius ejus pro eo. Cùm autem constitutus esset rex, erat annorum decem & octo.

### VERSIO ALTERA.

*Ex Ms. Colbert.*

25. Et post omnem actum hunc Josiæ regis, ascendit Pharao rex Ægypti in regionem Charr[illegible]s ad fluvium Euphraten ut expugnaret Hierusalem, & exivit Josias rex obviàm ei.

26. Et misit ad eum rex Ægypti, dicens: Quid mihi & tibi Judææ rex?

27. Non ad te missus à Domino: super Euphraten enim bellum meum est, & Dominus mecum festinans est. Discede ergo, & noli adversari Domino.

28. Et noluit revocare Josias currum suum: & composuit adversùs eum bellum, non respiciens verbo Hieremiæ prophetæ de ore Domini:

29. sed constituit adversùs eum bellum in campo Macedonis. Et descenderunt principes ad regem Josiam.

30. Et dixit rex pueris suis: Revocate me à bello, infirmatus sum enim valde. Et continuò revocaverunt eum pueri ejus * à conflictatione belli.

* *Ms.* ad conflictationem.

31. Et imposuerunt eum in currum ejus secundum: & deductus venit in Hierusalem, & mortuus est, & sepultus est in sepulchro paterno.

32. Et omnis Judæa, & Hierusalem lugebat Josiam: & flevit Hieremias Josiam regem: & qui præsidebant, cum mulieribus planxerunt eum, usque in hunc diem. Et præceptis meis hoc fieri per omne genus populi Israel.

33. Hæc autem scripta sunt in libro actus regni Judææ: & singula quæque actus Josiæ, & gloriæ ejus, & intellectus ejus in lege Domini: & quæ priùs facta sunt, in libro regum populi Israel & Juda.

34. Et assumentes, qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt eum regem loco Josiæ patris ejus, cùm esset annorum xxiii.

35. Et regnavit super Israel mensibus tribus. Et amoto eo, rex Ægypti, ne regnaret Hierosolymis,

36. multavit gentem argenti talentis centum, & auri talentis x.

37. Et constituit rex Ægypti Joachim fratrem ejus, regem Judææ, & Hierusalem:

38. & alligavit Joachim rex, & principes: Zachariam autem fratrem suum comprehendens adduxit in Ægyptum.

39. Annorum verò erat Joachim xxv. cùm regnavit in Judæa, & Hierusalem: & malè fecit in conspectu Domini.

40. Adversùs hunc ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligavit eum æreis vinculis, & adduxit in Babyloniam:

41. & sustulit de sanctis vasis Domini, & attulit Nabuchodonosor, & confixit in templo suo in Babylone.

42. Quæ autem gesta sunt de immunditia ejus, & impietate, scripta sunt in libris temporum regum.

43. Et regnavit Joachim filius ejus pro eo. Quando constitutus est, erat annorum viii.

### NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 25. In Græco, exceptis his, ἐλθόντα πόλεμον ἐγεῖραι ἐν Καρχαμὺς ἐπὶ τοῦ Εὐφράτου, omnia ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 35. 20. & 4. Reg. 23. 29.

℣. 26. Græcum textui nostro consonat, nisi quòd addit *est*, post *tibi*. Vide 2. Paralip. 35. 21.

℣. 27. Græcum textui nostro simile est, si hæc exceperis: ὑπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ· deinde: καὶ νῦν Κύριος μετ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ Κύριος μετ' ἐμοῦ ἐπισπεύδων ἐστίν. Ἀπόστηθι ἀπ' ἐμοῦ, &c. al. deest ἀπ' ἐμοῦ. Vide 2. Paralip. 35. 21.

℣. 28. Græcum: Καὶ οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπ' αὐτοῦ Ἰωσίας τὸ ἅρμα ἑαυτοῦ, ἀλλὰ πολεμεῖν αὐτὸν ἐπεχείρει, οὐ προσέχων ῥήμασιν, &c. ut in nostro textu. Vide 2. Paralip. 35. 22.

℣. 29. Sic etiam Græcum, si exceperis Μεγεδδαοὺς, pro *Macedonis*: al. tamen Μαγεδδώ. Vide 2. Paralip. 35. 22. & 4. Reg. 23. 29.

℣. 30. Utrique textui favet Græcum. Vide 2. Paralip. 35. 23. 24.

℣. 31. Græcum Versioni vulgatæ magis congruit. Vide 2. Paralip. 35. 24. & 4. Reg. 23. 30.

℣. 32. Ms. S. Germ. *Et tota Judæa lugebat Josiam: & lamentabat Hieremias propheta propter Josiam:* quæ ultima verba reperiuntur etiam in Græco. Cætera verò Versioni vulgatæ similia sunt. Vide 2. Paralip. 35. 24. 25.

℣. 33. Græcum: Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἱστορουμένων περὶ..... τῆς Ἰουδαίας· καὶ τὸ καθ' ἓν πραχθὲν τῆς πράξεως Ἰωσίου, καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ..... τὰ δὲ προπραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὰ νῦν, ἱστόρηται, &c. ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 35. 25. 26. 27.

℣. 34. Græcum, pro *Jechoniam*, legit *Joachaz*, aliàs tamen *Jechoniam*; & in fine habet, ut in nostro textu, *annorum viginti trium*: Ms. Sangerm. *viginti quatuor*. Vide 2. Paralip. 36. 1. 2. & 4. Reg. 23. 30. 31.

℣. 35. Ms. S. Germ. similiter, *Et amoto eo, rex Ægypti*. Græcum: *Et regnavit in Juda, & in Jerusalem mensibus tribus*. Cætera ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 36. 2. 3. & 4. Reg. 23. 31. 33.

℣. 36. Ms. Sangerm. *& mutavit* (mendosè, pro *mulctavit*) *gentem argenti talenta centum, & auri talenta decem*. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur. Vide 2. Paralip. 36. 3. & 4. Reg. 23. 33.

℣. 37. Textui Græcum respondet. Vide 2. Paralip. 36. 4. & 4. Reg. 23. 34.

℣. 38. Ms. Sangerm. simpliciter habet: *Porro Zachariam fratrem suum adprehendens reduxit in Ægypto*. Græcum: καὶ ἔδησεν Ἰωακεὶμ, καὶ (al. deest καὶ) τοὺς μεγιστᾶνας· Ζαράκην δὲ, &c. ut in nostro textu. Vide 2. Paralip. 36. 4. & 4. Reg. 23. 34.

℣. 39. Ms. S. Germ. *Viginti annorum autem erat Joacim, cùm regnare cœpisset in Judæa*, &c. Græcum textui nostro consonat. Vide 2. Paralip. 36. 5. & 4. Reg. 23. 36. 37.

℣. 40. Ms. Sangerm. *Post hæc autem... & alligavit eum in æreo vinculo, reduxit in Babylonia*. Græc. Ἐπ' αὐτὸν (al. Μετ' αὐτὸν) δὲ ἀνέβη, &c. ut in Versione vulg. Vide 2. Paralip. 36. 6. & 4. Reg. 24. 1.

℣. 41. Græcum: καὶ ἀπὸ τῶν ἱερῶν σκευῶν τοῦ Κυρίου λαβὼν Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀπενέγκας ἀπηρείσατο ἐν Βαβυλῶνι ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Vide 2. Paralip. 36. 7. & 4. Reg. 24. 7.

℣. 42. Græcum: Τὰ δὲ ἱστορηθέντα περὶ αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτοῦ, καὶ δυσφημίας (al. δυσσεβείας,) ἀναγέγραπται, &c. Vide 2. Paralip. 36. 8. & 4. Reg. 24. 5.

℣. 43. Ms. Sangerm. *erat annorum septem*. Græcum ut in Versione vulgata, si exceperis γὰρ, pro *autem*. Omittit



Digitized by Google

VERSIO ALTERA.

*Ex Ms. Colbert.*

44. Et regnavit mensibus iii. & diebus x. in Hierusalem, & mala fecit in conspectu Domini:

45. & post annum misit Nabuchodonosor rex, & transtulit eum in Babylone cum sacrificiis Domini.

46. Et constituit Sedechiam regem Judæ, & Hierusalem, cùm esset annorum xxi. regnavit autem annis xi.

47. Et mala fecit in conspectu Domini, & non timuit verba quæ dicta sunt ab Hieremia propheta de ore Domini.

48. Et adjuratus à rege Nabuchodonosor in nomine Domini, perjurans discessit: & obdurans cervicem, & cor suum, transgressus est legitima Domini Dei Israel.

49. Principes autem populi, & sacerdotes multa scelera commiserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias gentium: & coinquinaverunt templum Domini, quod sanctificatum erat Hierosolymis.

50. Et misit Deus patrum eorum per angelum suum revocare eos, qui parcebat eis, & tabernaculo suo.

51. Ipsi autem deriserunt angelos ejus: & qua die locutus est Dominus, eadem die deluserunt prophetis ejus,

52. donec in ira exardesceret adversùs gentem suam, propter impietates eorum. Et præcepit ut ascenderent reges Caldæorum,

53. & occiderent juvenes eorum: & non pepercerunt nec juveni, nec virgini, nec seni, nec adolescenti:

54. sed omnes traditi sunt in manus eorum: & omnia vasa Domini sancta, majora, & minora, & archam Dei, & regales apothecas auferentes, attulerunt in Babylonem,

55. & succenderunt templum Domini, & dissolverunt muros Hierusalem: & turres ejus succenderunt igni,

56. & diruere omnia præclara ejus evertentes: & reliquos, qui remanserunt à gladio, adduxerunt in Babylone.

57. Et erant servi ejus, & filiorum ejus, donec regnarent Persæ, * ut impleret verbum Domini in ore Hieremiæ:

** Lege impleretur.*

58. donec sperarct bene terra in sabbatis suis, omni tempore desolationis suæ quos sabbatizavit, ad impletionem lxx. annorum.

VERSIO VULGATA.

44. Regnavit autem menses tres, & dies decem in Jerusalem, & fecit malum in conspectu Domini:

45. & post annum mittens Nabuchodonosor, transmigravit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini.

46. Et constituit Sedeciam regem Juda, & Jerusalem, cùm esset annorum viginti unius: regnavit autem annis undecim.

47. Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab Jeremia propheta ex ore Domini:

48. & adjuratus à rege Nabuchodonosor, perjurans discessit: & indurata cervice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel.

49. Et duces populi Domini multa iniquè gesserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias gentium: & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Jerosolymis.

50. Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum revocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo.

51. Ipsi verò subsannabant in angelis suis: & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis ejus.

52. Qui usque ad iracundiam concitatus est super gentem suam, propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere reges Chaldæorum.

53. Hi occiderunt juvenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt juveni, & seni, & virgini, & adolescenti:

54. sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes, tulerunt in Babyloniam,

55. & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Jerusalem: & turres ejus incenderunt igne,

56. & consummaverunt omnia honorifica ejus, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.

57. Et erant servi illius usque dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini in ore Jeremiæ:

58. quousque benignè ageret terra sabbata sua, omni tempore desertionis suæ sabbatizavit, in applicatione annorum septuaginta.

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

etiam *rex*, & pro *decem & octo*, Mss. quidam legunt *octo*, ut in nostro textu. Vide 2. Paralip. 36. 8. 9. & 4. Reg. 24. 6. 8.

℣. 44. Græcum Versioni vulgatæ congruit ad verbum, sicut & infra, usque ad versum 48. Vide 2. Paralip. 36. 9. & 4. Reg. 24. 8. 9.

℣. 45. Eadem sunt Græcè quæ in Versione vulg. Vide 2. Paralipom. 36. 10. & 4. Reg. 24. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

℣. 46. Græcè omnia ut in Versione vulg. Vide 2. Paralip. 36. 10. 11. & 4. Reg. 24. 17. 18. Vide etiam Jerem. 37. 1. & 52. 1.

℣. 47. Similia exstant in Græco ac in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 36. 12. & 4. Reg. 24. 19. 20. Vide etiam Jerem. 37. 2. & 52. 2.

℣. 48. Græcum textui nostro suffragatur, addito *suam*, ad *cervicem*. Vide 2. Paralip. 36. 13. & Jerem. 52. 3. & 4. Reg. 24. 20.

℣. 49. Ms. S. Germ. *Et duces autem populi & sacerdotum multa iniquè gesserunt super omnes*, &c. Græc. Καὶ οἱ ἡγέμενοι δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἱερέων πολλὰ ἠνόμησαν, καὶ παρέβησαν ὑπὲρ (al. πολλὰ ἠσέβησαν, καὶ ὑπὲρ) πάσας, &c. ut in nostro textu, nisi quòd addit *omnium*, ante *gentium*, & *in*, ante *Hierosolymis*. Mss. quidam, pro τὸ ἁγιασθὲν, legunt τὸ ἁγιαζόμενον. Vide 2. Paralip. 36. 14.

℣. 50. Græcum Versioni vulgatæ favet. Vide 2. Paralip. 36. 15.

℣. 51. Græcum: Αὐτοὶ δὲ ἐξεμυκτήριζον τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, &c. ut in Versione vulgata. Mss. tamen quidam initio sic habent: Αὐτοὶ δὲ ἐμυκτήριζαν ἐν τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Vide 2. Paralip. 36. 16.

℣. 52. Græcum: ἕως τοῦ (al. οὗ) θυμωθέντα αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἔθνει αὐτοῦ, διὰ τὰ δυσσεβήματα προστάξαι ἀναβιβάσαι ἐπ' αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τῶν Χαλδαίων. Vide 2. Paralip. 36. 16. 17. necnon 4. Reg. 24. 20. & 25. 1. & Jerem. 52. 3. 4.

℣. 53. Græcum: καὶ οὐκ ἐφείσαντο νεανίσκου, καὶ παρθένου, καὶ πρεσβυτέρου (al. πρεσβύτου,) καὶ νεωτέρου αὐτῶν· cætera ut in Versione vulgata. Vide 2. Paralip. 36. 17.

℣. 54. Ms. S. Germani: *& omnia sacra vasa Domini, pusilla, & magna, & regales apothecas*, &c. Græcum textui nostro favet. Vide 2. Paralip. 36. 17. 18. & 4. Reg. 25. necnon Jerem. 52.

℣. 55. Græcum Versioni vulgatæ convenit, si exceperis τοὺς πύργους αὐτῶν, *turres eorum*; aliàs tamen αὐτῆς, *ejus*. Vide 2. Paralip. 36. 19. & 4. Reg. 25. 9. 10. necnon Jerem. 52. 13. 14.

℣. 56. Græcum: καὶ συνετέλεσαν πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς ἀχρειῶσαι· καὶ τοὺς ἐπιλοίπους ἀπήγαγεν ἀπὸ ῥομφαίας εἰς Βαβυλῶνα. Ms. S. Germ. *& reliquos adduxerunt in Babylone*, absque *à gladio*. Vide 2. Paralip. 36. 19. 20. & 4. Reg. 25. 11. 13. & seq. necnon Jerem. 52. 15. 17. & seq.

℣. 57. Ms. Sangerman. *Et erant servi illius, & filii illius, usque dum regnarent Persæ per impletionem verbi Domini*, &c. Sic etiam in Græco, si exceperis, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, loco *& filii illius*. Vide 2. Paralip. 36. 20. 21.

℣. 58. Ms. Sangerm. habet etiam, ut in nostro textu, *ad impletionem*; cætera verò ut in Versione vulgata. Gr. ἕως τοῦ εὐδοκῆσαι τὴν γῆν τὰ σάββατα αὐτοῖς (al. αὐτῆς,) πάντα τὸν χρόνον τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς σαββατιεῖ, εἰς ἀναπλήρωσιν (al. συμπλήρωσιν) ἐτῶν ἑβδομήκοντα. Vide 2. Paralipom. 36. 21.

Digitized by Google

# * CAPUT II.

| VERSIO VULGATA. | VERSIO ALTERA. | |
|---|---|---|
| 1. Regnante Cyro rege Perſarum, in conſummatione verbi Domini in ore Jeremiæ, | 1. Regnante autem Cyro Perſarum anno primo, ut adimpleretur verbum Domini in ore Hieremiæ, | Ex Mſ. Colbert. |
| 2. ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicavit in toto regno ſuo, ſimul per ſcripturam, | 2. ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicavit in omni regno ſuo, & per ſcripta, | |
| 3. dicens: Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Me conſtituit regem orbi terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, | 3. dicens: Hæc dicit rex Perſarum: Dominus me conſtituit regem univerſæ terræ Perſarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, | |
| 4. & ſignificavit mihi ædificare domum ſibi in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa. | 4. & præcepit mihi ædificare ſibi templum in Jeruſalem, quod eſt in Judæa. | |
| 5. Si quis eſt ex genere veſtro, dominus ipſius aſcendat cum eo in Jeruſalem. | 5. Si quis eſt ergo de genere veſtro, & Dominus ejus cum eo, aſcendat in Hieruſalem, quæ eſt in Judæa, & ædificet templum Domini Dei Iſrael, quod eſt in Hieruſalem Judææ civitatem, & ſit cum eo Dominus, qui habitat in Hieruſalem. | |
| 6. Quotquot ergo circa loca habitant, adjuvent eos qui ſunt in loco ipſo, in auro & argento, | 6. * Quotquot ergo per regiones habitant, adjuvent eum, & dent animum Domino in loco ejus, offerentes aurum & argentum, | * Mſ. Quidquid. |
| 7. in dationibus, cum equis & jumentis, cumque aliis quæ ſecundùm vota apponuntur in ædem Domini, quæ eſt in Jeruſalem. | 7. dona, cum equis & jumentis, cum cæteris quæ ſecundùm vota conjuncta ſunt in templum Domini, quod eſt in Hieruſalem. | |
| 8. Et ſtantes principes tribuum, pagorum, & Judææ, ex tribu Benjamin, & ſacerdotes, & Levitæ, quos excitavit Dominus aſcendere, & ædificare domum Domini, quæ eſt in Jeruſalem, & qui erant in circuitu eorum, | 8. Et exſurgentes omnes principes tribus Judæ, & tribus Benjamin, & ſacerdotes, & Levitæ, & omnes, quorum excitavit Dominus ſpiritum, aſcenderunt, & ædificabant templum Domini, quod eſt in Hieruſalem, & qui in circuitu eorum ſunt, | |
| 9. adjuverunt in omni auro, & argento ejus, & jumentis, & votis compluribus multi, quorum ſenſus excitatus eſt. | 9. ex omnibus advenerunt offerentes aurum, & argentum, equos, & pecora, & vota multa, quorum ſenſus bene diſpoſitus eſt. | |
| 10. Et Cyrus rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Jeruſalem, & conſecravit ea idolo ſuo. | 10. Et rex Cyrus protulit vaſa ſancta Domini, quæ ſuſtulerat Nabuchodonoſor rex de templo Domini, & *adtulerat in Babylone, & poſuerat ea in templo idolorum. | * Mſ. adtulerunt. |
| 11. Et proferens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato, qui erat ſuper theſauros ipſius. | 11. Proferens ergo hæc Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridati, qui erat ſuper theſauros ejus. | |
| 12. Per hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Judææ. | 12. Per hunc ergo tradita ſunt Sabaſſaro præſidi Judææ. | |
| 13. Horum autem hic numerus. Libatoria argentea duo millia quadringenta: athiſcæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ duo millia quadringentæ: & alia vaſa mille: | 13. Et erat numerus eorum, Libatoria aurea mille: pateræ argenteæ, & fialæ aureæ trecentæ, & argenteæ MM. CCCC. & ex alia vaſa mille: | |
| 14. omnia autem vaſa aurea & argentea, quinque millia octingenta ſexaginta. | 14. 15. omnia autem vaſa aurea & argentea adtulit Sabaſſaro cum his, qui revertebantur de Babylonia in Hieroſolymam. | |
| 15. Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his, qui ex captivitate Babyloniæ venerant in Jeroſolymam. | | |
| 16. In Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus, ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Judæa & | 16. In Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus, ſcripſerunt & de his qui inhabitant Judæam & Hieru- | |

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

* Duo ultimi verſus capitis 36. libri 2. Paralipomenon iidem ſunt ac verſus 1. 2. 3. 4. & 5. hujus capitis ſecundi; ſed totum hocce caput ab initio ad finem uſque idem eſt ac capita 1. & 4. libri primi Eſdræ.

℣. 1. Mſ. Sangermanenſis: *Regnante Cyro Perſarum anno primo, in conſummationem verbi Domini in ore Jeremiæ.* Sic etiam Græcum. Vide 2. Paralip. 36. 22. & 1. Eſdr. 1. 1.

℣. 2. Græcum Verſioni vulgatæ ſuffragatur, addito &, ante *ſimul*. Vide 2. Paralip. 36. 22. & 1. Eſdr. 1. 1.

℣. 3. Græcum cum Verſione vulgata concordat. Vide 2. Paralip. 36. 22. 23. & 1. Eſdr. 1. 1. & 2.

℣. 4. Mſ. Sangerm. *ſic magnificavit mihi ædificari ſibi domum*, &c. ut in Verſione vulgata. Græcum eidem Verſioni vulgatæ favet. Vide 2. Paralip. 36. 23. & 1. Eſdr. 1. 2.

℣. 5. Mſ. Sangerm. *Si quis eſt ex genere veſtro, ſit Dominus Deus ipſius cum eo: & aſcendens in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa, ædificet domum Domino Iſrael. Hic eſt Dominus habitans in Jeruſalem.* Græcum: Εἴ τις ἐςὶν ȣ̃ν ὑμῶν ἐκ τȣ̃ ἔθνȣς αὐτȣ̃, ἔςω ὁ Κύριος Κύριος (al. deeſt alt. Κύριος.) αὐτȣ̃ μετ' αὐτȣ̃· καὶ ἀναβὰς εἰς Ἱερȣσαλὴμ, τὴν ἐν τῇ Ἰȣδαίᾳ, οἰκοδομείτω τὸν οἶκον Κυρίȣ τȣ̃ Ἰσραήλ. Οὗτος ὁ Κύριος, ὁ κατασκηνώσας ἐν Ἱερȣσαλήμ. Vide 2. Paralip. 36. 23. & 1. Eſdr. 1. 3.

℣. 6. Mſ. S. Germ. *adjuvent eum qui ſunt in loco ipſius.* Græcum huic lectioni favet; cætera ut in Verſione vulg. addito καὶ, ante *in auro*. Vide 1. Eſdr. 1. 4.

℣. 7. Græcum cum Verſione vulgata concinit, ſi exceperis προτεθειμένοις εἰς τὸν ἱερὸν..... τὸ ἐν, &c. pro, *apponuntur in ædem..... quæ eſt in*, &c. Vide 1. Eſdr. 1. 4.

℣. 8. Græcum: Καὶ καταςάντες (al. καταςήσαντες) οἱ ἀρχίφυλοι τῶν πατριῶν τῆς Ἰȣ́δα, καὶ Βενιαμὶν φυλῆς, καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ Λευῖται, καὶ πάντων ὧν ἤγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα ἀναβῆναι, οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ Κυρίῳ, τὸν ἐν Ἱερȣσαλὴμ, καὶ οἱ περικύκλῳ αὐτῶν. Vide 1. Eſdr. 1. 5. 6.

℣. 9. Græcum: ἐβοήθησαν ἐν πᾶσιν ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ, ἵπποις, καὶ (al. deeſt καὶ) κτήνεσιν, καὶ εὐχαῖς πλείςαις (al. ὡς πλείςαις) πολλῶν, ὧν ὁ νȣ̃ς ἠγέρθη. Vide 1. Eſdr. 1. 6.

℣. 10. Mſ. Sangerman. *Et rex Cyrus protulit vaſa ſacra Domini, quam tranſtulit Nabuchodonoſor rex de Jeruſalem, & conſecraverat in eam ſuo idolo.* Græcum huic lectioni favet ſic: Καὶ ὁ βασιλεὺς Κύρος ἐξήνεγκε τὰ ἱερὰ σκεύη τȣ̃ Κυρίȣ, ἃ μετήνεγκε Ναβȣχοδονόσορ ἐξ Ἱερȣσαλὴμ, καὶ ἀπηρείσατο αὐτὰ ἐν τῷ ἑαυτȣ̃ εἰδωλείῳ. Vide 1. Eſdr. 1. 7.

℣. 11. Priora hujuſce verſus verba deſunt in Mſ. Sangerman. qui legit, & *tradidit Mitridati, qui*, &c. Græcum textui noſtro ſuffragatur, ſi exceperis *autem*, pro *ergo*. Vide 1. Eſdr. 1. 8.

℣. 12. Mſ. S. Germani: *Per hunc tradita ſunt Salmanaſſar.* Cætera deſunt uſque ad ℣. 14. Græcè ut in noſtro textu, præter *autem*, pro *ergo*. Vide 1. Eſdr. 1. 8.

℣. 13. Græcum: Ὁ δὲ τȣ́των ἀριθμὸς ἦν· Σπονδεῖα χρυσᾶ χίλια, καὶ σπονδεῖα ἀργυρᾶ χίλια· θυΐσκαι ἀργυραῖ εἴκοσι ἐννέα· φιάλαι χρυσαῖ τριάκοντα, ἀργυραῖ δισχίλιαι τετρακόσιαι δέκα· καὶ ἄλλα σκεύη χίλια. Vide 1. Eſdr. 1. 9. 10.

℣. 14. Mſ. Sangerman. *omnia vaſa aurea & argentea, quatuor millia nonginta quadraginta.* Græc. τάδε πάντα σκεύη διεκομίσθη (al. ἐκομίσθη) χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, πεντακισχίλια τετρακόσια ἑξηκονταεννέα. Vide 1. Eſdr. 1. 11.

℣. 15. Græcum: Ἀνηνέχθη δὲ ὑπὸ Σαναβασσάρȣ ἅμα τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἱεροσόλυμα, al. Ἱερȣσαλήμ. Mſ. Sangerm. *Et adportata ſunt ad Salmannaſar ſimul cum omni captivitate ex Babylonia in Jeruſalem.* Ab his verbis uſque ad cap. 3. cætera deſunt in Mſ. S. Germani. Vide 1. Eſdr. 1. 11.

℣. 16. Græcum: Ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ Ἀρταξέρξȣ τῶν Περσῶν βασιλέως χρόνοις, κατέγραψαν αὐτῷ κατὰ τῶν κατοικȣ́ντων ἐν

Digitized by Google

## Versio altera.

Ex Ms. Colbert. ſalem, Belemus, & Mitridates, & Sabellius ſcribæ, & cæteri conjuncti eis, habitantes in Samaria, & aliis locis, ſubjectam epiſtolam. Regi Artaxerxi Domino.

17. Pueri tui Rathymus ab accidentibus, & Ramelius ſcriba, & reliqui curiæ eorum, judices qui ſunt in Syriacœlen & Phenicen, ſalutem.

18. Notum ſit Domino noſtro regi, quia Judæi, qui aſcenderunt à vobis ad nos, venientibus in Hieruſalem civitatem refugam, & peſſimam, reædificant fores ejus, & curant muros, & templum ſuſcitant.

19. Quòd ſi civitatis hujus muri perfecti fuerint, tributa non ſuſtinebunt, adhuc etiam & regibus reſiſtent.

20. Et quia inſtatur operi templi, æſtimavimus bonum eſſe non omittere:

21. ſed notum facere Domino regi, ut ſi tibi viſum fuerit, inſpicias * patrum tuorum,

* Suppl. libros.

22. & invenies in commentariis memorialibus ſcripta de his, & ſcies quia civitas illa fuit refuga, & reges & civitates concutiens.

23. Judæi enim & expugnantes ſemper fuerunt, ideo civitas hæc deſolata eſt.

24. Nunc ergo tibi notum facimus, Domine rex, quia ſi civitas hæc ædificata fuerit, & muri ejus erecti, deſcenſus tibi non erit in Syriamcœlen & Phenicen.

25. Tunc rex ſcripſit Rathymo, qui accidentia adſcribebat, & Beltimo, & Ramelio ſcribæ, & cæteris conſtitutis, & inhabitantibus Samariam & Phenicem, quæ ſubjecta ſunt.

26. Legi epiſtolam, quam miſiſtis mihi, & præcepi inquiri, & inventum eſt, quia civitas illa ſemper regibus adverſata eſt,

27. & homines civitatis illius bella, & incurſus in ea facientes, & reges duri erant in Hieruſalem dominantes, & tributa gravia imponentes Syriæcœle & Phenici.

28. Nunc ergo præcepi prohiberi eos ne ædificent civitatem, & proſpicite ne quid aliter fiat,

29. ut non proficiat ampliùs malitiæ occaſio ad commovendos reges.

30. Tunc recitatis his, quæ à rege Artaxerxen ſcripta erant, Rathymus, & Ramelius ſcriba, & qui cum eis conſtituti, profecti feſtinanter venerunt in Hieruſalem cum equis, & curribus, & cum ingenti agmine:

31. & continuò ut venerunt, prohibuerunt eos, qui ædificabant: & vacavit ædificatio templi, quod erat in Hieruſalem, uſque in ſecundum annum Darii regis Perſarum.

## Versio vulgata.

Jeruſalem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, ſubjectam epiſtolam regi Artaxerxi.

17. Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ judices in Cœleſyria & Phœnice.

18. Et nunc notum ſit Domino regi, quoniam Judæi, qui aſcenderunt à vobis ad nos, venientes in Jeruſalem civitatem refugam, & peſſimam, ædificant furnos ejus, & ſtatuunt muros, & templum ſuſcitant.

19. Quòd ſi civitas iſta, & muri conſummati fuerint, non tantùm tributa non ſuſtinebunt pendere, ſed etiam regibus reſiſtent.

20. Et quia id agitur circa templum, rectè habere arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum:

21. ſed notum facere Domino regi, ut ſi videbitur, rex, quæratur in libris patrum tuorum,

22. & invenies in admonitionibus ſcripta de his, & ſcies quoniam civitas iſta fuit refuga, & reges & civitates concutiens,

23. & Judæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno, ob quam cauſam civitas iſta deſerta eſt.

24. Nunc ergo notum facimus, Domine rex, quoniam ſi civitas hæc ædificata fuerit, & hujus muri erecti fuerint, deſcenſus tibi non erit in Cœleſyriam & Phœnicen.

25. Tunc ſcripſit rex Rathimo, qui ſcribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio ſcribæ, & cæteris conſtitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ ſubjecta ſunt.

26. Legi epiſtolam, quam miſiſtis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inventum eſt, quoniam civitas illa eſt ab ævo regibus reſiſtens,

27. & homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortiſſimi erant in Jeruſalem dominantes, & tributa exigentes à Cœleſyria & Phœnice.

28. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare civitatem, & prohibere ne quid ultra hæc fiat:

29. ſed nec procedant in plurimum ea, quæ ſunt malitiæ, ita ut regibus moleſtia importetur.

30. Tunc recitatis his, quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathimus, & Sabellius ſcriba, & qui cum his conſtituti erant, jungentes feſtinanter venerunt in Jeruſalem cum equitatu, & turba, & agmine:

31. cœperuntque ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Jeruſalem, uſque ſecundo anno regni Darii regis Perſarum.

## Notæ ad Versionem alteram.

τῇ Ἰουδαίᾳ ϗ Ἱερουσαλὴμ, Βήλεμος, ϗ Μιθριδάτης, ϗ Ταβέλλιος, ϗ Ῥάθυμος, ϗ Βεέλτεθμος, ϗ Σεμέλλιος (al. Σαμέλλιος) ὁ γραμματεὺς, ϗ οἱ λοιποὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, οἰκοῦντες δὲ ἐν Σαμαρείᾳ, ϗ τοῖς ἄλλοις τόποις, τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολήν. Βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ κυρίῳ. Vide 1. Eſdr. 4. 7. 8. 11.

℣. 17. Græcum: Οἱ παῖδές σου Ῥάθυμος ὁ τὰ προσπίπτοντα, ϗ Σεμέλλιος ὁ γραμματεὺς, ϗ οἱ ἐπίλοιποι τῆς βουλῆς αὐτῶν, ϗ κριταὶ οἱ ἐν Κοιλοσυρίᾳ (al. Κοίλῃ Συρίᾳ) ϗ Φοινίκῃ. Vide 1. Eſdr. 4. 9. 10. 11.

℣. 18. Græcè: Καὶ νῦν γνωστὸν ἔστω τῷ κυρίῳ τῷ βασιλεῖ, διότι οἱ Ἰουδαῖοι ἀναβάντες παρ᾽ ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς, ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν τὴν ἀποστάτιν, ϗ πονηρὰν, οἰκοδομοῦσι τάς τε ἀγορὰς, ϗ τὰ τείχη αὐτῆς θεραπεύουσι, ϗ ναὸν ὑποβάλλονται. Al. additur αὐτῆς, poſt ἀγορὰς, & deletur poſt τείχη. Vide 1. Eſdr. 4. 12.

℣. 19. Græcum: Ἐὰν οὖν ἡ πόλις αὕτη οἰκοδομηθῇ, ϗ τὰ τείχη συντελεσθῇ, φορολογίαν οὐ μὴ ὑπομείνωσι δοῦναι, &c. ut in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 4. 13.

℣. 20. In Græco ſic: Καὶ ἐπεὶ ἐνεργεῖται τὰ κατὰ τὸν ναὸν, καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνομεν μὴ ὑπεριδεῖν τὸ τοιοῦτο. Vide 1. Eſdr. 4. 14.

℣. 21. Græcum ſic: ἀλλὰ προσφωνῆσαι τῷ κυρίῳ ἡμῶν (al. deeſt ἡμῶν) βασιλεῖ, ὅπως ἂν φαίνηταί σοι, ἐπισκεφθῇ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν πατέρων σου βιβλίοις. Vide 1. Eſdr. 4. 14. 15.

℣. 22. Græcum textui concinit. Vide 1. Eſdr. 4. 15.

℣. 23. Græcum vulgatæ Verſioni conſonat, ſi exceperis πολιορκίας συνιστάμενοι, pro *prælia committentes*; & addideris ϗ, ante *civitas*. Vide 1. Eſdr. 4. 15.

℣. 24. Græcum textui noſtro conſonat, addito ἔτι, *ampliùs*, poſt *deſcenſus*; & mutato *Syriam Cælen*, in *Cælen Syriam*. Vide 1. Eſdr. 4. 16.

℣. 25. In Græco omnia ut in Verſione vulgata, præter Βεελτέθμῳ, ϗ Σαμελλίῳ, pro *Balthemo*, & *Sabellio*; &, *in Samaria*, & *Syria*, & *Phœnice*. Vide 1. Eſdr. 4. 17.

℣. 26. Eadem ſunt in Græco quæ in Verſione vulgata, præter πρός με, *ad me*, loco *mihi*, poſt *miſiſtis*. Vide 1. Eſdr. 4. 18. 19.

℣. 27. Græcum Verſioni vulgatæ reſpondet, niſi quòd addat ϗ σκληροὶ, & *duri*, poſt *fortiſſimi*. Vide 1. Eſdr. 4. 19. 20.

℣. 28. Idem ſenſus eſt in Græco ac in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 4. 21.

℣. 29. Græcum: ϗ μὴ προβῇ ἐπὶ πλεῖον τὰ τῆς κακίας ἐπὶ τῷ (al. εἰς τὸ) βασιλεῖς ἐνοχλεῖσθαι. Vide 1. Eſdr. 4. 22.

℣. 30. Græc....... ϗ οἱ τούτοις συντασσόμενοι ἀναζεύξαντες εἰς Ἱερουσαλὴμ κατὰ σπουδὴν μεθ᾽ ἵππου, ϗ ὄχλου παρατάξεως. Priora ut in Verſione vulg. præter Σεμέλλιος, pro *Sabellius*. Vide 1. Eſdr. 4. 23.

℣. 31. Græcè: ἤρξαντο κωλύειν τοὺς οἰκοδομοῦντας· ϗ ἤργει ἡ οἰκοδομὴ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, μέχρι τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως. Vide 1. Eſdr. 4. 23. 24.

Digitized by Google

# CAPUT III.

## Versio vulgata.

1. REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ, & Perſidis,

2. & omnibus purpuratis, & prætoribus, & conſulibus, & præfectis ſub illo, ab India uſque Æthiopiam, centum viginti ſeptem provinciis.

3. Et cùm manducaſſent, & bibiſſent, & ſatiati reverterentur, tunc Darius rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormivit, & expergefactus eſt.

4. Tunc illi tres juvenes corporis cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri:

5. Dicamus unuſquiſque noſtrûm ſermonem, qui præcellat: & cujuſcunque apparuerit ſermo ſapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,

6. purpura cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byſſinam, & torquem circa collum:

7. & ſecundo loco ſedebit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cognatus Darii vocabitur.

8. Tunc ſcribentes ſinguli ſuum verbum ſignaverunt, & poſuerunt ſubtus cervical Darii regis,

9. & dixerunt: Cùm ſurrexerit rex, dabimus illi ſcripta noſtra: & quodcunque judicaverit rex è tribus, & magiſtratus Perſidis, quoniam verbum ejus ſapientius eſt, ipſi dabitur victoria ſicut ſcriptum eſt.

10. Unus ſcripſit: Forte eſt vinum.

11. Alius ſcripſit: Fortior eſt rex.

12. Tertius ſcripſit: Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veritas.

13. Et cùm ſurrexiſſet rex, acceperunt ſcripta ſua, & dederunt illi, & legit.

14. Et mittens vocavit omnes magiſtratus Perſarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:

15. & ſederunt in concilio: & lecta ſunt ſcripta coram ipſis.

16. Et dixit: Vocate adoleſcentes, & ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſunt, & introierunt.

17. Et dixit illis: Indicate nobis de his, quæ ſcripta ſunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini,

18. & dixit: Viri, quàm prævalet vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud! ſeducit mentem:

## Versio altera.

Ex Mſ. Colbert.

1. ET rex Darius facit epulam grandem omnibus, qui erant ſub eo, & omnibus vernaculis ſuis, & omnibus principibus Medorum, & Perſarum,

2. & omnibus regibus, & ducibus, & præpoſitis locorum, & præfectis omnibus, qui ſub eo erant, ab India uſque ad Æthiopiam, cxxviii. regulis.

3. Et cùm manducaſſent, & bibiſſent, ſatiati diſceſſerunt. Tunc Darius rex recepit ſe in cubiculum ſuum, & dormivit, & expergefactus eſt.

4. Tunc tres juvenes protectores, qui cuſtodiebant corpus regis, dixerunt ad invicem:

5. Dicamus unuſquiſque ſermonem, qui præcellet: & cujus apparuerit ſermo ſapientior quàm alterius, dabit ei Darius rex dona magna;

6. & pro victoria promittetur purpura indui, & in poculis aureis bibere, & ſuper aurum dormire; & currum aureis frenis dabit ei; & cidarim ſericam, & torquem in collo dabit ei:

7. & cum Dario ſecundo loco ſedebit propter ſapientiam ſuam, & cognatus Darii vocabitur.

8. Tunc ſcripſerunt unuſquiſque verbum ſuum, & ſignaverunt, & propoſuerunt ad caput Darii regis,

9. & dixerunt: Cùm ſurrexerit rex, dabimus ei hæc: & quodcunque judicaverit rex, & tres principes Perſarum, hoc fiet, ut cujus fuerit ſermo ſapientior, ipſi detur victoria ſicut ſcriptum eſt.

10. Et unus ſcripſit, dicens: Fortius eſt vinum.

11. Alius: Fortior eſt rex.

12. Tertius ſcripſit: Fortiores ſunt mulieres: ſed & ſuper hæc omnia vincit veritas.

13. Et cùm exſurrexiſſet rex, tulerunt ſcripta ſua, & dederunt regi, & legit.

14. Et mittens convocavit rex omnes principes Perſarum, & Medorum, & regulos, & duces, & præfectos:

15. & ſederunt in conſilio: & lecta ſunt coram eis quæ ſcripta erant.

16. Et dixit rex: Vocate juvenes, & ipſi manifeſtabunt verba ſua. Et introierunt.

17. Et dixit eis rex: Dicite nobis quæ ſcripſiſtis. Et cœpit prior, qui ſcripſerat, Fortius eſt vinum,

18. & dixit: O viri, quàm facilè vincit vinum omnes homines, qui bibunt illud! ſeducit mentem:

## Notæ ad Versionem alteram.

℣. 1. Mſ. S. Germ. *Darius autem rex fecit cœnam magnam omnibus, qui erant ſub eo, & omnibus vernaculis ſuis, & omnibus principibus Medorum, & Perſarum.* Græc. textui noſtro congruit, niſi quòd in fine, pro *Medorum, & Perſarum*, legit *Mediæ, & Perſidis*, ut in Verſione vulgata.

℣. 2. Mſ. S. Germ. *& omnibus regalibus ſatrapis, & ducibus, & præpoſitis locorum, conſulibus, & præfectis omnibus, qui ſub illo erant, ab India uſque Æthiopia, centum viginti ſeptem regionibus.* Græcè: ϗ πᾶσι τοῖς σατράπαις, ϗ στρατηγοῖς, ϗ τοπάρχαις, τοῖς μετ' (al. ὑπ') αὐτὸν, ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τῆς Αἰθιοπίας, ἐν ταῖς ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ σατραπείαις· al. σατραπείαις.

℣. 3. Mſ. Sangerm. textui noſtro conſonat ad verbum, niſi quòd in fine habeat, *& dormivit expergefactus*, quæ ultima vox lineis quatuor includitur. Græcum Verſioni vulgatæ magis ſuffragatur. Mſs. tamen quidam initio ſic habent: Καὶ ἐφάγοσαν, ϗ ἐπίοσαν, ϗ ἐμπλησθέντες ἀνέλυσαν. Ὁ δὲ Δαρεῖος, &c.

℣. 4. Mſ. Sangerm. *Tres autem illi juvenes protectores*, &c. ut in noſtro textu. In Græco omnia ut in Verſione vulg.

℣. 5. Mſ. S. Germani: *Dicat unuſquiſque noſtrûm ſermonem, qui prævaleat: & cujus ſermo apparuerit ſapientior eſſe quàm alterius*, &c. ut in noſtro textu. Græc. Εἴπωμεν ἕκαστος ἡμῶν..... ϗ ὗ ἐὰν φανῇ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 6. Græcum, poſt δωρεὰς μεγάλας è verſu præcedenti, habet, ϗ ἐπινίκια μεγάλα, deinde, ϗ πορφύραν περιβαλέσθαι, ϗ ἐν χρυσώμασι πίνειν, ϗ ἐπὶ χρυσῷ καθεύδειν, ϗ ἅρμα χρυσοχάλινον, &c. ut in Verſione vulgata. Mſ. Sangerman. *& pro victoria permittet illum purpura indui, & in poculis aureis bibere, & ſuper aurum dormire, & currum cum frenis aureis dabit ei, & cydarim ſericam, & torquem in collo imponet ei.*

℣. 7. Mſ. Sangerm. textui noſtro planè ſimilis eſt. In Græco ſic: ϗ δεύτερος καθιεῖται Δαρείου διὰ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, &c. ut in textu.

℣. 8. Mſ. Sangerman. *Tunc ſcripſit unuſquiſque verba ſua, & ſignaverunt, & poſuerunt ad caput Darii regis.* Gr. Καὶ τότε γράψαντες ἕκαστος τὸν ἑαυτοῦ λόγον, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 9. Itidem ad verbum in Mſ. Sangerm. Gr. ϗ εἶπον· Ὅταν ἂν ἐγερθῇ (al. ἀνεγερθῇ· al. ἐγερθῇ abſque ἂν) ὁ βασιλεὺς, δώσουσιν αὐτῷ τὸ γράμμα· ϗ ὃν ἂν κρίνῃ ὁ βασιλεὺς, ϗ οἱ τρεῖς μεγιστᾶνες τῆς Περσίδος, ὅτι ὁ λόγος αὐτοῦ σοφώτερος (al. ὅτι οὗ ὁ λόγος σοφώτερος) αὐτῷ δοθήσεται, &c. ut in textu.

℣. 10. Mſ. Sangerm. *Unus itaque ſcripſit; dicens: Fortius eſt vinum.* Græcum: Ὁ εἷς ἔγραψεν· Ὑπερέχει ὁ οἶνος.

℣. 11. Mſ. Sangerm. *Et alius*, &c. ut in textu. Græc. Verſioni vulgatæ congruit, ſi modò exceperis Ὑπερέχει, *Prævalet*, ut ſupra.

℣. 12. Mſ. S. Germ. *Tertius quoque ſcripſit...... ſed ſuper*, &c. ut in noſtro textu. Græcum: Ὁ ἄλλος (al. Ὁ τρίτος) ἔγραψεν· Ὑπερέχουσιν, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 13. Mſ. Sangerm. textui noſtro ſimilia exhibet, præter *ſurrexiſſet*, pro *exſurrexiſſet*. Græcum....... λαβόντες τὰ γράμματα ἐπέδωκαν αὐτῷ. Cætera ut in Latino.

℣. 14. Itidem in Mſ. Sangerm. niſi quòd omittit *rex*, & ponit *præfectos*, ante *duces*. Græc. Καὶ ἀποστείλας ἐκάλεσε πάντας τοὺς μεγιστᾶνας τῆς Περσίδος, ϗ τῆς Μηδίας, ϗ σατράπας, ϗ στρατηγοὺς, ϗ τοπάρχας, ϗ ὑπάτους.

℣. 15. Sic etiam in Mſ. S. Germ. excepto *ipſis*, pro *eis*. Græcum, ſi exceperis ἀνεγνώσθη τὸ γράμμα, pro *lecta ſunt ſcripta*, Verſioni vulgatæ conſonat.

℣. 16. Similiter in Mſ. Sangerm. niſi quòd addat *vocati*, ante *introierunt*. Græcè omnia ut in Verſione vulgata.

℣. 17. Mſ. Sangerman. *Et dixit illis rex Darius...... fortius eſſe vinum.* Græcum Verſioni vulgatæ ſuffragatur.

℣. 18. Mſ. S. Germ. *dicens: O viri, quàm facilè prævalet*, &c. ut in Verſione vulgata. Græc. ϗ ἔφη οὕτως· Ὦ ἄνδρες, (al. deeſt Ὦ) πῶς ὑπερέχει ὁ οἶνος; πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πίνοντας αὐτὸν πλανᾷ· deinde, τὴν διάνοιαν, &c. de ℣. ſeq.

Digitized by Google

### VERSIO ALTERA.

*Ex Mſ. Colbert.*

19. regis & populi facit mentem unam, & ſervi & liberi, & pauperis & divitis;
20. & omnem mentem convertit in ſecuritatem, & in jucunditatem; & oblivisci facit omne tædium, & omne debitum;
21. & omnia corda facit honeſta, & obliviſcitur regem & principem, & omnem hominem ſine litteris facit eloquentem.
22. Cùm autem bibunt, non meminerunt tenere amicitiam inter amicos & fratres; & continuò ejiciunt gladios.
23. Et cùm digeſſerit vinum, & ſurrexerint, neſciunt quid fecerint.
24. O viri, nonne fortior eſt vinum, quod ſic cogit facere? Et his dictis tacuit.

### VERSIO VULGATA.

19. itemque regis & orphani facit mentem vanam: item ſervi ac liberi, pauperis ac divitis;
20. & omnem mentem convertit in ſecuritatem & jucunditatem; & non meminit omnem triſtitiam & debitum;
21. & omnia præcordia facit honeſta, & non meminit regem nec magiſtratum, & omnia per talenta loqui facit.
22. Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: ſed non multùm poſt ſumunt gladios.
23. Et cùm à vino merſerint, & ſurrexerint, non meminerunt quæ geſſerunt.
24. O viri, non præcellit vinum? quis ſic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

### NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 19. Mſ. Sangerm. *regis & populi facit mentem vanam. Item ſervi & liberi, pauperes & divites.* Græc. τὴν διάνοιαν τοῦ τε βασιλέως ϗ τοῦ ὀρφανοῦ ποιεῖ τὴν διάνοιαν μίαν· τήν τε, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 20. Mſ. Sangerman. *& omnem mentem convertit in ſecuritatem & jucunditatem; & oblivisci facit omnem triſtitiam, & omnem debitum; & beatum facit.* Græcum vulgatæ Verſioni congruit.

℣. 21. Itidem in Mſ. Sangerman. Græcum verò Verſioni vulgatæ reſpondet, ſi modò exceperis πλουσίας, pro *honeſta*, & σατράπην, pro *magiſtratum*. Ambroſius libro de Elia & jejun. to. 1. col. 552. b. *& non meminit regis, nec magiſtratus, & omnia aperta facit loqui.*

℣. 22. Mſ. Sangerm. *Cùm autem biberint illud...... ſed continuò*, &c. ut in noſtro textu. Græc. Καὶ οὐ μέμνηνται, ὅταν πίνωσιν, φιλάζειν (al. Καὶ οὐ μέμνηνται, ὅταν πίνωσι, φιλιάζειν) φίλοις, ϗ ἀδελφοῖς, &c. ut in Verſione vulg. Ambroſ. l. de Elia & jejun. c. 15. to. 1. col. 552. b. *Et non meminerunt, cùm biberent, amicitiæ, nec fraternæ neceſſitudinis: ſed poſt tumultum ſumunt gladios.* Ita omnes Mſs. editi verò, *ſed non poſt multum*, &c.

℣. 23. Ita etiam in Mſ. Sangerman. præter *digeſſerint*, pro *digeſſerit*. Græcum: Καὶ ὅταν ἀπὸ τοῦ οἴνου γενηθῶσιν (al. ἐγερθῶσιν,) οὐ, &c. ut in Verſione vulgata. Ambroſ. lib. de Elia & jejun. cap. 15. to. 1. col. 552. b. *Et cum à vino merſi fuerint, & ſurrexerint, non meminerunt ipſi quæ geſſerint.*

℣. 24. Mſ. S. Germ. *O viri, nonne fortius vinum, quod talia cogit facere? Et his dictis tacuit.* Græc. Ὦ ἄνδρες, οὐχ ὑπερισχύει ὁ οἶνος, ὃς (al. ὅτι) οὕτως ἀναγκάζει ποιεῖν; Καὶ ἐσίγησεν οὕτως εἰπών· al. εἴπας.

## CAPUT IV.

### VERSIO ALTERA.

*Ex Mſ. Colbert.*

1. ET cœpit ſequens loqui, qui dixerat fortiorem eſſe regem, & dixit:
2. O viri, nonne fortior eſt rex, qui terram & mare tenet, & omnia, quæ in eis ſunt, obediunt ei?
3. Rex autem ſuper fortior eſt, & dominatur eis: & ſi dixerit: Facite bellum, invicem faciunt.
4. Et ſi miſerit eos ad hoſtes, vadunt, & evertunt montes, & muros, & turres.
5. Et occiduntur & occidunt, & verbum regis non ſpernunt: ſi autem vicerint, regi afferunt omnia quæcunque prædaverint.
6. Et qui non militant, nec pugnant, ſed colunt terram: cùm ſeminaverint, & ſecuerint, afferunt regi, & alterutrum ſe cogentes afferunt tributa regi:
7. & ipſe unus ſolus eſt.
8. Et ſi dixerit: Ædificate, ædificant:
9. ſi autem dixerit: Concidite, concidunt: & ſi dixerit: Novellate, novellant:
10. & omnis populus, & exercitus ejus obediunt ei, & inſuper ipſe recumbit, & cœnat, & bibit, & dormit.

### VERSIO VULGATA.

1. ET inchoavit ſequens dicere, qui dixit de fortitudine regis.
2. O viri, num præcellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia, quæ in eis ſunt?
3. Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.
4. Et ſi miſerit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres.
5. Jugulantur & jugulant, & regis verba non prætereunt: nam ſi vicerint, afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint.
6. Similiter & alii omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, ſed colunt terram: rurſum cùm fuerint metentes, afferunt tributa regi:
7. & ipſe unus ſolus ſi dixerit: Occidite, occidunt: dixerit: Remittite, remittunt:
8. dixerit: Percutite, percutiunt: dixerit: Exterminate, exterminant: dixerit: Ædificate, ædificant:
9. dixerit: Excidite, excidunt: dixerit: Plantate, plantant:
10. & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & ſuper hoc ipſe recumbit, & bibit, & dormit.

### NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 1. Mſ. Sangerman. *Et cœpit ſequens loqui, qui ſcripſerat fortiorem eſſe regem, dicens.* Græc. Καὶ ἤρξατο ὁ δεύτερος λαλεῖν, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 2. Mſ. Sangerman. *O viri, nonne præcellunt homines, qui terram & mare tenent, & omnia, quæ in eis ſunt?* Sic etiam in Græco, præter κρατοῦντες, pro *qui..... tenent*: al. κατακρατοῦντες.

℣. 3. Mſ. S. Germ. *Rex autem fortior eſt, & dominatur eorum: & obaudiunt ei omnibus. Si dixerit: Facite bellum: ad invicem faciunt.* Græc. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπερισχύει, ϗ κυριεύει πάντων, (al. αὐτῶν) ϗ δεσπόζει αὐτῶν· ϗ πᾶν ὃ ἂν εἴπῃ αὐτοῖς, ποιοῦσιν (al. ἐνακούουσιν.) Ἐὰν εἴπῃ αὐτοῖς ποιῆσαι πόλεμον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, ποιοῦσιν.

℣. 4. Mſ. Sangerm. textui noſtro concinit ad verbum. Græcum initio habet: Ἐὰν δὲ, *Si autem*, pro *Et ſi*. Cætera verò ut in Verſione vulgata.

℣. 5. Similiter Mſ. Sangerman. niſi quòd omittat initio *Et*, ante *occiduntur*, & habeat in fine, *adferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint.* Græc. Φονεύουσι ϗ φονεύονται, ϗ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως οὐ παραβαίνουσιν· ἐὰν δὲ νικήσωσι, τῷ βασιλεῖ κομίζουσι πάντα, ϗ ὅσα (al. deeſt ὅσα) ἐὰν προνομεύσωσι, ϗ τὰ ἄλλα πάντα.

℣. 6. Itidem in Mſ. Sangerm. niſi quòd habeat *ſegaverint*, vitioſè pro *ſecuerint*, & omittat in fine *regi*. In Græco, pro *Similiter & alii omnes*, quibus verbis verſus hic incipit in Verſione vulgata, legitur ϗ τὰ ἄλλα πάντα, quæ voces pertinent ad verſum præcedentem: deinde ſic proſequitur Græcum: ϗ ὅσοι οὐ στρατεύονται, οὐδὲ πολεμοῦσιν, ἀλλὰ γεωργοῦσι τὴν γῆν· πάλιν ὅταν σπείρωσι, θερίσαντες ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ, ϗ ἕτερος τὸν ἕτερον ἀναγκάζοντες ἀναφέρουσι τοὺς φόρους τῷ βασιλεῖ.

℣. 7. Mſ. Sangerm. *& ipſe unus ſolus eſt. Si dixerit: Occidite, occidunt: dicit: Remittite, remittunt.* Græc. huic lectioni favet his verbis: ϗ αὐτὸς εἷς μόνος ἐστίν. Ἐὰν εἴπῃ ἀποκτεῖναι, ἀποκτείνουσιν (al. ἀποκτέννουσιν·) ἐὰν εἴπῃ ἀφιέναι (al. ἀφεῖναι,) ἀφίουσιν.

℣. 8. Mſ. Sangerm. *ſi dixerit: Percutite, percutiunt: dicit: Exterminate, extermimbunt: Deſolate, & deſolant: & ſi dixerit: Ædificate, ædificant.* Græcum: εἶπεν πατάξαι, τύπτουσιν· εἶπεν ἐρημῶσαι, ἐρημοῦσιν· εἶπεν οἰκοδομῆσαι, οἰκοδομοῦσιν.

℣. 9. Mſ. Sangerm. *ſi autem dixerit: Excidite, excidunt: & dixerit: Plantate, plantant.* Græc. εἶπεν ἐκκόψαι, ἐκκόπτουσιν· εἶπε φυτεῦσαι, φυτεύουσι.

℣. 10. Mſ. Sangerm. textui noſtro concinit ad verbum, ſi exceperis *obaudiunt*, pro *obediunt*. Græc. ϗ πᾶς ὁ λαὸς αὐτοῦ, ϗ αἱ δυνάμεις αὐτοῦ ἐν ἀκούουσι (al. ἐνακούουσι·) πρὸς δὲ τούτοις αὐτὸς, &c. ut in noſtro textu.

Digitized by Google

VERSIO VULGATA.

11. Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei.

12. Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic dissamatur? Et tacuit.

13. Tertius, qui dixerat de mulieribus, & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui.

14. Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum?

15. Nonne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari & terræ:

16. & ex illis nati sunt; & ipsæ educaverunt eos, qui plantaverunt vineas, ex quibus vinum fit?

17. Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus.

18. Si congregaverint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem unam bono habitu & bona specie,

19. omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam.

20. Homo patrem suum relinquit, qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mulierem se conjungit.

21. Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem.

22. Et hinc oportet vos scire: quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis?

23. Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare navigare, & flumina;

24. & leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cùm furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert.

25. Et iterum, diligit homo uxorem suam magis quàm patrem aut matrem.

26. Et multi dementes facti sunt propter uxores suas: & servi facti sunt propter illas:

27. & multi perierunt, & jugulati sunt, & peccaverunt propter mulieres.

28. Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.

29. Videbam tamen Apemen filiam Bezacis miri-

VERSIO ALTERA.

11. Hi autem vigilant, & servant eum circumstantes, & non potest unusquisque ire, & facere opera sua, nec potest aliquis negligere mandata ejus. Ex Ms. Colbert.

12. O viri, nonne ergo prævalet rex, qui sic obauditur? Et his dictis tacuit.

13. Tertius, qui dixerat: Prævalent mulieres, & veritas: hic est Zorobabel filius Salatiel de tribu Juda, qui cœpit dicere.

14. O viri, nonne magnus est rex, & multi homines, & vinum fortius est? Quis est ergo dominator eorum, & quis est qui imperat eis? Nonne mulieres?

15. Ipsæ genuerunt regem: & omnes populi, qui dominantur mari & terræ,

16. de mulieribus nati sunt; & ipsæ enutrierunt eos, qui novellaverunt vineas, de quibus vinum fit.

17. Et ipsæ faciunt vestes virorum, & ipsæ claritatem faciunt hominibus, & non possunt homines sine muliere esse.

18. Si autem congregaverint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem unam speciosam transeuntem,

19. omnia hæc remittentes, ore patenti respiciunt eam pendentes, & omnes eam desiderant quàm aurum & argentum, & quàm omnem rem speciosam.

20. Et homo relinquit patrem suum, qui nutriit eum, & regionem suam, & conjungitur mulieri.

21. Et cum muliere avocat animam suam: & nec patrem suum in mentem habet, nec matrem suam, nec regionem.

22. Hinc oportet scire vos: quia mulieres dominantur vobis. Non autem laboratis, & discurritis, & omnia mulieribus adfertis, & donatis?

23. Et accipit homo gladium suum, & vadit obsidere in viam, & furtum facere, & homicidia: & mare navigat, & flumina;

24. & leonem contemnit, & in tenebris ambulat: & cùm furtum fecerit, & rapinas, & fraudes, mulieri, quam amat, adfert.

25. Et plus diligit homo uxorem suam, magis quàm patrem suum, aut matrem suam.

26. Et multi dementes facti sunt propter uxores suas: & servi facti sunt propter eas:

27. & multi perierunt, & trucidati sunt: & multi peccaverunt propter uxores.

28. Et nunc si creditis mihi, nonne magnus est rex in sua potestate, & omnes regiones timent eum, & verentur tangere eum?

29. Vidi tamen ego regem, & Apemen filiam Baeza-

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 11. Itidem ad verbum in Ms. Sangerman. Græcum: Οὗτοι (al. Αὐτοὶ) δὲ τηροῦσι περὶ αὐτὸν κύκλῳ, καὶ οὐ δύνανται ἕκαστος ἀπελθεῖν, καὶ ποιῆσαι τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐδὲ παρακούσειν αὐτοῦ.

℣. 12. Ms. S. Germ. *O viri, quomodo ergo non prævalet rex*, &c. ut in nostro textu. Græc. Ὦ ἄνδρες, πῶς οὐχ ὑπερισχύει ὁ βασιλεὺς, ὅτι οὕτως ἐπάκουστός ἐστι; Καὶ ἐσίγησεν.

℣. 13. Ms. Sangerman. *Tertius autem, qui scripserat prævalere mulieres, & veritatem, hic est Zorobabel filius Salathiel de tribu Juda, & cœpit dicere.* Græc. Ὁ δὲ τρίτος, ὁ εἰπὼν, &c. ut in Versione vulgata.

℣. 14. Ms. Sangerm. *O viri, nonne magnus est rex, & multi homines, & vinum; & fortior est qui est dominator eorum? Et quis est dominator eorum, & quis est qui imperat illis? Nonne mulieres?* Græc. textui nostro consentit his verbis: Ὦ ἄνδρες, (al. deest Ὦ) οὐ μέγας ὁ βασιλεὺς, καὶ πολλοὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ οἶνος ἰσχύει; Τίς οὖν ὁ δεσπόζων αὐτῶν, ἢ τίς ὁ κυριεύων αὐτῶν; Οὐχ αἱ γυναῖκες;

℣. 15. Ms. Sangerman. *Genuerunt regem: sed & omnis populus, qui dominantur maris & terræ, de mulieribus nati sunt*, &c. de ℣. seq. Græcum Versioni vulgatæ consonat, nisi quòd initio repetit Γυναῖκες.

℣. 16. Ms. Sangerm. *de mulieribus nati sunt; & ipsæ nutrierunt eos, qui plantaverunt vineas, de quibus vinum fit.* Græcum Versioni vulgatæ suffragatur.

℣. 17. Ms. Sangerman. *Ipsæ faciunt vestes virorum, & ipsæ gloriam faciunt hominibus, & non possunt homines sine mulieribus esse.* Ita etiam in Græco, præter Καὶ αὗται...... στολὰς ἀνθρώπων, *Et ipsæ..... stolas hominum.*

℣. 18. Sic etiam in Ms. Sangerm. si exceperis in fine *bonam transientem*, pro *speciosam transeuntem*. Similiter in Græco, si excepetis in fine, οὐχὶ ἀγαπῶσι γυναῖκα μίαν καλὴν τῷ εἴδει, καὶ τῷ κάλλει; al. tamen ut in Versione vulgata: καὶ ἴδωσι γυναῖκα μίαν καλὴν τῷ εἴδει, καὶ τῷ κάλλει.

℣. 19. Ms. S. Germ. *omnia hæc relinquentes, ore aperto respiciunt eam pendentes, & omnes illam desiderant magis*, &c. ut in nostro textu. Græc. καὶ (al. deest καὶ) ταῦτα πάντα ἀφέντες, εἰς αὐτὴν ἐκκέχηναι, καὶ χάσκοντες τὸ στόμα, θεωροῦσιν αὐτὴν, καὶ πάντες αὐτὴν αἱρετίζουσι, &c. ut in Versione vulgata, præter ὡραῖον in fine, pro *pretiosam*.

℣. 20. Ms. Sangerm. *Et relinquit eam* (vitiosè *eam*, pro *homo*) *patrem suum, qui nutrivit eum in regione sua, & conjungitur mulieri.* Græc. Ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐγκαταλείπει, ὃς ἐξέθρεψεν αὐτὸν, καὶ τὴν ἰδίαν χώραν, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα κολλᾶται.

℣. 21. Ms. Sangerm. *Et cum illa avocat animam suam: & neque patrem, neque matrem habet, neque regionem:* sed post verbum *habet*, aliquid deesse videtur in Ms. Græcum Versioni vulgatæ consonat.

℣. 22. Ms. Sangerm. *Hinc oportet scire vos: quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne laboratis*, &c. ut in nostro textu. Ita etiam in Gr. nisi quòd addat Καὶ initio, & pro *discurritis*, habeat μοχθεῖτε, & ponat *donatis*, ante *affertis*.

℣. 23. Ms. S. Germ. *Et accipit homo gladium suum, & vadit obsidere in via ut furtum faciat, & homicidium*, &c. ut in nostro textu. Græc..... καὶ ἐκπορεύεται εἰς ἐξόδειαν λῃστεύειν, καὶ κλέπτειν, καὶ ἐπὶ τὴν, &c. ut in Versione vulgata. Aliàs tamen: καὶ ἐκπορεύεται ἐξοδεύειν, καὶ... καὶ εἰς τὴν, &c.

℣. 24. Itidem in Ms. Sangerman. ad verbum. Græcum Versioni vulgatæ favet, præter κλέψῃ, καὶ ἁρπάσῃ, καὶ λωποδυτήσῃ.

℣. 25. Similiter habet Ms. Sangerman. nisi quòd omittàt *suum*, post *patrem*. Græcum Versioni vulgatæ consonat, nisi quòd pro *iterum*, habeat πλεῖον, *plus*.

℣. 26. Ms. Sangerman. textui nostro consonat ad verbum. Græcum: Καὶ πολλοὶ ἀπενοήθησαν ταῖς ἰδίαις, &c. ut in textu.

℣. 27. Itidem in Ms. Sangerm. nisi quòd initio omittitur &. Græcum Versioni vulgatæ favet.

℣. 28. Sic etiam Ms. Sangerman. præter *illum* in fine, pro *eum*. Græc. Καὶ νῦν οὐ πιστεύετέ μοι; οὐχὶ μέγας ὁ βασιλεὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ; οὐχὶ πᾶσαι αἱ χῶραι εὐλαβοῦνται ἅψασθαι αὐτοῦ;

℣. 29. Ms. Sangerman. *Vidi ergo tamen regem, & Apamen filiam Vetaces magnifici, concubinam regis, sedentem ad dexteram.* Græc. Ἐθεώρουν αὐτὸν, καὶ Ἀπάμην τὴν θυγατέρα

VERSIO ALTERA.

Ex Mſ. Colbert. cis illius magnifici, concubinam regis, ſedentem ad dexteram regis,

30. & tollentem diadema de capite regis, & imponentem ſibi, & palmis eum cædentem de ſiniſtra manu.

31. Et inſuper rex aperto ore reſpiciebat eam: & cùm rideret contra regem, ridebat & ipſe: & cùm indignata erat regi, blandiebatur ei rex, donec conciliaretur regi.

32. O viri, nonne fortiores ſunt mulieres, quæ ſic agunt?

33. Tunc rex, & principes reſpiciebant ſe invicem. Et cœpit iterum loqui Zorobabel de veritate, dicens:

34. O viri, nonne fortiores ſunt mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum: & velox curſus ſolis convertitur in gyro cœli, & item recurrit in eundem locum una die.

35. Nonne ergo magnus eſt qui hæc facit, & veritas magna eſt, & fortior omne?

36. Omnis terra veritatem invocat, & cœlum eam benedicit, & omnia opera moventur, & tremunt, & non eſt cum ea quicquam iniquum.

37. Iniquum vinum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua opera eorum, & non eſt in ipſis veritas, & in injuſtitia ſua pereunt:

38. & veritas permanet & invaleſcit ſemper, & vivit & perſeverat in ſæcula ſæculorum.

39. Et non accipit faciem, nec differentias: ſed quæ juſta ſunt facit, ab omnibus iniquis & doloſis diſcedit, & omnes bene ſperant in opera ejus.

40. Et non eſt in judicio ejus injuſtitia, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & majeſtas omnium ſæculorum. Benedictus eſt enim Deus veritatis.

41. Et tacuit. Tunc omnis populus clamavit, & dixit: Magna eſt veritas, & prævalet omnibus.

42. Et dixit ei rex: Pete quid vis amplius, quàm ſcripta ſunt, & dabimus tibi, quia inventus es ſapientior; & conjunctus mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis.

43. Tunc Zorobabel reſpondit, dicens: O rex, memorare voti tui, quod voviſti, ædificare templum in Hieruſalem, in illa die qua regnum accepiſti:

44. & omnia vaſa Dei quæque ablata ſunt de Hieruſalem, revocare, quæ ſeparavit Cyrus, cùm deſolavit Babylonem, & voluit revocare ea in Hieruſalem.

45. Et tu voviſti ædificare templum, quod ſuccenderunt Idumæi, cùm deſolata eſt Juda à Chaldeis.

* Mſ. hæc. 46. Et nunc * hoc eſt, quod à te poſtulo, Domine rex,

VERSIO VULGATA.

fici, concubinam regis, ſedentem juxta regem ad dexteram,

30. & auferentem diadema de capite ejus, & imponentem ſibi, & palmis cædebat regem de ſiniſtra manu.

31. Et ſuper hæc aperto ore intuebatur eam: & ſi arriſerit ei, ridet: nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.

32. O viri, cur non ſunt fortiores mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum: quis iſta agit?

33. Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoavit loqui de veritate.

34. O viri, nonne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum: & velox curſus ſolis convertit in gyro cœlum in locum ſuum in una die.

35. Nonne magnificus eſt qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus?

36. Omnis terra veritatem invocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera moventur, & tremunt eam, & non eſt cum ea quidquam iniquum.

37. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt:

38. & veritas manet & invaleſcit in æternum, & vivit & obtinet in ſæcula ſæculorum.

39. Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias: ſed quæ juſta ſunt facit omnibus, injuſtis ac malignis, & omnes benignantur in operibus ejus.

40. Et non eſt in judicio ejus iniquum, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & majeſtas omnium ævorum. Benedictus Deus veritatis.

41. Et deſiit loquendo. Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt: Magna eſt veritas, & prævalet.

42. Tunc rex ait illi: Pete, ſi quid vis amplius, quàm quæ ſcripta ſunt, & dabo tibi, ſecundùm quod inventus es ſapientior proximis; & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis.

43. Tunc ait regi: Memor eſto voti tui, quod voviſti, ædificare Jeruſalem, in die qua regnum accepiſti:

44. & omnia vaſa, quæ accepta ſunt ex Jeruſalem, remittere, quæ ſeparavit Cyrus, quando mactavit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.

45. Et tu voviſti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata eſt Judæa à Chaldæis.

46. Et nunc hoc eſt, quod poſtulo, Domine, & quod

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

Βαρλάκου τοῦ θαυμαστοῦ, &c. ut in noſtro textu.

℣. 30. Mſ. Sangerman. textui noſtro concinit, ſi exceperis *illum*, pro *eum*. Ita etiam Græcum; niſi quòd in fine habeat, *& palmis cædebat regem ſiniſtrâ.*

℣. 31. Mſ. Sangerm. *Et inſuper rex aperto ore reſpiciebat eam: & cùm riſiſſet contra regem, ridebat & ipſe: cùm autem indignata eſſet regi, blandiebatur ei rex, donec conciliaretur ille.* Græc. Καὶ πρὸς τούτοις ὁ βασιλεὺς χάσκων τὸ στόμα ἐθεώρει αὐτήν· καὶ ἐὰν προσγελάσῃ αὐτῷ, γελᾷ· ἐὰν δὲ πικρανθῇ ἐπ' αὐτὸν, κολακεύει αὐτὴν, ὅπως διαλλαγῇ αὐτῷ.

℣. 32. Mſ. S. Germ. *O viri, non ergo fortiores*, &c. ut in noſtro textu. Græcum pariter omittit *Magna eſt terra, & excelſum eſt cælum: quis iſta agit?* quæ in Verſione vulgata leguntur, & ſimpliciter habet: Ὦ ἄνδρες, πῶς οὐχὶ ἰσχυραὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι οὕτως πράσσουσι;

℣. 33. Eadem ſunt verba in Mſ. Sangerm. quæ in noſtro textu. Græcum: Καὶ τότε..... καὶ οἱ μεγιστᾶνες ἔβλεπον ἕτερος πρὸς, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 34. Textui concinit Mſ. S. Germ. ſi exceperis in fine, *& velox curſus ſolis, quem convertit in gyrum cæli, & iterum recurrit in eodem loco in una die.* In Græco ſic: καὶ ταχὺς τῷ δρόμῳ ὁ ἥλιος, ὅτι στρέφεται ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Cætera ut in textu, præter ἰσχυραὶ initio, pro *fortiores ſunt.*

℣. 35. Similiter in Mſ. Sangerm. niſi quòd initio habeat *Non*, pro *Nonne*, & in fine *omni re*, pro *omne*. Græc. omittit *ergo*, & in fine habet καὶ ἰσχυροτέρα παρὰ πάντα· cætera verò ut in noſtro textu.

℣. 36. Mſ. Sangerm. *Omnis terra veritatem vocat, cælum etiam benedicit illi*, &c. ut in noſtro textu. Græc. habet etiam καλεῖ, *vocat*; cætera verò textui noſtro conſonant.

℣. 37. Mſ. Sangerm. *Vinum iniquum, iniquus eſt rex... iniqui filii hominum*, &c. ut in noſtro textu, ſi exceperis in fine, *in injuſtitia autem ſua pereunt.* Gr. textui noſtro congruit, his exceptis, καὶ ἄδικα πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ τοιαῦτα..... ἀπολοῦνται.

℣. 38. Ita etiam in Mſ. Sangerm. Cyprianus ep. 74. p. 141. b. Verſioni vulgatæ conſentit, omiſſo & initio. Gr. ἡ δὲ ἀλήθεια (al. καὶ ἡ ἀλήθεια) μένει, καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζῇ καὶ κρατεῖ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

℣. 39. Cyprianus epiſt. 74. p. 141. b. *Nec eſt apud eam accipere perſonam, nec differentias: ſed quæ ſunt juſta, facit.* Mſ. Sangerm. *Non accepit faciem, nec differentias: ſed quæ juſta ſunt, facit, & omnes bene ſperant in operibus ejus.* Græcum initio Verſioni vulgatæ ſuffragatur; in fine verò ita habet: ἀπὸ πάντων τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν ἀπέχεται, (al. abeſt ἀπέχεται) καὶ πάντες εὐδοκοῦσι τοῖς ἔργοις αὐτῆς.

℣. 40. Cyprianus epiſt. 74. p. 141. b. *Nec eſt in judicio ejus iniquum, ſed fortitudo, & regnum, & majeſtas, & poteſtas omnium ſæculorum. Benedictus Dominus Deus veritatis.* Mſ. Sangerm. textui noſtro concinit, niſi quòd habeat *&*, pro *ſed*, ante *fortitudo*; & *Dominus*, pro *Deus*, ante *veritatis*. Græc. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κρίσει αὐτῆς οὐδὲν ἄδικον· καὶ αὕτη ἡ ἰσχὺς, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 41. Similiter ad verbum in Mſ. Sangerm. Græcum: Καὶ ἐσιώπησε τοῦ λαλεῖν. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς τότε ἐφώνησε, καὶ τότε εἶπε, &c. ut in Verſione vulgata.

℣. 42. Mſ. Sangerman. *Et reſpondit rex, dicens ei: Peto quod vis amplius, quàm ſcripta ſunt, & dabo tibi, quia inventus es ſapientior proximis tuis; conjunctus*, &c. ut in textu. Græcum: Τότε ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτῷ· Αἴτησαι ὃ θέλεις, πλείω τῶν γεγραμμένων, καὶ δώσομέν σοι, ἀνθ' ὧν (al. ὃν τρόπον) εὑρέθης σοφώτερος· καὶ ἐχόμενος, &c. ut in textu.

℣. 43. Mſ. Sangerm. *Zorobabel autem*, &c. ut in noſtro textu, omiſſo *in*, ante *illa die*. Græcum Verſioni vulgatæ favet, omiſſo *tui*, poſt *voti*.

℣. 44. Sic etiam Mſ. Sangerman. præter *illuc* in fine, pro *in Hieruſalem*. Græc. καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ληφθέντα... ἐκπέμψαι, ἃ ἐξεχώρισε..... ὅτε ηὔξατο ἐκκόψαι Βαβυλῶνα, &c. ut in Verſione vulg. abſque *ea* in fine.

℣. 45. Itidem Græcum, & Mſ. Sangerm. præter *Judæa*, pro *Juda*.

℣. 46. Eadem exhibet Mſ. Sangerm. niſi quòd omittat *eſt*, ante *magnificentia*, & habeat *ut impleas*, pro *peto im-*

Digitized by Google

## VERSIO VULGATA.

peto, hoc est majestas quod à te postulo, ut facias votum quod vovisti regi cœli ex ore tuo.

47. Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, ut deducerent eum, & eos, qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Jerusalem.

48. Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas, ut traherent ligna cedrina à Libano in Jerusalem, ut ædificarent cum eis civitatem.

49. Et scripsit omnibus Judæis, qui ascendebant à regno in Judæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non supervenire ad januas ipsorum,

50. & omnem regionem, quam obtinuerant, immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella, quæ obtinent, Judæorum,

51. & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, usque dum perædificaretur:

52. & super sacrarium holocautomata ustulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos:

53. & omnibus, qui procedunt à Babylonia condere civitatem: ut esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt:

54. Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam jussit dari, in qua deservirent;

55. & Levitis scripsit dare præcepta, usque in diem qua consummabitur domus, & Jerusalem extruetur:

56. & omnibus custodientibus civitatem scripsit dari ei sortes & stipendia.

57. Et dimisit omnia vasa quæcunque separaverat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Jerusalem.

58. Et cùm processisset ille adolescens, elevans faciem in Jerusalem, benedixit regem cœli,

59. & dixit: Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego servus tuus sum.

60. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum.

61. Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nunciavit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:

62. & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium,

63. ut ascenderent, & ædificarent Jerusalem, &

## VERSIO ALTERA.

& hæc est magnificentia quam te facere volo, peto impleas votum quod vovisti regi cœli de ore tuo. *Ex Ms. Colbert.*

47. Tunc exsurgens Darius rex, osculatus est eum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos locorum, & duces, & regulos, ut deducerent eum, & eos, qui cum eo erant, ascendentes ædificare Hierusalem.

48. Et omnibus præfectis locorum, qui erant in Syriam, & in Phenicem, & omnibus qui in Libano, misit epistolas, ut tollerent trabes cedrinas de Libano in Hierusalem, ut ædificarent civitatem.

49. Et scripsit omnibus Judæis, qui ascendebant à rege in Judæam de libertate, & ad omnes potentes, & duces, & regulos, & præfectos, & dispensatores, nè accederent ad portas eorum.

50. Et jussit esse omnem regionem, quam possident, immunem eis, & Idumæi relinquant castella Judæorum, quæ obtinuerant,

51. & ad ædificationem templi per singulos annos talenta xx. donec ædificaretur:

52. & super ara holocausti immolari quotidie, sicut habent constitutum offerre: & alia per singulos annos talenta dena:

53. & omnibus, qui veniunt à Babylone condere civitatem: ut haberent libertatem ipsi & filii eorum: & omnibus sacerdotibus:

54. Scripsit quantum eis præstaretur, & sacerdotalem stolam jussit dari, in qua deservirent.

55. Et Levitis scripsit dari stipendia, usque in diem consummationis templi Hierusalem:

56. omnibus custodientibus civitatem scripsit dari eis possessiones & stipendia.

57. Et revocavit omnia vasa quæ voverat Cyrus rex revocari in Babylonia, & omnia quæ dixerat Cyrus facere & revocare in Hierusalem, & ipse præcepit fieri.

58. Et cùm jussisset rex hæc omnia, levavit vocem suam Zorobabel ad cœlum contra Hierusalem, & benedixit Deum cœli,

59. dicens: A te consilium, & victoria, & sapientia, & quæsita gloria. Et ego servus tuus sum.

60. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam: tibi enim confiteor Domine Deus patrum nostrorum.

61. Et accepit epistolas, & exiit, & venit in Babylone. Et nunciavit fratribus omnibus in Babyloniam:

62. & benedixerunt Deum patrum suorum, quia dedit eis remissionem & refrigerium,

63. ut ascendentes ædificent Hierusalem, & templum

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

*pleas.* Græcè: Καὶ νῦν τῦτό ἐςιν ὅ σε ἀξιῶ κύϱιε βασιλεῦ, ϗ ὅ αἰτῦμαί σε, ϗ αὕτη ἐςὶν ἡ μεγαλωσύνη ἡ παρὰ σῦ· δέομαι ὖν ἵνα ποιήσῃς τὴν εὐχὴν ἣν ηὔξω τῷ βασιλεῖ τῦ ὐϱανῦ, ποιῆσαι ἐκ ςόματός συ.

℣. 47. Ms. Sangerman. hæc tantùm habet: *Tunc exsurgens Darius rex, osculatus est eum: & scripsit illi epistolas ad dispensatores omnes:* deinde, *& præfectos*, &c. de ℣. sequenti. Græcum cum textu nostro consentit, nisi quòd addat *illi*, post *scripsit*, & *omnes*, ante *ascendentes*, & habeat *satrapas*, pro *regulos*.

℣. 48. Ms. Sangerman. *& præfectos locorum, qui erant in Cœlesyria, & Fenice. Et omnibus, qui sunt in Libano, misit epistolas, ut tollerent trabes cedrinas, & de Libano in Hierusalem, ut ædificarent cum eis civitatem.* Græc. Καὶ πᾶσι τοῖς τοπάρχαις ἐν Κοιλοσυρίᾳ, (al. Κοίλῃ Συρίᾳ,) ϗ Φοινίκῃ, ϗ τοῖς ἐν τῷ Λιβάνῳ ἔγραψεν ἐπιςολὰς, μεταφέρειν...... ϗ ὅπως, &c. ut in Versione vulgata.

℣. 49. Ms. Sangerman. *Et scripsit omnibus Judæis, qui ascendebant à regno Judææ de libertate*, &c. ut in nostro textu. Græcum vulgatæ Versioni suffragatur, addito ϗ οἰκονόμον, *& dispensatorem*, post *& præfectum*.

℣. 50. Ms. Sangerman. Et *jussit omnem regionem, quam possident, in unum* (fortassis mendosè, pro *immunem*) *esse illis, ut Idumæi relinquant castella Judæorum, quæ obtinuerunt.* Græcum Versioni vulgatæ congruit, si exceperis διακρατῦσιν, pro *obtinuerant*, & addideris *ut*, ante *Idumæi*. Mss. quidam, pro Ἰδυμαῖοι, legunt Χαλδαῖοι.

℣. 51. Ms. Sangerm. addit *dari*, ante *talenta*; & pro *ædificaretur*, habet *perædificaretur*: cætera verò ut in nostro textu, cui Græcum similiter favet, nisi quòd habeat δοθῆναι κατ' ἐνιαυτόν.

℣. 52. Ms. Sangerman. *& super aram holocausta immolari quotidie, sicut habent constitutum offerre: & alia per singulos annos offerre talenta decem.* Græc. ϗ ἐπὶ τὸ θυσιαςήϱιον ὁλοκαυτώματα καρπῦσθαι καθ' ἡμέϱαν, καθὰ ἔχυσιν ἐντολὴν ἑπτακαίδεκα πϱοσφέρειν ἄλλα τάλαντα, κατ' ἐνιαυτὸν δέκα.

℣. 53. Ms. Sangerman. *& omnibus* (adde *qui*) *veniunt ad Babylonem condere civitatem: ut haberent libertatem ipsi & filiis eorum, & omnibus sacerdotibus & procidentibus.* Gr. ϗ πᾶσι τοῖς πϱοσβαίνυσιν ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας κτίσαι τὴν πόλιν, ὑπάρχειν τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς τε ϗ τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν, ϗ πᾶσι τοῖς ἱερεῦσι τοῖς πϱοσβαίνυσιν.

℣. 54. Itidem ad verbum in Ms. Sangerman. Græcum verò: Ἔγραψε δὲ ϗ τὴν χορηγίαν, ϗ τὴν ἱεϱατικὴν ςολὴν, ἐν τινὶ λατρεύυσιν ἐν αὐτῇ.

℣. 55. Concinit Ms. Sangerman. nisi quòd habet *in*, ante *Hierusalem*. Græc. Καὶ τοῖς Λευΐταις ἔγραψε δῦναι τὴν χορηγίαν, ἕως τῦ τελεσθῆναι τὸν οἶκον, ϗ Ἱερυσαλὴμ οἰκοδομηθῆναι.

℣. 56. Ms. Sangerman. *& omnibus custodientibus civitatem scripsit dari sortes & stipendia.* Sic etiam Græcum, addito verbo αὐτοῖς, *eis*, post *dari*.

℣. 57. Ita etiam Ms. Sangerman. qui addit *rex*, post 2. *Cyrus*. Græcum Versioni vulgatæ favet, nisi quòd habet *quæ*, post *vasa*, & addit ποιῆσαι, *fieri*, post 2. *Cyrus*.

℣. 58. Itidem in Ms. Sangerm. nisi quòd in fine habeat *Deo cœli*, pro *Deum cœli*. Gr. Καὶ ὅτε ἐξῆλθεν ὁ νεανίσκος, ἄϱας τὸ πρόσωπον εἰς τὸν ὐϱανὸν ἐναντίον Ἱερυσαλὴμ, εὐλόγησε τῷ βασιλεῖ τῦ ὐϱανῦ, λέγων, &c.

℣. 59. Ms. Sangerman. *dicens: Ad te consilium, & victoriam, & sapientiam, & gloriam*, &c. ut in textu. Græc. λέγων· Παρὰ σῦ ἡ νίκη, ϗ παρὰ σῦ ἡ σοφία, ϗ σῦ ἡ δόξα. Καὶ ἐγὼ σὸς οἰκέτης.

℣. 60. Similiter ad verbum in Ms. Sangerm. Græcum in fine: ϗ σοὶ ὁμολογῶ δέσποτα τῶν πατέρων· cætera ut in textu.

℣. 61. Ms. Sangerman. *Et accepit epistolas, & exiit in Babylonem. Et nunciavit fratribus suis omnibus in Babylonem.* Græc. Καὶ ἔλαβε τὰς ἐπιςολὰς, ϗ ἐξῆλθε, ϗ ἦλθεν εἰς Βαβυλῶνα. Καὶ ἀπήγγειλε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῦ πᾶσι.

℣. 62. Sic etiam in Ms. Sangerman. præter *refugium*, in fine, pro *refrigerium*. Ita etiam in Græco.

℣. 63. Ms. Sangerm. *ut ascenderent, & ædificarent Hierusalem, & templum in quo ædificatum est nomen ejus in ipso: & exsultabant cum cymbalis, & cum musicis percutiebant in*



Digitized by Google

### Versio altera.

*Ex Mſ. Colbert.* in quo invocatum eſt nomen ejus in ipſo : & cymbalis percutiebant cum muſicis in gaudio magno diebus ſeptem.

### Versio vulgata.

templum ubi nominatum eſt nomen ejus in ipſo : & exſultaverunt cum muſicis & lætitia diebus ſeptem.

### Notæ ad Versionem alteram.

*gaudio magno diebus ſeptem.* Græcum : ἀναβῆναι, ἢ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ, ἢ τὸ ἱερὸν ȣ̓ ὠνομάσθη τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ ἐπ' αὐτῷ· ἢ ἐκωθωνίζοντο μετὰ μȣσικῶν ἢ χαρᾶς ἡμέρας ἑπτά.

---

## CAPUT V.

### Versio altera.

*Ex Mſ. Colbert.* 1. Et poſt hæc electi ſunt, ut aſcenderent principes cognationum ſecundùm tribus ſuas, uxores eorum, & filii, & ſervi, & ancillæ eorum, & pecora eorum.

2. Et Darius miſit cum eis equites mille, ut deducerent eos in Hieruſalem cum pace, & cum muſicis, & tympanis, & tibiis :

3. & omnes fratres eorum ludebant.

4. Hæc ſunt autem nomina eorum, qui aſcenderunt ſecundùm generationes ſuas per tribus ſuas, & per partes principatus eorum.

5. Sacerdotes : Filii Phinees, filii Aaron, Jeſus filius Joſedec Saraei, & Joachim filius Zorobabel filius Salathiel de domo David, de cognatione Phares, ex tribu Juda,

6. qui locutus eſt Dario rege Perſarum verba ſapientiæ in ſecundo anno regni Darii numenia primi menſis.

7. Hi aſcenderunt Judæi de captivitate tranſmigrationis, quos tranſmigraverat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylone, & reverſi ſunt in Hieruſalem,

8. & in omnes civitates Judææ, unuſquiſque in civitatem ſuam, qui venerunt cum Zorobabel, & cum Jeſu, & cum Selemia, & cum Saraeo, & cum Eleaeum, & cum Eſmamu, & cum Mardocheo, & cum Beeſſur, & cum Bolorìur, & cum Eiem, & cum Aſpharum, & cum Baaba, ducibus ſuis.

9. Et hic eſt numerus gentis eorum, & principes eorum. Filii Phares, duo millia centum ſexaginta duo : filii Safat, tria millia quinquaginta ſeptem :

10. filii Zares, DCCLVII.

11. filii Fammoabis, Jeſu, & Job, quatuor millia octingenti unus :

12. filii Jodamus, duo millia nongenti ſeptuaginta : filii Jeuc, DCC. filii Chorba, DCCV. filii Banin, DCCXXXVI.

13. filii Beme, DCXXXVII. filii Arcad, mille CCCXXII.

14. filii Adonicam, mille ſexaginta ſeptem : filii Zo-

### Versio vulgata.

1. Poſt hæc autem electi ſunt, ut aſcenderent principes pagorum per domos & tribus ſuas, & uxores illorum, & filii & filiæ eorum, & ſervi & ancillæ ipſorum, & pecora eorum.

2. Et Darius rex miſit unà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Jeruſalem cum pace, & cum muſicis, & cum tympanis, & tibiis :

3. & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul cum eis.

4. Et hæc ſunt nomina virorum, qui aſcenderunt per pagos ſuos in tribus, & in partem principatus ipſorum.

5. Sacerdotes : Filii Phinees, filii Aaron, Jeſus filius Joſedec, Joacim filius Zorobabel filii Salathiel de domo David, ex progenie Phares, de tribu Juda,

6. qui locutus eſt ſub Dario rege Perſarum ſermones mirificos in ſecundo anno regni ipſius menſe Niſan primo.

7. Sunt autem hi, qui aſcenderunt ex Judæa de captivitate tranſmigrationis, quos tranſmigravit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Babylonem, & reverſus eſt in Jeruſalem.

8. Et requiſivit partem Judææ unuſquiſque in civitatem ſuam, qui venerunt cum Zorobabel & Jeſu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro, Mechpſatochor, Olioro. Emonia unus de principibus eorum.

9. Et numerus à gentilibus eorum, ex præpoſitis eorum, filii Phares, duo millia centum ſeptuaginta duo :

10. filii Ares, tria millia centum quinquaginta ſeptem :

11. filii Phoemo, centum quadraginta duo : in filiis Jeſu & Joabes, mille trecenti duo :

12. filii Demu, duo millia quadringenti ſeptuaginta : filii Choraba, ducenti quinque : filii Banica, centum ſexaginta octo :

13. filii Bebech, quadringenti tres : filii Archad, quadringenti viginti ſeptem :

14. filii Cham, triginta ſeptem : filii Zoroar, duo

### Notæ ad Versionem alteram.

℣. 1. Mſ. Sangerman. *Et poſt hæc electi ſunt, & aſcenderunt principes cognationum ſecundùm tribus ſuas, & uxores eorum, & filii & filiæ illorum, ſervi & ancillæ illorum, & pecora eorum.* Græc. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελέγησαν ἀναβῆναι ἀρχηγοὶ οἴκων πατριῶν κατὰ φυλὰς αὐτῶν, ἢ, &c. ut in Verſione vulgata, addito *eorum*, poſt *ſervi*.

℣. 2. Mſ. Sangerman. *Et miſit cum eis Darius equites mille, qui deducerent illos..... cum pace, cum muſicis*, &c. ut in noſtro textu. Græcum : Καὶ Δαρεῖος συναπέστειλε μετ' αὐτῶν, &c. ut in Verſione vulgata, omiſſo *&* *cum*, ante *tympanis*.

℣. 3. Mſ. Sangerman. *& omnes fratres eorum ludebant, & fecit eos aſcendere ſimul cum illis.* Græc. ἢ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν παίζοντες, &c. ut in Verſione vulgata. Hîc deſinit textus Mſ. Sangerman. uſque ad librum quartum.

℣. 4. Græcum : Καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀναβαινόντων κατὰ πατριὰς αὐτῶν εἰς τὰς φυλὰς, ἐπὶ τὴν μερίδαρχίαν αὐτῶν.

℣. 5. Græcum : Οἱ ἱερεῖς· Οἱ υἱοὶ Φινεὲς, υἱȣ̃ (al. υἱοὶ) Ἀαρὼν, Ἰησȣ̃ς ὁ τȣ̃ Ἰωσεδὲκ τȣ̃ Σαραίȣ, ἢ Ἰωακεὶμ ὁ τȣ̃ Ζοροβάβελ τȣ̃ Σαλαθιὴλ ἐκ τȣ̃ οἴκȣ Δαβὶδ, ἐκ τῆς γενεᾶς Φαρὲς, φυλῆς δὲ Ἰȣ́δα.

℣. 6. Græcum : ὃς ἐλάλησεν ἐπὶ Δαρείȣ τȣ̃ βασιλέως Περσῶν λόγȣς σοφȣ̀ς ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτȣ̃ μηνὶ Νισὰν τȣ̃ πρώτȣ μηνός.

℣. 7. Ab hocce verſu totum caput quintum reſpondet capiti ſecundo libri primi, capiti ſeptimo libri ſecundi, capiti tertio libri primi, & quinque prioribus verſibus capitis quarti libri ejuſdem primi Eſdræ. Græc. Εἰσὶ δὲ ȣ̃τοι ἐκ τῆς Ἰȣδαίας, οἱ ἀναβάντες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς παροικίας, ȣ̃ς μετῴκισεν Ναβȣχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς Βαβυλῶνα, ἢ ἐπέστρεψεν (al. ἐπέστρεψαν) εἰς Ἰερȣσαλήμ. Vide lib. 1. Eſdræ cap. 2. ℣. 1. & lib. 2. ejuſdem Eſdræ cap. 7. ℣. 6.

℣. 8. Græcum : ἢ τὴν λοιπὴν Ἰȣδαίαν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, οἱ ἐλθόντες μετὰ Ζοροβάβελ ἢ Ἰησȣ̃ Νεεμίȣ, Ζαχαρίȣ, Ῥεησαίȣ, Ἐνήνιος, Μαρδοχαίȣ, Βεελσάρȣ, Ἀσφαράσȣ, Ῥεελίȣ, Ῥοίμȣ, Βαανὰ, τῶν προηγȣμένων αὐτῶν. Mſs. quidam addunt ἢ ȣ̃τοι, ante οἱ ἐλθόντες, & poſtea habent Ζαραίȣ, Ῥησαίȣ, Ἐνήνεος, pro Ζαχαρίȣ, Ῥεησαίȣ, Ἐνήνιος. Vide 1. Eſdr. 2. 1. 2. & 2. Eſdr. 7. 6. 7.

℣. 9. Græcum : Ἀριθμὸς τῶν ἀπὸ τȣ̃ ἔθνȣς, ἢ οἱ προηγȣ́μενοι αὐτῶν. Υἱοὶ Φορὸς, δύο χιλιάδες ἢ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα δύο· υἱοὶ Σαφὰτ, τετρακόσιοι ἑβδομήκοντα δύο. Vide 1. Eſdr. 2. 2. 3. 4. & 2. Eſdr. 7. 7. 8. 9.

℣. 10. Græcum : υἱοὶ Ἀρὲς, ἑπτακόσιοι πεντήκοντα ἕξ. Vide 1. Eſdr. 2. 5. & 2. Eſdr. 7. 10.

℣. 11. Græcum : υἱοὶ Φααθμωὰβ (Mſs. quidam addunt εἰς τȣ̀ς υἱȣ̀ς Ἰησȣ̃ ἢ Ἰωὰβ) δισχίλιοι ὀκτακόσιοι δέκα δύο. Vide 1. Eſdr. 2. 6. & 2. Eſdr. 7. 11.

℣. 12. Græcum : υἱοὶ Ἠλὰμ, χίλιοι διακόσιοι πεντήκοντα τέσσαρες· υἱοὶ Ζαθȣ̀ι, ἐννακόσιοι τεσσαράκοντα (al. ἑβδομήκοντα) πέντε· υἱοὶ χορβὲ (al. χορβὲ) ἑπτακόσιοι πέντε· υἱοὶ Βανὶ, ἑξακόσιοι τεσσαράκοντα ὀκτώ. Vide 1. Eſdr. 2. 7. 8. 9. 10. & 2. Eſdr. 7. 12. 13. 14. 15.

℣. 13. Græcum : υἱοὶ Βηβαὶ, ἑξακόσιοι εἴκοσι (al. τριάκοντα) τρεῖς· υἱοὶ Σαδὰς, τρισχίλιοι σκβʹ. Al. υἱοὶ Ἀργαὶ, χίλιοι τριακόσιοι εἰκοσιδύο, ut in noſtro textu. Vide 1. Eſdræ 2. 11. 12. & 2. Eſdr. 7. 16. 17.

℣. 14. Græcum : οἱ υἱοὶ Ἀδωνικὰν, ἑξακόσιοι ἑξήκοντα (al.

Digitized by Google

### VERSIO VULGATA.

millia sexaginta septem: filii Adin, quadringenti sexaginta unus:

15. filii Aderectis, centum octo: filii Ciaso & Zelas, centum septem: filii Azoroc, quadringenti triginta novem:

16. filii Jedarbone, centum triginta duo: filii Ananiæ, centum triginta: filii Asoni, nonaginta:

17. filii Marsar, quadringenti viginti duo: filii Zabarus, nonaginta quinque: filii Sepolemon, centum viginti tres:

18. filii Nepopas, quinquaginta quinque: filii Nechanatus, centum quinquaginta octo: filii Cebethamus, centum triginta duo:

19. filii Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti viginti tres: qui ex Gramas & Gabea, centum viginti unus:

20. qui ex Bessēlon & Ceagge, sexaginta quinque: qui ex Bastaro, centum viginti duo:

21. qui ex Bechenobes, quinquaginta quinque: filii Liptis, centum quinquaginta quinque: filii Labonni, trecenti quinquaginta septem:

22. filii Sichem, trecenti septuaginta: filii Suadon & Cliomus, trecenti septuaginta octo:

23. filii Ericus, duo millia centum quadraginta quinque: filii Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes:

24. Filii Jeddus, filii Euther, filii Eliasib, trecenti septuaginta duo: filii Emerus, ducenti quinquaginta duo:

25. filii Phasurii, trecenti quinquaginta septem: filii Caree, ducenti viginti septem.

26. Levitæ: Filii Jesu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuaginta quatuor: omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexaginta duo,

27. filii, & filiæ, & uxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadraginta duo.

28. Filii sacerdotum, qui psallebant in templo: filii Asaph, centum viginti octo.

29. Ostiarii verò: filii Esmenui, filii Aser, filii Amon, filii Accuba, Topa filii Tobi, omnes centum triginta novem.

30. Sacerdotes servientes in templo: filii Sel, filii Gaspha, filii Tobloch, filii Cariæ, filii Su, filii Hellu, filii Labana, filii Armacha, filii Accub, filii Utha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obai, filii Anani, filii Canna, filii Geddu,

31. filii An, filii Radin, filii Desanon, filii Nachoba, filii Caseba, filii Gaze, filii Ozui, filii Sinone, filii Attre, filii Hasten, filii Asiana, filii Manei, filii Nasissim, filii Accusu, filii Agista, filii Azui, filii Favon, filii Phasalon,

### VERSIO ALTERA.

*Ex Ms. Colbert.*

zoar, duo millia LXVI. filii Adinue, CCCCLIIII.

15. filii Jezer Ezeciæ, CVII. filii Chicam & Azezias, mille septem: filii Zuru, CCCCXXXVIII.

16. filii Erdaenabæ, DCXXXII. filii Annaniæ, CXXX. filii Gebbaru, XCIII.

17. filii Arum, LV. filii Bassei, CCCXXIII. filii Puriæ, XXV. filii Belitarum, duo millia quinque: filii de Bethleemmon, CXXIII.

18. filii de Nothophas, LV. filii de Anatu, CLVII. filii de Betasmos, CXXXII.

19. filii de Thariathiarim, XXV. filii de Scepiras Seth, DCCXLIII. Berus, & qui erant in Necla, CCCCXXII. bis & modius, & qui decem miras, DCXXIIII. Cabbes, & qui erant Demacha, CXXXIII.

20. Dori, & qui erant de Beitalin, CCXXVII. de Agge, & qui erant de Aebeae, CXXVII.

21. Thaurus, & qui erant Inbeth, LII. Mobee, & filii Nephis, CLVII. filii Colamoalu, quatuor millia ducenti quinquaginta quatuor:

22. filii Athim, CCCLXX. filii Lianon, DCCXXVIII. & Aldidod, & Aanus.

23. Filii Jerichus, CCLXII. filii Sanassa, sacerdotis, DCCLXII.

24. filii Saduc, filii Jesu inter filios Enassibe filio Phykemerus, CCLII.

25. filii Phassuru, M CCXXXIIII. filii Chami, M CVIIII.

26. Filii autem Levitæ, LXIIII. Jesuiecodo, & Bannu, & Heredian, & Adias, omnis numerus à XII. annorum, & supra,

27. filii, & filiæ, & mulieres, omnis numerus, DCCXLII.

28. Apparentes sacris, CXXVIII. ad decantandum filii Asaph.

29. Et ostiarii: filii Ismahel, quatuor millia CXLVIIII. filii Asad, filii Tolmari, filii Occhobat, filii Toli.

30. Omnes & servi templi: filius Eser, filii Casipha, filii Tabboth, filii Geras, filii Suth, filii Palmei, filii Saban, filii Accaban, filii Acui, filii Utad, filii Accab, filii Tertae, filii Accare, filii Suba, filii Anan, filii Cau, filii Gaddua,

31. filii Eddersi, filii Radiu, filii Bessan, filii Nexobæ, filii Chzebra, filii Cazzar, filii Oziæ, filii Phinot, filii Athren, filii Azanna, filii Manm, filii Napsim, filii Acchub, filii Achita, filii Aruth, filii Naracha, filii Pasmen,

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

τριάκοντα) ἑπτά· υἱοὶ Βαγοΐ, δισχίλιοι ἑξήκοντα (al. ἑξακόσιοι) ἕξ. υἱοὶ Ἀδινοῦ, τετρακόσιοι πεντήκοντα τέσσαρες. Vide 1. Esdræ 2. 13. 14. 15. & 2. Esdr. 7. 18. 19. 20.

℣. 15. Græcum: υἱοὶ Ἀτηρέζιου (al. Ἀτὴρ Ἐζεκίου,) ἐνενήκοντα δύο· υἱοὶ Κειλὰν καὶ Ἀζητὰς (al. Ἀζηνὰν,) ξζʹ. υἱοὶ Ἀζουρᾶν (al. Ἀζαροῦ,) τετρακόσιοι τριάκοντα δύο. Vide 1. Esdr. 2. 16. & 2. Esdr. 7. 21. 22.

℣. 16. Græcum habet simpliciter, υἱοὶ Ἀνανίας (al. Ἀννὶς,) ρʹ εἷς. Vide 1. Esdr. 2. 20. & 2. Esdr. 7. 25.

℣. 17. Græcum: υἱοὶ Ἀρὼμ, λβʹ. (al. deest λβʹ.) υἱοὶ Βασσὰ (al. Βασσαὶ,) τκγʹ. υἱοὶ Ἀρσιφουρὶθ, ρβʹ. υἱοὶ Μετήρεσις (al. Βαιτηροὺς,) τρισχίλιοι πέντε· υἱοὶ ἐκ Βεθλωμὼν, (al. Βαιθλωμὼν) ρκγʹ. Vide 1. Esdr. 2. 17. 18. 19. 21. & 2. Esdr. 7. 23. 24. 26.

℣. 18. Græcum: οἱ ἐκ Νετοφὰς, νεʹ. οἱ ἐξ Ἀναθὼθ, ρνηʹ. οἱ Βεθσαμὸς, (al. Βαιθασμὼν) μβʹ. Vide 1. Esdr. 2. 22. 23. 24. & 2. Esdr. 7. 26. 27. 28.

℣. 19. Græcum: οἱ Καριαθιάριος (al. οἱ ἐκ Καριαθιαρείμ, al. Καριαθιρὶ) κεʹ. οἱ ἐκ Καφιρὰς καὶ Βηρὼθ, ἑπτακόσιοι μγʹ. οἱ ἐκ Πίρας, ἑπτακόσιοι· (al. deest οἱ ἐκ Πίρας, ἑπτακόσιοι) οἱ Χαδίας, (al. Χαδιασαὶ) καὶ Ἀμμίδιοι, υκβʹ. οἱ ἐκ Κιραμὰ καὶ Γάββης (al. Κιραμᾶς καὶ Γαββῆς) ἑξακόσιοι καʹ. οἱ ἐκ Μακαλὼν, ρκβʹ. Vide 1. Esdr. 2. 25. 26. 27. & 2. Esdr. 7. 29. 30. 31.

℣. 20. Græcum habet tantummodò, οἱ ἐκ Βιτωλίω, νβʹ. Cætera desunt. Vide 1. Esdr. 2. 28. & 2. Esdr. 7. 32.

℣. 21. Græcum solummodo habet: υἱοὶ Νιφὶς, ἑκατὸν πεντήκοντα ἕξ. υἱοὶ Καλαμωλάλου καὶ Ὠνοῦς, ψκεʹ. Vide 1. Esdræ 2. 29. 30. 31. & 2. Esdr. 7. 33. 34.

℣. 22. Nihil de hoc versu reperitur in Græco, præter καὶ Ὠνοῦς, è ℣. præcedenti, pro & *Aanus*. Vide 1. Esdr. 2. 32. 33. & 2. Esdr. 7. 35. 37.

℣. 23. Græcum: υἱοὶ Ἱερεχοῦ, τμεʹ. υἱοὶ Ἀνναὰς (al. Σαναὰς) τρισχίλιοι τριακόσιοι τριάκοντα· (al. εἷς.) Οἱ ἱερεῖς. Vide 1. Esdr. 2. 34. 35. 36. & 2. Esdr. 7. 36. 38. 39.

℣. 24. Græcum: Οἱ υἱοὶ Ἰεδδοὺ τοῦ υἱοῦ (al. deest υἱοῦ) Ἰησοῦ εἰς τοὺς υἱοὺς Σανασείβ, ἐννακόσιοι (al. ὀκτακόσιοι) οβʹ. υἱοὶ ἐκ Μηροὺθ, χίλιοι πεντήκοντα δύο· al. Ἐμμηροὺθ, διακόσιοι πεντήκοντα δύο. Vide 1. Esdr. 2. 36. 37. & 2. Esdr. 7. 39. 40.

℣. 25. Græcum: υἱοὶ Φασσαρὸν (al. Φασσούρου,) χίλιοι μζʹ. υἱοὶ Καρμὴ, (al. Χαρμὶ) σιζʹ. Vide 1. Esdr. 2. 38. 39. & 2. Esdr. 7. 41. 42.

℣. 26. Græcum: Οἵδε Λευῖται· Οἱ υἱοὶ Ἰεσσουὲ, καὶ Καδμιήλου, (al. Οἱ Λευῖται· Οἱ υἱοὶ Ἰησοῦ, καὶ Καδοήλου) καὶ Βάννου, καὶ Σουίου, (al. Σουδίου) ἑβδομήκοντα τέσσαρες. Cætera desunt. Vide 1. Esdr. 2. 40. & 2. Esdr. 7. 42. 43. 44.

℣. 27. Versus iste abest à Græco, & à lib. 1. & 2. Esdræ.

℣. 28. Græcum: Οἱ ἱεροψάλται, υἱοὶ Ἀσὰφ, ρκηʹ. Vide 1. Esdr. 2. 41. & 2. Esdr. 7. 44. 45.

℣. 29. Græcum: Οἱ θυρωροί· υἱοὶ Σαλοὺμ, υἱοὶ Ἰατὰλ, (al. Ἀτὰρ) υἱοὶ Τολμὰν, υἱοὶ Δακοβὶ, υἱοὶ Τητὰ, υἱοὶ Σαμὶ, (al. υἱοὶ Δακοὺβ, υἱοὶ Ἀτητὰ, υἱοὶ Τωβὶς,) οἱ πάντες ἑκατὸν τριάκοντα θʹ. Vide 1. Esdr. 2. 42. & 2. Esdr. 7. 46.

℣. 30. Græcum: Οἱ ἱερόδουλοι· υἱοὶ Ἡσαὺ, υἱοὶ Ἀσιφὰ, υἱοὶ Ταβαὼθ, υἱοὶ Κηρὰς, υἱοὶ Σοὺδ, (al. Σουδὰ) υἱοὶ Φαλέου, (al. Φαλαίου) υἱοὶ Λαβανὰ, υἱοὶ Ἀγραβὰ, υἱοὶ Ἀκουὰ, (al. Ἀκοὺδ) υἱοὶ Οὐτὰ, υἱοὶ Κητὰβ, υἱοὶ Ἀγαβὰ, (al. Ἀκκαβὰ) υἱοὶ Συβαὶ, υἱοὶ Ἀνὰν, υἱοὶ Καθουὰ, υἱοὶ Γεδδούρ. Vide 1. Esdr. 2. 43. 44. 45. 46. 47. & 2. Esdr. 7. 47. 48. 49.

℣. 31. Græcum: υἱοὶ Αΐρου, (al. Ἰαείρου) υἱοὶ Δαισὰν, υἱοὶ Νοήβα, υἱοὶ Χασεβὰ, υἱοὶ Γαζηρὰ, (al. Καζηρὰ) υἱοὶ Ἀζίου, (al. Ὀζίου) υἱοὶ Φινεὲς, (al. Φινοὲ) υἱοὶ Ἀσαρὰ,

Digitized by Google

## Versio altera.

Ex Mſ. Colbert.

32. filii Gedda, filii Cutha, filii Caret, filii Barches, filii Saræ, filii Thomei, filii Naſib, filii Napha, filii Thedom,

33. filii puerorum Salomonis, filii Aſaphot, filii Marida, filii Aeli, filii Daedo, filii Thadel, filii Sapha,

34. filii Atthia, filii Pacchather, filii Sabain, filii Sarroni, filii Maſec, filii Gas, filii Addus, filii Ami, filii Saphiu, filii Suba, filii Aphyra, filii Barodis, filii Saphat, filii Maſſalut.

35. Omnes ſervi templi, & filii puerorum Salomonis, CCCXCII.

36. Hi ſunt qui aſcenderunt à Thermel, & Bettheler-ſa: dux eorum, Charmatalan, & Alar:

37. & non poterant dicere cognationes ſuas, & generationes, quomodo eſſent de Iſrahel. Filii Dathan, filii Baan, DCLIII. filii Nechodam.

38. Et de Sacerdotibus, qui fungebantur ſacerdotio, & non ſunt inventi: filii Achos, filii Cedreus, qui accepit uxorem Matmian, mulierem de filiabus Phezelei,

39. & vocatus eſt in nomine ejus. Et cùm inquiſita eſſet nativitatum eorum conſcriptio in tabulario profeſſionum filiorum natorum, & non eſſent inventi, prohibiti ſunt à ſacerdotio.

40. Et dixit eis Nehemias & Athozras, Ut non participarent de ſanctis, donec exſurgat Sacerdos veſtitus in manifeſtationem & veritatem.

41. Omnes autem de genere Iſrael erant à XII. annorum, præter ſervos & ancillas, quadraginta duo millia trecenti ſexaginta.

42. Et ſervi horum erant ſeptem millia trecenti triginta & ſeptem. Et cantores & cantatrices, ſexaginta quinque.

43. Et equi eorum, erant ſeptingenti triginta ſeptem. Muli, ducenti triginta ſex; & cameli, CCCC. triginta quinque; & pecora ſubjugalia, ſex millia ſeptingenta tria.

44. Et de præpoſitis ſecundùm cognationes, cùm veniſſent in templum Dei, quod eſt in Hieruſalem, voverunt ſuſcitare templum Dei in loco ſuo, ſecundùm ſuam virtutem:

45. & conſtituere theſauria in templum ad ædificationem, auri minas mille, & argenti minas quinque millia, & ſtolas ſacerdotales centum.

46. Et inhabitaverunt Sacerdotes & Levitæ, & qui erant de populo, in Hieruſalem & in regione, & ſacrati cantores, & oſtiarii, & omnis populus Iſrael in regionibus ſuis erant.

47. Inſtante autem ſeptimo menſe, cùm eſſent filii Iſrael unuſquiſque in ſuis, convenerunt uno animo in area primæ portæ Orientis.

## Versio vulgata.

32. filii Meedda, filii Phuſa, filii Caree, filii Barcus, filii Saree, filii Coeſi, filii Naſit, filii Agiſti, filii Pedon,

33. Salomon filii ejus, filii Aſophot, filii Phaſida, filii Celi, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi,

34. filii Aggia, filii Sachareth, filii Sabathen, filii Caroneth, filii Malſith, filii Amæ, filii Saſus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phaſphat, filii Malmon.

35. Omnes ſacto ſervientes, & pueri Salomonis, quadringenti octoginta duo.

36. Hi ſunt filii qui aſcenderunt à Thelmela, Thelharſa: principes eorum, Carmellam, & Careth:

37. & non poterant edicere civitates ſuas, & progenies ſuas, quemadmodum ſint ex Iſrael. Filii Dalari, filii Tubal, filii Nechodaici,

38. ex Sacerdotibus, qui fungebantur ſacerdotio: & non ſunt inventi filii Obia, filii Achiſos, filii Addin, qui accepit uxorem ex filiabus Phargeleu:

39. & vocati ſunt nomine ejus, & horum quæſita eſt generis ſcriptura in prædatura, & non eſt inventa, & prohibiti ſunt ſacerdotio fungi.

40. Et dixit illis Nehemias & Aſtharas, Ne participentur ſancta, donec exſurgat Pontifex doctus in oſtenſionem & veritatem.

41. Omnis autem Iſrael erat, exceptis ſervis & ancillis, quadraginta duo millia trecenti quadraginta.

42. Servi horum & ancillæ, ſeptem millia trecenti triginta ſeptem. Cantores & cantatrices, ducenti ſexaginta quinque.

43. Cameli, quadringenti triginta quinque. Equi, ſeptem millia triginta ſex. Muli, ducenta millia quadraginta quinque. Subjugalia, quinque millia viginti quinque.

44. Et de præpoſitis ipſis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Jeruſalem, voverunt ſuſcitare templum in loco ſuo, ſecundùm ſuam virtutem:

45. & dare in templum theſaurum operum ſacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & ſtolas ſacerdotales centum.

46. Et habitaverunt Sacerdotes & Levitæ, & qui exierant de plebe, in Jeruſalem & in regione, & ſacri cantores, & oſtiarii, & omnis Iſrael in regionibus ſuis.

47. Inſtante autem ſeptimo menſe, cùmque eſſent filii Iſrael unuſquiſque in ſuis rebus, convenerunt unanimes in atrium, quod erat ante januam Orientalem.

## Notæ ad Versionem alteram.

υἱοὶ Βαθαὶ, υἱοὶ Ἀζαρὰ, υἱοὶ Μεανὶ, υἱοὶ Ναφισὶ, υἱοὶ Ἀκοὺβ, υἱοὶ Ἀχιφὰ, υἱοὶ Ἀσοὺρ, υἱοὶ Φαρακὶμ, υἱοὶ Βασαλώθ. Al. pro Ἀκοὺβ, Ἀχιφὰ, Ἀσοὺρ, Φαρακὶμ, Βασαλὼθ, legitur Ἀκοὺρ, Ἀχιβὰ, Ἀσοὺβ, Φαρακὲμ, Βασαλέμ. Vide 1. Eſdr. 2. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & 2. Eſdr. 7. 50. 51. 52. 53. 54.

℣. 32. Græcum: υἱοὶ Μεεδὰ, υἱοὶ Κουθὰ, υἱοὶ Χαρέα, υἱοὶ Χαρκοὺς, υἱοὶ Ἀσηρὰρ, υἱοὶ Θωμοὶ, υἱοὶ Νασὶθ, υἱοὶ Ἀτιφά. Al. pro Χαρκοὺς, Ἀσηρὰρ, Θωμοὶ, Νασὶθ, Ἀτιφὰ, legitur Βαρχοὺς, Σεραρ, Θομοὶ, Νασὶ, Ἀτεφά. Vide 1. Eſdr. 2. 52. 53. 54. & 2. Eſdr. 7. 54. 55. 56.

℣. 33. Græcum: υἱοὶ παίδων Σολομὼν, υἱοὶ Ἀσαπφιὼν, (al. Ἀσσαπφιὼθ) υἱοὶ Φαρειρὰ, υἱοὶ Ἰεηλὶ, υἱοὶ Λοζὼν, υἱοὶ Ἰσδαὴλ, υἱοὶ Σαφὲθ, al. Σαφυί. Vide 1. Eſdr. 2. 55. 56. 57. & 2. Eſdr. 7. 57. 58. 59.

℣. 34. Græcum: υἱοὶ Ἀγία, υἱοὶ Φαχαρὲθ, υἱοὶ Σαβιὴ, υἱοὶ Σαρωθιὲ, υἱοὶ Μασίας, υἱοὶ Γὰρ, (al. υἱοὶ Μισαίας, υἱοὶ Γὰς,) υἱοὶ Ἀδδοὺς, υἱοὶ Σουβὰ, υἱοὶ Ἀφερρὰ, υἱοὶ Βαρωδὶς, υἱοὶ Σαβὰτ, (al. Σαφὰγ) υἱοὶ Ἀλλώμ. Vide 1. Eſdr. 2. 57. & 2. Eſdr. 7. 59.

℣. 35. Græcum textui noſtro conſonat, niſi quòd, pro *nonaginta duo*, habeat ἑβδομήκοντα δύο. Vide 1. Eſdr. 2. 58. & 2. Eſdr. 7. 60.

℣. 36. Græcum: Οὗτοι οἱ ἀναβάντες ἀπὸ Θερμελὲθ, καὶ Θελερσάς· ἡγούμενος αὐτῶν, Χαρααθαλὰρ, (al. Χαρααθαλὰν) καὶ Ἀαλάρ. Vide 1. Eſdr. 2. 59. & 2. Eſdr. 7. 61.

℣. 37. Græcum textui noſtro favet, niſi quòd, pro *Dathan*, habeat Λαδὰν, al. Δαλὰν, & ponat *ſexcenti quinquaginta duo*, poſt *filii Necbodam*. Vide 1. Eſdr. 2. 59. 60. & 2. Eſdr. 7. 61. 62.

℣. 38. Græcum: Καὶ ἐκ τῶν Ἱερέων, οἱ ἐμποιούμενοι ἱερωσύνης, καὶ οὐχ εὑρέθησαν· υἱοὶ Ὀβδία, υἱοὶ Ἀκκὼς, υἱοὶ Ἀδδοὺς, τοῦ λαβόντος Αὐγίαν γυναῖκα τῶν θυγατέρων Βερζελαίου, al. Φαηζελδαίου. Vide 1. Eſdr. 2. 61. & 2. Eſdr. 7. 63.

℣. 39. Græcum: καὶ ἐκλήθη ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Καὶ τούτων ζητηθείσης τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, καὶ μὴ εὑρεθείσης, ἐχωρίσθησαν τοῦ ἱερατεύειν. Vide 1. Eſdr. 2. 61. 62. & 2. Eſdr. 7. 63. 64.

℣. 40. Græcum: Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Νεεμίας καὶ Ἀτθαρίας, μὴ μετέχειν τῶν ἁγίων αὐτοὺς, (al. deeſt αὐτοὺς) ἕως ἀναστῇ Ἀρχιερεὺς ἐνδεδομένος (al. ἐνδεδυμένος) τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Vide 1. Eſdr. 2. 63. & 2. Eſdr. 7. 65.

℣. 41. Græcum: Οἱ δὲ πάντες ἦσαν ἀπὸ (al. deeſt ἀπὸ) Ἰσραὴλ, ἀπὸ δωδεκαετοῦς, καὶ ἐπάνω, χωρὶς παίδων καὶ παιδισκῶν, μυριάδες τέσσαρες, χωρὶς παίδων καὶ παιδισκῶν δισχίλιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. Vide 1. Eſdr. 2. 64. 65. & 2. Eſdr. 7. 66. 67.

℣. 42. Græcum: Παῖδες τούτων καὶ παιδίσκαι, ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι τεσσαράκοντα (al. τριάκοντα) ἑπτά. Ψάλται καὶ ψαλτῳδοὶ, διακόσιοι τεσσαράκοντα πέντε. Vide 1. Eſdr. 2. 65. & 2. Eſdr. 7. 67.

℣. 43. Græcum: Κάμηλοι, τετρακόσιοι τριάκοντα πέντε. Καὶ ἵπποι, ἑπτακόσιοι (al. ἑπτακισχίλιοι) τριάκοντα ἕξ. Ἡμίονοι, σμέ. Ὑποζύγια, πεντακισχίλια πεντακόσια κέ. Vide 1. Eſdr. 2. 66. 67. & 2. Eſdr. 7. 68. 69.

℣. 44. Græcum: Καὶ ἐκ τῶν ἡγουμένων κατὰ τὰς πατριὰς ἐν τῷ παραγίνεσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, &c. ut in Verſione vulgata, præter *domum*, pro *templum*. Vide 1. Eſdr. 2. 68. 69. & 2. Eſdr. 7. 70.

℣. 45. Græcum: καὶ δοῦναι εἰς τὸ ἱερὸν γαζοφυλάκιον τῶν ἔργων χρυσίου μνᾶς χιλίας, &c. ut in textu. Vide 1. Eſdræ 2. 69. & 2. Eſdr. 7. 70. 71. 72.

℣. 46. Græcum Verſioni vulgatæ congruit, niſi quòd, pro *& qui exierant de plebe*, habeat, ut in textu Colbert. καὶ οἱ ἐκ τοῦ λαοῦ, & omittat *in*, ante *regione*. Vide 1. Eſdr. 2. 70. & 2. Eſdr. 7. 73.

℣. 47. Græcum: Ἐνστάντος δὲ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, καὶ ὄντων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἑκάστου ἐν τοῖς ἰδίοις, συνήχθησαν ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ εὐρύχωρον τοῦ πρώτου πυλῶνος, τοῦ πρὸς τῇ Ἀνατολῇ. Vide 1. Eſdr. 3. 1. & 2. Eſdr. 8. 1.

Digitized by Google

### Versio vulgata.

48. Et stantes Jesus filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & hujus fratres, paraverunt altare,

49. ut offerrent super illud holocautomata, secundùm quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt.

50. Et convenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias, & holocautomata Domino matutina.

51. Et egerunt scenopegiam, & diem solemnem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat:

52. & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbatorum, & neomeniarum, & dierum solemnium omnium sanctificatorum.

53. Et quotquot vovebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum.

54. Et dederunt pecuniam lapidariis & fabris, & potum & pabula, cum gaudio.

55. Et dederunt carra Sidoniis, & Tyriis, ut transveherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Joppe portu, secundùm decretum, quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.

56. Et in secundo anno venientes in templum Dei in Jerusalem, mense secundo, inchoavit Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem:

57. & fundaverunt templum Dei novilunio secundi mensis secundi anni cùm venissent in Judæam & Jerusalem.

58. Et statuerunt Levitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Jesus, & filius ejus, & fratres omnes Levitæ conspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini.

59. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: & Levitæ filii Asaph, habentes cymbala,

60. collaudantes Dominum, & benedicentes secundùm David regem Israel:

61. & cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo ejus, & honor in sæcula super omnem Israel.

62. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamaverunt voce magna, collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini.

63. Et venerunt ex sacerdotibus, & Levitis, & præsidentibus secundùm pagos senioribus, qui viderant pristinam domum,

64. & ad hujus ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno:

65. in tantum ut populus non audiret tubas pro-

### Versio altera.

48. Et stetit Jesus filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres ejus, præparaverunt aram Dei Israel, Ex Ms. Colbert.

49. ut offerrent super eam holocausta, secundùm quæ scripta sunt in libro Moysi hominis Dei.

50. Et convenerunt cum eis de cæteris regionibus terræ, & erexerunt aram in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant holocausta Domino matutina, & serotina.

51. Et egerunt diem festum confixionis tabernaculi, sicut jussum est in lege: & sacrificationes misericordiæ, sicut oportebat:

52. & post hæc oblationes instantiæ, & sabbatorum, & kalendarum, & dierum solemnium multorum, & sanctificatorum.

53. Et * quicquid voverant vota Deo à numenia septimi mensis, cœperunt afferre sacrificia Domino Deo, & templum nondum ædificatum erat. * Leg. quotquot.

54. Et dederunt pecuniam structoribus fabris, & cibum, & potum.

55. Et dederunt carra Sidoniis, & Tyriis, ut deportarent de monte Libano tabulas cedrinas, & facerent rates in portu Joppen, secundùm decretum, quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.

56. Et in secundo anno sub Dario rege venerunt in templum Domini Dei in Hierusalem, mense secundo, & cœpit Zorobabel filius Salathiel, & Jesus filius Josedec, & fratres eorum, & sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui venerant de captivitate in Hierusalem:

57. & fundaverunt templum Dei numenia secundi mensis anni secundi postquam venerunt in Judæa, & in Hierusalem.

58. Et statuerunt Levitas à xx. annorum, & supra, super opera Domini: & stetit Jesus, & filii, & fratres, & Chodeiel frater, & filii Jesu, & filii Juda filii Enada cum fratribus, & filiis, omnes Levitæ, unanimo instantes operi omnes in templo Domini, & ædificaverunt structores templum Domini.

59. Et steterunt sacerdotes ferentes tubas vestiti stolas: & Levitæ filii Asaph, ferentes cymbala,

60. laudem decantantes Deo, & benedicentes secundùm benedictionem David regis Israel:

61. & clamaverunt de canticis hymnum, confitentes Domino quia suavitas ejus, & claritas in sæcula sæculorum super omnem Israel.

62. Et omnis populus decantaverunt tubis, & clamaverunt voce magna hymnos, conlaudantes Dominum in exsuscitatione templi Domini.

63. Et venerunt de sacerdotibus, & Levitis, & de præsidentibus secundùm cognationes presbyteri, qui viderant illud prius templum,

64. ad hujus templi reædificationem cum clamore & fletu magno. Et multi per tubas & gaudia magna, ingenti & magna voce laudabant Deum:

65. sic ut non posset populus audire vocem tubarum

### Notæ ad Versionem alteram.

℣. 48. Græcum: Καὶ καταςὰς Ἰησοῦς, &c. ut in textu Colbertino. Vide 1. Esdr. 3. 2.

℣. 49. Græcum: προσενέγκαι ἐπ' αὐτὸ ὁλοκαυτώσεις, ἀκολούθως τοῖς ἐν τῇ Μωϋσέως βίβλῳ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ διηγορευμένοις. Vide 1. Esdr. 3. 2.

℣. 50. Græcum: Καὶ ἐπισυνήχθησαν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ κατώρθωσαν τὸ θυσιαστήριον ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ, (al. αὐτῶν) ὅτι ἐν ἔχθρᾳ ἦσαν αὐτοῖς· καὶ κατίσχυσαν αὐτοὺς πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀνέφερον θυσίας κατὰ τὸν καιρὸν, καὶ ὁλοκαυτώματα τῷ Κυρίῳ τὸ πρωϊνὸν, καὶ τὸ δειλινόν. Vide 1. Esdr. 3. 3.

℣. 51. Græcum: Καὶ ἠγάγοσαν τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴν, ὡς ἐπιτέτακται ἐν τῷ νόμῳ· καὶ θυσίας καθ' ἡμέραν, ὡς προσῆκον ἦν. Vide 1. Esdr. 3. 4.

℣. 52. Græcum: καὶ μετὰ ταῦτα προσφορὰς ἐνδελεχισμοῦ, καὶ θυσίας σαββάτων, καὶ νουμηνιῶν, καὶ ἑορτῶν πασῶν ἡγιασμένων. Vide 1. Esdr. 3. 5.

℣. 53. Græcum: Καὶ ὅσοι ἂν (al. deest ἂν) ηὔξαντο εὐχὴν τῷ Θεῷ..... ὅτι ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 3. 5. 6.

℣. 54. Itidem in Græco ac in Versione vulgata, nisi quòd ponat βρώματα, ante ποτά. Al. tamen legitur καὶ ποτὰ, καὶ βρῶτα. Vide 1. Esdr. 3. 7.

℣. 55. Græcum: καὶ κάῤῥα Σιδωνίοις, καὶ τοῖς Τυρίοις, εἰς τὸ παράγειν αὐτοῖς ἐκ τοῦ Λιβάνου ξύλα κέδρινα, διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα, &c. ut in textu. Vide 1. Esdræ 3. 7.

℣. 56. Græcum: Καὶ τῷ δευτέρῳ ἔτει παραγενόμενος εἰς τὸ ἱερὸν, &c. ut in Versione vulgata, nisi quòd, pro *Josue*, habeat *Jesus*. Vide 1. Esdr. 3. 8.

℣. 57. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur, nisi quòd, pro *templum*, habeat οἶκον, *domum*, (al. tamen ναὸν) & postea, ἐν τῷ ἐλθεῖν, pro *cùm venissent*. Versus hic non reperitur in libro 1. Esdræ.

℣. 58. Græcum: Καὶ ἔστησαν τοὺς Λευΐτας ἀπὸ εἰκοσαετοῦς, ἐπὶ τῶν ἔργων τοῦ Κυρίου· καὶ ἔστη Ἰησοῦς, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, (al. καὶ οἱ υἱοὶ, absque αὐτοῦ) καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ Καδμιὴλ ὁ ἀδελφὸς, καὶ υἱοὶ Μαδιαβοῦν (al. Ἠμαδαβοῦν,) καὶ οἱ υἱοὶ Ἰωδὰ τοῦ Ἠλιαδοῦν (al. Ἠλιαδοὺδ) σὺν τοῖς υἱοῖς, καὶ ἀδελφοῖς, πάντες οἱ Λευῖται ὁμοθυμαδὸν ἐργοδιῶκται, ποιοῦντες εἰς τὰ ἔργα ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾠκοδόμησαν οἱ οἰκοδόμοι τὸν ναὸν Κυρίου. Vide 1. Esdr. 3. 8. 9. 10.

℣. 59. Græcum: Καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν, καὶ σαλπίγγων, &c. ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 3. 10.

℣. 60. Græcum: ὑμνοῦντες τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλογοῦντες, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 3. 10.

℣. 61. Græcum: καὶ ἐφώνησαν δι' ὕμνων ὁμολογοῦντες (al. εὐλογοῦντες) τῷ Κυρίῳ ὅτι ἡ χρηστότης αὐτοῦ, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἐν παντὶ Ἰσραήλ. Vide 1. Esdr. 3. 11.

℣. 62. Græcum Versioni vulgatæ magis consonat. Vide 1. Esdr. 3. 11.

℣. 63. Græcum: Καὶ ἤλθοσαν ἐκ τῶν ἱερέων, τῶν Λευϊτῶν, καὶ τῶν προκαθημένων κατὰ τὰς πατριὰς αὐτῶν, οἱ πρεσβύτεροι ἑωρακότες τὸν πρὸ τούτου οἶκον. Vide 1. Esdr. 3. 12.

℣. 64. Græcum: πρὸς τὴν τούτου οἰκοδομὴν, &c. ut in Versione vulgata, nisi quòd in fine habeat, διὰ σαλπίγγων καὶ χαρᾶς φωνῇ μεγάλῃ. Vide 1. Esdr. 3. 12.

℣. 65. Græcum: ὥστε τὸν λαὸν μὴ ἀκούειν τῶν σαλπίγγων διὰ τὸν κλαυθμὸν τοῦ λαοῦ. Ὁ γὰρ ὄχλος ἦν ὁ σαλπίζων μεγαλωστὶ, (al. μεγάλως) ὥστε μακρόθεν ἀκούεσθαι. Vide 1. Esdr. 2. 13.

Digitized by Google

VERSIO ALTERA.

Ex Mſ. Colbert. propter fletum populi. Turbæ enim tubis decantabant ſolidè, ſic ut de longè audiri poſſent.

66. Et cùm audiſſent inimici tribus Juda, & tribus Benjamin, venerunt ut ſcirent quæ eſſet hæc vox tubarum.

67. Et cognoverunt quia de captivitate reverſi ſunt, & ædificant templum Domino Deo Iſrael.

68. Et accedentes ad Zorobabel, & ad Jeſum, & ad principes cognationum, dixerunt: Reædificemus vobiſcum templum:

69. Et nos audiemus Dominum Deum veſtrum, & ſacrificamus & à diebus Nachorde regis Aſſyriorum, qui tranſmigravit nos huc.

70. Et dixerunt eis Zorobabel, & Jeſus, & duces cognationum Iſrael:

71. Non eſt vobis ædificare templum Domini Dei noſtri: nos enim ſoli ædificabimus Domino Deo Iſrael, ſecundùm ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.

72. Gentes autem terræ, quæ commixtæ erant, expugnantes civitates, prohibebant reædificare, & conſpirantes, & populum adducentes,

73. & congregationes facientes, prohibuerunt conſummari ſtructuram omni tempore vitæ regis Cyri, & prohibiti ſunt ædificare annis duobus uſque ad regnum Darii.

VERSIO VULGATA.

pter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita ut longè audiretur.

66. Et audierunt inimici tribus Judæ, & Benjamin, & venerunt ſcire quæ eſſet vox tubarum.

67. Et cognoverunt quoniam qui erant ex captivitate, ædificant templum Domino Deo Iſrael.

68. Et accedentes ad Zorobabel & Jeſum, præpoſitos pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus unà vobiſcum:

69. Similiter enim audivimus Dominum veſtrum, & ipſi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Aſſyriorum, qui tranſmigravit nos huc.

70. Et dixit illis Zorobabel, & Jeſus, & principes pagorum Iſrael:

71. Non eſt nobis & vobis ædificare domum Dei noſtri: nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſrael, ſecundùm ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.

72. Gentes autem terræ incumbentes his, qui ſunt in Judæa, & levantes opus ædificationis, & inſidias, & populos adducentes prohibebant eos ædificare,

73. & aggreſſuras exercentes, impedierunt ne conſummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt ſtructuram per biennium uſque ad Darii regnum.

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 66. Græcum: Καὶ ἀκούσαντες..... ἦλθωσαν ἐπιγνῶναι, &c. ut in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 4. 1.

℣. 67. Græcum Verſioni vulgatæ concinit. Vide 1. Eſdræ 4. 1.

℣. 68. Græcum: Καὶ προσελθόντες.... καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν πατριῶν, λέγουσιν αὐτοῖς· Συνοικοδομήσωμεν ὑμῖν. Vide 1. Eſdr. 4. 2.

℣. 69. Græc. Ὁμοίως γὰρ ὑμῖν ἀκούομεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ αὐτῷ ἐπιθύομεν.... Ἀσβασαρέθ, al. Ἀσβακαφάς, &c. ut in Latino. Vide 1. Eſdr. 4. 2.

℣. 70. Græcum: Καὶ εἶπεν, &c. ut in textu Colbertino. Vide 1. Eſdr. 4. 3.

℣. 71. Græcum Verſioni vulgatæ favet, niſi quòd, pro *domum Dei noſtri*, habeat, οἶκον Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, *domum Domino Deo noſtro*. Vide 1. Eſdr. 4. 3.

℣. 72. Græcum: Τὰ δὲ ἔθνη τῆς γῆς ἐπικοιμώμενα τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ πολιορκοῦντες εἶργον τοῦ οἰκοδομεῖν, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ δημαγωγίας, (al. καὶ βουλὰς δημαγωγοῦντες) καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι. Vide 1. Eſdr. 4. 4.

℣. 73. Græcum: καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι, ἀπεκώλυσαν τοῦ ἐπιτελεσθῆναι (al. ἀποτελεσθῆναι) τὴν οἰκοδομήν.... καὶ εἴρχθησαν τῆς οἰκοδομῆς ἔτη δύο, &c. ut in Verſione vulg. Vide 1. Eſdr. 4. 5.

# *CAPUT VI.

VERSIO ALTERA.

Ex Mſ. Colbert. 1. IN ſecundo autem anno regni Darii, prophetaverunt Aggæus & Zacharias filius Sadoc prophetæ, ſuper Judæos, qui erant in Judæa, & in Hieruſalem, in nomine Domini Dei Iſrael.

2. Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel de tribu Juda, & Jeſus filius Joſedec, inchoaverunt ædificare templum Domini, quæ eſt in Hieruſalem,

3. adſtantibus cum eis prophetis Domini, & adjuvantibus eos. In illo tempore venit ſuper eos Siſenes præfectus Syriæ & Phœnicis, & Satharbuzanes, & contubernales eorum,

4. & dixerunt Judæis: Quo præcipiente vobis ædificatis hoc templum, & cætera omnia perficitis? & qui ſunt ſtructores, qui ædificant hæc?

5. Et habuerunt gratiam viſitationis factæ ſuper captivitatem à Domino presbyteri Judæorum:

6. & non ſunt prohibiti ædificare, donec ſignificaretur Dario regi.

7. Et miſit Siſenes præfectus Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & contubernales eorum, in Syria Phœnice duces, ſcribentes per eos in hunc modum: REGI Dario plurimam ſalutem.

8. Omnia nota ſint domino noſtro regi. Cùm advenissemus in civitatem Hieruſalem, deprehendimus preſ-

VERSIO VULGATA.

1. IN ſecundo autem anno regni Darii, prophetavit Aggæus & Zacharias filius Addin prophetæ apud Judæam & Jeruſalem, in nomine Dei Iſrael ſuper eos.

2. Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Jeſus filius Joſedec, inchoaverunt ædificare domum Domini, quæ eſt in Jeruſalem:

3. cùm adeſſent eis prophetæ Domini, & adjuvarent eos. In ipſo tempore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales ejus,

4. & dixerunt eis: Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum iſtud, & alia omnia perficitis? & qui ſunt ſtructores, qui hæc ædificant?

5. Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper eos, qui erant ex captivitate à Domino ſeniores Judæorum:

6. & non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur.

7. Exemplum epiſtolæ, quam miſerunt Dario. SISENNES ſubregulus Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales ejus in Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſalutem.

8. Omnia nota ſint domino regi, quòd cùm veniſſemus in regionem Judææ, & introiſſemus in Jeruſa-

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

* Totum hocce caput reſpondet capiti quinto integro, & tredecim prioribus verſibus capitis ſexti libri primi Eſdræ.

℣. 1. Græcum: Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς τοῦ Δαρείου βασιλείας, προεφήτευσεν (al. ἐπροφήτευσεν) ..... ὁ τοῦ Ἀδδὼ οἱ προφῆται ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ (al. deeſt καὶ) τοὺς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἐπὶ..... Κυρίου Θεοῦ, &c. ut in Verſione vulg. Vide 1. Eſdr. 5. 1.

℣. 2. Græcum Verſioni vulgatæ concinit ad verbum. Vide 1. Eſdr. 5. 2.

℣. 3. Græcum: συνόντων τῶν προφητῶν τοῦ Κυρίου βοηθούντων αὐτοῖς. Ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ παρῆν πρὸς αὐτοὺς... ἔπαρχος, &c. ut in Verſione vulg. Vide 1. Eſdr. 5. 2. 3.

℣. 4. Græcum Verſioni vulgatæ ſuffragatur. Vide 1. Eſdr. 5. 3.

℣. 5. Græcum: Καὶ ἔσχον χάριν, ἐπισκοπῆς γενομένης εἰς (al. ἐπὶ) τὴν αἰχμαλωσίαν, παρὰ τοῦ Κυρίου οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων. Vide 1. Eſdr. 5. 5.

℣. 6. Græcum: καὶ οὐκ ἐκωλύθησαν τῆς οἰκοδομῆς, μέχρι τοῦ ὑποσημανθῆναι Δαρείῳ περὶ αὐτῶν, καὶ προσφωνηθῆναι. Vide 1. Eſdr. 5. 5.

℣. 7. Græcum: Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς, ἧς ἔγραψε Δαρείῳ, καὶ ἀπέστειλε (al. ἀπέστειλαν.) Σισίννης ὁ ἔπαρχος Συρίας καὶ Φοινίκης, καὶ Σαθραβουζάνης, καὶ οἱ συνέταιροι, οἱ ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ ἡγεμόνες, βασιλεῖ Δαρείῳ χαίρειν. Vide 1. Eſdræ 5. 6. 7.

℣. 8. Græcum: Πάντα γνωστὰ ἔστω τῷ κυρίῳ ἡμῶν τῷ βασιλεῖ, ὅτι παραγενόμενοι εἰς τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ

Digitized by Google

### Versio vulgata.

lem, invenimus ædificantes domum Dei magnam:

9. & templum ex lapidibus politis, & magnis, & pretiosis materiis in parietibus,

10. & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè perfici.

11. Tunc interrogavimus seniores, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis?

12. Ideo autem interrogavimus eos, ut notum faceremus tibi homines & præpositos, & nominum scripturam præpositorum postulavimus illos.

13. At illi responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Domini, qui fecit cœlum & terram,

14. & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo, & consummata est.

15. Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccaverunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum,

16. & domum istam demolientes incenderunt, & populum captivum duxerunt in Babylonem.

17. In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare,

18. & illa sacra vasa aurea & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo, quæ est in Jerusalem, & consecraverat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel & Salmanasaro subregulo:

19. Et præceptum est eis ut offerrent hæc vasa, & reponerent in templo, quod erat in Jerusalem, & ipsum templum Dei ædificare in loco suo.

20. Tunc Salmanasarus subjecit fundamenta domus Domini, quæ est in Jerusalem: & exinde usque nunc ædificatur, & non accepit consummationem.

21. Nunc ergo si judicatur à te, ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis, quæ sunt in Babylonia:

22. & si inventum fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structuram domus Domini, quæ est in Jerusalem, & judicatur à domino rege nostro, scribat de his nobis.

23. Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis: & inventus est in Ecbathanis oppido, quod est in media regione, locus unus, in quo scripta erant ista:

24. Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum Domini, quæ est in Jerusalem, ædificare, ubi incendebant igni assiduo,

25. cujus altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tri-

### Versio altera.

byteros captivitatis Judæorum ædificantes templum Domini magnum Ex Ms. Colbert.

9. de lapidibus politis, & splendidis, & lignum pretiosum in parietibus imponentes:

10. & opera illa instanter fiunt: & bene currit opus in manibus eorum: & in omni gloria, & honore, & diligentia perficiunt omnia.

11. Tunc interrogavimus presbyteros, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis templum hoc, & opera hæc fundatis?

12. Ideo ergo interrogavimus, ut tibi notum faceremus, & scriberemus tibi nomina hominum præpositorum, & nomina eorum, qui eos præposuerunt.

13. Et responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Domini, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt,

14. & ædificatum est templum ante multos annos per regem Israel magnum & fortem, & perfectum est.

15. Et quia patres nostri ad iracundiam instigaverunt Dominum Deum, & peccaverunt in Dominum Israel, qui in cœlis est, tradidit eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & Chaldeorum,

16. & templum diruentes incenderunt, & populum captivaverunt, & in Babylonia adduxerunt.

17. In primo autem anno regnante Cyro regionis Babyloniæ, scripsit rex Cyrus ædificare templum hoc,

18. & vasa sancta aurea & argentea, quæ abstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de templo hoc, quod est hîc in Hierusalem, & confixerat in templo suo, omnia illa protulit Cyrus rex de templo, quod est in Babylone, & tradidit ea Zorobabel & Salabassar præfecto:

19. Et jussum est eis adferre omnia vasa hæc, & reponere in templo, quod est in Hierusalem, & templum hoc Domini jussit rex ædificari in loco suo.

20. Tunc Sabassus ille veniens constituit fundamenta templi Domini, quod est in Hierusalem: & ex eo usque in hodiernum diem reædificatur, & nondum est perfectum.

21. Nunc ergo si judicas, rex, requiratur in libris memorialibus Cyri regis, qui sunt in Babylone:

22. & si inventum fuerit cum sententia, & voluntate Cyri regis factam esse hanc ædificationem templi Domini, qui est in Hierusalem, & judicaveris, domine rex, de his rescribe nobis.

23. Tunc Darius rex jussit inquiri in publicis tabulariis, quæ erant in Babylone: & inventum est in Ecbatanis in Barioth, quæ est in media regione, locus, in quo conscripta erant hæc:

24. Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus jussit templum Domini, quod erat in Hierusalem, ædificari, ubi sacrificabitur per ignem instanter,

25. ut esset altitudo ejus cubitorum sexaginta, & latitudo ejus cubitorum sexaginta, quadratum triplicibus

### Notæ ad Versionem alteram.

ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὴν πόλιν κατελάβομεν τοὺς αἰχμαλωσίας τοὺς πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ πόλει, οἰκοδομοῦντας οἶκον τῷ Κυρίῳ μέγαν. Vide 1. Esdr. 5. 8.

℣. 9. Græcum: καινὸν διὰ λίθων ξυστῶν πολυτελῶν, ξύλων τιθεμένων ἐν τοῖς τοίχοις. Vide 1. Esdr. 5. 8.

℣. 10. Græcum: καὶ τὰ ἔργα ἐκεῖνα ἐπὶ σπουδῆς γινόμενα, καὶ εὐοδούμενον τὸ ἔργον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ ἐν πάσῃ δόξῃ, καὶ ἐπιμελείᾳ συντελούμενον. Vide 1. Esdr. 5. 8.

℣. 11. Græcum: Τότε ἐπυνθανόμεθα τῶν πρεσβυτέρων τούτων, λέγοντες, &c. ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 5. 9.

℣. 12. Græcum: Ἐπηρωτήσαμεν οὖν αὐτοὺς, εἵνεκεν τοῦ γνωρίσαι σοι, καὶ γράψαι σοι τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀφηγουμένους, καὶ τὴν ὀνοματογραφίαν ᾐτοῦμεν παρ' αὐτῶν (al. αὐτοὺς) τῶν προκαθηγουμένων. Vide 1. Esdr. 5. 10.

℣. 13. Græcum: Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 5. 11.

℣. 14. Græcum Versioni vulgatæ congruit, nisi quòd omittat *istos*, post *annos*, & habeat ἰσχυροῦ, pro *fortissimo*. Vide 1. Esdr. 5. 11.

℣. 15. Græcum: Καὶ ἐπεὶ οἱ πατέρες ἡμῶν παραπικράναντες ἥμαρτον εἰς τὸν Κύριον τοῦ Ἰσραὴλ τὸν οὐράνιον, &c. ut in textu Colbert. nisi quòd, pro *manu*, habeat *manus*, & omittat *&*, ante *Chaldæorum*. Mss. tamen quidam legunt *regis Babylonis*, *regis Chaldæorum*. Vide 1. Esdr. 5. 12.

℣. 16. Græcum: τόν τε οἶκον καθελόντες, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 5. 12.

℣. 17. Græcum textui Colbertino suffragatur, nisi quòd in fine habeat, τὸν οἶκον τοῦτον οἰκοδομηθῆναι· al. οἰκοδομῆσαι. Vide 1. Esdr. 5. 13.

℣. 18. Græcum: καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη..... ἃ ἐξήνεγκε, &c. ut in Versione vulg. nisi quòd in fine habeat, ἐν Βαβυλῶνι, καὶ παρεδόθη Ζοροβάβελ καὶ Σαναβασσάρῳ τῷ ἐπάρχῳ. Al. ἐν Βαβυλωνίᾳ, καὶ παρεδόθη Σαβανασσάρῳ Ζοροβάβελ τῷ ἐπάρχῳ. Vide 1. Esdr. 5. 14.

℣. 19. Græcum: Καὶ ἐπετάγη αὐτῷ ἀπενέγκαντι ταῦτα (al. καὶ ἀπήνεγκε πάντα) τὰ σκεύη ἀποθεῖναι ἐν τῷ ναῷ, τῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου τοῦτον (al. deest τοῦτον) οἰκοδομηθῆναι ἐπὶ τοῦ τόπου. Vide 1. Esdr. 5. 15.

℣. 20. Græcum: Τότε ὁ Σαναβάσσαρος ἐκεῖνος παραγενόμενος, ἐνεβάλετο τοὺς θεμελίους τοῦ οἴκου Κυρίου, τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἀπ' ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν οἰκοδομούμενος οὐκ ἔλαβε συντέλειαν. Vide 1. Esdr. 5. 16.

℣. 21. Græcum: Νῦν οὖν εἰ κρίνεται βασιλεῖ, (al. βασιλεῦ) ἐπισκεπτήτω ἐν τοῖς βασιλικοῖς βιβλιοφυλακίοις τοῦ Κύρου. Vide 1. Esdr. 5. 17.

℣. 22. Græcum: καὶ ἐὰν εὑρίσκηται μετὰ τῆς γνώμης Κύρου τοῦ βασιλέως γενομένην...... καὶ εἰ κρίνεται τῷ κυρίῳ βασιλεῖ ἡμῶν, προσφωνησάτω ἡμῖν περὶ τούτων. Vide 1. Esdr. 5. 17.

℣. 23. Græcum: Τότε ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσέταξεν ἐπισκέψασθαι ἐν τοῖς βασιλικοῖς (al. deest βασιλικοῖς) βιβλιοφυλακίοις, τοῖς κειμένοις ἐν Βαβυλῶνι, καὶ εὑρέθη Ἐκβατάνοις (al. ἐν Ἐκβατάνοις) τῇ βάρει, τῇ ἐν Μηδείᾳ χώρᾳ, τόπος, (al. τόπος εἷς· al. τόμος) ἐν ᾧ ὑπομνημάτιστο τάδε. Vide 1. Esdræ 6. 1. 2.

℣. 24. Græc..... οἰκοδομῆσαι, ὅπου ἐπιθύουσι διὰ πυρὸς ἐνδελεχοῦς. Cætera ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdræ 6. 3.

℣. 25. Græcum: οὗ τὸ ὕψος πηχῶν ἑξήκοντα, πλάτος πηχῶν ἑξήκοντα, διὰ δόμων λιθίνων ξυστῶν τριῶν, καὶ δόμου ξυλίνου ἐγχωρίου καινοῦ ἑνὸς, καὶ τὸ δαπάνημα, &c. ut in tex-

VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert.

parietibus, demtus ligneis, in circuitu novis simplicibus, & sumptus dari de domo Cyri regis:
26. & vasa sancta templi Domini aurea & argentea, quæ abstulit Nabuchodonosor de templo, quod erat in Hierusalem, & attulit in Babylone, ut restitueret in templo, quod est in Hierusalem, ut ubi fuerant posita, ibi ponerentur.
27. Jussit etiam curam habere Sisennem præfecto Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanen, & collegis eorum, & præpositis Syriæ & Phœnicis legatis, ut abstinerent se ab eo loco, & finerent puerum Domini Zorobabel, principem autem Judææ, & presbyteros Judæorum templum * illum Domini ædificare in loco suo.
28. Et ego præcipio plenè ædificare, & observare ut adjuvent eos qui de captivitate sunt, donec perficiatur templum Domini:
29. & exactione tributorum Syriæcœlis & Phœnicis diligenter constituta, pecuniam dari his hominibus ad sacrificia Domini, ad comedendos tauros, & arietes, & agnos,
30. & frumentum, & salem, & vinum, & oleum sine intermissione singulis quibusque annis, secundùm quod sacerdotes in Hierusalem dictaverunt consumi quotidie sine dubio,
31. ut offerrentur hostiæ Deo excelso pro rege, & pro pueris, & adorent instanter pro vita eorum:
32. & constituit, ut * quidquid transgressi fuerint aliqua ex his, quæ scripta sunt, aut reformaverint, accipere lignum de suis sibi, & super hoc suspendi, & bona ejus fieri regia.
33. Propterea & Dominus, cujus nomen invocatum est ibi, exterminavit omnem regem & gentem, quæ extendit manum suam prohibere, aut nocere templum Domini, quod est in Hierusalem.
34. Ego rex Darius decrevi diligenter secundùm hæc fieri.

* Leg. illud.

* Leg. quotquot.

VERSIO VULGATA.

bus, & meniano ligneo ejusdem regionis, & meniano uno novo, & impendia dari de domo Cyri regis:
26. & sacra vasa domus Domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quæ est in Jerusalem, ubi erant posita, ut ponantur illic.
27. Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanem, & sodales ejus, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides, ut abstinerent se ab eodem loco.
28. Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & prospexi, ut adjuvent eos qui sunt ex captivitate Judæorum, donec consummetur templum ædis Domini:
29. & à vexatione tributorum Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos,
30. similiter autem & frumentum, & sal, & vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes, qui sunt in Jerusalem, dictaverunt consumi quotidie sine ulla dilatione,
31. ut offerantur libationes summo Deo pro rege & pueris ejus, & orent pro ipsorum vita:
32. & denuntietur, ut quicunque transgressi fuerint aliquid ex his, quæ scripta sunt, aut spreverint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum regi ascribantur.
33. Propterea & Dominus, cujus nomen invocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut malè tractare domum Domini illam, quæ est in Jerusalem.
34. Ego Darius rex decrevi quàm diligentissimè secundùm hæc fieri.

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

tu. Vide 1. Esdr. 6. 3. 4.

℣. 26. Græcum: καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ οἴκου τοῦ Κυρίου, τάτε χρυσέα, καὶ τὰ ἀργυρέα, (al. τάτε χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ) ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπήνεγκεν εἰς Βαβυλῶνα, ἀποκατασταθῆναι εἰς τὸν οἶκον, τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὗ ἦν κείμενα, ὅπως τεθῇ ἐκεῖ. Vide 1. Esdræ 6. 5.

℣. 27. Græcum: Προσέταξε δὲ ἐπιμεληθῆναι Σισίννῃ ἐπάρχῳ Συρίας καὶ Φοινίκης, καὶ Σαθραβουζάνῃ, καὶ τοῖς συνεταίροις, καὶ τοῖς ἀποτεταγμένοις ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ ἡγεμόσιν ἀπέχεσθαι τοῦ τόπου, ἐᾶσαι δὲ τὸν παῖδα τοῦ Κυρίου Ζοροβάβελ, ἔπαρχον δὲ τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, τὸν οἶκον τοῦ Κυρίου ἐκεῖνον οἰκοδομεῖν ἐπὶ τοῦ τόπου. Vide 1. Esdr. 6. 6. 7.

℣. 28. Græcum: Καὶ ἐγὼ δὲ ἐπέταξα ὁλοσχερῶς οἰκοδομῆσαι, καὶ ἀτενίσαι ἵνα συμποιῶσι τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν Ἰουδαίων, μέχρι τοῦ ἐπιτελεσθῆναι τὸν οἶκον Κυρίου. Vide 1. Esdr. 6. 8.

℣. 29. Græcum: καὶ ἀπὸ τῆς φορολογίας Κοιλοσυρίας (al. Κοίλης Συρίας) καὶ Φοινίκης ἐπιμελῶς σύνταξιν δίδοσθαι τούτοις τοῖς ἀνθρώποις εἰς θυσίας (al. θυσίαν) τῷ Κυρίῳ, Ζοροβάβελ ἐπάρχῳ, εἰς ταύρους, &c. Vide 1. Esdr. 6. 8. 9.

℣. 30. Græcum: ὁμοίως δὲ καὶ πυρὸν..... ἐνδελεχῶς κατ' ἐνιαυτὸν, καθὼς ἂν οἱ ἱερεῖς..... ὑπαγορεύσωσιν ἀναλίσκεσθαι καθ' ἡμέραν ἀναμφισβητήτως. Vide 1. Esdr. 6. 9.

℣. 31. Græcum Versioni vulgatæ respondet, nisi quòd, pro *summo Deo*, habeat τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ. Vide 1. Esdr. 6. 10.

℣. 32. Græcum: καὶ προσέταξεν (al. προστάξαι) ἵνα ὅσοι ἂν παραβῶσί τι τῶν προειρημένων καὶ τῶν προγεγραμμένων, ἢ καὶ ἀκυρώσωσι, ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτου (al. ἐπ' αὐτοῦ) κρεμασθῆναι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ εἶναι βασιλικά. Vide 1. Esdr. 6. 11.

℣. 33. Græcum Versioni vulgatæ magis respondet. Vide 1. Esdr. 6. 12.

℣. 34. Græcum textui Colbertino magis congruit, addito δὲ, *autem*, post *Ego*. Vide 1. Esdr. 6. 12.

# * CAPUT VII.

VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert.

1. Tunc Sisennes præfectus Syriæcœlis & Phœnicis, & Satrabuzanes, & collegæ ejus, subsecuti quæ à rege Dario decreta erant,
2. insistebant sacris operibus diligenter, operantes pariter cum presbyteris Judæorum præpositis templi:
3. & bene proficiebant opera, prophetantibus Aggeo & Zacharia.
4. Et consummaverunt ea jussu Domini Dei Israel, & cum consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum, usque in sextum annum Darii regis Persarum.
5. Perfecta est ædificatio templi Domini usque tertia & vicesima die mensis Adar, sexti anni Darii regis.

VERSIO VULGATA.

1. Tunc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales, obsecuti his, quæ à Dario rege erant decreta,
2. insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè, cooperantes cum senioribus Judæorum principibus Syriæ:
3. & prosperata sunt sacrosancta opera, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
4. Et consummaverunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum.
5. Et consummata est domus nostra usque ad tertiam & vigesimam diem mensis Adar, sexto anno Darii regis.

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

* Totum hocce caput respondet capitis sexti libri primi Esdræ versibus 13. 14. 15. & seq. ad finem usque.

℣. 1. Græcum: Τότε Σισίννης ὁ ἔπαρχος Κοιλοσυρίας (al. Κοίλης Συρίας) καὶ Φοινίκης, καὶ..... καὶ οἱ συνέταιροι, &c. ut in nostro textu. Vide 1. Esdr. 6. 13.

℣. 2. Græcum: ἐπεστάτουν τῶν ἱερῶν ἔργων ἐπιμελέστερον, συνεργοῦντες τοῖς πρεσβυτέροις τῶν ἱερέων καὶ ἱεροστάταις. Vide 1. Esdr. 6. 13. 14.

℣. 3. Græcum: καὶ εὔοδα ἐγίνετο τὰ ἱερὰ ἔργα, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 6. 14.

℣. 4. Græcum: Καὶ συνετέλεσαν ταῦτα διὰ προστάγματος ..... καὶ μετὰ τῆς γνώμης, &c. ut in Versione vulgata, nisi quòd, pro *regis*, habeat τῶν βασιλέων, *regum*. Vide 1. Esdr. 6. 14.

℣. 5. Græcum: Καὶ (al. deest Καὶ) συνετελέσθη ὁ οἶκος ὁ ἅγιος ἕως τρίτης καὶ εἰκάδος ἡμέρας (al. deest ἡμέρας) τοῦ μηνὸς Ἄδαρ, τοῦ ἕκτου ἔτους.... τοῦ βασιλέως Περσῶν· al. deest Περσῶν. Vide 1. Esdr. 6. 15.

Digitized by Google

VERSIO VULGATA.

6. Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes, & Levitæ, & cæteri qui erant ex captivitate, qui appositi sunt secundùm ea, quæ scripta sunt in libro Moysi.

7. Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,

8. & hœdos pro peccatis universi Israel, duodecim, secundùm numerum tribuum Israel.

9. Et steterunt sacerdotes, & Levitæ amicti stolis per tribus, super omnia opera Domini Dei Israel, secundùm librum Moysi, & ostiarii per singulas januas.

10. Et egerunt filii Israel cum his, qui erant ex captivitate, illud Phase quarta decima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Levitæ.

11. Omnes filii captivitatis non sunt simul sanctificati, quia Levitæ omnes simul sanctificati sunt.

12. Et immolaverunt Phase universi filii captivitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis.

13. Et manducaverunt filii Israel, qui erant ex captivitate, omnes qui remanserant ab omnibus exsecrationibus gentium terræ quærentes Dominum,

14. & celebraverunt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu Domini,

15. quoniam convertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert.

6. Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes, & Levitæ, & cæteri qui erant de captivitate, qui juncti sunt eis secundùm legem in libro Moysi.

7. Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,

8. hircos pro peccato omnis populi Israel, duodecim, secundùm numerum duodecim tribuum Israel.

9. Et steterunt sacerdotes, & Levitæ vestiti stolas secundùm tribus, super opera Domini Dei Israel, secundùm constitutionem libri Moysi, & ostiarii per singulas januas stabant.

10. Et fecerunt filii Israel, qui erant de captivitate, Pascha quarta decima die mensis primi; qui sanctificati erant sacerdotes & Levitæ pariter.

11. Et omnes filii captivitatis non sunt sanctificati, quia omnes Levitæ simul sanctificati sunt.

12. Et immolaverunt Pascha omnibus filiis captivitatis, & fratribus eorum sacerdotibus.

13. Et manducaverunt filii Israel, qui erant de captivitate, omnes qui discesserunt ab abominationibus gentium terræ quærentes Dominum,

14. & adduxerunt * soleria azymorum VII. diebus epulantes in conspectu Domini,

* Fortè solemnia.

15. quia convertit consilium regis ad eos, ut confortaret manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 6. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur, si exceperis in fine οἱ προστεθέντες ἀκολούθως τοῖς ἐν τῇ Μωϋσέως βίβλῳ. Vide 1. Esdr. 6. 16.

℣. 7. Græcum utrique textui concinit ad verbum. Vide 1. Esdr. 6. 17.

℣. 8. Græcum: χιμάρους ὑπὲρ ἁμαρτίας παντὸς, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 6. 17.

℣. 9. Græcum: Καὶ ἔστησαν........ κατὰ φυλὰς ἐστολισμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων...... ἀκολούθως τῇ Μωϋσέως βίβλῳ, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 6. 18.

℣. 10. Græcum: Καὶ ἠγάγοσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ μετὰ (al. deest μετὰ) τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τὸ Πάσχα ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, ὅταν (al. ὅτε) ἡγνίσθησαν οἱ ἱερεῖς καὶ Λευῖται. In quibusd. Mss. additur ἅμα, post Λευῖται. Vide 1. Esdr. 6. 19. 20.

℣. 11. Græcum: Πάντες δὲ, &c. ut in Versione vulgata. Mss. quidam initio omittunt δὲ, & addunt Καὶ, ante *Omnes*, ut in nostro textu. Vide 1. Esdr. 6. 20.

℣. 12. Græcum initio habet, ut in nostro textu, *Et immolaverunt Pascha omnibus filiis captivitatis:* cætera ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 6. 20.

℣. 13. Græcum textui Colbert. magis suffragatur. Vide 1. Esdr. 6. 21.

℣. 14. Græcum: καὶ ἠγάγοσαν τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων...... εὐφραινόμενοι ἐναντίον Κυρίου. Vide 1. Esdr. 6. 22.

℣. 15. Græcum Versioni vulg. respondet. Vide 1. Esdr. 6. 22.

# * CAPUT VIII.

VERSIO VULGATA.

1. ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ, filii Solome,

2. filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri, filii Azahel, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron primi sacerdotis:

3. hic Esdras ascendit de Babylonia, cùm esset scriba & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Domino Deo Israel docere & facere.

4. Et dedit ei rex gloriam, quòd invenisset gratiam in omni dignitate & desiderio in conspectu ejus.

5. Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, & Levitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & servis templi, in Jerusalem.

6. Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia novilunio quinti mensis,

7. venerunt Jerosolymam juxta præceptum illius, secundùm prosperitatem itineris à Domino ipsorum datam eis.

8. In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quidquam eorum, quæ essent ex

VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert.

1. ET post hæc verba regnante Artaxerxe rege Persarum, ascendit Esdras filius Aruel, filii Azariæ, filii Celciæ, filii Selomi,

2. filii Sadoc, filii Achitob, filii Abariæ, filii Azariæ, filii Boctaei, filii Abisæi, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron primi sacerdotis:

3. hic Esdras migravit & ascendit de Babylone, cùm esset scriba ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Deo Israel.

4. Et dedit ei rex claritatem magnam in conspectu suo super omnes honores suos.

5. Et ascenderunt cum eo de filiis Israel, & de sacerdotibus, & servis templi, & de sacris cantoribus, & de ostiariis, in Hierusalem.

6. Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense; hic est annus septimus regi, cùm exiissent de Babylone prima numenia quinti mensis,

7. venerunt in Hierusalem, secundùm datum eis prosperum iter à Domino super eum.

8. Esdras enim multam disciplinæ curam obtinebat; ut nihil de lege, & de mandatis transmitteretur, quæ

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

* Totum hocce caput octavum respondet capitibus integris 7. 8. 9. & quinque prioribus versibus capitis 10. libri primi Esdræ.

℣. 1. Græcum: Καὶ μεταγενέστερος τούτων ἐστὶ..... προσέβη Ἔσδρας Σαραίου, τοῦ Ἐζερίου, (al. Ἀζαρίου) τοῦ Χελκίου, τοῦ Σαλούμου. Vide 1. Esdr. 7. 1. 2.

℣. 2. Græcum: τοῦ Σαδδούκου, τοῦ Ἀχιτὼβ, τοῦ Ἀμαρίου, τοῦ Ἐζίου, (al. Ὀζίου,) τοῦ Μεμερὼθ, τοῦ Ζαραίου, τοῦ Σαουΐα, (al. hæc tria præcedentia nomina desunt) τοῦ Βόκκα, τοῦ Ἀβισοὺμ (al. τοῦ Βουκκὶ, τοῦ Ἀβισουὲ) τοῦ Φινεὲς, &c. ut in textu. Vide 1. Esdr. 7. 2. 3. 4. 5.

℣. 3. Græcum: οὗτος Ἔσδρας ἀνέβη ἐκ Βαβυλῶνος ὡς γραμματεὺς εὐφυὴς ὢν ἐν τῷ, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 7. 6.

℣. 4. Græcum: Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς δόξαν, εὑρόντι (al. εὑρόντος) χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐπὶ πάντα τὰ ἀξιώματα αὐτοῦ. Vide 1. Esdr. 7. 6.

℣. 5. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur. Vide 1. Esdr. 7. 7.

℣. 6. Græcum habet etiam, ut in textu Colbert. *hic est annus septimus regi:* deinde, ἐξελθόντες γὰρ ἐκ Βαβυλῶνος τῇ νεομηνίᾳ τοῦ πρώτου μηνός· præcedentia verò utrique textui respondent. Vide 1. Esdr. 7. 7. 8. 9.

℣. 7. Græcum: παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα (al. Ἱερουσαλὴμ) &c. ut in nostro textu, omisso *super eum*, in fine. Mss. tamen quidam addunt, ἐπ' αὐτῷ, post παρὰ Κυρίου. Vide 1. Esdr. 7. 9.

℣. 8. Græcum: Ὁ γὰρ Ἔσδρας πολλὴν ἐπιστήμην περιεῖχεν εἰς τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν ἐκ τοῦ νόμου Κυρίου, καὶ ἐκ τῶν ἐντολῶν διδάξαι τὸν πάντα Ἰσραὴλ πάντα (al. deest πάν-



Digitized by Google

## VERSIO ALTERA.

Ex Mſ. Colbert.

mandavit Deus ad Iſrael, & omnes juſtitiæ, & judicia vera fierent.

9. Cùm etiam veniſſet decretum ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotem, & lectorem legis Dei, cujus eſt exemplum id, quod infra ſcriptum eſt.

10. REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis Domini ſalutem.

11. Secundùm juſtitiam ego judicans, præcepi eis qui volunt de gente Judæorum, ſua voluntate, ſive de ſacerdotibus, ſive de Levitis Judæis, qui ſunt in noſtro regno, proficiſci tecum in Hieruſalem.

12. Quotquot volunt, proficiſcantur, ſicut mihi viſum eſt & ſeptem amicis meis, & conſiliariis:

13. diligenter adtendant Judææ & Hieruſalem, & obediant omnes legi Dei,

14. & offerant munera Domino Deo Iſrael, quæ vovi ego, & amici mei ad Hieruſalem, & omne aurum & argentum, quodcunque inventum fuerit in regione Babylonis, Deo detur in Hieruſalem cum eo,

15. quod donatum eſt à gente Judæorum in templum Domini Dei eorum: ut colligatur & omne aurum & argentum ad emendos tauros, arietes, & agnos, & his neceſſaria,

16. ad offerenda ſacrificia ſuper aram Domini eorum in Hieruſalem.

17. Et omnia reliqua quæcunque ſunt neceſſaria, cum conſilio ſecundùm voluntatem facies cum fratribus tuis, & auro & argento perficies ſecundùm voluntatem Domini tui:

18. & ſacra vaſa, quæ tibi dantur ad uſum templi Dei tui, quod eſt in Hieruſalem, pones ante Dominum Deum Iſrael:

19. & cætera omnia quæcunque tibi ſunt neceſſaria ad uſum templi Dei, dabuntur de theſauris regis.

20. *Vide Not.*

21. Ego autem rex Artaxerxes præcepi cuſtodibus theſauri Syriæcœlis & Phœnicis, ut quæcunque miſerit Eſdras ſacerdos, & lector legis Domini Dei excelſi, diligenter detis ei argenti talenta uſque ad centum:

22. ſimiliter & frumenti coros centum, & vini coros centum, & ſal ſine menſura, & cætera ſine menſura.

23. Menſura omnia ſecundùm legem Dei perficiantur diligenter Deo excelſo, ut non ſuperveniat ira ſuper regnum regis, & ſuper filios ejus.

24. Vobis ergo dicitur, ut omnibus ſacerdotibus, & Levitis, & cantoribus templi, & oſtiariis, & ſervis templi, & ſcribis,

25. nullum tributum, nec aliud onus imponatur, & nemo habeat poteſtatem indicere eis aliquid.

26. Tu ergo Eſdras, ſecundùm ſapientiam Dei, oſtende ſacerdotes & judices, ut judicent in univerſa Syria,

## VERSIO VULGATA.

lege Domini & præceptis, & docendo univerſum Iſrael omnem juſtitiam & judicium.

9. Accedentes autem qui ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderunt ſcriptum quod obvenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotem, & lectorem legis Domini, cujus exemplum ſubjectum eſt.

10. REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis Domini ſalutem.

11. Humanior ego judicans in beneficiis, præcepi eis qui deſiderant ex gente Judæorum, ſua ſponte & ex ſacerdotibus & Levitis, qui ſunt in regno meo, comitari tecum in Jeruſalem.

12. Si qui ergo cupiunt ire tecum, conveniant, & proficiſcantur, ſicut placuit mihi & ſeptem amicis meis conſiliariis,

13. ut viſitent ea quæ aguntur ſecundùm Judæam & Jeruſalem, obſervantes ſicut habes in lege Domini,

14. & ferant munera Domino Deo Iſrael, quæ vovi ego, & amici Jeruſalem, & omne aurum & argentum, quod inventum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Jeruſalem cum illo,

15. quod eſt donatum pro ipſa gente in templum Domini eorum, quod eſt in Jeruſalem: ut colligatur hoc aurum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his ſunt congruentia,

16. ut offerant hoſtias Domino ſuper altare Domini ipſorum, quod eſt in Jeruſalem.

17. Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua, ſecundùm præceptum Domini Dei tui:

18. & ſacroſancta vaſa, quæ data ſunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ eſt in Jeruſalem:

19. & cætera quæcunque tibi ſubvenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio:

20. cùm volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice ſecundùm voluntatem Domini.

21. Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ & Phœnicis, ut quæcunque ſcripſerit Eſdras ſacerdos, & lector legis Domini, diligenter detur ei uſque ad argenti talenta centum, ſimiliter & auri:

22. & uſque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant ſine taxatione.

23. Omnia ſecundùm legem Dei fiant Deo altiſſimo, ne fortè exſurgat ira in regno regis, & filii, & filiorum ejus.

24. Vobis autem dicitur, ut omnibus ſacerdotibus, & Levitis, & ſacris cantoribus, & ſervis templi, & ſcribis templi hujus,

25. nullum tributum, neque ulla alia indictio irrogetur, nec habeat quiſquam poteſtatem objicere eis quidquam.

26. Tu autem Eſdra, ſecundùm ſapientiam Dei, conſtitue judices & arbitros in tota Syria, & Phœnice:

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

*ἰα) τὰ δικαιώματα καὶ τὰ κρίματα.* Vide 1. Eſdr. 7. 10.

℣. 9. Græcum: *Προσπεσόντος δὲ τοῦ γραφέντος προςάγματος παρὰ Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως πρὸς Ἔσδραν*, &c. ut in Verſione vulg. Vide 1. Eſdr. 7. 11.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco ac in Latino. Vide 1. Eſdræ 7. 12.

℣. 11. Græcum: *Καὶ τὰ φιλάνθρωπα ἐγὼ κρίνας, προσέταξα τοὺς βουλομένους ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων αἱρετίζοντας, καὶ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν Λευϊτῶν, ὄντων δὲ αὐτῶν ἐν* (al. *καὶ τῶν δὲ ἐν*) *τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, συμπορεύεσθαί σοι εἰς Ἰσραήλ·* al. *Ἱερουσαλήμ*. Vide 1. Eſdr. 7. 13.

℣. 12. Græcum: *Ὅσοι οὖν ἐνθυμοῦνται, συνεξορμάθωσαν*, (al. *συνεξορμάσθωσαν*) *καθάπερ δέδοκται ἐμοί τε καὶ τοῖς ἑπτὰ φίλοις συμβουλευταῖς*. Vide 1. Eſdr. 7. 13. 14.

℣. 13. Græcum: *ὅπως ἐπισκέψωνται τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἀκολούθως ὡς* (al. *ᾧ*) *ἔχει ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου*. Vide 1. Eſdr. 7. 14.

℣. 14. Græcum omittit *Deo*, poſt *Domino*, & habet, *quodcunque inventum fuerit*: cætera ut in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 7. 15. 16.

℣. 15. Græc. *σὺν τῷ δεδωρημένῳ ὑπὸ τοῦ ἔθνους... συναχθῆναι τότε ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον εἰς ταύρους, καὶ κριοὺς, καὶ ἄρνας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα*. Vide 1. Eſdr. 7. 16. 17.

℣. 16. Græcum: *ὥστε προσενεγκεῖν θυσίας*, &c. ut in Verſione vulg. niſi quòd addatur *Dei*, poſt *Domini*. Vide 1. Eſdr. 7. 17.

℣. 17. Græcum habet in fine, *ἐπιτέλει κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ σου*. Cætera ut in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 7. 18.

℣. 18. Græcum: *καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ Κυρίου, τὰ διδόμενά σοι εἰς τὴν χρείαν τοῦ ἱεροῦ τοῦ Θεοῦ σου, τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, θήσεις ἐναντίον τοῦ Θεοῦ σου, τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ*. Vide 1. Eſdræ 7. 19.

℣. 19. Græcum: *καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐὰν ὑποπίπτῃ σοι εἰς τὴν χρείαν*, &c. ut in Verſione vulgata. Vide 1. Eſdr. 7. 20.

℣. 20. Verſus iſte, qui deeſt in noſtro textu, deeſt etiam in Græco, & in libro primo Eſdræ.

℣. 21. Græcum: *Κἀγὼ* (al. *Ἰδοὺ*) *δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης προσέταξα τοῖς γαζοφύλαξι Συρίας καὶ Φοινίκης, ἵνα ὅσα ἐὰν ἀποστείλῃ Ἔσδρας.... καὶ ἀναγνώστης τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ἐπιμελῶς διδῶσιν αὐτῷ ἕως ἀργυρίου ταλάντων ἑκατόν·* abſque *ſimiliter & auri*, quod habet Verſio vulg. Vide 1. Eſdr. 7. 21. 22.

℣. 22. Græcum: *ὁμοίως δὲ καὶ ἕως πυροῦ κόρων ἑκατὸν, καὶ οἴνου μετρητῶν ἑκατὸν, καὶ ἄλλα ἐκ πλήθους*. Vide 1. Eſdr. 7. 22.

℣. 23. Græcum: *Πάντα κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἐπιτελεσθήτω ἐπιμελῶς τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ἕνεκεν τοῦ μὴ γενέσθαι ὀργὴν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ*. Vide 1. Eſdr. 7. 23.

℣. 24. Græcum: *Καὶ ὑμῖν δὲ λέγεται*, &c. ut in textu Colbertino, niſi quòd in fine habeat, *καὶ πραγματικοῖς* (al. *γραμματικοῖς*) *τοῦ ἱεροῦ τούτου*. Vide 1. Eſdr. 7. 24.

℣. 25. Græcum: *μηδεμία φορολογία, μηδὲ ἄλλη ἐπιβολὴ γίνηται, καὶ ἐξουσίαν μηδένα ἔχειν ἐπιβαλεῖν τι τούτοις*. Vide 1. Eſdr. 7. 24.

℣. 26. Græcum: *Καὶ σὺ Ἔσδρα, κατὰ τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, ἀνάδειξον κριτὰς καὶ δικαστὰς, ὅπως δικάζωσιν ἐν ὅλῃ Συρίᾳ,*

Digitized by Google

## Versio vulgata.

& omnes, qui legem Dei tui non noverunt, doce:

27. ut quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, sive morte, sive cruciatu, sive etiam pecuniæ mulctatione vel abductione.

28. Et dixit Esdras scriba: Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Jerusalem,

29. & me honorificavit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum ejus.

30. Et ego constans animo factus sum secundùm opitulationem Domini Dei mei, & congregavi ex Israel viros, ut simul ascenderent mecum.

31. Et hi sunt præpositi secundùm suas patrias, & principatus portionales, eorum qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis.

32. Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum David, Acchus filius Sceciliæ:

33. ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reversi sunt viri centum quinquaginta:

34. ex filiis ductoris Moabilionis Zaræi, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:

35. ex filiis Zachues, Jechonias Zecholei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:

36. ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta:

37. ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta:

38. ex filiis Job, Abdias Jehell, & cum ipso viri ducenti duodecim:

39. ex filiis Baniæ, Salimoth, filius Josaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta:

40. ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo:

41. ex filiis Ezead, Joannes Eccetan, & cum ipso viri centum decem:

42. ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel, & Semelas, & cum ipso viri septuaginta.

43. Et congregavi eos ad fluvium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognovi eos.

44. Et ex filiis sacerdotum & Levitarum non inveni illic.

45. Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masman, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Joribum, Nathan, Enuagam, Zachariam, & Mosolamum, ipsos ductores & peritos:

46. & dixi eis ut venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacii.

47. Et mandavi eis ut dicerent Loddeo, & fratri-

## Versio altera.

Ex Ms. Colbert.

& Phœnicen: omnes qui sciunt legem Dei, & qui nesciunt, doces eos.

27. Et omnes quicunque transgressi fuerint legem Dei tui, & regis, diligenter punientur, sive morte, sive tormentis, sive condemnatione pecuniæ, aut exilio.

28. Et dixit Esdras: Benedictus Dominus patrum meorum, qui dedit hæc in corde regis, ut glorificet templum, quod est in Hierusalem,

29. qui & me honorificavit in conspectu omnium principum ejus.

30. Et ego forti animo factus sum secundùm susceptionem Domini Dei mei, & congregavi de Israel viros, ut ascenderent mecum.

31. Et hi erant secundùm cognationes suas duces, & secundùm partitiones principatuum suorum qui ascenderunt mecum de Babylone in regno Artaxerxis regis.

32. De filiis Phorastaros, filius Athoim: de filiis Jetemi, Gabiel: de filiis David, Attus Siceli filius Natael:

33. de filiis Phares, Zacharias, & cum eo viri centum quinquaginta:

34. de filiis Phatmoabel, Idonias filius Daraeis, & cum eo viri ducenti:

35. de filiis Zatæ, Jeconias filius Isteau, & cum eo viri ducenti septuaginta:

* de filiis Adinubel, Jonathan, & cum eo viri ducenti quinquaginta:

36. de filiis Amasiæ, Gotholias, & cum eo viri septuaginta:

37. de filiis Saphat filii Azariæ, Melcahel, & cum eo viri septuaginta:

38. de filiis Jobab, Ezegel, & cum eo viri CCXII.

39. de filiis Banaei, Salamoth, & cum eo viri centum quadraginta:

40. de filiis Beel, Zacharias filius Beebe, & cum eo viri ducenti triginta:

41. de filiis Gadæ, & cum eo centum nonaginta:

42. & de filiis Aoni novissimi, hæc sunt nomina filiorum, Eliphalatiul, Somnas, & cum eis viri septuaginta.

43. Et congregavi eos ad fluvium qui vocatur Thera, & quievimus ibi triduo, & inspexi eos.

44. Et de sacerdotibus & Levitis non inveni ibi.

45. Et misi ad Eleazarum, & ad Iduelum, & ad Masman, & ad Mathan, & ad Samathalm, & Zachariam, & Mosalamum, duces & præpositos:

46. & dixi eis ut venirent ad Loddeum principem thesaurorum qui in eo loco erant.

47. Et mandavi Loddeo, & fratribus ejus, & his qui

## Notæ ad Versionem alteram.

ϰ̀ Φοινίκη πάντας τοὺς ἐπισαμένους τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ σου, ϰ̀ τοὺς μὴ ἐπισαμένους διδάξεις. Vide 1. Esdr. 7. 25.

℣. 27. Græcum: Καὶ πάντες ὅσοι ἂν παραβαίνωσι τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ σου, ϰ̀ τὸν βασιλικὸν, ἐπιμελῶς κολασθήσονται, ἐάν τε ϰ̀ θανάτῳ, ἐάν τε ϰ̀ τιμωρίᾳ, ἢ ἀργυρικῇ ζημίᾳ, ἢ ἀπαγωγῇ. Vide 1. Esdr. 7. 26.

℣. 28. Græcum: Καὶ εἶπεν Ἔσδρας ὁ γραμματεύς· Εὐλογητὸς μόνος Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου, ὁ δοὺς ταῦτα εἰς τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως, δοξάσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ. Vide 1. Esdr. 7. 27.

℣. 29. Græcum in fine habet, ϰ̀ πάντων τῶν φίλων, ϰ̀ μεγισάνων αὐτοῦ· cætera ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdræ 7. 28.

℣. 30. Græcum: Καὶ ἐγὼ εὐθαρσὴς ἐγενόμην, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 7. 28.

℣. 31. Græc. Καὶ οὗτοι οἱ προηγούμενοι κατὰ τὰς πατριὰς αὐτῶν, ϰ̀ τὰς μεριδαρχίας, οἱ ἀναβαίνοντες (al. ἀναβάντες) μετ' ἐμοῦ ἐκ Βαβυλῶνος ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως. Vide 1. Esdr. 8. 1.

℣. 32. Græcum: Ἐκ τῶν υἱῶν Φινεὲς, Γηρσών· ἐκ τῶν υἱῶν Ἰθαμάρου, Γαμαήλ· ἐκ τῶν υἱῶν Δαβὶδ, Λεττοὺς ὁ Σεχενίου. Vide 1. Esdr. 8. 2. 3.

℣. 33. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Φάρες, (al. Φόρος, al. Φάρος) Ζαχαρίας, ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἀπὸ γραφῆς (al. ἀπεγράφησαν) ἄνδρες ἑκατὸν πεντήκοντα. Vide 1. Esdr. 8. 3.

℣. 34. Græcum: ἐκ τῶν υἱῶν Σαλομῶν, Ἀβενιακνίας Ζαχαρίου, (al. Φαὰθ Μωὰβ, Ἐλιαωνίας Ζαραίου) ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες διακόσιοι. Vide 1. Esdr. 8. 4.

℣. 35. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Ζαθόης, Σεχενίας Ἰεζήλου, ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες τριακόσιοι. Vide 1. Esdr. 8. 5.

* Hic versus, qui deest in Versione vulgata, reperitur in Græco sic: ἐκ τῶν υἱῶν Ἀδὶν, Ὠβὴθ Ἰωνάθου, ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες διακόσιοι πεντήκοντα. Vide 1. Esdr. 8. 6.

℣. 36. Græcum: ἐκ τῶν υἱῶν Ἐλὰμ, (al. Ἠλὰμ) Ἰεσίας Γοθολίου, &c. ut in Lat. Vide 1. Esdr. 8. 7.

℣. 37. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Σαφατίου, Ζαραίας Μιχαήλου, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 8. 8.

℣. 38. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Ἰωὰβ, Ἀβαδίας Ἰεζήλου, &c. ut in Lat. Vide 1. Esdr. 8. 9.

℣. 39. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Βανὶδ, Ἀσσαλιμὼθ Ἰωσαφίου, (al. ἐκ τῶν υἱῶν Σαλωμὶθ, Βανίας Ἰωσαφίου·) cætera ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 8. 10.

℣. 40. Græcum: ἐκ τῶν υἱῶν Βαβὶ, Ζαχαρίας Βηβαῒ, ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες εἴκοσι ὀκτώ. Vide 1. Esdr. 8. 11.

℣. 41. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Ἀσὰθ, Ἰωάννης Ἀκατὰν, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 8. 12.

℣. 42. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Ἀδωνικὰμ, οἱ ἔσχατοι, ϰ̀ ταῦτα τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Ἐλιφάλατος, Ἰεουὴλ, ϰ̀ Σαμαίας, ϰ̀, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 8. 13. Inter hunc & sequentem versum, versus alter exstat in Græco, qui nec in vulgata Versione, nec in nostro textu reperitur. Sic legitur in Græco: ἐκ τῶν υἱῶν Βαγουὶ, ὁ τοῦ Ἰσακούρου, (al. Βαγὼ, Οὐθαὶ ϰ̀ Ζαβοὺδ) ϰ̀ μετ' αὐτοῦ ἄνδρες ἑβδομήκοντα. Vide 1. Esdr. 8. 14.

℣. 43. Græcum: Καὶ συνήγαγον αὐτοὺς ἐπὶ τὸν λεγόμενον Θερὰν ποταμὸν, ϰ̀ παρενεβάλομεν ἡμέρας τρεῖς αὐτόθι, ϰ̀ κατέμαθον αὐτούς. Vide 1. Esdr. 8. 15.

℣. 44. Græcum Versioni vulgatæ consonat, nisi quòd in fine habeat, οὐχ εὑρὼν ἐκεῖ, *non inveniens ibi:* deinde, ἀπέσειλα, &c. de versu seq. Vide 1. Esdr. 8. 15.

℣. 45. Græcum: ἀπέσειλα πρὸς Ἐλεάζαρον, ϰ̀ Ἰδουῆλον, (al. Ἰδοὺ ἦλθον) ϰ̀ Μαασμὰν, ϰ̀ Ἀλναθὰν, ϰ̀ Μαμαίαν, ϰ̀ Ἰώριβον, Ναθὰν, Ἐννατὰν, Ζαχαρίαν, ϰ̀ Μοσόλλαμον, τοὺς ἡγουμένους ϰ̀ ἐπισήμονας. Vide 1. Esdr. 8. 16.

℣. 46. Græcum: ϰ̀ εἶπα αὐτοῖς ἐλθεῖν πρὸς Δαδδαῖον (al. Λοδδαῖον, al. Ἰδδὼ) τὸν ἡγούμενον, τὸν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ γαζοφυλακίου. Vide 1. Esdr. 8. 17.

℣. 47. Græc. ἐντειλάμενος αὐτοῖς διαλεχθῆναι Δοδδαίῳ,

Digitized by Google

VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert. cum illo erant custodibus thesaurorum, dicens: Mittite nobis qui sacerdotium agant in templo Domini.

48. Et adduxerunt nobis secundùm sortem Domini viros peritos de * viros Mooli Levitæ Israel, Sebebiam, & filios ejus, & fratres ejus, decem & octo:

* F. filiis, f. vice.

49. & Asbiam, & Annunum, & Aman fratrem de filiis Channanæi, & filiorum viri viginti.

50. Et de servis templi, quos dedit David, & principes ad operationem Levitarum, dederunt servos templo centum viginti. Et omnia nomina conscripta significata sunt.

51. Et indicavi ibi jejunium juvenibus in conspectu Domini Dei nostri, ut quærerent ab eo bonum iter nobis, & filiis nostris, & pecoribus nostris, & his qui nobiscum sunt.

52. Veritus sum enim petere à rege equites & pedites deductionem, propter tutelam, contra adversarios nostros.

53. Diximus enim regi, quia virtus Domini Dei est cum his qui requirunt eum ad omnem correctionem.

54. Et iterum oravimus ad Dominum nostrum secundùm hæc, & placatus est nobis.

55. Et separavi ego ex principibus tribuum sacerdotum, viros duodecim, Serebiam, & Asamian, & cum eo de fratribus eorum decem.

56. Et statui eis argentum, & aurum, & sacra vasa templi Domini nostri, sicut muneravit rex, & consiliarii ejus, & principes, & omnis Israel.

57. Et adpendens hæc, tradidi eis argenti talenta centum quinquaginta, & in vasis argenti talenta centum, & auri talenta centum,

58. auramenta Domini, & vasa ærea æramento utilis splendido simili auro talenta duodecim:

59. & dixi eis: Et vos sancti estote Domino, & vasa sancta, & aurum, & argentum votivum Deo patrum nostrorum.

60. Vigilate ergo, & custodite ea, donec tradantur principibus tribuum sacerdotum & Levitarum, & principibus cognationum, in Hierusalem, in locis templi Domini nostri.

61. Et qui susceperant sacerdotes & Levitæ argentum, & aurum, & omnia vasa, in Hierusalem intulerunt in templum Domini.

62. Et profecti sunt à flumine Thera duodecim, die prima mensis, donec venerunt in Hierusalem secundùm manum fortem Domini, quæ est super nos, & liberavit nos ab omni introitu inimicorum nostrorum, & venimus Hierusalem.

63. Et cùm fuissemus ibi triduum, quarta die expensum argentum, & aurum traditum est in templo Domini, Arimoth filio Uri sacerdoti:

VERSIO VULGATA.

bus ejus, & illis qui erant in gazophylacio, ut mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri:

48. & adduxerunt nobis secundùm manum validam Domini Dei nostri viros peritos: ex filiis Moholi, filii Levi, filii Israel, Sebebian, & filios, & fratres, qui erant decem & octo:

49. Asbiam, & Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filii eorum viri viginti.

50. Et ex his qui templo serviebant, quos dedit David, & ipsi principes ad operationem Levitis templo servientium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis.

51. Et vovi illic jejunium juvenibus in conspectu Dei, ut quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filiis, & pecoribus, propter insidias.

52. Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia, contra adversarios nostros.

53. Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu.

54. Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundùm hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.

55. Et separavi ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi, viros duodecim, & Sedebiam, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem.

56. Et appendi eis aurum, & argentum, & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donaverat rex, & consiliarii ejus, & principes, & omnis Israel.

57. Et cùm appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum,

58. & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia:

59. & dixi eis: Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votum est Domino Deo patrum nostrorum.

60. Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Levitis, & principibus civitatum Israel, in Jerusalem, in pastophorio domus Dei nostri.

61. Et hi qui susceperunt sacerdotes & Levitæ aurum, & argentum, & vasa, intulerunt in Jerusalem in templum Domini.

62. Et promovimus à fluvio Thia, die duodecima mensis primi, usquequo introivimus in Jerusalem.

63. Et cùm factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri, Marimoth filio Jori sacerdoti:

NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐν τῷ τόπῳ γαζοφύλαξιν, ἀποστεῖλαι ἡμῖν τοὺς ἱερατεύσοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Vide 1. Esdr. 8. 17.

℣. 48. Græc. καὶ ἤγαγον ἡμῖν κατὰ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἄνδρας ἐπιστήμονας τῶν υἱῶν Μωλὶ, τοῦ Λευΐ, τοῦ Ἰσραὴλ, Ἀσεβηβίαν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, ὄντας δέκα καὶ ὀκτώ. Vide 1. Esdr. 8. 18.

℣. 49. Græcum: καὶ Ἀσέβειαν, καὶ Ἄννουν, καὶ Ὠσαίαν ἀδελφὸν ἐκ τῶν υἱῶν Χανουναίου, καὶ υἱοὶ αὐτῶν ἄνδρες εἴκοσι. Vide 1. Esdr. 8. 19.

℣. 50. Græcum: Καὶ ἐκ τῶν ἱεροδούλων, ὧν ἔδωκε Δαβὶδ, καὶ οἱ ἡγούμενοι εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν Λευϊτῶν, ἱεροδούλους διακοσίους καὶ εἴκοσι. Πάντων ἐσημάνθη ἡ ὀνοματογραφία. Vide 1. Esdr. 8. 20.

℣. 51. Græc. καὶ ηὐξάμην ἐκεῖ νηστείαν τοῖς νεανίσκοις ἔναντι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν, ζητῆσαι παρ' αὐτοῦ εὐοδίαν ἡμῖν τε, καὶ τοῖς συνοῦσιν ἡμῖν, τέκνοις ἡμῶν, καὶ κτήνεσι. Vide 1. Esdr. 8. 21.

℣. 52. Græc. Ἐνετράπην γὰρ αἰτῆσαι τὸν βασιλέα πεζούς τε, καὶ ἱππεῖς, καὶ προπομπὴν, ἕνεκεν ἀσφαλείας τῆς πρὸς τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν. Vide 1. Esdr. 8. 22.

℣. 53. Græc. Εἴπομεν (al. Εἴπαμεν) γὰρ τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἡ ἰσχὺς τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἔσται μετὰ τῶν ἐπιζητούντων αὐτὸν εἰς πᾶσαν ἐπανόρθωσιν. Vide 1. Esdr. 8. 22.

℣. 54. Græc. Καὶ πάλιν ἐδεήθημεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν κατὰ ταῦτα, (al. πάντα ταῦτα) καὶ εὐϊλάτου ἐτύχομεν. Vide 1. Esdr. 8. 23.

℣. 55. Græcum: Ἐχώρισα ἐκ (al. deest ἐκ) τῶν φυλάρχων, καὶ τῶν ἱερέων.... Ἐσερβίαν, καὶ Ἀσαμίαν, (al. Σερεβίαν, καὶ Ἀσαβίαν) καὶ μετ' αὐτῶν, &c. ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 8. 24.

℣. 56. Græc. Καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη τοῦ οἴκου τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἃ ἐδωρήσατο, &c. ut in Lat. Vide 1. Esdr. 8. 25.

℣. 57. Græc. Καὶ στήσας παρέδωκα αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα ἑξακόσια πεντήκοντα, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 8. 26.

℣. 58. Græc. καὶ χρυσώματα εἴκοσι, καὶ σκεύη χαλκᾶ ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ στίλβοντα, χρυσοειδῆ σκεύη δώδεκα. Vide 1. Esdr. 8. 27.

℣. 59. Græcum textui Colbert. respondet, nisi quòd in fine habeat εὐχὴ Κυρίῳ, pro *votivum Deo*: al. additur iterum Κυρίῳ. Vide 1. Esdr. 8. 28.

℣. 60. Græc. Ἀγρυπνεῖτε, καὶ φυλάσσετε, ἕως τοῦ παραδοῦναι ὑμᾶς αὐτὰ τοῖς φυλάρχοις τῶν ἱερέων, καὶ τῶν Λευϊτῶν, καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν πατριῶν..... ἐν τοῖς παστοφορίοις, &c. ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 8. 29.

℣. 61. Græcum: Καὶ οἱ παραλαβόντες οἱ ἱερεῖς...... καὶ τὰ σκεύη, τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἰσήνεγκαν, &c. ut in textu. Vide 1. Esdr. 8. 30.

℣. 62. Græcum: Καὶ ἀναζεύξαντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Θερὰ, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, εἰσήλθομεν, (al. additur ἕως, ante εἰσήλθομεν) εἰς Ἱερουσαλὴμ κατὰ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, τὴν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῆς εἰσόδου Κύριος, καὶ (al. deest καὶ) ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, καὶ ἤλθομεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Vide 1. Esdr. 8. 31. 32.

℣. 63. Græc. Καὶ γενομένης αὐτόθι ἡμέρας τρίτης, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ σταθὲν τὸ ἀργύριον..... παρεδόθη...... Μαρμὼθ υἱῷ Ἰουρὶ (al. Μεραμὼθ υἱῷ Οὐρία, al. Μαρμωθὶ Οὐρία) τῷ ἱερεῖ. Vide 1. Esdr. 8. 32. 33.

Digitized by Google

## VERSIO VULGATA.

64. & cum ipso erat Eleazar filius Phinees : & erant cum ipsis Josadus filius Jesu, & Medias, & Banni filius Levitæ : ad numerum, & ad pondus universa.

65. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.

66. Qui autem venerunt ex captivitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octoginta sex,

67. agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.

68. Et relegerunt præcepta regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ & Phœnicis : & honorificaverunt gentem, & templum Domini.

69. Et consummatis his, accesserunt ad me præpositi, dicentes : Non segregaverunt genus Israel, & principes, & sacerdotes, & Levitæ,

70. & alienigenæ gentes & nationes terræ, immunditias suas à Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Jebuzæis, & Moabitis, & Ægyptiis, & Idumæis :

71. conjuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filii eorum : & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ : & participes erant præpositi, & magistratus, iniquitatis ejus ab initio ipsius regni.

72. Et mox ut audivi ista, conscidi vestimenta, & sacram tunicam : & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens & mœstus.

73. Et convenerunt quotquot tunc movebantur in verbo Domini Dei Israel, ad me lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum.

74. Et consurgens à jejunio, conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum,

75. dicebam : Domine confusus sum, & reveritus sum ante faciem tuam.

76. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt usque ad cœlum.

77. Quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato usque ad diem hunc.

78. Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum, sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris, regibus terræ in gladium, & captivitatem, & deprædationem, cum confusione usque in hodiernum diem.

79. Et nunc quantum est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ,

80. detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore servitutis nostræ.

81. Et cùm serviremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro : sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum,

82. & clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Judæa & Jerusalem.

## VERSIO ALTERA.

*Ex Ms. Colbert.*

64. & fuerunt cum eo Eleasarus filius Phinees : & erant cum eis Josabcus filius Josu, & Mochas filius Bannu Levitæ : & ad numerum, & ad scrupulum omnia

65. subscripta sunt.

66. Et hi cùm venissent de captivitate, obtulerunt sacrificia Deo Israel, tauros nonaginta sex pro omni Israel Domino Deo, & arietes nonaginta sex,

67. & agnos septuaginta sex, & hircos pro peccato duodecim, omnia in sacrificium obtulerunt Domino.

68. Et reddiderunt quæ jusserat rex regalibus actoribus, & præpositis Syriæ & Phœnicis : & glorificaverunt gentem Israel, & templum Domini Dei.

69. Et his perfectis, accesserunt principes ad Esdram, dicentes : Non sustinet gens Israel, & sacerdotes, & Levitæ,

70. alterius gentis terræ homines, propter immunditiam horum Chananæorum, & Hethæorum, & Amorræorum, & Pherezæorum, & Evæorum, & Jebusæorum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Idumæorum :

71. conjuncti sunt enim filiabus eorum & ipsi, & filii eorum : & commixtum est semen sanctorum in alienas gentes : & retinuerunt principes, & præpositi, hanc iniquitatem ab initio causæ.

72. Et cùm audisset Esdras hæc, conscidit vestimenta sua, & sanctam stolam : & abstulit capillos capitis, & barbæ suæ : & sedebat tristis & plorans.

73. Et convenerunt ad eum omnes quos moverat verbum Domini Israel. Et cùm fleret pro hoc scelere Esdras, sedit tristis usque ad nocturnum sacrificium.

74. Et consurgens die jejunii, conscissis vestimentis, & conscissa sancta stola, flectit genua, & extendit manus ad Dominum,

75. dicens : Domine confusus sum, proscriptus sum in conspectu tuo.

76. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capillos capitis nostri, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt usque ad cœlum,

77. & adhuc, & temporibus patrum nostrorum : & sumus in ingenti peccato usque in hodiernum diem.

78. Propter peccata nostra, & patrum nostrorum, traditi sumus cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris : & tradiderunt nos regibus terræ in gaudio gladii cum captivitate, & in deprædationem usque in hodiernum diem.

79. Et nunc quanta misericordia tua facta est super nos à te Domine Deus noster, ut relinqueres radicem nostram, & nomen in loco sanctificationis tuæ,

80. manifestare inluminationem nostram in templo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in tempore servitutis nostræ.

81. Et cùm serviremus, non sumus derelicti à Domino : sed dedisti nobis gratiam in conspectu regum Persarum, & dedisti nobis misericordiam,

82. & fecisti clarificari templum sanctum tuum, ut resuscitares deserta Sion, & dedisti nobis soliditatem in Judæa, & in Hierusalem.

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

℣. 64. Græc. Καὶ μετ' αὐτοῦ Ἐλεάζαρ ὁ τοῦ Φινεές· καὶ... Ἰωσαβάδος Ἰησοῦ, καὶ Μωὴθ Σαββάνου οἱ Λευῖται· πρὸς ἀριθμὸν, καὶ ὁλκὴν ἅπαντα. Vide 1. Esdr. 8. 33. 34.

℣. 65. Græc. Καὶ ἐγράφη πᾶσα ἡ ὁλκὴ αὐτῶν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide 1. Esdr. 8. 34.

℣. 66. Græcum : Οἱ δὲ παραγενόμενοι...... προσήνεγκαν θυσίας τῷ Θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ Κυρίῳ........ κριοὺς ἐνενηκονταέξ. Vide 1. Esdr. 8. 35.

℣. 67. Græc. ἄρνας ἑβδομήκοντα δύο, τράγους ὑπὲρ σωτηρίου δώδεκα, ἅπαντα θυσίαν τῷ Κυρίῳ. Vide 1. Esdr. 8. 35.

℣. 68. Græcum : Καὶ ἀπέδωκαν......... καὶ τοῖς ἐπάρχοις Κοιλοσυρίας ( al. Κοίλης Συρίας ) καὶ Φοινίκης, καὶ ἐδόξασαν.... τοῦ Θεοῦ. Vide 1. Esdr. 8. 36.

℣. 69. Græcum Versioni vulgatæ consonat. Vide 1. Esdr. 9. 1.

℣. 70. Græc. τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη τῆς γῆς, καὶ τὰς ἀκαθαρσίας ( al. additur hîc αὐτῶν ) ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν Χαναναίων, καὶ Χετταίων, καὶ Φερεζαίων, καὶ Ἰεβουσαίων, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 9. 1.

℣. 71. Græc. συνῴκησαν γὰρ μετὰ τῶν θυγατέρων..... εἰς τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη..... καὶ μετεῖχον...... ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ πράγματος. Vide 1. Esdr. 9. 2.

℣. 72. Græc. Καὶ ἐγένετο ἅμα τοῦ ( al. Καὶ ἅμα τῷ ) ἀκοῦσαί με ταῦτα....... καὶ κατέτιλα τοῦ τριχώματος καὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος· καὶ ἐκάθισα σύννους καὶ περίλυπος. Vide 1. Esdr. 9. 3.

℣. 73. Græc. Καὶ ἐπεκινήθησαν ( al. ἐπισυνήχθησαν ) πρός με ὅσοι τότε ( al. πότε ) ἐπεκινοῦντο ἐπὶ τῷ... ἐμοῦ πενθοῦντος ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ, καὶ ἐκαθήμην περίλυπος ἕως τῆς δειλινῆς θυσίας. Vide 1. Esdr. 9. 4.

℣. 74. Græc. Καὶ ἐξεγερθεὶς ἐκ τῆς νηστείας, διερρηγμένα ἔχων τὰ ἱμάτια... κάμψας τὰ γόνατα, καὶ ἐκτείνας, &c. ut in Lat. Vide 1. Esdr. 9. 5.

℣. 75. Græc. ἔλεγον· Κύριε ᾔσχυμμαι, καὶ ἐντέτραμμαι κατὰ πρόσωπόν σου. Vide 1. Esdr. 9. 6.

℣. 76. Græc. Αἱ γὰρ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐπλεόνασαν ὑπὲρ.... καὶ αἱ ἄγνοιαι ἡμῶν ὑπερήνεγκαν ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Vide 1. Esdr. 9. 6.

℣. 77. Græc. ἔτι ἀπὸ τῶν χρόνων τῶν πατέρων ἡμῶν· καὶ ἐσμὲν, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 9. 7.

℣. 78. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur, nisi quòd addat, *& cum regibus nostris*, post *cum fratribus nostris*; deinde habeat τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, pro *regibus terræ*; aliàs tamen βασιλεῦσι. Vide 1. Esdr. 9. 7.

℣. 79. Græc. Καὶ νῦν κατὰ πόσον τι ἐγενήθη ἡμῖν ἔλεος παρὰ σοῦ Κύριε, καταλειφθῆναι ἡμῖν ῥίζαν, καὶ, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 9. 8.

℣. 80. Græc. καὶ τοῦ ἀνακαλύψαι φωστῆρα ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Esdr. 9. 8.

℣. 81. Græc. Καὶ ἐν τῷ δουλεύειν ἡμᾶς, οὐκ ἐγκατελείφθημεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ( al. ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ) ἀλλὰ ἐποίησεν ἡμᾶς ἐν χάριτι ἐνώπιον βασιλέων Περσῶν, δοῦναι ἡμῖν τροφήν. Vide 1. Esdr. 9. 9.

℣. 82. Græcum omittit *Dei*, deinde, καὶ ἐξεγεῖραι ἐρη-

Digitized by Google

### VERSIO ALTERA.

Ex Ms. Colbert.

83. Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Transgressi enim sumus mandata tua, quæ dedisti in manus servorum tuorum prophetarum,

84. dicens: Terram, in qua intrastis possidere eam, terra coinquinata est coinquinationibus alienigenarum, & immunditia sua repleverunt eam totam.

85. Et dixit populus: Nunc filias vestras nolite conjungere filiis eorum, & filias * eorum nolite accipere filiis vestris,

* Ms. mendosè vestras.

86. & non desiderabitis declinare ad eos cum pace omni tempore, ut confortati manducetis optima terræ, & hæredes facietis filios vestros usque in æternum:

87. quia quæ contingunt nobis, omnia propter facta nostra pessima, & propter magna peccata nostra fiunt.

88. Sed tu, Domine, revelasti peccata nostra, & dedisti nobis talem radicem, & iterum reversi sumus transgredi legem tuam, ut commisceremur immunditiæ alienigenarum terræ hujus.

89. Non ergo dignè irascêris nobis perdere nos, donec non remaneat radix & semen nostrum?

90. Domine Deus Israel, verus Dominus es. Remissi sumus sicut radix in hodierna die.

91. Ecce, sumus hodie in conspectu tuo in peccatis nostris. Non enim possumus stare adhuc ante faciem tuam, obruti talibus peccatis.

92. Et cùm oraret Esdras, & confiteretur Deo, plorans, & jacens in terra ante templum Dei, congregati sunt ad eum de Hierusalem turbæ multæ valde, viri, & mulieres, & juvenes. Fletus enim magnus erat in multitudine populi.

93. Et exclamavit Jechonias filius Jeelu, unus de populo Israel, & dixit: Esdra, nos peccavimus adversùs Dominum, & duximus uxores alienigenas de gentibus terræ.

94. Et nunc de populo Israel in hoc fit nobis juratio ad Dominum, ut remittemus uxores nostras, quæ sunt de alienigenis, cum filiis earum.

95. Et * quicquid consenserunt legi Moysi, exsurgentes dixerunt Esdræ: Surge, & perfice.

* Leg. quotquot.

96. Ad te enim causa hæc pertinet, & nos tibi consentimus: confortare, & fac.

97. Exsurgens Esdra adjuravit principes tribuum sacerdotum, & Levitarum, & omnem populum Israel, ut facerent secundùm hæc omnia; & juraverunt.

### VERSIO VULGATA.

83. Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum,

84. dicens: Quoniam terra, in quam introistis possidere hæreditatem ejus, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleverunt eam totam immunditia sua.

85. Et nunc filias vestras non conjungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris,

86. & non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, ut invalescentes manducetis optima terræ, & hæreditatem distribuatis filiis vestris usque in ævum.

87. Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra.

88. Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reversi sumus transgredi legitima tua, uti commisceremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ hujus.

89. Nonne irascêris nobis perdere nos, quoadusque non relinquatur radix & nomen nostrum?

90. Domine Deus Israel verax es. Derelicta est enim radix usque in hodiernum diem.

91. Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his.

92. Et cùm adorando confiteretur Esdras, flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Jerusalem turma magna valde, viri, & mulieres, & juvenes, & juvenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.

93. Et cùm clamasset Jechonias Jeheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in Dominum peccavimus, quòd collocavimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.

94. Et nunc es super omnem Israel. In his ergo fit jusjurandum à Domino, expellere omnes uxores nostras, quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum.

95. Sicut tibi decretum est à majoribus secundùm legem Domini exsurgens explica.

96. Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus: viriliter fac.

97. Et exsurgens Esdras adjuravit principes sacerdotum, & Levitas, & omnem Israel, facere secundùm hæc; & juraverunt.

### NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

μον Σιών· cætera ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 9. 9.

℣. 83. Græc. Καὶ νῦν τί ἐροῦμεν, &c. ut in Versione vulgata, nisi quòd, pro *in manus*, habeat ἐν χειρί. Vide 1. Esdr. 9. 10. 11.

℣. 84. Græc. λέγων. Ὅτι ἡ γῆ, εἰς ἣν εἰσπορεύεσθε (al. εἰσέρχεσθε) κληρονομῆσαι, ἐστι γῆ μεμολυσμένη μολυσμῷ τῶν ἀλλογενῶν τῆς γῆς, καὶ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν ἐνέπλησαν αὐτήν. Vide 1. Esdr. 9. 11.

℣. 85. Græc. Καὶ νῦν τὰς θυγατέρας μὴ συνοικήσετε τοῖς υἱοῖς ἡμῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν μὴ δότε τοῖς υἱοῖς αὐτῶν· al. καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν μὴ λάβητε τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. Vide 1. Esdr. 9. 12.

℣. 86. Græcum: καὶ οὐ ζητήσετε εἰρηνεῦσαι τὰ πρὸς αὐτοὺς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἵνα..... καὶ κατακληρονομήσητε, &c. ut in Lat. Vide 1. Esdr. 9. 12.

℣. 87. Græc. Καὶ τὰ συμβαίνοντα πάντα ἡμῖν γίνεται διὰ τὰ ἔργα, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 9. 13.

℣. 88. Græc. Σὺ γὰρ, Κύριε, ἐκούφισας (al. ὁ κουφίσας) τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ (al. deest καὶ) ἔδωκας ἡμῖν τοιαύτην ῥίζαν, πάλιν ἀνεκάμψαμεν παραβῆναι τὸν νόμον σου, εἰς τὸ ἐπιμιγῆναι τῇ ἀκαθαρσίᾳ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς. Vide 1. Esdr. 9. 13. 14.

℣. 89. Græc. Οὐχὶ ὠργίσθης ἡμῖν ἀπολέσαι ἡμᾶς, ἕως τοῦ μὴ καταλιπεῖν ῥίζαν, καὶ σπέρμα, καὶ ὄνομα ἡμῶν; Vide 1. Esdr. 9. 14.

℣. 90. Græc. Κύριε τοῦ Ἰσραὴλ...... Καταλείφθημεν γὰρ ῥίζα ἐκ τῆς σήμερον. Vide 1. Esdr. 9. 15.

℣. 91. Græcum Versioni vulgatæ respondet. Vide 1. Esdr. 9. 15.

℣. 92. Græc. Καὶ ὅτε προσευχόμενος Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο κλαίων, χαμαιπετὴς, &c. ut in Versione vulgata, nisi quòd, pro *ante eum*, habeat πρὸς αὐτὸν, & in fine omittat *& juvenculæ*, necnon *ipsa*, ante *multitudine*. Vide 1. Esdr. 10. 1.

℣. 93. Græc. Καὶ φωνήσας Ἰεχονίας Ἰεήλου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, εἶπεν· Ἔσδρα, ἡμεῖς ἡμάρτομεν εἰς τὸν Κύριον Θεὸν, (al. deest Θεὸν) συνῳκίσαμεν γυναῖκας, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 10. 2.

℣. 94. Græc. Καὶ νῦν ἐστιν ἐπάνω πᾶς Ἰσραήλ. Ἐν τούτῳ γινέσθω ἡμῖν ὁρκωμοσία πρὸς τὸν Κύριον, ἐκβαλεῖν, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 10. 2. 3.

℣. 95. Græc. ὡς ἐκρίθη σοι, καὶ ὅσοι πειθαρχοῦσι τῷ νόμῳ Κυρίου. Ἀνάστα, ἐπιτέλει· al. Ἀναστὰς ἐπιτέλει. Vide 1. Esdr. 10. 3. 4.

℣. 96. Græc. Πρός σε γὰρ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡμεῖς μετὰ σοῦ ἰσχὺν ποιεῖν. Vide 1. Esdr. 10. 4.

℣. 97. Græc. Καὶ ἀναστὰς Ἔσδρας ὥρκισε..... καὶ Λευιτῶν παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ποιῆσαι κατὰ ταῦτα· καὶ ὤμοσαν. Vide 1. Esdr. 10. 5.

Digitized by Google

# * CAPUT IX.

## Versio vulgata.

1. ET exsurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in pastophorium Jonathæ filii Nasabi,

2. & hospitatus illic, non gustavit panem, nec aquam bibit, super iniquitatem multitudinis.

3. Et facta est prædicatio in omni Judæa, & in Jerusalem omnibus, qui erant ex captivitate in Jerusalem congregati,

4. ut quicunque non occurrerit biduo vel triduo diei, secundùm judicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus judicaretur à multitudine captivitatis.

5. Et congregati sunt omnes, qui erant ex tribu Juda & Benjamin in tribus diebus in Jerusalem: hic mensis est nonus, dies mensis vigesimus.

6. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes, propter hiemem præsentem.

7. Et exsurgens Esdras, dixit illis: Vos iniquè fecistis collocantes vobis in matrimonium uxores alienigenas, ut adderetis ad peccata Israel.

8. Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum,

9. & perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab uxoribus alienigenis.

10. Et clamavit omnis multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus.

11. Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hibernum, & non possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis unius diei, neque bidui: multùm enim in his peccavimus:

12. stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent uxores apud se alienigenas,

13. & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & judices usquequo solvant iram Domini negotii hujus.

14. Jonathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundùm hæc: & Bosoramus, & Levis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.

15. Et steterunt secundùm hæc omnia universi qui erant ex captivitate.

16. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos, principes magnos de patribus eorum secundùm nomina: & consederunt novilunio mensis decimi examinare negotium istud.

17. Et determinatum est de viris, qui habebant uxores alienigenas, usque ad neomeniam primi mensis:

18. & inventi sunt ex sacerdotibus permisti, qui habebant alienigenas uxores.

19. Ex filiis Jesu filii Josedec, & fratribus ejus: Ma-

## Versio altera.

1. ET surrexit Esdra de terra areæ templi Domini, & abiit in locum Thesau, Ex Mſ. Colbert.

2. & manens ibi, non gustavit panem, nec aquam bibit, flens propter magnas injustitias populi Israel.

3. Et prædicatum est per universam Judæam, & in civitatem Hierusalem omnibus, qui erant de captivitate, ut congregarentur in Hierusalem,

4. & * quotquot non convenissent secunda aut tertia, secundùm judicium præsidentium presbyterorum, publicarentur pecora eorum, & ipse hostis vocaretur à populo Israel. * Mſ. quodquod.

5. Et congregati sunt omnes, qui erant de tribu Juda, & de tribu Benjamin intra tertium diem in civitate Hierusalem: & hic erat mensis nonus, & vicesima die mensis.

6. Consedit omnis multitudo in aream templi trementes, propter imminentem hiemem.

7. Et exsurgens Esdra, dixit eis: Vos dereliquistis legem, & duxistis uxores alienigenas, addere peccata super Israel.

8. Et nunc confitemini Domino, & date gloriam Deo patrum nostrorum,

9. & facite voluntatem ejus, & discedite à gentibus terræ, & ab uxoribus alienigenis.

10. Et clamavit omnis multitudo populi, & dixit magna voce: Sicut dixisti, faciemus.

11. Sed multitudo magna est, & regio nostra nimium frigida est, non sufficimus resistere ex matutino: & hoc non possumus perficere una die, nec biduo: multùm enim peccavimus in his.

12. Stent ergo principes populi, & de omnibus qui inhabitant hic in genere suo, quotquot habent apud se uxores alienigenas veniant,

13. & accipiant presbyteros, & judices, ut remittentes alienigenas uxores solvant iram indignationis Dei à nobis.

14. Et post decretum Hoolonatas filius Azeli, & Ozias filius Thocanis susceperunt hæc: & Mosalamus, & Levis, & Sabatæus consenserunt eis.

15. Et fecerunt secundùm hæc omnes qui venerant de captivitate.

16. Et elegit sibi Esdra sacerdos, principes patrum eorum, omnes secundùm nomen: & consedit prima die mensis decimi, inquirens causam; & ventum est ad finem.

17. Et data est sententia adversùs homines, qui retinebant uxores alienigenas, ut usque in primum diem primi mensis eas retinerent:

18. & inventi sunt de sacerdotibus, qui retinebant uxores alienigenas.

19. De filiis Jesu filii Josedec, & de fratribus ejus:

## Notæ ad Versionem alteram.

* Hocce caput nonum, à versu 1. usque ad versum 37. respondet reliquo capiti 10. libri primi Esdræ, & à versu 37. ad finem usque respondet tredecim prioribus versibus capitis 8. libri secundi ejusdem Esdræ.

℣. 1. Græc. Καὶ ἀναςὰς Ἔσδρας ἀπὸ τῆς αὐλῆς τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύθη εἰς τὸ παςοφόριον Ἰωανὰν (al. Ἰωνὰν) τοῦ Ἐλιασίβου. Vide 1. Esdr. 10. 6.

℣. 2. Græcum initio utrique textui consonat; in fine verò sic: πενθῶν ἐπὶ τῶν ἀνομιῶν τῶν μεγάλων τοῦ πλήθους. Vide 1. Esdr. 10. 6.

℣. 3. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur, nisi quòd omittat *in*, ante 1. *Jerusalem*, & in fine habeat *congregari in Jerusalem*, pro *in Jerusalem congregati*. Vide 1. Esdr. 10. 7.

℣. 4. Græc. καὶ ὅσοι ἂν μὴ ἀπαντήσωσιν ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις, κατὰ τὸ κρίμα τῶν προκαθημένων...... ἀνιερωθήσονται τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ αὐτὸς ἀλλοτριωθήσεται, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 10. 8.

℣. 5. Græcum Versioni vulgatæ respondet, si exceperis in fine, οὗτος ὁ μὴν ἔνατος, ἐν τῇ εἰκάδι τοῦ μηνός. Vide 1. Esdr. 10. 9.

℣. 6. Græc. Καὶ συνεκάθισε πᾶν τὸ πλῆθος ἐν τῷ εὐρυχώρῳ, &c. ut in Versione vulgata. Vide 1. Esdr. 10. 9.

℣. 7. Græc. Καὶ ἀναςὰς Ἔσδρας, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἠνομήσατε, καὶ συνῳκίσατε γυναῖκας ἀλλογενεῖς (al. γυναιξὶν ἀλλογενέσι) τοῦ προσθεῖναι ἁμαρτίας τῷ Ἰσραήλ. Vide 1. Esdr. 10. 10.

℣. 8. Græcum Versioni vulgatæ concinit, si exceperis δόξαν, *gloriam*, pro *magnificentiam*. Vide 1. Esdr. 10. 11.

℣. 9. Græcum textui Colbert. congruit. Vide 1. Esdr. 10. 11.

℣. 10. Græcum Versioni vulgatæ consentit, nisi quòd in fine addat οὕτως, *sic*, ante *sicut*. Vide 1. Esdr. 10. 12.

℣. 11. Græc. Ἀλλὰ τὸ πλῆθος πολὺ, καὶ ὥρα χειμερινὴ, καὶ οὐκ ἰσχύομεν ςῆναι αἴθριοι· καὶ τὸ ἔργον, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 10. 13.

℣. 12. Græc. Στήτωσαν δὲ οἱ προηγούμενοι τοῦ πλήθους, καὶ πάντες οἱ ἐκ τῶν κατοικιῶν ἡμῶν ὅσοι ἔχουσι γυναῖκας ἀλλογενεῖς. Vide 1. Esdr. 10. 14.

℣. 13. Græcum: παραγενηθήτωσαν, λαβόντες χρόνον ἐκ παντὸς τόπου οἱ πρεσβύτεροι, καὶ κριταὶ, (al. λαβόντες χρόνον ἑκάςου δὲ τόπου τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ κριτὰς) ἕως τοῦ λῦσαι τὴν ὀργὴν Κυρίου ἀφ' ἡμῶν τοῦ προςάγματος (al. πράγματος) τούτου. Vide 1. Esdr. 10. 14.

℣. 14. Græc. Ἰωνάθας Ἀζαὴλ, καὶ Ἐζεκίας Θωκανοῦ, ἐπεδέξαντο κατὰ ταῦτα (al. Ἰωνάθας Ἀζαήλου, καὶ Ἐζεκίας Θεωκάνου, ἐπεδέξαντο κατὰ ταῦτα) καὶ Μοσόλλαμος, καὶ Λευὶς, καὶ Σαββαταῖος συνεβράβευσαν αὐτοῖς. Vide 1. Esdr. 10. 15.

℣. 15. Græc. Καὶ ἐποίησαν κατὰ πάντα ταῦτα οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. Vide 1. Esdr. 10. 16.

℣. 16. Græc. Καὶ ἐπελέξατο αὐτῷ Ἔσδρας ὁ ἱερεὺς, ἄνδρας ἡγουμένους τῶν πατέρων (al. πατριῶν) αὐτῶν, κατ' ὄνομα πάντας· καὶ συνεκάθισαν (al. προσεκλείσθησαν) τῇ νουμηνίᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ δεκάτου ἀιτῆσαι τὸ πρᾶγμα. Vide 1. Esdr. 10. 16.

℣. 17. Græc. Καὶ ἤχθη ἐπὶ πέρας τὰ κατὰ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐπισυνέχοντας, &c. ut in Versione vulg. Vide 1. Esdr. 10. 17.

℣. 18. Græc. καὶ εὑρέθησαν τῶν ἱερέων οἱ ἐπισυναχθέντες ἀλλογενεῖς γυναῖκας ἔχοντες. Vide 1. Esdr. 10. 18.

℣. 19. Græc. Ἐκ τῶν υἱῶν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ τῶν ἀδελφῶν, (al. additur αὐτοῦ) Μαθήλας, καὶ Ἐλεάζαρος,

## VERSIO ALTERA.

Ex Mſ. Colbert. Maſſeas, & Eleaſarus, & Joaritbius, & Jaddæus,
20. & immiſerunt manus ut projicerent uxores ſuas: & obtulerunt ad placandum, arietes pro ignorantia ſua:
21. & de filiis Semmem: Ananias, & Jel, & Azarias:
22. de filiis Phaſſua: Sunas, & Malæus, & Iſmaelus, & Jocadmus, & Thamas:
23. & de Levitis: Joſabdus, & Gemeis, & Chonas, hic eſt Ele, & Has, & Phaleus, & Idothas, & Elionas:
24. & de ſacra ornata percutientibus: Eliaſimus, & Zacchurus:
25. & de oſtiariis: Salumus, & Tolmanus:
26. & de Iſrael filiis: Phonphemias, & Jedias, & Melchias, & Amiamelus, & Eleazarus, & Bannæas:
27. & de filiis Olim: Matthanias, & Zacharias, & Jereus, & Jerdias, & Hermoth, & Elias:
28. & de filiis Jothoae: Elionas, & Jelaſmus, & Onias, & Herimoth, & Zabdes, & Zobenias:
29. & de filiis Baebaſici: Ohanneos, & Ananias, & Jabdus, & Æmae:
30. & de filiis Bannia: Olamus, & Mallutus, & Jabias, & Jaſubus, & Aslelus, & Arcae, & Mobo:
31. & de filiis Jadina: Athus, & Mooſias, & Hyalcus, & Janeus, & Maſælus, & Matthanias, & Beſiel, & Bannus, & Abannaſaeus:
32. & de filiis Anatheo: Naes, & Aſſaeus, & Melithus, & Samaeus, & Simon, & Benjamin, & Manuthus, & Samanias:
33. & de filiis Aſom: Cataneus, & Maetatius, & Bannaeus, & Enallat, Manaeſe, & Saemei:
34. & de filiis Mani: Joſemias, & Moos, & Abramus, & Ivel, & Bannæes, & Polias, & Inos, & Marmoth, & Eliaſub, & Maththaneus, & Ilaſis, & Bannaeus, & Banis, & Solomaeus, & Maththanias:
35. & de filiis Nobei: Othielus, & Mathatias, & Diabadus, & Zebedati, & Diadus, & Jul, & Banaus:
36. hi omnes duxerunt alienigenas uxores, & reliquerunt eas cum filiis.
37. Et habitaverunt ſacerdotes & Levitæ, & qui erant de Iſrael, in Hieruſalem regione, & in numenia ſeptimi menſis. Et filii Iſrael creverunt in habitationibus ſuis.
38. Et convenit populus uno animo in aream, quæ eſt ad orientem portæ templi:
* Mſ. principes. 39. & dixit Eſdra * princeps ſacerdotum & lector, ut afferrent librum legis Moyſi, qui traditus eſt à Domino Deo Iſrael.
* Mſ. principibus. 40. Et adtulit Eſdra * princeps ſacerdotum omnem legem, & legit univerſo populo à viro uſque ad mulierem, & omnibus ſacerdotibus, audire legem Domini neomenia ſeptimi menſis.

## VERSIO VULGATA.

ſeas, & Eliozerus, & Joribus, & Joadeus,
20. & injecerunt manus ut expellerent uxores ſuas: & ad litandum in exorationem, arietem pro ignorantia ſua:
21. & ex filiis Semmeri: Maſeas, & Eſſes, & Jeelech, Azarias:
22. & ex filiis Foſere: Limoſias, Hiſmaenis, & Nathanee, Juſſio, Reddus, & Thalſas:
23. & ex Levitis: Jorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas:
24. & ex ſacris cantoribus, Eliaſib, Zaccarus:
25. & ex oſtiariis: Salumus, & Tolbanes:
26. & ex Iſrael: ex filiis Foro, Ozi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, & Iammebias, & Bannas:
27. & ex filiis Jolaman: Chamas, & Zacharias, & Jerrelus, & Joddius, & Erimoth, & Helias:
28. & ex filiis Zathoim: Eliadas, & Liaſumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias:
29. & ex filiis Zebes: Joannes, & Amanias, & Zabdias, & Emeus:
30. & ex filiis Banni: Olamus, & Maluchus, & Jeddeus, & Jazub, & Azabus, & Jerimoth:
31. & ex filiis Addin: Naathus, & Mooſias, & Caleus, & Raanas, Maaſeas, Mathathias, & Beſeel, & Bonnus, & Manaſſes:
32. & ex filiis Nuae: Noneas, & Aſeas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Benjamin, & Malchus, & Marras:
33. & ex filiis Aſom: Carianæus, Mathathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manaſſes, & Semei:
34. & ex filiis Banni: Jeremias, & Moadias, & Abramus, & Johel, & Baneas, & Pelias, & Jonas, & Marimoth, & Eliaſib, & Mathaneus, & Eliaſis, & Orizas, & Dielus, & Semedius, & Zambris, & Joſephus:
35. & ex filiis Nobei: Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Jeſſei, Baneas:
36. omnes iſti conjunxerunt ſibi uxores alienigenas, & dimiſerunt eas cum filiis.
37. Et inhabitaverunt ſacerdotes & Levitæ, & qui erant ex Iſrael, in Jeruſalem, & in tota una regione, novilunio menſis ſeptimi. Et erant filii Iſrael in commorationibus ſuis.
38. Et congregata eſt omnis multitudo ſimul in aream, quæ eſt ab oriente portæ ſacræ:
39. & dixerunt Eſdræ pontifici & lectori, ut afferret legem Moyſi, quæ tradita eſt à Domino Deo Iſrael.
40. Et attulit Eſdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro uſque ad mulierem, & omnibus ſacerdotibus, audire legem novilunio menſis ſeptimi. *

## NOTÆ AD VERSIONEM ALTERAM.

ϗ Ἰωειϐὸς, ϗ Ἰωάδανος. Vide 1. Eſdr. 10. 18.

℣. 20. Græc. ϗ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐκβαλεῖν τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν· ϗ εἰς ἐξιλασμὸν, κριὸς ὑπὲρ τῆς ἀγνείας (al. ἀγνοίας) αὐτῶν. Vide 1. Eſdr. 10. 19.

℣. 21. Græc. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ἐμμήρ· Ἀνανίας, ϗ Ζαϐδαῖος, ϗ Ἠάνης, (al. Μάνης) ϗ Σαμεῖος, (al. Σαμαῖος) ϗ Ἱερεὴλ, ϗ Ἀζάϐιος· al. Ἀζαρίας. Vide 1. Eſdr. 10. 20. 21.

℣. 22. Græc. ϗ τῶν υἱῶν Φαισοῦ· Ἐλλιώνας, (al. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Φαισούρ· Ἐλιωεναὶ) Μασσιὰς, Ἰσμάηλος, ϗ Ναθανάηλος, ϗ Ὠκίδηλος, ϗ Ταλσάς· al. Σαλόας· al. Ἐλαζά. Vide 1. Eſdr. 10. 22.

℣. 23. Græc. ϗ ἐκ τῶν Λευϊτῶν· Ἰωζαβάδδος, ϗ Σεμὶς, ϗ Κώλιος, οὗτός ἐστι Καλιτὰς, ϗ Παθαῖος, ϗ Ἰούδας, ϗ Ἰωνάς. Vide 1. Eſdr. 10. 23.

℣. 24. Græc. ἐκ τῶν ἱεροψαλτῶν· Ἐλιάσιϐος, Βακχοῦρος. Vide 1. Eſdr. 10. 24.

℣. 25. Græc. ἐκ τῶν θυρωρῶν· Σαλλοῦμος, ϗ Τολϐάνης. Vide 1. Eſdr. 10. 24.

℣. 26. Græc. ἐκ τῶν (al. τοῦ) Ἰσραήλ· ἐκ τῶν υἱῶν Φόρος, Ἱερμὰς, ϗ Ἐδδίας, (al. Ῥαμίας, ϗ Ἰεζίας) ϗ Μελχίας, ϗ Μάηλος, ϗ Ἐλεάζαρος, ϗ Ἀσιϐίας, ϗ Βαανίας. Vide 1. Eſdr. 10. 25.

℣. 27. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Ἠλά· Ματθανίας, Ζαχαρίας, ϗ Ἱερίηλος, (al. Ἰεζίηλος, ϗ Ἀϐδὶ) ϗ Ἱερεμὼθ, ϗ Ἀηδίας. Vide 1. Eſdr. 10. 26.

℣. 28. Græc. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ζαμώθ· Ἐλιάδας, Ἐλίσιμος, Ὀθονίας, Ἰαριμὼθ, ϗ Σάϐατος, ϗ Σαρδαῖος· al. Ζεραλίας· al. Ἀζιζά. Vide 1. Eſdr. 10. 27.

℣. 29. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Βηϐαί· (al. additur ϗ initio) Ἰωάννης, ϗ Ἀνανίας, ϗ Ἰωσάϐαδος, ϗ Ἀμαθείς. Vide 1. Eſdr. 10. 28.

℣. 30. Græc. ἐκ τῶν υἱῶν Μανί· Ὠλαμὸς, Μαμοῦχος, Ἰεδαῖος, Ἰάσουϐος, ϗ Ἰασάηλος, ϗ Ἱερεμώθ. Vide 1. Eſdr. 10. 29.

℣. 31. Græc. ϗ ἐξ υἱῶν Ἀδδί· Νάαθος, ϗ Μοοσσίας, Λακκοῦνος, ϗ Ναΐδος, ϗ Μαθανίας, ϗ Σεσθὴλ, ϗ Βάλνουος, ϗ Μανασσῆας. Vide 1. Eſdr. 10. 30.

℣. 32. Græc. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ἄννας· Ἐλιωνὰς, ϗ Ἀσέας, ϗ Μελχίας, ϗ Σαββαῖος, ϗ Σίμων Χοσάμαιος. Vide 1. Eſdr. 10. 31.

℣. 33. Græc. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ἀσώμ· Ἀλταναῖος, ϗ Ματθίας, ϗ Βανναία, Ἐλιφαλὰτ, ϗ Μανασσῆς, ϗ Σεμεΐ. Vide 1. Eſdr. 10. 33.

℣. 34. Græc. ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Μαανί· (al. Βαανὶ) Ἱερεμίας, Μομδὶς, Ὠμάηρος, Ἰουὴλ, Μαϐδαὶ, ϗ Πελίας, ϗ Ἄνως, Καραβασίων, ϗ Ἐνάσιϐος, ϗ Μαμνιταναῖμος, Ἐλίασις, Βαννοῦς, Ἐλιαλεὶ, Σαμὶς, Σελεμίας, Ναθανίας. Deinde: ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ὀζωρά· Σεσὶς, Ἐσρὶλ, Ἀζάηλος, Σαματὸς, Ζαμβὶς, Ἰώσηφος. Vide 1. Eſdr. 10. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

℣. 35. Græcum: ϗ ἐκ τῶν υἱῶν Ἐθμά· Μαζιτίας, Ζαϐαδαίας, Ἠδὲς, Ἰουὴλ, Βαναίας. Vide 1. Eſdr. 10. 43.

℣. 36. Græc. πάντες οὗτοι συνῴκισαν, &c. ut in textu Colbert. Vide 1. Eſdr. 10. 44.

℣. 37. Græcum cum vulgata Verſione convenit, ſi exceperis in fine, ϗ ἐν τῇ χώρᾳ, τῇ νεομηνίᾳ... ἐν ταῖς κατοικίαις αὐτῶν. Vide 2. Eſdr. 7. 73. & 8. 1.

℣. 38. Græc. Καὶ συνήχθη πᾶν τὸ πλῆθος ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ εὐρύχωρον τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ἱεροῦ πυλῶνος. Vide 2. Eſdr. 8. 1.

℣. 39. Græc. ϗ εἶπεν Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ϗ ἀναγνώσῃ, κομίσαι, &c. ut in Verſione vulg. Vide 2. Eſdr. 8. 1.

℣. 40. Græcum Verſioni vulgatæ concinit, niſi quòd

Digitized by Google

## Versio vulgata.

41. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce usque ad vesperam, coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem.
42. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis, super ligneum tribunal, quod fabricatum erat.
43. Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Urias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram:
44. & ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias.
45. Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in conspectu omnium.
46. Et cùm absolvisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.
47. Et respondit omnis populus, Amen. Et elevatis sursum manibus procidentes in terram, adoraverunt Dominum.
48. Jesus, & Banaeus, & Sarebias, & Jaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Joradus, & Ananias, & Philias Levitæ:
49. qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem.
50. Et dixit Atharathes Esdræ pontifici & lectori, & Levitis, qui docebant multitudinem,
51. dicens: Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cùm audissent legem.
52. Et dixit Esdras: Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his qui non habent.
53. Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos.
54. Et Levitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.
55. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, ut epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt:
56. & congregati sunt universi in Jerusalem celebrare lætitiam, secundùm testamentum Domini Dei Israel.

## Versio altera.

*Ex Ms. Colbert.*

41. Et legebat ante januam templi contra aream, à prima luce usque ad medium diem, in conspectu virorum & mulierum. Et dedit omnis populus sensum suum ut intelligerent legem Dei.
42. Et stetit Esdra princeps sacerdotum, & lector, super tribunal ligneum, quod fecerat.
43. Et steterunt juxta eum Mathatias, & Samus, & Amanias, & Azarias, & Jurias, & Ezechias, & Mastha à dextra:
44. & ad sinistram Phaddeus, & Misael, & Malachias, & Asomus, & Assub, & Nabadeus, & Zacharias.
45. Et legens Esdra legem Domini coram omni populo, præsidebat gloriosè in conspectu omnium.
46. Et dum interpretaretur legem, omnes recti adstabant: & benedixit Esdra Dominum excelsum, & magnum Deum Sabaoth.
47. Et omnis populus dicens, Amen, & levantes sursum manus, irruentes super terram, adoraverunt Deum.
48. Et jussit Esdra ut docerent legem Jesus, & Bannus, & Sarabias, & Ladimus, & Acub, & Sabataeus, & Audaeas, & Asangeus, & Azarias, & Damusus, & Aspennas:
49. & docebant legem Domini, inspirantes singuli intelligentibus lectionem.
50. Et dixit Aparages Esdræ principi sacerdotum & lectori, & Levitis docentibus populum:
51. Dies hic sanctus est Domino. Et omnes plorabant audientes legem.
52. Et dixit Esdra: Ite nunc, manducate pinguedinem, & bibite dulcedinem, & mittite * missoria his qui non habent.
53. Sanctus enim dies est Domino, & nolite contristari. Dominus enim clarificavit vos.
54. Et Levitæ præceperunt populo ut tacerent, dicentes: Sanctus est hic dies, nolite tristes esse.
55. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari magnificè. Inspirati sunt enim in verbis quæ didicerant:
56. & coadunati sunt omnes in Hierusalem jocundari, secundùm dispositionem Domini Dei Israel.

* *Ms.* missoriae.

Explicit Esdræ liber primus de templi restitutione.

## Notæ ad Versionem alteram.

initio habeat ἀρχιερεὺς, & omittat *eorum*, post *multitudini*. Vide 2. Esdr. 8. 2.

℣. 41. Græc. Καὶ ἀνεγίνωσκεν ἐν τῷ πρώτῳ (al. πρὸ τοῦ) ἱεροῦ πυλῶνος εὐρυχώρῳ, ἐξ ὄρθρου ἕως μέσης ἡμέρας, ἐνώπιον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Καὶ ἐπέδωκαν πᾶν τὸ πλῆθος τὸν νοῦν (al. deest τὸν νοῦν) εἰς τὸν νόμον. Vide 2. Esdr. 8. 3.

℣. 42. Græcum Versioni vulgatæ suffragatur. Vide 2. Esdr. 8. 4.

℣. 43. Græc. Καὶ ἔστησαν παρ' αὐτῷ, &c. ut in Versione vulg. nisi quòd in fine, pro *& Balsamus ad dexteram*, habeat Βαλνάσαμος ἐκ δεξιῶν, absque *&*. Vide 2. Esdr. 8. 4.

℣. 44. Græc. καὶ ἐξ εὐωνύμων Φαλδαῖος, καὶ Μισαὴλ, Μελχίας, Ἀωθάσουβος, Ναβαρίας. Vide 2. Esdr. 8. 4.

℣. 45. Græc. Καὶ ἀναλαβὼν Ἔσδρας τὸ βιβλίον τοῦ νόμου (al. deest τοῦ νόμου) ἐνώπιον τοῦ πλήθους· προεκάθητο γὰρ (al. deest γὰρ) ἐπιδόξως ἐνώπιον πάντων. Vide 2. Esdr. 8. 5.

℣. 46. Græc. Καὶ ἐν τῷ λῦσαι τὸν νόμον, πάντες ὀρθοὶ ἔστησαν· καὶ εὐλόγησεν Ἔσδρας τῷ Κυρίῳ, &c. Vide 2. Esdr. 8. 5. 6.

℣. 47. Græc. Καὶ ἐπεφώνησε πᾶν τὸ πλῆθος, Ἀμήν. Καὶ ἄραντες ἄνω τὰς χεῖρας, καὶ (al. deest καὶ) προσπεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν, προσεκύνησαν τῷ Κυρίῳ. Vide 2. Esdr. 8. 6.

℣. 48. Græc. Ἰησοῦς, καὶ Ἀνοῦς, (al. Βανὶ) καὶ Σαραβίας, καὶ Ἀδινὸς, καὶ Ἰάκουβος, Σαβαταίας, Αὐταίας, Μαιαναίας, καὶ Καλιτὰς, Ἀζαρίας, καὶ Ἰωάζαβδος, καὶ Ἀνανίας, Βιάτας, (al. καὶ Φαλαίας) οἱ Λευῖται. Vide 2. Esdr. 8. 7.

℣. 49. Græc. ἐδίδασκον τὸν νόμον Κυρίου, ἐμφυσιοῦντες ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν. Vide 2. Esdr. 8. 7. 8.

℣. 50. Græc. Καὶ εἶπεν Ἀτθαράτης Ἔσδρᾳ τῷ ἀρχιερεῖ..... καὶ τοῖς Λευΐταις τοῖς διδάσκουσι τὸ πλῆθος ἐπὶ πάντας. Vide 2. Esdr. 8. 9.

℣. 51. Græcum textui Colbertino magis consonat. Vide 2. Esdr. 8. 9.

℣. 52. Græcum initio omittit, *Et dixit Esdras*: sed sic incipit versus: Βαδίζοντες οὖν φάγετε λιπάσματα, καὶ πίετε γλυκάσματα, καὶ ἀποστείλατε ἀποστολὰς τοῖς μὴ ἔχουσιν. Vide 2. Esdr. 8. 10.

℣. 53. Græc. Ἁγία γὰρ ἡμέρα τῷ Κυρίῳ, καὶ μὴ λυπεῖσθε. Ὁ γὰρ Θεὸς Κύριος δοξάσει ὑμᾶς. Vide 2. Esdr. 8. 10.

℣. 54. Græc. Καὶ οἱ Λευῖται ἐκέλευον τὰ πάντα (al. παντὶ) τῷ δήμῳ, λέγοντες· Ἡ ἡμέρα αὕτη ἁγία τῷ Κυρίῳ, (al. deest τῷ Κυρίῳ) μὴ λυπεῖσθε. Vide 2. Esdr. 8. 11.

℣. 55. Græc. Καὶ ᾤχοντο πάντες φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ εὐφραίνεσθαι, καὶ δοῦναι ἀποστολὰς τοῖς μὴ ἔχουσι, καὶ εὐφρανθῆναι μεγάλως. Ὅτι γὰρ ἐνεφυσιώθησαν ἐν τοῖς ῥήμασιν οἷς ἐδιδάχθησαν. Vide 2. Esdr. 8. 12.

℣. 56. Græcum habet tantummodo, καὶ ἐπισυνήχθησαν, nec plura.

# SUMMA CAPITA LIBRI ESDRÆ IV.

## è Vulgatis Bibliis deprompta.

CAP. I. *Mittitur Esdras à Domino multa ingratis Judæis exhibita beneficia exprobraturus.*

CAP. II. *Synagoga sub figura matris revocatur à malis suis ad vitam rectiorem.*

CAP. III. *In omnibus Adæ posteris, & maximè in Gentibus infidelibus, abundat malitia.*

CAP. IV. *Retunditur curiosi scrutatoris præsumptio, adductis variis similitudinibus.*

CAP. V. *Varia signa de futuris rebus Esdræ per Angelum ostenduntur pro captivorum spe ac consolatione.*

CAP. VI. *Deus omnia novit antequam fiant, & omnia creavit propter hominem, omniumque fines considerat.*

CAP. VII. *Absque tribulationibus non pervenitur ad immortalem vitam: & nunc quidem prosunt orationes justorum; post extremum autem judicium nihil immutabitur. Variis vitiis subjiciunt se homines, sed Dominus est misericors.*

CAP. VIII. *Deus in hoc sæculo misericors agnoscitur propter peccantes; plurimi tamen damnantur: at justis præmia sunt reposita.*

CAP. IX. *Judicia Dei, sicut & alia ejus opera egregia, præcedent aliqua signa.*

CAP. X. *Per mulierem flentem, rursusque refulgentem, ostenditur figurari Jerusalem.*

CAP. XI. *Apparet Esdræ in visione aquila principatum universi usurpans.*

CAP. XII. *Ad Esdræ orationem hujus visionis datur explicatio cum membris ipsius.*

CAP. XIII. *Altera visio Esdræ ostenditur cum ipsius interpretatione.*

CAP. XIV. *Apparet Dominus Esdræ in rubo, & futura quædam arcana revelat.*

CAP. XV. *Prædicuntur multæ calamitates sæculo superventuræ.*

CAP. XVI. *Horrenda universo orbi desolatio in fine futura.*

Digitized by Google

# LIBER ESDRÆ QUARTUS.

## CAPUT PRIMUM.

1. LIBER Esdræ prophetæ secundus, filii Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii Sadaniæ, filii Sadoch, filii Achitob,

2. filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Ameriæ, filii Aziel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abisei, filii Phinees, filii Eleazar,

3. filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.

4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

5. Vade, & nuncia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, ut nuncient filiis filiorum :

6. quia peccata parentum ipsorum in illis creverunt. Obliti enim mei, sacrificaverunt diis alienis.

7. Nonne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo servitutis? Ipsi autem irritaverunt me, & consilia mea spreverunt.

8. Tu autem excute comam capitis tui, & projice omnia mala super illos : quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus.

9. Usquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli?

10. Reges multos propter eos subverti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum ejus percussi.

11. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in Oriente provinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipavi, & omnes adversarios eorum interfeci.

12. Tu verò loquere ad eos, dicens : Hæc dicit Dominus :

13. Nempe ego vos per mare transmeavi, & plateas vobis initio munitas exhibui : ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem :

14. lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis : vos autem mei obliti estis, dicit Dominus.

15. Hæc dicit Dominus omnipotens : Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis :

16. & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc usque murmurastis.

17. Ubi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nonne in deserto, cùm esurireris, proclamastis ad me,

18. dicentes : Ut quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat servire Ægyptiis, quàm mori in deserto hoc.

19. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem Angelorum manducastis.

20. Nonne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? propter æstus foliis arborum vos texi.

21. Divisi vobis terras pingues : Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra projeci : quid faciam vobis adhuc, dicit Dominus?

22. Hæc dicit Dominus omnipotens : In deserto cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum,

23. non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.

24. Quid tibi faciam Jacob? Noluisti obedire Juda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea.

25. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor.

26. Quando invocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia.

27. Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus.

28. Hæc dicit Dominus omnipotens : Nonne ego vos rogavi, ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix parvulos suos,

29. ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem?

30. Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modò autem quid faciam vobis? Projiciam vos à facie mea.

31. Oblationem cùm mihi attuleritis, avertam faciem meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias, & circumcisiones repudiavi.

32. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus.

33. Hæc dicit Dominus omnipotens : Domus vestra deserta est : Projiciam vos sicut ventus stipulam,

34. & filii procreationem non facient : quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt.

### NOTÆ.

℣. 13. Ms. Sangermanensis pro *per mare transmeavi*, habet *mare trajeci*, & paulò post *in invio munitas*, pro *initio munitas*.

℣. 17. Ms. Sangerm. addit *& sitiretis*, post *cum esurireris*.

℣. 20. Ms. Sangerm. *in satietate* : deinde, *folia arborum*, &c.

℣. 23. Ms. Sangerm. legit *in aqua*, pro *in aquam*.

℣. 24. Ms. Sangerm. *Noluisti me obaudire Juda*.

℣. 30. Ms. Sangerm. *ut gallina filios suos*.

℣. 31. Ms. Sangerm. *Oblationes mihi cùm obtuleritis..... circumcisiones carnis repudiavi*.

℣. 34. Ms. Sangerm. addit *vobiscum*, ante *neglexerunt*.

Digitized by Google

35. Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi.

36. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum.

37. Testor populi venientis gratiam, cujus parvuli exsultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi.

38. Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriente,

39. quibus dabo ducatum Abraham, Isaac, & Jacob, & Osee, & Amos, & Michææ, & Joel, & Abdiæ, & Jonæ,

40. & Nahum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & Angelus Domini vocatus est.

NOTÆ.

℣. 36. Ms. Sangerm. pro *iniquitatum*, habet *antiquitatum*.

℣. 38. Ms. Sangerm. pro *quæ gloria*, legit *cum gloria*.

# CAPUT II.

1. HÆc dicit Dominus: Ego eduxi populum istum de servitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia.

2. Mater, quæ eos generavit, dicit illis: Ite filii, quia ego vidua sum & derelicta.

3. Educavi vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo fecistis.

4. Modò autem quid faciam vobis? ego vidua sum & derelicta: ite filii, & petite à Domino misericordiam.

5. Ego autem te pater testem invoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum servare,

6. ut des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat.

7. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreverunt sacramentum meum.

8. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ,

9. quorum terra jacet in piceis glebis & aggeribus cinerum: sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens.

10. Hæc dicit Dominus ad Esdram: Nuncia populo meo, quoniam dabo eis regnum Jerusalem, quod daturus eram Israel.

11. Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaveram illis.

12. Lignum vitæ erit illis in odore unguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur.

13. Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, ut immorentur. Jam paratum est vobis regnum: vigilate.

14. Testare cœlum & terram. Contrivi enim malum, & creavi bonum, quia vivo ego, dicit Dominus.

15. Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus.

16. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognovi nomen meum in Israel.

17. Noli timere mater filiorum: quoniam te elegi, dicit Dominus.

18. Mittam tibi adjutorium pueros meos Isaiam & Jeremiam, ad quorum consilium sanctificavi & paravi tibi arbores duodecim gravatas variis fructibus,

19. & totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos.

20. Viduam justifica, pupillo judica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti,

21. confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admitte.

22. Senem & juvenem intrà muros tuos serva:

23. mortuos ubi inveneris, signans commenda sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea.

24. Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua.

25. Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum.

26. Servos, quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram de numero tuo.

27. Noli fatigari. Cùm enim venerit dies pressuræ & angustiæ, alii plorabunt, & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris.

28. Zelabunt gentes, & nil adversùs te poterunt, dicit Dominus.

29. Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam videant.

30. Jucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus.

31. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens.

32. Amplectere natos tuos usque dum venio, & præstem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.

33. Ego Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, ut irem ad Israel: ad quos cùm venirem, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini.

34. Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis, & intelligitis, Exspectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille, qui in fine sæculi adveniet.

35. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis.

36. Fugite umbram sæculi hujus: accipite jucunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palàm salvatorem meum.

37. Commendatum donum accipite, & jucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad cœlestia regna vocavit.

38. Surgite, & state, & videte numerum signatorum in convivio Domini.

39. Qui se de umbra sæculi transtulerunt, splendidas tunicas à Domino acceperunt.

40. Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos qui legem Domini compleverunt.

41. Filiorum tuorum, quos optabas, plenus est numerus. Roga imperium Domini, ut sanctificetur populus tuus qui vocatus est ab initio.

42. Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominum.

43. Et in medio eorum erat juvenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: Ego autem miraculo tenebar.

44. Tunc interrogavi angelum, & dixi: Qui sunt hi, Domine?

45. Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: Modò coronantur, & accipiunt palmas.

46. Et dixi angelo: Ille juvenis, quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit?

47. Et respondens dixit mihi: Ipse est filius Dei, quem in sæculo confessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt.

48. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

NOTÆ.

℣. 13. Ms. Sangermanensis pro *ut immorentur*, habet *ut minorentur*.

℣. 14. Ms. Sangerm. *Testare, testare cœlum & terram. Omisi enim malum, & crevi bonum.*

℣. 15. Ms. Sangerm. *complectere filios tuos, educam illos.*

℣. 16. Ms. Sangerm. pro *in Israel*, habet *in illis.*

℣. 27. Ms. Sangerm. pro *Noli fatigari*, legit *Noli satagere.*

℣. 32. Ms. Sangerm. *& prædica illis*, pro *& præstem illis.*

℣. 33. Ms. Sangerm. *Ego Ezram..... in monte Choreb.*

℣. 36. Ms. Sangerm. *umbra sæculi hujus.*

℣. 45. Ms. Sangerm. *Et dixi ad Angelum.*

Digitized by Google

# CAPUT III.

1. ANno trigesimo ruinæ civitatis, eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum:

2. quoniam vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone:

3. & ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata,

4. & dixi: O dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo,

5. & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est vivens coram te:

6. & induxisti eum in paradiso, quem plantaverat dextera tua, antequam terra adventaret.

7. Et huic mandasti diligere viam tuam, & præterivit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus ejus, & natæ sunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes, quarum non est numerus.

8. Et ambulavit unaquæque gens in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua.

9. Iterum autem in tempore induxisti diluvium super inhabitantes sæculum, & perdidisti eos.

10. Et factum est in unoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluvium.

11. Dereliquisti autem unum ex his Noe cum domo sua, & ex eo justi omnes.

12. Et factum est cùm cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicaverunt filios & populos & gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plusquam priores.

13. Et factum est cùm iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his, cui nomen erat Abraham.

14. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam:

15. & disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei ut non unquam derelinqueres semen ejus. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Jacob & Esau.

16. Et segregasti tibi Jacob, Esau autem separasti. Et factus est Jacob in multitudine magna.

17. Et factum est cùm educeres semen ejus ex Ægypto, adduxisti super montem Sina.

18. Et inclinasti cœlos, & statuisti terram, & commovisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti sæculum,

19. & transiit gloria tua portas quatuor, ignis, & terræmotus, & spiritus, & gelu, ut dares semini Jacob legem, & generationi Israel diligentiam.

20. Et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum.

21. Cor enim malignum bajulans primus Adam, transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt.

22. Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit malignum.

23. Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi servum nomine David,

24. & dixisti ei ædificare civitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes.

25. Et factum est hoc annis multis, & deliquerunt qui habitabant civitatem,

26. in omnibus facientes sicut fecit Adam, & omnes generationes ejus: utebantur enim & ipsi corde maligno.

27. Et tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum tuorum.

28. Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion?

29. Factum est cùm venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc trigesimo anno, & excessit cor meum:

30. quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conservasti inimicos tuos, & non significasti.

31. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon quàm Sion?

32. aut alia gens cognovit te præter Israel? aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Jacob?

33. Quarum merces non comparuit, neque labor fructificavit. Pertransiens enim pertransivi in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum.

34. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in sæculo: & non invenietur nomen tuum, nisi in Israël.

35. Aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic observavit mandata tua?

36. Hos quidem per nomina invenies servasse mandata tua, gentes autem non invenies.

NOTÆ.

℣. 1. Ms. Sangermanensis post *in Babylone*, addit *ego Salathibel qui & Ezras.*
℣. 7. Ms. Sangerm. *& statim instituisti in eum morte.*
℣. 8. Ms. Sangerm. *in voluptate sua*, pro *in voluntate sua.*
℣. 10. Ms. Sangerm. *Et factum est in uno casui eorum, sicut Ada mors, sic & bis diluvium.*
℣. 11. Ms. Sangerm. *& ex eo justos omnes.*
℣. 14. Ms. Sangerm. pro *voluntatem tuam*, habet *secretè noctu.*
℣. 15. Ms. Sangerm. *derelinquas*, pro *derelinqueres.*
℣. 17. Ms. Sangerm. *& adduxisti eos super*, &c.
℣. 24. Ms. Sangerm. *ut offerret ibi in eodem tuas oblationes.*
℣. 25. Ms. Sangerm. *& dereliquerunt*, pro *& deliquerunt.*
℣. 26. Ms. Sangerm. *cor malum*, pro *corde maligno.*
℣. 28. Ms. Sangerm. *Et dixi ego tunc in corde meo : Nunquid..... Et propter hoc dominabit Sion.*
℣. 29. Ms. Sangerm. *& vidi impietates.*
℣. 34. Ms. Sangerm. pro *& non invenietur nomen tuum, nisi in Israel*, legit *& invenietur nomen tuum puncti ubi declinet.*
℣. 36. Ms. Sangerm. initio *Homines*, pro *Hos.*

# CAPUT IV.

1. ET respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Uriel,

2. & dixit mihi: Excedens excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi.

3. Et dixi: Ita Domine meus. Et respondit mihi, & dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te:

4. de quibus mihi si renuntiaveris unam ex his, & ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, & docebo te, unde sit cor malignum.

5. Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad me: Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut revoca mihi diem quæ præteriit.

6. Et respondi, & dixi: Quis natorum poterit facere, ut me interroges de his?

7. Et dixit ad me: Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi:

8. diceres mihi fortassis: In abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum unquam ascendi:

9. nunc autem non interrogavi te, nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis.

10. Et dixit mihi: Tu quæ tua sunt tecum coadolescentia, non potes cognoscere:

11. & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam, & jam exteriùs corrupto sæculo intelligere corruptionem evidentem in facie mea?

12. Et dixi illi: Melius erat nos non nosse, quàm adhuc viventes vivere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

13. Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad silvam lignorum campi, & cogitaverunt cogitationem:

14. & dixerunt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, ut recedat coram nobis, & faciamus nobis alias silvas.

15. Et similiter fluctus maris & ipsi cogitaverunt cogitationem, & dixerunt: Venite ascendentes, debellemus silvas campi, ut & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem.

16. Et factus est cogitatus silvæ in vanum: venit enim ignis, & consumpsit eam.

17. Similiter & cogitatus fluctuum maris: stetit enim arena, & prohibuit eos.

18. Si enim esses judex horum, quem inciperes justificare, aut quem condemnare?

19. Et respondi, & dixi: Utique vanam cogitationem cogitaverunt: terra enim data est silvæ, & mari locus portare fluctus suos.

20. Et respondit ad me, & dixit: Bene tu judicasti, &

NOTÆ.

℣. 1. Ms. Sangerm. *cui nomen Haribel.*
℣. 9. Ms. Sangerm. *& sine quibus separari non potest.*

Digitized by Google

quare non judicasti tibimetipsi?

21. Quemadmodum enim terra silvæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum.

22. Et respondi, & dixi: Deprecor te Domine, ut mihi detur sensus intelligendi:

23. non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie: propter quid Israel datus in opprobrium gentibus, quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt:

24. & pertransivimus de sæculo, ut locustæ, & vita nostra stupor & pavor, & nec digni sumus misericordiam consequi.

25. Sed quid faciet nomini suo quod invocatum est super nos? & de his interrogavi.

26. Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat sæculum pertransire,

27. & non capit portare quæ in futuris temporibus justis repromissa sunt: quoniam plenum injustitia est sæculum hoc & infirmitatibus.

28. De quibus autem interrogas, dicam: seminatum enim est malum, & necdum venit destructio ipsius.

29. Si ergo non inversum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus ubi seminatum est malum, non veniet ubi seminatum est bonum.

30. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generavit usque nunc, & generat usque cùm veniat area?

31. Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generavit:

32. quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quàm magnam aream incipient facere?

33. Et respondi, & dixi: Quomodo, & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri?

34. Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super Altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum: nam excessus tuus multus.

35. Nonne de his interrogaverunt animæ justorum in promptuariis suis, dicentes: Usquequo spero sic? & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?

36. Et respondit ad ea Jeremiel archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderavit sæculum,

37. & mensurâ mensuravit tempora, & numero numeravit tempora, & non commovit nec excitavit usquedum impleatur prædicta mensura.

38. Et respondi, & dixi: O dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate.

39. Et ne fortè propter nos non impleantur justorum areæ, propter peccata inhabitantium super terram.

40. Et respondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnantem, si quando impleverit novem menses suos, adhuc poterit matrix ejus retinere partum in semetipsa.

41. Et dixi: Non potest, Domine. Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.

42. Quemadmodum enim illa festinat quæ parit effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt.

43. Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre.

44. Et respondi, & dixi: Si inveni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum,

45. demonstra mihi, si plusquam præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est.

46. Quid pertransivit, scio: quid autem futurum sit, ignoro.

47. Et dixit ad me: Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis.

48. Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit coram me: & factum est, cùm transiret flamma, vidi, & ecce superavit fumus.

49. Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluviam impetu multam: & cùm transisset impetus pluviæ, superaverunt in ea guttæ.

50. Et dixit ad me: Cogita tibi: sicut crescit pluvia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundavit quæ transivit mensura. Superaverunt autem guttæ, & fumus:

51. & oravi, & dixi: Putas vivo usque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?

52. Respondit ad me, & dixit: De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

## NOTÆ.

℣. 21. Ms. Sangerm. *& qui super terram..... & qui super cœlos, super*, &c.

℣. 26. Ms. Sangerm. *Si fueris, videbis, & si vixeris, frequenter miraberis.*

℣. 27. Ms. Sangerm. *qua in temporibus*, omisso *futuris*: deinde, *plenum mæstitia est.*

℣. 28. Ms. Sangerm. *Seminatum est enim malum: de quibus me interrogas, de ea, & necdum venit destrictio ipsius.*

℣. 29. Ms. Sangerm. in fine, *non veniet ager ubi seminatum est bonum.*

℣. 33. Ms. Sangerm. pro *Quomodo, & quando hæc?* legit, *Quo, & quando hæc?*

℣. 34. Ms. Sangerm. *Tu enim festinas vaniter cum & ipsum spiritum: nam excelsus permultis.*

℣. 35. Ms. Sangerm. *venit*, pro *veniet.*

℣. 36. Ms. Sangerm. *vobis*, pro *in vobis.*

℣. 40. Ms. Sangerm. *pectus*, pro *partum.*

℣. 42. Ms. Sangerm. *festinavit*, pro *festinat*: deinde in fine priora verba versûs sequentis jungit cum hoc versu sic: *quæ commendata sunt ab initio.*

℣. 43. Ms. Sangerm. priora verba *ab initio*, jungit cum versu præcedenti, & hunc versum sic incipit: *Tunc tibi demonstrabitur*, &c.

℣. 45. Ms. Sangerm. *demonstra mihi & hoc, si plus quàm præteriti habet venire, aut plura pertransierunt super nos.*

℣. 46. Ms. Sangerm. *Quoniam quod pertransivit, scio.*

℣. 51. Ms. Sangerm. *vel quis erit*, pro *vel quid erit.*

℣. 52. Ms. Sangerm. *de quibus me rogas*, pro *de quibus me interrogas.*

# CAPUT V.

1. DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo: & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio:

2. & multiplicabitur injustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti olim:

3. & erit imposito vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam.

4. Si autem tibi dederit Altissimus vivere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subitò sol noctu, & luna ter in die,

5. & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commovebuntur:

6. & regnabit, quem non sperant qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient:

7. & mare Sodomiticum pisces rejiciet, & dabit vocem noctu, quam non noverant multi: omnes autem audient vocem ejus,

8. & chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra,

9. & in dulcibus aquis salsæ invenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum:

10. & quæretur à multis, & non invenietur: & multiplicabitur injustitia, & incontinentia super terram.

11. Et interrogabit regio proximam suam, & dicet: Nunquid per te pertransiit justitia justum faciens? Et hoc negabit.

12. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.

13. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi: & si oraveris iterum & ploraveris, sicut & nunc, & jejunaveris septem diebus, audies iteratò horum majora.

14. Et evigilavi, & corpus meum horruit valde: & anima mea laboravit, ut deficeret:

15. & tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in me, & confortavit me, & statuit me super pedes.

16. Et factum est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi: Ubi eras? & quare vultus tuus tristis?

17. An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum?

18. Exsurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos, sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum.

19. Et dixi ei: Vade à me, & non appropies ad me. Et audivit, ut dixi: & recessit à me.

20. Et ego jejunavi diebus septem ululans & plorans, sicut mihi mandavit Uriel angelus.

21. Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde,

22. & resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones,

## NOTÆ.

℣. 1. Ms. Sangermanensis: *ecce dies venient, & adprehendetur qui*, &c.

℣. 3. Ms. Sangerm. *& erit incompositio vestigio quam*, &c.

℣. 4. Ms. Sangerm. *videbis post tertia tuba, & relucescit subitò sol noctu, & luna inter die.*

℣. 6. Ms. Sangerm. *& volatilia conmirationem facient.*

℣. 19. Ms. Sangerm. *Et dixi ei: Vade ad me, & non accedas ad me usque à diebus septem, & tunc venias ad me. Et audivit*, &c.

Digitized by Google

23. & dixi: Dominator Domine, ex omni silva terræ, & omnibus arboribus ejus, elegisti vineam unicam:

24. & ex omni terra orbis, elegisti tibi foveam unam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium unum:

25. & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi rivum unum: & ex omnibus ædificatis civitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion:

26. & ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam unam: & ex omnibus plasmatis pecoribus, providisti tibi ovem unam:

27. & ex omnibus multiplicatis populis, acquisivisti tibi populum unum: & ab omnibus probatam legem donasti huic quem desiderasti populo.

28. Et nunc Domine, utquid tradidisti unum pluribus? Et præparasti super unam radicem alias, & disperdidisti unicum tuum in multis:

29. & conculcaverunt eum, qui contradicebant sponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant.

30. Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.

31. Et factum est, cùm locutus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui ante venerat ad me præterita nocte,

32. & dixit mihi: Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adjiciam coram te.

33. Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad me: Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit?

34. Et dixi ad eum: Non Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere semitam Altissimi, & investigare partem judicii ejus.

35. Et dixit ad me: Non potes. Et dixi: Quare Domine? ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Jacob, & defatigationem generis Israel?

36. Et dixit ad me: Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi dispersas guttas, & revirida mihi aridos flores,

37. & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus; demonstra mihi vocis imaginem, & tunc ostendam tibi laborem quem rogas videre.

38. Et dixi: Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet?

39. Ego autem insipiens: & quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti?

40. Et dixit ad me: Quomodo non potes facere unum de his quæ dicta sunt: sic non poteris invenire judicium meum, aut in fine charitatem quam populo promisi.

41. Et dixi: Sed ecce Domine, tu prope es his qui in finem sunt: & quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?

42. Et dixit ad me: Coronæ assimilabo judicium meum. Sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas.

43. Et respondi, & dixi: Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in unum, ut celeriùs judicium tuum ostendas?

44. Et respondit ad me, & dixit: Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere sæculum eos qui in eo creandi sunt, in unum.

45. Et dixi: Quo modo dixisti servo tuo, quoniam vivificans vivificasti à te creatam creaturam in unum, & sustinebat creatura, poterit & nunc portare præsentes in unum.

46. Et dixit ad me: Interroga matricem mulieris, & dices ad eam: Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, ut det decem in unum.

47. Et dixi: Non utique poterit: sed secundùm tempus.

48. Et dixit ad me: Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eam per tempus.

49. Quemadmodum enim infans non parit ea, quæ senum sunt: sic ego disposui à me creatum sæculum.

50. Et interrogavi, & dixi: Cùm jam dederis mihi viam, loquar coram te: nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc juvenis est: jam senectuti appropinquat.

51. Et respondit ad me, & dixit: Interroga eam quæ parit, & dicet tibi.

52. Dices enim ei: Quare quos peperisti, nunc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura?

53. Et dicet tibi & ipsa: Alii sunt qui in juventute virtutis nati sunt: & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati.

54. Considera ergo & tu quoniam minori statura estis præ his qui ante vos:

55. & qui post vos, minori quàm vos, quasi jam senescentes creaturæ, & fortitudinem juventutis prætereuntes. Et dixi: Rogo Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creaturam tuam.

NOTÆ.

℣. 23. Ms. Sangerm. pro *& omnibus arboribus*, habet *ex omnium arborum.*

℣. 24. Ms. Sangerm. *& ex omnium terrarum orbis.*

℣. 28. Ms. Sangerm. pro *& disperdidisti*, legit *& disparsisti.*

℣. 33. Ms. Sangerm. *in Israel: aut plus dilexisti eum, super eum, qui eum fecit?*

℣. 35. Ms. Sangerm. *aut quid nascebar.*

℣. 40. Ms. Sangerm. *aut in finem caritatis quam pro populo meo promisi.*

℣. 41. Ms. Sangerm. pro *propè es*, legit *præ es.*

℣. 42. Ms. Sangerm. *Sicut in novissimorum..... Sic nec in priorum*, &c. Ambros. lib. de bono mortis, cap. 10. to. 1. col. 408. b. hunc locum sic attingit: *Mirabiliter ait* (Scriptura) *coronæ esse similem illum judicii diem, in quo sicut non novissimorum tarditas, sic non priorum velocitas:* sed Ms. codex S. Theoderici habet, *in quo sicut novissimorum tarditas non excludetur, sic nec priorum velocitas ante admittetur.*

℣. 44. Ms. Sangerm. *nec sustinere sæculum qui in eo creati sunt, in unum.*

℣. 49. Ms. Sangerm. *Quemadmodum enim infans non parit, nec ea quæ senuit adhuc: sic ego*, &c.

℣. 50. Ms. Sangerm. legit *senectute*, pro *senectuti.*

℣. 53. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. 10. to. 1. col. 408. c. hujus loci sic meminit. *Comparavit enim*, inquit, *utero mulieris partus hujus sæculi, quoniam fortiores sunt qui in juventute virtutis nati sunt, infirmiores qui tempore senectutis.*

℣. 54. Ms. Sangerm. *quoniam minores staturis præ his qui ante vos.*

℣. 55. Ms. Sangerm. *& qui post vos, quæ ut vos, quasi*, &c. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. 10. to. 1. col. 408. c. hunc locùm sic adumbrat: *Defecit enim multitudine generationis hoc sæculum tanquam vulva generantis, & tanquam senescens creatura robur juventutis suæ, velut marcenti jam virium suarum vigore, deponit.*

# CAPUT VI.

1. Et dixit ad me: Initio terreni orbis, & antequam starent exitus sæculi, & antequam spirarent conventiones ventorum,

2. & antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationum, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi,

3. & antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum,

4. & antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion,

5. & antequam investigarentur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinventiones, & consignati essent qui fidem thesaurizaverunt:

6. tunc cogitavi, & facta sunt per me solum, & non per alium: & finis per me, & non per alium.

7. Et respondi, & dixi: Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium?

8. Et dixit ad me: Ab Abraham usque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Jacob & Esau, manus Jacob tenebat ab initio calcaneum Esau:

9. finis enim hujus sæculi Esau, & principium sequentis Jacob.

10. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra.

11. Et respondi, & dixi: O Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos,

12. oro ut demonstres servo tuo finem signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.

13. Et respondit, & dixit ad me: Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus.

14. Et erit sicut commotio, nec commovebitur locus, in quo stes super eum.

15. Ideo cùm loquitur, tu non expaveas, quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur,

16. quoniam de ipsis sermo tremiscit & commovetur, scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.

17. Et factum est, cùm audissem, surrexi super pedes meos, & audivi: & ecce vox loquens, & sonus ejus sicut sonus aquarum multarum,

18. & dixit: Ecce dies veniunt, & erit quando appro-

NOTÆ.

℣. 1. Ms. Sangerman. pro *Initio terreni orbis*, habet *Initium terrenæ orbis.*

℣. 3. Ms. Sangerm. *motu virtutis*, pro *motæ virtutes.*

℣. 4. Ms. Sangerm. pro *& antequam æstuarent camini in Sion*, legit *& antequam æstimaretur camillum Sion.*

℣. 5. Ms. Sangerm. *& consignari eorum qui fide thesaurizaverunt.*

℣. 8. Ms. Sangerm. *Ab Abrabam usque ad Abraham, quum natus est ab eo Jacob & Esau..... tenebit*, &c.

℣. 12. Ms. Sangerm. omittit *oro*; deinde habet infra, *quorum ex parte mihi*, &c.

℣. 13. Ms. Sangerm. *& audies*, pro *& audi.*

℣. 14. Ms. Sangerm. *in quo stat*, pro *in quo stes.*

℣. 15. Ms. Sangerm. *In eo cum loqueretur*, pro *Ideo cùm loquitur.*

℣. 16. Ms. Sangerm. *& commovebitur*, pro *& commovetur.*

℣. 18. Ms. Sangerm. *incipio*, pro *incipiam.*



Digitized by Google

pinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra :

19. & quando inquirere incipiam ab eis qui injustè nocuerunt injustitiâ sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion :

20. & cùm superfignabitur sæculum quod incipient pertransire, hæc signa faciam, Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul,

21. & anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium, & vivent, & suscitabuntur.

22. Et subitò apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subitò invenientur vacua :

23. & tuba canet cum sono; quam cùm omnes audierint, subitò expavescent.

24. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos ut inimici, & expavescet terra cum his : & venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus :

25. & erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse salvabitur, & videbit salutare meum, & finem sæculi vestri.

26. Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt à nativitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & convertetur in sensum alium.

27. Delebitur enim malum, & extinguetur dolus.

28. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis.

29. Et factum est, cùm loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam,

30. & dixit ad me hæc : Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis.

31. Si ergo iterum rogaveris, & iterum jejunaveris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum majora per diem quàm audivi.

32. Audita est enim vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & providit pudicitiam, quam à juventute tua habuisti :

33. & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,

34. & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, & non properes à novissimis temporibus.

35. Et factum est post hæc, & flevi iterum : & similiter jejunavi septem diebus, ut suppleam tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi.

36. Et factum est in octava nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram Altissimo.

37. Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur.

38. Et dixi : O Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ, in primo die dicens, Fiat cœlum & terra : & tuum verbum opus perfectum.

39. Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te.

40. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum.

41. Et die secundo creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei ut divideret & divisionem faceret inter aquas, ut pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret.

42. Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ : sex verò partes siccasti & conservasti, ut ex his sint coram te ministrantia seminata à Deo, & culta.

43. Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat.

44. Processit enim subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti investigabilis, & die tertia hæc facta sunt.

45. Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem :

46. & imperasti eis, ut deservirent futuro plasmato homini.

47. Quinto autem die dixisti septimæ parti, ubi erat aqua congregata, ut procrearet animalia, & volatilia, & pisces : & ita fiebat :

48. aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu jubebantur, animalia faciebat, ut ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.

49. Et tunc conservasti tuas animas : nomen uni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leviathan,

50. & separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, ubi erat aqua congregata, capere ea.

51. Et dedisti Henoch unam partem, quæ siccata est tertio die, ut habitet in ea ubi sunt montes mille.

52. Leviathan autem dedisti septimam partem humidam, & servasti eam, ut fiat in devorationem quibus vis, & quando vis.

53. Sexto autem die imperasti terræ, ut crearet coram te jumenta, & bestias, & reptilia :

54. & super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum.

55. Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti sæculum.

56. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam salivæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.

57. Et nunc Domine, ecce istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & devorare :

58. nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum unigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum :

59. & si propter nos creatum est sæculum, quare non hæreditatem possidemus cum sæculo? Usquequo hæc?

NOTÆ.

℣. 20. Mſ. Sangerm. *incipiet*, pro *incipient*.
℣. 21. Mſ. Sangerm. *& sciscitabuntur*, pro *suscitabuntur*.
℣. 29. Mſ. Sangerm. *& ecce paulatim intuebatur super quem stabam super eum*.
℣. 30. Mſ. Sangerm. *Veni tibi ostendere & ventura nocti*, absque *tempus*.
℣. 34. Mſ. Sangerm. *in prioribus temporibus cogitare*, &c.
℣. 38. Mſ. Sangerm. *& verbum tuum opus perfecit*.
℣. 40. Mſ. Sangerm. *proferri lumen, quod luminis ut appareret tunc opere tuo*.
℣. 41. Ambroſ. lib. 2. de Spir. S. cap. 6. to. 2. col. 643. d. *Esdras nos docuit dicens in quarto libro* : ( sed. vet. Edit. ac Mſs. propè ad unum : *in libro tertio*. ) *Et in die secundo iterum creasti spiritum firmamenti*. Mſ. Sangerm. *ut pars quidem*, pro *ut pars quadam*.
℣. 44. Mſ. Sangerm. *colore inimitabili*, pro *colore immutabili*.
℣. 48. Mſ. Sangerm. *aqua multa, & sine anima, quo Dei videbatur animalia faciens, ut*, &c.
℣. 49. Mſ. Sangerm. legit *secundi*, pro *secunda*.
℣. 55. Mſ. Sangerm. *Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quoniam dixisti quia propter nos creasti sæculum*.
℣. 57. Mſ. Sangerm. *& devorare nos* : deinde : *nos autem*, &c. de versu sequenti.

# CAPUT VII.

1. ET factum est, cùm finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus,

2. & dixit ad me : Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te.

3. Et dixi : Loquere Deus meus. Et dixit ad me : Mare positum est in spatioso loco, ut esset altum & immensum :

4. erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminibus.

5. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari ejus : si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit?

6. Item aliud, Civitas est ædificata, & posita in loco campestri : est autem plena omnium bonorum.

7. Introitus ejus angustus & in præcipiti positus, ut esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta :

8. semita autem est una sola inter eos posita, hoc est, inter ignem & aquam, ut non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis.

9. Si autem dabitur civitas homini in hæreditatem, si nunquam antepositum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?

10. Et dixi : Sic Domine. Et dixit ad me : Sic est & Israel pars.

11. Propter eos enim feci sæculum, & quando transgressus est Adam constitutiones meas, judicatum est quod factum est.

12. Et facti sunt introitus hujus sæculi angusti, & dolentes, & laboriosi : pauci autem & mali, & periculorum pleni : & labore magnopere fulti :

13. nam majoris sæculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum.

14. Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui vivunt, angusta & vana hæc : non poterunt recipere quæ sunt reposita.

15. Nunc ergo quare tu conturbaris, cùm sis corruptibilis? & quid moveris tu, cùm sis mortalis?

16. Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?

17. Respondi & dixi : Dominator Domine, ecce disposuisti lege tua, quoniam justi hæreditabunt hæc, impii autem peribunt.

NOTÆ.

℣. 8. Mſ. Sangermanensis : *hoc est, ignis & aqua*, pro *hoc est, inter ignem & aquam*.
℣. 9. Mſ. Sangerm. *si non quæris ante positum periculum pertransierit*.
℣. 12. Mſ. Sangerm. *& laborum magnorum fulti*.

Digitized by Google

18. Justi autem ferent angusta, sperantes spatiosa: qui
enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa non
videbunt.
19. Et dixit ad me: Non est judex super Deum, ne-
que intelligens super Altissimum.
20. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ
antepofita est Dei lex.
21. Mandans enim mandavit Deus venientibus, quan-
do venerunt, quid facientes viverent, & quid observantes
non punirentur.
22. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei,
& constituerunt sibi cogitamen vanitatis,
23. & proposuerunt sibi circumventiones delictorum,
& superdixerunt Altissimo non esse, & vias ejus non cog-
noverunt,
24. & legem ejus spreverunt, & sponsiones ejus abne-
gaverunt, & in legitimis ejus fidem non habuerunt, & ope-
ra ejus non perfecerunt:
25. propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis.
26. Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa
quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & apparescens osten-
detur quæ nunc subducitur terra:
27. & omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse
videbit mirabilia mea.
28. Revelabitur enim filius meus JESUS cum his qui cum
eo sunt, & jucundabuntur qui relicti sunt in annis qua-
dringentis.
29. Et erit post annos hos, & morietur filius meus CHRI-
STUS, & omnes qui spiramentum habent homines:
30. & convertetur sæculum in antiquum silentium die-
bus septem, sicut in prioribus judiciis, ita ut nemo dere-
linquatur.
31. Et erit post dies septem, & excitabitur quod non-
dum vigilat sæculum, & morietur corruptum:
32. & terra reddet quæ in ea dormiunt, & pulvis qui
in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis
commendatæ sunt animæ.
33. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii, & per-
transibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur.
34. Judicium autem solum remanebit, veritas stabit, &
fides convalescet,
35. & opus subsequetur, & merces ostendetur, & justi-
tiæ vigilabunt, & injustitiæ non dominabuntur.
36. Et dixi: Primus Abraham propter Sodomitas ora-
vit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccaverunt,
37. & qui post eum pro Israel in diebus Achaz & Sa-
muelis,
38. David pro confractione, & Salomon pro eis qui ve-
nerunt in sanctificationem.
39. Et Elias pro his qui pluviam acceperunt, & pro
mortuo ut viveret,
40. & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, &
multi pro multis.
41. Si ergo modò quando corruptibile increvit, & inju-
stitia multiplicata est, & oraverunt justi pro impiis: qua-
re & nunc sic non erit?
42. Et respondit ad me, & dixit: Præsens sæculum non
est finis, gloria in eo frequens manet: propter hoc orave-
runt pro invalidis.
43. Dies enim judicii erit finis temporis hujus, & ini-
tium temporis futuræ immortalitatis, in quo transivit cor-
ruptela:
44. soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas:
crevit autem justitia, orta est veritas:
45. tunc enim nemo poterit salvare eum qui periit, ne-
que demergere qui vicit. Et respondi,
46. & dixi: Hic est sermo meus primus & novissimus,
quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cùm jam
dedisset, coercere eum ut non peccaret.
47. Quid enim prodest hominibus in præsenti vivere in
tristitia, & mortuos sperare punitionem?
48. O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non
est factus solius tuus casus, sed & noster qui ex te adve-
nimus.
49. Quid enim prodest nobis, si promissum est nobis im-
mortale tempus, nos autem mortalia opera egimus?
50. Et quoniam prædicta est nobis perennis spes, nos
verò pessimi vani facti sumus.
51. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis
& securitatis: nos verò malè conversati sumus.
52. Et quoniam reposita est gloria Altissimi, protegere
eos qui tardè conversati sunt: nos autem pessimis viis am-
bulavimus.
53. Et quoniam ostendetur paradisus, cujus fructus in-
corruptus perseverat, in quo est securitas & medela:
54. nos verò non ingrediemur: in ingratis enim locis
conversati sumus.
55. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui
abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies super tene-
bras nigræ:
56. non enim cogitavimus viventes quando iniquita-
tem faciebamus, quòd incipiemus post mortem pati.
57. Et respondit, & dixit: Hoc est cogitamentum cer-
taminis quod certabit qui super terram natus est homo,
58. ut si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem
vicerit, recipiet quod dico:
59. quoniam hæc est vita quam Moyses dixit cùm vi-
veret, ad populum, dicens: Elige tibi vitam, ut vivas.
60. Non crediderunt autem ei, sed nec post eum pro-
phetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos:
61. quoniam non esset tristitia in perditionem eorum,
sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est
salus.
62. Et respondi, & dixi: Scio Domine, quoniam vo-
catus est Altissimus misericors in eo, quòd misereatur his
qui nondum in sæculo advenerunt,
63. & quòd miseretur illis qui conversionem faciunt in
lege ejus:
64. & longanimis est, quoniam longanimitatem præstat
his qui peccaverunt quasi suis operibus:
65. & munificus est, quoniam quidem donare vult pro
exigentiis:
66. & multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis
misericordias his qui præsentes sunt, & qui præterierunt,
& qui futuri sunt.
67. Si enim non multiplicaverit misericordias suas, non
vivificabitur sæculum cum his qui inhæreditabunt in eo.
68. Et donat: quoniam si non donaverit de bonitate
sua, ut alleventur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis ini-
quitatibus non poterit decies millesima pars vivificari ho-
minum.
69. Et judex si non ignoverit his qui curati sunt verbo
ejus, & deleverit multitudinem contentionum: non for-
tassis derelinquerentur in innumerabili multitudine, nisi
pauci valde.

### NOTÆ.

℣. 18. Mſ. Sangerm. In fine *non viderunt*, pro *non videbunt*.
℣. 20. Mſ. Sangerm. *Pereant enim multi præsentes, quàm neglegatur*, &c.
℣. 26. Mſ. Sangerm. addit *civitas*, post *& apparescens*.
℣. 28. Ambroſ. lib. 2. in Luc. to. 1. col. 1292. a. *Revelabitur enim filius meus Jesus cum iis qui cum eo jucundabuntur, qui relicti sunt in annis quadringentis.* Mſ. Sangerm. *& jocundabit qui relicti sunt annis quadringentis.*
℣. 29. Ambrosius ibidem quo supra, Versioni vulgatæ consonat, nisi quòd addat *Jesus*, post *Christus*.
℣. 30. Ambrosius loco quo supra habet tantummodò: *& convertetur sæculum.*
℣. 32. Ambrosius lib. de bono mortis, cap. 10. tó. 1. col. 407. f. ita habet: *In Esdræ libris legimus: Quia cùm venerit judicii dies, reddet terra defunctorum corpora, & pulvis reddet eas, quæ in tumulis requiescunt, reliquias mortuorum. Et habitacula, inquit, reddent animas, quæ his commendatæ sunt:* infra verò, col. 408. b. lectionem Versionis vulgatæ adstruit dicendo Scripturam pro *habitacula*, habere *promptuaria. Denique & Scriptura*, inquit, *habitacula illa animarum promptuaria nuncupavit.*
℣. 33. Ambroſ. lib. de bono mortis, cap. 10. to. 1. col. 407. f. habet solummodò: *Et revelabitur Altissimus super sedem judicii.*
℣. 35. Mſ. Sangerm. *& injustitia non dormibunt.*
℣. 36. Mſ. Sangerm. initio omittit *Et dixi.*
℣. 37. Mſ. Sangerm. *& Hiesus qui post eum pro Israel*, &c.
℣. 38. Mſ. Sangerm. *& Salomon pro eis qui in sanctionem*, absque *venerunt.*
℣. 43. Mſ. Sangerm. *Dies enim judicii erit finis temporis hujus, futuri immortalitatis temporis, in quo transivit corruptela.*
℣. 45. Mſ. Sangerm. *neque demergere eum, qui vicerit.*
℣. 46. Mſ. Sangerm. pro *& novissimus*, habet *& non novissimus.*
℣. 48. Mſ. Sangerm. *sed & nostrûm qui*, &c.
℣. 52. Mſ. Sangerm. *Et quoniam incipiet gloria Altissimi*, &c.
℣. 56. Mſ. Sangerm. *quid incipientes post mortem pati.*
℣. 63. Mſ. Sangerm. pro *& quòd miseretur illis qui*, &c. legit *& misereatur in eo quod miseretur illis qui*, &c.
℣. 65. Mſ. Sangerm. initio habet *& muneribus*, mendosè pro *& munificus est*: & in fine *pro exigere*, loco *pro exigentiis.*
℣. 68. Mſ. Sangerm. initio habet: *Et donator*, pro *Et donat.*
℣. 69. Mſ. Sangerm. *multitudinem contemptionum, non fortassis derelinquentur in numerabili*, &c.

# CAPUT VIII.

1. ET respondit ad me, & dixit: Hoc sæculum fecit Al-
tissimus propter multos, futurum autem propter
paucos.
2. Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quo-
modo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam
dabit terram multam magis unde fiat fictile, parvum au-
tem pulverem unde aurum fit: sic & actus præsentis sæ-
culi.
3. Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.
4. Et respondi, & dixi: Absorbe ergo anima sensum,

### NOTÆ.

℣. 4. Mſ. Sangermanensis: *Absolve ergo anima sensum, & devoret quod sapit.*



Digitized by Google

& devora quod sapit :

5. convenisti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo vivere.

6. O Domine, si non permittes servo tuo, ut oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam, unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis ?

7. Solus enim es, & una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es :

8. & quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas membra : conservatur in igne & aqua tua creatio : & novem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est :

9. ipsum autem quod servat, & quod servatur, utraque servabuntur : servataque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creverunt.

10. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum,

11. ut nutriatur id quod plasmatum est usque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ.

12. Enutristi eum tua justitia, & erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu :

13. & mortificabis eum, ut tuam creaturam : & vivificabis eum, ut opus tuum.

14. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est : tuo jussu facile est ordinari, ut & id quod fiebat servaretur.

15. Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis : de populo autem tuo, ob quem doleo :

16. & de hæreditate tua, propter quam lugeo : & propter Israel, propter quem tristis sum : & de Jacob, propter quem doleo :

17. ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis : quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram.

18. Sed audivi celeritatem judicis qui futurus est.

19. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te.

20. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur : & dixi : Domine, qui inhabitas sæculum, cujus oculi elevati in superna & aere :

21. & cujus thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis : cui astat exercitus angelorum cum tremore,

22. quorum servatio in vento & igni convertitur : cujus verbum verum, & dicta perseverantia :

23. cujus jussio fortis, & dispositio terribilis : cujus aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur :

24. exaudi orationem servi tui, & auribus percipe precationem figmenti tui.

25. Dum enim vivo, loquar : & dum sapio, respondebo :

26. nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate serviunt.

27. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt.

28. Nec cogites qui in conspectu tuo falsè conversati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognoverunt.

29. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt : sed respicias eos qui legem tuam splendidè docuerunt.

30. Nec indigneris eis qui bestiis pejores judicati sunt : sed diligas eos qui semper in tua justitia confidunt, & gloria.

31. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus : tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.

32. Si enim desideraveris ut nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera justitiæ.

33. Justi enim, quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem.

34. Quid est enim homo, ut ei indigneris : aut genus corruptibile, ut ita amarus sis de ipso ?

35. In veritate enim, nemo de genitis est, qui non impiè gessit ; & de confitentibus, qui non deliquit.

36. In hoc enim annuntiabitur justitia tua, & bonitas tua Domine, cùm misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum.

37. Et respondit ad me, & dixit : Rectè locutus es aliqua : & juxta sermones tuos, sic & fiet :

38. quoniam non verè cogitabo super plasma eorum qui peccaverunt ante mortem, ante judicium, ante perditionem :

39. sed jucundabor super justorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & salvationis, & mercedis receptionis.

40. Quomodo ergo locutus sum, sic & est.

41. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt, salvantur, sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt : sic & qui in sæculo seminati sunt, non omnes salvabuntur :

42. & respondi, & dixi : Si inveni gratiam, loquar.

43. Quomodo semen agricolæ si non ascenderit aut non acceperit pluviam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluviæ,

44. sic perit : & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus : quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ.

45. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris.

46. Et respondit ad me, & dixit : Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris.

47. Multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturam super me : tibi autem frequenter & ipsi proximavi, injustis autem nunquam.

48. Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo,

49. quoniam humiliasti te sicut decet te : & non judicasti te, ut inter justos plurimùm glorificeris.

50. Propter quod miseriæ multæ & miserabiles efficientur eis qui habitant sæculum in novissimis : quia in multa superbia ambulaverunt.

51. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam.

52. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapientia.

53. Radix mali signata est à vobis : infirmitas, & tinea à vobis absconsa est : & in infernum fugit corruptio in oblivione.

54. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.

## NOTÆ.

℣. 6. Ms. Sangerm. *O Domine super nos, si permittes servo tuo, ut oremus*, &c.

℣. 8. Ms. Sangerm. *& quoniam vivificas nunc in matrici plasmatum corpus, & præstans membra*, &c.

℣. 9. Ms. Sangerm. *ipsum autem quod servatur utraque servabuntur servati, quando iterum reddit matrix qua in ea creverint.*

℣. 14. Ms. Sangerm. *ut & quid fiebat servaretur.*

℣. 15. Ms. Sangerm. initio habet : *Et nunc dicens dicam* ; & in fine, *quod mihi dolet*, pro *ob quem doleo.*

℣. 16. Ms. Sangerm. *& de semini Jacob, propter quod conturbor.*

℣. 20. Ms. codex Vatican. reginæ Sueciæ, num. 11. litteris uncialibus descriptus, annor. 1000. habet in fine : *Domine, qui habitas in æternum, cujus oculi elati, & superiores in aere.* Ita etiam Breviarium Mozarabicum, & secundus tomus Bibliorum Ecclesiæ Aniciensis Velaunorum, annor. 900. è bibliotheca Colbertina, nisi quòd alterum habeat, *& superiora in aera*, alter verò, *& superiora in aere.*

℣. 21. Breviarium Mozarab. *cujus est thronus..... cui adstat omnis exercitus*, &c. Biblia Ecclesiæ Aniciensis, *cujus thronus..... & gloria ejus incomprehensibilis : cui adstant exercitus*, &c. Ms. Vatic. regin. Suec. omittit etiam *&* initio.

℣. 22. Ms. Vatic. regin. Suec. *quorum observatio in vento & igni convertetur : cujus verbum firmum*, &c. Ita etiam Breviar. Mozarab. nisi quòd habeat *convertentur*, pro *convertetur.* Biblia Eccl. Aniciensis legunt etiam *verbum firmum*, pro *verbum verum* : cætera ut in Versione vulgata.

℣. 23. Ms. Vatic. regin. Suec. & Biblia Eccles. Aniciensis : *cujus dispositio fortis..... cujus adspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere montes*, &c. Ita etiam Breviar. Mozarab. nisi quòd pro *tabescere*, habeat *tabescit.*

℣. 24. Ms. Vatic. regin. Suec. addit initio *Deus*, post *exaudi* : Biblia verò Ecclesiæ Aniciensis habent *Domine*, pro *Deus.*

℣. 25. Breviar. Mozarab. *Intende in verba mea : dum enim vivo*, &c. ut in Versione vulgata. Ms. Vatic. regin. Suec. & Biblia Ecclesiæ Aniciensis : *Intende verba mea : dum enim vivo, loquar : & dum sapio, respondeam.* Ms. Vatic. *respondam.* Ms. Sangerm. habet etiam *respondeam.*

℣. 26. Ms. Vatic. regin. Suec. *ne aspicias populi tui delicta, sed qui tibi serviunt in veritate.* Ms. Sangerm. & Biblia Aniciensis Ecclesiæ itidem, *ne aspicias* ; at in fine, *sed qui tibi serviunt in veritate.* Breviar. Mozarab. *ne respicias Domine populi tui delicta ipsi qui tibi serviunt in veritate.*

℣. 27. Ms. Vatic. regin. Suec. *Neque intendas impia gentium studia, qui testamenta cum dolore custodierunt.* Biblia Ecclesiæ Aniciensis, & Breviar. Mozarab. *Neque adtendas impiè agentium studia, sed qui tua testamenta*, &c. ut in Versione vulgata.

℣. 28. Breviar. Mozarab. *Neque cogites perdere qui..... sed memento qui ex voluntate nomen tuum cum timore cognoverunt.* Biblia Ecclesiæ Aniciensis : *Neque cogites qui..... sed memorare qui ex voluntate tuum timorem cognoverunt.* Ms. Vatic. regin. Suec. hunc versum omittit.

℣. 29. Ms. Vatic. regin. Suec. habet *pecorum*, pro *pecudum* ; & infra *sed respicias super eos.* Itidem Biblia Ecclesiæ Aniciensis, quibus concinit Breviarium Mozarab. nisi quòd habeat *pecudum*, ut in Versione vulgata.

℣. 30. Ms. Vatic. regin. Suec. Breviar. Mozarab. Biblia Ecclesiæ Aniciensis, & Ms. Sangerm. unanimiter : *Neque indigneris eis qui bestiis pejus sunt judicati : sed diligas qui semper in tua gloria confiderunt.*

℣. 31. Ms. Vatican. regin. Suec. *Quoniam nos..... talibus moribus regimur* ; & in fine, *misericors vocatus es.* Ita etiam Breviar. Mozarab. Biblia Ecclesiæ Aniciensis, & Ms. Sangerm. nisi quòd pro *regimur*, habeant *egimus.* Solus Ms. Sangerm. legit *vocaberis*, ut in Versione vulgata.

℣. 32. Biblia Ecclesiæ Aniciensis, & Breviar. Mozarab. habent *nobis enim*, pro *nobis autem.*

℣. 33. Breviar. Mozarab. *Justis autem, quibus sunt opera multa reposita, apud te Domine ex propriis operibus percipiem mercedem suam.* Biblia Ecclesiæ Aniciensis : *Justi enim..... apud te Domine ex propriis operibus percipient mercedem.* Ms. Vatic. regin. Suec. habet tantummodò, *apud te Domine ex propriis operibus percipient mercede*, omissis præcedentibus.

℣. 34. Ms. Vatic. regin. Suec. *ut ita mariceris de ipso.* Biblia Ecclesiæ Aniciensis : *ut ita amariceris de ipso.* Breviar. Mozarab. *ut ita exacerberis de ipso.*

℣. 35. Ms. Vatic. regin. Suec. initio omittit *enim*, & in fine habet, *& de confitentibus, qui non derelinquit.* Biblia Ecclesiæ Aniciensis, *& de confitentibus, qui non deliquit.* Breviar. Mozarab. *aut de confitentibus, qui tibi non deliquit.*

℣. 36. Ms. Vatic. regin. Suec. omittit initio *enim* ; & infra legit : *dum misertus fueris his, qui non habent substantiam operum bonorum.* Omittunt itidem *enim* Biblia Ecclesiæ Aniciensis, & in fine habent etiam *operum bonorum.*

℣. 38. Ms. Sangerm. pro *ante mortem, ante judicium, ante perditionem*, habet *aut mortem, aut judicium, aut perditionem.*

℣. 43. Ms. Sangerm. pro *aut non acceperit pluviam tuam in tempore*, legit, *non enim accepit pluviam tuam in tempore.*

℣. 44. Ms. Sangerm. pro *sic perit : & similiter homo qui*, &c. legit, *hic pater & filius homo qui*, &c.

℣. 47. Ms. Sangerm. *tu autem frequenter te & ipsum proximasti*, pro *tibi autem frequenter & ipsi proximavi.*

Digitized by Google

55. Noli ergo adjicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt.

56. Nam & ipsi accipientes libertatem, spreverunt Altissimum, & legem ejus contempserunt, & vias ejus dereliquerunt.

57. Adhuc autem justos ejus conculcaverunt,

58. & dixerunt in corde suo non esse Deum: & quidem scientes quoniam moriuntur.

59. Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus, quæ præparata sunt: non enim voluit hominem disperdi.

60. Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinaverunt nomen ejus qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparavit eis vitam.

61. Quapropter judicium meum modò appropinquat.

62. Quæ non omnibus demonstravi, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi:

63. Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in novissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

## CAPUT IX.

1. ET respondit ad me, & dixit: Metiens metire tempus in semetipso: & erit cùm videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt,

2. tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare sæculum, quod ab eo factum est.

3. Et quando videbitur in sæculo motio locorum, & populorum turbatio,

4. tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.

5. Sicut enim omne quod factum est in sæculo, initium habet, pariter & consummationem, & consummatio est manifesta:

6. sic & Altissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.

7. Et erit, omnis qui salvus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem in qua credidistis,

8. relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificavi me à sæculo.

9. Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas projecerunt in contemptu.

10. Qui enim non cognoverunt me, viventes beneficia consecuti:

11. & qui fastidierunt legem meam, cùm adhuc erant habentes libertatem:

12. & cùm adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreverunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere.

13. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impii cruciabuntur: sed inquire quomodo justi salvabuntur: & quorum sæculum, & propter quos sæculum, & quando.

14. Et respondi, & dixi:

15. Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt, quàm qui salvabuntur:

16. sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit:

17. Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat sæculi.

18. Et nunc cùm essem parans eis, his qui nunc sunt, antequam fieret sæculum, in quo habitarent: & nemo mihi contradixit:

19. tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indeficienti, & lege investigabili corrupti sunt mores eorum.

20. Et consideravi sæculum, & ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo advenerunt.

21. Et vidi, & peperci ei valde: & servavi mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa.

22. Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est, & servetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci.

23. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non jejunabis in eis:

24. Ibis in campum florum, ubi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores:

25. deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum.

26. Et profectus sum, sicut dixit mihi in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducavi, & facta est esca earum mihi in saturitatem.

27. Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante.

28. Et apertum est cor meum, & inchoavi dicere coram Altissimo, & dixi:

29. O Domine, te nobis ostendens, ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti:

30. Tu Israel audi me, & semen Jacob intende sermonibus meis.

31. Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per sæculum.

32. Nam patres nostri accipientes legem, non servaverunt, & legitima mea non custod erunt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat.

33. Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat.

34. Et ecce, consuetudo est, ut, cùm acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliquod escam vel potum: cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum est:

35. simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta jam non manent apud nos: sed nobis sic non factum est.

36. Nos quidem qui legem accepimus, peccantes perivimus, & cor nostrum quod suscepit eam:

37. nam lex non periit, sed permansit in suo labore.

38. Et cùm loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte, & ecce hæc lugebat & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta ejus discissa, & cinis super caput ejus.

39. Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conversus sum ad eam, & dixi ei:

40. Ut quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me:

41. Dimitte me Domine meus ut defleam me, & adjiciam dolorem: quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde.

42. Et dixi ei: Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me:

43. Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta.

44. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum nocte ac die.

45. Et factum est, post triginta annos exaudivit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & jucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes cives mei, & honorificabamus valde Fortem.

46. Et nutrivi eum cum labore multo.

47. Et factum est, cùm crevisset, & venisset accipere uxorem, feci diem epuli.

### NOTÆ.

℣. 1. Ms. Sangermanensis: *Meties metire in temetipso..... quoniam transierit pars quædam*, &c.

℣. 3. Ms. Sangerm. *Et quando videbitur in sæculo motio locorum, gentium cogitationes, ducum inconstantia, principum turbatio.*

℣. 5. Ms. Sangerm. pro *initium habet, pariter & consummationem*, legit simpliciter, *initium per consummationem.*

℣. 6. Ms. Sangerm. omittit *habent*, post *initia.*

℣. 8. Ms. Sangerm. habet in fine. *qua sanctificavi mihi à sæculo.*

℣. 9. Ms. Sangerm. *Et tunc mirabuntur qui nunc*, &c.

℣. 10. Ms. Sangerm. *Quotquot enim non cognoverunt me*, &c.

℣. 11. Ms. Sangerm. *& quod fastidierunt*, &c. Fortè *quod*, pro *quotquot.*

℣. 17. Ms. Sangerm. pro *talis cultura*, legit, *talis & atria.*

℣. 19. Ms. Sangerm. *tunc enim erat quisque, & nunc creat in mundo*; &c.

℣. 29. Ms. Sangerm. *O Domine, in nobis ostendens, ostensus es*, &c.

℣. 32. Ms. Sangerm. *& factum est fructum legis non periens*, &c.

℣. 34. Ms. Sangerm. *vel navem maris, vel vas aliquod esca vel potus; & cùm fuerit ut exterminetur quod seminatum est*, &c.

℣. 35. Ms. Sangerm. *exterminantur: susceptoria verò manent apud nos. Si enim non sic factum est, nos quidem qui*, &c. de versu sequenti.

℣. 44. Ms. Sangerm. legit *deprecarer*, pro *deprecor.*

## CAPUT X.

1. ET factum est, cùm introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est:

2. & evertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, & quievi usque in alium diem usque nocte.

3. Et factum est, cùm omnes quievissent ut me consolarentur ut quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc campo:

Digitized by Google

4. & cogito jam non reverti in civitatem, sed hîc con-
sistere: & neque manducare, neque bibere, sed sine inter-
missione lugere, & jejunare usque dum moriar.
5. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi
cum iracundia ad eam, & dixi:
6. Stulta super omnes mulieres, non vides luctum no-
strum, & quæ nobis contingunt?
7. Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contrista-
tur, & humilitate humiliata est, & luget validissimè.
8. Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus:
quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in
uno filio?
9. Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc
est quæ debeat lugere casum tantorum super eam germi-
nantium.
10. Et ex ipsa ab initio omnes nati & alii venient: &
ecce, penè omnes in perditionem ambulant, & extermi-
nium fit multitudo eorum.
11. Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam
magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro uno
doles? Si autem dicis mihi:
12. Quoniam non est planctus meus similis terræ: quo-
niam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus
peperi, & cum doloribus genui:
13. terra autem secundùm viam terræ, abiitque in ea
multitudo præsens, quo modo evenit: & ego tibi dico,
14. sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fru-
ctum suum homini ab initio ei qui fecit eam.
15. Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum,
& fortiter fer qui tibi contigerunt casus.
16. Si enim justificaveris terminum Dei, & consilium
suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis:
17. ingredere ergo in civitatem ad virum tuum. Et di-
xit ad me:
18. Non faciam, neque ingrediar civitatem, sed hîc
moriar.
19. Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi:
20. Noli facere hunc sermonem, sed consenti persua-
denti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem
Jerusalem.
21. Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta ef-
fecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum no-
strum destructum est,
22. & psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus
conticuit, & exsultatio nostra dissoluta est, & lumen can-
delabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri di-
repta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen
quod invocatum est super nos, penè profanatum est: & li-
beri nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri suc-
censi sunt, & Levitæ nostri in captivitatem abierunt, &
virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim
passæ sunt, & justi nostri rapti sunt, & parvuli nostri per-
diti sunt, & juvenes nostri servierunt, & fortes nostri in-
validi facti sunt:
23. & quod omnium majus, signaculum Sion, quo-
niam resignata est de gloria sua: nam & tradita est in ma-
nibus eorum qui nos oderunt.
24. Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depo-
ne abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur For-
tis, & requiem faciet tibi Altissimus, requietionem labo-
rum.
25. Et factum est, cùm loquebar ad eam, facies ejus
fulgebat subitò & species, coruscus fiebat visus ejus, ut es-
sem pavens valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc.
26. Et ecce, subitò emisit sonitum vocis magnum timo-
re plenum, ut commoveretur terra à mulieris sono: & vi-
di:
27. & ecce, ampliùs mulier non comparebat mihi, sed
civitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamen-
tis magnis: & timui, & clamavi voce magna, & dixi:
28. Ubi est Uriel angelus, qui à principio venit ad me?
quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu men-
tis hujus, & factus est finis meus in corruptionem, & ora-
tio mea in improperium.
29. Et cùm essem loquens ego hæc, ecce venit ad me,
& vidit me:
30. & ecce eram positus ut mortuus, & intellectus meus
alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortavit
me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi:
31. Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus
tuus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi:
32. Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secun-
dum sermones tuos, & exivi in campum: & ecce vidi, &
video quod non possum enarrare. Et dixit ad me:
33. Sta ut vir, & commonebo te. Et dixi:
34. Loquere Domine meus tu in me, noli me derelin-
quere, ut non frustra moriar:
35. quoniam vidi quæ non sciebam, & audio quæ non
scio.
36. Aut nunquid sensus meus fallitur, & anima mea so-
mniat?
37. Nunc ergo deprecor te, ut demonstres servo tuo
de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit:
38. Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus ti-
mes: quoniam Altissimus revelavit tibi mysteria multa.
39. Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissio-
ne contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter
Sion.
40. Hic ergo intellectus visionis, quæ tibi apparuit ante
paululum.
41. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam.
42. Nunc autem jam speciem mulieris non vides, sed
apparuit tibi civitas ædificari:
43. & quoniam enarrabat tibi de casu filii sui, hæc ab-
solutio est.
44. Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion; & quoniam
dixit tibi, quam & nunc conspicies, ut civitatem ædifica-
tam.
45. Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta an-
nis: propter quod erant anni scilicet triginta, quando non
erat in ea adhuc oblatio oblata.
46. Et factum est post annos triginta, ædificavit Salo-
mon civitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quando pe-
perit sterilis filium.
47. Et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum la-
bore, hoc erat, habitatio in Jerusalem.
48. Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in
suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat,
quæ facta est ruina Jerusalem.
49. Et ecce, vidisti similitudinem ejus: & quoniam fi-
lium lugeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ con-
tigerunt, hæc erant tibi aperienda.
50. Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo con-
tristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, osten-
dit tibi claritatem gloriæ ejus, & pulchritudinem decoris
ejus.
51. Propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo ubi
domus non est ædificata.
52. Sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat
tibi ostendere hæc:
53. propterea dixi tibi ut venires in agrum ubi non est
fundamentum ædificii.
54. Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in
loco, ubi incipiebatur Altissimi civitas ostendi.
55. Tu ergo noli timere, neque expavescat cor tuum:
sed ingredere, & vide splendorem & magnitudinem ædi-

## NOTÆ.

℣. 6. Ambrosius lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. c. *Stulte* (Edit. Roman. *Stulta*) *super omnes mulieres, nonne vides luctum nostrum, & quæ nobis contigerunt?*

℣. 7. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. tom. 2. col. 1131. c. *Quoniam Sion mater nostra omnium tristitia* (Roman. Edit. *omni tristitia*) *contristatur, & humilitate humiliata est*: deinde alludendo, *Lugete validissimè & nunc, quoniam*, &c. de versu sequenti: Edit. Rom. *& luget validissimè. Et nunc quoniam*, &c. Ms. Sangerm. legit, *omnium in tristitia*: cætera ut in Versione vulgata.

℣. 8. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. c. alludendo ait: *Lugete validissimè & nunc*, (Edit. Roman. *& luget validissimè. Et nunc*, &c.) *quoniam omnes lugemus: & tristes sitis*, (Edit. Rom. *& tristes sumus.*) *quoniam omnes contristati sumus: tu enim contristaris in fratre*: Edit. Rom. *tu verò contristaris in filio*. Ms. Sangerm. legit, *& tristes estis*, pro *& tristes sumus*.

℣. 9. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. c. *Interroga terram, & dicet tibi: quoniam hæc est quæ debeat lugere, tantorum superstes geminum*: Edit. Rom. *lugere tantorum casum super eam geminantium*.

℣. 10. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. d. Versioni vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 11. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. d. alludendo ait: *Et quis ergo debet lugere magis, nisi quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu qui pro uno doles?*

℣. 15. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1131. f. & 1132. a. Versioni vulgatæ consentit, nisi quòd initio omittat *ergo*, post *Nunc*.

℣. 16. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. a. *Si enim justificaveris terminum Dei, & filium tuum recipies in tempore, & in mulieribus collaudaberis*. Ms. Sangerm. legit etiam *& filium tuum recipies in tempore*.

℣. 20. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. b. *Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuaderi. Qui enim casus Sion? Consolare propter dolorem Hierusalem*. Ms. Sangerm. *sed consenti persuadere. Quid enim casus Sion?*

℣. 21. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. b. omittit hunc versum, & initium sequentis, & habet tantùm *Vides enim quia*, quæ verba jungit cum his versûs 22. *sancta nostra contaminata sunt*, &c.

℣. 22. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. b. c. ita hunc versum cum præcedenti conjungit, omissis omnibus quæ intercedunt: *Vides enim quia sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod nominatum est* (Edit. Roman. *invocatum est*) *super nos, penè profanatum est: & illi nostri* (Edit. Rom. necnon vetus editio, ac Mss. nonnulli, *& juvenes nostri*; forte legendum, *& filii nostri*) *contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Levitæ nostri in captivitate fuerunt, & mulieres nostræ contaminatæ sunt, & virgines nostræ vim passæ, & justi nostri rapti, & parvuli nostri proditi sunt, & juvenes nostri servierunt, & fortes nostri invalidi facti sunt*. Ms. Sangerm. legit etiam, *& nomen quod nominatum est super nos*: cætera verò ut in Versione vulgata.

℣. 23. Ms. Sangerm. & Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. c. Versioni vulgatæ consonant, nisi quòd habeant *nunc & tradita est*, pro *nam & tradita est*.

℣. 24. Ambros. lib. 1. de excess. Satyr. to. 2. col. 1132. c. d. *Tu ergo excute tuam multam tristitiam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur Fortis, & requiem faciat tibi Altissimus requietione dolorum*.

℣. 29. Ms. Sangerm. *Et cùm essem loquens ego hæc, & ecce venit ad me angelus, qui in principio venerat ad me, & vidit me*.

℣. 31. Ms. Sangerm. omittit *& quare conturbaris?*

℣. 32. Ms. Sangerm. *Quoniam derelinquens dereliquisti me*, &c.

℣. 45. Ms. Sangerm. pro *erant anni scilicet triginta*, habet *erant anni sæculo iii*.

℣. 46. Ms. Sangerm. *Et factum est post annos tres, ædificavit*, &c.

Digitized by Google

ficii, quantùm capax est tibi visus oculorum videre:

56. & post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

57. Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum sicut & pauci.

58. Nocte autem quæ in crastinum futura est, manebis hic:

59. & ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his qui habitant super terram à novissimis diebus.

60. Et dormivi illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

NOTÆ.

℣. 59. Mſ. Sangerm. pro *visiones supremorum*, legit *visiones somniorum*.

# CAPUT XI.

1. ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria.

2. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebantur.

3. Et vidi, & de pennis ejus nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.

4. Nam capita ejus erant quiescentia, & dimidium caput erat majus aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis.

5. Et vidi, & ecce aquila volavit in pennis suis, & regnavit super terram, & super eos qui habitant in ea.

6. Et vidi, quoniam subjecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque unus de creatura quæ est super terram.

7. Et vidi, & ecce surrexit aquila super ungues suos, & misit vocem pennis suis, dicens:

8. Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco suo, & per tempus vigilate.

9. Capita autem in novissimo serventur.

10. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus ejus, sed de medietate corporis ejus.

11. Et numeravi contrarias pennas ejus, & ecce ipsæ erant octo.

12. Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit una penna, & regnavit super omnem terram.

13. Et factum est, cùm regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus ejus: & sequens exsurrexit, & regnabat: ipsa multum tenuit tempus.

14. Et factum est, cùm regnaret, & veniebat finis ejus, ut non appareret sicut prior.

15. Et ecce, vox emissa est illi, dicens:

16. Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terram: hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere.

17. Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium ejus.

18. Et levavit se tertia, & tenuit principatum sicut & priores: & non apparuit & ipsa.

19. Et sic contingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere.

20. Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, ut tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim non comparebant.

21. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum.

22. Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula:

23. & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennacula.

24. Et vidi, & ecce sex pennaculis divisæ sunt duæ, & manserunt sub capite quod est ad dexteram partem. Nam quatuor manserunt in loco suo.

25. Et vidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus.

26. Et vidi, & ecce una erecta est, sed statim non comparuit.

27. Et secundæ velociùs quàm priores, non comparuerunt.

28. Et vidi, & ecce duæ quæ superaverunt, apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare:

29. & in eo cùm cogitarent, ecce unum quiescentium capitum quod erat medium, evigilabat, hoc enim erat duorum capitum majus.

30. Et vidi quoniam completa sunt duo capita secum:

31. & ecce conversum est caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares quæ cogitabant regnare.

32. Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt.

33. Et vidi post hæc, & ecce medium caput subitò non comparuit, & hoc sicut alæ.

34. Superaverunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnaverunt super terram, & super eos qui habitant in ea.

35. Et vidi, & ecce devoravit caput à dextera parte illud quod à læva.

36. Et audivi vocem dicentem mihi: Conspice contra te, & considera quod vides.

37. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de silva rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens:

38. Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altissimus tibi,

39. Nonne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in sæculo meo, & ut per eos veniret finis temporum eorum?

40. & quartus veniens devicit omnia animalia quæ transierunt, & potentatu tenuit sæculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitavit tot temporibus orbem terrarum cum dolo.

41. Et judicasti terram non cum veritate.

42. Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant, & humiliasti muros eorum qui te non nocuerunt.

43. Et ascendit contumelia usque ad Altissimum, & superbia tua ad Fortem.

44. Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera ejus completa sunt.

45. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & ungues tui pessimi, & omne corpus tuum;

46. uti refrigeretur omnis terra, & revertatur liberata de tua vi, & speret judicium & misericordiam ejus qui fecit eam.

NOTÆ.

℣. 14. Mſ. Sangermanensis: *Et factum est, cùm regnaret, venit ei finis, & non apparuit, ita ut non appareret locus ejus: & sequens*, &c.

℣. 16. Mſ. Sangerm. *Audi tu quæ toto tempore tenuisti terram, hoc annuntiante antequam incipias non parere.*

℣. 19. Mſ. Sangerm. pro *omnibus aliis*, legit *omnibus avis.*

℣. 23. Mſ. Sangerm. legit initio, *& nihil superavit in corpore aquilæ.*

℣. 24. Mſ. Sangerm. *Et vidi, & ecce de sex pennaculis*, &c.

℣. 27. Mſ. Sangerm. habet in fine, *non apparuit*, pro *non comparuerunt.*

℣. 30. Mſ. Sangerm. *Et vidi quomodo complexa est duo capita secum.*

℣. 32. Mſ. Sangerm. *& dominabis qui habitant terram in ea cum labore multo*, &c.

℣. 44. Mſ. Sangerm. in fine pro, *& scelera ejus completa sunt*, legit, *& sæcula ejus completa sunt.*

℣. 45. Mſ. Sangerm. *Propterea non apparens, non appareas*, &c.

# CAPUT XII.

1. ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam: & vidi,

2. & ecce quod superaverat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transierunt, & erectæ sunt ut regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.

3. Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expavescebat terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilavi, & dixi spiritui meo:

4. Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi.

5. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo invalidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quam expavi nocte hac.

6. Nunc ergo orabo Altissimum, ut me confortet usque in finem.

7. Et dixi: Dominator Domine, si inveni gratiam an-

NOTÆ.

℣. 2. Mſ. Sangermanensis: *& non comparuerunt quatuor alæ, duæque ad eum transierunt*, &c.

Digitized by Google

te oculos tuos, & si justificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam,

8. conforta me, & ostende servo tuo mihi interpretationem, & distinctionem visus horribilis hujus, ut plenissimè consoleris animam meam.

9. Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum novissima. Et dixit ad me:

10. Hæc est interpretatio visionis hujus.

11. Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo.

12. Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor.

13. Ecce dies veniunt, & exsurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.

14. Regnabunt autem in ea reges duodecim, unus post unum.

15. Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim.

16. Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti.

17. Et quam audisti vocem quæ locuta est, non de capitibus ejus exeuntem, sed de medio corporis ejus,

18. hæc est interpretatio, quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur ut cadat: & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium.

19. Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis ejus,

20. hæc est interpretatio: exsurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora levia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient.

21. Appropinquante autem tempore medio, quatuor servabuntur in tempore, cùm incipiet appropinquare tempus ejus ut finiatur: duo verò in finem servabuntur.

22. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia,

23. hæc est interpretatio: in novissimis ejus suscitabit Altissimus tria regna, & revocabit in ea multa: & dominabuntur terram,

24. & qui habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos: propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ.

25. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates ejus, & qui perficient novissima ejus.

26. Et quoniam vidisti caput majus non apparens, hæc est interpretatio ejus: quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis.

27. Nam duo qui perseveraverint, gladius eos comedet.

28. Unius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in novissimis cadet.

29. Et quoniam vidisti duas subalares trajicientes super caput quod est in dextera parte,

30. hæc est interpretatio: hi sunt quos conservavit Altissimus in finem suum, hoc est regnum exile, & turbationis plenum.

31. Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de silva evigilantem, & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & injustitias ipsius, per omnes sermones ejus sicut audisti:

32. hic est ventus quem servavit Altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorum: & arguet illos, & incutiet coram ipsis discerptiones eorum.

33. Statuet enim eos in judicio vivos: & erit, cùm arguerit eos, tunc corripiet eos.

34. Nam residuum populum meum liberabit cum miseria, qui salvati sunt super fines meos, & jucundabit eos quoadusque veniet finis, dies judicii, de quo locutus sum tibi ab initio.

35. Hoc somnium quod vidisti, & hæ interpretationes.

36. Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.

37. Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito:

38. & docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere, & servare secreta hæc.

39. Tu autem adhuc sustine hîc alios dies septem, ut tibi ostendatur quidquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi.

40. Et profectus sum à me. Et factum est, cùm audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reversus in civitatem, & congregavit se omnis à minimo usque ad maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicentes:

41. Quid peccavimus tibi, & quid injustè egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc?

42. Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & navis salvata à tempestate.

43. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt?

44. Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion?

45. Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et ploraverunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi:

46. Confide Israel, & noli tristari tu domus Jacob.

47. Est enim memoria vestri coram Altissimo, & Fortis non est oblitus vestri in tentatione.

48. Ego enim non dereliqui vos, neque excessi à vobis: sed veni in hunc locum ut deprecarer pro desolatione Sion, ut quærerem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ.

49. Et nunc ite unusquisque vestrûm in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos.

50. Et profectus est populus, sicut dixi ei, in civitatem:

51. ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandavit: & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

NOTÆ.

℣. 9. Ms. Sangerm. .....*ostendere mihi temporum finem, & temporum novissima*, &c.

℣. 12. Ms. Sangerm. *Sed non est illi interpretatum quomodo ego nunc tibi interpretor.*

℣. 32. Ms. Sangerm. *hic est unctus quem reservavit Altissimus..... & infulcit coram ipsis spretiones eorum.*

℣. 37. Ms. Sangerm. legit, *& pones ea*, pro *& pone ea.*

℣. 42. Ms. Sangerm. *Tu enim nobis superasti ex omnibus populis*, &c.

℣. 47. Ms. Sangerm. in fine, pro *in tentatione*, habet *in contentione.*

# CAPUT XIII.

1. ET factum est post dies septem, & somniavi somnium nocte.

2. Et ecce de mari ventus exsurgebat, ut conturbaret omnes fluctus ejus.

3. Et vidi, & ecce convalescebat ille homo cum millibus cœli: & ubi vultum suum vertebat ut consideraret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur:

4. & ubicunque exibat vox de ore ejus, ardescebant omnes qui audiebant voces ejus, sicut quiescet terra quando senserit ignem.

5. Et vidi post hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de quatuor ventis cœli, ut debellarent hominem qui ascenderat de mari.

6. Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volavit super eum.

7. Ego autem quæsivi videre regionem vel locum unde sculptus esset mons, & non potui.

8. Et post hæc vidi, & ecce omnes qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum, timebant valde, tamen audebant pugnare.

9. Et ecce, ut vidit impetum multitudinis venientis, non levavit manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo ut vidi,

10. quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis ejus spiritus flammæ, & de lingua ejus emittebat scintillas & tempestates, & commista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis:

11. & concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, ut subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo pulvis, & fumi odor: & vidi, & extimui.

12. Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam,

13. & accedebat ad eum vultus hominum multorum, quorumdam gaudentium, quorumdam tristantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur: & ægrotavi à multitudine pavoris, & expergefactus sum, & dixi:

14. Tu ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti ut susciperes deprecationem meam:

15. & nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii hujus.

NOTÆ.

℣. 3. Ms. Sangermanensis pro *cum millibus cœli*, habet, *cum nubibus cœli.*

℣. 10. Ms. Sangerm. initio habet, *quomodo emitti.*

℣. 11. Ms. Sangerm. in fine, *nisi solummodo pulvis cineris, & fumi odor: & vidi, & exstiti.*

℣. 13. Ms. Sangerm. initio, *& accedebant ad eum*, &c. & in fine pro *& ægrotavi*, legit, *& ego.*

Digitized by Google

16. Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his, qui non sunt derelicti.

17. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant.

18. Intelligo nunc quæ sunt reposita in novissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt.

19. Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.

20. Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à sæculo, & nunc videre quæ contingunt in novissimo. Et respondit ad me, & dixit:

21. Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es adaperiam tibi.

22. Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt: hæc est interpretatio.

23. Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodivit: qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habent opera & fidem ad Fortissimum.

24. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti, super eos qui mortui sunt.

25. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentem de corde maris,

26. ipse est quem conservat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt.

27. Et quoniam vidisti de ore ejus exire, ut spiritum, & ignem, & tempestatem:

28. & quoniam non tenebat frameam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus ejus multitudinem, quæ venerat expugnare eum: hæc est interpretatio.

29. Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt:

30. & veniet in excessu mentis super eos qui inhabitant terram.

31. Et alii alios cogitabunt debellare; civitas civitatem, & locus locum, & gens adversus gentem, & regnum adversus regnum.

32. Et erit, cùm fient hæc, & contingent signa quæ ante ostendi tibi: & tunc revelabitur filius meus, quem vidisti, ut virum ascendentem.

33. Et erit, quando audierint omnes gentes vocem ejus: & derelinquet unusquisque in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum:

34. & colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum.

35. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion.

36. Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata & ædificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus.

37. Ipse autem filius meus arguet quæ adinvenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempestati appropinquaverunt propter mala cogitamenta eorum, & cruciamenta quibus incipient cruciari:

38. quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est.

39. Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam,

40. hæ sunt decem tribus, quæ captivæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis, quem captivum duxit Salmanasar rex Assyriorum: & transtulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam.

41. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum:

42. vel ibi observare legitima sua, quæ non fuerant servantes in regione sua.

43. Per introitus autem angustos fluminis, Euphraten introierunt.

44. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis usquequo transirent.

45. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni unius & dimidii: nam regio illa vocatur Arsareth.

46. Tunc inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore: & nunc iterum cùm cœperint venire,

47. iterum Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace.

48. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inveniuntur intra terminum meum.

49. Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superaverunt populum:

50. & tunc ostendet eis multa plurima portenta.

51. Et dixi ego: Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi:

52. Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.

53. Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, & propter quod illuminatus es hîc solus.

54. Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quæsisti.

55. Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem:

56. & propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum: erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi gravia & mirabilia.

57. Et profectus sum, & transii in campum, multùm glorificans & laudans Altissimum, de mirabilibus quæ per tempus faciebat:

58. & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata: & sedi ibi tribus diebus.

NOTÆ.

℣. 18. Ms. Sangerm. *Intellige nunc..... & non occurram eis, sed & qui derelicti sunt propter hoc va.*

℣. 19. Ms. Sangerm. duo priora hujus versûs verba *propter hoc*, quibus addit, *va*, ad versum præcedentem refert sic: *sed & qui derelicti sunt propter hoc va*: deinde, *viderunt enim pericula magna*, &c.

℣. 20. Ms. Sangerm. sub finem: *& non videre quæ contigerunt in novissimo*, &c.

℣. 23. Ms. Sangerm. *Qui adferet periculum, ipse custodivit: qui in periculo inciderint, hi sunt*, &c.

℣. 30. Ms. Sangerm. initio, *& veni in excessu*, &c.

℣. 37. Ms. Sangerm. ..... *quæ tempestati adpropiaverunt: & improperavit coram eis mala cogitamenta*, &c.

℣. 40. Ms. Sangerm. pro *in diebus Osee regis*, legit, *in diebus Josiæ regis*.

℣. 42. Ms. Sangerm. pro *vel ibi observare*, habet, *vel ut ibi observarent*.

℣. 47. Ms. Sangerm. in fine, *multitudinem collectam cum pace*.

℣. 49. Ms. Sangerm. in fine, *proteget qui superaverit populum*.

℣. 52. Ms. Sangerm. *Sicut non potest scrutinare, vel scire quis, quid sit in profundo maris: sic*, &c.

# CAPUT XIV.

1. ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu.

2. Et ecce, vox exivit contra me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego Domine. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me:

3. Revelans revelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Ægypto,

4. & misi eum, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis:

5. & enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem, & præcepi ei, dicens:

6. Hæc in palàm facies verba, & hæc abscondes.

7. Et nunc dico tibi:

8. Signa quæ demonstravi, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea:

9. tu enim recipieris ab omnibus; converteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, usquequo finiantur tempora:

10. quoniam sæculum perdidit juventutem suam, & tempora appropinquant senescere.

11. Duodecim enim partibus divisum est sæculum, & transierunt ejus decima & dimidium decimæ partis:

12. supersunt autem ejus post medium decimæ partis.

13. Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia jam corruptelæ,

14. & dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te pondera humana, & exue te jam infirmam naturam, & repone in unam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his:

15. quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient:

16. quantum enim invalidum fiet sæculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala.

17. Prolongavit enim se magis veritas, & appropinquavit mendacium. Jam enim festinat venire, quam vidisti visionem.

18. Et respondi, & dixi coram te Domine:

19. Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & cor-

NOTÆ.

℣. 9. Ambrosius lib. de bon. mortis, cap. 11. to. 1. col. 410. d. *tu enim recipieris ab hominibus*, (Edit. Rom. *ab omnibus*) *& conversaberis residuum* (Edit. Rom. *residuus*) *cum Filio meo, & cum similibus tuis*. Ms. Sangerm. habet etiam, *residuum cum Filio meo*.

℣. 12. Ms. Sangerm. *superant autem ejus duæ post medium decimæ partis*.

℣. 16. Ms. Sangerm. *quantum enim invalidum fieri sæculum à senectute, tantum multiplicabunt inhabitantes mala*.



Digitized by Google

ripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fue-
rint, quis commonebit?
20. Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inha-
bitant in eo sine lumine.
21. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo
scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.
22. Si enim inveni in te gratiam, immitte in me Spiri-
tum sanctum, & scribam omne quod factum est in sæculo
ab initio, quæ erant in lege tua scripta, ut possint homines
invenire semitam, & qui voluerint vivere in novissimis,
vivant.
23. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega po-
pulum, & dices ad eos, ut non quærant te diebus qua-
draginta.
24. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe te-
cum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel,
quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter.
25. Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucer-
nam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finian-
tur quæ incipies scribere.
26. Et tunc perfectis quædam palàm facies, quædam sa-
pientibus absconsè trades: in crastinum enim hac hora in-
cipies scribere.
27. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congre-
gavi omnem populum, & dixi:
28. Audi Israel verba hæc:
29. Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto,
& liberati sunt inde:
30. & acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt,
quam & vos post eos transgressi estis:
31. & data est vobis terra in sortem, & terra Sion, &
patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non servastis
vias quas præcepit vobis Altissimus:
32. & justus judex cùm sit, abstulit à vobis in tempore
quod donaverat.
33. Et nunc vos hìc estis, & fratres vestri introrsum ve-
strûm sunt.
34. Si ergo imperaveritis sensui vestro, & erudieritis
cor vestrum, vivi conservati eritis, & post mortem mise-
ricordiam consequemini.
35. Judicium enim post mortem veniet, quando ite-
rum revivisceмus: & tunc justorum nomina parebunt, &
impiorum facta ostendentur.
36. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat
me usque dies quadraginta.
37. Et accepi quinque viros sicut mandavit mihi, &
profecti sumus in campum, & mansimus ibi.
38. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocavit me
dicens: Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potavero.
39. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigeba-
tur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem ejus ut
ignis similis.
40. Et accepi, & bibi: & in eo cùm bibissem, cor meum
cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sa-
pientia. Nam spiritus meus conservabatur memoria.
41. Et apertum est os meum, & non est clausum am-
pliùs.
42. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scri-
pserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non scie-
bant.
43. Nocte autem manducabant panem, ego autem per
diem loquebar, & per noctem non tacebam.
44. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducen-
ti quatuor.
45. Et factum est, cùm complevissent quadraginta dies,
locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in pa-
làm pone, & legant digni & indigni:
46. novissimos autem septuaginta conservabis, ut tra-
das eos sapientibus de populo tuo.
47. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons,
& scientiæ flumen. Et feci sic.

NOTÆ.

℣. 40. Mſ. Sangerm. *cor meum eructuabatur intellectum, & in pectus*, &c.

℣. 45. Mſ. Sangerm. *Et factum est, cùm completi essent quadraginta dies*, &c.

## CAPUT XV.

1. Ecce loquere in aures plebis meæ sermones prophe-
tiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus:
2. & fac, ut in charta scribantur, quoniam fideles &
veri sunt.
3. Ne timeas à cogitationibus adversùm te, nec turbent
te incredulitates dicentium.
4. Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua mo-
rietur.
5. Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem ter-
rarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interi-
tum:
6. propter quod superpolluit iniquitas omnem terram,
& adimpleta sunt opera nociva illorum.
7. Propterea dicit Dominus:
8. Jam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligio-
sè agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent: ecce
sanguis innoxius & justus clamat ad me, & animæ justo-
rum clamant perseveranter.
9. Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & acci-
piam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me.
10. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem duci-
tur, jam non patiar illum habitare in terra Ægypti:
11. sed educam eum in manu potenti & brachio excel-
so, & percutiam plaga sicut priùs, & corrumpam omnem
terram ejus.
12. Lugebit Ægyptus, & fundamenta ejus plaga ver-
berata, & castigatione quas inducet ei Deus.
13. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam defi-
cient semina eorum ab uredine, & grandine, & à sidere
terribili.
14. Væ sæculo, & qui habitant in eo:
15. quia appropinquavit gladius & contritio eorum, &
exsurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in
manibus eorum.
16. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis in-
valescentes non curabunt regem suum, & principes viæ
gestorum suorum in potentia sua.
17. Concupiscet enim homo in civitatem ire, & non
poterit.
18. Propter superbiam enim eorum civitates turbabun-
tur, domus exterentur, homines metuent.
19. Non miserebitur homo proximum suum, ad irritum
faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas sub-
stantias eorum, propter famem panis, & tribulationem
multam.
20. Ecce, ego convoco, dicit Deus, omnes reges ter-
ræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro,
& ab Euro, & à Libano, ad convertendos in se, & red-
dere quæ dederunt illis:
21. sicut faciunt usque hodie electis meis, sic faciam
& reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus.
22. Non parcet dextera mea super peccatores, nec ces-
sabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium su-
per terram.
23. Exiit ignis ab ira ejus, & devoravit fundamenta
terræ, & peccatores quasi stramen incensum.
24. Væ eis qui peccant, & non observant mandata mea,
dicit Dominus:
25. non parcam illis. Discedite filii à potestate. Nolite
contaminare sanctificationem meam,
26. quoniam novit Dominus omnes qui delinquunt in
illum; propterea tradidit eos in mortem, & in occisio-
nem.
27. Jam enim venerunt super orbem terrarum mala,
& manebitis in illis: non enim liberabit vos Deus, pro-
pter quod peccastis in eum.
28. Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente.
29. Et exient nationes draconum Arabum in curribus
multis, & sicut flatus, eorum numerus feretur super ter-
ram, ut jam timeant & trepident omnes qui illos audient
30. carmonii insanientes in ira, & exient ut apri de sil-
va, & advenient in virtute magna, & constabunt in pu-
gnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.
31. Et post hæc supervalescent dracones nativitatis suæ
memores, & convertent se conspirantes in virtute magna
ad persequendos eos.
32. Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, &
convertent pedes suos in fugam,

NOTÆ.

℣. 6. Mſ. Sangerman. *propter quod superposuit iniquitas*, &c.

℣. 11. Mſ. Sangerm. *& percutiam Ægyptum plagâ sicut priùs*, &c.

℣. 12. Mſ. Sangerm. *Lugeat Ægyptus, & fundamenta ejus à plagâ verberati in castigationes quas inducit Dominus.*

℣. 13. Mſ. Sangerm. *Lugeant cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum, & vastabunt ligna eorum ab uredine, & grandine, & à sidus terribile.*

℣. 20. Mſ. Sangerm. pro *ad me verendum*, legit, *ad movendum.*

℣. 29. Mſ. Sangerm. *& sic flatus eorum à die itineris fertur super terram, ut jam timeant*, &c.

Digitized by Google

33. & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet unum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum.

34. Ecce nubes ab oriente & septentrione usque ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ,

35. & collident se invicem, & collident sidus copiosum super terram, & sidus illorum, & erit sanguis à gladio usque ad ventrem,

36. & fimus hominis usque ad substramen cameli, & erit timor & tremor multus super terram,

37. & horrebunt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc movebunt nimbi copiosi

38. à meridiano & septentrione, & portio alia ab occidente:

39. & superinvalescent venti ab oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitavi in ira, & sidus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & occidentem violabitur:

40. & exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sidus, ut exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sidus terribile,

41. ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, ut etiam impleantur omnes campi, & omnes rivi plenitudine aquarum multarum:

42. & demolientur civitates, & muros, & montes, & colles, & ligna silvarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum.

43. Et transibunt constantes usque ad Babylonem, & exterent eam:

44. convenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sidus, & omnem iram super eam, & subibit pulvis & fumus usque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam:

45. & qui sub ea remanserint, servient his qui exterruerunt.

46. Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ ejus,

47. væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione, ad placendum & gloriandum in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari.

48. Odibilem imitata es in omnibus operibus ejus, & in adinventionibus ejus: propterea dicit Deus:

49. Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad devastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ.

50. Sicut flos siccabitur, cùm exsurget ardor qui emissus est super te,

51. infirmaberis ut paupercula plagata & castigata à mulieribus, ut non possint te suscipere potentes & amatores.

52. Nunquid ego sic zelabor te, dicit Dominus,

53. nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionem manuum, & dicens super mortem eorum, cùm inebriata esses:

54. Exorna speciem vultus tui?

55. Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies.

56. Sicut facies electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.

57. Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & civitates tuæ contererentur, & omnes tui in campo gladio cadent.

58. Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent, à fame panis & siti aquæ.

59. Infelix per maria venies, & rursum accipies mala.

60. Et in transitu allident civitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum revertentes ad Babylonem subversam.

61. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:

62. & devorabunt te, & civitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes silvas tuas & lignum fructiferum igni comburent.

63. Filios tuos captivos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

NOTÆ.

℣. 33. Mſ. Sangerm. in fine, *& constantia in reges ipsorum.*
℣. 35. Mſ. Sangerm. *& collident se invicem, & effundent sidus copiosum super terram.... & erit sanguis à gladio usque ad ventrem equi.*
℣. 36. Mſ. Sangerm. *& fimus hominis, & suffraginem cameli, & erit,* &c.
℣. 37. Mſ. Sangerm. in fine, pro *movebunt*, habet *movebuntur.*
℣. 42. Mſ. Sangerm. pro *demolientur*, legit *demolient.*
℣. 45. Mſ. Sangerm. *servientes his qui exterruerunt.*
℣. 46. Mſ. Sangerm. *Et tu Asia consors in specie Babylonis*, &c.
℣. 51. Mſ. Sangerm. *& firmaberis, & paupera à plaga, & mastigata à vulneribus, ut non possit vos suscipere potentes & amatores.*
℣. 52. Mſ. Sangerm. *Numquid ego sic zelabo te*, &c.
℣. 53. Mſ. Sangerm. in fine, *cùm inebriata es.*
℣. 55. Mſ. Sangerm. *Merces fornicariæ in sinus tuos*, &c.
℣. 59. Mſ. Sangerm. *Infelix primaria venies, & rursum*, &c.
℣. 60. Mſ. Sangerm. pro *civitatem occisam*, legit, *civitatem otiosam.*

# CAPUT XVI.

1. VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria.

2. Præcingite vos saccis & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquavit contritio vestra.

3. Immissus est vobis gladius, & quis est qui avertat illum?

4. Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum?

5. Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea?

6. Nunquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula, mox quando cœperit ardere?

7. Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam?

8. Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?

9. Exiit ignis ex iracundia ejus, & quis est qui extinguat eum?

10. Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pavebit?

11. Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius?

12. Terra tremuit & fundamenta ejus, mare fluctuat de profundo, & fluctus ejus disturbabuntur, & pisces ejus à facie Domini, & à gloria virtutis ejus:

13. quoniam fortis dextera ejus quæ arcum tendit: sagittæ ejus acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient, cùm cœperint mitti in fines terræ.

14. Ecce mittuntur mala, & non revertentur, donec veniant super terram.

15. Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ.

16. Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario, sic non revertentur mala quæ missa fuerint in terram.

17. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus?

18. Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates, initium malorum & trepidabunt omnes.

19. In his quid faciam, cùm venerint mala?

20. Ecce fames, & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione,

21. & in his omnibus se non convertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper.

22. Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sic ut putent sibi esse directam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio.

23. A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæteros qui superaverint à fame,

24. & mortui sicut stercora projicientur, & non erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & civitates ejus dejicientur:

25. non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet eam.

26. Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa?

27. Uva matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio.

28. Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem ejus audire.

29. Relinquentur enim de civitate decem, & duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum:

30. quemadmodum derelinquuntur in oliveto & singulis arboribus tres aut quatuor olivæ:

31. aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur:

32. sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus domos eorum in rhomphæa.

33. Et relinquetur terra deserta, & agri ejus inveterabunt, & viæ ejus & omnes semitæ ejus germinabunt spinas, eò quòd non transient homines per eam.

NOTÆ.

℣. 10. Mſ. Sangerman. *Tonabit, & quis non surgebit?*
℣. 19. Mſ. Sangerm. *In his quid fecerint, cùm venerint mala?*
℣. 33. Mſ. Sangerm. in fine, *eò quòd non transient oves per eam.*



Digitized by Google

34. Lugebunt virgines non habentes ſponſos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adjutorium:

35. ſponſi earum in bello conſumentur, & viri earum in fame exterentur.

36. Audite verò iſta, & cognoſcite ea ſervi Domini.

37. Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis, de quibus dicit Dominus.

38. Ecce appropinquant mala, & non tardant.

39. Quemadmodum prægnans cùm parit in nono menſe filium ſuum, appropinquante hora partus ejus, ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem ejus, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt uno puncto:

40. ſic non morabuntur mala ad prodeundum ſuper terram, & ſæculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.

41. Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnam, & in malis ſic eſtote, quaſi advenæ terræ.

42. Qui vendit, quaſi qui fugiat: & qui emit, quaſi qui perditurus.

43. Qui mercatur, quaſi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quaſi non habitaturus.

44. Qui ſeminat, quaſi qui non metet: ſic & qui vineam putat, quaſi non vindemiaturus.

45. Qui nubunt, ſic quaſi filios non facturi: & qui non nubunt, ſic quaſi vidui.

46. Propter quod qui laborant, ſine cauſa laborant:

47. Fructus enim illorum alienigenæ metent, & ſubſtantiam illorum rapient, & domos evertent, & filios eorum captivabunt, quia in captivitate & fame generant natos ſuos.

48. Et qui negotiantur in rapina, quantùm diu exornant civitates & domos ſuas, & poſſeſſiones & perſonas ſuas,

49. tanto magis adzelabor eos ſuper peccata ſua, dicit Dominus.

50. Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde,

51. ſic zelabitur juſtitia iniquitatem cùm exornat ſe, & accuſat eam in facie, cùm venerit qui defendat exquirentem omne peccatum ſuper terram.

52. Propterea nolite ſimilari ei, nec operibus ejus:

53. quoniam adhuc puſillum, & tolletur iniquitas à terra, & juſtitia regnabit in vos.

54. Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam carbones ignis comburet ſuper caput ejus, qui dicit: Non peccavi coram Domino Deo & gloria ipſius.

55. Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominum, & adinventiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum.

56. Dixit enim: Fiat terra, & facta eſt; fiat cœlum, & factum eſt.

57. Et in verbo illius ſtellæ fundatæ ſunt, & novit numerum ſtellarum.

58. Qui ſcrutatur abyſſum, & theſauros illarum: qui menſus eſt mare, & conceptum ejus.

59. Qui concluſit mare in medio aquarum, & ſuſpendit terram ſuper aquas verbo ſuo.

60. Qui extendit cœlum quaſi cameram, ſuper aquas fundavit eum.

61. Qui poſuit in deſerto fontes aquarum, & ſuper verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, ut potaret terram.

62. Qui finxit hominem, & poſuit cor ſuum in medio corporis, & miſit ei ſpiritum, vitam & intellectum,

63. & ſpiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, & ſcrutinat omnia abſconſa in abſconſis terræ.

64. Hic novit adinventionem veſtram, & quæ cogitatis in cordibus veſtris, peccantes & volentes occultare peccata veſtra.

65. Propter quod Dominus ſcrutinando ſcrutinavit omnia opera veſtra, & traducet vos omnes,

66. & vos confuſi eritis cùm proceſſerint peccata veſtra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accuſatores ſtabunt in die illo,

67. Quid facietis? aut quomodo abſcondetis peccata veſtra coram Deo & angelis ejus?

68. Ecce judex Deus, timete eum. Deſinite à peccatis veſtris, & obliviſcamini iniquitates veſtras jam agere eas in ſempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione.

69. Ecce enim incenditur ardor ſuper vos turbæ copioſæ, & rapient quoſdam ex vobis, & cibabunt idolis occiſos,

70. & qui conſenſerint eis, erunt illis in deriſum, & in improperium, & in conculcationem:

71. erit enim locis locus, & in vicinas civitates exſurrectio multa ſuper timentes Dominum.

72. Erunt quaſi inſani nemini parcentes, ad diripiendum & devaſtandum adhuc timentes Dominum:

73. quia devaſtabunt & diripient ſubſtantias, & de domibus ſuis eos ejicient.

74. Tunc parebit probatio electorum meorum, ut aurum quod probatur ab igne.

75. Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adſunt dies tribulationis, & de his liberabo vos.

76. Ne timeatis, nec hæſitetis, quoniam Deus dux veſter eſt.

77. Et qui ſervat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata veſtra, ne ſuperelevent ſe iniquitates veſtræ.

78. Væ qui conſtringuntur à peccatis ſuis, & obteguntur ab iniquitatibus ſuis, quemadmodum ager conſtringitur à ſilva, & ſpinis tegitur ſemita ejus per quam non tranſit homo, & excluditur, & mittitur ad devorationem ignis.

## NOTÆ.

℣. 39. Mſ. Sangerm. *Quemadmodum prægnans in nono menſe filium ſuum, appropinquante..... ante horas duas vel tres, gementes dolores circum ventrem ejus, & prodiente infante*, &c.

℣. 40. Mſ. Sangerm. in fine, *& dolores circumtenent illud.*

℣. 60. Ambroſius epiſt. 29. to. 2. col. 909. e. *extendis cœlum ſicut cameram.*

℣. 61. Mſ. Sangerm. *flumina ab eminenti, ut portaret terra.*

℣. 63. Mſ. Sangerm. pro *in abſconſis terræ*, legit, *in abſconſis terra.*

℣. 64. Mſ. Sangerm. ..... *& quæ cogitatis in cordibus veſtris: væ peccantibus & volentibus occultare peccata ſua.*

℣. 68. Mſ. Sangerm. pro *& Deus educet vos*, habet, *& Dominus educabit vos.*

*FINIS.*

Digitized by Google

# INDEX TESTIMONIORUM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORUM EX VETERI,

Qui huc in id congesta sunt, ut pii lectores nativam quorumdam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu ejus per Apostolos sit tradita, assequantur, perspiciantque in quem usum ea Apostoli & Evangelistæ adduxerint.


GENESIS.

1. Masculum, & feminam fecit eos, Mat. 19. Mar. 10.
2. Requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis, Heb. 4.
2. Factus est primus homo Adam in animam viventem, 1. Cor. 15.
2. Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori, Mat. 19. Mar. 10. Eph. 5. 1. Cor. 6.
2. Erunt duo in carne una, Mat. 19. Mar. 10. 1. Cor. 6. Gal. 3.
12. Exi de terra tua, & de cognatione tua, Act. 7.
12. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes, Act. 3. Eph. 5.
15. Sic erit semen tuum, Rom. 4.
15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam, Rom. 4. Jac. 2. Gal. 3.
15. Erit semen tuum peregrinum in terra non sua, Act. 7.
17. Quia patrem multarum gentium constitui te, Rom. 4.
18. Secundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius, Rom. 9.
21. Ejice ancillam, & filium ejus, Gal. 4.
21. In Isaac vocabitur tibi semen, Rom. 9.
22. Nisi benedicens benedicam te; & mul. Hebr. 6.
22. Quia benedicentur in te omnes gentes, Gal. 3. Act. 3.
25. Quia major serviet minori, Rom. 9.

EXODUS.

3. Ego sum Deus Abraham, &c. Mat. 22. Mar. 12. Luc. 20.
9. In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potentiam meam, Rom. 9.
12. Os non comminuetis ex eo, Joan. 19.
13. Omne masculinum adaperiens vulvam, Luc. 2.
16. Qui multum, non abundavit, &c. 2. Cor. 8.
20. Non mœchaberis, Mat. 5.
20. Non adulterabis: Non occides: Non furtum facies: Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium: Non concupisces, Rom. 13.
20. Non concupisces, Rom. 7.
20. Non occides, Mat. 5. Luc. 18.
20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, Mat. 15. Mar. 7. Eph. 6.
21. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur, Mat. 15. Mar. 7.
21. Oculum pro oculo, dentem pro dente, Mat. 5.
22. Principi populi tui non maledices, Act. 23.
24. Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus, Heb. 9.
25. Vide, omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostensum est, &c. Heb. 8. Act. 7.
32. Fac nobis deos, qui præcedant nos, Act. 7.
33. Miserebor cui voluero, &c. Rom. 9.
34. Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem, 2. Corinth. 3.

LEVIT.

12. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, 1. Pet. 1.
18. Qui fecerit homo, vivet in ea, Rom. 10. Gal. 3.
19. Non perjurabis, Mat. 5.
19. Diliges proximum tuum sicut teipsum, Rom. 13. Gal. 5. Jac. 2. Mat. 22. Mar. 12.
19. Diliges proximum tuum, Mat. 5.
20. Qui maledixerit patri, & matri, &c. Mat. 15.
24. Oculum pro oculo, Mat. 5.
26. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. 2. Cor. 6.

NUMERI.

9. Os non comminuetis ex eo, Joa. 19.

DEUTER.

4. Etenim Deus noster ignis consumens est, Heb. 12.
5. Non concupisces, Rom. 7. 13.
5. Non occides, Mat. 5. Luc. 18.
5. Non mœchaberis, Mat. 5. Luc. 18.
5. Non furtum facies, Luc. 18. Rom. 13.
5. Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium, Luc. 18. Rom. 13.
5. Honora patrem, & matrem, Mat. 15. Mar. 7. Ephes. 6.
6. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est, Marc. 12.
6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Mat. 22. Marc. 12. Luc. 10.
6. 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies, Mat. 4. Luc. 4.
6. Non tentabis Dominum Deum tuum, Mat. 4. Luc. 4.
8. Non in solo pane vivit homo, Mat. 4. Luc. 4.
10. Deus personam hominis non accipit, Gal. 2.
18. Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus, Act. 3. 7.
19. In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum, Mat. 18. Joan. 8. 2. Cor. 13.
19. Oculum pro oculo, dentem pro dente, Mat. 5.
21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, Gal. 3.
25. Non alligabis os bovi trituranti, 1. Cor. 9. 1. Tim. 5.
25. Si quis mortuus fuerit non habens filium, Mat. 21. Mar. 12. Luc. 20.
27. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, &c. Gal. 3.
30. Quis ascendet in cœlum? Rom. 10.
30. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, Rom. 10.
32. Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Rom. 10.
32. Mihi vindictam, ego retribuam, Rom. 12.

JOSUE.

1. Non te deseram, neque derelinquam, Heb. 13.

REG. II.

7. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, Heb. 1.

REG. III.

19. Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom. 11.
19. Reliqui mihi septem millia virorum, Rom. 11.

JOB.

5. Comprehendam sapientes in astutia eorum, 1. Cor. 3.

LIBER PSALM.

2. Quare fremuerunt gentes, Act. 4.
2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, Act. 13. Hebr. 1. 5.
2. Reges eos in virga ferrea, Apocal. 2. 19.
4. Irascimini, & nolite peccare, Ephes. 4.
5. Sepulcrum patens est guttur eorum, Rom. 3.
6. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, Mat. 7. 25.

Luc. 13.
8. Ex ore infantium, & lactentium, &c. Mat. 21.
8. Quid est homo quod memor es ejus? Heb. 2.
8. Omnia subjecit sub pedibus ejus, 1. Cor. 15.
9. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, Rom. 3.
13. Non est justus quisquam, non est intelligens, Rom. 3.
13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Rom. 3.
15. Providebam Dominum in conspectu, &c. Act. 2.
15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, Act. 2. 13.
17. Ego ero fidens in eum, Heb. 2.
17. Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, Rom. 15.
18. Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, Rom. 10.
21. Eli, Eli, lamma sabacthani, Mat. 27. Mar. 15.
21. Diviserunt sibi vestimenta mea, Mat. 27. Joan. 19.
21. Nunciabo nomen tuum fratribus meis, Heb. 2.
23. Domini est terra, & plenitudo ejus, 1. Cor. 10.
24. Odio habuerunt me gratis, Joan. 15.
30. In manus tuas commendo spiritum meum, Luc. 23.
31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, Rom. 4.
33. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, 1. Pet. 3.
39. Hostiam, & oblationem noluisti, Heb. 10.
40. Qui manducat mecum panem, Joan. 13.
43. Propter te mortificamur tota die, Rom. 8.
44. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, Heb. 1.
50. Ut justificeris in sermonibus tuis, Rom. 3.
54. Jacta super Dominum curam tuam, 1. Pet. 5.
61. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet, 1. Cor. 3.
67. Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, Ephes. 4.
68. Zelus domus tuæ comedit me, Joan. 2.
68. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me, Rom. 15.
68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, Rom. 11.
68. Fiat commoratio eorum deserta, Act. 1.
68. In siti mea potaverunt me aceto, Joan. 19.
77. Aperiam in parabolis os meum, Mat. 13.
77. Panem cœli dedit eis, Joan. 6.
81. Ego dixi, dii estis, Joan. 10.
88. Inveni David servum meum, Actor. 13.
90. Angelis suis mandavit de te, Mat. 4. Luc. 4.
93. Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt, 1. Cor. 3.
94. Hodie si vocem ejus audieritis, Heb. 3.
94. Sicut juravi in ira mea, Heb. 4.
96. Et adorent eum omnes angeli ejus, Heb. 1.
101. Tu in principio Domine terram fundasti, Heb. 1.
103. Qui facit angelos suos spiritus, Heb. 1.
108. Et episcopatum ejus accipiat alter, Act. 1.
109. Dixit Dominus Domino meo, Mat. 22. Luc. 20. Act. 2.
109. Sede à dextris meis, Heb. 1.
109. Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb. 1. 1. Cor. 15.
109. Tu es sacerdos in æternum, Heb. 5. 7.
109. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, Heb. 7.
111. Dispersit, dedit pauperibus, 2. Cor. 9.
115. Credidi, propter quod locutus sum, 2. Cor. 4.
115. Omnis homo mendax, Rom. 3.
116. Laudate Dominum omnes gentes, Rom. 15.
117. Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo, Heb. 13.
117. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, Mat. 21. Mar. 12. Act. 4. 1. Pet. 2.
117. Hosanna filio David, Mat. 21.
131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, Act. 2.
139. Venenum aspidum sub labiis eorum, Rom. 3.

PROVERB.

3. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, Rom. 12.
3. Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c. Heb. 12.
3. Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb. 12. Apoc. 3.
10. Charitas operit multitudinem peccatorum, 1. Pet. 4.
17. Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat, 1. Thess. 5. 1. Pet. 3.
20. Qui maledixerit patri, vel matri, Mat. 15. Mar. 7.
25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, Rom. 12.
26. Canis reversus ad vomitum, 2. Pet. 2.

ISAIAS.

1. Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, Rom. 9.
5. Homo plantavit vineam, Mat. 21. Mar. 12. Luc. 20.
6. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth, Apocal. 4.
6. Auditu audietis, & non intelligetis, Mat. 13. Mar. 4. Luc. 8. Act. 28. Joan. 12. Rom. 11.
7. Ecce virgo in utero habebit, Mat. 1.
8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus, Heb. 2.
9. Terra Zabulon, & terra Nephthali, Mat. 4.
10. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, Rom. 9.
11. Revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, 2. Thess. 2.
11. Erit radix Jesse, Rom. 15. Act. 13.
21. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, Apoc. 14.
22. Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, 1. Cor. 15.
22. Hæc dicit sanctus, & verus, qui habet clavem David, Apoc. 3.
25. Absterget Dominus omnem lacrymam ab oculis, &c. Apoc. 7. 21.
28. Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic, 1. Cor. 14.
28. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, Rom. 9. 1. Pet. 2. Act. 4.
29. Populus hic labiis me honorat, Mat. 15. Mar. 7.
29. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam, &c. 1. Cor. 1.
33. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus sæculi? 1. Cor. 1.
40. Vox clamantis in deserto, Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Joan. 1.
40. Omnis caro fenum, 1. Pet. 1. Jac. 1.
40. Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis instruxit eum? 1. Cor. 2.
40. Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? Rom. 11.
41. 44. Ego sum primus & novissimus, Apoc. 1. & 22.
42. Ecce puer meus, quem elegi, Mat. 12.
43. Ecce nova facio omnia, Apocal. 21. 2. Cor. 5.
45. Nunquid dicit figmentum ei, qui se, &c. Rom. 9.
45. Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, Rom. 14.
49. Posui te in lucem Gentium, Act. 13.
49. Tempore accepto exaudivi te, &c. 2. Cor. 6. 8.
49. Non esurient, neque sitient amplius, Apoc. 7.
50. Tunc expuerunt in faciem ejus, Mat. 26.
52. Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, Rom. 10.
52. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c. 2. Cor. 6.
52. Nomen Dei per vos blasphematur, Rom. 2.
52. Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, Rom. 15.
53. Domine, quis credidit auditui nostro? Rom. 10. Joan. 12.
53. Ipse infirmitates nostras accepit, Mat. 8.
53. Tanquam ovis ad occisionem, Actor. 8.
53. Et cum iniquis reputatus est, Mar. 15. Luc. 22.
53. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus, 1. Pet. 2. 1. Joan. 3.
53. Qui peccata nostra pertulit in corpore, 1. Pet. 2.
54. Lætare sterilis, quæ non paris, Gal. 4.
54. Et erunt omnes docibiles Dei, Joan. 6.
55. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis, Apocal. 22.
55. Dabo vobis sancta David fidelia, Act. 13.
56. Domus mea domus orationis vocabitur, Mat. 21. Marc. 11. Luc. 19.
59. Contritio, & infelicitas in viis eorum, Rom. 3.
59. Galeam salutis assumite, Eph. 6. 1. Thess. 5.
59. Veniet ex Sion qui eripiat, & avertat impietatem à Jacob, Rom. 11.
60. Et portæ ejus non claudentur per diem, Apoc. 21.
60. Et civitas non eget sole neque luna, Apoc. 21.
60. Nox ultra non erit, Apoc. 22.
61. Spiritus Domini super me, Luc. 4.
62. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit, Mat. 21.
64. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, &c. 1. Cor. 2.
65. Inventus sum à non quærentibus me, Rom. 10.
65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, Rom. 10.
65. Novos verò cœlos, & novam terram, 2. Pet. 3. Apoc. 21.
66. Cœlum mihi sedes est, Act. 7.
66. Ubi vermis eorum non moritur, Mar. 9.

JEREM.

7. Vos autem fecistis illam speluncam latronum, Mat. 21. Mar. 11. Luc. 19.
9. Qui gloriatur, in Domino glorietur, 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

Digitized by Google

10. Quis non timebit te Domine? Apoc. 15.
17. Ego sum scrutans renes, & corda, Apoc. 2.
31. Vox in Rama audita est, Mat. 2.
31. Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, 2. Cor. 6.
31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Juda testamentum novum, Heb. 8.
31. Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum, Heb. 10.
51. Cecidit, cecidit Babylon magna, Apoc. 18.

EZECH.

3. Accipe librum, & devora illum, Apoc. 10.
20. Qui fecerit homo, vivet in ea, Rom. 10.
32. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, Mat. 24.
36. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes, Rom. 2.

DANIEL.

9. Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, Mat. 24. Marc. 13. Lu. 21.

OSEE.

1. Et erit: In loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea vos, &c. Rom. 9.
2. Vocabo non plebem meam, plebem meam, Rom. 9. 1. Pet. 2.
6. Misericordiam volo, & non sacrificium, Mat. 9. 12.
10. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus: Operite nos, Luc. 23.
11. Ex Ægypto vocavi filium meum, Mat. 2.
13. Absorpta est mors in victoria, 1. Cor. 15.

JOEL.

2. Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo, Act. 2.
2. Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit, Rom. 10.

AMOS.

5. Nunquid victimas, & hostias obtulistis mihi? Act. 7.
6. Væ vobis divitibus, Luc. 6.
9. Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, Act. 15.

JONAS.

2. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, Mat. 12. Luc. 11.
3. Pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, Mat. 12. Luc. 11.

MICHÆ.

5. Et tu Bethlehem terra Juda, Mat. 2.
7. Veni separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem, Mat. 10. Luc. 12.

AGGÆ.

2. Adhuc semel, & ego movebo non solùm terram, sed & cœlum, Heb. 12.

HABACUC.

1. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, Act. 13.
2. Justus autem ex fide vivit, Rom. 1. Gal. 3.

NAHUM.

1. Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, Rom. 10.

ZACHAR.

8. Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, Ephes. 4.
9. Ecce rex tuus venit, Matth. 21. Joan. 12.
11. Et acceperunt triginta argenteos, Mat. 27.
12. Videbunt in quem compunxerunt, Joan. 19.
13. Percutiam pastorem, Mat. 26. Marc. 14.

MALACH.

1. Jacob dilexi, Esau autem odio habui, Rom. 9.
3. Ecce ego mitto angelum meum, Mat. 11. Marc. 1. Luc. 7. Joan. 1.
4. Ipse est Elias, qui venturus erat, Mat. 11.
4. Quid est quod Scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire? Mat. 17. Marc. 9.
4. Ut convertat corda patrum in filios, Luc. 1.

# HEBRAICORUM, CHALDÆORUM, GRÆCORUMQUE NOMINUM INTERPRETATIO.

Aaron, Mons, sive montanus.
Abba, Pater, Syrum est verbum.
Abarim, Transitus plur. num. sive transeuntes.
Abdemelech, Servus regis.
Abdenago, Servus claritatis.
Abidas, Servus Domini.
Abdon, Servus.
Abel, per aleph, Luctus, Civitas.
Abel, per he in principio, Vanitas, filius Adam.
Abessalom, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exsultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram, Pater excelsus.
Abraham, Pater multitudinis.
Absalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel tristitia.
Achaz, Apprehendens, sive possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, sive terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut basis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis: unum est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Angustiæ, sive tribulationes: Hebraicè, Misraim.
Æneas, Laudatus.
Æthiopia Græcè, ardorem significat: Hebraicè Cus dicitur, id est, Nigredo, vel nigra.
Agabus, Locusta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Festivus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No: quod interpretatur Crudum, sive irritatio.
Alleluia, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides, sive veritas.
Amasai, per aleph, Fortis, vel robustus.
Amasai, per ain, Populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum sit.
Aminadab, Populus spontaneus.
Ammon, Populus ejus.
Amnon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos, per aleph, Fortis, pater Isaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, unus ex duodecim Prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus, vel dominium: Princeps militiæ Israeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, sive cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, sive misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphrica, Hebraicè Pul dicitur, id est, Casus, vel ruina, Isaiæ 66. 19.
Aphrica, Nahum 3. 9. Put. Crassa, sive pinguis.
Apostolus, Missus, legatus.
Arabes, Vespertini. 2. Par. 26. 7.
Arabes, Psalm. 71. 10. Hebraicè Saba, id est, Conversio.
Aram, Celsitudo, sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quatuor.
Architriclinus, Princeps triclinii.
Areopagita, De Colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, Maledictio tremoris.
Arnon, Exsultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, sive maledictio.
Asaph, Congregans.
Aser, per samech, Vinctus, filius Caath.
Aser, per sin, Beatitudo, sive felicitas, filius Jacob.
Assuerus, Princeps & caput.
Assur, Insidians, sive beatus.
Astaroth, Greges, sive divitiæ.

Digitized by Google

Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens.
Ava, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adjutor.
Azotus, Hebraicè Asdod, Deprædatio.

B.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal, Osee 10. 14. Arbel legendum, id est, Pugnavit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commistio.
Bala, Inveterata, turbata, Ancilla Rachel, per he in fine.
Bala, Deglutiens, Destruens, Urbs, per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Barjona, Filius columbæ.
Barnabas, Filius consolationis.
Barsabas, Filius conversionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius suspendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Jumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, Perversus, Absque jugo.
Ben-ennom, Filius divitiarum suarum.
Benjamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Beresith, In principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Bersabee, Puteus juramenti.
Beth-abara, Domus transitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ vel afflictionis.
Beth-aven, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Divisio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-sabee, Domus juramenti, Civitas.
Beth-saida, Domus frugum.
Beth-sames, Domus solis.
Bethul, Virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel juxta S. Hieronymum, Banereem, Filii tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua est acrimonia saporis.
Bosor, Munitio.
Bosra, idem.

C.

Caath, Congregatio, Obtusio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Possessio, Possessus.
Caleb, Quasi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id est, ex Cana vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè Caphthorim, id est, Sphærulæ.
Cariath-iarim, Civitas silvarum.
Cariath-sepher, Civitas litterarum.
Carmel, Cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus.
Carthaginenses, Hebraicè Tharsis, id est, Contemplatio gaudii.
Cedar, Nigredo, Tristitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Tristis.
Cephas, Petrus à petra. Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chasdim, id est, Quasi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaam, Mercator, Negotiator.
Charmel, idem quod Carmel.
Cherub, Quasi magister.
Chodchod, Jaspis.
Chorræi, Furores.
Christus, Unctus.
Chus, Æthiops.
Cin, Possessio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœlesyria, Curva Syria.
Colossenses, Supplicio affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Calvus, calvitium, per heth in fine.
Core, per aleph in fine, Vocans, Legens. 1. Par. 9. 19.
Corozaim, Hic est mysterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quasi miser.

D.

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damascus, Sanguinis succus.
Damascus, 4. Reg. 16. Similitudo incendii, Hebr. Dumesec.
Dan, Judicans, sive judicium.
Daniel, Judicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmascus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
David, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem civitatum, sub. regio.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3. 5. Hebr. Reseph, id est, Volucris, Flamma.
Dibre-haiamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Judicium, vel judicans.
Dionysius, Divinitus stillatus.
Dithalassum, Duo maria.
Doeg, Sollicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E.

Ebal, Acervus vetustatis.
Ecclesiastes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adjutorium.
Elehanan, Dei gratia sive misericordia.
Eliacim, Dei resurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adjutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus juramenti.
Elisæus, Dei salus, Deus salvans.
Ellehaddebarim, Hæc sunt verba: sic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiscum Deus.
Emmaus, Timens consilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renovatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Crescens.
Ephraim, Hebraice Ephra, id est, Pulverulenta, sive plumbea. 2. Reg. 13. 23.
Ephrata, Ubertas, sive frugifera.
Ephron, Pulvis.
Esau, Faciens, Operans.
Esdras, Adjutor, Atrium.
Esther, Occulta, Abscondita.
Etam, Avis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G.

Galaad, Abjectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Acervus testimonii.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Revolutio.
Galilæa, Volubilis.
Gazer, Præscissio.
Gazophylacium, Ubi thesauri templi servabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis tristitiæ.
Gehennon, Vallis contristans.
Gelboe, Revolutio investigationis.
Gersom, Advena ibi.
Gerson, Exilium ejus.
Giblii, Termini.
Gihon, Pectus, Exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Calvaria, ubi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus mensuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci, Hebraicè Ievanim, id est, Deceptores.

H.

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Destructus.
Havoth-jair, Oppida illuminationis.
Hebal, Acervus vetustatis.
Heber, Socius, Particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id est, Dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, Sagitta exsultationis.
Heva, Viva, Vivens.
Hierapolis, Sacra civitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Desertum.
Horma, Destructio.
Hur, Libertas.
Hus, Consilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I.

Jabel, Defluens.
Jabes, Siccitas, per sin in fine.
Jabes, Tristitia, per sade in fine.
Jacob, Supplantator.
Jahel, Ascendens, Damula.
Jahiel, Vivit Deus.
Jairitis, Illuminatus.
Jamin, Dextera, vel dexter.
Japheth, Dilatatus.
Jason, Sanans.
Javan, Decipiens.
Ichabod, Ubi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Jebus, Conculcatio.
Jechonias, Præparatio Domini.
Jehu, Ipse, Existens.
Jehus, Tinea corrosus, per sin.
Jehus, 1. Par. 8. 10. Consilians, per sade.
Jemini, Dextera, vel dexter.
Jephthe, Aperiens.
Jerameel, Misericordia Domini.
Jeremias, Celsitudo Domini.
Jericho, Luna, Mensis.
Jerobaal, Impugnans idolum.
Jeroboam, Impugnans populum.
Jerosolyma, Visio pacis, Visio perfe-

Digitized by Google

cta.
Jerusalem, idem.
Jesse, Ens, Existens.
Jesboc, Est vacuus.
Jesus, Hebraicè Jehosua, Dominus salvator.
Jethro, Excellens.
Jezonias, Auscultatio Domini.
Jezrahel, Semen Dei.
Indus, id est, de India. Hebraicè dicitur Hodu, id est, Laudatio.
India, Job 28. 16. Hebraice Ophir, id est, Cinis.
Joab, Paternitas, Habens patrem.
Joachaz, Domini apprehensio.
Joachaz, 2. Par. 34. 8. Apprehendens.
Joachin, Domini præparatio.
Joacim, Domini resurrectio.
Joas, Diffidens, Desperans.
Joas, Domini ignis, 4. Reg. 11. 21. Hebr. Jehoas.
Joas, 1. Par. 7. 8. & 27. 28. Tinea corrosus, per ain.
Job, Dolens, Gemens.
Joel, Volens, Incipiens.
Johanan, Gratiosus, Pius, Misericors.
Johannes, idem.
Jonas, Columba.
Jonadab, Spontaneus.
Jonathan, Domini donum, filius Saul.
Joram, Excelsus.
Jordanis, Fluvius judicii.
Josaphat, Dominus Judex.
Joseph, Augmentum.
Joseph, Psalm. 79. 2. Domini augmentum. Hebr. Jehoseph.
Josias, Ignis Domini.
Josue, Dominus salvator.
Isaac, Risus.
Isai, Munus, aut Ens.
Isai, 1. Par. 2. 13. Vir meus.
Isaias, Domini salus.
Isboseth, Vir confusionis.
Iscariotes, Vir occisionis.
Ismahel, Exauditio Dei.
Israel, Prævalens Deo.
Issachar, est Merces, Præmium.
Ithamar, Insula palmæ.
Jubileus, Buccina.
Judas, Laudatio.
Julius, Lanuginosus.

L.

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adjutorium.
Lechi, Maxilla.
Leci, Lex.
Levi, Copulatus.
Leviathan, Copulatio, Societas sua.
Lia, Laboriosa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebr. Lubim, Cor maris.
Lithostrotos, Lapidibus stratus.
Lot, Involutus, Colligatus.

M.

Maacha, Attrita.
Maasias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Judicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel Philosophi.
Malachias, Nuncius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Divitiæ.
Mamzer, De scorto natus.
Manahem, Consolator.
Manasses, Oblitus, Oblivio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare.
Martha, Provocans.
Massa, Onus.
Maspha, Specula.
Mathusael, Mortem suam postulans.
Matthæus, Donatus.

Melchias, Rex Dominus.
Melchisedec, Rex justitiæ.
Melchisua, Rex salvator.
Mesollam, Pacificus.
Mesopotamia, Regio sic dicta, quòd duobus fluviis, Euphrate & Tigri, ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis sicut Deus?
Michæas, idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboseth, De ore ignominiæ.
Misael, Quis postulatus?
Misle, Proverbia, Nomen libri.
Misphat, Judicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Mosa, Azymum, per sade.
Mosa, 1. Par. 8. 9. Onus.
Moyses, Attractus (sub. de aquis.)
Mysia, Scelesta.

N.

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, idem.
Nabuchodonosor, Planctus judicii.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadad, Spontaneus.
Nahasson, Coluber, Serpens.
Nahum, Consolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per sade scribatur, Custodita, vel Florida interpretatur.
Neapolis, Nova civitas.
Nehemias, Consolatio.
Nehustan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Æquiparatio.
Ninive, Pulchra.
Noe, Cessatio, Requies.
Noema, Decora.

O.

Obadias, Servus Domini.
Obed, Servus.
Obed-edom, Servus hominis.
Ochozias, Apprehensio.
Odollam, Testimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Elevatio, Holocaustum.
Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Onesimus, Utilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, Pugnus, Pugillus.
Oreb, Corvus.
Osee, Salvator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P.

Palæstina, Conspersa (sub. cinere.)
Paracletus, Consolator, Advocatus.
Parasceve, Præparatio.
Pascha, Transitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoste, Quinquagesima (subaud. dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Dissipans.
Phares, Divisio, Filius Judæ.
Phares, per sin, 1. Paralip. 7. 16. Eques.
Pharisæi, Divisi.
Phase, Transitus.
Phasga, Collis.
Philisthæa, Conspersa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebr. dicuntur Gamadim.
Probatica, Ovina, Locus ubi pecora sacrificanda tenebantur.

Proselytus, Advena, Peregrinus.

R.

Raab, Psal. 86. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ovis.
Raguel, Pastor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelsus.
Ramesses, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Respha, Extensio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelsa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelsa.
Ruth, Saturata.

S

Saaph, Cogitans.
Saba, per sin, Conversio, Captivitas.
Saba, per samech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbatismus, Requies, Cessatio.
Sabbatum, idem.
Sadducæi, Justi.
Sadoc, Justus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomith, idem, f. g.
Salomon, Pacificus.
Salphaad, Umbra fortitudinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol ejus, Nominis iteratio.
Samuel, Positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Judicans.
Sara, per he in fine, Domina, Uxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sarephtha, Angustia buccellæ.
Saron, sive Sarona, Planities.
Satan, Adversarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1. Reg. 9. 2. Hebr. Sual, Vulpes.
Scenopegia, Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Justus Domini.
Segor, Parva.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Dissolvens, Filius Judæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1. Par. 2. 28. Nomen meum.
Sennacherib, Rubus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharvaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut tuba, Exod. 2. 15. per sin.
Sephora, Exod. 2. 21. Avis, Passer, Uxor Moysis.
Seth, Positus.
Setim, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus, Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. 1. per samech.
Sin, per sade, Arma, Scutum.
Sion, Acervus, 2. Reg. 5. 7.
Sion, Deut. 4. 48. Strepitus.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.




Digitized by Google

Sophetim, Judices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.
T.
Tarsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, Contemplatio gaudii.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulachra.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrii, Hebr. Sorim, id est, Tribulantes.
V.
Vaicra, Et vocavit: Liber Levitici.
Vajedabber, Et locutus est: Liber Numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Veelle-semoth, Et hæc sunt nomina: Secundus liber Legis, qui Exodus Græcè vocatur.
Ur, Ignis.
Urias, Ignis Domini.
Z.
Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zachæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, Alienus à confusione.

## *MONITUM.*

IN ipso titulo fronti singulorum tomorum præfixo promiseramus indicem novum ad Vulgatam è regione editam, eundemque locupletissimum: sed quamvis simus ad promissa solvenda parati, tanta est jam hujusce voluminis moles, ut ne crescat ultra modum, indicem vulgarem hìc edere inviti compellamur.

Digitized by Google

# INDEX BIBLICUS,

## Qui res eas de quibus in sacris Bibliis agitur, ad certa capita, alphabeti ordine digesta, revocatas summa brevitate complectitur.

*In hoc Bibliorum Indice, Candide Lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde sequentes usque ad hoc signum †, vel (si hoc signum non adsit) ad proximam usque sequentis libri citationem, sunt versuum in eodem capite signatorum nota. Exempli gratia, in voce* AARON, *Exod.* 4. 14. 16. 30†5. 1†6. 13†7. 1. 2. *legendum est: Exodi capite* 4. *versu* 14. *versu* 16. *& versu* 30. *Item cap.* 5. *versu* 1. *cap.* 6. *versu* 13. *cap.* 7. *versu* 1. *&* 2. *Cùm autem asteriscus seu stella in hunc modum (Lev.* 8. *.) *numero apponitur, indicium est, rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua diligentiùs notandum. Porro si quod quaris in versu hîc notato, contingat non adeo perspicuè inveniri, tum aliquot ex propinquis versibus antecedentibus vel sequentibus tibi erunt perlustrandi. In librorum nominibus ad faciliorem & certiorem distinctionem id observatum est, ut Eccle. Ecclesiasten, Eccli. verò Ecclesiasticum notet.*

### A.

AARON adjungitur fratri suo Moysi socius, Exo. 4. 14. 16. 30†5. 1†6. 13†7. 1. 2. Mich. 6. 4. fuit pronepos Levi, Exod. 6. 16. 18. 20. peculiari ritu consecratur cum suis filiis ad ministerium sacerdotii, Levit. 8.* Num. 3. 10. Deut. 18. 5. Heb. 5. 4. sicut Dominus præscripserat, Exod. 29. *. †40. 12. Aaronis & filiorum sacerdotalis ornatus, Exod. 28. * Aaronis sacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, Exod. 16. 3. 11. 30. 31. Aaron insigni miraculo ostenditur præ cæteris à Deo in Sacerdotem summum electus, Exod. 17. 5. 8. post oblationem factam benedicit extensa manu populo, Exod. 9. 22. jure perpetuo accipit pro officio sacerdotali oblationes & primitias à populo, Num. 18. 8. 9. 11. 12. *. & à Levitis decimas decimarum, Num. 18. 26. 28. moritur, Num. 20. 28†33. 36. Deut. 10. 6†32. 50. succedit ei in summo Sacerdotio Eleazar, Num. 20. 26. Deut. 10. 6. Aaronis laus, Eccli. 45. 7. 8. 9. *.

ABARIM, mons, unde moriturus jam Moyses terram Chanaan prospexit, Num. 21. 11†27. 12†33. 44*. Deut. 32. 49.

ABBA, pater, Marc. 14. 36. Rom. 8. 15. Galat. 4. 6.

ABDEMELECH, propugnator & patronus Jeremiæ, Jer. 38. 7. liberatur à gladio Chaldæorum, Jerem. 39. 16. 17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem, Dan. 3. 21. appellatur Azaria, Dan. 1. 6.

ABDIAS abscondit prophetas Domini, 3. Reg. 18. 3. 13.

ABDON, Judex in Israel, Jud. 12. 13.

ABEL occiditur à fratre Cain, Genes. 4. 8. 1. Joan. 3. 12. de eodem lege Mat. 23. 35. Luc. 11. 51. Heb. 11. 4†12. 24.

ABIAM, filius Roboam rex Juda, 3. Reg. 14. 31†15. 1. 2. Paral. 13. 15. reliquit Asa regni successorem, 3. Reg. 15. 8. Mat. 1. 7.

ABIATHAR sacerdos effugit manus Saulis, 1. Reg. 22. 20. confugit ad David in Ceilam, 23. 6. cum Adonia se conjungit, 3. Reg. 1. 7. amovetur sacerdotio, 2. 27. juxta illud 1. Reg. 2. 30. 32.

ABIDAN, dux Benjamin, Num. 1. 11.

ABIGAIL, uxor impii Nabal, 1. Reg. 25. 3. nubit Davidi regi, post mortem Nabal, 25. 39.

ABIHU & Nadab filii Aaron igne absumuntur, Levit. 10. 2. Num. 26. 61.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Genes. 20. 2. init pactum cum Abraham, Genes. 21. 23. 32. init pactum cum Isaac, Gen. 26. 31.

Abimelech filius Gedeonis, Jud. 8. 32. occidit 70. suos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Judic. 9. 5. 53*. 2. Reg. 11. 21.

ABIRON effert se contra Moysen, unde & terra discedens, eum absorbet, Num. 16*. †26. 10. Deuter. 11. 6. Psalm. 105. 17. Eccli. 45. 22.

ABISAG Sunamitis, ducitur ad regem David, 3. Reg. 1. 3. petitur ab Adonia in uxorem, 2. 17.

ABISAI filius Sarviæ, 2. Reg. 2. 18†16. 9†19. 21†20. 6†23. 18.

ABIUD filius Zorobabel, Mat. 1. 13. appellatur Anania, 1. Paral. 3. 19.

ABNEGATIO sui ipsius, Gen. 12. 4†22. 1. 9. Deut. 33. 9. 3. Reg. 19. 19. 2. Mach. 6. 19. 23. Matth. 4. 19†5. 29†10. 39†16. 24†19. 21. Mar. 10. 21. Luc. 9. 23. †14. 26†17. 33. Joan. 12. 25.

Abnegatio omnium rerum, Genes. 12. 1. Deut. 33. 8. Ruth 2. 11. 2. Paral. 25. 9. Matth. 4. 19†19. 21. 27. Marc. 1. 17†10. 28. Luc. 5. 11†14. 26†18. 22. 1. Cor. 7. 29. Joan. 12. 25. Phil. 3. 7.

ABNER, præfectus militum Saulis, creat Isboseth regem Israel, 2. Reg. 2. 8. paciscitur cum David, 3. 12. occiditur à Joab, 2. Reg. 3. 27.

ABRA, ancilla Judith, Judith 8. 32†10. 2. libertate donatur, Judith 16. 28.

ABRAM filius Thare habet Sarai uxorem, Gen. 11. 29. egreditur ex patria in terram Chanaan, præcipiente Domino, 12. 4. proficiscitur in Ægyptum, 12. 10. redit inde in Chanaan, 13. 1. liberat Loth fratrem suum ex manibus hostium, 14. 14. accipit promissionem seminis, 15. 4†17. 16†18. 10. concumbit cum Agar, 16. 4. accipit promissionem seminis & signum fœderis, appellaturque Abraham, 17. 5. orat pro Sodomitis, 18. 23. 28. 32. Isaac ei nascitur, 21. 2. paratus est offerre Isaac, 22. 9. mittit servum qui quærat uxorem filio suo Isaac, 24. 4. moritur, 25. 8. commendatur, Eccli. 44. 20. appellatur pater multarum gentium, & omnium credentium, Genes. 17. 5. Isa. 51. 2. Matth. 3. 9. Luc. 19. 9. Joan. 8. 39. Rom. 4. 11. 17. 18†9. 7. Galat. 3. 8. de ipso & ejus semine vide Jos. 24. 3. Isa. 41. 8†51. 2. Ezech. 33. 24. 2. Esdr. 9. 7. Matth. 8. 11. Act. 7. 2. 16. Hebr. 11. 17.

ABRAHÆ filii qui dicantur, Joan. 8. 33. Rom. 9. 7. Gal. 3. 7.

ABSALOM, filius David, 2. Reg. 3. 3. occidit suum fratrem, & fugit ad Tholomai regem Gessur, 13. 37. revocatur, 14. 21. 23. conatur patris occupare regnum, 15. 6. concumbit cum patris concubinis, 16. 22. juxta prophetiam, 12. 11. tribus hastis transfigitur à Joab, 18. 14.

ABSTINENTIA à quibusdam cibis, Genes. 1. 29. 30†2. 17†3. 11†9. 4. Exod. 12. 9*. †13. 6†21. 28†22. 31†29. 34. Levit. 6. 24†7. 18*. †11. 4*. †17. 27*. †19. 7†22. 8*. †23. 14. Num. 6. 4†18. 10. Deuter. 12. 16†14. 3*. Tob. 1. 12. Judith 12. 2. Dan. 1. 8. 2. Machab. 7. 1. Matth. 12. 4. Marc. 2. 23. Luc. 6. 1. Actor. 15. 29.

Abstinentia à vino, Levit. 10. 8†11. 34. Num. 6. 3. Jud. 13. 4. 14. Jerem. 35. 6. Ezech. 44. 21. Lucæ 1. 15.

Abstinendum à cibo & potu etiam licito propter scandalum alterius, 2. Machab. 6. 24. Rom. 14. 20. 21. 1. Cor. 8. 13.

Abstinentiæ præceptum violare nolentes, Jer. 35. 6*. 2. Mach. 6. 19*. †7. 2*.

ABUSUS vestium, Isa. 3. 18. Ezech. 7. 20. Esther 14. 16. Mat. 11. 8. Mar. 12. 38. Luc. 7. 25†16. 19†20. 45. 1. Timoth. 2. 9. 1. Pet. 3. 3.

ACCEPTIO personarum, vide Persona.

Acceptio munerum, Exod. 23. 8. Num. 35. 31. Deut. 10. 17†16. 19†27. 25. 2. Paral. 19. 7. Job 15. 34†36. 18. Prov. 14. 20†15. 27†17. 23†19. 6†22. 9†28. 21. Eccli. 4. 36†7. 6†20. 31. Isa. 1. 23†5. 23†33. 15. Judæ 16.

ACEDIA, 2. Reg. 11*. Proverb.



Digitized by Google

6. 6†10. 4. 26†12. 11†13. 4†18. 8†19. 15. 24†20. 4. 13†21. 25†24. 30†26. 13†28. 19. Ezech. 16. 49. Eccli. 33. 26. Rom. 12. 11.

ACHAB, impius rex Iſrael, 3. Reg. 16. 29. 30†18 *. vincit Syrios, 20. 20. 29. init fœdus cum Benhadad rege Syriæ, 20. 34. exercet tyrannidem in Naboth, 3. Reg. 21. 2. trajicitur telo, & ſanguinem ejus canes lambunt, 22. 38. ſecundùm verba Eliæ, 21. 19. filii ejus pereunt, 4. Reg. 10. 7. 11. ſecundùm illud 3. Reg. 21. 21. 4. Reg. 9. 7.

ACHAIA, Act. 18. 12. 27†19. 21. Rom. 15. 26. 1. ad Cor. 16. 15. 2. ad Cor. 1. 1†9. 2†11. 10. 1. ad Theſſ. 1. 7.

ACHAN lapidatur, Joſ. 7. 25. 1. Paral. 2. 7. in valle Achor, Joſ. 7. 24†15. 7. Iſaiæ 65. 10. Oſee 2. 15.

ACHAZ, filius Joatham, impius rex Juda, 4. Reg. 16*. 2. Paral. 28. *. Iſaiæ 7*. Matth. 1. 9. appellatur Eliezer, Luc. 3. 29. Ezechias filius in regnum patri ſuccedit, 2. Paral. 28. 27. Matth. 1. 10.

ACHIAS filius Achitob, ſacerdos Domini, 1. Reg. 14. 3. 18. appellatur Achimelech, 21. 1.

ACHIMELECH ſacerdos dat Davidi panes propoſitionis, 1. Reg. 21. 6. & gladium Goliath, 21. 9. transfigitur, 22. 18. appellatur Ahias, 14. 3. vocatur Abiathar, Marc. 2. 26.

ACHIOR, dux Ammonitarum, Judith 5. 5. traditur in manus filiorum Iſrael, 6. 7. fit Judæus, 14. 6.

ACHIS rex Geth donat Davidi civitatem Siceleg, 1. Reg. 27. 6.

ACHITOPHEL Davidi à conſiliis, adhæret Abſaloni, 2. Reg. 15. 12. dat impium conſilium, 16. 21. ſuſpendit ſe, 17. 23.

ADAM creatur, Geneſ. 1. 27. collocatur in paradiſo, & ligni ſcientiæ uſus ei interdicitur, 2. 15. perſuaſione Evæ præceptum violat, & paradiſo pellitur, 3. 6. 23. Oſee 6. 7. moritur, Gen. 5. 5. Rom. 5. 14. 1. Cor. 15. 22.

ADHORTARI ad bonum, Gen. 13. 8†45. 24. Joſ. 22. 5. 2. Par. 30. 6†32. 7. 2. Eſdr. 5. 6. 9. Actor. 11. 23†14. 21†20. 17*. 1. Theſſal. 5. 11. Tit. 2*. †3. 1. Heb. 3. 12.

ADONIAS affectat regnum patris ſui, 3. Reg. 1. 5. uxorem petit Abiſag, & occiditur, 2. 17. 25. 34.

ADONIBEZEC capitur, Judic. 1. 6.

ADORATIO Angelis & hominibus tributa, Geneſ. 18. 2†19. 1†23. 12†27. 29†33. 3*. †42. 6†43. 26. Exod. 18. 7. Num. 22. 31. 1. Reg. 20. 41†25. 23†28. 14. 2. Reg. 9. 6†14. 3*. 3. Reg. 1. 16. 23. Judith 10. 20. Eſther 3. 2. Dan. 2. 46. Actor. 10. 25.

ADRAMELECH idolum, 4. Reg. 17. 31.

Adramelech uſus ſubſidio fratris ſui Saraſar, occidit patrem Sennacherib, 4. Reg. 19. 37. Iſaiæ 37. 38.

ADVENTUS Domini exſpectandus, Matth. 24. 42†25. 13†26. 40. Mar. 13. 33. Luc. 12. 40†21. 34. Rom. 13. 12. Epheſ. 6. 18. Coloſſ. 4. 2. 1. Theſſ. 5. 6. 1. Pet. 4. 7†5. 8. Apoc. 3. 3†16. 15.

ADULTERIUM, luxuria, & fornicatio, Geneſ. 6. 2†19. 5. 31. 33*. †38. 15. Exod. 22. 16. Lev. 18*†. 19. 29†20. 10. 13†21. 9. Num. 25. 1. 6. Deut. 22. 13. 22. 23†23. 17. Jud. 19. 2. 25. 1. Reg. 2. 22. Tob. 4. 13. Prov. 2. 16†5*. †7. 10*. †22. 14†23. 27†29. 3. Eccleſ. 7. 27. Eccli. 23. 25*. †25. 4. Ezech. 22. 10. Actor. 15. 20. Rom. 1. 26. 1. Cor. 5. 1†6. 9. 15†10. 8. Epheſ. 5. 5. Col. 3. 5. 1. Theſſ. 4. 3. 1. Tim. 1. 10. Heb. 13. 4.

Adulterium carnale & ſpirituale prohibetur, committitur, & punitur, Geneſ. 20. 2†26. 7. Exod. 20. 15. Levit. 18. 8†20. 10. Num. 5. 13. Deuter. 5. 18†22. 22. 30. Jud. 19. 2. 2. Reg. 11. 2. 4†12. 1. 9. Job 24. 15†31. 1. 9. Pſal. 72. 27. Prov. 5. 3. 8. 20†6. 24. 32†7*. Iſaiæ 57. 1. Jerem. 2. 36†3. 1†5. 7†13. 26. Oſee 2. 4†4. 2. Sap. 3. 16. Matth. 5. 27†14. 3†19. 9. Joan. 8. 3. 1. Cor. 6. 10. 1. Theſſ. 4. 3. Heb. 13. 4. Jacob. 4. 4.

ADURAM, ſuper tributa ſeu quæſtor ærarius Davidis, 2. Reg. 20. 24. poſtea à tributis ipſi Roboam, lapidatur, 3. Reg. 12. 18.

ÆGYPTIACA captivitas prædicitur, Gen. 15. 13. incipit, Exod. 1. 8. 13. Actor. 7. 18.

De Ægypto exitus, & liberatio Iſraelis promittitur, Geneſ. 15. 16†48. 21†50. 14. Exod. 3. 17†6. 6. adimpletur, & exeunt viri 600000. Exod. 12. 37. 51†13*. 14*. Num. 33. 1. Deut. 16. 1. Oſee 13. 4. Mich. 6. 4.

In Ægyptum redire improbè flagitat Iſraeliticus populus, Exo. 14. 11†16. 3†17. 3. Num. 11. 5†14. 4†20. 3.

Contra Ægyptum prophetatur, Iſaiæ 19. 1. 11. 18†20. 3. Jer. 43. 20†44. 30†46*. Ezech. 29*. †30*. †31*. †32*.

Ægyptiaca redemptio frequenter in memoriam revocatur tanquam ſummum beneficium, Exod. 20. 2. Lev. 22. 23†26. 12. Deut. 4. 37†5. 6†7. 8†8. 14†16. 6. Jud. 2. 1. 6. 8. 1. Reg. 10. 18. 4. Reg. 17. 7. Mich. 6. 4.

Ægyptus affligitur plagis variis, Exod. 7*. 8*. 9*. 10*. 11*. ut prædixit Dominus, Exod. 3. 19.

Ægyptus expugnatur à rege Babyloniæ, 4. Reg. 24. 7. Jerem. 46. 2.

Ægyptii prodeunt in pugnam contra Judam, 2. Paral. 12. 2.

Ægypto potitur Antiochus, 1. Machab. 1. 17. in Ægyptum fugit Chriſtus Herodem, Matth. 2. 13.

ÆGROTATIO & morbus pœna peccati, Exod. 15. 26. Levit. 26. 16. Num. 12*. Deut. 7. 15†28. 27. 60. 2. Reg. 24. 15. 4. Reg. 5. 27. 2. Par. 21. 28. Joan. 5. 14.

Ægroti viſitandi ſunt & conſolandi, Geneſ. 48. 1. 4. Reg. 8. 29†13. 14. Job 2. 11. Pſal. 40. 4. Eccleſ. 7. 3. Eccli. 7. 38. Matth. 25. 37. 40. Joan. 11. 3†12. 9. 2. Cor. 1. 4.

Quomodo ſe viri ſancti in morbo & deceſſu ab hac vita habuerint, Geneſ. 49*. †50. 14. Deuter. 31. 1. 6. Joſ. 13*. †23*. †24*. 1. Reg. 12*. 3. Reg. 2. 1. 7. 2. Par. 32. 24. Tob. 4*. Iſai. 38. 1. 1. Mach. 2. 49. 61.

ÆNEAS ſanatur, Actor. 9. 33.

AGABUS imminentem famem prædicit, Act. 11. 18. & Paulo manus injiciendas, 21. 11.

AGAG rex Amalecitarum capitur à rege Saule, 1. Reg. 15. 8. jubente Samuele occiditur, 15. 33. juxta prophetiam, Num. 24. 20.

AGAR ancilla Saræ parit Iſmahelem, Geneſ. 16. 15. expellitur cum filio ſuo, 21. 14. Galat. 4. 30.

Agareni è ſua terra per Rubenitas profligantur, 1. Paral. 5. 19.

AGGÆUS prophetat Judæis, Aggæi 1. 3. 1. Eſdr. 5*. †6. 14.

AGRIPPA audit Paulum, Actor. 26. 2.

AHIAS propheta in Silo ſecat pallium in 12. partes, 3. Reg. 11. 30. mala prædicit uxori Jeroboam, 14. 6. 10. ſcripſit prophetias, 2. Par. 9. 29.

AHIRA dux Nephthali, Num. 1. 15.

ALCIMUS perjurus Judæus adeptus eſt ſacerdotium, 1. Mach. 7. 5. 9. 2. Machab. 14. 3. 13. perit ſubita morte, 1. Mach. 9. 55. 56.

ALEXANDER rex Græcorum, occiſo Dario, regnum ſuum filiis diviſit, 1. Machab. 1. 7. vide Dan. 7. 6†8. 8†11. 4.

ALPHA & ω, principium & finis, primus & noviſſimus eſt Dominus, Iſai. 41. 4†44. 6†48. 12. Apoc. 1. 8†2. 8†21. 6†22. 13.

ALPHÆUS, pater Jacobi Apoſtoli, Matth. 10. 3. Marc. 3. 18. Luc. 6. 15. Actor. 1. 13.

ALTARE holocauſti, Exod. 27. 1†38. 1. Num. 7*. 2. Reg. 24. 25. 3. Reg. 18. 32. 4. Reg. 16. 15. 2. Par. 1. 5†4. 1†15. 8. 1. Eſdr. 3. 2. Eze. 43. 13. 1. Mach. 4. 47. 53.

Altare incenſi, Exo. 30. 1. 10†37. 25†40. 10.

AMALECH filius Eſau naſcitur, Geneſ. 36. 12. 16. pugnat contra Iſrael, Exod. 17. 8. Num. 14. 43. Jud. 6. 3. cæditur, 7*. 1. Reg. 14. 48. funditùs deletur, 1. Reg. 15. 2. 8. juxta verba Exo. 17. 14. Num. 24. 20. Deuter. 25. 19.

AMAN poſtquam ad honores fuit evectus, fit lethalis hoſtis Judæorum, Eſther 3*. ſuſpenditur, 7. 10. eodem ſupplicio afficiuntur & decem filii ejus, 9. 13.

AMASA filius Abigail ſororis Davidis, 1. Paral. 2. 17. fit dux militiæ apud Abſalonem, 2. Reg. 17. 25.

Poſt militiæ Davidis præficitur, 19. 13. tandem à Joab per fraudem occiditur, 20. 10. cauſa cædis ponitur, 2. Reg. 19.

AMASIA filius Joas recenſet populum, 2. Paral. 25. 5. ulciſcitur cædem patris ſui, 4. Reg. 12. 21†14. 5. bello devincit Edomæos, 14. 7. capitur, & occiditur, 14. 13. relinquit ſucceſſorem filium Azariam regem, 15. 1. appellatur Levi, Luc. 3. 29.

AMICI veri & ficti, Deut. 13. 6†33. 9. 2. Reg. 3. 27†13. 14†15. 19†20. 8. Pſalm. 40. 10†54. 14. Prov. 14. 20†18. 24†27. 10. 19. Eccli. 6. 7†7. 20†9. 12†12. 14†22. 25†37. 10. Jerem. 9. 4†12. 6†41. 1. Dan. 11. 26. Mich. 7. 5. Mat. 10. 35. Luc. 12. 53. Joan. 13. 18. 1. Theſſal. 2. 14.

AMINADAB filius Aram, Matth. 1. 4. hunc Naaſſon filius ejus in regno ſecutus eſt, Num. 1. 7†7. 12†10. 14.

AMMON filius Lot, & filiæ ejus, Geneſ. 19. 38. Ammonitæ prohibentur ab ingreſſu templi, Deut. 23. 3. 2. Eſdr. 13. 1. cæduntur ab Iſrael, Jud. 11. 32. 1. Reg. 11. 11. 2. Reg. 8. 12†10*. †12. 26. adversùs Ammon prophetatur, Pſalm. 82. 8. Jerem. 49. 1. Ezech. 21. 20†25. 2. Amos 1. 13. Sophon. 2. 8.

AMNON filius David oppreſſit ſororem ſuam Thamar, 2. Reg. 13. 14. unde & ab Abſalone fratre ſuo confoditur, 13. 28.

AMON filius Manaſſe rex Juda, occiditur, 4. Reg. 21. 19. 23. ei in regno ſuccedit filius Joſias, 4. Reg. 22. 1.

AMORI filius Chanaan, Gen. 10. 16. Amorrhæi non patiuntur Iſraelem per ſuos terminos proficiſci, Num. 21. 23. Jud. 11. 19.

AMRI impius rex Iſrael, 3. Reg. 16. 16. 17. 22. 23. contra Amri, Mich. 6. 16.

ANAMELECH idolum Sepharvaim, 4. Reg. 17. 31.

Digitized by Google

ANANIAS prophetat contra Jeremiam, Jerem. 28. 1.

Ananias cum uxore Sapphira subitò moritur, Actor. 5. 5. 10.

ANATHOTH, civitas Benjamin, Jerem. 32. 7. ubi & Jeremias est natus, Jer. 1. 1 † 29. 27. & sacerdos Abiathar, 3. Reg. 2. 26.

Anathothitæ nolunt Jeremiam audire, Jerem. 11. 21.

ANDREAS à Christo vocatur, Matth. 4. 18. Marc. 1. 16. Joan. 1. 40.

ANDRONICUS vicarius Antiochi occiditur, 2. Mach. 4. 38.

ANGELI, horumque ministerium & natura, Genes. 16. 7*. 18* 19*. 21. 17 † 22. 11 † 24. 7 † 28. 12 † 31. 11. 65 † 32. 24 † 48. 16. Exod. 3. 2 † 13. 21 † 14. 19 † 23. 20 † 32. 34 † 33. 2. Num. 20. 16 † 22. 22. Jos. 5. 13. Jud. 2. 1 † 5. 23 † 6. 11. 14. 20 † 13. 3. 6. 9. 1. Reg. 29. 9. 2. Reg. 14. 17 † 19. 27 † 24. 16. 3. Reg. 13. 18 † 19. 5. 4. Reg. 1. 3. 15 † 19. 35. 1. Paral. 21. 15. 2. Paral. 32. 21. Psal. 33. 8 † 90. 11 † 102. 20 † 103. 4 † 148. 2. Isa. 6. 6 † 37. 36. Daniel 3. 49 † 6. 22 † 8. 16 † 9. 21 † 10. 5. 10. 16 † 12. 1. Zach. 2. 3 † 3. 1. 6 † 4. 1 † 5. 5. 10 † 6. 4. Mal. 2. 7 † 3. 1. Jud. 13. 20. Tob. 5. 27 † 6*. 9*. 12*. Tob. 7. 5 † 8. 3 † 10. 11 † 11. 2. Baruch 6. 6. 2. Machab. 11. 8. Matth. 1. 20 † 2. 13. 19 † 4. 11 † 11. 10 † 13. 39. 49 † 16. 27 † 18. 10 † 22. 30 † 24. 31 † 26. 53 † 28. 2. Marc. 13. 32. Luc. 1. 13. 19. 28 † 2. 9. 15 † 12. 8 † 16. 22 † 22. 43. Joan. 1. 51 † 5. 4 † 20. 12. Act. 1. 10 † 5. 19 † 6. 15 † 7. 30 † 8. 26 † 10. 3 † 11. 13 † 12. 7. 11. 23 † 23. 9 † 27. 23. Rom. 8. 38. Gal. 1. 8 † 3. 19 † 4. 14. Col. 2. 18. 2. Thess. 1. 7. 1. Tim. 3. 16 † 5. 21. Heb. 1*. † 2. 2 † 12. 22 † 13. 2. 1. Pet. 1. 12 † 3. 22. 2. Pet. 2. 11. Judæ 9. Apocal.*.

Angelorum ruina, Job 4. 18 † 15. 15. Isa. 14. 9. Ezech. 28. 2. 14. 17. Joan. 8. 44. 2. Pet. 2. 4. Judæ 6.

Angelorum nomine appellantur doctores & prædicatores, Isai. 33. 7. Malac. 2. 7 † 3. 1. Matth. 11. 10. Marc. 1. 2. Luc. 7. 27. Galat. 4. 14. Apoc. 2*. 3*.

ANIMÆ quorumdam piorum statim post mortem sunt cum Christo, 2. Cor. 5. 8. Phil. 1. 24. Apoc. 14. 13. contra eos qui putant illas usque in diem judicii quiescere.

ANNA parit prophetam Samuel, 1. Reg. 1. 20.

Anna prophetissa laudat Dominum Deum, Luc. 2. 36.

ANNAS socer Caiphæ, Luc. 3. 2. Joan. 18. 13. Actor. 4. 6.

ANTICHRISTUS, & ejus regnum, Isai. 11. 4. Ezech. 38*. 39*. Dan. 7. 7. 19. 24 † 8. 9. 23 † 9. 27 † 12. 1. Zach. 11. 15. Matth. 24. 24. Marc. 13. 6. Joan. 5. 43. Actor. 20. 29. 2. Thess. 2. 3. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. 2. Pet. 2*. 1. Joan. 2. 18. 22 † 4. 3. 2. Joan. 1. 7. Judæ 10. Apoc. 11. 7 † 12. 8 † 13*. † 14. 9 † 17*. † 19. 20 † 20. 2. 8.

ANTIOCHIA suscipit Apostolorum de Christo prædicationem, Act. 11. 19. 26 † 13. 1.

ANTIOCHUS Illustris proficiscitur in Ægyptum, 1. Mach. 1. 18. destruit templum, & subvertit civitatem Jerusalem, 1. Machab. 1. 23. 33. 2. Mach. 5. 16. erigit idolum super altare Domini, 1. Mach. 1. 57. moritur, 6. 16. 2. Mach. 9*.

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi, fit rex, 1. Mach. 6. 17. cum exercitu tendit in Judæam, 6. 31. non servat Israeli fidem, 6. 62. cæditur, 7. 4.

ANTIQUÆ viæ inquirendæ & observandæ, & à novis declinandum, Jerem. 6. 16. Prov. 22. 28. Eccli. 8. 11 † 39. 1. Rom. 16. 17. Gal. 1. 6. 7. 8. 1. Tim. 6. 20. 2. Tim. 4. 3. 2. Pet. 3. 17. 1. Joan. 2. 24. 2. Joa. ver. 7. Judæ ver. 18. 19. 20.

APOLLO vir facundus, & Scripturarum peritus, Actor. 18. 24. 1. Cor. 1. 12 † 3. 4 † 16. 12.

APOLLONIUS dux in Syria, 1. Mach. 3. 12 † 10. 69.

APOSTOLUS magnus est Christus, Hebr. 3. 1.

Apostoli eliguntur ex discipulis, Luc. 6. 13. mittuntur ad annuntiandum regnum Dei in Judæa, Mat. 10*. Luc. 9. 24. 46. revertuntur, 9. 10. mittuntur in universum mundum ad evangelizandum, Matt. 28. 19. Marc. 16. 15. Lucæ 24. 46. Joan. 15. 16. 27 † 20. 21. Actor. 1. 8 † 10. 42.

Apostoli usi sunt membranis, seu libris, 2. Timoth. 4. 13. hortantur ad studium legendi, 1. Tim. 4. 13. 15. Opifices autem qui noctes & dies aliis occupantur, jubentur non immiscere se ecclesiasticis rebus, Eccli. 38. 26. 37.

Apostoli & Prophetæ habuerunt spiritum Dei, Exod. 4. 12. 2. Reg. 23. 2. Daniel. 9. 10. Zachar. 7. 7. Mat. 10. 20. Marc. 13. 11. Joan. 14. 17. Actor. 1. 5 † 2. 4 † 4. 31 † 9. 17 † 19. 6. 1. Cor. 2. 12 † 12. 3. 2. Cor. 13. 3. 1. Thessal. 4. 8. 2. Tim. 3. 16. 1. Pet. 1. 11. 2. Pet. 1. 21.

APPARITIONES Dei, Angelorum, & hominum, Gen. 32. 24. Exo. 3*. Num. 22. 21. Jos. 5. 13. 1. Reg. 28. 11. Mat. 17. 3 † 27. 2. 9. Marc. 9. 3 † 16. 5. 9. 12. 14. Luc. 9. 30 † 24. 4. 15. 36. Joan. 20. 12. 14. 19. 26 † 21. 1. Actor. 1. 10 † 16. 9 † 18. 9.

AQUA nihil nocumenti vel impedimenti adfert electis Dei, Exod. 14. 22. Psal. 65. 6. Isaiæ 43. 2. Jonæ 2. 5.

Aqua nominatur persecutio, Psalm. 61. 10 † 143. 7. Prov. 17. 14. Mat. 7. 25. Luc. 6. 48. Apoc. 12. 17.

Aquæ assimilantur cognitio Dei & dona Spiritus sancti, Isai. 11. 9 † 12. 3 † 35. 6 † 43. 20 † 44. 3. Ezec. 47*. Zach. 14. 8. Joan. 4. 10 † 7. 38.

Aqua benedicta: vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Israel, Num. 21. 1.

ARAM, qui & Ram nominatur, filius Esron, genuit Aminadab, Ruth 4. 19. 1. Paral. 2. 10. Matth. 1. 4. Luc. 3. 33.

ARAN frater Abraham, & pater Loth, Genes. 11. 27.

ARCA Noe, Gen. 6. 14 † 7*. 8*. Sap. 10. 4 † 14. 6. Mat. 24. 38. Luc. 17. 27. Hebr. 11. 7. 1. Pet. 3. 20.

Arca fœderis Domini paratur, Exo. 25. 10. 21. assumitur in castra contra Philisthæos, 1. Reg. 4. 5. capitur, 4. 11.

Arca quid continebat, Exo. 16. 34. Deuter. 10. 2 † 31. 26. 3. Reg. 8. 9. 2. Par. 5. 10. Heb. 9. 4.

ARCHELAUS regnat loco patris sui Herodis, Matth. 2. 22.

ARIOLI & aruspices, Dan. 2. 2. 27 † 4. 6 † 5. 7. 11. Act. 19. 13. vide Incantatores.

ARISTARCHUS socius S. Paulo & in itinere, & in vinculis, Act. 19. 29 † 20. 4 † 27. 2. Col. 4. 10.

ARPHAXAD, rex Medorum, à Nabuchodonosor victus, Judith 1. 1. 5. 6.

ARSACES rex Persarum & Medorum superat Demetrium, 1. Machab. 14. 3.

ARTAXERXES rex Persarum recipit litteras plenas querelis adversùs Judæos, 1. Esdr. 4. 7. 17. respondet, jubet ædificationem templi impediri, 4. 21. permittit Israeli ædificare templum, 1. Esdr. 7*.

ASA filius Abiam rex Juda tollit idola, 3. Reg. 15. 8. 12. subsidium quærit à Syris, & moritur, 15. 19. 24. Josaphat filius ejus rex post eum, 1. Par. 3. 10.

ASAPH cantor Davidis, 1. Par. 6. 39 † 16. 5.

ASARHADDON, postquam pater ejus Sennacherib confossus est, succedit in regnum, 4. Reg. 19. 37. Isaiæ 37. 38.

ASENETH parit ipsi Joseph, Ephraim & Manasse, Gen. 41. 50 † 46. 20.

ASIA subjicitur Romanorum imperio, 1. Mach. 8. 6.

ASSUERUS rex Persarum instruit splendidam cœnam, Esther 1. 3. accipit Esther uxorem, 2. 9. 17. relinquit Darium filium suum successorem, Dan. 9. 1.

ASSUR filius Sem filii Noe constituit regnum Assyriorum, Gen. 10. 22. 1. Par. 1. 17.

Assur virga furoris Domini, Isaiæ 10. 5. contra Assyrios prophetatur, Num. 24. 24. Isaiæ 10. 5 † 14. 21 † 17. 3 † 30. 28. 31 † 31. 8.

Rex Assur expugnat Israelitas, & transfert in Assyriam, 4. Reg. 15. 29*. † 16*. † 17*. expugnat civitates Judæ, 4. Reg. 18*. 2. Par. 32*. Ezec. 36*.

ASSYRIORUM exercitus ab angelo cæditur, 4. Reg. 19. 37. 2. Par. 32. 21. Isa. 37. 36. Eccli. 48. 24. 1. Mach. 7. 41. 2. Mach. 8. 19. Tob. 1. 21. Jonæ 2. 5.

ASTHAROTH, Jud. 2. 13 † 10. 6. 1. Reg. 7. 3 † 12. 10.

ATHALIA, filia Amos regis Israel, 4. Reg. 8. 26. perdit totam ferè regiam stirpem, 11. 1. regnat sex annos in Judæa, 2. Paral. 22. 12. interimitur, 4. Reg. 11. 16. 20.

ATHENOBIUS mittitur ad Simonem, 1. Mach. 15. 28.

AVARITIA, Jos. 7. 20. 1. Reg. 8. 3 † 25. 3. 10. 3. Reg. 21. 2. 4. Reg. 5. 20. 22. Psalm. 36. 16. 21. Prov. 1. 19 † 11. 28 † 12. 27 † 15. 6. 16. 27 † 28. 16. 22 † 30. 15. Eccles. 2. 26 † 4. 8 † 5. 9 † 6. 1. Isai. 5. 8 † 56. 11. Jerem. 6. 13 † 8. 10. Ezech. 22. 13. Amos 8. 4. Mich. 6. 10. Abac. 2. 9. Eccli. 14. 3 † 31. 3 † 41. 4. 2. Mach. 4. 50 † 10. 20. Matth. 6. 19 † 26. 14. 46 † 27. 3. Marc. 8. 36. Luc. 12. 15. Joan. 12. 4. Actor. 5. 1 † 8. 19 † 24. 26. 1. Cor. 6. 10. Ephes. 5. 3. Phil. 4. 11. Col. 3. 5. 1. Tim. 6. 9. ad Tit. 1. 7. 11. Hebr. 13. 5.

AUDIENDUM verbum Dei: vide Verbum Dei.

AXA filia Caleb traditur Othonieli in uxorem, Jos. 15. 17. Jud. 1. 13.

AZARIAS filius Amasiæ rex Juda fit leprosus, 4. Reg. 15. 5. 2. Paral. 26. 19. relinquit filium Joatham regem, 4. Reg. 15. 32. 1. Paral. 3. 12. appellatur Ozias, 2. Par. 26. 19. Mat. 1. 9. Mathat, Luc. 3. 29.

Azarias propheta mittitur ad regem Asa, 2. Paral. 15. 2.

B.

BAAL idolum Samaritanorum, 3. Reg. 16. 31. altare Baal destruitur, Jud. 6. 25. 30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3. Reg. 18. 40. 4. Reg. 10. 25 † 23. 5.

BAANA & Rechab suspenduntur, 2. Reg. 4. 12.

BAASA impius rex Israel, pugnat contra Asa regem Juda, 3. Reg. 15. 16*. cum omni progenie sua exstirpa-

Digitized by Google

tur, 16. 4. 11. ſecundùm verbum Jehu, 16. 1. 2. 3.

BABYLONICA captivitas 70. annorum prædicitur, Lev. 26. 31. Deuter. 4. 26 † 28. 36. 49. 4. Reg. 20. 17. Iſa. 5. 13. 19. Jerem. 13. 19. 24 † 16. 9 † 20. 4. 6 † 25. 8. Ezech. 7*. 12*. 22. 5. Mich. 3. 12 † 4. 10. Abac. 1. 6. Baruc. 6. 1.

Babylonicæ captivitatis initium, 4. Reg. 24*. 25*. 2. Par. 36*. 3. Eſdr. 1. 40. 52.

Finis captivitatis promittitur & prophetatur, Lev. 26. 42. Deuter. 4. 29 † 30. 2. 3. Reg. 8. 33. 2. Par. 6. 24. 37. Iſa. 14. 1 † 40. 1 † 48. 20. Jer. 12. 15 † 16. 15 † 24. 5 † 25. 12 † 29. 10 † 30*. † 31. 9 † 32. 37 † 36. 27. Ezech. 11. 17. Dan. 9. 2. 25. Baruch 6. 2. Liberatio fit, 1. Eſdr. 1*. 2*. 3. Eſdr. 2. 1.

Babylonicæ captivitatis cauſa, 4. Regum 17. 7. 13. 18. contra Babylonem, Pſal. 136. 8. Iſaiæ 13*. † 14. 2. 4 † 21. 2. 9 † 47*. Jerem. 25. 12 † 50*. 51*. Baruch 4. 27. Apoc. 14. 8 † 16. 19 † 17*. 18*.

BACCHIDES dux Demetrii, 1. Mach. 7. 8. occidit Judam ex præcepto Demetrii, 9. 18.

BALAAM conducitur ad maledicendum Iſrael, Num. 22*. † 23*. docetur à Domino quid illi loquendum fit, 23. 5. 26. Balaam doctrina, 2. Pet. 2. 15. Apoc. 2. 14.

BALAC rex Moabitarum mittit nuncios ad Balaam, Num. 22. 5. Joſue 24. 9. vide Judic. 11. 25. Mich. 6. 5. Apoc. 2. 14.

BALTHASSAR videt manum ſcribentem, Dan. 5. 5. occiditur, & regnum ejus delabitur ad manus Darii, 5. 30 † 6. 1.

BANAIAS dux Cerethi & Phelethi, 2. Reg. 20. 23. Davidi à conſiliis, 23. 23. 1. Paral. 11. 25. poſtea præfectus militum Salomonis, 3. Reg. 2. 35.

BAPTISMUS à Chriſto præceptus, Matth. 28. 19. Marc. 16. 16. Joan. 3. 5.

Baptiſmum docuerunt Apoſtoli, & adminiſtrarunt, Actor. 2. 38. 41 † 8. 12. 36 † 9. 18 † 10. 47 † 16. 15. 33 † 19. 4 † 22. 16. Rom. 6. 3. 1. Cor. 1. 14. Gal. 3. 17. Epheſ. 4. 5. Heb. 6. 2.

Baptiſmus ſalvat, 1. Pet. 3. 21. baptiſmus eſt lavacrum regenerationis, Tit. 3. 5.

Baptiſmus tollit omnia peccata, Geneſ. 17. 14. Iſaiæ 44. 3. Ezech. 36. 25. Zachar. 13. 1. Matth. 18. 14 † 28. 19. Marc. 1. 4 † 16. 16. Joan. 1. 33 † 3. 5. Actor. 2. 38 † 8. 12. 38 † 16. 33 † 18. 8. Rom. 6. 3. 4. 5. 6*. 1. Cor. 6. 11. Epheſ. 5. 26. Col. 2. 11*. Tit. 3. 5*. Heb. 10. 22. 1. Pet. 3. 21.

Baptiſmus non eſt iterandus, Eph. 4. 5. Heb. 6. 6 † 10. 26. Idem declarat ipſius figura, Gen. 17. 14. 1. Cor. 10. 2.

Baptiſmus Joannis, Mat. 3. 6 † 21. 25. Marc. 1. 4 † 11. 30. Luc. 3. 16 † 7. 29 † 20. 4. Joan. 1. 25. 33 † 3. 23. Actor. 1. 5 † 11. 16 † 13. 24 † 19. 3.

Baptiſmus pœnitentiæ prædicatur, Marc. 1. 4. Luc. 3. 3. Actor. 2. 38 † 13. 24 † 19. 3. Rom. 6. 3. Col. 2. 12.

Baptiſmi nomine ſignificatur paſſio, Mat. 20. 22. Marc. 10. 38. Luc. 12. 50.

Baptiſmus in Spiritu ſancto & igne, Matth. 3. 11. Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Joan. 1. 33. Act. 1. 5 † 2. 4 † 11. 15.

BAPTIZANDI ſunt parvuli, Geneſ. 17. 14. Exo. 4. 24. 25. 26. Mat. 11. 28 † 18. 14 † 19. 13. Marc. 10. 14. Luc. 18. 15. Joan. 3. 5. Actor. 2. 39. 41 † 16. 15. 33 † 18. 8. 1. Cor. 3. 16 † 10. 2 † 15. 22. 1. Tim. 2. 4.

Baptizari in Scripturis aliquando exprimitur per verbum Illuminari, Heb. 6. 4. aliquando per Renovari, Hebr. 6. 6.

Baptizatus Chriſtus, Matth. 3. 15. Marc. 1. 9. Luc. 3. 21. in baptizatum delabitur Spiritus ſanctus, Matth. 3. 16. Marc. 1. 8. Luc. 3. 21. Joan. 1. 33.

Baptizat Chriſtus per diſcipulos, Joan. 3. 22 † 4. 2.

Baptizata integra domus, 1. Cor. 1. 14. Actor. 16. 15. 33 † 18. 8.

Baptizati accipiunt Spiritum ſanctum, Actor. 2. 38 † 19. 3. induunt Chriſtum, Gal. 3. 27. in morte ipſius baptizantur, Rom. 6. 3. in unum corpus baptizantur, 1. Cor. 12. 13. 27.

Baptizatus Simon Magus, Act. 8. 13.

Baptizatus Eunuchus, Act. 8. 38.

Baptizatus Cornelius gentilis, Act. 10. 47.

BARABBAS latro dimittitur, Matthæi 27. 26. Marc. 15. 15. Lucæ 23. 25. Joannis 18. 40. Actorum 3. 14.

BARJESU à Deo per Paulum uſu oculorum privatur, Actor. 13. 11.

BARNABAS ponit pretium agri ante pedes Apoſtolorum, Act. 4. 37. ducit Paulum ad Apoſtolos, 9. 27. mittitur Antiochiam, 11. 22. redit in Jeruſalem, 11. 30. iterum recipit ſe Antiochiam cum Paulo, 12. 25.

BARTIMÆUS viſu donatur, Mar. 10. 46. 52.

BARUCH filius Neriæ, Jerem. 32. 12. dictante Jeremia ſcribit librum, qui comburitur, 36*. conſcribit alium, qui populo prælegitur, 45. 1. Baruch 1. 3.

BARZELLAI providet Regi David de cibis, 2. Reg. 17. 27. deducit eum uſque ad Jordanem, 19. 31*. David præcepit ut filiis Barzellai benefiat, 3. Reg. 2. 7.

Barzellai quoniam ſuæ genealogiæ ſcripturam demonſtrare non poterat, rejicitur à Sacerdotio, 1. Eſdræ 2. 62. 2. Eſdræ 7. 64.

BASEMATH filia Salomonis, uxor Achimaas, 3. Reg. 4. 15.

BATHUEL filius Nachor pater Rebeccæ, Gen. 22. 23.

BEATITUDO, ſeu beatorum gaudium, & vita æterna, Sap. 3. 7 † 5. 1. 16. Iſaiæ 25. 9 † 30. 29 † 49. 10 † 60*. 64. 2. Jer. 31. 3. 8. 13. Dan. 12. 13. Mat. 13. 43 † 19. 28 † 25*. Marc. 12. 25. Luc. 9. 33 † 16. 22 † 22. 29. Joan. 16. 20 † 17. 2. 24. Rom. 8. 30. 1. Cor. 2. 9 † 15. 41. 2. Cor. 12. 3. 2. Timoth. 4. 8. 1. Pet. 1. 4. 8 † 5. 4. Hebr. 10. 35 † 12. 23. Jac. 1. 12. Apoc. 2*. 3*. 7. 9. 15 † 14. 1 † 21*. 22*.

Beatitudo quomodo comparetur, Iſa. 25. 9. Mat. 20. 23 † 25. 34. Marc. 10. 40. Joan. 3. 15. 16. 36 † 5. 24 † 20. 29. Act. 2. 21 † 15. 11 † 16. 31. Rom. 1. 16 † 10. 4. Epheſ. 1. 13 † 2. 6. 1. Theſſal. 5. 9. 2. Theſſ. 2. 13. 2. Tim. 1. 9. Tit. 1. 1 † 3. 5. 1. Pet. 1. 9. Heb. 5. 12.

BELIS & Draconis hiſtoria, Dan. 14*.

BELLUM eſt pœna peccati, Levit. 26. 24. Deuter. 28. 36. 49. Judic. 2. 13 † 3. 1. 8 † 4. 1 † 6. 1 † 10. 6 † 13. 1. Iſa. 5. 25. Jerem. 5. 15.

In Belli neceſſitate quomodo ſe quis habere debeat, Exo. 17. 8. 12. 1. Reg. 17. 20*. 2. Paral. 12. 2. 6 † 14. 9. 12 † 18*. 20. 1 † 32. 1. 6. Judith 8. 9*. 1. Mach. 3. 18. 20 † 4. 7. 10 † 7. 41. 45. 2. Mach. 8. 16. 19. Deus pugnat pro ſuis, Exod. 14. 13. Deut. 1. 30 † 3. 22. 1. Reg. 17. 46. 2. Paral. 20. 15. Pſal. 17. 35 † 143. 1. Iſa. 30. 15. Quære Victoria.

Bellandum armis quoque ſpiritualibus, Rom. 13. 12. 2. Cor. 10. 4. Eph. 6. 11. Galat. 5. 17.

Bellum quibus de cauſis ſuſceperint olim fideles, Geneſ. 14. 14. Judic. 9. 27 † 20*. Joſue 10. 1. 7. 1. Reg. 30. 1. 8.

BENEDICTIO qua homo homini benedicit, Geneſ. 14. 19 † 27. 4*. † 28. 4 † 48. 2. Exod. 12. 32. 39. 43. Lev. 9. 22. Num. 24. 9*. Deut. 10. 8 † 33. 1. Joſue 8. 33 † 14. 13 † 15. 19 † 22. 6. 1. Reg. 2. 20. 2. Reg. 6. 18 † 13. 26 † 14. 22 † 19. 29. 3. Reg. 1. 47 † 8. 14. 4. Reg. 10. 14. 1. Par. 16. 2. 2. Par. 6. 3. Judith 15. 10. Pſal. 117. 26 † 128. 8. Prov. 27. 14. 1. Machab. 2. 69. Luc. 2. 34 † 6. 28. Rom. 12. 14. Heb. 7. 2.

Benedictio qua creaturæ conſecrantur & ſanctificantur, Exo. 28. 2 † 29. 6. 27. Lev. 21. 10 † 22. 2 † 27. 28. 29. 30. Num. 5. 17 † 31. 6. Joſue 6. 24. Jud. 17. 3. 1. Reg. 21. 5. 1. Paral. 18. 11. 3. Eſdr. 1. 41. 1. Tim. 4. 5*. Heb. 9. 2. 3. Hinc conſecratio Sacerdotum, veſtium, altarium, templorum, cereorum, aquæ luſtralis, & cætera.

BENHADAD ſervat fidem & pactum cum rege Aſa, 3. Reg. 15. 20. obſidet Samariam, 20. 1. 4. Reg. 6. 24. ægrotat & moritur, 8. 7. 15.

Benhadad filius Hazael fit rex Syriæ, 4. Reg. 3. 24. ſubjicit ſibi Iſraelem, 13. 3.

BENJAMIN filius Jacob naſcitur, Geneſ. 35. 16.

BENJAMITÆ abutuntur uxore Levitæ, Judic. 19. 25. puniuntur, 20. 41.

BESELEEL inſignis artifex, Exo. 31. 1 † 35. 30.

BESTIÆ & bruta animantia non crudeliter tractanda, Geneſ. 33. 13. Exod. 23. 12. Num. 22. 23. 28. Deuter. 5. 14 † 22. 10. Prov. 12. 10. Eccli. 7. 24.

BETHSABEE filia Eliam, uxor Uriæ, à David cognoſcitur, & parit, 2. Reg. 11. 4. 27. puer ægrotat & moritur, 12. 15. 18. fit uxor Davidis, parit ei Salomonem, 12. 24. 1. Par. 3. 5. Mat. 1. 6.

BETHSAIDA urbs nativa Andreæ & Philippi, Joan. 1. 44 † 12. 21. deploratur, Mat. 11. 21. Luc. 10. 13.

BETHSAMITÆ graviter puniuntur, 1. Reg. 5. 19.

BONA opera pietaſque vera in Deum commendantur, Exod. 19. 5 † 20*. † 23. 19. 25. Deut. 5. 6. 11. 16 † 10. 12. Joſue 22. 5. 1. Reg. 15. 22. Pſalm. 2. 10 † 39. 7 † 49. 14. Prov. 3. 1 † 14. 31 † 1. 3. Iſa. 1. 16 † 58. 6. Jerem. 22. 3. Ezech. 18. 6. Oſee 6. 11. Mich. 6. 8. Zach. 7. 9 † 8. 16. Eccli. 35. 12. Mat. 5. 24. 29. 39. Luc. 1. 75 † 3. 11. Joan. 12. 26. Rom. 12*. 13*. 14. 17. Phil. 3. 3. Jac. 1. 27. vide Opera.

Bonitas & benignitas Dei erga ſuos, Gen. 18. 26. 30. Exod. 6. 1 † 9. 26 † 11. 7 † 20. 6 † 34. 6. Numer. 20. 8. Deut. 4. 29 † 5. 10 † 7. 9 † 10. 18 † 28. 1 † 30. 3 † 32. 10. 2. Reg. 7. 12 † 12. 13 † 24. 14. 3. Reg. 8. 23. 4. Reg. 20. 5. 2. Eſdr. 9. 8. Sap. 11. 24. Eccli. 2. 12 † 18. 1. Pſalm. 31. 5 † 35. 7 † 36. 25 † 85. 5 † 102*. † 135*. † 144. 8. Iſa. 30. 8 † 54. 5. 7 † 55. 7. Jer. 12. 15 † 18. 8. Ezech. 18. 27 † 33. 15. Oſee 2. 21. Joel 2. 13. Jonæ 4. 2. Matth. 11. 28 † 18. 19. Luc.

Digitized by Google

1. 30† 6. 36† 15. 20. 27† 23. 43. Rom. 11. 4. 31. 2. Cor. 1. 3. Eph. 2. 4. 1. Tim. 1. 13. 16.

## C.

CÆCITAS tum corporis, tum animi, Genes. 19. 11. Deuter. 28. 28. 4. Reg. 6. 18. Psalm. 68. 24† 145. 8. Isa. 6. 10† 42. 7. 16. 18† 35. 5† 29. 18† 43. 8† 56. 10† 59. 10. Sap. 2. 21. Tob. 2. 11. 2. Mach. 10. 30. Matth. 15. 14. Marc. 8. 18. Luc. 4. 19. Joan. 9. 1. 4† 12. 40. Actor. 9. 8. 18† 13. 11. Rom. 1. 21† 11. 20. 2. Cor. 4. 4. Eph. 4. 18. 2. Pet. 1. 9. 1. Joan. 2. 11. Apocal. 3. 17.

Cæci illuminantur, Tob. 11. 15. Matth. 9. 30† 20. 34. Marc. 8. 25† 10. 46. Luc. 18. 35. Joan. 9. 7.

CÆRIMONIÆ Ecclesiasticæ, seu cultus externus, Gen. 8. 20† 14. 18† 15. 9† 17. 10† 22*. † 26. 5† 28. 11† 33. 20† 43. 4. 26. Exod. 12*. † 18. 20† 19*. Lev. 8. 34. † 9*. † 10. 19† 12*. † 14*. † 23*. † 24*. Num. 1. 50† 4*. † 5*. † 6*. † 7*. † 8*. † 9*. † 15*. 1. Paral. 23*. 1. Esdr. 6*. Matth. 2. 11.

Cærimoniæ, seu ritus certi in orando, 3. Reg. 8. 22. 54† 17. 21† 18. 42. 2. Paral. 5. 12*. Matth. 2. 11† 26. 39. Marc. 14. 35. Lucæ 22. 41. 1. Cor. 11. 4*. 1. Tim. 2. 8.

CAIN primus filius Adam nascitur, Genes. 4. 1. occidit suum fratrem Abel, 4. 8. Sap. 10. 3. 1. Joan. 3. 12.

CALEB filius Hesron, 1. Paral. 2. 18. explorator terræ Chanaan, Num. 13. 8. 31† 14. 6. 24. 30. 38. Postulat, & consequitur terram Hebron, Josue 14. 6. 9. 13† 21. 12. Jud. 1. 20. 1. Paral. 6. 56.

CALIX iræ & furoris, Isa. 51. 17. Jerem. 25. 15. Psalm. 59. 5† 74. 9. Apoc. 16. 19.

Calix passionis, Mat. 20. 22† 26. 38. Marc. 10. 28. Luc. 22. 42. Joan. 18. 11.

CAMOS, vide Chamos.

CANA, civitas Galilææ, ubi Christus aquam in vinum mutavit, Joan. 2. 1. 7.

CAPHARNAUM, civitas Galilææ, in qua cœpit Jesus prædicare, Matth. 4. 17. Luc. 4. 31. curat ibidem servum Centurionis, Matt. 8. 13. appellatur civitas ejus, 9. 1. increpatur, 11. 13.

CAPTIVOS invisere, Genes. 14. 14. 1. Reg. 30. 9. Tob. 1. 15. Jer. 38. 9. Matth. 25. 37. Act. 12. 5. 2. Tim. 1. 16. Hebr. 13. 3.

Captivos non deserit Deus, Genes. 39. 21. Sap. 10. 13. Isa. 42. 7. Act. 5. 18† 12. 17† 16. 25.

Carnem suam crucifigere quomodo quisque debeat, Eccli. 19. 1. Rom. 6. 12† 8. 12. 13. 14. Gal. 5. 16. Ephes. 4. 22† 5. 3. Tit. 2. 12. 1. Pet. 2. 1† 4. 2. 6. Heb. 12. 1.

CASTITAS cœlibum præfertur castitati conjugali, Psal. 44. 15. Sap. 6. 20. Matth. 19. 12† 22. 30. 1. Cor. 7. 25. 32. 34. 38*. Apoc. 14. 4.

Castitas hæc consulitur ut perfectio evangelica, Matth. 19. 12. 1. Cor. 7. 25.

Castitatis laus, 1. Reg. 21. 5. Tob. 6. 16*. Judith 15. 11† 16. 26. Psal. 44. 15. Proverb. 22. 11. Sap. 3. 13. 14† 4. 1. 2† 6. 20. Eccli. 6. 28† 26. 20. Isa. 7. 14† 56. 3. 4. 5*. Zach. 9. 17. 2. Mach. 14. 38. Mat. 5. 8. 48† 19. 12† 22. 30*. † 25. 1. Luc. 1. 27† 20. 34. Act. 24. 25. Rom. 2. 7. 1. Cor. 7. 25*. 2. Cor. 6. 5. † 11. 2. 1. Tim. 2. 2† 3. 2† 4. 12† 5. 2. Tit. 1. 8† 2. 5. Apoc. 14. 4.

CAVENDUM à pseudoprophetis, Mat. 7. 15. Marc. 8. 15† 13. 6. Luc. 17. 23.

CAIPHAS summus Sacerdos consilium dat contra Christum, Joan. 11. 49† 18. 14. prohibet Apostolis ne prædicent, Actor. 4. 18.

CEPHAS, vide Petrus.

CEREORUM & lampadum in templis usus, 2. Paral. 4. 20.

CERTI non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda, Eccles. 9. 1. 2. Eccli. 5. 5. Rom. 8. 17† 11. 20. 1. Cor. 4. 3. 4. 5† 9. 27† 10. 12. Phil. 2. 12† 3. 11. 13. 1. Tim. 1. 19. 2. Pet. 3. 17. Hebr. 3. 14† 4. 1.

CHAMOS, sive Camos, idolum Moabitarum, Num. 21. 29. huic Salomon ædificat templum, 3. Reg. 11. 7. destruitur, 4. Reg. 23. 13.

CHANAAN filius Noe maledicitur, Gen. 9. 25† 10. 1. 6. laus terræ Chanaan, Deut. 11. 10. Terra Chanaan promittitur Abrahamo & ejus semini, Genes. 12. 7† 13. 15† 15. 18† 17. 8† 26. 4† 35. 12. Exod. 3. 8. 17. Lev. 20. 24. Deut. 9. 6. datur, Jos. 13. 6. quam ob causam Deus Chananæos expulerit, Lev. 18. 25. Deut. 9. 4† 18. 12† 20. 17. quamobrem paulatim & non simul illas nationes profligaverit, Exod. 23. 29. Deuter. 7. 22. Jud. 2. 23† 3. 1. descriptio & divisio terræ Chanaan, Genes. 10. 19. Exod. 23. 31. Num. 26. 52† 33. 54† 34*. Josue 13*. † 14*. † 15*. † 16*. † 17*. † 18*. † 19*. Ezech. 47. 13. 21.

Chananææ mulieris filia à dæmonio liberatur, Mat. 15. 28.

CHARITAS virtus fide præstantior, Prov. 10. 12. Mat. 22. 38† 25*. ubi à nuptiis excluduntur non habentes oleum charitatis, Marc. 12. 33. 1. Cor. 12. 31*. † 13. 1. 8. 13*. Coloss. 3. 14. 1. Tim. 1. 5. 1. Pet. 4. 8. 1. Joan. 4. 16.

Charitas fraterna, Gen. 13. 8. Lev. 19. 18. Deuter. 22. 1. 1. Reg. 18. 1. Eccli. 25. 2. Psalm. 132. 1. Prov. 10. 12. Mat. 7. 3† 19. 19† 22. 38. Joan. 13. 14. 34† 15. 12. Rom. 12. 10† 13. 9. 1. Cor. 13*. Galat. 5. 14. Ephes. 4. 15† 5. 1. Phil. 2. 2. Col. 3. 13. 1. Thessal. 4. 9. 1. Tim. 1. 5. Heb. 13. 1. 1. Pet. 4. 8. 1. Joan. 3. 23† 4. 7. Diligendi etiam inimici, Exo. 23. 4. 1. Reg. 24. 5. 7† 26. 5† 30. 11. 2. Reg. 19. 19. 4. Reg. 6. 21. Job 31. 29. Proverb. 25. 21. Mat. 5. 44. Lucæ 6. 27. 35† 23. 33. Act. 7. 60. Rom. 12. 20. vide Dilectio.

CHOREAS ducere, Exod. 32. 6. 19. Jud. 11. 34† 21. 21. 2. Reg. 6. 14. Psalm. 149. 3† 150. 4.

CHRISTUS Jesus verus Deus & homo promittitur, Genes. 3. 15† 12. 3† 17. 19. 21† 22. 18† 26. 4† 28. 14† 49. 10. Num. 24. 17. Deut. 18. 18. 1. Reg. 2. 10. 35. 2. Reg. 7. 13. Psalm. 2*. 21*. 109. 1. Isa. 7. 15† 8. 3† 9. 6† 11. 1. 10† 28. 16† 40. 9† 42. 1† 45. 1† 46. 13† 49. 1. 6. 10† 50. 5† 52. 10† 59. 20† 53*. † 60. 1† 62. 11. Jerem. 23. 5† 30. 9† 33. 15. Ezech. 17. 22† 34. 11. 15. 23† 37. 24. Dan. 7. 13† 9. 24. Mich. 5. 1. Agg. 2. 8. Zach. 2. 10† 3. 8† 9. 9. Malac. 3. 1.

Christus secundùm promissum Dei Patris primùm in tempore propter nos verus homo factus, & nobiscum conversatus, Joan. 1. 14. Deus in carne manifestatus est, 1. Timot. 3. 16. 1. Joan. 4. 2. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, Rom. 8. 3.

Christus est verus Dei filius, Mat. 3. 17† 14. 33† 17. 5. Marc. 1. 11† 5. 7† 9. 7† 15. 39. Lucæ 1. 31† 3. 22† 9. 3. 5. Joan. 1. 34. 49. † 6. 69† 9. 36† 11. 27† 19. 7. Rom. 1. 4† 8. 3. Heb. 1. 2† 5. 8† 6. 6† 7. 3† 10. 29. 2. Pet. 1. 17. 1. Joan. 3. 8† 4. 9† 5. 20.

Christus conceptus de Spiritu sancto, Mat. 1. 20. Luc. 1. 35.

Christus natus ex Maria virgine, Mat. 1. 25. Luc. 1. 31† 2. 6. 11. Gal. 4. 4. Isa. 7. 14. natus in Bethlehem, Mat. 2. 1. Luc. 2. 6. 11. Joan. 7. 42. Mich. 5. 1.

Christus sine peccato, Isaiæ 53. 12. Joan. 8. 46. 2. Cor. 5. 21. 1. Pet. 2. 22. 1. Joan. 3. 5. Heb. 4. 15† 7. 26. circumciditur, Lucæ 2. 21. baptizatur in Jordane, Mat. 3. 16. Marc. 1. 9. Lucæ 3. 21.

Christus manifestatur & demonstratur certis testimoniis, Mat. 1. 1. 16. 23† 3. 11† 8. 29† 11. 5† 16. 16† 17. 5† 22. 44† 26. 64† 27. 53. Mar. 9. 7† 15. 39. Lucæ 1. 41. 31† 2. 10. 16*. † 9. 29† 22. 68. Joan. 1. 14. 29. 32. 49† 2. 11† 3. 2. 13. 16. 35† 5. 39† 6. 69† 7. 40† 9. 35† 10. 7. 24. 36† 11. 27. 41† 12. 17† 14*. † 15. 25† 17. 1† 20. 28. Rom. 1. 2† 8. 3† 9. 5. 2. Cor. 5. 19. Gal. 4. 4. Phil. 2. 6. Col. 2. 9. 1. Tim. 3. 13. Tit. 2. 11. Heb. 1*. † 5*. 1. Joan. 5. 20.

Christus est agnus Dei, Isa. 53. 7. Joan. 1. 29. Act. 8. 31. 1. Cor. 5. 7. Apoc. 5. 6. 12† 7. 9. 17† 13. 8† 14. 1. 8† 17. 14.

Christus est dominus dominantium, & rex regum, Ezech. 37. 24. Psalm. 2. 6† 24. 7. Coloss. 2. 10. 1. Tim. 6. 15. Apocal. 1. 5† 17. 14† 19. 16.

Christus est imago Dei, Sap. 7. 26. 2. Cor. 4. 4. Heb. 1. 3.

Christus est lux gentium & totius mundi, Isa. 2. 5† 9. 2† 42. 6† 49. 6† 60. 1. 19. Mat. 4. 16. Lucæ 2. 32. Joan. 1. 4† 3. 19† 8. 12† 9. 5† 12. 35. 46. Act. 13. 47. 1. Joan. 1. 5† 2. 8. Apoc. 21. 23.

Christus verus pastor, Isa. 40. 11. Ezech. 34*. † 37. 24. Mich. 5. 3. Zachar. 13. 7. Mat. 26. 30. Marc. 14. 27. Joan. 10. 11. Heb. 13. 20. 1. Pet. 2. 25† 5. 4.

Christus docuit & prædicavit, Mat. 4. 17† 5*. 6*. 7*. Marc. 1. 14. Luc. 4. 15† 6. 20*. curavit omnem infirmitatem, Mat. 4. 23† 8*. † 9. 2. 20. 28. Marc. 8. 23. Lucæ 17. 12.

Christus est transfiguratus, Mat. 17. 2. Marc. 9. 2. Luc. 9. 29.

Christus per proditorem traditur: quære Judas.

Christus passus est, Psal. 21*. Isa. 53*. Dan. 9. 26. Mat. 16. 21† 17. 12. 22† 20. 18. 22† 26. 37. 66† 27*. Marc. 8. 31† 9. 31. Luc. 17. 25† 18. 31† 23*. Joan. 18. 28† 19*. Actor. 3. 18† 8. 32† 17. 3. Rom. 8. 32. 1. Pet. 2. 21† 4. 1. Heb. 2. 18† 13. 12.

Christus est crucifixus, Mat. 27. 35. Marc. 15. 24. Luc. 23. 32. Joan. 19. 18. Act. 2. 23† 4. 10. 1. Cor. 2. 2. 2. Cor. 13. 4.

Christi passio prædicta & præfigurata est, Genes. 22. 2. Num. 21. 8. Psalm. 21*. Isa. 53*. Dan. 9. 26. Mat. 20. 22. Joan. 3. 14. 16† 8. 28† 12. 32.

Christus mortuus est & sepultus propter peccata nostra, Mat. 27. 49. 58. Marc. 15. 37. 42. Lucæ 23. 45. 49. Joan. 19. 30. 40. Act. 13. 29. Rom. 5. 6† 6. 10† 8. 34† 14. 9. 1. Cor. 15. 3. 2. Cor. 5. 15. 1. Thess. 5. 10. ut prædixerat futurum, Mat. 16. 21† 20. 22.

Christus tertia die resurrexit à mortuis, Psalm. 15. 10. Mat. 28. 6. Marc. 16. 6. Luc. 24. 5. Joan. 20. 9. Act. 2. 24. 31† 10. 40† 13. 30† 17. 31. Rom. 4. 25† 8. 34† 14. 9. 1. Cor.

Digitized by Google

15. 4. 12. 2. Tim. 2. 8. idque prædictum & præfiguratum est, Psalm. 15. 10. Jonæ 2. 1. Mat. 12. 40 † 16. 21 † 17. 22 † 20. 22. Marc. 8. 31 † 9. 31 † 10. 34. Luc. 11. 30 † 18. 33. Joan. 2. 10.

Christus ascendit in cœlum, Marc. 16. 19. Lucæ 24. 51. Joan. 3. 13 † 6. 62. Act. 1. 9. Ephes. 1. 20 † 4. 8. 1. Pet. 3. 22. Heb. 4. 14. Psalm. 67. 19.

Christus est Deus & Dei filius à principio & ab æterno, Joan. 1. 1 † 8. 58 † 17. 5. 24. Mich. 5. 2. Prov. 8. 22. Col. 1. 16. Heb. 1. 2.

Christus mediator, reconciliator & advocatus, Joan. 6. 44. 65 † 10. 7 † 14. 6. Act. 4. 12. Rom. 3. 25 † 5. 2 † 8. 34. Gal. 3. 20. Ephes. 2. 14. 17. Col. 1. 19. 1. Tim. 2. 5. Heb. 7. 24 † 8. 6 † 9. 15 † 12. 24. 1. Joan. 2. 1 † 4. 10.

Christus sedet ad dexteram Dei Patris, Psal. 109. 1. Mat. 22. 44. Mar. 16. 19. Lucæ 22. 69. Actor. 7. 56. Rom. 8. 34. Ephes. 1. 20. Col. 3. 1. 1. Pet. 3. 22. Heb. 1. 13 † 10. 12 † 12. 2.

& Christus venturus est judicare vivos mortuos, Psalm. 95. 13. Mat. 16. 27 † 24. 30 † 25. 21. Luc. 17. 24. 30 † 21. 25. Joan. 5. 22. Actor. 1. 11 † 10. 42 † 17. 31. Rom. 2. 16. 2. Cor. 5. 10. 1. Thess. 4. 16. 2. Thess. 1. 7. 2. Tim. 4. 1. 1. Pet. 4. 5. Heb. 9. 28. Judæ 14. Apoc. 1. 7 † 20. 11.

Christo omnia tradita sunt à Patre, & subjecta, Mat. 11. 27 † 28. 18. Lucæ 10. 22. Joan. 3. 35 † 17. 2. Ephes. 1. 22.

Per Christum cuncta sunt creata, Psalm. 32. 6. Joan. 1. 3. Eph. 3. 9. Col. 1. 15. Heb. 1. 2.

Christus manet in æternum, Psalm. 109. 4. Isa. 9. 7. Dan. 7. 14. Mich. 5. 1. Joan. 12. 34.

Christus est leo, Apoc. 5. 5.

Christus est stella matutina, 2. Pet. 1. 19. Apoc. 22. 16.

Christus novit omnia, Joan. 16. 30 † 21. 17. Apoc. 2. 23.

Christus est unum cum Patre, Joan. 10. 30 † 14. 10. 20 † 17. 21.

Christus sibi reputat fieri quod Christianis fit, Zach. 2. 8. Prov. 14. 31 † 17. 5. Mat. 10. 42 † 18. 5 † 25. 35. Marc. 9. 40. Luc. 10. 16. Act. 9. 4. 1. Thess. 4. 8.

CHRISTIANI appellantur fideles, Act. 11. 26 † 26. 28. 2. Cor. 10. 7.

Christiani dicuntur sancti, quia sanctitatem profitentur, Act. 9. 41. Rom. 1. 7 † 12. 13 † 15. 26 † 16. 2. 15. 1. Cor. 1. 2 † 6. 1 † 14. 33. 2. Cor. 1. 1 † 9. 1. 12 † 13. 12. Ephes. 1. 1. 15 † 3. 8. 18 † 4. 12 † 6. 18. Philip. 1. 1 † 4. 21. Col. 1 *. 1. Thess. 5. 27. 1. Tim. 5. 10. Hebr. 6. 10 † 13. 24.

Christianis vivendum sicut Christus vixit, Gal. 2. 19. 1. Joan. 1. 7 † 2. 6 † 3. 3.

Christiani erunt cum Christo, Joan. 12. 26 † 14. 3 † 17. 24.

CHUS filius Cham, Gen. 10. 6. 1. Par. 1. 8.

CHUSAI, amicus Davidis, nunciat Davidi quid in eum meditetur Absalom, 2. Reg. 15. 32 † 17. 15. 16.

CHUSAN Rasathaim rex Syriæ regnat super Israel octo annos, Judic. 3. 8.

CIBUS quis Judæis vetitus, Exo. 21. 28 † 22. 31. Lev. 3. 17 † 7. 23 † 11. 4 † 17. 10. 13 † 19. 26. Deuter. 12. 16. 23 † 14. 7. 10. 1. Regum 14. 32.

Ciborum & potus in conviviis luxus, Isa. 5. 12. Ezech. 16. 49. Luc. 21. 34 † 16. 19. Rom. 13. 13. Galat. 5. 21. 1. Pet. 4. 3. 2. Pet. 2. 13. vide Ebrietas.

Cibare esurientes seu fame laborantes, Deuter. 23. 4. Jud. 8. 5. 1. Reg. 21. 3 † 30. 8. 23. 2. Reg. 16. 1. Isa. 58. 7. Mat. 25. 35.

Cibus sumendus cum gratiarum actione, vide Gratia.

Cibi delectus habendus, vide Abstinentia.

CIRCUMCISIO carnalis & spiritualis, Genes. 17. 10 † 21. 4 † 34. 24. Exod. 4. 25 † 12. 44. Lev. 12. 3. Deuter. 10. 16 † 30. 6. Josue 5. 2. 7. Judith 14. 6. Jerem. 4. 4 † 6. 10 † 9. 25. 1. Machab. 1. 16. 51. 63. 2. Mach. 6. 10. Lucæ 1. 59 † 2. 21. Joan. 7. 22. Actor. 7. 8 † 15. 1. 24 † 16. 3. Rom. 2. 25. 29 † 3. 1 † 4. 10. 1. Cor. 7. 19. Galat. 2. 3 † 5. 2 † 6. 12. Ephes. 2. 11. Phil. 3. 2. Col. 2. 11 † 3. 11.

CLAUDIUS Cæsar Romanus præcipit omnes Judæos exire Roma, Act. 18. 2. hujus tempore magna erat in orbe annonæ caritas, Act. 11. 28.

CLAUDIUS Lysias mittit Paulum ad Felicem præfectum Cæsareæ, Act. 23. 23. 30.

CLEOPATRA filia Ptolomæi traditur Alexandro, 1. Mac. 10. 58. huic adimitur, & traditur Demetrio, 11. 12.

CLEOPHAS ibat cum altero discipulo in Emmaus, Lucæ 24. 13. cognovit Christum in fractione panis, 24. 30.

COGITATIONES pravæ quas odit Dominus, Zachar. 8. 17. Prov. 6. 14. Mat. 15. 19. Marc. 7. 21.

Cogitationes cordis Deus novit, 3. Reg. 8. 39. 2. Paral. 6. 30. Joan. 2. 25. & nulla latet eum, Job 42. 2. Eccli. 42. 19. Isa. 29. 15. Matth. 9. 4. Hebr. 4. 12. noverunt eas & alii quibus Deus voluerit revelare, 4. Reg. 5. 26 † 6. 12. Dan. 2. 29 *.

COGNOSCERE licet subinde homines ex verbis & factis, Eccli. 19. 27 † 27. 9. Mat. 7. 16 † 12. 33. Luc. 6. 44.

Cognosci Deus humana sapientia non potest, nisi ipse revelet parvulis & humilibus, Matth. 11. 25 † 16. 17. Lucæ 10. 21. Joan. 7. 28 † 8. 19. 27 † 10. 14 † 14. 4 † 15. 15 † 17. 6. Act. 17. 23. 1. Cor. 1. 17. 18 † 2. 6. 10 † 3. 19. Col. 1. 26.

CONCIONATORUM, Pastorum, & Prophetarum officium, 1. Reg. 12. 23. Isa. 58. 1 † 61. 1. Jer. 1. 5. Ezech. 3. 1. 9. 12 † 33. 2. 7. Actor. 3. 18. 24. vide Episcoporum electio & officium.

CONCORDIA fratrum commendatur, Psal. 132. 1. Eccli. 25. 2. Rom. 12. 16. idem sapere, idemque sentire jubemur, Rom. 12. 16 † 15. 6. 1. Cor. 1. 10. Eph. 4. 3. Phil. 2. 2 † 3 17 † 4. 2. 1. Pet. 3. 8.

CONCUPISCENTIA prohibetur & punitur, Exod. 20. 17. Num. 11. 33 † 21. 5. 6. Josue 7. 21. 24. Eccli. 19. 1 † 42. 11. Job 31. 1. Proverb. 6. 25. Mat. 5. 28. Marc. 4. 19. Rom. 6. 12 † 7. 8 † 13. 14. Galat. 5. 16. Col. 3. 5. 1. Thess. 4. 3. 1. Tim. 6. 11. 2. Tim. 2. 22. 1. Cor. 10. 6. 1. Pet. 1. 15 † 2. 11 † 4. 3. 2. Petri 1. 4. 1. Joan. 2. 16. Jac. 1. 14 † 4. 1. Judæ 23.

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare, & mortificare jubemur, Eccli. 18. 30. Rom. 6. 12 † 8. 8. 12 † 13. 14. Gal. 5. 16. Ephes. 4. 12 † 5. 3. Col. 3. 5. Tit. 2. 12. 1. Pet. 2. 1 † 4. 3. 6. Heb. 12. 1.

CONDONANDUM fratri in nos peccanti, Eccli. 28. 8. Mat. 5. 23 † 6. 14 † 18. 22. 35. Lucæ 17. 3. Eph. 4. 32. Col. 3. 13.

CONFESSIO peccatorum in Scripturis varia, & multiplex, Gen. 41. 9. Lev. 16. 21. 39 † 26. 40. Num. 5. 6. Jos. 7. 19. 2. Reg. 24. 17. 1. Esdr. 9. 6. 2. Esdræ 9. 2. Psalm. 27. 7 † 31. 5 † 37. 19 † 73. 19 † 94. 2. Prov. 16. 3 † 18. 17 † 28. 13. Eccli. 4. 25. 31 † 7. 34 † 17. 27. Isa. 38. 15. Dan. 9. 5. Mat. 3. 6. † 16. 19. Luc. 11. 4 † 18. 13. Joan. 20. 23. Jac. 5. 16. 1. Joan. 1. 8. 9.

CONFIRMATIONIS sacramentum, Act. 8. 17. Heb. 6. 2.

CONFITERI Christum & ejus doctrinam, Mat. 10. 32. Lucæ 12. 8. Rom. 10. 9. 1. Pet. 13. 15. vide Erubescere Evangelium.

CONJURATIO & seditio, ejusque punitio, Num. 16 *. † 20. 2. Judic. 9. 23. 31. 34 † 12. 1. 4. 2. Reg. 20 *. 3. Reg. 1. 5. Esther 2. 21. Act. 5. 36. 37 † 19. 23 † 23. 13. 20.

CONNUBIUM, vide Matrimonium.

Connubium spiritale inter Deum & animam, Cant. * Isaiæ 50. 1 † 54. 5 † 62. 4. Jerem. 31. 22. Ezech. 16. 7. 8. Osee 2. 20. Mat. 9. 15 † 22. 2 † 25. 5. Marc. 2. 19. 2. Cor. 11. 2. Apoc. 19. 7 † 21. 2. 9.

CONSCIENTIÆ bonæ tranquillitas, Proverb. 15. 15. Eccli. 13. 30. 1. Joan. 3. 21. 2. Cor. 1. 12. conscientiæ malæ perturbatio, Sap. 17. 10. 11.

CONSECRATIO sacerdotum, dierum, altarium, vestium, cæterarumque rerum, quarum est usus in sacris, Exod. 28. 41 † 29. 1. 7. 21. 29. 35 † 32. 29 † 40. 11. Lev. 7. 30. 37 † 8. 9. 22. 31. 33 † 18. 21 † 21. 7. 10 † 22. 2. 3 † 23. 12 † 27. 10. 16. 21. 28. Num. 3. 3 † 6. 5. 9. 13 † 7. 1 *. † 8. 12 † 18. 10. Josue 6. 24. Judic. 16. 17 † 17. 3. 3. Reg. 15. 13. 1. Paral. 10. 10 † 18. 11 † 22. 19. 2. Paral. 2. 4 † 17. 16 † 23. 9 † 26. 18. 1. Esdr. 3. 5 † 8. 25. Eccli. 49. 9.

CONSILIA mala dissipat Deus, Genes. 11. 7 † 37. 18 † 50. 19. Num. 22 *. 2. Reg. 15 *. † 17. 14. 2. Esdr. 4. 8. 15. Esther 7. 5 *. Job 5. 13. Psal. 2. 4 † 20. 12 † 32. 10. Isa. 7. 8 † 19. 3. Mat. 27. 62. Actor. 5. 19 † 9. 24 † 23. 12. 19 † 27. 42.

CONSOLATIO pauperum, vide Eleemosyna.

CONSORTIUM bonorum & malorum, vide Societas.

CONSTANTIA fidelium, 1. Reg. 13. 13 † 16. 26 *. 3. Reg. 18. 4. 13. 4. Reg. 3. 13. Sap. 5. 1. Judith 13. 3. 10. 1. Machab. 1. 65 † 2. 16. 24 † 34. 42. 2. Mach. 6. 10. 19 *. † 7 *. Dan. 13 *. Mat. 14. 3. Act. 4. 8. 13. 1. Thess. 1. 6.

CONSTITUTIONES superiorum potestatem constituendi habentium, servandæ sunt ut ipsius Dei, Exo. 16. 8. Lucæ 10. 16. Act. 16. 4. 1. Thess. 4. 2. 8. Rom. 13. 1. Tit. 3. 1.

CONSULENDUS Deus dubiis in rebus, & ejus vicarii, Genes. 25. 22. Exod. 18. 19. Lev. 24. 12. Num. 9. 7. 26 † 15. 34 † 27. 5. Deut. 1. 17 † 17. 8. Jos. 9. 14. Judic. 1. 1 † 18. 5 † 20. 18. 23 † 21. 2. 1. Reg. 10. 22 † 23. 4. 10. 12 † 30. 8. 2. Reg. 2. 1 † 5. 19. 23 † 21. 1. 3. Reg. 14. 2 † 22. 5. 6. 15. 4. Reg. 3. 11. 16 † 8. 8 † 22. 13. 2. Paral. 18. 4. 14 † 33. 18. Psal. 118. 24. Isa. 8. 11 † 30. 1 † 45. 11. Jerem. 37. 3. 5 † 42. 2. Ezech. 14. 1. 2. Zach. 7. 2. Tob. 4. 19. Eccli. 37. 19. Luc. 16. 29.

Consulendi non sunt divini, vel magi, vel incantatores, & arioli, Lev. 19. 31 † 20. 6. Deut. 18. 11. 1. Reg. 28. 7. 9. 3. Reg. 22. 6. 4. Reg. 1. 2.

Digitized by Google

6† 3. 13. 2. Par. 18. 5. Dan. 2. 2† 4. 5† 5. 6.

CONTRISTARE Spiritum sanctum, Ephes. 4. 30.

Contristari ad pœnitentiam commendatur, 2. Cor. 7. 9.

CONTRITIO vera prædicatur, Jerem. 7. 3. Mat. 3. 2† 4. 17. Luc. 3. 3. 8† 13. 5† 24. 47. Actor. 2. 38 † 3. 19† 8. 22† 17. 30† 20. 21† 26. 20.

Contritioni veræ promittitur remissio seu venia, Deuter. 4. 29† 30. 2. 1. Reg. 7. 3. 2. Paral. 7. 14† 30. 6 † 34. 26. Job 22. 23. Prov. 28. 13. Psalm. 31. 5. Isaiæ 1. 16† 30. 18† 45. 22† 55. 7† 59. 20. Jeremiæ 3. 10. 17† 18. 8† 29. 12† 31. 18. 20. Ezech. 18. 21. 27† 33. 14. Osee 14. 2. Joel 2. 12. Jon. 3. 8. Zach. 1. 3. Mal. 2. 7. Eccli. 17. 23. Luc. 15. 18. Act. 3. 19† 26. 18. 20.

Contritio quærenda & amplectenda dum sani sumus, Eccli. 17. 24† 18. 25.

Contritionis veræ exempla, Judic. 10. 15. 2. Reg. 12. 13† 24. 10. 17. 2. Par. 12. 6† 33. 12. Jonæ 3*. Judith 4. 8. Matth. 26. 74. Lucæ 7. 37. 44† 15. 18† 18. 13† 19. 8† 21. 62 † 23. 41. Actor. 2. 37.

Contritionis falsæ exempla, Genes. 4. 13† 27. 38. Exod. 8. 8† 9. 27† 10. 16. Jos. 7. 20. Judic. 1. 7. 1. Reg. 15. 24. 30† 24. 17. 3. Reg. 13. 6† 21. 27. Sap. 5. 3. 1. Machab. 6. 12. 2. Mach. 9. 12. Mat. 27. 4. Actor. 8. 13. 22. Hebr. 12. 17.

COOPERARI gratiæ Dei: vide Liberum arbitrium.

COR sive voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur, Gen. 4. 4† 22. 12. Exod. 25. 2† 35. 5. Deuter. 19. 5. Matth. 15. 8. Marc. 12. 41. Lucæ 21. 1. 2. Cor. 8. 12. quære Voluntas pro facto.

Cor mundatur & sanctificatur per Christum, Psalm. 50. 4. Joan. 13. 10 † 15. 3† 17. 19. Act. 15. 9. 1. Cor. 6. 11. Ephes. 5. 26. 1. Pet. 1. 22. 1. Joan. 1. 7† 3. 3. Heb. 1. 3† 9. 14† 10. 14† 13. 12.

CORNELIUS Centurio convertitur, Actor. 10. 3. 44.

CORONA vitæ, 4. Esdr. 2. 43. Sap. 5. 17. 2. Timoth. 4. 8. 1. Pet. 5. 4. Jac. 1. 12. Apoc. 2. 10.

CORREPTIO fraterna, Gen. 37. 21. Lev. 19. 18. Psalm. 140. 5. Proverb. 1. 20† 9. 7† 10. 17† 12. 1† 13. 1† 15. 31† 17. 10† 24. 25† 25. 12† 27. 5† 28. 23† 29. 1. Ecclesf. 7. 6. Eccli. 19. 15† 20. 1† 21. 7† 32. 13. Osee 4. 4. Matth. 18. 15. Lucæ 17. 3. Galat. 2. 11† 6. 3. 1. Tim. 5. 20. 2. Tim. 2. 25. Hebr. 3. 13. Jacobi 5. 19.

Correptio impiorum est piis in timorem & cautionem: vide Impiorum.

Corripiens alterum qualis esse debeat, Matth. 7. 3. Luc. 6. 41. Joan. 8. 3. 1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6.

CREATOR omnium rerum Deus, Genes. 1. 1. Exod. 20. 11. 1. Paral. 29. 10. Psal. 88. 12† 95. 5† 113. 15 † 120. 2† 123. 8† 145. 6. Isa. 37. 16† 40. 28† 42. 5† 44. 24† 45. 12 † 48. 13† 51. 13. Jer. 10. 12† 32. 17† 51. 15. Zachar. 12. 1. Jonæ 1. 9. Eccli. 1. 8. Baruch 3. 32. Mat. 11. 25. Joan. 1. 3. Act. 4. 24† 14. 14† 17. 24. 1. Cor. 8. 6. Ephes. 3. 9. Coloss. 1. 16. Heb. 1. 2. 10† 3. 4† 11. 3. Apoc. 4. 11† 10. 6† 14. 7.

CRESCERE in scientia, Eph. 4. 15. Coloss. 1. 10. 1. Pet. 2. 2.

CRUX & tribulatio omnibus piè viventibus, Gen. 4. 8† 27. 41† 37. 18. 2. Reg. 16. 5. 13. Eccli. 2. 1. Psalm. 33. 20. Prov. 24. 16. Mat. 10. 16*. † 12. 14† 16. 24† 24. 9. Marc. 13. 9. Luc. 14. 26† 21. 11. Joan. 15. 20† 16. 1. Act. 9. 23. Gal. 4. 29. 1. Thess. 3. 3. 2. Tim. 3. 12. 1. Pet. 4. 1. 12† 5. 10.

Crux à Deo imponitur ad nostram utilitatem, 2. Reg. 7. 14. Job 5. 17† 33. 16. Proverb. 3. 11. Jer. 46. 28. 2. Machab. 6. 12. Tob. 2. 8† 12. 13. Judith 8. 22. 1. Cor. 11. 31. 1. Pet. 4. 17. Heb. 12. 5. Apoc. 3. 19.

Per crucem & res adversas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod. 1. 12. 2. Paral. 33. 11. Judith 8. 15. 21. Prov. 6. 23. Mat. 7. 24. Luc. 24. 26. 46. Joan. 12. 25. Act. 14. 21. Rom. 8. 17. 2. Cor. 4. 8. 17. † 5. 1. Philip. 2. 8. 2. Thess. 1*. Heb. 2. 9† 12. 2.

Crux patienter est & læto animo ferenda, Mat. 5. 10† 10. 38. Joan. 15. 20† 16. 33. Act. 5. 41† 16. 25. 2. Cor. 8. 2. Col. 1. 24. Heb. 10. 34. Jacob. 1. 2. 12. 1. Pet. 4. 12. 16.

In cruce & afflictione consolatio, Job 5. 17*. Prov. 18. 12. Isaiæ 26. 12. 19. Thren. 3. 28. Matth. 5. 10. Joan. 15. 20† 16. 20. 33. Rom. 8. 18. 1. Corinth. 10. 13. 2. Cor. 1. 4. 8.

Per crucem experitur nos Dominus, Judith 8. 21. Eccli. 2. 1† 27. 8. Proverb. 17. 3. Sap. 3. 5. 6. 2. Thess. 1. 4. 1. Pet. 1. 7.

CULTUS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectum hominis internum, Deuter. 5. 19† 6. 5 † 10. 12† 11. 13† 26. 16† 28. 47† 30. 2. Josue 22. 5. 1. Reg. 12. 20. Ecclesf. 7. 31. Isa. 29. 13. † 64. 11. Mat. 15. 8† 22. 36. Joan. 4. 2. 3.

Cultus externus Deo gratus: vide Cerimoniæ.

CYRUS rex Persarum permittit captivos Israelitas in Judæam redire, 2. Paral. 36. 22. 1. Esdr. 1. 1. 3. Esdr. 2. 1. restituit eis vasa quondam à Nabuchodonosor ablata, 1. Esdr. 1. 7† 5. 14. Dan. 1. 2.

D.

DÆMONES expelluntur, Mat. 8. 16. 31† 9. 33† 12. 22† 17. 18. Lucæ 4. 35† 8. 2. 28† 9. 42† 10. 17† 13. 10. Act. 5. 16† 8. 7† 16. 18. etiam per malos, Mat. 7. 22. Marc. 9. 38. Luc. 7. 49. Act. 19. 13.

Dæmones agnoscunt & credunt Deum, Mat. 8. 29. Marc. 1. 24† 3. 11† 5. 7. Luc. 4. 34. 41† 8. 28. Act. 19. 15. Jac. 2. 19.

Dæmonibus immolare nefas, Levit. 17. 7. Deuter. 32. 17. 2. Par. 11. 15. Psal. 105. 37. Bar. 3. 4. 1. Cor. 11. 20.

DAGON idolum Philistinorum, Judic. 16. 23. 1. Reg. 5. 2. 1. Mach. 10. 83† 11. 4.

DAMASCUS metropolis Syriæ vastatur à Theglathphalasar, 4. Reg. 16. 9. contra Damascum prophetia, Isaiæ 17. 1† 8. 4. Jerem. 49. 23. Amos 1. 3.

DAMNATIO æterna quæ parata est diabolo & omnibus impiis, Sap. 5 *. Job 10. 22† 36. 12. Isai. 24. 21† 30. 33† 66. 24. Daniel 7. 11. Mat. 3. 12† 5. 29† 8. 12. 29† 13. 50† 18. 8 † 22. 13† 23. 33† 25. 30. 42. Marc. 9. 47. Luc. 3. 17† 16. 23. 25. Hebr. 10. 27. 2. Thessal. 1. 8. 2. Pet. 2. 4. Judæ 6. Apocal. 19. 20† 20. 10† 21. 8.

DAN filius Jacob, Gen. 30. 6. Tribus Dan quærit sibi possessionem, Judic. 18. 1. pugnat contra Lesem, & expugnat, Josue 19. 47.

DANIEL appellatur Baltassar, Daniel 1. 7. interpretatur somnia, 2. 31 † 4. 7. 11. 18. 25. constituitur gubernator totius regni Babel, Dan. 6. 3. projicitur in lacum leonum, 6. 16. liberat Susannam, 13. 51. 60.

DARE melius quàm accipere, Eccli. 4. 36. Act. 20. 33.

Dandum sine acceptione personarum, maximè autem domesticis fidei, Eccli. 7. 35† 12. 8. Mat. 5. 42. Lucæ 6. 30. 38. Roman. 12. 13. Galat. 6. 10. vide Eleemosyna.

DARIUS filius Assueri, Daniel 9. 5. occupat regnum Babel, 6. 1. impiam legem statuit, 6. 8. præparat regium convivium, 3. Esdræ 3. 1.

Darius renovat mandatum Cyri, 1. Esd. 6. 1.

Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ, 1. Mach. 1. 1.

DAVID filius Isai (qui Jesse appellatur, Mat. 1. 6.) à Samuele ungitur, 1. Reg. 16. 13. interfecit leonem, ursum & Goliath gigantem, 17. 34. 49. paciscitur cum Jonatha, 18. 3† 20. 8. 16. 23† 23. 18. manducat panes propositionis, 21. 3. simulat amentiam coram Achis rege, 21. 13. fugit cum patre & matre in Masphа, 22. 3. præcidit oram chlamydis Saul, 24. 5. mittit ad Nabal decem juvenes, 25. 5. tollit hastam Saulis, 26. 11. fugit ad Achis regem Geth, 27. 2. ungitur in Hebron in regem Juda, 2. Reg. 2. 4. poscitque eum regem universus Israel, 2. Reg. 5. 1. 1. Par. 11. 3† 12. 38. juxta verbum Jonathæ, 1. Reg. 23. 17. & Saulis, 24. 21. committit adulterium & homicidium, 2. Regum 11*. pœnitet eum peccati, 12. 13. fugit à facie filii sui Absalom, 15. 14. libavit aquam Domino, 23. 16. recenset populum, 24. 2. emit ab Areuna aream, 24. 24. consilium capit de domo Dei ædificanda, 1. Paral. 17. 1. constituit operarios & architectos, 23 *. 24*. 25*. 26*. 27*. relinquit sibi successorem Salomonem filium, 3. Regum 1. 30. moritur & sepelitur, 2. 10. Act. 2. 29† 13. 36. commendatur, Eccli. 47. 2.

David spiritualis (qui est Christus) promittitur, Jeremiæ 30. 9. Ezech. 34. 24† 37. 23.

Davidis filius appellatur Christus, Matth. 1*. † 15. 22† 22. 45. Marc. 12. 35. Luc. 20. 41. Act. 2. 29† 13. 22. 2. Tim. 2. 8. Apoc. 5. 5.

Decimarum usus & decimæ, Gen. 14. 20† 28. 23. Levit. 27. 30. Num. 18. 21. 28. Deut. 12. 6† 14. 28† 26. 12. 1. Reg. 8. 15. 2. Paral. 31. 5. 2. Esd. 10. 37. Heb. 7. 2.

Decimæ debentur Sacerdotibus, Deut. 18. 3. 2. Par. 31. 4. vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi, vel altarium, Numer. 7. 10. 11. 84. 88. 3. Reg. 8. 26. 63. 65. 2. Paral. 7. 5. 9 † 15. 8. 1. Esd. 6. 16. 17. 2. Esd. 12. 27. 3. Esd. 7. 7. Psal. 29. 1. 1. Machab. 4. 56. 57. 59. 2. Mach. 2. 9. 12. 20.

DEMETRIUS filius Seleuci exercet tyrannidem, 1. Machab. 7. 1. fœdus inire cupit cum Jonatha, 10. 3. fœdus ictum violat, 11. 53.

Demetrius aurifaber negotium facessit Paulo, Act. 19. 23.

DETRACTIO, Psal. 14. 3† 100. 5. Ecclesf. 10. 20. Prov. 10. 18† 11. 13† 16. 28† 20. 19† 26. 20. Rom. 1. 30. 2. Cor. 12. 20. 1. Pet. 2. 1. 12. Jac. 4. 11.

DEUS est omnipotens, & nihil apud eum est impossibile, Genes. 17. 1 † 18. 14† 35. 11† 43. 14† 48. 3. Num. 11. 23. 1. Reg. 14. 6. 2. Par. 14. 11. Sap. 11. 22. Job 42. 2. Isaiæ 40. 10*. † 46. 9† 50. 2† 59. 1. Jer. 32. 17. 27. Zachar. 8. 6. Mat. 19. 26. Marc. 9. 23† 10. 27† 14. 36. Luc. 1. 37† 18. 27. Eph. 3. 20. Apoc. 16. 7.



Digitized by Google

14† 19. 6.

Deus omnia regit & gubernat pro sua voluntate, Genes. 45. 5† 50. 19. Deut. 8. 18. 1. Reg. 9 *. Sap. 12. 13. Tob. 7. 12. Job 9. 5† 12. 13. Psalm. 102. 19† 113. 3† 126. 1. Prov. 10. 22† 16. 4. 9† 19. 21† 20. 24† 21. 1. 30. Eccles. 3. 15. Isaiæ 26. 16† 45. 7. Jerem. 10. 23† 27. 5. Dan. 2. 21† 5. 18. Mat. 6. 33† 11. 26† 20. 14. Luc. 12. 31. Joan. 5. 17. Rom. 9. 15. 2. Cor. 3. 5. Philip. 2. 13. Heb. 13. 21. Apoc. 4. 11.

Deus est pater omnium fidelium ipsi obtemperantium, Deut. 32. 6. Psalm. 102. 13. Proverb. 1. 7. Jer. 3. 4. 14. 19. Malach. 1. 6. Mat. 6. 9† 18. 14† 23. 8. Luc. 11. 2. Joan. 20. 17. Roman. 8. 15. 1. Cor. 8. 6. 2. Cor. 1. 3† 6. 18. Ephes. 3. 14† 4. 6. 1. Thess. 1. 3. 2. Thess. 1. 1. 2† 2. 15.

Deus est verax & fidelis, Exod. 34. 6. Num. 23. 19. Deuter. 7. 9† 32. 4. 1. Reg. 15. 29. Isaiæ 49. 7. Joan. 3. 33† 8. 26. Rom. 3. 4. 1. Cor. 1. 8† 10. 13. 1. Thess. 5. 24. 2. Thess. 3. 3. 2. Tim. 2. 13. Tit. 1. 2. 1. Joan. 1. 9† 5. 20. Heb. 10. 23. Apoc. 3. 7. 14.

Deus est in essentia unus, præter quem non est alius, Exod. 3. 14. Deuter. 4. 35† 6. 4† 7. 9† 10. 17† 32. 39. 2. Reg. 7. 22. 3. Reg. 8. 60† 18. 36. 1. Paral. 19. 20. Sap. 12. 13. Isa. 37. 16† 43. 10† 44. 6. 24† 45 *. † 46. 9. Osee 13. 4. Tob. 8. 20† 13. 4. Eccli. 36. 5. Mar. 12. 29. Joan. 17. 3. 1. Cor. 8. 6† 12. 6. Gal. 30. 20. Eph. 4. 6. 1. Tim. 2. 5.

Deus est trinus in personis, & unus in essentia: vide Trinitas.

Deus æternus est, nec principium habet, nec finem; sed est ipse principium & finis, Genes. 21. 33. Exod. 15. 18. Job 36. 26. Isa. 41. 4† 43. 10† 44. 6† 48. 12† 57. 15. Danielis 7. 9. Roman. 16. 26. Hebræorum 1. 8. Apocal. 1. 8. 17† 21. 6† 22. 13.

Deus novit, audit, & videt omnia, Exod. 3. 19. Num. 12. 2. Deut. 31. 21. 1. Reg. 2. 3† 16. 7. 2. Paral. 16. 9. Job 14. 6† 22. 11† 28. 24† 31. 4† 42. 2. Psalm. 7. 10† 32. 13† 37. 10† 89. 8† 130. 8. Prov. 5. 21† 15. 3. 11† 24. 12. Isaiæ 29. 15† 40. 27† 48. 4. Jerem. 1. 5† 7. 11† 17. 10† 23. 24† 32. 19. Ezech. 11. 5. Eccli. 16. 15† 17. 13† 23. 27† 39. 24. 27† 40. 9. Sap. 1. 10. 2. Machab. 9. 5† 12. 22. Mat. 6. 4† 21. 2. Marc. 2. 8† 14. 13. Luc. 22. 10. Joan. 1. 47† 13. 21† 16. 30† 21. 17. Act. 15. 8. Roman. 8. 27. 1. Thessalon. 2. 4. 1. Joan. 3. 20. Hebræo. 4. 13. Apoc. 2. 23.

Deum nemo videre potest, Exod. 33. 20. Deuter. 4. 12. Joan. 1. 18† 6. 46. 1. Tim. 6. 16. 1. Joan. 4. 12.

Deus & divina omnia non possunt humana industria aut ingenio comprehendi, Exod. 33. 20. 3. Reg. 3. 5. Job 32. 8. Psalm. 93. 10† 118 *. † 142. 8. Isa. 22. 22† 54. 13. Mat. 11. 25† 13. 11† 16. 17. Luc. 8. 10† 10. 21† 24. 44. Joan. 1. 10† 3. 3† 6. 44. 65† 14. 8. 17† 17. 6. Act. 16. 14. Rom. 1. 19† 11. 33. 1. Corinth. 2 *. Gal. 1. 11. 1. Tim. 6. 16. Apocal. 3. 7.

Deus est immensus & incircumscriptus, 3. Reg. 8. 27. 2. Paral. 2. 6† 6. 18. Job 11. 8. Psalm. 138. 7. 10. Isa. 6. 3† 66. 1. Jerem. 23. 24. Amos 9. 2. Sap. 1. 7. Mat. 5. 35. Act. 7. 48† 17. 24.

Deus testatur se Deum, id est, salvatorem & consolatorem Israelis, omniumque eorum qui ritè ipsum colunt & invocant, Gen. 17. 1. 7. Exo. 6. 2† 20. 2† 29. 45. Levit. 26. 11. Psal. 17. 3† 49. 6. Isa. 30. 19. Jer. 31. 33† 32. 38. Ezech. 37. 23. Joan. 10. 17.

Deus est Dominus ac creator cœli & terræ: vide Creator.

Deus nihil eorum quæ fecit, odit, Sap. 11. 25.

Deus est judex totius mundi, reddens unicuique mercedem pro merito, Genes. 18. 25. Deut. 10. 17. Job 34. 11. Psalm. 7. 9† 61. 13† 93. 2† 95. 13. Isa. 11. 3. Eccli. 35. 22. 27. Jerem. 17. 10† 25. 14. Matth. 16. 27† 25. 31. Act. 17. 31. Rom. 2. 6. 2. Timot. 4. 8. Heb. 12. 23.

Dei misericordia, patientia, charitas, sapientia, verbum: quære suis quæque locis.

Deo soli attributa, subinde in Scripturis & aliis per communicationem tribuuntur, ut vocabulum, Deus, soli Deo tribuitur, Deut. 6. 4† 32. 39. 1. Reg. 2. 2. Psalm. 85. 10. 2. Mach. 7. 38. Marc. 12. 29. aliis tribuitur, Exod. 7. 1† 22. 8. 1. Reg. 28. 13. Psalm. 46. 10† 81. 6.

Deus solus bonus, Mat. 19. 7. Luc. 18. 19. aliis tribuitur bonitas, Gen. 1. 31† 3. 6† 49. 15. Num. 14. 7. 1. Reg. 29. 9. 2. Reg. 18. 27. 1. Paral. 28. 8. Tob. 12. 8. Judith 12. 12. 14. Psalm. 110. 10† 146. 1. Prov. 18. 22† 22. 1. Eccles. 7. 2. Sap. 8. 19. Eccli. 14. 5. Jer. 7. 3. Mat. 7. 17. Marc. 9. 50. Luc. 6. 45.

Deus solus sanctus, 1. Reg. 2. 2. aliis sanctitas tribuitur, Exod. 3. 5† 12. 16† 22. 31† 28. 2† 29. 29. 31† 30. 29† 35. 2. Levit. 11. 44. Num. 16. 5. Deuteron. 6. 7. Josue 5. 15. 2. Reg. 22. 26. 4. Reg. 4. 9. Judith 8. 29. Psalm. 5. 8. Mat. 7. 6. Rom. 7. 12.

Deus solus fortis, 1. Reg. 2. 2. aliis fortitudo attributa, Gen. 32. 28† 49. 14. Psalm. 53. 5. Cant. 3. 7. Isa. 19. 14. Jer. 9. 23. Mat. 12. 29. Marc. 3. 27. Luc. 11. 21. Heb. 11. 34. 1. Pet. 5. 9.

Deus solus justus, 2. Machab. 1. 25. alii quoque justi, Genes. 7. 1† 18. 23. Psalm. 33. 16† 36. 29. 30. Prov. 8. 8. Sap. 5. 16. Mat. 1. 19† 10. 41† 25. 46. Lucæ 1. 6. Rom. 1. 17.

Deus solus pius, Apocal. 15. 4. alii etiam pii, 1. Pet. 2. 9.

Deus solus beatus, 1. Tim. 6. 15.

alii beati, Gen. 30. 13. Ps. 1. 1† 32. 1. 2† 40. 1† 118. 1† 126. 1. Mat. 5 *. † 16. 17† 24. 46. Lucæ 1. 45† 14. 14. Jac. 1. 1.

Deus solus potens, 1. Tim. 6. 15.

alii potentes, Exod. 18. 21. Psalm. 111. 2. Luc. 1. 52. Act. 8. 27† 18. 24.

Deus solus immortalis, 1. Tim. 6. 16.

aliis tribuitur immortalitas, Sap. 1. 15† 4. 1† 8. 17.

Deus facit mirabilia solus, Psal. 71. 18† 135. 4. Eccles. 11. 4.

alii quoque faciunt mirabilia, Deut. 34. 12. Eccli. 31. 9† 48. 4. 15.

Deus solus novit arcanas animi cogitationes, 3. Reg. 8. 39. 2. Paral. 6. 20.

alii quoque noverunt, 1. Reg. 9. 19. 4. Reg. 5. 26.

Deus solus peccata remittit, Luc. 5. 21. dimittunt & alii, Mat. 18. 18. Joan. 20. 23.

Deo soli honor & gloria, Psal. 113. 1. Isaiæ 42. 8. 1. Tim. 1. 17.

aliis quoque tribuuntur, 4. Reg. 14. 10. 2. Paral. 17. 5. Psalm. 149. 9. Eccli. 31. 10. Lucæ 14. 10. Joan. 5. 44.

Deus solus adorandus, Exo. 20. 5. Levit. 26. 1. Deuter. 5. 9. Matth. 4. 10.

aliis adoratio tribuitur, Genes. 18. 2. vide Adoratio.

Deo soli serviendum, Deut. 6. 13† 10. 20. 1. Reg. 7. 3. Mat. 4. 10. Luc. 4. 8.

aliis etiam post Deum serviendum, Gen. 25. 23† 29. 20† 47. 25. 1. Tim. 6. 2.

Deus cujus mali sit causa, & cujus non sit: vide Malum.

DIABOLUS studet semper perditioni hominum, Gen. 3. 1 *. 1. Paral. 21. 1. Job 1 *. 2 *. Zach. 3. 1. Mat. 4. 3. 9† 8. 28† 13. 19. Luc. 8. 12† 13. 9. 14† 22. 31. Act. 5. 3† 13. 8. 2. Cor. 4. 4† 11. 14. Ephes. 6. 11. 1. Thess. 2. 18. 1. Pet. 5. 8. Apoc. 2. 10† 12. 9† 20. 7.

Diabolus non plura potest quàm ei Deus permittit, 3. Reg. 22. 22. 2. Paral. 18. 20. Job 1. 12† 2. 6. Mat. 8. 31. Marc. 5. 12. 13. Eph. 2. 2. 2. Timoth. 2. 26. Apoc. 20. 7.

Diabolus pater & princeps mundi omniumque impiorum, Mat. 4. 9. Luc. 4. 6. Job 41. 25. Joan. 8. 44† 12. 31† 14. 30† 16. 11. 2. Corinth. 4. 4. Eph. 2. 2† 6. 12. Col. 2. 15.

Diaboli imperium per Christum sublatum, Gen. 3. 15. 1. Reg. 17 *. Job 26. 13. Isa. 9. 4† 14. 8. 12† 27. 1† 52. 3. Zach. 3. 2. Mat. 12. 29. Luc. 10. 18† 11. 22. Joan. 12. 31. Col. 1. 13† 2. 15. 2. Tim. 1. 10. 1. Joan. 3. 8. Heb. 2. 14. Apoc. 12. 9† 20. 2.

Diaboli filii, Joan. 8. 44. Act. 13. 10. 1. Joan. 3. 10.

DIACONI, Act. 6. 3† 21. 8. Philip. 1. 1. 1. Tim. 3. 8.

DIANA colitur Ephesi, & in universa Asia, Act. 19. 27.

DIES novissimi, & judicium extremum, 1. Reg. 2. 10. Psal. 95. 13. Isaiæ 2. 10. 19† 13. 4. 6. 13† 26. 21† 27. 1† 30. 30† 66. 15. 24. Jer. 30. 23. Dan. 7. 9. Sopho. 1. 2. 14. Malach. 4. 1. 4. Esdr. 2. 27† 13. 32. Matth. 12. 36† 13. 41. 49† 16. 27† 24 *. 25. 31. 42. Marc. 13 *. Luc. 17. 24. 30. Act. 1. 11† 3. 20† 17. 31. Rom. 2. 5. 16† 14. 10. 1. Cor. 15 *. 2. Cor. 5. 10. 1. Thessal. 4. 16† 5. 2. 2. Thess. 1. 7† 2. 1. Tit. 2. 13. 2. Pet. 3. 13. Heb. 9. 28. Judæ 14. Apoc. 1. 7† 20. 11.

Dies Domini, Isaiæ, 13. 6. Jerem. 30. 7. Amos 5. 18. Joel 2. 1. 31. Sophon. 1. 14. Malach. 4. 1. 4. Esd. 2. 27. Philip. 1. 6† 2. 10. 1. Thess. 5. 2. 2. Tim. 4. 8.

Dies Domini & hora nulli cognita, Mat. 24. 36. 50. Marc. 13. 32. Luc. 17. 24. 30. Act. 1. 7. 1. Thess. 5. 1. 2. Pet. 3. 10. Apoc. 3. 3† 16. 15.

Dies pro annis, Num. 14. 34. Ezec. 4. 6.

DILECTIO Dei erga suos, Exod. 20. 5† 34. 14. Deut. 4. 24† 6. 15† 7. 8. Josue 24. 19. Prov. 8. 17. Eccli. 4. 18. Jerem. 31. 3. Joan. 3. 16† 10. 11† 13. 1. 18† 15. 9† 16. 27. Rom. 5. 8. Gal. 2. 21. Eph. 3. 19† 5. 2.

Diligendus est Deus super omnia, Genes. 22. 2. 9. Exod. 20. 6. Deut. 5. 10† 6. 5† 10. 12† 11. 1. 13. 22† 30. 6. Josue 22. 5. Eccli. 7. 32† 34. 19† 47. 11. Matth. 10. 37† 22. 36. Marc. 12. 30. Luc. 7. 47† 10. 27. Joan. 21. 15. Rom. 5. 5† 8. 28. 35. 1. Cor. 10. 21. 1. Joan. 4. 17.

Dilectio, vide Charitas.

DINA filia Jacob, Genes. 30. 21. violatur à Sichem, cap. 34. 2.

DIONYSIUS Areopagita convertitur, Act. 17. 34.

DISCORDIA vitanda, Prov. 6. 19† 10. 12† 15. 18† 16. 28† 17. 11† 18. 6† 30. 33. Mat. 12. 24 *. Luc. 11. 17. 1. Cor. 14. 33. Gal. 5. 15. 2. Tim.

Digitized by Google

2. 23.

DIVINI, vide Incantatores.

DIVITES quomodo se erga pauperes habere debeant, Levit. 25. 35. Deut. 15. 7. 10. Job 31. 16. Psal. 61. 11. Proverb. 14. 31 † 17. 5 † 19. 17 † 21. 13 † 22. 7 † 28. 27 † 30. 7. Eccles. 11. 1. Eccli. 4. 4 † 7. 35 † 11. 10 † 29. 12 † 31. 8. Isaiæ 23. 18. Mat. 6. 19 † 19. 21. Luc. 14. 13 † 16*. † 18. 22. Act. 2. 45 † 4. 34. 1. Tim. 6. 18. vide Eleemosyna.

Divitiarum vanitas & contemptus, & quemadmodum in divitiis non sit sperandum, Psalm. 58. 7 † 48*. † 51. 9. Proverb. 10. 2 † 11. 4. 28 † 15. 16 † 18. 11 † 22. 16 † 23. 4 † 28. 11 † 30. 7. Eccles. 5. 9. 12 † 6. 2. Isaiæ 2. 7. Jerem. 17. 3. 11 † 22. 13. Ezech. 7. 19. Sophon. 1. 18. Eccli. 5. 1. 10 † 10. 10 † 11. 7 † 14. 1 † 31. 3. Mat. 3. 22 † 19. 21. Luc. 8. 14 † 12. 15. 1. Timoth. 6. 9. Jac. 1. 11.

Contra Divites impios, 1. Reg. 25. 2. Job 20. 19 † 27*. Prov. 23. 4 † 28. 8. 20. 27. Eccles. 6. 1. Isaiæ 5. 8 † 32. 9. Jerem. 15. 13. Amos 6. 1 † 8. 4. Aba. 2. 5. Luc. 6. 24 † 16. 19. 24. Jac. 5. 1. vide Avaritia.

DOCTRINA Apostolica scripta & non scripta firmiter tenenda, Rom. 16. 17. Galat. 1. 8. 11. 2. Thess. 2. 15. 1. Cor. 11. 3. 34.

Doctrina Apostolorum est Christi doctrina, Luc. 10. 16. 1. Cor. 14. 37. 2. Cor. 2. 14. 17 † 7. 20. 1. Thess. 2. 2. 13. Galat. 1. 11.

DOEG servus Saulis prodit sacerdotem Achimelech, 1. Reg. 22. 9. 18. cædit sacerdotes Domini, 22. 18.

DOLUS, Jerem. 9. 6. Psalm. 34. 20 † 9. 28. Prov. 12. 17. Marc. 7. 22. Act. 5. 1. Rom. 1. 29.

DOMUS ædificata super petram, firma manebit, Psalm. 45. 2. Matth. 7. 24 † 16. 18. Lucæ 6. 48. Rom. 8. 35.

Domus corporis nostri, 2. Cor. 5. 1. 2. Pet. 1. 14.

DOMINI & dominæ erga servos & ancillas, totamque familiam officium, & potestas, Exod. 21. 2. 20. 26. Lev. 19. 13 † 25. 38. Deut. 5. 14. 21 † 15. 12. 16 † 24. 15. Job 31. 13. Proverb. 29. 19. Jerem. 34. 9. 14. Eccli. 7. 22 † 33. 31 † 42. 16. Ephes. 6. 9. Colos. 4. 1.

DONARIA recipere, sitne prohibitum, Genes. 14. 22. Exod. 18. 21 † 23. 8. Num. 22. 18. Deuter. 10. 17 † 27. 25. 1. Reg. 8. 3 † 12. 3. 3. Reg. 13. 7. 4. Reg. 5. 16. 2. Paral. 19. 7. Job 15. 34. Psal. 14. 5 † 25. 10. Prov. 15. 27 † 17. 23. Isaiæ 1. 23 † 5. 23 † 33. 15 † 45. 13. Ezech. 13. 19 † 22. 12. Dan. 5. 17. Mich. 3. 11. Eccli. 8. 3 † 20. 31. Act. 20. 35.

DRUSILLA, uxor Felicis præfecti, audit doctrinam Evangelicam à Paulo, Act. 24. 24.

E.

EBRIETAS, & gula, Gen. 9. 21 † 19. 32. 35 † 25. 29. Lev. 10. 9. 1. Reg. 25. 36. 2. Reg. 11. 13 † 13. 28. 3. Reg. 20. 12. 16. Proverb. 20. 1 † 21. 17 † 23. 1. 2. 3. 20. 29 † 31. 4. Eccli. 19. 1 † 23. 6 † 31. 12. 17*. 31. 35 † 37. 32*. Isa. 5. 11. 22 † 22. 13 † 28. 7 † 56. 12. Ezech. 16. 49. Dan. 5. 2. Osee 4. 11. Joel 1. 5. Mich. 2. 11. Abac. 2. 5. 16. Judith 13. 4. Sap. 2. 7. 1. Machab. 16. 16. Luc. 12. 45 † 21. 34. Rom. 13. 13. 1. Cor. 5. 10 † 6. 10 † 15. 32. Gal. 5. 21. Eph. 5. 18. 1. Thess. 5. 7. 1. Tim. 3. 3. Tit. 1. 7. 1. Pet. 4. 3. Heb. 12. 16. vide Jejunium.

Ebrietas iram Dei provocat, Isa. 5. 11. 22 † 28. 1. Dan. 5. 2. Joel 1. 4. 5. 1. Cor. 6. 10. mentem alienat, Prov. 23. 31. Eccli. 19. 2. Isaiæ 28. 1. 7. Osee 4. 11. ad libidinem incendit, Proverb. 20. 1. Eph. 5. 18. facultates dissipat, Proverb. 25. 20. Eccli. 19. 1. secretum detegit, Prov. 31. 4. Abac. 2. 15. ad furorem & rixas excitat, Proverb. 20. 1 † 23. 29. Eccli. 31. 38. 40. Osee 7. 5.

EBRON, vide Hebron.

ECCLESIA accipitur pro templo materiali, Deuter. 23. 1. Judic. 20. 2. Judith 6. 21. Psalm. 67. 27. Thren. 1. 10. Joel 2. 16. 1. Cor. 11. 18 † 14. 34.

Ecclesia accipitur pro cœtu fidelium, Num. 19. 20 † 20. 4. 1. Reg. 17. 47. 3. Reg. 8. 14. 55. 1. Par. 29. 1*. 2. Paral. 1. 5. Psalm. 21. 26 † 25. 12 † 34. 18 † 106. 32 † 149. 1. 1. Mach. 4. 37 † 5. 16 † 14. 19. Mat. 16. 18. Actor. 5. 11 † 8. 1 † 16. 4. Rom. 16. 16. 23. 1. Cor. 6. 5 † 11. 16 † 12. 28 † 14. 5. 2. Corinth. 8. 18. 23. 24 † 11. 8 † 12. 13. Eph. 5. 23. Philip. 4. 15. Coloss. 1. 15. 1. Tim. 3. 5. 15. Jac. 5. 14. Apoc. 1. 11 † 22. 16.

Ecclesia pro cœtu unius provinciæ, 3. Reg. 8. 14. Actor. 9. 31 † 11. 2. 6 † 12. 1 † 13. 1 † 15. 1 † 19. 32 † 20. 17. Rom. 16. 2. 1. Cor. 1. 2 † 16. 1. 2. Cor. 8. 2. Galat. 1. 2. 2. Thessal. 1. 1*. 1. Pet. 5. 13. Apocal. 2. 1*. † 3. 1.

Ecclesia pro prælatis & præpositis, 3. Reg. 8. 14. Mat. 18. 17.

Ecclesia est una & visibilis, præfigurata per unam & visibilem arcam Noe, Genes. 6. 14. 1. Pet. 3. 20. per civitatem sanctam Jerusalem, Apoc. 21. 2. per hortum conclusum, & fontem signatum, Cant. 4. 12. per unam columbam, 6. 8. per vineam, Psal. 79. 9. Cantic. 2. 15. Isaiæ 5. 2*. Jer. 2. 21 † 12. 10. Mat. 20. 1*. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9. Apoc. 14. 15. per navem, Luc. 5. 3. per sagenam comprehendentem bonos & malos pisces, Mat. 13. 47. per agrum, Mat. 13. 24. per regnum cœlorum, Matth. 13*. † 25*.

Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest, Isaiæ 29. 21. Mat. 16. 18 † 28. 20. Luc. 22. 32. Joan. 14. 16 † 16. 13 † 17. 11. 20. 1. Tim. 3. 15*. 1. Joan. 2. 27.

Ecclesia est corpus Christi, Cant. 4. 7. 9. 11. 12. Ephes. 1. 22 † 4. 4 † 5. 23. 1. Cor. 12. 27.

Ecclesia fidelium nascitur & propagatur per sanam doctrinam, Joan. 1. 12 † 3. 3. Rom. 8. 13 † 9. 8. Gal. 3. 20 † 4. 19. Eph. 1. 5. Tit. 1. 1. 1. Corinth. 4. 15. Philem. 10. 1. Pet. 1. 23. 1. Joan. 3. 9 † 5. 1. 18. Jacobi 1. 18.

Ecclesia, seu fidelium cœtus, tenetur sacerdotibus pastoribusque suis quæ ad vitam sunt tuendam necessaria suppeditare, Deut. 12. 19 † 14. 27 † 16. 11 † 25. 4. 1. Esdr. 7. 23. Matth. 10. 10. Lucæ 10. 7. Rom. 15. 27. 1. Cor. 9. 7. 11. Gal. 6. 8. Philip. 2. 29 † 4. 10. 16. 1. Thess. 5. 12. Heb. 13. 7. Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Act. 4. 29 † 12. 5. Rom. 15. 30. Eph. 6. 18. Philip. 1. 19. Col. 4. 2. 2. Thess. 3. 1. Heb. 13. 18.

Ecclesia est sponsa Christi, Psal. 44. 11. Ezech. 16. 9. 2. Cor. 11. 2. Eph. 5. 26. Apoc. 19. 8 † 21. 10.

Ecclesiæ caput est Christus, Osee 2. 2. 1. Cor. 12. 27. Eph. 1. 22 † 4. 15 † 5. 23. Col. 1. 18 † 2. 10.

Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles, eidem capiti Christo ejusque vicario subjecti, cujuscunque nationis fuerint, sive Judæi, sive Gentiles, Isaiæ 43. 9. Joan. 10. 16. 1. Cor. 12. 12. Eph. 3. 6.

Ecclesiæ claves promittuntur, & potestas, Mat. 16. 19. traduntur, Joan. 20. 23. exercentur, Mat. 18. 17. vide Excommunicatio, & Confessio.

Ecclesiam sibi Christus comparavit, & emit sanguine suo, Act. 20. 28. 1. Cor. 6. 20 † 7. 23. Ephes. 2. 13. Coloss. 1. 14. 1. Pet. 1. 18. Heb. 9. 12. 1. Joannis 1. 7. Apocal. 1. 5 † 5. 9 † 14. 4.

Ecclesiam suam Deus protegit & custodit, Exod. 13. 21 † 29. 45. Levit. 26. 12. Deut. 7. 20 † 23. 14 † 31. 3. 3. Reg. 6. 13. Psal. 90. 1. 11 † 131. 13. Isaiæ 43. 2. Jerem. 46. 28. Mat. 18. 20 † 28. 20. Joan. 14. 23. 2. Cor. 6. 16.

EDOM, frater Jacob, filius Isaac, appellatur Esau, Genes. 25. 25.

Edumæi negant Israelitis transitum per suam regionem, Num. 20. 14. cæduntur, & fiunt servi domui Israel, 2. Regum 8. 14. deficiunt ab Israel, & creant sibi regem, 4. Reg. 8. 20. superantur à Juda, 14. 7. 2. Par. 25. 12.

Contra Edumæos prophetia, Num. 24. 18. Psalm. 136. 7. Isaiæ 21. 11 † 34. 5. Jerem. 49. 7. Thren. 4. 22. Ezech. 25. 13. 14 † 32. 29 † 35*. † 36. 5. Amos 1. 11. Abdiæ 1. 1*. vide Esau.

ELEAZAR filius Aaron, Exod. 6. 23 † 28. 4. partitur cum Josue terram Chanaan, Josue 14. 1. juxta præceptum Domini, Num. 34. 17. consecratur Sacerdos, Lev. 8. 24*. fit post mortem patris summus Sacerdos, Numer. 20. 26. Deut. 10. 6. moritur, & sepelitur, Josue 24. 23. filium habet, cui Phinees nomen erat, Exod. 6. 25. quem in demortui patris locum sufficiunt, Num. 25. 7. 12.

ELEAZAR filius Saura occidit elephantem, quo in vulnere procumbente, ipse oppressus suffocatur, 1. Mach. 6. 43.

ELEAZARI senis martyrium, 2. Mach. 6. 18. 24.

ELEEMOSYNA pauperibus eroganda, Exod. 22. 25 † 23. 11. Lev. 19. 10 † 23. 22 † 25. 34. Deuter. 15. 7. 10 † 24. 19. 3. Reg. 17. 10. 2. Esd. 8. 11. Esther 9. 22. Psal. 40. 1 † 81. 4 † 111. 9. Prov. 3. 9. 28 † 11. 18. 25 † 14. 21. 31 † 18. 17 † 21. 13. 21 † 22. 9 † 28. 27 † 31. 20. Eccles. 11. 1. Isaiæ 58. 7. Ezech. 16. 49 † 18. 7. Dan. 4. 29. Eccli. 4. 2 † 7. 35 † 12. 3 † 14. 11 † 29. 12 † 35. 4. Tob. 1. 4 † 4. 7. 17 † 12. 9 † 14. 12. Mat. 6. 3 † 10. 42 † 19. 21 † 25. 35. 42. Luc. 3. 11 † 6. 35 † 11. 41 † 12. 33 † 14. 13 † 16. 9. 21 † 19. 8 † 21. 1. Act. 2. 42 † 6. 2 † 9. 39 † 10. 2 † 11. 29 † 20. 35. Rom. 12. 8 † 15. 26. 1. Cor. 16. 1*. 2. Cor. 8. 4. 15 † 9*. Eph. 4. 28. Heb. 13. 16. 1. Joan. 3. 17. Jacobi 2. 15. quære Misericordia.

ELI sacerdos in Silo, 1. Reg. 1. 3. filii ejus reprehenduntur, 2. 12. 22. è solio lapsus fractis cervicibus moritur, 4. 18.

ELIAS, vide Helias.

ELIZÆUS ungitur propheta, 3. Reg. 19. 19. juxta præscriptum Domini, 19. 16. transit Jordanem, 4. Regum 2. 14. sanat aquam, 2. 20. revocat puerum ad vitam, 4. 32. mundat Naaman à lepra, 5. 14. percutit Syrios cæcitate, 6. 18. prædicit rerum abundantiam, 7. 1. ægrotat, & moritur. 13. 14. 20. mortuum ejus corpus excitat mortuum, 13. 21. commendatur, Eccli. 48. 13.

ELYMAS magus fit cæcus, Act. 13. 8.

EMERE & vendere quomodo oporteat, Genes. 23. 9. 14 † 25. 31 † 33. 19 † 41. 57 † 42*. Levit. 19. 13. 35 † 25. 14. 46. Deut. 15. 1 † 25.

13. 2. Reg. 4. 21. Eccli. 27. 3 † 42. 25. Proverb. 11. 1. 26 † 16. 11 † 20. 10. 23. Isaiæ 23. 18. Jerem. 32. 6. Ezec. 45. 10. Mich. 6. 10. Mat. 7. 2. Luc. 14. 18. 1. Cor. 7. 30. 1. Thess. 4. 6.

EPHRON, quia negabat Judæ transitum, funditus perdita est, 1. Mach. 5. 46. 2. Mach. 12. 27.

EPISCOPI, eorum electio, & officium; Mat. 20. 23. 26. Luc. 4. 16 † 22. 26. Joan. 10. 4. 14 † 21. 15. Actor. 1. 24 † 6. 3 † 11. 22 † 14. 20 † 20. 28. Rom. 13. 16. 25. 1. Cor. 3. 5 † 4. 1 † 16. 1. 9. 2. Cor. 3. 6 † 4. 5 † 10. 8 † 6. 4. Eph. 1. 15 † 3. 2. Col. 1. 23. 1. Tim. 3. 1 † 4. 6. 2. Tim. 2. 1. 15. 24. Tit. 1. 5. 1. Pet. 5. 2. vide Concionator.

ERUBESCERE nullus debet Evangelium, Psalm. 39. 11. Eccli. 42. 9. 21. Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. Rom. 1. 16. 2. Tim. 1. 8.

Erubescendum propter peccata, Ezec. 16. 52. Eccli. 42. 11.

ESAIAS, vide Isaias.

ESAU filius Isaac nascitur, Gen. 25. 24. vendit sua primogenita, 25. 31. Heb. 12. 16. supplantatur à fratre suo Jacob, Genes. 27 *. ducit filiam Ismaelis, 28. 9 † 36. 3. procedit contra Jacob cum 400. viris, 32. 6. osculatur suum fratrem Jacob, 33. 4. in Esau pugnare prohibetur Israel, Deut. 2. 4. vide Edom.

ESDRAS Scriba proficiscitur ex Babylone, 1. Esd. 7. 6. separat mulieres Gentiles ex Israel, 9 *. † 10 *. legit coram multitudine librum Legis, 2. Esdræ 8. 2. 3. Esdræ 9. 39. appellatur Josedec, 1. Par. 6. 15.

ESURIRE justitiam, Isaiæ 55. 1. Psalm. 106. 9. Mat. 5. 6. Luc. 1. 53 † 6. 21. Apoc. 21. 6 † 22. 17.

EVA formatur ex costa Adæ, Genes. 2. 21. comedit fructum vetitum, 3. 6.

EVANGELIUM Christi, ejusque prædicatio, Genes. 3. 15. Isa. 53. 1 † 55. 5 † 61. 1. Mat. 1. 21 † 11. 28 † 28. 19. Marc. 16. 15. Lucæ 2. 10 † 24. 46. Joan. 3. 16 † 6. 35 † 8. 12 † 10. 9 † 12. 46. Rom. 1. 16 † 3. 21. 24 † 8. 3. 1. Cor. 1. 15. 29 † 4. 15 † 15. 1. 2. Cor. 5. 18. Gal. 1. 6. 11. Eph. 1. 13. 1. Tim. 1. 15. 2. Tim. 1. 8 † 2. 8. 1. Pet. 4. 17.

Evangelium adfert fiduciam, simul & timorem, consolationem, & terrorem, Mat. 3. 7 *. † 5. 20. 23 † 7. 13. 19. 23 † 8. 12 † 9. 15 † 10. 33 † 11. 12 † 12. 37. 41 † 13. 29. 40. 50 † 15. 13 † 16. 27 † 18. 6. 7 † 20. 16 † 22. 13. 14 † 24. 12. 24 *. † 25. 12. 13. 30. 41 *. Marc. 10. 25. 31 † 13 *. Lucæ 3. 17 † 6. 24. 25 † 9. 62 † 12. 20. 40. 48 † 13. 5. 26. 30 † 16. 22 † 17. 30. 34 † 19. 22 *. † 20. 47 † 21 *. Joan. 5. 28 † 15. 16. Actor. 5. 5. 6 *. Rom. 1. 18 † 2. 5. 6 † 6. 23 † 9. 18 *. † 11. 20. 22 † 13. 2. 3. 4 † 14. 12. 1. Cor. 3. 13. 17 † 5. 5 † 10. 8 † 11. 29 *. † 15. 51 † 16. 22. 2. Cor. 7. 1. 8. 10 † 13. 5. Gal. 5. 21. 24. Eph. 5. 5. Philip. 2. 12. 1. Tim. 5. 24. Heb. 9. 27 † 10. 26. 27 *. Jac. 4. 9 † 5. 1. 1. Pet. 4. 18 † 5. 8. 2. Pet. 1. 10 † 2. 4 *. † 3. 10 *. Judæ 15.

Evangelizanti debetur necessaria vitæ sustentatio, Mat. 10. 9. Marc. 6. 8. Luc. 9. 4 † 10. 7. Rom. 15. 26. 1. Cor. 9. 7. 11. 13. Gal. 6. 6. 1. Tim. 5. 17. 2. Tim. 2. 6.

EUCHARISTIA, Mat. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 34 *. † 10. 16. frequenter sumenda, Act. 2. 42 † 20. 7. præfiguratur, Exo. 16. 15 *.

Eucharistia sub altera tantùm, nimirum panis specie, Joan. 6. 58. data à Christo, Luc. 24. 30. 31. ab Apostolis, Act. 2. 42 † 20. 7.

In Eucharistia non remanet substantia panis post consecrationem, sed est verum Christi corpus & sanguis, Mat. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. Joan. 6. 51.

Eucharistiam in publicis supplicationibus circumferendam esse, præfiguratum, Josue 6. 6. 7. 11 *. 20. 1. Reg. 4. 3. 2. Reg. 6. 4. 5. 6.

Eucharistia adoranda, Psal. 21. 28. 30 † 98. 5. Joan. 9. 38.

EXACTIO, census, & tributum debetur principibus, Mat. 17. 24 † 22. 17. Marc. 12. 16. Lucæ 20. 22. Rom. 13. 7.

EXCOMMUNICATIO à Christo instituta & præcepta, Mat. 5. 29 † 16. 19 † 18. 8. 18. Marc. 9. 42. Joan. 20. 23.

Excommunicatio in usu fuit Apostolis, 1. Cor. 5. 3. 10. 2. Thess. 3. 6. 14. 1. Tim. 1. 20. Tit. 3. 10.

Excommunicatio exercenda ad ædificationem & emundationem Ecclesiæ, & ad correctionem ejus qui excommunicatur, 1. Cor. 5. 4. 1. Tim. 1. 20. 2. Thess. 3. 14. ut spiritus ejus salvus fiat, 1. Cor. 5 *.

Excommunicatio Pharisæorum, Joan. 9. 22. 34 † 12. 42 † 16. 2.

Excommunicandi qui in moribus aut doctrina graviter errantes admoniti, nolunt resipiscere, Proverb. 22. 10. Mat. 18. 17. Rom. 16. 16. 1. Cor. 5 *. 2. Cor. 2. 8. 2. Thess. 3 *. 1. Tim. 1. 20 † 6. 5. 2. Tim. 2. 17. 21 † 3. 5. Tit. 3. 10. Joan. epist. 2. 10.

Excommunicati vitandi, Mat. 18. 17. 1. Cor. 5 *. Tit. 3. 10.

EXEQUIÆ celebrantur, Gen. 23. 2. 3 † 50. 10. Deut. 34. 8. 2. Reg. 3. 31 *.

EZECHIAS, filius impii Achab, cùm esset rex, tamen pius fuit, 4. Regum 16. 20. frangit serpentem æneum, 18. 4. deficit ab Assyriis, 18. 7. mittit nuncium ad Isaiam prophetam, 19. 2. Isa. 37. 2. decumbit ex gravi morbo, 4. Reg. 20. 1. Isa. 38. 1. ostendit Babyloniis suum thesaurum, & reprehenditur, 4. Reg. 20. 12. 14. Isai. 39. 1. 5. commendatur, Eccli. 48. 19.

EZECHIEL cum aliis captivis vehitur in Babylonem, Ezec. 1. 1. vocatur, & mittitur, 2. 3. commendatur, Eccli. 49. 10.

## F.

FACERE pro Sacrificare in Scripturis, Levit. 15. 15. 30. Numer. 6. 11. 16 † 8. 12 † 9. 2. 4. 10. 14. Judic. 13. 16. Lucæ 22. 19.

FAMA bona præstantior divitiis, Proverb. 22. 1. Eccles. 7. 2. Eccli. 41. 15. 16.

FAMES, & annonæ caritas, Gen. 12. 10 † 26. 1 † 41 *. 42 *. 43 *. 44 *. 45 *. 47 *. Exod. 16. 3. Deut. 28. 53 † 32. 24. Ruth 1. 1. 2. Reg. 21. 1 † 24. 13. 3. Reg. 8. 37 † 18. 2. 4. Reg. 4. 38 † 6. 25 † 8. 1 † 25. 3. 2. Par. 6. 28 † 20. 9. 2. Esdr. 5 *. Psal. 36. 19. Isaiæ 5. 13. Jerem. 14. 1. 12. 15 † 15. 2 † 29. 17 † 34. 17. Ezech. 5. 12. 16 † 6. 11. Joel 1 *. Amos 4. 6. Agg. 1. 6. 10 † 2. 17. Matth. 24. 7. Luc. 4. 25 † 15. 14. Act. 7. 11 † 11. 28. Rom. 8. 35. 2. Cor. 8. 14 † 11. 27. Apoc. 6. 8 † 18. 8.

Fames verbi Dei, 1. Reg. 3. 1. 2. Paralip. 15. 3. Osee 3. 4 † 4. 1. Amos 8. 11.

FAMULORUM famularumque officium, Genes. 16. 4. 6 † 24 *. † 30. 25 † 31. 4 † 39. 1. 6. Exo. 21. 2. 20. 4. Reg. 5. 20. 25. Proverb. 14. 35 † 17. 2 † 19. 10 † 29. 19. Eccles. 2. 7. Eccli. 7. 22 † 10. 28. Jerem. 34. 8. Joel 2. 29. Luc. 12. 37. 45. Act. 12. 13. 1. Cor. 7. 21. Eph. 6. 5. Col. 3. 22. 1. Tim. 6. 1. Tit. 2. 9. 1. Pet. 2. 18.

FELIX præfectus Judææ, Actor. 23. 24 † 24 *.

FERMENTUM, mala doctrina, Levit. 2. 11 † 6. 16. Deut. 16. 3. Mat. 16. 6. Marc. 8. 15. Lucæ 12. 1. 1. Cor. 5. 5. Galat. 5. 9.

FESTA Judæorum, & in primis festum Paschæ: vide Pascha.

Festum Pentecostes, Exod. 21. 16 † 34. 22. Num. 28. 26. Deuter. 16. 9. Joan. 5. 1. Act. 2. 1 † 20. 16.

Festum tubarum, Lev. 23. 24. Numer. 29. 1. 2. Paral. 5. 3.

Festum expiationum, Lev. 16. 30 † 23. 27. Num. 29. 7. 8.

Festum tabernaculorum, Exod. 23. 16. Lev. 23. 34. Num. 22. 12. Deut. 16. 13 † 31. 10. 1. Esdr. 3. 4. 2. Esdræ 8. 15. 17. 2. Mach. 1. 9 † 10. 6. Joan. 7. 2.

Festum Sabbati, vide Sabbatum.

Festum neomeniæ, Num. 28. 11. 1. Reg. 20. 5. Ezech. 45. 18.

Festorum violatio quàm graviter puniatur, Num. 15. 32.

FESTUS præfectus Judææ, Act. 24. 27.

FIDES in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & veritate Dei in servandis promissis, Psal. 32. 4. Isaiæ 11. 5. Thren. 3. 23. Osee 2. 20 † 5. 9. Rom. 3. 3. pro veritate & constantia verborum inter homines, Genes. 39. 16 † 44. 32. Lev. 6. 2. Eccli. 22. 28. Jerem. 42. 5. 1. Machab. 10. 27. 1. Tim. 2. 7. pro virtute theologica, Sap. 1. 2 † 3. 14. Abac. 2. 4. Mat. 8. 13 † 9. 22 † 17. 20. Marc. 5. 34. Luc. 5. 20. Rom. 3. 21 † 4. 3 † 5. 1. pro fide viva & formata per charitatem, Abac. 2. 4. Mat. 9. 22 † 15. 28. Marc. 5. 34 † 10. 52. Luc. 7. 50. Rom. 3. 22. Gal. 5. 6 *. Heb. 11 *. pro fide mortua absque charitate, Mat. 7. 21. 22. 1. Cor. 13. 2 † 15. 2. Jac. 2. 26. pro sponsione seu voto, 1. Tim. 5. 12. pro fiducia, Jac. 1. 6.

Fides charitate inferior: vide Charitas.

Fides viva, quæ per charitatem operatur, magnæ virtutis est, Mat. 9. 2. 22. 29 † 21. 22. Marc. 16. 16. Lucæ 18. 42. Joan. 1. 12 † 3. 15. 16. 36 † 6. 35 † 7. 38 † 11. 25 † 14. 12 † 20. 29. Act. 3. 16 † 10. 43 † 15. 9 † 16. 31. Rom. 1. 16 † 3. 22. Gal. 3. 8. Eph. 2. 7. Heb. 11. 6 *.

Fides non facit nos certos aut securos de accepta peccatorum remissione, aut consequenda vita æterna: vide Certi.

Fides sine operibus non justificat, 1. Corinth. 13. 2. Gal. 5. 6. Jac. 2. 24.

Fides ipsa etiam appellatur opus bonum, Philip. 1. 6.

Fides est una, Ephes. 4. 5.

Fidei vivæ & operanti tribuitur justitia & salus, Gen. 15. 6. Marc. 16. 16. Luc. 1. 45 † 8. 48 † 23. 41. Joan. 5. 24 † 17. 3. Actor. 13. 38 † 16. 31. Rom. 3. 22 † 4. 3. 22 † 5 *. † 10. 1. 10. Philip. 3. 9. 1. Pet. 2. 6. Heb. 4. 3.

Fidei prædicatio ad eorum, qui præsunt in Ecclesia, judicium referenda est, Gal. 2. 2.

Fidem Gentilium etiam respicit Deus, Jerem. 39. 18. Mat. 8. 5. 13 † 15. 28. Luc. 7. 9 † 10. 33 † 17. 16. Joan. 4. 47. Act. 10. 3 † 8. 26.

Fideles Deus liberat à communi perditione, & internecione impiorum, Genes. 6 *. 7 *. 8 *. 19 *. Exo. 8. 22 † 9. 4. 6. 26 † 10. 23 † 11. 7. Num.

Digitized by Google

16. 20. 26. 31. Jer. 39. 18. Dan. 6. 22. 2. Pet. 2. 7.

Infidelitas seu incredulitas punitur, Genes. 19. 11. 17. 26. Num. 11. 21 † 14. 2. 11 † 20. 12. Deuter. 9. 20. 4. Reg. 7. 2. 17. 4. Esdr. 15. 4. Psal. 77. 32. Eccli. 2. 15. Mat. 8. 28 † 14. 30 † 17. 17. Marc. 16. 16. Luc. 1. 16 † 24. 24. Joan. 3. 18. 36 † 6. 7 † 8. 24 † 12. 48 † 20. 27. Rom. 11. 20. Heb. 3. 18 † 4. 2 † 11. 6. Apoc. 21. 8.

FILIORUM officium erga parentes, Genes. 9. 23 † 22. 2. 7 † 27. 1 † 28. 7 † 37. 14*. Exod. 20. 12 † 21. 17. Levit. 19. 3. 32 † 20. 9 † 21. 9. Deut. 5. 16 † 21. 15. 18 † 27. 16. Judic. 14. 1. 1. Reg. 2. 11. 18. 22 † 3. 1. 7 † 8. 1 † 18. 5. 3. Reg. 2. 19. 4. Reg. 2. 23 † 12. 2 † 22. 1. 2. Paral. 34. 3. Eccli. 3. 1. 8 † 6. 18 † 7. 29 † 8. 7. 11 † 22. 3 † 23. 18 † 25. 10 † 32. 24. Tob. 4. 1 † 14. 5. Job 1. 4 † 8. 4 † 32. 4. 6. Prov. 1. 8 † 4. 1 † 6. 20 † 10. 1 † 13. 1 † 15. 20 † 19. 26 † 20. 11. 20 † 22. 15 † 23. 19. 25 † 28. 24 † 30. 17. Jerem. 35. 16. Ezec. 22. 7. Mat. 4. 20 † 10. 35 † 15. 4 † 19. 19. Marc. 10. 19. Luc. 2. 48 † 18. 20. Act. 7. 14 † 22. 3. Ephes. 6. 1. Coloss. 3. 20. 1. Timoth. 5. 1. 1. Pet. 3. 5.

FŒNUM & herba citò transiens omnis homo, Psalm. 89. 6 † 128. 6. Isa. 40. 6. Eccli. 14. 15. 1. Pet. 1. 24. Jac. 1. 10.

FŒNUS, vide Usura.

FORNICATIO iram Dei provocat, Deut. 22. 21. Prov. 23. 27. Eccli. 19. 3. Jerem. 5. 7. Osee 4. 14. 1. Cor. 6. 9. 13. 15. Col. 3. 5. Heb. 13. 4. corpus enervat, & facultates absumit, Job 31. 12. Prov. 23. 27 † 29. 3 † 31. 3. Eccli. 9. 6. infamiam adfert, Eccli. 9. 10 † 41. 21. fornicationis occasiones vitandæ, Eccli. 9. 4. 12 † 42. 12. fornicatio non solùm in opere externo, sed & in affectu prohibetur, Exod. 20. 17. Mat. 5. 28.

Fornicatio spiritalis, quæ est hæresis, & idololatria, Deut. 31. 16. Judic. 2. 17 † 27. 33. Isaiæ 1. 21 † 57. 3. Jer. 3. 1. Ezech. 6. 9 † 16*. Osee 1. 2 † 2. 4 † 4. 15. Apoc. 18. 3.

FRATRES & sorores Christi qui sint, Mat. 12. 49 † 28. 20. Mar. 3. 33. Luc. 8. 21. Joan. 20. 17. Heb. 2. 12. Psal. 21. 23.

FRAUS, quære Dolus.

FRUCTUS boni operis, quære Opus.

FUNDAMENTUM est Christus, 1. Cor. 3. 11. Ephes. 2. 20. 1. Pet. 2. 6. fundamentum etiam Apostoli, Eph. 2. 20. Apoc. 21. 14.

& peculiariter Petrus, Mat. 16. 18 *. Joan. 21. 15. 17. cujus fides nunquam deficiet, Luc. 22. 31.

FURTUM prohibetur, committitur, & punitur, Exod. 20. 15 † 21. 17 † 22. 1. Lev. 19. 11. Deut. 5. 19 † 24. 7. Jos. 7. 1. 19. Tob. 2. 21. Prov. 6. 30. Osee 4. 2. 2. Mach. 12. 40. Mat. 19. 18. Joan. 12. 6. 1. Cor. 6. 10. Apoc. 9. 21.

Fures dicuntur, verbum Dei & doctrinam veram adulterantes, Jer. 23. 30. Joan. 10. 1.

G.

GAAL opponit se Abimelech, Judic. 9. 26. 35. 39.

GABAONITÆ redimunt vitam astu quodam, Josue 9*. obsidentur, & obsidione liberantur, 10. 5*. Propter ipsos injustè à Saule occisos suspenduntur filii Saulis, 2. Reg. 21. 1. 6. 9.

GABELUS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob. 9. 7.

GABRIEL apparet prophetæ Danieli, Dan. 8. 16 † 9. 21. Zachariæ sacerdoti, Luc. 1. 11. Virgini Mariæ, 1. 26.

GAD filius Jacob ex Lia, Gen. 30. 11 † 25. 26.

Gadditæ recipiunt suam hæreditatem, Num. 32 *. Deut. 3. 12. Josue 13. 24.

Gad propheta admonet David, ut non maneat in terra Moabitarum, 1. Reg. 22. 5.

nunciat Davidi iram Dei, 2. Reg. 24. 11. 18.

GAIUS, 1. Cor. 1. 14. capitur, Actor. 19. 29. deducit Paulum in Asiam, 20. 4. hospitio eum suscipit, Roman. 16. 23.

GALGAL, sive Galgala, civitas Israel, Jos. 4. 19. in Galgal circumciditur populus, & celebrat Pascha, 5. 2. 7. 10. egreditur inde ad liberandos Gabaonitas, 10. 7. revertitur, 10. 43.

GALILÆA recipit Christum, Joa. 4. 45. in Galilæa incipit Christus prædicare, Mat. 4. 12. Act. 10. 37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Act. 5. 34 † 22. 3.

Gamaliel dux Manassitarum, Num. 1. 10.

GAUDERE & lætari honestè licet, 1. Paralip. 29. 9*. 2. Esdr. 12. 42. Psal. 67. 4. Luc. 1. 14. 1. Thess. 1. 6 † 5. 16.

Gaudendum non est more Gentilium, Eccles. 2. 2 † 7. 3. Osee 9. 1. Amos 6. 8. Prov. 2. 14. Jacobi 4. 9. Gaudium in persecutione, Mat. 5. 12. Act. 5. 41 † 20. 24. Rom. 5. 3. Col. 1. 24. Heb. 10. 34 † 11. 25.

Gaudium spiritus, Luc. 10. 21. Roman. 12. 12 † 14. 17. Galat. 5. 22. Philip. 4. 4. 1. Thess. 5. 16.

Gaudium salutis æternæ, Isa. 25. 18 † 26. 1 † 33. 20 † 65. 12. Sap. 3. 1. 7. vide Beatitudo.

GEDEON dux & judex in Israel, Judic. 6*. † 7*. † 8*.

GEMITUS quis probandus, quis improbandus, Exod. 2. 24. Ezech. 9. 4. Tob. 3. 1. 2. Mach. 6. 30. Rom. 8. 22. Jac. 5. 9.

GENTIUM vocatio, Genes. 49. 10. Num. 24. 17. Deuter. 32. 43. 2. Reg. 23. 44. 50. 3. Reg. 8. 41. Psal. 2. 8 † 21. 28 † 67. 32 † 71. 8. 17 † 85. 9 † 86. 4. Isaiæ 2. 2 † 11. 10 † 19. 18 † 25. 7 † 27. 13 † 29. 17 † 35 *. † 41. 25 † 43. 5 † 45. 14 † 49*. † 51. 5 † 54 *. † 55*. † 56. 3. 6 † 60. 3. 9 † 65. 1 † 66. 19. 20. Jer. 9. 24 † 12. 16 † 16. 19. Osee 2. 1. 24. Joel 2. 28. Mich. 4. 2. Soph. 3. 9. Zach. 2. 11 † 8. 20 † 9. 10. Mat. 2. 2. 7 † 8. 11 † 21. 31. 43 † 22. 9. Joan. 10. 16. Actor. 8. 26. 30 † 10*. 1. Cor. 12. 13. Eph. 2. 10.

Gentilium mores non sunt nobis imitandi, Levit. 18. 3 † 20. 23. Jer. 10. 2.

GENU omne flectendum Domino, Psal. 21. 30. Isa. 45. 23. Rom. 14. 11. Philip. 2. 10.

GERSON filius Levi, Numer. 3. 17. Gersonitarum ministerium, 3. 25 † 4. 22.

GIESI minister Elisæi, 4. Reg. 4. 25. fit leprosus, 5. 26.

GLADIUS non cuivis permittendus, Mat. 26. 51. Mar. 14. 47. Luc. 22. 49. Joan. 18. 10.

Gladius spiritus est verbum Dei, 4. Esdr. 13. 9. 27. Isa. 11. 4 † 27. 1 † 31. 8 † 49. 2 † 66. 16. Ephes. 6. 17. Heb. 4. 12. Apoc. 1. 16 † 2. 16 † 19. 15. 2. Thess. 2. 8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Jos. 7. 19. Psal. 115. 1. Mat. 6. 9. Joan. 9. 24 † 17. 4. Actor. 3. 12 † 12. 23. 1. Cor. 6. 20 † 10. 31. Philip. 1. 20. Coloss. 3. 17. Tit. 2. 10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicam gladio interimitur, 4. Reg. 25. 25. Jer. 41. 2.

GRATIA in Scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2. 20. 2. Reg. 2. 6 † 15. 20. Prov. 4. 9. Eccli. 7. 37 † 29. 20. pro favore, Genes. 6. 8 † 18. 3 † 19. 19 † 39. 21. Exod. 12. 36. Tob. 3. 13. Esther 2. 17. Prov. 13. 15. Eccli. 4. 25. Dan. 1. 9. Act. 2. 47 † 24. 27 † 25. 9. pro præmio quod à Deo exspectatur, Prov. 1. 9 † 12. 2. 2. Mach. 12. 46. Luc. 6. 33. 1. Pet. 2. 19. pro dono aliquo gratis dato, Esther 15. 17. Psalm. 44. 3. Prov. 3. 22 † 16. 23 † 22. 11. 1. Cor. 12*. Ephes. 4. 7. 1. Pet. 4. 10. pro dono supernaturali Deo gratum faciente, Psalm. 83. 12. Luc. 1. 28 † 2. 40. Joan. 1. 15. Rom. 1. 7. 1. Cor. 16. 23. 2. Cor. 1. 12. Galat. 5. 5. Heb. 13. 19. Jac. 4. 6. pro re grata, pulchra, accepta, & amabili, Prov. 31. 30. Eccles. 10. 12. Eccli. 7. 21 † 11. 19 † 26. 16. 19 † 40. 22. Luc. 4. 22. Ephes. 4. 29.

Gratiæ donum quàm sit occultum & reconditum, quòdque nemo facilè illud sibi arrogare debeat, Job 9. 20. 21. Psalm. 2. 11 † 18. 13 † 142. 2. Prov. 14. 12 † 20. 9. Eccles. 9. 1. 2. 12. Eccli. 5. 5. Jerem. 17. 9. 1. Cor. 4. 4. 2. Cor. 10. 14 † 13. 5. Gal. 6. 3. Philip. 2. 12. 1. Pet. 4. 18. 2. Pet. 1. 10. 1. Joan. 4. 1.

Gratia qua quis hominibus gratus est, etiam illa à Deo est, Exod. 3. 21 † 11. 3 † 12. 36. 4. Reg. 25. 27. 2. Esd. 2. 5. Psalm. 105. 46. Jerem. 40. 2. 3. 4. Dan. 1. 9. Tob. 1. 13. Actor. 24. 23 † 27. 3 † 28. 19.

Gratus animus erga Deum & homines commendatur, Gen. 4. 3 † 8. 20 † 14. 21 † 23*. † 24. 48 † 26. 25. Exod. 15. 1. Lev. 25. 6. Num. 15. 17 † 31. 48. Deut. 4. 9 † 6. 5. Judic. 5. 1. 1. Reg. 2. 1 † 14. 35 † 31. 11. 2. Regum 10. 2 † 19. 33. 3. Reg. 2. 7. 1. Paral. 29. 10. 20. 2. Paral. 15. 11 † 20. 26. Esther 6*. Tob. 9. 1 † 12. 1. 7. Eccli. 7. 22 † 32. 28 † 35. 13. 1. Machab. 4. 24 † 5. 54. 2. Mach. 3. 33. Mat. 11. 25. Mar. 5. 10. Lucæ 18. 43. Joan. 11. 40. Act. 4. 21 † 27. 35. Rom. 6. 17. 2. Cor. 6. 1. Eph. 5. 19. Philip. 4. 6. Col. 2. 7 † 3. 15. 1. Thess. 5. 18. 2. Thess. 1. 3. 1. Tim. 4. 3.

Gratiæ agendæ ante & post cibum sumptum, Deuter. 8. 10. 1. Reg. 9. 13. Isa. 62. 9. Mat. 14. 19 † 15. 36 † 26. 25. Marc. 6. 41 † 8. 6 † 14. 22. Luc. 9. 16. Joan. 6. 11. 23. Act. 27. 35. Rom. 14. 6. 1. Cor. 10. 30. 1. Timoth. 4. 3.

GULA, vide Ebrietas, & Ciborum luxus.

H.

HÆRETICOS & infideles relinquit Deus ad justorum probationem, Judic. 3. 1. 1. Cor. 11. 19.

Hæretici jam inde à temporibus Apostolorum exstiterunt, 1. Timoth. 1. 20. 2. Tim. 2. 18. 1. Joan. 2. 18. 2. Joan. 7. Apoc. 2. 15.

Hæreticos futuros etiam nostris temporibus prædictum est, Mat. 24. 5. 24. Joan. 5. 43. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. 2. Pet. 2. 1 † 3. 3. Judæ 18.

Hæreticorum mores, & doctrina, ibid.

Hæretici vitandi, Deuter. 13. 1. Mat. 7. 15. Rom. 16. 17. 2. Tim. 2. 17 † 3. 5. Tit. 3. 10. 2. Thess. 3. 14. Joan. 2. 10.

Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc. 2. 14.

Hæretici tollendi è medio, Deuter.

Digitized by Google

13. 5 † 18. 20. 3. Reg. 18. 40 *. 4. Reg. 10. 25 *.

Hæresis, fornicatio spiritalis: vide Fornicatio.

HAZAEL, famulus Benhadad regis Syriæ, 4. Reg. 8. 11. 15. juxta mandatum Domini, 3. Reg. 19. 15. percussit Israel in universis finibus suis, 4. Reg. 10. 32 † 12. 17 † 13. 3. quemadmodum prophetatum est, 4. Reg. 8. 11. 13. moritur, 13. 24.

HELIAS vir pilosus, & zona pellicea cinctus renibus, 4. Reg. 1. 8.

Heliæ orationis efficacia, 3. Reg. 17. 1. Jac. 5. 17. 18. alitur ministerio corvi, 3. Reg. 17. 2. excitat puerum mortuum, 17. 19. occidit prophetas Baal, 18. 40. fugit Jezabel, 19. 3. mittitur in Damascum, ut ungeret Hazael regem Syriæ, 19. 15. mittitur ad Achab, 21. 17. ad Heliam missi principes quinquagenarii cum suis, igne cœlitus demisso consummuntur, 4. Reg. 1. 10. assumitur per turbinem in cœlum, 2. 11. apparet in transfiguratione Domini, Mat. 17. 3. Luc. 9. 30.

HELIODORUS à cubiculis Seleuco, tentat thesaurum templi auferre, 2. Machab. 3. 7. 13. punitur à Deo, 3. 24.

HELISÆUS, vide Elisæus.

HERODES Ascalonita occidit innocentes pueros, Mat. 2. 16. & moritur, 2. 19.

Herodes Antipas filius Herodis, tetrarcha Galilææ, Lucæ 3. 1. occidit Joannem Baptistam, Mat. 14. 9. Herodes & Pilatus morte Christi inter se reconciliantur, Luc. 23. 12. Act. 4. 27.

HERUS & Hera, vide Dominus & Domina.

HESRON filius Phares, Gen. 46. 12. Mat. 1. 3. relinquit post se Aram, & appellatur Jephone, 1. Paral. 4. 15.

HESTHER fit uxor Assueri, Esther 2 *. precibus suis apud Assuerum latam de Judæis uno die occidendis sententiam revocat, Esther 8. 3. 8.

HIEREMIAS, vide Jeremias.

HIERUSALEM, vide Jerusalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonosor mittitur contra Israel, Judith 2. 4. blasphemat Deum, 6. 1.

obsidet Bethuliam, 7. 1. proprio gladio cervix ei præciditur, 13. 8.

caput ejus conspiciendum ponitur in muris civitatis, 14. 1. totus Assyricus exercitus se in fugam dedit, 15. 1.

HOMO creatus est ad imaginem Dei, Genes. 1. 26 † 2. 7 † 5. 1 † 9. 6. Sap. 2. 23. Eccli. 17. 1. Job 10. 8. Psal. 118. 73. Jac. 3. 9.

Homo maledicitur, Gen. 3. 17.

benedicitur in Christo, Gen. 12. 3 † 22. 18. Gal. 3. 8.

Hominis regeneratio, Mat. 18. 3. Joan. 1. 13 † 3. 3. 6 † 4. 14 † 7. 31. 1. Cor. 4. 15. Galat. 4. 19. Ephes. 4. 22. Col. 3. 8. Tit. 3. 5. 1. Pet. 1. 23 † 2. 2. Jac. 1. 18.

Homo pulvis & lutum, Gen. 2. 7 † 3. 19 † 18. 27. Eccles. 12. 7. Eccli. 17. 1 † 18. 8 † 41. 13. Job 4. 19 † 10. 8 † 34. 15. Psal. 77. 39 † 102. 14 † 143. 4. Isaiæ 40. 6.

HOMICIDIUM, latrocinium, & sanguinis effusio, Genes. 4 *. † 9. 6 † 37. 18. Exod. 2. 12 † 20. 13 † 22. 2. Lev. 24. 21. Num. 25. 7 *. Deut. 5. 17 † 19. 4. 11 † 21. 1 † 27. 24. Josue 20. 3. Judic. 9. 5. 1. Reg. 18. 17. 2. Reg. 3. 27 † 4. 7. 12. 3. Reg. 2. 5. 25. 34. 46. 4. Reg. 14. 5 † 21. 16. Prov. 6. 17 † 28. 17. Eccli. 34. 25. 27. Thren. 4. 13. Ezech. 11. 6 † 22. 2 † 24. 6. Osee 4. 2. Mat. 5. 21 † 19. 18 † 23. 34 † 26. 51. Joan. 8. 44. Ro. 13. 9. Gal. 5. 21. 1. Joan. 3. 12. Apoc. 13. 10.

HONOR qui ab hominibus proficiscitur, non magni faciendus, Num. 16. 1. Judic. 9. 1. 1. Reg. 10. 27. 2. Reg. 15. 1. 3. Reg. 1. 5. Esther 3. 1 *. † 6. 6. Eccli. 9. 16 † 10. 29. 30. Jerem. 9. 23. Mat. 6. 1 † 8. 4 † 9. 30 † 17. 9 † 20. 21. 26. Marc. 1. 44 † 5. 43 † 7. 36 † 8. 26 † 9. 8 † 10. 35. 43. Lucæ 22. 24. Joan. 6. 15 † 8. 50 † 12. 43. Act. 10. 26 † 14. 14. Galat. 6. 2. Philip. 2. 3. 1. Thess. 2. 6. 1. Pet. 5. 3. 3. Joan. 9. Apoc. 19. 10 † 22. 9.

Honor Dei, quære Gloria.

Honorandi parentes, vide Parentes.

HOSPITALITAS commendatur, Isa. 58. 7. Mat. 25. 36. Luc. 14. 13. Ro. 12. 13. 1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 8. 1. Pet. 4. 9. 3. Joan. 5. 9. Heb. 13. 2. Jacobi 1. 27.

Hospitalitatis exempla, Gen. 18. 3 † 19. 2 † 24. 31. Josue 2 *. Judic. 13. 15 † 19. 4. 9. 3. Reg. 17. 10. 17. 4. Reg. 4. 8. Job 1. 4 † 31. 17. Tob. 2. 1. Luc. 10. 38 † 19. 6. Act. 16. 15 † 28. 2. 7.

Inhospitalitas, Judic. 8. 5 † 19. 18. 1. Reg. 25. 9. 14. Sap. 19. 13.

HUMILITAS Deo grata est, Genes. 18. 27 † 29. 31 † 41. 40. Judic. 6. 15. 1. Reg. 1 *. † 2. 1. 8 † 7. 9. 10. 2. Reg. 6. 16. 21. 2. Paral. 12. 6. 8 † 32. 26 † 33. 12 † 34. 26. Psalm. 33. 19. Prov. 11. 2 † 16. 19 † 18. 12 † 22. 22 † 25. 7 † 29. 23. Isa. 37. 1 † 57. 15 † 66. 2. Jerem. 1. 6. Jon. 3. 5. Eccli. 3. 18 † 7. 19. Judith 4. 7. 11 † 9. 16. Mat. 3. 11 † 5. 3 † 8. 8 † 11. 20 † 15. 27 † 18. 4 † 20. 26 † 21. 5 † 23. 7. 11. Marc. 9. 34 † 10. 43. Luc. 1. 48 † 9. 42 † 14. 7. 11 † 15. 19 † 18. 13 † 22. 26. Joan. 13. 4. Act. 10. 26. Rom. 11. 20 † 12. 16. 1. Cor. 4. 6 † 15. 8. Philip. 2. 3. Col. 3. 12. Heb. 11. 24. 1. Pet. 5. 5. Jac. 1. 9 † 4. 10. Apocal. 4. 1 † 19. 10.

HYMENÆUS pseudoapostolus, 2. Tim. 2. 17.

HYPOCRISIS, 1. Reg. 15. 11 *. † 18 *. 2. Reg. 15. 2. 7. 4. Reg. 1. 6. 9. Job 8. 13 † 13. 16 † 15. 34 † 20 *. † 27. 8 † 36. 13. Prov. 30. 13. Eccli. 1. 36 † 19. 24. Isaiæ 29. 13 † 58. 2. Jerem. 9. 8. Ezec. 33. 30. Malac. 3. 13. 2. Mach. 6. 24. Mat. 2. 7. 16 † 6. 2. 16 † 7. 5 † 15. 7 † 16. 3 † 22. 18 † 23 *. † 24. 51. Marc. 7. 6. Luc. 11. 44 † 12. 1. 56 † 18. 11. Act. 5. 1 † 8. 18 † 13. 8. Rom. 2 *. Gal. 2. 13. 1. Tim. 4. 2. 2. Tim. 3. 5. 1. Thessal. 5. 22. 1. Pet. 2. 1.

I.

JABES in Galaad opprimitur ab Israel, Judic. 11. 10. obsidetur, 1. Reg. 11. 1. viri Jabes Galaad exhibent misericordiam Sauli, & filio ejus, 31. 12.

JACOB filius Isaac nascitur, Gen. 25. 23. emit à fratre Esau primogenita, Gen. 25. 31. præripit Esau benedictionem, 27. 5 *. proficiscitur ad Laban, 28. 10. videt scalam, & vovet votum, 28. 12. 20.

servit Laban pro duabus filiabus, 29. 18. revertitur in patriam, 31. 17.

luctatur cum angelo, 32. 24. vocatur Israel, 32. 27 † 35. 10. 3. Reg. 18. 31. mittit filios in Ægyptum, 42. 1.

migrat cum tota sua familia in Ægyptum, 46 *. Deut. 10. 22. filios Joseph adoptat in suos, 48. 5. 8.

benedicit duodecim filiis, & moritur, 49. 33. sepelitur cum patribus suis in terra Chanaan, 50. 4. 7. secundùm promissionem, 47. 29. & secundùm mandatum, 49. 29. commendatur, Eccli. 44. 24. vide Israel.

JACOBUS Zebedæi filius vocatur, Mat. 4. 20. occiditur, Act. 12. 2.

JEBUS appellatur Jerusalem, Josue 15. 8. Judic. 19. 10. 1. Par. 11. 4.

Jebusæos expugnare non poterat Israel, Judic. 1. 21. superantur tamen à David, 2. Reg. 5. 8.

JEHU filius Hanani prophetæ arguit regem Josaphat, 2. Paralip. 19. 2.

mittitur ad Baasa regem Israel, 3. Reg. 16. 1. 7.

Jehu, filius Josaphat filii Namsi, ungitur ut rex esset Israel, ad delendum domum Achab, 4. Regum 9. 1. 6.

juxta præscriptum, 3. Regum 19. 16.

occidit Jezabel, 4. Reg. 9. 30. 33.

occidit septuaginta filios Achab, 10. 1. jubet comprehendi & jugulari fratres Ochoziæ regis Juda, 10. 14. perdit servos Baal, 4. Reg. 10. 17. 25. moritur, 10. 35.

JEJUNIUM, & jejunandum esse, Joel 2. 12. Tob. 12. 8. Mat. 6. 16 *. Marc. 2. 20. Luc. 2. 36 † 5. 35. Rom. 13. 13. 1. Cor. 7. 5. 2. Cor. 6. 5 † 11. 27. Act. 13. 2. 3. 14. 22. Ephes. 5. 18. 1. Thessalon. 5. 6. Tit. 2. 2. 1. Petri 1. 13 † 5. 8. vide Quadragesima.

Jejunii meritum, Jer. 35. 14. 19. Jonæ 3. 7. 9. 10. Judith 4. 8 † 8. 6. Mat. 17. 20 † 6. 17. Lucæ 2. 37.

Jejunatur pro mortuis, 1. Reg. 31. 13. 2. Reg. 1. 12 † 3. 36. 1. Par. 10. 12.

Jejunii exempla, Exo. 24. 18 † 34. 28. Deuter. 9. 9. 18. Judic. 20. 26. 1. Reg. 7. 6 † 31. 13. 2. Reg. 3. 35 † 12. 16. 2. Paral. 20. 3. 1. Esdr. 8. 21. 2. Esd. 1. 4. Esther 4. 3. Psalm. 34. 13. Jerem. 36. 9. Dan. 10. 3. Jonæ 3. 5. Judith 4. 7 † 8. 5. Tobiæ 3. 10. Mat. 4. 2 † 9. 14. Luc. 2. 37 † 5. 33. Act. 10. 30 † 13. 3 † 14. 23.

Jejunium indictum à rege Saule, 1. Reg. 14. 24. à Josaphat, 2. Par. 20. 3. à Ninivitis & eorum rege, Jonæ 3. 5. 7. ab Esdra, 1. Esd. 8. 21. ab Esther & Mardochæo, Esther 4. 16. vide Abstinentia.

JEREMIAS propheta ex Anathoth, Jer. 29. 27. vocatur, & à Deo mittitur, 1. 4.

Jeremias persecutionem patitur, Jerem. 18. 19 † 20. 1 † 26. 7 † 33. 1 † 37. 12 † 38. 4. 7.

Jeremias invenit gratiam apud Nabuchodonosor, Jer. 39. 11.

Jeremias vinculis solvitur à Nabuzardan, Jerem. 40. 1.

Jeremias luget Josiam, 2. Par. 35. 25.

JERICHO expugnatur, & exuritur, Josue 6. 10. 24. reædificatur ab Hiel, 3. Reg. 16. 34. appellatur civitas Palmarum, Deut. 34. 3. 2. Paral. 28. 15.

JEROBOAM filius Nabat, servus Salomonis, fit inimicus Israeli, 3. Regum 11. 26. 2. Paral. 13. 6. fit rex decem tribuum, 3. Reg. 12. 20. juxta verbum Ahiæ, 11. 29. erigit duos aureos vitulos, & falsum cultum Dei, 12. 28. 31. idque punitur, & exprobratur, 14. 7 † 15. 25 † 16. 19. 26. 4. Reg. 3. 3 † 10. 29. 32 † 13. 2. 6. 11 † 14. 24 † 15. 9. 18. 24 † 17. 22 † 23. 15.

manus ejus exarescit, 3. Reg. 13. 4.

curatur, 13. 6. moritur, 14. 20. tota ejus domus perditur, 15. 29. juxta quod prædictum fuerat, 14. 10. contra Jeroboam, Amos 7. 10.

Jeroboam filius Joas fit rex Israel, 4. Reg. 13. 13 † 14. 16. moritur, 14.

Digitized by Google

29.

Jerusalem expugnatur à filiis Judæ, Judic. 1. 8. eligitur à Deo in habitaculum, 3. Reg. 8*. 2. Par. 6. 2 † 7. 16.

Jeruſalem appellatur Jebus, Joſ. 15. 8. Judic. 19. 10. 1. Par. 11. 4.

Jeruſalem appellatur Salem, Pſal. 75. 3.

Jeroſolymam quæ tribus Jacob inhabitaverint, 1. Paral. 9. 3. 1. Eſdræ 11. 1.

Jeruſalem obſidetur à rege Syriæ & Iſraelis, 4. Reg. 16. 5. à rege Nabuchodonoſor, 4. Regum 24. 10 † 25. 1.

Jeruſalem exuritur, & evertitur, 4. Reg. 25. 9. iterum excolitur & reparatur, 2. Eſdr. 3*. † 6. 15.

contra Jeruſalem & ejus cives, 4. Reg. 21. 12 † 23. 27. Iſaiæ 1. 6 † 3. 1 † 22. 1. 8 † 29. 1. 7 † 65. 2. Jer. 4. 3. 9 † 7*. † 13*. † 17. 19 † 19. 3. 6 † 21. 3 † 23. 39 † 25. 8 † 32. 3. 26 † 34. 1 † 38. 3 † 39. 8. Ezech. 3. 6 † 4*. † 5*. † 10. 2 † 15*. † 21. 6 † 22*. † 23*. Soph. 3. 1.

Jeruſalem deſtruenda per Romanos, Dan. 9. 26. Zachar. 14. 1. Mat. 24. 1. 15. Luc. 13. 35 † 19. 41 † 20. 16 † 21. 6. Joan. 11. 48.

Jeruſalem ſpiritualis, Eccleſia ſancta, Pſalm. 12. 1. 3. Iſa. 33. 20 † 54. 11 † 60*. † 62. 6 † 65. 16. 18. Tob. 13. 19. Baruch 5. 1. 7. Galat. 4. 26. Heb. 11. 10 † 12. 22. Apoc. 3. 12 † 21. 2. 10.

Jezabel impia, impii Achab conjux, 3. Reg. 16. 31 † 21. 5. 7. occidit prophetas Domini, 18. 4. 13. minatur Eliæ prophetæ mortem, 19. 2. à canibus dilaceratur, 4. Reg. 9. 33. juxta verbum Eliæ prophetæ, 3. Reg. 21. 23.

Illuminati dicuntur baptizati, Hebr. 6. 4.

Imagines juſſit Deus fieri, Exod. 25. 18*. Num. 21. 8*.

Imagines fecit Salomon, 3. Reg. 6. 35 † 7. 25. 29. 36 † 10. 19. 2. Paral. 3. 10. 14 † 4. 3.

Imaginum uſus, Num. 21. 8. Sap. 16. 6. Joſ. 2. 26*. de altari in teſtimonium & memoriam exſtructo.

Immiſericordia, & ejus punitio, Exod. 1. 12. Deuter. 23. 3. Judic. 8. 6. 15. 1. Reg. 25. 15. 38. Job 20. 19. Prov. 21. 10. Eccleſ. 12. 13. Amos 1. 6. Mat. 18. 30. 34 † 25. 42. Lucæ 16. 21. 23. Jac. 2. 13.

Impatientia, & ejus punitio, Exod. 14. 11 † 15. 24 † 16. 2. 7 † 17. 2. Num. 11. 1. 10 † 14. 1. 26 † 21. 5. Job 3. 1. Proverb. 12. 16. Eccli. 2. 16.

Impiorum dicta, facta, & cogitata contra pios, Sap. 2*. Pſal. 9*. 10*. 11*. 13*. Prov. 4. 14.

Impiorum proſperitas, Job 10. 3 † 21. 7. 10. Pſal. 72. 2. 8 † 91. 8. 4. Eſd. 3. 28. 31. Jer. 12. 1. Hab. 1. 13. 2. Mach. 6*.

Impiorum proſperitas bonis admirationem parit, Job 21. 7. 13. Pſal. 72. 2. Eccleſ. 7. 16. Jerem. 12. 1. Abac. 1. 13. Malac. 3. 15.

Impii incidunt in mala quæ piis pararunt, 1. Reg. 17. 42 † 31. 4. Eſth. 7. 10. Pſalm. 7. 16 † 9. 16 † 34. 8 † 36. 14. Prov. 26. 27. Eccleſ. 10. 8. Iſa. 33. 1. Jerem. 48*. Dan. 3. 22 † 6. 24 † 13. 62. Eccli. 27. 28*. Judith 13. 4. Apoc. 18. 6.

Impii incidunt frequenter in malum quod timent, Job 6. 16. Prov. 1. 26 † 10. 24. Iſa. 66. 4.

Impiorum ſubita & improviſa punitio, diſperſio, & everſio, Geneſ. 7. 21 † 14. 15 † 19. 24 † 34. 25. Exod. 14. 24. Levit. 10. 2. Num. 11. 33 † 16. 31. Joſue 10. 9 † 11. 7. Judic. 4. 20 † 7. 12. 15. 21 † 8. 11 † 16. 28. 1. Reg. 30. 16. 2. Reg. 13. 28. 3. Reg. 16. 2 † 18. 40 † 20. 13. 19. Job 4. 8 † 5. 3 † 8. 13 † 15. 20 † 18*. † 20*. † 27. 14 † 36. 12. Pſalmor. 1. 5 † 36*. Proverb. 1. 27 † 6. 15 † 10. 25 † 12. 7. Iſaiæ 5. 24 † 47. 9. Jer. 15. 8. Dan. 5. 30. 1. Machab. 2. 62 † 4. 3. Matth. 24. 38. Lucæ 12. 20. 46 † 16. 23. 25 † 17. 27. 29. 1. Theſſal. 5. 3.

Impiorum punitio bonis eſt ad timorem & cautionem, Deut. 13. 11 † 17. 18 † 19. 20 † 21. 21. Prov. 19. 25 † 21. 11. Eccli. 23. 37. Act. 5. 11. 1. Tim. 5. 20.

Impios deridebit Deus, Pſalm. 2. 4 † 36. 13 † 58. 9. Prov. 1. 26. Sap. 4. 12.

Impoſitio manuum varia in veteri Teſtamento, Gen. 48. 14. Exod. 29. 10. Levit. 1. 4 † 3. 2. Num. 27. 23. Dan. 13. 34. Marc. 10. 16.

Impoſitio manuum in ſacramento ordinis & confirmationis, Act. 6. 6 † 8. 17 † 13. 3 † 19*. 1. Tim. 4. 14 † 5. 22. 2. Tim. 1. 6.

Impudicitia contra naturam, Geneſ. 19. 5 † 38. 7. Lev. 18. 22 † 20. 13. Judic. 19. 22. 30. Rom. 1. 27. 1. Cor. 6. 10. Epheſ. 5. 12. 1. Tim. 1. 10. 2. Pet. 2. 7. 8.

Incantationes & maleficia, Exod. 7. 11 † 8. 18 † 22. 18. Levit. 19. 11 † 20. 6. 27. Numer. 23. 23. Deut. 18. 10. 1. Reg. 28*. 4. Reg. 17. 17 † 21. 6. Iſaiæ 2. 6 † 44. 25 † 47. 13. Jerem. 10. 2. Dan. 2. 2. 10. Mich. 5. 11. Act. 8. 8 † 13. 6 † 16. 16 † 19. 19. Galat. 5. 20. Apoc. 18. 23 † 21. 8.

Inceſtus grave peccatum, Levit. 18. 6. 7 † 20. 11. 14. Deut. 22. 30. 1. Cor. 5. 1. 2.

Indulgentiæ, 2. Corinth. 2. 10.

Infernus & damnatio parata diabolo & angelis ejus: vide Damnatio.

Inferni pœna varia & horribilis, Deut. 32. 22. Job 24. 19. Pſalm. 10. 6 † 20. 10 † 48. 15 † 111. 10. Sapien. 11. 17. Eccli. 21. 10. Iſaiæ 30. 33 † 33. 11. 13. 14 † 34. 9. Jerem. 9. 15. Malach. 4. 1. Mat. 8. 12. Luc. 13. 27 † 16. 23. Apocal. 14. 9 † 18. 7 † 20. 14. nunquam terminanda, Iſaiæ 60. 24. Mat. 25. 41. 46. Marc. 9. 47. 2. Theſſ. 1. 9.

Infidelitas, vide Fides.

Infirmitas corporalis, vide Ægrotatio.

Ingratitudo, & ejus punitio, Geneſ. 31. 1 † 40. 23. Exod. 1. 8. Deut. 23. 3*. Judic. 2. 1 † 6. 8 † 8. 33 † 12. 1. 1. Reg. 10. 18 † 12. 8 † 25. 3. 10. 2. Reg. 14. 30. 2. Par. 24. 21. Prov. 17. 13. Iſaiæ 1. 2 † 5. 4. Jerem. 2. 5. 6. Ezech. 16*. Oſee 10. 1 † 13. 2. 6. Mich. 6. 3. Sap. 16. 29. 1. Mach. 16. 16. 19. Mat. 11. 20. Lucæ 17. 18. Joan. 11. 46. Rom. 1. 21. 2. Tim. 3. 2.

Inimicus non paſſim contemnendus eſt, 1. Regum 14. 14 † 17. 43. 2. Reg. 21. 20. 3. Reg. 20*. 4. Reg. 14. 8.

Inimico reconciliato non temere credendum eſt, 1. Reg. 24. 17 † 26. 21. 2. Reg. 3. 26. 1. Mach. 12. 24.

Iniquitas abundabit, 4. Eſdræ 5. 2 † 14. 16. Mat. 24. 12. 1. Joan. 5. 19. vide Impii, & Mali.

Innocentia ſua cuique tuenda, & malæ ſuſpiciones amovendæ, Joſ. 22. 22. 1. Reg. 1. 14. 3. Reg. 18. 17. Jerem. 37. 12. Act. 2. 14 † 6. 14 † 7. 2 † 28. 17.

Inobedientia, ejuſque punitio, Gen. 3. 16. 17 † 19. 17. 26. Levit. 10. 1 † 26. 14*. Num. 14. 28. 41 † 16. 31 † 20. 24. Deuter. 11. 16. 28 † 17. 12 † 18. 19. 20 † 27. 16*. † 28. 15*. 1. Reg. 12. 15 † 13. 11 † 15. 24 † 28. 16. 2. Reg. 6. 6. 3. Reg. 11. 9 † 12. 15. 21 † 14. 17 † 20. 35*. 2. Paral. 7. 19 † 26. 16. 19. Iſa. 24. 5. Jerem. 11. 3. 8 † 13. 8 † 17. 27 † 26. 4 † 35*. Jonæ 1. 3. Mat. 17. 17. Act. 7. 39. Rom. 2. 8. Gal. 3. 10. 2. Theſſ. 1. 8.

Invidia & odium, Gen. 4. 5 † 26. 14 † 27. 41 † 30. 1 † 37. 4. 11. Exod. 1. 8 † 20. 13. Levit. 19. 17. Numer. 12. 1 † 35. 20. 23. Deut. 19. 11. 1. Reg. 18. 7. 11. Sap. 2. 24. Prov. 10. 12. 18. Ezech. 25. 15. Dan. 6. 3. Luc. 15. 28. Joan. 12. 4. Rom. 1. 29 † 13. 13. Gal. 5. 15. 20. Jac. 3. 14 † 4. 2. 1. Pet. 2. 1. 1. Joan. 3. 13. 15 † 4. 20.

Joab filius Sarviæ, 2. Reg. 2. 13. confodit Abner, 3. 27. reconciliat Abſalonem per Thecuam, 14*. confodit Amaſa, 20. 9. confoditur ipſe, 3. Reg. 2. 28. 34. juxta mandatum David, 2. 5. 7.

Joachaz filius Jehu, rex Iſrael, 4. Reg. 10. 35 † 13. 1.

Joachaz filius Joſiæ exuitur regno, & vehitur in Ægyptum, ubi & moritur, 4. Regum 23. 34. captivitas ejus prædicitur, Ezech. 19. 4. appellatur Johanan, 1. Paral. 3. 15. poſt ipſum creatur rex frater ejus Eliacim, 4. Regum 23. 34.

Joachin filius Joacim fit rex Juda, 4. Reg. 24. 8. ducitur captivus à Nabuchodonoſor in Babyloniam, 24. 12. 15. dimittitur ex carcere, & ad honores evehitur, 25. 24. appellatur Jechonias, Jerem. 37. 1. appellatur Neri, Luc. 2. 27. ei ſuccedit patruus Matthanias, 4. Reg. 24. 17.

Joacim, & antea dictus Eliacim, filius Joſiæ, fit rex Juda, 4. Reg. 23. 34. 3. Eſdr. 1. 37. combuſſit libros ſermonum Jeremiæ, Jer. 36. 21. appellatur Melchi, Luc. 3. 24. moritur, 4. Reg. 24. 1. 5. poſt ipſum conſtituitur rex filius Joachin, 4. Reg. 24. 6.

Joanna, uxor Chuſæ, ſequitur Chriſtum, Luc. 8. 3.

Joannes Baptiſta filius Zachariæ, Luc. 1. 55. 59. 67. Evangelium regni denuntiat, & baptizat, Mat. 3. 1. Marc. 1. 4. 5. Joan. 1. 28 † 3. 23. 26. veſtitus ejus ex pilis camelorum, & victus locuſtæ, & mel ſilveſtre, Marc. 1. 6. noluit haberi major quàm erat, Joan. 1. 19. 20. 26 † 3. 28. mittit diſcipulos ad Chriſtum, Mat. 11. 2. capite truncatur, Mat. 14. 8. dicitur Elias, Mal. 4. 5. Mat. 11. 14 † 17. 10. Luc. 1. 17.

Joannes, filius Zebedæi, vocatur, Mat. 4. 22. unicè à Chriſto diligitur, Joan. 13. 23 † 19. 26 † 20. 2 † 21. 7. 20. ſcribit quæ vidit, Joan. 19. 35 † 21. 24. 1. Joan. 1. 1.

Joas filius Ochoziæ ſolus evadit, dum ſenatus regius occiditur, 4. Reg. 11. 2. coronatur rex in Juda, 11. 12. occidit Zachariam filium Joiadæ, 2. Par. 24. 21. Mat. 23. 35. occiditur à ſuis miniſtris, 2. Par. 24. 25. 4. Reg. 12. 20. poſt ipſum filius ejus Amaſias rex conſtitutus eſt, 1. Par. 3. 12. 2. Par. 24. 27.

Joas filius Joachaz rex Iſrael, 4. Regum 13. 9. pugnat contra Amaſiam, ſubvertit mœnia Jeruſalem, deſtruit templum, & moritur, 4. Reg. 14. 13. 16.

Joiada Sacerdos juſſit occidi Athaliam reginam, 4. Reg. 11. 15. 2. Par. 24. 14. moritur, 24. 15.

Jonas prophetat, 4. Reg. 14. 25. præcipitatur in mare, Jonæ 1. 15. de-

Digitized by Google

glutit eum piscis à Domino præparatus, 2. 1. in cujus ventre erat tribus diebus & tribus noctibus, ibid. Mat. 12. 40.

JONATHAS filius Saulis prosternit Philisthæos, 1. Reg. 13. 3 † 14. 1. 11. liberatur per populum à patre ob mel degustatum occidendus, 14. 45. ferit fœdus cum Davide, 18. 3 † 20. 8 † 23. 18. cæditur, 31. 7.

Jonathas filius Mathathiæ, præfectus militaris Judæorum, 1. Mach. 9. 31. fœdus init cum Demetrio, 10. 3. 15. capitur, 12. 48. occiditur cum suis filiis, 13. 23.

JORAM filius Josaphat, rex Juda, 3. Reg. 22. 51. occidit sex fratres suos, 2. Par. 21. 4. moritur, 4. Reg. 8. 24. 2. Paral. 21. 19.

Joram rex Israel, 4. Reg. 1. 17 † 3. 1. procedit contra Hazael regem Syriæ, 8. 28. accepto vulnere curatur in Jezrahel, 9. 15. moritur, 9. 24.

JOSAPHAT filius Asa, rex Juda, 3. Reg. 22. 41. mittit qui verum Dei cultum doceant in civitates Juda, 2. Paral. 17. 7. fœdere jungitur cum impio Achab, 18. 3. ideoque arguitur à propheta, 19. 2. jungit se Ochoziæ, 2. Paral. 20. 35. moritur, 21. 1. habuit successorem filium Joram, 1. Paral. 3. 11.

JOSEPH filius Jacob, Genes. 30. 23. videt somnium, 37. 5. 9. venditur à fratribus Ismaelitis, 37. 26. Ps. 104. 17. falsò accusatur, Genes. 39. 17. mittitur in carcerem, 39. 20 † 41. 14. constituitur dominus universæ Ægypti, 45. 40. datur ei filia Putipharis uxor, 41. 45. detegit se fratribus suis, 45. 1. moritur, 50. 24. ossa ejus transferuntur ex Ægypto, Exo. 13. 19. sepelitur in Sichem, Jos. 24. 32.

Joseph conjux B. Virginis Mariæ, Matth. 1. 16. fugit in Ægyptum, 2. 14.

JOSIAS filius Amon, rex Juda, 4. Reg. 21. 24 † 22 *. ejus nativitas prædicta est, 3. Reg. 13. 2. legit librum Legis, 4. Reg. 23. 2. celebrat Pascha, 23. 21. vulneratur à sagittariis, & moritur, 2. Paral. 35. 23. 24. 4. Reg. 23. 29. lugetur, 2. Par. 35. 24. ei succedit Joachaz, 4. Reg. 23. 30. 34.

JOSUE pugnat contra Amalech, Exod. 17. 9. 13. mittitur exploraturus terram Chanaan, Numer. 13. 2. eam populo commendat, 14. 6. constituitur loco Moysis dux populi, 27. 18. Deut. 3. 21 † 31. 3. 7. 14. Josue 1. 1. 6. mittit exploratores, 2. 1. transit Jordanem, 3. 16. erigit duodecim lapides in Galgal, 4. 3. 8. 20. angelus Domini apparet ei, Josue 5. 13. benedicit populo, 8. 33. ascendit Josue ad liberandos Gabaonitas, 10. 7. Sol & Luna steterunt ad imperium Josue, 10. 12. revertitur Josue in Galgal post liberatos Gabaonitas, 10. 43. percutit 31. reges, 12 *.

accipit suam portionem in divisione terræ, 19. 49. moritur, 24. 29. Judic. 2. 8. commendatur, Eccli. 46. 1.

IRACUNDIA, quantum mali pariat, Genes. 4. 5. Job 5. 2. Prov. 12. 16 † 14. 3 † 15. 18 † 17. 19 † 19. 19 † 27. 3 † 29. 22. Eccles. 7. 10. Eccli. 25. 22 † 28. 6. 14 † 30. 26. Mat. 5. 22. Lucæ 4. 28. Galat. 5. 20. Ephes. 4. 26. Coloss. 3. 8. Tit. 1. 7. Jac. 1. 19.

IRÆ alterius cedendum potiùs quàm repugnandum, Genes. 27. 41. Prov. 22. 24 † 29. 22. Eccli. 8. 19. Mat. 2. 13.

ISAIAS filius Amos, Isa. 1. 1. vocatur, & mittitur, 6. 8 † 49. 1.

ISMAEL filius Abrahæ ex Agar nascitur, Genes. 16. 15. moritur, 25. 17.

Ismael filius Nathaniæ occidit Godoliam, aliosque Judæos, Jerem. 41. 2, 6.

ISRAEL appellatur, qui ante Jacob dicebatur: quære Jacob.

Israel populus & hæreditas Domini, Exod. 3. 7 † 5. 1 † 6. 7 † 19. 5. Lev. 30. 26. Deuter. 4. 20 † 7. 6 † 9. 29 † 10. 15 † 14. 2 † 26. 18 † 32. 9. 1. Reg. 10. 1 † 12. 22. 2. Reg. 7. 23. 3. Reg. 8. 53. Isaiæ 19. 25 † 43. 1. Jer. 13. 11.

decem tribus Israel separant se à domo David, 3. Reg. 12. 3. 9. 16. secundùm verba Ahiæ prophetæ, 11. 29. transferuntur in Assyriam, 4. Regum 15. 29 † 17. 6. secundùm prophetiam, Deuter. 4. 26. multi ex Israel sequuntur Levitas in Jerusalem, 2. Par. 11. 13.

contra decem tribus: vide Samaria.

JUDÆORUM cærimoniæ erant umbra futurorum, Exod. 13. 9. 14. Num. 15. 38. Deuter. 16. 1. Ezech. 20. 10. 1. Cor. 10. 1. 2. Cor. 3. 13. Heb. 7. 17 † 8. 5 † 9. 1. 10. 23 † 10. 1.

Judæorum quædam certæ consuetudines, Gen. 32. 31. Judic. 11. 40. Ruth 4. 7. 2. Par. 35. 25.

JUDAS filius Jacob nascitur, Gen. 29. 35. nescius concumbit cum filii sui uxore Thamar, 38. 15. spondet pro fratre suo Benjamin, 43. 9. prædicitur sceptrum non auferendum de Juda, donec veniat Messias, 49. 10. Deut. 33. 7. Judic. 1. 2. 2. Reg. 7. 12. 2. Par. 6. 6.

contra Judam & Jerusalem: vide Jerusalem.

Judas Machabæus eligitur dux fratrum suorum, 1. Machab. 2. 66. pugnat strenuè, 3 *. † 4 *. † 5 *. † 7. 25. 2. Machab. 8. 1 † 10. 16 *. † 11. 6 † 12 *. † 13 *. † 14 *. † 15 *. cæditur, 1. Mach. 9. 17.

Judas Iscariotes eligitur in Apostolum, Matth. 10. 4. init pactum cum Pharisæis, Lucæ 22. 4. prodit Christum, Mat. 26. 20. 46. Marc. 14. 43. Joan. 18. 5. secundùm prophetiam, Psal. 40. 10 † 54. 14 † 108. 8. Joan. 6. 70 † 12. 4 † 13. 21 *. suspendit se, Mat. 27. 4. Act. 1. 18.

Judas Galilæus dispersus cum suis, Act. 5. 37.

Judas & Silas cum Paulo & Barnaba Antiochiam mittuntur, Actor. 15. 22. 27.

JUDICABUNT sancti de hoc mundo, Sap. 3. 8 † 5. 1. Mat. 19. 28. 1. Cor. 6. 2. Judæ 14.

JUDICIUM perversum, Eccli. 11. 9. Matth. 7. 1 † 12. 7. Luc. 6. 37 † 7. 33. Joan. 7. 24 † 9. 16. Actor. 28. 4. Rom. 2. 1 † 14. 4. 13. 1. Cor. 4. 5. 1. Tim. 5. 21. Jac. 4. 11.

Judicium Dei extremum, & quemadmodum Christus in fine mundi judicaturus sit, 1. Reg. 2. 10. &c. vide Dies novissimi.

Judicium debet præcedere deliberatio & cognitio causæ, Genes. 3. 11 † 11. 5 † 18. 21. Exod. 3. 8 † 23. 2. Deuter. 13. 6 † 17. 9 † 19. 18. Josue 7. 19 † 22. 13. Judic. 20. 3. 12. Prov. 18. 13. Eccli. 11. 7. Dan. 13. 51. 1. Mach. 7. 7.

Judicium hominum: vide Opinio.

JUDICUM officium, & auctoritas, Exod. 18. 13. 21 † 21 *. † 22 *. † 23 *. Lev. 19. 15 † 24. 11. 23. Deuter. 1. 13. 16 † 17 *. † 18. 15 † 25. 1 † 27. 19. Josue 7. 19. 1. Reg. 8. 1 † 12. 5. 2. Par. 19. 6. Eccli. 4. 50 † 10. 1 † 42. 12. Psalm. 81 *. Prov. 18. 5. 19 † 24. 23 † 28. 15. Isa. 5. 16 † 10. 1. Jer. 5. 26. Lucæ 18. 2 † 23. 1. 13. 23. Joan. 7. 24 † 8. 15. Jac. 2. 4.

Judices Israel rexerunt circa 350. annos, Act. 13. 20.

Judex universi mundi est Deus: vide Deus.

JUDITH vidua Bethuliæ dives & honesta, Judith 8. 1 *. præcidit Holoferni caput, 13. 10. moritur, 16. 28.

JURARE quatenus liceat, vel non liceat, & quàm variis modis contingat, Genes. 14. 22 † 21. 24 † 22. 16 † 24. 3 † 25. 33 † 26. 3. 31 † 31. 53 † 42. 15 † 47. 31 † 50. 5. Exo. 13. 19 † 20. 7 † 22. 11 † 23. 13. Levit. 5. 4 † 19. 12. Num. 14. 21 † 30 *. Deut. 6. 13 † 7. 8 † 10. 20. Josue 2. 12 † 6. 22 † 9. 15 † 23. 7. Judic. 21. 1. 7. 18. 1. Reg. 14. 24 † 19. 6 † 24. 23 † 25. 34 † 28. 10 † 30. 15. 2. Reg. 3. 35 † 19. 7 † 21. 2. 17. 3. Reg. 1. 13. 29 † 2. 8 † 8. 31 † 19. 2. 2. Par. 6. 22 † 15. 14 † 36. 13. 1. Esdr. 10. 5. 2. Esdr. 10. 29. Job 27. 1. Psalm. 14. 2 † 23. 4 † 62. 12 † 88. 4 † 94. 11 † 101. 9 † 109. 4. Isa. 14. 24 † 19. 18 † 45. 23 † 49. 18 † 54. 9 † 65. 15. Jerem. 4. 2 † 5. 2. 7 † 12. 16 † 22. 5 † 44. 26 † 51. 14. Osee 4. 15. Amos 6. 8 † 8. 7. Soph. 1. 5. Zachar. 8. 17. Judith 1. 12. Eccli. 23. 9. 17. Mat. 5. 33 † 23. 16. 18. 20. 21. 22. Hebr. 6. 13. 16. Apocal. 10. 6.

Jurandum non est temere, nec per cœlum, nec per terram, nec per aliquid quod in iis est, Mat. 5. 34. Jac. 5. 12.

JUSTI verè in hac vita, Lucæ 1. 6 † 15. 7. Joan. 8. 36 † 17. 17. 19. 1. Cor. 6. 11. Heb. 12. 23 *. 2. Pet. 2. 7. 1. Joan. 3. 1. 7. Apoc. 3. 4 † 14. 5. vide Peccatum.

JUSTITIÆ summa perfectio non habetur in hac vita, in qua sine peccato non vivimus, Gen. 6. 5 † 8. 21. Exod. 34. 7. Num. 14. 18. 3. Reg. 8. 46. 2. Paral. 6. 36. Job 4. 17 † 9. 1. 15. 20 † 25. 4. Psalm. 13. 1 † 50. 7 † 52. 1 † 129. 3 † 142. 2. Prov. 20. 9. Eccles. 7. 21. Isa. 64. 4. Jer. 2. 19. 20 † 30. 11. Mich. 7. 2. Nah. 1. 3. Sap. 12. 10. Mat. 6. 12. Lucæ 17. 3. 10. Rom. 3. 9. 23 † 7 *. Gal. 3. 22. Eph. 2. 3. 1. Joan. 1. 8. vide Peccatum.

Justitia nostra est per Christum, & primam justificationem, peccatorumque remissionem nulla præcedunt merita, Genes. 15. 6. Isai. 45. 25 † 53. 8. 13. Jerem. 23. 6 † 33. 16. Dan. 6. 22. Abac. 2. 4. Zach. 9. 11. Act. 10. 43 † 13. 39. Rom. 1. 17 † 3. 22. 24 † 5. 1. 18 † 10. 4. 10. 1. Cor. 1. 30. Gal. 2. 16 † 3. 11 † 5. 5. Philip. 3. 9. Tit. 3. 7. 1. Pet. 3. 18.

JUSTIFICATIO qua quis ex justo fit justior, ascribitur bonis operibus, Eccles. 18. 22. Rom. 2. 13. Jac. 2. 21. 24. Apoc. 22. 11.

Justificatio impii non solùm Fidei ascribitur, sed etiam aliis virtutibus, ut Spei, Rom. 8. 23. Charitati, Exod. 20. 6. Prov. 10. 12. Lucæ 7. 47. 1. Cor. 13. 4. Gal. 5. 6. 1. Pet. 4. 8. 1. Joan. 4. 7. 8. 9. Timori, Eccli. 1. 27. 28. Pœnitentiæ operibus, Sap. 11. 24. Ezec. 18. 21. 22. Mat. 3. 2. 8. Luc. 7. ubi ponitur exemplum Magdalenæ, 15. exemplum filii prodigi, 18. exemplum Publicani.

## L.

LABAN hospitio excipit famulum Abrahæ, Gen. 24. 32. mercede conducit Jacob, 29. 14. 20. persequitur Jacob, 31. 22.

LABOR & dolor communis omnibus hominibus, Genes. 3. 17. Exod. 20. 9 † 34. 21. Deut. 5. 13. Tob. 2. 19. Psalm. 127. 2. Prov. 6. 6 † 10. 4 † 14. 4 † 20. 4. Eccles. 5. 11. Eccli. 29. 19. Joan. 21. 3. Act. 18. 3 † 20. 34. 1. Cor. 4. 12. Ephes. 4. 28. 1.

Digitized by Google

Theſſal. 2. 9 † 4. 1. 2. Theſſal. 3. 8. 12.

Labor non ditat ſine Dei benedictione, Geneſ. 3. 17 † 26. 3. 12 † 30. 27. Deuter. 8. 18. Job 42. 12. Prov. 10. 22. Eccli. 11. 6.

Laboranti merces debetur, Levit. 19. 13. Deut. 24. 15 † 25. 4. Tob. 4. 15. Eccli. 7. 22 † 34. 25. 26. Jer. 22. 13. Mal. 3. 5. Mat. 10. 10. Luc. 10. 7. 1. Cor. 9. 9. 14. 1. Tim. 5. 18. Jac. 5. 4.

Laboris manuum & agriculturæ laus & utilitas, Prov. 12. 11 † 13. 4 † 14. 23 † 24. 27 † 28. 19.

LACHIS traditur in manus Iſraelis, Joſue 10. 32. exſtruitur, 2. Para. 11. 9.

LAICI ne ſe ſacris præter officium miſceant, Levit. 10. 1*. Num. 1. 51 † 3. 10. nec vaſa ſacrata temere contingant, Num. 1. 51 † 4. 15. 19. 20 † 18. 7. 2. Reg. 6. 6. 2. Paral. 26. 18.

LAIS oppugnatur à Danitis, expugnatur, ædificatur, & appellatur Dan, Judic. 18. 27. appellatur Leſen, Joſ. 19. 47.

LAUDANDUS Deus ante & poſt ſumptum cibum, Deuter. 8. 10. vide Gratia.

Laudare Deum pro merito non poſſumus, Pſ. 95. 4 † 105. 2 † 118. 164 † 144. 3. Eccli. 43. 2. 32.

LAUDES Deo canendæ, Pſal. 46. 2 † 146. 7 † 149. 1. Iſa. 12. 4. Eph. 5. 19. Col. 3. 16. Heb. 13. 15. Jac. 5. 13.

LAZARUS jacet ante oſtium divitis epulonis, Luc. 16. 20.

Lazarus ſuſcitatur à morte, Joan. 11. 43. perſecutionem ſuſtinet à Judæis, 12. 10.

LEBBÆUS, cognomine Thaddæus, diſcipulus Chriſti, Mat. 10. 3. appellatur Judas filius Jacobi, Luc. 6. 16.

LEPRA quomodo cognoſcatur, Lev. 13*. 14*.

Lepram mittit Deus propter peccatum, Exod. 4. 4. Numer. 12. 8. 4. Reg. 5. 1. 27 † 15. 5. 2. Par. 26. 18. 19. 21.

Lepra mundatur, Exo. 4. 7. Num. 12. 15. 4. Reg. 5. 14. Mat. 8. 2. Luc. 17. 14.

LEPROSORUM ſegregatio, Lev. 13. 49. Numer. 5. 2. 4. Regum 15. 5.

LEVI naſcitur, Geneſ. 29. 34.

occidit cum fratre ſuo Simeone Sichemitas, 34. 25. punitio iſtius facti, 49. 5.

LEVITARUM habitatio, jus, & debita vitæ ſuſtentatio, Lev. 10. 12 † 25. 32. Num. 18. 21. 24 † 35. 2. 7. Deut. 10. 8 † 12. 12. 19 † 14. 27 † 18. 1 † 26. 11. Joſue 13. 14. 33 † 18. 7 † 21*. 2. Eſd. 10. 33. 37 † 13. 10. Ezech. 48. 13. Eccli. 7. 32.

Levitarum miniſterium & officium, Numer. 1. 49 † 3*. † 4. 1 † 8*. † 18. 2. 23. Deut. 10. 8. Joſue 4. 6. 1. Paral. 6. 31*. † 9. 14*. 2. Paral. 19. 8. Ezec. 44. 11.

Levitas aſſumit ſibi in miniſterium Deus pro primogenitis Iſraelis, Num. 3. 12. 40*. † 8. 16.

Levitæ puniunt peccatum erecti vituli, Exod. 32. 26.

Levitæ expelluntur ex Iſrael, 2. Paral. 11. 14.

LEX prima, & præceptum datur, Geneſ. 2. 16. violatur, 3. 4. 6.

Lex decem mandatorum datur Moyſi, Exod. 20*. Deut. 5*.

Legis tabulæ dantur, Exod. 31. 18. Deuter. 5. 22. franguntur, Exo. 32. 19. Deut. 9. 17. dantur aliæ tabulæ, Exod. 34. 27. Deut. 10. 1.

Legis natura, officium, & operatio, Rom. 3. 20 † 4. 15 † 5. 20 † 7. 1. 7. Gal. 3. 19. 1. Tim. 1. 8. Heb. 7. 18. 27.

Legem Dei ſine ſpiritu ejus non poſſumus implere, Deut. 5. 29. Pſalm. 118. 24. Lucæ 18. 22. Actor. 15. 10. Rom. 8. 2.

punitio, vel merces eorum, qui Legem Dei prævaricantur, vel obſervant: vide Obedientia, & Inobedientia.

Legis cærimoniæ abrogantur per Chriſtum, Mat. 11. 13. Marc. 15. 38. Actor. 13. 38 † 15. 11. Rom. 6. 14 † 7. 4 † 8. 3. Gal. 3. 13 † 4. 5. Epheſ. 2. 13. Col. 2. 14. 1. Pet. 1. 11. 18.

Lex legitur, Deut. 1. 5 † 31. 9. 11. Joſue 8. 33. 4. Reg. 23. 2. 2. Eſdr. 8. 8 † 9. 3. 3. Eſdr. 9. 39. 2. Mach. 8. 19. 23.

Lex nova Chriſtianorum conſiſtit potiſſimùm in charitate, Mat. 5. 44 † 7. 12 † 22. 36. Joan. 13. 34. Rom. 13. 10. Gal. 5. 14 † 6. 2. 1. Tim. 1. 5.

LIA nubit Jacob patriarchæ, Geneſ. 29. 21. gignit ei multos liberos, 29. 31.

LIBER vitæ, Exo. 32. 32. Pſal. 68. 29. Philip. 4. 3. Apoc. 3. 5 † 20. 21 † 21. 27.

LIBERUM arbitrium etiam poſt lapſum in homine manſit, Gen. 4. 7. Deut. 30. 19. Joſue 24. 15. Pſal. 26. 4. Sap. 9. 10. Eccli. 15. 18 † 31. 10. 1. Cor. 3. 9 † 7. 37.

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei, 1. Reg. 7. 3. 2. Par. 12. 14. Pſalm. 9. 17 † 72. 13. Proverb. 16. 1. 5. 9. Eccli. 2. 20. Iſa. 1. 16. 17. 18 † 40. 3 † 46. 8 † 55. 6. 7. Jerem. 3. 1. 12. 22 † 4. 3. 4. 14 † 7. 3 † 18. 8. 11 † 25. 5 † 26. 13 † 32. 15. Ezec. 18. 21. 22. 27. 28. 30. 31 † 33. 14. 15. 16. 19. Zach. 1. 3. Mal. 3. 7. Mat. 3. 2. 3 † 11. 33 † 12. 28. Marc. 1. 3. Lucæ 3. 4. Joan. 1. 23 † 7. 37. Act. 3. 19. † 8. 22 † 9. 6. Rom. 10*. † 13. 3. 1. Cor. 3. 9 † 15. 10. 2. Cor. 7. 1. Epheſ. 5. 14. Philip. 2. 12. 13 † 4. 13. Col. 1. 29 † 3. 9. 10. 1. Tim. 4. 16. 2. Tim. 2. 21. Hebr. 4. 16 † 12. 12. 13. Jacob. 4. 8. 1. Pet. 1. 22. 1. Joan. 3. 3. Apocal. 3. 20.

LIBERTAS Evangelica, Joan. 8. 32. Rom. 6. 18 † 8. 2. 21. Galat. 5. 13. 1. Pet. 1. 18 † 2. 16*. 2. Pet. 2. 19.

Libertas prava, & improbanda, Job 11. 12. Jer. 34. 15. Oſee 7. 16. 2. Pet. 2. 18.

A LINGUA mala cavendum, Levit. 19. 16. Job 5. 21. Pſalm. 51. 4 † 139. 4. 12 † 140. 3. Proverb. 4. 24 † 10. 18 † 11. 9 † 12. 13. 19 † 15. 2 † 16. 27. 28 † 17. 20 † 18*. † 20. 19 † 21. 23 † 26. 20 † 30. 11. Eccleſ. 5. 2. Sap. 1. 11. Eccli. 5. 16 † 25. 12 † 28*. 1. Corinth. 15. 33. 1. Pet. 2. 1. Jacobi 1. 19 † 3. 5. 8 † 14. 11. vide Detractio.

Lingua diſcretè moderanda, Prov. 10. 19 † 12. 14 † 13. 2. 3 † 17. 27 † 18. 21 † 21. 23. Eccli. 14. 1 † 20. 5 † 22. 33 † 23. 17. Mat. 12. 36. Luc. 6. 45. Jac. 1. 19 † 3. 2. 1. Pet. 3. 10. vide Loquenda.

LOBNA occupatur, Joſue 10. 29. deficit à Juda, 4. Reg. 8. 22. oppugnatur ab Aſſyriis, 19. 8.

LONGANIMITAS, vide Patientia.

LOQUENDA ſunt vera, honeſta, & quæ audientibus prodeſſe queant, Exod. 22. 28. Pſalm. 14*. Prov. 13. 2 † 24. 26 † 25. 11 † 29. 20. Eccleſ. 5. 2. Eccli. 7. 37. Mat. 5. 37 † 12. 36. Epheſ. 4. 29 † 5. 3. Col. 3. 8. 1. Pet. 3. 10.

Loquendi tempus & opportunitas, Proverb. 15. 23 † 25. 11. Eccleſ. 8. 5. Eccli. 11. 8 † 20. 6 † 32. 9 † 33. 4. quomodo loquendum, Job 6. 29. Proverb. 15. 4 † 16. 20. 22 † 29. 11. Eccli. 4. 34 † 5. 16 † 6. 5. Coloſſ. 4. 6.

LOTH liberatur ab incendio Sodomorum, Geneſ. 19. 15. 17. 2. Pet. 2. 7. uxor ejus mutatur in ſtatuam ſalis, Geneſ. 19. 26. Sap. 10. 7. Lucæ 17. 32. concumbit cum duabus filiabus ſuis, Gen. 19. 31. 35.

LOTIO pedum, Gen. 18. 4 † 19. 2 † 24. 32 † 43. 24. Joan. 13. 4. 14. 1. Tim. 5. 10.

LUCAS medicus, Col. 4. 14. manet cum Paulo, 2. ad Timotheum, 4. 11.

LUCIFER cecidit è cœlo, Iſa. 14. 12.

LUX eſt Chriſtus, Iſaiæ 9. 2 † 42. 6 † 49. 6. 60 † 1. 19. Joan. 1. 5 † 8. 12 † 9. 5 † 12. 35. 46. 1. Joan. 1. 5 † 2. 8.

Lux ſunt Chriſtiani, Prov. 4. 18. Iſa. 62. 1. Mat. 5. 15. Roman. 2. 19. Philip. 2. 15.

LYDIA purpuraria credit in Chriſtum, Act. 16. 14.

LYSIAS dux exercitus Antiochi, 1. Mach. 3. 32. pactum init cum Judæis, 6. 58. capitur, & juſſu Demetrii occiditur, 7. 2.

M.

MAACHA filia Tholmai regis in Geſſur, mater Abſalonis, 2. Reg. 3. 3.

Maacha filia Abeſſalom, mater Abiam regis Juda, 3. Reg. 15. 2.

appellatur Michaia, 2. Paral. 13. 2.

MACEDONIA mittit eleemoſynas pauperibus Jeroſolymitanis, Rom. 15. 26. 2. Cor. 8. 1.

Paulus vocatur in Macedoniam, Actor. 16. 9.

MADIAN filius Abraham, Geneſ. 25. 2. Deus præcipit ut cædantur Madianitæ, Num. 25. 16. Madianitæ cæduntur cum ſuo rege, 31. 7.

opprimunt Iſraelem, Judic. 6. 1. irruit in eos Gedeon, 7*.

MAGDALENA, vide Maria.

MAGI Pharaonis virgas ſuas vertunt in colubros, Exod. 7. 12.

Magi primitiæ Gentium Chriſtum adorant, Mat. 2. 11.

MAGIA, vide Incantationes.

MALALEEL naſcitur, Geneſ. 5. 12.

MALCHO præcidit Petrus auriculam, Joan. 18. 10.

MALEDICTIO & benedictio, Geneſ. 3. 14. 17 † 8. 21 † 9. 25 † 24. 41 † 27. 28 † 48. 15. 20 † 49. 7. Numer. 5. 21. Deuter. 11. 26 † 27. 15. Joſ. 8. 34. Judic. 9. 20. 1. Reg. 17. 43. 2. Reg. 2. 5 † 16. 7. 4. Reg. 2. 24. 2. Eſdr. 5. 13. Prov. 26. 2. Jer. 29. 22 † 49. 13. Zach. 8. 13.

MALEFICIA, vide Incantationes.

MALUM dicens bonum punietur, Iſa. 5. 20. Malach. 2. 17. Prov. 24. 24.

Malum declinandum, & bonum faciendum, Prov. 3. 7. Iſa. 1. 16. Eze. 18. 21.

Malorum conſortium vitandum, Pſalm. 1*. † 25. 4. Prov. 1. 10 † 14. 7 † 24. 21 † 29. 24. Eccli. 8. 18 † 13*. 2. Cor. 6. 14. 2. Joan. 10. Apoc. 18. 4.

Malum non eſt reddendum pro malo, Prov. 20. 22 † 24. 29. Rom. 12. 14. 17. 1. Cor. 4. 12. 1. Theſſ. 5. 15. 1. Pet. 3. 9.

Malum pœnæ eſt à Deo, Deuter. 32. 23. 3. Reg. 9. 9 † 21. 29. Iſaiæ 45. 7. Jere. 11. 11 † 32. 42. Baruch



Digitized by Google

2. 2. Amos 3. 6. Jon. 3. 10. Mich. 1. 12 † 2. 3.

Malum culpæ summè aversatur Deus, tantum abest ut eum auctorem habeat, Exod. 23. 7. 2. Paral. 19. 7. Judith 5. 21. Job 34. 10. Psal. 5. 5. 7 † 44. 8. Prov. 15. 8. 9. Sap. 4. 9. Eccli. 15. 21. Osee 13. 9. Rom. 9. 14. 2. Cor. 6. 15. Jac. 1. 13.

Malos rectores & præpositos permittit Deus ob peccata populi, 3. Reg. 12. 24. Job 34. 30. Isaiæ 29. 10. Ezechiel. 14. 9. Osee 13. 11. 2. Thess. 2. 11.

jubetque obedientiam illis præstare, Mat. 23. 3.

Malorum etiam ministrorum opera utitur Deus, Mat. 7. 22. Marc. 9. 38. Luc. 9. 49.

MANAHEM rex Israel, 4. Reg. 15. 14.

MANASSES primogenitus Joseph nascitur, Genes. 41. 51 † 48. 14.

Manasses impius, filius pii Ezechiæ, rex Juda, 4. Reg. 21. 1. 6. 2. Paral. 32. 33 † 33. 1. Jerem. 15. 4. ducitur vinctus in Babylonem, & per pœnitentiam convertitur ad Dominum, & exauditus recuperat regnum, 2. Par. 33. 11. 13. relinquit post se Amon, 4. Reg. 21. 18. Mat. 1. 10. appellatur Her, Lucæ 3. 28.

MANENDUM est nobis in Christo, Jos. 15. 4. Rom. 8. 1. 1. Cor. 4. 15 † 12. 13. Col. 2. 6. 1. Joan. 2. 6. 28 † 3. 24 † 4. 13.

MANNA, Exod. 16*. Num. 11. 7. Deut. 8. 3. Jos. 5. 12. Psal. 77. 24. Sap. 16. 20. Joan. 6. 31.

MANSUETUDO, Josue 7*. 19. 1. Reg. 25*. 2. Reg. 16. 10. Prov. 15. 1. Eccli. 1. 29. Matt. 5. 4 † 11. 29. Galat. 5. 23 † 6. 1. Ephes. 4. 2. Coloss. 3. 12. 2. Tim. 2. 25. Tit. 3. 2.

MARDOCHÆUS defensor & tutor Esther, captivus abductus in Babylonem, Esther 2. 5. 7. à rege summo honore affectus, 6. 10. revertitur de captivitate in Jerusalem, 1. Esdr. 2. 2. 2. Esdr. 7. 7.

MARE creatur, Gen. 1. 9. concluditur suis terminis, 1. 9. Job 26. 10 † 28. 26. Prov. 8. 29. Jerem. 5. 21. cedit filiis Israel, Exod. 14. 21. sedatur verbis Christi, Mat. 8. 26.

MARIA soror Aaron laudat Dominum, Exo. 15. 21. fit leprosa, Numer. 12*. Deut. 24. 9. moritur, Numer. 20. 1.

Maria virgo prænuntiata, Gen. 3. 15. Num. 24. 17. Psalm. 18. 6 † 44. 10 † 45. 5 † 84. 2 † 86. 3 † 131. 8. Proverb. 31. 10. 29 † 9. 1. Cantic. 1*. 2*. 3*. 4*. 5*. 6*. Eccli. 24*. Isa. 7. 14 † 11. 1 † 19. 1 † 45. 8. Jer. 31. 22.

Maria vocatur, & est mater Domini, Luc. 1. 43. mater Jesu, Mat. 2. 13. Joan. 19. 25.

Mariæ perpetua virginitas significatur, Exo. 3. 2. Judic. 6. 37. 38. 39. 40. Psalm. 18. 6. Cant. 2. 2 † 4. 7 † 6. 9. Isa. 7. 14 † 11. 1 † 35. 1. 2 † 66. 7. Ezech. 44. 2. Dan. 2. 34. Mat. 1. 20. Lucæ 1. 35.

Maria virgo multis dotata virtutibus, fide dives, Prov. 31. 18. Lucæ 1. 38. 45. Joan. 2. 5. spe plena, Eccli. 24. 24. Joan. 2. 5. charitate perfecta, Eccli. 24. 24. Luc. 1. 56 † 2. 7. Joan. 2. 3 † 19. 25. casta, vide sup. Mariæ perpetua virginitas: castitatem vovit perpetuam, Luc. 1. 35. humilis, Luc. 1. 38. 48. misericors, Joan. 2. 3. prudens, Luc. 2. 19. modesta, Luc. 2. 48. pia, Luc. 1. 46. 47. benigna, Luc. 1. 40. fortis, Prov. 31. 10*. Joan. 19. 25. sapiens, Prov. 31. 26. Joan. 2. 5. pauper, Mat. 2. 11. Luc. 2. 7. 24. patiens, Mat. 2. 13. Luc. 2. 35. virtute præcellens omnes, Prov. 31. 29. Eccli. 24. 25. Luc. 1. 28. 48.

Maria salutatur ab angelo, Luc. 1. 28. visitat Elisabeth, & laudat Deum, Luc. 1. 39. 46. proficiscitur cum Joseph in Bethlehem, Luc. 2. 4. in Ægyptum, Mat. 2. 14. revertitur inde in terram Israel, Matth. 2. 21. invenit Christum in templo, Luc. 2. 46. assistit cruci, & Apostolo Joanni commendatur, Joan. 19. 25. manet cum Apostolis, Act. 1. 14.

Maria Magdalena deflet sua peccata, Luc. 7. 38. obtinet peccatorum remissionem, Luc. 7. 48. liberata septem dæmoniis adhæret & ministrat Christo, Lucæ 8. 2. 3. ungit Dominum, Mat. 26. 6. Marc. 14. 3. Joan. 11. 2 † 12. 3. adest Christo in cruce morienti, Joan. 19. 25. stat ad monumentum plorans, Joan. 20. 11.

Christus ei apparet post resurrectionem, Marc. 16. 9. Joan. 20. 14.

nunciat resurrectionem discipulis, Joan. 20. 18.

MARITI officium & auctoritas in uxorem, Genes. 3. 16. Num. 5. 12. 18 † 30. 7. 13. Deut. 22. 5. 13 † 24. 1. Proverb. 5. 18 † 18. 22 † 31. 10. Eccles. 9. 9. Eccli. 7. 28 † 9. 1 † 25. 2. 27 † 26. 1. Malach. 2. 14. 16. 1. Cor. 7*. † 11. 2. 10. Ephes. 5. 22. Col. 3. 18. Tit. 2. 4. 1. Tim. 2. 11. 1. Pet. 3. 1.

MARTHA hospitio excipit Dominum, Luc. 10. 38. ostendit suam fidem, Joan. 11. 27.

MATHAN sacerdos Baal occiditur, 4. Reg. 11. 18. 2. Paralip. 23. 17.

MATHIAS eligitur in Apostolum, Act. 1. 26.

MATHUSALEM filius Henoch nascitur, Gen. 5. 21. vivit 969. annis, & moritur, Genes. 5. 27.

MATRIMONIUM, Genes. 1. 27. 28 † 2. 21. 22. 23. 24 † 3. 6. 12. 17 † 4. 1. 17 † 9. 1 † 19. 26 † 24. 3 † 29. 21. Exod. 2. 1 † 20. 17. Levit. 18*. † 20. 10. Deut. 5. 21 † 7. 3 † 22. 23 † 24. 1. Josue 23. 12. Judic. 3. 6 † 14. 2. 7. 15. 1. Esdræ 9. 2. 2. Esdræ 13. 23. Esther 2. 17. Tob. 4. 13 † 6. 17 † 7. 15. 16 † 8. 9. Prov. 18. 22 † 19. 14. Eccli. 25. 2. Jerem. 3. 1. Mat. 5. 32 † 19. 3. 7 † 22. 24. 30. Marc. 6. 18 † 10. 2. 6. 7. 8. 9 † 12. 20*. Luc. 2. 5 † 3. 19 † 16. 18 † 20. 34. Joan. 2. 1. 2. Rom. 7. 2. 3. 1. Cor. 7*. Eph. 5. 31. 32. 1. Tim. 3. 2 † 5. 9. Hebr. 13. 4. 1. Pet. 3. 1.

Matrimonium indissolubile, Genes. 2. 24. Mat. 5. 32 † 19. 7. Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. 10.

Matrimonium spirituale: quære Connubium.

Matrimonium cujus rei sacramentum, Ephes. 5. 32. confert gratiam & sanctificationem, 1. Thessalon. 4. 4.

MATTHÆUS publicanus vocatur, Mat. 9. 9 † 10. 3. appellatur Levi filius Alphæi, Marc. 2. 14. Lucæ 5. 27.

MATTHANIA patruus Joachim constituitur rex Juda, 4. Regum 24. 17. appellatur Zedechias, 1. Par. 3. 15.

MATTHATHIAS Sacerdos ostendit studium pro tuenda religione, 1. Mach. 2. 24. pugnat strenuè, 2. 41. monet filios suos ad observationem legis Dei, 2. 49. 64.

MEDI occupant regnum Babyloniæ, Dan. 5. 31.

MELCHISEDECH sacerdos, & rex Salem, Gen. 14. 18. Psal. 109. 4. Hebr. 7. 1.

MENDACIUM, Genes. 3. 4 † 37. 19 † 39. 17. Lev. 19. 11. 2. Reg. 1. 2. 7. 4. Reg. 5. 25. Proverb. 6. 19 † 12. 22. Sap. 1. 11. Eccli. 7. 13 † 20. 26. 28 † 25. 4. Osee 4. 2. Joan. 8. 44. Act. 5. 4. 8. Eph. 4. 25. Col. 3. 9. vide Testimonium.

MENELAUS proditor patriæ usurpat sibi summum Sacerdotium, 2. Mac. 4. 24. extremo supplicio afficitur, 2. Mach. 13. 4. 5. 6.

MENSURA qua mensi fuerimus remetietur nobis, Exod. 21. 23. Judic. 1. 7. 1. Reg. 15. 33. 2. Reg. 22. 25. Psalm. 17. 21. Proverb. 22. 23. Isa. 33. 1 † 65. 6 † 66. 4. Jerem. 50. 15. 29 † 51. 49. Ezech. 16. 59. Joel 3. 7. Mat. 7. 2. Marc. 4. 24. Luc. 6. 38.

Mensuræ & pondera debent esse justa, Levit. 18. 35. Deut. 25. 13. Ezec. 45. 10. Mich. 6. 11. Amos 8. 5. Proverb. 16. 11 † 20. 10.

MERARI filius Levi, Numer. 3. 17.

Meraritarum officium, 3. 33 † 4. 42.

MERCES debetur operibus, Gen. 4. 7 † 15. 1. Psalm. 118. 112. Prov. 11. 18. Sap. 5. 16 † 10. 17. Eccli. 2. 8 † 11. 24 † 18. 22 † 36. 18 † 51. 30. 38. Isa. 3. 10. Jer. 31. 16. Mat. 5. 12 † 6. 1 † 10. 32. 41. 42 † 20. 8. Marc. 9. 41. Lucæ 6. 35 † 10. 7. Joan. 4. 36. Rom. 4. 4. 1. Cor. 3. 8. 1. Tim. 5. 18. Apoc. 22. 12.

MERITA operum, Eccli. 18. 31 † 16. 15 † 38. 18. vide Opera.

MEROB filia Saulis, 1. Reg. 14. 49. promittitur Davidi in uxorem, 18. 17.

MESSIAS, id est Christus, & verus unctus est Dominus noster Jesus, Joan. 1. 41 † 4. 25 † 7. 41 † 11. 27. Mat. 26. 64. Marc. 14. 62. Luc. 22. 67. Act. 17. 3 † 18. 28 † 19. 4. 1. Joa. 5. 1.

MICHA parat ephod idolo matris suæ, Judic. 17. 5. conducit Levitam, 17. 7. 10. idolum & ephod auferuntur, similiter & Sacerdos abducitur, 18. 13. 18. 20.

Micha, filius Miphiboseth, 2. Reg. 9. 12.

MICHÆAS prophetat contrarium pseudoprophetis, 3. Reg. 22. 13. 15. 23. 2. Par. 18. 14.

MICHAEL pugnat cum diabolo, Dan. 10. 13. Judæ 9. Apoc. 12. 7.

MICHOL, sive Michal, filia Saulis, datur Davidi in uxorem, 1. Reg. 18. 27. juxta promissionem regis, 17. 25. conservat Davidi vitam, demittens eum per fenestram, 19. 12. subducitur ei, & datur Phalti, sive Phaltiel, 25. 44. redditur ei, 2. Reg. 3. 14. 15. deridet ipsum saltantem coram Domino, 6. 16.

MILITARE, vide Bellum.

MINISTRORUM etiam malorum opera dignatur uti Dei bonitas, Matth. 7. 22. Marc. 9. 38. Lucæ 9. 49. quos & jubet audiri, Matth. 23. 3.

MIPHIBOSETH filius Jonathæ, 2. Reg. 4. 4. invenit gratiam coram Davide, 9. 7*. parcit ei David, 21. 7. appellatur Meribbaal, 1. Paral. 9. 40.

Miphiboseth filius Saulis suspenditur, 2. Reg. 21. 8.

MIRACULA operatur Deus per sanctos & eorum reliquias: vide Sancti, & Reliquiæ.

MISERICORDIA, vide Bonitas Dei: item Charitas.

Misericordiæ opera proximo exhibenda, 1. Reg. 15. 6. 2. Paral. 28. 9. 15. Psalm. 111. 5. 9. Prov. 14. 21. 31 † 19. 17 † 25. 21. Eccli. 4. 2. 29 †

Digitized by Google

55. 18. Isa. 58. 7. Osee 6. 11. Mic. 6. 8. Zac. 7. 9. Mat. 5. 7 † 9. 13 † 10. 41 † 18. 33 † 25. 41. Marc. 9. 40. Lucæ 6. 35 † 11. 33. Rom. 12. 13. Gal. 6. 12. Col. 3. 12. 1. Tim. 5. 10. quære Eleemosyna.

MISSÆ sacrificium olim prædictum & prænuntiatum, Lev. 26. 9. 10. 11. 12. Psalm. 22. 5 † 109. 4. Isa. 2. 2. 3 † 19. 19. 20 † 56. 7 † 61. 6 † 66. 19. 20. 21. Jerem. 31. 31 † 33. 16. 17. 18. Dan. 12. 11. Amos 9. 11. Malac. 1. 10. 11.

Missæ sacrificium per varias figuras veteris Testamenti significatum, Gen. 14. 18 † 16. 6 † 22. 13. Exod. 12. 5. 24 † 25. 30 † 29. 2. 15. Lev. 2. 1. 13 † 3. 12 † 4. 23 † 5. 7. 11 † 6. 15 † 9. 8 † 14. 4 † 16. 3 † 19. 21. Num. 15. 24 † 18. 17. 1. Reg. 21. 4. 3. Reg. 19. 6. 4. Reg. 4. 41. Dan. 8. 12. appellaturque juge sacrificium, Daniel. 11. 31 † 12. 11. nec interibit offerens sacrificium, Jerem. 33. 18. 21.

Missæ sacrificium à Christo institutum, Lucæ 22. 19. & ab ejus discipulis usitatum, Act. 13. 2. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν.

Missæ sacrificii mentionem facit Paulus, 1. Cor. 10. 16 † 11. 23 *.

MOAB filius Loth & filiæ ejus natu majoris, Gen. 19. 37. contra Moabitas pugnare Israeli à Deo prohibetur, Deut. 2. 8. factus est Moab serviens Davidi sub tributo, 2. Reg. 8. 2. deficiunt Moabitæ ab Israel, 4. Reg. 1. 1 † 3. 5. irruunt latrunculi de Moab in terram Israel, 13. 20. non admittebantur in ecclesiam, Deut. 23. 3. 2. Esd. 13. 1. contra Moab prophetatur, Num. 21. 29 † 24. 17. Psalm. 59. 10 † 107. 10. Isai. 16 *. † 25. 10. Jerem. 48. 1. Ezec. 25. 8. Amos 2. 1. Soph. 2. 8.

MOLOCH idolum, Lev. 18. 21 † 20. 2. appellatur Melchom, 1. Paral. 20. 2. Jer. 49. 1. Amos 1. 15. Soph. 1. 5. de Moloch vide item 3. Reg. 11. 5. 7. 4. Reg. 23. 10.

MORBUS, vide Ægrotatio.

MORS est pœna peccati, Gen. 2. 17 † 3. 19. Rom. 5. 12. 17 † 6. 23. 1. Cor. 15. 21. Eph. 2. 2. Col. 2. 13. 1. Tim. 5. 6. Jacobi 1. 15.

Mors & certus dies mortis omni homini constitutus est, Deuter. 31. 14. Jos. 23. 14. 1. Reg. 26. 10. Job 14. 5. Psalm. 88. 49. Eccles. 3. 3 † 8. 8 † 9. 5. Eccli. 17. 3 † 41. 1. Joan. 7. 30 † 8. 20. Rom. 5. 12 † 6. 23. Heb. 9. 27.

Mortis hora incertissima, Eccles. 9. 12. Matth. 24. 43. Lucæ 12. 40. 1. Thess. 5. 2. 2. Thess. 2. 2. Jacobi 4. 13.

Mors corporis justis est quasi somnus quidam & dormitio, Deut. 31. 16. 2. Reg. 7. 12. 3. Reg. 2. 10 † 11. 21. 43 † 14. 20. Sap. 3. 3. Mat. 9. 24. Joan. 11. 11. Actor. 7. 60 † 13. 36. 1. Corinth. 11. 29. 1. Thess. 4. 13.

Mortem nostram sua morte devicit Christus, Isaiæ 25. 8. Osee 13. 14. Rom. 6. 9. 1. Cor. 15. 54. 2. Tim. 1. 10. Hebr. 2. 14. Apoc. 21. 4.

Mortem qui sibi intulerint, Judic. 9. 54 † 16. 29. 1. Reg. 31. 4. 2. Reg. 17. 23. 3. Reg. 16. 18. 2. Machab. 10. 13 † 14. 41. Mat. 27. 5. Act. 1. 18.

Mortuos lugere quatenus permittatur, aut prohibeatur, Levitic. 19. 28. Deut. 14. 1 † 34. 8. 2. Reg. 1. 11 † 3. 32 † 10. 2 † 12. 16 † 14. 2 † 19. 1 † 21. 10. 13. Eccli. 22. 10 † 38. 16. 1. Mach. 9. 20 † 12. 52 † 13. 26. Mat. 9. 3. Luc. 7. 13. Joan. 11. 33. Act. 8. 2 † 9. 39. 2. Thess. 4. 13.

Mortui ad vitam revocantur, 3. Reg. 17. 20. 4. Reg. 4. 33 † 13. 21. Mat. 9. 25 † 27. 52. Marc. 5. 41. Luc. 7. 13 † 8. 54. Joan. 11. 43. Act. 9. 40 † 20. 10.

Mortuorum sepultura : vide Sepeliendi mortui.

Mortuorum suffragia : vide Purgatorium.

MOYSES nascitur ex Levi, Exod. 2. 1 † 6. 20. Act. 7. 20. percutit Ægyptium, & fugit in Madian, Exod. 2. 12. 15. accipit Sephoram Madianiten uxorem, Exod. 2. 21.

mittitur ad Pharaonem in Ægyptum, 3. 10 *. † 5. 1 † 6. 12 † 7 *. † 8 *. † 9 *. † 10 *. revertitur cum uxore & liberis in Ægyptum, 4. 20. orat pro Pharaone, 8. 12. 30 † 9. 28. 33 † 10. 17.

orat pro populo, 14. 15 † 17. 4. 11 † 32. 11. 13. 31. Numer. 11. 2 † 14. 13. 17 † 21. 7. Deut. 9. 18. 26. accipit primò tabulas, Exod. 31. 18. has confringit videns populi idololatriam, Exod. 32. 19.

accipit iterum novas, 34. 28.

in faciem ejus intueri non poterat populus Israeliticus, 34. 30. 2. Cor. 3. 7.

mittit exploratores in terram Chanaan, Num. 13. 2. probat se à Deo esse missum, Num. 16. 28. 31. videt terram promissionis, & moritur, 20. 12 † 27. 12. Deut. 34. 1. 5. apparet in transfiguratione Christi, Mat. 17. 3. Lucæ 9. 30. commendatur, Eccli. 45. 1.

diabolus altercatur cum angelo Michaele de Moysi corpore, Judæ 9.

MUNDI corde, Psal. 23. 4 † 50. 12 † 72. 1. Mat. 5. 8. 1. Pet. 1. 22.

MUNDITIES interior & exterior commendatur, Mat. 23. 25. Luc. 11. 39. 2. Cor. 7. 1.

MURMURATORES quos imitentur, & quæ illis pœna metuenda, Exod. 14. 11 † 15. 24 † 16. 2. 7. 8 † 17. 2. Num. 11. 1 *. † 12. 1. 9. 10 † 14. 2. 27 *. † 16. 3 † 17. 13 † 20. 2 † 21. 5 *. Deut. 1. 27. Josue 9. 18. Judith 8. 10. Sap. 1. 11. Mat. 20. 12. Luc. 15. 2 † 19. 7. Joan. 6. 41 *. Actor. 6. 1. 1. Corinth. 10. 10. Judæ 16.

N.

NAAMAN militum præfectus apud regem Syriæ mundatur à lepra, 4. Reg. 5. 14. Luc. 4. 27.

NAAS rex Ammonitarum pugnat contra Jabes, 1. Reg. 11. 1. moritur, 2. Reg. 10. 1.

Naas pater Abigail, 2. Regum 17. 25.

NABAL vir iniquus, 1. Reg. 25. 25. 26.

NABOTH, quia regi Achab vineam negabat, lapidatur, 3. Reg. 21. 2. 13.

NABUCHODONOSOR potentissimus rex Babylonis, Jerem. 27. 6. invadit Ægyptum, 4. Reg. 24. 7. Jer. 46. 2. ascendit in Jerusalem, 4. Reg. 24. 1. 10 † 25. 1. Jerem. 39. 1. juxta prophetiam, Jerem. 25. 8 † 32. 28. erigit auream statuam, Dan. 3. 1. habitat septem annos inter feras, 4. 28. 30. ingens superbia ejus, amplitudo dominii, & crudelitas explicatur, Isa. 14. 2. 8.

NABUZARDAN dux militiæ regis Babylonis destruit domum Dei, muros Jerusalem, & populum, qui remanserat, transfert, cum omnibus vasis templi, in Babylonem, 4. Reg. 25. 8. Jerem. 39. 9. 11 † 52. 12.

NACHOR avus Abraham, Genes. 11. 23. 25.

NADAB & Abiu igne consumuntur, Lev. 10. 1 † 16. 1. Num. 3. 4 † 26. 61.

Nadab rex Israel, 3. Reg. 14. 20. cæditur, 15. 28.

NAHASSON filius Aminadab princeps & dux tribus Juda, Num. 1. 7 † 2. 3 † 7. 12.

NAHUM prædicat in Ninive, Nahum 1 *. † 2 *. † 3 *.

NATHAN filius Davidis, 2. Reg. 5. 14. filium habuit Mathatha, Lucæ 3. 31.

Nathan propheta mittitur ad regem David, 2. Reg. 7. 4 † 12. 1.

NATHANAEL dux tribus Issachar, Num. 1. 2.

Nathanael videtur à Christo, Joan. 1. 47.

Christus manifestat se ipsi Nathanael, 21. 8.

NECHAO rex Ægypti, 4. Reg. 23. 29. 2. Paral. 35. 20 † 36. 3.

NEGOTIATIO, vide Emere, & Vendere.

NEHEMIAS pincerna Artaxerxis, 2. Esdr. 1. 11. mittitur in Judæam ad ædificandum quæ erant destructa, 2. 9. appellatur Athersatha, 8. 9.

NEMROD potens erat & robustus venator, Genes. 10. 8.

NICANOR dux Lysiæ, 1. Mach. 3. 38. & etiam dux exercitus Demetrii, 7. 26. minatur se succensurum templum, 7. 34. cæditur, 7. 43. 2. Mach. 15. 28.

NICODEMUS occultus discipulus Christi, Joan. 3. 1 † 7. 50 † 19. 39.

NINIVE ædificatur ab Assur, Genes. 10. 11. pœnitentiam agit de peccatis suis, Jonæ 3. 5 *. desolatio & destructio Ninive, Nahum 1 *. † 2 *. † 3 *. Sophon. 2. 13. Tob. 14. 5.

stabit in judicio, & condemnabit obcæcatos Judæos, Mat. 12. 41.

NOE filius Lamech, Genes. 5. 30. præco divinæ justitiæ, 2. Pet. 2. 5.

ædificat arcam, Genes. 6 *. ingreditur arcam, 7. 1. 7. egreditur, 8. 15.

accipit signum fœderis, 9. 8. 14.

commendatur, Eccli. 44. 17.

NOEMI uxor Elimelech, Ruth 1. 2.

NOVUM Testamentum, Jere. 31. 31. Mat. 26. 28. Marc. 14. 24. Luc. 22. 20. 1. Cor. 11. 24. Heb. 8. 8 † 9. 15 † 10. 16 † 13. 20.

Novum cœlum, & nova terra post mundi innovationem, Isai. 65. 17 † 66. 22. 2. Pet. 3. 13. Apoc. 21. 1.

NUDI vestiendi, Isa. 58. 7. Ezec. 18. 7. Tob. 1. 17. Mat. 25. 26. 39. vide Misericordia.

O.

OBED filius Booz ex Ruth, Ruth 4. 17. Mat. 1. 5.

OBEDIENDUM Deo ejusque præceptis, & quæ obedientibus sit constituta merces, Gen. 12. 4 † 17. 9. 23 † 22 *. † 26. 5. Exod. 1. 17 † 15. 26 † 19. 5 † 20. 6 † 23. 22. 25. Lev. 20. 22 † 26. 3. 11. Deut. 4. 40 † 7 *. † 11 *. † 13. 4 † 17. 15 † 18. 15 † 24. 8 † 27. 10 † 28. 1. 12. Josue 22. 1. 1. Reg. 12. 14 † 15. 22. 4. Reg. 10. 30. 2. Par. 7. 17. Prov. 1. 8. 33 † 15. 31. Isa. 1. 19 † 48. 18 † 55. 2. Jerem. 7. 23 † 11. 4 † 17. 24 † 35 *. Dan. 3. 16. Eccli. 35. 7. 2. Mach. 7. 30. Mat. 4. 19 † 7. 24 † 8. 21 † 15. 3 † 17. 5 † 25. 3. Luc. 5. 4 † 10. 16. Joan. 2. 7. Act. 4. 19 † 5. 32. Rom. 16. 19. Philip. 2. 8. 12. 1. Thess. 4. 3 † 5. 18. 1. Pet. 1. 22. Jac. 1. 22.

OBEDIENTIA inferiorum erga superiores : vide Subditorum officium.

OBLATIO omnis debet esse sine vitio aut macula, Levit. 1. 3 † 3. 1 † 22. 19. Num. 28. 3. 31. Deut. 15. 21. Eccli. 35. 14. Ezec. 43. 23. Mal. 1. 8. 14.



Digitized by Google

Oblationes Deo gratæ cœlitus accenduntur, Genes. 4. 4† 8. 20† 15. 17. Lev. 9. 24. Judic. 6. 21† 13. 19. 3. Reg. 18. 38. 1. Par. 21. 26. 2. Par. 7. 1. 2. Mach. 1. 22† 2. 10.

Oblationes quotidianæ, Exod. 29. 38. Num. 28. 3. 1. Esd. 3. 2.

Oblationes propriorum filiorum, Levit. 18. 21† 20. 2. Deut. 12. 31† 18. 10. Judic. 11. 39. 4. Reg. 3. 27† 16. 3† 17. 17† 21. 6. 2. Paral. 28. 3. Psalm. 105. 37. Isai. 57. 5. Jer. 7. 31† 19. 5. Ezec. 16. 20. 36† 20. 31† 23. 37.

Oblationum convivia cum gaudio celebrabantur, Gen. 31. 46. Exo. 18. 12† 32. 6. Num. 25. 2. Deut. 12*. † 27. 7. 1. Reg. 1. 4† 9. 12*. † 16. 5. 2. Reg. 15. 12. 3. Reg. 1. 9† 3. 15. 1. Par. 29. 21.

Oblationes impiorum, Genes. 4. 3. 1. Reg. 15. 21. Psalm. 39. 7† 49. 7† 50. 18. Prov. 15. 8† 21. 27. Eccli. 35. 15. Isai. 1. 10† 43. 23† 61. 8† 66. 3. Jerem. 6. 20† 7. 20† 14. 12. Osee 5. 6† 8. 13† 9. 4. Amos 5. 22. Mich. 6. 7. Mal. 1. 7. 13. Mat. 9. 13† 22. 7. Marc. 12. 33. Hebr. 10. 5.

Occidere, vide Homicidium.

Ochozias filius Joram, rex Juda, 4. Reg. 8. 24. fugit in Mageddo à facie Jehu, & cæditur, 9. 27.

habet sibi successorem Joas regem, 2. Paral. 3. 11.

Oculus simplex & rectus, Eccli. 35. 12. Mat. 6. 22. Luc. 31. 34.

Oculus nequam, Gen. 6. 2. Prov. 6. 13. Eccles. 4. 8. Eccli. 14. 8† 31. 14. Mat. 6. 22. Marc. 7. 22. Luc. 11. 34. 1. Joan. 2. 16.

Oculorum custodia quantopere sit necessaria ad vitandum peccata, Gen. 3. 6† 6. 2† 34. 2† 38. 15† 39. 7. 2. Reg. 11. 2*. † 13. 1. Prov. 23. 26. 33. Eccli. 9. 5. 7. 8. 9. 11. *. † 25. 28 *. † 41. 25† 42. 12. Judith 10. 17. 18*. † 12. 16. Daniel. 13. 8*. Mat. 5. 28. 2. Pet. 2. 14.

Oculus mentis vel intellectus, Numer. 24. 3. Deuter. 29. 4. Isa. 6. 9. Luc. 24. 29. Actor. 26. 18. Ephes. 1. 18.

Odium, vide Invidia.

Odio habenda malitia, Psalm. 96. 10† 138. 21. Amos 5. 15† 6. 8. Roman. 12. 9.

Offerre pro defunctis, 2. Machab. 12. 13.

Officium subditorum: vide infra Subditorum.

Og rex Basan cæditur, Num. 21. 33. Deut. 3. 2† 29. 7† 31. 4. Psalm. 135. 20.

Onesiphoro optat Paulus misericordiam, 2. Tim. 1. 16.

Onias summus Sacerdos offert pro Heliodoro, 2. Mac. 3. 32. cæditur, 4. 34.

Operum merita, & retributio seu merces, Ps. 118. 112. Prov. 11. 18. Eccli. 36. 18. Isa. 3. 10. Mat. 5. 12† 10. 42† 16. 27† 25. 34. Rom. 2. 6. 1. Cor. 15. 28. 2. Corint. 5. 10. 2. Tim. 4. 8. Heb. 6. 10† 10. 35† 11. 26. Jac. 2. 24. Apoc. 20. 7. 8† 22. 12.

Opera mala Deo displicent, & pœnam merentur, Genes. 3. 11† 4. 7† 6. 3. 5. 6. 7† 7. 4† 9. 6† 11. 4*. † 17. 14† 18. 20† 19. 11. 24. 26† 20. 3† 42. 21† 44. 16. Exo. 3. 9† 7*. 8*. 9*. 10*. 11*. 12* 14*. 20*. 21*. 22*. † 31. 13† 32. 9. 27. 28. 33. Lev. 10. 12. & deinceps per omnes sacræ Scripturæ libros.

Opera bona Deo grata sunt, & præmium merentur, Genes. 4. 4. 7† 5. 24† 6. 8. 9† 8. 20. 21† 20. 7† 22. 16*. † 26. 4. 5† 29. 32. Exod. 1. 20† 20*. † 23. 22. 25. Levit. 11. 43. 44. 45. & sic deinceps per totam Scripturam.

Operari bene propter mercedem & retributionem licitum est, Psal. 118. 112. Mat. 5. 12. 2. Tim. 4. 8. Heb. 11. 26.

non in quolibet opere homo peccat, 2. Petri 1. 10. 1. Joan. 3. 6. 9† 5. 18.

Operum bonorum commemoratio, 4. Reg. 20. 3. Job 6. 2. 3. Psal. 17. 21. 22. 25† 131. 1. Isa. 38. 3.

Opera bona quæ sint: vide Bona opera.

Opera à nobis proximo exhibita tanquam sibi facta reputat Deus, sive bona sint, sive mala, Isa. 37. 23. Jer. 1. 19. Zach. 2. 8. Mat. 25. 40. Act. 9. 5. 1. Cor. 8. 12.

Opiniones & cogitationes hominum frequenter sunt erroneæ, Lev. 10. 1. Num. 15. 39. Deut. 12. 8† 29. 19. 1. Reg. 15. 9. 2. Reg. 6. 6. Proverb. 12. 15† 14. 12† 21. 2. Isa. 5. 21† 7. 12† 14. 13† 55. 8. Mat. 3. 14† 16. 22. Marc. 8. 32. Joan. 12. 4† 13. 8.

Orare in nomine Jesu, Joan. 14. 13† 15. 16† 16. 23. 26. 1. Joan. 5. 14.

Orare quemadmodum oporteat, frequenter ignoramus, Matth. 20. 20. Marc. 10. 35. Rom. 8. 26. Jacobi 4. 3.

Orare noctes & dies, Psalm. 118. 62. Luc. 18. 1. 1. Thessal. 3. 10. 1. Tim. 5. 5. 2. Tim. 1. 3.

Orare sine intermissione, Mat. 7. 7. Luc. 11. 9† 18. 1. Actor. 10. 2. Ephes. 6. 18. Coloss. 4. 2. 1. Thess. 5. 17.

Orare ut fidei prædicatio successus habeat felices, Ephes. 6. 19. Col. 4. 3. 2. Thess. 3. 1.

Orare alium pro alio, Jerem. 42. 2. 20. Baruch 1. 13. 2. Mach. 1. 6. Ephes. 6. 18. Col. 4. 2. 1. Thess. 5. 25. 2. Thess. 3. 1. 1. Tim. 2. 1. Jac. 5. 16.

Orare pro inimicis, Num. 16. 22. 46. 2. Machab. 3. 33. Matth. 5. 44. Luc. 6. 28† 23. 34. Act. 7. 60.

Orare Sanctos cum Christo regnantes: vide Sanctos.

Orare pro defunctis: vide Purgatorium.

Oratio quomodo, quando, cui & ubi fieri debeat, & quid petendum, Num. 11. 16. 24. Deut. 4. 7. Judic. 10. 10. 15. 1. Reg. 1. 11. 2. Reg. 22. 2. 7. 3. Reg. 3. 7. Isa. 65. 24. Amos 7. 2. Eccli. 35. 26. Tob. 3. 11*. Judith 4. 11. Mat. 6. 5. 9† 7. 7† 18. 19† 20. 20† 21. 22† 26. 38. Marc. 11. 24† 13. 33. Luc. 11. 2. 9† 18. 1† 22. 40. Joan. 4. 23† 9. 31† 14. 13† 15. 7† 16. 23. Act. 1. 14† 2. 42† 4. 24. 31† 10. 2† 1. 23. Rom. 8. 26† 12. 12. 1. Cor. 14. 13. Eph. 6. 18. Col. 4. 2. 1. Thess. 5. 17. 1. Timot. 2. 1. Heb. 13. 18. 1. Pet. 3. 12. 1. Joan. 5. 4. Jac. 1. 6† 4. 3† 5. 13. Apoc. 19. 10† 22. 9.

Orationes quæ fiunt quemadmodum oportet, exaudit Deus, Gen. 16. 11† 21. 17. Exod. 2. 24† 3. 7† 6. 5† 22. 23. 27. Deut. 4. 7† 15. 9. 1. Regum 7. 9. 10† 9. 16† 12. 18. 2. Regum 22. 4. 7. 3. Reg. 13. 6† 17. 22† 18. 36. 4. Regum 13. 5† 20. 5. 2. Paral. 32. 22† 33. 13. 4. Esdr. 15. 7. Judith 4. 8. 12. Tob. 3. 24. Psal. 3. 5† 4. 4† 9. 13† 17. 7† 21. 25† 33. 7† 49. 15† 54. 17† 117. 5† 119. 1† 144. 19. Prov. 15. 29. Eccli. 4. 9† 21. 6† 36. 24. 26† 48. 22. Isaiæ 30. 19† 37. 15. 21† 55. 7. Jer. 29. 12. Thren. 3. 56. Dan. 13. 44. Jonæ 2. 3. Zach. 13. 9. 2. Machab. 3. 22. Joan. 9. 31. Act. 10. 4.

Orationes quorumdam quare non exaudiat Deus, Deut. 1. 45† 31. 18. Judic. 10. 1. 1. Reg. 8. 18. Psal. 17. 42. Prover. 1. 28† 15. 29† 21. 13† 28. 9. Eccli. 34. 29. 31. Isa. 1. 15. Jer. 7. 16† 11. 11. 14† 14. 12† 15. 1. Ezec. 8. 18† 14. 16. 20. Mich. 3. 4. Zach. 7. 13. 4. Esd. 1. 26. 2. Machab. 9. 13. Joan. 9. 31. Heb. 12. 17. Jac. 4. 3.

Orationum Sanctorum exempla, Gen. 32. 9. Exod. 32. 11. 13. Num. 14. 19. Deut. 9. 26. 3. Reg. 8. 15*. 4. Reg. 20. 3. 2. Paral. 6. 16*. † 14. 11† 20. 6. 12. 1. Esd. 9. 6*. 2. Esd. 1*. Sap. 9*. Eccli. 23. 2† 36. 1. 11† 51*. Baruch 1. 17. 21† 2. 6*. † 3. 1. 9. Tob. 3. 1. 12† 8. 7† 13. 1. Judith 9. 2† 16*. Esther 14. 3. Isa. 33. 2† 37. 16† 64*. Jerem. 10. 24† 17. 13. 14† 18. 19† 32. 16. Thren. 5*. Dan. 9. 6† 13. 42. Jonæ 2*. Abac. 3*. 3. Esd. 8. 74. 4. Esd. 3*. † 6. 38* 1. Mach. 7. 37. 2. Mach. 6. 30. Act. 4. 24.

Ordinis sacramentum, Joa. 20. 22. 1. Tim. 4. 14† 5. 22. 2. Tim. 1. 6. Tit. 1. 5.

Oreb & Zeb interficiuntur, Judic. 7. 27.

Osculum pudicum, pacis & charitatis symbolum, Genes. 29. 13† 45. 14† 48. 10. Exod. 4. 27. Luc. 15. 20. Actor. 20. 37. Roman. 16. 15. 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Thess. 5. 26. 1. Pet. 5. 14.

Otium, vide Acedia.

Ozias sacerdos recipit Achior in domum suam, Judith 6. 19.

præscribit Domini miserationi tempus quinque dierum, 7. 23.

Ozias, vide Usia.

P.

Pactum cum quibus non sit ineundum, Exod. 23. 32† 34. 15. Deut. 7. 3† 20. 13. 3. Regum 20. 36. 42.

Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initum punitur, Judic. 1. 24. 27† 3. 5. 3. Reg. 20. 34. 41. 2. Paral. 19. 2.

Pactum init Deus cum populo, Genes. 17. 2. 7. Exo. 19. 5. Deut. 5. 2. Jerem. 31. 31. 33.

Pactum init populus cum Deo, Josue 24. 25. 4. Reg. 23. 3. 2. Par. 15. 12† 23. 16. 2. Esd. 10. 29.

Parentum officium, Gen. 18. 19† 21. 19† 24. 2† 25. 6† 34. 4. 29† 49*. Exod. 10. 2† 12. 26† 13. 13. 14† 21. 10. Lev. 19. 29. Num. 30. 6. Deut. 4. 9† 6. 7. 20† 11. 19† 21. 19† 22. 15. 19† 32. 46. Josue 4. 21. 1. Reg. 2. 23† 3. 13. 3. Reg. 2. 1. Job 1. 5. Psalm. 77. 3. Prov. 1. 8† 4. 1† 5. 7† 11. 29† 13. 24† 19. 18† 20. 7† 22. 6. 15† 23. 13† 29. 17. Eccli. 4. 23† 7. 25† 8. 11† 17. 1† 25. 10† 26. 13† 30. 1. 11† 33. 32† 42. 5. Tob. 1. 10† 4*. † 10. 13† 14. 5. 11. 1. Machab. 2. 49. 64. 2. Machab. 6. 24. 28† 7. 20. 21. 27. Danie. 13. 3. Mat. 10. 37. Ephes. 6. 4. Col. 3. 21. 2. Tim. 3. 15. Tit. 2. 4.

Paschæ festi institutio & celebratio, Exo. 12*. † 13. 6† 23. 15† 34. 18. Levit. 23. 5. Num. 9. 2. 11† 28. 17. Deuter. 16. 1. 5. Josue 5. 10. 4. Reg. 23. 21. 2. Par. 30. 1. 15† 35. 1. 1. Esdr. 6. 19. 3. Esdr. 1. 10† 7. 10. Ezec. 45. 21. Mat. 26. 19. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7.

Pastores, præceptores, & alii præfecti, qua debeant esse sollicitudine & cura in eos quos suæ fidei commissos habent, Proverb. 27. 23. 24. Sap. 6. 23. 26. Ezec. 34. 4*. Mat. 18. 12† 24. 45. Luc. 15. 4. Joan. 10. 11*. † 13. 1*. † 17. 9. 11*. † 18. 8. Actor. 20. 22. 28. 31. Rom. 9. 2. 3†


Digitized by Google

11. 7. 8. 1. Cor. 4. 14. 2. Cor. 11. 28. 29. Galat. 3. 19.

PATIENS & longanimis est Deus, Genes. 6. 3. Exod. 34. 6. Num. 14. 18. Psalm. 85. 15† 102. 8† 144. 8. Eccles. 8. 12. Isa. 30. 18. Joel 2. 13. Jonæ 4. 2. Nahum 1. 3. Sap. 11. 24† 15. 1. Mat. 18. 27. Rom. 2. 4. 1. Timot. 1. 16. 2. Pet. 4. 9.

PATIENTIA & longanimitas fidelium in omni genere afflictionum, Genes. 12. 4. 6. 2. Reg. 16. 10. Job 1. 20† 2. 9† 7. 2. Prov. 3. 11† 14. 29† 15. 1† 16. 32† 25. 15. Eccli. 1. 29† 2. 4. 4. Esd. 10. 15. Tob. 2. 8. 2. Mach. 6. 20† 7*. Mat. 5. 39. Rom. 5. 3† 12. 12† 15. 4. 2. Corint. 6. 4. Galat. 5. 22. Ephes. 4. 2. 1. Thessal. 5. 14. 2. Thess. 1. 4. 7. 1. Timot. 6. 11. 2. Tim. 2. 3. 12. 1. Pet. 1. 6† 2. 19† 3. 14. 17† 4. 1. 2. Petri 1. 6. Hebr. 10. 36† 11. 25† 12. 1. Jac. 5. 7.

IMPATIENTIA, & ejus punitio, Exod. 14. 11† 15. 24† 16. 2. 7† 17. 2. Num. 11. 1. 10† 14. 1. 28† 21. 6. Job 3. 1. Eccli. 2. 16.

PAUPERES, vide Eleemosyna.

PAULUS Judæus ex tribu Benjamin, Rom. 11. 1. Philip. 3. 5. natus & educatus Tarsi, Act. 22. 3. persequitur Christianos, 9. 1. Galat. 1. 13. 1. Tim. 1. 13. conversio ejus singularis, Act. 9*.

Paulus doctor Gentium, Rom. 11. 13† 15. 16. Gal. 2. 2. 8. 1. Tim. 2. 7. 2. Tim. 1. 11. prædicat Antiochiæ, Act. 13. 16*. Iconiæ, 14. 1. Lystri, 14. 6. 13. Thessalonicæ, 17. 1. Berœæ, 17. 10. Athenis, 17. 22. 28. Corinthi, 18. 1. vocatur in Macedoniam, Act. 16. 9. capitur, 21. 27. deducitur Cæsaream, 23. 23. 30. vehitur Romam, 27*. 28*. sistitur Neroni, 2. Tim. 4. 22.

Paulus nemini voluit esse oneri, Actor. 20. 33. 2. Corin. 11. 9. 11† 12. 13. 1. Thess. 2. 9. 2. Thess. 3. 8. vocabatur olim Saulus, Act. 7. 59† 9. 1 † 13. 1.

PAX quædam temporalis, quædam æterna, Gen. 13. 6. 8† 26. 22† 45. 24. Lev. 26. 6. Num. 6. 27. Jerem. 29. 7. Eccli. 25. 2† 28. 15. 19. Mat. 5. 9. Marc. 9. 50. Luc. 14. 32. Act. 9. 31. Rom. 12. 18. 1. Cor. 14. 33. Ephes. 4. 3. 2. Timot. 2. 22. 1. Pet. 3. 11. Hebr. 12. 14. Jac. 3. 18. Apoc. 6. 4.

Pax interna qualis est inter Deum & ejus amicos, Isa. 2. 4† 9. 6† 11. 6. 7 † 66. 12. Osee 2. 14. 20. Mich. 4. 3. Zach. 9. 10. Luc. 2. 14† 24. 36. Joan. 14. 17† 16. 33† 20. 19. Actor. 10. 36. Rom. 5. 1. Eph. 2. 14. Philip. 4. 7.

Pacem & misericordiam promittunt mendaces prophetæ, Jerem. 6. 14† 8. 8. 12† 14. 13† 23. 16. Ezec. 13. 10. 16. Mich. 3. 5. 1. Thess. 5. 3.

PECCATI origo, Gen. 2. 17† 3. 6. Rom. 5. 12. 1. Cor. 15. 21.

Peccatum originale, Job 14. 4† 15. 14. Psalm. 50. 7. Rom. 3. 9. 23† 5. 12*. effectus ejus, Gen. 8. 21. Eccli. 17. 30. Rom. 5. 12. 17† 6. 23† 7. 8. 11. 13. 17*. Galat. 5. 17. Eph. 2. 3. tollitur ejus reatus per Christum, Joa. 1. 29. Rom. 3. 25. 24† 5. 9. 15. 17. 18. 19† 6. 3† 7. 24† 8. 1. 2. Gal. 3. 22. Ephes. 2. 5.

Peccatum solus Deus propria auctoritate remittere potest, Exod. 34. 7. Psalm. 18. 13† 31. 5† 102. 12. Isa. 43. 25† 44. 22† 53*. Jerem. 31. 34 † 33. 8. Mich. 7. 18. Matth. 9. 2. Marc. 2. 5. Luc. 5. 20† 7. 48.

Peccatum sacerdos remittit auctoritate divina, Mat. 18. 18. Joan. 20. 23.

Peccatum remittitur per Christum, Isa. 53*. Dan. 9. 24. Mat. 1. 21 † 9. 2† 11. 28† 20. 28† 26. 27. Mar. 2. 5. Luc. 24. 46. Joan. 1. 29. Act. 2. 38† 4. 12† 10. 35. 43† 13. 38. Rom. 4. 25† 5. 9. 1. Cor. 6. 11† 15. 3. 2. Cor. 5. 21. Galat. 1. 4. Col. 1. 14. Ephes. 1. 7† 5. 25. 1. Timot. 1. 15. Tit. 2. 14. 1. Pet. 1. 18† 2. 14 † 3. 18† 4. 1. Heb. 1. 3† 9. 12. 14. 1. Joan. 1. 7† 2. 12† 3. 5. Apoc. 1. 5.

Peccatum in Spiritum sanctum, Mat. 12. 31. Marc. 3. 28. Luc. 11. 15 † 12. 10. Heb. 6. 6† 10. 26. 1. Joan. 5. 16.

Peccatum vindictam clamans, Genes. 4. 10† 18. 20. Exod. 22. 23. 27. Eccli. 35. 18. Jac. 5. 4.

Peccanti in nos fratri condonandum: vide Remittendum.

propter Peccatum unius aut paucorum puniuntur multi, Gen. 3*. Num. 16. 20*. Josue 7*. Judic. 19. 25. 2. Reg. 24*.

Peccatum contra naturam, Genes. 19*. Judic. 19. 22*. Levit. 20. 13. Rom. 1. 27. 1. Cor. 6. 10. 1. Tim. 1. 10.

Peccatum ex ignorantia, Levit. 4. 2† 5. 15. Num. 15. 27. Lucæ 23. 34. Joan. 9. 41† 15. 24. Act. 3. 17. 1. Tim. 1. 13.

Peccatum ex malitia & data opera, Num. 15. 30. Eccli. 10. 14. Mat. 28. 13. Joan. 11. 49. Act. 4. 18. Heb. 6. 5† 10. 16.

Peccatorum confessio: vide supra Confessio.

Peccatum non solùm non imputatur, sed etiam verè remittitur, & anima abluitur ac mundatur, Psalm. 50. 12. Act. 2. 38. 1. Cor. 6. 11. 2. Pet. 1. 9. 1. Joan. 1. 9.

PECULIUM Dei ejus populus, Exo. 19. 5. Deut. 7. 6† 14. 2. Joan. 1. 11. Eph. 1. 14. 1. Pet. 2. 9.

PEDUM lotio: vide supra Lotio.

PEREGRINIS benefaciendum est, Genes. 18. 2. Exod. 22. 21† 23. 9. Levit. 19. 33† 23. 22. Num. 15. 14. Deut. 10. 18† 14. 21† 24. 14. 17 † 26. 11. Ezec. 22. 29† 47. 21. Zac. 7. 10.

Peregrini sumus & advenæ in hac vita, Genes. 15. 13† 23. 4† 47. 9. 1. Paral. 29. 15. Psalm. 38. 13† 118. 19. 2. Cor. 5. 8. Philip. 3. 20. Hebr. 11. 13. 1. Pet. 2. 11.

PEREGRINATIONES pietatis gratia susceptæ sunt utiles, 3. Reg. 8. 41. 4. Reg. 5. 10.

PERJURII & falsi crimen, Exo. 8. 8. 15. 28. Levit. 5. 4. 1. Reg. 19. 6*. 3. Reg. 8. 31. Jer. 7. 9. Zach. 5. 3. Malac. 3. 5. 1. Mach. 6. 62† 7. 15. 18† 11. 53† 13. 16. 19. 2. Machab. 4. 34† 12. 3. Mat. 26. 72. 1. Timot. 1. 10.

PERSÆ invadunt Babylonem, Dan. 5. 28. juxta prophetiam Isaiæ, 21. 9. Jer. 51. 8. 11. 41. 55.

PERSEVERANTIA, Genes. 19. 15. 16. Job 2. 3. Prov. 3. 31† 23. 17. Ezech. 18. 24† 33. 13. Eccli. 2. 2† 11. 11† 35. 9. Mat. 10. 22† 15. 22† 24. 13. Lucæ 9. 54. Joan. 6. 62. Act. 2. 42† 11. 23† 13. 43† 14. 21. Heb. 3*. 2. Pet. 2. 20. 1. Joan. 2. 24. Apoc. 2. 16.

PERSECUTIO, vide Crux.

PERSONARUM acceptio illicita, nec Deus personam respicit, Lev. 19. 15. Deuter. 1. 17† 10. 17† 17. 2. 1. Reg. 16. 7. 2. Paral. 19. 7. Sap. 6. 8. Job 34. 19. Proverb. 18. 5† 24. 23† 28. 21. Eccli. 35. 15. 16. Isa. 11. 3. Malac. 2. 9. Mat. 22. 16. Marc. 12. 14. Lucæ 20. 21. Actor. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Ephes. 6. 9. Col. 3. 25. 1. Pet. 1. 17. Jac. 2. 9.

PETERE, vide Orare.

PETRUS à Christo vocatur, Mat. 4. 18. confitetur Christum, 16. 16. appellatur Simon, 4. 18† 10. 2. Joan. 20. 2. appellatur Cephas, Joan. 1. 42. 1. Cor. 1. 12† 3. 22† 9. 5. Galat. 2. 9. appellatur Simon Bar-Jona, & Simon Joannis, Mat. 16. 17. Joan. 21. 15. negat Christum, & de negatione facta pœnitentiam agit, Mat. 26. 69. 70. 72. 75. prædicat, & loquitur, Act. 1. 16† 2*. † 3. 12*. † 4. 1† 10. 34. sanat claudum, 3. 4. conjicitur in carcerem, 12. 3.

Petrus primus Apostolorum, Mat. 10. 2† 16. 18† 17. 24*. Lucæ 22. 31 *. Joan. 21. 17*.

PHACEE filius Romeliæ, postquam occidit Phaceiam, fit rex Israel, 4. Regum 15. 25. 27. pugnat contra Jerusalem, Isaiæ 7. 1. occidit de Juda centum viginti millia virorum uno die, 2. Paral. 28. 6.

PHACEIA filius Manahem fit rex Israel, 4. Reg. 25. 22. 23.

PHANUEL turris subvertitur à Gedeone, occisis habitatoribus civitatis, Judic. 8. 8. 13. 17.

PHARAO affligitur propter Saram uxorem Abraham, Gen. 12. 17.

Pharao somnia videt, Gen. 41. 1. quæ ei à Joseph explicantur, 41. 25.

Pharao Israelem opprimit servitute, Exo. 1. 8*. submergitur cum omni suo exercitu, 14. 24. 28.

Pharaonis filiam accipit Salomon uxorem, 3. Reg. 3. 1.

Pharao Nechao capit regem Joachaz, 4. Reg. 23. 34.

PHARISÆUS invitat Christum, Lucæ 7. 36.

Pharisæus & Publicanus orant simul in templo, Lucæ 18. 10.

Pharisæi graviter increpantur, Mat. 3. 7† 7. 1† 16. 4† 23*. Joan. 8. 44. Act. 7. 51† 23. 3. Philip. 3. 2.

PHASSUR percutit Jeremiam prophetam, Jerem. 20. 2.

PHEGIEL dux tribus Aser, Num. 1. 13.

PHIGELLUS, & Hermogenes avertuntur à Paulo, 2. ad Tim. 1. 15.

PHILIPPUS vocatur à Christo, Joan. 1. 43. recensetur inter Apostolos, Mat. 10. 3. cupit videre Patrem, Joan. 4. 8.

Philippus diaconus eligitur, Act. 6. 5. prædicat in Samaria, Act. 8. 5. baptizat Æthiopem eunuchum, Act. 8. 37. suscipit Paulum & socios ejus hospitio, Act. 21. 8.

PHILISTHÆI persequuntur Israelem, Judic. 3. 3† 10. 7† 15. 9. 1. Reg. 4*. † 5*. † 13. 5† 17*. † 23. 1† 28. 1† 29. 1† 31. 1. 2. Reg. 5. 17. 22† 21. 15. 18.

Philisthæi cæduntur, Judic. 3. 31. 1. Reg. 7. 11† 13. 3† 14*. † 17. 50† 18. 27† 19. 8† 23. 5. 2. Reg. 5. 24† 8. 1. 4. Reg. 18. 8.

contra Philisthæos, vide Isai. 14. 29. Jer. 47. 1. 4. Ezec. 25. 15. Amos 1. 6. Sophon. 2. 5. Zach. 9. 6.

PHINEES filius Eleazari, Exo. 6. 25. Judic. 20. 28. placat Deum zelo suo, Num. 25. 7. 12. Psalm. 105. 30. mittitur in terram Galaad, Josue 22. 13.

Phinees filius Heli, 1. Reg. 1. 3. periit propter sua peccata, 4. 11.

PHUL rex Assyriorum copias adducit contra Jerusalem, 4. Reg. 15. 19.

PIETAS, vide Bona opera.

PIGNUS salutis nostræ est Spiritus sanctus, Rom. 8. 16. 2. Cor. 1. 22† 5. 5. Ephes. 1. 13† 4. 30.

PIGRITIA, vide Acedia.

PILATUS & Herodes fiunt ami-

ci, Luc. 23. 12.

Pilatus Christum innocentem morti addicit, Mat. 27. 26. Joan. 19. 16.

PLAGA Dei seu vindicta, Exod. 7*. 8*. 9*. 14*. 4. Reg. 8. 28. 2. Par. 6. 28. Psal. 77. 44 † 104. 27. Jerem. 15. 2.

PŒNA peccati non statim universa remittitur remissa culpa, Num. 14. 20. 22. 23. 2. Reg. 12. 13. 14*. † 24*. 1. Paral. 21*.

PŒNITENTIA & satisfactio pro peccatis, Psalm. 6. 7. Mat. 3. 8. Lucæ 3. 8. Act. 2. 38. † 8. 22. 2. Cor. 7. 10.

Pœnitentia prædicatur, Jer. 7. 3. Mat. 3. 2 † 4. 17. Luc. 3. 3. 8 † 13. 3 † 24. 47. Act. 2. 38 † 3. 19 † 8. 21 † 17. 30 † 20. 22 † 26. 20.

Pœnitentiæ veræ & non fictæ promissa est venia, Deut. 4. 29 † 30. 2. 1. Reg. 7. 3. 2. Paral. 7. 14 † 20. 6 † 34. 26. Job 22. 23. Prov. 28. 13. Ps. 31. 5. Eccli. 17. 23. Isa. 1. 16 † 30. 18 † 45. 22 † 55. 7 † 59. 20. Jer. 3. 10. 17 † 18. 8 † 29. 12 † 31. 18. 20. Eze. 18. 21. 27 † 33. 14. Osee 14. 2. Joel 2. 12. Jonæ 3. 8. Zachar. 1. 4. Mal. 3. 7. Luc. 15. 18. Act. 3. 19 † 26. 18. 20.

Pœnitentia agenda est dum sani sumus, Eccli. 17. 24 † 18. 25.

Pœnitentiæ veræ exempla, Judic. 10. 15. 2. Reg. 12. 13 † 24. 10. 17. 2. Par. 12. 6 † 33. 12. Jonæ 3*. Judith 4. 8. Mat. 26. 75. Luc. 7. 37. 44 † 15. 18 † 18. 13 † 19. 8 † 22. 62 † 23. 41. Act. 2. 37.

Pœnitentiæ falsæ exempla, Gen. 4. 13 † 27. 38. Exod. 8. 8 † 9. 27 † 10. 16. Josue 7. 20. Judic. 1. 7. 1. Reg. 15. 24. 30 † 24. 19. 3. Reg. 13. 6 † 21. 27. Sap. 5. 3. 1. Mach. 6. 12. 2. Mach. 9. 12. Mat. 27. 4. Act. 8. 13. 23. Heb. 12. 17.

PRÆDICATORES, vide Concionatores.

PRÆFECTI, vide Superiores, & Pastores.

PRECARI, vide Orare.

PRIMITIÆ fructuum debentur Deo ejusque Sacerdotibus, Exod. 23. 19 † 34. 26. Levit. 23. 10. Num. 18. 13. Deut. 18. 4 † 26. 2. 10. 2. Paral. 31. 5. 2. Esd. 10. 35. 37. Prov. 3. 9. Tob. 1. 7.

PRIMOGENITA omnia Ægyptiorum moriuntur, Exod. 12. 29. Ps. 77. 51 † 134. 8 † 135. 10.

Primogenitum omne Deo consecratur, Exo. 13. 2 † 22. 29 † 34. 20. Levit. 27. 26. Num. 3. 13 † 8. 17. Deuter. 15. 19. 1. Regum 1. 24. Lucæ 2. 23.

Primogenitorum jura, privilegia, & prærogativæ, Genes. 25. 31 † 49. 3. Deut. 21. 15. 2. Paral. 21. 3.

Primogeniti aliquando à Deo rejiciuntur, Gen. 48. 17 † 49. 4. Rom. 9. 13.

PRODITIO, & ejus punitio, Genes. 37. 23. Judic. 1. 24. 1. Reg. 23. 19. Isai. 22. 15. 2. Machab. 3. 4 † 4. 1 † 10. 20 † 13. 21. Mat. 26. 14. 47.

PROMISSIO, vide Votum.

Promissiones Dei cum conditione fiunt, Deuter. 19. 8 † 28*. † 33. 4. Levit. 26*. 1. Reg. 2. 30. Ezec. 18*. † 33. 15. 19. Marc. 16. 16. Joan. 3. 16. 36 † 6. 47 † 8. 31 † 13. 17 † 15. 7. 14. Rom. 8. 17. Col. 1. 23. Heb. 3. 14. 2. Pet. 1. 4. Apoc. 2*. † 3*. † 21. 7.

PROPHETÆ, vide Concionatores.

PROVIDENTIA, vide Dei gubernatio & providentia.

PSEUDOPROPHETÆ, & eorum punitio, & quòd non sint audiendi, Deut. 13. 1 † 18. 20. 3. Reg. 13. 11 † 18. 40 † 22. 6. 10. 4. Regum 10. 19. Prov. 28. 10. Isa. 3. 11 † 28. 7 † 56. 10. Jer. 14. 13. 15 † 23*. † 27. 9 † 28*. † 29. 8. 21. 25. Ezech. 13*. † 14. 9 † 22. 25 † 34. 2. 8. 18. Amos 7. 10. Mich. 3. 5. Zach. 13. 2. Mat. 7. 15 † 24. 11. Luc. 12. 1. Act. 20. 29. 1. Cor. 15. 12. Philip. 3. 2. Col. 2. 8. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 1. 17 † 3. 1. 2. Pet. 2*. 1. Joan. 4. 1. Judæ 4. 8*.

Pseudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam potestatem mittantur, Jer. 14. 14 † 23. 32 † 27. 15. Ezech. 13. 6.

PTOLEMÆUS oppugnatur ab Antiocho, 1. Machab. 1. 19. iniit amicitiam cum Alexandro filio Antiochi, 10. 51. pugnat cum Alexandro, & moritur, 11. 1. 18.

Ptolemæus Macer veneno vitam suam finivit, 2. Mach. 10. 12. 13.

PUBLIUS suscipit hospitio Paulum, Act. 28. 8.

PURGATORIUM, id est, locum ubi sunt animæ, quæ vivorum precibus & operibus juvari possunt, & purgantur, esse confirmatur, 2. Machab. 12. 43. 46*. Mat. 5. 25 † 12. 32. 1. Corinth. 3. 16. Philip. 2. 10. 2. Timoth. 1. 18. 1. Joan. 5. 16. Apoc. 5. 3. 13.

Q.

QUADRAGESIMALIS jejunii exempla, Moyses, Exo. 24. 18 † 34. 28. Deut. 9. 9. 18. Elias, 3. Reg. 19. 8. Christus, Mat. 4. 2. vide Jejunium.

QUÆSTIONES inutiles quæ sunt vitandæ, Genes. 3. 1. 6. Prov. 25. 27. Eccles. 7. 11. Eccli. 3. 21. Mat. 24. 3. Joan. 6. 52 † 21. 21. Act. 1. 6. 1. Tim. 1. 4 † 6. 3. 2. Tim. 2. 16. Tit. 3. 9.

QUIESCENDUM à peccatis, Roman. 6. 6*. Galat. 2. 18.

QUIES continget populo Dei, Heb. 4. 9.

Quietem & pacem certam consequentur justi, Sap. 3. 3 † 4. 1. Isaiæ 57. 2. Luc. 16. 22. Apoc. 14. 13.

Quietem invenire animæ suæ, Jer. 6. 16. Mat. 11. 29.

R.

RABBA obsidetur, 2. Reg. 11. 1 † 12. 26. 1. Paral. 20. 1.

RABSACES Sennacherib archipincerna, 4. Reg. 18. 17. Isa. 36. 37.

RACHEL pascit oves patris sui, Genes. 29. 9. traditur Jacob in uxorem, 29. 29. clam tollit idola patris sui, 31. 19. ob difficultatem partus periclitatur, 35. 17.

RAHAB exploratores missos in urbem Jericho excipit hospitio, Jos. 2. 1. Jac. 2. 25. servatur cum suis, Josue 6. 17. 23.

Rahab uxor Salmon, 1. Par. 2. 11. Mat. 1. 5.

RAPHAEL angelus Domini, medicus & dux Tobiæ, Tob. 5. 5 † 6*. † 12. 12.

RATIONEM Deo quisque pro se redditurus est, Mat. 12. 36 † 18. 23 † 25. 31*. Rom. 14. 12. 2. Corint. 5. 10.

RAZIAS Judæus gladio se interimit, 2. Mach. 14. 37. 41.

RAZON adversarius Israelis, 3. Reg. 11. 23.

REBECCA filia Bathuelis, Genes. 22. 23. uxor Isaac, 24. 50. parit geminos, 25. 24.

RECHAB pater Jonadab amici Jehu regis Israel, 4. Reg. 10. 15.

REDIMERE novit Deus suos multis modis ex angustia, Gen. 19*. Exod. 14*. † 18. 8. 1. Reg. 23. 14. 26. 4. Reg. 7*. 2. Paral. 18. 31 † 20. 24. 1. Esd. 8. 22. Psalm. 4. 9 † 90. 9. Esther 7. 5. Isa. 41. 10 † 43. 1. Dan. 3. 91 † 6. 21. 23. 2. Pet. 2. 9.

REFUGII civitates, Exo. 21. 13. Num. 35. 11. Deut. 4. 41 † 19. 2. 7. Josue 20*. 3. Reg. 1. 50 † 2. 28.

REGENERATIO, vide Homo.

Regeneratio est immutatio carnis in Spiritum, Joan. 3. 5. carnalium affectionum in spiritalem affectum, Rom. 8. 5. 13. infidelitatis in fidem, Joan. 1. 12. Galat. 3. 26. 1. Joan. 5. 1. innovatio mentis per Spiritum sanctum, Tit. 3. 5. Galat. 4. 6. atque adeo carnalis naturæ in divinam naturam, 2. Pet. 1. 4. Col. 2. 11. ut qui mali fuimus, sanctificemur, 1. Cor. 6. 11. Ephes. 5. 8.

REGENERATI interiùs, etiam exteriùs in novitate vitæ ambulabunt, Rom. 6*. † 7. 6. † 12. 1. Eph. 4. 22. Col. 3. 9. 1. Cor. 5. 7. 2. Cor. 5. 15. 1. Pet. 4. 1.

REGES quid facere, quidve fugere debeant, Deut. 17. 19. 1. Reg. 8*. 3. Reg. 2. 2 † 10. 9. 2. Par. 9. 1 † 19. 5. Sap. 6*. † 9*. Job 34. 30. Ps. 2. 10 † 100*. Prov. 14. 28 † 19. 12 † 20. 8. 26 † 28. 15 † 29. 4. 14 † 31. 4. Jerem. 22. 2. vide Superiorum officium.

REGNUM Dei vim patitur, Mat. 11. 12. Luc. 16. 16. Gal. 5. 16. Apocal. 2*. † 3*. † 21. 7.

Regnum Dei spirituale, internum, & æternum, Genes. 49. 10. Num. 24. 17. 1. Reg. 2. 10 † 7. 9. 10. 1. Paral. 18. 11 † 29. 2. 4. Psalm. 2. 2. 6 † 9. 8 † 21. 28 † 44. 7 † 71. 1 † 109*. † 144. 11. Isai. 9. 6 † 11*. † 32. 16 † 40. 9 † 42. 1. Jerem. 23. 5. 6 † 33*. Ezech. 34. 23 † 37. 24. Dan. 2. 44 † 4. 33 † 7. 14. 27 † 9. 24. 25. Osee 3. 5. Mich. 4. 1. 4 † 5. 1. Zach. 9. 9. Mat. 13*. Luc. 1. 28 † 12. 31. 32 † 22. 29 † 23. 2. Joan. 6. 14 † 12. 14. 34 † 18. 33. 36. 1. Tim. 1. 17. Heb. 1. 8 † 2. 9.

RELINQUENTES omnia propter Christum, centuplum recipient, Mat. 19. 29. Marc. 10. 29. Luc. 18. 29.

RELIQUIÆ & vestes Sanctorum quam vim à Deo habeant, quidque per eas operetur Deus, ut pallium Eliæ, 4. Reg. 2. 14. ossa Elisæi, 4. Reg. 12. 21. fimbria Christi, Mat. 9. 20 † 14. 36. sudaria Pauli, Act. 19. 12. umbra Petri, Act. 5. 15.

REMITTENDUM proximo in nos peccanti, Eccli. 28. 8. Mat. 5. 23 † 6. 13 † 18. 22. 35. Luc. 17. 3. Eph. 4. 32. Col. 3. 13.

REPUDII libellus, Deut. 24. 1. Isai. 50. 1. Jer. 3. 3. Malach. 2. 16. Mat. 5. 30 † 19. 7. Marc. 10. 4.

RESPHA concubina Saul, ad quam ingressus est Abner, 2. Reg. 3. 7. custodit corpora eorum qui in crucem sublati erant, 21. 10.

RESURRECTIO mortuorum, & carnis ad gloriam facta mutatio, Exo. 3. 6. Job 14. 13 † 19. 26 † 21. 30. Isa. 26. 19 † 66. 14. Ezech. 37. 1. 9. Dan. 12. 12. Jonæ 2. 11. Soph. 3. 8. 4. Esd. 2. 16 † 14. 35. 2. Mach. 7. 9. 14. 23. Mat. 22. 23. 31. Luc. 20. 35. Joan. 5. 21. 28. † 6. 39 † 11. 24. Actor. 24. 15. 1. Cor. 15*. 2. Cor. 4. 14 † 5*. Col. 3. 4. Phil. 3. 21 † 4. 3. 1. Thess. 4. 13. 16. 2. Tim. 2. 11. Apoc. 20. 12.

REVELATIONES, & visiones, Josue 5. 13. 4. Reg. 17. 9. 2. Mach. 3. 24 † 5. 2 † 10. 29 † 11. 8. vide Apparitiones.

ROBOAM filius Salomonis, rex Juda constituitur, 3. Reg. 12. 1. deficit Israel à Roboam ad Jeroboam, 12. 19. præcipit ei Deus ne pugnet contra Israel, 2. Paral. 11. 2. oppugnatur à Sisac rege Ægypti, 12. 2. 9.

Digitized by Google

moritur, 3. Reg. 14. 31. regnat Abiam filius ejus pro eo, 15. 1.

Romani cum Judæis pacis & societatis fœdera ineunt, 1. Machab. 8. 14. 17. 27 † 12. 1 † 14. 17. 20.

Romanorum Gentilium laus, 1. Mach. 8. 2. 9.

Romanorum Christianorum laus, Rom. 1. 8.

Romanos destructuros Jerusalem & templum Domini, Num. 24. 24. Isa. 5. 26 † 6. 11. Dan. 9. 26 † 11. 30. 31. Luc. 19. 41 † 21. 20. Joan. 11. 48.

Ruben primogenitus Jacob nascitur, Genes. 29. 32. violat thorum patris sui, 35. 22. dantur ob id primogenita ejus filiis Joseph, 49. 4. 1. Paralip. 5. 1. nititur fratrem suum Joseph liberare, Genes. 37. 21. 22. 29. dicit patri, Duos filios meos interfice, si non reduxero Benjamin, 42. 37. filiis Ruben primò requies datur, Num. 32*. Deut. 3. 12 † 29. 8. Jos. 1. 12 † 13. 23. cæduntur, 4. Reg. 10. 33. transferuntur ad terram Assyriorum, 15. 29. 1. Paral. 5. 26. secundùm prophetiam, Genes. 49. 4. ædificant altare, Josue 22. 10. dimicaverunt contra Agarenos, 1. Paral. 5. 19.

Ruth Moabitis, Ruth 1. 4. accipit eam uxorem Booz, & parit Obed, 4. 13. 1. Paral. 2. 12. Mat. 1. 5.

S.

Sabbatum, Genes. 2. 2. Exod. 16. 23 † 20. 8 † 23. 12 † 31. 14. 17 † 34. 21 † 35. 2. Lev. 19. 3 † 23. 3. 15 † 25. 4. Num. 15. 32 † 28. 9. Deut. 5. 12. Isa. 56. 2. 4 † 58. 13 † 66. 25. Jerem. 17. 21. 27. Ezec. 20. 12 † 22. 8. 2. Esd. 13. 16. 22. 1. Machab. 1. 47 † 2. 33. 41. 2. Mach. 15. 1. Mat. 12. 1. 10. Marc. 2. 23 † 3. 2 † 6. 2. Lucæ 4. 16. 31 † 6. 1 † 13. 11. 14 † 14. 1. Joan. 5. 10 † 7. 22 † 9. 14. Act. 13. 14. 27. 44 † 15. 21 † 18. 4 † 20. 7. 1. Corinth. 16. 2. Hebr. 4. 4. 10.

Sacerdotes Legis, & horum munus, Exod. 29. 44 † 30. 7. Levit. 10. 1. 6. 9 † 21*. † 22*. † 24. 3. Numer. 3. 10 † 4. 5. 11 † 10. 8 † 18. 1. 7. Deuter. 21. 5. 1. Reg. 2. 28. 35. 1. Paral. 6. 49. 2. Paral. 26. 17. Ezec. 44. 15. 20. Heb. 5. 7 † 10. 11.

Sacerdotum multitudo in veteri Lege, 1. Paral. 23. 3. ubi numerantur 38000.

Sacerdotum Legis indumenta, ornamenta, & ordinatio, Exod. 28*. † 29. 1 † 39. 1 † 40. 12. Levit. 8. 1. 8.

Sacerdotibus dabantur decimæ & primitiæ, Num. 5. 9. 10 † 18. 8. 11*. Deuter. 18. 3. ut liberi à sollicitudine comparandi victum, possent vacare Legi Dei, 2. Par. 31. 4*. vide Decimæ.

Sacerdotibus Legis assignabatur necessaria vitæ sustentatio, Exo. 29. 26. Levit. 2. 3. 10 † 5. 13 † 6. 9. 19 † 7. 6. 32 † 10. 13 † 24. 9. Num. 3. 48 † 5. 9 † 18. 8. 11. 28. Deut. 18. 1. 1. Reg. 2. 28. 4. Reg. 12. 16. 1. Para. 6. 54. 2. Par. 31. 4. 2. Esd. 10. 36. Eccli. 45. 25.

Sacerdotes mali, & eorum punitio, Num. 16*. 1. Reg. 2. 22*. † 3. 13. 3. Reg. 2. 26. Isa. 3. 11. Jer. 2. 5 † 8. 7. Osee 4. 6. 9 † 5*. Mal. 1*. † 2. 1. 8. 1. Mac. 7. 5. 9. 21.

Sacerdos, non Lex aut Scriptura sola, est judex quæstionum exorientium, Deut. 17. 9. 12. Malac. 2. 7.

Sacrificium novi Testamenti appellatur juge sacrificium, Dan. 11. 31 † 12. 11. celebrabitur donec veniat Dominus, 1. Cor. 11. 26. quære Missæ sacrificium, & Oblatio.

Sadducæi negant mortuorum resurrectionem, Mat. 22. 23. Act. 4. 1 † 23. 8.

Salmanasar rex Assyriorum egreditur primò contra Samariam, & transfert Israel cum Osee rege in Assyrios, 4. Reg. 17. 6. secundò capit Samariam, 18. 9.

Salomonis filii Davidis nativitas promittitur, 2. Reg. 7. 12.

nascitur, 2. Reg. 5. 14 † 12. 24. ungitur in regem super Israel, 3. Reg. 1. 33. Dominus apparuit ei per somnium nocte in Gabaon, à quo sapientiam postulat, 3. 5. 9. 2. Paral. 1. 7. dirimit litem meretricum, 3. Reg. 3. 16. 24. de ejus sapientia, magnitudine divitiarum, potestate, & ministris, 2. Paral. 9. 3. init fœdus cum Hiram rege Tyri, 3. Reg. 5. 12.

postquam ædificavit templum, dedit Hiram viginti oppida, 9. 11. venit ad eum regina Saba, 10. 1. Mat. 12. 42. Luc. 11. 31. ædificavit fanum Chamos idolo Moab in monte, 3. Reg. 11. 7.

Chananæos facit sibi tributarios, 1. Paral. 8. 7. ungitur secundò in regem, 2. Par. 29. 22. moritur, 3. Reg. 11. 43. succedit ei filius Roboam, 14. 21.

Salus, vide Beatitudo.

Samaria, quæ postea metropolis fuit decem tribuum Israel, exstruitur, 3. Reg. 16. 17. obsidetur à Syriis, 4. Reg. 6. 24. obsidetur ab Assyriis usque ad tertium annum: capitur, & abducitur populus, 4. Reg. 17. 5.

contra Samariam prophetatur, Isa. 7. 30 † 9. 7. Ezec. 23*. Osee 8*. † 13*. Amos 3. 12. Mich. 1. 5.

Samaria nolebat recipere verbum Dei, Luc. 9. 52. recipit verbum Dei, Act. 8. 5.

Samaritanus miseretur vulnerati, Luc. 10. 33.

Samaritana loquitur cum Christo apud puteum, Joan. 4. 7.

Samson nascitur, Judic. 13. 24. juxta promissionem angeli, 13. 3. uxorem accipit in Thamnata, & dilacerat leonem, 14. 1. 5. 10.

nocet Philisthæis, eisque vim infert, 15. 4. 8. moritur, 16. 29. 30.

Samuel, 1. Reg. 1. 20. adducitur ad domum Domini in Silo, 1. 24. vocatur à Domino, 3. 4. 10. congregat universum Israel in Masphat, & clamat ad Dominum pro Israel, 7. 5. 9. posuit filios suos Judices Israel, 8. 1. probat se innocentem, 12. 3. interficit Agag, 15. 33.

David regem ungit, 16. 13. moritur, 25. 1. prophetat Sauli post mortem, 28. 15. 16. Eccli. 46. 23. laudatur, Eccli. 46. 16.

Sanaballat præfectus Samariæ conatur impedire templi ædificationem, 2. Esd. 2. 10.

Sanctus est Deus, Isa. 6. 3. Apoc. 4. 8.

Sancti & mundi esse debemus, Levit. 11. 44 † 19. 2 † 20. 7. 26 † 21. 6. Deut. 26. 19. Eph. 5. 26. 1. Thess. 4. 3. 1. Pet. 1. 16. qui Sanctus, sanctificetur adhuc, Apoc. 22. 11.

Sanctum Domini, Exo. 35. 2. Lev. 16*. Psalm. 113. 2. Mat. 7. 6. Luc. 1. 31.

Sancti pro nobis orant, Jerem. 15. 1. 2. Mach. 15. 14. Apoc. 5. 8 † 8. 3. propter eorum preces & merita multa nobis largitur Deus, quamvis illi vita functi sint, Genes. 26. 5. 24. Exod. 32. 13. 14. 3. Reg. 11. 12. 13. 32. 34 † 15. 4. 5. 4. Reg. 19. 34 † 20. 6. Isa. 37. 35. Eccli. 44. 24.

Sanctos oramus sine injuria Mediatoris, ut pro nobis orent, sicut & petimus ab aliis hominibus preces, ut Paulus, Rom. 15. 30. Col. 4. 3. Eph. 6. 19. 1. Thess. 5. 25. 2. Thessal. 3. 1. Hebr. 13. 18. Nec mirum Sanctos nostras preces cognoscere, quia sunt sicut angeli Dei, Mat. 22. 30. Luc. 15. 10. & offerunt Deo nostras preces, Tob. 12. 12. Apoc. 5. 8 † 8. 3. Nec huic contrarium est, quòd Deus solus est inspector cordis, quia & homines cognoverunt secreta cordium Deo revelante, Dan. 2. 29. 4. Reg. 5. 26 † 6. 12.

Sanctorum ministerio aliquando tribuitur quod soli Deo præcipuè convenit, Mat. 18. 16. 18. Joan. 20. 13. Rom. 11. 14. 1. Cor. 9. 20. 21. 1. Timot. 4. 16. Jac. 5. 19. vide titulum, Deo soli attributa, &c.

in Sanctorum memoriam Deum orare docent nos majorum exempla, Genes. 31. 9 † 48. 16. Exod. 32. 13. Deut. 9. 27. 3. Reg. 18. 36. 1. Par. 29. 18. 2. Paral. 5. 42. Tob. 7. 15. Esther 13. 15 † 14. 18. Isai. 63. 17. Dan. 3. 35.

Sancti sunt cum Christo in cœlis regnantes, Joan. 12. 26 † 17. 24. 2. Cor. 5. 8. Philip. 1. 23. Apoc. 3. 21 † 7. 9 † 14. 13.

Sancti etiam vita defuncti rectè à nobis laudantur, Eccli. 44*. Joan. 12. 26.

in Sanctis suis Deus laudatur, Psal. 150. 1.

Sancti judicabunt: quære Judicabunt.

Sancti faciunt miracula, ut Moyses & Aaron, Exo. 7 † 8 † 9 † 10 † 11. Elias excitat puerum mortuum, 3. Reg. 17. 22. claudit cœlum ne pluat, 17. 1. Jacobi 5. 17. aperit clausum, 3. Regum 18. 41. 45. Jac. 5. 18. Eliæ pallium dividit aquas, 4. Reg. 2. 8. 14. Elisæus excitat puerum viduæ mortuum, 4. Reg. 4. 35. sanat aquas misso in eas sale, 2. 21. 22. oleum multiplicat, 4. 6. mittit farinam in ollam, 4. 41. Naaman Cyrum sanat, 5. 14. facit natare ferrum, 6. 6. Elisæus mortuus per contactum ossium suorum operatur, 13. 21.

Apostoli ejiciant dæmonia, Marc. 6. 13 † 16. 17. Luc. 10. 17. Joannes & Petrus sanant claudum, Act. 3. 6.

Petrus excitat Tabitham, 9. 41.

etiam sola sua umbra sanat, 5. 15.

Paulus restituit claudum, 14. 9.

etiam per sudaria curat infirmos, 19. 12. reddit vitæ puerum ex lapsu mortuum, 20. 10.

Sancti plura quoque alia fecere miracula, quæ longum esset enumerare, ad Heb. 11. 32*.

Sanguinis conspersio, Exo. 24. 6 † 29. 20. Levit. 1. 5. 11 † 3. 2. 8. 13 † 4. 6. 16 † 7. 2 † 8. 19. 30 † 9. 18 † 16. 14. 18 † 17. 6. 2. Par. 30. 16. Ezec. 43. 20. Hebr. 9. 13. 14. 19. 21. 22.

Sanguinis Christi conspersio, Heb. 9. 14 † 10. 19 † 12. 24. 1. Pet. 1. 22.

Sanguinis esus prohibitus, Gen. 9. 4. Levit. 3. 17 † 7. 26 † 17. 10. 14 † 19. 26. Deut. 12. 16. 23 † 15. 23. 1. Reg. 14. 32. Act. 15. 20 † 21. 25.

Sanguinis fluxus sistitur, Matth. 9. 20.

Sanguinis innocentis effusio, Deut. 19. 5. 11 † 27. 24. 2. Reg. 20. 9. 3. Reg. 21. 13. 4. Reg. 21. 16 † 24. 4. 2. Paral. 24. 22. Prov. 6. 17 † 28. 17. Isa. 26. 11. Jerem. 7. 6 † 22. 3. Ezec. 22. 4. 4. Esdr. 1. 32. Mat. 23. 34. Lucæ 11. 50. Apoc. 6. 10 † 18. 24.

Sanguinis innocentis effusio clamat vindictam coram Deo, Genes. 4. 10. 4. Esdr. 15. 8. Apoc. 6. 10.

Sanguine Christi empti sumus, 1. Cor. 6. 20 † 7. 23. Act. 20. 28. 1. Pet. 1. 18. Apoc. 5. 9.

Sapientiæ divinæ origo, proprietas, laus, & utilitas, Deut. 4. 6 †


Digitized by Google

29. 9. Job 28. 20 † 32. 7. Eccles. 7. 12 † 9. 13. Sap. 6. 13. 16 † 7*. 8*. 9*. 10*. Eccli. 1*. † 3. 1. 31 † 4. 12. 28. 29. † 21. 12 † 24*. † 39. 14. Luc. 21. 15. Rom. 11. 33. 1. Cor. 1. 17 † 2. 6. 10 † 3. 19. Col. 2. 3. Jac. 1. 5 † 3. 15.

SAPHIRA mentitur Spiritui sancto, & cadit in terram mortua, Act. 5. 1. 8.

SARA filia Raguelis Tobiæ in uxorem traditur, Tob. 7. 10. 15.

SARVIA, vide Zarvia.

SATISFACTIO, vide Pœnitentia.

SAUL de tribu Benjamin quærit asinas, 1. Reg. 9. 3. ungitur in regem à Samuele, 10. 1 † 11. 14. Act. 13. 21. juxta mandatum, 1. Reg. 9. 15. percussit Ammon, 11. 11. obtulit holocaustum, 13. 9. à regno rejicitur, 13. 13 † 15. 22. 26. 28 † 16*. exagitat eum spiritus nequam, 16. 14 † 18. 10 † 19. 9. nititur David configere, 18. 10 † 19. 10. persequitur eum, 23*. trucidat sacerdotes Domini, 22. 18. mulierem habentem pythonem consulit, 28. 7. seipsum interficit, 31. 4. sepelitur, 31. 13. filii ejus in crucem tolluntur, 2. Reg. 21. 9.

SCANDALUM seu offendiculum proximo, nec in vita, nec in doctrina ponendum, Lev. 4. 3. Num. 31. 16. 2. Reg. 11. 14. 1. Esdr. 8. 22. Prov. 28. 10. 2. Mach. 6. 24. Mat. 17. 27 † 18. 6. Marc. 9. 42. Lucæ 17. 1. Rom. 14. 1. 15. 1. Corint. 8*. † 10. 32. 2. Cor. 6. 3. 1. Thess. 5. 22.

quicunque nobis scandalo esse possent, vitabimus, Exod. 34. 12. Deut. 7. 2. 16 † 13*. Mat. 5. 29 † 16. 22. Marc. 9. 42. Rom. 16. 17.

SCIENTIA Dei : vide Dei.

SCRIPTURA sacra unde sit, & quis ejus usus, Exod. 17. 14 † 34. 27. Deut. 4. 1 † 17. 18 † 31. 9. Jos. 1. 8. Isa. 8. 9 † 30. 8 † 34. 16. Jerem. 30. 2 † 36. 2. 10 † 45. 1. Baruch 1. 3. 14 † 4. 1. 2. Esdræ 8. 2. 3. Esd. 9. 39. 4. Esd. 15. 1. Dan. 10. 21. Mat. 4. 4 † 22. 29. Luc. 4. 4 † 16. 29. Joan. 5. 39 † 10. 44 † 20. 30. Act. 15. 21 † 17. 11. Rom. 1. 2 † 4. 23 † 15. 4. 1. Cor. 9. 9 † 10. 11 † 15. 3. 2. Tim. 3. 15. 2. Pet. 1. 20 † 3. 1. Apoc. 1. 19.

Scriptura difficilis intellectu, 2. Pet. 3. 16. nec omnia scriptis Apostoli mandarunt, Joan. 20. 30 † 21. 25. 1. Cor. 11. 34. 2. Thess. 3. 15. Joan. epist. 2. 12 † epist. 3. 18.

Scriptura nec Lex est judex, sed Sacerdos, Deut. 17. 18. Ezec. 44. 24*. Malach. 2. 7. quære Sacerdotum officium.

SEB & Oreb interficiuntur, Judic. 7. 25.

SEBÆ, quia regnum affectarat, caput præciditur, 2. Reg. 20. 22.

SECURITAS perfecta de peccatorum remissione aut salute consequenda non habetur in hac vita, Eccles. 9. 1. 2. vide Certi.

SEDECIAS pseudopropheta, 3. Reg. 22. 11. 2. Par. 18. 10. comburitur, Jer. 29. 22.

Sedecias, vide Zedecias.

SEDITIOSI puniuntur, Numer. 16. 31*. vide Murmuratores.

SEHON rex Amorrhæorum concedere noluit ut Israel transiret per fines suos, Num. 21. 23. Deut. 2. 30. percussus est in ore gladii, Num. 21. 24.

SELEUCUS Asiæ rex, 2. Mach. 3. 3.

SEMEI maledicit Davidi, 2. Reg. 16. 5. 13. veniam impetrat à David, 2. Reg. 19. 23. occiditur ex præcepto David, 3. Reg. 2. 9. 42. 46.

SEMEIA mittitur ad Roboam, 3. Reg. 12. 22. 2. Paralip. 11. 2 † 12. 5. 7.

SENNACHERIB oppugnat universas civitates Juda munitas, 4. Regum 18. 13. 2. Paral. 32. 1. blasphemat Deum, Isa. 36*. interimitur à filiis, 4. Regum 19. 37. Isaiæ 37. 37. secundùm verba Isaiæ, 10. 33 † 31. 8 † 33. 1.

SEPELIRE mortuos, opus misericordiæ, Genes. 23. 19 † 25. 9 † 35. 19. 29 † 50. 5. 13. 25. Num. 20. 1. Deut. 10. 6 † 21. 23. Jos. 24. 30. Judic. 12. 7. 1. Reg. 25. 1 † 31. 13. 2. Reg. 2. 32 † 3. 32. 3. Reg. 2. 10. 31. 34 † 11. 43 † 13. 29 † 14. 31. 4. Reg. 13. 20. 2. Paral. 16. 14 † 24. 16 † 35. 24. Tob. 1. 20 † 2. 3. 7 † 4. 3. 18 † 8. 14 † 12. 12 † 14. 13. 16. 4. Esd. 2. 23. Eccli. 7. 37 † 38. 16. Mat. 14. 12 † 27. 58. Joan. 19. 39. Act. 13. 29. 1. Cor. 15. 4.

SEPHORA, vide Ziphora.

SERMO Christianorum : vide Loquenda.

SERPENS æneus erigitur, Num. 21. 8. tollitur, & appellatur Nohestan, 4. Regum 18. 4. cujus typum gesserit, Joan. 3. 14.

SIBA, vide Ziba.

SICELEG, vide Ziceleg.

SICHEM, filius Hemor, Dinam rapit, & concumbit cum illa, Gen. 34. 2. necatur, 34. 26.

SIGNA futurorum, Gen. 9. 12. Exod. 31. 13. Jos. 2. 18. 1. Reg. 2. 34 † 10. 2. 2. Reg. 5. 24. 4. Reg. 19. 29. Isa. 38. 7. Tob. 5. 3. Luc. 2. 12.

Signa in memoriam præteritorum, Exod. 12. 3. 8. Numer. 15. 38 † 16. 38. 40 † 17. 10. Jos. 4. 6*.

Signa & miracula fiunt, ut per ea omnipotentia, veritas, justitia, & bonitas Dei innotescat, Exo. 4. 2. 6 † 7. 17 † 16. 12. Jos. 3. 10. 14. 3. Regum 13. 4 † 17. 14 † 18. 38 † 20. 13. 28. 4. Reg. 5. 14 † 20. 9. Mat. 8. 26 † 9. 2 † 14. 28.

SILAS cum Paulo mittitur Antiochiam, Act. 15. 27. profectus est cum Paulo, 15. 40. remansit Berœæ, 17. 14.

SILERE est utile, Prov. 17. 20. Eccles. 3. 7. Eccli. 20. 6 † 32. 12.

SILO locus in quo fuit domus Dei, Josue 18. 1. Judic. 18. 31 † 20. 18. 1. Reg. 1. 3. convenerunt omnes in Silo propter Rubenitas, Jos. 22. 12. de Silo affertur arca, 1. Reg. 4. 4. Jer. 7. 12 † 26. 6.

SIMEON nascitur, Genes. 29. 33. interficit cum Levi Sichemitas, 34. 25. eam ob rem arguuntur à patre, 49. 5. in vinculis tenetur in Ægypto, 42. 25.

SIMON in Bethania excipit Dominum, Mat. 26. 6. Marc. 14. 3. Joan. 12. 1.

SIMONIA, vide Vendi dona Dei.

SIMPLICIBUS & humilibus revelat subinde Deus quod abscondit iis qui sibi videntur sapientes, Isa. 29. 18. 24 † 32. 4. Eccles. 9. 15. Mat. 11. 25. Luc. 2. 9. 15 † 5. 8 † 10. 21. Act. 4. 13. 1. Cor. 1. 24 † 2. 1.

Simplex & rectus, Gen. 20. 6. Job 1. 8. Mat. 10. 16. Act. 2. 46. Rom. 16. 18. Eph. 6. 5. Col. 3. 22.

SIMULATIO & hypocrisis cavenda, Eccli. 1. 36. Isa. 32. 6. Jer. 9. 6. Job 15. 34. 2. Mach. 6. 24. Mat. 23*.

SOBRIETAS, vide Temperantia.

SOCIETAS bonorum quærenda, malorum vitanda, Genes. 19. 15. Levit. 7. 19. Num. 16. 25 † 25. 4. Jos. 23. 12. 2. Par. 19. 2. Job 31. 1. Psal. 25. 4. 8 † 36. 1. Prov. 1. 10 † 4. 14 † 6. 25 † 13. 20 † 20. 19 † 22. 10. 24 † 23. 6. 17 † 24. 1. 21 † 29. 27. Jer. 16. 8. Eccli. 6. 35 † 8. 1. 18 † 9. 21 † 12. 10 † 13. 1. 20. Tob. 1. 5. Mat. 7. 15. Actor. 19. 9. 2. Corint. 6. 14. Ephes. 5. 11. 2. Tim. 4. 14. Apoc. 18. 4.

SODOMA & Gomorrha amœnissimo loco sita, Genes. 13. 10. spoliantur, Gen. 14. 11. subvertuntur à Domino, Genes. 19. 25. Deut. 29. 23. Sapient. 10, 6. 7. secundùm verba Domini, Gen. 18. 20. causa, Ezech. 16. 49.

SOL & Luna creantur, Genes. 1. 16. steterunt ad imperium Josue, Jos. 10. 12. retrocessit Sol decem gradibus ad petitionem Ezechiæ, & preces Isaiæ, 4. Reg. 20. 11. amittet lumen, Mat. 27. 44. Marc. 15. 33. Luc. 23. 44.

SOLLICITUDO nimia, Exo. 34. 21. Levit. 25. 20. Deut. 8. 3. Job 7. 8. Psalm. 54. 23 † 144. 15. 16. Prov. 10. 3 † 13. 25. Mat. 6. 25 † 10. 9. 23 † 13. 22 † 16. 7. Luc. 8. 14 † 12. 22 † 14. 18 † 21. 31. 1. Cor. 7. 32. Philip. 4. 6. Heb. 13. 5. 1. Pet. 5. 7.

SOMNIA & visiones in quibus olim Deus suam voluntatem aperiebat, Genes. 20. 3 † 28. 12 † 31. 24 † 37. 5. 9 † 40. 8 † 41. 1 † 46. 2. Num. 12. 6. Judic. 7. 13. 15. 1. Reg. 3. 4. 8. 11 † 28. 6. 2. Reg. 7. 4. 3. Reg. 3. 5. 15. Job 7. 13 † 33. 15. Dan. 2. 1 † 7. 1. 2. Mach. 15. 11. 14. Mat. 1. 20 † 2. 12. 13. Actor. 16. 9 † 18. 9 † 23. 11 † 27. 23.

Somnia & visiones, quæ non conveniunt cum doctrina Christi & Ecclesiæ, sunt contemnenda, Deut. 13. 1. Eccles. 5. 2. Eccli. 34. 1*. Jerem. 23. 16. 25 † 27. 9 † 29. 8.

SOROBABEL filius Salathiel, 2. Esdr. 12. 1. Mat. 1. 13. Luc. 3. 27. instaurat templum Domini Jerosolymis, 1. Esd. 3. 3. 3. Esd. 5. 70. Eccli. 49. 13. genuit Abiud, Matth. 1. 13.

SORORES Christi : vide Fratres.

SORS, Lev. 16. 8. Num. 17*. † 26. 55 † 33. 54. Josue 7. 14 † 18. 10. 1. Reg. 10. 20 † 14. 17. 42. 1. Paral. 25. 5. 2. Esd. 11. 1. Proverb. 16. 33 † 18. 18. Ezec. 21. 19. Jonæ 1. 7. Act. 1. 17.

SOSIPATER comes Pauli, Act. 20. 4.

SOSTHENES princeps Synagogæ percutitur, Act. 18. 17.

SPES justorum non in temporalibus rebus, sed in Deo ejusque promissionibus fundatur, Gen. 26. 5. Judic. 7. 2. 4. 1. Reg. 4. 3 † 17. 45 † 22. 1. 3. Reg. 20. 28. 1. Paral. 19. 13. 2. Paral. 16. 7 † 20. 15. 20 † 25. 7 † 32. 7. Judith 9. 13. Psalm. 9. 11 † 13. 6 † 21. 5. 10 † 24. 2 † 30. 2 † 39. 5 † 61*. † 70. 1 † 90. 2 † 113. 9. 10. 11 † 141. 6 † 145. 5. Proverb. 3. 5 † 22. 19 † 28. 25 † 30. 5. Sapient. 3. 4. 9. Eccli. 2. 6. 12 † 13. 9 † 33. 9 † 34. 14. Isai. 26. 4 † 29. 19 † 30. 1. 15 † 31. 1 † 36. 7 † 40. 30. Jerem. 2. 33 † 7. 4 † 9. 22 † 17. 7 † 39. 18. Thren. 3. 24. Ezech. 29. 6. Osee 12. 6. Mich. 7. 5. 7. Nahum 1. 7. 1. Mach. 3. 18. Mat. 10. 37 † 12. 21. Rom. 5. 2 † 8. 24. 2. Cor. 5. 2. Col. 1. 27. 1. Thessal. 1. 3. 1. Tim. 1. 1 † 6. 17. Hebr. 3. 6. 1. Pet. 1. 13.

Spes non facit nos securos, neç excludit timorem : vide Timor.

Spes impiorum evanescet, & in quibus confidunt, vana sunt omnia, 4. Reg. 18. 21. Job 8. 13 † 11. 20 † 14. 19 † 20. 4. Proverb. 10. 28 † 11. 7. 23 † 25. 19. Sap. 5. 15. Eccli. 5. 1. 10. Isai. 28. 15. 18 † 30. 2. 12 † 57. 11 † Jerem. 9. 12 † 17. 7. 1. Machab. 2. 62.

SPINÆ appellantur sollicitudines

Digitized by Google

hujus mundi, divitiæ, & voluptates vitæ, Mat. 13. 7. 22 † 19. 22. Marc. 4. 7. 18 † 10. 22. Lucæ 8. 7. 14 † 18. 22.

Spiritus sanctus promittitur, Isai. 44. 3. Ezech. 11. 19 † 36. 26 † 39. 29. Joel 2. 28. Mat. 3. 11. Joan. 7. 39 † 14. 16. 26 † 15. 26 † 16. 7. mittitur, Act. 2. 1.

Spiritus Dei edocet mentes, Exod. 4. 12. Psal. 31. 8. Isa. 54. 13. Mat. 10. 20. Marc. 13. 11. Luc. 12. 11 † 21. 14. Joan. 6. 45 † 14. 16. 26 † 15. 26 † 16. 13. Rom. 8. 16. 26. 2. Cor. 1. 22 † 5. 5. Ephes. 1. 13 † 4. 20. 21. 1. Joan. 2. 27.

Spiritus probandi sunt utrùm à Deo sint, Judith 8. 28. 1. Cor. 14. 29. 1. Thess. 5. 21. 1. Joan. 4. 1.

Sponsus spiritualis est Christus, Isa. 54. 5 † 62. 4. Jer. 31. 22. Ezec. 16. 8. Matth. 9. 15 † 25. 1. Marc. 2. 19. Lucæ 5. 34. Joan. 3. 29. 2. Corinth. 11. 2. Eph. 5. 24. Apoc. 19. 7 † 21. 2.

Sponsa Christi: vide Ecclesia.

Stephanus eligitur, Act. 6. 5. accusatur, 6. 11. respondet ad accusationem, 7*. lapidatur, 7. 57.

Stultitia, Prov. 14. 29 † 20. 3 † 26. 1 † 27. 22. Baruch 3. 23. Eccles. 10. 2. Eccli. 33. 5. Mat. 7. 26 † 25. 2. Marc. 7. 22. Ephes. 5. 4.

Stultitia est apud Deum sapientia hujus mundi, 1. Cor. 1. 18*. † 3. 19.

Stultorum corda in eorum sunt ore, & contra sapientum os in corde est, Eccles. 21. 23.

Subditorum officium, Exod. 10. 28 † 22. 28. Num. 16*. Josue 1. 16. 2. Esd. 5. 16. Baruch 1. 11. Proverb. 13. 13 † 20. 2 † 24. 21 † 25. 6. Eccles. 8. 2 † 10. 16. Jer. 29. 7. Mat. 17. 24 † 22. 16. 21. Luc. 20. 22. Rom. 13. 1. 7. 1. Thess. 5. 12. 1. Timot. 2. 1. Heb. 13. 17. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13.

Superiorum, judicum, & rectorum officium & potestas in subditos, Genes. 9. 6. Exod. 1. 8*. † 5*. † 18. 13. 17 † 22. 8. Levit. 24. 10. 23. Num. 11. 16. 24 † 25. 4 † 27. 15. 18. Deut. 1. 13. 17 † 17. 1 † 19. 17. Jos. 1. 16. Judic. 2. 7. 16. 1. Reg. 10. 24. 3. Reg. 3. 7. 2. Para. 19. 5. 8. Job 29*. † 34. 30. Psalm. 81*. Proverb. 8. 15 † 11. 14 † 12. 24 † 16. 10 † 20. 8 † 28. 15 † 29. 4. 14 † 31. 4. Eccles. 10. 1. 12. Sap. 1. 1 † 6*. Eccli. 7. 4 † 10. 1. 24 † 17. 18. Isaiæ 2. 23. 26 † 3. 2 † 10. 1 † 32. 1. Jer. 5. 26 † 22. 2 † 27*. Ezech. 22. 6. 12 † 45. 9. Dan. 2. 21. Osee 13. 10. Mic. 3. 1. 9. Mat. 22. 17. 21 † 26. 51. Luc. 20. 22. Joan. 3. 31 † 19. 11. 1. Cor. 15. 24. Rom. 12. 8 † 13. 1. 2. Tim. 2. 1. Tit. 3. 1. Heb. 13. 17. 1. Pet. 2. 13. vide Rex, Judex.

Superbia prohibetur, committitur, & punitur, Genes. 3. 17 † 11. 5. 7. Exod. 5. 2 † 14. 26. 1. Reg. 17*. 4. Reg. 18. 19*. † 19. 35. Tob. 4. 14. Judith 9. 16 † 13*. Proverb. 6. 17 † 11. 2 † 13. 10 † 15. 25 † 16. 5. 18 † 18. 12 † 25. 6 † 29. 23. Eccli. 10. 9. 11. 16 † 25. 4. Isaiæ 3. 15. 17 † 9. 8 † 10. 8 † 14. 9 † 36*. † 37. 10. 24 † 39. 2. 5 † 47. 8. Jerem. 48. 29 † 49. 16. Ezech. 16. 49 † 28. 2 † 31. 10. Daniel. 4. 19. 27 † 5. 22. Abdiæ 1. 3. Malac. 2. 11. 2. Mach. 9. 4. 6. Luc. 1. 47 † 10. 15 † 14. 7. 11 † 18. 11 † 22. 24. Act. 12. 21. Rom. 1. 30 † 11. 20. 2. Tim. 3. 2. 1. Pet. 5. 5. 2. Pet. 2. 18. Judæ 16. Apoc. 18*.

Susannæ historia, Daniel. cap. 13*.

Syri imperant Israeli, Judic. 3. 8. opprimuntur ab Othoniel, 3. 10. cæduntur à Davide, eique fiunt tributarii, 2. Reg. 8. 5. juvant filios Ammon contra David, 10. 6. fugientes à facie Israel occiduntur à David, 10. 13. 18. Samariam obsidentes cæduntur, 3. Reg. 20. 29. pugnant contra Israel, 4. Reg. 6. 8. mentis stupore immisso, quasi cæci ducuntur in Samariam, 6. 18. 19.

obsident Samariam, 6. 24. territi à Deo solvunt obsidionem, 7. 6. 7. vastantur à rege Assyriorum, & transferuntur Cyrenen, 4. Reg. 16. 9. desolatio eorum prænuntiatur, Isa. 17. 1. Jerem. 49. 23. Amos 1. 3.

T.

Tabitha suscitatur à mortuis, 9. 36. 40.

Temperantia in cibo, potu, & concubitu, Tob. 6. 15. Eccles. 3. 6. Eccli. 31. 18 † 32. 7. Dan. 1. 8. 11. Rom. 13. 13 † 14. 17. 1. Corint. 7* Galat. 5. 23. 1. Tim. 3. 2. 2. Tim. 1. 7. Tit. 1. 8 † 2. 6. 12. 1. Pet. 1. 13 † 5. 8. 2. Pet. 1. 6.

Templum Salomonis quando, quanto tempore, & qua forma sit exstructum, 3. Reg. 6*. † 7*. 2. Paral. 3*. 4*. promissio ejus, 2. Reg. 7. 13. exstruitur ope Gentilium, 3. Reg. 5*. consecratur, 8*. 2. Paral. 7. 7. profanatur per Achaz, 2. Par. 28. 21. iterum consecratur per Ezechiam, 2. Paral. 29*. profanatur, & denuo consecratur per Manasse, 2. Par. 33. 7. 15. exuritur, 4. Reg. 25. 9. prout prædictum erat, 2. Paral. 7. 20. iterum exstruitur, 1. Esd. 1*. 3*. 4*. 5*. † 6. 3. 7. spoliatur, & accenditur, 1. Machab. 1. 23. 33. profanatur, 1. 49. 57. mundatur, & consecratur, 4. 36. 2. Mach. 10. 1. ejus devastatio, Dan. 9. 26. Mat. 24. 2. Marc. 13. 2. Luc. 19. 41.

contra Templum prophetatur, Lev. 26. 31. 3. Reg. 9. 7. 4. Reg. 21. 12. 2. Paral. 7. 20. Psalm. 73. 6. Isa. 66. 1. Jer. 7. 3. 17 † 26. 6. 12. Amos 9. 1. Mich. 3. 12. Zach. 11. 2.

Templum spirituale & domus Dei, 2. Reg. 7. 13. Proverb. 9. 1. Agg. 2. 8. Mat. 7. 24 † 16. 18. Joan. 2. 19. 1. Cor. 3. 16 † 6. 19. 2. Cor. 6. 16. Ephes. 2. 20. 1. Tim. 1. 15. Heb. 3. 6. 1. Pet. 2. 5. vide Ecclesia.

Templa idolorum, 1. Reg. 5. 2 † 31. 9. 3. Reg. 11. 7. 4. Reg. 10. 21 † 17. 32 † 19. 37. 1. Parali. 11. 10. Baruch 6. 16. 30. 54. Isa. 37. 38. Jerem. 43. 12. Dan. 14*. 1. Mach. 1. 50 † 6. 2 † 10. 83. 2. Mach. 6. 2. Act. 19. 27.

Templum domus Dei, & domus orationis vocatur, Isai. 56. 7. Mat. 21. 13. Christus ipse, & omnes fideles frequenter in Templo versabantur, Mat. 24. 1. Marc. 11. 11 † 12. 35. Luc. 2. 30 † 19. 45. Act. 2. 46 † 3. 1 † 5. 20. 21 † 21. 26 † 22. 17.

in Templo oratur Deus, & exaudit, 3. Reg. 8. 29 † 9. 3. 2. Par. 6. 19. Mat. 21. 13.

Templa manufacta non inhabitat Deus, quasi iis concludi possit, vel illis indigeat, ut homo ædibus, 3. Regum 8. 27. 2. Paral. 6. 18. Isai. 66. 1. Jer. 23. 24. Act. 7. 48 † 17. 3.

alioqui Deus in Templis materialibus habitare dicitur, 3. Regum 6. 13 † 8. 12. 1. Paral. 23. 25. Psalm. 77. 60 † 131. 13. Jer. 7. 3. 7. Mat. 23. 21. Act. 7. 46.

Templum dicitur locus sanctus, Genes. 28. 17. Exod. 3. 5.

Templum magnis muneribus dotatum, 2. Paral. 1*. 2*. 3*. 4*. 5*. 2. Mach. 3. 2.

Templi profanatores à Deo puniuntur, Isaiæ 56. 5*. 2. Mach. 3. 25. 26*. Mat. 21. 12. Joan. 2. 15.

Temporis opportunitas in omnibus rebus observanda, Eccles. 3. 1 † 8. 5. Eccli. 20. 6 † 32. 20. Rom. 12. 11.

Tenebræ trium dierum in Ægypto, Exo. 10. 22. Psal. 104. 28. Sap. 17. 2 † 19. 16.

in Tenebris versatur mundus, & amat eas, 4. Esd. 14. 20. Isai. 9. 1 † 59. 9 † 60. 2. Joan. 1. 5 † 3. 19 † 8. 12 † 12. 35. Act. 26. 17. 1. Thessal. 5. 7. 1. Joan. 2. 11.

Tentare Deum non licet, Exo. 14. 11 † 17. 2. Deut. 6. 16. Judith 8. 11. Mat. 4. 7. 1. Cor. 10. 9.

Tentat seu veriùs probat Deus suos variis modis, Genes. 22. 1*. Exod. 15. 25 † 16. 4 † 20. 20. Deut. 8. 2 † 13. 3. Judic. 2. 22 † 3. 1. 2. Paral. 32. 21. Tobiæ 2. 8. Job 1. 12*. Sap. 3. 5. Eccles. 2. 4 † 27. 18. Zach. 13. 9. Rom. 5. 4. 2. Pet. 2. 9. Jacobi 1. 2.

Tentari non patitur Deus suos supra id quod possunt, 1. Cor. 10. 13. 2. Pet. 2. 9. Apoc. 2. 10.

Tertullus Orator accusat Paulum, Act. 24. 2.

Testamentum, Galat. 4. 24. Heb. 9. 1 † 13. 20. vide Novum Testamentum.

Testimonium tum verum, tum falsum, Exod. 20. 16 † 23. 1. Num. 35. 30. Deut. 5. 20 † 17. 11 † 19. 15. 18. 3. Reg. 21. 10. Psalm. 26. 12 † 34. 11. Prov. 6. 19 † 14. 5 † 19. 5. 9 † 21. 28 † 24. 28 † 25. 18. Dan. 13. 34*. Mat. 18. 16 † 19. 18 † 26. 59 † 28. 13. Marc. 10. 19. Joan. 8. 17. Act. 6. 11. Rom. 13. 9. 2. Cor. 13. 1. 1. Tim. 5. 19. Heb. 10. 28. vide Mendacium.

Thaddæus, vide Lebbæus.

Thamar concumbit cum Juda suo socero, Genes. 38. 15. gignit geminos Phares & Zara, 38. 27 † 46. 12.

Thamar violatur ab Amnon fratre suo, 2. Reg. 13. 14.

Thamar filia Absalonis, 2. Reg. 14. 27.

Thare pater Abraham, Gen. 11. 26.

Thebes obsidetur, Judic. 9. 50.

Thebni rex Israel, 3. Reg. 16. 21.

Thecuitis mittitur ad regem David, ut impetret reductionem Absalon, 2. Reg. 14. 2*.

Theglathphalasar devictam magnam partem Israelitarum transtulit in Assyrios, 4. Reg. 15. 29.

Theodas occisus est, Actor. 5. 37.

Thesaurus minùs diligendus magis diligitur, Osee 9. 1. Mat. 6. 19 † 19. 22. Marc. 10. 22. Luc. 12. 22. 33 † 18. 23. Joan. 6. 26. 2. Corinth. 4. 18.

Thola dux in Israel, Judic. 10. 1.

Tholomai rex Gessur, 2. Reg. 13. 37.

Thomas Didymus paratum se offert cum Christo ire in mortem, Joan. 11. 16. erat incredulus, 20. 25. 27.

Timendus est Deus, & ante oculos habendus, Genes. 22. 12 † 31. 49. Exod. 1. 17 † 20. 20. Deut. 4. 9 † 6. 2. 13. 24 † 10. 12. 20 † 13. 4. Jos. 24. 14. Judic. 6. 10. 4. Reg. 17. 36. 2. Paral. 26. 15. Job 1. 8 † 28. 28. Psal. 26. 1 † 32. 8 † 33. 8. 10 † 110. 5 † 111. 1 † 127. 1. Proverb. 1. 7 † 3. 7 † 9. 10 † 14. 2. 27 † 15. 16 † 16. 6 † 22. 4 † 24. 21. Eccles. 12. 11. Eccli. 1. 11*. † 2. 7. 12. 18 † 7. 31 † 10. 23 † 15. 1 † 25. 16 † 33. 1 † 34. 16 † 41. 16. Isa. 8. 5 † 41. 10 † 43. 1 † 51. 12. Jerem. 10. 7 † 32. 39. Baruch 3. 7. 4. Esdr.



Digitized by Google

16. 68. Mat. 10. 28. Lucæ 12. 5. 1. Pet. 2. 17 † 3. 15. Apoc. 14. 7.

Timoris Dei fructus, utilitas, & laus, Genes. 20. 9. Psalm. 102. 17 † 124. 1 † 117*. Prov. 10. 27 † 14. 27 † 19. 23 † 22. 4. ejus defectus, causa peccandi, Genes. 20. 11.

Timore punit Deus & terrore, Genes. 35. 5. Exod. 23. 27. Levit. 26. 36. Deut. 2. 24 † 11. 25 † 28. 10. 65. Jos. 2. 9 † 10. 10. Judic. 4. 5 † 7. 21. 1. Reg. 7. 10. 4. Reg. 7. 6. 1. Para. 15. 17. 2. Par. 14. 14 † 17. 10 † 20. 29. Psal. 9. 20. Jerem. 49. 37. Judith 14. 14 † 15. 1. 2. Mach. 3. 24.

Timoris Dei exempla, Exod. 1. 17 † 14. 31. 3. Reg. 18. 3. 2. Paral. 19. 7. Tob. 1*. † 2. 9. 13 † 3. 18 † 9. 12. Judith 8. 8. Job 31. 23. Jonæ 1. 16. Proverb. 31. 30. 2. Machab. 6. 30. Luc. 2. 25. Actor. 8. 2 † 9. 31 † 10. 2. 35.

Timor & sollicitudo non repugnat fidei, aut spei, Psalm. 2. 11. Eccles. 9. 1. 2. Eccli. 5. 5. Rom. 11. 20*. 1. Cor. 9. 27 † 10. 12. Philip. 2. 12*. † 3. 11. 13. Heb. 3. 14 † 4. 1*. 2. Pet. 3. 17.

Timent & reverentur bonos etiam mali, Genes. 20. 8. Exod. 14. 25. 1. Reg. 18. 12. 4. Reg. 1. 14. 2. Esdr. 6. 16. 1. Mach. 3. 25 † 12. 28. Marc. 6. 20. Act. 5. 13 † 16. 29.

TIMOTHEUS circumciditur, & proficiscitur cum Paulo, Act. 16. 3. mittitur cum Paulo in Macedoniam, 19. 22. accepit gratiam per impositionem manuum, 1. Tim. 4. 14. 2. Tim. 1. 6.

TITUM Gentilem noluit Paulus circumcidi, Galat. 2. 3. Titus à Paulo constitutus episcopus Cretensis, Tit. 1. 5.

TOBIAS vir pius, & in pietate constans, Tob. 1. 1*. fit cæcus, 2. 11. visum recipit, 11. 14.

TRADITIONES etiam sine scripto ab Apostolis acceptæ, servandæ nobis sunt, 2. Thess. 2. 15.

Tradiderunt Apostoli quædam viva tantùm voce, 1. Cor. 11. 34. epist. Joan. 2. vers. 12. & 3. vers. 13.

TRIBULATIO, vide Crux.

TRIBUTUM, vide Exactio.

TRINITAS figurata & declarata, Genes. 1. 26 † 18. 2. Exod. 3. 6. 15. 16 † 4. 5. Psalm. 32. 6. Isa. 6. 3 † 34. 16 † 48. 16 † 61. 1. Mat. 3. 16 † 10. 20 † 17. 5 † 28. 19. Luc. 4. 18. Joan. 3. 35 † 14. 16. 26 † 15. 26 † 16. 3. 1. Joan. 5. 7.

TRIPUDIARE, vide Choreas ducere.

TRISTARI immoderatè propter temporalia, minimè laudandum, Proverb. 12. 25 † 15. 13 † 17. 22. Eccli. 30. 22 † 38. 19. 1. Machab. 6. 8. 2. Cor. 7. 10.

TRYPHON partium Alexandri transit ad Emalchuel Arabem, 1. Machab. 11. 39. cupiens regnum Antiochi occupare, & fingens se amicum apud Ptolemaida, dolo capit Jonathan, 12. 39. 49. à Simone accepta pecunia, Jonathan occidit cum filiis, 13. 19. 23. interimit Antiochum filium Alexandri, 13. 31.

TUBA clangent angeli in consummatione sæculi, Mat. 24. 31. 1. Cor. 15. 52. 1. Thess. 4. 16.

## V.

VÆ væ quibus, & quas ob causas interminetur Scriptura, Numer. 21. 29. Eccles. 4. 10 † 10. 16. Isa. 1. 4. 24 † 3. 9. 11 † 5. 8. 18 † 6. 5 † 10. 1 † 17. 12 † 18. 1 † 24. 16 † 28. 1 † 29. 1 † 30. 1 † 31. 1 † 33. 1 † 45. 9. Jerem. 4. 31 † 13. 27 † 22. 13 † 23. 1 † 45. 3 † 48. 1. Ezec. 6. 11 † 13. 3. 18 † 16. 23 † 30. 2 † 34. 2. Osee 7. 13. Joel 1. 15. Amos 5. 18 † 6. 1. Mich. 2. 1. Nah. 3. 1. Abac. 2. 6. 12. Soph. 2. 5 † 3. 1. Judith 16. 20. Eccli. 2. 14 † 41. 11. Mat. 11. 21 † 18. 7 † 23. 13*. Luc. 6. 24 † 10. 13 † 11. 42 † 17. 1. 1. Cor. 9. 16. Judæ 11. Apoc. 8. 13 † 9. 22 † 11. 14 † 12. 12 † 18. 10. 16.

VASTHI spernit regis imperium, & ab eo repudiatur, Esther 1. 9. 19.

VENDI non debent dona Dei, 4. Reg. 5. 22. 26*. Dan. 5. 17. Matth. 10. 8. Act. 8. 20 † 20. 35. 1. Cor. 9. 15. 2. Corinth. 11. 9 † 12. 13. quære Emere.

VENTER pro Deo eligitur, Roman. 16. 18. Philip. 3. 19.

VERBUM Dei semper ob oculos ponendum, Deuter. 4. 1 † 6. 6. 17 † 11. 18. Num. 15. 39. Psal. 1. 2. Proverb. 3. 1 † 4. 1. 20 † 6. 20 † 7. 1.

à Verbo Dei non recedendum, Deut. 4. 2 † 5. 32 † 28. 14. Josue 1. 7 † 23. 6. Prov. 4. 27. Isai. 30. 21.

Verbum Dei universum non est scriptis traditum, Joan. 14. 26 † 20. 21 † 21. 25. 1. Cor. 11. 34. 2. Thessal. 2. 15. 2. Joan. 12. 3. Joan. 18.

Verbum Dei non audiendum solùm & loquendum, sed & corde credendum, & factis præstandum, Deuter. 5. 1. 27 † 6. 1 † 31. 12. Isa. 29. 13. Ezec. 33. 31. Mat. 5. 22 † 7. 24 † 15. 8 † 28. 20. Luc. 6. 47 † 11. 28 † 12. 47. Joan. 13. 17. Heb. 4. 2. Jac. 1. 22.

Verbi Dei contemptus, & punitio ejus, 3. Reg. 13. 4. 4. Reg. 17. 14. 19. 2. Par. 30. 6. 10 † 36. 15. Proverb. 1. 24. 28 † 28. 9. Isa. 28. 14 † 30. 9. 14 † 65. 10 † 66. 4. Jerem. 2. 5 † 5. 12. 20 † 7. 13 † 16. 9 † 19*. † 25. 4. Ezech. 33. 30. Mat. 10. 14 † 11. 20. Luc. 10. 10. Act. 13. 45 † 18. 6. Rom. 1. 21. 30. 2. Thess. 2. 10. Heb. 2. 3. vide Inobedientia.

Verbum Dei manet in æternum, Numer. 23. 19. Tob. 14. 6. Psalmorum 32. 11 † 116. 2 † 118. 89. Isai. 40. 8 † 51. 6 † 54. 10. Mat. 5. 18 † 24. 35. Marc. 13. 31. Luc. 16. 7 † 21. 31. 1. Pet. 1. 25.

Verbum Dei quantæ sit virtutis & efficacitatis, Genes. 1*. Psalm. 32. 9. Job 38. 11. Isa. 46. 10 † 55. 11. Mat. 8. 13. 26. Marc. 1. 27. Luc. 5. 13. 24 † 8. 24 † 18. 42.

Verbum Dei est cibus animæ, Deut. 8. 3. Sap. 16. 26. Jer. 15. 16. Ezech. 3. 3. Mat. 4. 4. Luc. 4. 4.

Verba sunt ponderanda, & non leviter effutienda, Psal. 111. 5. Prov. 13. 3 † 15. 2. 23 † 17. 27 † 20. 15 † 21. 23 † 25. 11. Eccles. 5. 2 † 12. 10. Eccli. 5. 12 † 20. 7 † 23. 7 † 28. 29 † 32. 18. Mat. 12. 36. Col. 4. 6. Jac. 1. 19.

VERITAS, Isaiæ 59. 15. 3. Esd. 3. 12 † 4. 33. 4. Esd. 1. 17. Zach. 8. 16. Eph. 4. 25.

VESTIENDI sunt nudi, Isa. 58. 7. Tob. 1. 17. Ezech. 18. 7. Mat. 25. 36. vide Eleemosyna.

VESTIUM abusus: vide Abusus.

Vestes scindere, Gen. 44. 13. Jos. 7. 6. Judic. 11. 35. 1. Reg. 4. 12. 2. Reg. 13. 31. 3. Reg. 21. 27. 4. Reg. 5. 7 † 6. 30 † 11. 14 † 18. 37 † 19. 1 † 22. 11. 19. Esther 4. 1. Jerem. 36. 24. Joel 2. 13. 1. Machab. 2. 14 † 3. 47 † 4. 31 † 11. 71. Mat. 26. 65. Act. 14. 13 † 16. 22.

VIA per quam justi ambulant, quæ & qualis sit, Psalm. 118. 5. Prov. 3. 6. 17 † 16. 5. 17. Eccli. 5. 12. Isaiæ 26. 7 † 30. 31 † 35. 8 † 40. 3. Jer. 31. 21. Osee 14. 10. 1. Thess. 4. 1. Heb. 12. 11.

Via justorum à Domino dirigitur, Tobiæ 4. 20. Psalm. 16. 5 † 24. 4 † 118. 35. Proverb. 4. 12. 18 † 13. 6 † 16. 9 † 20. 24. Isa. 48. 17. Jer. 10. 23. Mich. 4. 2.

Via justorum remunerationem à Deo exspectat, Psalm. 24. 12. Proverb. 12. 28. Jerem. 6. 16 † 7. 3.

Via impiorum qualis, Psalm. 118. 3. Prov. 4. 19. 26. 27 † 12. 15 † 21. 2 † 22. 5. Isa. 57. 10.

Viæ impiorum exitus & finis, Job 6. 18. Proverb. 14. 12 † 28. 18. Eccli. 2. 16 † 21. 11. Jerem. 2. 36 † 4. 18.

VICTORIA à Deo exspectanda est, Gen. 14. 14. Exo. 17. 9. Deut. 7. 18. Josue 11. 6. Judicum 7. 7. 1. Reg. 14. 6 † 17. 45. 2. Paral. 14. 11 † 16. 8 † 24. 24 † 25. 8. Psalm. 117. 16. Proverb. 21. 31. Judith 9. 15.

Victoria potiuntur pauci contra multos, Gen. 14. 14. Judic. 7. 2. 4. Jos. 11. 1. 7. 1. Reg. 14. 6. 14. 2. Paral. 13. 14 † 14. 11. 12 † 24. 24. 1. Machab. 3. 16. 22. post partam victoriam triumphus instituitur, Num. 31. 13. Judic. 11. 34. 1. Reg. 18. 6. 2. Mach. 3. 7.

VIDUIS benefaciendum est, Exod. 22. 22. Deut. 16. 14 † 24. 17. 19 † 26. 12 † 27. 19. Judith 16. 28. Job 24. 3 † 31. 16. Eccli. 4. 10. Isaiæ 1. 27. Jer. 22. 3. Zach. 7. 10. Malac. 3. 5. Mat. 23. 14. 1. Tim. 5. 3. 16. Jac. 1. 27.

Viduas pias quid deceat, Judith 8. 4. Lucæ 2. 37. 1. Tim. 5. 3. 5. Tit. 2. 3.

VIGILARE, vide Adventus Domini.

VINDICTA soli Deo ejusque ministris ac magistratui commissa, unde & aliis est prohibita, Genes. 15. 14. Levit. 19. 18. Deut. 32. 35. Judith 8. 20 † 16. 20. Psalm. 7. 7 † 9. 13 † 93. 1. Proverb. 17. 11 † 20. 22 † 24. 29 † 28. 22. Eccli. 28. 1. Ezech. 25. 12. 14. Nahum 1. 2. Mat. 5. 39. Lucæ 9. 54 † 18. 6. 7. 8. Rom. 12. 19. Galat. 5. 10. 1. Thess. 5. 15. 2. Timot. 4. 14. Hebr. 10. 30. 1. Pet. 3. 9. Jac. 5. 4. Apocal. 6. 10. vide Remissio.

VINEA, Gen. 9. 20. Deut. 23. 24. Isa. 5. 1. Cantic. 8. 11. Matth. 20. 1 † 21. 33.

VIRGINITAS commendatur, Mat. 19. 12. 1. Cor. 7. 25*. Apocal. 14. 4.

Virginitas præfertur conjugio, 1. Cor. 7. 38. 40.

Virgines servantur, Num. 31. 18 † 21. 11.

Virgines olim ut nunc conclusæ, 2. Mach. 3. 19.

VISITARE & consolari infirmos seu ægrotos, opus misericordiæ, Genes. 48. 1. 4. Reg. 8. 29 † 13. 14. Job 2. 11. Psalm. 40. 4. Eccles. 7. 3. Eccli. 7. 28 † 38. 13. Mat. 25. 37. 40. Joan. 11. 3 † 12. 9. 2. Cor. 1. 4.

VISERE Sanctos desiderat Paulus, Rom. 1. 11 † 15. 23. 32. Gal. 4. 20. 1. Thess. 2. 17.

VITA fidelium ad quam regulam sit instituenda, Genes. 17. 1. Exod. 26. 11*. Lev. 11. 44 † 19. 2 † 20. 7. 29 † 21. 8. Mat. 5. 48 † 11. 29. Luc. 6. 36. Joan. 12. 26 † 13. 13 † 15. 12 † 21. 15. Rom. 6. 4 † 8. 29 † 13. 14 † 15. 2. Eph. 2. 9 † 4. 1. 23 † 5. 1. 9. Philip. 1. 27 † 2. 5. 14. Col. 2. 6 † 3. 9. 12*. 1. Thess. 4. 3. Tit. 2. 11 † 3. 8. Hebr. 12. 2. 1. Pet. 1. 15 † 2*. † 3. 17 † 4. 1. 1. Joan. 1. 7 † 2. 6.

Vitæ humanæ brevitas & vanitas, Genes. 3. 19. 2. Reg. 14. 14. 1. Paral. 29. 15. Job 3. 20 † 7. 6 † 8. 9 † 9. 21. 25 † 13. 28 † 14. 1. Psalm. 38. 6 † 89. 5. 9 † 101. 4. 12 † 102. 15 † 108. 23 † 143. 4. Eccles. 2. 23 † 3. 10

Digitized by Google

†7. 1. Sap. 2. 5† 5. 9. Eccli. 14. 18 †17. 31 † 18. 8†40. 6† 41. 1. Tob. 4. 23. Iſa. 40. 6. Lucæ 12. 18. Eph. 5. 16. Heb. 13. 14. 1. Pet. 1. 14. Jac. 1. 10 † 4. 14.

Vitam pro fratribus ponere, Eſther 4. 15. Judith 13. 3. 25. Joan. 15. 13. 1. Joan. 3. 16.

VITIS, Gen. 49. 11. Judic. 9. 12. Zachar. 3. 10. 1. Mach. 14. 12. Joan. 15. 1. Vitis palmes appellatur populus Iſraeliticus, Oſee 10. 1. Joan. 15. 5.

VITULUS erigitur in idolum, Exod. 32. 4. Deuter. 9. 16. 3. Reg. 12. 28. 4. Regum 10. 29 † 17. 16. Pſal. 105. 19. Oſee 8. 5. Act. 7. 40.

VIVENDUM Deo, non ſibi, Roman. 14. 7. 2. Cor. 5. 15. Gal. 2. 20. 2. Theſſ. 5. 10. 1. Pet. 4. 2.

UNCTIONIS extremæ Sacramentum, Jac. 5. 14.

VOLUNTAS noſtra accommodanda voluntati divinæ, 1. Reg. 3. 18. 2. Reg. 10. 12 † 15. 20. 1. Mach. 3. 60. Mat. 6. 10 † 26. 39. Marc. 14. 36. Lucæ 22. 42. Actor. 21. 14. 1. Cor. 4. 19. Heb. 6. 3. Jac. 4. 15. vide Abnegatio.

Voluntas Dei, Mat. 7. 21 † 12. 50. Marc. 3. 35. Joan. 6. 39. Rom. 12. 2. Eph. 5. 17. Col. 1. 9. 1. Theſſ. 4. 3. 1. Tim. 2. 4. 1. Joan. 2. 17.

Voluntas Dei non eſt ut aliquis pereat, Ezechiel. 18. 23. Joan. 6. 39. 1. Tim. 2. 4. 2. Pet. 3. 9.

Voluntatem pro opere acceptat Deus, Gen. 20. 3. 6 † 22. 9. 2. Reg. 11. 14 † 12. 9. 3. Reg. 21. 19. vide Cor.

VOLUPTAS carnis: vide Concupiſcentia.

VOTUM, Geneſ. 28. 20. Lev. 27. 1. Num. 6*. †21. 2 † 30*. Deuter. 23. 21. Judic. 11. 30. 1. Regum 1. 11. 2. Reg. 15. 8. Pſalm. 75. 12. Eccleſ. 5. 3. Baruch 6. 34. Mat. 14. 7. Act. 18. 18 † 21. 23 † 23. 12.

Votum caſtitatis ſervandæ, ſeu non cognoſcendi virum, Lucæ 1. 34.

non ſine damnatione violatur, 1. Tim. 5. 12.

URIAS defert litteras Davidis ad Joab, 2. Reg. 11. 14.

URIAS prophetat contra Jeruſalem, ideoque eductus de Ægypto, occiditur à Joakim, Jer. 26. 20. 23.

Urias Sacerdos juxta præceptum regis Achaz exſtruit altare, 4. Reg. 16. 11.

URIEL angelus Dei, 4. Eſdr. 4. 1 † 5. 20.

USIAS rex Juda pugnat adversùs Philiſthæos, ſumit ſibi officium Sacerdotum; adolere volens incenſum, lepra punitur, moritur, 2. Par. 26. 17. 20. 23. appellatur Azarias, 4. Regum 15. 1. appellatur Ozias, Mat. 1. 9.

USURA, Exod. 22. 25. Lev. 25. 35. Deuter. 23. 19. 2. Eſdr. 5. 7. Pſ. 14. 5. Prov. 22. 16 † 28. 8. Jer. 15. 10. Ezech. 18. 8. 13 † 21. 12. Luc. 6. 34 † 19. 8.

UXORIS officium, Geneſ. 2. 22. † 3. 16. Num. 30. 7. 13. Deut. 22. 5. Eſther 1. 10*. Tob. 10. 12. Prov. 11. 16 † 12. 4. Iſa. 3. 15. 17. 1. Cor. 7*. † 11. 5. 9 † 14. 34. Eph. 5. 22. Col. 3. 18. 1. Tim. 2. 11 † 3. 11 † 5. 2. 10. Tit. 2. 4. 1. Pet. 3. 1. vide Mariti officium.

Z.

ZACHÆUS excipit Chriſtum ſuis ædibus, Luc. 19. 6.

ZACHARIAS filius Joiadæ ſive Barachiæ ſacerdotis lapidatur, 2. Paral. 24. 20. Mat. 23. 35.

Zacharias propheta tempore Darii, Zachar. 1. 1.

Zacharias pater Joannis Baptiſtæ, Luc. 1. 5.

ZADOCH filius Abiathar fit ſummus Sacerdos, 3. Reg. 2. 35.

ZALPHAAD filiæ poſtulant hæreditatem, Num. 27. 1. 7 † 36. 2. Joſ. 17. 3.

ZARVIA filia Iſai, ſoror Davidis, genuit Abiſai, Joab, & Aſael, 2. Regum 2. 18. 1. Paral. 2. 16.

ZEBEDÆUS pater Jacobi & Joannis, Mat. 4. 21. uxor ejus Salome intercedit pro filiis apud Chriſtum, Mat. 20. 20.

ZEBEE & Salmana reges Madianitarum capiuntur, Judic. 8*.

ZEDECIAS, qui & Mathanias, patruus Joachin ſubſtituitur pro eo in regno Juda, 4. Reg. 24. 18. Jer. 37. 1. obſeſſa à Nabuchodonoſor Jeruſalem, Zedecias, effoſſis oculis ac vinctus, necatiſque coram ſe filiis, in Babylonem ducitur, 4. Reg. 25. 1. 6. 7. Jerem. 39. 4. 7 † 52. 3. quemadmodum ei prædictum erat, Jerem. 27. 12 † 37. 16. Ezech. 12. 3 † 17. 15 † 21*.

ZELUS & Zelotypia, Gen. 34. 2. 25. 27. Exod. 32. 19. 27. Num. 25. 7. Judic. 20. 1. 8. 1. Reg. 11. 6 † 15. 11. 32. 3. Reg. 18. 40 † 19. 10. 14. 4. Reg. 10*. 1. Machab. 2. 24. Mat. 21. 12. Joan. 2. 17. Act. 9. 1. Philip. 3. 2.

ZIBA ſervus Saulis conſtituitur procurator Miphiboſeth, 2. Reg. 9. 9. donantur ipſi omnia bona Miphiboſeth, 16. 2. procedit obviàm regi David, 19. 17.

ZICELEG donatur regi David, 1. Reg. 27. 5. exuritur ab Amalecitis, 30. 1.

ZIPHORA, uxor Moyſi, Exo. 2. 21. circumcidit filium ſuum, 4. 25.

ZOROBABEL, vide Sorobabel.

## *E R R A T A.*

### TOM. I.

Præfat. p. xxi. art. XLVI. lin. 5. 6. *exemplariorum codicum*, leg. *Græcorum codicum.*

Pag. 31. Geneſ. VIII. ℣. 9. Not. lin. 7. *& ſi*, leg. *etſi.*

Pag. 44. Geneſ. XIV. ℣. 14. Not. lin. 4. *Complet.* leg. *Complut.*

Pag. 60. Geneſ. XXI. ℣. 19. delenda eſt in contextu Verſionis antiquæ vox *Deus*, poſt *& vidit*; adeoque tota ſic refundenda eſt Nota textui reſpondens: *Similiter in Græco. Auguſtin. tamen ſupra ad Geneſ.* 3. ℣. 7. *col.* 325. *d. ait:* De Agar ſcriptum eſt: Aperuit oculos ſuos, (*non* ejus,) & vidit puteum: *tum addit:* neque enim clauſis priùs oculis ſedebat: *item quæſt.* 55. *in Geneſ.* &c. ut in editis.

Pag. 794. Admonit. in lib. Eſther, lin. 53. *in cæteris*, leg. *in ceteris.*

### TOM. III.

Pag. 369. Luc. cap. XXIII. ℣. 12. Not. lin. 6. Ἱπρώδης, leg. Ἡρώδης.

In hocce tomo aliquando aberravimus citando Ambroſium in Lucam, decepti ſchedulis aliena manu deſcriptis ubi capita pro libris accipiebantur. Attendat potiùs lector ad columnam, quàm ad librum.

In Indice Biblico, pag. 1102. col. 1. ad verbum *Helias*, lin. 11. *conſummuntur*, leg. *conſumuntur.*

E prelo exiit hic Tomus anno 1749.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google